TRACTATVS ILLVSTRIVM IN VTRAQVE

TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI
iuris facultate Iurisconsultorum,

De Potestate Ecclesiastica.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI,
additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota designatis;
& multò, quam antea, emendatiores redditi;

Summariis singulorum Tractatuum locupletissimis illustrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES,
vt omnes materiæ, quæ sparsim leguntur, facillimè distinctæ Lectoribus appareant.

TOMI XIII. Pars I.

AQVILAE IVV... TVA

VENETIIS, M D LXXXIIII.

INDEX AVTHORVM huius voluminis. Tomi XIII. Pars I.

INDEX AVTHORVM Partis Secundæ. Tomi XIII.

TRACTATVVM CELEBERRIMORVM IN VTRAQVE TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI IVRIS FACVLTATE IVRISCONS.

Tomus XIII.

DE LIBERTATE ECCLES. SOLENNIS, & resolutus D. Io. Lupi Segobiensis Hispani.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI, ET Domino, D. Franc. S. R. E. S. Eustachij Diacono Card. Eccl. Senen. digniss. Archiepis.

Ioannes Lupi Sedis Apost. Prothonot. & Segobiensis Decanus. S. P. D.

REuerend. in Christo Pater, scriptum est, Melius est obedire q̃ sacrificare, & qui non obedierit principi morte morietur. Itaq; licet in motu & vt peregrinus in Senē. ciuitate, ut Dominationi tuæ Reuerēdissimæ obedirem, omissis multis legib. imperatorum, quę ẽt si loquantur in materia exactionum, vt probatum est, quo ad ecclesias & ecclesiasticas personas, nullum robur nec fidem faciunt, feci in hac causa libertatis, ac ecclesiæ immunitatis de qua nūc agitur, in dicta Senensi ciuitate, nō quod debui, sed quod potui & valui, vt in omnibus euellas, corrigas, & emendes. Velit Deus, & labores, anxietates & intentio sancta & recta, quā in defendendo ecclesiam eiusque sacerdotes. D.T. Reuerendissima habuit, & habet, eis afferat aliquid utilitatis, & ipse redēptor noster auertat, ne in causa ista eadem. D.T. Reuerendissima possit conqueri, aut dicere cum Hieronymo. Iuenire non possum aliquos alios scidisse ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, pręter eos q sacerdotes a Deo positi erant, & prophete & speculatores. Sed Christi vicarium (prout iuris) & omnes ecclesiasticas personas in defensionem ecclesiarum earumque sacerdotum, & libertatis ac imunitatis, quam vsque ad sanguinem & animam defensare tenent, inuenias beniuolas, constantes, & firmas, & omnia vt Deus disposuit, decreuit, & ordinauit. & eius vicarius, sic decretū a deo pronuntiauit & declarauit obseruentur pro conseruatione & salute animarum tam clericorum, quam secularium quos ipse Deus & eius vica. pascendos & curandos tuæ. Do. Reuer. tradidit, quam altissimus per multa tempora fęliciter ad sanctam ecclesię uniuersalis, & ipsius Senensis tibi particularis gubernationē, & defensionem conserua ræ dignet. Senis vj. Kalen. Septemb. Anno Domini MCCCCXI.

Breue Apostolicum, & occasio Tract. Eccles. libertatis.

Pius seruus seruorum Christi Iesu. Dilectis filijs vicario venerabilis fratris nostri Archiepiscopi, & prioribus, gubernatori communis, & Capitaneo populi ciuitatis Senensis.

Dilecti filij salutem, & Apost. benedictionē. Vt obuietur fraudib. in ciuitate ac Dominio Senensi, sub clericorū nomine, per laicos commissis, sæpius conquesti sunt nobiscum dilecti filii communitatis eiusdem ciuitatis Senensis. Facta est cum clero ipso conuentio, quod clerici, & personæ ecclesiasticæ, ac pia loca ciuitatis & dominii Senensis. gabellas soluant. Et ne propterea contra libertatem ecclesiasticam ex hoc damnū patiantur, teneatur communitas Senen. in recompensam & restitutionē solutionis gabellarum huiusmodi, singulis annis soluere & distribuere illis summas pecuniarum, iuxta taxam in folio præsentibus introcluso descriptam. De gabellis uero tempore præterito, exactis, & collectis a clericis, & ecclesiasticis personis, & locis piis, prędictis quomodolibet per communitatem Senen. aut habētes causam ab ea, ipsam cōmunitatem, & ciues eius omnes tenore præsentium, ab omnibus censuris & pęnis quas propterea incurrūt, generaliter absoluimus & liberamus, & absolutos & liberatos esse decernibus, non obstantibus præmissis omnibus & infra scriptis cōstitutionibus, & ordinationibus apostolicis & aliis quibuscūque in contrarium facientibus & disponentibus, etiam si talia forent de quibus hic habenda foret mentio specialis.

IOAN. LVPI APOST. Sedis Prothonotarij,

De Libertate Eccl. Tract fœliciter orditur.

PRIMA PARS TRACTATVS.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nunquid de bonis ecclesiæ gabellas soluere teneantur. nu. 3.*
Rescriptum quando dicendum surreptitium aut obreptitium.
2 *Narrata in rescipto negata an & per quem probanda.*
4 *Papæ in facto alterius, an credendum, sine alia probatione.*
5 *Probatio in narratis a pontifice, in facto antiquo, an inducatur.*
6 *Narratorum natura qualis.*

Quæst. PRIMA.

PRimo vt in hac causa vere & iuridice procedatur, & omnia fiant sine lęsione conscientiæ tam prælati & clerici, quam dominii seu communitatis. Videndū est quid breue concedat, in quo communitas facit fundamentum & excusationem. † Nam alias nulli dubiū, nec stante necessitate, vel aliqua vtilitate ciuitatis, dominium sine grauibus censuris non posset gabellam de fructibus beneficiorum, & ecclesiarum recipere, nec leuare. Et sic vt dico principaliter est necesse videre quid in breui cōtineatur. Et dico primo, qđ in breui principaliter fe. re. Pius narrat se habuisse a cōitate Senēsi, qđ clerus, ad fraudem euitādam laicorū, qui sub nomine ecclesiarū & clericorū in solutione gabellę fraudabant dñiū, de soluēdo gabellā, & recōpēsam habēdo, ac restitutionē solutionis ga-

bellæ cum dominio seu cōitate cōcordauit. Et sic primo vr̄,
ex narratione breuis, maxime ibi. Et ne propterea contra li-
bertatem ecclesiasticam,quod concordia fuit causa motiua
& finalis quæ induxit dictum pontificem ad prædictum Bre
ue concedendum. & sic primo videtur de iure breue subre-
ptitium , & obreptitium , & nullius valoris , quia fuerunt
multa exposita pontifici, quæ non erant, scilicet,de concor-
dia,& fraude, & fuerunt multa ommissa & tacita,quæ si Pa
pa intellexisset,non concessisset, & sic Breue vt surreptitiū ,
& obreptitium de nihilo deseruit, vt in cap. super literis. &
cap.cum dilecta.de rescrip.Sed posito casu & non concesso,
quod breue,non constaret subreptitium,cōcordia ante om
nia est necesse , vt videatur & ostendatur a communitate ,
2 †quia cum sum. pontifex in suis literis refert se maxime ex
expositione,seu narrōne ptis ad aliud,oportet vt illud aliud
videatur,ut in c.abbate.in gl.ibi,fiat fides, de ver.si.& in c.cū
olim.il 1.& in c.porro.de priuil. & in c.2.de resc.ubi Abb.ait
quod si negantur narrata in rescripto, onus probandi incū-
bit impetranti.hoc idem ipse Abb.in cap fi.de præsum.hoc
tenet Io.And.in c.1.de litis contesta.lib.6. facit pro hoc tex.
in cap.seruatis.& in glo.25.q.2.& in cap.contra morem.d.di
stin.ibi,in parte vobis oportet ostendi, qui bonus testis est,in
materia de qua agitur, & gl.ord. in cap.1. de fide instru. quæ
multa pro ista opinio.alleg.& in auc. si quis in aliquo.C.de
eden.Et quæstio pro isto articulo est liquida & clara.Nā cui
dubium si allegatur contractus inter ꝯhentes,necesse,est vt
videatur ꝯctus. ita quod si concordia aut nō fuit aut non po
test de ea constare,Breue summi pontificis,salua determina
tione maiorum,de nihilo deseruit,ut d.cap.2.de rescrip.vbi
litera ait.semper illa verba intelliguntur in rescripto,etiam
si non ponantur, si preces ueritate nitantur. Et causa debet
3 esse & remanere in terminis iuris communis,idest quod cle
rus & ecclesiasticę personæ de fructibus, seu bonis ecclesia-
rum, seu beneficiorum nullam gabellam soluant,nec domi
nium sine pœna censurarum , a prædictis exigere potest.vt
in cap.non minus. & in c.aduersus. de immu.eccl. & in cap.
quanquam.de censi.li.6.& in c.1.de immu.eccle.eo.lib.& in
cle.vnica.eo.ti. & in cle.fi.de censi. Nec ob.si aliquis diceret
pro parte dñij seu cōitatis,quod inseritur certum folium ta-
xæ seu compensæ in dicto breui, & Papa de dicta concordia,
& taxa in breui facit mentionem, cum vt dixi non sufficit
nisi aliter de concordia constet, quod fuisset celebrata cum
prælato,& clero,& alijs religiosis,quos tangit,quia quod oēs
tangit dēt ab oīb.approbari.& ĩ.latius dicam.nam qs de iure
pōt dubitare, qđ si papa in narratione non fundat intētionē
suā,aut loquatur in facto proprio, ꝙ nisi aliter probetur per
impetrantē, narratio Papæ nullam probationem faciat, ut
facit tex.in expresso.in cle.vnica.de probat.Et ibi Io.de Imo.
iuxta gl.voluit aliqnantulum sentire, quod non solū ad hoc
quod narrata Papæ probent, papa dēt fundare intentionem
suā in narratis,sed dēt loqui in facto proprio,vt ibi. & ibi sen
sit Oldra.in consilijs suis cons.348.& ipse ēt Imo.in eadē cle.
tenet,qđ in facto alterius nullo modo sibi credit,nisi probet,
4 qa de illo non est informatus, † imo de gestis ab alio coram
se,nulla fides est adhibenda, & ita Imo. asserit tenuisse Cal.
in c.post cessionē de proba.hoc tenet Io. And.in reg.non li-
cet,de reg.iu.li.6 hoc tenēt Doct.in c.in literis. de fi.instru.&
in c.si papa.iuxta literā.in prin. de priuil.li.6. & in c.fi.de p̄sū.
& per Innoc.in c.inter dilectos.de fi.instru. in fi.vbi ait.quod
ēt si papa diceret in priuilegijs,eximimus omnes ecclesias ve
stras,quæ per vos sumpserunt regulā B.Aug.in quib. has du-
ximus exprimendas, qa hæc verba ponuntur narratiue,nul-
la ecclesia expressa vr̄ exempta,nisi alias probetur , quod sit
S.Aug.qđ dictū multū facit in isto casu, qa si ēt d.D.Pius nar
rasset in certo folio cōcordiam,nihil illa narratio probaret,
ēt in facto antiquo.hoc sentit Io.And.in d.c.si papa. de priui.
li.6.hoc idē tenet Dominicus,in eod.c.in 3.quæsito.hoc etiā
tenent Anch.& Arch.& recitant verba Inno. sup.dictā opi.
oēs Doct.alleg.c.hęc quippe.3.q.7.hanc eandem opi. sequit̄
Card.in d.cle.vnica.de proba in prin.in 8.& in 9.quęsito.ubi,
& in x.ait. Si ad petitionē alicuius papa aliquid narrat , non
creditur sibi,& narrans tenetur probare narrata . Istam opi.
sequuntur in d.cle.oēs Doct.& in c.ex literis,de transac.& in
locis præall.Nec obst.ea quæ aliqui Doct. possent dicere, qđ
in narratis a pontifice in facto antiquo inducitur probatio.
5 †Nam licet hoc esset verum iure non resistente, vt in ca.1.&
in c.ad decimas.de rest.spol.li. 6.Doctores dicunt in d. clem.
in fine.quando papa non narraret ad instantiam , & expo-
sitionem partis, sed motu proprio, & videns fundasse inten-
tionem suam in narratis , tunc verba pontificis probarent ,
maxime in facto antiquo. Alias Doctores.concludunt. Nar
ratum papæ nullam probationem induceret , nec faceret ,
etiam in facto antiquo. prout facit textus in casu de quo
agitur in dicto capitulo si papa , de priuilegiis , libro sexto.

lib. 5.vbi Domi.in primo notabili.singulariter ait. Nota pri-
mo,quod verba narratiua pontificis,non prolata principali-
ter pp se,sed incidenter apposita in aliqua dispositione, non
inducunt probationem narratorum,etiam si a potestate nar
rantis dependeat,narrata concedere.Quanto magis in casu
de quo agitur,vbi papa nō poterat cōcedere, vt probabitur,
ꝙ simpliciter clerici soluant gabellas,nam vt ait dictus Do-
minicus,& Io.Andr.in nouella, & Io. mo.in d.c.si papa.in 1.
quæsito, quare narratiua verba Papæ non probant, quia de
natura narratorum est, vt probentur,& non probent,immo
6 magis est, † quod si papa motu proprio loqueretur in dicto
Breui, in casu de quo agitur, non faceret probationem. nec
tolleret subreptionem,quia vr̄ esse defectus intentionis pon
tificis,secundum ibi in Breui per pontificem narrata,vt in c.
si motu proprio.de præb.lib.6 & ibi per Doc.in locis præalle
ga.cum in d.Breui protestatur idem pontifex nolle venire ꝯ
libertatem ecclesiasticam.quod si Breue teneret,& tradere-
tur executioni,prout traditur,satis videretur venisse contra
Deum,& libertatem ecclesiasticam,quod non est credendū,
de tanto,& tam docto pontifice,qui iura diuina,& humana
videtur in omnibus operibus suis non ignorasse,immo ma-
gis est ꝙ bene aduertenti,& secundū veritatem, fe.re.Pius in
d.Breui nihil concedit domino in futurum quo ad perceptio
nem gabellarum, sed narrat concordiam,& absoluit domi-
nium a censuris pp perceptionē gabellæ a clerico, incursis.

SVMMARIVM.

1. *Libertas ecclesiarum, & clericorum de non soluendo gabellas nunquid sit de iure diuino.*
Pharao & Artaxerxes sacerdotum priuilegia obseruari iusserunt.
2. *Sacerdotibus,etiam pagani olim honorem impendebant.*
3. *Sacerdotes a quo iure orti.*

Quæst. II.

1 Et quod prædicta † libertas ecclesiarum,sacerdotū,
& clericorum,ad hoc quod non debeant,
soluere gabellam de fructibus & redditibus ecclesiarum &
beneficiorum suorum , sit de iure diuino , aperte probatur
Numeri.c.3.& c.8.Nam quam plures libertates in ædificatio
ne templi ipse rex Salamon obtinuit a Deo vt 3. Regum.c.
8.& c.9.& ipse Deus Exo.19.ait mea est.n.oīs terra.in qua di
sposuit vt supra vt ecclesiæ & sacerdotes earum essent liberi
ab omni ptāte secularium. Ita Pharao,licet Tyrannus, iussit
priuilegium suorum sacerdotum obseruari, vt Gen. 47.ibi,
Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti &c.præter ter-
ram sacerdotum,hoc idem & melius habetur & fuit in ob-
seruatia. Esdræ.1.c.7.ibi, Rex Artaxerxes statuit in dominio
suo, vt sacerdotes Dei essent immunes in personis & bonis,
ibi.Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus
& leuitis, cantoribus & ianitoribus , nathinneis & ministris
domus Dei huius, vt vectigal & tributum & annonas nō ha
beatis ptātem imponendi super eos. Nam Constantinus Im
perator,quod translatum est in c.sacerdotibus. 11. q. 1. dum
traherentur sacerdotes sibi ad iudicandum ait.Item & inter
vos causas vestras disponite , quia dignum non est vt nos iu-
2 dicemus Deos.† Ante eum quippe pagani iure publico prin
cipes fuerunt,qui verum Deū nescientes, Deos ligneos & la
pideos colebant,& tamen coram sacerdotib.honorem ma
ximum tribuebant , ergo si multi Tyranni & infideles sine
charitate,nescientes Deum,hoc iusserūt, quid quo ad veros
sacerdotes Dei facient fideles Imperatores , qui filij ecclesiæ
sunt non præsules,vt in c. si imperator.96. dist. vbi litera ait.
Si imperator catholicus est, quod salua pace ipsius dicimus,
filius est,non præsul ecclesiæ,quod ad religionem competit,
discere ei conuenit,non docere,habet priuilegia suę potesta
tis,quæ administrandis legibus publicis, diuinitus consecu-
tus est, & eius beneficiis non ingratus contra dispositionem
cęlestis ordinis nil vsurpet.Ad sacerdotes n. Deus uoluit quę
ecclesię disponenda sunt pertinere,non ad sęculi potestates
quas si fideles sunt, ecclesię suę sacerdotibus uoluit esse su-
biectas,non sibi uendicet alienum ius,& ministerium quod
alteri deputatum est, nec contra eum contendat abrumpi
a quo omnia constituta sunt, & contra illius beneficia pu-
gnare uideatur a quo propriam consecutus est ptātem.† Non
3 legibus publicis,non a ptātibus sęculi, sed a pontificibus,ac
sacerdotibus, omnipotens Deus Christianæ religionis cleri-
cos, & sacerdotes voluit ordinari,discuti & recipi de errore
remeantes, ita qđ nec in ecclesijs nec in earū sacerdotib. ac
bonis ipsarū ecclesiarū, & sacerdotū,imperatores sine pœna
censuræ ac indignationis Dei,se possunt intromittere, cum
videantur priuilegiū diuinū frē, ita declarauit & interpreta
tus est Bonif.viij. in c.qđ de censibus.lib.6.ubi ipse ait. Cum
igitur ecclesiæ ecclesiasticęq; personę, ac res ipsarum nō so
lummodo iure humano,quinimo & diuino,a secularium ptāum
exactionib.sunt immunes &c. Hoc idē ur obseruarū & decla
ratū per alios sum. Pontifices in c.non minus, & in c. aduer-
sus

sus.de immu. eccle. & in locis præallega. Hoc idem videtur
obseruatum & declaratum,per quam plures imperatores se
culares, vt legitur cons.Paris.de Lud.imperatore, ꝙ transla-
tum est in c.secundū cano.23.q.8.hoc idem in c. sancitum.
ea.causa.& q.vt de proximo latius dicam.

SVMMARIVM.

1. *Papa nunquid contra ius diuinum dispensare possit.*
2. *Papa qualiter possit dispensare circa matrimonium in gradu probibito.*
3. *Papa in quibus possit dispensare.*
4. *Papa quomodo circa beneficialia dispenset.*
5. *Papa circa decimas qualiter dispensare potest.*
6. *Intellectus.c.a nobis de deci.*
Decimæ nunquid comprehendantur sub præceptis moralibus.

Quæst. III.

Sed viso & habito pro fundamento, ꝙ ista litera seu
immunitas de qua agitur, sit cōcessa a Deo,
1 & sit de iure diuino, † Papa contra eam nō potest simpliciter
venire, nec dispensare, vt in c.literas.de rest.spoli. & ibi gl.est.
& gl.ordi.iuxta tex.in cap.a nobis.de deci. & bene ibi per Ab
ba.& in c.ad monasterium.de statu reg.in fi.& in c. super eo.
de big.& ibi per Doc. satis late,& in cap.sunt quidam 25.q.1.
& in c.sicut quidam.14.dist.& in c.si is qui præest.in princip.
& in §.idē & in c.1.13.dist.& ibi per Do.Car.de turrecrema
ta,& alios Do.īmo magis est quod a pontifice pręcepta cano
nica non dēnt sine maxima ecclesiarū vtilitate,aut necessita
te mutilari,aut laxari.facit tex.in c.& si illa 1.q.7.determina
tio est Beati Augu.vt decretum & translatum est in c.omni
bus.35.q.9.vt ipse Beatus Augusti.ait.omnibus modis eccle-
siasticæ disciplinæ vel moderationi conueniens est, vt quæ
rationabiliter ordinata fuerint vel decisa,nulla in posterum
debeant refragatione turbari,hoc idem in ca.loci.eadē cau-
sa & quæst. & in locis præallegatis , sed contia ius diuinum
non potest Papa, vt supra venire,neque dispensare. Theori-
ca est omnium Doctor.Theolo. & Canon. Ita senrit Ricar-
dus in 4.dist.17.artic.4. hoc idem Beatus Thomas eadem d.
q.9.artic.3.hoc idem Alexand.de Ales.in 3.parte quæstio.51.
membro 8.artic.3.hoc etiam cano.in d. cap.literas.& c.cum
2 ad monasterium,& in locis præallegatis.† Nam cui dubium
quod hodie Papa non potest dispensare, vt quis contrahat
matrimonium in primo gradu consanguinitatis,nec aliquo
modo in secundo,vt quis habeat sororem fratris, vt Leuiti-
ci. 18. neque potest dispensare ꝙ dissoluatur matrimonium
cōsummatum, quia decretum a Deo,quos Deus coniunxit,
homo non separet, vt Mat.19.Nam licet verum sit,quod ho
die sine crimine hæresis non possint teneri,neque obseruari
cęrimonialia,vt ait vas electionis,tuba euangelii,quod tran
slatum est in c.translato.de consti.nec hodie posset teneri si-
ne crimine,iudicialia Moysi tamquam præcepta a Moyse,li
cet tamquam bene prouisum per pontifices & imperatores
posset eodem modo prouideri, prout pluries , & in pluribus
prouisum est, nihilominus iudicialia diuina,sicut præceptū
decimarum,& moralia tenent,& in totum debent obserua
ri mandata naturalia, & alia diuina iudicialia, quæ licet ex-
presse non sint in moralibus, nihilominus videntur adhęre
re moralibus,& comprehenduntur sub moralibus,& natu-
ralia,& moralia sub euangelio,vt in c.1.dis.5.& in c.non est
peccatum.& §.his ita.6.dist.& Matth.5.vbi redemptor & ma
gister noster in illo euangelio,approbat,& ratificat,licet sub
alio rigore & perfectione maiori,præcepta moralia. Itaque
non solum Papa non potest venire,neque dispensare expres
se contra moralia , sed nec alia causa contra comprehensa
seu inclusa in moralibus,vt in pręceptis decimarum,& im
munitatum sacerdotum,& ecclesiarum,& in gradibus pro-
3 hibitis,vt supra.† Nam licet aliqui. Doc. voluissent sentire,
quod papa potuisset eximere aliquos laicos a solutione deci
marum, aut facere eos capaces ad earum receptionem,pro-
ut allegant,in c.a nobis,de decimis.dico salua eorum corre-
ctione,simpl̄r talis opinio nullo pacto posset sustentari,nam
nulli dubium , vt diximus , istud præceptum fuit institutum
secundum indeterminationem cote de iure naturali vt in l.
naturali,vbi in decimis & oblationibus dabatur honor Deo,
& in l.diuina data a Deo,vt Exo.22.& deutero 26.& 14.& Le
ui.27.& Deus per malachiam.c.3.ait.Inferte omnem deci-
mam in horreum meum , & in pluribus locis repetitum , &
per summos pontifices declaratum, in c. parochianos , & in
capitulo tua nobis , & in capitulo in aliquibus, de deci. & in
c.causa de uerb.signi.& in c.reuertimini, & in c.decimas.15.
quæstio.1.in c.omnes decimæ,& in cap.decimas Deo.eadem
causa.quæst.7.in tantum,quod istud præceptum ita adhæret
præceptis moralibus,quod reputarur,licet diuinum iudicia
le,præceptum morale. Nam ut ait Beatus Thom.2.2.quęst.
87.arti.1.quod præceptum de solutione decimarum partim
quidem erat morale,inditum naturali ratione,partim autē
erat iudiciale,ex diuina institutione robur habēs, sed deter-
minatio certę partis exhibendæ ministris diuini cultus, non
est de iure naturali,sed est introducta īstitutione diuina.Hoc
autem tenet Alex.de Ales in 3.parte summæ q.51. in 1.& 3.
membro,quod præceptum decimarum sit diuinum iudicia
le,& s̄m determinationem Cote. dum tangit Dei honorem
est naturale & morale . & hoc voluit sentire Salomon. Pro-
uerb.3.c.ubi ait.Honora Dominum de rua substantia.Et ita
istud præceptum reputatur morale, vt s̄. ꝯ quod papa veni-
4 re non potest,nec simpliciter dispensare.† Nam licet verum
sit, quod sumus pontifex habeat supremam potestatem in
beneficia libus, vt in c. proposuit, de conces.præb. & in c.li-
cet.& in c.statutum.de præb.li.6.& melius quam alibi in cle.
1.ut lite pen.in fi.ubi litera ait . Salua tn̄ in præmissis omnib.
Romani Pontificis potestate, ad quem ecclesiarum, dignita
tuum,personatuum, aliorumque beneficiorum ecclesiasti-
corum libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine nosci-
tur pertinere , ubi constat quod Papa libere in beneficialib.
possit disponere, non aūt pp hoc vr̄ sibi permissum indistin-
cte in dictis beneficialibus,& in eis annexis libere disponere.
Nam certum est,quod in sacramentis,& in presbyteratu, &
in sacris ordinibus, qui sunt annexi episcopatui & dignitati
bus, & ecclesiæ parochiali, papa non potest disponere aliter
quam a Christo dispositum est,ut in c.1. de summa trin.& ut
s̄.in locis præall.nec ēt in perceptione decimarum,quę sunt
reseruate a Deo pro sustentatione sacerdotum,& sunt anne
xæ sacerdotio & diuino cultui, quē Papa nec minuere, nec
tollere potest, & sic tanquam de cultu diuino , & de annexo
primo præcepto.s.de honorando Deum, papa in ꝯrium quā
a Deo dispositum est, in detrimentum eiusdem Dei honoris,
5 non potest disponere.† Posset tn̄ aliquo modo papa cum lai-
co dispensare,ad aliquos dies & annos decimas suas retinen
di,aut alterius parochiani decimas percipiendi , non aucto-
ritate propria,& nomine ipsius laici.ut in d.c.causa.de ver.si-
gnif.sed auctoritate Papæ,& noīe ipsius pontificis. Nam cer
tum est,quod bona clericorū & ecclesiarum sunt bona pau-
perum. & circa pauperes presbyteri & sacerdotes p̄nt & de-
bent decimas diuidere,& ex decimis eos alimentare,ut in c.
quicquid habent clerici , pauperum est.ut in c. in canoni. &
in c.in sacris canonib.16.q.1.& Aug. quod translatum est in
c.decimæ,eadem causa & qōne. decimæ tributa sunt egen-
tium animarum.& in c.decimas. eadē qō. 1. & cum Papa sit
vl̄is ecclesiæ ep̄s,ac totius Christianitatis, & vl̄is rector & ad
ministrator omnium beneficiorum & decimarum , ut in c.
suspectos.3.q.5.in subscrip.& in c.ubi periculum. in §.cæte-
rum.de elec.li.6.et ut sup.non immerito videns aliquos secu
lares pauperes et indigentes et ex laboribus manuum suarū
non se posse sustentari,ac ep̄s similib.pauperibus ex eleemo
sina concederet pro sustentatione eorum, suas decimas, pos
set retinere,et sine peccato presbytero non tradere, et quan
do esset opus, quia talis pauper laicus nihil habet deciman-
di, quod Papa eidem concederet facultatē leuandi decimas
alterius parochiani,quia tunc nec iste laicus vr̄ detinere,nec
alienas noīe suo percipere, sed noīe Papæ, qa qui per alium
possidet,per seipsum possidere videtur, ut in cap.cum uenis-
sent.de rest.spol.et in c.cum diligenti. de præscri.et in c.qm̄.
in §.pe.ut lite non contest.et instit.de interdictis.§.possidere.
6 et ff.de acqui.pos.l.quod in eo.† Et isto modo debet intelligi
tex.in d.c.a nobis.de decimis, qui non videtur sentire con-
trarium.et isto modo voluerunt multi Doct.d.c.intelligere.
licet multum confuse et intricate. hoc idem voluit sentire
Hostien.licet per incongruam distinctionem seu diuisionē .
in d. c. a nobis . dicens quod aliter in isto præcepto quam in
alijs versatur honor Dei irremissibilis , s. non habebis Deos
alienos.honora patrem tuum et matrem tuam, in quib. di-
cit nulla cadit, nec in toto,nec in parte dispensatio in præce
pto decimarum,inquantum versatur honor Dei, qui sibi re-
tinuit in signum uniuersalis dominij,papa non pōt dispensa
re,sed inquantum tangit utilitatem ecclesiarum et clerico
rum,papa posset dispensare,quæ nisi intelligantur,ut sup.im
plicaret sibi contradictionem,et non posset stare . Ideoque
constito ut præmittitur , quod priuilegium, et immunitas
clericorum sit de iure diuino, et contra ius diuinum papa
non potest uenire, neque dispensare, nec a fortiori impera-
tores in similibus possunt iuste, et sine maximo sacrilegio
aliquid determinare.

SVMMARIVM.

1. *Clerici in quibus exactionibus teneantur contribuere.*
2. *Onera personalie quæ sint.*
3. *Pœna imponentium collectas ecclesiis.*
4. *Clerici nunquid teneantur ad excubias.*
5. *Intellectus. c.petitio.de homicidio.*
6. *Irregularitas an contrahatur ex defensione, & quando.*
7. *Ecclesias ædificare quibus concessum.*

8 *Pyratarum genus pernitioſum.*
9 *Ius canonicum in quibus noluit leges Imperatorum habere locum.*
10 *Conſtitutiones principum eccleſiaſticis legibus poſtponendæ ſunt.*
11 *Leo Papa IIII. vt timidus principi ſeculari ſe ſummiſit.*
12 *Canonum violatores blaſphemi in Spiritumſanctum ſunt.*
Hæreticus quis dicendus.

Quæſt. IIII.

Redeundo ad propoſitum, & ad caſum de quo agitur, licet omittamus pro nūc nec diſcurramus per non neceſſaria, explicare ſeu narrare totam materiam munerum. ſeu exactionum, breuiter dicendum eſt, [1] † quod exactiones, ſeu munera, vt iura diſponunt Et hoſt. pleniſſime ait in ſumma, in tit. de immu. eccleſ. in §. quibus. Alia ſordida, alia honeſta honeſtorum, alia ordinaria ordinariorum, alia angariæ, & perangariæ, alia rerum tātum extraordinariorum, alia pertinent ad publicam vtilitatem, alia ad pietatem, alia ad capitaneam voluntatem, vt ſic volo, ſic iubeo. Ad ordinaria aūt munera quæ regulariter ſunt, ſicut ſunt tributum & cenſus in poſſeſſionibus aut rebus, ſeu bonis quæ peruenerūt annexa ſeu onerata ad eccleſias, eccleſiæ & ſacerdotes tenentur. vt 11. q. 1. ſi tributum. & 24. q. 13. conuenior. & in c. ex literis. & de pigno. & in c. paſtoralis. de decimis. in fi. & in l. de his. C. de epiſ. & cler. iura ſunt vulgaria. Licet aliquando ſi dantur in dote pro fundatione eccleſiarum, videntur onera remiſſa. vt in c. j. de cenſi. & ibi per Doct. & in c. comperimus. 14. q. 6. Non autem intelligendum eſt cenſus realis, aut tributum reale, quod ponitur hominib. ratione bonorum ſuorum, etiam ſi bona ſint deſcripta ratione operis. [2] † Nam ſimile onus, ſiue cenſus, dicitur de iure perſonali, & nō tranſit cum onere, vt Dominicus & alij Doct. aiunt in c. 1. de immu. eccle. lib. 6. Ab exactionibus ſeu muneribus ſordidis, angarijs & perangarijs, & ab ordinarijs. præterquam in munere ſeu cenſu reali, vt ſupra, & ab extraordinarijs, & eccleſiæ & earum ſacerdotes ſunt immunes, vt ſupra de iure diuino & canonico probatum eſt, & de iure ciuili. in l. 2. & in l. placet. & in l. omnes. & l. presbyteros. C. de epiſc. & cler. & in l. placet. C. de ſacroſanc. eccleſ. Nam vt ait Hoſt. in ſumma in tit. de cleri. coniu. in §. & priuilegii. & in d. tit. de immu. eccle. 1. §. ergo hodie omnes eccleſiæ ſunt immunes reſpectu laicorum ab omnibus exactionibus. ſupra dictis. Et quod tales exactiones vt indebitæ ſunt condemnādæ, non obſtante abuſu contrario, vt in auc. de eccleſiaſticis titulis. §. ad hoc ſancimus. vt nulli indicun. §. nulli liceat. colla. 9. et ait quod bene facit lex. §. quæ incipit hac edictali. §. illicitas. cuius verba ſunt hæc. Illicitas etiam exactiones, maxime ab eccleſiis, quarum abuſus iam per longa tempora inoleuit per ciuitates, & caſtella, omnimodo cōdemnamus & prohibemus, & ſi factæ fuerint in duplum reddātur, item alius. §. in quadam. l. quæ incipit, ad decus & decorem. §. itē nulla communitas. vel perſona publica. vel priuata, collectas, ſiue exactiones, angarias, & per angarias eccleſiis, aliiſque piis locis imponant, aut inuadere eccleſiaſtica bona præſumant, quod ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia vel imperio, emendare contempſerint, [3] † triplum refundant, & nihilominus banno imperiali ſubiaceant, ꝙ abſque ſatiſdatione debita nullatenus remittantur. in d. c. non minus, ſatis confuſe facit iſtam diſtin. quam fecit Hoſtiē. & in aliquo tam in nominibus quam in ſignificationibus exactionum videtur ab Hoſt. deuiare, Abb. Sicu. in d. c. non minus. male contētus de confuſione Innoc. ita prolixe facit differentiam exactionum, & earum ſignificationum, quod quaſi reincidit in confuſionem ipſius Inno. licet in ſubſtantia multum vr̄ concordare cum Hoſt. cum aliqua dicta ibi per Inno. ſi intelligerentur ſimpliciter, vt ipſe dicit, nec poſſunt aliquo iure ſtare. qđ in aduentu principis clerici debuiſſent contribuere, niſi intelligatur ut Abb. intellexit, ſ. in patrimonio eccleſ. vel alicuius prælati, vbi ſeculares aliquid exponerent in aduentu Papæ non eſſet incōueniens, dum tñ ſeculares ipſi nō eſſent imponentes onus, vt clerici ſoluerent, vt in c. peruenit. eo. ti. ita qđ omiſſis varijs & confuſis opinionibus, quod eſſet prolixum, & maximum quid narrare. Licet ſm̄ quamplures leges imperatorum, & ſm̄ veritatem, ſ. ipſum redemptorē, & magiſtrum nōſtrum, qui fuit & eſt ſine fallentia, veræ legis conditor, & ſecūdum eius vicarios, eccleſiæ & earum ſacerdotes ſunt immunes ab omnib. exactionibus, ſ. ab omni munere turpi, honeſto, & extraordinario, & ordinario præterq̃ in cenſu reali. vt ſupra licet theorica Abbatis in d. c. nō minus. de reparandis viis & itineribus. videtur mihi quod poſſet ſtare, quod ſi imponatur in curribus cenſus, pro reparatione viarum, contribuar, maxime cum clericus non debet eſſe auriga currus, attento maxime quod currus pro ſuſtentatione clericorum nō ſunt omnino neceſſarii, ſicut fontes & pontes, & putei, ad aquam, ēt ad vtilitatem publicā, & pietatem coactam ſunt immunes, vt s̄. & late per Abba. in c. nō minus. in 7. col. [4] † Licet ad neceſſitatem cōem quaſi ineuitabilem teneatur de iure. ſ. ad vigilias murorum ciuitatis, vt in c. peruenit. de immu. eccl. ubi vr̄ in hac neceſſitate & periculo prouiſum, vt clerici non teneantur a vigiliis murorum ciuitatis ſe excuſare. Quod ſane eſt intelligendum, vt intellexit ibi gl. in prin. ſ. nullum de omnibus exactionibus ſecularibus. aut melius, ut intellexit Io. And. & Hoſt. & refert Abb. in d. c. non minus. ſ. qñ ciuitas hēt infideles ſuſpectos. ubi tūc non ſolum pro conſeruatione bonorum, ſed perſonarū, datur clericis a iure licentia hoc faciendi, & in euentum bellādi, ut in c. petitio. de homic. & rō eſt in promptu. Et vidimus quod dolendum eſt temporib. noſtris in Otranto. nam cum turci & inimici infideles ciuitatem inuadunt & intrant, acceperunt bona, & interficiunt perſonas, ſicut ibi, quod interfecerunt archiepiſcopum & plures eccleſiaſticas perſonas, & ſic vr̄ licitum in ſimilibus ꝯ infideles non ſolum presbyteris vigilare, ſed pugnare, interficere, & mutilare. cum uideātur defenſare ſe & ſua, in cuius defenſione nō ꝯhitur irregularitas, vt in c. interfeciſti. de homici. & in cle. ſi furioſus. eo. tit. vbi vr̄ conceſſum presbyteris, pro defenſione perſonæ hominem interficere ſine pœna irregularitatis. [5] † Nec ob. licet ſecundum aliquos videatur obſtare. c. petitio. de homi. vbi clerici interficientes infideles ſunt irregulares. cum ibi apparet caſus, quod homicidia non fuerunt commiſſa pro defenſione murorum ciuitatis, ſed extra ciuitatē, clerici cum laicis exeuntes, bellarunt, vbi commiſſa fuerunt homicidia, quare clerici nō excuſantur ab irregularitate, ſi repeiuntur homicidia aut mutilationes membrorum manu propria facta. Et iſte eſt verus intellectus ad dictum. c. petitio. nec aliter pōt ſaluari. ſicut excuſantur vt dico, ſi in cuſtodia murorum Turcos interficerent, cum intrantib. Turcis clerici de vita nullam ſecuritatem habent, quod ſecus eſſet, ſi vigilia eſſet ꝯ chriſtianos qui vellent ciuitatem inuadere. in quo caſu credo, ſalua determinatione maiorum, clerici non teneātur per ſe uel alios vigilare, nec hoc voluit dicere. c. ꝑuenit. cum loquatur Grego. epiſc. Taragon. qui ſemper fuit, prout eſt in ſuppoſitione Agarenorū, ſeu vt vulgariter loquamur ſaracenorum ſtantium in Africa. nam vltra ciuitatem Taragonenſem, quæ per mare parum diſtat a Machometicis Africanis, habet eccleſia Taragonenſis pulchrum caſtrum in inſulis quæ uocatur Iuiſa, quæ non diſtat per duas dietas a principali ciuitate Africana, & ſic ibi fuit iuſta prouiſio. nā alias ſi eſſet bellum inter chriſtianos, quis excuſaret clericos in homicidio ab irregularitate, quam nec pro patria, nec ꝓ parentibus, nec pro defenſione eccleſiarum clerici debent incurrere, ut in c. ſuſcepimus. & in c. ſignificaſti. de homicid. [6] † quia licet uideatur conceſſum clericis, ſine mutilatione, & homicidio & ſanguinis effuſione laicos in caſu iuſto defenſare, ubi licet per alios ſequatur homicidium ex adiutorio clericorum, clerici nō incurrunt irregularitatem, tex. eſt ſingu. in c. præſentium. de clerico percuſſore. & gl. in §. 1. 23. q. 7. quia clerici dum pñt ſine ſcandalo & irregularitate, tenentur proximum defenſare. ut in c. non inferenda. & in c. qui pōt. & in c. ab imperatorib. in §. ecce. 23. q. 3. et in ca. dilecto. de ſen. excō. lib. 6. Tñ ipſi clerici non tenentur pro alia defenſione q̃ propria ſua, mutilare aut homicidium facere. Nec ob. c. omni timore. 23. q. 8. qui alleg. per Doc. et per Abba. in d. c. non minus. et in c. peruenit. nam ualde Abb. & aliqui docto. fuerunt. in litera illius. c. decepti. cum non aduerterunt, quod Papa ibi ſcripſit exercitui Francorū & ſic laicis, & vbi Ab. recitat tex. ubi litera dicit. Si quilibet veſtrorum morietur pro ueritate fidei, ipſe Abb. refert noſtrorum, intantum quod cum illo errore. in c. clerici. de vi. & ho. cle. uoluit probare eſſe licitum clericis contra infideles indiſtincte bellare. Nec ēt valet quod allegat. in d. c. peruenit. in 3. col. & in c. petitio. de homici. ad probandum quod clerici non teneantur ad uigilias, ſeu cuſtodiam ciuitatis, quia ut dixi, tex. in c. petitio. loquitur contra infideles, u bi ſi homicidium fuiſſet factum in cuſtodia murorum, clericus non contrahit irregularitatem. Itaque in caſu de quo agitur non credo ſalua determinatione præmiſſa, in muneribus extraordinariis, ēt in tangentibus pietatem ſeu cōitatem, quod clerici poſſint a ſecularibus aſtringi, ut contribuant, non quia clerici ab operibus piis excludantur, ſed quia prohibita imponi a ſecularibus. [7] † Nam certum eſt, quod opus pium, ab omnibus catholicis eccleſias ædificare, et pontifices et principes hoc exhortantur facere. ut in c. boni principis. 96. diſtin. ſed nec eis nec alijs permiſſum eſt auctoritate propria, aut auctoritate ſecularium eccleſias ædificare, vt in capitulo nemo. et in capitulo baſilicas. de conſecratio. diſtinct. prima. et ſic in caſu de quo agitur, licet ſit meritorium ædificare pontes, reparare fontes, puteos mundare, et ſimilia pia, non tamen videtur hoc iure permiſſum presbyteris et aliis clericis de mandato

dato ſecularium, cum non habeant ptātem imperandi, ſed vt prædictum eſt, citius in omnibus obediendi ſacerdotib. & eccleſiaſticis. Nec videtur ꝙ procedat, nec faciat argu. quod plurie ſubique locorum faciunt ſeculares. neque etiam aliqui doct. contrariam opiniorem ſequentes, & iſta ſunt vtilia cōiter tam presbyteris quam ſecularibus. Et ſi nec in merito ſi eccleſiaſtici contribuant, vt in re communi. Nam vt probatum eſt in locis præalle. Deus ſacerdotes, tanquam in ſortem eius electos, voluit ab iſtis exactionibus & curis vt ſolū vacarent diuinis liberius, eſſet liberos, & exemptos, vt videtur hoc ſcriptum per Nicola. 1. ad Carolum imperatorem, quod trāſlatum eſt in c. reprehenſibile. 23. q. 8. vbi litera ait. Reprehenſibile valde conſtat eſſe quod ſubintuliſti, dicendo maiorem partem omnium epiſcoporum die noctuque cum omnibus alijs fidelibus ſuis ꝯ pyratas maritimos vigilare, & ob id epiſcopi impediantur venire, cum militū Chriſti ſit Chriſto ſeruire, milites ſeculi ſeruiant ſeculo. quia nemo militans Deo &c. Ita quod realiter & plene probatur. nullo pacto contra Chriſtianos, licet peſſimos tyrannos, clerici debeant ciuitates vigilare. [8] † Nam ꝙ genus ita peſſimum inter Chriſtianos, quam pyratarum poteſt dari. Sed vltra ius diuinum & pontificium ſtat ꝯ ſeculares maxima ratio, quā Abba. ſicu. in d. c. non minus, & alij Doc. allegant, immo iura expreſſa, quæ faciunt ad caſum, quia ipſi ſeculares gaudēt de bonis, honoribus, & dignitatibus ſecularibus ipſius ciuitatis, habent etiā Caſtellanias, ptātem, rectorias, tam in caſtris ciuitatis, quam in ipſa ciuitate. & ſic habent ex ciuitate honores & vtilitates, & pecunias pro ſe & ſuis, cuius cauſa nec immerito, vt cum gaudent honoribus ciuitatis, ſupportent onera, vt in regula, rōni cōgruit, & in regula qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & econtra de re iud. li. 6. ita quod de iure pontificio, ac per quam plures leges imperatorū, & de ęquitate & rōne, ſacerdotes ab omni munere & cenſu, præter quam a cenſu reali, vt s̄. eſſe immunes. Neque obſtat quod aliqñ per aliquos imperatores aliter videatur ꝓuiſum in exactionibus ad pias & vtiles cauſas, in l. ad inſtructiones. & in l. neminem. C. de ſacroſan. eccle. nam neque imperatores habuerūt facultatem in his diſponendi, nec leges habēt locum, nec in aliquo iudicio, vt ſupra ſunt admittendę, qa ius ciuile intendit ſeruare ciuilem ſocietatē, non curans de vtilitate animæ, & ius canonicum principaliter curat de ſaluatione animæ, ut in c. ut animarum. de conſti. li. 6. & ibi per Dominicum. eſt gl. ordinaria in c. cum contingat. de iureiu. [9] † Ideo licet ius ciuile ꝑꝑ ſocietatem & publica in utilitatem permitteret uſaras dandas, & præſcriptiouem cum mala fide, ius canonicum quod tendit ad finem Dei magis quam ad ſocietatem & publicam utilitatem hominum, iſta & ſimilia excluſit & reprobauit, & noluit ut in his leges imperatorum locum haberēt, ut in locis præalleg. & in c. non licet imperatori. 10. diſt. ubi litera ait. Non licet imperatori, uel cuiquam pietatem cuſtodienti aliquid contra diuina mandata præſumere, nec quicq̃ ꝙ euangelicis, uel propheticis aut apoſtolicis reguliis obuiet, agere, hoc in c. lege imperatorum, & in capitulo conſtitutiones, & in capitulo imperium, & quaſi per totum. eadem diſtin. hoc idem in capitulo nulli fas, & in c. violatores. 25. q. ii. & quaſi per totum, eadem diſt. hoc idem in capit. eccleſia S. Marię. in c. quę in eccleſiarum, de conſt. & in c. ſane. 15. q. 2. in §. ſed ſicut, ubi litera ait. Sed ſicut circa huius operis initium præmiſſum eſt, toties legibus imperatorum in eccleſiaſticis negocijs utendum, eſt quoties ſacris canonibus obuiare non inueniuntur. Hoc idem Gregorius Nazianzenus ſcripſit imperatoribus Conſtantinopolitan. quod translatum eſt in c. ſuſcipitis. x. diſt. ubi litera ait. Suſcipitis ne libertatem uerbi libenter accipitis, quod lex Dei ſacerdotali uos ſubiicit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdit, dedit enim uobis poteſtatem, dedit & principatum multo perfectiorem principatibus ueſtris. Aut nūquid iuſtum uobis ur̄, ſi cedat ſpiritus carni, ſi a terrenis cœleſtia ſuperentur, & diuinis præferantur humana. [10] † Ecce ꝙ conſtitutiones principum eccleſiaſticis legibus poſtponendæ ſunt ubi autem euangelicis ac canonicis decretis non obuiauerint omni reuerentia dignę habeantur, ita quod clare deciſum eſt de iure diuino & pontificio, imperatores & dños tēporales, per ſuas leges non poſſe uenire contra libertatē eccleſiaſticam, nec aliquid directe, aut indirecte poſſe diſponere in prȩiudiciū eccleſiarū, & clericorū, nec ordinare, immo nō ſolū in ſpūalibus, ſed ēt in alijs eccleſiaſticis tp̄alibus, leges imperatorū non recipiuntur in foro eccleſiaſtico, niſi in ſubſidiū qñ canonica decreta deficiūt, ut s̄. & in c. 1. de noui oper. nuntia. & in c. clerici. de iudi. & in c. ſuper ſpecu. de priui. ſunt iura uulgaria. Nā cui dubiū ꝙ imperatores non potuerūt ꝓuidere, neq; ꝑ ſuas leges diſponere, ut ꝓuiderunt & diſpoſuerunt de tp̄e ordinandorum presbyterorū, & de matrimoniis contrahendis per epiſcopos uel presbyteros, & de multis alijs eccleſiaſticis & ſpiritualibus, cum in his nihil ad eos, ſed ad Chriſti vicarios & ſummos ſacerdotes, quibus a a Deo data eſt poteſtas prouidendi, paſcendi, ligandi, & abſoluendi, ac inter lepram & lepram diſcernendi. Nam licet videtur, in c. plures, & in c. principales, & in c. reatina, & in c. nobis, & quaſi per totum. 63. diſtin. quod in electionibus & prouiſionib. eccleſiarum & prælatorum, imperatores interuenerint hoc erat viſa & attenta tyrannide, & infidelitate imperatorum, vt maius malum euitaretur, ſcilicet ne eccleſia careret paſtore, & incideret in ſchiſma cauſa imperatorum, ita voluit ſentire Stephanus pontifex. in c. noſſe. & text. in c. valentinianus. 63. diſt. ita intellexit Guido in d. cap. [11] reatina. vbi ait quod Leo Papa. IIII. fuit natione Romanus, qui fuit multum timidus & in graue præiuditium eccleſiæ principi ſeculari ſe ſubmiſit, & etiam hoc confirmatur in c. lectis 63. di. vbi ait quod Stephanus natione Romanus plus timuit lapidari, quam Sanctus Stephanus, protomartyr. Hoc videtur ſentire Domini, in præallegatis locis Cardinalis Sancti Sixti de Torquemada. in c. 1. 63. diſtin. dicit quod dabatur locus laicis vt intereſſent in electionibus ſummi pontificis, non quod licitum eſſet, ſed propter pacem, & quietem eccleſiæ, vt ſine ſcandalo celebraretur electio. Item Cardinalis. in c. perlecta. eadem diſt. dicit ꝙ requirebatur conſenſus laicorum ad euitandum ſcandalum illorum qui impedire poſſent electionem. Ita quod imperatores, nec directe nec indirecte per ſuas leges. neque ſtatuta poſſunt, nec ſi catholici ſunt debent, contra libertatem eccleſiarum & ſacerdotū earum diſponere ſeu iudicare, immo doctores volentes aliter ſentire, quam eccleſia ſentit, canones eccleſiæ ſcindere dicuntur, & videntur ſpiritumſanctū blaſphemare, ita beatus Damaſius Papa ſtatuit in c. violatores. 25. q. 1. vbi litera [12] ait. † Violatores canonum voluntarie grauiter a ſanctis patribus iudicantur & a ſpirituſancto, inſtinctu cuius ac dono ditati ſunt, damnantur, quoniam blaphemare ſpiritumſanctum non incongrue videntur, qui contra eoſdem ſacros canones non neceſſitate compulſi, ſed libenter vt præmiſſum. eſt, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte cōſentiunt. Talis, enim præſumptio manifeſte vnum genus eſt blaphemantium ſpiritumſanctū hoc idem in c. nulli fas. eadem cauſa, & q. vbi litera ait. Nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo uel diuinas cōſtitutiones, vel apoſtolicæ ſedis decreta temerare. nam vt ait Beatus Augu. quod tranſlatum eſt in c. hæreticus. 23. q. 3. hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maxime vanę glorię principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur, & etiam Paulus in epiſtola ad Gall. quod trāſlatum eſt in c. hæreſis, eadem cauſa, & q. ait. Quicumque agit, aut aliter ſcripturam intelligit quam ſenſus ſpirituſſancti flagitat, a quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt. Itaque doctores volentes aliter interpretari iura diuina & pontificia quam interpretatū & deciſum eſt per eccleſiam, non videntur ab hęreſi multum diſtare, & multa mala a Deo ſperare, & eccleſia, vt ipſe Deus ait per Ezechielem. xiij. c. qui multa mala comminatur contra interpretantes ſeu loquentes de ſcripturis quam interpretatum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nunquid ad gabellam teneantur vbi eſt facta concordia cum clero non cum prȩlatis.*
2 *Alienatio perpetua expreſſum requirit conſenſum.*
3 *Priuilegium in præiudicium tertij conceſſum qualiter interpretandum.*

Quæſt. V.

Sed redeundo ad propoſitū & ad caſum de quo agitur. Poſito caſu & non cōceſſo, quod concordia cum clero ciuitatis reperiretur facta & non cum epiſcopis ſeu religioſis, nec cum clericis de prouincia & comitatu celebrata, & quod prędicti prælati ac clerici [1] & perſonę eccleſiaſticæ de prouincia & diœceſi & comitatu non ſoluerunt gabellam. † An hodie poſſint & teneantur ſoluere. Et dico quod non, quia non fuerunt in concordia neque in obligatione cum concordia, nec breue fundatum in concordia non exiſtente. cum eis, quo ad eos de nihilo deſeruit, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, vt in capitulo ad hæc in fine. de offic. Archidiacon. & in regula, quod omnes tangit, de regul. iuris libro ſexto & in capitulo primo, de cenſi. eodem libro & in capitulo ſi archiepiſcopis, de tempor. ordinand. & in capitulo licet ergo octaua, quæſtione prima & in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcenda & bene in caſu noſtro facit text. in capitulo ſine exceptione, duodecima, quæſt. ſecunda. vbi litera in caſu de quo agitur, ſ. in communicatione ait. Sine exceptione decernimus, ne quis epiſcopus de rebus eccleſię ſuæ quicquam donare, vel cōmutare, vel vēdere audeāt, niſi forte aliqd. ho

rum faciat, vt meliora prospiciat cum totius cleri tractatu. hoc idem in c.1.& in fi. nouit. & in c.cum apostolica,& quasi per totum.de re.eccle.non alienand. ita quod totus clerus debeat vocari & interuenire in concordia.hoc idem ait tex. in cap.placuit.eadem dist.& iura sunt vulgaria. de hoc satis per Abb.in d.c.non minus.in fi.de immu. eccles. Tum quia clerus ciuitatis non potuit totam religionem & totum clerũ diocesis obligare, nec in hoc seu simili sufficiebat tacitus 2 consensus cleri.†Cum de iure,in alienatione perpetua,& simili casu de quo agitur,requiritur expressus consensus, vt in cap.1.de his quæ fiunt a præla.in c.1.de reb.eccle.non alie.li.6.in d.c.sine exceptione.12.q.2.et bene in casu de quo agitur per doct. in c.contingit. de translat. cum non solum agatur de eorum præiudicio tantum, sed successorum & ecclesiarum,vbi grauius est agendum, vt supra in c.veniens.de transac.Ioan.de Imo tenet expresse in casu de quo agitur, in cle vnica.de immun.eccle.quod qui non concordarunt,non tenentur soluere gabellam. Tum etiam quia papa non videtur in suo breui ligare nisi concordãtes, maxime cum casus expositus pontifici de fraude notoria cessabat in clericis, & religiosis de comitatu, & sic cessante causa cessat effectus, vt in c.cum cessante,de appell.cum clerus diocesis & comitatus,non fuerit in obseruantia breuis, seu concordię,& fa-3 cit text.pro istis clericis.in d.c. contingit. de transla.† Nam semper cum conceditur priuilegium, in præiudicium tertij,debet stricte interpretari,vt in c.pastoralis.de priuileg. & in c.1.& 2.de filijs presby.lib. 6.& in c.cum dilecti.de donat. Secus in odium concedendi,vt in c.olim de verb.signific.& in c.cum dilectis.de consue.& in c.quia circa,de priuile.immo magis est,quod verba priuilegij interpretantur contra significatum vocabuli, vt non lædatur ius tertii.& in c. super eo.de offi.delegat.vide singularem doctrinam Dominici in c.dudum de præben.lib.6.in 3.colum.Nam potest dici quod istud priuilegium, fuit concessum ex libertate papę,cum nisi motu proprio esset concessum non dicitur concessum ex libertate,ita tenet Domin. & alij Doct. in cap. si motu proprio de præbend.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Gabellæ super clero nunquid possint præscribi.*
Spiritualia nunquid sint præscriptibilia, & quanto tempore.
2 *Possessores iure resistente, nunquid ex possessione commodum percipere possint.*
Consuetudo non potest reddere laicos iuris spiritualis capaces.
Laici ex donatione non possunt præscribere spiritualia.
3 *Præscriptio contra priuilegia ecclesiæ quanto tempore durrat.*
Ecclesiæ libertas est impræscriptibilis.
Libertatibus omnia iura fauent.
4 *Bonam fidem in præscriptione quæ causent.*
5 *Consuetudinem vincit veritas.*

Quæst. VI.

1 Sed posito quod breue non teneret,prout videtur. ex supradictis,quod non teneat.†An dominium possit se iuuare & tueri ex eo quod allegant fuisse in possessione leuandi seu percipiendi gabellas a clero, & religiosis de ciuitate,per viginti & triginta annos. In quo breuiter dicendum est quod non. Nam certũ est quod sine possessione non currit præscriptio, vt in c. causam quæ de præscrip.& in regula sine possessione. de regul.iur.lib.6. & nulli dubium quod laici decimas& gabellas clericorum non possunt possidere, quia de similibus sunt incapaces.Nam vt ait Abb.sicu.in d.c.causam quæ.in 1.col.& in c.ad aures.eo. tit. in princip. ꝙ licet aliqua spiritualia possint possideri ex priuilegio papę per laicos, nõ tamen præscribi,& ibi per alios Doctor.Nam vt ait idem Abb.in d.c. causam quæ,de præscript. & in c.querelam.de elec.quod licet fundatores ecclesiarum sint capaces possidendi ius præsentandi seu iuspatronatus, non tamen pp hoc omnes laici sunt capaces iurispatronatus,nec alij quam fundatores,aut dotantes ecclesias seu dantes fundum,seu prędiũ pro ecclesia ędificanda, possunt possidere iuspatronatus,nec contra ecclesiã præscribere iuspat. 2 aut ius præsentandi,vt ibi.†Nam vt ait idem Abb.in c.constitutis.de elec.in 4.col.ꝙ stantes in possessione iure resistente,nullum commodum seu suffragiũ debent habere ex possessione, neque contra ius proprietatis possunt habere effectum restitutorium hoc tenet.Io.And.in cap.cumana.eo.ti. hoc tenet. Io.in c.2 de in inte.re. facit text.& theorica doct. in c.ad decimas de re.spo.lib 6.& in c.1.de præscri.eod.li.Nã vt ait ipse Abb.in c. messana.de elec.in 3.nota. consuetudo non potest reddere laicos capaces iuris spiritualis,maxime, si consuetudo esset contra ius diuinum,etiam si esset cõsuetudo tanti temporis, de cuius initio non staret memoria, vt in c.quanto. & in c.fi.de consue. Nam laici etiam ex donatione non possunt præscribere spiritualia, nec titulus daret bonam fidem,nec causaret præscriptionem,cum error iuris impedit præscriptionem,vt in ca.dudum de deci.& in eo.c. apostolicæ.de dona.& ibi per Abb.& alios doct. facit tex. in l.nunquam.ff.de vsucap. nam vt ait idem Abb.& alii doct.in cap.bonæ, secundo. de postul.prælat.quod exercens aliquod ius ex gratia, non vr̃ acquirere possessionẽ illius iuris,ad hoc quod possit petere restitutionem. Nec casu quo daretur vera possessio in dominio,seu communitate Senen.percipiendi gabellam,quæ indistincte aut simpliciter de iure dari non potest,non curret præscr.minori spacio xl.annorum, vt in c. illud.& in c.de quarta.& in c.ad aures.& quasi per tot.de pręscrip.& in auth.quas actio.C.de sacros.eccl. †Facit text.in c. 3 accedentib.de priuileg.;vbi Abb.ait,quod ꝯ priuilegia ecclesiæ non currit præscriptio minori spacio quam xl. annorũ. vbi Io.de Imo.in recollectis suis ait expresse ꝙ ꝯ libertatem ecclesiæ nulla currit pręscriptio,quia incapaces,ut sup.& ibi p alios doct.facit tex.in d.c.de quarta.de præscr.vbi Ab.in 9. col.ait,ꝙ in similibus & grauiter præiudicialibus, etiam incorporalibus non datur præscriptio, maxime in iure canonico,minor quam xl.ann.immo aliqui doct. ibi voluerunt tenere & affirmare, ꝙ in possessione discontinua, quæ non in omni hora, & die continuatur a possessore, sit necessarium tempus duplicatum.s.lxxx. ann. Nam omnia iura fauent libertatibus, vt in c.cum olim.in §, pe.& in c.ex ore.in §.fi.de priuileg.vnde fauores ampliantur, & odia restringuntur, vt in c.tua.de deci.& in c.fi.de fi.presby.li.6.& in regula odia.de reg.iur.eo.lib.& ff.de lib.& posth.l.cum quidam. Ita ꝙ nullo pacto dominium,seu cõitas poterit se iuuare & tueri ex pręscrip.tum quia incapaces,& sic non possessores, tum quia ex narratis in breui, in quo absoluuntur a censuris ex perceptione gabellæ ab ecclesiasticis personis, de facto videntur esse de iure malæfidei possessores,cum qua de iure canonico nulla currit pręscriptio,vt in c.fin. de præscr.& in regu.2. de reg. 4 iur.lib.6. †Nam certum est ad causandum & tenendum bonam fidem,erat necesse de vigore breuis, auctoritate ordinarii, seu delegati,iuris ordine seruato.s.vocatis quorum interest,vocandis,dominium poneretur in possessione percipiendi gabellas a clero,ut singulariter ait Abb.in c.consultationibus.de iure pat.& sic his non obstantibus, dñium, seu cõitas pp iuris errorem non potuit stare in bona fide, & sic nec præscribere,vt sup. imo pp malam fidem tenetur ad restitutionem,ut in c.grauis. & in c.conquerente.de rest.spo. & in c.dilecti.de priuileg.& ibi per Abb.in 2.col. & iura sunt vulgaria.Nec in istis spiritualibus valet consuetudo, quantumcunque antiqua in præiudicium ecclesiarum, cum non possit testari sine peccato,vt in c.1.& in c.ad nostram.& in c.cũ inter.de consuetu. nam non quod fit,sed quod fieri debet est attendendum,ut in c.cum causam.de elect.Nam quanto antiquior,quia cum peccato, tanto magis reprobãda, & citius de medio tollenda,ut in c.fi.de consuet. & in c.cum in eccle5 siæ.de simo.†Nam veritas pręferenda est consuetudini,ut in c.mala autem consuetudo,& in c.veritatem. & in ca.si consuetudinem.& in c.qui contempta veritate.8.dis.nam ut ait Ant.in c.fi.de consue.& Domi.in c.1.de const.lib.6. quod cõsuetudo quæ repugnat ecclesiis, repugnat fini Dei,& fini publico, quia ius publicum consistit in sacris & sacerdotibus, ut 1.dist.c.ius publicum.& si consuetudo videatur fauere vtilitati publicæ.& repugnat fini Dei,sicut de dandis vsuris,ratione finis Dei,dr̃ irrationabilis,& cum peccato, licet & alio modo sit in fauorem publicæ vtilitatis,non tenet, nec quantumcunque antiqua ualet, ut in locis præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Gabellæ super clero an possint augmentari.*
Licitum quid sit.
2 *Gabellæ nunquid possint subditis per dominum, superiorem recognoscentem imponi.*

Quæst. VII.

Sed posito & non concesso ꝙ rescriptum, seu priuilegium esset ualidum, & teneret, & 1 clerici tenerentur ad solutionem gabellę, †an hodie dominium posset gabellam augmentare. Et dicendum est ꝙ nõ, tum quia non liceret a concordia recedere, presnppo sito ꝙ concordia fuisset,facit tex.in c.2.de reb.eccl.non alie. li.6.in fi.ubi inter alios doct.optime Ancha.ait,ꝙ paria sunt illicite contrahere,uel ex contractu licito ultra debitũ aliquid usurpare. Dr̃ autem licitum, quicquid uenit de natura contractus,uel conuentione legitima.nam idem est censum seu gabellam de nouo imponere, aut impositam augere, ut in cap. prohibemus.de censi.quod fuit in concil.Lateranen. sed certum est, ut probatur & est notorium, ꝙ cõitas, seu dominiũ hodie sine pœna cẽsurarũ,de qb. sup. nõ posset imponere gabellã presby.ergo nec augere, vt ibi,& in c.grauis.& in c.scientes.eo. ti.de cẽsi.facit tex.& ibi per doc.in c.pastoralis.de reb. eccl.non.alie.& in cap.prædia.12.q. 2.& bene in casu de quo 2 agitur per Ab.& Doc.in c.pręterea.1. de trãsa. †Nam cui dubium

bium ꝙ per nouam impositionem, seu statutum de gabella, videatur dominium, seu cõitas grauare ecclesias,& contra earum libertatem venire, & censuras incurrere, vt in c.graue.& in c.nouerit.de sent.excom.& in locis pręalleg.Immo magis graue dicẽdum est, ꝙ aliquis dominus seu aliqua cõitas quę recognoscit imperatorem,seu alium in superiorem, non posset ex se licite nouam gabellam laicis & subditis imponere, aut antiquam augmentare, vt in c.super quibusdã. in.§.præterea. de ver.sig.Et si imponeret ecclesiasticis, contra talem dominum non posset per censuras procedere, & eum excommunicare, vt est tex.in c.innouamus. de censi. & ibi bene per doc. Et sic clare constat & breuiter ꝙ non licet dominio seu communitati,in casu quo licite antiquam gabellam recepisset, hodie eam augmentare.

SVMMARIVM

1 *Laici nunquid teneantur ad restitutionem gabellæ male per eos super clero impositę.*
Gabellæ nunquid super ecclesia licite possint recipi,clericis volentibus.
2 *Compensa quid sit.*
Libertas ita læditur in minimo sicut in maximo.
3 *Restitutio quid proprie importet.*
4 *Facultas concessa commutandi nonnulla iuris diuini, quomodo interpretanda.*
Monialem a castitatis voto, & vt nubat dispensare potest papa.
5 *Intentioni in priuilegijs & rescriptis magis standum quam verbis. Verba intentioni seruire debent non econtra.*

Quæst. VIII.

Sed posito vt supra in proximo articulo dictũ est, ꝙ breue esset validum, ꝙ clerici tenerẽ1 tur soluere gabellam.†An dominium teneatur facere integras compensas,ad hoc quod non dicantur venire contra libertatem ecclesiasticam. In quo dicendum est,ꝙ tenentur facere integram compensam & restitutionem gabellę solutę per ecclesiasticos. Pro cuius fundamento faciunt oĩa iura superius pro libertate ecclesiarum & sacerdotum, seu clericorum allegata, vbi constat ꝙ etiam si clerici vellent, non possent soluere gabellam, nec seculares sine cẽsuris recipere,nec prælati sine lęsione conscientiæ tolerare. Neque papa simpliciter,vt diximus, potest cum secularibus in hoc dispẽsare,prout sanctę memorię Pius secundus,qui vtrunque ius diuinum & pontificiũ, & alia de libertate ecclesiastica non ignorabat, ideo sanctitas sua ne veniret cõtra dictam libertatem, neque clericos ac dominium Seneñ.in censuris,& in dignatione diuina illaquearet, vt satisfaceret vtrique parti, & dñio in obuiando fraudib.in sup.dicta ciuitate sibi a dñio, seu cõitate relatis, credendo pręcessisse cõcordiam, per suũ breue,protestans,nolle venire contra libertatem ecclesiasticam,permisit iuxta concordiam clericis,vt soluerent gabellam, & ne ex solutione gabellę clerici damnum paterẽtur, teneatur cõitas facere recõpensam & restõnem solutionis 2 gabellarum singulis annis, † Ex quibus verbis pontificis expresse & clare apparet esse de eius voluntate,in minimo nolle grauare clerum, neque ecclesiasticas personas. Nã de natura istius vocabuli compensa, licet non quo ad Deum qui cõpensat in infinitum pro finito,sed inter hoĩes idem est,sicut tm̃ dare seu recipere,alias non diceretur propria seu vera compensa,vt in c.constitutis.de reli.do.nam cui dubium, si presbyter soluit, c.libras pro gabella, & non retrahet nisi. 20. quod videatur grauari in libertate, & cõitas seu dñium venire contra libertatem, & in censuris incurrere,prout in locis pręall. facit bene tex.in c.clerici laicos.in §.nos igitur. de immu.eccle.lib.6.vbi excluditur oĩs numerus solutionis tam 20. q̃ centum. Nam licet dicta decretalis sit abrogata per cle.vnica eod.ti.nihilominus ratio & fundamentum decretalis in hoc potest allegari, & locum habet.glo est ordi. in c.nouit.iuxta tex. de iudic. in parte quicunque. & ibi per Innoc.& alios doc. facit tex.in c.eas. ff.de capi.dimi. Nam ita lęditur libertas in minimo sicut in maximo,quod est cõtra intentionem pontificis & eius breuis.Nam vt ait beatus Iaco.in canonica sua.c.2. Quicunque totam legem seruauerit,offendat autem in vno, factus est omnium reus.hoc idẽ si vnus ieiunat pręter unam diem.40.totam fregisse uidetur, 3 ut in c.non liceat.de conse.dist.3.†Pręterea certum est & nõ potest negari,quod fe.re.Pius dicit in breui,ut supra in compensam & restitutionem solutionis gabellarum.ex quo uocabulo restutionem, idem Pius expresse uoluit ꝙ id totum quod soluunt clerici,eis integre restituatur,alias non diceretur uera restitutio solutionis ut in c.cum tu.& in c.tua. & c.consuluit.& quasi per totum.de usur. ubi si prouidetur ut quis restituat usuras, vt intelligatur integras, & iura sũt uulgaria.bene facit tex.in c.pisanis.de rest.spo.quasi in fi.ibi,in parte plene ac libere, ita ꝙ illa est uera restitutio quæ est plena & libera,ut in c.conquerente.eo. tit. 2.qõ.2.quasi per totum. Ita ꝙ ex uerbis & ex intentione pontificis satis constat ꝙ cõmunitas tenebatur compensam ęqualem,& integram restitutionem solutionis gabellę personis ecclesiasticis facere. Quia quandocunque a iure videtur concessa facultas põ4 tifici aliqua quæ sunt de iure diuino commutandi, †intelligitur ꝙ non possit nisi in melius respectu illius actus particularis commutare, vt puta in casu de quo Inno.& alij doc.in c.cum ad monasteriũ.de sta.reg. & Hosti.in summa, in ti.de voto.aiunt,quod si quidem rex Saracenorum vellet cũ suis subditis,si daretur sibi vna monialis in vxorem effici cristianus,quod papa debet sibi propter maius bonum fidei.& totius cristianitatis, & sic propter maius bonum vniuersale,cũ dicta moniali, vt contrahat mr̃imonium,& votum religionis quo ad Deum & fideles in melius commutare.Sed cessãte casu maioris boni,aut vtilitatis vniuersalis,non potest cõtra ius diuinum venire, neque in alium, aut minus bonum commutare.scilicet ꝙ clerici soluant centum,& facere cõmutationem ꝙ recipiant.x.Neque credendum est ꝙ dñium ait, ꝙ Papa vt eis benefaceret vsus est illa liberalitate, cum non dicatur liberalitas de alieno. Nam licet papa videatur dñs & vniuersalis administrator rerum ecclesiasticarum,nõ tamen ita est dñs, vt ista & similia in perpetuum posset ab ecclesia & successoribus alienare, nec abdicare,vt in c. non liceat.12.q.2.& in c.nihil.in fi. de præscrip. & in c.quam periculosum. 7.q. 1.ita ꝙ clare constat,attenta doctrina Pontificis ex eius verbis in Breui,& magis ex intentione,nolle gra5 uare clericos, nec contra libertatem eorumdẽ venire. †Cui intentioni in rescriptis & priuilegijs magis standũ est,quam verbis,vt in d.c.super literis. de rescrip. & in c. super eo.& in c. causamque. de offi. deleg. & in c.ex multiplici. de deci.c. quanto.de priuileg.quia licet verba rescriptorum seu priuilegiorũ ꝯsideranda sint, vt in c. porro. & in c.accepimus. de priuileg.magis autem mens seu intentio principis consideranda est,vt in c.humanę.in princi.22.q.5.quia non sermoni res, sed sermo rei est subiectus,vt in c.intelligentia.de verbo.signi. Nam in c.in his. eo. ti.pontifex ait. Non debemus considerare verba sed voluntatem,cum nõ intentio verbis, sed verba intentioni debeant deseruire. Interpretatur hoc idẽ in c.marchio. 1.q.1.vbi Hierony.ait, nec putemus in verbis scripturarum esse euangelium,sed in sensu, nõ in superficie, sed in medulla, non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Hoc idem ait Augustin. ꝙ translatum est in c. his autem. 22.q.2. Non consideratis rebus ipsis de quibus aliq̃d dicitur,sed sola intentione dicentis.Itaque in breui ex intentione dicentis, scilicet sanctę memorię Pii, satis clare constat dictum Pium nolle venire contra ius diuinum & pontificium, & sic neque contra libertatem ecclesiasticam, neq; in minimo velle grauare clerum, & personas ecclecasticas in solutione gabellę. Et sic voluit vt clerici haberent compensam singulis annis,& integram restitutionem solutionis gabellę per clericos factę immo si bene consideretur breue, & realiter aduertatur, sanctę memorię Pius nihil concedit dominio seu communitati percipiendi gabellam a clero in futurum, sed tantum concordiam narrat, & a censuris pro gabellis perceptis absoluit, ut supra dictum est in q. 1.in fi. Itaque videtur satis constare, quod casu quo Breue teneret & clerici seu ecclesiastice personæ tenerẽtur ad solutionem gabellę, teneantur habere integram compensam, ne de libertate lęsa,tam contra soluentes, quam contra recipientes Deus irascatur. Cui & filio sancto simul paracleto, laus honor virtus & gloria in secula seculorum, Amen.

Io. Lupi Apost. Sedis Prothonot.

IN II. PAR. DE LIBERTATE ECCL.

Ad Reuerend. Patrem D. Franc. S.R.E. S.Eustachii, Diaconum Card. Eccles. Senens.

PRAEFATIO.

Euerendissime domine satis lachrimandum est,vt D. T.Reuerendissima videt, quod quasi omnis status ecclesiasticus vbique locorum lamentatur cum Hieremia, & clamat cum Gregorio,dicens,Domina gentium facta est sub tributo magno,ac sub maxima subiectione & imperio secularium, cum nonnullis secularibus videatur obsequium Deo præstari, dum persequuntur clerum & opprimunt ecclesiasticas

ſticas perſonas, & vt magr̃ noſter ait. Facti ſunt odio omnibus hominibus propter nomen ſuum. Et quia aliquando nō ſunt paſtores, nec ſacerdotes, de quibus ipſe redemptor ait, ſcilicet Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, neceſſe eſt ut frequenter quæſtio iſta de libertate & immunitate, ac de violatione ipſius libertatis, apud doctores ventiletur, ac a pluribus de hoc quæratur. Et cum Reuerendiſſime pater diebus elapſis fuiſſem interrogatus a nonnullis curialibus, an liceret principibus ſeu dominis temporalibus, clericos, aut eccleſiaſticas perſonas in exilium tradere, & de quibuſdam aliis quæſtionibus, quæ ad eccleſiaſticam libertatē, ſpectare vñr, Reſpondi tunc breuiter, quæ mihi in mentem ex tempore venerunt. Nunc autem poſtquam aliquantulũ fuit neceſſe magis in iſta materia cogitare & aliquos libros ratione quæſtionis gabellarum ſeu exactionum, ſupra ſcriptarum, reuoluere, decreui nonnulla ſcribere, ac ſcripta in publicum tradere, licet aliqua in vtroque libello repetantur quia ſecundum diuerſam & ſubiectam materiam hoc non potuit euitari, vna cū dicta queſtione exactionum, vt in occurrentibus videantur, in quibus credo ſatis oſtendiſſe, & ꝓbaſſe non licere principibus, ſeu dominis temporalibus, in ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis ut ipſi forſitam exiſtimant, & præſumunt, omnia ſubiiciens ſedis apoſtolice, & D.T. Reuerendiſſime determinationi, & correctioni.

Secunda pars Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nunquid poſſint in exilium per ſeculares mitti.3.*
2 *Clerici coniungati priuilegio fori eccleſiaſtici gaudent.*
Iudex ſecularis in caſu negligentiæ eccleſiaſtici, nunquid manus in clericos mitere poteſt.
Clerici in quibus cauſis per ſecularem poſſint iudicari.
3 *Sacrilegium committitur per ſeculares clericos proſcribentes.*
4 *Intellectus clemen. 1. de pœnis.*
Laicus detinens clericum in cuſtodia eſt excommunicatus.
5 *Clericus quando curiæ ſeculari tradendus.*

Quæſt. PRIMA.

1 IN primo caſu dicendum eſt quod ſupradicti ſeculares de iure, hoc, ſine crimine ſacrilegii non poſſunt facere, quia certum, regulariter & ordinarie, ſeculares nullam habere iuriſdictionem in perſonas eccleſiaſticas, nec eccleſiaſticos poſſunt aſtringere, aut iudicare. facit tex. in c. 2. de de fo. compe. vbi in concilio Pariſ. ita deciſum eſt hoc idem in c. non placuit. & in c. ſi quis principium. 16. q. 7. facit tex. in c. clericum. & in c. ſilueſter. & in c. nullus iudicum. licet palea & quaſi per tot. 11. q. 1. facit tex. in c. 1. & 2. per tot. 21. q. 5. facit bene text. in cap. bene quidem. in prin. & in fi. & in c. denique. & quaſi per tot. 96. diſ. & in c. ſi quis deinceps. 17. q. 4. facit text. in caſu noſtro in c. cum non ab homine. de iudi. ubi interrogatus Celeſti. 3. an liceret regi vel alicui ſeculari ꝑſonę iudicare clericos cuiuſcūq; ordinis, ſiue in furto, ſiue in homicidio, vel periurio &c. Reſpondit tales, ante depoſitionē, & incorrigibilitatem, iudex ſecularis iudicare ſeu punire non valet, ut ibi text. in fi. poſt depoſitionem & in corrigibilitatem, dat locum ſecularibus, ut tales clericos poſſint corrigere, iudicare, & in exiliū tradere, facit tex. in c. vt famæ. de ſen. exc. vbi prohibetur ſecularibus capere clericos criminoſos, ſine licentia iudicis eccleſiaſtici. hoc idem in c. ſi iudex laicus. de ſen. excom. lib. 6.
2 & iura ſunt vulgaria. † Immo non ſolum clerici coniugati cum vnica & virgine, habitum, & coronam deferentes, in criminalibus priuilegio fori, & etiam canonis gaudēt ut in c. vnico. de cle. coniu. in 6. & ſic probatur aperte quod clericus aliquis non poteſt puniri, nec iudicari a laicis, immo non poteſt reconueniri in criminali, aliquo pacto, coram ſeculari vbi erat actor, vt in cap. qualiter. de iudi. & in c. at ſi clerici. & c. cū non ab homine, de iud. immo quod magis eſt in caſu negligentiæ ipſius eccleſiaſtici, ſecularis contra clericos intromittere ſe non valet, ut in d. c. qualiter, in parte. ibi, quod omnino fieri prohibemus. Nec etiā ſi clericus vellet, iſtud priuilegium poteſt renunciare, & iuriſdictioni ſecularium ſe ſubmittere, vt in c. ſi diligenti. & in c. ſignificaſti. de foro compe. & in c. contingit. de ſenten. excom. Dixi autē generaliter & ordinarie clericus non poteſt iudicari a laicis quia ſpecialiter iudicatur, cauſa feudi. ut in c. verum. & in c. ex tranſmiſſa, de foro competen. licet Archid. in cap. vnico. de cle. coniug. in 6. dicat quod etiam in cauſa feudi non poſſit conueniri coram ſeculati, ꝙ non uidetur in conueniens, hoc Io. And. licet ipſe in concluſione aſſerit ꝙ licet in cauſa feudi poſſit clericus conueniri coram domino feudi, non tamen perſona clerici ratione feudi ab ipſo domino feudi poteſt tangi, ſeu ratione perſonę iudicari. Sed his non obſtā-
3 tibus, oportet veniamus ad particulare. † an clericus poſſint banniri, aut tradi in exilium a ſeculari. Et dico ſine crimine ſacrilegii, & ſine violatione libertatis eccleſiaſticę hoc agere non valet. facit bene tex. vt dixi in c. cum non ab homine de iudi. vbi in fi. poſt quā clericus eſt depoſitus, & incorrigibilis, datur ab eccleſia facultas iudici ſeculari, vt talem clericum poſſit bannire, aut in exilium tradere, facit text. in caſu noſtro in c. 2. de cle. excom. miniſ. vbi prouidetur in concilio Antiocheno quod ſi epiſcopus clericum corrigere nō valet, regis iudicio, ad requiſitionem eccleſiæ, exilio damnetur, ita quod ante requiſitionem ſeu remiſſionem, aut eccleſiæ & iuris canonici permiſſionem, iudex ſecularis non poteſt clericum bannire, aut in exilium tradere facit bene tex. in terminis, in c. olim. de iniur. vbi Hono. 3. condemnat & cōdemnare facit communitatem Flore. quia banniuit epiſcopum Feſulanum cōtra Deum & eccleſiaſticā libertatē &c. ita quod videtur hoc laicis prohibitum, & venire contra libertatem eccleſiaſticam dum ſimilia faciūt, & ſic ſacrilegiū incurrunt, vt in locis prealle. & in c. conqueſtus. de fo. compe. & hodie prouiſum eſt, quod ſeculares iſta faciendo, ipſo
4 iure ſunt excommunicati, ut in clem. 1. de pactis. † Nec obſtat ſi aliquis vellet ſentire, quod illa clemen. loquitur tantum in prælatis, nam Abb. in d. c. olim de iniur. in ſummario intellexit. quod habeat locum in omnibus clericis, cum ſecularis poteſtas quæ clericum banniuit, condemnari debet per iudicem eccleſiaſticum, & dicit hodie adde pœnam in clemen. 1. de pœ. Hoc ſentiunt alii doct. in prędicto. ca. olim quia licet ſit verum quod aliæ pœne contentæ in clem. non habeant locum niſi in epiſcopis, cui dubium ꝙ ſacrilegium ſeu excommunicatio non habebit locum indiſtincte contra ſeculares tradentes in exilium eccleſiaſticos, gaudentes priuilegio clericali, ſcilicet canonis, & fori in criminali. Nā quis dubitat exilium eſſe pœnam a iure, vt locis preallega. quā ſeculares nō poſſunt imponere, nec iudicere ſine crimine ſacrilegii, & cēſurarū, nā ſine lęſione corporali facta clerico, laicus incurrit excōmunicationem, cum exercet in clericum quod de iure exercere non ualet, vt in cap. nuper. de ſen. excom. vbi laicus detinens clericum in cuſtodia publica, vel priuata, excommunicationem incurrit, cum ait Innocen. & Hoſt. ibi, magis iniuria in clerico attenditur, quam
5 læſio. ut in c. contingit. in eodem tit. † Sed dixi ordinarię & naturaliter ſeculares non poſſunt clericos aſtringere, condēnare, neque bannire, aut in exilium tradere, niſi poſt depoſitinem & incorrigibilitatem, aut remiſſionem eccleſiæ ad ſecularem, factam. Reſtat videre an & quando clericus tradatur a iure vel ab homine, curię ſeu iuriſdictioni ſeculari, vt poſſit clericum punire, & condēnare, bannire, aut in exilium ſine ſacrilegio & cenſurarum pœna tradere. Et quia quæſtio grauis eſt & periculoſa, in qua prima fronte iura diuerſa, ſeu varia & doc. ſatis varii, neceſſe eſt videre fundamentaliter de priuilegio fori & canonis, ad hoc quod ſecularis nullo pacto ſine cenſura contra tales procedere poſſit, & an & quando clericus cenſeatur de iure perdere priuilegiū, clericale &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione qui comprehendantur.*
2 *Clerici in minoribus, nunquid debeant gaudere præuilegiis clericorum.*
3 *Clericus ſine inſigniis clericorum an gaudere debeat præuilegijs eorum.*

Quæſt. II.

1 Pro cuius declaratione primo videndum eſt, † an appellatione clericorum quicunque clerici comprehendantur, ad hoc quod gaudeant, & gaudere debeant præuilegio clericali, ſcilicet fori & canonis. Et doctores dicūt, quod appellatione clericorum comprehenduntur tā conſtituti in minoribus, quam conſtituti in ſacris, vt in c. cū non ab homine. de iudic. vbi vr̃ prouiſum quo ad priuilegiū clericale ꝙ appellatione clericorum, quod ēt oēs conſtituti in minoribus ordinibus comprehendantur, facit text. in c. 2. & quaſi per totum. de fo. compet. Pro iſta opinione facit tex. in c. vnico. de cle. cōiu. in 6. vbi prouiſum eſt, ꝙ clericus cōiugatus cum vnica & virgine, ſi tonſuram & veſtes clericales deferat, gaudeat priuilegio canonis & fori in criminalibus, facit fundamentum in d. c. 2. de fo. compe. ꝙ fuit conciliale. facit tex. in c. nemo. & in c. clericum. & in c. continua.
2 & quaſi per tot. 11. q. 1. † Ex quibus ſupradictis videntur doc. aſſerere, ꝙ appellatione clericorum comprehendantur oēs clerici etiam in minoribus, quo ad priuilegium prædictum clericale, nam quo ad alia comprehenduntur ſm̃ ſubiectam materiam, vt in c. cum tibi. de verb. ſig. & in cle. qm̃. de vi. & hon. cle. Sed licet videantur doct. aſſentire, quod appellatione

ne clericorum quo ad dictum priuilegium clericale, comprehendantur omnes clerici etiam in minoribus, tamen volunt ſentire ꝙ aliter, & aliter gaudent, & etiam perdunt ꝑuilegium clericale. Inno. in c. 1. de apoſta. facit dr̃iam inter clericos conſtitutos in ſacris. & conſtitutos in minoribus, vbi poſt alias opiniones dicit. Si clericus in minoribus facit ordini contrarium, vt quia accepit ſecundam vxorem, aut primam corruptam, vel fecit ſe militem & ſæuia exercuit, tūc priuatur priuilegio clericali, vt 74. di. ſi quis clericus, ſed ſi non fecit contrarium ordini clericali, vt quia contraxit cum virgine, nec fecit ſe militem, ſęuia nō exercuit. poteſt viuere clericaliter, & priuilegio clericali gaudere, vt in c.
3 ſeriatim. & in c. eos 22. diſt. † Si autem viuat ſeculariter tenēdo tabernam, vel dimittendo tonſuram, tunc ante monitionem gaudebit priuilegio canonis, ſed poſt monitionem nullo priuilegio gaudebit. Hoſti. in d. c. de apoſtaticis. & in c. perpendimus. & in c. cum non ab hoīe. de ſen. excom. quaſi videtur ſequi theoricam Inno. licet in d. c. 1. de apoſta. videatur tenere quod clericus cōtrahens cum corrupta, gaudeat priuilegio canonis, cum non ſit in ꝑtāte ſua tale priuilegiū renunciare, vt in c. ſi diligenti. de fo. compe. & in c. contingit. de ſent. excō. Io. and. in d. c. perpendimus. recitat Inno. & ſequitur eum, & dicit, ꝙ ſi clericus dimiſſo habitu intret bellum, perdit priuilegium canonis, non fori, nec poteſt conuēniri coram ſeculari, & ſi clericus non dimittit habitum, licet faciat ſeu committat ſęuia & grauia, non perdit priuilegium clericare.

SVMMARIVM.

1 *Differentia quæ ſit inter clericos in minoribus, & clericos in maioribus, quoad priuilegia.*

Quæſt. III.

1 Antonius de But. † facit maximam differentiam & diſtictionem inter clericos in minoribus, & in ſacris, quo ad perditionem priuilegii clericalis. Nam. in d. c. 1. de apoſta. quaſi in fin. dicit poſt multa, quod ad hoc quod conſtitutus in minoribus perdat priuilegium clericale, requiruntur quatuor. Primum, quod non incedat in habitu & tonſura, ſed vt laicus. Secundo, ꝙ ingerat ſe enormibus. Tertio, quod in illis ſe frequenter Quarto, quod in illis deprehendatur, & quod ad hoc ut conſtitutus in ſacris perdat priuilegium clericale dicit, requirūtur ſex, ſcilicet iſta quatuor, & quintum quod ſit monitus. Sextum, quod poſt monitionem ſit incorrigibilis. Abb. ſicu. in c. cum non ab homine. & in c. at ſi cleri. de iudi. & in d. c. 1. de apoſt. & in c. perpendimus. de ſen. excom. vt ipſe recolligit totā iſtā materiam, videtur ſentire, quod licet opinio Anto. poſſet ſtare in priuilegio canonis, non autem in priuilegio fori, cum omnes clerici de iure, quo ad forum, ante degradationem gaudent priuilegio clericali, & ſic aſſerit etiā poſt prędicta quatuor, & ſex, quod clerici non poſſunt nec debent ante degradationem iudicari a ſecularib. ut in dicto cap. cum non ab homine. de iud. & in cap. ſi iudex laicus. de ſen. excomm. li. 6. Io. de Imo. in ca. ex literis. de vita, & hone. cle. facit vnam grauem differentiam inter clericos in minoribus, & conſtitutos in ſacris quo ad priuilegium clericale, ſcilicet ſi clerici in minoribus committant aliquod homicidium aut mutilationem, & ex ſanguine incurrant irregulatem, quod tales clerici nullo gaudent priuilegio cler. Quam opinio. quaſi nullus doctorum. ſequitur, nec approbat cum dictum. ca. cum non ab homine, & alia. ſupra dicta iura, videntur expreſſe facere in contrarium. & ſic quaſi omnes docto. uidentur paruam differentiam facere quo ad priuilegiū clericale inter clericos in minoribus, & cōſtitutos in ſacris. licet omnes doct. in iſta materia videantur in multis inter ſe ſentire contra, & ut dixi a principio etiam uideantur iura diuerſa & prouiſiones contrarię. Et ſine dubio in ſimili materia eſſet per doct. aut ſummos pontifices in his quæ dubia aut diuerſa, ſeu contra. videntur, danda vera, & clara determinatio, cum agatur de re graui & grauiſſima, & plures, ex iſta quæſtione, quia non clare, ſeu eſt aperte deciſa, oriūtur inter eccleſiaſticos iudices, & ſeculares diſſenſiones, & ſcandala, quę ſemper ſunt euitanda, vt in cap. dilecto. de ſen. excommu. lib. 6. vbi litera ait, quod hi duo glagii conſueuerūt exigente neceſſitate ſibi adinuicem ſuffragari, & iuuamen alterius ſubuenire mutuo frequentius exerciti. Sed ꝓ clariori demonſtratione in præſenti queſtione, ſalua correctione, & determinatione maiorum, poſſent omnia iura concordari, & aliquantulum opinio Imo. licet videatur nimis rigoroſa, poſſet ſub aliqua diſtinctione ſuſtētari. Pro cuius declaratione eſt prēmittendum. quæ in eccleſia Dei ſunt perſonę eccleſiaſticę. priuilegio clericali gaudentes

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ eccleſiaſticæ priuilegio clericali gaudentes quę ſint.*
2 *Clericus in minoribus, contrahens cum corrupta, cadit a ſuo priuilegio.*
3 *Clericus dimittens coronam, & poſt delictum reaſſumens, nunquid clericali gaudeat priulegio.*

Quæſt. IIII.

Sunt autem clerici diuerſi ordinis & religionis q gaudent priuilegio eccleſiaſtico, &
1 clericali. Itē ſunt ꝑſonę eccleſiaſticę in nullo ordine clericali conſtitutę, q̄ gaudent priuilegio eccleſiaſtico & clericali, vt conuerſi, pœnitentes, templarii & hoſpitalarii, vt 17. q. 1. vt lex. & 11. q. 2. aliud. & 19. clericus de prima corona, dicitur clericus in minoribus. dicitur in ſacris ſubdiaconus, presbyter, inter quos credo, ſalua correctione, ſeu determinatione maiorum, quo ad priuilegium clericale, & alia de iure ſit maxima differentia. Sunt autem clerici de prima tonſura, & in minoribus coniugati, & iſti vt dixi ſi contraxerunt cum vnica & virgine, & coronam, & habitum clericalem deferant. in duobus, ſcilicet canonis & fori in criminali, gaudent pri-
2 uilegio clericali, ut in d. c. unico. de cle. coniug. in 6. † tamen ſi habitum clericalem & tonſuram non deferunt, aut contraxerunt cum corrupta, ſeu ſecunda vice, ipſo iure priuantur omni priuilegio clericali, ut in cap. vnico. de biga. lib. 6. Et ſic non poteſt ſuſtentari opi. Hoſti. contra Inn. quod etiā bigamus gaudet priuilegio canonis, niſi ut ſupra dixi, factus eſſet religioſus, quoniam licet non poſſet promoueri, tanq̄ eccleſiaſtica perſona, gauderet priuilegio clericali. Aut eſt clericus de prima tonſura tantum, & dico quod iſte talis ſi dimiſſo habitu, & tonſura homicidium aut multilationē, committat, ſeu ex cauſa ſanguinis, vt iudex, vel alias factus eſt irregularis, quod incontinenti eſt priuatus omni priuilegio clericali, vt in cap. ex parte. 3. de priuileg. & in cap. 1. de apoſta. vbi videtur prouiſum per Alexan. 3. vt ſi clerici relicto habitu & ordine clericali, in apoſtaſia tanquam laici cōuerſantur, ſi in criminibus comprehenſi teneantur, per cenſuram eccleſiaſticam non poterit liberari, ita quod apparet ex iſta decretali, quod clerici tantum de prima corona, ante monitionem in iſto caſu priuantur omni priuilegio clericali, licet gloſa velit dicere quod retineat priuilegium canonis, quod eſt impoſsibile de iure, nec iſta gloſa nec ibi opi. multorum docto. eam ſequnētium poſſet ſtare, ſcilicet ꝙ clericus non liberetur per cenſuram eccleſiaſticam, nec per iudicem eccleſiaſticum. Et ſecularis eum capiens, ſeu puniens non euitet cenſuras, nam tex. eſt in cōtrarium & etiā
3 glo. in d. c. ex parte. de priuileg. † vbi alias clerici qui dimiſerunt coronam, & habitum clericalem, & poſt delictum reaſſumebant, papa declarat nullo gaudere priuilegio clericali, hoc idem voluit determinare tex. in d. c. 1. de apoſta. nam alias ſequeretur maximum inconueniens, & contra alia iura diſponentia in contrarium, nam ſi talis clericus non reperitur per eccleſiaſticum, & ſecularis non poſſet eum detinere nec punire, remanet delictum impunitum, quod iura hic abhorrent, vt in c. vt famę. de ſen. excō. nam cui dubium vbi clericus gaudet priuilegio clericali, niſi quod datur facultas iudici eccleſiaſtico clericum repetēti, vt in c. ſi iudex laicus. de ſen. excom. lib. 6. vbi ait Io. and. in nouella. quod immo inuito clerico iudex eccleſiaſticus tenetur eum repetere hoc tenet Inno. in d. c. vt famę. facit tex. in d. c. ſi diligenti. de fo. compe. & in c. placuit. & in. c. in ſolita. 11. q. 1. vbi ſi clericus in criminali, ſeu ciuili trahatur ſponte coram ſeculari debet per eccleſiaſticum ad ſuum iudicium reuocari, & puniri, quia conſenſit in iudicem ſecularem. ita quod eſt neceſſe vt iura iuribus concordentur, facere differētiam inter clericos coniugatos, vt ſupra & inter clericos tantum de prima tonſura ſeu ꝯſtitutos in minorib. & cōſtitutos in ſacris.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in prima corona in quibus, & quando gaudeat clericali priuilegio.*
Officia qualia in ordinibus clericorum aſſignentur.
2 *Clericatus primæ tonſurę an dicendus ordo.*
Tonſura eſt ordinum ianua.
3 *Ordinum in eccleſia gradus & nomina.*
4 *Orda quibus modis capiatur.*
5 *Iudex ſecularis nunquid habeat iuriſdictionem in clericum apoſtatam.*
6 *Clericus, inſignia clericatus deferens, an habendus pro degradato a iure.*
7 *Intellectus. c. clerici. de vita & honeſt. cle.*
8 *Ordinis dignitas in conſtitutis in ſacris intelligitur.*
9 *Clericus male viuens priuſquam e priuilegio ſuo excidat, an monendus & qualiter.*

Quęſt. V.

1 Videlicet † ꝙ ſi clericus de prima tonſura tm̄, non beneficiatus, dimiſſo habitu clericali & tonſura, non a caſu, aut ad aliquid inconueniens euitandum, vt in cle. 2. de ui. ho. & cle. Sed vt ait Inn. factus eſt miles, aut alia negocia aſſumpſit, ſeu officium contrarium clericatui, quod iſte talis ſine alia monitione, vt merus laicus priuatur omni priuilegio clericali, & poteſt capi, & puniri ſine metu excōicationis a iudice ſeculari, vt in d. c. ex parte.

de

de priui. & in d.c.1. de apost. Nam licet ex tex. & in c. cum contingat. de ęta. & qual. videatur presupponēdū quod in prima corona conferatur ordo, s̄m omnia iura in isto casu loquentia, prima corona sine alijs minoribus non est, nec dicitur proprie ordo clericalis. Nam clericus tm̄ de prima corona, nullum in ecclesia Dei habet exercitium seu officium deputatum, sicut oēs alij in minoribus, alis ordinibus constituti, vt in c. acolythus cū aliis quatuor seq. 23. distin. Nā ibi in d.c. acolythus. concilium Carthagineñ. disposuit vt acolythus cum ordinatur ab episcopo, quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat, & ab Archi. accipiat ceroferariū cum cereo, & etiam accipiat vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi in c. exorcista. datur sibi onus imponendi manum super baptizato in c. lector. datē sibi liber vt sit recitatur verbi Dei. in c. ostiarius. dantur sibi claues rerum sacrarum. Clerico autem de prima tonsura nullum officium, aut exercitium in ecclesia Dei a

2 iure sibi datur. †Ideo non potest proprie dici ordo. Ita tenet magister sn̄iarum in 4. distin. vbi postquam noīauit septem ordines supradictos, ait. Corona signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerij diuini. ita tenet expresse ꝙ nō sit ordo corona, beat. Tho. in summa. 3. par. q. 36. artic. 2. Pro cuius fundamento allat supradictam rationem, tenet hoc expræsse ꝙ non sit ordo, in eadem. 3. parte. q. 40. arti. 2. Pro cuius corroboratione ait, ꝙ corona habet vlterius aliquod spāle, quod ei rn̄det, sicut signatum signo, sed hęc non est aliqua spālis ptās, & ideo in corona non imprimitur character, nec est ordo &c. & sic Hierony. scribēs ad suum leuitam vt translatum est in c. duo sunt. 11. q. 1. videtur præsupponere, quod corona in capite ab instōne ecclesię fuit, vt sit signū clericatus. Ita videtur ꝙ corona sit ianua ordinum, & ostendat clericum, & intentionem recipientis coronam, esse clericandi, licet ipsa per se proprie non contineat ordinem, nec exercitium ordinis, vt supra hoc probat tex. in c. 1. 25. dist. vbi sanctus Isido. scrib. ad Ludifredum, officium epī, & ceterorum in ecclesia Dei, ponit. s. ostiarium, exorcistam, acolythum, lectorem subdiaconum, diaconum, & presbyterum, & episcopum. Inter quos non ponit clericum de prima corona, vt dixi, quia nullum habet in ecclesia Dei a iure exercitium. facit bene tex. ad hoc ꝙ non dicat proprie ordo prima tonsura, in c. cleros. in prin. 21. dist. vbi lr̄a ait, Generaliter clerici nuncupantur omnes q in ecclesia Christi deseruiunt.

3 †quorum gradus & nomina sunt hęc. Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, Diaconus, presbiter, episcopus, & sic inter istos non numeratur clericus tm̄ de prima corona, cum nullum exercitium a iure in ecclesia Christi censeatur hr̄e, neque proprie ratione ordinis dicatur clericus, sed tm̄ videatur habere signum clericatus, & profiteri velle ad clericatū, & ad ordines per coronā venire. Pro ista opi. facit tex. in c. degradatio. de pæn. lib. 6. ibi, raditur caput illius seu tondetur, ne tonsuræ seu clericatus vestigium remaneat, ita ꝙ corona vr̄ vestigium clericatus. i. signum clericatus, ita dicit Io. and. in d.c. degradatio. fac. pro ista opin. tex. in §. ne vero. 11. q. 1. vbi litera ponit expresse qui proprie appellatione clericorum cōprehendantur, inter quos non ponitur clericus de prima corona tm̄, ita quod multi sancti patres vr̄ tenere, quod prima corona non sit ordo, & etiam omnes sancti doc. hoc vt supra affirmāt, & vt ait tex. 21. dist. in summa, & glo. quantum ad sacram scripturam exponendam præualet sanctorum autoritas, quātum autem ad causas diffiniendas præualet autoritas Romanorum pontificū. Sed hic quod non sit ordo, fuit autoritas multorum sanctorum, & multorum pontificum. licet solus Innocem. quartus, in d.c. cum cōtingat. de æta. & quali. voluit dicere quod prima tonsura sit ordo, quod vt possit saluari, debet intelligi s̄m alios pontifices & doctores sanctos. Ita clare constat ꝙ clericus de prima corona non dicatur constitutus in aliquo ordine proprie, in quo imprimat character, sed potest dici sic in ordine clericali, scilicet in statu seu professione clericali, & sic debet intelligi. c. 1. de aposta. vbi ordine dimisso, scilicet ordine pro religione clericali. Nam vt dixi largo modo assumitur ordo in clerico de prima tonsura, pro alio quā pro vero ordine clericali, vt in aliis multis assumitur s̄m subiectam materiam, vt in c. cum ordinem. de rescript. & in c.

4 constōnem. de reg. iur. in 6. & in cle. eos. de reg. †ubi assumit ordo pro religione, immo inter seculares datur, & dicitur de iure ordo, vt in c. si quis deinceps. 17. q. 4. vbi litera inter alia dicit, cuiuscunque ordinis laicorum, quod debet intelligi. s. ordinis. i. status seu professionis laicorum, & sic non videtur inconueniens, quod tales constituti tm̄ in prima corona, & etiam in minoribus, qui non compelluntur viuere clericaliter, sed pn̄t contrahere matrimonium & uiuere laicaliter, faciliter perdant priuilegium clericale, sicut nouitij stantes in religione, qui vt dixi intra annum probationis. licet meri seculares gaudent priuilegio ecclesiastico & clericali; & deposito habitu religionis, ad habitum suum redeuntes; tāquam meri laici, nulla monitione pręmissa, facti sunt de iurisdictione seculari. Quod idem est, & eadem ratio militat in clerico in minoribus, & maxime in clerico de prima tonsura tm̄, qui si ex deliberatione, & non a casu coronam & habitum clericalem dimittit, qa uidetur ut dixi profiteri, nolle stare, neque ascendere ad uerum clericatum. ut laicus remanet, perdito omni priuilegio clericali sub iurisdictione seculari, vt in d.c.1. de aposta. & in d.c. ex parte de priui. quasi hoc videtur sentire Io. and. in nouel. in d.c. vnico. de cle. con-

5 iug. in 6. †Nam alias, si aliquis vellet tenere opinio, glo. d.c. 1. de aposta. & doctorum illam sequentium, quod iudex secularis non habeat iurisdictionem in clericum apostatam homicidam, vt in d. c. 1. solum propter detentionem iudex secularis incurreret censuras & excomunicationem, ut in d.c. nup. de sen. excom. & tunc iudex ecclesiasticus, de iure tenetur, etiam inuito clerico facere repetitionem, ut in c. si iudex laicus. de sen. excom. lib. 6. qui multum facit pro ista opinione, licet doctores aliqui allegent pro parte contraria. Nam ibi dicit litera, si clericus delinquens est talis qui debeat gaudere priuilegio clericali, quod tunc habet locum repetitio. ergo ecce litera quæ præsupponit ꝙ sunt aliqui clerici qui non gaudent priuilegio clericali, neque debent repeti per ecclesiasticum, etiam si detineantur apud secularē. Nam hoc non potest intelligi de clericis in sacris cōstitutis, qui ante degradationē realē, uel fictam a iure, vel ab hoīe, quæ fit contra absentem, gaudent priuilegio clericali, vt in d.c. cum non ab hoīe. de iudi. & in c. nouimus. de uerb. signi. neque potest intelligi de clericis in minoribus, deferentib. habitum & tonsuram, quia tales gaudent priuilegio clericali, ut in d.c. cum non ab hoīe. & in d. c. 2. de fo. compe. & in locis p̄alle. neque proprie habet locum in clerico bigamo, ut refert glo. in d.c. si iudex laicus. nam bigami non proprie appellantur clerici, ut in d.c. unico. de biga. in 6. ergo est necesse ꝙ litera intelligatur de clericis in minoribus, maxime de prima corona tantum, coronam neque habitum clericalem deferentibus in quibus de iure nulla est necessaria degradatio, quia dum coronam & habitum clericalem ex deliberatione dimittūt, & negotiis secularibus se immiscent.

6 †a iure habentur pro degradatis, vt in d. c. ex parte. de priuileg. & in c. Ioan. de cle. coniug. Nam ita loquitur. c. degradatio. de pęn. in 6. in constitutis in minoribus deferentibus habitum & tonsuram. Nam licet priuilegium clericorum in minoribus ad alia se extendat, quam priuilegium coniugatorum, nihilominus eorum priuilegiū seu prærogatiua consistit sicut in coniugatis in delatione habitus & tonsurę. Cū vt dixi nec coniugati neque non coniugati constituti in minoribus, si non sunt beneficiati, aut nolunt retinere beneficium, non compelluntur uiuere clericaliter, sed ad sui libitum, habitum & tonsuram pn̄t dimittere, & cum his per cōsequens priuilegium clericale renunciare, ut in d. c. unico. de cle. coniug. & in d.c. Ioan. & in c. si qui uero. & in c. feriatim. & in c. lectores. 32. dis. facit tex. iuxta glo. in c. tuę. de apostа. ubi clerici apostate uelint nolint compellūtur in habitu & corona, & alijs uiuere clericaliter, ubi glo. & doc. intelligunt hoc esse uerum in consttutis in sacris, qui licet velint non posunt relinquere ordinem neque habitum clericalē, vt in c. decernimus 27. dis. & in c. 1. qui cle. vel uouen. & in locis pręalleg. neque obstat. c. clericus. in 1. & 2. de ui. & ho. cle. vbi prohibetur ne clericus nutriat comam aut barbam. Nā intelligunr in constitutis in sacris, aut in beneficiatis, seu in minoribus volētibus in ecclesia Dei in officijs suis ministra-

7 re. Ita videtur prouisum in c. non licet 23. dist. †ita intelligitur. c. clerici. in 2. de ui. & ho. cle. quia præsupponit in litera, ibi, quod coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officiis ecclesiasticis, & alijs bonis studijs exerceant diligenter, ita ꝙ præsupponitur quod loquatur de in sacris, aut in minoribus beneficiatis, qui in ecclesia Christi debent sua officia exercere. Neque obstat. c. eos. 10. q. 3. vbi clerici prohibentur habitum clericalem & coronam dimittere. nam Inno. asserit ꝙ de necessitate habet locum in constitutis in sacris. neque obs. quo ad priuilegium clericale. cap. 1. & 2. & quasi per tot. de fo. cōpe. neque. c. venio. §. clericum. & quasi per tot. 11. q. 1. vbi vt dixi a principio, prouisum est, quod clerici nullo modo sint cōueniendi coram iudice seculari, qđ debet intelligi de clericis in minoribus, de ferentibus habitum, & tonsuram, aut de constitutis in sacris, qui non ita de facili, neque est, vt in aliis in sua ptāte habitum & coronā dimittere, neque priuilegium clericale renunciare, vt in c. si diligenti. & in c. significasti. de fo. comp. & in c. contingit. de sen. excō. & in istis habet locum. c. si vero. cl. 2. de sen. excō. Nec obst. c. ex literis. de ui. & ho. cle. nam etiam loquitur in constitutis in sacris, & loquitur in alio quam in priuilegio fori

fori & canonis, non ob. auc. presbyteros. C. de epis. & cle. qa loquitur in alio quam priuilegio fori & canonis, neque obstat. c. vnico de vita & hone. cle. lib. 6 vbi. si clerici ioculatores, aut buffones stant per annum in illo exercitio, aut sunt ter moniti ante annum quod ipso iure perdunt priuilegiū

8 clericale. †Nam Ioan. and. ibi, in nouella vult sentire, quod loquatur in constitutis in sacris. & allegat. c. cum decorem. de ui. & hon. cle. hoc probat litera in d.c. vnico. ibi, in princ. in parte, qui clericalis ordinis dignitati &c. Dignitas ordinis intelligitur in constitutis in sacris, vt in c. denique. 4. dist. sed ego credo ꝙ tex in d. c. vnico. de ui. & ho. cle. magis proprie loquatur in constitutis in minoribus, deferentibus habitum, & tonsuram in quorum opprobrium clerici tales, similia exercent, & si post annum, vel ante, per trinam monitionem perdunt priuilegium clericale, & iudices ecclesiastici pn̄t istos tales, vt non deferant habitum, neque coronam, ex cōicare, vt in d.c. vnico. de biga. in 6. ꝙ secus esset in constituris in sacris, qui ante degradationem etiā post delictum, licet graue, conpellnntur viuere clericaliter, vt in d.c. tuę. de aposta. & in cap. 1. qui cle. vel vouen. & iura sunt vulg. Neque obs. cle. 1. de ui. & hon. cle. & alia multa iura, vbi requiritur trina monitio. Nam licet glo. vadat variādo de necessitate, p̄dicta iura sunt intelligenda vt in tellexit do. Zaba. ibi, in d. cle. in 2. col. in clericis constitutis in minoribus, coniugatis, seu non coniugatis, vt. supra dixi, deferentibus tonsuram & habitum cleriealem, exercentibus tabernam, & macellum & similia, quæ repugnant statui clericali, & volentibus gaudere in suis exercitiis & aliis, cum in similibus semper occurrunt lites & alia omni die & hora in præ-

9 iudicium præuilegij clericalis. † Ideo iuste prouisum est attento quod etiam si male faciant prohibita a iura similia exercendo, non vr̄ grauiter delinquere neque incurrere perpetuam inhabilitatem, seu irregularitatem, ideo ter moneantur antequā perdant priuilegium clericale. Nam alias si ista trina monitio habuisset locū in homicida, seu ex sanguine irregulari, satis esset mirandum de quo vel quando deseruiret dicta trina monitio, cum talis homicida ante aliquam monitionem esset de iure incarcerandus, aut acrius puniendus, vt latius dicā in articulo de constitutis in sacris. Et etiā prædicta iura pn̄t habere locum, vt de proximo dixi, in clericis coniugatis, aut non coniugatis deferentibus habitum & tonsuram, qui ante monitionem si deprædhendantur in homicidio, vel simili, p ro illa prima vice gaudent priuilegio fori & canonis, vt in d.c. cum non ab homine. de iudi. & in d.c. si iudex laicus. & in locis pręalleg.

SVMMARIVM.

1 *Papa an & quando dispenset contra apostolum.*

2 *Coniugatus qui caret spe redeundi ad clericatum, an gaudeat clericorum priuilegio.*

3 *Bigami nunquid possint dispensari per Papam, vt promoueantur in sacris. Impossibilia de iure dicuntur quæ in sola Principis voluntate consistunt.*

Quæst. VI.

1 Licet in posterum salua determinatione maiorū † credo de iure ꝙ tales facti ex causa sanguinis irregulares & bigami nullo gaudeāt priuilegio clericali, cum post irregularitatem nulla est spes quod possint de iure promoueri in sacris, neque in ecclesia Christi in officio suo, seu exercitio amplius ministrare, cuius causa & prætextu ante irregularitatē, gaudebant priuilegio clericali, & sic cessante causa, cessat effectus, vt in c. cum cessante de appel. & sic ne immerito, si opi. Imo. teneatur vt vera, & tanquam talis possit, licet sub alia distinctione, sustentari, vt irregulares ex cā sanguinis, vt inhabiles ad sacerdotium, clericatum, tanquā remanentes sine spe ascendendi ad presbyteratū, & sacerdotium, vt dixi, sicut bigami nullo gaudeant priuilegio clericali, vt in d.c. vnico. de biga. in 6. facit pro ista opi. tex. in c. maritum 23. dist. vbi sanctus Grego. ęquiparat quo ad inhabilitatem bigamiam & irrgularitatem. Facit glo. iuxta tex. in c.

2 Ioan. de cle. coniug. vbi glo. ait † ꝙ coniugatus qui caret spe redundi ad clericatum, nullo gaudet priuilegio clericali, qđ debet intelligi, vt dixi in bigamis, aut ex sanguinis irregularitate, cum quibus, vt promoueantur in sacris papa non consueuit dispensare. Neque obstat, si aliquis diceret, quod magis sit spes de dispensatione cum irregulari, quam cum bigamo, quia s̄m aliquos cū bigamo, vt promoueatur ad sacros, papa non potest dispensare, quia prohibitio, ne bigamus promoueat facta est per Apost. & non de irregulari, vt in c. sup eo. de biga. & in cap. cognoscamus. & in c. si quis viduam. & qua per tot. 34. dist. vbi videtur in bigamo facta prohibitio per Apost. Sed hoc non obstante, de iure ita papa potest dispēsare cum bigmo, vt promoueatur in sacris, scilicet in subdiaconatu, sicut cum irregulari, vt in c. lector 34. dist. Nam papa potest dispensare contra Apost. qn̄ loquitur ex se, & nō ut Euangelista, interpretatiue, & ex reuelatione diuina, vt in. c. pręsbyter. 72. dist. vbi concilium dispensat contra Aposto. & in d.c. sup eo. de biga. & in alijs locis. Sed sedes apostolica non dēt nec consueuit dispesare, ut bigami promoueantur in sacris, neque ex causa sanguinis irregularis, vt in d. c. super eo. de biga. & in c. non consistat. 1. dist. & in c. sicut di-

3 gnum. de homi. & in c. 1. de cōse. dist. 1. & in c. 2. 23. q. 8. †vbi iura & docto. dn̄t. in istis papa non consueuit neque debet dispensare, ita tenet Spec. ad plenum tit. de dispen. in §. iuxta. in versi. quando autem. & in §. nunc breuiter in ver. quinto. Ita videtur de iure, quod per supradicta neque de biga. neque de ex sanguine irregulari, sit spes ascendendi ad sacerdotium cum spes de istis consistat solum in voluntate & decreto summi pontificis, quę vr̄ ita sine spe sicut de re impossibili. Nam ea quæ consistunt in sola voluntate principis, de iure dn̄r impossibilia, vt in l. apud iulianum. in §. constat. ff. de leg. 1. & in c. felicis. de pęn. lib. 6. in parte, nulla porta. & in locis pręalleg. cuius causa, nec immerito, si ex sanguine irregulares nullo priuilegio gaudeant clericali, nisi postquam papa cum similibus dispensasset, vt promouerent, aut beneficia retinerent, seu de nouo haberent, vt in d. c. Ioan. & in locis pręalleg. Et sic ex supradictis apparet, qđ clerici in minoribus, & maxime de prima corona tm̄, ꝯiugati, & non cōiugati, qui non a casu, sed ex deliberatione coronam & habitum deposuerūt, & nullū beneficiū obtinent, & tāq̄ seculares immiscent se negotiis secularibus, quod nulla monitione neque degradatione, de eis facta, non gaudent in aliquo priuilegio clericali, quod videtur satis æquum & istum quia alias tota iurisdictio secularis esset illusa, & exclusa p coronam clericalem in criminalibus, cum hodie quasi nullus est coniugatus, & non coniugatus qui non sint de prima corona, & multi cum hoc iutento, vt in criminali sint exempti a iurisdictione seculari, quod non fuit intentio pontificū & iurium conditorum, isto modo impedire iurisdictionem secularem, vt in capit. dilecto. de senten. excommu. in 6. & in capitul. nouit. de iur. & in capitul. ex tenore de foro com.

SVMMARIVM

1 *Habitus certus & determinatus an de iure clericis detur. Religiosi quique, secundum suam regulam vniformiter vestiuntur.*

2 *Clerici seculares diuerso vtuntur habitu & colore. Et quomodo debeant vestiri.*

Quæst. VII.

Sed quia omnia iura. supra dicta faciunt maximum fundamentum quo ad priuilegium in ha-

1 bitu clericali, quęri potest, †an de iure detur certus & determinatus habitus clericalis, quia glo. in cle. 1. de elec. & aliis, locis, & docto. plures videntur dicere quod habitus clericorum non est certus neque determinatus, quod debet intelligi quod non est certus neque determinatus, sicut habitus cuiuscunque religionis, qui in omnibus, & per omnia in quacunque religione est ita certus & determinatus, in tantum quod omnes fratres illius religionis in habitu sunt, & debēt esse, sine aliqua differentia conformes, vt si sunt fratres sancti August. eiusdem regulę. & professionis, omnes habent ex camisia vsque ad zonam habitum in vestibus, & colore determinatum. Similiter fratres sancti Dominici, & fratres sancti Francisci, & fratres aliarum religionum, ita quod omnes fratres vnius religionis & professionis in habitu & colore nō

2 differunt. †quod secus est in clericis secularibus qui vtuntur diuerso habitu & colore. Nam unus induitur de nigro, alter de griso, alter de pannazo. Et sic non est de iure in colore & forma restricta, habitus clericorum certus & determinatus ad hoc, quod cognoscantur, & distinguantur clerici a laicis Nam primo & ante omnia habitus clericorum debet esse talaris, & in c. pen 23. dis hoc refers glo. in cle. quoniam. de vi. & ho. cle. non debet esse inhonesti coloris, vt in c. perpendimus. 21. q. 4. neque. inhonestę formę, vt in d. cle. & in c. pen. de vi. & hon. cle. taliter quod habitus clericorum debet esse honestus, & talis. quod clericus sit notus īter seculares, vt in c. nullus eorum, & in c. episcopi, 21. q. 4. & in locis pręalleg. & hoc satis videtur de iure prouisum de habitu clericorum, & de eius honestate & certitudine, licet non secundum habitum religionis, vt supra Sed omnes presbyteri & sacerdotes in curia Romana, vbi iura condita sunt, deferant ut iuris est habitum clericalem, ipse summus iudex iudicabit. Et sic ex supradictis remanet expeditū, an & quando clerici cōiugati, & clerici in minoribus, & de prima corona tantum non coniugati, debeant gaudere & non gaudere priuilegio clericali.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio clericali an & quando constituti in sacris gaudeant, vt per seculares puniri non possint.*

Quæst. VIII.

1 Nunc autem restat videre † de constitutis in sacris, scilicet de presbytero, & diacono.

no. Nam licet in primitiua ecclesia esset subdiaconatus nō tamen erat prout hodie est subdiaconatus ordo sacer, vt in c. a multis. de ęta. & quęlib. & etiam de istis constitutis in sacris fuit maxima differentia inter doctores, vt dixi a principio, maxime secundum Anto. & Abb. Nam secundum Anto. in d. c. 1. de aposta. ad hoc quod constituti in sacris perdāt priuilegium clericale, ait, requirunt sex, vt dixi. supra Abba. sicu. in c. cum non ab homine, & in c. at si clerici de iudic. & in c. perpendimus. de sent. excō. tenet ꝙ sp clerici in sacris ante degrationem post prædicta sex, per Anto. gaudeant priuilegio fori, licet non gaudeant priuilegio canonis, vt in d. c. perpendimus. de senten. excom. Io. And. in d. c. perpendimus dicit, quod si clericus non dimittit habitum, & tonsuram, licet faciat enormia, gaudet priuilegio clericali. & quod si clericus habitu dimisso, immiscet se enormibus & grauibus licet perdat priuilegium canonis, non tamen perdit priuilegium fori, ut in d. c. perpendimus. ita quod etiam aliquantulum doctores in his sunt diuersi & varii, licet sint pro maiori parte in ista opinione. Sed pro clariori declaratione dico quod aut clericus in sacris defert habitum & coronam, & reperitur in adulterio cum vxore, matre, sorore, vel filia alicuius quod isti imponentēs manus uiolentas in eum non incidunt in canonem, vt in c. si vero. in § neque. de senten. excō. cum videtur pręsupponere litera, quod non sit in potestate mariti, & aliorum, abstinere se, cum quis tam iustum dolorem compescere non possit. Vnum tamen notandum est, ꝙ licet talis clericus non gaudeat priuilegio canonis, gaudet tamen, nisi in flaganti delicto sit interfectus, priulegio fori, ut in d. c. cum non ab homine. & in d. c. at si. clerici. de iudi. & in d. c. perpendimus. & in d. c. si iudex laicus, & in locis pręalleg. Aut clericus in sacris, non defert coronam neque habitum clericalem, neque scitur quod sit claricus, & imponētes manus in talem, non incidunt in canonem, vt in c. si vero. el. 2. & in c. in audientia. de senten. excommu. ut dixi nihilominus reperto quod sit clericus, nisi esset realiter degradatus, gaudet priuilegio fori, vt supra. aut clericus in sacris intrat bellum seu duellum & est aggressus aliquem, volens eum interficere, & tunc pro defensione persone laicus presbyterum uulnerauit seu interfecit, non incidit in canonē, quia vim vi repellere licet, vt in d. c. si vero. il. 1. & in c. perpendimus. de senten. excomm. tamen si clericus postquam insultasset laicum fugeret, & laicus sequeretur clericum, vt eum vulneraret incideret in canonem, vt in d. cap. si vero. & ibi doct. & in c. 1. de in iur. Aut si clericus in sacris, siue in habitu. siue extra habitum committit seuia & enormia, & in eius interficitur, aut uulneratur, interficientes seu vulnerantes non incidunt in canonem, vt in d. c. perpendimus. & in d. c. in audientia de sent. excommu. licet clerici, si non ibi interficiuntur, sed ibi capiuntur, vt dixi, & latius dicam, gaudent priuilegio. fori. Et si extra tale exercitium aliqui ponūt manus violentas in clericos, vt supra dixi, interficientes, aut vulnerantes, scientes eos esse clericos, incidunt in cano. ita debet intelligi. c. in audientia. & c. perpendimus. de sen. exc. intantum quod exceptis in prædictis casibus ante degradationem realem & fictam constituti in sacris, gaudent priuilegio fori & canonis.

SVMMARIVM.

1. *Degradatio realis a iure quę dicatur & quando detur.*
2. *Degradatio ficta quæ sit, quæ loco realis a iure datur.*
3. *Interficere quemquam nil sęuius dici potest in presbytero.*
4. *Sacerdotem verberans in bello nunquid excusetur a canone.*

Quæst. VIIII.

1 Pro cuius verificatione dicendum est, †quod dicitur de iure degradario verbalis quæ tendit ad realem, ut in c. degradatio. de pęn. lib. 6. & ista realis datur de iure in continenti sine alia monitione, seu incorrigiblilitate tribus casibus, scilicet in hæretico pertinace, vt in c. ad abolendam. & in c excommunicamus, de hęreti. In secundo casu in crimine falsi. scilicet in falsante literas apostolicas, vt in c. ad falsariorum. de cri. fal. In tertio casu quando quis contumeliam facit, seu conspirat contra suum prælatum, vt in c. si quis sacerdotum. 11. q. 1. Ita quod in istis tribus casibus, clericus incontinenti degradatur, & nudatus omni priuilegio clericali, tradit curię seculari, qui si liberaretur a iudice seculari, quomodocunque, & in quocunque habitu incedat nō gaudet post degradationem priuilegio clericali, vt in locis præalleg. Est alia degradatio ficta, quę fit siue a iure, siue ab homine contra absentem. Datur a iure degradatio, q̄ habetur loco realis, vt in c. 1, de homi. lib. vi. in fi. vbi clericus, mandans hominem interfici per assassinos, aut si assasinos receptauerit, habetur & reputatur a iure & concilio pro rea2 liter degradato, vt possit capi & puniri per secularem. †Datur alia degradatio ficta ab homine & a iure, vt puta in casu, hęres absens citatur, non comparet, expectatur per annum, aut ante annum per testes conuincitur de hæresi, talis vt contumax, quia in primo casu nec in secundo voluit coram ecclesia seu iudice ecclesiastico comparere, condemnatur in absentia pro hæretico, & datur facultas ab ecclesiastico, iudici seculari talem clericum capiendi, & secundum leges suas iudicandi. Ita quod sola sententia sine alia actuali degradatione, talis clericus habetur pro realiter degradato ad hoc quod non gaudeat priuilegio clericali. Idem in falsario literarum apostolicarum, vt supra. Idem in quocunque debito propter quod meruisset clericus degradari, vt in c. cū non ab homine. de iudic. vbi si clericus absens commisit homicidium & de tali coram ecclesiastico legitime cōuictus est, deponitur, qui si depositus incorrigibilis fuerit, debet excommunicari, deind contumacia crescente anathematis mucrone feriri, postmodum vero si in profundum malorū ueniens contempserit. cum ecclesia non habeat ultra quid faciat, & nec possit valtra esse perditio plurimorū, per secularem comprimēdus, est potestatem, ita quod deinde deputetur in exiliū, vel alia legitima pœna inferatur &c. taliter hic in absentia clericus, a iure, & a iudice eccllesiastico ficte degradatur, seu habetur pro degradato, ad hoc quod secularis possit eum vt realiter degradatum sine pœna censurarū capere & punire, & sic est necesse vt in casu absentię intelligamus. d, c. cum non ab homine. Nam alias esset absurdum quod si clericus esset pręsens, & conuictus de homicidio solum deponeretur ab ecclesiastico cum ipso facto de iure videtur depositus per homicidium & irregularitatem, ut in c. ex literis. de exce. præla. & in c. sicut dignum. in fi. & in cap. continebatur. & in c. petitio. de homi. ita quod non videtur cōdigna punitio seu correctio pro homicidio quod clericus 3 tantum deponatur. †Nam quid sęuius potest dici in presbytero quam ĩterfici ab eo hoĩem, nam cui dubium de iure, si clericus esset præsens & conuictus, seu deprehensus in homicidio, non posset a iudice ecclesiastico, ut de iure tenetur perpetuo incarcerari, & si opus esset publice potest de iure verberari, vt in c. 1. de calum. & in c. tuę. de pęn. immo magis est si aliquis presbyter aliquem enormiter uulnerauerit, deponitur & detruditur in monasterium ad pænitentiam peragēdam, vt in c. si euangelica. 45. dist. ergo a fortiori in homicida, vt in d. c. tuę. de pœn. ita quod necesse est dicamus, ut dixi. d. c. cum nō ab homine. de iud. loquatur in absente. nam, litera in illa parte, cum ecclesia non habet ultra quid faciat loqueretur in clerico præsente non posset stare, quia ut dixi per ecclesiā posset incarcerari, & publice verberari, & in exilium tradi, vt in d. c. tuæ. de pæ. & in d, c. 1. de calum. & in ca. ut fam. de senten. excommu. Sed contra absentem post depositionem & excommunicationem, & anathema, ecclesia non habet vltra per censuras quid faciat. Ideo talis clericus incorrigibils, & contumax, & ecclesię inobediens, degradatur a iure & iudice ficte, q̄ succedit loco degradationis realis, vt iudex secularis possit talem clericum capere & punire. Nam cui dubium, si iste homicida est præsens de iure non potest excommunicari, cum quis ab homine pro pręteritis, & præsentibus non excommunicatur, vt in capit. Romana. §. porro. de senten excommu. libro. sexto. Sed in capit, cum non ab homine clericus fuit excommunicatus, quia noluit venire & parerere mandatis ecclesiæ, & sic pro contumacia fuit excommunicatus, & non pro homicidio ex se tantū ut in c. episcopi. 11. q. 3 & in c. sacro. de sentent. excommu. & isto modo possumus intelligere. cap. perpendimus. de sent. excommu. ubi clericus immiscens se bello, ac enormibus & grauibus, fuit de mandato comitis fustigatus, & patibulo traditus, quia iste talis sacerdos fuerat monitus ab ecclesia vt ab istis desisteret, & cū fuisset incorrigibilis, a iure & a iudice ecclesiastico ficte degradatur, ut in d. c. cum non ab ho4 mine. & datur facultas secularibus eum capiendi & puniendi. †Nam alias iste comes si extra bellum dictum sacerdotē verberasset, aut patibulo suspendisset, non fuisset excusatus a pœna canonis, sicut, si in bello prędictum sacerdotem interfecisset aut uulnerasset, ut in c. cum non ab homine, in audientia. & olim. de seten. excommu. quia ante degradationem realem, vel fictam semper clericus gaudet priuilegio fori, & nisi in conflictu, aut in s̄. dictis, etiam gaudet priuilegio canonis. aut, d. c. perpendimus. debet intelligi vt conditor ipsius decretalis intellexit, & etiam aliquid doct. quod dictus sacerdos fuit occisus in bello, & vt dixi, tunc dictus comes non incidit in canonem, licet ex narratione literę præsupponitur contrarium, quod extra bellum fuit fustigatus & patibulo traditus, quod esset tunc intelligendum, vt supra & illo modo, debet etiam intelligi. d. c. cum non ab homine de senten. excommu. & alia iura loquentia in ista materia, ne videantur sibi contraria. Ex quibus omnibus supradictis ur̄, an & qn̄ clerici coniugati & cōstituti in minoribus non coniugati, & ēt sacerdotes, seu presbyteri, & alii constituti in

in sacris gaudeant priuilegio clericali. Sed an appellatione clericorum comprehendantur episcopi & cardinales, vnde per doc. in d. c. quia periculosum. de sen. excom. & ideo c. vnico. de cler. ęgro. & in c. accusatus. in §. sacerdotes. & in c. inquisitores. de hæreti. & in c. vnico. de scisma. lib. 6.

SVMMARIVM.

1. *Ecclesiarum quæ sit libertas & priuilegium.*
Libertas ecclesia quot modis dicatur infringi, & contra eam quis venire.

QVAESTIO X.

1 Sed postquam diximus de priuilegio & libertate clericorum, †breuiter restat videre de priuilegio & libertate ecclesiarum & an & quando principes & domini temporales dicuntur venire contra libertatē ecclesiasticam. Et dico quòd multis modis domini temporales, & communitates, ac iudices seculares dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam.

Primus casus.

Primò, nam dicuntur domini temporales venire contra libertatem ecclesiasticam, dum quascunque personas nisi in casibus exceptis ab ecclesijs extraxerint, vt in c. inter alia. & in cap. fi. de immu. eccle. & in c. reum. & in c. si quis contumax. 17. q. 4. & non solum non sunt extrahendi ab ecclesia, sed nec ab atrijs ecclesię, vt in c. quicquid. & in c. diffiniuit. & in c. id constituimus. eodem c. & seq.

Secundus casus.

Secundò, dicuntur domini temporales venire contra libertatem ecclesiasticam, quando iudicium seculare & forū & alia similia in ecclesijs faciunt, vt in c. cum ecelesia. de immu. eccle. & in c. decet. in §. cesset. eo. ti. lib. 6.

Tertius casus.

Tertiò, dicuntur autem venire domini temporales contra libertatem ecclesiasticam, cum in domibus ecclesiarum palatium vel hospitium vendicant. vt in capitu. j. de immuni. ecclesiarum.

Quartus casus.

Quartò, dicuntur autem venire supradicti contra libertatē ecclesiasticam, cum clericos ad tutelas laicorum assumendas compellunt. vt in c. generaliter. 16. q. 1.

Quintus casus.

Quintò, dicuntur autem venire contra libertatem ecclesiasticam, qui vi vel metu absolutionem seu reuocationem excōmunicationis, suspēsionis, & interdicti a iudicibus extorquent. vt in c. vnico. quod me. cau. lib. 6.

Sextus casus.

Sextò, dicuntur autem venire contra libertatem ecclesiasticam. si clericos seu ecclesiasticas personas pręḋicti temporales compellunt coram eis in iudicio venire, & de eis iudicium facere. vt in c. nullus iudicum. & in c. sacerdotibus. & quasi per totum. 11. q. 1. & in locis præallegatis de clericorum libertate.

Septimus casus.

Septimò, dicuntur autem venire contra libertatem ecclesiasticam, qui bona ecclesiastica ab ecclesia surripiunt. vt in cap. qui Christi. & in c. nulli liceat. & in c. quicunq;. & quasi per totum. 12. q. 2. & in c. conquestus. de foro compet.

Octauus casus.

Octauò, dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam qui bona episcoporum & clericorum occupant. vt in c. similiter. & in c. qui iuxta. 16. q. 1.

Nonus casus.

Nonò, dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam, qui donationes factas ecclesię nituntur reuocare, vt in c. sunt qui opes. & in c. sacrilegium. 17. q. 4.

Decimus casus.

Decimò, dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam fractores seu incendiarij ecclesiarum. xj. qō. 4. cap. canonica & 17. q. 4. omnes ecclesię. & in c. ex literis. de rapt. & in c. conquestus. de sen. excommu.

Vndecimus casus.

Vndecimò, dicuntur autem venire contra libertatem ecclesiasticam domini temporales, cum episcopos, aut clericos absque licentia superiorum ad curiam suam venire coarctant, vt in c. si quis episcopus. 23. q. vlti.

Duodecimus casus.

Duodecimò, dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam, qui nituntur priuilegia Romanę ecclesię, & aliarum ecclesiarum, & clericorum auferre, vt in c. omnis. 22. di. & in isto casu multis modis temporales dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam, vt sunt iura vulgaria.

Decimustertius casus.

Decimotertio dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam imponentes manus in personas ecclesiasticas, vt in c. si quis suadente. 16. q. 4. & in locis præallegatis. de priuile. personarum ecclesiasticarum.

Decimusquartus casus.

Decimoquarto dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam, qui directe vel indirecte priuant clericos a conuersatione secularium, aut prohibent ne clerici in dominijs suis habeant necessaria, vt in c. fi. de immu. eccle. lib. 6.

Decimusquintus casus.

Decimoquinto dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam, qui gabellas, collectas, seu pedagia imponunt clericis, seu volunt habere a personis ecclesiasticis. vt in c. non minus. & in c. aduersus. de immu. eccle. & in c. 1. eo. ti. lib. 6. & in c. quāquam. de censi. eo. lib. & in cle. præsenti. eo. titu. vt de hoc latius dixi in clericorum & ecclesiarum facto.

Decimussextus casus.

Decimosexto dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam temporales qui statuta faciunt in pręiudicium libertatis, seu priuilegiorum ecclesiarum, vt in c. nouerit. & in c. graue. de sent. excommu.

Decimusieptimus casus.

Decimoseptimo dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam domini temporales qui faciunt statuta seu bānum, ne literę apostolicę in eorum dominijs sine licentia eorum non publicentur seu alicui tradantur, vt in c. quoniam. de immu eccle. lib. 6.

Decimusoctauus casus.

Decimooctauo, dicuntur autem venire contra libertatem ecclesiasticam, qui decimas occupant, seu impediunt, ne soluantur, vt in c. decimas. in j. & in 2. 17. q. 7.

Decimusnonus casus.

Decimononò dicuntur autem venire contra libertatem ecclesiasticam, quando directè vel indirectè domini temporales astringunt, seu compellunt ecclesiasticas personas, vt resignēt beneficia sua, vt in cle. multorum. de pęn.

Vigesimus casus.

Vigesimò dn̄r venire dn̄i tpales contra libertatē ecclesiasticā, si clericos, vel quaslibet alias ꝑsonas ecclesiasticas, ad quos in aliqbus ecclesijs, monasterijs, aut alijs pijs locis spectat electio, pro eo qđ rogati, seu alias inducti, eum pro quo rogabāt siue inducebantur eligere noluerint, vel consanguineos eorū, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cętera bn̄ficijs siue alijs bonis suis per se, vel per alios spoliādo, vel alias iniustè persequendo grauare præsumpserint &c. vt c. sciant cuncti. de elec. lib. 6. vbi isti tales ipso facto sunt excommunicati.

Vigesimusprimus casus.

Vigesimoprimò dicūtur venire domini temporales cōtra libertatē ecclesiasticā, qn̄ prouidenti alicui de epātu, & Abbatia, seu alio beneficio ecclesiastico, vt in c. si quis deinceps, & ĩ c. quoniā. 17 q. 17. In quo casu nō solū domini temporales, qui vim faciūt, sed clerici, q de manibꝰ seculariū bn̄ficia recipiūt, sunt excōicati, vt in locis pręalleg. Sed videtur secūdum. I. aql. qđ pōtifices qui curam habent ecclesiarum, dicuntur magis venire contra libertatem ecclesiasticam quam domini temporales, cum pontifices vident libertatem ecclesiasticā oppressā, & quasi in totum extinctam, & non curant, vt tenentur, vsq; ad sanguinem & animam, prędictam libertatem defensare, ĩ quo omnipotens Deus, qui curam ecclesię suæ habet per misericordiam suam prouidere dignabitur.

SVMMARIVM.

1. *Libertas ecclesiastica, a quo emanauit, & quid sit immunitas Ecclesiæ Laudes.*
2. *Ecclesia sancta Romana cur caput dicatur aliarum ecclesiarum.*
3. *Sacerdotes quibus nominibus in sacra scriptura vocentur.*

QVAESTIO II.

1 Sed postquam visū est đ priuilegio, & libertate, seu immunitate ecclesiarū & clericorum, † restat breuiter videre, a quo emanauit ista immunitas, seu libertas ecclesiarum & clericorum. Et vt melius rem intelligamus, quærendum est, quæ propriè dicatur libertas seu immunitas ecclesiastica. & gl. in c. cum deuotissima. 12. q. 2. ait, quòd immunitas dicitur priuilegium, quo gaudet ecclesia. Archi in ea gloss. ait, quòd immunitas est libertas vel securitas ipsius ecclesiæ. Hosti. in sum. in j. §. dicit, quod immunitas idem est quod libertas. ita quod secundum supra dicta principaliter libertas concessa est ecclesiæ, & consequentur eorum sacerdotibus & ministris. nam vt ait Chriso. maxima est cura Deo de ecclesia non montibus circundata, sed fide circunsepta, nam propter ecclesiarum Cœlum tensum est, aer pansus est, mare diffusum est, terra fundata est, paradisus plantatus est. Nam propter ecclesiam vnigenitus Dei filius factus est homo. & ipse ait. Ego ipsam statui, qui Cœlum fundaui, & Angelos creaui, sed propter Cœlum Crucifixus nō sum, propter Cęlū cęleste corpus nō accepi, nec naturā angelorum assumpsi. Vnde Esa. verba eiusdem domini præferens ait. Quasi sponsa posuit

posuit mihi mitram, & quasi sponsus ornauit me ornamento &c. cuius causa ne immerito si de ecclesia Romana, quæ licet non dicatur vniuersalis, dicitur tamen catholica, & caput aliarum ecclesiarum, vt in capitu. j. 12. di. & in capitu. dudum 3. quæstio. 6. & in capitu. quamuis. 21. dist. ubi litera ait. quamuis vniuersæ per orbem catholicæ & apostolicæ constitutę ecclesiæ vnus Thalamus Christi, sit tn̄ sācta Rom. ecclesia catholica & apostolica nullis sinodicis ɔstitutis ceteris ecclesijs prælata est, sed euangelica voce Dn̄i & saluatoris nostri primatum obtinuit &c. hæc idem in capitu. sacrosanct. & in cap. j. 22. dist. vbi litera ait, omnes siue patriarchæ in cuiuslibet apicem, siue metropoles primatus aut episcopatuū cathedras, vel ecclesiarum cuiuscunque ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia, † illam uerò solus ipse fundauit 2 & supra Petram fidei mox nascentis erexit &c. & sic Romana ecclesia non habet maculam nec rugam. vt in dict. capitu. quamuis. in fin. 21. di. & in capitu. ecclesia. de pęni. dist. j. Ideo dicitur catholica, & caput aliarum ecclesiarum quæ omnes particulares ratione fidei catholicæ quæ communis est omnibus Christi ecclesijs per orbem dispersis dicuntur catholicæ quæ cum earum ministris, & membris Christo ecclesiæ vniuersalis capiti per baptismum & alia sacramenta, & charitatem vnitis repręsentantur, vnde & faciunt ecclesiam vniuersalem, vt in capitu. legimus 93. di. in §. nam & Alexādriæ, de quibus omnibus ecclesijs, & eorum ministris ne immerito si fuisset cura ipsi Deo capiti ecclesiæ vniuersalis, & omnium ecclesiarum catholicarum particulariū de concedendo libertates, & maximas immunitates, vt supra dixi, ita qđ de iure diuino ab ipso capite ecclesiæ videtur immunitas seu libertas concessa ecclesijs ac earum sacerdotib. & ministris, nam legitur 3. Regum. ca. 8. quod Salomon pro templo ędificato, & veniētibus ad templum maximas libertates, & immunitates, ac prærogatiuas a Deo petijt, & impetrare uoluit, vt impetrauit, & obtinuit, vt constat successiuè in cap. 9. eod. lib. vbi Dominus ait. Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me, sanctificaui domum hanc quam ędificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cūctis diebus &c. & Exo. 21. cap. promisit Deus Moysi dare immunitates, & libertates pro loco refugij, ut si sine insidijs homo hominem interfecisset, fugeret ad locum refugij, vt nō moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, ut constat Iosue 20. cap. Deus dedit ciuitates cum immunitate, & libertate prædicta, & non solum templum Dei, sed & sacerdotes, & ministri, & decimæ, & primitiæ ab omnipotenti Deo fuerunt ab omni subiectione iurisdictione, & exactione dominorum temporalium, & secularium liberi, & in partem Domini electi. Nam ipse Deus ait Numeri ca. 3. ego tuli Leuitas a filijs Israel, eruntq; Leuitę mei, meum est enim omne primogenitum &c. cap. 18. & Iosue 13. litera ait inter alia tribui autem Leui non dedi possessionem, quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius, & Dominus ait ad Aaron Num. 18 Ego pars hæreditas tua, & per ꝓphetā Deus ait. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. & Numeri. cap. 8. Dominus ait, Tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel &c. vt seruiāt mihi pro Israel, mea sunt omnia primogenita filiorum Israel. Exo. 19. Deus ait. Mea est enim omnis terra. & Psalmista ait. Domini est terra, & plenitudo eius, ita quod ex supra dictis, & ex multis aliis, quod esset longum adducere videt̄, quod de iure diuino ecclesiæ, & earum sacerdotes ac ministri, & decimæ ab ipso omnipotenti Deo immunes, & liberi sint ab omni superioritate, & iurisdictione dominorū tēporalium, & aliorum secularium, ita interpretatum est per sanctos, & summos pontifices. Nam textus Grego. in capitu. sacerdotibus. 11. quæstio. 1. iuste, & sanctissi. in hoc ait. Sacerdotibus autem non ex terrena potestate Dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum cuius serui sunt eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impediat. 3 † Nam diuinis eloquiis sacerdotes aliquando dij, aliquando angeli uocantur, nam & ad Moysen de eo qui ad iuramentum deducēdus est, dicitur, applica illum ad deos videlicet sacerdotes, & rursus scriptum est, diis non detrahes, scilicet, sacerdotib. & propheta ait, labia sacerdotis custodiūt scientiam id est iustitiam, & legem exquirunt ex ore eius, qa angelus Domini exercituum est. Quid igitur mirum si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos, aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus, ecclesiastica quoque historia testatur, quod cum piæ memoriæ Constantino principi scripto oblatę accusationes contra episcopos fuissent, libellos eosdem accusationis accepit, & eosdem qui accusati fuerant episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat incēdit dicens, ite & inter vos causas vestras disponite, quia dignum nō est, vt nos iudicemus deos. Ante eum quippe pagani iure publico principes fuerunt, qui verum Deum nesciētes Deos ligneos, & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum si Christianus Imperator ueri Dei sacerdotes honoret, dum pagani, vt prædiximus, principes honorem impendere eorum sacerdotibus nouerunt, qui diis ligneis, & lapideis seruiebant, hęc ergo non tantum specialiter quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus, quoniam adhuc nescimus quis in terribili iudicio Dei, qualis futurus sit, hęc videtur affirmare text. in cap. quanquàm, in §. cum igitur, de censi. lib. 6. ubi litera ait, quod ecclesiæ, & ecclesiarum sacerdotes, seu personæ, & bona non solum iure humano, quinimmo diuino a secularium personarum exactionibus sint immunes, facit text. in capitu. 1. de immuni. eccle. libro 6. & quamplura iura sunt in ista materia, ut plenius diximus in supradicto libello, seu quæstione gabellarum quod seculares, & sacerdotes, & ministros earum ac decimas seu bona clericorum tangere non valent.

SVMMARIVM.

1 *Differentia quæ sit inter sacerdotes veteris testamenti, & noui.*
Et de eorum oblationibus.
Leges antiquæ cum euangelica comparatio.
2 *Sacerdotes super quibus lex constituit.*
3 *Sacerdotum potestas, & dignitas.*
Christus vtriusque testamenti fuit conditor, & prædicator.
4 *Sacerdotū institutio in veteri testamento inchoata est in nouo consummata.*
5 *Iura ecclesiastica imperiali iudicio nequeunt dissolui.*

Quæstio duodecima.

1 Ergo si tunc in l. veteri sacerdotes † & leuitę qui sacrificabant in sanguine hircorum, & immolabant in templo oues, & boues, & arietes, & uitulos, & offerebant ista domino pro peccato, vt placarent Deum, & vt Exo. cap. 19. & Leui. capitu. 1. & 3. & 5. & quasi per totum, gaudebant tanta libertate, & immunitate de iure diuino, quare a fortiori non gaudebunt hodie ecclesiæ Christi, & eius sacerdotes, & ministri, qui in eisdem ecclesiis offerunt hostiam veram immaculatam incorruptibilem ipsum uerum Deum ꝓ vera salute animarum, qui, ut ait Apostolus, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta ęterna redemptione inuenta, & si non potest dari comparatio inter sacerdotium, & sacerdotes ac oblationes veteris testamenti, & noui, nisi, vt datur de figura ad realitatem, & vmbra ad ueritatem. Nam est comparatio legis ad euangelium secundum moralia, & secundū figuralia. Secundum figuralia est comparatio legis, & euāgelij sicut figuræ, & figurati seu signi, & signati, & sicut figuratum est in figura, seu signatum in signo, sic euangelium est in lege. Vnde August. in lib contra aduersarium legis, & prophetarum. Nouum testamentum in veteri est figuratum, & vetus in nouo est reuelatum. Ita quod lex Moysi, & sacerdotium leuiticum fuit vmbra, & figura legis, & sacerdotii Christi. Nam licet sacerdotium legale fuit verum, prout uerum distinguitur contra fictum, vel falsum, nihilominus nō fuit verum prout verum distinguitur contra figratiuum: nā sacerdotium testamenti. ueteris figurauit sacerdotium Christi, & hostię veteris testamenti figurabant veram, & immaculatam hostiam, qui Christus est, qui erat sacerdos iureiurādo in ęternum secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinem Aaron. Nā, vt ait Apostolus ad Hebręos 7. talis enim decebat, ut nobis esset pōtifex sanctus innocēs, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cęlis factus, qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdos prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro po- 2 pulo, hoc enim fecit semel se offerendo † Lex enim sacerdotes constituit super homines infirmitatem habentes, sermo autem iurisiurandi qui post legem est filii in ęternum ꝑfectus: vnde ex hac parte qua legale sacerdotium fuit figuratum, dicitur non uerum, quia non veras hostias quæ peccata delerent, sed figuratiuas verę hostię scilicet Christi offerebat, ideo Apostolus ad Hebręos 7. ait, nihil ad perfectū adduxit lex donec uenit uerum sacerdotiū, & hostia uera Christus Iesus, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, qui emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti, ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamēto repromissionem accipiant qui uocati sunt ęternæ hæreditatis in Christo Iesu Domino nostro: nam fuit data ptās sacerdotibus ueteris testamenti offerre hostias figuratiuas, & sacrificare Deo in sāguine hircorū, & caprarū, & orādi ꝓ populo, vt Ex. c. 4. & 5. c. & quasi p totū, & data ē ptās sacerdotib. noui testī, nō solū orādo ꝓ populo, vt Matth. 6. ibi. Pr̄ nr̄ &c. sed p̄dicādi, & baptizādi, ut Mat. c. vlt. ibi euntes ergo docete oēs gētes, baptizātes eos in noīe patris, & filij, & spiritus sancti. & Marci. c. vlt. ibi euntes in mūdū vniuersum, p̄dicate euangelium

gelium omni creaturę, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Ac dedit sacerdotibus redemptor noster potestatē, corpus, & sanguinem suum consecrandi, Luce. 22. ibi hoc facite in me in commemorationem &c. & dedit saluator noster sacerdotibus pt̄atem absoluendi & ligandi ibi Matth. 18. quodcunq; ligaueritis &c. & Io. 20. c. ibi Accipite spiritū sanctum quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. &c. 3 †Sic data est potestas a Christo sacerdotibus noui testamenti per baptismum, confessionem, & absolutionem, & poenitentiam, omnes homines, ecclesiæ Christi, & Christo eius capiti veniēdi & incorporandi, ac ipsi Deo redemptori nostro per supradicta in paradiso animas fidelium representandi. nam licet per circuncisionem tollebatur originale, non tn̄ sacerdotes poterant animas Deo in paradiso representare, qa. si circūcisione non aperiebatur porta paradisi, & lex moysi fuit particularis, & lex Christi vniuersalis, & fuit Moyses legis promulgator, & redemptor noster mediator Dei & hominum Christus Iesus, vtriusque testamenti sui conditor, & prædicator, & sic data est potestas sacerdotib. noui testī, alia faciendi quam sacerdotibus ueteris testamenti, vt supra. & ne immerito eis de iure diuino, & a Deo, & eius Vicarijs data sit maxima immunitas, & libertas in personis & beneficiis, seu decimis, quæ pendent principaliter vt dixi a Deo, & ab eo donantur seu assignantur in sortem ecclesiarum sacerdotibus, ideo seculares, decimas tangere, seu capere, nec impedire sine sacrilegio, vt sacerdotibus non soluantur, nō ualent, vt in c. causa de uerb. signi. & in c. causam, de præscript. & c. 1. in c. prohibemus. & in 1. c. quāuis. in c. tuā el. 2. & in c. parochianos. de decimis, & in c. 1. & 2. quasi per totum. 16. q. 7. & Exo. 22. Deus ait. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. & Exo. 23. dn̄s ait primitias frugum terræ tuæ deferas in domum domini Dei tui. Immo non solum ista immunitas seu libertas. ecclesiarum & sacerdotum, ac ministrorum, & decimarum ecclesiæ vr̄ concessa de iure diuino, & sic interpretatum & decretum de iure pontificio, sed etiam ab imperatoribus catholicis in concilijs, & extra concilia per se, & successoribus & subditis receptum, & in obseruantia obtentum, nam vltra leges imperatorum catholicorum, quæ ita vt supra disposuerunt, fuit per summos pontifices in præsentia, & approbatione ipsorū imperatorū, de immunitate & libertatibus & priuilegijs ita decretū. vt in c. 1. 21. distin. vbi constat, quod sacerdotes & ministri ecclesiæ a 4 Deo, & de iure diuino instituti sunt, †quorum instō in veteri testō inchoata est, & in nouo plenius consummata. Summi enim pontifices a Deo sunt instituti &c. vt in c. continua, & in d. c. sacerdotibus. 11. q. 1. & in scripturis. 96. dist. vbi constat Constantinū imperatorē dixisse. Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotē Dei, aut aliquē, eorū, qui monachali habitu circumamicti sunt peccātem, chlamidem meam spoliarem & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. hoc idem in c. satis. in §. sed Theodo. ea dist. nam si principes seculares catholici sunt, filii ecclesiæ sunt, non præsules, vt, in cap. si imperarator, ea. dis. litera ait, si imperator catholicus est, quod salua pace ipsius dicimus, filius est, non præsul ecclesiæ, quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere, ad sacerdotes. n. Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt pertinere, nō ad seculi potestates, quas si fideles sunt ecclesię suę, sacerdotibus volunt esse subiectas. Non sibi vendicet alienū ius & ministerium quod alteri deputatum est, nec contra eū contendat abrumpi, a quo omnia constituta sunt, ne cōtra illius beneficia pugnare uideatur, a quo propria consecutus est potestate, imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis pręsulibus, non præferre, hoc idem in c. nūquā. ead. di. & in c. 1. imperatorū x. di. vbi litera ait. lex 5 imperatorū nō est supra legē Dei, sed subtus, †imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica dissolui &c. & in c. certum ead. distinct. litera ait, certum est rebus nostris esse salutare, vt cum de causis Dei agatur iuxta ipsius constitutionem, regiam uoluntatem, sacerdotibus Christi, studeatis subdere & non præficere, hoc idem in capitulo suscipitis. ead. distinct. vbi Gre. Nazianzenus imperatoribus Constantinopolitanis ait, suscipitis ne libertatem uerbi, libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, hoc idem in capitulo non licet ead. distinct. ubi litera ait, non licet imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quicquam quod euangelicis uel propheticis aut apostolicis regulis obuiet, agere. Ita quod ex supradictis constat, quod de iure diuino ecclesiæ, & earū decimæ ac sacerdotes, & ministri sunt immunes, & liberi ab omni superioritate imperatorum, & secularium, & si principes catholici sunt, subditi ecclesiarum, & sacerdotum sunt, & non iudices, nec domini clericorum. & ad hoc ut dixi, nō possunt eos constringere, iudicare, nec directe vel indirecte punire, nec in exilium tradere.

SVMMARIVM.

1 *Seculares quam potestatem habere videantur in prouisionibus ecclesiarum.*
2 *Papa de beneficialibus disponere potest, etiam inuitis omnibus.*
Ecclesiæ cur duo gladij attributi.
3 *Principis assensus nunquid in ecclesiasticis sui territorij, requiri debeat.*
4 *Principis consensus in quib. electionib. & qualiter requisitus.*

Quæst. XIII.

Sed quia supra diximus in quæstione deueniētibus contra libertatem ecclesiasticam, quod domini temporales dicuntur venire contra libertatem ecclesiasticam, quando ipsi prouident alicui de aliquo episcopatu seu Abbatia, aut beneficio ecclesiastico, aut compellunt eligentes vt suo modo eligant, aut puniunt electores, & eorum parentes, quia suo modo non elegerunt. †Videndum est quam potestatem habeant principes secula- 1 res in prouisionibus ecclesiarum cathedralium, & an ɇquādo requiratur in similibus consensus secularium. Pro cuius fundamento pręmitto, quod in beneficialib. summus pontifex hēt supremam & liberā ptātē, facit tex. in c. proposuit, de cōcess. præb. & in c. licet de p̄b. li. 6. & melius quā alibi in cle. 1. vt lit. pen. vbi inter alia Clemens quintus ait. Salua tamen in præmissis omnibus Romani pontifi. potestate, ad quem ecclesiarum, personatuum. dignitatum, aliorumq; beneficiorum, ecclesiasticorum plena & libera dispositio, ex suę potestatis plenitudine noscitur pertinere. Ex qua clem. in parte, libere Doct. præsupponunt. quod sit de natura vocabuli libere, quod papa sine alicuius cōsensu de his beneficialib. disponere possit. vt in c. de multa de pręben. & in d. c. licet. & in c. statuimus de regu. & in cle. 2 de iurepat. & iura sunt vulgaria, & notorie constat, quod in his beneficialibus summus pontifex libere disponere possit, sine consensu secularium. qui in his beneficialibus nihil aliud habent, nec sine peccato in his se possunt, nec debent magis intromittere, quam a iure, & summo pontifice, iurium conditore, eis reperiatur concessum. nam licet summi pontifices, vt dixi, libere de ecclesiis disponere possint, nihilominus habentes ipsos principes vt veros catholicos, & filios ecclesiæ Christi obedientes, vt iustum est, †hi duo gladii. ut in c. dilecto. de senten. excō. 2 lib. 6. ꝯ in c. cum ad verum. 96. distin. consueuerunt, exigente necessitate sibi inuicem suffragari, pro conseruatione tēporalium. Ne ab ipsis ecclesiasticis in ecclesiis electis, in temporalibus, ipsi dn̄i tpales, læderentur, & detrimentum paterentur, summi pontifices decreuerūt, & per sua iura, sine eorum & successorum præiudicio determinauerunt, vt electi a decano, & c. ad cathedrales siue metropolitan. ubi ipse electus esset regi suspectus. & in ecclesia sunt castra, ex quibus Rex in temporalib. damnari, & detrimentum assumere posset, ab ipso rege iuste propter præmissa recusari valerent, & super his sedem apost. pro remedio consulere debuisset, ne talis dn̄atio, postulatio, seu electio a sede apos. confirmari deberet, ut facit in c. cum terra. de ele. ubi litera ait. Quo facto non prohibemus, quin Regis seu patriarchæ, qui pro tpe fuerint requiratur assensus. Idem in c. cum inter vniuersas. eo. ti. vbi litera in fi. ait. Mandamus quatenus inuocata spiritussancti gratia, personam idoneam per electionem canonicā concorditer assumatis ad regimē Capuanæ ecclesiæ, ɔn̄r ad audientiam nostram nuntios idoneos transmissuri per quos a nobis vice regia postuletis assensum, ac apostolicæ confirmationis gratiam requiratis. Facit ēt pro principibus secularibus, tex. in c. innotuit. eod. tit. in parte, faciebant ad id non modicum concors capituli Vigorien. electio. petitio populi, assensus principis, uotum suffraganeorum. facit text. in c. 3 ꝙ sicut. eo. tit. quasi in prin. vbi litera ait. †Cum in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regiæ dignitatis, quia non supplex nominatio, sed solennis electio debet principi pręsentari. ita quod ex omnibus supra dictis, principes seculares, & eorum aduocati asserunt de cathedralibus & metropolitanis, & quod deterius est hodie de aliis minimis beneficiis, papa sine eorum consensu in eorum dominio prouidere non debeat, alias prouisiones factæ debeant retractari, qđ non sine crimine ista fieri, seu tolerari non possunt, cum bene aduertenti, omnia ista iura & alia in materia loquentia, nihil ad propositum pro regum seu secularium fundamento faciant, immo faciunt contra. cum omnia iura prædicta loquuntur in electionibus factis a decano & capitulo, & nō in prouisionibus summi pontificis, qui in his non subiicitur iuri. Nam in cap. cum terra. litera ait, quo facto non prohibemus quin regis, seu patriarchæ qui pro tpe fuerint requiratur assensus, sed addidit. & propter hoc ipsam electionem noluimus impediri. ita quod ultra quod loquitur in electione a decano, & capitulo, non ipsam electionem pp consen-

sum regis impediri ita tenet Abb. Sic. & alii Doct. in d.c.cū terra. vbi ipse ait † ꝙ requiritur consensus principis in electione ex honestate, sed non vt habeat præstare robur, sed vt in futurum non possit opponere ꝯ electum vel electionem. idem in c.cum inter. licet loquatur in summo Pontifice qui in illa prouincia vice regia fungebatur. vbi ēt Siculus ait. qđ iura ista non habent locum in summo pontifice, qui prouidet iure suo, & non iure capituli. idem in c.innotuit. vbi litera non ponit necessitatem in assensu regis, sed dicit, quod nō modicum faciebat pro electo petitio populi, assensus regis, & votum suffraganeorum, sed non sequitur, nec verum est, quod omnia ista sunt necessaria, nec aliquod istorum. idem in c.quod sicut. ubi litera ait. quod non nominatio, sed electio principi pñtanda esset. qa nō erat necesse hr̄e assensum regis, sed electum & electionem sibi notificare. ut si esset sibi suspectus, seu inimicus, & castra erant in ecclesia, cum nō admitteret, & recusare valeret, & apud sedem apostolicā pro remedio intercederet, ubi Abb. Sic. in fi. qōnis, ait, hæc non hr̄e locum in institutione, seu prouisione a summo pontifice, licet in c.1. de elect. sine causa & fundamento tenet ꝯriū. pro cuius auct. alleg. Inno. in c.super his. de accus. qui Innoc. hæc non dicit, sed ibi. in 3.col. & Host. & alii in c.nobis, de iurepatr. incidenter dicunt. quod rex pōt allegare ꝯ electum, quod hēt eū suspectum de proditione terræ, vel consiliorū suorum. & quod admittitur ad hoc opponendum, quod nihil ad propositum ad uerba Abbatis in d. c. 1. cum ipse Abb. & alii Doct. & Inno. in d.c. super his. de accus. qui in hoc satis fuerunt regibus fauorabiles, solū hodie eis concedunt ut suspectum valeant recusare. & vt dicit Abb. & Bal. in præallegatis locis, maxime in c.cum inter. & in c.quod sicut. volunt sentire quod licet ista habeant locum in electionibus, nō autem in summo pōtifice, qui recte & iuste procedit. & ut principaliter intendat prouidere magis ecclesiæ quam personæ sine consensu, seu regum supplicatione, sine eorum scandalo & suspitione, citius de metropolitanis, seu cathedralibus prouidere debet, quam de aliis inferiorib. beneficiis, ut in c. ne pro defectu. de ele. & in c.quam sit. eo. tit. li. 6. cum ubi maius periculum vertitur, ibi cautius & citius est ad agendum.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus, seu ius præsentandi an & quando in beneficio eligibili cadat de iure.*
2 *Electioni de se factæ per potestatem secularem, consentiens, redditur ad electiones inhabilis.*
Prælatus nunquid possit a toto clero & populo eligi.
3 *Laici sine consensu, aut prouisione papæ, beneficium minime conferre possunt, &c.*
44 *Reges quod ius in ecclesiasticis beneficijs habere possint.*
5 *Electio vera est, quando non restringitur in vnum tantum.*
6 *Consuetudo nequam, quanto antiquior, tanto peior.*

Quęst. XIIII.

Immo magis graue, docto. notant in c.cum terra. & c. cum inter, & quod sicut volunt affirmare, † qđ licet uerum sit, patroni in parochiis, capellis, & aliis beneficis quę non sunt eligibilia, habeāt ius pręsentandi, non autē in metropolitanis, cathedralibus, seu collegiatis, uide sing. tex. in c.nobis. de iurepat. & in c.massana. & in c.sacrosan. de elec. & in c.hoc ēt. 16.q.1. & in c.1.2.3.4. & 5. 63. dist. Nam nō esset uera electio, qñ institueretur solum pñtatus a patrono. nam electus confirmatur, & non instituitur. præsentatus instituitur, & non eligitur nec confirmatur. vt in d.c.nobis. & iura sunt vulgaria. nam proprie non concordaret cum uocabulo electionis, qñ Pe. præsentatus a rege, eligeretur a capitulo, & confirmaretur a papa. cum non esset vera electio, quæ de necessitate dirigatur in unū. hoc tenet Card. de Turrecre. in c.reatina. 63. dist. ubi ait, quod de consuetudine introduci non potest, ut consensus principis requiratur ad electionem de certa persona, nec regulariter possunt interesse in electionib. ut in d.c.cum terra. & d.c.sacrosancta. & massana. de electio. & in d.c.1.2.3.4. & 5. 63. distin. vbi in prin. c. tex. ait. nullus laicorum, principum, uel potentum semet inserat electioni patriarchæ, metropolitani, aut cuiuslibet epi, & sic in aliis. hoc idem in cap. si quis deinceps. 16.q.7. ubi Grego. septimus, in generali synodo statuit. ut si quis deinceps episcopatum uel abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit, nullatenus inter episcopos uel abbates habeatur &c. hoc idem in capitulo nullus laicorum, & quasi per totum eadem causa. & quæstio. hoc idem in capitulo pastoralis cura. de iurepatron. immo consentientes electioni de se factę per potestatem secularem, efficiuntur ad electiones inhabiles. ut in capitulo quisquis. de electione. & in dicto capitulo si quis deinceps. decimasexta questione septima. & in locis pręallegatis. Nec obstat, quod ut supra ad aliud propositum in s. scripto libello, seu qōne exactionum seu gabellarū, dixi. c.plures. & c.principali. & in c.reatina. & in c.nobis. & in c.lectis & in c.in sinodo. 63. distin. vbi vr̄, ꝙ in electione prælatorum requiritur consensus principum secularium, nā debet intelligi, vt glo. intellexit in d. c.plures, quod ista iura habent locum in his qui sunt patroni ecclesiarū, aut pōt intelligi quod tūc erat necesse sic fieri, qa alias stāte potētia laicorū, & oppressione clericorū, ecclesię, nō carerēt pastorib. pp maius bonū, vt cultus diuinus in alijs eccłijs nō cessaret, ita tolerabāt, licet eis videbāt ꝯriū, vt visū est Stephano pontifici ibi, in c.nosse. & tex. in c.Valētinianus, & in locis pālle. ita sentit Guido in d.c.reatina. vbi ait, qđ Leo Papa. IIII. fuit natione Romanus, q fuit multū timidus, & in graue pīudiciū ecclesiæ principi seculari se submisit, etiam hoc confirmat in c.lectis 63. dist. vbi ait, quod Stephanus iij. natione Romanus plus timuit lapidari, q̄ S. Stephan. protomartyr. & ideo cito flexus. hoc vr̄ sentire Dñicus in pręalle. locis. Cardinalis S. Sixti de turre cremata. in c.1. 63. dist. dicit quod dabatur locus laicis vt interessent in electione summi pontificis, non ꝙ licitum esset, sed pp pacem & quietem ecclesiæ, vt sine scādalo celebraretur electio. Item Cardinalis in c.pla. ea. di. dicit, qđ requirebatur cōsensus laicorū, ad euitandū scandalū illorū q impedire possent electionē, & sic in oīb. præalleg. locis, in hoc cum alijs concordat, quod licet seculares nō debebant interesse in electione, nec aliqua interessentia laicorum prestabat robur electioni, & sic permittebantur ista ad euitandum maius malū, licet etiam illud non esset iustum, ideo Lud. Imperator Ro. Au. videns ista iuste fieri non posse renuntiauit interessentiam in electione pontificum. Hoc idē renūtiauit rex Otto. in c.tibi dño. ea. di. Vel pōt dici eligebant plati a toto clero & populo, s. qd totus clerus & ppłs cōmēdabāt talē in epm suū esse dādū, put hodie posset fieri, qa papa posset ignorare merita psonarū, & ppłs, vbi est nota psona, posset psonā Pe. aut Pau. pro ecclesia populo assumendam cōmendare. † ex qua nominatione seu commēdatione nullū ius personæ, sine prouisione pōtificis acquiritur, nec talis clericus etiam si posset de facto sine pœna inhabilitatis, pōt, nec dēt ecclesiam aut beneficium de manibus laicorum, recipere. Sed certe vt dicit. D. Reuerendissimus Cardinalis Zabare. in c.nobis. de iurepa. attēta confusione iuriū, ipse Cardinalis p ista verba ait, mihi placeret alia ꝯpilatio, in qua grauius & ornatius ac breuius plura deciderent. qm̄ in ista, & narrationes plurimæ, q̄ in hoc sunt, ptim resecarent, ptim ad decisionē reducerent, qđ vt ęstimo ꝯtinuo fieret, si ecclesia vniretur, & si ut quondā fiebāt cōcilia gñalia fierēt, & tunc prouideri posset, vel reseruando principia, uel qđ melius esset, statuēdo tp̄s intra quod duraret, & hæc cōpilatio absq; alia, ex frequenti studio rediretur, & sic ex istis verbis Card. quia oīa iura canoni. bene vidit, & quasi sup oīb. scripsit, cōstat esse magis vtilis noua cōpilatio, ēt si remanerent principia, & aliquæ decisiones istius compilationis, nam cui dubium uideatur Do. Zaba. optime non cogitasse, visa cōfusa uariatione decretorū, quod in uno c. puidetur uno mō, & incōtinenti in c. se prouidetur de directo per ꝯrium, nā licet glo. in d.c.lex. dicat, quod iura quę dicūt esse necessarium in prouisionib. platorū assensus regum, intelligantur iu patronis, & aliæ absolutiones quæ dantur a doctorib. ut melius dari possunt pro euitatione iuriū ꝯrietatis, sed nō ꝙ per hoc uideatur satis iurib. & literæ decretorū satisfactū, sed non staret alia cā p do. assignata, & renūtiatio imperatoris, & regū illorū priuilegiorū, q vt p̄sumitur d. priuilegia obtinuerūt ex maxima eorū potentia, & ex necessitate in qua erāt ecclesiastici. † sed ut dico stātibus. præmissis, & iurib. ut stāt in suo uigore, hodie, de iure principes seculares nullū ius prouidendi de beneficijs, aut cōsentiēdi in promotionib. seu electionib. seu metropolitanarū, cathedraliū, & collegiatarū hn̄t, nisi ex earū fundatione & dotatione obtinerēt ius patro. cuius cā possent hr̄e vna cum canonicis uocē in electione eligēdorū, ut in c. nobis, de iurepat. & in c.hoc etiam. 17.q.1. ubi ur̄ cōcessum Regi Franciæ rōne fundationis monasterii, ut una cum monachis eligat Abbatē. Vnū tñ credo, si hoc conceditur fundatori ecclesiarum, quod a fortiori dēt hoc, & magis cōcedi Regi seu principi recuperāti ciuitates, & loca proprio sanguine, & labore de manib. infideliū, & Tyrannorū, cum longe magis piū, & meritoriū sit quo ad ecclesiam militantem, & triumphantem, terram de manib. infideliū recuperare, ut in c.ex multa, quasi in fi. & in c.licet, de uoto, p ubi erāt mesqte, de lnīa pontificū & platorū ecclesias ędificare. & ubi erār Alphages seu Alphaquini sacerdotes falsi, p saluatione animarū impfecte orātes, sollicitare, ut sint ueri sacerdotes Dei, pfecte orātes, & pro saluatione aīarū baptismū & alia sacrā necessaria ministrātes, & cultū diuinū tā ubi nō erāt exercētes, & augmētātes, q̄ inter Christianos monasteria & ecclesias, ut in d. c.hoc ēt ędificantes, nā nō obstātib. iuribus allegatis,

legatis, pōt de iure, & maxime ex priuilegio Papali dari forma, quod etiam in metrapolitan. & cathedralibus, & alijs eligibilib. cadat ius præsentandi, videlicet, si procederetur ut iuris est per decanum & capitulum ad electionem. reges seu principes possent duos, aut tres decano &c. præsentare, ut vnum de his eligerent in prælatum, nam vt dixi, de iure cōi talis præsentatio duorum aut trium posset stare, vt in c. qđ autem, & in c.cum autem, de iure patro. † vbi datur locus accumulationi de duobus successiue, ergo a fortiori a princip. & vt dixi, hoc potest sine dispensatione a pontifice ex priuilegio concedi. cum isto modo sit vera electio, quando non restringitur, vt supra dixi in vnum tantum, vt in act. apostolorum. c.1. vbi apostoli statuerunt duos, s. Ioseph, & Matthiā, vt vnus de istis licet per sortem eligeretur in apostolum, & epm, & fuit licet per sortem electus Matthias, & isto modo possunt principes non solum habere vocem vna cum eligētibus, sed etiam possunt eligētes præsentare, sed istæ electiones hodie nō habent locum per regulas cancellariæ, siue ex alia constitutione Papali, quia papa sine nominatione seu electione a capitulo facta, de metropoli. & cathedralib. cū collegio cardinaliū prouidet, & tunc satis est Regi patrono unum idoneum pontifici præsentare, aut pro tali supplicare, sed si reges aut principes, seu domini temporales ex ædificatione dotatione, seu ex recuperatione ciuitatum, & locorū de manib. infideliū nō hn̄t ius præsentādi, aut una cū canonicis eligēdi in prouisionib. ecclesiarū, Metrop. & Cathedraliū non tenetur papa de iure cōi consensum regum seu dñorū tpaliū spectare, quia proprio prouidet iure, & non iure aliorum, & ut dixi, in his prouisionibus habet liberam facultatem, & sic libere sine consensu secularium prouidere potest, licet ut satisfaciat Deo, & curæ uniuersali, quam hēt, debet multum curare, ut prouideat magis principaliter ecclesiæ quam personæ, & de persona habili, quæ possit stare sine suspitione, & scandalo dominorum temporaliū. Nec ualet consuetudo ex se, tam in alijs casibus q̄ a iure permissis. quos tpales uellent allegare, ut in c.cum terra. & in c.massana, & sacrosancta. de elec. & in c.fi. de consue. † & quantū antiquior, quia magis nociua, minus obseruanda, ut in c.ecclesiæ, de simonia, & in c.mala, & quasi per totum 8. dist. immo summi pontifices uniuersalem libertatem ecclesiæ etiam si uelent, non possent renuntiare, ut in c.certum, & in c.imperium. 10 dist. & in c. quam periculosum. 7.q.1. & ibi per doct. nam non secularibus de spiritualibus a Deo data est cura, ut in clem. pastoralis, in princ. de re iudi. & in c.ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. & in c.bene quidem, 96. dist. & in c.significasti, de elect. in c.solitæ. de mat. & obed. in c.per uenerabilem, qui fil. sint legi. sed Petro & successoribus, cum magister & redemptor noster Petro ait. Ioan. uigesimoprimo, pasce oues meas, quod est translatum in d.c.significasti, & in c. solitæ. nam ipse saluator noster summum pontificem pastorem constituit super familiam suam, de cuius manibus curam ecclesiarum & prælatorū, & animarum requiret, nam de eo scriptum est per Ezechielem, quod si speculator viderit gladium uenientem, & non in sonuerit buccina. & populus non se custodierit. & venerit gladius & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram, quare summus pontifex ne requiratur ab eo sanguis condemnatorum, nimis vigilare compellitur, & buccinam sonare, ut subditi non pereant. & sathanas uictoriam contra eum, in ouibus sibi commissis, non habeat, & ut bonus pastor a magistro & redemptore nostro mereatur audire. Euge serue bone, & fidelis quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui, ad quod gaudium nos perducat ipse redemptor noster., qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

SVMMARIVM

1 *Sepultura Christianorum qualiter de iure consideretur.*
2 *Sepultura nunquid possit eligi prope altare, & ibi, quis sepeliri.*
3 *Laici stare in quibus locis ecclesiæ non debeant.*

Quæst. XV.

Et primo dicendum est quod † de iure statutum est quod omnis ecclesia cathedralis habeat pro cimiterio Quadraginta passus, & aliæ minores ecclesiæ. triginta, ut in capitulo sicut antiquitus, & in capitulo si quis contumax. & in capitulo quisquis. decimaseptima quæstione tertia, & principaliter, & causa finalis fuit, ut corpora catholicorum in cimiterio sepelirentur, hoc ait Innocent. in capitulo abolendæ de sepul. dicens, quod sepulturæ ordinariæ dn̄t esse ppe ecclesiā, & in cimiterio, hoc ur̄ prouisum in c.nullus. 13.q.2. ubi litera in prin. ait. Nullus mortuus intra ecclesias sepeliatur, nisi episcopi aut digni presbyteri, & fideles laici. s. nimis deuoti. & quasi sancti, ita qđ ordinarie & regulariter communis, ordinaria sepultura defunctorum, debet esse circa ecclesiam in cemirerio. ut in c. fraternitatem. & in cap. fi. de sepultu. & in cle. 1. iuncta gl. eo. tit. sentit Hosti. in sum. in ti. de sep. in §.1. ibi vide quid sit sepultura, vbi ait. quod est locus, concauus in ecclesiastico cemiterio factus, in quo corpus catholici quiescit. nam licet pluries dicatur in iure, qđ catholici sepeliantur in ecclesijs patrū & maiorum suorum intelligitur de eodem iure in cemiteriis ecclesiarum. ut in ca. cum grauia. iuncta glos. 13. quæstio. secunda. & iura sunt vulgaria, quia cemiteria, reputantur, & consecrantur, & reconciliantur vt ecclesiæ, ut in c.consuluisti de conse. eccle. vel alta. & in d.c.sicut antiquitus. & c.quisquis. 16.q.4. Sed posito, ut in d.c.nullus. 14.q.2. quod ex dispensatione iuris, Epi, Abbates aut presbyteri, & fideles laici possunt intra ecclesia sepeliri. † nunquam videtur propter hoc de iure concessum, & quod data sit tanta licentia & facultas, vt omnes Abbates, omnes presbyteri, omnes catholici seculares, possunt intra ecclesiam, & prope altare sepiliri, absit nam hodie esset satis speculandum, qualis Abbas, quis presbyter, aut qs laicus intra ecclesiam sepeliri possit & deberet. & facta discussione difficiliter temporibus nostris reperirentur multi, qui intra ecclesiam iuste potuisset, & debuissent sepeliri, quantomagis prope altare vbi sunt reliquiæ sanctorum, & quod magis est, vbi corpus Christi quotidie consecratur, qui magister, & redēptor noster est dominus & creator sanctorum, & omnium rerum. cuius reuerentia & intuitu sancti patres in conciliis suis statuerunt & decreuerunt vt cadauera fidelium prope altare non sepeliantur, ut in c. percipiendum in §. intra ecclesias 13.q.2. nam laici uiuentes, secus altare dum diuina cantantur, aut corpus Christi. consecratur, stare non debent, vt in c.1. de vi. ho. cle. & in c.sacerdotum. de conse. di. 2. quantomagis cadauere hominum fetida & putrida, prope tantum sacramentum collocari non debent nam sacra vasa non ab aliis quam a sacratis debent cōrrectari, ne pro talibus præsumptionibus dominus iratus, plagas imponat populo suo. & hi qui non peccauerunt pereant. ut ait tex. in c. in sancta, de conse. di. 1. neque etiam permissum † secularibus, sacrarium vbi uasa sacra, & reliquiæ sanctorum sunt intrare ut in cap. non oportet. & c. non licet cuilibet. 24. di. ergo si de iure uidetur præsumprio periculosa p populo, ut seculares vasa sacra tangant, aut intrent sacrariū quantomagis indignabitur Deus, vt prope sacrum altare & ipsius corpus domini sacratum, cadauerat mortuorum sepeliantur, quod nullo pacto iuste & iuridice, & sine crimine, ac sine periculo populi, ne ipse Deus irascatur, fieri potest, neque a prælato similia permitti sine lęsione cōscientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi an debeant tempore quo diuina celebrantur ab ecclesia expelli.*
2 *Infideles an possint ingredi ecclesiam ad uerbum Dei audiendum, & de illa non eijci.*
3 *Aduerbii vsque quæ sit natura.*
4 *Hospitalium qui rectores præsentare possint.*
Hospitale nunquid vnusquisque in domo sua facere possit.
5 *Hospitalium differentia.*
6 *Hospitalia visitare nunquid episcopus in sua diocesi teneatur.*
7 *Hospitale potest rem spiritualem habere, etiam si non habet ecclesiam vel altare.*
8 *Monachus ecclesiæ oblatus, an ad arctiorem transire potest religionem.*
9 *Religiosi in eorum uocatione perseuerare debent.*
10 *Religiosi fugitiui requirendi & cogendi ad regulam.*

Quæst. XVI. & finalis.

Et breuiter dicendū est † quod de iure sunt excludendi ab ecclesia. ut facit tex. in capit. clericos. in fin. 21. di. & in cap. perlectis. 25. di. in §.1. in vtroq; loco, uidetur de officio ostiarii, vbi litera in d. §. ait. Ad ostiarum namque pertinent claues ecclesiæ ut claudat, & aperiat templum Dei, omniaque quæ sunt intus & extra custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles excludat ita quod ostiarius debet infideles. scilicet iudęos, hismaelitas, agarenos, & gentiles seu paganos, etiam christianos excommunicatos, ab ecclesia dum celebrantur diuina excludere, nam si Christianis non licet in temporalibus cum iudęis communicare. ut in cap. nullus, & in cap. omnes, 28.q.1. in prin. vbi in concilio agathanen. decretum est, vt Christiani iudęis non communicent. & in ca. quam sint, de iud. quantomagis non debent sacerdotes, & ipsi fideles Christiani in officiis diuinis ac sacramentis, cum iudęis interesse nec participare, nam non solum non est celebrandum, nec diuina sunt dicenda in præsentia infidelium viuorum, sed neque mortuorum, nam intellecto quod unus infidelis esset sepultus in aliqua ecclesia, talis ecclesia consecrari non

debet, nec in ea eſt celebrandum, vt in c. eccleſiam. de conſe. diſt. 1. & ibi bona gl. in art. prin. qualiter infideles ſunt excludendi ab eccleſia. † Nec ob. c. eps nullum. de conſe. diſt. 1. vbi vr̄ prouiſum quod eps nullum prohibeat ingredi eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue gentilem, ſiue iudęum, ſiue hęreticum vſq; ad Miſſam Cathecuminorum. nam glo. in d. cap. perlectis. 25. diſtin. ait, quod illud capitulum nunc tenetur. & quod hoc c. ſi intelligatur de diuino offō, ſicut gl. & Doct. intelligere voluerunt, non teneatur ab eccleſia, probat text. in cap. non liceat clericis 1. q. 1. vbi litera ait. Non liceat clericis vel laicis ab hr̄ticis alogias. i. benedictiones accipere, quia maledictiones ſunt magis q̄ benedictiones. Nec licet cū hæreticis, & ſciſmaticis orare. vbi gl. dicit iſtud de conſue. eccleſiæ reprobatur, & illam decre. eps nullum, nō eſſe in conſuetudine eccleſiæ. Sed poſſet ſaluo meliori iudicio intelligi. d. c. eps ibi verbum Dei pro prædicatione, ubi infideles pn̄t intereſſe, & eis pn̄t reli. de ſuorum prælatorum licentia prędicare, vt in d. c. quam ſit, de iudæ. nec obſtaret litera. d. c. eps, ibi, uſque ad miſſam Cathecu. vbi vr̄ inconueniens, quod infideles debuiſſent ſtare in miſſa uſq; ad ſacrificium, ſicut Cathecumini, q dn̄t ſtare vſq; ad ſacrificium, quo tp̄e dicūt excludi ab eccleſia, qa cum carent ſacr̄o baptiſmi, & ſic primo fundamento ſacramentorum, quod eſt ianua ſacr̄orum, nō licet eis intereſſe in ſacr̄o euchariſtiæ. Nam bene aduertenti ſi tex. intelligatur vt pōt intelligi in prædicationib. de iure dēt intelligi ibi vſq; ad miſſam cathecuminorū, quo ad miſ-

3 ſam totam incluſiue, quo ad infideles excluſiue, † qa de natura iſtius aduerbīi, uſque de iure ita ſe habet, vt in c. cum dilecti. de dolo & contu. & ita ſe hēt quo ad cathecuminos. quo ad ſacrificium. i. ante ſacrificium excludātur. & ſic infideles debent ſtare in verbo Dei vſq; ad miſſam cathecuminorum. ſ. vt excludantur ante miſſam, & ſic dicunt iura iurib. cōcordari, & tunc vr̄ vbiq, bene deciſum, & vtrumque in obſeruātia. quod iudæi & alii infideles excludantur a miſſa, & a diuinis officiis, & admittanī ad prædicationes, vt in d. c. q̄ ſit &c. Nam redemptor noſter, Marci 15. apoſtolis ait. euntes in mūdum vniuerſum prędicate oī creaturæ. ſ. tam fidelib. quam infidelibus, qa eſt propoſitio vniuerſalis, & ſic vr̄ oēs hoīes includit, & apprehēdit. & Mat. 13. & 24. idem magiſter noſter voluit iſtam prædicationem durare vſq; ad conſumationē ſeculi. Nam vt ait uas electionis, & tuba euangelii ad Coloſſen. c. 4. ibi. Orantes ſimul, ut Deus det oſtiū ſermonis ad loquendum miniſterium Chriſti, ubi Nicolaus de Lyra intelligit libertatem, & facultatem prędicandi. ita ꝙ licitū eſt de iure diuino, & poſitiuo, ſacerdotib. fidelibus, & infidelib. verbum Dei prædicare, & ſi in d. c. quam ſit. de iud. prouidetur, ne fratres debeant ſine licentia ſuorum prælatorum prędicare infidelibus, hoc fuit & bene, ad euitandum ne fratres ſub illa cauſa, & colore poſſent a ſua religione exire, & vagare. Nā ſi ſubdito alicui guardiano, ſeu priori non licet exire conuentum, cā in alio loco prædicandi, quantomagis non eſſet ſibi licitum ire vltra mare. vt in d. c. quam ſit. de iud. Nā uidi ꝙ Fel. recorda. Sixtus IIII. conceſſit licentiam quibuſdā fratrib. de Hiſpania, vt poſſint ire ſine licentia ſuorū ſuperiorū prædicatum in inſula de Canaria, & ꝙ q̄plures fratres de obſeruantia exierunt a monaſteriis ſub illo colore prædicationis, ut uagarent, cum multi de illis ad ſua monaſteria non re-

4 direnr. † in loco ſeu caſtro Serrarum reperitur conſtructū hoſpitale a tanto tp̄e, ꝙ non eſt memoria in ꝯrium, vbi recipiūtur pauperes, & de redditibus hoſpitalis pauperes venientes per tres dies commorantes alimentantur, querit attento qđ a x. xx. & xxx. annis cōitas dicti loci ꝯſueuit pn̄tare, ſeu prouidere de rectore. d. hoſpitalis, ſi d. hoſpitale dicaī eccleſiaſticū aut tm̄ locus pius, ꝙ tam hoſpitale q̄ bona, & redditus illius, debeant defendi & manuteneri per ep̄m ordinariū. Pro cuius declaratione præmitto, ꝙ hoſpitale eſt ita cōe oīb. catholicis, quod vnuſquiſque in domo ſua pōt facere hoſpitale, vt in c. 1. & in c. quieſcamus. 42. diſt. & in c. quod ait. 14. diſt. vbi Loth & Abraham indiſtincte in domib. ſuis recipiebāt pauperes, & ſic tenebant hoſpitalitatem. & clerici hoc idē tenētur facere, & laici ut meritū maximum habeāt hortant hoc facere, ut in d. c. 1. & in d. c. quieſcamus. 42. diſtin. qui presbyteri vel laici ſimile hoſpitale facientes, pn̄t de eo diſponere, & dictam hoſpitalitatē reuocare, & ad alios vſus pro libito ſuo conuertere & dedicare. determinatio eſt Doct. in c. 3. de relig. do. & in cle. per literas. de pręben. & in cle. quia contingit. de relig. domi. & iſta hoſpitalitas aut hoſpitale dicitur ita prohanum & temporale, quia voluntarium, ꝙ nullus eps

5 de eo poteſt diſponere nec ordinare. † eſt & aliud hoſpitale, quod fit ſeu deputatur in tertio loco, pro receptione pauperum, & dotatur a Titio vel Sempronio auctoritate prelati, & tunc nulli dubium eſt, quod incontinenti eius defenſio & cura pertinet ad epiſcopum ſeu ordinarium, vt in dicto capit. tertio. de relig. dom. & in clement. per literas. de præbē. & in cle. quia contingit, de reli. Do. Abb. ſicu. & alij doc. dn̄t. in d. c. 3. de reli. do. & doc. in d. cle. per literas, de præbend. & quia contingit, ꝙ mortuo conditore & remanente hoſpitali dotato. eps debet hr̄e curam & defenſionem omnium bonorū dicti hoſpitalis, dum tn̄ non permittat dictos fructus cōuerti ad alios vſus quam pauperū & hoſpitalis. tex. eſt in expreſſo, pro caſu noſtro. in d. cle. qa cōtingit. de reli. do. in §. nos in curiā, ita tenet Ab. in d. c. 3. de reli. do. in 3. no. vbi ait, qđ hęc hoſpitalia pertinent ad ep̄m, non vt diſponat de redditib. ad libitum, ſed omnia ordinet ad vſum deſtinatum, vbi in fine aſſerit, etiam ſi ſit ædificatum a priuata perſona, ea mortua, quia iam non licet quod reducatur ad alios vſus, quod tunc ad ep̄m pertinet, vt voluntas pia defuncti tradatur executioni, vt in c. nos quidem, & in c. requiſiſti. de teſtam. hoc idem tenet idem Abb. in c. inter dilectos, in fi. de dona. qui multa ait. Item ſcias ꝙ vbi hoſpitale eſt fundatum & inſtitutum au-

6 ctoritate defuncti, † eps hēt ptātem ibi videndi, & inquirendi an cuncta ſm̄ voluntatē defuncti procedāt, & hoc reſpectu iſti appellantur patroni, non domini domus, Zaba in d. cle. quia contingit, ſequitur iſtam opi. & in prin. in 4. not. ait quod iſta bona hoſpi. dn̄r. eccleſiaſtica, & de eis poteſt agi ēt ſi patroni ſint ſeculares coram eccleſiaſtico, & ꝙ licet patroni. ſ. hoſpitalarij ſeu gubernantes hoſpitale poſſunt recipere pro victu & veſtitu. non tamen pro ſe, nec alendis pauperibus poſſunt bona immobilia alienare, neq; ad alium vſum etiam pium ſine licentia papę diſponere, hoc etiā tenet Inn. in d. cle. qa contingit iuxta gl. immo magis ait, ꝙ ꝑ infirmis hoſpitalis diœceſanus ſupplet negligētiā collatoris. Ab. in c. accedentibus. de priuileg. & in c. 3. de præſcript. & in c. 1. de reſti. in inte. ait, quod omnia priuilegia conceſſa eccleſijs, hodie extenduntur ad hoſpitalia, pro quo ipſe allegat text. ſing. in l. omnia. C. de epi. & cler. vbi aſſerit Bart. de illa lege, pro caſu noſtro feciſſe maximum feſtum. Nec ob. c. inter dilectos, de dona. & ibi theorica doct. vbi ad excludendū partem vnam opponebatur, quod non eſſet cāpanile, altare, & nō celebrabātur diuina &c. Nā vt ibi doct. dn̄t, ꝙ neq; iſta faciūt neq; excludūt eſſe hoſpitale, nam vt ait Do. Car. in d. cle. per literas, non obſtante ꝙ in hoſpitali non ſit eccleſia uel altare, poteſt hr̄e rem eccleſiaſticam & ſpiritualem, ita ſentit

7 Imo in d. clem. per literas. † aſſerendo ꝙ ēt bona temporalia ſunt conſeruanda per epm, & dn̄r eccleſiaſtica. nam vt ait gl. in c. quiſquis, iuxta tex. 17. q. 3. Dn̄r hoſpitalarij peſonæ eccleſiaſticæ, & ibi doct. in quo pro nunc non facimus fundamentum, ita & taliter, quod in caſu de quo agitur, maxime cum agatur de præſentatione facta per patronos, confirmata ꝑ ep̄m ordinarium, nullo pacto, nec aliquo iure poteſt vētilari coram ptāte Senarum, quia tunc nullum dubiū quin dicatur pium & eccleſiaſticum, vt in locis prælle. nam ēt ſi eſſet cauſa totaliter prophana. nihil ad ptātē Senarum, qui nihil debet agere in hoſpitali neq; in bonis hoſpi. Nam tunc eſſet quæſtio, an coram patronis vel coram ordinario eſſet qō ventilanda, non aūt coram ptāte ſenarū. Tum ēt vt dico quia agitur de cōfirmatione facta per ordinarium, cuius auctoritate vr̄ d. hoſpitale eſſe ędificatum, cum faciliter poſſet conſtare ep̄m ſeu ordinariū illius, pro tp̄e exiſtentem, ſubſidium ſeu aliquas rn̄ſiones a d. hoſpitali recepiſſe. & ſic vr̄ ad dictum ordinarium in aliquo dictum hoſpitale tamq̄ eccleſiaſticū & pium pertinere. intātum ꝙ iuſte & iuridice pn̄tatus a patronis, cōfirmatus ab ep̄o, potuit coram ep̄o comparere, vt ipſum pn̄tatum, & confirmatum in poſſeſſione quā tenuit, ꝑ plures annos, pacifice defenderet, & manuteneret, maxime cū d. aduerſarius corā d. ordinario voluntarie cōparuit, & libēter vſq; ad plures actus litigauit, qa lite pēdēte nō licuit ſibi corā ptāte, nec corā alio iudice ſuꝑ eadē cauſa litigare. vt in §. offeratur. 3. q. 3. & in c. 1. de iudi. & in regula ꝙ ſemel placuit, de reg. iu. li. 6. & iura ſunt vulgaria, qn̄ eſſet caſus dubius, an coram eccleſiaſtico vel ſeculari cauſa debuiſſet tractari, iſte articulus ante omnia coram eccleſiaſtico eſt decidendus, vt in c. ſi iudex laicus, de ſent. exco. li. 6. intm̄ ꝙ qa res eſt tā clara, defenſio hoſpitalis & bonorū, q̄ ꝑꝑ alia ſuperius allegata, ordinarius iuſte potuit cognoſcere de cā, & in-

8 hibere ptāti Senarum. Dubitatur de iure. † An oblatus monaſterio Beatę Marię de populo vrbis Romę, ordinis. S. Aug. hr̄mitarum, poſſit trāſire ad aliam religionem, licet ſtrictiorem, & poſito ꝙ non, ſi poterit de licentia prioris tranſire ad aliam domum eiuſdem reli. & poſito ꝙ ſic, ſi eſt vagabūdus, & incorrigibilis ſi poterit in totum expelli de monaſterio, abſque eo quod tradatur alteri monaſterio, & pro expeditione primi dubij eſt præmittēdum, quod in religione ſunt monachi, & ſunt conuerſi, & ſunt oblati. Sunt monachi, qui habitū mutāt, & ad ordines promouenī. Cōuerſi aūt dn̄r oēs religioſi añ annū ꝓbōnis. tex. eſt in c. ad apſicam. de re. iu. & in c. cōſtitutionē. eo. tit. in prin. li. 6. ideo oēs vocātur cōerſi, qa cōuertunī de imꝑfecto ad ꝑfectū. Sed quo ad caſū noſtrū dicuntur

cuntur conuerſi qui habitum mutant, dedicando ſe & ſua monaſterio, non tamen promouētur ad ordines, oblati ſunt iſti qui faciunt ſe fratres, aut confratres alicuius religionis, tamen remanent in ſeculo & obligantur parochię. Alij ſunt oblati, maxime proprię, qui dedicant ſe & ſua monaſterio habitu non mutato. De religioſo in 1. c. aut de monacho, nō eſt quęſtio noſtra, nec de conuerſo, eſt autem de oblato, qui intrat monaſterium &c. & in caſu noſtro dico quod oblatus non poteſt tranſire ad aliam religionem, licet ſtrictiorem. gl. eſt ordi. in cap. vt lex continentiæ. 27. quæſtio. 1. Theorica eſt doctorum in c. non eſt, de regula, & hoc pro tanto, quia ſunt quaſi ſerui monaſterij cui dedicarunt ſe, & ſua, & ideo magis aſtringuntur religioni eiuſdem domus, quam monachi, qui ſi profitentur illam religionem videntur ſub conditione a iure poſita, niſi voluerint tranſire ad ſtrictiorem, petita licentia a ſuperiore licet non obtenta, facit tex. in cap. licet, de regu. qui multum commendantur, quod non obſtante, quod religio habeat priuilegium quod de illa ad ſtrictiorem non poſſunt tranſire. Sed oblatus non gaudet iſto priuilegio cum videtur non ſolum eligere religionem, ſed tantum illam religionem, & domum, cuius cauſa nō immerito aſtrin-

9 guntur magis religioni, quam religioſi. † Nam iſti oblati in eadem vocatione qua vocati ſunt, debent manere, vt in capit. 1. 21. diſtinct. quia cum iſto onere ac conditione ſe dedicauerunt illi monaſterio. Sed quid ſi ad aliam religionem & ſic ad ſtrictiorem non poſſit tranſire, an poterit ad aliam domum eiuſdem religionis. Et dico quod de licentia ſui ſuperioris poteſt, hoc videtur ſentire gloſ. in d. capit. ut lex. 27. quæſtio. 1. hoc ſentiunt Docto. in d. c. non eſt de regula, quod intelligo ſane, verum ſi eſt aliqua cauſa, aut qa domus quo ad ſuam diſpoſitionem infirma, aut alia quæ mouet ſuperiorem, tamen non obſtante cauſa, credo ſalua reuerentia doctorum, quod non poſſit tranſire ad aliam domum eiuſdem religionis. Nam ratio quæ eſt de toto quo ad totum, eſt de parte quo ad partem, nam ſi oblatus non poteſt tranſire ad aliam religionem, licet ſtrictiorem, quia dedicauit ſe & ſua domui particulari, ergo ſi domui illi, non toti religioni, pręterea vbi eſt eadem ratio, & idem ius, ſed eadem ratio quæ impedit vt oblatus non transferatur ad aliam religionem, facit vt dixi, quod ſine cauſa ad domum eiuſdem religionis non tranſeat, ergo idem ius. Vnum tamen eſt, quod ſi ipſe maior in tota religione per ſe ſolus, aut ſi non per ſe, ſed in capitulo de bonis vnius domus poſſet diſponere in vtilitatem alterius domus eiuſdem religionis, quod tunc iſte oblatus iſto modo, poterit tranſire, cum omnia monaſteria iſtius religionis, reputantur vna domus, & omnia bona religionis ſunt communia vnicuique monaſterio eiuſdem religionis, & ſic oblatus videtur oblatus illi domui ad quam tranſmittitur quia toti religioni. Sed quid ſi oblatus, aut qualiſcunque religioſus eſt vagabundus, & incorrigibilis, ſi poterit in totum expelli de monaſterio. Et dico quod non, facit text. in

10 capit. ne religioſi, de regula, ubi prouidetur † quod religioſi fugitiui ſunt requirendi & cogendi vt ad monaſterium reuertantur in c. Ioan. eo. tit. facit text. in c. quod autem quæritur. 17. q. 3. vbi prouidetur, ꝙ poſtq̄ traditus eſt aliquo monaſterio, & obedientiæ abbatis, quod non poteſt exire, nec abbas poteſt dare licentiam, nam datur annus a iure tam in fauorem iurantis quam recipientis ut in c. ad apoſtolicam, de regula, ergo ſi poſt annum eſt profeſſus uelit nolit compellitur ſtare in monaſterio &c. poſt annum & poſt profeſſionem compelletur Abbas retinere religioſum. nam Innoc. 3. Sancte cogitauit & prouidit in d. c. apoſtolicam. in 1. reſponſo. ibi, in parte, quæſtionibus tuis taliter reſpondemus, ꝙ licet tempus probationis a Sanctis Patribus ſit indultum, non ſolum in fauorem cōuerſi, ſed etiam monaſterij, vt & ille aſperitates iſtius, & illud mores illius ualeat experiri, quod utrunque diligenter eſt obſeruandum, pręſertim cum ab vtroq; de reliquo certa notitia non habeatur &c. ecce ergo ꝙ nec monaſterium habere potuit, aliam notitiam, niſi ꝙ permanendus ſit, nec receptus, niſi quod oīno nō debeat ſtare, ergo vterque bonum de alio concepit, ſi receptus factus peruerſus, factus maliuolus & incorrigibilis, etiam quo ad religionem non habeat nolle, nec uelle, furioſus reputari debet, mente captus ęſtimari, quantum autem graue ſit furioſum excludi a monaſterio, quia infirmatur, quantum alienum a charitate eum expellere, omnibus eſt notum, ita quod regula aut inſtitutio Sancti Auguſtini ſi cōtrarium prouidet, quod excludatur debet intelligi a conſortio, ex conuerſatione aliorum religioſorum, ne eis noceat, & ipſe in carcerib. detineatur, cū etiam ſi uideatur incorrigibilis, & uideatur ethnicus ſeu infernalis eſt in uia, & poterit cogi & ſaluari &c.

F I N I S.

TRACT. DE IMMVNITATE Eccleſiæ,

EDITVS PER FAMOSISSIMVM Decretorum Doctorem dominum Ioannem de Viſchis.

Præpoſitum Eccleſiæ cathedralis Thaurinenſis, Decretum in Thaurinenſi vniuerſitate legentem.

Via materia immunitatis cōfugientium, ad eccleſias, quę in hac quęſt. quarta, cauſa xvij. quotidie occurrit in practica, & multos alios clamores, & multas difficultates, & dubia adducit inter iudices, & rectores eccleſiarum, & officiales ſeculares, propter quod oportet varia iura, & loca laborioſe requirere, pro deciſione caſuum emergentium, ideo in hoc, decreto communi, in hac materia propoſui trahere aliquas concluſiones communes, ſparſim, tam in hac quæſt. quam alibi traditas, quatenus ſuccedente caſu ſine more diſpendio, & temporis damno, hic ualeat facilius, quod quæritur, inueniri.

S V M M A R I V M

1 *Confugiens ad eccleſiam non poteſt inde extrahi. & infra nu. 3. & limita, vt infra num. 18. 19. & 20.*

2 *Immunitatem eccleſiæ violans a quo iudice puniatur.*

Iudex eccleſiaſticus an poſſit ad eccleſiam confugientem violenter extrahere, & infra nu. 4. 6. & 15.

5 *Immunitas in animæ præiudicium, conceſſa non intelligitur.*

Monachi poſſunt ex monaſterio expelli, & in arctioribus monaſterijs recludi.

7 *Epiſcopi in quibus locis iudicent.*

8 *Clerici vbi & per quos verberari debeant.*

Clericus in actibus ſuis elucere debet.

9 *Rectores eccleſiarum debent vitam & membra obtinere ad eccleſiam confugientibus.*

10 *Confugiens ad eccleſiam ob criminum magnitudinem, immunitatem non habet.*

11 *Delinquens extra eccleſiam niſi ad eam confugiat, immunitatem non conſequitur.*

12 *Confugiens ad eccleſiam poteſt egredi per triginta paſſus in circuitu.*

13 *Septum eccleſiæ, quid ſit.*

14 *Leges poſtquam conſtitutæ ſunt, de ipſis non eſt iudicandum, ſed ſecundum ipſas.*

16 *Sacrilegium committunt delictum in eccleſia perpetrantes.*

17 *Iudex eccleſiaſticus an ſibi non ſubditum directe punire poſſit.*

Delictorum in eccleſia commiſſorum punitio ad quem ſpectet.

Pœna duplici ex eodem delicto quando quis puniri poſſit.

Lex quando præſumit, & ſuper præſumpto diſponit, in contrarium probatio recip i non debet.

19 *Latro vt de eccleſia extrahatur quæ requirantur.*

20 *Latro publicus quis dicatur.*

21 *Depopulator nocturnus quis ſit, & in quo a latrone differat.*

22 *Latrones & nocturni depopulatores quare non ſunt tuti in eccleſia, ſicut alij malefactores etiam deteriores, qui ſunt tuti.*

Iudex ſecularis ſi recepat latronem publicum ad eccleſiam confugientem, & ipſe dicat ſe non eſſe publicum latronem, an ante declarationem extrahi poſſit.

Declarationis ſolemnitas in notorijs non requiritur.

23 *Notorietas facti idem operatur quod notorietas iuris.*

Negatio in notorijs rem dubiam non facit.

24 *Latrones famoſi quomodo puniantur.*

Furcarum pœna an hodie poſſit imponi pro furto quinque ſolidorum.

25 *Pro furto primo magno, quis ſuſpendi poteſt.*

26 *Latroni famoſi qui dicantur.*

27 *Homicidium in eccleſia ſub ſpe immunitatis committens, immunitate non gaudet.*

Quid ſi, committat homicidium ſine ſpe immunit. infra. nu. 29.

28 *Eccleſiæ auxilium fruſtra inuocat, qui in eam committit.*

29 *Cimiterium offendens eccleſiam offendere dicitur.*

Cap. fin. de immunita. eccl. eſt odioſum.

Cauſa impulſiua ceſſante, diſpoſitio non ceſſat.

30 *In delictis, malus animus præſumitur.*

31 Cap.fi.de immu.eccl.an habeat locum in perpetrantibus in ecclesia alia delicta quam homicidia.
Et quid in raptore vide infra.nu.33.
32 Casus a lege exceptus, per rationis identitatem extenditur ad casum similem.
Constitutio tendens ad vnum finem,non ligat trangressorem,dummodo seruet finem & mentem legis.
Cap.de raptorib.36.q.1.quomodo procedat.
34 Ius vnum per aliud suppleri debet.
Lex vna & eadem,diuersos effectus producere non debet.
Constitutio iuris communis excipiens aliquos casus,ob hoc non firmat regulam in non numeratis.
Dispositio taxatiua an & quando extendatur.
35 Stat.ciuilia super rebus ecclesiæ non ligant.
36 Homicida quando de ecclesia extrahatur.
37 Clericus ad ecclesiam confugiens inde extrahi potest.
38 Interfector clerici,de ecclesia extrahitur.
39 Constitutio loquens de prædicatoribus & minorib.in alijs prædicatorib.& mendicantib.locum non habet.
Constitutio quando de certo casu disponit cum ratione, tunc ratio extendi non debet,sed tantum dispositio.
40 Iurium correctio inducenda non est.
41 Occidens aliquem appensate an sit de ecclesia extrahendus.
Argumentum per locum a speciali,in iure validum est.
42 Sacramentum violans,ab ecclesia deffendi non debet.
Cap.1.de homi.quomodo procedat.
43 Depositio est mors ciuilis.
44 Confugiens ad ecclesiam non consecretam,immunitate an gaudeat & infrà num.46.
45 Ecclesia non consecrata an dicatur ecclesia.
Officia diuina in ecclesia non consecrata,celebrari non possunt.
46 Confugiens ad ecclesiam nondum consecratam, & in qua non celebrantur diuina,an immunitate gaudeat.
47 Legis ratio est ipsa lex.
48 Oratoria quæ in domib.sunt an immunitatis priuilegio gaudeant.
Hospitalia & domus religiosæ immunitate gaudent.
46 Ecclesia interdicta,an priuilegio immunitatis gaudeat.
50 Peccata debent tenere suos auctores.
Clericus suspensus,interdictus vel excommunicatus, priuilegio immunitatis gaudet.
Fugiens ad corpus Christi quando ad infirmos portatur, ac si ad ecclesiam confugeret,immunitate gaudet.
Quid in incarcerato corpus Christi recipiente.
51 Palatium episcopi an immunitate gaudeat.
Familia episcopi ori priuilegio gaudet.
52 Domus canonici vel rectoris ecclesiæ,an immunitate gaudeat.
Captus a iustitiario extra cimiterium vel ecclesiam, & ducatur per ecclesiam an inde extrahi possit.
63 Fugientes ad ecclesiam,tandiu immunitate gaudent,quandiu In ecclesia resident.
54 Fugiens ad ecclesiam generaliter,inuitus non debet extrahi.& infra. numero 56.
55 Quid in fugiente ad ecclesiam propter tributum.
57 Fugiens ad ecclesiam puniri non debet.
Iudex ecclesiasticus an possit procedere contra inferentem damnum in reb. fugientis ad ecclesiam.
Fugiens ad ecclasiam eius forum non sortitur.
Ecclesia immunitatem habet vsque ad 40.passus.
58 Capellæ sitæ.infra ambitum ecclesiæ an immunitate gaudebant & numero sequenti.
60 Porticus,ecclesiæ adhærentes immunitate gaudent.
61 Passus.40.circa ecclesiam an immunitate gaudeant sicut ecclesia.
Immunitatem an dicatur violare, qui existens extra monasterium trahat eum qui stat intra,per partem mantelli.
62 Cap.fi.de immu.eccl.an locum habeat si existens in ecclesia, occidat vel mutilet extra ecclesiam existentem.
63 Immunitate an gaudeat ille qui est in ecclesia si ibi mandat committi delictum,vel econtra, existens extra,si in ea delictum committi mandat.
64 Fugiens ad ecclesiam pro uno delicto,an possit inde extrahi pro alijs delictis prius commissis.
65 Ecclesiam violans,de ea aliquem extrahendo,quomodo puniatur.
66 Iura quando super eodem facto varias imponunt pœnas, earum optio iudici datur.
Pœna vna aliam quando non tollat.
Pœna pecuniaria violationis ecclesiæ cui applicetur.
67 Seruus ad ecclesiam confugiens an immunitate gaudeat.
68 Reipub.interest ne quis re sua male vtatur.
Liber homo ad ecclesiam confugiens,inuitus non restituitur eum repetenti,& cum iuramento.
70 Carceratus si in die solenni relaxetur vt eat ad missam cum iuramento de redeundo, si iuit ad ecclesiam & nollit inde exire, an extrahi possit.
Immunitas confugiendi ad ecclesias vnde processerit.
71 Sacerdotis officium est omnibus prodesse velle.
Fugiens ad ecclesiam a quo victum habere debeat.
72 Prælati vel principes delinquunt qui ad ecclesiam fugientes obsessos obtinent,& victum negant.
73 Pœnitentiam de peccato publico quis agere compellitur.
74 Ecclesia non habet territorium, nisi in pertinentibus ad forum ecclesiasticum.
75 Iudæi & infideles ad ecclesiam confugientes, immunitate non gaudent.
76 Delictum aliud quam homicidium, vel mutilationem in ecclesia committens, ecclesiæ immunitatem non perdit.
Secundum communem opinionem.

Diffiniuit. Diuiditur in quinque partes. Primo constitutio. Secundo ampliatio. Tertio limitatio. Quarto pœna non restituentis post præstitam cautionem impunitatē. Secunda ibi, sed esse potius. Tertia ibi, sic tamen vt hi. Quarta ibi si quis autem hoc decretum. Quinta ibi, ipsos autem, & ad hoc allega- 1 tur. Confugientes † ad ecclesiam, vel infra passus triginta in circuitu eius residentes, sine receptaculo extranearum domorum,immunitate gaudent, vt inde extrahi, vel bonis spoliari non debeant, & etiam si pro causa necessaria vere illos 2 triginta passus exeant. violans immunitatem, † punitur ab ecclesiastico,& etiam temporali iudice, & si rector ecclesiæ post præstitam cautionem immunitatis,seruum fugientem ad ecclesiam, remiserit, tenetur aut ipsum seruum præsentare, si possit, aut damnum satisfacere, vt elegerit princeps. hoc dicit. Not.primo vnam regulam hoc. in principio. text. ex ista dictione nullus,quæ est vniuersalis negatiua, & est apta quoscunque ecclesiasticos comprehendere iudices,etiam episcopum,iuxta nota.per Panorm. in capitulo inter alia.de immun.eccles.facit.cap.primo.vers.responsuri.21. distin. in capitulo ut ostenderet. de consecratione distinct. 4. & quod no.Geminia.in cap.nemo.deinceps.de electio.lib.sexto,nec 3 episcopus † nec alius iudex ecclesiasticus potest violenter extrahere illum qui fugit ad ecclesiam ut puniatur, vel illum punire corporaliter,etiam si sit subditus suus. & hanc opinionem tenet Ioan.And.in dicto capitulo inter alia per l. secundā.C.de his qui ad ecclesiam confug.ubi similiter text. dicit, nemini licere ad hoc etiam faciunt multa iura huius quæstio.maxime cap.reum.supra eodem ver.dicit tex.nemo abstrahere audeat,& exponitur nemo,idest non homo,vel nullus homo.secundum Archidiac.in dicto cap.nemo. de elec. lib.sexto. capitu.unic.de na.ex liber.vent. ubi dicit quod durum est ab eclesia impugnari eum quem tueri debet, facit capitul. conquerente. extra de restit.spol.in princ.&c.facit. capitul.cum omnes. extra de consti.ubi dicit. patere legem quam tu ipse tuleris, & dato quod iudex ecclesiasticus possit talem confugientem ad ecclesiam punire, quo ad forum pęnitentiale, puta intrudendo in perpetuo monasterio ad pœnitentiam, ut not.Benedict. post Innocen.in dicto capitulo inter alia. per capitul. si episcopus.50.distinct. capitulo de lapsis.16.quæstio sexta, uel ad satisfactionem damni compel. vel ut seruiat,donec satisfecerit ei, quē læsit, quando nō est soluendo, ut intelligit glo.final.in capitulo reum.supra eod tex.in capitulo de rapto.36.quæst.prima facit. capitul. nemini.17.quæsti.quarta. & capitul.qui contra.24.quæst.primai in quibus ecclesia ponit pœnam exilii. Sed prima opinio. Ioan.Andre.videtur melior, per rationes, & iura præallega. & ipsam sequitur Panorm.in dicto capitulo inter alia. Nec. obstat. capitul.miror. & capitul. frater.quia ibi est casus cōtingentia propterea illud.capitulo frater.circa medium.utitur verbo vniuersali nullus, nec restringitur ad casum præpositum,& ratio eius est, quod possit comprehendere etiam ecclesiasticum iudicem.& sic ubi eadem ratio, idem ius. capitulo translato, de consti.capitulo si postquam. de electio. lib.6.cap.marchion.1.quæst.1.ad cap.constituimus. Respondetur, quod licet ecclesiasticus iudex non possit extrahere, nec punire non erit propterea concedendum istud ob priuilegium immunitatis, sed tantum ob reuerentiam, & ad honorem ecclesiæ introductum.dicto capitulo frater.& capitulo reum,vt confugientes ad eam non minus consequantur, quam olim fugientes ad statuam præfecti vrbis. l. prima. in §. primo. ff. de offic. præfect. vrbi. alias sequeretur inconueniens, scilicet quod ecclesia vellet indirecte vsurpare iurisdictionem secularem, si confugientes ad eam hoc modo efficerentur de foro suo,quod esse non debet, ut capitulo nouit.de iudiciis cum similibus. Ad vltimum respondetur, non sequitur fugienti ad ecclesiam datur immunitas quo ad pœnam corporalem, ergo alia pœna etiam corporalis reseruatur ecclesię, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. capitul. inter corporalia. de transla.præla.ergo multominus sequitur,quod possit extrahere de

de ecclesia.Item non ob.cap.de rapto.& glo.in c.reum, quia loquitur de satisfactione damni, fienda etiam quando soluendo est ille qui confugit ad ecclesiam. Nec propterea dicitur in dictis iuribus,quod iudex ecclesiasticus ad satisfactionem damni compellat sibi non subditum. nam forte ostendunt illa iura quod debeat ille iudex ecclesiasticus ad satisfactionem damni, seculares compellere, sicut in simili no.in cap.delatori.5.quæst.6. stat ergo regula, & vera conclusio, ꝙ iudex etiam ecclesiasticus non potest fugientem ad ecclesiam inuitum etiam subditum suum,siue clericum, siue laicum extrahere,nec pœnam corporis afflictiuam imponere, licet possit subditum suum ad satisfactionem damni compellere.vt in d.cap.reum. fallit tamen prædicta regula in pę- 4 na fori pœnitentialis, quam potest ecclesiasticus † imponere ad ecclesiam fugienti,etiam inuito eo, secundum Panor. post gl.in d.cap.de rapto.& Inno.& Ioan.And.in d.cap.inter alia. dum tamen inuitus non extrahatur de ecclesia, vt sibi consulatur,pariter,& ipsi ecclesiæ,& causæ ipsius confugientis ad ecclesiam,& possunt secundum ipsum Panor. sic reduci ad concordiam Bar.& Zaba.in clem.1.de pœnit.& remis- 5 sio.quia immunitas † non intelligitur esse concessa in præiudicium animæ, & potest quis compelli ad agendam pœnitētiam publicam & solemnem de facto publico, maxime cōmouente, & scandalizante vrbē, vt no.26.q.6.in c.fin.& in c. in capite.1.di.& aliquid. 30.q.1.cap.si quis. & in cap.quæsitū. de pœnit.& remissio. Secundo fallit prędicta regula ex men- 6 te Panor.quando iudex † ipse ecclesiasticus causa disciplinæ, & non odij vellet religiosum, vel clericum in ecclesia arcere & punire, vel extrahere, & duci facere ad carcerem, secundum eum, ex rationibus, & iuribus infrascriptis. Primo per gl.in cap.nullus.supra eodem. Secundo mouetur,quia lex ciuilis non facit mentionem de clericis, vel religiosis, & si faceret non valeret,quia ideo posset dari priuilegium in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ, iuxta no per Innocen. in cap.nuper.de testi.in cap.eccl.sanctæ Marię de consti. 96.distinct.bene quidem.iura vero canonica, & si non distinguāt inter clericos & laicos. tamen si bene ponderantur secundū eum, videntur mentem habuisse ad laicos dumtaxat. patet, quia dicunt & rectores ecclesiarum debere obtinere prouisionem de morte & membris,ut hic. & in capit.id constituimus.infra eodem.& in d.cap.reum.supra eodem.& d.capit. inter alia,de immunitate ecclesiarum. Non enim dicunt, ꝙ habeant indulgere,quod tamen fecissent,si intellexissent de clericis, quorum punitio ad ipsos rectores ecclesiarum, ut episcopos,& alios prælatos pertinet,de offic.ord. capit. cum ab ecclesiarum.idem probat in ratione, presertim in religiosis, qui nunquam aut raro exeunt claustrum monasterij. 21. q.1.cap.placuit.Nam secundum regulam eorum,& iura cōmunia, possunt per eorum superiorem ex monasterio expelli,& in aliis arctioribus monasteriis recludi, iuxta no. in cap. vniuersitatis.de senten.excommu.cap.fin.de regula.16 q.6. c.de lapsis.1.dist.si episcopus c.dilectus.de simo.& idem dicēdum secundum eum de clericis secularibus.Nam episcopus 7 † iudicat in ecclesiis.2.quæst.2.præceptum. & glos.in d.capit. nullus.supra eodem.Item in palatio,facit. cap.qua fronte.de appella. & in sententia sua cōdemnat clericum ad perpetuū carcerem ut in cap.quamuis. de pœ.li.6.cap.nouimus. cum ibi no.de verb.signific.c.1.de calum. 46. dist. in sum.durum autem esse dicere quod in ecclesia clerici non possent capi, arceri,macerari, & verberari, immo pro honestate ecclesiæ 8 non debent verberari clerici † nisi in ecclesia per clericum, & non per laicum. & not. in cap. uniuersitatis.de sententia excommuni.& per glos.45.distinct.in sum. & si prælatus inferior episcopo faciat verberari per laicum, incurrit sententiam excommunicationis, ut ibi nota secundum eum, & si clerici gauderent immunitate ecclesiæ hoc tenderet nō ad decorem ecclesiæ,sed ad maximum dedecus, cum viderentur defendere facinus clerici, qui deberet esse sanctus, & in suis actibus elucere.vt in dicto cap.oportet sacerdotes. 80. distinctio. & canones mandant pro facinore eos esse deponendos.cap.at si clerici.cap.cum non ab homine.de iud. Sequeretur etiam absurdum, quod cum multi sint clerici, qui nihil habent de patrimonio,& remanent eorum delicta impunita,quomodo possent pecuniariter puniri. Ad prædicta ēt adducit, in versiculo si quis primo. de priuileg. in uersiculo si quis uero.& cap.non solum.in fi.de regular.& trans.ad religionem.libro 6. ubi delinquentes in religione mandantur subijci grauibus pœnis.prima cum uiuentes in ecclesia gaudeant immunitate, nisi in ecclesia malitiose deliquerint, ut in capit.primo.de immun.ecclesiæ, sequeretur quod clerici qui communiter viuunt, nunquam uel raro punirentur pro eorum delictis, cum vt plurimum deliquunt in ecclesia, cuius contrariū dicit probari in c.nullus.su.eo.& in c.2.& in c. cum illorum.de sent.excommu. hæc sunt verba Panor.quæ ipse dicit esse verissima,& dicit hanc non esse tractatam per alios docto.dicit tñ esse relinquenda consuetudini,quam in hoc dicit fore attendendam, de quo ĩ.tāgam.Sed quamuis allegationes domini Panor.in se sint veræ,tamē quātum ad propositam.q.non credo ꝙ verum dicat, cum expresse determinent contra casum c.ante penul.nullus.ĩ.eo. vbi dicit tex.nullus clericorum seruum aut discipulum suum fugientem ad ecclesiā extrahere audeat, vel flagellare præsumat. & ipsemet Panor.in d.c.inter alia,visus est tenere contrariū. 9 Ad contraria posset responderi ꝙ clerici vel † rectores ecclesiarum debent obtinere extraneis confugientibus ad ecclesiam vitam & membra,vt non puniantur pęna afflictiua corporis.c.reum.s̃.eo.& c.id constituimus.ĩ.eod.quanto magis ipsi debent pati,& obseruari.legem inter suos,quam vellent in extraneos,c. cum omnes,extra de constitut.quemadmodum pulchre legitur in vita beati Siluestri, sub Constantino Imperatore,cui dum pro vase sanguine puerorum implendo, adducerentur carrugæ onustæ puerorum, vt in Balneo sanguinis curaretur a lepra.Auditis gemitibus matrum,iussit matribus restitui filios,vt priuilegium quod in bello contra extraneos obseruauerat, videlicet vt facies quæ pubertatem non nouerat gladium bellatorum traderet,suis ciuibus denegaret,& pro hoc facit.c.non satis.85.dis.ubi in operibus contrarijs charitati sunt gradus, & primo nostris propinquis,& iura conferentia hanc immunitatem loquuntur verbis generalibus, comprehendentibus etiam clericos, & religiosos,nec indulgebit iudex ecclesiasticus clericis,plusquam iudex secularis laicis. Nec ob. quod dicitur clericos, aut religiosos raro aut nunquam exire claustrum monasterij.& ibi vt plurimum delinquunt in monasterio,& claustro & ibi possunt puniri,tamen nō tam sępius possunt delinquere in ecclesia quam laici, sed si ad eam pro consequenda immunitate confugiunt, gaudent proculdubio potius immunitate in ea residentes, & etiam ĩ. passus. 30.in circuitu eius progredientes,vt hic est casus,& in d.c.nullus.s̃.eo.vbi ita expresse tenet Arch.& referendo habitudinem in parua postilla,super verbo flagellare non audeant nam subaudit ibi flagellare non audeant,etiam causa disciplinæ,& etiam Arch. ibi referendo laurentium,dicit illum text.procedere qñ magister docet extra ecclesiam & discipulus confugit ad ecclesiam, quia tunc gaudet immunitate. Et per hoc est responsum ad c.monachi.& c.cum illorum, de sent.excomm.s̃.alleg.ad c.nullus in fi.s̃.eo.dic, ꝙ loquitur de interfectore clerici,nec ibi dicitur ꝙ confugerit ad ecclesiam,vel est specia- 10 le, vt talis non gaudeat immunitate † pp magnitudinem criminis, sicut dicimus in publico latrone,& ſm istum intellectum hic cōmittitur vna fallentia in regula prædicta, ex prę- cedenibus collige, ꝙ si quis † delinquat extra ecclesiā, licet intra 30. passus immunitatis, vel etiam extra ipsos passus, si 11 confugiat ad ecclesiam non consequitur immunitatem † tñ postquam ad ecclesiam confugit,potest egredi extra eccle- 12 siam per 30.passus in circuitu,sine tamen receptaculo extranearum domorum laicorum, & iura loquentia de hac materia.confugientes dicunt ad ecclesiam consequi immunitatem,non autem fugientes ad illos passus,vel cimiteria,vel ad aliud de ecclesia.c. vno. extra de conse.ecclesiæ vel alt.li. 6. & si voluisset intelligere de cimiterio bene sciuisset dicere ad ecclesiam, vel cimiterium c. ad audientiam, extra de decimis,videtur tamen huic obstare.metuentes.& c.frater. s̃.eo. ubi confugientes ad septa ecclesiæ consequuntur im- 13 munitatem,sed dic tu ꝙ septū † ecclesiæ idem est ꝙ claustrū, seu clausura,a sepio pis,ut uoluit glo.Io.An.in cle.magis nō circa principiū, de sta.re.ubi tex.non diceret septa ecclesiæ, si sub eo comprehenderetur monasterium & Arch.dicit in d.c.metuentes ꝙ capitur pro loco sancto Circundato,quod intelligo pro ecclesia,quia illi.30.passus cōiter non sunt circundati.ad principalem decisionem, non ob. quod dicit cedere ad dedecus ecclesiæ, cum uideatur ecclesia defendere facinus clerici,& delicta remanere impunita, si clericus nil haberet in bonis, quia negatur,immo est eadem ratio in eis, quæ in laicis,& eodem modo poterunt puniri pęna publica ut prædictum est, uel forte etiam deponi & degradari,cum talis pęna non uideatur afflictiua corporis. Item poterit ad seruiendum compelli pro satisfactione,licet forte istud ultimum non procederet in clerico, maxime in sacris ordinib. constituto,cui nō conueniret seruire laico offenso, maxime differendo officium suum,propterea sufficit ita scriptum esse.12.quæst.1.capit.quod præcipitur.Nam leges † postquam 14 sunt constitutæ, non est liberum iudicare de ipsis, sed oportet iudicare secundum ipsas 4.di. §.non autem, fallit primo prædicta regula, quando de mandato papę ecclesiasticus iudex hoc faceret.c.uxor feminę,ſm unum intellectum.s̃.eo. 15 quia papa est s̃.ius.c.proposuit,de concel.pręb. † Secundo fallit in seruo nolente exire immunitatē,post cautionē immu-

 nita-

nitatis prçstitam per dominum, vt hic infine, & in c. metuē tes. s̄. eo. quia tunc iudex ecclesiasticus posset expellere de ecclesia, nisi forte esset magna sęuitia domini. vt dicit gl. fin. in c. 1. de sen. excomm. secundum But. in c. inter alia vbi Panor. referendo Cyn. in l. præsent. C. de his qui ad eccle. cōfu. dicit, quod hoc casu quando timetur de maxima atrocitate domini, locum habet, insti. de his qui sunt sui vel alien. iur. quia tunc non redditur seruus domino. Sed ex quo eius sæuitia est intollerabilis compellitur vendere seruum. &c. fallit & tertio, illa regula in illis criminosis, de quib. j. dicam. qui non gaudent immunitate, tales enim possunt extrahi de ecclesia per iudicem ecclesiasticum, & puniri de crimine, si sint clerici, vel subditi ecclesiæ. layci autem non subditi ecclesię si delinquunt in ecclesia. secundum Cynum in dicta lege præsenti. C. de his qui ad eccles. confu. & Petr. de Ancharan. in dicto capitulo inter alia vt refert & sequitur Panorm. possunt tunc extrahi per iudicem ecclesiasticum, & puniri secū dum eū de sacrilegio. qđ committunt tales delinquentes in ecclesia. iuxta not. in c. cum sit generale. de for. compe. Nam tales committunt sacrilegium perpetrando maleficium in

16 ecclesia, † & dicuntur violare immunitatem ecclesiæ, quia sicut non licet aliquem inde violenter extrahere, ita nec verberare, nec occidere in ea, & hæc procedunt indubitanter, maxime si cum sanguinis effusione. c. conquęsti. c. cum pro causa. de sen. excommu. c. si quis domum. s̄. eo. tamen de crimine seculari ibidem in ecclesia commisso non credit ibi

17 Panor, ꝙ possit iudex † ecclesiasticus sibi non subditum directe punire, quia ecclesia non habet territorium, nisi circa ea quæ sunt de pertinen. ad forum ecclesiasticum. faciunt notata, in c. postulasti. de foro compet. in c. lex debet. 23. q. 5. & alle. Panor. Bar. in l. si cui. ff. de accu. vbi dicit ꝙ punitio delictorum in ecclesia commissorum, pertinet ad iudicem secularem, & nō ad ecclesiasticum, ex quo delinquentes nō sunt ipsi ecclesiæ subditi. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis, & cleri. & ar. in d. c. de immunitate eccle. ubi papa mandat iudicibus ecclesiasticis, ut denuntient tales non gaudere immunitate, non. n. mandat per se tales punire, ꝙ fecisset si sortiti fuissent eorum forum, nec mirum si ex eodem delicto possit quis diuersis pœnis puniri, quia hoc procedit, quando ex eo resultant diuersæ species delicti, ut plene not. Bar. in l. senatus. ff. de accu. uidete glo. in c. uirginibus. 27. q. 1. & quod prædicti criminosi non gaudentes immunitate extrahendi sint ecclesia per iudicem ecclesiasticum, tenet hoc Arch. in uer. extra territo. in fi. huius tex. dicens ꝙ hoc casu ecclesiasticus extrahendo tales, non propterea dicetur eos tradere morti, sed lex. 23. q. 5. cum homo, & pro hoc tex. in c. prælatis. de homici. lib. 6. Not. 2. ex isto tex. ibi, confugientes. tex. generaliter loquentem, et sic generaliter debet intelligi. c. 2. de cōiu. lepro. ut oēs confu. ad ecclesiā, ēt si sint iudei vel pagani uel eorū serui gaudeāt immunitate, & hāc opi. tenuit hic Hug. dicens ꝙ tales infideles pro seruo suo habendo, quando confugit ad immunitatem ecclesiæ, iurabunt de immunitate per falsos Deos. 22. q. 1. mouet. uel dabunt pignora, uel fideiussores, hanc eandem opin. tenuit etiam gl. in d. c. inter alia. de immun. eccle. in uersi. extrahendi. Archi. tamen cōcludit hic contrarium, per. c. frater. supra eo. et c. fi. de immun. eccl quia non debet præstare patrocinium ei qui uult et nititur semper eam impugnare. c. displicet. 23. q. 4. & de hoc est præsens casus in l. 1. C. de his qui ad eccle. confu. Nam illa præsumit, ꝙ iudęus ex reatu aliquo, uel debitis fatigatus, fugit ad ecclesiam, & dicit se uelle fieri Christianum, uiolenter & ad fraudem euadēdam, et ex quo illa lex præsumit, et super prçsumpto disponit, non debet recipi in contrarium probatio. ut not. gl. in c. seruo. 1. dist. et Doc. in c. his qui fidem. de spon.

18 hanc etiam partem firmat Panor. in c. inter alia. † ex præcedenti, collige secundam regulam, et unam fallentiam, et regula est, quod omnes confugientes ad ecclesiam gaudent immunitate, prima fallentia in infidelibus et eorum seruis,

19 ut prædictum est. Secunda fallentia, in publico latrone. † Dū itinera frequentata, uel publicas stratas obsidet, aggressionis insidijs. d. c. inter alia, et sic per illum tex. ad hoc ut latro priuetur priuilegio immunitatis, et possit extrahi de ecclesia et puniri pœna, requiritur primo ꝙ sit publicus latro. Secūdo, ꝙ ꝑ insidias aliquē aggressus fuit. Tertio ꝙ in stratis publicis. Si autem non insidiose sed casu fortuito hoc fecerit, nō priuatur immunitate, secundum Doct. ibi. Tertia fallentia est

20 in publico depopulatore † agrorum, vt in c. inter alia, et secū dum Panor. ibi, publicus latro dicitur qui palam et publice furatur, ut sunt isti pirate maris. vel qui publice stant in stratis, uel habentes arcem uel castrum derobantes omnes per-

21 transeuntes. Nocturnus uero depopulator agrorum dicitur qui obsidet stratam publicam derobando pertranseuntes, et differt secundum eum a publico latrone, quia iste clandestine moratur in loco, unde dicitur nocturnus depopulator agrorum, secundum Inn. quia in nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit, iacet, & latet, vel alias, quia preter rapinas, vel homicidia quę facit in strata, etiam conburit, & destruit

22 agros ipsorum, qui sibi non seruiunt. † Sed circa præcedētia quærunt Doct. quare magis prædictos duos, iura exceperūt, quam alios malefactores, qui forte deteriores erunt. Sol, Io. An. in d. c. inter alia, dicit, ꝙ ideo, quia de aliis præsumitur, ꝙ non insidiose hoc fecerunt, nisi hoc probetur. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. ff. de iust. & iur. l. vt vim. de istis nō, propter consuetudinem perseuerantem exceden. in hoc delicto, & quia ex deliberato proposito præsumitur ꝙ insidiose hoc faciat, nisi aliud probetur, arg. ff. de vsu. l. qui semisses, de præsum. c. 1. & idem sentit idem But. Pet. de Ancha. probat prædictam rationem, quia in omni delicto præsumitur dolus vt not. in c. 1. de præsum. l. 1. C. de Sicca. Panor. dicit qđ ideo magis excepit ius prædictos, quia magis exasperat in istis latronibus. Nam isti sunt deteriores, & interest plus illos puniri, quam alios malefactores. cum pluribus exitia cogitant, quam alii, argum. 23. dis. q. 4. est iniusta, dicitur quod est misericordia vim facere, & multos ad discrimen non adducere, ad idem allegat. l. aut facta, in fi. l. capitaliū. §. famosos. ff. de pœnis vbi contra istos famosos iura multum exasperāt vt multis crassantibus locus sit exemplo, & hanc rationem sentit glo. in d. c. fi. in fi. de immun. eccle. & propter hoc dicit gl. in d. c. inter alia, ꝙ tales possunt impune occidi. Quæro circa pręcedentia quid si publicus latro, vel si publicus depopulator agrorum, confugit ad ecclesiam, & iudex secularis eum repetat, ipse vero negat se esse publicum latronem, vel publicum depopulatotem agrorum, & dicit se gaudere immunitate, videbatur prima facie non esse extrahendum de ecclesia, nisi prius adhibita causæ cognitione super huiusmodi publicitate & notorio, & secuta declaratione super ea, tunc demum fore extrahendum. c. cum secundum leges de hæreticis. lib. 6. ubi patet, quia licet allegetur aliquem incidisse in pęnam, non debet iudex prius procedere ad executionem, quam declarauerit illum incidisse in sententiam iuris, sic in casu nostro, licet dicatur istum perdidisse priuilegiū suū immunitatis, quia publicus latro, nō dēt prius fieri executio in extrahēdo illū de ecclesia, q̄ declaratū fuerit ꝑ hoc tex. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & est gl. iūcto tex. in cle. fi. de sen. & in cle. 1. de pęnis, super verbo omnimode, in cle. 2. in ver. ꝯstiterit. eo. ti. de pę. not. in c. sacro. de sen. excomm. ꝑpea multa dicuntur quæ nō sunt c. consuluit de appel. Sed ꝯria opinio verior est de iure in casu proposito, propter manifestum & notoriū facti, in quo non adhibetur ista

23 solēnitas declarōnis, q̄a notorietas † facti ēt operatur, idē, ꝙ notorietas iuris, quæ oritur ex sententia. c. fi. cum ibi notatis per Gulielmum, immo, plus aliquando operatur notorietas facti, q̄ notorietas iuris, iuxta ea quæ dicit gl. in cle. 1. de sepultu. super verbo publice. facit. c. peruenit, de appellatio. vbi ita cōcludit Panorm. in simili, & in talibus manifestis, negatio non facit rem dubiam, vt not. ipse Panorm. in cap. si clericus laycum, de foro compet. & quia dictum est quod publici latrones nō gaudent immunitate, sed possunt extrahi de ecclesia ad pęnam pręd ictam, & directam criminis imponēdam.

24 Quæro quæ directa pęna † talib. imponatur, ꝓ talib. criminibus. So. gl. in d. c. inter alia, dicit ꝙ tales famosi latrones capti furca suspenduntur, per l. capitalium. §. famosos. ff. de pę. sed tunc iubentur castigari, tamen non perdunt vitam. nec mēbrum, sed Ioan. And. in d. capit. inter alia & in capitulo tua, de homicid. reprobat illam glo. dicens quod hodie etiam ꝓ furto quinque solidorum imponitur pœna furcarum. l. si q̄s quinq; solidos, de pace tenēda in vsib. feu. Butri. in d. c. inter alia dicit ꝙ Doct. communiter tenent illum. §. locum habere q̄ñ ex tali furto sequitur pacis fractio, alias autem statur iuribus præallega. Panor. ibidem dicit, ꝙ licet istud dictum Butri. placeat, & ratione rubricæ, vt conueniat rubro, & ut nunq̄ si posset recedatur a iure antiquo, intelligatur q̄ñ ex tali furto sequitur pacis fractio, tamen dicit non esse cōem opinionem, vt supra dicit Butri. & quia doc. nostri canoniste, in d. capit. inter alia, & capit. tua. de homicidio, transeunt communiter cum Ioan. An. idem legiste. vt not. Cyn. in auth. sed nouo iure. C. de serui. fug. & ibi sentit Bart. licet uideatur dubitare an illa lex Federici Imperatoris sit seruāda, tamen gl. in l. prima. §. si iniuria. in principio de pace iura firman. tandem concludit, ꝙ illa lex, est pro. l. seruanda, nisi forte hodie sit per contrariam consuetudinem derogatum. Idē videtur uelle Bald. in dicta auth. sed nouo iure, scilicet quod ista lex Federici imperatoris sit seruanda pro l. & in dicto §. si quis quinq; solidos, ubi dicit quod ille. §. hodie in Italia nō est in obseruantia, & in alia auctoritate dicit notanter, quod ēt ꝓ

25 primo furto † potest quis suspēdi, quando committitur circa rem magnam, quia ęquiualet pluribus furtis successiue com-

26 missis. † Qui uero famosi latrones dicantur, uidete Baldum,

& Bar. in l. si cui in fi. ff. de accusat. & in dicta aucten. sed nouo iure vt dixi supra. Quarta fallentia a regula ꝑdicta est q̄ñ

27 quis commisit in ecclesia homicidiū † vel mutilationē, sub spe immunitatis omnino vt defendatꝰ ab ecclesia. capi. fina. de immunitate ecclesiarum, Nam tales, tribus rationib. non gaudere debent immunitate. vt ibi. Prima vt puniantur in ea re in qua deliquerunt. Secunda, quia frustra auxilium ec-

28 clesiæ talis inuocat, qui comisit in ea homi. † Tertia, quia fecit se indignum priuilegio immunitatis ecclesiæ. ideo pōt extrahi de ecclesia & puniri pęna directa criminis. idem sensit Hostiem. in summa eodem titulo. in §. inquantum. versic. vero. quando in cimiterio hominem interfecit intendēs per ecclesiam liberari. alias non commissurus, quia talem non defendit ecclesia, & hoc ideo forte quia cimiterium eodem priuilegio gaudet vt ecclesia. vt volnit archi. in c. si q̄s

29 contumax. supra eo. & quia offendens cimiterium † intelligitur offendere ecclesiam, propter connexitatem. c. 1. de immu. ecclesia. libr. 6. Tamen dic ꝙ istud dictum nō est sine dubio, quia dictum. c. fin. de immunitate ecclesiæ, de uiat a cōmunibus regulis suis, & sic odiosum & restringendum. cap. c. odia. de regulis iuris li. 6. qui a iure. eo. ti. Sed circa hoc quærunt docto. quid si committens homicidium in ecclesia nō commisit sub spe immunitatis, vt defenderetur ab ecclesia, an talis gaudeat immunitate ecclesiæ, quia ille text. in c. fi. videbatur se fundare sub spe venię, ibi, nisi per ecclesiam ad quam fugerint crederent se defendi nullatenus fuerant cōmisuri ergo cessante causa cessabit & iuris dispō. c. translato, de constitutionibus. Hostiensis in dicto capitu. fin. tenuit cōtrarium, scilicet quod talis etiam si non ea spe commiserit homicidium in ecclesia, tamen non gaudebit immunitate, mouetur ipse, quia primo præsumptio iuris & de iure erit contra talem delinquentem in ecclesia. ar. in dicto capitu. finali. præterea & secundo, licet prædicta ratio cesset, tamen non propter hoc cessant aliæ rationes ibi expressæ, quæ vidētur esse finales illus dispositionis. videtur tamen postea dicere idem hostien. quod si posset constare, quod nō ex proposito propter veteres inimicitias, sed propter nouiter exortas homicidium in ecclesia commiserit, quod tunc gaudebit immunitate, quasi præsumetur iste maleficium commisisse propter nouiter exortas inimicitias sine delib eratione, & non sub ipse immunitatis seu defensionis ecclesię, nō autem inimicitiæ ante contractæ, ex quo priuis nullam habebat inimicitiam cum ofenso, & cum hoc dicto communiter transeunt doctores d. c. fi. vt ibi refert Panor sed illa consideratio. Ho vt distingnatur utrum ex antiqua vel ex nouiter exorta inimicitia videatur, contra dicit Panormit. tamē dicit quod nō multum sibi placet, quia tex. in dicto capitulo finali, in sua decisione allegat duas rationes, quæ satis videntur militare in casu nostro. Prima, quia in eo quis debet puniri, in quo delinquit. Secunda, quia frustra ecclesię inuocat auxilium, qui delinquit in ecclesia, & per consequens contra ecclesiam, & sic non debet reportare aliquod commodū ab ecclesia. Additur & Tertia ratio ibi, quia fecit se indignū priuilegio immunitatis ecclesiæ, hæ enim rationes secundū eum vendicant sibi locum etiam in eo, qui non delinquit sub spe veniæ. Prima enim ratio de qua in dicto capitulo finali, in principio. fuit potius impulsiua, quam finalis, & sic ca cessante non debet cessare dispositio. l. prima. §. sexum. ff. de postulando, trigesima secunda quæstione prima. dixit dominus. præsupposito ꝙ illa ratio fuisset finalis, tamen ex quo subsunt aliæ rationes finales & illarum quælibet per se sufficit, vna cessante non cessat legis dispositio. §. affinitatis. institu. de nup. Quod autem prædictæ duæ rationes per se sufficiant, patet per capitulum, quia frustra de vsu. & in capitu. cum olim. de officio delegati, ubi generaliter militant illæ rationes. Prima, secundum eum potest esse, quod non suberat vetus inimicitia, & nihilominus non commisisset delictum, si sciuisset se ab ecclesia non defendi. Nam in delictis

30 prçsumitur malus animus. † Vt in c. 1 de præsum. Ista opinio Pna videtur probabilior de iure, & magis sustentabilis in disputando, tamen in iudicando non esset recedendum ab opi. Hostien. quæ est suffulta omnium opinio. docto. dicit Panormit. quid si non homicidium vel mutilationem commisit, sed alia delicta, habet ne locum prædictum capitulum fi. de

31 immunitate ecclesiarum? † Item sunt alii casus vltra prædictos quatuor supra nominatos, in quibus fugiēs malefactor ad ecclesiam non gaudeat immunitare, sed q̄a materia istarum duarum quæstionum est satis connexa, ideo eas examinabo simul. & quod illud capitulum finale locum habet in perpetrantibus in ecclesia etiam alia delicta quam homicidia, vel mutilationes, & per consequens sunt alij casus quā supra nominati, in quibus fugiens ad ecclesiam non gaudet immunitate, sed possit extrahi, probatur, quia rationes illius capituli finalis sunt generales, & videatur militare in omni

delicto enormi. Item videtur ꝙ per identitatem rationis, extendatur etiā ad alios casus, quam ad casum ibi expressum,

32 quia non solum lex communis, sed etiam casus † expressus a lege extenditur per identitatem rationis ad casum similē, vt not. glo. in l. prima. C. de condi. indebi. & alia glo. Ioan. an. in capitulo si postquam. de electionibus, libro sexto, quæ dicit, quod tunc constitutio pęnalis non dicitur extendi, quando trahitur ad alium casum, qui comprehenditur sub mente legis. idest sub ratione legis, quæ est eius mens & anima, capitulo præterea. & capitulo intelligentia. de verborum significatio. ad idem in capitulo, cum dilecta. de cōfirmatio. vtili vel inutili. & idem in simili quod not. Archidia. in capitulo utinam 76. distinctione, vbi dicit quod quādo constitutio tendit ad vnū certum finem, non ligat transgressorem dummodo seruet finem, & mentem legis. idem Panormit. in capitulo, cum omnes, de constitutio. in capitulo primo de locatio. & hanc opiuionem ꝙ illud capitulum finale extendatur ad alia delicta enormia, puta ad sacrilegium commissum in ecclesia. tenuit glo. in capitulo frater, supra eodē. in prima sui opinione. Et idem videtur sentire Hostiens. in casu proximo, scilicet in furto commisso in ecclesia, & sic sacrile. in summa. eodem titulo, de immuni. §. inquā, versi. quid si committat, ꝑ dictum capitulum frater. & per nominationem illius captuli finalis, quia extenditur ad cap. quan

33 do rapuit † in ecclesia, vel prope ecclesiā, per text. in aucten. de manda. princi. in. §. quod si delinquentes, vbi tex dicit qđ homicide, adulteri, & raptores virginum non gaudent immunitate. Sed respōdet ad. tex. in capitulo de raptoribus trigesima sexta quæstione prima ubi ecclesia defendit raptores sub immunitate, quod ille tex. debet intelligi quando commisit raptum longe ab ecclesia, & postea fugit ad ecclesiam vel aliter intelligit illum tex. de raptoribus. quando raptor volebat contrahere matrimonium cum rapta, & tunc gaudebat immunitate. auctentica vero intelligi, econtra, quando nolebat contrahere matrimonium, ideo non gaudet immunitate. dicit, tamen ibi Hostien. quod opinio magistrorū est in contrarium. Pet. ancha. in d. c. inter alia tenuit, standū esse illi aucten. & dicto capitulo inter. & sic ius ciuile non corrigitur in hoc per ius canonicum, & ratio ꝙ ius canoni-

34 cum non corrigit ciuile, debet enim vnum ius † suppleri per aliud. l. sed & si posteriores. ff. de legibus capitulo cum expediat. de electio libro sexto, non enim est bona consequentia secundum, eum, constitutiones canonicæ enumerāt aliquos casus, & non omnes, de quibus facit materiam, lex ergo in non numeratis corrigit legem Sed pro opinione Petr. facit ille tex. in dicto capitu. inter alia secundum Panormit. cum enim Papa se fundauerit super statu. canonum, vt ibi in principio. tex. ergo non potest dici quod voluerit corrigere leges, cum vna & eadem lex non debuerit producere diuersos effectus. capitulo maiores. de baptis. Primo, vbicunq; constitutio loquitur in materia iuris communis, & aliquos casus excipit, non per hoc firmat regulam in non numeratis contra ius commune antiquum, immmo in casibus non exceptis suppletur a iure communi antiquo, capitulo ad audiētiam. de cleri. non residen. pro hoc glosa, & Barto. in l. serui. ff. de vsucap. ubi notabiliter voluit, quod si vnum ius ponat regulam, & exceptionem aliquam alicuius casus etiam cū dictione taxatiua, puta tantum, vel duntaxat. non minus intelliguntur excepti in alia parte iuris. pro quo est tex. iuncta glo. in capitulo quoniam frequenter, vt lite nō contestata. facit etiam, quia princeps secularis concedendo immunitatem ecclesiæ, potuit excipere casus prædictos, capitu ad apostolicæ. de re iudica. libro sexto capitu. significatum. de præbendis Et quamuis prædicta opinio Petr. de anchara. videatur multum colorata, tamen non placet domino Panormita. in dicto capitulo, inter alia. Mouetur primo, quia cum tex. in dicta auctentica excipiat, & latrones, & raptores virginum, & non habeamus tex. expresse in ꝯtrarium in dicto capitu. de raptoribus. trigesima sexta quæstione prima. ergo impossibile est dicere, quod tex. illius aucten. in illo corrigatur, & quod tex. in dicto capitulo inter, per illum suppleatur. Præterea & secundo, cum simus in ecclesia secundū eum, & animā continentem, & ecclesiarū decorem & reuerentiā, & ea non specifice disponat, tam iure antiquo decretorum, quā in nouo decretalium, ponendo regulam & excipiendo aliquos casus vt in capit. sicut antiquitus. & c. minor. c. frater. supra. eod. in d. c. inter alia. & in cap. fi. eo. tit. de immu. non est curandum de iure ciuili aliter disponente, vnde secundum eum non suppletur in hoc ius canonicum per ciuile, præsertim cum talis suppletio tenderet in ipsarum ecclesiarum detractionem. Ad hoc etiam allegat idem Panor. notabile, dictum Innocen. c. 1. de reb. eccle. non alie. vt patet in l. iubemus, & in auc. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles. tamen ex quo ius canonicum statuit super boc, minora requirendo

standum

standum est iuri canonico, nec fit suppletio per ius ciuile, mo-
35 uetur prin. Inno. quia statuta † ciuilia super rebus vel negotiis ecclesiasticis, non ligant ecclesiam, si etiam ea ecceptauerit 96. distin. bene quidem. c. fi. de rebus ecclesiæ non alie. Si ergo in casu illo non fit suppletio, in quo versatur vtilitas eccllesiarum, ergo fortius, fieri non debet in casu nostro, vbi suppletio tenderet in diminutionem honoris ecclesiarum, ideo non debet fieri sine exceptione casuum prædictorum C de his, qui ad eccle. confu. per totum. ergo per ius auc. nō debet minui priuilegium Papę. idem & secundo, cum tex. in d. c. inter, dicat, quod quicunque grauia maleficia perpetrauerit, confugiens ad ecclesiā, non est extrahendus ab ea & c. ergo absurdum est dicere, quod ille tex. debeat suppleri per tex. illius auc. cum illa aucten. exceperit homicidas, adulteros, & raptores, propter immanitatem & qualitatem delicti & si Papa voluisset pariter adulteros & raptores virginum propter immanitatem, tūc excepisset, sicut excepit publicos latrones, & depopulatores agrorum. cap. ad audientiam. de decimis ꝙ dum tex. se fundat ibi, super traditionibus legum antiquorum. C. de his, qui ad eccle. confug. in quibus fit distinctio inter seruos & liberos, tamen nō excipiuntur prædictę personę exceptæ, per illam auc. & idem sentit dominus Panor, in d. c. inter. vt ȷ̃. dicam. secundum eum, & pręsertim non procedit illa consideratio & opinio Pet. de Anchar. tenendo opini gl. in l. 2. C. de his qui ad eccle. confug. & in d. aucten. de manda. princi. in §. neque voluit. versi. hoc. per tex. illius auctenti. pro quacunque causa sit reus ab ecclesia extrahendus. & facit iste tex. quod postea in eo generaliter fecit mentionem de delinquentibus. impossibile est enim secundum hoc quod vtrunque ius possit seruari, nam quod quilibet delinquens extrahatur ab ecclesia est aperte contra istum text. & contra text. in c. sicut. c. miror. & contra. capit. frater. supra eodem. & c. id constituimus. ȷ̃. eo. & cap. inter. & c. fi. eod. titu. in raptoribus est aperte contra dictum. c. de raptoribus. 36. q. 1. in homicidio est aperte contra tex. in c. fin. eo titu.
36 † Nam homicida solum extrahitur de ecclesia, & nō gaudet immunitate quando delictum commisit in ecclesia ex proposito Secus ergo si non ex proposito, vel extra ecclesiam, & per prædicta reprobat dominus Pa. opinio. Butr. in d. c. inter alia. q. 3. vbi videtur velle ꝙ in grauibus delictis non gaudet fugiens ad ecclesiā immunitate, per tex. illius auct. secus secundum eum in leuibus. vt. l. 2. præallegat. dominus tamen Pa. dicit ibi non credere, quod Butr. appensate posuerit illam opinionem, sed recitauerit opinionem quorundam legistarum, qui fuerunt locuti in hac materia, habito respectu ad ius ciuile, vbi dicitur quod lectura Butri. sup tertio valde corrupta est, qa non publicauit eam in vita sua. quare dicit idem Panor. impossibile est seruare vtrunque ius in hac materia, & indubitanter dicit standum in iure canonico, & dispositioni illius. c. inter. cum suis casibus. c. fina. eo. vt videlicet remaneat regula cum tribus casibus. infra exceptis. Cui addendus quartus, de infidelibus, & quintus secundum Panor. in religioso † vel clerico confugiente ad ecclesiā qui potest secundum eum extrahi & puniri pœna afflictiua corporis causa disciplinę. Tamen hanc opinio. dominus Panor. supra reprobauit. Sextus casus quando de mandato.
38 Papæ, quia supra ius. † Septimus in interfectore clerici. capi. nullus. supra no. secundum intellectum unum. hanc prædictam opinionem finaliter tenuit glo. in d. c. frater. supra eodem. & ibi Lau. & Archid. eandem tenuit glo. in d. cap. inter alia. & ibi sequitur Azo. & Innocentius. & idem Gostred. in sum. eodem titulo. §. sed quæritur, quia sanctitas ignoscendi clericis & personis ecclesiasticis non delinquit. C. de episcopis & clericis l. si quis in hoc genus. & est communis opinio canonistarum, & etiam fatetur Hostiensis in loco præallegato. Ad motiua supra inducta, pro contraria opinione potest responderi, quod licet rationes illius. capitu. fina. & capit. inter alia. de immunitate. sunt generales, tamen ille tex. per identitatis rationem non potest extendi ad alium casum, quam ibi expessum, contra regulam iuris, communiter posi tam in d. c. inter alia. vt in regula, quæ a iure communi. de regulis iuris, libro sexto. ideo restringi debet ad casum suum, & non extendi ad alium casum ibi nō expressum, quia esset extensio hominis non habentis potestatem legis condendę d. regula quæ a iure communi. pro hoc facit capit. constitu-
39 tio. de regulis iuris. lib. 6. vbi constitutio † loquens de prædicatoribus, & minoribus, non habebit locum in aliis prædicatoribus mendicantibns, licet subesset ratio eadem. Quod tenuit Imol. in c. 1. de ętate & qualitate, lib. 6. ualet quod talis constitutio exorbitans, non extendatur per identitatem rationis, & clarius in capitulo constitutio. de electio. eodem libro. & quando constitutio specifice disponit de certo. casu cum ratione, tunc non extenditur ratio, sed tantum dispositio, ex quo constitutio est exorbitas, vt est constitutio illius. c. fina. arg. eorum quæ notantur in aucten. quas actiones, C. de sacros. eccl. secundum eum. & idem ibi sequitur Zenze. qui ita intelligit glo. super verbo. Romana curia, in clemen. auditor. de rescrip quę uult quod ille text. tanquam exorbitans non extendatur ad auditorem datum extra curiam, cū tamen ratio ibi expressa fortius concludat in auditore dato extra curiam, quam in curia. hanc enim opinio. tenuit Ioan. And. in regula odia, de regulis iuris lib. 6. licet tenuerit contrarium in d. c. 1. de æta. & quali. & sic fuit sibi contrarius in hoc artic. ut refert Pa. in clemen. prima, extra de electio. ad tex. illius auct. de manda. princ. potest responderi secundum Dominum. Car. Floren. Primo concordando iura ciuilia cū iuribus allegatis, quod loquatur in aliis priuilegiis. per quæ induceretur impunitas, quæ non inducitur per illam decre. inter alia, scilicet in alia quam in aflictiua corporis, vel extractionis ab immunitate. tamen ista opinio non placet Panormi. quia non apparet ibi de qua immunitate loquatur, ideo secundo potest aliter responderi secundum eum quod illa aucten. procedat de iure ciuili. Secus de iure canonico, ut in dicto capit. inter. & cap. sicut. supra eodem. & hanc opinio. tenuit glo. & Cyn. in dicta l. pręsenti. & secundum dominum Panormit. videtur satis clare, quod ius ciuile corriga-
40 tur, sed ne iurium † correctio īducatur, potest dari alia tertia solutio, quod de iure ciuili scilicet antiquo, non erat differentia inter ius ciuile & canonicum, ut patet. Cod. de his, qui ad ecclesias confug. per totum. habito respectu ad illud ius de quo loquitur ille tex. in d. capitulo inter alia, non attēditur ad illud quod allegat ius ciuile, sed canonicum. nec, Papa curauit de iure aucten. tum quia ius illud videtur dubiū. ut patet ex predictis, tū quia si imperator voluisset reuocare, priuilegiū, qđ prius ecclesiæ cōcesserat nō potuisset, cū priuilegium illud fuerit in non subditum datum. iuxta ea q̄ notantur in capitulo nouit. de iudi. Quinta fallentia. prędicta regula secundum aliquos est in eo qui per industriam &
41 insidias & tractatum interficit † proximum suum, capitu. 1. de homicid. vbi dicit tex. ad literam. si quis per industriam, occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelas eum. mouentur & originaliter habentur verba prædicta exo. 21. & Beutero. 19. & hanc opininem tenuit glo. in d. c. 1. de homi. Secutus est etiam ibi Abbas, & ibi refert Panormita. idem etiam tenuit Priscianus, vt refert Arch. in d. c. sicut antiquitus. supra eodem. & hoc est specialiter introductum secundum eos in casu prędicto, propter atrocitatē casus, sicut dicimus in publico latrone. idem videtur voluisse Butr. in dicto c. inter alia, in sua determinatione, quam supra allegaui. sed glo. in d. c. sicut antiquitus. & ibi Archi. recitando Inno. & Goffre. tenuerunt contrariam sententiam. s. quod talis gaudeat immunitate. idem tenuit Panormit. in d. c. inter alia, per c. fi eodem titu. inducendo illum text. per locum a speciali, quod est bonum argumen. in iurę nostro. vt legi. in cap. presenti. §. loca. de pręben. lib. sext. tunc enim deliquens ex proposito non gaudet immunitate, quando illud delictum commisit in ecclesia sub spe immunitatis, vt
42 d. c. fi. nam tunc, quia violauit sacramentum, † committendo ibi delictum, non debet ab ecclesia defendi, & sic loquit, de homicidio ex proposito commisso in ecclesia, & ideo priuatur immunitate, quia commisit, homicidium in ecclesia. ergo secus si extra. ecclesiam, etiam si ex proposito sub spe immunitatis, ita tenuit Panormit. etiam in d. c. 1. de homicid. ubi pro hac parte adducit dictum capitulum, inter alia, ubi dicitur quod fugiens ad ecclesiam quantumcunque graue delictum commiserit, non debet inde extrahi. Quo ad illud cap. 1. extra de homici. potest multipliciter responderi. & primo quod ille tex. loquatur secundum antiqua iura vete. testa. secundum quæ illa delicta non gaudebant immunitate illa, qua gaudent hodie. uel secundo potest responderi, intelligendo secundum limitationem dicti. c. fin. de immunita. ecclesia. videlicet, quando homicidium esset commissum in ecclesia modo prædicto, scilicet ex proposito, vel p̄ insidias. Tertio potest intelligi ille tex. quod moriatur, id est,
43 deponatur, quia depositio † est mors ciuilis, secunda quęstione 7. c. quia ergo. vel. 4. potest intelligi secundum Hostien. de incorrigibili. qui post depositionem debet tradi curię seculari. in c. cum non ab homine, in fin. de iudiciis. Nota tertio ex isto text. ibi ad ecclesiam quod fugiens ad ecclesiam gaudet hac immunitate, secus ergo si ad. passus prędictos, ad quos, extenditur immunitas, ad quos potest quis progredi postquā confugit ad ecclesiam, & hoc maxime ad usum exquisitum ne aliquo euentu necessitudinis teneatur. Quod si quis ad
44 ecclesiam non consecratam confugerit † an gaudebit immunitate ecclesiæ. Solutio. si in eadem diuina celebrantur cla-
45 rum est, sed ecclesia † nondum consecrata nō dicitur ecclesia, sed basilica. & uult tex. in certa glo. in capit. 1. de religiosis domi. & no. in rubrica. de consecra. ecclesiæ vel alta. Sol. dicendum id esse verū stricte sumpto vocabulo prout sumitur, in hac materia appellatione ecclesiæ bene comprehenditur priuilegium collatum ecclesię, vnde extenditur ad basilicam. d. capitulo fin. de immunitate ecclesiæ. & capitulo fin. de conse. eccle. ad idem facit. l. penultima. ff. de re milita. ubi de proximo accingendus gaudet priuilegio militum. iō cum basilica sit irreuocabilis, & diuinis officiis dedicata, & de proximo consecranda gaudere debet priuilegio eccllesiarum iam consecratarum. sed contra præcedentem opponitur. Nam in ecclesia nondum consecrata non possunt diuina officia celebrari. c. nullus. c. presbyter. c. vnicuique de cōsecra. di. 1. nisi de licentia episcopi. vt ibi. Solutio, dicunt docto. prędictam quæstionem esse intelligendam secundum contrarium. deinde quæro, quid si ad ecclesiā nondum consecratam, & in qua nulla adhuc celebrātur officia quis con-
46 fugerit † an gaudebit immunitate. Solu. glo. 1. in dicto capitulo ecclesiæ tenet quod non, & eandem opinionem tenuit Clemens Quartus. qui fuit optimus iurista. prout refert Hostiensis, in dicto capitulo ecclesię. ipsę tamen ibi in hoc tenuit contra. Nam secundum eum sufficit, quod locus sit dedicatus Deo autoritate pontificis, imponēris primarium lapidem, cum postea non possit ad humanos usus redire. de religiosis domin. capitul. ad hæc. tex. illum in d. capit. ecclesię. dum dicit diuina misteria celebrētur, exponit celebrari possunt, nec multum attenditur secundum eum celebratio hanc etiam opinionem sequutus est dominus Cardina. Florentinus ibi, quia cum ista materia sit fauorabilis, nō est restringenda, sed laxanda. argu. in capitulo, odia. de regulis iuris, lib. 6 cum etiam hac opinione transeunt alii docto. referendo hoc, vt refert Panor. in d. cap. ecclesiæ. pro qua facit secundum eum, quia ille text. super quo se fundant, non se fundat super celebratione, licet de ea faciant mentionem in narratione, sed se fundant super deputatione, quia si est deputata diuinis officiis, & posita in dispositione, non debent restringere, sed ampliare dictum, ad metas seu limites ipsius rationis. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. secundo, etiam contra verba, vt ibi & l. non dubium. C. de legibus. & in regu. fina. de regu. iuris. sæpe enim in hac narratione plu-
47 ra ponuntur, quia ita accidunt, sed ratio legis † est ipsa lex. vt in iuribus præallegatis, & hanc partem tenet dom. Panorm. ibi adducens pro ea l. omnia, la prima. C. de episco. & cle. hāc etiam opinio. tenet Ioan, de lignano in clementina prima, de pęnitentia & remissione. post Guliel. de monte Laudune. dicit tamen Panormi. ibi quod in hac materia esset standum consuetudi. secundum ea quæ notat Innocent. in capitulo, inter alia & quia optima legum interpres. cap. cum dilectus
48 de consuetu. sed nunquid oratoria † quæ in domibus priuatorum fiunt, gaudeant priuilegio immunitatis. Solu. Goff. in dicto. c. ecclesię, & in summa, eodem titulo. in § sed nunqd oratorium dicit quod non, argumen. de consecratione distinctione prima. capitulo unicuique. & in aucten. de ecclesiasti. titu. §. si quis in sua domo. primo hoc facit, quia ista loca possunt reuocari & reduci ad priores usus authoritate dominorum. ut notat Innocen. in cap. iner dilectos. de donatione. secus dicit, si authoritate episcopi oratorium fuerit constructum. ut tenuit Guil. de monte Laudu. dicta clementina 1. de pęnitentia & remissio. & placet Panor. in d. c. ecclesiæ, & allegat ad hoc. l. omnia. de epi. & cle. per quā. l. dicit ꝙ hospitalia etiam gaudent priuilegio immunitatis, & idem tenet hic Archidia dicens, quod nec de hospitali, nec de domo religiosa quis extrahi debet allegat aucten. de ecclesia. tit. in principio. & in §. ad hoc. sed circa prædicta quero vtrū
49 ecclesia īterdicta gaudeat hoc priuilegio. † Sol. Goffr. & vin. in dicto cap. inter. tenent ꝙ sic. argumen. prædictorum. & facit secūdum Panormit. ꝙ dicitur in clerico, vt licet sit suspēsus, interdictus, vel excommunicatus, retinet tū priuilegiū immunitatis & forum. c. additum. 81. distinctione. not. in capitu, at si clerici. in fine. de iudi. hanc opinio. sequitur Hostien. in d. c. ecclesiæ, dicens, quod Deus in cuius honorem da-
50 tur immmunitas, nō deliquit & peccata debent tenere suos auctores. c. quæsiuit. de his q̄ fiunt a maiori parte capitu. Et satis affligitur ecclesia in eo quod subtrahetur diuinum officium, vnde nō debet afflictis afflictio dari capi. ex parte de cleric. ægrotan. capi. cum percussio. septima quæstione secūda. & remittit ad summam eodem titulo. §. inquantum. versicu. sed nunquid hoc priuilegium. etiam Panormit. placet hæc opinio. & eam sequuntur communiter docto. secundū eum, & maxime Laudunus in dicta clemen. de pœn. & ibi Cardina. florent. & Archidia. in c. vxor felicis. supra eo. sed q̄ro nunquid fugiens ad corpus Christi, quando portatur ad infirmum, gaudeat immunitate, ac si fugeret ad ecclesiam. Solut. doc. & maxime Guili. de mōt. & tenent ꝙ sic, licet secus sit in incarcerato, qui recipit corpus Christi. vt not. in c. fin. 13. q. vltima. & ibi idem videtur sentire glo. idem tenuit Hostien. in capitu. sane. de celebratio. missa. & Pau. in cle. si domini. de reliqui. & vene. san. & Zenze. & Cardi. floren. in
51 clementina prima. de pæniten. & remissione Circa præcedētia quæro an palatium † episcopi gaudeat immunitate. Innocen. in capitu. fin. de immu eccle. refert quosdam tenere, ꝙ sic, per capitu. proximum. infra eodem ibi. vel domo episcopi &c. ubi videtur casus. idem. tenuit per alium text. Hostien. in dicto capi. inter alia. Alij vero intelligunt dictum cap. inter alia. & capi. proximum, cum domus episcopi est infra passus, q deputantur ecclesiæ pro suo atrio & circuitu. de quibus hic. & in capitulo sicut antiquitus supra eodem. Nā domus episcopi non debet distare ab ecclesia. c. episcopus 41. di. Hugo vero tenuit aliam, & sic tertiam opinio. vt procedat ille tex. quando in domo episcopi est capella. glo. vero in dicto capitulo proximo, tenet illam opinionē supra positam, simpliciter, vt domus episcopi gaudeat immunitate, licet sit extra passus prædictos. 40. vel circuitum, & hæc opinio placet dño Panormi. in d. capitulo ecclesiæ. cum tex. in capi. eps. loquatur indistincte. Nam videmus in simili, secundum eum, quod familia episcopi gaudet piuilegio fori, licet sit secularis. c. fin. cum ibi nota. de officio archidiaco. Idem etiam post cōclusionem nostram tenet Cardina. floren. post Lauren. in clemen. prima. de pę se remittens ad notata per eum in capi. inter alia. in secunda quæstione. Quæro quid de
52 domo † canonici, vel alterius ecclesiæ rectoris, an gaudet immunitate. Solu. si habeat intra se cappellam dedicatam auctoritate episcopi, vel ipsa domus sit infra prædictos passus gaudet immunitate, vt est tex. in capitu. si quis. supra eodem. Quid si aliquis a iustitiario capiatur extra cimiteriā, vel ecclesiam, & ducatur per ecclesiam, & inde violenter extrahatur, an dicatur violata immunitas ecclesiæ. Solu. archi. cap. sicut antiquitus. supra eodem & dicit ꝙ nō, adducit in argu. l. si quis. C. de ędificiis priuat. in contrarium adduxit istum tex. & capitulū, si quis contumax. supra eodem. vbi tex. vtitur verbo quomodolibet quod est verū. Quarto not. in isto
53 textu ibi, vel residētes, hic videri casum quod fugientes † ad ecclesiā tandiu gaudent immunitate, quādiu resident in ecclesia, hanc opinio. videtur sentire Lauren. in capitu. reum. s̃. eodem. & huic opinioni videntur multum amicari iura prædicta, in quib. dicitur, quod prælati debēt fugientib. ad ecclesiā impetrare securitatem, quo ad vitā & membra, ergo videtur, ꝙ si exeant, dicta securitate nō impetrata, ꝙ non gaudent immunitate. Sed Panormit. in dicto capitu. inter, tenet cōtrarium. dicit enim, quod tales poterunt exire ab ecclesia, quia ex hoc ꝙ solo fugiunt ꝯsequuntur immunitatē prædictā. allegat. c. id constituimus. ȷ̃. codē. & dicto. c. inter alia, tū secundum eum prælati ecclesiarum ne de facto violetur immunitas, debent a iudicib, secularibus promissionē de uita & membris saluandis obtinere, vt in dictis iurib. maxime dicto capitulo reum. & vt dicit Innocen. in dicto cap. inter alia, Vnde secundum eum prælati ecclesiarum a dictis iudicibus faciunt, si necesse fuerit, exigi iuramentum, & etiā maiores cautiones. argumen. in capitu. literas. de restitutione spoliatorum. & in capi. grauem. de sentent. excommunicatio. & capitu. de raptorib. trigesima sexa quæstione prima, Et eo exeūte de ecclesia poterit fieri processus, & sentētia in bonis suis execu. demādari, vel aliter poterit cōponere cum læso. ut habetur in dicto capitulo, reum. & in dicto capitulo de raptoribus. Si uero nullo modo noluerit de ecclesia exire, forte timēs iudicem & tyrranidem secularem. tunc secundum Panormit. nullo modo exire debet de ecclesia. Nam vt volūt. tex. prędicti, duplex est immunitas. Primo vt nullo modo extrahatur de ecclesia inuitus, & vt non condemnetur ad pęnam corporalem, & est text. in l. secunda. C. de his qui ad ecclesiam cōfug. vbi indistiucte prohibetur extractio de immunitate, poterit tamē citari in ecclesia & tūc tenetur comparere per se, vel per procuratorem, vt probat in l. præsenti. C. de his qui ad ecclesiam confug, vbi text. & Bartol. Si autem noluerit per se, vel p̄ alium comparere, tūc si lis erat contest. antequam fugeret ad ecclesiam, procedit ad sententiam pecuniariam, vt in prædictis iuribus, & mādabitur executio fieri in bonis suis. Si aūt non esset contestata, proceditur ad primū, vel secundum decretum, s̄m qualitatē causæ, vt in dicta. l. præsenti. & quātum ad prædictā quæstionem videtur sequi glo. in capitulo reum. supra eodem. q̄ dicit circa suum finem, quod hoc est priuilegiū ecclesiarū, vt confugientes ad ecclesiā, amodo nec vitam, nec membrū p̄dant, sed quod alias si peccarūt satisfaciant, vt si non sint soluendo seruiant ei quem læserunt, vt supra notaui, & habetin dicto capi. de raptoribus. Eandem opinio. sequitur Hugo ibi prout refert Archid. ibi, dicens secure tenendum fore qđ omnis pęna corporalis, & mortis, & membrorū, & verberū & corporis afflictiua, debet remitti ex toto, ut in c. sequen. & ibi, in omni pęnarum genere sint securi. Sed tenetur ad pęnā pecu-

pecuniariam, sm quod damnum, uel iniuriam intulerunt Et sm hoc intelligitur. d. c. reum. est enim componere pro damno dato, uel offensa, vel iniuria pecuniariter satisfacere, vel aliter, dummodo fiat citra corporalē pęnam, puta iurando fidelitatem, vel seruitium præstando, & secūdum Panormita. vbi supra quocunque modo voluntati creditoris satisfiat, intelligitur satisfactum. allegat. l. si rem. §. omnis. ff. de pignorati. actio. & quod possint pecuniariter puniri, vel etiā alias ad satisfactionem cōpelli, præter pęnam corporalem. tenet ibi Panor. & dicit quod ęst communis opinio docto. dicentium ꝗ aliter cum eis non potest agi. accusari vero criminaliter ad pęnam corporis afflictiuam non possunt, alias modica esset hæc immunitas ecclesiæ. dicit tamen Vincentius. quod pretextu huius criminis repelli poterunt a promotione criminum. Nota quinto ex isto tex. in verbo abstrahe-

54 re, quomodo fugiens † ad ecclesiam, generaliter prohibetur extrahi de ecclesia inuitus, facit. c. miror. antiquitus. c. si quis contumax. supra eodem. facit. l. præsenti. C. eodem tit. ꝑ qđ patet ꝗ fugiens ad ecclesiam pro debito ciuili gaudet immunitate, vt nō possit inde extrahi. Et hoc tenuit Oldradus in consil. 63. vt refert Panor. in c. inter alia. præallega. ubi dicit etiam idem esse in fugiēte ad ecclesiam propter debitū. licet tex. in c. publicorum, dicat cōtrarium, quia imperator per leges suas nouissimas aucten. non potuit prouidere immunitati ecclesiæ contra. l. antiquam. & ꝯ canones. dicit tñ ꝗ si statutum haberet quod debitor posset compelli ad seruiendū pro debito, tūc posset extrahi, intelligo præstita cautione de immunitate, quia virtuti iuris commuuis vr̄ tunc derogari per ius municipale, & sic vr̄ talis quodammodo cōditionatus ad seruiendū, præstita ergo securitate debet posse extrahi, ne creditor qui est quodammodo ꝯdōnatus eius seruitio fraudetur, vt dicimus in seruo. & non ur̄ cōcessa immunitas cum præiudicio istius debitoris. argumen. eius qđ hic in fi. nota. de seruo. & in dicto. c. inter alia. & facit. c. ex rescripto. de iureiuran. c. miror. c. metuentes. c. vxor felicis. s̄. codē. licet enim non cedens immunitatē ecclesijs, illam cōcesserit respectu pęnæ, quæ concernit ius publicū, cū ius partis non remisit. Nota. 6 ex isto tex. in eodem verbo extrahe-

56 re, ꝗ fugiens † ad ecclesiam non debet inuitus inde extrahi, secundum arehid. & Hugo. hic tñ si voluntarie vellet exire, & non vellet tradi in manu repetentis, etiam non expectato iuramēto seu ꝑmissione immunitatis, licet talē extrahere, ēt ꝯdicentibus ministris ecclesiasticis, & sine sacrilegio, cum talis confugiens per hoc renunciat priuilegio suo. qđ est licitum sibi. capitulo vxor felicis. supra eodem. vbi dicit quod sola violentia punitur, dicto capi. inter alia. & alle. Innocen. & Hostien. ita renentes. in dicto capitulo fin. eodem titu. Nota. 7. ex isto tex. ibi, aut quodcunque nocibilitatis, ꝗ confugientibus † ad ecclesiam non debet inferri aliquid nocibilitatis idest pœnæ in personam, nec puniri aliqua pœna corporis aflictiua, vt prædictum est. Item nec etiam aliquo damno seu spolio rerum suarum affici debent de facto, vel iuris ordine non seruato, etiam per iudicem, c. conquerente. de restitutione spoliatorum. licet posit contra eos procedi, si lis, sit contestata ad sententiam puniariam, vel si nō sit contesta. ad primum & secundum decretum, vt prędictum est. Nunquid autem posit iudex ecclesiasticus procedere cōtra inferentem damnum vel spolium in rebus eius, qui fugit ad ecclesiam, hanc quæstionem non repperi tactam, videbatur quod posit, quia ius canonicum ex quo hoc fieri prohibuit, & circa hoc disposuit, conueniens est ut facientes contra prohibitionē principis posint puniri per ipsum principem, qui prohibuit, maxime in hoc casu, vbi faciens, contra prohibitionem peccat mortaliter. facit quod uoluit glo. in cap. generali. de electio. lib. 6. in cap. nemo. 11. q. 3. in contrarium tamen facit, quia tales fugientes ad ecclesiam non sortiuntur forum ecclesię, vt dixi in præcedenti, & not. in d. c. inter alia. & c. rerum. supra eodem. vbi solum iudex ecclesiasticus debet impetrare pro talibus pacem & immunitatē, quo ad pęnam corporalem, videtur qđ prima opi. sit verior per primam rationem prædictam, & quia ecclesia potest comprimere notoriam iniustitiam iudicis secularis, iuxta notat. in cap. nouit. de iudicijs. maxime in hoc casu ꝓ reuerentia ecclesiæ. Nota octauo. ex isto tex. in versicu. sed esse potius, qđ ecclesia non solum gaudet de imunitate quātum in tangendo murū, sed gaudet ēt in toto circuitu ꝑ 40. passus, intra quos fugiens ad eā pōt progredi, & gaudet immunitate in eis, cap. sicut. supra eodem aliæ uero inferiores ecclesiæ habent. 30. passus, ut hic & in capitu. quisquis. supra

58 eodem. Capellæ † aūt situatæ infra ambitum cancellorū nō habentur sub immunitate, nisi quantū tangunt parietes ecclesiæ. capitulo quæsti. infra eodem. Est enim ratio, quia aliquando cimiterium seu immunitas ecclesiæ absorbet totū

59 castrum. Quid autem sit passus, † quid pes, & quid digitus, uidete. glo. in dicto capitulo, sicut. Prædictos autem passus dicit Archidia. in dicto capitulo si quis contumax. designatos esse pro cimiterio. & idem dicit Panor. in d. c. ecclesiæ. co. ti. ta men crederem, quod & cimiterium in spatio minori præstringatur, circa aliquam ecclesiam. Nihilominus ad spatiū prædictorum passuū extendatur immunitas ecclesiæ, dumodo infra ipsos passus nulla alia domus extranea, idest laycorum interponatur ꝑ istum text. & ita videtur sentire. Butri-

60 garius in dicto capitu. inter alia. Porticus enim ecclesiæ † adhęrentes, gaudent hac immunitate capitulo si quis ꝯtumax. supra eodem. & not. in dicto capi. inter. & facit ad statutum inponens pęnā interficientibus aliquē in domo, an verificet si occidatur qs sub porticu domus, de quo videte per Ioan. andre in dicto c. inter. q se remittit ad notata in spe. de iniuriis. in §. pone in statuto. videte de hac quæstione Panormitanum, in capitulo primo, de decimis. Conceduntur autē ꝑdicti passus immunitati ecclesiæ, ne immunitas ipsa angustietur ad circuitum ecclesiæ, vt possint ꝯfugien, illuc, prætextu necessitudinis exire, & ne redderet immunitas ipsa inutilis, iō ne priuilegio ipso fraudaret ecclesia, ꝯcessa immunitate, cōcessum fuit necessario consequens, sine quo esse non pōt, vt hic est textus. ibi, qualiter ad requisitæ naturæ vsum &c.

61 Nunquid autem prædicti passus † gaudeant codē priuilegio quo ecclesia. Solu. dicite quod cum cimiterium eodem priuilegio gaudeat, quo ecclesia, & prædicti passus assignentur ꝑ cimiterio, codē priuilegio gaudebunt, vt uoluit Archidiaco. in cap. si quis contumax. supra eodem. tamen dicit istud non est verū indistincte, quia non progreditur, nec excendit ad omnes prædictos passus. 30 vel. 40. &c. Sed circa præcedētia quæritur existens extra monasteriū trahit eū qui stat intra per partem mantelli, an dicatur violare immunitatē. Solu. Vincen. in dicto capitulo fin. tenet quod sic, & si sic traheret clericum incideret in excommunicationē, c. nuper. de senten. excommunicatio. & hoc qñ inuitum, secus si volentem, ut supra dixi. ita tenet & Panor. in d. c. fi. de immunita

62 te ecclesiæ post. Gof. Sed quid in casu cōuerso, si existens † in ecclesia mutilet, vel interficiat existentē extra ecclesiā an habeat locum. c. fi. de immunitate ecclesiæ. So. Panor. dicit ibi ꝗ sic, qa delictū fuit principiatū in ecclesia, licet alibi consumatū. c. 1. cū ibi notatis de præsumptio. & notatur in regula insipicimus. per Ioan. andre. in re. iur in mercurialibus. Quid

63 si existēs † in ecclesia mandauit delictum ibi committi, uel econtra extra ecclesiā mandauit delictum committi in ecclesia, an gaudeat immunitate. hæc q̄stio dependet ex alia, ubi mandator dicat delinquere, an in loco vbi mandat delictū, an uero in loco ubi ex tali mandato fuit secutū. Text. in clementi. pastoralis. de re iudicata. in uerbo descripti. uidetur dicere delictū cōmitti ubi fuit secutum. & sic existens in ecclesia mādans homicidiū committi extra, non priuatur immunitate. de hac quæstione se remittit Panormitta ad Bartol. in l. si ut proponis. ff. de fideiusso. & in l. non solū. §. si manda

64 tor. ff. de iniuriis. sed an fugiens † ad ecclesiā pro uno delicto, possit extrahi pro aliis prius commissis. Solu. videtur dicendum qđ non, cū iura simpliciter loquantur, nisi forte prius tale delictū fuisset cōmissū, pro quo fuisset priuatus immunitate, qa forte fuisset publicus latro. Quid si delinquēs in una ecclesia confugiat in aliā, an gaudeat immunitate. Solu. dicite, quod si homicidium, uel mutilationē ex proposito cōmiserit, non gaudet, quia est una ecclesia, capitulo, loquitur 24. quæstione prima. Nota nono ex isto textu. in uersi. si quis

65 autem † quod violans ecclesiam, extrahendo aliquem violēter de ea, punitur pœna. l. ciuilis, scilicet crimine lesæ maiestatis, & pęna capitali, vt hic. & c. sicut qui aūt de ecclesi. sup. codem punitur etiam pęna canonica, quia debet excommunicari, nec ab eo debent recipi oblationes. ut hic. & condemnari pecuniariter, & imponi sibi pęna publica, nec debet sibi restitui communio, nisi restituat cum, quem violenter extraxit de ecclesia. c. mirot. iuncto c. si quis contumax. & c. quisquis. supra codem. imponuntur etiam aliæ pęnæ diuersæ in prædictis iuribus, violantibus immunitatem. maxime in d. c. quisquis. in d. c. si quis domum. & c. si quis deinceps. & attēdendum. vbi Archidiaconus c. si quis contumax. vbi aliqui dicūt quod quia ecclesia raro exigit alias pęnas pecuniarias de quibus in prædictis iuribus, præscriptum est contra eam in talibus pœnis, & contraria consuetudine derogatum, cū a iure positiuo sint introductæ, vt not. in cap. cum multæ, 15. q. vltima. Hostien. tamen in summa eodem tit. in §. qua pęna. tenet quod pęna violantis immunitatem ecclesię sit arbitraria. Pro hac opinione Hostiensis, facit, quia vbicunque

66 iura † super eo facto loquentia varias pęnas imponunt, ōrbo datur iudici. ita notatur in c. presbyteri, & Panormita. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudiciis, & in cap. secundo in fine de cohabitatione clericorum. & mulie. ubi tamen dicit qđ una pęna imposita, non potest iudex transire ad aliā. allega. l præ-

l. prętor edixit, cum ibi nota. ff. de iniurijs. & quod notat Bar. in l. prima ff. vi bonorum raptorum, & prædictam opinionē Hostiensis post multa firmat Archidiaconus in dicto capitulo, quisquis. Sed contra præcedētia oponitur. videlicet quod pro eodem delicto possit quis diuersis pęnis puniri, canōica scilicet, & ciuili. c. quid ergo. vigesimateria quæstione quinta. Solutio. Archidiaco. respondet istud procedere, quia ille qui violat ecclesiā committit in canonē, & in l. & qñ ex eodem crimine punitur quis diuersis pęnis, pœna vna non tollit aliam. allegat. l. qui de crimine. C. de accusat. Sed quęro cui applicabitur ista pœna pecuniaria quam committit violator immunitatis ecclesię. Solutio. circa hoc ego reperio duas opinio. Prima fuit opinio glo. in c. sacrilegium. s̄. codē. & in c. si quis contumax. quod applicetur illi ecclesiæ, cui facta est violentia, & irrogata iniuria. Et eandem opinionem videtur sequi Archidiaco. in dictis iuribus. & Archidiaco. in capi. cum pro causa. de sententia excommunicatiō. dicentes, quod si iniuria si irrogata propter clericum, tūc cedit lucro clerici, capitu. cum desideres. de sentētia excommunicatio. Si uero sit irrogata layco, tunc cedit lucro ipsius layci, hac etiam opinionem tenuit Lauren. vt refert & sequitur Panormitta, in dicto capitulo si quis contumax. Tertia opinio fuit qđ applicetur iudicibus ordinarijs, vel aljs priuilegiatis, habentibus iurisdictionē, apud quos de sacrilegio opponi debet, vt episcopis & abbatibus, & hanc opinionē videtur sentire texr. iuncta glosa, in capitulo quisquis. supra eodem. Sed prima opinio videt̄ verior, & magis corroborata. ad capitulum, quisquis, potest responderi, dum dicit, quod illa pœna debet applicari episcopis, vel abbatibus, ad quos quærimonia sacrilegii pertinuerit, idest eis qui possunt iuste cōqueri de sacrilegio in ecclesia, secundum Hugo. ibi, vel potest intelligi ille tex. quando in ecclesia tale sacrilegium est commissum. Not. ex isto tex. in versi. ipsos autem, quod si seruus

67 † confugiat ad ecclesiam, gaudet immunitate, tamen si dominus illum repetat, tunc prętita cautione, per dominum quod non male tractabit eum, debet rector ecclesiæ illum sibi restituere, & si oblata tali cautione rector non restituat talem seuum, si seruus ipse aufugerit tenetut rector ecclesiæ seruum quęrere, & restituere, aut damnū domino suo emendare, secundum quod elegerit princeps, scilicet ecclesiasticus iudex, aut princeps. 1. principalis persona, scilicet actoris ne sit contra. c. denique 96. distin. ita sentit glo. fi. hic. quam sequitur Archidiaco. quæ per hoc est expedita, & hoc procedit de iure ciuili, quando seruus fugit se abstrahendo a seruitio domini sine armis. Si vero cum armis. irruat, continuo extrahetur etiam non præstita cautione. dicta l. si seruus. C. qui ad ecclesiam confug. & hanc opinionem sentit Hostien. in summa eodem tit. §. inquantum versicu. cum quis ad ecclesiam. tamen textus in d. c. inter alia, non curat de prædicta distinctione. Et quod dixi seruum domino restituendum præstita cautione iuratorie, vt supra, intellige uerū, nisi præsumatur contra dominum, quod non seruabit iuramētum, Nam tunc maior cautio est exigenda, ut notant docto. in c. inter alia per c. graue, de senten, excommunicatio. immo si magna esset atrocitas domini, quia anhelaret ad mortem, serui, tunc haberet locum institu. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. §. fin. quia tunc non redderetur domino. Sed ex quo eius sæuitia est intollerabilis cogeretur seruum vendere, nā

68 interest † rei publicæ, ne quix re sua male vtatur, secundum Panormit. in dicto c. inter alia. & Archidia. in cap. sequen. latius pro sequitur hunc articulum, & sic ex præcedētibus co

69 ligitur, quod iste. §. in tex. non procedit in libero, † homine confugiente ad ecclesiam, qui non restituuntur inuitus repetenti eum, etiam præstito iuramento. Nā ꝯsequitur duo priuilegia. Primo, vt non extrahatur inuitus. Secundo, ne inferatur sibi pęna aflictiua corporis, vt clarius probatur in d. c. inter alia. vbi Panormit. nisi in casibus supra exceptis, si proceditur contra eum, ut supra dictum est. Si autem de facto extraheretur liber homo de ecclesia, vel seruus ante pręstitū iuramentum potest compelli ille, qui ipsum extrahit per ecclesiasticas censuras, ad reducendum, & restituendum eum in eodem loco, quamuis velit præstare iuramentum, antequam redderetur, & restitueretur, vt satisfaciat ecclesiæ quā offendit, quia prius debuerat præstare iuramētum, ita tenet Archi. in c. metuentes. supra eodem. Quæro, aliqu. s incarce

70 ratus † fuit in die solenni, & dimissus de carcere, vt iret ad missam cum iuramento de redeundo, qui iuit ad ecclesiam & non uult inde exire, an teneatur ta lis redire ad carcerem & si nolit, an possit inde extrahi, nisi præstita cautione imputantis. hanc quæstionem ponit Ioannes Andr. in additioni. Specul. in titulo de iureiurando super rubriea. in penultima colum. ibi refert dicta aliorum, & in effectu, secundum Panormitanum in d. c. inter alia. concludit, quod si iniuste, vel a non habente potestatem fuerit incarceratus non tenetur

redire, pro quo est glo. in clemen. pastoralis, de re iudicara. in versi. per uiolentiam, quod putat ipse Panormitanus verum quando imminet periculum mortis, alias satisfaciendum est, vel petenda absolutio, c. si vero. cum ibi notatis. de iureiurando. aut iuste detinebatur. & tunc tenetur redire, peccat enim fugiendo carcerem, vt uoluit Bartolus in l. relegati. ff. de pęnis. non tamen debet ecclesia pati illum extrahi, nisi præstita cautione impuni, tatis mortis, vel membrorum, d. cap. inter alia. vbi ita notabiliter dicit Panormitanus. Vlterius quæro unde processerit ista immunitas confugiendi, ad ecclesias. Solutio. vt sentit Hostiensis in summa. eodem titu. in §. inquantum versiculo immunitatem, & versicu. qui ergo. potest dici, quod ad instar statuæ præfecti vrbis, ad quā confugientes saluat lex. ff. de offic. præf. vrbis. l. prima. instituta, de his, qui sunt sui vel alieni iuris, §. sed hoc tempore, vbi statua & ecclesia æquiparantur, Ideo ius ius ciuile Codicis Imperatoris Iustinia. concessit hoc priuilegium immunitatis, confugientibus ad ecclesiam, & ecclesiæ ipsum approbauerunt. d. c. inter alia, & d. c. reum. sup. eod, cum multis similibus. alias maior honor videretur adhiberi creaturæ, quam creatori, contra illud quod habetur in c. perlatum in c. venerabilis. de cōsecratio. distinctione tertia, & quod legitur apocalyp. 19. c. vbi Angelus dicit sancto Ioanni cadere uolenti ad pedes eius, uide ne feceris, conseruus enim tuus suum, & idem habetur in actibus apostolorum. vbi idem dicit apostolus paulus cornelio. & sic ad honorem & reuerentiam Dei & ecclesiæ uidetur esse introducta immunitas, ut hic, uide forte processerit ex mente. l. ecclesiastici. in prouerbio. 24. vbi dicitur, capere eum qui ducitur ad mortem, & habetur in c. non in inferenda. 23. quęstione 3. & ex radice charitatis erga proximum, vt ibi. & in c. hęc autē vita. & ca. ipsa pietas 23. q. 4. & in c. reos. 23. q. 5. ne alias videatur ecclesia consentire morti alicuius. Deus enim non uult mortem peccatoris,

71 sed ut uiuat, & conuertatur. Et sacerdotis † officium est velle omnibus prodesse. cap. cum sacerdos. de postu glo. 1. ad finē, sic ergo uult ista gl. quod ecclesia habeat prouidere indistincte de victu ad eam confugientibus. hanc opinio, videtur sequi Card. Florenti. post Lau. in c. primo, de pęnis. sed docto. hic quos refert, archidia. dicunt quod ille, qui fugit ad ecclesiam pro uictu & sustentatione sua faciet sibi deportaii de rebus suis ad ecclesiam, vel si nihil habeat, operetur, de manibus suis, argum. c. clericus victum. 90. distin. & in cap. omni die. de consecra. distin. 5. vel si nihil horum facere possit, credit Hug. ꝗ tunc ecclesia teneatur sibi prouidere tanquam pauperi. pro hoc. cap. non satis. cap. pasce. 86. distin. & sic debet intelligi ista glo. secundum eum, & ita etiam senserunt Barto. Hispa. & Lauren. ut hic refert Archi. per hoc etiam dicit Host. vt refert Panormit. in d. cap. inter alia. eodem titu.

72 quod prælati † & principes delinquunt, qui fugientes ad ecclesiam tenent obsessos, denegant victum, & quicquid mali possunt, faciunt contra eos, contra. l. præsenti, & canones huius quæstionis, prælati vero in alio delinquunt, qui quantū, cunque confugiens ad ecclesiam grauia delicta commiserit ipsum in totum seruare nituntur, ita etiam quod nullam pęnam pecuniariam patiatur. & contra illud quod in præcedētibus, & contra iustitiam, quę est similium bonum. 12. qō. 2. c. cum deuotissimam ideo optabat Hostie. & bene, & in hoc & in aliis, vt vtrique scilicet temporalis & ecclesiasticus essent suis terminis contenti. ex omnibus præcedentibus in materia. supra examinata. elicio conclusiones infrascriptis. Prima conclusio, quod nullus iudex secularis, immo nec ecclesiasticus potest confugientem ad ecclesiam inuitum extrahere etiam subditum suum, siue ecclesiasticum, siue laicum, nec pœnam corporalem imponere, quo ad forum cōtentiosum. Secūda conclusio qđ iudex ecclesiasticus etiam causa disciplinæ non potest arcere. nec pœna corporis afflictiua contenciose punire clericum siue religiosum subditum suum, postquam fugit ad ecclesiam. contra, Panormit. Tertia conclusio, quod licet iudex ecclesiasticus non posit imponere pænam corporis afflictiuam in foro contentioso fugienti ad ecclesiam tamen potest ei imponere pęnitētiam etiam publicam, & corporis afiictiuam in foro pęnitentiali, quando peccatum est publicum etiam eo inuito, dum tamē non extrahatur de ecclesia. vt sic consulatur immunitati ecclesiæ, & animæ ipsius fugientis, ex hoc infertur correlarie,

73 quod quis † potest compelli ad agendum pœnitentiam de peccato publico. Quarta conclusio, quod licet fugiens ad ecclesiam consequatur immunitatem, non tamen quo ad pęnam pecuniariam, & satisfationem damnum pasi, cui potest condemnari, & mandabitur executioni in bonis suis. Quinta conclusio est, quamuis, fugiens ad ecclesiam consequatur immunitatem, etiam progrediendo postea triginta uel quadraginta passus in circuitu ecclesiæ sine receptaculo domorum extranearum, tamen nisi primo confugiet ad ecclesiam

cle-

clesiam. non consequeretur illam immunitatem. Sexta conclusio est. de mandato Papę potest extrahi & puniri pœna corporali ille, qui confugit ad ecclesiam. Septima est, quod interfectores clericorum non gaudent immmunitate, sed possunt extrahi de ecclesia secundum vnum intellectum. c. nullus. supra eodem titulo. Octaua est, ꝙ rector ecclesiæ post pręstitum iuramentum impunitatis, tenetur, seruum fugientem ad ecclesiam, extrahere, & restituere, nisi maxima sæuitia domini esset, alias si seruus fugiat, tenet̄ domino serui ad damnum restituendū, secundū arbitriū iudicis ecclesiastici. Nona cōclusio, committens homicidium vel mutilationē in ecclesia sub spe immunitatis, vt defendat̄ ab ecclesia, & si sit subditus ecclesię, potest per eā puniri de crimine directo. Decima conclusio est, si laicus subditus seculari iudici pręd icta committat in ecclesia, tamē crimine seculari ibidē ꝯmisso vt homicidio, vel mutilatione, nō pōt iudex ecclesia-

74 sticus talē punire. qa ecclesia † nō habet territoriū, nisi in his, quæ pertinent ad forum eclesiasticum. Vndecima conclusio iudex ecclesiasticus extrahendo p̄dictos malefactores de ecclesia, licet postea sequatur mors ipsorū, non propterea incurrit irregularitatem. Duodecima conclusio, quādo ex eodem delicto resultant diuersæ species delicti, vel punitur delictum diuersis legibus pœna vnius non tollit aliam. Deci-

75 matertia, iudæi seu infideles † stonsugien. ad ecclesiam non gaudent immunitate. Decimaquarta conclusio, publici latrones, qui itinera frequētata aggressionibus & insidiis obsidēt, similiter & publici latrones agrorū nō gaudēt immunitate ecclesiæ, sed possunt extrahi per iudicē ecclesiasticū, & corporaliter puniri per secularē, si sint subditi secularis, immunitate ecclesiæ nō gaudent. Decimaquinta ꝯclusio, licet tales latrones publici & depopulatores negāt se esse tales, tamen sine alia declaratione possunt extrahi de ecclesia. Decimasexta conclusio, ꝙ pro furto quinque solidorum, & vltra potest imponi pœna furcarum secūdum Ioan. An. & Panormi. qui dicit esse communem opinionem. Decimaseptima conclusio, committens homicidium, vel mutilationem in cimiterio, prope ecclesiam, sub spe immunitatis, intendens per ecclesiam liberari, alias non commissurus, & intrans inꝯtinenti ecclesiā, non gaudet imumunitate, ac si in ecclesia commisisset, secundum Hostien. sed reperio ab aliis reprobatam. Decimaoctaua conclusio ꝙ committens homicidium uel mutilationem in ecclesia nō spe veniæ, uel ut defendat̄ ab ecclesia, perdit immunitatē, & pōt extrahi, ac puniri corporaliter, s̄m Panormit. sed ho. & communis opinio, tenet ꝯ̄rium. Decimanona conclusio, ꝙ committens in ecclesia aliud delictum q̄ homicidium, uel mutilationem, non p̄dit

76 immunitatē † ecclesiæ ideo non pōt extrahi de ecclesia inuitus, nec corporaliter puniri, s̄m opinionē cōmunem, & ueriorē canonistarum. Vigesima conclusio, ꝙ interficiens uel mutilans hominē extra ecclesiā, ēt tractate, uel p̄ industriā, & insidias, si fugiat ad ecclesiā gaudet imunitate, s̄m cōem opinionē canonistarum. Vigesimaprima conclusio, fugiens ad ecclesiā non consecratā. & in qua nulla adhuc diuina officia celebrant̄, gaudet immunitate, secus si ad priuatū oratorium. Vigesimasecunda, fugiens ad ecclesiā interdictā, gaudet immunitate, similiter fugiens ad corpus Christi, dū portatur ad infirmum licet secus sit in incarcerato, qui recipit corpus Christi, qui per hoc non consequitur immunitatem. Vigesimatertia conclusio, palatium episcopi, licet non sit. ī. passus p̄dictos, nec habeat intra se cappellas, habet immunitatem, licet secus sit in domo canonici uel presbyteri, licet sit intra passus ipsos, uel habeat cappellam. Vigesimaquarta conclusio, liber homo fugiens ad ecclesiam non cōpellitur inuitus exire, nisi in casibus except. tamen si exeat non pōt corporaliter puniri postea, nec de ipso crimine criminaliter ad pœnam corporalem accusari, quia solum confugiendo ad ecclesiam consequitur immunitatem, ne possit ulterius corporaliter puniri, sed possit ad pœnam pecuniariam restituendam parti. nec aliter contra ipsum procedi. Vigesimaquinta conclusio, confugiens ad ecclesiam pro debito ciuili potest compelli ad seruiendum creditori, quia præstito iuramento de impunitate posset extrahi. Nam uidetur talis seruus quodammodo conditionatus. Vigesimasexta conclusio, licet liber homo fugiens ad ecclesiam, & etiā seruus, nisi præstito iuramento impunitatis, non possit inde extrahi de ecclesia, tamen uolens potest, etiam contradicentibus ministris ecclesiæ sine sacrilegio. Vigesima septima conclusio, fugiens ad ecclesiam pro debitis uel tributis, non debet de facto contra iuris debitum, rebus suis spoliari, & contra tales notorie spoliantes potest iudex ecclesiasticus procedere. Vigesimaoctaua conclusio, ecclesia maior habet quadraginta passus sub immunitate, inferior triginta, sine interpositione alicuius domus laicę, etiam si cimiterium minori

77 spatio perstringatur. Vigesimanona conclusio, pœna † uiolantis immunitatem ecclesiæ est arbitraria, & applicat̄ loco cui facta est violentia. Trigesima conclusio, extrahens fugientē ad ecclesiā excōicatur de facto, nec absoluitur donec restituerit, vñ e xxit. Trigesimaprima cōclusio, dimissus de carcere cū iuramēto de redeundo, qui iuit ad ecclesiā, nec vult inde exire. si iuste detinebatur tenetur redire, tñ non debet ecclesia pati illū extrahi nisi præstita cautione immunitatis pœnæ corporalis. Trigesimasecunda conclusio, immunitas fugientium ad ecclesiam introducta fuit ob honorem & reuerentiam Dei & ecclesiæ & ob caritatē, & pietatē proximi. Trigesimatertia conclusio, fugiens ad ecclesiam viuet de suo, si habeat, aliter operabitur, & his deficientib. ecclesia pascet eum, tanq̄ pauperem. Trigesimaquarta ꝯclusio, & vltima, sicut male faciunt seculares obsidendo ꝯfugientē ad ecclesiā, vel p̄hibendo necessaria, ita econtra male faciunt ecclesiastici volēdo illos seruare, vt nullam pecuniariā vel restitutionē offensæ faciant, vel soluant. Ex prædictis colligit̄ regula vniuersalis in hac materia, ꝙ nullus iudex secularis, vel ecclesiasticus pōt confugientē ad ecclesiam inuitum extrahere, nec pœnā corporis afflictiuā imponere, vt in prima conclusione. fallit prędicta regula. Primo in prælato, qui causa disciplinæ potest clericū vel religiosum suum extrahi facere de ecclesia & punire, sed tenui. supra ꝯ̄rium, vt in secunda ꝯclusione. Secundo fallit in foro pęnitentiali, vt in tertia ꝯclusione. Tertio fallit in mandato papę, vt. s̄. in 4. conclusione. Quarto fallit in interficiente clericū, s̄m vnū intellectū vt. s̄. in. 5. conclusione. Quinto fallit in seruo post iuramentū impunitatis in 6. conclusione. Sexto in fugiente ad ecclesiā pro debito clerici, vt. s̄. 15. conclusione. Septimo fallit in dimisso ex iusto carcere cum iuramento de redeundo. 25. conclusione. Octauo fallit in iudęis & infidelibus, vt. 16. conclusione. Nono fallit in publico latrone uel depopulatore agrorū in 14. ꝯclusio. Decimo in cōmittente homicidiū vel mutilationē in ecclesia, sub spe immunitatis. in 9. conclusione. Et intellige qñ fit sub spe immunitatis, qñ p̄cedūt veteres inimicitiæ, vel qñ superueniūt nouæ rixæ. Vndecimo fallit qñ comittens homicidium, vel mutilationem in cimiterio, sub spe immunitatis intrat ecclesiā, s̄m Hostien. & istam nō reperio ab aliis docto. reprobatā, & sic est Finis huius materię.

TRACT. SOLEMNIS ET AVREVS.

De translatione sacri Concilij Basileæ.

Ad inclitam Ciuitatem Ferrariæ, & de uiribus, & importantia literarum eiusdem, & de potestate Sanctiss. D. nostri Papæ.

Per Excell. V. I. Doct. Comitemque D. Cataldinum de Boncompagnis, emendatus fideliter, a Clariss. V. I. interprete, Equiteque insigni D. Lud. de Bologni. in venustiss. Bono. gimna. Anno Domini 1488.

INVOCATIO.

DEi, sub expresione Trinitatis, nomine inuocato, qui in personis est trinus, & in substātia vnus existit. de consecratione distinctione quinta, capit. fin. de sum. Trinit. & fide catholi. capitu. primo & secundo, qui solus curare potest meæ imbecillitatis animæ passiones, de consecr. dist. 1. omnis Christianus, & ipsius augere potentias & virtutes. de pęniten. distin. 2. c. dum sanctam. qui linguas facit esse disertas. 4. q. 3. in fi. qui magis inspicit cor quam opus. 15. q. 6. c. 1. & in se sperantes non fallit. 22. quæst. 2. cap. 1. quare ad ipsum cum Dauid, Psal. quinquagesimo, humiliter porrigo preces, dicens, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. 2. q. 1. §. hinc etiam.

SVMMARIVM.

1. *Vnitas diuisionem non recipit.*
2. *Ecclesia scindi non debet.*
3. *Fides nostra non stat in sapientia hominum, sed in virtute Dei.*
4. *Terra omnis corrupta est coram Deo & repleta iniquitate.*

PRAE-

PRAELVDIVM.

ET si vnam esse catholicam ecclesiam est diffinitum a Cantico canticorum, 24. quæstio. prima, c. loquitur. ubi una est ecclesia, una spes, vnica fides quantum est possibile esse. in clem. 1, §. primo. de sententia excommunicatio. † unitas enim diuisionem non reci-

1 pit. de præben. tuæ. & c. maioribus. & c. dilecto. de rescrip. capit. postoralis. §. primo. vna est enim columba mea, perfecta mea, una est matris suæ electa, genitrcis, suæ. de consecratione distinctione quarta, c. alium. & d. c. loquitur, vna est ecclesia, vnus populus, vna spes uocationis nostræ, unus dominus vna fides, unum baptisma d. capit. loquitur. eadem. causa & q. c. scisma. Cunque in præsentiarum, ut ita dixerim vigeant proh dolor, duo generalia concilia, quorum utrunque se asserit in sp̄ū sancto. legitime congregatum, vniuersalem rep̄sentare ecclesiam & quolibet eorum ecclesiam ad se traūt Christi ecclesiam disrumpendo 8. distin. cap. legimus. facit. c. quoniam de offi. ordi. & quod no. 7. q. 1. cap. in apibus. & in

2 cap. cum non ignores. de præben. ecclesia † enim scindi. non debet sed tota in vnitate consistit. 16. q. vltima. sicut domini uestimentum sepeque mecum. alias disceptaui quod ipsorū verum, & legitimum & catholicum diceretur, sępius, cum ecclesia orando. Deus qui diuersitatem gentium cōfessione tui nominis adunasti, da una sit fides mentiū, & pietas actionum pro hac enim. Christum ter legimus exorasse, Io. 12. rogo ait vt unum sint &c. Mecunque creberrime dixerim verbum illud. Tu domine qui nosti. corda omnium, ostende quod elegeris ex his duobus unum. Actuum. 1. Ad calamum tamen manum. porrigere non præsumpsi imitatus vestigia Hier. A, A, A, domine nescio loqui, quia puer ego sum 8. q. j. ca. in sctipturis. & c. sciendum. Verum quia generosos animos labor allicit & inuitat, nec est uiri timere sudorem. Nec est strenuus nuncupādus qui labores fugit nisi crescat ei animus ex ipsarum rerum difficultate, testante in epistola Seneca ad Lucilium, & refert Io. An. de renun. c. nisi cum priden. §. porro. Confisus igitur de omnipoteutis Dei subsidio, qui dat omnibus affluenter & non improperat. Iac. cap. 1.

3 Nam ut dicit Aposto. ad Corni. 2. fides † nostra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute Dei. unde scriptum est, omnia quæcunque faciētis in uerbo aut opere. In nomine patris nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. Act. 17. & ad Corin. 10. in fi. transumptiue. 26. q. 4. c. non licet. & ea. causa. q. 7. c. non obseruetis. in fi. Is. enim est qui dixit ad Moisen. ero in ore tuo & docebo quid loqueris. Exod. 4. propositum mihi est non auiditate consequendæ laudis, sed seminandæ veritatis. 32. q. 4. obiiciuntur, scribere quæ occurrūt circa ambiguitates & alterationes varias. quæ nuperrime in dubiis reuocantur. Nam dominus per Esai. 58. nos admonet, dicens Clama ne cesses, & quasi tuba exalta uocem tuam. 64. distinctio. c. si rector. ne contingat, mihi dicere cum propheta. Ve mihi qui tacui, & quod dico in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis. prædicate super tecta. Mat. 10. Profecto quilibet catholicus christianus, vt tantis abusibus occurratur pro salute sua insomnes ducere noctes debet. in auth. vt diuinæ ius. subscri. habeant, in princip. collatio. secunda, de restitutio. spoliatorum. c. frequens. libro 6 de electio. c. ecclesia. 2. in auth. vt iu. sine quoquo suffra. in prin. colum. 2. durus est attamen hic sermo, & quis potest eum audire. 24. q. 1. §. sed notandum. de pœni. di. 4. c. si ex bono, corrupta † est pro

4 fecto omnis terra coram Deo, & repleta iniquitate, non est veritas, nō est misericordia, non est cōsciētia Dei in terra, & propter hoc. infirmatur omnis qui habitat in ea. Osee. 10. c. ut & ego paruulus quidem homuntio, deuotus ecclesiæ dicere possim quod ille princeps clarissimus magnus, ornatus filiis ac fratribus Matthias, compatiens Romanæ ecclesię attestatur, ve inquit mihi, ut qui natus sim uidere corruptionē populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, templum eius factum sicut homo ignobilis, omnis compositio eius ablata est, quæ erat libera, facta est ancilla, & pulchritudo nostra desolata est secundum gloriam, & multiplicata est ignominia eius, quid ergo iuuat uiuere, Machabeorum, secundo quasi dicat, melius est mori quam uiuere. Auferte obsecro patres cociliares a vobis ipsis malum, quod si inuicē mordetis, videte ne inuicem consumamini. ad Gala. quinto c. iam quidem delictum est in uobis, quod indicia habetis adinuicem. ad Corin. vi. iam equidem illud verum esse ꝯscientiam legisperiti consilium Dei spreuerunt, & in semetipsos Lu. 7. c. & ibi dicit glo. Augusti. Christus in scientiā legisperitis ingerit, vt deprimat eorum vanum supercilium, dicētes se sapientes profecto stulti facti sunt. ad Roman primo capi. quadragesimatertia distinctione. capit hinc enim propter peccata nostra, vt cum scriptura conueniam, & iniquitates patrum nostrorum Hierusalē, & populus tuus Domine in opprobrio sunt omnibus per circuitum nostrū. Exaudi igitur Deus orationē populi tui & preces eius, & ostende faciem propter temetipsum Deus meus, exaudi, & placare domine, attende & fac quia nomen tuum inuocatū est super ciuitatem, & super populum tuum. scribitur Danielis. 9.

SVMMARIVM.

1 *Lucernæ ardentes super candelabrum quæ sint.*
Christianum non se putet qui mori pro Christo non habet animum præparatum.
2 *Doctores nullo modo propter persecutionem futuram, debent tacere quin annuncient veritatem.*
Proditor veritatis quis dicatur.
Supplicium pro veritate melius est pati, quam pro adulatione beneficium.
Diligere nemo tenetur plus alium, quam seipsum.
3 *Ecclesiæ reformatio tam in capite quam in membris fieri debet.*
4 *Synodus Basilien. ad quid introducta.*
5 *Concilium per quod tempus durare debeat.*
6 *Concilium Basiliense quo pacto voluerit Papa Ferrariam transferre.*
7 *Faciendum illud impedit, quod resoluit iam factum.*
8 *Papa non potest contra generale statutum ecclesiæ dispensare.*
9 *Papa quod semel approbauit, amplius reprobare non potest.*
Orbis maior est vrbe.
10 *Veritas conspicitur ex sola ecclesia catholica.*
11 *Ecclesia dicitur congregatio fidelium.*
12 *Retractationi nulli subijcitur, quod sancta synodus ordinauit.*
Auctoritatem rei qui accomodat, ipsam rem facere videtur.
13 *Papa an possit se submittere iudicio aliorum.*
14 *Papa non puri hominis, sed Dei viui, vices gerit in terris. & numero. 21.*
15 *Papalis maiestas summa est.*
16 *Iustitia cultum suum perdit, quando silentia iudicij ob strepitum turba confundit.*
17 *Episcopi exempla & præcepta qui non sequitur magis diaboli quam Christi membrum esse conuincitur.*
18 *Deum qui non mediocriter offendant.*
19 *Nauicula Petri, & si fluctuet, submergi tamen non potest.*
20 *Ecclesia impugnari potest, expugnari non potest.*
22 *Synodus. Basilien. habuit oculum collisum.*
23 *Errori alterius qui consentit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum.*
Bestialiter viuens bestialiter condennatur.
24 *Errorem aliorum qui defendit, multo damnabilior est illis qui errant.*
25 *Faciens quod vult, absque moderamine rationis, audiet, quod non vult.*
Dignitas aggrauat delictum delinquentis.
26 *Veritas sæpius excogitata, magis splendescit.*
27 *Imperator Romanorum, & Græci quamob causam recusarunt ciuitatem Auenion. in conuocanda synodo.*
28 *Diffinire non pertinet nisi ad papam quando de fide agitur.*
29 *Delictum sceleratius, est grauius vindicandum.*
30 *Mala futura præcauenda.*
Facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.
31 *Corrupta sunt quæ ex corrupta radice procedunt.*
32 *Concilium Basilien. quid contulerit.*
33 *Sublimioribus potestatibus, omnis anima subdita esse debet.*
34 *Suspitio potius est repellenda, quam approbanda.*
35 *Detrahentes quid faciant.*
36 *Aequitas simulata duplex est iniquitas.*
37 *Statuta vniuersalium conciliorum interpretari ad Papam spectat.*
38 *Papa non semper alteri potest committere vices suas.*
39 *Peccator dum venit in profundum malorum, contemnit.*
40 *Prælati quando discordant in electione, recurritur ad superiorem.*
Contradicere potest vnus maiori parti, si iustam rationem habeat.
Sententia vnius, potest plures trahere ad suam partem.
41 *Maior pars dicitur illa quæ maiori nititur ratione, etiam si sit minor.*
42 *Concilium vnde dictum.*
43 *Turba ad faciendum mala, non sequenda.*
44 *Probatio ubi requiritur, non sufficit informatio.*
Papa de nullo crimine potest impetiri, præter quam de hæresi.
45 *Papa eo ipso quòd est hereticus, minor est omni Christiano.*
47 *Infamatus propter scandalum populi, debet se purgare.*
48 *Periculosum est coram suspecto iudice litigare.*
49 *Locus tutus ad conparendum quis dicatur.*
50 *Papa præsidens, nil potest sine coniudicibus suis.*
51 *Discipulus non est supra magistrum.*
Sedes inferior, potiorem dissoluere non potest.
52 *Ferrarien. concilium an fuerit legitimum.*
53 *Accephali qui dicantur.*
54 *Marchionis Ferrariæ laudes depromuntur. 55. 56.*
57 *Omnia ad id referuntur vnde uim. formam, & originem habent.*
58 *Persona loquentis, semper intelligitur excepta, in quocunque generali & speciali mandato.*
59 *Tenor decreti Basilien. concilii.*
60 *Capitulum frequens. & capitulum. quoniam. quo casu habeant papam ligare.*

Impe-

His ita pro preludijs premissis incipiā. Et vt in hoc tam eminentissimo & formidabili dubio quæstionis probabiliter posse dici. Basilien. concilium, debere catholicum & legitimum, & Ferrarien. conciliabulum reputari, & ꝙ ꝓsecutio tantæ quęstionis, & causæ reddat spiritus timebundos, quia gesta & gerenda cōcilium iustificat & impugnat, & in hac tam grauissima disceptatione mallem alios audire quā audiri. 6. q. 1. c. quero in fi. cum cognoscam nimium præsumptuosum, & superstitiosum existere, lingua transeunte super terram, ponere os in cœlum. 3 1. dist. c. in tantum. Nec cuiuspiam huius modi conciliorum patribus sit quomodolibet detrahendū. de rest. spol. c. literas de pœnitentia, distin. 1. c. homicidiorū

1 †Sunt enim lucernæ ardentes, quę lucent super candelabrū in monte domini, de reliq. & venera. sanctorum. c. vnico. li. sexto. & tanquam splendor firmamenti per vniuersum refulgent, & ad iustitiam erudiunt plurimos, tanquam stellæ in perpetuas æternitates. capi super Specula. de magistris. In his enim præclaris patribus, doctoribus, & prælatis refulget permaxime sol sapientis, & scientiæ plenitudo, & montes resplenduerunt ab eis. in c. scriptum de electio. loquar tamen intrepide verba mea. Nam vt ait Hieron. Non se putet Christianum qui mori pro Christo non habet animum præparatum. Qui enim metu alicuius potestatis veritatem occultat, Dei iram contra se prouocat, quia magis hominem quam Deum formidat, canonis verbum est. 11. quæst. tertia. capitu. quisquis. nullo enim modo propter persecutionem futuram debent Doct. facere quin annuncient veritatem. 43. distinct. 2 cap. si rector. & cap. scimus. in glo. quia † proditor esse dicitur veritatis, non solum qui mendacium pro veritate assuerat, sed qui non libere veritatem pronunciat, quam pronunciare oportet. 11. q. 3. c. nolite. nam melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium. eadem causa, & quæstione, cap. nemo peritorum. Nam nemo tenetur plus alium diligere quam seipsum, dicit glo. in c. petitio. de iureiurando. & in c. 1. §. hoc vnguento. de sacra vnctione. est enim saluti vniuersæ & propriæ sui ipsius potius, quam præsidentibus deferendum. de sente. excommu. c. relatum. cum & Deus plus punire, & plus benefacere possit, vt not. in cap. tua. de decimis. in gl. secunda.

Poro non videtur Basilien. concilium tanta maturitate & solennitate digestum, & vndiq; ex mundi partibus congregatum. In omne enim terram exiuit sonus eorum. Ioan. decimo. de electio. capitu. fundamenta. li. sexto, pro erroribus & scismatibus extirpandis, & generali 3 reformatione ęcclesiæ, tam in capite † q̄ in membris per sanctissimum dominum dominum nostrum Papam dissolui, & ad aliū locum, & ciuitatē transtuli quomodolibet, potuisse. tum quia id. Basilien. concilium deliberatum & firmatum & cōclusum, ibidem celebrandū in illa sanctissima synodo Constantien, per Martinum quintum, cum totius cleri, cardinalium, prælatorum, in eodē concilio existentiū in numero copioso deliberatione, consilio, & assensu. Tum etiā quia id conciliū dissoluendi impediendi vel mutandi, apostolico est potestas omnimodo interdicta. Tum etiam quia quicūq; cuiuscunq; status uel dignitatis, ēt si papalis existat, qui mādatis statutis, seu ordinationibus, aut præceptis illius sacræ synodi. Basilien. super præmissis seu pertinentibus in ea synodo factis, & faciendis. obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, cōdignæ pænitentiæ subijciatur, & debite puniatur, etiam ad alia iura siue subsidia si opus fuerit recurrēdo. tum etiam quia Decreto eiusdem sacræ Basilien. synodi, 4 est specifice diffinitum, quod † ipsa synodus pro heresis extirpatione, ac morum generali reformatione ecclesiæ in capite & in membris, necnon pro pace inter Christianos procuranda, per nullum, quauis auctoritate, & si papali dignitate præfulgeat, dissolui, aut ad aliū locum trāsferri, seu ad aliud tempus prorogari non possit, seu debeat in futurum, absque eiusdem synodi Basiliensis deliberatione & consensu. tum etiam quia si ipse Romanus pontifex ipsum concilium quo quomodo de facto impedire, mutare, dissoluere voluerit, & intra quatuor menses cum reali satisfactione nō resipuerit, ex tūc Romanus pontifex a papali administratione sit ipso iure suspensus, quæ quidē papalis administratio ad illud sacrum concilium ipso iure deuoluatur, & si pœnas prædictas post duos menses, post dictos quatuor mēses, animo sustinuerit indurato, cōtra ipsum Romanum Pontificem usque ad priuationem inclusiue per generale concilium procedatur, tum etiam quia in eadem synodo. Basilien. assentientibus plurimis sanctę Romanæ ecclesiæ Cardinalibus fuit solenniter decretum, vt illud sacrum concilium per Papam sine expresso duarum partium eiusdem concilij votis, singulorū per deputationes, in generali congregatione scrutatis postea soleni sessione discuti aut dissolui non possit, aut de loco ad locum transmutari. tum etiam quia fuit per aliud decretum eiusdem concilij declaratum. Omne concilium q̄d illo durante alibi contigerit erigi, non fore concilium, sed scismaticorum conuenticulum. Intelligitur autem durare 5 illud conciliū † iuxta præmissi decreti seriem, donec ex ꝯsensu duarum partium eius fuerit dissolutum. tum etiā quia decreto concilij Constantien. q̄d incipit. Frequens. per antea fuerat ordinatum, vt locus futuri cōcilii, cum consensu ipsius concilii congregati eligi deberet, & si concilio dissoluto locum illum mutari oporteret ex causis legitimis, tunc alius locus eiusdem nationis eligi deberet. tum etiam quia decreto eiusdem synodi Basilien. super conuentione græcorum, specialiter declaratur. concilium in Basilea firmiter esse ꝑ man-

mansurum, donec græci ad portum per illam sanctam synodum eis nominandum peruenerint, prout hæc late patent, in c. frequens edito in Constantien. concilio, & in c. quoniā frequens, edito in. Basilien. concilio, & in decretis synodi Basilien. præfatę, quæ incipiunt, ambitiosorum, & vt sacri. & cum Christi ecclesia, quæ omnia per sanctissimum dominum dominum nostrum Eugenium papam in eius adhæsione fuerunt corroborata, & specifice confirmata, & per suos oratores præsidentes saltem nominibus propriis iurata dicuntur.

Amplius idem sanctissimus dominus noster in adhęsione sua facta Basilien. cōcilio. cum de reuocatione literarum incipientium, Deus nouit, mentio haberetur, ipse, quidquid per eum, aut suo nomine in præiudicium, aut derogationem illius Basilien. concilii sacri, ꝯ̄ eius auctoritatē factū, attentatum erit, cassauit, irritauit, & annullauit, nullaq; irrita fuisse, & esse declarauit, & se deinceps a nouitatibus, grauaminib. seu ꝑiudicijs inferēdis illis sacro concilio, aut suppositis eius, & adhærentib. 6 eidē, realiter & cū effectu desistere pollicitus est. † Quo ergo pacto & quo iure illud conciliū Basilien. dissoluere, & Ferrariā transferre idē sanctissimus dominus noster potuerit, nō videtur, cū nedum dissoluere eidem apostolico conciliū sit penitus decretis huiusmodi interdictū, sed in his quæ pertinent ad fidē & extirpationē schismatis, & ad generalē reformationē ecclesiæ dei, in capite, & in membris papā debere concilio obedire, magnæ sinodi Constantien. auctoritas ap te declarat. in c. frequēs, & postea in vndecima sessione. Basilien. sinodi, quæ incipit, q̄m frequens, fuit iterum decretū Satis. n. esset bonis morib. interdictum, & ab oī vetustate remotū, vt papa possit pro sua volūtate dissoluere concilia cōgregata, quia per hanc viam posset faciliter euadere declarationem, & decisionem concilii celebrati, etiam si de crie hęresis inpetiretur. Ex his videtur. Basilien. cōciliū dissolui & ad ciuitatem Ferrariensem transferi, minime potuisse, & consequenter Ferrarien. concilium non posse verum & legitimum nuncupari, cum dissolutio prioris concilii fuerit, & sic dictis decretis dictantib. apostolico penitus interdicto. illud 7 † enim quod impedit faciendum, resoluit iam factum. ff. de furtis. l. inter omnes. §. recte. coniuncta. l. vrannius. §, 1. ff. de fideius. Nō. n. pape licuit edictales constonnes, & sauctiones illas saluberrimas, editas tam in concilio Constantien. quā Basilien. euertere vel mutare. 25. q. 1. c. omne, & bonus tex. 25, q. 1. c sunt quidam dicentes, ibi dum dicit. vbi vero sancti patres aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus pontifex dare, sed potius quod prædictum est vsque ad aīam & sanguinē confirmare debet si. n. ꝙ docuerunt apostoli & prophectæ destruere (quod absit niteretur, non sciētiam dare, sed magis errare conuinceretur. Et alibi quæ ad perpetuā generaliter ordinata sunt vtilitatem, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt cōe præfixa. sed manentibus terminis, quos cōstituerunt patres, ne iniuste vsurpet alienum, sed intra terminos proprios atque legi. prout quisque valuerit in latitudine se exerceat charitatis. 25. q. 1. c. quę ad perpetuam. & gl. ibi di 8 cit, ꝙ † papa non potest contra generale statutum ecclesię dispensare, & si omnes consentiant non valeret statutum, per autoritatem. c. sunt quidam. & c. contra, vbi dicit litera ꝙ ꝯ̄ statutum patrum concedere aliquid vel mutare, nec hoc sedis apostolicæ potest auctoritas, quæcunque namque sancta sinodus statuit & decreuit, nullis opinionibus contrariis, seu retractationibus sunt subiecta. Sed simpliciter obseruanda, vt sacratissimorum Impe. valentiniani & martiani sanxit auctoritas, super cōfirmatione concilij Calcedon. & no. 63. di. c. valentinianus. ad idem. 25. dist. c. sicut, in fi text. ibi cunctas quæ præfata concilia respuunt respuo, quæ venerantur amplector, quia dum vniuersali sunt consensu statuta constituta, se & nō illa destruit, quisquis pręsumit absoluere q̄d ligant, aut ligare quod absoluut.

Amplius papa approbando. Basilien. cōcilium & gesta eius non potest gesta, & gerenda in eo 9 concilio improbare, quia ꝙ † semel approbauit, amplius reprobare non potest. 4. dist. c. in istis. in glosa 8 q 2. c. dilectissimi. 32. q. 5. c. horrendus. ff. qui satisd. cog. l. ab arbitro. & 4. ꝙ ibi no. facit regula ꝙ semel placuit. de re iud. libro. 6 & 4. q. 3. c. fi. & quod ibi no. Archi. de ele. c. cum vintoniensis. & q̄d no. Inno. de exceptio. c. verabilis. sic & non possum reprobare mores quos primo approbaui. de fil. presby. c. veniēs. & d. c. horrendus. sufficit enim semel ꝯsentire, vt dicit ibi glosa, & patet. 4. dist. c. in istis. & in d. c dilectissimi, facit q̄d not. de despon. impu. c. de illis. Rursus papa non potuit ꝯtra gesta & decreta. in concilijs Constancien. & Basilien. dispensare, vel illa in irritū reuocare, & destruere, prout soluendo Basilien. concilium fecisse cēsetur. 15. dist. c. sicut, quia orbis maior est vrbe. vt ibi in glo. Io sic & non potest destruere statum ecclesiæ 8. q. 1. c. Moyses. Palam est enim quod in re dubia, ad fidē & certitudinem, ecclesiæ catholicæ valet authoritas. 11. dist. 10 capitulo Palam quia † ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur. 24. quæstio. prima, capitu. quia ex sola. nam ecclesia errare non potest. 24. quæstio. prima, capitulo hæc est fides. & cap. a recta fide. & capitulo pudenda. & 19 distincti. capitulo ita dominus. Quinimmo traditum est illam ecclesiam quæ est contra concilium generale, in his quæ respiciunt & fidem, & ecclesiæ vnionem, non esse catholicam. in dicto capitulo quæ ad perpetuam. in glos. decima. nam sententia totius ecclesiæ, est præferenda Romanæ. vigesimaquarta quęstione tertia, capitulo quodcunque, & capitulo a recta. & capitulo pudenda. & glo. decima si in aliquo sibi contradicit. argumentum. 35. distinctione, capitulo legimus & ibi dicit glo. quod vniuersalis ecclesia errare non potest, quia Deus non permittit per dict. capitulum a recta fide. & capitulū pudenda. Quærit autem glo. Ioan. in dicto capitulo a recta de qua ecclesia intelligatur quod errare non potest, & dicit quod non de papa, quia non ecclesia dicitur. septima quæstione prima, capitulo scire debes, quia clarum est quod papa potest errare. decimonono capitulo Anastasius. & quadragesima distincti. capitulo papa, sed intelligitur de 11 congregatione fidelium. hęc † enim dicitur ecclesia, de consecratione, distinct. prima cap. ecclesia, quæ quo ad singulas generum species est impossibile ꝙ possit errare, pro qua orauit Christus vt non deficeret Petrus de hac quidem apostolus pollicebaī ꝙ sine intermissione de ea in oronib. suis faceret mētionē, ut patet in epistola ad Roma. in prin. Minus ꝗp pe ex quacunq; terrena snīa Romana est fundata ecclia, sed ex illo verbo quo cęli & terra firmati sunt 22. dist. c. 1. Et q ei derogando, contra ipsam loquitur, hæreticus reputaī. 22. dist. c. oīs. hæc valet omnes iudicare, & de ipsa iudicare nemini est permissum. 9. q. 3 cap. episcopo. § sola 17. q. 3. c. nemini istud est tabernaculnm illud ꝙ nequaquā auferri potest, nec auferetur clauus eius in sempiternum. Esaiæ 33.

Porro non uidetur dissolutionem Basilien. concilii ꝑ apostolicum, & ad lium locum illius translationem fieri potuisse. cum hęc sit eidem apostolico, per decreta conciliorum Constantien. & Basilien. pęnitus interdictū, 12 quia † nec ulli retractationi subiicitur q̄d sancta sinodus ordinauit. 24. q. 1. c. maiores nostri. in rub. spiritus enim sanctus in specie columbæ descendit, & mansit super eos. Luc. 3. in vers. 1. de pæ. dist. 2 c. quęrendum. de sac. vnc. c. unam. §. quia vero. Et iterū spiritus sanctus super pastores proprios descendit in specie columbę, & mansit in eis Act. 4. 43. di. c. sit rector de conse. di. 1. nocte. & di. ea. omnes quos. c. venit. Nec dicat quis quod concilia non pn̄t imponere legem papæ, de ele. c. significasti. 17. dist. § hinc etiam. 35. q. 9. c. veniam, quia in his, quæ respiciunt decorem ecclesiæ ac etiam vnionem, ipse subiicit, conciliis. nam in his posset papa coram concilio accusari. 40. dist. c si papa, quia hæc duo principaliter respiciunt, & spectant ad concilia, & in illis concilium est sup. papam. facit. 93. disti. c. legimus. Amplius idem apostolicus inhærendo Basilien. concilio, & gesta in eo confirmando, decreta eiusdē concilii per, & antea edita, intelligitur approbasse, & confirmasse, quia qui authoritatem rei accommodat, ipsam rem facere etiam videtur. C. de vete. iu. enucle. l. 1. facit. c. antiqua. de priui. 27. dist. §. hinc, & ꝯn̄ter decretis illis editis in Constan. & Basiliens. conciliis. de quib. supra, se submisisse iudicio, & eorum correctioni videtur. 43. dist. ca. in sinodo. 2. q. 7. c. nos incompetenter. in quibus est specifice. 13 diffinitum, quod † papa potest se submittre iudicio aliorum facit. ff. de iurisdi. om. iud. l. est receptum, & ꝙ ibi no. de re iu. c. 2. libro sexto & maxime iudicio concilii congregati, cum concilia dederint primatum Romanæ ecclesiæ tertia quæs. sexta capit. dudum. 17. dist. c hinc. de elec. c. significasti. unde satis conueniens est quod ipsi de reformatione ecclesiæ in capite & in membris habeant iudicare 93. dist. cap. legimus in uerbo, maior est Quid ergo dicemus, & si in re tā ardua sit periculosissimum diffinire, tamen quia scriptū est, a recta fide & apostolico tramit e propter nullam persecutionem futuram nolite recedere, sciētes quoniam iuxta snīam saluatoris, beati sunt qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Textualia verba sunt, vigesimaquarta quæstione prima a recta.

Proinde loquar coram hoc santissimo cetu intrepide verba illa. audite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum, attendite ad petram unde excisi estis. scribitur Esa. 51. Tu enim pater beatissime ipse es qui mihi dicis. Noli timere, effundam spiritum meum super semem tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Esa. 20. Ego dominus, & non est alter, formans lucem & creans tene-

tenebras, Ego dominus faciens omnia. Esa. 45. & iterum, Ecce seruus meus suscipiam eum, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meū super eū, iudicium gentibus proferet, in veritate deducet iudicium, non erit tristis neq; turbulentus donec ponat in terra iudicium, Esa. 42. Credo, i. ex fide sentio. C. de iuram. calum. l. 2. & firmissime attestor, nullatenusq; dubito. de consecratio. dist. 3. cap. firmissime, extra de hereti. capitulo firmissime, concilium Ferrarien. esse verum, catholicum, & legitimum concilium, in quo præest sanctissimus dominus noster Eugenius Papa quartus, verus & indubitatus Christi uicarius, successor Petri, & gregis Domini rector directo, qui potens est opere, & sermone. de offi. ordi. inter cætera. de statu mona. c. cum ad monasterium. vers. prior. & † non puri hominis sed Dei viui uices gerit in terris.

14 ut in c. 1. vers. porro de transla. c. quanto. cuius potestas nō est ex homine, sed ex Deo. 4. di. §. leges. & ibi Arch. & totius mūdi dominus appellatur. de priuile. c. cum ex diuersis lib. 6. ipse namque sacerdos maximus, summus pontifex, heres Apostolorū, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abrahan. ordine Melchisadech, dignitate Aarō, autoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctiōe Christus, ipse est, ut Bernardi utar eloquio, diligentium pater summus, & particeps omnium timentium eum, Christianorum dux & ordinator, omnium pastor, magister sapientum, oppressorū refugium, aduocatus pauperum, miserorum spes, cecorum oculus, mutorum lingua, baculus senum, malorum metus. bonorū gloria, potentū virga, tyrannorum malleus, regum dñs, moderator legum, sal terrę, orbis lumen. vicarius Christi, successor Petri. & mundi arbiter, domnius, & magister.

15 **Summa** est enim papalis maiestas †, quia non est sanctitas quæ comparetur ei super terram. Iob. 10. inde dicunt docto. quod magis est obediendum papæ in administratione, quam cuicunque Apostolo resurgenti. in c. quod ad translationem. de offi. deleg. de exces. præla. c. sicut de transact. c. sicut ex illo. 21. dist. ca. 1. 21. dist. §. 1. 22. distin. c. sacrosan. & canon dicit, quod Deus beato Petro ęternæ vitæ clauigero, terreni simul, & celestis iura commisit imperij 22. dis. c. 1. Amplius profiteor atq; credo Basil. sinodū synagogam sathanę quam possidet princeps tenebrarum verius appellari dēre & cum pace oīum dixerim. Nō ueretur se in spiritusancto legitime congregatam asserere, contra doctrinā canonis, attestantis. spiritum sanctū in sanctis & non reprobis & discholis habitare. 2. c. 3. c. illud. ibi dum dicit, spiritus enim. sanctus habitans in sanctis, & de talibus intelligitur, illud Ioan. qui dicit in Epistola sua canonica. nolite credere omni spiritiui, sed probate spiritus qui ex Deo sunt. ad hæc. 42. dist. c. quiescamus. nam & oculus meus uidit, & auris audiuit illorum parrum funestam & uitam illecebrem, ibi. n. regnant sectæ, & contentiones, irę, rixę, dissensiones, emulationes, strepitus, tumultuosę voces. †

16 Ex quibus dicit canon. cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicii ob strepitum turba confundit. 5. q. 4. cap. in loco benedictionis. torpent ibidem ingenia desidiosę iuuentutis, nec honestę rei labore vigilatur, ibi virtutum. pulcherrimum, idest honor, harum artium alimentum, maxime cecidit, & ad turpia translatum est omne certamen, vt Senece & Ciceronis vtar eloquio. Et Cicero de oratore. lib. 1. testatut. plura hodie homines iudicant aut timore, aut cupiditate, quam veritate, aut iuris norma. & alibi scriptum est. non est qui iudicet vere, sed confidunt homines in nihilo, & loquūtur vanitates. scribitur. lib. 10. de illis profecto apostolus testabatur, erunt inquit homines seipsos amantes cupidi, elati, ingrati, scelesti, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proterui, tumidi, ceci, & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem spiritum pietatis, virtutem autem eius abnegantes. ad Thim. 2. c.

Contra hoc profecto dominus clamabat dum inqt. O uos sacerdotes qui fallitis nomen meum, offerentes ad altare meum panes pollutos, non est mihi volūtas in uobis. 81. distin. c. apparet. sunt. enim synagogę sathanę quas possidet princeps tenebrarum. Matt. 15. dissidium nāque in apostolica sede desiderant, vt ab eius autoritate diuisi, usurpationes exerceant, dicit canon. 64. dist. c. quia ꝑ ambitiosam. sane †

17 qui episcopi exempla & præcepta non sequitur magis diaboli quam Christi membrum esse conuincitur & potius infidelis esse monstratur, 28. dist. c. nullis. multi profecto rem ambiunt, rem agi perfunctorie intendentes, cōtra illud Augustini. 40. di. c. ante omnia. 8. q. 1. qui episcopatum. vnde Ber. ad Seno. episcopum sic scripsit. inhiantibus, onera blandiuntur, sed onera pensantibus, tedio sunt atque formidini. multi vero tanta alacritate, & fiducia non currerent ad honores si sentirent onera grauare, & illa profecto metuerēt nec cum tanto labore, & periculo affectarentur infulæ dignitatum.

Nunc vero quia attenditur gloria, & nō pena, purum esse in ecclesia clericum, seque viles, & in glorios existimant, qui quocunq; eminentiori loco nō fuerint sublimati. Ioan. Andr. in c. 1. de offi. legat. lib. 6. accedit quod idem scribit de elect. c. venerabilem, super verbo, vsurpare, & de præb. c. genere, super uerbo rōnis. Heu heu nō erubuit synodus illa contra verum Christi Vicarium, qui est caput, & cardo ecclesię orthodoxę, cornua erigere, vt no. de rapto. c. 1. in gl. circa finem. de appel. c. cum parati. in gl. ad aquilonem sedem eorum ponere satagentes, iussa domini sui sua præsumptione damnando. 24. q. 4. c. si is qui. non mediocri-

18 ter † profecto Deum offendit qui de vita cęlestis regis, & domini, sua pręsumptione resoluit, ut d. c. si inter. qui, vt aduersus eos apostolicus dicere possit, illud Iudith. Mures egressi sunt de cauernis & prouocarunt nos ad pręlium, ignorant patres illi miserrimi verbum Christi, qui scandalizat vnum de pusilis qui in me credit, expedit vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Matthe. 18. de renun. nisi. cum pridem. §. generi. & c. cum ex iniūcto. de ope. no. nun. Ecce proh dolor sinodus illa quæ se asserit in spiritusancto cōgregatam & literis suis monitorijs, nō erubescit patrem & dñm vniuersi, coram se facere euocari, simul cū eo in papatū miserabiliter inhiando, Romanā ecclesiā sua p̄sumptione cōfundere & turbare, anathemate, ex cōicatione ꝑpetua labefactata, cū impijsq nō resurgēt in iudicio reputet, oīpotētis vindictā ꝯ se sentiat, & scōrū apłorū Petri & Pauli quorū p̄sumit ecclesiā confundere in hac uita & in futura furorē sentiat, scribit ad cōtextū. 23. di. in noīe. Dicant mihi patres illi laude nulla digni, sed argutijs supprimēdi, qua instigatione diabolica, repetitis malleis, crebrisq; concussionibus, alūnam Dei viuentis conant opprimere, & summi piscatorts nauiculā, intumescētib. ꝓcellis, in naufragij profunda demergere. 23. di. c. in noīe. Scire dñt patres illi profecto hostes ecclesiæ q charitatē vulnerare modis omnibus moliuntur, & ecclesiæ rescindere vnionem, & nouum schisma in ecclesia gignere, & ꝯñr humanū genus euertere

19 & turbare. 16. q. 2. c. visis literis prin. quod & † si fluctuet nauicula Petri, submergi tñ non potest. 20. q. 1. cap. non turbatur, de qua Hylarius loquebatur, proprium est inquit ecclesię, ut tunc viuat, cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc secura sit cum deseritur, tūc obtineat cum superata uidetur

Hanc quippe imperator cęlestis instituit, & iubēte domino, de Antiochia Romam translata est 24. q. 1. c. rogamus, illam ipse solus fundauit, & ipsius priuilegio fungitur. 23, dist. c. 1. immo canones attestantur quod nō ab Apostolis, sed ab ipso saluatore nostro primatum obtinuit. eadem dist. c. sacrosancta ipse enim locum elegit, eamq; ratione persequutionis deserere noluit. Nam Petrum persecutionem fugientē reuocauit dicens, quod pro se vellet ibi pati, seu etiam crucifigi, anteq̄ locū illum desereret, vt extra, q fil. sint legi. c. per venerabilem. § sane. 3. q. 1. c. nulli. in fi. exemplo illius qui tunicam suo cruore defendit. 24. q. 1. c. memor. hanc enim coronam ecclesiæ Petrus & Paulus proprio sanguine eodem die, sub eodem protectore domino consecrarunt. 21. dist. c. quamuis, de elect. c. fundamenta, 22. distinct. c. 2. hanc, diuina prouidentia incommutabili dispositione, legimus aliis præesse, ut in prœmio. lib. 6. & ideo Zacha. 14. de ecclesia loquens, ait sedebit Hierusalem secura, & merito a superiori mēte superari nō potest, & mons dñi proprietatus in vertice eius. Esai. 2. & ideo dicit Chrisostomus †

20 ecclesia impugnari potest expugnari non potest, Tella mittuntur, sed eius murus nō perforatur. Machinæ p̄parant, sed turris dauidica non eliditur. Est insuper locus tutus qui ab aliquo flumine non potest inundari. i. erroribus submergi. ergo nec flāma obruet eā, & rō est quia vłis ecclesia errare nō potest, vt dicit Augustinus sup ille verbo, ego pro te rogaui Petre, ut nō deficiat fides tua, & Augustinus dicit super illo uerbo Psal. sępe expugnauerūt me a iuuēte mea, etenim nō potuerunt mihi. In Abel ecclesia incepit, & tunc Cayn eam expugnauit, sed Abel est saluatus, sola ecclesia in Noe fuit, Deus eū a diluuio liberauit, sola fuit in Abrahā, & de Caldeorum ira est ereptus, sola in Moyse, & de manibus Pharaonis libertatus est, sola in Dauid, & a Golia euasit, deinde in Machabeis, & ipsi liberati sunt. postmodum in dño nostro Iesu Christo, & ipse captus, ligatus, illusus, & crucifixus, & mortuus est, Deus eū tertia die resuscitauit, & post iu apostolis, & ipsi ꝑsecutiones patiētes, ad vltimū coronati ascēderūt in cęlū, sic ergo oī tꝑe ꝑsequutionis ecclesiæ, Christus ordinauit suos milites & instituit, ut sp intacta ꝑmaneat, nititur er-

21 go sinodus illa Basiliensis verū † Vicariū Iesu Christi, qui non puri hominis, sed Dei viui uices gerit in terris, suis literis monitoriis infestare, nauemque submergere Petri, nam fluctuat, sed nunquam desinit esse ratis, cum successoris Petri potestas non sit ex homine, sed ex Deo. de iud. cap. nouit §. 1.

§. 1. Solent lites moueri, propter dubium finis. 1. Regum. 16. c. ff. de pec. l. quod debetur, sed hic finis & uictoria certa est, quia ecclesia Christiq; vicarius, spōsus, pugilq; ecclesiæ gloriosus, cui data est ptās in oēm tribum & populum, & lōgā gentem. Apo. 14. & qui habet ptātem. magnā, & terra illuminata est a gloria eius. Apoca. 19. viritatem sequit̄, quæ semper vincit, & præualet. Esdre. 3. c. 7. di. c. consuetudo. & s̄. petrā solidā fundata est, ideo ruere non pōt. 24. q. 1. c. loquitur. 21. di. c. in nouo. dicat mihi sinodus illa Basilien. quæ contra summum Christi vicariū altare conat̄ erigere, schisma souēs. 23. q. 5. c. nos uos. & indiscussam Dei tunicam & desuper contextam per frusta decerpit, & Christi pro posse nititur vineā supplantare. 24. q. 1. c. qm̄ vetus, summiq; piscatoris nauiculam in naufragii profunda demergere. 23. dist. c. in nomine.

Scire namq; debent quicunq; ab vnitate fidei vel societate Petri qūolibrt semet ipsos, segregant, tales nec vinculis pctōrum solui, nec ianuam posse regni cęlestis ingredi dicit. tex. 24. q. 1. c. quicūq;. Quid dicere sinodus illa poterit. nisi verbum illud, scrutamini scriptu-

22 ras, ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Io. 5. † hæc sinodus profecto habens oculum collisum, vicarii Iesu Christi damnare sñias, temere iā præsumpsit Mat. 7. 32. q. 7. mihi prin. veritatis quippe a se fidē abiecit, & Deo, & eius vicario extitit infidelis. 2. q. 7. non potest. Nō. n. venit ponere pacem in ecclesia, sed gladium. actuū. 24. q. 1. c. qui ꝯ pacem. vbi dicit tex. qui ꝯ pacem ecclesiæ sunt, si dignitatem aut cingulū militiæ hñt, nudentur eis, scandalizando Christi uicarium & per ꝯñs ipsum Deum. 90. di. c. nulla ratione. & duobus. c. seq. 8. q. 1. c. qui uos. Quid dicēt patres illi Basilien. scissurā ecclæ lachrimantes qui prauo ordine machinantur malum & linguam seminant in tendentes homines separare a fide. Prouerbiorum. 6. Quid dicere poterunt nisi illud peruenerunt peccata nostra vsq; ad cęlum & recordatus est dominus iniquitatum nostrarū. Apoca. 17. sequar turbam ad faciendū mala & iudicio plurimorum acquieui. Exodi. 23. vnde aduersum illos patres condigne occurrat dicere canonis verbum illud, quia pręuaricationē eorū tegere argumentis suis sub quadam iustitiæ specie fucatis, quibusdam exquisitis adinuentionib. æquitatem obruere studuerunt fuerūt ab oī regimine & dignitate depositi. scribitur ad contextū. 11. q. 3.

23 c. ita corporis. nam qui † alterius errori consentit, sciat se cū illo simili modo culpabilē iudicandū. 11. q. 3. c. qui consentit 83. di. c. quid. n. ubi dicit litera. quid. n. prodest illi. suo errore non pollui q consensum præstat erranti. Ideo dicebat Hirony. in epistola ad Paulinū. c. 3. qđ seruitores dei ex uitę merito tm̄ nocent, si destruentibus non resistunt, quia q bestiałr uiuit, bestialiter condemnatur. Tribus. n. modis, quis dr̄ consetinre dicit glo. 2. q. 1. c. notum. primo si cooperat̄. 1. q. 1. si qs ipsos. Scđo cum nō corrigit ex officio quos tenet̄. 83. di. si qs inferior. Tertio mō cum defendit peccantem, vel qñ sua auctoritate deliquit. 11. q. 2. c. qui aliorū, profecto nō caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare. 2. q. 7. c. negligere. & ideo dicit tex. ꝙ non solum malitiæ huius auctores, aliquorum præsumptio æstimat puniendos, sed facientes & cōsentiētes pari pœna plectendos catholica damnat, ecclesia de sen. excom. c. quantæ. de offi. dele. c. 1. 2.

24 q. 1. notum. & alibi dicit tex. qui aliorū † errorē defendit, multo dānabilior est illis qui errant, qa nō solū errat. sed ēt aliis offendicula erroris pręparat. & confirmatur. 24. q. 4. c. aliorū vñ uidete p̄res illius Basilien. sinodi & mente diligenter reuoluite. qui temere, & dānabłr ipsius erroribus ꝯsensistis, ꝑinde dicebat vir ille egregius sup Apoc. 11. viri electi & spūales sequestrabūt se & suos, a quibuscūq; non ꝯñtibus euāgelicæ veritati, tādē post abissum & aliquos babylonis, de qb. s̄. aliqua memorauimus ad cautellā, s. vt mores illius Basiliē. sinodi cognoscantur, & cogniti euitent̄, restat ne parēthesim faciā lōgiorē, ut ad prosecutionē illius argumēti, an papa potuerit illā sinodum Basilien dissoluere non obstātib s̄. decretis, conciliorum Constatien. & Basilien. soliciti festinemus.

Et antequam alio stilum vertam præcor & de p̄cor auditores pariter & lectores, vt si quid in hoc discursu dixerim ꝯ Basilien. sinodum a vetustate remotum, aures accommodent patienter. 7. q. 1. c. suggestum, scriptum est. n. quod non debemus inultum. dimittere opprobrium illius, qui probra nr̄a deleuit, extra de iudę. c. in quibusdam, alias incipit in nonnullis. §. ultim. bene facit. l.

25 sed si hac lege. §. prostituta. ff. de in ius vocā. Nam † qui facit quod uult absque moderamine rationis, audiet quod non uult. 93. dist. § quia uero qui hanc. 32. q. 5. c. iniquum. & alibi, qui custodit os suum, custodit causam suam, & qui inconsulte loquitur, sentiet mala. 5. q. 5. §. fi. & quia delictum honorē excludere scriptum sit. C. vbi sena. vel. cla. l. prim. & l. senatoris filia. ff. de ritu nuptia. 11. q. 3. §. priuilegium. & quod not, 6. q. prim. c. placuit. de hæreti. cap. sicut. & c. ad abolendam. in fi. de sen. excō. & c. ad audientiam. cū si. immo delictū aggrauat dignitas delinquentis. 22. q. 5. c. qui vident 40. distin. c. homo Christianus. ne cleri. vel mona. c. cū quidam. §. districtis. cum suis concor. nā cum propriam iniuriā dissimulare & relaxare Christiano piū sit, tñ iniuriā Christi & successoris eius est penitus improbatum, vnde ꝑꝑ hoc clamabat Christus in Psal. Effunde ruinam & conclude aduersus eos qui me persequuntur, longe namq; grauius est diuinam quam tꝑalem offendere maiestatē, in auth. vt nō luxu. ꝯ naturā. in pri. col la. vi. de hęr. c. vergentis, & ibi no. cum plus punire & plus bene facere possit. vnde no. in d. c. tua. de decimis. in gl. 2.

Restat modo vt attingam indaginem præpositæ veritatis, an apostolicus potuerit Basilien. conciliū dissoluere & transferre Ferrariā, prout fecit non obstantib. decretis in concilijs Constantiensi & Basiliensi, de quibus in superioribus prolixam fecimus mentionem, ex quib. infertur decisio, an concilium Ferrarien. debeat catholicum & le-

26 gitimum reputari. & quia † veritas sæpius excogitata magis splendescit in lucem. 35. qō. 9. c. graue. Sciendum est dum de loco canonici concilij pro reductione græcorum in eadem sinydo Basilien. sub clamosa disputatione & dissensione plurima tractarentur, seruatis votis in omnibus deputationib. illius sinodi concordarunt maiores partes, omnem deputationem de ciuitate Auinion. tanquam potiori votum & votorum munita præsidio pręualere, licet reluctante & cōtradicente Romano antistite domino meo domino Io. tit. Sanctæ Sabinæ presbytero Cardinali, apostolicæ sedis legato, & in eadem Basilien. sinodo præsidente, quasi illa ciuitas esset int eligibilis tanquam non comprehēsa sub decreto initio cum græcis per dictam sinodum Basilien. pluribus patribus & doctoribus in eadem cum eo concordantibus, de quorū numero ego fui, qui super huiusmodi disceptatione consi-

27 lium eidem domino Cardinali reddidi copiosum. Verū † qa Imperator Romanorum Constantinopolitanus episcopus ciuitatem illam Auinionem, tanquam nō maritimam, nec in decreto cum eis inito comprehēsam protinus recusarūt, & ipsis gręcis ad illam ciuitatem contradicentibus se transferre, claro iure comperto, licuit domino nostro papę illud Basilien. concilium dissoluere ex causa prælibata, & ad Ferrarien. ciuitatem edicere tranferendum, tanquam ad locū sanctitati suæ accommodum & propinquum, locum fertilem & amenum, aptissimum & opulentissimum pro. d. concilio celebrando, & in verbis decret. hōmi comprehensum, ut idem dominus noster commode pręesset in eo concilio simul cum græcis personaliter. nec expediat representatiue per alium eius legatum in eo concilio interesse, ꝑꝑ infirmitates multiplices, & languores assiduos quibus proh dolor lachrymabiliter detinetur, cum agatur de grandi negocio vnionis græcæ ecclesiæ & latinæ septingentorum annorū curriculo proh dolor hactenus iam diuisæ, & de eorum schismatibus & erroribus extirpandis, in quo concilio, nedum papa qui est caput & cardo fidei & ecclesiæ ortodoxæ, sed Deo deuoti, ac etiam imperator Romanorum pro eorum salute deberent præsentialiter interesse. 95. dist. c. vbi nam legistis, & tunc ad fidem confirmandam non ad potentiā ostēdendam debet imperator in huiusmodi concilio, quia de fide agitur interesse; ea. di. c. non ad fidem, & fortius ipse papa qui est fidei instrm dēt in tā grādi & ꝑmaximo negotio ꝑso-

28 naliter interesse † nam non nisi ad papā successorē petri, qñ de fide agitur pertinet diffinire. tex. apertus. 24. q. 2. quoties. ubi dicit quoties fidei ratio ventilatur arbitror nonnisi ad Petrū & sui nominis & honoris auctoritatem referre debere & c. & ea. q. c. non turbatur. versi. deniq;. in gl. vr̄ ergo quæstionem eam de fide motam nulli licere determinare nisi appostolicæ sedi, vt d. c. quę ad fidem, in gl. aliud est ipsam sine diffinitione ventillare, vt ibi dr̄, fateor aūt quod papa simul cum cōcilio deberet & non solus qōnem fidei terminare. tex. clarus. 12. dist. c. præceptis, vbi dicitur quod quæstio fidei pertinet ad ecclesiam simul cū Papa diffinire. Illud notādum qđ quantū ad sacrā scripturā exponēdā sanctorū autoritas pręualeret, sed q̄tū ad cās finiēdas pręualet auctoritas Romanorū pōtificū. dicit gl. 20. di. c. decretales. & ex his dū essem in eo. Basilien. concilio, & de loco eligendo pro futuro, sub contradictione votorum scissura permaxima tractaretur, dicebam & repeto de via cespitando, iurisdictionem & superioritatem in apostolicum vendicare sanctę Romanę ecclesiæ Cardinales sacerdotes Leuitici generis nuncupatos q Romanæ ecclesię gremiū nūcupat̄ & appellantur. 23. dist. c. in nomine dñi. circa medium, ibi eligatur aūt de istis ecclesijs gremio, mandatis pęnalib. pęnisque formidabilib excōicationis priuationis oīum bñficiorū. & dignitatū ad. idē cōcilium apostolicus de impetitis rñsurus, & cardinales ut illis assisterēt comparare deberēt legitime. Nam etiā ipse papa nō cōsueuit nec posset fm quosdam aliquem ex Cardina-

dinalibus excommunicare, vel aliquod præceptum eis iniungere sine aliorum cardinalium consensu, nisi incideret in aliquam sententiam canonis, nisi canone vel sententia de his specialis mentio habeatur, vt no. Hosti. de cleri. nō residen. c. 2. Io. mona. in c. 1. de schisma. li. 6.

Vnde nimirum si ex præmissis causis & aliis potissime, quia eadem sinodus abutebatur potestate cōcessa, id concilium apostolicus 29 dissoluit, & decreuit alio trāsferendum, ut dixi. † Et quia scelleratius delictum, est grauius vindicaadum. 24. q. 1. c. non afferamus. de elec. c. licet de euitanda. cum etiam nil sit infelicius felicitate peccantium qua pœnalis nutritur impunitas & mala uoluntas, velut interior hostis roboratur. dicit text. 23. q. 1. c. paratus, in fi. ne Christi oues non verum pastorem, sed mercenarium sequerentur, cum illa sinodus ecclesiam se di funestaret. Nam mendacium profecto est Christianum se dicere, & opera Christi non facere, mendacium est episcopū, sacerdotem, uel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari, dicit tex. 22. q. 3. cauete. & ibi dicit gl. quod factis negamus Christum sicut & verbis, unde scribitur Iacobi. 1. quod vir duplex animo, inconstans est in omnib. viis suis, & ideo de duplicibus corde, & labiis scelestis, & alibi dicit canon. Deus, duplicitatis aspernator simplicem intentionē considerat, verborum artem aspernatur & odit. 22. q. 4. c. qui perierant, cum non ualeat quisquam aliquem lædere apud Deum. De illis profecto patribus in Basilien. sinodo residentibus Christus Matth. 24. loquebatur, ve vobis hypocritę tristes, similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent speciosa, intus sunt plena ossibus mortuorum, & alibi, ue uobis qui dicitis bonum, malū, & c. 11. q. 3. c. ue uobis. de istis, loquebatur Apostolus ad Thimo. sexto. habentes speciem pietatis, virtutem eius abnegantes, hi sunt qui se transfigurant in angelum lucis.

Plus dico quod peccauisset papa & grauiter oberrasset nisi illud cōcilium dissoluisset, cum in omnem malignitatem erumperet, & puro corde machinatur malum & iurgia seminat, intendēs homines separare a fide. Prouer. 6. cum per eius monitoria literarum, ecclesia perturbatur, vel mala alia sequi possent, 30 cum debeant † futura mala præcauere vel iuuare, ex doctrina Inno. de sen. excommun. c. inquisitionis. in fi. Nam qualitercunq; possumus debemus uexare malos, vt cessent a malo. 23. q. 6. c. iam vero, unde scriptum est quod ex eo quod nō cito profertur contra malos sententia, absque vllo timore perpetrant filii hominum mala. eccle. 9. item facilitas venię incentiuum tribuit delinquendi. 23. quæst. 4. c. est iniusta. de uita & ho. cle. c. vt clericorum, unde scriptum est quod resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpant, & putrescant, testante Hiero. 23. q. 4. c. reseranda, & alibi idem Hiero. attestatur in epistola ad paulinum. c. 4. quod seruitores Dei quantum ædificāt in ecclesia Dei ex uitæ merito, tantum nocent si destruentibus non resistant, quia qui bestialiter viuit bestialiter condemnatur. Porro quam primum mihi intonuit dissolutionem per apostolicum illius Basilien. concilii factam fore, letatus, & spes amplior reddita est mihi, cum de eius sinistro principio monitoriorum emanatorum nullus posset felix exitus sperari, quia ex errore non sequitur nisi error. l. ex diuerso. ff. de rei vendi. Qualē. n. fructum Christianus populus de eo concilio poterat spera31re cuius radix censetur infecta. 1. q. 1. c. fertur, quia † corrupta sunt quæ ex corrupta radice procedunt. 14. quæst. 5. c. neque prima q. prima principatus, illud decantando. Laudate cœli & exultet terra, quoniam consolatus est dominus populū suum. Esa. x. & aduersus illam sinodum digne occurrunt dici verba illa, audiui uocem magnam de cęlo dicentem allegata, quia iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in prostitutione sua, & uindicauit sanguinem seruorū suorum de manib. eius. scribitur. Apoc. 9. in prin.

Restat consequenter respondere ad decreta illa de Constantien. & Basilien. concilio primo loco proposita de quibus seriose feci in superioribus mentionem, super quibus synodus illa Basilien. ędificauit palatium in arena, falso sibi suggerēs concilium illud ꝑ apostolicū dissolui minime potuisse, & transferri ad aliam ciuitatem, & papam subesse & nō præesse concilio &c. per iam dicta in superiori discursu quæ non repeto studio breuitatis, quia esset potius transcribere q̃ scribere, & ne propter responsionis penuriam uidear declinare certamen. 44. dist. c. in mandatis. rn̄dendum putaui cuilibet sigillatim, & aperiā ni parabolis os meum, & incipio a monitorio & citatorio illo primo qđ incipit, cū Christi ecclesia, ubi recitat saluberrima instituta, qb. pestis auaritię & simonię euertunt, dignitates, & bn̄ficia ecclesiastica collatione gratuita, esse dignis, & idoneis pastorib. ꝯferrēda, edita in eo32dem Basilien. concilio ipsum apostolicum transgressisse, & de neglecta eorum obseruantia impetitur. † Turbasseq; dr̄ electionē pontificū & prælatorum, diuisiones, scandala, & schismata per vniuersas fere vacantes ecclesias iniecisse, & aduersus obedientes illius sinodi decreti sn̄ias fulminasse, & nullo requisito dominorum Cardinalium etiam in reb. grauibus consilio, impetitur, ciuitatemq. prænestinam ꝑ eius tolerantiam, per stipendiarios ecclesiæ traditam in ruinam, oppidumque Butrij in prędam traditum & ruinam. indulgētias insuper plurimas multiplicasse ad impediendum indulgentias eiusdē concilij datas pro subsidio opportuno pro reductione Græcorū. Amplius iurm in assumptione sui apostolatus super certis ordinationibus præstitum non seruasse, ex quib. dicta sinodus ex ptāte ei data in Constantien. concilio, ac ēt repetita in eodē concilio Basiliē. super omnes Christi fideles, etiam si papalis dignitatis existat, ipsa sinodus edicit & decernit vt idem dn̄s noster. ĩ. 40. dies coram dicta sinodo per se vel alium legitimum responsalem debeat comparere hmōi impetitionibus responsurus. quo termino elapso & eo vt præmittitur minime comparente, vel ēt cōparēte, ad vlteriora procedet, cognoscendo, & terminādo prout ecclesiæ sanctæ Dei viderit expedire, mandatque dominis Cardinalibus, vt ad illam sinodum se transferant, & eidem assistant saluti ecclesiæ prouisuri. Iste est breuis epilogus omniū in eo monitorio & citatorio comprehensorum, sub datis pridie Calen. August. MCCCCXXXII.

Quis furor, o patres, quæ tanta licentia audēdi. C. vnde vi. l. si quis in tantam. 7. q. 1. c. audacter. de censi. c. 2. lib. 6. in gl. 2. vesanum intellectum vestrum ad talia facienda, deleantur profecto de libro viuentium, & cum iustis nō scribantur. Psal. 73. trāsumptiue in casu. de pœ. dist. 4. §. item secundum. sane omne caput in eis languidū, omne cor merens. & a planta pedis vsque ad verticem non est in illis sanitas. Esa. 1. 6. qō. 1. §. verum. nescitis quod pharisei audito hoc sermone scandalizati sunt quia ceci sunt & duces cecorum. Matth. 15. 11. qō. 3. c. inter verba, quæ diabolica supplantatio vos oppressit temere pręsumendo vicarium Iesu Christi, Petri successorem, mundi arbitrum & magistrum, coram uo33bis in iudicio euocare. † cum omnis anima sublimiorib. potestatibus subdita esse debet. ad Roman. 22. 11. q. 1. magnum. 23. q. 5. c. prodest. & c. omnis anima. de censibus. & qui resistit potenti, ordinationi Dei resistit. ad Romanos 14. qō. 1. §. sed sciendum. 23. q. 1. cap. quid culpatur. & q. 3. c. quæsitum. nouistis enim patres per antea veneration. dignissimi, quod vulgaris fama quorundam, & æstimatio plurimorū, non arguūt ipsum papam, & de papa est expressum quod semper bonus præsumitur, etiam si bonus non esset, etiam si malum faceret, semper intelligitur bene facere, & ad bonū quicquid facit, & omnia sunt eius opera recta, quidam tex. clarus coniūcta glo. 11. dist. c. 1. absit præterea ut quicquā sinistrum de his arbitremur qui apostolico gradu succedūt, qui claues regni cœlorum habentes, ante diem iudicii iudicant. canonis verbum est. 11. q. 4. cap. absit. cum bene de quolibet & non male pręsumere debeamus. dicit gl. Io. 24. q. 3. c. quam magnum. & ibi concor. & Canon dicit quod non solum ille reus est q falsum, sed etiam is qui aurem criminibus citius accommodat. 11. q. 3. c. non solum. & mala audita nullum moueāt, nec passim dicta absq; certa probatione quisquam vnq̃ credat, nec præcipitando quicquā mali agat. tex. 30. q. vlt. c. nullum. 34 quia omnis suspitio est † potius repellenda q̃ approbanda & recipiendam. tex. 5. qō. 1. c. oues, & alibi, absit a Christianorū iudicio, ut ea quæ maledicorum hoīum rumoribus conficta sūt credamus, qualicunq; modulo suspicionis adduci, qa & sacri eloqi testimoniū tenemus, ut mala maiorū, cū forsitā dn̄r nisi probata, credi non debeant, sed citius probata ulcisci. tex. 11. q. 3. c. in cunctis. & Apostolus ad Romanos. 15. dicit, nullum ante veram iustamq; probationem iudicare debemus. 30. q. vlt. nullum. & subdit ibi litera, mala itaq; audita nullum moueant, nec passim dicta absq; certa probatione quisquam credat, nec pręcipitando quicquam mali agat. & scribitur primæ Io. 3. c. oīs. qui detrahit fratri suo homicida est, & omnis homicida non habet partem in regno Christi & Dei, transumptiue positum. 6. q. 1. c. summa. unde sanctissimus dn̄s noster dicere ipse posset. quid. n. si non nos homines laudant, & conscientia liberos nos demonstrat. 11. q. 3. c. inter uerba. dicit enim Paulus ad Corint. 2. gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ. & Io. 15. dr̄, ecce in cœlo testis meus. si ergo est testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod uolunt, quid enim aliud 35 detrahentes faciunt, nisi in puluerem exufflant, † & in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil ueritatis uideant. scribitur ad contextum. vndecima quęstione prima. capitulo, incipien. inter uerba. &

& Matth. 15. dicitur Sinite illos, ceci sunt & duces cęcorū. Et quod hic erat casus in quo non poterat representatiue cōparere per alium, sed debeat per seipsum Papa personaliter, & præsentialiter interesse, unde suadebam de eligendo loco sibi vicino & commodo & habili ad quem venire posset, & non de loco remoto, & distantissimo, ad quem se transferre personaliter non valeret, obstantibus sanctitatis suæ infirmitatibus cat eruatis, sed frustra surdo canitur, vt aduersus illā sinodum, digne occurrat dicere canonis verbum illud, noluit intelligere vt bene ageret. 11. q. 3. c. excellentissimus. profecto & cum paulo dicere ipse possum, mundus sum a sanguine omniū vestrū quomodo nihil subtraxerim uobis utilium vobis. Actu 20. c. clamauiq; cum Ezechiele. Conuertimini a viis uestris pessimis. scriptum est. n. argue, obsecra, & increpa in omni patientia & doctrina. quis igitur ex uobis arguet me de peccato si veritatem dico vobis. Io. xvij. transumptiue positum. de hæreti. c. ex iniuncto. in fi. iniquitates profecto eorum odio habui & abominatus sum semper. 27. q. 7. c. effectū. de testa. c. quia vos. per Host. unde digne aduersus illos patres conciliares digne occurrit dicere verbum illud, absit a me vt iustos uos iudicem, & non recedam ab innocentia mea. Ioā. 27. transumptiue. in c. sunt nonnulli. 46. dist. odiui quippe eccle. malignantium, & cum impiis nō sedebo. vt cū Psalmista conueniam. Totius profecto iniustitię nulla capitalior, quam eorum, qui, cum maxime fallunt, indagunt vt boni viri esse videantur. testante Tullio officiorū secundo. refert gl. de hęret. c. ad nostrum. in clem. & ideo di36cebat Io. And. referens Gregorii dictum illud, quod † simulata æquitas duplex est iniquitas, quia malum facit, & abutitur Bono. in clem. 1. de religio. domi. in gl. sua. & alibi dicit text. quod falsa mansuetudo, crudelitas appellatur. 23. q. 1. c. ipsa pietas. per quam gubernaculum disciplinę contemnitur, populus naufragatur. c. attendentes. in prin. de statu mo.

Cauete patres conciliares in contextam Dei tunicam per frustra decerpere, fatagentes vestris monitoris literarum. mementote scriptum esse sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo, & sequitur, si quis vr̄ inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, & sit sapiens. i. illa sapiat & sciat quæ mundus stultum eum reputet, ut sit sapiens apud Deū. Redeo ad propositum ne parenthesim faciam longiorem, dixi superius & repeto, papam debere vere non representatiue per alium, in eo concilio interesse, vbi de extirpandis erroribus illorum Græcorum, & de fide catholica tractabatur, & præterea debuisse dum de translatione illius concilij tractaretur ad locum aliū, eligi locum commodum ipsi papę, ad quem ꝑpter suos languores & infirmitates potuisset commode se transferre, cum ex dominica iussione, & cōciliorum auctoritate suam habeat iurisdictionem. 11. dist. c. consequens. 17. di. hic. per Archid. 2. distin. c. 1. et quod not. de hæret. 11. dist. in princ. et ibi per Archid. et quia agitur de salute animarum, et erroribus, et schismatibus extirpandis, ideo ur̄ quod Papa dēat personaliter interesse, quia in his quæ respiciunt ad salutem, si quis deciperetur in talibus, ibi non esset minus periculum falli et fallere. 22. q. 4. c innocens. in glo. Ad papam enim spe37ctat † interpretari statuta vniuersalium conciliorum, ex quibus, Græcorum errores et schismata confunduntur. de excel. præla. c. dilectus. 17. dist. c. nec licuit. in gl. et cū ut dixi de fide tractetur, papæ est ꝓsentia opportuna in huiusmodi disceptatione errorum, quia concilium non potest papæ legē imponere. de electio. c. significasti. 39. q. 9. c. ueniam, adduco pro hoc signanter bonum tex. de consecra. dist. 2. c. basilicas. ibi dum dicit, satisque conueniens sit totum corpus ecclesię in hac sibimet obseruatione concordet, quæ illis uigere conspiciat, ubi dominus, ecclesiæ totius posuit principatū. Mat. 16, ad idem facit. 21. dist. ca. 1. ibi decretis ergo Romanorum pontificum et sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia terminentur, et per hæc ego dicebam et repeto, qđ non puto quod decisionem huiusmodi errorum possit papa alteri delegare, quia vbi de fide agitur non nisi ad Petrū pertinet diffinire, et per consequens non transit in generali mādato legationis. de offi. deleg. c. quo ad translationem, cum hęc omnia maiorem discussionem desiderent, argu. 24. q. 1. c. quoties. 26. q. 1. c. frater noster. ergo ꝑ se expedire debet, ut bene probatur. in d. c. quoties. ubi dicit text. quoties fidei ratio ventillatur, non nisi ad Petrum, i. sui nominis auctoritatem referre, pondero illa uerba non nisi ad Petrum, per quę 38 datur intelligi quod non † potest papa alteri committere uices suas. sunt enim plures casus qui in legatione non ueniūt sed sedes apostolica sibi tantum in signum specialis domini reseruauit, de quibus late in Specul. de officio legati. §. nunc ostendendum, inter quos est casus, quando de fidei articulo dubitatur, secundum eum in uersi. trigesimoquinto. vbi dicit quod per papam diffiniri debet. allegat. de baptismaiores in princ. & de hæreri. c. cum Christus, de sum. trin. & fideli. 24. q. 1. c. quoties. 12. dist. c. pręceptis & licet gl. dicat in c. frater noster. 16. q. 1. ex illo c. arguendo, quod per legatum & delegatum tractari possit quæstio fidei, licet ad Petrum tantum sit referenda, soluit tamen quod mediocres causas possunt tractare episcopi. de hære. c. ad abolendam, sed magnas non, eo. tit. c. Christus in parte decisa, & ita etiam tenet Archidia. in d. c. frater. Adduco ad idem. 17. dist. c. nec licuit. ibi dum dicitur, sed quoties aliquid de vniuersali sinodo aliquibus dubitatio nascitur ad recipiendum de eo quod non intelligunt rationem, aut sponte hi qui salutem animæ suæ desiderant, ad apostolicam sedem pro percipienda ratione conueniant, aut si forte sicut de talib. scriptum est prouerb. 39 18. cap. peccator, dum venit, in profundum malorum † contemnit, ita qui obstinati & contumaces extiterint, vt doceri non velint, eos ab eadem apostolica sede, aut trahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secundum Canones, per seculares oportet opprimi potestates.

Ex præmissis igitur relinquitur necessario concludendum, concilium illud Basilien. potuisse per apostolicum optimo iure ex causa dissolui, & ad alium locum videlicet Ferrariæ ciuitatem transferri, vbi posset commodius fidei causa pertractari, & errorum Græcorum schismata confutari, propter præsentiam apostolicæ sanctitatis, quæ illuc tanquam ad locum vicinum poterat commode se transferre & ad alia loca remotissima non valebat, propter infirmitates eius multiplices & languores. Tum quia in eo Basilien. concilio, hæc oīa non poterant ventilari sub præsentia Papę. Tum quia ad illud concilium Græci venire specifice denegabant, nec in illum locum & ciuitatem voluerūt aliquo pacto consentire. Tum etiam quia ciuitas Auinionen. per illam synodum pro reductione græcorum deputata nō erat comprehensa in dicto initio, cum etiam ad illam ciuitatem declinare græci specifice recusabant, & sic erat locus alius eligendus de necessitate in decreto comprehēsus, græcis acceptus, & commodus ipsi papę, cum ad eum deuolueretur, occasionibus supradictis, potestas loci concilij tranferendi. Est. n. vulgatum satis, quod quando † prælati in ele40ctione discordant, recurritur ad superiorem. 1. papam. 65. distin. c. sane. in gl. & no. in c. duobus. in glo. super verbo teneātur, de transla. lib. 6. & ibi dicit Io. And. quod quando partes in eligendo discordant, sedantur per superiorem, item, quādo dissentiunt Episcopi in aliquo faciēdo vno modo & alij alio, ad superiorem recurritur, vt hr̄. 42. dist. c. nec licuit nec statur sn̄iæ plurimorum, vt d. c. sane. 55. dist. Nam ēt vnus potest contradicere maiori parti si iustam habeat rationem. 31. dist. c. nicena, & ibi per Archid. item vnus potest contradicere toti vniuersitati, si. rationabili causa mouetur, de his quæ fi. a præla. c. 1. quia sentētia vnius potest alios trahere ad partem suam, de eo qui mitti. in pos. cum sicut in parte decisa. C. de vete. iur. enuclean. l. 1. §. his. & no. gl. in d. c. nicena. Pro hoc quod no. Archi. 32. dist. c. placuit. præterea illa dicitur 41 maior pars quæ maiori nititur ratione, etiam si sit minor 40. dist. c. multi. cum ibi not. & Archi. 61. dist. c. episcoporū, ideo text. d. c. multi, Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi nomine, & pauci opere.

Amplius dum de eo Basilien. concilio sacrę deputationes, denominationi loci pro futuro concilio mirabiliter dissentirent, quia Gallia & alij plurimi de Germanis nominabant Auinionen. alii Budam, alij Papiam, alij Florenriam, alii vtinum, & Aliqui Gebennam in Sabaudia, & vota maioris partis in Auinionem concurrerent, quæ ciuitas vt dixi in nullo erat mihi eligibilis, tanquam non comprehensa in decreto, & cum super intellectum verborum illius decreti quæstio oriretur, certe ad Papam & non ad alium illius decreti interpretatio spectabat. Nec ad illum fuerat recurrendum, de concessio. præbendi. capitulo dilectus & quod not. in capitulo ultimo de rescript. cum ipse interpretetur & tollat statuta conciliorū & decreta quæcunque quarta. distinctione capitulo sicut. decimaseptima distinctio, capitulo nec licuit. decimaquinta distinctio. capitulo sicut, & probatur de electio. capitulo statutum. & in clem. ne Romani. §. sane. & capitulo constitutionem. eodem tit. de sen. excommu. c. nuper. nec mirum, quia illa corrigit & immutat vt d. c. statutum. de rescript. lib. 6. & nota. Do. de elec. c. significasti, & quamuis triste sit valde qđ loquimur, ut dicit Canon. sexta quęstio prima. cap. quamuis sit triste. prefati patres de illo concilio nil pensum decernentes proponebant in oīb. capitalem sn̄iam veritati opinioni eorum tenaciter inherentes contra illud canonicum. 36. di. c. relatum & c. ne innitaris. de cōsti. concilii noīe abutendo. 42 Nam ut dicit tex. 15. dist. canonē. cōciliū † dictū est a cōi intē

tione corum, quod in vnum dirigat omnem mentis obtu-
tum, & ſequitur, vnde qui ſibimet diſſentiunt non agunt cõ
cilium, quia non ſentiunt in vnum.

In eo profecto Baſilien. concilio quot homines & quot capita, tot ſententiæ. dę
conſe. diſt. 3. c. ſicut in ſacramentis. ad fi. di. & glo. ibi allega.
ad idem. ff. de arbi. l. item cogendum. §. principaliter. 12. q. 1.
c. 1. intantum enim in eo concilio præualebat malignãtium
& nil recte ſapientium multitudo, ambitiones & plurimæ
ſimultates, nil penſum, nil ſanctum, nil iuſtum agentes, ut
non reformationi ſed deformationi eccleſiæ inſudare pluri
mum viderentur, ad papatum vijs reprobis inhiantes, im-
memores quod viuente papa eſt crimen læſæ maieſtatis cõ
uenticulas facere de papatu, dicit Bald. in l. quoniam libe-
ri. C. de teſti. alle. c. veniẽs de teſti. in nouell. & eſt expreſſum.
89. diſt. c. ſi quis papa ſuperſtite, ambientes apoſtolicæ digni-
tatis apicem in eoſdem qua non verebantur ſe ſpoliatos ex-
titiſſe per temporum longa curricula iamdecurſa. ſed o do
lor o pudor de ſeipſis nimium præſumpſerunt patres illi pro
43 ut alibi ſcriptum eſt, non ſequens † turbam ad faciendũ ma-
la nec in iudicio, plurimorum acquieſce ſententiæ, vt a ve-
ritate deuies Exo. 23. Et alibi dicitur, non eſt qui innocet iu-
ſtitiam nec qui iudicet vere, ſed confidunt homines in nihi
lo & loquuntur vanitates. Eſa. 59. c. & Apoſtolus ad Theſſa.
2. c. dicit ideo mittit illis Deus operationem erroris, vt cre-
dant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt
veritati, ſed conſenſerunt iniquitati &c. & actu 5. in fi. dr̃ ſcri
ptũ eſt. n. veritatem requiret dominus & retribuet abundan
ter facientibus iuſtitiam. iam illud Proheticum eſt impletũ
Pſal. x. quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, para-
uerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro re-
ctos corde, & iterum Pſal. 64. quia exacuerunt vt gladium
linguas ſuas, ecce falſa crimina quæ domino noſtro impo-
ſuerunt, & ſequitur intenderunt arcum rem amaram, ecce
inſidias & machinationes quas in occulto fabricabant ſatis
amaras & ſcandaloſas fidelibus, ſed maxime ſuis damnatiſ-
ſimis animabus, & ſequitur effectus, vt ſagittent in occultis,
ideſt per fraudes & mendacia conficta, immaculatum, ecce
impletum eſt illud apoſtolicę prophetiæ, erit inquit tempus
cum ſanam doctrinã non ſubſtinebunt, ſed ad ſua coarceua
bunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & a veritate quidem
auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Apoſto-
lus ad Thimo. in 2. Epiſtola. c. 4.

Dicant proinde mihi patres illi conciliares, & ſinodus illa Baſilienſis quæ
principem principum verum & indubitatum Chriſti vica-
rium coram ea in iudicio citauerunt, occaſione prætenſarũ
præuaricationum, de quibus. s̃. retulimus ſerioſe, vt eorum
vtar verbo, per eundem ſummum pontificem vt dicitur pa
tratarum, veritate eorum quæ contra eundem impingeban
tur, per probationes legitimę receptas aliter minime patefa
cta, immo quod eſt funeſtius, non erubuit in eodem monito
rio ſubiungere de his eidem conſtare per ſummariam infor
mationem, licet ex abundanti receptam, immemores cano
nicæ inſtitutionis, & vt diſcoli in omnibus ambulantes, cum
ſit ſpeciale in papa, quod ſemper pro factis per eum prę ſumi
debeat, ꝙ iuſte omnia facta ſint & legitima cauſa ſuaden-
te, etiam ſi non benefacta fuiſſent vt eſt expreſſum. 40. diſ. c.
non vos. Quinimmo antequam ad citatoriũ potuiſſet hmõi
emanare, hæc omnia debuerunt conſtare, non dico per ſum
mariam informationem, ſed etiam per probationes legiti-
44 mæ iam receptas vt dictum eſt. s̃. † & ſic vbi requiritur pro-
batio non ſufficit informatio, quia informatio poteſt ſumi
a teſtibus non iuratis vt dixit Bal. in 10. col. de pace tenẽ. c. ſi
duo. vbi dicit eſſe gl. ſingu.

Amplius dicant mihi patres illi Baſilien. cur tam pudibũda occaſione prę
tenſarum præuaricationum ad citatorium hmõi tam dete
ſtabile prorumpere præſumpſerũt, nam ẽt ſi cõſtaret apoſto
licũ nedũ iſta quæ narantur in citatorio, ſed etiam homici-
dium cõmiſiſſe. q̃uis peccet, tñ de hoc accuſari vel inquiri
non põt, vt dixit gl. Io. in d. c. non vos. 40. di. de nullo namq;
mundi crimine poteſt papa prętterquam de hæreſi impetiri
2. q. 3. c. p̃ſul. 40. di. c. ſi papa. 19. di. c. Anaſtaſius. 24. q. 1. c. acu-
tius. 24. q. 1. c. q ꝯ pacem de hæreti. c. ad abolendam. §. 1. & 2.
9. q. 3. c. nemo. 79. diſt. c. 1. de ele. c. licet per Inno. & cõpo. &
& c. vbi maius. eo. tit. li. 6. & ibi dicit Archi. ꝙ licet accuſari
poſſit de hæreſi, non põt tñ ꝯ eũ excipi & idem Inn. & Hoſt.
45 in c. licet. eo. n. ipſo † qđ papa hæreticus eſt, minor eſt quoli-
bet Chriſtiano, vt d. c. acutius. 12. qõ. 1. c. ſcimus. & ipſo iure
eſt apoſtolatu priuatus. vt d. c. ſi quis pęnam. & 1. q. 1. c. ſi qs
de eccleſia 16. q. vltima c. ſane. 24. quæſt. 1. c. dicamus. & cap.
miramur. §. his auctoritatibus & ſe ipſum priuat 21. diſtinc.
c. nunc aũt, vnde fuit profecto mirandũ ꝙ ſinodus illa proru
pit pro aſſertis transgreſſionib. ꝯ papam ad illud monitoriũ
& citatorium, nam dicit canon, ꝙ ſi papa ſue & fraternæ ſa-
lutis immemor negligens, reprehendatur, inutilis & remiſ-
ſus. huius culpam nullus redarguere præſumat mortaliũ, qa
cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus, niſi de-
prehendatur a fide deuius. tex. ad literã. 40. diſt. c. ſi papa, nec
põt ꝯciliũ pro quocunq; crimine vel delicto niſi pro hęreſi,
46 vt dicebã, papã deijcere de papatu, ꝗ eiectione † ſummorũ
pontificum ſibi dñs reſeruauit, tex. 79. diſtin. c. eiectionem. &
alibi dr̃ ꝙ nemo iudicabit primam ſedem, neq; ab auguſto,
neq; ab oĩ clero, neq; a regib. neque a populo iudicabit. tex.
in terminis. 9. q. 3. c. nemo. & ibi gl. dicit qđ conciliũ nõ põt
papã iudicare. alle. de elec. c. ſignificaſti, & ſubdit ꝙ ſi totus
mundus ſentiret in aliquo ꝯ papã, papę ſnĩæ ſtandũ eſt vt 24.
q. j. c. hęc eſt fides. item aliorum hominũ cauſas Deus voluit
per hoĩes terminari, ſed ſedis illius præſulẽ, ſuo ſine queſtio
ne reſeruauit arbitrio. bonus tex. 9. q. 3. c. aliorum hominũ.

Non habet præmiſſę concluſioni obſtare ſi dicatur qđ, & ſi papa pro quocunq; crimine vel delicto niſi p
hæreſi nõ deponi vel priuari non poſſit, & ꝙ conciliũ nõ ha
bet ptãtem ꝯ cum procedẽdi, niſi pro crimine hæreſis, vt di-
cebam. tũ cum eſſet is apoſtolicus delatus, & infamatus de
transgreſſionib. multiplicibus, de quib. in dicto monitorio &
citatorio plenius continetur, ſaltem ſi per ſe non poterat ob
ſtantib. infirmitatibus, & longitudine itineris ad purgandũ
ſe de impetitis coram dicta ſinodo, per procuratorem habẽ
47 tẽ ſpãle mandatum debuit comparere, qa eſt regulare, † qđ
infamatus dẽt p̃ ſe purgare. de purg. ca.
c. 2. & c. inter. de offi. ord. c. ex parte. in gl. vlt. 2. q. 5. c. hęc hoc
propriũ, nam & ſummus pontifex pp ſcandalum ſine præiu
dicio aliorũ pontificũ purgat ſemetipſum, vt patet de Leo-
ne Papa. 2. q. 5. c. auditum. & c. ſequenti. & 2. q. 7. c. nos ſi incõ
petenter. & c. ſeq. Et de eodem papa lit. qui purgauit ſe cum
12. epis. 2. q. 6. c. omnibus. circa fi. & Sixtus papa purgauit ſe
in concilio. 2. q. 5. c. mandaſtis. & Damaſcenus papa. cum 42.
epĩs ſe purgauit. 2. q. 7. §. itẽ cũ Balaam, circa fi. idem fecit Sy
machus papa vt ibi. idem Gregorius. 2. q. 7. §. quis ſuper, & ha
bemus exẽplum beati Gregorii inuitantis, oĩm eũ reprehen
dere volentẽ. 2. q. 7. c. vos ſi. vbi patet quod ſubditi prælatos
ſuos pñt reprehendere & accuſare, & de papa & ſuis defecti
bus damnandis, patet. 2. q. 4. c. præſul non damnatur. Quini-
mo et ſi papa argueretur de hæreſi occulta dẽt coram con
ciliũ conuocari. vt patet 25. diſ. c. ſicut in fi. & eſt expreſſum
2. q. 5. c. mandaſtis. qa certe ex quo dicta ſinodus Baſilien. in
oĩb. ordinationib. & prouiſionib. & collationib. apoſtolicis,
vt ita dixerim ſe poſuit aduerſantẽ ꝯ ſedẽ apoſt. poſterenus
fulminando, vt hæc omnia ſunt notiſſima toto orbi, non te
nebatur apoſtolicus corã illa ſinodo ſe p̃ntare, in qua eſſent
contra eũ purgatores profecto maliuoli & ſuſpecti. ꝯ not. in
48 c. inter. de purga. cano. qa † periculoſum eſſe deſcribitur corã
ſuſpecto iudice litigare. in l. apertiſſimi. C. de iudi. 3. q. 5. c. qa
ſuſpecti. c. fi. & §. fi. Et qñ ſuſpitio eſt notoria, nõ requiritur ap
pellatio nec eſt recuſatio opportuna. ſm Arch. 2. q. 1. c. quo fa
ciunt quæ hñr de accuſa. c. veniens. & in cle. paſtoralis. de re
iud. Quinimo & ſi virtute hmõi citatorii potuiſſet per pro-
curatorem habentẽ ſpeciale mãdatũ, purgaturus ſe de obie
ctis, in iudicio comparere. quod etiam fieri poſſe Innocent.
atteſtatur. de purga. cano. c. cum in iuuentute, tamẽ ex quo
locus tutus non erat apoſtolico, non tenebatur mittere re-
ſponſalem, prætextu monitorii citatorii prælibati, qa ad hoc
vt locus citatorii tutus dicatur, debet eſſe tutus tam ſibi quam
procuratori ſuo. tex. prout infert Ioann. Andr. in cap. ex par
te. de appell. nec ſufficit locum eſſe tutum procuratori, ſed
non domino vbi cauſa eſt grauis. ſecus ſi eſſet leuis, quia tũc
ſufficit locum eſſe tutum domino, & non procuratorib. pro
pter ademptionem facultatis procuratorem conſtituendi,
ut dicto cap. ex parte. 1. de appell. immo, ut dicit ibi gloſ. de-
49 bet locus eſſe tutus teſtibus & aduocato. & Anton. de Butr.
ibidem proſequendo hoc dubium, an citatio arctet citatum
ad locum non tutum, & an debeat appellari, vel opponi de
loco non tuto, dicebat, quod ſi notorie locus non eſt tutus,
ſine aliqua appellatione, vel exceptione citatio non arctat ci
tatum, quia iudex eſt certus, vel debet eſſe de impedimento
citati, quo caſu non valet quod agitur, ſicut quando deti-
netur infirmitate. de re iudicata. 1. quæſitum. de procura-
toribus. capitulo querelam, cum ſimilibus. & hoc planum. il
lud adeo quod recuſatur locus non ſolum propter inimici-
tias ſpeciales, ſed propter inimicitias citantis. de officio de-
legat. capitulo cum R.

Item addo quod ratione ſuſpitionis purgat ſe quis iuramento, vt in vſibus feudorum. de
controuerſia inueſtit. c. primo. §. penult. Nec dicat quis qđ
talis obiectio cõfunditur per gl. in c. 1. de iud. vbi dicit quod
concilium non poteſt recuſari vel allegari ſuſpectum, quia
certe

certe dico illud verum, quando præſentialiter in concilio
præeſt papa qui eſt caput, & orbis epiſcopus. 9. q. 3. cuncta. cu
ius tanta eſſe conſcientia dicitur, quod non mouetur ex ſen
tentia aliorum exiſtentium in concilio. c. ad apoſtolicam.
de conuerſio. coniuga. & ita dicit Anto de But. in d. c. 1. de iu
dæ. Inno tamen tenet ꝙ illi de concilio ſunt coniudices or-
dinarii. 3. q. 4. c. ſcitote. vnde Papa præſidens † nil poteſt ſine
50 coniudicibus ſuis. caſus videtur in l. magiſtratus. ff. ad muni
cip. præſidens enim concilio, & coniudices faciunt vnũ cor
pus quod dicitur concilium, & omnes loco vnius habentur.
vt in d. l. magiſtratus. etiam de offi. dele. c. cũ plures. li. 6. præſi
dens tamen tanquam caput concilii maiorem authoritatẽ,
habet, ipſe enim habet diffinire ea quæ in cõcilio proponũ-
tur de conſilio & conſenſu cæterorum de concilio, ſecun-
dum Hoſtien in c. graue de præben. allegat de tempori. ord.
c. ſi archiepiſcopus vbi plene probatur. & probatur etiã. 20.
q. 3. c. 1. & 2. & per eundem Hoſtiẽ. in d. c. ſi archiepiſcopus.
idem ergo dicendum eſſet de ſummo pontifice, & maxime
non contradicentibus illis de concilio generali. idem etiam
eſſet ſi totum concilium contradiceret, ſententia enim ſua
præualet. nor. Ioan. And. de elec. c. ſignifica. alleg. 4. diſt. c. in
iſtis. 15. diſt. c. ſicut in fi. cum multis ſi. eſt enim ſupra conci-
lium vt dictis iuribus, vt recitat Ant. de Butr. in d. c. 1. de iud.

Sequitur videre de robore literarũ aliarum Baſilien. ſynodi ſupradictæ incipientium, compa-
tiens. cum ſynodus. quæ poſt repetitas aſſertas tranſgreſſio-
nes commiſſas per dominum noſtrum, repetitis tenoribus
decretorum frequens in Conſtantien. & quoniam frequẽs,
in Baſilien. concilij editorum ad diſſolutionem Ferrarienſ.
concilij ſe conuertunt, mandantes Cardinalib. Patriarchis,
Archiepiſcopis & epĩs & aliis quibuſcunque, ut ad illam Ba
ſilien. ſynodum ſtudeant ſe transferre, gerenda inſuper quæ-
cunque in eodem Ferrarien. concilio impugnando & c. o do
lor, o pudor, o patres proloquutores huius veſanæ legis mini
ſtri, qui cum deberent, & teneantur apoſtolicis decretis cũ
reuerentia obedire, de ſeipſis plurimum quam debeant vẽ-
51 dicantes, illa reſoluere attentarũt. non eſt enim † diſcipulus.
ſupra magiſtrum. de elect. c. officii. 49. diſ. §. prohibentur. 59.
diſt. cap. ordinatos. nouiſtis ꝙ inferior legem ſuperioris non
tollit. de offi. ord. c. cum ab eccleſia, de renuntia. c. cum dile-
ctus. & Archid. in c. fi. de conſti. li. 6 de maio. & obed. c. cum
inferior. & c. ſtatuimus. 21. diſt. c. inferior. vbi dicit litera, in-
ferior ſedes potiorem abſoluere nõ poteſt, & ſubdit cum ſo
le clarius exhibuerimus, non poſſe quenquam minoris au-
toritatis cum q maioris poteſtatis eſt, iudiciis ſuis addicere,
aut proprijs diffinitionibus ſubiugare. ſcitis patres concilia-
res in canon. ſcriptum eſſe. Cõſequens eſt vt quod ab huius
ſedis apoſtolicæ rectorib. plena autoritate ſancitur, nullius
conſtitutionis vel conſuetudinis impediente occaſione pro
prias ſequendo tantummodo voluntates, remoueatur: ad
contexum. 11. diſt. c. conſequens. & iterum nolite oberrare
fratres mei doctrinis variis & extraneis, nolite abduci ab in-
ſtitutis apoſtolorum & apoſtolicorũ virorum. canones quos
habetis his fruimini. & ſubdit. ſatiſque indignum eſt ut quẽ
quam pontificum vel ordinem ſubſequentium hanc regu-
lam refutare quam beati petri ſedem & ſequi viderit & do-
cere. textualia verba ſunt de conſec. diſtin. 1. c. baſilicas. & ibi
ẽt dicit lr̃a. cũq; nos ꝯ ſalutariũ rl̃arum reuerentiam cupia
mus temere nihil dicere, & cum ſedes apoſtolica ſuperior
his omnibus fauente dño quæ paternis canonibus ſunt præ
fixa pio deuotoque ſtudeat tenere propoſito, & ſequitur. ſa-
tiſque conueniens ſit ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibi-
met obſeruatione concordet, quam illic uigere conſpiciat,
ubi dñs totius eccleſiæ, poſuit principatum. uerba ſunt ad li
teram in d. c. baſilicas. & ſic patet ꝙ Ferrarien. concilium diſ
ſolui non potuit per decretum Baſilien. concilii. de quo. ſu-
pra immo concilium ſe ſubmittit determinationi Papæ in
omnibus eorũ decretis, ut patet. 24. q. 1. c. hæc eſt fides Papa
beatiſſime, quam in eccleſia catholica didicimus, in qua ſi
minus perite aut caute aliquid poſitum eſt, emendari cupi-
mus a te, qui petri & ſedem tenes & fidem. ut de dño noſtro
papa poſſim dicere uerbum illud. decreuit, & quis poterit in
firmare, & manus eius extenta, quis auertet eã? Eſa. 14. quaſi
dicat nullus debet, namque ſynodus illa, dum fuiſſet inſi-
nuatum eidem, diſſolutionem illius ſynodi, & tranſlationẽ
eiuſdem ad Ferrariæ ciuitatem, dixiſſe potius debuit verba
illa. tuum eſt deſtruere, & nos erimus tecum, conforta re &
fac, tecum in concilio, tecum in auxilio, tecum in præſidio.
Eſdre, x. Proinde digne occurrat ſummo pontifici dicere ꝙ
alibi ſcriptum eſt. ſtatui decretum, ꝙ ſtudioſe impleri volo.
Eſdræ ſexto capitulo.

52 Concludo ergo in hoc art. qõnis, conciliũ † Ferrarien. eſſe verum, catholicum, & legiti-
mum cõcilium in quo præeſt ſanctiſsimus noſter Papa, nec
illud poſſe vel potuiſſe per Baſilien. concilium perturbari.
per tex. 24. q. 1. c. non turbatur nauis quæ Petrũ habet, & ſub
dit. non ergo turbatur hæc nauis in qua prouidentia naui-
gat, abeſt perfidia, fides ſuperat, quomodo. n. turbari potuit,
cui præeſt is in quo eccleſiæ firmamentum eſt, illic ergo tur-
batio, vbi modica fides, ibi ſecuritas vbi perfecta ductio. de-
nique & ſi aliis imperatur ut laxarent retia ſua, ſoli tamen
Petro dicitur, duc in altum. hoc eſt in profundum diſputa-
tionum. Textualia verba ſunt in d. capit. non turbatur. 24.
quæſtio. 1. in ſede. præterea apoſtolica ſemper eſt catholica,
ſeruata religio. tex. 24. quæſtio. prima, capi. in ſede. & rurſus,
rogamus vos fratres Chariſsimi vt non aliud doceatis neq;
ſeruetis, quam a beato Petro accepiſtis, ipſe enim eſt caput
totius eccleſię, cui ait dominus. tu es Petrus, & ſuper hanc
pattem edificabo deccleſiam meam. Textualia uerba ſunt
24. q. 1. c. rogamus. ad idem. c. loquitur. ead. cauſa & quęſtio-
ne. Quid plura, cum illud Baſilien. concilium fuerit per apo
ſtolicum diſſolutum, & translatum ad Ferrariæ ciuitatem,
non poteſt ammodo concilium nuncupari, cum caput nec
præſidentes pro papa non habeat de præſenti. 94. diſt. c. nul-
la ratione, vbi dicit tex. ꝙ quæ ſub nullius diſciplina & proui
35 dentia gubernantur, tales † acephalos, ſine capite, priſca con
ſuetudo nuncupauit. caueant profecto in eadem Baſilien. ſi-
nodo reſidentes, ſcriptum eſt enim ſi quis adorauerit beſtiã
& imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, &
in manu ſua, hic bibet de vino irę dei, quod mixtum eſt me
ro in calice ipſius iræ, & cruciabitur igne & ſulphure in con
ſpectu angelorum ſanctorum, & ante conſpectum agni, &
fumus tormẽtorum eius aſcendet in ſecula ſeculorum, ſcri
bitur Apoca. 14.

Concludo igitur in hoc dubio propoſitę qõnis concilium olim Baſiliẽ.
non poſſe amplius concilium appellari, ſed poteſt dici a ce-
phalum, abſque capite, monſtruoſum, contra regularem na
turam conciliorum, quæ conſtat ex membris, & capite, vt
in aliis inferioribus concilis. 3. diſtinct. §. porro. 18. diſtinc. c.
quoniam ſi epiſcopus metropolitanus. c. ſi quis epiſcoporũ,
per totum. 12. q. 1. capitulo in apibus de præſcript. c. cum nõ
liceat. cum ſi. & Ferrariẽ. concilium eſſe verum, legitimum,
catholicum concilium, & legitime inſtitutum, in qua ciui-
tate politia omnis, virtutes ciuium ampliſſimæ, & ſpectatiſ-
ſimorũ, veneratio plurimorũ, liberalitas & magnificẽtia ho
ſpitalitas in externos, mores venuſti, elegãtię bonorũ & re-
54 rũ omniũ plenitudo, ibi vita imperturbabilis, ibi princeps † il-
le eſten. marchio immortalitate digniſſimus, optimus ſup
bonos, cui ſeruire regnare eſt. ipſe. enim ſuperexcellentiſſi-
mus. piorum piiſsimus, præſtantiſſimus, ſtabilis & immuta-
bilis, ſemper agens & ſemper quietus, colligens & non egẽs.
cum nil deſit ſibi, is ſecurus & non formidãs, reddens debi
ta nulli debens, donans debita nil perdens. is profecto uirtu-
tum fulgure, videtur omnes mundi principes ſuperare. ma
gnus namque es domine & laudabilis nimis & magna vir-
tus tua, & ſapiẽtiæ tuæ nõ eſt numerus, tu ſolus es cui Deus
omnipotens latam gloriam reſeruauit, tuæque ſerenitatis
excellentia de gentibus in gentes, & de regnis ad populos
conuoluit. & cum bonis ac donis multiplicibus te beauit,
ipſe Deus ſuper omnes bonum te felicem, feliciſsimum fa-
ciendo, largitus eſt tibi illum filium inclitum per ſecula ce-
lebrandum, leonellum ſummæ militiæ. ac religionis decus,
virum catholicum, ac deuotum, ac illuſtrẽ, & nobilem pro
fecto ætatis imparem, & cum pace aliorum dixerim, & fidei
ardentiorẽ, quẽ ſaluare & dies ſuos in pace cuſtodire dignet,
ille qui cũcta põt dñs ſabaoth. vñ dñr profecto parẽtes, q tã
glorioſsimũ & inclitum dñm genuerũt bñdicat p̃ria q̃ te al
uit. O felicia regna tua. omnes igitur exultemus verboque
Virgilij in tanti Hercle magnificentiſſimi filii laudẽ profera
mus. Quæ te tam læta tulerunt ſecula. Qui tanti talẽ genue
re parentes. tu profecto mundi iubar & decus, tu quippe ſo-
lus es vitæ noſtræ ſapientiſſimus dux & rector, & ſpeculum
fidei ortodoxæ, virtutum indagator, expulſorque vitiorũ.
55 Tu orbem quaſi nouiter peperiſti, & diſſipatos homines in
ſocietatem vitæ collocaſti, & undiq; populos laceſſitos, tu
reparator legum, tu morum magiſter & diſciplinę fuiſti, ad
te omnes confugiunt, a te opem petunt, iuxta ſñiam Cice-
ronis de Tuſculanis quęſtionib. li. 6. tu gloria Hieruſalem, tu
lætitia Iſrael, tu honorificentia, quia feciſti viriliter, & cõfor
tatũ eſt cor tuum. Iudith xv. Beati viri tui populi noſtri, bea-
ti ſerui tui q aſſiſtunt coram te ſemper, & audiunt ſapientiã
tuam. 3. Regum, 10. c. proinde ſapientiam eius narrent popu
li & laudem eius pronunciet eccleſia, Eccleſ. 44. Benedictus
Dñs qui hodie nomen tuum ita magnificauit, ut nõ recedat
laus tua ab ore uiuentium. Iudith. 3. quis eſt hic & laudemus
eum, fecit enim mirabilia in vita ſua. Eccl. 31. profecto nuſ-
quam quiſque tam vni homini carus fuit, q̃tum his ſuis ſub-

ditis, & cognoscentibus vniuersis, & vt eius retro gesta testātur, animus suus nunq̄ his angustiis, quas natura nobis ad īuuandum dedit contentus fuit, semper immortalitatis amore flagrauit, non habebat vitam arbitratus quæ corpore & spiritu continetur, sed illam inquam vitam quę vigebat memoria seculorum omniumq; posteritas alet, quem ipsa ęternitas semper intuebitur, vt Tulij ad Cæsarem in oratione pro marcello vtar verbis, vt huic principi glorioso dicere ipse possit, quod Cicero de laude Cæsaris testabatur, quis est. n. ille aut nobilitate aut probitate, aut optimarum artium, studio, aut innocentia, aut vllo laudis genere præstantior, nulla nempe scribendi aut dicendi tanta vis, tantaque copia, quarū non dicā exornare, sed enarrare res gestas suas possit, quis laudes tuas enumeret, profecto nemo, † [56] hic princeps magnificentissimus, de plenitudine enim sua omnes accipiunt, diuini clemētis eiusque magnificentiæ & vestigia imitatus est, nihil qui vnquam liberale prętermisit. Quinimmo elapsa illa die qua liberalitate non fungeretur, quasi cū quodam lachrimabili merore solitum dicere narrat Eutropius, hodie diem perdidi, & vt breuiter ipse dicam de eo, eiusque prosapia, per os psalmiste dominus loquebatur, & disertissimus dominus noster verisime dicere potuit, ipse posui adiutorium in potente & exaltaui electum de plebe mea, inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Et concidā a facie ipsius inimicos eius, & odiētes eum in fugam conuertam, & veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius, ipse inuocabit me pater meus es tu, & susceptor salutis meę. Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ, in æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius, & thronum eius sicut dies cęli.

Postremo restat videre de robore, efficacia importantia & effectu capitulorum, frequens, in Constantien. & quoniam frequens in Basilien. concilijs hactenus editorum, super quibus Basilien. sinodus de transgressoribus multiplicibus contra dominum nostrum facit omnimodum fundamentum, ea potisima ratione q̄a sanctitas sua in adhęsione quam fecit illi sinodo Basil. decretum illius capituli, quoniam frequens, per antea contra Romanum pontificem dicitur confirmasse. Et quia [57] † oīa ad id referuntur vnde vim formam & originem habēt. ff. ad l. fal. in rōne. §. si filio. ver. vt omnes opes p̄ris & causa secunda tantum operatur quantum a prima sibi influitur, & non ultra. de leg. 2. l. peto. §. prædium, idcirco vt prosequutio huius dubij clarior relinquatur, aduertendum est, & plenius considerandum quod hæc duo capitula & decreta edita in Constantien. & Basilien. conciliis, facta fuerunt per dicta concilia non presidente papa præsentialiter in altero p̄dictorum, licet in Basilien. cōcilio legatus, eius nomine præfuisset, quia inter hoc facio magnam differentiam, quia quādo papa personaliter præest concilio, non posset decreta cōcilij simul cum eo & eius consensu & actoritate edita irritare, secus si præfuisset per legatum eius nomine deputatum, quia in hac legatione non veniret vt posset consentire decretis fiendis, quibus confunderetur papalis iurisdictio, & quod papa concilio obedire teneatur, captata causa, quia ea decreta respiciunt reformationem eccl. in capite vel in mēbris, quia in quocunque generali & speciali mandato semper intellligitur † [58] excepta persona loqnentis, & vt auctoritas & dignitas constituentis confundi vel supprimi non posit per ipsum constitutum, vt latius infra dicetur. Et incipio ab ea parte. c. frequens, in constantien. concilio decretati, vt nihil remaneat in hoc prato spinosum. C. de vet. iur. enuc. l. 1. §. hæc etiam. vt demus lectoribus lac in potum. de præbend. c. Deus qui. §. apostoli. cuius verba hæc sunt. ipsa sinodus in spiritu sancto legitime congregata, ecclesiam repræsentans, potestatē a Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscunque vel dignitatis etiam si papalis existat obedire tenetur, in his quæ respiciūt ad fidem & extirpationem prædicti scismatis, & ad generalem reformationem ecclesię Dei in capite & in membris, item declarat quod quicunque cuiuscunque status etiam si papalis existat, qui mandatis statutis seu ordinationibus huius sanctæ sinodi & cuiuslibet alterius legitimæ congregatæ seu pertinentibus ad ea factis & fiendis contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignę pęnitentiæ subiiciatur & debite puniatur, etiam ad alia iuris subsidia recurrendo. Hoc idem, aliquibus tamen additis, in vndecima sessione, Basiliens. sinodus declarauit, cuius decreti verba hæc sunt. † [59] Quoniam generalium conciliorum celebratio, tanquam agri dominici præcipua cultura, vniuersalem statum ecclesię concernit, ideo summa cū diligentia intendendum est, ut cunctis obstaculis quæ tam salubrem institutionem impedire possent accurate obuiet. inhærens ergo hæc sancta sinodus ordinationi concilii Constantien. quæ incipit, frequens, cupiensque ne scandala quæ proh dolor, diebus nostris contigerunt, futuris temporibus in perniciem ecclesiæ repullulent. statuit & decernit, vt Romanus pontifex qui primus in uinea domini laborare, & alios suo exemplo ad laborandum trahere teneretur, per se vel legatum de latere aut legatos eligendum, vel eligendos de consilio & assensu non aniculari duarum partium Cardinalium, in conciliis generalibus debeat interesse, nec non omnes & singulę personæ ecclesiastice quæ de iure vel consuetudine in generalibus conciliis adesse debent. Deinceps ad ipsa generalia concilia cum uigore ipsius constitutionis, frequens, indicta, quam huius sacri concilii Basilien. inducēda, aut alterius futuri legitime congregati authoritate inducenda, sine alia uocatione venire personaliter astrigentur, nisi legitimo detineantur impedimento, quo casu personas idoneas cum sufficienti mandato destinare teneantur quod si ipse Romanus pontifex, & aliæ pręDictæ personæ hæc facere neglexerint. aut ipsum concilium quo quo modo de facto impedire, mutare, prorogare, dissoluere operam dederint, & infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerint. Ex tunc Romanus pontifex a papali, & prædictæ personæ a suarum dignitatum administratione sint ipso iure suspensæ, quæ quidem papalis administratio ad sacrū cōcilium ipso iure deuoluatur. Quod si pęnas p̄dictas per duos menses post dictos quatuor menses animo sustinuerint indurato, contra Romanum pontificem ac personas prædictas vsque ad priuationem inclusiue per concilium generale procedatur.

Visis ergo tenoribus Decretorum suprascriptorū, vt apponatur in omnibus quæ nuperrime reuocantur in dubium gladius ad radicem, de pluribus est videndum. Et primo de robore & effectu dictorum capitulorum, frequens, & quoniam frequens, an & quo casu habeant papam ligare, & an dictorum capitulorum † [60] decreta absque specialissima approbatione apostolica ipsum ligent, & debeant valida reputari. Pro cuius dubij explanatione vlteriori præmitenda sunt aliqua in materia conciliorū, quæ forte non omnibus sunt nota. & primo dico, quod ad esse concilij est, quod sit canonice institutū, & canonice cōgregatum, & quod agenda sint de primis veritatibus. 25. q. prima. c. quæ ad perpetuam. & tūc dicitur legitime celebratum, quando fit de mandato papæ summi pontificis ipso interueniente, vel alio de eius speciali mandato, iuxta id quod legitur & no. in § porro. 3. dist. & 16. dist. sexta synodus. circa prin. & 17. dist. capitu. 1. & 2. & clarius inter gesta simachi. in libro conciliorum. cap. 9. Item sciendum quod in congregatione conciliorum semper interfuerunt imperatores priscis temporibus, vt patet in capit. canones. 15. distinctio. ut enim ibi habetur prima synodus Constrantino Augusto imperante facta est. Secunda sub theodosio seniore. Tertia sub iuniori Theodosio. Quarta sub Martiano principe, patet hic etiam in concilio congregato ad mandatū regis Thaodorici, vt iudicaret de his que Papæ Syniacho dicebantur impingi. decimaseptima distinctione. §. hinc etiam.

Quinimmo innumerabilia inueniuntur antiquitus per imperatores concilia conuocata, ut patet in trāscursu tripartitæ historiæ martinia. chronicæ, & in li. conciliorum, ad hæc. 17. dist. c. habeo librum cū se. vsque ad fi. dist. Nec alia † [61] ratione imperatores antiquitus concilia congregabant, nisi quia ecclesia tunc non erat in potestate sua, sed aduersitates patiebatur, nec audebat congregare, ut patet in primo capitulo concilii. Affricani. 15. distinctio. capitulo primo, unde statim cum ecclesia potuit, hoc correxit, non per principes, sed per se, concilia conuocauit. Et aliquando per imperatores præcipiente ecclesia, aliqn̄ ipsa rogante & postea ipsa autorante, aliqn̄ ipsa ratificante, ut patet 17. distinctio. per totum, & maxime in §. hinc ēt, & aliquando consultu imperatoris & præsentia, ut in principio calcedonen. concilii. Sic & Antiochenum congregatum fuit in gestis antio. concilii. capitulo primo & in gestis. Siluestri Papę capitulo 2. cum si. Item sciendum ꝙ papa negligente & nolente concilium conuocare ad locū idoneū pro aliqua causa ardua imminenti, potestas congregandi cōcilium spectat primo ad dominos Cardinales, qui post papā sunt maiores clerici aliis quibuscunque. argum. eius quod legitur & not. in c. 1. de maio. & obed. per Inno. & quia censetur unum corpus cum eo. ar. 6. q. 1. c. quisquis, cum militib. quasi sede vacan. vr̄ ad eos talis p̄tās spectare. de maiorita. & [62] obed. c. cum olim. cum simi. † Secundo ad Constantinopolitanū patriarcham † quia ecclesia Constantiopolitana post Romanam obtinet primam sedem. de priuil. c. antiqua. 22. di. c. 2. & c de constatinopolin. 17. distin. c. nec licuit. & c. se. iuncta suprascriptione. vel dici potest spectare ad imperatorem, arg. 21. distin. c. nunc autem. & 15. dist. c. 1. & c. sancta Romana. & 16. din. c. 6. sinodus, uel ad reges. arg. 63. distin. c. Adrianus, & 17. dist. §. hinc etiam, vel ad principes. 23. q. 4. c. sicut ex cellentiam, & facit eadem causa & quæstione, cap. non inuenitur, & c. si is, qui & 2. q. 5. c. princeps, & quod legitur & no. in cle. vnica. de baptismo.

Et prædicta omnia intelligo papa existente caholico, negligente & nolente tamē pro aliqua causa ardua imminente concilium congregare Nam licet ad papam spectet concilium conuocare cuius authoritate conciliorum status firmantur. 17. di. c. multis. & per totam illam dis. & c. generalia. & c. de conciliis. & no. in specu. de legato. §. superest. videre, vers. sed nunquid legatus cum remissionibus. & in c. gratiæ de præben. Sed eo negligēte & nolente pro aliqua causa ardua imminente cōcilium congregare, tunc ut dixi potestas congregandi concilium primo spectat ad dominos Cardinales, secundo ad Constantinopolitan. Patriarcham, tertio imperatorem, quarto ad reges, quinto ad alios principes arg. iurium prædictorum. in [63] † negligentiam enim vnius deuoluitur potestas ad alium gradatim. argum. c. cum in cunctis. ad fin. de ele. & de concess. præben. c. 1, cum simus. & de supplen. negl. præla. c. 1. vel forte prius deuoluitur potestas ad quemlibet ex patriarchis quam ad imperatorem vel alios prædictos, per id quod legitur & no. in decre, antiqua. de priui. Vel dicamus quod duæ partes concilii poterunt in aliquo loco idoneo congregari, & illi uocabunt alios iuxta no. per Innoc. in c. 2. de no. oper. nun. in gl. magna. & hoc uidetur esse verissimum per ibi no. Si autem duę partes non reperiantur congregantę, tunc procedit quod superius dixi. vbi autem papa esset hæreticus vel de hęresi suspectus, non uidetur ad eum primo loco spectare potestas concilii conuocandi. 40. distin. c. si papa. & 2. q. 7. c. si sacerdotibus, primo, & quod ibi not. Tuncque de uoluit potestas concilii conuocandi, ordine. supra scripro non repero. Iuuat hunc articulum dubitationis tetigisse, quia forte posset in futurum contingere, ut cogitent per amplius illi patres. & domini qui erunt in causa ius dicturi.

Rursus sciendum super quo mecum alias disputaui, an † [64] solum episcopi superiores, an uero abbates, vel alii sint ad concilium conuocandi, & uidetur primo dicendum quod solum episcopi interesse debeant & sint uocandi. per id quod habetur. 18 distinctio. capitulo 1. & 2. 15. di. c. 1. 16. di. in c. 6. sinodus. & c. seq. 22. q. 4. c. sicut excellentia. ibi concilium vero catholicorum episcoporum admoneri præcipue. &c. & c. guilisarius. ibi. sed cum episcopis quos cōgregare potui &c. Secundo uidetur quod etiam abbates sint uocandi, per id quod habetur 63. dis. c. adrianus. ibi, religiosis episcopis & abbatibus &c. Tertio videtur quod etiam sacerdotes per id quod habetur, 25. distinctione. c. 1. in ver. quarta synodus. 16. dist. c. ulti. & §. hinc etiam eadem, distinc. Item etiam omnes prælati, ut. in c. fi. de maio. & obe. item uidetur quod etiam imperator sit uocandus, per id quod habetur in præallegato. c. adrianus. d. c. sexta sinodus. & 21. di. c. nunc aūt & 3. quæst. 5. mandastis, Quid dicemus videtur in hoc articulo dicendum esse quod solum episcopi & superiores necessario sint uocandi. ut no. Inn. & Io. And. in c. gratiæ. de pręben. facit, 18. distinc. c. episcopus non debet. & cap. propter. & c. non oportet, cum capitulis sequentibus, & quod habetur quasi pet totam illam distin. Nec obstant iura superius allegata, quia fateor quod † [65] in poteste papę congregantis concilium est congregare etiam abbates, & alios prędictos, si uult, per iura prædicta, sed non est necessitas si non uult, per iura primo allegata. & per id quod superius, dixi, posset, etiā dici quod quamuis iura illa dicant de sacerdotibus, intelligūtur de episcopis. arg. c. 1. de pecu. cle. & sic exponit gl. in cap. vlti. 17. dist. item certum est quod hodie non tenetur necessario uocare principes vel impeeatorem, per dictum. §. hinc etiam. 17. di. & per illud quod legitur & no. 24. distin. § verū potest tamen si uult & uideat expediens esse ad scandala vitanda per iura superius allegata. & 63. distin. §. verum principibus. & c. seq.

Occurrit vlterius excitandum, an papa teneatur necessario omnes episcopos orbis, & superiores conuocare, intelligendo de catholicis. per id quod habetur in cap. cnm quibus. 24. q. 3. Et per id quod superius dixi, quod sic per id quod habetur. c. 16. dist. 1. circa principium, ibi sub hęc ēt sancti patres in concilio niceno de omni orbe terrarū cōuenientes &c. & quia in concilio prouinciali omnes ep̄i prouinciæ sunt vocandi, † [66] vt probatur in c. 1. & c. prop. el primo & secundo. 18. di. & quasi per totam distinctio. facit decrę. sicut olim, de accusatio. ergo eodem modo in concilio generali omnes ep̄i orbis catholici, sunt vocandi, quia ipse papa dicitur archiep̄s orbis. 21. dist. in fi. & prouincia eius dicitur vniuersitas orbis. de decimis. c. tua nos. Et hoc satis videtur iustum, præsertim ubi agitur de maximo præiudicio, & de re ardua. facit quod legitur & no. 19. dist. c. anastasius. & 21. dist. c. nunc autem. & 17. dist. in summa. hoc etiam satis uidetur de mente gl. in c. sicut. 15. dist. in verbo, præsumunt, dum dixit ꝙ orbis maior est vrbe. intelligit. n p̄ orbem episcopos orbis, vt patere pōt recte intuenti. ad idem quod notatur. 9. q. 3. nemo. Quid dicendum, dubito. malo enim sic loqui quam alterum inconsulte & temerarie affirmare. 6. q. 1. c. quæro in fi. Nā inuenio concilia generalia in dispari numero dudum facta & celebrata, vt patet. 15. dist. c. 1. vbi patet quod quandoque in numero. 318. episcoporum, quandoque in numero. cl. quandoque in numero. 200. qn̄que in numero cclc. facit 16. dist. c. 6. sinodus, & sic videtur ꝙ non necessario omnes episcopi orbis sint vocandi. posset forte dici quod fuerunt omnes conuocati, tamen non omnes interfuerunt, vel quia non fuerūt catholici quos necesse non est vocari, vel non potuerunt venire impediti. ar. 18. dist. c. non oportet. & c. quoniam quidē. & c. episcopus ad sinodum.

[67] Satis videtur quod † vbi non agitur de fide, nec de facto pape, posset numerus relinqui arbitrio summi pontificis, nam cōcilium generale videtur illud quod. pape mandato cōgregatur, ipso interessente, vel alio eius nomine, de eius speciali mandato, iuxta id quod legitur & notatur in §. porro. 3. dist. & 16. dist. c. 6. sinodus. circa principium. & 16. dist. c. 1. & 2. in summa. Nec curandum videtur de diminuto numero prælatorum, per illud verbum Christi discipulis suis dictū. ubi duo vel tres ī nomine meo fuerint congregati, ego in medio sum. 1. q. 1. c. cum scriptura 34. quæstio 1. c. alienus. Ostendendo non multitudini deprecantium non plurimum tribui, si duo inquit ex vobis cōuenerint in terra &c. dn̄s enim de ecclesia sua loquitur ad hos qui sunt in ecclesia, vt si ipsi concordes fuerint ſm quod mādauit aut monuit, duo aut tres collecti vnanimiter orauerint, licet duo aut tres sint, impetrare possunt a dei maiestate quod postulant, vbicunque duo aut tres collecti in nomine meo, ego inquit cum eis sum, cum simplicibus atque pacatis, cum deum timentibus & dei præcepta seruantibus, cū his licet duobus vel tribus esse se dixit, qūo cū tribus pueris in camino ignis fuit, & quia in deum simplices atque inter se vnanimes permanebant, flāmis ambientibus medio spiritu roris animauit. Qūo apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, & quia vnanimes erant ipse affuit. qm̄ ergo in præceptis suis ponit, & dicit, vbi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum. † [68] Nō homines ab ecclesia diuidit qui instituit & fecit ecclesiam, sed exprobans discordiam pacem suam voce commendans plus impetrari posse paucorum cōcordi prece, quam discordiosa oratione multorum. verba fuerunt ad literam beati Cypriani ad nouatianum ep̄la octaua. De iure autem ꝙ ep̄i faciant concilium habetur. 15. q. 7. c. 1. & de elec. c. 1. de post. præla. c. 2. Itē quo tp̄e concilia inceperunt, dic ꝙ tp̄e Melchisedech. 13. q. 1. c. placuit per Archi. item quanto tp̄e debeat stare conciliū & in loco morari, habetur. 18. distin. c. propter ecclesiasticas. illud præter mittendum non est, ꝙ si omnes ep̄i, vocati non veniant, male faciunt & peccant, si iusto impedimento cessante non veniunt. 18. dist. c. non oportet. & c. ep̄s ad sinodū. & c. placuit. & c. si quis autem. cum duo. capitulis se. † [69] Quinimo pœnam excomunicationis incurrunt. 11. q. 3. c. incertū. & si adsit impedimētum mittere tenentur excusatorem aliquem. vt d. c. ep̄s non debet & c, placuit, videtur tn̄ ꝙ concilium resideat penes vocatos & venientes. ar. eius quod hr̄. 22. q. 4. c. guilisarius ibi. cum ep̄is quos potui. & c. & eius qd̄ legitur, & no. in fi. de elec. c. quia propter. & eo. ti. c. cum nobis olim. ad princ. ibi. qui ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos se fecisse videntur & c. facit quod habetur in præalleg. c. episcopus ad sinodum cum. seq.

Sane & si plus impetrari possit a dn̄o paucorum cōcordi præce, quam discordiosa orōne multorū autoritas verborum domini attestatur, si duo vel tres congregati fuerint vt dixi in superioribus, tamen qn̄ de fide agitur & schismatibus extirpandis, quia † [70] causa est comunis omnibus Christi deuotis, & omnes tangit, ab omnibus ep̄is orbis catholicis tractari & determinari deberet, & ipsos debere ad concilium conuocari, quia quod omnes tangit &c. 55. dist. capitu. 1. de his quæ fiunt a maio. par ca. c. vltimo. residebit tamen concilium penes vocatos veniētes. vt dixi. saltem si intersunt duæ partes omnium episcoporum, & superiorum orbis, per id quod legitur & no. in c. 1. de his quæ fiunt a maio. par. c. per Ioan. an. ff. quod cuiusque vni. no. l. nulli. & l. plane. & per Inno. in c. cum nobis olim. in glos magna. in c. fi.

c.fi.de elect. vel forte uideretur sufficere si maior pars intersit.per not.per Compo. in decre. c.quia propter.in verbo, vt maior.de ele. & ar.ff.ad muni. l. quod maior. & eius qđ no. gl.in c.fi.de maio.& obe.in gl.ar.ꝙ præsentes. ver.idem credo.uel forte uideretur sufficere si intersint.d episcopi, per id quod legitur & nota.15.dis.c.1.uer.sancta sinodus.in hoc articulo qōnis, aliter non, si ergo fides, sed dico simpliciter cogitandum esse aliorum determinationi peiori me submittens, & uelut agnus coram tondente nō aperiam os meū, 71 de pę.di.2.c.si est inquit ad fi. cum paratus sim etiam †ab anniculo edoceri.24.q.1.c.1.

Redeo igitur ad thema nostræ præpositæ quæstionis, ne parenthesim faciā longiorem, & uidetur probabiliter posse dici, sanctissimum dominum nostrum potuisse licite impediri & contra eum procedi per dicta Basilien.sinodi pro transgressionibus seriosius recitatis in factis monitoriis & citationibus contra eum, & dissolutionem illius concilii subsecutam, & illius translationem factam per eundem dñm nostrum ad Ferrarię ciuitatē, tum quia in respicientibus reformationum ecclesiæ in capite & in membris, ipse apostolicus concilio obedire tenetur, & sicut transgressor decretorum editorum per illam sinodum generalem, cum non resipuerit infra terminū assignatum, puniri poterit per illud concilium, etiam per alia iuris remedia recurrendo. est n.notum satis ꝙ transgressor canonum si hoc fecerit in contemptum, & illorum obseruantiā postergauerit, quia sic sibi placuerit, est merito deponēdus. vbi autem illa decreta & canones transgressus esset credēs, sacra illa Concilia Constantien. & Basilien.uniuersalem ecclesiam representantia non habere ptantem, illa decreta, & canones quę fecerunt, condēdi ut hęreticus est plectendus, ut plene leguntur & probantur de elec.c.generali.li.6.in gl. contra faciens, cum remissionibus ibi positis. & 4.di.§.fi. 19. 72 di.nulli fas.facit quod no. de treu.& pa.in prin. Et † fortius punitur transgressor promissionis iuratæ.24.q.1.non afferamus.de iureiur.c.debitores, tum etiam quia non licuit papæ concilium dissoluere vel mutare, & ad alium locum transferre, citra pęnas de quibus.in c.qm̄ frequens, ubi de suspensione a pontificali administratione ad concilium deuoluēda, & de priuatione specifice continetur, casus est in terminis in c.frequens. & capitulo quoniam frequens, superius allegatis, in quibus hæc oīa sunt clarissime diffinita, quorum capitulorum dispositioni & obseruantiæ per expressum est apostolicus obligatus, & obedire tenetur, ac etiam in spectātibus ad generalem reformationem ecclesiæ in capite & in membris, ut in dictis capitulis est expressum, quæ decreta & capitula in adhęsione quā fecit Basilien.cōcilio ipse apostolicus nedum confirmasse, sed fecisse uidetur ar. l.1.C.de vete 73 iur.enu.ubi qui †auctoritatem rei accommodat ipsam rem fecisse uidetur, & uidetur expressum.17.dist.§.hinc etiam.facit de pri. c. antiqua. roborantur. n.auctoritate papæ hmōi per antea statuta concilii, ex quo concilio inhęsit, & per cōsequens approbauit.17.dist.c.concilia, quia approbando cōcilium non potest amodo gesta in concilio inprobare. ut in Regula, ꝙ semel.li.6 & 4.q.3.c.fi.& ibi no.arch.de ele.c.cum uintonien.& quod no. Inno.de exce.c.uen.facit.8 q.2.c.dilectissimi, per arch.20. q.3.c.procliuus. ff.de aqua plu.arcem.l. in omnem, quorum lega.l.prima.§.prodest.C.de ac.& ob.l.sicut. Sic non possum reprobare mores quos primo approbaui de filiis presb.c.ueniens.5.q.5.c.horrendus. & papa approbando concilium, & ei inhærendo, totum quod in eo factū erat.ac etiam faciendum approbasse uidetur, tex.sing.ff.de manumis.l.Gaius. facit si cer.pe.l.cum fundus.§.seruum tuū imprudens.ff.de pac.l.sin autem.& gl.singu. C.de pac.l.3.in 74 gl.fi.in fi.confirmatio†namque concilii & inhæsio illi facta per papam operatur ut gesta & gerenda in concilio ualcāt, quæ alias essent nulla.16.q.1.c.placuit.pro hoc ꝙ scribit.Bal. in l.adoptio non iure facta.ff.de adop.& in l.illā. C.de testa. man. & C. de rerum permu. l.ex placito, item confirmatio operatur, ut non possit de cętero actus in dubium reuocari, iuxta no.in l.chyrographis.ff.de admi.tuto.& in c.fi.de fi.instru.Et confirmando concilium, & ei inhęrendo uidetur in illud transferre omnem plenitudinem potestatis, & ipse p illud concilium decreta facere dicetur, quia dare uidetur q cōfirmat.iuxta no.per Bal.ff.de iurisci.em. iudi.l.more.& ibi dicitur quod confirmatio trahitur retro. Et idem dixit in l. ius ciuile.ff.de iusti.& iure.& in l.de quibus. ff.de legi.& in d.l.ex placito. C.de rerum permu. Item q papa confirmat uf defectum supplere, ex certa scientia faciendo.Inno.de religio.do.c.cōstitutus.de transac.c.ueniēs.in glo.1.de cōfirm. uti.c.de præben.c.apostolicæ.lib.6. super uerbo noscatur in glo. maxime quando in forma priuilegii talis confirmatio 75 facta esset, ut dictis in tribus.† Quimmo concilium authoritate apostolica confirmatum habet statim authoritatem & potestatem administrandi spiritualia pleno iure, secundum Hohi. & Inno.in cap.ex transmissa de elec.

Amplius concilia dederunt primatum ecclesiæ, 18.q.3.c.dudum.17.di. §.hinc de elec.c.significasti & per ipsum concilium, uniuersalis, repræsentatur ecclesia, quæ nil aliud est quam congregatio fidelium.de conse.distin.1.capit. ecclesia & cum ipsa errare non possit vt dicit Aug super illo uerbo. Ego oraui pro Petre vt non deficiat fides tua, vt no.24.q.1.c.a recta.15. dis. notandum.decretis huiusmodi conciliorum est firmiter inhærendum Nam quæcunque sinodus sancta statuit & decreuit, nullis opinionibus, contrariis, seu retractationibus, sunt subiecta.sed simpliciter sunt seruanda, vt sanctissimorum imperatorum Valentiniani & Martiani sanxit authoritas, super confirmatione concilii Calcedon.63.dist.c. valentinianus. & in dubiis est semper ad vniuersalem ecclesiā recurrendum 11.dist c. palam, quæ esse dicitur ubicunque sunt boni.21.dist.cap. quamuis, licet in ea sint minus idonei, 23.dist.c.1.& per Archi.de elec.c.ubi periculum.§.ceterum 76 in uersi idoneæ.lib.6.Integrum† est enim iudicium quod plurimorum sententiis probatur, dixit tex.in c.prudentia de offic.de leg.& per ampliores homines perfecta ueritas reuelatur, dixit tex. C.de fideiuss.l.si.ad.fi.16.distin c.extra conscientiam, concilium enim vniuersalem ecclesiam repræsentans est illa sedes quæ non habet maculam neque rugam.21.dist. c.quamuis & speculum omnibus esse debet, quæ tanquam magistra in omnibus est sequenda 40.distin.c.si quis, in fi.12. di.1 & 2. 22.distin.c.omnes, conciliorum namque potestas ex quacūque terrena sententia, non consistit, sed ex illo verbo quo cœli & terra firmati sunt.22.distin.c.1.& qui ei derogando in contrarium loquitur, hæreticus reputatur.22.di.c. omnis.habet enim plenitudinem potestatis. 3.dist.c.nullū, & ualet, omnes iudicare, & de ipsa vniuersali ecclesia nemini est permissum.9 q.3.c.episcopo.§.sola 17.q.4.c.nemini.& sic super statutis & conciliorum decretis, non licet alicui in contrarium disputare, argumen.ad hoc.ff.de iur.om.iudic. l.si quis id quod ver.quod si dum proponitur, & est ratio, qa 77 uniuersalis† ecclesia semper cum maturitate agit.c.distin.c. communis.unde quæ non docet sequenda, sequi non cogitur, de conse.di.1.basilicas.3 distin.c.nosce. Nec vlli retractationi subiicitur, quod semel sancta sindonus iudicauit. 24. q.1.cap. maiores nostri. in rubro, & sic uidetur probabiliter concludendum apostolicum obligatum esse ad obseruantiam dictorum decre. in conciliis constantien. & Basilien. editorum. & ut transgressor puniri posse. pœnis, in eisdē specifice declaratis, cum & eadem decreta decernant ipsum, obedire debere concilio, tam in his quæ causam fidei respiciunt, quam in tangentibus ad reformationem vniuersalis ecclesię in capite & in membris, & sicut transgressor decretorum editorum pœnis subiacet, de quibus in eisdem continetur capitulis, & decretis, quibus etiam iustitia canonis, suadente, erat per ipsum etiam obediendum, per tex.ad hoc notabilem.10.di.c. certum vbi tex.ad literam sic dicit. Certum est hoc rebus uestris esse salutare, ut cum de causa Dei agitur, iuxta ipsius Dei constitutionem regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, & sacrosancta per eorum præsules potius discere quam docere ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitus sequenda iura prefigere, neque. in eius sanctionibus velle dominari. cuius Deus uoluit clementiæ, tuæ piæ deuotionis colla submittere, ne, dum mensura celestis dispensationis excedi 78 tur, catur in contumeliam disponentis.sic & imperator †nō intendit de rebus.spiritualbus, quæ decorem ecclesiæ respiciant aliquid differere.in epistola inter claras de sum.tri.96. dist.c.cum ad uerum.& in cap.ecclesia sicut modo.de const.

Nec videtur posse apl̄icū ex quo inhæsit ꝯcilio, & p ꝯn̄s decreta illa per prius edita confirmauit, posse contra dispositionem dictorum decretorum modo aliquo attenrare, tam in non uolendo seruare, constitutiones & canones in eodem concilio promulgatos, respicientes reformationem ecclesiæ in capite & membris, quam etiam in diffinitione illius concilii facta. & ad alium locum translatione sequuta, quia ut dixi, inhęrendo concilio, decreta eiusdem maxime per antea edi aa ante adhesionem factam confirmasse videtur, & se subiecisse mandatis illius concilii, quibus ex tenore decretorum perfectorū apostolicus obedire tenetur, tam in respicientibus reformationem ecclesiæ in capite & in membris, est enim notum satis quod papa pōt se subiicere iudicio aliorū, vt patet.2.q.7.c. nos siin competenter, in tex.& glo.63.di.c.in sinodo. 40.distinct. cap. si papa. in glo nona.q.3.nemo.in text.& glo.Sed præmissis nequaquam obsianlibus, teneo & pro veritate assero, sanctissimum dominum nostrum pro transgressionib. eidem impositis, nec etiam pro dissolutione illius Basilien. con-

concili impetiri & puniri posse, pœnis in ipsis decretis latius comprehensis Et pro huius dubii decisione clariori aduertēdum, & præmittendum est, quod †papa concilio dicitur esse 79 maior.15.di. c.sicut.24.q.1.c.quodcunque.statuta.n.conciliorum interpretatur & tollit.15.di.c.sicut.17. d. c.nec licuit.de elec.cap.statutum.li. 6.de rescrip. c. statutum eo.li.& in cle. ne romani.§.sane.de ele.& c.constitutionem.& c.statutum. de sen.excom.

Nec mirum, quia cōcilia corrigit & mutat, vt. d.c.statutum.& per doc.de.ele.c. significasti.vbi dicit Io.an.super ver.robur.quod papæ sentētiæ standum est si contradicat ecclesiæ vel concilio. 5.dist.c. in istis.15.dist.c.sicut.in fi. 19.dist.c. pe. 9.q.3.c.nemo. & ibi ēt dicit Io. An.ꝙ solus papa sine concilio vel eius parte potest interpretari statuta concilij. ad idem.17.dist.ca.ne licuit.nec mirum, quia vt dixi illa immutat & corrigit, vt d.c.statutū. de rescrip.ipse enim solus habet plenitudinem potestatis.9. dist.c.2.2.q.7.c. qui se scit. de auctorita. & vsu pa.c.ad hono80 rem.1.q.7.c.decreto.& c.qui se scit, nec licet†de papa alicui disputare, vel ab eo appellare.17.q.4.c.si quis.9.q.3.c.cuncta. nec de sedis apl̄icæ iudicio alicui iudicare pmissum est, aut illus sententiam retractare, propter romanæ ecclesiæ primatum a Christo beato Petro diuinitus collatum, tex.17.q.4.c. nemini & cum papæ auctoritate, conciliorum statuta roborentur.17.dist.c.cōcilia.potest illa resoluere, & absoluere qđ concilium male damnauit.9. q.3.c.cuncta per mundum el. 1.ubi dicit litera, sed nec illa prætermittimus, quod apostolica sedes sine vlla sinodo præcedente, absoluere quos sinodus iniqua damnauit, & damnandi nulla existente sinodo quos oportuit habuerit facultatem. Et hæc non mirum pro suo principatu, quē beatus Petrus apostolus dñi voce tenuit semper, & retinebit, qui canoni editus fuit in concilio Gelasii papæ quarti capitulis sequentibus. Est enim sup omne concilium, & super omne statutum.vt.d.c.significasti.de 81 ele.& ipse est qui superiorem non habet.eo.ti.c.licet. †Item facta papæ excusantur, etiam si uideantur iniusta. 22. dist.c. 1. Et licet papa faciat quod nobis videatur iniustū, nihilominus est iustum.23.q.4. cap.de thirijs papa præterea concilia congregat, & congregata, desiungit, disiuncta congregat.25.q.2.§.si ergo. ipse.n.solus potest de nihilo aliquid facere, & de aliquo aliud. ar.de conse.dist.2. c.re vera.ar. C.de rei vxo act.l.vna, circa prin.no gl.de transa.c.veniens, aliorū præterea causas deus homnibus tractandas commisit, papā vero suo iudicio reseruauit.tex.9.q. 3.c.aliorum.79.distin.c. eiectionem.21.dist.c.in tantum.

Amplius dicit tex.qđ nemo iudicabit primam sedem, neque ab augusto, neq; ab omni clero, nec a regibus, neque a populo iudicabitur. 9. q.3.c.nemo.& gl.ibi dicit quod concilium papa iudicare nō potest, & si totus mundus sentiret in aliquo contra papam, papæ sententiæ est standum allegat de ele. c.significasti. & 24.qō.1.c.hæc est fides. Nec dicat quis quod concilium sit iudex in causa papæ vt no.2.q.7.§.item Simachus sub.§.item balaam.& 17.dist.§.hinc etiam, ver.ad hæc serenissimus.40. di.c.si papa.de re iudi.c.2.li. 6.in uerbo concilium, & per Io. An.post Arch. in c.in fidei fauorem.de hære.li.6.in nouella. quia illud uerū eo casu quo priuata persona est, statim enim 82 quod† ipse in hæresim incidit est omni dignitate exutus, & concilium est iudex conpetens eo casu.17.dist.§.hinc etiam. uer.ad hæc.2.q.7.c.simachus. alias est.§.item simachus, alias est sub.§. item si balaam.in fi. quia orbis maior est urbe.15. di.c.sicut. & c.nemo. 11.q.4. quod dicit quod nemo iudicabit primam sedem, intelligit de papa catholico & fideli. & hoc habet pro indubitato de papa uiuente, sed si papa defunctus de hæresi accusatur, successor eius est iudex conpetens, nec expedit concilium cōuocari, vt patet ex his quæ no. 24. q.1.c.1. An autem de hæresi possit post mortē quis perpetuo accusari, refert Ioan. An.post mo. in c 2.de præscrip.lib.6.& not.de hæreti.c.accusatus. §.in eos. lib.6.plus dicit Io.An.in d.c.in fidei fauorem, quosdam tenere, quod quanuis in concilio probetur contra papam, tale crimen hæresis, non tamē papa damnabitur per concilium, sed ipse damnabit seipsū 21.dist. §.nunc autem. sed Archi. quem ipse sequitur tenet contrarium, quod concilium damnare poterit, per.d.c. si papa.41.dist.ad fi. & habet hoc ut dixi pro indubitato de papa 83 uiuente, quia sicut ueritas† ipsius est salus hominum, sic & prauitas ipsius cedit in damnationem innumerabilium personarum, ut.d. c.si papa. existente ergo papa catholico ipse solus habet plenitudinē potestatis.11.dist.c.2.cum ipse solus sit dei uicarius.Matth.16.de re iudi.cap.ad apostolicæ.lib.6. Et ex præmissis sit liquido compertum, cōcilium Basilien. non habere iurisdictionem & potestatem contra papam, & ipsius mōnitoria non officere eidem in sui apostolatus iudicio, in aliqua sui parte.

Non habent præmissæ decisioni obsictere dicta, decreta Constatien. & Basilien.conciliorum, quod in respicientibus reformationem generalē uniuersalis ecclesiæ & causam fidei, papa debeat obedire, mandatis concilii, & quia transgressiones plurimas fecisse dicatur circa obseruantiam decretorum iuristarum, per illam sinodum quę reformationem ecclesię tangere uidentur in capite & in membris, & sicut transgressor canonum & decretorum prędictorum, in contemptum dicti concilii veniat deponendus, per no. in c.generali in gl.contrafaciēs lib.6.cum concordanti. superius in hoc discursu plenius al84 legatis, quia certe omnia iura loquentia de pœna† transgressoribus canonum infligenda, loquuntur in inferioribus, nō autem in papa, qui licet peccet canones transgrediendo, nisi fidem recipiant ex quibus possit hæreticus reputari, tamē non deponitur, & sic debeat intelligi, quod no.in d.c.generali.& 4.dist.c.ulti.Plus videtur quod licet papa non faciat ex contemptu, tamen.transgrediens canones præcepti, qui reformationem ecclesiæ respicerent in capite, & in membris, diceretur peccare, & sic potest intelligi quod habetur in c.2.de maio.& obe.& quod nota.11.dist.c. quis, autem.& quod no.Archi.81.dist.cap.quicunque. & quod tangitur in §.ulti.26.dist.inquantum sentit quod ueniens contra canonem præcepti peccat, licet non faciat in contemptum.facit etiam quod legitur, & not.per glo.Io.And. & Io.Cal.in c.1. de treu.& pace,

Sed aduerte quia hoc esset uerum quando illi canones emanassent a superiore, qui 85 haberet potestatem, secus si a concilio, quod imponere† legem pape non potest, vt est expressum.17.di.§.hinc etiam, si enim concilium habeat potestatem immediate a Christo, ut conciliorum Constantien. & Basilien. sanxit auctoriras, hoc tamen puto, salua determinatione Romanæ ecclesiæ & domini nostri Papę, cui me subiicio, verum esse, nisi quando apostolica sedes uacaret, sicut fuit tempore Cōstantien. concilii, in quo fuerat Papa depositus, quia tunc caput concilii. est Christus redemptor noster, qui est caput corporis ecclesiæ, ad collos.1. sed papa catholico in ecclesia prędidente forte posset aliud suaderi, puta ipse & nullus alius dr̄ esse caput ecclesiæ, quē dedit Deus super oēm ecclesiā.Ephe.c.1.1. q.1.c.cū Paulus.24.q.1.c. loquitur.pro hoc quod not.gl.in c.1. de schisinat.lib.6.papa ergo uiuente & existente catholico, sub dubio forte loquor, concilia videntur habere potestatē ab ipso papa mediatam, & solus papa habet immediatam a Christo, quia Pape authoritate couciliorum statuta roborantur.17.distinctione.c.concilia.sed papa solus habuit potestatem immediatam a Deo, & non a conciliis.21.di. cap. quamuis.24.dist.c.omnes. licet secundario habuerit a conciliis, ut dicit glo.17.di.§.hinc etiam. Amplius & si concilia dedissent primatum ecclesiæ Romanę iuxta not.3.q.6.c.dudum.& di.§.hinc etiā.de ele.c. significasti. ergo non possent illum primatum resoluere, vel aliter limitare & modificare.quia quod semel placuit.de reg.iur. lib.6. & in reg mutare.& in reg.decet.li.6.papa namque Vrb.archiepiscopus. appellatur 21.di.in fi. & puincia eius dicitur vniuersitas orbis. 86 de decimis c.tua nos. item† dicitur caput & episcopus orbis. 9.q.4.cap.cuncta. & ipse solus est Dei vicarius. Matth. 16. de re iud.c.ad apostolicę.lib.6.

Quid plura, & si concilia Constantien. & Basilien.habeant potestatem immediate, & fortius ipse Papa, qui Dei uiui vices gerit in terris.ut ecclesia. benefi.c.1.uers.porro.de translatio.cap.quanto. cui & Deus terreni simul & celestis iura commisit imperii.22.dist. c.1.is enim apostolicus ab ipso domino saluatore nostro obtinuit principatum.dixit tex.22.dist.cap. sacrosancta. & patet ex uerbo illo per dñm dicto Petro, tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam ut dicitur in d.c. sacrosan.22.q.1.c.rogamus.bonus tex.21.di.c.in nouo.sibi.n. in persona Petri dominus ligandi & soluendi tradidit potestatem, ea causa.& seq.cap.quodcunque ligaueris.& sic videtur papam conciliorum decretis & legibu snon astringi, qa vt dixi a Christo & Papa & concilium habent potestatem, unde ipsius papæ potestas, decretis conciliorum supprimi, 87 non potuit uel confundi, quia† par in parem non habet imperium.l.nam magistratus. ff.de iniur.6.q.4.cap.1.de electi. cap.innotuit, licet in ueritate ut dixi concilium non possit imponere legem Papę, ut patet.in §. hinc ēt.17.distin.& Papa est maior concilio, & conciliorum statuta corrigit & immutat & firmat.Io.and.in c.significasti.de elec.& latius, s̃. dixi.ideo statutis in concilio, ad eorum obseruantiam nō ligatur, quia ipse super omne concilium & super oīa statuta conciliorum, & illa corrigit & immutat, sm̄ Io.An.in d.c.significasti. & latius supra dixi. Ideo uerius est dicendum, papam non peccare si illorū conciliorum canones noluerit ob-

obſeruare, quia ipſius ſentetiæ ſtandum eſt, etiam ſi contradicat ecclæſiæ vel concilio ſecundum Io. And. in d.c. ſignificaſti. ſuper verbo. robur. & patet in cap. ſtatutum. de reſcrip. nec ſuperiorem habet in terra. vt in c. licet. de elect. & eius facta excuſantur etiam ſi videātur iniuſta. 40. d.c. 1. & latius eſt in ſuperioribus replicatum.

Et ex his patet reſponſio ad ca. quoniam frequens. ſuper quo ſinodus Baſilien. fundauit ruinoſum palatium in arena, quia certe, & ſi tenor illius. cap. inhibeat concilii diſſolutionem, & ad alium locum tranſlationem per apoſtolicum faciendam, & pœnas imponat vſque ad priuationem ipſius, dico ipſum apoſtolicum ex decreto huiuſmodi nō ligari quo minus poſſit, maxime ex legitima cauſa illud diſſoluere & transferre ad alium locum. tum 88 quia † nullis conciliorum decretis ſeu legibus apoſtolicus, eſt ſubiectus, ut patet. 19. di. §. hinc etiam. & ſirmat explicite Io. And. in d.c. ſignificaſti. ſępius allegato, vbi concludit q̄d papa eſt ſupra concilium, & tenet Bal. in l. reſcripta. C. de preci. impera. off. Vnde ſi eſt ſupra concilium, ergo illud deſtituere poteſt pro placito uoluntatis, maxime legitima & neceſſaria cauſa ſuadente, ut infra dicetur. Nam quod principi placuit legis hēt vigorem. ff. de cōſt. prin. l. j. in verſ. princeps. ibi, ſolennitas omnis. C. de teſta. l. omnium. & vbi ipſe eſt, non dicitur quicquam dolo vel machinatione ſiniſtra factum eſſe, ut l. probatorias. C. de diuer. reſcrip. lib. 12. ergo ut ſuperior potuit claro iure concilium diſſoluere, quia ſuperior dignoſcitur omnis qui inſtituendi ius habet, in auc. de defen. ciui. §. interim. & no. Bal. in proęm. ffff. habet enim papa, ut ibi refert Bal. claues Dei, & mundi claritatem, ideo ni mirum ſi eſt maior concilo ſecundum eum. Item in papam eſt ſumma poteſta nullis circūſcriptis limitibus, ſecundum eum, & ſubdit quod habet plenitudinem poteſtatis. & eſt totum continens, auctoritate, ptāte, & ordinatione, & dicitur princeps eccleſiæ & primum locum tenens, de elec. cap. cupientes, & alios regit & a nomine regitur, conſilio tamnn prudentium ſe regit & gubernat. C. de leg. l. humanum. & directe poſſidet iuriſdictionem in ſingulis generum, ſecun- 89 dum eum rbidem. Item ſedes † apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur eccleſiis. 19. diſt. c. quamuis. & canon dicit. 19. diſt. c. nulli fas eſt vel velle vel poſſe tranſgredi apoſtolicæ ſedis decreta. plus dicit idem Bal. in d. l. reſcripta, de preci. impe. offe. ubi ponit de poteſtate papæ. de qua per Inn. in c. quod ſuper, de voto. quod cum papa teneat locum principis apoſtolorum. 12. q. 2. c. videmus. quod maior eſt papę auctori tas quam ſanctorum. 20. di. c. de libellis. & c. 1. quod ipſe papa confirmat nemo infirmat. 10. di. c. fi. & nedum quod poſſit concilium reſoluere & illud diuidere & ad alium locum transferre, ſed diuidit duces mundi. 10. di. c. lege, & obſeruandæ ſunt leges Dei. 18. d. c. palam. Item papali approbationi eſt ſland um. 19. diſtin. c. ſi Romanorum. & vbi papa, ibi vniurrſalis ſinodus. 10. diſt. c. anaſtaſius. 98. diſt. c. nec licuit. & profecto ꝑ papa p̄ſumitur. 40. diſt. non uos, ipſe eſt vicarius Ieſu Chriſti. 79 diſtn. cap. ſi quis, & habet a Deo plenitudinem poteſtatis. 82. diſtin. cap. propoſuiſti. tamen etiam quia papa non potuiſſet ſe ſubiicere iudicialieno ut poſſit eum deponere, licet poſſit ſe ſubmittere reprehenſionibus aliorum, non tamen ut ipſum deponere poſsint. 9. q. 6. c. nos ſi incompetenter. per glo. & per Archi. & no. Io. And. de conſe. c ad noſtram. & patet explicite. 21. diſtin. c. nec autem. ubi tex. ad hoc valde no. & ſic debet intelligi quod not. glo. 91. di. c. ſi papa. in gl. & 9. q. 3. c. nemo. & fuit de mente. Bal. In l. 90 eſt receptum. de iur. om. iud. ubi dicit quod † papa non poteſt ſe ſubiicere inferiori, niſi in foro pænitentię. allegat qui filiis ſint legi. c. per vene. §. quod no. & l. bene a zenone. de quadr. prę́ſcrip. & eſt ratio ſecundum eum, quia poteſt in propria. cauſa ius dicere, & ſubmittendo ſe, facit non ſolum ꝯ ſuā iuriſdōnem, ſed in derogationem ſuæ iuriſdōnis, q̄d non pōt facere. ar. ff. de arb. l. ſed ſi in ſeruum. § ſi quis iudex, ſ̄m Odof.

Fortificatur hęc deciſio ratione, quia dignitas papalis eſt a Deo inſtituta, vnde per ipſum etiammet papam ſupprimi non poſſet. 21. diſt. c. in nouo. et cum dicta ſubmiſſo non fuerit in omnibus ſed quo ad quid, in reſpicientibus fidem & tangentibus reformationē eccleſię, talis ſubmiſsio non ualeret, quia papatus eſt indiuiſibilis, & indiuiſibile ens trahit ad ſe nō ens. l. ſi is, q duos. de lib. leg. de ſta. ho. l. impe. el. 2. & ſic dignitas papatus diuerſo iure procederet; & ſe haberet. contra no. in cap. cum in tua. de decimis. & 4. q. 3. c. cum ergo. unde ne in contradictoriū incidamus ut papa quo ad q̄d ſit ſ. ꝯciliū, & quo ad q̄d teneat 91 concilio obedire, ſicut non poteſt † eſſe quis ſanctus & peccator. 1. q. 1. c. ſicut clericus dignus & indignus. 64. di. c. 2. legitimus, & illegitimus. de clā. deſpon. c. fi. liber & ſeruus. ff. de li. cā. l. duobus. ſic dicit lex. ridiculum eſt eandem fęminam vt nuptam & non nuptam admitti. ff. de condi. & demō. l. filia.

& ſic mutata eſſet & mutaretur forma, quæ eſt, vt eccleſia ꝑ vnum regatur. facit. l. 2. §. nouiſſime. de orig. iur. nō enim poſſet papa abdicare a ſe ptātem papalem contra officij ſui debitum, minendo honorem papalis maieſtatis, & ſe mandatis ſubiicere concili obſequentem. arg. in auc. de hære. & fal. §. 1. tum etiam quia decretum frequens, & decretum q̄m frequens, non valent, niſi fuiſſent ſpecifice per apoſtolicum cōfirmata, & ſpeciali decreto approbata. text. 19. diſt. c. ſi romanorum. ibi dum dicit tex. ita vt quod vere ſedes apoſtol. probauit hodie teneatur probatum & acceptū, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur, & tex. dicit ſedi conceſſa nullus occupare ſine eius conſultu præſumat. 17. diſt. c. huic ſedi. & illud clarum, quod per adhæſionem factam cōcilio, nuſquam intelligetur apoſtolicum cōfirmaſſe decreta, quæ facta fuiſſent in ſupprimendo eius papalē auctorit. & dignitatem. & quod obedire concilio teneatur in concernentib. reformationem eccleſiæ in capite vel in membris, allego ꝑ hoc dictum Cy. in l. inquiſitio veritatis. C. de ſolutio. vbi dicit, quod ſi promitto te iuuare cōtra quoſcunque homines, & accōmodare tibi arma et currum meum contra oēm perſonam, quod non videor promittere contra me. per dictam. l. inquiſitio. pro hoc. ff. de ſena. l. 1. & l. adminiſtratores. §. fi. de excu. tu. & de condi. inde. l. frater a fratre. ad idem. c. in generali. de reg. iu. li. 6. & c. cōtractus. eo. tit. in mercu. & de iure iuran. c. petitio. in glo.

92 **Eſt præterea** vulgatū † ſatis quod in generali ſermone non cōtinetur perſona loquētis. 23. q. 5. c. non licet. in gl. ordi. ſic in generali ſermone non intelligitur perſona accipientis. ff. manda. l. ſi mandato tibi vt pro me. §. ſi cui. ſic in generali obligatione nō veniunt ea quæ quis nō eſſet veriſimiliter obligaturus. vt. l. obligatione. ff. de pig. verba præterea quantuncunque generalia reſtringuntur ne contineant id quod incipit eſſe iniquum. l. ex facto. de vulg. & pup. & c. ſuggeſtum. de decimis. Item ne comprehendant caſum captioſum ſimiliter reſtringuntur. l. 2. ff. de feriis. l. cum aquiliana. ff. de trāſa. vbi. dicit tex. quod interpretatio prudentum, hanc captioſam libertatē fregit. ſimiliter reſtringuntur verba vt conceſſum in genere, ius concedentis non lædat, vt. ff. de ſerui. vrb. præd. l. ſi domus. Nec eſt præterea alicui cum propria iactura conſulendum. 22. q. 2. c. 1. circa medium. 24 q. 5. forte. vnde quæcunque generalis ꝯfirmatio facta fuiſſet per ap̄licum decretorum edictorum vel edendorum per Baſilien. concilium, non conprehenderet caſum in quo poteſtas apoſtolica, & eius iuriſdictio ſup omnes, diminuerentur, cum papa ſuperiorem non habeat, 93 vt in c. licet. de elec. ſed per dictam decreta. q̄ūolibet impediretur reſtringeretur, & modificaretut. q̄m † verba non ſunt amate interpretanda, ſed ciuili modo intelligenda. ff. de ſerui. l. ſi cui. ff. de teſti. l. 1. extra eo. ti. c. licet. n. & c. ſignificauerunt. 37. diſ. c. de quibuſdam. de cle. non reſi. c. ex parte, nec ſunt ad extraneum ſenſum trahenda, vbi res ſalua eſſe pōt. de uerbo. ſigni. c. intelligentia. & ca. propterea. immo ciuili modo generalia verba intelliguntur. de reſcrip. c. ad aures. & c. cum in noſtra. Nam in pænitentibus dicitur, non tibi dico vt te tradam, de pę. di. 2. §. his auctoritatibus. q̄n autem quis debeat contra ſe confiteri & ſe prodere. not. gl. l. diſt. c. ex pęnitentibus, & ſic ex his videtur recto iure concludi q̄d ap̄licus, inhęrendo Baſilien. concilio, & illius decreta facta approbando & confirmando, illa intelligitur approbaſſe, dū modo iuriſdictionem papalem non ſupprimant, vel offendant, ac honorē, & præeminentiam ſedis apoſtolicæ non lædant, quæ vt dixi ſuperiorem nullum recognoſcit. de elec. c. licet. Nec dicat quis quod ex quo legatus, vel legati ap̄licę ſedis pro eo, tp̄e facti hmōi decreti in eodem cōcilio præfuerunt, ſatis eſt, quia perinde eſt ac ſi ap̄licus illorum decretorum notitiam habuiſſet, & per conſequens inhærendo illi concilio ipſa decreta, prout & ſicut ad literam facta fuerūt dicatur ſpecifice cōfirmaſſe, & ſic non poſſet illa reſoluere, vel contra eorum diſpoſitionem q̄ūolibet attentare. Quia decreto propter præſentiam cuiuſcunque legati apoſtolici, & præſidentiam in eo concilio, tempore præfati huiuſmodi decreti, & diminutionis apoſtolicæ poteſtatis, id decretatū 94 vt præmittitur, decretum non valuit, quia in † quacunque legatione per apoſtolicum alteri commiſſa, non venit vt ea infringere poſſit, quæ ſibi ſedes apoſtolica in ſignū ſpecialis dominij reſeruauit, vt in c. q̄d ad tranſlationem. de offi. dele ga. cum. n. decretatū fuerit debere apoſtolicū mandatis concilii obedire in reſpiciētib. reformationē eccleſiæ in capite vel in membris, ꝯn̄r decreta tum vidętur in illis, apoſtolicū ſubeſſe concilio, non preeſſe. ar. ff. de proc. l. pom. §. ſed & is. maxime cum id decretum ad eius obſeruantiam papā aſtringit, vſque ad priationem incluſiue.

Simile dicimus quod in quocuuque generali mandato non venit quod pro

curator

curator poſſit facere dn̄m in pænam incidere. ff. de condi. l. ſi procurator. & l. 3. §. ſi procurator. ff. ſi. quis ius di non obtempe. & quod in eis legitur & no. vnde non poſſet legatus iuriſdictionem generalem remittere, & concilio dare. arg. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi. prætor. idem in præſide prouinciæ & curatore reipublicæ qui non pn̄t concedere quę fiſci ſunt. ff. 95 quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane. cum etiā quia † papa non poteſt ligare ſemetipſum, etiam ſi id decretum per concilium editum ſpecifice confirmaſſet, quominus illud valeat reuocare. vt patet aperte in c. vltimo. de reſcri. lib. 6. & no. in c. vltimo. de conceſ. præben. eo. lib. & per Io. mo. in c. 1. de conſti. lib. 6. Amplius, licet illam decre. ſpecifice apoſtolicus cōfirmaſſet, pōt tn̄ illā reſoluere, per tex. aptū. 25. q. 2. his ita. vbi dicit. litera. oportet ergo primam ſedem obſeruare ea q̄ decernendo mandauit, non neceſſitate obſequēdi, ſed auctoritate impetrandi licetque ſibi contra generalia decreta ſpecialia priuilegia indulgere, & ſpiciali beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto, ad idem bonus tex. 25. q. 2. c. poſtquam. §. his ita. vbi dicit litera, ſua auctoritate cōgregata, valet diſiungere, & diſiuncta congregare, rationis tn̄ ęquitate conſiderata, vnde vel pietatis vel neceſſitatis intuitu ſemel a ſe conceſſa valet in totum vel in partem commutare, pro neceſſitate namque corrigendorum vitiorum, priuiligia multarum eccleſiarum vel minuuntur, vel penitus immutarentur, ſiue particulariter ſiue generaliter iuxta illud, 96 priuilegium † meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, textualia verba ſunt ibidem.

Plus dico quod etiam ſi per viam contractus, dicta decreta papa obſeruare promiſiſſet, non obligatur papa ad obſeruantiam promiſſorum, q̄n talis ꝯtractus cum ſubditis celebratus exiſteret, vt dixit ſingulariter Inno. in c. in nr̄a, de iniuriis & dā. da. & Bal. di cit. ff. de cōſti. prin. l. 1. ꝙ princeps poteſt contractum cum eo initum & cōceſſionem per eū factam reuocare. in l. 1. ff. de conſti. princ. poteſt. n. papa de plenitudine ptātis omnia, licet videantur iniuſta, ſ̄m Inno. in c. quanto, de iureiur. & no. Bal. in c. cum te ſponſæ. C. de dona. ante nup. & quod erat validum annullare, & nullum validare. 16. q. 1. c. 1. & de his quæ fiunt a præla. c. cum apoſtolica. & not. de fal. c. de fal. c. ueniens. & de accuſa. c. ad petitionem. poteſt enim facere de nihilo aliquid, & de aliquo aliud. ar. de cōſe. di. 2. c. re vera. & C. de rei vxo. ac. circa prin. & no. gl. in c. ueniens. Eſt præterea regulare q̄d 97 † papa non ligatur legibus poſitiuis, & ſi aliter faceret quam promiſerit tenet actus. 9. q. 3. ſola. cum. §. ſeq. ad fi. 11. di. cap. ſi papa, & quod ibi not. 1. q. 8. §. niſi rigor. 12. q. 2. non licet pape de conceſ. præb. c. propoſuit. unde dicimus quod inſtar ſacrilegii obtinet diſputare, an ſit dignus quem princeps elegit. 27. q. 4. c. ſacrilegium. Tum etiam quia, & ſi decretum Baſilien. concilii inhibeat concilium diſſolui, uel mutari ad aliū locū per apoſtolicū trāferri ſub pœnis formidabilib. uſq; ad pœnam depoſitionis incluſiue, ut litera. c quoniam frequēs, ſpecifice atteſtatur, attenta tamen noua cauſa ſuperueniente, de electione loci idonei, & cōmodi ipſi papę, in quo poſſit faciliter conuenire pro extirpandis hæreſibus, & græcorū erroribus, quia aliter in eo præſentialiter non exſtente, & nō interpretatiue cauſa fidei non poterat uentilari, ut late probatum & deductum eſt in ſuperioribus.

Attentis inſuper abuſibus illius Baſilien. ſinodi, & decretis funeſtis in dominum noſtrum lachrimabiliter attentatis, optime potuit id concilium diſſolui, & continuandum transferri ad Ferra 98 riæ ciuitatem decreto hmōi non obſtante. Nam † non debet reprehenſibile iudicari ſi ſ̄m uarietatem temporum ſtatuta quandoque mutentur humana, præſertim cum urgens uel euidens utilitas id expoſtulat dicit tex. in c. non debet. de cōſan. & affi. 19. diſt. c. ſciendum. 4. diſt. c. erit autem. 22. q. 4. c. quod ignoret pro hoc bonus tex. 24. diſt. c. ulti. ubi dicit litera, quod ſicut quædam ſunt quæ nulla pn̄t ratione diuelli. ita multa ſunt quæ aut neceſſitate temporum, aut per conſiderationem ętatum oporteat temperari. illa ſemper conſideratione ſeruata vt in his quæ uel dubia fuerint, uel obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec decretis apoſtolicis inueniatur aduerſum. Ex quo tex. datur clare intelligi quod ſuadente cauſa neceſſaria id concilum Baſilien. diſolui potuit, & ad alium locum continuandum transferri. Adduco pro hoc, text. optimum, qui bene probat. 15. quæſtio 2. capi. poſteaq̄ uerſi. his ita ſuperius allegatis. attenta potiſſime infirmitate domini noſtri, & eius ętate ſenili, vt tantum bonū vnionis ecclęſiæ latiuæ & græcæ effectum deſideratiſſimū conſequatur. vt probat ibi tex. Excuſat enim eum infirmitas, quia ad illum locum eſſet quaſi i impoſibile ſe transferre. ff. de re iudi. l. quæſitum. C. qui morbo ſe excuſant. l. podagre. lib. x. Item excuſat eum iuſtum impedimentum. C. de n. excep. l. 1. de ele. c. ſi pro defectu, & c. cupientes. §. fi. li. 6. de priui. c. cum perſonę. §. 1. eo. lib. Item excuſat ſenectus. ff. de teſt. l. inuiti. & de decurio l. 1. § fi. 36. di. tanta. in uerb. ſenex. 99 per Archi. Eſt † enim ſenectus propinqua cauſa mortis, Ideo ſenex. mortuus, præſumitur ex ſenectute decedere. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. Quinimmo. ſenex ſemper dicitur eſſe in periculo mortis. l. mortis cauſa capio, ff. de dona. cau. mor. & alibi dicitur quod ſenectus defectus eſt atq; canicies, quæ vix labores, & dolores ſuos tolerare poſſunt. vt habetur de uoto. c. magne. uer. uerum. Qui autem dicantur ſenes. habetur. C. de his qui non imple. ſtipen. l. 2. lib. x. ff. de iure immu. l. ſemper. per Io. An. in c. quoniam. ſuper verbo ſenex. ut lit. non conteſt.

Sane quia ſunt nonnulli contra quos doctor gē tium exclamauit. de conſe. diſt. 4. c. nec quemquam. circa fin. qui ubi nox occurrit nō igneā claritatem apponere curarunt, ignota per ignotius aliter quam debeant exponentes, contra illud Hyronimi, vino inebriantur qui ſcripturas aliter intelligunt quam ſe habeat ueritas. 37. diſt. c. uino. iuuat ad intelligentiam illorum, capitulorum, frequens, & quoniam frequens, ſcripſiſſe in ſupe- 100 rioribus recitata, quia dicit canon. quod † ex ſcriptis ſenſum extraneum quærere non debemus, ſed ſenſum capere veritatis ita tamē ut ubi quis falſa didicerit falſa & ſimulata declinet. 37. diſtin. c. relatum. Et ut totum ſub exiguo comprehendatur, pro ueritate aſſeuero concludenter, Baſilien. concilium citra pœnas in eiſdem decretis appoſitas diſſolui. & ad alium locum transferri per apoſtolicum potuiſſe. ea vrgentiſſima ratione, cui non eſt dare reſponſum, quia dicta decreta poteſtatis apoſtolicæ reſtrictiua, ac etiam ipſius priuatiua. edita per illa concilia abſque apoſtolicæ ſedis ſpecifica notione, fuerunt prorſus nulla, & viribus non ſubſiſtunt, patet. in concilio Gelaſii pape. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. in parte deciſa, ibi dum dicit, quoniam quorumlibet ſententiis ligata pontificum, ſedes apoſtolica habet ius ſol- 101 uendi, vtpote quæ de omni eccleſia fas habet iudicandi. Neque † cuiquam liceat de eius iudicare iudicio, iſta ſunt formalia verba illius text. quę apponunt gladium ad radicem huiuſmodi decretorū uidelicet dicta decreta etiam ꝑ apoſtolicum ſpecifice confirmata, potuiſſe per eundem ſolui & in melius commutari, Tum quia papa illa nuſquam intelligitur cōfirmaſſe, cum poteſtatem apoſtolicam offenderent, vel aliter modificarent, vel impedirēt, quia ſic eſſet in poteſtate concilii diſſoluere omnem iuriſdictionem papalem, decreta q̄ſtcunque faciendo, ſub prętextu quia reſpicerent reformationem vniuerſalis eccleſiæ in capite & in membris, & ſi aliter diceremus patet inconueniens manifeſtum, quia ſub hoc conficto colore, iuriſdictio & poteſtas papalis confunderetur ex toto, vt latius. ſ. dixi. Tum etiam q̄a etiam ſpecifica confirmatio per apoſtolicū facta illiuſmodi decreti quoniam frequens, non ligat ipſum apoſtolicum cōfirmantem, quo minus poſſit illud reſoluere, & in melius commutare, per tex. apertum. in capitu. ultim. de reſcrip. li. 6. & pet. text. notabilem. xxv. quæſt. p̄ſima. § his ita. in uerſiculo oportet ergo.

Habet præterea illa confirmatio, & iuramentum pręſtitum ſuper illa, tacicitam conditionem ſub intellectam a iure, rebus in eodem ſtatu manentibus. ut in cap. quemadmodum, de iureiur. de reſcrip. c. ex parte conuentus. ff. qui ſatiſda. cog. l. fi. item ſe- 102 des † apoſtolica conciliorum ſtatuta ſecundum euentum temporum in totum vel in partem corrigit & immutat, vt in capi. ſtatutum de elec. lib. 6. ne quod pro communi vtilitate fuerit ſtatutum, ad noxam tendere videatur. 44. diſt. §. uerum. 35. q. 1 c. 1. de ſenten. excommu. c. ulti. in prin. Nam & reuocatur priuilegium cum tendit. ad noxam, de decimis. c. ſuggeſtum. de pri. c. 1. & c. auctoritate. item ſedes apoſtolica ſententias tam ſuas quam aliorum reuocat, quando que mutat in melius. 35. q. 9. c. ſententiam. & c. ſeq. de reſcri. c. ult. lib. 6 Sicut & auguſtinum legimus iam feciſſe. 12. q. 2. c. certe cum eſſet occaſio licitum fuit id mutare conciliū, & decretum editum reuocare. 63. diſt. §. verum. de conſang. & affi. c. non debet. ff. de vulg. & pup. l. ex facto. el picolo. dicit enim text. q̄d deteſtatur iniquorum peruerſitas abſtinere neſciens a uetitis, nec debito modo gaudere conceſsis, digne plerunque affectum excitat præſidentis ad ea quæ iuſte fuerant conſiderationi cōceſſa. cum in abuſum ea vergere circunſpicit. diſtirctione præuia reuocandi. in c. deteſtanda. de conceſ. præben. lib. 6. 35. q. 9. c. veniam. de in integ. 103 reſtitu. c. cum ex literis. † Quinimmo & ipſe Deus quandoque mutat ſuam ſententiam. 22. q. 3. c. in commutabilis, & Auguſtinus mutat propoſitum. 20. q. 2. c. ego ſum qui ſtatueram. & imperator dicit. Non piget noſtras emendare leges. in auc. ut fratrum filii. & nota. de accu. c. qualiter & quādo & c. ad petitionem. & canon dicit ſic. ſummę ſedis pontifi

ces

ces canonibus a ſe ſeu ab aliis ſua auctoritate conditis, reuerentiam exhibent, & eis ſe humiliando ipſos cuſtodiunt, nõ nunquam uero ſeu iubendo, ſeu diffiniendo, ſeu decernendo, ſeu aliter agendo, ſe decretorũ dños eſſe oſtendunt. illud ex toto certiſſimum, quod pro tranſgreſſione & neglecta obſeruantia huiuſmodi decretorum, conciliũ non potuit apoſtolicum pęnæ ſubijcere priuatiue, tum quia concilium nõ 204 † poteſt impouere legem papæ. 17. diſtin. 2. hinc ẽt. & no. per Ioan. And. in c. ſignificaſti. de elec. nec ipſum pro huiuſmodi tranſgreſſionibus impetire. tex. clarus. 22. diſt. §. hinc etiam. vbi dicit litera. epiſcopi non in ſinodo reſidentes congregata auctoritate eiuſdem Simachi, dixerũt Simache papa ſedis apoſtolicę præſul, ab huiuſmodi oppoſitionibus impetitus, quãtum ad homines reſpicit ſit immunis & liber, cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus.

Hæc eſt igitur tandem fides & mea ſententia pater beatiſſimę, vt canonis verbo vtar, quã ſemper tenui, in qua ſi minus rite aut parum caute aliquid poſitum eſt, a te cupio emendari, qui Petri fidem & ſedem tenes, ſi aũt mea ſententia apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicũque me culpare voluerit ſe imperitum vel maliuolũ, & non catholicum comprobabit. ſcribitur ad contextum. 24. q. 1. c. hæc eſt fides. Negare tamẽ nequeo quin aliqua ſint inſita in hoc meo opuſculo, quæ iuſto iudicio valent forte 205 temeritate calcari, vt aſſerit Aug. in canone, negare. 9. diſt. cum nil † tam perfectum in humanis adinuentionibus reperitur, quin ex aliqua ſui parte defectum aliquem patiatur, vt dicit legislator. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. ſed quia. cum concor. 23. q. 5. cap. de occidendis. ideo in omnibus ſcriptis meis peritiori iudicio in omnib. me ſubmitto, iuriſconſulti veſtigia imitatus. in l. Claudius felix. ff. qui pot. in pig. hab. peritorum patrum ſententiæ non reſiſtens, ſed velut agnus coram tondente non aperiam de cætero os meum. de pęni. diſt. 2. c. ſi eſt inquit. ad fi. cum paratus ſim ẽt ab anniculo edoceri. q. 1. c. 1. Tibique ſoli ſanctiſſime pater patrum, & domine ſanctę parens corpus & animam meam inclinato capite & poplite genuflexo, ac manibus cancellatis humiliter recommitto, periodum faciens in dicendis, veniam poſtulando ſi illi longe pertractum fuit officium. dicam enim cum Hieronymo ad Paulinum, vbi de Eſdra loquitur, exceſſi modum epiſtolæ, non tamen impleui quod volui, & licet ſciam dixiſſe valerium ꝙ multa, & magna breuibus ſunt dicenda, id tamen teſtante Hieronymo ſuper Eſa. lib. 11. de illa breuitate debet intelligi, per quam intelligentiæ non ſit damnum, teſtor Deum in ſermonum foliis non exulto, cum in illis quis non debeat gloriari. 1. q. 1. c. marchion & baſilides. 22. q. 5. c. 206 humanæ diſceptationes. † tñ arduæ & nodoſæ nequeunt opportune verbis breuibus explicari, quia qui ſuperflua remouere intendit, vt plurimum neceſſaria & vtilia reſecat, vt paret de voto. c. quod ſuper his. §. ruſus. & ſeq. primo reſponſo. Ad laudem eius per quem omnia facta ſunt. Qui viuit & regnat in ſecula benedictus. FINIS.

Additio D. Ludo. Bolo.

SVMMARIVM.

Vculenter profecto & copioſe per dñm auctorẽ dictũ eſt de ptãte ſanctiſſimi dñi. d. noſtri pontificis maximi ſeu ſedis apſicæ, nec non reuerendiſſimorum. d. cardinaliũ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & totius orbis pondus ſuſtinentium, adeo vt ſi vltra nunc ego aliquid dicere velim, ſolem querere facibus illuſtrare dici non 1 immerito poſſem, cum † plenitudo adiectione nõ egeat. iuxta tex. in c. ſi oĩa. 6. q. 1. & c. bene quidem. 96. diſt. cum ſi. & eſſet rei demõſtratæ demõſtrationem facere. vt in l. 1. in fi. ff. de actio. emp. & in l. 1. in fi. ff. de do. præleg. vt in c. certificari. de reg. iur. lib. 6. Idcirco in præmiſſis non multum inſiſtam, & eo maxime cum de ſuppremą eorum omnium facultate alias latius dixerim in libello nño intitulato de præſtantia cardinalium, vbi & ſedis apſicæ, & eorundem reuerendorũ dñorum immẽſa ptãte diximus, & etiam cum ea quæ nunc dicerem, eſſent minima pars eorum quæ ignorarem. Tñ pro nunc, ne ſic illotis vt ita dixerim manibus pertranſeamus, iuxta. l. 1. ff. de orig. iur. breuiter ſuperaddam in prædictis per dñm auctorem, vnum verbum ad honorem tantæ ſedis, & præſertim ſanctiſſimi dñi. d. noſtri Innocentij bene merito pontificis maximi octaui, cui ſatis, ſuperque ſatis, & in minoribus & in maioribus ꝯſtituto, debeo, atq; iterum debeo.

2 Primo igitur dico quod † Papa dicitur a pape, q̃ eſt dictio admiratiua, quaſi admirabilis in terris, cũ dei vices ſuſtineat. ita dixit illuſtris doctor conbononienſis Io. An. in ſua gl. in §. hoc ſane, in proemio cle. in verbo, ſane, qui dixit quod papa dicitur ſtupor mundi, quia nec deus eſt, nec homo ſed eſt vtrunque, & ſubdit ꝙ etymologia huius nominis eſt pater patrum. Et de aliis cognominibus etiam, & titulis eius poſuit Archi. in c. 1. de cõſtit. lib. 6. Præterea papa habet ptãtem ligandi & ſoluendi quicquid uult. c. manet. 24. q. 1. & c. conſiderandum. l. diſtin. in c. in nouo. 21. diſ. & hr̃ Matth. 27. c. Hinc eſt quod papa eſt iudex omnium etiam non recognoſcentium ſuperiorem, & regum, & impatoris, ratione peccati uel iniuſtitiæ, ut eſt glo. multum ſing. in c. ex tranſmiſſa, extra de foro compe. & uoluit Inno. in c. licet. eo. ti. & ptãs utriuſque gladii fuit originaliter apud papam, ſ̃m gl. & ſcriben. in c. nouit. de iudi. & no. in d. c. licet. Et ſimiliter dicebat Ia. bu. conbononienſis 3 in proe. C. † quod iuriſdictio talis pendet ab eccleſia, quia eccleſia reſeruata ſibi ſubſtantia, remiſit imperatori exercitiũ in temporalibus, & voluit dñs meus Alex. de imo. in conſi. 2. in 1. volu. incip. an legitimatus &c. in 6. col. & in vlti. Præterea conſuetudo obſeruat quod papa ad petitionem clerici poteſt committere contra laicum omnem cauſam indiſtincte, ſ̃m Spe. in tit. de cõpe. iud. in adi. § 1. ver. 30. cum ſeq. & Archi in c. iudicatum. 86. di. d. Anto. in c. ſi clericus. de fo. compe. & voluit dñs meus Ale. in conſi. 90. in. 4. col. in 1. vol. inci. quis ſit iudex &c. Et etiam ſolus papa poteſt congregare concilium mũdi, ſ̃m Bal. in ſuo tractatu ſciſmatis. in 15. 4 colum. Præterea ſolus papa poteſt † cõcedere lĩam celebrãdi officia diuina in eccleſia interdicta, ſ̃m gl. in c. ad hæc. extra de appel. quam approbant ſcrib. ibi. quod eps̃ facere non poteſt, vt ibi per gl. non poteſt tñ papa dare licentiam excõmunicato vel interdicto celebrandi diuina officia, ſ̃m Inn. in c. præterea. eo. tit. & ratio eſt, quia non entis nullę partes, ſed excõicatus vel interdictus reputatur pro non ente, & ſic pro nullo, vnde ſicut mortuo non poſſet concedere licentiã celebrandi officia diuina, ita nec poteſt dare interdicto uel excommunicato.

Vlterius Papa regit totum orbem. text. eſt in d. c. duo ſunt genera. 96. diſt. & ẽt habet plenitudinẽ poteſtatis ex ſola electione. c. ego. 64. diſt. & c. in nomine. 24. diſt. & voluit glo. in c. licet. extra de elec. 5 & uoluit Bald. in prædicto tractatu ſciſmatis in. 31. col. † Inſuper non poteſt papa iudicari ab imperatore. tex. in c. ſcripturis. 96. diſt. nec etiam a quocunque alio, cum ipſe non habeat ſuperiorem. c. aliorum. & per totam illam quæſtio. 9. q. 4. & uoluit glo. in c. nemo. eadem cauſa & quæſtione, quæ dicit hoc eſſe uerũ niſi in cauſa hæreſis. Similiter ſolus papa etiam ſine concilio poteſt deponere imperatorem, ſ̃m glo. in c. ad apoſtolice. de re iud. li 6. & Bar. & Bal. in l. fi. C. de legibus. & in l. reſcripta. C. de preci. impera offe. Denuo poteſt papa eſſe iudex in omnibus cauſis propriis, & non ſolum per ſeipſum, ſed etiam delegando ſeu delegatum conſtituẽdo, ſecundum Barto. in l. eſt receptum. ff. de iuriſdi. om. iud. ubi alias legendo dixit. & Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deli.

deli. Et quod plus eſt eius ſententiæ non poſſunt retractari. 9. q. 3. per totum. Inſuper tanta eſt eius auctoritas quod põt ſolo uerbo abſoluere, ſecundum Speculato. in titu. de cita. §. quinto. uerſicu. quid ſi iudex &c. iuxta illud, quodcunque ſolueris ſuper terram &c.

6 Preterea ius tantum de eo confidit † quod eius ſtatuta ſolus Deus corrigit. ita dixt. Bal. in d. tractatu ſchiſmatis. in 3. col. & non poteſt etiam recuſari vt ſuſpectus in cauſis, etiam ſi eſſet coniunctus vni ex litigantibus. c. 1. in fi. cum glo. ſua de conceſ. præben. li 6. & volunt. d. canoni in. c. poſtremo. de appel. & in c. querela. extra de electio. Et de poteſtate ſua abſolua poteſt impartiri officium ſuum etiam non petenti, ſecus eſt de ordinaria, ſ̃m. d. Abb. in c. ea quæ, extra de re iudi. & intantum lex etiam de eo confidit, ꝙ ſi ad eum appellatur poteſt cognoſcere de cã principiali, omiſſo articulo appellationis, etiam inuito appellante, de cõſenſu ſolius appellati. tex. eſt in c. cordi. extra de appel. lib. 6. & voluit Inno. & Ioan. And. ibidem. & Inno. in c. 1. extra de elec. eo. lib. & do. Abbas & alii ſcribentes in 7 c. vt debitus. de ap. in antiquis. † In ſuper iudicat papa ſecundum conſcientiam ſuam, & non allegata & probata ſecundum. Bar. in l. vnica. in fi. C. vt quæ deſunt aduo. par licet alii iudices iudicent ſecundum allegata & probata. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſſi. & ratio eſt ſ̃m Bar. ubi ſup. quia Papa eſt iudex ſupra legem, ideo dictum eius habetur pro lege, & propter hoc debet iudicare ſecundum conſcientiam, aliter peccaret, ſ̃m Bar. referentem theologos ita tenere. Præterea papa non dicitur comittere ſimoniã ſi confert beneficia uel dignitates accepta pecunia, ſecundum Bar. in l. barbarius. in 2. co. ff. de offi. præto. in repe. vbi dixit ꝙ ratio eſt quia papatus eſt apoſtolatus, & aut ſanctum facit, aut ſanctum recipit quod bene nota contra lacerantes ſeu latrantes indebite cõtra ſedem apoſtolicam. Nam nõ eſt licitum apponere os in cælum, & licitum eſt pape æquare quadrata rotundis. c. cun- 8 cta per mundum &. c. principalem. 9. q. vlti. † Succeſſiue ſi papa participaret cum excommunicato non incurrit excommunicationem. glo. eſt. in c. ſtatuimus. de ſen. excom. lib. 6. & in c. ſi aliquem. eo. tit. in antiquis & dixit gl. in c. nulli. eo. ti. quod non ligatur lege vel conſtitutione ſua uel canone. & facit. l. princeps. ff. de legi. & l. digna vox. C. eo. tit.

Poteſt etiam papa diſpenſare cum baſtardis aſſumendis ad curam animarum, & ad ordines ſacros, ſecundum Bal. in rub. C. de preci. impera. offeren. & Bald. in additio. Specu. in tit. de diſpen. ver. cum illegitime &c. plus dico, quod ſi promoueret ſpurium ad epiſcopatum, videtur cum eo diſpenſaſſe, ſecundum Bal. in l. imperialis. §. 1. C. de nup. cum multis aliis ſimilibus quæ breuitatis cauſa omitto. Nam ſi enarrare vellem facultatem, dignitatem, & præeminentiam, tantæ ſedis, ante diem clauſo componet ueſper olympo. nec mihi ſi centum linguæ ſint oraque centum, ferrea vox &c. minimam earum partem attingere poſſem. Et ideo pro nunc his paucis contentus ero. cum alias longior fuerim circa hoc, in libello noſtro de præſtantia cardinalium edito, vbi eſt locus proprius, & ad ibi dicta me remitto. Circa vero præſtantiam Reueren. dñorum. d. meorum. Cardinalium dñs autor. ſupra incidẽter aliquid etiam tetigit, circa quod etiam nõ intendo in præſentia longius exordiri, cum alias hoc enarauerim in prædicto libello noſtro principaliter edito de eorundẽ p̃ſtantia & immenſa autoritate, niſi qđ pro nũc vnũ uerbũ in mediũ afferam.

9 Primo enim reuerendiſſimi domini † cardinales vices apoſtolorum tenẽt. Nam apoſtoli poſſunt conſiderari tripliciter. Primo quando principaliter aſtiterunt ante eius aſcenſionem, quo quidem in ſtatu omnes pares fuere, nec Petrus aliis præerat, ſed omnes erant ſimplices ſacerdotes. tex. eſt in §. econtra, & in §. quem pæniter. de pæ. di. 1. Chriſtus. n. viuens inter homines ſolus habuit in eccleſia præmiſſam poteſtatem, vt in c. legatur. 24. q. 1. & fuit prior ſacerdotum. 33. queſ. 8. c. cũ a iudęis. & ipſe verus & ſolus tunc paſtor ouium & pontifex fuit. c. ſancta Roma. 15. diſ. capitu. dñs noſter. 53. diſtinct. Secundo poſſunt conſiderari apoſtoli quando aſtiterunt Petro tanquam primo paſtori, in quo quidem ſtatu Petrus præfuit omibus ipſique primo in eccleſia Chriſti põtificatus eſt traditus. c. in nouo. 21. diſt. vbi eſt caſus multum notandus, & in hoc duplici ſtatu reuerendiſſimi domini Cardinales vere repreſentant apoſtolos. & aſſiſtunt, papæ qui eſt vicarius Chriſti & Petri ſucceſſor. Vltimo poſſunt apoſtoli conſiderari tanquam poſtea ex pręcepto Chriſti ſeparati a Petro, tanquam diuiſi, euntes prædicando per mundum, & in hoc ſtatu vices apoſtolorũ dicũtur gerere ẽt epiſcopi. tex. eſt in d. c. in nouo. & in. c. vidẽtes. 22 q. 1. et in capi. quorum vices. 67. diſt. et in c. manus. de conſe. diſt. 5. et hoc eſt quod voluit dicere vas electionis Paulus, dũ dixit. alios Deus dedit apoſtolos, alios paſtores, alios doctores, alios prophetas &c. quæ verba habẽtur trãſumptiue in c. cum ex iniuncto. extra de hære. fuerunt † omnes apo- 10 ſtoli epiſcopi vt probatur in d. c. in nouo & in c. loquitur. 22. qõ. 1. Et ex his incidenter infero reuerendiſſimos Dom. Cardinales fuiſſe tempore Chriſti, quicquid dixerint aliqui q uoluerunt eos habuiſſe initium tẽpore Pontiani papæ, & Marcelli qui fuit anno CCCIII. & non eſt verum bene eſt verũ quod in nouo teſtamento priuſquam hoc nomine nuncuparent, videlicet Cardinales, reperio eos appellatos conſiliarios, ita probatur in c. eccleſiaſticis. 12. q. 2. vbi Grego. papa appellat Theodoricum conſiliarium. idem probatur in c. parochia. 16. q. 1. vbi pelagius papa ſimiliter appellat eos conſiliarios. & in cap. conuenientibus. 1. q. 7.

Poſtea appellati ſunt Cardinales, quia hæc dignitas ſolum reperitur in Romana Eccleſia, quæ eſt caput & cardo aliarũ. vt in §. 1. 21. q. 1. & in cap. ſacroſan. 22. diſt. ſicut enim oſtiũ regitur per cardinem, ita eccleſia per iſtos, ita hr̃ per gl. in c. 2. exr. de offi. archidia. Et non ab re oẽs alii gradus & dignitates vñis eccleſiæ huic cedunt, & cedere debent, quia dicebat Hoſt. & Io. And. in c. dilectus. el 1. de præben. nullam fore dignitatem eccle- 11 ſiaſticam poſt papatum maiorem Cardinalatu, ipſi † enim dicuntur pars corporis papæ. 6. q. 1. c. ſi quis cum militib. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & not. glo in c. excommunicatis extra de offi. leg. & adeo dicuntur pars corporis papæ, ꝙ papa non exigit iuramentum obedientiæ ab eis, quia diceretur exigere iuramentum a ſeipſo, intantum reputantur pars eius corporis ſeu membra. ita voluit Hoſt. & Io. And. in c. antiqua. extra de priuil. inſuper ipſi Cardinales papam eligunt. c. vbi periculum. de elect. lib. 6. & hæc electio fit omnino de gremio ipſorum. c. oportebit. & ca. nullus. 79. diſt. & præſunt Romanæ curiæ vniuerſalis eccleſiæ. ut eſt text. iu. c. bonæ. extra de poſtu. præla. epiſcopi vero & alii in loco particulari huic curæ pręſunt. c. mulier. 33. q. 5. c. accuſat. 1. q. 7. c. in noua. 25. diſ. quibus nõ ab re dicere poſſumus illud quod habetur in l. bene a Zenone. C. de quadrie. præſcr. & in c. 1. de offi. leg. lib. 6. vt 12 qui die noctuque † quotidianis curis pro toto terrarum orbe laborant, dignam habeant ſuę prærogatiuæ fortunam &c. Ex quib. etiam non ab re dicere poſſumus, vos æſtis lux mũdi &c. Cætera de eorundem immenſa auctoritate, præſtantia, & excellentia, dixi in d. libello noſtro, & de eorundẽ prærogatiuis poſuit etiam glo. in d. c. ubi periculum de elec. li. 6. & glo. in c. 1. de ſciſma. eo. lib. & Hoſt. & Io. And. in c. ad liberandum, extra de iudæis. & Hoſt. in c. cum ex eo. de pœ. & remiſ. & Ang. in conſ. 182. incipien. vtrum qui aſſerit ſe &c. & Io. Cal. combononien. in conſi. 1. inc. an ſi epiſcopus. & c. ſub rub. de tranſlatio. epi. & Old. in conſ. 48. incip. ius commune pro reſidentibus &c. & Lud. Rom. in conſ. vlt. incip. vos eſtis lux mundi &c. & dominus meus Ale. de Imo. in rub. ff. de iuriſd. om. iud. in 3. col. & in l. 1. in apoſtillis. ff. de offic. præfec. præto. Ludo. Bologni. FINIS.

TRACTATVS DE Poteſtatæ Papæ

SVPER CONIVGIO IN GRADIB. DIVINO IVRE PROHIBITIS.

Reueren. Patris, Fratris Bartholomei de Spina Piſani, S. Theolog. Doct.

SVMMARIVM.

Dispen-

De potestate Papæ.

1
Værritur †vtrum Papa possit cũ aliquo, dispēsare, vt legitimum cum ea cõtrahat matrimonium, quæ sibi aliquo consanguinitatis, vel affinitatis attinet gradu, vel ordine, in quo ius diuinum, coniugium prohibet quod ius præcipue promulgatur Leui. 18. Et videtur ꝙ sic, primo quia si hoc Papa non posset, maxime videretur, quia tali iure prohibita, videntur etiam prohibita iure naturali, in quib. Papa dispensare, non potest, sed solus Deus qui est auctor naturæ. Sed hoc non videtur prohibitũ iure naturali, alioquin nulla necessitate potuisset unquam inter tales esse matrimonium, quia nulla necessitas facit licitam violationem iuris naturę, nisi ab ipso auctore naturæ aliter ordinetur. 2 † Constat autem quod inter fratrem & sororem olim fuit licitum matrimonium. Vt patet de primis filiis Ade, similiter de Habraam & Sarra, ergo &c. Præterea In oĩb. præceptis potest pontifex dispensare præterquam in primis principiis iuris naturalis, & decalogo, & his quæ ad decalogum reducuntur, vt communiter Theologi confitentur. Sed prohibitio coniugii in prædictis gradibus, non continetur in decalogo, nec ad illud reducitur. Neque enim sanctus Tho. 12. quæstio. c. artic. 11. vbi ponit præcepta moralia diuini iuris, quæ ad decalogum reducuntur, hanc prohibitionem enumerat inter alia, & minus inter prima illa continetur principia, vt patet, ergo &c. †Pręterea pręcepta iudi- 3 cialia veteris legis naturæ nõ obligãt, nisi forte aliqđ pp nouam ecclesiæ institutionem. Sunt enim mortua, vt docet. S. Thom. 12. q. 104. ar. 3. q. 108. ar. 2. c. 4. 3. 3. Sed talis prohibitio nisi prout se extendit ad coniugium inter parentes & prolẽ, quod naturaliter & apud omnes videtur inhibitum, uidetur ad præcepta iudicialia ptinere, ergo &c. pbatur aũt hęc minor, tũ quia inuenitur omnimoda tot personarũ determinatio, tum quia sanctus Tho. 12. quæstio 105. artic. 4. enumerat hanc prohibitionẽ inter præcepta iudicialia legis antiq̃, tũ quia hoc videtur consonum intentioni illius capituli. 18. in Leuitico, vbi prædicta prohibitio per singulas personarũ diuersitates specificatur, primo quia ibi pmittitur monitio de obseruantia non solum præceptorũ moralium, sed etiã iudicialium. Dicit. n. ibi. Facietis præcepta mea & iudicia mea seruabitis. & paulopost. Custodite. ll. meas atque iudicia. secundo, quia ibi subnectitur præceptum de non accedendo ad mulierem quæ patitur menstrua, quod parttim esse & iudiciale & partim morale sanc. Tho. determinat & declarat 4. dis. 32. argu 2. q. 2. c. Vnde sicut hoc a san. Th. sic subtiliter discutitur, quid in eo iudiciale sit, & q̃d morale, ita prohibitio de qua uersatur hæc quæs. & in eodem c. promulgatur discutienda est, ut appareat quid in ea moralis, & quid iudicia- 4 lis uinculi sit. Tertio quia præcipitur †ibidẽ ne soror uxoris sumatur in uxorem, sorore uiuente. & sic non propter incestum est ista prohibitio, quia cõmiteretur etiã ipsa mortua incestus, sed propter aliã causam. puta pter discordiam uitandã inter sorores. ac per hoc cõstat iudiciale esse præceptũ hoc, super quadam honestate fundatum, non respectu generõnis aut prolis, sed naturalis pacis nõ deducendę in emula- 5 tionẽ. Quarto† quia ibidẽ secundus gradus tam consanguinitatis quam affinitatis in quibusdam personis interdictus inuenitur, & tamen extra de diuor. in c. gaudemus, decernitur ꝙ pagani in secundo gradu coniuncti, si conuertũtur, non sunt separandi. Quod quidem statui ab ecclesia non potuisset, si secundus gradus incestum causaret ex præceptis pure moralibus diuinæ legis, quoniam talibus omnes homines subiecti sunt. ergo &c. Præterea. Quod naturalem indecentiam tantum per aliud & per accidens & non per se & immeditate importat, non est ita naturali iure prohibitum, quin possit ex causa per ecclesiæ dispensationem fieri licitũ. parũ, enim mortalitatis, pp quam indispensabilitas oritur, videtur hoc habere. Sed inter omnes personas, præterquam inter parentes & prolem est indecentia, solum ex cognatione quam adinuicẽ per accidens, & per aliud, hoc est per dictã parentum & prolis cognationem habent. accidit. n. filiæ ꝙ ab auo illo processerit, ea autem quæ in singulis naturis per accidens se habent, & præter naturam, a regulis naturalibus arteq; sunt relinquenda. Ergo propter hanc modicam indecentiam, non debet coniugium inter illas personas dici per ecclesiam regulariter indispensabile, cum possit casus dispẽsandi, tantæ decentiæ contingere, qui superet indecentiam prædictæ modicę interuenientis in coniugio indecentiæ cõtrariam, Quod etiam confirmatur, primo autoritate. S. Th. qui 22. q. 153. arti. 9. ad tertiũ sic ait. In commixtione personarum coniunctarum aliquid est secundũ se indecens & repugnãs rõni, sicut ꝙ cõmixtio fiat inter parẽtes & filios, quo- 6 rũ est p se & immediata cognatio. †Nã filii naturaliter honorẽ dẽnt parentib. Vnde philosophus dicit in 8. de Animalib. ꝙ qdã equus, qa deceptus fuit, vt matri cõmisceret, seipsum præcipitauit quasi præhorrore, eo ꝙ ẽt animalib. aliqb. inest naturalis reuerentia ad parentes. Alię vero personæ quę nõ coniunguntur ſm seipsas sed per ordinem ad parentes, non habẽt ita ex seipsis indecẽtiã, sed variatur circa hoc decẽtia & indecentia, ſm cõsuetudinem & legem diuinã vel humanam, qa, ut dictũ est, vsus venereorũ qui ordinatur ad bonũ cõe, subiacet legi. Confirmatur hoc idem secundo, auctoritate Augustini a. S. Doctore ibidem adducta ex 15. de ciui. 7 Dei, dicentis †ꝙ cõmixtio sororum & fratrum quãto fuit antiqor cõpellẽte necessitate, tanto postea facta est dãnabilior prohibente religione. 35. q. 1. c. cũ igit. Ecce ꝙ diuus Augus. non ex natura dicit hãc phibitionẽ pcedere, sed ex religione. Sicut. S. Th. dicit eã pcedere ex legib. humana, videlicet aut diuina. Nõ ergo prohibitio prædicta est de iure naturali, & ɔñr non est pręceptũ morale, vt ex hoc reddatur a papa in- 8 dispensabile. † Habent enim omnia pręcepta moralia uim obligandi ex ipso dictamine naturalis iuris. 12. quęst. 104. arg. 1. In omni ergo gradu, etiam in primo, tam consanguinitatis q̃ affinitatis, & in oĩ latitudine primi gradus, tã, uidelicet, inter personas collaterales ut inter fratrẽ & sororẽ, q̃ inter ascẽdentes & descendentes pręter immediatos parentes & prolem eorum potest inueniri legitimum matrimoniũ dispensatione summi pontificis. †pręterea quod facit papa inquan- 9 tum papa, & pręcipue de consilio peritorum, tam in theologia quam iure canonico, uidetur, quod ipso opere determinetur per ecclesiam posse ab eo licite fieri, tum quia magis videtur opere determinare aliquid posse fieri, quam solo verbo, tum quia ex hoc ꝙ papa aliquando legitimauit filios superinductę, legitima uxore viuente, sumitur argumẽtũ ꝙ debeat simile ab alio papa fieri, extra qui sint fi. legi. c. per uene- 10 rabilem. †tum quia. S. Tho. quol. arti. 13. arguit papam posse super bigamia dispensare, eo ꝙ iam factũ hoc esse per pontificem reperitur. d. l. c. quicũq; pęnitens Et argũ de eodem facit pro veritate 4. di. 27. ar. 3. ex eo ꝙ Lucius papa dispẽsauit cum panormitano Episcopo bigamo, ut refert gl. in c. lector 34. distinctio. Quum ergo facto plurimi pontifices, in pręductis gradibus diuina lege prohibitis, dispensasse coniugium inueniantur, videtur manifeste quod id posse fieri, sit per ec-

cle-

clesiam determinatū. Refert namque Archiepis. Flo. 3. parte tit. primo. c. 11. 11 † Quod martinus. 5. dispensauit cū eo, qui cum sua germana cōtraxerat, & consumauerat, habito sup hoc consilio cum peritis Theologis & Canonistis, licet aliq dicerent eum hoc non posse. Ioan. etiam refert se audiuisse, ꝙ papa semel dispensauit vt patruus duceret neptem, propter magnam causam. Sed & nostris temporibus Alex. 6 dispensauit cum Ferdinādo iuniore Rege Siciliæ citra farrum, vt duceret sororem patrui sui Ioannam. Dispensatum est ēt a Iulio secundo cum moderno Rege Angliæ, vt duceret eā, quæ olim consumauerat cum fratre Regis defuncto. Sed & Rex Portugalliæ Emanuel, duas sorores habuit vxores successiue, dispensatione summi Pontificis, ita quod etiam cū prima cōsumauerat matrimonium. Irrationabile igitur, ne dicam reprehēsibile valde videtur opinari, ꝙ tot Pontifices cum his omnibus, viris sapientissimis, quorum consilio sic dispēsatum est grauiter errauerint in tanta re. Nam sicut habetur. 27. q. 3. c. 12 † Nemini est de sedis apostolicę iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permissum, videlicet ꝓpter Roma. ecclesiæ primatum, Christi munere in beato Petro apostolo diuinitus collatum. hæc ibi. 13 † Quod etiam confirmatur, tum quia non solum facto, sed doctrina legeue decernit ecclesia Pontificem posse dispensare in secundo gradu consanguinitatis, vt supra deductum est. ex. capitulo Gaudemus, de diuor. cum tamen inueniantur quædam coniugia, inter secundi gradus coniugatos, diuina lege prohibita. in prædicto capitulo 18 li. leu. Tum quia in eodem capitulo prohibetur ne quis vxorem fratris sui accipiat. Sic enim ibi dicitur. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui est, & tamen in hoc Papa dispensauit cū toto populo Liuoniensi ad fidem Christi nouiter conuerso, vt, videlicet. post cōuersionem perseuerarent in tali connubio ante contracto. extra de diuor. capitu. Deus. Ergo idem potest in omni alia prohibitione coniugij quæ ibi habetur &c. Sed in contrarium est ꝙ. s. Tho. 12. quæstio capitulo ar. 8. tertium. 14 † docet ꝙ ea omnia q̄ circa matrimonium a Deo instituta sunt, etiam quantum ad determinationem, per applicationem ad singulares actus, sola etiam auctoritate diuina sunt mutabilia. Pro determinatione huius quæstionis p̄mittēdum est, † ꝙ præcepta diuini iuris in antiqua lege Dei 15 promulgata, sunt in triplici differentia. Quędam enim dicūtur cerimonialia, quædā iudicialia, & quædam moralia. Dātur etiam ex his diuersimode mixta. Et cerimonialia quidē cum essent per se figura Christi vt venturi. & ecclesiæ vt futuræ. modo, non solum non obligant ad sui obseruantiam, verum etiam tenemur sub præcepto illa non obseruare. eo qđ eorum per nos obseruatio præferet Christum adhuc esse venturum, quod est contra fidem. Et propterea talia præce16pta dicuntur non solum mortua sed mortifera. † Peccaret enim nunc mortaliter qui obseruaret sabbatum, aut offerret Deo sacrificia olim in lege præcepta, & sic de alijs omnibus cerimonijs dicēdum est, quib. olim iudei colebant Deū. Iudicialia vero præcepta, licet non sint mortifera, nisi forte quis ea obseruaret tanquam obligatus ex antiqua lege, possent tamen ab ecclesia pro lege sanciri, & tūc teneremur ea seruare, vt nouæ legis & non antiquæ præcepta. de se autē non obligant ad sui obseruantiam, fuerunt enim data determinato populo, pro conditione eius proprij status, quo iam cessante, consequenter obligationis ratio cessat. Et ob hoc mortua nunc dicuntur. De his vide. s. Thomaā. 12. q. 104. ar. 17 3. pulcherrime differētem † Moralia vero præcepta quæ sūt de actibus omnium virtutum in lege veteri promulgata, ꝑseuerāt in noua, tam inquam præcepta decalogi, quam quæ ad decalogum reducuntur. De quibus oībus habes a. s. Tho. 12. q c. ꝑ totum Quum igitur cerimonialia & iudicialia f̄m se non obligent, dispensatione non egēt. si ꝙ uero ab eccle18sia iterū statuatur, ecclesię quoque potestati subijcietur † Sed in moralib. diuina lege statutis, ecclesia dispensare non pōt, sed solus Deus. 12 q capitulo ar. 8. & 3. q. 37. ar. 4. 4. dist. 27. arti. 3. ad secundum iuncto argumento, & quol. 4. ar. 13. Mixta vero secundum conditionem miscibilium, iudicari debent a Deo, vel etiam ab homine dispensabiliter, vel indispensabiliter obligare. Quatenus enim moralia continent diuinę legis p̄cepta, dispensabilia sunt a solo Deo, quateus vero cōtinent quid iudiciale aut cerimoniale ab ecclesia statutum, vel acceptatū, sub Pape potestate disponūtur, & efficaciam 19 habent. † Hoc præmisso. cum præceptum de non contrahendo matrimoniū in gradib. singulis diuina lege prohibitis nō sit purū cerimoniale. vt patet. neq; purum iudiciale. qa cum ad illud teneantur nūc omnes, oporteret hanc obligationē innasci solum ex ecclesiæ præcepto, & sic ecclesia posset ēt dispēsare ꝙ parentes possent contrahere cū propria ꝓle. qđ sapiētes negant. oportet ꝙ sit vel purū morale, & sic indispēsabile, nisi a solo Deo, vel ꝑtim morale & ꝑtim iudiciale, & ꝑ quāto est iudiciale, & maxime si sit tale principaliter, erit dispensabile a Papa. Et hoc quidam nouus Theologus inter scriptores tenet & astruit, cuius etiam rationes superius in20ductæ sūt † Et in duo dicta principaliter resoluit eius opinio. Primum est ꝙ prædictum præceptum est magis iudiciale q̄ morale, quod quidem probat, primo & tertio argumento s. proposito. Secundū est quod in omni gradu consanguinitatis & affinitatis, respectu quarumcunq; personarum pōt esse licitum coniugium per Papæ dispensationem, præter q̄ inter parentes & prolem propriā, quorū est per se & immediata cognatio, & ꝯsequenter cōmixtio inter eos est per se indecens, & naturaliter rationi repugnans, inter alias autem nō est nisi ꝑ accidens indecēs, & ex determinatione legis humanæ vel diuinæ. Et hæc deducit ꝑ argumentum supra quarto 21 loco propositum. Vnde vult quod auus posset contrahere cū filia filij, & omnib. successoribus, & filius cum auia sua & omnibus antecessoribus. si Papa dispensaret. Quod quidem non solum Scoti vel Petri de Palude placito repugnat, vt & opinans adducit, verum etiam communi oppinioni canonistarum Godofredo excepto. vt testatur Ioannes Andreas in lectura arboris consanguinitatis. Quod & ipse verum se putare dicit. hoc inquam quod non possit Papa dispensare iuxta supradictam communem opinionem canonistarum. 22 † Vt ergo quæstionis huius, veritas aperiatur, videndum est primo, quomodo prędictum præceptum secundum omnes veritates expressas in d. c. 18. est. morale. Ex hoc autem iam consequenter patebit propositū principale. quod videlicet, papa dispensare non pōt ut cognati f̄m prædictos gradus & ordines diuino iure prohibitos licite, cōtrahere possint. probatur aūt primum pro conclusione, quinq; rationib. quarū prima talis est. Illa prohibitio per quam id principaliter tollitur, quod in matrimonio tam per se, quam per accidēs est contra legem naturæ, est principaliter moralis. Sed talis est prohibitio coniugii in omnib. gradibus diuino iure prohibi23tis in illo c. 18. ergo &c. † Probatur maior ex ratione præcepti moralis, Dicitur enim morale, quia est de actibus bonorum morum seu uirtutum moralium Hęc autem sunt quæ rectę rationi conueniunt. Cum ergo omne rationis humanę rectum iudicium, aliqualiter a ratiōe naturali deriuetur, necesse est ꝙ omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ. & econtrario. Hæc docet. S. Tho. 12. q. c. arti. 1. Minor vero deducitur, & optime declarat a S. Tho. 4. dist. 40. arti. 3. 24 dicente. † In matrimonio, illud contra legem naturę esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetens, respectu finis ad quem est ordinatum. Finis autem matrimonii per se & primo est bonum prolis. Quod quidem per aliquā consanguinitatem scilicet inter patrem & filiam, vel filium & matrem impeditur, non quidem vt totaliter tollatur, qa filia per semen patris potest prolem concipere, & simul cū patre nutrire & instruere, in quibus bonum prolis consistit, sed non vt conuenienti modo fiat. Inordinatum est enim ꝙ filia patri in matrimonium adiungatur in sociam causa generandę prolis & educandę, quam oportet per omnia patri esse subiectam, velut ex eo procedentem, & ideo de lege naturali est ꝙ pater & mater a matrimonio repellātur. Et magis etiam mater quam pater, quia magis reuerentię quæ debetur parentibus derogatur, si filius matrem, quam si pater filiam ducit in uxorem, cum vxor viro aliqualiter debeat es25se subiecta. † Sed finis matrimonii secundarius, per se tñ, est concupiscentię repræssio, cui deperiret si quælibet consanguinea posset in matrimonium duci, quia magnus concupiscentiæ aditus præberetur, nisi inter illas personas quas oportet in eadē domo cōuersari, esset carnalis copula interdicta. Et ideo lex diuina non solū patrē & matrē exclusit a matrimonio, sed ēt alias cōiunctas ꝑsonas, quas oportet simul cōuersari, & quæ deberent inuicem alter alterius pudicitiā custodire. Et hāc cām assignat diuina lex, dicēs. Nec reueles tur26pitudinem talis vel talis, quia turpitudo tua est. † Sed per accidens finis matrimonii est confęderatio hominū, & amicitiæ multiplicatio. Dū homo ad cōsanguineos vxoris, sicut ad suos sed habet. Et ideo huic multiplicationi amicitię prę iudicium fieret, si aliquis sanguine coniunctam vxorē duceret, qa ex hoc noua amicitia ꝑ matrimoniū nulla accresceret. Et iō f̄m leges humanas, & statuta ecclesiæ, plures cōsanguinitatis gradus sunt a matrimonio separati. Sic ergo ex dictis patet ꝙ consanguinitas quantum ad aliquas personas, impedit matrimoniū de iure naturali, quantum ad aliquas de iure diuino, & q̄tū ad aliquas de iure ꝑ homines īstitutas. Hęc ille. Sed statim ex his extremis. S. Docto. verbis, insurgit 27 dubiū, qa vñr nostræ se opponere rationi. † Rō. n. assumit qđ cōsanguinitas f̄m omnes gradus prohibitos lege diuina. Leuitici. 18. impedit matrimonium iure naturali. hic autem ex sua determinatione concludit sanctus Tho quod solum cōsanguinitas inter filios & parētes naturali iure matrimoniū im-

impediat, inter alias vero personas solam diuino, vel humano. Respond. ꝙ propositum nostrum ex doctr. Sā. Tho. deductum, non contrariatur suæ illatæ conclusioni, sed cōsonat, 28 si rite intelligatur. † Pro quo secundum quod trib. modis potest aliquid dici de naturali iure, sic tripliciter sumitur ius naturale, f̄m eundem S. Th. 4. dist. 33. arti. 1. ad quartum. Primo enim modo ius naturale dicitur, secundum Tull. 2. Rhetro. quod non opinio gignit, sed quædam innata vis instruit. Ita quod illud dicit hoc modo esse de iure naturali alicuius rei, quod est a natura illius, tanquam principio intrinseco. Secūdo modo ius naturale dicitur, quod in lege, & in euangelio continetur, vt dicit Isido. in lib. Ethym. ubi etiam dicit quod diuinæ leges natura constant. dist. 1. Omne, quod est dicere. Ius diuinum, est ius naturale. Sic enim in naturalibus ēt non solum ea quę sunt ab intrinseco principio, sed etiam quę rei conueniunt a principio superiori mouente, dicuntur ei naturaliter conuenire. Sicut motus etiam qui sunt in elementis ex impressione corporum cœlectium naturales dicūtur, ut commentator testatur tertio ca. Tertio modo ius naturale non solum a principio, sed ēt ab obiecto dr̄ quia uidelicet de naturalibus est, vt distinguuntur contra rationalia, quæ videlicet. sunt hominibus & brutis omnibus, uel plurib. secū29dum diuersam rationem speciei, communia. † Sub qua acceptione in principio digestorum dicitur, ꝙ īus naturale est ꝙ natura omnia animalia docuit. Hæc ex S. doc. ubi sup. Ex prędictis autem clare patet, ꝙ cum S. Tho. s̄. conclusit, consanguinitatē inter parētes, & prolē impedire matrimoniū inter eos de iure naturali, accipit ius naturale hoc tertio modo, qa ut ibidem etiam in sol. tertii declarat. naturalis reuerētia ad parentes, & sollicitudo prouidendi filiis, etiā aliis animalib. indita est, saltem ad tempus. Ratio vero nostra s̄. inducta currit de iure naturali primo modo, quod non aduersatur iuri naturali, secundo modo sumpto. Stat. n. Deū p̄cepisse ea 30 etiā ad quę nos ratio naturalis inclinat. † Quum ergo naturaliter homines inclinentur ad procreationē filiorū, & ob hoc eodem impetu ad actū generationis, a quo ne facile retrahātur homines, apposuit natura magnā delectationē, ordinatum est a Deo cōiugium determinatarum personarū quo rite posset, & secundum ordinem rectæ rationis, uterq; finis haberi. Et quia non posset debita filiorum educatio fieri si parētes cōiugarentur filijs, vt s̄. deductū est, & hoc est cęteris animalib. cōe, vt dictum est, ideo hoc simpl̄r dr̄ esse prohibitū de iure naturæ. Quia vero repressio concupiscentiæ ad quā necessaria hoīum cohabitatio inclinat, non pōt conuenienter, & in pluribus haberi, nisi prohibeatur coniugium inter illos, ideo licet talis prohibitio dicatur de iure diuino, vel humano, ꝑp Deum, vel ecclesiam prohibentem per legem scriptam, nihilominus dr̄ ēt de iure naturali, quia tollitur per eā id quod repugnat virtuosæ consequutioni finis, ad quem ēt 31 per se matrimonium ordinatur. † Est. n. finis matrimonij secundarius quidem, sed per se, actus generationis, non quocūque modo, sed ordinatus f̄m regulam rationis. sicut primarius eius finis est procreatio & educatio prolis debita secundum ordinem naturalis ēt rationis, Vnde sicut est de iure naturali matrimonij, omne prohibens impedimentum consecutionis huius finis, quantum ad rectitudinem & conueniētiam tantummodo. vt S. Tho. deducit, ita ēt de naturali iure eiusdem est, oē prohibens impedimentum conuenientię, & rectitudinis in secundo fine, licet hoc ius non se extendat in hoc ad bruta, eo quod nō sit inter ea necessaria cohabitatio, eorum quæ sunt nata coire cum aliquib. suppositis, magis 32 quam cum alijs. † Quum ergo præcepta Dei, quæ sunt de iure naturali, vtroq; prædicto modo, sunt moralia, & non iudicialia, patet ꝙ ratio prædicta rite concludit dictam prohibitionem inter consanguineos esse moralem, & ad moralia p̄cepta pertinentem. Hoc. n. mō probat ēt S. Th. 4. dist. 30. ar. 1. 33 † ꝙ hr̄e plures vxores est ꝯ legem naturalem. & ꝙ prohibitio huius est de lege naturali, non quia impediatur procreatio filiorū simpl̄r, cum unus vir possit plures fęminas fecundare, vel ēt bona educatio, quæ duo pertinent ad principale matrimonij bonū & finē, sed qa impedit secundariū bonū mr̄imonii, solū in hoīb. req̄situm, pacificam inq̄ cohabitationē ex mutua cōicatione sibi necessaria in vita, cū non possit vnus vir sufficere ad satisfaciendū plurib. vxorib. ad votū. patet aūt ꝙ prohibitio prædicta de non hn̄dis plurib. vxoribus ad præcepta moralia spectat. Rōni igitur p̄dictæ nil deperit per d. obiectionē. Ad prædictam tñ rōnem, opinans de quo sup. respondet, ꝙ quantum tangitur de fine secundario coniugij, prout videlicet, est in remediū & repressionem cōcupiscentiæ, magis confert coniunctio consanguinitatis & affinitatis quam obstet, cum magis per eam coniunctionem illis personis satisfiat. Qua satisfactione expleta, non tā magni motus insurgunt. directe aūt ꝯiugiū est in remediū ꝯcupiscētię per viam satisfactionis. Sed his primo directe se opponit. S. Tho. ꝙ nō decet fidelē Thomistā. Nā. S. Th. dicit talē ꝯsanguineorū ꝯiūctionē īpedire ꝯcupiscētię rectificationē, & debitā repressionē, hic vero dicit ꝙ idē rectitudini vel cōueniētiæ nō solū non ob. sed ēt cōferat. Et cū a doct. alia rō p̄cepti huius nō afferatur, si hęc ēt tollatur, iā irrationabilis diuina prohibitio remanebit. Secūdo dr̄ ꝙ rn̄sio procederet si satisfactio illa non posset esse inordinata, nisi ex interiori principio. Sed rō deducit ꝙ ad inordinatā frequētiā & ꝯtinuationē coitus, cohabitatio & multiplicatus ex unione sanguinis amor, maxime īcitaret, nisi diuinitus ꝓhiberet cōiugii facultas īter tales, q nāli necessitate vel ęq̄tate cohabitare dēnt, iō nulla. Sest & alia rō quæ tñ est virtualiter eadem priori, talis 34 affertur ad conclusionem pręmissam † Pręcepta de actibus virtutum, & prohibitiones contrariorum actuum, pertinent ad pręcepta moralia. Sed prohibitio coniugii inter prędictos consanguineos est huiusmodi, ergo &c. patet maior, quia in hoc distinguuntur pręcepta moralia a iudicialib. & cerimonialib. quia illa sunt simpliciter de actib. virtutum moraliū, hęc uero sunt quedam determinationes taliū p̄ceptorum. 35 ut supra etiam dictum est. Sicut pręceptum de honoratione parentum, vel debita educatione filiorū, morale est, ꝙ autē tali vel tali determinato modo vel ordine, loco vel tp̄e honorentur parentes, aut educentur filij, spectat ad p̄cepta iudicialia, quę habētur in variis legib. humani, vel etiam diuini iuris. Similiter pręcepta de determinatis pęnis vel p̄miis reddendis, secundum diuersitatem operum debitis, & f̄m uarias personarum conditiones & varios casus, ad iudicialia p̄cepta pertinent, cū tamen naturalissima sit absoluta retributio pro meritis, eo quod hoc spectet ad iustitiam. Minor uero probatur, qa prohibitio per quam directe impediuntur & tolluntur irreuerentia inter parētes atq; cognatos, incōtinētia inter cohabitantes, & contrariæ uirtutes inducuntur, cū multiplicatione amicitiæ & confederationis inter hoīes, est de actib. uirtutū prosequēdis, & ꝯriis remouendis. Sed talis est prædicta prohibitio. ergo &c. Minorē hanc gloriosæ deducit S. Th. 22. q. 154. ar. nono, sic dicens in vsu cōsanguineorū, uel affinium inuenitur aliquid incongruum cōmixtioni 36 venereæ, triplici rōne. † Primo quidem quia naturaliter hō dēt quandam honorificentiā parentib. & per ꝯn̄s aliis cōsanguineis, qui ex eisdem parentib. de propinquo originem trahunt. in tātum quod apud antiquos, ut maximus Val. refert, non erat fas filium simul cum patre balneari, ne se inuicem nudos conspicerent. Manifestum est autem quod in actibus uenereis, maxime consistit quædam turpitudo, honorificentiæ contraria, unde & de his hoīes verecundantur. & ideo incongruum est quod commixtio venerea fiat taliū personarum adinuicem. & hæc causa ur̄ exprimi Leuit. 18. ubi dr̄. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. & idem postea dicitur in aliis. Secunda rō est, quia personas sanguine coniunctas, necesse est simul adinuicem conuersari. Vnde si tales non arcerentur a commixtione venerea, nimia opportunitas daretur hominib. venereę commixtionis, & sic animi hominum nimis emollescerent per luxuriam. Et ideo in ueteri lege, illæ personæ specialiter vidētur prohibitæ. quas necesse est simul commorari. Tertia ratio est. quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum. Dum. n. homo vxorem extraneam accipit, iunguntur sibi quadam amicitia oēs consanguinei vxoris, ac si essent consanguinei sui. Vnde Aug. dicit. 14. de ci. Dei. habita est rō rectissima caritatis, ut hoīes q̄bus esset utilis atque honesta concordia, diuersarum necessitudinum uinculis necterentur, nec vnus in uno multas hr̄et, sed singulæ spargerentur in singulos. Addit aūt Arist. quartā rationem in secundo Politico. quia cum naturaliter hō consanguineam diligat, si adderetur amor, qui est ex cōmixtione uenerea, fieret nimius ardor amoris, & nimium libidinis incentiuum, quod castitati repugnat. Hæc S. Tho. ex quibus patet quod prohibitio coniugii inter consanguineas, in gradibus præcipue & in personis diuina lege prohibitis, tollit contraria actibus uirtutum honorificentiæ, continentiæ, & multiplicationis amicitiæ. ut dictum est. Vnde pertinet ad præcepta moralia. Sed ad hanc quartam rationem principalem primo responderi posse uidetur, etiam ex his, quæ in 37 probatione maioris adducta sunt. † Dictum est enim, quod præcepta etiam iudicialia sunt de actibus virtutum moralium. non quidem absolute, sed cum quadam determinatione. qa igitur p̄dicta ꝓhibitio tangit determinatas personas, videtur quod ad iudicialia pręcepta pertineant. Non obstante quod per eam tollantur actus contrarii, uirtutum moralium, actibus. Et sic neganda uidetur illa maior, saltem vt non uniuersaliter uera. Ad eandem rationem opinans etiam respondens, nititur euitare rationum inductarum Sancti Thomę uirtutem, quibus probat inter consanguineos incestuosum, & cōsequenter prohibitum esse cōiugiū. Et ad primam quidem rationem quantum ad alias omnes per-

ꝑsonas præter parētes, dicit, ꝙ honorificētia & reuerētia na
turalis nō debetur eis a cōsanguineis per se, sed per accidēs.
sicut etiā non sunt per se & immediata consanguinitate cō
iunctæ, sed mediante patre & matre. Et propter hoc rō ista
fundata super prædicta naturali honorificentia debita, nō ar
guit coniugiū per se nāliter illicitū, nisi inter parentes & pro
lem. Ad secundam vero dicit, virtualiter, quod mollities ani
mi excessiua & ordinata non prouenit per se ab oportunita
te cāta ex domestica conuersatione, sed ex abusu eius, pp de
fectū ꝑsonæ. Nam recta rōne cōuersantes, donec a parētib.
deputati essent coniuges, ad hmōi amorem non declinarat,
38 vt patet de Iacob, & cōsobrinis eius, quas post habuit in uxo
res. Vnde periculum magis acceptum. ratio infert, quam da
tum. Sequerētur enim hæc mala apud inordinatos animos,
& non apud ordinatæ mentis homines. Et quod huiusmodi
pericula non inhabilitent personas ad coniugiū, ex eo ēt cō
iectura est, quod mulieres naturaliter pulchrę valde, nō sūt
inhabiles naturaliter ad coniugū, quarum tamen cōiugium
magis habet annexum periculum horum bonorum morū.
s. fortitudinis animi, vel moderati amoris. in quarta ēt ratio
ne tacti. Posset quoq; per consuetudinem disciplinæ bonæ
quæ in ciuiatte ac domo esset debet, hoc inconueniens eui
tari. Ad tertiā vero rōnem dicit, quod impedimentum mul
tiplicādæ amicitiæ respicit nō bonum debitum, sed spectās
ad bene esse. Nō enim tenetur quis. nisi forte in casu, ad ami
citiam cum extranea per coniugij vinculum contrahendā.
possentq; nihilominus talia coniugia cum extraneis fieri, qñ
ob amicitiam. opus esset. Ad quartam dicit per omnia sicut
ad secundam. Neque enim hęc indecentia reddit homines
inhabiles ad coniugium, sed spectat ad cautelam consequē
tis mali, sicut illa quæ tangitur in secunda ratione. Illa vero
q̄ tangitur in tertia, ad cautelā spectat impediti boni. uñ pa-
tet fundamentum prædictæ secundæ rōnis principalis, esse
enacuatū. Attamen prædictæ responsiones nullatenus vim
principalis huius rationis infringunt. Et prima responsio in-
39 ualida cognoscatur, †notādum primo, quod qa pręcepta iu-
dicialia in hoc a moralibus distinguntur, quod sunt q̄dā de-
terminationes actuū specialis virtutis, scilicet iustitiæ inter
hoīes seruandæ, de qua tamen iustitia, sicut de aliis uirtutib.
absolute sunt præcepta moralia, ideo præcepta iudicialia p̄-
suponunt actus virtutum, Sunt autem de tempore, & de lo-
co, modo, uel cōditione, & aliis huiusmodi determinationi
bus, quibus actus morales exerceri conuenit. Sicut supra di-
ctū est, & habetur a S. Tho. 12. q. 19. arg. 3. Si qua ergo pręce-
pta fuerint sic determinantia virtutū actus, ꝙ ipsi actus sine
talibus determinationibus, virtuosi esse non possint, sed po-
tius ex earum negatione vitiosi reddantur, etiam si pp deter
minationem quam important videantur iudicialia, ex eo ta
men ꝙ actus virtutum non pręsupponunt, sed potius talib
importatis determinationibus cānt. erūt simpl'r p̄cepta mo-.
40 ralia. Sic est autem in proposito† Pro quo notandum secun
do, ꝙ quædam sunt virtutes quæ perficiunt hominem in or-
dine ad seipsum, Vndde determinationes omnes quæ sumū
tur ex parte aliorum, præsupponunt actus harū virtutū esse
perfectos. Sicut temperantia perficit hominem in se. Vnde
ꝙ quis temperatus tali tempore, propter honorem talis per-
sonæ vel causæ extrinsecæ, puta in vigilia huius vel illius so-
lēnitatis, vel in memoriā passionis Christi, vel tribulationis
populi vel patriæ. Aut tali mō. puta per ieiuniū tale vel tan-
tum &c. non per se spectant hæc ad actum temperantię, cū
41 sine his omnibus determinationib. possit esse perfectus† Vn
de præceptum quidē de tēperantia absolute seruāda, mora-
le est. Præterea vero si qua emanassent in antiqua lege de de
terminatis ieiuniis, & aliis determinationib. tēporātiæ, ad iu
dicialia vel cerimonialia pręcepta ꝑtinerent. Nec ad ea nūc
nos teneremur, nisi quatenus ab ecclesia essent assūpta. aliæ
vero sunt virtutes quæ perficiunt hominē in ordine ad aliū
42 hominem† Sicut iustitia specialis uirtus, cuius est. unicuiquē
homini, alteri a se, reddere ꝙ suū est. Vñ supposito, ꝙ sortes
iniuste possideat rem platonis, præceptum quo sortes vrgeē
reddere Platoni rem suam, morale est, non obstante ꝙ deter
minatas tangat personas, quia actus ille, prout est actus iusti
tię, specialis tamen, nō potest huic determinationi persona-
rum præsupponi. Sicut nec generaliter actus iustitię pōt in-
telligi, non intellectis generaliter hominib. inter quos iusti-
tia seruari. debet. Pari ēt modo quædā sunt virtutes, q̄ in sua
rōne respiciunt determinatas quasdam personarum condi-
tiones, ita ut eis non intellectis, actus illarum uirtutum nul-
latenus esse possint. Vnde præcepta de talibus actibus nō ob.
quod talium personarum determinationem importent, sim
pliciter moralia erunt, & non iudicialia vel cærimonialia, ta
lia ergo sunt pręcepta de uirtuosis actibus coniugii, & pro-
hibitiones oppositorum. † Quum enim honoficentia sit
quædam uirtus personas determinatas etiam respiciens.

qua determinatione remota remouetur actus illius, Lo-
quor autem de honorificentia debita sanguine coniunctis.
prout distinguitur ab honorificentiæ specie, qua honor exhi
betur principibus aut prælatis, & ab ea quę debetur seniori-
bus, & ab ea quæ debetur sapientib. & sic de aliis. Præceptū
si quod est, de actu talis specialis virtutis in ordine ad tales
personas, morale erit, non obstante quod circa determina-
tas illas feratur personas, similiter prohibitio de actibus ho
norificentię tali contrariis, moralis erit eadem rōne, Quum
ergo actus coniugii inter personas sanguine coniunctas, sit
contrarius virtuti honorificentiæ, ut in prima ratione. San.
Thom. supra recitata habetur, patet quod non obstan. deter
minatione personarum prohibitio moralis erit. Idem suo
modo dicatur de castitatis parte, quę non in seipso tantum
hominem regulat, sed in ordine ad secundam p ersonam.
Et similiter idem dicatur per omnia de amicitia, quę secun
dum suam rationem dicit formaliter ordinem hominis ad
hominem. Prohibitiones enim actuum contrariorum tali-
bus virtutibus, in cōiugio consanguineorum, morales sunt,
& ad moralia præcepta pertinentes. vnde patet ptimam so-
lutionem ad rationem factam non procedere, eo ꝙ diuersi-
mode respiciant actus virtutum iudiciclia & moralia præce
pta, ut declaratum est, quia moralia ut per se respectos, & im
portatos iudicialia vero & similiter cerimonialia, ut p̄suppo
sitos, per se vero respiciunt hæc determinations eorum. Se-
cūda quoq; responsio minus præualet. Neq; solutiones addu
ctæ ad rationes Sancti Tho. quibus probat incestuosum in-
ter consanguineos esse coniugium, procedunt, aut proposi-
43 tum nostrum vellantes infringunt. † Nam solutio ad primā
est contra familiarem experientiā, qua quilibet veretur na-
turaliter ad ꝯiunctos his consanguinitatis gradib. venereæ
copulari. sed neq; bestialium hoīum ritus valet huic natura-
litati præiudiciū generare. Alioquin argueret non natura ꝯ-
ria commixtio cū parentib. cum qñq; apud barbaras natio-
nes, nulla persona coniuncta cōsanguinitate a matrimonio
repellatur. Sed ex hac potius naturalitate quam experimur,
conuincitur, in talib. per concupiscentiæ ardorem ofuscatā
esse legem naturæ. Ex hoc aūt quod vt in plurib. imo in oīb.
hominib. ratione regulatis, illa naturalis reuerentia, coniu-
iugiū inter tales personas prohibens, inuenitur, manifeste ꝯ-
cluditur ꝯrñdentem, quod non per accidens, sed per se de-
beatur illis personis reuerentia talis, & consequenter prohi-
beatur ēt naturaliter & per se, coniugium, inter eas. Ex hoc
enim naturalia, ab his quæ sunt per accidens, distinguūtur,
quod ea, vt in plurib. hæc vero vt in paucioribus. accidunt sua-
pte natura, vt ex secundo Physi. haaetur. Naturalia ergo qđ
per se reb. conueniant, & non per accidens, necesse est. |quod
ēt sacræ literæ exprimunt in proposito, dum rōnem negati
coniugij, vnitatem carnis cum parentib. inducunt, vel ēt cū
alijs consanguinitate, vel affinitate coniunctis. Quasi dicat.
Sicut parentibus ex honorificentia naturali quam eis dēs, ve
reris coniungi, ita sorori vel fratri eorum non coniugaris.
Idem suo modo dicatur de alijs, quib. ipsi parentes, vel alij
in d. c. 18. prohibentur coniungi propter carnis inductā vni-
45 tatem. Vnde super illud primæ Cor. quinto. †Omnino audi-
tur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gē
tes, ita vt vxorem patris sui quis habeat S. Thom. sic ait. Hoc
erat horribile ēt apud gentiles, vtpote ꝯrium naturali rōni
46 existens. †Per naturalem. n. reuerentiam filij ad parentes. per
omnem statum & legem, pater & mater a matrimonio ex-
cluditur. vt sic etiam possit intelligi quod habetur Genesis se
cundo. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suā,
scilicet in contractu matrimonij, & adhęrebit vxori suæ. Si-
cut autem ibi subditur. vir & mulier erūt duo in carne vna.
& ideo vxor patris repellitur a marrimonio, sicut persona
patris & matris. secundum illud Leuitic. 18. Turpitudinem
vxoris patris tui ne discooperias, turpitudo enim patris tui
est. hæc ille. Patet igitur quod parentes solos esse immediate
proli coniunctos, non infert filios aut filias non per se, sed ꝑ
accidens debere consanguineis alijs honorificentiam natu-
raliter prohibentem coniugium. Solutio etiam data ad se-
cundam sancti Th. rationem, ad idem quod supra, nulla est.
Quis enim dubitat ex defectu liberi arbitrij, ratione non re-
gulari, contingere quicquid in eorum actibus malitiæ inue-
nitur. sed considerandæ sunt aliæ per se intrinsecæ causę ma
litiæ operum præscindendæ prohibitionibus, & præceptis.
Est autem per se causa mollicies nostri animi, quę quid con
trarium virtuti fortitudinis in proposito sonat, ipsa carnalis
coniunctio cum consanguineis ex amore naturali quē vnio
sanguinis & cohabitatio causat. Vnde cum consanguinitas
supponatur, & ex ea cohabitatio necessario consequatur,
neutrum potuit sub prohibitione cadere, sed solum coniu-
gium inter illos, ne tale molliciei malum in multitudine in
ualesceret. Huic aūt nō obstat quod aliqui sancti uiri potue-
rint,

rint, non negata facultate coniugii, caste cū cōsanguineis ha
bitare. Sicut non inferret non debitam aut necessariam esse
prohibitionem iuueni non iacere cū meretrice, nō obstāte
quod inuētus sit talis quæ potius linguam præciderit, quam
peccato consentire voluerit. † Exemplum tñ de Iacob non
47 est ad propositum qōnis, cū consobrinas in cōiugiū sumere
non prohibeat lex naturalis neq; diuina. Ecclesię vero pręce
ptum tale prohibens naturę coniugium, magis attēdit Chri
stiani populi dignitatem, minorem necessitatem cōiugii cō
trahendi, ac dilatandā charitatē, quā vnitatē sanguinis pro
ratione. Nō obstant enim ꝙ actus. commixtionis inter tales
dicatur ob sanguinis propinquitatem incestuosus, non tñ
talem de se continet incestus iste deformitatem, ut rō fuerit
tam districte ꝓhibitionis ecclesiasticæ sub peccato mortali.
Sed aliæ huic adiunguntur principales rationes, vt dictū est,
& patet ex determintione Sancti Sho. in quarto, superus in
prima ratione principali recitatæ. Ex quo etiam habetur ꝙ
latitudo virtutis honorificētiæ naturaliter debitæ cōsangui
neis ad consobrinas, sub tali vigore nō se extendit, quo cōiu
giū cū eis reddatur naturaliter vitiosum. Quod ēt ex hoc pa
tet quod ad alterutrum nulla sit superioritatis, sed solum na
turalis equalitatis in vnione sanguinis comparatio. Neq; tā
ta sanguinis est vnio, neq; tā necessaria cohabitatio, q̄ emol-
lescere pręualeat animos, præter ordinem rationis, & ꝯ forti
tudinis virtutē. Consuetudo autem, & quæcunq; disciplina
bona, non p̄ualet in pluribus malū hoc auferre, nisi sit coacti
tia, quod ad legis rationem spectat. Vnde per hoc prohibitio
necessario inducitur, quam, respondens, auferre conatur.
Suaq; ponit euasione, quod destruere intendebat. Nec acce-
ptum tantummodo periculum esset, quod cōiter homines
incurrerent, sed ex coniugio inter sanguine cōiunctos, & co
habitantes datum, nisi lege prohiberetur. Nec est simile de
periculo causato ex pulchritudine mulieris, cū cohabitatio
desit & sanguinis vnio. Præualent enim magis animū ęmol
lire duo hęc perpetua, quam sola pnlchritudo mulieris, q̄ ci
tius euanescit. Contingit ēt ut quæ pulchra mulier i nse est,
pulchra uiro non uideatur, & econtra, quæ deformis fuerit,
uidetur decora. Est. n. pulchritudo causa unionis ex imagina
tione, duæ autem p̄dictæ causæ, præcipueq; sanguinis vnio,
ex natura. Vnde patet solutionem undique præclusam esse.
48 †Tertia quoq; rationis Sancti Thom. solutio, ex hoc minus
procedit, quod falsum est, primo, nullum per tale cōiugium
impedimentū peni multiplicandæ inter homines amicitiæ
quo ad esse, sed solū quo ad bene esse. Impeditetur. n. ex hoc
talis amicitię multiplicatio, sic quo ad esse, quod hac lege re
mota talis multiplicatio nō esset, ut inducta cōcludit rō. Et
posito ēt quod solnm præpediatur humanū hoc bonū quo-
ad bene esse, quia videlicet. non esset tantum bonū in huma
no gñre, vel ipsum humanū genus nō esset tam bñ dispositū
cum bona hęc humani generis dispositio, quoddā bonū sit
ab omnibus notabiliter, & uehementer desideratū propter
magnas animi iocūditates, & innumerabiles utilitates, quas
inde homines consequuntur oportet id quod ex se tam desi-
derabile bonum tollit inducens esse, & magnū ex opposito
malū. Est ergo magnum bonum communi cōuictui homi-
num debitum, & ab vñi hominum prouisore Deo consequē
ter intentum, amicitiarum vinculū & multiplicatio. Immo
maximum bonorum ex hoc esse cōuincitur, quod ex eo cōi
catio bonorū singulis prouenit. sicut ex ꝯrio effectu, summū
malorū, negatio multiplicationis amicitiæ huius esse mani
festat. Et licet non uideatur huic homini siugulari, uel illi
debitum cum extraneis amicitiam inire per coniugium, est
tamen debitum vniuersitati hominum, vt taliter eis a Deo
& ab aliis legumlatorib. prouideatur, ꝙ tñ amicitiarum bo
num inter homines multiplicari cōseruariq; ꝓcuret. Quod
quidē nisi ꝑ ꝓhibitionē cōiugii inter cōsanguineos, decēter
49 fieri nō posset. † Quū. n. naturaliter simile simili iūgat, ut tā sa
piens q̄ Philosophus prędicat, cōiter hoīes ad vnitos sangui
ne & ꝯñr similiores natura & moribus coniugia requirent.
Sicut in antiquis patrib. constat & patriaschis, qui prohibe-
bant, nisi de domo vel familia, vel cognatione sua, filios vxo
res accipere. Ex quo etiam sequebatur temporalium bono-
rum augmentatio, eo ꝙ extra domum vel familiam dotes
cum filiabus non emitterentur. Licet aliis etiam rōnibus id
fecerint sancti patres, de quibus in solu. ad primum principa
50 le argu. longior sermo fiet. † Ex hoc etiam processit, ꝙ quia
populus iudęorum minor erat numero cui lex a Deo data
est, q̄ Christicolarū vniuersitas, quæ ex diuersitate oīum gen
tium in vnitatem fidei congregata est, prohibitio coniugii
populo illi facta pauciores comprehendebat gradus atq; ꝑso
nas, q̄ ꝓhibitio eadem in eccl'ia ꝓmulgata, eo ꝙ illa suffice-
ret ad tollēdū īpedimētū multiplicādæ amicitię ī populo mi
nori, q̄ nō sufficeret ī maiori. Et maior ēt necessitas huius bo
ni quęrēdi fuerat priorib. temporib. q̄ postmodū ꝯfirmata fi

de per orbem. Etiō plures gradus consanguinitatis & affini.
olim a coniugio arcebantur, q̄ hodie fiat &c. Quartę quoq;.
51 S. Th. rōnis solutio pariter repellitur, sicut & secundæ. † Nec
ob. ꝙ rō inducat ad cautelā imminentis mali, qa potius ipsi
rōni robur ex hoc afferetur, eo qđ quilibet teneat, de necessi
tate salutis vitare ꝑicula peccati mortalis, cōminante dño
transgressorib. per sapientem, qui ait. Qui amat periculūin
illo peribit, ecclesiastici. 3. in hac ēt quarta rōne attendendū
est, ꝙ Arist. non nisi naturali lumine illustratus, illā attulit ra
tionē, vt eius hac auctoritate possit inferri, iure naturali arcē
da inter consanguineos esse coniugia ad illum vsq. gradū,
quo inordinatus ardor libidinis ex nouo coniugio, vt in plu
ribus, non causetur. Vt ex hoc ēt magis appareat præceptū il
lud diuinū esse morale. Notandū aūt, ꝙ opinans, non intē-
dit prædictas S. Th. rōnes efficacissimas soluere, quasi nō cō-
cludant coniugiū inter ꝯsanguineos, a Deo, vel ēt ab eccle-
sia ꝓhibitū esse, incestuosum, & magis cōmixtio venerea nō
sub rōne coniugii, hoc. n. & ipse verū opinat̄ esse prædictis ra
tionibus optime comprobatū. Sed in hoc a tenentib. conclu
sionē qōnis huius negatiuam dissentit, ꝙ putat, & prædictis
suis euasionib. ꝯtendere conatur, rōnes illas non sic incestū
concludere, vt non possit dispensatione summi pont. non in
cestus fieri, sed coniugium licitum. Quā quidē eius intentio-
nem innixā esse malo fundamento prædictarū suarū euasio
nū, ipse doct. sanctiss. tertio contra. c. 125. manifestat, dū pau
cis verbis, & rōnes prædictas suas cum nonnullis alijs ibidē
enumeratis, obfirmat, & oēs opinantis euasiones præcludit.
52 sic dicens †Sciendum est aūt ꝙ sicut naturalis inclinatio est
ad ea quæ sunt vt in pluribus, ita & lex posita est f̄m id qđ in
plurib. accidit. Non est ergo prædictis rōnib. cōtrarium, si in
aliquo aliter possit accidere. Non. n. ꝑꝑ bonum vnius dēt p̄-
53 termitti bonū multorum, †cū bonū multitudinis semper sit
diuinius, q̄ bonum vnius. Ne tñ defectus qui in aliquo posset
accidere, omnino absque medella remaneat, residet apud le
gislatores, & eis similes auctoritas dispensandi, in eo qđ cōi-
ter est stat. f̄m quod est necessarium in aliquo casu particu-
lari. Et si quidem lex sit humana, per hoīes talem ꝑtātem ha
bentes, dispensari pōt. Si aūt lex sit diuinitus posita, auctori-
54 tate diuina dispensatio fieri pōt, †sicut in veteri lege, dispen
satione diuina indultum vr̄, vxores plures, hr̄e concubinas,
& libellum repudij. Hæc ille. Ex quib. verbis hr̄ primo, quod
solutiones prædictæ ad rationes productas a S. Th. non præ-
ualent infringere, quin vt in plurib. inconuenientia sequan-
tur, ad quæ deducunt, & ꝯñr vim suam & efficaciā iuxta mo
ralium naturā, & rōnem retineant, oēsq. astringant ille pro
hibitiones, non obstante aliquorū hoīum bona dispōne pos
sibili. Secūdo ex his hr̄ q possit aut non possit in talib. dispen
sare, vt infra latius deducetur. Et sic patet secunda rō princ.
55 †Tertia ad idem ratio talis est. Oē legis antiquę iudiciale prę
ceptū, hēt pro sua rōne aliquid specialiter pertinens ad statū
illius populi, cui pro statu illo data lex fuit, & non generali-
ter ad omnes gentes. sed prædictę prohibitiones habent pro
ratione cōi proximitatem sanguinis, seu carnis vnitatē, quæ
cōis est omnibus gentibus, ergo non est præceptum iudi-
ciale, saltem principaliter, sed morale. Supponimus. n. cōi-
56 ter quod cerimoniale non sit. Patet maior, † quia peculiari-
ter populo Iudæorum data sunt illa præcepta, secundum ꝙ
ordinabatur specialiter ad Christum, ut ex sententia S. Tho.
4. dist. 40 ar. 3. supra patuit. Cum ergo præceptorum obliga-
tio ex eorum rationibus oriatur, non obligarent iudicialia
specialiter populum illum, nisi eorum quoque ratio ad illū
tantummodo populum pertineret. Minor vero quo ad pri-
mam partem patet. ex d. c. 18. Leu. Semper. n. exprimitur, vel
subintelligitur vnitas carnis pro ratione præceptorum red-
di, vt infra ēt latius deducetur, & declarabitur, licet ēt ratio
reuerentiæ debitæ consanguineis ex prædicta carnis unitate
causata, innuatur ex modo præcipiendi, quo dicitur. Non re
uelabis, vel discooperies uerenda &c. Secunda vero pars mi-
noris, quod ualet vnitas carnis seu proximitas sanguinis, na-
turaliter spectet ad omnes gentes, ex se manifesta est. Vnde
patet ratio. Quarta ad idem ratio talis affertur. Reddens ope
re suo vanam rationem coniugij diuina lege, quæ non cessa
uit ordinati se consequenter opponit opere proprio, diuinæ
ordinationi & sapientiæ. & ob hoc mortaliter peccare diui
na lege conuincitur vt transgressor illius. Sed talis est oīs cō
trahens coniugium cum consanguineis in gradibus diuina
lege prohibitis. ergo talis peccat mortaliter, vt transgressor
legis diuinæ. Cum ergo nullus transgrediens legem Dei ce-
rimonialem, uel iudicialem peccet ex hoc nūc mortaliter,
eo quod cessauerit, sed solum qui transgreditur legem Dei
moralem, patet quod prędicta probatio spectat ad præcepta
moralia. Maior patet, quia reddens vanam rationem legis,
reddit uanā ipsam legē. qđ est legē auferre. Ex ratione enim
57 sua, lex virtutem hēt, † ita quod sublata rōne legis cessat ēt

eius obligatio, vt elicitur specialiter per doctrinā. S. Tho. 12. q. 97. artic. 1. primum ar. 3. 2. 3. dist. 37. ar. 3. Immo in tali casu transgredi legem pertinet ad quandam virtutem quam philosophus. 5. Ethyco. vocat Epycheiam. Et sic in casu nostro vana supponitur lex. Deus aūt, vel homo etiam quicunq; sapiens, vanam nunquam condidit legem. Qui autem suis operibus tollit legem, opponitur legi, quia non nisi opposita se inuicem tollunt, vnde patet quod peccat mortaliter, si tamen lex illa non cessauit, vt dictum est. Minor vero proba

58 tur † quia matrimoniū est naturali iure stat. d. prima. Ius naturale, & iure diuino. vbi p̄cipue Gen. 1. dr̄ Crescite, & multiplicamini &c. Quod etiam repetitur Gen. 9. Huius autem præcepti. Deus quodammodo reddit rationem, dum dicēs, Adam inspiratus ab eo Gen. 2. Relinquet homo patrem & matrem suam & adhærebit uxori suæ, addidit, & erunt duo in carne

59 vna, quasi diceret. Hic est finis matrimonij † ad hoc præcepit Deus & ordinauit vnionem cum uxore, vt duo sint in carne una. q̄ prius, videlicet nō erant vna caro p̄ sanguinis vnionem, sicut sunt una caro cum filijs ipsis parentes. Ex qua ratione Theologi assumunt esse prohibitum ibi a Deo coniugium inter parentes & filios, alias ratio legis redderetur uana. Intelligitur autem matrimonij contrahendi præceptum qđ olim oēs ligabat, qñ manebat præcepti causa, necessitas inq̄ multiplicationis humani generis, ea cessāte, remanere qdē, ut ipsum mr̄imoniū si a Deo ordinatū & regulatū sed non ut a Deo p̄ceptum, absolute quo ad ꝯctū, sed supposito ꝯctu vel libera voluntate contrahendi, sub pręcepto cadit, ꝙ tali modo uel rōne ꝯhatur. Quum ergo rationabiliter a Deo sit ordinatum quicunque contra rationem talis ordinis eo utitur, Dei ordinationi & consequenter diuinę legi aduersatur. Per coniugium autem inter consauguineos de quibus est quæstio, tollitur dicta ratio legis latæ de matrimonio. ergo dictum coniugium estdiuina lege prohibitum quę moralis est, quia sicut dictum est, ordinario matrimonii est de lege naturæ & de lege diuina ante legem scriptam, quæ iudicialia præcepta continet. Patet autem hæc Minor. quia omnes personæ pręd ictæ a matrimonio ex hoc arcentur, qa sunt una caro, & sic superfluum fieri inter eos coniugiū ut essent una caro. Patet igitur prædictam prohibitionem ad moralia pertinere præcepta. Sed ad hanc forte rationem quis respondebit, primo ꝙ non est uerum quod illa sit rō institu-

60 tionis matrimonii. † Sed prima potius, & per se ratio est, procreatio filiorum, secundum quam matrimonium dr̄ esse in officium naturæ. Secūda vero per se ratio est repressio cōcupiscentię f̄m quam matrimonium dicitur esse in remediū. ut supra etiam per sancti Tho. verba clarissime deductū est. Secundo ēt quis forte respondebit, ꝙ non tollitur illa unio vel vtilitas eius, ita, vt reddat̄ lex vana p̄ ꝯiugiū ꝯsanguineorū, cū p̄dicti duo modi essendi vnā carnē, videlicet p̄ vnionē sanguinis seu p̄ ꝯsanguinitatē, & p̄ carnalē copulā, nō sint vnius rōnis. Tertio r̄ndebit̄ forte ꝙ nō v̄l'iter, redit̄ pro rōne cōnubij prohibiti vnitas, sed particularirer, qa inter aliquas t m̄ personas quæ in illo c. 18. enumerant̄, quarū adinuicem cōiugiū prohibet̄. Vnde ur̄ ꝙ undiq; rō patiat̄ calumniam. Sed istę euasiones facile pręcludunt̄. Nā prima directe sacris literis se opponit. Ex hoc. n. ꝙ interdr̄, aliquib. matrimoniū, qa, sunt vna caro, dat̄ intelligi ꝙ adhoc est institutū vt uir & mulier, q prius nō erāt una caro, fiat una caro, ut s̄. dictū est.

61 ex verbis ēt Ade. † Et hoc ēt uerificat̄ de mr̄imonio f̄m ꝙ est sacramentū, eo ꝙ significet unionem Christi cum ecclesia rō antem signi est ipsum signatum. Nec ob. ꝙ matrimoniū sit ad procreationem filiorum & ad remedium vt ad fines. Est enim unio carnis per coniugii actum, matrimonii rō & finis ad ulteriorem etiam finem ordinatus. Secunda etiam euasio sacris literis contrariatur. Non obstante namq; ꝙ dicti duo modi, quibus duo homines sunt vna caro, diuersarum sint rationum. positio tamen unius redditur pro rōne negationis alterius in scriptura. Nihil enim aliud est dicere, Turpitudinē patris aut mr̄is tuæ nō reuelabis, qa caro est patris aut matris tuæ, vel turpitudinem vxoris patris tui nō reuelabis, qa turpitudo patris tui est, nisi dicere, iō nolo ꝙ tales ducas in uxores. ut sint una caro tecum, qa iā tecū sunt una caro. Sūt enim una caro tecū pater & mater, & rōne patris, nouerca quę una caro cū patre est. Si ergo dēt homo relinquere patrē & matrem cūqb. vna caro est qñ adhærrt uxori, ut fiat una caro cū ea, ita dēt derelinquere oēs p̄sonas q̄ cū patre sunt una caro, ut docet. s̄. Tho. sup̄ 1. Corin. 5. & s̄. ēt dictū est. nō obstante ꝙ modi quibus sunt una caro, diuersarū sint rōnū. Tertia etiam euasio non procedit, quia par est de omnibus p̄sonis prohiaitis, ratio. quo ad unionem carnis, immo a maiori de aliis arguitur, in quibus hæc ratio sp̄aliter nō affertur Si enim prohibet̄ a cōiugio soror p̄ris aut mr̄is, qa est una caro cū eis, & cōūr secū, s. cū filio, q̄to magis prohibet̄ ꝯiugiū filij cum matre, vel filiæ cum patre, p̄p hac eandem q̄ magis in eis militat rōnem, eo ꝙ primo cum eis sit filius vna caro? magis ēt prohibetur coniugium cum propria sorore, qñqui dem illa magis est vna caro cū patre & matre, q̄ soror illorū Et sicut turpitudo sororis patris est turpitudo patris, ita turpitudo sororis filij est turpitudo filij. Et sil'r magis cum nuru: eo ꝙ hæc magis coniungatur, & sit vna caro cū filio suo, q̄ soror patris cū eodem patre. & si vxorem patrui prohiberis accipere, eo ꝙ tibi affinitate coniungatur, quātomagis vxorem fratris eadem ratione prohibitū erit accipere. licet hęc in litera non repetat̄ ratio. Pro eodē aūt vr̄ hr̄e scriptura dū inhibet reuelari turpitudinem, & per hoc prohibet cōiugiū inter prædictas personas, hoc qđ dr̄, quia caro eius est, cū eo quod dr̄, quia caro vna sunt, vel quia turpitudo eius est, vel quia affinitate coniungitur. Neq;. n. capitur hic affinitas p̄ut a cōsanguinitate distinguitur, f̄m ꝙ more ecclesiastico nūc his vocabulis vtimur, sed cōiter prout ēt ad ipsam cūsanguinitatem se extendit. nam patruus qui dr̄ hic affinitate nepoti coniungi, consanguineus, & non proprie affinis illius est.

62 Manet ergo ratio. Quinta ratio est. † Prohibitio quæ obligat omnes Christianos quasi prohibitio Dei, in lege tm̄ antiqua promulgata, spectat ad præcepta moralia, & non ad iudicialia, sed talis est prohibitio prædicta. ergo &c. Patet maior, qa alia præcepta a moralibus non hn̄t perpetuam obligationē, sed populum tm̄ iudæorum ad sui obseruantiam astringebant, vsq; ad Christi aduentū, vt sup. ex doctr. S. Th. 12. q. 104. ar. 3. deductū est, minor vero patet per expressam S. Th. sent.

63 sup. ēt inductam. ex 4. dist. 4. † qua dicit consanguinitatem impedire matrimonium quātum ad aliquas personas de iure naturali, scilicet quoad parentes quantum ad alias de iure diuino. & hæc sunt personæ quarum verenda reuelare lex prohibet. Leuit. 18. Quantum ad alias vero de iure per hoīes instituto. Hæc ille. Ecce quod dicit impediri nunc matrimonium quantum ad aliquas personas de iure diuino, vt distinguitur contra ius positiuum. Quod non sic seriose distingueret, si tm̄ ex positiuo & per hoīes dūtaxat instituto iure, inter personas illas coniugij prohibitio fieret. non obstante quod olim fuerit a Deo prohibitum solum in populo iudæorum. Quod ēt expresse cōuincitur ex doctrina & intentione eiusdem sancti Doct. circa solutionem decimarum. Cum enim

64 † populo sit pręceptum naturali iure, quod sacerdotib. necessaria prouideātur, & inter iudicialia vel ēt cerimonialia p̄cepta connumeretur, postmodū in l. scripta, Leui. 18. sub rōne specialis modi prouidendi, per annualem inquam solutionem decimæ partis fructuum, & reddituum, & ab ecclesia postmodum declaretur renouatū, seu ratum hoc ipsum

65 præceptum 16. qō. prima. decimæ. † Nihilominus, quia nunc non tenemur iure scriptæ legis antiquæ quo ad solutionem determinatam prædictę decimæ. San. Th. non dicit quod ad decimas soluendas teneantur homines mundi de iure diuino. Sed solum dicit eos teneri de iure naturali, quo ad dictā prouisionem in generali, & per statutū ecclesiæ quo ad prædictam determinationem. ut patet per eum. 22. q. 87. argu. 1. Quia ergo non sic loquitur S. Doc. circa prohibitionem coniugij inter consanguineas personas, sed potius distinguit, qđ triplici iure impediat̄ matrimoniū, quolibet determinatas quasdam personas a coniugio prohibente, patet ꝙ f̄m eum nunc ēt maneat illa prohibitio diuini iuris positiui. Et sic cōmuniter Theologi loquuntur & Canonistæ, quod responsio quædam Pontificis in c. literas. de rest. spol. supponit, dum dicit ꝙ qñ habenti notitiam consanguinitatis, inter se. s. & cōiugem, diuina lege prohibitam, præciperetur a iudice vt cū coniuge habitaret, non deberet in hoc contra Deum iudici obedire. Hoc autem non diceret Pontifex si nunc etiam talis prohibitio non arctaret vel si non arctaret, nisi ut ab ecclesia assumpta uel confirmata. Cum. n. legem generalem tradat, non diceret absolute quod non deberet iudici obedire, sed quod non deberet obedire iudici priuato, seu inferiore Vicario Christi, aut sede apostolica &c. Prædictus tamen tex. paulo infra plenius examinabitur & inducetur ad principale propositum quæstionis. Nunc sufficiat ex prædictis omnibus rationibus efficacissime probasse, præceptum illud diuinum de non contrahendo cum ꝯsanguineis enumeratis & nominatis, Leui. 18. f̄m conditiones & diuersitates ibi expressas, esse principaliter morale, & non iudiciale. Hac igitur conclusione firmata, iam patet propositum principale, ab omnibus enim tam Theologis, quam Canonistis acce-

66 ptatur, ut primum principium, † quod in præceptis moralibus diuinæ legis tam ueteris quam noui testamenti, & simpliciter in his, quæ diuina lege, vel præcepto quomodocunque nunc obligant, non potest quisquam, Deo inferior, dispēsare. Cuius quidem rationem Sanctus Thomas assignat.

67 duodecima quæstione 97. argumentum quartum ad tertiū dicens. † Sicut in lege humana publica non potest dispensare nisi is a quo lex auctoritatem habet, vel is cui ipse commiserit,

miserit. ita in p̄ceptis iuris diuini, quæ sunt a Deo, nullus potest dispensare nisi Deus, vel is cui specialiter commisit, qa ad legem diuinam quilibet homo se habet, sicut p̄sona priuata ad legem publicam cui subijcitur, hæc ille. Ex parte ēt eorum quæ a Deo præcipiuntur, causam huius indispensabilitatis reddit. 4. distinctio. 13. quæstio. 3. arg. 2. q. 1. ad primū

68 dicens. † Præcepta Dei sunt de eo quod de necessitate salutis secundum se, & sic in quolibet casu obseruari illa oportet & ad omnes tenentur absque dispensatione. Pręcepta autē ecclesiæ non obligante ex materia in qua proponuntur, sed solum ex actu præcipientis. Hæc ille. Quum ergo prohibitio coniugij secundum differentias personarum inductas in d. c. 18. Leui. sit diuina, & ad pręcepta moralia pertinens, nec inueniatur specialiter alicui commissum ius dispensandi, patet manifeste ꝙ in illis gradibus nullus Deo inferior potest licitum reddere coniugium. Pro quo facit expresse tex. in d.

69 c. literas. † Supponitur. n. ibi ꝙ sedes apostolica in gradibus prohibitis diuina lege, circa matrimonium dispensare non potest, dum Pontifex referens quæstionem sibi propositam dicit. Rescripto petebas apostolico edoceri, vtrum quando aliquis consanguinitatis gradus obijcitur, in quo sedes apostolica dispensare non potest, nec etiam consueuit, & probationes promptæ sint & paratę, indulgenda sit restitutio vel neganda. infra etiam Pontifex respondens dicit, inter alia. Opinioni vltimę uidetur non incongrue adaptari, at in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis, restitutioni aditus pręcludatur. Dicebat enim illa ultima opinio, restitutionem esse differendam, quousqne probaretur consanguinitas obiecta. Cui opinioni non magis adaptaretur negatio restitutionis in gradibus, diuina, quam humana lege prohibitis, si prohibitio nunc vim non haberet vt diuina, sed solū vt ab ecclesia suscepta, vel confirmata. Et infra dicit Pontifex Nullam de prędictis sententijs reprobamus, nec cuiquā earum aliquod pręiudicium ex nostra responsione volumus generari. Et infra declarat, quod habens notitiam consanguinitatis, nō posset iudici pręcipienti cohabitationem, obedire sine peccato mortali, vt supra recitatum est, & ut ibi dictum est, quum absolute loquatur de iudice, intendit de omnibus simpliciter. Vnde patet quod etiam Papa dispēsare non potest. Sic enim præcipiendo, dispensaret, & consequenter persona illa non peccaret vtendo dispensatione. Quod tamen per textum patet esse falsum. Si enim ageret contra Deum quando iudici præcipienti obediret, quanto magis, quando simplici dispensatione vteretur. Nec obstat proposito, quod textus addat illud uerbum, nec etiam cōsueuit. Neque enim propter hoc innui id posse, licet non consueuerit, cum pręmittat sub copulatione & non sub disiunctione, quod sedes in hoc apostolica dispensare non potest.

70 † Copulatiue quippe veritas, vtriusque partis veritatem requirit secundum logicos. & potius innuere ex hoc voluit, ꝙ si etiam aliquando contingerit Papam in hoc indulgere, nullus ex hoc argumentum sumat quod apostolica sedes id facere possit, sicut posset sumi argumentum illud si apostolica sedes id facere cōsueuisset, & præcipue nullo reclamāte. Et propteria glo. in verb. Dispensare, dū ob prædictū verbū additum, quo dicitur in textu, nec ēt consueuit, exposuisset, nō potest, i. nō vult, in fine tamen absolute tenet papam in dicto consanguineorū coniugo diuina lege prohibito, dispē-

71 sare non posse, & hoc idem tenet ibi in ver. Diuina † Hoc idē principale propositum, argumento valido deducitur, ꝙ in c. Pitacium, 30. q. 3. pontifex tenuit dispensare cum eo, qui filiam spiritualem leuatam de fonte baptismatis, accipere volebat, ex iure diuino prohibitionem oriri proponens, quo dicitur. Turpitudinem sororis tuę non reuelabis, quia turpitudo tua est. Quamuis. n. in Leuiti. non apponatur huic prohibitioni causa ista exprese, subintelligitur tm̄, eo ꝙ turpitudo sororis patris, sit turpitudo patris, & eadem ratione turpitudo sororis filii, est turpitudo filii. Et subinfert textus, ut euadat obiectionē quæ fieri poset, ꝙ prohibitio intēdat de sorore carnali, arguēs ꝙ cū a p̄pria cōsanguinitate iubemur abstinere, multo magis a spirituali nostri patris filia, oī excusatione, aut argumento seposito, sub nimia districtione nos cauere conuenit. Huius ēt mentis ese, s. Tho. nulli debet esse dubium, tum ex. s̄. inductis rationibus in eius doctrina fundatis, tū specialiter ex s̄. allegatis eius verbis, ad hoc ipsum propositum matrimonii expressis tertio contra cap. 125. Ob

72 hoc. n. expressit ibi, ꝙ in lege diuina, nō nisi auctorirate diuina dispensatio fiat, in humana vero per homines p̄tātem habentes, quia in quibusdam gradib. & personis, coniugiū prohibetur in lege diuina, in quibusdam uero humaua tantū, alioquin d. doctrina in illo c. fuiset superflua. Nec potest dici ꝙ ad hoc saluandum sufficiat inter parentes, & prolem, coniugiū ese prohibitū lege diuina. Neq;. n. hęc prohibitio sola ponit̄ in lege diuina scripta de qua intendit ibi. S. Tho. vt patet in d. cap. 18. Leuitici, Generaliter autem. 4. quol. ar. 3. docet S. Tho. quæ cadant aut non cadant sub potestate, & dispensatione pontificis, dicens, papa habet plenitudinē potestatis in ecclesia, ita. s. qđ quęcunq: sunt instituta per ecclesiam vel ecclesię pręlatos, sunt dispensabilia a papa. Hec. n. sunt quę dicuntur esse iuris humani uel iuris positiui. Circa ea vero q̄ sunt iuris diuini, & iuris naturalis, dispensare non

73 potest, qa ista hn̄r efficaciam ex institutione diuina. † Ius autem diuinum est quod pertinet ad legem nouā vel ueterē. Sed hęc est dr̄ia inter vtranque legem, qa lex vetus determinabat multa, tam in pręceptis cerimonialibus pertinentibus ad cultū Dei, q̄ in pręceptis iudicialibus pertinentibus

74 ad iustitiam inter hoīes conseruandā. † Sed lex noua quę est lex libertatis, huiusmodi determinationes nō habet, sed est contenta pręceptis moralibus naturalis legis, & articulis fidei, & sacramētis gratię. Vnde dicitur lex fidei, & lex gratię propter determinationem articulorum fidei & efficaciā sacramentorum. Cętera uero quę pertinent ad determinationem humanorum iudiciorū, vel ad detetminationē diuini cultus libere permisit Christus qui est nouę legis lator, p̄latis ecclesię & principib. Christiani populi determinanda, unde oēs hm̄oi determinationes pertinēt ad ius humanū, in quo

75 papa potest dispensare. † In solis vero his q̄ sunt de lege naturę non pōt. Hoc. n. non esset posse pro veritate, sed ꝯ ueritatem. Hęc ille. Et in solutione primi, sic dicit etiam ibi Apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit, quedā q̄dem sicut promulgans ius diuinum. Sicut illud quod habet̄ ad Gal. 1. Si circumcidimini Christus nihil uobis proderit, & multa alia huiusmodi, & in hoc papa non pōt dispensare. q̄dam vero sicut propria auctoritate aliqua statuēs. nam ipse dicit primæ ad Cor. 3. Cætera dum venero disponā. & ī. 16. mandauit vt collectæ. q̄ fiunt in sanctos, p̄ vnā sabbati fiant,

76 quod nō pertinet ad ius diuinum. † Et similiter etiam quod dicitur de bigamo non promouēdo, non est iuris diuini, sed institutio auctoritatis humanæ diuinitus homini concessæ. hæc ibi. Ex quib. oībus patet ꝙ papa potest dispensare in his quæ non sunt iuris naturalis, & iuris diuini. s. scripti, quan-

77 tum ad præcepta solū moralia. † Hæe enim sunt præter iudicialia & cerimonialia, quæ subsunt potestati ecclesiæ. Quæ moralia s. p̄cepta dicunt̄ esse iuris naturalis, qa ex dictamine rōnis naturalis obligare cognoscuntur, ēt si nulla scripta lex emanasset. Et ob hoc concludit. s. Tho. ꝙ in his solis quæ sunt de lege naturæ &c. Papa dispensare non potest, cum tm̄ s̄. dixerit ꝙ etiam circa ea quæ sunt iuris diuini dispēsare nō potest. p̄p ꝙ ēt ius diuinum veteris legis diuidit postea per p̄cepta iudicialia, & cermonialia, non qa velit exprimere ꝙ omnia p̄cepta veteris legis sint talia, non enim dixit omnia, sed multa, sed qa ī hoc ponere voluit differētiā inter veterē, & nouā legē, ꝙ in lege veteri p̄ter nālia, & moralia, sunt iudicialia, & cerimonialia, & ob hoc oīa talia in illa lege contenta, dicuntur præcepta diuinæ legis, in noua uero nō sunt nisi pręcepta naturalia, & mortalia, & hæc sola dicūtur præcepta diuinę legis nouę, & ulterius in hac continentur articuli fidei, & sacra gratiæ, ꝙ. n. noua. lege contineantur præcepta moralia, nullus est qui nesciat, ēt ultra ea quæ in decalogo continent̄, puta ꝙ non solum non licet fratrem occidere, sed nec ēt illi irasci, uel contumeliā facere uel ēt vllum, odio habere. Non solum ēt prohibetur adulterium, aut fornicatio, verum ēt aspectus mulieris ad concupiscendum eā. Non solum mutuum sub usura non dare, verum ēt inde spe-

78 rare, & sic de aliis pluribus! † Non nominauit autem. S. Tho. vbi supra moralia præcepta in lege ueteri contineri, cum tm̄ hoc manifestissimum sit, ut patet de decalogo, &c. quia illa a naturalibus non distinxit, licer ex hoc aliqua ēt naturalia dicantur præcepta, quia ante legem scriptam solo instinctu naturæ, vel ēt reuelatione Dei facta patribus, obligabant. Et ob hoc ēt dn̄r pręcepta iuris diuini, eo quod vtroque modo

79 sint a Deo, qui solus est auctor naturæ. † Sed tamen specialiter ius diuinum ꝯ ius naturale distinctum, est ius scriptum veteris, & nouæ legis in canone biblię contentum, & pręcepta iuris naturalis quæ continet, specialiter dicuntur moralia. Quum igitur ex doctrina. S. Th. probatum sit prohibitionem coniugii, quoad expressos in lege veteri consanguinitatis gradus, ad præcepta naturalia, & consequenter moralia pertinere, patet expresse, quod secundum eum papa nō potest in tali coniugio dispensare. dictam generalem doctrinam de potestate papæ. S. Thomas tradit. 21. q. 97. art. 3. ad 1. 4. distin. 96. q. 3. artic. 1. q. 5. ad 1. distiuct. 26. artic. 4. ad secundū distincti. 33. quęst. 1. ar. 2. cap. & in pluribus aliis locis suæ do-

80 ctrinæ. † Eiusdem mentis esse Vgonem de sancto Victore in secundo lib. de sacramentis, ex hoc conuincitur quod inducit Bedam in hystorijs Anglorum dicentem, quod possunt duo germani singulas sorores vxores accipere, quia in sacris eloquiis non inuenitur qđ huic copulę contradicere uideat̄.

Quasi dicat. Si in sacris eloquijs aliquid huic copulæ contrariū inueniretur præceptum, nō possent eas accipere. Ex quo sequitur ꝙ nullus potest alicui personæ matrimonio copulari, contra prohibitionem inuentā in sacris eloquijs. Et cū loquatur absolute dum dicit, possunt, & pariter inferatur absolute quod non possent si prohiberetur in sacris eloquijs, patet quod tales essent illæ prohibitiones, quæ modo ligarent. Non ergo pertinerent ad iudicialia præcepta, cum talia nullum ligent post Christi aduentum, ut supra dictum est. Eadem autem ratio est de aliis prohibitionibus, quæ de facto inueniuntur in sacris eloquiis. Et sic papa dispensare non potest. Hoc idem infertur expressius in proposito ex alia auctoritate quam ibi Vgo inducit, Gregorii Iunioris ad Augustinum, Puto autem quod intendat de Gregorio magno Theologo, ad distinctionem alterius Gregorii Nazianzeni, & alterius Gregorii Niceni antiquorum ecclesię doctorum. Iunioris enim huius summi Pontificis epistolæ leguntur ad Augustinum Anglorum episcopum. Quarum una etiam habetur. 35. q. 3. cap. quędam. sic ergo dicit hic Gregorius (ut Vgo refert vbi. supra.) Cum nouerca misceri, graue facinus est. Nam in lege scriptum est, Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris filius reuelare potest, sed quia scriptum est erunt duo in carne vna, qui † turpitudinem [81] nouercę quæ vna caro cum patre fuit, reuelare præsumpserit, profecto patris turpitudinem reuelabit. Cum coniuge quoq; fratris misceri prohibitū est, quia per cōiunctionē prioris, caro fratris fuit facta, Pro qua etiam re Ioan. Baptista capite truncatus, & Sācto Martyrio cōsumatus est. Hæc ille. Ex quibus hr̄ propositum ex duplici capite. Primo quidē, q̄a dicit esse facinus, misceri cū nouerca, q̄a hoc diuino prohibetur p̄cepto. Quod non esset si tale præceptū esset tantum vel principaliter iudiciale, vt dictum est. Secūdo q̄a dicit, Io. Baptistā esse martirio consummatū, q̄a ualde corripuerat gētilē Regē sup opere pariter prohibito diuina lege. Ad quod tñ nisi moralis fuisset ꝓhibitio, & nō principaliter iudicialis, ille gentilis nō fuisset obligatus, & ob hoc nō iuste corripuisset eum Ioannes, nec ꝑꝑ hoc occisus, nec diceretur martir aut esset. Ex omnib. igitur prædictis patet, ꝙ tam sm̄ sacras literas, quam sm̄ sanctos doctores, procul omni dubio, videtur esse dicendum ad quæstionē, ꝙ nullo modo possit papa dispensare in coniugio diuino iure, legis etiam antiquæ, prohibito. Superest modo soluere argumenta q̄ in principio quæstionis ad oppositum. facta sunt. Ad primum ergo [82] dicendum. † ꝙ contra ea etiam quæ erant de. l. naturę poterant aliquando homines operari, rōnabili cōsuetudine præualente, quę etiam ex alio naturaliori pro tunc p̄cepto, vel diuina dispēsatione ad tp̄s orta est. Sicut plures vxores habere, contra legem naturæ videtur, diuino etiam sermone promulgata, vbi dicitur. Relinquet homo patrē & matrē suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Nō dixit tres vel plures, sed duo. Neq; dixit, adhærebit vxorib. sed vxori, [83] † ita ꝙ nulli vnq̄ licuit in simul plures vxores habere. De diuor. c. gaudemus. Nihilominus ibidem statim subditur, nisi cui fuit diuina reuelatione cōcessum, per quam ēt patriarchæ & alii viri iusti, q plures legunt habuisse vxores, ab adulterio excusantur. Vnde, s. Tho. 4. distinctio. 33. quæstio. prima. [84] argumen. 1. ad primum, dicit. † Licet consuetudo nō præiudicet legi quantū ad prima pręcepta ipsius, quæ sunt quasi communes animi conceptiones in speculatiuis, ea tñ quæ ex istis trahuntur vt conclusiones. cōsuetudo auget, & similiter minuit, secundum Tullium. 2. Rheto. Et huiusmodi est p̄ceptum de unitate vxoris, hæc ille. Cuius ēt dispensationis, in talibus quę cōiter lege naturę prohibentur, assignat in articulo sequenti pro ratione, defectum efficacię taliū pręceptorum secundum iudicium pręcipientis Dei. Et eodē modo dr̄ de præceptis humanarum legum. Et sic est etiā in proposito de coniugo permisso, immo ēt pręcepto sanctis patribus in gradibns, natura prima, post successionem uero tp̄is, ętiam lege scripta prohibitis, neq; enim potuissent filii Adā diuinum illod obseruare præceptum. Crescite & multiplicamini & replete terrā, nisi frater propriā sororē acciperet in [85] vxorem. 35. quæstio. prima. c. quod autem. c. cum igitur † cū enim bonum prolis, sit principalis matrimonii finis, cōis ratio talis dispensationis, ex eo sumetur. ut ubi s̄. etiam. s. Thomas dicit. Vbi ergo talis multiplicatio prolis necessaria erat debuit impedimentum ad tempus negligi, quod poterat in secundariis finibus prouenire. Neq; enim, ut ibidem Sāctus Thomas ad secundum dicit, datur talis dispensatio cōtra rationes quas Deus naturæ inseruit, sed præter eas, quia rōnes illæ non sunt ordinatæ ad semper, sed in pluribus esse. Licet enim ius naturale, ut ibidē etiam ad primū dicit. semper & vbiq, quantū est de se, habeat eandē potentiam, per accidēs tamen propter aliquod impedimentum, qn̄q;, & alicubi potest, variari, sicut apparet tam iu cursu rerū naturalium, q̄ in super naturaliter contingentib. Sic igitur patet ꝙ argumentum primum nullo modo procedit. Ad secundum, dicendū quod intentio S. Tho. ibidem non erat enumerare pręcepta omnia legis naturę, quę sunt de actibus omnium virtutū, quia hęc innumerabilia pene sunt, sicut & ipse virtutes, iunctis prohibitionibus vitiorum. Sed tantum enumerare voluit illa moralia pręcepta, pręter decalogum in scripturis expressa, quorum actus non facile subduntur gubernatorū & principum directioni, sed præter eorum etiam notitiam cōmuniter fieri possunt, ut ex eius doctrina, diuino se iure cognoscerent omnes astrictos ad talia obseruanda, ēt si a nullo alio superiore cogerentur, immo ēt si pręter eorū scientiam, facultatem haberēt talia operari, cuiusmodi sunt pręcepta de simplici fornicatione, de vitio contra naturā, & huiusmodi vitandis, quę non committuntur cōiter sub notitia pręsidentium, sed occulte potius. Vnde cōuenienter hęc explicauit S. Th. vt addita sexto pręcepto. Sed ea quæ regulariter fieri non possunt sine superioris auctoritate & directione, non enumerauit S. Th. ēt si in scripturis fuissent explicita & multa etiam eadem ratione nec in scripturis sacris explicita sunt. Sed vt ad paternam & principum monitionem reseruata, ab eis vbi opus fuerit promulganda reliquit. vnde soluens ibi tertium argumentum S. Thom. dicit. actus gulę prohibendus permittitur monitioni paternę „quia contra[86]riatur bono domestico, & sic de similibus. † Cum igitur filius aut filia, regulariter non possint matrimonium contrahere sine consensu parentum, vt sacri canones supponunt, trigesima sexta quęstione secunda cap. nullus. capit. apud. capitu. tria. & cap. si autem, & per leges ciuiles multiplices promulgatur. quas ad hoc inducit dominus Gratianus eadem quæstione. c. placuit. non curauit sanc. Tho. præcepta diuina moralia circa matrimonium ꝯhendum aliter enumerare, sed reliquit pariter illa per monitionem paternā filiis notificanda & promulganda. Alioquin debuisset saltem enumerare prohibitionem coniugii parentū cum prole, quam esse moralem nullus sapiens negat. Ad tertium, dicendū, ꝙ vt patet [87] ex determinatione quæstionis. † dicta prohibitio nō pertinet ad pręcepta iudicialia simpliciter, aut ēt principaliter, sed ad moralia & naturalia. vñ Dominicus Tholosanus egregius expositor totius Bibliæ. vbi prædictum capit. 18. Leuiti. adoritur exponere, dicit, ꝙ Moyses in illo capitulo intendit populo exponere Dei præcepta moralia. Et cum exponit illud. Faciens iudicia mea & præcepta mea, non exponit per iudicia, præcepta iudicialia, sed ea quæ s̄. dixerat moralia, quæ iudicii discretione data sunt. quo ēt modo gl. exponere. ȷ̄. deducetur. Ad primam ergo probationem factam, ꝙ pertineant ad pręcepta iudicialia propter determinationem personarum. dicitur primo ꝙ consequentia nulla est. Alioquin iam inter parentes, & prolem coniugii prohibitio iudicialis esset, eo ꝙ etiā explicentur determinatæ personæ. Quod nec arguens concederet. Alioquin papa in tali coniugio posset pariter dispensare, quod nepharium est afferre. Secundo respondetur ad eandem probationem, quod qn̄ indecentia, & naturalis turpitudo actus, ex determinata ꝯdōne personarū adinuicem ꝯhentium consurgit, prohibitio, quæ ex ratione naturalitatis turpitudinis dr̄ & est naturalis seu moralis, nō fit ex tali determinatione minus naturalis, sed potius in sua naturalitate firmatur. Quod etiam philosophice probari potest. Si. n. relatio aliqua cadit sub pręcepto morali, necessario cadunt ēt sub eodē per se, extrema relationis illius. Sed vnio seu coniugiū harum determinatarū personarum per se cadit sub prædicta prohibitione morali, ergo sub eadem cadūt & determinatæ personæ seu determinatio illarum personarum. & confirmatur, quia id pertinet ad moralitatem ꝓhibitionis, sine quo talis moralitas intelligi non pōt, talis autē est indecentia pertinens ad moralitatem prædictæ prohibitionis. indecentia. n. illa virtuosę decentiæ ꝯria, quę est radix moralitatis pręcepti huius, ex conditione illarum determinatarū personarū, nec sine eis pōt intelligi. Non tollit ergo moralitatem a pręcepto, sed potius ponit illa personarum determinatio, vñ probatio nulla. Sed adhuc dato, ꝙ prohibitio illa esset partim iudicialis ex determinatione personarū non tñ per hoc hr̄et arguens principale propositum suum, ꝙ videlicet tale p̄ceptū esset ab alio dispensabile q̄ a Deo. Si. n. præceptum aliquod sit mixtū, vt videlicet moralis sil̄ ac iudicialis præcepti rōnem habeat ex diuersis, si duæ istæ rationes vel conditiones sint inseparabiles ab inuicem in pręcepto, iā papa non poterit in eo simpl̄r dispensare. Si vero vna ꝯdō possit ab altera separari, pōt auct. summi Pontificis rela[88]xari pręceptum sub vna ratione, & non sub alia. † v. g. de præcepto per arguentē infra inducto, de non accedendo ad mulierem menstruatam, quod secundum S. Tho 4. vbi supra, partim est cerimoniale & partim morale. secundum ꝙ cerimoniale erat, quantum inquam ad separationem a cohabitatione, cū possit separari ab eo qđ in tali præcepto morale est, non amplius obligat, non quia Papa dispenset, sed quia cessauit ratio obligationis, quæ erat sola figura. Inquantū vero morale, adhuc obligat, & inquantum obligat, Papa dispēsare non potest, cum sit contra actum virtutis iustitiæ, inquātum videlicet dānum īfertur proli, vel eiusdem impedit bonum. Pari modo dicitur in proposito, dato etiam ꝙ dicta prohibitio sit partim iudicialis ex determinatione ꝑsonarum, quia tamen dicta conditio stare non potest cum illa decentia, quę opponitur indecentiæ naturali, ex qua prohibitio dicitur, & est de iure naturali, diuino postmodū iure promulgato, ita ꝙ ꝯditio illa & indecentia ista non possunt ab inuicem separari, non poterit papa simpliciter in coniugio cum aliqua tali personarum, prohibita cohabitatione dispēsare. [89] † Si enim dare decimas ministris diuini cultus, qđ partim iudiciale, partim morale præceptū est, sic obligat inquātū morale, vt papa non ualeat dispensare, vigesima secūda quæstione. 87. argumen. 1. quol. 2. argumen. 8. non obstante quod cōditio iudicialis a morali separari possit, quātomagis præceptum erit dispensabile a papa, ubi ista non possunt abinuicē separari ut in proposito, Patet igitur primam illam probationem nullatenus procedere. Ad secundam probationem, dicitur ꝙ hoc præceptū enumeratur a sancto Tho. inter iudicialia, non nisi ratione qua iudiciale est. Hoc autem est ratione determinatarum pęnarū transgressoribus imponēdarum, de quibus habetur. Leuiti. 20. In quo etiam loco ualidum sumitur argumētum, ꝙ in se pręceptū, hoc morale sit, eo ꝙ semper causa moralis assignatur grauitatis imponēdæ pœnæ ex grauitate peccati in se, & nō ex trāsgressione legis aut præcepti. puta ꝙ pactum irritum fecerit, sicut affertur ꝓ causa pœnæ nō circunciso debitæ Gene. 27. sed affertur pro [90] cā, † q̄a talia operari quæ cadunt sub prædicta coniugii inter ꝯsanguineos prohibitione, scælus est, & iniq̄tas, resq; nepharia. Quod & Augu. 25. de ci. Dei, ca. 26. confirmat, dicens, nęphas esse etiam apud gentiles, fratris cum sorore coniugiū, Alia etiam ratio affertur vnde talis prohibitio connubii inter iudicialia p̄cepta a sanc. Th. enumeratur, q̄a videlicet facta est populo illi, vt ab aliis distinguebatur, sm̄ multitudi[91]nem & paucitatē populi. † Quia enim modicus populus iudęorum erat in comparatione reliquarū gentium, ad cōseruandum inter se amicitiam, & ēt multiplicandam, non erat opportunum matrimonia ꝓhibere inter ꝯsanguineos, nisi ꝑ modica determinatione, propter sanguinis & legis vnius, atq; ritus vnionem. Ratione igitur huius determinationis ꝑsonarū, prout hæc ꝓhibitio illū populū specialiter respicit, ad determinatū illū finem obtinendum, iudicialis erat. Cū. n. iudicialia pręcepta in hoc a moralib. per se distinguantur, ꝙ populo iudęorū vt ab aliis distincto, & pro statu illo data sunt, pōt aliqđ præceptū simpliciter morale sub hac rōne in[92]ter iudicialia computari. † Manifestum est autem secudum sanc. Tho doctrinam supra inductā, ꝙ amicitiæ multiplicatio vel conseruatio, non est finis ꝑ se matrimonij, sed ꝑ accidens, & ipso potiores sunt duo per se fines illius, primus inq̄ procreatio prolis, secundus concupiscentiæ repressio, ex quibus duobus finibus prohibitio naturalitatem, & moralitatē habet, iuncta naturali reuerentia, ad alios etiam q̄ ad parentes, licet propter eas supra latius est deductum. Vñ patet ꝙ plurib. rationibus, & magis, quia ex per se finibus, prohibitio illa moralis & naturalis est, q̄ iudicialis. Si autē ex hoc ꝙ inter iudicialia connumerātur præcepta, simpliciter cēsendū sit eam esse iudicialem, iam prohibitio ēt coniugij inter parentes & prolē principaliter. uel simpliciter, esset iudicialis. Siquidē & illa inter alias partes illius communis prohibitionis concluditur, quā sanc. Tho. inter iudicialia præcepta cō[93]numerat. † Nō inconuenit igit̄ inter iudicialia, connumerari moralia simpliciter, licet nō inquantū moralia, sed inquātum aliquid iudicialis p̄cepta populo illi tradita ꝯnumerasset. ibi articulo præcedenti sanc. Tho. ne contristarent aduenas, aut molestiam peregrinis inferent, cū moralissima hæc esse præcepta nullus dubitet. Sed quia specialiter illi populo data sunt, cui proter nobilitatē diuini cultus, & acceptæ legis a deo, specialis quoq; distinctionis tribuū, & familiarū, cā motiua despectionis aliorum inerat, ad iudicialia pertinent aliqualiter, Et sic dicitur de alijs pluribus præceptis moralibus inter iudicialia enumeratis, in illa quæstione, Vñ patet ꝙ probatio non procedit. Sed & tertia quæ adducitur ad [94] idem probatio, quo ad primum motiuum nihil valet, † cum quia sm̄ glos. ibi, ipsa moralia præcepta dicuntur iudicia, q̄a per iudicium discretionis lata sunt., & glosam in hoc sequit̄ Vgo Cardina. & Dominicus Tholosanus, tum quia si ex hoc ꝙ in principio illius capituli p̄mittunt̄, illæ monitiones de obseruatione tam iudiciorū q̄ præceptorū Dei, datur intelligi ꝙ omnia præcepta q̄ in illo cap. continentur, sint partim iudicialia & partim moralia, prohibitio ēt coniugii inter parētes & prolē esset sic partim iudicialis & partim moralis, vt a Papa dispensationē esset nata suscipere, quod nec arguens tenet. Sequeretur etiam ꝙ prohibitio vitiorum cōtra naturam. s. bestialitatis, & coitus masculorū, quæ in eodē ēt capi. post pręmissas monitiones pariter prohibentur, nec etiam partim iudicialis, & consequenter a papa dispensabilis, quod nephas est etiam cogitare. Pręmisit ergo potius has monitiones generales, ad omnia p̄cepta cuiuscunq; sint generis, non solū in illo cap. sed in toto libro illo promulganda. Vel si ad ea tantum quæ in capitulu illo. 18. continentur pręmisse sunt, dicendū est, vt. s̄. cum gl. ꝙ per iudicia non intendit ibi p̄cepta iudicialia, sed moralia, per iudiciū discretionis data & distincta. Quo ad secundum etiam motiuum, dictam ꝓbationem esse nullā, immo ꝙ ex ea potius oppositum [95] inferatur, Paulo ante probatum est. † Sed & nunc additur ꝙ in præcepto de non accedendo ad menstruatā in c. illo nihil penitus quod iudiciale aut cerimoniale sit cōtinet̄, sed est simpliciter p̄ceptū morale, licet circa fęminā sanguine sic fluentem, virū eam tangentē, quædam cerimonię ꝓpter immunditiā a diuinis arcentē, obseruandæ per legē sancitæ sint, non quidem in illo capitulo. sed in 15. præcedenti. Tertiū vero motiuū ēt si apparenter deducat, ꝙ non ꝑꝑ incestum, sed ꝑꝑ alias indecentias, puta ꝑꝑ discordiæ periculū, q̄ virtuti pacis ꝯriatur, præceptū illud emanauerit de non sumēda vxoris sorore, vxore viuente, non tñ ꝑꝑ hoc ꝓbat ꝙ illud vel alia omnia pręcepta quæ in eodē cap. promulgant̄, [96] non sint præcepta moralia. Si. n. s̄. dictū est. † præcepta moralia sunt de oībus actibus virtutū. 12. q. c. arg. 2. oēs aūt actus virtutū vt sic, sunt de lege natur̄. 12. q. 94. ar. 3. ex hoc igitur ꝙ p̄ceptū ponit̄ emanasse in remediū seruandæ pacis inter sorores, nō pōt inferri ꝙ nō sit morale, sed potius infert oppositū, cū pacis ꝯseruatio ad uirtutē spectet. Spālit̄er ēt inhibuit ne vxore viuente, soror accipiat̄, vt aditū p̄cluderet plu[97]ralitati vxorum. Ad quartū vero motiuū dr̄, † ꝙ scđs gradus cōsanguinitatis, cū sit inter collateraliter ordinatos sub eodē stipite, duas hēt spēs. Quędā. n. est sm̄ lineā ęqualē, vt duo patruelles vel ꝯsobrini, q̄dā vero sm̄ inæqualē, vt patruus & neptis ex fratre vel sorore. Similiter matertera & nepos ex fratre vel sorore. Et hæc scđa spēs excludit a ꝯiugio ꝓhibitione diuina nō aūt prima. & hæc est cōis canōistarū sn̄ia in [98] d. c. gaudemus, quod etiam ex margarita decretalium hr̄, ꝑ hoc citante. c. litera. de resti. spo. † Dicit. n. ꝙ. papa dispensat in scđo gradu in collateralibus personis, vt cum filiis fratrū vel sororum, quia hoc non est contra ius diuinum. Quasi dixerit ꝙ in secundo gradu ascendentium, & descendentiū non dispensat opposita ratione, quia valet hoc est cōtra ius diuinum. Vnde c. de infidelibus. de consan. & affi. hr̄ ꝙ dispēsat papa infideles nouiter conuersos ꝯiunctos matrimonio sm̄ legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis canone denotatos, quasi diceret ꝙ si essent coniuncti contra legis veteris instituta, quæ lex dicitur ius diuinum, non dispensaret, quia non posset, Non est autem hoc contra ius diuinū, nisi q̄a ꝓhibetur Leui. 18. Par ergo iudicium erit de oībus ibi prohibitis. Omnibus. n. conuenit cōis hæc rō non dispēsādi, q̄a videlicet ꝓhibita sūt iure diuino. & rō cōis huius diuinæ ꝓhibitionis, & nō illius est, q̄a inter primos ꝯctū cōiugiū non tollit debitam reuerentiā ex subiectione naturali alterius ad alterum, cum nulla sit ibi naturalis subiectio, sed ęqualitas. vt supra dictum est. In prima igitur tantum spē dispensauit papa cum paganis nouiter conuersis, non autem in secunda. Testatur enim pontifex tale coniugium a paganis licite contractum fuisse, quia constitutionibus canonicis non arctantur. Quid ad nos enim, inquit, de his qui foris sunt iudicare. Ecce quod summus Roman. Pontifex intendit de secundo gradū prohibito solū canonicis ꝯstitutionibus. Si enim de prohibito ēt iure diuino intenderet, superflua esset p̄dicta ratio, quam ex Apostolo primæ Corin. 5. induxit dicens. Quid enim ad nos de his q foris sunt iudicare. Statim enim responderi posset, ꝙ nullus est foris respectu Dei, cui oēs homines subiecti sunt, & cuius pręcepta seruare ꝑtinet ad ecclesiā, inducere, & cogere quoscunq; sibi subie[99]ctos, ēt si nouiter sint cōuersi. † Præcepta quippe Dei de nō ꝯhendo cōiugium in gradibus diuina lege ꝓhibitis oēs ligāt. vt ēt arguens in hoc ipso confitetur argu. & s̄. deductū est. rationem nāq; præceptorum istorū deus assignat cōem oībus gentibus, vnitatem carnis. vt. s̄. dictū est. Quod alias peruali da ratione, quæ in d. c. 18. continetur etiam probatur. Nam ibi exprimit̄ ꝙ ꝑꝑ transgressionē pręceptorū illorū (sm̄ quorum obseruationem vult Deus populum iudęorum nō operari, iuxta cōsuetudinē terre egypti, in qua habitauerant, & iuxta morem regionis chanaam, ad quā eos introducturus erat, & propter ꝯtaminationē qua contaminatæ sunt & pollutæ cum terra vniuersæ gentes) ipsas gentes eiecit ante cōspectū iudęorū, & earū terræ sic scelera visitauit, vt euomeret

ret illo mō habitatores suos. Vn̄ subditur vniuersalis senten
tia post p̄ceptorū illorū promulgationē. Custodite legitima
mea atq; iudicia, vt nō faciatis ex oīb. abhoīnationib. istis,
tam indigena quam colonus qui peregrinatur apud vos. om
nes enim execrationes istas fecerunt accolæ terrę, qui fue-
runt ante uos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos simi
liter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem,
quæ fuit ante uos. omnis anima, quę fecerit de abhomina-
tionibus his quippiam, peribit de medio populi sui. Ecce
quomodo uniuersaliter loquitur quo ad præcepta ibi pro-
mulgata, & quo ad gentes quæ illa seruare tenebantur, &
propter quorum transgressionem punitæ sunt. Non enim
punitione tanta digne fuissent, si prohibitiones illæ non es-
sent de lege naturę, & morales, vtpote contra actus de se
malos, & quibus omnes homines naturali iure cauere te-
nentur. Cuius etiam vniuersalis prohibitionis iudicium af-
fert, Ioannis Babtistę facta reprehensio ad Hærodem gen-
tilem. Licet enim videatur de lege naturę quod nullus ha
beat, uxorem cuiuscunque proximi sui nihilominus repre-
hensio Io. principaliter videbatur fundari super hoc, ꝙ erat
vxor fratris, super quo potuisset ille se non reprehensibilem
Ioanni ostendere, si non teneretur seruare præcepta illa, nō
obstāte Gregorii. qđ s̄. deductum est. Ex his patet, vt ad pro-
positum redeamus quarti motiui, quod non potuisset Ponti
fex super paganorum coniugo dispensare, si fuissent coniun
cti in secundo consanguinitatis gradu diuina lege prohibi-
to. Sic igitur patet ad tertium principale argumentum. Ad
quartum, dicendum, primo quod supposito etiam, quod in
tali coniugio inueniretur indecentia solum per accidens,
non sequitur, quod illa sit extra regulam & artem, cum nō
sit extra præceptum etiam diuinum. Innuitur enim hęc in-
decentia pro ratione præceptorum ex modo loquendi, dū
dicitur. Non reuelabis vel non discooperies verenda vel tur
100 pitudinem &c. vt elicere. sanct. Tho. 2. 2. ubi. s. potuit †Leges
enim regulæ sunt, & ex ratione legis congruitas, & rationa-
bilitas eius aperitur. Ea etiam quæ sunt per accidens, derelin
quuntur ab arte, quandiu nil stabile conferunt ad finem ar-
tis, & ad perfectionem eius, de quo est ars, vel de quo lex aut
regula datur. Quod non est in proposito, quia valde confer-
tur ad finē per prohibitionē coniugii inter consanguineos,
ex indecentia illa. ut in determinatione quæstionis deductū
est. Secundo negatur minor. scilicet, quod tantum per acci-
dens inueniatur inter omnes consanguineos naturalis inde
centia coniugii, præterquam inter parentes & prolem. Ne-
que docet hoc sanct. Thom. immo docet oppositum expres
se, dum. 3. dist. 40. argum. 3. dicit, quod in matrimonio illud
esse dicitur contra legem naturæ, per quod matrimonium
redditur incompetens respectu finis ad quem est ordina-
101 tum. † Finis autem matrimonii per se primo est bonum
prolis, secundarius vero, per se tamen, est concupiscentiæ re
pressio. hæc ille. Ex quibus patet, quod coniugium in gradu
illo in quo secundus etiam tantum finis redditur incompe-
tens, est indecēs naturaliter & per se, non autem & per acci
dens. Patet autem quod secundus finis redditur indecens ēt
per coniugium inter consanguineos non immediatos. idest,
præter parentes & prolem. Quod & 2. 2. vbi supra in corpore
articuli manifeste. s. Tho. docet, dum in coniugio inter om-
nes prædictos addit indecentiam, quæ naturali reuerentiæ,
debitæ consanguineis opponitur, pro ratione vitiosi actus,
102 Sic enim ibi dicit. s. Tho. Naturaliter †homo debet quandā
honorificentiam parentibus, & per consequens aliis cōsan-
guineis, qui ex eisdem parentibus originem trahūt. Ex quo
infra cōcludit, quod quia in actibus uenereis maxime consi
stit quædam turpitudo, honorificentiæ contraria, iō in con-
gruum est quod commixtio venerea fiat talium personarū
adinuicem. & addit, quod hæc causa uidetur exprimi Leui.
18. vbi dicitur. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem
103 eius, & idem postea dicitur in aliis. hæc ille. †Ex quibus ver
bis primo elicitur, quod licet per parentes ibi principaliter
intelligatur pater & mater, secundario tamen intelligi pōt
etiam a uus & auia, quibus etiam naturaliter debetur hono
rificentia, & minus principaliter alii superius ascendentes,
quod patet, quia dicit, quod pręter eos. scilicet quos dixit
parentes. honorificentia etiam debetur aliis de quibus in il-
lo cap. loquitur scriptura, quia ex eisdem parentibus, origi-
nem trahunt. Manifestum est autem ex prædicto cap. quod
talis honorificentia non debetur tantum his qui ex patre, &
matre originem trahunt, sed etiam eis qui ex auo & auia, si-
cut patruo & amita &c. Secundo, ex hoc, contra arguentem
specialiter elicitur, quod auo & auię non debetur honorifi-
centia per accidens, sed per se, cum ratione illorum debea-
tur aliis, vt habetur ex litera. s. Tho. tum etiam quia ex natu-
ra qua progenitores sunt, debetur eis honorificentia. vt etiā
litera promit. Nec est uerum quod dicit arguen. accidere in-

quam filię quod ab uno processerit. immo si cursus rerum
naturalium attendatur, eidem per se conuenit, quia nisi ab
auo illo, pater suus aut mater genita fuissetis, qui nunc pater
aut mater fuit, nequaquam pater vel mater fuisset, quia nec
etiam simpliciter idem in rerum natura vnquam natus fuis
set. Non enim potest natutaliter vnus & idem filius vnius
patris aut matris, ab alio patre vel alia matre generatus fuis-
se, quia variato per se agente, motu, materia, tempore, & lo-
co, variatur effectus, ex. 5. physi. Et si dicatur quod est per ac-
cidens absolute, quia Deus potuisset filiam illam ex patre il
lo producere, etiam si pater ab auo illo uel auia non proces
sisset, sed ab alio, vel a Deo solo. Respondetur quod ex hoc
ad hominem ammisso, pariter sequitur quod nec a patre suo
per se procedat, cum a Deo potuisset immeditate produci
Posset etiam expresse deduci ex verbis apostoli, quod sic in-
ter aliquos alios quam inter proximos genitores & genitos
sit per se prohibitio, coniugii, & lege naturali cognoscerent
omnes gentes id eis esse prohibitum. sicut pater de coniugio
inter filium & uxorem patris. dicit enim apostolus. 1. Corin. 5
Oīno auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis
nec inter gentes, ita vt uxorem patris sui aliquis habeat. Ter
tio dicitur quod nec per accidens debetur honorificentia cę
teris consanguineis de quibus lex diuina loquitur. Nam qđ
conuenit aliquibus per naturalem consequutionem ex alio
conuenit per se posito illo. Sed litera. S. Tho. dicit quod ho-
norificentia debetur per se parentib. & per consequens aliis
consanguineis. & c. ergo eisdem etiam per se conuenit. Nec
hoc repugnat dictis eiusdem sancti doctoris, ibi, dum soluit
tertium argumentum & per confirmationem primam obii
citur. Nam ibi nihil aliud. S. Tho. intendit, nisi quod inter so-
los parentes, & prolem est secundum se. i. non ratione alio-
rum indecens, & repugnans coniugium, quia eorum est etiā
per se. i. non per alios sed immediata cognatio. inter alios,
autem non nisi mediantibus illis seu propter illos. Etenim
cum auo vel patruo, filia, & cum auia vel amita seu ēt ma-
tertera filius cognationem habet ratione patris, cui tales ꝑ-
sonæ mediate vel immediate sanguine sunt coniunctæ. Nō
autem intelligitur, quod inter solos illos. s. parentes, & pro-
lem, sic sit per se cognatio uel coniugii indecētia. quod aliis
conueniant ista per accidens. ut patet ex dictis. Et quod decē
tiam, vel indecētiam coniugii inter istos variari lege huma
na vel diuina, nō sic intelligitur, quasi subsit potestati vtrius
que legis hæc variatio simpliciter, sed quia lege diuina inter
alioquos indecentia talis est, quia matrimonium impediat,
non autem inter alios, inter quos tamen indecentia matri-
monium impediens innascitur humana lege, & non inter
alias magis cognatione sanguinis distātes, inter quos tamē
olim positiuo iure, indecentia illa iure diuino matrimoniū
impediens sic est naturalis, ut nō nisi ab auctore naturæ ma
trimonium tale possit in naturale reddi uel licitum. Quod
utique Deus potest. Licet enim nunquam inueniatur dispē-
sasse inter parentes & prolem, non minori tamen decentia
hoc facere posset, quam innocētis filii mortem indicere pa
tri, non obstante circa hoc naturalis rationis repugnantia
summa. Ad aliam confirmationem, negatur quod Augusti
nus intendat non esse tale coniugium etiam natura prohi-
bitum, tā etsi non uideatur hoc aperte verbis illis exprime-
104 re, quod enim est prohibitum religione, est contra bonum
ueritatis, & consequenter opponitur seu repugnat. rectitu-
dini rationis naturalis. Implicat ergo dicere, est prohibitum
religione, ergo non natura. Quinimmo sequitur. ergo natu-
ra. Vel, si religio non proprie hic pro virtute sumatur, sed cō
muniter pro quacunque præceptoria religione, iam cū pro-
hibitio ista in proposito sit iuris diuini moralis, quod natu-
rale supponit, ut supra deductum est, patet quod si prohibi-
tum est hoc etiam modo, religione, prohibitum est ꝯn̄r, na-
tura. Ex prædictis patet in sufficientia quarti argumenti. Ad
quintum argumentum, quod utique ualidū apparet & for-
105 te nimis, respondetur specialiter sub correctione †cum de iu
dicio summi Pontificis alicui disputare non liceat. 26. q. 4.
c. si quis. Quod tamen uerbum intelligendum est, cum pro-
teruiendo uel sine reuerentia disputatur, aut etiam per mo-
dum iudicii, ut ex doctrina gl. super. d. c. nemini. haberi pōt.
Porro magister in Theologia, cum ex potestate sibi tradita
a summo Pōtifice & sancta matre ecclesia possit sacras lite-
ras expositione auctentica declarare, potest a maiori qđ sa-
cris literis contrarietur, aut consonet, edocere. Sic igitur cū
omni reuerentia & subiectione ad sedem aposto. descēdens
ad argumentum. dicam, primo ad casus expressos in ar-
gumento, post hæc ad fundamentū assumere videtur. Quan
tum igitur ad primum casum qui adducitur ex dictis dom.
Archiepiscopi Floren. circa id quod factum refertur a Mar-
tino. 5. respondetur, quod male allegantur verba eiusdem,
domi. Archiep. Neque enim dicit Martinum dispensasse cū
co

eo qui contraxerat cum germana sua, ipsius inquam ꝯhētis,
vt sibi inaduertenter videtur imponere summa summarū,
quam tamen inaduertentiam puto magis impressorem tan
gere, quam auctorem summæ prædictæ, cum de copula for-
106 nicaria ibi summa ex intentione loquatur, †inducens verba
do. Archie. quibus refert ꝙ Martinus. 5 dispensauit cum eo
qui contraxerat cum eius germana quam fornicarie cogno
uit. quod vtique papa facere potest, eo ꝙ hoc non inueniatˉ
iure diuino prohibitum expresse. Neque valet argumentū
ad hoc assumi ex prohibitione quæ in eodem capi. 27. habe
tur, de nō ducenda sorore vxoris in pellicatu illius, cum ne-
que fornicarie cognita, vxor sit neq; cogatur aliquis ad co-
habitandū concubinæ, ut sequatur emulatio & discordia, q̄
cā prædictæ prohibitionis a doctoribus affertur, & sequeretˉ
inter eas, q̄n ambæ sorores essent vxores, tū qa ex rōne talis
concubitus non fiunt duo in carne vna. s. procreandæ pro-
107 lis. vt exponit Hiero. †fornicarius quippe concubitus, vt in
pluribus, nō fit causa generandæ prolis, sed coneūdæ tm̄mō
venereæ voluptatis Quinimmo pœnæ oēs nollent, & impe
diunt plurimi generationem. Vnde nec hr̄ vt socia in pro-
creandis, & educandis liberis concubina, sed semper vt infe
108 rior, & contemptibils. †tum quia ex cōcubitu fornicario nō
sic fit vna caro viri, & muleris, vt separari non possint, sicut
s̄m aliorum sanctorum expositionem fit ex cōcubitu legiti
mo, iuxta verbum dn̄i quo Math. 19. referens verbum Ade,
& confirmans illud, atque dicens, erunt duo in carne vna.
itaque iam nō sunt duo sed vna caro statim, subiungit Dn̄s.
Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet. Nec potest
vxor pro uoto deleri aut abiici, ut potest cōcubina. tum ēt,
quia non asseritur in casu, Martinum dispēsasse cum aliquo
ut duceret sororem concubinæ viuētis. tum uel maxime qa
ēt si sic intenderet Archi. & sic fecisset Martinus, non esset
dānabile, quasi nō habens super hoc ptātē, argumento sum
pto ad hoc ipsum probandum, a quocunque simili uel ma-
iori. Voluit. n. Deus sic inter personas expressas inhibere con
iugium, ꝙ non inter alias ęquæ, uel etiam magis coniunctas
affinitate. si. n. hic ualeret argumentum a maiori, superflua
fuisset omnis prohibitio quę in aliis clauditur a maiori. puta
prolis cum parentibus. cum ista claudatur a maiori sub illa,
qua frater p̄ris, aut soror cum prole eiusdem patris aut ma-
tris, prohibetur coniungi. cum non nisi propter illam pro-
hibeatur ista coniunctio. vt subradictum est. Quin etiam cū
istis superfluum fuisset exprimere prohibitionem. cū expri-
matˉ inter personas minus coniunctas. ut cū nouerca aut nu
ru. Ex quibus oībus elici potest, ꝙ nulla coniunctio persona
rum s̄m puram affinitatem, ut a ꝯsanguinitate distinguitur,
matrimoniū impedit de iure diuino, sed solo iure positiuo,
109 super quo papa dispensare pōt. † ita ꝙ posset dispēsare vt cū
filia contrahat, qui matrē cognouisset fornicario coitu, eo
ꝙ non solum non sit hoc prohibitum, uerum etiam neque
prohibito simile. ut dictum est. Patet igitur ꝙ factum a Mar
tino uires habere potuit, de plenitudine ptātis. Quantum
uero spectat ad factum seren. Regis Portugaliæ, non inueni
tur tale coniugium in sacris literis prohiberi, nisi secundam
sororem, prima uiuente, in cōiugem accipisset, ut ex supra
dictis patet. Nimirum igitur si potuit summus Pontifex in
tali coniugio dispensare, cum secundam non acceperit nisi
mortua prima, vt constat toti mundo. Quantum aūt ad ca-
sum Ferdinandi Regis Siciliæ, responderi posset ꝙ prohibi-
tio illa, qua cauetur sæpe allegato ca. 28. Leui. ꝙ nemo disco
operiat turpitudinem sororis, patris, aut matris, quia turpitu
110 do eorum est, †quæ etiam repetitur in c. 22. vbi dicitur. Tur-
pitudinem materterę, & amitæ tuæ non discooperies, inter-
prætationē admittit ꝙ intelligatur de amita, & matertera,
quæ ex vtroque parente, quo ēt pater aut mater, genita est.
Si. n. esset matertera vel amita ex parte vnius parētis tm̄, pos
set Papa interpretari tale coniugium non esse diuino iure ꝓ
hibitum. Huius autē interpretationis ratio potest assignari,
tum ex regula communi, quia prohibitiones pęnales restrin
gendæ videntur, ut pœnę ipsæ, fauores autem sunt ampli-
andi. tum etiam ex prohibitione quæ Paulo ante posita est
in eodem c. 28. cum specificatione cōsanguinitatis inter fra
trem & sororē, ēt si ex vno tm̄ parente consanguinitate iun
gerentur. Sic enim paulo ante cauetur ex verbo. Turpitudi-
nem sororis tuæ ex patre siue ex matre, quæ domi vel foris
genita est, non reuelabis. Hęc. n. specificatio dat intelligere,
ꝙ si nō exprimeretur, sed tm̄ diceretur. Turpitudinem soro-
ris tuæ non reuelabis, interpretari licite potuisset, hoc præ-
ceptum de sorore tm̄ ex vtroq; parente genita, & non ex al-
tero solo. Cuius signum etiam est ꝙ ante lgem hanc scriptā,
poterat quilibet sororē ex altero tm̄ parēte ꝓgenitā assume
re, & nihilominus eā quæ nata fuisset ex vtroq; parēte ꝓprio
sic frater prohibeatur accipere, vt hoc ēt apud gentes scęlus,
& nephas reputaretˉ. vtpote ꝯtrarium naturali iuri, cui se gē
111 tes oēs naturaliter esse subiectas optime cognoscebāt. † &
propter hoc Abraham Sarram sororem suam ex patre, non
autem ex matre, licitę duxit, ante promulgatam legem hāc
vxorem. quam tamen non eius vxorem esse tā Abimelech.
Rex gerare, cum populo suo, quam Pharao. Rex ęgipti cum
principibus suis, certo certius extimabant, putantes ex ver-
bo quo dixerat Abraham, soror mea est, eam ex utroque pa
rente, quo & ille genitus fuerat esse pro genitam. Qua ratio
ne sine periculo criminis adulterij putabāt ambo Reges pos
se illam sibi in matrimonio licite copulare, cum ex hoc ha-
berent pro constanti quod vxor illius esse non posset. Secus
autem, esse per omnia cognouerunt, audito quod ex uno tā-
tum parente soror illius esset. ut habetur. Gen. 12. & 20. Ex p̄-
dictis autem iam notum esse facile potest, quod si ubi maius
est consanguinitatis vinculum, q̄n nō fuisset expressum cō
sanguinitatē ortā ex utroq; parēte, præceptū, de nō ducēda
sorore potuisset īterp̄tationē suscipe q̄n soror cēt ex vtroq;
parente genita, quo & frater, tantum astringere, non autem
si ex altero tantum progenitore cōsanguinea esset in primo
gradu, potest a maiori, rationabiliter,. dici, quod ubi talis nō
fit expressio vtriusq; parentis cognationis causę, minus pro-
hibetur coniugium inter personas magis distantes, vt pote
in 2. gradu secundum sanguinis vnionem. In casu autem ꝓ-
posito, sic Ioanna filia Ferdinandi senioris Regis fuit amita
iunioris, quod ex eodem quidem patre nata est. quo & Al-
phonsus iun. Ferdinandi Regis progenitor, non aūt ex eadē
112 matre. †Hoc ipsum etiam quod ualet tale præceptū de non
discooperienda turpitudine amitæ vel materterę prædictā
interpretationem admittat, ex alio sacrę scripturę loco de-
ducimus manifeste. Nam Iosue. 15. & Iudicum primo legi-
mus Othoniel fratrem Caleph. iuniorem licite duxisse vxo
rem Axam filiam eiusdem Caleph. Commemorat autem
ibi scriptura eos quidem fuisse fratres, sed non ex eodem pa
tre progenitos, cum Caleph. dicat esse filium Iephone. ipsius
vero Othoniel patrem dicit esse Genem. ut ex hoc manife-
ste conuincatur, quod ex parte matris tantummodo fratres
essent. & hoc modo Magister hystoriarum exponit, sequens
hæbreos, quos ad hoc ipsum etiam adducit & nō impugnat
Hgo Cardi. in d. c. 13. Licite autem contractum matrimo-
nium, istud ex hoc cognoscitur, quod ipse Caleph. fuit singu
lari laude commēdatus, una cum Iosue filio Num, principe
Iudęorum, in sacris literis super omnes filios Israel, qui fue-
runt tempore suo. Othoniel vero fuit etiā factus a Deo post
eos iudex & princeps totius populi Israel, & spiritus Dei erat
in eo. ut dicitur Iudi. tertio. Quod a Deo non obtinuisset. sed
magis ab eo exterminatus fuisset una cum gentibus trāsgres
soribus diuinorum præceptorum de licito connubio cōtra
hendo, si ex hoc quod Axam filiam Caleph. fratris sui duxit
vxorem, scripta iam & promulgata lege, transgressionis eius
reus fuisset in hoc speciali mandato. Necesse igitur est hoc
pręceptum interpretari quod non cum ea quæ vnius tantū
parentis, sui patris inquam aut matris soror est, sed cum ea
quæ ex vrroque parente quo, & frater genita est, matrimo-
nium fratris filio prohibetur. Et sic hæbrei etiam interpretā
113 tur pręceptum illud. licet alii plures aliter sentiant. †sicut &
aliter etiam interpretatur hoc quod Othoniel fuerit frater
Caleph. quia fuit inquiunt consanguineus eius, ut pote ne-
pos seu patruelis, more scripturarum, quæ consanguineos,
fratres appellant. iuxta illud Gene. 13. vbi dixit Abraham ad
Loth. filium fratris sui, fratres sumus. & Ioan. 6. Consangui-
nei Christi appellati sunt fratres eius. Sed ad hāc impropriā
significationem, hoc nomen, frater, non debemus transfer-
re, a propria discendendo, nisi per alios diuinæ scripturæ ser
mones ad id cognamur, sicut patet in exemplis inductis. Ex-
primunt enim sacrę literę. Gene. 12. quod Loth. fuit filius fra
tris Abraę. & Luce. 2. quod mater Domini fuit virgo. Sicut
neque nomen sororis ad aliam quam ad filiam eiusdem pa
tris aut matris extenditur, eo quod ad hanc extensionem ex
sacris literis nemo cogatur. Quia igitur sacræ literę nullibi
exprimunt Othoniel non proprie fuisse fratrem Caleph. pa-
tet quod in proprio sensu fratrē eius fuisse censendū est. Stā-
te autem hac expositione quę Catholica est, currit ratio prę
114 dicta. †par autem ratio est cum sit ęquum, sanguinis uincu-
lum inter filium & sororem patris quod inter filiam & fra-
trem patris. quo ad gradum, & consequenter quo ad prohibi
tionem cōiugii, interpretationem utriusq; præcepti, quo ui
delicet prohibetur, ubi s̄. coniugium inter filium & sororē
patris aut matris, & īter filiam & patruū suū. Nullum igitur
præiudicium determinate veritati quæstionis principalis ge
nerat, sed magis veritatem, iuxta eam declarat, casus Ferdi-
115 nādi Regis inductus. †Eodem modo soluitur obiectio rela-
tionis. Io. And. supposito etiam quod uerum fuerit quod au
diuit, summum inquam pōtificem dispensasse cum patruo
ut nepotem duceret in uxorem. Credendum est enim quod
non

non nisi ex patre parentis vnius, frater patris erat. Quo casu
cum nou prohibeatur tale coniugium diiuno iure, ut proba
tum est, sed tantum humano, nihil prohibet in eo summum
Pontificem dispensasse. Quo ad factū vero seren. Regis An
gliæ, cuius occasione, cum instantia requisitus, hanc edidi q̄
stionem, diuino auxilio specialiter implorato, multa dicā.
Sed antequam ad ipsum casum descēdam, veritatem decla-
raturus, suppono tria. Quorum quidem primum per se, reli-
qua vero quasi per accidens ad hanc quęstionem seu casum
116 prefatum spectant. † & vt per se quidem requisitum, suppo-
nitur, ꝙ preceptum illud de non reuelanda turpitudine vxo
ris fratris sui, vere contineatur in sacra scriptura, & vera sit
prohibitio iuris diuini in d. c. 28. & 22. libri Leui. ꝓut omnia
sacrę biblię exemplaria tā latino, quā græco, & hæbreo idio
mate scripta vel impræssa præferre constat. Cuius etiam in-
uiolabile reddit testimonium veritatis, omnium quæ in or-
be reperiantur primum originale Pentateuchi, summa cū
reuerentia conditum in sacrario preciosissimi capitis Diui
Prædicatorum Patriar che dominici, per iudeorum sapien-
tissimum olim Principē ac ductorem Esdram, ab extremis
bellorum deuastationibus, sancto dictante spiritu reparatū,
ac eiusdem manu propria incoriaceo vo lumine formatissi-
mis caracteribus hæbraica litera conscriptum, Quod quidē
summi Pontificis Clementis. 7. & inuictiss. Imperatoris Ca-
roli. 5. ac omniū ecclesiæ Ro. prælatorum, & christianitatis
Principum anno. 1530. Bononiæ ob Italiæ componenda dissi
dia, & eundem seren. Imperatorem imperialibus insigniis,
& debita corona decorandum, moram trahentium, animū
in veritate firmauit. vbi hoc ipsum quod supponimus eorū-
dem mandato Principum in prædicto volumine requisitū,
apertissime depromi conprobatum est, in vtroq; libri. Leui.
117 prefato capitulo. † Scdm aurem suppouendum, quasi per ac
cidens, articulum respiciens quæstionis huius est, ꝙ in argu-
mentum producta dispēsatio, vitio talis surreptionis macu-
lata non fuerit, qua remota papa non dispensasset. nam si se-
cus accidisset, proculdubio dignum esset vt taliter petētes,
in suæ peruersitatis pœnam, nullum ex concessis literis cō-
modum consequerentur. c. super literar. de rescrip. Supposi-
tum tertium per accidens etiam tangens casum est, ꝙ eidē
dispensationi, expresse vel implicite per quancunque pro-
testationem, uel quomodolibet aliter non fuerit renuntia-
tum, antequam sub eiusdem dispensationis virtute contra-
heretur matrimonium rite, quo admodum, puta per uerba
de præsenti, aut etiam per copulam sequentē sponsalia. Nā
si secus ꝑ omnia factum fuisset, eo matrimonium esset nul-
lum quo dispensationis priuilegiū expirasset, etiam si motu
proprio fuisset cōcessum, & manet prohibitio prima secū-
118 dum ius commune, † cum secundum iura post renuntiatio
nem, regessus ad ea quæ concessa fuerant, nisi nouum ius cō
cedatur, aut certe restituatur antiquum, prorsus negetur. c.
ex transmissa. c. in præsentia. c. sane. de renun. supponimus
namque in hoc casu omni alia ratione, præter eam quæ sub
quęstione cadit, rite factam & acceptatam dispensationem.
His ergo præmissis, ad casum præfati Seren. Regis, qui eisdē-
sante summo Pontifice Iulio. 2. duxit vxorem fratris defun-
cti, dicitur, ꝙ nec istud in sacris literis prohibetur expresse.
Quippe cum prohibitio illa sæpius recitata, possit interpre-
tari sub hac adiectione, sensum habere suum, ipso inquam
fratre viuente, vt Augustinus exponit, quem glo. sequitur &
prænominati doctores illustres. Extenditur etiam ab esidē
119 expositio ad vxorē fratris defuncti, liberis relictis. † Et huius
limitatæ expositionis rationem sumunt oēs ex mandato do
mini, Deutero. 25. de ducēda vxore fratris sine liberis defun-
cti, cā suscitandi seminis eius. Has autem esse bonas interp̄-
tationes si apud aliquos forte dubium fuisset pōt Papa deter
120 minare. † ad quem principalr spectat dubia fidei declarare
argu. in c. maiores, de bap. prout etiā docet. s. Tho. 22. q. 1. ar.
10. & uniuersaliter in dubiis & arduis fidei qōnib. ad eccle-
siam. s. Romanā, quæ caput est omniam ecclesiarum est re-
currendum. 2. di. Palam. 22. di. Præceptis. Stante autem præ-
dicta expositione, manifestum est, contra ius diuinū nequa-
quam esse, sed iure duntaxat positiuo prohibitum, & conse-
quenter pape potestati subiestum cōiugium vxor. fratris de-
121 functi sine liberis. † Prędictæ autem expositioni non obstat,
prohibitum esse generaliter in decalogo Exo. 20. etiam sub
maledictione. Deutero. 21. crimen adulterij, & ob hoc super
fluum videri iudicandum, coniugium cum uxore fratris ui
uentis specialiter interdictum esse. nam sicut dicit Augusti-
nus, cui etiam. supra nominati expositores cum glo. consen
tiunt. non erat adhuc clarum, an prædictum decalogi præ-
ceptū se extenderet ad uxorem repudiatā a fratre uiuente.
quod quidem per hanc, in Leui. expressam prohibitionem,
patet exprese. Si quis aūt ꝯ hæc obiiciens, quærat cur sic ex
ponatur præceptū de non ducēda uxore fratris ut intelliga
tur ipso viuente. cum præceptum de nō ducenda vxore pa-
tris vel etiam patrui, absolutum sensum nedum admittat,
verum etiam exigat, siue inquā viuente pr̄e vel patruo, siue
non viuente. Præceptum similiter de non ducenda nuru, in
telligitur absolute, tam inquā viuente quā non viuente filio
122 Par. n. ratio de omnib. his p̄ceptis esse videtur. † Respōdetur
ꝙ in sacris literis sensum illum habere, sectarique debemus,
quem nobis sancti Patres & doctores illustres aperuerūt, ꝑ
ut ēt in Lateranen. ꝯcilio sub Leone. 10. decretū est, nō est,
dubitandū, esse sensū scripturæ in diuersis illis præceptis di-
uersū, ꝓut præfatos expositores sapientissimos nobis decla-
rasse. s. meminimus. Cur aūt deus voluerit ꝯiugiū absolute
ꝓhibere inter aliquas determinatas, ꝑsonas, & nō inter al's
123 ęquali gradu sanguine ꝯiunctas, † nōest alia requirenda fon
talis ratio, nisi Dei uoluntas, a qua dependet omne quod iu
stū, & æquum est, cum sit ipsa summa iustitia. Dei enim so-
la uoluntate sic vniuersaliter inhibitum est coniugium,
inter personas expressas in d. c. 18. li. Leui. quod non inter al's
quōlibet aliter consanguinitate vel affinitate coniunctas.
Porro diuina uoluntas irrationabilis esse non potest, quam-
uis, ex intellectus nostri imbecilitate, ad rationē diuini prę-
cepti, quandoque non pertingamus. Verum non absque ra-
tione moti sunt præfati doctores diuersimode exponere di-
cta pręcepta, cum eius quod nunc sub quęstione versatur, ex
positio sumatur ex mandato domini Deute. 18. proposito. vt
superius deductum est. quod etiam ipso naturali iure uide-
tur quasi permissum, quod & antiqui patriarchæ quasi pro le
124 ge seruari iubebant. † vt patet de filiis Iudę patriarchæ, suc-
cessiue eidem mulieri nubentib. mandato patris, ad prioris
sine liberis mortui, suscitandum semen. Gen. 38. & gentiles
omnes atque paganos, qui ecclesiasticis constitutionib. non
arctantur, idem vniuersaliter obseruare cognoscimus absq;
peccato, ex eo quod inuentum est obseruari a populo pro-
uincię Liuonię, quando primo ad fidem catholicam sunt
conuersi, vt in d. c. gaudemus. & d. c. Deus. habetur expresse.
Aliorum autem præmissorum præceptorum absolute inter
pretationis ratio, sumitur ex naturali reuerentia, quę debe-
tur vxori patrui, vt eidem patruo quasi patri altero vna caro
factæ, & quam debet patri nurus, una caro facta cum filio,
non autem vxoris fratris, eo quod ad patrem & ad patruum
vt inferior comparetur filius, non autem ad fratrem ex ipso
sanguinis vinculo, sed ad eum potius habeat ęqualitatis cō
parationem. vnde minus etiam debet eius vxori naturalem
reuerentiam quasi superiori, vt ex hoc a coniugio cum illa
quasi naturali iure arceri non dicatur. ut in quæstione deter
minatum est, sicut etiam supra in fol. tertii dictum est, inter
quasdam personas solo secundo consanguinitatis, vel affi-
nitatis gradu prohibitum esse a Deo coniugium, in collate-
ralibus secundum lineam inæqualem propter naturalē re-
uerētiam quam una alteri debet, ut naturaliter superiori, &
tamen inter alias in quibus hæc ratio cessat, cum inter eas,
eodem secundo gradu coniunctas inueniatur æqualitas, nō
prohibetur. vt patet in consobrinis. & ex hoc etiam pateat
solutio ad primam confirmationem in argumento produ-
125 ctam. † Sicut autem summus pontifex potest interpretari,
quod præceptum illud de non ducenda vxore fratris sui, in-
telligatur tantummodo de uxore fratris uiuētis, vt deductū
est. ita potest interpretari quod se extendat etiam ad uxorē,
fratris defuncti cum liberis, & ꝙ ex diuina dispensatione
seu dispositione, quę habetur Deuter. 25. nobis manifestum
sit, ꝙ prędictum præceptum non se extendat ad ipsam vxo-
rem frātris defuncti sine liberis, quādo eam frater defuncti
uelit in uxorem habere, ad suscitandum semen fratris sui, ꝓ-
ut in dicta dispensatione cōtinetur; Stante autem ista inter-
pretatione, qn̄ per ecclesiam promulgaretur, manet in om-
nibus hominibus libera facultas ducendi vxorem defuncti
fratris sine liberis, prędicta intentione, quantum est ex parte
prę̄cepti diuini tantum, & remota omni alia lege humana.
Nec huic obstat ratio pe. de pal. 4. d. 40. 1. q. ar. 5. qua declinat
126 in oppositam sententiam, dicens † quod ubi Deus in aliqua
lege dispensat, non propter hoc potest in eadem dispensare
papa. Sicut neque propter hoc ꝙ papa cum aliquo dispēsat,
in his quæ reseruantur potestati eius, potest eo inferior pari-
ter dispensare, iuxta doctrinam Theologorum & Canonista
rū, & specialiter. S. Tho. 12. q. 97. ar. 4. ad tertiam & q. 100. arg.
8. ad tertiam & 30. contra Gent. c. 35. & in plurib. aliis locis
suæ doctrinę, ut uideatur ex hoc sequi ꝙ nunc papa nō pos-
sit dispensare in coniugio cum uxore fratris defuncti sine li-
beris, non obstante ꝙ Deus aliqn̄ dispensauerit super plura-
litate vxorum, quod est aliquo modo contra ius naturale. d.
33. q. 1. ar. 1. aut super libello repudii, quod pariter est contra
legem naturæ, ubi. sup. q. 2. ar. 1. sequitur quod papa possit in
huiusmodi dispensare. Hæc inquam deductio quam obiter
tangit prædictus Doctor, alioquin celeberrimus non obstat
quia

quia non dicimus proprię papam super tali coniugio dispē-
sare, prout diuino præcepto prohibetur, sed manēte p̄cepto
illo in suo robore, cum secundum prædictam interprætatio
nem non se extendat ad vxorem defuncti fratris sine liberis
potest in omni alio, positiuo iure prohibente, dictum matri
monium dispensare. Non est autem simile de prędicta dispē
satione diuiua super tali coniugio cum vxore sine liberis de
functi, & de dispensationibus olim a Deo factis, & super plu
128 ralitate vxorum, & super libello repudii, † qn̄quidem quod
olim Deus ob varias causas in his indulsit, in nouo postmo-
129 dum testamento prohibuerit. dicente. D. Math. 19. † Qui di-
miserit vxorem suam, & aliam duxerit, mechatur. Et quan-
tomagis si ducat aliam vel alias priore non dimissa, mecha-
bitur. In eodem etiam capitnlo & eisdem verbis, prohibent
libellum repudii excepta fornicationis causa. Quod ēt repu
dium ex hoc ibidem reprobat, quod indultum olim iudæis,
asserit, propter duritiem cordis eorū, quasi dicat. in lege amo
ris, vbi homines ex toto corde diuinis præceptis obtempera-
bant, talis libellus nullatenus permittetur. determinans, ꝙ
quos Deus coniunxit homo de cætero separare non audeat
Vnde non remanet modo Christianis facultas vtendi prædi
ctis dispensationibus olim fact is, propterea quod in sacris li
teris reuocatæ sint a Deo, a quo ēt emanarūt. Nec pōt in eis
summus Pontifex ullam potestatem habere, cū sit inferior
130 conditore prædictarum legum, † prædicta autem dispensa-
tio super coniugio cum vxore fratris defuncti sine liberis, vt
suscitetur ex hoc semen illius, non inuenitut in sacris literis
reuocata, quinimmo per ecclesiæ determinationem mani-
feste conuincitur adhuc vigere. nam sicut paulo ante tactū
est, nostris ēt propinquis temporibus quādo Liuon. populus
prius idolatria, cōuersus est ad fidem. a. 300. inquam annis, &
paulo plus citra, quod uiua adhuc diuina hęc dispēsatio seu
permissio perduraret, ex hoc cognoscimus quod summus,
pontifex declarauit, & in d. c. gaudemus, determinauit, se nō
posse sic, ante contractum, & in infidelitatis statu, matrimo
nium vllatenus dirimere, inducens ad suam etiam potesta-
tem & personam extendi illā Christi sentētiam. Quos Deus
cōiunxit homo non separet. Non diceret aūt hæc pontifex,
ꝙ videlicet illos Deus coniunxisset, si contra diuinum præ-
ceptum, tale matrimoniū contraxissent, si illa diuina dispo
sitio qua mandatur uxor defuncti sine liberis fratris duci, ad
eius semen suscitādum, iam abrogata fuisset, & usq; ad no-
stra tempora & consequenter in perpetuum in suo robore
non maneret. Nulla igitur est præmissa obiectio. Pet. de pa-
131 lude, nec ei debet quispiam in hoc. adhęrere. † Si quis autem
vxorē defuncti sine liberis fratris in suam assumeret, nō hac
intentione, ut fratris sui semen suscitaret, sed quacunq; alia
bona uel mala ratione vel causa, reus esset transgressionis
prædicti pręcepti diuini, quod patet, quia etiam olim, si ipsi
iudæi accepissent, in coniugium vxorē fratris defuncti sine
liberis, non causa suscitandæ prolis, mortaliter peccassent,
ergo contra præceptum aliquod naturalis vel diuini iuris
operati fuissent, & non est aliud nisi prædictum de non ducē
da vxore fratris absolute positum. Leui. 18. & 20. Pari ergo rō
ne tā Christiani quam gentiles, si non illa intentione vxorē
fratris duxerint, erunt transgressores illius præcepti, in quo
cum morale sit, Papa dispensare non potest, ut sup. probatū.
132 † Quod autem iudæi olim mortaliter peccassent ducendo
uxorē fratris defuncti sine liberis, non ex intentione suscian-
di seminis eius. probatur. tum quia Leui. 20. imponitur pœ
na ducenti vxorē fratris, quod videlicet talis sit absq; liberis
Non est autem dicendum quod talis pœna sit illi imposita
duxerit talē fratris vxorē iuxta legē promulgatam Deut. 25.
Talis. n. nō esset pæna dignus, sed p̄mio ꝑꝑ obedientiā. ergo
pęna hæc infligitur propter hoc quod talis uxor ducitur nō
illo modo uel illa ratione, qua cauetut in dicto cap. 25. Deut.
cum autem pęna notabilis, & grauis non infligatur in sacris
literis, nisi propter culpam mortalem, patet quod prædicta
transgressio mortalis est. Tum quia eadem pœna lata est in
eodem capitulo paulo ante, ducenti vxorem patrui vel auū
culi, quem manifestum est ex hoc peccare mortaliter. Vt au
tem habetur Deute. 25. Secundum mensuram delicti, erit &
plagarum modus. Vbi ergo par est modus plagarum, paria
esse delicta necesse est. Tum quia Leui. 20. dicitur, quod qui
duxerit uxorem fratris sui, rem illicitam facit. Quod abso-
lute non dicitur in scripturis ueteris legis, nisi sit peccatum
mortale, quia aut est de se. i. ex suo genere illicitū, & tale cir
ca materiam notabilem, semper est peccatum mortale, &
est contra ius naturale, aut est illicitum, quia a Deo prohibi-
tum. Id enim non licet quod vetatur. patet autem quod ex
133 hoc ipso sermone, tale prohibetur a Deo. † Contra prohibi-
tionem autem Dei facies, quæ modo legis promulgata est,
peccat mortaliter, loquendo in moralibus, cum etiam leges
humanæ quando habent concursum naturalis æquitatis &
iustitię, obligēt ad mortale, ut determināt Domini Cano-
niste in cap. plerique de immu. eccl. & S. Tho. 12. q. 96. ar. 4. &
quantomagis leges ipsę diuinæ in se. Tum etiam quia pęna
illa inflicta, qua dicitur, quod talis absque liberis erit. intelli-
gitur secundum Augustinum, & alios expositores, quo ad
successionem hæreditatis, ex quo datur iutelligi quod tales
134 filii non sunt legitimi. † omnis enim filius legitimus, nisi
priuetur ex culpa sua, est hæres patris, etiam si ab alio
adoptetur secundum illud apostoli ad Galla quarto. Si filius
& hæres per Deum ergo coitus quo tales geniti sunt, non
fuit legitimus, sed fornicarius, & consequenter omnis sic cō
trahens, mortaliter peccat. Tum qa s̄m Vgonem Car. in ex
135 positione super Leui. c. 25. † Ducere vxorem fratris ibi prohi
betur causa sedandæ libidinis, cōceditur autem Deuter. 25.
cā generandæ prolis. s. fratri suo. Remoto ergo hoc secun-
do, cum diuisio supponatur sufficiens, remanet tantum pri
mū, pro causa huius coniugii. coniugium autem cuius finis
libido est, non est sine peccato mortali. Tum quia transgres-
soribus huius præcepti, sicut & aliorum quæ conmemoran-
tur in d. c. 20. Leui. comminata est pœna inflicta gentibus,
quæ fuer unt accolæ terræ illius ante iudeos, quæ pœna fuit
expulsio & exterminatio ilarū gētium de terra illa, & eas ita
Deus abhominatus est ꝑꝑ transgressionem illorum præcep
torum, vt terra eos euomeret. Hæ aūt pœnæ cum sint maxi-
mæ supponunt culpam mortalem, quo ad singula pręcepta,
cum transgressio illorum absolute & sine exceptione po-
natur illarum cā pęnarum. Supponunt ēt ꝙ præcepta talia,
iudiciaq. data tūc ꝓ lege scripta uel scribēda filiis israel, sint
p̄cepta iuris naturalis, eo ꝙ ad gētes, quæ legem scriptā nō
hn̄t, Ro. 2. se sic extendebant, vt propter eorum transgressio-
nem exterminatæ sint. de iure igitur naturali diuinitus ēt in
lege scripta promulgato. manifestum est prohiberi omnib.
hominibus ducere vxorem, non tm̄ suscitandi seminis fra-
tri suo, & sic mortaliter peccant transgressores legis huius,
vt sæpe dictum est. Non potest ergo papa in tali lege diuini
& naturalis iuris aliquo modo dispensare, nisi sub illa ratio
ne. Si vero talem intentionem iuxta præfatam rationem le
gis illius quis non hn̄s, mentiatur nihilominus se illam ha-
bere, nec oppositum probari posset, summus Pontifex rite
valeret prohibitionem ecclesiæ per dispensationem remo-
136 uendo, tale matrimonium permittere, † quia non de inten-
tione, uel quocūq; interiori actu iudicat ecclesia extra forū
cōscientiæ, sed solum de exteriori probato opere. 2. q. 1. mul
ti. 30. q. 5. c. siquis. Esset tamen illicitum tale cōiugium apud
137 deum, & supra dictarum pœnarum coniuges illi rei. † Hoc
aūt quod dictū est, ꝙ videlicet ecclesia & papa iudicare, aut
efficere non possit, ꝙ cōiugium in quo cessat prædicta rō di
uinæ legis sit licitum, determinatum videtur per ecclesiam
in d. c. deus. de diuor. iuncto. d. c. gaudemus. eo. ti. eo ꝙ in d. c.
deus. declaratam rectitudinem coniugii per modum factæ
dispensationis, quia uidelicet papa dispensauit in oī prohibi
tione iuris positiui, sub illa limitatione, subiuugens. Si tamē,
videlicet, fratrib. decedentib. sine prole, ut semen defuncti,
iuxta legem Mosaycam suscitarent, cū talibus vxorib. con
traxerunt. Ex quibus, summi pontificis uerbis, iunctis his
quæ ex. d. cap. gandemus relata sunt, quibus videlicet expri-
mitur, ꝙ idem pontifex noluit separare matrimonium hoc
quod licite fuisse ab infidelibus ante suam conuersionē cō-
tractum. ibidem affirmar, & per sacras literas probat, ut ex
hoc inuiolabili sit lege sancitū, dat intelligere, ꝙ si hoc quo
que modo contractum matrimonium prædictum, non in-
quam sub ratione prædicta, sed alia quacunque causa licitū
esset summus pontifex remouēdo ꝑ dispensationem, omnē
prohibitionē iuris positiui, quo strictius hoc prohibetur con
iugium, quam inter consanguineos aut affines quarti & ter
tii gradus, eundem populum in ꝓpria illa libertate pariter
dimisisset, in fauorem Christianæ religionis & fidei, a cuius
perceptione per uxores deseri timentes, uiri posent facile re
uocari, ut in d. c. gaudemus. dicitur. Vnde patet ꝙ papa in ta
li coniugio non prædicta ratione contracto, dispensare non
pōt. Quū autē ex eo. c. ut iam diximus habeatur, ꝙ tale mr̄i-
monium a paganis fuerat licite contractum ex ratione p̄di-
ctę dispon is diuinæ, eum nō arcerentur constitutionibus ca
nonicis. i. ecclesiæ positiuo iure nam tali iure eos non fuisse
subiectos ante conuersionem. ibi dē ꝓbatur auctoritate illa,
qua dicit apl's. 1. corin. 5. Quid ad nos de his qui foris sunt iu
dicare, manifeste sequitur, ꝙ sublata per summi pontificis
dispensatione, prædicta prohibitione positiui iuris, posunt
oēs ēt Christiani, dispēsatione seu dispone illa diuina, Deut.
25. promulgata, pariter uti, sub ipsa sua rōnæ, nō qa obligen-
tur in hoc legis mandato illi, sed qa id ex hoc ipso patet nō
esse ꝓhibitū. manifestū est enim ꝙ paganis nō erat data lex
Moysi, nec ad illam vllatenus tenebātur, sicut etaim ad illā
nō tenentur Christiani, & tamen licite vtebantur illa diui
an

na diſpenſatione, ſicut ex pdicta eccleſiæ determinatione ꝓ
batū eſt. Diſpoſitio ergo illa vniuerſalis eſt, nec magis ad iu-
dęos uel paganos, quam ad quoſcunque alios homnines ſe
extēdit, & ꝯſequenter poſſunt ea uti ēt Chriſtiani, qn̄ alio iu
re poſitiuo nō ꝓhibeantur. ut prædictum eſt. Per hæc aūt iā
patet ſolutio ad ꝯfirmationē ſecundā inductā in argumēto.
Ex prædictis omnibus tres concluſiones deducuntur quib.
omnis vis dubii circa caſum Seren. Regis Angliæ tollitur, &
determinata iā veritas clariſſima diſtincte proponit. Prima
cōcluſio ꝯdōnalis eſt, uidelicet. Si præceptū illud de non du
cenda uxore fratris ſe extēdit ad fratrem tā uiuum ꝙ defun-
ctum, tam cum liberis. quam ſine eis, tam cauſa ſuſcitandi,
quam non ſuſcitandi ſeminis fratri ſuo, Papa non poteſt in
præfato coniugio diſpenſate. Hæc concluſio patet ex deter-
minatione principali quæſtionis huius, eo quod tale pręce-
ptum morale ſit. in præceptis autem moralibus antiquę le-
gis, ſolus Deus diſpenſat Cum veritate tamen prædictæ con
ditionalis concluſionis, ſtat impoſſibilitas antecedentis, eo
quod non per modum publicatæ communis legis, manda-
uit dominus ducendam eſſe defuncti ſine liberis fratris vxo
rem, ad ſuſcitandum ei ſemen. Non ſic tamen mādauit hoc
Deus vt cogeret, ſed ſub libertate ſimpliciter oēs relinquens
appoſuit populo iudeorum alicuius cōfuſionis pœnam non
139 adimplenti quod ſibi mandatum, ad bene eſſe fuerat. † Im-
poſſibile eſt autem a Deo leges communes contrarias eſſe
ſimul ſtatutas, ſicut eſſent prædictæ, quo ad hanc ſpālem cō
ditionem, ꝙ ex intentione ſuſcitandi ſeminis fratri ſuo pro-
hibeatur alicubi, ſimul ac alibi ſtatuatur in lege, duci ſine li-
beris defuncti fratris uxorē. Legem aūt illam per modum p
miſſionis prædictæ latam, nō ſolum populo iudęorum poſt
legem ſcriptam, quinetiam ante eam, ut patet ex facto filio-
rum. Inde patriarchæ. Beneſ. 37 omnibus gētibus eſſe cōem,
patet per eccleſiæ factam determinationem, qua in. d. c. gau
demus. papa tale coniugium a populo gentili prouinciæ Li-
uoniæ contractum, ante cōuerſionem, ſic eſſe indiſſolubile
probat, ꝙ determinat ab homine ſeparari non poſſe ſic con
iunctos. Quod quidem ſoli rite contracto matrimonio con
140 uenit. † Licet autem eccleſia non poſſit auferre iuris natura
lis, aut etiam diuini præcepta, pōt tn̄ permiſſiones reſtringe
re, ut patet in prohibitione matrimonii in tertio & quarto
gradu iure naturali diuinoq; permiſſo. ſicut & adimere pōt
a quolibet ſibi ſubiecto facultatem abſolute ducēdi uxorē,
huius uel illius impedimenti uel conditionis, aut ēt ullam.
Sicut patet in impedimētis quæ matrimonium dirimunt,
tam contractum, quam ꝯtrahendum ex ſolo ſtatuto eccle
141 ſiæ. † Secunda ꝯcluſio eſt abſoluta, uidelicet. Papa potuit cū
p̄fato Sereniſ. Rege abſolute diſpenſare ut uxorem duceret
fratris ſui ſine liberis defuncti. Patet hæc concluſio ex eo ꝙ
pōt ſummus Pontifex declarare, præceptum illud de nō du
cenda uxore fratris, ad uiuentis fratris uxorem tm̄modo ſe
extēdere, uel ēt ad uxorem defuncti fratris, ſed liberos relin
quentis. iuxta ſanctorum, & illuſtrium eccleſiæ doctorū ex-
pōnem, etiam ſi talis expoſitio ſub aliquarum mentium du
bio caderet. pōt. n. ſanctorum expoſitionibus adhęrere, ſicut
pōt, & debet quilibet Chriſtianus, eo uel maxime ꝙ ad ſum
mum Pontificem ſpectat omnia circa fidem dubia determi
nare, & circa ſingula, ueritatem prout ei ſpiritusſanctus ſug
geſſerit, declarare. Cuius determinationi ſe oppōere nemo
poteſt, niſi ubi clare litera ſacrarum ſcripturarum in oppoſi
tum militaret, quod in propoſito non accidere, ſupra demō-
ſtratum eſt. Quum igit poſſit ex hoc abſolute determinare
illam ſanctorum expoſitionem in præfato præcepto, bonā
eſſe, pōt etiam abſolute iuxta illam in præfato matrimonio
142 diſpenſare. † Tertia concluſio eſt eiuſdem conditionis ut pri
ma, uidelicet. Si ponatur vel ēt ab eccleſia determinetur p̄ce
ptū illud de non ducēda vxore fratris, ad defunctum etiam
ſine liberis ſe extēdere, pōt nihilominus papa diſpenſare vt
talis fratris uxorem quis accipiat, ex intentione ſola ſuſcitā-
di ſeminis fratri ſuo. Patet iſta concluſio, quia cum ſummus
Ponti. non poſſit ſuper præcepta iuris diuini diſpenſare, pro-
ut. ſupra declaratum eſt, niſi forte ſm̄ aliq̄ conditionem in-
ueniat aliqđ tale in ſacris literis relaxari, & in propoſito nō
inueniat, alia præfati præcepti, iuxta pręedictū ſenſū accepti,
relaxatio, niſi ꝑꝑ p̄dictā intentionē, ſtāte illa diſpēſare pōt,
cū poſſit aliud oē prohibens poſitiuū aufe. Remota uero il-
la, non pōt. Sed in hoc aduertendū eſt, ꝙ ſuppoſito ēt ꝙ præ
fatus Seren. Rex, non habuerit a principio prædictā inten-
tionē, & ob hoc iuxta tertiā hāc cōcluſionē forte dubitaret
non p̄cedere circa eū factā olim diſpēſationē, & de priorib
cōcluſionibus quacunq; rōne ſibi apparēre ambiguus eſset
ſi uult omne ſcandalum euitare, ac ieren. prædilectæq; ſuæ
cōnſortis infelicitati quæ proculdubio imineret, ſeipſum,
vt decet opponere, quodque magis vrget omnem ſcrupulū
& animę periculum ex catholica determinatione facta, iux
ta tertiam concluſionem, fortius imminens, & grauiorem
timorate menti moleſtiam inferēs ex ſeparatione a Chriſto,
prohibita tori coniugalis euadere, denuo poteſt ex illa intē
tione contrahere, noua etiam diſpenſatione obtenta. Licet
non ſit neceſſarium, eo quod procul omni dubio Papa po-
tuit in tali matrimonio abſolute diſpenſare, iuxta ſecundā
concluſionem. Et iſta ſufficiant quantum ad caſum præfati.
143 Regis Angliæ. Ex prædictis omnibus manifeſtum eſt, † quod
Deus gubernans, & regens eccleſiam non adhuc permiſit,
aliquem ſummum Pontifi. in aliquo caſu diuina lege prædi
cta prohibito, diſpenſare. Quod ſi etiam de facto accidiſſet,
adhuc factum arg. contra determinatam veritatem nulla-
tenus præualeret. Validum qui pꝑe foret & præpotens argu
mentum, quando ex aliqua a ſe facta diſpenſatione, intende
ret determinare ſummus Pont. in quantum Chriſti vicarius
quod ita Papa diſpenſare poſſit. Sed hoc cum falſum in pro-
poſito, & contra ſacras literas eſſe putetur, prout etiam in
hac quæſtione clare probatum eſt, intentionem habiturum
quemcunque Chriſti vicarium ſic determinandi, credendū
non eſt, obuiante domino, qui Ro. eccleſiam ſine macula &
ruga cuiuſcunque hæreſis, aut erroris ſemper conſeruare di
gnatus eſt, iuxta dominicam ad Petrum factam promiſſio-
nem. Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua. Luc.
22. qui etiam exauditus eſt pro ſua reuerentia. Hæb. 5. Cōtin
gere tamen poteſt ſummos pontifi. vt ſingularis perſona, ex
timare ſe authoritate Apoſtolica aliquid poſſe, & de facto cō
cedere uerbo vel ſcripto, quod tantum in rei veritate non
poſſunt. Neque tamen ſemper intendunt ſummi pontifices
facto ſuo vel ſcripto, ius commune tradere, vel omnes liga-
re per ſuas literas, ſed quandoque tantum petentibus ſatiſfa
144 cere. † Tunc autem omnes ligare vel uim legis habere ſuas
aut prædeceſſorum ſuorum literas videntur intendere, quā
do inter leges in corpore iuris, literas etiam ſingularibus per
ſonis directas, quaſi decretales inſerunt & annumerant. Et
tunc vtrique ligant omnes poſt indultum a iure tempus, qđ
iam publicatę legis virtutem obtineat, quod quidē non ple
ne determinationem ſuſcipere poteſt, cum vna cauſa maio
rem, alia minorem diſcuſſionem exigat, & conſequenter
diuturnitatem temporis requirat, quo veritas plenius valeat
roborari ac pura reddi, omni falſitate reiecta. Quo naturalis
ęquitatis indulto, contingit id quod per unum pontificem
145 uel etiam concilium eſt ſtatutum, aut declaratum, † ꝑ aliud
reuocari. 35. q. 9. ſententiam. ſicut in concilio apud Aquiſgra
num, ſtatutum fuit raptorem non poſſe raptam in coniugē
accipere. 36. q. 2. placuit, quod tamen poſt modum ix Melde.
concilio reuocatum eſt. & coniugium tale permiſſum. ſub
aliqua pœna de conſenſu parentum. eadem. q. autem. quini
mo iura etiam ſupponunt cōciliorum diuerſorum variam,
poſſe fore ſententiam, & cum in geſtis eorum diſcors ſentē-
tia inuenitur, illius concilii ſententia magis tenenda cauet,
cuius antiquior & potior extat auctoritas. di. l. c. domino ſan
146 cto. † præualent etiam conſuetudines quibus quandoque ro
bur amittunt conciliorum ſtatuta. extra de conſuetu. c. cū
tanto. firmata tamen lex, & in corpore iuris redacta obligat
omnes, & argumentum ex tali lege ſumptum, ualidiſſimū
eſt. & hoc modo. S. Tho. ex facto iam legē firmato, & in cor-
pore iuris redacto, argumentum obiectum, ſumpſit in quod
147 libetis. † Argumentum autem ſumptum ex facto quod reci-
tat glo. de Lucio papa diſpenſante cum bigamo, probabili-
tatem tantum affert non neceſſitatem contra principalem
concluſionem. quod vero adducitur in c. per venerabilem,
firmamentum non habet, cum pontifex ibi non approbet
argumentum illud, ut argumenti vim habeat. Si autem nō
poſſent ſummi pontifices ex malo conſilio abuti propria po
teſtate, non oportet aliquod eorum opus etiā ſub opinione
vigoris apoſtolicę authoritatis factū, iuxta venerabilis eiuſ-
dem poteſtatis regulas, per doct. unquam examinare, ac in
dubium uerti an rite factum ſit, an non. & ſic inanis eſſet,
immo pręſumptuoſa ſanctorum & theologorum illuſtriū,
doctrina qua dicūt indulgentias eſſe quandoque irrationa-
biles & ſine fructu, excommunicationes quandoq; iniuſtas
aut etiam nullas. Et ſic de ſimilibus. Veriſimile eſt autem ꝙ
ſicut in facto Martini de quo ſupra quidam dixerunt eum
non poſſe taliter diſpenſare, non obſtante quod vere potue-
rit, vt ſupra declaratum eſt, ita etiam multo magis putandū
eſt quod plures & peritiores inuenirentur, qui contradicerēt
diſpenſationibus, ad quas ſummi ponti. non ſe extenderet
148 auctoritas, † ſi præhabito conſilio peritorum, vt decet ſum-
mus pontifex in factis alicuius momenti procederet. Nun-
quam enim deſeruit Chriſtus eccleſiam, ſed ſi contingeret
pontificem aliquē proprię poteſtatis limites excedere, ſem-
per inuenirentur viri periti. qui factum damnarent, & dam
nabile eſſe doctrina demōſtrarent. Nec dēret in dubiis, circa
propriam poteſtatem Pontifex, ſic aliquorum prædeceſſorū
ſa-

factis inhærere, ut non maturo ſapientum conſilio præuio,
tutiorem partem ſemper eligeret. Quinimmo cum nunquā
diſpenſationes has factas inueniamus, & tamen a principib.
immo etiam vniuerſaliter, a diuerſi generis Hominibus di-
ſpenſationes has frequenter, in innumerabilib. caſibus, & ra
tionibus mouentibus, credendum ſit eſſe petitas, clarum eſt
quod ſummi pontifices eas concedere noluerint, iudicantes
tam propria ſentētia, quam peritorum conſilio. ſe hæc face
re non poſſe, quamuis hoc non fuerit aliqua ſcriptura com-
mendatum aut cōſeruatum. Non enim neceſſario talia ſcri
149 pto rediguntum, † ſicut ſemper dum grauia conceduntur,
eiuſdem conceſſionis teſtis eſt ſcriptura. poſſet etiam cōceſ
ſionis talis ſi aliquando fieret a ſummo pontifice, motiuum
ualidum dare, principum petentium fauor atque poteſtas,
qua conſultores tam petentium quam concedentium eiſdē
ſe deuictos putarēt, & ob hoc eorūdem deſiderio ſatagerent
ſatisfacere. Si autem ſimplici, oculo ac recto corde cuncta
luſtrentur, ſacraque Theologia ſuper ea quæ ad ipſam pro-
prie ſpectant, prout a ſanctis Doctoribus Theologalia decla
rantur iudex fuerit conſtituta, quę cunctarum ſcientiarum
eſt princeps, & cuius proprium eſt cognoſcere & declarare
quid ad papæ poteſtatem ſpectet, circa ſacramenta, legeſq;
diuinas, facile veritas cognoſcetur. ſicut clariſſime factum
eſt in propoſito. Qua etiam ratione non multum curaui pro
determinata iam veritate firmanda, dominos Canoniſtas
150 in teſtes inducere. † poteſtas enim ſummi Pontificis a Deo
per ſacras literas immediate tradita eſt, & ab eo ſolo depen-
det. Sicut autem ſacros canones poſitiui iuris ex propria cō
ditione habent do. Canoniſtæ ſua ſapientia illuſtrare, ita ſa-
cras literas exponere declarareque ſpectat ad ſacros Theo-
logos, & ſanctę Matris eccleſiæ doctores. Vnde veritas hæc
ab eis diſcutienda eſt, & pręcipue ſecundum determinatio-
nem & ſapientiam illorum eccleſiæ ſanctæ luminum, ac ſy
derum, quæ ſanctorum collegio, Catalogoq; ſunt aſcripta.
151 † Amicis enim ſuis, & non alienis reuelat Deus ſecreta ſua.
iuxta illud Io. 15. Vos autem dixi amicos, quia quæcunque
audiui a patre meo nota feci vobis. Quod vero adducitur in
argumento nemini licere de ſedis apoſtolicæ iudicio iudi-
care, aut illius ſententiam reuocare &c. ſeipſum exponit ex
verbo, quia verum hoc eſt per modum iudicii, ſeu per facti,
iudicialem irritationem, ut ibi etiam glo. exponit, ſecus do-
152 ctrinaliter, † Nullius enim, tanquam ſuperioris, iudicio, pa-
pa ſubditur. 9. q. 3. cap. nemo. cum ſeptem. cap. ſequen. & 40.
diſt. cap. ſi papa. ſed ipſe potius omnibus eſt prȩlatus, & om-
nium iudex, eo ꝙ ſit primus & ſummus vicarius Ieſu Chri-
ſti, qui eſt Rex regum, & dominus dominantium. Cui eſt ho-
nor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

TRACT. DE PAPÆ & Concilij, ſiue Eccleſ. AVCTORITATE.

BEATI IOANNIS A CAPISTRANO.

Pars prima primæ partis principalis de Papæ Inſtitutione.

SAnctiſsimi Domini N. IESV Chriſti, totiusque
ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij,
& Siritusſancti præſidio, ſuppliciter
inuocato, glorioſiſſimæque Virginis,
matris Dei, Mariæ, & Beatorum Apo
ſtolorum, Petri & Pauli, Beati Hiero-
nymi, & Beati Franciſci, quibus defen
ſionem huius operis, & aliorum, apud
Deum, Beatam Virginem, & præfatos Beatos Apoſtolos ſin
gulariſſime recommitto, vt Hieronymus hæreſum extirpa-
tor micanti lumine radijsque fulgentibus diuinæ ſapientiæ
ſibi cœlitus effluentis protectionem ſuſcipiat veritatis, ſicut
olim ſuſcepit pro ſuis deuotis filijs & amicis, Euſebio, Cyril
lo, atque Syluano, mirandis prodigijs, prodigioſiſque mira-
culis demonſtratis cum ſtragibus, & ſupplicijs hoſtium veri
tatis: Franciſcus autem ſuas deuotas lachrimas reprȩſentās,
& ſtigmata ſibi diuinitus cōdonata, pias ac ſupplices preces
porrigat apud Chriſtum, vt ſciſmata, extirpet ac vnionem &
pacem miſericorditer largiatur. Amen.

SVMMARIVM

1 *Moyſes conſtitutus Dominus Pharaoni, & Papa, Imperatoris.*
2 *Petrus, quando inſtitutus a Chriſto.*
3 *Petrus a petra.*
4 *Chriſtus, quare ter dixerit Petro, paſce.*
5 *Saluandorum ſtatus tres.*
6 *Orbis terrarum cura Petro commiſſa.*
7 *Apoſtoli, quando inſtituti fuerit ſacerdotes.*
8 *Petrus maior cæteris in adminiſtratione.*
9 *Prioritas temporis & dignitatis.*
10 *Moyſes fuit maior Aaron.*
11 *Petrus & Paulus, in quo pares & diſpares fuerint.*
12 *Theologorum determinatio de poteſtate conficiendi & abſoluendi.*

PRo ſubiecta igitur materia dicē dorum. illud Iere-
miæ 1. verbum occurrit, quod ſibi a Do-
mino dictum eſt, Ecce conſtitui te hodie
ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, &
deſtruas, & diſſipes, & ędifices, & plantes.
Magna hic patet auctoritas ſacerdoti col-
lata, nec cuilibet ſed Ieremiæ tantum hoc legitur. eſſe præ
dictū, ſicut non cuilibet, ſed Petro tantum dictum eſt a Do-
mino, Tu es Petrus, & ſuper hāc petram ædificabo Eccleſiā
meam, & portę Inferi non pręualebunt aduerſus eam. & ti-
bi dabo claues regni cœlorum & quodcunq. ligaueris ſuꝑ
terram erit ligatum & in cęlis, & quodcunque ſolueris ſuꝑ
terram, erit ſolutum & in cœlis. Matth 16. & de vtraque au-
ctoritate ſupradicta fit allegatio in c. ſolitæ, extra de maior.
& obed. & 19. diſt. c. ſic omnes ſanctiones. dicit Agatho papa
omnibus epiſcopis, Sic omnes ſanctiones apoſtolicę ſedis ac
cipiendę ſunt, tanquam ipſius Dei uoce Petri firmatæ, & in
c. ſequenti, ex capitulis Caroli imperatoris ſcribitur, In me-
moriam beati Petri apoſtoli honoremus ſanctam Romanā
Eccleſiam, & Apoſtolicam ſedem, &c. & in d. c. ſolitæ, ſuper
verbo, quodcunque, dicit Glo. Qui dixit omnia, nihil exce-
pit. 19. diſt. c. ſi Romanorum, & ff. de offic. præſid. l. 3. & Inno-
cen. III. in d. c. ſolitæ, dicit, nihil excipiens, qui dixit, quodcū-
que ligaueris, &c. In prædictis itaque ſacris verbis tria mihi
principaliter conſidero perſcrutanda, videlicet primum eſt
ſummi pontificis ingreſſus vel inſtitutio, ibi, Ecce conſtitui
te hodie. Secundum eſt ſummi pontificis progreſſus, ſiue ꝓ-
fectio, ibi, Super gentes & regna, vt ædifices & plantes. Ter-
tium eſt ſummi Pontificis egreſſus, ſiue defectio, ibi, Vt euel
las & deſtruas & diſperdas & diſſipes. Pro primo quærendū
eſt de inſtitutione, ſiue electione papæ. Pro ſecundo quæren
dum eſt de poteſtate, vel auctoritate Papæ. Pro tertio quæ-
rendum eſt de defectibilitate, & dānoſitate papæ, videlicet
quando eſt defectuoſus, negligens, inutilis, vel aliter crimi-
noſus, quid agendum? Sunt enim verba prædicta magni pō-
deris, & diligenti examinatione condigna. Ecce inquit, con
ſtitui te hodie. quaſi dicat, Non te ingeſſiſti, quia nemo ſibi
ſumit honorem, ſed qui vocatus fuerit a Deo tanquam Aa-
ron, ut dicit Apoſtolus ad Hebr. 5. & 8. q. 1. in ſcripturis. nam
qui ſe ingerit, repellendus eſt, non cōfirmandus, extra de ele
ctio. c. qualiter. Sequitur, Super gentes. i laicos & inferiores.
Et ſuper regna. id eſt ſuper principes & ſuperiores, vt in c. ad
1 apoſtolicæ, §. nos itaque, de ſent. & re iud. lib. 6 † nam & Moy
ſes audiuit a Domino. Ecce conſtitui te Dominum Pharao
nis. ſic & papa eſt dominus Imperatoris & regum vniuerſæ
terræ, iuxta notata in capitulo per venerabilem, §. rationi-
bus, & §. ſunt autem, extra qui fil. ſint legit. & in capit. nouit,
extra de iudic. cum ſimilib. Sequitur In themate, Et euellas,
ſcilicet vitia & peccata. Et deſtruas, ſcilicet hr̄ſes & ſciſma-
ta. Et diſperdas. ſcilicet infideles. Et diſſipes, ſcilicet omnem
machinam iniquorum, & veritatis lumini rebellium & ob-
ſtinatorum. extra de hæretic. c. excommunicamus. 2. & in c.
fœlicis, de pœnis, l. 6. & in c. ſiquis ſuadente, de pœnis, in Cle
ment. Sequitur, Et ædifices. ſcilicet fideles confirmando. Et
plantes. ſcilicet infideles conuertendo, &c. vt infra dicemus.
Quo ad primum tria quæruntur, videlicet primum eſt de in
ſtitutione Petri. ſcilicet quando fuit a Domino inſtitutus. Se
cundum eſt de electione Papæ, ad quos ſpectat. Tertium eſt,
2 a quo papa debeat conſecrati. Quo ad primū, † ſcilicet quā-
do Petrus a Domino fuit inſtitutus papa, ſiue Vicarius. Et vi
detur aliquibus quod tunc, quādo dixit ei Ieſus in prima vo-
catione, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cęphas, quod
interpretatur Petrus Io. 1. Dicunt enim quod Petrus. Simon
eſt vocabulum, quod Latine interpretatur caput. Petrus igi
tur dictus eſt Cæphas, eo quod in capite Apoſtolorum ſit cō
ſtitutus, vt dicit Papias. Petrus enim a petra nomen accepit.
i. a. Chriſto. Petra enim Græce, Latine firmitas interpretat̄.
Ex quo Chriſtus dictus ē, petra aūt erat Chriſtus, dicit Apoſt.
1. ad Cor. 10. a tali igitur petra dictus eſt Petrus, quaſi firma-
tus

tus ſuper firmitatem Chriſti, qui eſt principale fundamentū & firmum principium Eccleſiæ ſuæ, vt dicit Apoſtolus 1. ad Corin. 3. ibi, fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Alij dicūt, ꝙ tunc eum Dominus inſtituit, quādo interrogauit diſcipulos ſuos, Matth. 16. dicens, Quem dicunt homines eſſe filium hominis, & cum illi reſponderent, alij Io. Baptiſtam, &c. dicit illis Ieſus, vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus dixit ei, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. vt ſupra. Et ſic arguunt ꝙ tunc eum inſtituit, quando dixit, Et quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris, &c. Super prædictis namque verbis non leues Doctores varie ſenſere. Dicit enim ſanctus Maximus in quodam ſermone diſcutiens illud, ſuper hanc petram, i. ſuper te firmum & ſolidum ſicut petrā, ædificabo Eccleſiam meam. Communicauit enim ei Chriſtus nomē ſuū vt ſicut Chriſtus dicitur petra, ita & Petrus dicatur hic petra, ac per hoc & Eccleſię fundamentum. Auguſtinus aūt in quodam ſermone dicit, Petrum itaque fundamentum Eccleſiæ Dn̄s nominauit, & ideo digne hoc fundamentum colit Eccleſia, ſupra quod eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. In libro autem Retractationum videtur ſe corrigere dicens, Dixi in quoddam loco de Apoſtolo Petro, quod in illo tanquam in petra ædificata ſit Eccleſia, ſed ſcio me ſæpiſſime ſic ex poſuiſſe, quod a Domino dictum eſt, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. ideſt ſuꝑ hanc petram, quam confeſſus eſt Petrus dicens, Tu es Chriſtus fil. Dei viui, ac ſi Petrus ab hac petra appellatus figuret perſonam Eccleſiæ, quæ ſuper hanc petram ædificatur. Non enim dictum eſt illi, Tu es, petra ſed tu es Petrus, petra autē erat Chriſtus, quem confeſſus Simon, ſicut ei tota confitetur Eccleſia, dictus eſt Petrus. Harum autem duarum ſententiarum, quæ ſit ꝓbabilior, eligat Lector, hæc Auguſtinus. Chriſoſtomus dicit, ſuper hanc petram, ideſt in hac fide, & cōfeſſione tua, ædificabo Eccleſiam meam. Hoc etiam ſentit tex. Decre. 21. diſt. c. 1. poſt medium in verſ. ſimiliter vero. ibi, qui ſcilicet Chriſtus, duodecim Apoſtolos, tanquam maiores ſacerdotes, & ſeptuaginta duos diſcipulos, quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum vero quaſi in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ omnibus & pro omnib. claues regni cælorum tribuit, & a ſe petra, Petri ſibi nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt ipſe cæteros confirmaret ſubiunxit dicens, Simon, ecce ſathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus cōfirma fratres tuos, Luc. 22. Dici poteſt vtraque probabilis ſētentia, quæ tales habet auctores, ſed vt ad concordiam reducātur, quæ diſcordare videntur, oportet intelligere petrā Chriſtum Eccleſię primariū fundamentū, & ſummū lapidē angularem, ſicut Pet. dicit in ſua Cano. 1. Pet. 2. c. cum dicit, Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, probatū, electum, precioſum, & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autē lapis, quē reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli & lapis offenſionis & petra ſcandali iis, qui offendūt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt. & ſic patet ꝙ Chriſtus eſt fundamentū omnium fundamentorum. Petrus aūt non primarium, ſed ſecundarium fundamētum dici pōt ſuper primario collocatum. nam & oēs Apoſtoli & alii ꝑfecti dici poſſunt quodam modo fundamenta, ſicut intelligitur verbum Pſalmiſtæ, cum dicit, Fundamenta eius in montib. ſanctis diligit Dn̄s, portas Sion &c. Sion interp̄tatur ſpecula, denotat Eccleſiam Chriſti, quæ in montibus ſanctis, ſcilicet in fide & doctrina Apoſtolorum Chriſti, ſupra petram Chriſtum, fundata eſt principaliter, & ſuꝑ articulos fidei ab Apoſtolis ordinatos ſecūdario. Vnde ſubdit, Glorioſa dicta ſum de te, ciuitas Dei. Pſal. 86. Hinc & Apoſtolus dicit 1. Timot. 3. Eccleſia Dei viui columna & firmamentum veritatis. Et Bonifacius VIII. in c. fundamenta, de elec. li. 6. dicit, Fundamenta militantis Eccleſiæ in montib. ſanctis propheta rememorans. Per montes Apoſtolos & prædicatores patenter inſinuat, quibus tota huiuſmodi ædificij fabrica cōfidenter innititur, qui firmę baſes Eccleſiæ ſuper fundamento, præter quod nemo aliud ponere poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, veluti ſummo angulari lapide ſolidantur, vt veritas, quę antea legis & prophetarum præconio vehebatur per apoſtolicam tubam, in ſalutem vniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt, in omnem terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum. Pſal. 18. & infra, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, vt æterni templi ſtructura Deo ædificante cōſtructa mirabili munere gratiæ Dei in Petri cōſiſteret firmitate. Et ſic patet quod petram vocat, firmitatem fidei in Petro. ad quod etiam facit 50. diſt. c. fidelior. ibi cum dicit, Vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cęteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus, Tu es Petrus, &c. petra enim dicitur eo quod primus in nationibus, ſcilicet gentibus fidei fundamentum poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagē, molemque contineat. Verba ſunt Ambroſij in Omel. libro primo. Tranſgreſſi ſumus aliqualiter ſed cum reuerentia, & ſupportatione, & ad propoſitum redeamus. Dicunt & tertij & hi melius, quod neutro prædictorum locorum Petrus inſtitutus fuit papa, ſiue paſtor Eccleſiæ, quia nec eū ante paſſionem Chriſtus inſtituit, ſed poſt reſurrectionem die illo, quo Petrus dixit conſociis, Vado piſcari. Dicunt ei, venimus & nos tecum. & infra, Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum qinquaginta tribus. & infra, Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis, diligis me plus his, dicit, ei etiā Dominæ, tu ſcis quia amo te. dicit ei, paſce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis, diligis me, ait illi, etiā Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis, amas me, Cōtriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio, amas me? Et dicit ei, Domine tu omnia noſtri. tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce oues meas. Amen amen dico tibi, cum eſſes iunior cingebas te, & ambulabas, vbi uolebas, cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & dicet quod tu non vis. hoc autem dixit ſignificans qua morte clarifie aturus eſſet Deum. hæc omnia 4 Io. ult. ubi notandum † quod ſicut Petrus tribus vicibus Chriſtum negauit, prout clare patet Matt. 26. in fine, ita tribus vicibus interrogatur a Domino poſt ſuam reſurrectionem, an eum diligat, licet etiam aliis miſteriis, vt ſtatim dicemus. ſic ſicut Petrus Chriſtum negauit paratum ad crucem pro ſalute multorum, ita & Petrus inuitatur a Chriſto, cautuſq; redditur, vt crucem perferat cum finali ſupplicio, quaſi diceret ſicut me crucifixum pro te negaſti, ita pro me pendens in 5 cruce me confireberis ad ſalutem, † Sed vidēdum eſt quare bis dixit paſce agnos meos, & ſemel dixit, paſce oues meas Reſpondetur breuiter, eo quod tribus ſtatibus hominū præficebatur, ad regimen ſoluandorum, qui ſunt, uidelicet primus incipientium dicitur. Secundus proficientium. Tertius perfectorum. Primi ſcilicet incipientes tanquā agni nouelli lacte indignēt verbi Dei, quibus dicebat Apoſtolus. 1. ad Corint. 3. Et ego fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis. quaſi dicat, incipientes, potius blanditiis ducere, quam uinculis trahere conuenit ad ſalutē. Secundi ſcilicet proficientes. tanquam agni infra annum, ſolidioris cibi capaces exiſtunt, & fortiores ſunt ad augumē virtutū. Secundo contradicit Apoſtolus ad Heb. 5. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſus indigetis, vt uos doceamini quæ ſunt elementa exordii ſermonum Dei, & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo, omnis enim qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ paruulus enim eſt. Et ſic patet quod tales arguit, eo quod potius deficiunt, quā procedere curent. Tertii ſcilicet perfecti, ſunt quaſi oues fœcundę, fructus multiplices afferentes, lacte, lana, caſeo, ac gemellis fętibus inundantes, de quibus ēt idem Apoſtolus ait ad Hebr. 5. Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionem boni ac mali. Et ſequitur in 6. c. Quapropter intermittens inchoationis Chriſti ſermonem ad ꝑfectionem ſeruamur non rurſum iacientes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis &c. Hi ergo, ut dicebā, lac afferunt ſolatii ſpiritualis, de quibus prima Pet. 2. ſcribit, Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolū & ſimulationes & īuidias & omnes delectaitones, ſicut modo geniti infantes rationabiles, ſine dolo lac concupiſcētię, ut in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus. Lanam habēt bonorum operum & laborum, de quibus ſub metaphora fortis mulieris ſcribitur prouerb. ult. Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. & in fine dicitur, Date ei de fructu manuum ſuarū, & laudent eam in portis opera eius. Caſeum habent humanę conſiderationis humiliter inemoratæ a prnicipio finem expetentis in Dominum, ſic Iob. 10. ſcribitur, Tedet animā meam vitæ meę, infra. Momento quæſo, quod ſicut lutum fęceris me, & in pulucrem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti, pel. & c. ve. m. o. & n. c. m. vi. & m. t. m. & vi. t. cu. ſp. m. Gemellos habent fętus ex acquiſitione ſpiritualium filiorum, quos ad ſpiritualem frugem conuertentes gremio matris inſerunt Eccleſiæ militātis

tis ad percipiendam regni cœleſtis patriam hæreditariæ promiſſionis. Ex quo ſpiritualiter capiendo Canticorum 4. ſcribitur, Dentes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemellis fœtib. & ſterilis non eſt inter eas. Quæ verba de perfectorum fructu ſumi miſtica intelligentia nemo ſanæ mentis hæſitat, ſicut & Ioann. Euangeliſta de ſe ipſo teſtatur 3. Cantica dicens, Maiorem horum non hēo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. & Apoſto. ad Galat. 4. ſcribit, Filioli mei, quos iterum parturio. Et 1. ad Corint. 4. Non vt confundam vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos legitimos moneo. Et infra, Nam Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. Certum eſt enim ꝙ nec Ioānes, nec Paulus, carnales filios generarunt. Similiter etiam dicimus per alia verba, triplicem eſſe ſaluandorum ſtatū, videlicet coniugum, continentium & virginum. Coniugati & continentes tanquam agni ducendi ſunt. Virgines autē, non dico infantes ſed adulti, vel adultæ, non minus gratia q̃ ætate, tanquam oues ſunt reputandi. De quibus trib. ſtatibus ad Hieronymum contra Iouinianum, prolixius diſputātem ſufficiat remiſiſſe. nec tædeat perſcrutari quid alij ſanctiores peritioreſque uobis ſuper hoc paſſu ſenſerint indagandum. Teophil. enim dicit, finito prandio commiſtionem ouiū mūdi Petro commendat, non alii. Auguſt. vero in ſermone Paſchali dicit, Confitenti autem Petro amorem ſuū, oues ſuas commendauit. Vnde ſequitur dicit ei, paſce agnos meos, tāquam non eſſet ubi oſtēderet Petrus amorem ſuum in Chriſtum, niſi eſſet paſtor fidelis ſub principe omnium paſtorū. & infra, cum dixit, paſce oues meas, quaſi dicat, ſit amoris officium paſcere Dominicum gregem, ſicut fuit timoris iudicium negare paſtorem. Alchuinus dicit, paſcere autē oues, eſt credentes in Chriſto, ne fide deficiant, confortare, terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt, ſubditis prouidere, & exempla virtutum cum uerbo prædicationis impendere, aduerſariis obſiſtere, errātes ſubditos corrigere. idem Theophil. dicit. Pōt aūt quis aſſignare differentiam inter agnos & oues, agni ſūt, qui introducuntur, oues vero perfecti. Chriſoſtomus aūt dicit, quod .n. maxime omnium tribuit nobis eam, quæ deſeritur, eſt beneuolentia, eſt proximorum procuratio. Prætereūs aūt Dn̄s alios, Petro de talib. loquitur. Eximius. n. Apoſtolorū erat Petrus, & os diſcipulorum, & vertex collegij. vnde & negatione deleta committit ei prælationem fratrum, & negationem quidem ei non exprobat, ſed dicit, ſi diligis me prę ſiſte fratribus, & feruentem amorem, quē per omnia demōſtraſti, nunc oñde, & aīam, quam dixiſti poſiturum te eſſe pro me, hanc da pro ouib. meis. Tertio ēt interrogat, & tertio iniungit eadem, oñdens quantum appreciat prælationē ꝓpriarum ouium. & quoniam hoc eſt maxime eius amoris ſignū. Si vero dixerit quis, qualiter igitur Iacob. thronum aſſumpſit Hieroſolymorum, illud vtiq; dicam, qm̄ Petrū orbis terrarum intronizat magiſtrum. & infra, qui. n. in cæna non audebat interrogare, ſed Ioāni interrogationē cōmiſit, huic & præpoſitura fratrū credita eſt, & non ſolū non cōmittit alteri interrogaſe, quæ ad ipſum pertinent, ſed de reliquo ipſe ꝓ aliis magiſtrum interrogat. Quia igitur magna ei prędixerat Dn̄s, & orbem terrarum commiſerat, & martyrium prænūciauerat, & amorem proteſtatus fuerat, ampliorem volens, & Ioannē cōicatorē accipere dixit, hic aūt quid? q. d. Nonne 6 cadē nobiſcū veniet uia. & infra, † Quia vero debebat orbis terrarum procurationem accipere, nec oportebat eos de reliquo ſibi inuicem eſſe coniunctos, quod præeſſet orbi terrarum, ꝓpea Dn̄s dicit ſm̄ literam Græcam, ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. q. d. opus tibi commiſſum attende & perfice. hunc vero ſi voluero ſic manere, quid ad te. & idem Theophil. ſuper ver. ſequere me, dicit, in hoc, quod dicit Dn̄s Petro, ſequere me, cunctorum fidelium prælaturam ei inſtituit. Simul aūt & ſequi intelligas hic imitationem in cunctis & verbis & operibus. oſtendit ēt affectionem ad ipſum, quia qui nobis aſtrictiores ſunt, hos ſe qui nos volumus, & idem Theophil. in verbo, donec veniā, dicit, hoc eſt dum hunc volens dirigam ad prædicandum. te nanque nunc dirigo ad orbis pontificatum, & in hoc ſequere me, ipſe vero maneat ſic, donec & eum educam ſicut te. Aiunt. n. aliqui hunc Apoſtolum uſque ad Veſpaſiani tempus, cum Hieruſalem capienda erat, in locis illis cōuerſatū Arch. ēt 8. q. 1. c. in ſcripturis, in verbo, amas me? dicit, ut hoc. melius intelligas, ſciendū eſt quod dixit Dn̄s Petro, Simon Ioannis, diligis me plus his? interrogabat Ieſus, quod ſciebat ſed innuit vt corde credamus, & ore confiteamur. Corde. n. creditur ad iuſtitiam, ore aūt confeſſio fit ad ſalutē, ad Rom. 10. Et ait Petrus, ēt Dn̄e, tu ſcis quia amo te. quod non eſt ſic diſtinguendum, etiā Domine, ut. ſ. aliis plus diligere ſe dixiſſet, hoc enim neſciebat, ſed abundat in idiomate Hebræo. Tacens igitur quod ignorabat, reſpondit quod ſciebat. Vel ita, Domine amo te, & etiam tu ſcis quia amo te, q. d. te ipſum teſtē inuoco, quia amo te. dicit enim Ieſus, Paſce agnos meos. quaſi dicat, ex hibitio operis ſit ꝓbatio dilectionis. Cū que quæſiſſet ſecundo id ipſum, & idē rn̄diſſet Petrus, idē ſubdit. Paſce agnos meos, poſt vero tertiam rn̄ſionem ſubdidit, Paſce oues meas. quaſi paſce docendo, paſce operādo, paſce monēdo, i. corrigēdo. Vel ſic, Paſce, hoc eſt imperatiuū. 25. q. 1. ca. diuinis. paſcere eſt alere, nutrire, ſuſtinere, pabulare, ſm̄ Papiam. Et nota, quod beato Petro ter dictum eſt, Paſce. Vnde dic, Paſce, i, ſide illumina. paſce, i. charitate inflamma. Paſce, i. ſpe corrobora. Oues ſignificant populos fideles innocēciæ fructus dantes, ſm̄ Papiam. Hęc Archid. in d. c. in ſcripturis, apertius tamen dicit 6. q. 1. c. imitare. vbi referuntur verba Ambroſij dicentis, Imitare Petrum tertio dicentem, Domine tu ſcis, quia amo te, etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur, ſed negauit in nocte, confitet̄ in die. dicit Archid. & nota quod Petrus ideo tertio confitetur, & tertio interrogatur de dilectione Dei, & tertio præcipitur, vt paſcat oues, ſiue agnos, quia gregem commiſſum fidem Trinitatis debebat docerere. Vel quia paſcere debebat tria genera hominum, ſ. coniugatos, continentes & virgines, ſiue prælatos, Vel quia paſcere debebat gregē ſibi commiſſum corde ore & opere, i. voluntate, prædicatione & exemplo. Vel ideo tertio confitetur, quia tertio negauerat, vt ſic trina confeſſio dilueret peccatū trinæ negationis, vt dr̄ de pœnit. diſt. 1. § his auctoritatib. A longa viſus ſum interpoſitione trangreſſus, ſed quid immoramur in tantis. Beati Gregorii patet auctoritas, qui in Homilia quadam Dominicę reſurrectionis eloqtur de Principe Apoſtolorum dicens. Conſiderandū eſt nobis cur omnipotens Deus quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillę vocem ꝑtimeſcere, & ſe ipſum negare ꝑmiſit. Quod nimirum magnę actū pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet. Prius itaq; oſtendit eum ſibi, & tunc præpoſuit cæteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret quam miſericorditer alienā infirmitatē toleraret tex. eſt in Decre. 50. diſt. conſiderandū, poſt ꝙ capitulū ſtatim ſubinfertur auctoritas Ambroſij in Homil. lib. 1. dicentis, Fidelior factus eſt Petrus poſtquam fidē ſe perdidiſſe defleuit, atque ideo maiorē gratiam reperit, quam amiſit. tanq̃ enim bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnib. firmamentum, & qui ſe interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei ſtabilitate firmaret, alias fundaret Gratianus vero poſtq̃ multa de lapſi reparatione diſcuſſerat ſubinfert, Sed exēplo Beati Petri, qui poſtq̃ trinę negationis maculas cōfeſſione diluit amoris, nō ſolum in gradu ſui apoſtolatus remanſit, verum ēt in paſtorē totius Eccleſiæ a Chriſto inſtitui meruit. 50. diſt. §. ſed exēplo. Satis clare conſidero fore monſtratum auctoritatibus, antefatis Petrum inſtitutum, non. ante paſſionem, ſed poſt reſurrectionem, nedū Romanæ vrbis, ſed ēt totius orbis principem & Paſtorem, ſummumq; pontificem vniuerſi. Sed ſi meę curioſitati decet aſcribi, non hæc mihi ſufficiunt, ſed curioſius perſcrutabor, quid de ſacerdotibus aliis, qn̄ ve fuerint a Dn̄o inſtituti, qn̄ conficiendi poteſtas, qn̄ ve fuerit auctoritas abſoluēdi collata. an ante paſſionem, an poſt reſur- 7 rectionē, &c. De cæteris Apoſtolis dico, ꝙ tunc fuerunt inſtituti ſacerdotes a Dn̄o, quando in nocte, cœne, poſtquā Dn̄s ſuum ſanctiſſimum corpus & ſanguinem conſecrauerat, dixit eis hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. qui ſolus inter alios Euangeliſtas prædicta uerba deſcripſit poſt conſecrationem corporis a Dn̄o fore dicta. Sed Apoſtolus Paulus clarius proteſtatur, & poſt conſecrationem corporis, & ēt poſt conſecrationē ſanguinis a Dn̄o repetita, vt ipſe idem ſcribit ſibi a Dn̄o reuelatum. 1. ad Corinth. 11. dicēs Ego enim accepi a Dn̄o qđ & tradidi vobis qa Dn̄s nr̄ Ieſus Chriſtus in qua noc. tra. ac. p. & gratias agens fregit & d. ac. & manducare, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meā cōmemorationē, ſilr̄ & calicem poſtq̃ cęnauit dicens, hic calix nouum teſtm̄ eſt in meo ſanguine hoc facite quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem. Vnde Archid. 75. diſt. quod die Dominico, in verbo ſcriptura. vbi agitur de impoſitione manuum facta per Apoſtolos ſuper Paulum & Barnabam, de quo Actu. 13. hiſtoria continetur, quærit vtrum præter impoſitionem manuū aliā ordinis ſolennitatē circa eos celebrauerint. Et dicit, quod incertum eſt nec de ordinatione Apoſtolorum aliquid legit, vel quod dn̄s impoſuit eis manus, ſubdens, ſed potuit Apoſtolis ſufficere pro ordinatione, ꝙ dictum eſt eis a Dn̄o hoc facite in meā commemotationem de conſecr. diſt. 2. in Chriſto ſemel, in fine. vbi de hoc dicit glo. dn̄t quidam ꝙ per hæc uerba Dn̄s Apoſtolos ordinauit. Dicit etiam Archid. in d. c. qđ die, quod multi in primitiua Eccleſia ſine hac ſolēnitate ordinationis ad ſacerdotium promoti ſunt, etiam multi laici ſine diaconio promoti ſunt ad ſacerdotium, ēt alijs ordinib.

prætermissis. D. Ioã. And. in c. presbyter, de sacram. iteran. in nouel. in uerb. manus. dicit, in ordinatione sacerdotis plures sunt actus. uidelicet tenere manus super caput, dare illi calicem, dare patenam, ungere manus & similia, & quilibet actus suam habet solennitatem, unde uno omisso, debet suppleri, licet non propter hoc iterentur actus expediti. Vnde dicunt aliqui, quod in ordinatione presbiteri, per dationē calicis pleni cum patena confertur ordinato potestas principalis quo ad principalem actum confectionis eucharistiæ, & ꝑ impositionem manuum episcopi sub certa uerborū forma, uidelicet, accipite spiritum sanctum, & c. ut patet expresse, 24. q. 1. c. loquitur Dñs, circa prin, ibi, accipite spiritū sanc. &c. Confertur potestas sacerpoti quo ad actum secundariū, qui est absoluere & ligare, nam & has potestates Dominus diuisim contulit Apostolis, nam ante passionem contulit primã s. conficiendi, cum dixit, hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. c. & post resurrectionem cōtulit secundā. s. ligandi & soluendi, cum insufflauit & dixit, Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis, &c. Per impositionem uero manuum aliorum sacerdotum designatur quædam gratiæ plenitudo. Vnde si desit traditio calicis cum forma uerborum, nō imprimitur caracter, nec est sacerdos, si uero fiat primū, sed desit secundum, sacerdos est quo ad potestatem conficiē di, sed nō potest absoluere uel ligare, nisi facta suppletione. Si uero desit manuum impositio aliorum sacerdotum, licet sit supplendum, tamen primum poterit & secundum. hoc ēt tenet Inno. ibid. & Host. & Tho. ut infra dicemus in secūdo fol. seq. Petro aūt in specie dedit auctoritatem summi pontificatus post resurrectionem, cū dixit Io. 21. Pasce oues meas. D. Franc. de Zabarel Cardin Floren. in d. c. presbiter. in 10. q. referens supradicta per supradictos Doc. uidelicet Innocen. Host. & Io. And. in fi. dicit, Dic uerius quod quicquid de prę dictis desit, non potest ministrare, nisi fiat suppletio, ut sup. eo. cap. primo. ubi de hoc in primo contrario. ibi enim dicit Franciscus, refert tamen Inno. alios dicere quod manus impositio non est de substantia ordinis, & quod potest celebrare etiam non facta suppletione. Et in fi. dicit primum uerius. s. quod non potest celebrare, nisi fiat suppletio, etiam sub- 10 diaconus in officio subdiaconatus. Et in seq. oppositione, in fi. subdit dicens, dic non expedire in his insistere, cum certū sit, hoc, quod subdiaconatus est sacer ordo, ut in d. cap. miramur, de ser. non ord. & sic debet fieri impositio consecratoria, ergo &c. Non miremini, si dum unum quærimus, aliud discutimus, quia etiam de impertinentib. agimus, ut reperiamus quod principaliter quærebamus, uidelicet de institutione Petri & aliorum, ut sup. pro quo etiam declarando habe- 11 mus etiam glo. no. 21. dist. c. in nouo testamento. in uerbo, tu es Petrus, Dicit glos. uidetur ergo quod per hæc uerba, tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificatus, & ita ante passionē, quia ante ei fuit dictum, & ita uidetur ei contradicere. 50. distin. considerandum. & c. fidelior. Nam ibi dicitur, quod post resurrectionem fuit creatus per illa uerba, si diligis me, &c. ut extra de elec. c. significasti, quod etiam hic innuitur, cum dicit, Tibi dabo claues, &c. hoc enim est promittere, non dare. Verba sunt gl. ibid. ubi etiam alia gl. super uerbo, consortio, ex eo quod tex. dicit, cæteri uero Apostoli cum eodem, s. Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt. ipsumque principem eorum esse voluerunt, qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi euangelium prædicauerūt. dicit igitur gl. in d. uerbo, consortio, arg. quod omnis Episcopus sit par apostolo quantum ad ordinem & rationem con-

8 secrationis. 24. qō. 1. loquitur, in princ. † Petrus tamen maior fuit aliis in administratione, ut 2. q. 7. puto. potest enim aliqs esse maior alio in ordine, minor tamen in administratione, ut archipresbiter maior archidiacono, ut 25. distin. perlectis. De apostolis, quando fuerint consecrati, non legimus, dicūt tamen quidam quod in cœna, quando dictum est eis, hoc facite in meam commemorationem, de consec. distinct. 2. in Christo, in fi. alii dicunt, quando dictum est eis, ite, baptizate omnes, &c. de consec. distin. 4. propriæ. De Paulo & Barnaba habemus 75. dist. quod die Dominico. & de Iacobo, 76. dist. porro. uerba sunt gl. prædictæ, ubi supra. Archid. in d. c. in nouo testamento. dum ab eo quærerem declarari, in maiorem hæsitationem me introduxisse conspexi. dicit enim in prin. d. c. in nouo, hic incipit secunda pars huius distinctionis in qua probatur, quod Romana ecclesia sit caput ab ipso Domino principaliter instituta, secundario a conciliis, secundum Ioannē de Fano, uel potest sic continuari, supra capitulo proximo facta est mentio de sacerdote, nunc ostendit quis in nouo testamento fuit primus sacerdos post Christū.

9 & dicit quod Petrus † si uelit intelligere quod Petrus fuerit primus prioritate temporis, hoc in nouo testamento minime reperitur, credimus enim omnes Apostolos simul sacerdotes effectos, cum quib. & Iudam, ut infra dicemus. Si aūt velit intelligere de prioritate. siue primitate dignitatis administrationis, ergo sequitur quod Petrus obtinuit principatum, & hoc puto ipsum uoluisse intelligere, cum dicit, & in hoc c. & seq. inter erit de præcelsitudine tantum Ecclesiæ. sic ēt me magis conturbaret, cum dicit, quod initium sacerdotii primus Aron fuit. hic enim in lege sacerdotali nomen accepit, qui prius iubentę domino victimas obtulit. Nam si velit hoc intelligere, quantum ad tempus, cum reuerentia nō ita fuit. primo enim secundum authenticas sacras scripturas de Melchisedech sacerdotio legimus, Gene. 14. ibi enim habemus, quod postquam reuersus est Abraham a cęde Chodor Lamor & Regum, qui cum eo etant, at non Melchisedech. Reb salem proferēs, panem & vinum erat. enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait. Benedictus Abraham, &c. de quo sacerdote longum sermonem contexuit Apostolus ad Hebræ. 6. & infra tangemus. Nam in obseruatione temporum, prout ex sacris possumus haurire scripturis, primus qui Domino sacrificium obtulit acceptabile, fuit Abel. Gen. 4. Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera, Domino, Abel. quoque obtulit, de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera, eius. ad Cain vero, & ad munera eius, non respexit. propter hoc igitur dixi, sacrificiū acceptbile, quia sacrificium Cain non fuit acceptabile Domino, eo quod malignus erat & cupidus & male finiuit, &c. Primus vero, qui inuocauit nomen domini, fuit Enos, filius Seth. qui fuit tertius filius Adę. Gen. 4. in fin. ibi, Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos, iste cœpit inuocare nomen Domini. Primus, qui erexit altare Domino fuit Noe, Gen. 8. ædificauit autem Noe altare Domino, & tollens, de cunctis pecoribus. & volucribus mundi, obtulit holocaustū super altare, odoratusque est Dominus odore suauitatis. Primus, qui ædificauit tabernaculū Domino fuit Moyses, Exod. 25. & 26. & seq. ipse enim etiā fuit sacerdos magnus, & summus, iuxta illud psal. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, psalm. 98. hoc etiam dicit glos. 22. dist. c. sacrosancta. ibi cum tex. dicit

10 circa fin. Moyses, & Aaron in sacerdotibus. eius dicit glos. licet Moyses & Aaron primi summi dicti sint, tamen Moyses fuit maior Aaron in administratione, sed nō quo ad consecrationem sacerdotalem. in hoc enim ambo partes fuerūt, Moyses tamen hostias non offerebat, sed uota offerebat populi vt 37. dist. si quis uult & 88. dist. decreuit. item in hoc maior. erat Moyses quam Aaron, quia instruebat eum, & redarguebat eum, tanquam minorem, vt de pęnit. dist. 3. inter hęc

11 verba sunt glo. in fine, cuius dicit Archid. † Adde, nā in hoc dicitur quis minor alio, 2. qō. 7. Paulus Petrum reprehendit vbi subdit, hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritatæ vitæ, & sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Dicit. n. potest quod Paulus fuerit par Petro in sanctitate, minor in auctoritate, maior vero in capacitate. Primum probat Ambros. 2. q. 7. beati Petrus & Paulus. ibi cum dicit, puto enim illos æquales esse meritis. Secundum probat Clemens 80. dis. in illis, in fin. cum dicit, Quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio, sed vnus pręfuit omnibus. Tertium ꝓbat ipsemet Paulus ad Galat. 2. cum dicit, cum autem venisset. Cæphas Antiochiem, in faciem. ei restiti, quia reprehensibilis erat, quod etiam refertur 8. dist. cap. qui contempta, ubi referuntur verba Argust. in lib. de bapti. paruulorum, qui arguit sequentes cōsuetudinem in præiudicium veritatis subdens, Reuelatione igitur facta veritatis cedat cōsuetudo veritati, quia & Petrus qui circuncidebat, cessit Paulo veritatē prædicanti. Compatior Lectoribus, ne prolixitate sermonis tędio prędrauentur, Compatior econuerso, ne mihi contingat illud Oratij.

Dum breuis esse laboro, Obscurus fio.

12 Stemus igitur simul, laboremus & simul vt veritatē capere valeamus, quā nobis ostendet Dominus Iesus Christus, q est via, veritas & vita. describitur Io. 18. & ad se venientes labore vel onere fatigatos refecturum se sppndet. & requiē donaturū, Matt. 11. Et si ipse Deus pro nobis, qs ꝯ nos. ad Rom. 8. Dicamus igitur ad propositum, vt dicūt Theologi in 4. sent. dist. 17. vbi dicit Riccard. art. 2. q. 1. in rñsione, & Thom. in 4. sent. dist. 18. expresse declarant, ꝙ nec Petro, cum dixit Dñs. Quodcunq; ligaueris, & quodcunq; solueris, Matth. 26. Nec aliis Apostolis, cū dixit eis, Quęcunq; ligaueritis, & quęcūq; solueritis, Matt. 18. tradita fuit auctoritas conficiendi, vel ligandi & soluendi, sed tunc demum oēs simul & pariter facti sunt sacerdotes Apostoli, cū dixit Dñs, Hoc facite in meā cōmemorationem. Luc. 22. non tñ tunc tradidit eis auctritatē ligandi & soluendi, sed conficiendi tantūmodo. Post resurrectionē vero, cū in sufflauit, & dixit. Accipite spiritū sanctū quorū remiseritis peccata, remittunt eis, & quorū retinueri-

tis retenta sunt, Ioan. 22. Tunc tradidit eis auctoritatem ligādi & soluendi, nam in præallegatis locis loquebatur per uerbum futuri temporis dicens, erit ligatū, & erit solutū, & erūt ligata, & erunt soluta, &c. post resurrectionem uero locutus est per uerbum temporis præsentis cum dixit, Remittuntur eis. & retenta sunt, &c. Petrum autem tunc summum sacerdotem instituit, cum dixit, Pasce agnos, & oues, vt supra, licet aliqui non sic bñ intellexerint, & ita tenēt cōiter Theologi, vbi supra, quib. in hoc passu magis est adhærendum. alii qui ēt moderni Doctores iuris Canonici prædicta referunt & tractant in c. vno, de reliq. & ven. Sanct. lib. 6. potest ēt alludere veritati, ut dicatur, ꝙ primo fuerit a Dño nominatus, & postulatus, cū dixit ei Iesus, Tu es Simon, filius Ioan. tu vocaberis. Cœphas, Ioan. 1. Secundo ꝙ fuerit electus, cū dixit dñs Tu es Petrus, & super hāc petram, &c. Matth. 17. Tertio fuit confirmatus & consecratus, cum dixit Ioan. ult. pasce agnos meos, &c. Hoc ēt sentiebat Tang. in c. significasti, extra de elect. vbi etiam D. Ioan. And. refert in glo. super verbo, pasce oues meas, vbi glo. dicit, per hæc uerba elegit eum Dñs in ꝑlatum. Dicit Io. And. & non ꝑ illa, Tu es Petrus, &c. cum Christus illa uerba dixerit ante possionem, & prælatio data fuerit post resurrectionem. 59. dist. considerandum, vbi de hoc, & 21. dist. in nouo, in prima gl. dixit hic Tang. ꝙ per illa uerba Tibi dabo claues &c. fuit electus, & per illa, pasce oues &c. fuit confirmatus. Verba sunt Ioan. And. ibid, sic etiam possumus interpretari trinam interrogationem Domini, cum trina Petri responsione. Vt dicamus quod pro prima significaretur postulatio, siue nominatio. Pro secunda electio. pro tertia confirmatio. in quolibet enim prędictorum actuum requiritur cōsensus postulati, electi & cōfirmati, licet ab initio dulciter cogi possit, vt fiat de nolente uolēs, 23. q. 4. displicet, Sed si perseueraret in voluntate, non esset cogendus, 74. dist. vbi ista didicisti. vbi gl. in fi. in verbo, inuitum, allegat pro, & contra, & in fine soluit, ꝙ semper ab initio dēt esse inuitus. de quo 8. q. 1. in scripturis. & ibi ēt gl. Et prędicta sufficiāt quo ad primum primæ partis, videlicet de institutione Petri, & aliorum Apostolorū, tam quo ad sacerdotium, & pontificatum, q̃ quo ad auct. clauium, &c. Sed quia maioris importantiæ pro occurrentib. tēporib. hodiernis, vel modernis, sequētia sunt merito reputanda, ad vlteriora procedens veniam ad secundam primæ partis princip. videlicet ad quos spectat electio papæ, & qualiter eligi debeat, &c.

Pars II. Primæ par. princ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis exceptio non obstat contra eligentem Papam.*
2 *Papa an possit statuere quod sibi liceat eligere successorem.*
3 *Simoniæ exceptio, an contra cardinales, in electione, opponi possit.*
4 *Papa an possit de simonia accusari.*
5 *Papæ electo an possit de hæresi opponi.*

De Papæ electione.

DE electione igitur summi Pontificis perscrutantes, dicimus ꝙ principaliter ſm quatuor volumina iuris canonici sit prouisum, licet etiā quinto loco in Constantiens. decreto vñis Concilii nonnulla tractentur, ut in fine dicemus. Sed prius sciendum, quid in præcedentib. iurib. decidatur. Primo igitur in Decretis, 23. dist. c. in nomine Domini. vbi Nicolaus Papa statuit, ꝙ electio Romani pontificis in primis a Cardinalib. Episcopis tractaretur, & mox x. Cardinales adhibeant, sicque reliquus Clerus & populus ad consensum nouæ electionis accedant, nimirū præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat, & religiosissimi viri præduces in promouenda pontificis electione, reliqui autem sequaces. Quę verba Doct. cōiter intelligunt de Cardinalib. tantūmodo, qui sunt de collegio S. R. Eccl. vt infra clarius demonstrabimus. Secundo in Decret. Ale. III. in c. licet, ext. de elect. statuit, ut si Cardinales eligentes discordauerint, ille absque vlla exceptione, ab uniuersali Ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui a duab. partibus electus fuerit & receptus, aliter aūt electus, vel receptus, ac ēt hi, q alitet elegerint, vel receperint, excōicationi subiaceāt. & cū Dathan & Abyrō accipiāt portionē, quos terra viuos absorbuit, &c. Tertio Bonif. VIII. in 6. lib. Decre. aliud refert de electione summi Pont. statutum Greg. X. in gegerali concilio Lugdunēsi, in c. vbi periculū, de elec. li. 6. vbi multa prędecessorum constitutionibus superaddens sacro approbātę concilio statuit, vt si Romanum pontificem mori contigerit in ciuitate, in qua cum sua curia residebat, Cardinales, q fuerint in ciuitate ipsa præsentes, absentes expectare, decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis, siue absentes venerint, siue non ex tunc qui sunt prę sentes in conclaui recludantur. Vnde nullus exire præsumat, donec Romanæ ecclesię fuerit de pastore prouisum, secundum formā traditam in d. c. licet. & contra electū a duab. partib. nulla obstat exceptio, & sic nec actio, vt dicit Ioannes An. in d. c. ubi periculum, in glo. super verbo, decem diebus. dicit tñ in d. c. in gl. super uerbo, idoneo. ꝙ Cardinales tenentur idoneū eligere, licet dicamus quod nulla exceptio admittitur contra electum a duabus partibus, sup. eo. licet. & subdit, Quid ergo si laicum illiteratum, & vxoratum eligant, de hoc vide 79. dis. c. si quis pecunia. ibi enim dicit gl. sed pone ꝙ aliquis accuset Cardinales, ꝙ simoniace elegerunt Papam. Hoc enim licite potest fieri, ut infra. c. prox. nunquid si probata fuit simonia, papa deponetur, non, arg. 2. q. 6. interrogatum. ff. de adul. l. denūciasse. Sed q̄d si cū vxor tua crederetur mortua, eligaris in Papam, & consecreris, & uxor tua te reperit, an reddēdus es ei, vel tu neges eā uxorem tuam esse, apud quē cognoscetur, cum papa iudicari non possit, nisi de hæresi. Respondeo, si reuocetur in dubium non est cogendus stare iudicio alicuius, immo excipere potest, Domints est, qui me iudicat 9. q. 3. aliorum si autem certum est, tenetur ei reddere debitum, nisi mulier adduci possit ad continentiam obseruandā vel abrenunciabit papatui & satisfaciet. vbi Archid. dicit, hoc forte verum est, si ea ignorante creatus fuerit, alias uidetur compellenda, vt conuertatur, arg. 33. q. 5. qui uxorem. & extra de conuers. coniugat. c. sane, secundum Ioan. de Fauentia. Et adde, quod de hac materia not. 18. q. 2. quam sit. in glo. si tamen, &c. de hoc etiam satis no. Hug. 27. quæst. 2. Agathosa. Dicit etiam Archid. 79. dist. c. si quis Apostolicæ. ubi dicit Nic. papa. Si quis Apostolicæ sedi sine concordi & electione canonica Cardinalium eiusdem ecclesię ac deinde sequentium clericorum religiosorum intronizatur, non papa, vel Apostolicus, sed apostaticus habeatur. vbi Archid. dicit in glo. 1. quę dicit quod si est electus a duabus partib. a mō nulla admittitut contra ipsum exceptio, nec de uitio eligentiū, vel electi, quia non esset coram quo iudice exceptiones illæ, proponerentur. unde si tertia pars vellet probare electionē esse simonicam, non audietur, vt extra de elect. licet. Qui tñ sic eligunt, peccant, & electio talis vitiosa est. Dicit Archid. adde dicebat Vinc. quod postq̃ tanq̃ idoneus a duabus partibus. eligitur, tertia nihil potest ei obiicere vt in d. c. licet. oneratur. n. in eo, ꝙ oportet ad minus duas partes in eum cōsentire, & fit recōpensatio eius, quod ei nihil potest obiici, nisi de hæresi. 40. dist. si papa. Alij contra ſm Vinc. vt infra proxime dicam. Et sequitur in eadem gl. ibi, exceptio. adde dicit, Hug. ꝙ dicit decretal. licet. sic est intelligendū, s. si idoneus, & canonice eligatur. Si tñ alias fiat, non poterit repelli, nisi pro hæresi, vel alio crimine notorio, secundum Hug. qui ita no. ĩ eo. si trāsitus, quod de alio crimine q̃ de hæresi dr̄ nō uī verum propter id, quod sequitur. de his autem plenius infra dicemus. Quarto Clemens V. ultra progrediens in c. ne Romani de elec. in clement. statuit ꝙ cœtus Cardinalium sede vacante iurisdictionem papalem non exercet, nisi in quantū permittit Concilium Lugdunense, nec id, vel eius partem alterare potest. Et infra determinat, quod si Romano non electo pontifice, Cardinales omnes simul, vel successiue, qđ absit, exire contigerit conclaue deputatum eisdē, hi, ad quos pertinet quam cito commode poterunt, reintrare compel-

1 lant. † Et subdit quod nullus ex Cardinalibus cuiuslibet excōmu nicationis, suspensionis, vel interdicti ꝑtextu, a dicta valeat electione repelli iurib. aliis circa electionem eandē hactenus editis, plene in suo robore duraturis, vbi dicit Ioā. And. quod per illum. §. approbatur quod no. Ioan. 79. dist. c. 1. vbi dixit, de vitio eligentium obiici non posse. & prorogat opininem Compost. supra eo. licet, qui dixit contra electionem factam per duas partes excipi non posse excōmunicationem, vel suspensionem eligentium, & si sit notoria. nec obstat secundum eū, cū dicitur ꝙ peccant alii cōicando talibus. faciunt. n. hoc auctoritate illius iuris, quod omnem exceptionem remouet. allegat. ff. de riuis. l. Seruius. §. si quis riuū. Item secundum ipsum in casu necessitatis licite communicatur ex communicato, sed maior necessitas carentia Vicarii Iesu Christi non posset haberi, 22. dist. omnis. 2. q. 6. ad Romanam. & facit de hæret. prędidentes, lib. 6. hic approbatur, hæc opinio, etiam quo ad actum electionis faciendæ. Io. An.

2 Circa prædicta quæritur, † an papa possit facere cōstitutionē per quā sibi liceat eligere successorē. Glo. Io. 79. dist. si transitus. super uerbo. non possit, allegat pro ꝯrio. 8. q. 1. episcopo. 1. Ad quod tamen respondet, quod aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, quia posset fieri quod

hic permittitur. Et aliud est ex testamento quasi dignitatis suæ hæredem substituere, quod ibi penitus prohibetur, quia nec papæ licet, quia hoc nec Moyses potuit. 8.q.1. Moyses. neque est trahendum ad consequentiam factum Petri, Clemētem sibi substituentis, quia ad eius vmbram curabantur infirmi. verba sunt gl. Adde vt habetur Actu. 5. vbi postquā ad verbum Petri mortuus est Ananias, & vxor eius Saphira, qa fraudauerunt de precio agri, subditur ꝙ ad vmbram Petri curabantur infirmi. Potest igitur papa constitutionem facere de eligendo successorem, vt in prædictis iuribus & 63. dist. Adrianus. Et quod dicitur de consensu Cardinalium, quorū est eligere, vt dicit Archid. & Paulus. ad quod facit 8. q. 1. §. item exemplo, & c. si Petrus. vbi dicit gl. ꝙ post Petrum Clemens fuit statim Apostolicus, intelligens ꝙ Petrus sibi Clementem successorem instituit, vt dicitur in tex. subdit gl. videns autem Clemens ꝙ hoc esset perniciosum exemplum, ꝙ aliquis sibi eligeret successorem, renunciauit Papatui, & tunc electus fuit Linus, quo mortuo electus fuit Cletus, quo etiam mortuo, denuo fuit Clemens electus. Et sic Clemens, secundum vnam computationem fuit secundus, secundū aliam fuit quartus. vnde versus,

Disputat hic mundus, quartus, fuerit ve secundus.

Et quod fiat talis constitutio de cōsensu Cardinalium, vt supra, credo verum de honestate, non tamen de necessitate per ea, quæ not. in c. significasti, extra de elec. & in c. a. ex gestis, de cle. non resid. hoc etiam tenet D. Io. de Imo. in d. cap. ne Ro- 3 mani, in 1. q. Circa id, † quod supra dictum est, ꝙ contra Cardinales eligentes non potest opponi exceptio excommunicationis, vel suspensionis, quæro. an possit opponi exceptio simoniæ, vel hæresis? Dic quod simonia non potest opponi, et si sit notoria, 1. q. 1. si quis. Nam & simoniacus est excommunicatus. 1. q. 1. per Ambros. & patet hodie expresse per extrau. Martini & Eugenij. nam tempore Martini vna fuit facta Cōstantiæ, alia fuit facta Mantuæ, quæ grauior est, & incipit, dānabile scelus. Eugenius autem fecit aliam Romæ, quæ incipit, cum detestabile scelus. Sed in hoc non insistam, quia de talibus loqui nefas est, & non simoniacis, sed simoniam arguentibus pro crimine reputetur. in membranis arguitur, & in plateis iubilat & exultat. Vanum est igitur in talib. occupari, & in vanum laborare, insipientia iudicatur, nam frustra niti & nihil aliud prẹter odium ǭrere, summa dementia est, quid enim libros occupat quicquid de ea noscitur esse dige- 4 stum. † Quippe si eraderetur e libris, forsan delectabiliora ꝑferrem, parietiam habe in me, si stomachi dolore, stomachāti voce demugio, quasi leo rugiens in silua, febribus infestatus, & ora pro me ne dolor accrescat, & mugitus sit terribilior insonandus, nam si pueri tacebunt, lapides clamabunt ad superos, vt descendant & indicent lepram Giezi, & magi Simonis ambitiosam hęresim extirpandam. Dicit. n. Arch. 79. dist. c. si quis pecunia, in gl. 1. quæ dicit, videtur per prin. huius c. quod Papa de simonia accusari possit, quia non est Apostolicus, sed apostaticus, & quia simonia hæresis est, 1. q. 1. eos qui. & c. fertur, cum liqueat, & per primum c. huius dis. quod non concedo. & loquitur hic de eo, qui per simoniam electus est ab illis, qui non habebant potestatem eligendi, non a Cardinalib. Simonia autem large dicitur hæresis, non secūdum quod Papa, vel alius potest accusari de hæresi, cum scilicet errat aliquis in articulis fidei, sed anteqam eligatur Papa exceptione cuiuslibet criminis potest repelli. dicit igitur Archid. in d. gl. ibi, quod non concedo. Adde, & bene, secundum Laur. nam simonia in curia locum non hēt, sicut nec ambitus ff. ad l. Iul. de ambitu. l. 1. sed Goffredus qui ita no. extra de simon. c. 1. & not. gl. 82. dist. c. presbyter, in gl. quæ incipit, & ita. ubi sequitur, & ita potest dare denarium pro ieiunio, quod est speciale, neque enim simoniam committit, qa cum Deo intelligitur contrahere, sic nec lex Iulia. de ambitu locum habet in Ro. ciuitate. Sed certe ista gl. licet satisfaciat nobis ad solatium, non tamen facit ad propositū qōnis, nam redimere peccatū ex denario, vel ieiunio licitissimum est, iuxta illud Dan. 4. c. peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas miserationib. pauperum, propter hæc tamē non infertur quod licite possit fieri simonia, quę dicitur studiosa cupiditas vendendi, vel emendi aliquid spirituale, uel spirituali annexum, ut dicunt Doct. in rub. de simon. Nec ualet argumētatio a similitudine ambitus, cū illud sit lege cautum, & iure permissum, & quod fit lege permittente, pœnā non meretur. ff. de reg. iur. l. qui aucto. Sed de simonia patet totum oppositum, nam contra ipsam omnia iura clamant. Vnde gl. in c. sicut is, 1. q. 6. dicit ꝙ aliud est in dignitatib. secularib. quam in ecclesiasticis, nam & militia secularis emi potest. ff. de actio. emp. l. creditor. § interuentu. semper enim nocet in ordinibus & ecclesiasticis dignitatibus datio pecuniæ, ut in c. nobis, extra de simon. nisi cum data est ab aduersario his, qui erant illum, uel alios electuri, ut in cap. & si qō- 5 nes, extra de simon. † Verissimū est tn̄, quod nec contra eligētes, nec contra electum aliqua exceptio opponi potest, nec de simonia, nec de alio crimine, dummodo a duabus partib. sit electus, vt supra dictum est. Glo. tamen in c. licet, extra de electio. videtur uelle quod exceptio de hæresi taliter electo possit opponi, cum dicit, & sic nulla exceptio potest sibi opponi, nisi de hæresi. 40. dist. si papa. super quam glo. dicit D. Io. And. quod de hæresi potest conuinci duobus testibus, licet in depositione Cardinalium maior numerus requiratur de hoc 2. q. 4. præsul. Et hæresis non includit hic simoniam, de hoc. 79. dist. si quis pecunia. eligentes tamen papam simoniace inde accusari possent, & puniri. 79. dist. si transitus. Et in eadem glo dum allegat c. si papa. dicit Io. And. licet & in aliis peccare possit, ut no. ead. dist. c. 1. Sed secundum Inno. & Compost. de hæresi agi potest contra papam, ut ibi, & uide ꝙ dicam infra, de hæretic. in fidei, lib. sexto. Sed non potest excipi, vt hic. idem videtur sensisse Ala. & Vicent. dicunt enim istum onerari in numero duarum partiū, & releuari in omni exceptione excludenda. Goff. & Phili. contra, quia cui damus actionem, damus exceptionem, & c. primum teneas, nec obstat ratio Goff. quæ non habet locum in possessoriis, etiam adipiscendæ, de quo uide regul. qui ad agendum libr. 6. Hæc Io. And. Dominus Franciscus de Zabarel. in dicto c. licet. arguit contra responsionem Io. in eo, quod dicit, vide reg. qui ad agendum, de reg. iur. lib. sexto, vbi colligitur, cui damus actionem, & cæt. quam regulam Io. dicit non habere locum in possessoriis, etiam adipiscendæ. Francis. dicit qđ ibi potius not. contrarium scilicet quod licet illa regula nō habeat locum in possessoriis recuperandæ in quibus non obstat exceptio dominii, tamen in possessoriis adipiscendæ & retinendæ sic, in quibus obstat exceptio dominii, ut not. ibi Dyn. & hoc facit pro prima opinione, scilicet ut possit excipi. Tamen Io. de Lignano tenet cum Innoc. quia Papa ex electione consequitur plenum ius. Nam statim quod est canonice electus potest scribere pontificatum, de quo in data. 6. libri, & 23. dist. in nomine Domini. ergo non potest excipi de accus. super his, quod videtur verius, & pro hoc facit de appel. constitutis. 2. Et ad reg. qui ad agendum, responde vt no. Innoc. de exces. prælat. cap. inter dilectos, & dico in d. ca. constitutis. Hęc Franc de Zabarel. Dic quod Innoc. in d. cap. inter dilectos, respondet ad d. regu. quod habet locum, quādo ad idem agitur & excipitur, nam quando actio competit ad vindictam exceptio autem pro defensione iuris, non habet locum prædicta regula. & sic electo in papam etiam exceptio de hæresi non potest opponi, licet de hæresi possit, accusari, & hæc est communis opinio Doctorū. Restat nunc scire, quid in Constantiensi Concilio fuerit ordinatum? Et dicendum, quod in extrauaganti, quæ incipit, frequens, in §. si vero, quod absit, versicu. quod si forte, quantum ad nostrū spectat intentū, scilicet de electione papæ, sic scribitur Quod si forte electionem Romani Pontif. per metum, qui caderet in constantem virum seu per impressionem, de cætero fieri contingat, ipsam nullius decernimus efficacię, vel momenti, nec posse per sequentem consensum, etiam metu prædicto cessante, ratificari, vel approbari. Non tamen liceat Cardinalibus. ad aliam electionem procedere, nisi ille sic electus forte renuntiet, vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa fuerit iudicatum, & si procedatur nulla sit electio ipso iure. Sintque sic secundo eligentes, & electus, si se papatui ingresserit, omni dignitate, honore, & statu, etiam Cardinalatus, & pontificali, ipso iure priuati, & inhabiles de cętero ad easdem & etiam ad papalem. Nec aliquis eidem secundo electo vt papæ sub pęna fautorię scismatis obediat quoquomodo, & eo casu Concilium de electione papę prouideat illa vicæ. Sed liceat, imo & teneantur electores omnes, aut saltem maior pars ipsorum, quamcito sine periculo personarum poterunt, etiam si periculum omnium bonorum immineret, se trasferre ad locum tutum, & metum prædictum allegare coram Notariis publicis & notabilibus personis ac multitudine populi, in loco insigni, ita tamen quod allegantes metum huiusmodi habeant in ipsius metus allegatione exprimere speciem & qualitatem dicti metus, & iurare solenniter, quod metus taliter allegatus est verus, & quod credunt seipsum posse probare, & quod per malitiam vel calumniam huiusmodi metum non proponunt, nec ultra proximum futurum Concilium vllo modo possit differri allegatio dicti metus. Teneantur. insuper, postquam se transtulerint, & metum allegauerint modo prędicto, prouocare sic electum ad Concilium, quod Cōcilium, si ultra annum pendeat, a die prouocationis hmōi intelligatur ad annū, vt sup. ipso iure terminus breuiatus, & nihilominus teneatur electus ipse sub prædictis pęnis, & Cardinales ꝓuocātes sub pęna amissionis Cardinalatus & oīum beneficiorum suorum, quam ipso facto incurrant, infra men-

sem a die prouocationis Concilium ipsum, vt supra dicitur indicere & publicare, & quamcitius poterūt intimare, ac Cardinales ipsi, cœterique electores ad locum Concilii tempore conuenienti personaliter se transferre, & vsque ad finem causæ expectare. Teneantur quoque pręlati & cęteri, vt supra, ad conuocationem Cardinalium tantum, si forsan sic electus conuocatus cessaret accedere, qui sic electus in Concilio ipso non præsideat. Quinimo sit a termino initiandi Cōcilii ipso iure ab omni administratione Papatus suspēsus, nec sibi a quoquā sub pœna fautoriæ scismatis quomdolibet obediatur. Quod si infra annū ante diem indicti Cōcilii supradicti casus, vel quod plures segerant pro papa, vel quod vnus per metum, seu impressionem eligatur, censeantur ipso iure tam gerentes se pro papa, quam electus per metum seu impressionem & Cardinales ad dictum Concilium prouocati, teneanturq; in ipso Concilio comparere personaliter, causam exponere, & iudicium concilii expectare. Sed si dictis casibus occurrentibus contingat forte casus aliqs, quo necessarium sit locū concilij mutari, & obsidionis, vel guerræ. aut pestis, vel similis, teneantur nihilominus tā omnes supradicti, quam omnes prælati, cæterique, qui ad concilium ire tenētur, ad locum proximiorem, vt præmittitur, qui sit habilis ad concilium conuenire. Possitque maior pars prælatorum, qui infra mensem ad locum certum decliuauerint. illum sibi, & alijs pro loco concilij deputare, ad quem cæteri venire teneantur. Et alia quamplurima in prædicto decreto continentur, de quibus etiam infra tangemus.

Pars III. Primæ partis princip.

SVMMARIVM.

De Papæ consecratione.

AD tertium igitur primæ par. prin. videlicet de consecratione Papæ, a quo. s. debeat consecrari. Et rn̄ 1 detur br̄, † ꝙ ab Ep̄is Cardinalib. & de more est hodie, ꝙ cōsecretur ab Ep̄o Hostiēsi Cardinali, qui in hoc vicem obtinet Metropolitani, licet ēt alii Ep̄i Cardinales Metropolitanorum vicem obtineant. Vnde sine præiudicio honoris & dignitatis D. Hostiensis ēt alii Episcopi Cardinales pn̄t Papā 2 consecrare † si Papa vult ab alio quam ab Hostiensi consecrari, s̄m ꝙ patet in decreto Nicol. Papæ, 23. dis. in nomine Dn̄i, circa mediū. ibi, Cardinales vero Ep̄i proculdubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electū antistitē ad Apostolici culminis apicem prouehāt. vbi gl. dicit super ver. Metropolitani vice funguntur. non tn̄ sunt maiores Papa, quia consecrant ipsum, quia suffraganei consecrant Metropolitanū, & tn̄ sunt minores, 66. dist. c. 1. hā, vt dicit tex. in d. c. in nomine Dn̄i, ante mediū, sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis, atq; ideo super se Metropolitanū habere non pōt. ubi Archid. dicit in verbo, facultates. Dicūt quidam, ꝙ non habet potestatem disponendi spiritualia, nisi postquam ordines & insignia receperit, quod fit specialiter 3 in coronatione † & hæc potest esse causa quare papa ante coronationem tantum media bulla vtitur, videlicet cum capitibus Apostolorum duntaxat, sine nomine proprio licet statim post electionem & immantationē nomē suū designet, Sed tu dic ꝙ de facto plura ad spiritualē iurisdictionē spectātia ante coronationē exercet, prout no. in Spec. ru. de rescrip. ꝓsent. §. rōne causæ, vers. Itē ꝙ obtentum est. Hæc Achid. Si 4 autem quæratur, vbi debeat papa consecrari. † Responde tur quod si fieri potest, consecrari debet in sua Ecclesia. s. in sancto Ioanne, vel sancto Petro, vbi intendit facere residentiam in urbe Romana, quod si non possit commode fieri pp aliquod legitimum impedimentum, in quacunque alia Ecclesia, etiam extra vrbem poterit consecrari, ut patet in tex. dicti. cap. in nomine Domini, circa medium, ibi quod si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, ut pura & sincera atq; gratuita in vrbe firi non possit electio. & infra, Plane postquam electio fuerit facta. si bellica tēpestas, uel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut verus papa auctoritatem obtineat regendi Romanā Ecclesiā, disponendi omnes facultates illius, ꝙ beatissimum Gregorium ante suam cōsecrationem fecisse cognouimus. ubi dicit quædam glossula, quod si non potest commode in sua ecclesia consecrari, idem fiat quod de electione, hoc est quod sicut eligitur extra vrbem, ita extra urbem consecretur. Et Archidia. dicit super illo verbo, ad Apostolici culminis apicem prouehāt, apicem, i. consecrationem episcopalem, vel si consecratus est episcopus, apicem uocat intronizationē, vel immantationem. vel quandam benedictionem & solēnitatem orationis. & forte vnctionis, quæ adhibetur Episcopo, cum efficitur Papa, sicut adhibetur presbitero cum efficitur Abbas. 12. q. 3. alienationes. 61. dist. quoniam multos, extra de æta. & qualit. cum contingat. nam post Episcopatum nullus est ordo, sicut post presbiteralem nullus est ordo, nisi episcopalis. Hu. Hæc Archid. & sic uidetur sentire cum aliis Canonistis quod episcopatus sit ordo, cuius tn̄ contrarium. Theologi profitentur. potest tamen utrorumque sententia comprobari. Nam si sumatur ordo secūdum ꝙ est sacramētum, sic omnis ordo ad eucharistiam ordinatur. unde cum Episcopus non habeat quo ad sacramentū, eucharistiæ maiorem potestatem conficiendi quam sacerdos, hoc mō pōt dici quod episcopatus non sit ordo. alio modo consideratur ordo secundum quod est officium quoddam respectu quarumcunque sacrarum actionum, & sic cum episcopus hēat potestatem in hierarchicis actionibus respectu corporis mistici super sacerdotem, & hoc modo episcopatus dicitur or- 5 do. & ita loquuntur iura dicentia † quod episcopus non pōt committere ea, quæ sunt Episcopalis ordinis, nisi episcopo, extra de consec. eccles. vel altar. c. aqua. & sic pro vtroq; mō sumi potest diffinitio Magistri Sent. in 4. dist. 24. cum dicit, ꝙ ordo sane dici potest, signaculum quoddam esse. i. sacrū qddam quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. Et infra, Sunt & alia quędam nō ordinum, sed dignitatum, vel officiorum nomina, dignitatis simul & officii nomē est Ep̄s. D. Io. An. in proęmio, 6. lib. super verbo, episcopus dicit ꝙ nouē sunt ordines in Ecclesia. 21. dist. c. cleros. & 23. dist. c. episcopus, & c. seq. & infra dicit, & est contra Theologos, qui dicunt solum esse septem ordines. dicunt enim qđ episcopalis & presbiteratus non sunt ordines pro eo quod certum officium circa confectionem eucharistię non est in illis ordinibus deputatum. Nos Iuristæ contra per iura prædicta. & propterea dicit quod papa uocat se episcopū nō a dignitate sed ab ordine. Archidiaconus uero 93. dist. diacones. in glo. super verbo, primis ordinibus. quæ dicit, id est maioribus episcopali, scilicet & presbiterali, & ita episcopatus est ordo. 84. distinct. cum in præterito dicit Archidiaconus. adde secundum Hug. dicit Hug. de hoc nullus dubitat nisi cœcus & inordinatus, cum specialis ordinatio in Episcopum habeatur post sacerdotium, sed Ba. contra. Ego autem satis miror qđ Hug. adeo se contra Theologos indistincte laxauerit, & quasi totus exacerbatus irruerit. Cæcus ergo, suo iudicio, & inordibatus extitit beatus Thomas de Aquino, qui ita sentit, ut supra distinxi in 4. senten. distinct. 24. ubi etiam & alii Theologi. Cęcus etiam uidetur, esse Gregorius IX. in c. uno in fi. extra de seru. in ord. fac. qui dicit interrogationem non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi, vel ꝓsbiteri faciamus. Sic & Inn. III. in c. uno de sacro sacra vnc. ad fi. dicit, Monemus igitur. ut illum in ordinandis, presbiteris & consecrandis episcopis morem serues & facias obseruari, quem apostolica sedes obseruat. Nam ponendo differētiam inter cōsecrationem episcoporum & ordinationē presbiterorum uidetur sentire, quod episcopatus non sit ordo, sed officium. episcopus enim Græce superintendens dr̄ Latine curam, scilicet subditorum gerens, nomen est operis, nō honoris. inde dixit Apostolus, qui episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. 1. ad Timot. 3. ubi dicit Gregorius, si desiderat prodesse, & non ꝑesse. secus est ergo si præesse & nō ꝓdesse desiderat, de quib. dicit Apostolus, Oēs quæ sua sunt quærūt, nō q̄ Iesu Christi, ad Philip. 2. & Iere. 6. A minore quippe usq; ad maiorem oēs auaritiæ student & a propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum & curabāt contritio-

nem filiæ populi mei cū ignomina dicentes, pax, pax, & nō erat pax, confusi, sunt quoniam abominationem fecerunt, quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, quam ob rem cadent inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus. Ergo qui habet aures audendi, audiat. Modestius enim in hoc locutus est Dominus Io. An. in proœ. 6. l. in Nouel. in glo. 3 dicit enim de Theologis intelligens, Fatentur. n. ꝙ Episcopo competit certum officium circa misticum corpus Christi, qđ est Ecclesia, circa quod exercet certas speciales actiones, quę inferiorib. nō competunt, sicut conferre sacramentum confirmationis & ordinis, & alia de quibus 25. dist. perlectis, uers. ad Episcopū. & 68. distin. quamuis. & habet etiā interdictionem, de qua de offic. ordin. conquerente. Dicunt autem caracterem solū imprimi in his ordinibus, qui relationem habent ad verum corpus Christi, non ad misticum. & pro eis, ꝙ presbiteratus nō sit ordo, faciat 77. dist. illud 93. dist. a subdiacono. De Episcopatu bene facit de scruti. c. vno, in fi. de sac. vnct. c. vno, ad fi. in quibus dicitur Episcopos consecrari, presbiteros ordinari, vnde olim presbiteri præficiebant ex se unum, quem, Episcopum nominabant, 93. dist. legimus. vers. quod autem, & 95. dist. c. quod olim contra. De Psalmista patet de ętate & qualit. cum contingat, vbi dixit de hoc. De Episcopo vide multa iura in Decr. quoties, de purgat. canon. in gl. 2. in fi. ibi enim dicit de hoc, 32. dist. cap. 1. & in prooem. 6. lib. in princ. Ad partem, ꝙ Episcopatus sit ordo, faciunt multa iura, scilicet 23. dist. c. 2. & c. Episcopus cū ordinatur. 54. distin. si seruus. 2. cui concordat. C. de Episc. & cler. auth. Episcopalis ordo. 64 dist. c. 1. & 2. 65. dist. non debet, & c. seq. & c. placuit, & c. fi. 66. dist porro. 75. dist. c. 1. 80. dist. Episcopi, & c. fi. 84. dist. cū in præterito. 89. dist. c. fi. 93. dist. diacones. ad idem de renūc. ca. post translationem, ad fi. de temp. ord. si archiepiscopus, & c. nec Episcopi, de conuer. coniug. sane, de presbit. non bapt. c. ult. uers. præterea, de consec. Eccl. vel alt. aqua. Adduci posset Decr. 2. de cle. percus. In prędicto autem prooem. 6. li. idē Ioan. And. in Nouel. soluit dicēs, si concedatur ꝙ ipsi, scilicet Thologi dicūt, caracterē ordinis solum relationē habere ad verū corpus Christi, & confectionem Eucharistiæ, dicetur Episcopatus ordo large, nō proprie quo ad caracterē. sed cū videamus ex ordine presbiterali competere aliqua, q̄ respiciunt corpus misticum sicut baptizare, pęnitentias dare, & in extremis inungere, non video quare in Episcopo ex respicientibus ipsum corpus misticum negetur imprimi caracter, potissime cum ipse solus sit imprimens caracterem ordinis saltē sacri. Vn̄ non iuuat, si dicas caracterem habet ordinis, quē confert, quia illius virtute non confert, tn̄ si huic dicto resistatur, dicemus ꝙ papa ideo se vocat Episcopū, q̄a quo ad regimē corporis mistici circa spirituales & sacramētales actiones nō est gradus super Episcopū. quicquid enim quo ad talem actū hierarchiæ pōt papa, potest Episcopus, &

6 sic quo ad id sunt ęquales. †Hinc est, ꝙ Hostiensis episcopus, Papam cōsecrat, vt dixi supra de priuil. antiqua, in princ. Vn̄ Hierony. tractans de septem gradibus ad Rusticū Narbon. ponit Episcopum pro septimo, vide quod ibi dixi in tit. hæc Ioan. And. qui de eo, quod dictum est de Domino Hostiense

7 †dicit in præalleg. c. antiqua, in princ. in uerbo, approbāte, eo ipso ꝙ nullus ꝯdicit, ap̄pbare vr̄ 31. dist. Nicena. ff. mand. l. si remunerādi. §. 2. Et in uerbo, primum, dicit, In Cōsistorio papæ si superueniat, vel inter sedes patriarchales, vel ubi Hostiensis non est. dicit enim ꝙ Hostiensis in Conciliis primus sedet post Papam ex priuilegio Hostiens. Ecclesię. Nec mirū, quia papam cōsecrat, Imperatorem inungit, & est palliatus. hæc. Ioan. Andr, Et nota, quod tam ipse quam Hostiens. volunt intelligere per prædicta, quod præsente Domino Hostiense episcopo Cardinali, Patriarcha Constantinopolitanus non obtineat primum locum penes Papam, sed Hostiensis. tex. autem in d. c. antiqua, vlt quod post Romanum pontificem Constantinopolitana primum, Alexandrina secundū, Anthiochena tertium, & Hierosolymitana quartum locū obtineant, seruata cuilibet propria dignitate, & sic etiam vult tex. 22. dist. capi. renouantes, & c. seq. In quibus iuribus non fit aliqua mentio de Domino Hostiense, qui communiter dicitur priuilegiatus, & cæt. Ad differentiam autem q̄

8 est inter Thologos & Canonistas, †videlicet vtrum Episcopatus sit ordo, tria breuiter sunt attendenda, si auscultare nō tædet, videlicet primo, quid est ordo sacramentaliter intelligendo. Secūdo, quot sunt ordines prædicto modo. Tertio, si ordo est sacramentum. Quo ad primum dicunt aliqui ꝙ sacramentum ordinis est potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in ecclesiastica hierarchia, & per consequens secundum ordinem diuersitatum ad tales actus in Ecclesia essent distincti ordines. & isto modo episcopatus est ordo, cum habeat speciales actus in Ecclesia, ut pote confirendi, consecrandi Ecclesias & sacerdotes & similia, Sed prędicta diffinitio videtur in ferre. quod sub ordine sacerdotali non sit aliquis ordo in Ecclesia, quod est contra omnes. Probatio consequentię, quia nullam potestatem specialem, loquendo de potestate spirituali simpliciter habet diaconus vel subdiaconus, quia licet possit aliquid facere congrue diaconus, uel subdiaconus, quod non faceret cōgrue laycus, tamen si laycus attentaret illud facere, simpliciter faceret. Ex prędicta autem diffinitione sequeretur etiam, quod sacerdotii essent duo ordines, quia sacerdoti competit duplex potestas spiritualis, scilicet conficiendi Eucharistiam, & absoluendi pænitentem, quæ non sunt, vna potestas, sed duæ, quia vna fuit prior altera, cum primam. scilicet conficiendi, contulerit Christus in cœna. secundam, scilicet absoluendi contulerit post resurrectionem, vt supra iam patuit. Ex quo Doctor subtilis, Magister Io Scotus in 4. Sent. di. 24. dicit ꝙ ordo accipitur dupliciter, videlicet cōiter & proprie. loquendo aūt communiter dicit August. 19. de Ciuitate Dei. c. 13. ꝙ ordo est parium, dispariumque rerum sua cuique loco tribuēs dispositio, & isto modo accipimus cōiter ordinem entium in uniuerꝰ, sicut dicit Philosoph. 12. Metaphisices, isto etiā modo accipitur ordo in Politiis bene dispositis, ubi personarum, parium & imparium congrua dispositio dicitur esse ordo ipsius politiæ. Alio modo accipitur ordo proprie, vt est gradus eminentiæ, & tunc datur talis descriptio, Ordo est gradus eminens, in ecclesia disponens de congruo ad aliquē actum ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiæ

9 pertinentem. Ad secundum, †uidelicet, quot sunt ordines. Respondetur quod de hoc variæ sunt sententię, nam Dionysi. in lib. ecclesiast. hierarchiæ ponit tantummodo tres ordines, scilicet Episcopatum, sacerdotium, & diaconatum. Isidorus autem Etymolog. 7. videtur sentire ꝙ sint octo, q̄a ponit Episcopatum esse ordinem. Canonistę autem dicunt esse nouem, quia dicunt & presbiteratum esse ordinē. Theologi vero dicunt esse septem, uidelicet quatuor minores, & tres sacri. Minores sunt ostiarius, lector, exorcista, acolitus. Maiores subdiaconus, diaconus & presbiter. Pro opinione Canonistarum satis facit vnica ratio, quia cum episcopo cōueniat quædam potestas, in quantum est Episcopus, quæ nō conuenit simplici sacerdoti. s. confirmare, & c. vt supra diximus. tunc autem illa potestas est ordinis, & sic sequitur qđ Episcopatus est ordo. Aut est iurisdictionis, & tunc posset auferri per superiorem ꝙ est satis in conueniens, quia consecratio, aliquo modo minor consecratione episcopi non potest auferri, quin semel confectum, semper sit confectū, prædicta igitur via potest teneri uno modo, ꝙ gradus potest dici eminens in ecclesia propter nobilitatem actus, quem respicit, vel propter multitudinem actuum, quos respicit, sicut patet in aliis politicis, & isto modo episcopatus est ordo & simpliciter ordo superior, quia habet ordinem ad omnes actus ecclesiasticos. Sacerdos vero vel sacerdotium dicitur ordo, quia habet ordinē ad nobilissimū actū, i. conficere corpus Christi, & sic planum est confiteri octo esse ordines. Si autem habeatur respectus ad actus pertinentes ad consecrationem Eucharistiæ, tunc potest sustinere, ꝙ sint septē tantum quorum supremus est sacerdotium. Secundus gradus disponens ad dispensationem saltē sanguinis, est diaconatus. Tertius gradus disponēs ad oblationē materiæ Eucharistiæ ꝯsecrādæ, est subdiaconatus, & isti tres dn̄r ordines sacri, q̄a immediatæ disponūt ad aliqđ ministeriū circa Eucharistiā. Vltra p̄dictos sunt alii quatuor disponētes ad aliquos actus remote, & diuersimode se hn̄tes ad Eucharistiā, quorum primus pertinet ad adorandū, & reuerenter suscipiēdum a populo, & iste dicitur acolitatus, ad quem spectat illuminare cereos. Secundus pertinet ad intellectum, sicut est cognitio veritatis, & talis dicitur lector, seu lectoriatus. Tertius pertinet ad reprimendū indignos hoīes, & talis est ostiarius. Quartus p̄tinet ad reprimēdū demones tanq̄ canes, & est exorci-

10 sta. †Quintus autem tonsura, licet nominetur inter ordines, extra de æta. & qualit. cum contingat, in fi. dum dicit, per primam tonsusam, iuxta formam Ecclesiæ a talibus, scilicet abbatibus clericalis ordo confertur. vbi glo. dicit, talis ordo appellatur presbiteratus, tamen ubi agitur de singulis ordinib. nihil dicitur. de hoc. 93. distin. illud. Sed certe si bene aduertatur, presbiteratus magis conuenit lectori quam simpliciter tōsurato. nam prima tōsura & presbiteratus p̄nt a simplici sacerdote conferri. 23. dist. Psalmista. Nec etiam ex prima tonsura imprimitur caracter, s̄m Thomā in 4. dist. 24. & propterea inter singulos ordines nulla fit mentio de prima tōsura. 32. di. seriatim. nisi qs vellet dicere, ꝙ cū dicit ibi, clericos, ostiarios & c. intellexerit clericos pro solum mō, tōsuratis, & tūc ēt Canonistæ defecissent in computo numerādi, nā Canonistæ tenēt ꝙ sint nouē ordines eo, quod vltra septem numerant presbiteratum & episcopatū. Sed certe si prima tonsura debet computari pro vno ordine, ergo sunt decē, nedū nouem,

& ideo dicit glos. in d. c. cum contingat, quod ordo clericatus, appellatur presbiteratus, & gl. 77. dist. c. illud, uult intelligere, ꝙ primus respū minoritatis inter ordines clericales sit presbyteratus, & sic primam tonsuram psalmistarum intelligunt pro primo ordine, sed Beat. Thomas, & alii Theologi, non reputant primam tonsuram ordinem, quia nec sacramentum, nec caracterem, sed solummodo quoddam signum. Psalmistatum autem dicunt etiam quoddam officiū annexum lectoriatui, & non ordinem de per se, nam quia Psalmi solent pronunciari cum cantu, ideo lector dicitur Psalmista & cantor, & volunt quod iura facientia mentionem ꝙ prima tonsura, vel psalmistatus sit ordo, intelligunt largo mō ꝓ quadā deputatione ad diuinū cultū, fuisse locuta. Sed certe cū reuerentia, durus est hic sermo, nā ex tali sententia clerici solummodo tonsurati, si ab Episcopo primam tonsuram receperint, non gauderent priuilegio clericali, qđ esset eis non modicum præiudicij, nam text. 17. q. 4. c. si quis suadente diabolo, generaliter loquitur, quod si quis in clericum, vel monachum, manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat. Et gl. dicit ibi in verbo, clericum, etiā psalmistam, qui clericus dicitur, 21. dist. cleros. Quo ad ter-

11 tium, †cum quæritur, vtrum ordo sit sacramentum. Rn̄dent Theologi, vbi supra, & maxime Scotus, & sequaces, quod ꝓprie loquendo de sacramento, ordo non est proprie sacramē tum, quia omne sacramentum est signum sensibile, sed ordo est quidam gradus spiritualis, tamen accipiendo sacramentum pro signo inuisibili, sicut aliquid dicitur res & sacramentum, hoc modo potest dici sacramentum, quia est signum

12 gratiæ conuenientis executioni actus debiti. † Et subdit, sed dices, quid est ergo septimum sacramentum. Respondeo, ꝙ est ordinatio, quæ est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ præeminēte, cui conuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendam, facta a ministro idoneo, certa verba proferente simul cum intentione debita ad ministerium gradus illius aliquo signo visibili præsente, ex institutione diuina efficaciter signans gratiam præeminentem, qua ordinatus digne illud ministerium exequitur. Cum reuerētia, licet sit satis subtilis consideratio, atttamen negare quod ordo nō sit proprie sacramentū, quia omne sacramentum est signū sensibile, quod non est in ordine, & c. dico, ꝙ sacramentum multipliciter diffinitur. Primo a Magistro sententiarum, in 4. dist. 1. dicente, Sacramentum est sacræ rei signum. Secūdo ab Augustino de doctrina Christiana, dicente, Sacramentū est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Tertio ab eodē Augustino dicente, Sacramētum est illud, in quo sub tegumento rerum visibilium diuina virtus secretins salutem operatur. Quarto ab Vgone de S. Victore, dicente in lib. de sacramen. Sacramētū est materiale elemētū extrinsecus, oculis suppositū ex institutione signans, ex similitudine repræsentans, ex sanctificatione aliquam inuisibilem gratiam cōferens. Quinto ab Isidoro Etymolog. lib. 5. & 6. Sacramentum dr̄ quasi sacrans mentem, vel a sacris & secretis virtutibus veniens. Sexto a Papia, qui quantum ad propositū nostrū dicit Sacramētum est res occulta, i. misterium. Item est res magnis inuoluta misteriis, & ipse idem refert aliquas alias diffinitiones de supradictis. Septimo ab Archidiano. 1. q. 1. c. multis secularium, dicente, Sacramentum dicitur sacrum signans. Octauo. & melius, describitur ab Hostiense & Ioan. An. in rub. de sacramen. iter. vel non. Sacramentū est, cum in aliqua celebratione res gesta ita sit, vt aliquid significare accipiamus, quod sancte, i. digne accipiēdum est misterium, quod occulte & inuisibiliter operetur spiritus sanctus, ita quod operando sanctificat, & sanctificando benedicit. Et dicit Hostiensis, ꝙ hæc probantur secundum Gręg. 1. q. 1. multi. & subdit etiā diffinitionem Augustini, quam supra posui. Nono secundū Host. prędictum, magistraliter sic describitur Sacramentum est caracter quidam, qui per eum qui potestatem habet corpori humano recipienti iuxta ritum ecclesiasticum visibiliter, animæ vero inuisibiliter a spiritu sancto imprimitur, qui si digne sumatur, agi, taut auget sine dubio, quod designat, q̄ s. caracter semel admissus, nunquam amittitur. de diuort. c. quanto. §. si vero alter. nam in quolibet sacramento gratia confertur, præter quam in matrimonio. 75. di. §. 5. & c. quod a post prin. de seq. 1. q. 1. multā, & c. multi, & de sacra unc. c. uno, patribus, & hoc tamen latius dixi in Tract. de matrimonio, parte 2. Decimo ab Abbate dicente in cap. cum Marthæ, de celeb. missæ s̄m Io. Andr. in d. rub. de sacram. iteran. vel non. Sacramentum est corporale & materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repræsentans, ex institutione sanctificans, & ex sanctificatione continens in-

13 uisibilem & spiritualem gratiam, †non enim in omni sacramento imprimitur caracter, sed solum in tribus. s. in baptismo, confirmatione & ordine. Hinc est quod ista tria nō sunt iteranda. vnde versus.

Abluo, firmo, cibo, piget, vxor, ordinat, vngit.
Fons, ordo, crisma non, cætera sunt iteranda.

14 Et si quęratur, quid est caracter. Respondetur, Caracter Græce, Latime dicitur forma, imago, vel efficies, nam sicut ex ferro ignito designantur animalia ex impressione carecteris, ita ex caractere spirituali animæ, in quas imprimitur indelebiliter sunt notatæ & spiritualiter insignitæ, ex quo dicit Isid. Caracter est habitus uniuersalis, & magnis & paruis uirtute sacramenti datus, & quoddam signaculum substantiæ, ut dicit Papias. Alii dicunt, Caracter est quędam passibilis qualitas animam illuminans ad uidendum facilius, quid sit credendum, & quid operaudum, & quid non. Ioannes Damascenus dicit, quod caracter est mentis custodia, eo quod inseparabiliter costodit mentem & ipsam præparat, & habilitat ad gratiā, per quam ipsa anima custoditur. Innoc. & Host. super rub. de bapt. & eius effec. dicūt quod caracter est quædam qualitas, disponens & habilitans animam ad suscipiendam maiorem gratiam, quæ qualitas a quibusdam dicitur sanctitas, quia præparat animam ad sanctificationem. Beatus Thom. in 4. sent. dist. 4. dicit, secundnm Dionis. Caracter est signum sanctum communionis fidei & sancti ordinis datum a hierarcha. Vel secūdum modernos Theologos, Caracter est distinctio a caractere ęterno impressa animæ rationali, secundum imagine configurans Trinitatem creatam, Trinitati creanti & recreanti, distinguens a non cōfiguratis secundum statum fidei. Et imprimitur solū per illa sacramenta, per quæ mancipatur quis ad aliquod sacr̄m spirituale exercendum, sicut baptismus, cōfirmatio & ordo, vt supra diximus. Finalis igitur & cōis descriptio Theologorū est, ꝙ caracter est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum uel tradendum alijs ea, quæ sunt diuini cultus, quæ in quibusdam actibus consistunt. Ad actū aūt proprium ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse, & ideo caracter importat quandam spiritualem potentiam ordinatam ad ea, quæ sunt diuini cultus. Et prædictæ descriptiones respiciunt tria prædicta sacramenta in eo, quod dicitur, ad suscipiendum uel tradendum, nam suscipitur Baptismus, confirmatio & ordo, non tamen omnis qui suscipit, potest alii tradere, sed is tantum, qui hierarcha. i. Episcopus ꝯstitutus est in Ecclesia a primo hierarcha, qui est papa post Christum, vt in cap. quarto, & in cap. inter corporalia extra de transl. prelat. in specie autem loquendo de caractere ordinis, dicendum secundum Innocent. & Ioan. And. in rubr. & in cap. fin. de sacram. iter. vel non. qui caracter ordinis est quædam figura intellectualis indelebilis, per quā ostēditur talem ordinem fuisse collatum, & ordinatus a non ordinato in die iudicii discernetur. Aliqui Theologi dicunt, quod caracter ordinis est quoddam signum spirituale indelebile distinctiuum, & spiritualis potestas ad aliquid sacrū, & dant similitudinem in bello, Vbi datur commune signū omnibus de bello, & quia militia est uita hominis super terram, Iob. 7. de pęnit. distinc. 2. si enim inquit, ad fin. ubi secundum aliam literam, dicitur tentatio. Sic quilibet Christianus babet in hac militia signum commune scilicet baptismum, qui facit etiam eum habilem ad alia sacramenta. Est autem in eo signum distinctiuum, quia per illud distinguitur ab infidelibus inhabilibus ad gratiam & ad reliqua sacr̄a. Sunt etiam in bello aliqui plus parati ad resistendum vel pugnandum, & isti habent suum signum, vel vexillum. Tale est signum repræsentatum per cōfirmationem in fronte, per quam roboratur non solum ad pugnam pro solute propria contra concupiscentias, quæ remanent post baptismum, de consecr. dist. 4. c. 2. & dist. 5. cap. 2. sed etiam ad constantē, confessionem nominis, Christi. & defensionem fidei. Vnde in primitiua ecclesia eligebātur quidam ad publice manendum in loco persecutionis, aliis occulte latentibus in cauernis, vt patet in legenda S. Sebastiani, iuxta quod dicit Apostolus ad Heb. 11. Alii autem distenti sunt non suscpientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem, alii vero ludibria & verbera experti, insuper & uincula & carceres, lapidati sunt, tētati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuierunt melotis & in pellibus caprines, egentis, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ & c. Sunt & alii, qui habent alios, regere, vt duces belli, & isti hr̄e solent spirituale vexillum, & tale est, quod imprimitur in ordine, per quem aliquis fit habilis ad regendum alios, & ad sacramenta aliis ministranda. Et sicut maiora officia continent sub se minora, sed non econuerso, ita in ecclesiasticis gradibus opus est ut maior gradus contineat sub se minores sed non econuerso. Vnde gradus & ordo sacerdotalis continet sub se baptismum, & confirmationem. Primum de necessitate sacramenti, & hoc modo caracter baptismalis prę-exigitur ante caracterē ordinis, quia baptismus fundamētū

est & ianua omnium sacramentorū, extra de presb. nō bapt. c.1. & c. veniens. Secundum de congruitate, & tali modo præexigitur caracter confirmationis, tamen sine caractere con- [15] firmationis recipit quis caracterem ordinis, † & sic de necessitate non exigitur, sed contra congruitatem peccat, qui scienter suscipit ordinem non confirmatus, vel Episcopus scienter conferens non confirmato. Vt dicunt Theologi in 4. senten. distinctio. 24. & 25. vbi etiam firmant, quod in quolibet ordine spiritualis caracter imprimitur, sicut spiritualis potestas confertur. De quo etiam in decretis habetur 22. distinct. per totum, cum suis concordantiis. Et notandum, quod papa & Ecclesia in talibus ordinationibus formas statuere possunt & constitutiones facere, non tamen contrarias diuinis constitutionibus, quia & animæ & ad eas pertinētia sunt de iurisdictione papæ & sanctorum patrum, decima, distnctio. suscipitis. 96. distinctio. cum ad verum, de maior. & obedien. solitæ. Nec est mirum si constitutione Ecclesiæ infigitur caracter animę. quia & constitutione Imperatoris infigitur militaris caracter indiuisibiliter militi. 1. q. 1. quod quidam, sicut & aliis stigma, vel nota in brachio. vt ab aliis discernatur. de sentent. excommunicat. si iudex. libro 6. Caracter vero militaris infigitur ita corpori, quod non animæ, quod ex eo apparet, quia mortuo milite, in ipsius anima de illo caractere nihil penitus apparebit. Si ergo princeps hoc inducere potest, & Ecclesia magis, argumen. 30. quęstio. tertia. capit. 1. Ex prædictis igitur clare patet, quam mirandum sit de quibusdam dicentibus ordinem non esse Sacramentum. nam cum Sacramentum sit quędam sanctificatio homini exhibita cum signo sensibili. In susceptione autem ordinis quædā sanctificatio exhibeatur per signa sensibilia & visibilia, constat ordinem esse Sacramentum. Quia vero ordo consistit in deriuatione potestatis recipientis Sacramentum a potestate dispensantis, sicut potestas imperfecta deriuatur a perfecta, ideo forma eius in hoc differt ab aliis, quia traditur per modum imperatiuum ad denominationem traditionis p̄dictæ potestatis. cum expressione actus imperati, per quam potestas deriuata cognoscitur. Et, ut hoc clarius intelligatur, dicendum est quod potestas ordinis principaliter ordinatur ad corpus Christi consecrandum, & fidelibus dispensandum, & ad fideles a peccatis purgandum, oportet igitur aliquem ordinem esse, cuius potestas ad hoc principaliter se extendat & hic est ordo sacerdotalis. Alios autem oportet esse, qui eidem deseruiant, præparando materiam, & hi sunt ordines ministrantium. Quia igitur sacerdotalis potestas extēdit se ad Corpus Christi consecrādum, & reddit fideles idoneos per absolutionem a peccatis, ad Eucharistiæ perceptionem, oportet quod inferiores ordines ei deseruiant, vel in vtroq;, vel in vno tantum. Manifestum est autem quod tanto aliqs inter inferiores ordines superior est, quanto sacerdotali ordi- [16] ni deseruit in pluribus, vel in aliquo digniori. † Infimi igitur ordines deseruiunt sacerdotali ordini solum in præparatione populi. quasi tonsurati ad pulsandum campanas, & psalmistæ ad præparandum libros & psalmos legendum in choro, dum populus ad sacrificium conuenerit offerendum, sicut ad bellū tubicines conuocant bellatores, ad quod præceptum est Moysi a Domino dicente sibi Numeri 10. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis, & fit ibi distinctio de primo & secundo sonitu, & successiue, & postmodū subdit, Filii Aaron sacerdotis clangēt tubis. Cuius rei exemplo nostris ecclesiis hodie sunt campanæ, ad quarū sonitum, quasi clangentibus clericis, populus conuocatus accedat. Ostiarii vero deseruiūt in arcēdo indignos, & infideles abiiciendo a cętu fideliū populorū. Lectores in instruendo cathecuminos in rudimētis fidei, unde eis scriptura veteris Testamenti legenda cōmittit. Exorcista autem in purgando eos, qui iam instructi sunt, sed aliqualiler a dęmone impediuntur a perceptione sacri. Alii autē tres nō solū deseruiūt sacerdotali ordini in præparatione populi, sed etiam ad solennitatem sacramenti. Nam Acoliti habent ptātē super vasa non sacra, vnde eis vrceoli in sua ordinatione traduntur. Subdiaconi autem habent potestatem super iā consecrata, prout sanguinem dispensant fidelibus. Et hi tres ordines, s. sacerdotum diaconorum & subdiaconorū, q̄a habent ministeria super aliqua sacramenta, deseruiunt ēt ad superiores ordines in p̄paratione populi, vn̄ presbiteris traditē celebrādi potestas, absoluēdi auctoritas, & dispensandi facultas. Diaconibus cōmittitur euangelica doctrina populo p̄ponenda. Subdiaconib. committitur apostolica & prophetica. Acolitis ad solēnitatē doctrinæ cōmittitur, vt luminaria deferant, & alia hmōi administrent. de quib. omnib & de pontifice tanquam de principe super eos, & de Episcoporum ordine, qui quadripartitus est, s. in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, atq; episcopis, satis agitur per Isid. 7. Etymol. & in decretis 21. dist. c. 1. & sequentibus, vsque ad c. in nouo. Patet igitur ex prędictis qualiter Episcopatus est ordo, & qualiter per modū pręeminētię est supra cęteros ordines, & qualiter per modum hierarchichū, & super Episcopos opus est esse principem, & summum sacerdotem, qui alios ordinet, disponat, & regat, tanquam caput politici corporis, ex quo & Romani Imperatores, pontifices dicebantur 21. dist. §. pontifex. Habemus igitur de institutione Petri, de electione papę, & de eius consecratione, & sic expedita est prima pars intentionis nostri Tractatus, cui supplēda, supplici prece supplicat saniores, & corrrgenda corrigant charitatis amore, & pro filiorū concordia deprecentur. Sufficiant igitur iam dicta quātum ad ingressum papę, cui canonice electo recte dicitur a Domino. Ecce constitui te hodie. &c.

Finis primæ partis principalis.

Pars I. Secundæ partis princip.

SVMMARIVM.

1. *Papa a quo suscipit auctoritatem.*
2. *Præesse quis quot modis dicatur.*
3. *Hamus piscatoris, & quid per hamum intelligatur.*
4. *Gladius vtriusque imperij penes Petrum. nu. 6. remansit.*
5. *Priuilegium Romanæ ecclesiæ, qui auferre conatur hęreticus est.*
7. *Ecclesia tribus modis existit.*
8. *Papa quare baculo non vtitur.*
9. *Luminaria magna duo.*
10. *Papa Dei authoritate decerniti.*
11. *Qui non est cum Papa, est contra Christum.*
12. *Papa, qualis debet eligi.*
13. *Papa a Domino, Imperator a populo.*

A quo Papa habeat auctoritatem.

D secundum igitur accedentes, q̄d difficilius est inquirere, scilicet de p̄gressu seu profectu papæ, q̄a dicitur, Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, &c. & sic expedit de apostolica auctorit. tractare, de qua tria sunt breuiter indaganda, videlicet. primum est, a quo papa habet auctoritatem. Secundum est, super quos extenditur eius auctoritas. Tertium est, ad quid protenditur talis auctoritas. Ad primum quęsitum, omissis argumentis, quę in contrariū fie- [1] ri possent, breuiter respondetur, † quod auctoritas papę principaliter est a Deo, Domino nostro Iesu Christo, qui ore proprio Petrum instituit principem super omnes, ut supra in prima parte clarius est ostensum. Et ultra prędicta congruētius superaddimus, quod soli Petro dixit Dominus, Duc in altū, cum aliis subiunxerit, & laxate retia uestra in capturā, Luc. quinto. Nam, ut Doct. intelligunt, ideo Dominus dixit Petro, Duc in altum, ut designaret in Petro altitudinem potestatis, ut dicit Ambros. super Luc. & Gratianus refert. 24. q. 1. c. non turbatur. ibi, denique & si aliis imperatur, vt laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur, Duc in altum, i. in profundum disputationum. ubi gl. dicit, arg. q̄ qō fidei ad solum papam est referenda, quod etiam Innoc. papa ea. cau. & qō. ca. quoties, decidit, dicens, Quoties fidei rō uentilatur, arbitror oēs fratres, & coepōs nostros, nō nisi ad Petrum, i. sui noīs & honoris auctoritatē referre debere, veluti nūc retulit vestra dilectio, q̄ per totū mūdum possit Ecclesijs oīb. prodesse. de hoc tn̄ latius hr̄ in c. maiores, ext. de baptis. & eius effec. Soli ēt Petro dixit Dominus, tu es Petrus, Mat. 16. ex quo innuitur singulare pontificium petri, qui est singularissimus Vicarius Iesu Christi, vt in c. inter corporalia, & in c. quanto, ext. de transl. præla. & ipse solus primatum obtinuit orbis terræ, 21. dist. quāuis. ubi Pelagius papa oīb. orthodoxis scripsisse refertur, quāuis uniuersæ Ecclesię per orbem catholicæ ꝯstitutę vnus thalamus Christi sit, tn̄ sancta Rom. Eccl. catholica & apostolica, nullis sinodicis constitutis, cęteris Ecclesiis prælata est, sed euāgelica uoce Dn̄i. & Saluatoris N. Iesu Christi primatum obtinuit. Tu es, inquit Dominus, Petrus, & super hanc petrā ædificabo, &c. & infra eo. c. in his, omnib. quanto gradus celsior, tanto maior auctoritas inuenit. ubi dicit Archi. in uerbo, celsior. † Notandū q̄ p̄sona præest p̄sonæ quinque modis. videlicet. Primo officio. 21. distin. in nouo testō, Secundo uitę merito, 2. q. 7. c. beati. Tertio ordine. 93. distin. a sub diacono. Quarto administratione, vt archi. pręest archipresbitero, extra de offi. archipresb. cap. 1. Quinto consecratione, ut Episcopus præest omnibus inferioribus. 21. dist. c. 1. Hæc prælatio consistit in tribus, videlicet. primo in iudiciis. 21. disti. inferior. Secundo in præceptis. 21. dist. nunc autem. Tertio in sacramentis. 21. dist. denique, & de prędictis etiam tractat Archid. 2. q. 7. c. quamquam. vbi per alia verba dicit, maioritatem in ecclesia Dei quadrupliciter cōsiderandam, de quibus infra dicemus in discussione authoritatis. Soli ēt [3] Petro dixit Dominus, ut piscaretur hamo, Matth. 16. per q̄d p̄heminens iurisdictio designatur, ut dicit Ambros. & habetur 24. q. 1. c. est aliud. ubi sequitur, Est aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum Dominus piscari iubet, dicens, Vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem qui prior ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, da eis pro me & te. Hęc uerba dixit Petro quando in Capharnau didragma petebatur ab eis, vbi glos. dicit, post Augustum Cęsarem Iudęa facta ex tributaria. &c. in hoc non insisto, sed propositum prosequor. Quid est, q̄d Dominus solum Petrum ad mare piscaturū hamo destinat, nisi ut insinuet. quia Petrum uniuerso mari huius fluctuantis seculi procellosi præficere intendebat, Et quid est, quod hamo ferreo piscari iubet, nisi quia sibi gladium vtriusque imperii spiritualis scilicet, & temporalis, commitere dispo- [4] nebat † Ex quo etiam in nocte cęnæ dixit Apostolis, vt uenderent tunicam, & emerent gladium. At illi dixerunt. Domine, Ecce gladii duo hic. At ille dixit eis, Satis est. Luc. 22. Ex quibus uerbis Nic. Papa Mediolanensibus scribēs arguit 22. dist. c. omnes. dicens de Romana Ecclesia. Illam uero solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, q̄ beato Petro æternæ vitę clauigero terreni simul & cælestis imperii iura commisit. Non ergo quælibet terrena sentētia, sed illud uerbum, quo constructum est cælum & terra, per q̄ denique omnia condita sunt elementa, Romana fundata est Ecclesia, illius certe priuilegio fungitur, cuius au- [5] ctoritate fulcitur. Et infra concludit, quod qui priuilegiū Romanæ Ecclesiæ auferre conatur. hæreticus censendus, vbi dicit, glo. in uerbo, imperii. Arg. quod papa utrumque gladiū. habet, scilicet spiritualem & temporalem. 42. dist. tibi Domino, 15. q. 6. alius. c. nos sanctorum, & c. iuratos 1. q. 4. quia præsulatus. 96. dist. duo. Transtulit enim de Græcia imperium, in Germanos, ut in c. uenerabilem. extra de elect. de quo ēt, Domino concedente, dicemus. Sed pro pręsenti, propositum prosequamur, uidelicet quod auctoritas papę sit a Deo, quod etiam Anacletus papa firmat. 22. dis. dicens, Sacrosancta Romana, & Apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino, Saluatore nostro, primatum obtinuit, sicut beato Petro Apostolo dixit Dominus, tu es, Petrus, &c. Glos. etiam [6] in d. c. est aliud. 24. q. 1. in uerbo, hamum, dicit, per hamum, ergo intellige iurisdictionem, qua Petrus præfuit aliis, quia hamo. i. ferro resecātur putridę carnes. 82. dist. plurimos. & ideo solus Petrus piscatur hoc piscandi genere, ipse enim habet potestatem ligandi & soluendi prę aliis. per rete enim intelligitur inquisitio sapientiæ, Hæc glo. circa quam dicit Archid. quod duplex est genus piscādi, in rete scilicet & hamo. primo genere piscati sunt Petrus & alii discipuli, sed posteriori tantum Petrus, quia rete inquisitionem denotat diuinæ sapientiæ & scientię. Sapientiæ quantum ad diuinitatem Christi, scientiæ quantum ad humanitatem eiusdem, hoc igitur genere omnes piscantur, quia non solum sacerdotes, sed & alii prudentes uiri de misterio sapientiæ & scientiæ Dei scrutantur. Soli tamen Petro conceditur piscari hamo, quoniā solummodo sacerdotes habent potestatem ligandi atq; soluendi. Sed certe ex his verbis nihil amplius pro papa quam pro aliis sacerdotib. saltem Episcopis ageretur, & ideo licet Petrus figuram teneat omnium sacerdotum, attamen vt ipse idem Archid. in eodem c. dicit, secundum aliam misterii considerationem putari potest soli Petro vtrumque genus piscādi esse cōcessum. Quippe & si cęteri discipuli piscarent specialiter tamen Petro dicitur, Duc in altum, in primo genere piscandi signatur ventilatio rationis fidei, in secundo, causa depositionis Episcopi. Episcopus enim p̄heminens in sua dięcesi, est quasi primus piscis ascendens de mari, qui solo Petri hamo capitur, quando soli Apostolico, Episcoporū, causa criminalis terminanda committitur. 3. q. 6. quamuis. si militer, quando ratio fidei uentilatur, ad sedem Romanam defertur. infra eo. quoties. Hæc Archid. ubi supra & ibid. Ioā. de F. Augustinus etiam ex dictis Basilii 9. dist. c. ecclesiastica- [7] rum. dicit Ecclesiasticarum institutionū quasdam scriptis, quasdam vero Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus. Quæ uerba melius ipse declarat in lib. de fide Christiana. & ea distinct. capit. catholica Ecclesia. dicens, Catholica Ecclesia per orbem diffusa tribus modis p̄batur existere. quicquid. n. in ea tenetur, aut auctoritas est scripta, aut traditio vniuersalis, aut certe propria & particularis instructio. Sed auctoritate tota constringitur, uniuersali traditione maiorum nihilominus tota. Priuatis uero cunstitutionibus & propriis informationibus unaquæque pro locorum uarietate, prout cuique visum est, subsistit & regitur. Et in li. contra Manichæos dicit, Palam est quod in re dubia ad fidem ualet auctoritas catholicæ Ecclesiæ, q̄ ab ipsis fundatissimis Apostolorū sedibus vsque ad hodiernum diem succedentibus sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. vbi dicit Glo. 11. dist. palā, in verbo, catholicæ Ecclesię. dicit glo. s. Romanæ, ad quam recurritur in dubiis 20. dist. de libellis. & sic seruandæ sunt leges Apostolicæ, sicut leges Petri. 19. dist. sic omnes. Et Gregorius Papa 12. dist. dixisse refertur, Apostolicis præceptis non dura superbia resistarūr, sed per obedientiam, quæ a sancta Romana Ecclesia, & apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleātur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, q̄ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non nouū aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa, quæ olim videntē indulta, firmamus, cum nulli dubium sit q̄ non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedē Apostolicam, quasi ad caput omnium Ecclesiarum debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti. Cuius auctoritatis san- [8] ctionem omnes teneant sacerdotes † qui nolunt ab apostolicæ petrę, sup̄ quam Dominus vniuersalem fundauit Ecclesiam soliditate diuelli. Et glo, fi. in c. vno, de sacra vnct. in fi. super verbo, misticam volens differere quare papa non utitur baculo pastorali dicit, quia baculus habet in summitate recuruationem, quasi ad trahendum, quod non est necessarium in Romano Pontifice, quia nullus ab illo pōt diuertere finaliter, quia Ecclesia non pōt esse nulla. 24. q. 1. pudēda in fi. vel quia per baculum designatur coerctio, siue castigatio, & iō alii Pōtifices recipiunt a suis superioribus baculos, quia ab homine recipiunt potestatem. Romanus autem Pōtifex nō utitur baculo, quia potestatem a solo Deo accepit. Et Innocent. III. in c. solitæ, extra de maior. & obed. in §. p̄- [9] terea. dicit. Ad firmamentum igitur cœli, † hoc est vniuersalis Ecclesiæ fecit Deus duo magna luminaria, idest duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & regalis poteslas. Sed illa quæ pręest diebus, idest spiritualibus, maior est, quæ vero carnalibus minor, ut quāta est inter lunam & solem, tanta inter pontifices & reges differentia cognoscatur. & infra, Nobis enim in beato Petro sunt oues Christi cōmissæ, dicente Domino, pasce oues meas, nō distinguens inter has oues & alias, ut alienum a suo demonstret ouile, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret, & pastores, ne illud tanquam notissimum omitamus, q̄d Dominus dixerat ad Petrū, & in Petro dixit ad successores ipsius, Quodcunque ligaueris, & c. nihil excipiens, qn̄ dixit, quodcunque. certum est enim q̄d q̄libet papa canonice electus, successor est Petri, & Vicarius Iesu Christi. Et Ptri legatione fungi dr̄. 2. q. 7. c. in sācta. 1. q. 7. quoties, ī prin. & ibi per [10] Arc. Gregor. IX. ēt in c. inter corporalia, post prin. dicit, † Nō enim humana, sed potius diuina potestate cōiugium sp̄uale dissoluitur, cum per translationem, depositionem aut cessionē auctoritate Ro. Pontificis, quem constat esse Vicariū Iesu Christi, Episcopi ab Ecclesiis remouentur, & ideo tria hæc q̄ præmisimus, non tam constitutione canonica, quam institutione diuina soli sunt Romano Pontifici reseruata. vbi dicit glos. super verbo, diuina, & sic quod fit auctoritate papæ, dicitur fieri auctoritate Dei. & verū est si iusta causa hoc faciat, 24. q. 1. audiuimus, & c. quodcunque, & c. loquitur. 24. q. 3. ca. si quis non recto. Et Hieronymus ad Damasum dicit, Cum successore piscatoris discipulus Christi loquor, ego nullum primum, nisi Christum sequens beatitudini tuæ, idest cathedræ Petri communione consocior, supra illam petram fundatam. Ecclesiam scio. Et infra. Quicunque tecum non colligit, spargit. idest qui Christi non est, Antichristi est. 24. q. 1. quoniam uetus, in fi. Intendit enim Hieronymus se referre [11] ad verba Christi dicentis. † Qui non est mecum, ad uersum me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Luc. 11. sic igitē qui non est cum Vicario Christi in his quæ sunt Christi, est contra Christum, & quicunque a fide catholica discrepat, Christo contrarius est. C. de Iudæ. l. cælicolarū. Ipse enim Romanus Pontifex non puri hominis, sed ueri Dei, & veri hominis Iesu Christi vicem gerit in terris. extra de transl. prælat. c. quāto. & de summa Trinit. c. 1. & de hæret. c. cum Christus. ex hoc etiam Papa dicitur habere cœleste arbitrium. C. de summa Trini. l. 1. in fi. Vnde si Imperator dicitur Deus in terris suis, ut dicit glo. singularis in Authēt, de hæred. & falc. in princ. in gl. 1. quanto magis summus Pontifex dici potest quasi Deus in terris, Deum hominibus repræsentans, maior homine,

homine, minor Deo. Vnde Innoc. III. arguens Acchiepiscopum Mediolanensem dicebat, ut nostrum procedat de Dei vultu iudiciū, extra ut eccles. benef. c. 1. in prin. quasi dicat, ꝙ unum sit cōcistorium Dei & papæ, nisi contra uoluntatē Dei uergat. Ex quo Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi, & refert Bonifac. VIII. in c. vbi periculum. §. cęterū, de elect. lib. 6. obtestatur per uiscera misericordiæ & per asp12 sionem sanguinis Iesu Christi, †ut Cardinales eligētes papā attentius pensent quod eis immineat cum agitur de creatione Vicarii Iesu Christi, successoris Petri, rectoris vniuersalis Ecclesiæ & gregis Dominici directoris. vbi Archid. dicit, Nā talis debet eligi, qui nullius incongruæ uoluntati deseruiat, sed vita & moribus decoratus tanto ordini dignus ualeat inueniri. 8. q. 2. c. 1. in quo nihil sapientiæ, nihil sciētiæ, nihil desit industriæ. 8. q. 1. licet. Et dic sapientiæ, quo ad diuina, sciētiæ, quo ad humana, industriæ, quo ad mores, &c. Item etiā Bonifacius VIII. in c. fundamenta, § 1. de elect. li. 6. dicit, Huiusmodi aūt muneris sacramentū ita Dominus ad omnium Apostolorū voluit officiū pertinere, vt in beato Petro Apostolorū omnium summo id principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodā capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet. Clemens etiam V. in c. pastoralis, de sent. & re iud. dicit, Pastoralis cura sollicitudinis nobis diuinitus super cunctas Christiani populi nationes inuicta nos inuigilare remediis subiectorum, & eorum periculis obuiare & scandala remouere compellit, & in §. fi. eiusd. clem. dicit, Ex ipsius plenitudine potestatis, quam Christus rex regum, & Dominus dominantium nobis licet immeritis, in persona tamen beati Petri concessit. Satis, abundeque ostēsum esse considero auctoritatem papæ principaliter esse a Deo, licet ab hominib. secundario, prout in conciliis semper extitit confirmatum.

13 †Vnde 17. dist. §. hinc etiam. dicit gl. habet ergo Romana Ecclesia auctoritatem a Domino, sed Imperator a populo. 93. dist. legimus, in fi. contrariū huic assignatur. 21. dist. quanuis. & 22. dist. omnes. vbi dicitur, quod Romana Ecclesia habet primatum a Domino & non a Conciliis. Sed dic ꝙ principaliter habuit a Domino, secundario a Conciliis. hæc gl. vbi s̄. licet ibidem hoc textus expresse dicat. ibi enim agit de causa Symmachi papæ cui Liguriæ & Emiliæ Episcopi, seu Venetiarum suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus debere sinodum conuocare, scientes quia eius sedi primū Apostoli Petri meritum, deinde secuta iussione Domini Conciliorum venerādorum auctoritas singularem in Ecclesiis tradidit potestatem. Sic etiam soluit Ioan. And. prædictum cōtrarium in. c. significasti, extra de elect. ubi pro solutione remittit ad prædictam glos. sic etiam soluitur. 3. q. 6. c. dudum. vbi dicit tex. Iulii papæ, Dudum a sanctis Apostolis successoribusque eorum in antiquis decretum est statutis, quæ hactenus sancta & uniuersalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani Pontificis Cōcilia celebrari, uel Episcopum damnari, quoniam sanctam Romanā Ecclesiam primatum omnium Ecclesiarum esse uoluerunt. & sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente, prima sit & caput cæterarum, & ad eā quasi matrem atque apicem omnes maiores Ecclesię, causæ, & iudicia Episcoporum recurrāt, & iuxta eius sententiam terminum sumant, nec extra Romāum quicquam ex his decerni debere pontificem. ubi glo. dicit, Sic ergo Concilia dederūt primatum Romanæ Ecclesiæ, qđ verum est secundario, sed ipse Christus principaliter, & allegat iura supradicta. & 9. q. 3. aliorum, & quæcunqne alia contraria circa prædicta taliter sunt soluenda. Id autem quod dictum est ex glos. prædicta, uidelicet ꝙ imperium est a papa, uidetur expresse cōtradicere auctoritati Apostoli ad Rom. 13. cū dicit, Omnis anima potestatib. sublimiorib. subdita sit. nō est enim potestas, nisi a Deo. Sed quia hæc discussio aptius cadit in sequēti mēbro, ideo ad secundum quæsitum procedamus.

Pars II. Secundæ par. princ.

SVMMARIVM.

1 *Papę authoritas super quos extenditur, an super infideles.*
2 *Ecclesia, an de his, qui foris sunt iudicet*
3 *Ecclesia quando de infidelibus iudicet.*
4 *Crux bannienda contra infideles & rebelles & an contra schismaticos prædicari possit. num. 8.*
5 *Carolus pro defensione rerum ecclesiasticarum a papa fuit postulatus.*
6 *Crux quare sine papæ licentia prædicari non debeat.*
7 *Indulgentiam plenariam solus papa concedit.*
9 *Persistens in excommunicatione per annum, potest tanquam hæreticus condemnari.*
10 *Schisma nullum est sine hęresi.*
11 *Ecclesiæ Romanæ detrahere potestati, hæreticum iudicatur.*
12 *Hæretici, & schismatici rationabiliter occiduntur.*
13 *Principes Christiani, an se papę subiicere debeant.*
14 *Potestas omnis a Deo.*
15 *Regnum præcessit sacerdotium,*
16 *Constantinus dotauit ecclesiam.*
17 *Christus soluit tributum, censumque solui iudicauit. nu. seq.*
19 *Christus dixit se nihil habere in hoc mundo regnoque terreno renunciauit. num. sequen.*
Atque se illud non habere Pilato confessus est. nu. 21.
22 *Christus prohibuit gladium spiritualem.*
23 *Pontifices Romani nolunt Imperatorum iura submittere.*
24 *Imperator est Dominus orbis.*
25 *Ecclesia militans est pars triumphantis.*
26 *Generis humani principium est ab vno homine.*
27 *Deus quare non simul virum & mulierem creauit.*
28 *Deus omnium principium, & homo hominum.*
29 *Pluralitas principatuum confusionem inducit.*
30 *Res omnes propriè Dei sunt.*
31 *Plenitudo non indiget adiectione.*
32 *Potestas spiritualis prior est temporali in tribus.*
33 *Sacerdotium Melchisedech legem scriptam præcessit.*
34 *Samuel iussu Dei dedit regem populo.*
35 *Spiritualis auctoritas instituit & iudicat seculares.*
36 *Iurisdictio spiritualis supra naturam operatur.*
37 *Principes seculi dominantur seculo, sed presbytero, vel clero subiiciuntur, &c.*
38 *Summus pontifex vicem Dei gerit in terris.*
39 *Principia duo ponere hæreticum est.*
40 *Vnitas fidelium diuisionem non recipit.*
41 *Legitimatio quo ad temporalia per papam.*
42 *Iurisdictionum pontificalium & imperialium distinctio.*
43 *Sacerdotium & imperium a Deo procedunt, sed maius est sacerdotium.*
44 *Vnctio capitis episcopi & armi regis.*
45 *Solis & Lunæ differentia.*
Et quid significent. nu. 90.
46 *Mundi creatio.*
47 *Natura angelica quomodo distincta.*
48 *Cæte, & cætera præeminentia in natura.*
49 *Ecclesia vnica vnico Christo consurgit, extra quam non est salus.*
50 *Fæmina vnica sicut sub vno Adami, ita vnica Christi Ecclesia sub vno Vicario.*
51 *Capita diuersa in vno corpore, monstrum faciunt.*
52 *Roma caput mundi.*
53 *Domine quo vadis?*
54 *Iudicium Dei per seipsum contra Adam, contra Cain, & subseq.*
55 *Aetatis primæ & secundæ duratio.*
56 *Archa Noe Eccl. Christi figurabat.*
57 *Abrahæ promissa & benedictio omnium nationum.*
58 *Abraham an fuerit presbyter, & quis fuerit primus sacrificans in Altari. Et quomodo presbyter appelletur, & princeps. num. seq.*
60 *Abraham legem circumcisionis accepit.*
61 *Moises sacerdos & princeps populi in quarta ætate fuit.*
62 *Moises erat sublimior Aaron.*
63 *Moises, Deus Pharaonis.*
64 *Papa habet plenitudinem potestatis.*
65 *Synai mons, quid significet.*
66 *Moysis lex & eius imperium & gladius temporalis.*
67 *Moyses dominus in temporalibus & spiritualibus.*
68 *Sacerdotii translatio. & 170.*
69 *Sacrificiorum lex & forma.*
70 *Iudicium Dei contra rebelles Moisi, & Petri. & nu. seq.*
72 *Vltio de Moab. & Mediamitis. & nu. seq.*
74 *Leuitarum decimæ & reditus, ac possessiones. nu. 77.*
75 *Decimæ solutæ fuerunt tempore Neemiæ de fructib. terræ, de bestiis, & de operibus, &c.*
76 *Decimæ mixtæ.*
78 *Demetrius rex tributa sacerdotibus elargiri statuit.*
79 *Clericis quod superest, pauperum est,*
80 *Decimas non esse soluendas affirmantes, hæretici reputantur.*
81 *Loculi Christi.*
82 *Altari qui seruit, de altari participat.*
83 *Moisis decretum, quasi testamentum.*
84 *Sacerdotis inobediens imperio, moriatur.*
85 *Sacerdotis continuatio.*
86 *Samuel sacerdos, primum regem populo præsentauit.*
87 *Christus Iesus summus Rex, & summus Sacerdos.*
88 *Christus tanquam imperator expurgat templum, proque eodem a regibus adoratur. num. seq.*
91 *Christus semper est cum ecclesia multipliciter.*
92 *Salomon, an sit damnatus.*
93 *Lilia quandoque malos significant.*

Chri-

94 *Christus tanquam Rex templum expurgauit.*
95 *Christus Rex, sacerdos & propheta.*
96 *Tributum solutum per Christum. & nu. 180.*
97 *Misteria Christi septem in denominatione, per Esaiam.*
98 *Pontificatus Christi Iesu, Domini nostri.*
99 *Ordinibus sacris conuenientia, in quibus omnibus, & singulis Christus ministrauit.*
100 *Diaconus quomodo potest corpus Domini dispensare.*
101 *Character in quolibet ordine inprimitur, & si quid omitteretur, suppleri debet.*
102 *Christus sacerdos, & pontifex. nu. seq.*
104 *Christus, an instituerit ecclesiastica sacramenta.*
Sedes apostolica cunctis præfertur ecclesiis.
Petrus accepit claues pro ecclesia.
107 *Diuina non sunt imperatoris.*
108 *Papa caput est totius populi Christiani.*
109 *Nasci quempiam ex vnica matre necesse est.*
110 *Ecclesia Romana totius orbis obtinet magistratum.*
111 *Christus habuit curam non animarum tantum, sed etiam corporum.*
113 *Petrus vmbra sua infirmos sanabat, & solo verbo mortem inutilit Ananiæ & num. sequen.*
115 *Spiritualia sine tempotalibus nequeunt ministrari.*
116 *Episcopi tenentur seruare hospitalitatem.*
117 *Mundus factus est propter hominem, & homo propter Deum.*
118 *Diuina supersunt humanis, & terrenis cælestia præferuntur.*
119 *Pontifex summus sacerdos princeps & Rex.*
120 *Constanttnus liberatus a Syluestro, & donatio per eum facta ecclesiæ. & an illa valuerit, successorque eius eam reuocare potuerit. 126. & 175.*
121 *Donatio per Constantinum facta an reuocari possit.*
122 *Papa & imperator possunt immense donare.*
123 *Ecclesia orat pro regibus, & reliquis.*
124 *Ecclesia Lateranensis, an sit principalis in vrbe & orbe.*
125 *Imperator aduocatus vrbis.*
127 *Electores Imperii qui sint.*
128 *Imperii translatic ex vexatione ecclesiæ per regem Desiderium.*
129 *Desiderius Rex capitur.*
130 *Imperii electores, an Papa priuare possit, & per seipsum eligere.*
131 *Carolus Magnus & successores, quandiu regnum tenuerint.*
132 *Imperii deriuatio.*
133 *Imperium Romanorum.*
134 *Nabuchdonosor statua.*
135 *Papa in terris caput est vniuersalis ecclesiæ.*
136 *Imperator daponi potest multis de causis. nu. 139.*
137 *Federicus depositus.*
138 *Papa non subiicitur canonibus & omnes, iudicat & a nomine iudicatur.*
140 *Donatio Ecclesiæ si facta non eßet fienda foret.*
141 *Bona terrena quo iure tenentur.*
142 *Dominium rerum ad iustos pertinet.*
143 *Reges Hæbreorum.*
144 *Constantinus quod iniuste detinuit, iuste restituit. & de constantino per B. Augustinum, & de constantinopoli.*
145 *Fides ecclesiæ non deficiet.*
146 *Vita contemplatiua & actiua.*
147 *De intellectus speculatiui, ad practicum.*
148 *Intelligere quid?*
149 *Ecclesiæ triumphantis ad militantem exemplum.*
150 *Fęlicitas vltima hominis est perfectio speculatiua.*
151 *Regiminis politici ad ethicum & œconomicum differentia.*
152 *Virtutes morales subsunt theologicis.*
153 *Temporalia veniunt in consequentiam ad spiritualia.*
154 *Principes debent subesse præsulib. & diuina potius discere quam docere.*
155 *Imperator non potest dare legem ecclesiæ quamquam in sui adiutorium ecclesia utips.*
156 *Motor orbis ad imperium summi Dei.*
157 *Vniri Deo per Charitatem plenitudo legis est.*
158 *Diuersitas rerum vniuersitatem constituit in naturæ.*
159 *Durante hoc sęculo durabit prælatio.*
160 *Diuersitas ordinum tendit ad concordiam capitis & membrorum.*
161 *Potestas dominandi, an sit a Deo.*
162 *Imperium a Deo procedit, & imperator an reste dominus mundi diceretur.*
163 *Dominandi potestas, an detur ex natura vel ex culpa.*
164 *Ciuitas, quibus ex causis constituitur.*
165 *Christiani, an teneantur subiacere tirannis.*
166 *Seruitus vnde fuerit introducta, quę inter Christianos etiam toleratur.*
167 *Motio est a virtute motoris.*
168 *Subditus quando potest excusari ab obedientia Domini vel præsidis huius vitæ.*
169 *Obedientia triplex distinguitur.*
171 *Auricula incisa per Petrum.*
De duobus gladiis.
172 *Tuum, dictio, dominium significat.*
173 *Princeps vnde.*
174 *Imperium an præcessit sacerdotium, vel econuerso.*
176 *Regnum omne Christi est.*
177 *Christus habuit loculos vt exemplum ecclesiæ demonstraret.*
178 *Constantinus, primus ad fidem veuit.*
179 *Constantinus imperialem sedem rliquit ecclesiæ.*
181 *Scandalum est vitandum.*
182 *Pharao libertatem tribuit sacerdotib. in Aegypto.*
183 *Census Cæsari persoluendus.*
184 *Prædia tributaria etiam in eccl. transeunt cum tributo.*
185 *Christus habuerit an quicquam in hoc seculo.*
186 *Christi dominium multipliciter patesit.*
187 *Crucis titulus.*
188 *Christus Rex regum & Domiuus dominantium.*
189 *Potestas Christi quomodo data dicitur.*
190 *Christi paupertas quomodo intelligitur*
191 *Christus fugiens regnum an suo iuri renunziasse monstretur.*
192 *Christus fugit mundi iactantiam.*
193 *Christi regnum an sit de mundo.*
194 *Gladii temporalis an Petro fuerit prohibita iurisdictio.*
195 *Pet. Zelus quandoque fuit inordinatus.*
196 *Zelus sine scientia, & scientia sine charitate non sufficiunt ad salutem.*
197 *Bellum cur clericis prohibetur.*
198 *Clericis competit exhortari seculares ad protectionem fidei ecclesiæ vel patriæ.*
199 *Clericis, an liceat se defendere in bellis.*
200 *Clericus suadens mortem pro defensione, an efficiatur irregularis.*
201 *religiosis vel monachis, an liceat se defendere cum armis.*
202 *Petrus an peccauerit ex incisione auriculæ.*
202 *Defensio quando sit licita, vel non.*
204 *Clericis, quare in veteri testamento licebat occidere, sed in nouo non & num. 206.*
205 *Occidere prohibetur quilibet auctoritate propria.*
207 *Irregularitas homicidii & bigamiæ quomodo causetur.*
208 *Cum homo iuste occiditur, lex occidit.*
209 *Auctoritas iubendi & inuendi.*
210 *Iurisdictionum distinctio non aufert auctoritatem Papæ quin vtrunque habeat gladium.*
211 *Papa supplet defectum imperii.*
212 *Iudex Ecclesiasticus immiscet se iurisdictioni seculari in aliquibus casibus hic expressis, qui sunt. 15.*
213 *Iudex secularis quandocunque impie agit, potest haberi recursus ad iudicem ecclesiasticum:*
214 *Imperatorum nullus rite gladium exercuit qui ab ecclesia non accepit.*
215 *Petro vtrumque imperium est commissum.*
216 *Imperator, quomodo Deus mundi dicitur.*
217 *Papa humilitatis causa dicit se nolle vsurpare regiam dignitatem.*
218 *Papa contra leges imperiales iudicat & disponit.*
219 *Violatores canonum dicuntur blasphemare spiritumsanctum.*

Super quos Papæ potestas extendatur.

AD secundum, cum quæritur, super quos papæ potestas extenditur. Respondetur breuiter, 1 † ꝙ principaliter eius potestas sup omnes Christi fideles extenditur, secundario aūt etiam super infideles, quod satis patet ex verbis Christi dicentis Petro, Pasce, &c. vt supra Io. vlt. Sed dicet aliquis, per illa verba non uidentur includi, nisi fideles in eo, quod dicit, Agnos meos, & oues meas. Huic obiectioni respōdens dico, ꝙ licet principaliter sub metaphora ouium intelliganrur fideles, attamen largo sumpto vocabulo, omnes animæ rationales, quasi oues Dei sūt, iuxta illud Ezechiel. 18. Ecce omnes animæ nostrę sunt. & Matt. 15. dixit Dn̄s discipulis suis intercedentibus pro Cananea, Non sum missus nisi ad oues, q̄ perierunt domus Israel. idest nisi ad Iudæos. Vbi notandum, ꝙ quāuis Dominus Iesus corporali præsentia missus fuerit ad Iudæos, tamen tanquam fideli legato commissa est sibi cura totius orbis, quem postea per Apostolos visitauit, quibus post resurrectionem dixit Matt. vlt. Euntes in mundū vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, scilicet rationali. & Matth. vlt. Euntes ergo, docete omnes gētes. Et Luc. vlt. Sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia, & p̄dicari in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Ex hoc etiam dicebat Ioan. x. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas & cognoscūt me meæ, sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meā pono pro ouibus meis, & alias oues habeo quæ nō sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus pastor. Quæ verba plurimi Doctores intelligunt pro conuersione infidelium sub uno pastore Angelico, summo vniuersali Pontifice, una cum cæteris fidelibus regēdorum. ad quod satis accedit illud Esaiæ, 49. ubi dicit Dominus, quasi pater ad filium, & filius ad suum Vicarium,

rum, Parū est ut sis mihi seruus ad suscitādas Tribus Iacob. & faeces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentiū, vt sis salus mea usque ad extremum terræ. Sed dices, hæc sententia uidetur contra auctoritatem Pauli 1. ad Cor. 5. cum [2] dicit, †Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? nonne de his, quis intus sunt, vos iudicatis? nam eos, qui foris sunt, Dominus iudicabit. Respondeo, ꝙ hoc dicit Apostolus quātum ad correctionem morum, in qua non est nobis necessarium mentes occupare circa infideles. Non tamē ex hoc dicit Apostolus quin infideles se corrigere debeant, & quin sit eis prædicandum, ut ad fidei ueritatem aspirent & conuertantur ad Christum, uel quin sit defendenda ueritas fidei, & infidelibus impugnantibus resistendum pro defensione fidelium. Sic etiam intelligitur 45. dist. qui sincera, & c. de Iudęis & c. licet. xi. q. 3. inter verba & 2. q. 1 cap. multi. & extra de di[3]uort. c. gaudemus. Nam si infideles aliquid faciunt in contēptum fidei Christianæ, uel in perniciem Christianorū, tūc Ecclesia bene iudicat de eisdem in c. accusatus. §. sane, & in c. officium. §. denique, de hæret. lib. 6. nam ratione delicti efficiuntur de foro Ecclesiæ, extra de iud. c. nouit. ꝓ quo extra de Iudæ. c. & si Iudæos. & tunc, cum non possit Ecclesia pœnitētias spirituales imponere infidelibus, opus habet imponere temporales, uidelicet ne Christiani cōuersentur cū eis. extra de Iudæ. c. ita quorundam. Poterit etiam impōere pęnam pecuniariam his, qui sunt sub districtu fidelium, ut in c. postulasti, extra de Iudæ. Poterit insuper imponere pœnam personalem, iuxta facinoris qualitatem, ut carcerare, uel verberare, cum misericordia, ita quod flagella pro iustitiæ gratia inferenda in uindictam sanguinis transire minime uideantur. Si uero ita fuerit grauis excessus, ut mortem, uel detruncationem membrorum debeant sustinere, seculari brachio sunt committendi, ut dicit tex. iuncta glo. in c. in Archiepiscopatu, extra de rapt. 14. q. 6. c. 1. 12. q. 2. fraternitatis. 5. q. 5. illi qui. 23. q. ult. his, a quib. & c. seq. 23. q. 4. c. illud. ad quod etiam 17. q. 4. c. constituit. Imo iam Ecclesia priuilegiat accedentes ad recuperationē Terræ sanctæ, & ad defensionem partium fidelium, ut in c. quod super his, & in c. ex multa extra de uoto & uoti redemp. & in c. excommunicamus, 1. §. catholici uero extra de hæret. ubi dicit tex. Catho[4]lici uero, †qui crucis assumpto caractere ad hæreticorum exterminium se accinserint, illa gaudeant indulgentia, illoq; priuilegio sint muniti, q̃ accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceduntur. Vbi dicit glo. Arg. ꝙ auctoritate Ecclesiæ bellum fieri potest, arg. 23. q. 8. c. hortatu, & c. igitur. ubi Leo IIII. populum aggregari præcepit contra saracenos, & ex hoc ipse personaliter egressus est Romam, deditq; priuilegium & securitatē exercitui Francorum de æterna salute cuicunque, qui in tali certamine moreretur, dicens, Omni timore ac terrore deposito contra inimicos sanctæ fidei & aduersarios omnium religionum viriliter agere studete. nouit. n. omnipotens Deus, si quilibet uestrum morietur, ꝙ pro ueritate † dei & saluatione patriæ ac defensione, Christianorum mortuus est, & ideo ab eo cœleste præmium consequetur. Ad idem facit 15. q. 6. c. auctoritatem, vbi Nicol. papa Archiepiscopo Treuerensi filijsque Treuerensis Ecclesiæ, illiusque defensoribus hoc in mandatis dedit, ut spirituali simul & militari gladio tamdiu malignos illos eorumq; fautores insequantur, quousque cū integritate possessiones, uel quæcunque res ecclesiasticæ hoc facto vel quocunque pacto distractæ, seu direptæ sunt, reuocentur. Ad prædicta ēt accedit [5] quod habetur. 63. dist. c. Adrianus. †vbi Adrianus papa Carolum regem ad defendendas res Ecclesię postulauit, ad quod etiam omnes Principes seculi obligantur. 23. q. 5. c. omnes Principes & si nollent eam defendere, possent excommunicari. 23. q. 5. capitulo administratores. Et sic patet ꝙ auctoritate Ecclesiæ bellū indicitur ↄ inimicos fidei & ↄtra alios [6] Ecclesiam impugnantes †Crux tamen prædicari non potest sine speciali licentia Papæ, sicut nec crucis uotum redimi, vt in dictis c. ꝙ super his, & ex multa. Et rō triplex est, uidelicet. prima quia omnis res per quascunque causas nascitur, ꝑ easdem dissoluitur, unde quod solus Papa soluit, solus ligat, & econuerso, argumentum extra de reg. iur. c. 1. & extra de sententia excommunic. c. significauit, & c. nuper, cum similibus. Secunda ratio, quia proprie & principaliter ad Papam pertinet respondere de fide, & per consequens eius auctoritate conuenit expediri causas fidei. 24. q. 1. quoties. & extra de [7] bapt. c. maiores. Tertia ratio, †est quantitas indulgentiæ, quā plenariam non nisi solus Papa concedere potest, vt in c. cū ex eo, §. fi. & c. seq. exera de pœnit. & remiss. & tractant Theologi in quarto sent. dist. 20. vbi plene per Thomam, & Petrū, & alios Theologos, & per Ioan. And. in c. indulgentiæ. de pę. & remiss. lib. 6. & ibi etiam pet Archidia. Hostiens. autem in Summa, de voto, §. in quo casu, quærit† an crux possit licite [8] prædicari contra scismaticos inobedientes & rebelles. Et uidetur quod non, quia non reperitur in iure expressum, argu. c. inter corporalia. §. si neque, extra de translat. 2. q. 5. consuluisti, extra ne sede vac. c. illa Hosti. tamen tenet contrarium per argumentum a simili, ff. de leg. l. non possunt, extra de rescript. inter cætera. nam & deficiente iure, naturalib. rōnib. vtendum est, Instit. de iu. nat. §. quod uero naturalis rō. Vnde dicit ipse per argumentum a maiori. Si pro acquisitione, seu recuperatione terræ sanctæ crux est merito ꝑdicāda, multo fortius ꝑdicanda est ↄ scismaticos & rebelles, arg. 24. q. 1. c. loquitur, & c. scr. & c. scisma. 16. q. fi. c. sicut Domini vestimētū. Nec. n. filius Dei in mundū venit, nec crucem subiit, ut terrā acquireret, sed ut captiuos redimeret, & peccatores ad pœnitentiā reuocaret. Nec aridam, imo catholicā eccl. desponsauit. Cum ergo maius periculum immineat in hac vltima q̃ in prima, quia preciosior est aīa quam res. C. de sacros. Eccles. l. sancimus, ideo magis subueniendū est. 61. di. miramur. 42. di. quiescamus. Præterea si offensionem personarū consideramus, nemo dubitat quin magis delinquāt inobedientes Christiani, atq; scismatici, qui ad fidē semel susceptā præcise cogendi sunt, quam Saraceni, qui nec ipsam inuiti suscipere compelluntur. 23. q. quinta, ad fidem. 45. distinct. de Iudæis, quia nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Luc. 9. & in c. magnæ. extra de voto. & 2. Pet. 2. scribitur, Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ quam post cognitionem retrorsum conuerti ab eo quod illi traditum est sancto mandato, contingit enim illis illud veri prouerbij, canis reuersus ad suum vomitum, [9] & sus iota in volutabro luti. †Hinc etiam dicimus, minus malum est uiam domini non agnoscere, quam post agnitam retroire. extra de apost. c. quidam, in fi. Præterea ex quo quis ꝑ annum integrum in excōmunicatione persistit, Petri claues cōtemnens, sine suspitione hæresis non hī, & si pro tali suspitione fuit excommunicatus. post annum a die excommunicationis tanq̃ hr̃ticus cōtēnat ex̃ de hr̃ticis. c. excōmunicamus itaq; §. qui aūt. Quid ergo si per decem annos & plures, nedū vna persona, vel vna ciuitas aut diœcesis, sed tota vna prouincia, vel plures in tali rebellione & scismate perseuerent, certe multo magis contra tales agendum est. Omnis enim prescriptio contra scismaticos orientares, duplicata vel triplicata completissime demonstratur cum iam elapsi sint quingenti anni, vel circa, nam inter scismaticos, vt plu[10]rimum hæreses nutriuntur, cū nullum sit scisma, quod sibi aliquam hæresim non confingat, 24. q. 3. inter scisma, ideoq; hæretici & scismatici æqualiter sunt vitandi. 24. q. 3. §. 1. & c. clericum, & c. seq. 7. q. 1. denique. 1. quęs. 1. si quis inquit. Vnde Hierony. Quis iam dubitabit sceleratius hoc esse commisū, quod est grauius vindicatum. 24. quęs. 1. non afferamus †Et si [11] pro simplici contumacia hoc accidere potest, de pœn. cap. fi. quid de detrahentibus potestati Romanæ ecclesiæ, cui detrahere hæreticum iudicatur, fidem quippe violat, qui aduersus illam agit quę mater est fidei, & ideo contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs noscitur pręrulisse. 22. dist. omnes, & talis imperitum vel maleuolum, aut etiam se non catholicum, sed hæreticum comprobabit, vt dicit Hieron. 24. q. 1. hæc est fides & c. rogamus, c. omnibus consideratis. & C. de summa. Trin. & fid. cathol. l. vlt. & C. de hæret. l. quicunq;, ad quod extra de pœn. c. grauem. Qui enim rebellatus viuit, magis diaboli, quam Christi membrum, & infidelis magis quam fidelis esse monstratur. 38. dist. c. fi. Nam scelus idolatriæ & peccatum paganitatis incurrit quisquis, dum se fidelē esse asserit, & sedi Apostolicæ obedire contemnit. 81. dis. c. si qui sunt presbyteri. Dicit igitur Hostien. in prædicta determinatione, quod qui rationabiliter & subtiliter ac naturaliter considerare voluerit, licet crux transmarina, scilicet contra infideles in oculis simplicium fauorabilis videatur, hæc tamen scilicet cōtra scismaticos & rebelles fauorabilior, iustior & rationabilior apparebit. Et subdit, quod qui tales impugnant, diligentissimi rectores, & pij consultores intelligūtur. 23. q. 5. si vos contra ecclesiam Christi, & c. seq. & secun[12]dum ꝙ Dominus dicit in Deutero no. 13. †Tales necādi sunt & ciuitates igne cremandæ, ita quod sine habitaculo sint in æternum. 23. q. 5. si audieris. ubi dicit glo. si ergo aliqui sunt hæretici in ciuitate, tota ciuitas potest exuri, & sic Ecclesia uel ciuitas punitur pro delicto personarum, 25. q. 2. ita nos. & C. de sacros. Eccles. l. iubemus nulam. & in fine dicitur, ꝙ hæretici occidi possunt. 23. q. 4. c. quando vult Deus. vbi August. describit de Nabuchodonosor, qui legem instituit, ut quicunque dixerit blasphemiam in Deum Sidrach, Misach & Abdenago, in interitum irent & domus eorum in dispersionem. Et in fi. c. dicit August. Videte qualia faciūt, & qualia patiuntur, occidunt animas, affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conquerūtur. ubi glo. dicit, uides ergo ꝙ hæretici sunt occidendi. 23. q. 4. quod inuenitur, in fi. Ad quod etiam facit 23. q. 8. c. legi. & c. oc-

c. occidit Finees. & dicit Hostiē. li. 5̄. ꝙ contra rebelles licite propulsatur iniuria Ecclesię uel reipublicæ, sed non iniuria personalis. vnde auctoritate Ecclesiæ uel Principis possunt licite impugnari causa iustitiæ, obedientiæ, & fidei defendēdæ, nō causa cupiditatis uel propriæ ultionis. sic intellige 23. quæstio prima, quod culpatur. & quæstione secūda, canone primo, & 2. & quæstione tertia, c. sex differentiæ, & q. 5. cum homo ab homine, & c. seq. & sic de similibus. Restat nunc ui[13]dere †an Principes populi Christiani subesse debeant iurisdictioni papæ, & multis seculi sapientibus. Videtur quod nō. [14] Dicunt enim † quod regnum & sacerdotium ęquanimiter sunt a Deo, quia non est patestas, nisi a Deo. ad Rom. 13. & in Auth. quomodo opor. Episc. in prin. extra de iudi. c. nouit. x. dist. quoniam. 96. dist. cum ad uerum, & c. si Imperator. Se[15]cundo dicūt, †ꝙ regnum fuit antequam sacerdotium, quia Cæsar antequam Christus, nedum antequam Petrus, ut clare patet in Cronicis Romanorum. & not. in c. causam, extra [16] qui fil. sint legit. Tertio dicunt, †quod usque ad Constantinū Ecclesia nihil habebat, sed Constantinus dotauit eam. Cum igitur a Regibus sit Ecclesia subleuara, ergo magis debet Ecclesia subesse Regibus, quam Reges Ecclesiæ. vnde arguunt quod cōuenientius sacerdotium debeat subesse Regibus, quam econuerso, scilicet Reges sacerdotio. Quarto dicunt, [17] †quod Christus soluit tributum pro se & Pe. Matth. 17. de pisce capto hamo, de quo supradiximus. ergo uidetur quod [18] se & suos Regibus subiugauerit. Quinto dicunt, † ꝙ Christus iudicauit solui censum Cęsari, cum dixit, Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sūt Dei Deo, Matth. 22. Sex[19]to dicunt, †quod Christus nihil habuit in hoc mundo, ut ipsemet testatur, Matth. 8. dicens. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nō habet ubi caput suum reclinet. ergo nihil dare potuit, quia nemo dat, quod non habet. ut in reg iuris, lib. 6. & extta de iure patron. c. qđ autem. & ex hoc dicunt quod in morte nihil reliquit, & ꝓpterea testamentum non fecit, quia de quo faceret non ha[20]bebat Septimo dicunt, † quod dato quod aliquid habuisset, renunciauit tamen iuri suo, ut dicunt patere Ioan. 6. ubi cū fecisset miraculum de panibus, ex quo qui uiderant dicebāt Quia hic est uere propheta, qui uēturus est in mundum, subdit Ioannes, Iesus ergo, cum cognouisset, quia uenturi essēt ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterū in montem ipse solus. ergo ex quo fugit, uidet renunciasse iuri ad se pertinenti, cum quilibet possit renunciare iuri suo, etiam Papa, ut in c. uno, de renunc. l. 6. Octauo dicunt, †quod Chri[21]stus expressit proprio ore, se non habere regnum, cum dixit Pilato interroganti, si ipse Christus, esset Rex iudæorum, & respondit Iesus, A temeripso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respondens Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respon. Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo, si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarēt, vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc. Ioan. 18. Cum ergo Christus confessus sit coram iudice, se non habere regnum, ergo nec potestatem aliquam trade[22]re potuit Petro, vel alteri supra Regem. Nono dicūt, † quod Christus expresse prohibuit iurisdictionem Petro gladii tēporalis, cum dixit, Cōuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladiū, gladio peribunt. Matth. 26. & Ioan. 18. ubi exprimitur clarius, quod Petrus fuerit qui abscidit auriculam dextram Malcho, seruo Pontificis, & dixit Iesus Petro, mitte gladium tuum in uaginam. Decimo [23] dicunt, †hoc ēt patere ex verbis ipsorummet Romanorum Pontificum, dicentium se nolle intromittere de temporali iurisdictione, vt patet 96. dist. c. cum ad uerum. ubi dicitur, Cum ad verum ventū est ultra sibi nec Imperator iura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorū sibi vsurpauit. Verba sunt Nicol. papæ, & ead. dist. c. duo dicit Gelasius Papa, Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, & in vtroque prædictorum capitulorum glossæ dicunt, quod potestates sunt diuisæ, & quod imperiū est a solo Deo, & Imperator a cælesti maiestate habet gladii potestatem. C. de vet. iure enuclean. l. 1. in prin. Hoc etiam cōfitetur Ioan. Papa ead. dist. c. si Imperator. ubi dicitur, quod Imperator hēt priuilegia potestatis suæ quæ administrādis legibus publicis diuinitus est consecutus. ad idem 93. dist. legimus, circa medium. ubi referuntur verba Hierony. ad Eugen. presbiterum, dicentis, quod Alexandriæ presbiteri eligebant vnum, quem Episcopum nominabant, quomodo si exercitus Imperarorē faciat. ubi glos. dicit, ex sola enim electione principum dico eum verum Imperatorem antequā a papa confirmetur, licet non ita appelletur, vt dixi 63. dist. quanto. Ad idem 8. dist. quo iure. ubi dicitur, quod iura humana sunt Imperatorum, quia per Imperatores & reges seculi Dominus distribuit, generi humano. verba sunt Augustini super Ioan. Ad idem 33. q. 2. capitulo inter hæc. vbi Nic. papa dicit, quod sancta Dei ecclesia gladium non habet, nisi spirituale, qui nō occidit, sed viuificat. Ad idem extra de iudic. c. nouit. in prin. vbi Innocen. III. dicit, Non putet aliquis, ꝙ iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipse iurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire. Ad idem extra, de foro compet. c. licet, ubi Innoc III. dicit, ꝙ si literæ Apostolicę fuerint impetratæ super rebus, quæ forum seculare contingunt, irritæ decernantur, & quod tunc demum iudex ecclesiasticus se de talibus intromittat, cum in defectum iudicis secularis, vel vacante imperio, non potest obtinere iustitiæ complemētum. Simile habetur in c. seq. quod incipit, ex tenore, & in c. si duobus, extra de appel. Dicit Alex. III. quod appellatio ad sedem apostolicam non teneat, nisi in his. quę sunt Ecclesiæ temporali iurisdictioni subiecti, vbi glo. dicit, & ita patet quod iurisdictio temporalis non pertinet ad ecclesiam nec debet de ea se intromittere in pręiudicium iudicis secularis, & allegat concordantias. Vndecimo dicunt, quod hoc ipsemet Petrus statuit, cum dixit. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Et infra, Subiecti estote omni humanæ creaturę propter Deum, siue Regi quasi præcellenti, siue Ducib. tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem uero bonorum. Duodecimo dicunt, † quod imperator est Do[24]minus mundi, & quod omnia sua sunt, vnde ipse posset uendicare mūdum a possessore, ut l. bene a Zenone, C. de quadr. pręscrip. & ff. ad leg. Rhod. de iac. l. deprecatio. de quo 23. q. 8. c. conuenior. & §. quamuis, per gl. & Archi. & in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. in glo. penul. Per hæc & his similia inferre nitūtur, summum Romanum Pontificem nedum super imratorem, sed nec super aliquem alium Regem, vel principē seculi iurisdictionem aliquam obtinere. Sed certe si bene cōsideremus, & recte veritatem voluerimus intueri, patebit expresse, quod veritas est in contrarium, ut infrascriptis multiplicibus rationibus apparebit, & auctoritatibus & exemplis [25] plurimis comprobatur, videlicet. Primo sic, Ecclesia militās ad instar triumphalis Ecclesiæ regi debet, cum sit pars eiusdē vt dicit August. de Ciui. Dei, lib. 10. c. 7. & probatur auctoritate Ioannis Euangelistæ dicentis Apoc. 21. Ego Ioannes uidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, a Deo paratem, sicut sponsam ornatam uiro suo, & audiui uocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erūt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. vbi Vgo de sancto Victore dicit, Ciuitatem, id est Ecclesiam sub una ciuium suorum lege viuentem, & in vno libro legentem, & sub vno Domino degentem, & allegat verbum Christi dicētis Io. 10. Fiet unum ouile, & vnus pastor. Sed nullus fidelium dubitat, quin ecclesia triumphans sub vno solo summo Deo triumphet & regnet, quia unus solus est Deus, Pater & Filius & spiritussanctus. Deuteron. 6. Audi Israel Dominus Deus noster, Deus vnus est, ad Ephes. 4 Solliciti seruare vnitatē Spiritus in uinculo pacis. unum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis vestræ, unus Deus, vna fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui est super omnes & per omnia, & in omnibus nobis, & infra. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & Doctores ad conseruationem sanctorum in opus ministerij in ędificationem corporis Christi, & infra, qui est caput nostrū Christus, ex quo totum corpus, &c. Sed sicut Christus uerus Deus & uerus homo, cum patre & spiritussancto unum in substantia, quia tres vnum sunt. 1. Io. ult. caput & rex regum & Dominus dominantium, est principaliter tam triumphantis q̃ militantis ecclesię, ex quo etiam ipse dixit Matth. ult. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. & infra, Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, ita opus est ministerialiter suum specialissimum Vicarium summum pontificem vnum esse caput in terris totius ecclesiæ militantis super omnes Reges & principes & pręlatos & subditos & clericos & laycos, vt supra in thema[26]te, & in c. solitæ, de maiorit. & obed. Secundo sic, † Ab initio mundi creauit Dominus vnicum hominem, ut de illo totū genus propagaretur humanum, & uniuersæ suæ posteritati, Domino disponente præesset, & formato corpore de limo terræ, animam de nihilo creans ad suam imaginem & similitudinem suā, in faciem ipsius hoīs inspirauit spiraculum uitę, & factus est homo in animam uiuentem, ut preæsset piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæ terrę, omniq; reptili, quod mouetur in terra, Gen. 1. & 2. quod solēnissime magister sent. prosequitur in 2. dist. 15. & 16. dicit enim in quintadecima distinctione. omnib. autem creatis atq; dispositis, nouissime factus est homo tanquam dominus & possessor,

sessor, qui & omnibus præferendus erat. Et in 16. di. declarat quomodo intelligatur, ad imaginem & similitudinem, non secundū corpus, sed secundum mētem, qua in rationabilib. antecedit. Sed ad imaginem secundum memoriam, intellectum, & dilectionem. Ad similitudinem secundum innocētiam & iustitiam, quæ in mente rationali sunt naturaliter. Et eod. lib. dist. 17. tractat de origine animæ dicens, Corpus enim de limo terræ formauit Deus, cui animam inspirauit, nō quod faucibus sufflauerit, vel manibus corporeis corpus formauerit, sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formauit iubendo, uolēdo, idest uoluit & uerbo suo iussit ut ita fieret, & substantiam animæ, in qua uiueret, creauit, non de materia aliqua corporali, uel spirituali, sed de nihilo. Putauerunt enim quidam hæretici Deum de substātia sua animam creasse. Et infra. Nō sunt ergo audiendi, qui putant animam esse partem Dei, si enim hoc esset, nec a se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum, vel patiendū compelli, nec in melius uel deterius mutari, &c. Et eod.

27 lib. dist. 18. dicit, † Hic attendendum est quare non creauit simul virum & mulierem sicut Angelos, sed prius uirum, deinde mulierē de uiro adeo scilicet ut unum esset generis humani principium, quatenus in hoc & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. diabolus quippe aliud a Deo principium etiam concupierat, ideoque ut eius superbia retunderetur, hoc homo in munere accepit quod diabolus peruerse rapere uoluit, sed non potuit obtinere. & pro hoc imago in homine apparuit,

28 † quia sicut Deus omnibus reb. existit principiū creationis, ita homo oībus hominibus principiū generationis. Ideo ēt ex uno homine oēs esse uoluit Deus, ut dum cognosceret se ab vno esse, oēs se quasi unum amarent. Vides igitur aurea verba literis aureis merito describenda, ad nostrarū propositum illatiua, ꝙ sub vno Principe totū genus humanum debeat gubernari, ut sicut vnū est uniuersale principium in supernis, scilicet Deus, ita & in terris apud Deum unus sit Vicarius & monarcha. Quod etiam Aug. deducit in lib. quæst. veteris & noui testam. ubi sequitur. hæc imago est Dei in homine, ut vnus factus sit Dominus ex quo cæteri oriuntur, habens imperium Dei quasi Vicarius eius, quia unius Dei habet imaginem. Ad quod etiam facit de pœnit. distin. 2. cap. principiū. ubi beatus Gregorius infert, quare Behemoth dicitur principium viarum Dei, scilicet quia nimirum, cum cūcta creans ageret, hunc primum cōdidit, quem reliquis Angelis eminētiorem fecit. Originalia uerba, ꝙ Behemoth sit principium uiarum Dei, scribūtur Iob 40. & ibi Greg. in moralib. 3. De hoc etiam scribitur Ezech. 28. ibi, sub nomine Regis Tiri. De lucifero dicitur, Tu signaculū similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore in delitiis paradisi Dei fuisti &c. Præfatus autem unus Vicarius a Christo Iesu institutus est Petrus, ut supra limpidissime est mōstratum. ergo nō Petrus sub rege, sed reges sub Petri lege peregrinam uitam transigere debent, sibiq; suisue in officio successoribus incuruari, collaque submittere glorientur, ut in c. 1. de iurei. in cl.

29 Tertio sic, † Pluralitas principatuū inducit ꝯfusionē, ex quo cōcludit Aristot. vnus ergo Princeps dominatur. xi. Methaphis. sed sicut unus est Princeps uniuersalis Deus, ita unus debet esse uniuersalis eius Dei Vicarius super terram, nam tātum est ponere plura principia, quantum ponere plures Deos, quorum utrumque hæreticum est 24. q. 3. c. Cerdoniani. extra de summa Trinit. & fide cathol. c. 1. & c. damnamus. nā ex ꝯriis principijs contrarius sequeretur effectus, ex contrariis autem effectibus & opetibus sequeretur destructio ꝯtrariorum principiorum, iuxta sentētiam Saluatoris, Matt. 12. cū dixit Pharisæis asserentibus eum in Behelzebub principe dæmoniorū eiicere dæmonia, Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas uel domus diuisa ꝯ se, non stabit. & si sathanas sathanam eijcit, aduersus se diuisus est. quo modo ergo stabit regnum eius. Et Luc. xi. dicit, Omne regnū in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet. quasi dicat, sicut qui seipsum persequitur se destruit, ita diuersa principia se ipsa persequētia se destruerent. Et si uelles dicere principia nō diuersa omnimodo æqualia, ergo vltra unum omnia sunt superflua, superfluitas autem in naturalibus resecatur, nam frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Natura autem nihil facit frustra. 1. de cœlo & mūdo, & 1. Phisicorum. Ad qđ facit, quod habetur in pœm. Decret. ibi, resecatis superfluis, & per glo. in capi. legebatur, extra de maior. & obed. & de excess. prælat. c. cum ad quorūdam. & per gl. Ioannis Andreæ. in capitulo primo. de summa Triuit. in clement. in glo. super uerbo, unigenitum filiū. Constat autē ꝙ talis Vicarius est Petrus, & Petri successores, ergo non Imperator, nec alius Rex, ut s. clare monstratū est.

30 Quarto sic † In re sua quilibet est moderator & arbiter ut l. in re manda, C. mand. & in c. abolendæ, extra de sepult. in gl. 1. sed omnia sunt Dei, quæ in mundo sunt & vbique, Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. Ex psal. 88. Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti, Christus autem Deus est, quia pater & filius & spiritussanctus vnus Deus, vt supra, ergo omnia sunt Christi tanquam veri Dei, per quem omnia facta sunt. Io. 1. Christus autem in se sua, hoc est in toto orbe terrarum principem fecit Petrum, cuius nomine per consequens omnes suos successores canonice intrantes, cui Petro & successoribus omnes reges terræ, principesque submisit. Quod satis solenniter prosequitur dominus Ioann. And. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. §. cum enim Petrus. vers. Paulus etiam vt plenitudinem potestatis exponeret dicens. Hic satis patet ex vilo cutoris quod papa superest & præest omnibus, ergo & Imperatori & regibus & principibus & aliis quibuscunque.

31 † Et subsequitur ibi Ioan. And. dicens, Host. autem licet fateatur se in hoc solem facibus adiuuare, quia adiectione nō indiget plenitudo 6. q. 1. si omnia, hanc maioritatem & plenitudinem probat his nouem rationibus, ad quas præmitto quod in Decretali vnica, supra de sacra vnct. vers. refert ipse Host. posuit dictum fratris Alexandri de ord. Minorum, s. ꝙ ecclesia est multitudo fidelium, vel vniuersitas Christianorum. de consecrat. di. 1. c. ecclesia 7. q. 1. c. Nouatianus, habens duo latera. s. dextrum clericorum ministrantium, quæ ad spiritualem uitam pertinent, & sinistrum laycorum, tractantium necessa-

32 ria terrenæ vitæ. † Item est potestas. s. spiritualis, quæ caput habet summum pontificem, & secularis caput habens Regē, ad hoc de ætat. & qualit. c. pen. 96. dist. duo. Spiritualis autem prior est temporali in tribus. Primo in dignitate uel maioritate, in quantū spiritus maior & dignior est quam corpus. de transl. cap. 2. Vnde Abraam patriarcha, vt minor obtulit Melchisedech decimas vt maiori. Genes. 14. Benedixit etiam illi Melchisedech, ut maior facit minori. Ex quo dicit Apostolus ad Hebr. 7. Intuemini autem quantus sit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abraam patriarcha. Et infra. Sine ulla autem contradictione quod minus est, a meliore benedicitur.

33 Ad hoc etiam inducitur 21. dist. denique. in fin. Secundo est prior institutione, unde sacerdotium Melchisedech præcessit legem scriptam, de hoc de constit. translato. facit Exo. 28. cum dicit, uox Domini ad Moysen. Porro filius Aaron tunicas laneas parabit & baltheos, ac thiaras in gloriam & decorem, uestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo, & cunctorum consecrabis manus. sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi. Et infra c. 29. dicit, Cingesque baltheo Aaron, scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes, mei religione perpetua. Item per sacerdotium Deo iubente, ordinata fuit regalis potestas. 1. Reg. 8. ubi describitur, Congregati ergo uniuersi maiores natu Israel uenerunt ad Samuelem in Ramatha dixeruntq. ei, ecce tu senuisti, & filii tui non ambulāt in uiis tuis, constitue nobis Regem, ut iudicet nos sicut & uniuersæ habēt nationes. Et infra, Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi uocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. non. n.

34 te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Et infra. Dixit autem Dominus ad Samuelem, audi uocem eorum, & constitue super eos Regem. Et sic Saul unctus fuit Rex a Samuele, qui erat sacerdos & propheta. Et iudicauerat populū Israel cunctis diebus uitæ suæ. 1. Reg. 7. Saul autem fuit primus Rex in Israel, 1. Reg. 9. & 10. c. Tertio est prior potestate, aut auctori-

35 tate, † quia spiritualiter terrena instituit & iudicat, ut in d. c. per uenerabilem, in supradicto. & uers. dum dicit, Nescitis, quoniam Angelos iudicabitis, quāto magis secularia, uerba autem generalia sunt Apostoli dicentis. 1. ad Corinth. 6. Audet aliquis uestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos, an nescitis quoniā sancti de hoc mundo iudicabunt. Et si in uobis iudicatur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis, nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis secularia. Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum, ad uerecundiam uestram dico, & c. omnia sunt Apostoli peroptime probantis etiam temporalia subesse sacerdotio. Et quod plus est, ipse apostolus. 1. ad Corintho. 2. testatur quod spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur, quod de Papa omnino uerum est, 9. q. 3. nemo. & c. aliorum, excepta hæresi. 40. dist. si Papa. Subdit Ioann. Andr. hic autem ipse Hostien. inducit & probat nouem rationibus, uidelicet. Primo per ordinem scripturæ etiam legis humanæ, ut in Authen. quo opor. Episc. in prin. collat. 1. C. de sacros. eccle. l. si. C. de vet. iure enucl. l. 2. §. sed quia priores enim & maiores inferioribus præponuntur. C. de nouo C. fac. l. una, post medium. de maior. & obed. c. 1. & c. solitæ, Secundo ratione subiecti, s. animæ, quæ præponen-

ponenda est omnibus humanis rebus. C. de sacros. Eccles. sancimus. 12. q. 1. præcipimus. & in c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. vnde quanto quis melioribus præest, tanto maior est, vt in Auct. de defens. ciuit. §. nos igitur. per quod dicitur, quod etiā omnia temporalia sibi subsunt. Nam anima facta est ad Dei seruitium, reliqua uero ad seruitium animę. Et dici solet qui habet rusticū, habet & bouem, & sic regens animas non excluditur ab his, quæ sunt animabus subiecta. non sic econtrario, ff. de ędil. edic. l. iustissime. Tertio natu-

36 rali ratione. † Nam sicut filius Dei est contra naturam conceptus, incarnatus, & natus ex virgine scilicet in momento Deum verum, & hominem uerum concipiente, & habente in utero. Vñ Ierem. 31. vsq; quo delitiis dissolueris filia vaga, quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circūdabit virum. Sic iurisdictio sua, quam reliquit Petro, & successorib. Petri, supra & contra naturam iurisdictionis trahit ad se spiritualem quæstionem incidentem in foro seculari, extra de ord. cog. c. tuam, quod est omnino contra naturam iurisdictionis. C. de iud. l. quoties. C. de ord. iudiciorum l. adite. Iurisdictio. n. spiritualis tanquam filia similis est generationi & natiuitati filii Dei, nam sæpe solet filius similis esse patri, ff. de ædilit. edic. l. quod si nolit. §. qui mancipia Quarto ratione fortitudinis. de transl. c. inter corporalia. Vnde quantumcunque spiritualis sit accessoria principali, tamen ei tanꝗ princeps & domina, dominatur. de iureiur. cap. debitores. Quinto, quia Priceps nedum subest papæ, sed etiam suo simplici sacerdoti, qui ipsum soluit, ligat & iudicat, de pœnit. &

37 remis. c. omnis. † Cum tñ nullus clericus, quātumcunque minimus existens clericus & vtens clericali priuilegio alicui laico in aliquo possit personaliter subesse, de foro compet. c. si diligenti, quod patet in Constit. hac edictali, no. in c. clerici, de iudic. & satis habetur in c. cum non ab homine, eo. tit. Sexto fulcitur hoc diuersis auctoritatibus. 96. dist. cum ad verum, & c. duo sunt, de maior & obed. c. solitæ. ubi de hoc ple-

38 ne, & in omnibus iuribus supius allegatis. Septimo † diuino oraculo, & auctoritate, diuturna cōsuetudine approbata, de transl. c. quanto. ibi, non enim homo sed Deus separat quos Romanus Pontifex, qui non puri hominis, sed ueri Dei uicē gerit in terris. Et infra, Nō humana, sed diuina potius auctoritate dissoluit. Et supra dicitur 1 Reg. sicut testatur antiquitas. cui decreta Principum sanxerunt, reuerentiam exhibendam. Ad quod facit etiam quod habetur in c. licet, eo. tit. ibi, Qui successor est Petri, & Vicarius Iesu Christi. Octauo ex ui

39 fidei. † Sicut enim ponere duo principia est hęreticum. 24. q. ult. c. pen. uers. Cerdoniani. sic ponere duos generales Vicarios & sibi æquales in terris, hæreticum videtur quo ad ius pertinet. Ne igitur hæreticus videaris, hęc sit tua fides, quod sicut vnus est Deus immutabilis, de sum. trin. c. 1. sic & unus est suus generalis Vicarius in terris, cuius nauis est stabilis, nā etsi quandoque fluctuet, non tamen mergitur. 24. q. 1. c. non turbatur. & sic inferior hierachia superiori conuenit subia-

40 cere. Nono † ratione unitatis, quæ diuisionem non recipit, 24. q. 1. c. loquitur. Igitur cū sit una Ecclesia simul collecta, unus, Dominnus, vna fides, vnū baptisma vnus Deus & pater omnium. ad Ephes. 4. & in d. c. loquitur. & 7. q. 1. Nouatianus. nō potest vna sponsa generalis habere, nisi vnum sponsum generalem. de præben. cum non ignores, nec vna filia nisi vnum patrem, nec vnum corpus nisi unum caput, alias esset monstrum. Hæc sumpta sunt de nouella Io. And. in d. c. per uenerabilem, qui refert Hostien. ponentem ibidem supra dictas nouem rationes. & dicit quod Host. remittit se ad not. per eundem in summa, eo. tit. §. qualiter. 1. respon. Et dicit etiam illa supplenda per ista. Ibi autem dicit Host. eo ꝙ iurisdictiones sunt distinctę, ut Auct. quomodo oport. Episc. in princ. collat. 1. de consecr. dist. 3. celebritatem, in fi. Nō ergo papa debet se intromittere de legitimatione quo ad hæ-

41 reditatem temporalem † sed de hoc dimittere Imperatori. 8. dist. quo iure infra eod. lator, & c. causam. alias poneret falcem in messem alienam. de elect. venerabilem, quod nō est faciendum. 6. q. 3. c. 1. Sed contra, quia papa etiam de temporalibus se potest & debet intromittere, infra eo. c. 1. 20. q. 3. pñs. 15. q. 6. alius. 24. q. 1. loquitur. Hug. dixit quod Imperator

42 a solo Deo habet potestatem in temporalibus † papa in spiritualibus, & sic iurisdictiones sunt distinctæ, vt dicunt primæ concordantiæ, tamen coronam recipit a papa & gladium ab altari. 93. dist. legimus. & ante fuit imperium quam Apostolatus. Alanus & Tangr. dixerunt quod quamuis imperiū a solo Deo dicatur processisse, excutionem tamen gladii tēporalis accipit ab Ecclesia, qa papa maior est, & utroq; gladio uti pōt, nā & Dominus utroq; gladio usus est, ut Moyses, ad hoc de iudic. c. nouit. & de maior. & obed. c. solitæ. Ego,

43 † dicit ipse Host. iurisdictiones distinctas assero & vtranq; a Deo processisse vt dr̄ in Auth. quō opor Episc. tamen quanto altera magis Deo ap̃pinquat; tanto maior est. Ergo sacerdotium maius est imperio. quod probatur ēt ex ordine scripturę dictæ Auth. et sic intellige quod non multū discrepāt sacerdotium & Imperium, ut in Auth. de nō alien. aut ꝑmu. reb. eccle. §. si minus. collat. 2. Non multum discrepant. s. quo ad principium unde procedunt. sed multum discrepant quo

44 ad maioritatem. † Inde est quod Episcopi caput inūgitur, sed regis armus, Eps̄ crismate, Rex oleo, ut scias quod Episcopus est Vicarius capitis nostri, idest Christi, & ut ostendatur quanta sit differentia inter auctoritatem pontificis & principis ptātē, de sacra uncti. c. vnico. §. unde in ueteri testō & §. ꝑcedenti. Quia quāta est dr̄ia inter solē & lunā tāta est inter sacerdotem & regalem dignitatem, ut supra de maioritat. & obe. c. solitæ, §. præterea, ad fi. Quæ verba licet per Doctores diuersimode ponantur, tu tamen dic quod sicut luna recipit claritatē a sole, nō sol a luna, sic regalis potestas recipit aucto-

45 ritatē a sacerdotali. non econtra, † sicut etiam sol illuminat mundum per lumen quando per se non potest scilicet de nocte, sic sacerdotalis dignitas pacificat mundum per regalem quando per se non potest, scilicet vbi agitur de vindicta sanguinis, ne cler. uel mon. c. sententiam sanguinis, & c. clericis. 23. q. 8. his a quib. Ad quod de iudi. c. cum non ab homine, ad fi. de depos. c. 1. Vnde nec superior clericum suum laico subiicere potest, quia subiiceretur persona, quod esse non potest, quia hoc non sustinet ius, vt in c. significasti, de foro comper. Nam lex secularis debet seruire canonicæ, 10. dist. lex. & in. c. 2. de priuil. & hæc de Host. vbi supra qui etiam ibidem prosequitur suprascriptas rationes, & sic habemus tredecim argu-

46 menta. Decimoquarto ꝓbatur sic, in principio creauit Deus cœlum, & terram, & omnia quę in eis sunt. Quod Aug. Ge. 1. declarans propter verbum, quod scribitur Eccl. 18. Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. & Eccl. 1. dixerat, prior omnium creata est sapientia. Dicit August. per cœlum & terrā spiritualem corporalemque creaturam intelligi, & hæc creata sunt in princip. scilicet temporis. Et sic Magister sent. in 2. lib. dist. 2. dicit, omnia intelligi creata simul, videlicet Angeli tanquam spiritualis creatura, & materia quatuor elementorum confusa tanquam creatura corporalis & cœlum empireum & tempus. Et sic cum hæc quatuor fuerint creata simul possunt omnia simul creata dici. Et tamen prior omniū creata est sapientia. Prior dico, non tempore, sed dignitate eo quod sapientiam creatam sumit pro Angelica natura, sicut & lucem, cum dixit Dominus, fiat lux & facta est lux. Licet August. & Magister sent. in secundo dist. 13. lucem illam intelligant spiritualem pro angelica natura tanꝗ informe a principio eo quod non formata in amore conditoris, nec non & pro corporali luce, qua dicit August super Genes. ad literam, quod lux est substantia corporea summe simplex in genere corporum, summe multiplex in efficacia. Vnde in corporibus nihil est vtilius, nihil cōmunius, nihil pulchrius, nihil subtilius, nihil impassibilius, nihil velocius, nihil uirtuosius. Et magister ubi supra dicit quod lux illa fuit corpus lucidum, quod nō de nihilo, sed de præadiacenti materia formaliter factum est, ut lux esset & uim lucendi haberet, cum qua dies prima exorta est, quia ante lucem nec dies fuit, nec nox, licet tempus fuerit. Nunc ad propositum de Angelica natu-

47 ra, † quæ secundum Dionis. in tres hierarchias distincta est. Quarum prima suprema, secunda media, tertia infima, & q̄libet tres ordines in se cōtinet, uidelicet superiores, Seraphin Cherubin, Troni. Medii Dominationes, principatus. potestates, Inferiores, Virtutes, Archangeli, Angeli. Ita etiam dicit Magister in 2. sent. dist. nona. Sed ut idem dicit ead. dist. cum tractat, utrum omnes Angeli eiusdem ordinis sint æquales, & respondens quod non, dicit quod lucifer, qui fuit de collegio superiori, ipsis etiam dignior extitit, qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur qđ si perstitisset, in ordine superiori fuisset, & etiam alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut. n. vnus est ordo Apostolorū, & alter Martyrū, & tamen in Apostolis alijs sunt alii digniores. Similiter & in Martyrib. alij alijs sunt superiores, ita & in ordinibus Angelorum recte creditur esse. Et eod. lib. dist. 6. dicit quod sicut inter bonos Angelos alij alijs præsunt, ita & inter malos alij alijs prælati sunt, & alij alijs subiecti. Quandiu enim durat mundus Angeli Angelis, & homines hominib. & dęmones demonibus præsunt, sed in futuro omnis euacuabitur pręlatio, ut docet Apostolus, de quo tamen longa fit disputatio, ut disserui in tractatu de Inferno, Hinc & Daniel. 10. scribitur, Michael unus de principibus primis venit in adiutoriū meū unde cognoscimus inter Angelos quasi esse principātes, sed super omnes vnus princeps est Deus. Similiter in ordine creaturarum rationabilium constituit deus hominem vt dominaretur creaturæ suę & disponeret orbem terrarum in ęquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicaret, q̄ primus homo formatus est a deo pater orbis terrarum, ut dicitur Sap. 9. & 10. tanquam princeps uniuersæ terræ, cuius impe-

imperio omnia subiacerent. Similiter in ordine irrationabilium creaturarum institutum a Domino cernimus euidenter. 48 †Nam in aqua creauit Deus Cæte grandia, quasi cæteris piscibus præsidentia. In terra inter bruta animalia leonē, quasi principem ordinauit. Inter volucres aquilam. Inter elemēta ignem. Inter planetas Saturnum exaltantem. Solem tamē in medio planetarum instituit, vt de plenitudine lucis eius participent vniuersa. Et sic omnia in pondere, numero, & mēsura disposuit Altissimus ordinate, vt scribitur Sap. xi. Quid plura, non pudeat nos etiam a minimis animantibus edoceri, Nam sicut in corpore nostro caput est princeps omnium membrorum, ita, ut dicit Hierony. ad Rusticum Monachū, etiam muta animalia atque ferarum greges ductores sequūtur suos. In apibus principes sunt & Regem habent 7. q. 1. in apibus. Grues vnam sequuntur ordine literario. Imperator vnus, iudex prouinciæ vnus, Roma vt cōdita est duos fratres simul Reges habere non potuit & parricidio dedicatur. In Rebecæ vtero Esau & Iacob bella gesserunt. Singuli ecclesiarum episcopi. Singuli Archipresbyteri. Singuli Archidiaconi & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus vtitur. In naui unus gubernator. In domo vnus dominus. In quouis grandi exercitu vnum signum expectatur. Hæc Hierony. Ex quib. si recte perspicimus, illud nobis conueuit quod Iob scribit dicens, Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Nimirum interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi, loquere terrę, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod omnia hæc manus domini fecerit, in cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis, Iob 12. & vt non illud compleatur in multis, quod ipse idem Iob subdit ibidem dicens, ducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem, baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum, ducit sacerdotes in glorios & optimates supplātat, commutans labium veracium & doctrinam senum auferēs, effundit despectionē super principes, & eos qui oppressi fuerant releuat, &c. Ecce quod ex ordine omnium creaturarum exemplum sumimus vnum debere principari in orbe terrarum, at hūc cōuenientissime, quem nobis instituit dominus & magister, scilicet Petrum & successores vt supra clarius est monstratum, cum ipsius dei sacerdos personam gerat in Ecclesia, de pœn. distinctio. 3. sceleratior, §. his auctoritatibus. versiculo sed quē sacerdos, vbi sequitur, sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, &c. Quintodecimo probatur hoc etiam ex figuris ueteris & noui testamenti, videlicet, nam sicut in prima ætate instituit deus principem Adam tum in dominio rerum creatarum, cum dixit, Faciamus hominem. Et infra, & præsit piscibus maris, &c. Genes. 1. tum in præeminentia totius humani generis, quod erat in lumbis eius, ut sicut ex latere eius exi- 49 tit Eua formata, Genes. 2. †ita ex latere Christi unica consurgit Ecclesia diffusa per orbem terrarum. 7. q. 1. Nouatianus. de summa Trinitat. c. 2. 24. q. 1. loquitur, quam Christus sibi sponsam suo proprio sanguine acquisiuit. 93. distin. legimus. 7. q. 1. suggestum. 56. distinctio. sponsus. Cum sit igitur sponsa Christi ergo mater est nostra, quos peperit in fide Christi spōsi sui. 68. distinct. cap. vlt. de sentent. excommunic. alma mater, libro 6. extra quam qui colliguntur, etiam si pro Christi nomine occidantur exterminabuntur in nihilum, & minime saluabuntur. 90. distin. neque. 1. q. 1. sic autem, & c. extra catholicam. Et sicut post peccatum subiecit dominus mulierem sub potestate viri dicens, Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestatē eris, & ipse dominabitur tui. Gene. 3. quasi tunc in figura diceretur Ecclesiæ per verbum dei durante seculi præsentis uita, multiplicabuntur tibi tribulationes & angustiæ, & in tempore multiplicationum multiplicabuntur tibi filij, sicut etiam figuraliter patuit, cum filii Israel sub Pharaonis imperio quāto magis opprimebantur, tanto magis sub præssura crescebant. Exo. 1. cum seq. Hoc etiam Dauid prophetice decantauit Psal. 112. dicens Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitabat & humilia respicit in cælo, & in terra suscitans a terra inop. & de ster. erig. paup. Vt col. eo. cum prin. pop. sui. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætātem. Qui Psalmus de Christo conuenienter assumptus indicat nobis, quod postquam Christus surrexit a mortuis, ecclesia, idest congregatio Christi fidelium, quæ olim sterilis erat, multiplicatis filijs spiritualibus in domo dn̄i læta congaudet. Inde post baptisma gratiā acquisitā laudes dn̄o referētes cum iubilo decantamus. Deus, qui Ecclesiam tuā nouo semꝑ fętu multiplicas. Et de Seraphico Patre nostro, Beato Frācisco merita recolentes oramus. Deus, q ecclesiā tuā B. Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas. Simili mō Esaias propheta declarans postquam Christi passionem instruxit ēt societatē in Cruce designās, cū dixit pro eo qđ tradidit in morte animam suā, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccatum multorum tulit, & pro transgressorib. exorauit, ut non perirent, secundum aliam literā Esaiæ 53. uolens nobis ostēdere quod post Christi passionem & resurrectionem multiplicandi forent filii Ecclesiæ sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ Dn̄i, statim subiunxit, Lauda, alias letare sterilis quæ non paris, decanta laudem & hymi. alias, erumpe & clama quæ non parturis. alias pariebas, qm̄ multi filii desertæ magisquam eius, quæ habet uirum, dicit Dominus Esai. 50 54. †Vnde sicut vnica fœmina, quę tunc sola fuit in orbe terrarum. s. Eua. sub unici viri potestate, qui solus tūc erat similiter in orbe terrarum posita est, ita nūc unica Christi Ecclesia quæ pluralitatem non recipit, sed in unitate concrescit iuxta illud Cantici 6. Vna est columba mea, pfecta mea, vna est matris suæ electæ genitricis suæ. & infra, Quæ est ista, quę progreditur quasi aurora cōsurgens, pulchra vt luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? De qua etiā vnitate scribitur extra de summa Trinit. c. 1. §. vna vero est fidelium & vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, & habetur etiam in d. c, loquitur. de cuius corpore tāquam unus ex filiis eligendus est Imperator. 24. q. 1. sed istud & 34. q. 8. conuenior. & not. in l. fi. C. de Iudæ. Cum igitur vnica sit & vnum corpus habens sub pluribus capitibus, diuidi non debet, sed sub uno tantum integra cōseruari, sicut nec vnica mulier plurium subiecta fuit potestati uirorum, sed vnius tantum. Ad quod seruit extra de offi. ord. c. quoniam 51 in plerisq; § prohibemus autem. ibi, †tāquam vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum. de quo etiam in. c. per uenerabilem, post princ. ibi, videtur siquidem monstruosum, &c. Hoc autem caput non Rex, vel Imperator, sed summus Pōtifex super omnes esse dignoscitur. 9. q. 3. aliorum. ibi, Tu es Petrus. Et infra, dum totius corporis caput esse designatur. & in c. cuncta per mundum. ibi, sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habet iudicādi. Et infra. & hoc nimirum ꝑ suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Dn̄i voce 52 tenuit, & semper tenebit. †Et quia de Romana sede dicitur, sciendum est quod etiam voce Domini Romana sedes tradita sit Petro pro capite orbis terræ. 2. q. 7. cap. beati Petrus & Paulus. ubi referuntur verba Ambrosii dicētis, quod Petrus, & Paulus simul ad gloriam martyrii peruenerunt uno die, sub uno persecutore & in uno loco, scilicet in urbe Roma, q principatum & caput obtinet nationum, scilicet ut ubi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis, & ubi gentium principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morerentur. Nā ut in Cronicis legimus Leonis & Lini, postquam Simon Magus Capitolium conscendens per aera euolabat demonum potestate perlatus, Petrus adiurans dæmones, ut eum corruere sinerent & amplius per aera non gestarent, per uirtutem Dn̄i nostri Iesu Christi statim ille corruit, & ɔfractis ceruicibus expirauit. Ex quo Nero tūc imperans, Petrum & Paulum iussit in carceribus reseruari in custodiā Mametrini sub cura militū Processi. & Martiniani, quos Petrus ad fidem conuertit, qui post conuersionem carcerē aperuerunt, & Apostolos liberos dimiserunt. Petrus. igitur fratrū precibus superatus abscessit. & cum venisset Petrus ad portam, ubi nunc dicitur Sancta Maria ad passus, uidit Christū 53 sibi apparentem, & ait, †Domine quo uadis? qui respondit, Vado Romam iterum crucifigi. Cui Petrus, Domine iterū cruci figeris? Cui Dominus, sic Petrus ait, ergo Domine reuertar ut tecum crucifigar. His dictis discedens Dominus, vidente Petro & lacrimante, in cælum ascendit. Quod Petrus intelligēs pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus, & sub crudeli Nerone crucis patibulum ꝓ Christi amore sustinuit gloriose, de quo fit mentio in d. c. per venerabilem §. cum enim Petrus. Patet igitur quod unica spōsa Christi unicum debet habere virum & non plures, qui non Imperator, vel Rex, sed papa summus Pontifex esse debet, ut in d. c. loquitur, in fi. & 97. dist. c. 1. & extra de præben. c. cum non ignores, vbi Alexander III. dicit, quod una Ecclesia, uni- 54 us esse debeat sacerdotis, & c. Decimosextò ꝓbatur sic, †Sūmus rerum omnium spiritualium, ac temporalium opifex Deus, creator cœli & terræ, factorque uisibilium omnium & inuisibilium, ut in d. c. 1. extra de summa Trin. & Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. per seipsum pro libito quos condidit in hoc seculo rexit & indicauit, ut in primis parentibus legimus, qui postquam de fructibus ligni vetiti comederunt, cum iudicio maledictionis & mortis de paradiso deliciarum sunt expulsi, Genes. 3. & de pœnit. distin. 1. serpens. alias §. denique. ubi dicitur, Peccato transgressionis primi parentes corrupti a Domino sunt requisiti de culpa, & c. Et Amb. in li. de pœnit. dicit Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit, non distulit sed statim separauit a deliciis, ut ageret pœnitentiam, statim tunica uestiuit eū pellicea nō serica. Per seipsum eriam puniuit Cayn de

de fraticidio dicens, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terram. Gen. 4. ubi subditur. posuitq. Dominus in Cayn signum. qđ Magister historiarum dicit fuisse tremulentiam capitis, fuit tamen occisus a Lamech. q primum bigamiam introduxit, & sic adulterium contra legem Dei, & naturę decretum fecit. qui septimus fuit ab Adam & pessimus vir sagittarius, oculis caligatus, habens adolescentem ducem, dum exerceret venationem pro delectatione & usu pellium quia nondum erant usus carnium ante diluuium ad indicium iuuenis sagittam dirigens inter fructeta, feram extimans Cayn interfecit, ex quo iratus in adolescentem ducem, eum cum arcu percussit ad mortem, vnde suis vxoribus dixit, Adæ & Sellæ, occidi virum in vulnus meum & adolescentulum in liuore meo. Et cum vxores suæ eum sæpe male tractarent. ad terrorem diceba t eis, grauius punietur qui me interfecerit, quam ego qui interfeci Cayn. tex. antem dicit, septuplum vltio dabitur de Cayn, de Lamech, vero septuagies. Dicit gl. qa Lamech. septimus fuit ab Adā. Magister historiarum dicit, cum peccatum Cayn punitum esset septuplum, scilicet in septima generatione ut dictum est, peccatum Lamech punitum est septuagies septies, quia septuagintaseptem animæ egresse de Lamech in diluuio perierūt. vel hoc numero maioritatē tm̄ pœnæ no. Hebræus 55 †Et sic patet quod per totam primam æratem, quæ durauit secundum septuaginta interpretes, duobus milibus ducētis, septuaginta quatuor annis, licet Hierony. dicat quod nō fuerint plene duo milia, attamen pro eo tempore vsq; ad diluuium Dominus per seipsum orbem iudicauit. malefactores puniens. iustosque conseruans, & immittens diluuium submersit omnes, Noe cum sua familia, hoc est octo duntaxat, animabus rationalibus reseruatis. Et ex tūc Noe qui fuit decimus ab Adam cunctorum cura committitur regendorū, 56 & summum pontificium figuraliter designatur, †cum Noe committitur arca fabricanda, atq; postmodum gubernāda, Genes. 6. Sicut igitur arca, quæ Ecclesiam figurabat, cōmissa fuit vni, ita ipsa Ecelesia vl̄is & catholica, vni committenda est summo pontifici tanquam alteri Noe, vt dicit Grægo. 35. Moral. in eo quod assimilat Eccl. arcæ Noe, dicens, Sola est quæ intra se positos ualida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuii arcam quidem ad sublimiora substulit. Omnes autem, quos extra arcam inuenit, extinxit. Hunc etiam tex. Gratian. adducit. 24. q. 1. c. quia ex sola catholica Ecclesia. Nam in eo ꝙ mandat Dominus Noe ex omnib. generib. animantium mundorum & immundorū, atq, volatilium in arcam immitti cum familia Noe, denotat Noe principem institutum a Dn̄o super oīa, quæ erant in vniuersa terra. Qua de re dixit ei Dn̄s, Egredere de arca, tu, & vxor tua, filii tui, & vxores filiorum tuorū tecum, cunctaq; animantia, quæ sunt apud te. Et infra, ędificauit aūt Noe altare Dn̄o & tollens de cūctis pecoribus & volucrib. mūdis obtulit holocausta super altare, odoratusq; est Dn̄s odorē suauitatis. Genes. 8. Et sic patet Noe officium exercuisse sacerdoti conueniens. dū super altare sacrificium obtulit acceptabile coram Deo, sicut Abel sine altare, vt supra diximus. Deniq; in tertia ætate superuenit Abraham, cui dixit Dn̄s. egredere de terra tua. Et infra, faciamq; te in gētē magnā & bn̄dicā tibi. Et ĩ. atq; in te bn̄dicentur vniuersæ cognationes terræ Gen. 12. quasi diceret, vniuersæ cognationes terræ subiicient semini tuo, sicut postea in oblatione Isac dictū est sibi, & in semine 57 tuo bn̄dicent oēs terrę, Genes. 12. †& nota ꝙ Abrahā dr̄ fuisse primus presbiter in mūdo. 84. dist. c. fi. vbi Anacletus Papa dicit, Nullus prius appellatus est ꝑsbiter, i. senior, nisi Abraā, vbi aduertendū ꝙ si habeatur respectus ad oblationē sacrificii, nō fuit primus Abrahā qui obtulit, sed Cain. Gen. 4. licet sacrificium Cain nō fuerit acceptum coram Dn̄o, sed sacrificiū Abel fratris sui Et inde dicimus ꝙ primū sacrificiū acceptabile Dn̄o obtulit Abel, Gen. 4. & respexit Dn̄s ad Abel & ad munera eius, ad Cain uero & ad munera eius, nō respexit 58 Præterea †nō fuit Abrahā primus, qui ędificauerit altare Domino sed Noe. Genes. 8. nec fuit Abraham primus qui cœperit inuocare nomen domini, sed Enos. Gen. 4. in fin. & supra tetigimus. Nec fuit Abraham primus sacerdos, sed Melchisedech Rex Salem, qui benedixit Abrahæ, & Abrahā decimas ei soluit, Genes. 15. de quo Apostolus longum sermonem texuit ad Hæb. 6. & ad eius commendationem inquit, Intuemini aūt quantus sit hic, cui decimas dedit de ꝓcipuis Abraham patriarca. Abraham igitur ſm Hirony. primus prę sumpsit pronunciare Deum vnum creatorem vnū cūctorū esse, & opiniones quas cæteri habebāt de eo innouare & immutare præualuit, ꝙ ēt refert Pet. in historia scholastica de aduētu Abrahę in terrā Chanaā. Nō igit̄ intelligit anacletus Abrahā fuisse presbiterum eo modo quo intelligimus presbiterum sacerdotem, sed dicit eum presbiterum. i. seniorē, non tantum respectu ętatis, quantum respectu sapientiæ & maturitatis. unde subdit ibidem, Non ergo propter decrepitam ætatem, vel senectutem, sed propter sapientiam presbiteri nominati sunt. Dicitur ēt presbiter secundum Papiā, ꝑꝑ honorem & dignitatem, licet presbiter etiam sacerdos noīetur, nam qui sacerdotes in veteri testō vocabantur, hodie ꝑsbiteri sunt appellati. & infert Papias, nō ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiā, quod si ita est, mirum est cur insipientes instituantur. De hoc ēt dicit Isid. Etymol. li. 7. c. 12. & tractatur 21. dist. c. 1. uer. presbiter. Nos autē secūdum nostrum idioma, possemus interpretari presbiter, quasi præbens iter, sicut dicimus sacerdos, quasi sacra dans, siue sacra dos, quia sacramenta diuina conficit & ministrat. Nam apud Gentiles, sacerdotes flamines vocabantur, quasi filamines, a filo, quo capita ligabant cum pileum sacerdota- 59 lis eminentiæ propter æstum ferre nequibant. † Abrahā igit̄ ex opere presbiter & sacerdos potuit reputari, quia sacerdotis officium & ministeriū extitit pluries prosequutus, nam trib vicibus ædificauit altare Dn̄o, vt scribit Moises Gene. 12. & 13. Ipse ēt vocatus est a Dn̄o Abraham, i. pater multarum gentium. Gene. 17. dixitq. ei Deus, Ego sum & pactum meū tecum, erisq. pater multarum gentium, nec vltra uocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrē multarum gentium constitui te, faciamque te crescere vehementissime & ponam te in gentibus, regesq. ex te egredientur. Ex quib. verbis princeps populi institutus uidetur a Dn̄o, nam post hæc circuncisionis legem suscepit in pactum, suisque posteris tradidit obseruandam. Gen. 17. Masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima sua de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. & inf. Abrahā nonaginta nouem annorum erat, qn̄ circuncidit carnē præputij sui, & Ismael filius eius tredecim annos impleuerat tē- 60 pore circuncisionis suæ † eadem die circuncisus est Abrahā & Ismael filius eius & oēs uiri domus illius tam uernaculi, q̃ emptitij, & alienigenæ pariter circuncisi sunt. Cum igitur Abraham legem prędictam subditis dederit, ꝙ Principis est, ut in l. 1. & per totum. C. de const. prin. & l. 2. §. hoc aūt. C. de uet. iu. enuclean. ergo patet principem fuisse institutū a Domino, quia de mandato Dei legem suscepit & tradidit, ut supra dictum est. Officium ēt sacerdotis exercuit, quando audita uoce Domini, ut immolaret & offerret filium suū Isaac, iterum ędificauit altare & desuper ligna composuit colligās filium suum, & in altari collocans super struem lignorum, extenditque manum & arripuit gladium ut immolaret filiū suum, quod cum non placeret Altissimo, arietem inter uepres hærentem obtulit in holocaustum pro filio, Ge. 22. Post hæc, cum Isaac filius Abrahæ accepisset uxorem Rebeccā, q̃ concepit duos filios, qui collidebantur in utero eius, cui orāti reuelarum est, duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi ex uentre tuo diuidentur, populusq. populum superabit, & maior minori seruiet, Ge. 25. Cuius reuelationis intelligētia patet, quia populus gentilis, qui erat minor respectu diuini cultus, Iudaicum populum maiorem in cultu Dei pro tunc uiriliter supauit, & sic ēt hodie maior seruit minori, eo ꝙ iudæi serui sunt Christianorum. 45. dist. qui sincera, secundum Archi. ibi, qui allegat 25. q. 3. §. sed qui. 23. qō. 8. dispar. & ext. de iud. c. etsi iudæos. nam sic in geminis filiis patuit, qa Esau tāquam seruus submissus est a patre, s. Isaac, Iacob fratri suo. Gene. 17. Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui, hoc dixit Isaac ad Esau, &c. Ad- 61 ueniente † autem quarta ætate Moyses institutus est Dux & Princeps super populum Domini, nam postquam Ioseph uēditus fuit a fratribus, Gen. 37. Constitutusque Princeps Aegypti, Genes. 41. Recognitusque a fratrib. Gen. 45. Et adueniente patre cum omnibus filis & tota familia & quibuscunq; bonis mobilibus & supellectilibus, dixit Rex Pharao ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui uenerunt ad te, terra Agypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare eos. Gen. 47. Cumque mortuus esset Iacob & Ioseph, atque Pharao, surrexit interea Rex nouus super Aegyptum, qui oppressit filios Israel et afflixit nimis, sed prouidit eis Altissimus ꝑ Moysen seruum suum assumptum ex aquis de fiscella scirpea ꝑ unā ex ancillis filiæ Pharaonis Regis Agypti, qui nutritus & auctus pro filio filiæ Pharaonis, & postquam recepit uxorem filiā Ietro sacerdotis, Madian, apparuit ei Dominus in flāma ignis de medio rubi. Exo. 3. cui ait Dominus, Clamor filiorū Israel. uenit ad me, uidique afflictionem eorum, qua ab Aegyptiis opprimuntur, sed ueni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populū meū filios Israel de Aegypto, & sic institutus est Princeps. Exo. 3. Traditaq; est sibi ꝑtās tanq̃ sacerdoti 62 miracula faciendi, Exo. 4. †cui ēt dedit Dn̄s Aaron germanū suū in coadiutorē & socium, & vterque sacerdotiū adeptus est.

est. Moyses tamen principalis erat ut patet ex uerbis Domini dicentis ad Moysen, loquere ad Aaron fratrem tuū, & pone verba mea io ore eius, & ego ero in ore tuo & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis, ipse loquetur pro te ad populum & erit os tuum, tu aūt eris ei in his quæ ad Deū pertinent. Virgam quoque hac sume in manu tua, in qua facturus es signa. Exo 4. Præterea non Aaron. 63 † sed Moyses audiuit a Domino, ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Exo. 7. Præterea cōiter & vicissim Moyses audiebat responsa Domini, & non Aaron, vt patet per totum Pentatheuchum post finē Genesis. Præterea Aaron, & Hur filius Chaleb sustentabant manus Moysi ex vtraque parte, quasi ministri, cum Moyses oraret ad Dominum pro victoria Israel contra Amalech, Exo. 17. Præterea Moyses principaliter iudicabat populū q. assistebat Moysi de mane vsque ad vesperam, quod cum vidisset Ietro ait Mozsi. stulto labore consumeris, & tu & populus iste, qui tecum est, vltra vires tuas est negocium, solus illud non poteris sustinere, sed audi verba mea atq; consilia, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent. & infra, prouide aūt de omni plebe viros potentes & timētes Deum, in quib. sit veritas & qui oderint auaritiam, & ꝯstitue eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicēt, leuiusq́. tibi sit, partito in alios onere, Exo. 18. 46 † vnde colligimus quod Papa vocatus sit in plenitudinem potestatis, cæteri autem Episcopi in sollicitudinis partem, vt beatus Grego. scribebat omnib. per diuersas prouincias dicens, Decreto nostro vestram rogants charitatem mandamus. & infra, Sed si quid, quod absit, graue inrolerandumque ei obiectnm fuerit, nostra erit expectanda censura. vt nihil prius de eo qui ad sinū Ecclesiæ sanctæ Romanæ cōfugerit, & eiusdē imploret auxilium decernatur, quam ab eiusdem Ecclesiæ fuerit auctoritate præceptum. quæ vices suas ita aliis impartitur Ecclesijs, vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. 2. q. 6. c. decreto nostro. quod ēt Iulius Papa scripsisse refertur ead. cau. & q. c. qui se scit. ad quod ēt faciunt not. in c. maiores, extra de baptis. & eius effec. Sicut igitur Moyses electis viris strenuis de cuncto Isael constituit eos principes populi, qui quicquid grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Exo. 18. Ex quo patet quod ipse princeps principum & super oēs erat, sicut & papa summus Pontifex omnib. debet esse prælatus, vt in d. c. solitæ, de mai & obed. & in d. c. per venerabilem, qui fili. sint leg. cum si. iurib. superius alleg. Et quod Moyses fuerit summus sacerdos, satis diximus supra in prima parte. versic. primus qui ædificauit tabernaculum, &c. Præterea † tanquā 65 summus sacerdos ascendit Moyses in montem Synai, & de mandato Domini imperauit populo, ne montem ascenderent, nec tangerent fines eius, subdens, Omnis. n. qui tetigerit montem morietur, manus non tangent eum, sed lapidib. obruetur, aut confodietur iaculis, siue iumentum fuerit siue homo, non viuet, Exo. 19. quasi tunc dixerit, si quis præsumpserit super montem diuinę dispositionis ascendere quantū ipsa dispositio diuina decernit, morietur morte, uidelicet æternali, tanquam vsurpare tentans, vel superare cacumen & verticem summi montis, s. plenitudinem potestatis summi præsulis Romani Pōtificis. Ex quo Gregorius dicit, Nulli fas est vel uelle, uel posse trāsgredi Apostolicæ sedis præcepta, vel nostræ dispositionis ministerium, quod vestram seq. oportet charitatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus quisqs Apostolicis voluerit contraire decretis. 19. distin. c. nulli. ubi gl. dicit, quod quicunque dixerit Romanam Ecclesiam, nō esse caput, nec posse cōdere canonem, ille est hæreticus. 22. dist. c. 1. ubi Dioscorus Alexandrinus antistes damnatus fuit eo quod præsumpserat excommunicare sanctum Papā Leo 66 nem, &c. Præterea † Moises tanquam Princeps sacerdotum et populi, legem suscepit a Domino populisq. tradidit obseruandam, Exo. 26. & seq. vbi etiam pro multis maleficiis pœna mortis imponitur. Ex quo patet ꝙ tradita sit Moysi potestas gladij temporalis, cui ēt dixit Dn̄s, Maleficos nō patiaris uiuere. Exo. 12. de quo 23. q. 5. reos. §. hic apparet. Præterea talem auctoritatem exercuit Moyses non manu, sed imperio, quando de monte descendens reperit populum adorasse uitulum conflatilem. Iratusque ualde confregit tabulas, & ait si quis est Domini iungatur mihi, congregatique sunt ad eū omnes filii Leui, quibus ait, hæc dicit Dominus Deus Israel, ponat uir gladium super femur suum. Ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem et amicum, et proximum suum, fecerūtq. filij Leui iuxta sermonem Moisi, cæcideruntque in die illo quasi uiginti tria millia hominum, et ait Moises, consecrastis manus uestras hodie Domino unusquisque in filio & fratre, suo, vt detur uobis benedictio, Exo. 32. Porro Moyses & Aaron de tribu Leui fuisse patet Exo. secundo & 4. de qua tribu assumptum est sacerdotium. Exo 28. vbi dixit Dominus ad Moysen, Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi. & Exo. 29. Commisit Dominus Moysi vt vngeret Aaron & consecraret eum & imponeret sibi & filiis suis mitras & essent sacerdotes Domini religione perpe- 67 tua. † Ex quibus patet Moysen institutum fuisse Dominum in spiritualibus, & temporalibus. 23. q. 3. §. ꝙ autem, & 23. q. 1. §. hic apparet. & §. si non licet. & de pœnit. dist. 1. c. periculose, & de pœnit. dist. 2. §. itē obiicitur. & §. opponitur, & ibi multa de gestis, & laude Moysi, & de eius sacerdotio per gl. & Archid. 56. dist. porro, & de consec. dist. 1. in prin. 22. dis. c. 1. & 77. dist. c. in veteri. in gl. ult. vbi Archid. dicit quod Moyses & Aaron non possent hodie coferre ordinēm in prima for- 68 ma, † quia sacerdotium ablatum est ab Hebræis, & translatum est in Petrum & alios Apostolos & successores, vt dicit Aug. super epistolam ad Hebræ. 6. vbi etiam Apostolus dicit Trāslato enim sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. & subinfert de Christo intelligi illud Psal. Tu es sacerdos in æternum, sm̄ ordinem Melchisedech. Et infra, Hic autē, s. Christus eo ꝙ maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. De hac ēt translatione satis dicit August. super Luc. ubi tractatur de decem leprosis. Luc. 17. vbi ad propositum dicit August. Sacerdotium vero Iudęorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuissa futuri sacerdotii, & regalis, quod est in ecclesia, qua omnes consecrantur pertinēres ad corpus Christi summi & veri Principis sacerdotum. ad qđ etiam extra de constitu. cap. translato. 2. q. 7. §. his ita. versic. hinc est quod Hierony. & Specul. tractat in titulo de æta. & 69 qualit. † Præterea moyses tradidit formam, & legem sacrificiorum ex reuelatione Domini ædificans tabernaculum & altaria cum omnibus ornamentis tabernaculi & sacerdotii, ut patet, in lib. Exo. a 25. c. et succesiue. & in lib. Leui. per totum. er quod maius est. sicut præcipiebat Moyses, ita Aaron et filii eius hostias immolabant. Leuit. 9. Imo cum Nadab & Abiud filii Aaron ignem alienum thuribulis imposuissent, & incensum offerrent, quod eis præceptum non erat, ignis egressus a Domino deuorauit eos, et mortui sunt. Leu. x. et agitur de pænit. distin. 3. quia omne. & §. non peccaret. versi. 70 ignis alienus. † Et sic ostendebat Dominus indignationem suam, si Moysi non pareretur imperio, quod clarius patuit in rebellione Chore & Dathan & Abiron filiorum El yab, qui erant etiam de tribu Leui, & cum obedire nollent Moysi, distupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & uniuersa substantia descenderuntque uiui in infernum operti humo, et perierūt de medio multitudinis, sed & ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta uiros, qui offerebant incēsum. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequēti die contra Moysen & Aaron dicens, vos interfecistis populum Domini. Et cum Moyses & Aaron fugissent ad tabernaculum fœderis, et orassent ad Dominum, percussi sunt ex incendio quatuordecimmilia hominum et septingenti absqne his, qui perierant in seditione Chore. num. 16. Et si mitior uideatur hodie diuina elementia ostendit tamen cum li- 72 bet suam potentiam, † sicut ad vocem Petri, Simon magus euectus per aera a dæmonib. derelictus ruens crepuit, & Ananias & Sapphira vxor eius in crepationem Petri de fruaude quam commiserūt audientes, mortui ceciderunt, Act. 5. Præterea † cum fornicatus esset populus cum filiab. Moab, quæ uocauerunt eos ad sacrificia sua, ac illi comederunt & adorauerūt Deos earum, initiatusq; est Israel Beelphegor & iratus Dn̄s ait ad Moysen, Tolle cunctos ptincipes populi & suspend e eos contra solem in patibulis, dixitq; Moyses ad iudices Israel, occidat vnusquisq; ꝓximos suos, qui initiati sunt Beelphegor & Phinees filius Elezari filij Aaron sacerdotis, arrepto pugione per fodit virum & milierem se pariter commiscentes, & occisi sunt viginti tria millia hominum. Num 25. circa quod pulchre tractat Gregor. 29. Moral. dum dicit, Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seuerita- te sociatā. & quæ referunt ēt in decretis 45. dist. c. disciplina. 73 Pręterea † uolens Deus vlcisci peccatum Madianitarū, commisit Moysi dicēs. Vlciscere prius filios Israel de Madianitis. statimq; Moyses iussit armari mille viros de singulis tribub. i. xij. milia expeditorūad pugnā. quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis. cūq pugnasent contra Madianitas atq; vicissent, omnes mares occiderunt, & Reges eorū quinq;, Balaam, quoq; filium Beor interfecerunt gladio, ceperūtq; mulieres eorū & paruulos & quiqd habere poterāt depopulati sunt. iratusq; Moyses ait, cur fæminas reseruastis nōne istæ sunt q̄ deceperūt filios Israel ad suggestionē Balaā ergo cūctos īterficite, qcqd gn̄is ē masculini et paruulos, & mulieres, quæ nouerūt viros in coitu iugulatæ, puellas aūt & oēs fęminas virgines reseruate vobis. & inuētæ sunt sexus fœminei quæ nō cognouerūt viros, xxxij. millia, Num. 31. ex quo numero puellarū coniecturari pōt q̄ magna fuerit multitudo interfectorum. & quod talis occisio vigore iustitię licita sit, siue ex diuino imperio, siue ex cōmissione superiorū, satis hr̄, 23. q. 5. c. quid ergo. & c. reos sanguinis. §. hic apparet. & §. itē Moyses. & c. de occidendis. & c. si nō licet. & c. miles. & c. cum homo. & per totum vsq; ad fi. q. Præterea † postquā 74 mortuus est Aaron anno xl. egressionis filiorū Israel de Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum vigintitrium, Nu. 20. non minus Moyses imperauit, mandauitq. filijs Israel ex parte Dei, vt Leuitis de possessionib. suis darent vrbes ad habitandū & suburbana earū ꝑ circuitum, vt ipsi in oppidis manerent, de quib. sex erant in fugitiuorum auxilia separata, vt fugeret ad ea qui fuderat sanguinē, & sic consignata fuerunt quadraginta octo oppida cū suburbanis suis. debebāt aūt profugi, exules manere in ꝑdictis oppidis, durante vita magni sacerdotis & pontificis eius tp̄is, Nu. 36. & sic saltē Trib. Leui partem obtinuit in possessionib. filiorum Israel, licet primo iussum fuerit decimas sibi dari atq; primitias, quib. solis deberent esse ꝯtenti. Nu. 18. dixit Dn̄s ad Aaron, in terra eorū nihil posidebitis, nec hēbiris partē inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorū Israel, filijs aūt Leui dedi oēs decimas Israelis in possesionē pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fęderis. & inf. Nihil aliud posidebūt decimarū oblatione cōtenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. quæ verba Gratianus vr̄ intelligere 13. q. 1. his ita respōdetur. qđ iō ex singulis tribubus ciuitatis ad habitandū acceperint & vnaquæq; Tribus illis persolueret decimas qui sęcum erant. nam ut sup. dixit, nō accipiebāt filij Leui decimas, nisi ab his pro quib. offerebant preces & sacrificia. Hoc ēt clarum vr̄ quod non habuerint aliam partem in tribubus nisi domos ad habitandū, in quib. ēt decimas perciperent ex uerbis Moysi, Deut. 13. ubi præcipitur Leuitis soluere decimam, quia non hn̄t aliā partem in possessione. & bis hoc ibi repetitur. Præterea eadem verba posuit Moyses Deut. 12. ubi dicit Leuites qui in vestris vrbib. commorantur, nec. n. habent aliam partem & possessionem inter uos. & Deut. 18. dicit de primitijs, si exierit Leuites de una urbium tuarum & contra partem ciborum eādē accipiet quam & cæteri, excepto eo quod in urbe sua ex paterna ei succesione debetur. Vnde uidetur dicendum ex præmissis, quæ uidentur aliqualiter aduersari, quod uerū est quod in diuisione terræ promissionis non debuerunt partē petere uel habere Leuitæ cum alijs tribub. sed pro parte sua decimis debuerunt stare contenti, Si tn̄ offerrebatur, uel dabatnr alio iusto titulo, bene poterant recipere & possessiones habere. quomodo. n. aliter intelligeretur quod supra dr̄, exeepto eo quod in urbe sua, ex paterna ei succesione debetur. Qm̄o ēt aliter sane posset intelligi quod scribitur Leuitici ult ꝙ ad iudicium secerdotis æstimationē soluat, qui Deo spoponderit aīam suam si non pōt soluere precium ibi taxatum. Quomodo etiam sane posset intelligi alio modo, quod qui uouerit animal immundum, quod immolari nō potest statuto precio per sacerdotem, si is qui offerre uoluerit animal addet super æstimationē quintam partem, & sic de domo & de agro, uel alia possessione. dicitur. n. ibi, possessio cō secrata ad ius pertinet sacerdotū. & infra, oēs decimæ terrę, siue de frugib. siue de pomis arborū Domini sunt & illi sanctificati. Si quis aūt uoluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum omnium decimarū. Et sic patet ex prædictis ꝙ ea quæ offerebantur, uel iusto pretio donabantur, licite recipere poterant & habere. Nec obstat quod dicatur duo inesse præcepta, unum affirmatiuum, aliud negatiuum, affirmatiuum uidelicet de decimis soluendis, negatiuum autem de possessionibus non habēdis. & quod affirmatiuum obligat semper, sed non ad semper, negatiuum uero obligat semper & ad semper, quia bene confiteor regulam esse ueram, nego tn̄ hoc esse de illis præceptis negatiuis, quę obligant semper & ad semper, sicut sunt pertinentia ad naturales mores, sicut circa Deum siue circa proximū, ut nō hēbis Deos alienos, uel non occides & similia, de quib. Exo. 20. Præterea nec ēt regula est ita pertinaeiter intelligenda, qn ex diuina dispensatioue licitū posit esse contrariū, sicut clarissime patet de præcepto, nō occides ꝯ quod tn̄ toties ex diuina dispensatione licite agitur, quoties iuste & rationabilr̄ occiditur malefactor. 23. qō. 5. per totum, ut sup. diximus. Et notandum quod præcepta pertinētia ad diuinitatē in eo qđ sunt moralia, sunt indispensabilia ēt per ipsum Deum, quia dispensare ꝯ talia esset dispensare contra seipsum Deū, & dispēsare ꝯ seipsum, esset se ipsum priuare diuinitate & gloria diuinitatis suæ, quod est imposibile & absurdisimū. Vnde indispēsabile est, nō hēbis Deos alienos, Nō assumes nomen Domini Dei tui in uanum, & in eo, ꝙ est morale sanctificare diem septimum. nā licet sit facta immutatio eius ꝙ est cerimoniale s. diei sabbati, non tn̄ est facta dispensatio eius ꝙ est morale, s. sanctificare, nam non sanctificare esset contra Deum de directo, qui Sanctus sanctorum est, sanctificās omnes sanctos, immo solus Deus est principaliter & per se ipsa sanctitas in abstracto. Vnde Leuitici 20. dicit Dn̄s, Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus sum. Dn̄s Deus vester & ĩ. Eritis sancti mihi, quia sanctus sum ego Dn̄s & separaui uos a cęteris populis vt essetis mei, & Leu. 19. dicit. Sācti estote quia ego sanctus sum. & Leu. 21. in fine dicit, Ego Dn̄s qui sanctifico eos. Leui. 22. silr̄ dicit ante medium & in fine cap. Quæ autem sunt ad hominem pertinentia, siue sint affirmatiua siue negatiua, bene sunt dispensabilia, vt dicit Bernardus in tractatu de dispensatione & præcepto. & D. Bonauē. in primo sent. dist. 47. problemate. 4. similia tangit & decidit dum quærit, vtrū Deus possit mala percipere. & determinat ꝙ id qđ est malum in se & sm̄ se, prout est deordinatio de directo ꝯ Dn̄m, id non pōt Deus præcipere, & sic nec dispensare sm̄ id ꝙ est malum in se, sed non secundum se, prout deordinatio ꝯ proximum, hoc bene pōt Deus præcipere, & sic per ꝯn̄s dispensare. patet aūt per negatiuum de quo loquimur, videlicet in terra eorū nihil possidebitis &c. ut sup. nec morale est qa nihil possidere vel nihil habere, ad mores de nęcessario non concludit, nec hoc ad hominū pertinet sed ad seipsum non habentem uel saltem ad proximū, vt quod non habenti deest accrescat hn̄ti, ergo ꝯ dixit Dn̄s Num. 35. ipse quoq; vrbes, quæ dabuntur ex possessionib. filiorum Israel. ab ijs qui plus hn̄t plures auferentur, & qui minus pauciores, singuli iuxta mensuram hęreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Et fic patet ꝙ tale negatiuum non habet ꝑpetuā prohibitionpm. cv ēt Leuit. 25. scribatur. Aedes Leuitarum quæ in urbib. sunt semper pn̄t redimi, si redempræ, non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbiū Leuiticarū, pro possessionib. sunt inter filios Israel, suburba- 75 na aūt eorū nō vęneāt, qa possessio sempiterna est. † Ex quo pater non strictum nec pręcisum vel incommutabile fuisse præceptum qđ solis decimis perpetuo deberent esse cōtenti & amplius nihil hērent, ꝙ ēt tp̄e Neemię satis legimus fuisse mutatū Neemię 10. siue. 2. Esd. 10. ibi, fortes ergo misimus super oblationem lignorum inter sacerdotes & Leuitas, & populos vt inferentur in domum Dei nostri. & ĩ. Et vt offerremus primogenita terre nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, & primitiua filiorū nostrorū, & pecorū & primitiua bouū nostrorū, & ouium nostrarū vt offerentur in domo Dei nostri sacerdotibus qui ministrāt in domo Dei nr̄i. & ĩ. Et decimā partem terrę nostræ Leuitis, ipsi Leuitæ decimas accipiant ex oībus ciuitatibus operum nostrorum erit aūt sacerdos filius Aaron cū Leuitis in decimis Leuitarū, & Leuitæ offerent decimam partē decīmæ suæ in domo Dei nostri ad gazophilatiū in do. & c. Ex quib. verbis patet ꝙ decimas soluebant non solum prædiales, sed ēt personales & mixtas, nec non & primitias oīs laboris eorum. de quibus satis expeditum est hodie extra de decimis. c. ad Apostolicæ, & c. pastoralis. & c. commissum. & c. cū sint homines, & c. tua nobis, cū multis concordantiis decretorū & decretaliū, vi. & clementinarum, Pro pn̄ti aūt sufficiat enodare ꝙ ēt Leuiticis licuit hēre possessiones, modis sup. dictis, sicut, & hodie, videlicet clericis & sacerdotibus nostri tp̄is. Præterea hoc fortius comprobatur. 1 Paralib. 6. c. vbi filiis Leui, & Aaron, cōnsignatæ fuerunt vrbes & suburbana quæ eis sorte contingerunt, dederunt quoque filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana eorum, dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda &c. ibi satis. Præterea recensuit Dauid familias Leuitici generis & electis principibus ait, Vos qui estis Principes familiarum Leuiticarum sanctificamini cum fratribus vestris & afferte arcam Domini Dei Israel, ordinauitq; constitui cantores in organis musicorum na. videlicet & liris & cimbalis vt resonarent in excelsum sonitus letitię, de quo satis habetur primo, Paral, 15. & 16. capit. Salomone quoque Rege coronato, per patrem numerati sunt Leuitæ a viginti annis & supra, & inuenti sunt trigintaocto milia virorum 76 primo. Paralip. 23 & succesiue. † Adueniente quoque tempore Ezechiæ regis, renouatoque solemniter celebri cultu diuinæ laudis & solemnitate Pascali, demolitisque simulacris idolisque confractis, præcepit Ezechias rex populo habitantium Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus, & Leuitis ut possent uacare legi Domini. quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulerunt primitias filii Israel, frumenti vini & olei mellis quoque, & omnium quæ gignit humus decimas obtulerunt. Sed & filii Israel & Iuda qui habitabant in urbibus Iuda obtulerūt de decimas bouum & ouium, decimasque sanctorum quæ nouerant Domino Deo suo, atque vniuersa portantes fece- runt

runt aceruos plurimos, ſecundo Paralip. 31. & infra, Diſpoſiti erant viri qui partes diſtribuerent vniuerſo ſexui maſculino de ſacerdotib. & Leuitis. Ex quib. ēt patet triplices prædictas decimas atq; primitias & oblationes fuiſſe ſolutas, & ſic plura quàm decimas habuerunt. Commendatur ēt Tobias q ēt in captiuitate detentus omnia primitiua ſua & decimas ſuas fideliter offerebat. Tob. 1. c. Ad hoc ēt exhortatur filius Sirach dicēs Eccl. 35. bono animo gloriam redde Deo & nō minuas primitias manuum tuarum, in omni dato hilarem fac vultum tuum & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Præterea licet primitias & decimas Dominus etiam ſe req-ſiturū diceret, Ezechiel 28. & licet ipſe Ezechiel referat verba Dñi, Ezech. 54. dicens non erit aūt eis hæreditas, ego hr̄ditas eorū, & poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael, ego n. ſum poſſeſſio eorum, victimam & pro peccato & pro delicto ipſi comedent & omne votum Iſrael ipſorum erit & primitiua omnium primogenitorum & omnia libamenta ex omnib. quæ offeruntur ſacerdotum erunt. & primitiua ciborum veſtrorū dabitis ſacerdoti vt reponat benedictionē domui ſuę attamen ſatis in ſubſequentib. vltra prædicta ex diuina reue-

77 latione ſubinfert ampliando dicens, Ezech. 25. †Cumq. cœperitis terram diuidere ſortito ſeparate primitias Dño ſanctificatū de terra, longitudine 25. milliaria, & latitudine decem milliaria, ſanctificatum erit in omni termino eius per circuitum & erit ex ex omni parte ſanctificatum quingētos per quingentos quadrifariam per circuitum & quinquaginta cubitis in ſuburbana eius per girum & a menſura iſta mēſurabis longitudinem vigintiquinque millium & latitudinem decem millium, & in ipſo erit templum ſanctumq. ſanctorum ſanctificatum de terra erit ſacerdotib. miniſtris ſanctuarij qui accedunt ad miniſterium Domini, & erit ei locus in domo ſanctuarium ſanctitatis. 25. autem millia longitudinis & decē millia latitudinis, Leuitæ qui miniſtrant domui ipſi poſſidebunt gazophilatia viginti & poſſeſſiones ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinque millia ſecūdum ſeparationem ſanctuarij omni domui Iſrael Principi quoque hinc & inde &c. Patet igitur expreſſiſſime, ꝙ alia quam decimas habuerunt, quod ēt obſeruatum eſt tempore Machabeorum, ut habetur primo Machab. 10.

78 †vbi etiam ſtatutum eſt tributa dari ſacerdotibus per regē Demetrium, qui in ſua epiſt. dixit, & Hieruſalē ſit ſancta & libera cum finibus ſuis & decimæ & tributa ipſius ſunt. rē ēt poteſtatem arcis quæ eſt in Hieruſalem & do eā ſummo ſacerdoti ut conſtituat in ea uiros quoſcunque ipſe elegerit, q cuſtodiant eam. & infra, & tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudęæ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur vt ſint ſub uno & nō obediant alij poteſtati niſi ſummi ſacerdotis. Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum ſanctis qui ſunt in Hieruſalem ad neceſſarios ſumptus ſanctorum, & ego ſingulis annis dabo quindecim millia ſiclorum argenti de rōnibus regis quæ me contingunt. & ſuper hæc quinque millia ſiclorum argenti quæ accipiebant de ſanctorum rōne, per ſingulos annos, & hæc ad ſacerdotes pertineant qui miniſterio funguntur &c. Hæc autē promiſſio facta eſt Ionathe ſummo ſacerdoti qui non ob hoc tenuit ꝙ ſibi non liceret accipere, ſed quia non confidens de Demetrio adhæſit Alexan. de quo plene confidebat, obediebant tamen Ionathe et ſuis determinationibus annuebant. 1. Machab. 11. & 12. Cum igitē tale negatiuum, ut aſſeritur præceptum, ſi præceptum dici debet uideatur pluries immutatum, affirmatiuum uero ſtabile perſeueret cum nuſquam inuenies reuocatum. ergo qđ non mutatur cur ſtare prohibetur. C de teſtam. l. ſancimus, et C. de appell. al. præcipimus. Quinimo cum Chriſtus dicat, Non ueni legem ſoluere, ſed adimplere, Mat. 5. Quare igitur etiam hodie excuſari poſſint qui decimas non exoluunt, licet clerici poſſeſſiones obtineāt quib. ēt hodie id moraliter prohibetur, quod et Leuiticis conſtat prohibitum extitiſſe, .ſ. auaritia, cupiditas, uel inhiatio ad tēporales poſſeſſiones ampliandas. Præterea etiam hodie nullam immobilem poſſeſſionem obtinent abſolute tanquam propriā quæ ſit Eccleſiæ, cū nec faciliter a ſe ualeant abdicare. ext. de reb. Eccl. nō alie. c. nulli liceat. et per totū. et in c. 3. extr. de præb. Præterea

79 †cum quicquid eis ſupereſt ſit pauperibus erogandum, ut dicit Hieronymus ad Nepotianum, et hr̄ in decretis 92. qō. 2. c. aurum habet Eccl. et c. gloria Epiſcopi. et 16. q. 1. c. quoniam qcqd et ext. de deci. c. a nobis. 2. gl. et in rub. per Inno. et Ioā.

80 And. †qui affirmantes ēt perſonales decimas non eſſe ſoluēdas, iudicant hæreticos et inſanos, cū tot rōnib. et auctoritatib. tam ueteris q̄ noui teſti, necnon et ſanctorum patrum, talis ſententia fulciatur, nam cum Chriſtus dixiſſet Apoſtolis, Nolite poſſidere aurum nec argētum nec pecuniam, nec peram nec duas tunicas nec calciamenta nec uirgam. Matt. x. ſubiūxit tamē, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. quaſi uolens exprimere quod non intendebat vſum licitum rerū prohibere, ſed ne uerbum Dei vel ſpiritiuale miniſterium pecunia venderetur. Vnde mittens eos ad prædicandū, dixit, gra-

81 tis accepiſtis, gratis date, † ex quo Aug. ſuper Io. in uerbo, loculos habens, Ioan. 12. & 13. dicit Habebat Dñs loclos a fidelibus oblata conſeruans & ſuorū neceſſitatibus & alijs indigentibus tribuebat, tūc primum eccleſiaſtica pecuniæ forma eſt inſtituta, vt intelligeremus ꝙ præcepit non eſſe cogitandum de craſtino, non ad hoc eſſe præceptum vt nihil pecunię ſeruetur a ſanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur, ꝙ ēt habetur, in Decretis 12. q. 1. habebat. & Apoſtolus dicit 1. ad Corint. 9. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam & infra. Si nos vobis ſpirituali ſeminamus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus & infra Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur quę de

82 ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſeruiunt cum altario participant &c. Ecce & nunc ſimiliter cum Leuiticis prouocātibus iudicabimur eſſe traſgreſſi, ſed meo iudicio nō ſumus de impertinentibus concertati, ſed nec dum Moyſen ſummum patrem quaſi nauſeati ſuperfluis relinquamus, cui ēt filii Iſrael dicebant, tibi Domino noſtro præcepit Deus vt terram ſorte diuideres filijs Iſrael, Num. ult. Cumque cōſpi-

83 ceret ſe morti iam fore vicinum epilogum legis repetēs & nonnulla ſubiungens aduentumq; Chriſti prænuncians, & legem euangelicum pręfigurans, cum pędixiſſet comedetis ueruſtiſſima veterū & ſtetera nouis ſuperuenientibus

83 proiicietis. Leui. 26. † Tandem ad finem uſq; propinquans quaſi teſtamentum pro futuro regimine texens dicebat populo Iſrael. Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſnaguinem & ſanguinem, cām & cauſam lepram & lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locū quē elegerit Dñs Deus tuus, veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis & ad iudices q fuerint illo tempore quæresq; ab eis qui iudicabunt tibi iudicii veritatem & facies quodcunq; dixerint q præſunt loco quem elegerit Dñs & docuerint te iuxta legē eius, ſequeris ſniām eorum, nec declinabis ad dexteram vel ad ſiniſtrā

84 †qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tpe miniſtre Dño Deo tuo & decreto iudicis, morietur homo ille & auferēs malum de Iſrael cunctuſque populus audiēs timebit vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia &c. Deuter. 17. & tranſumptiue in c. per uenerabilē. §. rōnib q filii ſint leg. ubi Innoc. III. in fi. §. dicit, ſane cū Deuteronomium lex ſecunda interpretetur ex ui uocabuli cōprobat ut quod ibi decernitur ī nouo teſtō debeat obſeruari, locus .n. quem elegit. Dñs, Apoſtolica ſedes eſſe cognoſcit & pſequit auctoritatē præfatam tā Petro quam ſucceſſorib. ſummus Romanis pontificibus attributā. plurima conneximus in hoc. 15. argumento, ex quibus prolixior a delicioſis Lectorib. iudicabor, mihi autem tanquam rudi talis prolixitas p mea intelligētia neceſſaria iudicatnr, iam tn̄ expeditius ad

85 ulteriora procedere non deſiſtā. Decimo ſeptimo †probatur ex continuatione ſacerdotij poſt Moiſen, cui de Chriſto reuelatum extitit prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum, ſuorum ſimilem tui, hoc eſt ſecundum ueritatem humanitatis, & ponam verba mea in ore eius, loquēturq; ad eos oīa q̄ pcepero illi, q aūt verba eius quæ loquet in noīe meo audire noluerit, ego ultor exiſtā. Deuter. 18. q̄ pphetia licet quodammō poſſit intelligi de Ioſue diſcipulo & ſucceſſore Moiſi q introduxerat filios Iſrael interfectis xxxj. regib. Ioſue. 12. q ēt conſignauit vrbes & ſuburbana Leuitis de poſſeſſionib. filiorū Iſrael ciuitates. 48. cum ſuburbanis ſuis per familias, diſtributas. Ioſ. 21. poſt mortem vero Ioſue. tpe iudicum cū ſatis impugnarentur filii Iſrael a Philiſtinis, ſurrexit Gedeon cū virtute magna & percuſſit Madiā victoria magna nimis cū ccc. viris. Madiā aūt & Amalech, & oēs orientales populi fuſi iacebant in ualle vt locuſtarum multitudo, immiſitque Dñs gladium ſuum & Gedeonis in oībus caſtris & mutua ſe cæde truncabant. iudic. 7. poſt modun ſurrexit Sanſon qui dictus eſt Nazarenus ex vtero matris nunciatus ab Angelo Dñi, Iudic. 13. q multas ſtrages de Philiſtinis exercuit, & tandē captus ab eis atq; deceptus a Dalida, & obcæcatus orans ad Dñm exauditus eſt, plures occidit moriens quam ante viuus occiderit iudicauitq. Iſrael xx. annis. iudic. 17. poſt quem ſurrexit Micas, qui ſacerdotium Leuitici generis releuauit. & cū nō hērent regem Iſrael, ſed unuſquiſq. ꝙ ſibi rectum videbatur agebat, pugnaſſentq; vndecim Trib. ꝯ unam, ſ. Beniamin pro peccato commiſſo ꝯ uxorem cuiuſdam Leuitici generis, mortui fuerunt omnibus computatis circa xc. milia perſonarum, Iudic. 19. vſq: ad finem libri, & ſic Trib. Beniamin quaſi tota deleta fuit. Iudic. ultimo. Per aliquod temporis interuallum ſubcreſcentibus Eli & filiis ſuis Offini et

86 Finees, qui erant ſacerdotes Dñi †placuit Altiſsimo educere Samuelem prophetam magnum et ſanctum ſacerdotem, indignatus eſt autem Dñs contra Eli et filios ſuos q omnes vna

vna die pariter corruerunt, & ait Dominus, ſuſcitab o mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meā faciat. 1. Reg. 2. quod licet de Samuele intelligeretur ad literam, antonomaſtice. tn̄ de Chriſto Ieſu conuenientius explanatur. Samuel tn̄ cunctis diebus vitæ ſuæ Iſraeliticum, populum iudicauit 1. Reg. 7. Cunque tenuiſſet iudices populi filios inſtituit, quib. recuſatis populus regem petit. 1. Reg. 8. Samuel aūt ex uerbo dñi corexit Saul, Regem Iſrael, qui fuit primus Rex unctus in Iſrael. 1. Reg. 9. & 10. poſt quē fuit unctus Dauid etiā a Samuele. 1. Reg. 16. & poſt Dauid Salmon reſtauratumq; eſt ſacerdotium tempore Dauid regis, & ampliatus cultus tempore Salomonis qui fuit primus, q ædificauit templum. 2. Reg. 7. & ſic ſucceſſiue de tpe in tps & in dies ſacerdotium ſubleuatum eſt & continuatum vſq; ad Chriſtum, licet multotiens fluctuaſſet, nunquam tn̄ omnino deperiit. promiſerit enim Dominus Dauid & per ſemetipſum iurauerat de fructu ventris ſui ponere ſuper ſedē ſuā Pſalm. 131. Iurauit Dñs Dauid veritatem & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam. cum igitur virgo bn̄dicta Maria, mater Ieſu, de ſtirpe Dauid, ori-

87 ginem traxerit †Chriſtuſq; Dei filius ſpiritus-ſancti flamine conceptus de uirginis vtero natus ſit. Luc. 1. & 2. & conſtat expreſſe de Chriſto pędictum poni ſuper ſedem Dei, cū verus ipſe ſit Deus & verus homo de regia ſtirpe Dauidica pdiēs & de ſacerdotali genere deriuatus, vt ex genealogia Matth. 1. & Lu. 3. collecta monſtratur. ex quo patet expreſſe. Chriſtum Ieſum ſummum ſacerdotem ſummumq; regē veraciſſime comprobari. 16. diſt. Dominus noſter Ieſus Chriſtus. ibi ſicut ille uerus eſt pontifex, & ibi, ex illa aūt progenie. ſ. Dauid, origo ducit Chriſti, qui uerus ſacerdos eſt utriuſq; ſi quidem geſſit officium, Regis videlicet & pontificis. 2. q. 7. §. ecce. & §. his ita, dicit n. textus in ca. teſtes. §. ecce. uerſ. Chriſtus qui erat paſtor paſtorum &c. & eadem cau. & q. c. nos ſi incompetenter. §. cum Dauid, dicit tex. Sed notādū eſt ꝙ duæ ſunt perſonę quib. mundus iſte regitur, Regalis videlicet & ſacerdotalis, ſicut Reges præſunt in cauſis ſeculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei. & infra, unde Reges a prophetis & ſacerdotibus ungebantur &c, & Gloſ. dicit in c. cum ad verum. 96.

88 diſt. †qui Chriſtus aliqua geſſit tanquā imperator puta cum eiecit de templo, & c, 2. q. 7. accuſatio, & cum coronam deſpinis portauit ꝙ eſt ſignum Regni. 11. q. 1. duo. & glo. ſequens, per modum oppoſitionis in eo ꝙ tex. Nic. papæ dicit, quoniā idem mediator Dei & hominū homo Chriſtus Ieſus Actib. propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſq; propria diſcreuit. dicit gloſ immo videtur contra ꝙ non diſcreuit ſed confudit, cū ipſe vnus & idē vtrunq; officiū geſſerit. ſed dic ꝙ ipſe ideo utrunq; officium geſſit per ſe, ut notaretur ꝙ ex eodē fonte proceſſertū, diſt. 21. cleros, nā dicit lex ꝙ ſumma dona a Deo nobis conceſſa ſunt. ſ. ſacerdotium & imperium. in Auth. quō opor. Epiſ. in prin. colla. 3. nos aūt dicimus Chriſtū ſe pluries geſſiſſe p rege vel imperatore & pō-

89 tifice. Primo †nanq; tanq̄ Rex regum, & ſic tanq̄ Imperator adoratus eſt a Regibus Magis, qui venerunt ab oriēte quærētes vbi natus eſſet Rex Iudæorum, quem ſub micantis & fulgidiſſimę ſtellæ ſigno mirabili præcognouerant eſſe natum, cui reperto nedum tanquam Regi aurum exibent pro corona, verum etiam tanquam pontifici thus offerunt cum mirra pro perpetua incorruptione ſeruanda, vt ſatis hr̄ Matth. 2. de quo prædictum erat in Pſ. 71. Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuā filio Regis, & infra, Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent & licet Hebræi Pſal. intelligant pro Salomone Rege, Dauid Regis filio, attamen anthonomaſice, & anagogicè, de Chri-

90 ſto ſumitur, cum nec ad literam de Salomone poſſit intelligi, quod in eodem Pſal. ſcribitur, & permanebit cum ſole & ante lunam in generatione & generationem, non n. Salmō permanet cum prædictis in generatione & generationē ſed Chriſtus Ieſus, creator ſolis & lunæ & omnium creaturarū, tanquam uerus Deus, qui pro tempore humanatus, homo factus eſt ex Virgine benedicta, & ex runc permanet cum ſole, ſ. ſummo pontifice, & ante lunam, ſ. Eccleſiam in qua ēt Imperatores & Reges atque ſummus ipſe pontifex tāquam ſolare caput cum omnibus membris ſub diuerſis gradibus, tanquam variis, & diuerſimode refulgentibus ſtellis in firmamento cœli, quæ a plenitudine ſolaris luminis illuſtrantē quęlibet pro ſuo captu, vt ſicut omnia in cœlis refulgentia participant de ſpendore ſolari, ita in eccleſia militante ſub figurato ſole Romano pontifice, oīa membra iuſte rationabiliteq; ſuppoſita de plenitudine poteſtatis eius accipiāt pro ſalute & ſicut ſol. in creatus Dei filius nobis ortus in plenitudine tpis angelicam, & humanam naturam exornat atq; in Eccleſia triumpbāte ſublimat & homines tm̄ in eccleſia militante decorat, quorum ſanitas ſaluſque tota cōſiſtit & gloria in merito crucis eius, iuxta vaticinium Malach. 4. deſcriptum ex parte Dei dicentis, orietur vobis timentibus nomē meum ſol iuſtitiæ & ſanitas in pennis eius. ita ſub miſtico intellectu & figura ſolari omnes Chriſti milites ſacris pedib. ſummi Pontificis incuruentur & flexis poplitib. ēt Imperatores & reges & principes ac vniuerſi Chriſti fideles ob reuerentiam, & deuotionis cultum ueri Dei & hoīs, quem nobis antonomaſice repreſentat in terris, adoratione debita proſequantur, iuxta no. in c. ſolitæ. de maio. & obed. & in c. Romani. de iureiur. in cle. & in c. venerabilem, ext. de elec. & facit

91 2. q. 7. nos ſi incompetenter. §. item cum Dauid † & ſic bene intelligitur ad propoſitum, quod Chriſtus promiſit dicens, Matth. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. & in fine dicit, & ego vobiſcum ſum omnib. diebus vſque ad conſummationem ſeculi. q. d. non videatur vobis difficile quod iubeo, qa paratus ſum ad vos iuuandum, pſalm. 9. & factus eſt Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. item ad protegendum Ezech. 33. protegam te dextera mea, pſal. 90. Qui habitat in adiutorio Altiſſimi &c. uſque ad finem. item ad cōſolandum Ier. 31. exultate in lætitia Iacob & himnite contra caput gentiū, perſonate, canite & dicite, ſalua Domine populum tuum. & inf. & conuertam luctum eorum in gaudium et cōſolabor eos et lætificabo a dolore ſuo et inebriabo animam ſacerdotum pinguedine, et populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus, Qūo n. verificari poteſt de Salomone quod nec adimpletum extitit ſuo tpe, nec adimplendum cenſeri valeat in futurum, non. n. ipſe deſcendit ſicut pluuia in uellus, ſed Chriſtus figuratus in Vellere Gedeonis, Iudic. 6. Nec Salomon dominatus eſt a mari uſque ad mare, et a flumine vſque ad terminos orbis terrarum, ſed Chriſtus Ieſus, verus Deus et homo, qui tanquam verus Deus uniuerſorum, oīa quæcunque uoluit fecit in cœlo & in terra, in mari, & in oībus abiſſis, & dominatur vbique ſemper & regnat in ſecula, coram quo ad iudicium veniente procident Ethiopes & inimici eius terram lingent, vt ſicut nos hodie de populo gentili progeniti ex cordiali deuotione affectuque beniuolo cupimus terrā lingere in ſacratiſſimis locis, in quib. propter noſtrā ſalutē paſſionem pertulit tanq̄ homo, ita in illo finali iudicio, velint nolint, oēs inimici eius humiliabuntur ad lingēdum terram & in inferno recluſi oēs terræ ſpurcitias atq; fæces bibent oēs peccatores terræ, & tunc adorabunt eū oēs Reges terræ, oēs gentes ſeruient ei, aliqui in vitam ęternam,

92 aliqui in opprobrium, ut uideantur ſemper, Dan. 12. †Qūo ēt de Salomone verum eſt dicere, ſit nomen eius benedictū in ſecula, cum multi dicant, ipſum a Deo maledictum, ꝙ æternaliter ſit damnatus, cum quaſi Reginas ſeptingentas & cōcubinas trecentas habuerit, cumque iam eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos & ſic abnegato vero Deo coluit idola Moabitarum & Ammonitarum, ędificauitq; templa Dijs alienis alienigenarum mulierum obcæcatus amore, ut patet 3. Reg. 11. c. & de pœ. diſt. 2. ſi enim inquit. & 3. q. 7. item in Euangelio. & licet gloſ. Ezech. 14. videatur velle, ipſum pęnitentiam egiſſe, quod ēt ipſe nititur probare oris proprij teſtimonio, præſupponens poſt peccatum compoſuiſſe prouerbia, in quibus dixerit, nouiſſime ego egi pęnitentiam & reſpexi ut eligerem diſciplinam. quod tn̄ in tranſlatione Hier. non hr̄, nec authenticū eſt quod Sapientiales libros poſt idolatriam cōpoſuerit. qđ ſi eſſet, adhuc reſtaret dubium de ſalute, cum non pœnitentia fruſtratoria, ſed uera ſalutem afferat pęnitenti. non tn̄ dr̄ uera, ſi non ſequitur effectus ſatisfactionis, cum habilitas ineſt, qui per Salomonem ſecutus non extitit, nam ſi fructus pœnitentiæ dignos egiſſet, ſategiſſet utique ante oīa, ut idola q̄ fecerat de ciuitate ſancta deleret, & non inſtultorum & ſimpliciū ſcandalum reliquiſſet, ut dicit Beda ſup. 3. Regu. 29. c. & quia de ſcripturis ſacris certa veritas haberi non pōt an ſaluus ſit, ut ſatis pro & cōtra, doct. tractant, 32. q. 4. Salomō. ideo licet cuique tenere quodlibet, ut dicit Inno. in c. ne innitaris. extra de conſtit. et Hug. et Arch. in d. c. Salomon, dn̄t quod incertum eſt an Salomon pœnituerit licet hoc quędā apocriphæ ſcripturæ teſtentur. credo igitur Bedam uerius dicere, ſcilicet quod Salomon uerus pęnitens non deceſſerit. ad quod ſatis uidetur facere uerbum Chriſti dicentis. Matt. ſexto conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborāt nec nent. dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis, † lilia namque florentia pro tempore malos ſignificant, quorum ſex folia tanquam lilii ſunt ſex proſperitates eorum, uidelicet prima potentia, ſecunda opulentia, tertia ſętulentia, quarta confidentia, quinta ſanitas, ſexta uoluptas. de his omnib. Iob. 21. concludit dicens, Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt? quaſi dicat, ſublimati ſunt potentia et honore. Pro prima, proſperitate ſequitur, confortatique diuitiis. ecce ſecunda, ſcilicet opulentia rerum ſiue diuitiarum abundātia. ſequtur,

ſem en eorum permanet coram eis propinquorum turba, & n epotū in conſpectu eorum. ecce tertia. ſ. fętulentia ſiue prolis fœcunditas. ſequitur, domus eorū ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt uirga Dei ſuper illos. ecce quarta, ſ. confidentia ſiue pax exterior & tranquillitas ab aduerſis cum abundantia terrenorum. ex quo ſubiungit, bos eorum concepit & nō abortiuit, uacca peperit & non eſt priuata fœtu ſuo. hoc etiam poteſt ad fertilitatem referri. ſequitur, egrediuntur quaſi Reges paruuli eorum & infantes eorum exultant luſibus. ecce quinta, ſ. ſanitas corporis in domibus impiorum. ſequitur, tenent timpanum & citharam & gaudēt ad ſonitum organi, ecce ſexta, ſ. voluptas ſenſuum ex huiuſmodi proſperitatib. accumulata reſultans. Sed quam ſit periculoſum, q̃ve damnoſum in talibus delectari, oſtendit cum ſubdit, ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendūt, qui dixerūt Deo, recede a nobis, ſciētiam viarum tuarum nolumus, quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei. Certe de talib. Salomō fuiſſe perhibetur, cuius gloria lilio comparatur. lilij namq; gloria cito decidit, & quaſi fœnum cito areſcit, & in clibanum mittitur. veh igitur Salomoni, ſi talis extitit eius gloria, ergo non eſt nomen eius benedictum in ſecula, nec ante ſolem permanet nomen eius, cum poſt ſolem fuerit per multa temporum curricula generatus. Nō ergo de Salomone, ſed de Chriſto ſumi conuenit, cui nomen æternum, ſicut dixit, æternus eſt. Exo. 3. Ego ſum qui ſum, hoc nomē mihi in æternum. Neque in Salomone benedictæ ſunt aut benedicentur omnes Tribus terræ, ſed in Chriſto Ieſu Dn̄o nr̄o, ſicut ēt prędictum fuerat Abrahæ, Gen. 22. & in ſemine tuo benedicent omnes gentes. quod declarans Apoſt. ad Gal. 3. ſic inquit, nō dicit & ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus, ergo de regno Chriſti prænunciabat Pſ. præfatus, non de Salomone, cum Chriſtus plusq̃ Salomon ſit, ut ipſe teſtatur. Math. 12. dicens, Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit a finib. terræ audire ſapientiam Salomonis, & ecce plusq̃ Salomon hic. Salomon namq; interpretatur pacificus, ex quo Chriſtum ſignificat, qui rex pacificus & manſuetus tanquā pauper & humilis ſuper aſinam & pullum eius voluit ęquitare, ut adimpleretur prophetia deſcripta Zachar. 9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem, ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendēs ſuper aſinam & ſuper pullum filium aſinæ.

94 Secundo † tanquam Rex bina uice templum expurgauit, uidelicet quando ſuper aſinam, & pullum equitans ingreſſus eſt Ieruſalem, ut ſcriptū eſt Mat. 21. ibi, hoc autem totum factum eſt ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem, Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus uenit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinā & pullū filium ſubiugalis. Cui hiſtoriæ Marc. ſuppleuit, turbas dixiſſe, Oſanna, b. q. v. in n. Domini, benedictū quod uenit regnū patris noſtri Dauid Oſanna in excelſis. Mar. 2. Lucas aūt expſſius proteſtatur, turbas dixiſſe, Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis. Luc. 19. Io. etiā dicit turbas clamaſſe, Oſanna. i. ſalua nos, b. q. ve. in n. D. Rex Iſrael, Io. 12. Cū igitur intraſſet in templū Dn̄i, eiecit omnes vendentes & ementes de templo, & menſas nūmulariorum & cathedras vendētium colūbas euertit. vbi Hieron. dicit. Pleriq; arbitrantur maximum eſſe ſignorum ꝙ Lazarus ſuſcitatus eſt, quia cæcus ex vtero, lumē acceperit, mihi inter omnia ſigna quæ fecit, hoc euidetur ēt mirabile quod vnus homo & illo tempore contemptibilis Scribis & Phariſęis, contra ſe ſeuientibus luce ſua deſtruere potuerit ad unius flagelli verbera, tantam eiicere multitudinem, menſaſque ſubuertere, & talia facere quę inuictus non feciſſet exercitus, Igneum enim quiddā radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie. Alia vice, ſcribit Ioānes, ſimile feciſſe primo anno, quo cęperit prædicare, cū Idē ſcribit, ꝙ aqua factum viuum, fuit initium ſignorū, poſt hæc deſcendit Capharnaum ipſe & mater eius fratres & diſcipuli eius, & ibi māſerūt non multis dieb. & prope erat paſcha Iudęorū, & aſcendit Ieſus Ieruſalem, & inuenit in tēplo vendentes boues & oues & columbas & nūmularios ſedētes, & cū feciſſet quaſi flagellū de funiculis, oēs eiecit de templo oues quoq; & boues & nummulariorū effudit mēſas & ſubvertit, & his, q colūbas vendebant dixit, Auferte iſta hinc & nolite facere domū patris mei, domum negociationis, Io. 2. Vnde ergo ſibi tāta audacia? vn̄ tāta ptās? vnde tanta auctoritas? vnde ve tanta præſumptio? vt in res alienas tanq̃ inſanus taliter inſiliret, niſi qa tanq̃ verus Rex, Imperator & Dominus imperiali faſtigio diſponebat tanq̃ de propriis. Io. 1. in propria uenit, & ſui eum non receperunt. Tertio tanq̃ Rex timebatur ab Herode, primo Rege in iudæa ſub imperio Ro. qua de re ſuſpicatus ſucceſſorem, occidi fecit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus, finibus eius a bimatu & infra, ſecūdum tempus quod exq̃ſierat a magis. Mat. 2.

95 Quarto † patet ex ordine Euangeliſtarum, quia ex regula, & ſacerdotali atque prophetali ſtirpe, in quantum homo, traxit originem. unde Auguſt. de concord. Euangeliſt. dixit, q͞a Chriſtus futurus erat Rex, propheta & ſacerdos, ideo diuina prouidentia factum eſt, vt tres Euangeliſtæ, qui Chriſtū, quantum ad humanam naturam aſſumptā notificare ſumpſerunt, hoc ordine inciperent, quia Matthæus incipit a ſemine regali, dicens, Liber generationis Ieſu Chriſti filii Dauid. & infra, Ieſſe autem genuit Dauid Regem, &c. Matth. 1. Marcus vero a vaticinio prophetali, dicens, Initium Euangelii Ieſu Chriſti filii Dei, ſicu t ſcriptum eſt in iſaia propheta, &c. Mar. 1. Lucas vero incipit a ſacrificio ſacerdotali, dicens, Fuit in diebus Herodis Regis Iudęæ ſacerdos quidā, nomine Zecharias de uice Abia, & vxor illius de filiab. Aaron & nomen illius Eliſabeth, &c. Luc. 1. Confirmatur ēt, nam Angelus apparens beatæ Virgini, tanquā paranimphus ſummi Regis, nuncians ſibi ſupremam ſalutationem & filii Dei proximam conceptionem dicit, Aue gratia plena, & infra, Ne timeas Maria inuc. n. g. a. Deum, ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabitur. n. e. Ie. h. e. m. & f. al. v. & dab. illi Dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Ecce quod ex tunc nunciatus eſt Rex ęternus, ſicut etiam prophetatū fuerat per Dauid, Pſal. 2. dicētem, Quare fremuerunt gentes. Et infra. Aſtierunt Reges terre. & infra in perſona Chriſti dicit Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. i. ſuper ſpeculationem omnis perfectæ ſanctitatis. Ex quo ſubdit prędicans præceptum eius, Dn̄s dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pater igit̄ ꝙ de filio Dei loquitur, de quo etiam ſubdit, Poſtula a me & d. t. g. hæ. & p. t. terræ. Reges eos in virga ferra. in iuſtitia & æquitate. & tanquam vas figuli confringes eos, ſ. ex contritione pœnitētes, & condemnatione impænitentes. Et vt oſtendat ꝙ talis de quo loquitur Deus, eſt Rex regum & Dn̄s dominantium commonet quoſcunq; Reges terrę dicens, Et nūc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrā. ſeruire Dn̄o in timore & exultate ei cum tremore, appræhendite diſciplinā, ne qn̄ iraſcat̄ Dn̄s, & pereatis de uia iuſta. cum exarſerit ī breui ira eius, beati oēs qui confidunt in eo i. in Chriſto Ieſu, Dn̄o noſtro.

96 Quinto † Regem ſe Chriſtus oſtendit in rn̄ſione quā facit Petro cum interrogauit eum dicēs, Quid tibi vr̄, Simō, Reges terræ, a quibus accipiunt tributum, vel cenſum, a filijs ſuis, an ab alienis, & ille dixit ab alienis. dixit Ieſus, ergo liberi ſunt filii, Matth. 17. ubi dicit Hierony. ꝙ Dn̄s noſter & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritū filius Regis erat, quia ſ͞m humanitatem ex Dauid ſtirpe erat, ſecundum diuinitatem vero Verbū eſt Dei patris omnipotētis. Confirmat̄ hoc ēt ex teſtimonio. Iſaiæ. 9. qui vtranq; Chriſti filiationem ſcribens ſane intelligendo pro Meſſia, dicit. Paruulus enim natus eſt bonis. ſ. ſecundum humanitatē. Sequitur, & filius datus eſt nob. ſ. ſecundum diuinitatem ad humanandum, pro noſtra ſalute ex quo ipſemet dicebat Ioā. 3. Sic. n. Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternā. Et infra vſq; ibi, quia non credit in noīe vnigeniti, filij Dei, &c. Sequitur in Iſaia, Et factus eſt principatus ſuper humerū eius. ſ. in cruce pēdentis ꝓ redemptione humani generis cōſummanda. † Et nota ſeptem miſteria in denominatione, quam nunciat propheta prædictus ſubdēs, Et uocabitur nomen eius admirabilis. ſ. ex ſua natiuitate quę non humano ſemine, ſed diuino flamine ex Maria virgine patuit euidenter, de qua reuelatum fuerat Achaz, Eſaiæ. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, ꝙ interpretatur nobiſcum Deus. quaſi dicat tūc Deus fiet homo, quod eſt primum miſterium. Sequitur in denominatione conſiliarius. ſ. in prædicatione, Alia translatio dicit, magni conſilii Angelus. ſ. officio, nō natura. Angelus. n. nūcius interpretatur. Nuncius itaq; Chriſtus factus eſt, cum Euangelium. i. bonum nuncium nobis explanat. Vnde cum Eſai. 40. c. ſcripſiſſet. Excicatum eſt fœnum, & cecidit flos, verbū aūt Dn̄i manet in ęternū. ſtatim ſubiunxit, ſuper montē excelſum aſcende tu, qui euangelizas Syon, exalta in fort. vo. t. qui euangelizas Ieruſalem. Et inf. Ecce Deus veſter, ecce Dn̄s Deus in fortitudine veniet & brachium eius dominabitur, brachium. n. Dei uerbum eſt patris, de quo beata Virgo dixit Eliſabeth. Magnificat anima mea Do. Luc. 1. Et ĩ. Fecit poten. in brac. ſuo. De Chriſti ēt p̄dicatione, Iſaiæ. 61. Spiritus Dn̄i ſuper me, eo, ꝙ vnxit me, ad annunciandum manſuetis miſit me. Alia tranſlatio dicit, euāgelizare pauperibus, &c. uſq;, & prædicarem annum placabilem domino. Ecce ſ͞m. Sequitur in demoniatione. Deus. ſ. in miraculorū ꝑpetratione, quia ſolus Deus miracula facit. de quo Iſaiæ. 35. Deus nr̄ ipſe ueniet & ſaluabit nos, tunc aperiētur oculi cęcorū, & aures ſurdorū patebūt, tūc ſaliet ſicut ceruus claudus, & diſerta

erit lingua mutorum. Ecce tertium. Sequitur in denominatione, fortis. ſ. in paſſione, de quo Iſaiæ 51. Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini, cui reuelatū eſt. & infra. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. & infra, Diſciplinam pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. & infra. Generationē eius quis enarrabit. ſ. ſecundum diuinitatem. Vnde ſequitur, q͞a abſciſſus eſt de terra uiuentium. & totum cap. de Chriſti paſſione proloquitur euidenter, in tantū ꝙ Hierony. dicit, Iſaiā Euangeliſtam, magis quam prophetam poſſe depingi, uel, ut proprius eius uerbis utar, ſicut in prologo dicit. de Iſaia etiā hoc adiiciendum eſt, quod non tam propheta dicendus ſit, quam Euangeliſta. Ecce quartum. ſequitur in denominatione, pater futuri ſeculi. ſ. in reſurrectione, de qua Sophon. 3. expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum. pſal. 3. Domine, quid multiplicati ſunt. Et infra in perſona Chriſti dicit, Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. Dicit igitur, pater futuri ſeculi, quia primus reſſurrexit glorificato corpore, poſt quem oēs quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, ut dicit Apoſt. 2. ad Corinth. 15. ecce quintum. Sequitur in denominatione, princeps pacis. ſ. in triumphali aſcenſione, propria uirtute, de qua prædictum fuerat per Dauid, pſalm. 67. Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius. & infra, currus Dei decem millib. multiplex millium lætantium, Dominus in eis in Synai in ſancto. i. aſſociatus multis millibus Angelorum, & huiuſmodi, quia molta corpora Sanctorum ſurrexerunt cum eo, & introierunt in ſanctam ciuitatem Ieruſalē. Mat. ult. Subdit pſal. aſcendiſtj in altum, cœpiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominib. Alia traslatio dicit, aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, utraque de Chriſto ſumitur euidenter. & ſic patet ſextum. ſequitur ſeptimum. ſ. imperium ſempiternū. Vnde dicit, multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis, ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia a modo, & uſq; in ſēpiternum. & ſic patet ſeptimum miſterium pro finali futuro iudicio & ſummo imperio ſempiterno. Sexto tanquam Rex ſuſceptus eſt in eo quod turbæ ſubmittebāt ueſtimenta ſua in uia, alii autem cædebant ramos de arboribus & ſubmittebant in uia, ut ſibi regiū oſtenderent famulatum, cum ciuitatem Ieruſalem introibat. Et hoc poſt ſuſcitationē Lazari, quod ſolus Ioannes exprimit, Io. 12. dicens, Teſtimoniū ergo. Et infra, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Septimo, tanquam Rex & Dominus in cœna ſe habuit circundatus diſcipulorum turba, ubi adimpleta eſt ſententia Iob, tāquam prophetice deſcripta, Iob 29. qui dicit, Cumque ſederem quaſi Rex, circumſtante exercitu, eram tamen męrentium conſolator. Et Iob 30. dicit, Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium, abominantur me, & longe fugiunt a me, & faciem meam conſpuere non verentur. In cœna etiam tanquam ſacerdos ſacrificās, & cōſecrans, ſacrificium ſemetipſum & hoſtiam offerens, pontifex Apoſtolos ſuos ſacerdotes inſtituens. Mat. 26. & Luc. 22. & ſupra tetigimus. Vnde colliguntur verſus.

Rex ſedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, ſe cibat ipſe cibus.

Gl. de conſ. di. 2. nec Moiſes. ad qd̄ 56. diſt. Dn̄s noſter. 93. diſt. Dn̄s nr̄. 96. diſ. cū ad verū. ext. de ſum. tri. c. 1. §. una uero. ibi, ſacerdos & ſacrificiū, Ieſus Chriſtus, &c.

98 † De pontificatu uero eius Paulus plene diſputat in epi. ad Heb 2. circa fi. ibi, Vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deū, ut repropitiaret delicta populi. & ad Heb. 3. dicit, Cōſiderate Apoſtolū. i. miſſum, & pontificē cōfeſſionis noſtræ Ieſū, & ad Heb. 4. Hn̄tes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cęlos, Ieſum Dei teneamus confeſſionem, nō enim habemus Pontificē, q nō poſſit cōpati infirmitatib. noſtris & c. Et ad Heb. 5. dicit, Omnis namq; Pontifex. Et infra, Nec quisq̃ ſumat ſibi honorē, ſed qui uocatur a Deo tanq̃ Aron. Sic & Chriſtus nō ſe ipſū clarificauit ut Pontifex fieret, ſed qui loquutus eſt ad eum, filius meus es tu, ego ho. ge te. Quemadmodum & alio loco dicit, Tu es ſacer. in æter. ſec. or. Mel. Et infra, Et quidē cū eſſet filius Dei. Et ĩ. Appellatus a Deo tanquā Pontifex iuxta ord. Mel. & ad Heb. 6. Præcurſor ꝓ nobis introiuit Ieſus. ſecūdum ord. Melchiſ. Pontifex factus in æternū. Et ad Heb. 7. de Melchiſedech diſputās ſubdit, Aſſimilatus autem filio Dei, qui manet ſacerdos in per petuum. Et infra, aſſerens ſ͞m ord. Melchiſ. & non ſ͞m ordinem Aaron futurum fuiſſe ſurgere ſacerdotes ſubdit, Manifeſtum eſt enim quod ex Iuda ortus ſit Dn̄s noſter, in qua Tribu nihil de ſacerdotibus Moiſes loquutus eſt. Et infra, Talis enim decebat, vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocēs, impollutus, ſegregatus a peccatorib. & excelſior cęlis factus. Et infra, Hoc. n. fecit ſemel offerēdo, ſe ipſum, lex. n. homines cōſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes, ſermo autem iuriſiurandi, qui poſt legem eſt, filium in æternum perfectum, Hoc dicit referens ſe ad prophetiā Dauid Pſ. 109. dixit Dominus, & inf. Ex utero ante luciferū, genui te. Iurauit Dominus & non pe. e. t. es ſ. in ær. ſe. or. Melchi. Et idem ad Heb. 8. dicit, talem habemus Pontificem, q conſedit in dextera magnitudinis in excelſis ſanctorum miniſt. & tabernaculi ueri, quod fixit Deus & non homo. Et ad Hebr. 9. dicit, Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex fututorum bonorum. Et infra, per proprium ſanguinē introiuit ſemel, in ſancta, æterna redemptione inuenta. Et ad Heb. 91. dicit, Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. Et infra, Hic autem unam pro peccato offerens hoſtiā in ſempiternum ſedens in dextera Dei. Et proſequitur hanc fidem eſſe tenendam uſque ad conſumationem ſeculi, per totam epiſtolam. Et notandum, quod dicit gloſa. Geneſ. 4. ſuper illud de Melchiſedech ſacerdote, Aiunt Hebræi, omnes primogenitos. A Noe vſque ad Aaron, pontifices fuiſſe. Dicit etiam glo. ſuper illud Gene. 27. Veſtibus Eſau Valde bonis, quod tradunt Hebræi primogenitos unctos officio ſacerdotis, & habuiſſe ueſtimentum ſacerdotale, quo induti, victimas offerebant. ex quo patet quod quamuis in lege naturæ fuerit ſacerdotium, non tamen proprie fuit ibi ordinis ſacr̄m, licet enim fuerit poteſtas a Deo ordinata ad offerendum aliquid in ſignificationem rei ſacræ, non tn̄ erat diſtincta a ſeculari poteſtate, nec inuenitur antequam Aaron eligeretur in ſacerdotē, quod de Dei mandato ad hoc cōſecraretur per aliqd̄ ſenſibile ſignū. poſt Aaron aūt ſucceſſiuis tēporib. continuatum eſt ſacerdotium de Tribu Leui uſq; ad Chriſtum. Et licet aliqui pie velint dicere, ꝙ diſpoſitione diuina Trib. Leui commixta fuerit cum Tribu. Iudæ, & ꝙ Lucas appellat ex teſtimonio Angeli ſalutantis beatam Virginem Eliſabeth cognatam uirginis. Luc. 1. Et ecce Eliſabeth cognata tua. Eliſabeth. aūt de filiabus Aaron fuiſſe deſcribitur, & Zacharias vir eius ſacerdos erat. Matthæus aūt genealogiam Chriſti retexens, proſequitur Iudæ ſtirpē vſq; ad Ioſeph, virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus qui vocatur Chriſtus. Matth. 1. Præſupponunt autem communiter Doctores ꝙ de eadē Tribu fuerint Ioſeph & Maria, ſ. de ſtirpe Dauid, cui ſingulariſſime de Chriſto facta eſt repromiſſio cū iuro diuino, dicit Dominus, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam Pſ. 131. & ꝙ Trib. Leui de eadem Tribu vxorem ducere deberet, patet Leui. 22. ubi dicitur, Ne contaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum. Et inf. pōtifex, i. ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput, fuſum eſt vnctionis oleū. Et infra, virginē ducet vxorē puellā de populo ſuo nō cōmiſceat ſtirpē generis ſui, vulgo gētis ſuę, &c. & Num. ult. Moiſes præcepit ne commiſceretur populus Iſrael de Tribu in Tribu dicens, omnes. n. uiri ducent vxores de Tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem Tribu accipient, vt hæreditas permaneat in familijs nec ſibi miſceatur Tribus, ſed ita maneāt vt a Domino ſunt ſeparatæ. Ecce igitur quod ex communi lege Tribus non debebant commiſceri, ſed ex diſpēſatione diuina ſacerdotiū tranſlatum eſt in Chriſtum, vt dicit Apoſtolus ad Hebr. 7. ibi Manifeſtum eſt enim ꝙ ex Iuda ortus ſit Dn̄s noſter, in qua Tribu nihil de ſecerdotibus Moyſes loquutus eſt. Et inf. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, &c. cum igitur ſacerdotii tranſlatio facta ſit in Chriſtum, & a Chriſto in Petrum & ſucceſſores, patet expreſſe Petri ſucceſſores Chriſti vicarios ſuper Imperatores & omnes Reges & inferiores uice Chriſti iuriſdictionem omnimodam obtinere.

99 Præterea † ſi bene aduertamus abſque moleſtia præmiſſi ſermonis, nouerimus, euidenter. Chriſtum Ieſum in ſingulis ordinib. miniſtraſſe Nam ſequendo modum Iſidori Iſpalenſis, Epiſcopi, in epiſtola ad Ludefredum, tranſumptiue deſcripta 25. diſtinctione perlectis. ubi quid cuilibet ordini conueniat, enarrauit. videlicet ad Oſtiarium, ad Exorciſtam, ad Acolitum, ad Pſalmiſtam, ad Lectores, ad Subdiaconum, ad Diaconum, ac Presbiterum ad Epiſcopum &c. Vbi Archid. tangit, Chriſtum in ſingulis miniſtraſſe. Primo Officium Oſtiarij oſtendit ſe habere, cum dixit, Ego ſum oſtium, per me ſi quis introiuerit, ſaluabitur. Io. 10. vbi primo dicit, Amen, amē dico uobis, qui nō intrat per oſtium. Et inf. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, huic oſtiarius aperit. &c. Oſtiarii ēt vſus eſt officio cum eiecit de templo vendentes & ementes Matth. 21. & Ioan. ſecundo. & ſecunda queſt 7. accuſatio. & Matth. vndecimo, & Luc. decimonono. Exorciſtę officio vſus fuit toties, quoties obſeſſos a dęmonibus liberauit, vt Matt. 9. vbi demones expulſi de Chriſti licentia intrauerūt in porcos, quorum totus grex per præceps in mare cum impetu ſe demerſit. Item Mat. 1. ſcribitur quod demonia multa eiiciebantur. Item Luc. 4. exibant autem dæmonia a multis & mirabantur omnes, quia imperabat ſpiritibus immundis, & exibant. Et Luc. 8. occurrit illi uir quidam, qui hēbat

dæmonium, interrogauit autem illum Ieſus dicens, quod tibi nomen eſt, at illle dixit, legio, quia intrauerant demonia multa in eum, & infra. exierunt ergo demonia ab hoīe, &c. Tertio Acolitatus officium ſe habere mōſtrauit, cum dixit, Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Io. 8. Quarto pſalmiſtatus officium oſtēdit ſe habere cum dixit phariſæis, quid vobis vr̄ de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei Dauid. At illi, quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eū Dn̄m dicens, dixit Dominus Domino meo ſ. a d. m. d. p. i. t. ſ. pedum tuorum. Et ſic pſalmi zauit. Sicut ēt quādo pueri clamabant, Oſanna, principes ſacerdotum, & Scribæ indignati dixerunt ei, audis quod iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis, vtique, nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Mat. 21. quæ uerba habentur pſal. Domine Dn̄s noſter. Præterea oīs Chriſti actio & operatio pſalmiſtatus dici poteſt, eo ꝙ in oīb. operib. ſuis Deū benedixit & perpetuo collaudauit, vn̄ & Apoſtolis dixit, oportet ſemper orare, & non deficere. Luc. 18. vbi gl. dicit, Non ceſſat orare, qui non ceſſat benefacere. præterea multoties actu Chriſtum oraſſe legimus, vt Mat. 14. Aſcēdit iu montem ſolus orare. Mat. 10. Abijt in deſertum locū, ibiq. orabat. item Mat. 6. aſcendit in montem ſolus orare. itē Mat. 14. orauit vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora. ſimile Mat. 26. item Luc. 5. ſecedebat in deſertum & orabat. itē Luc. 6. exiit in montem orare. item Luc. 9. aſcendit in montem vt oraret. item Luc. 22. & poſitis genib. orabat dicens, pater ſi uis, transfer calicem iſtum a me. & infra, & factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. & Io. 17. orabat dicens, Ego pro eis rogo. Et infra, pater ſanctæ, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint vnum ſicut & nos. & Petro dixit poſt Cænam, Simon, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum, ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. & tu aliqn̄ conuerſus confirma fratres tuos, Luc. 22. Quinto lectoratus officium exercuit, & ſe habere oſtēdit, cum in medio Seniorum in Nazareth, ubi nutritus erat, intrauit in ſinagogam & ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ. & ut reuoluit librum, inuenit locum, ubi ſcriptum erat Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxit me, euangelizare pauperibus miſit me, &c. Lucę 4. originaliter autem Iſa. 61. Et uolens oſtendere prophetiam eſſe de ſe, ſubiunxit, Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in aurib. ueſtris. & Io. 7. Mirabantur iudæi dicētes, Quō hic literas ſcit, cum non didicerit. Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Sexto Subdiaconatus officio vſus eſt, cum miſit aquā in peluim, & lauit pedes diſcipulorum & terſit, Io. 13. nam ſubdiaconus cum ordinatur, patenam de manu Epiſcopi vacuam accipere debet, & calicem vacuum, de manu vero Archidiacoui accipit urceolum & aquam & manile quod eſt vas, in quo aqua manib. infunditur, ut dicunt Doctores, & eſt nomen compoſitum, accipit etiā manutergium. 23. diſt. c. ſubdiac. & 25. ad ſubdiaconū. Septimo diaconatus officio uſus eſt, cum Sacramentum corporis & ſanguinis ſui tradidit diſcipulis poſt cœnam, Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. & licet Io. non exprimat, includit tamen, cum dicit ꝙ intinctum panem dedit Iudæ Simonis Scariothis. & poſt bucellam. tūc introiuit

100 in eum ſatans. Io. 3. † Nam Diaconus in neceſſitate, etiā præſente presbytero, & ſibi iniungente, poteſt Euchariſtiam populo diſpenſare. 93. diſ. diaconi. ibi, Et ſicut in ſacerdote miniſtratio. i. conſecratio Eucariſtiæ, ita in miniſtro. i. diacono, diſpenſatio ſacri. pōt ēt diaconus abſentib. Epīs & presbyteris in caſu neceſſitatis ad infirmū corpus Chriſti deferre. ſm̄ Vinc. per nota. in c. Diacones. 93. diſt. ubi dicit tex. Sed abſq; Epiſcopo, uel presbitebo baptizare non audeant, niſi p̄dictis ordinibus, fortaſſis longe conſtitutis neceſſitas extrema cōpellat. & infra, Sacri corporis erogationem, ſub cōſpectu epiſcopi ſeu presbiteri, niſi his abſentibus, ius non habeant exercendi. ubi gl. dicit, No. ꝙ ubi neceſſitas exigit, & presbiter eſt abſens, poteſt ēt diaconus iure ſuo baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, ſi conſecratum eſt. ſed in Eccleſia in præſentia presbyteri non poteſt, ēt ſi neceſſitas exigat, niſi miſſis a presbitero, puta cum multi ſint, qui indignet baptiſmo, & presbiter nō poteſt omnibus ſufficere. Similiter ſi multi volunt accipere corpus Chriſti, nec presbiter ſufficit omnibus. Et in cap. ſequen. aſſignat glo. rationem, quare Diaconi porrigunt ſanguinem ēt presbiteris, ſed non Euchariſtiā ꝯfectā hæc eſt ratio, dicit gloſ. quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem non, licet presbiteris de altari ſumere, ſed Diaconus ei porriget, quia ſumptio corporis futuram reſurrectionem ſignificat, quam Deus ſua virtute faciet ſine omni miniſterio, ſed ſumptio ſanguinis ſignificat redemptionem peccatorum, quæ fit interceſſionibus aliorum. 50. diſt. presbiteros, & c. Hugo. autem dicit. 96. diſt. c. Diaconi, ita ſe. ꝙ abſente presbitero, ſi tanta fuerit neceſſitas, quod iuſſus presbyteri expectari non poſſit, non eſt expectandus. Dicit etiam ſatis notabiliter ꝙ ſi presbyter diacono ēt in neceſſitate prohibeat, & expreſſa cauſa, vt quia forte vſurarius vel alias impænitens eſt, qui petit cōinem, obediendum eſt ei, alias non. Beatus Thomas ēt in 4. ſen. diſt. 13. dicit, qd̄ Diaconus licet poſſit ſanguinem in calice diſpenſare, ſicut adhuc in quibuſdam Eccleſijs diaconus diſpenſat, miniſtris ſanguinem tn̄ non debet corpus Chriſti diſpenſare quia non habet manus conſecratas ad tangendum. ꝙ dictū intelligendū eſt, ut ſupra ſ. niſi de mandato epiſcopi, vel preſbiteri. uel ipſis abſentib. & longe poſitis in caſu neceſſitatis ut s̄. Ad quod ēt facit, ꝙ habetur in c. præſente 93. diſt. vbi dicit textus. præſente presbitero, diaconus Euchariſtiā corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogit, iuſſus eroget. vbi gloſ. dicit, vel miſſus, longe tn̄ poſitis epō, vel presbitero. ſup. eod. diacones. concordant aūt communiter Theologi in 4. ſen.

101 diſt. 24. † quod in quolibet ordine caracter imprimitur, cuius ſignum eſt, quia perpetuo manent, & nunquam iterant, nam recepto poſteriori ordine & prætermiſſo pręcedenti, non propterea debet reordinari in ipſo poſteriori, extra de cler. per ſaltum promo. c. unico. Nam cum in ordinatione aliquid de forma ſubſtantiali omittitur, tota ordinatio iterari debet. Si aūt omittatur aliquid, ꝙ non ſit de ſubſtantia nō debet ordinatio iterari, ſed quod omiſſum eſt, debet ſtatuto tpe caute ſuppleri. extra de ſacra. iter. vel non. c. 1. & c. presbiter. ubi plene per Inno. & Ioan. An. Secus eſſet autem ſiquis non eſſet baptizatus & eſſet presbiter ordinatus, tunc enim opus eſſet illum baptizari, & poſtmodum denuo ſuis temporib. ordinari, ut in c. veniens, extra de presb. non bap. & rō eſt quia vbi non eſt principale fundamentum, ſuperædificari non poteſt. Baptiſmum. n. ianua eſt ſacramētorum oīum & ſpirituale fundamentum totius ędificii ſpiritualis, ut in d. c. ueniens, & in c. vnico, ext. de ſacra. unct. ergo opus eſt baptiſ-

102 mum præcedere cætera ſacramenta. Octauo † Chriſtus officium presbiteri deſignauit, qn̄ miſteriū ſui ſanctiſſimi corporis & ſanguinis inſtituit & ſacrauit, dicens, hoc eſt corpus meum, & de ſanguine dixit, hic eſt calix ſanguinis mei &c. Matthæ. 19. Marc. 14. & Lucæ 22. quæ uerba qualiter intelligantur, & quid importent, & quot verba ſunt de neceſſitate ſubſtātiæ, dixi ſatis in c. omnes vtriuſq; ſexus, extra de penit. & remiſ. & Theologi plene tractant in 4. ſent. diſt. 78. & ſeq. Hic aūt ſufficiat interſerere, quod tūc Dn̄s Ieſus Chriſtus ſe ſacerdotem oſtendit ſm̄ ordinem Melchiſedech panem & vinū offerens in ſacrificium ſempiternū, & ſub p̄dictis ſpecieb. ſeipſum imolās immaculatā hoſtiā ſuis fidelib. ordinauit catholice deguſtandam. Vnde dixit, accipite & manducate, & bibite ex hoc oēs, &c. vbi ſup. Et ꝙ non figuraliter, ſed proprie ſit loquutus, expreſſit cum dixit, hoc eſt corpus meum quod pro uobis tradetur, Et hic eſt ſanguis meus, qui pro uobis effundetur, Luc. 22. qui ſolus inter Euangeliſtas, expreſſit, quod pro uobis tradetur, vt oſtenderet illud idem corpus, ꝙ de virgine traxit, & in ara crucis pro noſtra redēptione pependit, & mortem ſuſtinuit, a mortuis reſurrexit, & in cœlū glorioſus triumphator aſcendens propria ſua uirtute, & maxima potentia deitatis mirabiliter exaltauit, in ſacramēto altaris nobis quotidie miniſtrari, & ſummo Deo patri veriſſimo, tanquā veriſſimus Dei filius illud quotidie repræſentans pro noſtra ſalute depoſcat præmia ſempiterna, iuxta not. de conſecr. diſt. 2. quia corpus aſſumptum & extra de ſum. Trinit. & fide cath. c. firmiter, §. vna vero. &

103 ibi per gloſ. & Doct. nono † Chriſtus oſtendit ſe fore pontificem, vel epiſcopum, quando ſuos Apoſtolos presbiteros, ordinauit quod proprię fecit, quando dixit eis, Hoc facite in meam commemorationem, quæ uerba ſolus etiam Lucas, expreſſit, Luc. 22. de quo ſatis dixi ſupra in prima quæſt. prin. De Chriſti pontificatu ſatis differit Apoſt. ad Heb. 7. & incipit in fine 6. c. dicens, Præcurſor pro nobis introiuit Ieſus ſm̄ ordinem Melchiſedech, Pontifex factus in æternum. & ſubſequitur tractatum vſque ad decimum ca. & ſupra dixi ple-

104 nius allegando. Sed incidenter quæro, an Chriſtus inſtituerit eccleſiaſtica Sacramenta, Reſpondeo quod ſic, licet nonnullis oppoſitum videatur, dicentibus quod non reperitur, inſtituiſſe vnctionem extremam, quam Iacobus aſſeret, ordinaſſe cum dixit, infirmatur quis in uobis, & infra, vngētes eum Oleo, & c. item dicit quod non legitur, Chriſtum inſtituiſſe confirmationem, ſed ipſam dicunt ab Apoſtolis inſtitutam, Act. 8. ibi, tunc imponebāt manus ſuper illos & accipiebant ſpiritum ſanctum, Sed certe, ſi recte inſpiciatur legiſlatoris intētio, qui dedit nouam legē noua inſtituit ſacra. trāſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt ut & legis trāſlatio fiat vt dicit apoſtolus ad Heb. 7. & habetur in c. trāſlato, extra de cōſtit. & vulgo dicitur, Nouus Rex, noua lex. & Aug. in quodā ſermone dicit, quia Dn̄s noſter Ieſus Chriſtus nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mūdo, nā ſi purus

rus homo, ſicut Apoſtoli fuerunt, inſtituiſſet ſacramenta, cuius eſt condere, vt in l. 1. ff. de conſtit. Princ. cum ſimilib. Sed patet quod ſacramenta Eccleſiæ tolli nō poſſunt, nec alterari, ut in c. ad abolendā, extra de hæret. ergo a Chriſto immediate tanquam fundamenta nouæ legis ſacramenta ſunt eccleſiaſtica inſtituta, a quo immediate virtutem obtinent efficacem, vt dicit Riccar. in 4. ſentent. diſtinctio. ſecunda, articu. primo quæſt. 3. & Beat. Thomas dicit ibidem, quod ſacramentorum inſtitutio pertinet ad plenitudinem poteſtatis, quæ ſoli Chriſto conuenit inter homines principaliter. Ergo ab ipſo ſunt principaliter inſtituta. Et vt pateat de omnibus ſigillatim. Primo dico, quod inſtituit ſacramentum baptiſmi, quando dixit Nicodemo, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nō poteſt introire in regnum Dei. Formam vero baptiſmi inſtituit poſt reſurrectionem cum dixit Apoſtolis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, euntes ergo docere omnes gentes, baptizātes oēs in noīe patris & filii & ſpiritus ſancti. Matth. vlt. Effectum autem baptiſmi nunciauit in die aſcenſionis, quando dixit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Marci. vlt. De quo dixi in Tract. de baptiſmo, & de futuro iudicio, in 5. euidentiali. uerſic. ſic etiam intelligimus. Secundo dico, quod inſtituit ſacramentum confirmationis, quando offerebantur ei paruuli, & cōplexās, eos & imponēs manus ſuper illos benedicebat eos, Mar. 10. Vnde cum Apoſtoli manus imponebant, utebantur ſacramento iam inſtituto, vt dicunt Theologi in 4. Sent. di. 2. Tertio dico, ꝙ Chriſtus inſtituit ſacramentum pœnitētię, cum dixit, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnū cœlorum. Matth. 4. Remiſſionem autem, cum dixit paralitico, Confide fili, remittūtur tibi peccata tua. Matth. 9. & Magdalenæ ſimilia verba, Luc. 7. Auctoritatem vero clauium cōmiſit Apoſtolis poſt reſurrectionem, quando dixit, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Ioan. 10. & in 4. Sent. diſtinct. 14. & 22. Quarto dico, quod Chriſtus inſtituit ſacramentum Euchariſtiæ, quando ſuum corpus & ſanguinem conſecrauit, & cum Apoſtolis communicans dixit, Accipite & manducate, Matth. 26. Marci 14. Luc. 22. de quo ſupradictum eſt, & plenius dixi in c. omnis extra de pęn. & remiſ. & latius in 4. ſent. diſt. 7. vſque 14. & de conſec. diſtin. 2. per totum. Quinto dico, quod Chriſtus inſtituit ſacramentum extremæ vnctionis, quando diſcipulis tradidit infirmos vngere, vt a languorib. ſanarentur, Mar. 6. & vngebant oleo multos ęgros, & ſanabantur. Non eſt enim veriſimile, quod hoc feciſſent niſi Chriſtus commiſiſſet eiſdem, vnde quod dicit. Vgo de Sacramen. par. 15. c. 2. & Magiſter in 4. ſent. diſt. 23. c. 2. uidelicet, quod ſacramenta confirmationis & extremæ vnctionis Chriſtus inſtituit mediantibus Apoſtolis, intelligendum eſt ſane de inſtitutionis rememoratione, quia rememorati ſunt diſcipuli quod Chriſtus ſic inſtituerat per ſeipſum, vt dicunt Moderni in 4. ſent. di. 2. Sexto dico, quod Chriſtus inſtituit ſacramentum ordinis ſacerdotalis, quando dixit Apoſtolis, Hoc facite in meam commemorationem, Luc. 22. & refert Apoſt. 1. Cor. 11. & ſatis dictum eſt ſupra in prima quæſtione huius Tractatus, & dixi in d. cap. omnis, de pœn. & remiſ. Septimo dico, ꝙ Chriſtus inſtituit & confirmauit ſacramentum matrimonii non ſolū qn̄ præſentialiter interfuit nuptiis in Cana Galilęæ, vbi primum ſuum actuale miraculum demonſtrauit, aquam in uinum tranſubſtantians. Ioan. 2. ſed expreſſius cū dixit, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, Matt. 19. de quo ſatis plene dixi in Tractatu de Matrimonio, parte 2. articu. 1. q. 1. & 5. & 6. conſideeatione, ibi plene de prima inſtitutione diuina in ſtatu innocentiæ & ſucceſſiue de approbatione & confirmatione Chriſti Ieſu. Cum ergo Chriſtus Ieſus, Rex Regum, & Dominus dominantium vtique ſit, Apoc. 2. 19. cap. & Pontifex ſummus atque ſacerdos & propheta ſuper omnes, & ipſe Petrum inſtituit ſuum Vicarium principalem, vt ſupra iam patuit, ergo ex cōtinuatione ſacerdotii, de primo ad vltimum concludendo idem. eſt de quolibet Petri ſucceſſore canonico concludendum. Langueo ſuper legentes tanquam tædio ſus prolixitate ſermonis, ſed, utopinior, non mihi ſoli ſtudeo laborare, uerum etiam aliis proficere zelo Dei, & ad ulteriora procedere feſtinabo, ſi patienter libeat expectare fructum temporaneum & extremum. Decimooctauo probatur ſic, Reſpectu eiuſdem ſubiecti non poteſt quis eſſe ſuperior & inferior, vnde caput non poteſt eſſe pes eiuſdem corporis, nec econuerſo, circa quod dicit Apoſtolus ad Ro. 12. Vnicuique, ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia membra nō eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chhriſto, ſinguli aūt alter alterius mēbra hn̄tes donationes ſecundū gratiā, quę data eſt nobis differentes ſiue prophetiā &c. Ecce quod oportet diſtinguere mēbra, & cuiq; dedit natura quod cōuenit, ſicut dicit ēt Apoſtolus. 1. Cor. 12. Sicut. n. vnum corpus eſt, & membra habet multa, omnia autē corporis membra cum ſint multa, vnū corpus ſunt, ita & Chriſtus. etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum copus baptizati ſumus & omnes vno ſpiritu potati ſumus, nam & corpus non eſt unum membrum, ſed multa. Si dixerit pes, quoniam non ſum manus, non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore? & ſi dixerit auris, quia non ſum oculus, non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore? ſi totum corpus oculus, vbi eſt auditus? & ſi totum auditus, ubi odoratus? nec autem poſuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore, ſicut uoluit, quod ſi eſſent omnia vnum membrū, vbi corpus? nunc autem multa quidem menbra, vnum autem corpus. non pōt autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, ſed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt, &c. Ecce quam ſplendide nos informat Apoſtolus ſecundum ordinem naturalem, membra corporis ſub uno præſide tanquam capite gubernari. ad qd̄ 23. diſt. c. in nomine Domini. ibi dum Nicolaus papa dicit,

105 † quia ſedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur Eccleſijs, atque ideo ſuper ſe Metropolitanum habere non pōt. Patet prima propoſitio, tunc fit aſſumptio minor Sic, ſi papa tanquam Cephas ſubeſſe debet Regibus uel Imperatori, ergo ſimul erit ſuperior in ſpiritualibus, & inferior in tēporalibus, & ſic caput & pes, quod eſt abſonū & monſtruoſum. Sed talia ſunt euitanda, ergo papa Princeps in ſpiritualibus, debet ſimiliter in temporalibus eminere, vt tanquam dignior propter eminentiam, ſupræmus in omnibus habeatur, & ſibi tanquam ſupremo ab omnibus eſt parendum, qa quanto gradus celſior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus ſiquidem eſt regendi & iubendi poteſtas, in minoribus aūt obſequendi neceſſitas. 21. diſt. quamuis. §. in his omnibus. & c. ſeq. nam ſicut miſerabilis inſaniæ ſignum eſſet, ſi pes ſupra caput erigere ſe tentaret, nel oculi dignitatem manus eripere procurarēt, aut oculus cerebri uellet ingenium uſurpare, ita videtur inſania pertinaciter obſtinata ſuper ſūmum Pontificem Regnum uel Imperium exaltare, cū Principum & Regum terræ viciſſim & frequēter pateat colla ſubiici gēibus ſacerdotum. 96. diſt. duo. ubi Gelaſius papa ſcribens Anaſtaſio Imperatori, refert verba beati Ambroſij circa principium ſui Paſtoralis dicentis, honor fratres, & ſublimitas epiſcopalis, nullis poterit operationib adæquari, ſi Regnū fulgori compares & Principum diademati, longe inferius erit quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum uideas Regum colla & Principum ſubmitti genibus ſacerdotum & oſculata eorum dextera eorū credunt orationibus ſe iuuari, alias cōmunicari. Hęc Ambr. Quid enim incompetentius, quid ue ineptius eſſe cernitur, quam turbare ordinem vniuerſi? vt minor in maiorem nō vereatur inſurgere ſupra caput, quaſi filius ſupra patrem, diſcipulus ſupra magiſtrum, vel ſupra dominum ſeruus eius. At ſi catholicus eſſe cupit Imperator & Rex, non dominus, ſed ſeruus, non pater, ſed filius, non magiſter, ſed diſcipulus eſſe debet ſub cathedra Principis ſacerdotū, cui tradidit Deus omnia regna mundi, ſicut de Petro cantat ſancta mater Eccleſia in 6. Reſponſ. principalis feſtiuitatis eiuſdem. Nō ſit ergo præſumptuoſus ſeruus ſuper dominum ſuum, uel diſcipulus ſuper magiſtrum, iuxta ſentētiam Saluatoris, Matth. x. ad quod accedunt teſtata per Ioannem papā, 96. diſt. ſi Imperator. erubeſcit equidem lex & natura permittere filios eſſe correctores parentum, vt in Auth. de nup. §. ſi uero. niſi parens forte caderet in furorem, & tunc nō vt corrigat, ſed ut regat & protegat, filio committitur cura patris. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. his, qui in ea cauſa. ad quod 6. q. 1. oues paſtorem ſuum non reprehēdant. nam, ut dicit Beatus Gregorius ad Hermanum, Metenſem Epiſcopum, Quis dubitat ſacerdotes Chriſti Regum & Principum, omniumque fidelium patres & magiſtros cēſeri. 96. diſt. quis dubitet? vbi ſubditur, Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, ſi diſcipulus magiſtrum, ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationib. illum ſuæ poteſtati ſubijcere, a quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cœlis ſe poſſe ligari & ſolui, intendens ſe referre ad uerba Domini, Petro dicentis, quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Matt. 26. ex quibus verbis dicit Aug. ſup Ioan. † quod

106 Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit. 24. q. 1. quodcunq; quaſi dicat quod Petrus pro ſua ſuorū que in officio ſucceſſorum perſona, vel perſonis, claues accepit cum poteſtate ligandi pariter & ſoluendi, & ipſe ſolus ſit vocatus ad plenitudinem poteſtatis, cæteri uero Pontifices tanquam minores in partem ſollicitudinis deputentur, de quo ſatis 21. diſtin. c. 1. & ſupra dixi, & eadem diſtin. cap. in nouo. & c. quamuis. & 22. diſtin. c. ſacroſancta, & 2. q. 6. decreto

to noſtro, & c. qui ſe ſcit, cum ſimilib. non ergo debent Imperatores & Reges ſuam dignitatem præſulibus anteferre. 96. diſt, Imperatores. Nec pudet Imperatorem Chriſtianiſſimũ ſe Papæ filium appellare, vt in epiſtola, inter claras, & in epiſtola, Victor. C. de ſum. Trin. & fide Catho. vbi dicit Iuſtinianus Imperator, Reddẽtes honorem Apoſtolicę ſedi & veſtrę ſanctitati, quod ſemper nobis in voto fuit, & eſt, prout decet patrem, honorantes veſtram beatitudinem. Similiter etiam in Auth. vt clerici apud prop. Epiſ. collat. 6. dicit Imperator, quod, non dedignantur leges ſacros canones imitari, ad qđ c. clerici, extra de iud. & in cap. 1. extra de iuramen, calumn. & in c. 1. de no. op. nunc. & in c. intelleximus. eo. tit. Accedũt verba Beati Ambroſii in epiſtola ad Vercellenſes de baſilica non tradenda, & referuntur 23. q. 7. conuenior, cum dicit. 107 † Ea quæ diuina ſunt, Imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta, & infra, in conſiſtorio non ſolet Chriſtus reus eſſe, ſed iudex cauſam fidei in Eccleſia agendam quis abnuat, & infra allegatur imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa, reſpõdeo noli grauare te Imperator, ut putes te in ea quę diuina ſunt imperiale, aliquod ius hr̃e, noli te extollere, ſi uis diutius imperare, eſto Deo ſubiectus. ſcriptũ eſt, q̃ Dei Deo q̃ Cęſaris Cæſari, ad imperatores palatia pertinent, ad ſacerdotes Eccleſiæ, publicorum tibi mænium ius commiſſum eſt, non ſacrum, & infra, cum narraſſet hiſtoriam de vinca Nabute ſubdit, Reſpondi ego quod ſacerdotis eſt faciam, quod Imperatoris eſt faciat Imperator, prius eſt ut animã mihi quam fidem auferat, & infra, quid enim honorificẽtius quam ut imperator eccleſiæ filius eſſe dicatur? Eccleſiam. n. mundanis legib. ſubiacere nõ cõuenit. 96. di. c. bñ qdẽ. §. itẽ Hormiſda. ibi, dicite quod uobis vr̃ de me licuit laico legem dare. Sãcta Sinodus dixit, non licuit, & infra, Lauren. Ep̃s. Mediolanenſis 108 Eccleſię dixit. † Iſta ſcriptura nullũ Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificẽ, quia non licuit laicis ſtatuendi in eccleſia præter Romanum Papam, habere aliquam Eccleſiæ poteſtatem, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, & infra, a laicis quamuis religioſis, quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquã attributa facultas, & infra, quanto magis, quod in Apoſtolica ſede nunc extante præſule, qui Beati Petri Apoſtoli merito per vniuerſum orbem primatum obtinens, & infra, ne in exemplum remaneret præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis ſacerdotibus diſponendi indiſcuſſe a Deo cura cõmiſſa docetur. Ad prædicta accedunt notata 16. q. vlt. laicis. & c. placuit. & 97. di. Victor Honorius. Ex p̃dictis igitur Papa multotiens ſummus Pontifex nuncupatur, & uniuerſalis paſtor omnium populorum, vt in Clem. paſtoralis, de re iud. & ipſe omnes iudicaturus a nemine iudicatur. 40. diſtin. ſi Papa niſi erraret in fide, ut ibi declaratur, & 9. q. 3. nemo iudicabit primam ſedem, & extra de electione, cap. ſignificaſti, cui tanquam Petro quicquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur in orbe terrarum, dum totius corporis, Eccleſiæ caput eſſet ſignificatur. 9. q. 3. aliorum, ex quo de vniuerſali Eccleſia iudicium infert, 9. q. 3. ipſi. ergo & de Imperatore tanquam de mẽbro ipſius Eccleſiæ poteſt licite iudicare, vt in dicto c. cõuenior, & in Auth. de non alienan. vel permut. reb. ecc. §. pe. collat. 2. Nam, ut ait Gelaſius Papa. 9. q. 3. cuncta per mundum, cognouit eccleſia quod ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habet iudicandi, nec cuiquam de eius liceat iudicio iudicare. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellãdũ eſt, ab illa aũt nemo eſt appellare permiſſus. Hinc & Simmacus ea. cauſa & q. §. item Simmacus, inquit, Aliorũ hoĩum cauſas Deus voluit per homines terminare, ac ſedi iſtius p̃ſulẽ ſuo fine qõne reſeruauit arbitrio, & infra, patet ſanctorum voce Pontificũ dignitatem ſedis eius factã toto orbe venerabilem, dum illi quicquid fidelium eſt ubiq; ſubmittitur, dũ totius corporis caput eſſe deſignat, ergo ſicut unica eſt Chriſti ſponſa, & cunctorum fideliũ ſancta mater Eccleſia, unicũ debet habere rectorem, tamq̃ unicũ caput in terris ſub Chriſto Domino præcepturũ, ad quod extra de p̃bẽ. c. cũ nõ ignores. 97. diſt. c. 1. 24. q. 1. loquitur, cum ſimilib. e quib. multa gratia breuitatis omittens ad ulteriora progredior feſtinanter. Decimonono probatur ſic, Ars imitatur naturam quãtũ eſt poſſibile, ut in 1. Metaph. unde filius illegitimus poſt legitimationẽ Principis vel eccleſiæ, iuris fictione legitimus reputatũ, ut in c. per uenerabilem. extra q. fil. ſint legi. & adoptatus in filium, pro filio iudicatur. ff. de adop. l. adoptio. & ingreſſus monaſteriũ, cenſetur mortuus poſtq̃ eſt profeſſus, de quo per Archidia. 2. q. 7. placuit. & 15. q. 1. c. placuit. 2. & in c. ſuſceptũ, de reſcrip. lib. 6. & per Ioan. And. in c. cum ſis præditus, extra de cõuer. coniug. nã monachus cenſetur ſeruus, ut no. Arch. 54. diſt. multos. & de offi. ord. c. fin. lib. 6. & 12. q. 1. non dicatis. Seruitus aũt morti comparatur. 22. q. 4. ſed cum in his. in fi. gl. & hæc omnia & multa ſimilia iuris fictionis cenſentur. Sic ẽt dicit Apoſtolus ad Coloſ. 3. mortui enim eſtis, & uita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. & ſupra. 2. c. dixerat, Si enim mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc tãquam uiuentes in hoc mundo decernitis? Sic ergo ſancta mater Eccleſia unica debet eſſe omnium filiorũ fidelium mater, unica regenerans ſuos filios baptiſmate Saluatoris, ſicut dixit Dominus Ioan. 3. Amen, amen dico tibi. ſ. Nicodemo principi Iudæorum, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei, nã ſicut vnius patris. ſ. Dei, unica eſt filia ſancta Eccleſia, & vnius ſponſi. ſ. Chriſti, vnica eſt ſponſa. 24. q. 1. loquitur. de quo Baptiſta Ioan. dixerat, Io. 3. qui habet ſponſam, ſponſus eſt, amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum gaudio, gaudet p̃pter uocem ſponſi, &c. vnde ſicut neceſſe eſt quemquã ex unica matre naſci, & ex unico patre generari, nec eſt poſſibile diuerſorum patrum uel diuerſarum matrum eſſe filiũ, 109 † ita unicum patrem ſummum Pontificem, & unicam matrem, ſanctam Eccleſiam, neceſſe eſt ab omnibus Chriſti fidelibus humiliter confiteri, a quo patre tanquam a Monarca præcipuo omnium fidelium ſtructura dependeat, & tota domus & familia uniuerſalis Eccleſiæ gubernetur, cũ cũcta ordine congruenti ſub uno melius q̃ ſub diuerſis principib. regi pateat & ſaluari, ut probat Hierony. in epiſtola ad Ruſticum monachum, ut refertur. 7. q. 1. in apibus. & dixi ſupra, 14. argumento. Ex quo etiam Ariſtoteles cõcludit, unum oportere in republica principẽ eſſe. 11. Metaph. & Bonif. VIII. in 110 procœ. VI. lib. dicit, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qua imperſcrutabilis diuinę prouidẽtiæ altitudo uniuerſis diſpoſitione incommutabili prætulit Eccleſijs totius orbis præcipuũ obtinere voluit magiſtratum. Et infra, Nos ad apicem ſummi pontificatus, ſuperna diſpoſitione uocati. Ecce qualiter Apoſtolicæ ſedis totius orbis magiſtratum exprimit, & ſummum pontificium atteſtatur. & ſimiliter Innoc. III in c. damnamus, ad finem, extra de ſum Trin. & fide cat. de Ioachim abbate dicit, quod in epiſtola, quam propria manu ſubſcripſit, firmiter confitetur ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Domino, cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra, nã cui cõmiſſa eſt animarum cura, multo magis debet eſſe commiſſa cura corporum & rerum temporalium, quæ ſatis minus ſunt quam anima, q̃ cunctis rebus eſt precioſior, ut dictum eſt ſupra, & probat Philoſophus. 7. Polit. & ſatis patet in c. cum infirmitas. extra de pœn. & remiſ. ut dicit Apoſtolus, quod ſpiritualis omnia iudicat, & ipſe a nemine iudicatur. 1. ad Cor. 1. Et plus infert dicens. 1. ad Cor. 6. Neſcitis, quoniam Angelos iudicabimus; quanto magis ſecularia quod refertur etiam in c. per venerabilem. §. tria extra qui fil, ſint legi. Iudicare autem ad ſuperiorem pertinet, ut c. cum inferior. extra de maior. & obed. cum igitur papa iudicet de Imperatore & Regibus vniuerſis, vt ſatis patet in c. nouit, extra de iudic. & in c. ad Apoſtolicæ, de ſenten. & re indic. li. 6. & in c. 1. de iureiuran. in clemẽ. erg papa maior eſt Imperatore, & cunctis Regib. orbis terræ. multo magis ergo inferiorib. q̃buſq;, Accedũt verba Io. Baptiſtæ de Chriſto Ieſu principaliter atteſtata, Io. 3. dicentis, Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt. & ſubdit, Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de cælo venit, ſuper omnes eſt. Quæ uerba reſpectu Chriſti Ieſu, a quo Papalis principalis auctoritas emanauit, intelligi poſſunt etiam de principaliſſimo eius vicario, ſummo Pontifice nominato. Accedũt etiam atteſtata per Dauid Pſal. 71. Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis, iudicare populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio Quem pſalmum quãquam literali ſenſu nonnulli intelligant de Dauid & Salomone, rectius tñ de Deo patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto filio ſuo capitur euidenter, ſecundum Auguſt. & alios catholicos protectores. ergo & de papa ſumi poteſt per deriuationem auctoritatis eius a Chriſto, quod ſequitur in Pſal. p̃dicto, & dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum. & infra, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. ſ. debito iuſti111 tiæ, † quæ ſic requirit, ut omnes gentes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum uerum Deum & hominem recognoſcant, per quem omnia facta ſunt, Io. 1. & in ſymbolo fidel. in c. 1. de ſum. Trinit & fide catho. ſuo ſummo Vicario obedientiã debitam impendere non poſtponant, ſub cuius pedibus oĩa ſunt ſubiecta, & ſic dominium obtineat uniuerſi, nam inſolidum eiuſdem rei dominium nequeũt adipiſci plures uno cõtextu. ff. cõmo. l. ſi ut certo. §. ſi duob. uehiculũ. Cũſtat n. quod habens principale, habere debet omne ius conſecutiuum ex illo. ff. de ædil. edic. l. iuſtiſſime. ergo habens curam animarum totius orbis, iuſtiſſime habere debet tanquã principalis curam & ſollicitudinem rerum temporalium propter homines creatarum. 1. Polit. & probatur in l in pecudũ, ff. de

ff. de vſuf. quod & Chriſtus exemplo monſtrauit, quando ad nuptias aquam vinum fecit Io. 2. & duabus vicibus excellentiſſimo miraculo de paucis panibus turbam famelicam ſatiauit. Matth. 14. & 15. Mar. 6. & 8. & Io. 6. & corporum etiam habere curam oſtendit, quando tot infirmos a varijs languoribus liberauit, vt de leproſo Matth. 8. & de ſeruo centurionis, idem & de ſocru Simonis ibid. & de multis demoniacis liberatis, & ſubdit ibi Matt. & omnes male habentes curauit, & Luc. 4. ſcribitur, Cum ſol autem occidiſſet, omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Ieſum 113 At ille ſingulis manus imponens curabat eos. † Simili modo etiam, immo magis in ſuo primo Vicario Petro demonſtrauit. hoc idem cum in plateis eijcerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis, vt veniente Petro ſaltem umbra obũbraret quenquam eorum & liberarentur ab infirmitate. Cũcurrebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Ieruſa114 lem, afferentes ægros & vexatos a ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes. Act. 5. † vbi etiam patet de plenitudine poteſtatis Petri, etiam ſuper vitam hominum iuſſu Dei, quãdo Ananias & Saphira vxor eius ad uerbum Petri, mortui ceciderunt. Accedunt ad prædicta quæ not. 2. q. 7. quis ex vobis. de conſec. diſt. 2. ſcriptura. 39. di. ecce. Ex quibus patet etiam ſuper bona temporalia ſummum Pontificem habere poteſtatem, nam ſub vniuerſali, etiam particularia continentnr, & in toto, partem non eſt dubium contineri, vt in c. toto, de reg. iur. lib. 6. ergo qui dixit, quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris, nihil excepit. Matth. 16. & in c. ut circa. de 115 elect. lib. 6. & 75. diſtin. §. 1. in glo. ideſt omni. & in c. 1. de iud. in clem. & 1. q. 1. ſunt nonnulli, & procœ. decret. & 1. q. 3. ſi qs abiecerit, † quia nequeunt ſpiritualia ſine temporalibus miniſtrari. 32. q. 2. Moiſes, Nam qui vult neceſſarinm cõſequẽs, vult etiam eius antecedens. ff. de procur. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum, & ff. de ſponſalibus l. oratio. Sed cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus voluerit Petrum habere curam animarum, cum dicit, Paſce oues meas. Ioan. ult. & in c. ſignificaſti extra de elect. & in c. ſolitæ, de maiorit. & obed. ergo & omnium inferiorum Petro fuit cura commiſſa, & per ꝯñs ſingulis ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus in ouile, ad quod 39. diſt. Petrus. & 86. diſt. fratrem noſtrum, vbi Beatus Gregorius dicit de quodam Epiſcopo, Nec ſibi credat ſolam lectionem & orationem ſufficere, vt remotus nihil ſtudeat de manu fructificare, ſed largam manum habeat neceſſitatem patientibus occurrat, alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, Epiſcopi vacuum nomen tenet, & ſic patet quod rei ſpirituali annexa eſt etiam cura temporaliũ, nam quomodo poteſt Epiſcopus hoſpitalitatem ſeruare, quã Apoſtolus aſtruit. 1. Timot. 3. & ad Tit. 1. ſi bona temporalia ad hoſpitalitatem neceſſaria non obtinet? Ergo & temporalium & ſecularium rerum recte cura Pontificibus eſt a iure commiſſa, & remouetur Epiſcopus a pontificio, ſi neſcit Eccleſiæ negocia miniſtrare. 1. q. 4. quia præſultatus noſtri vbi Leo. IIII. dicit, Quia præſultats noſtri, quod bene noſtis, magiſterium non ſolum de ſacerdotum, verum etiam de ſecularium vtilitatiqus debet eſſe ſollicitum. Hinc & Gratia116 nus dicit trigeſimanona diſtinctio. in principio. † Debent namque prælati ſubditis non ſolum ſpiritualia, ſed etiam carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti, qui turbas ſe ſequentes non ſolum verbo docebat & uirtute ſanabat & corporalibus alimentis reficiebat, & per conſequens ſecularium negociorum oportet Epiſcopum habere ſolertiam, ex quo beatus Gregorius Petrum Diaconum electum in Neapolitanum Archiepiſcopum refutauit, aſſignans rationem, quia hoc tempore talis, in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, verum, & de extrinſeca vtilitate & cautela ſciat eſſe ſollicitus. facit etiam ad p̃dicta, 74. di. Epiſcoporum, nam corporalia ordinantur ad animam, tamquam in finem perfectum, quia, ut dicit Aug. ſup 117 Gen. & Magiſt. ſent. in 2. diſt. 1. † ſicut factus eſt homo propter Deum ideſt vt ei ſeruiret, ita mundus factus eſt propter hominẽ, ſ. ut ei ſeruiret, poſitus eſt ergo homo in medio, & ut ei ſeruiretur, & ipſe ſeruiret, ut acciperet vtrinque & refflueret totũ ad bonum hominis, & quod accepit obſequiũ, & quod impendit. Et infra dicit, Totum igitur bonum hominis erat, & quod factum eſt propter ipſum, & propter quod factus eſt ipſe, omnia enim vt ait Apoſt. noſtra ſunt, ſ. ſuperiora, æqualia, & inferiora. Superiora quidem noſtra ſunt ad perfruendum, ut Deus Trinitas. Aequalia ad conuiuendum, ſ. Angeli qui ẽt ſi modo nobis ſint ſuperiores, in futuro erunt æquales, qui & modo noſtri ſunt, quia ad vſum nobis ſunt, ſicut res dominorum dicuntur eſſe famulorum non dominio, ſed quia ſunt ad uſum eorum. quaſi dicat, ſic ergo Angeli noſtri eſſe dicuntur, quia ad vtilitatem noſtram eorum miniſterium exequuntur, ex quo dicit Amb. Qui facis Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos, flammam ignis, ſcilicet flammigeros charitate, ex quo dicit apoſtolus ad Heb. primo. Nõne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Et infra 2. c. dicit, Non enim Angelis ſubiecit Deus orbem terrę futurum, de quo loquimur. teſtatus eſt autem in quodam loco quis dicẽs, Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum, minuiſti eum paulo minus ab angelis gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, in eo enim quod ei omnia ſubiecit, nihil dimiſit nõ ſubiectum ei. Intelligit enim Apoſtolus hæc uerba de Chriſto Ieſu p̃ anthonomaſiam, capienda. ergo ex eius commiſſione, & de papa per conſequens aſſumenda. Noſtra ſunt etiam inferiora, quia ad ſeruiẽdum nobis facta ſunt. Vnde Vgo de ſancto Victore in Didaſcal. ſic ait, Vide homo dicit mundus, quomodo amauit te, qui p̃pter te fecit me, ſeruo tibi, quia factus ſũ propter te, ut ſeruias illi qui fecit & me & te, me propter te, & te propter ſe. ſi ſentis beneficium, redde debita. ſi accipis benignitatem, redde charitatẽ. Hinc & Apoſtolus ad Heb. 2. ſubdit, Decebat enim eũ propter quem omnia, & per quẽ facta ſunt omnia, qui multos filios ad gloriam adduxerat auctorem ſalutis eorum per paſſiones conſumari. Et 1. ad Corint. 3. dicit, Omnia enim ueſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cæphas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſẽtia, ſiue futura, omnia noſtra sũt, nos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Vnde ſicut anima uero dominio debet dominari corpori vel carni, ſicut Sara dominabat̃ Agar ancillæ ſuę, cui fugienti a facie dominæ ſuæ dixit Angelus Domini, reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius. Gen. 16. hinc & Apoſtolus ad Galat. 5. dicit, Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis. Et infra, quod ſi ſpiritu ducimini, nõ eſtis ſub lege, ſcilicet carnis & peccati, ita Chriſti Vicarius ſummus Pontifex, qui principaliter ordinatus eſt ad curam animarum, quib. quæcunque temporalis ſunt ſubiecta, dominari debet dominio ſalutari quibuſcunq; in118 ferioribus conſtitutis ſub rationalis animæ poteſtate. & ſic pertanſiẽs breuitatis cauſa procedam ad vltimum argumẽtum. Vigeſimo & vltimo, probatur ſic, † Diuina debent ſup̃ eſſe humanis, & cæleſtia terrenis, papa aũt diuina tractat & cęleſtia, ergo magis debet præeſſe terrenis. Probatur maior ex dictis Greg. Nazianzeni Imperatoribus Conſtantinopolitanis, relatis 10. diſt. ſuſciptis. ubi ſequitur. Suſcipiris me, libertatem uerbi libenter accipitis, qđ lex Chriſti ſacerdotali uos ſubiicit poteſtati. atq; iſtis tribunalib. ſubdit, dedit enim & nobis poteſtatem, dedit principatum multo perfectiorẽ principatibus veſtris, aut nũquid iuſtum uobis uidetur ſi cedat ſpiritus carni, ſi a terrenis cœleſtia ſuperentur, ſi diuinis præferantur, humana? Patet ergo maior, minor probatur ex dictis Iſidori 7. Etimolog. & 21. diſt. c. 1. ubi. dicit Iſid. quod Dominus Petrum in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei p̃ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & a 119 ſe petra Petri ſibi nomẽ impoſuit, de quo originaliter Matt. 16 ſubdit. Iſid. ubi ſupra, & habetur 21. diſt. cleros. §. Pontifex. † Princeps ſacerdotum, quaſi uia ſequentiũ ipſe & ſummus ſacerdos, ipſe Pontifex maximus nuncupatur, ipſe enim efficit ſacerdotes atque Leuitas, ipſe omnes ordines Eccleſiaſticos diſponit, ipſe quid vnuſquique facere debeat oſtendit. ante autem Pontifices & Reges erant, nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet & ſacerdos & Pontifex, vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. totum patet in prædicto §. Pontifex. Confirmantur oĩa præcedentia argumenta & longa, imo longiſſima præſcriptione & antiquiſſima cõſuetudine rationabiliter approbata per ipſoſmet Imperatores, qui ſe humiliter ſubmiſerunt culmini ſedis apoſtolicæ præſidentis, quorum primus extitit Conſtantinus q̃ miraculoſe liberatus a Syluestro papa, conuerſus ad Chriſtũ Dominum, vrbem Romam Sylueſtro & ſucceſſoribus eius benige relaxans ĩ ipſa vrbe vtriuſque poteſtatis monarchiã diſponendam Romanis Pontificibus declarauit, non iuſtũ arbitrans, ut ubi ſacerdotii principatum & Chriſtianæ religionis caput Imperator cęleſtis inſtituit, illic Imperator terrenus habeat poteſtatem, quĩ magis ipſa Petri ſedes in Romano iam ſolio collocata, libertate plena in ſuis agendis p̃ omnia potiretur, nec ulli ſubeſſet homini, quæ ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælata, ita dicit textus decretalis, fundamenta, §. ne autem. de elec. lib. 6. ubi Io. And. gloſſator ordinarius ſuper verbo Monarchia dicit Monarchia dicitur a monos, qđ eſt vnus, uel ſingularis, & archos, quod eſt princeps, uel principatus, quaſi unus & ſingularis principatus, in120 tellige ſedis Apoſtolicę, cui Cõſtantinus prædictam tribuit Monarchiã, ut patet in illa palea 96. di. Conſtantinus. ubi cõcluditur quod Cõſtantinus Imperator quarta die baptiſmi ſui, cum conſenſu Satraporum Senatus, & cum cuncto populo Romanæ Eccleſiæ ſubiacente ſanciuit, ſacroſanctam

Ro-

Romanam Ecclesiam primarum tenere, tam super quatuor sedes s. Alexandrinam, Anthiochenam, Ierosolymitanam, & Constantinopolitanam, quam super omnes mundi ecclesias, & quod pontifex eius celsior & princeps cunctis sacerdotib. existeret, concedens ei coronam similiter & phrigium, & superhumerale, quod imperiale circundare solebat collũ, clamidem purpuream & tunicam coccineam, & imperialia sceptra, cuncta signa & bãna, & diuersa ornamẽta imperialia sanciens utrunque ordinem Cardinalium, illa potentia vti, & excellẽtia, qua eius Senatus adornabatur, ut essent, s. Patritii & Consules, & cum linteaminibus & manipulis, i. candidissimo colore decoratos equos equitarent, & sicut eius Senatus calciamentis vterentur cum ulonibus, i. candido linteamine, decernens insuper, quod summus pontifex diademate ex auro purissimo capitis sui vteretur, quam passus nõ est Syluester propter coronam clericatus pro honore beati Petri. Phrigium tamen vertici eius, manibus propriis imposuit tenens frænum equi ipsius, stratoris officium exhibẽs, concedensque ei palatium laretanense, Romanam vrbem, & omnes Italiæ, siue occidentalium regionum prouincias, & ipsis orientalibus transtulit se regionibus & Bizantium nomine suo ciuitatem ædificauit. s. Constantinopolim & illic suum instituit Regnum, congruum prospiciens, vt vbi caput cõstitutum est ab Imperatore cælesti, illic Imperator terrenus non habeat potestatem, concludens, quod si quis prædictorum temerator aut contemptor existeret, terrenis condemnationibus subiaceret, & sanctos Apostolos in præsenti & in futuro sibi sentiret esse contrarios. Quam paginam propriis manibus roborauit, & dicitur cõseruari in sacristia Sancti Petri, bulla aurea roborata. Ipse Constãtinus primus Imperator fuit, qui ad fidem Christi venit, & Christianis licẽtiam contulit per vniuersum orbem Ecclesias fabricari, & ipse primus fossor accedens Apostolorum Petri & Pauli Ecclesiam fabricauit, et in Lateranensi Palatio Ecclesiam Saluatoris cum appenditia Ioannis baptistæ primam sedem summorum pontificum instituit orbis terre, de quibus. 25. distin. c. 1. 96. di. Constantinus. & c. coronam. & c. satis. & 12. q. 1. c. futuram, & glo. 22. distinct. de Constautinopolitana, & c. renouantes. Patet igitur ex prædictis, quam humiliter Constantinus submisit se Siluestro, quam maxime dum stratoris officium suscipit, et frenum equi dextera manu porrigit reuerenter. Dumque Constans succedit Imperio Arianus effectus Catholicos toto orbe psequitur. Ex quo diuino iudicio factum est, ut dum per forum Constantii germani diverteret ad necessariam causam, viscera eius repente similiter cũ vita effusa sunt. Cui succedens Iulianus Apostata, ex clerico Imperator efficitur et in idolorũ cultum conuersus magnas strages atque sæuas neces intulit Christianis, et ipse cum cæteris diuina falce punitur, Christum confitetur inuitus, dicit Isid. in sua Cronica. Multis tandem annorum circulis reuolutis, Iustinianus oritur Saloreę Illiricæ, de quo 24. dist. extra uero, ibi per glo. et 7. dist. fuerunt, ubi gl. dicit, quod Theodosianum Codicem Iustinianus immutauit et fecit vnum Codicem ex tribus. Etiam hic Iustinianus Imperator se et suas leges Romano Pontifici subiugauit, ut in epistola, inter claras, et in epistola Victor. C. de summa Trinit. et fi. catho. et in Auth. vt clerici apud proprios Episcopos, colla. 6. Ipse etiam Iustinianus in prædicta Epistola, Victor, §. suscepimus, protestatur se amplecti. 4. Cõcilia principalia videlicet. Nicenum, Constantinopolitanũ, Ephesinum, et Calcidonense, & decernit, qđ, q cũq; nõ credunt & nõ tenẽt ea, q̃ in pdictis quatuor cõciliis sunt stat. tamq̃ hrtici puniant, ut in l. q cũq;. C. de hrticis. Supuenit Ludouicus Impator primus, q Paschal. sum. Põtifici & successoria eius ĩ ppetuũ, sicut a pdecessorib. suis post Cõstãtinũ cõcessum fuerat, ita et ipse cõcedit Romanis Põtificib. disponere Romanã ciuitatẽ, cũ ducatu suo et suburbanis atq; viculis suis omnib. et territorijs eius montanis atq; maritimis, litoribus et portibus seu cũctis ciuitatib. castellis, oppidis ac uillis in Tusciæ partibus, etc. 63. d. Ego Ludouicus.

121 † vbi gl. dicit quod nec posset Imperator illã donationẽ reuocare. nã dicit lex, quod sola immẽsitas est mẽsura rerũ donatarũ in ecclesia, vt C. de sacros. Ec. auth. sed hodie, et dicit gl. ꝙ Ludouicus nõ cõcedit, sed cõcessa cõferat, nã omnia hæc et alia plura, iam prius fuerant Ecclesiæ 96. di. Constantinus. Præterea solus Imperator põt alienare res Imperii. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum §. fi. item quia per hanc concessionẽ non læditur imperiũ, ex quo res redit ad pristinũ statũ. ff. de pac. l. si unus. §. quod si non tolleret. & 35. di. ab exordio. Non obstat. 12. q. 2. non licet, quia ille nõ poterat legẽ imponere suo successori, extra de ele. innotuit, hæc ibi gl. melius tamẽ Moderni tractãt in c. nouit. ex de iud. & Arch. in d. c. ego Ludouicus, apostillat verbũ concedo. i. habere pmitto & nõ resisto, quin pacifice & quiete habeat & possideat, nam hęc oĩa antea habuerat, sicut patet ex litera & glo. Sed forte non oĩa secundum Hug. Sicut etiam Rodulphus Rex Alemaniæ donauit Ecclesiæ Romanæ ciuitatem Bononiæ cum suo districtu, & totam Romandiolam, quam tamen ei prius donauerat Pipinus, pater Caroli magni, & etiam alii Imperatores, quod dic, ut in Specu. de rescrip. præsentat. §. ratione causæ.

122 vers. item quod obtentum est Hugol. etiam dicit, quod Imperator non posset talem donationem reuocare. hoc tenẽt communiter Doct. moderni, & bene. Nã communis doctrina est, quod papa & Imperator possint donare in quantacunque quantitate volent, & valet etiam sine scriptura & insinuatione. C. de donat. l. sancimus. vel magister militũ militib. vel priuatus priuato in reparatione domus, ut in Auth. ut non fiant pignorat. §. illud quoque. collat. 5. & e conuerso, quæ fiunt a priuatis in Principem, similiter valent, cuiuscunque fuerint quantitatis. C. de donat. auth. & a priuatis. Item cum donatur piis locis, in quibus optima mensura est rerũ donatarũ immensitas, ut in Auth. de non alien. aut permut. reb. Ecclesiæ. §. si minus, collat. 2. secundum Gostr. sed textus ille non sic indistincte loquitur de donatione, quam Imperator facit Ecclesiæ, secus in donatione, quam facit alius priuatus etiam Ecclesiæ, nam illa potest fieri secundum veterem legem usque ad quingentos solidos. C. de sacrosan. Eccles. l. illud. uel hodie usque ad octingentos solidos, ea ratione, ut sicut olim poterat quis donare priuato usque ad ducẽtos, & Ecclesiæ usque ad quingentos, & sic trecentos Ecclesiæ plus licebat quam laico donare, & hodie commune ius sit, ut usque ad quingentos laico possit donari, ut C. de don. l. penul. Sic ultra quingentos licebit trecentos Ecclesiæ donare & ita octingentos, ut notat Bald. de Perusino in dicta l. illud. & quod talis donatio per Constantinum licite fieri potuerit, nec per successores possit reuocari, satis probatur 16. q. 3. placuit. ubi decretum Gelasii Papæ, sic dicit, Placuit huic sanctæ & magnæ Sinodo, ut res, uel priuilegia, quæ Dei Ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & siue ab diuæ recordationis Imperatoribus, siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata & ab eis per annos. 30. possessa sunt, nequaquam a potestate præsulum eorum quæcunque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta, quælibet auferat, sed sicut omnia in potestate et iussu præsulis Ecclesiæ q̃cunque intra. 30. annorum spatia ab Ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo clericorum, uel secularium cõtra præsentem diffinitionem egerit, tanquam sacrilegus iudicetur. & donec se correxerit & Ecclesiæ propria priuilegia seu res restituerit, anathema sit. Vides ergo quam clarum textũ ad robur talis donationis, cum dicit, Donata, &c. quod nunquam ualeat reuocari donatio, tam longissima præscriptione munita, nedum 30. annorum, sed vltra mille, cum Imperator etiam ipse Iustinianus Christianissimus instituerit donationem factam per Imper. quadriennii pscriptionẽ tueri, ut in l. bene a Zenone. C. de quadriennii præscript. unde Glos. in dicto c. placuit, bene concludit, quod præscriptio 30. annorum nõ refertur ad Imperatorem sed ad alios Dei cultores, de quibus loquitur tex. ibi. Sufficit ergo Ecclesiæ iam tanto tẽpore quiete, & pacifice possedisse, dico sine iudiciali disceptatione, præsertim cum imperium non lædatur, sed iuue-

123 tur ex tali inclita donatione, † quia magis sacrorum clericorum precibus protegitur & augetur, quam armis militum & bellatorum, sicut Iosue, Moise orante, vincebat, quo non orante Amalech superabat. Exo. 18. Summus ergo Pontifex cum toto clero populi Christiani imperium & Imperatorẽ cum omni exercitu suo quotidie student suis deuotis orationibus Altissimo commẽdare, iuxta doctrinam Apostoli ad Timot. 2. dicentis, Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam & tanquillam uitam agamus in omni pietate & castitate, Et nota quod Apostolus diuidit orationẽ in quatuor species, uidelicet obsecrationẽ orationẽ, postulationem, & gratiarum actionem. Obsecratio, secundum glo. ibi, est adiuratio pro rebus difficilibus, ut pro cõuersione impii, uel pro remouendis malis. Oratio est, cum iam conuersis virtutes & bona orantur. Postulatio, ut cum pro iustis gloria cælestis petitur. Gratiarum actio est de omnibus beneficiis & donis receptis. His igitur quatuor modis orant Pontifices & clerici pro Imperatore & Regibus & omni populo Christiano, & aliquando etiam pro infidelib. ut ad lumen redeant veritatis. Hac similitudine dicimus cõpositam vrbem Romam sub figura quatuor patrum orbis terræ propter quatuor Patriarchales sedes, quæ sunt in urbe, sicut in orbe, ut patet in c. antiqua. extra de priuileg. & illæ q̃ sunt in urbe, sunt uidelicet Ecclesia sancti Petri, Ecclesia sancti Pauli, Ecclesia sanctæ Mariæ maioris, Ecclesia sancti Lau-

124 rentij. † Sed principalissima sedes omnium est Lateranensis Ecclesia sancti Ioan. Bap. 23. di. c. 1. in prin. & 63. d. Adrianus 2. nam

2. nam in maiori altari sancti Ioannis solus Papa & episcopi Cardinales celebrare solent, sed in aliis nedum ipsi, sed etiam presbyteri Carpinales celebrare consueuerunt. Aliqui tamẽ dicunt quod ecclesia sancti Petri non est Patriarchalis, quia subest episcopo Portuensi, & est de ipsius diœcesi. Archidiac. dicit hoc videri mirabile, cum ecclesia beati Petri prima vocetur. 12. q. 1. futuram, & est caput cęterarum, sicut Petrus caput Apostolorum. 3. q. 6. dudum, & ibi Laur. arguit ecclesiã sancti Petri maiorem Lateranense, argum. 10. q. 1. sanctorũ, & in dicto c. futuram, & in Cronicis legitur, quod Bonif. IIII. obtinuit ab Impatore, quod ecclesia sancti Petri caput esset omniũ ecclesiarum. Cõmuniter autem tenetur, quod Lateranensis est maior, & Romana ecclesia nuncupatur, & est prima sedes Apostolici, secũdum Hugol. & in Cronicis legitur, Constantinum vltra palatium Lateranense construxisse ecclesiam Saluatoris, quam in toto orbe terrarum matrem omnium ecclesiarum censuit nominari, de hoc tractant Moderni in c. fundamenta, de elect. lib. 6. Ad propositũ igitur redeundo pro Imperatore facit ad salutem animæ, ad conseruationem vitæ, ad protectionem Imperialis culminis & apicis dignitatis, talem donationem perpetuo acceptare, ratam habere & protegere & defensare, ut tantorum virorum orationibus & patrocinijs adiuuetur. Accedunt etiam ad prædicta notata. 23. q. ult. igitur, vbi dicit glo. quod ciuitas Roma-

125 na est Apostolici & non Imperatoris, allegat prædictum cap. ego Ludouicus, † & dicit quod Imperator est aduocatus urbis, de quo in c. venerabilem, extra de elec. & de prædicta donatione Romam idolæ not. Io. Andr. in c. causam quę, extra de iur. calum. Et quod regnum & insulæ Siciliæ, sint de patrimonio beati Petri, patet 94. di. c. 1. 10. q. 1. relatum 11. q. 1. peruenit, extra de iudic. nouit, & in c. ad Apostolicæ. de sent. & re iudic. lib. 6. & in dictis iuribus per glo. & Doct. Item quod regnum Angliæ sit ecclesiæ Romanæ & Rex in feudum reci piat ab ecclesia, not. Io. Andr. in c. causam. 2. extra qui fil. sint

126 legit. & de prædicto regno Siciliæ not. etiam in c. pastoralis, de sent. & re iudic. in clem. † De prædicta donatione, an ualuerit vel possit reuocari per successores Constantini, no. Io. And. in glos. sua ordinaria, super verbo, Constantinum, in c. 1. §. fi. de iureiur. in clem. ubi sic dicit. Dispntant aliqui, an donatio per Constantinum facta ecclesiæ Romanæ & in persona beati Siluestri, de qua 96. dist. Constantinus, valuerit, & an successor, illã reuocare potuerit. Accursius tenet ꝙ donatio non valuit, in Auth. qũo opor. Episc. post prin. sed Io. 5, q hoc not. 63. dist. ego Ludouicus, ꝙ valuit, & sit reuocabilis, pbat hæc litera, & supra de elect. fundamenta. §. ne autem, lib. 6. et facit quod not. Host. in summa de immunit. Eccl. §. pen. ad fi. hæc glo. Ibi hanc partem etiam tenet Dom. Ant. et communiter omnes Canonistæ, quamq̃ Guil. de Cun. Butrig. et Bar. in proœ. digestorum, et C. aliud dixerunt, sed standum est determinationi Papæ quæ seruanda est in dubiis, ut in c. per uenerabilem, §. responsionibus, extra qui filii sint leg. Sic etiam tenet Paulus de Leazar. in d. c. Romani, de iureiur. in cle. qui addit, quod prædicta donatio de iure ualuit, quia ex causa, s. propter beneficium receptum, fuit facta donatio, et sic fieri potuit, arg. l. Aquilius, ff. de donat. Item quia ratione dignitatis licet donare, quod alias non liceret. ff. de donat. l. filius, et potissime ratione dignitatis Imperatoris, cuius uoluntas ius facit. Insti. de iure naturali. §. sed quod Principi. Ad hoc quia talis donatio facta fuit capaci et fauorabili, ideo tenuit. C. de sacrosan. Eccle. l. priuilegiũ. Nec debet posse reuocari, qa facta fuit cũ causa, scilicet recepti beneficii sanitatis, & sine cã, scilicet ingratitudinis, non debet reuocari, ut in c. fin. de donat. Cum ergo ecclesia non possit esse ingrata, & sic non possit subesse cã reuocationis, cũ ẽtsi ingratitudo prælati adesset illa nõ debet nocere ecclesiæ, vt in reg. delictum, de reg. iu. li. 6. Præterea deficit iudex, qui hẽat de hoc cognoscere, qa papa habet iudicem. solũ Deũ. 9. q. 3. aliorum, & c. nemo. et 40. dist. si papa. Item quia per donationẽ non minuitur imperiũ, licet minuatur exercitiũ iurisdictionis in psona imperatoris, quia Imperium est penes ecclesiã, siue Apostolicũ, hoc est ipsum papam, sed exercitiũ clauis, est in manu Regali ad nutũ ecclesiæ, ut in extrauag. Bonifacii, quæ incipit, Vnã sanctã, & ratione imperialis dignitatis diminutæ non dẽt dici inualida donatio quia a quocunque exerceatur iurisdictio de reb. prędictis, exercetur pro imperio, ut in c. cũ Apostolica, de his, q̃ fi. a præl. si, con. c. Item ratione donãtis non debet dici inualida, quia donans potuit sibi præiudicare, ut in c. cũ uenissent, extra de iud. Item nec rõne successoris, qa nõ perdidit quod nõ habuit, & sic nullo modo põt reuocari, Nec impator posset reuocare priuilegia, quæ dedit ecclesiæ Romanæ. ut not. innoc. in c. nouit, extra de iud. ad quod 22. q. 2. non t. hoc etiã confirmat, ut dictũ est, longissima pscriptio, cõfessiones, iuramenta, recognitiones & promissiones Imperatorum, de qb. patet 63. dist. tibi Domino. ubi ponitut iuramentum fidelitatis & obedientiæ Ottonis Imperatoris. Io. papæ, in quo iuramento promittit Imperator in Rom. ciuitate nullum placitum, aut ordinationẽ facere, & quicquid de terra sancti Petri ad Imperialem potestatem venerit, papæ reddere, & cuicũque regnum Italicum commiserit Imperator, iurare faciat illum, ut adiutor papæ sit ad defendendam terram sancti Petri, secũdum suum posse. Cõfirmatur etiam, quia Ecclesia habet habitum iurisdictionis, & Imperator solum exercitiũ suscipit ab Ecclesia, ex quo patet quod papa potest imperiũ reuocare, etiã si talis donatio minime processisset. ergo fortius stante donatione. Rationes autem, & quæ allegãtur in oppositum, præsupponunt duo esse principia. & quod Imperium non dependeat ab Ecclesia, quod tamen inconuenientissimum iudicatur, ut supra dictum est, & dato quod sic esset, ad huc tamen dici posset quod tunc etiam donatio tenuisset ex causa beneficij iam suscepti, quando donatio non esset immensa, etiam Imperatori, uel Regi, licet esset in præiudiciũ successoris, vt ĩ c. intellecto, extra de iureiu. & ĩ Auth. de non alien. §. si minus, collat. 2. Et si dicas, eodem modo, & eadem ratione posset totum regnũ donare, uel imperium, dico, quod non sequitur, quia reuocaretur donatio, ex qua tanta lęsio sequeretur, argum notat. in l. 1. C. de inoff. donat. Cõfirmatur hæc sententia, quia usque ad Sigismundum, nostris temporibus coronatum a S. D. N. Eugenio papa. IIII. exemplo monstrauerunt Imperatores apprpbationem personæ ad imperialis celsitudinis apicem assumendæ, nec nõ vnctionem. consecrationem, & Imperii coronã a summo Pontifice accipere, & sua submittere capita non reputarunt indignum, seque illi & eidem Ecclesiæ, quę a Gręcis Imperiũ transtulit in Germanos, astringere uinculo iuramenti, ut in d. c. unico, de iureiu. in clem. Nam primo translatum fuit a Græcis in Francos, & postmodum a Gallicis in Germanos. 28. q. 1. §. ex his de quo plene in c. venerabilem, extra de elec. ibi, Quę Romanum Imperium in personam mag. Caroli, &

127 c. † Electio tamẽ Imperatoris hodie spectat ad quosdam Duces Alemanię cum tribus prælatis, qui sunt Archiepiscopi, uidelicet Maguntinus, Coloniensis. & Treuerensis, & quatuor Laici. s. Comes Rheni, Dux Saxonię, Marchio Brandeburgensis, & Rex Bœmiæ olim Dux.. Et dicunt quidam, ꝙ Rex Bœmiæ de necessitate non est vocandus, nisi cum alij discordant nec istud ius habuit ab antiquo, sed hodie de facto tenet. & hæc per Host. in d. c. venerabilem extra de elec. per gl. Io. And. in d. c. ad Apostolicæ. de sen. & re iud. li. 6. ad fin. c. in glos. pen. ubi subdit. Canõ dicit quod exercitus Imperatorẽ facit. 93. dist. legimus. ff. de orig. iur. l. 2. §. postea. & §. deinde cum esset. & §. deinde quia difficile. & §. quia nouiss. Instit. de iure natu. §. sed quod. & C. de uete. iure enunc. l. 1. §. hoc etiã nihilominus. Et certe clarum est, quod electores imperii ab ipsa Ecclesia Rnmana eligendi potestatẽ auxerinr, ut in dic.

128 c. uenerabilem, extra de elec. † quam quidem potestatem cõferre non potuisset Ecclesia, nisi saltem habitu obtineret qa nemo dat quod non habet, ut in c. nemo plus, de reg. iur li. 6. & de conse. dist. 4. quomodo. nam cum imperium esset in Græcia, & Rex Desiderius Romanam Ecclesiam deuexaret, Adrianus papa II. dispositionẽ sui præcecessoris Nicolai papæ sequutus suos legatos ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Coustantium & Leonem Augustos, Constantinopolim direxit. ut Ecclesiam defensarent, quibus renuentib. Adrianus papa victoriosissimum Carolum magnum, Regẽ Francorum, ad defendẽdas res Ecclesię postulauit. Carolus uero Romam ueniens, Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta Resurrectione ab Adriano papa Romæ hono-

129 rifice susceptus est. † Post sanctam uero Resurrectionem reuersus papiam, cepit Desiderium Regem, deinde Romam reuersus constituit ibi Synodum cum Adriano papa in Patriarchio Laterani in Ecclesia S. Saluatoris, quæ Sinodus celebrata est a 154. episcopis religiosis & Abbatibus, & exinde trãslatum est imperium a Græcis in Germanos, qui sic vocati sunt, eo quod sub eodem patre, s. summo Pontifice, & eadem matre. s. sancta Romana Ecclesia, tãquam germani ex vtroque parente congaudeant humiliter obedire, nam illa Germania, quæ post Scithiam inferiorem a Danubio inter Rhenum fluuium Oceanumque conclusa cingitur a Septẽtrione & Occasu Oceano, ab Ortu uero Danubio, a Meridie Rheno fluuio dirimitur, propter fœcũditatem gignẽdi Germania dicta est, ut dicit Papias. Ergo quasi ex fęcunditate diuinæ gratiæ, qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Io. 1. Sicut nouellę oliuarum Ecclesię filii in circuitu mensę Domini, Germani merito nuncupantur. De prędicta imperii translatione satis habetur in historia Ecclesiastica, & tangitur 63.

130 d. Adrianus, 1. & 2. & in c. in Sinodo, ead. dist. † Querit etiam Io. And in dicto c. ad Apostolicę. in glo. pen. Nunquid papa possit prædicto principes electores imperij electionis iure priuare,

uare, & per seipsum eligere, Imperio vacante. Et respondet, secundum Ber. ꝙ non, dummodo ipsi velint, eligere, secus videtur si nollent eligere, vel concordare non possent, probat per decre. venerabilem, extra de elect. & hoc maxime locũ hẽt in laicis, ad qđ extra de iure pat. c. cũ dilectus cũ ibi no. & vltra glossam dicit idem Io. And. in dic. c. ad Apostolicæ, ꝙ ex eo quod a iure certum tempus non statuitur electoribus ad eligendum Imperatorem, hinc est quod papa non potest eligere, nisi prius illos admoneat, vt d. c. uenerabilem, extra de elect. & sic post statutam diem, si electores fuerint negligentes, electio deuoluetur ad papam, quia statuta dies interpellat pro homine, & facit contumaciam, iuxta not. in c. potuit, extra de locato. Et an in ecclesiis, in quib. siue sint cathedrales, siue inferiores, statuta sint tempora electionis, vt in c. ne pro defectu, extra de elec. & in c. 2. de concess. præben. &
131 in c. ex parte, eodem titulo. Et nota, † secundum Dominum Florentinum, Franciscum de Zabarel. in d. c. venerabilem, in 5. notabili, quod Carolus Rex Franciæ cum suis successorib. de Francia, tenuerunt imperium per annos 103. & amplius vsque ad Ardulphum, cuius tempore cum ecclesia oppugnaretur a Berengario tyrãno, nec Ardulphus sucurreret, in subsidium papa vocauit Ottonem Ducem Saxoniæ, qui succurrit, & ob hoc per Leonem Papam V. constitutus fuit Imperator & deinde remansit Imperium apud Germanos, ut legitur in quibusdam Cronicis. De prædicto Carolo Magno & de eius statuta & moribus & gestis tractatur in Speculo historiali, lib. 25. c. 1. & sequen. Et sciendum quod quamquam olim eligeretur Imperator a populo Romano, a quo etiam iurisdictionem habet 83. dist. legimus. & in d. l. 2. ff. de orig. iur. cum aliis iuribus superius allegatis, tamen per concessionem ecclesiæ pertinet ad prædictos electores tam de iure q̃
132 de antiquata consuetudine, vt patet in d. c. uenerabilem. † unde conclusiue dici potest quod quamquam imperium principaliter sit a Deo, quia omnis potestas a Deo est, Ad Ro. 13. placuit tamen Deo ut ab eo sit principaliter, sed per manus sui Vicarij offeratur & confirmetur, ut in d. c. 1. de iureiur. in clem. & in c. solitæ, de maiori. & obed. & in c. nouit. de iudic. & in c. licet 1. de foro compet. & in d. c. per venerabilem, §. responsionibus, qui fil. sint leg. Superflua tamen iam uidetur hæc disputatio & multa iurgia connexata hincinde plurima prodierunt. Constat. n. quod aliquale Imperium fuit primo orientale Assyriorum, quod dicitur Babilonicum. Aliud dictum est imperium Persarum, & Medorum, cui præfuit Arphaxad Rex Medorum, qui multas gentes subiugauit imperio suo, & quem Nabuchodonosor Rex Assyriorum debellauit & obtinuit in campo magno Ragaurum, Iudith. 1. Aliud est etiam dictum imperium Græcorum, cui præfuit Alexan. Philippi Macedo, qui primus regnauit in Gręcia & destruxit Darium Regem Persarum & Medorum. de quo 1. Machab.
133 † Quartum igitur fuit imperium Romanorum, destructo Annibale, qui pugnabat pro regno Carthaginensium, ut patet per Tit. Liuium in tit. de secundo bello punico. † Et de his
134 quatuor regnis prænunciauit Daniel Nabuchodonosor in declaratione somnij de statua cuius caput aureum, pectus & brachia de argento, venter & fœmora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam fictilis. Et dixit Daniel Nabuchodonosor, Tu es ergo caput aureum, & supra dixit, tu Rex regum es, Deus cœli, & regnum & fortitudinem & imperium gloriam dedit tibi. Et infra, Et post te consurget regnum aliud minus te, & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersę terræ. Et regnum quartum erit velut ferrum. Quomodo ferrum comminuit & domat oĩa, sic comminuet oĩa hęc & conteret. Porro quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli & partem ferreã, regnum diuisum erit, quod tamen de plãtario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnũ erit solidum & ex parte contritum. Ex infra, in diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli, regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. Comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc & ipsum stabit in æternum, &c. Dan. 2. vides igitur quartum Imperium, quod fuit Romanorum, & quod tamquam ferrum comminuit & domauit omnia, cuius princip. Iulius Cæsar præfuit, & armorum ui mundum sibi subiugans, caput dedit imperio Romanorum, cui successit Octauianus, q per 56. annos vniuersum sibi orbem sua magna potẽtia subiugauit & pacifice rexit & gubernauit. Cuius imperii anno 42. abscissus est lapis de monte sine manibus. hoc est, quia a summo Deo & Domino cœli & terræ factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris & omnium intuentium, ut, s. natus sit Christus Dei filius ex intacta Virgine gloriosa, cuius regni non erit finis. Luc. 1. Ad quod 2. capit. subiungit Lucas, Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis.

quod ad literam factum est, quia anno imperii Octauiani, quia natus est Christus Dñs, Rex regũ & Dñs dominantium secundum omnes Catholicos tractatores. Regnum igitur temporale contritum est, regnum vero spirituale stabit in æternum. Simili modo prophetauerat Balaam Nũ. 24 dicẽs, Orietur stella. s. Virgo Maria ex Iacob & cõsurget virga de Israel. i. Christus de quo psal. dicit, Virga directiones, virga regni tui. Et infra Venient in trieribus, de Italia. i. in curribus triũ rotarum. superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos & ad extremum etiam ipsi peribunt. s. de regno temporali sicut factum est, De spirituali autem qui spiritualiter uiuunt, neque unt deperire. Hæc igitur regna, præter Romanorum, dicuntur Monarchiæ, non quod aliquod ipsorum fuerit generale ad totum orbem, sed ad magnam partem ipsius. Romani autem dicuntur habuisse Imperium vniuersi orbis. s. in concreto, non quod aliqua oppida in aliquibus montibus vel vallibus debuerint remanere, sed sufficit quod capita regnorum colla subiicerent imperio Romanorum. Igitur qui præest regno perpetuo. s. spirituali vt est papa, præesse debet etiam regno temporali sine quo spiritualia nequeunt gubernari. 1. q. 3. si quis obiecerit. & in c. cum secundum. extra de præben. & c. solitæ, extra de maio. & obed. Ad quod accedit gloss. sing. Io. And. in c. ad nostrum. vers. 3. q. illi. in glos. q. incipit, hæc sunt
135 omnia heretica, de hæret. in clem. † ubi concludit vniuersalis Ecclesiæ unum caput esse supremum, cui oẽs de Ecclesia obedire tenentur, illo statuente per quem reges regnant & principes imperant, & legum conditores & potentes decernunt iustitiam. Pro. 8. & adducit exemplum de Ecclesia triumphante, cui Princeps vnus Deus, qui primus est omnium triumphantium sub eodem, sic & Papæ tanquam capiti Ecclesiæ militantis omnes in terris de necessitate salutis obedire tenentur, vt deciditur in extrauag. Bonif. quæ incipit, Vnã sanctam. ad quod Io. 10. Et fiet vnum ouile & vnus pastor. & c. licet, extra de bapt. & in c. 1. de sent. excom. lib. 6. Nam ut dicit Thom. secunda secũdæ, in q. 104. art. 1. sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita & operationes humanæ procedunt ex humana voluntate, vnde sicut in reb. naturalibus superiora mouet inferiora virtute diuinæ ordinationis, ita in reb. humanis superiores mouere debent voluntatem inferiorum iure auctoritatis diuinitus institutæ. ergo & Imperator & reliqui obedire debent papæ tanquam principali motori & membro principali totius corporis Ecclesiæ militantis. Accedunt not. in c. significasti, extra. de elect. merito per totannorum centenaria hoc iustissime seruatum est, vt Imperatores confirmationem, approbationem & coronationẽ accipiant a summo Pontifice Christianorum, ut in d. c. venerabilem, extra de elect. & in d. c. 1. de iureiur. in clem. Quid enim si electus esset idignus, vt paganus, tyrannus, hæreticus, excommunicatus, periurus, vel fatuus, aut Ecclesiæ & Christi fidelium persecutor? Certe ridiculum esset talem in Imperio confirmare, ut in d. c. venerabilem, §. nunquid enim extra de elect. Fatemur enim nos electionem Imperatoris ad Theutonicos pertinere virtutem & dispositione Pontificum Romanorum. 28. q. 1. ex his. Confiteantur ipsi Imperatorem debere ceruicem submittere coram pedibus summi Præsulis & Vicarii Iesu Christi, & caueant nepartam dignitatem & tanto tempore iam possessam pacifice & quiete, eorum ignauia uel detestabili vita lasciua
136 deperdant. † cum ex quolibet mortali peccato incorrigibilis Imperator deponi valeat & priuari, ut dicit gl. 40. di. si papa, in fi. Sicut etiam deponitur, si est inutilis populo Christiano. 15. q. 6. alius. ubi Zacharias papa Regem Fancorum non tam pro suis iniquitatib. quam pro eo quod tantæ potestati erat inutilis a regno deposuit, & Pipinum Caroli. Imperatoris patrem in eius locum substituit, Vbi dicit glos. ergo papa deponit Imperatorem. 96. dist. duo, & c. si Imperator. Et quamquam glos. Io. dicat ibi, dicitur deposuisse, quia deponentib. consensit, attamẽ clarum est hodie quod ex iusta causa papa potest Imperatorem depõere & priuare, cum ad eius officium spectet de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Christianum. Et si correctionem contempsit, per districtionem Ecclesiasticam coercere, vt in c. nouit, vers. cum enim. extra de iudic. & clarius patet in c. ad Apostolicæ, de sent. &
137 re iud. lib. 6. † Vbi Inno. IIII. in Concil. Lugdu. priuauit & deposuit Imperatorem Federicum. ubi Io. And. in gl. i. dicit. Et nota proprium in superscriptione dicitur. Sacro præsente concilio, ad memoriam sempiternam. quod dicit de Concilio, potius est ad honestatem quam ad necessitatẽ, & fine sententia Concilii sententia papæ sufficeret contra Imperatorẽ & quemlibet alium. 15. q. 6. alius ibi enim non dicitur quod in Concilio facta fuerit depositio. Ipse enim papa habet plenitudinem potestatis. 2. q. 6. decreto nostro & c. qui se scit, & in
138 c. ad honorem, de anth. & usu pal. † papa igitur Canõibus nõ subiicitur, nec ab eis auctoritatem habet, sed econuerso, ut c. si-

c. significasti. extra de elect. ipse ergo omnes iudicat, & a nemine iudicat. 22. dist. omnis. 9. q. 3. sola. & c. nemo, & c. cuncta per mundum. Dicit etiam Io. And. in gl. super verbo, Pharaonis, in d. c. ad Apostolicæ Et potest dici de Federico imperatore, quod magnus sine comparatione creatus, sine venia damnatus fuit, sicut diabolus, de pęnit. di. 2. in prin. & super verbo, hæresi dicit, propter quod crimen non solum Imperator, sed Papa etiam deponi debet, 40. dist. si Papa, suspectus. n. de hæresi, si se non purgar & si per annum sic steterit & irarenoluerit, punitur vt hæreticus, extra de hæreti. c. excommunicamus. 1. §. sic vero. Et est idem in excommunicato ob contumaciã in cã fidei, ut in c. cum coutumacia, de hære. li.
139 6. † Dicit etiam Io. And. in d. c. ad Apostolicę, in gl. super uerbo priuamus, propter crimina ergo deponit Papa Imperatorem vt hic. Item cum est inutilis. 15. q. 5. alius. Item dat coadiutores Imperatori male administranti, vt in cap. grandi, de supplen. neg. præl. lib. 6. Item per negligentiam Regum iurisdictionem assumit, vt in c. licet, extra de foro compet. Item ipsos compellit iustitiam ministrare. uigesimatertia quæstio. 5. administratores. Item compellit eos in casibus debitis ius Canonicum obseruare vt in c. 2. de foro compet. lib. 6. & in c. licet, & in c. decernimus, de sent. excommuuic. lib. 6. Pater igitur ex prædictis quantum præualet auctoritas Papæ super imperialem celsitudinem, quam transtulit, examinat, cõfirmat, vel infirmat, approbat, uel reprobat, & si approbat, coronat, ungit, & confouet tamquam pater, si delinquit, punit deponit & priuat, eius sententiam reuocat & infringit, cum iniustam decernit, ut in c pastoralis, de sent. & re iud. in cle. Nec prædicta facere posset papa, si in his iurisdictionem ordinariam non haberet, nam eius est deponere cuius est ponere, quia omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur vt dicit Io. Chrisost. & habetur in c. 1. extra de regul. iu. ad quod ff. de reg. iu. l. nihil tam naturale. Ille etiam benedicit, qui & maledicit, & econuerso. 21. dist. denique. nam leges imperatoris non sunt supra legem Dei & Canonicas sanctiones, sed subtus. 10 dist. c. 1. Nec iudicia ecclesiastica dissolui possunt per Regias sanctiones. 10. dist. non licet. Ex quibus patet Imperatorem & omnes reges cunctosque Christi fide-
140 les papæ subiici oportune, † donationemque prædictam, & si facta non esset, de nouo fiendam tanq̃ debitã & vtilem facienti de reb. merito relaxandis sub dñio summi Regis Iesu Christi, q sanguine suo Põtifices Reges fecit, ut ipse idẽ Apo. princeps Pe. dixit. sua 1. Canõica. c. 1. sciẽtes qm̃ nõ corruptibi lib. auro, vel argẽto redẽpti estis. sed p̃cioso sãguine Iesu Christi. Et in 2. c. dicit, Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ad quod extra de sacra unct. c. uno. Nã & ipse Deus dixit, Dñium ab iniustis auferẽdũ, & iustis tradẽdũ, cũ parabolizãdo sub figura plãtatæ vineæ de humano gñe loquebatur, qđ agricolæ appræhẽsis seruis dñi, aliũ ceciderũt, aliũ vero lapidauerũt, & filiũ dñi, i. ipsum Iesum siñr occiderũt, & ꝯ se ipsos sñĩam ꝑtulerũt dicẽtes Malos male p̃det, & vineã suã locabit aliis agricolis, q reddãt ei fructũ t̃pib. suis, Matth. 21. ad qđ 23. q. 7. c. 1. & c. si de re
141 bus. & c. seq. ubi Aug. ꝯ Petilianũ ad Vincẽtiũ ꝓbat, † qđ bona terrena non recte a quoquã possideri possunt, nisi uel iure diuino, quo cũcta sunt iustorũ, uęl iure humano, quo in ptãte debẽt esse fideliũ Regũ, & cõcludit in d. c. si de reb. dicens, quid ergo indignum, si ea quæ tenebant hæretici secundum parem Domini uoluntarem Catholici tenent, ad omnes. n.
142 iniquos & impios illa vox Dñi ualet, † Auferetur a uobis regnũ Dei, & dabitur gẽti faciẽti fructus eius. Matth. 21. subdit Aug. si qua iã p̃cisi possidere cœpistis, q̃ a vobis ablata nobis Deus dedit, nõ iõ cõcupiscimus aliena, q̃a illius Im p̃io, cuius sunt oĩa facta sunt nostra & iuste nostra sunt, vos. n. vtebamini ad præcisionẽ, nos ad unitatẽ. Alioquin & pro populo Dei possent illi obiicere alienę rei concupiscẽtiã. q diuina potestate ab eorum facie, quia terra male utebanrur, expulsi sunt & ipsi Iudęi, a quibus ablatum est regnum, secundum uerbũ Domini, & datum est genti facienti iustitiam, &c. Patet. n. dominium orbis terre tunc datum fuisse primis parentibus, qñ iusti erant, scilicet in statu innocentię cum benedixit illos Deus, & ait Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eã et dominamini piscib. maris, et uolatilib. cœli et vniuersis animãtib. q̃ mouenr̃ in terra. Gen. 1. Ex quo aũt peccauerũt eiecti sunt de Paradiso. Ge. 3. Et multiplicatis natorũ pignorib. & uitiis & concnpiscentjis adueniẽte t̃pe diluuii, omnes submersi sunt, et priuati vita, nedum dominio, excepto Noe, cũ sua familia. Noe vero nedũ testimonio Moysi vir iustus atque perfectus fuit in cognationibus suis, Gen. 6. uerũ et iustus ipsius Dei testimonio approbatur, cum ait, ingredere, et omnis domus tua in arcam, te enim vidi iustũ corã me in gñatione hac, Gen. 7. Et sicut tunc, dũ fuerũt in arca. Noe pręfuit omnib. animantib. rationabilibus et irrationabilib in arca cõclusis, ita cessante diluuio eductis de arca oĩb. animantibus, quæ intus fuerãt, oblatisque super altare holocaustis per Noe, benedixitque Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos, Crescite & multipiicamini, & replete terram, & terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super oẽs volucres cæli cum uniuersis, quæ mouentur in terra, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit, erit vobis in cibum, quasi olera uirentia tradidi vobis omia. Gen. 9. Cumque postmodum iterum multiplicati essent filij hominum, creuissetque superbia eorum ut uellent ędificare ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingeret cęlum, confudit Deus linguas eorum, ut se mutuo intelligere non ualerent, Genes. 11. Denique natus est Abraham iustus & amicus Dei, cui dixit Dominus, Egredere de Terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris, & veni in Terram, quã monstrauero tibi, faciamque te in gentẽ magnam & benedicam tibi, Gen. 12. postmodum debellauit Abraham regem Sennar & regem Ponti & Regem Elamitarum & Regem gẽtium, Gen. 14. cui etiam dixit Dominus, Suspice cælum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, credidit Abraham Deo & reputatũ est illi ad iustitiam. Dixit, ad eum Deus, ego Dominus qui eduxi te de Vr Caldęorum, vt darem tibi terrã istam & possideres eam. Gen. 15. Genuitque Abraham Ismaelem & Agar ancilla Sarai, Gen. 16 & facta est sibi promissio quod reges egrederentur ex eo, & quod & Sara haberet filiũ scilicet Isac. Et reges populorum orirentur ex eo, Gen. 17. Cũque natus esset Isaac & creuisset in adolescentia sua iussisserque Deus Abrahæ, ut daret sibi filiũ suum, Isaac, in holocaustum, paratusque esset Abrahã obedire voci Dei. Iurauit sibi Deus per semetipsum dicens, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum & benedicentur in semine tuo omnes
143 gentes terrę, Gen. 22. † & sic continutatum est dominium habitu saltem ex promissione diuina per filios Abrahę successiue quousque introducti fuerũt in terram promissionis ipsis liberatis per Moysen de seruitute Pharaonis, ut patet in lib. Exo. & deductis per Iosue in terram promissionis, ut patet in libro Iosue, vbi tot miraculis concurrentibus, & regibus debellatis, datum est dominiũ filijs Israel, vt satis patet in principio libri Iosue, vsque ad 13. c. inclusiue. Denique in huiusmodi figura Saul tunc electus & bonus, & non erat uir de filijs Israel melior illo. 1. Reg. 9. vnctus est in Regẽ per Samuelẽ prophetam & sacerdotem Dei. 1. Reg. 9. & 10. c. Cũque præuaricatus esset Saul & vertisset terga Domino, abiissetq; retrorsum, priuauit eum Dominus regno, & mãdauit Samueli iã mortuo, ut appareret Sauli, & nunciaret sibi, quomodo scinderet Deus regnum de manu sua, & daret illud Dauid proximo suo. 1. Reg. 28. Mortuoque Saule cum filijs suis, factus est Rex Dauid 2. Reg. 2. c. De tribu autem Dauid orta est Virgo benedicta, Luc. 1. ex qua natus est Iesus, filius Dei, qui est Sanctus sanctorum, & iustus iustificans impios, & saluum faciẽs populum a peccatis eorũ, Math. 1. Luc. 2. & Dan. 8. & 9. & sic cõtinuatum est regnum & Dominium per iustos habitu saltem, usque ad iustissimum Christum Iesum qui Rex Regum est, & Dominus dominantium, ut dictum est supra. Cum igitur Rnmani sacrilegi & idolatræ tanto tempore perstitisset, tamque rebelles lumini, & inimici Dei, iniuste vsurpauerãt
144 & illicite Imperium detinebant, † Constantinus igitur cedẽs lumini spiritus sancti, & reuerenter attendens, diligenter cõsiderãs iustum fore, quæ Dei sunt, Deo reddere, quod iniuste detinuit, iuste restituit Iesu Christo propter quod etiam in terris Deus ipsum altius honorauit, ut tangit Aug. 5. de Ciu. Dei. c. 25. dicens, Nam bonus Deus ne homines, qui eum crederent, has sublimitates & regna terrena existimarent neminem posse cõsequi nisi dæmonibus supplicet, & quod ipsi in talib. multum ualerent, Constantinum Imperatorẽ non supplicautem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentẽ tãtis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet, cui etiam condere ciuitatem Romano Imperio sociam ueluti ipsius Romę filiam, sed sine aliquo dęmoniorum tẽplo simulacroque concessit, diu imperauit vniuersum orbẽ Romanum vnus Augustus, tenuit & defendit. in administrãdis & gerendis bellis victoriosissimus fuit. In tirannis opprimendis per omnia prosperatus est, grandęuus ęgritudine & senectute defunctus est. filios Imperantes reliquit, sed rursus ne Imperator quisquam non Christianus esset vt felicitatẽ Constantini mereretur, cum propter vitam ęternã quisquã debeat esse Christianus, Iouinianum multo citius quam Iulianum abstulit. Ecce quam clare August. ostendit Constantinum veri Dei cultorem effectum, etiam post ædificationẽ Constantinopolitanę ciuitatis. quam Romão imperio sociã & ipsius Romę filiam appellauit, vt dicit etiam Frãciscus de Maironis, ad magis ardua sublimatum. Cum dicit ipsum fuisse victoriosissimum in bellis & tirannis opprimendis p̃ oĩa prosperatum. Et sic etiã patet quod profuit sibi relaxare Romam Ecclesię propter meritum orationum fidelium deuotorum

torum etiam ad augē. sibi decus & imperum temporale, uerisimile est enim quod Siluester cæteriq; fideles istanter orabant, vt audageret Deus gloriam suam & ampliaret cultum veræ fidei Christianæ etiam per medium & manus principis Constantini Serenissimi Imperatotis & semper Augusti, tanquam humilis filii militantis ecclesię, & Siluestro obedientis tamqnam summo Vicario Iesu Christi sicut & cæteri Imperatores successiue tenebantur, & tenentur ac tenebūtur obedire vsque ad finem mundi, successiuis temporib. Romano præsuli canonice intranti in sedem Apostolicam pro conseruatione veræ fidei Domini Saluatoris, qui etiam ipsi Petro dixit suæ proximus passioni Simon, ecce Satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, Luc. 22. & post resurrectionem suam, vndecim discipulis suis manifestus apparens in monte Galilęæ dixit eis, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos. In nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis, & ecce ego vobiscum sum-
145 omnibus diebus vsque ad consumationem seculi. Matt. vlt. Habemus igitur ex prædictis uerbis Christi anchoram firmissimā & securā qđ durāte mūdo, Christi fides in ecclesia pmanebit, quia Christi verba fallere nunq̄ possunt, sicut ipse dixit Matth. 24. Cælum & terra transibunt. verba autem mea non
146 præteribunt. Simile. Luc. 21. Roborantur † etiam omnia supradicta ratione naturali ex præeminentia uitæ contemplatiuę ad vitam actiuam, sicut ex pręeminentia intellectus speculatiui ad intellectum practicum, & regiminis politici ad regimen æconomicum vel ethicum. est enim regula generalis, quod plus semper in se continet quod est minus, ut in capitulo plus semper, de regulis iuris. libro sexto, & in l. in eo, quod est plus. ff. de regulis iuris. libro sexto, sed nulli dubium quod in plus est vita contemplatiua quam actiua, de quibus dixit Dominus, Lucæ 19. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima, intelligens de vita actiua, & infra, Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea, intelligens de uita contemplatiua quam vocat optimam. papa autem principaliter præeminet vitæ contemplatiuæ qui principaliter ad diuinum cultum pertinentibus est uocatus, ergo sibi subesse debent ea, sine quibus contēplatiua uita seruari non potest. 12. q. 1. exemplū Dñi. & c. habebat Dominus loculos. & 1. q. 4. quia pręsulatatus. vbi patet quod Pōtifex Romanus ceteriq; Pontifices suis terris deputati curā gerere debent etiam tpalium, cum sine temporalibus non uiuatur, quæ veniunt ad spiritualia tanq̄ dependentia ab eisdē. ergo ratione connexionis idem iudicium esse debet, argum. C. de iudic. l. quoties. ff. de auctoritate tutor. l. 1. ff. de pact. l. si unus. §. illud. ff. de vsur. l. si aliena. §. hoc uidetur, de libe. legat. l. si is
147 qui duos, in fine. Similiter † inducitur per cōparationem intellectus speculatiui ad practicū, nā intellectui speculatiuo seruire debēt virtutes sensitiuę, sicut aīæ rōnali uirtutes orga
148 nicę famulantur. † Nostrum si quidem intelligere, est fantasmata speculari, vt in 2. & 3. de anima. Accedunt notata de cōsec dist. 5. nihil. in eo. quod dicit, Io. os aureum, Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum de hac vita pœnali. & in c. ne tales, c. dist. allegatur Hieron. dicens, Sine cura sustentat humanū genus moderatus sumptus. & infra, nō. n. manere in uno statu possunt corpora nostra, sed aut semper crescere, aut decrescere nec posse uiuere animam. i. hominem animatum, nisi crescendi capax sit. faciunt ēt not. 42. dist. §. 1. ubi dicitur quod sacerdos primum a seipso & domestica sua Ecclesia debet exigere, quod postea populis imperet. & infra, vt ēt præsentis uitæ subsidia & ęternę claritatis p̄mia a Deo recipiāt. Cū igitur intellectui speculatiuo animę rōnalis oīa inferiora dēant esse subiecta, ex quo dicit Apostolus Spiritus. n. oīa scrutatur, ēt profunda Dei. 1. Cor. 2. ubi ēt dicit, spiritualis aūt iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. Sic ergo summus Pontifex Christi Vicarius, tanquam speculator astans desuper, præeminere dēt Imperatori atque regibus, cæterisque minoribus, quibuscumque, nam principante fine dēt principari his, quę fiūt ad finē, eo qđ finis imponit necessitatē his, quę sunt ad finē, & iō finis dr̄ esse bonū unius cuiusque, & uniuersale optimum in natura, ut in 1. Meta. & q̄ cquid intellectus intelligit, illud finit, ut in 2. Metaph. & prosequitur ēt in 3. & 4. eiusdē compilationis. faciūt notata in l. iustissime, de ædilit. edic. & in dicta l. in pecudum, ff. de usuf. &
149 in cle. 1. de sum. Trin. & fi. Catho. † patet exemplum, ut tactū est supra, in Ecclesiastica hierarchia. nā cum hierarchia militantis Ecclesię ordinetur ad eccl̄iam triūphantē, sicut ad debitū finē, ergo p̄sidēs Ecclesię militāti subiicit solum principi triumphantis Eccle. 40. dist. si Papa. 9. q. 3. nemo. et in c. fundamenta, de elec. lib. 6. facultas autem rerum tpalium ordinatur ad spiritualia, tanquam ad finem, quia ad seruiendum animæ rationali, & sic intellectui speculatiuo, ut in 2. & 3. de anima & 12. Metaph. nam entia nolunt male disponi, & pluralitas parit confusionem. vnus ergo princeps dominetur. Accedunt not. 9. q. 3. siquis obiecerit. 12. q. 2. Moises. ff. ad municip. l. 3. 28. dist. quia sunt culpæ. in glo. quę incipit, hic p duo extrema. & 35. dist. ab exordio. ubi principium trahitur ad finem. & ff. de legat. 3. l. siquis in principio testamenti. & 13. q. 2.
150 c. fi. nam, ut dicit Philosophus 1. Phisi. † vltima perfectio hominis est, ut sit perfectus speculatiua, & hæc est sibi vltima felicitas, & uita sempiterna. Cum igitur papa ad hanc vltimā pfectionem tendat, & cęteros dirigat, quia Episcopus idem est quod supernorum speculator, ergo præesse debet cæteris adminiculis, quæ veniunt ad hunc finem. ergo ad hunc finē & Imperatores & Reges populi Christiani derigēs & inducēs eos sub eius obedientia conuenit ordinari, vt in dicto c. venerabilem. extra de elec. & 63. dist. tibi Dñe. & 96. dist. c. fin. Si-
151 militer † patet per comparationem regiminis politici ad regimen æconomicum, vel ethicum, nam nulli dubium, qđ politicū regimen præeminet duobus aliis ante dictis, ethica namque bene ordinat hominem ad seipsum, ęconomica uero bene ordinat domesticos sub præside domus, qui Latine paterfamilias nuncupatur. politica autem sub vno Principe disponente totam rempublicam bene ordinat, regulat & gubernat. ergo vnus principaliter debet esse pręeminens in regimine totius reip. spiritualis, ratione & intellectu pręstantior, qui merito cæterorum, inferiorū tanquam Princeps, Monarca & dominus habeatur. nam, ut dicit Philosoph. in 1. Poli. quandocunque aliquid constituitur. ex pluribus, vnum erit regens; cætera vero recta, sicut anima est regens, corpus vero rectum. vnde sicut utile est corpori regi ab anima tanquā inferius a superiori, quia regens naturaliter dignius est recto, ut dicit Philos. ita utile est Imperatori & Regib. ceterisque fidelibus regi a summo Pontifice, qui præualet intellectu speculatiuo intellectui practico & sic præualet regimine politico spirituali, regimini politico corporali, quia Imperator ad corpora, papa uero ad animas deputatur. & sic patet qđ politica fęlicitas subesse debet fęlicitati speculatiui intellectus, tanquam vltimo fini, vt satis deducit Eustasius. 10. Ethic. Præ-
152 terea † sicut uirtutes morales subsunt virtutib. theologicis ut probat Apostolus. 1. Cor. 12. & 13. dicens, Aemulamini autem charismata meliora & ad huc excellentiorē uiam uobis demōstro, si linguis hominum loquar. & infra, Nūc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem his, est charitas. concordat Philo. discipulus Salomonis Sap. 8. vbi de diuina sapientia quæ est sapida scientia (sapor. n. in amore gustatur) dicit, Sobrietatem, & prudentiā docet & iustitiam, & virtutem, quib. vtilius nihil est in vita hominibus. Cū igitur has morales virtutes submittat diuinæ sapientiæ, sapientia autē Dei quæ Christus est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei abscōditi, vt dicit Apost. ad Colos. 2. Christus autem Iesus est ille, qui donat nobis fidem, spem & charitatē suam, quia omne datum optimum ab ipso descēdit, tanquā a uero Deo. Iac. c. 1. propter quod ipsemet dixit Io. 15. sine me nihil potestis facere. & Io. 16. dixit, Quicquid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. ipse autem Christus suum singularissimum Vicarium Petrum instituit, tanquam directorem sui gregis in fidem, spem & charitatem, uelut in finē virtutum moralium. ergo omnes, qui pie uolunt uiuere in veritate Christi, subiici debent Petri successoribus, tāquam lumini directiuo ad verum Dei cultum, qui ut dicit Aug. in Enchirid. fide, spe, & charitate colendus est ab omnibus suis ue-
153 ris electoribus, † ipse autē Christus, verus Deus & homo, Petrum instituit super homines in terris suum Vicarium generalem in spiritualib. & temporalibus, ut supra iam patuit. qa temporalia ueniunt in consequentia ad spiritualia, sicut morales virtutes ad theoricas & intellectus practicus ad speculatiuum. Papa autē præest theoricis & speculatiuis, Imperator vero moralibus et practicis. ergo debet subesse papæ, tanquā consequens ad perfectum finem, iuxta quod dicit Aug. in li. de uera religione, quod conditor temporalium legum sicut bonus est et sapiens consulit æternam & incommutabilem legem, & secundum eius incommutabiles regulas quid pro tempore iubendum vetandumque sit discernit, ex quo ad Bonifa. scribit. Quicunque legibus Imperatorū, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare nō vult, acquirit grande supplicium. Quicunque ergo legibus Imperatorum quæ contra Dei volūtatem ferūtur, obtemperare non vult, acquirit grā-
154 de p̄mium. † ex hoc enim Fœlix papa decreuit. 10. distin. certum. quod cum de causis Dei agitur iuxta ipsius constitutionem, & regiam uoluntatem, sacerdotibus Christi studeāt reges subdere non præferre, & sacrosancta præcepta per eorū præsules potius discere quam docere, ecclesiæ formam sequi nō huic humanitus obsequendo iura præfigere, nec eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ, scilicet ecclesiæ,

Deus

Deus voluit reges piæ deuotionis colla submittere, ne, dum mensura cœlestis dispensationis exceditur, eatur in contu-
155 meliam disponentis. & Simmacus papa 10. distin. dicit, † nō licet Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quicquam qđ Euangelicis præceptis & ꝓpheticis aut Apostolicis regulis obuiet agere Et sic concludit quod Imperator non potest dare legē Ecclesię, nec alius inferior, quamquam talibus legibus in sui adiutorium Ecclesia vti possit, ut vult Aug. in dialogo cōtra Petilianum, & habetur. 10. dist. si in adiutorium, ad quod faciunt no. in capi. intelleximus. extra de no. ope. nunc. Confir-
156 mantur † prędicta exemplo motoris corporum supernorum, nam illa superna machina mundi ita regitur & gubernatur, quod immediatus motor post Deum mouet ad motum & Imperium summi Dei. vnde mouens primam spheram scilicet orbem stellatum, respicit summam intelligētiam, quæ Deus est. ad cuius Dei nutum mouet, motor Saturnum respicit ad nutum motoris primæ spheræ, & sicut motor Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, & Lunæ. Simili ergo modo omnes ordinati motus hominum respicere debent ad motum summi Pontificis, qui post Deum primus motor est in terris & immediatior cæteris ad diuinam voluntatem adim-
157 plendam & eius æternam legem obseruandam † Imperator uero ad motum summi Pontificis, & eius nutum tanquam eius minister mouebit inferiora corpora ad id, quod intenditur, vt vniantur Deo vnitate voluntatis sub regulis iustitiæ Dei. & summi Pontificis ad æternam legem indeficientem, scilicet charitatem Dei, & proximi, quæ hic incipit, & in patria perficitur, ut dicit Aug. Et ad hoc seruire debent virtutes morales Theoricis, quia ut dicit Apostolus ad Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio. & qui diligit, legem impleuit, & 1. ad Timot. dicit, Finis autem præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. In hoc igitur Imperator & Reges ac cæteri præsidentes sub eisdem populo Dei ipsum Deum creatorem suum a quo quicquid boni obtinent, & obtinere possunt in hoc seculo & in futuro, suscipiunt & suscipiant pro mensura & captu cuiusque. ergo propter hoc Apostolus prædicat ad Rom. 8. dicens Scimus autē, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. & infra, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non perpercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. & infra, quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio an angustia, an persequutio, an fames, an nuditas, an gladius? & infra, certus sum enim, qa nec mors scilicet comminata, nec uita scilicet ꝓmissa, nec Angeli scilicet apostatici, nec principatus, nec uirtutes scilicet de cœlo iam diu ruentes, nec instantia scilicet tormēta nec futura, nec fortitudo scilicet carnificū, nec altitudo scilicet Principum, nec profundū scilicet malitiæ & impietatis, nec creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, q̄ est in Christo Iesu Domino nostro. Ad hoc igitur virtutes morales, quibus præesse debet Imperator in regimine Politico, seruire debent virtutibus Theoricis, quibus principaliter p̄esse debet Apostolicus, ut omnes & morales & theoricæ huic ultimæ scilicet charitati debitæ famulētur, & sic per consequens Imperator debet subesse Papæ, Circa qđ ex auctoritate. Greg. & Bonif. scribitur 89. dist. c. ad hoc
158 sequitur, † Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos & ordines ꝯstituit esse distinctos, scilicet inter prælatos & subditos, ut dum reuerentiā minores exhiberent potiorib. & potiores minoribus dilectionē impēderent, & uera ꝯcordia fieret, & ex diuersitate cōtextio, & recte officiorū generetur administratio singulorū, nec uniuersitas alia poterat rōne subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia vero creatura in vna eademq; qualitate gubernari uel uiuere non pōt, cœlestiū militiarū exemplar nos instituit, qa dū sunt Angeli, sunt Archāgeli. Liquet, qa nō æquales sunt, sed in potestate & ordine sicut nostis, differūt alter ab altero. ubi gl. dicit, sup verbo, potiores. hoc erit usq; in diē iudicii tantū. Dicit enim Apostolus, Dū mundus iste durabit, homines præsunt hominib. dęmones dęmonib. Angeli angelis. cū enim Deus erit oīa in oībus, cessabit oīs pręlatio, non tñ ordo, vel maioritas, aliquis enim maior erit alio. hęc glo. verba tñ Apostoli cū reuerentia non ita sonant. nā Apostolus dicit 1. Cor. 15. Deinde finis cū tradiderit regnum Deo & patri, cū euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutē. & infra, ut sit Deus oīa in omnibus. Sed magister sent. in se-
159 cundo sent. dist. 6. c. 5. dicit, † quandiu. n. durat mundus iste-Angeli angelis, & homines hominib. & dęmones dęmonib. pręsunt, sed in futuro oīs euacuabitur pręlatio, ut docet Apostolus. de hoc tñ puncto magna fit disputatio per Docto. in quarto sent. dist. 47. c. vlt. ubi solet quęri, vtrū in inferno malis ad puniendum pręsint dęmones post iudicium, de qua q̄stione satis dixi in Tractatu de Inferno, parte 3. 22. consideratione pœnarum. §. de 2. crudelitate. hic tñ gratia breuitatis
160 omitto † sufficiat aūt nobis deduxisse ꝙ diuersitas ordinum statuta est pp maiorem concordiam capitis & membrorū, iuxta ꝙ scribit Greg. 45. dis. licet. ver. dic. necesse est quæque ecclesiastica negocia post multarum experimenta causarum sollicitius prospici, & diligentius præcaueri, quatenus per spiritum charitatis & pacis omnis materies scandalorū & præsumptio inuidorum atque oppressio simplicium fratrum de Ecclesijs Dñi auferantur. & sicut, non uult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari, ita nō audeat alij inferre ꝙ sibi non uult fieri. hæc fuerunt verba Tobiæ ad filium suum, Tob. 4. cum dixit. Omnibus aūt dieb. vitæ tuæ Deum in mente habeto, & caue ne aliquando consentias peccato, & prætermittas pręcepta Dei tui, & sic ordinauit ipsum quātum ad Deum. Sed quia oportebat ipsum ordinare quantum ad seipsum & quantum ad proximum pro se ipso subdit, Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit oīs perditio. Sed pro proximo subdit, quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne alteri tu aliquando facias. Hæc est igitur uia quotidie humani generis ut aliqui regant & aliqui regantur, vt dicit Phil. 1. polit. nam ut dicit Dñs Io. 14. in domo patris mei mā siones multę sunt. ubi dicit Augus. domus Dei tēplū Dei Regnum Cœlorum. sunt homines iusti, in quib. sunt multę differentiæ & hæ sunt māsiones ipsius domus, quę verba ēt trāsumptiue describuntur de pæniten. dist. 4. in domo. 2. Totū hoc igitur factum est ad cōseruandā fidelium unitatem, vt sub uno Deo unum sint omnes Deicolæ, sicut Christus orauit Io. 17. dicens, pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint unū. sicut & nos. & infra. Nō pro his aūt rogo tm̄, sed pro his, qui credituri sunt per verbum eorū in me, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi ī nobis vnum sint, vt mūdus credat, quia tu me misisti Et Apostolus ad Ephes. 4. dicit, Obsecro itaque vos ego vinctus in Dño, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia. supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatē spiritus in uinculo pacis. vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrę, unus Dñs, una fides, unum baptisma, unus & Deus, & pater omnium, qui est sup omnes & per omnia & in oīb. nobis. & ĩ. dicit. Et ipse dedit, quosdam quidem Apostolos, quosdam aūt Prophetas, alios vero Euāgelistas alios aūt pastores & Doct. ad confirmationem Sanctorū in opus ministerii in ędificationem corporis, Christi donec occurramus oēs in vnitatē fidei & agnitionis filii Dei. patet igitur quod ad conseruandam hanc vnitatem necessarius est unus principalis director, sub cuius regimine omnes conquiescunt sicut sub regimine gubernatoris nauis, etiam si Imperator & Reges in naui consisterēt acquiescerent patiēter. ergo multo fortius sub regimine Papæ in his, quæ ad Deum spectant & terminum salutarē, conquiescere debent Imperatores & Reges & singula membra corporis mistici Christiani. Tedet me tædium inferre prolixitate sermonis, qua pp omitto plurima, quæ huic sententię ualerent rectius applicari. Restat nunc tñ ad argumenta cōtraria respondere. Ad primum igitur cum dicunt, ꝙ Regnū & sacerdotium æqualiter sunt a Deo. Rñdeo. verum esse in concreto, non aūt in discreto, vel in abstracto absolute, nā uerum est quod in primo parente habitualiter institutum est a Deo regnum & sacerdotium, quia totum genus humanum propagandum erat in lumbis eius in statu innocentiæ seminaliter. Sed post peccatum indignum se reputans non est ausus offerre sacrificiū Deo, filii autem eius quasi sacerdotium iudicantes cæperunt offerre Domino sacrificia, sed reprobatum est munus Cain & acceptatū est munus Abel, vt patet Gen. 4. Ad intelligentiam autem prædictorum incidunt principaliter duæ quæstiones. Primo quæritur, vtrum omnis potestas dominandi sit a Deo. Secundo, vtrum potestas dominandi sit a Deo, secundum institutionem naturæ, an secundum punitionem culpę. Ad primum quæsitum ar-
161 guunt, aliqui ad partem affirmatiuam, † quod omnis potestas sit a Deo ex verbo ipsius Christi dicentis Pilato, non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper, propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Io. 19. Fortificant argm̄ per auctoritatē Apostoli dicē. ad Rom. 13. non est enim potestas, nisi a Deo, pręmisit eam. omnis anima potestatibus sublimiorib. subdita sit. Alii eꝫ, arguunt negatiue, quia nihil iniustum est a Deo, sed multi iniuste dominantur aliis, vt sunt tiranni, de quib. Iob, 34. dicitur. Deus non accipit personas Principum, nec cognouit tirannum, cum disceptaret contra populum, accipere enim & cognoscere Dei, est approbare quod suum est. ergo non cognoscere, uel non accipere est reprobare, nam oīs

ini-

iniquitas reprobatur a Deo. vnde ibidem dicit Iob, Absit a Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. Simile Oseæ. 8. in persona Dei dicitur. Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. Respondendum est igitur distinguendo pro clariori intelligentia prædictorum, quod potestas præsidendi vel dominandi dicitur esse illud per quod aliquis pręsidet & dominatur alteri, illud autem per quod p̄sidet, dupliciter potest dici. uno modo dicitur ipsa virtus, per quam quis p̄ualet alteri, & hoc modo absque dubio a Deo est. alio modo illud per quod præsidet, dicitur modus deueniendi, vel proueniendi ad hanc virtutis excellentiam, & sic distinguendum est secundum D. Bonauen. in 2. Sent. dist. ult. art. 2. q. 1. nam ut dicit ipse, quidā præsunt aliis ex iustitia, quidam ex violentia. Quando autem aliquis præest aliis per iustitiam, tunc illa potestas dominandi simpliciter loquendo, a Deo est, & respectu præsidentium & respectu subiacentiū. Quando autem aliquis pręest aliis per astutiam vel per violentiam, tunc dicendum est ꝙ talis potestas habet comparari ad voluntatem præsidentis, & ad meritum subiacentis. Si comparetur ad meritum subiacentis, dicendum quod talis præsidentia iusta est, quia aut ad bonorum promotionē, aut ad malorum punitionem, & sic intelligitur auctoritas Principis Apostoli. 1. Pet. 2. c. cū dixit, Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tāquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. & infra, Serui subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitiam patiens iniuste. Si autē comparetur ad voluntatem præsidentis ex eo quod eius voluntas iniusta est, et eius potestas iniusta est, & tūc recte dicitur tirannia, quæ est violenta, vel iniqua vsurpatio dignitatis. Tirannus enim dicitur a tirphon, q est seruiens iniquitati. tiro enim fortis est, nam, ut dicit Pap. apud veteres inter reges & tirannos non erat differentia, sed postea vsu accidit, tirannos vocari pessimos & improbos reges, siue præsidentes. Primo ergo modo, scilicet quādo comparatur ad meritum subiacentis, talis potestas est a Deo faciente & ordinante secundum quod dicitur Io. 34. qui scilicet Deus regnare facit hominem hipocritam propter peccata populi. & Oseæ 13. Dabo tibi regem in 162 furore meo & auferam in indignatione mea. † Secundo autē modo, scilicet quantum ad voluntatem præsidentis sic talis potestas dicitur esse a Deo permissiue, non approbatiue. & iō dicitur regnare non ex Deo. & Sap. 12. Nec Rex, nec tirannus in conspectu suo inquirent de his, quos perdidisti. cum sis ergo iustus. iuste omnia disponis. & Abac. 1. Impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. & infra, Et congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse de regibus triumphabit & tiranni ridiculi eius erunt. & Ecclesiast. 11. Multi tiranni sederunt in throno, & insuspicabilis portauit diadema. multi potētes oppressi sunt ualide & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Concedendum ęst igitur, ꝙ omnis potestas præsidendi secundum id quod est, & etiam respectu eius, super quod est, iusta est, & a Deo est, quia virtus est & ad meritū patientis, & sic intelligitur auctoritas Christi & Apostoli. concedendum est nihilominus, quod in quātum modus deueniendi ad hanc præsidentiam in comparationem ad voluntatem præsidentis, potest esse iustus & iniustus, & secundum quod est iustus, a Deo est, sed in quantum est iniustus, non est, a Deo, sed quia nunquam potest esse tam iniustus motus ex vna parte, quin sit iustus ex altera scilicet respectu meriti patientis, ideo nulla potentia pręsidendi dici potest, quod non procedat a Deo, saltem permittente, & sic pōt dici Imperium processisse a Deo, aliquo ex prædictis modis. Nam dicit etiam, qđ ante aduētum Christi Imperiū Romanū processit a solo Deo, aliquo ex modis ante dictis, & sic tūc recte dicebat̄ Imperator Dominus mūdi, vt in d. l. bene a Zenone, C. de quadri. p̄scrip. & glos. singularis dicit, qđ Imp. est Deus in terris suis, in Auth. de hæred. & fal. in prin. in gl. 1. de quib. tractat 23. q. 8. conuenior. per glos. & Archid. & ead. cau. & q̄st. § quamuis, & in l. Barbarius, ff. de offic. præt. in glo. pen. & sic dicebātur oīa esse sua, licet alicuius rei particulare dominiū non esset suū, sicut quis dicitur dominus gregis, licet vnū pecus non sit suum. ff. de rei vendi. l. 2. 3. & 4. & sic ēt recte dicebat̄ Dominus mūdi scilicet vniuersalis, licet singulares sint dñi suorum prędiorū, vnde a possessore posset ipse vendicare mundum, ut in dicta l. bene a Zenone, & ff. ad leg. Rhod. de iac. l. deprecatio. Nec etiam expedit, quod dicamus quod omnia sunt sua quo ad proprietatem, vel protectionē. imo oīa sunt sua, si vniuersaliter cōsiderentur. Sed post aduētum Christi, cū omne ius imperii deuolutū sit ad ipsum, tanquam ad iustissimum & verissimum Deū & hominē, ergo & per cōsequens ad papam eius Vicariū & per papā auctoritate Dei & Christi Iesu trāsfertur in Principē secularem, & dicto c. venerabilem. extra de elec. & alis iuribus ad prædicta similiter cōcordantibus. vnde si dicamus ꝙ omnia sunt imperii Romani, quod nunc est Christi, verum est, si vero referamus ad personam imperatoris secularis, nō proprie dr̄ ꝙ omnia sint sua, quia non terrę Ecclesiæ, quas sibi semper reseruant Papa in quo principaliter ex Christi dispositione residet omne Imperium. hoc etiam intendit D. Bartol. de Saxofera. in extrauag. ad reprimendam, super uerbo, totius orbis. Ad se-163 cundam quæstionem breuiter respondetur, † quod potestas dominandi uel præsidendi a Deo in hominem discendens, tripliciter dicitur, videlicet primo largissime, secūdo cōmuniter, tertio proprie. primo mō scilicet largissime, potestas, dominandi dicitur respectu omnis rei, qua homo potest ad libitum & uotum suum uti, & hoc modo dicitur homo possessionum suarum, siue mobilium, siue immobilium, quas Aristot. vocat diuitias naturales & accidentales, naturales quo ad immobilia, accidentales siue artificiales quo ad mobilia, quę dicuntur etiam pecuniaria, de quibus tractat in primo Polit. Quamquam sic largissime sub nomine pecuniæ, intelligantur omnia contineri. 1. q. 3. totū. & in l. receptitia, C. de constit. pec. & de tali dominio intelliguntur communiter omnia, quæ tractantur, ff. & C. de acq. rer. dom. & in similibus. tit. vt de rei vendic. de verbo oblig. & similibus. Secundo modo scilicet communiter potestas præsidendi, vel dominandi dicit excellentiam potestatis in imperando ei, qui est capax rationis etiam præcepti. & tali modo intelligi-164 tur potestas in omnibus primatib. reipub. † Ex quo dicit Aristo. vbi supra, quod homines ratione & intellectu vigentes, naturaliter sunt aliorum domini & rectores. Et in 4. Polit. dicit, quod sine principe impossibile est esse ciuitatem, quia ciuitas non constat ex vna parte tantum, sed ex multis, quarū vna pars sunt agricolæ, secūda artifices manuales, tertia qui negociantur circa forum, quarta mercenarii, quinta propugnatores, & armigeri, quos etiam necessarium est existere in ciuitate pro tuitione reipub. Sed non debent obsequi inimicis. patet enim quod non omnes sunt sibi sufficientes, Vnde qui alteri seruit, non est per se sufficiens. Vnde cum det vnicuique natura quod conuenit, quia natura nihil facit frustra ergo expedit in republica cōsistere pręsidem, ne totum corpus in pręcipitium dilabatur. Sicut naturale corpus humanum sine capitæ non subsistit. & ideo ēt in qualibet domo requiritur p̄sidētia magistralis. Tertio mō ptās dominādi, dr̄ ptās coercendi subditos & hæc potestas dicit quandam artationē libertatis, & talis potestas dominandi, proprię dicitur dominium, cui respondet seruitus. Primo igitur modo potestas dominandi communis est omni statui, videlicet statui naturę institutæ, statui naturę lapsæ, & statuti naturæ glorificatæ, sed excellentiori modo fuit in statu naturę institutę quā in statu naturæ lapsæ. excellentissimo autem modo est, & erit in statu naturæ glorificatæ. vbi ad libitum & uotum suū omnes beati bonis omnibus perfruentur, & sic vsus peregrinationis in fruitionem patriæ commutatur. Nam, ut dicit Megister sent. in primo, dist. 1. vtimur bonis illis, quę ad illud quo fruendum est, referimus, fruendum aūt proprie est solo Deo: cæteris autem rebus est vtendum. Fruimur tamen in Domino creatura participe summæ bonitatis. Inde dicebat Apostolus. 1. ad Timot. ca. vlt. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, qui præstat nobis oīa abunde ad fruendum, & ad Rom. 15. dicit, si vobis primum ex parte fruitus fuero. Et ad Philemonē dicit, circa finē, Ita fr. ergo te fruar in Domino refice viscera mea in Christo. Secūdo mō competit statui viæ, siue pro statu naturæ institutę, siue pro statu naturæ lapsæ, nā & si hō stetisset uir, potuisset ēt imperare vxori, & pater filio Et hoc etiam reperitur in Angelis quandiu sunt administratorii spiritus, quia ex illa parte aliquo modo sunt in statu uię. hæc tamen pręsidētia nō manebit in gloria sicut in præcedētibus est ostensum. Tertio uero modo potestas dominandi est in homine solum secundum statum naturæ lapsæ. inest enim ei secundum culpæ punitionem, non secundum naturę institutionem, Et hoc quia seruitus sibi correspondens ut multi dicunt, est pæna peccati, & satis est rationabile, ut qui propter peccatum exiit sub iugo Dei, incidat sub iugum hominis, cum se proprius subiecerit iugo diaboli. Inde dixit Dominus Ioan. octauo, Qui facit peccatum, seruus est pec-165 cati. Incidit hic tertia quæstio, † videlicet an Christiani teneantur subiacere tirannis. Ad quam breuiter respondetur, quod cum seruitus opponatur libertati, libertas autem temporaliter intelligitur, videlicet primo a culpa, secundo a miseria, tertio a coactione. Sic ergo seruitus tripliciter attenditur, in artatione libertatis, primo enim in artatione liberatis a culpa attenditur seruitus peccati, sicut dictum est supra proxime, qui facit peccatum, &c. Et Apostolus dicit ad Rom. 9. non regnet peccatum in uestro mortali corde.

corde. Secundo uero in artatione libertatis a miseria attendit̄ seruitus pœnę & mortis, de qua dicit Apostolus ad Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Et primo Corint. 15. Oportet enim corruptibile hoc iuduere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, & reliqua ut ibi. Tertio modo in artatione libertatis a coactione attenditnr setuitus conditionis, de qua dicit Apostolus. 1. Cor. 6. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in illa permaneat, seruus vocatus es, non sit tibi curę, sed etsi potes liber fieri, magis vtere, scilicet libertate. Subdit, Qui enim ī Domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter & qui liber uocatus, est, seruus est Christi, pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; in quo vocatus est frater, in hoc maneat apud Deum. quasi dicat si es liber, non te facias seruum sponte, si vero seruus es, libera te si potes, & sic patet quod hæc seruitus attenditur in, artatione libertatis a coactione non quantum ad interiorem motum voluntatis, quæ cogi non potest, sed quantum 166 ad exteriorem. † Vnde seruitus introducta fuit ex hoc quod aliquis captiuus victus est ab altero, cuius seruituti adiicit̄, ut nō liceat contrarium eius quod ipse mādabit. seruitus enim ex iure gentium introducta est, non quia ius gentium primo inuenerit, sed approbauit. Vñ iure diuino & naturali introducta est primo propter peccatum, sicut expeimitur Gen. 9. Qđ cum vidisset Cham filius Noe, pater uero Canaham verēda patris sui esse nudata eo qđ inebriatus fuerat, nunciauit duobus fratrib. suis foris, quasi deridens patrem. Qui tamen euigilans maledixit eum in posteritate sua dicens, Maledictus puer Canaham seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem, sit Canaham seruus eius. Dilatet Deus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem, sitque Canaham seruus eius. Ecce igit̄ quod tempore legis naturę seruitus est itroducta p patrem in filium derisorem, ad filios patris honorem intentantes & operientes verenda. Simili ēt modo Isaac Esau filium suum cum sua posteritate ex diuina dispensatione subiecit seruituti Iacob dicens, Seruient tibi populi & adorent te Tribus, esto dominus fratrum tuorum & incruentur ante te filii matris tuæ. Genes. 27. Hæc uerba dixit ad Iacob, sed ad Esau dixit, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Et infra, Viues gladio, & fratri tuo seruies, tempusque veniet vt excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Quasi dixerit, ꝙ seruus liberari potest. De hac tamen materia satis habetur ff. & C. de seruit. & de manumiss. & de iure postlimin. & 1. dist. ius gentium. & 23. q. 5. dicat aliqs. & 23. q. 7. si de rebus. & Inst. de rerum diuis. §, item ea, quæ ex hostibus. & ff. de acqu. rer. dom. l. naturalem, §. fi. & 38. dist. sexto die. & per glos. & Archid. in d. c. ius gentium. si ergo bellum iustum est, captus in bello fit seruus capientis, vt in d. c. dicat aliquis. & 12. q. 2. cū redemptor. Cum igit̄ triplex sit seruitus principaliter distinguēda, vt supra dictum est, patet quod vna seruitus oritur ab alterutra, nam non esset seruitus pœnæ vel miseriæ, nisi præcessisset seruitus culpę, nec seruitus conditionis subsequeret̄. nisi dupliciter illa præcederet. Cum ergo aliquis regeneratur in Christo, efficitur Christianus & liberat̄ a seruitute peccati, quia, ut dicit Apost. 2. Corin. 3. ubi spiritus Domini, ibi libertas. Sed tamen non sic liberatur a peccato, quin etiam possibilitatem & facilitatem & pronitatem habeat redeundi ad idem genus seruitutis, de quo satis agitur per glos. & Doct. in c. ad nostrum, §. 1. de hæret. in clemen. Hinc est igitur, quod propter eius pronitatem & habilitatem recidiuandi relinqt Dominus talem Christianum sub seruitute miseriæ, scilicet pœnæ & mortis, & est sub seruitute cōditionis, de quo satis agitur in d. c. ad nostrum, §, tertio ꝙ illi. Vnde ita moriunt̄ Christiani, sicut alii. Et propter pronitatem ad malum & cōcupiscentias militantes. in membris humanis, ex quibus cōsurgunt bella & lites, vt dicit Iac. 4. c. suæ Canon. ita indigent Christiani Rege, uel Principe terreno, sicut & aliæ nationes gentium, & ideo non solum secundum humanam institutionem, sed etiam secundum diuinam dispēsationem inter Christianos sunt Reges & Principes, & domini & serui, & secundum distinctionem potestatum subiiciuntur eisdem, & parere tenētur s̄m plus & minus, ut intendit Apost. ad Rom. 13. dicens, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et ad Heb. 13. Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem ꝓ animabus vestris redituri, vt cum gaudio hoc faciant & nō gementes. hoc enim non expedit uobis. Hinc ēt dixit Dominus Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Hoc etiam docet Apostolus, 1. Tim. ult. & contrariū asserentes damnat, cū dicit. Quicunq; sunt sub iugo serui dominos suos oī honore dignos arbitrentur, ne nomē Dñi & doctrina blasphemetur. Qui aūt fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, q̄a fideles sunt & dilecti, q̄a beneficii Dei participes sunt. Hęc doce & exhortare. siquis aliter docet & non aquescit sanis sermonib. Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, sup̄bus est, nihil sciens, sed languens circa quęstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphæmiæ, suspiciones, malę conflictationes hominum mente corruptorum. & quia ueritate priuari sunt. Ecce quā clare proloquitur de prędictis. Concedendum est igitur, & humiliter confitendum quod Christiani sunt terrenis Dominis obligati, non tamen in omnibus. sed in his solū quæ non sunt contra Deum, nec etiam in omnibus huiusmodi, sed in his, quæ secundum rectam consuetudinem rationabiliter sunt statuta, sicut tributa & vectigalia & consimilia, Inde dixit Apostolus ad Roma. 13. qui resistit ptāti Dei ordinationi resistit, qui aūt resistunt ipsi, sibi dānationem acq̄runt. Et infra. subditi estote non solum ꝑꝑ irā sed & ꝑꝑ conscientiam, ideo enim & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, & cui, honorem, honorem. de quo etiam satis habetur in tit. de censibus. & 23. q. 8. tributum. 11. q. 1. si tributum. & c. magnum. & 18. q. 2. Eleuterius. cum similibus. in his autem quæ ad Deum pertinent & ad salutem animæ, obedire oportet Deo magis quam hominibus, vt dicit Petrus Act. 5. Sic etiam sentit prædictus D. Bonaue. in 2. sent. dist. ult. ar. vltimo, concordat Thom. secunda secundę, quæst. 104. arti. 6. dicens, ꝙ fides Christi est iustitiæ principium & cā cāns, s̄m illud Apost. ad Ro. 3. ī iustitia Dei ꝑ fidē Xp̄i & iō ꝑ fidē Chrī tollitur ordo iustitiæ. sed magis firmat̄ sicut ipse dixit Math. 5. nō veni legem soluere, sed adimplere, & ibidē, Nisi abūdauerit iustitia uestra plusquam Scribarum & Phariseorū nō 167 intrabitis in regnū cælorū, † Ordo aūt iustitiæ requirit, ut inferiores suis superioribus obediant, quia iustum est reddere vnicuiq; quod suū est, ff. de iust. & iu. l. iustitia. & ff. de ori. iu. l. iuris præcepta. & in proę. Decret. aliter .n. humanarū rerū status conseruari nō posset, q̄a effrenata cupiditas tot quotidie noua litigia generat, ut nisi iustitia sua virtute occurreret, cōcordia extra mundi terminos ęxularet, ut d. proę. De-168 cret. & † iō ꝑ fidē Christi non excusant̄ fideles quin secularibus teneātur potestatib. obedire, nā, vt dicit Augu. in 4. de ciui. Dei Remota iustitia, q̄d sunt regna nisi magna latrocinia, Et ad cōfirmationē eius, quod dictum est supra, videlicet ꝙ Christiani non tenētur obedire nisi in his quæ iusta sunt, dicit ea. q. art. 5. ꝙ obediens mouetur ad imperiū pręcipientis quædam necessitate iustitiæ, sicut res naturalis mouet̄ a uirtute sui motoris necessitate naturæ. Quod aūt aliqua res nō moueatur a suo motore, potest contingere dupliciter, vno modo propter impedimentum. quod prouenit ex fortiori virtute alterius mouentis sicut lignum non comburitur ab igne, si fortior uis a quę impediat. Alio modo ex defectu ordinis mobilis ad motorē, quia etsi subiiciatur eius actori quātum ad illud, non tamen quantum ad omnia, sicut humor qñque subiicitur actioni caloris, quantum ad calefieri. non autem quantum ad cōsumi, vel excicari. Ita similiter ex duobus potest contingere quod subditus suo superiori nō teneatur in oīb. obedire. Vno modo propter præceptum maioris potestatis, s̄m ꝙ dicit glo. Ad Rom. 13. super illo verbo, qui sibi resistunt, ipsi damnationem acquirunt, cum ait, si quid iusserit curator faciendum, nunquid fieri debeat si contra proconsulem iubeatur. Rursus si quid ipse proconsul iubeat & aliud Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, isti esse seruiendū. Ergo si aliud Imperator, aliud Deus iubeat, cōtempto illo, obtemperandū est Deo. Alio modo nō tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid pręcipiat, in quo ei non subdatur. Dicit. n. Seneca in 3. de beneficiis, Errat si quis æstimat seruitutem in totum hominem descendere, pars. n. melior excepta est. Corpora si quidē obnoxia sunt & ascripta dominis. Mens quidē est sui iuris, & ideo in his quæ pertinent ad interiorem motū uoluntatis, homo non tenet̄ homini obedire, sed soli Deo. Tenetur aūt homini obedire in his quę exterius per corpus sunt agenda, in quib. tñ ēt s̄m ea, quæ ad naturam corporis pertinent, homo homini non tenetur obedire, sed soli Deo, quia omnes homines natura sunt pares, puta in his quæ pertinent ad corporis sustentationem & prolis gubernationem. vnde non tenentur serui dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahēdo, uel uirginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi, sed in his quæ pertinent ad dispositionem actuū & rerū humanarum tenetur subditus suo superiori obedire s̄m rationem superioritatis, sicut miles duci exercitus in his quæ pertinēt ad bellū, seruus domino in his quæ pertinent ad seruilia opera exequenda, filius patri in his, quæ pertinent ad disciplinā vitæ & curam domesticam. & sic de aliis. Tali sensu debet intelligi quod dicit Apost. ad Colos. 3. filii obedite parentib.

per omnia. Et infra, Serui obedite per omnia dominis carnalibus. ut illud, per omnia, intelligatur quantum ad ea quæ ptinent ad ius patriæ, vel dominatiuæ potestatis, secundum rationem liciti & honesti pro mēsura iustitiæ, cum non sit credibile, Apostolum voluisse pręcipere illicitum vel iniustum. Vnde ad Ephes. 6. simile verbum lucidius declarauit, cum dixit, Filij obedite parentibus uestris in Domino. Et infra, Serui obedire dn̄is carnalibus cū omni timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Dicēs enim in Domino, & sicut Christo, lucide instruit obediendum fore solummodo in rebus iustis, licitis & honestis, cum contraria minime Deo placeant, nec Christo, nam Deo subiicitur homo simpliciter quantum ad omnia & interiora & exteriora. Et ideo in omnibus ei obedire tenetur. Superioribus autem non subiicitur homo quantum ad omnia, sed quantum ad aliqua determinate. Vltra quæ immediate subiicitur Deo, a quo insti-169tuitur & instruitur per legem naturalem & scriptam, †& sic triplex obedientia distinguitur. Vna sufficiens ad salutem, q̄ scilicet obedit in his, ad quæ obligatur. Alia pfecta, quæ obedit in omnibus licitis. Alia indiscreta, quæ etiam in illicitis obędit, ut dicit Thom. ubi supra. Patet igitur ex p̄dictis, quo modo Imperium & sacerdotium sunt a Deo, nam sacerdotium a Deo est de directo, Imperium autem de transuerso, sicut eiusdem radicis truncus de directo prodit, rami autem & si aliqui per directum, aliqui tamen per transuersum, quā quam ab eadem radice omnes rami & tota arboris substantia deriuetur, sicut patet etiam in linea parentali & in fontibus, fluminibus & riuulis & aliis similibus. Iura autem in cōtrarium allegata nil aliud recte concludunt, nisi quod iurisdictiones sunt distinctæ, quod bn̄ fatendum est, quia nō esset conueniens quod papa haberet executionem gladij temporalis. Sufficit enim sibi pro clericali honestate contentari de habitu utriusque Imperij, cœlestis scilicet & terreni. 22. dist. c. 1. cum alijs similibus iuribus superius allegatis, quam maxime. 16. dist. duo sunt. & in c. solitæ de maior. & obed. & in d. c. nouit. de iudic. in glo. 2. vbi Io. And. & D. Ant. de But. cū glo ibi, & in c. causam, quæ inter R. qui fil. sint leg. concludūt quod papa habuit, & habet originalem vtriusque gladii potestatem, & in hoc Imperium dependet a potestate sacerdotali, unde a papa accipit coronam & gladium ab altari, & sic recipit approbationem & confirmationem a papa, ut in d. c. 1. de iureiur. in Clem. ius etiam electionis iam ortum est ab 170ecclesia, vt in d. c. uenerabilem. de quo satis supradixi†Executionem tamen gladii temporalis Iesus & Ecclesia trāsmittunt in Imperatorem, quamquam aliquando etiam per Sacerdotes Deus exercuit gladium temporalem, de quo xi. q. 1. relatum. translato autem sacerdotio etiam legis translatio facta est secūdum Apost. ad Heb. 7. & in c. translato, extra de constit. Vnde pro maiori honestate ad maius etiam decus & gloriā sacerdotis, Imperii & Pontificalis maiestatis, papa trāsmittit, quo nō decet vti, quia quædam possumus in alios trāsferre, quæ non licite retinemus. 12. q. 2. quatuor. 11. q. 1. in te q. dem. Hanç igitur conclusionem tenent communiter Cano171nistæ, † pro qua etiam satisfacit uerbum Dn̄i Petro dictum Io. 18. ubi cum quæstiones præmittat, Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum & percussit Pōtificis seruum & abscidit eius auriculā dexteram. erat autem nomē seruo Malchus. dixit ergo Iesus Petro, mitte gladium tuū in vaginam. Matthæus autem non exprimit nomen serui, nec dexteram, sed solum auriculam & exprimit Iesum dixisse conuerte gladium tuum in locum suum. Matth. 26. Sed Marcus non exprimit de Petro, nec nomen serui, nec dexteram, nec verba Christi ad Petrum. Lucas uero exprimit dexteram, sed non exprimit nomen serui, nec nomē Petri, nec uerba Christi ad Petrum, sed dicit quod cum retigisset Iesus auriculam eius, sanauit eam. Lucæ 22. Ioannes ergo, quia ultimus Euangelistarum fuit, quantum ad propositum attinet, clarius edisserit veritatem. Vbi notandum quod dicit, Simon ergo Petrus habens gladium. ergo patet ꝙ Petrus habebat gladium nedum materialem, sed habitu ex commissione Domini habebat ēt iudicialem, de quo agitur etiā 23. q. 1. in summa, & in Auth. quomo. oport. Episc, in princ. vnde cum post cænam dixisset discipulis. Qui non habet gladium, vendat tunicam suam & emat gladium. At illi dixerunt, Domine, ecce gladii duo hic. at ille dixi eis, satis est, non est credibile quod intelligitur de gladijs materialibus, cū dixit. satis est. Luc. 22. quia non fuisset, satis si illi undecim qui cū ipso erant, habuissent nedū vndecim, sed centū, si corporaliter intendebāt hostes armis opprimere vel resistere. Satis est igit̄ duos gladios iudiciarios in auct. summi Pōtificis, spirituale videlicet potestatē actu & habitu, temporalē uero potestatē nō actu, sed habitu retinere. Huic ēt veritati obsequitur quod subsequitur, quia dicit Dominus, mitte gladium tuum in uaginā, vel conuerte gladiū tuum in locū suum. Quasi dixerit, non decet te vti gladio tēporali, sed conuerte hanc potestatē in alterum, cui cōgruat.

172Notandum est tn̄ quod dixit tuum, †nam per hęc pronomina, meum, tuum & suum, significatur dominium, ff. de auro & arg. leg. l. Quintus. §. argento. & ff. de releg. & sump. fun. l. 2. §. in locum. & no. 8. dist. c. 1. & 12. q. 2. si ergo. in glo. 1. hoc ēt bene inducit Bernard. in 4. de consideratione ad Eugenium ubi, dicit. Aggredere subditos, sed verbo, & non facto, quid vsurpare gladium tentas, quem semel iussus es mittere in vaginam? quem tn̄ qui suum esse negat, non satis videtur attēdere verbum Domini dicentis, conuerte gladium tuum. est ergo tuus & forsitan tuo nutu, & si non tua manu euaginandus. Alioquin & etsi nullo modo ad te pertineret, non dixisset Dominus ipsis Apostolis dicētibus, ecce duo gladij hic, satis est, sed potius nimis est, vterque. ergo est Ecclesiæ, s. spiritualis & materialis, sed is quidem per ecclesiam, ille vero est ab ecclesia exercendus. ille sacerdotis, is militis manu, sed sane ad nutum sacerdotis & iussum Imperatoris hæc etiam verba referuntur in prædicta extrauaganti Bonifacii, quæ incipit, unam sanctam. & Ioā. And. refert aliqua in prædicto in c. nouit. de iudic. in nouella. Non enim decet, Episcopum esse percussorem, secundum Apostolum. 1. Tim 3. & ad Tit. 1. papa igitur Christi Vicarius minister esse debet mansuetudinis & pietatis, & sacramenti vnitatis. cum dixit Dominus, Discite a me, qa mitis sum & humilis corde. Matthæ, 11. Sacramentum vero altaris vnionem Christi & Ecclesiæ reputat, quia sicut de multis granis efficitur vnus panis, & de multis racemis vnum vinum confluit, ita multi unum corpus sumus omnes. qui de vno pane & de vno calice participamus. de consecr. dist. 2. quia passus, & c. seq. & c. re vera. & c. in Christo pater. & in clem. una, de reliq. & vene. Sanct. Nam sicut anima vnita cum corpore viuificat corpus, ita Christus vnitus cum ecclesia per gratiam suam & sacramenta viuicat ecclesiam, i. animas rationales catholicæ conuiuentes. Item exequutio gladii temporalis, qui diuidit animam a corpore penes ministrum, sacramenti, vnitatis esse non condecet. De hac materia satis dictum est per tot argumenta superius ordinata, & Host. tractat in c. per venerabilem §. responsionibus, extra qui fil. sint leg. & in d. c. causā, eo. tit. & per Innoc. in c. licet, de foro compet. & per Ioan. 20. dist. quoniam. 22. dist. c. 1. 96. dist. cum ad verum & c. duo. 2. q. 7. his ita respōdetur. 88. disti. Episcopus gubernatorem, de ptiuil. c. 2. in glo. 1. & in d. c. solitæ. de maio & obed. nam. vt dicit Ioa. de Ligna. in habentibus ordinem in uniuerso impossibile est duo æque esse perfecte. Imperator ergo, quia nō est maior, nō erit æqualis. Item quia multitudo principatuum mala est. Item quia Imperator est Dominus temporalium, papa vero spiritualium principaliter, sed per consequentiā, etiam temporalium, eo quod temporalia veniunt in finem spiritualium. 1. q. 3. si quis obiecerit. Sicut ergo anima dominatur corpori, ita Papa dominatur Imperatori. Item qa principatus papæ est de directo in fusus a Deo, quia, vt dicit Apostolus ad Hæb. 3. nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. de quo 8. q. 1. in scripturis. & in c. qualiter, extra de elec. & 21. distin. In nouo testamen173to †Principatus autem Imperatoris est a Deo, & Ab homine, modis quibus supra dictū est, & habetur. 93. dist. legimus ergo prīcipatus toti de directo dēt esse s̄. principatū hoīs. Itē cū sit Deus. ergo papa ut Dei Vicarius hr̄e dēt omnimodā potestatem, sicut Deus in terris, quia Vicariur idem consistoriā habet cum ordinario, ut in c. 2. extra de consuet. & in c. Romana. de foro compet. lib. 6. Item principatus optimus est, vbi unus principatur. 2. Polit. & 2. œconom. vnus ergo princeps in urbe. & 11. Metaph. Item quia sic est in regno cœlesti. nobilissimum autem est regnum spiritualium, ergo ab illo dependet Imperium, & sic non obstat primum argumentū, ad quod confutandum facta est tam prolixa responsio, ut ēt ad confutationem cæterorum amplior via. pateat & planior ad pergendum. Ad secundum igitur argumentum in 174eo †quod arguitur quod, prius fuit imperium quam sacerdotium eo modo quo ponitur, negatur maior, & totum consequens, quia. vt supra clare probatum est, nedum tempore, Moysis assumptum est sacerdotium de tribu Leui, sed etiam tempore Abraæ sacerdos Dei altimi fuit Melchisedech. ergo prius fuit sacerdotium quam imperium. Sed in eo quod arguitur quod prius fuit imperium q̄ Papa vel apostolatus respondeo quod regere quantum ad inferiorem naturā Christi, scilicet respectu humanitatis, quia Christus natus est tempore Octauiani Imperatoris, vt supra dictum est, & sic imperium præcessit natiuitatem Christi, secūdum carnem, Falsum est tamen dicere quod imperium pręcessit Papatum Christi secundum superiorem naturam, scilicet respectu diuinitatis æternæ, de quo intelligitur illud Isaiæ. capit. quinquagesimotertio. Generationes eius quis enarrabit? quā generationem omnes catholici Tractatores intelligunt de

de diuina æternitate Christi in emanatione uerbi æternaliter geniti a patre, Petrus aūt ne iure Christi successit ī Papatu ex institutione ipsius Christi Iesu. Alij autem canonice electi successerunt loco Petri, qui nedum pro se, sed etiam pro omnibus suis successoribus canōice intrantibus suscepit a Christo vt supra dictum est, quia auctoritas Christi influxit a Christo in Petrum, & per cōsequens in omnes suos legitimos successores. unde etiā Moisi dictum fuit & Aaron, vt dicit Aug. in li. qq. veteris Testa. & refertur. 1. q. 1. dictum est a Domino, Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eis ut gratiam traditam per ministerium ordinati transfundam hominibus. Et sic intelligimus quod id, quod facit papa de sacerdotibus & Imperatore, facit auctoritate Dei. 50. dist. si quis Diaconus. & sic quando instituit̄ sacerdos, Deus dat potestatem per ministerium pontificis, ut in c. 1. de sum. Trin. & fi. cath. & in c. uno, de sacra unc. unde Clemens V. in c. pastoralis, §. fi. de sen. & re iud. in clem. dicit ex ipsius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & Dominus dominantium nobis, licet immeritis, in persona tamen beati Petri concessit. Et sic nihil obstat. Ad tertium Argume175tum, †quod fit de donatione, vel dote facta Ecclesiæ per Cōstantinum, quasi Ecclesia donataria debeat subesse donatori & eius successoribus inperpetuum, Respondeo ut supra dixi in 20. Argumēto, quod Constantinus potius relaxauit, quod illicite detinebat, recognoscens ab Ecclesia ius Imperij, quātum supliciter donasse dici possit. Nec est uerum, quod ante Constantinum Ecclesia nihil habuerit, cū & Christus ab ęterno, tanquam Deus Rex Regum fuerit, & Dominus dominātium, vt ipsemet innuit. Apoc. 1. dicēs, Ego sum Alpha & O, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est & qui erat, & q uenturus est omnipotens. Et in salutatione Io. dicit, Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a Iesu Christo qui est testis fidelis primogenitus mortuo176rum & Princeps regni terræ. †Ex quo igitur omne regnum & Imperium Christi est, vt etiam Io. ibidem dicit, ipsi gloria & Imperium in secula seculorum. Et Apoc. 19. dicit, quod habebat in vestimento, & in fœmore suo scriptum, Rex Regū & Dominus dominantium. ergo Imperium Christi cum sit æternum, præcessit nedum Imperium Constantini, sed ēt ꝯstitutionem mundi, quē Deus constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula, ut dicit Apost. Heb. 1. & 1. ad Tim. 6. dicit, Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens Rex Regum & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilē. Petrus autem, vt dictum est, in ius Christi successit institutus ab eo, ergo ius Petri Christi successoris p̄cessit ius Cæsaris, & cuius177libet Imperatoris, †Patet. n. expresse falsum esse, quod dicūt, quod ante Constantinum Ecclesia nihil habuit, cum etiam tempore Christi loculos habuisset, Io. 12. & 13. Nec potuisset Constantinus ius dare Ecclesiæ proprium possidendi, si incapax Ecclesia præfuisset. Sed Deus ipse capacem fecit eam, & Dominus Iesus Christus exemplum sui posteris fidelibus reliquit, sicut dicit Aug. super Ioan. & habetur. 12. q. 1. exemplū. ubi sequitur, Exemplum Domini accipite conuersantis in terra, quare habuit loculos, cui Angeli ministrabant, nisi qa Ecclesia ipsius loculos habitura erat. Et idem Aug. ea. cau. & quæst. refert dicens, habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus quod præcepit non esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nil pecuniæ seruetur a Sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur & ꝑpter inopiæ timorem iustitia deseratur. Et ea. cau. & quæst. dicit Melchiades papa, Futuram Ecclesiam in gentib. Apostoli præuidebant, id circo prædia in Iudæa minime snut adepti, sed precia tantummodo ad fouendos egentes, intendēs se referre ad illud quod scribitur Act. 4. ad Phi. quod uenientes ad lumen fidei Iesu Christi vendebant posses. & domos & afferebant precia eorum ante pedes Apostolorū. Subdit Melchiades, At uero cum inter turbines & aduersa mundi subcresceret Ecclesia, ad hoc vsque peruenit, vt non solum gentes, sed etiam Romani Principes, q totius orbis monarchiā tenebant ad fidem Christi & baptismi sacramenta concur178rerent, †e quib. vir religiosissimus Constantinus primus fidē veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem suo degentibus Imperio non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi. Ecclesias & prædia constituit & fabricam templi primæ sedis beati Petri instituit, adeo ut sedem Imperialem relinqueret, & beato Petro suisque successorib. profuturam cōcederet. ubi notandum quod Gratianus errauit ī nomine papæ, qa nō fuit Melchiades successor Siluestri, cuius tpe cōuersus est Constantinus, vr dicit ibi glossa, nam Melchiades immediate p̄cessit Siluestrū, sed q scripsit talia verba, debuit esse Marcus papa, q successit immediate Siluestro. verba autem dicti capituli optime. probant etiam autem Constantinum Ecclesiam habuisse precia, & sic bona mobilia, & post Constantinum etiam prædia, & sic nedum mobilia, sed etiā immobilia tenuisse, sicut continuatis tem179poribus vsque ad præsens habuit & tenuit & possedit. † Qđ autem ante constantinum bona immobilia Ecclesia nō habuit, non fuit ex defectu iuris, sed ex iniustitia & violētia, qa nedū nō poterant pacifice bona stabilia possidere, sed etiā veritatem prędicantes mactabantur vt canes. ergo etiam si Imperatores ius aliquod in mundi dominio obtinuissent, propter immunera scelera impietates & uitia, quæ contra Christisti fideles immaniter commiserunt, omni iure suo merito sunt priuati, quia priuilegium meretur amittere, qui cōcessa sibi abutitur potestate. 11. q. 3. priuilegium. 25. q. 2. ita nos, & in c. fi. extra de immun. Eccl. Patet expresse etiam tēporibus modernis, quod papa propter delictum deponit Imperatorem. 40. dist. si papa. & ibi per glo. & Archid. & in d. c. ad Apostolicæ de sen. & re iud. li. 6. & ibi cōmuniter per modernos, & in d. c. pastoralis, de sen. & re iu. in clem. & ibi per Fran. de Zab. dominum Florentinum, Paulum de Leaza. Io de Lig. & Io. de Imo. cæterosq; Modernos. Ad id autē quod dicitur, quod Ecclesia tanquā donataria debet subiici donatori, salsum est quod debeat subiici, sed non debet esse ingrata de donis & beneficiis sibi collatis. 96. dist. si Imperator. & per Ioan. And. in c. ult. extra de donat. Vnde propter ingratitudinem liberti reuocantur in seruitutem, vt l. 1. C. de ingra. liber. & 12. q. 2. octaua discussio. & de pæ. di. 3. §. hac. auctoritate, & est bona gl. in c. fi. extra de postul. & in lib. de vsib. feud. in tit. in quib. cau. feu. amit. & tit. seq. ubi traditur quod si dominus de causa ingratitudinis, non egit, hęres agere non potest. & ibi est bona gl. & 54. dist. qui ex familia. Cum igitur in Ecclesia ingratitudo minime possit cadere tali casu, quia potius quod suum est recuperauit, quā se tali donatione subiecerit donatori, ergo patet quod arg. nihil obstat. Ad Quartū 180†igitur argumentum de tributo soluto per Christum & Petrum. Matth. 17. ex quo infertur, quod se & suos, regibus subiugauit. Respondeo illationem falsam esse, qa ipsemet Christus declarauit quod nec ipse, nec sui tributum, vel censum soluere tenebātur, cum dixit Simoni. Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis, dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filii, & sic innuit ecclesiasticam libertatem. quare autem soluit, subdit dicens, Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare & mitte hamum, & eum piscem, qui primo ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. Ecce igitur qualiter declarat hic plura, videlicet. Primo se regem esse & filiū summi Regis s̄m diuinitatem, qui etiam s̄m humanitatem de stirpe regia pullulauit, ut dicit Apost. ad Rom. 1. de filio suo, s. Dei, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinātus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis. Secundo liberum se demonstrat, & per se liberos eius Ecclesię seruientes, cum dixit ergo liberi sunt filii, quasi dixerit, ego filius naturalis, & vos filii adoptiui summi Regis, quia dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credūt in nomine eius. Io. 1. Liberi sumus ab hac solutione, ex quo dicit Apostolus ad Galat. 4. Itaque fratres, non sumus ancillæ filii sed liberæ, 181qua libertate Christus nos liberauit. Tertio †ostēdit aliquod fiendum ratione scandali euitandi, quod fieri non deberet, & sic ab aliquibus abstinendum, vt scandalum euitetur, vt in c. ad aures, extra de temp. ord. & in c. nihil prodest. extra de præscrip. 10. q. 3. cauendū. 11. q. 3. nolite. 12. dist. illa, in fin. & in c. qui scandalizauerit, extra de regu. iur. & 28. q. 1. iam nunc. & 23. q. vlt. tributum. de quo longum Tractatum nuper edidimus, & inseruimus in ca. 1. extra de pœniten. & remiss. vbi de materia scādali ad saturitatem poterit reperiri. Quarto ostendit se nedum prophetam, sed etiam plusquam prophetam, vt de Io. Baptista prædixerat Matth. 11. sed ipse multo maior erat Ioanne, sicut dominus maior est seruo. ait ergo Petro, Vade ad mare &c. ut supra. & sicut ipse prędixerat de pisce & de statere, fuit solenniter adimpletum, vt probat Aug. ad pollent. & in d. c. iam nunc illud. vers. vnde ipse Dominus ibi, soluit tamen. ne scandalizaret eos. Vrbanus ēt papa in d. c. tributum, declarat quare non totum piscem dare iussus est Petrus, sed tm̄ staterem qui in ore eius inuentus est dicens, Quia non Ecclesia dari Imperatori, non pontificialis apex, qui ī ore capitis Ecclesiæ præminet, subiici regi182bus potest. †Et infra. §. quamuis. allegat libertatem per Pharaonem Egyptiorum Regem sacerdotibus traditam tpe Ioseph in diebus famis Egypti de quo Gen. 42. 43. 44. & 47. Ex quo infert Vrbanus, ex tūc p̄nunciāte sacros sacerdotes in oī gente liberos esse oportere. Ex cā igit humilitatis non iure astrictus, sed ad euitādū scādalū staterē soluit gerulū didragmatis auri, vt dicit gl. in d. c. tributū. sicut ex humilitate dixit

Io.8. quis ex vobis arguet me de peccato? cum peccatum nō fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius, vt prophetauit Iſai.53,c.& Petrus refert. 1.Pet.2. Sicut etiam per humilitatē papa ſe ſubmittit ad placitum iudicio inferiorum, cum non tamen poſſit ab alio iudicari, iudicaturus ipſe cæteros loco Dei.2.q.7.nos ſi incompetenter. 40.diſt.ſi papa 89.diſt. c. fi.9. q.3.nemo iudicabit, cum aliis ſimilib.& argumentum prædi 183 ctum nihil obſtat. Ad quintum † argumētū de cenſu Cæſari perſoluendo Chriſti iudicio, cum dixit, Reddite quæ ſunt Cęſaris, Cæſari. Matth.22. facilius reſpondetur, quod in his verbis lex iuſtitiæ confirmatur ut reddantur omnibus debita, ſicut dixit Apoſt.ad Rom.13. cui tributum, tributum, &c. Patet etiam quod intentio Phariſæorum ſubdola erat & iniqua, cum Matt. referens parabolam Chriſti de Rege, qui fecit nuptias filio ſuo, & inuitati noluerūt venire, ſed occiderunt ſeruos Regis. Rex autē perdidit homicidas illos, & miſit ſeruos ſuos ad exitus viarum, ut quoſcunque inuenirent, ad nuptias congregarent. Lucas autem dicit Regem præcepiſſe ſeruis ut compellerent intrare, Lucæ 14. innuens Eccleſiam ſuam de gentilibus percomplendam, ut Aug. exprimit, & habetur 22.q.4. diſplicet tibi, in fine. Cum igitur perpenderent Phariſæi quod de ipſis diceret perditionem eſſe fiendā, tunc abeūtes phariſæi, conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone, & mittentes interrogant ipſum, ſi licet cenſum dari Cæſari, an non. Mat.22. Reſpondens ergo Ieſus, Redite quę ſunt Cæſaris, Cæſari, eorum cognitam nequitiā confutauit. quaſi dixerit, cum voſmetipſos pp veſtras nequitias & ſcelera, indignos iudicaueritis regno Dei, & Rom. Imperio ſubiugaſtis, quare ergo non vultis reddere Cæſari, quod ſibi pro tributo, vel cenſu ſoluere promiſiſtis. Nam, ut dicit pſal. propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. & Eccle.x. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & inimicitias & cōtumelias & diuerſos dolos. Augu. etiam dicit ꝯ Manichęos, & allegatur 23.q.1. quid culpatur. ꝙ Chriſtus tributa Cæſari monet reddi, quia propter bella neceſſario militi ſtipendia præbeantur. Ex quibus verbis claret reſponſio, ꝙ Chriſtus iudicat cenſum dari Cæſari per laicos principaliter, vt dicit gl. no. in c. omnis anima, ext. de cenſib. ſuper verbo, tributa. ad quod 11.q.1. magnum. & in d.c. ſolitæ. de maior. & obed. extēdi tamen pōt ad clericos circa exteriora. 23.q.vlt. tributum. vel quia obedire debent prælatis ſuis. 23.diſt. quamquam. & extra de elec. ſignificaſti. & intellige circa exteriora, ſ. terrena, ita ut perſonaliter clericorum libertas nulli ſit obnoxia ſeruituti, iuxta d.pſal. nolite tangere Chriſtos meos, & in prophætis meis nolite malignari. Et Chriſtus dixit ergo liberi ſunt filii. Matt.17. de quo ſatis in c. non minus, & in c. aduerſus, extra de immun. eccleſ. & in d.c. tributum. 23.q.vlt. & 25. 184 diſt. eſto. & in c. ex parte, extra de cler. coniug. † nam ſi poſſeſſiones dantur eccleſijs ſub tributo, cum ſuo antiquo onere tranſeunt ad quoſcunque, vt in c. cum non ſit in homine. extra de decim. & C. de exact. tribut. l. ſed diuina, lib.12. & in c. ex literis, extra de pignor. & in c. paſtoralis, de decim. & in c. 1. extra de cenſ. & in c.1. de teſtam. & in c. præſenti, in gl. fabr. de offi. ord. lib.6. & dixi in c. fi. de vita & honeſt. cleric. Chriſtus igitur ex verbis prædictis non ſubiecit clerum, nec papam Cæſari, ſed monet reddi quod iuſtum eſt, & debitum 185 cuicumque, & ſic non obſt. Ad Sextum argumētum, in quo dicitur quod Chriſtus nihil habuit, ergo nihil reliquit. Dico quod antecedens & conſequens, falſum eſt, uerbum enim ipſius Chriſti dicentis Matt.8. Vulpes foueas habent, &c. nō ita amare ſumitur, vt omnino dicatur, nihil iuris habuiſſe in hoc mundo, ſed ſi bene conſiderentur, præcedentia, ex quibus & ſequentia declarantur, & econuerſo. 28.q.1. in mundi. 3.q.1. conſtituimus, & ibi glo. 31.q.7. Apoſtolus. ff. de lega. 2. l. legatorum, §. qui plures. ff. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationib. & in l. hæredes dalam. §. ſed ſi notam, ff. de hær. inſ. patet quod Chriſtus reſpondit ad propoſitum proponentis, qui vt Doctores intelligunt, ad ſequendum Chriſtum auaritia mouebatur, nam, ut Matthæus exprimit, cum omnes male habentes liberaret, & dæmonia eijceret verbo ſuo, accedens unus Scriba ait illi. Magiſter ſequar te quocunq; ieris, & dicit ei Ieſus, uulpes, &c. Ex reſponſione igitur perpendi poteſt intentio proloquentis. Nam ſicut Simon Magus, ut de miraculis lucraretur pecuniam, obtulit Apoſtolis dicens, date & mihi hanc poteſtatem vt cuicumque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum, pecunia tua tecum ſit in perditione, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Act.8. ſic & ille Scriba, videns miracula quę Chriſtus Dominus faciebat, & ſperans diſcere miracula operari ut lucraretur, vel inani gloria extolleretur proponebat ſequi Chriſtum, cuius prauam intentione Dominus ex alto luculenter aſpiciens, deprimit & confutat dicēs. Vulpes foueas hñt, &c. quaſi dicat, ita pauper ſum ꝙ vbi caput reclinē, nō habeo, ſicut in cruce patuit euidēter. Quare ergo me ſequi uis, vt diteris? Similiter & doloſitatem eius arguit, quæ notatur ī vulpe, & elationem, quæ in uolucre deſignatur. quaſi dicat, Quia doloſus, es vt uulpes, & elatus vt uolucres, in te caput reclinare nequirem, quia ſpiritus meus non niſi ſuper manſuetum & humilem requieſcit. Iſaię vlt. ubi ſecundum aliam tranſlationem dicit, ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum, & cōtritum ſpiritu, & tremētem ſermones meos, Vnde per illum Scribam ſignificantur illi, qui ſeruire volunt Domino ſolummodo pp meritum tēporale, vt faciunt illi clerici, qui non ob aliud clericantur niſi pp redditus, quos in Eccleſiis & beneficiis conſequuntur, de quib. dixit Dñs Io.6. Amen amen dico uobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus ſaturati eſtis. Sic etiam de prædicto Scriba intelligūt communiter Hierony. & alii ſacri Doct. & id quod vř, videlicet qđ Chriſtus nihil habuit ex eo quod dixit, filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. Certe per talia verba ēt ſecundum literam hoc non includitur, ſ. quod nihil habuit, quamquam poſſet includi quod non habuit domū propriā 186 in uſu & habitatione, † potuiſſet tamen habere directum dominium, etſi vtile alius obtineret, ſicut in rebus emphiteuticariis & feudabilib. monſtratur. & ideo aliud eſt dicere Chriſtum nihil habuiſſe quo ad directum dominium, aliud eſt dicere Chriſtum noluiſſe uti dominio temporali, primum eſt falſum, ſecundum autem uerum eo modo quo ſcriptura ſacra teſtatur, nam & in ueteri & in noua lege plures ſunt auctores, de Chriſti dominio proloquentes. nam ut exprimit, Ioan.12. in ſua extrauag. decretali, quę incipit, quia uir reprobus Michael de Cæſena, quæ de directo hac de cauſa cōdita fuit, ut monſtraretur expreſſe Chriſtum habuiſſe dominiū rerum temporalium. Et primo per ſacras auctoritates veteris teſtamenti oſtēditur Chriſtus Rex & Dominus ex uerbis Iſaiæ trigeſimoſecundo. dicentis, Ecce Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ueniet & ſaluabit nos. quamquam ſecundum aliam rranſlationem ſcribatur, Dominus .n. ſine ecce, & ſine veniet. Et Iſaiæ, 16. de Chriſto petitur, emitte agnum Domine dominatorē terrę. Item Ierem. 23. ecce dies uenient, dicit Dominus, & ſuſcitabo Dauid germē iuſtum, & regnabit Rex & ſapiēs erit. Et infra, Dominus iuſtus noſter. Ecce quod exprimitur dominator terrę & Rex & Dominus, ipſe etiam eſt lapis ille abſciſſus de monte ſine manibus, cui Dominus cęli dedit regnum, quod in æternum non diſſipabitur. Dan.3. ipſe eſt etiā de quo Pſal. dicit, Aſtiterunt Reges terre & principes conuenerūt in unum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum. pſ.2. & infra, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, poſtula a me, & da. ti. gentes, hæred. tuam, & poſſ. tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea. ipſe etiam eſt ille, de quo Pſal.21. canitur, Domini eſt terrā, & plenitudo eius. & infra, introibit Rex gloriæ. Ipſe eſt ēt, de quo Pſa.44. ſcribitur, ſedes tua Deus in ſeculum ſeculi. Et infra, & cōcupiſcet Rex decorem, & infra, adducentur Regi virgines poſt eam. & totus ille Pſa. de Chriſto Rege & ſua Regina ſpōſa ſancta matre Eccleſia loquitur euidenter, qui incipit, Eructauit cor meum. ipſe eſt ēt, de quo Pſal. canit, Pſal. 46. omnes gentes plaudite manibus. Et infra, quoniam Dominus excelſus t. Rex. m. ſup omnem terram. & infra, Pſallite Regi n. pſa. quoniam Rex omnis terræ Deus, pſallite. ipſe etiā eſt ille, de quo dicit Pſal. 46. Magnus Dominus & laudabilis nimis. ipſe etiam ille eſt, de quo dicit Pſal.66. Deus iudicium tuum regi da. Et totus ille pſalmus de ipſo intelligitur, ſicut etiam ſupradixi. ipſe ēt eſt, de quo Dauid in multis aliis locis regnum ſcribit atq; dominium, & quod regnauit a ligno, & quod dat ſalutem Regibus. Et pſal.144. dicit, exaltabo te Deus meus Rex. & infra, Regnum tuum, Regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. ipſe etiam ille eſt de quo Michic. 5. ſcribitur, Ex te enim exiet Dux, qui regnat populum meum Iſrael, & egreſſus eius ab initio a dieb. æternitatis eius. & in multis aliis locis in veteri teſtamento, de eius dominio atque Regno ſcribitur, ſed prędicta ſufficiant pro præſenti. In nouo autem teſtamento antequam conciperetur Chriſtus Dominus Rex magnus ab Angelo nunciatur Virgini matri ſuæ, cui Gabriel ait, Aue gratia plena, Dominus tecum. Luc.1. Et ī Ecce cōcipies in utero, & par. fi. & voc. no. eius Ieſum. hic erit magnus. & f.a.u. & d.i.d. d.ſ.d.p.e. regnabit ī domo Iacob ī ęternū, & regni eius nō erit finis. De ipſo etiā dixit Angelus ad paſtores, Annūcio u.g. mag. q.e.o. p.q a n. eſt. u. h. ſal. q eſt Chriſtus Dñs in ciuitate Dauid. Lu.2. quaſi dixerit ꝙ ē Rex & Dñs, de ipſo ēt dixerūt illi tres Magi, Vbi eſt, qui natus eſt Rex iudæorū, Matt.2. de ipſo ēt dixit Nathanael, Verꝰ Iſraelita, in quo dolꝰ nō erat, tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael, Io.1. ipſe ēt de ſemetipſo affirmat pro veritate,

quia ſumma veritas ipſa eſt, ſicut de ſe dixit, Ego ſum via veritas & vita. Io.14. Se Dominum eſſe, cum mittens diſcipulos ſuos ad ſoluendum aſinam & pullum, vt diſcipuli ad ſe ducerent, ait, ſi quis vobis alius dixerit, dicite, quia Dñs his opus habet, & confeſtim dimittit eos, Mat.21. Et cum lauiſſet diſcipulorum pedes dixit. Vos vocatis me, Magiſter & Dñe, & bene dicitis, ſum etenim. Ipſe ēt interrogatus a Pilato an eſſet Rex Iudæorum, reſpondit Ieſus, Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſi de hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, ut non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc. Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Reſpondit Ieſus, Tu dicis, quia Rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, ut teſtimoniū perhibeam ueritati. Ecce igitur quam clare confitetur id qđ eſt, & negat quod non eſt. dicens .n. Regnum meum non eſt de hoc mundo, ſe Regem cōfitetur, ut infra, ſed negat ſe uelle uti regno mundano ad reſiſtendum cū armis. ſic ēt negat ſe regnum habuiſſe a mundo cum dicit, Regnum meū non eſt hinc. non. n. dixit, non eſt hic, ſed non eſt hinc. quaſi diceret, Regnum meum a mundo non habeo, ſed a Deo ſicut in ueritate erat. Et ſic Angelus nunciauit Mariæ dicens, Et da- 187 bit illi Dñs Deus ſedem Dauid &c. Lu.1. † Hoc ēt non fruſtra ſed inſtinctu diuino motus Pilatus ſcribi fecit ſuper caput eius, Ieſus Nazarenus, Rex Iudæornm. Io.19. qui ſolus ſic ſcribit, cum alij Euangeliſtæ dicant, Hic eſt Ieſus Rex Iudæorū. Matth.28. & Luc.23. Marcus uero dicit, Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iudæorum. Mar.15. Et ſic oēs concordāt quod deſcriptus ſit Rex, & pluries in prædictis locis repetitur quod Rex fuerit appellatus. Et quanquam inſiſterent iudęi, & eorum pontifices, ut non ſic ſcriberetur, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum, Pilatus tñ eos renuit exaudire, dicēs, Quod, ſcripſi, ſcripſi. Io.19. Satis ꝯfirmant p̄dicta ex uerbis Petri Apoſtolorum Principis. Act.2. dicentis, Certiſſime ſciat omnis domus Iſrael, quia & Dñm eū & Chriſtū fecit Deus hunc Ieſum quem uos crucifixiſtis. In quibus uerbis Petrus ſatis clare concludit duo, de Ieſu Domino noſtro, uidelicet primo quod regnum ſuum a mundo non habuit, ſed a Deo, cum dicit, quod Dñm eum & Chriſtum fecit Deus. Per Chriſtum. n. regem intelligimus, quia Chriſtus interpretatur unctus, & quia Reges inungi conſueuerunt. unde Rabanus ibi dicit, Manifeſte Petrus ex hoc pſalmo regnum Chriſti non terrenum, ſed cœleſte oſtendit eſſe. Et no. quod dicit, ex hoc pſal. quia Petrus allegat pſal.109. ſ. Dixit Dñs Dño meo. Secūdo concludit Petrus ex uerbis prædictis quod Chriſtus in q̃tum homo ſubſiſtens in diuino ſuppoſito fuerit Dñs & Rex factus. Conſtat. n. quod in quantum erat Deus, crucifixus nō fuit, ſed in quantum homo. Et ideo cum Rex & Dñs factus fuerit in quantum crucifixus, & crucifixus fuerit in quantū homo, ſequitur ꝙ ei regnum & dominium tanquam homini Deus ſibi conceſſit. Quod ēt Io. in Apoca.19. ut ſup. dixi, cō- 188 firmat cum dicit. † Et habet in ueſtimēto & in fœmore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dñs dominātium, Hoc ēt plane & humiliter nedum Apoſtoli in ſuo ſimbolo cōfitentur unicū Dñm, ſed ēt uſ̄r Chriſti Eccleſia ſæpiſſime cantat dicens, Et in unum Dñm Ieſum Chriſtum, filium Dei unigenitū. Præmiſſa aūt. ſ. regnum & uniuerſale dñium habuit Chriſtus in quantum Deus ab æterno, ſicut ab æterno genitus eſt a pr̄e, ſed in quantum homo habuit ex tp̄e. ſ. ab inſtanti ſuæ conceptionis. ex hypoſtatica unione diuinitatis ad carnē & humanam naturam, quam perſona uerbi perfectiſſime ſtatim aſſumpſit, completa reſponſione Mariæ uirginis matris dicentis Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſ̄m uerbum tuum. Lucæ.1. De quo ſatis Magiſter in 3. ſent. diſt.1.2. & 3. & in 18. diſt. explanatur illud Apoſt ad Phil.2. propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. nā Auguſtinus contra Maximinū dicit, Homini donatum eſſe illud nomen, non Deo. Ambroſ. uero dicit, nomen illud donatum eſſe Deo non homini. ſed intelligentia non obuiat, licet diuerſum ſapiat, ut dicit ibidem Magiſter. nam Ambroſ. de naturali donatione id dictum intelligit, quando ęternaliter pater generando dedit filio nomen quod eſt ſuper omne nomen. ſ. Deum eſſe per naturam, quia genuit ab æterno filium plenum, & ſibi æqualem Deum, quod tamen nomen Apoſtolus propter paſſionis obedientiam Chriſto donatum dicit. In qua. n. forma crucifixus eſt, in ea exaltatus eſt, & in ea donatum eſt ei nomen, ut cum ipſa forma ſerui nominetur 189 unigenitus filius Dei. † Et ſic Auguſtinus intelligit ex tempore per gratiam donatum eſſe ut homini quod iam habebat idem ipſe Deus. hoc igitur per gratiā accepit, ut ipſe ens homo uel ſubſiſtens in forma ſerui. i. in anima & carne noīetur, & ſit Deus. Nam propter meritum obedientiæ donauit ei Deus manifeſtationem illius nominis poſt reſurrectionē, ſed illam meruit per obedientiam paſſionis, qui in eo quod obediuit patiendo, exaltatus eſt reſurgendo. Simile dixit Xp̄s poſt ſuam reſurrectionem inquiens. Matth. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Non ꝙ tunc primo, accepit, ſed quam ante habebat, tunc manifeſtata eſt eius pote- 190 ſtas, † nec obuiant iſta auctoritatibus diuinæ ſcripturæ dicentibus ipſum pauperem extitiſſe, ſicut exprimit Apoſtolus, 2.Cor.8. dicēs. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, qm̃ pp vos egenus factus eſt cū eſſet diues, ut illius inopia uos diuites eſſetis. Non. n. hæc diſſonant, ſed ſimul ſtant, & bene conſonant. Nam poſſibile eſt Dominum quem eſſe & dominii fructum nullum capere, nudum enim dominium, ſeparatum in perpetuū ab omni perceptione commodi rei habentem non facit diuitem, cum ſit inutile reputandum, Vñ habens tale dominium, pōt egenus & pauper merito reputari, vt dicit præfatus Io. XXII. in prædicta extrauag. quia vir reprobus exemplificans ſic. ſi. n. inquit, Rex Franciæ nō renunciando Regno ſe abſentaret a Regno, & poſt lapſum alicuius tp̄s incognitus rediret ad illud, ſi ſe pro Rege nō gereret, nec aliqua emolumēta perciperet d. Regni, ſed in domo Regia reciperet vnus alius ex gratia diſpenſantiū neceſſaria vitæ ſuę, talis vtique, licet Rex eſſet & dominus, poſſet mēdicus & pauper merito reputari. Hinc eſt, quod Apoſtolus ait ad Gal.4. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt, a ſeruo, cū ſit dñs oīum, ſed ſub tutorib. & actorib. eſt vſq; ad præfinitum tp̄s a patre. ſic ergo Chriſtus Ieſus, Rex Regū, & Dñs dominantium pauper dř & egenus, non ratione carētię dominij, ſed potius ratione carentię perceptionis fructuum & aduētionū illarum rerū, quarum Dominus erat, creator, & patronus. Et ad exemplum aliorum peregrinantiū in valde paucis pro Rege vel Domino ſe non geſſit, propter quod merito pauper voluntarius dici poteſt. Multi etenim Reges, & principes ſunt in ſeculo, qui tñ reſpectu ſtatus eorū pauperes nuncupantur, quia non ita triūphaliter regnāt, ſic ut Regni nomen exquirit quo ad apparentiam vſus temporaliū, & tamen Reges ſunt vel Principes. ſic & Chriſtus Ieſus quanquam pauper eſſet in uſu temporalium Rex tñ erat & a Regib. adoratus. Quod ſatis expreſſit Zacharias dicens. Exulta ſatis filia Sion, i. contemplationis. Iubila filia Hireſalem, i. pacis uiſionis, & ſic Eccleſiæ loquitur, ſubdēs, Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator ipſe pauper & aſcedēs ſup aſinā & pullū filiū aſinæ. Et inf. & poteſtas eius a mari vſq; ad mare, & a flumine vſque ad fines terræ. Ecce ꝙ pauper eſt, & tñ Rex & Dñs vniuerſæ terrę. Et ꝙ de Chriſto loquatur, expreſſe patet ex his quæ ſubiungit dicens, Tu quoq; in ſanguine, teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu. in quo non eſt aqua. Zach.9. intendens exprimere ꝙ ex ſanguine Chriſti ēt liberate ſunt animæ, quæ in lacu limbi claudebātur, in quo non erat aqua pęnarum ſenſus, ſed ſolummodo carentia diuinæ uiſionis. Ecce ergo ꝙ pauper erat & Dñs uniuerſi, vt ſimul in unum pauper & diues merito dici poſſit ſicut dicit Dauid, Pſal.48. Et ſic non obſtat prædictum argumentum, quia dedit quod habuit, cum totum haberet habitu rationali, & iuſto titulo dominij diuinitus ordinati, licet ſibi reſti- 191 terint obedire. Ad ſeptimum argumentum, † in quo infertur, iuri ſuo renunciaſſe, ſi quod habuerit, qui cum vellent eum facere Regem, fugit in montem. Ioan.6. Reſpondeo ꝙ propter hoc ſuo iuri minime renunciaſſe cōcluditur, potuit enim iuſte fugere pro contemptu mundi ad exemplū aliorum, ne in ſpe mundialis triumphi confideret, & tñ ſuo iuri non renunciaſſe, nec renunciaſſe intendiſſe, ſicut in multis oſtendebat ſe Deum non eſſe, & tamen Deus erat. Ergo talis fuga non concludit renuntiationem. ſed præbet ędificationem, ſicut alias poſtmodum ſuis fratribus in eum tñ non perfecte credentibus requirentibus eum, vt cum caterua & ſequela ipſorum ad feſtum aſcenderet, vt ſe mundo triumphaliter oſtētaret, dixit, vos aſcendite ad diem feſtum hūc, ego autem non aſcendam, & tamē poſtmodum aſcēdit ad diem feſtum, nō palam, ſed quaſi in occulto. Ioan. ſeptimo. Noluit enim cum pompa mundi, tanquam diligens vanitatem mundialium curioſitatum, cum fratribus, ſcilicet attinentib. ex parte matris nec tamen credentibus in eum uane cōicari, ſed tanquam humilis exemplaris ſuperborum ceruices Et ueſtigia ſuo ædificatiuo proſtenens exemplo, quaſi ſolitarius non ut inaniter laudaretur ſecundum intentū fratrum non credentiū, ſed vt credētes utiliter inſtrueret & doceret, confutata inepta fratrum minitione, mundique dete- 192 ſtata malitia aſcendit ad feſtum. Sic ergo prudēter inuigilās et mundi uanagloriam deteſtans fugit in montem, ne turbę panibus ſaturatæ facerent eum Regem, cum Rex eſſet nō a turbis vel hominibus ſiue mūdo, ſed ab ipſo Deo patre æternaliter conſtitutus ſecundum Auguſtinū. Ergo eo mō, quo terrenum regnum contemnere ſe demōſtrat, qui venerat vt credentibus cœleſte regnū pararet ęternū, dixit Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo. vnde fugam Chriſti, ne Rex fieret a mortalibus, Io. ſuperius intelligit rñſiuam leuita

ti guloſorum, qui propter miraculum de panibus multiplicatis & ab eiſdē deguſtatis, conſiderantes eius potētiam ad protegendum, & ſanitatis conferen. necnon & clementiam ac liberalitatem ad ſubueniendum & conferendum quærebant eum Regem facere temporalem, qui ſatis excellentius Rex erat æternus. Non ergo fugit vt renūciaret iuri ſuo, ſed vt mortalibus prẹberet exemplum declinandi vanas ſeculi dignitates. Et ſic argumentum nihil obſtat, ſi aliter ſe renunciaſſe non probent. Sed cum probare nequeant, ergo veritati potius acquieſcant, ſ. ꝙ non renunciauerit, ergo &c. Ad
193 octauum argumentum, vbi infertur Chriſtū Ieſum ore proprio coram iudice, ſ. Pilato confeſſum fuiſſe, ſe regnū nō habere cū dixit, Regnū meū nō eſt de hoc mūdo. Io. 18. Rñdeo ꝙ per prædicta verba Chriſti hoc minime probatur. Non. n. negauit ſe Regem eſſe qui dixit poſtmodum. Tu dicis, quia Rex ſum ego, reſpondens illationi factę per Pilatum, cum dixit, Ergo Rex es tu? Et ſic ex verbis apparet totum ꝯriū eius quod arguitur. Confitebatur. n. ſe Regem eſſe, ſed nō ex mūdo vel hominibus, ſed ex Deo. & non ex tpe inquantū Deus, ſed ab æterno, & inquantum homo ab inſtāti conceptionis ſuæ in Vtero ſanctiſſimæ Virginis matris ſuæ, ſicut per prophetas & per Angelum extiterat nunciatum, vt ſatis dixi ſupra in reſponſione ad ſextum argumentū & ſic nihil obſtat.
194 Ad nonum argumentum, † in quo dr̄ ꝙ Chriſtus expreſſe prohibuit Petro iuriſdictionem gladij temporalis cū dixit, Conuerte gladium tuum &c. Matt. 26. & Io. 18. Reſpondeo per verba prædicta prohibitam fore executionem, vel actū gladij temporalis, confirmatam tñ fore iuriſdictionem etiā gladij tpalis habitu, cum dixit, tuum. & ſatis declaratū eſt ſupra in reſponſione ad primum argumentum, in qōne incidenti, videlicet an Chriſtiani teneantur ſubiacere tyrannis, verſus ſi. ver. iura autem in contrariū allegata. & ibi ſatis di-
195 ſcuſſum eſt de hoc paſſu. † Nam zelus Petri ſcientia carebat, non enim capiebat quantum vile ſit Sanctis reputandū humano ſanguine maculari. Seruatū eſt ergo quod decebat eſſe conceſſum, & amotum eſt quod honeſtatis cauſa merito ſit negandum, de quo ſatis agitur in d. extrauagā. Bonif. quæ incipit, vnam ſanctam. Sicut etiam alias Dominus Petrum arguit de inordinato & indiſcreto zelo, quando notificauit diſcipulis mortem ſuam, & aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens, Abſit a te Domine, non erit tibi hoc. Qui, ſcilicet Ieſus, conuerſus dixit Petro, vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum Mat. 16. ſic etiam tunc Petrus tempore captionis Chriſti indiſcretum, & inordinatum zelum oſtendit euaginando gladium, & leuando manum ſolus contra tumultuantem turbam, quæ male turbata & turbida cum gladijs & fuſtib. uenerat contra Chriſtum & ſuum gregem. Quid potuiſſet ſolus Petrus & inexpertus armorum vſus defenſionis facere manualiter cum quodam cultello contra tot ſtrenuos armatos expertos & exercitatos in actibus armorum? Nam, ut Ioan. dicit Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & a pontificibus & phariſæis miniſtros, venit illuc, & cęt. Cohors enim ſexcentos milites numero colligit, ut di-
196 cit Papias. † Quid ergo Petrus inepte præſumpſit, manum ſolus erigere contra tantos? Iuſte ergo Dominus arguit præſūtionem ipſius cum nec ipſi Dño zelus ſine ſcientia placeat, nec ſcientia ſine zelo. Ex quo dicit Apoſt. ad Rom. 10. Teſtimonium enim perhibeo illis, qui æmulationem Dei habēt ſed non ſecundum ſcientiam. & 1. Cor. 8. dicit, ſciētia inflat, charitas uero ædificat. in prædictis etiam uerbis Domini Ieſu, cum dixit Petro Apoſtolorum principi iam electo, conuerte gladium tuum, & exprimitur nedum Petri iuriſdictio quantum ad ſeipſum & poſt ipſum canonicos ſucceſſores, ſed ēt innuitur cūnctis clericis bellum eſſe prohibitum. Nā, ut dicit Apoſtolus, arma militiæ noſtræ nō ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionū, cōſilia deſtruētes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiā Dei 2. ad Cor. x. Ambroſius ēt ad Vercellēſes de baſilica nō tradenda dicit. quid igitur turbamini, volens nunquam uos deſeram, coactus repugnare non noui, dolere potero, gemere potero, aduerſus arma, milites uotoſq; lachrimę meæ arma ſunt. Talia enim monimenta ſunt ſacerdotis, aliter nec
197 debeo, nec poſſum reſiſtere, 23. q. 8, conuenior. Et quod clericis non liceat bellare, ſatis patet 23. q. 8. pet to. Imo nec arma ſumere, niſi ad terrorem. vt c. clerici, 1. extra de vi. & ho. cler. vbi ſi moniti non deſiſtunt nedum excommunicari poſſunt vt ibi. & ſic patet quod mortaliter peccant clerici arma ferentes, quia excommunicari nemo poteſt, niſi per mortale peccatum. vndecima quæſt. tertia, nemo Epiſcoporum, & c. nullus ſacerdotum. Imo etiam ſi excommunicati non deſiſtunt ab armorum delatione, poſſunt deponi. 23. quæſtio. 8. quicunque & capitulo clerici. facit 15. diſtin. clericus maleficus. Rō autem prohibitionis eſt duplex, ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſ. 40. Prima eſt generalis, quia bellorū exercitia inquietudines habent, & multum impediunt diuinorum contemplationem, Dei laudem & orationis officiū Merito ergo clericorum arma orationes & lachrimæ debēt eſſe. 11. q. 4, Saluator. & in d. c. conuenior. & faciunt no. 30. di. c. fi. poſſunt tñ prælati laicos ad bellum hortari pro defenſione fidei vel Eccleſiarum. 23. q. 8. hortatu. & c. igitur, cum duo-
198 bus. ſeq. † Secunda uero ratio eſt ſpiritualis, quia cum ordinentur ad altaris miniſterium, ſemper debent ſe parare ad ſubeundam mortem potuiſquam ad nocendum, iuxta illud Apoſtoli. 1. Cor. 11. Quotieſcunq; manducabitis panem hūc & calicem bibetis, mortē annunciabitis, donec veniat. Non ergo clericis occidere competit, vel humanum effundere ſanguinem, aut effundi facere, niſi auctoritatem habeant iuriſdictionem demandandi pro iuſtitia conſeruanda. Qui ſe parare debent ad ſuſtinendum patienter proprii ſanguinis effuſionem & necem pro Chriſto, ſicut ipſe pro nobi ſuſtulit crucis patibulum confuſione contempta, vt dicit Apoſt. ad Heb. 12. faciunt no. extra ne cle. vel mon. c. ſnīam ſanguinis. Nam ſi prælati eccleſiæ ob defenſionem fidei Eccleſiæ, vel rerum Eccleſiarum, aut patriæ, negligentes eſſent & tepidi, ad inuocandum brachium ſeculare & hortandum ad protectionem contra violentos non quidem vt occidant, vel uulnerent, vel mutilent, quia hoc eſſet de directo ad homicidiū prouocare, ſed vt fidem, Eccleſiam vel patriā liberent & ad Chriſtum reducant terram ab infidelibus occupatam. ſuper quo dat Eccleſia maximas indulgētias. Et licet hinc inde aliqui occidantur, non tamen propter hoc prælati culpantur. Imo culpaētur, & peccarēt, niſi ſe opponerēt ꝯ tales. 23. q. 5. de occidendis. & ead. cau. q. 4. Maximianus. & q. 8. igitur. &
199 c. ſcire, & c. vt pridem. † Et no. ſm̄ Bernad. Hiſpanum, ꝙ de iure canonico. non licet clericis arma læſionis portare, vel ēt cauſa defenſionis, pugnare, arg. 23. q. 8. §. 1. & c. 1. & 2. & trib. paleis ibi poſitis. 50. diſt. c. clericum, & c. de his clericis. 20. q. 3. eos qui, & in d. c. conuenior. & extra, de cler. pug. in duel. c. porro, & c. de presbitero. In trib. aūt caſib. vr̄ eis licere. Primo ubi papa concedit, qui pōt nouas condere leges. 25. q. 1. ſunt quidam. Secundo, vbi clericus gladiū obtinet tpalem, argu. ff, de reiud. l. quidam conſulebant. hoc tñ caſu tale officium, ſ. materialis gladii, potius tenetur laico demādare. arg. no. in c. dilecto, de ſent. excom. lib. 6. ad fi. per Archid. & Io. And. & 88. diſtin. Eps gubernationem. Tertio, vbi neceſſitas incumbit euadendi mortem, quia tunc lex ſeruari non pōt, arg. de conſec. diſt. 2. ſicut. & extra de ſen. excom. c. ex tenore. & fa-
200 cit c. 2. ext. de homic. & c. ſi furioſus, de homic. in Clem. † Et nota, ꝙ ſi quis alicui ſuadeat ꝙ pro patria ſua vel ſuo proximo, vel pro iure ſuo, vel ſuę Eccleſiæ ſe exponat, non ob hoc fit irregularis. ēt ſi ibi ille moriatur. 23. q. 3. ꝑ membris. & c. ſeq. 22. q. 8. igitur. & c, ſeq, & in d. c. conuenior. in prin. & prope fi. ver. Reſpondi. & ver. ſanctus. n. ſed ſi ſciret, vel crederet eum mortiturum, vr̄ ꝙ fieret irregularis, quia ordinata charitas eſt ꝙ quis diligat plus corpus ſuum quā alterius. de pœnit. diſt. 3. qui uult. Sed ſi ei conſulat ꝙ indubitatæ morti, ſe exponat pro nomine ſeu honore Chriſti, uel pro fidę vel pro ſtatu Eccleſiæ, non fit irregularis, ēt ſi mors inde ſequat. 25. q. 1. ſunt quidam. 11. q. 3. non ſolum. & c. ſeq. cum Chriſtus. mortem pro nobis ſubierit voluntarie. 12. q. 2. cum redemptor. & in c. pro humani, de homi. lib. 6. Hac ēt ratione excuſari pn̄t ab irregularitate inquiſitores hæreticæ prauitatis. ſcientes ꝙ ſtatim poſtq̄ pronunciauerint aliquem eſſe hęreticum, ille morti tradetur, hoc ēt alias, multipliciter per Ca-
201 non. ad qđ. 13. q. 8. legi. & 23. q. 5. ſi audietis. † Religioſis aūt ſiue monachis, qui uiam ſunt perfectionis aggreſſi, vim ſibi illatam vi repellere non licet, ſm̄ Alanum, vinc. & Goff. in c. ſuſcepimus, extra de homic. Hoſt. tñ dicit ibid. ꝙ capi & ligari poſſent aggreſſores, dummodo ſine ſanguinis effuſione morte vel mutilatione commode fieri poſſit, etiam per monachos, & arg. extra de depoſ. c. 1. & in d. c. ſuſcepimus. & 14 q. 6. ſi res aliena. & in c. 2. extra de homic. & in c. in archiepiſcopatu, §. primo. extra de rap. & eſt expreſſum in capitulo tua nos, ad finem. extra de homicid. vbi ſcribitur cuidam Abbati de quodam monacho & de quodam ſcholari quamquam tex. non exprimat, & dictus ſcolaris ab irregularitate dicitur excuſari, quamquam aliqua interſigna dederit, ex quib. latro qui percuſſerat ſcholarem præfatum, punitus fuerit ēt in perſona. Et quamquam uariæ ſint ibi lecturę, ſi ſcholaris ille monachus nō erat, ſed clericus ſecularis, ad noſtrū propoſitum nihil facit, cū de religioſis ſiue monachis ſermo fiat, de quib. potius intelligerem, ꝙ Apoſtolus dicit ad Rom. 12. Nō voſmetipſos defendentes chariſ. ſed date locū iræ. Zēzelinus tñ in c. ne in agro. § præfatæ quoq; ſententiæ, de ſtatu monach. in clem. dicit quod eo caſu, quo Abbas inſequitur monachos odio capitali, quod tunc licet monachis arma retinere, cum a natura ſit inſitum uim ui, repellere. ff. de

ff. de iuſt. & iure l. vt vim. C. vñ ui. l. 1. & in c. olim. de reſt. ſpol. & plenius in c. ſignificaſti, ex̄ de homi. circa fi. & Io. de Imola in d. clem. ne in agro, intelligit gloſ. ibi, quod monachi arma deferentes mortaliter peccant, ſcilicet quādo ſine cauſa portant, iuxta ea, quæ habentur in c. clerici, extra de uita & hon. cler. Meo tamen conſilio tutius eſt omnibus perfectioni uacantibus non aliam quærere defenſionem, niſi quam Chriſti & Apoſtolorum eius exemplis valeant reperire. Vt qd enim Chriſtus arma arripere non tentauit, & Petro gladium eximendum prohibuit, niſi ut oſtenderet quam defenſionem, q perfectionis ſemitam volunt imitari facere debeant? quaſi dixerit, hactenus tibi tuiſque prædeceſſoribus inimicos Dei corporali gladio licuit perſequi. Deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum. ideſt tibi hactenus conceſſum, in vaginam cōuerte. 23. q. 8. c. 1. Vnde dicit gloſ. 23. q. 3. pro membris,
202 † quod Petrus non peccauit vtendo gladio, quia nondum ꝓhibitum erat clericis. hoc etiam dicūt ibi Hugol. & Bernard. Hiſpanus, nam de hoc Petrus ibi commendatur ab Aug. cōtra Petilianum ſcilicet Auguſtinus, qui dicit quod Petrus ꝓ corpore Chriſti & pro Eccleſia etiam corporaliter pugnauit. potuit enim licite pro defenſione ſui Domini decertare. 22. q. 5. de forma. Imo potius tenetur ſeruus iuuare dominum q̄ ſeipſum, ut ff. ad Sillan. l. 1. §. ſerui. & gloſ. in d. c. 1. 23. q. 8. ſatis facit de pœnit. diſt. 2. charitas eſt, vt mihi uidet. uerſ. ergo charitatem. ubi patet quod debemus Deum diligere ſuper oīa, ergo & defendere. Primum enim præceptum eſt inter affirmatiua, diliges Dominum Deū tuum ex toto corde tuo, &c. Deut. 6. Math. 22. & Luc. 10. faciunt not. per Bern. Hiſpanum in d. c. pro membris, & ibi per gloſ. Laur. & Archid. Quidam tamē dicunt ipſum peccaſſe ex inordinato zelo, vnde dicūt quod commendatur zelus, ſed nō opus, ſicut alias in villico iniquitatis commendatur prudentia, ſed non iniquitas. Lucæ, 16. Ex prædictis igitur ſatis patet actum tantum gladij, ſed non habitum prohibitum eſſe Petro, imo habitum ſibi confirmatum, ut dixi, etiam poſt Chriſti aſcenſionem, cum facta eſt uox ad eum dicens, Act. 10. Surge Petre, occide & manduca. de quib. verbis Nicol. papa ſcribens Rodul, Bituricen. Archiepiſcopo, de interfectoribus ſuarum vxorem diceret, ꝙ ſi nō fuiſſēt adulteræ interfectores, eſſent homicidæ. 33. q. 2. interfectores. Gratianus commemorans ibidem dicit In hoc c. uidetur Nicol. papa permittere maritis cauſa adulterii, vel alterius huiuſmodi crīs ſuas interficere, ſed Eccleſiaſtica diſciplina ſpirituali gladio, nō materiali, criminoſos feriri iubet, illo uidelicet gladio, quo Petrus iubetur mactare & manducare. de quo etiā gladio Chriſtus ait in Euang. ſcilicet Matth. 10. Nolite arbitrari, quia ueni pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, ſed gladium. & in c. ſeq. quod incipit, inter hęc, idem Gratianus prædicti Nicol. verba referens dicit, Sed ſancta Dei Eccleſia mundanis nunquam conſtringitur legibus, gladium non habet niſi ſpiritualem, non occidit, ſed viuificat. Et licet uerba prædicta expreſſe videantur ſenſum contrarium obtinere, cum dicit Nicol. gladium non habet, & c. debent tamen rectius intelligi eo modo quo Doct. intelligunt. vnde dicit ibi glo. gladium non habet, ſcilicet materialem quo ad executionem. hoc ideo dico, quia Imperator
203 habet etiam a papa. hęc glo. Alexander autem Anglicus de Ales, ad quæſtionem principalem, reſpondens in 3. ſummę ſuę, ſic diſtinguit, ſcilicet, quod iniuria, quę infertur, aut eſt perſonalis & priuata, aut publica, Si ſit publica, propulſanda eſt iuſſu Principis, & manu militis. ad Rom. 13. nō enim ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt uindex in iram ei qui male agit. dicitur de Principe, cui etiam propter hoc determinatur tributum. Matthę. 22. Reddite quę ſunt &c. Et ipſius militib. ſtipendia. Lucę 3. Eſtote contenti ſtipendijs veſtris. Sed nō niſi propter defenſionem reipub. quę fieri pōt ſine hoſtis iniuria. Si autem ſit iniuria perſonalis de illa intelligitur illud Matth. 5. dico uobis non malo reſiſt. ſed cum diſtinctione, quia iniuria perſonalis repelli poteſt tripliciter, ſcilicet uno modo impediendo, ſicut Apoſt. Act. 23. procurauit milites a tribuno, vt ſeruaretur illęſus, ſic licet omnibus iniuriam repellere, nec prohibetur, Matth. 5. hoc enim non dicitur proprie reſiſtere. Alio modo uerbis arguendo, ut Dominus percuſſus alapa percuſſorem reprehendit, nec alteram præbuit. Io. 18. ſic etiam licet omnibus. Vnde etiam ibidem dicit gl. oſtendit Dominus patientiæ præcepta nō oſtentatione corporis, ſed pręparatione cordis eſſe facienda. Et ſic intelligitur illud Matt. 5. ſi quis te percuſſit in dextera, præbe & alteram, ideſt paratus ſis aliam patienter ſuſtinere. Tertio modo repugnando, & hoc dupliciter, vno neceſſitate cogente, vt cum læſio aliter vitari non poteſt. & hoc aut ſine armis, & ſic ꝑmittitur clericis & laicis, & hoc flagrante maleficio cū moderamine inculpatæ tutelæ & incontinenti. Et ſic intelligitur illa lex canonizata, Vim ui repellere licet, in inſtanti. quia nequaquam facto interuallo, aut cum armis. & hoc mō permittitur laicis, non clericis. Et hoc cū circunſtantijs prædictis, non eſſet autem moderamen, ſi impeteretur ſine armis, & ipſe impeteret cum armis. Alio vero modo vlciſcendi libidine, & ſic nulli licet, & ſic intelligitur illud Ro. 12. Nō voſmetipſos defendentes chariſſimi, & ſimilia. Sic ergo iniuriam repellere impediendo vel verbis arguendo, licet omnibus. Repellere vero neceſſitate cogente ſine armis, licet laicis & clericis, ſed cum armis licet laicis, ſed non clericis. Repellere autem repugnando libidine vindictæ ventris licet. Et ex his patet, quomodo hoc quod dicitur non reſiſtere malo, differenter intelligendum eſt in conſilio & in præcepto. Hæc Alexāder tractat in ſumma ſua, ſuper 3. ſent. Correſpōſiue autem ad diſtinctione 37. vſq; ad 40. vbi agitur de quinto præcepto legis, ſcilicet non occides. Exo. 20. & Deut. 5. vbi tractat Alex. tria principaliter, uidelicet primo quid prohibeatur occidi. Secundo quis prohibeatur occidere. Tertio
204 quæ ſit occiſio, quæ prohibetur. † Et quantum ad noſtrū propoſitum attinet, cum tractat quis prohibeatur occidere in 3. q. videlicet an illi qui habent ſpiritualem poteſtatem ut ſacerdotes, prohibeantur occidere. Poſt aliqua argumenta dicit, Ad hoc dicunt quidam quod ſacerdotibus veteris legis licebat, ſacerdotibus uero nouæ legis non licet. Et ratio huius eſt, quia cum ſecundum Auguſt. differentia legis & Euangelii ſit timor & amor miniſtri legis veteris, debuerint eſſe miniſtri ſeueritatis ad timorem. Sed miniſtri Euangelii debent eſſe miniſtri pietatis ad amorem. Quia ergo illi debeant coercere a malis per timorem, congruebat eis maleficos interficere. Et quia iſti debent . . . trahere per amorem, ideo non congruit eis interficere. Et dicit ſecundum Chriſoſto. ſuper Matth. quod mors Ananiæ & Sapphitæ per Petrum non fuit opus manuale, ſed ſpirituale, quaſi prẹnuncians quod Dei iudicio futurum erat. Act. 5. Et infra arguendo Alexander præfatus dicit, Item eccleſia ordinat ſecularem poteſtatem, vt papa Imperatorem, ergo tradit ei auctoritatem ad ſuum officium. & allegat etiam auctoritatem Bern. lib. 4. de conſideratione, ad Eugen. de gladio Petri, &c. quam ſupra differui.
205 Et ſoluendo argumenta dicit. † Solutio. ſicut dictum eſt, hoc pręcepto prohibetur quilibet occidere ſua auctoritate. Quia ergo miniſtris veteris teſta. commiſſa erat auctoritas, miniſtris vero noui teſtamenti non eſt conceſſa auctoritas ut per ſe interficiant, ideo ex conſequenti iſto præcepto prohibentur interficere in cauſa iuſtitiæ. Ratio autem quare eis negata eſt auctoritas, eſt duplex. Vna eſt, quia miniſtri nouæ legis debent eſſe miniſtri manſuetudinis & amoris ad alliciendū homines ad bonum, vnde eis dicitur Matth. 5. non reſiſtere malo, & ibidem ſequitur. Diligite inimicos veſtros, & reliqua. quæ intelliguntur fienda a miniſtris nouæ legis, non ſo-
206 lum in volunrate animi, ſed etiam in oſtenſione ſigni. † Alia ratio eſt. quia miniſtri nouæ legis ſunt miniſtri Sacramenti vnionis. Sacramentum enim altaris repreſentat unionem Chriſti & eccleſiæ quam ſignificat unio animæ ad corpus. Sicut enim anima corpus viuificat, ita Chriſtas per hoc Sacramentum viuificat eccleſiam, unde qui diſſoluit unionē corporis & animę, Sacramenti illius vnionē in ſe non pōt demōſtrare, & ideo irregularis eſt ad huius Sacri miniſterium exe-
207 quendum, † quemadmodum bigamus, qui carnem ſuam diuiſit cū plurib. vxorib. Et ſicut dicit Canon. 15. q. 2. q̄dā ſunt, q̄ etſi non imputantur ad pœnam, tamen impediunt Sacri ſignaculum. Et introducitur auctoritas Hieronymi, q dicit de illo, qui propter diſciplinam caſu occidit, quātum ad culpā innocens eſt, quantum ad legem, reus eſt, legem. ſ. Sacri. Inde eſt quod cum alii ordines eccleſiæ ad Sacrm̄ altaris referantur, quia omnes ordinati, aut conficiunt Sacramentum, aut deſeruiunt conficienti, debent carere diuiſione, q̄ opponitur Sacro vnitatis, & ideo non licebat miniſtris eccleſiæ interficere, ſanguinē effundere, mēbrum mutilare, miniſtris uero ueteris teſtī, qui erant miniſtri timoris ad coercēdū a malo, & per conſequens miniſtri diuiſionis animarū a malis cōpetebat auctoritas & executio interfectoris. Et ſic patet ſolutio ad obiecta. Et ſpecialiter rūdens ad quādā auctoritatē Hiero. in epi. ad Ripar. ubi cōmemorat de Finees, de Helia. de Simone Cananæo, qui duos magos Zaroe, & Arphaſat ignitos ſerpentes retorſit de Petro & Paulo, &c. dicit quod dr̄ia eſt inter miniſtros ueteris legis & nouæ nō ſolū quantū ad ſeueritatē, & miſericordiā, ſed ēt in iudicio ſeueritatis. Quia iſti gladio ſpūali, illi gladio materiali iudicia exequūtur. iſti uerbo, illi ferro, iſti uerbo, quod eſt gladius ſpiritus ad diuiſionem animæ ac ſpiritus ideſt inordinationis ſenſualitatis a rectitudine rationis. Ad Hebr. 5. illi uero ferro. ideſt materiali gladio ad diuiſionem animæ & corporis, hoc eſt uitæ animalis. Vnde nota quod ſicut prius eſt quod animale eſt, deinde quod ſpirituale. 1. Cor. 15. & uita animalis priuſquam uita ſpiritualis, uitam aūt animalem dico quod eſt in unione animę & carnis, uitam uero ſpūalē in ordinatione ſenſualitatis

quæ

quæ dicitur anima, & rationis quæ dicitur spiritus, ita ministerium diuinæ iustitiæ distributum est ministris veteris testamenti in gladio materiali in separationem animæ & carnis. Ministris vero noui testamenti in gladio verbi spirituali ad diuisionem animę & spritus. In illo ministerio est ratio timoris, in isto ratio amoris. Hinc dicentibus Apostolis, ecce gladii duo hic. respondit Dominus, satis est. Lucæ 22. & infra dicit, qui in operibus pietatis & misericordiæ vult Deus q̄ eū omnes imitentē. Matt. 5. & Lucæ 6. Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. In operibus vero conditionis & vindictæ non vult vt perfecti eum imitentur propter duo, primo propter sacramentum vnionis commendādum, quod requirit ministros congruos in quibus non inueniatur oppositio diuisionis. Secundo propter commendandam clementiam suæ miserationis, vt in hoc inuat q̄ quasi coactus punit. sicut dicitur Tren, 3. Nam ex corde suo humiliauit & abiecit filios hominum, & introducūtur verba Do. punientis, quasi plangentis. Esa. 1. Heu consolabor super hostib. meis, & vindicabor de inimicis meis, vt sic ostēdat quod sit eius proprium misereri semp. & parcere. Esa. 30. Expectat Dominus, vt misereatur nostri. Eccl. 11. Misereris omnium domine, quia potens es, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. ideo ministri noui testamenti, qui debēt esse imperfectiori imitatione Dei, debent ipsum imitari in opere puritatis, non in districtione seueritatis. Et infra dicit, quod Imperator recipit potestatem a papa ad puniendum maleficos, executionem autem potestatis accipit a lege, ergo per papam recipit auctoritatem, vt sit minister legis & iustitiæ diuinæ, sed ab ipsa lege recipit auctoritatem vsus ministerii iustitiæ. Vnde Augusti-

208 nus in quæstionib. Leuit. iudici seculari dicit, † cum homo iuste occiditur, lex occidit, non tu. subdit Alexander, si autē obiicitur quod ille facit, cuius auctoritate fit, unde papa & Episcopi, qui habent præpositos iudices sanguinis, videntur occidere. Dicendum quod est auctoritas iubendi & est auctoritas innuendi. In auctoritate iubendi sequitur, ille facit, cuius auctaritate fit. in auctoritate vero innuendi non sequi-

209 tur † Est autem auctoritas iubendi occidere maleficos penes Imperatorem; auctoritas vero innuendi penes Papam & sacerdotes. Ista autem innuitio diuinæ legis est prædicatio, & vt Principes diuinæ legi obediant exhortatio. Et infert auctoritatem Bernar. quam supra posui 4. de consideratione ad Eugen. qualiter uterque gladius est Ecclesiæ, materialis & spiritualis. & quod ad ipsam pertinet gladius materialis, non quantum ad vsum, vel quantum ad iussum, sed quantū ad nutum. Quantum ad iussum vero Imperatoris est, qui a papa recipit potestatem. Et per hæc soluuntur obiecta, & sic

210 nihil obstat nonum argumentum. Ad decimum argumentum, vbi dicitur quod ipsimet summi Pontifices fatentur se nolle intromittere de tēporali iurisdictione, de quo 96. dist. cum ad verum. & c. duo, cum multis aliis iurib. in prędicto argumento allegatis. Respondeo breuiter quod ex prædictis iuribus non probatur quod Imperatot nō debeat subesse papæ, quamquam probent quod iurisdictiones sint distinctæ., Vnde glo. in d. c. cum ad verum, super uerbo, usurpauit, dicit Argumentum quod cum istæ potestates sint diuisæ, Imperator nō habet gladium a papa. infra, eo. in scripturis, & c. duo. & c. si Imperator. & 93. dist. legimus. Et quia Imperium a solo. Deo est. 23. q. 4. quæsitum. argumentum contra 63. distin. tibi Domino. Item quia Petro datę sunt claues cœlestis & terreni Imperii. 22. dist. c. 1. Item quia deponit Imperatorem, 15. q. 6. alius. & c. iuratos, & 11. q. 4. quia præsulatus. Quære de hac materia supra dist. 10. quoniam idem Ibi enim glo. concludit tum propter prædictas rationes, tum quia Imperator iurat papæ. 63. dist. tibi Domino. tum etiam quia papa transtulit Imperium de oriente in occidentem, vt in c. venerabilē, extra de elect. quod quamquam potestates sint distinctæ, papa tamen quandoque vtranque potestatem assumit & in spiritualibus & temporalibus, vt in c. per venerabilem extra q̄ fil. sint leg. Et propter defectum iudicis secularis appellatur ad papā, vt in c. licet ex suscepto, extra de foro compet. & in

211 c. fi. eo tit. † & vacante Imperio supplet defectum Imperii, vt

212 in d. c. licet, ubi glo. dicit super uerbo, vacante Imperio, † iste ergo est vnus casus, in quo iudex Ecclesiasticus potest immiscere se seculari iurisdictioni, scilicet cum superior non inuenitur. Alius est, cū iudex secularis negligit facere iustitiā, vt hic, scilicet in. d. c. licet. in uers. dummodo consules, & in c. se. eo. ti. argumen. 23. q. 5. administratores. Tertius est, cum aliquid ambiguum fuerit & difficile, & inter iudices variat̄, vt in d. c. per venerabilem. §. responsionibus. qui fil. sint leg. Quartus est in omni crimine ecclesiastico, puta usura, sacrilegio & similib. 6. q. 2. c. 1. 12. q. 2. nulli liceat. & in c. quoniam, extra de usur. Quintus est cum per denunciationem criminis causa defertur ad Ecclesiasticum iudicē, ut in c. nouit, extra de iudic. Sextus est ratione connexionis, vt in dote, quę est accessoria matrimonio, vt in c. de prudētia, de donat. inter vir. & vxo. Addit D. Antonius idem esse de legitimitate, ubi legitimato accidit quæstio hæreditatis, de quo remitit se ad not. in d. c. de prudentia. & in c. cām, & in c. lator. extra qui fil. sint leg. & in Spec. de rescripti præsentat. §. ratione formæ. uers. item mulieri. ad fi. ubi Spec. restringere uidetur hoc ad uiduas, uel ubi sunt in terris iurisdictioni Ecclesiæ subiectis. Sed de hoc idem D. Antonius in d. c. de prudentia. & in d. c. licet, in vlt. col. dicit, quod si sit oppressa vidua, immediate spectat ad Ecclesiam vbilibet. Idem si sit pauper, cum agitur de dote & alter est diues, si quæstio dotis uenit incidenter ad matrimonium, cognoscit Ecclesia, alias aditur præsentia iudicis secularis. Septimus cum denūciatione criminis causa defertur ad iudicem Ecclesiasticum, ut in c. nouit, extra de iudic. & ibi D. Ant. de hoc. Innoc. ponit istos casus in d. c. licet, de foro compet. & glo. ponit. 11. q. 1. inolita. & aliquos ponit glo. Io. And. in c. fi. de excep. lib. 6. Octauum addit Innoc. quando Imperator uel iudex secularis innocat auxilium Ecclesię. 23. quæst. 5. administratores. 96. dist. cum ad uerum. Nonus, est quando clericus a laico, vel miserabilis persona a laico opprimitur. 24. q. 3. si quis de potentib. secundum Innoc. Decimus est, quando peregrinus a laico molestatur. 24. q. 3. si quis Romipetas. & in c. 1. de cler, pereg. Vndecimus est quādo laici sunt de iurisdictione Ecclesiæ, vt in c. si duobus, extra de appel. Duodecimus est ratione administrationis assumptę a clericis. 89 dist. iudicatum. Tertius decimus est, quando liberi, uel homines Ecclesiarum fatigantur angariis, uel aliis functionibus. 15. q. 2. Ecclesiarum. Quartusdecimus est, quando secularis iudex est suspectus. hunc casum ponit Innoc. in d. c. licet, de foro compet. per illum tex. & in Auth. ut diff. iud. §. 1. & 2. & §. penult. collat. 9. uel si habetur querela contra ipsum quem casum ponit Io. 11. q. 1. in summa. & Host. no. in d. c. nouit de iudic. ubi dicit hoc uerum, quando iudex est caput puinciæ & immediate subest Imperatori, ut dicit dictus. §. si uero contigerit, in Auth. vt differ. iud. Quintus decimus est quando locus caret iudice, nam tunc immediate Episcopus & superior adiri potest ut est casus in d. Auth. ut differ. iud. §. iudicib. in alijs uero iudicibus propter recusationem non adiretur Episcopus immediate, nisi consuetudo aliud obtineret, ut in d. c. licet. de foro compet. de his etiam casib. no. Guil. in Spe. de comp. iud. adi. §. regulariter, in prin. & agit de materia in c. ex tenore, extra de foro conpet. quam maxime de causis miserabilium personarum, ubi p̄ glo. & Doct.

213 † Regula enim est, quod quandocunque agitur per iudicem secularem contra naturalem pietatem, potest adiri forus iudicis Ecclesiastici, & in hoc cedit lex canoni. Ad hoc extra de emp. & vend. c. 2. & in capitulo cum haberet. de eo, q̄ dux in matr. quam pol. per adul, & in capitulo cum quidam, & in capitulo. Quintauallis, extra de iureiur. & per glos. in capitu. cum esses. extra de testamen. & not. Dominus Antonius. in dicto capitulo nouit. extra de iud. in vlt. col. ubi quærit super glos. in uerbo, quicunque, an papa sicut recipit legem pro se, ita teneatur recipere contra se? & dicit, Conclusio est quod ubi lex communis, uel consuetudo particularis editur ad vtilitatem Ecclesiæ, ligat Ecclesiam, nisi expresse ab ea reprobetur. 10. dist. c. Imperator, & c. si in adiutorium. Lex aūt, siue cōsuetudo particularis nō ligat Ecclesiam in q̃ disponit ad eius incommodū, nisi expresse ab Ecclesia comprobetur. Statutū autem locale, siue ad commodum siue ad incommodum ecclesiæ edatur, non ligat ecclesiam nisi expresse approbetur ab ea. extra de constit. c. ecclesia. patent duæ primæ conclusiones. 10. dist. per tot. 37. di. si quid veri. & c. se. ad fi. de priuile. c. 2. de noui oper. nunc. c. 1. & de consue. c. 1. Tertia probatur per c. ecclesia & per c. quæ in ecclesiarum, de constitu. & 96. di. bene quidem, has conclusiones ponit Innoc. in d. c. nouit. & Hos. in c. fi. de sol. & Archi. 10. di. c. Imperatores. 63. di. in sinodo. & 8. di. quo iure & 11. q. 1. quicunq;. 4. q. 3. si quis testib. nam quod in fauorem ecclesiæ statutum est, in eius læsionē retorqueri non debet. C. de lega. l. quod fauore. Ad prædicta faciunt no. in c. fraternitatis, extra de hær. Patet igitur ex prædictis quod nō subest Papa Imperatori, sed Imperator potius subest Papæ, quamquam iurisdictiones sint distinctæ, nam, vt dicit gl. in d. c. cum ad verum. 96. distin. super verbo, decernit, ideo Christus vtriusque potestatis officia gessit per se, vt notaretur quod ex eodem fonte processerunt. 21. dist. cleros. Nam dicit lex quod summa dona a Deo nobis cōcessa sunt, s. sacerdotium & Imperium, ut in Aut. quo opor. epis. in prin. colla. 3. Iacob. etiam dicit, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum, est descendens a patre luminū. Iac. 1. cum ergo in Christo Iesu domino nostro vtriusque potestatis ius & auctoritas perfectissima fuerit instituta ab ipso summo patre luminum, ipse autem beatę vitę clauigero Petro cęlestis & terreni simul Imperij iura commiserit. 22. di. c. 1. Er-

go quamquam Papa non se impediat actu de iurisdictione temporali, habet tamen habitum, quem committit Imperatori & per consequens cæteris Regibus, saltem ipsa patiē tia declarans a Domino Iesu Christo, cuius vices gerit in terris, temporalem potestatem esse commissam. Vnde Archid.

214 in d. c. quoniam. idem, in glos. cum ergo. ibi 22. dist. c. 1. dicit, adde, & ibi not. Laur. quod vterque gladius Petro fuit cōcessus, non autem vtriusque executio, sicut patet in Episcopo, q̄ res ecclesiæ alij potest tradere, sed nō sibi retinere. 12. q. 2. quatuor. Nō obst. prędictum c. 93. dist. legitimus, ibi, quomodo si exercitus sibi eligat, & c. quoniam inquit, quod sit confirmāda sicut clericorum, secundum Laur. Et secūdum istam sententiam, quę habet quod Papa habet vtrunq; gladium, oportet cōcedere nullum Imperatorem rite exercuisse gladium, qui illum non accepit ab ecclesia Romana, pręsertim postq̃ Christus concessit iura utriusque Imperij beato Petro, quod intelligens Constantinus in resignatione regalium, resignauit beato Syluestro gladium ostēdens non legitime se vsum fuisse gladij potestate, nec legitime se habuisse, cum ab ecclesia non recepit. Sed Hugol. aliter intelligit. 96. dist. cum ad verum. Et in ead. glo. ibi, distinct. dicit idem Archidia. Adde, idem dicit Host. qui de hoc plene not. in summa, qui fil. sint leg. §. quis & a quo, ibi uideas. Dicit Laur. quod cum ex in unctione demum sint reges, quæ a nullo nisi a sacerdote haberi potest, exemplo Dauid & Saul, qui a Samuele fuerunt inuncti, liquet omnem Principem regnorum a Iudice ecclesiæ cōfirmationem & executionem consequi. actus tamen sunt diuisi, vt hic dicitur. nec credit vnam pendere ex altera, & quod papa maximam potestatem circa Imperium habeat, patet 63. dist. in sinodo, hæc Archid. in d. c. quoniam, 10. dist. Ad illud autem quod dicitur quod imperium est a solo Deo, iam responsum est supra, in responsione ad primum argumētum in 1. q. circa finem. quod verum est eo modo, quo ibi declaratur s̄m vtrunque Imperium, s. spirituale & temporale, per Christum commissum Petro. 22. distinct. c. 1. & Petrus siue quicunque papa legitimus Petri successor auctoritatem Imperij temporalis vice Christi transfert ni Principē secularem, vt in d. c. venerabilem, de elec. cum simil iurib. superius allegatis. Postquam autem a papa transtulit Iurisdictionem actualem in Imperatorem vel Regem, non expedit sibi de tali iurisdictione se amplius occupare, nisi vacante Imperio, vel in defectum Iudicis secularis. vt in d. c. si duobus, ad fi. extra de appel. & in d. c. licet, extra de foro compet. & in illis casib. proxime superius recitatis, & sic nihil obstat. Ad undecimum argumentum, vbi dicitur quod Petrus dixit sacerdotibus subiecti estote omni humanæ creaturæ, & c. 1. Pet. 2. c. dico q̄ iam responsum est supra in responsione ad primum argumentum, videlicet in prima quęstione ante medium, in eo quod potestas præsidentis comparatur ad meritum subiacentis, & dicitur quod talis potestas iusta est, quia aut est ad bonorum promotionem, aut ad malorum punitionem. Et ideo subdit Petrus, ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum, hæc igitur comparatio generalis est tam ad clericos quam ad laicos, & tam ad liberos quam ad seruos, quia si bona sunt, & patienter tolerant passiones, tanto magis merentur, & ideo subdit Petrus, hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitiam patiens iniuste. Et sic intelligit etiam D. Bonauent. in 2. sent. di. vlt. art. 8. q. 1. ut ibi dixi, s. in responsione ad primum argumentum. Tali etiā modo prædicta verba Petri intelligit ibi gl. ordinaria dicens, Multotiens Deus aliquem malum tyrannum exercere permittit, vt & mali confundantur, & boni magis probentur. Et infra in verbo, subiecti, dicit. Et vt conuersatio vestra omnibus placeat, non resistatis alicui dgnitati hominum, alicui etiam personæ, alicui principatui, cui Deus vos subdi voluit, quia non est potestas nisi a Deo & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, ad Rom. 13. & infra dicit glo. Vere quicquid duces agunt boni laudē consequentur, quia hoc uult Deus. qui etiam malis utitur in bonum, ut uos etiam utentes illis in bonum, siue mali, siue boni sint, faciatis obmutescere in hoc, ut illi duces ignorantes, quomodo eis in bono utamini & per eos laudem mereamini, non inueniant mali quod in uobis uituperent, dum etiam ipsos honoratis & patimini, q̃uis sint immundi. Nicol. etiam de Lyra in prædicto uerbo, subiecti estote, dicit. hic consequenter inducit eos ad dandum exemplum debitæ humiliationis, quæ est custos omnis uirtutis. Et infra in uerbo, omni humanæ creaturæ ꝓpter Deum, dicit. Inquantum eius imago relucet in ea, & potissime superiorib. personam Dei repręsentantibus, ideo sequitur, siue Regi, &c. & in uerbo, præcedēte, uidelicet, uos autem genus electum, regale sacerdotium, dicit hic consequenter beatus Petrus, inducit fideles ad huiusmodi perfectionis diffusionem dicens, Vos autem genus electum. s. per baptismum, in quo facti estis filij Dei adoptiui, & per cōsequens de genere eius. regale sacerdotium, i. conformati Christo, qui est rex & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, qui fuit Rex & sacerdos. Gen. 14. & sic patet quod prædictus Doctor Nicol. de Lyra intelligit uerba prædicta nedum de sacerdotib. sed etiam de quibuscunque fidelibus ad uiam perfectionis tendentib. aspirare. Petrus Aureoli in apostilla sua, prędicta uerba considerans dicit, subiecti estote omni humanę creaturę, s. uel superiori ex debito obligationis. uel pari ex debito affectionis, uel inferiori ex debito compassionis, non propter mundum. s. auaritię, nec propter uētum superbię, nec propter carnem luxurię, sed propter Deum. Vel potest exponi quod sit distributio accommodata, ut dicatur subijci debere potestatem habenti, debent autem subiici propter Deum subditi prelatis ex uoto, quia uouerunt se eis obedire, iuxta illud Psal. Vouete & reddite serui dominis ex debito, quia serui sunt, sicut thesaurus dominorum, & ad hoc dicuntur serui, ut sint eis subditi, ex quo dicit Petrus, Serui subditi estote, filii parentibus, ex diuino pręcepto, quia parentes debent a filiis tanquā sibi subditis honorari, Exo. 20. vxores maritis ex matrimoniali uinculo, quia uir caput est mulieris, & ipsa est subiecta. Ge. 3, sub uiri potestate eris. Pauperes diuitibus ex necessitate, q̄a habent a diuitibus eleemosinam expectare. Luc. 16. Lazarus mendicus iacebat ad ianuam diuitis. Proximi proximis ex charitate. Debemus enim nobis adinuicem subseruire, secūdum illud Apostoli ad Galat. ult. Alter alterius onera portātes. Diuites pauperibus ex pietate, quia debent eis sua custodire, ut distribuāt egenis tempore oportuno, Matth. 25. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Maiores minoribus ex humilitate supportantes eorum defectus, secundum quod uiderint expedire. Ioan. 13. Si ergo ego Dominus & magister laui pedes uestros, &c. Minores maioribus ex ęquitate, & iste est ordo politicus, i. popularis, ut Math. 10. non est seruus maior domino suo, nec discipulus super magistrum. Sapientes insipientibus ex benignitate, ut supportent actus eorum & consulant eis, ut nouerint indigere. Ex quo dicit apostolus ad Rom. 1. sapientibus & insipientibus debitor sum. Patet igitur ex prędictis quod non fuit intentio Petri talibus verbis subijcere clerum regib. uel tirannis, nec se Imperatori, nec suos successores Imperio subiugare, nisi eo modo, quo virtus ordinata requirit ad patienter tolerandum persecutiones & strages aduersantium fidei & uirtutib. Iesu Christi & sic nihil obstat. ¶ Ad duodecimum & ultimum argm̄, † in quo dicitur quod Imperator est Dominus mundi, & quod omnia sua sunt, & quod possit vendicare mūdum a possessore, vt in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscrip. cum similibus iuribus ibidem allegatis. dico quod iam responsum est s̄. in resp. ad primum argumentum in 1. quæstione post medium, uersiculo. Nam dici potest. Vbi concluditur quod vsque ad aduentum Christi recte dicebatur Dominus mundi, humano more loquendo, sed post aduentum Christi omne ius dominij deuolutum est ad Christum, tanquam ad verissimum Deum & hominem, & per consequeus ad Papam eius Vicarium, qui ex parte Christi confert auctoritatem in Imperatorem, ut in dicto capitulo veneraailem, extra de elect. cum alijs iuribus superius allegatis, quod etiam firmat ille. excellentissimus Docto. Dom. Bar. de Saxoferrato, in prædicta extrauaganti, ad reprimendam. super uerbo, totius orbis. sic igitur intelligendo, iura iuribus concordantur, ita quod principaliter Christi auctoritas in papa resideat, & papa sibi coadiutorem in temporalib. aduocet Imperatorem, ut se mutuo recognoscant alterum alterius indigere fauore, ne humana superbia elatus alteruter in tam excelso solio collocatus, capite uerso ad inferos demergatur, iuxta not. in d. c. cum ad verū. ibi dum dicit, ut & Christiani Imperatores pro æterna uita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo

217 rerum Imperatorum legibus vterentur. Merito igitur humilitatis causa summus Pontifex motus dicit se nolle vsurpare regiam dignitatem vel Imperialem auctoritatem, sicut etiā dicit, nolle vsurpare honorem alijs Pontificibus exhibendum. 99. distin. c. fi. 11. q. 1. peruenit. satis enim differt nolle, &

218 non posse. † patet enim quod cum noluit, potuit determinare contra leges Imperiales de vsuris non exigendis, ut ubicūque tractatur de vsuris de iure Canonico. Item de concubinatu non permittendo, & de non nubendio infra annum luctus post viduitatem, vt in c. penult. & fi. extra de secū. nupt. & 32. q. 5. qui viderit. & 32. q. 7. non solum. & 37. q. 2. lex illa & §. cum ergo. & 27. quæst 1. nubendi, cum similibus. Item in gradibus consanguinitatis & affinitatis, ut in c. non debet, & in c. fin. de consang. & affinit. Ideo Nicol. papa decreuit lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis esse vtendum, præsertim cum inueniatur Euangelicæ ac Canonicæ sanctioni aliquoties obuiare. 10. dist. lege Imperatorum

rium. Et Fęlix papa dicit Imperatori, Ecclesiæ formam sequi- non huic humanitus obsequēdo iura præfigere, nec eius sanctionibus uelle dominari, cuius clementiæ Deus noluit tuæ piæ deuotionis colla submittere, ne dum mensura cælestis dispensationis exceditur, catur in contumeliam disponētis Vbi dicit glos. Imperator eius, filius est Ecclesiæ, non præsul 96. dist. si Imperator. & inclinabit caput suum Episcopis. 63. dist. Valentinianus, & excommunicari potest ab Episcopo. 18. dist. quoniam quædam. & 96. dist. duo sunt quippe. ubi patet, quomodo beatus Massentius papa excommunicauit Archadium Imperatorem, & beatus Ambrosius Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia exclusit. Et ibi gl. colligit Principem excommunicari posse a quouis Episcopo in sua diœcesi. 63. distin. c. primo, post medium. 219 & 11. quæst. 3. si autem uobis Episcopis. †Nulli enim fas est sine status suis periculo uel diuinas constitutiones, uel Apostolicæ sedis decreta temerare. Maiori siquidem reatu delinqt, qui potiori fruitur honore, & grauiora facit uitia sublimitas peccantium. 35. q. prima. nulli fas. ubi etiā Damasus papa dicit in c. se. uiolarores canonum voluntarie, grauiter a sanctis patribus iudicantur, & a Sancto spititu, instinctu cuius, ac dono ditati sunt, damnantur, quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue uidetur, qui contra eosdem sacros Canones non necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissū est, aliquid aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere uolentibus sponte cōsentiunt. Blasphemare, autem spiritum sanctum cum finali impęnitentia necubi dimittetur. Matth. 12. Mar. 3. & Luc. 12. Et vt generaliter cōcludamus cū Samuele testante primo Reg. decimoquinto. Quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatrię nolle acqescere, peccatū igitur paganitatis incurrit quisquis, dum Christianum esse se asserit, sedi Apostolicæ obedire contēnit, dicit Beatus Gregorius. 81. distin. si qui presbiteri. Patet igitū ex prædictis solium apostolicum præesse debere cuilibet dignitati ac gradui, vel statui mortaliū in Ecclesia militāte. Et sic expediti sumus de secunda parte secundæ partis principalis huius operis. Nec mirentur lectores de tāto progressu & multiplicatione uerborum, quia cum Imperatoribus & Regib. cæterisquę Principibus eorumque Satrapis & consultoribus ac defensoribus opportuit disputare. De quo passu nonnulli etiam famosissimi Doctores, credo potius adulationis causa, quam ueritatis gratia proferendæ, hac nostra ætate turbida, pro Imperatorum vice conati sunt scriptitare. Nūc igitur ad necessariora tendens, tertiam particulam prosequar secundæ partis, huius, operis, patrocināte Iesu Christo Domino Saluatore, qui cum Patre, &c.

Pars III. Secundæ partis princ.

SVMMARIVM.

1 *Papæ authoritas, ad quid protendatur. & numero sexto. cum pluribus sequent.*
2 *Papæ ab omnibus obediendum tanquam principi vniuersali.*
3 *Papa successor Petri, terreni simul & cælestis imperij Vicarius Domini N. Iesu Christi.*
4 *Papa tanquam columna & saxum immobile.*
5 *Animarum animum cura ad papam pertinet, cuius sententia facit ius quo ad omnes.*
7 *Papa renunciare potest papatui. & nu. 65.*
Et post renunciationem inferior non superior est. nu. 4.
8 *Papa a duabus partibus cardinalium eligitur.*
9 *Casus ita ad papam pertinentes, quod non transeunt cum generali mandato, &c.*
10 *Papa solus, quæ possit. & nu. seq.*
11 *Papa non dispensat contra ius diuinum.*
12 *Papa maior Apostolo & quolibet homine.*
13 *Bigamus factus religiosus, an recuperet priuilegia eccl.*
14 *Bigamus fictus, quis.*
15 *Carnis in vitium labentes præter votum continentię inter bigamos computantur.*
16 *Appellatur ad papam omissis medijs.*
17 *Imperatorem electum confirmat, vel infirmat, & quomodolibet principem & imperatorem deponit.*
18 *Papa ante coronationem officium exercet.*
10 *Papa solus, quos absoluat. cum plurib. nu. seq.*
20 *Absolutus non parens intra terminum, elapso termino reincidit in eandem.*
21 *Percutiens clericum turpiter agentem cum matre, filia, vxore, vel sorore ab episcopo absolui potest.*
22 *Casus octuaginta papæ reseruati a speculatore numerantur.*
23 *Cardinals maxima prærogatiua notantur sunt que pars corporis papæ, & cardines terræ atque papæ collaterales.*
24 *Conciliorum tria sunt genera.*
25 *Concilium vniuersale, quid.*
26 *Synodus, quid cætus & conuentus.*
27 *Papæ authoritas, an in concilio vniuersali requiratur.*
28 *Primatum omnium ecclesiarum Romana tenet, quem Christus principaliter tradidit, & postea concilia ratificauerunt.*
29 *Papæ authoritas, in iuramentis semper excepta intelligitur.*
30 *Pontificum summorum nomina in decretis conciliorum apponi debent.*
31 *Papa an sit supra, vel infra concilium. & nu. seq.*
Papa concilij gesta reuocat, nec superioritatem habet.
32 *Constitutiones papæ, diuinæ appellantur papa potestatis plenitudinem habet.*
34 *Concilia quatuor, Nicenum, Constantinop: Ephesinum Calcedonense, sicut euangelia sunt.*
35 *Concilium non potest papæ legem imponere.*
76 *Papa contra articulos fidei non potest.*
37 *Sententia papæ præualet super omnes.*
38 *Ecclesia Romana, an possit errare.*
39 *Electionis papæ forma per cætum cardinalium immutari non potest.*
40 *Ecclesiæ sponsus, & rector & pastor, est Christus, & caput principale.*
41 *Papa derogat constitutioni concilij, etiam non facta mentione de concilio.*
41 *Hæreticus iudicatur, statutis Romanæ ecclesiæ non obediens & eius priuilegium violans. nu. 46. & 87.*
43 *Apostata an sit excommunicatus.*
44 *Monachus apostata ordines recipit.*
45 *Ecclesia Ro. de omnibus iudicat et a nemine iudicatur. & 90.*
47 *Hæreticus corrigibilis non deponitur.*
48 *Consuetudinem Romanæ ecclesiæ an omnes seruare teneantur.*
49 *Episcopus omnis ab eccl. Ro. principium sumpsit.*
50 *Prædicandi licentiam Paulo an Petrus dederit.*
51 *Paulus obediebat & exhibebat reuerentiam Petro.*
52 *Scisma quid.*
53 *Nouationis hęretici detestatio. & Amedei.*
54 *Fideles omnes sunt Christus.*
55 *Iesus est Dei filius non est gratiæ sed naturæ, & quod filius Dei est filij Virginis, non est naturę, sed gratiæ.*
56 *Petrus intronizatus fuit magister orbis terrarum.*
57 *Papa est successor Petri & Pauli.*
58 *Theodosius coegit 150. patres Constantinopolitanam sedem fieri patriarchalem.*
59 *Pontifex Romanus, quare statutum dicitur vt non dicatur vniuersalis.*
60 *Christus & Papa, quomodo caput ecclesiæ nuncupentur.*
61 *Nomina diuinitus imposita eminentiam gratiæ significant.*
62 *Auctoritas a Christo data omnib. apostolis, quomodo data intelligitur.*
63 *Marcus Alexandrinus episcopus extitit.*
64 *Petrus caput totius ecclesiæ locoque Petri succedit. nu. 89.*
69 *Marcellinus papatui renunciauit.*
66 *Renunciatio fieri debet in manibus superioris, fallit in Papa.*
68 *Amadeus Sabaudiensis, abominatio desolationis.*
Papam dispensare non posse.
69 *Contra vniuersalem statum ecclesiæ qualiter intelligatur.*
70 *Papam criminosum & deuium, quis recognoscere possit.*
71 *Peccator incorrigibilis dicitur non tamen hæreticus.*
72 *Petrus Christum iter abnegans non fuit a papatu depositus.*
73 *Papa hęreticus corrigibilis deponi non potest, nisi per se ipsum.*
74 *Papa quomodo possit eligere confessorem.*
75 *Clauium ad vsum duplex potestas requiritur, et de clauib. ecclesiæ, & vtroque papæ gladio. nu. 81.*
76 *Ordo in omnibus est necessarius.*
77 *Christus in necessarijs ecclesiæ nunquam defuit.*
77 *Papa obtinet vniuersalem potestatem, hierarchia omnis in papa perficitur super Papam.*
80 *Indulgentias plenarias dat solus Papa.*
82 *Ieiunium solus Papa dispensat.*
83 *Papa quomodo caput est temporale, & misteriale.*
84 *Præeminentia creaturarum vsque ad diem iudicij.*
85 *Christi fideles omnes sub papæ regimine, esse debent.*
86 *Episcopi soli, fratres papę dicuntur. cardinales vero quandoque fratres, quandoque dilecti filij, nuncupantur.*
88 *Papa omnia potest claue non errante.*
91 *Papa etiam si sponte se submitteret præter casum hæresis semper reuocare potest.*
92 *Sacerdotium diuino flamine institutum.*
93 *Credendum magis papæ quam cæteris quibuscunque in opinionum ambiguitatibus.*
94 *Symboli editio ad papam pertinet.*
95 *Ecclesiæ vniuersalis auctoritas in papa residet.*
99 *Clauium auctoritas omnibus data fuit Apostolis, sicut Petro & de earum potestate & discretione. nu. 9.*
97 *Episcopi & presbiteri sinonimi erant in primitiua ecclesia episcopatuum et parochiarum fines prouinciarumque termini, quo tempore distincti.*
100 *Papæ iurisdictio, quæ, qualis, & in quo consistat, eiusque potestas dupliciter distinguitur, & nu. seq.*

Con-

101 *Constantinus Lateranense palatium, in Basilicam dedicauit, & censuit matrem ecclesiarum omnium appellari.*
102 *Episcopi dicuntur Christi vicarij quo ad quid.*
103 *Papa omne humanum ius tollit. & supra ius dispensat, nisi sequeretur decoloratio faciei ecclesiæ.*
104 *Christus totum Petro contulit.*
105 *Concilium nunquam plenitudinem potestatis accepit, sed Petrus præ & pro omnibus tantum.*
106 *Concilij decretorum, & Papæ decretalium quando intelligatur par auctoritas.*
107 *Concilium an possit constitutiones facere, & alia, & sede vacante quomodo possit congregari, nu. seq.*
109 *Apostolica auctoritas post papæ obitum an ad collegium cardinalium deuoluatur, & an possit congregare concilium.*
110 *Papa semper potest reuocare gesta concilij, eiusque decreta de vacaturis tollit, nu. seq.*
112 *Potestas omnis in Papa residet etiam in vniuersali concilio congregato.*

Ad quid protenditur auctoritas Papæ.

1 
AD tertiam igitur accedēs, †vbi quęritur ad quid protenditur auctoritas Papæ. Respondeo breuiter, quod ad omne bonum & ad nullum malum, est etenim quasi Deus in terris maior homine & minor Deo, plenitudinem obtinens potestatis. 2. q. 6. decreto nostro. & c. qui se scit, accedunt not. in c. per venerabilē. §. responsionib. et 2 §. sunt autem, extra qui fil. sint leg. † sibi enim ab omnib. est obediendum. extra de rescript. c. si quando. 9 q. 3. cuncta per mundum. Idem 21. dist. quamuis. Ipse enim totius orbis obtinet principatum, ut in c. 1. de statu regul. circa princ. lib. 6. ibi, in quibusuis mundi partibus existentes, & in proœm. 6. libri in prin. ibi, & totius orbis præcipuum obtinere voluit magi-3 stratum. Ipse est enim successor Petri, cui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul & cœlestis Imperij iura commisit Christus Dominus, 22. distnict. capitul oprimo. Ipse est singularissimus Vicarius Iesu Christi, ut in capit. quanto. & in cap. inter corporalia, de transl. prela. & in c. fundamenta. §. decet, & in c. ubi periculum, §. veterum, de ele. in 6. Ipse etenim, vt dicit Isidorus 7. Ethymol. c. 11. Summus Pontifex Princeps sacerdotum est, quasi pons & via sequentium. Ipse summus sacerdos, ipse & Pontifex Maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atq; Leuitas. Ipse omnes ordines Ecclesiasticos disponit. Ipse quid vnuseuisque facete debet, ostendit. de quo 21. dist. c. 1. sibi igitur tanquam Christo, flectatur omne genu, ut dicit apostil. ad Philippen. 2. in nomine Iesu omne genu flectatur. Vnde & summus Princeps, scilicet Imperator cęterique reges seculi eidē Romano Pontifici, quo ad approbationem personę ad Imperialis celsitudinis apicem assumendæ, nec non unctionem, consecrationem, & Imperii coronam accipiunt, sua submittere capita non reputarunt in-4 dignum; ut in c. 1. de iureiur. in Clem. † Ipse enim tamquam columna & saxum immobile totius Christianitatis compagem molemque continet vniuersi. 50. distin. fidelior. unde & talium electionarii debent in ecclesia columnam erigere, quā plus cognoscent Ecclesiæ profuturam. 8 q. 1. Moyses. Ipse debet & singulos iuuare & releuare, qui etiam singulorū 5 onus & sollicitudinem portant. 8. q. 1. o clemens. † Ipsa quippe sedes Apostolica debet cum magna diligentia gerere curam animarum omnium & tutelam, vt in c. 1. in prin. de immu. eccl. li. 6. & in c. 1. de præb. l. 6. eius nempe sententia facit 6 ius quo ad omnes, ut in c. in causis, extra de sent. & re iud. † ipse potest monachum tam contra voluntatem suam quam Abbatis de monasterio extrahere, & alicui prælato vel principi in socium assignare vel secum tenere, 9. q. 2. c. fi. 8. di. quę contra mores. 2. q. 3. qui resistit. Ipse potest aliquem absoluere ab obligatione, qua tenetur homini de plenitudine potestatis, quam habet 2. q. 6. decreto nostro, & c. qui se scit, & in capitulo pastoralis de sentent. & re iudicat. in Clementi. articulo 9 quæs. 3. per principalem. C. de quadrien. præscr. l. bene a Zenone, & C. de precib. Imperat. offer. l. quoties. secundum Innoc. Host. & Vin. Ipse excommunicare & priuare potest Imperatorem, ut in c. ad Apostolicæ. de sent. & re iud. lib. 6. & in d. c. pastoralis, in Clem. Ipse etiam succedit Imperio, imperiali sede vacante, vt in d. c. 1. §. fi. de iureiur. in Cleme. Ipse & sententiam Imperatoris reuocat, ibidem. Ipse & sponsus Ecclesiæ dicitur sicut & Christus. ut in c. vbi periculum, §. cæterum, de elect. lib. 6. & in c. quoniam, de immunit. Eccl. li. 6. potest tamen renunciare si uult ut in cap. 1. de renunc. lib. 6. nam & Marcellinus renunciauit Papatui, cui substitutus fuit 7 Marcellus. 11. dist. nec autem. Item Clemens renunciauit papatui, cui succcessit Linus, & co† mortuo Clerus, & illo mortuo iterum successit Clemens, vt habetur in cronicis, de quo 8. q. 1. c. 1. uers. disputat hic mundus, & Cęlestinus V. renunciauit, cui successit Bonifacius VIII. ut in d. c. 1. de renunc. lib. 6. Item papa qui Romanus pontifex appellatur, omnia iura in scrinio sui pectoris censetur habere, de constit. c. 1. lib. 6. Ipse debet perpeti cura solicitudinis pastoralis super cūctas Christiani populi nationes inuigilare remediis, subiectorum eorumq; periculis obuiare & scandala remouere, vt in cap. pastoralis, de sent. & re iud. in Clem. Ipse debet perpeti cura reuoluere, vt errantes in viam veritatis inducere, ipsosque lucrifacere Deo valeat diligenti studio & studiosa vigilantia debet protinus vigilare. de magist. c. 1. in princ. in Clement. 8 Ipse igitur eligendus est a duabus partib. Cardinalium, alias qui se gereret pro papa, excommunicatus esset, extra de elec. licet, de cuius electionis modo & forma in c. vbi periculum, de elect. lib. 6. & in cap. ne Romani, de electio. in Clementin. 9 †Et sciendum quod sunt aliqui casus, qui ita ad papam pertinent, quod non transeunt cum generali mandato, sed requiritur speciale, vt decimaseptima, distinctio. huic sedi. de translat. licet de officio. legat. quod translationem, qui sunt hi, videlicet. quæstio fidei 24. q. 1. quoties 12. distin. præceptis. Translatio Episcopi vel electi. scilicet confirmati, ut in d. c. inter corporalia extra de transla. & de offic. leg. c. 3. & depositio Episcopi, vel electi. scilicet confirmati. 3. q. 6. quamuis, & c. dubium. Acceptatio renuntiationis Episcopi. vel electi, scilicet confirmati. 6. q. 3. denique, & in d. c. inter corporalia, & de regulari. licet. Exemptio Episcoporum. 16. q. 1. frater. Restitutio depositorum ab ordine. 2. q. 6. ideo. vel etiam degradatorum. 50. dist. c. 1. & 2. Iudicialis diffinitio, siue inrerpretaiio priuilegiorum suorum, extra de iudic. cum venissent. Idem, secundum Host. si dubitetur de rescripto apostolico, ita ꝙ ab alio per viam rationis solui non possit, extra de offic. delegati c. 2. Idem secundum Host. de interpretatione statuti facti per legatum, cuius iurisdictio finita est, nec aliquis ei successit. Idem, secundum eundem, de dispensatione in casibus, qui ꝑ eadem statuta papæ reseruantur. Mutatio sedis Episcopalis. 7. q. 1. temporis. constituere alicubi de nouo Episcopalem sedem. 16. q. 1. Felix. argum. de consec. dist. 1. de locorum. Subijcere vnum Episcopatum alteri, vel unum in duos diuidere, seu duos insimul vnire. 16. q. 1. temporis, & infra de exces. prælat. sicut unire & in d. c. quod translationem extra de offic. le. Commutatio uoti Hierosolimitani, uel sancti Iacobi, uel li-10 minum Apostolorum, de quibus in c. ex multa. de uoto. † Ipse solus potest concedere, ut quis ueniat contra licitum iuramentum, extra de iureiur. uenientes. uel etiam de quo dubitatur, an sit licitum, extra de elect. uenerabilem, quod intelligitur secundum Vinc. solum in arduis, & Thom. 2. 2. q. 89. Solus dispensat cum irregularibus super criminib. maiorib. adulterio, extra de iudic. at si clerici. Vnde solus dispensat super homicidio, siue uoluntario iusto, siue iniusto. 50. distinctio. miror. De iusto, ut quia in causa iustitiæ sanguinis participauit, uel chirurgicam artem exercuit, unde mors sit subsecuta, uel mutilatio membri, ut nota. Innocent. & Hostein. in cap. primo, de cle. pug. in duel. & infra ne cler. uel monac. c. sententiam senguinis. Intellige quo ad officium quia quo ad beneficium potest dispensare Episcopus, ut in c. 2. infra de cler. pug. in duel. qui etiam potest dispēsare, ubi mors, uel mutilatio non interuenit, ut in d. c. 1. Solus papa dispensat cum simoniaco, siue in ordine, siue in beneficio scienter per simoniam acquisito. 1. q. 1. erga. & c. si quis. & 1. q. 5. præsentiū. Sed si ignoranter, tunc dispensat Episcopus, si ipse non fuit particeps simoniæ. infra de simon. c. simoniacæ, & extra de elect. si alicuius, & infra de simon. c. de regularibus. Solus dispensat cum eo, qui cum esset suspensus, interdictus, uel excommunicatus, damnabiliter ingessit se diuinis. ut in c. cū ęterni, de sent. & re iud. lib. 6. & in c. cum medicinalis, de sent. excommun. lib. 6. solus dispensat cum clerico excommunicato in Concilio, qui accedit ad iudicium principis contempto iudice Ecclesiastico 21. q. 5. si quis Episcopus. Solus cum bigamo extra de Bigam. nuper. & capitulo fina. nam clerici bigami nullo gaudent priuilegio clericali, siue sint coniugati, siue non, nec ualet contraria consuetudo, ut in c. 1. de bigam. lib. 6. nec possunt super hoc Episcopi dispensare, nisi essenr familiares Episcopi, uel nisi essent cōuersi alicuius monasterij, ut in auth. ingressi, & auth. si qua mulier, C. de sacros. eccl. & not. extra de foro compet. c. 2. Papa tamen, si uult dispensare potest, quia bigamiæ non addita irregularitas de iure naturali, sed positiuo, nec est de essentia ordinis. quod aliquis non sit bigamus. Patet, quia licet bigamus sit, attamen si ordinetur, caracterem recipit sicut quilibet illiteratus & laicus & coniugatus, ut not. glo. 36. di. c. 1. & Innoc. in c. cum in cūctis, extra de elect. & Io. And. in c. nullus, de temp. ord. lib. 6. in Nouel. Nec obst. c. nuper, extra de bigam. quia licet notetur difficultas, non tamen tollitur facultas. Nec obstat etiam auctori-

ctoritas Apostoli dicentis, unius uxoris uirum, & c.1. Tim.3. 11 † quia contra auctoritatem Apostoli non potest dispensari in his quæ concernunt naturam, & sic sunt de iure naturali. 8. dist. quæ contra mores. Nec potest dispensari quantum ad sacramenta necessaria & fidem Christi, sicut not. Theologi. in 4. sent. dist. 27. & ibi Thom. Vnde ex dispensatione papæ posset bigamus promoueri ad omnes ordines, etiam ad Episcopatum, ut not. Archid. 50. dist. quicunque. Et Lucius papa dispensauit cum panormitano Archiepiscopo, qui fuit bigamus, ut not. gl. 34. dist. c. si quis uiduam. §. sed postea. pro quo 82. dist. presbyter. licet uix & non sine magna & iusta causa. Sed in his, quæ non sunt de iure naturali, nec contra mores uel contra fidem Christi, bene potest papa dispensare, etiam 12 contra auctoritatem Apostoli, † quia papa maior est Apostolo, sicut Petrus fuit maioris auctoritatis quam Paulus in administratione. 21. di. 1. §. 1. Vnde papa est in loco Petri, & sic maior paulo, 2. q. 7. puto. 21. dist. in nouo. Vnde si par in parem non habent imperium, ff. de arbit. l. nam & magistratus. ff. ad Trebel. l. ille a quo, §. tempestiuum, & in c. innotuit, extra de elect. multo minus habet imperium minor in maiorem 24. q. 1. quoniam uetus. 30. dist. §. 1. papa namque est Vicarius Iesu Christi & non paulus extra de translat. quanto, & c. inter corporalia, & extra ut Eccles. benef. c. ut nostrum. Et est ualde mirabile, quod gl. & sequaces in c. super eo, de bigam. dicant, quod episcopi possunt dispensare cum bigamis, ut minores suscipiant ordines 34. dist. c. lector vel in susceptis ministrent. & papa non possit plusquam alij minores Episcopi. cum ipse habeat plenitudinem potestatis, cæteri uero partẽ sollicitudinis. 2. q. 6. decreto nostro, & c. qui se scit, & sic tenẽ 13 dum est, quod papa possit dispensare cum bigamo. † Sed quęro, an bigamus factus monachus vel religiosus recuperet priuilegia ecclesiastica. Respondeo sic, nam si ex sola familiaritate Episcopi recuperat, vt supra, quanto magis ex ingressu religionis, licet Archid. reliquerit sub dubio 84. dis. quisquis. hodie tamen expressum est quod sic, in reg. delictum personæ. de reg. iur. lib. 6. & ibi Pla. per Io. And. in Mercuriali b. pro 14 hoc de statu mon. c. recolentes. & de regula. cap. veniens. † Et nota quod bigamus hodie sub anathemate prohibetur portare tonsuram. in c. 1. in fin. de bigam. lib. 6. Item clerici non coniugati, qui sunt ficti bigami, nam proprie sumpto vocabulo, bigamus est, qui successiue & diuersis temporibus duas habuit legitimas uxores. 31. q. 1. aperiant quęso. & ibi de bigamis trigamis, & octogamis, &c. Et intellige habuit, cum effectu consummati matrimonij per copulam, extra de bigam. debitum. 34. dist. Valentino. Fictus bigamus, vel præsumptus est, qui simul habet duas, quia aut cum nulla, aut cum una tãtum, tenet matrimonium, extra de bigam. nuper. vel qui unã habuit de iure, & illa mortua, contrahit cum alia de facto, ut in fine d. c. nuper. vel qui contrahit cum corrupta. 32. distin. 15 seriatim. 33. distin. curandum. & c. præcipimus, † & similes de quibus per glo. & Doctores in c. 1. extra de bigam. inter quos computantur illi, qui cõtempto voto continentię lapsi sunt in uitium carnis. 27. q. 1. quotquot. Tales igitur ficti bigami gaudent priuilegio clericali, siue sint in maioribus, siue in minoribus ordinibus constituti & hoc tenet hic Io. Andr. licet contrarium teneat in c. 1. de cler. coniug. lib. 6. & de bigam. c. 1. lib. 6. vbi dicit quod solum in sacris constituti gaudent sed non in minoribus. Sed verius videtur quod hic dicit, quod uidetur etiam sentire Io. And. & Host. in cap. fi. extra de bigam. Nec ob. quod ficti ęquiparantur veris, quia verum est quo ad executionem ordinum, ut in d. c. fi. & c. pauper. extra de big. quo ad alia parificatio. non procedit, ut Doctores sentiunt ibi. Nec ob. c. 1. quia exorbitat a terminis iuris, & per consequens debet intelligi proprie, ff. de neg. gest. l. 3. & ibi no. nam aliud est esse tale, aliud haberi pro tali. ff. de verb. signi. l. corã. per Bart. ff. de vsuc. l. si is qui, pro emptore. Et quod hoc sit uerum, patet, quia cum ueris bigamis Episcopi non dispensant quod habeant beneficium in tit. quia sunt puri laici. Tamen cum fictis bigamis Episcopi dispensant. 28. dis. presbyterum. & Doc. tenent in cap. fi. extra de bigam. & est de mente Ioan. And. hic, pro quo 20. dist. §. fi. & Archi. 34. dist. sed postea, cum duobus seq. Solus cum clerico non ordinato ministrãte, sed Hostien. in c. 1. & 2. infra de cler. non ord. mi. sed gl. ibi & Inn. contra, quę uidetur mitior opinio, sed prima est securior, pro qua facit etiam 11. q. 3. priuilegium. 25. q. 2. sicut decet. Solus dispensat cum promoto per saltum scienter ministrante, qđ ad superiorem ordinem ascẽdat, infra de cle. per sal. promo. c. vnico alias Episcopus dispensat. 48. dist. sicut olim 52. dist. sollicitudo. Solus dispsat cum eo, qui furtiue ordines suscepit, ut quia sine conscientia proprij Episcopi uel sine examinatione promouetur. 64. dist. quando Episcopus. nec sibi profuint litteræ Archid. ut in c. significasti. extra de offic. Archid. Vel si præter conscientiam Episcpi eodem die recipit omnes minores, vel aliquos minores & subdiaconatum, vel duos sa

cros, infra de eo qui fur. ord. susc. c. cum H. & c. innotuit. Solus dispensat cum ordinatis extra tempora, vel ab alieno Episcopo, & ante dispensationem ministrantibus, secundum quosdam, arg. extra de sacram. iter. c. 1. 52. di. sollicitudo. Sed verius est quod diœcesani possunt. 9. q. 2. Lugdunensis, & in c. consultationem, extra de temp. ord. nisi fuisset sibi interdicta executio, & postea ministrasset. Solus dispensat cum eo, qui excõmunicatus existens ordines susceperit, infra de eo excommunic. cum illorum. 1. responso. Solus etiam si existẽs apostata a religione suscepit ordines, ut in c. fi. infra de apost. Solus papa potest Concilium generale celebrare. 17. dist. per totum. 2. q. 6. ideo. Solus potest condere canonem generalẽ. 25. q. 1. si ergo, circa medium, facit C. de lega. l. 1. Solus potest personam Ecclesiasticam iure suo priuare. 9. q. 3. per principalem. 19. di. in memoriam, infra de exces. prælat. quoniam. Solus potest concedere ecclesiam non vacantem vel præbẽdam, infra de concess. præbend. nulla. & extra de rescript. eam te legatus autem in quibuscunque personatibus quantumlibet habeat plenariam legationem, hoc non potest, de officio legat. capitulo de liberatione. lib. sexto. Solus potest excõcatum a se absoluere, extra de elec. uenerabilẽ, & ĩ. de sent. excommuni. significauit. Solus etiã absoluit oẽs participes in crimine cũ illo a se excõmunicato, ut in d. c. significauit, & in c. si concubinæ, infra, de sent. excõm. Solus absoluit excõmunicatum a suo delegato, quia nolebat obedire suæ diffinitiuæ, si fuerit in excõicatione per annum, ut in c. quærẽti. extra de offi. deleg. Idẽ est de excommunicato a legato, vel delegato, cuius iurisdictio expirauit & nullus successit, ut in d. c. q̃renti, & in c. pastoralis. ex de offi. ord. Solus cognoscit de appellatione penitus remota. 9. q. 3. & aliorum. Solus cognoscit de causis ad ipsũ delatis p appellationẽ, vel relationẽ, extra de offic. delegat. licet. Solus ordinat illum ad superiores quem ordinauit ad subdiaconatum, ext. de tempo. ordi. cũ in distribuendis. in fi. gl. ibi, qui manum imposuit, &c. Solus concedit pallium, 100. dist. pallium, vel qui concedendi habent priuilegium, vt patriarchæ, vt infra, de priuile. antiqua. in tex. & gl. & ibi Inno. Solus semper & vbique vtitur pallio in c. ad honorem, extra de auctoritate & vsu pal. Solus dispensat cum illegitimo quantum ad ordines sacros & beneficium cum cura, vel persona, de fil. presbit. is qui, lib. sexto. Solus dispensat cum minore, ꝙ promoueatur ad curam animarum uel dignitatem, nisi iam uiginti annos compleuerit quia tunc quo ad dignitatẽ vel personatũ sine cura dispẽsare pôt Episcopus. de ætate & qualit. c. uno, lib. 6. Solus dispensat cum eo, qui non est in sacris, vel alias est de iure indignus ut promoueatur in Episcopum. arg. extra de elect. dudum. Solus dispensat ut quis habeat plura beneficia cum cura, uel plures dignitates, seu personatus, etiam si curam habeãt, aut etiam in eadem Ecclesia. de præben. de multa, de consuet. c. consuetudinem, lib. 6. Solus potest conferre ordinem subdiaconalem die Dominico, & aliis præcipuis festis. extra de tem 16 poribus. ord. de eo. 75. dist. c. fi. † Solummodo ad eum appellatur, omissis mediis. 2. q. 6. c. 2. 3. 4. & 5. & c. decreto nostro. & 2. q. 7 Metropolitanum. & 11. q. 1. peruenit. Host. dicit, quod legatus uidetur habere idem priuilegium extra de offic. leg. c. 1. quod obtinet tantum de consuetudine, sicut habet & Patriarcha, ut in d. c. antiqua. Soli papæ maiora negocia sunt referenda. 2. q. 6. omnis oppressus. de hoc casu & dependẽtibus ab eo, vi de hoc supra vers. Solus dispensat cum irregularibus, &c. ut in c. at si clerici, extra de iudic. Solus supplet defectum Regis vacante regno. extra de elect. cum inter vniuersos, in fi. & in c. grandi, de supplen. neg. prælat. lib. 6. Solus supplet defectũ 17 Imperatoris, extra de foro compet. licet. §. 1. † Solus electionẽ Imperatoris confirmat, uel infirmat, ut in c. venerabilem, extra de elect. & in d. c. ad Apostolicę, de sent. & re iud. l. 6. Solus quemcũq; Principẽ secularem inutilem & negligentẽ circa regnũ & iustitiam, potest deponere. 17. q. 4. si quis deinceps. 11. q. 1. nullus. 32. q. 5. præceptũ. & dicit glo. not. 40. dist. si papa, super uerbo, a fide deuius, in fi. ꝙ etiam Imperator potest deponi, ꝑ quolibet mortali peccato, si est incorrigibilis. Vnde Zacharias papa deposuit Ludouicum Regem Francorum. 15. q. 6. alius. & Inn. deposuit Octonem, ut in d. c. ad Apostolicæ. & idem deposuit Federicum Imperatorem, quem etiam deposuit Greg. IX. & Bonif. VIII. Solus electionem nondum factam pronunciat nullam, extra de elect. innotuit. Solus habet canonizare Sanctos, extra de reliq. & uener. sanct. c. 1. nec licet aliquem uenerari ꝑ Sancto, nisi sit canonizatus ab eo, ut ibi. Et de forma canonizationis, vide gl. in c. uno. de reliq. & uener. Sanct. lib. 6. & ibi Doct. & 61. dist. miramur. 12. q. 2. quatuor. 7. q. 1. omnis qui genuebat. & in c. venera de testib. Solus quod ualet, facit non valere & econuerso, extra de exces. prælat. tanta. & extra de conces. præb. constit utus. Solus nulli subiacet humanæ legi, decet tamen eum iura seruare, extra de sup. neg. prælat. licet, 12. q. 1. peruenit. facit in simili, l. di-

l. digna uox, C. de leg. Solus in matrimonio contracto in gradibus prohibitis ab Ecclesia dispensat & similibus. in c. non debet, extra de consang. & affinit. & extra de restit. spol. literas. Solus ordinat eodem die, quo cõsecratur, extra de elect. quod sicut. §. præterea. Solus de clero potest tollere leges ciuiles in his, in quibus vertitur periculũ animæ, extra de iud. c. nouit, & c. clerici, extra de p̃script. c. fi. extra de secun. nupt. c. pen. & fi. de foro compet. c. fi. lib. 6. & de iureiur. c. 2. lib. 6. & de excep. c. 2. lib. 6. & de sent. excommunic. c. decernimus, li. 6. Nam in his, leges sacros Canones imitari non dedignant̃, 18 ut in d. c. clerici, extra de iud. & in Auth. ut cler. apud prop. Episc. ad fi. † Potest ante coronationẽ exercere officium suũ, 19 & qui impugnaret literas eius, excommunicatus esset, ut in Extrauag. Benedicti XI. quæ incipit, quia nonnuli. † Solus absoluit percutientes clericos enormiter, ut in c. si quis suadente, 17. q. 4. excipiuntur casus notati in his versib.

Absoluit Papa solus clericum ferientem.
Decem & septem tamen ex hoc excipe casus.
Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis.
Delitiosus inops, senex, æger que, sodalis.
Ianitor, astrictus, dubius commune, leuis ictus & debilis.

Regula. i. regularis. extra de sent. excom. c. monachi. Mors. in periculo mortis. eo tit. non dubium. Sexus. idest mulieres. eo. tit. c. mulieres. Hostis. i. inimicatus. eo. ti. c. de cætero. Puer. i. minor. 14. an. tempore delicti. eo. tit. capitulo. Officialis. i. arcens turbas, & si. eo. tit. c. 3. §. 1. Delitiosus. i. nobilis, delicatus. in. dicto cap. mulieres, §. 1. Inops. i. qui ex paupertate non posset accedere ad Curiam Romanã. quod de his, extra de sent. excom. Senex. i. qui ex senectute non potest accedere, eo. tit. ea noscitur. Aeger. i. qui ex infirmitate nõ potest. eo. tit. ꝙ de his. Sodalis, i. qui cum socio delinquit, eo tit. c. ex tenore. Ianitor. i. custos ostii alicuius magni Domini. eo. tit. qđ de his. §. secũdæ q̃stioni. Astrictus. scilicet ad seruitutẽ. eo tit. c. relatũ Dubius. idest qui dubitat, an percusserit clericũ. eo. tit. cum desideres. Commune. i. cõiter viuentes & cohabitantes. eo. ti. qđ de his. & c. q̃uis. Leuis ictus. i. leuis iniuria. c. puenit. eo. tit. Et debilis. i. q ex debilitate p̃sonæ non pôt accedere, ut d. c. ea 20 noscitur. † Et sciendũ, ꝙ in oĩbus p̃dictis casib. ubi non est impedimentũ ꝑpetuũ, si q̃s extiterit absolutus, cessante impedimẽto dẽt accedere, alias reincedit in eandẽ excõmunicationem, ut in c. eos qui, de sent. excom. li. 6. & intellige qđ debet accedere ad eũ qui possit eum absoluere de quacunq; excõmunicatione, quia in mortis articulo pôt absolui a quocũq; clerico, nisi esset sibi clerico in specie interdictum, de quo in c. a nobis, extra de sent. excommunic. Sed puer absolutus in pueritia, uel etiam postea de delicto commisso in pueritia, non tenetur ulterius accedere, de quo in c. ea noscitur, in fi. & in c. de cætero, extra, de sent. excommu. & idem est etiam de absolutis ab Apostolica sede, quibus mandatum esset qđ se repræsentarent, vel satisfacerent iniuriato, nam si non se repręsentant quam citius commode possunt, reincidunt in eandẽ sententiam, ut in d. c. eos, li. 6. & de his omnib. no. Hos. 21 & moderni in c. cum illorum, extra de sent. excomm. † Sciendum etiam quod inueniens clericum turpiter agẽtem cum matre, filia, vxore, vel sorore, si percussit eum, nõ tenetur ire ad Curiam Romanam, sed sicut a supradictis, ita & ab istis potest absolui ab Episcopo, vel habẽte parem auctoritatem, ut in suis casibus supradictum est. Et de istis quatuor hr̃ extra de sent. exco. c. 3. §. fi. ubi Inn. dicit, in his casib. nõ esse excommunicatum. Et extendit ad ascendentes, & descendentes sed nõ ad collaterales, licet gl. ibi dicat ad nullos debere extendi Doct. uariant, securius uidetur concordare cum Inno. de extensione, sed non de excommunicatione, ne detur materia delinquendi, ut in c. ut clericorum, extra de uita & honesta. cler. cum si. Solus absoluit, si mors, uel mutilatio, uel effusio sanguinis clerici, uel iniectio manuum in prælatũ interuenerit, ut in d. c. cum illorum, & not. in c. religioso, de sent. excõ. li. 6. Et omnia prædicta intelliguntur de quibuslibet personis Ecclesiasticis, ut in c. de monialibus, & in c. Canonica, extra de sen. excom. ẽt de nouit. ut in d. c. religioso. Solus absoluit incendiariũ, uel effractorẽ siue rei Ecclesiasticę siue prophanæ post denunciationẽ, ut in c. cõquesti, & in c. tua ex̃ de sen. excõ. nam & tales de iure naturali capite plecti dẽnt, ut in l. capitalium, §. nonnunquam, ff. de pę. & in l. qui ædes, ff. de incen. ru. & naufr. ꝑ quo 23. q. ul. c. pessimã. Solus absoluit noĩatim excõicatos ab eo, cum suis complicib. participantib. cõsulentibus auxiliantib. & fauentibus in crimine, uel obsequẽtibus & obedientib. sicut de Federico Imperatore deposito, ut patet in c. ad Apostolicæ, de sen. & re iud. lib. 6. & in c. significauit, & in c. nup. & c. si cõcubinę, de sen. excõ. solus absoluit falsificãtes literas Apostolicas, uel falsificatis sciẽter utẽtes ut in c. ad falsariorũ, & in c. dura, de crim. falsi. solus absoluit electores Senatorũ, seu aliorũ rectorũ urbis Romę absq; licẽtia sedis Apostolicę sp̃ali, ut in c. fundamẽta. §. ut ergo de

elect. lib. 6. Solus absoluit tales electos, si electioni prædictæ consensetint sine speciali licentia sedis Apostolicæ, vt ibidẽ. Solus absoluit intrusos, vt supra huiusmodi officialibus obedientes, ibidem. Solus absoluit dantes huiusmodi electorib. aut electis auxilium, cõsilium, vel fauorem in prædictis, vel circa prædicta publice vel occulte, ut ibidem. Et notandum quod in prædicta constitutione prohibetur ne quis imperator, rex, aut princeps, dux, marchio, comes, aut Baro, uel quis alterius notabilis præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis, excellentiæ, uel dignitatis existat, frater, filius, uel nepos eorũ ad tempus uel in perpetuum, seu quis alius ultra annale spatium eligatur. Violatores autem talis edicti non nisi per Papam absoluantur, uel eius licentia speciali, ut in d. ca. fundamenta. §. contemptores. Solus absoluit insequentes Cardinales sanctæ Rom. Eccl. quibus graues imponuntur pœnæ, ut in c. fœlicis. de pę. li. 6. Solus absoluit grauantes, uel licentiã grauandi dantes, uel tali licentia utentes contra aliquem iudicem Ecclesiasticum uel sibi coniunctũ q̃uocunq; in personis uel reb. uel proferentes, uel obseruantes, vel eos, pro quibus lata fuerit sententia excõicationis, suspẽsionis, uel interdicti, uel eos q nolunt cõicare cũ talib. excõicatis, nisi licentiam ipsam re integra reuocent, uel ablata restituant, uel de grauamine satisfaciant infra duos menses, ut in c. quicunq;. de sent. excõ. li. 6. Solus absoluit incidentes, scindentes, exenterantes, demembrantes, uel decoquentes corpus alicuius defuncti causa deferendi ad quamlibet sepulturam cũ mandantib. consulentib. & similib. & tale corpus carere dẽt Christiana sepultura, ut in extrau. Bonif. VIII. quæ inci. detestandæ feritatis abusus. Solus absoluit hæreticæ prauitatis inquisitores, uel ordinarios omittentes procedere contra hæreticos, adhærentes, credẽtes, defensores receptatores, cõplices uel fautores hr̃ticorũ odio, amore gratia sine lucro aut si aliter imponerent crimen hæresis, uel quod sibi impedimentũ fecerint in officio, animo deprauato, ut in c. multorũ. de hæret. in clem. Solus absoluit religiosos præsumentes ministrare Eucharistiam, extremam unctionem, uel solennitatẽ matrimoniorum sine speciali licentia parochialis, uel pręsumẽtes absoluere excõicatum a canone uel ab homine, siue per statuta prouincialia, uel sinodalia in casib. non concessis, uel absoluentes a culpa & pœna, ut in c. religiosi, de priuileg. in clem. Solus absoluit religiosos uel clericos seculares uoto, iuramento, uel qualibet promissione, inducentes aliquẽ ad eligendam sepulturam in sua Ecclesia uel electam non mutandam, ut in c. cupientes, de pœnit. in clem. Solus absoluit persecutionem facientes alicui Episcopo temere uel iniuriose percutiendo, capiendo, uel banniendo, uel hæc fieri mandando, uel ab alio factum ratum habendo, uel facientes associando, consulendo uel fauendo, uel defensando, & omnes officiales culpabiles in prædictis, uel aliquo prædictorũ, ut in c. si quis suadente diabolo, de pęn. in clem. Solus absoluit cogentes aliquem presbiterum celebrare in loco interdicto, uel ad audiendum uocantes excommunicatos uel interdictos, uel uocari facientes, uel facientes pulsari campanas, uel præcipientes, ut tales moniti non exeant de ecclesiis uel ipsos excõmunicatos, uel interdictos monitos nõ exeuntes, ex quibus diuina sint officia impedita, ut in ca. grauis, de sent. excomm. in cle. Solus absoluit deferentes ferrũ, equos, arma, lignamina, uictualia, uel alia quæcunque mercimonia, cum quibus Saraceni possint impugnare Christianos in Alexandriam uel alia loca Saracenorum terræ Aegypti, tã deferentes quam mittentes, seu de suis portubus, ut eis deferantur extrahentes uel extrahi permittentes, aut eis auxiliũ, consilium, uel fauorem præstare præsumentes, & si capiant̃, fiant serui capientium, ut extra de iud. & sarac. c. ita quorundam. & c. ad liberandam. & c. quod olim, & in quadam extrauag. Nicol. III. quæ incipit, olim tam generali. in qua etiam addidit & simile statuit de omnibus terris Soldano subiectis, nec tales excommunicati possunt absolui, nisi tm̃ de bonis propriis in dictæ terræ sanctæ subsidium conuertendũ exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerũt, uel miserũt aut deferri, uel de ipsorum portubus deferendũ eis extrahi permiserũt. Et p̃ter p̃dictas pœnas ꝑpetuo sunt ĩfames & intestabiles quoquomodo, ita quod nec testari valeant, nec aliquid ex alieno percipere testamento, nec ab intestato, nec ex testamento succedere, nec admitti ad officia publica ministranda, & omnes actus legitimi sunt eis penitus interdicti, & postquam de hoc constiterit, debent publice denunciari, & omnia eorum bona ad fiscum deuolui. Et licet prædicta constitutio Nic. IIII. uideretur reuocata per proęmiũ 6. lib. attamen Bonifacius VIII. infra annum post publicationem ipsius 6. libro innouauit per quandam suam extrauagantem, quæ incipit, contra illos. & postmodum Clemens V. non solũ innouauit & confirmauit per quandã suã extrauagantem q̃ incipit, multa mentis, sed etiam sibi & Apostolicæ

licæ sedi absolutionem excommunicationis eiusdem, præterquam in mortis articulo, reseruauit. quod etiam confirmatur & ampliatur in constit. annua, in die Iouis sancta, cõtinuatis temporibus promulgata vbicunque Romana Curia residet, in qua multa alia sedi duntaxat apostolicæ reseruantur, de quibus dixi satis in Tractatu de excommunicationibus, vt de hæreticis quocunque nomine censeantur, de receptatoribus fautoribus & defensoribus eorundem, de piratis, cursariis latrunculis marinis, receptatoribus, fautoribus & defensoribus eorundem, de imponentib. in suis terris noua Pedagia auctoritate propria, de falsificantib. nedũ, Bullas, vel literas apostolicas, sed etiam supplicationes, gratiam seu iustitiam continentes per summum pontif. vel Vicecancellarium seu gerentes uices aut officium Vicecancellarii sanctæ Romanæ ecclesiæ de mandato eiusdem summi pontificis signatas aut sub nomine Papæ vel Vicecãcellarij aut regentis officium prædictum falso signantibus vel emendantibus supplicationes aliquas postquã signatæ fuerint falso modo, de quibus tractant Doct. moderni in c. ex literis, extra de fide instrum. de impedientibus seu inuadentibus victualia seu alia vsum Romanæ Curię necessaria adducentes, vel ne ad Curiam ipsam deferantur perturbantibus, Et qui talia faciunt, vel defendunt facientes cuiuscunq; fuerint ord. præminentiæ, status & dignitatis, etiam si pontificali, regali, reginali, vel quauis alia Ecclesiahica vel mundana prę fulgeat dignitate, de capientibus temerarie & inique, vel spoliantibus & detinentibus verberantibus mutilantib. vel interficientibus, vel talia fieri mandantib. ꝯ quoscunq; ad sedem Apostolicam venientes uel recedentes ẽt ab eadẽ. De illis qui per se vel per alias quascunque personas Ecclesiasticas vel seculares ad Romanam Curiam super earum causis & negociis recurrentes, illaque in eadem Curia prosequentes, aut procuratores, negociorũ gestores, aduocatos vel promotores ipsorum, vel etiam auditores seu iudices super dictis causis, vel negocijs deputatos occasione causarum, vel negociorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt aut bonis spoliant, cuiuscunque præeminentiæ dignitatis ordinis conditionis aut status fuerint, Ecclesiastici vel secularis. De mutilantibus verberantibus interficientibus capiẽtibus detinentibus uel deprædantibus Romipetas & peregrinos ad sacram urbem Romam venientes causa deuotionis & peregrinationis, vel in eadem commorantes, vel ex causa recedentes, uel in his dantibus consilium auxilium uel fauorem, quorum etiam bona sunt perpetuo confiscata. De inuadentibus hostiliter uel occupantibus aut detinentib. quocunque titulo uel colore de præterito, præsenti, uel futuro aliquam urbem, regnum Siciliæ, Triuariæ, insulas Sardiniæ Corsicæ, terram citra Farum, patrimonium sancti Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, uel quamcunque aliã terrã, uel loca seu iura ad Romanam Ecclesiam pertinentia. Et de adhęrentibus fautoribus & defensoribus eorundem, seu in his dantibus auxilium consilium uel fauorem, quacunque præfulgeat dignitate, non obstantibus quibuscunque. Similiter Martinus Papa V. & Gregorius IIII. reseruarunt sibi absolutionem excõicationis, quã indixerunt ꝯ simoniacos in ordine uel in beneficio tam dantes quam recipientes occulte uel manifeste, cuiuscunque conditionis uel status, quacũque Ecclesiastica uel seculari præfulgeãt dignitate, ut in extrauag. Martini V. quæ incipit, damnabile scelus. & in extrauag. Eug. IIII. quæ incipit, cum detestabile scelus. & in extrauag. Bonif. VIII. imponitur excommunicatio, & reseruatur absolutio papæ de omnibus qui ex pacto uel promissione occulta uel manifesta aliquid etiam paruum recipere pro aliqua iustitia vel gratia per se, vel pro alio in causis iudiciarijs, seu alijs, vel literis ab Apostolica sede obtinendis, vel sciẽter vtentibus literis taliter obtentis sine gratiis. Et in constit. pęnitentiariæ reseruatur absolutio ab excommunicatione imposita contra euntes ad Terram sanctam etiam deuotionis causa, seu ex uoto sine speciali licentia sedis Apostolicæ. Et in constitut. Constantien. reseruatur absolutio ab excommunicatione, imposita contra mendicantes transeuntes ad nõ mendicantes, exceptis Carthusiensibus, & similiter excommunicatio imponitur recipiẽtibus huiusmodi supradictos. Et in omnibus supradictis excommunicationibus includuntur mandantes, auxiliantes, consulentes, fauentes, consentiẽtes & participes in quocunque de casib. supradictis, quia participans in crimine criminoso incidit in eandem sententiã, c. nuper, & in c. si concubinæ clericorum, & in c. significauit de sent. excommunicat. & in c. sicut dignum, & in cap. ad audientiam, extra de homic. & 11. q. 3. qui consentit. Et notãdũ quod in omnib. conceditur absolutio in mortis articulo, sed qui superuixerint, nisi quam citius possunt se repræsentent, reincidunt in eandem, ut in c. eos qui. de sent. excomm. lib. 6. [22] & in c. si quis suadente diabolo. de pœn. in clem. cum si. † Spe.

autem in tit. de legato, §. nunc ostendendum, in prin. dicit ꝙ de his quæ sedes Apostolica sibi specialiter in signum uniuersalis dominii reseruauit, nullius generis legatus iure legationis se intromittere Potest, ut in c. quod translationem, extra de officio leg. & numerat 89. casus Papę reseruatos, qui tamẽ ut plurimum referuntur ad supradictos, inter quos etiam ponit quod a papa consueuit regalis dignitas impetrari, uidelicet utrũ Rex sit, & a quo debeat inungi. hoc enim ad papam dicit pertinere diffinire, arg. de sacra vnct. c. 1. Vnde in ueteri testamento dicit etiam quod solus Papa supplet defectum, si quis est in contractibus uel in iudiciis, ut extra de transact. c. 1. 3. q. 6. hoc quippe. Ideoque in confirmationibus beneficiorum frequenter apponitur clausula illa, omnem defectum si quis est, supplentes de plenitudine potestatis, & probatur, extra de elect. illa. nam secundum ipsam, scilicet plenitudinẽ potestatis, potest de iure supra ius dispensare, & illud omnino tollere, ut extra de conces. pręb. c. proposuit. §. fi. & in c. i. de agnat. spirituali, nam de nihilo facit aliquid, ut extra de transact. c. 1. de conces. præben. constitutus. 2. q. 1. in primis. Et not. quod si clausula illa, supplentes de plenitudine potestatis, & c. ponit in priuilegiis, intelligitur tantum dispensatum esse in defectu. si quis fuerit circa solemnia iuris, non autem si is, de quo agitur, erat excommunicatus, vel illegitimenatus, uel alium defectnm naturalem habebat, nam tunc necessaria est expressa dispensatio, argum. extra de offic. deleg. cap. ex parte, & argum. ff. si quis caut. l. sed & si quis, §. qualitum. Supplet etiam Papa solus defectum Regis vacante regno, ut extra de elect. cum inter uniuersas, in fi. & defectũ imperatoris vacante imperio, ut in c. licet, extra de foro comp. Solus Papa determinat de dubiis iuramẽtis, an seruanda sint, vel non, ut in capitu. ad audientiam, extra de cler. non resi. & in capitulo vniuersalem, extra de electio. in §. penultimo. & in capitulo quanto. & in capit. intellecto, extra de iureiuran. cum in omni iuramento intelligatur papæ auctoritas reseruata, ut in c. uenientes, extra de iureiur. magis quam imperatorum, ut ff. ad municip. l. Imperatores. ad quod. 22. q. 2. beatus. Solus papa sicut de nihilo facit aliquid, vt in c. 1. de transact. 3. q. 6. hoc quippe. de conceß. prębend. c. constitutus. 2. q. 1. in primis, ita solus de aliquo facit nihil, mutando etiã rei naturam, iuxta no. C. de rei vxo. act. l. unica, 1. responso, ad qd extra de exces. præla. c. tanta. §. 1. in fi. nam immurat substantialem rei naturam faciendo de illegitimo legitimum, ut in c. per uenerabilem, qui fil. sint leg. Et de monacho canonicũ. 74. dist. quorundam, & de monacho non monachum, & de capaci non capacem ut d. uersic. dicit etiam. Et licet sit solutus legibus. 25. q. 1. §. si ergo. prope prin. ver. ita ergo ad quod ff. de leg. l. princeps. quia nulli subest, nec ab aliquo iudicatur vt supra dictum est, decet tamen ipsum iura seruare, extra de sup. neg. prælat. c. licet. C. de leg. l. digna vox. 11. q. 1. peruenit. 9. q. 3. ipsi sunt & c. patet. 9. dist. iustum. quamquam palea sit. Vnde Dominus baptizari volens a Ioanne dixit, sic decet nos implere omnem iustitiam. Matth. 2. Solus papa cõcedit Episcopalia insignia abbatibus & inferioribus ut mitram, armillam, baculum pastoralem, sandalia, & similia, ut no. Host. in summa, in tit. de usu pal. §. quib. die. uer. & notandũ. ad qđ accedit. 93. dist. peruenit ad nos, & c. illud. Solus concedit quod aliquis prelatus ante se faciat crucẽ portari, vt li. pend. c. 1. quod tamen fieri non debet in præsentia Papæ, vel sui legati, ut extra de priuileg. c. antiqua. nam & Archiepiscopi insignia sua recipiunt de corpore B. Petri, ut extra de ele. significasti, ad fi. Solus Papa concedit laico spiritualia, puta ius eligẽdi, vt extra de iu. pat. nobis fuit. & ecclesias, & decimas extramendo, ut ne qs teneatur ad præstationẽ decimarũ, ut extra de decim. a nobis, quod alius facere nõ põt, ut in c. quamuis. eo. tit. & in c. tua, & 2. q. 5. Mennam. ibi, coram te. & 32. di. uerum. ver. scribit enim. ubi uidenť spiritualia, siue spũales causę laicis delegari, quę tñ sunt alias interdicta, ut patet extra, de const. Ecclesia, & in c. cum laicis, extra de reb. eccle. alien. uel non 96. dist. bene quidẽ. extra de iud. c. decernimus. & de arb. c. contingit. Ipse solus sedet in sede illa, quam Dñs, in personam beati Petri elegit, ut in c. per uenerabilem. §. rñsionibus. vers. sane. qui fil. sint leg. & in c. maiores, in prin. extra de bapt. 19. dist. enimuero. ideoq; summus Pontifex appellatur, ut extra de statu monach. c. cũ ad monasteriũ in fi. ad qđ 19. dis. 20. 21. & 22. di. per tot. Ipse solus dispensat vt monachus vel laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus fiat Eps. 61. dist. miramur. 63. dist. Valẽtinianus. 61. dist. sed aliud. de elec. cum nobis olim. §. fi. 34. di. lector. 50. di. quicunq;. 2. de fil. presbit. c. pe. & fi. nam sacrilegium est disputare, utrũ dignus sit quẽ Princeps elegerit. C. de crim. sacril. l. disputare. & in Aut. ut iudices sine quoquo suffrag. §. eos autẽ. ibi, quis nõ diligat & c. collat. 1. & 17. q. 4. §. qui autem. solus dispẽsat. ut Christianus portet arma saracenis, ut in c. significauit, extra de iudæ. Ipse solus dispẽsat cũ clericis cõferentib. Ecclesiastica sacramen-

menta hæreticis & ab eis oblationes & eleemosinas recipiẽtibus, vt in c. excõmunicamus. §. sane, extra de hæret. Solus, deponit Cardinales, licita causa existente, vt no. gl. & Inno. in c. ex gestis, extra de cleri. non resid. & in c. uno, de scism. li. 6. licet Host. cum protestatione videatur sentire contrariũ, quia in d. c. ex gestis, dicit ad depositionem Cardinaliũ fuisse sinodum congregatam, † cum Cardinales tãquam maximi [23] debeant maxima prærogatiua notari, ut in c. 1. de offi. leg. li. 6. nam Cardinales sunt ps corporis Pape, qui non põt ab aliquo iudicari. 40. dist. si papa. 9. q. 3, nemo, & ꝙ sint pars corporis ipsius, probatur 6. q. 1. si quis. arg. C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. & sunt spiritualiter fratres principis & plus cæteris priuilegiati. de offi. leg. c. officii. lib. 6. sic ergo debẽt singulari priuilegio insigniri, vt in l. non tantum, ff. de excus. tu. nam vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, vt in l. rerũ mixtura, ff. de vsucap. Io. An. post Host. concludit quod papa nõ consueuit, & ſm aliquos, non potest aliquem de Cardinalibus excommunicare, vel aliquod præceptum facere sine cõsilio & consensu suorum fratrũ, ad quod facit. c. irrefragabili, §. 1. de offi. ordin. & c. 1. de exces. prælat. Dicit etiam Io. An & Petrus de Anchar. ꝙ si papa in specie non ligat Cardinalẽ. nõ est verisile velle eum ligare in gñe pone exemplum de canone, in nomine Domini. 23. dist. & in capit. licet, de electi. & inducit auctoritatem Cantici Annæ dicentis, 1. Reg. 2. Domini enim sunt Cardines terrę, & posuit super eos orbem. Hinc dicendum quod Cardinales sunt quasi Collaterales papę, vt no. d. c. officij.

Sed ad clariorem intelligentiam cupio pertractare de auctoritate Concilij & papæ Cardinalium & episcoporum omniũ, vñ ad euidentiam [24] sciendum est † quod Conciliorum tria sunt genera. primum est vniuersale, ſm est prouinciale, tertium est põtificale, de quibus traditur 16. dist. c. 1. per glo. 3. dist. §. porro. primo igitur quæro, quid sit Concilium vniuersale. Secũdo, an in eo requiratur auctoritas papæ. Tertio, an Concilii ptãs sit maior, seu superior, aut par, aut minor ptãte papæ, & sic intelligemus auctoritatem papæ & concilii. Quarto, an concilium possit constitutiones facere, causas audire & alia expedire, q̃ papa potest, ad primum igitur, cum quæritur, qd sit [25] concilium ule. Respondetur, † ꝙ vle concilium est vlis concio. i. populi. multitudo, Ecclesia fidelium congregatio, fratrum consultatio & diffinitio. concilium etenim nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causas agebant conueniebant omnes in unum communique intentione tractabant. Vnde concilium a cõmuni intentione dictũ, est, quasi consilium, & consilium, quasi considium. D. iu L. literam transeunte. Vel concilium dictum est a communi intentione, eo quod in unum. i. in unã sñiam. dirigant omnes, mentis intuitum. At uero iuxta, etymologiam uocabuli, cõcilium dicitur a con, & cilium, quia ibi homines congregantur vt conueniant, sicut cilia oculorum claudendo conueniunt. Vnde cum cõsidendo vnus in cathedra loquitur, oĩum auscultantium cilia cum loquentis cilijs conueniũt in aspectu. hinc concilium a concio, concis. i. simul cire, quasi citare, vel accersire, aut congregare, & potest esse secundę & tertiæ cõiugationis, vt cieo cies, & cio, cis, ciui, citum, eiusdem significationis, vt dicit papias. põt ẽt accipi pro modulato co[26]loquio, quasi simul loquiũ. Sinodus aũt ex Græco interpretatur comitatus, vel cætus. Sinodus, n. dr̃ a sin, quod est cum, & oda, quod est uia, quia ibi & plures per diuersas uias conueniunt. i. simul congregantur. cętus vero dicitur conuentus, vel congregatio, a coeundo. i. conueniendo in vnum, quasi cœtus a con, & eo is. hinc etiã conuentus nuncupatus est, eo quod ibi homines in unum conueniant. ut ff. de pact. l. 1. §. 1. uersicu. nam sicuti. unde sicut conuentus est cœtus, sic & concilium a societate multorum in unum appellatur. de his agitur 15. distin. Canones, ad fin. & per Isid. etimolog. lib. [27] 8. capit. 11. de Canonibus conciliorum. Secundo quæro, † an in concilio vniuersali celebrandado requiratur auctoritatis papæ quoad conuocationem tãtum, aut quo ad continuationem. Respon. breuiter quod quo ad utrunq; patet expresse 17. dist. capit. primo. vbi Marcellus Papa scribens Episcopo Maxentio dicit. Sinodum Episcoporum absque huius sedis auctoritate, quamquam quosdam Episcopos possitis congregare, non pontestis tamen generaliter facere. & in 2. cap. scribitur, Regula vestra nullas habet uires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc conciliũ actũ est, nec Romanus Ecclesiæ legatus interfuit Canonibus præcipientibus secundum eius auctoritatem concilia fieri non debere, nec ullum ratum est, aut erit unquam concilium, ꝙ eius nõ fuerit fulcitum auctoritate. hoc etiam decreuit Gręgorius papa ead. dist. cap. non licuit. dicens, quoties aliqua de vniuersali Sinodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendã de eo quod non intelligunt rationem, aut spõte hi, q salutem animæ suæ desiderant ad Apostolicam sedem pro percipienda ratione conueniant. Aut si forte, sicut de talibus scriptum est prouerb. 19. peccator cum in ꝓfundum malorum venerit contemnit, ita qui obstinati & contumaces extiterunt, ut doceri non velint, eos ab eisdem sedibus Apostolicis auertere, aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possit, secundum Canones per seculares opprimi conuenit potestates. Pelagius etiam papa scribens illis episcopis qui conuenerunt ad illicitam conuocationem Ioannis Constantinopolitani episcopi, dicit ead. dist. c. multis denique Apostolicis & Canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari, quapropter, vt iam dictum est, recte non Concilium, sed uestrum conuenticulum, uel conciliabulum cassatur & quicquid in eo actum est, irritum habeatur & vacuum. Vos quoque deinceps videte, ut nullius hortatu talia præsumatis si Apostolicæ sedis communione carere non uultis. Et infra, Maiores vero & difficiliores quæstiones, ut sancta Synodus statuit & beata consuetudo exigit semper ad sedem Apostolicam referantur. Hoc etiam Symmacus Papa in imperium suorum aduersariorum ead. distin. c. concilia sacerdotum. dicit, Legistis insanissimi aliquando in illis ecclesiasticis legibus, præter Appstolici apicis sanctionem aliquid constitutum & non de maioribus negociis ad cõsultationem, si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse reseruatum, scientes, quod eius sedi primum Petri Apostoli meritum, deinde secuta iussione Domini, conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Hoc etiam probatur 15. dist. placuit ubi subnectitur. Item cum Adrianus Papa sextam sinodum recipiat, cum omnihus canonibus suis. Cum etiam sancta octo vniuersalia cõcilia professione Romani Pontif. sint roborata. & c. Ad hoc etiam Symmacus, simplicius Romanus pontifex 96. distinc. bene quidem, inquit, fraternitas vestra, & infra, inter alia quãdam scripturam illustris memoriæ Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substanriæ scripsisse refero, in qua nullus Romanæ ecclesiæ interfuit, uel subscripsit antistes, per quẽ potuisset sortiri legitimam firmitatem. Iste namque Basilius erat p̄fectus vrbis, vices gerens præcellentissimi Regis Odoacris, ut subdit ibi tex. Decreti, cui Symmacus in extremis laborans, bona, fide ductus, scripsit vt electioni fiẽdę sui successoris interesse curaret. ne hęreticorum furibunda rabies scandalum excitaret. Basilius ob hoc quæsiuit usurpare plusquã sibi conuenire valebat, vt sentit ibi gl. hoc etiam confirmat ibi tex. per arg. a minori, cum subdit, Quod si cuiusque prouinciæ sacerdotes inter suos terminos concilio habito, quicqd sine metropolitani sui auctoritate tractauerint irritũ esse debere, sancti patres, sanxere, quanto magis quod in Apostolica sede nũc extante prę sule, qui B. Petri Apostoli merito per uniuersum orbem primatũ obtinens sacerdotii stat. sinodalibus consueuit tribuere firmitatem, a laicis licet consentientib. aliquantis Epis. qui tñ pontifici, a quo cõsecrati probantur, præiudicium inferre non potuerunt, p̄sumptum fuisse cognoscitur, uiribus carere dubium nõ est. Hoc ẽt optime tex. decreti. 3. q. 6. c. dudum. vbi dicit Iuli. papa orientalib. episcopis Dudum a sanctis Apostolis successoribusq; eorũ in antiquis decretũ est sta. quæ hactenus sancta & uniuersalis Apostolica tenet ecclesia, non oportere preter sñiam Romani põ[28]tif. concilia celebrari, vel episcopum damnari, † qñ sanctam Romanam ecclesiam primatũ omniũ ecclesiarũ esse uoluerunt, & sicut B. petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorũ, ita & hæc Ecclesia suo noĩe consecrata, Dño instituẽte, prima sit & caput ecclesiarum, & ad eam quasi matrẽ atq; apicem omnes maiores ecclesiæ causæ, & iudicia ep̄orum recurrant, & iuxta eius sententiam terminum sumãt, nec extra Romanũ quicquam ex his decerni debere pontificẽ. ubi glo: super uerbo, uoluerunt, colligit argm̃ tacite pro aduersariis dicens. Sic ergo concilia dederũt primatum Romanæ ecclesię, quasi dicat, ergo concilium est supra Romanã ecclesiam quia nemo dat quod non habet. 1. q 7. Daibertũ, & 1. q. 1. gr̃a. & de sup. neg. prælat. c. 1. in glo. 2. sed gl. met soluit ibidem dicẽs, quod Christus dedit primatum rõne ecclesiæ principaliter. 2. di. quamuis. & 9. q. 3. aliorum. cum si. sed concilia dederunt secundario, quasi necessitati ex institutione Christi, qui dixit Matth. 16. Tu es Petrus & sup hãc petrã ædificabo ecclesiã meã, sup qb. uerbis Pelagius Papa Romanus fundauit intentionem suam in d. c. q̃uis. scribens omnib. orthodoxis cũ dixit. Quamuis vniuersæ ecclesiæ per orbẽ catholicę cõstitutæ, unus thalamus Christi sit, tamen sancta Romana ecclesia catholica et Apostolica nullis sinodicis cõstitutis, cæteris ecclesiasticis prelata est sed Euãgelica voce Dñi Saluatoris nostri Iesu Christi primatũ obtinuit, Tu es (inqt Dñs petro) etc. subdiť ibi. Est ergo prima Apostoli petri sedes Romana eccle-

sia non habens maculam nec rugam, nec aliquid huiusmodi, ut dicit Apostolus ad Ephes. 5. Hoc etiā probatur per uerba Paschalis papæ Romani in c. significasti. extra de elect. ibi dum dicit, mirentur autem in hac parte Dominum Iesum Christum, qui cum ouium suarum curam Petro committeret cōditionem posuit dicens, si diligis me, pasce oues meas. Io. ult. & infra subdit idem Paschal. Cum omnia Concilia p Ecclesiæ Romanæ auctoritatem & facta sint & robur acceperint, & in eorum statutis Romana patenter excipiatur au **29** ctoritas, † vbi dicit quod etiam in iuramētis auctoritas papæ intelligitur semper excepta, ut in c. constitutus, de rescri. & in c. venientes, de iureiur. ad quod. ff. ad munici. l. imperatores. Hanc ēt auctoritatem specialiter Petro traditā insinuat Dñs, Matth. 18. dicens, si peccauerit in te frater tuus. & infra dic Ecclesiæ. vbi dicit Chrisos. i. his qui Ecclesiæ præsident. gl. dicit, vel dic toti ecclesiæ, vt maiorem erubescentiam patiatur. Quæ verba specialiter ad se spectare pro tempore futuro Petrus considerans interrogatus dicens, Dñe quoties peccauerit in me frater meus & dimittam ei? Vsque septuagies. Et B. Gregorius ordinando missale scribit, Respiciens Iesus discipulos suos dixit Simoni Petro, si peccauerit in te f. t. & c. faciunt in simili not. per Inno. in c. cum accessissent. de constit. ubi dicit quod in vniuersitatib. habentib. caput, non possunt aliquid statuere sine capite suo, vel sine sui capitis auctoritate, vt no. in c. cum oēs, de constit. facit l. omni innouatione. C. de sacros. eccl. & in l. 1. C. de ser. reipub. ma. Patet. n. quod omnia Concilia præterita vsque ad Pisanū, habuerunt auctoritatem a papa, & nihil ratum esse testantur sine auctoritate Papæ gestum, vt patet in octo concilijs primitus celebratis. 16. dist. item cum Adrianus papa. & c. sextam sanctā **30** Sinodum † vbi in omnibus nominantur aut nomine summorum Pontificum, aut legati Apostolici, sub quorum auctoritate fuerunt talia concilia celebrata, quorum nomina etiam refert Io. And. in c. nemo, de elect. li. 6. in nouel. Patet etiam in singulis constitutionib. editis in Concilis generalibus, in quarum qualibet intitulatur nomen pontificis, cuius auctoritate talis constitutio edita proclamatur, ut 63. distin. in sinodo. & extra de consang. & affin. c. non debet. & in c. nonnulli, de reg. & in c. 2. de conces. præbē. & in c. quia pp. de elect. & in c. quia nonnulli, de cleric. non resid. & in c. prohibemus, de decim. Et si dicantur constitutiones concilij generalis, intelligi debet ꝙ de consensu & acceptatione concilij editæ fuerunt ad differentiam decretalium, vel constitutionum editarum a solo Papa. Hæc est igitur tutissima pars pro certissima veritate tenenda, quicquid blasphemando susurrarent æmuli detractores, schismatici, basilici, vel alij hæretici a veritate fidei resecati. Tertio quæro de maioritate **31** potestatis papæ & concilii, † videlicet an papa præsit, vel subsit, vel par sit concilio generali. Videtur primo dicendū qđ concilio papa subsit. 93. dist. legimus. vbi Hierony. scribēs ad Eugenium presbiterū dicit, si auctoritas quæritur, orbis maior est vrbe, ubicunque fuerit Episcopus, siue Romę, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Regij, siue Alexandriæ, siue Thebis, eiusdem meriti est, eiusdem est & sacerdotij, potentia diuitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimiorē, uel inferiorem episcopum non facit. Ad hanc partem etiam adducitur auctoritas Augusti. in epistola ad Eugenium & Helisēū & alios Donatistes ubi tractās de hac materia dicit putemus illos episcopos, qui Romæ iudicarunt non fuisse bonos iudices, restabat adhuc plenarium vniuersalis ecclesia concilium, ubi & cum ipsis iudicib. causa posset agitari, & si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerent. Ex quibus nedum par, sed etiam maior videtur auctoritas concilij quam papæ. Præterea quod sit par auctoritas, videtur pbari 20. dist. c. 1. ubi scribitur, decretales itaque epistolæ canonibus conciliorum pari iure exæquantur. ad idem accedit. c. innotuit, de elect. ibi, cum non habeat imperium par in parem. ff. de arb. l. nam & magistratus. ff. ad Trebel. l. ille, a quo. §. tempestiuum. 21. dist. inferior. & extra de maior. & obed. c. cum inferior. In contrarium arguitur ꝙ papa sit supra concilium, & non econtra. Primo per verba Christi dicente Mat. 16. quodcunq; ligaueris &c. vt satis supra scriptum est, & Io. vlt. pasce oues meas. quæ uerba eleganter inducit Ber. ad Eugenium lib. 2. ultima med. declarans Petrum & successores, summos pontifices esse & fuisse supra omnes etiam Apostolos insimul congregatos, & sic per consequens supra uniuersalem ecclesiam insimul congregatam, cum dicit, & forte præsentes cæteri discipuli erant, &c. Et Angelus dixit mulieribus Mar. vlt. Dicite discipulis eius, & Petro. quasi denotās quod Petrus iam post mortem Christi non esset in numero discipulorum, sed potius caput eorum, quamuis ter Dominum abnegasset, cui & Dñs prædixerat, ecce sathā expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Sed ego pro te rogaui, ut non deficiat fides tua, & tu aliqñ conuersus cōfirma fratres tuos,

Lu. 22. Et in nauiculam Simonis Petri ingressus dixit ei, duc in altum, cum ceteris, dixerit, & laxate retia vestra in capturam. Cui. solus Petrus pro omnibus respondit dicēs præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo aūt tuo laxabo rete Luc. 5. & cum hoc fecisset, concluserunt piscium multitudinem copiosam, quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens, Exi a me, quia homo peccator sum Domine. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens & multa iam su **31** pra allegata sunt, Secundo patet, † quia papa absque Concilio reuocat gesta in concilio. 9. q. 3. cuncta per mundū. Præterea a sententia papæ dicitur non posse appellari, quia superiorem non habet. 9. q. 3. aliorum. 19. distin. sic omnes. 17. q. **32** 4. siquis suadente † vbi constitutiones pape appellantur diuinę. ad quod 19. dist. ita Dominus & c. in nouo. & c. quamuis. 21. dist. & 22. omnes. & c. sacrosan. & 24. q. 1. quodcunq;. & c. rogamus. & c. loquitur. ad quę accedunt no. in cap. ad hono **33** rem, de aucto. & vsu pal. vbi dicitur, † quod in papa est plenitudo potestatis, sed alii uocantur in partem sollicitudinis. & sic declarat Bern. ad Eugenium, faciunt no. in capitu. statutum. de rescrip. lib. 6. & in c. ex parte, de capel. mon. & in c. nonnulli, extra de rescrip. vbi Inn. III. in Cōcilio generali statuit, ne quis ultra duas dietas extra suā diæcesim per literas Apostolicas ad iudicium trahi possit. nisi de assensu partium fuerint impetratę. Et tamen Bonifac. VIII. in d. cap. statutū, de rescrip. lib. 6. reducit ad vnam dietam. Tertio hanc præeminentiam potestatis in papa supra Concilium tenet glo. **34** in cap. sicut sancti Euangelij, 15. din. † vbi beatus Gregorius fatetur se uenerari sancta quatuor Concilia. scilicet Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense, sicut sancta quatuor Euangelia subdens se cuncta quæ uenerantur amplecti, quia dum uniuersali sunt consensu constituta se, & nō illa destruit quisquis presumit absoluere quos religant, aut ligare quos absoluunt. Ex quibus verbis schismatici festum agunt, quasi uictores capta præda, quando diuidunt spolia. Esa. 9. dicit glo. super uerbo præsumit absolue re. videtur ergo quod papa non possit destruere statuta Concilii, quia orbis maior est urbe. 93. dist. legimus. Vnde papa, requirit consensum Concilii. 19. dist. Anastasius. arg. cotra. **35** 17. distin. huic sedi & extra de elect. significasti, † vbi dicit, ꝙ Concilium non potest papæ legem imponere, & 35. q. 9. ve **36** niam. † Sed intellige quod hic dicitur contra articulos fidei totum est de glo.. ex qua colligitur quod papa semper sit super omnes, nisi deuiaret ab articulis fidei, nam tunc duntaxat Concilio subesse debet. 40. distin. si papa, de quo tñ amplius & latius infra dicam. sic intelligit dictam glo. ibidem. Archid. Quarto etiam similis gl. est. 24. q. 1. quodcunque. vbi dicitur, quod si papa & Concilium diuersas constitutiones edant, præferatur constitutio Papæ tanquam maioris auctoritatis. vbi referuntur verba August. super Ioan. dicētis, quia cum excommunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus, cum reconciliat Ecclesia in cœlo soluitur reconcilia **37** tus, dicit glo. super verbo, cum reconciliat † argumentum ꝙ sententia totius Ecclesię præferenda est sententię Romani Pontif. si in aliquo contradicat. arg. 93. dist. legimus. Sed contrarium credo verum, infra. eo. hęc est. nisi erraret Romana Ecclesia quod non credo posse fieri, quia Deus non permitteret, arg. infra eo. Romana Ecclesia, & c. pudenda. hęc glos. circa quam pro eius fundamento dicit beatus Hierony. in d. **38** c. hæc est fides. 24. q. 1. si autem hęc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare voluerit, se imperitum aut maleuolum, vel etiam non catholicum, sed hęreticum comprobabit. Et sequitur, sancta Romana Ecclesia quæ semper immaculata permansit, Deo prouidente & beato Petro Apostolo opem. ferente. in futuro manebit sine ulla hęreticorum insultatione, dicit glo. s. præualēte, atque firma & immobilis omni tempore persistet. Quinto hoc etiam tenet Io. An. in sua gl. ordinaria, in c. ne Roma **39** ni, de elect. in Clem, † vbi reprobatur expresse opinio dicentium. cætum Cardinalium quicquā immutare posse de forma electionis papę etiam sede vacante, sed debet suaui forma tradita per Greg. papam X. in Concil. Lugd. quæ patet in c. ubi maius est periculum, de elect. lib. 6. quia lox superioris per in inferiorem tolli non potest, ut iuribus superius allegatis, & l. fi. C. de leg. Dicit gl. Io. And. in d. c. ne Romani, Et hoc maxime, cum iste inferior ab isto superiore recipit ptātē, vt in casu nostro, cętus Cardinalium a papa, per quod idē vr̄ de Concilio, supra eo. tit. significasti. 9. q. 3. cuncta per mūdum, hæc glo, & subdit super verbo, tolli, licet iuuari possit per pęnæ adiectionem, ut no. idem. Ioan. Andre. in capit. fin. extra de offic. Archiepisc. & in uerbo, non potest, dicit, hoc fatebatur Host. supra eo. c. licet. dicens quod Cardinales illi constitutioni renunciare expresse non poterant. Et in verbo, nō cōsonam, dicit, & breuiter respond. ad quāplures ex rationib.
Ho-

Hostiens. qui tamen excusabilis est, quia non uidit dectet. vbi periculum. Ad id quod dicit. non esse uerisimile filiū Dei uoluisse mortuo papa gregem fidelium esse sine pastore, vel **40** Ecclesiam sine sponso, rñdetur, † quod spōsus & rector & pastor est Christus & caput Ecclesiæ, quæ est ipsius corpus, primum patet 77. dist. ieiunium. 2. in fi. secundum patet 89. dist. c. 1. circa med. Tertium patet de sacra unct. c. uno. versi. sed vbi. & 3. q. 4. c. fi. licet ergo deficiat vicarius, non deficiet principalis Vicariatus, qui solum Petro & successoribus Apostolicis datus fuit. Et subdit, absurditas autē opinionis apparet, quia ſm eam non esset necessarium Papam eligi, ex quo cœtus Cardinaliū Christi Vicariam habet. Itē nec esset hoc expediens, quod cuique patet. & facit de conces. præben. diuersitatem, in princ. & in decisa. Bern. hæc Io. And. qui vt ex precedētibus patet, sentit expresse quod etiam sede uacāte Cōciliū non possit legē condere supra papam, sed papa tollere pōt constitutiones Concilii ēt editas auctoritate papæ, vel **41** eius legati. Sexto † hoc tenet etiā Archid. in d. c. sicut sancti Euangelii. & in c. 1. de constit. lib. 6. hoc ēt Bal. in l. humanū, C. de ll. & Inno. in c. præalleg. ex parte, de capel. monach. qui plus ibi dicit, videlicet ꝙ nō sit necesse in priuilegio vel alia derogatione papæ facere specialem mentionem de cōcilio quamquam Archid. in d. c. 1. de constit. lib. 6. dicat, ꝙ debet fieri mentio specialis. ꝙ ēt Innoc. tenet. & Ioā. And. in d. c. significasti, ad hæc accedit auctoritas B. Tho. 2. 2. q. 4. artic. 1. qui dicit quod sicut in naturalib. superiora mouēt inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitus, sic oportet in rebus humanis, quod superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus collatæ. Septimo quia munus potestatis clauium, ita ad omnium Apostolorum officium voluit Dominus pertinere. vt beatissio Petro Apostolorum omniū summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodā capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet. 19. dis. ita Dominus. verba sunt Leon. papæ. Octauo, quia beatus Gregorius dixit. 19. dist. nulli fas est, vel velle vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta & infra, sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis, & ĵ. sitque alienus a diuinis & Pontificalibus officiis, qui præceptis noluerit obtemperare Apostolicis. vbi dicit gl. in verbo, pstratus, hic vr̄ quod omnis qui non obedit statutis Romanæ Ecclesiæ, sit hæreticus. Sed intelligas, quod hic dicitur, quod q dicit Romanā Ecclesiam non esse caput, nec posse condere canonem, ille est hęreticus. 22. dist. c. 1. 25. q. 1. violatores canonum. 25. q. 2. si quis dogmata. ubi Nicolaus Papa anathematizat contemnentes decrera sedis Apostolicæ, quamquā glo. in uer. anathema sit, dicat, 1. fiat. allegar 25. q. 1. c. generali. Ibi dicit glo. nam hæc uerba, sit & fiat, respiciunt qñq; futurum tempus, vt ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. deinde. Sed certe differentia notanda est inter sit, vel fit, & fiat. nam sit, respicit communiter præsens tempus. Et ideo tunc dr̄ canon **42** late sententiæ, † de quo parum habetur in c. licet canon, de elect. lib. 6. in gl. no. ꝙ melius habetur 11. q. 3. nemo. §. euidēter. & c. debent. & in c. cum ab Ecclesiarum, extra de offic. ordin. & in c. si quis clericus extra de uita & honest. cler. & ibi plene notaui. dicit. n. ibi Gl. si quis clericus comam relaxauerit, anathema sit. quod c. sumptum fuit ex 23. dist. siquis **43** ex clericis. vbi dicit gl. sic vr̄ † quod omnis apostata sit ex cōmunicatus, vt extra de apost. c. 1. & infamis est. 3. q. 4. siquis a suo. 6. q. 1. infames, quod non concedo. & ex pone sit, 1. fiat, **44** † nam & monachus in apostasia potest recipere ordinem, vt extra de temp. ord. c. ex parte. & Innoc. dicit, admoneri dēt priusquam suspendetur, extra de sent. excom sacro. sic ēt intelligitur glo. in d. c. si quis clericus. Tu dic quod omnib. cōstitutionib. suum tp̄s est, ut dicit Seneca ad Lucil. epist. 121. aliter dr̄, distingue tp̄a, & concordabis scripturas. 2. qō. 1. si peccauerit. & ex tp̄e loco & persona iura conueniunt. 29. di. c. primo 2. & 3. 35. q. 3. quod scripsi. & 23. q. 4. si autem Ecclesia, ibi, omnia suis conuenire temporibus. & Salomon dicit Eccl. 3. omnia tēpus habēt & suis spatijs transeunt vniuersa sub sole & infra, cuncta fecit bona in tempore suo. nam tēpore Manichæorum hæreticorū aliqua statura fuerunt quæ modo vacant, quia cessante causa cessat effectus, vt si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, & non potius debitū honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis uenerentur quod fideles sunt, anathema sint. Quare hoc statutum fuit cum Dominus dixerit Matth. 10. Nolite arbitrari quia uenerim pacem mittere, in terra, non veni pacē mittere, sed gladium, veni enim separare filium aduersus patrem suū & filiā aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrū suā, & inimici hominis domestici eius. & Matth. 19. dixit, & oīs qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, & infra, vitam æternam possidebit. Respondeo, qa prę-

dicti hæretici tam stricte hoc intelligere uolebant, ꝙ auertebant filios ab honore parentum, ut eorū sequerentur errores detestabantur nanque coniugia generaliter, cū tamen Christus approbasset primo suo miraculo de aqua in vinum conuersa. Ioan. secundo. & Matth. 19. dixit, quos Deus coniunxit, homo non separet. Propter hanc hæresim, ēt statutum fuit in eodem Concilio, s. Grangrensi, quod mulier, quæ comam sibi amputauerit. anathema sit. Et mulier virū relinquens, anathema sit. Et profitens virginitatem abominando cōiugia, anathema sit. Et mulier vtens veste viri, anathema sit. & qui die dominico ieiunauerit, anathema sit, qui communia ieiunia cōtemnit, anathema sit, & q solēnitates martirum, & aliorum sanctorum. vel oblationes cōtemnit, anathema sit, Et qui contemnit Ecclesiæ conuentū, anathema sit, Et qui consecrationes Ecclesiarū spernit anathema sit. Etsiquis asserit ꝯiugatos fideles non posse saluari, anathema sit, Et siquis damnat mādacātes carnes cum sanguine & idolo imolatam, anathema sit. Et qui filios negligēdos putauerit sub occasione ꝯtinētiæ, anathema sit. Siqs detestat̄ utentes veste cōi, s. secundum consuetudinem regionum, anathema sit. Prędictæ aūt censuræ rationabiliter durauerunt tempore illarum hæresum, nūc tamen uacant cessante heresi, nam ut dicit Innoc. III. extra de cōsang. & affin. non dēt reprehensibile iudicari, si secundum varietatem tēporum statuta quandoque uarientur humana, pręsertim cū urgens necessitas, uel euidens utilitas id exposcit. oportet igitur attendere subiectam materiam vel causam, & intentionem statuētis, nam licet regulariter, anathema sit, non intelligatur ipso iure excōmunicatus, attamen dicēdo per verbū pręsentis tēporis, anathematizamus vel excommunicamus, uel excommunicatus sit, intelligitur excommunicatus, ipso facto, ut in c. a nobis, el primo, extra de sent. excommuni. & in c. excommunicamus & anathematizamus, extra de heretic. ubi duo sunt c. sic incipientia. Anathema siquidē idē est quod separatio, quia a corpore Christi. & sanguine & ab ingressu Ecclesię separat. 11. q. 3. ad mēsam. §. euidenter. vers. iuxta etymologiā vocabuli. sumitur tamen pro ęterne mortis damnatione. 11. q. 3. nemo Episcoporū. Et sic aliqñ sumitur p solenni excōmunicatione, ut in d. c. cū ab Ecclesiarū. de qua solennitate habetur in d. c. nemo, & in c. debēt, in c. siquis suadente, de pœnis. in Clem. Aliqñ ēt sumitur pro suspensione. 1. q. 1. reprobatur, & c. quicunque. Aliqñ sumitur pro minori excommunicatione, ut in c. Engeldrudam. 3. q. 4. de hoc uocabulo cōminatur Apost. ad Galat. 1. c. bis repetens, anathema sit. dicit etenim, sed licet nos aut Angelus de cęlo euangelizaret uobis pręterquam quod euangelizauimus uobis, sicut pdixi, anathema sit. & nūc iterū dico, siquis uobis euāgelizauerit pręter id quod accepistis, anathema sit. ubi glos. sumit p excōmunicatione. Et subdit, hoc uerbū p maledicto ponit, & uulgo dr̄ deuitatio. Vnde & anathematizauit illum locū, & ciuitates eius, & uocatū est nomē loci illius anathema, quod in Gręca lingua dr̄ apotu anathane. i. sursum ponere, s. in templo, &c. Et primo Corin. ult. dicit Apostolus. siquis non amat, &c. dicit glos. anathema interpretat̄ cōdemnatus vel separatus. 1. Corinth. ult. dicens, siquis nō amat Dominū nostrū Iesum Christum, sit anathema maranatha, quod Hieronymus dicit esse vocabulū Syrū, & interpretatur aduentus Domini. Vñ refertur in c. Guilisarius, 23. q. 4. sed in Decreto, quo utor, incipit c. Crisarius. ubi Siluester papa anathematizauit eos, qui eū miserunt in exilium, & vna cū illis Apostolica auctoritate statuit nullum unq̄ taliter decipiendū. subdens, & si aliquis deinceps ullum unquam Episcoporum taliter deceperit, anathema maranatha fieret in conspectu Dei & sanctorum Angelorum. ubi glos. dicit. i. usq; ad aduentum Domini sit excommunicatus, supple nisi pœniteat. sic 27. q. 1. de uiduis. ibi, tandiu vtręque habeantur a communione suspensę quousq, quod illicite perpetrauerunt emendēt, uel si emendare neglexerint a communione, uel omnium Christianorum conuiuio perpetuo sint sequestratę. loquitur de mulieribus solutis, quę habitum religionis in proprijs domib. susceperunt, solennizando uotū, iuxta not. in c. insinuāte, extra qui cler. uel uouent. q̄ si postea matrimonio se coniungant, excōmunicatę sunt, nec debēt absolui, nisi prius cū effectu separentur abinuicem, ut in d. c. de uiduis, & in c. eos qui, de consang. & affinit. in Clem. facit quod not. in c. ex literis, extra de constit. 24. q. 3. certum. 26. q. 2. §. 1. de consec. dist. 2. ego Berengarius. extra de sent. excōi. si quem. 17. q. 4. siquis suadente diabolo & satis dixi in Tract. de excommunicat. Nono hoc idē probatur per venerabilem Bedam super Apocalip. 2. c. relatum per Gratianum 9. q. 3. §. itē Beda, dicētem, **45** † sola. n. Romana Ecclesia sua auctoritate ualet iudicare de oībus, de ea uero nulli iudicare pmittitur. Vñ Nicol. papa ibi dē dicit, Patet pfecto sedis Apostolicę (cuius auctoritate maius non est iudicium a nemine fore retractandū, nec cuiq̄ de

eius liceat iudicare iudicio.vbi gl.in verbo iudicare,dicit,nã talis crimen sacrilegij incurrit.17.q.4.qui autem.Sed melius allegasset.§.committunt.ibi,aut qui de principali iudicio disputãt.Et inf.subditur,de iudicio summi pontificis alicui disputare non licet.ibi ẽt subiungitur Decretum Nicolai papę dicẽtis in c.nemini de sedis Apostolicæ iudicio iudicare,aut illius sententiam retractare permissum est,videlicet propter Ro.Ecclesiæ primatum Christi munere in beato Petro Apostolo diuinitus collatũ. Decimo hoc idem patet per Decret. Inno.in eod.c.patet,dicentis omnib. Episcopis per Thessaliã constitutis,nemo vnquam Apostolico culmini,de cuius iudicio non licet retractari, manus obuias audacter intulit,nemo in hoc rebellis extitit nisi qui de se voluit iudicari.ubi gl. in verbo,intulit,dicit,qui manus intulit præposito,vel q cõtumax est erga ducem, vel præsidem,capite punitur.ff.de re milit.l.omne,§.1.& 2. nam irreuerens miles & contumeliã faciens parenti,morte punitur. 86.dist. in singulis. Sed melius allegasset. c.cęterum.ubi referuntur uerba Ambrosij de officijs,dicentis.Cæterum traditio Dei est,ut prius pascas parentes, nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur,quãto magis fames,quæ multo grauior est. Et idem ibidem,pasce fame morientem,si non paueris occidisti.Melius tamen seruit nostro proposito lex diuinitus promulgata per Moysen dicentem Deuteron.17.c. Qui autẽ superbierit,nolens obedire sacerdotis imperio,qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille,& auferes malum ex Israel,cunctusq.populus audiens timebit,vt nullus deinceps intumescat superbia. Quæ uerba eleganter adduxit Inno.III scribens nobili uiro Guilielmo de Montepessulano,in c.per venerabilem, §.responsionibus,extra qui fil.sint legit.ubi peroptime dicta auctoritas declaratur, & supra adduxi in secunda parte 2. par.princ. ubi quæsiui super quos extendatur auctoritas papę,arg.16.ad fi.locus enim quem elegit Dominus,apostolica sedes esse cognoscitur,dicit Inno.ubi supra, declarans etiam papam esse sacerdotem constitutum a Deo iudicem uiuorum, & mortuorum.vide ibi. Vndecimo probatur per auctoritatem Gelasij Papæ sancti dicentis in d.c.patet, 46 †nec de iudicio Ro.ecclesiæ canones unquam præceperunt iudicari,sententiamq. illius constituerunt nõ oportere dissolui,cuius potius decreta sequenda mandauerunt, Similis sententia continetur in d.c.quamuis.21.dist.& 22.dist.c.1.incipit,omnes. & ibi patet ꝙ qui priuilegium Ro.ecclesiæ ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur,hic proculdubio in hæresim labitur & hæreticus est dicendus, fidem quippe uiolat, qui aduersus illam agit,quæ est mater fidei, & illi cõtumax inuenitur,qui eam cunctis ecclesiis prætulisse cognoscitur,& allegatur Ambrosius.Duodecimo probatur per Innoc papam dicẽtem 9.q.3.nemo iudicabit,primam sedem. iustitiam temperare desiderãs,nec enim ab Augusto, nec ab omni clero,nec a Regib.nec a populo iudex iudicabitur. Simile ibidem dicit Symmachus papa immediate sequẽs,aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari, at sedis istius præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio.uoluit beati Petri Apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam,& subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere conscientiam.nolite extimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus præ cæteris suo reseruauit examini.dicit gl.super uerbo,formidinem,imo sine uenia puniri debet sicut diabolus,qui maximus comparatione aliorum creatus est.de pœni.dist.2.principium.hoc est dicere quod cũ ipse papa sit maior omnibus, grauius punietur coram Deo,si peccat. Vnde Sapient.6. scribitur, Iudiciũ durissimum his,qui præs.fiet.& infra,potentes autem potenter tormenta patientur.Et infra,fortioribus autem fortior instat cruciatio.habet ergo Papa suum iudicem, apud quẽ nullum potest esse subterfugium,nec magna præualebit dignitas uel potestas.Vnde sequitur in eo.c.aliorum, non apud illum habet reus de allegationis nitore subsidium,quando ipsorum factorum utitur eo teste, quo iudice. Decimotertio probatur per gl.in d.c.nemo,9.q.3.super uer. neque ab omni clero.ubi gl.dicit, argumentum quod Concilium non potest papam iudicare,ut extra de electione.significasti. Vnde si totus mundus sentiat in aliquo negocio contra papam, uidetur quod sententiæ papæ standum esset. vigesimaquarta quæstione prima.hæc est fides.argumentum contra, quia orbis maior est urbe.93.distinctione.legimus. hæc glo. quæ tamen quamquam uideatur non firmare pedes, dum arguit pro & contra,nec tamen soluit,dicendum est pro contrariorum solutione, quod etiam per alia iura patet, Concilium non posse papam iudicare. uigesimaprima distinctio. nunc autem. ubi Marcellinus Episcopus urbis Romæ, tempore Diocletiani & Maximiani Romanorum Augustorum,adeo compulsus fertur a paganis, ut templum eorum ingressus grana thuris super prunas imponeret, cuius rei gratia collecto vniuersorũ Concilio Episcoporũ, & inquisitione facta,hoc idem pontifex se egisse confessus, est,nullus tñ eorum proferre sñiam in eum ausus est, dum ei sæpissime omnes dicerent,tuo ore iudica causam tuam,non nostro iudicio.& iterum,Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam.Et rursum,qm̃ ex te inquiunt, iustificaberis,aut ex ore tuo condemnaberis.Iterum dñt,prima sedes nõ iudicabitur a quoquam.ubi glo.dicit quod Marcellinus deposuit semetipsum, & ueniens coram Diocletiano, confessus est se Christianum esse, & insignis est martir effectus.Et in fi.dicit, 47 †Item obiicitur,quare isti Episcopi non deposuerunt ipsum papam, cum esset confessus de hæresi.40.dist.si papa.dicit Hug.quod paratus erat corrigi, licet enim papa sit hæreticus,vel alius, si tñ paratus est corrigi,non deponit.14.q.3.dixit Apostolus,vel ideo non debebant ipsum deponere,quia coactus fecit,hæc est cauda gl.ex qua expresse colligitur quod præter casum hæresis,papa nunquam subesse debet Concilio,ut in prædicto c.si papa.de qua inf. amplius protendere intendo fideliter & deuote.hoc etiam no. Host.in c.proposuit,de concess.præb. dicens.quod ẽt procedendo secundum monitionem euangelicam, Ecclesia non potest iudicare papam. Ad illud autem ꝙ dixit Hirony.orbẽ maiorem urbe.Respondeo,hoc intelligendum quo ad dimẽsitatem,non aũt quo ad Pontificalem auctoritatem,na cum in tot suis apostilis Hieron. Damaso papæ scripserit,se firmiter tenere, neminem extra suam obedientiam posse saluari,quõ putandũ est suæ frequentissimæ protestationis immemorem extitisse & ɔ̃rium intulisse,qui hoc credunt,meo iudicio,de Hieronymo male sentiunt,sed non ego.ipse igitur hæresum extirpator se defendat,qui semper fuit posse tenus veritatis amicus,cultor atq; defensor,ut sum in ꝓemio huius operis exorsus.scribens.n.ad Eugenium presbiterum de præeminentia sacerdotii ad diaconum, retundens supercilia superbientis diaconi volẽtis se ꝑferre presbiteris ex cõsuetudine vrbis Romę dicit.Orbis maior est vrbe.Et ĩ.Quid mihi ꝓfers vnius vrbis consuetudinem, nam ex eo ꝙ in Romana Curia diaconi Cardinales,ne contemni videãtur,prępo nunt oĩb.Cardinalib. talis consuetudo non est ad exẽplũ trahenda in ɔ̃nam ad alias Ecclesias,sed magis sequenda est consuetudo gñalis,vt dicit glo.in d.c. legimus.in verbo,maior.allegat 12.dist.nouit.40.dist.nos qui.& non loca.subdẽs, & est hic argm̃ ꝙ statutũ Cõcilii præiudicat statuto papæ,si 48 ɔ̃dicat,vt dixi 9.q.3.nemo.†Tu dic ꝙ hoc debilissimũ argm̃ soluit alia gl.in eo.c.legimus.in verbo, vrbis consuetudinẽ, dicens,s.dist.10,quis nesciat,contra.& c.nolite,ɔ̃.sed ibi de ea consuetudine agitur,quam Romana seruat Ecclesia & alijs mandat seruandã.hic vero de ea,quam sola seruat,nec uult ab aliis seruari. Vñ & ibi dr̃ ꝙ Romanam Ecclesiã videat se qui & docere,nã Iulius papa in prædicto c.nolite,dicit.Nolite,fratres mei errare, doctrinis variis & extraneis nolite abduci,& instituta Apostolorũ & apostolicorum virorũ.Canonesq; habeatis,& his fruimini,ut his freti ɔ̃ cuncta inimicorum iacula persistere valeatis.Satis.n. indignũ est quemquã vel pontificum,vel ordinũ subsequentiũ hãc regulã refutare, quam beati Petri sedẽ & sequi viderit & docere multũ conuenit,ut totũ corpus Ecclesiæ in hac sibi obseruatione concordet,quæ talem auctoritatem habet, ubi Deus Ecclesiæ totius posuit primatum. ubi glos.in uerbo docere, dicit, patet hic quod non semper consuetudinem Romanæ Ecclesię tenemur sequi, nisi ipsa præcipiat eam seruandam, ut infra eo.c.vlt.multa enim seruat Romana Ecclesia, quæ aliæ non seruant.31.dist.aliter.& de consecr.dist.4.de Trina.& dist.1.de Christianis.hæc glo & in d.c.vlt.11.dist.dicit Inno papa,Quis nesciat, aut non aduertat id, quod a Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est,ac nunc vsque custoditur ab omnib.debere seruari,nec superduci, aut introduci aliquid,quod auctoritatem debeat aliunde accipere,uel exemplum,præsertim cum sit manifestum in omnẽ Italiam,Gallias,Hispanias,& Africam atque Siciliam insulasque interiacentes,nullũ instituisse Ecclesias,nisi eos quos venerabilis Pet.Apostolus,aut successores eius constituerũt 49 sacerdotes.†legant.autem si in his prouinciis alius Apostolus inuenitur aut legitur docuisse.quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos sequi quod Ecclesia Romana custodit,a qua principium eos accepisse non dubium est, nedum peregrinis sermonibus student,caput institutionum videãtur amittere.dicit.n.hoc insinuare intendens, quod in his prouinciis Pet. primus Christi Vicarius fidem catholicã docuit,& docesi mãdauit.vnde dicit gl.in verbo,Petrus Apostolus, 50 †qđ Petrus Paulo contulit licentiã prædicandi auctoritate Dñi dicentis,segregate mihi Paulum & Barnabã. 75. dist.quod die Dominico, verba aũt hęc habentur Act.13.sed non exprimitur ibi,quod Petrus dederit Paulo licẽtiã prædi-

candi, sed bene est verisimile quod tunc Petrus esset cũ alijs Apostolis, quando spiritussanctus dixit, separate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod assumpsi eos, tunc ieiunantes,& orantes imponentesq; manus eis dimiserunt illos, & ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt Seleutiam,per prius aũt Paulus fatetur se euangelizasse antequam videret Petrum,dicens ad Galat.1. Cum aũt placuit ei,qui me segregauit de vtero matris meæ & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gẽtibus,continuo non acquieui carni & sanguini, nec veni Ierosolimam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam,& iterum inde reuersus sum Damascum, Denuo post annos tres veni Ierosolimam videre Petrum,& mansi apud eum dieb.xv.&c. Et Luc.scribit actu.9. quod Saulus visum recepit & baptizatus, cum sumpsisset cibum cõfortatus est, & continuo ingressus in sinagogas prædicabat Iesum. Ecce 51 quod prius quam Petrũ videret prædicauit,†sed nulli dubiũ esse debet, quod Paulus & reuerentiam & obedientiam Petro exhibebat. vnde ĩ eorũ historia scribit disertissimus Leo, & Marcellus,quod cum Simon Magus per aera a demonib. ferretur, dixit Paulus ad Petrum, meum est orare, tuum est imperare. Petrus aũt dixit ad Paulum, erige caput & vide. Cumque eleuasset caput,& vidisset Simonem volantẽ dixit Paulus ad Petrum. Petre,quid cessas? perfice quod cœpisti, iam.n.vocat nos Deus.tunc Petrus ait,adiuro vos Angeli Satanæ,qui eum in aera fertis per Dñm N.Iesum Christum,vt ipsum amplius non ferratis,sed corruere dimittatis, & continuo dimissus corruit,& confractus ceruicibus expirauit. Ecce quanta fuit Petri potestas.simile legitur, Act.5. de Anania & Sapphira vxore sua, qui iussu Petri ad pedes eius expirarunt,& ad vmbram Petri sanabantur infirmi, ibid.ergo &c. de hoc satis dixi supra in 2.par.2.par.prin.arg.19. probãs Papam potestatẽ hr̃e super vniuersam ecclesiam.Decimoquarto probatur per omnia iura dicentia papam esse sponsum ecclesiæ,rectorem,pastorem,vel caput.7.q.1. sicut vxor.3.q.6. dudum.de elec.c.statutum.& c.constitutio.& c.fundamẽta. §.1.li.6.extra de elec.significasti.21.dist.quamuis. & c.in nouo testõ,ext.de præscr.cum non deceat.50.dist.hi qui.& c.cõsiderandum.2.qõ.7.Petrus.de hæret.c.ad nostrum. in cle.per Io.And.dicentem quod sicut in ecclesia triumphãte est unũ caput supremum,s.Christus, ita in ecclesia militante vnum est supremum caput.s.papa. 50.dis.fidelior.Dicit Ambrosius quod Petrus tanquam bonus pastor tuendum gregem accepit postquam fidẽ perdidisse defleuerat, quodq. ipse Petrus pastor factus erat,vt cęteros fidei stabilitate fundaret.& in c. beati.2.q.7.ubi dr̃ quod meritis Apostolorum Petri & Pauli ecclesia Ro. principatum & caput obtinuit nationum. & 12.dist.c.non decet.ubi dicitur, sicut filius venit facere volũtatem patris,sic & vos voluntatem implete vestræ matris, q̃ est ecclesia,cuius caput Romana existit ecclesia. & ead.dist. præceptum,dicitur Romana ecclesia caput cæterarum.quis igitur non miretur in aspectu venenosorum oculorum basiliscorũ, qui ad omnes nostras veridicas allegationes toruo aspicientes intuitu, vno tantum putant collirio oẽs eorum oculorum maculas abstergere, respondendo, cõtinuo ad miserorum refugium gressu concito recurrentes, & asserentes quod Petrus a Christo potestatem accepit super singularia membra,non aũt super vniuersalem Ecclesiam. Cupio dissolui & esse cum Christo, vt ab eius ore sanctissimo percipere queam, si super membra vnita est capite uel diuisa. Si dicas super vnita,ergo super uniuersum corpus politicum, de quo dicit Apostolus ad Ephes.4.vnum corpus & unus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. 52 †Si dicas, super diuisa ergo super te,scismatice,qui te ab vnitate corporis rescidisti,ex quo dictus es scismaticus a scissura animorum,tenentium medium,in quo consistit uirtus.ut in 2.Ethico.Ticon.n.Græce,Latine medium sonat,Ticos vero murus. Vñ scismaticus, quasi scissus anima ab unitate fidelium. ad qđ, 24.q.1.scisma.& 24.qõ.3.inter hæresim & scisma.extremum equidem extra murum fidei firmitatis niteris defensare, sed destruet Deus inimicum & defensorem. Si dicas tam super vnita, quam super diuisa, super vnita ut seruet, super diuisa, ut reintegret & errantes oues reuocet & reducat ad caulam ne pereant, mecũ sentis. & hoc cum Psal.debes orare, dicẽs, Erraui sicut ouis,quæ perijt.quære seruum tuum,quia mandata tua non sum oblitus. hinc dictum puto a Domino, Simon Ioannis amas me? & inf.pasce oues meas. Ioã.vlt.ergo institutus est pastor bonus,qui animam suam posuit pro ouibus suis, vestigia sequens institutionis eiusdem. Cui etiã dixit Dominus post prædicta,sequere me, significans qua morte clarificaturus esset Deum, Ioan.ult. Hinc etiam pro errantium reductione dixit Ioann. decimo. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ouile & unus pastor. Hinc dixit beatus Cyprianus.7.q.1.Nouatianus.Cum sit a Christo vna ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa. Item episcopatus unus multorum episcoporum cõcordi numerositate diffusus, iste post Dei traditionẽ, post connexam, & vbiq; coniunctam catholicæ Ecclesię vnitatem,humanam conatur Ecclesiam facere. Et per plurimas ciuitates nouos suos Apostolos mittit, vt quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat. Hæc refert Nicol. Papa ad detestationem Nouatiani,qui hæresim tex uit,vt patet.24.q.3.c.fi. §.Nouatiani.uolens inuadere & occupare cathedram Cornelii sicut nec Amedeus cathedram Eugenij. Vnde subditur in pręd*i*cto ca. Nouatianus Cũq; iampridem per omnes prouincias & per vrbes singulas ordinati sint ẽpi in ętate antiqui,in fide integri,in pressura,probati,ĩ persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudo Ẽpos audet quasi possit aut totum orbẽ noui conatus obstinatione peragrare, aut Ecclesiastici ordinis compagẽ discordiæ suæ seminatione rescindere, nesciens scismaticos semper inter vitia feruere,incrementa uero habere non posse,nec augere quod illicite cæperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere.Et infra,qui ergo nec vnitatem spiritus,nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesiæ vinculo atq; a sacerdotũ collegio separat,Ẽpi nec potestatẽ habere potest, nec honorem. de ꝑdicto Nouatiano clarius scribit gl.24.q.1. Cyprianus. in uer. didicimus.n.oĩno hr̃ticos & scismaticos nihil habere potestatis, ꝑꝑ ꝙ Nouatianus nec debet,nec põt excipi.dicit gl. nã cũ Cornelius canonice eẽt electus ĩ papã, Nouatianus per schismaticos volebat eligi, quẽ Cyprianus reprobans inter aduersarios & antichristos cõputat subdẽs, Ecclesia una est, quæ una & intus & foris esse nõ potest.Si.n. apud Nouatianum est, apud Cornelium nõ sit, si vero apud Cornelium sit,qui Fabiano Ẽpo legitima ordinatione successit,& quem post sacerdotii honorem, martirio quoq; Deus 53 glorificauit,†Nouatianus in Ecclesia non est, nec Ẽps computari põt,qui euangelica & apostolica traditione contempta nemini succedens, a se ipso ortus est. Paria de Amedeo dici pñt,nam regnum non capit duos ex 11. Metaphis. Dic mihi,queso,qui conaris ostendere Petrum non suscepisse auctoritatem super vl̃em Ecclesiam,cuius uox illa fuit, quæ dixit, super hanc petram ędificabo ecclesiam meã. Matth.16. de particularibus forte membris hæc Christus expressit, an de vl̃i corpore mistico; Et Apostolus ad Ro.12.de quo corpore loquitur dicens, sicut.n. in uno corpore multa mẽbra habemus, oĩa aũt membra non eundem actũ habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius membra in Christo Iesu, habentes donationes s̃m gratiam, quæ data est nobis differentes, &c.Et 1.ad Corin.12.de quo corpore loquitur cum dicit, sicut.n. vnum corpus est,& mẽbra habet multa, omnia autem corporis membra cum sint multa, unum corpus sunt.ita & Christus, etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudęi siue Gentiles, siue serui, siue liberi & omnes vno spiritu potati sumus, nam & corpus non est vnum membrum, sed multa, si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore.num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quia non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est corpore? si totum corpus oculus, vbi est auditus? si totum auditus, vbi odoratus, nec autem posuit Deus membra vnumquodq; eorũ in corpe, sicut uoluit, quod si essent oĩa vnum membrũ, vbi corpus, nec aũt multa quidem mẽbra unum autem corpus, non potest aũt dicere oculus manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedib.non estis mihi necessarij, sed multo magis quæ uidentur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt, & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra abundantiorẽ honestatẽ habent.honesta aũt nostra nullius egẽt, sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuẽdo honorem, ut non sit schisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint membra, & si quid patitur vnum mẽbrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrũ, & congaudent omnia membra, vos aũt estis corpus Christi, & membra de membro, & quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primum Apostolos, secundo prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, ganera linguarũ, interpretationem sermonum, nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes prophetę, nunquid oẽs Doctores, dicamus & nos hodie, nunquid oẽs possunt simul esse papæ, nũquid oẽs sunt Cardinales? nũquid omnes Patriarchæ, nũquid omnes Metropolitani? nunquid omnes Archiepiscopi, nunquid omnes Episcopi? nunquid omnes electores imperii? nunquid omnes Maguntini? nunquid omnes Colonienses, nunquid omnes Treuerenses? Aemulamini charismata

meliora. nunquid sponsa congrue super sponsum, nunquid grex super pastorem, nunquid pedes & cetera membra super caput, absit hanc rem facere vt inferamus crimen glorię vestræ. 1. Machab. 9. sit caput supra, at mēbra sint infra. Hinc dicit gl. ad Ro. 12. ecce humani corporis exemplo docet nō posse nos singulos habere omnia, ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere, quia īnuicem officiis nostris indigemus, & 1. ad Cor. 12 dicit gl. Aug. in uersi. diuidens singulis prout uult, sicut qui Deus est qui solus nouit quę conueniūt & gratis dat nō ad meritum. vnde nec minori est dolēdum maiori dono alterius, idest nec maiori est superbiendum cōtra minorem. & in ver. ita & Christus. dicit Glo. Augustini, 54 †ita & omnes fideles sunt Christus, vt non dicā corpus Christi, quia ipse Christus sunt tam minores quam maiores. Caput enim & corpus dr̄ Christus. ipse ineffabilem vnitatē seruat capitis & membrorum, & in sequenti glo. scribitur, ostēdit quomodo corpus Christi unū sit idest, quomodo omnes fideles unum sint. quasi pro hoc unum sumus. & infra, unū corpus dicit glo. Augustini. idest simus vnanimes per illum unum spiritum vt totum corpus hominis una anima uegetatur. Ita enim spiritus sanctus facit omnia in membris corporis Christi, sicut vna anima videt in oculo, audit in aure & in cæteris omnibus omnia facit, & etiā per hoc simus unū corpus & in verbo, nam & corpus, dicit gl. Ambrosi. ostendit per similitudinem humani corporis unitatem corporis Christi. i. Ecclesię habere uarietatem officiorum & diuersitatem hanc non tollere unitate, sicut humani corporis unitas, nec in singularitate consistit, sed in multis membris ut inuicem sibi prestent quod debent, unde omnes fideles sunt unū corpus. & infra in verbo, æmulamini, dicit exēplo humani corporis spirituale corpus insinuauit. mirandum est igitur & super mirandum de dicētibus quod ex quo Christus est caput ecclesiæ, ponere papam pro capite ecclesię, monstrum esset. Hęc est n. iudęorum perfidia, quia more carnalis paternitatis & filiationis diuinam paternitatem & filiationem capere nequeunt, cum certum sit quod paternitas in Deo nec est carnalis, nec filiatio, sed spiritualis, quia Deus spiritus est, Io. 4. Vnde iterum ad Roma. 12. dicit glo. Augustini in verbo, & unicuiq;. sicut Deus diuisit mensuram fidei. i. secundum fidem. & infra, Christo aūt qui est Dei filius non ad mēsuram datus est spiritus. quia in illo habitat omnis plenitudo diuinitatis, nec. n. sine gratia spiritus sācti est mediator Dei & ho-55 minum homo Christus Iesus † qui enim unigenitus filius est æqualis patri, non est gratiæ, sed naturę. quod aūt in unitatē personę unigeniti assumptus est homo, gratiæ est non naturæ. Cæteris autem omnibus ad mensuram datur, & datus additur, donec unicuique pro modo suę perfectionis propria mensura compleatur. sic ergo dicimus de papa, qui uocatus est in plenitudinem potestatis, cęteri uero episcopi in partē sollicitudinis. 2. q. 6 decreto nostro, & c. qui se scit. dicit enim beatus Io. Cris. super illis uerbis Domini d. pasce oues meas, 56 Io. † vltimo. † quoniam Petrum orbis terrarū intronizat magistrum. & infra, quia igitur magna ei predixerat Dominus & orbem terrarum commiserat. & Theophil. dicit. ad orbis pontificatum & cunctorum fidelium prelaturam instituit. & Aug. dicit, sit amoris officium pascere Dominicum gregē. & Theophil. dicit, finito prandio commissionem ouiū mundi Petro commendat, non alii. & de his satis dixi supra. par. 1. in q. quando Petrus fuit institutus a Christo. Ex quib. omnib. supradictis patet, quod non solum urbis, sed orbis & totius mundi & omnium fidelium tam quo ad mēbra dispersa, q̄ quo ad vnita & inuicem cōgregata Petrus a Christo suscepit plenitudinem potestatis, cum cæteri episcopi a Petro & sic a papa Petri successore quocunq;, sollicitudinis partē capiant & impendant. Hinc & B. Maximus in epist. quā oriētalib. ordinauit inquit, vbiq; terrarū catholici veram fidem confitentes in Eccl. Ro. tanquam in Solem respiciunt, & ex ipsa lumen catholicę fidei recipiunt. & B. Cirillus ait in lib. Thesaurorum, itaque fratres mei si Christum imitamur vt ipsius oues, vocem eius audiamus, manentes in ecclesia Petri & non inflemur vento superbiæ, ne forte serpens tortuosus pp nostrā contemptionē nos eijciat sicut Euam de Paradiso Græci et in officio Apostolorum Petri & Pauli fatent & cantant Petrum Apostolorū principem, & Paulum præ cæteris laborantem, & nos cantamus, Gloriosi principes terrę. & in alia Aña, Petrus Apostolus & Paulus Doctor gentium 57 ipsi nos docuerunt legem tuā Dn̄e. † Nam Ro. pontifex non solum Petri sed ēt Pauli successor est. Petri quidem in plenitudinem potestatis, Pauli uero in plenitudinem legalitatis. nam sicut Petrus ligandi atque soluendi a Christo ptātē habuit, ita Paulus scientiæ plenitudinē. Vnde dicebat 1. ad Corin. 11. Ego. n. accepi a Dn̄o quod & tradidi vobis, qm̄ Dominus Iesus in qua nocte tradebatur &c. & ad Gala. dicit, notū enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominē, neque enim ego ab homine accipi illud neque didici, sed per reuelationē Iesu Christi. Et quamuis omnes Apostoli claues ligandi atque soluendi a Dn̄o susceperint, nullus tamē aliquo tpe potestatis plenitudinem vendicauit, nisi is cui Dn̄s soli, s. Petro concessit, ut supra est clarissime demonstratum. igitur sicut illæ Ecclesiæ in quibus Petrus fuit principaliter, vt Anthiochiæ, vel aliquem vicarium suum misit, vt Alexandriam, beatum Marcum ob reuentiam & deuotionem beati Petri, speciale priuilegium & dignitatem nominis sunt peculiariter consequutæ, ut sint Patriarchatus nomen adeptę, quasi archa patrum. i. Princeps siue principalis. Constantinopolis aūt ciui-58 tas patriarcharum Primitus non habebat † sed Theodosius Imperator in secundo Concilio coegit centum quinquaginta patres inscio summo Romanorum pontifice vt Constantinopolitanam sedem sibi patriarchatus dignitate sublimarent, processu vero temporis Græcorum malitia subcrescente, & potētia inualescente, Patres q cōuenērat in quarto Cōcilio suasu principis Martialis quędam priuilegia Romanę sedi similia & hęc in ęcumenicos patriarchales, ꝙ sonat orbicularis siue vl̄is patriarcha, eidem Cōstantinopolitano ep̄o, indulserunt contradicentibus Apostolicę sedis legatis. fuit etiam differentia inter Constantinopolitanum & Alexandrinum, eo quod Alexandrinus in 1. 2. & 3. Concilio obtinuerat primum locum post Papam. sed Constantinopolitanus præualuit & occupauit locum Alexandrini cui primitus datus fuerat ob reuerentiam beati Marci discipuli beati Petri Apostoli, sed quia sine auctoritate Papę nihil se facere potuisse perceperūt, miserūt illi patres suos oratores ad beatū Leonē papā ut quæ instituerāt dignaret auctoritate Apostolica cōsumare. annuit summus pōtifex in oīb. præter sublimationē Cōstātinopolitanæ sedis. Vn̄ postmodum beatus Greg. dictus a Gręcis Gregorius dialogus, uehemēter repræhendit Ioannē epm Cōstātinopolitanum, qui se præsumpsit a Sinodo fraudulenter ul̄em papam facere nominari. Quis inquit, iste est, qui contra euangelica instituta, cōtra canonū decreta nouū sibi nomen usurpare pręsumit. Vtinā sit unus qui etiam appetit uniuer. circa hanc causam satis refertur 22. dist. per totū. & maxime in c. sancta Romana ecclīa. uers. prima ergo sedes. & c. de Cōstātinopolitana. & c. renouantes. 59 & in c. antiqua ext. de priui. † Ex iis ergo statutum fuit ut nec Romanus pontifex vocaretur vniuersalis. 99. di. vniuersalis. & c. nullus. & c. ecce. ubi glo. dicit cum tamen Romana Ecclesia nō sit vniuersa, sed sit de uniuersitate. & nihil allegat. intelligenda tamen est hæc gl. sano intellectu, vt Romana ecclesia caput uniuersitatis fidelium censeatur, vt in iuribus superius allegatis. & Dn̄s ad hūc sensum Petro dixit, tu vocaberis Cephas, quod Syrum vocabulum interpretatur Petrus s̄m verum Gręcum vocabulum Latine interpretatur caput ut innueret Petrum a Domino institutum caput omnium 60 Apostolorum. vt dicit papias, † nam licet proprie & principaliter caput totius Ecclesiæ triumphātis & militantis spirituali intelligentia sit Deus & homo Christus Iesus, attamen Ecclesiæ militantis repræsentatiuum, & Vicarium caput in terris est papa summus pontifex & sacerdos. Vnde s̄m qd̄ dicit Aug. sicut in singulis membris corporis est unus sensus cōis, sicut sensus tactus in capite non omnes sensus, sunt, ita omnes gratiæ superbundanter sunt in capite nostro Christo Iesu, cuius vice & nomine in suo principali vicario, sic est per ꝯn̄s omnis potestatis Domini plenitudo, Qui Matt. ultimo dixit, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra omnē ergo suam potestatem quo ad regimen totius Ecclesię Petro commisit principaliter & mandauit. Et sic in aliis singulis sanctis est aliquod gratuitum donum, qa diuisiones gratiarū sunt ut infra, diuidens singulis prout vult, vt dicit Apostolus. 1. ad Cor. 12. sic in singulis aliis Ep̄is est aliqua nō vl̄is sed particularis & distincta potestas, iuxta distinctionē diæcesum & iurisdictionū. Vnde beatus Thomas in sua apostilla super Io. 1. c. in verbo Cephas, dicit iuxta textum, ꝙ interpretat̄ Petrus & in Græco caput, & congruit misterio, vt ille qui debebat esse aliorum caput & Christi Vicarius firmitatem haberet. Matt. 16. Tu es Petrus & super hanc petram ædi-61 ficabo Ecclesiam meam. & subdit s̄m Chrisostomū, † quod nomina diuinitus imposita aliquando eminentiam gratiæ spiritualis designant, aliquando a natiuitate & quantum ex processu temporis, vt in Io. Baptista Luc. 2. in Abrahā Gen. 17. eodem modo & Petrus dictus est a Domino quantum ad eminētiam Apostolicę gratiæ sublimatus. hinc Augustinus dicit ꝙ si a principio fuisset vocatus Cephas, non apparuisset misterium secūdū mutationem nominis. misterium Ecclesiæ demonstratur quæ in confessione fidei Petri diuinitus reuelatæ fundanda erat, quasi dicat, quod sup illā ueritatē quā Petrus cognouit dicēs, tu es Xp̄s filius Dei uiui, fundata sit ecclesia Christi. hinc dixit apostolus 1. ad Cor. 3. fundamentum

aliud

aliud nemo ponere potest præter id quod positum est, quod Christus Iesus. Item Petrus dictus est a petra, de qua petra dicit Apost. 1. ad Cor. 10. bibebant aūt omnes de spirituali cōsequenti eos petra, petra autē erat Christus. vnde petra nō a Petro sed Petrus a Petra deriuat̄. de hoc satis dixi s̄. pte 1. q. 1. 62 videlicet, Quando Petrus fuit a Dn̄o institutus. † Nec tn̄ obstat quod dicunt nouelli scismatici, quod potestas data fuit a Christo omnibus Apostolis, quia licet oīb. data fuerit ptās clauium, tn̄ cum suo ordine, ut a Christo principaliter in Petrum & a Petro in cæteros condescendat, sicut vnguentum in capite, s. Christo, quod descendit in barbam Aaron, s. summi Pontificis, quod descendit in oram vestimenti eius. s. in omnes alios Episcopos & ab episcopis ī alios sacerdotes. hinc ēt dixit Dominus Petro confirma fratres tuos, Luc. 22. Hinc beatus Greg. ait 12. dist. Apostolicis præceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ a sancta R. Eccles. & Apostolica auct. iussa sunt salutifere impleantur, si eiusdem sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, cōionem habere desideratis. Scribit enim omnib. Episcopis subdens, Non nouū aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa quæ olim videntur indulta firmamus, cum nulli dubium sit, quod nō solum Pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput omnium ecclesiarū, debeat referri & inde normā sumere, vnde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omitti, cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, supra quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. si quis hæc Apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur. Ecce quam clarissime patet veritas talis nostræ sententiæ. Quintodecimo probatur adhuc. 24. q. 1. cū beatissimus. vbi beatus Leo Papa scribens Alexandrino dicit, cū beatissimus Petrus Apostolus a Domino acceperit principa-63 tum, & Romana ecclesia in eius permaneat institutis, † nefas est credere quod sanctus episcopus discipulus ipsius Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernauit aliis regulis & traditionibus sua decreta firmauerit, cum sine dubio de eodem fonte gratiæ unius spiritus & discipuli fuerint & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuit quam quod ab ordinatore suscepit. ergo per cōsequens a papa tanquam a principe totius Ecclesiæ omnis præstatur auctoritas in omnem ecclesiasticam regionem. Hinc & Marcellus papa uniuersis Episcopis per Antiochiam constitutis scripsit, ea. eau. & q. Rogamus vos dilectissimi, vt non aliud doceatis nec sentiatis quam quod a beato Petro Apostolo, & reliquis Apo-64 stolis & patribus accepistis. † ipse est. n. caput totius Ecclesię, cui ait Dominus, Tu es Petrus &c. cum. n. dicat Petrum, caput totius ecclesiæ, ergo uniuersalis Ecclesiæ, quia tota, bene cum vniuersa conuertitur. idem nanque iuris est in vno connexorum, quod in reliquo. 1. q. 3. si quis obiecerit. 3. qō. 6. hoc quippe. Hinc dicit gl. de pœnit. dist. 1. quantuslibet ergo mortui fætor sit. in verbo mortui, tangit de Lazaro & sorore eius Martha. sequitur in textu, aboletur omnis, scilicet fętor, ubi sacrum redoleuerat vnguentum. dicit gl. i. virtutes & bona opera, vel Christi miraculum vel gratia. Illud, de quo dicit euangelium quod fracto alabastro, id est Christo Lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum. i. vniuersalem Ecclesiam, de quo vnguento dicitur, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, scilicet Petrum, barbam Aaron. dicit glo. barba in quam descendit, intellige prox. fuerūt Apostoli & ab eis descendit in barbam Aarō. i. Episcopos & alios prælatos. quasi velit exprimere quod supra dixi in proximo argumēto, versus finem. & sic patet papam esse caput uniuersalis ecclesiæ, per prædicta. Decimosexto probatur p̄ 65 auctoritatem Bonif. VIII. in c. 1. de renunc. lib. 6. ibi dum dicit, maxime cum se insufficientem agnoscit ad regendam uniuersalem Ecclesiam & summi pōtificatus onera supportanda, renunciare valeat papatui. ubi dicit Io. And. in uerbo, insufficientem. dicit gl. propter hæc etiam non posse deponi, quia propter solam hæresim deponitur. 40. dist. si papa. & infra dicit, & no. quod licet omnis sufficientia esse dicatur in papa, ita quod omnia iura in pectore habeat. de cōstit. c. 1. tamen interdum insufficiens esse potest & interdum eum fallit obliuio. 23. dist. præterea. Adde ꝙ ita fefellit Vrbanū. 30. q. 4. quod autem. cuius error patet. de consec. dist. 4. nō plures. subdit gl. Io. And. vbi supra, sic sedes ipsa aut sanctum inuenit, aut sanctum facit. quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit. 40. dist. non nos. ubi gl. dicit, sacrilegii instar est disputare de facto Papæ. 17. q. 4. qui autem. vel dic, quod facta papæ excusantur ut homicidium Sansonis & furta Hebræorum & adulterium Iacob, ut ex de diuor. capitulo gaudemus. subdit Ioannes Andreas ubi supra, & tamen hæreticus posset esse & propter hæresim deponi. 40. distinctione si papa. & posset ex multis insurgere insufficientia hæc, vt ex defectu literaturæ, ex senectute, ex infirmitate vel similibus, intellige sane quod ex his posset renunciare, nam supra in glo. super verbo maxime, dicit quod etiam si esset sufficiens renunciare potest. & subdit in verbo, regendā. ad quod ex officio tenetur vt supra in proęm. huius libri, ibi. n. dicit textus in principio, sacrosanctę Romanę Ecclesię, quæ imperscrutabilis diuinę prouidentiæ altitudo vniuersis dispositione incommutabili prætulit Ecclesiis & totius orbis præcipuū obtinere voluit magistratū, & in uerbo nitebātur, cū tex. loqtur de illis curiosis, q dicebāt papā nō posse renūciare papatui, dicit Bonifacius deducere minus prouide nitebantur. dicit gl. Io. And. & erat ipsorum ratio motiua, quia qui renunciat debet renunciare in manibus. superioris, alias matrimonium spirituale non dissoluit, supra de renunc. admonet, sed papa superiorem non habet, ergo renunciare nō potest. item fungitur uice Dei, quas vices sic uidetur habere ossibus connexas quod a se abdicare non possit. ad hoc de statu monachorum. cum ad monasterium. in fi. sed contrariū 66 verum est ut hic vides, † & probatur ex eo quia Marcellinus renunciauit papatui, cui substitutus fuit Marcellus. 19. distin. nunc autem. Item Clemens renunciauit papatur cui successit Linus, & eo mortuo Cletus, & eo morluo iterum Clemēs successit, ut in Cronicis. & vide hoc 8. q. 1. c. 1. hinc. Disputat hic mundus &c. & hanc opinionem approbauit Io. 3. q. 1. nō aūt. Ad id quod dicitur ꝙ renunciatio fieri debet in manib. superioris, fateor id verum vbi est superior, sed hic pp impossibilitatem ius illud seruari nō potest. facit optime supra tit. prox. s. de elect. indemnitatib. §. pen. & supra eodem. licet de 67 euitanda discordia. in fi. † item inferiores prælati a suis prælatis confirmantur & instituuntur, vnde non est mirum si sine ipsorum licentia renunciare non possint, sed papa a nemine confirmatur, vn̄ sicut sine superiore instituitur, ita sine superiore renunciet. ad hoc supra de re iu. c 1. ecce solemnis glo. ex qua retunduntur labia dolosa dicentia vniuersalem Ecclesiam ibi nominatam per illos curiosos, cum illa sint verba Bonifac. & non curiosorum, qui tunc de hoc non cogitabant cum illa verba potius attenuent eorū argumenta quā roborent, nam illa verba testant̄ in sufficientiam papę ad regimen vniuersalis Ecclesiæ. ergo peroptime facit talis papa insufficiens renunciare papatum, vt de sufficiente prouideri ualeat Ecclesiæ indigenti sufficientia præsulis & rectoris. Retundit etiam glossa ista os mendax & prauū, asserens pertinaciter papam subiici Concilio, cum glo. dicat papam superiorem in terris nō habere & vices Dei ossibus annexas a se abdicare non posse. Etiam talia erantur curiosorum argumenta, quæ tamen licet quo ad renunciationem non cōcluderent, erant nihilominus in se vera suo sensu, vnde non erant falsa supposita & assumpta, sed erat falsa illatio, sicut quis argueret, omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est asinus, cū asinus sit animal. est etenim fallacia in diuersificatione generis subalterni, quia ly animal, ꝙ est genus generalissimum, diuersificatur a rationali ad irrationale, nam ea quæ in medio sunt extremorū, subalterna vocantur genera & species, & vnumquodque ipsorum species esse & genus possuut, ad aliud quidem & ad aliud sumpta. ea vero quæ sunt ante specialissimum vsq; ad generalissima ascendentia, & genera dr̄ & species & subalterna genera, vt dicit Aristoteles in prin. prędicamen. Friuola est igitur aduersariorum cauillatio, qua iugum Ecclesiæ Romanæ nitūtur effugere indistincte. Decimoseptimo probatur ex verbis Nicol. papæ scribentis Mediolanensib. 22. dist. c. 1. ubi sic ait, omnes siue patriarchę in cuiuslibet apicem, siue Metropoleō primatus, aut Archiepiscopatuum cathedras, vel Ecclesiarum cuiuscuque ordinis dignitate instituit Romana Ecclesia, illam vero solus ipse fundauit & s̄. petram fidei mox nascentis erexit, qui Beato Petro ęternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperii iura com misit. non ergo quælibet terrena snīa, sed illud verbum, quo constructum est cælum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa. Romanam fundauit ecclesiam. illius certe priuilegio fungitur, cuius auctoritate fulcitur. Ex his igitur patet a Romana Ecclesia tanquam a principali fonte omnis Ecclesiasticæ dignitatis deriuare primordia, qa ipsa Romana ecclesia mater fidei nuncupatur ut in eod. c. subinfertur. Ex quib. etiam verbis retunduntur labia dicentium, non omnium sed aliquarum Ecclesiarum Romanam ecclesiam instituta condidisse, cum tamen contrarium appareat in dic. c. omnes. nam qui omne dicit, nihil excludit, vt dizit Apost. ad Heb. 2. & in l. a procuratore. C. mand. nam sub uniuersali etiam particularia continentur, ut notatur. 1. q. 1. c. sunt nonnulli. uniuersālis aūt propositio componitur per signum vniuersale qd̄ est omnis. 75. distin. §. 1. in gl. 1 omni. & de elect. c. vt circa, li. 6. Signum etiam uniuersale est hoc pronomen quicunque, quæcunque, quodcunq;, ut plene no. in clemen. 1. de iud. & in

proœm. decretal. in glo. super verbo, in iudicijs. vbi dicit glo. ꝙ indefinita æquipollet vniuersali 19. dist. si Romanorũ. circa fi. & ext. de priuil. quia circa. & ff. de ser. l. si cui. Cum itaq; Christus Petro dixerit, quodcunque ligaueris, & quodcunq; solueris. ergo nihil exclusit. & cum dixit, pasce oues meas, Io. vlt. ergo ex indefinita propositione vniuersæ oues comprehenduntur, & sic vniuersi fideles, siue sint inuicem congregati, siue dispersi. nam si solum de dispersis intelligi voluisset, vtique sciuisset Christus exprimere. ergo &c. Decimooctauo probatur per Greg. X. in generali Concil. Lugdun. dicentem in c. vbi periculum, de elect. li. 6. in §. cęterum. ubi exhortando omnes Cardinales tam absentes quam præsentes pariter & futuros. cum agitur de electione Papæ dicit, per viscera misericordiæ Dñi nostri, ac per aspersionẽ sui preciosi sanguinis obtestamur, vt pensantes attentius quid eis imminet, cum agitur de creatione Vicarij Christi Iesu successoris Petri, Rectoris vniuersalis Ecclesiæ gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione deposita, &c. Cũ itaque talis constitutio facta fuerit in Concilio generali, vbi erant prælati vniuersalis Ecclesiæ, mirum est ꝙ si talis constitutio a veritate cessabat, tantorum & tot prælatorum præsentia minime contradixit. Et si violentia qualiscunq; interuenerit, mirum est ꝙ non per ipsos nec per eorum successores abinde in posterum extitit reclamatum, vel ab aliquo refragatum. Vnde iam pro tanto tẽpore omnis est præscriptio consumata ab Ecclesia Romana contra quaslibet alias Ecclesias, nam contra Ecclesias quaslibet ab Ecclesia cõtra Ecclesiam completur quadraginta annorum præscriptio. 16. q. 3. quas actiones. & 16. q. 5. nec decennij. ꝯ ipsam vero Eccles. Rom. 100. annorum præscriptio, non dico secularium personarum, sed aliarum Ecclesiarum iure subsistit. 16. q. 3. nemo. & extra de pręsc. cum vobis. & c. vigilãti. dum tñ bona fides interuenerit possessoris, vt in c. vlt. ext. de pręscr. & de reg. iu. possessor. li. 6. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. cum notissimi, & l. siquis emptoris. Cum itaque ab exordio surgentis Ecclesiæ primitiuæ hanc præeminẽtiam & in Christo primitus & in Petro Christi primo Vicario & in cæteris successorib. eorundem summis Pontificibus continuatum priscis & successiuis temporibus contemplemur, quid aliud, contrarium asserentibus, nomen imponere valebimus, nisi scisma? nisi tunicæ Christi inconsutilis lacerationem? diuisionem vnitatis? sanctæ Matris Ecclesiæ desolationem. 68 † Iam videmus abominationem desolationis Amedeum Sabaudiensem non in loco sancto Romano throno, Dño prohibente, sed in loco prophano, excõicato, & interdicto, basiliscorum spelunca, demonumque cauerna sedentem in phano Cosroe Persarum, olim perditissimi Regis, quem Christianissimus Eradius cõculcauit uictrice manu Domini exercituum debellãte perfidos infideles. Decimonono probatur per gl. & Host. in cap. 69 proposuit, de conces. præb. ubi cõiter gl. & Doct. tenent, † ꝙ quamuis contra articulos fidei, sacramenta ecclesiæ & præcepta legis diuinæ papa dispensare non possit, quia non põt dispensare ꝯ fidem, & in his quæ peccatum fouent, & sic intelligunt contra uľem statum Ecclesiæ. Põt tñ Papa indifferenter tollere quicquid per legem humanam fuerit institu- 70 tum. Vnde Host. dicit ibi. † quod quantumcunque papa reqsitus esset & monitus per uniuersalem Ecclesiam, ad aliquid faciendum uel non, dummodo non sit hęreticus, non posset Ecclesia uniuersalis & imperator cum omni populo qcquam facere contra papam, quantumlibet peccatorem, nisi Deum orare, ut prouidere dignetur saluti cõi pastoris & gregis. & hoc intendebat beatus Martyr Bonif. in c. si Papa, 40. dist. dicens, si Papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehẽditur inutilis & remissus in operibus suis & insuper a bono taciturnus, quod magis officit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mãcipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum uapulaturus. huius culpam istic redarguere nullus mortalium præsumit, quia cunctos ipse iudicaturus, & a nemine est iudicandus, nisi deprehendatur a fide deuius, pro cuius perpetuo statu uniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suã salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertũt propensius pendere. ubi gl. quæ in præsentiarũ basiliscos in turbine tenet ueneno Sathanæ toxicatos, in uerbo, deuius, cum dicit tex. nisi deprehendatur a fide deuius. dicit gl. ꝙ intelligit Hug. cum papa non uult corrigi. si enim paratus esset corrigi, non posset accusari. 24. q. 1. aperte. & c. ait, & 4. qõ. 3. dixit Apost. Sed quare non potest accusari de alio crimine, ponamus ꝙ notorium sit crimen eius, uel per confessionem, uel per facti euidentiam, quare non accusatur, uel de crimine simoniæ uel adulterij, & cum admonetur, incorrigibilis est & scandalizetur Ecclesia per crimen eius? certe credo ꝙ si notorium est crimẽ eius quodcũque, & inde scandalizet eccl. & incorrigibilis sit, ꝙ inde posit accusari, nam contumacia dicitur hęresis. 81. dist. si qui sunt presbiteri. & contumax dicitur infidelis. 38. dist. nullus, hic tamen specialiter fit mentio de hęresi ideo quia etsi occulta esset hęresis, de illa posset accusari, sed de alio occulto crimine non posset. item nunquid potest denunciari crimen papæ secundum reg. illam, si peccauerit in te frater tuus, cũ nomine fratris quilibet Christianus dicatur. 11. q. 3. ad mensam. Sed dico quod nõ potest denunciari crimen de ipso, nisi inde posset accusari, nã inutilis esset denunciatio. item nunquid posset papa statuere ꝙ non posset accusari de hæresi. Respon. non, quia ex hoc periclitaretur tota Ecclesia, quod non licet. infra. 25. q. 1. sunt quidam. quia hoc fit etiam in eo casu, in quo desinit esse caput Ecclesiæ, & ita non tenet constitutio. Sed pro quo peccato potest Imperator deponi, dico pro quolibet si incorrigibilis est, uñ deponitur si est minus utilis. vt 15. q. 6. alius. hęc illa gl. nimis periculosa in eo qđ dicit ꝙ papa potest accusari de notorio crimine, si incorrigibilis est, & scandalizetur Ecclesia, quodcunq; sit crimen. Et sic limitat dictum suum tribus copulatis circunstantiis, Sed cum reuerentia gl. si succidamus eius fundamentum, totum ruet ædificium fulminosum, fundat enim dictum suum, quia cõtumacia dr hæresis. 81. dist. si qui sunt presbiteri. quod ca. expressissime probat oppositum dicti sui, nam ibi referuntur verba beati Gregorij dicentis peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis dũ se Christianum esse asserit, sedi Apostolicæ obedire contẽnit. Ecce igitur quod per illum tex. patet ꝯrium dicti sui, s. Ioan. Glo. non enim punitur ibi contumacia papæ non obediẽtis inferioribus suis, sed punitur contumacia inferiorũ nõ obediẽtium papæ, quod est expresse cõtra basiliscos. nam si par in parem non habet imperium, quanto minus minor in maiorem. In maiorib. si quidem est regendi & iubendi potestas, in minorib. obsequendi necessitas. 21. dist. q̃uis. §. in his omnibus. & c. inferior sedes. ubi dicit Gratia. Sole clarius exhibuimus non posse quemquam qui minoris auctoritatis est cum qui maioris potestatis est, suis iudiciis adiicere, aut propriis diffinitionibus subiugare. Clarissime equidem supra ostensum est Ecclesiam Romanã omnes iudicare posse, & ipsam a nemine iudicari 9. q. 3. cuncta per mundum. cum multis. similib. superius allegatis. ergo talis glo. non recte sapit, cum in multis locis oppositum affirmauerit de directo. nullã etenim potestatem iudicii habere potest inferior in maiorẽ, ut in c. cum inferior, de maior. & obediẽ. nec par in parem, vt in c. innotuit, extra de elect. cum similibus superius alleg. ad de quod dixi de minore 24. q. 1. quoniam uetus. 30. dist. §. 1. dicit enim Hieron. in d. c. quoniam vetus oriens inter se populorum furore collisus indiscissam Dñi tunicam & desuꝑ textam minutatim per frusta discerpit. & Christi vineam exterminant vulpes. & infra, Flagito fatiscat inuidia Romani culminis, recedat ambitio, cum successore piscatoris, & discipulis Christi loquor. Ego nullum primum nisi Christũ sequens beatitudini tuæ. i. cathedrę Petri communione cõsocior supra illam petram fundatam Ecclesiam scio. quicunq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus est, si quis in arca Noe nõ fuerit peribit regnante diluuio. Et ĩ. qcunq; tecũ nõ colligit, spargit, hoc est qui Christi non est, antichristi est hæc Hierony. ad papam Damasum intẽdens exprimere omnes sibi subiici & ipsum papam nemini nisi Deo. quod etiã intendit prædictus sanctus Bonifac. in d. c. si Papa. & sic etiã d. gl. est expresse contra illum tex. ergo non tenẽda. Præterea c. nullus 38. dist. nil contra papam dicit, cum papa Clemens sit ille, qui loquitur dicens, nullus Episcopus ꝑꝑ opprobriũ senectutis, vel nobilitatem generis a paruulis vel minimis eruditis, si quid forte est utilitatis, aut salutis, in quirere negligat. qui enim rebellitus uiuit & discere atque agere bona recusat magis diaboli quam Christi membrum esse ostendit, & potius infidelis q̃ fidelis esse monstratur. Cum enim papa Clemens loquatut de Episcopis, patet quod nõ de papa, qui eximitur ab omni humana lege, habet enim auctoritatẽ cõdendi canones, & canonibus per Concilium conditis auctoritatem præstandi potestatem habet, & non subiicit eis. 25. q. 1. his ita respondetur. Præterea illa glo. tenenda non est, cũ sit sibi ipsi contraria dum dicit crimen papæ denunciari nõ posse, quia inutilis esset denũciatio, quasi uelit inferre quod in terris non habeat correctorem, ergo nec de notorio quocunque præter hæresim. Omnes enim tam Glossatores quã alii Doctores sic intelligunt, tam Theologi recte sentientes quam Canonistæ, ut satis supra patuit. Aluarus etiam noster scilicet frater Minor, qui fuit tempore Ioan. 22. in lib. de hæresibus quem appellauit complantum Ecclesię, in rub. 32. dicit, ꝙ error, est dicere, ꝙ papa possit iudicari etiam a Conci- 71 lio generali extra casum hæresis, nam nec notorius adulter uel quiuis incorrigibilis peccator dicitur hæreticus, vt in c. accusatus. §. sane, de hęreti. libro 6. nisi se suspectum faceret asserẽdo id non esse peccatum, sicut dicimus de usurario asse-

asserente vsuram non esse peccatum, ut in clem. ex graui, de vsur. ad fi. Et est ratio differentiæ de hæresi ad alia crimina maius periculum, quia qui non credit, iam iudicatus est. Io. 3. & ubi maius periculum, ibi cautius est agendum, ut in c. ubi periculum, de elec. lib. 6. & dubius in fide, infidelis est, ut in c. 1. extr a, de hæret. sine fide autem impossibile est placere Deo. ad Heb. 11. nam deuius a fide nec Deum timet, nec homines reueretur. Fidelis autem quamtumlibet criminosus facilius conuertetur quam infidelis, quia iam habet notitiam sui criminis. & ut dicit Bernar. initiũ salutis est cognitio sui ipsius, nam Deus non amouet malos pastores bonam doctrinã habentes, Matt. 23. super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia quecunque dixerint vobis seruate, & facite. ad quod 1. q. 1. significasti, & c. non quales. & quamquam Pe- 72 trus Christum ter abnegauerit, Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 23. † non tamen fuit depositus a Papatu, sed prius dictũ fuit sibi a Domino Luc. 22. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et super Petri cathedram Ecclesiam fundatam Cyprianus testatur. 93. dist. qui cathedram. subdens, Qui cathedram Petri super quam Ecclesia fundata est, deserit, in Ecclesia se esse non confidat. & Apost. dicit ad Rom. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. dicit glo. ut etiam voluntate seruiat homo potestatibus secularibus bonis uel malis, scilicet regib. principibus, tribunis, centurionibus & alijs huiusmodi. si enim bonus fuerit, qui tibi præest, nutritor tuus est, si malus fuerit, tentator tuus est, & nutrimenta libenter accipe & in tentatione probatur, esto ergo aurum, & attẽde mundum istũ quasi fornacem aurificis. Et infra, dicit glo. in uerbo, apostoli d. non est potestas nisi a Deo data alicui homini bono uel malo. Vñ Pilato Dominus ait, Io. 19. non haberes potestatem aduersum me vllam nisi tibi esset datum desuper. Hinc Petrus ẽt dixit 1. Pet. 2. subiecti estote oĩ humanæ creaturæ propter Deum. Et infra, serui subditi estote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modestis, sed ẽt discolis, hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei substinet quis tristitiam patiens iniuste. Hinc ẽt Aug. lib. 4. noui & ver. testam. refert de Dauid quod reuerebatur Saulem regẽ, quamuis a Domino reprobatũ. 1. Reg. 16. usq; ad fin. libri, eo quod Deus honorẽ tribuit Regibus principibus & episcopis, quia non est potestas nisi a Deo. Vnde Cayphas princeps sacerdotum & Pontifex de Christo morituro pro populo prophetauit, vt non tota gens periret. Io. 11. nam prima salus est rectæ fidei, regulam costodire. 25. q. 1. prima salus. non est ergo condecens ut fideles regat, qui infidelis effectus est. Vnde Deut. 17. dixit Moyses ad populum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. dicit glo. s. fide & religione. & 2. Ioan. 2. c. dicit Beatus Io. si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. qui enim dicit ei Aue, communicat operibus illius malignis. quæ verba venerabilis Beda intelligit de uitandis hæreticis & scismaticis. Et Gratianus refert. 24. q. 1. oĩs qui recedit. faciunt not. ead. cau. & qõ. c. 1. & 2. & 3. & §. quod autem. nam qui in se ipso fidem non custodit, multominus in alijs cõseruabit. ergo papa hæreticus se ipsũ priuat & iudicat indignum cura Dominici gregis, cum se lupum fecerit contra gregem Domini Iesu Christi. Constat nãque hæreticos & scismaticos omni iurisdictione priuandos, & ipso iure excommunicatos esse, ut in c. excõmunicamus. 1. & 2. extra de hæret. & in c. ad abolendam, eo tit. accedunt not. 24. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. & c. ubi sana fides. & c. qui cõtra pacẽ, & c. scisma. etiam si sit Papa, vt in d. c. si papa. cũ fides sit prima connexio qua quis connectitur corpori Christi primusque lapis angularis ædificij spiritualis. Inde dixit Dominus Matth. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & 1. Pet. 2. dicit Petrus, si tamẽ gustastis quoniam suauis est Dominus, ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo aũt electum & honorificatum, & ipsi tanq̃ lapides viui superędificamini in domos spirituales sacerdotium sanctũ. Et infra, qui crediderit in eũ, non cõfundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus aũt lapis offensionis & petra scandali. & Dominus Iesus dixit Matth. 21. de seipso loquens, Qui ceciderit super lapidem istum, cõfringetur, super quem uero ceciderit, conterret eũ. quomodo enim condecens esset, ut proditor sui Domini, tãquam Iudas, Christi Vicarius remaneret? certe minime. Sed 73 circa prædicta quæro, † præsupposito ꝙ papa esset hæreticus uel occultus, uel manifestus, esset tamen corrigibilis, & uellet se emendare, an posset tũc deponi ꝑ Conciliũ uniuersale, uel œcumenicum? Et certe dico ꝙ nõ, nisi se submitteret Cõcilio, & sic ipsemet se deponeret, sicut fecit Marcellinus. 21. dist. nũc aũt. & sic dẽt intelligi d. c. si papa. nã papa bene põt, ẽt in foro exteriori, alicui concedere in eum potestatem eradicatiuam papalis iurisdictionis, sicut potest renunciare, quã q̃ non possit euelli caracter, ut in c. 1. de renunc. lib. 6. ubi hoc satis prosequitur Io. And. in glo. quæ incipit, & erat ratio eorum. vbi dicit, Disputat hic mundus. Nec obstat quod dicit beatus Thomas in 4. sent. dist. 19. in quæstione, an minor possit excommunicare maiorem. vbi dicit quod excommunicatio requirit potestatem iurisdictionis in foro iudicij hominis ad hominem. Iurisdictio vero constituit superiorem. & ideo quia nullus est superior seipso, nec maiori, nec æquali, nullus potest se ipsum, vel superiorem, vel æqualem excommunicare, vel absoluere. In foro vero confessionis sacramentalis potest inferior, etiam quo ad mortalia absoluere superiorẽ, quamuis etiam nec ex commissione possit hoc in foro causarũ, quia forũ pœnitentiæ huiusmodi hominis ad Deũ est, in quo foro constituit peccatum hominem inferiorem, sed forum causarum, est hominis ad hominem, in quo peccatum non deiicit hominem a sua superioritate. Hæc Thomas in substantia, cuius verba cũ effectu & sine defectu ac sane intellecta, iuxta, not. in c. intelligẽtia, & in c. propterea, extra de verb. sign. bene sonant ad suum propositum, nam durante iurisdictione & dignitate superioritatis, verissimum est dictum Thomæ, sed eradicata iurisdictione per renunciationem & sic dissoluto spirituali matrimonio, vt in c. admonet extra de renunc. vel per depositionem vbi potest cadere depositio, iuxta not. in c. clerici, extra de clerico excomm. minist. 2. q. 6. ideo 81. di. c. 1. 15. q. 8. in summa. vbi Atchid. plene not. pro quib. criminibus clericus deponi possit & debeat vel per degradationem, vbi cadit degradatio, ut in c. degra- 74 datio. de pœn. lib. 6. † tunc iam non est superior sed inferior. Et Marcellinus, Clemens, & Cęlestinus, qui postquam renunciauerunt, superiores non fuerunt, nec enim posset Papa iurisdictionem papatus scindere in duas partes, ut parem in papatu haberet, quia tunc esset ponere duo humana capita in vno corpore, quod monstruosum esset & hæreticũ luciferinum. Ponam, inquit lucifer, solium meum in laterib. Aquilonis, & ero similis Altissimo. Esai. 14. ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ, dixit Dominus Ierem. 1. De monstro not. extra de offic. ord. c. quoniam in plerisque, ff. de statu hom. l. non sunt liberi, C. de posthu. hæred. instit. l. quod tractatum, in fi. & ff. de verb. sign. l. quæret aliquis. quia vnus debet esse Imperator, & singuli Episcopi per singulas diœceses. 7. q. 1. in apibus, vnde sic etiam res monstruosa dicitur corpus sine capite, ut not. 79. di. nullus. & hæreticum est ponere duo principia, extra de summa Tri. & fi. cat. c. 1. & 7. q. 1. Marcion. vnum est enim incręatum principium æternale, a quo uniuersę sumpsere principium creaturæ, ut in c. 1. de summa Trin. lib. 6. super uerbo, æternaliter, in gl. Io. And. & in c. 1. de sum. Tri. in cle. in gl. super uer. principium, sic ergo unum oportet esse caput humanum in uno corpore totius Ecclesiæ militantis, ut supradictum est. Et licet principale caput inuisibile sit Christus, ut in c. uergentis. extra de hæret. Papa tamen est caput uisibile repræsentans Christum, ut supra patuit, nam si Episcopus dicitur caput in sua dięcesi omnium ordinum, ut 22. dist. quia sanctitas, & extra de præscrip. cum non deceat. multo magis dici debet caput totius Ecclesiæ militantis Christi Vicarius Petrique suc- 75 cessor, ut in c. inter corporalia, & in c. quanto, extra de translat. prælat. cum multis similibus, superius allegatis. † Ipse igitur Papa ad honestatem uitæ & ad purgationem morum bene potest sibi eligere confessorem & sic intelligi debet c. nos si incompetenter, 2. quæst. 7. & capitulo mandasti. 2. quæst. 5. & c. auditum, & c. cum ex iniuncto, §. rursus. extra de hæret. ibi dum dicit, aliud est quod prælatus sponte de sua confisus innocentia subditorum se accusationi supponat, in quo casu præmissum Domini uerbum debet intelligi, s. quis ex uobis arguet me de peccato, Io. 8. & in prędicto c. cum ex iniũcto. Vigesimo probatur per beatum Thomam in 4. sen. di. 14. sed ꝯm distinctiones Magistri cadit sub 19. dist. c. 3. ubi magister tractat de potestate clauium, allegans Hiero. dicentẽ super uerbis Dñi Petro dictis Matth. 16. Tibi dabo claues reg. cæ. habent, inquit, eandẽ iudiciariã potestatẽ alii Apostoli. habet & omnis Ecclesia in Episcopis & presbiteris. Sed ideo eã prãtẽ Petrus spiritualiter accepit ut oẽs intelligant quod quicunq; ab unitate ficei & societate ecclesię se separauerit nec peccatis solui, nec cœlũ põt ingredi. Ex his igit dicit bea- 75 tus Thomas, † quod ad vsum clauiũ duplex potestas requirit, scilicet ordinis. Et hæc est æqualiter in oĩbus sacerdotibus & respectu omniũ. & iurisdictionis, & hæc non est æqualiter in oĩbus nec respectu omnium, In hoc enim ut sit ordo in rebus oportet esse aliquẽ supremũ, in quo resideat potestas omniũ sicut papã & sub illo prelatos medios, & sub illis vltimos. Cũ ergo quilibet sacerdos q̃uis habeat potestatem ordinis plenariam, habet tñ potestatem iurisdictionis limitatam. Et ideo non põt potestate sua vti in quemlibet hominem, sed in eũ tãtum, in quem habet potestatẽ iurisd. ordinarlã uel delega- 76 tam, † nam in omnib. ordo necessarius, ut in 1. Ethi. & Apost. dicit

dicit 1. Corinth. 14. in fi. omnia honeſte & ſecundum ordinē fiant in uobis, ordo autem eſt parium diſpariumque rerum ſua cuique loco tribuens diſpoſitio. ut dicit Auguſt. 19. diſt. ciuitas Dei, ergo ad conſeruationem vnitatis requirit vniuerſalis poteſtas diſtribuens per membra ſingularia commune bonum totius corporis, qđ etiam firmat beatus Thom. in 4. contra Gentiles. cap. 76. dicens quod ſicut eſt vna eccleſia ita vnum oportet eſſe populum Chriſtianum & unum caput totius populi, ut tota eccleſia ſit unum ouile & unus paſtor. Io. [77] 10. cuius paſtoris ſententiæ omnes acquieſcant † manifeſtum eſt autem quod Chriſtus in neceſſariis non defuit Eccleſiæ quam dilexit, & propter quam ſanguinem ſuum fudit, cum & de ſinagoga dicatur, Quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Eſai. 5. Nec dubium eſſe debet quod regnum eccleſiæ Chriſtus optime diſpoſuerit, & iuſtiſſime ordinauerit per quē reges regnāt & principes impant, & legū cōditores iuſta decernunt, prouerb. 8. non eſt enim poteſtas, niſi a Deo, quæ autem ſunt a Deo ordinationem habent, itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtūt, ipſi ſcilicet damnationem acquirunt, optimum autem totius vniuerſitatis regimen eſt quod per vnū regatur, vt dicit Philoſop. undecimo. Metaphiſ. nam finis regiminis eſt pax quæ in vnitate concluditur, vt dicit Apoſtolus ad Epheſ. 4. ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis unum corpus & vnus ſpiritus, ſicut uocati eſtis ī una ſpe vocationis veſtrę, nā ſicut in Eccleſia triumphāte vnus Deus præeſt vniuerſaliter, Apocalip. 21. & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, ita & in Eccleſia militante vnus eſſe debet Dei Vicarius qui præſit vniuerſis. Vnde Oſeæ primo, in fi. & congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter & ponent ſibimet caput vnum. Nam quia Chriſtus præſentiam corporalē erat Eccleſiæ ſubtracturus, oportuit ut alicui vniuerſalis Eccleſiæ ſuæ curam committeret, qui uiſibiliter & præſentialiter vniuerſis & ſingulis præeſſet in regimine vniuerſo. hoc idem concludit idem ſanctus Thomas in Tract. contra errores Græcorum. c. 66. vbi titulus eſt, quod Romanus Pontifex eſt primus & maximus inter oēs Epiſcopos. Et in eod. Tract. c. 71. oſtendit papam eſſe ſuper omnes alios Patriarchas ꝑ auctoritatem Cyrilli. & Io. Chriſoſt. & in eodem Tract. c. 67. di- [78] cit, † quod papa obtinet vniuerſalem poteſtatem in tota Eccleſia Chriſti, quod etiā probat per Io. Chriſoſt. ſuper Matth. 2. & Io. Omel. 85. & ſuper act. Apoſtolorum. Et in eodē Trac. c. 66. probat idem Thom. hæreticum eſſe dicere, papam non obtinere primatum totius vniuerſalis Eccleſiæ. Et ad illud quod dicitur 99. diſt. nullus. ubi Pelagius papa omnibus Epiſcopis dicit, nullus Patriarcharum vniuerſalitatis vocabulo vnquam vtatur. Reſpondet beatus Thomas, hoc ideo quia nō præficitur cuilibet particulari Eccleſiæ ut proprius & ſpecialis illius Eccleſię rector, ſic enim ceſſarent omniū aliorū Pontificum poteſtates. Ex his igitur uerbis non tollitur quin auctoritas papę plenaria ſit ſuper vniuerſos prælatos & ſubditos, ut vult idem Thom. in Tract. contra impugnantes religionē. Patet nanque Pelagium id ſcripſiſſe honoris cauſa, non poteſtatis, cum in eod. c. dicat, ſed abſit hoc a fidelibus hoc ſibi uelle quempiam accipere, vñ honorem fratrum ſuorum imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Multi nāque Epiſcopi honoris cauſa ſcribentes primatibus, vniuerſales vocabant, ſentiētes, ut (reor) de uniuerſis membris ſibi commiſſis. Ex hoc ergo facta fuit prohibitio in Cōcilio Africano, quod primę ſedis ſcilicet Patriarchalis Epiſcopus non appelletur ſummus. Ad exemplum igitur aliorum ēt Romanus Pontifex de ſe ipſo prohibuit, ſic appellari, tam Pelagius quam Gloſ. humilitatis gratia. Hinc dicit idem Pelag. ubi ſ. ne ſibi debitum ſubtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Et Gregorius in c. ecce 99. diſt, dicit Alexandrino Patriarchæ, Ecce in præfatione epiſtolæ, quā ad meipſum qui ꝓhibui, direxiſtis ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalem me papam dicens, imprimere curaſtis, quod, peto, mihi dulciſſima ſanctitas veſtra ultra non faciat, quia vobis ſubtrahitur, qđ alteri pluſquam ratio exigit, præbetur. Ego uero non quæro uerbis proſperari, ſed moribus, nec honorem eſſe deputo, meus enim eſt honor vniuerſalis Eccleſiæ, meus eſt honor fratrum meorū ſolidus vigor. Tunc ego honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus nō negatur. Si enim vniuerſalem me papam ſanctitas veſtra dicit, negat ſe hoc eſſe quod me fatetur vniuerſum. Sed abſit hoc, recedant verba quæ veritatem inflant, & charitatem vulnerāt. Ecce quomodo clariſſime patet quod humilitatis gratia talia verba Gregorius proferebat, ſeruans illud Eccl. 3. Quāto maior es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenias gratiam, qm̄ magna potētia Dei ſolius & ab humilibus honoratus. Et Dominus Ieſus dixit Matth. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. & Luc. 14. omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. & qui ſe humiliat, exaltabitur. Similia & eadem uerba dixit Luc. 18. de Phariſæo & Publicano. Et in tract. de Rege & regno ad Regem Cypri. in c. 15. idem Thomas de regno Eccleſiæ dicit, Huius regni miniſterium non terrenis Regibus ſed ſacerdotibus eſt commiſſum, & præcipue ſummo ſacerdoti Chriſti Vicario Romano Pontifici, cui omnes Chriſtianos Reges oportet eſſe ſubiectos, ſicut ipſi Domino Ieſu Chriſto. Hinc Petrus dixit. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium. Valerius Maximus dixit, omnia poſt religionē ponēda ſemper noſtra ciuitas duxit. Hinc ēt dicitur, ſumma ratio eſt quæ pro religione facit, ff. de relig. & ſump. fun. l. ſūt perſonæ. Spiritualia ſiquidem præſtantiora ſunt terrenis. ad q̄ ſpiritualia & æterna ſacerdotes promouent Reges & Principes & oēs populos, ſummus vero ſacerdos & Pontifex promouet ēt & præficit omnes alios ſacerdotes ut dicit Iſid. 7. Etimol. c. 12. & habetur 21. diſt. Pontifex, vſque ibi, ipſe quid vnuſquiſque facere debeat oſtendit, & idem beatus Thom. in 2. ſent. di. ult. quærens an magis ſit obediendū maiori poteſtati quam minori. Concludit magis eſſe obediendum Papæ quam cuique inferiori poteſtati, quia poteſtas papę ſic ſe habet ad omnem poteſtatem in eccleſia militante, ſicut ſe habet poteſtas Dei ad omnem creatam, poteſtatem, quia ab ipſo papa gradus diuerſi dignitatum in eccleſia diſponuntur & ordinantur. & inducit de influentia cauſæ primariæ & ſecundariæ, & in 4. ſent. diſt. 19. q. 1. art. 3. idem Thomas probat quod ſolus Papa uti poteſt in quemlibet poteſtate clauium. Cęteri vero Epiſcopi qui ab ipſo papa poteſtatem accipiunt diſtinctam non in quelibet ſed in eos tantum, qui in ſortem uenerunt ſuæ diæc. & de Papa dicit Cyrillus qđ omnes iure diuino caput inclināt & tanquam ipſi Domino Ieſu Chriſto omnes obediunt, & idem Thomas in Tractat. contra impugnantes religionem allegans Dioniſ. in S. C. Eccleſiaſticæ [79] Hierar. dicit, † quod ſicut in Chriſto omnem videmus conſumatam hierarchiam, ſic in uno ſummo quoque ſacerdote Romano pontifice. & in eodem Tractatu dicit, quod confeſſus epō vel alicui auctoritate papæ, dr̄ cōfeſſus ꝓprio ſacerdoti, de quo plene dixi in c. oīs vtriuſq; ſexus, in verbo, proprio ſacerdoti. extra de pœnit. & remiſ. & in eodem Tract. dicit ꝙ papa habet immediatam iuriſdictionem in omnes Chriſtianos tanquam principalior, quia Romana eccleſia nullis ſinodicis conſtitutionibus cæteris prælata eſt eccleſijs & euangelica uoce Domini Saluatoris 21. diſt. quamuis, & in 4. ſen. diſ. [80] 19. q. 12. dicit idem Thom. † quod ſolus Papa dare poteſt plenarias indulgentias tanquam diſpenſator theſauri totius Eccleſiæ, quia ſolus habet plenitudinem poteſtatis. Cæteri uero vero ſollicitudinis partem. 2. q. 6. decreto noſtro. & c. quiſcit. Vnde alii Epiſcopi non poſſunt concedere maiorem indulgentiam quam eis ſit ab ipſo papa indultum. unde Innoc. III. in Concilio generali Later. ſtatuit & decreuit ut cum dedicatur baſilica non extendatur indulgentia ultra annum, ſiue ab vno ſolo, ſiue a pluribus Epiſcopis dedicetur, ac deinde in anniuerſario dedicationis tempore, quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat, & infra, hunc quoque dierum numerum indulgentiarum literis præcipimus moderari, dicit in c. cum ex eo. ad fi. extra de pœnit. & remiſ. hoc etiam firmatur in c. noſtro, eodem tit. & in c. indulgentiæ, eod. tit. libro 6. papa vero poteſt concedere indulgentias ſicut uult plenarias vel terminatas, legitima cauſa interueniente & claue non errante, quia actus actiuorum non operantur niſi in materia patiente diſpoſita, ut in 3. de [81] anima † De clauibus Eccleſiæ ſatis habetur 20. diſt. §. 1. 43. di. ſit rector. 50. diſt. ut conſtitueretur, 2. q. 7. §. idem cum Dauid. 24. q. 1. §. ſi autem uerſ. unde cum omnibus. extra de ſumma. Trin. c. 1. ſuper verbo, claues, per Ioannem And. in c. fi. de exceſ. pręlat. & in c. 1. in prin. de ſepult. in clem. & idem Tho. in 2. ſent. diſt. fin. in fine. dicit quod papa diuina auctoritate hēt utrumq; gladium, ſ. ſpiritualem & tpalem poteſtatē in his, quæ ad ſalutem pertinent animarum. Sed in his quę pertinēt ad ſalutē corporū, datur poteſtas & gladius Imperatori, iuxta verbū Domini dicētis, Matt. 22. reddite ergo q̄ ſunt Cæſaris Cæſari, & q̄ ſunt Dei Deo. accedūt notata in c. ſignificaſti. ex̄ de elect. & in c. ſolitæ, de maiori. & obe. & 21. diſt, in nouo teſtamento, in prima glo. & in c. cōſiderandū, 50. diſt. & in c. tranſlato, de conſt. ſuper 2. glo. in fine & de conſec. diſt 4. proprie. & 19. diſt. ſi Romanorū. qa oīa Petro ſubiecit Dominus. ergo nihil excluſit, nec Imperatorē nec Patriarchas, vt dicit Apoſt. ad Heb. 2. & C. mād. l. a ꝓcuratore. & C. ſine cen. uel rel fun. cōpar. oīs. 31. q. 1. quod ſi dormierit. ff. de public. l. de pretio & Io. And. in c. qđ ſuper his. extra de uoto. in uerbo, ſine diſtinctione. ubi dicit legē & mandatū ſemꝑ debere intelligi indiſtincte, niſi ex rationali cauſa ſit fiēda diſtinctio. ad qđ ff. de leg. 3. l. nō aliter. extra de officio deleg. c. ex parte. de teſti. q̄ ſitum. & in c. 1. in prin. de trāſl. præla. & in c. qualiter & qñ. 2. de accuſ. & 21. diſt. inferior, cum, ſim. nā ab illo, qui Rex Regum eſt & Dominus dominantiū, Romana Eccleſia in Petri per-

perſona hanc ſummam poteſtatem accepit ſuper oēs ut tanq̄ omnium fidelium vniuerſis præſit vbique Chriſticolis tanq̄ membris huius corporis Sanatoris. Hinc etiam idem Tho. [82] in 4. ſen. diſt. 25. de diſpēſatione ieiunij dicit, † ꝙ papa tanquā caput Eccleſiæ poſſet cum aliquo diſpenſare, ut non teneretur ad ieiunium, ſed non alius inferior papa ſecundum Ber. de diſpenſatione & pręcep. & idem Thom. in 3. parte q. 8. art. 6. dicit quod influxus intrinſecus in corpus Eccleſiæ eſt a ſolo Chriſto capite Eccleſiæ, ſed influens extrinſecus quātum ad exteriorem gubernationem, eſt ampliatus, & ſic ēt prælati dicuntur capita, iuxta illud Amos. 6. optimates in capita populorum. Chriſtus aūt eſt caput principale a quo omnis gratia [83] in omnia membra Eccleſiæ diffunditur. † papa autem eſt caput temporale, ſcilicet pro tempore ſui pontificatus, in quātum uicem gerit Chriſti in tota Eccleſia militante ſicut ſinguli Epiſcopi in ſingulis ſuis dięceſib. iuxta illud Apoſt. ad Cor. 5. pro Chriſto ergo legatione fungimur. & 2. ad Cor. 2. dicit, Si quid donaui, propter uos in perſona Chriſti. Et ſic patet quod Chriſtus eſt caput indeficiens & perpetuum, ſed papa eſt caput ſubſtitutum, ſecūdum ſtatū viatoris vniuerſaliter, Epiſcopi vero ſingulariter & per influxum a papa, iuxta not. 79. diſt. ordinationes. & in in d. c. ita Dominus. 19. diſt. Caput enim a capiendo dicitur, eo quod omnes ſenſus corporis capiant influxum a capite, ut dicit. Iſid. 10. Ethimol. Cum itaq; papa ſit miniſteriale caput repræſentans ipſum caput miſteriale. ſ. Chriſtum, patet quod omnes fideles vniuerſaliter ſubijciuntur huic capiti, & ſic vniuerſali Eccleſię. ergo & ipſū generale & œcumenicum Concilium vniuerſalem Eccleſiā repræſentans, per argumentum a minori. Plus eſt enim repſentatum quam repræſentans, ergo plus eſt vniuerſitas Eccleſiæ quam Concilium ipſam vniuerſalem Eccleſiam repſentans, nunquam etenim niſi ſemel in ualle Ioſaphat, vniuerſi de Eccleſia ſimul cōuenient vno loco, iuxta illud Ioel. 3. congregabo omnes gentes & deducam eos in vallem Ioſaphat & diſceptabo cum eis ibi. Tunc igitur clare cognoſcēt ſingulorum vultus fidelium & infidelium, catholicorum & hæreticorum, vnitorum & ſciſmaticorum. Certum eſt enim quod ex particularibus conficitur vniuerſitas. ff. quod cuiuſque vniuer. nomine. l. ſicut municipij. §. fi. nā vniuerſitas aliter conſiſtere nō poteſt niſi ordo maioritatis ſeruetur. 89. diſ. c. fi. vbi dicit glo. in uerbo potiores, niſi hoc erit vſque in diē iudicij tantum. ſcilicet quod minores reuerentiam exhiberent potioribus, & potiores minoribus dilectionem impenderent & vera cōcordia fieret & ex diuerſitate contextio di- [84] cit textus. † Gloſ. tamen intendit exprimere præeminentiam Angelorum & hominum atque dæmonum uſque ad diem iudicij duraturam, iuxta illud Apoſtoli. 1. ad Cor. 15. dicentis, Deinde finis cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & virtutem, de quo tangit Magiſter. ſententia. in 2. diſt. 6. & in 4. di. 47. c. ult. ego ſatis de hoc dixi in Tractatu de Inferno in §. de crudeli- [85] tate dæmonum contra iniuſtos, † Cum igitur durante mūdi curſu papa catholicus vniuerſis Chriſti fidelibus præeſſe debeat uice Chriſti, omnes Chriſti fideles ſub eius regimine eſſe debent, tāquam oues ſub cura paſtoris etiā œcumenico Concilio inſimul congregato per uerbum Chriſti dicentis Petro, paſce oues meas. Io. ult. ad quod 18. diſt. denique. & c. in memoriam. & in c. dannamus. circa fi. extra de ſum. Trin. 12. q. 2. qui abſtulerit. & in c. per venerabilē. extra qui fil. ſint leg. de conſec. diſt. 4. alius & in c. 1. de ſciſma. lib. 6. & in Epiſtola inter claras. C. de ſum. Trin. & fide cat. oues igitur quæ ſuo paſtori cōmiſſæ ſunt, eū nec repræhēdere niſi a fide exorbitauerit, nec ullatenus accuſare poſſūt, qa facta paſtorū, oris gladio ferienda non ſunt, q̄q̄ repræhendenda recte videantur, dixit Euſebius papa. 2. q. 7. oues. Quis enim neſcit Petri Apoſtolatus principatum cuilibet Epiſcopatui præferendū, ut dixit Aug. li. 2. de unico bap. & 2. q. 7. puto ad idē accedit, ead. cau & q. c. beati Petrus & Paulus, cū ſequētibus, uſq; ad capitulū nos ſi incōpetēter, incluſiue ubi Leo papa IIII. offert ſe purgaturū humilitatis cā miſſis. uel tunc mittendis nunciis Ludouici Auguſti, non tñ ex diſpoſitione iuris, uel ex debito iuſtitiæ, ſed de ſua cōfiſus innocētia, ſicut Chriſtus Iudæis obtulit reſpōſurū cū dixit, quis ex uobis arguet me de peccato? Io. 8. & 2. q. 7. qs ex uobis. ſicut ergo dr̄ de Imperatore qđ ſolus pōt condere leges generales & non populus Romanus, qa Imperator eſt caput imperii. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. deprecatio & vniuerſitas ſine capite nihil agit. Inſtit. de iure nat. §. lex. & arg. C. de decur. l. 2. l. 10. & C. de leg. humanū. & ff. de reb. eorū l. 1. ſic & de papa tanto magis, cū & Imperatore & Regib. & alijs quibuſcunq; maior ſit papa Chriſti Vicarius, qui dixit Iudæis Io. 19. pater meus qđ dedit mihi. maius omnib. eſt Hinc & beatus Thomas in 4. ſent. diſt. 19. dicit qđ papa habet plenitudinē Pōtificalis dignitatis, quaſi Rex in Regno, ſed Epiſcopi aſſumunt a papa ī partē ſollicitudinis quaſi iudices in ciui- [86] tatibus, † propter qđ ſolos Epiſcopos papa uocat fratres, cū reliquos oēs etiam Reges & Cardinales nō Epiſcopos, vocat dilectos filios, ut in c. quam graui, extra de crim. fal. ibi dum Inno. III. ſcribens Antinacenſi Epiſcopo dicit. Cum ſcire dēas Apoſtolicam ſedem conſuetudinem in ſuis literis hanc renere, ut Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos fratres, cæteros autem Reges & Principes vel alios cuiuſcumque ordinis filios, in noſtris literis appellemus, Cardinales autem quādo permixtim loquitur, uocat fratres, vt in c. fundāmenta, §. decet. de elect. libro 6, de officio leg. capitulo primo. lib. 6. ſed ſi contingat fieri ſpecialem mentionem de Epiſcopis Cardinalibus & de aliis, tunc Epiſcopos Cardinales uocat fratres, & reliquos Cardinales non Epiſcopos, uocat filios, extra, de teſt. c. licet dilectus filius noſter L. tituli ſanctæ Crucis presbiter Cardinalis. de hoc ſcripſi in c. fraternitati. extra de cleric. non reſid. ex hoc dicit beatus Thomas quod ſolus Papa pōt plenarias indulgentias concedere, quia plenariā hēt auctoritatem, vt ſupra, nam ſicut Deus eſt ſupra Conciliū, ita & papa loco Dei, cui omnes humanæ creaturæ ſubeſſe tenentur de neceſſitate ſalutis, cum extra vnicam catholicam eccleſiam non ſit ſalus 19. diſt. ita Dominus, ibi, a Petri ſoliditate diſcedere, & ibi, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, & in d. c. fundamenta, & in extrauagan. Bonifac, vnam ſanctam, & in c. 1. de ſum. trin. ibi, extra quam nullus omnino ſaluatur, & 24. q. 1. loquitur, uſque ad finem q. quod etiam firmat beatus Thomas in Tractatu de erroribus Græcorum. c. 72. dicens eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe Romano Pontifici, per auctoritatem Cirili in lib. Theſaur. & in Tractatu cō- [87] tra impugnantes relig. dicit, † hæreticum eſſe aſſerere, non eſſe obediendum ſtatutis papalibus. 22. diſt. idem dicit contra Gentiles, li. 5. c. 76. & in 4. ſen. diſt. 24. & ſecunda ſecundæ. q. 39. artic. 1. allegans Apoſtolum ad Coloſ. 2. dicentem. nemo uos ſeducat in humilitate ſenſus & religione Angelorum, q̄ non uidit fruſtra ambulans inflatus ſenſu carnis ſuæ & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augumētum Dei, nam cōſiſtorium Dei & papæ idem cenſetur ut in c. Romana de appel. lib. 6. 24. q. 1. quandoque, & notat Io. Andr. in c. quanto. extra de translat. prælat. inde dicitur † quod papa [88] omnia poteſt claue non errante, & ſic excepto peccato, de pœnit. diſt. 2. charitas, ad hoc t. q. 1. non quales 1. q. 7. quotiēs, extra de iureiur. nimis. Dei namque Vicarius principalis eſt papa, ergo ſupra concilium, idem tenet Thomas in 4. ſen. diſtin. 24. q. vlt. & in dicto Tractatu contra errores Græcorum c. 66. ſuccedit namque papa loco petri in eadem perfectione poteſtatis & Vicariatus dignitate, qua & ipſe beatus Petrus a Chriſto fuit in uniuerſali eccleſia ſublimatus. Vnde de Chriſto principaliter dixit Iſai. 9. c. ſuper ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia a modo & uſque in ſempiternum, ergo & papa Chriſti Vicarius canonice electus in perſona Chriſti. ꝑ mundi duratione in poteſtatis plenitudinem permanebit, ſicut Chriſtus dixit Matth. ult. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terr, & infra, & ego ſemper v. ſ. o. d. vſque ad conſummationem ſeculi, ubi dicit glo. non autem cum illis ſolum ſe futurum eſſe, ſed cum omnibus qui poſt illos eredūt, non enim uſque ad conſummationem ſeculi Apoſtoli mānſuri erant, ſed ſicut vno corpori fidelibus loquitur. Et Rabanus dicit, ex hoc autem intelligitur quod vſque ad finem ſeculi non ſunt defuturi in mundo, qui diuina manſione & habitatione ſint digni. Et Hieronymus dicit, Qui ergo uſque ad conſummationem ſeculi cum diſcipulis ſe eſſe promittit & illos oſtendit ſemper eſſe victuros, & ſe nunquam a creden- [89] tibus receſſurū. † ſic ergo papa catholice & canonice intrans & uiuens, loco Petri ſuccedit. 22. diſtin. c. ſacroſancta. 63. diſt. ego Ludouicus. de tranſ. prælat. c. 1. de re iudic. c. paſtoralis. §. tamen in clem. 43. diſ. c. 1. de homic. c. pro humani. li. 6. cum ſim. & Thomas hoc tenet in ſumma contra gentiles lib. 4. c. 76. & contra error. Græc. c. 16. & Cyrillus Alexandrinus in li. Theſau. & Chriſoſ. & Aug. ſuper pſalm. & gl. ſuper illud Luc. 12. cum dixit Dominus Petro, quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam dicit glo. i. ſuper eccleſiam. & Amb. lib. 2. de Trin. dicit ꝙ talis ſeruus fuit Petrus ſuper eccleſiam, & ſic quilibet legitimus Petri ſucceſſor. Hinc etiam dę Petro cantamus dictum a Domino, ſuper plebem meam principem te conſtitui. ad quod Ierem. 1. ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna. ut euellas & deſtruas & diſperdas & diſſipes & ædifices & plātes. quod fuit noſtrum thema in hoc Tractatu, nunquid ergo gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum a quo trahitur, quomodo ſi eleuetur uirga contra eleuantem ſe, exaltetur baculus qui vtique lignum eſt, Iſa. 10. Caueāt ſibi ergo alii eccleſiæ prælati, ne eorum ſubditi inſurgant ſuper eos tanquam pedes ſupra caput &

& ſuccedat eis quod dixit Apoſtolus ad Rom. 1. in quo enim
iudicas alterum, te ipſum condemnas. & ſi Petrus relictus
eſt iudicio Chriſti tamquam peculiaris Chriſti ſeruus, tuqꝫ
es qui iudicas alienum ſeruum? vt dixit Apoſtolus ad Ro.
14. & ſi omnes Chriſticolę Petro ſunt ſubmiſſi per Chriſtū,
qua fronte præſumis nō dico in Petrum, ſed nec Petri ſubdi-
tos in eo quod omnes ſibi ſubiacere debent iudicium infer-
90 re ſruſtratorium & inane? †cum vt ſupra iam patuit ſola Ro
mana Sedes auctoritate Chriſti de omnib. iudicet, ad quod
contra eam nulli permiſſum eſt iudicare. 9. q. 3. ſola enim. &
c. patet, & c. nemo. & c. cuncta per mundum. & 17. q. 4. nemi-
ni, & c. qui autem, & ſecunda, q. 6. ſi quis ueſtrum. & c. omnes
epiſcopi & c. ad Romanam, cum ſimilib. ſuperius allegatis.
Pudeat igitur os ad cœlum ponere, & ordinationem Domi
ni blaſphemare, iura namque poſitiua Papam ligare mini-
me valēt, cum ſit ipſe ſuper omnes humanas leges & iura po
ſitiua, iuxta notata per Io. And. cum ex iniuncto. §. rurſus, ex
tra de hæret. in nouella, vbi etiam dicit in uerbo, ſupponit,
91 †quod etiam ſi papa ſe ſubmitteret præter caſum hæreſis uo
luntarie & ſponte de ſua confiſus innocentia, illam ſuam
ſpontaneam voluntatem ſemper poſſet reuocare, cum uel-
let, argum. ff. de iudic. l. iudicium ſoluitur. ff. de leg. princeps.
non enim rem nouam attingimus, ſed antiquiſſimam veri-
tatem defenſare curamus, & nitimur uſque ad ſanguinem
& necem tāquam ueritatis amici fideles. Nonne ab antiquiſ
ſimis ſuperioribus temporibus a noſtris ſanctis patribus exti
tit ordinatū, vt maiores Eccleſiæ cauſas, maxime fidei, etiā
per generalia Concilia, ad ſummum pontificem referantur.
Nonne etiā Moiſes ita ſtatuit a Domino inſpiratus, Deuter.
18. ſi difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexe-
ris, & infra, qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis
Imperio, qui eo tempore. & infra, moriatur homo ille, uide
extenſius ſupra, ſecunda parte principali ſecundæ partis, in
quæſtione an Princeps populi Chriſtiani ſubeſſe debeant iu-
riſdictioni papæ, argumento 16. in fine, pro parte affirmatiua
quod ſic. & in c. per venerabilem. §. rationibus, extra qui fil.
ſint legit. idem quod ſupra patet Luc. 22. vbi dixit Dominus
Petro, Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut tri
ticum, ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua, &
tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. ubi dicit Ioā-
nes Chriſoſt. in ver. rogaui pro te, non autem dixit, ego pro-
miſi ſed oraui, humiliter loquitur tendens ad paſſionem ut
humanitatem demonſtret, nam qui non deprecatione ſed
Imperio dixerat, ſuper hāc petram æd. ec. m. et ti. d. c. r. capit.
quomodo opus habebat oratione vt cōcitatam unius homi
nis animam coerceret, non autem dixit, rogaui ut nō neges,
ſed ne deſeras fidem, & Theoph. dicit, nam etſi paululum
agitandus ſis, habes tamen reconditum ſemen fidei, quam-
uis deiecerit folia ſpiritus tentatoris, viget radix, petiit ergo
Satanas te lædere tanquam inuidens tibi de mea dilectione.
Sed quamuis ego met pro te ſim deprecatus, tu tamen delin
ques & conuerteris. vnde ſequitur, & tu aliquando conuer-
ſus confir. fr. t. quaſi dicat, poſtquam me negato ploraueris
ac pœnitueris, corrobora cæteros, cum te principem Apoſto
lorum reputauerim, hoc enim decet te. qui mecum robur
es & petra Eccleſiæ, hoc autem intelligendum eſt non ſolū
de Apoſtolis qui tunc erant, vt roborarentur a petro, ſed de
omnibus qui vſque ad finem mundi futuri ſunt fidelibus, ne
ſcilicet aliquis credentium diffidat, uidens eū, qui cum eſſet
Apoſtolus, negauit, ac iterum per pęnitentiam obtinuit pro
gatiuam vt eſſet antiſtes mundi. Hæc aurea verba Theop. au
reis literis ad noſtrum propoſitum inſigniend a. Vbi ēt Cyril
lus dicit, Admirare igitur exuberantiam diuinæ patientiæ,
ne diffidere diſcipulum faceret, nondum patrato crimine lar
gitus eſt veniam, at iterum ipſum. in apoſtolico gradu reſti-
tuit dicens, confirma f. tu. ibi etiam dicit Beda, quaſi dicat, ſi
cut ego tuam fidem, ne deficiat orando protexi, ita tu infir-
miores fratres, ne de uenia deſperent confortare memento.
Et Amb. dicit, caue ergo iactātiā, caue ſeculū, ille iubet cōfir
mare fratres ſuos, q dixit. ecce nos reliqmus oīa & ſecuti ſu-
mus te, ꝓdicta recollegit ibid. B. Tho. ergo, &c. Gratianus aūt
illa verba Chriſti ad Petrū, ego aūt rogaui ꝓ te, refert 21. di. c.
92 1. †ubi de ueteri & nouo teſtō comprobat ſacerdotiū diuino
flamine inſtitutum. Vbi dicit, ꝙ in nouo teſtō ab ipſo Chri-
ſto ſumpſit exordium, qui 12. Apoſtolos tanꝙ maiores ſacer
dotes, & 72. diſcipulos, quaſi minores ſacerdotes inſtituit, pe
trū vero quaſi in ſummū ſacerdotē elegit, dū ei præ omnib.
& pro omnib. claues regni cœlorum tribuit, & a ſe petra Pe-
tri nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe
teſtatus eſt, & ut ipſe ceteros confirmaret ſubiunxit. & 21. di.
oēs ibi. cuiuſq; ordinis dignitatē inſtituit Romana eccleſia, il
lā vero ſolus ipſe fundauit & ſ. petrā fidei mox naſcentis ere
xit, q B. Petro æternę vitæ clauigero terreni ſimul & celeſtis
Imperij iura commiſit, & infra, fidem quippe violat, q aduer-
ſus illam agit quæ eſt mater fidei, ergo tanquam mater ipſa
generat, nutrit, & educat, atq; declarat catholicam fidei ve
ritatem. 24. q. 1. quotiens. 26. q. 2. lex diuina, & in c. maiores,
extra de bap. & 21. diſt. nunc autem. ubi generale Concilium
papā minime iudicare præſumpſit, ſed dixit Marcellino, tuo
ore iudica cauſam tuam. & 17. diſt. multis. in fi. ibi, maiores
vero & difficiliores q̄ſtiones, vt ſancta Sinodus ſtatuit & bea-
ta conſuetudo exigit, ad ſedem Apoſtolicam ſemper deferā-
tur. Hoc etiam decreuit ſanctus papa Calixtus. 12. diſt. nō de-
cet a capite membra diſcedere, Greg. ea. diſt. Apoſtolicis prę
ceptis. & infra dicit, cum nulli dubium ſit ꝙ non ſolum Pon-
tificalis creatio, ſed omnis ſanctæ religionis relatio ad ſedē
Apoſtolicam, quaſi ad caput omnium Eccleſiarum debeat
referri. Hoc etiam tenet Ioan. And. in d. c. per venerabilem. §.
rationibus. in ver. & videndum . . . . . videris variari. ubi
93 dicit, †nota quod in ambiguitate opinionum magis creden-
dum eſt legi Canonicæ quā dictis Sanctorum uel magiſtro-
rum, quia ſoli papæ non alteri data eſt talium interpretatio
dubiorum. vnde & Imperator recurrit ad ipſum. hoc etiam
firmat beatus Thomas in ꝑdicto Tractatu contra erro. Grec.
in c. 6. ubi determinat cauſas fidei per papam determinari de-
bere per auctoritatem Cirilli in li. Theſaur. & per auctorita
tem Maxi. dicentis omnes fines orbis, qui Deum ſincere rece
perunt, & ubique terrarum catholicam noſtram fidem con-
fitentes in Eccleſiam Romanam tanquam in ſolem reſpici-
unt, & ex ipſa lumen catholicæ & apoſtolicæ fidei recipiunt
non immerito. nam Petrus legitur primo perfectam fidem
eſſe confeſſus Domino reuelante cum dixit, Tu es Chriſtus.
filius Dei uiui, Matth. 16. ex hoc ergo dicitur ſuper hanc pe-
tram, ſcilicet ſolidam confeſſionem veræ fidei Ieſu Chriſti,
& ex hoc Chriſtus orauit ut non deficiat Petri fides. ad Petrū
ergo Petrique ſucceſſores, quid credendum, quid cōfitendū,
quid tenendum ac prædicandum de fide ſit, pertinet declara
re. Hinc etiam beatus Thomas ſecunda ſecundæ, q. 1. art. ult.
94 dicit †quod editio ſimboli facta eſt in ſinodo generali, ſed hu
iuſmodi ſinodus auctoritate ſolius ſummi Pontificis poteſt
congregari, ut habetur in Decre. 17. diſt. ergo editio ſimboli
ad auctoritatem ſummi Pontificis pertinet, ad quem ꝑtinet
ſententialiter determinare ea quæ ſunt fidei, ut ab omnibus
inconcuſſa fide teneantur, ad quem etiam maiores & diffici
liores Eccleſiæ quæſtiones referuntur, ut dicitur in Decre. 17.
diſt. multis. hinc Dominus pro Petro rogauit. Rationem aūt
huiuſmodi ueritatis dicit eſſe, quia vna fides eſſe debet toti-
us Eccleſiæ, ſecundum illud 1. Cor. 1. ut id ipſum dicatis oēs
& non ſint in uobis ſciſmata. Ad Eph. 4. vnus Deus, una fides,
vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium. hæc unitas ſer
uari non poſſet niſi quæſtio fidei de fide exorta determinare
tur per eum, qui toti Eccleſie præeſt, ut ſic eius ſententia a to
ta Eccleſia firmiter teneatur. & ideo ad ſolam auctoriſatem
ſummi Pontificis pertinet noua editio ſimboli, ſicut & oīa
alia quæ pertinent ad totam Eccleſiam, ut congregare ſino-
dum generalem & alia huiuſmodi. Hæc Thomas, qui in reſ-
ponſione ad arg. de prohibitione facta in Nicena ſinodo ſub
anathemate, nemini licere aliam fidem proferre uel conſcri
bere uel componere præter diffinitum a ſanctis patribus Ni-
cææ congregatis in ſpiritu ſancto, dicit ꝙ talis prohibitio &
ſententia ſinodi ſe extendit ad priuatas perſonas, quarum nō
eſt determinare de fide. Non enim per huiuſmodi ſententiā
ſinodi generalis ablata eſt poteſtas ſequenti ſinodo nouam
editionem ſimboli facere, non quidem aliam fidem conti-
nentem, ſed eandem magis expoſitam. Sic enim quęlibet
ſinodus obſeruauit, ut ſequens ſinodus aliquid exponeret ſu
pra id, quod præcedens ſinodus expoſuerat propter neceſſita
tem alicuius hæreſis inſurgentis. Vnde pertinet ad ſummum
Pontificē, cuius auctoritate ſinodus congregatur, & eius ſen
tentia confirmatur. hæc Thomas, qui etiam prima ſecundæ,
95 q. 2. art. 3. in ſolutione ad tertium argumentum dixit, †aucto
ritatem uniuerſalis Eccleſiæ in determinatione fidei princi
paliter ad ſummum Pontificem pertinere, quod bene patet
24. q. 1. quoties. & c. hæc eſt fides. Patet igitur expreſſiſſime, pa-
pam ſupra Concilium, & non Concilium ſupra papam iuriſ
dictionem plenariam in omnibus obtinere, & Concilium q̄
tumlibet œcumenicum & vniuerſale, papæ ſubijci & obedi-
re teneri, a quo ſalus omnium fidelium poſt Chriſtum pen-
det, ut ſupra. Ad primum argumentum in contrarium de c.
legimus. 93. diſtin. quod orbis maior eſt urbe, iam ſupra reſ-
ponſum eſt, verum eſſe quo ad ſpacioſitatem, non tā quo ad
auctoritatem, quo ad dimenſionem, non quo ad iuriſdictio-
nem, de quo ſatis dixi ſupra arg. 13. huius partis. nam etiam in
dic. c. legimus. textus probat papam omnibus præeſſe debe-
re. in uerſ. quod autem vnus. & gloſ. in uerſ. ſed & Petrus. dicit
Petrum ſummum Epiſcopum. ergo, &c. Ad illud quod dici-
tur de Epiſcopis, quod ubiq; ſint eiuſdem meriti & eiuſdem
ſacerdotii, verum eſt quantum ad ordinem & ſacramentū,
ſed

ſed non quantum ad iuriſdictionem, nam præſuppoſito pro
96 vero & conceſſo, †quod Chriſtus dederit auctoritatem ligan
di & ſoluendi omnibus Apoſtolis ſicut Petro, dedit tamen
eis ſub Petro, & ſic Petro dedit uniuerſaliter ſuper omnes,
aliis autem dedit particulariter ſub Petro, quia ſolus Petrus
a Chriſto plenitudinem poteſtatis accepit. Cæteri vero ſolli
citudinis partem, ut in iuribus ſæpius allegatis. 2. q. 6. decreto
noſtro. & c. qui ſe ſcit. 3. q. 6. c. multū ſtupeo. extra de uſu pal-
lii. c. ad honorem. 19. diſt ita Dominus. 21. diſt. in nouo. 22. di.
ſacroſancta. 11. diſt. nolite. & c. quis neſciat. 12. di. Apoſtolicis
præceptis. 80. diſt. in illis. 24. q. 1. rogamus. & in c. vbi pericu-
lum. §. cæterum, & in c. fundamenta. de elect. lib. 6. in quibus
etiam iuribus patet quod omnes Epiſcopi inſtituti fuerunt a
Petro ubicumque Petro uiuente Epiſcopalis dignitas & au-
ctoritas eſt erecta, ergo ꝑ cōſequens omnes Epiſcopi a Papa
debent inſtitui, ut in c. quamquam. de elect. lib. 6. in glo. ma-
97 gna & 22. di. c. 1. †nā in primitiua Eccleſia Epiſcopi & presby
teri ſinonimi uocabantur, unde Hieronymus appellatione
presbyteri, epiſcopum ſignificari, & econuerſo, denotat in di
cto c. legimus 93. diſt. nam ſinonima erat adminiſtratio, ideſt
communis Epiſcoporum & ſacerdotum, quia communi cō
ſilio ſacerdotum Eccleſiæ communiter regebantur, nam li-
cet Petrus in ſingulis ciuitatib. ſingulos ordinaſſet Epiſcopos,
non tā diſtinxit epiſcopatuum fines ſecundū Inno. in c. cum
cauſam, extra de probat. ex quo dicit Hoſtienſis, quod in pri
mitiua Eccleſia omnia erant confuſa, & omnes fideles com-
munes erant parochiani, & quem vnus Epiſcopus excōmu-
nicabat alius abſoluebat, ut legitur etiam in uitis Patrū,
98 †nec facta fuit aliqua diuiſio diœceſum & parochiarū vſq;
ad tempus Dioniſii. 13. q. 1. Eccleſias, vbi dicit glo. iſte Dioni-
ſius diſtinxit terminos Eccleſiarum, & non terminos Epiſco
patuum, quia in gentilitate fuerunt diſtincti. 80. diſt. c. 1. ſimi
liter termini prouinciarum fuerunt diſtincti ante tempus
Chriſti, 99. diſt. c. prouinciæ, & not. in c. paſtoralis, extra de his
quæ fiunt a præla. ſine conſen. cap. & Ioan. And. refert in d. c.
cum cauſam, alio modo, & in c. conſtitutus. extra de appell.
in glo. non ſecundum, & tangit in cap. 2. de translatio. prælat.
Et Hieronymus ſuper Epiſtolam ad Titum dicit, Olim idem
erat presbyter, qui & Epiſcopus, & antequam diaboli inſtin-
ctu ſtudia in religione fierēt & diceretur in populis, ego ſum
Pauli, ego Apollo, ego autem Cephe. communi presbytero-
rum conſilio eccleſiæ gubernabantur &c. 95. diſt. olim. vbi
dicit gl. in verbo tollerentur. Sed dicit lex quod commodius
eſt ſingulas res ſingulis nominibus ſiue appellationibus di-
ſtingui. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm. §. ſed quia. diſtinctio no-
minum differentiam rerum declarat. 21. diſt. cleros. ſic C. de
codicil. l. non codicillos. Petrus igitur aliqua de nouo inſti-
tuit, ut omnes Epiſcopatus, & aliqua renouauit, ut prouin-
cias, aliqua vero ſucceſſoribus determinanda reliquit, præte
riens ſub ſilientio, ut terminos Epiſcopales & parochias.
quas exemplo Dioniſii Epiſcopi diuiſerunt poſt eum omnes.
Quicquid ſit tamē inde ſecutum, patet expreſſe quod Petrus
inſtitutione diuina ſemper præfuit uniuerſis. Vnde cum Dō
minus ei primo dixiſſet. Tibi dabo claues regni cœlorum, &
quodcunque ligaueris, & quodcunque ſolueris, e. ſ. & in cœ
lis Matth. 16. in plurali dicēs, Cœlorum & cœlis, præſentem
eccleſiam omnium fidelium, cœlorum nomine compræhē
dens, nam regnum celorum pręſentis temporis eccleſia dici
tur, ſecundum Greg. Vnde dicens in cœlis. indicauit in omni
bus eccleſiis mundi præeſſe debere. Cum reliquis Apoſtolis
dixerit in cœlo, Matth. 18. quæcunque ligaueritis & quæcun
que ſolueritis, e. ſ. & in cœlo. quaſi dixerit eis, Vos ſinguli in
partem ſolicitudinis ueſtrarum dięceſum, limitibus diſtin-
ctis curam gerite paſtoralem. Vnde Orig. dicit, non dixit, in
cœlis, ſicut Petro, ſed in cœlo uno, quia non ſunt tantæ perfe
ctionis ſicut Petrus. Et Rabanus Matth. 16. dicit, hæc autem
ſoluendi atque ligandi poteſtas, quamuis ſoli Petro data ui-
deatur a Domino. tamē & cęteris Apopoſtolis datur, nec nō
etiam nūc in epiſcopis atque presbyteris omni eccleſiæ. Sed
ideo Petrus ſpecialiter claues regni cœlorum & principatū
iudiciariæ ꝑtātis accepit, ut oēs per orbem credentes intelli-
gant, quia quicūque ab unitate fidei, uel ſocietatis illius qūo
libet ſemetipſos ſegregāt, tales nec uinculis peccatorum ab-
ſolui, nec ianuā poſſint regni cęleſtis īgredi. & Cyrillus ibidē
dicit, ſecundum aūt hanc dñi promiſſionē eccleſia Apoſtoli
ca Petri ab omni ſeductione & hæretica circūuētione imma
culata manet ſuper omnes præpoſitos & epiſcopos & ſuꝑ om
nes primates eccleſiarū & populorū in ſuis Pontificib. in fi-
de pleniſſima & actoritate Petri. Et cum aliæ eccleſiæ quorū
dā errore ſint verecū datæ, ſtabilita inquaſſabiliter ipſa ſola
regnat, ſilentiū imponens, & omniū obturans ora hæretico-
rum. Et uos neceſſariæ ſalutis non decepti ſuperbia, nec uino
ſuꝑbię ebriati, typū ueritatis & S. Apoſtolicę traditionis una
cum ipſa cōfitemur & prædicamus. Et iterū Rabanus ibidē
dicit, q enim Regem cœlorum prę cæteris confeſſus eſt, ma-
iori merito præ cæteris ipſe collatis clauibus regni cœleſtis
donatus eſt, ut conſtaret omnibus, quia abſque ea confeſſio-
99 ne ac fide, regnum cœlorū nullus poſſet intrare. †Claues aūt
regni cœlorum ipſam diſcretionem & potentiam nominat,
potētiam, qua liget, uel ſoluat, diſcretionem, qua dignos uel
indignos diſcernat. Gloſ. etiam ibidem dicit, ſpecialiter eam
Petro conceſſit, ut ad inuitātem nos inuitaret, ideo enim eū
principem Apoſtolorum inſtituit, vt Eccleſia vnum princi-
palem haberet Chriſti Vicarium, ad quem diuerſa membra
Eccleſiæ recurrerent, ſi forte inter ſe diſſentirent, quod ſi di-
uerſa capita eſſent in Eccleſia vnitatis uinculum rumperet.
Ecce quam pulchre & ſatis abunde patet ſplendidiſſima no-
ſtra veritas, quæ uincit omnia, quia omnia uero conſonant,
falſo autem omnia diſſonant, vt in primo Ethic. Sed pro in-
telligentia clariori, ut veritas ſæpius examinata magis in lu-
cem clareſcat. alias dicit Innoc. papa 35. q. 9. c. fi. quia veritas
ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucē. ubi dicit glo. nec
enim aliter ad ueritatem peruenitur, niſi omnes circunſtan-
tiæ diligenter quærantur. 23. q. ult. occidit. Diſtinguamus er-
go eccleſiaſticam poteſtatem duplici calle procedere, uideli
cet per viam ordinis, & iuriſdictionis, quo ad poteſtatem or-
dinis & miniſtrationis ſacramentorum omnes Apoſtoli fue
runt pares, quia quemcunque ordinem habuit Petrus, habue
runt & reliqui. Quo ad poteſtatē uero iuriſdictionis fuerunt
diſpares, quia Petrus præfuit illis in dignitate prælationis. &
in miniſtratione iuriſdictionis. Ipſe enim de aliis diſponebat,
vt 12. diſt. in nouo teſtamēto. 80. diſt. in illis. 2. q. 7. puto. 24. q. 1.
loquitur Dominus. Rurſumque poteſtas ordinis adhuc ſub-
diſtinguitur, quia aut reſpicit uerū Chriſti corpus quo ad cō-
ſecrationem, aut miſticū, quo ad Chriſti membra politica, &
tunc adhuc expedit dupliciter conſiderari, uidelicet aut quo
ad miniſtrationem veri Chriſti corporis, aut quo ad miniſtra
tionem alterius ſacramēti propria æqualis eſt in omnibus ri-
te conſecratis ſacerdotibus, quam collatam credimus omni
bus Apoſtolis & etiam Iudæ in cœna Domini, cū dixit, hoc
facite in meam commemorationem. Luc. 22. & 1. Cor. 11. &
glo. 22. diſt. in nouo. facit 50. diſt. conſiderandum, & in c. fide-
lis, & in cap. ſignificaſti, extra de electio. & Tho. in quarto ſen
ten. diſt. 18. & Ric. eo. lib. diſt. 17. ar. 2. q. prima, & Ioan. And. in
c. presbiter, de ſacram. iter. uel nō. & dixi ſatis in repetit. c. oīs,
de pœnit. & remiſſ. in proœm. probando neceſſitatem cōfeſ-
ſionis per legem euangelicam, quæ eſt quinta probatio. Secū
da uero adhuc recipit ſubdiſtinctionem, videlicet qa aliqua
ſacramēta miniſtrari poſſunt per quemlibet ſacerdotem, ni-
ſi alicui ſit interdictum, vt baptizare, ſacramentales pænitē-
tias imponere & confitentes abſoluere in caſibus non reſer-
uatis, dare extremam unctionem & ſacram communionem
ſolennizare vel benedicere matrimonia. Dixi caute, niſi ſit
alicui interdictū, qa religioſis multa interdicuntur ſub ana-
themate, in c. religio. de priuileg. in clem. aliqua uero ſacra-
menta ſoli poſſunt Epiſcopi miniſtrare, ut confirmationem,
ſiue criſmationē & ordinationem clericorum. 25. diſti. perle
ctis. uerſ. ad Epiſcopum. 17. diſt. peruenit 68. diſt. quamuis. de
his dicit Ioan. And. in c. ad liberandam, extra de iud. in ver. li
gandi atque ſoluendi, in parte deciſa. dicit quod omnibus ſa-
cerdotibus eſt commune in parte, cū Dominus dixerit, Matt.
18. quæcūque ligaueritis, &c. & Io. 20. quorum remiſeritis pec
cata, &c. in communi omnibus dixit, quamquam Petro ſoli
prius dixerit, quodcunque ligaueris, & c. Matth. 16. & 24. q. 1.
quodcunque. & vocaberis Cœphas. Io. 1. quod eſt caput Eccle
ſiæ. 24. q. 1. rogamus. 93. diſt. nulla ratione. ad deſignandā vni-
uerſalem auctoritatem Eccleſiæ & omnium principatuum,
nihilominus tam pro ſe quam pro aliis hanc poteſtatem in-
telligit ſuſcepiſſe. 24. q. 1. cum beatiſſimus, & d. c. quodcunq;.
cum ſimilib. omnes enim ligant & ſoluunt. i. ligatum & ſolu
tum oſtendunt, ut in c. a nobis ſecundo, extra de ſent, excō-
municat. uel etiam excommunicando, aut abſoluendo, de
ſent. excommun. per tuas. & e. ſacro. aut pęnitentias imponē
do & relaxando, ut in c. omnis, & in c. cum ex eo, de pœnit. &
remmiſſ. in omnibus autem & per omnia ſummus Pōtifex
ſuper oēs eſt, & præ oībus & ſuper oēs poteſtatem habet. Vn-
de ex cauſa plenam indulget ueniam peccatorum, quod nul
li alij licitum eſſe poteſt, ut in d. c. cum ex eo. & in c. intelligē-
tiæ, de pœnit. & remiſſ. lib. 6. accedunt not. per eundem in ru
brica de pœnit. & remiſſ. in no. & in cap. inquiſitioni, extra de
ſent. excommunic. Et Franciſ. de Zabarel. Cardinalis Florēti
nus in cle. 1. de ſumma Trinit. & fide catho. in ſecūda oppo.
dicit ꝙ papa quo ad iura eccleſiaſtica hēt plenā diſpoſitionē
& diſpenſationem omnium beneficiorum & rerum eccle-
ſiaſticarum. de præben. c. 2. lib. 6. & rationem diuerſitatis in-
ter eccleſiaſtica & temporalia, dicit ſe tractaſſe in c. quæ in
Eccleſiarum. de cōſtit. Quærens autem idem Florentinus in
100 c. ne Romani, de elect. in Clem. in uerbo, irritum. in 5. q. †quę
&

& qualis sit & in quo consistat Papæ iurisdictio, refert Matthæum dicere, quod est duplex, vna generalis, alia specialis. Generalis est, inquit, quam habet in omnes prę latos mundi & corū subditos, de foro compe. licet sunt. de priuil. antiqua de quo in Speculo. de leg. §. 4. Et per hanc potestatem cognoscit de causis prædictorum, etiam per simplicem querelam. 9. q. 3. sola. & c. aliorum. & c. cuncta per mundum, etiam ex officio, ut in c. 1. uers. lo. extra, vt ecclesiastica benefic. & hanc habet ex plenitudine potestatis, ut in c. si duobus, ut lite. pen. in Clem. & in c. 2 ad fi. de re iud. in Clem. in uer. nihilominus ex ipsius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & Dominus dominantium nobis licet immeritis in persona tamen beati Petri concessit, accedit capitu. proposuit, extra de conces. præben. & c. licet. de præbend. lib. 6. & quod ibi notat. Archid. & secundum hanc potestatem cæteri prælati uocati dicuntur in sollicitudinis partem, ut in d. c. ad honorem, de usu pal. & in d. c. decreto, & c. qui se scit. 2. q. 6. cum similibus. Secunda iurisdictio papalis, quæ dicitur specialis. multiplex est. Vna, quam habet papa in exemptos, de priuileg. c. si papa. lib. 6. & per totum illum tit. Alia, quam habet in eos. q curiam sequuntur, de foro compet. c. fi. de prę ben. c. præsenti, libro. 6. Alia, quam habet in terris, quę sunt de patrimonio beati Petri, de appellat. c. duobus. Alia, quam habet in eos, q non recognoscunt superiorem, quod etiam procedit in laicis, ut in cle. 1. de re iud. & in c. per uenerabilem, qui fil. sint leg. Alia, quam habet in multis ecclesiis & capellis quæ sunt in urbe, & alibi, quæ immediate subsunt Papæ, ut in cap. dilectus de capel. monach. Alia, quam habet in Episcopos constitutos in prouincia urbis, in quos habet potestatem tanquam Patriarcha. hinc dicitur patriarcha Romanus uel urbis. 22. distin. in nomine Domini. Et sicut orbis habet quatuor sedes patriarchales, ut in d. c. antiqua. de priuile. & 21. dist c. penult. & c. fi. sic & vrbs, quę est ad instar orbis quatuor habet patriarchales sedes, scilicet basilicam sancti Petri, sanctæ Mariæ maioris, sancti Pauli, & sancti Laurentii extra muros. Item in vrbe est Ecclesia Lateranent. quæ est papalis, quia papa ibi frequentius residere debet 23. dist. c. 1. de quo dicitur in Cronicis, † quod Constantinus Lateranens. palatium in basilicam Saluatoris cōstruxit, & in honorem beati Ioannis in balneo caloris sui appenditiam demonstrauit, & censuit eam in toto orbe matrem Ecclesiarum omnium appellari, & hæc sola gaudet priuilegio centenario in præscriptione, ut in cap. cum nobis, extra de prę script. & not. Archidia. 12. q. 1. futuram ecclesiam, ubi glo. dicit, videtur ergo quod ecclesia beati Petri sit prior ecclesia beati Io. Lateranens. 10. q. 1. sanctorum. sed expone primæ Petri. i. Apostoli. Dicit namque text. in d. c. futuram. denique idem prę fatus princeps donaria immensa cōtulit & fabricā templi patriæ sedis beati Petri instituit, adeo vt sedem Imperialem relinqueret & beato Petro suisque successoribus profuturam concederet, dixi supra secunda parte secundæ partis principalis, argumēto. 20. in quę stione, supra quos extenditur auctoritas papæ. §. restat nunc uer. præterea solus Imperator, nam communiter tenetur quod ecclesia, Latera. sit prima sedes orbis terræ, & Io. de Ligna. dicit, ꝙ papa hēt quandā generalissimā ptātē a Christo, in Petrum translatā & successores. 21. di. in nouo. & in c. 1. de transl. pla. Et sm hanc generalissimā dr Deus orbis, loco Christi in spiritualib. & tpalib. 9. q. 3. p principalē & c. cūcta. de quo plene dicit se dixisse in c. nouit, de iud. & in c. venerabilem, extra de elec. & in c. p venerabilē. q fil. sint le. Quod aūt papa hēat duplicē iurisdictionē, vnā tanq̄ patriarcha & Eps urbis, aliā tanq̄ eps totius orbis, patet ex his q̄ de ptāte Vicarij papæ scripsit Io. An. in c. fi. de of. Vica. & ibi patet q̄ dicat puincia urbis, ibi, inter Capuanā puinciā, & pisanā. & in c. ubi piculū, in gl. sup uerbo decem diebus, de ele. lib. 6. Quod autem dictum est ꝙ vrbs, sicut orbis, habet quatuor sedes patriarchales, ponit etiam Io. An. in c. antiqua, de priuile. & in prædicto c. fundamenta, de elec. li. 6. & Specul. in tit. de leg. §. nūc ostendendū. uer. Deus. prius nanq; ponit 80. causas, quas tanquam maiores papa sibi reseruauit in signū vniuersalis dominii totius orbis, sicut successor Petri, Vicarius Iesu Christi, non puri hominis, sed Dei vices gerens in terris, ut in c. inter corporalia, extra de trāsla. Epis. & c. quanto, & in c. licet. eo. ti. & in c. unico, 1. resp. extra vt eccle. benef. 21. dist. c. 1 de homic. c. pro humani. li. 6. 24. q. 1. quoniā vetus. Summus igitur Pontifex vice Dei omnia regit disponit & iudicat prout sibi placet, ut in d. c. cūcta. & c. p principalem. 9. q. 3. † quamquā etiā quilibet Episcopus quo ad aliqua sit Christi Vicarius, ut no. Arch. 2. q. 5. habet hoc propriū. vbi in fine glo. uocat episcopum Dei ministrum. & de sen. & re iu. c. 1. lib. 6. per Arch. & Io. And. & in c. vnico, §. per frontis extra de sacra vn. vbi dr ꝙ episcopi sunt Vicarii Apostolorū. 68. dist. quorū vices. solus tamen Papa habet plenitudinē ptātis, et dummodo cōtra fidem nō ueniat. in omnib. & per omnia dicere potest & facere q̄cquid placet, ius suum cui uult auferendo, & alii, cui uult cōcedēdo, quia non est ei q dicere possit, cur ita facis? 19. dist. in memoriam. de pœn. di. 3. quāuis, ibi, quis tamen audet dicere Deo, nam apud Deū & papā sufficit pro ratione uoluntas, & per argumentum a minori, quod sibi placet legis habet uigorem, Instit. de iure natu. §. qd Principi. potest etiam omne humanum ius tollere de iure, supra ius dispensare, dummodo non dispenset contra legem Dei & cōtra bonos mores legis naturæ. 8. di. quæ contra mores, & 32. q. 7. flagitia, nisi sequeretur decoloratio faciei ecclesiæ manifesta, ut qa sine iusta cā dispēsaret, quod est prohibitū. 1. q. 7. tali. & c. & si illa. ex de elect. innotuit. §. multa. & §. fi. de quo plene p Io. And. in reg. semel Deo, de re. iu. li. 6. in Mercur. & in c. cū ad monasteriū. ad fi. de sta. re. & mo. & in c. magnæ. de voto & uo. re. Dispensat nāq; qn̄q: ēt in lege diuina, vt ī eo ꝙ dixit Dn̄s Matt. 19. quos Deus cōiunxit, homo nō separet, & tamen etiam in matrimonio cōsummato per copulā carnalem ex causa dispensat, ut cū infideli coniugato postea conuerso, ut in c. gaudemus. §. pen. de diuor. & quandoq; etiam in lege naturæ, vt quod minor 14. annis non ligetur pfitendo, cum tamen possit obligari diabolo ex peccato mortali, ut in c. 1. de homic. in clem. de pœnit. distin. 4. paruuli. & de consecr. dist. 4. eos qui. & in c. omnis. de pœnit. & re. quia s. septennium quo ad forum conscientię, dicitur communiter doli capax, & tamen minor 14. professione non obligatur, ut in c. quia in insulis, de regul. ubi prohibetur ante 18. annum recipi in monasterio propter asperitatem insularum, generaliter tamen conceditur de 14. in masculo & 12. in fœmina. 20. q. 1. c. 1. & 20. q. 2. si in qualibet. & c. puella. ad quod accedit c. impuberes. de despon. impub. cum enim, ut dictum est, papa superiorē non habeat in terris, ut in c. licet. extra de elect. sed ipse sit super omnes tanquam qui de cœlo venit, ut dixit Io. Bap. Io. 3. ergo a nemine iudicari pōt nisi a Deo, a quo est eius auctoritas. 21. dist. in nouo testamento. & c. nunc autem, cum simil. superius alleg. unde & Iustinianus Imperator dixit, papam habere cœleste arbitrium. C. de sum. Trin. l. 1. & Dominus Baldus de Perusia, in l. rescripta. C. de prec. Imper. offer. tractās aliqualiter de potestate papæ dicit, ꝙ ubi papa, ibi vniuersalis sinodus. 19. distin. Anastasius. 17. dist. non licuit. & ubi papa ibi & communis patria, ut in c. exposuit, extra de dilat. per Inno. item a nemine iudicatur, etiam si dicatur hæreticus 21. dist. nunc autem. item omnia beneficia mūdi sunt obidiētialia & manualia Papalis potestatis respectu. Ex prædictis igitur sufficientissima solutio data est ad prædictum c. legimus 93. dist. de paritate & disparitate iurisdictionis inter papam, & alios prælatos & sacerdotes. Ad Epistolā Augustini contra Donatistas dico, quod loquit̄ quando agēdum est de hæresi papæ, ut Concilium congregetur, & causa discutiatur. Nec dicit Augustinus quod papa condemnetur per Concilium, sed si Episcopi, qui fuerunt Romæ, male iudicarent, eorum sententiæ soluerentur. sic etiam intelligit Alber. de Fox. ī rubrica C. de hæret. Vn̄ beatus Thomas in tract. ꝯ errores Græc. refert Cyrillum Patriarcham Alexādrinum in lib. Thesaur. dicentem quod sicut Christus accepit a patre duplex sceptrum Ecclesiæ gentium super omnem principatum & potestatē & super omne, quodcunque est vt ei genua cūcta curuentur, sic plenissimam potestatem dedit Petro & suis in officio successoribus, & nulli alij hominū, & sicut tota Trinitas dedit uerbo plenissimā potestatem assumendi humanitatem, quam vnus trium assumpsit, & in vnitate personæ transiuit ad patrem, super omnem potestatem & principatum, ut adorent eum omnes Angeli & omnis creatura & omne quod est, † ita Christus totum Petro contulit per sacramentum potestatis Petro collatū & Ecclesiæ. & Io. Chrisost. in persona Christi ad consulta Burgarorum respondens, dicit Petro, ter te interrogo si me diligis, qa ter me negasti, nec autem quia reductus es, ne credant fretres te gratiam & auctoritatem clauium amisisse, quia amas me, coram ipsis iam tibi confirmo quod meū est plenum. † Generale igitur Concilium hanc plenitudinem potestatis a Christo nunquam accepit, sed solus Petrus præ omnibus & pro omnibus, ut dictū est supra satis. per ea quæ plene habentur 17. dist. per totum. & maxime in c. multis. & 25. q. 1. his ita. & 2. q. 6. ideo. & c. siqs putauerit. Et Gelas. papa dixit 25. q. 1. c. 1. confidimus, quod iā nullus ueraciter Christianus ignoret uniuscuiusque sinodi constitutum, quod uniuersalis Ecclesiæ pbauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere quam primā, quæ & vnamquamque sinodum sua auctoritate confirmauit, & continuata moderatione custodit. Et in prædicto §. his ita. 25. q. 1. dicit tex. Sacri siquidem Canones ita aliquid constituunt, ut sui auctoritatem interpretationis sanctæ Romanæ Ecclesiæ reseruent. Ipsi nanque soli canones valent interpretari, qui ius cōdendi eos habent. Vnde in non nullis cap. Conciliorum, cum aliqd obseruandum decernit statim subinfertur, nisi auctoritas Romanæ Ecclesię aliter imperauerit. Vel

Vel saluo tamen in omnibus iure sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Vel salua tn̄ in omnibus Apostolica auctoritate. & infra, Valet ergo ut ex præmissis. colligitur sancta Romana Ecclesia quoslibet suis priuilegijs munire & extra generalia decreta quædam etiam speciali beneficio indulgere. Et in c. cuncta p mūdum, 9. q. 3. dicit Gelas. papa omnibus Episcopis. Sed nec illa prætermittimus quod Apostolica sedes sine ulla sinodo præcedenti & soluendi quos sinodus inique damnauerit & damnandi nulla existente sinodo, quos oportet, habuit facultatem. Et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce tenuit & semper tenebit. Et Nicol. 1. ad Michaelem Imperatorē Græcorum dixit, Romanę Ecclesiæ priuilegia Christi ore in beato Petro formata in Ecclesia Christi Domini semper antiquitus obseruata etiam a sanctis vniuersalibus sinodis, atq; in tota Ecclesia iugiter uenerata, nullatenus minui, nullatenus infringi, nullatenus cōmutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit humanus non potest amouere conatus, & quod Deus statuit firmū validumque consistit, illeque plurimum peccat, qui Dei dispositioni tentat resistere. Priuilegia igitur in quantum huius sedis populo sunt diuinitus radicata atque plantata, impingi possunt, transferri non possunt, trahi possunt, euelli nō possunt, quæ ante Imperium vestrum fuerunt & permanēt, Deo gratias, hactenus illibata, manebūtque post vos & quousque Christianum nomen fuerit prædicatum, non cessabūt immutilata subsistere. Patet igitur responsio clarissima, & nihil obstat. Ad Tertium argumētum, † cum dicitur quod par est auctoritas papæ & Concilij. 20. dist. c. 1. Respondeo uerū esse cum papa ualidat & confirmat decreta Conciliorum & nō aliter, nam in prędicto c. 1. id refertur, eo quod talia decreta fuerant assistente papa condita, vel papę legatis, ut patet 16. distin. sexta sinodus. & c. placuit, in fi. ibi, cum vniuersa Cōcilia professione Romani Pontificis sint roborata. Ad id autem, quod infertur de c. innotuit, de elect. quod par in parem non habet Imperium, dico & respondeo hoc uerum esse qn̄ ita est quod sint pares, ut sunt omnes summi Pontifices in sede Petri, nam unus papa nō potest imponere legem alteri papę suo successori, quia non minor est auctoritas successoris q̄ prędecessoris, & sic loquitur dictum c. innotuit. Sed papa in uita sua parem in terris habere nō potest, vt supra clarissime probatū est. oportet etiam intelligere parem vim habere decretales papę & Conciliorum, si decretales Conciliorū sint validę, nam constitutiones, quę nullę sunt, abusiuę nominātur. vt l. 4. §. condemnatū. ff. de re iud. & in l. 2. ff. quemadmodum test. aperian. & sic oportet intelligi dę approbatis per papam, alias nullę essent. Prętęrea in prędicto, c. j. 20. distinct. non dicitur, quod sit par auctoritas Papę & cōciliorum, sed dicitur quod decretales epistolę canonibus conciliorum pariiure exequntur. Et merito, quia tam decretales epistolę quam ipsi canones conciliorum ab auctoritate Papę uim obtinent & ualorem, & ideo sunt pari robore obseruandi, sicut dicimus de statutis municipalibus, quę pro legibus obseruantur, quamquam proprie non sint leges, & sic nihil obstat. Quarto principaliter quęro, † an Concilium possit constitutiones facere, causas audire & alia expedire, q̄ papa pōt? Et quamquam per supra scripta satis uideatur responsum ad hanc quæstionē, attamen pro clariori notitia huius scrupuli oportet præsupponere auctoritatem papæ non interuenisse, quasi videatur non esse necessariam, nam tex. c. Concilia 17. dist. videtur dicere quod Cōcilia tradiderunt potestatem papæ. ergo papæ auctoritas ad validationem Conciliorum necessaria non uidetur. hoc etiam uidetur velle tex. in c. dudum, 3. q. 6. Et animaduertendum, quod non dicit tex. transtulit, sicut dicitur de populo Romano, qui transtulit omnē potestatem in Imperatorem, C. de uet. iu. enuc. l. 1. §. cum autem. & in l. 1. C. de offi. præfec. præt. p quod uerbum. scilicet, transtulit, solent dicere Doctores qđ nulla potestas remansit apud populū Romanū, ut not. in dictis legib. & in l. fi. C. de legib. Sed in casu nostro dicitur, tradidit. sed certe, ut supra clarissime patuit, sine auctoritate papæ nihil agere pōt Concilium, nec meretur Concilij nomen, ut in s̄. dicto c. regula vestra, 17. dist. & in aliis iuribus superius alleg. Vn̄ pro solutione omniū ꝯtriorum dicendum est qđ superstite papa, & sic sede plena & nō vacante, semper in uniuersalibus Concilijs tam in principio uocationis q̄ in omnibus agendis & continuandis ac terminandis auctoritas papæ est necessaria per iura superius allegata † Si vero sedes vacaret, tunc secus dici posset, videlicet ꝙ si expediens esset, posset Conciliū congregari & oīa facere q̄ papa posset si tn̄ postmodū papa improbaret ea, quæ Cōcilium fecisset, nihil ualerent posset nanq; accidere qđ longo tpe sedes uacaret ex discordia Cardinaliū, p quos electio papæ fieri debet, ut s̄. in prima parte satis est explanatum. Legimus in Cronic Martiniana qđ post obitū Virgilij Romani Papæ cessauit Episcopatus, idest vacauit sedes Apostolica mensibus tribus & diebus quinque. Et post mortem Pelagij cessauit mensib. quatuor & dieb. 25. Et post mortem secūdi pelagij cessauit mēsib. sex, & dieb. 25. Et post mortem beati Gregorij cessauit mensibus quinque & dieb. 15. Et post mortem Bonifacii IIII. cessauit mensibus septem & diebus 25. Et post mortem Bonifacii V. cessauit mensibus sex dieb. 13. Et post mortem Honorii I. cessauit mensibus. 7. & diebus. 18. Et post mortem Agathonis cessauit anno uno, mensibus. 7. & diebus. 15. Et post mortem Leonis. II. cessauit mensibus. 11. & diebus 22. Et post mortem Ioannis VII. cessauit mēsib. nouem. Et post mortem Pauli Papæ cessauit anno uno, & mēse. 1. Et post mortem Benedicti VIII. Cessauit anno uno. Et post mortem Clementis IIII. cessauit annis tribus, mensibus duobus, & diebus decem. & post mortem Cælestini IIII. uacauit mensibus 22. & diebus. 14. & post mortem Nicol. IIII. vacauit annis duobus & mensibus fere trib. & post mortem Clementis V. vacauit. sedes annis duobus, mensibus tribus diebus 17. Merito tunc igitur tandiu sede vacante Conciliū spiritussancti licentia & auctoritate valida posset legitime congregari œcumenice, & congregatum agere posset, decidere & terminare omnia ad salutem animarum necessaria tam pro fide quam pro moribus & pace communi totius populi Christiani, conuenientibus episcopis, & requirentibus Cardinales, ut discordes ad concordiam reuocentur. quibus concordantibus ad S. Card. eorum collegium principaliter tamquam primatum tenens in ecclesia Dei post Papæ obitum, iurisdictio Apostolica deuoluatur, qui primitus & ante omnia electioni vacent futuri summi Pontificis, ne diutius permaneat ecclesia viduata not. in Clem. ne Romani, de electio. sic intelligendum puto quod dicit Archid. 66. di. porro. ubi dicit quod Papa superstite, ipse potest immutare formā traditam per Apostolos, & eo mortuo tunc immutare poterit uniuersalis ecclesia, quasi dicat, quod Concilium generale uniuersalem ecclesiam repræsentans, hoc possit uacante sede Apostolica, sed Papa viuente minime possit quisquam, nec etiam uniuersitas fideliū sine licentia & auctoritate Papæ quicquam agere. ad hoc accedit dictum Compostellani & Hostiensis in c. cum accessissent. de consti. ubi dicunt cum Inno. quod in vniuersitatibus habentibus iurisdictionem existente rectore, seu capite eorum, ipse habet Regem, & uniuersitas sine eo nihil potest, sed deficiente capite vniuersitas per se potest, licet Innoc. contrarium dixerit in hoc ultimo, scilicet deficiente capite, &c. Sed potest saluari dictum Inn. de uniuersitate non habente iurisdictionem, pro hoc etiam facit quod not. idem Innoc. in c, ad abolendam, extra de hæret. cum dicit quod Episcopus & capitulum faciunt vnū corpus, & deficiente Episcopo potest capitulum quod poterat episcopus, de quo etiam no. in c. cum olim, de maio. & obed. pro hoc etiam facit tex. in l. ubi absunt, ff. de tut. & cur. da. ab his. ubi patet quod deficiente rectore, seu capite superiore, illi qui præsunt vniuersitati & eam repræsentāt, s. decuriones, habebūt exercitium iurisdictionis, pro quo est etiam ibi specialis nota Bar. ubi dicit, † quod vacante papatu remanet iurisdictio apud collegium Cardinalium, quod humiliter fateor in quantum concordes vacent principaliter electioni Papæ, quibus discordantibus vt dixi, Concilium œcumenicum congregatum vl̄em ecclesiā representans ut s̄. plenam iurisdictionem habebit ad finē electionis legitimę fiendę de idoneo sum. Pontifice pro necessaria vnitate seruanda, qa sine uno præside multitudo regētiū confusionē faceret e uicino iuxta dictum Aristot. 11. Metaphis. & sic oportet intelligere d. Bar. ne sit contra c. ne Romani, de elect. in Clem. Bart. namque considerauit dignitatem Cardinalium apud Papā pœminere vniuersali ecclesiæ, loco cuius Cardinales expressit tamquam primates. Potest igitur d. Bar. bene intelligi quo ad habitum iurisdictionis, ut de iure sede uacante resideat in collegio Cardinalium inuicem concordantium, nomine tn̄ ulis ecclesiæ, in quam iurisdictionem ipsam administrare ualeant ut patet in c. ubi periculum, de ele. li. 6. ubi tex. psupponit quod sede uacante Cardinales de iure administrationē habeant. Sed ut celerius intendāt electioni Papæ, inhibet̄ eis iurisdictionis exercitium & administratio, nisi vbi necessitas immineret uel piculū in ecclesia. & tunc per illud c. non conceditur eis de nouo potestas, sed non tollitur, cum per prius habuerit, & sic etiā tunc non tollitur per Cle. ne Romani. ad hoc 79. dist. nullus per gl. & Archid. & melius in c. 1. in gl. ma. de scisma. li. 6. & gl. nor. C. quæ sit longa consuet. in rubrica. ubi dicit ꝙ conciliū & q præst, vniuersitati, vicē eius obtinēt & possunt quæ potest vniuersitas, ex quib. infertur quod sede vacāte, si necessitas immineț, vel periculū in ecclesia, ita qđ oporteat cōgregare Cōciliū, Dn̄i Reuer. Cardinales possunt & debent conuocare Concilium, cū ad eos principaliter spectet conuocatio, iuxta not. per Inno. in c. 1. de maior. & obed. et per Bar. in l. 1. ff. de albo scrib. Et per hæc patet rn̄sio ad quæ cun-

cunque contraria, nam auctoritates dicentes ꝙ poteftas data Petro intelligatur data Ecclefiæ papalis fuit data poteftas a Chrifto, nō inficiantur quin Petro data fuerit principaliter præ omnibus. & ꝓ omnibus, ita quod ipfe caput efset & vertex vniuerfi collegij, per iura fuperius allegata. Non obft. c. omnibus, 24. q. 1. quia continuatur cum c. præcedenti, quod incipit, alienus eft. & cum præcedenti, quod incipit, loquitur Dominus. nam illi text. probant vnitatem Ecclefiæ in capite & in membris, quibus vnanimiter concordantibus par erit auctoritas papæ & prælatorum in omni cōftitutione per papam authenticata. Sed fi fedes vacat. cum papa non fuperfit, quomodo pōt efse concors cum prælatis in terra, cum iam fuo fit functus officio, & forte triumphat in cœlis? Papa ergo viuente fine fui licentia & auctoritate, nullum eft Conciliū, nulla lex vniuerfalis, nulla conftitutio, nullaque ualida fententia finodi, ipfo tñ auctorizante fi non præfentialiter, faltē per fuum legatum Apoftolicum, tunc Concilium cum auctoritate legati ex parte papę poterit conftitutionem facere ad morum reformationem, correctionem criminum, extirpationem hærefum, & alia quęcunque bona ad falutem pertinentia agere. non tamen pofset Concilium, etiam legato Apoftolico præfidente, conftitutiones Apoftolicas reuocare fine fpeciali mandato papæ, & ipfo poftmodum acceptante & ratificante, ficut dicitur quod legatus Apoftolicus poteft conftitutionem facere, fed non poteft Apoftolica iura tollere, iuxta not. in c. fi. de offic. leg. Sed Papa defuncto, & fede vacante, vniuerfale Concilium legitime congregatum pofset tanquam Papa etiam cōftitutiones Apoftolicas tollere ficut

110 Papa, vt vult Archid. in d. c. porro. 66. dift. †ex quibus confequenter infertur quod omni cafu papa poteft reuocare gefta in Concilio etiam fi in eo de fua licentia fuiffet derogatum poteftati Papæ, nec pōt Concilium ēt fimul cum Papa in aliquo derogare poteftati Papæ, & fic non pōt ftatuere qđ Concilium fit s. Papam, nec quod Papæ arctetur poteftas, vt non poffit reuocare gefta Concilij, cum auctoritati Apoftolicæ ꝑ Chriftum Petro traditæ pro fe ipfo & omnibus fuis cononice intrantib. fucceffloribus derogari nequeat quoquomodo per iura fuperius allegata, & maxime per no. in d. c. innotuit, de elect. nam ficut vniuerfalis Ecclefia, fi Chriftus hodie in terris viueret, ꝯ Chriftum uel fupra Chriftum nihil ftatuere poffet, quod Chriftus tollere non poffet, ita hodie cōtra Chrifti Vicarium, dum eius fidelitatem feruat, etiam omnis vniuerfalis Ecclefia nihil ftatuere poteft, quod Papæ non liceat reuocare, cum fit idem tribunal Chrifti & papæ, ut in c. non putamus. de confuet. lib. 6, & fpecialiter not. Hoft. in c. quanto. de tranflat. nam lex humana, ftatuta a Deo tollere nō poteft, qa inferior, ut in c. literas, §. opinioni, de reftit. fpol. & 15. q. 1. funt quidam. fed a Deo data eft poteftas Papæ, vt fupra iam totiens probatum eft. ergo nemo tollere poteft, præter Deum, ut clare patet 22. diftin. omnes. Hinc etiā animaduertendum eft, quod vbicunque Apoftolica conftitutio videtur vti verbis inhibitorijs fucceffloribus in Apoftolica fede vltra fidei continentiam, femper oportet intelligere pro verbis exhortatorijs, & nihil in effectu important, iuxta not. 2. q. 5. mādaftis, in fi. ubi Sixtus papa fe humiliter purgans dicit, me a fufpicione & æmulatione liberans, fed non alijs qui noluerint, aut fponte hoc non elegerint, faciendi formam dans. & in c. auditum, ea. ca. & quæfti. dicit Leo Papa, qui fimiliter fe purgauit, hoc autem faciens nō legem præfcribo cæteris, qua id facere cogantur. & fatis ad hoc faciunt not. in d. c. innotuit, de elect. ibi qui fuceffloribus fuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poft eum, imo eadem auctoritate functuris. loquitur namque ibi Innoc. papa III. dicens, Quāuis aūt canon Lateran. Concilij ab Alexandro Papa prædeceffore noftro editus non legitime genitos a Deo pfequitur, quod electionem talium innuit nullam effe, nobis tñ per eū adempta non fuit difpenfandi facultas, cum ea non fuerit ꝓhibentis intentio, q fucceffloribus fuis, & c. vt fupra, quia par in parem non habet Imperium, vt fæpius dictum eft fupra, & 21. dift. inferior. & de maior. & obed. c. cum inferior. & in l. nā & magiftratus, ff. de arbit. & ff. ad Treb. l. ille, a quo. §. tempeftiuum. ad prædicta faciunt not. 16. q. 1. qa iuxta. & in data Sex

111 ti libri, per Io. And. Dy. & Arch. Patet infuper euidēter †quod papa tollit decreta conciliorum, nam in generali concilio Lateran. ftatutum fuit quod nulla Ecclefiaftica beneficia vacatura alicui promitterentur nec cōcederentur ante quam vacarent, vt in c. 2. extra de conceſ. præb. & tamen Honorius III. immutauit decretum, afferens fe fecundum plenitudinē poteftatis de iure poffe fupra ius difpenfare, ut in c. propofuit, eod. tit. Ad idem accedit c. 2. de præb. li. 6. ubi Clemēs IIII. fic expreffius declarauit, & tamē Bonifac. VIII, in c. deteftanda, & in c. ne captandæ, de conceſ. præb. li. 6 refirmauit determinationem Lateran. concilij, quod tñ intelligitur quo ad oēs alios prælatos, fed non quo ad papam, quia fibi nemo poteft legem imponere, vt dictum eft. Hinc etiam Bonifac. VIII. reuocauit ftatutum Greg. X. in generali concilio Lugdunen. editum, ne aliqui ob procurationem fibi ratione vifitationis debitam exigere pecuniam præfumerent, uel etiam recipere a uolēte, vt in c. exigit, de cenfib. lib. 6. Bonif. id reuocauit, cōcedens quod a volentibus foluere licite recipi poffit, vt in c. felicis, de cenfib. li. 6. Accedunt not. in d. c. dudum, 2. q. 7. ibi, ad eam quafi ad matrem atq; ad apicem omnes maiores Ecclefiæ caufæ & iudicia Epifcoporum recurrant, & iuxta eius fententiam terminum fumant, nec etiam extra Romanum quicquam ex his decerni debere Pontificem & 17. dift. hinc etiam. ibi, fcientes quia eius fedi primum Petri Apoftoli meritum, deinde fecuta iuffione Dñi conciliorum venerandorum auctoritas fingularem in Ecclefijs tradidit poteftatem, nec antedictę fedis Antiftitem minorū fubiacuiffe iudicio. & infra, caufam, cuius totam Dei iudicio referuamus. Hæc funt verba Epifcoporum in generali concilio congregatorum auctoritate Symachi papæ in vrbe Roma tpe Theodorici Regis fereniffimi Romanorum. fimile 21. dift. nunc autē. ibi, non licet aduerfus Pontificem fentētiam dari. fimile 63. dift. Adrianus. 2. q. 6 præful. de pęnit. & remiff. cum ex eo, de

112 elect. ut circa. cum feq. cap. lib. 6. †vbi quamquam fit concilium Lugdun. congregatum, nihilominus in 13. c. continuis a c. vbi periculum, femꝑ intitulatur idem in eodem, fcilicet Greg. X. vt omnis poteftas in papa refidere fuper omnes etiā in generali concilio dignofcatur, fine cuius auctoritate nihil agitur quoquomodo, ut in d. c. regula, 17. dift. præterquam in cafu hærefis, vt in d. c. fi papa. 40. dift. Hinc etiam fancti patres in concilio Calcedon. contra Diofcorum congregati ad fententiam fe referunt, quam Leo papa protulerat contra eum 21. dift. in tantum. Et Nicena finodus beato Syluestro fupplicauit humiliter, ut gefta concilij auctoritate Apoftolica confirmaret, & fecit in finodo Romana, habito diligenti examine difcuffioneq; matura præuia de prædictis, de quibus fatis dixi fupra in quæft. 2. videlicet, An in concilio vniuerfali celebrando requiratur auctoritas papæ quo ad conuocationē tantum, aut quo ad continuationem, &c.

Finis II. partis principalis.

Pars I. Tertiæ partis princ.

SVMMARIVM.

1. *Papa an poffit effe hæreticus.*
2. *Ecclefiam Romanam errare Deus non permittit.*
3. *Hæreticus vnde dictus.*
4. *Pontifices multi in papatu errauerunt.*
5. *Patrum fcōrum dictis, vel ab ecclefia receptorum ftare licet.*
6. *Papa, feu prima fedes a nullo accufari feu iudicari poteft, nifi de hærefi.*
7. *Poffe hominis dupliciter confideratur.*
8. *Sanctificatio triplex.*

De Papæ & Concilij, fiue Ecclefiæ auctoritate.

VIdimus in prima parte quantum altitonantis Dei fummi gratia præftitit, dignante fua clemētia falutari, fufficiēter, vt opinor, tria principalia, videlicet primo de inftitutione petri a Domino, & quando fuit fummus pontifex inftitutus. Secundo de electione papæ, ad quos fpectat electio papæ. Tertio a quo papa debeat confecrari. & hoc quo ad ingreffum. Vidimus denique in fecunda parte principali de auctoritate papæ, videlicet Primo a quo papa habet auctoritatem, Secundo fuper quos extenditur. Tertio ad quid protenditur. Et hæc quo ad progreffum in officio præfulatus fummæ fedis Apoftolicæ prænotantur. Sequitur nunc uidere de Tertia parte principali, videlicet de defectuofitate papæ, quia quamquam vicarius Dei fit, homo tamen eft, circa quam partem de trib. breuiter eft quærendum. Primo, an papa poffit effe hæreticus. Secundo, an in eo cadat fimonia. Tertio, quod remedium poteft quęri, fi eft taliter, uel etiam aliter criminofus.

1 Adprimum quęfitum arguitur ad utranque partem. † Primo ad partem negatiuam, quod non poffit effe hæreticus. Primo fic, oratio Chrifti ad patrem nunquam fuit fruftratoria, Chriftus autem pro Petro orauit, vt non deficeret fides eius, fed non folum pro Petro, fed etiam pro fuis in Apoftolatus officio fucceffloribus. ergo Papa hæreticus effe non poteft. Maior patet Ioan. 11. ibi, ego autem fciebam, quia femper

per me audis, &c. fecunda probatur Luc. 22. ego autem pro te rogaui, ut non deficiat fides tua. ergo, &c. Secundo fic Chriftus fundauit Ecclefiam fuper veritatem fuam, cum dixit, fuper hanc petram ędificabo ecclefiam meam. Matth. 16. ipfamque Ecclefiam Petro tanquam fummo pontifici commēdauit, ut fatis fupra patuit in uerbo, pafce, &c. fed Petrus pro fe & fucceffloribus. deputatur, ergo ficut Petrus in Chriftis veritate fundatus errare non potuit, ita nec papa Petri fucceffor, hereticus effe poteft. Tertio fic, Chriftus promifit fidelibus femper fecum effe, Matth. ultimo. & ego femper vobifcum fum omnibus diebus ufque ad confummationem feculi. Sed cum quibus Chriftus eft, tanquam fumma veritas, error effe non poteft, erit autem cum papa tanquam cum capite Ecclefię, ergo Papa hæreticus, effe non poteft. Quarto fic, promiffio Chrifti non poteft fallere, Matth. 24. & Luc. 21. cęlum & terra tranfibunt, uerba autem mea non pręteribunt. Sed Chriftus promittit quod portæ inferi non præualebunt aduerfus Ecclefiam. Matth. 16. Ecclefia autem militans habet papam pro capite vifibili, ergo papa hæreticus effe nō poteft. nam fi portę inferi pręualerent aduerfus caput totum corpus facile occuparet, nam capite languefcente cętera membra dolent. fexa quæftione prima verum & fecunda quæftione feptima. ficut inquit ergo, &c. Et idem ius qđ eft in capite, cenfetur in membris. 12. quęftione fecunda cognouimus. 63. diftinct. in finodo. ergo propofitum. Quinto fic, Sub proxima forma Chriftus promittit breuiare dies malos in maxima tribulatione Matthæ. 24. propter electos, breuiabuntur dies illi, fed non ob aliud nifi ut non inducantur in errorem electi, ut ibi patet. ergo papa tanquam caput electorum hæreticus effe non poteft. Sexto hoc idem probari poteft per omnia iura dicentia, maiores & difficiliores Ecclefię caufas ad papam referri debere, & per ipfum diffiniri quod fruftra fieret fi papa hæreticus effet. ergo, &c. iura autem hanc partem defendetia plurima funt, ut 24. quæftione prima. a recta fide. ibi dum dicit, nunquam erraffe probatur & eadem cau. & quęftione capit. memor. ibi, cuius fides nullam hęrefim fouet, fed deftruit. Et infra proximo capitulo dicit Eufebius Papa, in fede Apoft. extra maculam femper eft catholica religio feruata. & in proximo capit, dicit Innocen. Quoties fidei ratio ventilatur, arbitor omnes fratres, & coepifcopos noftros non nifi ad Petrum. ideft fui nominis & honoris auctoritatem referre debere. idem patet in capitulo maiores, extra de bapt. & eius effec. & vigefimaprima diftinctione. quamuis. in fin. ibi, non habens maculam, nec rugam & vigefimaquarta quęftione prima. hæc eft fides. ibi Hieronymus atteftatur dicens, fancta Romana Ecclefia, quæ femper immaculata permanfit, & in futuro manebit fine vlla hæreticorum infultatione atque firma & inuiolabilis omni tempore perfiftet. Et 50. diftinctione fidelior, ibi, fieret omnibus firmamentum, & ibi, tanquam faxum immobile totius operis Chriftiani compagem molemque contineat. Et vigefimaquarta quęftione prima. pudenda. in fin. dum referuntur verba Auguftini dicentis. Quod fi nullo modo recte poteft dici Ecclefia, in qua fcifma eft. reftat, ut, quoniam nulla Ecclefia effe non poteft, ea fola fit quam in fedis Apoftolicæ per fucceffiones Epifcoporum radice conftitutam, hominum nullorum malitia, etiam fi nota excludi non poffit, pro temporum ratione toleranda iudicetur, nullo modo valeat extinguere. hoc etiam dicit glof. vigefimaquarta quæftione prima, capitulo quodcunque. in verficu. Ecclefia, vbi

2 dicit † quod non credit Romanam Ecclefiam poffe errare, quia Deus non permitteret. Simile verbum dicit Ioan. And. in capitulo primo de renunciatio. libro fex. fi papa negaret fe renunciaffe, quod Deus non permitteret. Simile dicit beatus Thomas de Aquino. in octauo quolibeto, articulo vltimo. de canonizatione Sanctorum, quod Deus non permitteret ecclefiam errare, ficut promifit, Ioan. decimoquarto, quod fpiritus fanctus doceret omnem veritatem, fcilicet neceffariam ad falutem, nam veneratio Sanctorum eft quędam proteftatio fidei, qua Sāctorum gloriam profitemur. in aliis autem particularibus iudiciis ecclefia poffet errare, propter falfitatem teftium & fimilium, vt in capitu. a nobis, fecūdo. de fententia excommunicatio. & refert Ioan. Andræ. capitu. tuę. de fponf. Cyrillus etiam in lib. Thefaur. dicit quod, Ecclefia Romana ab omni hæretica feductione immaculata perfiftit & ftabilita in quaffabiliter omnium hęreticorum, ora contundit. quod principaliter oportet intelligi de papa tāquam de capite, quia corpus fine capite nequit perfiftere. ut in capitulo primo de fcifma. libro, fexto. Vnde ex hoc nō poteft intelligi de vniuerfitate fidelium fine papa, nec de clericis omnibus, quia, ut dicit Hieronym. veteres fcrutans hiftorias inuenire non poffum fcidiffe ecclefiam, & de domo Domini populos feduxiffe pręter eos qui facerdotes a Deo pofiti fuerant & prophetę. id eft fpeculatores. Ifti ergo vertuntur in laqueum tortuofum in omnibus locis ponentes fcandalum. vigefimaquarta quæftione tertia transferunt. & glo. 50. dift. & purgabit, dicit, quod omnia mala mundi proceſſerunt a clericis, & hoc deftruit Ecclefiam uehementer, octaua quæftione prima. qualis. Hæc funt igitur argumenta fatis uiolenta, quod papa non poffit effe hæreticus, quā maxime ex oratione Chrifti. Ad partem affirmatiuam arguitur primo fic, Omnis homo, in quantum homo poteft errare & fic hæreticus effe. papa eft homo, ergo poteft effe hæreticus. nam hærefis, fecundum Ifid. octauo. ethimolog. ab electione dicitur, quafi ut id quifque eligat, quod fibi melius effe videtur, vt Philofophi, Peripatetici, Academici, Epicuri, Stoici, Platonici, finguli ad placitum fententias confingebant.

3 †poteft etiam dici hæreticus ab errando a rectitudine veritatis, vel ab hærendo errori, vel ab hercifcendo. ideft diuidendo. Vnde hærefis, quafi hærēs fciffuræ, aut fcifmati, & fic omnis fcifmaticus dicitur hæreticus, prima quęftione pri. quifquis. Cum itaque papa poffit tanquam homo errare, a rectitudine veritatis, ut in capitulo a nobis, fecundo. de fententia excommunicatio. poffitque hærere errori, quia etiam quandoque fallit obliuio, 23. diftinctione. præterea fcifcitaris. ibi, nifi nos fallat obliuio, ficut errauit Vrbanus II. cum dixit, quod nō reperitur prohibitum an vir & uxor fimul poffint fufcipere puerum. 30. quæftione quarta. quod autem. & tamen anteceffor eius Leo illud prohibuerat, de conf. diftinc. quarta. non plures. & glof. commemorat in dicto capitu. pręterea. & in capitulo. cum adeo, de refcript. poffitque fcifmaticis adhærere, ficut Liberius adhefiffe dicitur Arrianis ergo &c. de hoc infra. Secūdo fic. Dubius in fide dicitur hęreticus extra de hæret. capitulo primo Papa poteft effe dubius in fide, ergo. Tertio fic. Quicunque etiam leui argumento a ritu catholicæ fidei nofcitur deuiare, hæreticus eft cenfendus, vt C. de hæret. l. fecunda in fin. fed papa poteft ab huiufmodi deuiare. ergo. Quarto fic. Quicunque male interpretatur, facram fcripturam dicitˉ hęreticus. vigefimaquarta quæftio. tertia hærefis. Papa poteft male interpretari. ergo. Quinto fic, Quicunque falfam opinionem gignit, eft hæreticus. 24. quæftione tertia. hæreticus. papa poteft falfam opinionem, gignere, ergo. Sexto fic, Quicunque male fentit de facramētis Ecclefiæ hæreticus eft cenfendus, ut in capitul. 1. de fumma Trinit. & fide catho. & in capitulo ad abolendam, extra de hęret. Sed papa poteft male fentire, ergo Septimo fic, omnis qui non credit, recipit & tenet ea, quæ prædicāt & ftatuerunt fancta quatuor Concilia, hęreticus iudicatur. C. de hæret. l. quicunq; extra de renunc. c. poft tranflationem. papa poteft non tenere ꝑdicta, ergo. Octauo fic. Quod alias vifum eft in natura humana culpabile, poterit vtiq; iterum uideri contingere, fed alias vifum eft papam potuiffe errare & erraffe, ergo, fucceffiuis temporib. papa poterit hereticari. Maior probatur, quia, ex præcognitis eft doctrina, ut in 6. Ethi-

4 cor. & in 1. pofteriorum. †Minor patet in multis, qui in papatu errauerunt, ut Liberius, qui prius in exilium miffus ꝑ Imperatorem Conftantium, qui hęreticus effectus erat ex Arrianis, & de confilio eiufdem Liberii clerus Romanus Fœlicem ordinauit in papam, qui Fœlix celebrando concilium, Vrfatium & Valentem, familiares imperatoris presbiteros, hęreticos detexit, ex quo Fęlix depofitus fuit, & Liberius Imperatori obtemperans & Arrianus effectus, per fex annos in fœlix hęreticus ab oīb. eft reputatus, ut in Cronica Martiniana defcribitur. Item Anaftafius II. qui temporib. Theodorici Regis, uolens occulte reuocare Achatium hæreticum, & communicare cum Fotino, diuino iudicio percuffus, dū ad naturæ neceffaria feceffiffet, egerendo inteftina miferabiliter uitam finiuit, ut in pręfata Cronica, & 19. dift. Anaftafius & 1. q. 2. ꝙ aūt per hęreticos. Item Marcellus, qui a Diocletiano Imperatore compulfus incenfum obtulit Idolis, & feipfum a papatu depofuit, & ad Diocletianū pergens ac fe Criftianum audacter profitens, capitali fnīa martiriū confumauit cū Claudio & Quirino, ut in dicta Cronica, & 21 dif. nūc autem. Noftra ēt hac ętate in concilio Conftantienfi patuit. Nono fic. Non prohibens hęrefim, cum pōt, hęreticus iudicatur, ut in c. 2. de heret. & 83. dift. error, cui non refiftitur, apꝓbatur. & 2. q. 7. negligere, cum pofsis perturbare peruerfos, nihil aliud eft quam fouere. Sed papa poteft in talib, negligēs, effe. ergo &c. Decimo fic, Qđ a uiro probabili dictum eft, licite ponitur. ut 1. Thopic. & innoc. in c. ne innitaris, extra de conftit. dicit, †ꝙ dictis fanctorum patrum, vel aliorū ab Ecclefia receptorum ftare licet, nifi fint ab Ecclefia retractata, 26. dift. c. 1. & 2. & 32. dift. §. 1. in fi. Sed a uiris probabilib. dictū eft, papam poffe effe hæreticum, vt a fancto Bonifacio Martire. 40. dift. fi papa. ibi dum dicit, a nemine eft iudicandus, nifi depręhendatur a fide deuius. quæ verba expreffe Pręfupponunt papam poffe a fide deuiare, & fic per confequens errare, nam etfi Vicarius Chrifti fit Petri fucceffor, & fponfus

Ecclesiæ, non tamen est Deus, sed homo, ergo non impeccabilis, sed peccabilis. nam, vt dicit Hierony. in explanatione fidei, & Magister sentent. refert in 2. dist. 36. capi. antepen. tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum uitare non posse, quam illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. & idem Hieron. contra Iouin. ait. Omnis creatura sub uitio est, non quod omnis peccauerit, sed quia nulla est quæ peccare non possit. posse autem peccare, vt Augustinus ait, non est aliquid posse imo aliquid non posse, vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse. sic ergo eius comparatione qui mutabilitatem nescit, omnis creatura vitiosa dicitur, qa mutabilitatis est capax, iuxta illud, Non iustificabitur in cõspectu tuo oĩs viuens, & astra non sunt munda in conspectu eius. Hinc dicit Iob. 15. c. Quid est homo ut immaculatus sit & ut iustus appareat natus de muliere, Ecce inter Sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius. Et Iob. 4. capit. scribitur, Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. quanto magis si qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea, sic comparatione eius creaturæ, quæ mutationem recipit, omnis creatura quæ permutatur, nõ uera sed uana esse probatur. Vnũ oĩs homo mendax esse, dicitur & vanitati similis factus. refert Gratianus de pæn. dis. 2. charitas autem hoc etiam asserunt Glossatores. vt in d. c. si papa. vbi omnes hoc tenent indifferenter, vt Hug. Io. Gl. Archid. & quotquot scripserunt super Decretũ & Decretales, nec fuit aliquis authenticus Doctor scribens, qui contrariũ, præsumeret affirmare. Sic Io. And. in c. 1. de renũ. li. 6. dicit, Et nota ꝙ licet oĩs sufficientia esse dicatur in papa, ita ꝙ oĩa iura in pectore habeat, de constit. c. 1. tñ interdum insufficiẽs esse potest, vt hic. Et infra in ead. glo. super ver. insufficientẽ, cum in princ. dixerit, propter hoc ẽt non posset deponi quia pp solam hæresim deponitur. 40. dist. si papa. subdit circa fin. eiusdem gl. Quis enim sanctum dubitet, quem apex tãtæ dignitatis attollit. 40. dist. si papa. & in c. cum ex iniuncto. §. rursus. de hęret. in nouel. dicit Idem Io. And. quod ẽt si Papa se submittit præter casum hæresis, semper potest reuocare, s. illam spontaneam submissionem. & in c. nemo iudicabit primam sedem. 9. q. 3. dicit Gl. nisi se alicuius iudicio submittat 2. q. 7. nos si incompetenter. & in causa hæresis. 40. dist. si papa & eadem causa & quæst. c. aliorum, dicit gl. in ver. formidinẽ Imo sine venia puniri debet, sicut diabolus qui maximus compatione alorũ creatus est, ut infra de penit. dist. 2. principium. & alia gl. dicit, hoc est dicere, cum ipse sit maior omnibus, grauius punitur ibi, si peccat. Specul. etiam in titulo de

6 legato, §. nunc ostendendum, circa principium, dicit, Primo ergo papa, seu prima sedes aquoquam accusari seu iudicari non potest. nisi solum de hæresi, vt 49. distinctione. si papa 9. q. 2. aliorum, nisi forte ipse papa volũtarię se submittat alicuius iurisdictioni. 2. qõ. 7. nos si incompetenter. 2. q. 5. mundastis. ff. de iurisd. om. iu. est receptum. nam & ipsemet se deponit. 21. dist. nunc aũt. hæc Specul. Gl. etiam in c. licet. extra de elec. super ver. Exceptiõne. dicit, & sic nulla exceptio põt sibi opponi, nisi de hæresi. 40 dist. si papa. vbi Io. And. dicit ꝙ de hęresi potest conuinci duob. testibus, licet in depositione Cardinalium maior numerus requiratur. 2. q. 4. præsul. & hæresis. non includit hic simoniam. 79. dist. si quis pecunia. Vide supra eo. Trac. de elec. papæ. vbi Ioannes. Andreæ conclusionẽ firmauit, ꝙ possit agi sed non excipi. & ita dicit Archi. in d. c. si papa. Ecce quam vmbrosum nemus, quam horrida specus, q̃ veprosum pratum, & pelagiosa palus, prima facie ad inuadendum formidabilis & obducta. Rem itaque tam grandem aggrediens, diuino cõfisus præsidio salutari, rñdeo cum

7 omni reuerẽtia. & humili subiectione premissa, † ꝙ posse hominis, considerandum est dupliciter, videlicet ẜm naturam & ẜm gratiam. Si ẜm naturam, aut secundum naturam bene institutam, aut post lapsum primi hominis, si primo modo, dicendum quod homo institu innocẽtię habebat posse peccare, & posse non peccare, & sic posse mori & posse non mori. Si secũdo mõ, dico ꝙ post lapsum hẽt posse mori, quia posse peccare, sed non hẽt posse non mori, quia nõ hẽt posse nõ peccare, eo quod natura destituta voluntate deprauata prona est ad malũ, Genes. 8. In tertio vero statu, cũ mortale hoc induet immortalitatẽ, tũc hẽbit nõ posse mori, & sic nõ posse peccare. hæc colliguntur ex 2. sent. di. 19. & ex dictis Augustini super Gen. ibid. allegatis per Magistrum. & idem Augustinus contra Maximum, & Magister refert in 1. sent. dist. 8. dic. In omni enim mutabili natura nonnulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea non esse, quod erat. Vnde & ipsa anima humana, quæ idcirco dicitur immortalis, qa ẜm modum suum nunq̃ desinit uiuere, habet tamen quandam mortem suam, quia si iuste viuebat, & peccat, moritur iustitię, si peccatrix erat & iustificat̃, moritur peccato. Et ĩ. Et creaturarũ natura cęlestiũ mori potuit, quia peccare potuit, nã & angeli peccauerunt & dæmones facti sunt, quorũ est diabolus princeps, & qui non peccauerunt peccare potuerunt. & cuicunq; creaturæ rationabili præstatur ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratia, & ideo solum Deus, ut ait Apostolus. 1. ad Timor. 6. habet immortalitatẽ qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit, nec poterit, nec potest aliqua conuersione mutari. nec potuit, nec poterit, nec põt aliqua mutatione peccare. Eãdem sententia refert Magister in secundo sent. dist. 7: cap. 3. & in eod. 2. dist. 25. c. 6. dicit Magister, Ex prædictis perspicuum sit, quod maior fuit libertas arbitrii prima quam secunda, & tertia multo maior quam secunda, & prima. Prima. n. libertas arbitrii fuit, in qua poterat peccare & non peccare. Vltima uero erit in qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Media vero est, in qua potest pecccare, & non potest non peccare, ante reparationem etiam mortaliter, post reparationem vero saltem venialiter. Et possunt notari in homine qutuor, status liberi arbitrii. Ante peccatum enim ad bonum uel impediebat, ad malum nil impellebat, non habuit infirmitatẽ ad malum, & habuit adiutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicatur & uoluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum vero ante reparationem gratiæ prẹmitur a cõcupiscentia & vincitur, & habet infirmitatẽ in malo, sed non hẽt gratiam in bono, & ideo põt peccare & non põt nõ peccare etiam damnabiliter. post reparationem uero ante confirmationẽ premitur a concupiscentia, sed nõ vincit̃, & habet quidem infirmitatem in malo, sed gratiã in bono ut possit pecccare pp libertatem & infirmitatẽ, & possit nõ peccare ad mortem propter libertatem & gratiam adiuuantem, nondum tamẽ habet posse omnimodo non peccare, uel non posse peccare propter infirmitatem nondum perfecte consummatam. Post confirmationem vero infirmitate penitus consumpta & gratia consummata, nec vinci poterit, nec premi, & tunc habebit non posse peccare. Ecce q̃ clare aperit Magister hunc tractatum, ad quod fortius validandum idem Magister dicit in 3. sent. dist. 12. dum quærit, an ille homo, scilicet a Deo asumptus peccare potuerit, uel nõ esse Deus. hic distinctione opus est, utrum de persona, an de natura agatur. si enim de persona agitur, manifestum est quia peccare non potuit, nec Deus non esse potuit. Si vero de natura discutiẽdum est, vtrum agatur de ea tanquam verbo vnita, an tanquam non vnita, & tamẽ enti, idest an de ea secundum quod fuit vnita uerbo, an de ea secundum quod esse potuit & non vnita verbo. non enim ambiguum est animam illam entem vnitam uerbo peccare non posse & est sine ambiguo. verum eandem, si esset & non vnita uerbo, posse peccare. Certe hoc præsupposito quanto magis potest

* peccare, & sic esse animam papæ per argumentum, si de quo minus. secũ. Topic. &c. Roboratur hæc sententia per determinationem Doctorum decidentium communiter in secundo sent. dist. 23. quod Deus non possit facere voluntatẽ creaturę rationalis impeccabilem per naturam, quia solus Deus est, in quem non potest cadere peccatum, ut dicit Hierony. in tracta. de filio prodigo. Ex quo Ansel. in lib. cur Deus homo, declarat quod ideo Deus non potuit facere creaturã rationalem impeccabilem per naturam, quia non poterat facere ipsam esse Deum. ergo nulla creatura potest esse impeccabilis ꝑ naturam, nisi assumpta in unitate naturę diuinę. & sic erit & est impeccabilis non secundum naturam humanam, sed secũdum naturam & gratiam diuinam. Si vero cõsideremus posse hominis secundum ipsam diuinã gratiam, tũc dicendum quod ex gratia diuina potest quis passiue sanctificari in utero matris, in tantum quod nunquam actualiter peccet mortaliter, sed tamen ex libertate arbitrij poterit peccare uenialiter, sicut creditur de Ieremia, de quo scriptũ est, Priusquam te formarem in utero, noui te, & antequam exires de ventre sanctificaui te. Ierem. 1. Et de Ioanne Baptista, Luc. 11. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Et tamen August. de obitu Sanctorũ dicit, Si omnes Sancti, qui fuerunt ab initio mundi & erunt usque in finem congregati, interrogarentur quis eorum esset sine peccato, puto quod omnes dicerent illud, quod Io. Euangelista dixit 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, excepta Virgine gloriosa, de qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus uolo fieri mentionem ob reuerentiam Domini. Ecce in tanta generalitate solam excepit Virginem, quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem. de qua scriptum est, Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. & in alio Ps. surge Domine in requiem tuam, tu & archa sanctificationis tuæ. superabundauit enim in ea plenitudo diuinæ gratiæ super omnes creaturas. Vnde Gabriel eam salutans dixit, Lucæ 1.

Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Et infra spiritus sanctus superueniet in te, &c. Vnde Albert. Magnus in quarto compendii Theologicæ veritatis. tractans de sanctificatione materna dicit, † Sãctificatio triplex est, Quædam communis. ut quæ fit per sacramenta. Quædã specialis, vt quæ fit per gratiam spiritus sancti. Quædam specialissima, ut quæ fit per gratiam singularem. Prima remouet culpam, & confert gratiam, remanet tamen fomes, & pronitas ad peccandum, & talis est in baptis. Secunda remouet culpam, & pronitatem peccandi mortaliter, & talis fuit sanctificatio Ieremię & Io. Baptista. Tertia remouet culpam originalem & pronitatem peccãdi tam uenialiter quã mortaliter, & talis fuit sanctificatio beatæ Virginis. Et infra dicit, quod ad confirmatinem perfectam tria pertinent. Primum est inseparabilis coniunctio rationis ad Deum. Secundum est in deflexibilis subiectio inferiorum potentiarũ animæ sub imperio rationis. Tertium est indiscontinuabilis cõuersio actualis totius hominis in Deum, quando homo diuina dulcedine attectus ex toto corde, ex tota anima & omnibus uirib. semper actu tendit in Deum, & in quodcũq; aliud in quantum in eo relucet Deus. Primũ horum habet gratia sanctificationis simpliciter, ut scilicet nullus qui eius particeps fuerit possit peccare mortaliter. Secundum habuit beata Virgo, & ideo nec venialiter unquam peccauit, sicut dicit beatus Augustinus. Tertium autem non potest conuenire gratiæ uiæ eo quod hæc ex Dei fruitione causatur, quæ tantum est in patria. & subdit quod tres fuerũt sanctificationes matris Dei. Prima fuit sanctificatio in utero matris, & hæc tres effectus sabuit, scilicet orinagilis culpæ expiationem, & grãtiæ infusionem, & fomitis tãtam restrictionem, quod nõ posset aliquod peccatum ĩducere, licet ipse fomes maneret secundum essentiam. Secunda sanctificatio fuit in spiritus sancti obumbratione & filii Dei conceptione, quæ trib præmissis duo superaddidit, scilicet omnimodam fomitis extinctionem & confirmationem in bono. ita quod quæ prius poterat non peccare. iam non posset peccare. hos duos effectus expressit Angelus, Luc. 1. dicens. spiritus sanctus superueniet in te. quantum ad primum. & virtus Altissimi obrumbrabit tibi. quantum ad. secundum. Tertia sanctificatio fuit in filii Dei inhabitatione, qui nouem mensibus in eius vtero mansit, & hæc omnibus prędictis duos effectus addidit. Primus fuit quod omnes dispositionis fomitis sublatæ fuerunt, sicut quando morb. curatus est, sed adhuc interdum remanẽt reliquiæ curandæ. Secũda fuit dedicatio ad diuina, ita quod etiam licitis vsibus mundanis, scilicet matrimonialibus, eã aptari esset impossibile, quia tunc non solum mẽs, sed & corpus luce diuinitatis resplenduit ut signatum fuit Ezechi. 43. ibi, & terra splendebat a maiestate eius. hæc Albertus. cui circa subiectam materiam ad propositum papę, assentio & adhæreo, licet de Conceptione beatę Virginis ordo meus alter sentiat, de quo passu alibi dixi, s. in Tractatu de conceptione beatæ Virginis. Patet igitur ex prædictis quod solus Deus, ꝑ naturam est impeccabilis, per gratiam autem, pręter Christũ soli Virgini mariæ concessum est, omnino fuisse impeccabilem, sed ea quæ singulariter ex priuilegio specialissio concessa sunt vni, non possunt extendi in exemplum aliorum. 16. q. 1. § hoc vel gñaliter. & c. hinc. est etiam. & 100. dist. contra morem. 7. q. 1. petisti. de priuileg. c. sane. & de reg. iur. c. priuilegium, lib. 6. ergo priuilegium Christi & beatæ Virginis, ad papam non extenduntur pro subiecta materia, de qua agimus. aliud est enim iudiciali strepitu aduocatos ĩter se decertare, aliud Theologicæ diffinire. Erubescant & confundantur beatæ Virgini detrahentes, quod in triduo mortis Christi vera fides in eadem beata Virgine non fuerit totaliter cõseruata, cũ ĩ cęteris defecisset, & Petrus ter negasset Dominũ Saluatorem Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. & Ioan. 18. Et ꝙ fides defecisset in aliis, patet per euangelicam tubam, videlicet primo per tubam Matth. vlt. ad fin. dicentis. Vndecim autẽ discipuli. & infra, quidam autem dubitauerũt. nam, ut dicrũ est dubitus in fide, infidelis est, vt c. pri. de hæret. ergo, & c. Dicit enim ibi Remigius, s. Matth. ult. Videntes ergo discipuli Dominum cognouerun. Et ideo pius & clemens Magister, ut omnem dubietatem auferret a cordibus eorum accedẽs, ad eos corroborauit in fide, dicens, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Marcus etiam ult. c. scribit, Angelũ dixisse mulieribus, ite, dicite discipulis eius & Petro, vbi dicit Hierony. Mulieribus dicitur, ut nuncient Apostolis, quia per mulieres uita resurgens. Dicit autem speeiliter & Petro, qui se indignum iudicat discipulatu, dum ter negauit Magistrum. Sed peccata pręterita nõ nocent, quando non placẽt & Greg. dicit, Si autem hunc Angelus non nominatim exprimeret qui magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperet ex negatione. ibi etiam idem Marchus scribit. Et illi audientes quia uiueret, & uisus esset ab ea, non crediderunt. Vbi idem Gregorius dicit, quod resurrectionem Dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas quam nostra, vt ita dixerim, firmitas fuit. ipsa nanque resurrectio dubitantibus per multa argumenta monstrata est, quæ dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de eorum dubitatione solidamur? Et ibidem Marcus scribit de duob. disc. Et illi exeuntes renunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. ubi dicit Seuer. Cum Lucas dicat quod iam inde loquebatur uere resurrexisse Dominum, & Simoni apparuisse, quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse qui nollent credere. quid est enim clarius quam ipsius Marci Euangelistæ textus, apertissime denudans hanc veritatem, cum dicit, Recumbentib undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia his, qui uiderãt eum resurrexisse a mortuis, non crediderant. ubi dicit Augustinus, Nunquid non tunc exprobraturus erat quod non credidisent eis, qui eum uiderant resurrexisse, quando iam, & ipsi totiens post resurrectionem eum uiderant. & infra, sed erant ibi utique non credentes. & infra, post multas demonstrationes eius, eum nouissime recumbentibus undecim apparuisse. i. ipso quadragesimo die. Et quoniam iam erat ab eis ascensurus in cœlum, hoc eis illo die maxime exprobrari uoluisse, quia his, qui uiderant eum resurrexisse, nõ crediderant antequam ipsi eum uiderent, cum utique post ascensionem prædicantibus Euangelium etiam gentes quæ non uiderunt, fuerant crediture. Post illam quippe exprobrationem, ut ait idem Marcus, dixit eis, Eũtes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Hoc ergo prędicatur. non ipsi primitus fuerant obiurgandi, qui antequam Dominum vidissent, non crediderunt eis, quibus prius apparuisset. Super his verbis etiam dicit Gregorius, idcirco etiam tunc Dominus discipulos increpauit, cum corporaliter reliquit, vt uerba quę recedens diceret, in corde audientium impressa remanerent. Et Hieronym. dicit, exprobrat autem incredulitatẽ vt succedat credulitas. Exprobrat duritiam cordis lapidei, ut succedat cor carneum charitate plenum. Hæc supradicti Doctores. Luc. enim vlt. capit. dicit, quod visa sunt ante illos scilicet Apostolos, ut supra proxime expressit, sicut deliramenta, uerba ista, scilicet quę multa referebant de resurrectione populi sequitur, & non credebant illis. Petrus autem surgens &c. ubi dicit Eusebius, solus enim ipse, scilicet Petrus, credidit fęminis dicentibus se Angelos vidisse. Et Thomas dicit, Petrus autem hoc audiens tollit moras & vadit ad monumentum, quia necignis nouit moras.

TRACTATVS DE potestate Papæ ET CONCILII.

Io. Hieronymi Albani Comitis Equitis, & I. V. consulti nunc S. R. E. Car. Meritiss.

SVMMARIVM.

1 *Labor ille laudatur, qui in re difficili sumitur.*
2 *Voluntas in arduis poni solet, quamuis euentus nos fallit.*
3 *Quæstionibus arduis quis debet se exercere.*
4 *Papæ, an concilij sit maior potestas, est quæstio a plerisque disputata.*
5 *Studiosorum ingenium diuturna lectione extollitur & ætate perficitur.*
6 *Articuli quartæ & quintæ sessionis concilij Constantiensis, concernentes Papæ potestatem ac canonum authoritatẽ hoc opere partim nouis inuentis, partim antiquis argumentis ab authore confutantur.*
7 *Concilij potestas, non est pontificia maior.*
8 *Concilium nullo pacto potest supra papam, & hoc quando de assumptione papæ non dubitatur.*
9 *Pontifex certus esse debet ad hoc vt maiorem authoritatem habeat.*
10 *Quæstio schismatis de papatu iudicari potest a concilio.*
11 *Quæstio schismatis iudicata fuit per concilium Constantiense.*
12 *Papæ electio meticulosa, vel simoniaca, a concilio iudicatur.*
13 *Papæ electio, vel assumptio dubia iudicatur a concilio, quo casu factum eligentium consideratur, non persona papæ.*
14 *Ecclesia monstruosa fieri non debet.*
15 *Papa minus legitimè electus, vel assumptus non debet papa appellari.*
16 *Forma dat esse cuique rei.*
17 *Electio papæ carens forma, non dicitur electio.*

18 *Sententiæ iuris solemnitate carentes nomen non merentur.*
19 *Exhæredatus dici non potest non legitime exhęredatus.*
20 *Instrumentum solennitatibus carens instrumenti nomen non habet.*
21 *Fieri aliquid non legitime, & non fieri, paria sunt.*
22 *Papa canonice electus, est Deus in terris, alias demon inferni, non cælorum claues gerens, sed inferni.*
23 *Electio papæ meticulosa, vel simoniaca, est ipso iure nulla.*

De potestate Papæ & Concilij.

1 SIquid est in tota mortalium vita laudabile, id totum in magnis & arduis rebus esse cōstitutum, nemo iure dubitauerit, †Itaque ne conatur qdem ulli honestiores existimantur, quam qui in difficili negotio fuerint aliquando suscepti 2 si† vbi forte nos fallat qui plerunq; optatur euentus, uoluntas tamen in laude poni solet. Qua ego ratione ductus, cum iam inde a prima adolescentia iuri pontificio ac ciuili discēdo totum me tradidissem, nullam quidem eius disciplinæ partem mihi negligendam putaui, quæ tota ad rerum publicarum constitutionem, & ciuilem societatem conseruādam esset excogita- 3 ta. †Verum eas disputationes, quę de magnis rebus essent, nescio quo me genio impellente, semper adamaui & in ijs ingenium, si quod in me est, libenter exercui. Quoniam igitur multi, & illi quidem pręcellentis doctrinæ gloria illustres viri 4 maior ne sit Summi pont. an sacri concilij potestas, acriter aliquando disputauerunt, & literarum memoriæ varia ac diffidentia tradiderunt, ego quoque exquirendę ac defendēdæ veritatis percupidus, iam antea in eadem re non mediocri diligentia laboraui, & nunc iterum ingenii vires periclitari non sum veritus, non quod iam edita mihi displicerēt, aut me meæ sententiæ pœniteret, sed magis vt res, quam explicatu difficillimam fatentur omnes, iterum atque iterum 5 excussa, facilior redderetur. † Nam vt longiore lectione ac pertinaci studio ingenium semper magis acuitur, & ætatis 6 accessione uis iudicandi fit robustior, †hoc nouo industriæ nostræ labore non parum virium huic disputationi additum iri speramus. Nō solum enim denuo multa collegimus, quorum autoritas eodem spectat, sed noua quoque rerum pondera attulimus, quæ nemo, quem sciamus, viderit, in illis præsertim reijciendis, quę contra afferri solent, tum ex decretis concilij Constantiensis quartæ & quintæ sessionis, tū ab ijs qui aliis etiam argumentis principatum Romani pontificis, & sacrorum dignitatem canonum, aut stulte conātur euertere, aut praue intelligendo angustioribus, quam ius ipsum exigat, terminis circunscribunt, Ideo autem hoc etiam potissimum tempore his laboribus atque huius opusculi incremento vehementius operam dedi, quo non sine magna & honesta fidelium omnium uoluptate, ad tollendas hæreses indictum fuit concilium œcumenicum a Pio IIII Pont. vere Maximo & in omni laudis genere præstantissimo, cuius eximias uirtutes & pręclaras animi dotes nulla unquam posteritas conticesset, omnes enim conatus suos eo intendit, ut oportunum iam diu fluctuanti nauiculæ Petri auxilium afferatur. Nec vero me eo prouexit auda cia ad scribondum. vt crederem tantæ sedis amplitudinem, tam exigui defensoris patrocinio indigere, sed magis, ut tanquā fidus pastori catulus, impios catholici gregis abactores, quam possem uoce terrerem. Quæ tamen dicentur, omnia, sanctæ matris ecclesiæ censuris, qua debeo modestia & ueneratione submitto. Simul etiam ab elegantioris musæ hominibus impetratum velim, vt in eius rei inuestigatione, quæ inter iuris interpretes ventilatur, illorum interim lingua uti mihi permittant, dum res difficillimæ & nullius prope eloquentię capaces explicantur. Deo igitur Opti. Max. cuius causa agitur, inuocato, opinior ego & constanter affirmo, nullum casum reperiri, in quo vere dici possit, concilii potestatem, 7 Pontificia maiorem esse, atque inde sequi dicimus, †ut con 8 cilium in eum, qui certus sit pontifex, imperium nullum habeat. Et quamuis prima fronte conclusio hęc non mediocriter dubia videatur, si tamen quod in sacris constitutionibus traditum est, diligenter inspicietur, omnis vt opinor dubitatio tolletur. Sed antequam in campum huius quæ- 9 stionis latissime patentem ingrediamur, operæpretium, esse arbitror, si declaretur cur non in pontificem simpliciter dixerim, sed in eum, qui certus sit pontifex. inest enim in uerbo momentum maximum, quo indicato facilior erit excursus futuræ disputationis Hanc igitur vim id habet uerbum, ut nonnulla, quæ tacite obiici possent, reiiciantur 10 †videlicet a concilio plures de pontificatu certantes, iudica 11 ri posse, capit. si duo. 79. distinctio. idque ab anteactis conciliis quandoque factum, ut de concilio Constaniensi legimus & de alijs, quæ, vti non necessaria ad rem propositam, 12 omittuntur. pariter etiam dici posset iure cautum esse, †pontificem metu, vel pecunia interueniēte electum, de sede eijci posse capit. si quis pecunia. 79. distinct. et his & similibus, argumentis concludi, his saltem in casibus, concilium maiorem ipso pontifice potestatem habere. Hæc enim & similia, quæ afferri contra possent, vi prędictorum verborum tacite, dissoluuntur. Nam vbi plures de pontificatu contendunt, nec quis eorum vere papa sit, percipi potest, cum non appareat quis verus pontifex sit, omnes ab occupata dignitate re- 13 pelluntur. † Iureconsulti enim quid non esse, & non apparere paria esse existimarunt. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutel. l. in lege fundi. ff. de contrahen. emptio. atque hoc modo non Pont. Max. sed factum potius eligentium iudicatur, qui duos ad pontificatum assumpserunt, quod nullo pacto fieri 14 potest, ne ecclesia, quæ corpus est mysticum, † si duo habeat capita, monstruosa fiat, contra. c. quoniam in plerisque. de off. ord. Iis igitur de causis non in pontificem, sed in eum, qui 15 certus esset pontifex, diximus. †Sic etiam vbi electio pontificis tanquam irrita reprobatur, eum ideo iudicari posse concedimus, quia cum legitime non fuerit ad pontificatum assumptus, ne pontifex quidem appellari meretur, neque vn- 16 quam pontificiam potestatem adeptus est. †Nam cum ipsius electio ea forma careat, quæ vnicuiq; rei tribuit, vt id sit, qđ esse dicitur, l. si is, qui quadraginta. § quædam. ff. ad legē. fal. 17 †electio illa, iure electio dici non potest, vt in simili in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. traditum est, sententiam, in qua 18 quod ius postulat, obseruatum non est, sententiæ vi ac nomine carere. Idem sancitum est & in l. non putauit. §. non quę- 19 uis. ff. de bon. pos. cont. tab. ubi Iureconsultus ait, †filium nō 20 legitime exhæredatum, dici exhæredatum non posse, † sic ēt instrumentum, cui solemnia defuere, instrumenti virtutem nomenque non habere. l. diuus, & ibi Bar. ff. de milit. testam. 21 †nam aliquid non fieri, vel minus legitime fieri, paria esse existimantur. l. quoties. ff. qui satis. cog. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. hinc dixit Bal. in l. fin. C. sent. rescind. 22 † non poss. papam canonice electum, esse Deum in terris, & non canonice electum esse dæmonem, claues non regni cœlorum sed inferni gerentem, citat d. c. si quis pecunia, cui accedit Fel. in c. ego N. colum. secunda in fine, de iureiurando. 23 † An autem electio metu, vel pecunia interueniente facta, ipso iure irrita sit, vel per sententiam irrita facienda, nunc non discutiam, quia vtcunque sit, nō pontificia potestas, sed factum eligentium iudicatur, ut etiam prædictum est. Hæc autem quæstio copiosissime tractata est in libro, quem iampridem edidimus de cardinalatu, quæst. 15. & 16. Vbi talem electionem nullius esse roboris fuit ostensum. Nos igitur, ut ea euitentur, quæ aduersis frontibus inter se videntur pugnare, ne ue illa aduersentur, quæ de papa, in hæresim prolapso dici possent, de certo pontifice loqui voluimus, ac de illo, in quo pontificiam esse potestatem extra quæstionem est.

PRIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Opus præsens tripartitum.*
Et infra num 3.
2 *Papa criminosus, an per concilium possit iudicari.*
4 *Papa supremus est omnium iudex in terris.*
5 *Par in parem & multo minus inferior in superiorem non habet imperium.*
Et numero 78.
6 *Papa hæræticus desinit esse Papa.*
7 *Materiæ graues illotis manibus, & sine præfatione non sunt attingendæ.*
8 *Ecclesia Dei summo ordine instituta.*
9 *Ordo vbi non est, ibi confusio, & sic destructio.*
10 *Omnia cum ordine fieri oportet.*
11 *Inordinatum quid in ecclesia reperiri non potest.*
12 *Ordo in distinctione graduum consistit.*
13 *Lex diuinitatis est.*
14 *Humanæ constitutiones longe sunt diuinis inferiores.*
15 *Ordo in omnibus commendatur.*
16 *Ecclesia ab vno tantum regi debet, cui ab omnibus est parendum.*
17 *Entia nolunt male disponi.*
18 *Populus gubernatore carens corruit.*
19 *Pastor omnium vnus esse debet.*
20 *Reipub. ut per vnum consulatur, est publicæ vtilitatis.*
21 *Multitudo vbi est, ibi nihil honestum est.*
22 *Princeps vnus in animalibus.*

23 *Hominum naturalis est libido ad dissentiendum.*
24 *Vnitas Fidei & ecclesiæ vnde habeatur.*
25 *Et tenens eam multiplicem hæreticus censeatur.*
Et infra numero sequen.
26 *Christus non est diuisus.*
27 *Princeps vnus est in ecclesia Dei, quia illa schisma non patitur.*
28 *Principatus debet ecclesia Dei constitui, cui omnes pareant.*
29 *Vnum principem oportet esse in ecclesia Dei, penes quem omnis sit iurisdictio:*
30 *Romanorum episcopum omnibus præesse & a nemine posse iudicari, est per omnia receptum.*
31 *Papalis potestas est a Petro.*
32 *Petro maior quam cæteris apostolis est data potestas.*
33 *Verba secundum subiectam materiam intelligenda sunt.*
34 *Promissio facta Petro per Christum fuit cum de fide ageretur inter se.*
35 *Fides est totius ecclesiæ fundamentum.*
36 *potestas data Petro ad quæ extendatur.*
37 *Potestas data per Christum cæteris apostolis respicit tantummodo eorum pœnitentialem.*
38 *Media ex præcedentibus, & sequentibus verbis declarantur.*
39 *Verba vniuersalia prolata in materia particulari & limitata, ad illam restringunt.*
40 *Petro soli a Christo concessa fuit potestas pascendi oues suas.*
41 *Argumentum a nomine proprio in iure procedit.*
42 *Pascere, regnare, & regere. dissimilia sunt.*
43 *Reges olim pastores nuncupabantur.*
44 *Pontifex solus super omnes fideles supremam iuris dictionem habet.*
45 *Potestas a Christo concessa petro, & omnibus eius successoribus intelligitur concessa licet longe angustior fuerit apostolorum, quam petri potestas.*
Et infra num. sequent.
47 *Apostolorum potestas fuit in petro tanquam in capite principaliter collocata.*
48 *Leonis epistolæ receptæ fuerunt a quinto concilio Constantinopolitano.*
49 *Præiudicium si quod alteri affertur, ab humana concessione abhorret.*
50 *Quæ procedunt de labijs meis, non fient irrita.*
51 *Petrus sine apostolis accepit potestatem a Deo, non illi sine petro, quasi ipse sine illis iurisdictione uti possit.*
Et infra num. seq.
53 *Petrus solus etiam non alius fuit pastor constitutus.*
54 *Petri potestas amplissima & nullis clausa terminis, cæterorum vero apostolorum infra certos limites contracta.*
Et infra num. seq.
56 *Potestas apostolis tradita a petro, quasi ex fonte defluxit,*
57 *Papæ quanta olim fuerit potestas apud sinodum ægyptiorum episcoporum.*
58 *Romanum Pont. primum omnium pręesse ex concilij constantinopolitani constitutione.*
59 *Ennodij liber approbatus in quinto Rom. concilio.*
60 *Socratis episcopi opera probata.*
61 *Pontifex Romanus qualiter a constantino & alijs extollatur.*
62 *Maximi egregium responsum factum Theodosio Cæsariæ episcopo, quærenti quomodo in Christo duæ naturæ & duæ operationes poni debeant.*
63 *Romanus pontifex ex sanctione concilij Florentini tenet principatum in uniuersum orbem terrarum.*
64 *Romani præsulis principatu sublato, multa corruerunt.*
65 *Negotia humana sui natura mutari solent.*
66 *Populi consensus ualet in re dubia ad certitudinem.*
67 *Romani pontifices Reges & Imperatores pro iniquitatibus eorum dignitatibus spoliarunt.*
68 *Petrus Romæ moram traxit.*
69 *Summi pontificis sedes cur Romæ fuit locata.*
70 *Paulus fidei hostis acerrimus postea ad eam defendendam accensus & animatus uas electionis merito appellatur.*
71 *Petrus ad vrbem a Christo deducitur velut Dux & magister militię suæ sciens domini prælium regere & virtutum castra tutari.*
72 *Roma ita antecellit vt illi dici possit æternitatem imperij esse diuinitus datam.*
73 *Priuilegia & dignitates tam urbis quam ecclesiæ.*
74 *Repugnantia simul stare non possunt.*
75 *Sanctus & peccator quis simul esse non potest.*
76 *Legitimus & illegitimus quis simul esse nequit.*
77 *Superior & inferior esse nequit.*
78 *Superiorem ab inferiori iudicari monstruosum est.*
79 *Filij castigatores patrum esse non debent.*
80 *Discipulus non est supra magistrum.*
81 *Papa aliorum est iudex, & nemo illum iudicat.*
82 *Papa hæreticus minor est quolibet fideli.*
83 *Vniuersitas fidelium in duo genera hominum diuisa.*
84 *Papa, quando iudicari potest intelligitur a concilio.*
85 *Sacræ constitutiones de casu dubitabili esse debent.*
86 *Ludouicus Romanus hostis acerrimus pontificis dignitatis.*
87 *Concilia multa chalcedonense & constantien. gestorum suorum confirmationem a Rom. pont. petierunt.*
88 *Confirmatio peti non solet, nisi a superiore.*
89 *Concilia ipsamet declararunt se inferiora Rom. Pont.*
90 *Pontifex rationem innocentiæ suæ Deo tantum est redditurus.*
91 *Dictio tantum, quid significet.*
92 *Authoris opinio contra consilium Ludouici Rom.*
93 *Verba uno contextu prælata, non sunt in quocunque casu pariformiter exponenda.*
94 *Laici sunt sacerdotibus inferiores*
95 *Potestas omnis a Deo est.*
96 *Pontifex summus uices Christi gerit.*
97 *Argumentum a similitudine sumptum, non procedit, quando casus inueniuntur a iure expressi.*
98 *Deo soli conuenit causas sine quæstione decidere.*
99 *Testis & iudex, nemo esse potest.*
100 *Episcoporum & sacerdotum accusationes absque duobus, vel tribus idoneis testibus non sunt recipiendæ.*
101 *Papæ causa soli deo supposita est.*
102 *Recte agens a nemine iudicari potest.*
103 *Mores & vitam corrumpere deterius est quam substantiam diripere.*
104 *Pontifex Max. se concilio sponte submittere non potest.*
105 *Legislator actum repugnantem in vno subiecto facere non potest.*
106 *Conuocatio concilij iniussu Pontificis facta, est irrita.*
107 *Intellectus & declaratio ad §. hinc etiam, decima septima distinctione.*
108 *Rationes vbi duæ sunt, sufficit vna sublata, alteram superesse.*
109 *Verba, absoluimus, & liberamus fere semper in absoluendis reis proferri solent.*
110 *Præcedentia sequentia declarant.*
111 *Verba geminata multum operantur.*
119 *Ludouicus Romanus grauiter errauit in intellectu c. nos si incompetenter. §. item symmachus. 2. q. 6.*
113 *Maiores ab inferioribus iudicari non possunt.*
114 *Papa quod se concilio quandoque subiecerit, non fuit vt se imperio concilij subiiceret, sed ut quadam honestate suæ vitæ rationem redderet.*
115 *Summus Pontifex id præsumitur facere velle quod de iure concessum est fieri.*
116 *Deus quandoque facti sui hominibus reddit rationem.*
117 *Pontifices, qui concilijs se submiserunt, ex perfectione modestiæ id fecerunt.*
118 *Pontifices laudandi, qui seipsos purgare voluerunt.*
119 *Pontifici Deus iura terreni, cælestisque imperij commisit.*
120 *Intellectus ad cap. nos si competenter. 2. q. 7.*
121 *Priuilegio suo an quis renunciare possit.*
122 *Papæ potestas a Deo.*
123 *Priuilegia apostolicæ sedis non possunt minui, infringi nec commutari.*
124 *Leo pontif. de grauibus criminibus infamatus, se concilio sponte purgauit hanc tamen alijs Pontificibus formam non præscribendo. Et infra numero sequenti.*
126 *Damasus de adulterijs accusatus se sponte cum quadragintaduobus episcopis expurgauit.*
127 *Pontifex hæreticus desinit esse pontifex.*
128 *Hæretici & schismatici nil penitus potestas habent.*
129 *Hæretici pondus humani testimonij perdiderūt aduersus eos, qui in ecclesia esse videntur.*
130 *Papa hæreticus non est papa, & iudicari potest.*
131 *Papa hæreticus inter alios Pontifices non connumeratur.*
132 *Papa hæreticus si resipiscat antequam sententia de eo proferatur deponendus non est.*
133 *hæreticus vox, est vox criminis.*
134 *Hæreticus non est qui errorem suum non defendit, nec ei pertinaciter hęret, nec pœnę hæreticis statutæ suppositus est.*
135 *Qualitas adiuncta verbo, secundum tempus verbi est intelligenda.*
136 *Papa de hæresi accusatus, quid agere debeat, ne contra eum procedatur.*
137 *Papa hæreticus, qui ante sentntiam resipiscit, an iterum eligi debeat.*
138 *Pœpę pro hęresi impositæ exequi non possunt nisi præcedat sententia. &c.*
139 *Delictum priuat delinquentem dignitate nudo iuris misterio.*
140 *Prælatus bona ecclesiæ sine capituli consensu alienare non potest.*
141 *Debitor, qui in fraudem creditorum alienare non potest, potest tamen hæreditatem sibi delatam repudiare.*
142 *Alienare & non acquirere, imparia iudicatur.*
143 *Restitutus per sententiam iudicis intelligitur ad ea omnia restitutus, quæ prius erant sua, etiam si tertio pręiudicium afferretur.*
144 *Filius qui patre deportato, & liberationem a patria potestate, & paternarum rerum dominium erat ademptus, eo restituto vtrinque ius amittit.*
145 *Restitutus ad ea omnia, quæ criminis occasione perdidit restitutus censentur.*
146 *Res facilius renascitur, quam de nouo nascatur.*
147 *Mulier hæretica nullum priuilegium in dote habet, & si veram amplectitur fidem, suis muneribus & priuilegijs perfruitur.*
148 *Concilium, vtrum cognoscere possit, quando dubitatur, an papa sit hæreticus an non.*

Et infra numero sequen.

150 *Regula c. si clericus, de foro compet. declaratur.*
151 *Pontifex in crimine notorio peccans an iudicari possit.*
Et numero sequen.
154 *Lex quicquid in ratione consistit.*
155 *Papa quomodocunque peccet, non cadit a pontificia potestate, excepto crimine hæresis.*
156 *Pontificis potestatis amplitudo nullam distinctionem admittit.*
157 *Papa omnis dignitatis thesaurum habet, estque culmen episcoporum.*
158 *Summus Pontifex ob crimina dempto errore fidei nec deturbari, neque de sede eijci potest, sed eius culpæ, Dei arbitrio reseruantur.*
159 *Membra scandalum afferentia præcidenda sunt.*
160 *Saul rex iniquissimus & insignis peccator fuit a patre iudicio Dei diuisq. nec Dauid pater ausus est aduersum eum insurgere, appellans eum Christum Domini.*
Et numero sequen.
162 *Malorum hominum mores sacramenta non polluunt, vt minus sancta sint.*
163 *Papæ omnis potestas bona est, quia a Deo est.*
164 *Sanctum ex se a malo administratore fœdari non potest.*
165 *Filij Noe laudati, quod pudenda patris non detexere:*
166 *Constantini mirabile documentum de clerico peccante.*
167 *Humanum genus procliue ad peccandum.*
168 *Papa contrarijs moribus Petro viuens, non desinit esse verus Pontifex.*
169 *Papa est Christus Domini.*
170 *Intellectus ad c. si papa. 40. dist.*
171 *Authoris responsio ad dicta per Abbatem, super capitulo si papa, 40. distinctione.*
172 *Nisi dictio, quam habeat naturam.*
173 *Papa vbicunque inuenitur iudicari posse, a concilio intelligendum.*
174 *Lex sic interpretanda, vt difficultatem non patiatur, vt a sapiente reprehendi non possit.*
Et infra num. sequen.
176 *Authoris responsio ad dicta Philippi Decij in consilio centesimoquinquagemoprimo.*
177 *Negligentia quandoque dolo comparatur.*
378 *Prælatus negligens deponendus est.*
179 *Sacerdos munus præconis sustinet.*
189 *Proditor veritatis dicitur non solum qui mendacium dicit, sed qui veritatem tacet.*
181 *Negligens onus, quod a pacto, seu a lege astrictus est, ad non negligendum ita peccat ac si committeretur.*
182 *Negligere & committere, paria iudicantur in episcopis.*
183 *Indefinita æquipollent vniuersalibus.*
184 *Lex ab exemplis non coangustatur.*
185 *Constitutio stricte loquens a pinguiori ratione declaratur.*
186 *Ius idem, vbi est eadem ratio.*
187 *Exceptio de regula esse oportet.*
188 *Pontificis scelera iudicari non posse, sed iudicio Dei relinqui.*
189 *Papa vere hæreticus dicitur si errat in fide.*
190 *Minores non debent accusare maiores.*
191 *Papæ clauibus expresse abutenti parendum non est.*
192 *Papa ex causa statuere potest contra vniuersalem ecclesiæ statum.*
193 *Papa ligandi potestate caret, quando eam pro voluptatibus suis exercet.*
194 *Opiniones plures cum recitantur a glossis vltima præualet.*
195 *Facta pastorum ouis gladio ferienda non sunt.*
196 *Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero a Domino.*
197 *Papa scandalum afferens papatui renunciare non cogitur, nec de sede eijci potest,*
198 *Papa an possit dignitati suæ renunciare.*
199 *Deus ob peccata populorum interdum corruptos, & malos principes regnare patitur.*
200 *Princeps datur populo, vt eius emerita deposcunt.*
201 *Pontifex summus tolerandus est dempto hæresis crimine, & ei a nobis parandum est.*
203 *Balaam veniens ad maledicendum populo, cui Deus benedixerat a Deo prohibitus est.*
204 *Romana ecclesia semper immaculata permansit.*
205 *Nauicula Petri fluctuare potest, submergi non potest.*
206 *Intellectus ad capitul. si papa. quadragesima distinctione.*
207 *Regis cor in Dei manu est.*
208 *Petro ob eius delictum pontificia potestas non fuit adempta.*
209 *Patrum omnium vnanimis consensus, an requiratur in deponendo summo Pontifice.*
210 *Subditi ita habent ius reale in prælatos, sicut ipsi in subditos.*
211 *Potior causa prohibentis est in re communi.*
212 *Suffragia omnia requiruntur ad confirmandum defensorem.*
213 *Via tutior in dubio est eligenda.*
214 *Pontifex non legitime electus, pontifex appellari non meretur, nec pontificia nititur potestate.*

1 His igitur hunc in modum expositis ac præfixis, †vt hæc, quę latissime patet quęstio, clarius explicetur, & suo ordine percipi possit, tota quidem res in tres partes principales mihi videtur esse diuidenda. Primæ itaque partis summa hæc erit. Vbi papa Criminosus est, an eius iudicandi penes concilium potestas existat. 2 †Secunda vero pars declarabit, quid iuris sit quādo nulla de Papę criminibus quæstio est, sed tantum de paragēdis ecclesiæ negotiis tractatur, quam, ut res facilius intelligatur, in tria tempora distinguemus. Intertia denique parte, offendicula quædam reiiciemus, atque alia scitu digna, & quæ iam dicta & firmata per nos comprobabunt, breuiter adducentur. 3 Prædictum tamen uolo, nemini mirum uideri debere, si hoc in loco multa iterari uidebuntur, quæ in libris a nobis editis collecta adduximus, id enim coacti fecimus, vt huic quæstioni, quam in primis tractare instituimus, cumulate satisfiat. igitur, ut ad primam partem redeamus, si quæ- 4 ritur quid de pontifice iudicando tenendum sit, †Respōdeo Romanum pontificem supremum esse omnium in terris iudicem, & caput ecclesiæ militantis, atque ideo cum a nemine in hoc seculo, atque ita nec ab ipso quidem concilio iudi- 5 cari posse, cum non modo superiores ab inferioribus, uerum etiam pares a paribus cogi non posse, fuerit legibus constitutum. l nam magistratus. ff. de arbitris. cap. innotuit. de elec. 6 casum hæresis semper excipio † nam tunc pontifex esse desinit, ut infra latius aperietur. Hæc autem in summa est nostræ conclusionis intentio, sed quo eius intellectus, cuius vi, 7 multa quoque alia deciduntur, fiat illustrior † & ne illotis, ut ita dixerim †manibus, hāc inuestigationem, prius aggrediamur, quæ ipsam potissimum amplitudinem pontificiæ potestatis amplectitur, iuber in ea examinanda paulum immorari, & rem hanc quasi per gradus quosdam, ad finem institutum perducere. Illud igitur ante omnia esse animaduer- 8 tendum censeo, scilicet, Ecclesiam Dei, cuius perfecta sunt opera, fuisse summo ordine institutam, dicente Apostolo ad Rom. 13. Quæ a Deo sunt ordinata sunt, & recte. †Quoniam si ordinem auferas, confusio sequatur necesse est, a qua di- 9 uisio oritur, & ex diuisione destructio. Luc. 2. †Iccirco om- 10 nia cum ordine fieri oportere, dixit idem Apostolo. primo. ad 11 Corinth. 14, † Quare in ecclesia quicquam sine ordine repe- 12 riri non potest. cap. miramur. lxj. distin. † Qui quidem ordo in graduum distinctione cōsistit, ut in potestate alter ab altero differat, & maioribus pareant inferiores, alioqui vniuersitas ulla subsistere, & cohærere non posset. cap. ad hoc. 89. 13 distin. †Nam. lex diuinitatis est, vt B. Dionisij verbis vtamur infima per media, ad suprema reduci. Quod documentum in re proposita attulit tex. in extrauagan. Vnam sanctam, de 14 maio. & obe. †Hinc videmus in humanis quoque cōstitutio- 15 nibus, quæ longe sunt Diuinis inferiores, † ordinem semper atque in primis commendari. §. si quis autem. in Authen. de hæred. & falc. Et re vera si quis ab humanis actionibus ordinem tollat, hominem ipsum exuet ratione. Hoc ita posito 16 illud sequitur, vt necessario fateamur, †unum in Dei ecclesia statui oportere, qui cæteris pręsit omnibus, cuius sententię sit parendum, & quem propterea subiici cuiquam mortalium sit nefas. Alioqui totus iste ordo militantis ecclesiæ, 17 ob dissidentes hominum sententias, destrueretur. †Nam entia nolunt male disponi, & multitudo imperans, mala, princeps ergo vnus ut ait Philosophus. Metaph. 12. & teste Salomone Prouerb. 11. † Vbi non est gubernator, populus cor- 18 ruet, idcirco Deus loco præcipui muneris promisit populo suo, se ei daturum esse principem vnum, dicens, † Non diuidentur amplius in duo regna, seruus meus Dauid Rex eorum erit, & unus pastor omnium illorum Ezech. 37. & ali- 19 bi, suscitabo super eos pastorem vnum. idem cap. 34. proinde & prudentissimi Iurisconsulti docuerunt, ob utilitatem publicam reipublicæ per unum consuli oportere. l. secunda 20 §. nouissime. ff. de origu. iur. † & ubi multitudo est, ibi nihil 21 honestum esse posse. §. penul. in Authen. de referend. †Quin & animalia, quæ solo naturę ducuntur instinctu, hoc idem aperte significānt, cum videamus, & apes, & grues unum sequi, eique soli parere, ut ait Hier. ad Rusticum, & relatum 22 est in capit. in apibus. 7. quæstio. secunda. sic etiam Bea. Aug. in lib. de nuptiis & concupiscentia, ait, naturam principiorū amare singularitatem. Et certe nisi hoc ordine vnaquæque uniuersitas regeretur, omnis contentio ac disceptatio sine 23 exitu futura esset, † ob naturalem hominum, ad dissentiendū facilitatē, vt verbis utar Iurisc̄ōsulti in l. itē si unus. §. pe. ff. de ar. Itidē si in re nr̄a vnusq;q; ex suo ipsius sensu euāgelica posset interpretari documēta, & de maiorib. ecclesiæ, nego- 24 tiis arbitratu suo iudicare, tūc iā non vnā fidē, & unā ecclsiā, hr̄em⁹, †sed multiformē fidē, & plures ecclīas, id q̄ citra hīsim

25 sim dici non potest. Art. vnam sanctam, & capit. 1. §. vna. de 26 summa trinit. Idem testatur Paulus, cum dicit, Nunquid di- 27 uisus est Christus? 1. ad Corint. 1. †Vnus ergo princeps in ecclesia Dei, qui & errantes possit corrigere, & pertinaces sua summa iurisdictione compescere, vt per necessarium quoddam antecedens sensit idem Paulus in loco præmemorato ubi sic scriptum est. Idipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata. Hoc enim præceptum satis impleri nūquam posset, nisi vnus supremus esset in ecclesia iudex, cuius impe- 28 rio fideles omnes coerceantur, vt concludit B. Thomas secunda secundæ quęst. 1. arti. x. cui sententiæ consentiunt tradita per Oldr. in consilio xciiij. Andr. Sic. in consilio. lxvi. inter consil. Curt. & Anto. Corf. in tracta. de potest. Regia, in 5. par. facit. c. legimus. xciij. distin. Hinc Cyprianus ecclesiasticorum scriptorum propemodum antiquissimus, in eos inuehitur, qui huic principatui detrahunt, affirmans non aliun- 29 de ortas fuisse hæreses, & nata schismata, quam ex eo, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in ecclesia iudex vice Christi cogitatur. Hæc ille in Epis. 3. Rursus in epist. 11. ad Cornelium Romanum pontificem scribens, gratulatur, quod schismatici quidam ad pacem redierint, & eorum cōfessionem referens ait, eos inter alia dixisse, Hos Cornelium Episcopum sanctissimę ecclesię catholicæ erectum a Christo scimus, & ibi Paulo post. Non ignoramus unum Deum esse, unum Christum, vnum Spiritum Sanctum, & unū episcopum in ecclesia catholica esse debere. Hæc Cyprianus. Quare iam liquere arbitror, ut multa alia prętermittamus, quibus hęc eadem res confirmari posset. Vnum in ecclesia esse oportere, apud quem sit summa coertio, sit summum & amplissimum ius in uniuersos. Nunc superest, ut hūc esse ac semper fuisse Romanum pręsulem doceamus. Non est autem nobis propositum ea omnia perscrutari, quæ ad papæ primatum attinent, de quo alias latissime scripsimus, satis, n. erit hoc tempore ex multis pauca delegisse, quibus id, quod 30 probare instituimus, ostenstatur, †principatum scilicet hūc, solius esse Romani Antistitis, idque fuisse diuturna & perpetua morum, animorum, & seculorum approbatione confirmatum, atque ideo eum omnibus præesse & a nemine iudi- 31 cari posse. †Negari. enim haud potest, †quin Petro, a quo hęc 32 pontificia potestas originem trahit, amplior quam cæteris Apostolis iurisdictio tradita fuerint, si verba pollicitationis, 33 & executionis ei a Christo dicta, ventilabūtur. †Verba enim vt a maioribus nostris accepimus, secundum subiectam materiam sunt semper intelligenda. l. stipulatio ista, cum ibi tra- 34 di. ff. de verb. oblig. l. si de certa. C. de transac. † Qđ si promissionis huius verba consideremus, ea tum demū prolata depręhendemus, cum de fide ageretur, & de ijs, quæ credi a fidelib. oportebat. Qđ vel ex ipsa Christi īterrogatione, cuiuis facile patere potest. ait. n. Quem, dicunt hōies esse filiū hoīs 35 Matth. 16. Fidem autem totius ecclesiæ fundamentum esse nemo est, qui nesciat, simul etiam de edificanda uniuersali ecclesia Christus loquebatur dicens, Et super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, atque uno & eodem tempore solum alloquens Petrum, ob eius vnius confessinoem subiunxit. Et tibi dabo claues, &c. Quodcunque ligaueris. &c. Ex quo verborum contextu, si pollicitatio ad subiectum 36 negotium referatur, vt par est, facilissime intelligimus, potestatem Petro promissam adeo amplam extitisse, vt ad supræmam in uniuersali ecclesia iurisdictionem, & ad cuncta maiora negotia extendatur. Quod de aliis Apostolis mi- 37 nime dici potest, si verba ligandi & soluendi, quę illis omnibus dicta sunt, volumus diligenter animaduertere, Matthæ. 18. Ibi enim non de uniuersali ecclesia non de fidei fundamento, sed de foro conscientiæ agebatur, & Christus erudiendos Apostolos susceperat, quemadmodum erga fratrē peccantem se gerere deberent, † id enim liquet tam ex præcedentibus quam ex sequentibus verbis, ex quibus etiā media declarantur. l. qui filiabus. & l. si seruus plurium. ff. de le- 38 gat. primo In principio etenim inquit Dominus, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Deinde ultimo loco Petrus, & verba, & mentem Christi repetens, ac reassumens ait, Domine 39 si peccauerit in me frater meus, † quoties dimittam ei? Vt congruum igitur sermoni præcedenti sit, hoc Petri responsum, patet ibi rem ad solum peccati negotium fuisse coangustatam, cui si verba potestatis illius simul prolata annectātur. & naturę ratio, & ius ipsum postulat, consequens est, verba illa, quamquam vniuersalia, ad illos dimittendorum peccatorum limites, & ad ferendam contra impœnitentes excommunicationis sententiam, de qua ibi agebatur, restringi oportere, alioqui veræ interpretationes eluderentur, si quis amplius ac latius, quam subiecta materia exigat, interpretando complectatur. Rursus inter hanc & illam potestatem permagna est differentia, si etiam, executio promisio- 40 nis factę Petro consideretur. Nam talis pręsumitur ac intelligitur causa præcessisse, qualis ab effectu dignosci solet l. cum de in rem verso, ex ibi Barto. ff. de vsuris Bald. in l. si certis annis. C. de pact. cum similib. vt igitur promissionem Petro factam, fuisse amplissimam demonstratum est. Ita eiusdem quoque executionem excelsam intelligimus, atq; in altissimo dignitatis gradu collocatam, cum ei dictū fuerit, Simon Ioannis diligis me plus his, pasce oues meas. Tria enim, ex his tam paucis verbis, priuilegia colliguntur Quorum primum est, hanc potestatis amplitudinem soli petro fuisse concessam. Quandoquidem hunc unum Dominus in singulari numero, sub nomine proprio, ac etiam persona patris, ut res magis constaret, demonstrata fuerit allo- 41 cutus. † Ita enim solent etiam iurisconsulti nonnunquā sua colligere argumenta. l, si nominatim. & l. quę conditio. ff. de cond. & demon. Præterea & vox illa, plus his, personam Petri ab aliis fuisse sciunctam non obscure iudicat. Siquidem ab eo maiorem Christus dilectionē exigebat, cui & maiorē traditurus erat potestatem. Idque etiam satis percipitur ex uerbis illis in promissione prolatis. Beatus es Simon. Tu es Petrus. & ti dabo. & reliqua, quæ a Theologis ventilantur. Secundum vero priuilegium ex eo elicitur, quod ei dictum est, pasce, vt intelligeremus auctoritatem illam non solum ea complecti, quæ ad forum conscientiæ pertinent, sed etiā ea, quæ sunt iurisdictionis amplissimæ, cum, ut in sacris an- 42 tiquorum literis videre est, † Pascere, Regere, ac Regna- 43 re non dissimilia sint. † Reges enim pastores nuncupabantus. Ezech. 34. Esaiæ 44 & 56 Hier. 2. & 22. Psalm. 42. Ad hæc accedit illud Paral. 11. & 11 Reg. 5. Tibi dixit Dominus Deus tuus, Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. Et omnes denique illi tam Græci, quam Latini patres in concilio Florentino legitime congregati, solenniter 44 declararunt diffiniētes, †Petrum non modo pascendi, verū etiam regendi & gubernandi vniuersalem ecclesiam potestatis amplitudinem accepisse. Quare ex ijs constat, potestatem illam non ad certum aliquid coarctatam, sed ad omnia latissime extendi, Christum Dominum, voluisse. Tertiū denique priuilegium illud fuit, quod ei dictum est indifferēter, oues meas, nec ouium pars ab alijs ouibus fuit distincta, vt supra fideles omnes prorsus ei traditam intelligeremus hanc supremam iurisdicendi potestatem, vt habetur in capitulo solitæ. de maio. & obedien. facit l. si pluribus. cum ibi not. ff. de legatis secundo. Hoc igitur loco soli Petro supremam iurisdictionem, ac super omnes traditam fuisse colli- 45 gimus. † Quæ omnia promissioni præcedenti consentanea sunt, vt diximus. Et cum loquimur de solo Petro, hoc idē & de successoribus eius est intelligendum, ne alioqui mortuo Petro ecclesia Dei relinquatur acephala. Verum hac de re 46 postea. †Nunc autem ex superioribus liquet, longe angustio- 47 rem fuisse apostolorum, quam Petri potestatem, † cum ea, q̄ duplex fuit, vna scilicet ad forum conscientiæ, altera vero ad ferendam excommunicationis sententiam pertinens, ad fratrem peccantem restringatur, sic enim hic, ubi de apostolis, & aliter ubi de Petro, subiecta materia exigit, a qua, ut p̄dictum est, verba & sententiæ omnes regi solent, ac declarari. Demum dicimus, potestatem apostolis traditam, qualiscunque illa fuerit, non aliter esse interpretandam, quam ut principaliter in Petro fuerit collocata, a quo in alios ceu a fonte & capite in membra diffundatur, ut docuit Leo, vir, s. omni veneratione dignissimus, in epist. 87. & relatum est in 48 capit. ita Dominus. 19. dist. †Leonis autem epistolæ a quinto concilio Constantinopolitano receptæ fuerunt, ut legitur actione prima, in epist. Epiphanij, & in rescripto Ioannis Hierosolimitani, atque ideo ab hac declaratione discedere non liceret l. prima. §. omnia. C. de veter. iur. enuclea & ita tenet etiam B. Thom. in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. art. 2 ubi ait, Deum Petro clauem iurisdictionis contulisse, quæ ab eo in alios descendit. Præterea huius conclusionis ratio est in promptu, cum enim Petro prius tota fuisset promissa potestatis amplitudo, necesse est, ut quæcunque potestas in Dei ecclesia exercetur, ab eo per participationem quandam & deriuationē, ut ita dixerim, habeatur. Ne alioqui Deum ipsum amplitudini Petro promissæ quicquam detrahere voluisse existime- 49 mus, †si enim ab humana concessione abhorret, quod alteri præiudicium afferatur. l. secūda. §. merito. ff. ne quid in flumi. publi. cum vulga. multo magis id a Christi pollicitatio- 50 num sensu est alienum, † quoniam quæ procedunt a labijs eius non faciet irrita Psal. 88. Et cœlum & terra transibunt, uerba autem eius non præteribunt. Matth. vigesimoquarto. Sed is proculdubio primatu spoliaretur, cui alij, sine ipsius consensu, in iurisdictione consortes efficerentur. 51 †Fatendum igitur est cum Leone & aliis, Apostolorum potestatem fuisse in Petro tanquam in capite principaliter collocatam. Et magno huic expositioni est adiumento, cum uideamus, Petro sine Apostolis, sed non illis sine Pe-

52 tro traditam fuiſſe poteſtatem. † Quaſi vt ipſe ſine illis poſſet in quacunque cauſa ius dicere, ſed ipſi iuriſdictione ſua, qualiſcunque ſit, nō ſine ſuo capite vti poſſent. Poſtremo Petri in alios imperium ex illa quoque ratione inferri non ob-
53 ſcure videtur. † Apoſtoli enim, quando, vt mittam ordinem apoſtolatus, tanquam oues Chriſti accipiuntur, fateamur neceſſe eſt, eos ſubiectos eſſe paſtori, cum Chriſtus dixerit vnū tantum gregem & vnicum eſſe paſtorem. Ioā. 10. ac nusquā legatur, alium quam ſolum Petrum fuiſſe paſtorem conſti-
54 tutum, vt ſup. viſum eſt. † Quare duo ex prædictis colligunt̄, alterum eſt Petri ſolius poteſtatem nullis clauſam terminis
55 ampliſſimam fuiſſe, aliorum autem † apoſtolorum intra certos limites contractam, quippe quæ in fratrem dūtaxat peccantem, ſeu peccata ſacramentaliter confitentem, extendatur. Alterum illud eſt, ꝙ qualiſcunque fuerit illa, quæ Apo-
56 ſtolis tradita eſt, a Petro quaſi ex fonte ī cæteros defluit. Quē Petrum etiam Dionyſius ille Areopagita, vir doctiſſimus & inſignis Chriſti Athleta, in libro de diuinis nominibus, ſupremum & venerabiliſſimum apicem Theologorum appellat. Theologos autem intelligit apoſtolos, Dei. ſ. verbum diſſeminantes, ſicut etiam ſcriptum eſt apud Damaſcenum, in vita Barlaham, & Ioaſaph ſanctorum Indiæ, & in libro transfigurationis Chriſti. Verum multa ad rem hanc facientia poſtea loco citabuntur opportuniore. Paſtor igitur & princeps Petrus inſtitutus eſt omnium, atque eadem deinceps in ſucceſſores poteſtas translata, nam ſi nullus B. Petro in principatu ſucceſſiſſet, pari ratione nullus quoque fuiſſet in locum apoſtoli cuiuſcunque ſuffectus, cum nulla ſit ratio differentiæ, & vbi eadem eſt ratio, ibī idem ius ſit conſtituendum, atque ita ordo eccleſiaſticus in ipſo ſtatim exordio cecidiſſet. Id quod ab omni ratione penitus abhorreret. Præterea non minor cura, & dilectio Dei eſt erga eccleſiam mortuo Petro, quam ipſo viuente, igitur quemadmodum Chriſtus Petrum inſtituit, qui vice ipſius, uniuerſali eccleſiæ præſideret, ita pariter eſt credendum, mortuo Petro, Chriſtum ſponſæ ſuæ eccleſiæ in hac poteſtatis amplitudine alium præfeciſſe, & maxime cum fidelium numerus percrebuerit, & maiores aduerſus eos procellæ fuerint excitatæ, atq; ideo, multo magis hac ſupremi rectoris poteſtate & vigilantia indigeret, & ideo dixit Abb. in c. venerabilem, de elect. quod Chriſtus non fuiſſet diligēs paterfamilias, niſi aliquem vices ſuas agentem in terris reliquiſſet, qui ea omnia poſſet, quæ ipſe poteſt, & ad hoc citat Innoc. & Hoſt. Et propterea in c. quanto, de tranſla. epiſco. ita ſcriptum eſt. Poteſtatem transferendi epiſcopos ita ſibi retinuit Dominus & Magiſter, quod eā ſoli B. Petro vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis præbuit & conceſſit. Hæc ibi. Adrianus papa ad Conſtantinum & Hirrenеon Imperatores ſcribens, in ea decretali, in qua de veneratione imaginum tractat, ſic ait. Ipſe princeps Apoſtolorum B. Petrus, qui primitus apoſtolicæ ſedi præſedit, apoſtolatus ſui principatum ſucceſſoribus ſuis perenniter dereliquit, quemadmodum, & ipſi a Saluatore noſtro conceſſus eſt. Ignatius patriarcha in epiſtola ad Adrianum papam, quę fuit recepta in 8. ſynodo, poſt illa verba, tu es Petrus &c. inquit, tales enim beatas voces, non ſecundum quandam, utique ſortem apoſtolorum principi Petro ſolum circumſcripſit, ſed per eum, & ad omnes, qui poſt illum efficiendi erant ſummi paſtores, & ſacri pontifices ſenioris Romæ. Hæc ille, ſic etiam antiquæ & nouæ legis auctoritatibus conſtantiſſime affirmatur in extrauag. Vnam ſanctam, de maio. & obe. ubi ſancitum eſt, omnes fideles de neceſſitate ſalutis teneri credere ſe ſubiectos eſſe Romano pontifici. Idem habetur in c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. in c. cum ex eo. de pœ. & remiſ. in c. maiores. de bapt. in c. 1. de homic. in 6. & in infinitis prope alijs conſtitutionibus, quas omnes vt recenſeamus, nec huius temporis eſt, nec parui ſane laboris. Ne quis tamen hic forte corruget nares. quod ad probandum Rom. pontificis principatum, armis ipſis pontificijs, i. canonum decretis adeo confidenter vtamur, quaſi hac in re facere fidē hæc non debeant, prædictum volumus, præter conciliorum & aliorum innumeras auctoritates, quæ hoc in libro afferuntur, de vi canonum, & cuius ponderis eſſe apud omnes debeant, nos eſſe in fine ſuſcepti operis diſputaturos. Illud igitur non omittendum cenſeo, Leonem, cuius ſupra meminimus, & cuius epiſtolæ a concilio receptæ fuerunt, hæc in eadem epiſtola tradidiſſe. Veterum eſſe conſuetudinem, ut a Romana ſede, uel retractentur iudicia, vel confirmentur, & Petro ouium curam ita ſpecialius fuiſſe mandatam, ut qui ei principatum deneget, non illi minuat dignitatem, ſed ſe in inferiora demergat. Hæc ille. Qui igitur hunc papæ primatum negat etiam concilium illud reſpuat neceſſe eſt. Item Gelaſius in decreto vna cum lxx. epis edito, de apocryphis ſcripturis, multa ſcitu digna de hoc Romani antiſtitis principatu, ex ueterum conſuetu-

57 dine prodidit patrum illorum accedente conſenſu. † Audiamus nunc Athanaſium, & totam Aegiptiorum epiſcoporum ſynodum, qui omnes ad Liberium papam ſcribentes, nunc eum patrem patrum appellarunt, nūc ei commiſſam eſſe a Chriſto aiūt uniuerſalē eccleſiam, vt ſua ſumma autoritate infeſtos comprimat, & oppreſſos releuet. Iidem ad Felicem II. ſcribentes teſtantur, ſemper eorum anteceſſores ab illa ſuprema Romani præſulis ſede ordinationes, & dogmata accepiſſe. Hoc ipſum Stephanus Archiepiſcopus. & cum eo tria Africæ concilia confirmarunt, in quibus habetur, papam eſſe ſummum omnium præſulem, cuius ſedi Epiſcoporum iudicia, & ſummorum finem negotiorum. in honorem B. Petri patrum decreta omnium, prorſus reſeruauere ſententiam, & antiquis regulis fuiſſe ſancitum, vt quicquid etiam in longinquis partibus ageretur, nō prius ratum haberetur, quam ſi fuiſſet eiuſdem papę autoritate firmatum. Hæc habentur in decretis Damaſi, & relata
58 ſunt in cap. antiquis. ix. queſt. 3. † Quid non ne in primo concilio Conſtantinopolitano cap. 5. conſtitutum fuiſſe nouimus, Conſtantinopolitanum Epiſcopum, primatus honorem tenere poſt Romanum, atque ita primum omnium, eſſe Romanum, etiam hæc ſynodus ſenſit. Non eſt ſilentio tranſeundum in 5. Romano concilio, in quo vna cum Sym-
59 macho ccxviij. Epiſcopi interfuere † librum Ennodii approbatum fuiſſe, & patres omnes præcipiſſe, eum ab omnibus, in quacunque eius parte, futuris temporibus eſſe tenendū, & propterea inter illius concilii geſta referri debere. In eo autem Romani Antiſtitis mirum in modum principatus
60 extollititur. Socrates Epiſcopus, cuius opera in ſeptimo cōcilio roborata fuere tam in hiſtoria Caſſiodori, quam alibi,
61 primatum Romanæ ſedis ſuper alias extulit. † In tertio autem concilio Toletano patres illi decreuere Romanorum præſulum epiſtolas & ſanctiones cuſtodiri debere. Ex quo ſequitur, quod cum infinita prope tam in epiſtolis. quam in ſanctionibus pontificum ad rem hanc facientia inueniantur, ea omnia ita præcipiente concilio eſſe diligenter cuſtodienda. Audiamus, etiam quid ipſi Cæſares, priſcis illis temporibus de hoc Romani antiſtitis principatu tradiderint cōſtantinus Auguſtus in ſuo edicto mirum in modum Romani pōtificis poteſtatem extollit, eumque uocat uniuerſalē epiſcopum, dicens illum eſſe celſiorem, & ſacerdotum totius Mundi principem. Valentinianus Auguſtus ad Theodoſium imperatorem patrem, ſcribens, ita inquit, dignitatē propriæ venerationis B. Petro Apoſtolo intemeratam ſeruemus. quatenus Romanæ vrbis epiſcopus, cui principatum ſacerdotii ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide ac ſacerdotibus iudicandi, Hæc habētur in epiſt. præambul. ad ſynodum chalcedonenſem. Valentinianus & Marcianus in epiſt. ad Leonē, eum inuitātes ad ſynodum Calcedonenſem aiunt. Tuam Sanctitatē, principatum in epiſcopatu fidei poſſidentem iuſtum credimus alloquendum. Quid vero Cyrillus Alexandrinus in libro, Theſaurorum, quid Ioan. Chryſoſtomus homeli. 55. in Matth. & ultima in Ioan. quid Ignatius, quid Ambroſius in homel. lib. 1. quid Hieronymus ad Damaſum, quid Bernardus in ſecundo de conſideratione, & plerique alii magni nominis viri de hac ipſa re erudite iſſie ſcripſerint. & quali ac quāta ſententiarum grauitate huic veritati conſeſerint, prætéribo, ne, ad longiores tractatus digrediamur. † Sed quæſo, Maximum in orientali eccleſia, ob doctrinam, & ſancti-
62 tatem uitæ merito decantatum, audiamus. qui † Theodoſio Cæſareę Epiſcopo quærenti, quomodo in Chriſto duæ naturę & duę operationes poni debeant ſic Reſpondit, Ad Romanū pontificem de ea re conſcripta remittite. Cæterum ne vetera repetamus, ſatis erit Florentini concilij ſanctionem, cuius ſupra meminimus, adduxiſſe, in qua tam
63 Græci quam Latini patres, collatis & Græcorū & Latinorū autorū libris, in unā eandemq; coiere ſententiam, decernētes Romanū pōtificem in uniuerſum orbē terrarum tenere principatum, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernādi vniuerſalem eccleſiam a Chriſto traditam eſſe poteſtatē, quemadmodum & in geſtis æcumenicorum conciliorum, & ſacris canonibus continetur. Quare iam ſatis ſuperque ꝯſtat, hunc Romani Antiſtitis principatum vſque adeo in ꝑſpicuo poſitum eſſe, ut de eo dubitare amplius, nedum oblo qui, ſit nefas. Et certe, ut ſermonem hunc aliquando claudā, niſi eum omnes vna voce fateremur, neceſſe foret ſanctorū ac doctiſſimorum virorum teſtimonia reijcere, canonum ſāctiones euertere, conciliorum decreta reſpuere, atq; omniū
64 ſeculorum conſuetudinem abrogare † Quin exautorandus eſſet Imperator, cum eius electores, ex decreto Gregorij v. fuerint conſtituti. Præterea Epiſcopi omnes eſſent de ſedib. eijciendi, & geſta præceſſorum ſuorum irrita facienda, Nam ſublato Romani præſulis principatu, cui hæc omnia veluti fun-

damento ſolidiſſimo innitunt̄, ea neceſſario corruerent. argum c. cum Paulus. 1. q. 1. Quam autem hęc ſint abſurditatis plena, & ab omni prorſus veritate abhorrentia, judicent etiam ii, qui prædicta non verentur oppugnare. Nemo enim citra ſummam dementiam, (vt interim hæreticæ prauitatis crimen taceatur,) hæc monſtris ſimilia pronunciarit, cū nullo alio pacto quam rerū prędictarum ordine ſanctiſſime in-
65 ſtituto pertinacia poſſit humana conuinci. † Præterea ſi in negotijs humanis, quæ ſui natura mutari ſolent. c. non debet. de conſang. & affin. traditum eſt, ea minime eſſe mutanda, q̄ certam interpretationem ſemper habuerunt. l. minime. ff. de legi. cum vulg. Quo pacto hęc, quæ fidei ſunt, & conſequēter immutabilia. c. maiores. 24. quæſt. 1. poſt tā diuturnos mores, nūc veluti dubia, abſque nefaio crimine, diſputabuntur?
66 † Si enim legislatores omnes ſoli conſuetudini, quæ uiuentium memoriam excedit, vſque adeo detulerunt, vt eam iuri ſcripto, ac priuilegio in validiſſima forma conceſſo, ęquiparandam cenſeant. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff de aqu. quot. & ęſti. c. ſuꝑ quibuſdam. de verbor. ſignific. Quis eſt adeo lucis expers, qui in re tanti ponderis, in qua defixum eſt noſtræ fidei fundamentum, poſt tot leges, & tam conſtantem ſanctiſſimorum hominum conſenſum, mores etiam ętatū omnium, & nationum certā viuendi formam ſtulte redarguat? Nam vt Auguſtinus ait, In re dubia, ad certitudinem multū valet autoritas, quæ ipſa populorum conſenſione affirmatur. Hæc ille in capitulo palam. 11. diſt. Hiero. quoque aſſerit, traditiones eccleſiaſticas ita eſſe tenēdas, ut a maioribus traditæ ſunt. capitulo illud. cum ſeq. 12. diſtin. morem enim fidelisſime vetuſtatis ſeruandum eſſe docuit tex. in l. Teſtamēta. C. de teſta. Quod ſi qs alium aſſerit ſupremum eſſe in Dei eccleſia, quam Romanum Antiſtitem, illum proferat, q vel iuſtius vel diutius hac ampliſsima vſus fuerit poteſtate, & in quem exteræ quoque nationes magis conſenſerint. quarum Epiſcopi diuerſis temporibus, a Romana ſede ſemper in arduis iudicia petierunt, Cur enim patres illi, vel ad Conſtantinopolitanum, vel ad Alexandrinum, vel ad alium non ibāt Epiſcopum, ab eo, maiorum negociorum deciſionem requirentes? Sed Romanum ſolum conſulebant, Romanum ſemper rogabant, Romanum venerebantur, aiebantque ad ipſū ſolum regulas fidei pertinere, illum denique vnum, quid eſſet in eccleſia Dei tenēdum, poſſe & oportere præcipere. Cur demum Auguſti ipſi, qui præcipuam eccleſię curam habuerūt, ſupremū ſemper honorem, & principatum (vt vidimus,) ſoli Romano Antiſtiti detulerunt? Cur concilia id toties cō firmarunt? vt dictum eſt, ac etiam infra loco dicetur opportuniore? Cur denique libri pleni ſunt canonum a Romanis Pontificibus conditorum, qui iam pridem paſsim & ubique
67 pro legibus cuſtodiuntur? † Rurſus dicant illi, quinam alij vnquam fuerint, quam Romani Pontifices, qui Reges, ac Imperatores eorū dignitatibus ſpoliarint, & de ſedibus eijecerint. Zacharias Romanus Pontifex, Regem Francorum, non tam pro iniquitatibus eius, quam eo quod tantę poteſtatis videbatur indignus, regno priuauit; & Pipinū Caroli magni patrē, in eius locum ſubrogauit; vt videre eſt in c. Alius xv. q. 6. Innocentius papa contra Archadium Imperatorem excommunicationis ſententiam protulit. c. duo. 96. diſt. Stephanus papa. 11. imperium a gręcis, ad germanos tranſtulit, vt habet̄ in c. venerabilem. de elec. Honorius. 3. vt legitur ī Chronicis, Federicum imperatorem anathematizauit, & proceres eius a iuramento fidelitatis abſoluit; quem poſtea Innocentius. IIII. in concilio Lugdunenſi, ab imperiali dignitate deiecit, ut legitur in capitulo ad Apoſtolicę, de re iudic. in 6. Proinde Beatus. Auguſtinus, in quodam ſermone Petri & Pauli. incip. Fortis, hanc Petri & ſucceſſorum ſuorum poteſtatem admirans, ait. Quis plebeū piſcatorem apoſtolorū facile crederet principem, & regibus obſiſtere, Reges ſanctificare, Regibus omnibus imperare, mundum frenare legibus? & reliqua. Hinc etiam. Sanctus Thomas contra errores gręcorum cap. 66. inquit, ſimilem eſſe errorem dicentium Chriſti Vicarium, eccleſię Romanæ Pontificem, non habere primatum vniuerſalis eccleſiæ, errori dicentium ſpiritum ſanctum a fi-
68 lio non procedere. Hęc ibi. † Propterea error aſſerentium papam non eſſe immediatum & proximum Chriſti Vicarium damnatus fuit in concilio Conſtantienſi, inter errores Ioan. Vuicleff. Quam igitur impię & impudenter agant, qui non modo Romani Antiſtitis autoritatem reſpuūt, verum etiam negare audent Petrum Romę moram traxiſſe. ſatis in pręcedentibus fuit oſtenſum, in quibus. vt per multas, tum ſanctorum ac doctiſſimorum patrum traditiones, tum ſacrorum canonum, & conciliorum ſanctiones adduximus, quæ uim faciunt atque compellunt ad credendum. Ita opportune hoc in loco rationes nonnullas, quæ perſuadeant, & dele-
69 ctent, audiamus. † Non iniucundum enim fore arbitror, ſi ratio inueſtigetur. cur Romæ potius quam alibi hæc ſedes ampliſſima fuerit collocata, & quamuis non modo arcanorum Dei ratio imperſcrutabilis ſit ut multis autoritatib. notatu dignis aperuit Feli. in c. ſi quando, de reſcrip. ſed eorum etiam, quæ a maioribus noſtris tradita ſunt teſte iuriſconſulto, quandoque cauſa reddi non poſſit. l. Non omnium. ff. de legi. ſi quiſpiam tamen fortaſse tanto huius inueſtigationis deſiderio teneretur, ut omnino aliquam optaret huiuſce rei rationem intelligere, is ſciat, in uoluntate alicuius excutienda plurimum ſpectari oportere, quid is, cuius ratio uolūtatis exquiritur, facere conſueuerit, hoc enim modo optimum eſse argumētum legiſlatores docuerunt. l. ſi ſeruus plurium.
70 §. fi. ff. de legat. 1. l. penult. ff. de alim. lega. Quod ſi quis animū attendat, facile videbit, Chriſtum iam inde ab initio fuiſse hoc uno potiſſimum delectatum, vt iiſdem quādoque ad ſuſtentandam atque augendam religionem ſuam inſtrumentis vteretur, quæ ad eam ipſam euertendam orta eſse videbantur, quo ſcilicet admirabili argumento, quam incomparabilis eſset Chriſti potentia, & quam vera eius religio, paſſim ab omnibus intelligeretur, Huius. n rei manifeſtus ac fide digniſſimus teſtis (vt multos alios prætermittam) eſt Paulus, Paulus inquam ille huiuſce fidei hoſtis acerrimus, & indefeſsus, qui deinde ad eam defendendam, adeo eſt accenſus & animatus, atque ita in prædicando euangelio cęteris omnibus præſtitit, vt vas electionis iure. appellari mereretur. Hac ego ratione adductus opinor etiam in re propoſita iure conijci poſse, hoc ideo Dei numine contigiſse, ut Romanæ illæ vires, quæ iam antea Chriſtianam religionem opprimebant, eandem defenderent, illudque, a quo potiſſimū Chriſti fideles trucidabātur, imperium eiſdem ſubijceretur, ac denique vt ibi verę religionis caput emineret, ubi ſuperſtitionis caput excellebat, ita enim ſentit Ambroſi. loquens de martyrio Petri & Pauli, ut relatum eſt in capit. Beati. xj. q.
71 7. † Vnde Euſe. teſtis illuſtris in eccleſiaſtica hiſto. c. 13. ait. In ipſis claudii temporibus, clementia diuinæ prouidentiæ probatiſſimum omnium Apoſtolorum & maximum fidei magnificentiæ, virtutis merito primorum principem Petrum ad vrbem, velut aduerſus humani generis communem perniciem deducit, ducem quendam & magiſtrum militiæ ſuæ ſcientem Domini prælia gerere, & virtutum caſtra tutari. Hæc ille. Hanc igitur tam amplam, ac pręclaram victoriam, hæc tam inſignia trophea, non humana virtute, ſed diuina manu eſse parta, nemo iure unquam dubitauerit. Magnum quoque huius rei eſt argumentum, cum animaduertamus non modo Hierarchias omnes iampridem maieſtatem imperii perdidiſse, verumetiam omnes fere florētiſſimas olim ciuitates, quæ priſcis illis temporibus imperabant, aut tum, cum florerent cecidiſse, aut poſtea a b humanarum rerum dominis, tempore, & fortuna, vel funditus euerſas, vel pene
72 deletas. † Roma tamen hucuſque ita cęteris regiis vrbibus antecellit, ut fateri omnes, non ſolum poſſimus, verumetiā debeamus, illi vni æternitatem imperii eſse diuinitus datā, cui nulla vnquam ætas finem ſit allatura, & huius regni ſceptrum, non homines, ſed ipſum plane Deum, qui ſemper ille idem eſt, ſuſcepiſse, ſibique hoc unum e toto terrarum orbe ſempiternum immobileq; domicilium delegiſse. Ita. n. ex legibus ipſis Cæſareis licet coniicere, quæ Romam Vrbē ęternam, hac ratione, ut credimus, appellarunt. ut habetur in l. 1. C. de priuil. corp. Vrb. rom. lib. 11. Et in l. 1. C. de ſuari. eo. lib. Rurſus Roma vrbs ſacratiſſima nuncupatur. l. Senatores. C. de incol lib. 10. Conſtat autem leges fieri nutu diuino, & per ora principium promulgari. l. fin. C. de pręſcript. long.
73 tempo. & habetur in gloſ. notat. in l. 2. ff. de legi. † Et breuiter quam ampla ſint priuilegia & dignitates, tā vrbis, q̄ eccleſiæ Romanæ, late videatur per Albe. de Ros. in l. Iubemus nulli. C. de ſacroſ. eccl. in Auth. vt eccle. rom. cen. an. ubi in princip. hæc habentur, ſummi pontificatus, apicem, apud Romam eſſe, nemo eſt qui neſciat, & certe niſi omnes hoc ipſum diceremus, fruſtra Papa eligeretur, ut ait glo. not. in clem. Ne Romani, in uerbo, nonconſonam, de elect. Quare cum dubitare non liceat, papam ſupremum eſſe iudicem in eccleſia militanti, illud deinceps clariſſime ſequitur, de quo noſtra eſt diſceptatio, & quod iam inde ab initio huius inueſtigationis polliciti ſumus ſcilicet, eum, qui fidelium omniū eſt iudex a nemine in hoc ſeculo, & ita neque a concilio poſſe iudicari, quoniam in alios omnes poſſe ius dicere, ſignum eſt ſupremæ poteſtatis maximum, ab aliis autem iudicari, eſt in-
74 ferioris ſtatus iudicium † cum igitur hæc ſibi inuicem repugnent, ac diſſidentia ſint, ſequitur, vt ſimul ſtare non poſſint
75 l. vbi repugnantia, cum ibi trad. ff. de regul. iur. Quemadmodum enim aliquis & ſanctus & peccator ſimul eſse non po-
76 teſt. c. ſicut Chriſtus. 1. q. 1. † nec legitimus & illegitimus. c. fi. cum ibi not. de cland. deſponſ. neque liber & ſeruus. l. duob.
77 ff. de lib. cau. † Ita pariter dicamus, eundem & ſuperiorem & inferiorem ſimul & eodem tempore eſſe non poſſe. Pręterea

ſi, vt

si,vt in principio huius institutæ disputationis diximus, a le- 78 gibus ipsis abhorret,†parem in iurisdictione,ab habente par imperium coerceri posse.l.nam magistratus.de arbit.c.innotuit. de electio. longe minus licere fateamur. necesse est, superiorem ab inferioribus iudicari.c.cum inferior.de maiori. 79 & obed.c.inferior.21.distinct. † Absurdum enim uideretur, Papam ab illis posse iudicari, quos ipse ligare potest & soluere,vt supra fuit ostensum. Ad quod accedit argum.tex.not. in §.sed quod sancitum, in Auth. de nupt. ubi hæc habentur, Erubescit enim lex castigatores filios genitoribus statuere. Et ita apertissime tradidit Iulius primus, uir doctus & integer,in epistola prima ad orientales Episcopos. Atque ita hac ratione ducti legislatores omnes,& sancti illi patres, qui Dei spiritu ducebantur, decreuere,neminem in hanc primam sedem & aliorum omnium iudicem, ius dicendi potestatem 80 habere, cum scriptum sit. † Non est discipulus supra magistrum, vt videre est in concilio Romano, in quo una cum Syluestro 275.episcopi erant collecti, fuit quoque sæpissime constitutum, eius culpas esse Diuino iudicio relinquendas, 81 †cum a nemine mortalium iudicari queant, ut habetur in c.nemo,in c.cuncta per mundum.in c.aliorum.9.q.3.in cap. nunc autem,21.dist.in c.si Papa 40.di.in quibus locis semper hæc vrgentissima ratio affertur,id propterea nõ licere,quod 82 Papa aliorum est iudex,†Et quod neque ab ipso concilio iudicari possit,casum hæresis semper excipio,cum tunc minor sit quolibet fideli,secundum glos.in cap. Achatius.24.quæst. 1. Dico id lege & ratione probari. De hoc enim est text. sa- 83 tis expressus in dicto capit.nemo,dum ait,†Papam neque ab omni clero,neque ab omni populo iudicari posse. Ergo nec totius fidelium vniuersitatis iudicio subiacebit, quæ in hæc duo tantum genera hominum diuisa est c. duo sunt.22. q.1. Nec dicta verba de singulari iudicio sunt ullo pacto intelligenda, tum quod de ipso prius dictum erat, ibi. Nemo. &c. quare sequentia illa verba sunt de tota ecclesia necessario exponenda, quæ in concilio esse iuris interpretatione cen- 84 setur,tum etiam,quia ubicunque reperitur,†papam iudicari posse.semper est intelligendum a concilio,ut docuit glos. frequentioribus uotis approbata in capit.sicut inquit 2.quæstio.7. & Abb.in tractat. de concilio Basil. in secundo dubio col.2.Rosell.in tract.de concil.& Dec.in consi.151.quare pariter vbicunque traditum est, Papam a nemine iudicari debere, dicendum est iudicium ipsius concilii potissimum excludi, quod solum esse potest (si casus daretur) summorum 85 Pontificum iudex,ob tantæ reuerentiam dignitatis.† Idque ideo in re proposita est intelligendum, ne alioqui sacræ illæ constitutiones de casu indubitabili promulgatæ uideantur 86 l.quod Labeo.ff.de carb.edi.& l.ancillæ.C.de furt.†Et ita textum illum in d.capit.nemo,de concilio sensisse non negauit Rom.alioqui hostis acerrimus pontificiæ maiestatis, vt habe- 87 tur in eius consil.523. Preterea ista conclusio ratione optima confirmatur, multa enim legimus fuisse concilia, & inter alia Chalcedonense,& Constantiense, quæ gestorum suorũ 88 confirmationem a Romanis Pontificibus petiere. † id quod non nisi a superiore peti solet,secundum Bal.in l.fi.C.de leg. 89 & Felin.c.1.de tregu.& pac.†Ex quo illud sequitur, ipsamet concilia se Romano Præsule inferiora declarasse,atque ideo 90 in eum nullum prorsus imperium habere.†Huc accedit tex. in d.capitulo aliorum, cum ait Pontificem Deo tantum in- 91 nocentię suæ rationem esse redditurum,†illa enim uox,tantum,eam vim habet, ut omnia iudicia, Diuino excepto excludat.l.his solis. ff. de condit. & demonst.& Clem. exiui. §. 92 cum autem.de uerb. signific. Neque obstat illud † quod pro solutione d.c.aliorum,afferebat Rom.in dicto consilio 523. dicens non incogniti iuris esse,in iudicandis sacerdotum inferiorum criminib.nonnunquam sacros canones tradidisse, eorum causas Dei iudicio reseruari. vt secundum eum habetur in c.electionem.79.dist. Sed re vera ille text.non facit ad rem,cum de summis Pontificibus loquatur,ut etiam ibi sentit Gemin.Præterea affert tex.in capit.futuram.12.quæst.1.in c.accusatio.2.quæst.7.& in c.oues.6.quæstio.1.& tamen hoc non obstante, eos posse ait a summo Pontifice iudicari, atq; ideo pari ratione dici posse secundum eius sententiam, ita quoque Papæ causas, quæ Dei iudicio relinquuntur, concilij subiacere censuræ, a quo, iudicium, afflante Dei spiritu, 93 proferri solet. Respondeo enim.† Verba quæ non solum uident ur esse similia,sed quæ illamet atque eadem sunt,unoque contextu prolata,non esse in quocunq; casu pariformiter exponenda, sed ea varios,pro diuersitate rationis, admittere intellectus l.manumissiones.ff.de iust.& iu.hr.in l. nam hoc iure.ff.de vulg.& pup. Ratio igitur quare causæ clericorum in iuribus a Romano adductis,Dei iudicio subiiciũtur, illa est, quoniam ibi iudicare seu accusare volentes erant ip- 94 sis sacerdotibus inferiores.† Nam in d.capit. futuram. erant laici ipsis sacerdotibus inferiores c.si diligenti.de for.compe.

Et in d.c.oues.erant populi,veluti oues ipsis subiectæ.Iccirco respectu inferioritatis eorum causas illas, Dei iudicio reseruari oportere fuit optime constitutum, sed propterea iudicium Pontificis Maximi in ipsos clericos non censetur exclusum,cum ipse sit supremus Dei minister in ecclesia militan- 95 ti,vt antea conclusum a nobis fuit,Nam & hoc Dei esse iudicium intelligitur,secundum glo.in c.continua.11.quæ.1.omnis enim potestas a Deo est, vt ait Apostolus ad Rom.13. Et qui huic potestati resistit ordinationi Dei resistit.capitu.qui 96 resistit.11. quęst.3. Et hoc confirmatur, †quoniam sicut Episcopi, & eius vicarij vnum & idem est tribunal. capitu. Romana.de appel.in 6.sic est de Christo concedendum,& summo Pontifice,qui eius uices gerit in terris.capitulo 1.vt eccl. benef.c.quãto de transl.prælat.& c.1.21.dist.Hec autem oĩa cessant,vbi de iudicando ipso Romano præsule agatur,cum nulla in hoc seculo sit supra eum potestas, vt latius antea disputatum est.Quare cum ipse nullum habeat superiorem, necesse est eius causas Dei iudicio ita eē subiectas, vt ex defectu iurisdictionis, quorumcunque mortalium iudicia excludantur.Quemadmodum enim in cõstitutionibus per Rom. adductis,traditum est, clericos a laicis,& sacerdotes ab eorũ ouibus accusari non posse, respectu inferioritatis. Pari ratione concludendum est, Papam ab alijs, qui omnes ei subsũt, iudicari non posse,atque ita canones per Romanum allati,q̃ eum vel maxime refrequenter. Et ex hac tali ac tanta rationum disparitate,ipsius argumenta refelluntur,arg.l.inter sti- 97 pulantem,§.sacram,ff.de verb.oblig.cum simil.†Huc accedit nusquam valere sumptum a similitudine argumentum, qui casus in iure inueniuntur expressi,vt plene docuit Felin.in c. translato,num.15.de constit. Sed casus Pontificis,de quo agimus,scilicet, vt a solo Deo iudicetur, & a nemine præterea, est expressus,vt in d.c.alioru.ibi,Deus istius sedis præsulem suo 98 sibi sine quæstione reseruauit arbitrio,Hoc enim soli Deo cõgruit,qui causas sine quæstione decidit, quod mortalium nemini potest conuenire,apud quos & quæstio haberi debet,& defensio cuicunq; concedi.c.qualiter.2.de accusat.& Clem. pastoralis,de re iud.Rursus ibi,Nolite estimare eas animas inquisitoris non habere formidinem,quas Deus præ ceteris suo reseruauit examini. Si præ cæteris, ergo causæ Papæ sunt magis specialiter Dei iudicio reseruatæ,quã aliorum causæ cle- 99 ricorum, & sic contra Romani sententiam.Rursus ibi,†Non habet de allegationis nitore subsidiũ, qui vtitur eo teste quo iudice,sed quis est ille,qui simul possit esse testis & iudex,nisi is,qui per Hieremiam cap.29.ait,Ego sum testis & iudex,si solus Deus,qui cuncta cognoscit?c. nouit,de iudic.Quare concluditur,ibi de solo Dei iudicio ita tractari, ut quorumcunq; aliorum sententia excludatur, idque ob speciale Petri priuilegium,vt in d.c. positum est.Cum igitur casus iste in iure inueniatur expressus, sumptum a similitudine corruit argumētum.Talia enim minime reperiuntur expressa in illis constitutionibus,in quibus Episcoporum & sacerdotum causæ Diuino arbitrio relinquuntur, Nam id in eis exprimit respectu aliorum, qui eis sunt inferiores,vt prædiximus, sed aliud canones sanxerunt, cum de illis a suo superiore iudicandis age- 100 retur,†Tunc.n.statutum est Episcoporum & sacerdotum accusationes,cum duobus seu tribus idoneis testibus esse recipiendas.c.accusatio il secondo 2.quæst.7. c.qualiter il secondo de accus. Hic igitur Episcoporum accusationes recipiuntur,& ita iure præcipientes ab hominibus terminantur,ibi vero,papæ accusationes reiiciuntur, & illius causæ sine quæstione, Dei iudicio reseruantur in d.c.aliorum,iunctis alijs,que supra attulimus. Quare ex his apertissime constat,quam varie in vtroque istorum casuum canones,ob rationum dissimilitudinem constituerint,quorum alter ab altero declaratur l. 101 vtrum,vbi Ang.ff.de peti.hære.†Non dubium igitur est,quod canones, Papæ causas Dei iudicio supposuere,eos de solo Deo ita intellexisse, vt omnia alia iudicia omnino reiiciant, & ita clarissime sensit Ennodius, in eius libello,qui fuit autoritate quinti Romani concilij confirmatus, & inter illius concilij gesta relatus.Quod confirmatur ex his,quæ habentur Ezechielis.34. vbi Deus inquit, ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & alibi,Sanguinẽ animæ que peribit propter negligentiam illius qui præest,de manu speculatoris requiram. Idem. 33.ex quibus verbis planæ colligitur, Deum solo arbitrio reseruasse pœnam illius,q super speculam presidebit. Contrarium vero fuit in alijs sacerdotibus constitutum,quos non obstante illa reseruatione ab eorum superiore iudicari posse ac debere, fuit optima ratione sancitum. Et sic Romani hęc prima confutatur obiectio. Nunc aliam quoque diluamus, qua ipse in eodem loco concludit, Papam tum demum a concilio iudicari non posse, cum iustitiam desiderat temperare & recte agere, motus autoritate tex.in d.c.nemo aliter sentiens, vbi Pontifex erraret,& a recto tramite declinaret. Ego vero,tã illustris igenij pace

pace dixerim, dicere sane ausim, hanc ipsius conclusionem non modo a vero aberrare, sed etiam esse dignam irrisione. 102 †Quis enim ille est, qui recte agẽs possit ab aliquo iudicari? Nemo certe.Et ideo verba illa tex.Iustitiam temperare desiderantem, non faciunt conditionem,sed potius sunt ad officium illius sedis referenda, & hoc modo exponẽda, scilicet, quę iustitiam temperare desiderat, quemadmodum & de iudice scriptum est, qui dicitur ex ratione ius dicere, quamuis nonnumquam agat iniuste l.pen.ff.de iust. & iure.Et hoc probatur, Nam in d.c.nemo. vis tantę potestatis in eo posita apparet,quod hæc una sedes omnium est altissima,& in ea, qui sedet papa,aliorum iudex,vt dignitas sit, non autem vita irrepręhensibilis quæ papam ab aliorum eximat potestate.Id- 103 que aperte colligitur in d.c.facta, ibi,†Deteriores sunt,qui vitam & mores corrumpunt,iis,qui substantiam diripiunt. Ex quo patet,ibi de factis agi delictorum,& sic cõtra Rom.Hoc idem Bonfacius,q martyrij corona fuit illustris, apertissime sensit in c. si Papa, 40. dist dicens.Huius culpas iudicare presumat mortalium nemo,nisi sit a fide deuius.Hęc eadem sẽtentia in multis quoque alijs sacris sanctionibus continetur, quę,vt breuior fiam,pretermittuntur, & complura de maioritate Papę supra concilium, adducuntur per And. Sicul.in Clemen.ne Romani. de elect. & per Catal.de bon. comp. in tract.de potest.Pap.nu.75.& per Ias.in cons.98.in 4.volu.Clara igitur & firma remanet nostra conclusio, scilicet Papam a nemine,& sic neque ab ipso ɔcilio iudicari posse,si.n.apud legislatores indignum existimatur, eum, qui multorum est iudex,& magnis preest, manere sub alterius potestate, vt habetur in §.1.in Aut.de dignit coll. 6.multo magis hoc de Romano pontifice est concedendum,qui est cunctorum fideliũ 104 iudex,& omnibus preest.Quinimo† Pont.Maximum se concilio sponte etiam subijcere non posse,iuris interpretes communiter affirmarunt,dicentes, eum amplitudini Pontificię potestatis,quę a Deo est.c.1.22.dist.quicquam detrahere non posse.Et quamuis reperiatur ab aliquibus Pontificibus nonnunquam id factum fuisse,aiunt id iure fieri non potuisse, ita Ioan. And.& Felin.post alios in c.ecclesia S. Marię, de const. Rom.in sing.134.& Ias.post Alex.in l. est receptum, ff. de iurisdict.omn.iud.vbi hanc partem crebrioribus sententijs approbatam esse ait.& recte, hic enim actus, vt in præcedentibus dictum est,sibi inuicem repugnaret,vt scilicet idem ille, 105 eodem tempore,& inferior,& superior sit.†Quin nec legislator nec Deus ipse facere posset,vt repugnantia sint in eodem subiecto,teste Ang.in consilio 187.in fin.citat.l.ubi repugnãtia,ff.de regulis iuris vbi Dec.hoc idem confirmat. Hinc, ut opinor,Synodus contra Symmachum Theodorici Regis autoritate coacta. eidem Theodorico, antequam res agi cępta esset,duo obiiciebat,concilium scilicet absque ipsius accusati Pontificis iussu congregari non posse, nec primę sedis antistitem minorum iudicio subiacere, quasi diceret, etiam si concilium,præcedente ipsius præsulis autoritate conuocaretur,†nobis tamen, qui inferiores sumus, contra Pont. Max. ferre seutentiam non liceret, prius enim obiectum, congregandi concilij principium respicit, scilicet, ut conuocatio in iussu Pontificis facta, sit irrita. Posterius autem obiectum,ad concilij iam congregati autoritatem attinet, scilicet, vt Pontifex, qui etiam congregationi autoritatem prębuerit, non propterea iudicari possit,& sic tex.ibi, hoc modo expositus probat,Pontificem etiam sponte,concilii iudicio se submittere non posse. In eo enim concilio de iudicandis Papę culpis agebatur,cui papa suam autoritatem impartiendo, consequenter etiam se eiusdem censurę ultro subijciebat, & tamen Synodus ipsa ea uerba dixit, quę paulo ante descripsimus, & se eo etiam casu Pontifice minorem esse censuit,qđ & re ipsa declarauit, nam quamuis deinde Symmachus autoritatem suam interposuisset, Synodus tamen de eo senten- 107 tiam proferre haud ausa fuit.Sed hoc mõ arbitrata est,†Symmachus papa sedis apostolicę Præsul, ab huiusmodi oppositionibus impetitus,quantum ad homines respicit,sit immunis & liber, cuius causam totã Dei iudicio reseruamus. Hæc oĩa habent in §.hinc ẽt.17.dist.Quorsũ enim illi patres Symmachum,&Papã,& geminando ipsius dignitatẽ,ẽt sedis apostolicæ Præsulem, & se homines esse memorarunt; certe nõ ob aliã causam, nisi vt ex his,re ipsa, quod superius dixerant, ostenderetur,scilicet hominibus in eum,qui supra homines est,& qui Dei vices gerit, ius dicere non licere. Nam etiam si prima illa oppositio,scilicet non legitime congregati concilii,sublata esset,accedente demum ipsius Pontificis autoritate,alia tamẽ adhuc supererat, minori scilicet in superiorem ius dicere fas non esse Idq; in ferenda de Symmacho sentẽ- 108 tia pręstitit impedimentũ, †quia vbi duę rationes ęque principaliter adducuntur. sufficit vna sublata adhuc alteram superesse §.affinitatis. instit. de nupt. & quamuis Symmachus criminum sibi obiectorum reus repertus non fuerit. tamen,

concilium non tam hominis innocentiam,quam dignitatis amplitudinem respexit,vt uidere est, si sententiæ latæ verba diligenter considerentur.Non enim synodus illa usa est uerbo absoluimus, & liberamus, vt in sententijs, quæ pro innocente proferuntur,communiter dici solitum est,sed ipse,qui est Papa,& apostolicæ sedis Præsul,quantum ad homines respicit,sit immunis & liber,perinde ac si diceret,non sit liber, quia eum nostra sententia liberemus,neque sit immunis,qa eum nostra autoritate absoluamus,sed quia ipse est papa,ipse est apostolicæ sedis præsul, nos homines sumus,quibus nõ 109 licet de eo sñiam ferre.†Nemo enim qui condemnare nõ potest absoluere potest.l.nemo. ff.de regul.iu.Hoc igitur pacto quamuis Symmachus se ab obiectis erroribus expurgauerit, patres tamen in sententiæ suæ verbis non Symmachi innocentiæ,sed dignitatis celsitudini,honorem detulerunt.Nam si eos hominis potissimum mouisset innocentia, illis utique vsi essent verbis, absoluimus & liberamus, quæ fere semper 110 in absoluendis reis proferre iudices solent. Non ignoramus autem ea,quæ a communiter contingentibus & vsitatis sunt argumenta,valida existimari,vt habetur in l.neque natales. C.de proba. tum etiam quia ex præcedentibus sequentia declarantur.l.si seruus plurium.ff.de leg.1.cum sim. Sed in principio patres etiam ante causæ cognitionem dixerant,seipsos qui inferiores,erant, summum Pontificem iudicare non posse, ergo præcedentia cum sequentibus iuncta, id non obscure indicant,quod ab illis quoque verbis geminatis confirmatur,ubi dictum est,Symmachus Papa,& apostolicæ sedis præsul.Ista enim geminatio pontificiæ dignitatis,arguit eam po- 111 tissimum præ oculis habitam fuisse. † Nam vbi verba geminara proferuntar,ibi a loquentibus vim factam fuisse Iurecõsulti arbitrantur. l.balista.ff.ad Trebel.tradit Barto.in l.cum scimus,C.de agric & cens.li.11.Nec vrget argumentum, quo contra hoc Romanus vtebatur,in consi.523.dicens,Symmachum non ex defectu iurisdictionis fuisse ab illa synodo absolutum, sed quia eius crimina non fuere detecta,& quoniã occulta esse poterant,iccirco fuerunt Dei iudicio reseruata, ad quod probandum attulit textum in cap.nos si incompetē- 112 ter.§.item Symmachus. 2.quęst.7.†ubi secundum eum probatur,priusquã de calumniosa illius accusatione synodo cõstitisset, eam interloquendo declarasse, Symmachum esse prius dignitati Pontificiæ,qua spoliatus fuerat,restituẽdũ, q̃ accusationibus respondere cogeretur.Respondeo enim textum illum sensisse contrarium, eius, ad quod fuit adductus, si recte illius verba considerentur,ibi.Et si recte videbitur accusantium oppositionibus responderet, ex quibus liquet patres illos decreuisse,eum non esse cogendum accusationib. respondere, nisi facta prius restitutione dignitatis, hoc deinceps eis rectum esse videretur. Animaduertendum enim est eos non dixisse,& si facta restitutione de obiectis criminibus constabit,damnabitur,ut par erat,si Romani opinio veritati inniteretur, sed tantum pronuntiarunt, Papam accusatum nec respondere quidem esse compellendum, id quod in ipso statim causæ ingressu fieri solet,nisi ita æquum videretur. Ex hoc enim loquendi modo licet coniicere, patres iam inde ab initio suę iurisdictionis defectum prę occulis habuisse ut etiam supra tetigimus, cum de §.hinc etiãm.sensu,tractabamus, alias enim priusquam causa cognosceretur, & antequam de ueritate seu calumnia accusantium intelligi quicquam posset, suam cœtus ille autoritatem, in dubium non reuocasset.Proinde cum usque tunc de hoc dubitauerit, ac deinceps se a ferenda contra Symmachum sententia abstinuerit, consequens est,ut prædiximus,honorem non tam accusati innocentię,quam pontificiæ celsitudini fuisse tributũ Ex pręcedentibus enim & sequentibus etiam media declarantur,ut prædictum est. Atque ita non modo Romani refellimus argumentum,sed etiam quãtum text. per eum allatus nostræ intentioni præbeat adiumentum, satis superque ex prædictis liquere arbitror.Et sic tex.in d.§.hinc etiam,diligẽter examinatus probat, concilium declarasse minorem se Pontif.Max.potestatem habere.Dico etiam si pontifex se cõcilio subiiciat,ut prædixi. Ad idem est tex.not.in c.nunc autem, 21. dist. vbi Nicolaus Papa probare uolens maiores ab inferioribus iudicari non posse, Marcellini & Syxti pontificum adducit exempla,aitque,concilia contra eos congregata dixisse,nemini primam sedem iudicare licere, ac eis propterea dictum fuisse,ut seipsos iudicarent. Aduerte textum in dicto capitulo nunc autem, cum Syxti exemplum adducit,loqui de concilio,quod Valentiniani Augusti iussu conuenerat,cui quidem concilio,Syxtus a quodam Basso accusatus,se sponte subiecerat, vt ait tex.in c.mandastis. 2.q.5. & tamen tex.in d.c.nunc autem,ait eum a concilio tamquam ab inferiore iudicari non potuisse, atque ita ipsum concilium declarasse, ergo ibi est irrefragabilis tex. addito d. cap. mandastis,probans pontificem adeo maiorem cõcilio ptātē

obti-

obtinere, ut tametsi vellet, se cōcilio submittere nequeat. qđ optimis vtique rationibus ex mente Bellem. affirmat Card. 114 Alex. in capitulo inferior, 21. distin. Nec obstat, † Pontifices quandoque se concilio subiecisse, quia si tenemus, eos iurisdictioni patrum se supposuisse, id de iure dicimus nō licuisse, vt Ioan. And. & Felin. tradidere in c. ecclesia S. Mariæ, de ꝯ- 115 stit. idque in pręcedentibus confirmatum est. † Veruntamen quia non adeo facile credendum est pontifices illos quicq̃, quod de iure fieri non concederetur, facere voluisse, arg. l. si miles qui. ff. de test. milit, Iccirco sanctius esse arbitrarer, si forte diceretur, eos id, in sua tamē celsitudiue permanentes, egisse, scilicet, non ut se imperio concilij subijcerent, sed vt qua- 116 dam honestate, vitæ suæ rationem redderēt, † exemplo Dei, quem quandoque facti sui rationem reddidisse Diuina monimenta commemorant, ut Esaiæ 44. & exemplo Iob 31. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, &c. & Ioan. 8. ait Dominus, quis ex vobis arguet me de peccato? Sic quoq, Io. 18. inquit, si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, &c. hoc enim modo videmus Christum etiā ipsum obiecta crimina diluisse, nec tamen propterea dicere oportet, eos apud quos eiusmodi excusationes afferebantur, in eum ius 117 & potestatem aliquam habuisse, Verum ex perfectione modestiæ id factum fuisse probat tex. not, in ca. testes. 2. quæst. 7. quod de Pontificibus quoque, qui id aliquando fecerunt, respondendum est, nec aliter, si recte inspiciantur, sentire vidētur canones, qui dictorum Pontificum exempla commemorant, non enim eos se concilij sententiæ submisisse, sed corā concilio se expurgasse aiunt, ut non solum crimine, sed etiā suspicione carerent, vt sentit text. in d. c. mandastis. ibi, suspicionem fugiens, &c. & hoc modo iudicium illud, inspectio- 118 nis potius fuisse, quā potestatis arbitror. † Quamobrem summopere laudandi sunt, nedum excusandi Pontifices illi, qui, ut scandalum pusillorum auferrent, vltro se purgare voluerunt, quoniam vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Eccles. 17. & alibi inquit, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, &c. & rursus, Veh illi per quem scādala veniunt, Matth. 18. non tamen iccirco dicendum puto, eos, coram quibus talis purgatio fit, in Pontificem potestatē 119 habere, † cui a Deo iura terreni cœlestisque Imperii fuere cōmissa. cap. i. 22. distinct. quemadmodum & de Christo prædictum est. Et quamuis alias purgatio apud eum, cui iudicandi facultas non desit, fieri consueuerit, illud est in prælatis inferioribus, aliter vero in Pontifice maximo, quo in illo etiam casu concilia sunt inferiora, vt habetur in dicto c. nunc aūt.

120 † Non obstat c. nos si. in princip. 2. quæst. 7. quia respondet Felin. post Ioan And. in d. c. ecclesia S. Marię. ibi, iudicium pro discretione sumi debere. hoc ipsum alii quoque fere omnes sentiunt, vt per Dec. in d. c. ecclesia. posset & aliis modis respōderi, vt per Cardin. Iacob. in tract. de concil. in q. de submissione papę. Nec obst. si retorqueretur tex. in d. c. mādastis. ibi, sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendi formam dans, &c. Ergo videtur pontifex sponte se cōcilio posse subiicere. Nam si dicimus Syxtum se potestati Synodi supposuisse, respondeo id cōtra ius factum fuisse, ut ait Felin. in d. c. ecclesia S. Mariæ. idemque probat tex. per me diligenter expositus, in d. c. nūc autem. Si vero dicimus ipsum concilio se nequaquam subiecisse, sed tātummodo se expurgasse, ut prædictum est, tunc non repugnat, siquidem nō modo non repræhendimus, sed laudamus Pōtifices, qui se publice excusando, obiectorum criminum suspicionem tollunt, non tamen concedimus, concilia aduersus eos propterea autoritatem vllam potuisse nancisci, per prædicta. Neque vero 121 illud obstiterit, † quod nouimus, Pontificem Papatui renunciare posse c. 1. de renunt. in 6. atque hinc argumentum duci posse, quod multo magis se concilio possit submittere, quod vtique minus videtur. Respondeo enim, actum renunciationis nullam in se repugnantiam continere, quoniam papa renunciando, abdicat se a pontificatu, atque ita superior esse desinit, Rursus dico renunciantem sibi ipsi duntaxat preiudicium afferre, quod vtique locum nō haberet, si se synodi supponeret potestati, nemo enim eodem tempore & superior & inferior esse potest, cum repugnantia simul esse, vllo pacto nequeant, vt prædictum est, per l. ybi repugnātia. ff. de regul. iur. Monstrosum quippe esset superiorem ab inferiore iudicari posse. teste Host. in c. per venerabilem. §. sane. qui fil. sint. leg. Præterea, per subiectionem hanc, non ipsi Pontifici sed dignitati Pontificiæ iniuria fieret, vt aiunt Ioan. And. & Feli. in d. c. ecclesia S. Marię. Non obst. quemlibet priuilegio suo renuntiare posse. Quoniam immunitas a iudicio inferiorū, nō est priuilegiū extrinsecus additū, sed de formali ipsius rei essētia, & integritate, Pręterea ēt si priuilegiū esset, argm̄ nō urgeret, Id. n. tū demū verū est, quū ꝑsonis priuilegia ꝯcedūtur, hæc autem eminentia potestatis, non personæ ulli, sed pōtificię tradita dignitati est, vt sæpe dictū est. Ergo ei pontifex Maximus renunciare non potest, per no. in c. si diligenti de foro. comper. & in terminis per Ioan. And. & Feli. in d. ca. ecclesia S. Mariæ. Sic etiam clericus seipsum uulnerans non modo propter proprium ipsius consensum non excusatur, sed excommunicationis pęnæ subiicitur, propterea qđ priuilegia clericalia lesit, & dignitati suæ iniuriam intulit, ita docuit Alberic. de Ros. in l. peculium autem, §. si ipse seruus. ff. de pecul. & Dec. in l. seruus. C. de pac. atque ita ex his lique re arbitror. pontificem etiam ultero se concilii potestati su- 122 biicere non posse, Nam eius est restringere potestatem, cuius est ampliare, arg. l. qui uetante. §. eius. ff. de regu. iuris. sed papæ potestas, a Deo est c. quamuis 21. distin. & ut supra late fuit ostensum, atque ideo a nemine præterquam a solo Deo potest restringi vel dilatari, Prēterea nemo citra hæresim, quicquam potest detrahere iuribus apostolicæ sedis. c. omnes. 22. dist. minuere suæ potestatis amplitudinem est ledere iura pontificiæ maiestatis, igitur &c. Hinc Nicolaus papa ad 123 Micaelemē imperator scribens ait † priuilegia apostolicæ sedis nullatenus possunt minui, infringi, vel commutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non ualet amouere conatus. Hæc ibi. quā conclusionem aperte tenuit Io. de Lig. post Vin. in d. c. ecclesia. cæterique eā frequentioribus votis approbauere, teste Decio in d. ca. ecclesia. & late illā confirmauit Cardinalis Iacob. in d. tract. de cōcil. in quæst. de submissione papæ. Eandem opinionem Romanus quoque tandē resipiscens approbauit in singul. 143. ubi se errasse, quia prius contrarium senserat fateri nō erubescit Pontificis autem culpas, vt reuertamur unde digressi fuimus 124 a concilio iudicari non posse, † Leonis etiam exemplo corroboratur, qui quamuis a grauib. sceleribus sibi obiectis se 125 in concilio sponte purgauerit † hanc tamen aliis pontificibus formam non præscripsit, hæc ille in c. auditum. 2. quæst. 126 7. † Hieronimus quoque in libro uirorum illustrium attestatur. Damasum accusatum adulterii, se sponte cum 42. Episcopis expurgasse. Hæc habētur in c. nos si. in fi. 2. quæst. 7. pontificis igitur culpas a nemine mortualiū iudicari posse, exēpla, quę commemorauimus, & autoritates affirmant. Quare iam non obscure probatum esse arbitror, papam errantē non tamen in fide, a concilio tanquam ab inferiore iudica- 127 ri non posse. Verum si quispiam obijciat, † papam saltem in casu hæresis iudicari, per d. c. si papa. Dicimus hoc propositæ cōclusioni non repugnare, cum primum enim pontifex hæreticus est, cum extra ecclesiam sit, pontifex esse desinit, & 128 pontificiam potestatem amittit. † Nam in lege veteri scriptum est, non poteris alterius gentis Regem facere, qui non sit de fratribus tuis. Deut. xvii. faciunt no. per glo. & scrib. in c. si. de ord. ab Episc. qui renunt. Epis. & teste Cypriano, didicimus hæreticos & schismaticos nil penitus potestatis ha- 129 bere, † quia ecclesia, quæ una est, & intus & foris esse non potest, Hæc ille in c. didicimus. 24. quæst. 1. sic & Nicolaus papa de hæreticis scribens ait. Hi, quos diuina testimonia non consequuntur, quia extra ecclesiam sunt pondus humani testimonii perdiderunt aduersus eos. qui in ecclesia esse videntur. Nec aduersus eosdem ecclesiastice autoritatis pondus habere poterūt, qui ab eius fide discessisse probati sunt. Hæc Nicolaus in c. miramur in fi. 24. q. 1. hęresis enim sepa- 130 rat omnem hominem ab ecclesia, ut ait. tex. in c. conueniētibus. 1. quæst. 7. Hinc dixit Bal. in c. licet, de elect. exceptionē hęresis, proprie exceptionem dici non posse, sed nullum es- 131 se, ideo papa huius criminis reus, non est papa. † propterea & Bellem. & Card. Alex. in c. Anastasius. 19. dist. aiunt, papam hæreticum inter alios pōtifices nō connumerari, & Anastasij. 11. exemplum afferunt, qui, quoniam hæreticus fuit, in numerum pontificum non refertur, atque iccicco alius, qui deinde idem nomen assumpsit, Anastasius, 11. non autem 12. nuncupatur, & de papa hæretico scilicet vt ideo iudicetur, quia amplius papa non est, late habetur per Card. Alex. in d. c. si papa. & in rub. 15. dist. & per Catald. in tract. de potes. pap. num. 45. & num. 82. & per Ias. in consi. 95. colum. 6. in 3. vol. & talis sententia, ut ait Petrus de monte in tract. de pot. pap. potius priuati iam pontificis declaratio est, quam noua priuatio, arg. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbitris. & l. sicut §. sed si quæratur. ff. si ser. vendi. qui. enim non credit, iam iudicatus est. Nos autem de illo pōtifice, qui pontificia fungi- 132 tur autoritate, loquimur. † Quod autem de pōtifice propter hæresim iudicando prædiximus, ita demūm uerum esse arbitror, si ipse antequam sententia proferatur non resipisceret ac seipsum corrigeret contra Rosel. Qui in tract. de concili. in 3. q. scriptum reliquit, concilium eo etiam in casu se a ferenda sententia in potificem abstinere non posse, quod nos a veritate abhorrere existamus. nam si teste Apost. ad Titū vi. ut habetur in cap. dixit Apostolus. 24. quæ. 3. hęreticus homo non nisi post secundam correctionem deuitandus est, ergo multo minus deponēdus. & ita sentit glos. notab. in c. nūc au-

133 tem. 21. dist. quod etiam ratione comprobatur, † nam vox ista, hæreticus, vox est criminis & pertinaciæ, vt statim aperiemus, atque ita consequenter dicimus, eum tamdiu iudicari posse, quamdiu hæreticus est, & pertinax est. Cæterum si ad fidē correctus redeat, cum in praua opininione non persistat, eum amplius hæreticum appellari non debere, & sacri canones, & eorum interpretes sępissime tradiderunt, illum duntaxat huiuscemodi criminis reum existimantes, qui nimium prauæ opinioni hæret, contra c. ne innitaris, de cōstit. aliter vero sentientes, si eum pœniteat, exemplo Pauli, cum ait, veniam consecutus sum, quia ignorans feci in increduli- 134 tate mea. † Cum igitur is hæreticus appellari amplius iure nō possit, cum errorem suum non defendat, nec ei pertinaciter hæreat, vt docuit glo. & Bar. in l. 1. C. de hæret. & Inn. in c. i. de summ. trin. & Albe. de Ros. in suo dict. in uerbo, hæreticus, ergo neque pœnæ hæreticis statutæ, suppositus est. Ad quod adduco tex. in c. si Papa. 40. dist. ibi, Huius culpas iudicare præsumat mortalium nemo, nisi sit a fide deuius. Ex quibus verbis colligitur, Papam tempore ferendi iudicij, a fide deuium 135 esse oportere, † nouimus enim qualitatem, quæ verbo adiuncta est secundum tempus verbi, cui adijcitur, esse intelligendam l. in delictis. §. 1. ff. de nox. hoc idem tradidit Ioā. de turcrem. in. 3. lib. suæ summæ cap. 8. vbi etiam ponit formam, q̄ seruanda esset quando papa de hæresi accusaretur. Hæc autē ita demum vera esse credimus, ut is vsque ad secundam correctionem, vt ait Apostolus, expectetur, & non plus, ne hæretico centies a fide deflectere posse, & centies redire concessū videatur. Hoc idem sensit etiam Caiet. in tract. de pot. Pap. & concil. comp. c. 123. & ad prædicta videri poterunt, quæ scripsit B. Tho. in 2. 2. q̄st. xi. art. 3. & 4. de receptione hæret. & omnino tex. notatu dignus in c. quia sanctitas, & in c. ponderet, 136 l. dist. † Quare optimum consilium hac in materia fore censemus, si Pontifices, quod absit, de huiusmodi crimine accusarētur, vt se paratos esse corrigi, per documenta publica notum omnibus faciant, idque eo modo, quem docuit Alber. de Ros. in Rub. de hæretic. in fi. Vbi ait, protestationem hanc Bonifacio VIII. cuius memoria accusabatur, multū profuisse. Ex ijs igitur colligo, cōclusionem prorsus contrariam Roselli sententiæ, ipse enim concilium eo in casu a ferenda depositionis sententia se abstinere non posse senserat, nos vero concilium non modo id posse, sed etiam debere, ex prædictis arbitramur. maxime per tex in d. c. dixit apostolus. & in d. c. nunc autem. ubi secūdum vnam expositionem glo. habetur, concilium a ferenda contra Marcellinum sententia se abstinuisse, quia corrigi fuit paratus. Hoc idem de hæretico Pontifice loquens sensit Rom. in cons. 523. col. 2. Neque obst. si diceretur, si eo ipso quod Papa hæreticus est, a Pontificia digni- 137 tate cadit, & extra ecclesiam est (vt prædiximus) † ergo is redire non potest, saltem vt iterum Pontifex sit, alioqui huiusmodi reditus nouæ electionis vim haberet, & ita concilium Cardinalibus eligendi ius auferret, quod iure fieri nō potest, secundum Rosel. in d. loco. Respondeo, in proposita re ius eligendi, interpretatione iuris, ita demum ad Cardinales deuol- 138 ui, si sentētia criminis declaratoria subsequatur, † quoniam pœnæ, quę pro hæresi, ipso iure imponuntur, exequi nō possunt, nisi huiuscemodi præcedat sententia. c. cum secundū. de hæret. in 6. Eam uero proferri oportere lege aliqua non ꝓ- 139 batur. † Immo contrarium, quādo Pontifex resipiscit, paulo ante demonstratum est. Quare cum istud ius ad Cardinales reuocabiliter deuolutum sit, hoc est, vt ita demum nouus Pontifex eligatur, si is peracta pœnitentia non resipiscat, idque a Cardinalibus præcogitari possit, cum ex natura rei cōtingat, eis nulla infertur iniuria, vt in simili casu considerat Dec. in c. quia diligentia. in fi. de elect. Faciunt ad hoc trad. ꝑ Mar. Soc. iunio. in consi. 20. vbi ait, rem aliquam alienatam dici non posse, quando fuit alienata cum pacto redimendi, & fuit redempta, nec mirum est si absq; alicuius solennitatis inter- 140 uentu huiusmodi reintegratio fiat, † nam quemadmodū ob delictū priuatio dignitatis nudo iuris misterio fit, ita per pœnitentiam crimine extincto, res eiusdem iuris nudo misterio ad primum statum redit, cum nihil tam naturale sit, quā eodem modo quodque dissoluere quo colligatum est l. nihil tā ff. de reg. iur. Nec dicatur, hoc nouæ ellectionis vim obtinere, & hoc modo ius suum Cardinalibus adimi, quoniam longe dissimilia esse solent, aliquid nouiter fieri, vel actionē ipso iure delatam remitti, nam (vt exemplis vtamur) satis exploratum est, † Prælatum bona ecclesiæ, si capituli non accedat consensus, alienare non posse, tot. titulo de rebus eccles. nō alie. Verum si bona ipso iure ad ecclesiam deuoluantur, ex eo, quod emphiteota canonem non soluerit, vt late docet Ias. in l. 2. C. de iure emph. Pręlatus eo casu non solutas pensiones recipiendo, caducitatem remittere poterit, vt tradunt 141 Card. Flo. & alij, in c. potuit. de loc. † Ad hoc accedit Iureconsulti sententia. in l. qui aūt. ff. de his quę in fraud. cred. quę est, vt quamuis omnis alienatio in fraudem creditorum prohibita sit, debitor tamen hæreditatem sibi delatam absque aliqua suspicione fraudis repudiare possit, † alienare enim & nō 142 acquirere imparia iudicantur. l. si sponsus. §. si maritus hæres. ff. de donat. inter. vir. & vxor. Quapropter idem quoq; & hic concedendum est, ut scilicet concilium, quod a ferenda sententia abstinet, nullam ob id Cardinalibus iniuriam inferat, neque nouam electionem faciat, immo hoc facilius admittendum est, quia in prædictis casibus prælatus ille caducitatem remittere & non remittere poterat, & debitor hæreditatem adire & non, hic vero concilium ad non ferendam 143 sententiam tenetur, ut prædiximus. † Quare si ea, quæ lege permittente fiunt, iuste fieri solent. l. Gracchus. C. de adulte. ergo multo magis si lege fiant præcipiente. Præterea apud legum conditores non insolitum est, ut si quis per sententiam iudicis restituatur, is ad ea omnia, quæ prius erant sua, restitutus intelligatur, idque non solum si ipsi restituēti, sed etiam si tertio præiudicium afferat, tex. est in l. fin. C. de senten. pas. 144 † ubi filius qui patre deportato, & liberationem a patria potestate, & paternarum rerum dominium erat adeptus, eo restituto utrunque ius amittit, ad idem adduci possunt scrib. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthum. Bellem. in decisio. dccxliiij. & Felin. in capitulo inter quatuor, 145 de maioritate & obedientia. † vbi communi consensu affirmant, eum, qui restituitur, ad ea omnia quæ occasione criminis perdiderat, restitutum esse existimari. Sic igitur hæc restitutio superioris operatur, quid mirum si in proposito casu restitutio ipsius iuris misterio facta, idem opera- 146 tur? † Facit ad rem glos. nota. in l. si testamentum. ff. de testament. cuius hæc sunt verba, Res facilius renascitur quam de nouo nascatur & prædicta mea conclusio probatur, nam 147 videmus bona heretici ipso iure publicari, † & tamen si is resipiscat antequam sententia declaratoria proferatur, bona sua recuperat, & ea amplius occupari non possunt, vt docuit glo. in c. maximum. 1. quæst. 7. glos. in summ. 23. quæs. 7. Ioan. And. in cap. quia diligentia, de elect. & in c. accusatus, de hæret. in vi. Card. Zab. in Clemen. 1. §. sane, in 1. quæst. de hæret. & Aretin. in c. at si clerici, §. de adulterijs, num. 23. de iudi. & Philip. Franc. in capitulo vt commissi, de hætic. in vi. ubi ad hoc citat Domin. & Imol. dicant alij quicquid velint. Nam pro ista opinione videtur etiam esse text. expressus in Auth. de priuileg. dot. hæreti. mul. vbi de mulieribus, quæ propter hæresim, & munera & priuilegia dotalia perdiderunt, ita scriptum est, Licebit autem eis melioris sententię factis, & rectam veramque amplectentibus fidem, perfrui muneribus & priuilegijs. Hæc ibi, Ex quibus patet restitutiobem statim ipso iure fieri, & absque aliqua iusdicentis autoritate. Nunc 148 ad primum institutum redeundo, si aliquis fortasse ijs, quæ superius affirmauimus, ex mente Abb. opponeret, dicens, 149 † concilium etiam quando dubitatur an Papa hæreticus sit, posse causam cognoscere, per d. c. si papa, & tamen adhuc nō liquere, eum ob dictum crimen amplius non esse Pontificē, neque ab eo recedi posse, vt in c. cum non licet. de præscript. & in c. nonne, 8. q. 4. Respondeo. Cum ista qualitas, quod pa- 150 pa hæreticus sit, iurisdictionē concilio tribuat. † tunc regulā iuris locum habere, disponentem, vbi certa qualitas iurisdictionem præbet aliter non habenti, si de huiusmodi qualitate dubium est ei, an qualitas illa uera sit, cognoscere licere, ut deinde procedere valeat, per capitulum si clericus, & ibi Ant. de But. Abb. cæterique communiter tradiderunt, de foro compet. l. si quis ex aliena, ff. de iudi. & Bartol. in l. præscriptione, C. si cōt. ius vel uti. pub. Non mirum igitur si in casu dubio, quando scilicet, an Papa hæreticus sit quæstio est, concilium cognoscere non prohibetur, quia non vt iurisdictionem habens in Pont. Max. id facit, sed vt pote fundamētum iurisdictionis præparans, quam ad se, ratione hæresis, pertinere arbitratur. hæc Ias. in d. consil. 95. colum. 6. versic. Nec ob. vnum obiectum Do. Abb. Rursus possent aliqui contra con- 151 clusionem nostram insurgere dicentes, † Pontificem, quando in notorio crimine, & scandalum afferente perseueraret, iudicari posse, moti autoritate glos. in dicto capitulo si papa, quam approbat Abb. in d. capitulo significasti. de elect. & in q. incip. Episcopus. in solut. 2. dub. Rom. in consil. 522. & Dec. in d. c. significasti. & late in consil. 151. vbi ait glos. illam canonū interpretibus communiter placuisse, a Theologis aūt damnatum esse, rōnes vero autoritatesq;. quæ ꝓ utraq; parte adducuntur, ibi videri poterunt, & per Ias. in d. consi. 95. in 4. uol. eas enim breuitatis gratia non recensemus. His, ita se potestati Pontificiæ opponentibus, respondeo, glos. illam quæ a Theologis redarguitur, iure optimo reprehendi. Nam re vera contra tex. suum apertissime locuta est, si & mens, & d. capituli verba oculo ueritatis inspiciātur. Ibi enim expressum est, Pontificem, qui notorie adeo & vehementer errat, vt ratione scandali secum innummerabiles populos in ge-

gehennæ præcipitium attrahat', iudicari non posse, nisi sit a fide deuius. Ecce quamuis crimina notoria in Pontifice sint & scandalum afferant, ob id tamen ipse nulli censuræ suppo 152 situs est. †Ergo contra Glo. hoc idem & ratio ibi posita, quæ legis optima est interpres, confirmat, id enim omne a iure sancitum esse existimatur, in quo eadem ratio est, ut docuit 153 Bal. in l. data opera, C. qui accus. † nec aliter se habet ratio ad legem, quam anima ad corpus, ita Bal. in l. si quis seruo, C. de fur. merito casus omnes, qui ab eadem ratione gubernātur, ita sub lege complectuntur, sicut species sub genere continē tur, ut post multos affirmat Alexand. in consilio 75, in 5. uo- 154 lum. & Dec. in consilio. 372. & recte, Nam lex est, quicquid in ratione consistit, teste Abb. in c. nulla ratio. de præbend. Ea igitur ratione tradidit tex. in d. c. si Papa, Pontificem iudicari nō posse, quia cum ipse aliorum omnium iudex sit, indignū omnino uideretur, si superior iudicio inferioris parere compelleretur Nulla enim profecto aut maior, aut potentior ratio afferri potuisset, cum legislatores, non modo, vt prædictū est, superiorem ab inferiore, sed parem a pari iudicari posse nefas esse existimauerint. Quare aut contrariam partem sequentes sentiunt, Papam notorie peccantem, vt dictum est, Pontificiam amittere potestatem, aut non, si eam amitti per hibent, tunc istud conclusioni nostræ non esset impedimento, quia si is pontificia potestate careret, iccirco iudicaretur, quia non amplius pontifex esset, vt supra etiam de papa hæretico traditum est. Si uero aduersantes consentiunr, ut ne- 155 cesse est, †pontificem quomodocunque peccantem, excepta hęresi, a pontificia non cadere potestate, quo pacto deinde velint, ipsum ab alijs, qui ei sunt inferiores, iudicari posse, nō video. Semper enim illa potentissima ratio uiget, quæ a d. c. si papa, consideratur, eum scilicet, qni aliorum est iudex iudicari non posse, sed is ob sua crimina aliorum iudex esse non desinit, ut statim aperiet. Ergo, &c. Vt in simili casu cōsequē tiam hanc facit Bellem. ad quem accedit Cardinal. Alexan. in c. inferior, 20. dist. Quod autem propter crimina Pontifex a sua iurisdictione non cadat 'negari non potest. Id enim clarissime habetur in dicto capitulo si papa, Vbi papam notorie peccantem & innumerabilibus populis graue scandalum afferentem, a nemine iudicari posse positum est. Idque ratione pręmemorata, quæ proculdubio non subsisteret, si ob eam causam pontificia dignitas amitteretur. Quod satis etiā in præcedentibus fuit ostensum, cum plenissime probauerimus, indistincte pontificis culpas Dei arbitrio reseruari, & in primam hanc sedem a nemine posse ius dici, cum enim in 156 constitutionibus ibi adductis unum crimen ab alio non distinguatur, neque nos debemus distinguere, præsertim vbi de abosoluta pontificis ditione tractatur. cap. solitæ, de maioritate & obedient. & Extrauag. Vnam sanctam. eodem tit. pontifici enim a Deo iura terreni, cœlestisque imperii fuere commissa, ut habetur in c. 1. 22. dis. Et per Felin. late in c. 1. col. 2. de constitu. ubi amplissima verba de hoc ipso principatu libero & supremo protulit, & idem ibi Deci confirmauit. 157 †Papæq; teste Bal. tota monarchia spiritualis tradita fuit, & Thesaurus omnis dignitatis in eo est, ac ipse est culmen Episcoporum & aliorum, quos potest concipere intellectus, cui data est clauium plenitudo, & eius summa & libera est potestas, absolutaque ab omnibus uinculis, & ab omni regula coercente, exceptis euangelii traditionibus. Hęc Baldus in proœmio Decretal. quem retulit Dec. in consil. 498. Quare tam ex iis. quam ex illis, quæ iam antea cumulate adduximus, cō stat, amplitudinem Pontificiæ potestatis nullam prorsus distinctionem admittere, atque ideo inter hæc uel illa pontificis crimina, nullum esse discrimen, modo ipse, ut iam sæpe di- 158 ximus, a fidei tramite non deflectat. †Hæc autem conclusio ex illo quoq; uehementer confirmatur, nō solum. n. ptās ipso iure, ut diximus. nō amittitur. sed nec ulla iuris ui. nulla omnino ratione pontifex. ob crimina deturbari. atque de sede 159 eiici potest, sed tolerandus in dignitate est. †Nam si res aliter se haberet, utique non dixisset Petrus Epist. 1. capit. 2. subditi estote Dominis vestris etiam discolis. Nec Christus Dominus, pharisæos quorum mores detestabatur, in potestate confirmasset, dicens, Facite quæcumque uobis facienda esse pręcipiunt ut B. Ioan. Chrysostomus inquit in illa uerba, super cathedram Moysi, &c. Quæ referuntur, & in re proposita, esse maximi ponderis ostenduntut, in c. non quales. 1. quæst. 1. Hoc idem si recte consideremus, aperte Christum ipsum docuisse nouimus, Matth, 18 Cum dixit. pedem, manum, oculumque non tamen caput, si scandalum afferret, amputandum esse, non enim vlla ratione credendum est, Deum, cuius perfecta sunt opera, & qui ineffabili sapientia ecclesiæ 160 suæ corpori mystico prouidebat, † sine mysterio voluisse membra quęcunque scandalum afferentia pręcidi, de capite uero nullum uerbum fecisse. quamuis illud, a quo membra gubernabantur, esset uel imprimis animaduersione dignum. Et quātum a naturali capite humani corporis, ad Papam ipsum ecclesiæ caput, valida sint argumēta, præclare docuit Ioan. de lignano in tract. de cēsura ecclesiastica §. 4. Hæc eadem sententia sumpto a sacris antiquorū literis, probatut exemplo, legimus enim 1. Regum. licet Saul Rex iam vnctione, ob suas omnib. notas iniquitates, idignus effectus esset, Dauid tamen, qui Dei spiritu ducebatur, nunq̄ eum capere, aut interficere ausum fuisse, quāuis id facere potuisset, vt legenti historiam liquet. Vbi est nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, aut descendens in prælio perierit, propitius sit mihi Dominus, ut nō mittam manum in Christum Domini. Rursus, Nō immittam manum in Dominum meum, qa Christus Domini est, rursus. Quis immit- 161 tet manum in Christum Domini & innocens erit? †Ecce ergo quamuis Saul Rex esset iniquissimus. & insignis peccator, incorrigibilisque, tamen Dauid nunquam ausus fuit aduersus eū insurgere, appellans eum, quamuis improbissimum, Christū Domini, quippe quem ob notissima scelera, non mō dignitatem non amisisse, sed nec eijci sine scelere posse iudicaret. Itaque Dei iudicio, vt & nos in proposito casu affirmamus, dereliquit, dicens iudicet Dominus inter te & me, & vlciscatur Dominus te & me Hæc ibi, quæ omnia in figura cōtingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines 162 seculorum deuenerunt, vt ait Apost. 1. ad. Cor. 10. †Hinc Augustinus ait, Memento, Dei sacramentis nihil obesse malorū hominum mores, quin vel non sint, vel minus sancta sint. Itē si non habebat Saul sanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Et ibi paulo post, Ecce Saul non habebat innocētiam, & tamen habebat sanctitatem, nō merito vitæ suæ, sed vnctionis, nam sacramentum Dei, quod in malis hominibus est, sanctum est. Hæc ille contra Petilianum, & relata sunt in c. Dominus. 1. quæst. 1. vbi etiam Caiphæ pontificis & grauissimi peccatoris affertur exemplum, qui licet ipse verax non esset, tamen ob dignitatem, quam propter incomparabile scelus non amiserat, honore diuinę veritatis pronunciandæ, nō est ab ipso Deo indignus iudicatus. Huc accedit illud Paul. Act. 23. nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum, eiusdem sententiæ est Damascenus in libro illo, quem de imma- 163 culatis mysterijs edidit. †Ecce igitur quam clare ostēdatur, nō modo Pontificem ob crimina a Pontifitia non cadere potestate, sed immo eum ob tantæ præcellentiam dignitatis debere passim ab omnibus venerari, atque in eo summi honoris gradu, (vt etiam infra dicetur) tolerari, nam potestas omnis ex se bona est, quoniā a Deo est, vt ait Apost. ad Rom. 13. 164 †Quod autem ex se bonum ac sanctum est, vtique a malo administratore fœdari non potest c. si. xv. q. vlti. proinde etiam sacri canones tradiderunt sacramenta malis quoque prælatis conferri, vt videre est in d. c. Dominus, & in c. sicut Christus, & in c. intra. cum seq. 1. quæst. 1. & in cap. vtrum, de consecr. dist. 2. cum multis alijs, quæ citari possent. quod vtique esse non posset si tales prælati sua dignitate carerent, idque clare docuit B. Thom. in 4. ↄ gentiles. & Iohann. de Turrecremata in suo libro contra impugnatores potestatis summi pont. in 1. li. c. 99. cum seq. quare sunt hæc vitia non sedi, sed sedentibus, non dignitati sed hominibus imputanda. Veneranda igitur est dignitas, quæ etiam in malis hominib. toleratur, mores damnandi, aut potius nō tam damnandi, quā, ne Principi maledicamus, sunt, quantum fieri potest, obtegē- 165 di. †vt filios illos Noe nūquam satis laudatos imitemur, qui 166 patris ebrij pudenda non detexere, sed operuere, †Imitandū est etiam memorabilæ illud Constantini documentm, dicentis, si clericum viderem peccantem, meis illum vestibus tegerem, ne ab aliquo videretur, ut traditū est in c. in scripturis, 96. dist. Quod si quid aliquando accidat, quod reprehendi 167 possit, †quod palam sit, ut est humanum ingenium procliue ad peccandum, tunc pro eo supplicandum est, & eo casu nō tam quid Romæ fiat, spectandum est, quam quid fieri debeat, vt ait Iurisconsultus, licet aliud agēs, in l. sed licet, ff. de offic. præsid. & Papam corruptis moribus viuentem, a sua non cadere potestate, & verum esse Pontificem probatur autori- 168 tate concilij Constantiensis, in quo Ioan. Hus, fuit damnata sententia, qua continebatur Papam, contrarijs moribus Petro, viuentem, verum non esse Pontificem, Quare cum dubitare non liceat, Pontificem etiam ob mores perditissimos, & graue scandalum afferentes, a sua non cadere potestate, atq; ita aliorum omnium iudicem esse non desinere, consequens 169 est, cum ob id a concilio iudicari non posse. † Quid ergo dicent illi, qui Papam, qui Christus Domini est, pro quocunq; notorio crimine deponi posse perhibent? Caueant obsecro ne in dictum illud incidant. Veh vobis, qui dicitis bonū malum, & malum bonum, ponentes lucē tenebras, & tenebras lucē, Esaiæ 5. & in c. veh, qui dicitis, xj. quæst. 3. eadem enim efficacissima superio ritatis ratio semper viget, quæ a d. cap. si

Papa,

Papa, consideratur, vbi est text. contra gl. suam, quem vitari posse non arbitror, cum de publicis criminibus & scandalū afferentibus loquatur, & tamen pro Pontifice loquitur, vt p̄dictum est. Nec obstant responsa, quæ, vt iste text. ineuitabi- 170 lis euitaretur, Abb. & Decius tradidere. †Abbas. n. cōcilij Basiliensis fautor, ac defensor, in tract. quem de d. concilio edidit in 2. dub. ver. 3. dixit. col. 2. & pen. cum negare non posset d. c. si Papa, de notorijs criminibus sensisse, ait, ibi non concilij, sed tātummodo singularis personæ iudicium excludi, qa text. inquit, huius culpas iudicare præsumat mortalium ne- 171 mo, ait enim ipse, concilium p̄prie persona non dicitur, †neque iudicium eius mortale, sed diuinum est. Ita secundū Ab. d. ca. verba, de concilio minime sunt intelligenda. Sed, pace dixerim tanti patris, hæc responsio inepta est, Nam si hoc mō ille text. explicaretur, maximum sequeretur inconueniens, videlicet Papam in casu hæresis ibi excepto, a particulari persona iudicari posse. Nam ibi habetur, Huius culpas iudicare 172 presumat mortaliū nemo, nisi sit a fide deuius, †ea vero huius dictionis, nisi. vis est, ut id ponat, quod in oratione præcedenti vetitum est, vt not. Bart. in l. actione C. de transact. Verum si in præcedenti oratione, personæ duntaxat particularis iudicium prohibitum fuerat, & ab hac p̄hibitione, solus casus hæresis sit exceptus, quod præ diximus, sequeretur omnino, videlicet, cum in casu hæresis a particulari persona iudicari posse, vt in exceptione ponatur, quod in regula negatum erat. Hoc autem inconueniens, a iure penitus ab horret, 173 †quia vbicunque Papam iudicari posse reperitur. semper intelligendum est, a concilio. Glo. communi consensu approbata in c. sicut inquit, 2. q. 7 per Dec. in d. cons. clj. & ab hoc ne- 274 mo vnquam, quem viderim, dissentit. †Cum igitur, hæc ita sint, dicimus text. illum de concilij quoque sententia intelligendum esse, ne aliter eo modo legē interpretemur, quo res difficultatem patiatur, contra l. vnic. vbi Bald. C. desen. quæ 175 pro eo quod inter. †Nouimus enim ita legem non esse exponendam, vt possit a sapiente repræhendi, sicut eleganter docuit Iureconsultus in l. Saluius Aristo. ff. de leg. præst. Sed q̄dnam magis repræhēsibile foret, quam si in aliquo casu Pont. Max. a singulari persona iudicari posse concederetur? Præterea text. illum, de concilio sensisse, docuit Glos. c. mandastis, 2. quæst. v. quæ Papam ab vniuersali concilio iudicari nō posse ait, nisi in casu hęresis. & d. c. si Papa, autoritate mouet, sicque non obscure sentit tex. illum de concilio locutum fuisse. idem quoque a c. nemo, & c. aliorum, ix. quæ. 3. constitutū esse superius demonstratum est. Quare ex his, Abbatis respōsum, satis superq; refutatum esse arbitror. Nunc superest, vt 176 Decij respōsum dissoluatur. †Decius enim conciliabuli Mediolanensis protector, cum videret. tex. hunc vehementer vrgere, contra notorii criminis obiectionem, quæ Iulio 11. Pōt. Max. opponebatur, dicebat d. c. si Papa, etiā si de notorijs Papæ erroribus loqueretur, de his tamen duntaxat, quæ in omittendo consistunt intelligi oportere, ponderando ibi tex. negligens, remissus in operibus, taciturnus a bono, & c. Et ideo aliter esse dicebat in delictis, quę committendo perpetrant, quia cum hęc grauiora sint, de vno casu ad alium ob rationis dissimilitudinem arguendū nō esse perhibebat, vt per glos. in l. si mora, ff. solut matr. Cęterum & ista Decij opinio valde absona est, quia quicquid alias sit, negligentię peccatum in p̄- 177 lato grauissimū est, † meminimus enim timere nos debere, quod comminetur Deus negligentię sacerdotum, ait Hilarius in capitulo nulli fas, 25. quæst. 1. Iccirco delictum hoc non minori pęna dignum, quam si dolo perpetratum esset, a legibus existimatur, vt videre est in ca. dictum, 81. dist. vbi Glo. id adnotandum esse dicit, pręlatum pariter pro negligentia, si- 178 cut & pro dolo deponēdum esse, & ad hoc multos canones hoc ipsum sentientes adducit, hoc idem & Hieronymi testimonio comprobatur, qui ad Heliodorum scribens, ita locutus est. Infatuatum sal ad nihilum prodest, nisi vt proiiciatur foras, & a porcis conculcetur. Quę uerba nil aliud indicant, q̄ pręlatum negligentem, dignitate spoliandum esse, teste Glo. in cap. non omnes, 2. quęst. 7. accedit Glo. in c. sępe fit, 12. quęst. 2. Idem colligitur ex his, quę Deus negligenti speculatori comminatur Ezech. 33. Quare autem inter hęc crimina 179 in pręlato nullum discrimen sit, ea ratio esse potest, †quia, q ad sacerdotale munus assumitur, pręconis officium suscipit. capitulo sit rector, 43. distin. Et hoc potissimum ad Pontificē 180 pertinet capitulo officii. 24. quęstio 1. † Verum is, q proferende veritatis onus assumpsit, ita dicitur proditor veritatis, eā tacendo, ac si mendacim loqueretur. capitulo nolite timere, 11. quęstione 3. Idque attestatur etiam Augustinus ad Calulanum dicens, vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium profert, quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat, quę paria sunt, vt habetur in capi. quisquis 181 metu, 11. quęst. 3. †Hinc testis qui se ad dicendam veritatem astrinxit, ita ob veritatem, quam tacuit, sicut ob prolatum mendacium, falsi criminis reus efficitur. capitulo primo de cri. fals. quando. n. aliquis seu a pacto, seu a lege ad non negligendum onus, quod suscepit, astrictus est, tunc, eum, si negligit, perinde ac si committeret, peccare docuit Angel. in consilio 72. & in proposita re omittendus non est elegans text. in l. si seruus, §. si fornicarius, ff. ad leg. aquil. & text. cum Glos. in 182 capitulo inferiorum. lxxxvi. distinctio. † Cum hæc igitur ita se habeant, ut negligere, & committere in sacris Episcopis paria iudicentur, dissimilitudo illa rationis, quam frustra excogitauit Deci. confutatur. Cuius commento reclamant 183 aperte verba illa d. capitulo huius culpas iudicare, &c. †Vox enim illa, culpas, indefinite prolata est. indefinitam porro idem posse, quod uniuersalis satis explorati iuris est l. si pluribus, ff. de legatis 2. quamobrem indistincte omnes culpę, sub illo verbo continentur, neque vna ab aliis distinguenda est. Ita arguit text. in c. solitæ, de maio. & obed & in Extrauagan. Vnam sanctam. eod. tit & quamuis tex. in princip. d cap. si papa, de negligente pontifice, exempli causa locutus sit, noui- 184 mus tamen, †& legem ab exemplis non coangustari. §. hacte- 185 nus, Institut. de grad. †& constitutionem stricte loquentem, a pinguiori ratione dilatari consueuisse. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. l. regula, §. licet, ubi Bar. de iur. & fact. ignor. sed in d. c. pro ratione, sublimitas pontificiæ dignitatis affer- 186 tur. quę in utroque casu pariter exuberat, ergo idem ius, ubi eadem ratio, præsertim cum id indefiniti verbi uirtus postulet. Hæc eadem contra Dec. conclusio, ratione optima com- 187 probatur. Nam non incognitum est. exceptionem de regula esse oportere, l. fin. §. cui dulcia, ff, de uin. ole. trit. leg. Bartol. post glo. in l. 1. ff. de reg. iur. Sed in d. cap. si papa, a regula casus hæresis fuit exceptus, qui in committendo consistit, cum declinare a fide, & sacris constitutionibus pertinaciter aduersari, hoc ipsum importet, ergo, ut exceptio de regula sit, in regula etiam crimina, quæ eiusdem naturæ sunt, & committē- 188 do fiunt comprehensa esse concludendum est. Quare & hoc Decij infirmato responso, tex. in d. c. si papa, illęsus remanet, a quo apertissime declaratum est, scelera pontificis etiam notoria, & qualiacunque sint, dempto errore fidei, iudicari nō posse, sed ob celsitudinem dignitatis, & potestatis amplitudinem, quæ in eo est, diuino iudicio reseruari. Cui non obstat ratio, qua aduersarii mouebantur, dicentes, †iccirco pontificem propositi criminis reum damnari posse, quia hæresim sa- 189 pit, cum in notorio crimine pertinax sit. Primo enim id contra d. c. esse demōstratum est, deinde uis quæstionis in eo uertitur, an papa ob id desinat esse pontifex nec ne, nam si eum pontificia carere dignitate dicimus, tunc ideo iudicari posset, quia penes ipsum pontificia non est potestas, ut de uero hæretico superius dictum est, & hoc conclusioni meę non repugnaret, quia concilium hoc modo maiorem Pōt. Max. autoritatem habere non diceretur. Si uero eum a pontificia dignitate non cecidisse affirmamus, vt verum est, & ex prædictis liquet, tunc ideo iudicari non potest, quia ipse aliorum omnium iudex est. Ista enim est illa incōuincibilis ratio. cui sacræ constitutiones constantissime innituntur, & quæ in d. cap. si papa, consideratur, & consequentiam hanc (ut dixi) facit Bellem. & Card. Alexand. in d. c. inferior, Ex hoc etiam infertur, verum non esse, id, quod hæresim sapit, in constitutione de heresi loquente, contineri. Id enim de sola hæresi uera, ut est error in fide, intelligendum est, vt tradit Glos. in capitulo si quis pecunia, 79. distinctio. & Beat. Thom. in 4 distin. 19. & Card. Alex. in d. c. si papa, & Felin. post Do. in c. sciscitatus, col. 2. de rescript. quod maxime uerum est existente tanta inter hos casus rationis dissimilitudine, ut ibi amittatur, hic vero pontificia potestas retineatur, & ab hac rōne leges 190 pendeant & prophetæ. † Nam, ut Zepherinus papa testatur, maiorum quispiam, minorum accusationibus non impeta- 191 tur c. maiorum, 2. q. 7. †Non tamen inficiamur, papæ, clauib. expresse abutenti, & notorie quę mala sunt præcipienti, in illis casibus parendum non esse. c. manet, 24. quæstio. prima c. & si illa, 1. quæst. 7. idem affirmauit Inno. in c. inquisitioni, de sent. excomm. cui accedunt alii ibi, & Card. in consil. 147. in fi. & in confi. cl. in fi. Quod tamen intelligendum est, quan- 192 do talia pontifex sine iusta causa præcipit, † Nam ex causa etiam contra uniuersalem statum ecclesiæ statuere non prohibetur, secundum Innoc. in c. quanto, de consuet. Non igitur pontifex errans damnari poterit. Immo in reliquis ligandi fungitur autoritate, vt probatur in c. in memoriam, 19. distinct. ubi habetur in memoriam B. Petri summo Pontifi parendum esse, etiam si uix ferenda præcipiat. Idem colligitur ex tex. & gl. in c. ipse ligandi, 11. quæst. 3. ibi enim in text. de- 193 claratum est, † pontificem ligandi potestate carere, quando eam pro uoluptatibus suis exercet, gl. ibi quamprimum ait, eum ob id depositione dignum esse, ut dicūt etiā, qui aliam partem sequuntur, sed illico Glo. ab hac opinione discedit 194 inquiens, ei in illis abusibus parēdum non esse. †Nouissima

enim

enim opinio prevaluit, vt per Glo. in l. qui filium §. i. ff. ad Trebell. Quare ibi Glo. est, q hoc modo considerata, sniam hanc approbauit, quam etiam expresse sensit Glo. in c. mandastis. ii. quæst. v. cum ait, Papam pro nullo crimine nisi pro sola hæresi iudicari posse, citat d. c. si Papa, idque sequitur Glo. quæ eiusdem capituli autoritate mouetur in ca. i. de renun. in 6. accedunt Ioan. Andr. & Host. in c. proposuit, de præbend. & Card. Alex. in c. synodum, col. 2. 17. distin. & in d. c. si Papa, & in c. Anastasius, xix. dist. Quę quidem opinio etiam confirmatur per text. in c. oues, 2. quæst. 7. oues pastorem nec reprahēdere, nisi a fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possūt,
195 †quia facta pastorum, ouis gladio ferienda non sunt, quamuis reprahendenda recte videantur, & vt S. Anterius papa te
196 statur, in c. facta. 9. quæ. 3. †Facta subditorum iudicātur a nobis, nostra vero a Domino iudicantur. loquitur enim de factis peccatorum Pontificis, dum subiungit, deteriores sunt, qui vitam & mores corrumpunt, iis, qui substantiam aliorū prædiaque diripiunt. Et vltra prædicta conclusionem hanc approbat Glo. not. in d. c. si quis pecunia, & B. Tho. in 4. distin. 19. atque huic sententiæ accesserunt Albertus Magn. Per. de Palu. Herueus, Augustin. de Anch. & alij relati per Ioann. de Turr. Crem. in libr. de eccles. hoc idem late comprobauit Caietanus in tract. de autor. Pap. & concil. & eccl. compar. c. 96. & c. 27. Quibus addo Card. Ioan de Imol. & Feli. quos retulit, & secutus est insignis Doctor Io. Bap. Cast. in addit. suis
197 ad sing. Rom. num. 794. concludens, †Papam scandalum afferentem ad renunciandum Pontificatum ullo pacto cogi non posse, atque ideo nec de sede eiici, ne quod vna via prohibetur per aliam concedatur. cap. cum quid, de reg. iur. in vi.
198 †Quinimo superioribus temporibus fuit inter iuris interpretes disceptatum, posset ne papa vltro suæ dignitati renunciare, an non, vt videre est, in Glo. c. i. de renun. in vi. ad cuius cōtrouersiæ diffinitionem promulgata fuit sanctio illius capi. i. Quare ita colligitur argumentum. Si Papa iustis de causis secundum iuris diuini, aut humani, constitutiones ad renunciandum pontificatum cogi quoquo modo potuisset, vtiq; extra dubitationem extitisset, cum saltem sponte posse pontificatu se abdicare, ne igitur sine ulla ratione inter tot sapiētes sit decertatum, absque difficultate cōcedendum videtur, Papam ratione cuiuscunque scandali, inuitum, de sede eiici non posse. Et meherhule nisi ita diceret, aperta esset via principibus laicis, qui sæpissime Romanis pontificibus sunt infesti, ad ponendam eorum dignitatem in magno discrimine, possent enim aduersus Pōtifices ob illorum potentiam multa confingere, quæ maximas in ecclesia Dei procellas facillime excitarent; quibus est obuiandū l. conuenire. ff. de pact. dotal. Et ideo concludendum est, cum Specul. in titu. de accusat. Papā pro solo crimine hæresis accusari posse; Ad quē accedit Pet. de Anch. in repet. ca. Accessorium, de regul. iur. in vi. in quæst. illa. Vtrum Gregorius 12. obligatus esset pontificatui renunciare. Neque id, vt nonnulli faciunt, obijciendum est, omnino veritati consentaneum non videri, Pontificis scilicet errantis culpas a nemine iudicari posse, ne hoc
199 modo capite languescente, menbra infirmentur, †Nam Deus quandoque ob peccata populorum, & malos antistites, & corruptis moribus Principes, regnare patitur. Iux. illud Oseæ 13. Dabo uobis Regem in furore meo. & Iob 33. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Hinc
200 Hieronymus, Nō semper princeps populo, & iudex ecclesię, per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcūt, si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu Dei, datur nobis princeps secūdum cor nostrum. Hæc ille in c. audacter. 8. quæst. 1. Quod Euaristus quoque papa cōfirmat in c. non est 2. quæst. 7. Quod si ipsi nos corrigeremus, & charitas in nobis reflorescceret, forte honestioris vitę superiores,
201 tam clericos quam laicos haberemus. †Quare talis Pontifex tolerandus est, tum quia ex hoc forte bonum in ecclesiam p uenire poterit, tum etiam quia, vt Augu. ait, nō est magnum tolerare illum, qui a Deo Opt. Max. toleratur. Eiusdem quoque sententiæ fuit Petrus antea citatus in Epist. 1. capi. 2. ubi ait, Subditi estote Dominis vestris etiam discolis, hæc enim est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias
202 patiens iniuste. Hæc ibi, †Neque timendum est, vt quandoq; aduersarij autumant, ob reprobatos summi Pont. mores vniuersalem ecclesiam subuerti posse. Nam, cum ea, Christus fore se vsque ad cōsummationem seculi, pollicitus est, Matth. vlt. Hinc Deus, vt apud veteres scriptum est, in pastores illos inuehitur, qui potestate abutentes gregem dilaniant, dicens, Liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam, visitabo oues meas, & liberabo eas in die nubis &
203 caliginis, Ezec. 34. †Sic etiam Balaam veniens ad maledicē
204 dum populo, †cui Deus benedixerat, ab ipso Deo prohibitus est, ut, legitur num. 22. Item Anastasius 11. cum uellet Achacium reuocare, non potuit, quia ab ipso Deo fuit percussus, vt habetur in capitulo Anastasius cum glos. 19. distinctio. Et ideo teste Hilario de trinit. libro septimo, cuius meminit Oldr. in consilio 255. & Card. Alexand. in rub. 15. distinctio. colum. 3. proprium ecclesiæ esse solet, vt tunc vincat cum læditur, tunc intelligat cum arguitur, tunc secura sit cum uidetur superata, & Sanct. Roman. Ecclesia, quæ semper immaculata permansit, Domino prouidente, & Beato Petro Apostolo opem ferente, firma & immobilis omni tempore persistet. Hæc Hieron. ad Damasum, habetur in capitulo hęc
205 est fides, 24. quæstione prima, scriptum enim est, †quod portæ inferi non præualebunt aduersus eam, scilicet ecclesiam, nauicula Petri fluctuare potest, submergi vero non potest capitulo non turbatur, 24. quæstione prima. fuerunt sane diuersis temporibus periculosissimæ procellæ, & teterrimi turbines in ecclesia, veterisque disciplinæ perturbatio, ac mores antistitum perditissimi, & ab omni Christiana professione penitus abhorrētes, semper tamen ecclesia tempestates euasit, semper Dei lumen & auxilium affuit, semper deniq; uentorum vim, & quancunque temporum difficultatem, inuicto uirtutis robore, superauit. Quare ob id eclesiam periclitari non posse, minime dubitandum est, sed pro tali pontifice tanto propensius orandum est, vt habetur in dicto capitulo si papa, & multis modis potest modeste admoneri, vt per Cardinal. Alexand. in Rub. 15. distinct. & hoc modo. dictū
206 Cardinal. Alexand. tuetur, Gl. dicto capitulo si papa inquiēs, concilium congregari posse, ut papa eo casu admoneatur, non autem vt deponatur, hæc ille in dicto capitu. Synodum, col. 2. in cuius sententiam inclinare videtur etiam Iason, in cons. 95. in 4. vol. & quamuis hic, illius Gl. sensus esse non possit. Illud tamen verum puto fore, ut ubi Deus ecclesiæ suæ periculum uiderit imminere, aut malum presulem eripiat, aut
207 cor illius immutet, †cum præsertim cor Regis in manu Dei sit, prouerb. c. 12. aut inenarrabilibus modis illi succurrat. Itaque concludendum est. siue Deus (vt diximus) velit malum principem regnare ob scelera populi, siue aliquo modo permittat, vt fortasse iusti exerceantur, ei a nobis parendum esse, atq; eius iudicandi & castigandi potestatem Deum sibi soli reseruasse, vt etiam antea citata confirmant, quæ prudenter Symmachus ait. Nolite existimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus præcæteris suo reseruauit examini, non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur eo teste, quo iudice. Hæc ille in c. aliorum, 9. quæst. 3. Non omitto Petrum de monte in dicto suo tractat. Glos. illam d. capitulo si papa, maledictam appellasse, dixisseque, eam non sentire, Pontificem pro notorio crimine deponi posse, sed accusari tantum, forte ut reprehendatur, & modeste corrigatur, secū
208 dum doctrinā Apost. ad Timoth. 5. †Seniorē ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, & vt ei in his malefactis resistatur, exemplo Pauli Petrum repræhendentis, quod legimus in c. Paulus Petrum, 2. quæst. 7. non tamen, vt deponatur. Quemadmodum nec Petro ob eius delictum dignitas fuit adempta. Postremo præsupposita aduersantium opinione quam tamen constanter negamus per prædicta, fotasse noua quæ
209 stio excitari posset, †an scilicet eo casu omnium patrum consensus nemine penitus dissentiente, requiratur, & hoc quoniam, vt tradit Bald. in l. Barbarius, ff. de offic. præt. in addit. si
210 ue apo. columna 3. sicut prælatus habet ius in subditos, †ita & subditi ius reale in eum, vt ei subsint, in cuius iuris quasi possessione sunt, quemadmodum & filius in quasi possessione filiationis. Idem clare ait Inno. in capitulo. Auditis de præscrip. Dicens interesse subditorum ne mutent Dominos. Quib. stantib. illud sequi videtur, vt vnanimis omniū patrū
211 consensus exigatur, cum enim eo casu de auferendo cuique eorum iure, & dicta quasi possessione agatur, explorati iuris est, in re communi potiorem esse prohibentis cusam l. Sabinus, ff. de comm. diuid. cum concord. Et ita similem quæstio
212 nem decidit Archid. in c. si transitus. 76 distin. †Quod etiam comprobari posset per tex. sing. in §. fin. in Auth. de defen. ciuit. quem ualde extollit Rom. in sing. 95. & multi ibidem in additio. relati, vbi habetur, quod ad confirmandum defensorem omnia suffragia exiguntur. Si ergo actum confirmationis, vnius dissensus infirmat, quanto magis depositionē pontificis summe odiosam? Accedat regula c. ubi periculum. de
213 elect. in 6. Et hoc præsertim cum in re dubia tutior via sit eligenda. capitulo iuuenis. de sponsal. †Cæterum quia nos prædictæ conclusioni nostræ, constanter adhæremus, sufficiat hoc tempore præsens dubium excitasse, pro cuius decis. uideri
214 possent tradita in capitulo cum omnes de constitut. †Nunc, ut quæcunque hactenus dicta sunt, in breue compendium redigamus, illud in summa colligimus, nullam prorsus esse concilij potestatem in eum, qui iure sit pontifex, & quamuis tria sint, in quibus prima fronte aliud uideri possit, primum ibi plures de pontificatu contendunt, alterum ubi pon-

pontificis electio est irrita, tertium ubi fuerit hæreticus pontifex. horum tamen nihil conclusioni nostrę obsistit. Nam & in eo, quod primo diximus, ubi non apparet quis sit pontifex, perinde est ac si non esset, nam non esse & non apparere paria esse iudicentur. Quod autem secundo loco tractatum est, qui legitime non est electus, is neque pontifex appellari meretur, nec pontificia subnixus est autoritate, is denique, qui in hæresim lapsus contumaciter in praua opinione perseuerat, ne inter pōtifices quidem numeratur. Quæ omnia euidentissimis rationibus, & maximorum virorum autoritatibus, superius ita ostendimus, ut plura addere superfluum videatur in reliquis autem Papam, quamquam manifestissime peccantem, neque ab vllo mortalium iudicari posse, neque potestatem suam concilii censuræ, iure posse submittere abunde probatum est, & hęc, quo ad primum nostrę distinctionis caput attinebat, dixisse satis sit. Nam quæ de criminosi pontificis autoritate polliciti fueramus, cumulate prestitisse nobis videmur.

SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Materiæ diuisio.*
2 *Negocia maximi ponderis, an a summo pontifice decidi possint sine concilij consensu.*
3 *Fidei quæstio secundum aliquos, scilicet solius concilij authoritate deciditur.*
4 *Anastasius, hæresis crimine cur damnatus.*
5 *Oportet est verbum necessitatis.*
6 *Statuta de ijs quæ ad fidem pertinent absque concilio sanciri non possunt.*
8 *Pontificis est in arduis imperare, & eius imperio parendum est.*
7 *Pontifex eadem auctoritate fungitur, quam Moyses habebat.*
9 *Pontifex solus sine adiutoribus ardua expedire potest.*
10 *Omnia de necessitate salutis Rom. pontifici subsunt.*
11 *Petrus accepit a Deo iura cœlestis & terreni imperij.*
12 *Pontifex habet totam monarchiam spiritualem, & eius potestas absoluta est ab omni regula coarctante. & nu. 122.*
13 *Romanæ ecclesiæ nomine de potestate summi Pont. intelligitur.*
14 *Papa plenitudinem potestatis habet.*
15 *Summi Pontificis mirabilis comparatio & egregia dicta Cyrilli. Et numero 28.*
16 *Pontifex vtriusque gladij habet potestatem.*
17 *Dantes post mortem suam quasi damnatus fuit de hæresi.*
18 *Papa potest citare quemcunque in quocunque loco existentem.*
19 *Papa omnia potest, dummodo contra fidem non sentiat.*
20 *Rom. Pont. tenetur rempublicam Christianam compellere ad bene beateque viuendum.*
21 *Papæ conuenit hortari, compescere, & punire.*
22 *Constantinus donando ecclesiæ, restituit potiusquam donauit.*
23 *Papa vices Christi gerit, cuius est terra & plenitudo eius, & cui data est potestas in cælo & in terra.*
24 *Donatio Constantini, facta Papæ Syluestro, vera fuit & legitima.*
25 *Ioannes Vuideff. damnatus in concilio Constantiensi, ex eo quod asserebat quod decretales epistolæ erant apochritæ, & seducebant a fide Christi, &c.*
26 *Plenitudini nihil est addendum.*
27 *Pontifici conuenit errantes in fide corrigere.*
28 *Pontificis Rom. solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare. & nu. seq.*
30 *Carthaginense conciliū miris laudib. extollitur, eo quia noluit negocia fidei inconsulto Rom. Pont. diffinire.*
31 *Carthaginense concilium ab Innocentio Rom. Pont. petijt, vt gesta sinodi confirmaret.*
32 *Mileuitana synodus nouæ hæresis decisionem ad Innocent. detulit, vt ipse pronunciaret quid tenendum foret.*
33 *Hæreticus est qui tenet papam non esse vniuersalis ecclesiæ præfectum.*
34 *Florentinum concilium diffiniuit, Rom. Pontif. esse omnium Christianorum patrem & doctorem.*
35 *Concilia generalia quot, & infra quæ tempora collecta.*
36 *Episcopi ab ecclesijs suis abesse non debent.*
37 *Absurda & abhorrenda auribus sapientum, sunt reijcienda.*
38 *Verba, dic ecclesiæ, &c. & verba quæcunque ligaueris, &c. solum ad conscientiæ forum, & ad ferendæ excommunicationis sententiæ authoritatem pertinent, sunt distributiue intelligenda.*
39 *Consuetudo legum optima interpres.*
40 *Consuetudo interpretatiua nunquam censetur exclusa a lege reprobante consuetudinem.*
41 *Petrus Ananiam & Saphiram summa authoritate damnauit.*
42 *Denunciatio euangelica quæ contra peccatorem fieri debet, contra Pontificem non fit.*
43 *Verba quorūcunque remiseritis &c. de foro conscientiæ, & potestate singulis Apostolis tradita intelliguntur.*
44 *Dissimilium casuum recta non fit illatio.*
45 *Verba, vbi fuerint duo, vel tres congregati, &c. quomodo intelligantur.*
46 *Conciliorum potestas, vnde originem suscepit.*
47 *Constantiense concilium declarauit se immediate habere potestatem a Deo. & numero sequen.*
49 *Necessitas nulla maior dari potest, quam fideles papa carere.*
50 *Patres concilij se habent ad papam vt consultores, non autem iurisdictionem habentes.*
51 *Pontificiæ potestatis amplitudo licet tolli, uel minui non possit, an tamen a patribus in concilio congregatis illius executio ita restringi possit, vt neque ad actum deduci, nisi vt per ipsos patres fuerit ordinatum. Et numero sequen.*
53 *Repugnantia simul stare non possunt.*
54 *Papæ potestatem, constituto concilio, inferiorem dici non posse.*
55 *Principatuum pluralitas mala est.*
56 *Scisma inter papam & concilium non debet esse.*
57 *Ecclesia esse non potest, ubi schisma est.*
58 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione validum est im iure. Et numero 273.*
59 *Negotium fidei præcipue pontifici maximo suppositum est.*
60 *Dictio præsertim, quam vim habeat.*
61 *Fidei quæstio a solo papa ventilari debet.*
62 *Fidei causa adeo pontifici mandata est, ut ipse non possit alij vices suas delegare pro ea terminanda.*
63 *Doctoris verba sunt intelligenda secundum legem, quam ipse allegat. Et num. 137. & 169.*
64 *Industria personæ ubi est electa, per alios expediri non potest.*
65 *Petrus est ecclesię fundamentum. & nu. 106.*
66 *Alta negotia & potissima fidei ad pontificem sunt referenda.*
67 *Papa non tenetur congregare concilium, etiam in his quæ ad fidem pertinent.*
68 *Causa fidei, præsertim quando ardua est, a pontifice maximo est iudicanda.*
69 *Gregorius quare quatuor concilia veneratus est.*
70 *Veritas a quocunque proferatur, tenenda & veneranda est.*
71 *Concilia a summo pontifice authoritatem accipiunt. & nu. 74.*
72 *Authoris declaratio ad c. habeo librum. distinct. 16. & c. Anastasius. 19. distinctione.*
73 *Questiones fidei qualescunque non decisæ, ad Petri sedem sunt referendę.*
75 *Princeps sua facit omnia, in quibus suam impartitur authoritatem.*
76 *Appellationes totius ecclesiæ ad papam deuoluantur.*
77 *Appellatio de minori ad maiorem fieri debet.*
78 *Prorsus dictio, quam vim habeat.*
79 *Authoris declaratio ad dictum B. Augustini, de primatu pontificis.*
80 *Appellatio a principe male informato, ad principem melius informandum.*
81 *Tribunal papæ & Christi, vnum & idem esse censetur.*
82 *Hæresis in crimen incidit, qui a papa ad concilium appellat.*
83 *Papa super omnia concilia potestatem habet.*
84 *Papa solus, an in casu fidei, & in quo de uniuersalis ecclesię statu agitur disponere possit.*
85 *Papa potest immutare formam sacramentorum ab apostolis traditam. quo mortuo concilium id facere potest. & num. 113.*
86 *Papa an superior concilio sit, ubi de vniuersæ ecclesiæ statu agitur.*
87 *Membris non licere discedere a capite.*
88 *Argumentum a capite naturali, ad papam totius ecclesiæ caput validum est, & num. 176.*
89 *Conciliorum decreta ambigua per papam interpretari debent.*
90 *Conciliorum ordinationes, quæ ad fidem, & communem viuendi modum pertinent. quare mutari non possunt.*
91 *Ecclesia firmamentum & columna veritatis.*
92 *Concilio, fidei decreta mutare non licet.*
93 *Ecclesia semper fuit & futura est vna.*
94 *Papa contra diuinas traditiones statuere non potest.*
95 *Statuta maiorum non debent ab inferioribus subuerti.*
96 *Paulus restitit in faciem Petri, non ambulantis in viam euangelij.*
97 *Rapta an raptori in vinculo matrimonij coniungi possit.*
98 *Pannutij dissuasu nicena sinodus non constituit quod præsbiteri cum suis vxoribus non dormirent.*
99 *Ratio animum iudicantis mouere debet, ac si lex scripta adduceretur.*
100 *Pontificis iussus notorie erroneus an sit implendus.*
101 *Pontifici præcipienti quæ scandalum afferunt, & quæ sine dedecore ecclesiæ recipi non possunt, parendum non esse.*
102 *Verba vulgi imperiti in summum pontificem.*
103 *Claui serrare non dicitur, nisi cum error adeo apertus est, vt nulla ratione defendi possit.*
104 *Pontifex errare non existimatur. & nu. 119.*
105 *Filio ac liberto semper honesta ac sancta persona patris & patroni videri debet.*
106 *Nauis, in qua est Petrus, turbari non potest, quia est ecclesiæ firmamentum.*
107 *Concilium errare potest & quandoque errauit.*
108 *Papæ sententia an preferatur patrum opinionibus in decidendis ecclesiæ quæstionibus.*

109 Papa potest ea tollere, quę a concilios statuta sunt, et ne a patribus decidantur facere potest.
110 Facta difficilius destruuntur, quam ne fiant inpediuntur.
111 Concilium nullam iurisdicendi authoritatem habet, nisi pontificia potestate muniatur.
112 Conciliorum principalis potestas in papa est.
114 Concilium mortuo papa, est caput ecclesiæ.
115 Concilium, quæ sine papa facere potest.
116 Sententia papæ an & quando præferatur opinionibus concilij.
117 Fides nostra vna est. & vnica est veritas.
118 Præsumptio tantum in casu dubio locum habet.
119 Rei non sunt in dubio damnandi.
120 Pontifex per congregationem concilij sponte ab eo factam non prohibetur solus emergentes fidei qq. decidere.
121 Pontificia potestas, nec distinguenda, nec restringenda.
123 Petro omnium iudicandorum potestas tributa est.
234 Papa contra dogmata fidei loquens hereticus est.
125 Pontifex in casib. in quibus pro libito suo synodus congregatur, absolutam potestatem habet.
127 Papa non potest se iuramento vel uoto astringere, ut ea nō possit quæ Deus tribuit pontificię potestati.
128 Papa an teneatur ea seruare quæ dum Cardinalis esset, iurauit facere in conclaui Cardinalium.
129 Clericus priuilegio fori renunciare non potest.
130 Pontifex non potest sibi pares, nec superiores constituere.
131 Factum a maiori parte vniuersitatis, ab omnibus approbatum censetur.
132 Pontifici non debet per indirectum licere quod ei directo prohibetur.
133 Erubescimus, cum sine lege loquimur.
134 Limites ubi non præfiguntur a lege, nec a nobis præfig. debent.
135 Papa summus est maximus aliorum caput & princeps.
136 Papa in spiritualibus est omnia & super omnia.
137 Glosa secundum legem, quam allegat, est intelligenda & nu. 169.
138 Pontificis sententia præfertur sententijs omnium episcoporum, n si contra fidem loquatur.
139 Papa, quando dicatur loqui contra fidem.
140 Pontifex princeps est sacerdotum, & ad eum pertinet, quid vnusquisque facere debet, & ostendere.
141 Orbis maior est vrbe.
142 Populus docendus est, non sequendus.
143 Multorum sententia non præferetur semper vnius opinioni.
144 Papa non censetur errare in fide.
145 Principis voluntas talis esse præsumitur, qualis esse debet.
146 Argumentum de prudentia ad potestatem, non valet in iure.
147 Illatio de vno ad aliud non fit in dissimilibus.
148 Ecclesia cum sit corpus mysticum duo capita habere non potest.
149 Potestatis amplitudo ad solum pontificem spectat, alij vero in partem solicitudinis tantum vocati sunt.
150 Excommunicatum a tota synodo dispensari non posse, sed soli pontifici reseruatum.
151 Verba qui maior est vestrum, sit minister quid importent.
132 Pontifex caput est ecclesiæ.
153 Papa nomen capitis in ecclesia non meretur, nisi in quantum est Christi uisibile instrumentum, & ipsius vices gerit in terris.
154 Hominum proprium est dissentire.
155 Christus triplici ratione voluit ea officia ab hominibus gubernari, quæ ipse dum viueret, gessit.
156 Quanto quilibet melioribus præest, tanto magis ipse & honestior est.
157 Dominantis decori conuenit dignos ac præcellentes habere ministros. qui eius potestatem exerceant.
158 Verba & tibi dabo. quid indicent.
159 Christus cur Petrum suum Vicarium fecit.
160 Papam esse caput totius ecclesię, in concilio Florentino solenniter fuit diffinitum.
161 Petrus accipiendo potestatem a Deo, an totam ecclesiam & successores significauerit. & nu. 162. & 163.
162 Potestas quam exercet ecclesia, unde originem sumpsit.
163 Dictio etiam cuius significationis.
164 Petrus fuit primus Apostolorum & ab eo primatus cæpit.
165 Cathedra Petri & eius solennitas.
166 Ecclesia an iudicare possit inter duos de pontificatu contendentes.
167 Christus quod ecclesiæ & apostolis suis claues concesserit, quomodo intelligatur.
168 Papa tunc tantum errat, cum contra euangelia loquitur, aut Apostolorū & sanctorum patrum decisiones.
169 Hæreticus existimatur, qui in negocio fidei, a pontifice dissensit,
170 Papa nisi notorie erret, in dubio errare non censetur vt verus papa errare non potest.
171 Papæ sententiæ standum est.
172 Concilium errare potest, & quandoque errauit.
173 Fides in quocunque etiam minimo fideli reperiri potest.
174 Statutum a papa, dicitur ab vniuersali ecclesia constitutum.
175 Papa in concilio coruscat, vt sol inter sidera.
177 Papæ iudicium etiam in dubia fidei quæstione præfertur patrum sententiæ.
178 Veritas a quocunque inueniatur, tenenda est.
179 Concilia, quando sine papa aliquid facere possint.
180 Concilia in aliquibus casibus pontificiam nanciscuntur authoritatem.
181 Vniuersitatis propria authoritas ob magnam maioris & potentioris partis incuriam alijs accrescit, qui alioqui nihil possent. Et numero sequen.
183 Papæ potestas etiam ipsi reseruata potest tempore schismatis ab ordinarijs exerceri.
184 Pontificia potestas ob summam ipsius pontificis in negocijs vrgentibus negligentiam ad concilium recidit.
185 Florentini concilij decretum de potestate pontificis. Et numero 256.
186 Papa est super vniuersalem ecclesiam.
187 Papa an teneatur parere decretis Constantien. concilij.
188 Concilia sine iussu indubitati pontificis congregata, legitima non sunt.
189 Papæ tota ecclesia parere debet.
190. Concilia præter conscientiam Rom. pontificis celebrari non possunt.
191 Niceni concilij decretum de conuocandis concilijs & nu. seq.
193 Legati Romani pontificis iuxta diffinitionem Niceni concilij solent in concilijs præsidere.
164 Chalcedonensis concilij decretum, de congregandis concilijs.
195 Pelagius, xi. præcepit irrita esse omnia, quæ in sinodo Neapolitana sine ipso congregata gesta erant.
196 Ariminense concilium nil statuere potuit, quia summi pontificis authoritas non interuenit.
197 Sardicensis, sinodus ab Arrianis in Anthiochia collecta, nullius fuit momenti, quia sine papa conuenerat.
198 Res ecclesiæ sine summo pontif. regulari non possunt.
199 Concilia nulla rata sunt, quæ apostolica authoritate non fulciuntur.
200 Concilia a Cæsare congregata iussu pontificis Romani præcedente intelliguntur.
201 Papa succedit vacante aliquo principatu seculari, vel imperio.
202 Nicenum concilium statuit non posse sine papa sinodos conuocari.
203 Nicenum concilium quod fuerit authoritate summi pontificis congregatum. & num. seq.
205 Romano pontif. in sardicensi concilio plurimum honoris delatum est.
206 Præsumptio sola probat in his, quæ sunt consona veritati.
207 Chalcedonensis sinodus sola Romanæ sedis authoritate fuit coacta. & quid in ipsa celebrandum obseruatum fuit. nu. 208.
209 Romano pontif. summitas attributa fuit, in sinodo chalcedonensi.
210 Aquilegiense concilium, an fuerit auctoritate summi pontificis celebratum.
211 Sententiam qui exequitur illius authoritatem intelligitur comprobare.
212 Hæretici potentissimi multos conciliorum canones destruxerunt.
213 Episcoporum appellationes etiam vd Rom. pontificem deferendas, an in sinodo Nicena stat. sit credendum legatis papę sic affirmantibus.
214 Pontifices eligebantur ab imperatore.
215 Electioni Romani pontif. Ludouicus imperator renunciauit.
216 Aliud est iuris dictionem conferre in personam declaratam aliud est determinare & declarare personam, quæ ex collatione iam facta huiusmodi nanscitur authoritatem.
217 Electus ad pontificiā in potestatem Deo eam tribuenti, et legi ita præcipienti acceptam fert, non autem eligenti.
218 Quæ ad religionem spectant coram laicis non sunt pertractanda.
219 Principes seculares in concilijs conuenire non possunt, sed soli antistites.
220 Principes seculares filij sunt ecclesiæ & non præsules, & in his, quæ ad religionem spectant discere potius quam docere debent, & multo minus præcipere.
221 Concilium tempore schismatis congregari potest sine iussu papæ.
222 Concilium sine iussu pontificis in quibusdam casibus congregari potest, & in illis tantum casibus potestatem habet, per quos congregatio illa facta fuit.
223 Limitata causa limitatum producit effectum.
225 Concilium quoad quædam esset legitimum, & quoad quædam illegitimum.
226 Negotia quæcunque diffiniri possunt sn concilijs, quibus papa plenam exhibet potestatem.
227 Constantiensis concilij gesta, an omnia recta.
228 Episcopi tantum in concilijs admittuntur.
229 Abbates & generales ministri ordinum religiosorum interesse possunt concilijs.
230 Impensæ, quæ fiunt ab episcopis, euntibus ad concilium, a singulis ecclesijs contribui debent.
231 Præsentis quomodo possunt causas vniuersitatis tractare absentibus alijs.
232 Episcopis negligentibus in pijs causis exequendis licet cuicunque alij omnibus modis studere, vt causæ piæ compleantur i
233 Vniuersitatis iura ad vnum solam deuoluuntur ob aliorum negligentiam.
234 Mores diuturni pro lege custodiuntur.
235 Vniuersitatis iura non licet paucioribus propria authoritate exercere.
236 Contumacia nulla est, quæ solum prouenit neglecta citatione.
237 Pontificiæ potestati nemo detrahere potest. & nu. 249.
238 Causa ab effectu dignosci solet.
239 Basiliense concilium Eugenium IIII. de sede eiecit, electo in locum eius Felice.

Basi-

240 Basiliensis concilium iniquitas.
241 Basiliense concilium ideo collectum est, ut Græcorum & Latinorum antiqua dissidia tolleret.
242 Basilienses in Eugenium sententiam sine aliqua authoritate tulerunt et eorum iniquitas. Et num. seq.
244 Schisma contra Iulium II,
245 Cardinales. qui contra Iulium insurrexerunt Schisma contra Leone x. eius successore ab iurarunt.
246 Ioannis de Turrecremata opinio de concilio Constantiensi.
248 Sanus non indiget medico.
249 Papæ successores in his quę fidei sunt adstringuntur.
150 Declarans nihil noui constituit.
251 Statuta fidei sunt immutabilia.
252 Papa in certis casibus concilio parere tenetur.
253 Negocium fidei distat a negocio reformationis ecclesiæ in capite & in membris.
254 Negocium, in quo de deponendo pontifice ob aliam causam, quam ob vere hæresis crimen agitur non est proprie negocium fidei, nisi forte ad id & secundum quid, & per quandam consequentiam traheret.
255 Verba de ea re sunt interpretanda quæ non secundum quid, sed pure & simpliciter est talis.
257 Successor successorem parem cogere non potest.
258 Romana sedes similis est auro puro, quia quanto magis exagitatur, tanto magis fit illustris.
259 Constantiensis concilij decreta aliqnot declarata.
262 Verisimilia quæ non sunt, tanquam falsa reijcienda sunt.
263 Intellectus, qui posset a sapiente redargui, est reijciendus.
264 Ecclesiæ ad statum quæ pertinent, an absolute & simpliciter a sum. pontifice abrogari possint.
265 Ad reformationem ecclesiæ in capite & membris verba, ad casus heresis referri.
266 Generalitas a qualitate sermonis pręcedentis restringi debet, cum in ordine specialis qualitas exprimitur & deinde sermo subsequitur generalis.
267 Verba quæ ad dubium & incertum referri possunt, non debent ad certum extendi.
268 Beneficium alicui collatum a papa non obstante collatione alteri facta intelligitur de collatione inualida.
269 Sermo generalis ad ea non porrigitur, de quibus in specie disponi non potest.
270 Verba improprie accipiuntur, ne actus ad irritum deducatur.
271 Verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda.
272 Possessor legitimus habetur, donec contrarium appareat, qui est in quasi possessione.
274 Reformare verbum, quid significet.
275 Dictio, &, æque principaliter copulata coniungit.
276 Maiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium.
277 Officium optimi pastoris, quale esse debeat.
278 Concilium pontifici quando resistere possit.
279 Concilium, quando dicatur legitime congregatum.
280 Comparatio partis ad totum, illepida.
281 Connexitatis tanta est potentia vt plura pro uno & eodem habeantur.
282 Papa in quibus casibus puniri potest. Et num. seq. & 284.
285 Raphael Fulgosius interfuit concilio Constantiensi.
286 Papa canonice electus est Deus in terris alias demon inferni.
287 Verba eadem in eadem constitutione prolata, possunt diuesimode intelligi.
288 Verba quantumcumque generalia restringuntur, ne absurdum admittant intellectum.
289 Parere verbum, quid significet.
290 Interpretatio iuri comformis, cęteris præfertur.
292 Copulatorum vna pars debet declarari a qualitate aliarum partium, quæ ei adhærent.
293 Interpretatio ea accipienda est per quam contrariæ opiniones in concordiam reducuntur.
294 Sanctiones conciliorum non sunt, pręter mentem statuentium refferendæ.
295 Sermo indefinitus, vniuersali ęquipollet.
296 Constantiense concilium vetustius est Florentino.
297 Plura vbicunque ab eodem verbo reguntur, ea omnia vnam eandemque interpretationem admittunt.
298 Leges a legibus interpretari debent.
299 Concilia a concilijs declarari æquum est.
300 Pontifex summus etiam supra concilium habet supremam potestatem, cui nulla par in terris esse potest.

Nunc iam igitur secundam partem aggrediamur, in qua quid iuris sit, quando, non de Papa iudicando, sed de expediendis ecclesiæ negocijs agitur, inuestigādum est. † Atque vt rem hanc, quæ satis prolixa est, & fortasse hactenus non recto ordine pertractata, planam faciamus, eam in tria tempora diuidendam esse iudicaui, vt primum videamus quid fieri oporteat, cum cœpta negotia ab anteactis concilijs decisa non sunt. Secundo loco an pontificis potestas super ea sit, quę ab illis satis decisa fuisse videri possunt. Tertio vbi legitime coacto concilio dissentit pontifex a patribus, vtra sententia sit præferenda. † In primo itaque casu quærendum est, an occurrentia negotia, qualiacunque illa sint, a pontifice maximo expediri possint, an vero aliqua tanti ponderis sint, vt non nisi de concilij consensu decidi valeant. † Hic non defuere, qui voluerint fidei & vniuersalis ecclesiæ causas, ad solum concilium pertinere, moti auctoritate Gregorij, qui de quatuor primis conciliis ait, se illa summa deuotione amplecti, quia in eis velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ communis atque actionis norma consistit, hæc ille in c. sicut. 15. dist. & per istum tex. voluit Glos. & ibi nonnulli per Card. Alexand. in c. Anastasius. 19. distinctione, memorati, quæstionem fidei solius auctoritate concilii decidendam esse. in hanc quoque sententiam adducebātur, qui hanc partem sequuntur, per text. in d. capitulo Anastasius † quo exprimitur, Anastasiū, iccirco hæresis crimine dānatum fuisse, quia absque concilio Episcoporū, Achatii eius criminis rei particeps fuerit. Pro hac eadē opinione afferūt tex. in cap. habeo librum, 17. distinctio. ubi habetur, oportuisse, vt Synodus vniuersalis, contra quorundam hæreticorū prauitatem, canones promulgaret. Nam sicut ibi Gemi. ait, † Verbum illud, oportuit, verbum necessitatis est, † ex quo infertur, de his, quæ ad fidem attinent, absque concilio statuta sanciri non posse, ita Andr. Sic. in addit. ad Abb. in cap. quod translationem, de offi. delegati. vbi pro opinionum concordia subiunxit, fidei negocium, quod graue & arduum est, ad solam Synodum pertinere, si vero tale non sit, Pontificem Maximum id decidere non prohiberi. Quæ opinio etiam ex mente Iaso. est in consil. 95. columna quarta. versiculo. Et licet solus Papa, in quarto volumine, vbi glosam in dicto capitulo Anastasius, intelligit, quando causa fidei ardua est, cuius meminit Card. Alexandr. in d. capitu. Anastasius. Verum enimuero ijs, quæ pro hac parte afferuntur, non obstantibus, & contrariam sententiam potiorem esse, & hanc opinionum concordiam veritate carere demonstrabimus. Atque vt planior hæc fiat materia, illud constanter affirmamus, pontifici, in Petro omnium causarum & præcipue maiorum decidendarum potestatem tributam esse. Secundo causam fidei a pontifice terminari posse. Tertio quæstionē fidei præsertim ad pontificem referendam esse. Quarto eam potissimum ad pontificem referri debere, quæ sit ardua, & ex hoc vltimo male concors illa concordia destructur. † Primo igitur dico, omnium negociorum & præcipue maiorū, iurisdictionem esse in pontifice maximo. Quia pontifex eadem authoritate fungitur, quam habebat & Moyses. teste B. Bernardo ad Eugenium, † sed ad Moysem præsertim maiora referebantur, alia vero, vt ipse minus grauaretur, ab alijs, quos ipse elegerat, decidebantur, ut legitur Exod. 18. & Deute. 1. ergo &c. Id etiam probatur ex his, quæ habentur Deutero. 17. vbi quando occurrebant ardua, iussit Dominus adeundum esse locum, in quo sacerdotes leuitici, & iudex, qui super eos erat, sedebant, & illos, qui sacerdotis imperio nō obediebant, morte dignos esse declarauit. Sed ille sacerdos, nunc pontifex maximus est, vt aperte ostendit tex. in c. per venerabilem. §. rationibus. qui fil. sint leg. ergo pontificis est, præsertim in arduis, imperare, & eius imperio parendum est, ita iubente Deo, nec dicat aliquis text. Deut. non de solo summo sacerdote, verum & de adiutoribus loqui, quia adiutores illi non ad minuendum summi sacerdotis imperium, sed ad labores adimendos erant assumpti, ut nuperrime dictum est, quod confirmatur per not. in d. §. ubi scriptores communiter consenserunt, solum pontificem sine adiutoribus ardua expedire posse. Quam conclusionem eo in libro, qui a me de cardinalatu conscriptus est, quæst. 39. latissime probaui. Hoc idem indicant verba, quæ pontifici in Petro dicta fuere. Quodcunque ligaueris, &c Matth. 16. quæ quidem verba, cum vniuersalia † sint, omnia continent, & nihil ab eis intelligitur exceptum, ut ait tex. in c. solitæ, de maior. & obediē. Ergo cum vnum negotium ab aliis seiunctum non fuerit, nec nobis quidem id facere licitum est, ut ait, tex. in d. c. solitæ. & in extrauag. unam sanctam, eod. tit. ubi ex infinitis propemodum antiquæ & nouæ legis auctoritatibus ostenditur, omnia Romano pontifici de necessitate salutis subesse, quod qui non credit ibi legat. Quod tamen etiam nos in superioribus multis rationibus, & locuplentissimis clarissimorum uirorum testimonijs, comprobauimus, ad quę accedat hoc idem fuisse rationibus optimis confirmatum, per glo. in Clem. ad nostram. de heretic. Ad rem facit text. nota. in capitulo primo 22. dist. † Qui absolute ait, Petro iura terreni cœlestisque Imperii a Deo commissa fuisse, & aliter credentem hæresis cri-

12 criminis reum esse. Idem attestatus est Bal. in proœm. Decretal. cui accedit Dec. in consil. 496. colum. fin. dum ait esse in pontifice totam monarchiam spiritualem, & eius potestatē absolutam esse ab omni regula coarctante, accedat text. in c. rogamus, 24. quæstio. 1. vbi habetur ita Deo præcipiente, cuncta maiora negotia ad ecclesiam Romanam esse referē-
13 da. Idem legitur in c. dudum, 3. quæst. 6. † & cum dicimus ecclesiam Romanā, de potestate summi pontificis loquimur, vt colligitur in d. cap. dudum. ubi ob auctoritatem Petri, de-
14 fertur ecclesiæ Romanę, † quæ illius nomine consecrata est, quod confirmabitur ex infra dicendis, dum citabitur Card. Zab. in Clemen. una de Summa Trin. §. nos igitur, & papam plenitudinem potestatis habere probatur in c. cum ex eo, de pœniten. & remiss. ubi, Innoc. III. id in concilio generali affirmauit. Idem exprese voluit Beat. Bernardus, in epist. 237. inquiens, quamuis alij in partem solicitudinis uocati sint, pontificem tamen solum plenitudinem habere potestatis. Vt etiam docuit Pau. de Cast. in consilio 414. in facto presenti in primo uol. Ad idem est text. in c. ad honorem de aur. & us. pal. quod & Beat. Thom. confirmauit in quodlib. 4. articu-
15 lo 13. † Sed quis Cyrillo, de huiusmodi potentiæ plenitudine, uel altius, uel illustrius, vnquam locutus est? Qui in libro Thesaurorum ait, Filium Dei, quemadmodum ipse a patre accepit ecclesiæ & gentium sceptrum, & potestatem super omnem principatum, & super omne quodcunque est, ut in eius nomine genua cuncta curuentur, ita eandem amplissimam potestatem Petro & successoribus suis plenissime con-
16 cessisse. Hinc iuris utriusque consulti votis frequentioribus affirmarūt, Papam in hac iurisdictionis amplitudine, etiam potestatem vtriusque gladij accepisse, atq; ideo ipsum quoque impium, ab ecclesia dependere, & ita de necessitate salutis credi ac teneri firmiter oportere, ut traditum est in capitulo nouit, de iudic. per Abb. Panorm. in consilio 28. in primo uol. Aretin. in consilio 59. & per Bart. in l. 1. ff. de requir.
17 reis. ubi ait, † Dantem, propterea quod contrarium senserat, ab ecclesia fuisse quasi damnatum. Ideo idem Barto. sing. ait
18 in tract. ad reprimen. in uerbo, per edictum. † Papam posse citare quemcunque, & in quocunque loco existentem, quo-
19 niam ubique est Dominus. † Et eum posse omnia, modo contra fidem non sentiat, tradit. Soc. in consil. 13. in 1. uolumine Alexand. in consi. 107. in 2. uolum. & Felin. in c. si quando, de rescrip. Dec. in consil. 138. in 1. uolum. & de hac ipsa pontificiæ potestatis amplitudine pulcher est tex. in Clemen. 1. ut lit. pend. & in c. episcopo. 9. q. 3. & est tex, not. in c. nolite erra-
20 re. 11. distinct. † Ratio autem ultra prædicta huius tam amplæ auctoritatis est in promptu. Cum enim ad Romanum præsulem potissimum spectet remp. Christianam ad bene beateq; uiuendum, non modo hortari, verum etiam vrgere & compellere. c. de iudæis, 45. dist. consequens est, ut ei quoque illa omnia intelligantur esse concessa, sine quibus hæc agi non possunt. l. 2. cum ibi trad. ff. de iurisdi. om. iud. c. Pręterea, de of. deleg. & ad hoc leges notatu dignas attulit Ang. in consi. 290. Constat autem sine causarum cognitione; sine correctione morum, ac etiam pœnarum iniunctione, quibus mali coercentur, & boni quiescunt, non posse homines ad hāc uitę honestatem adduci, capit. cum & plantare, de priuileg. cap. factæ. 4. dist. & habetur in titulis tam ciuilis quam ponti-
21 ficij iuris, qui de pœnis inscribuntur. † Igitur ad papam pertinet hortari, compescere & punire, quę omnia sine huius amplitudine potestatis exerceri non possent. Et latissime hanc iurisdictionem coactiuam, in omnes fideles tuetur. Ioan. de
22 tur. crem. in lib. 2. suæ summæ c. 45. cum seq. Proinde multi iurisconsultorum celeberrimi, qui de donatione Constantini egerunt, literarum memoriæ prodidere, Constantinum
23 restituisse potius, quam donasse, † cum Papa Christi uices gerat, cuius est terra & plenitudo eius. Psal. 23. Et cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Matth. ult. Ita glos. no. tradidit in c. ego Ludouicus. 63. di. Io. de Lign. in cle. Romani, de iureiur. Alex. in consi. 87. in 2. uol. Secundum ordinem cōtinuantem. Abb. in cons. 82. in 1. uolum. Cardinal. Alexand.
24 in c. Constantinus, 95. dist. & propterea quam impie agant, qui donationem hanc, figmentum quoddam audent affirmare, & ex prædictis constat, & ex his etiam; quæ inter ge-
25 sta concilij Costantiensis habentur, in quib. damnatum fuisse legimus capitulum illud in quo asserebatur Syluestrum & Constantinum errasse dotando ecclesiam: Nam & ex assertione hæretici, & ex demnationis sententia a concilio promulgata colligitur, donationem hanc & ueram & ualidam extitisse qua de re, late aliquando disseruimus. Ad propositum autem negotium redeuntes dicimus complura ad rem hanc pertinentia colligi per eundem Pelag. artic. 45. & non nulla etiam, quæ adduci possent, ut breuior sim, relinquuntur, satis enim tam ex iis, quam ex illis, que iam antea in re proposita copiose attulimus, constat, Papam plenitudi-
26 nem potestatis habere. † Cum autem a plenitudine nihil absit, eique nihil penitus adijci possit. l. 1. ff. de dot. prælega. tradit Mar. Soc. iunior. in consi. 124. in primo volum. Consequens est, ut nulla omnino in quacunque causa iurisdicendi potestas, ab hac amplitudine pontificiæ maiestatis intelligatur exclusa. Secundo, ut ordinem institutum sequamur, dico causam fidei in specie a pontifice decidi posse, ita Hieronymus ad Damasum in cap. hæc est fides, 24. quæst. 1. vbi ait, ad pontificem pertinere errantes in fide corrigere, & dissentientes ab iis, quæ ipsius iudicio comprobata sunt, cum Petri sedem teneat, hæreticos esse. ad idem est tex. in cap. roga-
28 mus, 24. quæst. 1. Insuper audi Cyrillum in dicto lib. Thesau. Maneamus vt membra in capite nostro apostolico Throno Romanorum Pontifice, a quo nostrum est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum rogantes præ omnib. quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, & soluere, & loco eius ligare, qui ipsum ædificauit, & nulli alij quod suum est, sed ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mūdi ei tanquā Chri-
29 sto obediunt. Hæc ille. † Quapropter omnino dicendum est iurisdictionem hanc ad pontificem pertinere, siquidē ei Dominus dixit in Petro. Lu. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quæ quidem verba citantur a tex. in d. c. maiores, de baptism. ad ostendendum maiores ecclesię causas ad fidē pertinentes spectare ad summum pontificem. Hæc eadem verba ad demonstrandum Petri primatum, & eius inconcussam fidem, adducuntur a tex. in c. 1. 21. dist. nam, vt Isidorus ait lib. 7. ethymologiarum. c. 12. quod etiam legitur in ca. cleros, 21. dist. pōtifex princeps sacerdotum est, vel dicitur quasi via sequentium, ipse est summus sacerdos, ipse pontifex maximus, ipse, quod vnusquisq. facere debet, ostendit. Hoc. n.
30 vltimum ad fidei normam pertinere arbitror, † hinc Innocentius I. Epist. 25. ad Carthaginense concilium rescribens, illos patres miris laudibus extulit, quoniam sequentes maiorum decreta, noluerunt negotia fidei inconsulto Romano pontifice diffinire, a quo ecclesiæ omnes normam recipe-
31 re consueuerunt. † Sic etiam legimus Carthaginense concilium super dānatione Pelagii, atque ita in ijs quæ fidei sunt, ab Innocentio Romano pontifice petiisse, ut gesta Synodi confirmaret, quod & factum fuit, vt videre est in epist. concil. Chartaginensis ad Innocentium, & in epist. respon. ipsius Innoc. proinde ex petita hunc in modum, & concessa confirmatione, hæc iurisdictio papę suprema colligitur, cui ipsū
32 concilium nouimus in re proposita detulisse. † Vnde Mileuitana Synodus, Carthaginensem imitata, similiter ad eundē Innocent. nouam hæresim detulit, vt ipse, qui præcipuo munere gratiæ Dei, in apostolica sede est collocatus, pronūciaret, quid tenendum foret. Hæc habentur in epist. eiusdem concilii ad Inno. & in epist. respō. ipsius Innoc. Ex quibus liquet Synodum illam apertissime sensisse præcipuū esse mu-
33 nus Roma. pontifi. ut de fide sententiam proferat. † Hoc alia quoque ratione adiuuatur, una enim fides debet esse totius ecclesiæ c. 1. §. vna. de summa Trin. Idque ait Apost. ad Ephesi. 4. & pri. ad Corin. primo, ibi. Idipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata, sed hoc impleri non posset. nisi exoriens de fide quæstio, a summo pontifice, qui vniuersæ ecclesiæ præfectus est, decidi posset, vt clare concludit B. Thom. in 2. 2. q. 1. art. 10. ergo, &c. Et qui aliter diceret hæresis crimine teneretur, vt ait tex. no. in d. capitulo primo. 22. distinctione. Idque vrgentibus argumentis confirmat Glos. in d. Clement. ad nostrum, de hæret. Ad quod etiam videatur. Et memoria repetantur, quæ nos supra late disseruimus, cum
34 obiter de primatu Romani Antistitis ageretur, † nec prætereatur Florentini concilii diffinitio, qua declaratum est, Romanum Antistitem omnium Christianorum patrem & doctorem existere, atque ideo eius est, fideles docere, non autē ab eis doceri. Et mehercule valde absonum, atque impium videretur, si concilium duntaxat hanc iurisdictionem haberet, sic enim infœlices errantium multorum animæ ob diffi-
35 cillimam concilii coactionem facillime deperirent, † quæ quidem cōcilii congregatio multoties quoque ob iniuriam temporum impeditur. vt exempla veterum conciliorū ostēdunt. A primo. n. concilio Niceno, quod fuit sub Siluestro cōfectum, usque ad secundum sub Damaso Constantinopoli celebratum. LII. anni fluxerunt, a secundo usque ad tertium ephesinum sub Celestino coactum. LX. anni. a tertio vsque ad quartum chalcedoniæ sub Leone peractum, secundum aliquos. 30. secundum alios. 19. anni. a quarto vsque ad quintum rursus Constantinopoli congregatum. anni 118. a sexto usque ad septimum Nicenum tempore Adriani CX. anni & a septimo usque ad octauum Constantinopoli conuocatum tempore Adriani II. LXXXII. anni. atque ita patet intra quingentos quadraginta quinque annos octo tantum concilia

cilia generalia fuisse collecta. Præterea possent etiam collecta synodo, nonnunquam paria patrum suffragia reperiri, &
36 res indecisa relinqui. † Huc accedit quod ob nimiam conciliorum frequentiam, ubi facilis esset eorum collectio, Episcopi fere semper ab ecclesijs suis abessent, id quod a sacris constitutionibus dissideret, c. inter corporalia, §. sicut enim, de trans. Episcop. cap. nisi cum pridem, §. verum, de renunt.
37 & tot. tit. de cleric. non reside, † Denique id etiam propterea iniquum esset, quod multi pauperes præ inopia, de suo iure decedere coacti, opprimeretur, quippe qui pecuniarum defectu laborantes, ad concilium accedere nō possent, sic etiam femine ad denuncianda peccantium crimina ad synodos accedere tenerentur. quæ omnia cum valde absurda sint, & a sapientum auribus abhorrentia, iure merito sunt reijcienda vt docuit Iurisconsultus in l. Saluius Aristo, ff. de leg. prestan. quo textu ad re hanc sæpe Bald. & Socin. vti consueuerunt.
38 † Concludendum igitur est, ea etiam quę fidei sunt, & omnia vel maxima ecclesiæ negotia, posse iure proprio a Romano Antistite diffiniri. Quid? ea esse non nisi ad ipsum, iure proprio refetenda, dicere non verebor, cum nusquam fuerit ab euangelicis traditionibus acceptum, concilijs ipsis, quibus robur desit Pontificiæ maiestatis, vim & potestatem aliquā tributam esse, si enim a uerbis illis sumitur conciliorum potestas, Dic ecclesiæ, & ibi paulo post. quæcunque ligaueritis Matth. 18. vt patres Basilienses in 32. sessione facere nitebantur, dicimus uerba illa ad solum conscientiæ forum & ad ferendæ excommunicationis sententiæ autoritatem pertinere atq; iō ad alia maiora ecclesiæ negotia extendi non posse, ut late iam antea declarauimus, Præterea uerba illa nō sunt collectiue sed distributiue intelligenda, ut quicunque prælatus possit auctoritatem hanc in sua Diœcesi exercere, ut a sacris Theologis fuit communiter affirmatum, idque ue-
39 tustissima docuit consuetudo, quæ legum omnium optima est interpres l. minime. l. de quibus. ff. de leg cum uulg. Tantæ
40 enim potentiæ est huiuscemodi consuetudo, quæ a iureperitis interpretatiua nuncupari solet, quod etiam si quęlibet cōsuetudo a lege aliqua reprobaretur, illa tamen propterea non intelligeretur exclusa teste Deci. in capit. cum M. Ferrariensis, de constit. ubi citat Pet. de Anch. in consil. 127. incip. visis. Constat autem in re proposita passim & ubique a prælatis ecclesiarum seiunctim, ac separatim, iurisdictionem,
41 hanc, qualiscunque illa sit, exerceri. Quæ conclusio confirmatur, nam & Petrus, cui hęc uerba dicta fuerunt, sine aliorum concilio Ananiam & Saphiram summa auctoritate dānauit, nefas autem esset asserere Petrū Diuina præcepta trāsgredi voluisse. Quare ad concilium minime sunt trahenda,
42 quæ fuerūt singulis impertita, † Item ista denuntiatio contra Pontificem fieri non posset, cum nemini sit subiectus, ut per per doct. in c, Nouit. de iud. & late per Ioan. de tur. crem. in li. 2. suæ summæ cap 98. Ijsdem quoque rationib. rñdetur, si for-
43 te uerba illa Io. 20 adducerentur. † Quorumcunque remiseritis, & reliqua. Nam ibi quoque, & de foro cōscientiæ, & de potestate singulis apostolis, non autem simul omnibus & collectiue tradita, agebatur, & ideo quantum distent hæc a concilii auctoritate, & ab ipsa ueritate, omnes intelligunt,
44 † cum enim longe dissimilia sint, de uno ad aliud non recta fiet illatio l. inter stipulātem, §. sacram, ff. de uer. ob. cum con-
45 cor. Multo minus ea denique refragantur. † Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, & reliqua. Quoniam ibi non de potestate concilijs ed de gratiis a Deo Opt. Max. impetrandis intelligebatur, quæ non multitudini, sed unanimitati, ut Cyprianus ait, precantium conceduntur. Atq; ideo si verba illa ad subiectam materiam referamus, ut iam inde a principio id fieri oportere probatum est, & conclusum, non
46 dēnt ad rē hanc prorsus alienam trahi atq; extendi. l. non omnis, ff. si cer pet. † Quamobrem unde originem susceperit ista conciliorum potestas, quę nonnunquam supra ipsos pontifices tollitur, satis intelligere non possum Verum si quis insta-
47 ret dicens, † Constantiense concilium declarasse se immediate habere potestatem a Deo, statim respondeo id fuisse iure optimo declaratum, cum enim tunc nullus esset certus pontifex, & maximum, ob illud schisma, ecclesiæ periculum immineret, ac res omnino moram non pateretur. Pontificia potestas erat eo casu ad concilium deuoluta, atque ideo illa potestas a Deo dependebat. ut infra oportuniore loco declarabitur, quare rursus dicimus, quæstionem fidei. a papa iure pro-
48 prio posse decidi, & sine ipsius auctoritate a nemine præterea, quod plus est. Et ista conclusio, concilium scilicet, nullam a Deo immediate habuisse potestatem concludenti ratione probatur. Nam aut asserimus potestatem hanc pontificia maiorem esse, aut parem, aut inferiorem. Si maiorem dicimus, hoc pacto sequeretur, papam, deficiente iurisdictione, constituto concilio, desinere esse caput ecclesiæ, id quod esset absurdum, & ab omni ratione abhorrens, quoniam sine aliqua sacrarum literarum autoritate asserere papam tum demum sua iurisdictione carere, cū concilium congregatur, est uel facile contemendum, quia ut inquit B. Hieronimus. Quod de scripturis non habet ueritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. facit l. il-
49 lam. C. de collat. & tex. not. in §. cum igitur ibi, Nec est lex aliquid tale dicens, in Aut. de non elig. secu. † Pręterea hoc non sine maximo fidelium detrimento contingeret, cum nulla maior necessitas dari possit, quam fideles, papa, Christi vices agente, carere, vt docuit gl. approb. in cle. ne Romani. §. cæterrum, de elec. insuper hoc idem repugnaret concilio Chalcedonensi, ex cuius epist. ad Leonem colligitur, a tota synodo summitatis titulum Leoni fuisse tributum. Qui aūt summus est, vtique inferior esse non potest. Rursus ex ipsius gestis constat, supremum semper honorem fuisse papæ delatū, & rursus ab eodem concilio, & a multis aliis fuit petitum, ut gesta in ipsis, a pontificibus Romanis approbarentur, quorū
50 meminit Io. de Turrecre. in lib. 3. suæ summæ cap. 34. † Confirmatio autem a superiore peti solet. Ad prædictorum confirmationem accedit gl. ab omnibus approb. in c. 3. de cleri. excom. min. quæ ait, excōicatum non posse a tota synodo dispensari, sed hoc ad Romanum pont. pertinere, & ita etiam docuit Imo. in capitulo graue, columna sexta. de præbendis, dicens, patres concilii, se habere ad papam, ut consultores, non autem, ut iurisdictionem habentes, quæ quidem
51 tota in pontifice residet. Igitur maior est papæ potestas, non autem minor. Et si aliquis forte alio exceptionis genere vteretur, quo nonnulli utebantur, dicentes, quod & si pontificiæ potestatis amplitudo tolli non possit, vel minui, possunt tamen patres in concilio congregati illius executionē ita restringere, vt nequeat ad actum deduci, nisi, ut per ipsos patres fuerit ordinatum. Respondeas licet, obiectionē hanc falsam esse, tum quia nullo iure probatur, ut prædictum est,
52 tum ēt quia contrarietatem continet, contrarius aūt audiri non debet. c. pe. de off. dele. in 6. c. vno ver. omnib. Vt eccles. benef. sin. Nihil. n. aliud hoc pacto ageretur, nisi ꝙ papa amplissimam habeat potestatem in uniuersos, & nō habeat, atque plenissima iurisdictione fungatur, & tamen iudicare nō
53 possit † hæc. n. sunt repugnantia, quę simul stare nō possūt. l.
54 ubi repugnantia, ff. de reg. iur. † Atque ita patet papæ potestatem, constituto concilio, inferiorem dici non posse. Si uero concilium parem cum papa potestatem habere diceretur, in maximum inconueniens incideremus, sequeretur. n. ecclesiam Dei habere duo principia, & duas cathedras, id quod ecclesiæ unitas non admittit, nam teste Cypriano, in episto. ad Magnum, Dn̄s insinuans nobis unitatem, de diuina authoritate uenientem, ait. Ego & pater vnum sumus, ad quam vnitatem redigens ecclesiam denuo, dicit, & erit grex vnus, & unus pastor, & late de hac unitate habetur in cap. loquitur, &
55 in c. alienus. 24. quæstio. 1 Idque iurisconsultorum sententia confirmatur, qua cautum est, idem a duobus eodem modo, & eodem tempore possideri non posse, atque ita nec exerceri. l. si vt certo, §. si duob. ff. commo. Prætera pluralitas principatuum mala est 12. Metaph. igitur a Deo prouenire nō potuit, cuius perfecta sunt opera, & qui uidit cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Accedit ad hæc quod cum papa in patres, neque patres in papam, autoritatem habeāt, quia par in parem non habet imperium, nō fuisset satis prouisum ec-
56 clesiæ. † Id quod esset contra uerbum Domini dicentis. quid ulterius debui facere uineæ meæ, & non feci. Denique posset facillime schisma oriri ob dissidentem inter eos sententiam. l. item si unus. ff. de arb. c. quia diuersitatem, de conces. præb. Id quod repugnaret apostolo ad Cor. i. idipsum dicatis
57 omnes, & non sint in uobis schismata. † Et ideo in schismatis remedium hæc non est sequenda sententia. c. legimus, 93. distin. quoniam ubi schisma est, ibi ecclesia esse non potest, c. pudenda. 24. q. 1. Si demum uolumus minorem esse concilij potestatem, tum. dico, aut ea immediate procedit a Deo, aut a papa, si a Deo, frustra fuisset constiturū, concilia, quę minoris essent autoritatis, ad succurrendum ecclesiæ periculis, nō sine difficultate maxima congregari posse, cum papa ipse maiorem habens potestatem, ecclesiæ facilius, & cum minori dispendio prouidere potuisset, Deus autem nihil agit frustra, igitur &c. Si uero a papa prouenit, sumus uoti compotes
58 cum hoc ipsum agamus. † Quare a sufficienti partiū numeratione colligimus nullam esse aliquo in casu concilii potestatem, nisi quatenus a papa defluit. Argumentum. n. hoc in iure ualidum est, ut habetur in l. ex maleficijs, §. hæres, ff. de act. & obl. & in l. patre furioso ff. de his qui sunt su. uel alie. iu.
59 Tertio dico, † fidei negotiū præcipuę pontifici maximo suppositum esse. Nam Christus Petro pontificiam potestatē traditurus, discipulos omnes de fide interrogauit dicens, quem dicunt homines esse filium hominis? vos autem quem me esse dicitis? &c. Et sic negotium hoc fidei erat, & quamuis

omnes interrogati eſſent, tū ſolus Petrus proſilijt inquiens,
Tu es Chriſtus filius Dei viui, ob quam confeſsionem Chri-
ſtus ei dixit, & ego dabo tibi claues Regni cœlorum, quodcū
que ligaueris, &c. Quaſi dicat Chriſtus, ut Hier. ait, quia tu di
xiſti me filium eſſe Dei viui, & ego dico tibi quia tu es Petrus
& tibi dabo, &c. Ita etiam prædicta verba exponit B. Io. Chry
ſoſtomus, ēt ob hanc pręcipuam ipſius Petri confeſſionem,
eum Pontificiam nactum fuiſſe poteſtatem ait Card. Alex.
in rub. 15. diſt. & in c. fidelior, 1. diſtinct. His ſic ſe habentibus,
dico, ſi negotium, quod fuit cauſa Pontificiæ poteſtatis, fidei
negotium fuit, ergo cauſa fidei, quæ Pontificiæ iuriſdictionis
occaſionem præbuit, præ aliis debet ſub eadem iuriſdictio-
ne contineri, & hoc ſentiens Innoc. 111. ait in c. maiores, de
60 bapt. Maiores difficilioresq; cauſæ eccleſiæ, †& præſertim fi-
dei ad Petrum referantur. Quia ipſe interroganti Chriſto qs
ipſe eſſet, reſpōdit, Tu es Chriſtus filius Dei viui. Animaduer
te verbum illud, præſertim, quod nō ſine myſterio in d. c. po-
ſitum fuit. Hinc Innocentius ad Mileuitanum concilium re
ſcribēs, ait, cauſas omnes & præſertim fidei ad ſedem Roma
nam eſſe referēdas. Hæc ille in Epiſt. 25. accedit tex. in c. quo-
61 tiens, 24. q. 1. Dum ait, †Quotiens ratio fidei vētilatur, eam nō
niſi ad ſedem Petri referendam eſſe, Nam iſte text. iccirco ne
gatiue ait, quæſtionem fidei non ab alio quam a ſolo Pontifi
ce decidendam eſſe, quia ſpecialiter & potiſſimum veritas
fidei potius a Pontifice, quam ab alijs ſperari poteſt, tū ob ra-
tionem prędictam, tum quia principaliter ꝓ Petro oratum
fuit a Chriſto, ne fides eius deficeret, vt etiam conſiderat In-
nocent. 111. in d. c. maiores. Hoc idem ſummus Pontifex ſa-
cro approbante cōcilio declarauit in Clem. vna. §. nos igitur,
de Summa Tri. Vbi Card. Zab. ꝑ illum tex. ait. Nota quod ad
eccleſiam Romanam pertinet determinare, ea quæ concer-
nunt articulos fidei, quia rationes fidei determinat ſolus pa-
pa. Quod quidem documentum ad aliud quoque adnotan-
dum eſt. ſcilicet, ut cum de poteſtate eccleſię Romanę loqui
62 mur, intelligatur, eam a ſolo Pōtifice exerceri poſſe. †Rurſus
dico fidei cauſam eſſe a Deo ſummo Pontifici mandatam,
vt, ſecundum quorundam opinionem, papa ad eam deciden
dam, vices ſuas nemini delegare poſſit. Hoc enim ſentit expſ
ſe Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtendendū. verſic. 35. vbi enar-
rando caſus ſummo Pontifici reſeruatos, & qui a legato ex-
erceri non poſſunt, caſum fidei exprimit. & quamuis deinde
cōtra arguat de tex. in c. frater noſter, 16. quæſt. 1. tamen id vel
de cauſis mediocribus intelligendum eſt, uel, ſi de arduis loq
mur, eas ab aliis cognoſci, ſed non niſi a Pontifice decidi poſ
ſe, concedendum eſt, cum ita præciſe in d. tex. traditum ſit.
63 †ſecundum quem uerba illū citantis ſunt intelligenda. teſte
Bar. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de liber. leg. In hac eadē
concluſione reſidet Catal. in trac. de poteſtate papæ, nu. 38.
per tex. in d. capit. quotiens. ibi, non niſi ad Petrum & ſui no-
minis & honoris authoritatem referre. Quod & nos conclu
denti ratione ſuſtineri poſſe credimus. Quoniam fidei noſtrę
ueritatem ſpeciali ratione Petro & ſucceſſoribus ſuis credi-
64 tam fuiſſe, iam antea demonſtrauimus, † ea uero in quibus
perſonæ induſtria potiſſimum eſt electa ꝑ alios expediri nō
poſſe, notiſſimi iuris eſt. ut docuit Bart. in l. nemo eſt, qui ne-
ſciat, ff. de duo. reis ſtip. & in l. diē functo ff. de offi. aſſeſ. & Fel.
in c. licet ex quadam, col. 2. de teſt. inter artifices enim longā
eſſe differentiam ait Iuriſconſultus, in l. inter artifices. ff. de
ſolut. Quæ quidem omnia diligentiſſime ſunt animauertē-
da, pro deciſione alterius, qui ſtatim ſequitur, caſus. Ad illud
autem, de quo nunc agitur, propoſitum redundo, facit quod
inquit Ambroſ. ſuper Mar. ut refertur in c. nō turbatur, 24. q.
65 1. †ubi Petrus firmamentum eccleſiæ nuncupatur, refertur q;
etiam ſi Apoſtolis oībus dictū fuerit, ut retia laxarent, ſoli tū
Petro dictum fuiſſe, Duc in altum, id eſt, in profundum diſpu
tationum. Glo. ibi ſubiungit ex hoc argui poſſe, quæſtionem
fidei ad ſolum pontificem pertinere, per d. c. quotiens, & ſic
66 ibi Gl. ad text. relata †uult alta negotia, & potiſſimum fidei,
67 ad pontificem eſſe referenda, †ſicut etiam eorū comprobat
exemplo, qui in 7. ſynodo conuenientes, nonnulla in fide du
bia, Agatonis papę terminationem ſequentes, diffinierunt.
Sic etiam patres Chalcedonenſes, de duabus in Chriſto na-
turis, ad Leonis ſententiam acceſſerūt. Hinc infertur papam
ad congregandum cōcilium non teneri in iis, quę ad fidem
pertinent, cum ipſa ei decidere liceat, ut per B. Thom. in q.
de poten. q. 10. artic. 4. in reſp. ad 13. cui accedit Card. Alex. in
c. 1. & in c. ſicut, 15. diſtinctio. aiunt enim, concilia, dato certo
& indubitato pontifice, quamuis utilia, non tū neceſſaria eſ-
ſe. Quarto dico cauſam fidei pręſertim quando ardua eſt, a
Pontifice maximo iudicandā eſſe, & ſic cōſtanter ſentimus,
& loquimur, aduerſus cōmentitiam illam uariarum opinio
num cōcordiā, quā (ut ſuperius diximus) quidā fruſtra exco-
gitarūt. Hac aūt ipſa de re eſt tex. expreſſus in c. frater noſter,
16. diſt. ubi Grego. ait, Si qua cauſa fidei eueniet, ſi mediocris

erit, a noſtris reſponſalib. cognoſcatur, ſi uero ardua, ad ſedē
apoſtolicam deducatur, vt noſtrę audientiæ ſnīa decidat. ad
idē eſt tex. ī d. c. maiores, de bap. dū uult, maiores & difficilio
res fidei cauſas ad apoſt. ſedem eſſe referendas. Huic demū
ſententiæ accedunt rationes, & auctoritates, quas paulo an-
te ad rem hanc adduximus, & conſiderauimus, & præcipuæ
Spec. in loco prædicto. hoc idem ſenſit. B. Bernardus ad Inno
centium papam, dicens, oportet ad ueſtrum referri apoſtola
tum pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei,
ea præſertim, quę de fide contingunt, dignum nanque arbi-
tror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei, ubi fides defectū
habere non poteſt, hæc eſt prærogatiua huius ſedis, cui enim
alteri dictum eſt, Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fi-
des tua. Hæc Bernardus. Quare ex ijs omnib. ampliſſime de
monſtratum eſſe arbitror, eccleſiæ cauſas omnes, & cuiuſ-
cunque ſint qualitatis, a pontifice maximo decidi poſſe, ut
latius quoque in meo de Cardinalibus lib. q. 39. oſtendi. Nūc
illud ſupereſt, ut quæ ſuperius in contrarium ſunt adducta,
refellamus. primum itaque nihil vrget Gregorii auctoritas
69 in dicto cap. ſicut, Gregorius enim illa quatuor concilia nō
ideo tam modeſte veneratus eſt, quod quæ ibi ſancita fuerāt
in ſolius eſſent concilii poteſtate, hoc enim conſtitutionib.
quas ſupra citauimus apertiſſime repugnaret, neque illorū,
duntaxat quatuor, & non aliorum etiam conciliorum auto
ritati æque detuliſſet. Verum eis potiſſimum vt opinor, tan
tum honoris tribuit, quod prauas ac potentes hęreticorum
ſectas perdiderant, & uenerandas ſanctiones, tam ad fidem
quam ad communem vitę ſtatum attinentes ediderant, vt
etiam ſenſit Barb. in Clem. ne Romani, de elect. nec tam eo-
rum, qui illi concilio interfuerunt auctoritatem, quam ſen-
tentiarum, quæ ibi leguntur, grauitatem inſpexiſſe mihi vi-
70 detur. †Nam veritas a quocunque proferatur, non tenenda
ſolum, ſed etiam veneranda eſt, quod & Glo. oſtendit in ca.
quæritur. 2. q. 7. & a quocunque dicatur a ſpiritu ſancto eſt,
ſecundum Ambro. in prima ad Continh. capit. 12. Sed ratio
71 ne continētis ea nō veneratur, niſi honeſtatis gratia. †Quia
concilia a ſummo pontifice accipiunt auctoritatem. c. ſigni
ficaſti, de elect. habetur 15. & 16. diſt. Vnde Gelaſius papa in
cap. ſancta, in fi. princip. 15. diſt. ait, Sed & ſi qua ſunt concilia
a ſanctis patribus hactenus inſtituta, poſt iſtorum quatuor
auctoritatem, etiam cuſtodienda, & recipienda mandamus
decernimus, atque eo pacto eis uim legis tribuit. Præterea
ēt ſi ad ſeruanda illa decreta ſe aſtrictum fuiſſe dixiſſet, hoc
tamē opinioni meę non eſſet impedimēto. id enim iccirco
factum crediderim, quia cauſæ illæ iam ab anteactis conci-
liis deciſæ fuerant, quod nobis nō obſtat, ut in eo qui ſtatim
ſequitur caſu, demonſtrabimus. in hoc etiam, de quo nunc
agimus, de iis tantummodo loquimur, quæ adhuc a conci-
72 liis deciſa non ſunt, †Eodem modo ad d. c. Anaſtaſius, reſpō-
detur. Nam illa hæreſis ab anteacta Synodo dānata fuerat,
ut ibi per Glo. Ad c. habeo librum, reſpondetur, ibi oportuiſ
ſe, ut contra hæreticos Synodus canones promulgaret, ali-
ter enim hæretici illi pontificiæ deciſioni non aquieuiſſent,
quare ea facti potius, quam iuris neceſſitas fuit, aliter cano-
nes ſibi inuicem repugnarent. Et ſi cui fortaſſe prędictis ob-
ſtare videbitur conſtitutio illa de formatione capitis & mē-
brorum, edita in quarta & quinta ſeſſione concilii Conſtan-
tienſis, & ab alio fortaſſe repetita, is non ſubſiſtat, quia obie
ctioni huic inferius & recte & opportune reſpondebimus.
73 †Confutatis igitur ac iam plane ſublatis contrariis argumē.
illud ſequitur, quęſtiones qualeſcunquæ ſint, quę nondum
deciſę fuerint, ad Petri ſedem eſſe referendas, quam conclu-
ſionem vltra alios late approbauit Abb. in c. quod tranſla-
tionem, de offic. delegat. & in dicto capitulo. maiores, de ba
ptiſm. Cardina. Alexandrin. in locis ſuperi memoratis, &
alii, quos infra in tertio membro referre conſtituit. Iam pro
miſſi ordinis ratio poſtulat, ut ea, quæ ad ſecundum mem-
brum attinent perſcrutemur, videlicet, quando decreta ab
anteactis conciliis edita ſunt ſuper ea ſit ne poteſtas pontifi-
74 cia, vel contra. † Breuiter ex mente ſcriptorum omnium re-
gula ſit. pontificem Maximum concilii conſtitutionibus ſu
periorem eſſe, ut ait. tex. in cap. cuncta per mundum. 9. q. 3.
iccirco ſemper ab eis auctoritas pontificis excepta eſſe intel
ligitur c. ſignificaſti, de elect. immo concilia a pontifice ma
ximo auctoritatem nanciſcunt. d. c. ſignificaſti, & c. dudum,
3. q. 6. & §. hinc ēt, 17. diſtin. Itaque merito papa maior eſt, qa
75 princeps ſua facit omnia, quibus ſuam impertitur auctori-
tem. l. 1. §. omnia. C. de uet. iur. enuc. ſi enim pontifex illis eſ-
ſentiam & poteſtatem tribuit, ut legitur in c. ſancta, in fine.
princ. 15. diſt. & ut ſupra late fuit oſtenſum, utique eis maior
76 eſt. †Hinc videmus, totius eccleſiæ appellationes ad pontifi-
cem maximum eſſe deferendas. ut ait tex. nota. in capit. ipſi
ſunt, nona quæſt. tertia. Clarum autem eſt concilium, vni-
77 uerſalis eccleſię præſentiam atque imaginem exhibere, †ap
pel-

pellationem porro de minori ad maiorem fieri debere, a le
gibus conſtitutum eſſe. †Adiicitur in eodem text. a ſenten-
78 tia papæ nunquam prorſus appellari poſſe, † quod quidem
verbum, prorſus, animaduertendum eſt. Nec obſtat illud
79 †quod extorquetur ab epiſtola B. Auguſtini ad Glorio. Gela
ſium, & Felicem grammaticum, qui aduerſus Donatum, &
quoſdam alios calumniantes ſententiam a Melchiade pa-
pa, cum nonnullis epiſcopis promulgatam, in qua Cecilia-
num in epiſcopatu ſuo cōfirmarunt, ait. Ecce putemus illos
epiſcopos, qui Romæ iudicarunt, non bonos iudices fuiſſe,
reſtat adhuc plenarium vniuerſalis eccleſiæ concilium, vbi
etiam cum ipſis iudicibus cauſa poſſet agitari, & ſi male iu-
dicaſſe conuincti eſſent, eorum fines ſoluerentur. Ex quibus
uerbis argumentum colligunt aduerſantes, ſententiam la-
tam per papam poſſe a concilio reuocari, atque ideo illud eſ
ſe maius tribunal. Reſpondeo eam non fuiſſe B. Auguſtini
intentionem, qui tam in epiſtola ipſa, quam in libro de vni
co baptiſmo, profitetur in Romana eccleſia uigere apoſtoli
cæ cathedræ principatum, id quod verum nōn eſſet, ſi alia
maior poteſtas inueniretur. hunc eundem papæ primatum
extollit idem Aug. in ſer. inc. Fortis, & in alijs locis q ỹ. opor
tune citabunt. Dicimus igitur, verba illa. Reſtat adhuc plena
riū & reliqua, nō rōne maioris ptātis eſſe ītelligēda ſed rōne
plenioris examinis, qđ nonnunq̄ concedi ſolet ad ꝯuincen-
dam pertinaciam eorum, qui malam cauſam fouēt vt in re
propoſita ſenſit Auguſtinus, dicens in locis præmemoratis,
ſed iam tamen quaſi haberent quod dicerēt, malos iudices
eſſe perpeſſos, quæ uox eſt omnium malorum litigatorum,
cum fuerint etiam manifeſtiſſima veritate ſuperati. Hæc il-
le. Quod vero dicitur, ſententiam, ſi recte iudicatum nō fue
rit, poſſe a concilio retractari, non ſunt verba Auguſtini eo
ſenſu accipienda, ut propterea iudicium concilii, Romanæ
ſedis ſententiæ præferatur, in qua vt prædiximus, expreſſe
fatetur poſitum eſſe totius eccleſie principatum, ſed id totū
fieri auctoritate Romani Antiſtitis, cui melius in concilio,
veritas iunoteſcat, in quo tot ac tātorum patrum ſententiæ
audiuntur, argumento. cap. prudentiam de offi. deleg. & ita
80 fieri poſſe docuit tex. in c. ſententiam. 35. q. 9. †Non enim in-
cogniti iuris eſt appellationem admitti, a principe male in-
formato, ut verbis utar iuris interpretū, ad pricipē melius in
formandum, ut hr̄ per Bal. in l. fin. C. de relat. & Io. de Neui-
za. in conſi. 12. inter, conſ. Alberti bruni. uerſi. quarta princi-
palis. Sed appellari poſſe a papa ad concilium, tanquam ad
maius tribunal, haud licet. c. ipſi ſunt. 9. q. 3. ubi habetur. Ipſi
ſunt Canones, qui appellationes totius eccleſię ad huius ſan
ctæ ſedis examē voluerunt deferri, ab ipſa nuſquam prorſus
appellare debere ſanxerunt, & ratio eſt, quia alioqui ſeque-
retur, ſupremam poteſtatem nō eſſe in papa, contra id quod
fuit diffinitum a Martino. V. in concilio conſtantienſi. & de-
claratum in concilio Florentino. & contra ea quæ plene in
81 prima parte deduximus, †Præterea cum unum & idem Chri
ſti, & papæ cenſeatur eſſe triaunal, ut docuit Hoſt. in c. quar
to, de conſuet. ſequeretur aliud in terris eſſet tribunal, quod-
maioris eſſet auctoritatis tribunali ipſius Chriſti, quod eſt ab
82 ſurdum, †Accedant ad hæc non nulla conciliorum decreta
quorum meminit Io. de Turr. crem. in 3. lib. ſuæ ſummæ. cap.
47. cum ſeq. & ne tempus conteramus extat bulla Pij II. Ro
mani pontificis, qua cautum eſt, in hæreſis crimen incidere
83 eum qui a papa ad cōcilium appellare audeat, & papam † ſu
pra omnia concilia poteſtatem habere confirmat Glo. not.
& ibi Gremin. in capit. ubi periculum, in verbo concilio, de
electio. in ſexto huic ſententiæ deſeruit. Glo. not. & ab om-
nibus approbata in cap. 3. de cler. excommuni. min. quæ ait,
excommunicatum non poſſe a ſynodo diſpenſari, idque eſ-
ſe ſoli pontifi. Maximo, reſeruatum. quam Gloſ. pro ultima
concluſione Monarchiæ papæ attulit Pet. de monte in ſuo li
bro. quod ea ratione confirmatur, ſcilicet, concilia geſtorū
ſuorum confirmationem a Romanis pontificibus petere cō
ſueuiſſe, ut in pręcedentibus tractatū eſt. Quare non dubiū
eſt, eos eſſe ipſis concilijs ſuperiores, ſi quidem confirmatio a
ſuperiore peti ſolet, teſte Bald. in l. fi. C. de legi. & fol. in c. pri
84 mo de treg. & pa. †Ab hac autem regula duo caſus tantum-
modo a ſapientib. excipiuntur, ſcilicet caſus fidei, & caſus in
quo de vniuerſali eccleſiæ ſtatu agatur, de primo text. eſt in
capitulo ſicut, 15. diſtinct. & in capitu. Anaſtaſius 19. diſtin-
ctio. & ita Gloſam ibi procedere aiunt ſcribentes omnes, de
ſecundo caſu eſt Glo. in cap. propoſuit, de conceſ. præbend.
pro qua facit tex. in capitulo. quæ ad perpetuam, & cap. ſunt
quidam, & capitulo contra, 25. quæſt. prima. nec non & mul
ta alia, quæ in hac materia ac per alios multos, qui variis,
85 in locis ea de re, quid ſentirent, ſcriptum reliquere. † Et
quamuis id, quod de pertinentibus, ad uniuerſalem ec-
cleſiæ ſtatum diximus, redargui poſſet ex his, quæ docuit Ar

chidia. in c. porro, 66. diſtin. vbi ait, a pontifice Maximo, for-
mam ſacramentorum ab Apoſtolis traditam, immutari poſ
86 ſe, † Quod quidem ad vniuerſalem eccleſiæ ſtatuū pertinere
haud obſcurum puto, tū id ēt concedęndo, & quamuis in his
duobus caſibus pontifex ſupra concilium imperium nō ha-
beret, non ſequitur propterea quicquam ob id detrahi ponti
ficiæ poteſtati, quæ in illis conciliis, tanquam caput in mem-
bris, & tanquam Rex in regno inerat, ac veluti Sol inter mi-
nora ſidera corruſcabat, nam vbi concilia memorantur, de
veris atque integris conciliis intelligimus, quæ non niſi auto
ritatem præbente, capite, id eſt, pontificia poteſtate, congre-
87 gantur, ut ſuperius dictum eſt, & ỹ. ēt demonſtrabitur. †Qua-
re cum totum concilium tanquam corpus vnum cenſeatur,
dici nō poteſt, idem ſeipſo maius, aut minus eſſe. argum. l. eū
qui ędes, ff. de vſuc. & ſi in eodē corpore maioritas daretur,
proculdubio caput cęteris membris præſtantius eſſe ab om-
nibus iudicaretur, hinc enim ſcriptum eſt, non licere a capi
te membra diſcedere, ſed ſequi ipſum debere. c. non decet,
88 12. diſt. † & a capite naturali ad papam totius eccleſiæ caput
validum eſſe argumentum, ait Ioan. de Lign. in tract. de cen
ſura eccleſiaſtica. §. quarto. Et hoc modo in prædictis etiam
89 ſenſerunt alii plures. † Hinc etiam ſi ſuper intelligentia eo-
rum, quæ a conciliis ſancita ſunt, ambigeretur, a ſede apoſto
90 lica vtpote a capite interpretatio eſt requirenda. cap. nec li-
cuit, 12. diſtin. †Verum dicet aliquis fortaſſe, cur ſic a ſanctis
patribus ſpecialiter traditum eſt, decreta concilii in his, quæ
ad fidem & communem viuendi modum, pertinent, com-
mutari non poſſe? Is ſciat id optima quidem ratione, & non
ſine Dei numine cōſtitutum eſſe, ne ſcilicet, ut Gelaſius ait,
prauis occaſio præberetur, quę medicinaliter ſtatuta fuere,
pulſandi. Hęc ille in c. maiores, 24. q. 1. ubi ait, hoc maiores di
uino ſuggerente ſpiritu decreuiſſe, aliter enim nullus certus
in fide noſtra viuēdi modus, nullum ſtabile fundamentum
reperiretur, ſi ea quæ ad fidem attinent, ſubuerti poſſent, ſic
enim fides noſtra non vna eſſet, contra illud Apoſtoli ad Co
91 rint, 1. †Idipſum dicatis omnes, &c. Et primę ad Thimo. c. 3.
Eccleſia eſt firmamentum & col. ueritatis. Et hoc modo ec-
cleſia ſuper immobilis & inconcuſſę petrę ſoliditate funda-
ta dici non poſſet, cōtra illud Euangelii. Et ſuper hanc petrā
ędificabo eccleſiam meam & cōtra tex. in c. ita dominus, 19.
diſt. ibi, Hanc petrę iſtius ſanctiſſimam firmitatem. Sed ut ꝓ-
xime demonſtratum eſt, nihil ob id pontificię detrahitur au
92 toritati, quę in illis conciliis tanquam caput inerat. †Et hoc
ex eo ēt planius fit, ꝙ eodem iure, neque ipſi concilio, prędi-
cta fidei decreta mutare licitum eſſet, ut ait text. in d. c. ma-
iores, eadem enim in utroque caſu ratio eſt, & tamē propte-
rea nemo dicere auderet, anteacta concilia maiorem futu-
83 ris poteſtatem habuiſſe, †cum ſemper eccleſia fuerit, & futu
ra ſit una, ſecundum illud Cantic. Vna eſt colūba mea, &c.
Quare hactenus minime probatum eſſe arbitror, cōcilium,
ullo in caſu, ſupra pontificem eſſe. Reliquum igitur eſt, ut ab
ſoluto hoc altero propoſitæ diſtinctionis membro, ad tertiū
94 noſtra traducatur oratio, †in quo diſcutiendum eſt, quid iu-
ris ſit quando congregata Synodo, a ſententia pontificis Ma
ximi, qui in concilio ſunt patres, diſſentiunt, & utra tum po
tior ac pręferenda ſit ſententia. Hic ut res iſta clarius habea-
tur, nonnulli ſeiunctim caſus ſunt conſiderandi. Quorū pri-
mus eſt, ſi quando forte pontificis uoluntati Diuinę traditio
nes obſtarent. Nam tunc pontificem nil poſſe ſatis explora-
95 tum eſt. c. ſunt quidam, 25. q. 1. †Non enim fas eſt ſtatuta ma-
iorum ab inferioribus ſubuerti. c. cum inferior, cum concor.
de maior. & obed. nec unquam alicui ampla adeo conden-
dę legis poteſtas conceſſa eſſe exiſtimatur, ut is contra con-
cedentis decreta ſtatuere poſſit, teſte Bal. in l. nulli, C. de ſen-
ten. cum aliis, quę per Dec. afferuntur in conſi. 538. col. pe. fa-
cit ad hanc rem illud Eſaię 10. nūquid gloriabitur ſecuris cō
tra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, qui
trahit eam? qua in re pontifici Maximo, non ſolum a cōcilio,
ſed a quocunque priuato, qui aut ueteris aut nouę legis auto
96 ritate mouētur reſiſti poſſet, †exemplo Pauli, qui reſtitit in fa-
ciem Petri, nō ambulantis in uia Euangelii ad Gal. 2. Hoc idē
97 & aduerſus uniuerſale concilium facere licitum eſſet, †exem
plo Hier. qui diuinę legis autoritate motus, contra concilium
affirmauit, raptam & raptorem uinculo matrimonii poſſe ꝯ-
98 iungi, ut uidere eſt in c. tria. & in c. placuit. 36. q. 2. †ſic etiā ubi
ſolitę rationes tantum adducerent, deberent amplecti, cum
enim in cōcilio Niceno ageretur de promulganda lege, qua
ſacerdotes prohiberentur dormire cum uxoribus, quas ante
conſecrationem duxerant, ſolus Pannutius firmis rationibus
patres omnes a ſententia reuocauit, ut habetur in c. Nicena.
99 31. diſtin. †tanta enim uis eſt rationis, ut perinde mouere debe
at animum iudicantis, ac ſi lex ſcripta adduceretur. ita docu-
it And. de Iſer. in proœ. feud. ad quem accedit Iaſ. in l. quotiens

C. de rei vendi. ubi teste Arist. inquit, legem querere quando
100 ratio naturalis est in promptu, mentis & intellectus imbecil
litatem arguit. & quanti ponderis sit ratio traditur per Fel. in
c. tua nos, de iureiu. & per Crauet. in cons. 31. nu. 5. Secundus
casus præcedenti similis est, quando scilicet iussus pontificis,
notorium ac manifestum contineret errorem, tunc enim q̃-
101 uis ipsum ob id damnari nõ posse docuerimus, nihilominus
in eiusmodi erratis cum pontificia carere potestate declara-
tum est, in c. manet, 24. q. 1. & in c. ipse ligandi, 11. q. 3. nam po
testas de genere bonorum est, & posse malum, non dicitur
posse. c. principium, de pœnit. dist. 2. & ista potestas secũdum
Apostolum in ædificationem, non in destructionem tradita
est, propterea pontifici pręcipienti, quæ scandalum afferunt,
& quæ sine dedecore ecclesiæ recipi non possunt, parendum
non esse, docuit Inno. in c. inquisitioni, de senten. excõ Ideo-
que non modo a patribus concilii, sed a priuatis quoq; homi
nibus reijcienda essent, quia, ut dixi, ad ea, quę euidenter ma
102 la sũt, nulla potestas extenditur. † Et aduertendũ est, nos sem
per de iis quæ nota sunt omnibus mala, loqui, cõtra id, quod
aduersus põtificem Maximum ab imperitis dici solitum est,
aiunt enim, pontificiam potestatem, vbi clauis erret, nullam
esse, ac deinde, quod ferri nullo modo debeat, ipsi ex libidine
sua, non ex ęquo iudicant, & errasse clauem prædicant, si q̃d
103 aduersus sua uota factũ vident, † nec intelligunt clauem erra
re dici non posse, nisi tum demum cũ error adeo apertus est,
vt nulla ratione defendi possit. c. sunt quidam. 25. q. 1. & ita, si
104 recte inspiciatur, locutus est Inno. Cęterum cũ res dubia est,
summus pontifex iuris interpretatione non censetur errare.
c. non nos, 40. distin. vbi de pontifice ita notanter scriptũ est,
Quis enim sanctum dubitet, quem apex tantæ dignitatis at-
tollit? Idem habetur in libro Ennodii, superius memorato.
105 † Huic decisioni optime seruit elegans Iurisconsulti senten
tia in l. liberto. ff. de ob seq. lib. cum ait. Filio, ac liberto. sem-
per honestam ac sanctam personam patris & patroni uideri
106 debere. Facit tex. in c. non turbatur, 24. q. 1. † ubi ait, non tur-
bari nauem, in qua est Petrus, qui ecclesiæ firmamentum est.
Idem enim & de successoribus Petri proculdubio intelligẽ-
dum est, ut prędiximus, Licet igit in iis, quæ aperte mala es-
se noscuntur, pontificia nõ vigeat autoritas, propterea tamẽ
dici non potest, concilium maiorem ipso pontifice potesta-
tem habere, nam idem esset etiam si concilium erraret, ut su
107 perius Hieronymi exemplum afferentes diximus. † Concilia
enim quandoq; errasse non ignotũ est, ut refert Card. Alex.
in c. Anastasius, in fi. 19. dist. non tamen in iis, quę ad fidem p̃
tinent. Non igitur sic recte colligas, põtifex in illis casibus li-
gandi potestate non fungitur, neque ei parendum est, Ergo il
le, qui ei non paret maiorem ipso autoritatem habet, nã pri-
uatus, ut prędictum est, ei parere non debet. & tamẽ nullam
ipse potestatem habet. Tertius casus est, in quo discutiẽda est
108 proposita difficultas, † an scilicet in decidendis ecclesię quæ
stionibus papę opinio, patrum sententiæ pręferatur, uel con
tra. Itaque ut facilior fiat huius ambiguitatis intellectus, sic
distinguas censeo, ut diligenter perspicias de iis ne agatur, q̃
ad fidem & communis uitę normam non pertinent, an de
iis, quę pertinent. Primo casu arbitror, pontificis senten-
109 tiam proculdubio potiorem esse, † Nam si pontifex Maxi-
mus potest ea tollere quando iam ab anteactis conciliis de-
cisa fuere, ut superius in secundo distinctionis membro fuit
ostensum, ergo multo magis, ne a patribus decidantur, face-
re poterit, † tum quia difficilius, quę iam constituta sunt de-
struuntur, quam ne fiant impediuntur, teste Iureconsulto in
l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui uel alie. iur. tum etiam
quia in illis conciliis etiam pontificia inerat autoritas, hic au
110 tem non, ergo, &c. Arguẽdo de maiori ad minus, † Quinimo
crediderim patres nullã iurisdicẽdi autoritatem habere, nisi
111 pontificia potestate muniantur, a quo concilum accipit au-
ctoritatem cap. significasti, de elect. c. ubi periculum, cũ gl.
in verbo, concilio, eodem titu. in 6. Egid. Bellam. in cons. 96.
in 16. quęst. cum multis, quæ per Card. Alex. adducuutur, in
d. cap. Anastasius, vbi ait, unico verbo ad leges, quę omnem
concilio tribuunt potestatem responderi posse, eas videlicet
intelligendas esse, quando pontificia potestas, quæ concilii,
caput est, in eo in concreto consideratur vel quando post-
112 modũ concilii gesta a pontifice Maximo approbantur, † Nã
principaliter cõciliorum potestas in papa cõsistit c. 1. & p̃ totũ
17. distinct. & conciliorum decreta pontifici ascribuntur. ca
pitu. si quis dogmata, xxv. quæst. 2. facit: chi qui, de præbend.
113 in 6. vt late supra in prima parte probauimus. Ad quę acce-
dit, idem non obscure sensisse Archidiaconum in capit. por
ro, lxvj. distinctione. dum, ait papam sacramentorum for-
mam etiam ab Apostolis traditam mutare posse, vel papa
mortuo id & concilium posse, cum enim dicat id papa mor
tuo euenire. sentit aliter se rem habere ipso viuente ac con-
tradicente, certe nulla alia fuit Archidiaconi mens, nisi q̃d
pontifice viuente, cum ipse ecclesiæ caput existat, sine ipsius
114 auctoritate concilium ius dicere non possit, † eo autem mor
tuo concilium ecclesiæ caput existit, secundum Glo. in cle.
ne Romani, de electio. idque tradit Card. Alexan. in d. capit.
Anastasius, merito enim cum ad concilium deuoluta sit põ
115 tificia potestas, eiusdem potestatis ui, id facere potest. † idem
esset etiam deposito pontifice, vel quando in vrgentib. ec-
clesiæ negotiis, ob incuriam summi pontificis, auctoritas
eius ad concilium recideret. Nam his casibus tunc conciliũ
potest, quia in eo pontificia inest potestas, ut in fine eius quæ
stionis aperiemus. † Sed patribus sine pontificia potestate ius
116 dicere non licere, ex predictis satis arbitror liquere, ergo pa
pe sententia pręferenda est. ad hoc illud etiã facit quod (ut
superius late visum est) ipsiusmet causæ ob supremam, quæ
in eo est, potestatem, ipsi uni in hoc seculo reseruantur, mo-
do ne a fide declinet, tunc enim pontifex esse desinit. Quan-
to ergo magis aliorum causę ad eundem sunt referendæ. Si
vero loquimur de iis, quæ ad fidem pertinent, tunc, quia hoc
opus hic labor est, rei difficultatem, quam fieri potest diligẽ
tissime, examinandam esse censeo. In primis igitur ex men-
te Abb. Cardin. Alexan. in dicto capitulo Anastasius, ait, Si
in negotio fidei papa melioribus rationibus moueretur, tũc
ipsius sententiam potiorem esse. In casu autem dubio inquit
Cardi. patrum opinionem ut pote meliorem anteponen-
dam esse, & papam aliter sentientem tanquam hæreticum
damnari posse. Ego autem optimis rationibus subnixus af-
firmare ausim, hanc hominum alioqui eruditorum, opinio
117 nem nemini merito placere posse, † Nam fides nostra vna
est, teste Apostolo ad Ephes. quarto & capitulo primo §.
vna. de Summa trinitate, & unica est veritas, ut ex prædi-
ctis apparet. Aut igitur uoluntij, sententiam patrum esse
præferendam, quia quod ipsi vnanimiter sentiunt, id di-
catur veritate munitum, aut id præsumi, & sic casum du-
118 bium adhuc remanere, † quia præsumptio locum non ha-
bet nisi in casu dubio. ut notum est, Si uerum esse autumãt,
quod a patribus declaratur, quomodo dici potest papæ sen-
tentiã præferri, quando melioribus rationibus roborata est,
nã omne, quod a veritate deflectit, falsum est, & vt ait Apo-
stolus, omne quod non est ex fide, peccatum est. Quare si q̃d
a patribus profertur, veritas est, illud sequitur, vt id oẽ, quod
ab eorum sententia discrepat, falsitas sit. Qua. n. authoritate
dicerentur, patrum sñiam veritatem habere, ab ipsis pronũ
niat, eadem authoritate dicendum foret, rones pontificis,
a concilio utpote non bonæ reiiciuntur, veritate carere. Pre
supponimus enim concilium congregatum esse, & senten-
tias sibi inuicem repugnare, aliter si negocium fidei iam de-
cisum fuisset, id amplius retractari non posset, per d. c. maio-
res. 24. quæst. 1. præterea quis esset iudex, an papa melioribus
119 quam patres rationibus moueatur, ergo, &c. † Aut enim
dubium esse sentiunt, sed pro opinione patrum præsu-
mendum esse, per capitulum prudentiam, de officio dele-
gat. & tunc dico, papam damnari non posse, nisi pro hæresi
uera, & de qua non sit dubium, quin sit heresis, ut ipsemet
Card. Alexand. ait in c. si papa, 40. distin. & hoc regulare est,
nam in dubio reos non esse damnandos apud Iureconsul-
tos traditum est. l. absentem, ff. de pœn. quod de pontifice præ
sertim dicendum est, qui errare non existimatur, secundum
120 c. non nos, 40. distin. † Quicquid sit Card. Alex. in d. c. Anasta
sius, ait in negotio fidei, patrum opinionem potiorẽ esse, idẽ
voluit & in c. 1. & in c. ... animo sim, ut arbitrer uix unquam hoc posse euẽire, si tamẽ
accideret, & pontificem, & patres in sua opinione pertinaces
esse. puto contrariam prædictæ sententiam magnis rationi-
bus & autoritatibus defendi posse. Quinetiam si aduersantes
haberet, non tamen sequitur concilium maiorem ipso pon-
tifice potestatem habere. Ad primum moueo, qui in pri-
mo distinctionis membro clare fuit ostensum, soli pontifi-
ci, per illa uerba, Quodcunque ligaueris, etiam decidendæ q̃
stionis fidei iurisdictio tradita fuit, & præsertim negotium
fidei, in illis verbis, vt ibi diximus, continetur, ergo solus po-
terit id iudicare, & ei parendum erit. Et si aduersantes distin-
guunt an concilium sit congregatum necne, dico distinctio
121 nem hanc iure non probari, & pontificiam potestatem, quæ
nec distincta, nec angustata vnquam fuit, nec distinguen-
dam, nec restringendam esse, vt docuit textus in capitulo
solitæ de maior. & obedient. Et in extrauag. vnam sanctam.
eodem titu. & glos. not. in clem. ad nostrum. de hæret. Idque
122 testatus est Bal. in procem. decretal. dicens, in pontifice to-
tam esse monarchiam spiritualem, & ipsius potestatem ab
123 omni regula, quæ coarctet, absolutam esse. † Præterea quan-
do plura in uno sermone coniunguntur, & ab eodem uerbo
reguntur, ea omnia dicuntur eiusdem esse qualitatis. argu. l.
unic.

unic. versic. hoc ita tam uarie. C. de cadu. toll. Sed hoc modo
omnium iudicandorum potestas Petro tributa est, per illa
vniuersalia & amplissima uerba. Quodcunque ligaueris. Er-
go quemadmodum Pontifex, ob illam potestatem, alia ne-
gotia etiam cõtradicente concilio iudicare potest, nec sine
pontificia potestate patres id possunt, vt nuper dictum est, ita
ob eandem ptãtem etiam negotium fidei decidere poterit,
vt omnia pariformi ratione censeantur. secundum l. iã hoc
124 iure, ff. de vul. & pup. intelligo semper dummodo sum. ponti
fex aperte contra dogmata fidei nõ loquatur, nã tunc hære-
ticus esset. c. sunt quidã, 25. q. 1. loquimur. n. in dubio qñ inter
pretanda est scriptura, & pontificis interpretatio non est con
tra euangelica documenta, sicut erat interpretatio Arrij, Vi
delicet patrem esse maiorẽ filio, quę repugnabat uerbo dñi,
Ego & pater vnum sumus. Io. 10. quod habetur in c. quidam,
ver. Arrian.. 24. q. 3. Insuper hoc concludenti ratione cõpro-
batur, nam aut negas solum pontificem negotia fidei indi-
care posse, aut non. Si id negas, contra expressas constitutio-
nes & cõtra sanctorum dogmata loqueris, quorum s̃. memi
nimus. Si vero id concedis, tum sequitur, quod cum possit so
lus pontifex & nolit sine concilio iudicare illa Synodi coa-
ctio, quæ pro decidenda illa qõne fit, ad libitum pontificis
125 est, cum nulla cogente necessitate eam conuocet. Sed in casi
bus, in quib. pro libito pontificis Synodus congregatur, pon
tifex absolutam habet potestatem, ut per Card. Alex. in c. 1.
col. 4. 15. dist. Idq; omnes hac de re scribentes consentiunt.
126 Non. n. potest pontifex Maximus diminuere pontificiam po
testatem. neque obligare se, ne possit ea, quæ pontificiæ di-
gnitati tradita sunt, nam cum amplitudo huius potestatis a
Deo actoritatem sumpserit, non potest humana pontificis
uoluntas, eam ullo modo mutare. ob hanc enim rationem
scriptores, quos non multo superius citauimus, uno ore affir
127 mant, papam se concilio subiicere nõ posse. Quinimo dico,
papam etiam accedente iuro & voto se astringere nõ posse,
quin ea possit, quæ a Deo pontificiæ tradita sunt potestati,
ut late tradidit Alex. in consi, 224. in 6. vol. & Barb. in cõsi. 1.
vol. 1. Qui ambo ita in facti contingentia, Pauli 11. temporib.
128 responderunt, dum enim Cardinales pro eligendo pontifi-
ce in conclaui essent, omnes iurisiurãdi religione se obstrin
xerunt, ut qui eorum pontifex esset, nisi fratrum accedente
consensu, neque Cardinales creare, neque bona ecclesiæ in
feudum posset concedere, Prędicti autem iurisconsulti cele
berrimi, Paulo 11. ad pontificatum assumpto, consuluere,
eum hæc peragere posse, iuri religione non violata. Aiunt
enim talia iuramenta uotaque irrita esse, quia amplitudini
pontificiæ repugnant, & consequenter pontifici hæc agere
licere, perinde ac si nullo iuro se obligasset. Ad rem faciunt q̃
per Fel in. & alios habentur in c. si diligenti, de fo. comp. In-
129 quiunt enim, clericum priuilegio fori renunciare non posse
quia priuilegium de iure diuino est. Quare ita in proposito
casu dicẽdum videtur. Nam si pontificiæ potestati a Deo tra
ditum est, vt emergentes fidei quæstiones decidere possit. Er
go nõ potest pontifex per cõgregationem Synodi, quæ spon
te ab eo fit, se obligare, qñ eodẽ mõ solus possit, quo & ante,
actum hunc uoluntarium, solus id poterat. Cæterum posset
voluntas pontificis facere, ne pontificiæ liceat potestati, q̃d
ipsi datum a Deo est contra prædicta. Intelligo dummodo,
ut sępe iam dixi, pontifex aperte contra dogmata fidei nõ lo
quatur, per c. sunt quidam, 25. q. 1. hæc eadem ratio locum ẽt
haberet, quando iam congregata Synodo aliqua fidei quæ-
130 stio nasceretur. † Non enim pontifici Maximo licitum est,
in pontificia iurisdictione sibi cõsortes adhibere, ut per Car.
Alex. in c. inferior, 21. dist. & huius dicti ratio esse potest, quia
pontifex Maximus, qui Dei vices gerit in terris, nõ potest si
bi pares, & multominus superiores constituere, quia secun-
dum Arist. stantib. terminis discretiuis, nullum inferius po-
test esse id quod superius. nec participare. Hæc sunt aurea
verba Baldi de Imperatore loquente. in prælūdijs feud. uers.
expedita definitione, quæ extolluntur a Cur. in consil. 64. &
hoc satis clare apparebit ex autoritatibus, quæ inferius cita-
buntur. Præterea in multa alioqui absurda incideremus.
Nam si patrum sententia præferenda esset, sequeretur idem
esse, etiam si non omnes unanimiter in eandem sentẽtiam
131 adducerentur, † sed eorum maior pars, (quia in uniuersitati-
bus quod a maiori parte fit, censetur ab omnibus approba-
tum l. quod maior. ff. ad municip.) & est tex. not. in l. si quod
extraordinariũ, C. de legatio. lib. 10. vbi hæc habentur, atque
id, quod maioris partis probauerit assensus, solemnis firmet
auctoritas, & tunc sequeretur, ab unius minimi prælati suf-
fragio, quod supra dimidiam partem suffragiorum esset, fi-
dei nostræ ueritatem dependere posse. Quod est contra text
in c. hæc est fides. & in c. quotiens, 23. q. 1. & contra cap. maio-
res, de bapt. & contra innumeras constitutiones, quarũ supra
meminimus in quibus continetur, hoc præcipuum esse mu
132 nus Romani pontificis. Si vero volumus dicere etiam minõ
rem suffragiorum partem, cum qua pontifex sentiat, præfer-
ri. Vt male sensit Roman. in consilio 366. in fin. Tunc quæ-
ram, vbi & quo iure prætereа sequeretur, plus posse pontifi-
cem, cui quatuor vel quinque prælati accederẽt, quam alios
omnes patres, quod utique ridiculum merito videri posset,
si negemus solũ pontificem id posse quod cum quinque uel
sex patrum consensu possit, cum tot suffragia fere nunquam
pontifici Maximo, a quo creantur, deesse possint, neque ue-
ro debet pontifici per indirectum, licere, quod ei directo pro
hibetur, capitulo cum quid, de regulis iuris in sexto. Si ue-
ro diceretur, hæc non habere locum nisi quando suffragia
essent paria vel quasi paria, respondeo, ad mille distinctio-
nes & subdistinctiones hoc modo deueniri, quæ a iure non
133 probantur, erubescimus autem cum sine lege loquimur l.
illam. C. de collati. Sed pontifex Maximus fundatam atque
inconcussam habet intentionem suam. cum ei dictum sit,
Quodcumque ligaueris, ubi nihil prorsus fuit exceptum ca-
pitulo solitæ. de maio. & obed. Qui vult hanc intra certos li-
mites coercere potestatem, doceat qua auctoritate id faciat.
134 † Vbi enim limites non præfigit lex, ne nobis quidem id face
re permittitur, l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præstan. propterea
Beat. Thom. 2. 2. q. 1. art. 10. concludit, ut diuersitas opinionũ
tollatur, necesse esse, ut in q. fidei, solus pontifex Maximus,
iudex sit supremus. Præterea si patribus hæc iudicandi pote-
stas concederetur, hoc modo omnes pontifici Maximo es-
sent æquales, quod plurimis constitutionibus contrarium
est, in quibus legimus pontificem esse summum, esse maxi-
mum, esse aliorum caput, & principem, vt videre est in mul
tis cociliorum decretis, quæ superius memorauimus, & in c.
solitæ, de maior. & obed. in prin. in c. si Petrus, 8. q. 1. in c. cum
Beatiss. 24. q. 1. in c. puto, 2. q. 7. & in c. Petrus, ead. cau. & quæs.
135 † Hoc idem legimus apud sextum concilium Constantino-
politanum actione 18. a quo Papa nũcupatur pater patrum,
summus papa, & apostolicæ summitatis antistes. Verum is
principatu spoliatur, cui alij exæquantur. Quod si quis tene
ret, papam omnibus non præesse, hæreticus esset, ut habetur
in text. in c. 1. 22. dist. & glo. in cle. ad nostrum, de hær. Vbi scri
ptum est, hunc peccare contra illum articulum, unam san-
ctam. Hoc ipsum & Hieronym. & cæteri doctissimi pariter
136 ac sanctissimi patres, quorum superius memini, docuere. Idẽ
expresse sensit Bal. in Barbarius, ff. de offi. præt. in ff. ubi ait pa
pam in spiritualib. esse omnia & sup oĩa, idq; etiã constitutũ
est in sæpe citata Extrauag. unam sanctam. de maior. & obe.
Huic opinioni, quæ his rationibus subnixa est, non desunt
magnæ auctoritates si recte considerentur. Nam pro ea est
Glo. in c. quodcunque. 24. q. 1, quæ mouit difficultatem hanc
uidelicet, quænã sñia p̃feratur, totius ne ecclesiæ, an ecclesiæ
Romanæ. & sic pontificis, vt superius declaraui. ea denique
Glo. adductis pro utraque parte argumentis concludit, pon-
tificis sententiam esse præferendam, citat capitulũ hæc est fi
des qui text. de solo pontifice, & de quæstione fidei loquitur
137 † ergo ita & glossæ decisio intelligenda est, per not. per Bart.
in l. non solum, §. liberationis. ff. de liber. legat. vbi ait, sem-
per doctoris uerba secundum leges adductas intelligenda es
se. Hoc idem expresse sentit etiam Archid. in c. Anastasius,
in fi. 19. distinctio. vbi hac quæstione mota in negotio fidei,
& argumentis pro utraque parte factis, decidit sequendam
esse glo. in d. c. quodcunque, quæ, ut dixi, ad fauorem Ponti-
ficis sententiam protulit. & Arch. pręcise in negotio fidei lo-
138 quitur, † Demum pro hac eadem conclusione, est Glos. in c.
in istis, 4. distinctio. quę ait, in condendis statutis semper prę
ferendam esse pontificis sententiam Episcoporum senten-
tiæ, nisi contra fidem loquatur, citat. capitulũ sunt quidam,
25. quæst. 1. qui tex. loquitur de pertinentibus ad fidem, ut ibi
139 glo. declarat, & glo. in c. sequent. & ibi declaratur, † tunc de-
mum pontificem loqui contra fidem. quum contra euange-
lica documenta, uel id quod aperte & diffinitiue iudicatum
est, loqueretur, sentiens longe aliter sentiendum, quando
contra ea non statueret aperte. Sed nos præsupponimus pa-
pam hoc modo non errare, ergo eius sententia præfertur,
per Glos. illam, quæ deber intelligi etiam in negotio fidei,
cum citet d. c. sunt quidam, quod de fide tante loquitur, ut
dixi. Et ita Dom. de S. Gemi. in d. c. in istis, testatur doc. in hac
sñia residere. Accedit quia principaliter pro fide petri oratũ
fuit, & ei a Christo dictum fuisse nouimus, confirma fratres
tuos, Luc. 22. & sic Petri est alios confirmare, non autem ab
alijs in fide confirmari, quæ uerba in capitulo maiores, de
baptis. adducuntur ad probandum pontificis potestatem,
maxime in pertinentibus ad fidem. præcellere, quod etiam
sensit Augustinus ad Paulinum epist. 106. cuius meminit Al-
140 ciatus in epistola inter claras, C. de sum. tri. † pręterea põtifex
prin-

princeps est sacerdotum, & ad eum pertinet, quid unusquisque facere debeat, ostendere, ut ait B. Isido. quod repetitum est in c. cleros, 21. dist. ergo ipse alios docere debet, non autē ab alijs docendus est, quid circa fidem tenendum sit, ut Synodus Florentina declarauit, dicens, papam omniū Christianorum doct. existere. Idq; adeo late iam antea traditum est, vt vel plura afferre, vel eadem repetere superfluum videatur. Non ob. huic conclusioni illa vnica ratio, quæ ab aduersantibus affertur, videlicet patrum sententiam præualere, quia sanior & melior existimatur, cum a pluribus approbata sit. 141 † Nam orbis maior est vrbe. c. legimus, 93. dist. Rn̄deo. n. imprimis ꝯn̄tiam hac fallacem esse & inanem. Nam ēt populus maior est, quam sint pauci prudentes, qui ex illo populo deligantur, horū tn̄ prudētior quā totius populi existimatur es- 142 se sententia, teste Abb. in c. Osius, de elect. populus. n. docendus est, non sequēdus, uti traditur in l. decurionum. C. de pę. 143 & in c. docendus, 62. dist. & in c. miramur, 61. dist. † Quare nō ita simpliciter verum est, multorum sententiam, vnius, qui ex multis fuerit delectus, iudicio præualere, & præsertim qn̄ ei ob præcellentem dignitatē, quæ in eo est, Spiritus sanctus assistit, cum. n. Christus pro Petro potissimum preces ad patrem effuderit, ne eius fides vnquam deficeret Luc. 22. & ꝓ- 144 pterea ēt eidem mādarit, ut fratres suos in fide firmaret, † nil mirum est, si illius sedis iudiciū in ijs, quę ad fidem pertinēt, infallibile est, atque ideo cæteris omnib. præferendū, ut apertissime sensit Hieron. ad Damasum, & relatum est in c. hæc est fides, 24. q. 1. idem habetur in c. maiores, de bapt. & alibi sępe. itaq; rō illa, quæ contra nos affertur, facillime confutatˀ, quam reprobauit ēt gl. in d. c. quodcūque, ubi ea reiecta, decidit papæ sententiam pręualere per tex. in d. c. hæc est fides, eandem obiectionem in negotio fidei adduxit Archid. in d. c. Anastasius, subiungēs, graue ac periculosum videri, si fides nostra unius solius arbitrio committeretur, & tamen, ea nō obstante, sequitur gl. in d. c. quodcunque, quæ, ut dixi, pro pōtifice sensit. eandem rationem citauit ēt gl. in c. in istis, 4. dis. & tandem, dummodo potifex non loquatur ꝯ fidem eo modo, ut habetur in c. sunt quidam 25. q. 1. ait, pontificis iudiciū omnium Episcoporum sentētiæ præualere. Quod confirmatur ex decreto Florentini concilij pręmemorato. Pręterea dicimus, nos non disputare quęnam sententia melior censeatur, sed quęnam potestas maior sit, & tum demum intelligo, cum papa manifeste non erraret in fide, prout iuris interpre- 145 tatione non censetur errare c. non nos, 40. dist. † Principis. n. uoluntas talis esse pręsumitur, qualis esse debet, ut per Bald. & Ias. in l. ex facto, ff. de vul. & pup. cum multis alijs scitu dignis, quę legimus in cons. Io. de Neuiz. 12. inter cons. Alberti Brun. id quod multo magis de summo Pontifice est concedendum, qui viuus fons iustitiæ nūcupatur, ut docuit Soc. in cons. 144. in 1. volu. Quare & si horum aut illorbm sententia melior existimatur. ideo tn̄ non sequitur, vt eius iudicis sententiæ sit pręferenda, qui illi iurisdictioni præest, arg. c. puto. 146 2. q. 7. Cum. n. potestas & prudentia differant specie, de vno ad aliud non recte sumitur argm̄, ēt si a maiori ad minus colligeretur, quod alioqui validissimum est in iure, ita traditū est in l. solemus, §. latrunculator, ff. de iud. tradit Dec. in l. nō debet, ff. de reg. iu. & in c. cum in cunctis, de elec. pręterea ista collectio, ubi maior est sapiētia ac ēt maior charitas, ibi quoque maior est auctoritas, saperet hęresim damnatorum hæreticorū qm̄ sequeretur solum apud Sanctos viros claues ecclesię residere, ut ait Io. de Tur cre. in 2. lib. summę, c. 85. facit text. not. in c. noua quædam. de pœn. & remis. ubi grarię sunt diuisę de vna ad aliam non recta fiet illatio, ut sentit B. Th. in q. de veritate. q. 12. art. 11. in resp. ad illud Mat. 11. Non surrexit maior Ioanne Baptista. Huc accedit, quod d. c. legimus. loquitur non de auctoritate potestatis, Sed de auctoritate 147 cōsuetudinis, † quę tanto maioris auctoritatis esse dicitur, quanto generalior est, & a pluribus obseruatur, teste Cardi. Alex. in d. c. sicut, in fi. & Caiet. in trac. de potest pa. & concil. c. 18. atque ideo, cum hęc dissimilia sint, illatio aliqua de vno ad aliud fieri non pōt. l. Papinianus exuli, ff. de minor. cum concoed. caput enim totius rei est videre, patres ne sine papa ligandi authoritate fungātur, an non? Et hic videmus pro Petri fide oratum fuisse, dictumque ei, ut fratres suos in fide firmaret, & non contra. uidemus omnibus Apostolis de fide interrogatis solum Petrum respondisse, Tu es Christus filius Dei uiui, videmus ei soli dictum fuisse, quodcūque ligaueris. Apostolis autem sine Petro nullam fuisse traditā potestatē, & cōplura alia possunt, animaduerti, quæ in prima parte copiosissime diximus. Ad quæ accedit, quod si dicemus † apo- 148 stolos parem cum Petro iurisdictionem accepisse, sequeretur, quot erant Apostoli, & fuerunt eorum successores, tot etiam capita ecclesiam habuisse, quæ cum corpus sit mysticū, utique monstrum efficeretur, quod citra hęresim dici non potest, per ea quę habentur in extrauag. Vnam sanctam, de maiorit. & obed. & in c. si duo, 79. distin. & in l. non sunt liberi. ff. de stat. homin. Vel si eos omnes non capita sed membra appellare volumus, contra Paulum loquimur eicētem. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? item sequeretur oues congregatas & in unū collectas, pastori non esse subiectas. Quod & ab euangelicis traditionib. & ab omni pro- 149 sus tatione abhorret. Proinde concludendum est, vt iam antea fecimus, ad solum Pontificem potestatis amplitudinem pertinere, alios vero in partem sollicitudinis tantum uocatos esse, vt ait etiam Beatus Bernardus in Episto. 238. quod confirmatur per text. in capitulo decreto cum capit. sequen. 2. quæst. 6. & in capit. ad honorem, de aut. & vsu pal. & in c. multum, 3. quæst. 6. Et qualiscunque sit aliorum potestas, ea tamen a Papa in illos ceu a capite in membra diffunditur, vt docuit te in c. ita Dominus. 19. di. Eiusdem sententiæ fuit Bernardus, qui ad Eugenium scribens, de pontificis & aliorum potestate, sic ait, Habent alij assignatos greges singuli singulos. sed huic, vniuersi sunt crediti, nec tantummodo ouium pastor, sed & princeps pastorum, &c. Quæ quidem sententia confirmatur per Pau. de Cast. in consi. 414. in facto præsenti in 1. uolum Ad hæc accedit glo. not & communiter approbata, & iam sæpe citata in c. 3. de cler. excommun. 150 min. quæ ait, † excommunicatum a tota Synodo dispensari non posse. Sed soli Pontifici reseruatum. Atque ita expedita est quæstio, Pontificem scilicet omnia sine alijs posse, alios vero sine Pontifice nihil posse, vt iam antea copiose probatum est, ad quod accedunt ea, quæ in libro de Cardinalatu 151 quæstio. 39. iam pridem attulimus. Neque obstat illud, † quo nonnunquam vtuntur hæretici, qui maior est vestrum sit minister. Marc. 9. Quasi quod ob id Christus in ecclesia sua neminem esse maiorem uoluerit. nam hoc potius contra eos est, si quidem Christus non modo primatum non vetat, sed immo illum præsupponit dicens, qui maior est, qualem autem, & quam modestum eum esse oporteat, qui cæteris præest, hoc ibi uerbo ita docuit, sicut alibi re ipsa, cum lauit pedes Apostolorum dicens, exemplum dedi uobis, &c. Quibus tamen quamprimum, non frustra æquidem dixisse voluit, Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum 152 etenim. Ioann. 13. † Nolo etiam insolutum prætermittere illud obiectum, quod nonnulli contra Pontificem asserunt, aiunt enim, vt & nos diximus, ecclesiam uniuersalem corporis imaginem exhibere, sed ipsius dicunt pontificem non esse caput, sed Christum, secundum Apostolum ad Coll. 1. & ad Ephes. 1. ipsumque solum esse caput asserunt, ne aliter corpus hoc, si duo haberet capita, monstrosum videatur. Respondemus, eos vel decipi, vel alios velle decipere, nam Chri- 153 stus & Papa unum duntaxat caput esse existimantur, vt declaratum est in extrauag. Vnam sanctam, de maio. & obed. & unum & idem tribunal constituunt, ut per Host. in c. quāto. de transl. prælat. cui accedit Barb. in Clemen. ne Romani. num. 32. de elect. † papa enim nomen capitis in ecclesia non meretur, nisi in quantum est Christi visibile instrumentum, & ipsius vices gerit in terris, quare quemadmodum Episcopi & eius Vicarij, unum & idem tribunal esse nouimus, non autem duo. cap. Romana, de ap. in 6. ita pariter illud idem de Christo ac summo pontifice concedamus, qui illius uices tenet. c. 1. ut eccl. ben. c. quanto, de trans. prælat. Aliter quænam esset hæc illius mystici corporis recta compages, si eius membra, qui fideles sunt, humana forent. visibilia & mortalia, caput vero supra humanum duntaxat inuisibile ac diuinum esset. Quodnam corpus vel magis difforme vel magis dissimile unquam intellectu posset concipi? quam hoc, qđ a Christo ipso, cuius perfecta sunt opera, miro quodam ordi- 154 ne compositum est. † Præterea cum proprium hominum sit dissentire l. item si unus. §. finali. ff. de arbit. atque ideo ex mēte beati Thomæ vnum in ecclesia Dei esse oportere diximus, cuius iudicio dubia orientia decidantur. Quæram an eo casu Christus, cum hic secundum eos nemo cæteris præsit, ad habenbum iudicium sit adeundus. Quamobrem, ut res facilius intelligatur cōsiderandum est, quod & si Christus ille idem & Deus, non solum ecclesiæ suæ caput sit, sed etiam omnium Dominus, secundum illud Hierem. 23. Cœ- 155 lum & rerram ego impleo. † Tamen cum ex hoc mundo esset cessurus, uoluit homines suæ potestatis esse participes & ab illis ea omnia, quæ ab eo in ecclesia, dum in humanis esset, gerebantur, officia exerceri posse. Idque triplici ratione ni fallor, primum quia eius clementiæ ac bonitati congruebat, ut hominibus, quorum amore ductus, propriæ uitæ non parcebat, suæ potestatis amplitudinem imper- 156 tiretur. Nam quanto quilibet melioribus præest, tanto maior ipse & honestior est, ut legitur §. nos igitur, in authentica de defensor. ciuitat. Vnde Hugo de Sancto Victore,

ctore, in prologo sui commenti, super Angelica hierarchia, sic ait, Ipse vero omnium conditor, cuius ineffabilis maiestas & indeficiēs uirtus, potēs erat sola gubernare, quæ creauerat sola, voluit rerum a se creatarum participes habere. & cooperatores, non vt ille eorum ministerio iuuarē, 157 sed vt ipsi potestatis eius cōsortio sublimes efficerentur, † Secundo quia hoc ipsius dignitati conueniebat, valde enim ad Dominantis decus attinet, dignos ac ꝑcellentes habere ministros, qui eius potestatem exerceant, ut de hoc est tex. singu. in cap. si ergo tantus. §. gubernatio populi 8. q. 1. quem tex. in re proposita multum extulit Cæpoll. in tractatu de Imperatore militum deligendo. §. Ratione diginitatis nu. 7. & de his Christi ministris ac eorum dignitate, illud scriptum putamus Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Tertio quia hoc humanę vtilitati expediebat, homo enim visibili cognitione ducitur, ac ei facile credit. Cum igitur Christi gloriæ indecorum esset, vt ipse ille, qui super cœlos corporaliter exaltari meruit, vt Psal. 8. Eleuata est magnificentia tua super cœlos, nobiscum semper visibiliter permaneret, conueniens inquam humanæ fuit vtilitati, vt cuncta mysteria, quæ ipse in ecclesia instituerat, ab hominibus administrarentur. Cur enim Christus Dominus, vt legitur Act. 9. cum Saulum increpuisset dicens, Saule Saule quid me persequeris? audissetque Saulus Iesum esse secum loquentem, ac stupens dixisset, Domine quid me vis facere? Cur inquam Saulum ipse non instruxit? Sed per Ananiam voluit instrui, visū recipere, & paptizari, & repleri spiritu sancto? Nimirum post ascensum in Cœlum, per homines, quibus homines facile credunt, agere omnia voluit, quos suæ potestatis sublimi consortio decorauit. Proinde sicut videmus, eum instituisse, vt homines prędicarent, peccata dimitterent, sacramenta cōferrent, & per sensibilia panis & vini accidentia, inuisibilem gratiam acciperent cap. sacrificium. de conse c. distinctione 2., ita pariter cōstantissime affirmādum est, eundem quoque voluisse, vt vnus homo esset in ecclesia sua, qui tanquam caput cæteris præesset, qui supremam ipsius potestatem visibiliter exerceret, qui suo arbitrio schismata & dissidentes hominum sententias definiret, & q denique traditionibus suis nos ad eum finem dirigeret, ad quem & Christum nasci, & eūdem mori voluisse nouimus. Cur enim Iesus vt legitur Act. 10. cum Angelum misisset ad Cornelium, vt eum in viam salutis dirigetet, adeundum esse Petrum præcepit, a quo necessariæ traditiones ad salutem acciperentur? dicente Angelo. Petrus tibi dicet quid te oporteat facere. Non ne ex ijs Christus dominus patefecit, cunctam recte viuendi normam & vera Christianę fidei dogmata, nō amplius, vt diximus, ab ipso iam super cœlos euecto, sed ab hominibus, & potissimum ab eo qui uices illius in terris agēs 158 cęteris pręest, esse semper accipienda? † Et ita residet Abb. in c. uenerabilem, de elect. dicens, Christus non fuisset diligens paterfamilias, nisi aliquem uice ipsius in terris dimisisset, q in occurrētibus causis posset ea omnia facere, quæ ipse Christus posset. citat Innoc. & Host. Ad prædictorum cōfirmationem animaduertendum est, Christum, cuius actio nostra est instructio, dum in humanis ageret, sublimem hanc potestatem Petro nunquam tradidisse, sed eam tantum promisisse per illa uerba. Et tibi dabo, &c. Quæ cū futuri temporis sint, solam pollicitationem important, testis est Abb. in cap. significasti, de elect. Cum uero in cœlum esset ascensurus, eam Petro exercēdam mandauit, dicens, Pasces oues meas, quæ uerba exercitium & laborem indicant, ut per Abb. in d. loco. Perinde ergo fuit ac si dixisset, nunc iam tempus est, ut promissā tibi exerceas potestatem. Ex ijs enim duobus simul consideratis conijcitur, tunc ideo Christum potestatem hanc promisisse tantum, non autē & dedisse, ne predictum corpus si duo capita in terris habuisset monstrum efficeretur, deinde uero quamuis nobiscum se fore pollicitus esset usque ad consummationem seculi, Matth. ult. † tamen huius supremæ potesta- 159 tis exercitium Petro iccirco mandauit, ne ecclesia, & sic corpus suum mysticum sine capite visibili, ac cæteris membris conformi, relinqueretur. Et hoc ex iis, quæ ab Inno. 1111. in concilio generali edita sunt, comprobatur, ut habetur in c. 1. de homic. in 6. ibi, Dei filius Iesus Christus, ne gregem sui ꝑcio sanguinis gloriosi redemptū, ascensurus post resurrectionem ad patrem, absque pastore desereret, ipsius curam Beato Petro Apostolo, ut suæ stabilitate fidei cæteros in Christiana religione firmaret, commisit, & hanc conclusionem late defendit B. Thom. in 4. contra gentiles. capi. 76. † Præterea in 160 concilio Florentino papam caput esse totius ecclesię fuit adeo solemniter diffinitum, ut necesse sit uel conciliorum autoritatem euertere, uel obiectionem hanc penitus irridere. Sileant igitur non modo qui papam esse caput ecclesiæ insicientur, uerum etiam qui traditiones hominum respuunt, & de illis impudentissime obloquuntur. Cum ex prædictis apertissime constet, Iesum ipsum uoluisse traditiones, & dogmata ab hominibus, & præsertim a Petro esse suscipienda. 161 Verū si obijceretnr, † quando Petrus potestatem accepit, eū ecclesiam significasse, teste, August. super Ioan. Quod legitur in capitulo quodcunque 24. quæstione prima ita vt non ipse, sed ecclesia in ipso, potestatem habuerit. Huic obiectioni respondet Petrus de monte. in suo tracta. de potestate papæ. verbum August. hoc modo impleri posse, dicendo, videlicet, toti ecclesię in habitu potestatem traditam esse, in exercitio autem soli Petro tantum. vt inter pastorem & ouile aliquod sit discrimen, facit illud Oseæ. primo congregabuntur filii Iuda & filii Israel & ponent sibi caput unum, capitulo audiuimus, 24. quæstione prima dum ait, Petrum, pro omnibus, & præ omnibus potestatem accepisse, subiungens, pro omnibus ad denotandam vnitatem, & prę omnibus ad denotandam prælationem. Posset etiam responderi Petrum ecclesiam significasse, id est, vniuersalis ecclesiæ potestatem accepisse, cum in eo tota ecclesia representet. ita dictum capit. quodcunque intellexit Glo. in capitulo a recta, 24. q. prima Hæc alii, Nos autem iure putamus aliter responderi posse iis, qui aliquando hoc fundamentum adduxere, scilicet si recte, & mens & verba August. percipiantur, conclusionem nostram corroborari Nam videns ipse ecclesiā ligandi & soluendi auctoritatem exercere, & opus esse, ut eam habeat per rationes, quas paulo post considerabo, non tamen videbat, eam ipsi in euangelicis documentis traditā fuisse, non enim alia de ligandi potestate verba reperiuntur præterquam ea, quæ Apostolis dicta fuere, & ista, quæ soli Petro dicta sunt, scilicet, quodcunque ligaueris, &c. Sed illa, ecclesię collectiue consideratæ, non seruiunt, tum quia eis distributiue tradita fuit ptās ut oēs fere ꝯsentiūt tū ēt q̄a data fuit eis participatiue tantum, ut prædictum est, ista vero soli Petro dicta fuere. unde August. uolens inuestigare. non quidem an Petrus ut pontifex supremam hanc potestatem acceperit, cum id cunctis euāngelium scientibus liqueat, ut ait 162 Greg. ad Mauricium Imperatorem scribens, † Sed vnde ecclesia eam sumpserit, cum id nullibi reperiatur expressum ait, si ista uerba Petro tātum dicta sunt, nota verbum, tantū, quia de natura taxatiue dictionis est excludere nō expressa, quare ex hoc sentit August. se non dubitare, quin ipse solus, cum id expressum sit, iurisdictionem aceperit, sed an solus duntaxat, si enim ipse tantum habuit, inquit August. hoc non facit ecclesia, id est, hoc facere non potest, cum id nusquam reperiatur, sequitur deinde, si autem & in ecclesia fit. & sic si non solum Petrus ipse, sed etiam ecclesia hoc facere potest. Id enim & copulę & aduersatiuę vis ex poscit, ergo opus est confiteri, quando Petrus eam habuit, non tantum ipsum, uerum etiam ecclesiam accepisse illam in Petro. Nā hæc ratio concludit, quia si ecclesia eam habet, & nemini nisi Petro hæc suprema potestas data fuit, opus est, ut eam in Petro adepta sit. Atque ita August. non obscure sentit, Petrum solum eam habuisse, ac etiam ecclesiam in eo, cuius ipse est caput, ut clare sentit text. in capitulo omnibus 24. q. prima ubi legitur etiam domum Dei, quæ est ecclesia, cla- 163 ues accepisse, & potestatem soluendi & ligandi. † Nam illa uox implicatiua etiam, casum magis dubitabilem includere consueuit, ut habetur in l. etiam, & in l. fin. C. si tutor. uel cur. inter. tradit. Glo. in l. illud. ff. ad legem Aquil. & Alexan. in consilio 23. in quinto uolumine. Atque ita colligitur maius dubium esse de ecclesia, quomodo claues & hanc potestatem acceperit, quam de Petro cui soli, & successorib. eius traditus fuit vicariatus a Christo, alioqui necesse non esset, papam eligi, vt inquit Glo. in clemen. ne Romani, in verbo, non consonam. de elect. quam ad hoc notatu dignam esse, aiunt omnes de hoc scribentes in locis diuersis. Quare puto Augustinum sensisse contrarium eius, ad quod adducebatur. Ex ipsius enim documento contradicentes inferebāt, eum uoluisse, ecclesiam duntaxat, non autem & Petrū potestatem illam accepisse, & dubium Augustini est e contra, an scilicet solus Petrus tantū, adeo vt ecclesia excludatur, eam acceperit, Nam de Petro Augustinus nunquam dubitauit. Audi eum in sermone de Petro & Paulo, cuius principium est, Ecce fortis, vbi ita inquit, Quis plebeum piscatorē facile crederet principem, Regibus obsistere. Reges sanctificare, regnis omnibus imperare. mundum. frænare legibus, & reliqua. Rursus audi eundem super illud quod ait, Io. 13. Domine tu mihi lauas pedes. dicit ille, Non ita hoc intelligēdum est, quasi aliquibus iam lauasset, & post eos uenisset, 164 ad Petrū. † Quis. n. nesciat primum apostolorum esse beatissimū Petrū. sed intelligendum est q̄ ab ipso cęperit. & sic Au- 165 gust. primatum Petri vt pote notissimum affirmat. † Hoc idē constanter asserit in sermone de cathedra Petri. sic dicens. Institutio solennitatis hodiernæ a senioribus nostris cathedræ nomen accepit, ideo quod primus Apostolorum

Petrus

Petrus hodie Episcopatus cathedram suscepisse feratur, atque ibi paulo post. Et ideo digne hoc fundamentum ecclesia colit, super quod ecclesiastici ædificii altitudo consurgit. Idq; satis exploratum est, Nam si ecclesiæ tantum tradita esset potestas, sequeretur, quod Pontifex Maximus maiori, quā quilibet de concilio, iurisdictione nō frueretur, quod procul dubio ridiculum esset, & contra euangelica documenta, & contra canonum sanctiones, decreta conciliorum, ac traditiones sanctorum, quas abunde iam antea commemorauimus, ex quibus omnibus habetur, Romanum Antistitem in Petro potestatis amplitudinem accepisse. Sed de traditione potestatis ecclesiæ nusquam expressum est, ut supra plene ꝓbauimus. 166 †Iccirco dubium probabile fuit, quærere scilicet, vnde originem sumpserit ista potestas, quam exercet ecclesia, quam vt quādoque habeat necesse est, aliter sequeretur, duobus de Pontificatu certantibus, ecclesiam iudicare non posse, qđ & nefas esset, & in graue cederet ecclesiæ detrimentum, ac repugnaret capitulo si duo 79. distinctio Idemque si papæ electio tanquam simoniaca vel metu facta oppugnaretur, secundum capitu. siquis pecunia, 79. distinctione Similiter si papa mortuus esset, vel dementia captus, vel ob hæresim de sede eiectus, vel negligens in vrgētibus negotiis & imminentibus ecclesiæ periculis, ecclesia decernere nō posset, nisi supremam hanc potestatem haberet, quare, quod eā habeat, necessario concludendum est, quomodo autē eam habeat, inferius explicabitur. Si igitur & solus Pontifex eam habet, & ecclesia in ipso. Quonam pacto patres concilii eam ipso inuito, qđ longe maius est, & contradicente, exercere possint, non video, cum ipse huius potestatis sit fundamentum & caput. Hoc eodem, vt prædiximus, modo, illa obiectio confutatur, quæ nonnunquam collegi solet in capitulo firmiter, §. vnam sanctam. & ibi Ioannes And. de summ. tri. vbi traditum est, 167 †Christum ipsum ecclesię, & Apostolis, ac eorū successoribus claues concessisse, cui sententiæ videtur etiam cōsentire Host. in capitulo noua, de pœnit. & remiss. Nam hoc intelligendum est ordine præmemorato, scilicet, vt in Petro principaliter collocatæ sint claues, & potestatis amplitudo, deinceps vero a Petro & eius successore tanquam a fonte in alios potestas defluat, vt Leo iam sæpe citatus docuit in cap. ita dominus, 19. distinctione & habetur in capitulo fundamēta, atque ut latius fuit in prima parte conclusum. Si igitur & ecclesia & alii omnes hanc nō habent autoritatem nisi in Petro & eius successore Romano Pontifice. Pontifex autem eā habeat, Omni quęstione remota videtur eius decisioni adhęrendum esse, qui hac plenissima iurisdicendi fungitur potestate. Intelligo tamen nisi Pontifex vsque adeo insaniret, ut expresse contra dogmata fidei loqueretur. Verum si aliquis 168 forte diceret †eum dici errare, quod contra patrum sententiam loquatur. Respondeo, verum id nō esse, quia nusquam cautum est, erubescimus autem cum sine lege loquimur. l. illam, C. de collat. immo a sacris constitutionibus declaratū est, papam errare tantummodo quando aperte contra euangelica documenta, uel contra Apostolorum, & sanctorum patrum, eos sequentium decisionem, apertam, decidere vellet, vt ait textus in capitulo sunt quidam, Sed hoc in proposito casu non pręsupponitur, ergo, &c. & hoc repugnaret iis, quę in locis iam antea citatis dicuntur, dum affirmantur Pontificis opinionem sequendam esse, quando melioribus, quam patres, rationibus moueretur. Si enim pręsupponunt eum melioribus rationibus moueri posse, 169 † ergo etiam sentiunt, papam, eo ipso quod a patribus dissentit, non errare, sed recte reperitur contrarium, eum qui in negotio fidei a Pontifice dissentit hęreticum existimari, ita Hieronymus in dicto capitulo hęc est fides, 24. quęst. i. Pręterea si hoc uerum esset, Gl. in dicto capitulo quodcunque, & Archid. qui eam in quęst. fidei amplectitur, male loquerētur, pręsupponunt enim sententiam Pontificis, patribus contradicentem, pręualere. ideo eo ipso Pontifex non dicitur errare, Sic etiam destrueretur Glo. in dicto capitulo in istis, vbi contradicentes sententias pręsupponit, & arbitrium Pontificis pręualere ait, nisi contra fidem loquatur, Atque ideo non dicitur papa contra fidem loqui, etiam si aliter quam patres sentiret. & hoc eo magis, quia citat dict. capitulum sunt quidam. secundum quod sunt ipsius verba intelligenda, vt per Bartol. in dicta l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. leg. De 170 nique non obstat, †si diceretur, papam errare posse. capitul. nunc autem, 21. distinctione ecclesiam autem vniuersalem errare non posse. capitulo a recta, 24. quęst. i. Quia respondeo quamuis papa vt homo errare possit, iuxta illud, omnis homo mendax tñ si notorie nō errat, in dubio errare non censetur, cū eius vita iā ad Christianę vniuersitatis regimen approbata sit c. non nos, 40. dist. facit l. i. ff. de offic. pręfect. pręt. 171 †& iō ipsius sententię, qui iudicandi autoritatē habet, standum est, ut prędiximus. & est tex. in c. noua quędam. de pœnit. & remiss. Rursus dico loca in quibus autores sentiunt Pōtificem errare posse, intelligenda esse de iudicio personali ipsius pontificis, aliter autem ubi pontifex Maximus, vt Christi Vicarius sedens in solio suę maiestatibus negotium fidei definiret, quia eo casu, cū ei Spiritus sanctus assistat, ut paulo ante probauimus, credendum, est, eum errare non posse, ita docuit Leo in secundo ordinationis suæ, dicens super illud, ego rogaui pro te, &c. specialis cura a Domino Petri suscipitur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. Hoc idem sensit Bea. Bernardus, qui ad Innocentium papam scribens, ait. Dignum arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi fides defectum habere non possit, & reliqua, quæ supra retulimus. Sic etiam B. Thom. in quolibero. nono. argumentum vltimo, secundum quod refert Brixiensis in quibusdam responsionibus factis contra Panormit. distinguit inter opinionem papę, & sententiam papæ. Idem ait Caietanus in tract. de auctoritate papæ, & concilii, & alii, qui hac de re egerunt, pro quibus adduco tex. in dicto capitulo hæc est fides, vbi Hieronymus ait, se in ijs quæ ad fidem attinent, emendari paratum esse a pontifice, quia Petri sedē, & fidem tenet. Ecce, nisi Hieronymus sensisset, pōtificem in sede Petri sententiam fidei proferētē a veritate declinare non posse, vtique ei fidem suam nō credidisset. & hoc præsertim cum non aliam huius suę credulitatis rationem afferat, nisi quia pontifex Petri sedem tenet. 172 Quod deinde etiam magis expresse confirmat, dicens, si autem hæc nostra confessio, Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare uoluerit, is se hæreticum comprobabit, ex quibus verbis non obscure colligitur. Hieronymum sensisse pontificem, Apostolatus sui iudicio iudicantem, errare non posse, cum a tali sententia dissentientem hæreticum esse perhibeat, & ratio est in promptu, nam si papa, in ijs, quæ ad fidem pertinent. iudicandi potestate perfruitur, ut late iam antea fuit ostensum, consequens est, ut errare non possit, alioqui nihil stabile & firmum in ecclesia haberemus, quo nihil deterius posset contingere. Et huic rei magno est argumēto, cum nusquam inueniatur, papam aliquem quantuncunque malum, vel constitutionem condidisse, uel sententiam protulisse, quæ a fide deffecteret, id qđ profecto non potuit nisi Dei spiritu afflante contingere, qui iudicio illius sedis semper assistit, ut superius tetigimus. posset etiam ab aliquo forte dici, concilia quoque nonnunquā errare posse, & quandoque errasse, vt docuit Cardi. Alexan. in dicto capitulo Anastasius, in fin. Nec refragatur text. in dicto capitulo a recta, primo, quia ibi non probatur id, ad qđ dictum capitu. allegari consueuit, cum ibi non ecclesiam errare non posse, sed nunquam errasse conscriptum sit. Hæc autem dissimilia sunt, ergo de uno ad aliud non infertur. l. Papinianus, ff. de minor. Secundo dicimus textum, illum, de 173 vniuersali ecclesia intelligendum esse, †quę est omnium fidelium collectio, ut habetur capitulo ecclesia, de consecra. distinctione prima ita Glos. in dicto capitulo a recta. & Abba. in capitulo significasti, de electio. cui accedit Ripa in capitulo primo de iud. & Caiet. Cardi. Alexand. & Cardi. Iaco. in locis præmemoratis consentiunt, arbitrantes hoc de concilio, in quo tantummodo vniuersalis ecclesia repræsentatur, sentiendum non esse ob rationis dissimilitudinem, quia primo casu fides in quocunque etiam minimo fideli reperiri posset, quemadmodum & in sola B. Virgine fuit reperta. Vel si volumus, ut magis verum puto, quod non modo ecclesia ipsa vniuersalis, sed etiam is, qui eam representat, in 174 pertinentibus ad fidem errare non posit, † tunc ea ratione pontificem quoque errare non posse dicimus, quippe, cum in eo uniuersalis ecclesia representetur, capitulo quodcūq; 24. quæstione prima. capitulo scire debes, septima quæstione prima. tradit Glo. in dicto capitulo a recta. Et propterea id, quod fuit statutum a papa, dicitur fuisse ab uniuersali ecclesia constitutum, capitulo Pia. cum glo. de excep. in 6. hinc ait B. Thom. in secunda secundæ q. 11. art. 11. in solutione ultimi argumentum auctoritatem vniuersalis ecclesiæ in Romano pontifice residere, quod verum esse intelligo, quando pōtifex ex præsulatus sui iudicio sententiam profert, ut prędiximus. Sed posito etiam quod pontifex errare poset concilium autem non, intelligo illud de concilio integro in quo summus inest Pontifex, qui eius caput est, quia quanquam ipsi soli sine alijs ligandi potestas tradita est, tamen non aliis sine ipso tributa fuit. Et doctores, quorum supra memini, dicunt papam melioribus quandoque rationibus moueri posse, in iis, quæ ad fidem pertinent, ergo sentiunt Synodum, cui Pōtificia desit autoritas, errare posse, qa fidei ueritas unica est, q̃ si a papa ꝯdicentib. patrib. inueniri posse cōcedimus, fatemur patres a tramite ueritatis posse deflectere, & ꝯsequēter errare. Præterea cū loquimur de ecclesia, loqmur de corpore mystico, ergo de capite & princip. ītelligimus, ut ēt superius

perius dictum est, respondeo ad leges, quibus cautum est cō- 175 cilium plenissimam habere potestatem, Nam intelliguntur de integrali concilio, in quo pōtificia potestas, tanquam sol inter sydera corruscat, præsertim cum pro ipsius fide a Christo principaliter, oratum fuerit. Sed capite a membris dissentiente, dico membris a capite discedere non licere, sed illud sequi debere per capitulū non decet, 22. distinctione Caput enim quantum cæteris membris sit præstantius, & natura ipsa satis indicat, & erudite admodum declaratur per Bal. in c. i. § ad hæc, da pac. iur. firm. Abb. & Feli. in capitulo cum non 176 liceat, de præscri. Quare cum de capite naturali, ad Papam ecclesiæ caput, valeat argumentum. vt Leo docuit in capi. ita Dominus, 19. distinctione & Cyrillus in libro Thersaur. & Ioannes de Lign. in tract. de censura ecclesiastica. §. 4. Consequens est, vt quemadmodum membra dissentiente capite agunt frustra, ita membra huius corporis mystici, negotia ecclesiæ præsertim ardua contradicente Pontifice diffinire nō 177 possint. Ex ijs †igitur liquere arbitror, etiā in dubia fidei quæstione, Pape iudicium sententiæ patrum præferri. Nunc dico etiam si aliter esset, hoc propositæ conclusioni nostræ non repugnare, nam vt Card. Alex. ait, in dicto capitulo Anastasius hoc non esset ex maioritate potestatis, sed ex maioritate iudicii, quia ex quo Patres veritatem fidei iudicare existimantut, sequeretur Pontificem aliter sentientem errare in fide, & consequenter eius sententiam tāquam a fide alienam reiiciendam esse, immo ipsum tanquā hæreticum accusari posse, vt d. Card. ait, sed tunc propterea non diceretur conciliū maiorem ipso Pontifice potestatem habere, quia eius potestatis causa non esset ipsum concilium, sed veritas, contra quam si papa niteretur, tanquam hęreticus, & consequenter 178 tanquam non Pontifex, iudicari posset. †Nam veritas a quocunque inueniatur tenenda est, ut sæpe dictum est. Postremo 179 ne illud quidem omiserim, quod dici fortasse posset, †concilia etiam sine Pontifice multa posse facere, vt est, papa mortuo, aut deposito, aut negligente ad prouidēdum necessariis, 180 ac imminentibus ecclesiæ periculis, † ergo videtur concilia etiam sine Pontifice supremam habere potestatem. Breuiter dico papa naturaliter seu ciuiliter, vt puta per depositionem mortuo, ideo concilium summam habere iurisdictionem in casibus, qui moram non patiuntur, quia tūc Pontificiam nāciscitur potestatem, vt iam antea tetigi, & late tradunt qui eadere scripserunt. Idem est etiam vbi Pontifex in vrgenti- 181 bus ecclesiæ negotiis, periculisq; negligens est. †Nam in quacunque vniuersitate ob magnam, maioris & potentioris partis incuriam, propria potestas ad alios recidit, & eis accrescit 182 †qui alioqui nihil possent. l. cum Nauarchorum. vbi Bartol. 183 C. de naui. li. 11. not. in capitulo gratum, de postul. pręlat. †Faciunt not. tradita per Pet. de Anch. in consi. 409. uiso & diligenter inspecto col. pen. & fi. Dum tradit, Potestatem etiam Papæ reseruatam, posse tempore schismatis ab ordinarijs exerceri, propter urgentem necessitatem. quem sequitur Car. Alex. in capitulo per uenerabilem. §. quod autem, qui fil. sin. leg. car. 21. & 27. Hinc etiam ad vnum solum Cardinalē aliis negligentibus, totius collegii iura deuolui, & ipsum solum, nomine omnium, Pōtificem eligere posse nouimus. in Glo. communiter approbata in Clement. ne Romani, § porro, de elect. & ne longe exempla petamus, in hac materia, scilicet congregandi concilij, quamuis principaliter summi Ponti- 184 ficis autoritas exigatur, tamen instante necessitate, vt puta ꝓ sedanda hæresi, Papa requisito & recusante, aut negligente, potestas illa ad Cardinales, & eis negligentibus ad Imperatorem, tum deinde ad alios principes, ac denique ad inferiores quoque deuoluitur, ut per eos qui hac de rescripserūt, quos etiam retulit Ias. in consi. nonagesimoquinto. in quarto volum. hoc tamen de hæresi sedanda declarandum est, vt infra in tertia parte explicabimus. Quare & in ꝓposito casu dicimus, Pontificiam potestatem, ob summam ipsius Pōtificis in negotiis vrgentibus negligentiam. ad concilium recidere, vt probatur ex multis, quæ in simili docuit Fel. in ca. cum olim. de testi. Itaque cum in eo & Pontificia insit potestas, illud sequitur, nihil propterea Pontificiæ adimi potestati, neque concilium Pontificia potestate maius esse, cum illa concilij caput sit, ac in eo in concreto consideretur. Facit ad rem hanc Archidiaconi documentum in capitulo porro, 66. distinctione cum multis, quæ copiose superius adducta sunt, & pro conclusione ac sigillo, vt ita dixerim, eorū, quæ in hac 185 disceptatione deduximus, †affertur edictum concilii Florentini, quo cautum est, Romanum Antistitem in Petro regendi & gubernandi vniuersalem ecclesiam potestatis plenitudinem accepisse, quo stāte nefas est amplius disputare de po- 186 testate concilii sine Pontifice, ne dum supra eum. Nam ecclesia vniuersalis collectio fidelium est, quæ in concilio esse iuris interpretatione censetur, ut prędiximus, supra quam quidem vniuersalem ecclesiam, si papa est, vt fuit apertissime ab illo concilio declaratum, inanis est ista collectio, cum ad ipsum Pontificem spectet regere & gubernare ecclesiam vniuersalem, nō autem ab ea regi vel gubernari. Et eo magis cū hoc ipsum concilium declaret, ita quoque præcedentes Synodos æcumenicas sensisse, quod infra etiam plenius opportuno loco aperiemus. Nec aduersus prędicta omnia vrget constitutio in quarta & quinta sessione a Constan- 187 tiensi concilio edita, & † qua cautum est. Quemcunque, cuiuscunque status & dignitatis etiam si papalis existit obligatum esse parere præceptis illius, & cuiuscunque alterius concilii legitime congregati, in iis, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem schismatis, & ad reformationem ecclesię in capite & in membris. Quorum verborum occasione idci non potest, quanta sit exorta perturbatio, & quā multi conati sint, supremi capitis imminuere potestatem, qui & ingenio & doctrinæ gloria florentes, postea quam plurimis auctores fuere ita sentiendi, & huius altercationis, & ciuilis atque intestini belli in ecclesia excitandi, de hac maioritate potestatis, de qua hoc libro disputare instituimus, veritatis autem studio laborem hūc libenter suscipimus, atque in hisce potissimum refellendis, quę vim magnam habere existimātur, quanta potuimus diligentia dedimus operam. ut argumentorum fallacia, & quasi nube depulsa, veritas ipsa in lucem prodiret, cur. enim alias alibi a nobis disputata, sed nunc diligentius considerata, multisque nouis aucta rationib. in hoc perquam necessario loco tractare pudeat. Quicquid igitur de hac ipsa re Cardin. Alexand. in Rubri. 15. dist. & alii alibi dixerint, nos saluo semper sanctę matris ecclesiæ arbitrio, opinamur, sanctiones illas ita intellectas, ut futuris pontificibus indubitatis, normam dare nitantur, ferri nullo iure potuisse. Idque duobus vel præcipuis concluditur ar- 188 gumentis, primum est †quoniam concilia, quæ sine iussu certi atque indubitati. pontificis congregantur, legitima non sunt, nam concesso Romani antistitis principatu, de quo latissime iam antea disseruimus, sequitur, membra sine capi- 189 te, & oues sine pastore congregari iure non posse, †nam ad illius solius auctoritatem pertinet concilia congregare, cui omnes fideles obedire tenentur. sed papa ille est, cui tota parere debet ecclesia, capitulo primo 94. distinct. & iam sæpe probatum est, igitur. &c. præterea, si ad alios etiam hæc auctoritas pertineret, facillime schisma oriri poset, cui ut occurratur, ad solum papam eam spectare opus est confiteri. Idque satis aperte probatur Macah. primo cap. 14. ubi Symoni summo sacerdoti fuit tributum, conuentus sine ipso fieri 190 non posse: Hęc ueritas probatur etiam in c. dudum. 3. quæs. 6. ubi habetur, ab Apostolis & eorum successoribus in antiquis fuisse decretum statutis, quę sancta uniuersalis tenet ecclesia, non debere absque cōscientia Romani pontificis cō- 191 cilia celebrari, & ibi Gem. † Hoc idem in concilio Niceno fuisse sancitum multi patres fide dignissimi prodiderunt, 192 †Iulius enim primus, qui paulo post illam Synodum fuit ad pontificatum euectus, in Epistola prima & secunda ad orientales Episcopos, & Athanasius ac omnes Episcopi Aegiptii, Thebaici, & Lybici, in Alexandrina Synodo congregati, in epistola ad Fęlicem 11. affirmarunt, ita, ut prędiximus, fuisse a Niceno concilio ipsis præsentibus constitutum. Hoc ipsum & Galla Theodosij Augusti mater in epistola ad filium 193 confirmauit, dicens, † Legatos Romani pontificis secundū Niceni concilij diffinitiones solitos esse conciliis pręsidere. nec quispiam miretur hoc inter illius Synodi cōstitutiones non reperiri, cum nouerimus multas ex eis, hęreticorum insidiis, fuisse deletas, ut Fęlix 11. qui martirii corona fuit insignis, in eius decretis testatur, & habetur in episto. concil. Sardicen, Idque Athanasius, & Episcopi in Alexandrina Synodo collecti, quorum paulo ante meminimus, confirmarunt rogantes Fœlicem 11. vt ob hoc Nicen concilii statuta diligentissime custodiret. Quare ex tot & tantorum patrum testimoniis liquet, hoc in Niceno concilio fuisse proculdubio 194 constitutum. † Hęc eadem sententia in concilio Chalcedonensi, actione decima, continetur ubi scriptum est. Cęcropio proponente ab omnibus patribus acclamatum esse, illud appellari concilium iure nō posse, quod non esset Apostolica auctoritate collectum. atque ideo legimus, Synodū quoque contra Symmacum papam, iussu Theodorici coactam decreuisse, ad ipsum papam quamuis accusatum, pertinere, Synodum illam cogere. ne alioqui irrita foret, §, hinc etiam decimaseptima distinctione & de quo supra latius visum, 195 est. † Hūc accedit, Marcellum primum, qui martyrio fuit insignis, Epistola secunda Damasum Epistola tertia ad Stephanum Archiepiscopum, & ad tria Africæ concilia, ac Iulium primum in locis pręmemoratis affirmasse, ab Apostolis & eorum successoribus traditum fuisse, concilia non debere, absque Romani pontificis sentētia celebrari, ad quod videatur etiam tex. in capitulo Synodum, & in capit multis, xvii. distin-

distinctio. In uniuersitatibus enim habentibus caput, iure cautum est, nihil statui posse sine ipsius capitis auctoritate secundum Innocen. in capitulo cum accessissent, & in c. cum omnes de constit. facit. l. omni innouatione, & ibi Alber. de Ros. C. de sacros. eccle. Hinc nouimus Pelagium. 11. pręcepisse vana irritaque esse ea omnia, quæ agebantur in Synodo sine ipso, Neapoli congregata, vt videre est in eius epist. decretali & in dicto capitulo multis, facit, capi. bene quidem 96. distintione † Similiter & Damasus, epist. 5. eadem ratione constituit, concilium Ariminense nihil prorsus statuere potuisse. Ennodius in libro autoritate 5. Romani concilij confirmato, atque inter illius gesta relato, & Socrates Episcopus in lib. 4. capitu. 9. cuius opera in 7. concilio approbantur, constanter asserunt, ecclesiasticis regulis mandari, ne præter sententiam Romani pręsulis concilia congregentur. † Non prætermitto ante cōcilium Sardicense, fuisse ab Arrianis Synodum in Antiochia collectam, quæ fuit habita nullius momē ti, propterea quod absque Romani Pont. autoritate conuenerat, vt autores Græci in li 4. Tripartitæ historiæ docuerūt. † Denique Sanctus ille Stephanus, cuius celebritatem Græci 24. die Septembris venerantur, damnat concilium, quod de abrogandis imaginibus sine Romani antistitis autoritate cō uenerat, & cum eius concilij decretum æcumenicum diceretur, exclamans ait, O ignorātiam, o absurditatem, & quomodo Synodus hæc ęcumenica vocabitur, quam Romæ præsidens non approbauit? sine quo impossibile prorsus est, res ecclesiasticas regulari. Accedit ad hæc, tex. in capitulo Regula, 17. distinct. & in capitulo ideo. 2. quæstio 6. & quæ habentur per Aymarum Archiepiscopum Remensem, in suo libr. de Synodis, capitulo 18. vbi ita inquit, ne mireris. quod ipsorum cōciliorum autoritatem Romani Pontici ascribamus, nam nulla concilia rata leguntur, quæ apostolica autoritate fulta non fuerint. Et quoniam † apud pertinaces de hac ipsa re nonnunquam difficultates oriuntur, libet in ea ventilanda paulum immorari, vt contraria diluamus. Huic igitur aptissimæ veritati obiiciuntur ea, quæ illi, qui contra nos sunt, aliquando obloquuntur, dicentes, antiqua concilia non fuisse Romani Pontificis autoritate collecta, Nicenumque Cōstantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonēse adducūt. Rursus aiunt, Concilium Aquileiense fuisse in Italia celebratum, cui p̄fuit Ambrosius. Respondeo enim, vt pro illustriori dicendorum intellectu affirmandum est, non esse a sacris constitutionibus, & sanctorum patrum sententia discedendum, quamuis quædam ex priscis illis conciliis prima fronte, solo iussu Cæsaris videantur esse collecta, quoniam id propterea non contingebat, quod Romani Pontificis abesset autoritas, quinimo, ea præcedente, Imperatores illa concilia ꝯgregabant, vt inquit Archid. in capitu. mandastis, 2. quæstio 5. dicens, vbicunque reperitur Cæsares concilia coegisse, id semper esse intelligendum, iussu scilicet Romani Pontificis, pręcedente. Quapropter illius autoritatis magis executores, quam perturbatores iure nuncupari possunt. vt sentit tex. in capitu. sexta Synodus. 16. distinctione ibi exequente piissimo Principe Constantino, idque testatur Aymarus in dicto loco Iccirco autem priscis illis temporibus solum nomen Imperatoris proponebatur, ut omnes ex diuersis prouincijs conuocati, patres facilius colligerentur. Cum n. tunc maxima esset hæreticorum potentia & insolentia, parum fuisset, si nudum papæ præceptum præcessisset, atque ideo papa per Principes seculares agebat, quod per se ipsum agere non potuisset, & multa contra Cæsaris autoritatem attulit oldr. in consil. 69. ubi totis uiribus conatur ostendere illam nullo iure uel Diuino uel humano esse subnixam, quod quidem consi. terribile esse dixit Feli. in capitulo cum non liceat de præscrip. sed quicquid sit de hac re, saltem dicimus, Cæsarem non modo ullum in sacerdotes imperium non habere, sed illud etiam, quod in homines sibi subiectos exercet, habere accumulatiue ad papam, non autem priuatiue, ut uerbis utar Feli. & aliorum, qui ita docuerunt, in capitulo Quoniam de rescript. uacante autem alio principatu seculari, non Cæsar sed ipse papa succedit secūdum ueriorem sententiam, quoniam ei subest tanquam habenti potestatem illam in habitu, reducibilē ad actum, ita Feli. post alios in capitulo Licet ex suscepto. de for. compet. ubi eadem ratione cōmuniter affirmatum est, Papam uacante imperio succedere, & nō e contra, ita etiam habetur per Bartol. cum ibi additit in l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuia arcēda. sed de his hactenus. Iam igitur doceamus sine Pontificis autoritate cōcilia illa non fuisse coacta. In Niceno concilio dicimus Osium Episcopum Cordubensem, una cum Vincentio, & Victore uices agentem Syluestri Romani Pontificis præfuisse, ut legitur in præfatione ad concilium Sardicense, eosq; illius cōcilij sanctionib. primos subscripsisse, nā ab ordine subscriptionis superioritas coniici solet, l. 1. §. quib. C. de nou. cod. fac. quæ etiam ex eo uel facile

[Margin: 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202]

dignosci potest quod patres illi petierunt, ut acta in illo concilio, sua ipse Syluester autoritate firmaret, id quod superiorem potestatem haud obscure indicat, ut iam sæpe dictū est. Cōstat etiam ex relatione multorū insigni pietate illustriū quos paulo ante attulimus, in eadem Synodo inter cætera fuisse sancitum, non licere, sine papa, Synodos conuocari. Qua propter constantissime affirmandum est, patres illos in suo concilio celebrando, alio iure uti non uoluisse, quam eo, quod ipsi aliis statuerunt argument. l. primę & tot. text. ff. quod quis iur. Præterea antiquis documentis traditum est Synodum illam nutu Syluestri fuisse coactam. ut habetur in epilogo Romani concilii sub Syluestro. propterea, quamuis solus Constantini iussus præcessisse uideatur, credendum tamen est, id sine Syluestri uoluntate non fuisse peractum, tū ex prædictis. † tum etiam quoniam quantum honoris Syluestro Constantinus tribueret, videre est, in edicto Constantini, in quo eum esse summum, esse maximum, esse sacerdotum principem, prædicauit. Porro in hęresim laberetur, qui illius sedis priuilegia lędere auderet. capitulo omnes. 22. distinctio. quod scelus de Constantino illo optimo suspicari, ne dum dicere, est nefas. Denique huius sententiæ magnum est argumentum, cum nouerimus Constantinum multos libellos, in quibus sacerdotes accusabantur, sibi oblatos reiecisse, & palam dixisse ad se huiusmodi iudicium non pertinere. Quare verisimile est, cum pari ratione, ne Romani Pontificis auctoritas imminueretur, noluisse præcipere, vt Synodus colligeretur, nisi Syluestri pcedente consensu, quoniam in voluntate hominis excutienda, plurimum inspici solet, quid is facere consueuerit. l. si seruus plurimum. §. fin. ff. de legat. primo l. penulti. ff. de alimen. leg. Hactenus de cōcilio Niceno. † Primum concilium Romanum in quo ipse Constantinus & cclxxv. patres interfuere, Syluestri iussu coactum est, solam Constantino præsentiam exhibente. Arelatense concilium secundum una, cum Eugenio & Quiriaco, Syluestri vices agentibus celebratum est, Romana Synodus ii. Iulio primo præsidente, habita fuit. in concilio Sardicensi plurimū honoris Romano pontifici delatum est, ut in quarto & vii. cap. eiusdem concilii continetur. Statutum enim in eo fuit, episcoporum appellationes ad illam sedem esse referendas, atque ideo coniiciendum est, illud quoque concilium fuisse Iulii auctoritate coactum, ne supremę ipsius dignitati, detraheretur, quamuis id expresse legi non possit, cum integra gestorum illorum exemplaria non habeantur. Traditū, enim est in preambulis ad concilium Sardicense, multos patres se ob angustias in ducias excusasse, culpantes Iulium Romanum Antistitem. Cur autem de induciarum angustia reprehenderetur, qui suam in cogenda Synodo non imperitus esset auctoritatem. Præterea exploratum est, ut ibidem habetur, multas tunc Romano pontifici ab hæreticis redditas fuisse literas, Athanasium accusantes, multasq; a catholicis eum excusantes, a quibus tum accusationibus tum excusationibus porrectis, secuta est celeberrimi illius concilii, congregatio. Diu etiam ob hanc candem causam Athanasium Romę moram traxisse nouimus. Ex quibus omnibus, necesse est in eam ire sententiam, ut papę autoritas omnino magnæ illi Synodo interfuerit, multę enim coniecturæ, probationi plenæ sufficiunt, l. secunda cum glos. ff. de excusationib. tutorum. Imo. in consil. cxxxix. Crauet. in consilio. 157. Immo sola præsumptio plene probat, in ijs, quæ sunt consona veritati, secundum Bartol. in dicta l. secunda. ff. de excusationib. tutorum. Mileuitanum concilium, in quo ratio fidei ventilatur, autoritate papæ fuisse collectum, testatur Inno. l. cum. n. ad illos patres. qui ad eum literas dederant rescriberet, ait. Mileuitanū nostra auctoritate concilij vii. Carthaginēse ꝯcilium non fuit sine papæ legatis celebratū. Quod aūt attinet ad concilium Constantinopolitanum, quāuis in eo, parua, admodum Romani pontificis mentio habeatur, non tamen propterea contra nos sumendum est argumentum, quoniam, ob Arrianorum furorem, aliquando aliter fieri nō potuit, ut habetur in quinto capitulo illius concilii. Verūtamen etiam ibi dicimus, Romano Antistiti, supremum semper honorem fuisse delatum, cum statutum fuerit primum honorem Constantinopolitano, post Romanum, deberi episcopo. In cōcilio illo Ephesino primo, quamuis integra eius gesta non habeantur, nouimus tamen Cyrillum Alexandrinum vice papæ Celestini præsidisse, ut legitur in præambulis ad illud concilium, licet mendaces aduersarii, & in hoc, & in Chalcedonensi, negent, auctoritatem Romanorū Antistitum intercessisse. † Vt igitur hæc eorum impudentia detegatur, Chalcedonensis illius concilii gesta perscrutemur, ex quib. constabit in ea Synodo & cogēda, & celebrāda, & post illius confectionē, supremū semper honoris, & iuridictionis gradū, Leoni fuisse tributū, atq; ita ex ijs, quid in aliis quoq; veteribus illis conciliis fuerit obseruatum, vel facile accipietur.

[Margin: 203, 204, 205, 206, 207]

tur. Valentinianus & Marcianus Augusti, in epistola ad Leonem, cum rogarunt, vt magna Synodus Chalcedonensis, ipso autore, colligeretur. Huius veritatis est contestis vir sanctissimus Leo, qui ad Synodum illam scribens, in epistola xlv. sic ait. Amplectendum est clementissimi principis cō silium, qui nos ad reformandam ecclesiam conuenire voluit, Petri tamen iure atque honore seruato. Existimetis igitur nos in his fratribus Pascasiuo &c. qui ab hac sede directi sunt, illi concilio pręsidere. Hoc idem confirmat Leo ad ipsum scribens Marcianum Augustum, ut patet in epistola, xlvii. cum inquit, prædictum fratrem & coepiscopum nostrum, vice mea conuenit concilio pręsidere. Aiunt isti veritatis perturbatores, Leonem inuitari, nec nos id negamus, sed quo tandem modo inuitatur & rogatur, Certe vt concilii autor sit, vt ei præsit. præterea diligenter est animaduertē dum, rogatum fuisse ab Augustis Leonem, vt suam concilio præsentiam exhiberet. Sic enim futurum sperabant, ut res ecclesiæ, quæ in secunda Ephesina Synodo, ui & metu fuerant ab hęreticis profanatæ, maiori ordine componerentur, Verum quia moris non erat, ut Pontificia maiestas accederet, pręsertim cum in longinquis partibus concilia colligebantur. sed tantum per Legatos eo destinatos pręesset. Iccirco Legatos misit, qui huic concilio pręsiderent. Audiamus Paschasiuum Leonis legatum, coram toto concilio ipsa hęc profitentem, affirmantemq;, ideo necesse esse, ut omnia, quæ ibi erant pertractanda, sua prius interlocutione decernerentur, cui omnes patres assensere, vt videre est in Actione 3. illius concilli, hoc idem late probat Ioan. de Turrcrem. in 3. lib. suæ summæ. cap. 11. Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniæ constanter asserit, Romanam sedem sola sua authoritate decreuisse, vt Synodus Chalcedonensis haberetur. Quid igitur adhuc plura desideramus, cum Gelasij, Leonis, ac ipsorum habeamus testimonia Imperatorū, quæ Leone autore, aiunt, Synodum Chalcedonensem fuisse collectam. Nunc idem in ipsa celebranda obseruatum fuisse doceamus. Colligitur ex libellis contra Dioscorum porrectis, semper Leonis nomen concilio fuisse prælatum, atque inde conciicitur, ipsum tanquam caput cæteris præfuisse, maiores enim, in prioribus locis, poni consueuerunt. l. prim. §. quibus. C. de nou. cod. fac. ex gestis eiusdē concilii. Actione 10. habetur a patribus dictum fuisse palam. Romanæ sedis legatos, & prius loqui, & prius acta confirmare consueuisse, Immo cum de ferenda contra Dioscorum damnationis sentētia ageretur, patres concilii, Leonis vices agentibus dixere ipsos ibi primatum obtinere, & propterea ipsorum esse sentētiam ferre, in quā vniuersa Synodus esset concessura. hęc ibi in Actione. 3. Verū, † quid deinde celebrata illa Synodo actum fuerit, aperiamus. Tota Synodus in epistola ad Leonem testatur, ipsum sibi, ut caput membris pręfuisse. Imperatorem uero ad ornamentum interfuisse. Ecce quam clare hoc loco probetur id, quod paulo ante narrauimus, scilicet imperatores nūquam cōciliis, uti pręsides præfuisse, sed ad ornamentum, hoc est ad libertatem cōcilii defendendā. Item Synodus a Leone petit, ut gesta approbarentur, Idem quoque Augustus & Augusta petiere, ut in eorum epistola traditum est. Leo autem illa tantum confirmauit, quibus ipse suam autoritatem fuerat impertitus, insinuans, cōcilia autoritate Romani præsulis, quasi quodam freno temperari ac regi, hæc habentur in epistolis Leonis 47. & 59. Quantū etiam honoris Leoni concilium exhibuerit, ex eo liquet, qđ ei summitatis titulū tribuit, in epist. eiusdē ꝯcilii, ad Leonē. q aūt summū quidpiā esse affirmant, nihil illo sublimius esse p̄nūciāt. Quare qd amplius pro hac parte adduci possit, nō video, quā si quis doceat antiqua cōcilia iniussu Ro. pontificis non fuisse collecta, ab eodem uero pontifice petitum & ab ipsis concilijs, & ab imperatoribus, ut conciliorum gesta, sua autoritate firmaret, ab eodem acta rite celebrata roborari, & rursus ab eodem illicita damnari. Clamant † Concilium Aquilegiēse, cui pręfuit Ambrosius, in Italia celebratum, in quo nulla Romani præsulis mentio habetur. Respondeo illius concilii acta mutila esse, nec integra ad posteros peruenisse, & propterea quæstiones nostras illorum autoritate decidi non posse, & idem dicimus de multis aliorum cōciliorum gestis, quæ imperfecta ad hanc ætatem uix peruenerunt. Nam, ut Celsus ait Iurisconsultus, inciuile est, nisi tota lege perspecta iudicare. l. inciuile. ff. de leg. faciunt ad rem tract. per Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, & per Docto. in rubri. ff. de no. oper. nunc. & per Canon. in c. contingit, de fid. instrum. Collectio enim ista non valet, hoc non legitur factum, igitur non fuit factum, quia locus ab autoritate negatiue nullius est roboris, & mementi. Legitur enim Io. ult. multa alia fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Præterea non est verisimile patres illos præsertim. in Italia conuenisse, nisi papæ saltem tacito accedente con-

[Margin: 208, 209, 210, 211]

sensu, idque quoniam ita in concilio Niceno fuerat iam antea cōstitutum, ut a fidedignis autoribus acceptum est, quorū s̄. memimus, tū ēt qa ꝯcilia iniussu papę ꝯgregari nō consueuisse affirmatū est in cōcilio Chalcedonēsi, ut s̄. diximus Demū illud quoq; affirmamus si ꝯcedat qđ iure negari potest, illam Synodum iniussu pontificis conuenisse, non tamē propterea hanc pontificię potestati obesse, nihil enim noui, de fide ibi traditum est, sed quidam tantum, qui in Arrianā perfidiam inciderant, erant hæretici declarandi, ut ait Gelasius in epistola ad Episcopos Dardanię, quo circa, cum iam antea error ille esset damnatus, hæc sententia illorum magis conciliorum, quæ hæreses damnauerunt, quam Aquilegiensis iure appellari potest. capitulo Acatius, cum, gl. xxiiij. quęstione prima. Qui autem iudicis sententiam exequitur, autoritatē illius intelligitur comprobare. l. ad solutionem C. de execut. rei. iudic. faciunt ad rem, tradita per Abb. per illum tex. in capitulo in causis, de electio. & est tex. no. vbi Bar. in l. unum ex familia, §. primo ff. de legat. secundo. ubi habetur. id quod ab executoribus testamenti factum est, ab ipso testatore factum esse censeri. Disputatum † etiam fuisse aiūt, in concilio Chartaginensi, esset ne in Synodo Nicena sancitum, Episcoporum appellationes ad Romanum esse pontificem deferendas, & in libris illius concilii, nusquam canonē hunc inuentum fuisse, & ex hoc inferunt contra Romanæ sedis autoritatem. nos uero asserimus ibi duntaxat disputatum esse, an inter illos canones, hic canon esset descriptus, Proinde et si repertus non fuit, non tn̄ sequitur, eundem canonem non fuisse in illo concilio constitutū, præsertim cū id Athanasius, & Egyptii Episcopi, aliiq; plurimi affirmarūt. ut prædictum est. Nec mirum est, si multi ex dictis canonib. desint, quia, ut ait Athanasius scribens ad Felicem II. ab hæreticis potentissimis destruebantur. † Quid plura, videamus quod legati papę asserebant, Africanis episcopis dissentientibus, id ne iure diceretur, an non, vt intelligamus utra iustior esset contentio. Iustissimam fuisse dicimus legatorū affirmationem, cum id a Nicenis patribus fuisse sancitum superius docuerimus. Pręterea hoc idem fuit in Sardicensi concilio declaratum, ut habetur in quarto, & septimo capitulo illius concilii. Iure igitur fiebat, quod vel vnius vel alterius ex his duobus conciliis erat autoritate subnixū, & usu comprobatum. Quare uel Affricanos inique egisse, concedendum est, cum a concilii saltem sardicensis sententia discreparint, vel dumtaxat disceptasse, an ille canō esset inter alios Nicenos descriptus, quo casu non sequitur, hoc propterea ibi non fuisse sancitum, quod in libris, concilii non sit repertum, nam ut prędictum est, legitur Io. ultim. multa quoque alia fecit Iesus, quæ scripta non sunt in libro hoc. potuit enim vel ab hęreticus subtrahi, uel ab ijs, q maiestati pontificiæ innidebant, quemadmodum, alios quoque subtractos fuisse non incognitum est. Verū siquis adhuc perspicuam hanc veritatem mordere niteretur, dicens, olim impetatoribus fuisse concessum, vt Pontifices ipsos eligerēt, vt habetur in capitulo Adrianus. 63. distintione & ex hoc inferre. quod si electi ab ipsis Imperatoribus pontificatum assequebantur, quo nihil maius in Ecclesia Dei videtur posse cō tingere cap. licet, de elect. capitulo vbi periculum, eod. tit. in vi. & clem. Ne romani, eod. tit. Multo magis concedendum videretur, ad eosdem ius cōgregandi concilij pertinere. Aut. Multo magis C. de Episcopis, & clericis. Respondeas licet in primis, priuilegium hoc ab Adriano, consentiente concilio, Carolo Francorum regi, imperatorique fuisse cōcessum dicto capitulo. Adrianus, & hoc idem Leonem 8. Ottoni primo imperatori, seu Alemaniæ regi confirmasse, vt habetur in capitulo in Synodo. 63. distintione idque tum ob ingentes a Carolo magno pro Ecclesia res fortiter, pieque ac feliciter gestas, tum etiam ob nimiam hæreticorum, & schismaticorum potentiam ac sæuitiem, qui summos præsules acriter adeo opprimebant, vt fere tota Ecclesia subuerteretur. Quapropter catholicæ religionis gubernatores existimarunt hoc pacto pontifices debere ab imperatoribus protegi, ac defendi, vt videre est in capitulo vota. §. rationibus, 63. distintione Postq̄ aūt † cum nutu Dei tādem tanta hæc hæreticorum potentia cecidisset, Ludouicus ille nunquā satis laudatus Imperator, hæc dignitatem Ecclesiæ dedecorātia perhorrescens, vltro huic tanto priuilegio, sedente Paschali Pontifice, renunciauit, vt traditum est in ca. ego Ludouicus 63. dist. & in c. sacrorum. §. ex his, ead. dist. Præterea dicimus non recte colligi argumentum, si dicatur, Qui eligunt Pontificem, electo Pontificiam tribuunt potestatem, & propterea maioris viderentur esse autoritatis, † quoniam aliud est iurisdictionem ꝯferre, in personam declaratam, & vt ita dixerim, determinatam, aliud est determinare, & declarare p̄sonam, quæ ex collatione iam facta, huiusmodi nanciscitur autoritatem, vt de hoc est tex. not. & ibi Bar. & alij in l. vnum ex familia. §. 1. ff. de leg.

[Margin: 212, 213, 214, 215, 216]

leg.li. Vbi talis extat elegans iurisconsulti sententia. Heredē, qui fundum ex dispositione testatoris vni ex ipsius familia relinquere cogebatur, quamuis in eius optione sit, vnum, magisquā alium, cui relinquat, eligere, nihilominus ex quo vnū omnino debebat eligere, nihil ei tribuisse censeri, atque ita beneficium illud primo testatori, non autem hæredi illum eligenti, acceptum fertur. Hoc idem pari ratione est etiam in proposita re concedendum, cum enim Imperator vnum, 217 qui futurus esset Pōtifex, omnino eligere teneretur, †Qui eligitur, Pontificiam potestatem Deo eam tribuenti, & legi ita præcipienti, acceptam fert, non autem eligenti, vt docuit Feli. in cap. cum R. canonicus. de offi. de leg. qui enim declarat, nihil de suo tribuit, sed datum significat. l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testa. simile videmus in eligentibus Imperatorem, & in Cardinalibus, qui nunc eligunt Romanos Pontifices, & tamen ipsi non solum sunt longe inferiores Pontifice, sed nulla prorsus Pontificiæ potestatis prærogatiua potiuntur, vt late docui in libr. meo de Cardinalatu. q. 22. Quare deletum remanet illud obiectum, quod ab ista eligendi Pontificis potestate quam Imperatores nonnunquam habuere, colligebatur. Alioqui enim in illum errorem vel facile incideremus, Pontificiam scilicet dignitatem a Cæsare inoleuisse, 218 & Papæ præfectionem a Cæsare emanasse, †q quidem primum fuit Marsilij de Padua, qui propterea fuit damnatus in extrauag. 22. incip. licet secūdum doctrinam Apostoli, & cū denuo Io. Hus. in eundem cecidisset, fuit iterum in concilio Constantiensi damnatus. Hinc legitur in Actione 3. concilij Chalcedonensis. Dioscorum quasi suspectos haberet illos patres, petiisse, vt sententiæ de ipso ferendæ senatus Cæsaris p̄esset, cui a patribus respōsum est, haud quaquam licere, quæ ad religionem spectant, coram laicis pertractari. Hac eadem 219 ratione fuit in Antiocheno concilio constitutū, † eos qui in spiritualibus adire Imperatorem auderēt. esse mulctandos, vt relatum est. in c. si quis a proprio, 21. q. v. In octaua Synodo c. 17. affirmatum est, nusquam sacros canones sanxisse, Principes seculares in conciliis cōuenire, sed solos Antistites. Hoc idem fuit disputando conclusim in concilio sub Eugenio IIII. Senis indicto, & congregato, vt testatur Abb. in quæst. incip. Episcopus, & Feli. in c. Apostolicæ. de excep. Quid, quod ipsimet laici principes palam hoc ipsum aliquando affirmarunt. Theodosius enim ad primam Ephesinam Synodū scribens, ait, illicitum esse eos, qui non sunt ex ordine episcoporum, ecclesiasticis immisceri tractatib. Theodosius Rex alioqui impius, id pariter testatus est; Is enim, in concilio contra Symmacum, Papam collecto, aperte professus est, ad patres Synodi tātum spectare, quæ sequenda essent præscribere, ad se autem nihil, pręter reuerētiam, pertinere, vt habetur in §. hinc etiam 17. distinct. sic etiam nouimus, vt iam antea dictū est. Constantinum eadem ratione in Niceno concilio multos libellos reiecisse, in quo sacerdotes accusabantur. Quare 220 †ut tandem eo redeamus, vnde digressi sumus, concludendū est, Principes seculares filios esse ecclesiæ, & non præsules, ac eis conuenire, in ijs, quæ ad religionem spectant, discere potius, quam docere, & multo minus præcipere. c. si imperator. 96. dist. & hanc conclusionem plene probat Io. de tur. crem. in 3. lib. suæ summæ. c. 25. Hæc igitur omnia apertissime concludunt, robur nullum habere concilia, iniussu Pontificis cō- 221 gregata. Ab hac aūt firmissima regula, †casus tollendi schismatis, & alii, qui moram non patiuntur, excipi solent. quoniam tunc ideo sine iussu papæ cōcilia conuocantur, quo necessarium opportuno tempore fluctuanti ecclesiæ tribuatur auxilium, atque id tamen fit vi Pontificiæ potestatis, vt prædictum est, quæ ad vniuersitatem Episcoporum recidit, in illis duntaxat casibus, in qbus, periculum imminet, ne Respublica Christiana, diu manens in tanto discrimine, periclitetē, alia vero negotia, quæ differri possunt, futuro Pontifici relinquuntur, vt docuit Dec. in c. Osius, de elect. Vbi ait, hoc ipsū in Synodo Constantiensi, de qua agimus, fuisse conclusum. idque Cardin. sancti Syxti in sua summa retulisse. Faciunt ad rem tradita per Felin. in cap. super literis, de rescript. Iis hunc in modum expositis & intellectis, iam contra prædictas con- 222 stitutiones clarissima fiet illatio. †Quoniam causa, quare cōcilium illud Constantiense conuenerat, ea potissimum fuit, vt schisma, tum vigens, tolleretur, a quo in dies aduersus iactatam Petri nauiculam impetus procellarum & turbinum, magis ac magis inualescebant. Idque tam ex bulla Io. 23. in qua illius concilij indictio continetur, quam ex iureiurando ab eodem Io. suscepto, colligitur. Quare sequitur illius concilij potestatem fuisse ad illos duntaxat casus coarctatam, qui ꝯgrationi illi causam præbuerunt, exrra quos illæ sunt constitutiones, de quibus agimus, quæ futuris indubitatis Pontificibus normam dare videntur, atque ideo iure dicimus, eas ex defectu potestatis irritas esse & inanes. Nam cum patres illi suæ iurisdictionis limites egrederentur, qui erant in tollendo schismate ob pericula imminentia constituti, ab eis edi iure statuta non potuerunt, quæ ad illos præcise casus non perti- 223 nerent, qualia sunt prędicta, † siquidem a limitata causa limitati producuntur effectus l. cancellauerat. ff. de iis, quæ in test. delen. cum simil. cessante enim, quæ vrgebat, negotiorū causa, quæ illi Synodo præbuerat autoritatem, illius quoque iurisdictio ad finem peruenisse censebatur. l. adigere, ff. de iure patronat. capitulo cum cessante. de appellationibus. Et ita ipsum illud concilium sensisse apertissime constat, cum multa negotia hac ratione futuro Pontifici reseruarit, secūdum Dec. in d. cap. Osius. Id quod factum nunquam fuisset si amplam, & non restrictam, putassent illi patres suam esse potestatem, argumento l. cum de indebito. ff. de probat. Cōstat 224 igitur ex prædictis, decreta illa, tanquam extra casus pręmemoratos, promulgata, nullo iure suffulta iudicati debere. Neque vrget si aliquis forte instaret dicens, Concilium Constātiense legitimum fuisse, atque ideo omnia illius gesta venerari oportere. Nos enim legitimum fuisse concilium illud ꝯcedimus, & fatemur, sed in illis duntaxat casibus, in quibus instante necessitate ad illud deuoluta erat iurisdicendi pote- 225 stas, in aliis secus, †& stant ista simul, concilium quoad quædam legitimum esse, & quo ad alia quædam nō esse, sic Leo vir omni veneratione dignissimus gesta concilij Chalcedonensis approbauit, in iis tantum, quæ sine sua autoritate non fuerāt pertractata, reliqua vero voluit irrita esse & inania vt videre est in eius Epistola. 57. & lix. Quamobrē Gelasius hoc potissimum Leonis exemplo ductus, id quod prædiximus, ꝯfirmauit, vt in Tomo eiusdem Gelasij continetur. Quapropter iure affirmamus, quicquid fuit extra negotium schismatis, & alia, quæ moram non patiebantur, a Constantiensi cōcilio constitutum, id totum nullius fuisse roboris & momenti. Et ratio est in promptu, Nam sublata schismatis occasione, dato indubitato Pontifice, patres illi, sine eius autoritate conuenire non potuissent, vt late in præcedentibus fuit ostēsum. Longe minus igitur ob aliud congregati, potuerunt Pōtificiæ potestatis amplitudinem coercere, quod est plus. Idq; argu. l. relegatorum, §. potest, ff. de interd. l. qui indignus, ff. de senat. & capit. cum illorum, de sentent. excommun. conciliū enim etiam cum papa, nō potest derogare potestati alterius 226 papæ, vt est text. not. in c. innotuit. de elect. †Et quo recte intelligatur quonam modo conciliorum differant potestates, sic distinguas necesse est. Aut enim sine Pontifice colligunt, quod in casibus tantum, qui citra periculum differri nequeunt, fieri conceditur, & tunc ad illos præcise casus illorū potestas est coarctata, vt proxime dictum est. Aut a papa conuocantur, qui vel ad certa negotia expediēda suam impertitur autoritatem, & tunc similiter quicquid extra illa fit, irritum est, vt Leo docuit, & Gelasius confirmauit. Idque clare habetur extraditis per Ioan. de Immol. in capitulo graue, in fine. de præbendis, & per Deci. in dicto capitulo. Osius. facit text. not. in l. cuicunque, §. non tamen omne. ff. de institu. act. & l. diligenter, ff. mand. vel deniq; plenam eis exhibet potestatem, & eo casu possunt quæcunque negotia diffiniri, arg. l. in re mandata. C. mand. Et ita ait Io. de Imol. post alios in d. cap. graue, col. 6. vers. circa tertium de prębен. Ad rem igitur rede- 227 untes, †dicimus, ꝙ etiam si tota Episcoporum vniuersitas in Constantiensi Synodo adfuisset, tamē cum eorum omnium potestas esset ad casus instantis necessitatis coarctata, vt iam sæpe diximus, ab eis promulgari sanctiones illæ non potuissent, quæ postea legitime creati & certi Pontificis autoritati derogarent, tales autem videntur esse constitutiones quartę & quintę sessionis huius cōcilij, si eo modo, quo ab oppugnātibus Pontificiam maiestatem, intelliguntur. Sed aliud quoque argumentum afferri contra potest. Nam etiam si cętus Episcoporum omnium, quorum congregatione concilia cōsistunt, vt statim aperiemus, ampla quorumcunque iudicandorum potestate perfrueretur, id quod iure optimo negatū est. Hoc tamen posito, constitutiones illæ a concilio Constan- 228 tiensi eo modo decerni non potuissent. †Animaduertēdum enim est, vt tetigimus, iurisdictionem quę ad concilium spectat, ad vniuersitatem habentium iura Episcopalia pertinere, c. 1. 17. distinct. c. satis euidenter. 96. distinct vbi habetur, illicitum esse eum, qui non est in ordine episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatib. Idque ab omnibus communiter confirmatur, vt videre est per Doct. maxime Io. de Imo. in capitulo graue, de præben. Hinc legitur apud concilium Chalcedonense, episcopos ibi commorantes, cum intellexissent nonnullos Aegyptios, qui non erant episcopi, vna cum Dioscoro Chalcedonensi petiisse, vt concilio interessent, clamasse omnes, concilium episcoporum esse, aliosque esse eijciendos, & ideo Leo papa concilium Chalcedonense, concilium episcopale appellauit. de consuetudine tamen admittūtur etiam Abbates & generales ministri ordinum religiosorum & omnes illi, qui cum promouentur ad dignitatem, iurauerant

rant venire ad concilium, & ita factum fuisse in concilio Basiliensi, ait Card. de Tur. crem. in rub. qui ad concilia generalia sint vocandi. & traditur in cerimoniali, in rub. qui habēt vocem deliberatiuam in concilio, ij autem neq; ad votum decisiuum admitterentur, nisi auctoritate summi pontif. accedente, sed habentes iura episcopalia sunt iudices ipso iu- 230 re, & vi consuetudinis hactenus in concilijs obseruatæ, †tituli autem eorum, qui diuersis in prouinciis huiuscemodi ecclesias possident, enarrantur per excellentissimum Alber. de Rosate in rub. ff. de stat. ho. huc accedit, ꝙ singulæ ecclesiæ tenentur contribuere pro impensis, quæ fiunt ab episcopis euntibus ad concilium, quia publicæ vtilitati incumbunt, & hoc est eorum onus præcipuum, vt docuit Abb. in consilio 7. col. fi. in 2. volum. Cum vero ad synodum illam, si eorum, qui aberant numerus spectetur, minima episcoporum pars conuenisset, consequens est eam nihil prorsus ext. causas in concilii indictione expressas, decidere potuisse. Ratio 231 est in promptu, † nam soli præsentes nunquam possunt auctoritatem exercere, quæ ad vniuersitatem spectat, nisi accusata ac plane certa absentium contumacia, tunc enim cum omnes in vrgentibus negotiis moneantur, qui venire negligunt ipsi se ipsos a ferendis suffragiis excludunt c. cum nobis olim, de elec. & eorum potestas ad solos præsentes recidit. licet numero sint pauciores l. cum nauarchorum, & ibi Bar. C. de nauic. li. 11. c. bonæ. & ibi gl. & Inno. de elect. c. ubi periculum, cum ibi trad. eo. tit. in 6. facit tex. no. in §. si autem 232 sanctissimus. † de eccl. tit. ubi data negligentia episcopi, in piis causis. exequēdis, sancitum est, licere cuicūque alii omnibus modis studere, vt causę piæ compleantur, quem text. ad hoc citat Bar. in l. necquicquam. §. fin. ff. de off. procon. & leg. faciunt ad hoc tradita per Fel. in cap. cum olim, de testi. 233 † Quinimo, ob aliorum negligentiam iura totius uniuersitatis ad vnum solum quandoque deuoluunt, vt est tex. no. in l. sicut, ff. quod cuius. uni. no. & in c. si iure, 65. distinct. ut præ- 234 diximus. Atque ideo tria, in indictione concilii, ne a re proposita digrediamur, exprimi solēt, s. causa, locus, & tempus, ut iis omnibus publice intellectis, contumaces penitus excludantur, & in solis præsentibus legitimum esse cōcilium intelligatur ita prædicti sapientes, & diuturni mores docuerunt, qui pro lege non immerito custodiuntur, l. de quib. ff. de legi. Cum igitur patres ad concilium Constantiense requisiti fuerint, & citati, pro sedando schismate, & procuranda inter fideles pace, ut prædictum est, qua auctoritate soli præsentes, alia, in indictione negotia, non contenta, præsertim tam ardua, expedire potuissent? Si enim id vi proprię potestatis egissent, non licuisset, cum illi patres essent numero 235 absentibus inferiores, ad quos non incogniti iuris est †totius vniuersitatis auctoritatem iure proprio non pertinere, ut habetur in l. quod maior, ff. ad municip. & per Felin. & alios in capitulo cum omnes, de constitutio. & per Ioan. And. in capitulo cum omnes, de regulis iuris. in sexto. Si vero vi deuolutæ ad eos potestatis ob asentium contumaciam id sibi licere existimassent, & hoc longe minus audere debuerant, cū absentium iura ad solos præsentes non recidant, nisi eorum contumacia præcedente, ut proxime fuit ostensum. Absentes vero ad tollendum schisma, & ad casus, qui moram non patiebantur, citati fuerunt, non autem ad restringendā Ro- 236 mani atq; indubitati præsulis autoritatem, igitur nulla fuit eorum contumacia, quæ solum a neglecta prouenit citatione. l. aut qui aliter, & ibi Bar. ff. quod ui aut clam, citati autē ad ea non erant, atque ideo a sua potestate in iis, nondum erant exclusi, ꝯñrq. nec eorum ptās erat ad alios deuoluta. 237 Quare constanter sentio his potissimū duab. rationib. constitutiones illas ita expositas & intellectas non valere, accedit ad hæc ꝙ ēt si patres illi plenam habuissent auctoritatē, non tamen potuissent, dico etiam indubitati Pontificis accedente consensu, talia diffinire, quibus pontificiæ maiestati detraheretur, quæ a Deo est, & amplissima est, ut iam inde a principio plene discussimus. Et huius solidissimæ conclusionis veritatem apertiorem fore arbitramur, si effectus animaduertatur, qui deinde ab illis sanctionibus, hoc modo intellectis, 238 prouenerunt. Solēt enim causæ ab affectu plerunque cognosci l. cum de in rem uerso, vbi Barto. ff. de vsur. Bal. & alii in l. 239 si certis annis, C. de pac. cum simil. †Cæterum qd aliud, quā schismata & magna in ecclesia Dei dissidia pepererunt, Basilienses enim earum autoritate potissimum freti. Eugenium IIII. sua sententia de sede eiecerunt, electo in eius locū Fœlice. Tandem tamen nutu Dei, & Eugenio, & Nicolao eius 240 successori uniuersalis adhæsit ecclesia, & merito. †Quam iniqua enim fuerit illa eiectio, & quam impie tunc erexerit arrogantia supercilium, hęc ipsa per se res indicare potest. Nā, ut interim omittam pro solo casu veræ hæresis damnari posse Romanum Antistitem, ut uidimus, cuius quidem crimi- 241 nis Eugenius nō accusabatur, †dico Synodū illam pro certis tantummodo negotiis expediendis fuisse collectam, nimirum ut Gręcorum & Latinorum antiqua & notissima dissidia tollerentur, vt heretici damnarentur, atque ut bellorū, discrimina sedari possent, ut notum erat. idque ex gestis illius concilii uere percipi potest, si recte capitulum illud cōsideretur, in quo illius congregationis intentio declaratur. 242 †cum igitur multi Episcopi ob causas præmemoratas ad illud concilium non accesserint, qui proculdubio ad deponēdum seu confirmandum certum pontificem accessissent, si ad id citatio, vel saltem fama aliqua præcessisset, quōo soli illi præsentes eiecto Eugenio, ad quam rem nō erat indictum, concilium, nec etiam fama ulla pręcesserat, iniquissime temeritatis crimen effugient, Non enim vi proprię potestatis id potuerunt, cum ipsi essent numero pauciores, quibus nō licet auctoritate propria totius vniuersitatis iura exercere, ut paulo ante probauimus. Non etiam vi deuolutę ad eos ptātis id potuere, cum absentes ad id requisiti non fuissent, atq; ideo ueluti contumaces a suo iure non cecidissent. Nō postremo vi mandatę a pontifice Max. plenę auctoritatis, cū ad certos alios tm̄ casus fuerit coangustata, extra quos eorū potestas non egrederetur, vt paulo ante narrauimus, referētes talem a Leone latam fuisse sententiam, & a Gelasio con- 243 firmatam. †Quare ui ullius auctoritatis Basilienses illi tale ac tantam sententiam protulerunt. Nil mirum igitur si iste pestiferi schismatis euentus, ab illis constitutionibus male intellectis, tanquam fructus ab infecta radice prouenies, sta- 244 tim fuit communi fidelium consensu reprobatus. †Neq; ita multo post, aliud schisma contra Iulium 11. originem traxit, ut videre est per Dec. in consili 151. & tamen non modo Iulius, sed etiam Leo. decimo eius successor a tota Christia- 245 na Repub. venerati fuere, †& coram Leone Cardinales, qui contra Iulium insurrexerant, se palam schismatis reos profitentes, illus piaculum ab iurauerunt. Ex quibus omnibus luce clarius constat, tum validissimis rationibus a nobis adductis, tum malis euentibus ob hoc subsecutis, tum etiam uniuersalis ecclesię consensu, prædictas constitutiones, si contra pontificiam potestatem intelliguntur, minime ferri po- 246 tuisse, & in eis condendis Dei spiritum non adfuisse. †Huc accedit, non deesse magni nominis viros, qui testantur, quo tempore decreta illa promulgata fuere unam tantum ex tribus sectis, quę tres illos, qui se pro pontificibus gerebant, sequebantur, interfuisse, cum nondum reliquę duæ conuenissent, affirmantque, propterea. Franciscum Zabarellam. Cardinalem, dum in concilio Constantiensi illam constitutionem publicaret, legere noluisse partem illam, quæ est de reformatione capitis & membrorum, tanquam, quę subreptitia foret, ita Panormit. ait in quodam suo tracta nondum excuso, in quo declarauit, quid de concilio Basiliensi sciebat, & alii celebres auctores id confirmarunt, quod etiam ex eo uel maxime comprobatur quoniam deinceps quando alię quoque sectæ ad Synodum accesserunt, denuo fuit indictum concilium, ut legitur sessione 35. ex quo coniici potest illosmet patres sensisse, concilium ante illam indictionem legitimum non fuisse, & ex mente Ioan. de Turr. crema. in libro secundo suæ summę capitulo 99. rursus obiicitur, decretum illud non fuisse in ea forma promulgatum, vt generaliter omnem Synodum complecteretur, sed eam tantum quæ ad tollendum illud schisma cōuenerat. Atque ideo earum constitutionum inualiditas tanto magis esset manifesta. Et ideo Cardin. Iacobatius, in tract. de concilio. lib. quinto, pagina 304. multas rationes adducit, quib. ostendit. bonū esse si dictum decretum nullius fuisse roboris & momenti declararetur. ad quod accedant ea, quæ habentur per Io. de Tur. crem. in d. c. 99. ubi multa notatu digna contra illius decreti validitatem inueniuntur, quę breuitatis gratia prætere- 247 bo. Nec vrget, si quispiam forte alio exceptionis genete vteretur, obiiciens, Martinum V. certum iam & indubitatum pontificem, gesta illius concilii confirmasse, Nam ab illa cōfirmatione, nostra hęc opinio confirmatur, si enim decreta illa omnia exceptis casibus in quibus ecclęsiæ periculum imminebat, irrita non fuissent ob supremę defectum auctoritatis, Patres illi non affectassent, ut a certo iam pontifice 248 approbarentur. † Qui enim sanus est non indiget medico. Matth. 9. & c. adhuc instant, de pœnit. distinc. 3. cum autem Martinus eis duntaxat robur addiderit, quę fidei sunt, ut in confirmatione legitur. illud sequitur, vt alia omnia in sua, permanserint infirmitate, agumen. l. cum prætor. ff. de iud. prætere etiam si Martinus voluisset nullo habito discrimine omnia confirmare, id in successorum pręiudicium, qui pa- 249 rem habēt potestatem, facere non potuisset, †Ea tamen, quę fidei sunt, excipio, quibus successores etiam astringunt, in reliquis secus, cum nemo possit quicq̄ detrahere amplitudini pontificiæ potestatis, quæ a Deo est, ut in prima huius operis parte declaratū est. Et si quis causam exquirat, cur in fidei ne-

gotio successores astringantur, in reliquis vero nullum ipsis praeiudicium fieri possit, eam esse dixerim, ꝙ ea quæ fidei sūt non solius papæ, sed Euangelij sunt potissimum autoritate subnixa & quamuis papa, qui est summus in ecclesia Dei minister, ea declarandi, plenissima potestate fungatur, vt in p- **250** cedentibus visum est, † ille tamen, qui declarat nihil noui constituit l. adeo, §. cum quis, ff. de acq. re. dom. l. hæredes palam, §. 1. ff. de testam. Quare huiusmodi constitutiones euāgelicæ potius, quam pontificiæ nuncupantur, & ideo nō mirum est, si etiam successores, imo etiam ipsimet pontifices ta- **251** lia declarantes, astringuntur, † quoniā statuta fidei sunt immutabilia, nam aliter plures fides concederemus, & vnum respectu eiusdem diffinitionis hæreticum esse posse, alterū non posse, quod illæsa veritate dici non potest, cum tota ecclesia unam tantum fidem confiteatur, ut notum est. Hæc vero cessant in ijs, quæ ad fidem non pertinent, nam cum pōtificis potissimum auctoritate nitantur, iniquum est, alios **252** pontifices, qui eiusdem sunt potestatis, ab eis cogi. Cęterum si quis rursus instaret dicens, hoc ipsum, quod papa in certis casibus concilio parere teneatur, ad fidem spectare, ac propterea illud sequi, ut cum a Martino fuerit approbatum, ēt successores eius astringantur. Responde Martinum illa duntaxat confirmasse, quæ principaliter erant de fide. Qualia erant ea, quæ contra Ioannem Husium declarata fuere, nō autem hæc, quæ per quandam consequentiam ad fidē trahūtur. Idque argum. l. si quis nec causam. cum ibi tradit. ff. si cer. pet. quod quidem ex gestis eiusdem concilij confirmatur. Nam prædictæ constitutiones, quæ ad Pontificiam attinent potestatem editæ fuerunt, antequam decreti essent iudices, qui fidei negotijs operam darent, illud enim 4. & 5. hoc vero in 6. sessione fuit ab illis patribus cōstitutum. Atq; hinc manifestum est, ipsam Synodū sensisse, fidei causam ab illa fuisse seiunctam, arg. l. si idem, C. de codicil. Quid? non ne hoc ipsum dilucide habetur in eadem constitutione a Constantiensi concilio edita, & in Basiliensi repetita, de qua nūc agimus? in qua declaratum est, quemcunque cōcilio esse subiectum, in iis, quæ pertinent ad fidem, & ad extirpationē schis- **253** matis, & ad reformationem ecclesiæ in capite, &c. † Ex iis. n. patet negotium fidei distare a negotio reformationis ecclesiæ in capite & in membris, quoniam id, copulæ, &, quæ ibi posita est, uis exposcit, quæ proprie inter diuersa poni solet, secundum Gl. approb. in rub. ff. de iur. & fac. igno. & in cap. querelam, de simon. faciunt not. in c. in plerisque, de elec. & per Abb. in proœm. Gregorij. Et licet aliquando contrariū **254** inueniatur, hoc tamen communiter fit, † & ista est propria huius copulæ significatio, a qua discedere non licet, nisi ubi de contraria mente disponentis constaret. l. non aliter, ff. de legat. 3. & l. fi. C. de his, qui uen. ætat. impetr. atque ita patet, ista negotia fuisse tanquam diuersa, & separata, in hoc ipso loco ab ilijsmet conciliis intellecta. Et mehercule dici vlla ratione non potest, negotium, in quo de deponendo pontifice ob aliam causam, quam ubi veræ hæresis crimen ageretur, proprie esse negotium fidei, nisi forte ad id, secundū qd, & per quandam, ut diximus, consequentiam traheret. Ver- **255** ba autem de ea re sunt semper interpretanda, quæ non secū dum quid, sed pure & simpliciter est talis. l. hoc legatum, ff. de leg. 3. tradit Socin. in cons. 47. in 1. uol. præterea recte pōt hoc argumentum reflecti, atque ita concludi, aut hoc negotium ad fidem pertinet, aut non, si fidei est, illud sequitur, ut cum ea, quæ ad fidem attinēt mutari nequeant, ut pauloante probatum est. Id neque a Constantiensi concilio statui, neque a Martino potuerit confirmari, cum potestatem pontificis maximi absolutam esse, & nullo limite coarctatam sępe iam ante illa tempora fuerit, & pontificum sanctionibus **256** & conciliorum decretis, atque ipsa consuetudine declaratum, ut inter alia, concilium Florentinum, in diffiniēda hac amplitudine potestatis, apertissime affirmauit, dicēs, papam a Christo regendi & gubernandi uniuersalem ecclesiam potestatis plenitudinem accepisse, quemadmodum & in gestis œcumenicorum conciliorum & sacris canonibus continetur. Ex quibus patet, ita testante concilio, anteactas Synodos ęcumenicas, & sacros canones hoc multoties & pariformiter statuisse. Idque in prima parte huius operis plenissime cō- **257** tinetur. † Si uero hoc fidei negotium non est, ut supra docuimus, atque hoc idem ipsæ Constantiensis & Basiliensis concilii, sanctiones, ut prædiximus, aperuere, quas proxime considerauimus, consequens est, Martini successores, qui pari imperio perfruuntur, ullo pacto coerceri propterea non potuisse. l nam magistratus. ff. de arbitr. cap. innotuit. de elect. **258** † Et ita ex omni parte liquet, quod quanto magis contra Romanę sedis itur authoritatem, tanto, magis ea, more puri auri, fit illustris, & prædictarum constitutionum inua- **259** liditas innotescit. Verum † quia nostri moris non est, contra sanctiones patrum insurgere, nisi ubi nos ipsa veritas, & religionis amor impellit, ideo cogitabam eas rectius posse interpretari, & rem ad concordiam adduci, cum alias fuerit (ni fallor) illorum patrum intentio. Quod enim in eis legitur quemcunque etiam dignitate pontificia pręcellentē, & illius, & cuiuscunque alterius concilii legitime congregati præceptis parere oportere, in ijs, quæ ad reformationem ecclesię in capite & in membris attinent, dicimus verba hęc ad duplicem trahi posse intellectum, ut scilicet, vel distributiue, uel collectiue, accipiantur. Si distributiue, hoc est qđ ēt in reformatione cuiuscunque membri & ecclesię particularis pontifex concilio sit subiectus. Hoc modo prorsus pontificia maiestas destrueretur, si concilii constitutio ad vnum tantum membrum attinens, a pontifice Maximo tolli non posset. Ita enim & constitutiones innumerę, & sanctorum traditiones, atque ipsa consuetudo, a quibus omnibus con- **260** trarium astruitur, euerterentur. Quin illa quoque Synodus sibimet repugnaret, quæ in damnandis capitulis illis declarauit, Romanam ecclesiam supra quascunque alias potestatem habere, atque hoc pacto se ipsam statim oppugnaret, contra l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstra. Præterea ista concilij potestas supra pontificem, post tot secula ita repente gigni non potuit, sed opus erat eam iam inde ab initio nascentis ecclesiæ semper fuisse, atque eo demum tēpore declaratam, quod quantum distet a verisimili nemo ambigit, cum tot anteacta cōcilia, tot veterum decreta, tot illustrium virorum documenta, atque ipse denique usus cōtrarium semper constantissime declararint, ac nefas sit cre- **261** dere, veritatem hanc, quæ suapte natura dilitescere, diu nō potest, in concilio tantum Constantiensi post mille & qua- **262** dringentos annos, & amplius, fuisse detectam. † Hæc enim, quę a uirisimilitudine adeo deflectunt, tanquam falsa reiici debent teste Aristo. 1. Ethic. & Bal. in l. 1. C. de ser. fug. facit l. **263** non est verisimile, ff. quod met. ca. cum simil. lib. † Quare concluditur, illa uerba de capite & membris distributiue exponi vllo pacto non posse, quoniam iste intellectus merito posset a sapiente redargui, atque ideo est reiiciendus. l. Saluius, Aristo. ff. de legat. pręstat. Si uero ea, ut necesse est, collectiue explicentur. hoc est, ut in reformatione capitis & membrorum simul concilio, pontifex parere teneatur vt etiam verba eius constitutionis indicant, quæ hoc sermone vtitur, generalem reformationem ecclesię Dei in capite & in mēbris. Tunc ab aliorum non videretur discrepare sententia, q iam **264** pridem ante concilium Constantiense affirmarunt, † ea quæ ad uniuersalem ecclesiæ statum pertinent, absolute & simpliciter a summo pontifice abrogari non posse, quoniā hoc pacto status ecclesiæ decoloraretur, secundum Glo. in c. proposuit, de concess. pręben. Glo. in §. nisi rigor, 1. q. 7. Inn. in c. inquisitioni, de senten. excommu. Archid. in c. sunt quidam vigesimaquinta quæstio. prima. Card. Zab. in consi. 147. & in consi. 150. in fi. Abb in capitulo significasti, de elec. & multi alii hoc idem senserunt, quamuis ego cum eis non ita facile sentiam. Verum esto, negari non potest, quin decretum, qđ vna & membrorum & capitis reformationem complectit, ad uniuersalem ecclesię statum pertineat, atque ita constitutio illa nihil noui penitus contra pontificem attulisset, ut prędicant ij, qui perspicuam hanc veritatem audent oppu- **265** gnare. † Præterea memoraru dignum esse censco, verba illa, Ad reformationem ecclesiæ in capite, & in membris, referri oportere tantūmodo ad casus ratione hæresis aut schismatis contingentes, cum tunc desit verus pontifex, cuius præcipuum munus est, ecclesiam reformare, atque ideo qđ ibi de capite dī, intelligendum est, de capite dubio & incer- **266** to non autem de indubitato & vero. † Vbicunque enim in oratione qualitas aliqua specialis exprimitur, ac deinde sermo subsequitur generalis, aiunt iuris interpretes, generalitatem hanc a qualitate sermonis pręcedentis debere restringi l. fin. §. cui dulcia, ff. de tritico. vin. leg. Bart. in l. sed & si quis, §. fuit quæsitum. ff. si quis cau. & ut latius paulo post declarabitur. Hoc autem ratione valida confirmatur, cum enim hic de stringenda veri ac certi pontificis ditione tractetur, quæ a Deo est, & nullo limite coarctata, ut iā sæpe diximus, sequitur materiam hanc restringibilem esse, & stricte, quantum fieri potest, ex iurisconsultorum sententia interpretan- **267** dam. † Qua propter cum ista verba ad dubium, & incertum pontificem referri possint, non debent ullo pacto ad certū & indubitatum extendi l. cum quidam, ff. de liber. & posthu. c. odia, de regu. iuris in 6. Abb. in capitu. sedes, de rescriptis. **268** † Faciunt ad rem hāc, trad. per Compost. & alios in c. causam quę, de rescr. vbi no. aiūt, beneficium alicui collatum a papa non obstante collatione alteri facta, intelligendum esse de collatione inualida, non autem de valida, Hoc idem sequit Alex. in cons. 125. viso titulo, col. 2. in 2. vol. & in cons. 35. viso processu, col. 4. in 4. vol. Ias. in l. fi. col. 5. ff. de cōs. prin. Dec. in c. 1. de rescrip. & Crauet. in consi. 93. Dico amplius, verba

ista omnino uerum pontificem complecti non potuisse, **269** Quoniam sermo quantumcunque generalis nunquam ad ea porrigitur, de quibus in specie disponere non posset. cap. tuæ, de decim. & ibi Host. & Ant. tradiderunt Alex. in consi. 141. in 4. uolum. ubi ex hoc limitat gl. singu. in l. promittendo, ff. de iur. dot. quæ optime rei propositæ applicantur. Sed in specie illa constitutio certi pontificis potestatem imminuere, ac ei pœnas iniungere non potuisset, ut late in præcedentibus fuit ostensum, sequitur ergo, vt iste casus certi pōtificis **270** in uerbis illis generalibus, minime comprehendatur. † Nam uerba etiam improprie accipiuntur, ne actus ad irritum deducatur, l. sed & si possessori, §. primo. ff. famil. ercisc. tradit Alex. in cons. 248. in 6. uolum. & Bal. Nouel. in tract. de dote, in 44. priuilegio. ubi citat tex. Gl. & Doct. in l. quæsitum, § si seruus, ff. de leg. 1. neque deterrebor si forte huic opinioni obiiceretur, constitutionem illam de uero quoque pontifice sensis- **271** se, in illis uerbis, etiam si dignitatis papalis existat. † Quoniā uerba sunt secundum materiam subiectam intelligenda. Cū autem & tempore illius constitutionis nullus certus pontifex haberetur, ac etiam cum illa constitutio in futurum de schismate & fidei negotio pertractet, debent illa uerba ita **272** explicari, ut de existentibus in quasi possessione pontificatus senserint, qui pro legitimis ac ueris possessoribus haberi solent, donec contrarium ostendatur. §. commodum, instit. de interd. Ang. in l. qui interrogatus, ff. de petit. hæred. ista enim proculdubio fuit illorum patrum sententia, qui hęc omnia potissimum egerunt, ut illos de pontificatu certantes, e sedibus occupatis eiicerent, ut latius infra aperietur. Verumetiā si constitutionem illam de uero ac certo pōtifice sensisse cōcederemus, propterea tamen pontificiam potestatem imminutam esse haud concedimus, per quam diligenter. n. obsecro, illius verba considerentur, quæ de reformanda ecclesia in capite & in membris disponunt, quoniam de reformatione duntaxat ad mores pertinente, ea arbitror esse intelligenda, id quod nihil nobis obesse poterit, ut statim probabitur, **273** Hoc autem a sufficienti partium numeratione probamus, quod argumentum in iure ualidum est l. ex maleficiis, §. hæres, ff. de actio. & obli. l. patre furioso, ff. de his. qui sunt sui vel alie. iur. habetur in c. per tuas, de sent. excom. & in c. si vir, de **274** cog. spir. † In primis autem sciendum est, ꝙ reformare nihil aliud est, quam rem aliquam in nouam formam traducere, ut ait gl. in l. vectigalia, ff. de public. Aut igitur volumus ecclesiam reformari, & ita in nouam & insolitam formā transferri, quo ad caput & membra, hoc est dignitatem, & eorū simul omnia priuilegia commutando, & hoc fieri non posse deciditur in c. priuilegia, primo & secundo. 25. quęs. 2. hoc enim pacto status vniuersalis ecclesiæ decoloraretur, si ea q̄ hactenus ab Apostolis & eorum successoribus nobis tradita sunt, destruerentur, quod fieri non licet, c. quæ ad perpetuam & c. sunt quidam, 25. quæst. 1. c. & si illa, 1. quæst. 7. Aut uolumus prædicta applicare ad reformationem ecclesiæ in capite simul & in membris, hoc est prælatos omnes, & simul ipsum pontificem de sedibus eiiciendo, & hoc longe minus fieri posse cōcedimus, ratione & iuribus præmemoratis, ita enim totum ecclesiæ Dei ædificium radicitus euelleretur, id quod usque adeo absonum & irrationabile est, ut uix cogitari possit, nedum statui. Aut volumus ui prædictorum uerborum solum caput, hoc est, ipsum Romanum pontificem, loquor enim de indubitato, non autem de hæretico, schismatico, uel intruso, accusari ac deponi posse per obiectis ei criminibus, & hoc similiter fieri non potest, cum paulo ante docuerimus, uerba illa de capite & membris, distributiue, **275** ac seiunctim explicari non posse, sed collectiue tantum, † ut etiam uis illius copulæ, Et, exposcit, quę æque principaliter copulata coniungit, secundum Bar. in d. l. Seiæ, §. Caio, ff. de fund. inst. & Abb. in c. cum Marthę, de celebr. miss. Quid igitur est reliquum, nisi vt necessario fateamur, verba illa de reformatione morum esse intelligenda, & de iis, quæ ad bene beateque uiuendum, & ad communem fidelium vtilitatē attinēt, quo casu concedimus, pontificem ea debere tanto diligentius custodire, quanto ipse dignitate omnib. aliis an- **276** tecellit, † cum maiora faciat uitia peccatorum sublimitas, peccantium c. nulli fas. 25. q. 1. & l. omne delictum. ff. de re mi- **277** litat. † Ad officium enim summi pastoris potissimum spectat, omne, quod irrepræhensibile est, sua summa potestate defendere, cap. omne, 25. quæstio. prima eum potestas ei data fuerit in ædificationem, & non indestructionem, vt ait Apostolus, cuius contrarium ageret. si huiuscemodi statuta conciliorum a pontifice pro libito voluntatis euerteren- **278** tur, c si ea, 25. quæst. 2. sed hic animaduertendum puto, † ꝙ nihil proprerea pontificię detrahitur potestati idque dupliciratione ostenditur. Quarum prima est, quoniam certus, pontifex eis non obediens propterea tamen puniri non posset nisi forte declinaret a fide, vel esset intrusus. ut iam sæpe dictum est, sed ei tantum a concilio resisti posset, ne ecclesiā Dei ɔfundat, ut utar verbis Panot. citat Inn. in c. quanto, de consuet. ita enim & Paulus restitit in faciem Petri, ad Gal. 2. & in c. Paulus, 2. quæst. 7. Neque vrget si forte diceretur sanctionem illam contrarium sensisse, cum pœnas non parentibus iniungat, ēt si talis pontificia potestate fungatur, quia hoc iam iam confutabitur argumentum. Altera ratio **279** est, quod illæ constitutiones loquuntur de cōcilio legitime congregato super præmissis, legitime vero congregatum concilium dici non potest, nisi quando certus & indubitatus pontifex suam ei præbet auctoritatem, vel eo deficiente negotium ita urgeat, ut futuro Pontifici nequeat reseruari, quo casu propter instātem necessitatem eius potestas ad cōcilium recidit, cuius auctoritatis vi, cum ibi omnia constituantur, & in concilio tanquam caput in membris, & anima in corpore uigeat, ɔn̄s est, in his casibus dici nō posse, cōcilii potestatem pontificia potiorem esse. Nisi forte etiam dicere uelimus, hominem esse anima nobiliorem, cum cōstet hominem sine anima esse non posse, eamque totius ho- **280** minis partem esse præstantiorem, quę quidem partis ad totum comparatio etiam Philosophis videtur illepida. Cum enim ex connexione. quæ est inter pontificem seu pontificiam potestatem, ut patres in synodo existentes corpus concilii, atque ita quoddam totum constituatur, consequens est, ut totum, non sit aliud a parte. secundum Glo. no. in cap. **281** nullus inuitis, 61. distin. † tanta etenim connexitatis est uis & potentia, ut plura pro uno & eodem habeantur, & iure non dispari iudicentur. l. uulgaris, ff. de furt. capit. uulgaris, de pœnit. dist. 1. proinde continentia ædificii censentur ædificium cum eo cui cohærent. l. secun. & l. ædificia, ff. de ver. signi. c. si ciuitas, de senten. excommu. in 6. Faciunt ad rem, quæ habentur in l. uoluntas, C. de fideicommiss. in cap. 1. de consec. eccle. vel alt. & cap. si quis contumax, 17. q. 3. Ex quibus omnibus liquere arbitror quam improprie disputetur, quæ nam sit maior pontificis uel concilii potestas, cum Synodus sine pontificia potestate consistere non possit. Nunc **282** superest, † vt obiectionem illam diluamus, quam nuper de pœnis in illa constitutione contentis tetigimus. Respondeo enim debere per quam diligenter animaduerti, tria esse negotia illa, quæ in ipsa constitutione memorantur, scilicet negotium fidei, negotium schismatis. & negotium reformationis ecclesiæ in capite & in membris. Propterea cum ibi statuatur, quemlibet cuiuscunque dignitatis, etiam si papalis existat, parere debere concilio super præmissis legitime, congregato & contrafacientes esse pœna condigna plectē- dos, Dico id recte fuisse sancitum, si tamen eius intellectus, hoc moderamen, ita iure cogente, adhibeatur, scilicet, vti, singula singulis, congrue referantur, hoc est, si de inobediētia inferiorum constabit, ipsi in quocunque casu & nullo habito discrimine puniantur, cum id ratio subiectionis expo- **283** scat. Si uero de pontifice maximo ageretur, tunc id sane intelligendum censeo, ut puniatur in casibus ibi præmemoratis, in quib. id iure fieri liceat, hoc est, si forte in primo illorum casuum, qui ad fidem spectant, pontifex aberraret, puniri debet, capitulo si papa, xl. distinctio. Idem in secundo, casu ibi pręmisso duo de pontificatu certantes peccarent quia eiectionis pœna posset iniungi. capitul. si duo. 79. distin. **284** Idem ait Bal. in capitulo olim, in fin. de rescrip. & Felin. in capitulo secundo de pręscrip. Et hæc fuit potissima causa illius congregandi concilii propter schisma, quod illis temporib. uigebat, cum maximo fidelium detrimento, ut paulo post, aperietur. Similiter papa puniri posset, si in tertio & ultimo casuum ibi comprehensorum a iure deflecteret, si forte circa reformationem capitis & membrorum aliquid a concicilio decerneretur, ut puta, si pontifex pecunia electus, & intrusus, omnesque in eum pertinaci uoluntate consentiē- **285** tes pænis debitis subiicerentur. † Nam tunc etiam ipse Antistes de sede eiici posset. c. si quis pecunia, 69. dis. & hoc scelus in hac Synodo Constantiensi obiectum fuisse Io. 23. testatur Ful. qui illi concilio interfuit, vt ēt retulit Ias. in l. Barbarius, ff. de off. præt. vbi de papa hoc modo electo aliter vī ipse sen- **286** tire, & non bene. † Nam quemadmodum papa canonice electus, teste Bal. est quasi Deus in terris, ita contra ius ipsum, ad supremam hanc dignitatem euectus, quodammodo Demō aliquis esse censetur. Hæc Bal. quem retulit Felin. in cap. ego N. col. 2. de iureiur. Atque illa opinio ex iis ēt refellitur, quæ late in libro de Cardinalatu a nobis edito differimus, in illa qōne, Quales in pōtificis electione esse debeāt cardinales. In aliis ergo casibus, preter præmemoratos, pōtifex non obligabitur, nisi vt ei a concilio resisti queat, ut proxime fuit osten- **287** sum. † Nec reprehensibile est existimandum, si eadem verba in illa cōstitutione, uno contextu prolata, varios, a diuersitate rōnis recipiāt ītellectus. id. n. iure optimo fieri posse legislatores sępiss. tradiderūt, ut videre est ī l. manumiss. ff. de ius.

288 & iure. & in l. nam hoc iure, ff. de uulgar. & pup. verba enim quantumcunque generalia restringi solent, ne absurdam expositionem admittere cogantur. l. siue hęreditaria, ff. de negot. gest. l. nam absurdum, ff. de bon. liber. iūctis aliis, quæ plene habentur per Decium in cap. cum inter, de except. & per Abb. in consi. 47. in 2. uol. Hinc etiam contrarium illud
289 reiicitur, quod forte obiici posset, scilicet, †verbum illud, parere, teneatur, quod in illa constitutione positum est, & quādam subiectionem uidetur significare, tam ad pontificem quam ad alios esse pariformiter referendum, iuribus uulg. Nam illud quoad ipsum pontificem extra casus per nos paulo ante enucleatos, accipietur improprie, & quoad alios proprie, id quod, vbi hoc ratio postulat, fieri solet, ut docuit tex. & glo. in l. secunda. ff. de offic. procons. & text. no. in capit. ab excommunicato, & ibi Zabar. de rescrip. & in cap. cum dilectus, vbi Abb. de consuet. cum multis aliis, quæ per And. Sicul. adducuntur in consilio 34. & in cons. 43. in 1. vol. Ad prędicta omnia accedat, si hoc modo illa Constantiensis constitutio explicet, nec iuri communi, nec veterum cōciliorum decretis neque consuetudini diuturnis moribus confirmatę derogatum iri, quibus omnibus, aliter exposita, repugnabit.
290 †Nouimus autem interpretationem illam, quę iuri conformis reperitur, tanquam maiori fauore digniorem, semper esse cæteris pręferendam ut habetur in d. c. cum dilectus, cū Glo. no. de consuet. & in c. statutum, iuncta Gl. de pręben. in 6. Alexand. in consi. 74. in 2. uol. & Feli. in c. cum accessissent
191 de constitut. Alia quoque ratio afferri potest, nam si, qđ negatum est, nec concedi potest, in illa constitutione pontificia potestas restringi etiam potuisset, non tamen ex ea ita posita, coniici ea res deberet, cum enim ibi in constitutione illa tres casus proponantur, super quibus statuere intendebat, fidei, schismatis, & reformationis ecclesię in capite & in mēbris, dicimus, cum in primo casu, ad fidem pertinente, secundum ius commune constituerit, dicto capit. si papa, & similiter etiam in secundo casu. scilicet schismatis, a iure communi non declinauerit, d. c. si duo. Ita pari ratione constitutionē illam etiam in tertio casu de reformatione capitis & membrorum, ibi copulatiue annexo, nihil noui penitus attulisse, sed secūdū ius antea usitatum disposuisse, ut in præcedentib.
292 declaratum, est, †quoniam a maiorib. nostris accepimus, ut prędictum est, unam partem ex pluribus copulatis debere a qualitate aliarum, quę ei coniunctæ sunt restringi ac declarari, vt ait Rom. in consi. 230. incipien. pręmissorum Alexan. in d. cons. 248. in 6. uolu. Soc. in cons. 13. in 3. uol. & Mar. Soc. Iunio. in consi. 112. in 1. uol. Facit tex. no. in l. fi. §. cui dulcia. ff. de trit. vi. &. oleo le. & iō sic recte colligitur, ibi in prima & secundo casu quod decretum illud a sacris & antiquis constitutionibus circa pōtificiam potestatem, non discrepauit, igitur & hoc idem in 3. casu est coniiciendum, ut hac ratione similem casum decidit Soc. in cons. 266. col. 10. in 2. uol.
293 †Non prætermitto, interpretationem illam esse semper accipiendam qua contrarię opiniones ad concordiam adducuntur, ut docuit Alexand. in cons. l. in 7. uol. & Soc. in consil. 66. & in consi. 112. in primo volumi. Cum autem nostræ huius fœdere distinctionis ita fiat, quoniam & illarum cōstitutionum inanitas, & absurdi intellectus reiiciuntur, iure dici potest, eam non debere a sapiente redargui. Et profecto si ille sanctiones introspiciūtur, facile intelligitur, eas potius declarare, quam noui aliquid statuere uoluisse, scopus enim & principalis illorum patrum erat intentio, super tollendo illo schismate, constituta. & propterea totis viribus elaborarunt, ut cunctis fidelibus innotesceret ibi legitimum esse cōcilium, cui etiam pontificia maiestate pollentes parere cogerentur, quo possent. certantes de pontificatu, de sedibus eijcere, & optatatam vnjtatem fidelibus tandem restituere, prout annuente Deo factum fuisse nouimus, & ideo statutum illud non modo fuit in quarta sessione promulgatum, sed etiam in quinta repetitum. † Non igitur sanctiones illę
294 sunt, præter conditorum mentem contra certum & indubitatum pontificem afferendę, argumento. l. non omnis, cum ibi trad. ff. si certum petat. Mens enim disponentis est in quibuscunque dispositionibus potissimum attendenda, ut late habetur per Socin. in consilio 58. in primo volu. & per alios alibi sæpe. Et ista conclusio (ni fallor) Floretini concilii auctoritate probatur, cum enim ibi sit diffinitum, toto illorū, Grecorum & Latinorum Antistitum annuente consessu, Romanum præsulē, in Petro, regendi & gubernandi vlem ecclesiā ptātis amplitudinē accepisse, quemadmodum etiā in gestis ęcumenicorum conciliorum & sacris canonib. cō-
295 tinetur, duo hic puto esse animaduertenda. † Primū est qđ illa Synodus, antecta concilia indefinite commemorans, intellexit, ea oīa huius potestatis amplitudini consensisse. l. si plurib. ff. de leg. 2. cū si. in quib. sermonem indefinitum uli æquipollere traditum est, †atque ideo hoc etiam de Constātiensi concilio, quod est ipso Florētino vetustius, intellexit, qui enim omne dicit nihil prorsus excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Alterum uero, quod illa sinodus sensit, id est, scilicet in materia pontificiæ potestatis a sacris pōtificum decretis nusquam concilia discrepasse. Cū enim sinodus hæc verba proferat, quemadmodum etiam in gestis æcumenicorum conciliorum & sacris canonibus continetur, perinde est, ac si diceret, in re proposita canones & concilia in vnam eandem-
297 que semper conuenisse sententiam, † quia vbicunque plura ab eodem uerbo reguntur, iure ea omnia unam eandemque interpretationem admittunt l. unic. §. hoc ita tam varie, C. de cad. tollend. l. nam hoc iure, cum ibi tradit. ff. de vulgar. & pup. cum vulgat. Verum enimuero semper canones pontificiam hanc potestatem amplissimam esse, & nullo limite coarctatam constantissime tradiderunt, ut late in
298 præcædentibus fuit ostensum. †Quod si vt leges a legibus interpretantur, l. nam & posteriores, ff. de leg. l. vtrum, ubi Ange. ff. de peti. hære. tradunt Doct. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. ita pariter ac multo magis æquum est, concilia a conciliis, quæ eodem spiritu Dei reguntur, declarari, ex sententia Florentini concilij, dicendum est, hoc idem, quod canones, etiam ipsa semper concilia statuisse, eorumque decreta non esse aliter exponenda. Proinde ne a tanti concilii declaratione dissentiamus, necesse est, ut proxime explicauimus, constitutionem illam Constantiensem, ita interpretari, ut pontificiæ maiestati vlla in parte non reluctetur. Atque ita nouis istis lucubrationibus, & rationibus, ut putamus, hactenus non auditis, dictarum constitutionum obiectio confutatur, siue eas contendamus irritas esse & inanes, ut primo loco disputatum est, siue potius earum validitatem, re probabiliori modo intellecta, tueamur; Quare confutatis omnib. quæ in contrarium possent afferri, remanet clara conclusio, certi & indubitati pontificis summam esse omnium iudicādorum potestatem. Ideoque frustra laborarunt, qui tantum cōcilio deferre voluerunt, ut eam potestatem, cui nulla par in terris esse potest, minuere, & concilio subiicere nō erubescant, in quo quantū a vero aberrarint, ex iis, quę nō minus diligenter quam uere disputata arbitramur, percipi potest.

TERTIA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex solus, an ecclesiæ negocia cuiuscunque generis expedire possit.*
2 *Salus, vbi multa consilia.*
3 *Quod a pluribus quæritur, facilius inuenitur.*
4 *Approbata vniuersali consensu, ab omnibus accipiuntur libentius.*
5 *Patres concilij se habent ad papam vt consultores.*
6 *Papæ est terminare hæreticorum nouas opiniones & nondum reprobatas, & ad Romanam sedem est recurrendum pro confutandis hæreticorum nouis opinionibus nondum reprobatis.*
7 *Hæretici sunt qui in hæresim iam damnatam incidunt.*
8 *Principes cum eorum officium in ecclesia defendenda consistat, tenentur armata manu hæreticos incorrigibiles expellere.*
9 *Pontifex in discrimine constitutus obligatus est a principibus auxilium petere.*
10 *Procedendum quomodo sit contra schismaticos & hæreticos, & nu. 18.*
11 *Principes periclitantem ecclesiam non debent destituere, nec manus adiutrices impie abstinere, & nu. 16.*
12 *Principes seculares in spiritualibus manus inijcere non debent. & num. 5.*
13 *Principes, qui debitum honorem summo Pontifici non exhibent, grauissimas pœnas incurrunt, qui vero eccl. suscipiunt defensionem, præmia consequi debent.*
14 *Orientis ciuitates post peruersum Arij dogma a summa felicitate ceciderūt.*
15 *Pannonia regio post hæresim Ioannis Hus & Hieronimi a Praga infeliciter corruit.*
17 *Concilium tunc cogi potest, quando hęreticorum potentia adeo inualescit, ut neque censuris ecclesiæ, neque principum armis opprimi possit.*
18 *Hęretici, qui propter sectæ potentiam armis bellari non possunt, per aliam uiam, qualiscunque illa sit cęteris fidelibus aggregari debent.*
19 *Qooquomodo dictio, quam significationem habeat.*
20 *Medico non opus est bene ualentibus.*
21 *Medicus bonus ac fidelis nunquam ægrotantibus deest, donec superest aliqua spes salutis.*
22 *Concilium cogi non potest, vt de fide temere disputetur, neq; vt ea, quę pro fidei nostræ fundamento decisa sunt, in dubium reuocentur.*
23 *Arrius, & nonnulli alij hęretici post eorum dogmata damnata iterum in concilio auditi fuerunt.*
24 *Hæretici in concilium ingredi non possunt.*
25 *Hæretici tanquam membra putrida resecari debent, & tanquam oues morbosæ non sunt cæteris ouib. agregandę.*
27 *Papa est successor B. Petri Apostolorum principis & verus Christi vicarius, totiusque eccle. caput, ac omnium pater & doctor.*

28 *Pontificiæ potestati vniuersalis ecclesia est subiecta.*
29 *Geminatorum verborum vis.*
30 *Et copula in materia fauorabili semper ampliatiue est accipienda.*
31 *Verba constitutionis siuodalis non præsumuntur superflua & inania.*
32 *Ecclesia quid, quæ vox collectiua est, sicut propulus, grex.*
33 *Numerus pluralis in vno verificari solet.*
34 *Verborum proprium significatum est sequendum.*
35 *Lex ita exponenda, vt a sapiente reprehendi non possit.*
36 *Plenitudini nihil addendum.*
37 *Plenum & liberum paria sunt.*
38 *Concilium tantum a tota ecclesia distat, quantum vicem gerens distat ab eo, cuius vices aguntur.*
39 *Gregorius pont. prohibuit se vniuersalem episcopum appellari.*
40 *Rex Francię Christianissimus, & eius subditi subsunt Romano pontifici. eo. numero 46.*
41 *Alexandrinus episcopus similis est Romano patriarchæ, quatenus papa priuato tenet eum locum, non quatenus vices Christi gerit.*
42 *Alexandrinus episcopus tertius est in ordine episcoporum.*
43 *Humilitas in ministris Dei commendatur.*
44 *Vniuersalitas quomodo in papa accipiatur.*
45 *Papa potest in feudum concedere ea, quæ ad suum apostolatum pertinent, & quascumque res aliarum omnium ecclesiarum.*
47 *Canonum quanta sit authoritas. & 55. 58. & 59.*
48 *Causis in agendis, quid principaliter spectandum.*
49 *Probatio perfecta illa est. cui iudex credere cogitur.*
51 *Pontifex legem condere non potest, qua clerici secularium iudicio subijciuntur.*
52 *Christiana respublica in duo genera hominum est diuisa clericorum. s. & secularium.*
53 *Iudex in causa propria nemo esse debet.*
54 *Pontifex causas ad ecclesias spectantes iudicat.*
57 *Lateranense concilium decreuit, as reliquias sanctorum quæ nouiter inueniuntur, non esse prius venerandas, quam a Romano pontific. fuerint approbatæ.*
60 *Singula quæ non prosunt, vnita iuuant.*
61 *Sancti ecclesiasticorum interpretes quantam habeant authoritatem.*
62 *Scripta hieronymi August. & Isidori, grauiter sunt tenenda in dubijs diffiniendis.*
63 *Mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege seruantur in rebus de quibus nil certi diuina statuit scriptura.*
64 *Vigilantius ab Hieronymo hæreticus probatus fuit, propterea quod ueneran das non esse martyrum reliquias firmabat.*
65 *Consuetudo etiam irrationabilis & iniusta excusat delinquentes a pęna.*
66 *Ioci causa loqui non licet in contemptum ecclesiæ.*
67 *Decreta pontificum ita ab omnibus obseruari debent ut si quis in illa commiserit, venia denegetur.*
68 *Testium auctoritas multum prodest ad faciendam fidem.*
66 *Scriptores canonum maximi testimonij pondus habent.*
70 *Pontificis summi elegantes laudes.*
71 *Papa fidei est fundamentum & eius magnitudo & excelsa potestat. Et infra num. seqnent.*
73 *Dioscorus cur damnatus in concilio Chalcedonensi.*
74 *Sanctorum scriptorum laudes.*
75 *Gamalielis dictum, ea, quæ Dei absque numine suscipiuntur, breui tempore deperire.*
76 *Sententia tutior est, qua maiorum sequimur documenta.*
77 *Salomouis consilium, ne quis prudentiæ suæ immitatur.*
78 *Sacerdotis imperio obedire recusans, & superbiens morte moriatur.*

Onabre neque iniucundum hoc vltimo loco fore arbitror si ostendatur, quid ijs responderi oporteat, quæ fere cōiter opponi solent, quorum, i. si
1 solus, inquiunt, †pontifex ecclesiæ negotia cuiuscunque generis expedire potest, vt asseris. inanis ergo conciliorum congregandorū ratio instituta, & frustra tum ab Apostolis q spiritu sancto ducebantur, tum secutis deinceps temporibus indicta & coacta concilia extiterunt. Huic igitur obiectioni primum sic apte puto responderi posse, expedire, ac perutile esse, vt quandoque concilia congregentur, tum quia multa ibi tractari sancirique consueuerunt, quæ ad bene beateque uiuēdum mentes hominum erigunt, eo enim multi docti ac Sancti patres vndecunque confluunt, qui varia ad honorē Dei
2 proponunt, †tum quia, quod plurimorum sententijs cōprobatum est, sanius esse iudicium existimatur, c. prudentjam, de off. deleg. Nam multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, ecclesiastici sexto, & vbi multa consilia ibi salus. pro-
3 uerb. secundo facilius †etenim inuenitur, quod a plurib. quæritur cap. de quibus, 20. distinct. & per ampliores homines ueritas reuelatur. l. quęstionem, C. de fideicommis. tum denique quod quæ vniuersali sunt approbata consensu, ab omnibus passim libentius accipiuntur. Ita colligitur ex text.
4 †Hilarij in capit. quod quis, 35. quęstio. 9. Vbi edito a pontifice decreto condemnationis quorundam excessum. papa hortatus est Synodum, ut suam etiam ipsa sententiam adhiberet, cui patres omnes proprias subscriptiones adiecerunt, quo decretum illud posset tenacius custodiri. Ex quibus colligitur, Synodi consensum, & subscriptionem requiri, non quod Synodus maiorem ipso pontifice potestatem habeat, sed quo res facilius recipiatur, & ab omnibus tenacius ac firmius teneatur. Eiusdem sententię fuit Innocent. in dicto capitulo de quibus, & Ioan. de Imol. in capitulo graue, colum.
5 6. versic. circa quartum, de pręben. vbi post alios ait, † patres existentes in concilio, cui papa præest, nullam habere iurisdictionem, sed magis uideri consultores, cum ipse potestatis plenitudine perfruatur. Et ideo decreta in quibus continetur, concilia autoritatem aliquam summo pontifici tradidisse, ut in capitulo dudum, tertia quæstione sexta, cum similibus, sunt intelligenda approbatiue & declaratiue, quoniam eius potestas a Deo est, ut latissime fuit ostensum. Atque his de causis, & Apostolos, & alios deinceps cōcilia coegisse arbitramur. Sed conciliorum congregationem necessariam esse, eo quod eorum potestas maior pōtificia sit, nullo pacto concedimus. Idem sensit B. Thom. in quæstione de poten. quæstione 10. articulo tertio. quem refert & sequitur Cardin. Alexand. in capitulo primo & in capitulo sicut, 15. distinctione dicens, concilia & si utilia sint, non tamen esse
6 necessario congreganda. †Hic autem animaduertendum, est quod hæc ita demum vera esse existamus, si de necessitate iuris loquimur, cum de iure concilia congregari non esse necesse docuerimus. Si vero de facti necessitate quæritur, vt statim aperiemus, tunc quo res magis clare intelligat̄, tria capita sunt consideranda, eaque exemplis declaranda. Si igitur quęritur, an saltem pro confutandis hæreticorum erroribus concilium necessario congregandum sit. Respondeo aut huiusmodi opiniones, & nouę sunt, & nondum reprobatæ, & tunc non nisi ad sedem Petri sunt referendæ, text. est expressus in capitulo quotiens. 24. quæstione prima, hoc idem ait Hieronymus in capitulo hæc est fides, eadem quæstione. Idque aperte constitutum est in capitulo maiores, de baptis. Eiusdem sententiæ est Gregorius in capitulo frater noster, 16. distinctione, quod ex iis etiam comfirmatur quæ habentur. Deut. 17. Si difficile uel ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, venies ad sacerdotes Leuitici generis & ad iudicem, qui præerit loco, quem elegit Dominus, ipsi enim iudicabunt tibi iudicium veritatis. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, morte morietur. Hęc ibi q̄ quidē verba in figura, de Apostolica sede prolata fuerunt, ut traditum est in capitulo per uenerabilem, §. rationibus, qui fi. sint leg. Et hæc opinio late in præcedentib. confirmata est. Verum si hæretici isti, iudicium summi pontificis respuerent, tūc de ipsis idem fieri oportere arbitrarer,
7 quod de aliis ecclesię hostibus Iam iam subijciemus. †Aut ergo prædicti errores iam antea damnati fuerunt, & summi pontificis maiestas contemnitur. Et tunc cum in hæresim iam damnatam incidant, dico eos statim hęreticos esse, capitulo Anastasius, 19. distinctio. capitulo Achatius. 24. quæstione prima. cum ibi no. Pro erroribus vero iam antea dānatis, concilia amplius cogi non posse optimo iure ac Diui
8 no spiritu suggerente, constitutum est in capitulo maiores, vigesimaquarta quęstione prima. †Quare si talium hæreticorum secta, ita potens non est, quin a principibus saltem eradicari possit, eo casu audacter dicimus, & constanter affirmamus. principes nullo pacto excusari posse, quin armata manu ad expellendos & subiiciendos huiusmodi hostes ecclesiæ incorrigibiles, teneantur, cum eorum officium potissimūin ecclesia defendēda consistat, aliter, a Deo ultore, caueant, cui de hoc præsertim, teste Isidoro, rationem sunt reddituri, ut habentur in cap. principes, 24. quæst. 5. accedit, ad hoc tex. in c. sicut excellentiam, 23. quæstio. 4. alioqui, vt Aug. ait, verba Psalmi eluderentur. Erudimini Reges qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, si principes, quæ contra Dei honorem hoc modo audent impii, pro uiribus non prohiberent. Hæc ille ad Bonifacium com. quę relata
9 sunt in c. si ecclesia, 24. quæst. 4. propterea etiam canonum conditores, qui existimarunt hac in re principes nunquam defuturos, tradiderunt, pontifices in tanto rerum discrimine, ne huiusmodi erroribus consentire videantur, ad petendum a principibus auxilium obligatos esse. idque exemplo Pauli, qui vt legitur Act. 23. audita illorum coniuratione, q eum, antequam manducarent, vel biberēt, coniurauerant interficere, ab armatis hominibus petito auxilio periculū euasit. Hęc omnia habentur in c. Maximilianus, & in c. ab Imperatoribus, 23. q. tertia. Omni ergo conatu extirpandæ sunt istæ uulpes, quę uineam, Domini deuastant. c. quoniā,
10 23. quæstio. prima. † Nam teste Baldo, contra schismaticos primo utendum est verbis, ac euangelico pręcepto dicente,

Si peccauerit in te fratre tuus, &c. De quo habetur in capitulo nouit, de iudicis. Sed postquam persistunt in praua opinione, lapidibus sunt eiiciendi, ut ubi non sufficit uirtutis ingenim, ibi ualeat armorum præsidium ad tutelam. hęc ille in c. olim, in fi. de rescript. Cauete igitur mundi Principes ne periclitantem ecclesiam hoc potissimum tempore destituatis, ne manus adiutrices impie abstineatis. Verū iam diu fluctuantem, inter ęstuantes procellas Petri nauiculam, adiuuate, Proh dolor. Vbi nunc sunt ecclesię immunitates illesę? ubi religio nō uiolata, ubi priuilegia clericorum intacta, vbi hodie iusdicentes laici manus in clericos non iniiciunt, ubi formidabiles illæ, fœdum Dii immortales facinus, censuræ ecclesiæ non cōtemnuntur, Denique qui nam alii sunt, quā aliqui laici Principes, qui maiorum ecclesiarum sacerdotia conferant, id quod a diuinis cōcilii Chalcedonensis traditionibus, in Actione 3. & a multis aliis sacris constitutionib. declinauit, quibus pariformiter est sancitum, spiritualia nō posse a laicis pertractari. c. Messana, cum ibi not. de elect. ca. si qs a proprio, xxi. q. 5. Neque obiiciatur id fieri ui autoritatis, quā ipsi Pontifices concesserunt, Quis enim non intelligit rē hāc quæ adeo a tramite ueritatis declinauit, & Pontificię maie-13 statis dignitatem tantopere fœdauit, mali esse exempli, † & ꝑpterea esse reiiciēdam, l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pen. Quid, non ne etiam his temporibus prouincię quædam, spreto pontifice, concilium nationale indicere non uerētur, Sed caueant trāsgressores ne Deum iniuriarum, quas antea memorauimus, vltorem experiantur. Ozias enim propterea quod sacerdotum officia sibi vendicare nitebatur, fuit lepra percussus, 1. pat. 29. & §. item Balaam. 2. q. 7. Balthassarem Regem, qui vasis templi in suis conuiuiis uti non horruit, grauibus pœnis fuisse percussum, non ignoramus. Daniel. 5. & in ca. vestimenta, de consecr. dist. 1. Heliodorus ab Antiocho Rege missus ad ærarium templi auferendum, fuit ab equo, diuinitus veniente, pene interfectus. 2. Macab. 3. Quę omnia deberent eos, qui sibi, uel arrogant, uel cōtemnunt ecclesię potestatem, deterrere. Nicolaus 1. in epist. 2. ad Michaelem Imperatorem scribens, ac uetera exempla repetēs, latissime docuit, non paucos Principes, quia debitum summo sacerdoti honorem non exhibuerunt. grauissimas pęnas dedisse, contra uero, multos ob susceptam ecclesię defensionem, maxi-14 ma esse præmia consecutos. † Pręterea, si ex pręteritis, ut fieri solet, futura vel facile cognoscuntur, quidnam aliud indicant hæreses quam euersionem earum, in quibus vigent, vrbium & regnorum, nouimus enim Orientem, in quo priscis illis tēporib. pulcherrimæ atque opulentissimę ciuitates florebant, post peruersum Arrii dogma, a summa illa felicitate cecidisse. Græcia usque adeo potens prouincia, & quibuscūque uirtutibus prędita, ut eam mortales passim admirarent, posteaquam a Romanæ sodis obedientia se subtraxit, maiestatem Imperii perdidit, & solum illius antiquæ Gręcię no-15 men uix potuit retinere. † Pannoniam celebrem olim regionem, diuitiisque & fortunæ indulgentia triumphantem, cuius uires etiam potentissimos principes deterrebant, post hæresim Ioannis Hus, & Hieronymi a Praga, infeliciter corruisse, nemo est q nesciat. Africa, cuius fœlicitati multę prouinciæ inuidebant, & in qua tot illustria concilia celebrata fuisse legimus, post labem Pellagianā diruta est & collapsa. Cæterum, ut uetera prætermittamus, satis documenti Germania sit, quæ cum apud omnes insuperabilis haberetur, nostris tamen temporibus, postquam impia Lutheri dogmata suscepit & fouit, a Carolo Quinto Cæsare Augusto diuinitus superatur. Anglia quoque & Gallia quot procellas, quos amfractus, & quæ damnæ hodie patiantur ob schismata, quę in illis prouinciis, perquam impie dominantur, iudicent omnes, qui in iudicando solius ueritatis viribus innituntur. Ex quib. omnibus apertissime constat hęreticę prauitatis comitem, esse destructionem urbium & regnorum. Eia igitur catholi-16 ci principes, si Deum colitis, si uosmet ipsos diligitis, si regnorum uestrorum cupitis incrementa regios illos animos uestros tādem erigite, & totis uiribus ecclesię titubanti succurrite, & date hoc unum ei, a quo omnia accepistis, quid enim uel apud Deum iustius, uel inter mortales illustrius contingere uobis potest, quam si potentię uestrę uires, ut futurum tandem speramus, pro eo exibeatis, qui uos proprio sanguine redemit, qui vos imperio tot vrbium, tot populorum tot denique regnorum, tam liberali manu cohonestauit, ac tanquam Deos in terris constituit. Ita enim fiet, ut omnes illi, q a recto Chistianę religionis tramite declinarunt, tandem uelint, nolint, e vinculis errorum suorum, tāquam e rigida hieme exeuntes, ad semper vernantem Romanę sedis obedien-17 tiā reuertātur. † Qđ si hrticorū potētia, ut tādē eo redeamus, uñ digressi sumus, neq; censuris ecclesię, neq; hortatu aut armis principū, sicut optimo iure ꝯstitutū est, opprimi posit, nisi conciliū celebret, quo uno scilicet ualidissimo auxilio ultimoque conatu per secula retroacta semper omnes hæreses, & quæcunq; dissidia ecclesiæ sublata, & radicitus euulsa fuisse nemo est, qui nesciat, tunc recte ne ecclesia diutius in tanto discrimine permaneat, cogi concilium oportere concedimus, & firmiter opinamur, idque per tex. in cap. non licuit, 17. dist. ibi, Si peccator in profundum malorum peruenerit, & aliqui pertinaces reperiantur, qui doceri nolint. necesse est eos a sede Apostolica, aut quocūque modo ad fidem attrahi, aut ne aliorum perditionis causa sint, secundum canones per potestates opprimi seculares. hæc ibi.

18 Ex quibus colligo, hæreticos alitero ex duobus modis prædictis in uiam ueritatis omnino esse reuocandos. Verum si in proposito casu isti ob sectę potētiam armis debellari nō possent, ut par esset, Illud sequitur, ut per aliam viam. quali-19 scunque illa sit, cęteris fidelibus aggregari debeāt. † Id. n. vis illius verbi, necesse est, & ī illius, quoquo mō, ni falor, exposcit, ut docuit Glo. in l. quidam, in uerbo, quo quomodo. ff. de fideicommis. lib. huic sententiæ accedit euangelicum illud Matt. 18. & Luc. 18. Quis ex uobis habet centum oues, &c. & mortuus erat frater tuus & reuixit, unde ait Augustinus. Quęrimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus. Hæc ille in epistola ad Vincentium, ut habetur in c. quemadmodum, 24. quæst. 7. Ad rem facit capit. ponderet, l. dis. & cap. credite, 45. distinctio. Quod etiam naturali ratione sua-20 deri pōt. † Nam Christus & pariter eius ministri sunt medici animarum, ut colligitur ex verbis illis Matth. 9. Non opus est bene valentibus medico, &c. Mar. 2. habetur in c. adhuc instant, de pœnit. distinctio. 3. & in cap. omnis. §. sacerdos. 21 de pœnit. & remiss. † Sed bonus medicus ac fidelis nunquā ęgrotantibus deest, donec superest aliqua spes salutis. Quare si pertinaces isti pariter ac potentes hæretici, non nisi coacto concilio ad fidē essent reuersum, illud congregari oportere existimarem. Sed hanc necessitatem, facti potius ut dixi, quam iuris necessitatem putamus, quia nisi eorum iniusta potentia resisteret, ius ipsum exigit, ut modis superius enarratis eradicentur, hoc vero, quod de facti necessita-22 te diximus, adhuc alia declaratione indiget, † nam intelligo concilium eo etiam in casu cogi non posse, ut de fide temere disputetur, neque vt ea, quę pro fidei nostræ fundamento iam decisa sunt, in dubium reuocentur, de hoc est text. cum ibi not. in cap. maiores, 24. quæstio prima. aliter enim non unam fidem & vnam ecclesiam, sed plures fides incertasque, ac plures ecclesias haberemus, quod vtique ab omni iure ac ratione prorsus abhorreret. Verum huiusmodi. concilii congregatio propterea ut hæretici doceantur, & corrigantur, non autem, ut fides nostra, quæ certa & stabilis est, ob dementium falsas opiniones dubia fiat, a iure concedi so-23 let. † Quamuis, reperiatur Bohemis in cōcilio Basiliensi fuisse concessum, ut in defensionem errorum suorum libere loquerentur, decretique fuerunt quatuor Doctores catholici qui eis responderent, teste Ioan. de Turr. crem. in 3. lib. suæ summę. cap. 9. ubi subiungit, post longam disceptationem ipso præsente factam, eos, quamuis conuicti essent, ita perfidos ut venerant recessisse. Sic etiā per Vincentium historicū ait, Arrium & nonnullos alios hæreticos postquam eorum dogmata damnata fuerant, iterum in concilio auditos fuisse. Quod tamen puto sane intelligendum, scilicet, præmissa protestatione, se determinationes, cōcilii esse humiliter suscepturos. Quamobrem si parati essent doceri & corrigi, atque in omnibus & per omnia, ut ęquum est cōcilii subiacere censuræ, nec aliqua capitula concilij libertatem coarctantia porrigerent, eo casu ut prædiximus concilium merito congregari debet, ut oues deperditę inueniātur, ac mortui fratres reuiuiscant, si uero parati non essent corrigi, eo quo diximus modo † tunc non solum pro eis Synodus cogē-24 da non esset, sed ij de iure, ne in concilium quidem admitti possent, vt docuit verbum illud Psal. † Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. legitur quoque in capitu. cum quibus, 24. quæstione tertia. Ecclesiastici moris non est, cum ijs, qui pollutam habent cōmunionem, permixtamque cum perfidis, misceri conciliū, & ibi paulo post. Nullum nobis fas est inire certamen cum hominibus communionis alieni. Audi Apost. undecimo. ad Thessal. tertio. Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri IesuChristi, vt subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinare, & non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis, & 11. ad Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quę enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quę societas lucis ad tenebras, quæ autem conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli, Rursus ibi paulo post. Exite de medio eorum, separemini & immundum ne tetigeritis. Audi & Ioan. capitu. secundo Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite eū 25 recipere in domum, nec aue ei dixeritis. † Facit text. not. in cap. si quis inquit, prima quæst. prima. Vbi habetur, cęlestem gratiam cum hæreticis communem esse non posse, cum quibus nec terrestris cibus, nec secularis potus debet esse communis. Ad hæc accedant multa exempla notatu digna, quæ habentur in cap. denique. 7. quæst. 1. Quinimo ii, tanquā mēbra putrida, resecari debent, & tanquam oues morbosæ, nō sunt cæteris ouibus aggregandæ, ne totum ouile corrūpant, argumento capituli resecandæ. 24. quæst. 3. & cap. fin. de regul. Intelligo tamen nisi ad eum finem, quem sup. diximus. Hoc idem sensit Glo. & Archid. in cap. conuenientibus. 1. q. septima. expedit igitur, ut quandoque, sicut prædiximus, concilia congregentur, non tamen de iure necessarium puto, vt pote, quæ maiorem ipso pontifice habeant auctoritatem.

26 Quæ quidem pōtificis etiam supra ipsum concilium auctoritas, nutu Dei tandem in Florentino concilio fuit adeo perspicue diffinita, ut de ea re amplius dubitare non liceat, cuius diffinitionis tametsi antea sæpe meminimus, eam tamē hoc oportuno loco dilucidius explicare constitui, vt ea diligentissime ventilata, & plene discussa, tota res plana fiat, & hæc tum demum expedita sit quæstio. Hęc igitur præcise sūt illius uerba constitutionis. Item diffinimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum pontificem in uniuersum orbē 27 tenere primatum, & ipsum Romanum pontificem successorem esse B. Petri Apostolorum principis, & uerum Christi uicarium, totiusque ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem & Doctorem existere. Et ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem ecclesiam, a Domino nostro Iesu Christo plenam traditam esse potestatē. quēadmodum etiam in gestis œcumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Hæc ibi, Videtis ne quot, & quanta hoc sacrum concilium attulerit? & quam diligēter totis uiribus elaborarit, vt omnino controuersiam hāc inter has potestates, proximis illis temporibus non sine maximo ecclesiæ detrimento exortam, diuque & acerrime disputatā, præcipue terminaret. Nullam enim verborum uim, nullam sententiarum amplitudinem prætermisit, quo perpetuum tantæ disceptarioni silentium hac sua synodali declaratio-28 ne, tandem imponeretur. Iccirco enim Synodus illa Romanum pontificem non modo uerum esse Christi vicarium, & Petri apostolorum principis successorem, omniumque Christianorum patrem & doctorem existere, uoluit declarasse, uerumetiam ut ecclesiæ uniuersalis, & in unum collectæ, potestatem omnino huic pontificiæ subiectam esse, passim ab omnibus intelligeretur, a diecit eundem Romanum Antistitem in uniuersum orbem tenere primatum, eum esse totius ecclesiæ caput, cum denique in uniuersalem ecclesiam potestatis amplitudinem accepisse. Quaptopter hęc, ut ita dixerim, uniuersalitas, ibi toties memorata, & geminatis verbis tam uarie explicata, apertissime indicat, nihil aliud Synodum illam uel in primis egisse, quam vt quæcunque de hac ipsa ecclesiæ seu concilii ditione, quæstionis oriundæ occa-29 sio amputaretur. † Quantum enim roboris & potentię habere soleat illa verborum geminatio traditum est in l. balista, ff. ad Trebel. & late per Ant. Cors. in tract. de verbis gemina-30 tis, cum aliis vulg. † Quantum etiam orationem adiuuet illa copula, Et, toties, vt vidimus, repetita, satis est exploratū, cū eam in huiuscemodi materia fauorabili semper, esse ampliatiue accipiēdam iure fuerit constitutum l. ea tamē adiectio, ff. de leg. 3. l. si stipulatus. ff. de usur. tradit Bart. in l. cum 31 ita. §. fi. ff. de leg. 2. Soc. in cons. 73. in 3. uol. & Fel. in c. 2. de rescrip. † Prȩterea nisi amplissima hęc illius constitutionis verba porissimum sensisse de tota ecclesia collectiue sumpta, vt diximus, fateremur, ea & superflua & inania redderentur, ꝙ iure concedi non potest. l. si quando, & ibi Bar. ff. de leg. 1. c. si 32 papa. de priuilegiis. in 6. † Item contra propriam significationem acciperentur, siquidem, ecclesia, uox quędam est collectiua, sicut populus, & grex, cnm non aliud ecclesia, ut uisum est, quam fidelium collectio sit, idque pręsertim cū uniuersalis ecclesia ita in numero singulari prolata, ut ibi, ad v-33 nam tantum sit proprie referenda, † quemadmodum contra, pluralis numerus in vno uerificari non solet l. ubi nume-34 rus, ff. de testib. † Porro notissimi iuris est, a propria verborū significatione discedere non licere. l. non aliter, ff. de leg. 3. l. fi. C. de his, qui ven. ætat. impetr. cum si. Huc accedit, ꝙ si forte illam solemnem constitutionem. verborum uiolata proprietate, & penitus euersa illorum patrum intētione, ad particulares, uel homines uel ecclesias restringere niteremur, in illud statim inconueniens, quod iam antea tactum est, pręcipites incideremus, s. supremū hunc pastorem oues im̄ seiunctas ac separatas, non aūt in vnū collectas, atq; ita totū ipsum gregem pascēdi & regendi auctoritate potiri, qđ q̃tū 35 ab oī prorsus rōne abhorreat, nemo est, q nesciat † Nouimus aūt nusq̃ legem ita esse interpretandam, ut posit a sapiēte deprehendi, l. Saluius Aristot. ff. de legati. præstan. Idque potissimum cum illa sancta Synodus lucidissime aperuerit, pa-36 storem hunc, non modo uniuersalem ecclesiam, † & sic totum ipsum gregem pascendi & regendi nactum fuisse potestatem. uerum etiam. quo res magis cōstaret. verbum illud plenam adiunxerit, vt unicunque pateret, amplissime huic iurisdictioni nihil omnino deesse, nihil ab ea excipi posse, cum ea plenitudinis soleat esse uis, & potestas ut nulla prorsus egeat adiectione l. prima ff. de dot. præleg. capitulo si omnia, sexta quæstione prima traditur per Alberi. a Ros. in dictionario, in uerbo, pleno iure, per Firm. in verbo, plenitudo & nouissime, ut alios permittam, per Mat. Soc. 37 Iun. consi. 124. † Verbum enim, plenum, & verbum, liberū, paria esse existimantur. l. fideicommissa. §. quanquam. & ibi Doct. ff. de leg. tertio. Bar. in l. alio, ff de alim. leg. & Felin. in capitulo. auditis. de præscrip. postremo ne amplius ullo unquam tempore vel a conciliorum decretis, vel a canonum sanctionibus, aut aliunde aduersus pontificiæ potestatis amplitudinem, argumenta colligerentur, atque ita, ut radicibus abscisis pestifera huius contentionis arbor tandem aresceret, Synodus illa subiecit, & anteacta concilia, & sacros canones in hanc eādem semper coisse sententiam, ea enim omnia ita uoluit declarare, & uerum illorum sensum ita omnibus aperire, vt Synodali hac interpretatione, a qua discedere nefas est, cunctis fidelib. innotesceret, nemini posthac licere ab ulla parte, vel diuini, vel humani iuris detorquere intellectus, qui huic in uniuersalem quoque ecclesiā, potestati pontificiæ reluctentur. Quis igitur religione illęsa negare audeat, eidem iurisdictioni concilia esse subiecta, cui vniuersalem subesse ecclesiam ab ipso concilio dffinitū 38 est, † Si quidem constat tantum a tota ecclesia distare concilium, quantum vices gerens distat ab eo, cuius vices aguntur, vt videre est in cap. a recta 24. q. 1. & per Ab. in c. significasti, de ele. & per alios alibi sępe. proinde multa, quę aduersus plenum, de quo egimus, imperium Romani pontificis in uniuersum orbem obiiciuntur & quæ prædictorum vi-39 tacite dissoluuntur, consulto præter mittam, ut est illud, † extare scilicet in sexto canone Niceni concilii verba de iurisdictione Alexandrini Episcopi in Aegypto & Lybia, sic illi tribnta ex illarum regionum antiquo more, sicut parili apud nos more Romano pontifici, ut habetur in capitu. mos antiquus, 65. distinctio. Ex quibus verbis colligi volunt, Episcopum Alexandrinum Romano adæquari. Gregorium itē pontificem Romanum aiunt virum sanctum, & doctū prohibuisse, se vniuersalem Episcopum appellari. capitulo ecce. 9. distinct. & Clementem quintū in etrauag. quæ incipit, 40 meruit charissimi filii. sic declarasse de Francię Rege, neque illum, neque illi subditos homines credere teneri se esse subiectos Romano pontifici, & id genus alia colligunt. Verū & hæc, quæ diximus, facile diluuntur, & nobis propositum, non est omnibus respondere, qui sic uerba disquirunt, & vndecunque venantur, ut huius pręsertim ætatis homines faciunt, contentionis cupidiores, quam veritatis, qui se uicisse causam opinātur, cum unum aut alterum locum ex sacris voluminibus protulerunt, quem aliquo modo in suam sententiam detorquere potuerint. Que vero plurima & irrefragabilia a nobis afferuntur, nihil ad se pertinere putant, & horum igitur ineptis argutiis superiore disputatione satis responsum arbitramur, & quæ nuper retulimus, ne præcipua responsione videantur indigna, promptam habent solutionem. Nam cum antea ostenderimus, in eodem concilio. Niceno decretum fuisse præter sententiam Romani pontificis, concilia celebrari non posse, & testimonia Episcoporū Aegyptiorum protulerimus, & Iulii primi. & Fœlicis 11. 41 pontificis & Martyris. Quis ex hoc non intelligat Romanū, pręsulem in eo. supremum omnium Antistitum esse iudicatum, ac propterea verba illa de Alexandrino Episcopo non eo sensu inferenda esse, sed quoniam ecclesia Romana inter alias patriarchales adnumeratur, quatenus hanc papa priuato iure tenet, & priuatim est eius Patriarcha, cum Patriarcha Alexandrino comparari, & afferri quædam inter eos similitudo potest, quatenus vero Christi vices gerit in terris, ut probatum est, in omnes habet imperium, vt dilucide in præmemorata Florentini concilij sanctione continetur, ubi postquam pontificię potestatis amplitudo est declarata, sub-42 iungitur, Alexandrinum episcopum esse tertium ordine Episcoporum. Quod uero Gregorius fecit ad humilitatem pertinet, vt Sixtus, Victor, & Eleucherius, qui sunt ipsi quoque adscripti sanctorum numero, hunc titulum vniuersalis Episcopi non repudiarunt, quod in his viris non super-43 biæ, sed ueritati tribuendunt est, † sed vtraque virtus & humilitatis & ueritatis in ministris Dei plurimum commendatur. capitulo contra morem, centesima distincti. Gl. fi. in Clemen. i. de relig. dom. tradit. Alber. in l. cū ita legatū, ff. de cond. & demonstratio. Quis enim putet Gregorium sensisse

Romanum Antiſtitem non eſſe papam vniuerſalem? cum ipſe, vt relatum eſt in c. ſicut, 15. diſtinctio. concilium Chalcedonenſe tanquam euangelium veneraretur, a quo concilio ſciebat acclamatum Leoni Patriarchæ æcumenico, id eſt vniuerſali, cuius ipſe Gregorius meminit in epiſt. ad Mauricium Imperatorem, ad Eulogium Alexand. Ad Anaſtaſiū Antiochenum, Epiſcopos, vt omittam quod habetur actione tertia eiuſdem concilij, in libellis admiſſis contra Dioſcorum, eundem Leonem vniuerſalem Archiepiſcopum nuncupari. Cur enim hic repetantur geſta 5. concilii Conſtantinopolitani, & Mariani literæ ad Agapetum, & alia multa q̃ longum eſſet commemorare? poteſt etiam aliter reſponderi ad d. cap. ecce, & dici, 44 † iſtam, vt ita dixerim, vniuerſalitatē dupliciter poſſe conſiderari, Primo inquantum ſummus pōtifex præeſt vniuerſali eccleſiæ tanquam caput, paſtor, & rector. Et tanquam habens iuriſdictionem in vniuerſos, & hoc modo nefas eſſet dicere papam vniuerſalem appellari non debere, tum ex iis, quæ hic, tum ex illis, quæ in prima parte deduximus, ad quæ accedat c. in nomine Domini. 23. diſtin. Secundo hæc vox vniuerſalis, accipi poteſt in quantum papa cuicunque eccleſiæ ſingulariter & immediatæ præſideat, tanq̃ eius ſpecialis gubernator & rector, & hoc modo uniuerſalis appellari non debet, & ita loquitur text. in d. c. ecce, & in c. nullus, & in c. primæ ſedis, 99. diſt. vt ait B. Th. in trac. contra impugnantes religionem, & Card. S. Sixti in d. c. nullus, & huic interpretationi deſeruiunt tradita per Bal. in ſuo repertorio, in verbo, prelato mortuo, iſta reſponſio probatur aperte per rationem poſitam in d. c. ecce, ibi, Si. n. vniuerſalē papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum. Nam iſta ratio non concludit niſi hoc vltimo modo vniuerſalitas accipiatur, quia primo modo accipiendo, non repugnat, q̃ vnus præeſſet alicui eccleſiæ particulariter, & alius eidem vniuerſaliter ſit præfectus, ſicut videmus ēt in bello, multos quidem eſſe præfectos ſpecialib. cohortibus, & vnum eſſe præfectum omnibus, Quo circa magis animaduertendum cenſeo in re propoſita, quod Eulogius Patriarcha Alexandrinus ad Gregorium ſcripſit, quam humilis Gregorii reſponſio, quia minime credendum eſt, patriarcham illum in tam longin quis partibus commorantem, & tantæ ſedis præſidem, Romano pontifici hunc vniuerſalis titulum tribuiſſe, niſi id iure fieri debere cognouiſſet. Quinimo uſque adeo eſt vniuerſalis, ut papa cum omnib. aliis prælatis in eorum poteſtate & iuriſdictione concurrat, 45 † & ideo quod multo magis eſt, aiunt eum in feudum poſſe concedere non ſolum ea, quæ ad ſuum Apoſtolatum pertinent, ſed ēt quaſcunque res, quæ aliarum omnium ſunt eccleſiarum, ita habetur per Doct. poſt Io. Mon. in c. ſi eo tempore, de ele. in 6. per Bald. in c. 1. in prin. qui feud. da. poſs. per Alb. Bru. in conſ. 1. & 2. & per Soc. in conſ. 10. col. 5. ver. circa tertium, inter conſil. Alber. Bru. quæ ſententia confirmatur per text. in clem. 1. vt lit. pend. vbi ſcriptum eſt, ad papam, eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumq; beneficiorum plenā, & liberam diſpoſitionem ex ſuæ poteſtatis amplitudine pertinere. Ad verba Clementis V. in illa extrauaganti, quam diximus, 46 breuiſſime reſpondetur, † cōſtitutionem illam decernere nullum regi, aut regno præiudicium fieri, nec regnum nec regni incolas magis Romano pontifici poſt eam conſtitutionem ſubiici, quam antea ſubiicerentur. cum id ſolum ageret, vt intelligeretur, credendum eſſe de neceſſitate ſalutis, omnes oues Dominici gregis, Romano paſtori eſſe ſubiectas, quemadmodum & in extrauag. vnam ſanctam, fuerat declaratum, vt etiam ait Fel. in c. cum non liceat, colum. pe. 47 de præſcr. Ex alis vero, † quæ contra diſputationem hanc noſtram & theſes propoſitas, quas tuemur, communiter afferūtur, illud in primis in ore eſt, de quo nos dicturos eſſe polliciti ſumus, de canonum ſcilicet auctoritate, quam alii irridere, alii nullum habere pondus in hiſce diſputationibus ſolēt dicere, ac perinde nos inepte facere, cum eorū producimus teſtimonia, contra obtrectatores, vel hoſtes pontificiæ maieſtatis, atque medicus faceret, qui medicinas nihil profuturas ægrotantibus adhiberet. Qui enim pontificiam maieſtatem, aut imminutam, aut euerſam volunt, qui ſperas, aiunt, horum teſtimonio, quæ pontifices decreuere, de ſententia dimoueri poſſe? Nos igitur, qui, quantum in nobis eſt omnibus ſatisfactum cupimus, ſermonem noſtrum tripartito diuidemus. Nam cum tribus hominum generibus eſt ea diſputatio inſtituenda, Vnum genus eſt eorum, qui noſtræ quidē cauſæ ſe fauere profitentur, ſed hanc noſtram diſputandi rationem non probant, alterum eſt eorum, qui quanquam inter nos viuunt, vehementius tamen quam par eſt, firmitatem eccleſiæ, & noſtrorum auctoritatem oppugnare conſueuerunt. Tertiam ſermonis partem dabimus ijs, qui impio mētis ſcelere inquinati, apertas nobiſcum inimicitias exercent. Primis igitur ita reſpondemus, in his tractandis præterdecreta Pontificum, nos quidem virorum ſanctitate vitę & doctrinæ cuiuſcunque præſtantia illuſtriū teſtimonia propè infinita protuliſſe, & per multas conciliorum conſtitutiones recitauiſſe, atque euangelicas traditiones non paucas, quibus omnibus vi, ſic perpetuo ſeruatæ conſuetudinis, accedente, hęc noſtra cōmuniūtur, quę ſi reiiciantur ipſa quoque quo p̄terea malitia hominū pertinax conuincatur, nihil prorſus relinquetur. De canonum vero auctoritate, quā hic inanem aſſerunt, quod fidem, illis nullam faciant, con-48 tra quos hæc diſputantur, ſic dicimus, in cauſis agendis nō id inprimis ſpectari, vt fides ſcilicet aduerſario fiat. ſed ut iudices, a quib. expectatur victoria iuriū vi coacti, in noſtram ſententiam compellantur. ita Specu. in tit. de aduocato, idque docuit experientia, quæ eſt efficax rerum magiſtra, cap. 49 quam ſit, de elect. in 6. † optima enim & perfecta probatio eſt, cui iudex credere cogitur, vt habetur per Bar. & Paul. de Caſt. in l. admonendi, ff. de iureiu. & eſt. tex. in l. 3. §. tu magis ſcire potes, ff. de teſt. Idem traditum eſt in l. quinquaginta. ff. de probat. & per Soci. in conſi. 187. in primo uol. Hæc igitur habenda ratio non fuit, quam paruum pondus eſſent apud aduerſarios propter eorum perfidiam habitura quę dicerentur a nobis, ſed quanti eſſent apud ęquiſſimum iudicem æſtimanda, is autem iudex contra ipſos hæreticos & eorum opiniones, ſi papæ iudicium reſpuunt, qui verus omnium iudex eſt & ſupremus ſaltem erit concilium, legitime, quemadmodum antea diximus, congregatum, cuius ſententiæ ſi ſubiici recuſent, recuſari autem non poteſt, ſecundum Abba. & Barb. in capitulo primo de iud. cum neque, ſint eo caſu in concilio audiendi nec admittendi, tunc nullum eſt mihi cū 50 illis negotium qui hoſtes eccleſiæ iudicandi ſunt, & quaſi membra putrida de Chriſti corpore excidenda, ut paulo ante explicatum eſt. Si enim neque pontificem, neque concilium, ad quod totus cætus epiſcoporum citari ſolet, ut iudicem ſuarum contentionum admitterēt, quis eſſet iudex, nemo certe. principes enim ſeculares eccleſiaſticis ſe tractatibus immiſcere non poſſe, ſupra in ſecunda parte probauimus, Idque habetur in capit. laicis. 16. q. 8. & aperte colligitur ex geſtis concilii Chalcedonenſis, cum enim Dioſcorus qui quaſi ſupectos haberet illos patres, petijſſet, ut ſententiæ de ipſo ferendę Senatus Cæſaris prçeſſet, a ſanctiſſima illa Synodo fuit reiectus. ut in Actio. 3. eiuſdem concilij continetur, Ad quod accedit memorabile illud Pauli. documentū. 1. ad Corin. 6. ubi redarguens eos eccleſiæ Antiſtites qui ſe iudicibus late ſubiiciebant, ait. An neſcitis quoniam ſancti de hoc mūdo iudicabunt, & ſi in uobis iudicabitur, mundus, indigni eſtis, & reliqua. Proinde & iuris interpretes tradide-51 runt, pontificem etiam ipſum, legē condere non poſſe, qua clerici laicorum iudicio ſubijciantur, quoniam & ante Petrum a tali ſubiectione erāt immunes. Scriptum enim erat, Nolite tangere Chriſtos meos, & de hoc eſt Glo. ſing. in capitulo ſi Imperator 96. diſtinct. Ideo huiuſcemodi ius a Papa tolli non poteſt, ut habetur in l. fi. C. ſi contra ius vel util. publi. & ita coram papa per illam Glo. tenuit Card. Zab. in capit. perpendimus de ſenten. excommuni. hæc habentur per Rom. in ſingu. 414. incipien. ſed an poteſt papa. Cum itaque laici in negociis clericorum, & in ijs qui ad religionem pertinent, iudices eſſe non poſſint, & eccleſiaſtici recuſentur, & præcipue totum concilium, cuius ſanctionibus reſiſtere, nō modo legiſlatores omnes, verum etiam cuncta anteacta ſe-52 cula nefas eſſe ſemper exiſtimarunt, † hinc enim & Pius ille conſtans Imperator Conſtantio fratri comminatus eſt, niſi concilii Sardicenſis decreta exequeretur, hoc pacto errantium opiniones ſine aliquo iudice permanerent, ſiquidem tota Chriſtiana Reſpulica in hęc tantum duo genera hominum, clericorum ſcilicet & ſecularium. eſt diuiſa. ca. duo ſunt. 12. q. 1. id quod ab omni iure & ratione penitus ab-53 horreret. † Nec obſtat, ſi quis alio exceptionis genere vteretur, dicens neque papam, neque concilium poſſe de ijs cognoſcere, quæ ad ipſum pontificem, ſeu ad iura epiſcoporū pertinēt quoniam eſſe iudices in cauſa propria dicerentur. contra l. 1. C. ne quis in ſua cau. cum concord. Reſpondeo. n. hęc eſſe propria papæ, uel concilij, iure dici non poſſe, ſed totius eccleſię. Verum eſto, non incogniti iuris eſt eos, qui ſuprema iuriſdictione funguntur, in cauſis etiam propriis ius dicere non prohiberi, l. proxime. & ibi Bar. ff. de his, quæ in teſta. dele. l. & hoc Tyberius vbi idem Bartol. ff. de hæred. in-54 ſtituend. & hoc eſſe ius ſpeciale ipſius pontificis, ut cauſas ad eccleſiam ſpectantes, cuius ipſe eſt rector & gubernator iudicare ualeat. docuit Oldr. in conſi. 124. idque confirmauit Romonæ vrbis conſuetudo, quæ ſecundum leges etiam Cæſareas, facit ius. §. finali. Inſtitution. de ſatiſdatio. quotidie enim videmus, Romanum Antiſtitem in quibuſcunque cauſis iudicare, quod quidem & de ipſo concilo, in quo pontificia, viget poteſtas. eſt facile concedendum, idque per

per retroacta tempora fuit inuiolabiliter obſeruatū. † Quod 55 ſi parere concilio ſint parati, tum docere me oportet, quam vim ſint habituri canones apud concilium, in quibus ineſſe tantum religionis & iuſtitiæ ſemper creditum eſt, ut ab eis, in ferendis ſententijs, non modo fideles omnes moueri debeant, uerum etiam vrgeri. capitulo ſi Romanorum, cum ſequent. & capit. enimuero, capit. nulli fas 19. diſtinct. & 20. diſtinct. per totam. iuncto. cap. 1. 21. diſtinctio. Nam quis non videt anteacta cōcilia ſummū ſemper honorem, canonum decretis, & eorum conditoribus detuliſſe. Legant in v. Synodo Conſtantinopolitana, actione prima, literas Mariani in quibus hæc habentur, quemadmodum Deus miſit Petrum magnum Apoſtolorum principem, ad Simonem condemnandum, ita miſit Agapetum papam ad hæreticos de ſedibus eijciendos, & hæc in cōcilio lecta fuere nemine patrum diſſentiente. Rurſus in eodem concilio in interlocutione Mennæ patriarchæ, hæc a patribus illis dicta inuenientur, non mirandum ſi ſuas etiam nunc magna ſedes Apoſtolica ſequitur ſanctiones, vnde & nos ſequentes, quæ a ſanctiſſimo papa in epiſtola, & reliqua. Ex quibus facile intelligitur Synodum illam Romano Antiſtiti, & eius decretis plurimū detuliſſe. Similiter quoque ex epiſtola Athanaſij & aliorum Epiſcoporum in Alexandrina Synodo commorantium, ad Fœlicem 11. hæc habentur, Summam veſtram petimus ſedem iuxta canonum decreta, vt inde auxilium capiamus, vnde anteceſſores noſtri ordinationes, & dogmata acceperūt. Octaua Synodus doctrinam & ſententiam Apoſtolicæ ſedis recipiens, ita inquit, quoniam ſequentes in omnibus apoſtolicam ſedem, & obſeruantes omnia eius ſtatuta, ſperamus, ut in una communione, quam ſedes Apoſtolica prædicat, eſſe mereamur, in qua eſt vera & integra Chriſtianæ religionis ſoliditas, hæc ibi. In epiſtola Agatonis Papæ, ad Conſtantinum Imperatorem quæ recepta fuit a ſexta ſynodo, hæc de ſede Apoſtolica inueniuntur, Eius actoritatē ut puta Apoſtolorum principis ſemper omnis catholica Chriſti eccleſia & vniuerſales Synodi, fideliter amplectentes in cunctis ſe-56 cutæ ſunt, &c. In concilio autem Vormatienſi patres illi dixerunt, ſe præceptis Apoſtolicæ ſedis eſſe inſtituendos, & propterea recitata Gregorii pontificis Romani ſententia, in eam omnes unanimiter conceſſerunt, ut legitur in geſtis illius concilij, in capitnlo de baptiſmi ſaramento. In 3. concilio Toletano ſtatutum eſt, Romanorum præſulum ſan-57 ctiones eſſe per quam diligenter cuſtodiendas. † Pręterea in Synodo Lateranenſi ſub Inno. III. celebrata, c. 62. nouimus eſſe ſancitum reliquias ſanctorum, quę noniter inueniūtur, nō prius eſſe venerādas, quam a Romano pontifice fuerint approbatę. Poſtremo concilium Florentinum in diffiniendo papæ principatu, ſacrorum canonum ſanctionibus potiſſimum adhæſit. Ex quibus omnibus liquet, tum vetera illa, tum noua concilia, canonum & Romanorum antiſtitū au-58 ctoritatib. plurimum ſemper detuliſſe. Idque latius cōfirmatur ex iis, quæ ſupra copioſe in 1. parte deduximus, cum de primatu Romanę ſedjs ageretur. Ad quę accedant text. not. in c. nolite, 2. diſt. & in c. ſi Romanorum 19. diſt. & ea quę habentur per Aymarum archiepiſcoporum Remen. in lib. de Synodis c. 3. ubi poſtquam pro auctoritate canonum ſummorum pontificum, multa ſanctorum patrum teſtimonia attulit, ſic inquit. De auctoritate aūt ipſorum pontificaliū decretorum, nulla nobis dubitatio relinquitur, cum & ipſa uniuerſalia concilia autoritatem exinde perceperint, nec aliunde Synodicam firmitatem obtinere potuerint, hęc ille, & prędicta confirmantur, Quoniam alioqui multi ſanctorum virorum libri reiicerentur, propterea q̃ ſola Romanorum pontificum actoritate nituntur, qui tamen paſſim ab omnibus venerantur, vt docuit Io. de Tur. cre. in lib. 2. ſuę ſummę. 59 c. 108. Quare ſileāt illi, qui decepti ſpecie boni, imprudenter aiunt, ſacros canones non eſſe magno huic cauſę adiumento, cum videamus eorum auctoritatem, ſi non apud impios aduerſantes, ſaltem apud ęquos iudices, & præſertim apud cōcilia, in ſummo honoris gradu ſemper fuiſſe merito cōſtitutā. Multo magis. n. mirari deberēt illi pariter & dolere, qđ nonnulli ex ſcriptorib. illis, qui aduerſus hæreticos religionē defendendā ſuſceperūt, non modo canones ipſos, qui uel in primis ſunt uenerandi, uerumetiam ſanctorum & doctiſſimorum interpretum documenta & diuturnos, mores eccleſiæ prętermiſerunt, incipiendoque a primis eccleſiæ fundamentis, de hac poteſtate pontificis, & negotiis fidei, ſolis diuinarum ſcripturarum verbis inhętentes, non ſecus diſputarunt, ac ſi nudiuſtertius hę ſolidiſſimę baſes catholicę religionis in lucem prodiiſſent. Dii boni, quantum hi patres alioqui erudititiſſimi, a tramite veritatis, in ea ſententia. declinarunt, putantes vno tm̃ uinculo, tametſi validiſſimo, eos poſſe conſtringi, qui fidei Chriſtianę ſinceritati adeo pertinaci impietate reluctantur, ut uix poſſint omnibus etiam illis vinculis, quæ inter mortales ſunt firmiſſima, coerceri. Cum enim hæc omnia luminum, pater nobis, præbeat adiumenta, his omnibus eſt conſtantiſſime innitendū, & toto conatu defendenda eſt cauſa veritatis, cauſa Dei. Nam ſi ea, ut explo-60 rati iuris eſt, † quæ per ſe ſingula non proſunt, ſimul iuncta, pdeſſe ſolent. l. 2. §. 1. ff. de exc. tut. traditur plene in l. admonēdi, ff. de iureiur. in c. cum dilectus, de ſucceſſ. ab inteſt. & in c. cum cauſam, de probat. Quanto magis hęc, q̃ apud iutegros iudices etiam diſiuncta, & ſingula, plenę ſufficiunt probationi, debent ſimul iuncta indubitatam nobis victoriam polli-61 ceri? † Quantæ enim autoritatis, ut interim canones omittamus, apud omnes eſſe debeant illi ſanctiſſimi eccleſiaſticorū ſcriptorum interpretes, & præſertim doctores eccleſiæ, traditum eſt in c. 1. de reliq. & vener. ſan. de quibus hæc habentur, ij tanquam athletæ Dei, & vera mundi lumina, ſuis perlucidis & ſalutaribus documentis, eccleſiam illuſtrarunt, uirtutibus decorarūt, & moribus informarunt, per ipſos prężerea quaſi ardentes lucernas ſuper candelabrum in domo Domi-62 ni poſitas, errorum tenebris profugatis, totius corpus eccleſiæ tanquam ſidus irradiat matutinum. Hæc ibi. † Huc accedit text. in c. de libellis, 20. diſt. ubi cautum eſt, quod ſi forte inuſitatum negotium emerſerit, quod nequeat ſanctionib. iam antea editis diffiniri, dicta Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, & cęterorum ſimiliter ſanctorum doctorum magnanimiter eſſe tenenda. Proinde inter geſta concilii Hiſpalenſis, cui Iſidorus interfuit, hæc ſcripta inueniuntur, oportet nos & Diuinis libris & ſanctorum patrum obedire præceptis. hæc habentur in c. In noua. 16. q. 7. Hoc idem confirmatur in c. de q-63 bus, ead. diſt. † Quantum etiam roboris ac firmitatis habeant ea, quæ certam interpretationem ſemper a conſuetudine habuerunt, ſatis in. præcedentibus eſt oſtenſum, quib. addo Auguſtinum hęc protuliſſe, In rebus, de quib. nihil certi ſtatuit Diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro legibus debent diligentiſſime cuſtodiri, hęc ille ad Caſulanū 64 & relatum eſt in c. in his rebus, 11. diſtinc. † Hieronymus quoque Vigilantium eſſe hæreticum probat, propterea quod venerandas non eſſe martyrum reliquias contra eccleſiæ conſuetudinem affirmabat. Hinc text. in c. multis, 17. diſtinct. huiuſcemodi conſuetudinem beatam appellare nō dubitauit. Huc accedit trita illa Iuriſconſultorum ſententia in l. mini-65 me. & in l. de quibus. ff. de legi. † Quinimo uſque adeo legiſlatores autoritati conſuetudinis tribuerunt, ut quamuis irrationalis & inualida ſit, eius tamen vi, etiam ipſos delinquētes a pœna excuſari debere, & impune abſoluendos eſſe pręceperint. Ita. Petr. de Anch. in conſil. 283. Ro. in ſing. 19. Alex. in conſil. 8. & in 233. in vi. vol. Soc. in conſ. 209. in i. uol. Iaſ. in l. ait p̄tor. §. iurari. ff. de iureiurand. & in d. l. de quib. & Dec. in conſil. 9. Quare ſi a legum conditoribus, quorum prudentia uniuerſus terrarum orbis regitur, tantum autoritatis cōſuetudini etiam inualidæ fuit tributum, Quanto magis huic noſtræ probatiſſimæ conſuetudini deferendum eſt? quę tam Diuino quam humano iure, & firmiſſimis rationum baſibus innixta perdurat. Eorum autem omnium, quæ prędiximus, ratio eſt in promptu, cum enim e duobus alterum fateri neceſſe ſit, uel tot ſeculorum viros clariſſimos atque optimos, uel huius unius ſeculi obſcuros atque adeo etiam improbos a ueritatis uia declinaſſe. utra ex his duabus ueriſimilior ſit coniectura, cuiuſcunque iudicio relinquatur. Cum itaque p̄ter canones & euangelicas traditiones, ac decreta conciliorum, etiam p̄dicta. cauſam noſtram, uel maxime adiuuent, quorum ui ſi impii, vt diximus, aduerſantes cogi non poſsūt, ſaltem iuſti iudices compelluntur, Cur ea hi noſtri athletę ſolius euāgelii uerbis innitentes abiecerint, ſatis intelligere nō poſſum? Iure igitur iſti potius patres damnari hac in re potuiſſent ab his, qui noſtrū hoc diſputandi inſtitutum redarguūt, ſi modo cenſores iſti, de quibus nunc agimus, puro (ut profitentur) animo catholicæ religionis deſiderant incrementa. Sed iam ad alteros ſermo noſter cōuertatur, qui etiam, o ſceleſtum facinus, hoſtes eccleſiæ ita ſemper defendunt, cū his de rebus ſermo exoritur, ut dici nihil impudentius poſſit, q̃ pe qui & contra pontifices, & contra canones obloqui non 66 erubeſcant. † Quod ſi ioco faciunt, & ſermonis cauſa, ut moris interdum eſt hominum, diſcant tantis de rebus iocari nō licere. Sin agunt ſerio, neque tamen in cæteris cōſentiant hæreticis, caueant ne ſenſim ex hoc malo principio in impiam hęreticorum fraudem penitus delabantur. Præterea per fraternam charitatem eos obſecramus uti uideāt, ne dum plus ſapere uolunt, quam oportet ſapere, in ſpiritum ſanctum blaſphemi eſſe depręhendantur. In id enim piaculum eiuſmodi homines incidere didicimus. ī c. violatores, 25. q. 1. Quin eos etiam dignitatibus & honoribus priuari iubet canon. in cap. nulli, ead. q. eos denique, ut hæreticos a Chriſtiana communione, uir inculpatæ vitæ Gregorius putat arcendos. c. nulli, 19. diſt. Extat ſuper eadem re grauis Hieronymi ſententia ad Dama-

Damasum, in c. hæc est fides, 24. q. 1. Accedit ad hæc text. in epist. liquet, C. de Summ. Trin. & in c. 1. 22. dist. 67 † Proinde sanctissimi Damasus & Leo Romani pontifices quorum alter, secundum vniuersale concilium, alter vero, quartum Chalcedonense apostolica auctoritate firmauit, omnia, inquiūt, decretalia prædecessorum nostrorum ita ab omnibus episcopis, & generaliter a cunctis sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Agato papa, qui sextam Synodū uniuersalem per legatos suos instituit, & institutam sua auctoritate firmauit sic ait, omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tamquam ipsius Petri voce firmatæ. Nicolaus papa 1. uniuersalis concilii iudicio sanxit, ut anathema esset, quicumque decreta Romani pontificis contempsisset Sanctus quoque Adrianus papa reges anathematizauit, qui sedis Apostolicæ decreta violare præsumpserint, hæc habentur per Aymarum archiepiscopum Remen. in dicto lib. de Synodis c. 3. quas omnes sententias non solum magnorum uirorum auctoritate, sed validis etiam rationibus subnixas, considerare diligenter eos oportet, & si catholici uolunt esse, ut, verbo quidem, & intra græmium ecclesiæ vitam ducendo, profitentur, caueant ne talem eiusmodi hoīes defendēdi susscipiant impudentiam, qui prętextu nouæ sapientiæ sinceritatem Christianæ religionis corrumpunt, vt cæci cæcis ducatum præstantes, in foueam, in quam ipsi ceciderunt, cadere omnes desiderent. His autem tertia huius nostri sermonis pars debebatur, quod quidem facere instituimus non contēdendi causa, sed vt fraterne, quantum in nobis est, admoneātur. Non enim ingenij aut doctrinæ ostentandæ cupiditas, sed veritatis studium, quo semper incensi fuimus, ad hunc laborem nos impulit. Nec ut ipsi se hostes esse ecclesiæ Romanæ palam fatentur, sic nos hostilem plane aduersus illos animum gerimus. Atque vtinam, quo animo hæc a nobis scripta sunt, eo ab illis legerentur. Nam si beneuolis, & æquis, non ab alienatis & perturbatis hæc mentib. accipiantur, ueritatis patrocinium a nobis susceptum esse uisum iri speramus. velim igitur dicant qua ratione ducti sacrorum canonum sanctiones contemnant. 68 † Nam cum ad faciendam fidem non rationes solæ, quas & numero plurimas & uiribus firmas attulimus, sed auctoritas etiam testium multum prosit, non possum satis intelligere cur eorum, qui canones cōdiderunt testimonium respuant. 69 † Nam cum eæ demum ꝑsonæ magnum testimonii pondus habeāt, quas aut morum sanctitas aut imperii potentia, aut multarum rerum sciētia commendat, quid est horum quod in canonum conditoribus non sit illustre, ?si scientiam requirunt, multos ex iis, ut eruditissima eorum scripta testantur, profundissimæ sciētiæ uiros fuisse nouimus Si morum ac uitæ sanctitatem desiderant, multi eorum non solum iusti, continentes, ac modesti, sed fortissimi etiam Christi milites, religionis nostrę ueritatem, non solum subtiliter disputando, sed etiam fortiter moriendo defenderunt, & nunc martirii sui constantia nobiles cœlesti beatitndine perfruuntur. Poterit ne autem uel cuiusquam sensus illud capere, vel intellectus uix vnquam concipere, eos, quos pietas ac religio quædam incomparabilis martyrio subiecit, ita fastu atque inani gloria elatos fuisse, ut nō modo eam, quæ ad ipsos iure non pertineret, potestatem sibi vendicarint, sed ea de re sanctiones etiam, quas nulla unquā ætas delebit, impudenter ediderint. Quod si morum sanctitatem & doctrinam, quę suadere solum possunt, contemnitis, potestatem, quia cogere potest magis admiramini, quę potest vel maior esse, uel augustior potestas, quam quę Petro & eius successoribus Iesu Christi, Dei, ac seruatoris 70 nostri uoce delata est. quæ uero potest amplior esse iurisdictio, quam in terris ita vel soluere vel ligare, ut quæ hic uel solueris, uel ligaueris, eadem in cœlo quoque vel soluta sint, vel ligata. At hęc est summorum pontificum, hoc est eorum, qui canones condiderunt, potestas, quos nemo sanę mentis unquam negauit esse in terris Christi Vicarios. Est enim pontifex re vera, ut Bernardus ad Eugeniū scribens testatur, est in quam sacerdos magnus, Episcoporum princeps, hęres Apostolorū, primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moses, potestate Petrus, vnctione Christus, cui claues traditæ, cui oues crœditæ sunt. Nam sunt & alii ꝗdam ianitores cœli, & gregum pastores, sed hic tanto gloriosius, quanto differentins utrumque, prę cæteris nomen hęreditauit, habent enim alii assignatos greges singuli singulos sed huic vniuersi sunt crediti, nec tantummodo ouiū pastor, sed & princeps pastorum: ipse unus omnium pastor, successor unius pastoris Christi, sedes vero illius, sedes sancta est, locus illius, quem constituit Dominus domus suę Dominum, & omnis possessionis suę principem, hęc ille Accedit ad hęc Epistola illa Nicolai Papę ad phocium Patriarcham Constantinopolitanū, quę fuit in octaua Synodo recepta & approbata, in qua quidem epistola, ut in 8. actione eiusdem concilii continetur, ita scriptum est, Decretalia autem, quę a sanctis ponficibus Romanę ecclesiæ sunt instituta, cuius autoritate atque sanctione omnes Synodi & sancta concilia roborātur, & inde stabilitatem sumunt, cur uos nō habere uel obseruare dicitis, nisi quod vestræ ordinationi ꝯtradicunt? & infra, & si ea non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi, si habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi, & habetur in c. si decreta, 20. dist. 71 † Hunc principem Episcoporum maximi viri ita venerati sunt, ut Hieronymus ille unus omnium doctissimus, pariter & sanctissimus, fidem apud illum suam professus, scriptum relinquere non erubuerit. Hęc est fides mea, papa Beatissime, in qua si quid erro, cupio abs te emendari, qui Petri sedem tenes, si autem hæc nostra confessio, Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare uoluerit, is se nō catholicam comprobabit, &c. Ecce quam expresse Hieronymus, eos, qui a pontificum traditionibus deflectunt, hęreticos esse testatur, idque ea tantum ratione ductus, quia Petri sedē tenent, Hęc ille ad Damasum, in c. hęc est fides, 24. quęst. 1. ac in multis aliis locis, quę breuitatis gratia relinquuntur, pontificiam maiestatē usque ad astra extulit. papam, Ambrosius, fidei firmamentum appellare non dubitauit in c. fidelior, 1. distinct. eiusdem sententię fuit Gregorius, in c. nulli, 19. dist. Cyprianus quoque autor probatissimus in hanc eandem opi-72 nionem adductus, sic ait, † qui cathedram Petri deserit se esse in ecclesia non confidat, ut legitur in c. qui cathedram, 93. distin. Quis autem Cyrillo maiorem unquam honorem pontificibus detulit? Qui in libro Thesaur. potestatem illorū tā excelsam, tam sublimem, tam denique uenerandam esse prędicauit, ut ea in terris non modo quicquam maius reperiri, sed neque huic simile uaquam possit excogitari. Ad hanc demum sentētiam Augustinus, inter canonicas scripturas, apostolicę sedis epistolas referens, ut relatū est in c. in canonicis, 19. dist. Ioan. Chrysostomus, Ignatius, cęterique celebres illis ac sancti patres unanimiter accesserunt. concilium uero sub Stephano Papa celebratum, humili professione, Romanam, ecclesiam Dominā suam appellat, ut legitur in c. oportebat 79. distinct. Literas etiam Mariani supra citauimus ad Agapetum, actione i. 5. cōcili Constantinopolitani, quę maximū Agapeto papę, honorem deferunt, ex patrum illorum consensu. 73 † Illud prętęrea crimē inter cętera, ob quę Dioscorum a concilio Chalcedonensi damnatum fuisse legimus, grauissimum fuit, quod coutra sedem latrauerat Apostolicam, ut habetur in epistola eiusdē concilii ad Valentinianum & Augustum. Pari q uoque ratione fuit damnatus in concilio Cōstantiensi articulus ille 10. Io. Vuicleff. Decretales epistolę sūt apocriphę, & seducunt a fide Christi & stulti sunt clerici, qui student eis. Denique concilium, in quo aderat Carolus Imperator, eādem ecclesiam honorari iubet, & licet uix ferendū, ab ea sede, iugum imponatur, pia tamen deuotione ferri pręcipit c. in memoriam, 19. dist. Ad quod accedit B. Gregorius dicens, contra morem ecclesiasticum esse, si non patienter toleratur, etiam, quod a nobis absit, iniusta correctio, hæc ille in c. contra morem. c. dist. Itaque cum tales ac tanti uiri canones condiderint, cum tātę dignitatis sit Romana ecclesia tantę potestatis summus pontifex, tantę demum autoritatis sint ac numero plurimi, qui pontificiam potestatem nō mō venerati, sed etiam atque etiam admirati sunt. Vos qui canones contemnendo, simul eos omnes cōtemnere audetis, uobiscum diu & multum cogitate, quinam tandem uos sitis, ꝗ fuerint illi, uitam cum uita uestra, potestatem cum potestate, doctrinam cū doctrina, pietatem cum pietate, omnes denique illorum uirtutes cum uestris comparate, & quod in ar-74 cano pectoris conscientia dictarit, iudicate. † Videte obsecro ut non potestatem ac uitæ sanctitatem pretermittamus, quis vestrum Hieronymo doctior sit? qui, pręter linguarum triū peritiam, tam multa sciuit, ut de eo uere dictum omnibus uideatur, neminē scisse, quod ipse ignorauit. Quis Augustino ī omni scientiarum genere excellētior? Quis Cypriano? Quis Chrisostomo vel eruditior uel eloquentior? vt interim Gregorium, Ambrosium, Cyrillum, Ignatium, Bonifacium, Bernardum & alios magni nominis uiros omittam, quorum doctrina, & falsarū opinionum offendicula sublata sunt, & sacra ecclesię dogmata ita illustrantur, ut toto terrarum orbe sole clarius enitescant, quæ nisi uera, ualida, & ab ipso Deo ꝑfecta essent, nequaquam Christus ipse, qui periclitantibus, & ad se confugientibus deesse non solet, perferre potuisset, ut tantus error, tanta fraus in ecclesia sua, tot antea cta secula fefellisset. Ita enim, nisi insanimus, & dementes penitus sumus 75 coniiciendum est, † & prope diuino illo Gamalielis utēdum est argumēto, ea scilicet, quæ sine optimi maximi Dei numine suscipiūtur, & fiunt, breui tempore deperire, & diu firma

&

& stabilia esse non posse. Itaq; cum hæc ab initio nascentis ecclesię in hunc vsq; diem inuiolata permanserint. Dei vltionem reformidate, ne dū conanimi ea destruere, quę ab antiquis patribus, Dei spiritu, tā solidis fundamentis, cōcorditer sunt extructa, ipsi in malorum profundum miserabiliter corruatis, cum didicerimus, Deū ipsum præcepisse, ne quis trāsferat terminos antiquos, quos patres nostri posuerunt. Prouer. 22. & alibi imperet, ne quis absumat terminos, quos fixerunt priores in possessione sua. Deut. 27. Quid? ēt si res dubia foret, quam tñ & indubitatam & certissimam esse satis supque probatum est, non ne tñ tutiorem viam eligere oportet? 76 † Cui aūt dubium esse pōt, quin ea tutior sit sentētia, qua maiorum sequimur documenta, & parentum uestigiis toto aīo inhæremus, ut docuit Paulus, affirmans se a Deo errorū suorum ueniam meruisse, ꝓpea ꝙ parentum ac maiorum traditiones secutus esset, id quod longe facilius nobis non errantibus, & proculdubio uera sequentibus, continget. Quodnā enim, quęso, excusationis genus, corā iusto iudice Deo, afferre poterunt, qui sibi nimium sumentes, & ab antiqua uiuendi norma & ab usitato & recto tramite declinantes, in erroris foueam ultro ceciderunt, nullum sane poterit inueniri perfugium, nullus erit venię locus. Qui vero bona fide religioni a maioribus traditę firmiter inhęrebunt, & magna animi sinceritate illorum pręcepta seruabunt, ij tametsi aberrarent, id quod non dicere modo, sed suspicari est nefas, erunt tamen omni excusatione dignissimi, & eorum deniq. gressus in viam salutis, Dei fauente clementia, dirigentur. Huiusce rei testis omni exceptione maior est Paulus, cuius testistimonium ad nos erudiendos conscriptum, paulo ante retulimus. Cęterum, qui uera & simul etiam a senioribus tradita, qualia sunt hęc indubię nostrę fidei documēta, toto pectore amplectuntut, ij proculdubio regnum Dei per quam 77 feliciter possidebuntur. † Hi tandem illi sunt, qui bene actę vitę pręmia referentes, ęternę beatitudinis gloria perfruentur, Quare si tantum sapere vultis, quantum oportet, sapientissimi viri Salomonis consilium accipite, qui monet ne qꝫ quam prudentię suę innitatur, neve apud seipsum sapiens sit sed quid prudentiores sentiant subinde consideret, nec ab illis temere dissentiat, qui sedem B. Petri contemnit, locū terribilem, & terram sanctam contemnere se meminerit, & audacię suę pœnas reformidet, qui pontifici resistit, diuinę ordinationi resistere se ītelligat, & subinde memoria repetat, quid huiusmodi hominibus in Deuteronomio Deus com-78 minetur, quasi de sublimi specula clamitans, † Qui superbierit & obedire sacerdotis imperio recusarit, morte moriatur. Proinde si quid aut rationes, aut magnorum virorum auctoritates, aut preces apud vos meæ possunt, redite tandem in uiam, ac sanctissime affirmanti credite, scitoteque me nō cēsoria seueritate, quam mihi non uendico, sed fraterna, ut antea dixi, charitate, qua uos prosequor, ea monuisse, quę uera, & famę ac saluti uestrę utilia, ac necessaria existimaui. Verum ut tandē eo redeamus, unde nos Christianus amor in periclitantes, ac lapsos fratres auocarat, ex is, quæ disputata sunt, illud in summa colligimus, atque concludimus, nullum prorsus casum reperiri posse, in quo concilium plus habeat potestatis, quam uerus & indubitatus pontifex, in his tamen omnibus, & nos ipsos, & scripta nostra S. R. Eccl. a qua dissentire nefas est, arbitrio ac censurę submittimus. Neque ecclesiasticę tantum potestati, sed prudentium ac doctorū omnium iudicio subiacere uoluimus, a quibus ut laudari honorificū, ita emendari fructuosum semper existimauimus.

TRACT. PERVTILIS, & quotidinianus.

D. REMIGII DE GONN. I. V. D.

De immunitate Ecclesiarum quo ad personas confugientes ad eas.

AntonioMario Caballo I. C. Prothonotario Apsistolico, Et R. Episc. Cremonę Vicario generali.

ANTONIVS CANACEVS. S. D.

EGREGIVM Opus illud De ecclesiæ Immunitate Excellentiss. I. C. D. Remigij de Gonni Nauarrei, ingenio perfectum & industria elaboratum hactenus per multos annos obscura caligine mersum, & prope extinctum iacuit, cum autem illius exemplar, quod vnum vix reperiebatur, in manus tuas quasi diuinitus peruenisset, nec te Cæsarei, & pontificij iuris scientia præstantem. & rerum vsu ob præclaros, quos in ecclesia Dei Magistratus gessisti edoctum lateret, quam vtile, & necessarium iuris vtriusque studiosis foret hoc opus, bene de aliis merendi studio accensus, mecum egisti, imo (quæ tua est apud me auctoritas) me coegisti, vt illud Tipis nostris ad communem usum excuderem, ac diuulgarem. Quod non solum præstiti, verum etiam Codicem ipsum, quo tanquam Archetypo vsus sum, innumeris prope mendis, & erroribus scatentem, eruditissimi, & tibi summa necessitudine coniuncti, Vincentij Vectioli huius plebis Archipresbyteri, opera maxime adiutus, vendicaui. Quapropter librum ipsum, omnes, qui illum antea summopere expetebant. & post hac eo arbitratu suo frui poterunt, non minus tibi quam auctori ipsi referre debebunt. Quantum autem ego in illo edendo profecerim, tu & alii iudicabunt, verum, vt materia hæc admodum fræquens facilius a iurisperitis videri, & discuti possit, similes Ioan. de Bichis, & Petri Rebuffi de immunitate ecclesiastica Tractatus, addere decreui, sed quamobrem eos tui nominis inscriptione potissimum emittendos existimarim, non difficile est huius consilii rationem probare. Nam primum, cui magis, quam tibi deberetur, non videbam, cum tu horum Tractatuum edendorum, non modo impulsor, sed auctor etiam mihi fueris. Præterea, & tuæ personæ, & dignitati editionem hanc præcipue conuenire duxi, Et demū non debui prætermittere facultatem, quantulacunque mihi oblata fuit, gentibus omnibus testandi quanti te faciam, & quantum tibi me deuinctum esse intelligam, ob multa & maxima beneficia quæ iam in me contulisti. Accipe igitur decus, & præsidium meum, totius patriæ splendor, & ornamentum, eo animo librum, quo tibi illum ex prælo nostro inscriptum, tanquam munus, mitto. Quod si me assecutum esse, vt spes est, intellexero, animus ad maiora in dies accendetur. Vale.

Ex nostra Typographia xv. Cal. Octobris. MDLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Casus in quibus fugientes ad Ecclesiam, non gandeant immunitate.*
2 *Varia Doctorum traditio circa immunitatis ecclesiarum tractatum.*
3 *Quæ proprie dicatur libertas, seu immunitas ecclesiastica.*
4 *Ecclesia decem immunitates habet.*
5 *Immunitas ecclesiastica iure diuico probata.*
6 *Et iure canonico permissa.*
7 *Iure, & a iure ciuili comprobata.*
8 *Et apud Romanos antiquitus obseruata.*
9 *Asyllum apud Romanos, quid dicebatur.*
10 *Homicida, latro, aut alius reus ad ecclesiam fugiens, an possit per iudicem secularem inde realiter extrahi.*
11 *Fugiens ad ecclesiam, duplicem habet immunitatem.*
12 *Fugiens ad Ecclesiam, si vult sponte sua ab illa exire, immunitate gaudere debet.*
13 *Si sua ipsius sponte ab eclesia exierit, & postea per iudicem secularem ad mortem, vel aliam pœnam damnatur, non ob id offensa creditur Eclesia.*
14 *Quid in his hodie vsus recipiat.*
15 *Leges Hispaniæ, circa immunitatem ecclesiasticam.*
16 *Lex prima complectitur nouem priuilegia, & libertates, quib. ecclesia gaudere debet.*
17 *Lex secunda, quid statuat.*
18 *Legis tertiæ, tenor exprimitur.*
19 *Lege quarta, quid caueatur, vide.*
20 *Lege quinta, quid stat. sit.*
21 *Fugiens ad Ecclesiam propter, tributa Principis, an inde extrahi debeat.*

Ne scribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN ista materia immunitatis ecclesiarum quo ad personas confugientes ad eas, Doctor. V. I. multum inter se discrepant. De iure ciuili † sunt plures casus in quibus fugientes ad ecclesiam, non gaudent illius immunitate glo. in l. 2. C. de his, qui ad eccle. confu. in authen. de manda. princi. §. neque autem. col. 3. & ibi glo. Iacob. de Bellouiso. Bart. & Sal. in l. 2. & in auth. at si quis. C. ad l. Iul. de adul. Azo. in summa de his, qui ad eccle. confu. C. in fi. aliter loquitur Io. Fab. in §. fi. de his, qui sunt, sui vel alie. iur. Insti. unde dicit Ang. in tractatu de malef. in versic. fama publica fol. 70. colum. 4. & fol. sequent. colam. 2. in paruo uolum.

Quod

2 †Quod Doctores vario modo loquuntur in ista materia, sed in quibus casibus quis potest capi in Ecclesia, & Ang. ibi refert plures remissiones, & plene, in additionibus ad Ang. ibidem Io. Fab, in l. prima de his, qui ad eccles. confug. C. ponit regulam, cum fallen. & Io. Barberij in viatorio iuris, in tit. de violato immunit. fol. 17. ponit regulam cum septem fallentijs, & in ista materia satis plene loquitur Iac. de Bel. in dicto §. neque autem. in auth. de man. prin. col. 3. per oppositiones, distinctiones, & quæstiones. Lud. Rom. consi. 227. ponit quatuor regulas in ista materia. Mar. Soc. in 17. arti. fol. 31. ponit regulam cum quinque fallentijs. Guiller. Mayneri in regula, Nemo de domo, de reg. iur. ff. fol. 249. ponit regulam cum quinque fallent. & Ias. in l. plerique. col. 3. in 12. ampliatione, post Bar. Soc. & alios. loquitur etiam de ista materia. Ioann. Igneus in l. 1. fol. 14. colum. 3. ponit plura crimina, quæ non gaudent immunitate ecclesiæ, & plene loquitur in ista materia Cassa. in consuetu. Burgun. fol. 56. colu. 4. vers. 16. loquitur etiam satis late in ista materia, & dicit, quod in fugiente pp delictum ad ecclesiam discordant leges, & canones. Ioan. Bibes in repe. can. diffiniuit. 17. q. 4. ponit 33. conclusiones, & in finalibus verbis ponit regulam cum 11. fallen. Nic. Boerij in suis decisionib. quæst. 109. in prima parte fol. 155. ponit regulam cum septem fallen. Guliel. de monte Laudino. Ancha. Imo. Card. in clemen. 1. de pœnit. & remissio. ponunt quinq; quæstiones in ista materia, & multi alii Doctores, maxime canonistæ tractant diffuse istam materiam, quos infra refero prout uidebitur. Istam materiam immunitatis Ecclesiarũ, quo ad personas confugientes ad eas, sub breui stilo diuina opitulante gratia tractandam assumpsi Ego Remigius de Gonn. V. I. D. dictaque Doctorum in hac materia scribentium in vnum redigere curaui, & quæ collecta digna erant in hoc opusculo inserui, & materiam ampliaui sub claris vocabulis, cum allegationibus iuris ponendo. Ideo ad prædictã materiam immunitatis Deo propitio condescendo, eã pro faciliori expeditione, & intellectu expediam. Primo per præsuppositiones. Secundo ponam regulam cum ampliatione, & fallent. Tertio, per quæstiones, per quam necessarias, cum Dei adiutorio, & Virginis eius genitricis, & Virginis, & Martiris Beatæ Barbaræ, quæ est aduocata, & singularis patrona mea, &c.

Venio ad Præsuppositiones. Præsuppono primo (vt res melius intelligatur) quę† proprie dicatur libertas, seu immunitas Ecclesiastica. gl. in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. dicit, quod immunitas dicitur priuilegium, quo gaudet Ecclesia, ut in ambitu suo non fiat pugna, insultus, vel rapina, per quadraginta, uel triginta passus, & dicit Archid. ibi, super gl. in verbo, violata, quod immunitas est libertas, vel securitas ipsius Ecclesiæ, quasi extra munia. i. officia, vel munera secularia, uel exactiones, uel uexationes quibus priuatæ personæ fatigari solent, esse debet libera, & secura. Quidam dicunt, quod immunitas est delictum, quod fit in violatione ipsius ecclesiæ, uel cimiterij, cum aliquid inde rapitur. Sed prius dictum uidetur uerius, secundum Archidia. ubi sup. & idem quod gl. in d. can. cum deuotissimam, quam retuli sup. Tenet Io. de Tur. Crem. in d. c. cum deuotissimam. num. 4. & per Host. in summa. eo. tit. §. 1. & Ioã. Lupus in tractatu de libertate Ecclesię. q. 11. fol. 142. in 6. volum. & licet immunitas in se multa comprehendat, ut per omnes Canonistas in rub. eo. titu. & per Summistas in verbo immunitas. & plenius in summa Anto. in 3. par. tit. 12. cap. 3. §. 1. & per Card. in repet. cano. perpendimus. de sent. excom. & in pluribus aliis locis per scribentes. Sed quo ad propositum nostrum immunitas est priuilegium, quod habet ecclesia, ut nullus inde per vim extrahatur, vt inferius plenissime videbitur. Item ecclesia habet† decem immunitates, secundum Io. An. in addi. ad Spe. eo. tit. & Io. de Turrecre. in cano. si quis in atrio. 17. q. 4. in 1. q. ponit nouem immunitates ecclesiæ, & etiam B. Antoni. Flo. in summa in 3. parte, tit. 12. c. 3. ponit dictas nouem immunitates ecclesiæ. Et prima est, quæ facit ad casum nostrum. s. ut nullus ab Ecclesia per vim extrahatur, nisi in certis casibus, alias immunitates non refero, quia non inseruiunt proposito nostro. Et istas decem immunitates ponit etiam Montalb. in gl. l. 7. fori. in 1. parte in 1. par. 5. tit. fo. 15. col. 3.

3

4

Secundo præsupono, quod immunitas ista de qua loquimur processit, & est approbata, & pmissa. Primo a iure† diuino, iuxta illud. 3. Regum 1. ubi Ioab aufugit ad tabernaculum, & apprehendit cornu Altaris, ut saluaret ibi a manu Salomonis. Refert Io. de Tur. Cre. in cano. omnes Basilicæ. de conse. dist. 1. in prin. uers. 2. consecratur Ecclesia. Probatur etiam Exodi 21. ubi dicit text. Quod si quis p insidias occiderit aliquem, ab Altari meo euelles, ut moriat, transumptiue in c. 1. de homi. sequitur a contrario sensu, qđ si nõ fuit per insidias occisus, non debet ab Altari euelli, Pro

5

cessit ex mente textus Ecclesiastici Prouerb. 24. ubi dicit, erue eos qui ducuntur ad mortem. Habetur in can. non inferẽda. 23. q. 3. in fin. eripe eum, qui ducitur ad mortem. In ueteri testamento ex præcepto Dei erant cõstitutæ sex urbes ad inhabitandum in suburbanis, in quibus erat libertas, & refugiũ in fugitiuorum auxilia separatæ, ut in eis animam suam saluarent, & uitam, qui nolentes sanguinem fudissent aut proximum suum occidissent, & ad unam earum fugerẽt, nec ante biduum, uel triduum eius fuissent pbati inimici, vt patet Exodi. 21. in nu. 35. Deuter. 19. & Iosue. 20. refert Castal. ĩ trac. de Imperatore. q. 97. col. pen. in fi. fo. 166. nu. 12. & latius per Io. de Hugo in tract. de offic. quatuor prælatorum, in rubr. de ciuitatibus refugii in quibus erat libertas in 9. uol. tractatuũ fol. 37. colu. 2. in prin. & per Nic. Boer. in suis decis. q. 109. fol. 115. col. 3. in fi. gl. Decisionis Capellæ Tolosanæ. q. 422. col. 2. dicit, quod huiusmodi immunitas est de iure diuino, allegat illud 3. Regum 2. retuli supra, ubi loquitur gloss. dictæ decisionis Tolosanæ de Adonia. non fuit Adonia, sed Ioab, ut supra retuli. Ant. de But. in c. cum ecclesia eo. tit. dicit, qđ olim erant ciuitates refugii secundum modum qui habetur in c. illa. 15. q. 1. & per Io. Lupum in tract. de libertate eccles. q. 11. fo. 142. col. 4 in 6. uol. Io. Igneus in l. 1. ad Silania. ff. fo. 9. col. 3. quærit, an immunitas ista de qua loquimur sit de iure diuino, arguit pro, & contra. fo. 10. & 11. & concludit, quod est de iure diuino, & ibi loquitur plene. Item, & secundo talis immunitas de qua loquimur pcesit, & est permissa de† iure canonico. ca. inter alia. c. eccle. c. pen. & fi. eod. tit. c. id constituimus. c. reum c. definiuit. & per totum. 17. q. 4. c. reos. 23. q. 5. cum multis aliis similibus, quibus iuribus probatur, quod fugiens ad Ecclesiam gaudet immunitate, ita quod nõ potest, nec debet inde extrahi. Item, & tertio dicta immunitas processit, & est permissa a† iure ciuili. tex. in l. 2. & l. præsenti, & p totum titulum de his, qui ad eccle. confu. ca. & sic ius ciuile. C. Imperatoris Instiniani concessit hoc priuilegium immunitatis fugientibus ad Ecclesiam, ut inde non possint extrahi, & per omnes legistas in d. l. 2. & l. præsenti. & per alios quos supra retuli. & dicit Placen. super rubr. de sacros. eccle. C. quod si qui fugerint ad Ecclesiam, nisi forte in Ecclesia sãguinem fuderint, uel nisi serui fuerint, extrahi non debent, ẽt si criminibus fuerint irretiti, uel mole debiti prægrauati, per d. l. dræsenti. Item hæc immunitas de qua loquimur, fuitiã †antiquitus obseruata, & locus, qui hanc immunitatem habebat, dicebatur† Asylum, qui locus erat in ciuitate Romana, & sub Iunonis noĩe, & custodia erat, pront latius refert Cassan. in consuetu. Burgun. fo. 56. col. 4. uers. 16. Ioannes Ferrariensis in sua pactica. in tit. de forma inquisitio. col. 11. uer. ex his potest. fo. 221. quærit de eo, quod seruatur in partibus Franciæ, & Alemanię, an† reus fugiens ad Ecclesiam, puta homicida, uel latro, uel similis, possit inde extrahi realiter, & p Iudicem secularem, citari, & uidetur, quod non, per tex. in l. 1. & 2. C. de his, qui ad eccles. confug. & c. fin. de immunitate eccles. cum simil. dicit tamen Io. de Ferrar. ubi supra, quod salua reuerentia hæc iura sunt facta sine ratione, & ad beneplacitum, immo est cõtra ius diuinum, quo cautum est, domus mea, domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam speluncam latronum. Si. n. Deus noluit tolerare ementes, & vẽdentes in ecclesia, sed eos abiecit, quanto magis non uult receptari in eius Ecclesiam latrones, homicidas, & similes, qa minor in maiorem non habet imperium, nec iurisdictionẽ, & dicit dictus Ioan. de Ferrar, ubi supra, quod nullo modo tales profonæ possunt, nec debent in Ecclesia recipi, nec eius suffragio defendi, immo totaliter sunt ab Ecclesia, & extra Ecclesiã eiiciendi, & potestati Iudicis secularis puniendi trãsmitti, & ita bene, & prudenter obseruat Italia, quæ est omnium Prouinciarum Domina, quę residet in monarchia, omnisque uirtus scientiarum, & fructuum affluentia, & locorũ, & ciuitatum pulchritudo, & magna copia. & quod Christus eiecisset ementes, & uendentes, est tex. in c. eiiciens. & in c. quoniam. 88. dist. can. ex multis. 1. q. 3. & Io. de Ferrar. refert Nicol. Boer. in decis. suis. q. 109. fo. 115. col. 3. Istud dictum Io. Ferra. non obstat, nam est contra prædicta iura superius allegata, nec obstat auctoritas illa, Domus mea, domus orationis est, &c. quia Deus noluit tolerare ementes. Nam Dominus negociatores eiecit a templo, & mensas numullariorum euertit, ideo quia talia difficulter fiunt sine peccato, & ista fuit ratio, quare Dominus eiecit a templo. c. quoniam c. qualitas, de pęnit. dist. 5. & est glo. quæ hoc expresse dicit in c. decet. in verbo negotiatores. eod. tit. lib. 6. & ista ratio non uendicat sibi locum in fugientibus ad Ecclesiam. Nam licet deliquerint in ecclesiam, non tamen peccarunt, nec peccant in ecclesia, & ecclesia nemini claudit gremium, & omnibus est liberalis. c. super eo. & ibi gl. de hęret. in 6. Multæ aliæ rationes contra dictam opinionem Ioannis Ferrarij possent allegari, eas tamen omitto, cum apud nos nulla sit dubitatio, & ita obser-

6

7

8

9

10

obseruatur per omnes iudices. Concluditur ergo, quod dicta immunitas. s. vt malefactor non possit, nec debeat extrahi ab ecclesia, est approbata ab omni iure. s. diuino, canonico, & ciuili, & ab antiqua obseruantia.

11 Tertio præsuppono, quod † fugiens ad ecclesiam habet duplicem immunitatem. Prima, vt nullo modo extrahatur inuitus ab ecclesia. Secunda, vt non condemnetur ad pœnam corporalem. Si tamen talis fugiens ad ecclesiam vult sua voluntate exire de ecclesia, debet etiam gaudere immunitate. c. reum. c. id constituimus. 17. q. 4. Nam ex solo confugere ad ecclesiam consequitur quis immunitatem per dicta iura. Prælati tamen tunc, quando, talis uult voluntarius exire debent a iudicibus secularibus obtinere per missionem de uita & membris seruandis. d. c. inter alia. & ibi Innoc. etsi necesse fuerit, exigere super hoc iuramẽtum, ad maiores cautiones, secundum Panormit. in d. c. inter alia col. 3. vers. Sed ego quæro, & Io. Bichis in tractat. de immunit. eccle. vers. 4. nota. nu. 53. fo. 76. col. 2. & 3. Hugo in d. c. reum, tenet, quod confugiẽs de cætero nũquam punietur in corpore pro delicto pro quo fugit ad ecclesiam, & dicit hoc secure tenendum, refert Bonif. de Vital. in clem. 1. de pœn. & remiss. num. 72. dico latius infra quæstione 3. aduerte† tamen quod si uoluntarie exit ab Ecclesia, & capiatur per iudicem secularem extra ecclesiã, & condemnetur ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, non est offensa ecclesia, omnes tenent hoc. c. fin. eo. ti. & Bonifac. de Vit. in cle. 1. de pœnit. & remis. nu. 36. uersic. ex quo infertur. dicit si sponte exeat, non dicetur ecclesia violata, non respectu confugientis, quia sibi violenti non potest fieri dolus, vel iniuria. l. cum donationis. C. de transact. Nec spectu Ecclesiæ, quia cum non fuerit extractus, sed sponte recesserit, non fuit immunitas violata, & sic nec ecclesia iniuriata, ut latius per Bonif. ubi sup. & dico infra, in fallen. 4. facit tex. in c. diffiniuit. 17. q. 4. ibi vel residentes, quod fugientes ad ecclesias tandiu gaudent immunitate, quandiu resident in ecclesia, & istam opi. tenet Laurentius in d. c. reum. 17. q. 4. refert Io. Bichis ubi sup. licet Panor. in d. c. inter alia, vt proxime retuli, aliter sentiat, & latius per eundem Ioan. Bichis, ubi sup. Hodie† ista secunda immunitas non est in usu, imo in casibus in quibus fugiens ad ecclesiam non dẽt gaudere, extrahitur per iudicem secularem nulla præstita impunitate, tex in d. cap. inter alia. & in casibus in quibus debet gaudere, si uoluntarie exeat punitur, ut supra dixi. Si per uim extrahatur, debet restitui, nam ipsa ecclesia velut iniuriata, prosequitur suum interesse ad reintegrationem. Bonif. de Vital. in d. clement. prima de pœnitent. & remiss. in 9. conclusione. numero 85.

12

13

14

15 Quarto præsuppono, ea quæ aliquæ leges † Hispaniæ disponunt in ista materia, & ad eos me referã in locis congruentibus, de quibus infra tractabo In tit. 11. de los priuilegios y franquezas que han las Yglesias, y sus cimiterios en la partida primera de las Leyes de Castilla. fo. 63. vsq; ad fi. dicti tit. 11. ay cinco Leyes.

16 PRima † lex continet nouem priuilegia, & libertates, quibus ecclesia gaudere debet. Primo, quia exactionibus nõ molestetur, gl. ibi in litera D, se remitrit ad ea, quæ ipse dicit in foro legum. lib. 1. tit. 5. l. 1. Secundo ne lites seculares in ea audiantur, c. 1. de immunitate eccles. maxime iudicia sanguinis, in c. cum ecclesia. eo. tit. gl. in l. in littera X. Tettio, ne fiant mercimonia in ipsa c. decet. de immunit. eccle. lib. 6. Quarto, ne in ea mortui sepeliantur dicit glo. ibi in l. fi. concordat. capi. præcipiendum, & c. nullus, 13. q. 2. & hoc ideo olim vetabatur, ne ciuitas corrumperetur fœtore. l. monumẽtorum. de religio. & sump. fune. Hodie tamen permittitur etiam in corpore Ecclesiæ fideles sepeliri. 13. q. 2. per totum. prodest, n. in ecclesia sepeliri, quos peccata non deprimunt, quia eorum proximi, quoties ad eorum loca sacra veniunt, suorumque sepulturam aspiciunt, & pro eis preces fundunt. capitulo cum grauia. 12. quæstione secunda, Item specialiter commendãtur patrocinijs eorum Sanctorum, in quorum nomine dedicata est Ecclesia c. non extimemus. 23. q. 2. Idem quia ibi minus vexantur spirius immundis, unde in Cimiterijs dicitur esse requies defunctorum. 12. q. 2. c. autẽ. glo. in d. c. cũ grauia. Quinto, ne laici cum clericis, quando diuina officia celebrantur, in choro intersint, dicit glo. ibi in littera G, concordat c. 1. de uita, & honestate clericorum, & ibi gl. c. sacerdotum, de consecra. dist. 2. Sexto, quod fœminę sint a viris segregatæ. Septimo, quod fœmina non accedat ad gradus altaris, nisi quando offerat, vel communicet. Octauo, ne in ea aliquis hospitetur, dicit ibi gl. in littera H, cõcordat c. 1, cum notatis, de immunitate eccle. & l. 1. in fin. de episcop. & cler. Nono ex legato, vel donato, quæritur dominiũ ecclesiæ, hospitali, aut religioso, sine traditone, dicit glos. ibi in litera L concordat l. fi. de sacrosanc. eccle C. non transferẽ possessio, nisi realiter apprehendatur, nisi de cõsuetudine aliter, ut nota. in c. ex litteris. de consue. & ibi Abb. in c. cum uenisset. de restitutio. spoliato.

Lex 2. tit. 11. Primę partitę.

17 Quicunque † ad Ecclesiam cõfugerit pro debito, maleficio, aut alia cã uel ad eius portam, vel cimiterium, non est inde extrahendus, nec circundandus, nec ei denegantur victualia Sed a clericis alimentetur, & custodiatur, præstita tamen fideiussoria, aut sacramenti cautione de non offendendo, dent eum creditori, & si pro maleficio non habet vnde soluat, seruiet creditori, usque ad tempus condignum, pro debito, Aut non capitur, nec seruit, sed præstabit Cautionem, se quando poterit soluturum, hoc est summarium d. l. 1. Dicit glo. ibi concordat foro legum, l. 3. tit. fi. de. las deudas. l. 15. & ibi gl. & concordat l. præsenti. de his, qui ad eccles. cõfug. C. cum ibi notatis per Cyn. vnde glo. ubi supra, concludit quod debitor ad Ecclesiam fugiens, gaudet immunitate p generalem iuris prohibitionem. c. miror. c. si quis contumax. 17. q. 4. d. l. præseuti. Si tamen Statutũ dictaret, vt debitor possit compelli ad seruiendum pro debito, tunc potest extrahi, quia non uidetur concessa immunitas, cum præiudicio istius, qa est quasi Dominus eius, & hoc placet Antonio, & Abb. in c. inter alia. de immu. eccle. quod cõcordat cum hac lege, & se refert glosator ad l. fi. d. tit. 11. dico ibi, in legibus fori Regni Castellæ in l. 7. lib. 1. tit. 5. dize q̃ ninguno sea osado de quebrãtar Yglesia, ni cimiterio por su enemigo, ni por hazer otra fuerza ninguna, y el quæ lo hiziere q̃ pague el sacrilegio al Obispo, & al que lo habiere de haber, y que el Alcayde se lo haga dar, si la Yglesia por su iustitia no lo pudiere haber, & ista additio ponitur in fi. d. l. 2.

Lex 3. tit. 11. Primę partitę.

18 Seruus † ad Ecclesiam fugiens dño cauenti restituitur, & si clerici nollent cum restituere, ipsemet dñs extrahet ipsum impune, & post cautionem præstitam clericis, eum tradere recusantibus, si fugiat, tenẽtur ipsi ad prętiũ serui, & si non fugiat, ad seruitii æstimationem. Secus si dñs non vult componere cum seruo, comminando, & cautionẽ præstitam clericis non obseruat. quia non obseruans periurus est, & excõicabitur, hæc dicit in summa d. l. 3. concordat cũ hac lege. cano. metuentes. cũ capitulis seq. 17. q. 4. de quo etiã per Cy. in l. præsenti. glo. d. l. 3. distinguit latius, aut seruus, uel alia quæcunque persona astricta ad seruiendum, ut ascriptitius fugit ad Ecclesiam, causa religionis assumendæ, & talis debet tradi dño suo, eum repetenti infra triennium, recepta ab ipso dño cautione, quod ipsum non puniet, in auth. de monachis. §. si vero. colla. 1. aut fugit ad Ecclesiam causa immunitatis habendę, & tunc aut fugit pp sæuitiam dñi modicam, & idem quod supra, aut pp sæuitiam grauem, seu intolerabilem, ut quia dñs persequitur eum ad mortem, & tunc, non restituitur sibi, sed compelletur eum vendere bonis hoĩbus, nec perpetuo reuertetur ad eũ, nisi uelit. l. si dñs. de his, q sunt sui, uel ali. iu. ff. & in §. sed hoc tpe. & §. duorum. eo. tit. instit. Si aũt fugit pp aliam causam, vt pp delictum suum, de quo timet puniri a dño suo, tunc restituitur securitate præstita. d. l. præsenti. §. sane. aut timet puniri ab alio, scilicet a Iudice per uiam accusationis, vel alias, tũc idem quod in libero, quia non est acceptio psonarum apud Deum. c. nouit. de iudi. & idem quod supra, tenet Archi. in c. idem constituimus. 17. q. 4. Sed glo. super l. 3. Item glo fi. d. l. 3 dicit, nota, quod si seruus, uel debitor alicuius fugiat ad Ecclesiam, & in casu debet tradi dño, non cteditori, sacerdos eum defendat, & si fuit in culpa, tenetur ipse sacerdos ad interesse, & damnum, secũdum Archidiac. in c. diffiniuit. 14. q. 4. quod est notandum.

Lex 4. tit. 11. Primę partitę.

19 Sunt † casus in quibus quis impune extrahitur ab Ecclesia. s. publicus latro, aut notorius domus, vineæ, prædii arborum messiumque destructor, aut incendiarius. Item si feriat in Ecclesia, aut in cimiterio spe in ea defendendi. Itẽ comburens, aut frangens Ecclesiam, alias autem non extrahitur, & si deducatur est eidem restituendus, & soluet deductiones, sacrilegium, & excõicabitur, quousque Ecclesiæ de offensa satisfaciat, hoc dicit l. 4. in summa, dicit gl. 1. ibi concordat lex fori. li. 1. tit. 5. l. 7. & 8. & ibi per glossatorem de illo, qui per insidias occidit, & dicit in d. l. 4. Et nota quod standũ est regulæ, quod reos sanguinis, & alios quoscunque Ecclesia defendit. 14. q. 4. nisi in casibus exceptis in d. l. 4. quæ concordat cum c. inter alia de immu. eccle. Nam exceptio verificat regulam. l. quæ sitũ in. §. deniq; de fun. instruct. ff. & fauor immunitatis ecclesiæ debet ampliari. Dicit vlterius gl. l. 5. super uerbo, ladrones manifestos. Nota ergo unum de tribus casibus contentis in d. c. inter alia. quod Ecclesiastica immunitate non gaudet publicus latro, qui palam, & publice furatur, vt piratæ in mari, vel qui stant in stratis, vel qui habeut arcẽ, seu

ſeu caſtrum vnde graſſantur in omnes prætereuntes. Item nec gaudet nocturnus depopulator agrorum, qui ſcilicet obſidet ſtratam publicam derobando tranſeuntes, & differt a publico latrone, quia iſte clandeſtine furatur, & moratur in loco occulto, & ideo dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte ſegetes deſtruit, & in die latet, & ſic declaratur d.c.inter alia, per Inn. & Pano. idem dicit, d.gl. l.4. quod homicida inſidioſus ex propoſito gaudet immunitate, cũ c. inter alia non excipiat eum. & facit c.ſicut antiquitus. 17.q.4. ad d.c.de homicid. dicit quod ille textus habet plures intellectus. Sed in terminis noſtris reſpondetur, quod loquitur ſecundum antiqua iura, & ſe refert d.glo. ad per eum dicta, in l.7.tit.5.lib.1.in legibus fori, uel poteſt intelligi dictum c.1.reducendo ad c.ſi de immunit.eccleſiarum. Item poteſt d.c.1. intelligi ſecundum Inno.in d.c.1.reducendo d.tex.ad unum ex caſibus.c.inter alia. & cum hic quæ dicta ſunt, concordat practica noua, tit de inquiſ. §.1.col.13. & Io. Fab.inſti.de his, qui ſunt ſui. Item d.gl.l.4.dicit quod ſecundum leges, extrahens violenter aliquem de eccleſia indebite committit crimen læſæ maieſtatis.l. fin. de his, qui ad eccleſ.confu.C.& l. præſenti. Item de facientibus ſeditionem, vel conuenticula, ſeu tumultum, & congregationem cum armis, vt irruant eccleſiam ad extrahendum delinquentem. l.denuntiamus.de his, qui ad eccle.confug.C.& talis committit ſacrilegium, eo quia uiolat immunitatem eccleſiæ.c.nullus.c.quiſquis.17.q.4. & ſi ſuperbe, & contumaciter eccleſiam Dei irreuerenter contemnendo extraxerit, ſoluet epiſcopo nonaginta ſolidos pro immunitate, & publica pœnitentia, iuſto epiſcopi iudicio, eſt mulctandus.c.quiſquis contumax.16.q.4. Si autem qs in eccleſia deliquerit nõ gaudet eius immunitate.c.ſi.de immunitat.eccleſ.in authen.de mand.princip.§ neque autem. collat.3. ſi vero deliquerit prope eccleſiam ex propoſito, intendens per eccleſiam liberari alias non commiſſurus, puta interfecit hominem inſidioſe in cimiterio prope eccleſiam, & incontinenti intrauit eccleſiam, talem eccleſia non defendit d.c.fin.C.de immunit.eccle, & ſic intelligitur d.§.neque autem.de manda.princip.collat.3. aut non deliquit in cimiterio, ex propoſito defendendi ab eccleſia, ut uidelicet quando nulla m habebat inimicitiam cum illo, quem interfecit, ſed ex abrupto exorta rixa, de nouo inter eos extra eccleſiã in cimiterio, & cum occidit, ſtatim ingreditur eccleſiam, talis gaudet eccleſiæ immunitate, & per Doctores, & ſignanter Henricum Bohic.in can.eccleſiam.in 1.di.de immun eccle. quod no. omnia ſupradicta refert Montalbus, in gloſ.ſua ad dicta l.quarta.

Lex 5. Primæ partitæ.

20 De iure †canonico non defendebat eccleſia manifeſtum proditorem, iniuſtum homicidã adulterum, uirginum raptorem, & principis ratiocinijs ob tributa, vel exactiones, collectorem obligatum. Hæc dicit d.l. in ſumma concordat lex octaua fori, in 1.lib.tit.5.fol.15.col.4. uide ibi glo.ſingularem. Iſta lex habuit ortum ab authen.de manda.princip.§.quod ſi delinquentes.& §.publicorum ue to tributorum. Sed ſecundum ius canonicum. quod in iis ſpiritualibus, & in eccleſiaſticis debet obſeruari, non habent lo-
21 cum iura vetera, ſed c.inter alia. Sed circa †debitorem fugiẽtem propter tributa Regis ad eccleſiam, eſt magis dubium. Nam inſpecto iure communi, ſecundum quod liber homo non capitur pro debito, nec debet creditori ſeruire. l.ob æs. de exactionibus.& obliga. C.c.lator.de pignoribus, non debet ab eccleſia extrahi dicta l.præſenti.§.de his. C.qui ad eccle. confug. quia etiam ſi extra eccleſiam eſſet ipſe debitor poteſt cedere bonis, l.1.C.qui bonis ced.poſſ. ſed inſpecto iure municipali, ſecundum quod liber homo capitur pro debito, debet extrahi ab eccleſia. Nam cum perſona virtute legis fori.libro tertio, titulo final. l.decimaquinta, fo.129. ſit effecta ipſius debitoris, & quodammodo conditionata ad ſeruitium præſtita ſecuritate extrahitur, neque creditor qui quodammodo dominus debitoris eſt, ſeruitio defraudatur per dictam l.præſenti.§.ſane.& hoc maxime in tributis Regi debitis, in quibus magis debet Fiſco faueri, ut latius ibi per gl.& quo ad iſtam legem uide l.decimamquintam, tertia parte titulo final. in l.fori.& ibi gloſ. quę quærit, an pro debito quis debeat extrahi ab eccleſia. Iſtis præſuppoſitis uenio ad Regulam.

SVMMARIVM.

1 *Non debet quis extrahi ab eccleſia, etiam pro quocunque crimine.*
2 *Immunitas confugientium ad eccleſiam qua ratione inducta ſit.*
3 *Ad œconomi officium pertinet, ut confugientium ad ecleſias, perſonas cauſasque inceſſanter conquirat.*

Regula.

1 Regula eſt, quis nõ debet †extrahi ab eccleſia, etiam pro quocunque crimine. Gulielmus de monte Laudino in cle.1.de pœni. & remiſſ. in 2.q. quærit, quis gaudet tali immunitate, & dicit, quod quicunque, & cuiuſcunque conditionis exiſtat, qui uelit gaudere. Idem tenent Ancha. Imo.& Card. in d.cle.1.in 3 q.& hanc regulam omnes quos ſupra retuli, tam Canoniſtæ, quam Legiſtæ ponunt.& procedit iſta regula a iure dinino, canonico, & ciui-
2 li, & ab antiqua obſeruantia. Ratio iſtius regulę eſt, Nam †immunitas confugientium ad eccleſiam introducta fuit, ob honorem, & reuerentiam Dei, & charitatem.& pietatem proximi. Io. Bichis in d.tract.eo.tit.col.fin.verſ.32. quæro, locus n.non ſanctificat hominem, ſed homo locum.c.non loca.c. ante omnia. can.quælibet, 40.diſt. alias eccleſia decoraretur in loco, & non in perſona, ꝙ eſt falſum. quia Deus non in loco, ſed in perſona Beati Petri fundauit ſuã eccleſiam, dicens, Tu es Petrus, &c. Secũdum Zenzilli.in extrauag. execrabilis. §.nos iſta.in uerbo, Romanę eccleſiæ.de pręb.refert prædicta Nico.Boheri.in deciſ.q.110.in prima parte, fo.116.co.2. Et iſta regula, indiſtincte procedit in liberis Chriſtianis, Nam tales regulariter, extrahi non debent ab eccleſia, & qui illos extraxerint, puniuntur de iure ciuili, prout in crimine læſæ maieſtatis.l.2.in fin.C.de his, qui ad eccl.confu & per omnes ſcribentes ibi, maxime per Placentinum in d.rubr.C.de his, qui ad eccle.confug. de iure canonico imponitur alia pœna, prout dico plene infra q.9. Et quod in Seruo, dico infra in 17. fal-
3 lent. Illud ſciendum eſt, quod ad †œconomorum officium ptinet ut confugientium ad Eccleſias perſonas, cauſasque inceſſanter inquirant.i.qui ſint, & unde ueniant, & quare confugiant, ſecundum Placent.in d.rubr.de his, qui ad eccle.cõfu.C.in fina.uerbis, & Marcus de Mantua conſ.60 nu.4.cum ſeq. dicit, quod ſciendum eſt criminoſum quempiam, crimine commiſſo plerunque ad Eccl.cõfugere, ut tutus ſit, & tũc clarum eſt eum inde expelli, uel extrahi non poſſe, cuiuſcunque conditionis liber, uel ſeruus. Imo etiam auctoritate Iudicis incurrit in penas ciuiles, & canonicas. allegat iura, quæ ſuperius fuerunt allegata, & dicitur immunitas Eccleſiæ, & nõ perſonarum eodem fugientium per dicta iura, & Anch.cõſ.329. in prin. niſi eſſet publicus latro vt inferius dicitur. Hæc Marcus vbi ſup.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia etiam non conſecrata gaudet immunitate, modo auctoritate ſuperioris fuerit fundata.*
2 *Eccleſia materialis, num Eccleſia nominanda ſit.*
3 *Eccleſia, Baſilica appellatur, & cur ita.*
4 *An Baſilica immunitate gaudere debeat.*
5 *Baſilica pro heremitario ponitur.*
6 *An heremitaria gaudeant immunitate.*
7 *Si non conſtet heremitaria ab Epiſcopo conſecrata, an præſumantur.*

Primo Ampliat.

1 Primo ampliatur etiã ſi eccleſia † nõ ſit cõſecrata, dum tamẽ ſit fundata auctoritate ſuperioris.c.pe.& ibi omnes, eo.ti. Archi.c.ſi.17 q.4.dicit, quod priuilegium immunitatis hñt eccleſię conſecratæ, & non conſecratę, & hoc procedit etiam ſi in tali eccleſia non conſecrata, nondum ſint diuina officia celebrata, ſecundum Hoſti.Io.Andr.Heneri.Bohic.Ant.Anch.Card.Panor.in d.cap.pe.nam ex quo eſt dicata Deo per Epm non eſt cutandum de celebratione. Secundum prædictos.facit tex. in c. ſi de conſe.diſt.1.& hoc etiam tenent Guliel.de monte Laudino.Anch.Imo.Card.& Bonif.de Vit. nu.32.in cle.1.de pœni.& temiſ. Et ſic ſeruat cõſuetudo ſecundum Bonif.ubi ſup. Idẽ tenet Maria.Soci.in tract.de cita. art.17.q.5.fo.& Io. Fab.in l.1.C.de his, qui ad eccl.confu.& Panor.in d.c.pe.dñt, quod in hoc ſtatur conſuetudini, ceſſante conſuetudine de iure cõiter tenetur, quod talis eccleſia, in qua nondum ſint diuina officia celebrata, gaudet dicta immunitate, de qua loqmur, ſecundum Panor.& alios, in d.c.pe.& per Io.Bichis in d.tract.de immu.eccl.nu.46.fo.75.in paruo uol.colu.3.gl.in d.c.pe.& tenet, quod eccleſia nondum conſecrata, ubi diuina officia non ſunt celebrata, non gaudet immunitate.& eã ſequitur Hoſti.in ſum.eod.tit. in 6.libr.fo.86. Tamen omnes ſupradicti, tenent cõtrarium, & intellige ampliationem, qñ talis eccleſia eſt fundata auctoritate ſupioris, alias ſecus.tex. a contrario ſenſu, in c.ad hæc, de relig.domi.not.Hoſt.in ca. auctoritate de cenſib. Dicit Card.conſ.13.in prin. quod eccleſia antequam ſit conſecrata ppid, quod eſt deputata diuino cultui gaudet immunitate eccleſiæ, per d.c.pe, eo.titu.quia quodcunque eſt diuino cõſecratum obſequio, ſanctum ſanctorum

eſt Domini, c.nulli.12.q.2.Card. vbi ſup. Gulielmus Mayne.in reg.nemo de domo, de regu. iur. ff.fo.249.colum. 4.num.21. dicit, quod hoc priuilegio, ne quis inuitus extrahatur ab eccleſia, præter caſus exceptos, gaudet etiam eccleſia nondum conſecrata, ad cultũ tñ diuinum ædificata de cõſenſu.vel auctoritate epiſcopi, aut ſuperioris, licet in ea non ſinr diuina officia celebrata. Secundũ Guliel.de monte Lau. & Imo.in d.cle.1.de pęn.& remiſ.q̃uis gl.in d.c.pen.eo.tit.& alij, teneant ꝯrium. Sed contra illã gl.tenent Do.ſupradicti. & licet tex.in d.c.pe.dicat eccleſia, in qua diuina officia celebrantur, debet exponi, i.celebrari poſſunt, ſecundum Panor. ibi, qui dicit in hoc ſtandum conſetudini.retuli ſupra. Item omnia priuilegia conceſſa eccleſijs, conceſſa vñr hoſpitalib. l.oĩa priuilegia.C.de epiſ.& cle. A fortiori, eſt dicendũ in eccleſia nondũ cõſecrata, ſed de proximo cõſecrãda. Hęc Mayne.ubi s̃. ſunt dicta. Pano.in d.c.pe.col.2.q̃ refert d.Guli. Pro
2 maiori declaratione† regulæ noſtrę, quæ loquitur de eccleſ. materiali, quæritur de ratione aliquorum nominum, quibus varie reperitur nominata eccleſia materialis. Primo nominatur eccleſia.c.eccleſia.de conſe.di.1.de eccl.ædifi.per totũ & ſunt infinita iura, quæ faciunt mentionem de eccleſia, qa in ea eſt conuocatio populi Chriſtiani, iuxta illud iudic.2.in eccleſia populi Dei conueniunt ad audienda, ſ.diuina præcepta, ad ꝑcipienda diuina Sacramenta, ad perſoluẽdas laudes diuinas Io.de Tur.Cre.in c.ecc.ver.ad quarta, de cõſe.di.1.fo.
3 5.col.2. Secũdo, nominatur †Baſilica, i.regalis.c.2.c.baſilicas. de conſe.di.1.quia in ea Regi regum exhibetur miniſterium, laus & benedictio, Baſileus, enim.Rex.interpretatur Ioann. de Tur. Cre. vbi ſupra dico in hoc latius. Nã baſilica dicitur, palatium, quælibet eccleſia dicitur baſilica, ergo palatium Regis dicitur baſilica, quę domus, & palatium ſummi Regis æterni eſt, alii dicunt, quod tantum Epiſcopales eccleſiæ.i. cathedrales dicuntur baſilicæ, quia huiuſmodi eccleſias conſueuerunt reges fundare, uel dic, qđ baſilica dr̃ a Baſilico Rege Græcorum, qui fuit primus, qui fecit ſe ſepelire in eccleſia, inde dicitur baſilica, vel dicitur a baſeo, es.i.fundo as.inde Baſilica.i.fundamẽtum omnium eccleſiarum, vel dictiur baſilica regalis, quia ibi Regi Regum miniſtratur. Baſilis.n.in Græco. Rex in Latino interpretatur, vnde Baſilius dicitur Rex ſerpentum. Hęc Arch.in c.non oportet.2.quæſt.2.& eundem Archid.ad literam referunt Io.de Turre.Cre. Domi.& propoſ.in d.c.non oportet, eum etiam refert.licet non ita ample Alber. de Roſa. in dictionario ſuo in uerbo, Baſilica. Pano.in c.1.de relig.domi.in 3.notab.dicit, quod antequam eccleſia conſacretur, appellatur baſilica, ſed poſt cõſecrationem appellatur Eccleſia, & eccleſia eſt nomen græcũ, quod latine interpretatur conuocatio, quia homines ibidem uocantur ad diuina audienda. Baſilica dicitur quaſi habitatio Regum, & Imperatorum a baſilio principe. Sæpe tamen iura vtuntur promiſcue his vocabulis, ſecundum Panor. ubi ſupra, dicit Panor, ſuper rubric.de conſecr.eccle.uel altaris, quod eccleſia antequam conſacretur. non appellatur proprie eccleſia ſed Baſilica, poſt conſecrationem aſſumit nomen eccleſiæ, & dicitur eccleſia græce, latine conuocatio, qa vocat omnes publiee, Baſilica dicitur quaſi Regũ habitatio, a Baſilio, quod idem eſt, quod Imperator, ſeu Rex ſecũdum Panor.in rubr.de conſe.eccl.vel alta. Alciat.ſuper rub.de ſacroſanct.eccl.C.in prin.dicit, quod capitur eccleſia ea ſignificatione, vt & conuentus Chriſtianorum comprehendat, & ętiã locum ipſum in quem conuenitur, appellatur & locus ipſe Baſilica, ſiue ꝙ loca publica Baſilica græci vocant, ſiue quod domus principis Baſilica, i.Regia dicitur, quæ ſignificatio ẽt diuinis templis conuenit. De Baſilica ſunt plures.tex.c.omnes baſilicæ.c.baſilicas.c.ſi quis baſilicam.de conſec.diſt.1.in c.non oportet, & ſecundario 42.diſt.c.prælectis.§.ad primicerium, & §.ſeq.25.diſt.& c.omnes Baſilicę. 16.q.7.c.1.de reli. domi. can. conuenior. 23. q.8. col.1. ibi ad Baſilicam Eccleſiæ & col.2. Paulus de Citadin. in tractatu de iure patronatus, in 3.parte.cauſa prima acquirendi, q 32.in fin.fol.10.col. 1.quærit quæ dicatur Baſilica, & dicit, quod proprie dicitur Eccleſia non conſecrata, text.cum glo.in c.1.de relig.domi.& ibi refert Archid.in d.c.non oportet.refert etiam Panorm.in d.c.1.de relig.domi.& has Baſilicas, in Romana Curia plures fundatas a Conſtantino Imperatore, primo ſacrauit Syluester papa, poſtmodum mandauit in eius ſimilitudinem, ut cæteræ omnes Baſilicæ conſecrarentur, vt habetur in hiſtorijs antiquis. Ergo Eccleſia Baſilica non dicitur, capitulo Baſilicas, de conſecrat. diſtinct.1. Sed poſt conſecrationem dicitur eccleſia, ſecundum Panormit. in locis ſuperius allegatis, & licet iſta nomina proprie ſumpta diuerſa ſignificent, tamen pro maiori parte iura abutuntur ipſis, unum ponendo pro alio.c.quicquid.de eccle.ædif.& ibi Pano.latius per Pau.
4 de Citan.vbi ſupra. Queritur an iſtę baſilicæ gaudeant†prædicta immunitate, de qua loquimur in regula. Si capimus Baſilicam, prout Archidiac.& alii capiũt, retuli ſupra, nemini dubium, quoniam gaudeat. Nam tũc accipitur pro Eccleſia maiori, Si uero accipimus Baſilicam prout Panor.in locis ſupra allegatis, ſcilicet pro Eccleſia non conſecrata, etiã gaudet immunitate, prout dixi in prima ampliatione, & hoc expreſſe tenet Panormit.in dict.capit. penultim.colum.ſecunda in principio, ubi quærit an Baſilica, uel Eccleſia non conſecrata gaudeat priuilegio immunitatis, & concludit, quod
5 ſic. Aduerte, quod nos in partibus iſtis accipimus †iſtas Baſilicas pro heremitariis, vulgo, hermitas. Nam promiſcue loqmur, heremitas, uel Baſilicas, & communiter iſta heremitaria, ſeu baſilica ſunt extra loca aliqua longe aliqua præpedita loca, & ſunt ædificata ad inſtar capellarum, vndique clauſa, excepta ianua per quam ingreditur, & ſunt ędificata ſub inuocatione alicuius Sancti, & eſt ibi altare, & celebrantur miſſæ, maxime in die inuocationis illius Sancti, ſub cuius nomine eſt illa Baſilica, ſeu hæremitorium, & in iſtis heremitoriis aliquando habitat aliquis heremita, licet non ſemper in omnibus heremitoriis. An iſta heremitaria, vulgo, hermita,
6 o baſilica gaudeant immunitate de qua in regula† eſt dicendum, quod ſi ſunt ædificata auctoritate Pontificis, gaudent dicta immunitate. Nam dicit Hoſt.in d.c.pen.col.2.eod.tit. quod ſufficit, quod locus ſit dedicatus Deo auctoritate ſuperioris, ſeu Pontificis, cum poſtea non poſſit ad humanos vſus redire.c.ad hoc, de reli.dom.refert Panor.in d.c.pen colu.2. in prin. Et ſi non conſtat de dicta auctoritate ſuperioris, an p̄-
7 ſumatur quod ſic, eo quia †dicta heremitaria ſunt ædificata ad inſtar eccleſiarum, ſeu capellarũ, & ſub inuocatione alicuius ſancti, & eſt ibi Altare, & celebratur miſſa, vt dixi, ſũt ſigna, ꝑ quæ præſumitur auctoritas. Panor. Barba. poſt Innoc. & alios, in c.inter dilectos.de dona.maxime in heremitoriis, ſeu baſilicis antiquis, de quarum ædificiis non eſt memoria. Nam iſte ſolemnitates extrinſecæ præſumuntur propter diuturnitatem temporis, pleniſſime per Feli.in ca.ſicut, de re iudi. Nõ inſiſto in hoc, quia uidetur mihi caſus clarus, & facit dictum Fede.de Senis, conſ.130.ubi uidetur innuere a contrario ſenſu in caſu ſimili, quod ubi eſt Altare in dubio pręſumitur auctoritas, ut latius per eum, & expreſſe hoc vult Panor.poſt Inno.& alios in c.inter dilectos, de donat, ubi quęrit ſi dubitatur, an interuenerit conſenſus Epiſcopi, in conſtitutione eccleſiæ, an præſumatur, quod ſic, dummodo ſit in forma eccleſiæ. Ita quod ibi publice miſſæ celebrentur, uel ſit altare, uel campanilie, Feli.in c.quarta.col.4.de præſcriptionibus, uide pleniſſime per Ioan.de Sylua in tractatu de beneficio, in prima parte. q.6.fol.59.col.2. Archi.in can.nemo, de conſecra.diſt.1.Card.conſi.40.in fin. & Philip.Dec.conſi.20. loquendo de hoſpitali, refero infra in 16.ampliatione.

SVMMARIVM

1 *Eccleſia ab Oratorio, in quo differat.*
2 *Oratorium inconſulto ſuperiore non licet ædificare.*
3 *Modus diſernendi Oratorium ab Eccleſia.*
5 *Miſſam in Oratoriis celebrare licet.*
5 *Campanillia ſunt indicia eccleſiæ.*
6 *Oratorium quilibet in proprietate ſua ædificare poteſt.*
7 *Duo genera Oratorii hic deſcribuntur.*
8 *Oratorium non reducendum ad faciem, & ſimilitudinem Eccleſiæ.*
9 *Oratoria beneficii appellatione non continentur.*
10 *An oratorium gaudeat immunitate.*
11 *Oratoria ad priores vſus reuocari non poſſunt.*
12 *Oratorium quomodo ab Epiſcopo uiſitari poſſit.*
13 *Oratoria, vulgo, capella dicuntur.*

Secunda Ampliatio.

Secundo ampliatur Regula ad heremitas, vulgo, hermita o baſilicas, quæ gaudent immunitate, de qua in regula per ſupradicta. Tertio, eccleſia materialis nominatur kiriaca, qa ibi dño dñorum ſeruitur kirios. n.dñs interpretatur, vnde Kirieeleſon.i. Domine miſerere. Sũt uerba Ioannis de Turre Crem.in d. cano.eccle.de cõſe.diſt.1.verbo, ad quartum in quo quæritur. Quarto nominatur eccleſia materialis domus a dogmate, quod græce dicitur tectum, quia in una domo habitant, uel communiter ſub uno tecto viuunt. Vnde domus dicitur, quaſi dãs manere vnanimes in ſe, dicitur autem domus Dei, quia Deus in ea ſpecialiter habitat, unde Pſal.67. in loco ſancto ſuo Deus, qui habitare facis unanimes in domo. Hæc Io.de Tur Crem.in d.can.eccle. & iſta talis domus uocatur etiam eccleſia, ſecundum eundẽ Ioannem. An iſta domus in qua clerici, uel religioſi viuunt ſub eodem tecto, habentes Eccleſiam per ſe, in dicta domo gaudeant immucitate, de qua in regula, vide infra ampliat. 11.incipiente ſepta Eccleſiæ. Archid.in cano.& hæc.16.q.7 dicit, quod domus aliquoties vulgariter in lingua Lombarda Eccleſia, Epiſcopalis domus dicitur a dogmate, quod idẽ eſt,

est, quod tectum, quia in una domo habitant, vel cōueniūt, & sub uno tecto viuunt, & secūdum hoc appellatur domus per excellentiam, Episcopalis ecclesia, dicitur etiam ecclesia specialiter domus orationis, & in dict. can. & hæc. dicitur etiam domus Dei, quia ibi Deus specialiter inhabitat, unde habitantes in ea specialiter protegit Deus, domus enim tutissimum refugium, & receptaculum debet esse. l. plerique. de in ius vocan. per Archid. ubi supra. Quinto, ecclesia materialis dicitur Oratorium, quia in ea populus ad orationem conuenit, qua ratione domus orationis dicitur. Matth. 21. Io. de Turre Cremat. ubi supra. c. decet. de immun. eccl. lib. 6. capi

1 tulo cum ecclesia. eod. tit. cum simil. Quæro an sit differentia inter † ecclesiam, & Oratorium. Inn. in c. fin. de cens. dicit, quod ecclesia dicitur, ubi certa dos statuta est pro Sacerdotibus, & clericis in ea deseruientibus, & pro alijs ecclesię necessitatibus, capit. de consecrat. distinct. 1. Oratorium autem dicitur, vbi oratur, sed missa ibi non dicitur. can. unicuique. de conse. dist. 1. De licentia tamen episcopi aliquando licet ibi missas celebrare, sed non in magnis solemnitatibus. can. clericos. can. si qs. de conse. di. 1. & vr̃, quod si in oratorijs est ordinatus certus minister semper est præsentandus episcopo, etiā si tale oratorium sit grangeria. argu. cano. in parroch. 16. q. 1. Alii contra hæc Inn. vbi sup. Hostien. Io. And. referunt eum ad literam, & Card in d. c. fi. in fi. & Ant. ibi etiam refert ad litteram Inno. Refert Cardin. qui late loquitur in ista materia, cons. 8. per totum, circa oratorij constructionem dico, quod

2 † construi potest, de licentia diœcesani, præter licentiam autem non licet, ut in ipso oratorio possit missa celebrari, text. in can. unicuique & cano. clericos. can. nemo. & can. missarum. de consecra. di. 1. si ergo construeretur sine licentia diœcesani esset oratorium priuatum, in quo celebrari non posset, per dicta iura, & sic auctoritas diœcesani, hoc operabitur quod celebrari in eo possit, & pro prædicto est gl. in capit. fi. de cens. & ibi Inn. facit differentiam inter ecclesiam, & oratorium, & concludit de licētia episcopi missas posse celebrari, non tamen in magnis solennitatibus. unde concluditur episcopum posse dare licentiam celebrādi in oratorio, cum constructum fuerit etiam solemniter, & publice, exceptis solemnitatibus de quibus tex. facit mentionem. in c. si quis, de conse. di. 1. & istæ festiuitates solēnes pn̄t ēt esse, fm cōsuetudinē loci, in quo est tale oratoriū, qa forte eps, cū suo clero, & populo illas solēnitates induxit, c. fi. de ferijs, c. 1. de cōse. dist. 3. quod quidē facere potest de sanctis ab ecclesia canonizatis quia antea celebrari non solebant in illo loco. Ita intelligit gl. c. 3. de conse. dist. 1. & gl. in c. 9. de reliq. & vene. sanct. lib. 6. dicit etiam Cardin. ubi sup. quod sine Rectoris porrochialis consensu, potest episcopus ex causa concedere constructionem oratorij, & dicit ulterius, quod si per constructionem oratorij non præiudicatur ipsi ecclesiæ parrochiali in iurib. parrochialibus, potest episcopus libere cōcedere licentiam. Si uero præiudicatur non potest, sine consensu Rectoris, uel defensoris. nisi causa legitima subesset, quæ per episcopū dēt discuti, hæc Card. in d. cons. 8. Panor. in d. c. fin. de cens. col. 2. in prin. post Inno. & omnes alios, quos sup. retuli, quærit qua

3 liter discernatur † oratorium ab ecclesia, & dicit, quod ecclesia est illa, quæ principaliter deputatur ad celebrandum, & orandum, ac etiam consecratur per episcopum, & constituitur ibi dos pro ministris, & pro cultu diuino, in d. c. nemo. de conse. di. 1. oratorium non consecratur, nec constituitur sibi dos, nec principaliter fit, ut ibi celebrēt missa, sed ut ibi orēt.

4 Vnde † in istis oratorijs priuatis, sine episcopali licentia nō est celebrādum. d. c. unicuique. cum si. nec possunt habere campanam publicam c. parentib. de priuil. ut latius per Panor. et alios in d. c. fi. de cens. Philippus Dec. consi. 148. refert Panor. ad literam, et ultra eum Fede. de Senis, cons. 130. ubi addit cōsiderandum esse, an in tali loco sit campanille, ex quo demōstratur quod sit ecclesia, quia campana publica non debet esse in oratorijs. d. c. parentib. et Panor. ibi. c. inter dilectos, col. 2. de donat. et c. Ioannes de homic. ut latius per Phil. Dec. ubi supra. Philippus probus, in capit. fin. de consuetud. lib. 6. in ad

5 dit. ad Io. Monac. in prin. dicit, quod est differentia † inter ecclesiam, et oratorium, in quo non assistunt, nec innitūtur beneficia, differentia. n. datur, quia ecclesia illa est, quæ deputatur principaliter ad celebrandum, & consecratur per episcopū, & dos sibi constituitur. d. c. nemo de conse. dist. 1. oratoriū vero non consecratur, nec dos sibi constituitur, nec fit principaliter, ut ibi celebretur, sed ab orandum. Fede. de Senis, cōsil. 130. & refert Dec. ubi supra. Oratorium quilibet potest in

6 † proprietate sua ædificare, non solum in domo, sed etiam extra, dum tn̄ in eo nō celebretur sine lnīa epi, can. unicuiq;. cū seq. de conse. di. 1. can. religiosum. 12. q. 2. c. quidam. 18. q. 2. Pau. de Citan. in tract. de iure patro. in 3. parte. causa. 1. acquirēdi q. 29. in fi. fol. 9. col. 1. in princ. & idem Pau. de Citan. ubi s̄. q. 32. in fi. fol. 10. col. 1. dicit, quod oratorium est, quod quisque ad placitum fundare potest, nō tamen in eo sine licentia Epi celebrabitur, nec sunt ibi habendæ campanæ, c. patentibus de priuilegiis. Panor. in c. fi. de eccle. ædif. Pau. ubi sup. Guliel. de monte Laudino, in c. auctoritate. de priuil. li. 6. dicit, quod oratorium est duplex, quodam solemne, quod Capella, siue modica ecclesia, & de hoc loquitur c. fi. de cens. & c. patentibus. de priuil. Est, & aliud priuatū, quod cuilibet in domo sua facere licet, & etiam propria autoritate, c. vnicuique. de conse. dist. 1. Calcaneus cons. 31. col. 2. nu. 3. dicit, quod oratoria, & religiosæ domus, & altaria non sunt cōstruenda, nec erigenda, sine auctoritate Epi, alias erigentes excōicantur, & clerici deponuntur, can. nullus Eps. de conse. dist. 1. c. ad decens. guribus, & c. non uos 23. q. 5. oratoria enim, quæ auctoritate Epi construuntur religiosa sunt, can. oratorium. 42. dist. c. quidam. 18. q. 2. & dicitur c. ratorium ecclesia, seu capella, ut dictare construendum causa orandi. c. fi. de eccl. ædif. & non sunt construenda sine auctoritate Epi, quia religiosa, & sancta c. quicunque. 16. q. 1. hæc Calcaneus ubi supra. Card. consil. 11. col. 2. in fi. quærit an oratorium sit locus ecclesiasticus, & di-

7 cit, quod oratoria sunt † duplicia, quædam priuata, quædam publica, publica sunt, quæ non sunt construenda sine licentia Epi. Ita loquitur tex. in c. auctoritate. de priuileg. lib. 6. Et ista differunt ab ecclesia, quia ecclesia dotatur, oratorium uero non. Item in oratoriis non debet Missa celebrari in magnis solemnitatibus, can. si quis etiam, extra de conse. dist. 1. in ecclesiis uero sic. In eis, & c. de cens. Quædam uero sunt oratoria priuata, quæ fiunt et sine auctoritate diœcesani d. c. vnicuique de conse. dist. 1. ubi tex. dicit, quod licet unicuique habere oratorium in domo sua, dicit gl. oratorium non sacrū. i. priuatum. Sacrum autem fit auctoritate diœcesani, can. nemo. de cōse. dist. 1. can. quidam. 18. q. 2. de talibus oratoriis priuatis, loquimur text. in d. c. fi. de cens. & tex. in c. patentibus. de priuil. Item oratorium publicum, & sacrum non potest prophanari, c. lingua, & c. vestimenta, de conse. dist. 1. regula semel, de reg. iur. in 6. Sed oratorium priuatum sic, c. inter dilectos. & ibi Inno. de donat. vbi dicit, quod talia oratoria nisi sint auctoritate diœcesani deputata religioni, pōt alienari quasi cūque personas c. ad hæc de reli. domi. ex quo infertur, quod non sunt loca ecclesiastica, quia si essent, non possent ad alium vsum trahi sine licentia sedis Apostolicæ. cle. quia contingit

8 de relig. domi. Item caueant, quod oratorium non seducāt ad faciem, & similitudinem ecclesiæ, faciendo campanile cum campanis, quia tunc in futurum præsumitur locus ecclesiasticus, per no. per Arch. in c. nemo de conse. dist. 1. vbi dicit, quod si dubium est an in constructione ecclesiæ interuenerit auctoritas Episcopi, præsumendum est, quod sic, ex quo habet signa loci ecclesiastici, dixi supra in fin. 2. ampliat. Card. vbi sup. Glossa in d. c. auctoritate. de priuileg. in 6. dicit, quod publica oratoria non construuntur sine licentia diœcesanorum, priuatum autem orare in domo sua cuilibet licet, non erigendo ibi altare, neque missam celebrando, gl. ubi sup. & dicit Archid. ibi in prin. quod duplex est oratorium, ut potest colligi ex can. pen. & fi. 17 distinc. ubi loquitur de oratoriis, quę sunt ecclesiæ. Sunt oratoria priuata, can. vnicuique cum seq. de conse. dist. 1. Ancha. in d. c. auctoritate. in 2. notab. not. ex illo tex quod oratoria non sunt construenda sine auctoritate Epi. Quæ autem sit differētia inter ecclesiam, & oratorium, dicit quod ecclesia est, ubi statuta est certa dos pro Rectore & clericis, & alis necessariis. c. nemo de conse. dist. 1. Oratorium est, quod non est dotatum nec deputatum ad missas celebrandum, sed ad orandum. d. can. vnicuique de conse. dist. 1. De licentia Epi potest ibi celebrari, quam licentiā non concedit in maioribus festiuitatibus, c. si quis extra, ca. clericos. ea. dist. in auth. ut nullus fabri. ora. §. 1. colla. 5. & in auth. ut in priuatis domibus sacra misteria non fiant, colla. 5. & p

9 do. Phil. Franc. & alios, in d. ca. auctoritate. Et ista oratoria siue sint publica, siue priuata, non dñr beneficia Ecclesiastica. Bonifa. de Vita in cle. 1. de lud. col. 2. in fi nu. 31. Nam ibi dicit, quod Leprosaria, & Hospitale non est beneficium ecclesiasticum, vel officium ecclesiasticum. Pet. Rebuf. in tract. nominationum. q. 15. uers. 53. fo. 125. col. 4. nu. 53. & melius in tractatu de pacifica poss. in 10. fallen. fol. 53. col. 1. nu. 286. petrus de Perusio, in tract. de canonica episcopali, fol. 160. col. 2. nu. 21. in 4. uol. dicit, quod quilibet potest habere oratorium in domo propria, dummodo non habeat formam Ecclesię, sed ibi celebrari non potest, sine auctoritate Epi. c. vnicuique de conse. di. 1. & talis locus dicitur pius, quia deputatur ad opera pietatis, & orationis. Secundum Pet. ubi sup. & de istis oratoriis remissime per Maria. Soci. in trac. de citatione, ar. 7. q. 2. fo. 22. col. 3. in prin. Rochus de Curte, in tract. de iure patronatus, in uers. construxit. q. 19. in 5 uol. fol. 27. col. 4. nu. 27. quærit an possit quis cōstituere oratorium, aut statuere, quod ibidem celebretur, & tamen quod locus non sit ecclesiasticus, & concludit quod sic, dummodo id faciat cum consensu Epi, quia

quia in loco prophano non potest celebrari, sine consensu superioris. c. in his. de priuil. & ibi Io. An & alii alleg. Cardi. cōs. 11. retuli supra, & iste consensus Epi requiritur, vt in oratorio priuato quotidie celebretur, non autem requiritur consensus Epi, in construendo oratorium, quia talis locus potest cōstrui ad beneplacitum, per tex. & ibi Panor. in c. ad hęc. de relig. do. vt. plenius per Rochum, ubi sup. Poterit tn̄ Eps accedere ad talia oratoria, vt uideat qūo se hn̄t. Secundum Panor. post alios. in c. fi. de cens. & qn̄ tale oratorium construitur auctoritate Epi, dicitur locus ecclesiasticus, & subest in hoc casu Epo, nec potest amplius ad vsum prophanum conuerti, p nota. in c. inter dilectos de dona. dixi sup. referendo Card. & col. seq. in limit. ad conclusionem istius oratorii. Redeundo. ad nostrum propositum, est quærendum an ista oratoria gaudeant immunitate, de qua in regula, & vt sup. fuit dictū, maxime per Cardi. cons. 11. Oratoria sunt duplicis generis, quædam sunt publica, quædam priuata, aduerte quod ista publica sunt ēt duplicis generis, quædam sunt ædificata in loco publico ad instar heremitorii, seu basilicæ, vel capellæ. & tunc dic vt sup. in ampliat, præcedenti, quædam sunt oratoria ædificata in loco publico, non ad instar heremitorii, seu basilicę, vt sunt istæ cruces, seu imagines quæ ponuntur, seu ędificantur in viis publicis, ad finem quod transeuntes per uiam publicam, vbi sunt dictæ cruces, seu imagines, orent. Nam ista oratoria non gaudent immunitate ecclęsiarum, vnde dicit Bonif. de Vital. in d. cle. 1. nu. 74. de pœnit. & remis. quod ista oratoria simplicia, nō gaudent immunitate ecclesiarum, & sic videtur, quod confugiens ad oratorium crucis, vltra rhodanum existens, non gauderet hac immunitate. Quædā sunt oratoria priuata, quæ vnicuique fidelium licitum est habere in domo sua, per tex. in c. vnicuique. de consec. dist. 1. cap. auctoritate. & ibi gl. & omnes, de priuil. li. 6. & dixi sup. & Bonifa. de Vital. in cle. vnica. de baptis. in princ. & Ioā. de Sylua, in tract. de benef. in 6. q. 1. par. fol. 58. col. 2. in prin. Et cō iter ista oratoria sunt in angulo domus, seu palatii alicuius nobilis, vel potentis potius causa inanis gloriæ, & delectationis, quā deuotionis, in quo pn̄t celebrari diuina officia ex priuilegio. tn̄ ille locus non debet dici religiosus, secundum Gul. de mōte Lau. in cle. grauis, de sent. excom. Et ibi eum refert Bonif. de Vital. nu. 36. fol. 231. refert ēt eum ad litteram Io. de Imo. in d. cle. grauis, in gl. in verbo, capellis. Card. in d. cle. grauis, oppo. 1. dicit, quod ista oratoria non sunt religiosa loca.

10 Quæritur, an ista † oratoria priuata gaudeant immunitate, de qua in regula, communis conclusio est, quod non, ēt si ibi celebrentur diuina, & rō est, quia non sunt dedicata, quare si hodie sit oratorium, cras poterit fieri camera, secundum Host Io. And. Henric. Bohic. in c. pe. eo. ti. & secundum Host. Io. And. Car. q. 4. in c. fi. de cens. & ibi Ant. vers. secundo quæro. quærit an oratoriū gaudeat immunitate ecclesiastica. refert Goff. quod sic, & Host. quod non. & sequitur Host. idem tenet Host. in summa. isto titu. in §. in quantum. ver. quid de oratorijs, & Host. in sum. isto ti. in 6. li. ti. 3. fol. 86. & Henric. Bohic. in c. fi. de cens. & Ancha. in c. auctoritate. de priuil. in 6. in 2. no. vbi dicit, quod priuata oratoria non hn̄t immunitatem eccl. nec sunt ab episcopis visitanda, nec ab eis procuratio exigenda, nec debent habere cāpanillam, per not. in d. c. fi. de cens. & plenius ibi per Henric. Bohic. Io. Fab. in §. fi. de his, qui sunt sui, & in l. 1. de his, qui ad eccl. confu. C. dicit, quod capellæ, quæ sunt in domibus, non gaudent immunitate ecclesiæ, & in addit. Panor. in d. c. pen. eo. tit. & Gul. de monte Lau. in d. cle. 1. de pęnit. & remis. col. 1. dicit, quod oratoria non præstant immunitatem, licet ibi sint diuina officia celebrata. Secundum Host. in d. c. fi. de cēsi. idem tenet Imo. in cle. 1. de pæni. & remis. col. 1. in fine. ubi dicit, quod oratoria priuata, licet sint ibi diuina officia celebrata, non hn̄t dictum priuilegium. idem dicit Bonif. de Vit. in d. cle. 2. nu. 74. Idem ēt tenet Gul. de monte Laud. in clem. quia contingit. §. non omittunt, de reli. dom. vbi dicit, quod locus qui est, duntaxat ædificatus pro oratorio, cum non sit vere religiosus, non gaudet immunitate. Panor. in d. c. fin. de cens. col. 2. uersi. ex his infertur. quærit nunquid ista oratoria gaudent immunitate ecclesiastica, dicit, quod cōmunis opi. est, quod non, cum sint loca priuata, hodie pn̄t esse oratoriū, cras erit camera priuata, ad uoluntatem dn̄i. Idem tenet Panor. in d. c. pe. col. 2. eo ti. uer. 2. quæritur. ubi dicit, quod priuata oratoria, quæ in domibus priuatorum sunt, hoc priuilegiū non habent. pro hoc facit, quia illa loca possunt reuocari, &

11 reduci † ad priores vsus prophanos auctoritate dominorū, per Inno. in cap. inter dilectos. de dona. Archid. in c. vxor felicis. 17. q. 4. in prin. ver. quæro an ecclesia. dicit, quod priuata oratoria nō hn̄t hoc priuilegium immu. Io. Bichis in tra. de immu. eccl. fol. 75. col. 4. nu. 48. in paruo vol. quęrit nunqd oratoria, q̄ in domib. priuatorū sunt, gaudeāt priuilegio īmunitatis. Refert Gof. in d. c. pe. e. ti. & Host in sum. e. ti. sed nūqd oratoria, qd̄ nō gaudēt, qa ista oratoria pn̄t reduci ad priores vsus, & rō quare non gaudeāt, dixi s̄. in prin istius qō. Nā ista oratoria communiter non sunt loca religiosa, ut sup. dixi, & sic non pn̄t gaudere immunitate, dicit tn̄ Panor. in d. c. aucto

12 ritate. de cēs. quod licet Episcopus † non possit visitare huiusmodi oratoria. vt in d. c. fin. de cens. Bene tamen posset accedere ad illa, vt uideat qūo se habeant, & an præter iuris formam cōstructa sint, & an honeste tractantur. Panor. vt sup. secundū Inno. in d. c. fi. de cens. vbi hoc dicit, & est no. & eos refert, & sequitur Rochus de Curte in d. Tract. de iure patr. in uers. construxit. q. 19. in 4. uol. fol. 27. col. 1. & idem etiam

13 tenet Henric. Bohic. in d. c. fi. de cens. Et communiter, † ista oratoria, quæ sunt in domibus priuatis, maxime in domib. seu palatiis nobilium, & potentium, vocantur, seu nominātur Capellæ. Et sic capitur oratorium pro capella, & e cōtra & idem est iudicandum quo ad propositum nostrum de capella, quod de oratorio, & dicit Panor. in c. parentibus, de priuil. quod oratoria non gaudent priuilegio ecclesiarum, & dicuntur oratoria, loca apta ad orandum non cōsecrata, nec habētia dotem sicut ea, quæ habent magni domini in domibus suis, & possunt destruere quando uolunt. Ecclesiæ vero consecratę, habent dotes suas. Panor. ubi sup. etiam dicit, ꝙ in istis oratoriis priuatis, non est prohibitum habere campanillam priuatam, & priuatim pulsare. Stat ergo conclusio, quod oratoria priuata, seu capellę, quas priuati habent in domibus suis, non gaudent immunitate ecclesiarum de qua in regula. Limitatur ista conclusio quando oratorium est constructum auctoritate Episcopi. Nā tunc gaudet dicta immunitate. secundum Ant. in d. c. pen. eo. tit. in prin. vbi dicit. qd̄ oratorium priuatum non gaudet immunitate, nisi auctoritate Episcopi sit constitutum. Cardi. in d. c. fi. de cens. quærit, an oratoria gaudeant immunitate, & dicit ꝙ non, nisi fiant, auctoritaie Episcopi, quia tunc gaudent. Panor. in d. c. fin. de cens. col. 2. vers. ex his. quærit an oratoria gaudeant immunitate, concludit, quod non. Intellige quando oratorium non est constructum auctoritate pōtificis. Nam si intercessit eius auctoritas, esset publicum. & religiosum, & non posset amplius deputari ad humanos vsus. Panor. in d. c. pen. eo. tit. col. 2. uers. 2. quæritur, quærit, an oratoria priuata gaudeant immunitate, dicit, quod non, secus dicit Vincentius. Si auctoritate Episcopi oratorium sit constructū, quod satis placet, dicit Panor. Siluester, in summa, in verbo, immunitas. prima q. 1. dicit quod oratoria non gaudent immunitate, nisi essent facta auctoritate episcopi. idem etiam tenet ipse, in d. versi. immunitas. 3. q. prima Io. Bich. in d. tract. eo. tit. fol. 72. retuli supra. quærit, an oratoria priuata gaudeant hoc priuilegio, dicit quod non, nisi auctoritate Episcopi esset oratoriū fundatum, secundum Goffred. Et dicit Rochus de Curte in dicto tract. de iure patronatus, in uersi. construxit. q. 19. fol. 27. colum. 1. in 5. vol. quod quando tale oratorium construitur cum episcopi auctoritate, tūc dicitur locus ecclesiasticus, & subest hoc casu episcopo, nec potest amplius ad vsum prophanum conuerti. per no. in c. inter dilectos. de dona. Nam ibi Innoc. Hosti. & Panor. post alios dicunt quod locus non dicitur sacer, nec religiosus, sed priuatus, qn̄ non est institutus auctoritate Episcopi, ratio fundamentalis istius quæstionis est, eo quod si oratorium est constructum auctoritate & licentia Episcopi dicit̄ locus ecclesiasticus, & non potest amplius conuerti ad prophanos vsus, per supradicta. vnde est dicendum quod si aliquis nobilis, vel alius ædificat oratorium seu capellam in domo sua, cum auctoritate & licentia Episcopi, quod talis locus, seu capella est Ecclesiasticus, & non potest destrui, seu reduci ad prophanum vsum, sine licentia Romani pontificis, per cle. quia contingit, de reli. dom. Car. cons. 11. retuli sup. Sequitur, quod si est locus ecclesiasticus, gaudebit priuilegio, seu immunitate ecclesiarum, de qua in reg. dicit tn̄ Panor. in d. c. pen. col. 1. eo. tit. qd̄, an ista oratoria priuata, seu capellæ, gaudeant immunitate, de qua in regula statur consuetudini, & Guliel. de mōte Laudino, in d. cle. 1. de pęn. & remis. loquendo de oratoriis dicit, ꝙ in hoc multum debet attendi consuetudo, quæ tanq̄ fauorabilis extēdi debet. & idē tenet Inno. in d. cle. 1. colu. 2. in prin. Guliel. Mayne. in l. nemo. de domo de re. iu. ft. fol. 250. col. 1. refert Goffr. dicentem, ꝙ oratorium priuatū, cōstructū auctoritate Epi gaudet immunitate. dicit tn̄ hoc non habere locum in oratoriis existentibus, in domibus priuatorum. alle. Panor. in d. c. eo. tit. ratio, quia talia loca priuata pn̄t reduci ad usos prophanos. fm Pano. in d. c. penult. iste Doctor innuere, ꝙ oratoria constructa auctoritate Episcopi. in domibus priuatorū non gaudent immunitate. Panor. vbi sup. & alii, quos supra. retuli tenent contrarium. non obast ratio allegata, quæ pcedit, qn̄ oratoriū est ɔstructū sine lnīa epi, vel alterius superioris. si tn̄ ɔstructū est cū lnīa & auct. supioris, non pōt reduci ad pphanos vsus, & sic remanet de iure vera ista limitatio.

SVMMARIVM.

1. *Ecclesia materialis, templum dicitur.*
2. *Ecclesia, tabernaculum appellatur, & cur ita.*
3. *Ecclesia, dicitur sanctuarium, & quare.*
4. *Ecclesia aula regis appellatur.*
5. *Ecclesia monasterium vocatur.*
6. *Monasterij descriptio.*
7. *Monasterium sine auctoritate episcopi, construi non potest.*
8. *Monasterium, quare sic dictum ex Bar. sententia.*
9. *An monasteria ecclesiarum appellatione contineantur.*
10. *Monasterij appellatione, quid contineatur.*
11. *Monasteria num gaudeant immunitate.*
12. *Ecclesia, cœnobium dicitur, & qua ratione.*
13. *Quid proprie cœnobium dicatur.*
14. *Monachorum triplex genus.*
15. *Ecclesia, capella dicitur, & cur ita.*
16. *In his capellis quando celebrare liceat inconsulto episcopo.*
17. *Capellarum materia, remissiue hic tangitur.*

Tertia Ampliatio.

Erit ergo tertia ampliatio in oratoriis constructis auctoritate Episcopi, quæ gaudent dicta immunitate, vt dictum est, nisi consuetudo esset in contrarium, vt dictum est. Sexto, dicta ecclesia † materialis dicitur templum, secundũ illud Psal. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. templum .n. dr̃, quia tectum habet amplum, in quo Regi Domino sacrificia offeruntur, vel quia sub vnius tecti amplitudine ad exhibendum cultum Deo adunantur fideles. secundum illud Psal. 28. in templo eius omnes dicent gloriam. Hæc Io. de Turrecre. in d. c. eccles. de conse. dist. 1. col. 3. uers. ad quartum. Adde Archid. in c. & hæc. 16. q. 7. ubi dicit. Templa dñr proprie maiores Ecclesię. quasi tecta ampla, qa populus ibi sub vnius tecti amplitudine adunatur. Archid. vbi sup. & idẽ in cano. vniuersas. 16. q. 3. dicit, quod templum dicitur a contemplatione, quo nomine autiqui appellabant quæcunque magna loca, & templa sunt dicta, quasi ampla tecta. Et nota quod quatuor sunt partes templi, antica ad Ortum, postica ad Occasum, sinistra ad Septentrionem, dextra ad meridiem. Archid. in d. c. vniuersas. Antica, est ostium anterius, postica posterius. Guarinus in suo vocabulario, ĩ uerbo, antica, & in verbo, postica. Item templũ Dei. i. Sancta Ecclesia. 1. q. 3. ex multis. Alber. in dictionario suo, in uers. templum. Vnde ergo, si templũ capitur pro Ecclesia nemini dubium de eius immunitate, ut sup. dictũ est de Ecclesia. Septimo, dicitur tabernaculum † quasi habitaculum militare, cõtinens fideles, qui in hac vita militant. secundum illud, militia est vita hominis. Iob 7. de quibus Zachar. 9. circũdabo domum meam, ex his, quis militant mihi. Hæc Io. de Turre Crem. in d. can. ecclesia de conse. dist. 1. Adde Arch. in can. & hęc. 16. q. 7. ubi dicit, qđ aliquoties Ecclesia dicitur tabernaculum, quia continet ecclesiam militantem, quæ non habet manentem ciuitatem, sed futuram inquirit. vt dicit Apostolus ad Hebræos, & Psal. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. hoc est, ab Ecclesia militante vsque ad triũphantem. Arch. vbi sup. & idem in d. c. vniuersas. 16. q. 3. dicit, quod Moyses fuit, qui primus cõdidit tabernaculum Domino, deinde Salomon templum, est tex. c. 1. de conse. dist. 1. de tabernaculo. loquitur tex. in c. 1. de re iud. lib. 6. & dicit ibi Archid. super verbo, tabernaculum, quod quantum ad litteræ declarationem, dicas quod tabernaculũ erat domus Deo dedicata, quadrata, & oblõga, trib. clausis parietib. Aqlonari, Meridionali, Oriẽtali & Occidẽtali, & dicit in d. c. 2. de re iu. lib. 6. Gulielmus de monte Laudino. col. 2. in princip. tabernaculum est domus dedicata Deo. de qua in Exod. & in glo. super ea ad Hebræos. aliquando dicitur tabernaculum, habitaculum militare. de consecrat. distin. 1. in princip. & Archidiaco. in d. c. & hæc. 16. q. 7. Item tabernaculum Saluatoris est Ecclesia Dei. c. non forsitan. de pœnitẽ. dist. 1. Alb. de Ros. in dictionario suo, in uerbo, tabernaculum. Vnde ergo, si tabernaculũ accipit̃ pro Ecclesia, nõ dubitat̃ de eius immunitate. Octauo, dr̃ Ecclesia † materialis sanctuarium, quia Deo est locus dedicatus, seu cõsecratus. De quo Psal. Domũ tuã decet sanctitudo, hæc Ioã. de Turrecre. in d. c. ecclesia. de consecr. distinct. 1. colum. 3. adde tex. in c. decorem. de institutio. ubi text. non conuenit sanctuarium Dei iure hæreditario possideri. ad idem tex. in c. ad hæc. de decimis. Vbi tex. quod sanctuarium de iure hæreditario possideri non potest, & est tex. in c. consuluit. de iure patro. & dicit Panor. in d. cap. ad hæc. de decimis. quod decima dicitur sanctuarium, & sic est ius mere spirituale, si accipimus sanctuarium pro loco Deo dedicato, clarũ est, quod gaudebit immunitate, de qua in regula per supradicta. Nono, dicitur ecclesia materialis † aula, quæ est palatium Regis æterni, vbi conuiuium solemne celebratur. Ioan. de Turre Crema. in dic. capitu. Eccle. de consecrat. distinct. 1. colum. 3. hæc Ioan. vbi supra. Aula, secundum omnes uocabularios, dicitur domus Regia, spatiosum habitaculum porticibus quatuor coclusum. Guarinus in verbo, aula. Adde etiam text. iuncta gloss. in clemen. prima, de Baptismo. dixit ibi gloss. in uerbo, in aulis. aula dicitur sala, vel spaciosum habitaculum, communiter habẽs quatuor alas, & dicit Cardina. ibi in princip quod aula. alio modo dicitur palatium. c. qua fronte. de appellationibus. differt tamen a palatio. quia palatium est, Imperatorum, & Regum, & principum, & Magistratuum, aula vero inferiorum. cap. conuenior. 23. quæst. 7. dicit Cardin. quod aliquando unum ponitur pro alio. Nam in dicta clemen. octaua. dicuntur aulæ Regum, & in hoc non est uis, sed aula proprie est palatij pars, palatium est tota domus, Imo. in dicta cle. 8. col. 2. in prin. dicit, q aulas regulariter appellamus Salas, de quibus. 35. dist. c. Eccles. prin. alio modo palatium. c. qua fronte. de appel. Sed proprie in hoc differunt, quia palatiũ est Imperatoris, Regum, Principum & Magnatum, aula vero inferiorum c. conuenior. 23. q. 8. in d. tamen clem. unum pro alio ponitur, quia ibi appellatur aula etiam Regum. hęc Imo. vbi sup. tex. in dicto c. conuenior, 23. q. 8. loquitur de palatio Imperatoris, & dicit text. ibi col. pen. in prin. ad Imperatores palatia pertinent, ad Sacerdotes Ecclesiæ. Sequitur, quod si aula accipitur pro ecclesia, idem est dicendum. quod in ecclesia, si accipitur pro palatio Regis, uel episcopi, uel alterius, dico infra. Decimo dicitur ecclesia, materialis monasterium, idest, solitarium, vel solitariorum habitaculum, sicut est locus monachorum, siue religiosorum, q præ ceteris clericis magis remoti esse debent a conuersatione laicorum. Ioan. de Turr. Crem. in dic. c. Eccles. colum. 4. de consecr. dist. 3. Adde Arch. in c. primo. de reg. iur. lib. 6. in prin. quid † dicitur monasterium, habitatio monachorum Nam monos unum, & steron, habitatio dicitur. c. si cupis. 16. quæst. 1. monasterium est locus ubi solus monachi. Io. generali. de sacros. eccle. C monasterium dicitur græce cœnobium, & dicitur a ceno græce. quod est latine commune. quia religiosi. ibi communiter uiuunt. vnde secundũ ethimologiam vocabuli, potest dici cœnobiũ, omnis locus, in quo communiter omnes uiuunt. Sic etiam appellatur conuentus quia ibidem conueniunt. c. 1. 15. dist. & monasterium dicitur monachorum, & etiam canonicorum regularium. De primo est tex. 16. q. 1. 2. & 3. cum simil. De secundo c. intelleximus. de æta. & qual. c. cum olim. de priuile. cum sim. monasteria cõstruenda sunt in solitudine, ne popularis accessu deuotio religionis impediatur. c. luminoso. 18. q. 2. & ibi gl. in uerbo, recessibus, & tex. in c. si cupis. 16. q. 1. & ibi glo. in uer. solorum. facit c. nunquam. de conse. dist. 5. Item monasterium non potest † construi sine auctoritate Episcopi, ut in authe. de monachis. in prin. colla. 1. Nam ibi tex. dicit quod monasterium non potest construi sine licentia episcopi, & ex illo tex. no. Ange. hoc verum, vt sit locus Ecclesiasticus, sed q bene potest cõstrui diuino intuitu, & esse locus priuatus, prout uidemus in hospitalibus. secundum Ange. in d. authẽ. de monach. in prin. & est tex. in c. quidem. 18. q. 2. in prin. vbi text. edificare, aut construere monasteria sine licentia Episcopi, nemo potest. ad idem tex. in quatuor ca. seq. Item monasteriũ habet plura claustra † & unã clausuram, seu ostium ad omnia, quæ claudit omnes famliares, & monachos, & totum dicitur monasterium, seu una habitatio. Secundum Bar. in l. qui sit fugitiuus. § apud Marcell. de ædil. edict. ff. Et an appellatione Ecclesiarum ueniant † monasteria, quod nõ capitulo secundo. de consuet. capitu. sciant cuncti. cum seq. de elect. lib. 6. c. 2. & ibi gl. de supple. neglig. præl. lib. 6. cum multis simil. Panor. in d. ca. 2. in j. not. dicit hoc verum ex stricte sumpto vocabulo alias secus, § ac auctoritate, 54. dist. est sub. c. abbati, & Philip. Franc. in dicto cap. sciant. & seq. dicit, quod in materia pœnali appellatione Ecclesiarum nõ ueniũt monasteria, uel econtra. vide plene p Io. And. Anch. Do. Philip. Franc. in d. c. grandi. de suppl. negl. præl. li. 6 gl. in verbo, monasteriorum. Io. And. in c. 2. de in integ. resti. lib. 6. dicit in prin. quod appellatione Ecclesiæ includit monasteriũ, & ois locus pius, & ista æquiparant. Et idẽ tenet Domi. ibi in prin. verbo, q̃ro q̃d. p c. regustit. de testa. ver. secus. Et in † ista q̃õne, an appellatione Ecclesiarũ veniat monasteria, vel econtra. nõ insisto. q̃ro in appellatione monasterii, q̃d pinet gl. in c. j. verb. exẽpto. de priuil. lib. 6. dicit, q̃d monasterio exẽpto, Ecclesia, cimiterii, domus, monasterii atria, hortus, areę, q̃ sũt iuxta ecclesiã, intelligunt exẽpta. alle. aliqua iura, & sic vr̃, q̃ appõne monasterij ueniat oĩa supradicta. Host. in d. c. i col. 3. verbo, in loco exẽpto. qui Host. fuit ante d. gl. exponit tex. ibi in loco exempto, hoc est j. monasterii, seu septa monasterii. Nã ex quo monasterium exẽptũ est, domus monasterii exẽptæ. Imo. & dicit qd̃, q̃ horti, areæ, mãsi q̃ sũt iuxta ecclẽsiã, exẽpti intelligunt, q̃ pot exaudiri vsq; ad 30. passus vel 40. p c. sicut antiquitus 17. quæst. 4. dum tamẽ sit extra muros. Nam si infra ambitũ murorum alicuius ciuitatis, vel loci includantur. hoc passuum priuilegium non habent. c. quisquis. 17. q. 4. vbi tex. quod capellæ, quæ sunt infra ambitum murorum castellorum, non ponuntur in hac 30. passuum obseruatione. hæc Hostien. ubi sup. Archid. in d. c. 1. col. 1. in fin. refert ad literam Host. Guliel. de monte Laudino in d. c. 1. col. 1. in fi. & col. 2. in prin. de pri. li. 6. refert ad lr̃am Host. Io. Mona. in d. c. 1. num. 4. dicit quod monasterio, etiam exempto, non solũ ecclesia, sed ẽt domus monasterij sit exempta. dicunt ẽr quidã, quod areæ, & horti, & totus mansus, qui sunt iuxta ecclesiã, sunt exempti. c. 1. de cens. Io. Andr. D. Phil. Fran. in d. c. 1. sup. glo. in uerbo, exempto. intelligunt glo. prout Host. & Archi. vt procedat usque ad 30. passus uel 40. & quando monasteriũ est infra muros alicuius ciuitatis, vel loci, hoc passuum priuilegium non habebit, per c. quisquis. 17. q. 4. facit glos. 2. in c. per exemptionem. de priuil. li. 6. idem dicit Archi. in c. nulla. 17. q. 1. ubi dicit, quod monasterio exempto, non solum ecclesiæ, sed aliæ domus monasterii sunt exemptæ, & dicunt quidam quod areæ, horti. & totus mansus, qui est iuxta ecclesiã sunt exempti. Idem quod Archi. tenet Domi. in d. c. nulla. Redeundo ad nostrum propositũ, quęritur an † monasteria gaudeant immunitate ecclesiarum, de qua in regula, ut supius dixi ista monasteria construuntur, seu ædificantur auctoritate episcopi, & non alias. Item in monasterio est ecclesia, ut dictum est ubi celebrantur diuina officia, quod ista gaudeant immunitate nemini dubium. Item in monasterio est cimiterium, ut dictum est, & an cimiteriũ gaudeat, dico infra in 5. ampliatione. in verbo, cimiterium. Item in monasterio est domus, in qua monachi babitant puta domus, seu cellulæ, dormitorium, refectorium, claustrũ, uel claustra, horti, areæ, & aliæ habitationes tam pro religiosis. seu eorum familiaribus, quam pro animalibus. an prædicta gaudeant immunitate: Est dicendum quod omnia, quæ sunt intra ambitũ monasterii, seu infra septa Monasterii, & vbi est una clausura, seu vnum ostium ad omnia, quæ claudit omnia supradicta. uidẽtur esse totum monasterium, & vna habitatio. Ideo oĩa contenta infra, seu intra septa, vel ambitus gaudent dicta immunitate, facit lex omnia. de episcopis, & clericis. C. ubi omnia priuilegia concessa ecclesiis, videntur concessa monasteriis, & hinc dicit Io. And. in c. 2. de resti. spol. li. 6. quod hospitalia possunt petere restitutionem in integrum ratione læsionis, sicut ecclesia. refert Panor. in c. 2. no. 2. de consuetudine. dico latius in verbo, septa. quod est in 11. Ampliatione, & in uerbo, ambitus. quæ est 13. ampliatio. Et an ista monasteria habeãt passus, dixi supra in prin. istius quæstionis. Vndecimo dicitur ecclesia materialis † cœnobium a cœno, quod est cõmune, quia ibi in commune viuere debent, iuxta formã eorum, de quibus dicitur actuum, capite quarto. erant illis omnia communia, &c. Io. de Turrecre. in d. can. eccles. de conse. distin. 1. colum. 3. Cœnobium, id est monasterium, c. secund. de ordin. cognit. in principio. cœnon enim græce. latine nouum dicitur. August. in Dominica de passione, feria quarta, in homelia. refert Alberic. in dictionario suo verbo, cœnobium. & dixi supra in uerbo, monasterium. Cœnobium † si capitur pro monast. dic ut dixi sup. in monasterio si accipitur pro habitatione communi, ubi multi conueniunt, & cõmuniter viuunt, dicit Io. de Tur. Cre. in can. placuit. q. 11. fo. 3. nu. 4. quod omnis religio ad exemplum vitæ apostolicæ est formata. vnde act. 4. Super illo, & erant illis omnia communia. dicit gl. communia græce cœna, unde cęnobitæ, i. cõiter uiuẽtes, cęnobia, i. habitacula eorum, hęc autem fuit vita apostolica, ut exclusis omnib. per mundum discurrerẽt, euangelizando, & prædicando, ut patet Matt. x. ubi regula quædam eis inscribitur, ergo ad prędicta potest aliqua religio conuenientissime institui. secundum Io. de Tur. Cre. & dicit additionator ibi. dic cęnobium dictum ubi cõis vita ducitur, cęnos. n. cõis dicitur, uios vita, hinc cęnobitæ penultima pducta, qui in commune uiuunt. Calepinus in suo vocabulario, in uer. cęnobium. triplex est † genus monachorum. secũdum B. Anto. in summa, in tertia parte, tit. 16. cap. primo. §. quarto. Ad propositum tertij dicuntur cęnobitæ. i. in congregatione uiuentes, & isti cœnobitæ habent diuersos modos viuendi, & ad diuersa deputantur, uel ad actiuam, uel ad contemplatiuam, uel uitam mixtam secundum regulas, & constitutiones eorum, quas profitentur. secundum Florent. ubi sup. Et cum refert Nic. Boer. in tract. de statu heremitarum, in fine decis. suarum, fol. 251. columna secunda, nu. 19. & dicit numero 20. versic. & sub his cœnobitis comprehensi sunt omnes monachi, ut latius per Florentinum, & Boerium, ubi supra. Duodecimo, dicitur Ecclesia † materialis Capella, minores enim Ecclesiæ hoc nomine solent nominari a capellarũ usibus, ut quidam dicunt. fertur enim, quod antiquitus, nobiles in expeditionibus, in tentoriis habebant domunculas de pellibus caprarum supertectas, in quibus missæ celebrabantur, & inde Capellæ nomen tractum est, & in de custodes, & ministri capellani dicũntur. Io. de Tur. Cre. in d. can. eccle. de conse. dist. prima. col. 3. hæc dicit. Adde Archid. in c. concedimus. de conse. dist. 1. in fi. ubi dicit quod capella pro ecclesia dicta est, quasi capiẽs laos. i. populum, vel plebẽ, vel quasi campanam, quia paucos capit. Archi. in c. plures 16. q. 1. dicit, quod minores ecclesiæ, dicuntur capellæ, quę sic a caprarum pellibus nominãtur, nobiles, enim in itinere ecclesias de pellibus caprarum factas, habebant olim, sicut modo habent tentoria, quarum custodes, & ministri capellani dicuntur. Io. de Tur. Cre. in d. c. concedimus. in fi. num. 4. & seq. dicit, capellæ hic dicuntur paruę ecclesiæ non consecratæ, & requiritur permissio ad diuina celebranda. ca. missarum. ea. dist. uel capelle vocantur qualiacunque tuguria, siue domũculę factæ in ecclesijs combustis, uel iuxta eas, coopertæ undecunque, uel de pellibus caprarum secundum antiquã consuetudinem, & hoc melius. & hæc Io. de Tur. Cre. ubi sup. gl. in d. c. concedimus. exponit in capellis. i. in oratoriis non consecratis, in talibus enim non licet celebrari sine licentia, & dicit gl. 2. ibi ad quid opus est permissione, quia dicitur in capellis, dicit glo. quia forte capellæ nõ erant olim in ecclesia cum autiquitus dicerentur capellę tuguria caprarum pellibus tecta, uel hoc referas ad solennitates maximas. De materia Capellæ, † satis bene tractat Pau. de Citan. In tract. de iure patro in 3. parte, causa 1. ac quirendi, q. 3. 2. colum. 3. fol. 9. colum. 4. & quæ dicatur capella, & quot modis, & quare, ibi pereum, & dicit quod capella dicitur locus in ecclesia priuatus, uel extra ecclesiam, qui debet esse Deo consecratus. can. eccl. de conse. dis. 1. can. ad hæc. de relig. domi. quia capellæ tanquam accessoriæ dependent a locis, in quibus sunt, ut accessorium cum eis transeat, & dicitur capella prout Arch in cano non concedimus, de conse. dist. 1. & in can. si plures. 2. qõ. 1. retuli Arch. sup. & talis capella etiam in domo priuata fieri potest, & haberi. secundum Innn. in d. c. ad hęc. de reli. domi. & in c. ex literis. & de iure patro. Sed cum auctoritate Episcopi. Io. Fab. in §. religiosum. de re. diui. insti. Alexã. in l. 1. de relig. & sumpt. fune. capellæ etiam appellatione venit. ecclesia parrochialis. Panor. in c. exposuisti. not. 5. de pręben. & latius per Paul. Citan. ubi supra. Et de materia capellæ, vide etiam Felin. in c. ex parte 1. de rescrip. col. 1. & 2. Domini. in c. si ciuitas. §. fi. de senten. excommunicationis, dicit per illum textum, quod appellatione ecclesiæ venit capella ibi cõtigua. & refert Domin. de Rota in decisio. 358. in nouis, quod si mandatur prouideri de beneficio ecclesiastico, potest prouideri de capella sita in claustro ecclesiæ. Dom. Philip. Fran. refert in dicto §. fi. Domin. Ioan. de Anan. consil. 24. dicit, q quælibet capella dicitur ecclesia, & sic continetur appellatione ecclesiæ, c. cum capella, de priuilegiis. cap. primo & p totum de capel. monachorum. Quoad propositum nostrum si accipimus capellam pro istis capellis, quæ sunt intra ecclesiam, prout communiter accipitur, idem est dicendum, qđ in ecclesia, si uero accipimus capellam pro ecclesiis minoribus, puto pro capellis sitis infra parrochiam alicuius, idem est iudicandum sicut de ecclesia, si sunt constructę auctoritate Episcopi. Si accipimus capellam pro istis hęremitoriis, seu Oratoriis, quæ sunt extra loca, in loco publico, dictum est supra in verbo, hæremitoria, & in verbo oratoria, si accipimus pro capellis, quæ sunt in domibus nobilium, seu in domib. priuatorum, dic, ut supra dixi in uerbo, oratorium.

SVMMARIVM.

1. *Cimiterium habet eandem immunitatem quam habet ecclesia.*
2. *In Cimiterio causa sanguinis non agitetur.*
3. *Polluta, uel interdicta ecclesia, monasterium pollutum, aut interdictum censetur.*
4. *Locorum orationi dicatorum diuisio.*
5. *Cimiterium, cur sic dictum.*
6. *Cimiterium longe ab Ecclesia separatum, num gaudeat immunitate.*
7. *Cimiterium num iure ab ecclesia remotum esse possit.*
8. *Ecclesia parochialis, uum Cimiterium habere possit.*
9. *Fugiens ad Cimiterium, num gaudeat immunitate, si prius ad ecclesiam non confugerit.*
10. *Cimiterium reconciliari debet eo casu, quo Ecclesia.*
11. *Violans locum contiguum Ecclesiæ, ad ipsum locum uiolare presumitur.*

Cimiterium. IIII. Ampliat.

Ampliatio quarta in Cimiterio. Nam Cimiterium † habet eandem immunitatem, quam habet ecclesia, per tex. in capit. fin. eo. tit. vbi tex. quod committens homicidium, vel mutilationem in ecclesia, uel cimiterio non gaudet immunitate, ecce ergo tex. quod ecclesia, & cimiterium eodem priuilegio gaudent & hoc nota. Hosti. ibi. facit etiam c. cum in ecclesia, eodem titulo. ubi lex, quod causæ sanguinis in ecclesia, uel cimiteriis agitari † non debent, & dicit ibi glos. in verbo,

cimiteriis. quæ eodem priuilegio gaudent cum eccleſijs, all. tria iura. can. quiſquis. can. id conſtituimus. 17. q. 4. & c. conſuluiſti. de conſ. eccl. uel altaris. ibi etiam no. idem Hoſt. & al leg. dicta iura, & d. c. fi. eo. tit. & Panor. poſt alios, in d. ca. cum eccleſia, nota. 2. dicit, ꝙ cimiteria gaudent eodem priuilegio cum eccleſia. Item cimiteria gaudent immunitate ſicut eccleſia, & pariter vtrobique committitur ſacrilegium, d. c. quiſquis. 17. q. 4. & interdicta eccleſia vr̃ interdictum cimiteriũ. c. ſi ciuitas. de ſent. excom. li. 6. facit can. s. de conſ. eccl. uel alt.
3 lib. 6. ubi †polluta eccleſia, eſt pollutum cimiterium ei contiguum. facit c. is cui. de ſent. excom. li. 6. vbi ſi alicui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, vr̃ etiam interdictum cimiterium, ita quod non poſſit ibi ſepeliri, & Arch. c. decet. de immu. eccl. lib. 6. col. fi. c. 1. ver. cimiteriis, ubi dicitur, quod cimiterium gaudet eodẽ priuilegio, quo eccleſia, & vt clarius habeatur iſta materia, eſt præſupponendum, quod locorum orationi
4 †dicatorum alia ſunt ſancta, alia ſacra, alia religioſa, ſecundum Spec. qui late loquitur in rationali diuinorum offi. li. 1. in c. de cimiterio. fol. 9. col. 4. ſacra loca ſunt, quæ per manus põtificum rite dedicata, & ſanctificata ſunt, ut ſunt eccleſiæ Sancta ſunt loca immunitatis, ſeu priuilegii, ſeruitoribus, & miniſtris eccleſiarum deputata, ut ſunt atria eccleſiarum. c. ſi quis in atrio. 17. q. 4. & in quibuſdam locis, clauſtra, infra q̃ ſunt domus canonicorum, in quib. fugientibus ſecuritas p̃ſtatur. Sunt loca religioſa, ubi cadauer hominis ſepelitur, & de iure ciuili cadauer, locum, in quo eſt ſepultum, facit religioſum. l. cum in diuerſis. l. cum loca, de relig. & ſump. fune. ff. ſed ſecus de iure canonico. Nã ex eo, quod mortuus infertur ad locum, dicitur religioſus. Sed requiritur auctoritas põtificis, c. ad hoc. de relig. do. gl. in c. in eccleſiaſtico. 13. qõ. 2. & ad hoc quod dicatur cimiterium, requiritur, quod per epm ſit ſolemniter benedictum, pe can. nemo, de conſec. diſt. 1. gl. in cle. 1. de ſepult. & ibi Imo. Fel. poſt alios in c. quanto. de iudi. Cal. in trac. de interdicto, in 6. membro, uerſ. circa hoc primo quæro, col. 70. & iſte locus religioſus diuerſimode appellatur, videlicet cimiterium, & aliis multis modis, de quibus plene per Spe. in rationali diuinorum officiorum. in tit. de cimiterio, in 1. lib. fol. 9. col. 4. & dicit ibi, quod cimiterium dicitur a cimẽ, quo eſt dulce, & ſtrio, quod eſt ſtatio, ibi enim dulciter defunctorum oſſa quieſcunt, & Saluatoris aduentũ ſperãt, uel ibi ſunt cimices, i. uermes ultra fœtentes, uel dicitur cimiterium pp multitudinem hominum ibi ſepultorũ, ſecundum Spe. ubi ſup. & dicitur cimiterium, cinis mortuo
5 rum, Panor. & alij in rub. de immu. eccl. in fi. †dicitur cimiterium grece quaſi dulcis ſtatio animarum, uel dicitur quaſi ciniſterium, quia ibi cinis mortuorum teritur. ſecundũ Car. ſuper rubr. de ſepul. in prin. q. 1. dicitur cimiterium quandoque atrium. can. nulla. 12. q. 1. cano. præcipiendum. 13. q. 2. qñque dicitur coliandrum, ut in pontificali quod eſt uocabulũ græcum, & idem in effectu importat, quod cimiteriũ. ſecundum Io. And. & Card. in c. certificati. de ſepult. an tamẽ cimiterium habeat immunitatem, quo ad fugientes ad illud, ut inde nõ poſſint extrahi, dicam. col. ſeq. Eſt aduertendum, qđ
6 in multis partibus, †Cimiterium eſt ſeparatum, & longe ab eccleſia, eſt nunc uidendum an tale cimiterium ſeparatum, & remotum ab eccleſia gaudeat immunitate eccleſiæ, & ꝙ cimiterium poſſit eſſe contiguum cum eccleſia, uel ſeparatum, uel remotum ab ea. eſt text. in d. c. uni. de reliq. & uene ſancto. li. 6. †Nam ibi tex. polluta eccleſia, cimiterium contiguum eccleſiæ eſt pollutum. Secus, ſi non eſt contiguum, ecce ergo text. quod poſſit eſſe cimiterium contiguum ipſi eccleſiæ, & remotum ab ea, & dicit Spec. ubi ſup. in rationali, titu. de cimiterio in 1. li. fol. 10. in 1. col. ꝙ antiquitus ſolebãt homines in proprijs domibus ſepeliri, ſed propter cadauerum fœtorem, ſtatutum eſt, ut extra ciuitatem ſepelirentur, & quendam locum communem ſanctificatum ad hoc deputabant. Item facit. c. ſi ciuitas, de ſent. excom. lib. 6. ubi tex. loquitur, quod interdicta eccleſia, cimiterium contiguum uidetur interdictum, contigua ſunt, quorum extrema ſe inuicem tangunt, gl. in d. c. ſi ciuitas. in uer. contiguis. eſt ergo ibi etiam text. quod cimiterium poteſt eſſe cõtiguum eccleſiæ, & remotum. Item facit glo. in capitulo is cui. de ſentent. excommu. lib. 6. nam vt ſup. retuli, ibi eſt text. quod ſi alicui interdicatur ingreſſus eccleſiæ, durante tali interdicto, nõ debet in eccleſia uel cimiterio ſepeliri. dicit glo. in uer. cimiterio. quod non eſt diſtinguendum, an cimiterium ſit contiguum, uel non, & ſic eſt clare cimiterium contiguum eccleſiæ, & cimiterium remotum ab eccleſia. Cardin. in capitulo
7 penultimo †in fine de ſepultur. quærit, an cimiterium poſſit eſſe remotum ab eccleſia, refert Innocen. ibi, quod licet ordinarie debeat eſſe circa eccleſiam, can. ſicut. 18. q. 4. poteſt tamen eſſe remotum, ſicut in Francia, propter fœtorem, quod probatur in c. uni. de conſe. eccl. li. 6. maxime eſt curandum de hoc tempore epidimiæ Inn. & Card. ubi ſup. & dicit Hoſt. in d. c. pen. quod licet cimiterium poſſet eſſe prope eccleſiã, tamen poteſt eſſe remotum ſicut in Francia propter fœtorẽ idem Io. And. Ant. in d. c. pen. in fi. & idem Anch. in d. c. penultim. in fin. idem tenet Michael Pictabien. in parrochiali curatorum, in c. 6. de ſepulturis, fol. 134. col. 1. Et iſta cimite-
8 ria ad ſepeliendũ, de iure cõi ſolum eccleſiæ habentes, †populum ſeu parrochiam habẽt, nam iſtud ius funerãdi eſt de iure parrochiali, quemadmodum ſacramentorũ exhibitio cle. dudum. verum. de ſepul. Inno. in c. 1. de ſepult. Archid. Io And. in c. 1. eo. tit. lib. 6. dum tamen tale cimiteriũ ſit deputatũ in d. Eccleſia per Epiſcopũ. Nã Eps deſignat, & benedicit, tale cimiteriũ. ſm formã Canonis. nemo de cõſec. diſt. 1. ſm Ioan. An. Panor. & alios in c. certificari. de ſepult. & per Petr. de Peruſ. in trac. de canonica parrochiali. c. 12. in 4. uolu. fol. 183. & in tract. de parrochiali curatorum. c. 6. cum ſequen. & Epiſcopus poteſt deputare tale cimiterium dictæ eccleſiæ, habenti prope eccleſiam, uel longe ab eccleſia, per ſuperius dicta. & illud ſolum, quod per epiſcopum fuit deſignatum, habebit eccleſia pro cimiterio, ſecundum Io. An. in d. c. certificati. col. 2. in fi, & quot paſſus debeat habere cimiterium dico infra, in uerbo, paſſus Ioãnes Bichis in d. cap. deſiniuit. nu.
9 12. fol. 72. col. 3. uult īuenire, quod †fugientes ad cimiteriũ, non gaudent, niſi prius fugiant, ad eccleſ. & poſtea quam ad eccle. confugerint, poſſunt egredi ad cimiterium, & ibi gaudeant immunitate, Nam iura dicunt, & loquuntur de fugiẽtibus ad eccleſiam, non autem de fugientibus ad cimiteriũ & ſi noluiſſent intelligere de cimiterio, bene ſciuiſſent dicere ad eccleſiam, uel cimiterium. c. ad audi. de deci. & ſic uult dictus Doctor, quod confugiens ad cimiterium non gaudet immunitate, niſi prius fugiat ad eccleſiam, & ſic ſentit quod cimiterium de per ſe, & principaliter non gaudet immunitate, ſiue ſit contiguum, ſiue remotum, ideo fugientes ad cimiterium duntaxat, non gaudebunt immunitate, & Nico. Boer. in deciſ. quæſt. 110 col. 3 refert iſtam opinionem Io. Bichis. & dicit, quod in contrarium uidetur argume. ca. ſi quis contumax. c. diffiniuit. 17. q. 4. dico latius infra. Et iſtam opinionem Io. Bichis videtur tenere Montalbus in gloſ. ſua. ſuper l. 4. tit. ij. in prin. 1. partita. ll. Hiſpaniæ, dum, uult, quod ſi aliquis delinquat in cimiterio ex propoſito in tinentijntrãdi in eccleſiam, alias non commiſſurus, non gaudebit immunitate, & ſi non ex propoſito defendendi ab eccle. ſed caſualiter deliquit in cimiterio, & ſtatim ingreditur eccleſia, gaudebit immunitate, ſentit, quod cimiterium non gaudet immunitate, & idem in paſſibus ſecundum Io. Bich. refero eum infra, in uerbo. paſſus. Eſt aduertendum ꝙ iura. quæ loquuntur de his, qui debent gaudere immunitate, loquuntur de fugientib. ad eccleſiam. & non de fugiẽtib. ad cimiteriũ. Et ſic vr̃, ꝙ non debet extenſio fieri de eccleſia ad cimiterium, niſi in caſib. a iure expreſſis, maxime in iſto caſu, ne delicta remaneant impunita, nam reipublicee intereſt delinquentes puniri. c. ut famæ, de ſent. excom. cum. ſi. facit gl. fi. in c. quæſitum 13. qõ. 2. quæ dicit, ꝙ priuilegiũ conceſſum eccleſiæ, vt liberetur fugiens ad eam, non extenditur ad illum, qui recipit corpus Chriſti, quia priuilegium nõ debet trahi ad ꝯñtiam. 17. q. 4. nec aliquod priuilegium trahendum eſt ad ꝯñtiam. c. petiſti. 7. q. 1. c. hinc. 19. q. 1. gl. in d. c. ſicut. c. hĩc. 16. q. 1. faciũt ẽt quę per Barb. dñr in d. tracta. de præſtantia. Card. q. 9. partis primæ. fol. 57. col. 3. in 6. vol. His non obſtantib. eſt cõcludendum. Primo. ꝙ fugientes ad ſolum cimiterium, gaudent eadem immunitate, qua gaudent fugientes ad eccleſiam. & hoc probatur per iura, & rationes, in principio iſtius qõnis al lleg. Nam licet forte non reperiant iura, quæ expreſſe dicãt quod fugientes ad ſolum cimiterium gaudeant immunitate, vt ab eo extrahi, non poſſint, prout confugentes ad eccleſiam, tñ per iura, & caſus ſimiles, & rationes, poteſt concludit idem, ꝙ in eccleſia retuli ſup. vbi dixi, quod cimiterium eodem priuilegio gaudet cum eccleſia. unde dicit Henri. Bohic in c. pen. eo. tit. col. 4. nu. 3. ꝙ cimiterium eodem priuilegio gaudet, quantum ad immunitatem, quo & eccleſia. per c. cum eccleſia, & c. fi. eo. tit. Vñ ẽt Albe. de Roſa. in dictionario ſuo, in verbo, cimiterium, ꝙ cimiterium hẽt eãdem immunitatem, quam eccleſia, præterquam, in duobus caſibus ſ. ꝙ nullus mortuus debet in eccleſia ſepeliri, & laici in choro eſſe non debent. Hoſti. in ſumma. eod. tit. Io. Mona. in ca. de cet. de immu. eccleſ. vbi dicit, quod delinquentes in eccleſia, vel cimiterio, nunq̃ hñt immunitatem. Alb. in l. nemo 1. de ſacroſ. ecc. C. dicit, quod de iure ciuili eſt ibi tex. ſing. ꝙ nullus debet in eccleſia ſepeliri. Et idem tenet Azo. in ſumma de ſacroſanc. eccl. C. & Alb. in d. l. nemo. dicit contrariũ tñ videmus continuo de facto fieri. Vide eũ, non refero, q̃a nõ eſt ad propoſitũ noſtrum. Clab. iſto tit. q. 3. dicit, ꝙ hodie nõ ſeruatur & male. Io An. in addit. ad Spec. iſto tit. in 4. par. ponit decẽ immunitates eccleſiæ & in nona dicit, ꝙ hanc immunitatem hẽt cimiterium, & Io. de Tur. Cre. in c. ſi qs in atrio.

atrio. 17. qõ. 4. quem retuli ſup. ponit 12. immunitates eccleſiæ, & dicit, ꝙ dictas immunitates habet cimiterium. Nã ibi q. 3. quærit. vtrum cimiteria habeant eandem immunitatẽ. Rñdet, ſecundum Ray. & Hoſt. quod hñt eandem immunitatem, q̃ eccleſia, & facit gl. in c. conſuluiſti, de conſ. eccl. vel altaris, quæ dicit, quod eadem gaudet immunitate eccleſia, & cimiterium. dicit tex. in d. c. conſuluiſti. quod polluitur eccleſia, & cimiterium, ſi excõicatus ibi ſepeliatur. unde dicit Archid. in c. ſi quis contumax, ꝙ argm̃ illius literæ vr̃, ꝙ eccleſia & cimiterium gaudent eodẽ priuilegio, ad idem c. ſi quis. eadem cauſa, & q. & c. fin. eo. tit. & ab hoc dici conſueuit, ꝙ in quo caſu cimiterium indiget reconciliatione, & eccleſia, q̃a vtrumq. gaudet priuilegio eodem. ad idem in rub. & in cap. cum eccleſia, & c. fi. eo. ti. nam idẽ iuris, ꝙ eſt in principali, eſt in acceſſorio. C. prudentiam. de offi. del. §. pe. in fi. & cum illa aqua, qua benedicitur eccleſia, & cimiterium. Io. Andr. in d. c. conſuluiſti. poſt Inno. & Hoſt. ibi. & facit rub. de conſe. ecc. & cimiterij. ponit ibi duo tanquam connexa, vt ſcias quod uno violato intelligitur aliud violatum, ſecun. Arch. in d. c. ſi quis contumax. Card. in cle. 1. q. 1. de pœni. & remiſſ. Hoſt. in d. c. conſuluiſti, dicit, ꝙ in quo caſu cimiterium indiget
10 †reconciliatione, in eodem & eccleſia, quia vtrunque eodẽ priuilegio gaudet. alle. iura per Archi. alleg. & Archid. refert Hoſt. & Anch Car. poſt Io. And. in c. certificati. de ſepul. Car. q. 2. Anch. qõ. 1. dicunt, quod cimiterium habet immunitatẽ
11 a iure, quia non debet †violari. c. inter alia. de immu. eccl. nec pollui. c. conſuluiſti. de cele. miſ. nec in eo negociationes, vel nundinæ fieri, vel cauſæ, maxime criminales, tractati per iudices ſeculares. c. in eccleſ. de immunitate eccleſ. c. decet. eo. ti. li. 6. Fel. in c. cum pro cauſa. de ſent. excom. dicit per illum tex. & c. ſicut antiquitus. 17. q. 4. ꝙ qui fugit ad cimiteriũ eccleſiæ, eſt tutus, & dicit etiam quod violans prope eccleſiã, dicitur violare ipſam, cum eccleſia dicatur per 40. paſſus, & l. 2. tit. 11. in 1. partita ll. Hiſpaniarum, expreſſe diſponit, quod quicunque ad eccle. uel eius portam, uel cimiterium confugerit, non eſt inde extrahendus, & c. Anch. in c. cum in eccleſia, eo. ti. in prin. in 2. no. dicit not. ꝙ cimiteria gaudent eadẽ immunitate cum eccleſia. vt ꝙ in vno prohibetur, prohibitum videatur in reliquo, c. 1. de conſe. eccl. uel alta. li. 6. Clab. in ſumma iſto tit. in prin. q. 6. dicit, ꝙ in eccleſia, uel cimiterio, non debet ulla violentia fieri, uel aliquis uiolenter extrahi, aut eius confinia frangi, d. c. ſicut antiquitus. 17. q. 4. Ex p̃dictis conſtat, & apparet, ꝙ tam iura, quam Doct. loquẽtia, & loquentes de cimiterio, loquuntur indiſtincte, ꝙ gaudet eadem immunitate, qua eccleſia. facit etiam tex. in c. decet. eo. tit. li. 6. in fi. ubi tex. dicit. ceſſent in eccleſiis, eorumque cimiteriis, negociationes, & c. Nam ibi datur eadem immunitas cimiterio, quæ datur eccleſiæ. Alberic. de Roſa. in l. in tãtum. §. religioſum. in prin. de re. diui. ff. ubi dicit, ꝙ ille tex. facit in argumentum. ꝙ cimiterium non gaudet immunitate confugientium ad eccleſiam, ſed dic contra, quia cimiteria cõiter conſecrantur, ita quod religioſa ſunt, non ſolum per mortuorum illationem, ſed per conſec. ipſorum. c. vni. de eõ ſec. eccl. uel alt. li. 6. ſecundum Albe. ubi ſup. Quod cimiteriũ ſeparatum, uel remotum ab eccleſia gaudet illa etiam eadẽ immunitate, qua gaudet cimiterium contiguum eccleſiæ. Nam iura loquentia de immunitate eccleſiæ, loquuntur generaliter, nulla facta mentione, ſeu diſtinctione, an ſit remotum, uel contiguum, & cum iura non diſtinguãt, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. de publi. in rem actio. ff. facit gl. in d. c. is cui. de ſent. excom. li. 6. ubi dicit, quod interdicto mihi ingreſſu eccleſiæ, eſt interdictum, & cimiterium. d. c. is cui. nec eſt diſtinguendum, an cimiterium ſit contiguũ, uel non, poſtquam tex. non diſtinguit, facit tex. in c. ſi ciuitas, de ſent. excom. lib. 6. ſecundum gl. prædictam, facit tex. in d. c. ſi ciuitas, ubi tex. dicit, quod interdicta eccleſia, eſt interdictũ cimiterium contiguum, ſecus ſi non eſt contiguum, ca. uni. de conſec. eccl. uel alta. ubi tex. dicit, quod polluta eccleſia, eſt pollutum cimiterium ſibi contiguum, ſecus ſi eſt remotum. Nam in prædictis iuribus fit diſtinctio de cimiterio cõtiguo, & remoto. Vbi nõ fit diſtinctio expreſſo iure, nulla eſt differentia inter cimiterium contiguum, & remotum. Rõ quare in dictis iuribus, fit diſtinctio, ponitur in d. gl. c. is cui, quæ dicit, quod illa diſtinctio habeat locum, ubi res interdicitur, ſ. eccleſia, tunc res contigua, eſt etiã interdicta, ſed ubi interdictum refertur ad hominem, quid ad eum, an cimiterium ſit contiguum, uel non. Nam ſi non poſſet perſona interdicta ſepeliri in contiguo, poſſet in remoto, & ſic fieret interdictum ludibrio, & illuderentur cenſuræ, ſecundum glo. in dic. c. is cui. Et idem tenuit ante d. gl. Gulielmus de monte Landino, in dic. c. is cui. & quot paſſus habere debeat cimiterium, dico in uerbo, paſſus.

SVMMARIVM.

1 *Dormitorium gaudet immunitate.*

Dormitorium. V. Ampliat.

1 **Ampliatio** quinta in dormitorio. Nam dormitoriũ gaudet etiam †immunitate dico de dormitorio communi, vbi clerici, ſeu religioſi, dormiunt in cõmuni, per text in c. quoniam, pro cauſa de ſenten. excomm. ubi text. dicit, quod iniiciens manus violentas in dormitorio. uiolat immunitatem eccle. Iſti religioſi habent dormitorium ſuum infra ſepta monaſterii & dico infra in verſicu. ſepta in 11. limitatio.

SVMMARIVM

1 *Matrix Eccleſia habet per circuitum 40. paßus, minores 30. quibus gaudet immunitate.*
2 *Loci contigui Eccleſiæ non gaudent immunitate.*
3 *Maior Eccleſia dicitur baptiſmalis, & cur ita.*
4 *Cimiterium inter illos paſſus continguos num oportet connumerare.*
5 *Cimiterium quot paßus continere debeat.*
6 *Confugiens ad ſtatuam Præfecti gaudet immunitate.*
7 *Loci contigui, modo prædicto monaſterijs, an gaudeant immunitate.*
8 *Qualiter computentur paſſus contigui Eccleſiis reſpectu immunitatis.*

Paſſus. VI. Ampliat.

1 **De iure, Eccleſia** †matrix, quæ eſt maior, habet per circuitum 40. paſſus eccleſiæ minores habent 30. paſſus. tex. eſt in ca. ſicut antiquitus, can. quiſquis. 17. q. 4. & ibi glo. in d. cap. ſicut, quantum cõtinet paſſus, quæ dicit, paſſus eſt menſura quinque pedum, glo. in l. 3. de uerb. ſign. dicit, quod paſſus eſt quinque pedum & pes eſt 15. digitorum, dicta glo. ca. ſi cui. Bart. in d. l. 3. quot pedum eſt paſſus, refert, glo. ibi 5. pedum, & qualiter debent intelligi pedes, dicit, quod ſecundum uſum ciuitatis. Alexan. poſt Bar. in l. 1 ſi quis cautionibus. ff. & ſimilis glo. in l. itinere quæ eſt lex tertia. ff. de uerborum & re. ſign. pes eſt ſpatium
2 15. dignitorum. †Capellę vero quæ ſunt infra ambitum murorum ciuitatis, caſtri, uillæ non ponuntur in hac 30. paſſuũ obſeruatione. glo. in dicto cap. ſicut antiquitus, per tex. in c. quiſquis. 17. q. 4. Henric. Bohic. in c. pe. in fi. & ibi Panot. eo. ti. Hoſti. in ſumma eo. tit. §. in quantum colum. prima. in fi. uerſi. immunitatem, & Antonius in ca. fin. eod. tit. Ioan. Faber. in §. fina. de his, qui ſunt ſunt ſui, vel alien. iur. Caſſa. in cõſu. Burg. fol. 57. col. 3. & idem tenet Io. de Tur. Crem. in d. c. ſicut antiquitus. Et Io. Bich. in repet. can. diffiniuit. 17. q. 4. nu. 8. fo. 76. col. 4. Io. And in c. certificari. de ſepult. col. 1. in fi. & prædicti paſſus ſunt deſignati pro cimiterio. ſecundum Archi. in d. c. ſi quis contumax. Panor. in d. c. pen. eo. tit. tamen ſi cimiterium in ſpacio minori præcingitur circa aliquam eccleſiã nihilominus ad ſpacium prædictorum paſſuum extenditur immunitas Eccleſiæ dummodo infra illos paſſus alia domus extranea. i. laicorum non interponatur. ca. diffiniuit. 17. q. 4. ita uidetur ſentire. Ant. in d. c. inter alia eo. tit. Refert prędicta Io. de Bichis. in d. c. diffiniuit. fo. 76. colum. quarta uerſ.
3 8. nota. Et maior †Eccleſia dicitur baptiſmalis, quæ dicitur maior Eccleſia reſpectu capellarum, quas habere debet can. plures. 16. q. 1. ſecundum Archidia. & Io. de Tur. Cre. in d. ca. ſicut antiquitus & eccleſia maior dicit̃ matrix. Hoſt. in ſumma. eo. tit. §. in quantum, in fin. 1. colum. Henric. Bohic. in c. pen. eo. tit. colum. fina. Silueſtrinus in ſumma, in uerbo, immunitas, tertia in prin. q. 1. loquitur etiam de iſtis paſſib. prout text. in d. c. ſicut antiquitus, maior eccleſia. i. matrix habet 40. paſſus, minor 30. iſti paſſus gaudent immunitate, quod tñ non habet locum in capellis, quæ ſunt in ambitu caſtellorũ ubi propter loci anguſtiam obſeruari non poteſt. d. c. quiſqs. ſimiliter & religioſorum monaſteria. Silueſt. ubi ſup. Iaſ. in d. l. plerique. col. 3. in prin. refert iſtos paſſus. videlicet in maiori eccleſia 40. paſſus circa eccleſiam. in aliis 30. per. d. c. ſicut antiquitus, refert alios Doctores. Reſtat videre, an p̃dicti paſſus gaudeant eadem immunitate, qua gaudet eccleſia, ſi in
4 prædictis †paſſibus includitur cimiterium, dico ut in verbo cimiterium ſup. & dixi in iſto uer. paſſus Si uero cimiterium eſt remotum ab eccleſia & ab iſtis paſſibus iſti paſſus an gaudeant immunitate Refert Io. Bichis. ubi ſup. in c. diffiniuit. 17. q. 4. fol. 72. col. 3. ver. ex præcedentibus collige, vbi dicit, ꝙ ſi quis delinquat extra eccleſiam. licet intra 30. paſſus, vel etiam extra ipſos paſſus. niſi confugiat ad eccleſiam non cõſequitur immunitatem, tamen poſtquam ad eccleſiam cõfugit, poteſt egredi extra eccleſiam, per 30. paſſus in circuitu ſine receptaculo extraneorum domorum laicorum Iura, loquẽtia de hac materia, dñt confugientes ad eccleſiam, conſequi immunitatem non autem confugiẽtes ad illos paſſus, Et idem Io. Bichis ubi ſup. no. 3. fol. 75. col. 3. in prin. not. ex illo text. ĩ uerbo, ad eccl. cõfugiẽs ad eccleſiã gaudet immunitate Secus ergo, ſi ad paſſus prędictos ad quos extẽdit̃ immunitas, ad quos quis poteſt procedere poſt q̃ confugit ad eccleſiã & in hoc reſidet diſt. Doct. nota. 8. fol. 76. colum 4. nota. ex illo text. quod eccleſia non ſolum gaudet immunitate, quantum tangit murum, ſed habet etiam Eccleſia maior in toto cir-

circuitu 40.passus,intra quos fugiens ad eam, potest progre-
di,& gaudet immunitate,in eis,inferiores eccles.hñt 30.pas-
sus,ut sup.dixi,& in eis fugiens gaudet immunitate. Erit er-
go dicendum sedundum prædictum Doct.φ isti passus tunc
gaudent immunitate, qñ quis prius fugerit ad ecclesiam, &
postea egressus fuerit ad dictos passus,& tunc gaudebit.Si ve
ro non ingreditur ad ecclesiam,sed fugit ad dictos passus, &
ibi remanet,tunc fugiens ad dictos passus nõ gaudet illa im
munitate,qua gaudet fugiens ad ecclesiam, & idem est inci
miterio,secundum eum,quem retuli sup.in vers.cimiteriũ,
3 ibi vide. Et quot passus habere debet†cimiterium.Card.in c.
certificati.de sepult.q.2 post Io.And. dicit,φ secundum an-
tiqua iura maior ecclesia in circuitu debet habere 40.passus.
aliæ uero 30.d.c.sicut antiquitus,nisi ecclesiæ sint inter castel
la,& loca ardua c. quisquis.17 q.4.& dicit Io.And.in d.c. cer
tificati,φ nec in locis latis seruatur, φ tot passus designẽtur.
illud ergo solum,φ per episcopum fuit designatum,habebit
ecclesia.Idem Card.sup.Est aduertendum,quod tex.in d.c.si
cut antiquitus,loquẽs de passibus,loquitur indistincte,cuius
uerba sunt,statuimus,ut maior ecclesia per circuitum hẽat,
40.passus.capellæ vero, uel minores ecclesiæ 30. qui autem
confinia eorum confringere tentauerit,aut personam homi
nis, uel bona eius inde subtraxerit,nisi publicus latro erit,
quousqu emendet,& nisi,quod rapuerit reddat,excommu
nicetur.ecce tex.qui vult,quod dicti passus gaudeant immu
nitate prædicta,sine aliqua distinctione.Host.in summa,isto
tit.in §,quantum, col.2. in prin.dicit, quod si aliquis malefi-
cus delinquat,uel alius ad ecclesiam cõfugiat,& infra dictũ
ambitum se recipat,ecclesia ipsum saluare debet.cano.reos.
6 25.q.3.nec mirum. Nam†ad statuam Præfecti urbis fugien-
tes,saluat lex.l.1.§.1.de offic.præfe.urbis.ff.id,quod Host.te-
net.Henricus Bohic.in c.2.eo.ti.col.fi.in prin.ubi dicit,ita no
ta.quod hanc immunitatem habet ecclesia, nedum infra ip
sam ecclesiã,sed ẽt extra,usq; ad 40.passus si est ecclesia ma-
trix,ex quo ergo aliquis delinquens,vel alius ad ecclesiã con
fugiens,infra dictum ambitum se recipit, ecclesia ipsum sal
uare debet.d.c.reos. Ant.de But.in c.fi.eo.tit.quærit in prin.
quid si non delinquitur in eccl.sed intra Septa ecclesiæ. inf.
40.passus,an gaudeat immunitate,dicit,idem quod in eccle
sia.idem si infra 30.passus in minoribus ecclesiis.c.si quis co-
tumax.16.q.4.Item monasteria,quæ sunt intra, seu infra am
bitum murorum alicuius loci, uel ciuitatis,non hñt hoc pri
uilegium passuum per Host.& alios,in c.1.de præb.lib.6. re-
tuli sup.in uer.monasterium.unde dicit tex.in c.quisquis.17.
q.4.quod capellæ, quæ sunt infra ambitum murorum castel
lorum,non ponuntur in hac 30.passuum obseruatioue.Pan.
in c.pe.colu.fin.quærit an ecclesia gaudeat immunitate hac,
quatenus cingitur muris, an non.ita concludit, quod hanc
immunitatem habet in suo cimiterio.d.c.si quis contumax.
16.q.4.& de iure,ecclesia maior debet habere per circuitum
40.passus.capellæ,vel minores ecclesiæ 30. d.c.sicut antiqui-
tus.17.4.vult Panor.quod illi passus, qui sunt in circuitu ec-
clesiæ,gaudeant hanc immunitate.Claba.in summa ist.ti.in
prin.q.6.dicit,quod in ecclesia,uel cimiterio non debet ulla
uiolentia fieri,uel aliquis uiolenter extrahi, aut eius cõfinia
frangi,alleg.c.sicut antiquitus.illa cõfinia sunt isti passus,de
quib. loquimur.Siluestrinus in uerbo,immunitas.3. in prin.
q.1.quærit, q̃ loca gaudeant ista immunitate. Et inter alios
ponit spacium in circuitu eccl.40.passuum, quoad maiorẽ,
i.matricem,& 30.quoad minores eccl. d. c.sicut antiquitus,
& c.quisquis 17.q.4.unde prædicta iura, & prædicti Doct.ab
solute loquuntur, quod isti passus gaudeant hac immunita-
te,absque eo,quod prius debeat fugiens ingredi eccl. ad hoc
quod isti passus habeant dictam immunitatem, Albe.in l.2.
C.de his,qui ad eccl.confu.Nam tex.ibi dicit,quod cõfugiẽ-
tes ad sacros.eccl. nemini licet abducere.dicit,confug.ad ec
le.intelligunt ẽt si confugiunt sub porticib.eccl. & circum-
quaque ad ipsam eccl.ad 30.passus,c.si quis contumax,c.dif-
finiuit,& per totum 17.q.4 in ecclesia maiori, siue cathedra
li 40.pasus,d.c.sicut antiquitus, & ita intelligitur.l.fi.de his,
qui ad eccle.confu. c.uer. ex his ergo locis, eorumque finib.
expelli,aut eiici non posunt.addit Oldr.ibi,eorumque fini-
bus q fines sunt 40 passus,in ecclesia maiori,30.uero in aliis
ecclesis. Refert Oldr. Alber,in d.l.fi. in prin.sed qualiter com
putabuntur isti 30. uel 40 passus.dicit Alb.in d.l. 2. referendo
Scolasticum,& Vgum,quod ad eam partem tantum,ubi est
cimiterium. Alb.tamen ubi sup.contrarium concludit, qui
dicit,quod istos 30.uel 40. pasus,habet ecclesia ĩ toto circui-
tu,per tex.in c.diffiniuit. c.quisquis,& in d.c sicut antiquitus.
Et infra dictos pasus, nulla domus præter clericorum debet
ædificari.c.nulla.12.q.2.& illa ẽt gaudet immunitate. d.c.qs
quis.hæc Alb.ubi sup.Io.Igne.in l.1.num 58.fo.15.col.1.dicit,
quod 30 pasus immunitatis habet unaquæque basilica.d.c.
quisquis,c.diffiniuit,Eccl. vero maior 40.c. sicut antiquitus,
licet hic vsus non obseruetur de 30.passibus,secundum eũ.
Petrus Belluga,in tract. de speculo principum.fol.49. col.4.
& fol.seq.in prin.dicit,quod de iure ecclesiæ maiores habẽt
immunitatem infra 40.passus, minores ecclesiæ infra 30.d.
c.sicut antiquitus.Istud.tñ non habet locum in capellis,quæ
erunt infra ambitum castrorum, seu castellorum,uel in mo
dicis populationibus propter loci angustiam d.c.quisquis,&
c.quæstio,& scias,quod secundum Isidorum,passus immuni
tatis est quinquepedum, & quilibet pes, sex decim digito-
rum.gl.in d.c.sicut antiquitus,& in simili.in l. vicena millia
passuum.ff.si quis cautionib. sed isti passus a quo loco nume
rabũtur.aliqui dicunt,φ ab ea parte tñ,ubi est cimiterium,
Et dñt,quod ita tenet Bugolinus,& Io.An in c.inter alia,&
c.fi.eo.tit.vbi non fit mentio de passibus. nisi de ecclesia, &
cimiterio sed veritas est, quod ecclesia habet istos passus in
toto circuitu,& hoc satis probatur per iura superius ille.Nã
maior eccl. in circuitu 40.passus,& minor 30.pro cimiterio
in d.c.sicut antiquitus,& infra dictos passus,nulla domus ẽt
clericorum potest ædificari,ca nulla 12.q.2.& tenet Oldr.cõ
si.55.inci.consueuit dubitari, Hæc petrus, ubi sup. & idem
Alb.in l.2. retuli sup. & Old.cons.55.quæst. qualiter cõ
8 putentur † isti 40. passus,intra quos gaudet ecclesia immuni
tate. Refert,quod Host.ab ea parte.vbi est cimiterium,& iõ
in decreta,non dicitur de 30.passibus,sed de ecclesia,& de ci
miterio,dicit tamẽ Old.ubi sup.ego credo quod istos 30.pas-
sus habeat in toto circuitu, & hoc expresse habetur in c.dif-
finiuit,& c.quisquis 17. q.4.nam maior ecclesia debet in cir-
cuitu habere 40.passus, & nulla domus etiam clericorum,
debet ædificari.c.in illo 12.q. 2.& illa bene gaudet immuni-
tate,ut in dictis iuribus hæc Oldr.ubi sup. Erit ergo conclu-
sio,quod delinquens,fugiens ad dictos passus, gaudet immu
nitate,etiam si non prius ingrediatur ecclesiam.Valet tamẽ
consuetudo, quod dicti passus non habeant immunitatem,
vt supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad porticum ecclesiæ,quando gaudeat immunitate.*
2 *Porticus ecclesiæ quid sit.*
3 *Domus appellatione,an porticus contineatur, & quid in materia pœnali, unde hic late.*
4 *Extrahens fugientem in ecclesiæ porticum excommunicari debet.*

Porticus. VII.Ampliat.

1 An fugiens †ad porticum Ecclesiæ,gaudeat immu
2 nitate. Quæro primum quid† sit porti-
cus.Host.in summa,in titu.de accusatio.§.res exitum,dicit,
quod vestibulum dicitur locus ante carcerẽ, sicut porticus,
ante domum,Bart.in l. cætera.§ hoc Senatusconsf.de lega.i.
ff dicit,φ porticus non habet parietes undique.& accedit do
mini,.Bar.in l.φ conclaue in prin.de dam. infe.dicit,item φ
scias porticus est quidam locus coopertus desuper,discooper
tus,añ & hoc mõaccipitur in l.φ conclaue,& in l.cæt.§.hoc
senatus, potest ẽt intelligi porticus ista menia, seu profella.
in uulgari. Card.in cle.1.§.ciuitas,de pe dicit,φ porticus est
duplex,priuatus,& publicus, si est priuatus, est pars domus,
secus si est publicus quia tunc non potest dici pars domus
cum omnib. pateat,de priuata porticu,pater exemplar,ma-
xime Romæ.ubi alique clauduntur porticus,& vtuntur ipsis
solis tanquam domo.Card.vbi sup.q.7.unde quoad proposi
tum nostrum est dicendum, φ porticus est quæ adhæret, &
est coniuncta & præsertim portę ecclesiæ,& est desuper cooper
ta,& discooperta ante,vel secundum Archid.& Ioan.de tur.
Cre.in d.c.si quis contumax,in verbo, porticibus, quæ sunt
intra 30.uel 40 passus,qui in circuitu ecclesiæ sunt designati
pro cimiterio,secundum prædictos,& communiter illæ por
ticus sunt ante portas Ecclesiæ,& sunt coopertæ desuper,&
discoopertæ ante,& Bal.in d.l.quod cõclaue,dicit,quod por
ticus cedent illis ædibus, ex quibus tantum habetur aditus.
Et an appellatione†domus veniat porticus,& an pœna in sul
3 tantis domum habeat locum in insultanti porticum, vide
Bar.& omnes in d.l.cætera,§.hoc senatus.2.de leg.1.& om-
nes in d.l.quod conclaue de dam.inf.ff.Car.in d.c.inter alia
quæst.4.& vide Alber.in l.final.de his, qui ad ecclesias con-
fug.C.& in dictionario in uersicul.porticus. Et in repertorio
Brixi. in uerbo,porticus & uide plene per Barba.in clem.cau
sam,de electio.fol.120 col.secunda cum seq.Et de porticu la
te loquitur Bar.Cæpol.in tract.de ser.vrb.præd.in tit.de clau
stro,seu conclaui.fo.23.colu prima & 2.& quid sit porticus.
Refert Bartol. in d.l.quod conclaue,de damn.infect.ff. retu
li supr. Et appellatione domus an ueniat porticus,ibi per eũ
plene in 2.quæstio. & Cæpol.ubi sup. ponit quinque quæstio
nes circa porticum. Ang.in l.plerique de in ius uocan.ff.quæ
rit an poterit quis ca. si est in porticu,dicit,quod sic,quia nõ
extrahitur de domo,quia ibi stando aditum fuit præstar,& pu
blice,ergo,&c.Et φ appellatione domus veniat porticus,te-
net Spe.in ti.de imm.eccl.§.1.& Marcus de Mãt. cõs.211.ĩ fi.
Nec

Nec in circunstantiis ecclesiæ,potest quis capi secundũ Bar.
in d.l.præsenti.Ias.in d.l.plerique,col.3.in prin.de in ius voc.
ff.vnde videtur velle Bart.in l.meminisse.de off.procons. ff.
quod factum in porticu,si cohæret domui,dicitur factum in
domo,& Flor.in l.quidam Iberus,quęrit an appellatione do
mus comprehendatur porticus, quod in materia fauorabi-
li,appellatione domus veniat porticus, secus ĩ materia odio
sa.Ideo statutum pœnale contra inuentum extra domum si
ne lumine,non comprehenderet inuentum sub porticu, vn
de concludit dictus Floria.de S.Petro, in d.l.quidam,in fi.qđ
si porticus sit affixa ædib.vt sunt Bononiæ, quod tunc porti-
cus censetur pars ædium,uel domus.l.quod conclaue.de dã.
infe.ff.& ideo tunc cõtinetur porticus appellatione domus,
uel ædis,secus, si nihil habeat supra se,quod contingat cũ do
mo,vt patet,tunc.n.porticus non comprehenditur appella-
tione domus.Floria.ubi sup. Ang.de Aret.in trac.de malefi.
in ver.fecit insultum, col.3.in paruo vol.fol.97.colu.1.refert
Bart.& Flor.ubi sup.& dicit,φ aut est odiosa dispositio, vt in
augendo pœnam insultanti ad domum, tunc porticus non
comprehenditur, & dicit Ang.ibi,φ forte isto casu non esset
malum dicere,ut dicit,Flor.in d.l.quidã Iberus.s.utrum por-
ticus sit affixa domui, & tunc pars domus iudicabitur, alias
non,& tum etiam in pœnalib.veniret porticus appellatione
domus,& qñ appellatione domus contineatur porticus. An
ge.ibi col.4 uer.an autẽ appellatione domus,ubi refert An-
gel.in l.plerique,& l.seq.de in ius voc.ff.quod licet quis non
possit capi in domo, tñ poterit in porticu,quæ est diuersa, &
separata a domo,secundum Ang.ubi sup.alle.Imo.post glo.
in cle.causa, in verbo, in domo, de elect.quæ vult, quod idẽ
est,φ aliquid fiat ante domum, sicut in domo, & dicit Imo.
in d.cle.super d.gl.col.1 1.quod dictio,in,aliqñ ponitur ꝓ an-
te,quod nota pro illa qõ. si statuto imponatur pœna aggre-
dienti aliquem, vel in domo, vel ante domum, si fit in por-
ticu,censetur factum in domo.Barba.in d.clem.causam. co
lum.pen.& si Refert Spec.& Io.Andr.in addit.ad Spec.in ti.
de iniurijs. in 4.par.fol.120. in paruo vol. & sequitur distinct.
Io.And.quod si porticus est in proprio solo,uenit appellatio
ne domus,si vero porticus est in solo publico, non uenit ap-
pellatione domus, vnde si porticus ecclesiæ, est ipsius eccle-
siæ,idem est quod in ecclesia,secundum Ioan. And.Barb.ubi
sup.qui latius loquitur. Gul. Mayne. in l.nemo de domo.de
reg.iu.ff.fol.249 col.1.& 2.quærit an de porticu domus suæ,
possit quis extrahi? refert Iac.de Aret.& Bal.& alios in l.cæte
ra.§ hoc Senatusconsultum,de le.1.ff.& Bar.in l.meminisse,
de off.procon.& leg.ff.& Barb.in l.1.§.1.de cloacis. ff.& Bal.
super rub.sol.matr.ff.& Flor.in d.l.quidam,& Ange.in tract.
de malef.in uer.fecit insultum, retuli sup. & concludit cum
Floria.& Ang.vult quod,si porticus affigitur domui, iudica-
bitur,ut pars domus, alias secus, & hoc procedit in quacun-
que materia etiam odiosa, si uero non est affixus domui, in
fauorabilibus comprehenditur,in odiosis secus,ut latius per
Gul.ubi sup.Veniendo ad propositum nostrum, an talis por
ticus gaudeat immunitate,de qua in regula nostra, est cõclu
dendum,ꝓ sic.per can.si quis cõtumax.17.q.4.vbi text. φ ex-
4 tranhens†fugientem de porticibus ecclesiæ debet excõicari
vnde dicit Cardin.in d.can.inter alia.col.1.q.4. φ de porticib.
ecclesiæ adhærentibus,dicit, φ idem est, φ in ecclesia.Matt.
de Affl.in trac.de iure prothomiseos,in 2.uol.fol.154.colu.1.
num.15.dicit, φ fugiens ad porticum ecclesiæ gaudebit im-
munitate totius ecclesiæ,per d.c.si quis contumax.Ias.in d.l.
plerinq; de in ius uoc.ff. col.3.in prin.dicit, φ in porticib.cir-
ca ecclesiam,non põt quis capi.& Panor.in d.c.pe.eo.ti.col
fi.dicit, quod porticus ecclesiæ adhærentes gaudent hac im
munitate per d.c.si quis cõtumax, ut ibi per eum, idem dicit
Anch.cons.160. φ fugiens ad porticum ecclesiæ gaudet im-
munitate,per d.c.si quis,& hęc omnia operatur adnexitas,se
cundum eum intellige conclusionem, qñ porticus est affixa
ecclesię,& solum est ipsius ecclesiæ secundum prædictos,sed
si solum est publicũ,secus est dicendum, ſm Io.& Barba.ubi
sup. Aduerte φ, si porticũ adhæret portis ecclesię, nulla est
dubitatio,quia est intra passius ecclesiæ, ut sup.in præceden-
ti ampliatione.Si uero porticus non est in portis ecclesię,sed
est in portis cimiterii, tunc crederem, φ si porticus est affixa
cimiterio,reputabitur pro cimiterio,secũ.Ang. & Gul.quos
supra retuli,& sic gaudebit priuilegio cimiterii, intelligitur,
si solum porticus est ipsius cimiterii,secundum Ioã.And.&
Barb.ubi sup. Si uero non est affixa cimiterio,uel solum non
est ipsius cimiterii,non gaudebit,per supradicta. Panorm. in
c.1.de decimis.col.2.uer.nouum ibi in uestibulo tẽploq; cõ-
niuia fiebãt, olim in uestibulo templi,i in porticu,uel in ędi-
ficio templo contiguo,& appellabatur uestibulum, quia ibi
vestiebant egrediẽtes,seu ingrediẽtes in tẽplum,ſm eorũ cõ
suetud.In tẽplo aũt non dẽt qs conuiuari, ar.c.1.eo.tit.lib.6.
nisi necessitas aliud urgeat.c.2. de custo. Ancha.& dicit Pa-
nor.quod ex hoc uno tex.collige & tene menti, quod dispo
sitio loquens de templo,seu domo, non extenditur ad porti-
cum domus, vel templi. Nam vt uides,aliquid permittitur
in porticu,non autem in templo,& facit ad quæstionem,Sta
tutum grauiter punit percutientem alium in domo sua.Nũ
quid habeat locum si percutiat in porticu domus. prædicta
faciunt,quod non.Statis tamen dicit Panor. ponderandam
mentem statuti,an ratio virificetur in porticu,vel non.hęc
Panor.vbi sup, Ange.in d.tract.de maleficiis,in uerbo,facit
insultum,col.4.in fi.fol.97. col.2.refert contra communem
opi.c.1.de deci.Vbi aliqua permittuntur fieri in porticu, seu
in vestibulo,quæ non sunt permissa fieri in tẽplo,& ibi Ab.
refert eum,quem retuli,refert etiam alios.

SVMMARIVM.

1 *Ostium Ecclesiæ gaudet immunitate.*
2 *Domus appellatione,an veniat illius ostium.*

Ostium, seu porta Ecclesiæ, vel Cimiterij.

VIII. Ampliat.

1 Ostium †Ecclesię est priuilegiatum, sicut ipsa eccle-
sia, ut aliquis de eo extrahi non possit, nec
capi.sicut non posset de ecclesia,hoc tenet expresse in ostio,
ecclesiæ.Ang.de Aretio in tracta.de maleficiis, in uersicu.6.
quod fama.q.4.fol.33.in paruo uolumine,& in uersicu.scalis
Sancti Petroni.fol.103.columna quarta.& seq.ubi captus in
ostio ipsius ecclesię, videtur esse factum in ecclesia.l.præsen-
ti.§.sane, & ibi Bart.de his,qui ad eccl.consu.Vnde dicit Flo
ren.de S.Petro,in l.quidam Iberus,de ser.vrba prædio. ff.in
fin.6.versic.Item quod fit in confinibus ecclesię, dicitur esse
factum in ecclesia,& sic consistens in ostio ecclesiæ non po-
test capi,per l.pręsenti.§.sane de his, qui eccle. confugiunt.
2 quod bene not.secundum eam. Et an appellatione†domus
veniat ostium,seu porta domus Ang.in l.plerique, de in ius
uocan.ff.& in l.seq.in fi.ubi quærit, qd erit,si in limine ostii,
stat.dicas,idem si extra clausuram,quia quod fit in limine,
non fit in domo,si limen est extra clausuram,alleg.tex.in §.
si ab hostibus,quib.mod.ius pat.pot.solui.insti.l.sane,in fi.de
ver.sig.ff.hęc Ange.ubi sup.Nam tex.quem alleg. Ang non
loquitur de ostio.Nam secundum communem modum lo
quendi,limen differt ab ostio refert Barba.in clement.cau-
samquę de electio.fol.120.colum.prima in fi.& in prin.colu.
secunda Nam limen dictum est,quasi finis quidam,& termi
nus.per tex.in §.si ab hostibus,versicu.dictum, quibus mod.
ius pat.potesta.solui.insti.Barb.ubi supra,facit c.quia iudicã-
te.de præscrip.Vnde dicit Bald.in l.gallus.§.ille casus,de lib.
& posth.in fi.ff quod id.quod fit in ostio,partim est in domo
partim extra.idem Bal super rubr.solu.matrim.ff.col.prima
in fi.alle.glo.in c.hæc est,de pænit.di.2.& in c.cum sanctam
in glo.vir ergo. Quæ dicit.quod qui in porta est,partim intus
est,& partim extra,partim videtur, partim absconditur,& re
fert Bal.& glo.Ange.in d.tracta.malef.in ver.fecit insultum
col.4.fol.97.col.2.& dicit Bart. in l. meminisse, de offi.pro-
con.& leg.num.5.ubi dicit,de Statuto,quod si quis aggredi-
tur aliquem in domo sua, puniatur in tantum, si aggressus
fuit eum coram ostio, an incidat in pęnã,dicit quod sic. Eũ
referunt Ang in d.tract.de malef.in versi.fecit insultum.fo.
97.col.1.& Guliel. May. in d.l. nemo de domo. de reg.iur.ff.
fol.249.col.1,& Barb.in l.1.§.hoc intereictum.de cloa.ff.fol.
379 in paruo vol.dicit,quod si aliquid sit in ostio,intra clau
suram,dicitur esse factũ in domo,si uero sit extra clausurã,
ostij,non dicitur fieri in domo. Ale.ibi in addi.ad Bar. Quæ-
rit utrum factum in ostio dicatur factum in domo,refert plu
res,remissiones posunt videri. Io.And.in c.uni.de conse.ec
cle.vel alta.li.6.col.1.dicit, quod iniuriosa sanguinis effusio
facta in porta ecclesiæ, videtur esse facta in ecclesia.idem in
porta cimiterii,& eũ sequitur Anch.ibi in fi.Domi.ibi col.1.
refert Io.An.quod ĩtelligit Imo.Io.An.esse verum,qñ intra
clausuram ostij' versus ecclesiam facta est pollutio, secus si
in parte,quæ est extra versus locum vacuum.extra ecclesiã.
alleg.Bar.in d.l.vnica.de cloa.retuli sup.Domini,concludit,
aut est commissum in porta, sed ex parte magis ad hærente
exterius & non videtur violatum, aut ex parte magis in hæ-
rente interius, & dicitur violatũ,vt latius per eũ. Et Phil.Frã.
in d.c.vni.de conse.eccl.vel altaris.li.6.col.3.in fi.refert Ioã.
& Domi. Ange.& Mayne quos supra retuli in præced.versi.
dñt, φ in materia fauorabili appelatione domus,venit ostiũ
dictæ domus licet secus in odiosis,alleg.Floria.de S.Petro in
d.l.quidã Iberus de serui.urb.præd.ff. Bal.tamen sup.rub.sol.
mat.ff.dicit,ubi statutũ dicit,φ si quis insultauerit in domo
sufficit insultare in ostio,licet Cyn.ĩ addi.ad l.meminisse.de
offi.procõ.& leg.tenet contrariũ. refert Bald & Cyn.Guliel.
Mane.in d.l.nemo de domo,col.2. cum seq.fol.249.colum.1.
vol.& Pet.de Anch.cons.160.col.2.dicit, φ illa portio, sup
qua ostiũ sustentatur, non dicitur accessoria, sed potissima
pars,sine qua reddetur inutilis,ut plenius per Anch.ubi sup.

Veniendo ad propoſitum, de quo loquimur, an oſtium, ſeu porta eccleſię, uel cimiterii gaudeat immunitate, de qua in regula noſtra. Si dicimus de oſtio, ſeu porta eccleſiæ, nemini dubium, cum eccleſia habeat certos paſsus, ut dictum eſt ſupra, in uer. paſsus, & in uer. porticus. Si uero eſt eccleſia, quæ non habet paſsus, ut ſunt monaſteria, ſeu capellæ, quæ ſunt infra ambitum ciuitatis, uel loci, ſecundum Hoſt. & alios in cap. 1. de priuileg. li. 6. dixi ſup. in ver. paſſus, & plenius in verſic. monaſterium ut ſunt ēt Baſilicę, & oratoria, ut ſup. in uerbo, paſsus, Diceré ꝙ oſtiū, ſeu porta dicti monaſterii, uel baſilicę, gaudet immunitate per rationes ſuperius alle. unde, cōſiſtens in oſtio eccleſię non pōt capi, per l. pręſenti. §. ſane, de his, qui ad eccl. confug. C. quod bene nota. dicit Floria. de S. Petro, in d. l. quidam Iberus, in fi. de ſer. urb. pręd. ff. Idem eſt dicendum in oſtio, ſeu porta cimiterii, per rationes ſupradictas. Vnde dicit Ang. in d. trac. de malef. in uer. ꝙ fama. qō. 4. fol. 73. col. 1. ꝙ oſtium ſcalarum eccleſię, & cimiterium, ſunt priuilegiata, ſicut ipſa eccleſia, ut aliquis inde extrahi nō poſſit. Dicit ēt Ang. in d. trac. in uer. ſcalis, fol. 104. col. 4. & col. ſequen. ꝙ captus in oſtio ipſius eccleſię, dicitur captus in ipſa eccleſia. d. l. pręſenti §. ſane. de his, qui ad eccleſ. confug. C. & ibi Bar. not. 2. qui dicit, ꝙ priuilegium, ꝙ habet eccleſia, cōpetit ēt finibus eccleſię, hoc eſt, locis circunſtantibus, & ſic ſtans in oſtio, non poteſt capi. Et quod oſtium, ſeu porta, gaudeat immunitate, ſ. ꝙ non poſſit ibi capi, eſt lex partitę, in 1. partita. tit. 11. l. 2. ubi text. quicunque ad eccleſiā confugerit uel ad eius portam, vel cimiterium, non eſt inde extrahēdus.

S V M M A R I V M

1 *Scala Eccleſiæ, an gaudeat immunitate.*
2 *Domus appellatione, an ſcala contineantur.*

Scala Eccleſię, uel Cimiterii. IX. Ampliat.

1 **Ang. in tract.** de malef. in uer. ꝙ fama q. 4. fol. 73. col. 1. dicit, ꝙ oſtium † ſcalarum eccleſię, & cimiteriū, ſunt priuilegiata, ut aliquis inde extrahi non poſſit, nec capi. Sicut nec poſset in eccleſia, & idem Ange ubi ſup. in uer. in ſcalis. fol. 193. col. 1. in paruo uol. dicit, ꝙ captus in ſcalis ipſius eccleſię, dr̄ eſſe captus ī eccl. Bal. in l. fiſtulam. de ſer. ur. pręd. ff. in §. ſcala, dicit ꝙ ſcala q̄ eſt foris extra oſtium, nō uidetur contineri appellatione domus, & ſic non uidetur fieri in domo maleficium, ꝙ in ſcala inferiori fit, arg. gl. d. §. ſcalas, & Flor. de S. Petro, in d. l. fiſtulam. in fin. uer. dicit, ꝙ ſcala, quę foris oſtium eſt, non continetur appellatione domus, & ſic maleficium. ꝙ ſit in ſcala inferiori, non uidetur domi factum, ꝙ no ſecundum Bal. Flor. ubi ſup. Cępol. in tract. de ſeru. urbanorū pręd. c. 54. in tit. de ſcalis, fol.
2 26. col. 3. quærit, † an appellatione domus, ueniant ſcalæ, dicit, ꝙ aut ſcalę ſunt extra domum, ſeu extra oſtium domus, & tunc non continentur appellatione domus. Item maleficium, ꝙ ſit in ſcalis exterioribus, extra oſtium domus, non dicitur factum eſſe in domo ſecus ſi eſſent interiores, alle. Bal. & Flor. in d. l. fiſtulas, §. fin. de ſer. urb. pręd. & ſequitur aliud, quo quis poteſt capi pro delicto in ſcalis poſteriorib. nec habet locum ius pleriq;, de in ius vocand. Angel. in d. tracta. de malef. in uerb. fecit inſultum, colum. 4. fol. 97. colum. 2. dicit, quod appellatione domus nō venit ſcala, quæ eſt extra oſtiū domusq. qantumcunque ſit contigua, cum muro domus allegat Bal. in d. l. fiſtulam. §. ſcalas. In prædicto caſu eſt cōcludendum, quod ſi ſcala eſt ipſius eccleſiæ, quæ habet paſſus, ut dictum eſt in verſicu. paſſus, clarum eſt, quod gaudet immunitate ſicut ipſa eccleſia. Et hoc ratione paſſuum. Si uero ſcala eſt in eccleſia, quę non habet paſsus, uel in cimiterio, non gaudebit. Nam ſcala eſt extra eccleſiam, ſiue cimiterium, per ſupradicta. Nam dicta Ang. quę in prin. retuli, intelliguntur de ſcalis, quę ſunt in eccleſia, quę habet priuilegium paſsuum. & ita vult hoc ſentire. Secus alias.

S V M M A R I V M.

1 *An atrium Eccleſiæ congaudeat immunitate.*
2 *Quid ſit atrium.*

Atrium Eccleſię. X. Ampliat.

1 **An atrium † Eccleſiæ**, gaudeat eadem immunitate, qua eccl.
2 gaudet. Quęro primum quid † ſit atrium? Atrium accipitur tripliciter. Primo ꝓ aula, iuxta illud ꝙ in paſſione Chriſti, & Petrus ſtans in atrio calefaciebat ſe ad ignem. Secundo ꝓ cimiterio. Tertio ꝓ loco ſancto, ut in breuiloquo, in uer. atriū. Sed quoad propoſitum noſtrum, atrium eccleſiæ, dicitur cimiterium. Ita dicit gl. in can. nulla. 12. q. 1. in gl. 1. quæ exponit in atrio, ideſt, in cimiterio, quod habebit 40 paſſus, in circuitu eccleſiæ maioris, capellæ, uel minoris eccleſiæ. 30. cano. ſicut antiquitus. 17. q. 4. hęc glo. in d. c. nulla. Io. de Tur. Cre. in d. §. nec in atrio eſt, ante d. c. nullo. 12. q. 1. exponit prout, glo. d. c. nullo. retuli ſup. Domi. in d. c. nulla, et in d. §. nec in atrio, exponit atrium pro cimiterio, & idem dicit, in d. c. nullo. Si ergo, accipitur atrium pro cimiterio, dic ut ſupra, in uer. cimiterium, & quod atrium eccleſiæ gaudeat immunitate qua gaudet eccleſia, eſt tex. in can. ſi quis in atrio, & in cap. ſi quis contumax, & in dic. can. conſtituimus. 17. qō. 4. illi text. faciunt mentionem de atrio, & dicunt, quod fugiens ad atrium eccleſię gaudet immunitate. Ioan. And. in cap. certificari col. 4. de ſepult. verſi. ille autem dicit, quod cimiteria eccleſiarū, quandoque dicuntur atria. can. nulli. 12. q. prima cap. precipiendum. 13. q. ſecunda can. ſi quis cum aliis ſup. alle. & Soc. in c. poſtulaſti. col. 6. uer. & quę dicta ſunt, de foro comp. fol. 99. col. 3. dicit ibi, quod quæ dicta ſunt, de delinquētibus, vel fugientibus ad eccleſiam, ſeruanda ſunt, in delinquentibus, uel fugientibus ad locum, vel ad atria eccleſiæ, vel domus Epiſcoporum, can. conſtituimus. 17 quæſt. quarta alleg. Bar. in § ſed neque in auth. de man. Princi. colla. 4. Barto. tamen ibi non loquitur de atrio, ſed de domo Epiſcopi. & Ludo. Roman. cōſ. 227. in prin. dicit regulam eſſe, quod nemo in atrio hoc eſt in atrio eccleſię poteſt capi, cum illud eccleſię beneficio gaudeat, per cano. id conſtituimus. 17. q. 4. & ſic uult Ludo. Rom. quod atrium dicatur clauſtrū eccleſiæ, & de clauſtro, dico infra in ampliatione 12. Atrium etiam accipitur, pro habitatione cæleſti, quę eſt manſio ęterna in Paradiſo. Pſal. 83. in primo uerſi. ibi cōcupiuit anima mea in atria Domini, & c. & ibidem ver. 10. Quia melior eſt dies una in atriis tuis, & c. Pſal. 92. uerſ. plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri. Et Pſalm. 63. verſi. quarto. Beatus quem elegiſti. & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis. Et Pſalm. 121. verſicu. ſecundo Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Et accipitur atrium pro eccleſia militante. Pſalm. 115. in uerſicu. fin. ibi, in atriis domus Dei, ideſt, in eccleſia militante. Et Pſal. 95. ibi, in ario eius, ideſt eccleſiæ militantis. Et ib, in atrio ſancto eius, i. in eccleſia ſancta catholica, quæ eſt uniuerſale atrium eius. Et Pſal. 28. verſ. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Septa eccleſiæ quando gaudent immunitate.*
2 *Septum eccleſia locus ſacer dicitur.*

Septa Eccleſia. XI. Ampliatio.

1 **Septa eccleſię** † an gaudeāt īmunitate, qua gaudent eccleſię. Septa exponuntur, ideſt loca ſacra circundata, & clauſa, ſecundum Archi. & Io. de Tur. Cre. in cano. metuentes, 17. quæſtione quarta. Nam tex. ibi loquitur de fugiente ad ſepta eccleſię, & etiam text. in cano. frater. 17. quęſtione quarta Glo. in clemen. fi. de Hæreticis, in glo. ſecunda dicit, quod ſepta, ſcribitur dupliciter, cum p. & cum c. & quando cum c. dicitur, a ſeco, as & eſt proprie habitus animarum, & propoſitum in malo, circa falſam diſciplinam inde tales dicuntur ſecti, ideſt ſeparati, & diuerſi ab unitate fidei, & eccleſię. & accipitur pro mala opinione. Et quando cum p. deſignat clauſuram. Hæc glo. in dicta clement. fin. quæ latius loquitur. In caſu noſtro ſcribitur cū p. & ſignificat clauſuram, & dicitur a ſepio is. Ita dicit glo. in clemen. prima in verſic ſepta. de ſtatu. mon. & Card. ibi in §. præfatæ in princip. dicit, quod dicitur a ſepio, is. & eſt clauſura in circuitu monaſterii, quam non licet ſine licentia ingredi, & de iſta litera facit mentionem, clemen. ſecunda. in fi. de cenſ. & glo. in clementi. dudum. §. & propterea, in verſ. locis de ſepul. & tex. in l. prima §. ſepta. de riuis. ff. Breuiloquus, in l. quinta ſeptum, dicitur locus circumcluſus, ut ſtabulum pecudum, uel ambitus, & dicitur a ſepio is, unde intra ſeptum templi. ideſt, intra ambitum uel clauſuram, Vitalinus in dicta clemen. finali. colum. prima de hęreticis, dicit, quod ſepta cum c. notat falſam opinionem, & damnatam, & ſepta cum p. ſignificat clauſuram. can. ſicut ſepta, de pęniten. diſ. 2.
2 Card. in d. cle. fi. In prin. Eſt concludendum, quod † ſeptum. eccleſiæ, dicitur locus, ſacer circundatus ſeu clauſus, ut puta eccleſia circundata, ſeu clauſa, & communiter ſunt iſta monaſteria, circundata, ſeu clauſa & omnia quæ ſunt intra dictam clauſuram, dicuntur ſeptum, vide ſupra in ſecunda ampliatione Et an ſeptum eccleſiæ gaudeat immunitatem, qua gaudet eccleſia, eſt dicendum, quod ſic, eſt text. in cano. frater & in ca. metuentes 17. q. 4. in c. frater, dicit text. ꝙ quidam. Epiſcopus excommunicauit quoſdam, qui uiolēter extraxerunt fugientem ad eccleſiæ ſepta, & in c. metuentes. dicit tex. quod quidam ſeruus propter metum domini, ad eccleſiæ ſepta fugit, qui non debet reſtitui domino, niſi prius pręſtito iuramento de impunitate. Ant. de Bu. in c. fi. in prin. eo. tit. quęrit, qd ſi nō delinquit in eccleſia, ſed intra ſepta eccleſiæ. ĩ. 40. paſſus, vel 30. dicit, idē ꝙ in eccleſia, Io. Bichis. in d. can. diffiniuit. 17. q. 4. nu. 13. fol. 71. col. 3. in fi. & col. ſeq. in prin. dicit, ꝙ ſeptū eccleſiæ idem eſt, ꝙ clauſtrū, ſeu clauſura a ſepio. is, allegat gl. in d. cle. 1. de ſtatu mona. & Archid. in d. c. metuentes, retuli ſup. & dicit, ꝙ fugientes ad ſepta eccleſię conſequuntur immunitatem, per d. c. frater & c. metuentes, & d. Bichis intelligit ſeptum, pro eccleſia. & dicit, quod illi 40. vel triginta paſſus communiter non ſunt circundati.

Aduerte

Aduerte, quod dicta iura loquuntur de ſepto eccleſiæ, ſeu Monaſterij, & volunt, quod aliud ſit ſeptum. aliud eccleſia, ſeu monaſterium, vnde, vt ſupra dixi, omnia, quę ſunt ſub dicta clauſura, dicuntur eſſe intra ſeptum. Septa eccleſiæ, intelliguntur eſſe intra paſſus prædictos, de quibus ſupra, in uerbo, paſſus. Ant. in d. c. fi. Marcus de Mantua. conſi. 91. in fi. nu. 24. tamen ſi ſeptum eccleſiæ ſit ultra 40. paſſus, gauderet etiā immunitate, per ſupradicta.

S V M M A R I V M.

1 *Iura de clauſtris loquentia hic referuntur.*
2 *Quare Clauſtrum dicitur.*
3 *Clauſtrum an gaudeat immunitate.*
4 *Cimiterium a paſſu quantum differat.*
5 *Septum paſſus clauſtrum cimiterium in quibus differant.*

Clauſtrum. XII. Ampliat.

1 **De Clauſtro** loquitur text. in c. 2. de conſuetu. in princ. vbi dicit. † Si uero aliquis poſſeſſiones aliquas clauſtris, vel locis religioſis. cap. fi. de capel. mo. ibi ipſos ad clauſtrum reuocent, & c. uni. de ſtatu mona. li. 6. §. uerum. in fin. ibi. Si ꝙ in fraudem reſidentiæ, ſiue more clauſtralis nihil fiat & in clem. vni. de ſepulturis negli. §. pro miſſa, ibi ad clauſtrum, cum oportuerit, remoueri. & text. in c. fi. 7. q. 1. in fi. ibi, inter clauſtra teneri noluit, & text. in c. ut famæ. de ſent. excommunic. ibi, carcerem fugerent clauſtri & in c. placuit. Secundo ibi, ſit clauſtro ſuo contentus, & in c. iuxta, in verbo, clauſtrum morari præcipimus. 16. q. 1. c. cū ad monaſteriū, de ſta. mona. in §. in oratorio. Arch. c. fi. 7. q. 1.
2 in uer. clauſtra, dicit, quod clauſtra † dicuntur, quaſi clauſa, uel caſtrentia, i. priuantia habitantes in eis, ne paſſim uagari liceat, arg. c. 1. & c. placuit communi. c. iuxta. 16. q. 1. & hoc eſt dictum, a quodam animali, cuius nomē eſt caſtor, quia cum ſentit, uenatores ſequentes, ſeipſum caſtrat. Io. de Tur. Cre. ibi in fi. dicit, clauſtra. i. clauſa loca, & Domi. ibi in d. can. fi. 7. q. 1. dicit, dicuntur clauſtra quaſi clauſa, vel priuantia habitātes in eis, ne poſſint vagari. Archid. in c. unica. col. 2. uerſi. more. de ſta. mon. li. 6. dicit, clauſtrum dicitur, quaſi claudēs, ſiue caſtrās, ideſt, priuans habitantes in eo, ne paſſim vagari liceat Anch. ut. fame deeſſent, excomm. dicit, quod clauſtrum, quādoq; monacho eſt loco carceris Regulariter uero eſt eis quaſi aqua piſcibus. c. placuit. 16. q. 1. & d. gl. 1. in d. c. vt fame carcerem. ideſt, ipſum clauſtrum, quod eſt eis carcer. Bar. Cæpo. in tract. de ſer. uerba præd. in ti. de clauſtro, ſeu conclaui. fol. 23. col. 1. quærit. quid ſit clauſtrū, & dicit. quod eſt quaſi claudens, ſiue clamſtans, ideſt priuans habitantes in eo, ne paſſim uagari liceat, refert Archid. in d. c. fi. & in d. c. 1. retuli ſupra, & eſt locus religioſus, capit. religioſus. Breuiloquus in verbo, clauſtrum, dicit, quod eſt inhabitatio religioſorum uel dicitur domus includens monachos, & moniales, ſub certa regula uiuētes, & dicitur a claudo, dicitur etiam clauſtrum, ideſt, paruum clauſtrum, & etiam clauſtrenſes, i. res clauſtri, vel ꝑtinentes ad clauſtrum, vel dicitur clauſtralis, vel clauſtrenſis monachus, uel monacha ſtans in clauſtro, uel cœnobio. Item clauſtrum idem eſt, quod clauſura, vel ſera, hæc Breuiloquus, ubi ſupra, in ver. clauſtrum. Albe. in ſuo Dict. in uerſ. clauſtrum, dicit clauſtrum quaſi claudens, ſiue caſtrans, ſiue priuans habitantes in eis, ne euagentur alle. Archid. ubi ſup. & eſt locus religioſus. c. 2. de conſtit. retuli ſup. Vnde eſt concludendum, quod clauſtrum eſt locus clauſus priuans habitā-
3 tes in eo, ne paſſim vagari liceat. An gaudeat † immunitate, qua gaudet eccleſia? dicendum eſt, quod ſic. Nam clauſtrū & ſeptum, idem ſunt. Nam ſeptum, eſt locus ſacer clauſus, dixi ſupra in uer. ſeptum, & ſeptum eccleſiæ gaudet immunitate, ut ibi dixi. Ergo idem de clauſtro. Io. Bichis, in d. tract. de immun. num. 13. fol. 72. colum. 3. in fi. dicit, quod ſeptum eccleſiæ, idem eſt, quod clauſtrum, ſeu clauſura eſt tamen differentia inter clauſtrum, & ſeptum. Nam clauſtrum eſt religioſorum locus, ſeptum poteſt eſſe religioſorum, & ſecularium eccleſiarum, & quod clauſtrum gaudeat immunitate. Ludo. Rom. conſ. 227. loquitur de clauſtro, ex ſupra dictis cōſtat, quod habemus cimiterium, dormitorium, paſſus, porticum artium, ſeptum, clauſtrum, De quibus ſupra. An † diffe-
4 rant dicta uerba, dixi ſupra eſt tamen aduertendum, quod cimiterium, differt a paſſu, quia cimiterium poſſet eſſe a longè extra eccleſiā, vt dixi ſupra, in verbo, ciniterium, & propè. Et quādo propè, computantur ibi dicti paſſus. Et ſi cimiterium contineret. pluſquam 40. paſſus, ganderet immunitate, quod ſecus eſſet, ſi non eſſet cimiterium, ſed eſſent paſſus, ſine ci-
5 miterio. Differunt etiam cimiterium, † & paſſus, a ſepto, & clauſtro. Nam cimiterium poteſt eſſe clauſum, & non clauſum. Idem de paſſu, prout eſt communiter. Nam nō eſt clauſura communiter in cimiterio, & paſſibus, prout eſt in ſepto et clauſtro, & ſeptum, ſeu clauſtrum non habet paſſus determinatos. Nam totum, quod eſt intra ſeptum, ſeu clauſtrum, licet ultra 40. paſſus, gaudet immunitate, & idem crederem de cimiterio. Nā ſi cimiterium excedit dictos 40. paſſus. gaudet totum cimmiterium immunitate, per ſupradicta in dictis verbis. Sunt alia clauſtra vulgariter ſic nominata, vt ſunt iſta clauſtra, quæ ſunt annexa ipſis eccleſiis, & vulgariter vocantur clauſtra, & in aliquibus, ſunt ſepulturæ aliquæ ad ſepeliendum, & ſunt iſta clauſtra clauſa, & cooperta deſuper, & cōiuncta parieti eccleſiæ. In quo pariete eſt vna porta ſeu ianua. ad in trandum eccleſiam, & dicta clauſtra communiter habēt aliam portam, extra eccleſiam, & iſta clauſtra gaudent immunitate, maxime ſi ſunt ibi ſepulturæ, ratione cimiterii. Nam cimiterium eſt, poſtquam ſunt ſepulturæ, ſupra in verbo, cimiterio, & ſi non ſunt ſepulturæ, ſiue ſit ſeptum, uel clauſtrum, rōne paſſuum gaudet inimunitate ꝑ ſupradicta.

S V M M A R I V M.

1 *Ambitus quot modis accipitur.*
2 *Ambitus Eccleſiæ quando gaudeat immunitate.*

Ambitus. XIII. Ampliat.

1 **Text. in** † l. vtimur, de ſepul. vio. ff. in fin. dicit ut ad ſepulcra, quæ in fundis ſunt, iter eis, aditus, ambitus funeris faciendi cauſa ſit. Exponit gl. in uer. ambitus. i. circuitus, uel ambitus ad redeundum, & aditus ad ueniendū aliter ſumitur, etiam ambitus, ut in rub. ad l. Iuliam, de ambitu. ff. Breuiloquus in uer. ambitus. dicit, ꝙ quando eſt participium, idem eſt, ꝙ circundatus, quando eſt nomen, idem eſt, ꝙ circuitus, uel dicitur tranſumptiue affectus hominis, ſ. cupiditas, ab ambio, is. Quia qui vult honores, ambit, & circuit magnates, ſicut muri ciuitatem, orando, tam per ſe, quam ꝑ amicos, ut ualeat honores obtinere. Breuiloquus, ubi ſup. Ambitus, idem eſt, ꝙ circuitus. l. vnica, ſi quacunque præditus poteſtate. C, fol. 265. col. 1. in paruo volu. l. per prouinciā. ibi ambitu murali de ædi. priuat. C. c. fi. de elect. lib. 6. Si acci-
2 pimus † ambitum pro muro, ſeu circuitu eccleſię, Si eſt infra 40. paſſus. nemini dubium. quin gaudeat. Si uero murus, ſeu circuitus diſtat ab eccleſia, pluſquam 40. paſſus, non gauderet. Si uero eſt circuitus cimiterii, etiam gauderet, ſicut porta cimiterii. Dixi ſupra in octaua, & nona ampliatione.

S V M M A R I V M.

1 *Confugiens ad Eccleſiam interdictam an gaudeat immunitate.*
2 *Inijciens manus violentas in clericum depoſitum, eſt excommunicatus.*

Eccleſia interdicta. XIIII. Ampliat.

1 **An confugiens** † ad eccleſiam interdictam gaudeat immunitate, Hoſt. in ſum. iſto. ti, § in quantum, ver. ſed nunquid hoc priuilegium. arg. pro, & contra, & cōcludit, ꝙ gaudet, ut latius per eum. Idem tenet Hoſti. in ſumma eo. tit. lib. 6. ti. 30. fo. 85. cum ſeq. Idem tenet Henric Bohic. Ant. Card. Panor. in d. capitu. pen. eo tit. Henric. Bohic. col. 4 uerſ. item nota. Card. q. 3. & Arch. in ca. vxor. & in c. frater. 17. q. 4. Io. de Tur. Cre. in can. ſi quis in atrio 17. q. 4. Card. Anch. Imo. in clem. 1. de pœnit. & remiſſ. & ibi Bonifa, de Vita nu. 78.. Archi. in c. frater. 17. q. 4. & in addit. ad Panor. in d. c. pe. eo tit. Io. Faber. in l. 1. de his, qui ad eccl. confu. Hippolytus de Marſiliis in rep. l. vni. fo. 15. col. 4. uer. ſed in hac materia. Io. Bichis, in d. tract. de immu. eccl. num. 42. fo. 75. col. 4. in paruo uol. quærit an eccleſia interdicta gaudeat hoc priuilegio. Refert Card. & Panor. & alios, & concludit, ꝙ ſic. Idem tenet Guliel. de monte Laudino, in clem. 1. de pœnitem. & remiſi. & Hyppol. ubi ſup. arguit pro, & contra. fol. 16. col. 1. Refert Hoſt. tenere, ꝙ gaudet hac ratione, quia depoſi-
2 tus caracterem retinet, & qui in ipſum manus † violentas iniecerit, eſt. excommunicatus. ca. dictum. 81. diſt. Sed tu dicas, ꝙ contrarium dicit ibi glo. & gl. in c. accedēs. 50. diſt. alle. poſtea ipſe Hoſt. meliorem rationem, ꝙ reuerentia, quæ debēt eccleſiæ, debetur Deo, & non eccleſiæ. Qui Deus non delinquit ipſe, nec eccleſia ſua. Ideo cum ſine culpa ſua interdicatur, eccleſia nō eſt propter hoc violata, nec debet ei fieri duplex iniuria. Sufficit enim iniuria, quā de interdicto. ſuſtinet, ut plenius per Hippol. ubi ſup. & Ioan. de Bichis, & alios. ubi ſup. & Card. in clem. 1. q. 1. de pœnitent. & remiſſ. & ibi Anch. & Imo. Guliel. May. in l. nemo de domo. de regul. iur. ff. fol. 250. numer. 22. quærit de iſta quæſtione, & refert Goffre. Vincen. & Guliel. de monte Laud. tenentes, ꝙ ſic, quos ſequitur Io. Faber. in d. l. 1. de his, q ad eccleſ. cōfug. C. & Anch. & Imo. in d. cle. 1. de pœnit, & remiſſ. quoniam Deus, in cuius honorem fuit data immunitas, non deliquit. Ideo propter delictū miniſtrorum non debet perdi tale priuilegium. Panor. adducit ſimile in d. c. penul. de clerico interdicto ſuſpenſo, uel excommunicato, qui hoc nō obſtante, retinet priuilegium circa manuum iniectionem. Mayne. ubi ſup.

S V M M A R I V M.

1 *An palatium, ſeu domus Epiſcopi gaudeat immunitate.*
2 *Quod uerum, quando domus Epiſcopi diſtat ſolum ab eccleſia quadraginta paſſus deputatos Eccleſiæ ſuo circuitu.*
3 *Familia Epiſcopi num gaudeat immunitate?*

Pala-

Palatium, seu domus Episcopi. XV. Ampliatio.

1 Palatium †seu domus Episcopi, an gaudeat immunitate, Inn. Host. & Ant. col. 2. in prin. & Card. in d. c. inter alia. Henricus Bohic. & Panor. in c. pen. eo. tit. in fi. in 4. q, & Anch. in cap. fi. eo. tit. quærunt de ista quæstione, & arguunt pro, & contra, maxime, Panor. in d. capit. penult. & concludunt, quod gaudet immunitate, per tex. in c. id constituimus. 17. q. 4. vbi tex. id cõstituimus, quod ab ecclesia atrijs, uel domo episcopi, omnino non liceat abstrahere aliquem, & glo. ibi in versic. vel domo. Quæ domus erat infra 40. passus, Idem tamen priuilegium habet, si citra istos est passus. gl. ibi, & Card. in clemenr. 1. q. 2. quærit de ista quæstione. Et dicit, quod gaudet, & Imol. ibi, col. 1. in fi. dicit, quod palatium Episcopi, etiam si sit extra septa eccleeæ, gaudet immunitate. Ioan. Faber. in l. 1. C. de his, qui ad eccle. confug. dicit, quod domus episcopalis gaudet immunitate, etiam vltra dictos passus. Angelicus in summa, in ver. immunitas, ver. 25. dicit, quod palatium episcopi gaudet hac immunitate. Siluestrina in ver. immunitas. 3. uers. 1. dicit, quod palatium episcopi, etiam si non erit coniunctum ecclesiæ gaudet, per d. cap. id constituimus. Qui absolute, loquitur de domo episcopi, etiã si sit extra spacium priuilegiatum, allegat Panor. in d. c. pen. Barth. Soci. in l. plerique, de in ius uocan. col. 11. q. 21. dicit, ꝙ domus episcopi gaudet immunitate, Florent. in 3. parte summæ, tit. 12. c. 3. §. 1. dicit, quod confugiens ad palatium episcopi, eodem modo debet esse tutus, etiam si palatium non sit coniunctum ecclesiæ. d. c. id constituimus. Guliel. de monte Laud. in clemen. 1. de pœnitent. & remiss. col. 1. dicit. quod secundum aliquos palatium episcopi gaudet, dato, quod sit extra septa ecclesiæ. d. c. id constituimus. Dicit tamen, quod in hoc multum debet attendi consuetudo, quæ tamquam fauorabilis debet extendi, secundum Inno. in d cap. inter alia, qui hoc dicit, Idem tenet Imol. in clement. 1. columna 2. in principio. Hostiensis in summa eod. tit. in 6. libro, titulo 30. fol. 61. columna 3. quærit quid de confugientibus ad palatiũ episcopi, nunquid defenduntur? dicit, quod sic, per dictũ capit. id constituimus, & hoc intelligunt quidam simpliciter, alij quando palatium est iuxta ecclesiam. Ioan. de Tur. Cre. in d. capi. id constituimus quærit, utrum hoc sit verum, quod fugiens ad domum seu palatium episcopi defendatẽ, sicut fugiens ad ecclesiam, & dicit, quod sic, per d. capitulũ id constituimus, quidam tamen inteliigunt, quando palatium est cõtiguum ecclesiæ, tamen d. c. id constituimus, non distinguit. Sed absolute loquitur. Hugo ponit duas quæstiones. Prima est, quod si domus habet capellam, ubique gaudet hoc priuilegio, etiam extra cimiterium. Et hoc priuilegium non intuitu domus episcopalis, sed intuitu capelllæ cui tota domus episcopi pro cimiterio deputatur. Et ideo plus dicit de domo episcopi, quam canonici, quia domus episcopi, semper solet habere capellam, secundum Hugonem. Si vero contingat, quod capella non sit in domo episcopi, & ipsa domus sit extra cimiterium, non puto, quod gaudeat hoc priuilegio, secundum Hugonem, hæc Io. de Tur. Cre. ubi supra Petrus Belluga in speculo principis. fo. 50. col. 1. quærit, nunquid confugiens ad domum episcopi, gaudeat immunitate? & uidetur per d. c. id constituimus. Oldrad. cons. 55. uidetur tenere, quod tunc gaudet, cum est infra passus immunitatis, uel secundum Hugonem potest dici, quod tunc gaudet de iure, cum est in domo episcopali capella, facit cap. pen. eo. tit. ubi vero non est capella, de se gaudens potest dici, quod si est infra limites, vel porticus ecclesię, gaudet immunitate. c. siquis contumax. 17. q. 4. Inn. & Ant. in d. c. inter alia, hęc Petrus vbi supra Oldrad. cons. 55. in finalib. uerb. dicit, ꝙ palatium episcopi gaudet immunitate, scilicet cum est intra dictos passus, licet in hoc aliqui contra. Albe. de Ros. in d. l. 2. C. de his, qui ad eccle. confug. dicit, ꝙ si palatium epi est infra dictos passus, gaudet immunitate. Io. Bichis, in d. tract. de immu. eccle. uers. circa pdicta. fol. 26. col. 1. nu. 51. Refert multas opin. Prima est, ꝙ gaudet. Secunda est, ꝙ tunc gaudet, qñ est infra passus, qui deputãtur ipsi ecclesiæ, pro suo atrio, & circuitu, Nam domus epi, non dẽt distare ab ecclesia. c. ipsos. 41. d1. Tertia opinio fuit Hugonis, ꝙ tunc gaudeat, qñ in domo epi est capella, & dicit dictus Io. Bichis. ubi sup. ꝙ prima opinio placet Panor. in d. c. pen. eo. tit. cum text. in c. id constituimus, loquitur indistincte Maria. Soci. in tracta. de cita. arti. 7. q. 5. fol. 22. col. 3. & fol. seq. col. 1. dicit, ꝙ palatium epi, secundum aliquos gaudet immuuitate. c. postulasti. de fo. comp. col. 6. fol. 99. col. 3. in fi. ver. & quę dicta sunt nu. 2. Bar. in §. sed neq; in authen. de mand. prin. colla. 3. quęrit an fugiens ad domum epi habeat eandem immunitatem, quam habet fugiens ad ecclesiam, dicit, ꝙ sic, per gl. in d. c. id constituimus. Guliel. Mayne. in l. nemo. de reg. iur. ff. fol. 25. col. 1. in fi. nu. 33. dicit, ꝙ domus, seu palatium episcopale, gaudet immunitate, secundũ Host. in d. c. inter alia per c. id constituimus 17. q. 4. illũ tamen

2 †tex. quidam intellexerunt, quando domus Epi distat solum ab ecclesia 40. passus deputatos ecclesię, pro suo circuitu. De quibus in in d. c. sicut antiquitus, Domus. n, Episcopi non debet longe distare ab ecclesia. can. Eps. 41. dist. & in hac opinione uidetur residere Inn. in d. c. inter alia, quam ponit pro vltima, sed gl. in d. c. id cõstituimus. Panor. Anchar. Imo. & alii, quos sup. retuli, tenent cum d. gl. Nam ut dicit Panorm. in d. c. pen. col. fi. Nam uides in simili, ꝙ familia Epi, quamuis sit secularis, gaudet priuilegio fori. c. fi. cum ibi notatis, de offi. Arrchi. & cum materia ista sit fauorabilis, non debet restringi ille tex. c. id constituimus, sed ampliari. hęc Mayner. ubi sup. & de palatio Episcopi, loquitur tex. in c. qua fronte, de appell. Ex supra dictis constat communem opin esse, ꝙ palatiũ seu domus Epi gaudet immunitate ecclesiæ, vbicunque dicta domus fuerit. Nam si dicta domus. est intra passus, nemini dubium ꝙ gaudeat, si extra, si habet cappellam, etiam gaudet, & uult innuere, Io. de Tur. Cre. vbi sup. ꝙ ratione capellę, tota domus gaudebit, & si non habet capellam, communis opin est, quod etiam gaudeat. Et quid sit palatium, vide infra in Ampliatione. 25.

SVMMARIVM.

1 *Domus Ecclesiæ num gaudeant immunitate?*
2 *Ratione cappells, quæ est in domo, tota domus gaudet immunitate.*

Domus quæ sunt Ecclesiæ. XVI. Ampliat.

1 An dictæ †domus, q sunt ecclesiæ, gaudeant immunitate, Hosti. in d. c. inter alia. eo. tit. in prin. dicit, ꝙ domus, quæ sunt infra fines ecclesię designatos, vel ꝑpe, gaudent hoc priuilegio indistincte, per ca. quisquis. 17. q. 4. ubi tex. sacrilegium committitur, siquis fregerit ecclesiam uel j. 30. ecclesiasticos passus, q in circuitu ecclesiæ sunt, uel domos, q̃ infra prædictos passus fuerint, & dicit glo. in versi. domus, scilicet clericorum. Nam alię domus, non debent esse infra ambitum ecclesię. cano. nulla. 12. q. 1. ibi tex. nulla ędificia in atrio ecclesiæ ponantur, nisi tantum clericorum. Oldrad. con. 55. dicit, ꝙ nulla domus, præter clericorum, debet infra dictos passus ædificari. Idẽ tenet Petrus de Belluga, quẽ retuli supra, in uersi. passus. in fi. intelligitur, ꝙ domus priuata ipsius clerici, nõ debet ędificari infra dictos passus, domus tamen ecclesiæ, quæ est pro ipsis canonicis, & clericis, potest ædificari, & de illa loquitur, cano. nulla. 12. q. 1. Henricus Bohic. in d. c. pen. col. fi. eo. tit. dicit, ꝙ domus, quæ sunt infra designatos passus ecclesiæ, gaudent priuilegio immunitatis, per prędictum ca. quisquis. Archi. in d. c. id constituimus, quasi in fi. 17. q. 4. loquendo de domo Episcopi, & de domo canonici, dicit, ꝙ domus canonici, si est extra ecclesiam, non gaudet hoc priuilegio immunitatis, si non habet cappellam. Domus tamen quæ est infra dictos passus, & fines, eo priuilegio gaudet indistincte, per d. c. quisquis. Io. de Turre Cre. in d. c. id cõstituimus, dicit, ꝙ si capella est in domo canonici. gaudet, & si non est capella, & domus est extra dictos passus, non gaudet hoc priuilegio. Iac. de Bellouiso in sua præct. in titu. de fuga reorum, eo. tit. fol. 48. col. 1. in fi. quærit, nunquid homicida fugiens ad domum, quæ est iuxta cimiterium, si sit captus per secularem, & Episcopus petat eum, sit ei reddendus, videtur, ꝙ sic, quia in loco religionis est captus, contrarium est verum, quia in domo priuata est captus, quia talis locus non est destinatus sepulturæ, hæc Iac. ubi sup. Alberic. in l. 2. de his, qui ad eccles. confug. C. dicit, quod infra dictos passus, nulla domus, præter clericorum debet ædificari. d. ca. nulla. 12. q. 1. retuli supra, ille etiam gaudet immunitate dict. c. quisquis. Oldradus & Petrus, quos retuli supra, dicunt, quod nulla domus etiam clericorum, debet infra dictos passus ædificari, per dict. ca. nullam. ca. nulla, aliter dicit, retuli supra. Nã dicti Doctores nolunt dicere etiam clericorum, sed præter clericorum, cum allegant dict. can. nulla. & ita refert Alberic. in dict. l. 2. vt retuli. littera Doctorum, Oldrad. & Petri est vitiata. Nam loco, etiam, debet esse, nisi, prout in tex. in dict. ca. nulla. Ioan. Bichis, in dicto tractatu eodem titul. fol. 76. colum 1. nu. quinquagesimoprimo. quærit de domo canonici, vel alterius ecclesiastici rectoris. dicit, ꝙ gaudet, si habet capellam, vel si est intra passus. Est concludendum, ꝙ si talis domus est ipsius ecclesiæ, pro seruitio, seu habitatione ipsorum canonicorum, uel clericorum, Si est infra fines ecclesiæ destinatos, uel est extra fines, habet tamen capellam, prout supra dixi in uer. oratorium, tunc talis domus gaudebit immunitate, per supradicta, secus alias. Nam si canonicus, uel clericus, siue aliquis ecclesiasticus, habeat domum propriam ipsius canonici vel clerici infra dictos passus, nõ gauderet, uel si talis domus esset ipsius ecclesiæ, extra tamen dictos passus, & sine cappella, non gaudet. Et an ratione capellæ, quæ est in domo canonici, tota domus gaudeat, sup. in uers. palatium Episcopi in fin. retuli Ioan. de Turre Crema. qui vult innuere, quod sic, quod secus crederem in capellis domorum priuatorum. Nã licet capella gaudeat immunitate, domus extra

tra capellam nõ gaudebit, ratio differentiæ posset esse, quia domus episcoporum, & canonicorum, seu clericorum, sunt ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia, an immunitate gaudeant.*
2 *Oratoria priuata, quæ in domibus priuatorum fiunt, non gaudent immunitate.*
3 *Episcopi, quando ius visitandi ecclesiam habent.*
4 *Signa cognoscendi an hospitale sit religiosum.*

Hospitalia. XVII. Ampliat.

1 Quid de †hospitalib. an gaudeant hac immunitate. Arch. in c. diffiniuit. in prin. 17. q. 4. dicit, super uersicu. de loco sancto. Nec de hospitali, vel de aliqua domo religiosa debet quis extrahi. Allegat. text. in authent. de eccle. tit. in princip. & in §. ad hoc, colum. 9. Bal. in l. si quis ad declinandam, de episcop. & cleric. C. colum. 3. 13. ver. sed iuxta hoc quæro, dicit, ꝙ hospitale constructum auctoritate episcopi, sanctum sanctorum factum est domino. Et tunc illud hospitale habet priuilegia, tanquam sacra domus. Vnde aufugiens ad tale hospitale ita est tutus a iudice seculari, sicut si aufugeret ad ecclesiam. alleg. Archi. in d. cap. diffiniuit. ꝙ est menti tenendum, secundum Bal. Ibi vult innuere. Bal. ꝙ si hospitale non est constructum auctoritate ordinaria, uõ dẽt gaudere immunitate. Panor. in d. c. pen. eo. ti. col. 2. ver. 2. quæro quid de hospitalib. an gaudeant hac immunitate, refert Goffr. ibi dicentem ꝙ †priuata oratorja, quæ in domibus priuatorum sunt, non habent hoc priuilegium, secus si oratorium sit constructum auctoritate Episcopi. Vult Panormi. ꝙ idem debet seruari in hospitalib. Idem Panormit. in c. 2. col. pen. de in integ. resti. & in c. accidentibus. not. 20. de priuil. ꝙ omnia priuilegia tributa ecclesijs, extendũtur ad hospitalia. Panor. in c. 2. de consuet. not. 2. notat arg. ex illo tex. ꝙ hospitalia, & similia loca religiosa gaudent priuilegio ecclesiarũ, clarius probatur in l. oĩa priuilegia, de epis. & cle. C. ubi tex. & Bart. hinc dicit, Io. And. c. 2. de in integ. resti. li. 6. ꝙ hospitalia possunt petere restitutionem in integrum ratione læsionis, sicut ecclesia Anch. in c. auditis, de resti. in integ. in nota. 11. dicit ꝙ hospitalia fundata auctoritate episcopi, habent beneficium restitutionis in integrum, sicut ecclesia, & ibi quærit, quid de hospitalibus, quæ habent nobiles Senenses, in quibus episcopi non habent institutionem, vel destitutionem, dicit, quod talia hospitalia, non habẽt priuilegia piæ domus, postquam non sunt fundata auctoritate episcopi, & præsidẽres talibus hospitalibus nõ gaudent priuilegio clericorum. Spec. in tit. de statu mona. uersi. 36. & sic talia hospitalia non habent beneficium restitutionis in integrum. Quid de rebus Fraternitatum? Nam licet fraternitates sint licitę. & capaces can. si quis clericorum. 11. q. 1. & licet sit pium collegium, nõ habet priuilegium. Bald. in authen. hoc ius porrectum, de sacros. eccl. C. Anch. ubi sup. Panormit. in c. pen. colum. 2. vers. 2. quæritur quid de hospitalibus, an gaudeant hac immunitate. eo. ti. refert. Goff. Ibi dicentem, quod priuata oratoria, quæ in domibus priuatorum sunt, non habent hoc priuilegium, secus si oratorium sit constructum auctoritate epi, uult Pan. ꝙ idem debet seruari, in hospitalibus. Idem tenet Panor. in c. 1. col. pen. de resti. in inte. & in c. accidentibus. no. 2. de priuileg. quod omnia priuilegia tributa ecclesijs extenduntur ad hospitalia. Si lu est. in vers. immunitas. 1. colum. 1. & 2. dicit, ꝙ omnia priuilegia concessa ecclesijs, extenduntur ad hospitalia, auctoritate epi fundata. l. omnia priuilegia. de epis. & cle. C. & col. 2. dicit, ꝙ hospitale, & priuata oratoria gaudent im nitate, si sunt fundata auctoritate epi, alias non, idem dicit in verbo, immunitas, 3. in 1. q. Pau. de Cast. cons. 350. in antiquis, dicit, ꝙ hospitalia constituta auctoritate diœcesani, dicũtur religiosæ domus, secus si non sunt fundata cum auctoritate episcopi ubi latius per eum, & idem Paulus cons. 4. in nouis. Bartho. Soci. in l. plerique, de in ius uocan. ff. col. 11. q. 19. dicit, conclude, ꝙ sicut in ecctesia quis capi non potest, ita nec in hospitali, hoc uoluit sentire Arch. in d. c. diffiniuit. Quod dictum refert, & sequitur Bal. in d. l. si quis ad declinandam, dicens esse notabile, & est menti tenẽdum. Soc. ibi supradicta. Feli. in c. de quarta, col. 3. vers. 8. fugiens ad hospitale est tutus allegat Archid. & Bald. ubi supra, Card. in d. clement. quia cõtingit. de relig. domi. oppo. 4. & q. 14. dicit. loquendo de hospitalibus ꝙ cum non sit vere religiosus locus, non gaudet immunitate ecclesiastica. Io. Bichis in tract. de immun. ecc. fol. 75. col. 4. dicit, ꝙ hospitale etiam gaudet priuilegio immunitatis, alle. Arch. vbi sup. Barb. in c. 1. de proba. col. 23. in princ. alleg. dictum Arch. in c. diffiniuit. 17. q. 3. ꝙ sicut eeclesiæ gaudẽnt immunitate ut adeuntes ad ipsas ecclesias inde nõ possint extrahi, eodem modo, & hospitatia gaudent eodem priuilegio, ꝙ est singulariter notandum, ad ampliationem tit. de his, qui ad eccle. confu. C. allegat Bald. in d. l. si quis, & allegat multa, in quibus æquiparatur hospitale cum ecclesia, & dicit, ꝙ prædicta procedunt, quando hospitale est publicũ & fundatum auctoritate Episcopi, & principaliter celebrantur ibi diuina officia, secus si esset hospitale priuatum, sicut faciunt nobiles in domibus suis, quia talia hospitalia non sunt publica, nec gaudẽt priuilegio ecclesiarum, de quo per glos. & Archi. in c. quidam. 13. q. 2. Barba. vbi supra. Ias. in d. l. plerique. de in ius vocand. ff. col. 3. dicit, quod dictum est, in ecclesia, quem capi non posse, procedit etiam in hospitali, allegat Bal. in d. l. si quis ad declinãdã, de episc. & cle. C. & Archi. in ca, diffiniuit, 17. q. 4. Ias, col. 3. ubi supra. Iacob. de Sancto Georgio, in l. perique, quærit, an qs possit inuitus extrahi ab hospitali. Refert Bal. in l. si quis ad declinandã, idem quod in ecclesia, vt non possit inde inuitus extrahi, dummodo sit fundatum auctoritate Episcopi. Angel. de malef. in uer. ꝙ fama publica. q. 4. fol. 73. col. 1. ꝙ idem, ꝙ dicitur de ecclesia, est dicendum de hospitali constituto auctoritate Episcopi, allegat Archid. in d. c. diffiniuit, & Bald. in d. l. si quis, retuli supra. & in additio. ad Angel. de malefic. in versic. quod fama. q. 4. fol. 72. colum. 3. in littera a. Philip. Corn. cons. 216. in primo volum. dicit, ꝙ hospitalia quandoque construuntur auctoritate Episcopi, & tunc censentur loca religiosa, per c. ad hæc, de relig. domi. & gaudent priuilegiis ecclesiarum, quandoque cõstruuntur sine auctoritate Episcopi, prout construi possunt, per quemlibet, c. inter dilectos, de donat. glo. in clem. quia contingit, de relig. domi. talia hospitalia non sunt religiosa, nec comparantur ecclesiis. nec habent priuilegia ecclesiarum, ꝑ d. c. ad hæc, a contrario sensu, & ibi Panormit. allegat Bald. consil. 655. incipiens, viso instrumento, & Angel. cons. 117. incipiens, in canonica portione. Et Bal. in auth. quas actiones. & authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. & Philipp. Corne. refert. & sequitur Hieronymus Gratus in responsoriis, libr. 2. respons, 142. numer. decimo, cum sequenti, foi. 150. colum. 2. Barbarius in c. fi. de testam. col. 5. & 6. loquitur multa de hospitali, scilicet, an appellatione ecclesiarum, ueniat hospitale, & col. 5. in prin. refert Doctores, & aliqua iura qđ appellatione ecclesiarũ, ueniat hospitale, & refert alios, tenentes. quod non veniat, ut plene per ipsum, ibi, Sed quo ad casum nostrum, scilicet, an fugiens ad hospitale sit tutus, sicut si fugeret ad ecclesiã, refert Baldus, & Archidiaco. ubi supra, & colum. 6. distinguit, referendo Gulielm. de monte Laudino in clementi. quia cõtingit, de religios. domi. in uersicul. non omittunt, quod aut hospitale principaliter non est ædificatum ad missam celebrandam, sed ad alia sacramenta celebranda, seu administrãda, nec est ibi constitutus Vicarius perpetuus, seu dos pro eo assignata, licet sit ibi altare, & celebretur de licentia Episcopi pauperibus, & aliis ibi existentibus. Isto tamen casu nõ celebrabitur in tali altari, in magnis festiuitatibus. canon. si quis extra parrochias, de consecratio distinctione prima, secundum Gulielmum ubi supra, q sub dit, quod cum talis locus non sit uere religiosus, non gaudebit, immunitate ecclesiastica, alle. Hosti. in c. fi. de censi. dicit

3 etiam Guliel. ibi, ꝙ isto †casu Episcopus non habet ius visitãdi tale hospitale, nec in eo exercebit alia iura Episcopalia. & isto casu non est bene locutus Bal. secundum Barba. ubi sup. aut hospitale principaliter est ædificatum ad missas celebrãdas, & tunc gaudebit immunitate ecclesiastica, & poterit celebrari in magnis festiuitatibus, & Episcopus visitabit tale hospitale, & exercebit omnia alia iura Episcopalia. Ita procedit dictum Bald. & sequitur Card. in d. c. fi. de censi. ibi in 4. q. in fi. dicit, ꝙ si est locus ecclesiasticus, ut quia intersit auctoritas Episcopi. & fuit institutus ad celebrandum, gaudebit immunitate, alias secus, refert eum Barba. ubi supra, & Card. in d. cle. quia contingit, q. 12. & melius q. 14. ubi dicit, ꝙ si hospitale, non est principaliter ædificatum ad missam celebrandã, sed ad alia sacramenta administranda, nec est ibi constitutus Vicarius perpetuus, seu dos pro eo assignata, licet sit ibi altare, & celebretur de licentia Episcopi, pauperibus, & aliis non tamen in magnis festiuitatibus, ꝙ vltimum nota. Et ex hoc habes, ꝙ etiam si auctoritate Episcopi sit institutum altare in hospitali, non tamen ibi celebrabitur in magnis festiuitatibus, & Episcopus nihil sibi potest vendicare, & cum talis locus non sit vere religiosus, non gaudebit immunitate Ecclesiastica, secundum Hosti. in d. c. fi. & degentes ibi recipient sacramenta, ab his, in quorum patrochiis sunt loca, secundum Card. ibi. Idẽ Guliel de monte Laud. ibi, & eum refert Card. & Bonif. de Vital. ibi, nota. 31. col. 6. Bonif. de Vital. in d. clem. quia contingit, nota. 30. nu. 81. cum seq. dicit, ꝙ quando hospitale est fundatum auctoritate Episcopi, tunc est locus religiosus. Si uero non sit fundatum auctoritate Episcopi, nõ est locus religiosus, potest tamen habere oratorium, & altare, ubi celebrẽtur diuina officia, auctoritate Episcopi. De hospitalitate, & de hospitalibus, vide scribentes ubi sup. maxime in clem. quia contingit, & per Lupum, Abbatem in tract. de hospitali. in 4. uolum. fol. 126. & per scribentes superius allegatos

gatos. Imo. in d. cle. quia contingit, colum. penultima in fi. & colum. fin. in principio dicit, post glos. in uersiculo altare, an hospitalia possint erigi, seu fieri, sine auctoritate episcopi. dicit gl. quod nõ si fiant cum ecclesia, cimiterio, altari uel alio iure parrochiali. Secus si non fierent cum tali iure, & tunc episcopus nullam habet iurisdictionem, etiam si sit ibi altare, in quo missa celebretur de licentia episcopi, & talis locus non gaudet immunitate ecclesiastica, cum non sit uere religiosus, ut latius per Imol. ubi supradicta. Et signa † ad cognoscendum an hospitale sit religiosum, siue spiritualizatum, sunt, primo, quando ibi est campanille cum campana, quæ pulsatur publice ad homines congregandos, pro diuino officio, ut not. Panor. in capit. patentibus, per illum text. de priuileg. vel etiam si ibi celebrentur missæ, tunc dicitur religiosum, facit c. unicuique, de conse. dist. 1. uel si ibi est altare, fixum, & consecratum, ut not. Feli. in c. de quarta, columna 4. & de præscript. & tunc hospitale erit beneficium spirituale, secundum Felin. in d. c. de quarta. Et uide omnia per Io. de Silua. in tract. de benef. in 1. parte quæstio. 7. col. 3. fol. 60. collatio 4. Nam licet omnia priuilegia concessa ecclesijs trahantur ad hospitalia, per text. in l. omnia. C. de epis. & cler. in authen. de de eccles. tit. §. fin. coll. 9. Specul. in tit. de statu mona. uer. 37. hoc debet intelligi, ut procedat in hospitali publico fundato auctoritate episcopi, ue alterius. Secus autem in hospitali priuato constructo auctoritate priuati. Alex. cons. 9. in princ. in 2. uol. & licet hospitale priuatum, posset dici locus pius, non tamen dicitur locus sacer, uel religiosus, ut per Anton. Imo. in capit. inter dilectos, de donat. & tale hospitale fundatum sine auctoritate epi. non hẽt priuilegia piæ domus, sm Bal. in auth. hoc ius porrectum, in 2. col. C. de sacrosan. eccle. Et an præsumatur auctoritas epi. sic, si per spacium tanti tpis fuit appellatum hospitale, ut uult Bald. in l. si quis ad declinan. in 2. q. C. de epis. & cler. uide plenius omnia ista, per Franc. Cur. in cons. 20. & dico sup. in 2. ampl. Et Bar. de ben. in tractat. de charitatiuo subsidio. q. 38. fol. 27. nu. 16. ibi quærit, an hospitale teneatur præstare charitatiuũ subsidium episcopo, & alia iura episcopalia. arg. pro & contra, retuli in summa, in tract. Mar. de charita. subsidio q. 12. Item hospitale non dicitur locus pius, nisi stante auctoritate episcopi. Franc. Curt. in cons. 120. nu. 13. allegat Pau. de Cast. cons. Barb. consi. 1. nu. 11. in 4. vol. Est igitur conclusio secundum supradictos, ꝙ si hospitale est fundatum auctoritate episcopi, gaudebit immunitate, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus ad mortem, si recipiat corpus Chrysti num gaudeat immunitate.*
2 *Item quid de fugiente ad Sacerdotem.*
3 *Quid de eo, qui fugit ad Eucharistiam.*

De fugiente ad corpus Christi. XVIII. Amplia.

Panor. post omnes alios in c. sane, de cele. missa. gl. pragma. sanctio. in ti. de inter. in disic. non ponen. fol. 186. & in tit. quomodo diui. offic. sunt celebranda fol. 161. & plenius in consuetu. Burgun. fol. 57. col. 3. uers. 19. & Bart. Soci. in l. plerisque. de in ius uocan. col. 21. q. 22. Iac. de Bellouiso, in sua practica, in tit. de fuga reorum, & iure eccle. fol. 48. & Hostien. in summa, in 6. libro titu. 30. fol. 86. omnes isti concludunt, ꝙ si Damnatus † ad mortem, recipiat corpus Christi non gaudet, iuxta glos. in c. quæsitum. 13. q. vlt. Si vero præsbitero deferenti corpus Christi. obuiet delinquens, & adhæreat, gaudet immunitate. Idem tenet Ioan. Faber. in d. l. prima de his, qui ad eccle. confu. C. & Hostiens. in summa isto tit. §. inquantum. in fi. Idem tenet Ioan. Bichis. in d. suo tract. fol. 75. col. 4. in fi. num. 50. licet secus sit in incarcerato, qui recipit corpus Christi. cap. fi. 14. q. fi. & ibi glos. refert Hosti. in d. c. sane. Io. Igneus in l. 1. in princ. ff. ap sill. col. 3. dicit, quod Host. & Io. And. in d. c. sane, faciunt differentiam inter eum, qui fugit ad sacerdotem tenentem corpus Christi, & eum, qui captiuus recipit corpus Christi. Nam † qui fugit ad sacerdotem, liber fugit qui uero detentus recipit, tam liber non est, primus gaudet, secundus non gaudet. Maria. So. in tract. de cita. arg. 17. colum. penult. & fol. 23. colum. 1. uer. sed extra prædicta, quæro quid de fugiente ad eucharistiam, utrum possit realiter citari, & adhoc quæstio procedat, quando eucharistia portaretur in uia, vel esset in loco non priuilegiato, & Maria. ibi refert duas opiniones. prima, quod talis potest realiter citari, nec ratione eucharistiæ defendi debet, secundum Hugo. Laud. Vinc. Gos. in c. sane, moti, quia eucharistia est cibus, animę in c. non iste panis, de conse. dist. 1. ideo animam tantum liberat, ecclesia vero tendit ad res corpora les defendẽdas, c. si qs obiecerit. 1. q. 3. Et iõ nõ mirũ, si liberat etiam corpus, & ad se fugiẽtes defendat. l. præsenti, cũ alijs in prin. alleg. iõ priuilegiũ ecclesiæ non extenditur ad eucharistiã. arg. c. sane, de priuileg. Secunda opinio est, ꝙ fugiens ad eucharistiã gaudet immunitate, & est defendendus, & ut quidam dñt, vsque ad sanguinem etiam per ecclesiam defendẽdus, & ista opinio, ꝙ est defendendus, est magis æqua, catholica, & laudanda, secundum Maria. ubi sup. quia nihil est in ecclesia hoc sacramento maius, cle. 1. de reliqui. & uener. sanct. ca. nihil, de consec. distin. 2. & ex quo pp honorem Dei defertur Ecclesiæ multo fortius est deferendũ Deo, per auth. multomagis, de sac. san. eccl. C. & ibi pp ꝙ vnunquodque tale est, & illud magis. Itẽ si statua Principis, & præfecti, saluat hominem ad eam fugientem. §. hoc tempore, de his, qui sũt sui insti. dixi supra in prin. in vers. statua, multo ergo fortius corpus Christi, & istam opin. tenent. Doct. in prin. allegati. Vnde dicit Henric. Bohic in d. c. sane, ꝙ si quicũque magistri contrarium dixerunt, non vult stare eorum interpretationi, & ista opinio placet Mariano, vbi supra, nec est tolerandum, ꝙ lictores, & nuncii ad mittantur ad capiendum fugientem ad eucharistiam, ne forte cõtingat, ꝙ ex tumultuatione, aut rixa eucharistia frangatur, aut cadat, & forte in lutũ, uel alio loco vituperetur. Non obstat, ꝙ est cibus animæ, quia nihilominus est corpus Christi, & in saluatione corporum corporali ecclesiæ est præferenda. c. iul. 11. q. 3. nec obstat, ꝙ priuilegium non debet extendi. Secus est in terminis nostris, cũ priuilegium dicatur ecclesia in honorem Dei, & potius debet honos creatori, quam creaturæ. Prædicta tamen non procedunt in citatione verbali, quia illa in utroque casu fieri possunt secundum Soci. ubi sup. Bar. Bal. & alii in d. l. plerisque, de in ius voc. hæc. Maria. Soci. ubi sup. In additionibus ad Panorm. in d. c. sane, dicit, ꝙ fugiens ad corpus Christi, gaudet immunitate, alleg. Archi. in c. quæsitum 13. q. 2. Archid. ibi dicit, ꝙ fugiens ad corpus Christi liberatẽ, licet non recipiẽs, per gl. ibi, & dicit, tu defendas. ꝙ talis, etiam per ecclesiã defendendus, quia corpori Christi, aliqua res non debet anteponi, & hanc sententiam dicit Hosti. esse defendendam, vsq; ad sanguinis effusionem. in d. c. sane. & Archi. in d. c. ad eius, col. 1, in fin. dicit, ꝙ fugiens ad corpus Christi liberatur, licet alii contra, & se refert ad dicta in c. quæsitum. 13. q. 2. Hosti. in d. c. sane, col. 1. in fi. quærit an homicida, vel alius flagitiosus, qui mortem meruit, confugiat ad sacrificium, dum portatur in uia, nũquid talem defendat ecclesia, vel saluabit, videtur ꝙ sic, quia nihil est maius hoc sacrificio, Magistri tamen cõmuniter voluerunt contrarium, quia hoc priuilegium collatum est tantum ecclesię, ut honor ipsius cõseruetur, & ideo ei tm̃ attribuitur. Ratio diuersitatis est, quia corpus Christi, est cibus animę. Ideo animam tantum liberat, ecclesia vero est res corporalis, vnde & corpus liberat, & cũ sit spirituale priuilegium, non est extendendum, secundum Hugo. & omnes modernos, concludit Hosti. tu defendas usque ad sanguinem, ꝙ talis est per ecclesiam defendẽdus, nullum enim habent priuilegium ecclesiæ, nisi ob honorem Dei, & dicit idẽ, quod Soci. supra refert, & late loquitur Hosti. d. c. sane. Bal. & alii in l. addictos. C. de appellationib. Marti. Lau. in tract. de Car. q. 6. Cęp. in cautela 2. Ias. in l. 1. in fi. C. ne liceat poten. Fel. in c. quærenti. de offi. deleg. col. pe. Ias. in §. pœnalis, Instit. de actio. & Castaldus in trac. de Imperatore q. 97. fol. 166. nu. 3. refert prædictos remissiue Bonif. de Vitall. in cle. 1. de pœnit. & remiss. col. 4. nu. 33. quærit, de ista quæstione. & dicit, ꝙ putat uerum, ꝙ talis confugiens ad corpus Christi, ut dictum est, gaudet immunitate. Montalbus in sua glo. l. 4. titu. 11. in prima partita, & in l. 7. in glo. 1. titulo quinto. in 1. lib. fori, & gl. in l. 15. in gl. 1. in princ. lib. 3. fori, quod fugientes ad corpus Domini, quod sacerdos defert ad in firmum, gaudent immunitate. Marcus de Mantua consil. 211. in fi. dicit, quod fugiens ad sacerdotum, corpus Christi deferentem, tutus est, allegat Hosti. & gl. in d. can. quæsitum. 13. q. 2. retuli supra.

SVMMARIVM.

1 *Ductus ad patibulum, si obuiet Cardinali, an morte liberetur.*

Si obuiauit Cardinali. XIX. ampliat.

1 Ille † qui ducitur ad mortem, si obuiat Cardinali in Curia Romana, liberatur, a morte, de consue. secũdum Bal. in d. l. addictos. C. de appell. & idem tenet Pau. & Sali. ibi dicit. Bal. in d. l. addictos, & nota ꝙ contra hanc legem faciunt Cardinales ex quodam priuilegio, nam si obuiant ei, qui ducitur ad mortem, habent ex consuetedine hoc priuilegiũ quia possunt eum morte liberare. Pau. de Cast. ibi refert Bal. ꝙ Cardinales habent hanc prærogatiuam ex consuetudine, ꝙ si obuiant alicui, qui ducatur ad institiam, possunt eum eximere de manu familię, ponendo capellam super caput eius, & ita de facto seruatur. Sali. in d. l. addictos, in fi. dicit, ꝙ Cardinales non seruant hanc legem, habentes ex cõsuetudine priuilegium, ut si obuient ei, qui ducatur ad supplicium, possint mittendo suum pileum illum liberare a morte. Ias. in §. pœnales, col. 24. in prin. uer. 3. & ult. de actionibus, instit. refert Bal. & Sal. Mart. Laud. in tract. de Cardin. q. 6. refert Bald. & dicit, quod est singulare dictũ Cæpol. in cautelis, caute. 3. in prin. dicit, ꝙ quando aliquis ducitur ad iustitiam vel patibulum,

bulum, procuret, ut ducatur per viam, unde transitũ faciat aliquis Cardinalis. Nam si obuiam faciat aliquis Cardinalis, dicto ducto ad mortem. ipse reus liberabitur. habent Cardinales de consuetudine, uel priuilegio, ut possint ad mortem condemnatos, eis obuiando liberare, allegat Bald. & Pau. in d. l. addictos, & hoc ponendo capellũ suum super caput eius, qui ducitur ad mortem, & ita de facto seruatur, est cautela ad liberandum quem a morte, procurare, ut aliquis cardinalis sibi obuiet, & facere, ut ponat capellum super caput eius. Ideo debet esse cautus Dominus iustitiæ, ne duci faciat condemnatum per loca, in quibus obuiari possit aliquis cardinalis. Idem tenet Fel. in c. quærenti. de offi. deleg. in fi. & Ioã. de Neuiz. in silua nuptiali. fol. 19 col. 3. in prin. Bar. de Belenzinis, in addit. ad Panor. in d. c. sane, dicit, quod si ille, qui ducitur ad mortem obuiet cardinali in curia Romana, liberatur a morte, de consuetudine, secundum Bald. in dic. l. addictos. quem sequitur Pau. de Castr. ibi, qui dicit, quod istud fit ponendo capellum suum super caput eius, qui ducitur ad mortem, & quod ita de facto seruatur, alleg. & Cępol. ubi supra. & in consue, Burg. fol. 69. col. 3. refert Bal. in d. l. addictos, & Ias. in d. §. pœnales. fol. 56. col. 2. uer. & pro decimoquarto. refert Bald. in d. l. addictos, & Pau. de Cast. quos retuli sup. & dicit Cassa. in d. uer. non credo, quod apud nos istud obseruetur. Barbat. in trac. de præstantia Cardinalium, q. 9. primæ partis, in 6. uol. fol. 57. loquitur late de ista quæstione, & concludit, quod si hoc habent ex priuilegio papæ, seruabitur in terris suis, secus extra. Si habent hoc ex consuetudine, argu. pro & contra, an talis consuetudo valeat, & posito, quod ualeat, ponit fallentias, & in fine ver. dicit, quod si papa in terris suis, vel imperator in terris suis, sciret illam consuetudinem, & toleraret eam, valeret, vt plenius per Barb. ubi supra, qui latius, quam aliquis loquitur in ista quæstione. Castaldus in tracta. de Imperatore. q. 97. fol. 166. nu. 2. refert remissiue, plures Doct. loquentes de isto casu. Alb. in tit. epis. vel Abb. in usib. feudo. in prin. col. 7. dicit, ꝙ Cardinales habẽt ex speciali priuilegio, vel consuetudine, vt liberent damnatum ad mortẽ, si obuiant ei, dum ducitur ad iustitiam, allegat Bal. in d. l. addictos. Matth. de Afflict. in tit. de pace iura, fit. in princ. col. 5. num. 80 fol. 133. dicit Cardinalis sedis Apostolicæ potest propria auctoritate auferre. condemnatum a manib. officialiũ, & hoc Cardinales habent ex priuilegio, allegat Bald. in d. l. addictos. Zasius in l. acta. de rę iud. ff. dicit, ꝙ Cardinales vsurpant hoc priuilegium, sed ne hoc iure relatum, sed quadam propria consuetudine vsurpant.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia omnino destructa, sic, quod nulla ædificij vestigia remaneant, num gaudeat immunitate.*
2 *Domus omnino destructa, non est eadem quæ antea erat.*
3 *In refectione Monasterij, omnino demoliti, noua episcopi auctoritus desideratur, & ibi multa similia.*
4 *Semel Deo dedicatum, non est ad prophanos vsus reuocandum,*
5 *Ecclesia perdit priuilegium, quando destruitur auctoritate superioris, alias secus.*

Ecclesia destructa. XX. Ampliat.

1 Si ecclesia † fuerit totaliter destructa, ita ꝙ nõ remanent aliqua ædificia, Sed solum dũtaxat constat, ꝙ olim fuit ecclesia, confugiens ad dictum locũ an gaudeat immunitate, non reperi istam quæstionem tactã ab aliquo in istis terminis. Et quod talis locus non gaudeat immunitate faciunt sequentia. Hosti. in summa de ecc. ædifici. in fi. dicit, ꝙ si domum. vel ecclesiam destruas usque ad fundamentum, non est † eadem domus. Ideo ædificando ecclesiam dirutam, requiritur auctoritas episcopi. c. si quis. 16. q. fi. ad idem gl. in c. de monachis. 17. q. 2 quæ dicit. ꝙ † in refectione monasterij totaliter destructi, requiritur auctoritas episcopi, secus in monasterio non totaliter destructo, a lle. c. Iudæi, de Iudæis & Saracenis, & gl. 1. in c. 3. de iure patro. quæ dicit, ꝙ reficiens ecclesiam omnino funditus destructam dr̃ nouã facere, & efficitur patronus, secus, si non destructã funditus reficiat. Idem Innoc. in rub. de conse. eccl. vel alta. vbi dicit, ꝙ si ecclesia est funditus diruta, & est reparata ex toto, de nouo est consecranda, & ibi ponit tres casus, in quibus ecclesia de nouo consecratur, & tertius est iste, facit gl. in cle. fi. de rescript. vbi si beneficium fuit omnino distinctum, ita ꝙ fuit titulus omnino extinctus, & postmodum creetur, dr̃ nouũ beneficium, & ibi oẽs, & Fel. qui multa refert, in c. cum accessissent, col. pen. post Barba. & alios, de constit. non refero, quia possunt uideri, ibi Phil. Dec. in fi. & per Panormit. & plenius ꝑ Ana. in c. cõsuluit, de Iudæis. & Saracenis, ubi dicit Panor. ꝙ si Sinagoga funditus corruit, non est licitũ eã reficere, qa esset nouũ facere, facit tex. in l. 1. §. si quis ędificiũ, de no ope. nun. ff. & ibi Bart. & alij, qui dicunt ꝙ reficienti ędificium ex toto destructum potest nunciari nouum opus, secus si non esset ex toto destructum & hoc refert Ias. in repetitio. l. quominus, in 9. q. ff. de flumni, in q. quam ponit, an re ędificanti molẽdinum possit nunciari nouum opus, & concludit, ꝙ sic, quãdo ex toto erat destructum, allegat tres gl. & tres tex. glo. in d. c. de monachis, & in d. c. 3. & gl. in l. damni. §. si is, q ædes. iubet augeri, de damn. in fec. ff. quæ tenet, ꝙ si Rusticus promisit militi aquam frigidam in æstate in domo, quam miles habet, ꝙ si domus comburatur, & alia reædificetur, ꝙ rusticus amplius non tenetur, quia est noua domus, & Feli. in d. c. cum accessissent, de consti. alle. etiam tex. in l. inter stipulantem. §. sacram, in fi. de uer. obl. & ibi gl. ꝙ. domus deposita vsque ad aream. non est eadem domus. Feli. vbi supra, & idem est in ecclesia, ꝙ in domo. Nam si ecclesia est funditus destructa, & reædificata, nõ est eadem, sed diuersa. Goffred. in summa de ecclesia ędifican. in fin. Fel. plene vbi supra, & Ias. in l. inter stipulantẽ. §. sacram, in fi. uerb. quid autem. ff. de uerbo. obliga. facit etiam tex. in l. si ita legatum. §. fin. ff. de leg. 1. ubi si testator postquam legauit domum, & eam funditus destructam reficit, extinctum est legatum, postquã est alia domus, facit etiam tex. in l. qui tamen, quibus mod. vsus. amitt. ff. ubi demolitis ædificiis in totũ, & nouis constructis, finitur vsusfructus, ista & multa alia possẽt allegari pro corroboratione prędictorũ, remitto me ad Fel. in d. c. cũ accessissent, & Ias. in d. l. quominus. q. fi. ff. de fluminib. Item pro corroboratione etiam prædictorum facit. c. abbate. sane, in fi. de ver. sig. & ibi gl. in uer. donec. vbi si priuilegium datur alicui monasterio, destructo monasterio, destruitur priuilegium. Nam cessante causa cessat effectus, c. suggestum, de deci. cum sim. facit ẽt glo. in c. & hoc diximus. 16. quæstio. 7. in uersi. destructa, quæ dicit, ꝙ ecclesia destructa non remanet locus priuilegiatus. facit etiam c. generaliter. 16. q. 1. & ibi gl. in versi. non deuagãtes, in fi. quę dicit. ꝙ si aliquod priuilegium datum est religiosis, cęssante religione, cessat priuilegium. ca. fi. 25. q. 2. d. c. abbate, de uerbo. sig. facit c. 2. de noui ope. nun. & ibi glo. in uer. principale, quæ dicit, ꝙ destructa re, destruuntur priuilegia, alle. plura iura, vnde etiam dicit gl. in §. sacra, in uer. manet. de re. diui. insti. locus desinit esse religiosus, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant. alleg. l. sacræ. ff. de rer. diui. l. antepe. ff. de relig. & sump. fune. Per prędicta ergo, videtẽ, ꝙ si ecclesia sit totaliter & funditus destructa desinit esse ecclesia, & per consequens perdit priuilegium prædictæ immunitatis, & pro prædictis etiam faciunt notata, in c. prophanis, de restit. spol. Pro parte contraria, ꝙ dictus locus, seu dicta ecclesia totaliter. & funditus destructa, retineat, & gaudeat dicta immunitate, faciunt sequẽtia, prima regula, semel Deo, de reg. iur. in lib. 6. ubi ꝙ semel Deo dedicatum † est, nõ est ad vsus humanos vlterius transferendum, c. ad hæc, de relig. domi. cum sim. vt per gl. in d. reg. semel Deo, & in d. ca. ad hæc. can. quę semel. 19. q. 3. l. ædem. ff. de contrahend. emp. gl. in d. c. quæ semel, quærit si Monasterium destruatur, nunquid poterit locus ille, uel ædificium monasterii ad alium vsum conuerti, concludit gl. ꝙ ad priuatos vsus non poterit conuerti, locus autem remanet sacer, licet dirrutum sit ędificiũ, & d. l. ædem. ff. de contrah. emp. quæ dicit, ꝙ æde sacra terræmotu dirruta, locus ædificii nõ est prophanus, ideo vendi nõ potest, exponit gl. ibi in ver. prophanus? idest, non desinit esse sacer, per text. qui hoc expresse dicit in l. in tm̃. §. semel aũt ff. de re diui. & ibi gl. ad idem tex. in §. sacra res, in fin. insti. de re diui. ex quo sequitur, ꝙ indulgentia, & priuilegia, concessa ecclesiæ, etiam dirrutta ecclesia durant, secundum Ang. in d. §. sacra res, in princ. nota. fin. Item pro ista facit glo. in regula, priuilegiũ, de reg. iu. in 6. quæ dicit, ꝙ tunc ecclesia, vel alius locus perdit priuilegium, † quando destruitur ecclesia, vel locus, auctoritate superioris, si autem destrueretur ab hostibus, vel alias, retinet omnia sua priuilegia, ut plenius ꝑ gl. Idem tenet gl. in c. & hoc diximus, in uer. destructa. 16. q. 7. & gloss. in cap. statutum de electio. lib. 6. Panor. in c. 2. colum. 2. ver. nota. quod destructa. de nou. oper. nun. vbi Panor. dicit, quod si ciuitas destruatur auctoritate superioris, omnia priuilegia ciuitatis sunt sublata, secus si ex facto alicuius Tyranni, vel ab hostibus ecclesia destrueretur, vel ciuitas, quia tũc remanent omnia priuilegia, secundum Panorm. ibi, & idem tenet Panorm. licet nõ ita in dict. cap. Abbate. colum. penultim. in gloss. final. de verbor. significatio. & plene per Innocen. Anton. & alios in dicto capitul. secundo, de noui. oper. nun. & ibi Anton. ex dictis Innocen. dicit tres quæstiones. Prima est, an destructa ecclesia, pereant eius priuilegia, & concludit, quod non, nisi auctoritate superioris esset destructa, vt plenius per Ant. & Anch. in d. c. 2. Et dicit Hẽric. Bohic. in d. c. 2. in ver. super eo, ꝙ id ꝙ dictum est de locis, qui destruuntẽ ab hostibus. quod retinent priuilegia sua, intellige, quãdo destruuntur terræmotu, uel alias, quam auctoritate superioris, secundum Henric. Bohic. in d. c. pen. in fi. & ibi Card. colu. 4. ver. quæro in eo. Ioan. An. Ancha. Phil. Franc. in d. regula, priuilegium. Idem etiam tenet Guliel. de monte Laudino in d. regula,

regula priuilegium, qui dicit, ꝙ si destruatur auctoritate superioris, non retinet priuilegia, alias si per hostes, vel incendio, non amittit priuilegia, imo plenarie retinet. Alexand. in d. l. inter stipulautem. §. sacram. c. fi. ver. extra glo. quærit an ecclesia destructa, postea reædificata dicatur eadem, dicit post Bar. & alios. Idē est in ecclesia, ꝙ in domo, & hoc facit, an ecclesia totaliter destructa perdit priuilegia sibi concessa, plost plura per ipsum allegata dicit, ꝙ cōis opinio, & cōclusio est, ꝙ destructa ecclesia ēt non refecta, retinet priuilegia, fallit si sit destructa superioris auctoritate, & sit sine spe refectionis. Idem tenet ibi Ias. & Alex. in l. si grege. de leg. 1. & Fel. in cap. cum dilecta. colum. fin. de rescript. Quid tenendum in prædicta quæstione, s. an ecclesia funditus, destructa gaudeat dicta immunitate, dico, quod si ecclesia est destructa auctoritate superioris, vel per rerum naturam sine spe reparationis, perdit priuilegia, & sic nō gaudet dicta immunitate, cum idem sit, ꝙ ecclesia sit destructa auctoritate superioris, vel per rerū naturam sine spe reparationis, secundum Bal. in l. nō ambigitur. ff. de legibus. & Bal. in proœmio. ff. colum. 1. & ibi alle. Iacob. de Rauen. dicentem, quod duo Senatores non faciunt Senatum, nec habent auctoritatem veteris Senatus, quia nō est spes reintegrationis formalis numeri, & ordinis Senatorum per d. l. non ambigitur. ff. de legi. vbi idem Bal. in princ. versi. iuxta hoc quæro. Ideo dicit Domin. in c. licet cano. col. 3. versic. 4. casu. de electio. lib. 6. quod sit fiat legatum pro alimentandis pauperibus in certo hospitali, vel clericis, pro officiando ecclesiam, destructo hospitali, vel ecclesia, non debetur legatum. Lud. Roman. consil. 417. ubi quærit, an census, qui debetur superiori ob rationem castri, debeatur castro diruto. Bald. in capit. 1. col. 2. de elec. versic. quæstio erat, quærit vtrum collegium penitus desolutum postea reparatum, sit unum, & idem, an vero nouum, concludit, quod est nouum, nisi remansissent aliquæ reliquiæ, puta in materia, vt muri, & campanille. Ita eum refert Felin. in d. c. cum dilecra. colu. fi. litera in meo Baldo est corrupta, ubi debet esse, nisi remansissent, dicit, etiam si remansisset Alex. consil. 43. in 1. uolum. dicit, quod castrum destructum, sine spe refectionis, non retinet iura, quæ ante habebat, refert eum Felin. in d. c. cum dilecta. col. fi. Idem Alexand. ubi supra. col. 1. uer. quinimo dicit, quod ciuitas. vel castrum, funditus destructum. sine spe nouæ constructionis, non retinet iura, quæ ante habebat, sed illa ꝑdit, alle. l. si usufructus. ff. qui. modis usus amitta. ff. l. pater. §. Tusculanus, & ibi dignus. de leg. 3. ff. & Inn. in d. c. abbate. de uerbor. sign. alleg. etiam gl. dictæ regulæ priuile. & can. & hoc diximus, 16. q. 7. & ca. statutum. de elect. li. 6. Guido papa, in regula, priuilegium. de reg. iur. iu. lib. 6. in lectura dictæ regulæ, quam ponit in fine lecturæ decretalium, colum. antepen. in fin. dicit, quod quomodocumque destructa sit ecclesia, uel ciuitas, durante destructione tolluntur priuilegia, per tex. qui hoc uidetur dicere in l. si vsusfructus, quib. mod usus fruct. amitt. ff. est tamen differentia, quātum ad recuperationem priuilegiorum, quia destructa ciuitate ab hostibus, & postea refecta bene renouantur priuilegia, licet, secus, quando superioris auctoritate. Ita potest saluari, gl. & communis sententia in c. pastoralis. 7. quæstio. 1. Petrus de Perusio in tractatu de muta. status ecclesi. col. 2. dicit, quod quando semel res dedicatæ Deo, vel Sacræ remanent in suo statu, & consecratione, quia tunc non possunt ad humanos vsus transferri, sed quando earum rerum mutatur status. ut quia in totum destruitur ecclesia, vel res sacræ ante dedicatæ Deo redduntur totaliter ad non esse, tunc possunt ad prophanos vsus trasferri. Refert eum Blasius Aurioli. in addit. ad Guliel. de monte Laud. in dicta regula semel Deo. de reg. iur. li. 6. & sic prædicti Doctores, scilicet Guido, & Petrus de Perusio uidentur concludere, quod ecclesia totaliter destructa durante destructione non gaudet priuilegio immu. Archi. in c. & hæc, 16. quæst. 7. prope finem dicit quod quando ecclesia, vel ciuitas, uel alia loca, siue sacra, siue prophana auctoritate superioris destruuntur propter delictum eorum, de cætero nullus debet vocari clericus illius ecclesiæ, vel municeps illius loci, & ille locus perdit priuilegia. c. 1. de nou. ope. nun. c. placuit. de consec. dist. 1. & in d. c. & hæc. si autem ab hostibus destruitur, tunc retinet omnia sua priuilegia, & antiqui clerici remanet ibi clerici. can. pastorali. 7. q. 1. 19. q. 3. qui semel, & idem videtur si actoritate superioris transfertur ad alium locum, vel alii uniatur per not. per Inno. 1. in c. 1. ne se vacant. & c. quia monasterium. de relig. domi. & idem intelligitur de ciuitate, & aliis locis prophanis, secundum Inn. in d. c. 2. de no. ope. nunt. & per Archidiacon. in capit. 2. de consecra. distnctin. prima. hæc. Archidiacon. ubi supra. Communis opinio est, quod ecclesia si sit destructa auctoritate supioris, ul sine spe reędificationis, non gaudet, nec retinet priuilegium immunitatis, secus, si alias sit funditus destructa sine auctoritate superioris, & est spes refectionis, quia istis duobus concurrentibus, retineret priuilegium immunitatis, & alia priuilegia.

SVMMARIVM.

2 *Palatia nobilium, an gaudeant exemptione.*
2 *Consuetudo in hoc spectanda.*
3 *Quemadmodum, & Statutum municipale.*

Palatia nobilium, seu Dominorum. XXII. Ampliat.

An palatia †nobilium, seu Dominorum, sint de iure exempta, ut ab eis non possit delinquens extrahi. Bald. in l. plerique. de in ius uocando. ff. in ver. sed pono, quærit aliquis est in palatio Dominorum Priorum, nunquid Potestas potest illum citare, re, & uerbo, dicit, quod sic, & dato quod palatium sit locus publicus. & securus. tamen ibi potest fieri citatio, & captura. per l. sed etiam. de in ius vocando. ff. Nam ibi dicitur de theatro, quia est locus publicus, hæc Bal. ubi supra aduerte, quod Bald. non loquitur de palatio alicuius priuati. sed de palatio publico, prout sunt palatia ubi iudicia fiunt, prout sunt palatia perlamentorum, ut in Francia vocantur palatia, ubi Iudices, & Domini de parlamento congregantur. Iacobi de Sancto Georgio, in dicta l. plerique, num. 7. uer. quid autem, si essent in palatio priuatorum ciuitatis, certe bene possunt inde extrahi, per l. sed etiā. de in ius vocand. ff. dū loquitur de theatto. Alexand. de Imol. in dicta. l. plerique. colum. tertia. in princip. uersicul. nota. in l. sed etiam, in versicu. Theatro. dicit, quod quis potest capi, & citari in palatio dominorum. secundum Bald. ibi. Bartholomæus Socin. in dict. l. plerique, de in ius uocand. ff. colum. vndecima, quæstio. vigesima. dicit, quod Bald. concludit, qđ sicut potest quis capi in theatro, quod est locus publicus, vt in dict. l. plerique, & l. sed etiam, Ita pati ratione poterit capi in palatio Dominorum, & hæc procedunt de iure, hodie vero ex consuetudine, uel municipali censura non est licita captura. sunt uerba Barth. Soc. ubi supra.

De palatio Regis dico infra Ampliatione 25.

2 Valet †consuetudo.

Quod palatia Dominorum, seu theatra, uel certa alia loca gaudeant dicta immunitate. s. ꝙ nō possit quis inde extrahi, secundū Batrh. Soc. ubi supra. retuli in proximo casu in fi. licet Barba. loquens de consuetudine, quam Cardinales habent, ꝙ obuiantes eis gaudeant immunitate, conetur reprobare istam consuetudinem, retuli eum supr. in ver. si obuiauit Cardinali, in Ampliatione.

3 Valet †Statutum municipale.

Valet statutū municipale. ꝙ palatia Dominorum gaudeant dicta immunitate, secundum Barth. Soci. in d. l. plerique. retuli in uerbo, palatii. sup. colum. 1. & in Regno isto Nauarræ, est lex Regni. quæ disponit, quod palatia de infancones gaudeant ista immunitate, refero legē Regni infra. Quæritur ad propositum d. legis, quis dicatur Infancon & in multis legibus Regni fit mentio de isto verbo, Infancō. In libro q uocatur Nobiliario, quem fecit Fernandus Mexia. 24. de Iaen. li. 1. fo. 188. quærit. Qui em son llamados infancones, refero cum vt iacet. Ay infacones, otros que llamā Balbasores, son algunos Señores de tierra, pero no grandes, que no tienen mucha tierra ni iurisdicion, que en los tales mas es su nobleza y linaie, quæ grandeza En España infancones le dizen a quellos q̄ en Italia llaman Capitanes, y Balbasores. Esta declaracion de infancon se halla en la seconda partida tit. 1. l. 13. que a si lo affirma, dize la dicha ley, capitanes, y balbasores son aquellos hiios dalgo en Italia aqui les dizen en España Infaones, y como, quiera que estos vengan antiguamente de buen linaie, y ayan grandes heredamientos, pero no son destos grandes Señores que de suso dezimos. Y en sus tierras no tienen alguna iurisdicion. Y quales son los grādes que no son Emperadores la ley 11. en la segonda partida. tit. primero, dize, son Principes, Duques, Cōdes. Marquezes, Iuezes, Vizcondes, y porq; se rlaman ansi declara la dicha ley. & quis dicatur tyrannns, ibidem in l. 10. Qui sunt Infancones magnates, generosos, ricos hombres, & de aliis, vide in consiliis meis, consil. 14. in 2. vol. omnino. Item en el regimiento de principes se affirma, que Infancōes, no quiere desir, saluo minores infantes. en cōparacion de los infantes maiores, es assaber, de los hi os de Reys, q̄ se llamen infantes, y a los otros menores, que son nobles, y de buen linaie llaman Infacones Estas tres expositiones, o declarationes de Infancon pone el dicho Mexia en el Nobilitario. lib. 1. c. 88. Qui dicantur Balbasores. vide gl. in c. fundamenta, in ver. Marchio. de elect. l. 6. & plenius per le gistas, in tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, Balbasor. In isto Regno Nauarræ, est lex Regni, per tres status facta. in tit. de Yglesias, in 3. lib. in primo ti. c. 4. & est tenoris sequentis. Si algum malechor entrare en la Yglesia, o en palatio de īfancon, no deue ser sacado, si no fue re ladron manifiesto, o traidor probado, y preso si fuere, o hubiere, pleiteado, aya su iuridicion y dado fiador, empero el fiador,

fiador, debe y puede sacar de Yglesia, o de palatio a quelmalechor. por el qual entro fiador.

SVMMARIVM.

1 *Sepulchra iudæorum immunitate donantur.*

Sepulchra etiam iudæorum. XXII. Ampliat.

1 Sepulchra †Iudæorum gaudent immunitate, per c. sicut. §. ad hoc de iudæis. ubi text. dicit cimiteria iudęorū nemo audeat mutilare, aut īuadere, siue obtentu pecuniæ corpora humata effodere, & ad istud propositum Card. in d. c. inter alia. q. 1. de immu. eccle. & Maria. Soc. in trac. de citatio. arti. 17. fol. 22. colum. 2. & Io. And. in d. c. inter alia, in gl. 3. dicit, quod Sepulchra iudæorum gaudent immunitate. per d. c. sicut, & dicit Anton. in d. c. inter alia, col. 2. in fine. quod ipso iure sepulturæ gaudent immunitate, per dictum capitulum sicut.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad statuam principis gaudet immunitate.*
2 *Fugientes ad puteum olim salui erant.*
3 *Fugiens malitiose ad statuam principis, non gaudet immunitate.*

Statua Principis, seu præfecti Vrbis. XXIII. Ampliat.

1 Fugientes ad statuam principis † gaudent immunitate, ita quod non possunt inde extrahi, per text in l. 1. in princ. ibi seruos, qui ad statuas cō fugerunt. ff. ad offic. præfect. Vrb. dicit text. quod quando domini sęuiebant in seruos suos, ipsi fugiebant ad statuas, & cō querebantur de dominis suis, & præfectus de hoc cognoscebat, & dicti serui erant securi a dominis suis. ad idem facit, text. in l. 2. §. ideoque ibi, ad statuam confugerunt. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. facit etiam tex. in § nam Antoninus, & in §. si instit. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. ubi text. æquiparat ædem sacram, & statuam principis. Nam fugientes ad eas gaudent immunitate, facit etiam text. in l. unica. C. de his qui ad statuas confugiunt. ubi text. dicit, qui confugiunt ad statuas principis, ab omni violentia debent esse tuti. & ibi dicit Placentinus, fol. 39. tit. 15. hij, qui ad principis statuas confugiunt, si causas habuerint, ob quas confugere debuerunt, etiam legibus, & ab iudicibus defenduntur. Si vero per malitiam confugiunt, vt in alios creetur inuidia, uinculis mancipabuntur. l. capitalium. §. & ut generaliter. ff. de pœnis. Old. in d. l. 1. de offic. præfec. urb. Idem tenet, & Sali. in d. l. uni. C. de his. qui ad statuas confugiunt, dicit, quod fugientes ad statuas principis a pęna liberabuntur, nec possunt extrahi de iure, per dicta iura. Idem Host. & Card. in d. c. pen. de immunit. eccles. qui dicunt, quod statua præfecti urbis, gaudet immunitate. allegat dictū §. final. instit. de his, qui sunt sui, vel alieni. Maria. Socin. in trac. de cita. arti. 17. q. 5. col. penult. fol. 23. colum. 1. uer. item probatur. vbi dicit, ꝙ fugientes ad statuam principis gaudent immunitate, & Pau. de Cast. in d. l. unica, de his, qui ad statut. confu. C. dicit, præmitte, ꝙ sicut olim fugientes ad ecclesiam erant tuti, ut ibi non possent capi, nec extrahi, ut de his, qui ad eccle. confug. per totum, ita & fugiētes ad statuas principis, per d. l. uni. hoc est verum, quando nō fit malitiose, nec causa alicui nocendi, sed causa se defendēdi, secus si faceret causa nocendi. Nam erant multi, qui hoc faciebant ad infamandum aliquem eorum inimicum. dicebant recepisse minas de interficiendo, uel aliquid faciendo, iniuste, tales debent puniri, ut latius per Pau. & idem Sali. ibi Cassa. in consue. Burg. fol. 57. col 3. uer. 18. dicit, quod fugientes ad statuas Principis a pœna liberantur, nec possunt extrahi de iure, per d. l. vni. & per l. capitalium. §. ad statuas de pœ. ff. & in hoc multum debet attendi consuetudo, secundum Guliel. de Mon. Laud. in cle. j. de pœn. & remiss. & eum sequitur Imo. ibi. Castaldus Perusinus, in tract. de imperatote, quæstio. 96. fol. 166. quærit de statua Imperatoris, et eius priuilegium quale sit, et quod fugientes ad ipsius statuam sunt tuti, & securi allegat aliqua iura, quæ sup. retuli, allegat etiam Pau. de Castr. quem retuli, & refert multos hoc tenere. Dicit tamen quod dato, quod Imperator ipse viuens, & animatus haberet idem priuilegium vt Cardinalis propter identitatē rationis, & maioritatem, tamen in statua ipsa secus uidetur dicendum, per rationes ibi per eum allegatas, dicit tamen, quod relinquit hoc cogitandum, quia de consuetudine in statuis, non uidetur admissum, nec receptum, & casu eueniēte, seueri iudices non obseruarent, ut latius per dictū Castaldum, & istam fallentiam tenet Marcus de Mantua consilio 211. nu. 18. ubi dicit, quod olim fugiātes ad statuas salui erāt 2 allegat supradicta iura, Imo. †ad puteum fugere licebat, qui erat, sacer, & ab eo fas non erat, sicut nec a templo, & statuis quemquam extrahere, secundum Marcum ubi supra. Communis conclusio Doctorum est, quod fugientes ad statuas sunt securi, per iura satis aperta, quę supra retuli. Fallit 3 †primo, quando malitiose quis confugeret, ut supra retuli. Fallit secundo, nisi consuetudo esset in contrarium. Confugientes ad puteum, olim gaudebant immunitate. Nam erat locus sacer, retuli. Marcū de Mantua, supra in fine præcedentis fallentiæ, & iste puteus erat ille.

SVMMRIVM.

1 *Confugiens ad Principis personam. securitatem habet.*

Persona Principis, seu Regis. XXIIII. Ampliat.

1 Confugientes †ad ꝑsonam Principis, seu Regis habēt securitatem. Nam si ad statuam, a fortiori ad personam. Cassa. in consuet. Burg. fol. 57, col. 3. uer. 8. & Castal. Perusinus in d. tractatu de Imperatore q. 96. fol. 166. retuli supra in causa præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Palatium Principis immunitate gaudet.*
2 *Quid palatium appellatur.*
3 *Differentia inter platium, & aulam.*
4 *Palatium, in quo a prætorio differat.*

Palatium Regis. XXV. Ampliat.

1 Id quod dicitur de ecclesia, est tenendum † de palatio Regis, ꝙ nullus delinquens est ab eo extrahēdus, nisi de speciali mandato Regis, uel nisi commiserit proditionem. Hoc tenet Montalbus in sua gl. l. fori. l. 7. in 1. li. ti. 5. in fi. gl. pen. De palatio nobilium Dominorum dixi supra amplia. 21. Basilica dicit palatium Regis Regum, dixi supra, in prima amplia. in uer. Basilica. Dicitur palatium locus, ubi Rex se palam ad iudicandum, comedendum, vel amœna loquendum, præbet, & dicitur palatium, quia omnia sunt ibi palam, nec in tali toco ad aurem, vel signis, sicut faciunt monachi, est loquendum, nec nimis alte, vel secrete, est lex partitæ. l. pen. tit. 9. in 2. partita concordat lex unica, de pala. & domi. li. 11. C. fol. 234. col. 1. Lucas de Pen. in rubr. d. l. vnic. dicit, ꝙ palatium a Pallade Arcadiæ Principe dictum est, in cuius honorem Arcades oppidum construxerunt. Io. de Platea. super rubr. d. l. vni dicit, ꝙ palatium est diuersum a domo. Nam 2 dicitur †palatiū. i. ampla domus, in qua multi uagari possunt. Inde Palatinus. i. de palatio existens, secundū Catholicon ē. Io. de Platea, ubi sup. text. in d. l. vni. dicit consecratas nobis ædes, i. inclita palatia, ab omni priuatorum vsu, & communi habitatione, & dicit ibi Lucas de Penna, ꝙ palatia Regis non debēt coherere ædificijs priuatorum, de sacro palatio etiam loquitur Rubr. & tex. in l. 1. de Comitibus, & Archiatris sacri palatii, lib. 12. C. De palatio Episcopi loquuntur tex. & docto. supra, in 15. Ampliatio, in uer. palatium, seu domus Episcopi. Et inter palatium, & aulam est differentia, quia palatium est Imperatoris, Regum, Principum, & Magnatum, aula est inferiorum. c. conuenior. 24. q. 8. secundum Imo. Car. in cle. 8. de baptis. & tex. in d. c. conuenior, loquitur de palatio Imperatoris, uel palatium dicitur totum, 3 †aula proprie est pars palatii. Car. in cle. vni. in princ. & aliquando unum pro alio ponitur, ut in d. clem. facit lex. pen. de priuil. eorum, qui in sacro palatio militant, ubi text. ex aula nostra, &c. Nam ibi aula capitur pro palatio. Aula dicitur sala, uel spaciosum habitaculum, cummuniter quatuor habens alas, gl. in clem. uni. de baptis. Et de palatio etiam loquitur tex. in tit. quæ sunt regalia, & sunt domus Regales, secundū Pręposītum ibi col. pen. post Iser. & alios, in rubri. l. 2. & fi. de priuil. eorum, q in sacro 4 palatio militant. li. 12. fol. 250. in 1. uol. Item †palatium, & ꝑtorium differunt, ut colligitur ex l. fi. de off. rectoris prouinciæ. ff. Item palatium non debet in libello de necessitate cōfinari. Nam ualet libellus de crimine commisso in palatio, licet palatium non sit in eo confinatum. Nam certum est ex quo est unum in loco, secundum Bar. in l. demonstratio falsa. de cond. & demon. ff. nu. 17. ver. & per hanc, ꝙ si aliquis accusatur de maleficio commisso in palatio Potestatis Perusino, non est necesse, ꝙ inserantur cōfinia, cum satis ille locus sit demonstratus. Bar. in l. 2. de lib. & posthu. quærit de ista q̄stione, & se refert ad dicta ꝑ eum, in d. l. demonstratio, & idē tenet. ibi Alex. & Bar. in l. libellorum de accus. ff. & in l. cum seruo § fi. de contrah. emp. Bal. & Imo. in l. si quis. in fundi vocabulo, de lega. 1. ff. Ange. & Imo. in l. cum pater. de lega. 2. ff. Bal. & Ludo. in l. si certi, si cert. pet. ff. Iacob. Spigiel in voca. iuris ciuilis, in uers. palatium, dicit palatium a Palatino Monte deriuari. Sacrum ob Imperatoris venerationē, cuius sedes vocatur, ut in rubr. de comiti. & Archi. sacri palatii, & in rubr. de priuilegiis eorum, qui in sacro palatio militant. C. libr. 12. Palatinus largo modo dicitur, qui habet officium in palatio Lucas de Penna. in l. 1. de palatinis sacrarum largitionum C. lib. 12. & fol. 253. col. 2. Breuiloquus, seu Guarinus in suo vocabulario dicit, ꝙ palatiū est ampla domus, in qua multi uagari possunt, & ibi latius per eum. Calepinus in suo vocabulario. in uers. palatiū mons Romæ appellatus est, ponit ibi alias expositiones, ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Publicus latro non gaudet immunitate.*
2 *Quis publicus latro dicatur.*

Primo,

Venio ad Fallentias. I. Fallent.

1 PRimo, fallit dicta regula in publico latrone. Nam si est publicus latro, non gaudet immunitate, per text. in c. inter alia, eo. tit. vbi Panor. dicit, in ult. nota illum esse publicum latronem qui palam, & publice furatur, vel prædatur, ut sunt piratæ, vel publice stantes in stratis, itineribus & vijs publicis, vel habentes arcem, uel castrum, vt vi, & armis prædentur transeuntes, & eum refert Guliel. Mayn. in dicta regula, nemo de domo sua, ff. de regu. iur. fol. 249. col. 3. num. 17. & ultra Panorm. allegat l. capitalium. §. famosos latrones, & §. grassatores, ff. de pœn. per notata. ibi per glos. & Doctor. & l. prima, & secunda, C. quando liceat vnicuique sine iudi. si vind. & refero istum casum in sequenti fallentia, & eius rationem, & cum dicto capitulo inter alia, concordat lex fori Hispaniæ. libro 1. tit. 5. l. unica & concordat etiam lex 4. primæ partitæ legum Hispaniæ. titulo 11. Quæ lex ponit casus, in quibus quis extrahitur ab ecclesia, scilicet, publicus latro, qui palam, & publice furatur, vt sunt piratę, & cæt. prout supra retuli, ponit etiam dicta l. alios casus, referam infra. Montalbus glo. dicta l. vni. fori. quęrit quis dicatur publicus latro, & dicit, quod publicus latro
2 † dicitur manifestus, non solum, qui cum furto deprehenditur, sed etiam inuentus in domo ad furandum, uel in oliuis, vel vineis, uel quandiu fur tenet rem furatam, & deprehensus, vel visus est, cum ea in publico, vel in priuato a domino, vel ab alio, antequam deponatur in loco destinato. §. manifestus. instit. de oblig. quæ ex deli. nasc. l. furtum, cum duabus sequentibus. ff. de furtis. licet talis uir non fuerit uisus furari, & ibi Bartol. Idem si sit visus cum furto, & clametur contra eum, quia tunc est manifestus fur. l. si quis in seruitute. §. primo. ff. de furt. & ibi Bartol. Dicitur etiam publicus latro, contra quem furtum probatur, vel per confessionem, siue per probationem. vel facti euidentiam, capitulo vestra, capitulo fi. de coha. cler. capit. cum olim, de uerb. signifi. alii dicunt, quod latro publicus dicitur, qui palam furatur, alij intelligunt, capit. inter alia. & leges supradictas de latronibus, & raptoribus stratarum, qui hoc faciunt publice, secundum Bartol. in l. capitali. §. famosos latrones. ff. de pœn. & concordat lex 18. tit. 13. in 7. partita ll. Hispanię, quæ loquitur de frequentantibus itinera, vel depredantibus in mari, vel ingredientibus ad furandum, uel depredandum per uim in domibus, uel locis, vel Thesaurum de ecclesia, uel Regis tributa. De quo latrone intelligatur dicto capitulo inter alia, dico in fallent. sequent.

SVMMARIVM.

1. *Nocturnus populator immunitatem non habet.*
2. *Quis sit populator nocturnus.*
3. *Cur magis alijs quam his securitas conceditur.*
4. *Hæc vera sunt, quando insidiose delictum commissum est.*
5. *Publicus latro in ecclesia occidi potest.*

Secunda Fallent.

Secundo, fallit dicta regula in nocturno populatore agrorum, per tex. in cap.
1 inter alia eo. tit. vbi tex. ponit istos duos casus. Nam si † est nocturnus populator agrorum non gaudebit immunitate. De
2 qua in regula nostra. nocturnus † populator agrorum est, secundum Panormitan. ubi supra in præcedenti fallentia, qui obsedit stratam publicam, prædando homines transeuntes, & differt a publico latrone, quia non publice, ut latro, sed clā destine moratur, & furatur in loco, vel secundum Inn. in d. capit. inter. que Panor. refert ubi sup. dicitur nocturnus populator agrorum, quia in nocte segetes destruit, uel comburit, dum ibi se abscondit, vel latet, etiam propter homicidia, & rapinas, quas facit in stratis illis. Idem uoluit Hostien. in summa eo. ti. §. in quantum prædicta refert Guliel. May. ubi sup. in præcedenti fallentia, & istos duos casus refert gl. in c. sicut antiquitus. 17. q. 4. in glo. fin. & Host. in d. §. in quantum. col. 2. ver. sin aūt longe, refert ēt istos casus. & dicit ibi Hosti. ꝙ depopulator agrorum, exponitur. i. vastator, seu cōbustor, quia de nocte conburit segetes vicinorum, & dr̄ a populor, popularis, se a de populor depopularis, qđ in mala signatione accipitur, quasi destruo, is, seu dispergo, is, Hostiens. ubi supra Hostiens. in dicto capitulo inter alia. col. prima in fin. uersiculo vel nocturnus, dicit sic dictus, quia de nocte segetes, destruit, dum ibi latet, uel se abscondit pp homicidia, & rapinas, quas committit in strata publica, agros eorum, qui ei non seruiūt, destruit, & conburit, populator dicitur. i. collector fructuū in spicis pendentium, alias depopulator, i. vastator, seu destructor & est melior littera, loquitur. n. de vastatorib. messiū, maxime, qui de nocte conburunt messes. Idem quod Hos. tenet Ioan. And. in d. c. inter. Istam fallentiam ponit etiam lex fori Hispanię. l. 3. lib. 1. tit. 5. l. nocturnus depopulator agrorū, uel qui publicas stratas obsidet aggressionis insidijs, verba. s. d. l. fori sunt, La Yglesia no defienda robador conoscido, ni hōbre, que de noche quemare messes, o derrancare viñas, o arboles, o racare los moiones de las heredades. Idem dicit lex 4. ti. 21. in prima partita, & ibi gl. dicit, ꝙ nocturnus populator agrorum differt a publico latrone, quia iste clandestine furatur, & moratur in loco occulto. Ideo dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte segetes destruit, & ibi latet. alleg. Inn. in d. c. inter alia. retuli. Inn. supra Ant. de But. in d. c. inter alia. col. 1. in fi. dicit, dicitur depopulator, fructuum in agro pendentium deuastator, & dicitur nocturnus qui in nocte segetes destruit, cum ibi iacet, & in illis se abscō dit, & refert Host. in d. c. inter alia, quem & supra retuli, & dicit Ant. col. 2. in prin. ꝙ proprie latro, dicitur ille, qui itinera frequentat, & stratas public. obsidet insidijs. Car. in d. c. inter alia, not. 4. idē tenet, refert Inn. & Host. dicit, ꝙ melior est littera depopulator, ut sup. retuli. dicit Car. ꝙ utraque litera hēt eundem sensum, & dicitur a populor, is, & non a populo, as, ꝙ in bona significatione accipitur, secundum Host. ubi sup. Vñ dicit Io. An. in d. c. inter alia, col. 2. in prin. ꝙ pdicta duo gñā hominum, si in stratis publicis fuerint aggressi aliquem per insidias, ista immunitate non gaudent, ut saluentur ab ecclesia, si uero non in stratis, sed extra, vel in stratis, sed non insidiose, sed impetu, & casu fortuito hæc committunt, tunc immunitate gauderent, secundum Io. And. ibi, quem sequuntur Ant. ibi col. 2. in prin. Sed quærit Io. An. ibi, col. 2. in prin. qua
3 re decretalis ista, de his, plusquam de alis expressit, dicit, qa de aliis præsumitur, quod non insidiose hoc fecerint nisi cōtrarium probetur. Anch. in d. c. inter alia, col. 2. uer. sed dices, quare magis alias, quam istis consuetudinem ecclesia immunitas, refert Io. An. ut cum retuli, & dicit Anch. ꝙ mirat de hoc dicto, ꝙ si insidias acceperimus pro dolo, semper dolus præsumitur, postquam constat delictum fore commissum, c. 1. de præsumpt. l. si non conuincit. C. de iniuriis. C. Et secundum hoc nullus delinquens postquam, constiterit de delicto, gaudebit immunitate, & sic Anch. reprobat rationem Io. Andr. Pano. in d. c. inter alia, co. 6. in fi. uer. sed quero, refert Io. And. & dicit, ꝙ Anch. reprobat istam rationem, sed dicit Panor. ꝙ ipse credit, ꝙ Io. And. intellexerit, ꝙ alii non præsumuntur ex proposito prius deliberato deliquisse, licet in actu delicti præsumitur dolus, in istis autem, qui stant in stratis publicis, pręsumitur, ꝙ ex proposito deliberato hoc fecerint, ex quo in illis rapinis se assuefecerint. Debet. n. inspici hoīs consuetudo. l. qui semisses. de vsu. ff. Pano. ibi etiam alle. aliam rationem, & glo. fi. in c. fi. eo titu. ponit etiam aliam rationem. Io. Bichis in d. tract. de immu. fol. 73. uer. 3. fall. est in paruo uol. refert istas duas fallentias, & refert Panor. qui dicit, quis dicatur publicus latro, & nocturnus populator refert etiam Ioā. Anch. Panor. quare plus in istis, quam in aliis, retuli oēs sup. Est communis conclusio, ꝙ c. inter alia, procedit, quando in
4 sidiose illi casus † committuntur, secundum prædictos, & idē tenet Io. Igne. in l. 3. §. subuenit. ff. ad sillan. num. 103. fol. 223. colu. 2. ver. Hostien. vero. Loquitur tex. c. inter alia, de stratis. Strata dicitur via publica, & munita, quasi lapidibus vulgitrita, & est de lapidibus strata, & partita, unde dicitur dilapidata, secundum Guarinum in suo breuiloquo, seu vocabulario, in uer. strata, Bart. in l. 1. ff. de uia publica, Alberic. in suo dictionario, in uersi. strat. Calepinus, in suo vocabulario, in uers. stratū, dicit, ꝙ strata dicitur uia lapidibus tecta, vt sunt uię Romanæ, ideo plus sceleris, latro, prædo, & percussor, cōmittit, si in via strata in viatorem grassatur, secūdum Calep.
5 ubi sup. Marcus de Mantua cons. 91. nu. 16. dicit, ꝙ sicut † publicus latro potest in ecclesia capi, ita potest in ecclesia occidi, ar guēdo de tempore ad locū, vt per Ias. in l. vinum, & ibi omnes, ff. si cert. pet. & c. inter alia. de immu. eccle. c. 1. de homi. & a quocunque, & quacunque etiam die feriato. l. fi. C. de maleficiis, & Matth. & l. 1. C. de sum trin. l. accusationes. C. de accu. ꝙ possit occidi in eccl. dubitarem.

SVMMARIVM

1. *Delinquens in ecclesia, vel cimiterio. hac securitate non fruitur.*
2. *Etiamsi sine spe immunitatis delinquat.*
3. *Quod si ex proposito non delinquerit sed fortuito, aliud constituendum.*
4. *Conclusio in hac quæstione.*
5. *Committens quæcunq; grauia crimina in ecclesia, nulla securitate donatur.*
6. *Committens furtum in ecclesia, immunitate non gaudet.*
7. *Idem in eo qui sacrilegium in ecclesia committit.*
8. *Et in eo, qui adulterium in Ecclesia perpetrat.*
9. *Vel raptum.*
10. *Sed & in alijs delictis idem existimandum est.*

Delinquens in Ecclesia, uel Cimiterio. III. Fallent.

Tertio, fallit in delinquente in ecclesia, vel cimiterio, per text. expressum, in c. fi. eo. tit. vbi dicit text.
1 ꝙ committens † homicidia, vel mutilationes membrorum in ecclesia, vel cimiterio, non debent gaudere immunitate per

per rōnes, quas tex. ibi ponit. Inn. in c. inter alia, eo. titu. dicit, quod is, qui in ecclesia aliquem occiderit, ecclesia eum nō defendit, quia ecclesiam violat. arg. can. de viro. 12. q. 2. & c. an sit, de appell. c. quia frustra, de vsur. alij tñ contrarium dn̄t sed dic in his, quæ pia sunt, consuetudinem seruandam, sed dic, ut in c. fi. eo. ti. sunt verba Inno. ubi sup. idem dicit Card. in d. c. inter alia. q. 10. sequitur ēt, ꝙ violatores eccles. nō gaudent immunitate, dico infra in fi. istius fallentiæ.

Primo ampliaatur ista fallentia, ēt si delinquat sine spe immunitatis, nam taliter delinquens in eccle-
2 sia, uel cimiterio, non gaudebit immunitate, secundum Panor. in d. c. fi. col. 2. uer. sed circa prædicta, & refert Host. tenē tem istam ampliationem, licet postea videatur ab ea recedere, & dicit Host. in d. c. fi. in prin. nemo sub spe veniæ peccare debet nec est subueniendū per iura per eū alleg. & dicit, post in uer. quem, nisi sicut præsumitur, ipso facto præsumptione iuris, & de iure. nam si de hoc non constet, & si huius voluntatis non esset, nihilominus locum hn̄t causæ sequētes, quæ finales fuerunt huius statuti, hæc aūt compulsiua, uult dicere Host. ꝙ p̄sumitur, ꝙ delinquens in ecclesia delinquat hoc animo, ut defendatur ab ecclesia, & si de uoluntate non constat, vel ēt si non sit huius uoluntatis non gaudebit, vult ꝙ delinquens in ecclesia sine spe immunitatis non gaudebit, dicit vlterius Hos. subueniretur, tametsi contrarium probaretur, puta, ꝙ nullas habebat inimicitias. Sed ex uerbis ibidē inter eos ortis ad homicidia peruenerunt, & ita debet intelligi, ꝙ no. Hug. eum refert gl. in d. c. fi. uult ergo Host. quod si constaret, ꝙ quis deliquit in ecclesia sine spe immunitatis, debet gaudere. Io. And. & Ant. de But. in d. c. fi. referut, & sequuntur Host. Car. in d. c. fi. in 1. oppos. & in 4 q. vsq. ad fi. cōcordat cum Host. ꝙ si ex proposito. sub spe immunitatis delinquat in eccle ꝙ alias non deliquisset, non gaudebit, sed si
3 constat, † ꝙ alias erat commissurus delictum, gaudebit per literam d. c. intelligendo, ꝙ illa non sit causa impulsiua, sed finalis, ꝙ bene sonat littera, licet non sit tutum bene hoc tenere, tñ sapit æquitatem, quia ex proposito, tunc non uiolāt immunitatem ecclesiæ, sed casualiter ita euenit, in dubio p̄sumitur, quod alias non erant commissuri. i. ꝙ deliquerint sub spe immunitatis, hæc Card. ubi sup. Pet. de Anch. in d. c. fi. uer. quæro, quærit, quid si sine tali credulitate immunitatis fuissent alias commissuri, refert Io. And. ibi, ꝙ ista est præsumptio iuris, & de iure, ꝙ illa non fuit sola causa, quare denegetur immunitas, sed fuit causa impulsiua, & aliæ sequentes fuerunt causæ finales, concludit Anch. ꝙ si quis casu, & nō ex proposito delinquit in ecclesia, uidetur habere immunitatem, puta si non propter inimicitias, sed ex uerbis contumeliosis ibi ortis homicidium est commissum. secundū Hostien. & sic Ancha. sequitur Host. Inn. in c. inter alia, eo. tit. in fi. dicit, quod is, qui in ecclesia aliquem occiderit, non debet ab ea defendi, alij tñ contrarium dicunt, retuli Innoc. sup. in fallen. Collecta. in d. c. fi. in prin. quærit, quid si inta ecclesiā quis committat sacrilegium, homicidium, vel aliud crimē. refert Inno. ubi sup. ꝙ statur consuetudini, refert ēt Host. tenentem cum Ray in summa, ꝙ ēt si alias quis non esset commissurus, non debet gaudere. tex. tñ, in d. c. fi. uidetur contradicere a contrario sensu. Sed pot dici, ꝙ semper præsumitur, ꝙ hoc fecerit in ecclesia, vt possit per eam defendi, & sic nō gaudet, & refert Io. And. in d. c. fi. ꝙ si non ex proposito, vel ex veteri odio, sed casu fortuito hoc fieret, gauderet, & hoc quantum ad homicidam. secundum Host. Sed quantum ad furem, tenet indistincte Host. quod non gaudet, sed ratio diuersitatis est nimis tenuis, sed Collecta. ubi sup. Panor. in d. c. fi. refert Host. & dicit, ꝙ cōiter Doct. transeunt cum sua opinione, quæ opinio est magis æqua, sed non placet Panor. per rationem tex. c. fin. & sic opinio Panor. est, ꝙ delinquens in ecclesia, ēt sine spe immunitatis non gaudebit. Io. Bichis in d. c. deffiniuit. 17. q. 4. nu. 27. uer. 4. fallē. fol. 73. col. 4. quærit, de ista qō. refert Host. & Panor. & num. 30. dicit, ꝙ opi. Panor. vr̄ probabilior de iure, & magis sustentabilis in disputando, tñ in iudicando, non esset recedendum ab opi. Host quæ suffulta est omnium opi. Doct. Io. de Tur. Cre. in d. c. diffiniuit. 17. q. 4. uers. 2. est, dicit, ꝙ si qs in ipsa ecclesia cōmisit maleficium sperans se ab ecclesia defendi. ꝙ sp præsumitur, nisi ɔ̄riū ꝓbetur, non dēt p ecclesiā defendi, per d. c. fi. eo. ti. Ang. de Claua in sum. in uer. immu. uers. 17. ponit aliquos casus, in quib. qs nō gaudet immu. & tertius casus est illorum, q aliqđ maleficium enorme committunt in ecclesia, ut defendātur ab illa, secus si cōmitteret extra ecclesiā, uel cimiteriū sub spe, ut defenderet ab ea, qa gauderet, ut in d. c. fi. e. ti. quærit post, quid si cōmisit maleficiū in ecclesia, sed nō sub spe, ut defendat ab ecclesia, refert Panor. ꝙ nō defendet, alij ɔ̄, & magis placet, p d. c. fi. Stepha. Auffre. in decis. capel. Tholos. 432. in prin. refert Claua. ubi s̄. dicēt, ꝙ si qs cōmisit maleficiū in ecclesia, sed nō sub spe, ut defēdat ab ea, ꝙ dēt gaudere īmunit. per d. c. fi. licet Panor. contradicat. Auferrius ubi sup. ꝙ opinio sua seruaretur. Siluester in summa in uer. immunitas. 3. q. 2. ver. tertium est, dicit, si autem commisit quis maleficiū, in ecclesia, uel cimiterio, sed non sub prædicta spe, s̄m Pano. nō defendetur, alii vero ɔ̄rium & verius, quia alias nō hēt locū rō illius. capituli, q̄ est deliquere ī ecclesia, vel cimiterio, sub dicta spe qa ēt sub p̄dicta spe extra eccl. vel cimiterium delinquit, gaudet immunitate, argumen. dicti capit. fin. hæc
4 Siluest. ubi supra. Conclusio † ex prædictis resultat, ꝙ si non ex proposito, vel ueteri odio, sed casu fortuito, quis committat delictum in ecclesia, gaudebit immunitate, alias non, ista est communis opinio. Pano. in d. c. fi. indistincte tenet, ꝙ quomodocunque deliquerit quis in ecclesia, non gaudebit immunitate. opinio. Panor, crederem fore veriorem per rātiones suas, & posito, quod prima causa, seu ratio d. c. fi. esset finalis, aliæ, etiam rationes sequentes illius. tex. sunt etiam finales, licet vna deficiat, si aliæ remanent, non deficit d. l. Petrus de Belluga in speculo principum. fo. 51. col. 1. ver. restat uidere de illo, qui uiolat immunitatem, ꝙ non gaudet illa, p d. c. fi. eo. tit. ꝙ vr̄ verum, si immunitatem violet animo, ut defendatur ab ecclesia, dic ꝙ in dubio præsumitur præsumptione iuris, & de iure contra quam nō admittitur probatio in cōtrarium facere hoc, ut defendatur ab ecclesia. alle. An. in d. c. fi. retuli supra, dicit vlterius D. Pet. vbi. sup. ꝙ ēt si de illa voluntate nō cōstet, vel ēt si nō sit huiusmodi uoluntatis locū hn̄t aliæ causę, de quib. in d. c. fi. quæ fuerūt finales dictę constōnis, hæc aūt impulsiua. Subuenirur tñ ei, si ɔ̄rium probaret, alleg. Ant. vbi sup. & in hoc residet, vult ergo dictus doctor, ꝙ si probetur delictū commisse, non animo se defendēdi in ecclesia, gaudebit immunitate, & ista est cōis, vt superius dixi. Vñ sequit̄, ꝙ uiolatores ecclesiarū nō gaudēt immunitate, dixi in prin. istius fallent. & refero in fallent. 43. ĩ. ibi uide Guliel. May. in l. nemo. ff. de reg. iur. fo. 250, col. 2. in fin. nu. 28. qđ si in ecclesia, vel cimiterio aliquis delinquit, nō tñ sub spe veniæ, uel eo animo, vt ab ecclesia defendat̄, an possit extrahi s̄m tenorē. c. fi. eo. tit. uidetur, ꝙ non qa ille tex vr̄ se fundare sub spe veniæ, quam ille non habuit. ergo cessante cā Hosti. tenet ɔ̄rium & Panor. in d. c. fi. retuli sup. q preci se tener eū extrahendum, per decis. d. c. fi. ubi tex. in sua deci. alleg duas rationes, quæ vr̄ procedere in isto casu. Vna est, quia in eo, quo quis deliquit, debet puniri, altera, quia frustra legis auxilium implorat, qui delictum committit in legem l. auxilium in fi. ff. de min. c. qa frustra, de vsu. c. cum olim. de offi. dele. & in delictis præsumuntur animi dolus, & animus malus. c. 1. de pręsum. Hęc May. vbi s̄. & sic residet cū Panor.

Secundo ampliatur dicta fallent. 3. ꝙ licet ille tex. c. fi. loquar̄ in committentib homicidia, vel
5 mutilationes mēbrorū habeat etiam locū in aliis † criminib. extra homicidiū, & mutilationem. Panor. ibi. col. 1. versi. sed ego vltra alios quæro arg. pro & contra. tandem dicit, ꝙ satis potest dici, ꝙ in omnib. grauib. delictis habet locū d. c. fi. tum propter idētitatem rationis, rum quia rationes, quę ibi ponuntur, sunt genereles ad omnia delicta, saltem enormia & not. hoc dicit Panor. vbi sup. Idem tenet Anch. in d. c. fin. in prin. ubi no. tex. ibi, ꝙ pro excessib. cōmissis in ecclesia. delinquēs immunitatē nō cōsequit̄, & ponit tex. exēplū de mutilationib. & homicid. idem dicas in aliis delictis intus ecclesiam perpetratis, puta in adulterio, raptu virginū, & in furto s̄m Host. & Anch. ubi sup. Idē tenet Steph. Auffre. in qōnib. Tholosanis, q. 322. in prin. vbi dicit refert, & tenet, id ꝙ Pan. Io. de Bichis in d. c. diffiniuit. 17. q. 4. col. 11. fo. 74. in fi. ver. dicit Panor. nu. 2. quærit de ista qōne, & late prosequitur eā referendo plures Doctorū opi. faciunt ad prædicta ampliationes sequentes. Car. in d. c. fi. tenet contrarium. s. ꝙ cōmittens delictū in ecclesia, citra homicidiū, & mulationē, gaudet immunitate, refero eū in fallen. sequenti. cōis opinio est ɔ̄ cū, & retuli sup. & refero sequenti ampliatione. Collecta. in d. c. fi. eo. tit. in prin. quęrit, quid si intra ecclesiam quis cōmittit sacrilegiū, homiciū, uel aliud crimē. Refert plures Doctores ꝓ & ɔ̄, & residet cū Hosti. qđ nō gaudet. Refert Goffr. vbi s̄. q indistincte dicit, ꝙ tales ecclia defendere dēt qa si repelleret eos videret̄ esse auctrix sanguinis, sed Host. vbi sup. hoc nō approbat, nec expresse reprobat in lectura. Refero eū in seq. Fallē. Sylue. in summa. in uer. immunitas. 3. ver. 3. refert Pano. ꝙ c. fina. habeat locum in omnibus. delictis grauibus, secus non enormibus ibi commissis. quia gaudet. Syluest. ubi supra Claua. in sua summa. in versic. immunitas. q. 17. idē tenet Nico. Boer. in decis. q. 119. col. 3. nu. 5. refert Pan. ī d. c. inter alia, fo. 115 in prin. Sal. in auth. si quis ei. C. de adult. dicit ꝙ. ecclesia, cū suo cimiterio hn̄t immunitatē, p̄terquam qñ in eis aliqs occidit, uel membrum mutilatur in d. cap. fin. & dicit Saly. ꝙ forte per rationem d. c. fi. potest extendi, ad quod libet delictum, per quod ecclesia uiolatur, eum refert, & sequit̄ Ang. de maleficijs, in vers. quod fama publica. q. 8. fol. 72. colu. 3.

Nicol. Boer. in suis decis. q. 110. col. 3. nu. 4. refert Panor. in d. c. inter alia, & fol. 15. col. 3. in prin.

Tertio ampliatur † in committēte furtum in ecclesia, vt non defendatur ab ea. Host. in summa isto titu in 6. lib. tit. 30. fol. 86. Host. in c. fi. eo. tit. in fi. quærit, quid si quis committit furtum in ecclesia? dicit, ꝙ non defenditur, licet Goffr. contra. in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cle. Hostien. in summa, eo tit. §. inquantum. col. 3. in prin. quærit, qd si committit quis furtum in ecclesia, nunquid defendetur? non videbitur. Quia secundum Aug. nemo ad supplicādum debet admitti ibi, vbi sacrilegium commisit. c. frater. 17. q. 4. c. frustra. de vsu, sed Goffr. dicit contra, quia duo genera hominum excipiuntur. c. inter alia, eod. tit. d. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cler. quæ potius facit contra. secundum Hostien. ubi sup. & idem, ꝙ Host. tenet Io. And. in d. c. fi. eo. ti. in fi. & idem Ant. Card. in d. c. fi. referunt Host. & dicit Cardi. in d. c. fi. ꝙ ad l. si quis, potest respondere, quia licet clerici de honestate non debeāt deposcere vltionem propriæ iniuriæ, nō tamen ex hoc debent omittere, quin persequantur iniuriā ecclesiæ. Item ob delictum commissum in ecclesia perditur immunitas. d. c. fi. eod. ti. sed quia d. c. loquitur in homicidio, uel mutilatione, possumus restringere, quod non habeat locum in alio casu. sed stet regula, quod sit locus immunitatis extra duos casus, de quibus in d. c. inter alia, & sic saluabitur opinio Goffr. ista solutio est mitior. Hæc Car. in d. cap. fi. & sic vult Car. innuere, ꝙ d. cap. fin. solum habeat locum in homicidio, & mutilatione, & non in aliis delictis, quia committēs delictum in ecclesia citra homicidium, & mutilationē, gaudet immunitate. Collect. in d. c. fi. quoad furtum sequitur Hostien. & ipse Collec. in d. c. fi. in prin. quærit, quid si intra ecclesiam quis commisit sacrilegium. Refero sup. in præced. ampliatione. ad 3. fallen. gl. in c. frater. 17. q. 4. in vers. ab omnib. colligit argum. ex illo tex. ꝙ si aliquis cōmittit furtum in ecclesia, non gaudet immunitate, & idem etiam tenet Io. An. in c. decet, de immu. eccl. li. 6. & ibi Io. Mona. & Domi. col. 2. in fi. Idem tenet Cassa. in consue. Burgund. fol. 57. col. 1. uers. secundum ergo canones, dicit, ꝙ committens furtum in ecclesia. non gaudet immunitate. dicit tamen, ꝙ lex si quis, in hoc genus sacrilegij, dicit contrarium, facit ampliatio quinta. Conclusio est, quod committens furtum in ecclesia, non gaudet immunitate.

6 **Quarto** ampliatur † etiā si fur cum re furtiua fugit ad ecclesiam, nam talis nō gaudet immunitate, secundum Io. de Ana. in c. fi. col. pe. in fi. de furtis, post Anto. & alios, ubi quærit de ista quæstione, & concludit, ꝙ nō gaudet immunitate, qa mutatione iurisdictionis, nouum committitur furtum, iuxta doctr. Bar. in l. si dominum. ff. de furt. loquendo de fure, ꝙ ubi reperitur cum re furtiua, uidetur ibi furtum committere, & potest ibi puniri, ut plene per Ana. in d. c. fi. & Barb. in c. postulasti. col. 47. in prin. refert dictū Ana. Nam ipsi dicunt, ꝙ quidam fur fugit ad ecclesiam cum re furtiua, & fuit extractus ab ecclesia, & suspēsus, & ille, qui fecit extrahi, dubitauit in foro conscientiæ, an hoc de iure poteriat facere, & fuit facta sibi conscientia a suo cōfessore. Ista quæstio dependet a dicta doctrina Bart. in d. l. si dominum. Nam si sua doctrina esset vera, talis fur non gaudet immunitate, si non est vera, gaudet. Barba. in d. c. postulasti. col. 48. cū seq. concludit contra Bar. & Raph. Fulg. cōs. 149. dicit, quod multi consuluerunt, contra Bar. Marian. Soci. in d. c. postulasti. col. 5. in prin. q. 8. refert Bar. & se refert ad dicta per eum. in c. 1. de rapto ubi dixit, ꝙ collegium Bononiens. consuluit contrarium. Cassan. in consue. Burg. fol. 44. nu. 15. refert plures remissiones ad doctr. Bar. ut in addit ad Bar. in d. l. si dominum, uide late istam quæstionem, pro, & contra, & in finalibus uerbis refert Bal. cons. 150. in 5. uolu. dicentem, ꝙ opinio Bar. est de iure vera, licet de facto non seruetur.

7 **Quinto** ampliatur † quod committens sacrilegium in ecclesia, non gaudet immunitate, dico in fallen. 31. quæstio. collecta. in d. c. fi. eo. tit. retuli in amplia. præced. & expresse tenet hoc Nic. Boer. in decis. quæst. 110. folio 116 num. 3. in prima par.

8 **Sexto** ampliatur, quod perpetrans † adulterium in ecclesia, non gaudet immunitate. Anch. in d. c. fin. in prin. retuli supra in 2. ampliatione.

9 **Septimo** ampliatur quod † committens raptum virginum in ecclesia, non gaudet immunitate. Anch. in d. c. fi. in prin. retuli sup. in 2. ampliatione.

10 **Octauo** ampliatur d. c. fi. etiam ad alia † crimina præter homicidium, & mutilationem, secundū Colle. in d. c. fi. in prin. ubi quærit, quid si intra ecclesiam, qs committit sacrilegium, homicidium, vel aliud crimen. cōcludit, ꝙ non gaudet, & sic vr̄ extendere. d. c. fi. ad alia crimina, nisi velimus dicere, qđ intelligitur dictum Collect. in criminib. grauib. prout Panor. & alii, quos retuli sup. in 2. ampl.

S V M M A R I V M.

1 *Existens in ecclesia, si vulneraret constitutum extra, non habet securitatem.*

2 *Quando principium, vel finis, in istis spectandum.*

Existens in ecclesia vulnerans existenten extra. IIII. Fall.

1 **Quarto fallit** quando ille, qui stat in loco immunitatis, percutit † Existentem extra locum immunitatis. Nam talis non gaudet immo habet locum dictū c. fi. de immu. eccles. secundum Panor. in dicto c. fi. colum. pen. in fi. vbi quærit, quid si existens in loco immunitatis, percutiat enormiter existentem extra ecclesiam, an hēat locū d. c. fi. dicit, quod credit, quod sic, qa delictum principiatum fuit in ecclesia, licet alibi consummatum. facit c. 1. & ibi Pan. de præsump. & per notata per Io. And. in reg. inspicimus. de reg. iur. in 6. Anch. in d. c. fi. quærit, quid si existēs in ecclesia vulnerauit cum balista, existētem extra ecclesiā vltra 40. passus, remittit se ad Bar. in l. libellorum. ff. de accu. Ang. de Clau in summa, in ver. immunitas. q. 23. quærit vtrū existens in ecclesia, uulnerans existētem extra uiolet immunitatem, dicit, ꝙ sic. alle. Pano. in d. c. fi. quia delictum fuit ibi principatum, & habebit, locum d. c. fi. scilicet. ut non defendatur. Siluest. in summa, in ver. immunitas. 3. q. 4. ver. fin. qui existēs. refert Pan. in d. c. fi. ꝙ habeat locum d. c. fi. vt non defendatur ab ecclesia, quia delictum fuit ibi principiatum, licet alibi consummatum, refert tñ Bar. in l. ꝙ ait. de adult. ff. vbi dicit, quod portans aliquem de platea extra plateam, & ibi eum percutit, non punietur, tanquam percutiens in platea. & ibi dicit, ꝙ qñ initium, & finis loci & temporis sunt illicita, fauore rei inspicimus finem, ne de vtroque puniatur, sed qñ principium est licitum, habens causam licitam, illud principium inspicimus. per l. qui cum maior. ff. de bo. li. 2. dicit Siluest. vbi sup. ꝙ tunc est dictū Bar. verū, ubi plures actiones sunt, ut aggressio, sequutio, & percussio, dictum vero Panor. vbi est una actio tm̄, puta vnus motus teli proiecti, qui incipit in uno loco, & in alio finitur, & pro ista fallen. faciūt nota. per Io. And. in reg. in obscuris, de reg. iur. in 6. ubi si existens in uno territorio, percutit existentem in alio territorio potest ratione huius delicti conueniri in utroque loco, per tex. in c. 1. de præsum. & ibi Feli. no. 3. post Pan. & alios & ibi refert plures Docto. hoc tenentes & hoc etiam Maria. Soc. in c. postulasti, col. 3. nu. 5. de for. comp. tenet, & refert alios Doctor. in 1. q. & in 5. fo. 98. col. 4 & fo. seq. col. 1. In ista materia, 2 † an inspiciatur initium, vel finis, datur doctrina, ꝙ qñ vtrumque est illicitum. s. initium, & finis, tunc finis attenditur, sed quando initium est licitum, & causam habent licitam, tūc ipsum initium inspicimus, text. in l. ꝙ ait lex. §. quid nam, & ibi Bar. ff. de adulteri. l. qui cum maior. §. primo de bonis. libert. ff. refert. prædicta Marcus de Mantua. consil. 91. nu. 15.

S V M M A R I V M.

2 *Constitutus in ecclesia, mandans extra ecclesiā delictum cōmitti, non fruitur immunitate.*

2 *Existens in uno loco, si mandet delictum in alio committi, vbi conueniri debeat.*

3 *Quando locus percussionis inspici debeat.*

4 *Committens delictum in ecclesia, si post ea, aliud commitat, an possit gaudere immunitatis priuilegio.*

Existens in Ecclesia, mandans committi delictum extra Ecclesiam. V. Fallent.

1 **Quinto** fallit quando existens in ecclesia mandat cōmitti † delictum extra ecclesiam, an gaudeat immunitate. ista quæstio de pendet ab illa, mandator, vbi dicitur delinquere, an in loco, vbi mandauit, vel vbi delictū fuit expletū. Pan. in d. c. fi. in fi. format Istā q̄ōnē in istis terminis, & non decidit, sed se refert ad Bal. in l. si ut ponitur. de fideiusso. ff. & in l. no solum. §. si mandato. ff. de iniur. & Anc. in d. c. fi. ēt quærit de ista q̄ōne, & se refert ad Bart. vbi sup. & istā q̄ōnem, ēt querit. Ang. in ver. immunitas, q. 24. & Siluest. in uer. immunitas. 3. q. 6. ver. 3. & dīt, ꝙ ista q̄ō dependet ab illa, vbi dr̄ delinquere mandator, & referunt Bar. ubi sup. Panor. ubi sup alle. tex. in cle. pastoralis. §. necnō iūcta gl. in ver. desiperet. de re iudi. uult innuere, ꝙ dr̄ delictum committere, ubi delictum fuit secutum, ut plenius per Bart. ubi sup. Silue. ubi sup. dicit ꝙ tex. d. cle. pastoralis, iuncta gl. vr̄ innuere, ꝙ ibi delictum committitur ubi illud sequitur uel expletur quia dicitur in dicta cle. quod citatio facta infra fines imperij citatum extra imperium constitutum, nō arctauit alle. Bar. vbi sup. Idē Bar. in d. l. si ut ꝑponit. ff. de fideiusso, q̄rit de q̄ōne 2 Si existēs in loco † mādat delictū committi in alio loco, an mandās possit accusari, vbi delictum est expletū, seu cōmissum. refert vnā opi. ꝙ sic, refert aliā, ꝙ nō pōt cōmitti, nisi in loco, ī quo fuit mādatū, dicit Bar. ꝙ oportet prius scire, vtrū mādās delictū cōmitti. punit̄ ex delicto, vel mādato, ꝯcludit Bar. ibi, ꝙ ex delicto puniat̄, & idē Bar. ī l. nō solū. §. si mādato ff. de iiu. & ꝑ Bar. ī l. libello. ff. de ac. Ista q̄ō de delicto cœpto in vno

loco, & finito in alio, est satis per canonistas, plene, maxime per Fel. in c. fi. col. 6. de foro comp. vbi ponit tres conclusiones, & refert plures Doct. & in mandante concludit, ꝙ delictum mandantis punietur a iudice loci, in quo delictū est factum, & non in quo est mandatum, & refert plures Docto. vt ibi per eū, & per Domi. & alios in c. 1. de homic. li. 6. & ibi per Phil. Prob. nu. 12. refert Ale. consi. 216. in 6. vol. ubi dicit, ꝙ debet puniri in loco, ad quem ordinabatur executio mandati. alleg. Phil. Prob. Bar. ubi sup. & alios Docto. facit etiam gl. singu. in cle. 1. vt li. pen. & ibi Anch. & alij, & Fel. in c. 1. de præsump. col. pe. ver. facit ēt iste tex. Bar. in d. l. libellorum. ff. de accus. ver. sed quæro. Aliquis percutit Titium in platea, q 3 postea moritur in alio loco, quis † locus debeat inspici, dicit, ꝙ locus percussionis, & non locus vbi moritur, quia ibi videtur interfectus, vbi est percussus, & Bar. ibi. ver. Vlterius quæro, quid si aliquis in platea cum ballista, percutit aliquem extra plateā, quis locus inspicitur, cōcludit, ꝙ inspicitur locus, vbi quis percutitur. Si tñ est statutū, verba statuti sunt inspicienda, faciunt, quæ dico in fallen. seq. maxime in 10. fallen. & 14. & faciunt aliæ quæstiones, quas refert Alex. in addit. ad Bar. in d. l. libellorum. Io. Bichis, in d. tract. de immu. eccl. colum. 15. versic. quid si existens in ecclesia mandauit delictum ibi committi, uel econtra, existens extra ecciesiam mandauit delictum committi in ecclesia, dicit ꝙ hæc q̄ō dependet ex alia, vbi mandator dicatut delinquere, an in loco ubi mādauit delictum committi, an vero in loco, ubi ex tali mandato fuit secutum, refert tex. in cle. pastoralis, de re iud. qui tex. videtur dicere delictum committi, ubi fuit secutum, & si existens in ecclesia, mandans homicidium committi extra, nō priuatur immunitate, refert Panor. in d. c. fi. de immu. eccl. q se remittit ad Bar. retuli sup. & Ioan. Bichis residet in hoc, in ista q̄ōne, & Fel. in d. c. 1. de præsum. colum. pe. & sic prædicti Doct. volunt innuere, ꝙ si existens in eclesia mandat delictū committi extra ecclesiā, quod debet gaudere immunitate. Et faciunt differentiam inter istam fallen. & fallen. præce. s. ꝙ aliud sit per se percutere, seu delinquere, & aliud mandare delinquere, seu percutere per alium. Maria. Soc. in d. c. postulasti, col. 3. ver. circa secundam quæstionem, de fo. comp. fol. 98. & col. 4. quærit, quid si Florentinus mandat Florentię Titio, ut interficiat Sæium in ciuitate Bononiæ, & ita secutū est homicidium, quæritur coram quo iudice debeat iste Florentinus puniri, dicit, ꝙ coram Bononiensi, & ista est cōis cōclusio Doct. in locis superius alleg. Ioā. And. in reg. in obscuris. de reg. iu. li. 6. & in c. 1. de consecra. eccl. vel alta. Anch. & alij, in d. c. postulasti. q̄ō. 2. & Maria. se refert ad dicta per eum in c. 1. de rapto. Dicit tñ idem Maria. ꝙ melius pōt dici distinguendo, ꝙ aut loquimur de pœna imponenda ratione mandati, aut ratione delicti, si ratione mandati, debet puniri, ubi fuit mandatum, si est statutum de pęna mandantis, seruetur statutum, si non est statutum, de iure cōi punietur pœna extraordinaria, ut latius per Maria. in d. c. postulasti. In secūdo casu ratione delicti venit puniēdus per iudicem loci, in quo delictum est consumatum, per supradicta, & Anch. in d. c. postulasti. q 2. Aduerte, nam supra, in ista fallen. retuli Bar. dicētem, ꝙ mandans punitur ex delicto, ac si ipse deliquisset, si ergo ipse delinquit, non gaudebit per præced. fallen. Item q per alium facit. & licet quo ad forum procedant superius dicta, tñ quo ad hoc, ꝙ talis delinquens gaudet immunitate, non crederem, ꝙ procederet, quod talis mandans, gaudeat immunitate, sed quod non debet gaudere. In isto casu, & in seq. fallen. sunt duo consideranda. Primo, ꝙ in ecclesia fuit mandatum committi delictum. Secundo, ꝙ extra ecclesiā fuit delictum executum, seu consummatum, uel finitum, & sic sunt duo delicta. Primum fuit in ecclesia ratione mandati. Secūdum extra ecclesiam, quia ibi fuit finitum, nam si iste talis mandans, aufugit ad ecclesiam ratione secundi delicti, quia proceditur contra ipsum, videtur, ꝙ debet gaudere per superius dicta, quia ubi delictum est finitum, ibi uidetur perpetratum, ut dictum est. Si ratione primi delicti, eo quia mādauit in ecclesia, uidetur, quod non debet gaudere, quia uiolauit ecclesiam, ratione mandati, & posset agi contra ipsū, tanquam contra uiolatorem ecclesiæ, & in isto casu nō gauderet, quia violatores ecclesiarum non gaudent, ut dico inf. 4 Et pro decisione istius casus procedit quæstio, † an committens delictum in ecclesia, & post extra ecclesiam committit aliud delictum, & fugit ad ecclesiam, an debeat gaudere dico infra in fallentia undecima, & consistit etiam, an sint hæc duo delicta, quod solum mandatum sit unum delictum & effectus mandati, scilicet percussio, sit aliud delictum.

S V M M A R I V M.

1 *Existens extra ecclesiam vulnerans, aut percutiens constitutum in ecclesia, quando gaudeat immunitate.*

Existens extra Ecclesiam, percutit, seu vulnerat existentem in ecclesia. VI. Fallent.

1 **Sexto** fallit, † Si existens extra ecclesiam uulnerat, seu percutit existentem in ecclesia, nō gaudebit immunitate, quia delictum est commissum in ecclesia, per no. in præcedenti Fallen. ergo non gaudebit per d. c. fi. item alia ratione. Nam ecclesia remanet uiolata per effusionem sanguinis, & sic violans eam, non gaudebit immunitate, vt dicā infra. in versi. uiolatores, & dixi in fine fallentiæ pręcedētis.

S V M M R I V M.

1 *Existens in ecclesia mandans delictum committi, an in securitate ponetur.*

Existens extra Ecclesiam, mandauit delictum committi in Ecclesia. VII. Fallent.

1 **Fallit septimo** Si existens † extra ecclesiam mādauit percuti, seu delictum committi in ecclesia, & iste casus potest inielligi duobus modis, Primo, quod existens extra ecclesiam mādauit alicui, vt iret ad ecclesiam, & ibi percuteret, seu uulneraret, vel occideret existentem in ecclesia. Secundo mandauit alicui existēti extra ecclesiam, ut inde percuteret sagitta, uel alio modo existentem in ecclesia, talis mandans, seu mandator in utroque casu priuatur immunitate ecclesiæ, per rationes præcedentis fallentiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Extrahens aliquem de Ecclesias quando gaudeat immunitate.*

Existens in Ecclesia, mandat alicui, vt extrahat talem ab Ecclesia. VIII. Fallent.

1 **Octauo fallit** si existens in ecclesia mandat, alicui, ut talem in ecclesia † existentē extraheret ab ecclesia, nō gaudebit immunitate, quia ecclesia fuit violata per istum mandantem, ut supra dixi in proxima fallen. & idem est dicendum in mandatario.

S V M M A R I V M.

1 *Quid de eo, qui alium per uim ab Ecclesia extrahit.*

Si quis extrahit aliquem per vim ab ecclesia. VIIII. Fall.

1 **Nono fallit** si quis existens † in ecclesia extrahit existentem in ea, contra suam voluntatē & extra ecclesiam eum uulnerat non debet gaudere immunitate, duabus rationibus. Prima quia uidetur uulnerari in ecclesia, ut supra dixi in fallent. Secunda, quia per talem extractionem est uiolata ecclesia, & violatores non gaudēt immunitate, ut inferius dico. item etiam facit, quo ad istam fallen. sequens. fallen.

S V M M A R I V M.

1 *Extrahens aliquem ab ecclesia per partem clamidis, aut mantelli, an violet immunitatem.*

2 *An extrahens clericum excommunicatur.*

3 *Percussus in ecclesia, an dicatur qui per mantellum, quod extra pendebat, tractus est.*

5 *Quædam alia hic obseruanda ex sententia auctoris leguntur.*

Si fuit extractus per vestem, seu clamidem, uel mantellum. X. Fallent.

Decimo fallit si extans extra cimiterium trahit eum qui stat intus per partē mā-1 telli, quæ manet exterius, ostendit † immunitatem ecciesiæ, & qui sic extraheret clericum, incideret in canonē, c. nuꝑ, de sent. excom. sunt verba Io. And. qui allegat Vin. in c. fi. col. 2. in prin. de immu. eccl. Card. in d. c. fi. in 1. q. & Ant. ibi in prin. quærunt de ista q̄ōne. & cōcludunt cū Io. And. Pet. de Anc. in d. c. fi. refert plures q̄ōnes, & quærit quid si stantē intus per partē mātelli, quæ manet exterius ipsum trahit extra ecclesiā, & ibi occidit, an habeat immunitatē, si confugiat ad ecclesiā, dicit ꝙ Io. An. tangit istā q̄ōnē de mantello, & dicit, ꝙ detrahens in clericum incidit in canonē, c. nuper, de sen. excom. Panor. in d. cap. fi. col. pen. in fi. dicit, ꝙ talis extrahens per partem mantelli, dicitur offendere immunitatē. s̄m Vin. Nam si sic traheret clericū, esset excōicatus, per d. ca. nuper, Io. Bichis. in d. c. diffiniuit, fol. 77. col. 1. uer. sed circa præcedētia, quærit, quid si existens extra monasterium trahit eum, q est intra, per partem mantelli, an dicatur violare immunitatem. refert Vinc. in d. cap. fina. quod sic, refert Panor. in d. ca. fi. Syluest. in summa, in uersic. immunitas. 3. q. 6. Idem tenet. Nam quærit, a existens extra cimiterium, uel ecclesiam, trahit violenter eum, qui est intra, per partem mantelli, seu clamidis, exterius existētē, offendit hāc immunitatē. s̄m Vinc. in d. c. fi. Nā sic extrahēs clericum incideret in canonē. c. nuꝑ in addit. ad Pan. in fi. refert Bal. in c. 1. §. iniuria. co. 5. de pace, iura. fir. vbi ponit de illo q per mārellū extrahit, & postea ꝑcutit, an dicat̄ ꝑcutere in eccl̄ia, cōcludit ꝙ nō. hæc in addit. ad Pan. vbi sup. Bal. in §. iniuria. co. 4. ī prin. ver. q̄runt Doctores. fo. 83. co. 1. q̄rit, † an dicat̄ ꝑcussus ī eccl̄ia, q ꝑ mātellū ꝙ 3 extra pendebat, tractus est extra ecclesiā, & ꝑcussus. Io. An. in c. fi. de immu. eccl. in nouella. dicit, ꝙ non, quia aliud est trahere. aliud percutere, & discrepant ad inuicem, natura, & ef-

fectu. l. neque ff. de fur. Nota .n. dicit Bal. ibi, q quando actus non determinatur ad vnum terminum, nec ad vnam speciē delicti, ibi est pluralitas, ēt pœnarū, sed qn̄ determinatur ad vnum finem, ibi sunt duo pp vnum. Ideo vtrobique tantum vnum, hæc sunt verba Bal. ubi supra. Io. Igneus, in l. 1. ff. ad Silla. fo. 14 uol. 4. nu. 57. in uer. Bal. in §. iniuria. refert Bal. ibi tenentem, q si existens in cimiterio tractus sit per vestem, aut clamidem pendentem extra cimiterium, percutiens ipsum, non uidetur percutere in ecclesia, & sic fugiens ad eam gaudet immunitate, retuli Bald. ubi sup. & dicit Io. Igne. ubi sup. q Io. And. tenet contrarium, in d. c. fi. de immu. eccl. retuli Ioan. And. & alios in d. c. fi. sup. Bal ut eum retuli. alle. Ioan. And. in nouella pro opinione sua, in d. c. nouella. Ioan. And. fuit, & est super 6. decreta. & ibi nihil dicit. in decret. super c. fi. retuli sup. & ipse & alii, quos retuli, concludunt, q talis extrahens offendit ecclesiam, tn̄ an uideatur percussus in ecclesia, expresse non dicunt. In isto casu, sunt ɔsideranda duo, attenta intentione scribentiū. Primo, an iste, qui per mantellū †extrahit existentē in ecclesia, uel cimiterio, & postq̄ extraxit, percutit eum, & post fugit ad ecclesiā, an debeat caudere immunitate. In prædicto casu, est uidendum ubi est delictum commissum, an in ecclesia, a qua fuit per violentiā extractus, an extra ecclesiam, ubi fuit consummatū, dixi s̄. fallen. 5. Scđo, est cōsiderandū, an ecclesia pp dictā extractionē sit uiolata, & q sit offensa in isto casu, & sic uiolata, oēs tenēt q sic in d. c. fina. & retuli sup. in prin. istius fallen. Itaq; si ratione offensæ, seu uiolationis procedatur ɔ violatorem, tvc de iure punitur talis violator crimine læsæ maiestatis. De iure vero canonico punitur pęna pecuniaria, & aliis pœnis, de qbus in c. si qs ɔtumax. 17. q. 4. dico plenius ĩ. Si procedit ɔ istū uiolatorē ad pœnam violationis. & iste fugit ad ecclesiam, an debeat gaudere, non debere defendi ab ecclesia, dico. Si tamen proceditur contra istum, non ad pœnam uiolationis, sed ad pœnam alterius delicti, quod commisit post uiolationem extra ecclesiam, & iste talis fugit ad ecclesiam, an debeat defendi ab ecclesia? Ista quæstio dependet ab illa, Si committens unum delictum in ecclesia, propter q non debet gaudere immunitate, & post committit aliud delictum extra ecclesiam, & fugit ad ecclesiā, an dēat gaudere, postq̄ non proceditur contra eum, ratione primi delicti commissi in ecclesia, sed ratione secundi delicti commissi extra ecclesiam, dico in fallen. sequen.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in una Ecclesia, si fugit ad alteram, nū hoc priuilegio donetur.*
2 *Tres conclusiones, in hac materia legito.*

Delinquens in Ecclesia vna fugit ad aliam. XI. Fallent.

1 Vndecimo fallit quando, quis commisit delictum in ecclesia. †& propter aliud delictum, per eum commissum, fugit ad ecclesiā, Nā talis non debet gaudere immunitate, in istis terminis cōcludit decisio capellę Tholosanę, decis. 42 2. per c. ad episcopos, cum seq. 17. q. 4. & d. c. fi. isto tit. & Aufre. in d. decis. dicit. Idē videtur tenere Siculus in c. fi. eo. tit. quia puniri debet quis in eo, quo deliquit, quia frustra legis auxilium. Panor. ibi nō loquitur in terminis istius fallent. Nam ibi Panor. quærit, an delinquens in ecclesia, non sub spe venię, gaudeat immunitate. arg. pro & contra, & concludit, q non, ex quo deliquit, in ecclesia, non debet reportare aliquod commodum occasione ecclesiæ, de ista qōne, sub spe immunitatis, dixi sup. in prima ampliatione ad tertiā. fallen. in addit. ad Panor. dr̄, pp q vr̄, q si delinquens. in una ecclesia, confugiat ad aliam, nō gaudet immunitate, q etiam videtur uoluisse. glo. in c. frater noster. 17. q. 4. gl. ibi dicit, quod sacrilegius, in nulla ecclesia, tutus erit, cum in ecclesiam delinquat, & facit d. c. ad episcopos, eadem; causa & quæstione, ubi textus dicit, non est dignus in gressu ecclesiarum, qui eas violat. Io. de Turr. Cre. in capitulo diffiniuit. 17. quęstio. quarta, colum. 2. quęrit, si qs commisit maleficium in una ecclesia, nunquid defendetur, confugiendo ad aliam, non secundū Guliel. cum una sit ecclesia in toto orbe, & qui iniuriā facit vni, faciat oīb. licet de consuetudine apud aliquos, aliter obseruetur, Hęc Io. ubi sup. Siluestr. in sum. in uer. immunitas. 3. q. 2. ver. tertium est, vbi dicit, q deliquens in una ecclesia, ab alia, si ad eam confugiat, non defendetur qa cū vna sit per orbem ecclesia, licet sint multæ particulares, qui facit iniuriam uni ecclesię facit oibus, contrarium tn̄ de cōsuetndine seruatur apud aliquos forte reputantes, quod sicut minor vtitur suo priuilegio cōtra alium minorem, ita una ecclesia contra aliam Hæc Siuelstrin. ubi supra Ioan. Bichis in dicto tract. de immu. num. 64. Fol. 77. col. 1. quærit an fugiens ad ecclesiā pro uno delicto, possit extrahi pro aliis prius commissis? Videtur dicendum, quod non, cum iura simpliciter loquantur, nisi forte prius tale delictum commissum esset, pro quo non debet gaudere, immunitate, vt publicus latro, & sic delinquēs in una ecclesia, si confugiat ad aliam non gaudet immunitate, quia est vna ecclesia. c. loquitur. 24. q. 1. hæc Ioā. Bichis, ubi sup. Henricus Bohic, in c. pe. eo. ti. col. 3. dicit, q delinquens in una ecclesia, non defenditur ab alia. si ad eam confugerit, cum vna sit ecclesia in toto orbe terrarū, licet sint multę aliæ particulares ecclesię, quia qui iniuriam facit uni, facit omnibus. Cassa. in consue. Burg. fol. 56. col. 1. versi. in decis. quærit de ista fallē. & refert decis. Tholos. quam supra retuli, & residet cum ea. Et istam quæstionem in terminis fallen. ponit Nico. Boer. in decis. q. 106. num. 10. in prima part. fol. 116. co. 3. in fi. refert Io. Bichis, retuli sup. Et contra eum refert decis. capellæ Tholo. etiam retuli sup. allegat etiam Cassan. retuli supra, & cōcludit d. Nic. Boer. Si de delicto, pro quo immunitate gaudere nō debet, quis fuerit punitus pro alio delicto commisso, ratione cuius immunitate non priuatur, Tamen cum sit priuilegium ecclesiæ, unico non perditur actu, etiam punito, p glo. in c. cum accessissent de constitu, & ibi Felin. col. 17. uer. fallit primo. dicit tamen Boeri, ubi supra, dic, vt sequitur Ex p-2 dictis † resultaut sequentia. Primo, quod delinquens in una ecclesia, si propter istud delictum fugiat ad aliam, non defendetur, ista est communis, nisi de consuetudine aliter seruet Secundo delinquēs in ecclesia, si fugiat ad aliam, an possit extrahi pro aliis delictis, non, nisi essent dicta, propter quę nō deberet gaudere immunitate, Tertio, Si quis committit delictum in ecclesia, & post committit aliud extra ecclesiam, an possit extrahi propter secundum delictum, dico, quod si primum delictum commissum in ecclesia, est purgatū, seu punitum, ita quod non agitur ad eius punitionem, sed punitionem secundi, debet ecclesia defendere eum. Nam nimis rigorosum esset, quod delinquens semel in ecclesia, remaneret semper priuatus immunitate ecclesię. Sed quid si aliquis, existens in ecclesia, blandis, & dolosis verbis alicuius exit ab ea, & extra eam capitur per Ministros iustitiæ, an iste taliter captus, debeat gaudere immunitate. dico infra fallentia vigesimasecunda.

SVMMARIVM.

1 *Si quis uoluntarie exeat de ecclesia, si postea puniatur, non videtur offensa ecclesia.*

Quando voluntarie exit ab Ecclesia. XII. Fallent.

1 Fallit XII. quando †uoluntarie exit ab ecclesia, & sic extractus uoluntarie, condemnetur ad mortem vel ad aliam pœnam corporalem, non est offensa ecclesia, sm Hosti. collecta. Io. And. Anto. Card. Anchar. Panor. in dicto capitu. fi. eodem titu. & fuit opinio Goffredi secundum prædictos, & etiam eum refert Siluestr. in summa, in vers. immunitas. 3. q. 6. adde etiam, Si de dolo decipitur, secundum eum vide infra in fallen. 15. quia canon solam uiolentiam cōdēnat, quæ non fit volenti c. inter alia. §. 1. eo. tit. & uolenti non fit uiolentia, neque iniuria. reg. scienti, de reg. iu. in 6. & pro ista fallen. est tex. in c. frater, in uer. reluctantem 17. q. 4. & idē tenent Hugo. & Archid. in c. reum. eadem causa. & quæstione, & tex. & ibi Arch. in d. c. id constituimus. 17. q. 4. & in c. vxor. eadem causa. & quæstione, & ibi Arch. Car. in cle. 1. q. 3, de pæni. & remis. & Io. Igne. in d. l. 1. ff. ad Silla. fo. 14. col. 4. versi. prædicta limitat Io. Bichis. in d. tract. eo. tit. in 6. notab. fol. 77. col. 3. nu. 56. not. ex illo tex. c. diffiniuit. 17. q. 4. in versi. extrahere, quod licet fugiens ad ecclesiam, non debet inuitus extrahi tamen si uoluntarie vellit exire, potest extrahi, etiam contradicentibus ministris ecclesiasticis, cum talis fugiens, per hoc renūciet priuilegio, quod licitū est sibi. c. vxor 17. quæst. 4. vbi dr̄, q sola violentia punitur, ut supradictū est.

SVMMARIVM.

1 *Homicida insidiosus hac securitate careat.*
2 *Tres casus, quibus homicida ab ecclesia extrahi potest.*
3 *Homicida insidiosus priuilegio clericali, apud Gallos, non gaudet.*
4 *Vulnerans proditorie, & per insidias, quando gaudeat hac immunitate.*
5 *Vulnerans mortifere, si non moriatur, an tennatur de occiso.*
6 *Duas conclusiones in hac materia elegantes legito hic.*
7 *Animus occidendi quomodo cognoscatur.*
8 *Aggrediens aliquem animo occidendi, aut uulnerandi, an gaudeat securitate.*

In homicida insidioso. XIII. Fallent.

1 Fallit in homicida †insidioso, nā talis nō gaudet immunitate. c. 1. de hom. licet Pan. in dic. c. inter alia co. tit. teneat ɔtriū. s. q gaudeat, sed Fel. post alios in d. c. 1. tenet q nō gaudet, & in qōnib. delphinatus. q. 121. & ista est cōis, & seruat̄, & Io. Fab. in l. 1. C. de his, q ad eccl. cōfu. dicit, q homicida pēsatis insidijs, nō gaudet, & istā qōnem latissime prosequit̄ Io. Igne. in l. 1. §. si dn̄s. fol. 157. cū fol. seq. co. 3. in fi. in d. §. vers. 2. conclusio. Dicit. 2. conclusio. ex cōi omnium opinione & usu, & est sententia iudicum sæpius recepta, occidentem hominem per insidias, seu alias proditorie, non gaudere immunitate. c. 1. de homic. & probatur hoc multis iurib. maxime

ximediuino, vt scribitur 3. Regum. 2. c. & 2. Regum. 3. capite de Ioab, qui Abner filium Ner. principem militiæ Israel, proditorie occidit, similiter & Amazam filium Lether principem exercitus iudæ amplexando interemit, vt legitur 2. Regum 20. capite. Quem postea Salomon iussit in templo occidi, & Banaias filius Ioyadæ in templo ad qđ confugerat Ioab iuxta altare, apprehēdit, & gladio interfecit, Banaiam demū exercitus sui ducem præfecit. Ecce qūo homicidæ voluntarii, seu qui proditorie aliquem occidunt, immunitate gaudere non debent. Io. Igne. in d. l. 1. §. si domibus. col. 9. fol. 158. & col. 2. Io. Bichis in d. tract. eo. ti. in 5. fallen. fol. 75. col. 2. refert istam fallen. refert ēt gl. in d. c. sicur antiquitus. & ibi Archid. 18. q. 4. tenentes contra istam fallen. & Panor. in d. cap. inter alia, dicit, quod talis gaudeat immunitate, & ad d. c. 1. de homicid. respōdet quadrupliciter. Primo, q ille tex. loquitur secundum antiqua iura veteris testamenti. Secundo, q potest intelligi, prout loquitur. c. fi. eo. tit. sed qn̄ homicidium commissum esset in ecclesia insidiose. Tertio, quod verbum moriatur, intelligitur. i. deponatur. Quarto q intelligitur de incorrigibili, qui post depositionem traditur curiæ seculari. c. cum non ab homine. de iud.. Ita residet Ioā. Bichis. Sed cōis opinio & obseruantia est pro ista fall. Io. de Ana. in d. c. 1. colum. 1. in fi. dicit, q †triplex homicida, non gaudet immunitate ecclesiæ, videlicet, qui occidit in eclesia, qui occidit veneno, & qui alias proditorie occidit, per dic. c. 1. ibi per industriam. Nico. Boer. in decis. q. 109. col. 2. refert opiniones Doctorum, & dicit, q opinio, quæ dicit, q homicida insidiosus non gaudet, obseruatur in Parlamento parisiensi, vt plenius per D. Nico. vbi sup. & dicit Cassa. in consue. Burg. fo. 57. col. 1. in fi. ver. aduerte, q ĩ Gallia practicatur, quod mortuarius ex proposito, & per insidias, non gaudet immunitate, nec ēt 3 †priuilegio clericali, & alias fuit dictum per arrestum. ut dicit Io. Gallus in suis qōnib. q. 172. in §. per arrestum, fol. 152. col. 2. refero in fi. istius fallen. Mayne. in l. nemo. de reg. iur. ff. fol. 245. nu. 20. dicit, q quicquid aliqui dixerint, quoad homicidas, qui per insidias, & ex proposito occidunt homines, sæpissime vidit iudicari, & practicari in casib. occurrentib. de consilio maximorum doctorum sequentium gl. & Abbatē antiquum, q talis de ecclesia extrahatur, nec proderit illis immunitas ecclesiæ per illa, quæ post Pet. Anch. no. Ioan. de Ana. in d. c. 1. de homici. licet hoc non placeat Panor. qui tn̄ in fi. dicit illud c. vt sonat secundum intellectum gl. & Abb. antiq. posset intelligi in homicid. o tali qualificato, vt non uideretur sufficere ēt in clerico, quod deponeretur, nisi degradaretur, & traderetur brachio seculari. vt per Mayn. ubi sup. Dubitatur, an ista fallen. procedat extra homicidium, Nam 4 †aliquis per insidias, & proditorie uulnetat aliquem, seu pcutit, & non moritur, uel nondum moritur, & iste vulnerās fugit ad ecclesiam, an gaudeat immunitate. s. antequam sequatur mors. Ioan. Ign. ubi sup. in d. l. 1. §. si dn̄s. col. 4. fol. 157. col. 1. quærit de ista qōne, & primo arguit, q non procedit fallen. extra homic. per d. c. 1. de homic. ubi tex. utitur uerbo, occiderit, & non loquitur de vulnerato, ēt si per insidias, sed de occiso per insidias. Nam verba, quæ de occiso loquuntur, requirunt actum perfectum, & consummatum. l. 1. §. hæc verba. ff. q quisque iur. l. 1. ff. de extraord. cri. unde dicit Bar. in l. 5 damni infecti. §. Sabinus. ff. de dam infec. Quod †si statuto caueretur, quicunque occiderit, morte moriatur, si quis aliquē vulnerauerit mortifere. & non moritur, non tenetur de occiso, cum uer. statuti sint stricte, & in proprio significato accipienda. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. l. vnica. §. hoc interdictū ff. de fonte. & ibi Bar. c. in nostra. & ibi Panor. de iniur. & alii, unde dicit Raph. Cu. in l. dam. infe. §. Sabinus, quod antequā mors secuta sit, quamuis vulnus lætale fuit, de homicidio inquiri non potest, & multominus puniri, vt latius per d. Ioan. Igne. in d. §. si dn̄s. col. 1. & 2. cum seq. & quo ad casum nr̄m facit ratio. l. sunt personæ. ff. de reli. & sump. fu. in qua Iurisc. dicit strictam rationem. insuper habemus, quæ nonnunquā in ambiguo religionum quæstionibus, omitti solet. nā summam esse rationem, quæ pro religione facit, sed cum casus in stricta iuris disputatione dubius sit, ut per Bart. & alios, in d. §. Sabinus, & in dicto §. si dominus. maxime si, ubi de statuto hominum tantum quæstio est in stricta verborum interpretatione, extra proprium significatum trahi non debet. l. non aliter. ff. de leg. tertio, quanto magis ubi de ecclesiastico priuilegio auctoritate legis diuinæ confirmato contendetur, per quod salus homini concedi potest, facilior est facienda pro religione, & ecclesiastica immunitate interpretatio, ne homo pereat, sed impunitus euadat, & sic fauore immunitatis priuilegii, verbum occiderit, debet capi proprie, & in proprio significato, sicut in statutis hominum. Item facit capitulum vigesimoprimum Exodi, dum ibi dicitur primo. Qui percusserit hominem, volens, eum occidere, morte moriatur. Sequitur. secundo, qui autem non est insidiatus, sed Deus eum tradidit in manus eius, constituant ibi locum, in quo fugere debeas. Sequitur tertio in eo. tex. si quis per industriam occiderit proximum suū & per insidias. ab altari meo euelles, ut moriatur. Hęc tria uero contextu leguntur in d. c. 21. iste tex. ponit istos tres casus, prius inuulnerāte animo occidendi. Si intelligamus insidiose, dicit tex, morte moriatur. Sed non dicit quod ab altari euellatur, sicut in 3. casu, & sic facit. tex. differentiam, inter primum casum, & tertium. Sequtur ergo quod percutiens, seu uulnerans animo occidendi p insidias, gaudet immunitate, secus si per insidias occidat, Ita inducit istum tex. pro ista parte, Io. igne. in d. l. 1. §. si dominus col. 4. in fi. Nic. Boe. in decis. q. 109. colum. pe. in fi. refert tex. Exodi. Glos. l. 4. titu. 11. primæ partitæ, tenet quod homicida insidiosus ex proposito, gaudet immunitate retuli supra in 4. præsupposito. l. quartę. Prædictis non obstantibus, concluditur, quod si quis per insidias aliquem percusserit, animo occidendi, non gaudet immunitate. & hoc probatur per dictū c. 21. Exodi, retuli supra dum in eo dicitur qui percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur, qui nō est insidiatus sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locū in quo fugere debeas, a contrario sensu, si per insidias percusserit, uolens occidere, non est ɔstitutus locus, in quo fugere debet, sicut nec ei, qui per insidias occidit. nam primus casus d. tex. non loquitur de insidioso. Nam talis habet locum in quo fugere possit, sed ex casu secunda elicitur a contrario, sensu, quod si talis percussio fieret per insidias animo occidendi, quod non datur sibi locus vbi fugere possit & sic æquiparantur isti casus percutiens per insidias animo occidendi, & occidens aliquem insidiose. Vnde In illo c. Exodi. consideratur non factum ipsum morte puniri, sed solas insidias cum uoluntate occidendi, vt siue sequatur homicidiū, siue non, si tamen ad aliquem extrinsecum actum cum insidijs deuentum est, ut si ex animo seu uoluntate occidendi, tantum vulnerauerit, morte moriatur. unde ergo requiritur quod animo occidendi, fiat percussio, & per insidias. per dic. tex. Item pro ista opinione est etiam tex. in capitul. inter alia eodem. titulo ubi tex. quod publicus latro, vel nocturnus depopulator, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis ab ecclesia extrahi potest. Nam ibi summus pontifex singulariter cōsiderauit insidias. vt propter paratas insidias, latro etiam si hominem non occiderit, sed homini, ex animo hominem occidendi, insidias parauerit, immunitate nō gaudet, & ratio est ex illo tex. cum enim secundum cano. & ll. tales impune occidere, etiam propria auctoritate licet. l. prima & secunda. C. quan. lice. vnicuique. capitulo cum homo. 23. quęstione quinta & capitulo secundo & tertio de homicid. gl. in dicto c. inter alia, in versiculo, latro. cum similibus, quasi a lege & canone diffidati sunt, & ob id extra ecclesiam sunt, quamuis intra limites templi sit, non mirum si ecclesia eos non custodit, secundum Io. Igne. in d. l. prima §. si dominus. col. septima in fine. & ibi supra in in prima & secunda fallen. ubi me refero ad istam fallentiā. Nam uerbum, occiderit, etiam verificatur, in eo, qui uulnerauit animo occidendi. l. prima §. diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. & plenissime per dictum Io. Igne. in dicto §. si dominus, col. quinta & sexta ubi late examinat istam nostram conclusio-6 nem Erit ergo conclusio. †si quis per insidias aliquem. occiderit, ūel insidiose uulnerauerit animo occidendi, licet non consequatur mors non gaudet immunitate, facit tex. in cap. primo de homicid. lib. 6. dico infra in 16. fallen. refero dictū tex. capitul. primo. Erit alia conclusio, Quod uulnerans aliquem per insidias, non animo occidēdi, licet sequatur mors, gaudet immunitate, per d. l, prima §. diuus. ff. ad legem Cor. de sicar. ubi qui hominem occideret, si non occidendi, animo ad miserit, absolui potest. Nam verbum occiderit, in l. Cornel. positum, non ab euentu, sed ab animo iudicat, ut is occidisse uideatur, qui animo occidendi vulnerauit, facit. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. vbi tex. non minus lex, eum, qui occidendi hominis causa cum telo ferit quam eum, qui occiderit, punit, Et sic quamuis legis verba uulnerantem ēt ex animo sub uerbo occiderit, sua significatione non comprendat, sententiam tamen legis amplectitur, quæ sufficit etiam in pœnalibus. l. sed sciendum, in fine. ff. ad l. pompeiā. de parri. l. si quis id, quod. ff. de iurisdictio. omn. iudi. Felin. in capitulo nuper. notabili. 8. de sent. excomm. & ista sententia est conformis iuri diuino, s. c. 21. Exo. retuli sup. Et qn̄ cogno-7 scat animus occidēdi, ponit tex. ĩ l. 1. §. diuus. ff. ad l. cor. de sic. Nā dicit tex. q hīem non occiderit, sed vulnerauerit, ut occidat, p homicida dānādus, & ex re cōstituēdū est. gl. ibi. ĩ ver. ex re. ĩterp̄tat. s. ex cā. Nō ita exponit, sed ex re, seu telo, vel instrō pcusū, Et hoc pbat rō illius legis, q̄ sequit̄, Nā si gladiū extrinxerit, & cū eo percusserit, indubitate occidēdi animo id admisisse vr̄, & sequit̄. sed si claua pcusserit, aut cucuma. ĩ rixa, q̄uis ferro pcusserit, tn̄ nō occidēdi aīo, leniēdā eē penā

Refert plenius d.Io.Igne.in d.§.si dominus.col.6. & quando cognoscatur animus occidendi, facit tex. in c.significasti secūdo de homicidijs. Quid si aliquis insidiose aggreditur † aliquem animo vulnerandi, vel occidendi, nō tamen occidit, nec vulnerat, quia non poterat, & iste talis fugit ad ecclesiā, an debeat gaudere immunitate. Si dicimus, punitͤ affectus, licet non sequatur effectus, per l.si quis non dicam, cum pluribus similibus. Fel.in tract.qualiter conatus puniatur, ponit istam regulam cum fallen.in ca.1.de præsumpt. Data regula pro vera. Idem dicendum est, ac si occidisset, vel vulnerasset. Dicta tamen regu.non procedit hodie ex consuetudine generali, secundum Spec.in titu. de accusatore, refert eum Feli.in dic.tracta.8.fallen.& Ange.de malefic. in ver. Sempronium.fol.56 in paruo volum.& Alexan.post Ang.& Paul.in l.1.quod quisque iuris.vide Feli.vbi sup. Nam dictum Speculatoris intelligi debet, quando delicta veniunt puniēda, per statuta ciuitatis. Nam tunc non punitur conatus. Spec.tamē indistincte loquitur, & Alex.post alios in d.l.1.ꝙ quisque iuris, & Ang.in d.ver.Sempronium. & posito, ꝙ dictum Speculatoris procederet, credo tamen, ꝙ talis consuetudo excusaret quem a pœna ordinaria, tamen si venit puniendus pęna extraordinaria, non gauderet. Nam si nulla esset pęna, non indiget immunitate. Non obstan. in contrarium allegata, maxime dictum Bar.ꝙ verbum occiderit, debeat in proprio significato accipi, maxime in statutis, verum est, nisi ratio publicæ disciplinæ suadeat, mentē magis, quam verba ipsa cōsiderari.l.1.in prin.ver.nec quisque.ff.nau.caupo.stabu.ibi, nisi hoc esset statutum, materia daretur, &c. & clarius in l.ita vulneratus.§.ꝙ si quis.ff.ad l.aquiliam.vbi tex.multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi pro vtilitate cōi recepta esse. Item vbi lex non simpliciter mortē considerat, sed principalem qualitatem. licet incidenter mortem spectet, eo casu magis habenda est ratio qualitatis præambulæ, quam ipsius euentus mortis.d.l.aut facta.§.euentus. ff.de pę cum sim.quæ refert d.Io.Igne.in d.§.si dominus.col.12.& 13. fo.159. in casu nostro principaliter considerantur insidiæ, licet consideretur ēt mors. Ideo si insidiose quis vulnerauerit animo occidendi, licet nō sequatur mors, eo quia insidiose, nō gaudebit immunitate, maxime qñ verba legis sunt satis clara. Nā, vt superius dixi, verba Exodi satis clare probāt, vulnerantem insidiose animo occidendi nō debere gaudere, & non est ille tex.aliter inducēdus. Prout inductus fuit in principio. Et isti, qui p insidias interficiunt, non solum non gaudent immunitate, vt dictum est, uerumetiam nec priuilegio clericali, secundum Ioan.Gall.in suis quæstionibus. q 172.in uer.per arrestum.fol.107.col.2.refero etiam sup.in prin.istius fallen. Guid.Papæ.q.121.in addi.Io.Bichis in d.trac co.tit.fol. 73.col.j.& hoc vltimum.s.ꝙ non gaudeat priuilegio clericali, seruatur in Gallia ex consuetudine, secundum prædictos, & refert Cassa.in consue.Burg.fo.57.col.2.in prin. & quis dicatur insidiosus, dico infra in fallen.seq.

SVMMARIVM.

1 *Insidiose ducens aliquem in locum, vbi occisus est, non gaudet immunitate.*
2 *Insidiosus quis dicatur.*

Ille, qui aliquem per insidias deducit. XIIII. Fallen.

1 Fallit xiiij.in illo, † qui aliquem per insidias deducit, & iste deductus ab alio est occisus. Nam sic talem deducens confugiens ad ecclesiam non gaudebit immunitate licet ipse non occiderit per l. item. si obstetrix iuncta gl. uer. in factum.l.qua actione, §.sed si quis de ponte.l.item mela, §. itē, & cum eo.ff.ad l.aquil.gl.in §.pe.instit.de l.aqui.l.de pecoribus, C.ad l.aqui.& sic licet is, qui parat insidias tm̄, & aliter non occidit, proprie non possit dici occidisse, cum alius occiderit, tñ l.aquil.tenebitur, ex sententia uerborum, l.aquilię, & sic solæ insidiæ in l.aqui.puniuntur, & imputantur, sicut, & mors in ipsa actione directa.p d.iura.Io.Ign.in d.l.j §.si dñs col.9.in fi.& col.seq.& vide fallen.23.infra, & pro maiori declaratione istius & præcedentis fallentiæ, quæritur, quis dica 2 tur † insidiosus.c.j.de homic.dicit tex.si quis per industriā occiderit proximū suū, & per insidias, ab altari meo euelles, &c. Dicit ibi Anch.quod homicidium committitur, quandoq; per insidias, & per industriam. Exemplum est. Quando aliud verbis, aliud mente gerit. Ideo si ueniens tecum, tanquam socius itineris te percutit: dicitur hoc fecisse, ꝓditorie, & dicit Ana.ibi.columna.prima, quod delictum quandoque committitur per industriam, i.per insidias. refert exemplum, ꝙ ponit Anchar.retuli supra. Felyn.in d.c.in prin.dict, Nota ibi per industriam, & insidias, quod exponitur, & proditorie, puta quando aliquis vnum habet in uerbis, aliud in corde.alle.Anch.ibi, & sic per prædictos infertur, quod insidiosus, seu insidiator, idē est, quod proditor. Quis dicatur proditor, prędicti doctores, dicunt, prout retuli glo.in c.clericus.1.46.dist. ponit sex modos proditionis, & ibi Domi.& Præpos.addunt alios duos. Felyn.post Anch.& Ana.ponit sex exempla proditionis Bar.in l.respiciendum.§.1.in prin.ff.de pœnis, dicit, ꝙ aliquando delictum committitur ex proposito proditorie, ꝙ est autem prodere, unum actibus ostendere, aliud mente gerere. Vnde si veniens tecum, tanquam socius itineris, nulla interueniente rixa te percutit, dicitur fecisse proditorie, quia aliud gerebat in animo, quam illud, quod gerebat facto, secundum Bart.in d.§.1.& ibi ponit alia duo exempla.& Alexan.ibi in addit.ad Bar.quærit, quis dicatur proditor. Refert Bal.in cap.1.qui.mod feu.ami.col.4.ver.de proditore, dicit, quod vulgari nuncupatione est ille, qui sine causa vlla, & sine vlla diffidatione, eum, qui de eo confidebat, vulnerat, vel grauiter offendit.alleg.Bar.in dicta l.respiciendum.& Bald. in d.c.2.ponit tres modos proditionis. Alber.in titul.an ille qui interfecit fratrem domini.& in vsu feu.col.2.versi.not. quod refert And.de Iser.quod ille est proditor, qui tradit aliquem non diffidendo, sed dicit, dic clarius, secundum Bart.in d.l.respiciendum.§.1. ff.de pœn.prodere est, quando mente unum geritur, & aliud actibus ostenditur, ponit.4.exempla Alb.ubi s.Prodere et dr, ꝙ vadit ad hostes, vel mittit literas vel nuncium in damnum Domini, vel Reipublicæ.l.1.ff.ad l.Iul. maiest. Præposit.in c.1.§.porro.quæ sit causa prima beneficij admittendi.col.3.nu.12.& quo.ad casum nostrum sufficiunt supradicta.& Felin.ubi sup.& Alex.in addi.ubi sup.referunt plures remissiones.

SVMMARIVM.

1 *Assasinus nullo immunitatis priuilegio iuuatur.*
2 *Qui assassini dicantur.*
3 *Sex Quæst.13.priuilegia in hac materia remissiue hic inferuntur.*
4 *Assassinus solo mandato, tamet si nullus effectus sequutus sit, punitur.*
5 *Occidens alium, & sine pecunia, ut domino plaudat assassinus dicitur.*
6 *Cap.1.de homici.in 6.locum habet in omnibus assassinis.*
7 *Occidens homines pro pecunia, num assassinus dicatur.*
8 *Plures opiniones in materia pulchra referuntur.*
9 *Fautores assassinorum, non gaudent immunitate.*
10 *Quid in assassinis olim statuendum sit hic legito.*

Ille, qui facit interfici per assassinos, in assassinis, & in committentibus assassinatum. XV Fallent.

1 Fallit XV.in assassinis.† De his assassinis nullibi proprio nomine, mentio facta est, nisi in ca.1.de homi.li. 6.dicit Marc.de Mantua, in 10.libro obseruationum, in 4t. obseruatione, pag.148.in titu.de assasinis & Bal.in l.non ideo minus.colum.prima de accusa.C.refero etiam infra Hosti.in d.cap.primo colum. secunda de homi.lib.6 nam glosauit decret.Innoc.4.quæ sunt in 6.& ista lectura est in lectura 2 decretalium in fine 5.libr.fol.132.quod assasini † dicuntur genus hominum pessimum, qui sic nutriti credūt omnino do se saluari, si præceptum domini sui temporalis perficiant vt latius dicit Host.ubi sup. Eum refert Probus in d.c, primo in princip.in addit.ad Io.Mona. Archid.in d.ca.1.dicit, quod assasini est genus pessimum hominum, & possit dici a scindo, scindis, quia scindunt animā a corpore iuxta velle & mādatum sui domini, cuiuslibet Christiani, idem tenet Io.An. in d.c.1.col.secunda, refert Archid.idem etiam dicit Anch. ibi, in 5.not.& idem dicit Guliel.de monte Lau.in d.c.1.col. 1.in prin.& Dom.ibi, in §.cum igitur in prin. Quæritur, qui dicantur assasini. Arch.in d.c.1.col.1.dicit, ꝙ vulgariter assasinos, appellamus illos, qui pro pecunia occidunt homines ad instātiā aliorū, Sequit.Io.ibi, col.fi.in gl.probabiliter, & dicit Arch.ibi.no.6.ꝙ sm cōem loquēdi modū, assasini dñr, qui pretio conducti, delicta committunt, & isti atrocius de consuetudine puniuntur, quam si gratis mandato suscepto delicta committerent. Et eum refert Io.And.ibi idem tenet Domi.in d.c.1.§.cum igitur, in fin.§.referendo Archi.& Io.And.quos supra retuli.idem etiam dicit Phil.Franc.in d. c.1.col.4.in fi.quod vulgariter assasini vocantur, qui p pecunia homines occidunt.idem etiam dicit Ancha.ibi, col.1.in prin.quod secundum communem, atque vulgarem loquēdi modum assasini dñr qui pretio cōducti delicta committunt.alle.Io.An.ibi.Summa Pisana, in versi.assasinus, dicit, assasini fuerūt, & forte adhuc sunt, quidem infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus de facili mittebantur ad occidendum quemlibet Christianum, nō curantes, si ob hoc occidendi essent ipsi, contra quorum pestem fuit statutum per Inno.4.c.1.de homi.li.6.Summa Rosella. in ver.assasinus. de uerbo ad verbum dicit, id quod summa Pisana, & ambo referunt contenta in dispositione d.c.1.& in d. Summa Rosella, in uersi.excommunicatio.24.fol.145.col.3.dicit idem quod in uersi.assasinus. Summa Ange.in versic.assasini dicit quod secūdum Arch.in d.c.1.assasinus, dicitur a scindo is, quia scindūt animā a corpore, & isti proprie sunt serui qui sunt sub dominio alicuius, alii vero volunt quod sint quidam infideles liberi, qui pro pecunia faciliter quærunt interficere homines, non curantes si ipsi interficiant, & ꝙ sint sub domino alicuius, vel fideles, vel fideles, dummodo pro pecunia eis data homines interficiant, non refert, secūdum Imo & Domi.in d.c.1.de homi.li.6.hæc Ang.ubi sup. Summa Siluest.in ver.assasini, dicit, ꝙ assasini dñr dupliciter. s.proprie, & transumptione per quandam similitudinem, siue uulgariter, assasini proprie qui fuerint sunt opiniones. Nam quidam dñt, ꝙ sunt quicunq; sub alicuius dñio pro pecunia occidunt homines ad alicuius instantiam, sed iuxta istam opi. nunc mundus plenus esset assasinis, uel receptatorib. eorū, & innumerabiles subicerētur pęnis. d.c.1. nec haberet locū. d.c.1.solum in certo genere hominum, quod non obseruat consuetudo, & etiam ratio non patitur, ut ibi per eum. Beatus Antoninus, in sua summa, ti.24.in 3.parte suæ summæ, refert uerba dispositiua.d.c.1.de homic.li.6.dicit, ulterius assassinos, hoc est pessimum hominum genus, & possunt dici a scindo, is, quia abscindunt animam de corpore iuxta uelle & mandatum domini sui, cuiuslibet Christiani, refert arch.ubi sup. Refert ēt summam Pisanam ad litteram, retuli sup. Summa Caietana, in ver.assasinus, dicit, ꝙ assasinus est nomen æquiuocum. Est enim nomen proprium, quorundam infidelium, qui facile inducebantur ad occidendos Christianos, & non contra ipsos, utpote infideles, sed contra mandantes per ipsos aliquem Christianum occidi, promulgauit Innoc. in d.c.excommunicationem, &c. Est ēt nomen uitij, pro quāto apud quosdam iuristas. ceu vulgariter dñr assasini, q pro pecunia occidunt homines ad alicuius instantiam, & hii nō apprehenduntur sub censura dicta, quamuis digni sint morte, & temporali, & ęterna, quia cōditor canonis, deprimis tātum loquitur, ex eo, ꝙ sine additione aliqua illos noīet, utpote tunc temporis notos, & meminit eorum domini, & ex eo ꝙ meminit opprobrij Christianæ dignitatis, & nullius pretij seu mercedis. Hæc Caietanus ubi sup. In addit ad Domi.in d. c.1.de hære.li.6.habetur in littera A, assassinus dicitur, qui accepta pecunia committit homicidium ad mandatum alicuius alleg.Bar.in l.Cicero.de pę.ff.Bar.ibi dicit, No.ꝙ grauius fit, ꝙ per pecuniam, q̃ ꝙ fit sine pecunia, ꝙ facit contra assassinos, qui occidunt aliquem pro pecunia. & Bar.in l.non solum.§.si mandato.nu.14.in paruo volu. ꝙ vulgariter dñr assassini, qñ aliquis facit, vel fieri facit delictum, mediante pecunia, & ibi remissiones per Alexā.in additionib.idem tenet Ang.in l.qui sepulchra.de sepult.viol. C.vbi dicit, ꝙ hij proprie sunt assasini, qui corrupti pecunia faciūt homicidium, & in l.1.§.fi.de eo, per quem factum sit, ff. Alber.in dictio.in uerbo assasinus, dicit, ꝙ assassini fuerunt quidam infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus mittebantur ad occidēdum Christiauos, ꝯ quorum pestem fuit statutum.c.1.de homi.li.6.& est pessimum genus hominū homicidarū. Ibidem per eū, in ver.assasinus, & ī ver.assassini, dicit, ꝙ assasini exponunt se morti, ut dominis suis obediant in malū, in d.c.1. Paris de Put.in trac.de sindicatu, in paruo vol. fol.138.nu.12. dicit, ꝙ hii sunt proprie assasini, qui pecunia corrupti, delicta committunt. Ang.de malef.in uer.& Sempronium, Rodul.fol.55.in paruo vol.dicit, ꝙ illi, qui sunt pecunia corrupti, sunt assasini refert plures doct.Sal.in l. non ideo minus. col.fi. dicit, ꝙ delictum commissum per pecuniam in vtroque iure censetur atrocius, q̃ si pecunia non interuenisset, iō pęna pōt augeri, vr̄ casus, in c.1.de homi.li.6 ubi assasini grauius puniuntur, & ꝙ assassini uocanṫ uulgo, qui pecunia recepta, uel promissa, homicidia committūt, & interpretatio vulgi est attendenda.l.cum delanio. §.asinam, de suppellec. leg.ff. Bal.in l.non ideo minus, col.1.uer.1.gl.2.de accu. ff.dicit, ꝙ istud nomen assasinum, non est nomen artis, & ideo non habemus de eo factam mētionem in iure ciuili, sed per æquipollentiam.l.non solum. §.si mandato, de iniur. ff. ubi tex loquitur de eo, qui facit delictum pro pecunia, licet littera non appellet eum assasinum, sed locatorem, & dominum conductorem. Anto.Capic in decis.nouis Neapolita-3 nis in ista materia, ponit sex † quæstiones, & 13. specialia, & nu.12. & dicit, quod assasiui uocantur, vulgo hij, qui recepta pecunia, vel promissa, homicidia committunt, alle. Sal. in d.l.non ideo minus. retuli supra. Matt.de Affl. in l. si feudorum, in titulo de capit. qui curiam uendidit. foli.124. numero decimonono, dicit, quo assasini dicuntur, qui mediāte pecunia aliquem offendunt. Mat.de Affl.in consti.Neap. in rub.12.fol.49.dicit quod assasinus dicitur, qui propter pecuniam datam, occidit homines, & contra istos assasinos, semper solet augeri pęna. Idem Matth.de Affl in rub.terria, folio 194.numero nono dicit, quod assasinium dicitur homicidium commissum per pecuniam. Petrus Paulus, consilio 66.in quarto uolumine, columna prima, numero tertio, dicit, uere ille assasinus dicitur, quia precio conductus, uel pecunia homicidium committit, alle.omnes canonistas, in d.c.1.de homi.li.6.& Bar.& Alex.in addit.in l.cicero ff.de pænis.& Ang.de malef.retuli eos sup.& Fran de Curte sen.consil.22.num.87.fol.26.col.1.uer.omitto postremo, qui dicit, ꝙ committens homicidium propter commissionem pecuniæ dicitur commisisse delictū assassinamenti, incurrendo in pęnas.d.c.1.Hiero.Gratus in rñsorio 52. nu.47.in 2.lib.dicit, ꝙ proprie est assassinus, qui pecunia, & promissione corruptus est, & nu.51.dicit, quod secundum communem vsum loquēdi, verbum assassinare, signat interficere clā cum magna copia, non uocādo illum, vt se defenderet, & intellige interueniente pecunia uel pro missione, & communis usus loquendi præfertur proprietati verborum. l.quod labeo.de suppellect.leg.ff.& per omnes, in rub.de ope.no.nun.ff. Ppilip. Cor cōs.259.in paruo vol.col, 2.in litera K, dicit ꝙ assasinus dicitur, qñ quis pecuniam recipit, vel de ea recipienda conuenit pro interficiēdo aliquem.per d.c.1.de homi.lib.6 Barth.Soci.in l.1.§.fi.ff.de eo, per quem factum erit refert Ang.ibi, ꝙ huiusmodi, delinquentes per pretium, appellantur assasini secundum eū in pluribus partibus de consuetudine, trahuntur ad caudam equi, de quibus assasinis late habetur in c.1. de homi.lib.6. & est tex.in d.l.non solum, §.si mandato.de iniu.ff.ubi ille, qui dat pecuniā istis assasinis, ut aliquid mali faciant, conductor nominatur Bal.cōs.283.nu.1.refero infra. Fulgo.in d.l. 1.§.fi.loquitur de istis assasinis qui sunt, qui pro pecunia interficinnt homines, Bal.cons.256.in 2.uol.dicit, quod nō dicitur assasiaus ille, qui nec pro pecunia, nec pro spe pręmij, sed reuerētia paterna, vel amicitia, delinquit. Vult ergo, quod qui pro pecunia, vel spe præmij delinquit, est assasinus. Bal. cons.383.nu.1.dicit, ꝙ assasinus est, q pro pretio, uel promissione recepta aliquem interfecerit. Similiter assasinus sit, & esse intelligitur, qui pretio dato, vel promisso fecerit aliquem interfici, & dicit Bal.ibi, ꝙ in aliquibus locis cauetur lege municipali, ꝙ si quis assasinauerit, vel assasinare fecerit aliquem, trahatur per caudam equi, usque ad furcas, & ibi suspendatur, taliter quod moriatur, & ibi latius per eum. Socin in d.l.1.§.fi.de eo per quem.ff retuli supra. Aret.cons.163.col.10 ver.propterea dicit. quod uulgariter appellantur assasini, qui pro pecunia occidunt. Item, 4 dicitur etiam assasinus † non solum, quando delictum est subsecutum, verum etiam, si non sit consummatum, nam ex solo mandato est delictum perfectum, secundum Ioann. And.in reg.in pænis.col.pen.in fi.de reg.iur.lib.6. Dominus Philip.Fran.in d.c.1.super gl.in ver.mandauerit, quæ glo.dicit, quod ex solo mādato est ligatus. Ratio est, quia p ipsum, mandatum, est delictum consummatum, & pœna imposita ipso iure, unde pęnam ipsam non euadet quātuncunque reuocet.secundum Dom.& Fran.ubi sup.alle, Io.An.in reg.in pœnis. Nam, per solam conuentionem, seu receptionem pecunię pro homicidio, perpetrando, est consummatum delictum assasinatus, secundū Phil. Cor. cons.249.col.2, in litera N.Hostien.in c.pen.de cler.non resid.super ver.assasinos dicit quod assisij possunt etiā dici quasi assasini Sicut enim assasini exponunt se morti, dñis suis obediendo etiam in malum.c.1.de homic.li.1.6. Ita dicti assisij.inducēdo mulierculas dñis.canonicis. Hosti.vbi sup.& Io.And.& Card. in q. 5.& Panor.ibi, & sic prædicti docto.uolunt innuere, quod q 5 sine pecunia † occidit, vt dño placeat vel obediat, dicitur ēt assasinus. In addit.ad Domi.in d.c.1.in ver.6.idem dr̄, alle. Io. An. ubi sup.& Ang.de malef.in ver, sempronium. Rodulphu.fol.50.columna quarta. in paruo uolumine. vbi refert. Ang.cons.14. vbi videtur velle, quod potest esse verus assasinus, sine pecunia.

Ex omnibus supradictis, resultat primo uulgariter assasinus dr̄, qui pecunia recepta, vel promissa delicta committit ad instantiam alicuius Itē, assasinus, ēt dr̄, qñ aliquis fieri facit delictum mediāte, pecunia, retuli sup.Bar.in l.non solum §.si mandato retuli eū. Bal.cons.373.nu.1.dicit ꝙ assasinus intelligitur esse, qui pretio dato vel promisso, fecerit aliquem interfici. Ange.in l.pe.in prin. de sepul.viol. C.post.Cyn.ibi. Itē assasinus ēt dr̄ licet delictū nō sit consummatū, sm Io. And.in d.reg.in pœnis, de re.iu.li.6.retuli eū, & alios sup. Itē assasinus dr̄, q sine pecunia occidit, vt suo dño placeat, vel obediat. Host. & alij 6 c.pe.de cler.nō resid.retuli.sup. & alios Dubiū † remanet, an pæna decretalis primę, de homi.li.6. hēat locū in oīb.assasinis, quos sup.retuli. Fran.Are.cōs.155.col.10. uer.3.allegant Quærit de ista quæstione, & refert duas opinio.

Prima est, Arch.& Io.And. tenentium, ꝙ c.1.solum habeat locum in certo genere personarum, & non generaliter in aliis. Archid. in d.c.1.col.1.in ver.dñio.dicit.ꝙ d.c.1.non loquitur de his, qui non sunt sub dñio alicuius, & dicit etiam Io An.ibi, qui refert, & sequitur Archi.col. fi.ver.in gl.ꝓbabiliter. idem Guliel. de mōte Laud.in d.c.1. in ver.Dominio, ubi dicit ergo ista decretalis non extēditur ad illos, q sub nullius dominio sunt licet ꝓ pecunia homines occidāt, & sic prædicti Doctores uolunt, ꝙ d.c.1.habeat solum locū in subiectis dño, ut in seruis, & nō in liberis hoīb.

Secunda opinio est Imo. & Domin. refert Imo. in d. c. 1. in §. cum igitur, in fi. ubi ēt refert Arch. & Ioā. And. dicit tamē, ꝙ Io. de Imo. tenet contra dictum Arch. per gl. ibi, in ver. præsertim. Nam ista fuit causa impulsiua, & non finalis. & ideo cum causa finalis sit periculum animarum, & correctio peccatorum, concludit ēt esse assasinos non subiectos dño alicuius, ergo in illis ēt habet locum, d. c. 1. & hanc partem dicens Domi. credit veram, quia tex. in princ. §. cum igitur, loquitur de faciētibus interficere per assasinos, nec distinguit, an assasini sint serui, vel liberi, sed simpliciter de assasinis, ita ēt loquitur. §. sacri, dist. c. 1. ergo indistincte intelligitur. c. si Romanorum. 19. dist. hæc Domin. ubi supra. Philip. Franc. in d. c. 1. col. 3. ver. in glo. in ver. præsertim, tenet idem ꝙ Domi. ꝙ prædicta decre. 1. habet etiam locum in assasinis non subiectis domino alicuius, per d. gl. Bar. in d. l. non solum. §. si mandato nu. 14. in paruo uol. ubi dicit, ꝙ quando aliquis facit, vel fieri facit mediante pecunia, delictum dicitur magis atrox, & propter hoc pœna posset augeri, & de facto videmus augeri in istos, qui vulgariter dicuntur assasini, & videtur expressum, hodie in d. c. 1. de homi. li. 6. vult, ꝙ decretalis illa, de homicid. li. 6. emanauit contra illos, qui pro pecunia occidunt homines, & sic sine aliqua restrictione. Salic. idem dicit in d. l. non ideo minus. retuli eum supra. & multi, quos sup. retuli, dicūt illos esse assasinos, qui pro pecunia homines occidūt. Aret. in d. cons. 165. col. 10 dicit, ꝙ si opinio prædictorum. s. Dñi. & aliorum esset consuetudine approbata, standum esset ei virtute consuetudinis, semota aūt consuetudine dicit, ꝙ consuleret sm opi. Archid. & Io. And. quos s. retuli, mouetur Are. ꝙ licet in prin. tex. loquatur de assasinis simpliciter tamē post in uer. seq. loquitur de certo gñe personarum, & se refert ad nominatos in prin. per dictionem eorundem assasinorum, & sic ostendit. de quibus intellexit in prin. cum assasinos simpliciter nominat, declarat nominatos in prin. esse eos, quos in illo uer. nominat, unde sequentia hæc declarant præcedentia, hæc Aret. ubi sup. Mouetur ēt d. Aret. alia ratione. Nam si Romanus pontifex intellexisset in genere de omnibus, qui pro pecunia occidunt, & vulgariter appellanē assasini, eandem pœnam imposuisset facientibus scelus, sicut mandantibus, cum ergo nullam penam imponit facientibus, hoc non est ex alia causa, nisi quia dispositio illa sit solum contra illos, qui committebant cædes, per illos infideles, de quibus papa nihil disponit, quia de his, qui foris sunt, nihil ad nos. 2. q. 1. c. multi. nec debet extēdi decretalis illa, cū sit penalis, & exorbitans. præterea in alijs non est eadē rō, illi enim contemnentes mortem ultra oēs homines, ut ibi tangitur per Doct. facilius, & frequentius talia delicta committebant, contraria opinio est pro alia parte, quæ forte consuetudine approbatur, hæc Aret. ubi sup. Matt. de Affli. in tit. de capit. qui curiam uendidit in l. si feu. fol. 124. refert Archi. & Io. And. in d. c. 1. ꝙ ille tex. procedit in certo genere assasinorum. Retuli sup. & refert ēt Bar. aliud uolentem. in d. l. nō solum. §. si mandato. de iniur. ff. & Ange. in l. 1. de eo per quem fac. erit. § fi. refert ēt Aret. cons. 165. retuli eū sup. & in hoc residet. & idem Mat. de Affl. in tit. an ille, qui interfecit fratrē, fol. 84. col. 4. nu 32. Summa Rosella, in uersi. excōicatio. 34 in

7 ver. additio. fol. 145. col. 4. querit, an occidens † hoīem pro pecunia, dicatur assasinus, & sic incurrat penam d. c. 1. de homi. li. 6. dubium est, an d. decret. disponat solū respectu certi generis hoīum, q dñr assasini, & erant infideles, an vero ꝯ oēs, qui pecunia accepta uel promissa, promittunt aliquem occidere. d. Rosela, ubi sup. refert Franc. Aret. in d. cōs. añp. & cons. 165. col. x. & refert eum ad literam, & in hoc residet, retuli eū sup. Siluest. in sua sum. in uer. assasinus. q. 1 fo. 49. col. 1. quærit, vtrum dic. constit. d. c. 1. locum habeat solū in certo gñe personarum. i. assasinis proprie, an generaliter in omnibus assasinis etiam uulgo dictis, qui licet sint fideles, tū assasinorum more Christianos occidunt accepta pecunia. Refert Io. de Imo. & Domi. in d. c. 1. qui tenēt, ꝙ d. c. 1. habeat locum generaliter, nec refert ꝙ sint sub alicuius dñio, vel infideles, sed solum, ꝙ pro pecunia occidant. & dicit Siluest. vbi sup. ꝙ istā opin. sequuntur multi, ut Bart. in d. l. non solum. §. si mādato, & Sal. in l. ea quidem, & est in l. non ideo minus. retuli sup. Refert ēt Archi. & Io. And. tenentes, ꝙ dicta decretalis habet locum solum in certo genere hominum, & personarum, retuli, eos sup. Refert ēt Fran. Aret. in d. cons. ante pen, qui ēt dicit, ꝙ si opinio Imolæ esset approbata consuetudine, standum esset ei virtute consuetudinis, qua remota non cōsulerē, inquit, sm eam, mouetur pluribus rationib. retuli. Aret. & eius rationes sup. & cū hoc refert d. Siluestr. ubi sup. Io. An. in d. c. 1. dicit, ꝙ pena, illius c. 1. de homi. lib. 6. nō habet locum in assasino interficiente infidelem, Sed solum procedit in interficiente Christianum, & eum sequūtur, ibi Doctores, & Phil. Cor. cons. 249. col. 1. in fin. in ver. 2. Ex om-

8 nibus † supradictis resultant opiniones sequentes,

Prima opinio est Arch. Io. And. Gulicl. de monte Laudino, quos supra retuli, quod decretalis, c. 1. de homici. li. 6. habet locum in illis, qui sunt sub dominio alicuius & sunt infideles serui. secus si dicti infideles non sunt sub alicuius dominio, & sic volunt prædicti Doctores, quod dic. decretalis procedat solum in seruis infidelibus, & non in hominibus liberis, & istam opinionem, semota consuetudine, tenent Aret. & Siluest. quos sup. retuli. Alia opinio, est quod d. decretalis. i. procedit in omnibus etiam uulgo dictis, siue sint infideles serui, uel liberi, vel fideles, qui more assasinorum Christianos interficiunt pecunia recepta, vel promissa, & ista opinio fuit Imo. & Dom. & aliorum quos retuli sup. Alia opinio est, quod pœna decretalis non ꝑcedit in assassino interficiente infidelē, secundum Io. And. in d. c. 1. retuli. sup. Alia opinio est, quod pœna dictæ decretalis non habet locum, quando delictum non est subsecutum, punitur tamen extraordinarie. Ista fuit opin. Dy. & Ang. in l. apud labeonem. §. si curauerit, de iniur. & Dyn. & Ang. vbi sup. retuli sup. Contra istud dictum Dyn. & Ange. tenet eos referendo Philip. Cor. cons. 249. Nam ibi late loquitur super istam opin. tenens contra Ang. per d. c. 1. & ibi refert alios, maxime Io. An. in regu. in pœnis. retuli eum cum aliis sup. & Matth. de Affli. in tit. an ille, qui interfecit fratrē in l. si feu. fol. 34. col. 4. nu. 32. cum seq. quærit de ista questione & alleg pro, & contra. & idem affli. in tit. de capitaneo, q curiam vendidit in §. si uolueris, in vsib. feu. fol. 223. col. 4. fo. 4. num. 19. querit, assassini non deduxerunt homicidium ad effectum, sed attentauerunt, an puniantur, ac si illa fecissent Alle. Bal. in l. 1. de pub. iudi. ff. quod sic. & glo. & Ang. in d. l. si hominem, §. si mandato de iniur. ff. & scribentes in d. cap. 1. de homi. lib. 6. & Ang. cons. 14. & Bar. in l. cicero, de pœnis, ff. & de ista quæstione latissime loquitur Angel. de malef. in uer. Sempronium Rodulphi. fol. 55. col. 4 in paruo vol. videtur concludere ꝯ Dyn. Matth. de Affli. in constit. Neap. in rubri. 11. fol. 49. nu. 16. dicit, quod delictum inceptū. & non perfectum, non punitur tanquam consummatum. Fallit in assassino, qui per pecuniam datā sibi, ut hominem occideret Ludo. Bologni, cons. 8. colu. 2. loquitur etiam de ista questione. Cassa. in consue. Burg. fo. 14 in nouis. col 2. nu. 7. concludit. quod in assassinamento, etiam si non fuerit peruentum, ad actum, punitur tanquam homicida. Refert plures doct. non plus insisto, in ista. q. Nam in locis superius alle. pōt uideri de ea ad plenum. Dico tamen, ꝙ communis opinio est, ꝙ punitur tanquam assassinus, licet non sit consummatū delictum, & sic punitur pena ordinaria, & dicit Ang. in d. versi. sempronium. foli. 56. col. 2. paruo volu. quod licet hodie de generali, consuetudine mundi, non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, fallit in assassino. Punitur enim capitaliter licet non consummauerit delictum. Alle. Ang. cons. 15. Nā valet consuetudo generalis, quod non puniatur affectus, si non sequatur effectus. secundum Spec. in tit. de accu. Refert Fel. in tract. quando conatus puniatur, in 8. fall. & Fel. in d. c. 1. de pręsump. tamen fallit in assassino, ut dixi. Idē tenet Marcus, de Mantua in libris obseruationum. lib. 5. obseruatione 41. fol. 149. in fi. refero eum infra. Venio ad fallen. nostram. s. an assassinus fugiens ad ecclesiam gaudeat immunitate ecclesię, si dicimus de assassino, qui consummauit delictum, tenendo communem opinionem, quod insidiosus nō gaudet immunitate, vt dico in fall. 13. supra, assassinus non gaudebit quia insidiose commisit delictum. Si dicimus, quod nō cōmisit delictum, sed attentauit, dico secundum communem opi. quam retuli sup. in assassino. idem est attentare, quod cōmittere. Imo etiam tenēdo aliam opi. quod nō sit idem quo ad pœnam ordinariam, sed ꝙ puniatur extraordinarie, ut retuli sup. nō gaudebit immunitate, qa eo, ꝙ punitur extraordinarie commisit delictū, si delictū fuit insidiosum, ergo nō gaudet, & quod assassinus nō gaudeat immunitate ecclesię tenet expresse Marc. de Mantua. in lib. obseruationum legalium. li. 5. obseruat. 41. fol. 149. in tit. de assassinis, alle. Panor. in c. inter alia, col. 4. de immu. eccl. Panor. non loquitur de

9 assassino. Nec fautores † eorum gaudent immunitate nec in eis habet locum consuetudo contra rigorosam decisionem l. si quis non dicam. de epis. & cle. C. Alex. in l. 1. in fi. ꝙ quisq; iur. ff. hoc Marcus de Mantua ubi sup. Ang. & Pau. de Ca. & Alex. in d. l. 1. referunt dictum Speculatoris in tit. de accusatore. §. 1. retuli Felin. eum allegantē supra eo. & plenius in fal-

10 len. 13. sup. Quid si † assassini fuerint clerici, habebit ne locū pœna, d. c. 1. tex. ibi ꝙ sic. Sed quæritur, an possit talis clericus assassinus puniri per iudicem secularem. Domi. in d. c. 1. in fi. vers. sm præmissa quærit an clericus committens tale delictum possit puniri per iudicem secularē, absq; alia degradatione. cōcludit, ꝙ sic, ut latius pet eū Stepha. Auff. in rep. cle. 1. de offi. ord. in 1. reg. fal. 18. fo. 23. & Hippol. de Marsi in trac. causarum crimi. fol. 98. & Io. Igne. in §. non ad alias. l. necessarios.

sarios. ad silla, ff. fol. 177. col. 3. num 488. & Nic. Euerardi. in tract. de modo arguendi, fol. 164 & Paris de puteo in tract. de sindicatu. fo. 138. num. 12. tenent cum Dominico, ꝙ si assassinus sit clericus, poterit, puniri per iudicem secularem, quia ipso iure videtur degradatus, & cuicumque datur potestas ipsum occidendi, per d. c. 1. de homici. lib 6. & videtur spoliatus omni priuilegio clericali. & Hipp. de Marsi. in l. uni. de raptu virginū. C. fol. 14. col. 3. in fi. in paruo vol. & pet. pau. cōs. 166. in 4. vol. & consi. 151. in 4. vol. & Ant. Capic. in deci. nou. Neap. in 9. speciali, dicit. ꝙ iudex secularis in hoc crimine est iudex competens, etiam cōtra clericum. alle. Lupum. in d. c. 1. de homi. li. 6. Marcus de Mantua in 10. li. obseruationum. ti. de assassinis. pa. 148. dubitat de ista deci. & sibi videtur, ꝙ per secularem non debet puniri talis clericus assassinus, ut latius per ipsum ibi. communiter tenetur contrarium, quod per secularem iudicem potest puniri.

Quando mandato Papæ extrahit. XVI. Fallent.

Decimosexto, fallit, quando de mandato papę, ecclesiasticus iudex extrahit malefactorem ab ecclesia. c. vxor felcis. secundum unum intellectum. 17. q. 4 quia papa est sup. ius. c. proposuit. de cōcess. præbend. cum similibus. Istam Fallent. ponit dict. Ioann. Bichis. in d. tract. eo. tit. col. 6. ver. fallit, 1. in paruo vol. fol. 72.

In Seruo. XVII. Fallent.

Fallit, 17. in seruo post cautionem immunitatis præstitam per dominum. Nam tunc ecclesiasticus iudex eum expellet ab ecclesia. c. diffiniuit, in fi. c. metuētes. 17. q. 4. c. inter alia, in fi. eo. tit. Nam si seruus fugit ad ecclesiā, gaudebit immunitate, tamen si dominus illum repetit pręstita cautione per dominum, quod non male tractabit, debet rector ecclesiæ illum restituere domino, & si oblata tali cautione rector ecclesiæ noluerit eum restituere suo domino, si seruus fugiat, tenetur rector restituere, aut damnum emendare prout voluerit dominus, vel iudex ecclesiasticus. capitulo denique. 16. distinctio. & gloss. fina. in dicto cano. diffiniuit. 17. quæstio quarta. & quod dictum est, quod præstita cautione, est restituendus, est verum, nisi forte esset, vel præsumeretur de magna seuitia domini, quia hoc casu haberet locum. §. final. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. insti. quia tunc non redditur seruus domino, Sed ex quo eius sæuitia est intolerabilis, compellitur dominus vendere seruum, secundum Ant. Panormita. & alios, in dicto cap. inter alia. §. fi. plenius per Henric. Bohic. in c. pen. eo. tit. & Io. de Bellouis. in sua pract. in tit. de fugareorum, fol. 47. col. 2. Cyn. in l. præsenti. de his, qui ad eccl. confu. C. Maria. Soci. in tractat. de citatione, in 5. q. col. 2. & 3. fol. 30. Io. de Bichis, in d. tractat. eod. tit. col. 6 uers. 4. fallit. fol. 72. col. 4. fol. 77. col. 3. versic. nota ex isto tex. de iure ciuili si fugit, se abstrahendo a seruitio domini, sine armis, procedunt prędicta. Si uero cum armis irruit domino, & propter hoc fugit, incontinenti extrahitur non præstita cautione. per l. si seruus. de his, qui ad eccl. confu. C. & hanc opin. sentit Hostiens. in summa, eod. tit. §. inquantum. ver. cum quis ad ecclesiam tamen tex. in d. c. inter alia. non curat de ista distinctione, nec est curandum, secundum prædictos ubi sup. Maria. Socin. in tract. de citatione. 18. art fol. 22. col. 3. versi. secundo casu, quęrit de ista quæstione, & distinguendo, dicit, aut seruus fugit ad ecclesiam religionis causa, & tunc debet reddi domino, si infra triennium repetat, recepta cautione a domino, quod ipsum non puniet in auth. de mona, §. si uero infra trienniū. aut aufugit causa immunitatis consequendæ, tunc aut aufugit propter nimiam sæuitiam, & magnam dñi atrocitatē, tūc dñs cogitur eum vendere, nisi uelit ipse seruus redire, in d. § fi. de his, qui sunt sui instit. aut seruus fugit pp modicam sæuitiam, tunc habet locum d. c. inter alia. & lex præsenti. §. sane, restituetur dño recepto iuro a dño de immunitate ipsius. Si vero nulla est sæuitia dñi, sed forte aufugit, ut dñm defraudaret operibus suis, hoc casu restituendus est dño. d. l. præsenti. §. sane. Hæc procedunt. qñ seruus non fugeret ad ecclesiam, propter delictum. Sed si fugeret pp delictū, dicit Maria. quod non intendit ibi hoc tractare, sed in locis præallegatis, in isto casu est dicendum, ꝙ si propter delictum commissum p seruum, ipse fugiat ad ecclesiam, gaudebit immunitate, per c. inter alia, & ibi omnes in d. l. præsenti. Glo. in l. 3. tit. 11. primæ partitæ. distinguit etiam retuli sup. in 4. pręsupposito. Signo. de Homodeis. in repe. l. nemo. C. de sacrosan. eccl. col. 6. in 5. q. dicit, ꝙ aut confugit ad ecclesiam propter immensam iniuriam domini, & tunc habet locum l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & inst. eo. §. fi. retuli sup. interdū fugit pp modicā iniuriā dñi, uel pp nullā cām, uel pp modicū delictum, tūc restituēdus est dño, data p dñm securitate, ꝙ ob dictā causam ipsū nō offendet, aut ob delictū immēsum ipsius, uel ob maleficiū, & tūc nō est danda securitas. l. 3. C. de his, q ad ecc. confu. Interdum fugit, ob bonam conscientiam, quia uult effici monachus, tunc intra triennium domino restituetur, data tamen securitate a domino, quod ipsum nō offendet. Post triennium, nullatenus audietur dominus. §. si quis. in auth de sanct. epis. & §. si vero. in auth. de monachis. Marcus de Mātua. consil. 201. numer. 15. & sequen. dicit, quod seruus nō habet hoc priuilegium immunitatis, per dict. l. 2. C. de his, qui ad eccl. cōfug. forte ea ratione, qa iure ciuili & prætorio, pro nihilo reputatur. l. quod hactenus. ff. de regul. iur. l. 1. C. de iure de liberand. & mortuo comparatur. l. seruitutem. ff. de regu. iur. imo pecudibus. l. 2. ff. ad l. aquil. hæc Marcus vbi supra Tamen dictus Marcus, consil. 60. tenet, quod seruus gaudet. columna secunda. in princip. Tene distinct. Socini ubi supra.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus, Paganus, Hæreticus, non donatur immunitate.*
2 *Iudæi criminibus irretiti, aut mole debitorum grauati ad fidem Christianam, an recipiendi sint.*
3 *Quid in Apostata.*
4 *Conciliatio opinionum in hac materia.*

In Iudæo, Pagano, seu Hæretico, & Apostata. XVIII. Fallen.

1 Decimooctauo fallit in Iudęo, † Pagano, seu Hęretico, qui non gaudent immunitate ecclesiæ. per tex. iuncta gl. in l. 1. C. de his, qui ad eccles. confu. & gl. in l. 2. eo. tit. Nam fugientes ad ecclesiam, nō sunt extrahendi ab ea, per d. iura fallit si nō est Christianus, ut ibi. facit etiam tex. in auth. vt lic. matri & auię. coll. 8. Idem etiā tenet gl. in ver. cogentur, in fi. in auth. de man. prin. §. publicorum. coll. 3. & Cy. in d. l. præsenti. q. 1. C. de his, qui ad eccle. confu. & Salice. in d. l. 1. dicit eccle. non esse tutelam eorum, qui non sunt sub ea, idem etiam tenet Oldra. cons. 54. circa fi. & Archi. in c. diffiniuit. 17. q 4. & Henric. Bohic, in c. eccle. isto tit, col. 2. uer. aut ille, qui fugit, vbi dicit istam opin. esse veriorem. Iac. de Bellouiso in sua practica, in ti. de fuga reorum fo. 47. col 2. dicit, ꝙ non gaudent. Io Fab. in l. 1. C. de his, qui ad eccle. confug. in prin. dicit, ꝙ non gaudent, vbi simulate accedunt, alias secus, p gl. in d. c. inter alia. glo. in pragma. sanctio. in tit. de inter. indiffer. non ponendis. fo. 196. col. 3. in versi. Iudæo. quærit de ista quæstione, & concludit, ꝙ non gaudet, vt clare patet in d. l. 1. de his, qui ad ecc. confu. C. & in extrauag. Martini, & Io. directis Inquisitoribus Franciæ, in quibus cauetur, ꝙ si Hęreticus, Iudæus, vel apostata fugiant ad eccl. non ad remedium salutare, sed causa euitandæ pœnæ, Inquisitores possunt eos ab ecclesia extrahere, & contra illos procedere, sicut si nō fugissent ad ecclesiam. Istam opin. etiam tenet Hosti. in summa, eo. tit. §. inquantum. col. 2. in prin. in ver. & si Iudæus. & in repertorio inquisitionis, in uersi. captura. col. 5. in prin. quærit, An hæreticus confugiens ad ecclesiam, gaudeat immunitate ecclesię, taliter ꝙ nō possit capi, & extrahi ab ecclesia, concludit ꝙ non. quia vbicunque potest capi ad incarcerandum, per d. glo. in auth. de mand. princ. & glo. in d. l. publica. C. de his, qui ad eccl. confu. Idem etiam refertur in d. repertorio inquisitionis, in uerb. immunitas. Anchar. in d. c. inter alia. col. 2. idem tenet, dicens, ꝙ qui non est catholicus, non gaudet hac immunitate. Idem tenet Signoro. de Homod. in l. nemo, C. de sacros. eccl. col. 6. in 5. quæst. Placen. in d. rubr. de his, qui ad eccl. confug. dicit, ꝙ Pagani, vel Iudæi, si ad fores ecclesię veniunt, vt intrent, etiā si Christianę legi se iungi velle simulent, admitti non debent, sed multo fortius,

2 si criminibus fuerint † irretiti, vel mole debitorum grauati, etiam si forte denuo vellent Christiani fieri, nisi primo innocentiam suam purgauerint, vel debita vniuersa reddiderint quæ dicta sunt, oportet intelligi, nisi forte creditor, vel accusator, sua auctoritate, & non ex iudicis, vel iuris permissione, paganos, uel iudæos prosequatur vt occidat, tunc debent admitti, nunquam tamē si admissi fuerint, vel inopinato irruerint, extrahi debent, nisi forte in ecclesia delictum fecerint. Vult ergo prædictus Doctor, quod si pagani, vel iudæi intrauerint semel in ecclesiam, debent gaudere. Ange. in sua summa, in ver. immu. co. 2. in fi. quęrit, An iudęus fugiens ad eccl. gaudeat isto priuile. & dicit, ꝙ non, per gl. in d. l. 1. C. de his, q ad eccl. confu. quæ gl. est verior, quam gl. in d. c. inter alia, alle. Panor. in d. c. inter alia, refero infra, dicit Ang. vbi sup. Ego dicerem, ꝙ si venit ad ecclesiam, & petit baptismum, ꝙ gaudebit, alias non, quia videtur venisse, vt effugiat, & nō causa fidei. Panormi. in d. c. inter alia. col. 2. ver. 1. Igitur quæro, An Iudæus fugiens ad eccle. gaudeat immunitate. alle. gl. ibi, ꝙ sic, dummodo absit dissimulatio, per d. l. 1. de his, qui ad eccl. confu. C. vult dicere, ꝙ si Iudæus fugit ad ecclesiam, & vult effici Christianus, gaudere debet hac immunitate. Dicit Panor. glo. fore contrariam, in d. l. 1. quæ dicit, ꝙ etiam cessante dissimulatione, nō gaudebit Iudæus hac immunitate, & istā gl. l. 1. credit Panor. esse veriorem. Nam l. 1 C. de his, q ad eccle confu in ducit pręsumptionem iuris, & de iure contra dissimulationem, quia præsumitur fugere, non pp zelum fidei, sed propter euasionem delictorum, vel criminum, vt latius

per

per Panorm. ubi sup. Istam opin. etiam tenet Ana. in c. Iudęi. 1. colum. 1. de iudæis, ubi quærit, an iudæus fugiens ad eccles. gaudeat immunitate. concludit, quod non. alleg. Oldrad & alios. Hippol. de Mars. in l. ex senatusconsulto. ff. de sicar. columna penult. fol. 41. columna 1. quærit. Vtrum iudæus gaudeat immunitate, & quod nō gaudeat, alleg. aliqua iura, quę superius retuli, & ꝙ gaudeat, alle. etiam aliqua iura, quæ infra refero, qui tamen concludit, dicens, quod opinio communior est, ꝙ non gaudeat, per alle. superius, & idē Hippol. in l. uni. de raptu virgi. C. fol. 15. col. 3. versi. dubitari potest quærit de ista quæstione. Allegat primo, ꝙ non gaudet, & post dicit, ꝙ sic. Dicit tñ, teneo indubitanter, ꝙ distinctio, quam s. feci de Christiano fugiente ad eccl. dēt fieri in iudęo. Vult dicere, ꝙ id, ꝙ dicitur de Christiano, erit dicendum de iudæo, & istā distinctionem ponit Hippol. in d. l. uni. col. 4. fol. 15. colum. 1. Mariæ Soci. in tract. de citatione, arti. 17. fol. 22. colum. 3. quærit de ista quęstione, & arguit pro, & cōtra. Dicit tñ, quod ista opinio, ꝙ infidelis non iuuetur, videtur magis æqua per c. fi. eod. tit. & priuilegio uti nō debet, qui illud nititur impugnare. consuetudinem tamen approbatam fore tenendam. De 3 apostata † loquitur d. extrauagans. allegata in glo. pragmat. sanctio. quam retuli supra & loquitur etiam Nicol. in decis. q. 110. nu. 6. in 1. parte. fol. 106. colum. 2. Marcus de Mantua. consi. 211. num. 17. tenet, ꝙ iudæus non gaudet immunitate, quia de his, quæ foris sunt, nihil ad nos c. gaudemus. de diuo. & ad propositum dicta l. prima. C. de his, qui ad eccles. confu. sed solus fidelis, & Christianus. Marcus ubi supra. Alia opinio est, ꝙ iudæus, paganus, & hæreticus, fugientes ad ecclesiā, gaudent immunitate, & pro ista opin. allegatur glos. in d. c. inter alia in versic. extrahendus, quæ dicit quod iudęus etiam non est extrahendus, dummodo absit simulatio, per dicta l. primā & uult dicere, quod si iudeus fugit ad ecclesiam, uolens effici Christianus gaudebit, alias non, quia uidetur venisse, vt fugiat, sed non causa fidei, & istam opinionē, scilicet ꝙ indistincte gaudeat, tenet Guliel. de mon. Lau. Anch. Card. & Imol. in clement. 1. de pœnit. & remiss. Laud. ibi, columna secunda dicit, quod iudæus gaudet, dum tamen ficte, vel simulate non currat, nec petat suffragium. Anch. ibi. colum. 2. quæst. 2. quærit, Quis criminosus confugiens ad ecclesiam cōsequatur immunitatem, dicit, quicumque sit, ~~etiam iudæus~~. Imol. colum. 2. in princ. versic. 2. quærit, Quis gaudet hoc priuilegio, dicit, quilibet cuiuscumque conditionis existat, etiam iudæus, qui non ficte vel simulate cōfugit. Cardin. ibi, col. 1. q. 3. quærit, Quis gaudet immunitate, dicit, quod quicumque, cuiuscumq; conditionis sit. Vital. in dicta clement. 1. colum. 8. num. 80. dicit, quod Iudæus, uel alius infidelis, confugiens ueraciter, ut ibidem protegatur, non autem ficte, uel simulate, gaudet hac immunitate. Ioan. de Tur. Cre. in d. c. t. diffiniuit. 17. q. 4. col. 2. in princ. quærit, Vtrum iudæus, uel paganus, gaudeat hoc priuilegio? refert Hugo. dicentem, quod sic, licet quidam dubitent, tamen Gulie. dicit, quod idem de eo, sicut de alijs, dicit tamen d. Ioan. de Tur. Cre. in hoc consuetudinē approbatam esse seruandam Host. & Io. And. in d. c. inter alia & ibi Cardin. q. 1. idem tenent. Dicit Hosti. ꝙ ēt si iudæus sit, non debet extrahi ab ecclesia. Idem Io. And. ubi supra, glo. 3. & Car. allegat c. iudas. 17. q. 4. Siluestr. in uers. immunitas. 3. q. 3. quærit de ista qōne, & arguit pro, & contra. & concludit, ꝙ indistincte gaudet. Idem tenet. Florent. in summa. in 3. parte. tit. 12. c. 3. §. 1. ꝙ iudæus, & paganus non debet per uim ab ecclesia extrahi. Maria. Soci. in tract. de citatione, arti. 17. fol. 22. col. 3. quærit de ista quæstione, & arguit pro, & cōtra, & dicit, ꝙ utraq; opinio esset satis substentabilis, retuli sup. in pręcedenti opinione. Collecta. in c. fi. isto tit. dicit, ꝙ gaudent. Fel. in c. iudæi. in princ. quærit, de ista quæstione, & arguit pro, & contra, & concludit ꝙ gaudet, & etiam pessimis uiris ecclesia concedit hanc immunitatem. Petrus de Belluga in speculo, principum dicit, ꝙ ēt iudæus gaudet, simulatione cessante. Ioann. Bichis in tract. de immun. eccl. col. 7. uer. nota. 2. ibi fugientes, dicit, ꝙ ille text. c. diffiniuit. 17. q. 4. loquitur generaliter. Et sic dēt intelligi generaliter. c. 2. de coniu. lepro. ergo omnes fugientes ad ecclesiam, siue sint iudæi, siue pagani, uel eorum serui gaudent hac immunitate, ut ibi per eum. Io. Igne. in l. 1. ff. ad silla. fol. 13. col. 2. in fi. & fol. seq. idem concludit. Spoli. in d. l. vni. de raptu virgi. C. retuli in pręced. opi. dicit indubitāter distinctionē de Christiano fugiēte ad ecclesiā dēre seruari in iudęo, pagano, & hētico. Et vt vī, sunt duę opiniones sup ista falle. stāte cūsuetudine pro vna, illa seruabit, prout dñt Io. de Turr. Cre. in d. c. diffiniuit, & Maria. in d. trac. de citatione. retuli s. Nā in cōflictu opinionū illa est tenēda, quam approbat cōsuetudo ēt ꝯ cōem. Vide Deci. post alios, in c. atsi clerici. col. 15. de iud. Rochus de Curte. in repet. c. fi. de consue. fol. 15. col. 1. ver. limita. 3. & 51. col. 4. ver. 9. limita. Ioan. de Rebuff. in silua nuptiali. fol. 207. refero. in consilijs meis. consi. 58. col. pe. in prin. infra cod. lib. & consil. 21. in 5. vol. in 1. fall. regulæ fecit gnis realis in cons. meis. Prædictæ 4 opin. possent concordari, ꝙ prout sentiunt gl. in d. c. inter alia ibi. & Panor & ibi Ange. in summa, in ver. immunitas. col. 2. in fi. retuli supra, ꝙ quando Iudæus, seu infidelis fugiunt ad ecclesiam, & petunt baptismum, & volunt effici Christiani, gaudebunt immunitate, & isto casu procedit ista opinio. 2. si vero fugiant ad ecclesiam nō pp zelum fidei, sed pp euasionem delictorum, seu criminum, nō gaudebunt, & hoc tenet Nicol. Boer. in decis. q. 110. in prima parte, fo. 116. nu. 4. dum dicit Iudæi, & infideles gaudēt hac īmunitate, qñ nō ficte, nec simulate confugiunt ad ecclesias, sed alias, non, ut dictū est.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, vel interdictus, quando gaudeat immunitate.*
2 *Quid in degradato.*

In excommunicato, & in terdicto, & degradato.

XVIIII. Fallen.

1 Fallit 19. in excommunicato, & interdicto † secundum Host. in c. fi. eo. titu. qui dicit, ꝙ excommunicatus non gaudet immu. si est excommunicatus ab homine, seruato ordine iudiciario, alias secus, nisi esset in mora petendi absolutionem, & Hostiens. in summa de immunitat. eccles. §. in quantum. uersicul. quid ergo. ubi dicit, quod excommunicatus non gaudet hoc priuilegio, si ab homine excommunicatur, iuris ordine seruato, secus si a canone, uel in utroque nō debet gaudere, si est in mora petendi absolutionem, dicit tamen Host. quod Goffr. sequitur communem opin. magistrorum. uide in fi. istius fallen. Contra istam fallen. tenet Guliel. de mon. Lau. & Imo in cle. 1. de pœ. & remis. & ibi Bonif. de Vital. q. 5. nu. 79. qui dicunt, ꝙ excommunicatus gaudet immu. Idē tenet Io. Fab. in ti. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. & in l. 1. de his, qui ad eccle. confu. C. alleg. Host. in summa eo. tit. §. quid ergo, retuli in prin. istius fall. Idē tenet Hen. Bohic. in c. eccl. eo. tit. col. 4. nu. 4. ubi dicit, ꝙ excommunicatus debet gaudere, dummodo aliud canonicum nō sit, ꝙ obsistat, & ideo est, quia in hoc, delictum excōicati non attenditur, sed potius fauor Dei, cui competit iste honor, qui nō peccauit. & concludit opinionem istā esse ueriorem, & gl. prag. sanct. in tit. de inter. indiste. non ponē. in uersi. inde est. fo. 196. col. 3. arguit pro, & contra, & concludit, ꝙ gaudet. Idē tenet Collec. in c. fi. eo. tit. qui dicit, ꝙ excommunicatus, & interdictus debent gaudere. Ioan. de Tur. Cre. in c. diffiniuit. 17. q. 4. dicit, ꝙ excommunicatus debet gaudere. Idē Siluestr. in summa. in ver. immu. 3. q. 3. & sanctus Anto. in summa in 3. par. tit. 12. c. 20. §. 1. glo. confu. Burg. fo. 57. col. 2. Refert Panor. in d. c. inter alia, Panor. ibi nihil dicit, & Bonif. de Vital. in clem. 1. de sen. excom. 22. ubi dicit, ꝙ si excommunicatus fugiat ad ecclesiam propter delictum, non debet extrahi, si tamen excommunicatus, est in ecclesia sua uoluntate, & non ad finē immunitatem, consequendi, & ex sua statione impeditur celebratio, potest inuitus extrahi, ut ibi plenius, per dictum de Vitalin Maria. Soci. in tract. de citatione, arti. 10. fol. 31. col. 1. in prin. dicit, ꝙ hoc priuilegio gaudet excōicatus. Si aliud canonicum non resistit ei. Ratio est. quia in hoc non attenditur delictum excommunicati, sed fauor Dei, cui competit ille honor. Allegat Guliel. de monte Laud. & Zenzi. in d. clemē. 1. de pœni. & remiss. & Hosti. in summa eod. tit. in §. quandi retuli sup. in princ. quidam uero distinguunt, ꝙ aut quis est excōmunicatus ab homine seruato iuris ordine, talis nō gaudet. aut est excommunicatus a canone, talis gaudet, alii vero dñt, ꝙ utroq; casu non gaudet priuilegio, ex quo est in mora petendi absolutionem. Secus si non esset in mora. c. rursus c. quicunque. 11. q. 3. sed glo. Guliel. sup. summa Raymundi. in tit. de immu. eccle. Frater Iacob. in summa illius tit. q. 5. uer. quid de iudæo, tenet indistincte, ꝙ excōicatus non gaudet tali priuilegio, & ꝙ realiter potest capi. Sed primam opin. Guliel. ꝙ non possit capi, dicit esse utiorem, Hosti. & eam tenet Goffr. in summa istius tit. quam etiam Hugo. in c. pe. de immu. eccle. dicit esse ueriorem. in hoc resider Marian. ubi sup. Nico. Boer. in decis. in 1. par. q. 110. col. 2. uer. sed in excommunicato, dicit, ꝙ communis est. ꝙ excommunicatus gaudet immunitate. Et id, ꝙ de excommunicato, est dicendum de interdicto. hoc expresse tenet Collecta. ubi sup. De degra- 2 dato † est dicendum, ꝙ gaudet priuilegio immunitatis. Nam retinet priuilegium, nisi esset incorrigibilis. Nam tunc secus, per c. cum non ab homine. de iudi. Hosti. in summa §. in quantum. col. 3. uersi. sed nunquid. in fin. & Maria. Socin. in d. tractatu de citatione, arti. 17. fo. 31. col. 1. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Quando Episcopus, aut alius, criminosum ab ecclesia eximere poterit, ut pœnitentiam agat.*

Quoad forum pœnitentialem. XX. Fallen.

Fallit, 20. quoad forum pœnitentialem, & pro declaratione istius fallen. quæro de qstione sequenti.

1 Vtrum episcopus, † vł eius officialis, possit extrahere de ecclesia clericum homicidam, vel alias criminosum, & eum ponere in carcere, vel detrudere in monasterium. Ancharan. & Imol. in d. c. 1. de pœnit. & remiss. dñt, ꝙ sic, alleg. Innoc. in d. c. inter alia, Guliel. de mont. Laud. in d. cle. 1. in quæst. 5. quęrit, nunquid eps, aut eius offic. poterit clericum homicidā extrahere ab ecclesia ad ponendum eū in monasterio arcto, ad pnīam peragendā. Refert Inn. ꝙ sic, in c. inter alia, eod. tit. in ver. ad pœnam corporalem, i. sanguinis effusionem, posset tñ in monasterium retrudi ad pęnitentiam agendam, argu. c. si Eps. 1. dist. & auth. si nouo. de adult. C. sunt verba Inn. & idem ad litteram. Refert Host. Inno. Refert etiam Hugo. idem notare in cap. rectum 17. q. 4. quia a sola pœna sanguinis defendet eos can. & aliter eos punit, vt in d. ca. inter alia, ꝙ credit d. Guliel. verum, vbi non esset arctum nimis, nec in carcere perpetuo, maxime, cum hodie carcer pro pœna introductus sit. c. quamuis. de pœnit. & remiss. li. 6. & in eo non datur, nisi panis doloris, & aqua angustiæ. c. nouimus. de verbo. signific. vt latius per d. Guliel. Anchar. in d. clem. 1. q. 5. quærit de ista quæstione in eisdem terminis, & verbis, vt Gulielm. & concludit cum Gulielm. per iura per ipsum allegata. Cardinal. in dicta clement. prima, quæstio. septima, quærit de ista quæstione, in eisdem verbis, vt Gulielm. & dicit, quod laudin. in dicta clement. prima. Refert Innocent. in dicto capitulo inter alia, qui tenet, quod sic, dicit tamen Cardin. quod ipse contrarium tenet, in dicto capitulo inter alia, quæstio. 5. dicit tamen, quod opinio Innocent. secundum Laudin. posset procedere, vbi monasterium non esset nimis arctum, nec esset carcer perpetuus, alias secus, maxime cum hodie sit carcer introductus etiam ad pœnam. per d. c. q̃uis, vt latius per Card. ubi sup. Imo. in d. cle. 1. q. 5. quęrit, nunquid eps, uel eius officialis poterit talem fugientem extrahere de ecclesia, & ponere in monasterium, ad pœnitentiam peragendam. Imo. nō loquitur de clerico fugiente ad eccl. sed loquitur generaliter. Supradicti alij doctores loquuntur de clerico criminoso, fugiēte ad ecclesiam, ut sup. retuli. Imo. in d. clem. 1. refert Guliel. de mon. Laud. & eum sequitur, retuli sup. Io. And. in d. c. inter alia, in uer. pœnam corporalem. Refert. Inn. quem sup. retuli, & dicit. ꝙ per illam gl. videtur sentire, ꝙ fugiens ad ecclesiam potest per ecclesiasticum iudicē inde extrahi, & puniri ecclesiastica pęna, pro hoc facit, quia cōtra seculares potestates, & non contra ecclesiasticas potestates videtur inuenta immunitas. c. frater. 17. q. 4. ibi, ꝙ neque potestatibus, quidem vel principibus unquam licuit, & c. & c. diffiniuit. 17. q. 4. ubi violans puniri iubetur seueritate Regia, ergo de laicis loquitur, facit c. cum instantia. de censi. ecclesia non vī priuilegiasse contra se. Item iudex ecclesiasticus non imponit pœnam mortis vel truncationis. Io. An. ubi sup. dicit, ꝙ non putat Inn. sic intellexisse. Imo abstractio violenta per ecclesiasticum iudicem, vel dominum de subdito, vel seruo, fieri nō potest, per l. 2. de his, qui ad eccle. confu. ibi, nemini licere fugientes, & c. & capit. reum. 17. quæstio. 4. ibi, ad ecclesiam fugientem nemo abstrahere audeat, & c diffiniuit. 17. q. 4. ibi, nullus audeat confugientem ad ecclesiam, & cęt. vniuersale negatiuū ēt ecclesiasticos includit, facit c. unicum. de natis ex lib. c. cōquerēte. in pric. de resti. spol. Item patere legē, & c. c. cum omnes. de constit. ad id, ꝙ dicitur ecclesiasticum iudicem non imponere pœnam mortis, uel trūcationis, rō est, ꝙ de omni pœna loquitur tex. in d. c. inter alia, & apertius text. in d. c. id constituimus. 17. q. 4. & gl. in c. inter alia. in uer. pęna, & gl. Inn. nō loquit de pęna, sed de pnīa hæc Io. An. ubi sup. Henricus. Bohic. in capit. fin. pe immunit. eccles. colum. 4. in princip. dicit, modo data immunitate ecclesiæ, nihilominus potest seruari ius, scilicet punitionis maleficij, & hoc si exeat voluntarie, & supposito, quod ibi remaneat detrudetur in monasterium ad pœnitentiam peragendam, alleg. Innoc. & Hostiens. in dicto capitulo inter alia, & Hostiens. in summa. §. alias, cum quis ad eccl. uer. alias autem, & hoc credo uerius dicit Henric. ubi sup. & per hanc glo. uidentur Inno. & Host. sentire, quod fugiens ad ecclesiam bene potest per iudicem secularē inde extrahi, & refert Io. An. in uer. per hāc gl. citra. Cardin. in d. c. inter alia, q. 5. & 6. quærit de ista qōne, & refert Inno. & Io. An. de verbo ad verbum, prout supra retuli, & cōcludit cum Ioan. And. Anton. de Bu. in d. c. inter alia, colum. 2. versic. quęro, quam pœnam euitet hic fugiens ad ecclesiā, dicit euitat pęnam corporalem, & sanguinis effusionē. c. id constituimus. 17. q. 4. posset tñ detrudi in monasterium ad pęnitentiam peragendam, secundum Inno. ibi, propter ꝙ dicit Ant. uidetur Inn. sentire, ꝙ per iudicē ecclesiasticū posset inde extrahi & puniri confugiens ad ecclesiam, dum tñ puniatur ecclesiastica, pęna rō huius est, quia contra seculares potestates, & non contra ecclesiasticas uidetur hæc immunitas adinuenta. Refert Io. An. ad litteram, prout superius retuli, & residet cum Io. An. Anch. in capitulo inter alia, in fi. quærit, utrum ecclesiasticus posset eatrahere fugientem ad ecclesiā, quidam dicunt, ꝙ sic, refert, & sequitur Io. And. Colecta. in d. c. inter alia, col. 2. in fi. ver. sed nunquid possunt ab ecclesia extrahi, detrudique in carcerem ad perpetuam pęnitentiam? Refert Inn. & Host. dicentes, ꝙ sic, per c. nullus. 17. quæstio. 4. Idem tenuit in d. c. inter alia, & istam sententiam probat littera, cum dicit, rectores ecclesiæ debēt seruare vitam, & mēbra, sed alias sunt legitime puniendi. Sed Inno. super ver. mēbra, dicit, ꝙ nunquam propter hoc in carcerem mittēdus est, & detrusio in monasteriū est loco carceris, c. gaudemus, de conuer. coniu. & pœnæ per consequens. c. quamuis. de pœni. & remis. & sic hæc iura fraudarentur. ar. c. quanto. in fi. de diuor. refert etiam Guliel. in d. cle. 1. de pœni. & remiss. ubi dicit, ꝙ possunt detrudi in carcerem, dummodo non sit nimis arctus, & perpetuus, refert etiam Io. And. qui credit, ꝙ omnis extractio est interdicta per iudicem ecclesiasticum, nec credit Inn. intellexisse contrarium, quia esset contra iura. ca. nullus. 17. q. 4. cum simil. hæc Collect, ubi supra. Panor. in d. c. inter alia, col. 3. ver. sed dubitatur an iudex ecclesiasticus possit istum confugientem arcere, & constringere, præsertim, si est persona ecclesiastica, refert Inn. & Io. And. ad litteram, quos sup. retuli. & dicit Panor. ubi sup. in fin. col. 3. Aduerte, quia Io. And. aperte tangit, quid in subdito, uel seruo domini iudicis ecclesiastici, vel in iudice ecclesiasti co respectu secularis personæ, concludit, ꝙ per istos violenta abstractio fieri non dēt, ꝙ placet Panor. & alleg. ad hoc text. in c. nullus. 17. q. 4. vbi tex. expresse dicit, ꝙ nullus clericorum, seruū, aut discipulum suum confugientem ad ecclesiā extrahere audeat, vel flagellare p̄sumat, & dicit Pano. ꝙ potest dubitari circa duo Primo, an iudex ecclesiasticus possit fugienti ad ecclesiam inuito indicere pœnitentiam, dicit, ꝙ Ioan. And. post Inn. uidetur sentire, ꝙ sic, facit gl. in c. de raptoribus. 36. q. 1. quæ videtur sentire. ꝙ talibus potest in iungi pęnitentia, & placet Panor. dummodo inuitus non extrahatur ab ecclesia, vt sic consulatur pariter immunitati ecclesiasticæ, & animæ illius fugientis, & sic pñt reduci ad cōcordiam. Laurent. & Zenzeli. qui in hoc uidentur sibi contrariari in cle. 1. de pœni. & remiss. Nam immunitas non intelligitur concessa in præiudicium animæ, potest etiam quis compelli ad agendum pœnitentiam de peccato publico. c. 1. de spons. c. fina. 26. q. 6. nec ecclesia excusat eum, cum hæc penitentia imponatur in ecclesia, vt in c. in capite. 59. distinc. Hæc Panor. vbi sup. Guliel. May. in d. l. nemo. de regu. iur. ff. fo. 250. col. 4. nu. 31. refert Guliel. Anch. & Imo. in d. cle. 1. & Io. An. & Inn. & Panor. in d. c. inter alia, quos retuli sup. & alios, & cōcludit cum Inn. & Io. And. & Panor. s. ꝙ fugiens ad eccle. si crimen est publicum, potest compelli ad agendam pœnitentiam publicam in ecclesia, cum hæc pnīa publica imponatur in ecclesia, per d. c. in capite. 50. dist. & ab ecclesia tamen violenter extrahi non debet, vt dictum est. Io. Fab. in l. 1. de his, qui ad eccl. confug. C. dicit, ꝙ Eps, potest clericum extrahere pro pœnitentia injungenda, sed non pro incarcerando, per notata per Inn. in d. c. inter alia, sed Io. And. contra. hæc Io. Fab. ubi sup. Bonif. de Vita. in cle. 1. de pœni. & remis. nu. 70. uer. 3. quæro, dicit, ꝙ iudex ecclesiasticus non potest clericum confugientem ad eccle. extrahere inuitum, & punire, tum quia nullo iure hoc cauetur, tum quia ipse iudex ecclesiasticus, quemadmodum debet seruare immunitatē ecclesię contra alios extrahere nitentes, ita debet ab hac extractione abstinere, secūdum Zenze. in d. cle. 1. per c. reum. 17. q. 3. quod est contra Inno. retuli supra. Bonifa. ubi sup. vult defendere Inno. ut ibi, per eum. dicit tamen, sed certe uidemus, etiam taliter practicamus, ꝙ nemo inuitus de ecclesia extrahitur nedum pro delicto, imo nec pro debito pecuniario pp immunitatem ecclesiæ, per d. l. 1. C. de his, qui ad eccle. confu. & cum ista cōsuetudo sit pia, fauore ecclesiæ est seruanda c. ad apostolicam. de simo. c. super eo. de cogna. spi. vt latius per Bonif. ubi sup. Aduerte, multi ex prædictis doctoribus, quos supra retuli, quærunt de clerico homicida, vel criminoso, An possit per Epm, vel eius officialem extrahi de ecclesia, ad quam confugit, & eum ponere in carcere, vel detrudere in monasterium, & alii doctores quærunt generaliter, de criminoso fugiente ad ecclesiam, an possit per ecclesiasticum iudicem extrahi. Quoad laicos fugientes ad ecclesiam, concluditur, vt supra dixi. s. ꝙ compellitur per ecclesiasticum ad pœnitentiam publicam, quæ in ecclesia imponitur, sed violenter, vel eo inuito non debet extrahi ab ecclesia, nec per ecclesiasticum, nec per alium.

SVMMARIVM.

1 *Persona ecclesiastica, an gaudeat immunitate.*
2 *Variæ Doctorum opiniones conciliantur in hac materia.*

Quoad Clericos, sequitur Quæstio sequens.

XXI. Fallen.

1 Vicesimoprimo, fallit persona ecclesiastica. Nunquid † hæc immunitas con-

concessa sit clericis, vel religiosis. ut non possint per iudicem proprium in ecclesia arceri, uel violenter extrahi. Panormi. in dicto capitulo inter alia. col. 4. uer. 2. principaliter dicit, ꝙ in dicto capitulo inter alia. col. 4. uer. 2. principaliter dicit, ꝙ hanc quæstionem expresse non attingunt doctores in dicto c. inter alia, & dicit, ꝙ ipse nō reperit aliquem tex. qui expresse prouideat de hoc, sed ipse Panor. salua meliori deliberatione tenet, ꝙ hæc immunitas non habet locum in eis, si iudex ecclesiasticus, causa disciplinæ, & non odij, vult eos arcere in ecclesia, & punire & extrahere, vt duci faciat ad carcerem. Et pro ista sua opi. adducit sex fundamenta, & quia pn̄t videri, nō refero hic, & dicit, ꝙ putat oīa esse verissima, relinquit tamen hoc consuetudini, quæ in hoc multum debet attendi. Guliel. May. in d. l. nemo de reg. iur. ff. fol. 251. col. 1. quærit de ista quæstione, & refert Panorm. quasi ad literam, & dicit Guliel. vbi sup. plane possumus confiteri sua dicta procedere in clericis, vel religiosis delinquentibus in ecclesia, per d. c. fin. eo. ti. super aliis vero videant sapientiores, quid sit in istis iudicandum, hæc dicit Guliel. vbi sup. Claua. in sum. in uersic. immunitas vers. 14. & Siluest. in ver. immunitas. 3. q. 2. versi. tertium clerici. & gl. in c. nullus 17. q. 3. idem tenet, ꝙ panormi. ubi supra. Idem etiam tenet Io. Fab. in l. 1. de his, qui ad eccl. confu. C. vbi dicit, quod episcopus potest clericum extrahere pro pœnitentia iniungenda, sed non pro incarcerando, per notata per Inno. in dicto capitulo inter alia, sed Ioan. An. ibi contra, retuli in præced. q. Io. Bar. in suo viatorio iuris, fol. 17. colum. 4. in titu. de violatoribus immunitatum, dicit, quod clericus, qui disciplinæ fugiendæ causa, confugit ad ecclesiā, potest extrahi, cum refert Nicol. Boer. in decis. q. 109. fol. 115. numero 3. Io. Bichis in tract. de immu. eccle. fol. 72. colum. 1. & 2. in paruo volum. refert Panor. ad litteram, & dicit, quod allegationes Panormitan. sunt veræ. Tamen quoad propositam quæstionem, non credit esse veram suam opinionem, cum sit contra casum expressum in capitulo nullus. 17. q. 4. vbi tex. nullus clericorum, seruum, aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam, extrahere audeat, vel flagellare præsumat, & multa alia alle. Io. Bichis, ubi sup. col. 1. & 3. & respōdet ad iura per Panor. allegata. & dicit, ꝙ opinio Panor. seruatur in practica. Opinio tn̄ contraria forte esset verior de iure, per d. cap. nullus, & per alia per ipsum allegata Ludo. consil. 227. Lud. Roma. consilio 234. dicit, quod non solum in laico, verumetiam in clerico habet locum dispositio, l. præsenti. de his, qui ad eccl. confu. C. adducit tria fundamenta. Primo, q̄a text. dictorum canonnm, loquuntur indistincte, non distinguendo clericum a laico, ergo l. de pretio, de publi. ff. cum simil. Secundo, quia maior ratio est in clerico, vt in ecclesia capi non possit, quam in laico, cum clericis domus propria quodammodo ecclesia sit, in domo autem propria neminē capi permissum est. l. plerique, de in ius voc. ff. l. nemo. de reg. iur. ff. Tertio, hoc priuilegium, ꝙ in ecclesia nemo capi possit, est concessum loco ipsius ecclesiæ, ergo habet locum in quolibet ibi reperto, siue clerico, siue laico, facit in simili, ꝙ not. Bar. in l. fi. de test. C. & in l. cunctos populos, de sum. trin. C. & Bald. in l. si non speciali, de testa. C. dicens priuilegia locis concessa ad quaslibet personas ibi stantes extendi, forenses, vel extraneas, per l. fi. de testa. mil. C. Et plus dicit Ludou. vbi supra ꝙ etiam si quis in ecclesia deliquerit, habet hoc beneficium, ꝙ ibi capi non possit, per glos. singu. in c. frater. 17. q. 4. nec obst. c. fi. eo. ti. qm̄ ille tex. loquitur in casibus specialibus, & exceptuatis a regula. d. l. præsenti. inter quos iste nō est. d. ergo glo. c. frater, debet teneri, quia nullum habet contradicentem. & Ludouic. referr additionator Angel. de malef. in uer. fama. q. 4. in littera a Gl. in d. c. frater in ver. ab omnibus, in prin. dicit, ꝙ sacrilegus in nulla ecclesia erit tutus, cum in ecclesia delinquat, & dicit d. gl. in fi. Tamen decre. inter alia de īmu. eccl. tm̄ duas p̄sonas excipit. Vult innuere, ꝙ exceptis illis persōnis, aliæ delinquentes, ēt in ecclesia, gaudent immunitate. Ista gl. non probat dictum Lud. nam non sequitur. Dicta decreta. inter alia excipit duos casus, ergo nō sunt alii casus excepti. Nam plures sunt alij casus, in quibus fugiens ad ecclesiam non gaudet immunitate, ut patet per discursum istius tractatus. Item c. fi. eo. tit. est contra dictum Ludo. nam tex. ibi clare dicit, ꝙ delinquens iu ecclesia non gaudet immunitate, ut latius dixi supra in fallent. 3. Nec est bona respons. Ludou. ad c. fi. ꝙ ille tex. loquatur in casib. exceptuatis a regula. l. præsenti. casus exceptuati sunt, homicidę, adulteri, raptores, exactores tributorū, de quibus in auth. de man. principū, §. neque autem, columna 3. & isti, si delinquunt, non gaudent immunitate, nemini dubium, si delinquentes extra confugiunt ad ecclesiam, non gaudent, a fortiorì, si delinquunt in ecclesia, & dicti speciales non procedunt de iute canonico, ut dixi in fallen. Ioann. Bernardus de Luco, nunc Episcopus Calaguriten. in practica crimina. in capitulo 115. fol. 99. columna 2. tit. ab ecclesijs, ad quas confugerint, quærit de ista quęstio. & refert Card. et Ludou. Rom. tenentes, quod gaudēt etiam clerici, retuli eos supra refert ēt Panor. tenentem, quod non gaudent. Refert etiam Ioan. Bichis, qui refert opinionem Panor. & concludit contra eum, retuli supra, & dicit prædictus Episcopus, quod opinio verior & communior est, quod gaudent. Panor. relinquit consuetudini, quæ in hoc multum debet attendi secundum eum, quę quidem iam uidetur recepta, vt clerici a suis iudicibus extrahantur ab ecclesiis, & ita seruatur. Limitatur hoc per d. Dominum Episcopum in casibus ubi clericus post degradationem esset tradendus curię seculari, tunc nō est extrahendus, aut si extrahitur post degradationem, & uerbalem in sententia traditionem curiæ seculari ad ecclesiam reducendus esse, videtur sibi æquissimum. Opinio ergo Ludo. & Io. Bichis est, quod clerici delinquentes, si fugiant ad ecclesiā, gaudent immunitate. Opinio Panorm. est, quod non gaudēt, & relin-
2 quit consuetudini, possent † cōcordari, prout sentit Gulielm. Mayne. quem supra retuli ubi dicit, ꝙ plane possumus confiteri dicta Pauormit. procedere in clericis, & religiosis delinquentibus in ecclesia, per c. fina. eod. tit. In aliis uero, uiderint sapientiores, quid sit in istis iudicandum. posset dici, q̄d alii gaudeant, prout expresse dicit Ludo. ubi supra. Nam clerici, vt plurimum, maxime hodie, alibi quam in ecclesia viuunt, & resident. secundum Ludouic. & Ioann. Bichis, vbi supra. Hodie tamen opinio Panormita. indistincte seruatur, & ita vidi practicari.

S V M M A R I V M.

1 *Castellantes ecclesiam, vel inde pugnantes, an eximi possint ab ecclesia.*
1 *Ecclesia, an incastellari possit.*

Castellantes Ecclesiam, vel inde pugnantes. XXII. Fallen.

1 Vicesimosecundo, fallit, in castellantib. ecclesiam, vel inde † pugnātib. Nam tales. s. castellautes ecclesiam, uel inde pugnantes, non gaudent immunitate, arg. c. fi. eo. tit. Nam ibi tex. ꝙ delinquentes in ecclesia, nō gaudent immunitate. Dixi sup. in 3. fallen. Castellatio ecclesiarum est prohibita. c. sanctorum. 10. q. 1. c. fi. 17. dist. in d. c. sanctorum. est tex. ꝙ ecclesia a laicis incastellari non debet, dicit gl. ibi, vt inde fiant propugnacula. Dicit Host, in summa istius ti. in §. inquantum, in prin. ꝙ ecclesia incastellari non debet, nec ibi debent ędificari propugnacula, vt inde fiat guerra, uel ibi recipiantur ij, qui guerrā faciunt, præcipue prędones, quamuis auctoritate Ep̄i, tempore iustæ necessitatis, hoc fieri possit ad tempus, puta propter metum paganorum, piratarum, latronum, & pro defendendo iura ecclesię cum forte non inueniatur locus ita cōgruus ad hoc. cessante tamen necessitate, cessat castellatio, ut latius per Host. ubi sup. Inn. in c. cum ecclesia. eo. ti. dicit. quod ecclesia non debet castellari ad offensionē alicuius, sed ad hoc ut ibi fugiant, & defendantur Christiani, uel alias boni a malis, satis licite potest incastellari. Idem Hostien. Ioan. Andr. ibi, & Henric. Bohic, in dict. capitul. cum ecclesia, in princip.
2 quærit, † an ecclesia possit incastellari. dicit, quod non ad offensionem alicuius. c. sanctorum. 10. q. 1. Sed ad defensionem bonorum eorum, qui in casu licito ad eam confugiunt, tūc potest incastellari, per d. c. cū ecclesia Sed a clericis bene pōt incastellari, si laici vellent facere insultum contra ecclesiā, vel propter oblationes vel propter aliud, vt ipsis laicis resistatur, secundum Henricum, in d. c. cum ecclesia. & Archi. in c. sanctorum. 10. q. 1. Idem etiam tenet, quod Henri. Bohic. Card. Ant. Anch. Panor. in d. cle. cum eccle. ꝙ ad offensionē alicuius non debet incastellari, sed vt defendantur Christiani, & boni viri a malis potest incastellari. Idem tenet Ancha. cons. 96. col. 2. ꝙ. ecclesia potest incastellari pro tuitione fidelium. Claua. in summa. in uersic. immunitas. q. 18. quærit, vtrum fugientes ad ecclesiam tempore belli sint capiendi. dicit, quod non, si ipsi non incastellauerunt, aut inde pugnauerunt, ar. c. fi. eod. tit Idem tenet Siluestr. in summa. in uer. immunitas. 3. q. 3. ver. 4. Sequitur ergo, quod castellantes ecclesiam, aut inde pugnantes, non gaudent immunitate, intellige de incastellantibus sine causa iusta, ut supra dictum est, & quoad pugnantes, de ecclesi. die ut supra dixi in 3. fallent. Signoro. de Homo. in repe. l. nemo. de sacrosan. eccl. C. nu. 10. fo. 24. col. 2. uer. & primo quæro, quærit an tēpore guerræ, per laicos possit ecclesia occupari, ut ibi fiant forte aliqua fortalitia ad defensionem Reipu. argum pro, & contra. & cōcludit, quod sic, quia cum hoc fiat ad vtilitatem Reipub. pręferendum est priuatæ. l. vtilitas, de primi pilo. C. Item non est absurdum ecclesias opprimi ob publicam vtilitatem. l. iubemus nulli. de sacros. eccles. C. cum simil.

S V M M A R I V M.

1 *Incarcerato, si detur licentia missam audiendi in ecclesia, inde extrahi pōt.*

Quando datur carcerato licentia ad audiendam missam. XXIII. Fallent.

Fallit, XXIII. quādo † datur carcerato licentia ad audiendam missam. Nam iste talis non debet gaudere

immunitate, imo si non vult redire ad carcerem, potest extrahi ab ecclesia, & reduci ad carcerem. Ioan. An. in addit. ad Speculato. super rubr. de iureiur. col. pe. quærit de ista quęstione, quando dimissus de carcere, vt vadat ad audiēdā missam, cum iuramento de redeundo, & vadit ad ecclesiam, & non vult redire. Io. Andr. refert plura dicta aliorum, & concludit, ꝙ si iniuste detinebatur, vel a non habente potestatē, non tenetur redire per glo. singularem. in clem. pastoralis, in verbo, per uiolentiam. de re iudi. Si vero iuste detinebatur, tenetur redire, non debet tamen pati illum extrahi, nisi præstita immunitate de mēbro, uel morte. Idē Pan. in c. inter alia. in fi. eo. ti. & Hen. Bohic. in c. pe. eo. ti. in fin. Io. de Bichis in d. trac. eo. tit. col. 25. ver. quæro aliquis. fol. 77. col. 4 in paruo uolum ibi refert Io. And. & Pan. vbi sup. & idem in decis. capellæ. Tholos. decis. 422. colum. 1. & Barth. Brixien. in quæstionibus dominicalibus q. 37. in 2. volum. tractatuum fol. 54. col. 3. quærit, carceratus iurauit custodi carceris, quod rediret ad carcerem, si permitteret eum die aliqua solenni audire missam, custos recepto iuramento permisit eum intrare, ecclesiam, carceratus non vult exire allegans immunitatem ecclesiæ, quæritur an compellatur exire. Primo dicit, ꝙ posset compelli, post arguit, ꝙ nō, tantem concludit, ꝙ si iniuste detinebatur, debet redire, verumtamen ecclesia non debet eū reddere, nec debet extrahj per uiolentiā de ecclesia, nisi prius fuerit ad vitā, & mēbra securatus. d. decis. Tolos. eum refert, & sequitur, allegat ēt Pa. ubi sup. & Clauasium in summa. in ver. immunitas. ver. 19. idem tenet. ꝙ Bar. Brixi. & alle. Bart. in l. relegati. ff. de pęn. & Io. And. ubi sup. retuli. Soci. And. Bar. non loquitur in nostris terminis, Cassa. in consue. Bur. fol. 57. col. 2. in fi. tefert Pan. in d. c. inter alia, Bart. Brix. refert, & sequtur. Guliei. Mayne. in l. nemo. de re. iu. ff. fo. 150. col. 2. in prin. nu. 24. & dicit, ꝙ ista fuit opinio Tācredi. & hoc sequitur Albe. in l. fideli. C de his, qui ad eccl. confug.

S V M M A R I V M.

1 *Sacrificia irreprobata facientes, non habent immunitatem.*
2 *Nec blasphemantes.*

Faciens mala sacrificia, seu blasphemat. XXIIII. Fallent.

1 Fallit, XXIIII. in facientibus † mala sacrificia. Nam si fugiant ad ecclesiam, non gaudent immunitate. Hippolyt. de Mars. in l. ex senatusconsulto ff. de sica. col. 3. in fi. mala sacrificia sunt, sacrificantes more paganico, uel ille, qui offendit maiestatem diuinam, idem de percutiente imaginem Dei, vel sanctorum, uel scindente imaginem Dei ligneam, vel sanctorum secundum Angel. de Perusio in d. l. ex senatusconsulto. & ibi Hippol. vel iurans per capillos, uel alia verecunda. Nam isti tales non gaudent immunitate, secundum Hipp. vbi sup. ver. quæro etiam. fol. 40. colum. 3. & se-
2 quent. Istam quæstionem † an blasphemator Dei & virginis Mariæ, gaudeat immunitate. Ponit Nic. Boer. in decis. quæst. 100. in 1. parte. fol. 116. & concludit, quod non gaudet, per rationem. c. fi. eo. tit. quia frustra legis implorat auxilium, &c. c. quia frustra, de vsu cum sim. Nam qui delictum in ecclesia, vel contra Dei sponsam commiserit, non debet gaudere immunitate, d. c. fin. eo. tit. c. cum pro de sent. excommunica. Io. Fab. in d. l. 1. C. de his, qui ad eccle. confu. & Doctores quos supra retuli in prin. a fortiori gaudere non debet, si contra Deū sponsum ecclesiæ, & caput, ac diuinam commiserit maiestatem, quam longe grauius, quam temporalem. c. uergentes. de hæret. cum simil. Nam si læditur per hæresim, ut ibi, sic ēt per blasphemiam, quam tolerare non debet ecclesia. Cum Christus nostra pertulerit crimina. c. in nonnullis. de iudæis. colum. 1. in princip. dicens, quod hoc crimen sapit hęresim, si scienter, & appensate fiat, & maxime si sæpius reiteretur, ut latius per Cald. vbi sup. ergo si quis delinquit in ecclesia, non gaudet, vt dictum est, ergo, nec qui in Deum, ex quo propter honorem Dei defertur ecclesiæ, multo fortius deferendū est Deo, iuxta illud, propter vnumquodque tale, & illud magis. authent. multo magis. de sacros. eccl. C. iniuria, quæ fit Deo, censetur ecclesiæ facta, & econtra, & hoc est clarum, ut latius per d. Nic. Boer. vbi sup. refert etiam Archid. in c. quid ergo. 23. q. 5. vbi dicit, quod dominus dixit ad Moysen. educ de carcere blasphemum, & ponant omnes, qui audierunt. manus suas super caput eius, vt lapidet eum uniuersus populus, sic factum est, dicit ulterius Arch. in d. c. quid ergo. 23. q. 5. peccatum blasphemiæ, quæ ponit in cœlo os suum, omni, peccato horribilius est. ut latius ibi. per eundem Archid. & per Nicol. Boer. ubi supra.

S V M M A R I V M.

1 *Delinquens prope ecclesiam, animo confugiendi ad eam, quando possit gaudere immunitate.*

In delinquente prope ecclesiam animo confugiendi ad eam. XXV. Fallent.

1 Fallit, XXV. in delinquēte † prope ecclesiā aīo cōfugiēdi ad eā. Nā talis nō gaudet immunitate, secundū Hos. in summa eo. ti. §. inquantū. col. 2. & in addit. ad Pan. in d. c. fi. eo. tit. vbi dicitur, ꝙ dispositio illius c. habet etiam locum in eo, qui delinquit extra ecclesiam. s. prope ecclesiā, animo confugiendi ad eam, alias non. allegat Host. & plures alios doctores. Idem tenet Ioan. Fab. in l. 1. C. de his, qui ad eccl. confu. & Maria. Socin. in tracta. de citatione. in 5. q. fol. 22. col. 3. uer. & quid, si non delinquit in ecclesia, nec longe ab ecclesia, sed prope ecclesiam, non tamen infra circuitum, infra quem ecclesia gaudet dicta immunitate, distinguitur, an ex proposito, ibi prope ecclesiam deliquerit, ut citius posset ad ecclesiam habere refugium, traditur per. Host. in summa eo. tit. §. cum quis, & per Hugo in d. c. pen. eo. tit. in hoc residet. Maria. Soc ubi supra. Hosti. ubi sup. in d. §. inquantū. col. 2. ver. Si uero maleficium commiserit, infra ecclesiam, aut prope, intendens per ecclesiam liberari, alias non commissurus, puta interfecit hominem in cimiterio, uel prope ecclesiam, & intrauenit ecclesiam incontinenti, talem non defendet ecclesia. c. fi. eod. tit. & sic pōt intelligi, auth. de man. prin. §. Sed neque, colla. 3. uer. homicidas, adulteros, raptores virginum, non gaudere immunitate. alii dicunt, ꝙ d. anth. corrigitur. Nam tales defendit ecclesia, non habita dicta distinctione, & hoc dicūt magistri communiter, secundum Host. sed potest intelligi, vt dictum est. s. quando rapina prope ecclesiam facta esset, & sic loquitur lex. sed c. fin. quando a longe venit, & insequebatur, & ideo ad ecclesiam confugit, hęc Hostiēs. ubi sup. tacit, ꝙ statutum puniens vulnerātem in ecclesia, habet locum in vulnerante iuxta ecclesiam. Io. And. in tit. de immu. eccles. in addit ad Spec. in fi. ver. ex practicis. cum refert Marcus de Mantua cons. 211. in fin.

S V M M A R I V M.

2 *Qui blandis, & dolosis verbis ab ecclesia eximuntur, an restitui debeant.*
2 *Quis locus spectetur, vbi in platea existens, alium extra plateam constitutum percutiat.*
2 *Testamentum quo per blanditias instituitur hæres, num valeat.*
3 *Matrimonium dolo contractum, an valeat.*
4 *Ingressus monasterij, aut professio dolo facta, an vitietur.*
6 *Distinctio circa dolum bonum, & malum notanda.*
6 *In principali quæstione pulchra ponitur hic distinctio, & variæ opiniones referruntur.*
7 *Iudex, malefactori fidem præstitam, an seruare teneatur.*

Qui blandis verbis facit quem extrahere ab Ecclesia. XXVI. Fallen.

1 Fallit. XXVI. in illo, q blandis † uerbis, & dolosis facit quē exire ab ecclesia. & iste casus potest exēplificari duobus modis. Primo, quando delinquens est in ecclesia, seu in loco immunitatis, & verbis blandis, & dolosis alterius exit ab ecclesia, & capitur extra ecclesiā, an debeat gaudere immunitate iste talis, qui exiuit ab ecclesia blandis uerbis. Secundo potest exemplificari, quando quis uerbis blandis, & dolosis extrahit quem ab ecclesia. & sic extractum interficit, seu occidit, vel vulnerauit eum, & post fugit ad ecclesiā, an debeat iste talis gaudere immunitate. Quoad primū, & secundum exemplum Siluest. in summa. in ver. immunitas. 3. q. 6. dicit. ꝙ extrahens quem violenter per partem clamidis ab ecclesia, seu cimiterio, violat ecclesiam, dixi sup. in 10. fallen. Secus secundum Goffre. Si quis de loco immunitatis trahat violenter, quia canon solam violentiam condemnat, quæ non fit volenti, dixi sup. in fallen. 12. adde, etiam si dolo decipiatur, secūdum Siluestr. vult ergo, ꝙ si dolo quis extrahitut ab ecclesia, & capitur extra eam, non videtur violata ecclesia, & sic non gaudebit taliter extractus immunitate. Pet. de Anch. in c. fi. de immu. eccl. quærit, quid iuris, si stātem intus per partem mantelli quæ manet exterius, ipsum trahit, uel blandis, & dolosis verbis de ecclesia exire facit, & occidit, an habeat immunitatem postea confugiens ad ecclesiā. Iste sunt pulchræ q̄stiones, & dubitabiles, dicit Anch. vbi sup. & refert Io. An. tāgentem istam quæstionem de mātello, & de illo, qui trahit uolentem, & eum ad mortem, uel detruncationem alicuius membri cōdemnat, & de istis duabus quæstionibus dixi supra in fallent. 10. & 12. dicit Anch. ego de prædictis q̄onibus me remitto ad notata in simili. per Bar. in l. libellorum. de accus. ff. hæc Ancha. ubi sup. Bar. in d. l. libellorum. uer. Sed quæro, aliquis percussit Titium in platea, qui postea moritur in alio loco, quis locus debeat inspici, dicit, ꝙ locus percussionis, & non locus ubi moritur, quia ibi uidetur interfectus, ubi est percussus. Et Barto. ibi. uer. ul-
2 terius quæro, quid † si aliquis existens in platea cum ballista percussit aliquem extra plateam, quis locus inspicitur? Concludit, ꝙ inspicitur locus, ubi quis percutitur. Verba tamen statuti sunt inspiciēda, ut ibi per Bar. dixi plenius in 4. fallen. & in seq. fallen. maxime in quinta, & decima fallen. quo ad nostram fallen. esset dicendum, ꝙ si dolose, seu blandis uerbis quis extrahitur ab ecclesia, & extra eam capitur, uulneratur, seu occiditur, debet attendi locus percussionis. & sic

in

in primo exemplo, ille, qui blandis verbis, seu dolosis, exiuit ab ecclesia, non gaudebit immunitate, & in secundo exemplo, ille, q aufugit ad ecclesiam, gaudebit immunitate. Pro ista opi. facit tex. in l. fi. C. si quis aliquem test. prohi. vbi tex. di-
3 cit. Iudicium † vxoris posthumum in se prouocare materiali sermone: non est criminosum. dicit gl. ibi, materiali. i. blādo mariti sermone. l. fi. ff. eo. & dicit Bar. in d. l. fi. C. licere blanditijs prouocare testantem, vt sibi prouideat. & oēs, in d. l. fin. C. dicunt, institutionem blando sermone factam non esse vitiosam, & ibi Ias. ponit regulam, cum trib. fallen. & ēt ponit istā regulam cū fallent. Bernardus de Luco Hispanus, in regulis Soci. in littera V. est regula 498. & Palati. Rubc. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxorem. colum. 360. ver. secus tamen, dicit, ꝙ si blandis verbis vxoris, vir inductus est ad donandum, ualet donatio. argum. l. non eum. ff. de inoff. testam. & d. l. fi. C. si quis aliquem testa. prohib. vt latius per eum. & Bened. in rep. c. Raynutius. de testa. in ver. condidit. 2. fol. 168. colum. 1. nu. 25. vbi ēt refert latius prædicta. Item ad prædicta, facit gl. sin-
4 gularis, in c. pen. ꝙ met. cau. in glo. fi. vbi dicit, glo. quod † matrimonium dolo contractum est validum. panor. ibi. Ias. in l. pacta nouissima. col. pen. vers. & not. ꝙ matrimonium. C. de pact. vbi dicit, ꝙ si matrimonium contrahitur dolo, nedum valet mero iure, imo & in effectu, quia non potest rescindi actione de dolo. allegat dicta glo. d. cap. pen. quam panor. bis multum exclamat pro singulari, & est gl. similis, in c. fi. 2. q. 3. quæ dicit, ꝙ matrimonium contractum non rescindit dolus & Iacob. vbi sup. refert Imo. in d. c. pen. ꝙ met. cau. vbi dicit, ꝙ si mulier dolo persuasit, se habere amplas facultates, & ita dolo circumuenit iuuenem, vt eam accipiat in vxorem, & postea reperiatur nihil habere, iste dolus nihil officit matrimonio, & est simile, ꝙ determinat Bal. in l. Arthemidoram. C. ut in poss. legat. de Socero, qui promisit instituere generum hæredem, vt capiat filiam suam in vxorem & postea eum decipit, quia nihil sibi reliquit in testamento, non officit matrimonio, & allegat etiam gl. in l. a diuo. ff. de ritu nupt. ibi gl. dicit, ꝙ matrimonium non dissoluitur propter dolum. Ias. in §. actionum. colum. 7. in fin. num. 38. insti. de actio. refert. quasi supradicta. & alleg. c. dilecti. de empt. & vend. & Ias. in dictis locis refert. Cassa. in consuet. Burgun. fol. 132. col. 1. uer. 3. dic, & ibi refert prædicta, & idem videtur sentire Inn. in capit. ex parte. de rest. spol. in final. verbis. Imo. in d. l. pen. in gl. fi. dicit ꝙ licet doctores transeant cum dicta. gl, tamen reuera iura, quæ allegantur per glos. non probant dictum glossę. sed loquuntur, quando alter coniugum dolose inducitur ad consentiendum alteri transeunti in religionem. gl. prædicta pōt dicere verum, quia licet dolose induxerit aliquem ad contrahendum matrimonium, forte dicendo se valde diuitem cum inops fuerit, non per hoc retractabitur matrimonium, hæc Imo. ubi sup. Ioan. de Nebisanisin silua nuptiali, fol. 88. col. 2. in fi. dicit, ꝙ dolus non annullat matrimoniū alle. Iac. & alios. Purpurat. in l. pactum, ꝙ dotali. col. 3. ver. 5. ampl. post Alex. ibi, refert d. gl. fi. c. pen. quod met. cau. & Panor. Imol. & Bal. & Ia. ubi sup. & summa Angelica in ver. matrimoniū. in §. impedimentum quartum, idē dicit. Phil. Dec. in l. pactū, ꝙ dotali. C. de pa. nu. 8. cū seq. col. 2. in prin. ver. 10. & vltima ampliatione. fol. 128. col. 2. in prin. concludit matrimonium dolo contractum valere. allegat Bald. in d. l. cum Arthemidoram. cap. fin. C. ut in posse. lega. Seruiunt ista ad probandum, quod voluntarie exiuit ab ecclesia, & sic non gaudebit, ut supra dixi in 12. fall. Nam in matrimonio libera requiritur uoluntas. c. cum locum, cum si. de sponsalib. si matrimoniū dolo contractum tenet, ergo est ibi libera voluntas. In testō etiam requiritur libera voluntas. Si ergo testamētum dolo. s. cum verbis blandis tenet, ergo est ibi libera voluntas, uidetur per prædicta, ꝙ si blandis verbis, & dolosis exeat quis ab ecclesia, non est ecclesia violata, quoad primum casum, nec quoad secundum, vt fugiens ad eam non debeat gaudere immunitate. Item pro ista opinione, facit text. in d. capitulo inter alia, vbi text. dicit, quod non potest quis de ecclesia extrahi violenter, ponderatur ibi verbum violenter, quia sine violentia potest extrahi, vt dixi supra in 12. fallent. Item facit glo. in capitulo ex parte 2. & in capitulo dudum. de con-
5 uer. coniug. quæ glossę dicunt, † quod ingressus monasterii, vel professio, per dolum, vel fraudem facta. tenet. capitulo constitutus. 20. q. 3. Felin. in capitulo in pręsentia. li. 6. & Dec. ibi, col. 5. ver. 8. nota. de proba. Contra prædicta, facit lex eleganter. ff. de dolo malo, cum pluribus sim. vbi contractus dolo factus est nulllus, si constat de dolo, videtur, ꝙ omnia mala secuta sunt per dolum. c. ex literis, de dolo, & contu. cū si.
6 Est dicēdum, quod aut † dolus est bonus, aut malus, si bonus, actus valet, & ita intelliguntur iura, quæ loquuntur in testamento, matrimonio, & ingressu religionis, aut dolus est malus, & tunc talis dolus nulli patrocinari debet. In casu nostro est videndum, an ille dolus, per quem delinquens existens in ecclesia, extrahitur, & capitur, sit dolus bonus. Iac. de Bel. in auth. de man. prin. §. nec autem. colla. 3. in fi. dicit, ꝙ est dolus bonus. Vnde si iudex dat fidanciam delinquenti in ecclesia, & cum ista fidancia exit delinquens, iudex non dēt eā seruare, quia est bonus dolus, & hoc procedit dico inferius. Cy. in d. l. fi. C. de his, qui ad eccl. confu. in fi. quærit, pone, quidam interfecit hominem, & fugit ad ecclesiam, tandem assecuratur per iudicem, exiuit, iudex nihilominus eum capit, & punit capitaliter ad mortem, nunquid bene fecit? Refert Iac. de Rauen. qui uidetur sentire, ꝙ bene fecit. Sed Petrus contra, quia securatio dēt seruari, & in istam opin. uidet Cyn. inclinare cum distinctione. aut extraxit ab ecclesia in casu, in quo debeat gaudere immunitate, tunc eum punire non potest. aut extraxit in casu, in quo non debeat gaudere, tunc non obstante fide, potest eum iudicare, quia in hoc versatur ius commune, & publicum, cui renunciari non potest. l. relegati. ff. de pœnis. male tamen facit frangēdo fidem, ꝙ in fragenda fide, nihil boni, nec dolus bonus esse potest. Plenius per Fortunum Garsiam, in l. conuentionum. co. 8. in fi. uer. infertur. ff. de pact. refero cum latius infra eod. Aduerte
7 † in ista quæstione, ꝙ aut iste, qui verbis blandis, & dolosis extrahit quem ab ecclesia, est priuata psona, aut est iudex, aut eius officialis. Si est priuata persona, & extraxit uerbis blandis, & dolosis existentem in ecclesia extra eam, & ibidem eū interfecit, seu vulnerauit, tunc clarum est, ꝙ iste, qui occidit, seu percussit, est insidiosus, seu proditor, per glo. in c. clericos 1. 41. dist. quæ dicit, ꝙ qui maliciose circumuenerit alium, & callide seduxit, ut in periculum salutis trahat, dicitur proditor. Idem est interficere per dolum, & interficere per industriam. c. i. de homi. & ibi Collecta. qui exponit per industriam. i. per dolum, vt supra dixi in fallen. 14. & iste talis, si cōfugiat ad ecclesiam, non gaudebit, vt dixi in d. fallen. 14. Si uero iste talis priuatus non occidit, nec percutit illum, quem uerbis blandis, & dolosis extraxit ab ecclesia, sed detinet eum ad finem, ut officialis iudicis eum capiat, uel ipse tradat illum extractum iudici, tunc est videndum, an iste sic extractus ab ecclesia debeat gaudere immunitate ecclesiæ, & videtur quod non, per supradicta. Aut iste, qui extrahit ab ecclesia existentem in ea, uerbis blandis & dolosis, est ipse iudex, vel eius officialis, tunc est quærendum, an ecclesia sit violata. Bal. in l. a. §. non
8 fuit. ff. de dolo. quærit, quid si iudex vult punire malefactorem, & promittit sibi fiduciam, & postea non vult seruare fidem, vtrum hoc possit legitime facere, videtur, ꝙ sic, quia est bonus dolus, vt in d. §. non fuit. e contra videtur, ꝙ etiam hostibus est seruanda fides, & in tregua promissa per ducem belli. l. commercium. ff. de pact. dicit Guliel. de Cun. quod si est talis, quod potest extrai inuitus ab ecclesia, uel alio loco excepto, tunc non debet seruari fides secundum eum. Sed Petrus dicit, quod semper debet seruari fides, & hæc est æquior opinio, secundum Cyn. in l. præsenti. de his, qui ad eccles. confug. C. Bal. concludit, ꝙ aut iudex dedit licentiam causa cognita, & tunc est seruanda fides, per notata in l. his, qui reus. ff. de publi. iudic. aut sine causæ cognitione, & tunc non est seruāda in præiudicium Reipu. l. relegati. ff. de pœn. Hæc Bal. ubi supra. Angel in dict. l. prima. §. non fuit, quærit de ista quæstione, & refert Gulielmum, & Petrum, & Bald. & dicit, ꝙ sibi placet dictum Bald. Angel. de malefic. in uersicul. quod fama publica. quæstio. quinta. fol. 73. column. tertia. in paruo uolumi. refert Gulielm. Cyn. Bald. & Ange. ubi supra & Ludoui. Roman. in l. tertia. §. si quis seruū. ff. de acquirenda possessione. Iacob. de Bellouis. in authent. de mandat. princip. §. sed neque. coll. 3. loquitur latius, quando, quibus, quomodo sit danda fidantia, & dicit, ꝙ regulariter non est danda, tamen si detur, an sit seruanda? arguit pro, & cōtra, & distinguit, aut datur hostibus, aut subdito, aut alicui non subdito, vt ibi latius per eum, quod quoad propositum nostrum in finalibus verbis quærit dictus Iaco. quid si fidātia data est homicidæ, vel alteri, & a iudice non est seruata, & decapitatus est, an iudex bene fecerit. gl. in d. §. sed neque. dicit, ꝙ sic, & est bonus dolus per l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. Sed quidam dicunt, ꝙ male fecerit, & istum. §. sed neque. aliter intelligunt, quam nos, & male, & distinguunt, ut sup. dixi. Sunt uerba d. Iac. & distin. fiat quo ad casum nostrum est, ꝙ si fides datur subdito, si a lege datur, seruari debet. l. 2. & l. præsenti. cum sim. C. de his, qui ad eccl. confu. Nam lex dat securitatem existenti in ecclesia. Si autē datur ab homine auctoritate legis, seruanda est, vt in d. §. sed neque, de man. prin. colla. 3. ubi tex. dicit, ꝙ in causis ciuilibus causa cognita, potest dare iudex securitatē, & facit lex Quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. Si autem sine auctoritate legis datur fides subdito, seruari non debet, vt in d. §. nec autem. & ratio est, quia eam non dat secundum legem, nec ad vtilitatem Reip. ergo potest contrauenire. Iac. ubi sup. Fel. in c. accedens, ut lite non contest. col. 2. ver. an autem liceat aliquo casu rūpere fidem datam in saluum conductum, refert Imo. in l. is qui reus,

reus, colum. penultima & vlt. ff. de publi. iudi. vbi vult, quod quando esset iniuste concessus, & reus esset in loco, in quo alias de iure capi possit, licite sibi frangitur saluusconductus, qui fuit impetratus, solum, vt delictum esset impunitum, & infert ad iudices maleficiorum promittentes impunitatem reo, si confiteatur. Qui non tenentur seruare promissionem in foro contentioso, per id, quod habetur in l. ius publicum. C. de pact. Tamen in foro conscientiæ, putat oppositum, quia non licet mentiri. capit. 1. 22. quæst. 1. secundum Imol. vbi supra, & dicit Felin. quod ad hoc facit mirabile verbum Archidiacon. in c. vtilem 22. q. 2. vbi dicit, quod Alexander Papa III. promisit immunitatem cuidā epō simoniaco ei secrete confesso, si idem confiteretur coram Cardinalibus, ꝙ cum fecisset, deposuit eum. Nam excusatur a dolo, secūdum Archi. per illum tex. vbi vtilis simulatio laudatur. Hęc Felin. ubi supra, & idem in c. afferte. in 1. notab. Refert Arch. in d. cap. utilem. 22. q. 2. refert ēt Dom. in c. nos quemquam. 2. q. 1. col. 3. in prin. ver. ad tertium. vbi dicit, quod iudex promittens delinquenti remittere sibi delictum, si confitetur, ex tali confessione pōtest eū damnare, & excusatur, iudex ex tali simulatione, referūt Alexandrum Papā III. quē s. retuli. Fel. ubi sup. Io. de Imo. in d. l. is qui reus, col. pe. ver. item aduertendum, & & col. fi. quærit de ista qōne prædicta. s. an promittens impunitatem reo, teneatur eam seruare. Refert Cyn. Iac. de Bellouis. & Guliel. de Cu. & concludit, ꝙ aut potestas dat saluum conductum ex causa, puta propter inuestigandam ueritatē alicuius rei, & tunc debet seruare, aut dat absque alia causa, & tunc si dat existenti in loco, de quo poterat extrahi, seu vbi poterat capi, uidetur, quod non teneatur seruare, & hoc sentit Bar. in d. l. is qui reus. & Iaco. de Bellouis. licet Cyn. sentiat contrarium in d. l. præsenti, de his, qui ad eccl. confu. C. aut ille, cui datur saluusconductus, est in loco, vbi non poterat capi, & est maius dubium pp dictum Guliel. in d. l. 1. §. nō fuit. de dolo, ff. videtur, ꝙ cum sit permissum sine causa iudici dare saluumconductum homicidæ, non videtur tutum, se tūc committere litteris saluiconducti, per capitu. accedens. vt lite non contestata, & facit ad id, quod quotidie faciunt iudices maleficiorum, quia dicunt capto pro maleficio, ꝙ promittunt sibi, quod si dicat veritatem, non patietur aliquod malum. Nam talis promissio videtur nulla, per supradicta, & per l. ius publicum. de pact. ff. & hoc in foro cōtentioso. in foro aūt cōsciæ, forte nō est licitū mētiri. c. 1. 22. q. 2. & prolatio ri conclōne, dicit, ꝙ pñt cōsiderari, tres casus prout tetigit. Iacob. de Bellouis. in §. neque autem. de man. prin. colla. 3. retuli sup. s. aut fiducia datur Hosti, aut datur subdito, aut datur alij non subdito, vt latius per eum, vult Imol. vbi sup. ꝙ si fiducia datur sine legis auctoritate non est seruanda. Hippol. de Mar. in prac. causarum criminalium, in ver. postquam. fol. 19. colum. 1. dicit, ꝙ qñ iudex dixisset reo, confitearis delictū libere, quia promitto tibi parcere, vel promitto, ꝙ nullā pœnam patieris hoc casu, si ipse reus confiteatur delictum, non potest ex tali confessione condemnari. alle. Imo. consil. 109. nam Imo. in d. consi. dicit, ꝙ confessio extorta per dolum, ex quo fuit inductus ad d. cōfessionem faciendam per protestationem gratiæ sibi faciendæ, non debet nocere, alle. multa similia, vt ibi per eum, alleg. Hippol. vbi sup. Nicol. Milis. in repertorio, in verbo, confessio. ver. cōfessionis persuasione. fol. 25. col. 3. vbi dicit, ꝙ si confessio est persuasione facta, potest, probata psuasione reuocari, allegat ēt Ias. in l. error. de iur. & facti Igno. C. col. 4. ver. capio. gl. fi. ꝙ qñ quis inducitur dolo, seu persuasionibus ad confitendum, potest iste talis reuocare talem cōfessionem, vt latius per Ias. vbi sup. alle. etiam Paris de Put. in tract. de sindicatu. §. Sequitur quæstio. fol. 295. col. 2. in paruo volum. vbi dicit, quod quidam inquisitus de crimine, fuit confessus crimen sine tortura ad persuasionem officialis, an possit eam reuocare, dicit, ꝙ sic, secundum Dig. in tract. de quæstionibus, qui admonet iudices, ꝙ non faciant istas persuasiones in specie, vt latius per Pari. de Puteo, ubi sup. & idem ēt Hippol. in l. si quis obrepserit, de falsis. ff. ubi ēt refert prædictos Doctores, fo. 86. col. 3. & Hippo. in l. 1. §. quæstioni. col. penul. de quæstio. ff. & in singulari. 292. rub. de proba. C. fol. 17. in paruo vol. col. 1. Idem Hipp. ꝙ si reus est cōfessus delictū persuasione iudicis, qui sibi promisit, ꝙ, si sibi confiteretur delictum, eum liberaret, & ei faceret gratiā, nō pōt ex tali cōfessione condēnari, nec talis cōfessio ei præiudicat, alle. Imo. cons. 108. retuli sup. & Hip. vbi sup. alle. aliqua motiua. Imo. in c. cū cōtingat. de iur. iur. c. quamuis. de pac. ubi iuramentum per dolum extortū non nocet iuranti, eadē rōne confessio dolo extorta non debet nocere confitenti. item adducit, c. sane, de renun. ubi dicit tex. ꝙ non valet renunciatio illius, qui fraudulenter inductus fuit ad renunciandum, ad idem gl. in l. item si pretio loca. ff. in gl. fi. & facit glo. in l. 2. in gl. pe. quando. actio de pecu. est annalis. ff. quæ dicit ꝙ confessio facta persuasione aduersarii potest reuocari. Item hosti est fides seruanda secundum ęquitatem, & bonos mores. tex. cum gl. in c. Noli. 22. q. 1. & in c. Innocens. 22. q. 4. gl. in c. Dñs autē. 23. q. 2. gl. in l. conuentionem. de pact. vt latius per Hipp. vbi sup. Phil. Dec. in l. vni. de sen. quæ pro eo, ꝙ interest profer. in 2. lect. in 7. not. nu. 23, dicit, ꝙ pp. veritatem inuestigandam iudex fingere, & simulare potest. c. afferte. de præsum. c. si quilibet. 22. q. 2. c. utilem. 22. q. 2. ubi dicit, ꝙ etiam iusti viri quandoque simulare pñt, & per illum text. dicit Arch. post Hug. ꝙ iudex potest delinquenti impunitatem promittere, si delictum confiteatur, & postea ex tali confessione illum punire, non obstante eius promissione. Sequitur Feli. c. afferte, sed adde dicit Dec. ubi sup. ꝙ contrarium tenet in terminis Imo. cons. 109 quia fides hosti seruari debet. c. noli æstimare. 22. q. 1. Refert etiam Pari. de Put. in tract. de sindica. retuli sup. Ias. in l. si mora. ff. sol. mat. in 3. nota. ponderat ibi text. ꝙ sit reperire dolum bonum, & circa hoc dicit esse mirabilem decisionem. Archi. in c. vtilem. 22. q. 2. Nam dicit, ꝙ Alex. Papa III. alias obseruauit vnum dolum. de quo fuit valde laudatus. Quidam Eps confessus fuit soli Papæ totam simoniā, quam fecit in acquirendo Episcopatum. Papa dixit ei, volo tibi parcere, si hoc coram Cardinalibus dixeris, ita fecit Eps. dicit Archi. vbi sup. ꝙ Papa postea eum priuauit Epatu, eodē modo dicit Arch. ꝙ siquis diceret Sarracenis, ꝙ vult sequi eorum sectam, vt eam cognosceret, & eā cognitam postea confunderet. ꝙ non peccat, imo meretur, ita etiam dicit Domi. in c. nos in quemquā. 2. q. 1. hæc Ias. vbi sup. vult ergo Ias. ꝙ talis promissio non est seruanda. Philip. Dec. in reg. ea est natura, de regu. iur. ff. fo. 83. dicit, ꝙ iudex ad ueritatem inuestigandam potest vti cauillationibus, & etiam simulare. prout in c. afferte. de pręsumpt. Nam pp vtilitatem publicam ad finem bonum, permissa est simulatio. c. vtilem. 22. q. 2. & per illum tex, dicit Archi. ibi, & Domi. in c. nos in quemquā. 2. q. 1. ꝙ iudex potest delinquenti promittere impunitatem, & liberationem, si confitetur delictum, & poterit iudex ex tali confessione ipsum condemnare, & iudex excusatur, secundum Arch. in c. vtilem. & refert Alex. Papam III. ita fecisse cum quodam Epo simoniaco, & sequitur Fel. in d. c. afferte, de præsum. adde tamen. ꝙ contrarium tenet Imo. in istis terminis cons. 109. ubi cōcludit ex pluribus, ꝙ virtute illius cōfessionis extortę per dolum, reus condemnari non potest. Retuli Imo. sup. & dicit Dec. supra in d. regula, ea est natura, ꝙ ista uidetur verior opinio, quia fides data seruari debet. l. 1. in prin. de constit. pec. ff. & etiam hosti fides seruanda est. c. noli æstimare. 23. q. 1. & ideo iudex, præsertim qui publicam personam gerit, fidem seruare debet, per notata, per Bar. in l. 1. §. non fuit, de dolo. ff. non obstat, id ꝙ Bar. dicit, in d. §. non fuit ꝙ a priuato non sit fides seruanda hosti, dictum Bart. non est verum, quia etiam a priuato priuato debet seruari fides, per dicta iura, quę loquuntur generaliter. non obst. d. §. non fuit, quia non videtur probare illud, ꝙ Bar. dicit ibi, quia ibi de fide data nullum est uerbum, sed solum dicit, ꝙ qs potest uti solertia, & machinatione contra hostem, & ista sunt notanda, quia sæpe eueniunt, dicit Dec. ubi sup. Fortunus Garsia. in l. cōuentionum. de pac. ff. col. 4. in fi. uer. inferur. declarat Cy. in l. fi. de his, qui ad eccl. cōfu. C. retuli sup. Cy. ibi dicit, ꝙ aut extraxit in casu permisso, tunc non est seruanda fides, aut in casu non permisso, tunc est seruanda fides, secundum Cy. ibi Fortunus Garsia concludit, ꝙ etiam in casu, in quo poterat ab ecclesia extrahi, si iudex dedit fidem iterum eum ad ecclesiam daturum, debet fidem seruare, & eum ad ecclesiam ducere, licet fides de non condemnando ad mortem, uel ad cruciatus non possit seruari, quia tenetur eum condemnare, tamen fides data, eum iterum reponendi est seruanda, quia poterit eum salua fide deducere ad ecclesiam, & postea eum extrahere, in casu, quo debet extrahi, facit c. debitores. & nota ibi, de iur. iur. & refert dictus Garsia. quendam Comitem Hispaniæ, qui præerat prouinciæ, cuidam fidem dedisse, & q dam assessor dicto comiti, uoluit eum retinere, non obstante fide, at ipse comes (inquit) tu leges alias me doceas, contrariam ergo legem a fidei ratione didici, itaque instinctu quodam naturali ipse comes fidem in illo casu seruauit. hæc Fortunus Garsia, vbi sup. d. Fortunus Garsia vuult innuere, ꝙ fides de non condemnando ad mortem, uel cruciatus nō dēt seruari. Io. de Rip. in c. 1. de iu. col. 3. uers. huic, iudex, qui non potest aliter ueritatem habere, potest vti simulationibus, & multa reo promittere, & nihil obseruare, secundum Archi. in d. c. utilem. 22. q. 2. alleg. Feli. in c. afferte. de præsum. in 1. notab. & Ias. in d. l. si mora. 3. notab. ff. sol. matr. Ang. in auth. de lenonibus. colla. 3. in fi. dicit. ꝙ si statuto caueatur, ꝙ quicunque mulierem inuitam adulterauerit, puniatur pœna capitis, tamen si uolentem pœna 100. librarum. accusatur Titius ꝙ adulterauit Seiam ipsam decipiendo, cum auri datione, an puniatur tanquam inuitam adulterans, an tanquam volentem, dicit Ang. ꝙ in d. auth. videtur casus tanquam inuitam.

tam. nam pp deceptionem vt adulterium committere. hæc Ange. ubi sup. facit ergo quoad propositum nostrum, ꝙ extractus ab ecclesia per deceptionem videtur inuitus extrahi, ergo est restituendus. Sali. in d. l. vni de rap. virgi. C. col. fi. nu. 39. dicit, ꝙ persuasio dolosa, plus est, quam violẽta coactio, alle. l. si quis seruo, de fur. C. & l. 1. §. persuadere. de ser. corrup. ff. & l. 2. §. si quis volentem. de libe. homic. extra. ff. d. l. si quis seruo, dicit. ꝙ si quis seruo alieno suaserit, vt aliquam rem domini sui surripiat, ipse furti actione propter dolum suum tenetur, & ẽt actione serui corrupti, d. §. persuadere, dicit, persuadere autem est plusquam compelli, atq; cogi sibi parere, d. §. si quis volentem, dicit, ꝙ si quis volentem retineat, nõ uidetur dolo malo retinere. Sed quid si volentem quidem retineat, non tñ sine calliditate circumuẽtum, vel seductum, uel solicitatum, neq: bona, uel probabili rõne hoc facit. recte dicitur dolo malo retinere, & dicit Alb. de Rosa. in §. persuadere, per illum text. ꝙ plus est persuadere, quam cogere. alle. c. tanta nequita. 86. di. Petrus Rauẽ. in alphabeto aureo, in uer. fol. 117. colum. 4. in fi. quærit, an stuprans aliqua iuuenculam cum auri datione, videatur inuitam, & nolentem stuprare, concludit, ꝙ sic. alle. Ang. in d. auth. de lenonibus, retuli sup. alleg. etiam d. l. uni. de raptu. Ioann. Bapt. Seuerinus. in repe. l. cunctos populos. de summa trin. C. nu. 61. & 62. refert text. d. authent. de lenonibus, & ea quæ ibi dicit Angel. supra. Hippol. de Mars. in repet d. l. vni. de rap. uirgi. colum. 19. in prin. refert Angel. ubi sup. & dicit, ꝙ pro dicto Angeli facit d. l. uni. ante fi. & d. §. persuadere. l. 1. de ser. corru. alleg. etiam Philip. Dec. consi. 170. paulopost principium. Refert Ange. ubi supra. Item dicit Bart. in l. 1. in princip. versic. & per hoc dico de eo, per quem fur. erit. ff. quod persuasio aduersarij est iusta causa concedendæ restitutionis in integrum, & ille dicitur persuasor, qui aliquid persuadet ad sui commodum, Bal. in l. nõ solum. §. si mandato. col. 1. de iureiura. ff. & persuasio nimia per quam inducitur quis ad aliquid faciẽdum, habetur loco coactionis, & compulsionis. l. cum qui. de apostatis. C. l. 1. ante fin. de rap. uir. C. Pau. de Castr. allegat dictos tex. ad istud propositum consi. 164. consi. 75. in antiquis. col. 1. Socin. consi. 263. col. 2. lib. 2. Refert cum Curt. iun. consi. 141. num. 7. & seq. uers. ad primum, & Calcan. consi. 25. col. 13. in prin. & consi. 123. col 6 & dicit Oldr. consi. 36. col. 1. uersic. ad primum, ꝙ persuasio ad malum plus est, quam compulsio, per d. §. persuadere. l. 1. de seruo corrupto. ff. per dis. & mulia alia in materia persuasiua. Refert Crauett. consi. 122. colum. 6. num. 12. cum sequentib. uidetur in ista materia persuasionis, qui late loquitur. De securitate multa loquitur Bart. in l. illicita. §. ne potentiores. ff. de off. præsi. & in fi. dicit, ꝙ est quædam alia securitas, quæ petitur a iudice, & eam potest ex causa concedere, de qua in §. sed neque, de man. prin. colla. 3. & ex causa etiam bannito potest dari sicut relegato, ut in d. §. sed neque. & in l. is, qui reus. ff. de public. iudic. sed quærit Bart. in d. §. ne potentiores. Nunquid tenetur eam seruare iudex. gl. in d. §. sed neque dicit, ꝙ non. dicit Bartol. tu dic, ut notatur per Cyn. in d. l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confug. retuli supra. Cy. Guliel. Mayn. in regula, probatorum pactionib. de regulis iuris, ff. fol. 56. col. 4. in d. reg. numero 9. dicit, quod dicta regula facit ad quæstionem, utrum iudex maleficiorũ fugienti ad ecclesiam, teneatur seruare fiduciam datam, uel saluum conductum. d. regu. facit, quod non teneatur seruare, quia iudici, non licet donare ius publicũ, l. 3. §. penultima, ꝙ ui, aut clam. ff. facit. l. 1. §. nõ fuit. de dolo. ff. ubi mouetur hæc quæstio, & dictus Gulielm. ubi supra. refert opiniones. Prima fuit aliquorum doctorum, dicentium cautelam esse, quod iudex seruet fidem datam, sed superior puniat malefactorem. Secunda opinio fuit Guliel. de Cun. in d. §. non fuit, quam recitat Bal. & Alberi. ibi, ꝙ illi, qui alias inuitus poterat extrahi, fiducia seruanda non est, ut in §. neque autem homicidas, in authent. de man. princip. collat. 3. alias secus. Tertia opinio fuit Petri, cuius opinionem secutus fuerat Cyn. in l. præsenti. de his, qui ad ecclesias confugiunt. C. qui tenet semper fiduciam datam esse seruãdam. Oldrad. ut refert Albe. in §. non fuit. d. l. prima, de dolo. ff. istam quæstionem disputauit Paduæ, & post multa tenuit indistincte fiduciam debere seruari. mouebatur quia talis fuga facta uidetur contemplatione ecclesiæ, quæ in hoc uidetur priuilegiata, alias ecclesia læderetur, & posset restitui. l. iurasse. de mino. ff. Qurta opinio fuit Bald. quem sequitur Angel. de Perusio. in dicto §. non fuit, fatetur fiduciam datam esse seruandam, si cum causæ cognitione fuit data, per l. is, qui reus de public. iudicijs. ff. ubi per Bartol. & Imola, secus si sine causæ cognitione, quia tunc illam non potuit iudex concedere in præiudicium Reipublicę. l. relegari, de pœnis. ff. & hoc sequitur Angelus Aretinus. in sua inquisitione, de malefi. in uersiculo quod fama publica, in quinta quæstione folio 73. in paruo uolumine. Quinta opinio, est glosæ in dicta authentica de mand. principum, §.

neque. quæ tenet fiduciam datam, non esse seruandam, & eã sequitur ibi Iac. de Bel. dicens, ꝙ non obstante salo conductu, poterit decapitari de iure, cum non tenetur, ut in d. c. accedens. 2. ut lite non contesta. ubi text. ꝙ quis non debet se committere fidei inimici capitalis, etiam cum saluoconductu, & sic debet credi iudici maleficiorum, dum dicit ipsi capto pro maleficio, ꝙ confiteatur veritatem, ꝙ nõ patietur aliquod malum. nam talis promissio est nulla, cum sit contra ius publicum, ut l. ius publicum. de pact. & probat opin. facit gl. singu. in c. cupientes, in uer. malignantium. de elec. lib. 6. ubi dicit, ꝙ fouens iustam causam in principali, cauillationes, & malitias aduersarij, potest per alias repellere. Idem gl. in c. dilustim. 23. q. 2. & contra dictas gl. est gl. in c. exceptionem obiciens. de reg. iur. li. 6. & non insisto in illis gl. & in varijs locis doctores loquuntur de ma. d. glo. non refero eos, sed refero me ad Barba. in ca. col. 2. & seq. de mutuo petitio. & ad dicta per Præposi. in c. per tuas, qui fi. sint leg. col. 2. nonubi dicit, ꝙ contra d. glo. c. cupientes, tenent Theologi, quia non est licitum mentiri. & Imo. in l. dec. de uer. obl. ff. alleg. d. gl. exceptionem. licet Bal. in d. l. data, q accent. pol. dicat, ꝙ per fas vel nefas, licitum est defendere. Dictus Guliel. ubi sup. dicit ꝙ quidam moderni sequuntur Guliel. de Cu. dicentes, ꝙ si detur fiducia residenti in loco, in quo poterat capi de iure, non tenet securitas, secus, si in loco, de quo non poterat extrahi inuitus, ut l. d. præsenti. §. fane de his qui ad eccl. confu. C. Vnde si iudex dat saluum conductum pro homicidio homicidæ existenti in territorio suæ iurisdictionis, in quo poterat capi, non tenetur iurare securitate, secus si in alieno territorio, nã capitur in ecclesia, uel in alieno territorio iudex loci, poterit eum repetere, per gl. sing. in l. quis si fugitiuus. §. apud Labeonem. & idem Celsus. de ædil. edic. ff. & tali capto iudex capiens vim facere uidetur. plerique de in iis voca. ff. potest et dici ille spoliatus sua libertate, & per consequens ante omnia restituendus in pristinũ statum. l. 1. & 2. de li. homi. exhi. ff. Dictus Guliel. ubi sup. co. pe. refert Imo. in d. l. is qui reus, de public. iudi. ff. refert tres casus non refero, cũ possint videri, & dictus Guliel. in ubi sup. refert supradicta. Fel. in c. accedens. 2. refert Imol. in d. l. is qui reus, col. 2. uer. an autem liceat, & ver. 2. ut lite non contest. & an ista fiducia seu promissio, quæ datur delinquenti, sit seruanda. Hipp. de Mars. in pract. causarum criminalium, in uers. postquam. col. 7. fo. 19. col. 1. in paruo vol. refert plures Doc. & in l. si quis obrepserit. de falsis. ff. col. 3. & plene per Io. Igne. in l. 3. §. si ex stipulatu. ad Sillan. ff. nu. 252. cũ seq. & aliquid p Fel. in c. 2. col. 1. de præscrip. in c. 1. co. 3. verbo, fallit tertio, de offic. deleg. Matth. de Affli. in ti. de paceiura. fir. §. item sacramenta. uer. in glo. 4. num. 65. col. fi. fo. 152. col. 3. in vsib. feudi 2. par. 2. libri. dicit, quod Bal. quærit ibi, an securitas data hosti, bannito, vel alij delinquenti per iudicem, & cum iuramẽto, sic ei seruanda, dicit, quod non, per l. iuncta gl. in auth. de man. prin. §. sed neque. hæc refert Imo. in l. is qui reus. de public. iudi. ff. Lucas de Pen. in l. 1. de palatiis, & domibus dominicis. lib. 11. Refert d. Affli. ubi sup. plures Doctores hoc tenentes. Et dictus Matth. ubi sup. ver. 3. not. num. 13. fol. 148. col. 1. nu. 22. quærit, Si minor iurauit super contractu, sed constat quod fuit inductus blanditiis, alterius partis ad iurandum, an iuramentum obliget. Refert. And. de Iser. ibi, quod sic. Nam secundum eum, est differentia inter dolum, & blanditias, in dolo est deceptio, in blanditiis non est deceptio, quia sic, & seipsum decipit. Dictus Matth. dicit, quod suasiones, siue blanditiæ æquiparantur dolo, & dolus equiparatur errori, ut latius ibi per eum. Et quod Iudex non teneatur seruare hanc securitatem, nec sub eius prætextu, cum, cui hæc est concessa securitas impunitum ferre delinquentem, tenet glo. in institutionum forensium Galliæ. lib. 3. §. ubi reus est. c. 6. in uerf. uiolet, est in littera C. pagi. 3. §2. allegat Bar. in l. illicita. §. ne potentiores. Retuli. Bar. sup. ibi non residet in ista opinione. Idem glos. institutionum forensium, in §. nunc demonstremus est. c. 9. in fi. pag. 402. in prin. Nam tex. in d. §. in fi. uult innuere pollicitationem immunitatis seruandam fore, dicit gl. ubi sup. Huic opinioni assentitur Phil. Decia. in l. ea est natura de reg. iur. ff. Tamen si post detectum pollicitationis huiusce dolum, reus in priori perseueret confessione, ex ea pœ. condemnari secundum Alcia. in l. natura. de uerbo. signif. hæc gl. in d. §. nunc demonstremus. Alciati in d. l. natura. cauillationis. de uer. sig. ff. fol. 27. loquit de cauillatione, nec decet, 2. quærit, an huiusmodi cauillationibus uti aduocatum deceat, & dicit grauiter conuenit, nunquam vti cauillationibus c. dominus. 23. q. 2. neque enim debet quis de victoria magis quam de ueritate sollicitus esse, quod uitium est, refert etiã licere aduocato bonam causam fallis rationibus tueri, & dicit, nescio cuius Pontificis factum laudatur qui nocenti impunitatem promiserat, ut delicti confessionem extorqueret, huiusmodi ergo dolum probare non possum, nec ex simili con-

cõfessione damnati reum arbitror, cum ea fiducia, fateri potuerit, vt quamprimum litium, carcerisve molestiam euitaret, cum crederet fore, vt sibi fidem iudex seruaret. nisi ergo spe huiusmodi deceptus reus priorem confessionem ratam habeat, liberabitur. Ita Imo. & Dec. scripserunt in l. ea est. de reg. iur. ff. licet in cõtrariam sententiam itum sit, sunt verba Alcia. vbi sup. vult ergo, ꝙ promissio est seruanda. Io. Igne. in tract. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. col. 57. vers. 7. num. 115. fol. 75. refert Honorium papam quartum, q induxit quendam Epm, vt confiteretur simoniam coram Cardinalibus, pollicitus ei veniam, si peccatum detegeret, qui cõfessus iuxta promissionem papæ, postea priuatus est episcopatu, & inhabilis ad obtinendum beneficia, tanquam simoniacus. aliqui laudauerunt. tamen tex. in l. quisquis. ad l. Iul. maiesta. C. vult pœnam remitti detegentibus similia, & hæc forsan melius, hæc Ioan. Igne. vbi sup. vult ergo, ꝙ promissio est seruanda. Nouissime Andreas ab Exea, in lib. pactorum, fol. 269. cum si. versic. quinquagesimo, princip. fallent. quærit de ista quæstione, quando iudex promittit delinquenti impunitatem, si delictum confiteatur, an iudex teneatur promissionem adimplere. Refert Dec. in l. ea est natura. & Doct. pro & contra, & ꝙ teneatur promissionem adimplere, refert Decius in l. ea est natura. de reg. iu. ff. Hippol. in l. 1. de quæstio. ff. §. quæstio. in, & super rub. de proba. C. & in l. si quis obrepserit, de fals. fi. Et ꝙ non teneatur promissionem adimplere, refert Dominicum post alios, in c. nos in quenquam. 2. qõ. 1. Feli. in c. afferre, de præsump. & gl. institutionum forensium Galliæ, refert Honorium episcopum, qui dixit cuidam Episcopo, &c. & Archid. in c. vtilem. 22. q. 2. & Ias. in l. si mora. in tertio nota. sol. matrimo. ff. & Io. Igne. in tract. an Rex Franciæ. & Fel. in cap. accedens. 2. ut lite non contestata. Omnes istos, & plures alios Doctores, pro, & contra. retuli supra.

Dictus Andreas ab Exea, in hac materia, facit quatuor Casus.

Primus, quando agitur de delicto vnius solius, & iudex per illam promissionem, nullis præcedẽtibus indicijs extorquet a delinquente confessionem, & tũc aut volumus quærere, utrum iudex ex sola illa confessione possit illum punire, & credit sine dubio, ꝙ non, quia talis cõfessio videtur extorta per dolum, & ideo non præiudicat cõfitenti. Et hoc casu, bene militant rationes Imol. in d. consi. 109. nec in ciuilib. confessio per dolum extorta non præiudicat. Spe. in tit. de confess. §. sequitur, vers. secundo. Soc. consil. 92. col. 3. vt plenius per d. Andream, ubi sup. Secundus, qñ præcedebant indicia ad torturam sufficientia, nec põt hẽri alia probatio, quam per confessionem, & indicia pręcedentia. Iste casus videtur dubius secundum Cune. & dicit, ideo pp difficultatem, nunquam consulerem iudici, ꝙ per istum modum promittendi extorqueret confessionem, sed potius deueniret ad torturam. Si tamen delinquens esset talis, ꝙ verisimiliter pateretur torturam, potest iudex ex causa prædicta torturam omittere, & in promittendo impunitatem delicti, veritatem extorquere. Sed hoc casu, non debet puniri pœna ordinaria, sed potius alia extraordinaria, & mitiori pęna. Hæc tamen intelligit d. Andreas, Si in sua confessione pseuerat. In hoc residet in isto secundo casu & inquantum dicit, si in sua confessione perseuerat, vide Alciat. in l. natura. de ver. sig. ff. retuli sup. Tertius est, quando ultra confessionem, delictum plene probatur. nam tunc venit puniendus. nam non est hoc in potestate iudicis. Reatus. n. indulgeri nõ potest. Bal. in c. innotuit, de electio. & Purpura. in l. 1. colu. 3. in prin. de iurisd. om. iud. ff. Quartus, quando sunt plures delinquentes, & iudex uni ex delinquentib. promisit ueniam, si alios detegeret, & aliter veritas criminis haberi non potest, dicit d. Andreas ab Exea, ꝙ credit, ꝙ iudex tenetur obseruare promissum, per tex. in l. pen. ff. de custo. reo. Iac. de Belloui. in sua pract. crim. in tit. de quæstionib. nu. 139. fol. 86. colum. prima, in fi. & seq. concludit esse seruandum promissum, ut plenius per eum, & per eundem Andream, vbi supra.

Isti quatuor casus, videntur mihi fore multum æquitati, & iuri conformes.

Vnde quoad casum nostrum, tutior opinio est, quod fides est seruanda, tam per publicam personam quam per priuatam. ex quo patet, quod si aliquis uerbis blãdis, & dolosis persuasione, seu promissione de non capiendo uel alia quacunque causa extrahit aliquem de ecclesia, seu de loco priuilegiato, debet talis extractus restitui ad ecclesiã. Et vltra casum ecclesiæ, dico per præmissa, quod promissio est semper seruanda, & ista est communis opinio, per supradicta, & cæt.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad ecclesiam propter debitum, quando gaudeat immunitate.*
2 *Quid in debito ciuili.*
3 *Quid si pro tributo Principis debitum contractum sit.*
4 *Modus procedendi in casu proposito.*
5 *Qui iurauit tenere obstagium pro debito, si aufugit ad ecclesiam. an compelli possit, ut redeat ad obstagium.*
6 *Debitor obligans sua bona, & personam ad soluendum debitum, si aufugiat ad ecclesiam, an gaudeat immunitate.*
7 *Diuersas opi. in hac materia hic legito.*

Fugiens propter debitum. XXVII. Fallent.

Fallit XXVII. in fugiente† ad ecclesiam propter debitum. Istam quæstionem, an fegiens pro debito ad ecclesiam, debeat inde extrahi, format Old. con. 53. & concludit, quod inspecto iure communi secundum quod liber homo non capitur pro debito nec debet creditori seruire. c. lator de pigno. l. ob æs. de actio. & obliga. C. non debet inde extrahi, quia etiam si esset extra ecclesiam, non caperetur, si velit cedere bonis. Sed inspecto iure municipali, secundum quod liber homo pro debito capitur, & traditur in seruitiũ, creditoris, tunc debet extrahi. ut latius per Old. vbi sup. Arc. in c. id constituimus. 17. qõ. 4. dicit, quod in debitore debet seruari. l. præsenti. de his, qui ad eccle. confu. C. & c. inter. alia de imm. ecc. Cy. in l. præsenti de his, qui ad eccle. confug. C. dicit, ꝙ si fugit propter debitum tributorum, tunc extraheretur ab ecclesia. in auth. de man. prin. §. publicorum. ver. tributorum. col. 3. licet Petrus dicat quod debitores tributorum. non debent extrahi de ecclesia, sed ibi citantur, & se defendent, vere quidem, alioquin proceditut ad missionem in possessionem bonorum. & ita intelligitur d. §. publicorum, aut fugit propter aliud debitum, tunc dantur sibi 30. dies, in quibus secure exeat, & si sententia fertur intra illos dies, iudex exequitur sententiam. Si autem post illos dies fugiat ad ecclesiam, iudex exequitur eo modo, quo melius poterit, secundum Pet. licet. glo. in d. auth. de mand. prin. §. sed neque, aliter sentiat, quod debetur sibi securitas exeundi, & extãdi, extra ecclesiam per 30. dies, intra quos respondebit vocatus ad iudicium. Et si iudex ferat sententiam in tra illos dies, tũc iudex dabit sibi electionem, ut impleat iudicata, vel renunciet securitati, vel redeat in ecclesia. Hæc Cy. vbi sup. Iacob. de Bel. in sua pract. in tit. de fuga. reorum, in prin. fo. 47. co. 2. cum seq. vbi dicit, ꝙ si liber homo fugiat ad ecclesiam propter terrorem creditorum, tunc aut erat debitor publicus, & tũc ecclesia eũ nõ tuetur, ut in §. publicorum. col. 3. aut est debitor priuatus, & tunc habent locoum, quæ dicuntur in l. pũti. §. secundo. Hosti. in sum. eo tit. §. inquantum. colum. secunda vers. aut liber, indistincte tenet, ꝙ infra fines ecclesiæ, non est aliqua uiolentia inferenda & est tunc infra fines pręsentandus iudici. ut possit defendi per se, vel alium sicut elegerit, alias contra ipsum procedetur, & distrahentur bona, si qua habet. Henric. Bohic. in c. pen. eo. tit. colum. secunda in fi. uersic. si fugiens ad ecclesiam, dicit, ꝙ si propter debitum tributorum fugiat ad ecclesiam, tunc extrahetur de ecclesia, in auth. de man. prin. §. p. & §. nec autem. versi. publicorũ colla. 3. & §. uoluimus. & §. necessitatem. in authen. ut iud. sine quoquo suffragio, colum. secunda refert Lamber. & Cy. in d. l. præsenti. Refert etiam Pet. de Bellapert. dicentem. ꝙ non extrahetur de ecclesia, sed ibi citabitur, & si se defendat, bene, alias procedetur ad missionem in possesionẽ bonorum. Si est propter aliud debitum, dabuntur sibi 30. dies in quibus secure exeat, & si feratur sententia infra illos 30. dies, iudex exequitur sententiam. Si autem post illos dies fugiat ad ecclesiam, iudex exequitur eo modo, quo melius poterit intellige secundum Iac. de Rauen. quod dabitur sibi securitar exeundi, & extandi extra ecclesiam per 30. dies, infra quos respondeat vocatus ad iudicium, & sic iudex dabit sibi electionem, ut impleat iudicata, & renunciet securitati, aut redeat in ecclesiam, hæc Henric. ubi sup. Anch. in cap. inter alia. eodem titu. colum. fina. in princ. versicu. nunquid ergo pro debito, dicit, quod de iure communi, pro debito, non debet quis capi. l. ob æs. de action. & oblig. C. c. lator. de pigno. & ideo non debet extrahi. l. præsenti. §. primo de his, q ad eccl. confu. C. Sed quia de iure municipali, vt plurimum homines capiuntur pro debitis, tunc dicendum est, quod potest extrahi. idem in casib. in qb. quis de iure cõi potest capi, pro debito, ut in debitore tributorum, ut in §. tributorum, & l. nemo de exact. tributorum. C. cum ergo, ius municipale p mittit capi, ergo extrahitur, præcipue si hoc habeat, consuetudo, quæ attenditur in illa extractione, secundum Inno. in dicto capitu. inter alia, in fin. ubi dicit, quod in istis exactionibus attenditur consuetudo. aduerte, tamen, dicit Archidia. quia in casibus, in quibus ad ecclesiã debitor, vel delinquẽs cõfugit, debet prælatus. in eo casu, quo nõ possit extrahi, eũ custodire, ne fugiat, & in eo casu, quo possit extrahi, debet pati, & si in istis in culpa depræhenditur, tenebitur, ut in capit. diffiniuit. 17. q. 4. per Arch. hæc Anch. vbi supra Ioan. Andre. in add. ad Spe. eo. ti. quærit de ista q. an fugiẽs p debito ad ecclesiam

ecclesiam debeat inde extrahi , & dicit , qđ cū de iure com-
muni homo liber non capitur pro debito , nec cogitur cre-
ditori seruire d. c. lator.ergo non debet extrahi, quia si extra
ecclesiam esset, non caperetur , sed satis esset sibi cedere bo-
nis.l.1. qui bo. ce.pos.C.sed in multis locis liber hō capitur ꝓ
debito per ius municipale, & ēt in quibusdā seruiturus credi
tori , tunc præstita securitate extrahi debet , ne fraudet eius
seruitio creditor, sicut de seruo, nec immunitas concessa ec-
clesiæ,quoad vitam, vel membrum, debet lædere ius vniuer
sale partis, & dicit, quod exactores tributorum fugientes ad
ecclesiam soluere compelluntur. hæc Io. vbi sup. & eū refert
ad literam Pan.in c.inter alia.col.7.in fi.versic. aut quæritur.
quærit ibi de homine fugiente ad ecclesiam . Si est pp debi-
tum tributorum Principi, tunc extrahitur ab ecclesia. §. pu-
blicorum,& ibi gl.de mandat.princip.colla.5. Sed Petrus de
Bellaper.vt refert Cy. in l. præsenti, ꝙ debitores tributorum
non extrahuntur,sed ibi citabūtur,si se defendunt, bene aĺs
procedetur ad missionem in possessionem bonorum, ꝙ satis
placet,dicit Panor. nam in dubiis fauendum est ecclesiæ, &
non potuit Imperator per ius suum nouissimum præiudica-
re immunitati ecclesiæ , per legem , seu canonem concessæ,
aut aufugit propter aliud debitum , tunc secundum oēs non
debet extrahi inuitus,per d.l.præsenti. sed in modo procedē
di sunt opiniones, nam quidam dicūt, ꝙ debent sibi dari 30.
dies,in quib.secure exeat,& si snīa fertur in illis 30.diebus, iu
dex eā exequitur.Si aūt post illos dies fugiat ad ecclesiam,iu-
dex exequitur sententiam,meliori modo,quo poterit. refert
Pet.in d.l.præsenti.Sed gl.ibi.& Iac.de Raue.aliter intelligūt,
& melius. dicit.n.Iacob. ꝙ dabitur sibi securitas exeundi, &
standi extra ecclesiam per 30. dies, infra quos rñdebit voca-
tus ad iudicium, & si iudex fert sententiam infra illos dies,
tūc iudex dabit sibi electionem,ut impleat iudicatum, & re-
nunciet securitati,vel redeat ad ecclesiam, & cum ista opin.
transit Cyn.in l.præsenti. hæc Panor. ubi sup. Claua.in sum.
in tit.de immu.eccl.q.26.quærit,fugiens ad ecclesiam pp de
bitum, an gaudeat isto priuilegio. Refert Panor. in d.c.inter
alia,& legistas in l.præsenti,qui distinguunt, aut est debitum
pp tributum debitum Cæsari, seu principi, tunc extrahitur,
in auth.de man.princ.§.publicorum.colla.3. sed Cy.in l.prę
senti,dicit,quod non extrahitur,sed ibi citabit,& si se defen-
dat, bene, sin autem procedetur ad missionem in possessionē
bonorum, & placet Panor. Si uero debitū est propter aliud,
tunc non extrahitur inuitus,secundum omnes.in l.pręsenti,
sed in modo procedendi sunt opiniones.placet d.Claua.opi.
Iac.de Rauen.qui dicit, ꝙ dabitur sibi securitas stādi, & exeū
di extra eccles.per 30.dies, intra quos rñdebit vocatus ad iu-
dicium,& si iudex det sententiam contra eum, cōdemnabit,
ꝙ aut redeat ad ecclesiam , aut pareat sententiæ, & cum ista
opi.transit Cy. in l.præsenti.hæc Claua.ubi sup. Siluest.in sū-
ma istius tit.in uer.immunitas,3.in 3.q.uer.sextū fugiens, re-
fert ad litteram Claua. & addit, ꝙ si nullo modo vult exire,
constituat procuratorem. Io. Bichis in tract.de immunitate
eccles.uer.nu.5.fol.76. in paruo uol. nu. 54. ubi dicit, nota ex
isto tex.in ver.abstrahere. quod fugiens ad ecclesiam genera
liter prohibetur extrahi ab ecclesia inuitus, per ꝙ patet. ꝙ fu
2 giens ad † ecclesiam pro debito ciuili gaudet immunitate, vt
non possit inde extrahi, alleg. Old.consi.54. & Panor.in c.in-
ter alia, nisi in casu , quem ponit Panor.ibi retuli sup. & istū
casum intelligit Ioā.Bichis ubi sup. præstita cautione de im-
punitate, ut in seruo diximus. Mar.Soc.in tract.de citatione,
art.17.q.5.fol.22.colu.2.& seq. ubi concludit, ꝙ qñ quis fugit
3 propter debitum principis, vt † tributorum, uel simile debi-
tum, tunc potest realiter citari.& extrahi de ecclesia, ut in au
then.de mand.princip.§ penul.& §.neque,& §.publicorum,
collat.tertia. Salicet.in l.pręsenti.Sed Petrus de Bellapertica
uidetur uelle, ꝙ tales debitores tributorum non debent cita
ri realiter,& sic non debent extrahi inuiti de ecclesia, sed be
ne possunt ibi uerbaliter citari , & si citatus se defendat satis
est,alias procedetur contra citatum,tanquam contra contu
macem ad missionem in possessionem bonorum,& ista opi
nio Petri,quam recitat Cy. in l.pręsenti, magis placet Panor
mitan. in capitulo inter alia. Item facit, quia imperator per
suum ius nouissimum illorum authenticorum non potuit
pręiudicare immunitati ecclesię per canones, & leges con-
cessę,& ista opinio.communiter seruatur, secundum Socin.
ubi supra . Aut quis fugit ad ecclesiam propter aliud debi-
tum, quam fiscale , & tunc secundum omnes non debet pro
tali debito in ecclesia realiter citari , & sic inuitus extrahi de
ecclesia,ita tenent doctores in l.pręsenti.& in capitulo inter
alia,probantur per capitulum miror. c.si quis contumax.17.
quæstio.quarta.Bartol.& Bald.in l.plerique, de in ius vocan.
ff. Bald. in l. secunda. de sacrosanctis ecclesiis.in modo pro-
4 cedendi † sunt opiniones.refert Mar.Soc.ubi sup.opi. Petri.&
Iac.de Rauen. quos refert, & Panor.in c.inter alia. & Claua.

vbi sup.retuli sup.sed tñ aduerte, dicit Soc.ubi sup.quia Old.
in d.cōs.54.voluit, ꝙ in omnibus casibus.in quibus quis de iu
re communi potest capi pro debito ciuili, potest etiam cita-
ri realiter, & de ea extrahi. l. nemo.de extract.tribut.C. libro
10.tñ si ex forma statuti potest quis capi pro debito ciuili,tūc
pōt quis realiter in ecclesia citari, & de ea extrahi.retuli Ol
dra.sup.in prin.& dicit Soc.vbi sup.quia ex forma statuti quo
dammodo persona est affecta, & conditionata adseruitium,
Ideo debet præstita securitate extrahi de ecclesia, vt credi-
tor,qui quodammodo est dominus eius,seruitio nō fraude-
tur.in d.l præsenti.§.sane,Nam princeps, qui immunitatem
ecclesiæ concessit, licet potuerit remittere pœnam, quæ re-
spicit publicum ius,tamen priuatum ius non intelligitur re
mittere. facit etiam, quia ecclesia solum liberat fugientem
a pęna corporali.c.inter alia c.diffiniuit. c.reum . ibi Archi.
17.q.4.non tñ tollit, ꝙ non puniatur alia pœna item quia in
casibus in quibus de iure communi alias potest persona aliter
capi, in eisdem potest extrahi de ecclesia,ut pro debito tribu
tario, vt sup.dictum est.& circa hoc est attendenda consuetu
do secundum Inno in c.inter.de consuetud. & ideo de iure
communi propter debitum non extrahitur de ecclesia, quia
regulariter de iure communi quis pro debito ciuili,capi nō
potest l.ob æs.de actioni.& obligatio.C.& ita debet intelligi
d.l.præsenti.§.1.& in auth.de iudic.in princip. §. sed neque.
quia si esset extra ecclesiam caperetur, nisi cederet bonis.l.
prima qui bon.ced.ope.C.secundum Oldradum in dict.con-
sil.54.ista consideratio fuit multum rigorosa, & communi-
ter in practica non seruatur,secundum Soci.vbi sup.qui præ
dicta refert.Placen. super rub.de his,qui ad ecc.confu. C.di-
cit, ꝙ pp debitum non debet extrahi ab ecclesia, tamen pos
sunt citari,vt compareant per se, vel per suos procuratores,
& si latent in finibus ecclesiæ,sine vllo in commodo, re-
spondeant,ab œconomis deducantur ad fores ecclesiæ,& si
venire nolint,nec se patiantur abduci, seruetur ordo iudicia
rius.scilicet, ꝙ primo mobilia, secundo immobilia.tertio in
corporalia eorum bona occupabuntur,vt creditoribus satis
fiat.Placent.vbi supra Barth. Soci.in l.plerique.de in ius voc.
ff.col.11.versic.circa.18.q.ver.refert Bart.& Bald.ibi conclu
dentes,quem pro debito in ecclesia capi non posse,per dict.
l.præsenti,& per totum de his,qui ad ecc. confug.C.refert
Bal.in aliis locis.Refert Oldrad.consi. 54.contrarium tenen
tem. Dicit Soci.quod iste articulus est satis tritus, sed pro ue-
ritate vide Soci.in dicta l.præsenti.& ibi canonistas in cap.i.
de immunit.eccle.lib.6.& in cap.inter alia communis opi-
nio est s̄m eum. ꝙ capi nō possit. Est tex. arguēdo a speciali,
in l.i.de his,qui ad ecc.confu. C.vbi pro debito permittitur,
captura iudei in ecclesia, odio eius. Ergo in contrarium est
ius commune.Ius singulare.de legi.ff.in hoc refert Barth.
Soci.vbi supra.Ias.in l.unum.ff. certum pet.ff.col.4.versic.
infero,dicit, ꝙ pro debito priuato quisq; in ecclesia capi non
potest l.prima & secunda & per totum,de his,qui ad eccl.con
fu.C.& licet quis nō possit capi,& extrahi de eccl.tamen nō
esset ponere os in cœlum ꝙ debitor suspectus possit extrahi
de ecclesia,arguendo de tempore sacro ad locum sacrū, ut
latius per eū vbi sup.Dicit,tñ Ias.cogita tñ,ex quo nullus ista
non tangit.Idem Ias.in l.plerisq;.in 10.limitatione, de in ius
uoc.ff.& in l.prima §.fi.de terr.ff.Phil.Dec.in l.vinum.col.
uer.2.no.cum seq.tenet,quod debitor suspectus de fuga non
potest extrahi.& ita quotidie obseruatur s̄m eum.nam secu
ri sunt in ecclesia non obstante suspitione fugæ. Purpur.in l.
vinum.colum.secunda num.9.refert Ias.& dicit, quod illa-
tio Ias.dicentis,quod suspectus de fuga potest capi in eccle-
sia,est periculosa, quia argumentum de tempore ad locum
non valet.vbi ratio est diuersa,facit, quia criminosi quolibet
tpe capi pñt.l.die festo,de feriis.C.tñ nō possunt in quolibet
loco.c.inter alia,quam tps.Ideo strictior vr prohibitio loci sa
cri respectu,quam tps.& illud est clarum, ꝙ debitor ad eccle
siam fugiens capi non potest,allegat d.c.inter alia,& summa
Ang.in ver. immunitas.§.15. Roma.cons.226.ut latius p Pur
pur.ubi sup.Ripa in c.i.de iudic.col.41.ver. Secundus casus,
dicit ibi. ꝙ debitor fugitiuus potest capi ampliatur. etiam in
ecclesia potest capi,alleg. Iaso.in l.vinum. Sed dicit Ripa, ꝙ
ista ampliatio non uidetur sibi vera, vt plene per Ripam, vbi
supra.Boer.in consuet. Bitur. in tit.de iur.omn.iudic.§.14.in
apostil incipien. cum pro debito,fo.22.colum.quarta & seq.
vbi ponit plures remissiones in ista qōne.an debitor fugiens
ad ecclesiam gaudeat immunitate.Idem Boer.in decis.q.27.
nu.6. dicit, ꝙ fugiens ad ecclesiam pro debito ciuili non po-
test ab ea extrahi.nisi ex statuto municipali, vel consuetudi
ne,l.Præsenti.§.sane.C.de his,qui ad eccl. confug. vnde regu
la est,quod in casibus,in quibus quis pro debito licite capit,
extrahitur ab ecclesia,secundum Old.consil.54.Alber.in pri
ma parte statutorum.q.39.& in dicta.rub.de his,qui ad eccl.
confug.C.Hipp.de Marsi.in reper.l.vnic.de raptu.virg.C. di-
cit,

cit, ꝙ in ciuilibus nemini dubium, ꝙ captus in ecclesia pro
ciuili debito, est male captus, & debet relaxari, vt in toto ti-
tu.de his,qui ad eccle.confug.C.& hoc seruat etiam consue
tudo. pro debito tamen fiscali potest debitor extrahi ab ec-
clesia, secundum eum. Cassa.in consue.Burg. fol.57. col.1.di-
stinguit prout Cy.in l. præsenti.retuli sup. in Regno castellæ,
est forus,qui de hoc disponit, in tit.de las deudas. l.15.fo.129.
li.3.tit.10.non refero, quia potest uideri, & quia seruit dunta
xat in regnis castellę, & Montal.glossator illius fori, & l.15.in
glo.2.quærit, an fugiens ad ecclesiam pp debitum, possit ex-
trahi, & refert distinctionem Cyn.in l.præsenti. de his,qui ad
eccl.conf.C.etiam Io.An.in addit.ad Spec. in tit.de immun.
eccl.retuli sup.Cy.& Io.An.& d.Montal. super d.l.15. super
gl.fi. ꝙ iure cōi inspecto liber homo non capitur pro debito,
nec debet creditori seruire, per l.ob æs, de actio.& oblig. ff.c.
lator.de pign.nec debet ab ecclesia extrahi, & sic loquitur d.
l.præsenti.§.1.& §.sed nec,in auth.de man.prin. quia ēt si ex
tra ecclesiam esset,non caperetur, si uellet bonis cedere, l.1.
qui bo.ce.pos.C.sed inspecto iure municipali, ꝙ liber homo
possit pro debito incarcerari, pōt extrahi, sed l.2.& l.5. in 1.
parti.tit.11.contrarium tenet, ꝙ nō debet extrahi, refert prę
dicta Montalbus, ubi sup.in gl.fi.retuli sup. dictas leges, in 4.
præsup. Auffrer.in decis.capell.Tholos.q.432.quærit de quę-
5 stione.an ille qui iurauit tenere † obstagium pro debito, si au
fugiat ad eccl.an possit compelli, ut redeat ad obstagium. re
fert similem quæstionem Barth. Brixien.in q.dominicali 37.
de illo,qui die solenni per custodem fuit dimissus audire mis
sam,cum sacramento de redeūdo, qui postea de ecclesia no
lebat redire.Dicit Auffr.ubi sup. ꝙ si iuste detinetur ab habē
te potestatem , tenetur redire , Si vero iniuste, & a potestatē
non habente, secus.glo.in cle.pastoralis.de re iud.latius per
eum.Si uero talis tenens obstagium, non iurauit, si pp debi-
tum tributi publici, tunc extrahitur de ecclesia, in authent.
de mau.prin.§.tributorum.colla.3.sed Cy.aliter dicit,quem
sequitur Panor. retuli sup. & sequitur eum d. Auffre. per rō-
nes per ipsum alleg.refert & Io.An.in addi.ad Spec. in tit.de
immu.eccl. & Oldr.cons.54.qui concludunt, ꝙ in casibus,in
quibus de iure capitur, in illis potest extrahi. latius per Auf-
fre.ubi sup. refert etiam Io.Fab.in §.fi.de actio. insti.quod de
cōsuetudine Franciæ, nemo potest capi pro debito ciuili, nisi
ad hoc sit obligatus .ergo non poterit extrahi. refert etiam
plures alios Doct.in fine concludit, ꝙ cōis opinio est, ꝙ debi
tor fugiens ad ecclesiam non debet extrahi , Diximus supra,
quod si statuto municipali , uel consuetudine potest debitor
capi pro debito ciuili, potest secundum aliquos extrahi ab ec
clesia, quæ tamen opinio non est communis, ut supra retuli.
6 Sed † quid, si cessante tali statuto, vel consuetudine , debitor
obligat bona sua, & personam ad soluendū debitum, ut quo-
tidie fit, & iste debitor fugit ad ecclesiā, an possit extrahi. Di-
co per rationes communis opinionis, ut supra retuli, ꝙ talis
non debet extrahi, nec statutum municipale, nec consuetu-
do , nec minus prædicta obligatio personalis permittens di-
ctam capturam, extenditur, nec debet extendi ad ecclesiam,
ut ibi capiatur, nam sequeretur, ꝙ statutum municipale, seu
consuetudo, uel obligatio personalis, posset tollere immuni
tatem, seu libertatem ecclesię, cum sit de iure diuino, ut sup.
dixi, in princ. & posito, ꝙ esset de iure positiuo, laicis nulla est
atributa potestas, & c.c.cum ecclesia.de consti.cum multis si
milibus.nec valeret talis consuetudo, quia granosa esset, &
contra libertatem ecclesiæ. c.1.de consuet.cum sim. & quia
sunt vulgaria nō refero. Rodericus Suarez Hispanus, doctis-
simus vir, & cuius opera in tota Hispania tenētur in magna
consideratione, in declaratione l.2.fori.ll.lib.2.in q.5.fo.182.
quærit, vtrum clericus fugiens ad ecclesiam possit extrahi ab
ecclesia.Refert Panor.in d. c.inter alia.de immu.eccl. retuli
sup. Vult Panor. ꝙ de iure communi non potest extrahi, per
iura per eum allegata.Sed si statutum haberetur, ut debitor
possit compelli ad seruiendum pro debito, tunc bene posset
extrahi ab ecclesia.Rō est, quia non videtur concessa immu-
nitas in præiudicio illius, qui est quasi dn̄s arg.eius , ꝙ de ser-
uo dicitur, in d.c.inter alia s̄m Pano. ubi sup.dicit d. Roderi-
cus, ꝙ hoc dictum Panor. hucusque non vidit obtentum in
practica.imo uidit debitores ad eccle.fugientes ibi esse secu-
ros, & ab ea nō extrahi.& dicit, ꝙ ex opi.Pano.est lex fori ca-
stellæ.ti.3.De las deudas.l.15.fol.129.vbi tex. ꝙ debitor, q au-
fugit ad eccle.roget clericum ipsius ecclesiæ, vt petat a credi
tore maiorem dilationem ꝓ ipso debitore, & si creditor nol-
uerit dare dilationem, roget ipsum creditorem, ne lædat, seu
vulneret ipsum debitorem, & tradat eum, seu permittat ip-
sum extrahere. ista lex facit pro dicto Panor. & dicit Roder.
Suarez, ubi sup.quod ista lex est terribilis in materia, sed di-
cit, quod nec ista lex, nec dictum Panor.seruatur in practica.
imo contrarium uidit semper obtentum, & obseruatum. ꝓ
qua practica alleg. l.singularem in l.22.tit.undecimo in par-

tit.1.ubi lex disponit, quod fugiens ad eccle.pro debito, nō
debet inde extrahi ad seruiendum creditori, nec alio modo
carcerandus est, quod est menti tenendum secundum eum
Dixit vlterius dict.Suarez , quod si familia potestatis currit
post aliquem, causa capiendi eū ꝓ debito, & ipse velocitate
fugę præuenit, & ingressus est ecclesiam, quod non potest ex
trahi ab ea, secundum Bal.in l.plerique.de in ius vocā ff.per
tex.in l.si quis fugitiuus.§.idem Celsus, de ædil.edi.licet con
trarium sibi videatur considerato principio, per l.quod ait.§.
fi.si.de adult.ff, Idem tenent sequentes Bal.Alex.& Rom.in
dicta l.plerique.& Bal.in l.cunctos populos.tenent. ꝙ potest
extrahi.per dicto §.fin. dicta l. ꝙ ait, nam satis est, ꝙ initium
sit licitum, si nullum interuallum intercessit, & respondet,
ad §.idem Celsus, quod loquitur ibi quando per extractionē
fieret iniuria, aut præiudicium tertio. dicit dictus Suarez , ꝙ
prima opinio est verior.s. ꝙ nō possit extrahi, & sic practica-
tur, & satis probatur in d.l.pleriq; . & non ob.l. ꝙ ait.§. fi.re-
gula ibi posita habet verum, nisi alia sit ratio in fine, q̄ fuit in
principio, s̄m Bal. in l.si quis non dicā rapere, de epis.& cler.
C.colu.5.per d.§.idem Celsus. Alex.in d.l.plerique.in nostro
proposito bene est alia rō in fine, hoc est in ecclesia , ad quā
confugit, quæ debet esse refugium tutissimum ad eam con-
fugientibus, ut in d.c.inter alia, & d.l præsenti, quod ab ini-
tio, a quo incepit fuga, qui erat locus prophanus.

Ex omnibus prædictis resultant plures opiniones

Prima est Oldradi, ꝙ debitor nō est extrahendus ab ecclesia, nisi statuto caueatur, quod debi-
tor possit capi. Secunda opinio est, quod non extrahitur, nisi
sit debitor Cæsaris. Tertia opinio est, quod in istis extractioni
bus statur consuetudini. Quarta opinio est, quod debitor nō
bebet extrahi inuitus ab ecclesia, nisi sit suspectus de fuga, &
fuit opinio solius Iasonis. Quinta opinio est, quod īdistincte
fugiens ad ecclesiam , non debet extrahi inuitus . Et ista est
communis, & verior opinio, & ita seruatur , non obstante
statuto municipali, vel consuetudine, quod quis pro debito
possit capi, nam tale statutū, vel consuetudo non potest præ-
iudicare immuniti ecclesiæ , nec minus obligatio persona-
lis, ut supra dictum est .

SVMMARIVM.

1 *Committens enorme delictum , indignus immunitate , & priuilegio , num existat .*

In delicto enormi. XXVIII. Fallent.

1 Vigesimooctauo fallit in delicto enormi , vt est raptus virginum, adulte
rium homicidium, & similia. nam committens talia crimi-
na, in nullo loco sunt securi, est tex.in l.vni.de rap. virgi.C.
& melior tex.in auth.de mand.prin.§. ꝙ si delinquentes, col
la.5.vbi tex. ꝙ homicide, adulteri, & raptores virginum. nō
gaudent immunitate, & per capitulo primo.de homicid.&
per Hippol.de Mars.in d.l.vnica.fo.14.col.2.in fine. & cum
seq.fo.vbi plene quærit de ista quæstione, & sequitur istā fall.
in criminib.enormib. Istā opi.tenet Cy.in l.prę senti.de his, q
ad eccl.confu.& Ant.de But in c.inter alia.in fi.de imm.ec.
dicit, ꝙ si delictū est atrox, non habebit immunitatē, si tñ mi
nimum, sic.per l.2.de his,qui ad ecc.confu. C.gl. tñ ibi sentit
idē in quolibet delicto. Ang.de malefi.in uer. ꝙ fama publi-
ca.q.4.fo.62.col.4. in paruo uol. tenet idē. & ibi in addit.ad
Ang.in ver.pro quib.delictis, qs possit capi in ecclesia , dicit
in prin. ꝙ nō pōt qs capi.nisi in duob.casibus, vt in d.c.inter
alia, & quantumcunque delicta sint grauia.allegat c.reum.
c.frater.c.sicut.c.diffiniuit.17.q.4.in ɔ̄rium, alleg.aliquos do
ctores, & cōcludit, ꝙ in grauib.delictis cōfugiens nō gaudet
maxime in terrris Imperii, ubi debet seruari ius ciuile. alleg.
Anc.refero eū.ĭ. An ista fall.ꝓcedat, plene discutitur p Pan.
in d,c.inter alia.col. 8.vbi dicit, ꝙ cōiter tenet, & verius. ꝙ il-
la auth.de man.prin.& d. l. vnica.sunt correctæ p ius cano-
nicū.Nā de iure can. quantūcunq; maleficiū sit graue, gau-
det immunitate ecclesiæ, & istā opi.tenuit gl.in c.frater. 17.
q.4.& gl.in c.inter alia.in ver.latro Io. Fab.in d.l.1. in princ.
de his, qui ad ecc.conf.C dicit, ꝙ raptores, & homicidæ non
gaudent immunitate de iu.ci.sed de iu.can. gaudēt.istā opi.
tenuit. Pa.de Ca.cōs.68.& Cassa.cōsue.Bur.fo.59.col.1.dicit,
ꝙ in hoc nō est multū insistendū, quia dispositioni iuris ca-
nonici in hoc standū est, per c.1.de noui ope. nunc. & Alex.
cons.36.in 4.uol. Et istā qōnem disputat plene Io. de Bichis,
in d.tract.eo.tit. fol.74.col.2. cum seq.in paruo vol. & refert
Pan.& alios. fo.75.in prin. dicit , ꝙ ista est communis opinio
Canonistarum, & id fatetur Host.in summa.eo.tit.§.inquan
tum.col.2.ver.alias Hænric.in c.pe.eo.tit. col.3.dicit, ꝙ gau-
deat immunitate, & istam sequitur idem Io. de Bichis. vbi
sup.Anch.in d.c.inter alia.col.1.in prin. ver. aufugit.dicit, ꝙ
de Iure nostro quantumcunq; graue fuerit delictum, gaude
bit immunitate, nisi in casibus , exceptis , & hoc iura ciuilia
aliter disponentia succumbunt canonibus, per ca.1.de noui.

ope.nunc.secundum Anch.ubi sup.Host. in cap.inter alia.in uer.si liber, dicit,ꝙ in hoc leges corriguntur. & se refert ad dicta per eum in c.fi.eo.tit.ubi dicit,ꝙ non solum homicidā sed adulterum,raptorem virginum,ecclesia nō defendit, & in hoc concordant canones,& leges,loquitur Hosti.quando delictum committitur in ecclesia, ut in d.c.fin. secus esset,si extra ecclesiam committatur.Cōclusio est, ꝙ in isto casu ius canonicum est seruandum, & non ius ciuile.

SVMMARIVM.

1 *Effractor carceris,an iuuetur hoc priuilegio.*

Effractor carceris. XXIX. Fallent.

Fallit XXIX. in effractore † carceris. Nam si effractor carceris fugiat ad ecclesiam, potest ab ea extrahi. Istam qō.ponit in istis terminis. Io.Igne. in l.3. §.subuenitur. nu.102.fol.222.col.1.in fi.ubi quærit in ver.nunc alius articulus nostræ disputationi se offert, an carceris effractor ab ecclesia possit extrahi, & si vi, vel alias extractus sit, debeat ecclesiæ restitui, an vero beneficio ecclesiasticæ immunitatis priuari poterit.& videtur priuandus esse, ar.c.inter alia,eo.ti. dum de latrone, & agrorum depopulatore loquitur, cū carceris effractor instar depopulatoris esse videatur. Nam non tm̄ domus priuatæ effractor est,sed & domus publicæ,presertim si per vim,vel cum armis,seu præmeditata conspiratione effregerit,potissime si de nocte fractura fiat, nam effractura vis publice appellatione venit,& atrocis. l.fi.de effractore carce.ff.lege Iul.2 ad l.Iuliam.de vi publ. ff. nā quemadmodum fur nocturnus impune occidi potest. l.furem. ad l.Cor. de sica.ff.c.interfecisti.de homici multomagis carceris effractor occidi potest impune,cum per l 1.& fi.de effracto.ff.pari iudicio condemnantur nocturni fures,& effractores carcerum,maxime qui per insidias carcerem effregerūt,alle.alias rationes pro ista parte. Tandem concludit contrarium.s. ꝙ effractor carceris,si fugiat ad ecclesiā,debet gaudere immunitate,per d. c.inter alia, quia ille text. solum loqtur in latrone,& depopulatore,qui ad hoc vt indigni fiant immunitate ecclesiæ,oportet eos in strata publica,& frequenta paratis insidijs, obsedisse, vt homines offendant, aut agros populētur, & non alias,secundum Io.Igne.vbi sup.fol.222.col.4.in prin. & ibi alleg.alias rōnes pro ista parte. Nicol. Boer. in decis. q. 110.col.2.in fi.fol.126.nu.8.ubi quærit,fuit dubitatū de homicida incarcerato. qui rupto, & fracto carcere aufugit ad ecclesiam,an debeat gaudere,& videtur ꝙ non.quia erat inter manus iustitiæ, & fugiendo de manibus iustitiæ ad ecclesiā, & inde seductas, per ecclesiam,aut cimiterium, debet gaudere immunitate, per ea quæ dixi in fallentiis præcedentibus dicit dict.Nicol. de isto casu de homicida carcerato, & illo rupto ad ecclesiam fugiente, conclusum fuit, ipsum gaudere debere, & refert duo arresta, quæ fuerant in isto casu data, & refert Cassa.in consuetud.Burgun. fol.54.columna 4.ver.ꝙ si carceris,in nouiter impressis. Idem de arrestatis fugientibus ad ecclesiam. Nam debent gaudere. Nicol. Boer.in decis.q 110.col.3. in ver.& idem de arrestatis. Cassa. in consuet.Burg.in nouis.in ti.des iustices, fol.54.col.4.in additione,quid si carceres,in quibus erat detētus,fregit, uel alīs aliter violauerit,& ad ecclesiam confugerit, an ab illa extrahi poterit,& si extractus fuerit, an debeat gaudere immunitate,dicit prædictus doctor, ꝙ reperitur in iure, ꝙ effractor carceris,& aufugiens,habetur pro conuicto,& confesso, per l.in eos,de custo.& exhi.reo.ff.ut plenius per Ias.in repe. l.admonendi. q.prima,de iureiur.ff.& per d.Cass. dicit, quod curia obseruat,& de hoc sunt arresta,quod incarceratus pro delicto,pro quo debet puniri, & imponi pœna mortis, in casu, in quo non debet priuari immunitate, si cum fractura aufugit a carceribus, & aufugiat ad ecclesiam, quod non debet gaudere immunitate.dicit dict.Cassan.ubi sup.quod non videt hoc bene fundatum a iure,nisi ex quo est in manibus iustitiæ,non potest ab illa effugere. & si effugiat, est extrahendus,secundum Archid.in d.c.sicut antiquitus.17.q.4. refero eum.imo quod plus est.dicit Alex.cons.23.in 17.col.in 2.uol. quod etiam si non fuerit apprehensus per iustitiam, sed fuerit solum in prosequutione, & ad ecclesiam aufugiat, quod potest extrahi, & non gaudet immunitate. Dicit Cassa. ubi supra.quod non credit has duas decis.fore veras,nec illis stādum.Alij dicunt,quod iustitia secularis per effractionem est uiolata,seu per vim spoliata,& quod debet restitui,& ex hoc fundat arresta sua, & ita fuit iudicatum,ut latius per Cassan. ubi supra. Tene,quod superius dixi, quod talis effractor,qualiscunque sit,debet gaudere immunitate, & ista est vera opinio. ut supra retuli.

SVMMARIVM.

1 *An extrahi debeat extra ecclesiam, per quam captus ducitur.*

Quando captus ducitur per ecclesiam. XXX.Fallent.

Fallit XXX.in eo, qui†ducitur captus per ecclesiam, quando aliquis a iusticiario capitur extra cimiterium, vel ecclesiam.& deducitur per ecclesiam, vel cimiterium, & inde violenter extrahitur, non videtur, dictus iusticiatus uiolare immunitatem ecclesiæ, secundum Archid. in c.sicut.17.q.4.Old.cons.54.glo.pragma.sanct.in tit.de inter.indifferen. non ponendis.in verbo, inde.colum.3.in fi.fo 198.col.1.in fi.& in addit.ad Sali.in l.2.de his,qui ad eccl.co fu.Palati.Rube.in repe.rub.de dona.inter virum,eo.fol.157. Refert, & sequitur Arch.in c.sicut.Io.Bichis in d.tract.co.ti col.23.nu.63.fo.77.col.1.in paruo vol.uer. quid si aliquis. Refert Archid.& in d.c.sicut,& concludit ꝙ istā fall.& adducit tex.in c.si quis contumax.17. q.4.ubi tex.loquitur,quomō libet,& hoc est verum,secundum eum, & istam opin. tenet Bal.in l.plerique.de in ius vocan.ff.in fin.& ibi Ias.col.2.ver. nouo.& uers.seq.refert,& id Ludo.ibi hoc tenentem. Idem etiam tenet Marcus de mantua.cons.70.nu.17.allegat Lud. & Ias.ubi supra, & vide,quæ dico in fallent.seq.Barth. Soci. in d.l.plerique.col.si.q.24.tenet ꝙ talis gaudet immunitate, & dicit hoc tenere Ioannem de monte Sic in d.l.plerique & genitor suus Maria.Soci.tract.de citatione artic.17.membro 2.& quod Archid.& Old.hoc tenent, si bene considerantur.Hippolyt.de Marsi.in dict.repetitio.l.vnicæ.de rapto.C. fol.15.columna.quarta.nume.115.quærit de ista quæstione, scilicet de eo, qui ducitur captus per ecclesiam, an gaudeat immunitate ecclesiæ,dicit quod non.sed extrahatur de ipsa ecclesia.allegat Old.consilio.54.& Hostien.in d.c.sicut antiquitus, 17.q.quarta. Idem tenet etiam dict. Hipp.in pract. caus.crimina.in uersiculo vlterius.fol.95.num.4. Ratio est, quia principium fuit licitum,& sic attenditur initium,& nō finis.l.ꝙ ait lex.§.ꝙ ait.de adult.ff.cum simi.quas refert Hip. in d.l.fol.15.col.2.Cassa.in consuetu.Burg.fo.57.co.3.ver.19. casus ibi quærit,quid de eo, qui ducitur ad supplicium forte per ambitum ecclesiæ,uel per cimiterium,an hoc casu debeat gaudere immunitate,videtur quod non,quia non uult eam animo,vt gauderet,immunitate.in l.si quis post de adult.priuat. C.& l.debitor.in fi. de pign.cum dicit eos duntaxat qui hoc animo animo inducti essent dicit Cassan. contrarium credo obseruaretur,& ita de facto vidisse semel pictaui in condemnato a Parlamento Parisiensi, transeunte per immunitatem ecclesiæ ut ibi per eum,& eū & alios refert Nicol.Boer. in decis.quæstione 110.fol.116.colum.3.in prin.ibi id dicit,ꝙ idem est de arrestatis fugientibus ad ecclesiam,licet in quæstio.178.num.13.referat simpliciter. Archidia.& Palatiū Rubeum.Communis opin. est contra fallentiam.scilicet,quod non possit extrahi.

SVMMARIVM.

1 *Reus,quē Iudicis familia insequitur,quando gaudere debeat immunitate.*

Si in sequendo ingrediatur Ecclesiam. XXXI.Fallent.

Fallit XXXI.quando†reus insecutus a familia Iudicis fugit ad ecclesiam, tunc non gaudet immunitate,& familia potest ipsum extrahere,secundum Cy.in auth. si quis.de adul.C.vbi dicit,ꝙ si aliquis delinquit extra ecclesiā,& in ecclesiā fugit, tunc secularis iudex potest eum seq. & extrahere.Alex.cons.24.in secundo volumi.col.8.refert, Cyn.& cum sequitur,& idem tenet Bal.in l.cunctos pop.de sum.trin. C.vbi Bal. dicit in repetitione magna.d.l.cunctos populos,Cassane,in consuet,Burg.fol.57.col.2.ver.aduerte. Refert Alex.ꝙ si iudex secularis persequitur quem extra ecclesiam,qui ad ecclesiam,in persecutione aufugiat, potest eū extrahere ab ecclesia. Ale.cons.24.in 2.uolu.Hip.in l.vnica de rapto.C.fol.15.col.2.& 3.cū seq.& idē in practica causarū criminaliū.fo.95.nu.15.vbi dicit,ꝙ si reus fuerit repertus post delictum extra eccle.& insecutus a familia,vel ab aliis eum volentib.capere,& aufugit ad ecclesiam,tunc nō gaudebit immunit. ecclesiæ,sed poterit extrahi de ecclesia,& puniri.Allegat Cy.ubi sup.& alios doctores hoc tenentes,& cum refert Nicol. Boer. in decisio. quæstione 110.columna tertia.in princip.& dicit, quod Hippol. vtrobique loquitur in capto euadente manus iustitiæ, vel post delictum insecuta a familia,vel ab aliis eū uolentib.capere,& ad ecclesiā fugiente.Hip.loquitur ut retuli sup.& nō,vt refert Nicol. Boer.Iacob.de Bellouis.in tit.de fuga.reorum.in sua practica.fo.52.col.1.ver.sed persequendo,quærit,an seruientes insequendo criminosum possint capere ipsum extra territoriū.Refert ꝑ, & contra, concludit distinguendo, quod si erat timor amittendi criminosum,si tunc non posset de facili haberi recursus ad iudicem illius territorii, potest capi in aliena iurisdictione nulla requisitione facta, si autem poterat de facili haberi copia iudicis, vel non erat timor amittendi, tunc tenerentur requirere iudicem loci, ne turbetur eorum officia,vt latius per eum ubi supra Ioann.Andre.in additi.ad Specu.in titu.de accusationi.§.se-

quitur

quitur in addi.quæ incipit, vt intra certum tempus column 5.ver. allegans Old.quærit de fugiente de uno territorio ad aliud,& concludit, ꝙ non potest capi extra territorium, licet iudex,seu officiales insequendo eum extra territorium capiat.Idem tenet Nelus de S. Geminiano in trac.de bānitis in secunda parte.2.temporis,q.29.uol. fol Idem tenet Ang. in l.sicuti.§.Aristo.si serui vendi.ff.& in consuet.Burg.fo.186. col.2.in prin.& idem tenet Fel.in c.fi.col.7.ver.considera duo de foro compet. vbi dicit, ꝙ fugiens etiam in sequendo ad ecclesiam, vel ad alienum territorium non potest extrahi, quia, læditur aliena iurisdictio,vt latius per eum.Marian. Soci.in tract.de citatione.artic.17.vers.4.procedit,concludit,ꝙ si reus insecutus a familia fugiat ad ecclesiam,vel ad alienū territorium gaudet immunitate, & familia iudicis non potest ipsum extrahere.& istam opinionem tenet Bald.Ludo, Alexand.Ias.in l.plerique,de in ius vocand.vbi Ias.colum.2. vers.nono procedit,dicit,ita teneas,quidquid,dicat Bald.in l.cunctos populos.idem etiam tenet Iaco.de S.Georgio.in l. plerique,in fin.ubi dicit,ꝙ si familia potestatis currit post Titiū,& ipse velocitate fugæ ꝑuenit,& ingressus est domū suā an possit extrahi,videtur,ꝙ sic, considerato initio. l.ait. §.1. de adult.ff.contrarium est verum.s.ꝙ non possit extrahi. Idē in ecclesia,& plenius per Barth.Soc.in l.plerique,colu.11. in fi.q.23.vbi dicit,ꝙ Bal.in l.cunctos populos,ēt tenet istā opi. quoad fugientem ad ecclesiam, licet secus, quoad fugientē ad domum.Io.Igne.in l.1.in princ.col.123.cum seq. ad Silla. ff.quærit de ista quæstione,& arguit,pro, & cōtra,latius quā aliquis,& concludit, ꝙ non debet extrahi. Nicol.Boer.in decis.q.110.col.3.fol.116.colu.3.refert Hippol.& alios, Guliel. Mayn.in l.nemo.de reg. iu.ff.fol.249.col.1. quærit de ista qō. & refert Bal. in l.plerique, & concludit cum Bal. ꝙ non dēt extrahi, ꝙ notate, quia sæpe contingit in facto, secundum Mayne.vbi sup. Angel.in tract.de malef. in ver.ꝙ fama.q.6. fol.73.col.4.quærit, an officialis, qui incipit persequi malefactorem in suo territorio, & insequendo illum capit in alieno territorio,an hoc possit.allegat pro,& contra, & concludit, ꝙ non,licet ibi Aug.in addit.teneat contrarium contra eū. Sequendo Ang.tenet ibi additiona. in littera a,fol.73.q.3. in principio & contra istam fallentiam faciunt,quæ dixi supra fallen. præceden.

SVMMARIVM.

1 *Interficiens,aut mutilans clericum, priuatur omni iuris beneficio.*

Communis opinio est contra fallentiam.

XXXII. Fallent.

Fallit XXXII. in interficiente,vel†mutilante clericū. Interficiens,vel mutilans clericū aufugit ad ecclesiam. Talis non gaudet immunitate. tenet hoc expresse Ioā. de Bichis in tract.de immu.eccl.col.14.in paruo vol. versi.7. col.pen.versi 7. 9.allegat Archid.in c.frater.17.q.4.vbi idem sentit.Secundum eum per c.fi.eo.tit.nam si delinquens in ecclesia non gaudet,per d.cap.fi. a fortiori non gaudebit delinquens in persona ecclesiastica, secundum Ioā. de Bichis, vbi sup.qui alleg.c.nullus.17.q.4.secundum vnum intellectū,s. ꝙ si clericus percutiat clericum,& fugit ad ecclesiam,debet per episcopum puniri,& sic videtur, ꝙ non gaudet immunitate,alleg.gl.& ibi Lauren.& Archi.in d.c.frater.allegat etiā gl.& ibi Inno.in d.c.inter alia.alleg.ēt Goffr.in sum.eod.ti. §. sed quæritur,& in hoc residet d.Io. Bichis ubi sup. Aduerte, ego non reperio glo.nec Archid.in d.c.frater,hoc sentientē, neq; gl.& Inno.in c.inter alia,nec obstat d.c.nullus,nam ibi loquitur in clerico percutiente clericum. nam clericus non gaudet immunitate,vt dixi sup.in 21.fall.& nos loquimur in laico percutiente clericum.Io.Barberij in viatorio iuris,in titu.de violatorib.immunitatum.fol.17.col.4.ponit 7.casus,in quibus quis non gaudet immunitate. Secundus casus est in interficiente clericum. nihil allegat, & eum refert Nicola. Boer.in decis.q.190.in 1.par.fol.19.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Qui delinquit in ecclesiam eam frangendo, vel comburendo, non gaudet immunitate.*

Qui delinquit in ecclesiam, scilicet frangendo eam, vel comburendo,vel spoliando. XXXIII. Fall.

Fallit in illo, qui frangit†ecclesiam,vel comburit eam, secundum Io.Fab.in l.1.de his,qui ad eccl.confu. C.Nā ibi de iure canonico omnes gaudent immunitate, nisi insidiatores itinerum,& depopulatores agrorum,vel homicidæ pensatis insidiis, vel delinquens in ecclesia, vel prope. dixi de istis sup.vel delinquens in ipsam, qui frangit,uel comburit eā.alleg.c.ꝯquesti.de sent.excō.& ca.canonica.11.q.3. Io.Igne.in l.1.§.si dn̄s.ad Sill.ff.col.3.fol.156.col.4. ponit conclusionem.Nullum ecclesiæ immunitate esse priuandū, præterquam in casibus,c.inter alia,& c.fi.isto tit.& c.1.de homi. li.6.secundum Ioan.Fab.in d.l.1.nisi quis ecclesiā fregerit,& postea combusit,per d.cap.conquesti.& can.canonica. Vult Io.Igne.quod duo requirantur ad hoc,quod nō gaudeat immunitate,s.ꝙ frangat,& combutat, ꝙ secus, secundum Io. Fab.qui innuit,ꝙ delinquentes in ipsam ecclesiam eam frāgendo, vel eam comburendo non gaudebunt immunitate. Idem tenet Guido papa in quæstionib. Delphinatus, q.121. vbi dicit,ꝙ depopulatores agrorum,&c.non gaudēt immunitate,d.c.inter alia,nec delinquentes in ecclesia,d.c.fi.eod. titu.nec delinquentes contra ecclesiam,c.conquesti.de sēt. excom. Aduerte.Nam c.conquesti habet duos intellectus, Primus est,quod ille, qui cum effractione spoliat ecclesiam, & sic duo requirunt,s.effractio,& spoliatio, alius intellectus est quod sufficiat vnum ex prędictis.s.effractio,vel spoliatio. effractores ecclesiarum sunt excūmmunicati.& spoliatores etiam sunt excommunicati.Communis opinio est,quod illa duo simul requiruntur ad hoc quod ille tex.habeat locū. Quoad propositum nostrum,ego crederem, quod delinquētes in ipsam ecclesiam.s.frangendo eam, vel comburendo eam,non gaudebunt immunitate ecclesiæ.Nam quoad istū effectum sufficit,quod delinquat in ipsam ecclesiam, & ista fuit intentio Ioan.Fab.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegum immunitate non dobatur.*

2 *Quis Sacrilegus dicatur*

Sacrilegus. XXXIIII.Fallent.

Sacrilegus †non gaudet immunitate.c.frater.15.q.5.cum duobus.sequē.Nicol.Boer in suis decis.q.110.fo..116.in 1.parte.d. quis dicatur sacrilggus. tex. in c.quisquis.& c. si quis contumax 17. q.4. tollens sacrum de non sacro,non sacrum de sacro, de multiplici sacrilegio, Car.in cle.1.q.1.de pœnitē.Feli.post Maria.in c.cum sit, de foro competen.plenissime per Lud. Mōtalb. in tract. de reprobatione sententiæ pilati.fo. 180.in 10. vol.Sacrilegus†etiam dicitur.qui extrahit personam ab ecclesia, nam sicut auferēdo rem non sacram de loco sacro, est sacrilegus,ut supra dixi.ita auferendo personam,vt cum liber ad eam venit, eadē libertate tueri omnimodo debeat.Hostien.in sum.de immu eccl.col. 6.cum seq.& talis nō gaudet immu.Marcus de Mātua.cons.211.num.9. collecta in d.c. eo. tit. & de isto sacrilegio dixi supra in prima & 2.ampliatione. 2.fallen. & ibi refero collecta.

SVMMARIVM.

1 *Violans ecclesiam,illius immunitate non gaudet.*

2 *Violatores ecclesiarum,qui dicantur,hic tractatur remissiue.*

De violante Ecclesiam. XXXV.Fallent.

Trigesimoquinto fallit in quolibet delicto †uiolante ecclesiam,secūdum Sanc.in d.auth.si quis.de adult.C.in fi.ver. de iure. ubi dicit,quod de iure canonico ecclesia habet immunitatem, præterquam in casu.c.fi.eo.tit.ꝙ forte,per rationē ibi positā ad quodlibet delictū,per qđ ecclesia uioletur,extendi pōt,& ꝙ uiolatores ecclesiarū nō gaudeant immunitate.Inn.in d.c.inter alia, in fi.vbi dicit, ꝙ eū, qui in ecclesia aliquem occidit,ecclesia non defendit, quia ecclesiā uiolat.idē Car.in c. inter alia.q.10. Petrus Belluga in speculo principum. fo. 51. col.1.ver.restat videre.vbi dicit,ꝙ violans ecclesiam nō gaudet immunitate,retuli Inno.Car. & Petrum Bellu.in 3.fall. sup.item uiolans immunitatem dr̄ Sacrilegus, ꝓm Panorm. in c.fi.col.1.ver.credo tn̄ pesse dici.eo.tit.vbi dicit, ꝙ negari nō potest, quin commiserit sacrilegium delinquendo in ecclesia,cum per hoc uiolauerit eius immunitatem,& ideo Sacrilegus non debet gaudere immunitate, c.frater.16.q.4.cū duobus sequentib.Nicol.Boer. in suis decis.q.110.fo.116.nu.3.& nume.9.in 1.parte.ubi prædicta refert Qui dicantur†violatores ecclesiarum, & qua pœna puniantur, vide infra q.11.

SVMMRIVM.

1 *Banniti diffinitiue pro delicto, non habent immunitatem.*

2 *Secus,si interlocutoria iudicis sententia bannitus sit.*

In Bannito. XXXVI.Fallent.

Fallit XXXVI.Stante Statuto de bannito impune occidedo,occidens bannitum in ecclesia,nō est puniendus,ut homicida,sed vt uiolator ecclesiæ,& posset probabiliter dici,ꝙ bannitus†diffinitiue pro delicto, confugiēs ad ecclesiam,non gaudet immunitate.Nam bannum inhæret ossibus sicut lepra,vbicunque moretur, remanet bannitus,per gl.quæ prædicta latius refert in pragmati. sanctio.in tit.de interdict.indifferenter non ponendis:in uersi.inde.co. 2.& seq.fo.196.colla.4.in fi.& consequen.Si tn̄ bannitus†interlocutorie propter contumaciam, aut diffinitiue propter delictū post bannum commissum. confugit ad ecclesiā, tuēdus erit ab ecclesia,ꝑ d.glo.quæ hoc dicit in fi.pri.eo.fo.197. Ia c.de Bellouis.in auth.de mā.prin.§.sed neq;.colla.3.dicit. co.1.ver.argm̄.est ꝙ bannitus impune posst offendi in ecclesia,cū per statutū ciuitatis impune posit offendi,argumentum est ꝯ, quia princeps hodie potestatem non vr̄ habere in ecclesia,& sic Iac.de Bellouis.uult innuere,quod bannitus, debet gaudere immunitate.Marcus de mantua, consil.91.

nult, quod hannitus, qui ex forma statuti potest occidi, si fugiat ad ecclesiam, non gaudet immunitate. Tene Fallentiā non pōt extrahi ab ecclesia, nec minus occidi. ꝑ supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad ratiocinia, an iuuari possit nostro priuilegio.*

XXXVII. Fallent

In obligato ad ratiocinia.

1 Trigesimoseptimo fallit, Obligatus ad ratiocinia, an † possit extrahi. quærit Ioan. Igne. in l. 1. fo. 14. in prin. ad Silla. ff. & se recmittit ad not. per Hosti. Ioan. And. & alios, in ca. vni. de obli. ad ratiocinia, & etiam tex. & gl. in §. sancimus. in authe. de monachis. colla prima & ibi per Iaco. de Bellug. & Barto. & Archi. in capit. si quis incognitus. 17. quæst, secunda & Lucas de penna. in l. vni. C. de palatiis, & domi. lib. 10. & Moder. in l. prima da ser. fugi, C.

SVMMARIVM.

1 *Mercator fallitus si ad ecclesiam confugerit, inde eximere licet.*

XXXVIII. Fallent.

1 Trigesimooctauo fallit, † in mercatore, scili. En los mercaderos, quæ se lebantan con la haxienda agena, Nam isti si aufugiant ad ecclesiam, non debent gaudere immunitate. Tenet hoc expresse Nicol. Boer. in decis. q. 215. num. 6. fol. 28. argum. §. publicorum vero tributorum, ibi, quoniam Fiscalium ratio, & militibus & priuatis, ipsisque templis, & cunctis Reipubl. utilis, & necessaria, in auth. de man. prin. col. 3. & l. pænæ. de exact. tribu. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Transfuga si ad ecclesiam confugiat non gaudet immunitate.*

XXXIX. Fallent.

Fallit XXXIX. in † transfuga. Nam ipse, si aufugit ad ecclesiam, nō gaudet immunitate, quoniam iste talis, æquiparatur publico latroni, secundum Marcū. de Mantua. cons. 91. nam secundum eum, ille, qui est rebellis. & proditor patriæ, est transfuga. l. qui ommissione. §. qui deferāt, de capi. dimi. ff. refert Anchara, in cap. 1. de constit. & Bar. in q. incip. Lucanæ ciuitatis. Bar. ibi loquitur de transfuga, & dicit num. 18. in paruo uolum. quod illi dicantur transfugæ, q ab his, sub quorum imperio sunt, deficiunt, & in numerum hostium se transferunt. dict. l. omissione. §. qui deficiunt, & æquiparantur bannito, quia sicut bannitus ex forma statuti, potest impune occidi ita transfuga, & sic talis transfuga non gaudet immunitate, & interficientes eum gaudent immunitate, secundum Marcum, vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *An iudex secularis possit aliquem extrahere ab ecclesia.*

Venio ad Questiones Extrahere propria auctoritate.

Quæst. Prima.

AN iudex secularis possit propria auctoritate extrahere illum, qui non gaudet immunitate. Iaco. de Bellouisu. in sua practica, in titulo de fuga reorum. & immunitate ecclesiarum. fo. 44. colum. secunda & ter. dicit, ꝙ si aliquis de-
1 linquit in ecclesia, tunc †. iudex secularis, non potest eum extrahere de ecclesia, sed episcopus loci, & eum tradet Iudici seculari, si est laicus. auth. si quis. de adulte C. ratio est, quia iste talis non delinquit in suo territorio, ideo nō potest manus mittere, sed ubi aliter quis delinquit extra ecclesiam, puta quia commiserat homicidium, & fugerant ad ecclesiam tunc iudex secularis potest eum extrahere ratio est, quia in suo territorio deliquit. l. quod ait. in princi. de adult. ff. in auth. de man. princ. §. sed neque. coll. 3. Cynus in l. præsenti. de his, qui ad ecc. confug. col. 2. ver. 2. quæro. ubi querit, nunquid iudex secularis potest extrahere delinquentem ab ecclesia in casu, in quo non debet gaudere immunitate. dicit. aut deliquit. in ecclesia, tunc est de iurisdictione ecclesiæ, & punitur per iudicem ecclesiæ, & non per secularem. in auth. vt liceat mar. §. quia vero. col. 8. aut deliquit extra ecclesiam, tunc extrahitur per iudicē laicū. in auth. de mā. pri. §. neque homicidas, colla. 3. Cyn. in auth. si quis. de adult. C. idem tenet, ꝙ in d. l. præsenti. & dicit id. ꝙ Iaco. de Bellouis. quem retuli in principio istius quæstionis. Alb. de Rosa, in d. auth. si quis, tenet etiam id, ꝙ Iaco. de Bellouis. Ioan. Fab. in §. fi. de his, qui sunt sui, vel alieni. iuris. ver. sed quæro. dicit, ꝑ quem extrahetur malefactor de ecclesia in casibus, quibus pōt extrahi, videtur per laicos & rectores ecclesiarum. auth. si quis. de adut. C. sed forte hoc non precedet de iure canonico, quia fieret irregularis, vnde potest dici, ꝙ iudex possit extrahere, ut patet in d. §. neque homicidas, de manda. prin. col lat. 3. Hec Ioan. Fab. in d. auth. si quis. de adult. C. dicit, ꝙ ecclesia deliquit. c. si eo tit. Sed cur. Iudex secularis eum nō extrahit, vt in §. sed neque. de man. prin. col. 3. dicas, ꝙ maritus nō pōt extrahere. vt in d. §. sed forte, iudex pōt. Hæc Ioa. Fab. ubi sup. Ang. de Aretio. in tractatu maleficiorū in ver. fama publica. q. 4. vers. 4. q̄ro. dicit, ꝙ ꝑꝑ crimina atrocia, vt ꝑꝑ homicidiū, raptū virginū, & similia, pōt capi in ecclesia, & de ea eximi. text. & ibi glo. in §. neque autem in d. auth. de man. princip. intellige dūmodo prius requiratur Episcopus, ut eū tradi facit. itaq; iudex secularis requirat epm, ut sibi tradi faciat. ipso aūt annuēte poterit postea extrahere, alleg. Sali. in d. auth. si quis, refero Sali. infra. & idē Ang. in tract. maleficiorū in vers. in scalis. fo. 102. col. 4. & seq. Ang. de Perusio. in auth. si quis, de adult. C. dicit, ꝙ si ex forma statuti, vel iuris, malefactor potest capi propria auctoritate, potest capi etiam in ecclesia, sed non debet extrahi ab ecclesia, sed recommēdandus apud prælatum ecclesiæ, vel clericos eius, nec poterit extrahi inde per iudicem secularem, sed debet tradi per prælatum ecclesiæ iudici seculari ad eius requisitionem. & hoc ideo, quia deliquit in ecclesia, si autem ad ecclesiam confugisset, posset extrahi. extrahendus est tn̄ sine tumultu, ne diuina turbentur officia. §. sed neque. in auth. de man. prin. collat. 3. iuncta l. si quis in hoc genus, de epis. & cle. & dicit Ang. ꝙ hoc ēt fuit de mēte Petri, & Cyn. in d. auth. si quis Ang. de Perusio in §. fi. in auth. ut lic. mat. vel auia. colla. 8. in fi. dicit no. tex. ꝙ maleficio commisso extra ecclesiam, existens in ecclesia non potest extrahi. l. 1. de his, qui ad eccl. confu. C. sed ꝑ maleficio commisso in ecclesia pōt extrahi, ut in d. §. fi. Sali. in l. si quis, de adul. C. in 6. no. notat ex text. ꝙ iudex ibi per se, uel eius familiam nō extrahit delinquentem de ecclesia, sed ad Epm loci mittit, vt delinquens sibi tradatur. Oppo. Petri. & Cyn. §. sed neque homici. in auth. de mand. prin. colla. 3 Sol, Pet. & Cy. ꝙ in d. auth. delinqt in eclesia, & in d. §. sed nec extra ecclesiam. Vnde tunc pōt autoritate propria extrahi. retuli Cy. sup. Salic. vbi sup. non credit hoc esse uerum, ꝙ siue intra, siue extra deliquerit, & ad ecclesiam confugiat, non debet defendi per eclesiam, intellige, ut prius requirat Episcopum, qui sibi tradi faciat, eo autem non annuente, iudex exttahat, & dicit Salicet. ubi supra. nota ꝙ hodie Episcopus incurreret irregularitatem tradendo Potestati. Ideo dict. authen. si quis nō seruatur in clericis. hæc Salicet. ubi supra. Marianus Soci. in tract. de citatione, in 17. artic. q. 5. fol. 30. col. 2. ver. & an iudex secularis, uel ecclesiasticus sit ille, qui in dictis casib. exceptis possit extrahere de ecclesia. Refert se ad Cyn. & alios. in d. l. præsenti. & ad Panor. in d. c. inter alia. refero Panor. infra, nihil aliud dicit. Signorolus de Homodeis in repetit. l. nemo. de sac. san. eccl. C. nu. 13. fol. 24. col. 2. uer. 5. nunquid. queritibi an Potestas possit confugientem capere in ecclesia, & antequam decidat, quærit in quibus casibus ecclesia est tutela, & in quibus non, dixi ego supra in fallent. Vnde concludit, ꝙ in casibus, in quibus ecclesia est tutela, planum est, ꝙ nō, aut loquimur in his, in quib. ecclesia non est tutela, & tunc si delictum est commissum in ipsa ecclesia, Potestas non potest manus iniicere, nec ꝑ se, nec per beruiarios suos, sed notificetur Epo, uel defensori ecclesiæ, ut ipsū delinquētem tradat in manibus Potestatis, puniendum secundum leges suas. auth. si quis. de adulte. C. Si uero deliquit extra ecclesiam in Potestatis territorio, & non in loco exempto, unde macula delicti in eius territorio fuit affectus, & cum ipsa macula in ecclesiam confugit, & sic quasi ante affectum poterit Potestas manus iniicere. Sed cum deliquit in ecclesia, videtur deliquisse quo ad quid in loco exempto, & sic non uidet macula delicti affectus in territorio Potestatis, & tūc manus non iniicit, sed notificat Episcopo, uel deffensori, ut supra dictum est. dictus Signorolus opponit contra hoc, si locus ecclesiæ est exemptus, & non censetur in territorio, & tunc nullo casu poterit Potestas in cōfugam ad illum locum manus iniicere. l. cum vnius. §. fi. de bonis auctor. iudi. possi. ff. Item nemo debet falcem in alienam messem immittere. l. 3. de acquiren. rerum domi. ff. ratio, nam licet locus ecclesię dicatur exemptus ab humanis vsibus. d. l. nemo. de sacros. eccl. C. cū sim. tn̄ sm quid inhæret territorio temporali, & quoad quid transit cum vniuersitate, licet non per omnia. l. in modicis, de contrahen. empt. ff, ergo ex his determinatur quæstio an Potestas confugam possit extrahere de ecclesia, hæc Signorolus ubi s̄. Practica Ferrari. in forma reqsitionis, fo. 221. col. 1. indistincte tenet, ꝙ pōt per seculare extrahi, dixi sup. in 2. præsup. Io. Igne l. 1. in prin. ad Silla. ff. fol. 14. col. 1. dicit, ꝙ iura canonica permittunt reos ab ecclesia ex trahi ēt vi, in casib. in quibus non gaudent immunitate, per c. inter alia. eod. tit. c. 1. de homic. cum sim. & legitur Regum 3. c. 2. de Ioab. quia in Regem conspirauit, & duos viros proditiose occidit, fuit a templo extractus. Christus etiam nummularios a templo eiecit, quia in Deum, & in ecclesiam in templo peccauerunt ut latius per Ioann. Igne. ubi sup. Guliel. Benedicti, in repet. C. Raynutius. de testamentis. in uer. & vxor. nu. 444. uersi. pariter ubi delinquens. fol. 89. in antiqua impressione, dicit, ꝙ in casu, in quo gaudere nō debet ecclesiastica immunitate, iuxta c. 1. de homi. & d. c. inter alia. officiarii regii cos capiūt,

& ab ecclesia eos extrahunt. sine alia declaratione per ecclesiam fiēda, & dicit, ꝙ ita vidit pluries seruari. Narat factū & arrestum, quod vidit Tholosæ, vt ibi latius per eum, & in noua impres. est fol. 463 in 2. decis. nu. 152. Archid. in c. diffiniuit. 17. q. 4. in ver. nō abstraxit dicit argm̄ huius litteræ. dicūt quidam idem in poblico latrone, de quo habetur in ca sicut ea causa. s. ꝙ extrahendus est per sacerdotem, vt in c. diffiniuit, nec in hoc casu dicitur eum tradere morti, sed lex c. cum homo iuste. 23. q. 5. & sic videtur Archi. sentire, ꝙ in casib. in quibus non gaudet, debet extrahi per sacerdotem. Cardin in d. c. inter alia. col. 2. ver. sed secundum Pet. loquens de casu. c. 1. de homi. scilicet de homicida insidioso, ꝙ talis de iure nō est defendendus, & ꝙ non puniretur, qui talem extraheret. Io. And. in d. c. inter alia. super ver. potest. dicit a quolibet, & sic vult, ꝙ quilibet pōt extrahere illum, qui non gaudet immunitate. Maria. Soc. in c. postulasti. de fo. comp col. 6. q. 16. fo. 103. col. 3. ver. & aduerte, dicit, ꝙ si delictum est cōmissum in ecclesia, laicus non pōt capere, & extrahere malefactorē, sed eps debet eum capere, & dare iudici seculari, ut in auth. si quis ei. de adult. C. secus aūt si deliquit extra ecclesiam, & postea fugit in ecclesiā. quia tunc pōt capi, & extrahi per laicum, idem ibi in addit. ad Soci. in littera a. Guido papa in qōnib. Delphi. q. 121. col. 2. in fi. dicit, ꝙ extrahens ab immunitate illum, qui non debet gaudere immunitate, non dr̄ infringere immunitatem. alleg. Card. in d. c. inter alia. retuli Car. sup. licet Salic. in d. auth. si quis, dicat ꝙ prius debeat requiri licentia ab epo, licet non obtenta. retuli sup. Sal. ꝙ tn̄ nō seruatur in hac curia Parlamenti. dicit Gui, ubi sup. quia Card. in cle. 1. de officio ordinarij tenet indistīcte, ꝙ debet ab epo extrahi, ubi delatus non gaudet immunitate, & Gui. ubi sup. in finalib. uerbis, quærit an officialis possit extrahere clericū de immunitate. Refert Io. Fab. insti. de his, q sunt sui, uel alie. iur. ꝙ sic, retuli sup. & Guid se refert ad Card. in cle. 1. de pœ. & remis. & dicit, ꝙ ipse Card. in cle. 1. de offi. ord. tenet, ꝙ delatus dēt extrahi per episcopum, ubi delatus nō gaudet immunitate, hæc Guido ubi sup. Aduerte tn̄, ꝙ Card. in d. cle. 1. de offi. ord. nihil loquit̄ ī isto casu, & cle. 1. de pę. & remis. Car nō loquitur, nec dicit, quod delatus debeat extrahi per epm. Gl. pragma. sanct. in tit. de interd. differen. non ponen. in uer. inde. col. fi. in prin. fol. 198. col. 2. in princ. dicit, ꝙ iudex secularis pōt extrahere delinquentes ab ecclesia in casu, ubi non habent immunitatem. alleg. c. 1. de homici. ibi, auelles, in sensu litterali. & Cy. in l. præsenti. & Doct. in c. inter alia. Panor. in c. inter alia, eo. ti. col. pe. uer. ulterius, quæritur, quis extrahet istos de ecclesia uiolenter in casib. in quib. pn̄t extrahi. refert dist. Cy. in l. pn̄ti. retuli sup. & refert ēt Barto. in l. si cui. de accu. ff. ubi dicit, ꝙ punitio delictorum in ecclesia cōmissorum pertinet ad iudicem secularē, & non ad iudicē ecclesiasticū, ex quo delinquentes sunt laici. Idem Ang de malef. in gl. in schalis S. Pet. & hoc est ꝯ Cy. & alios, quos sup. retuli. Pano. in c. inter alia. col. pen. quo ad istud dictū Bar. in d. l. si cui, quærit, nunquid ecclesiasticus possit punire delinquentem in ecclesia de sacrilegio, dicit, ꝙ sic, quia uidetur violare immunitatē ecclesiæ, aut queritur, an possit eum punire directe de crimine seculari ibidem commisso. dicit, ꝙ non, quia ecclesia non habet territorium, nisi respectu eorum, quę sunt, seu pertinent ad forum ecclesiasticum. c. postulasti, & notata ibi de foro competen. Pet. de Anch. in d. cap. inter alia. colum. fin. ver. aduerte, dicit, quod in casibus, in quib. ad ecclesiam quis confugit, debet prælatus in casu, in quo non possit extrahi, eū custodire, ne fugiat, & in casu, in quo pōt extrahi debet hoc pati. & ibi col. 1. ver. sed nunquid iudex, dicit, quod si quis deliquerit extra ecclesiam, & ad eam cōfugit, poterit inde extrahi per iudicem secularem. Steph. Auffr. in. in repe. cle. 1. de offi. ord. 14. reg. Fall, 18. ver. sed quis extrahet delinquentem in ecclesia, vel alibi delinquentem, & ad eam fugientem in casibus, in quibus immunitate gaudere non debet. Breuiter dic, ꝙ laicus extrahitur per iudicem secularem alleg. Io. Fab. 1. §. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & ita videtur velle Pan. in d. c. inter alia. licet aliter sentiant Pet. & Cy. in l. presenti. & Ang. in auth. si quis. Opinio Io. Fab. seruat̄ de facto. hæc. Stephanus ubi sup. fo. 35. col. 3. Io. Bichis in d. trac. de imm. eccl. col. 6. ver. fallit quinto, dicit, ꝙ criminosi. q nō debēt gaudere, sunt extrahendi ab ecclesia per iudicē ecclesiasticū, alle. Archi. in d. c. diffiniuit. retuli sup. in hoc residet Guliel. Mayn. in regula, nō est figu. de regu. iur. ff. fol. 322. co. 1. nu. 2. dicit, ꝙ ille, qui in casu permisso a iure pōt extrahi de ecclesia, pōt extrahi per quemcunq; priuatū. alleg. Io. An. in d. c. inter alia, super ver. possunt. retuli sup. licet Pet. de Bellap. & post eum Cy. distinguunt in l. pn̄ti. de his, qui ad eccles. cōfu. C. retuli sup. Cy. & dicit Gul. §. vr̄, ꝙ per quemcunq. laicū pōt extrahi, quia eps, uel clericus extrahens esset irregularis, secundum Io. Fab. in auth. si quis. de adult. C. retuli sup. & nō loquitur de irregularitate. neq; requiritur declaratio iudicis ecclesiastici, ex quo per quēlibet possit extrahi. ꝙ tenet Pet. de Vic. in suo alphabeto, super ver. immunitas. §. 5. uersi. ꝙ ēt sine declaratione, & no. in summa confessorum. lib. 1. tit. de immu. eccl. q. 2. Hæc Gul. ubi sup. & refert se ad dicta per eū in l. nemo, de domo sua. ff. de reg. iur. fol. 250. col. 2. num. 25. ver. secundum est. Refert Salic. in auth. si quis. de adult. C. retuli sup. & refert ēt Ang. Aret. in trac. de malef. quem sup. retuli. In addit. ad Bar. in l. si cui. §. fi. de acus. in littera a, dr̄, ꝙ si delictum est commissum in ecclesia, iudex laicus non potest ibi capere, sed eps. & debet eum tradere iudici seculari. Allegat Cy. in d. auth. si quis ei. dicitur tn̄ ibi, ꝙ Roman. cōs. 227. & 234. sentit, ꝙ nec episcopus potest facere capere in ecclesia clericum propter delictum. Ludouic. in d. consil. loquitur generaliter. s. ꝙ nullus extrahitur ab ecclesia.

Ex prædictis resultant opiniones sequentes.

Prima est, ꝙ laicus delictum committens in ecclesia, licet sit casus, in quo quis nō gaudet immunitate, nō pōt extrahi per iudicem secularem, sed episcopus loci tradet eum iudici seculari. Secunda opi. est, qđ si delinquēs extra ecclesiam fugerit ad eam, & sit casus, in quo non debet gaudere immunitate, non potest extrahi per iudicem secclarem. Istas duas opi. tenet Iacob. de Bel. Cy. Alb. Signoro. retuli sup. & Mar. Soc. Tertia opi. est, ꝙ in casib. in q-bus, quis non debet gaudere immunitate, non est extrahendus per secularem, nisi prius requisito epo, uel sacerdote, ista fuit opinio Salic. & Ang. de Aret. & Ang. de Perus. retuli sup. Quarta opi. est, ꝙ in casibus, in quib. quis non dēt gaudere immunitate, debet extrahi per sacerdotem. Ista fuit opi. Archid. & Io. Bichis. retuli sup. Quinta opi. est, ꝙ ubicunq; quis deliquerit, siue in ecclesia, siue extra ecclesiam, pōt extrahi per iudicem secularem in casibus, in quib. non dēt gaudere impunitate. Ista fuit opin. Ferrarij, Card. Igne. Guido papæ. Pragma. sanct. Ancha. Benedicti, Srepha. Auffrerii. Et ista est cōis opi. & seruatur in pract. Tam cōis opi. q̄ aliæ opi. loquuntur, qn̄ uere constat de casu, in quo qs non dēt gaudere immunitate, & isto præsupposito pro uero, procedunt prędictę opi. & sic procedit prædicta qō, qn̄ notorie cōstat delinquētem non debere gaudere, uel est declaratum, nō debere gaudere, Nam tunc potest extrahi per secularem, & in isto casu, quo quis non debet gaudere, loquuntur Doct. supradicti. Vnde dicit Io. Bichis, in d. trac. de immu. eccl. fol. 73. col. 2. in fi. quod si publicus latro confugit ad ecclesiam, & iudex eū, repetat, ipse uero negat se esse publicum lattonem, propter manifestum, & notorium factum, non adhibetur solennitas declarationis, ut ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Si quis immunitate gaudere non debere asseratur, quis de hoc cognoscet num iudex ecclesiasticus, an vero secularis.*
2 *In hanc rationem plures opiniones Doctorum hic legito.*
3 *Quid iuris, si iudex laicus, & ecclesiasticus non conueniant.*
Et num. 7. & 8.
4 *Quæstio facti, per quem iudicem examinanda sit.*
5 *Ex alieno territorio, delinquens extrahendus non est.*
6 *Quis cognoscet, an latro captus sit in territorio ecclesiæ.*
7 *Qnando secularis, & ecclesiasticus discordant, quem superiorem adire poterunt, & quis eorum superior dicetur.*
8 *Quid iuris, si plures iudices æquales sint.*
9 *Quando delinquens fugit in ecclesiam loci, vbi non est iudex ecclesiasticus, quid statuendum.*
10 *Quatuor opin. Doct. in hac quæst. princ.*
12 *An summatim iudex cognoscet, quando quis immunitate gaudere debeat.*

II. Quæst.

1 Secunda quæstio, qn̄ dubitatur, an sit casus, in quo debeat gaudere † vel ne, quis cognoscit, an debeat gaudere, an ecclesiasticus, vel secularis, pluries vidi istā quæstio. in facto, & non vidi eam declaratam. Refero opin. Prima est Pet. de Belluga, ciuis Valentiæ, Cōsiliarii Regis Alphonsi Aragoniæ, qui istam qōnem. in terminis sequentib. ponit in tractatu, qui intitulatur Speculum principis, in rub. 11. & in §. sed quia loquitur. fo. 49. nu. 19 fol. 51. col. 1. in fi. versi. sed pone, ꝙ homicidium. & refero eū ad litterā eo, qa forte non reperitur apud omnes, & est, ut sequitur. sed pone, ꝙ homicidium, vel vulnus factum est, & dicitur, ꝙ intra 30. passus, vel intra ecclesiam, vel in casibus exceptionis, & sic dicitur criminosus non gaudere immunitate, qs erit iudex cōpetens cognoscendi de hoc, & primo videamus cū allegat̄, ꝙ sit publicus latro, vel depopulator, quis cognoscit Iudex secularis, vel ecclesiasticus, dic, ꝙ quilibet Iudex pōt de hoc inquirere, & agnoscere ad suos effectus, Iudex secularis, ad hoc, ut possit eum extrahere, ut non gaudentem immunitate, & sic taliter punire, tanquam hominem sui fori. maxime data regula, q̄ ponit Bar. in l. Titia. sol. matr. ff. & in l. oī noua tione, de sacros. eccle. C. & in l. quoties, de iudiciis. C. quia ex

quo sup facto est dubitatio, Iudex secularis pōt de eo cogno
scere, maxime de consuetudine fori huius Regni Valentiæ
Iudex etiam ecclesiasticus cognoscet ad effectum defenden
di immunitatem vel remittendi sine cautione, de qua in c.
diffiniuit.17.q.4.& potest de illis qualitatibus cognoscere.p
not.per Anch.in c.sequens. l.distin.& per Ant in c.tuam, de
ordi.cogni. & interim is, qui ad eam immunitatem confu-
git, ibi costodietur, & ponetur in compedibus, & catenis, per
utrunque iudicem, ut immunitate, stante dubio non spolie-
tur. argum.cap.si iudex laicus.de senten.excom. lib.6. Sunt
verba d.Pet. Sed maior dubitatio est, cum altercatio est, si in
fra immunitatem, deliquit, vel ne, & si gaudet immunitate,
quis erit iudex competens, secularis, vel ecclesiasticus, non
refero hic Pet.de Belluga ad literam, sed refero in summa di
cta per eum, & arguit pro, & contra, & refert opin. Cy.in d.l.
præsenti, & in auth.si quis, retuli supra. Nam secundum opi.
Cy. ecclesiasticus erit iudex, tamen dictus pet. de Belluga in
fi. ver. dicas ergo. concludit, quod cognitio, an debeat gaude
re, vel ne, ille qui delinquit infra immunitatem, vel extra,
vterque iudex de illis qualitatibus poterit se informare, &
cognoscere, unus ad effectum puniendi sacrilegum contra
immunitatem infligentem, & iste est ecclesiasticus iudex.
alius ad effectum condemnandi de crimine principaliter
com misso & sic quilibet, pro suo interesse potest cognosce-
re, ut succedant, quæ supra diximus in quæstione proxima,
quando negatur esse latro, vel populator, & interim, vt dixi
mus, criminosus stat captus. hæc sunt uerba Petri de Belluga
ubi supra d.§. sed quia. fol. 52. dicam de hoc in quarta opinio
ne infra in fine. Conclusio prędicti Doctoris est, quod tam in
primo casu, scilicet quando delictum committitur extra ec
clesiam, & quando delictum committitur infra immunita-
tem, vterque iudex, scilicet, secularis de per se, & ecclesiasti-
cus etiam de per se ad diuersos fines, & isto interim sit in cu
stodia, vt dictum est primo ex dictis dicti Doct. † resultant se
quentia. Primo, quod secularis etiam cognoscit, an debeat
gaudere. Secundo quod quousque cognoscatur, an debeat
gaudere, non debet extrahi ab ecclesia. Tertio, quod in isto
interim, quod declaretur, debet custodiri in ecclesia in com
pebus, & catenis. Quarto, quod vterque iudex debet ipsum,
custodire. Ex prędictis resultat secundum prædictum Docto
rem, quod quilibet iudex tam ecclesiasticus, quam secularis
cognoscet ad suos effectus, secularis, ad hoc, vt possit eū extra
here, si sibi constat, quod non debet gaudere, & sic illum talē
punire tanq̄ hominem sui fori. quod uult innuere quod si se
culari constat, non debet gaudere, potest ipsum talem extra
here, sine alia declaratione per ecclesiasticum fienda, & sine
eius consilio, vel consensu. Item ecclesiasticus etiam cogno,
scet, an debeat gaudere ad fines & effectum, quod si reperit
ipsum talem debere gaudere immunitate defendet immu-
nitatem, & si viderit immunitatem violatam, quia iudex
secularis ipsum extraxit, procedet contra secularem, tanquā
contra sacrilegium, & uiolatorem immunitatis, & si eccle-
siastico constat per suum processum ipsum non debere gau
dere immunitate, tacebit, & dissimulabit, ista est resolutio,
3 dicti Doctoris. Sed † quid si secularis. cognoscit, & declarat
ipsum talem non debere gaudere, & cum extraxit, Ecclesia
sticus declarat ipsum debere gaudere, quid vltra faciet Ec-
clesiasticus, dic, quod procedet per censuras contra secularē
tanquam contra sacrilegum, ut infra dico, in fine istius quæ-
stionis. Secunda. opinio Stephani Auffrerii, in tract. arresto-
rum parlamenti. alias in Stylo Parlamentorum, in secunda
parte, in tit. de forma arrestorum, in arresto 216. fol. 42. col 1.
dicit, quod curia parlamenti. visis informationibus factis per
primum Hostiarium, quod quidam Bertrandus existēs in im
munitate ecclesiæ, non debebat gaudere immunitate. ordi-
nauit ipsum extrahendum per dictum Hostiarium. seruatis
solemnitatibus debitis, & in casu consuetis, vt adduceretur,
ad Prisionem conciergeris, qua de causa iste Bertrandus,
non gauisus est immunitate ecclesiæ ex hoc arresto, & quæ
sunt solemnitates in hoc casu requisitę, vide Spec. in titu. de
immuni. eccl. in prin. & per totum. Hæc sunt verba Stepha-
ni, ubi supra. Speculator, nihil loquitur de istis solemnitati-
bus, Solemnitas potest esse. quod requiratur Ecclesiasticus,
ut eum tradat, secundum opinionem aliquorum, retuli in
prima quæstione. & ista non est in vsu. Est etiam alia solem-
nitas quod secularis dat cautionem, de qua in c. diffiniuit.17.
q.4. de ista, dico in quæstione sequenti. Guliel. Benedicti, in
repe. c. Raynutius, de testa. in ver. & vxorem nomine Ade-
lasiam. in secunda decis. num. 152. fol. 94. col. 3. in noua im-
pressione. in antiquis est. num. 444. fol. 89. colum. secunda in
fin. & col. 3. dicit quod, vbi delinquentes sunt in casu, quo
gaudere non debent immunitate ecclesiastica, iuxta c. 1. de
homici. & c. inter alia, de immunitate ecclesiastica, officiarij
Regis eos capiunt, & ab ecclesia exhūt tex. sine alia declara

tione per Ecclesiam fienda. & dicit quod uidit pluries serua
ri, & ita fuisse in Parlamento. Tolosæ seruatū refert Stepha.
Auffre. ubi supra & ibi d. Benedicti allegat plura motiua. Et
attenta opini. istorum doctorum. iudex secularis examinat
testes ad se informandum, an sit casus, in quo debeat gaude
re, uel ne, & si per suam summariam informationem sibi cō
stat, quod nō debeat gaudere, extrahit ipsum, & an ista sum
maria, informatio sufficiat ad extrahendum ipsum de eccle
sia. Steph. Auffr. vbi sup. innuit, quod sic. Nam istæ informa-
tiones fiunt ad fines sciendi, qualiter sit procedēdum, & sint
secretæ, sine vocatione partis, secundum, Feli. post alios. 2. c.
de testi. & si per dictam informationem constat de delicto,
iudex procedit ad capturā, & post, seruato iuris ordine pro-
cedit contra captum, Et dicta informatio sufficit ad capturā
secundum Iac. de Bellou. in sua pract. iudiciaria, in tit. de in
quisi. & prima forma. Fol. 46. colum. secunda in fin. & fo. seq.
& Hipp. de Mars. in pract. sua criminali. in prin. Istam opini.
ante prędictos tenuit Ioan. Ferra. in sua practica, in titul. de
forma inquisit. col. 11. retuli supra in princip. istius tracta. in
secundo præsupposit. Et pro ista opin. quod secularis cogno-
scat, an debeat gaudere, & facit tex. in auth. si quis, vers. si ta-
men in sacro oratorio, de adul. C. ubi tex. quod si maritus in
ueniat, vxorem suam loquentem cum aliquo in ecclesia,
debet eos tradere defensori ecclesiæ, aut aliis clericis. ut ad
eorum periculū seruentur diuisim, donec iudex cognoscēs,
hoc, mittat episcopo, ut isti ei tradantur, Ecce ergo tex. quo-
secularis cognoscet hoc, scilicet an sit uerum id, quod ma-
ritus dicit, quod inuenit prædictos loquentes in ecclesia idē
etiam dicit text. a quo dicta, auth. si qs. fuit extracta. in auth.
ut liceat marti, vel aliæ. cola. 7. §. quia vero. dicit ibi in fine.
§. & generaliter disponimus ut si quis inuenerit vxorem suā
in ecclesia cum aliquo loquentem, & suspicatus fuerit tur-
pis gratiæ causa eos alloqui, tradet eos maritus defensori ec-
clesiæ, uel clericis illius ecclesiæ, ut suo periculo eos diuisim,
custodiant, tandiu, donec iudex eos capiat. dicta iura clare,
innuunt, quod secularis cognoscet de dicto delicto commis
so in ecclesia, & dicit Ang. de Perusio. in d. auth. vt liceat ma
tri. §. si quod de crimine extra ecclesiam iudex potest per in-
quisitionem cognoscere, per d. tex. & dicit Ange. ibi, quod
littera uult, quod Iudex secularis cognoscat, & tamen fuit
in ecclesia, & sic est extra territorium. facit lex, si quis in hoc
genus de episco. & cleri. C. refert Cyn. ita tenuisse in ciuita-
te Senarum disputando d.l. si quis in hoc genus, dicit quod ir
ruentes in ecclesiam, & eius ministros, ubicunque sint, de-
bent capi, & per Rectores prouinciæ puniri. illa lex est cano
nizata. in l. si quis in hoc genus. ca. in primis. secunda quæst.
prima & in can. si quis suadente. §. qui autem. 17. q. 4. item
4 pro ista † opinione, quod secularis cognoscit, an debeat gau-
dere immunitate, vel ne, facit illa doctrina vulgata ꝙ quan
do super causa ecclesiastica vertitur sola quæstio facti, secu-
laris est competens, per Bar. & alios, in l. Titia. solut. matr. ff.
Ant. Panor. & alij in c. tuam. de ord. cogni. & Feli. post alios,
in capitulo cum sit generale, colum. tertia. versi. 3. opinio, de
foro comp. & latius per Stephanum Auffr. in repe. clem. 1.
de offic. ord. Regula in fallen. 8. & sequen. & falle. 22. unde si
vertatur quæstio. an delictum sit insidiose perpetratum vel
ne, vel an sit latro publicus, vel nocturnu, depopulator agro
rum, vel si deliquit in ecclesia, vel de alio casu, qui consistit
in solo facto, iudex secularis cognoscet super tali facto, per
supradicta. Tertia opinio est, ꝙ iudex ecclesiasticus cogno-
scet, & non laicus, an talis delinquens debeat gaudere, vel
ne faciunt sequentia. in c. fi. de immu. ecc. vbi Rom. Pon. mā
dat. Archipresbit. Toletanis & Compost. publice nuncie-
tis. delinquentes in ecclesijs, vel cimiteriis non debere gau-
dere immunitate, & sic viderur, quod debet ecclesiasticus
declarare, an debeat, gaudere, uł ne. posset ad hoc respōderi,
quia ibi dicti Archipresbit. dubitabant, an tales deberent,
gaudere immunitate, ad finem, ut eos possent defendere, vel
repetere a iudicibus laicis, respondet papa, quod tales delin-
quentes in ecclesijs, vel cimiteriis, non gaudent immunita-
te nō tamen ille tex. dicit, quod si dubitetur, an debeat gau
dere. uel ne, quod ecclesiasticus debeat cognoscere. Secūdo
facit c. ad Episcopos cūctos. 17. q. 4. ubi tex. ad episcopos cun
ctos dire ximus iussionem, vt eos, qui ecclesias violasse probē
tur, accessu earum iudicent esse in dignos posset ad istū tex.
responderi. nam uult, quod Episcopi uidelicet violatores ec
clesiæ esse indignos accessu earum .i. violatoribus. ecclesię
est interdicēdus ingressus ecclesiæ. sm Io. de Tur. Cre. ibi, &
iste text. loquitur de eodem facto, de quo cap. præcedens, in-
cipit, frater. Nam ibi tex. quod rapiens uiolenter aliquem de
ecclesia debet excommunicari. & littera, iudicent, exponi-
tur excommunicando, vel excommunicatos denunciando
& littera, indignos, quasi diceret, & tu fac similiter, secun-
dum Archi. & Ioan. de Tur. Crema. ibi. & sic dictus text. non
facit

facit ad propositum quæstionis, nec probat istam secundā
opinionem. Item pro ista opinione, facit text. in capitulo ex
parte prima, de verbor. significat. vbi casus, quod præpositus
cuiusdam Comitissæ cepit quendam latronem in terra Ca-
nonicorum carnoterij, pro ut canonici dicebant, fuit requisi
tus d. præpositus, ut latronem restitueret, quia dicebant in ter
ra eorum captum fuisse. d. præpositus dicebat captum fuisse
in terra comitissæ, & d. comitissa obtulit cautionem, dicēs se
paratam stare iuri de restituendo latrone, casu quo dictus la
tro fuisset captus in territorio canonicorum, & non obstan-
te dicta cautione, canonici fecerunt supponi interdicto ter-
ram dictæ comitissæ, quod relaxare noluerunt, nisi prius fie-
ret emenda. Comitissa appellabat ad Archiepiscopum, & di
cebat coram. Archiepiscopo, quod congrue satisfaciebat ca
uendo de stando iuri. Videtur ergo ibi tex. ꝙ cognitio, an ter
ritorium ecclesiæ sit violatum, vel ne, spectat ad ecclesiasti-
cum. Nam dicta comitissa comparuit coram dicto iudice
ordinario, vel conseruatore, & obtulit dictam cautionem, vt
dictum est, volens stare iuri, an dictum territorium esset uio
latum, vel ne.

Ad istum tex. c. ex parte potest responderi, vt sequitur.

5 Iste † loquitur de territorio alieno, a quo nullo ca
su est permissum extrahere delin-
quentem, tamen ab ecclesia sic, in pluribus casibus superius
relatis. Vnde probato, quod delictum est commissum in ter-
ritorio, probatur violatio territorij, quod secus est in eccle-
sia. Nam probato. quod delinquens fuit extractus a iudice se
culari ab ecclesia, non sequitur, quod ecclesia sit violata, qa
sunt plures casus, in quibus permittitur quis extrahi ab eccle
6 sia sine violatione. Sed restat † videre, quis cognoscit, an di-
ctus latro fuit captus in territorio ecclesiæ, vel ne, & videtur
quod ecclesiasticus. Nam coram eo fuit præstita cautio de stā
do iuri, & debet intelligi de stando iuri coram iudice, coram
quo fuit præstita cautio, ita intelligit Sali. in l. fin. vbi in rem
actio. C. & fuit opinio Azonis, quam refert ibi Sali. & sic dicta
comitissa, quæ præstitit cautionem de stando iuri, debet re-
spondere coram iudice, coram quo præstitit cautionem. Gl.
in d. l. si vbi in rem actio. C. sentit, ꝙ p̄stans cautionem de stā
do iuri intelligitur, de stando iuri cogam suo iudice, per l. si
fideiussor. qui satisdare cog. ff. & Bartol. in d. l. fin. & Ias. in d. l.
si fideiussor. Istæ opiniones pendent ex quæstio an pro re mo
bili debeat quis conueniri coram iudice, in cuius territorio
est res mobilis. Salic. in d. l. fi. refert has opiniones, & Marian.
Socin. post Panor. & alios, in c. sane, de foro comp. ver. Sedun
da declaratio, recitat etiam has opiniones, quas Salic. refert.
Prima fuit Azonis, & aliorum, quos d. Socin. refert, quod pōt
conueniri coram iudice, vbi est res mobilis. Secunda fuit
Hugonis quod debet remitti ad iudicem domicilij sui, sed te
netur satisdare de stando iuri, per d. l. si fideiussor. §. fi. qui sa-
tisd. cog. ff. Tertia fuit placentini, qui distinguit, aut res mobi
lis est mansura in loco, & tunc habet locum prima opinio,
quod debet remitti, & tenetur satisfacere, & ad effectum sa-
tisfactionis sequestrari, & istam opi. tertiam tenent Barto. &
Bal. in d. l. fi. vbi in rem actio. C. vt latius per Maria. vbi supra.
Vnde ergo sequitur, quod præstans cautionem de stando iu-
ri super re mobili, intelligitur de stando iuri coram suo iudi
ce. Quidquid sit dictū capitulū ex parte, non clare probat
istam opinionem. Nam dicta comitissa præstitit cautionem
de stando iuri, vt dictum est, non propterea probatur, quod
cognitio an territorium ecclesiæ sit violatum, vel ne, spectat
ad iudicem ecclesiasticum. In ista quæstione sunt conside-
randi duo casus. Primus quando delinquente existente in ec
clesia dubitatur, an sit casus, ꝙ debeat gaudere immunitate,
vel ne, quid fiendum. Delinquens extrahitur ab ecclesia, nul
la habita discussione, seu cognitione, an debeat gaudere, vel
ne, ecclesiasticus eum repetit, secularis dicit, ꝙ extraxit eum
in casu permisso. Vide infra quæst. 10. 15. & 17. In primo casu
placet mihi opinio Pet. de Belluga, quem retuli in principio
istius quæstionis, in hoc, ꝙ illo interim custodiatur, & pona-
tur, in cōpedibus, & catenis per vtrumque iudicem, quia im
munitate stāte in dubio, nū spoliatur. arg. c. si iudex laicus, de
sent. excom. lib. 6. vbi text. ꝙ si malefactor capiatur a iudice
seculari, & dubitatur de clericatu, non fiet remissio, donec
de clericatu fuerit probatum, & interim ꝯ eum iudex in nul
lo procedet. Idem est dicendum in casu nostro, ꝙ donec co-
gnoscatur an debeat gaudere, non est extrahendus. Sed quæ-
stio principalis est, quis cognoscit, an debeat gaudere, uel ne.
Petrus de Belluga, vbi sup. dicit, quod quilibet iudex ad suos
effectus. Refero eum supra, vbi ponit duas quęstiones. In pri-
ma quæstione concludit ꝙ secularis cognoscit ad finem ex-
trahendi, & puninendi si non gaudet, ecclesiasticus ad effe-
ctum defendendi immunitatem, vel remittendi sine cautio
ne, ut latius eum refero supra in principio istius quæstionis.
Dubia uidetur mihi ista determinatio. Nam potest esse, ꝙ se

cularis declaret. non debere gaudere, & ecclesiasticus decla-
ret debere gaudere. & ecclesiasticus vult defendere suā im-
munitatem, & secularis vult eum extrahere. ecce quæstionē
inter eos, quid dicendum, Dictus Petrus hoc non declarat.
Quarta opinio in ista qōne, saluo iudicio melius sentientis
crederem, sic dicendum. Nam sup. proxime dixi referendo
dict. Pet. de Bell. ꝙ illo interim, quo cognoscitur an debeat
gaudere, vel ne, custoditur per vtrumque iudicem. dico er-
go, ꝙ vterque iudex ecclesiasticus, & secularis cognoscent,
an talis delinquens fugiēs ad ecclesiam, debeat gaudere, uel
ne. Nam postquam per ambos detinetur, & custoditur (vt di
ctum est) ambo etiā cognoscent, an debeat gaudere, uel ne.
Nam vult d. Petrus de Bellu. ꝙ per ambos detineatur, & cu-
stodiatur (vt supra dixi) ergo sequitur, ꝙ postquā ambo sunt
iudices causæ præparantis, erunt & causæ pręparatæ. Nam &
causa præparans erat ipsa detentio, & custodia ipsius delin-
quentis, & causa præparata est cognoscere, an debeat gaude-
re, vel ne. Et ꝙ iudex causæ præparantis sit iudex causæ præ-
paratæ. gloss. in canon. parrochianos. de sentent excommu-
nicatio. & ibi Felin. in capit. cum sit generale. capit. quinto.
versicul. emplia. de foro comperen. & Philipp. Francus in c.
fin. col 3. de foro compet. lib. 6. & Auffre. in repetitio. clemē.
1. de offic. ordin. in secuudo casu. rubricæ de potestate eccle-
siæ super laicis. & Ias. post alios in l. 1. de iudic. C. & alias plene
dixi in consil. meis, consi. 49. & plenius cons. 56. in 4. uol. Di-
ctus Petrus, bene vult, ꝙ ambo sint iudices, non tamē simul,
sed sparatim, & ad diuersos effectus, ut sup. dixi. si hoc proce
deret, sequeretur magnum inconueniens, data discordia
inter eos, vt retuli supra paulo ante principium istius opinio
nis. ideo sanior, & melior uidetur ista opinio. scilicet, quod
ambo simul cognoscant, an debeat gaudere, vel ne. Et si di-
cti iudices sunt concordes, quod dēt gaudere, gaudebit, & si
sunt concordes, ꝙ non debet gaudere, non gaudebit. consu-
lo tamen iudici ecclesiastico, quod ipse non tradat delinquē
tem iudici seculari, sed dissimulet, seu toleret, si iudex secu-
laris velit eum extrahere. Sed quid si discordant, nam secula
ris dicit, ꝙ non debet gaudere, ecclesiasticus, ꝙ dēt gaudere.

In casu isto sunt duæ declarationes sequentes.

Prima declaratio est, ꝙ si dicti iudices sunt or-
dinarii. aut sunt discordes in
deliberanda futura sententia, tunc debent eligere tertium.
per text. & ibi Bar. in l. in offerendis. de appella. C. & ibi idem
Salic. Feli. post alios in c. fi. de re iudic. colu. 2. uersi. prima de-
claratio. Bart. de Bell. in addit. ad Pano. in c. fi. Ias. post alios.
in d. l. si duo iudices. & in l. inter pares. de re iud. ff. Aut sunt di
scordes in sententia lata, quia ambo pronunciarunt senten-
tias diuersas, vnus, quod debet gaudere, alius, quod non de-
bet gaudere. in isto casu habet locum regula. c. fi. de re iudi.
& d. l. si duo. & l. inter pares, quę est, Si duo ordinarii proferūt
diuersas sententias, tenet sentētia pro reo. 4. fallent. ponit ad
istam regulam. tex. in d. l. fi. & isti 4. casus extenduntur ad ca-
sus similes. Felin. post Panor. & alios, in d. c. fi. uersic. 6. declara
tio. Zas. Ias. & alii, quos ipsi referunt. in d. l. inter pares. Ista pri
ma declaratio, continet istos duos casus. Primus, quod si in
sententia ferenda, seu deliberanda sunt discordes, debent eli
gere tertium, vt dictum est, & si nolunt eligere, possunt cogi
per superiorem ad eligendum tertium, uel ipse superior da-
bit tertium. iuxta no. per gl. & alios, in c. suspitiones, de offic.
deleg. & in c. cum speciali. de app. §. 1. & text. in l. item si vnus.
§. principaliter. de arbit. ff. & cogit eos in eū consentire. Spec.
in titu. de arbit. §. sequitur. uer. quid si duo electi. & Bart. in l.
domini. in fin. de fur. ff. Sed quid, si isti iudices discordant in.
electione tertii, dico, quod superior eligit tertium ad instar
arbitrorum. Nam si arbitri inter se discordant, debent elige-
re tertium. iuxta d. ca. cum speciali. §. 1. de appell. ut sup. dixi,
& per Ioan. Bapt. in tracta. de arbitr. in c 4 5. libri, & per ipsū.
in c. 8. in fi. in d. lib. 5. & in c. 17. dicti libri. fol. 28. in 10. uol. Sed
quid, si isti iudices. s. secularis & ecclesiasticus, qui discorda-
runt in electione tertii, habent suum superiorem, quis erit su
perior in isto casu? Dico, quod si unus ex dictis iudicib. est ma
ior, & dignior altero, recurritur ad superiorem dignioris, per
doctrinam Bar. in l. si duo, de re iud. ff. ubi quęrit, quid si vnus
est ordinarius, & alter delegatus sibi a Principe datus, isti pro
ferunt simul in eadem causa diuersas sententias. concludit
Bart. quod debet recurri ad superiorē delegati, & sic ad prin-
cipem, vt alteram confirmet. Ratio, quia delegatus principis
potentior est ordinario, & in causa sibi delegata cēsetur ma-
ior. & dignior quocunque ordinario, per c. sane, de offic. de-
leg. & per c. pastoralis. §. 1. de offic. ordin. sic est, ꝙ illud, quod
est dignius, trahit ad se minus dignum. c. 1. de conse. eccl. li.
6. gl. in c. quid in dubiis, de cōse. eccl. uel altaris. & ibi Panor.
glo. in c. de ieiunio. 76. distin. c. & c. si is, cui. §. 1. de præben. in 6.
& ibi Domi. & alii. Item quado duo permiscentur, quorum
vnus est potentior altero, potentius attrahit ad se naturam
mi-

minus potentis, ſecundum Domi. in c. a duo. de offic. deleg. lib. 6. Item quando concurrunt duæ qualitates, quarum altera eſt potentior, illa præponenda eſt minus potenti. Pan. in c. cum non ſit in 3. no. de deci. per illum tex. & dicit Panormi. in c. ſi. de re iudi. col. 4. ꝙ ſi delegatus Papæ concurrit cum ordinario, & proferunt ſimul diuerſas ſententias, recurritur ad Papam, per text. in c. per hoc de præbē. lib. 6. vbi tex. ꝙ ſi ordinarius, puta Epiſcopus, & inquiſitor diſcordant, recurritur ad ſuperiorem inquiſitoris, & ſic ad Papam. Felin. in capitulo final. de re iudi. colum. 2. verſic. 4. declaratio refert Io. An. ibi, & Bar. in d. l. ſi duo, & refert etiam alios. & doctri. Bartol. quem omnes communiter legiſtę ſequuntur. Maxime Iaſ. in d. l. ſi duo col. fi. ver. extra gloſ. & dicit Feli. ibi quod quando iudices ſunt coniuncti, ſemper conſiderari ille, qui in poteſtate præcellit. l. præcipimus. § fina. de appellatio. C. l. ſi communem, quemadmodum ſerui amitta. ff. ex quo eſt illud vulgatum, magis dignum attrahit ad ſe minus dignum. pleniſsime per Iaſo. in l. Imperium col. 4. de iuriſd. om. iudic. ff. & eo. tit. ſuper rubr. de iudi. colum. 2. & dicit Bald. in d. cap. fin. col. 1. in fi. de re iud. ꝙ quando ſunt duo iudices coniuncti, ille qui eſt in poteſtate, pręcellit. per d. legem pręcipimus, & l. ſi communem, & Bald. ibi refert alia ſimilia. Et prędicta doctrina Bar. procedit, in terminis ſuis, quando per principem fuit adiunctus delegatus ordinario ſecus ſi eſſent duo collegæ ordinarij, & vnus delegat vices ſuas alteri non collegæ, tunc, ſi proferunt ſententias diuerſas, idem eſt dicendum, ꝙ in ordinarijs ſecundum Imo. & Alex. in l. ſi duo. & eos ſequitur Iaſ. ibi col. fi. Idem etiam tenet Pano contra Io. An. Ant. & Imo. in capit. fin. & ibi Felin. ſequitur Panorm. in ver. 4. declaratio. Quo ad propoſitum noſtrum in iſto primo caſu primę declarationis. quando iudices ordinarij ſunt diſcordes in ſententia ferenda, debent eligere tertium, vt ſupra dictum eſt in prima declaratione, & ſi in electione tertij ſunt diſcordes, recurritur ad ſuperiorem, vt ſupra dictum eſt. Sed † quis erit ſuperior? dico, quod ſi concurrit iudex Regius ordinarius ſiue delegatus cum ordinario eccleſiaſtico, Rex erit, ſeu eius. Vicerex vel conſilium regium ſuperior ad declarandam dictam diſcordiam, per doctr. Bartol. vbi ſupra. Nam licet Bartol. & alij dicant, & loquantur in delegato principis cum ordinario, idem erit dicendum in caſu noſtro in duobus ordinarijs, quoniam vnus eſt potentior & dignior alio, attentis rationibus per doctr. Bartol. allegatis, quas ſupra retuli. Nam iudex Regius, ſiue ordinarius ſibi delegatus potentior, & maior eſt ordinario, vt dictum eſt. Ideo data diſcordia in nolle eligere tertium, vel in electione tertii, habebitur recurſus ad Regem, vel eius Viceſregentem, ſeu ad conſilium Regium, vt dictum eſt, & non ad ſuperiorem ordinarii eccleſiaſtici. Secundus caſus primæ declarationis eſt, quando duo iudices ordinarii ſunt diſcordes in ſñīa lata, quia vnus ꝓnuntiat dr̃e gaudere immunitate, alius non debere gaudere, & ſic ſunt iſtæ ſententiæ contrariæ. Iſto caſu ſeruatur regula. capituli de re. iudic. quod ualeat ſententia pro reo, dictū capitulū fin. ponit 4. fallentias, quę fallentiæ extenduntur ad caſus ſimiles, dixi ſupra. in principio primæ declarationis, unde ſi damus iſtum delinquentem, qui ad eccleſiam aufugit, pro reo, per dictā regulam, tenebit ſententia pro reo. Obſtabit tamē in caſu noſtro dicto reo fauor Reipu. & ſic publicæ vtilitatis. Nam intereſt Reipu. ne crimina maneant impunita. capitu. ut famæ. de ſent. excomm. cum multis ſimil. & cum fallen. c. fi extenduntur ad caſus ſimiles, vt ſupra dixi, Extenditur etiā, & habebit locum in fauorem Reipublicæ, Nam dictæ fallentiæ. d. cap. fina. extenduntur ad omnes caſus fauorabiles, ſecundum Iaſ. in d. l. inter pares. de re iudic. ff. & plenius ibi per Zaſium. col. 1. & per Felin in c. fin. verſ. ſexta declaratio. unde ſi ſententia data pro Republica eſt fauorabilior, illa tenebit, non quæ lata pro reo, per d. iura, & per Zaſium in l. ſi duo. Nā ius punitionum delictorum dicitur fauorabile iuxta doctrinam Bart. in l. quemadmodum. de agric. & cenſi. C. lib. 11. & Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. col. 49. de vſucap. C. & in l. qui ſe patr. vnde libe. C. col. 24. Caſſa. conſ. 26. num. 3. Sed quid dicemus, quia in caſu noſtro agitur ēt de libertate, ſeu fauore immunitatis eccleſiæ, quæ eſt etiam priuilegiata, & comprehēditur ſub dictis fallentiis dicto c. fi. ſecundum Feli. in d. c. fin. verſ. 6. declaratio. Iaſ. & Zaſ. poſt alios, in d. l. inter pares. & ſic concurrunt fauor Reipublicæ, & fauor eccleſiæ, & ſunt ęqualis conditionis. in caſu iſto, ſi conſtiterit, quis ſit reus, tenebit ſententia pro reo, per d. c. fi. Sed ſi non apparet, quis ſit reus, & quis ſit actor, ſtabimus ſecundæ declarationi, quæ ſequitur. Secunda declatio eſt, ꝙ ubi talis eſt cauſa, in qua non appare, quis ſit actor, & quis reus, vt in capitulo ex litteris, de probatio. & per Iaſ. & Zaſ. in l. ſi duo. & Fel. in cap. fin. columna 2. verſ. ſecunda declar. ibi dicti Doctores ponunt plura exempla, pōteſt ēt iſte noſter caſus poni, nā hic nō apparet. an, Reſpublica, vel eccleſia ſit actrix, uel rea. Iſto caſu vtraque ſentētia pendet a ſuperiore, ſecundum Bart. & alios in d. l. ſi duo. Bart. in c. fi. col. fi. Feli. ibi uer. ſecunda declaratio. Bell. in addi. ad Panor. in d. c. fi. & Anch. in c. fin. in prin. dicit, quod ille tex. c. ſi. procedit, quando apparet, quis ſit actor, & quis ſit reus, ſi autem hoc non apparet, tunc tam in ordinariis, quam in delegatis, recurritur ad ſuperiorem, ut cōfirmet unam earum, per d. l. ſi duo. Nam ſecundum unum intellectum, ille tex. loquitur in delegato. gl. tamen ibi dicit, quod etiam hēt illa lex locum in ordinariis, quādo non apparet. quis ſit actor & quis ſi reus, & eſt lectura ſingularis, ſecundum Iaſ. ibi col. pe. nu. 18. & ſic quando non apparet quis ſit actor, &c. ſtabit cōfirmationi ſuperioris. Et quis ſit ſuperior, dixi ſupra in primo caſu primæ declarationis, ſcilicet quod recurratur ad ſuperiorem dignioris iudicis. Quid ſi iſti ordinarii † ſunt æqualis conditionis, ita quod neuter eorum eſt dignior altero, ut in exemplis poſitis per Pau. poſt Bal. Ant. Anch. & Imo. in d. caſu ſeruabitur regula. d. c. fi. cum ſuis fallētiis. Tamen, ſi nō apparet, q̃s ſit actor, & quis reus, dic, ut ſupra. In caſu noſtro. ſ. ordinario eccleſiaſtico, & in ordinario alicuius domini tēporalis, qui ponit iudicem ordinarium in uilla ſua, in qua habet iuriſdictionem, Clarum eſt, ꝙ poſt Reges. & Principes habentes ſupremam poteſtatem, Eccleſiaſticus eſt dignior, & maior tali domino temporali habenti iuriſdictionem ordinariam, per c. ſolitæ. de maio & obedien. Debet ergo haberi recurſus ad ſuperiorem eccleſiaſticum, per ſuperius dicta.

De dubiis, quæ poſſunt occurrere.

In prædictis caſibus, poſſent occurrere aliqua dubia. Accidit caſus † prædictus, ſcilicet, quod delinquens fugit ad eccleſiam alicuius loci, ſeu uillæ, ubi non eſt Iudex eccleſiaſticus, eſt tamē Iudex ſecularis, q̃d ſiendum? Dico in tali caſu, quod delinquens, qui fugit ad eccleſiam, & eſt in ea. debet cuſtodiri a Iudice ſeculari, & a Rectore, ſeu eius vicario dicti loci, ſeu uillę, eo modo, quo ſupra dictum eſt, & per eos recipiatur informatio dicti caſus & habita, ſeu recepta dicta informatione. d. Rector, ſeu eius uicarius conſulat caſum cum ſuo ordinario ſine aliqua dilatione, & ſecularis etiam ſi uoluerit, cum ſuo ſuperiore, & in iſto interim, quod dictus Rector, ſeu eius uicarius hēat reſponſū a ſuo ordinario, cuſtodietur delinquens, qui eſt in eccleſia p ſecularem, & per Rectorem, ſeu eius uicarium, & ſi ordinarius & ſecularis non ſe concordant, fiat vt ſup. dictum eſt. Si uero accidat dictus caſus in loco, in quo non eſt Iudex ſecularis, ut ſunt in iſtis locis ruralibus, ubi non ſunt, niſi Iurati, vulgariter Iurados, nec eſt ibi Iudex eccleſiaſticus, & ut dixi in caſu præcedenti, dico, quod Iurati, & Rector, ſeu eius uicarius cuſtodiant dictum delinquētem exiſtentem in eccleſia & tunc iurati, & Rector, ſeu eius Vicarius, recepta informatione dicti caſus per eos, conſulant ſuos ſuperiores, & ſi ipſi diſcordant, fiat ut ſupra dictum eſt. Retuli ſupra, quatuor opiniones. Prima, quod ſecularis ſolus cognoſcit, an debeat gaudere, uel ne, Secunda opinio, quod eccleſiaſticus cognoſcet Tertia opinio, quod ambo, ſcilicet eccleſiaſticus, & ſecularis cognoſcent ad diuerſus fines, & iſto caſu cognoſcent ſeparatim. Quarta opinio eſt, q̃d eccleſiaſticus, & ſecularis cognoſcent ſimul, an debeat gaudere, & iſta uidetur mihi uerior. Et in quæſtione, de qua quærit dictus Petrus, quem retuli ſupra in principio iſtius quæſtionis, quando eſt altercatio, an deliquerit intra immunitatem eccleſiæ, uel ne, in iſto concludit d. Petrus, quod uterque erit iudex ad diuerſos effectus, vnus ad effectum cōdemnandi de crimine commiſſo, & eccleſiaſticus ad effectum puniendi delinquentem de ſacrilegio commiſſo in eccleſia, q̃a ibi deliquit. In iſta Quæſtione, etiam procederent illę quatuor opiniones, quas ſupra, retuli. Sed quæritur † an iſta cognitio, ſeu diſcuſſio ſuper hoc, an debeat gaudere dicta immunitate, uel ne, debeat fieri plenarie parte audita, uel an ſufficiat ſummaria informatio. Dico, ꝙ ad fines eum extrahendi, & retinendi in carceribus, ſufficit ſummaria informatio, ſed ad fines condemnandi, vel abſoluendi requiritur plenaria parte audita, & quod ſufficiat ſola informatio ad extrahendū de eccleſia, dixi ſupra in iſta Quęſtione in ſecunda opinio. uerſicul. & attenta opinione iſtorū.

SVMMARIVM.

1 *Quando reus extrahitur ab eccleſia in eo caſu, quo non debet gaudere, An caueri debeat de impunitate, & de uita, & menbris ſaluandis.*
2 *Reus ad eccleſiam fugiens, duo Priuilegia conſequitur.*

An debeat extrahi impunitate præſtita. III. Quæſtio.

An delatus, q̃ † extrahitur ab eccleſia, in caſu, quo nō debet gaudere, debeat extrahi impunitate præſtita per Iudicem ſecularem, de uita, & membris ſaluandis. dixi aliquid ſupra, in 3. præſuppoſito. In c. diffiniuit. 17. q. 4. eſt tex. quod ſi dato ſacramento de impunitate perſonarum, per Iudicem ſecularem. ſacerdos dictos confugientes, non abſtraxerit, & poſtea tales fugiant, debet eos ſacerdos quærere, aut æſtimationem emendare, ſecūdum moderationem iudicis ſunt verba text. Old. conſ. 54. intelligit, q̃ñ ſacerdos deberet extrahere, & nō extraxit, quia tunc fuit in culpa alleg. Archid. ibi, & ſic Oldradus ſentit, quod in caſibus, in quibus quis non gaudet immunitate, ſacerdos debet extrahere fugientes ad eccleſiam, iudex tamen ſecularis cauet de immunitate, per d. text. ſequitur, quod in caſib. in quibus quis non gaudet immunitate, non eſt extrahendus niſi immunitate præſtita. Iaco. de Bel. in pract. crim. in tit. de fuga reorum. col. 1. ver. iuxta præmiſſa quæritur, quærit, nunquid ille, qui ad eccl. confu. ſi exeat. vel expellatur, ſit ex illo delicto, ſuſpendendus, vel alias corporaliter puniendus, dicit, ꝙ non ſecundum quoſdam, quia, non debet pati pœnam corporalem, ex quo ſemel aufugit ad eccleſiam, ſed erit tradendus inimicis ad ſeruiendum in perpetuum, vel pœna corporalis conuertitur in pecuniariam, allegat Ricardū in c. reum. 17. q. 4. & Hoſtienſ. ibi in ſuo roſe, & idem tenet Hoſtienſis in ſumma, in iſto ti. fo. 86. col. 1. in 6. lib. Panor. in c. inter alia. no. 4. dicit, quod † fugiens ad eccleſiam conſequitur principaliter duo. Primum, vt inde violenter non poſſit extrahi. Secundo, ut non poſſit amplius de illo damnari ad mortem, uel ad aliam pœnam corporalem, poteſt tamen damnari pecunialiter, & aliter quam in perſona, per text. in c. inter alia, & Panor. vbi ſupra. col. 2. uer. quæro, quia text. allegat glo. in d. c. inter alia, in ver. puniēdus. & gl. in c. reum. 17. q. 4. quæ vult, ꝙ priuilegium eccleſiæ operatur. vt omnino nec uitam perdat, nec membrū, ſed alias pecunialiter ſatisfaciat, & ſi hoc non poteſt, ſeruiat ei, quem lęſit, perpetuo, & refert Archi. in d. c. reum, quod iſta fuit. ſent. Hugo. vt fugiens ad eccleſ. non debeat amplius puniri pœna mortis, mēbrorum, vel verberum, ſed pecunialiter debet ſatisfacere, & Pano. in c. inter. colum. 3. in prin. ver. ſed ego quæro dicit, quod ex illo fugere ad eccle. conſequitur immunitatem. c. conſtituimus. 17. q. 4. & ſi talis exit ab eccleſia, debent prælati a iudicibus ſecularibus ꝑmiſſionem de vita, & membris ſaluandis obtinere, & ſi neceſſe fuerit, exigere ſuper hoc iuramentum, & etiā maiores cautiones, ſecundum Inno. ibi. Nam per d. tex. cap. inter alia Duplex eſt immunitas, vt ſupra dixi. Prima, vt nullo modo extrahatur inuitus. Secunda, vt non condemnetur inde ad pœnam corporalem, & Panorm. in d. c. inter. col. 8. ver. ſi aūt, dicit, ꝙ de iure canonico, ſm̄ Cy. in l. 2. de his, q ad ecc. confu. C. aut deliquit in eccleſia. tūc nō iuuatur p eccleſiā. c. fi. eo. tit. ſi extra eccleſiā, iuuat ut nō puniat ꝑſonaliter in uita, vel in membro, exceptis publicis latronibus, vt in d. c. inter alia, ut latius per Pau. poſt alios, in c. inter alia. Archid. in c. reum, quem ſup. retuli, quod in corpore nunquam punietur pro illo crimine, pro quo fugit ad eccleſiam, & inquantum ad pœnam corporis, eccleſia pręſtat ei immunitatem, & non quoad alias, Guido Papa, in quæſtionibus Dephin. q. 121. dicit, ꝙ in omni caſu, iudex ſecularis debet cauere de impunitate. & Saly. in auth. ſi quis de adul. C. in fi. dicit, quod hodie epiſcopus incurrit irregularitatem tradendo talem. ideo d. authen. non procedit in clericis. Archi. in c. diffiniuit. 17. q. 4. ver. non abſtraxit, dicit argu. illius litteræ, quod quidam dicunt. quod in publico latrone quod extrahatur per ſacerdotem, nec in hoc caſu, dicitur eum tradere morti, ſed leg. miniſt. cap. cum homic. 23. q. 5. & ſic per iſta verba fin. vult innuere. Archidia. quod debet extrahi impunitate prę ſtita, & quo ad duos caſus, de quibus in dicto capitulo inter alia, ſcilicet in publico latrone, & in depopulatore. text. in capitulo inter alia expreſſe dicit, quod poſſunt extrahi impunitate non præſtita. Silueſt. in ſum. in uerſiculo immunitas. tertio, uerſiculo quarto quæritur refert Panormitan. in capitulo inter alia, & dicit, quod licet, exeat ab eccleſia, ex quo ſemel confugit ad eam, iam non poteſt de illo maleficio corporaliter damnari. glo. in capitulo reum, & ibi Archid. 17. quęſtio. quarta, retuli ſupra. Ioan. Ign. in l. prima, in principio ad ſilla. ff. fol. 14. colum. 1. & ſecunda, vult innuere, quod in delictis grauibus in q̃bus quis nō gaudet immunitate, extrahitur non præſtita immunitate, in alijs, qui non tam grauiter deliquerunt, vita tantum, & membra reſeruantur, iuxta l. præſenti, de his, qui ad eccl confu. C. Caſſa. in conſuetud. Burgun. in titulo des Iuſtices. §. quinto, uerſiculo decimoſexto caſu folio 54. colum. tertia, innouis, in alijs. folio 57. columna ſecunda dicit, quod Iacob. de Bel. & Panormitan. & alii dicentes, quod fugientes ad eccleſiam habent duo priuilegia ratione immunitatis, ut latius ſupra retuli, debent intelligi in illo, qui gaudet immunitate; quod inde non debet extrahi, & ſi extrahat de ſuo conſenſu, in caſu, in quo nō dēt inuitus extrahi, quia gaudebat immunitate, tūc non poteſt ad mortem puniri, & debet ſecularis cauere de immunitate (vt dictum eſt) ſed in caſu, in quo dēt, & pōt exhi eo inuito, eo q̃a nō gaudet immunitate, tūc hoc caſu pōt ad mortē cōdēnari, & corporaliter puniri, ut ſatis colligitur ex Dec. Io. Gali. in ſuis qōnib. in Stylo Parlamētorū. q. 172. fol. 107. col. 2. verſ. ꝑ arreſtū fuit dictū, & hoc colligitur ex dicto Panormi. & Guido Pap. vbi ſup. pro iſta diſtinctione mihi uidetur tex. ad litteram in d. c. inter alia. Nā tex. dicit, ꝙ in illis duobus caſibus, de quibus quis poteſt extrahi de eccleſia impunitate non præſtita, eo quia nō gaudet immunitate, ſequitur, quod idem eſt in aliis caſibus, in quib. quis non gaudet immunitate. Nicol. Boer. in ſuis deciſ. q. 109. in fi. fol. 115. co. 4. quærit, an delinquens extractus ab eccleſia debeat mori, uel corporaliter puniri, dicit, quod nō, propter honorem, & reuerentiam ſanctæ matris eccleſiæ ad quam fugerat, ſed punitur in pecunia vel traditur inimicis ad perpetuo ſeruiēdum. c. reum. 17. q. 4. & ibi gl. quā ſequitur Arch. alle. Iac. de Bel. & Panor, ubi ſupra, & dicit, quod de conſuetudine, & ſtilo Franciæ non ſeruatur, ſed punitur, ac ſi nunquam ad ædem ſacram confugiſſet, poſtquam immunitate gaudere non debet, & in hoc reſidet dictus Boerius, & ita ſeruatur in Hiſpania, & uidi ſeruari, maxime in iſto Regno Nauarræ. ſecus eſſet de iure, per ſuperius dicta.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, ſi non cuſtodierit fugientem ad Eccleſiam, quomodo puniendus.*
2 *Et quando tradere teneatur.*

Sacerdos an cuſtodiat. IIII. Quæſt.

Quarta quæſtio, an ſacerdos teneatur cuſtodire fugientē ad eccleſiam, & ſi nō † cuſtodiat, an teneatur damna ſoluere. tex. in c. diffiniuit. in fi. 17. q 4. dicit, quod ſi repetens offert ſacerdoti ſacramentum de impunitate perſonæ, ſacerdos tenetur eum date, alias tenetur ad damna ſecundum æſtimationem principis. i. Epi, vel papæ, uel ipſius principalis, & hoc in caſibus, in quibus quis non gaudet immunitate, per d. tex. & ibi Archi. & Io. de Tur. Crem. unde dicit Archi. in d. c. inter alia. col. fi. uerſ. & aduerte, quod in caſibus, in quibus ad eccleſiam debitor, vel delinquens cōfugit, debet prælatus, in caſu quo non poſſit extrahi, eum cuſtodire ne fugiat, & in caſu quo poſſit extrahi, debet hoc pati. & dicit Oldra. conſ. 54. quod id, quod dicitur in c. diffiniuit, ꝙ ſacerdos debet eum cuſtodire ne fugiat, & ſi fugiat, quod tenetur, intellige, quando debet extrahere, & non extraxit, q̃a tunc fuit in culpa. Oldr. ubi ſup. Aduerte, quod ſi delinquens qui fugit ad eccleſiam, non debet gaudere immunitate, pōt ſecularis ipſum extrahere, non præſtita cautione de impunitate, ut dixi in præcedenti q̄ōne, & in tali caſu ſacerdos non tenetur eum cuſtodire, & ſi eſt caſus in quo delinquēs debet gaudere immunitate, nec ſacerdos debet eum cuſtodire, nā talis gaudet omni libertate, dico in ſequēti quæſtione. Quid reſpondemus ad d. c. diffiniuit. dico, quod ille text. procedit, quando † repetens offert cautionem, & ſacerdos non vult eū dare, in caſibus, in quibus non gaudet. Nam tunc iuris indubitati eſt, quod ipſe ſacerdos tenetur ad damna, per d. c. diffiniuit. & ſi repetens non defert cautionem, non eſt quid inculpandum ſacerdoti. poſtquam in dictis caſibus poteſt ipſum iudex ſecularis extrahere, ut ſup. dixi. Et quid in dubio, quia dubitatur, an debeat gaudere, vel ne, an ſacerdos debeat eū cuſtodire, dico infra in 6. quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtente in immunitate, quando obſidia poni poſſint.*
2 *Victus cauſa neceſſaria, ei qui immunitate gaudet, præſtanda.*
3 *Conſuetudo contraria num ualeat.*

An obſidium poni poſſit. denegando victualia. V. Quæſt.

Quinta quæſtio, an exiſtenti in † immunitate poſſint obſidia poni. Guido Papa in deciſio. Delphinatus. q. 121. colu. fin. quærit de iſta q. & dicit quod non. alle. Hoſt. in c. inter alia. Hoſti. ibi col. 2. uer. attamen, dicit, quod principes deliquunt circa hoc, quod licet eccleſiæ in partem deferant, non tamen inſolidum, quia ſi exit eccleſiam, pedē ponendo extra, tam cito ipſum capiunt, & ſi non exit, tenent eum obſeſſum, requiem, & veſtem, & victualia denegando. Idē tenet Panor. in d. c. inter alia. col. 4. in fi. poſt Anto. Card. & alios, qui referunt Hoſti. & omnes prædicti prohibent dictum obſidium poni. Gulielm. May. in reg. nemo de domo ſua. ff. fol. 250. columna 3. uer. Sed uidendum, quærit, quæ, & qualis immunitas concedatur fugientibus ad eccleſiam. dicit, quod † illis nihil denegari poteſt de pertinētibus ad victū, & requiem, & alia neceſſaria, per d. l. præſenti. & dicit, quod a pluribus iudicibus male ſeruatur, qui fugientes ad eccleſias aliquādo compeditant, & uexant. Alle. Guliel. de mon. Lau. Ancha. & Imo. in cle. 1. de pœn. & remiſſ. Nam Guliel. in d. clem. in 3. q. quærit, quæ ſit iſta immunitas, dicit, quod alicui de iſtis confugientibus uſus vtenſilium rerum, veſtes, aut requies non uetetur, uel negetur, ut in l. præſenti, nec ad latrinas exire ad locum debitum, ita quod intra 30. paſſus non exeant ſacra. Nam nulla neceſſitas debet arctare eum, qui clauibus dominicis ſe defendendum commiſit. d. c. diffiniuit. 17. q. 4. Idem referunt Ancha. & Imol. ibi in 3. q. Idem Hoſti. in ſumma. in §. in quantum. colu. 2. in fi. refero eum in quæſt. ſeq.

seq. Io. Igne. in l. 1. col. 3. cum se. ad Silla. ff. dicit, quod in Normandia est consuetudo, quod per victus substractionem fugientes exire cogantur, cum banni impositione, & banni in-
3 terminatione, & quærit, an ista consuetudo valeat, †arg. pro, & contra, & concludit, quod valet talis consuetudo, & quod victis nõ debeat subtrahi. Est etiam tex. in c. studeat, in fi. l. di ctũ, & in §. 1. in fi. in auth. de incest. nup. colla. 3. Io. Igne. vbi s. colu. 4. fol. 13. & col. 16. in fi. Guliel. de Mon. Lau. in cle. 1. de pœni. & remiss. in 7. q. quærit de principibus, & alijs secularib. q indifferẽter talẽ immunitatẽ violãt, non pmittẽtes eos comedere. uel vestiri, vel dormire, vel alias affligunt tales fugiẽtes, vel parẽtes, seu amicos, vel clericos ecclesiarũ fauẽtes eisdẽ. dicit d. Guliel. ꝙ in hoc casu bene fecisset hoc cõsiliũ. d. cle. 1. si posuisset pęnas grauiores. d. cle. 1. loqtur, ꝙ seculares nõ pmittentes damnatis ad mortem pniã concedi, sunt monendi, & per censuram ecclesiasticã ad hoc compellendi per ordinarios loci. Non loquitur de violantibus immunitatem. Gulie. tamen vult, ꝙ violantes immunitatem, vt supra, sunt compellendi per censuras. dico infra. q. 9. & idem dicit Card. in d. cle. 1. q. 9. & in decis. capellæ Tholosanæ. q. 422. in fi. & idem disponit lex. 2. tit. 11. primæ partitæ, dicit d. l. 2. quicũ que ad ecclesiam confugerit, vel ad eius portam, vel cimiterium, non est inde extrahendus, nec circundandus, nec ei de negantur victualia.

S V M M A R I V M.

1 *Reus immunitate ecclesiæ frui desiderans, non debet interea compeditari, licet de consuetu. contrarium seruetur.*
2 *Secus si dubitaretur, an gaudere debeat.*

An delinquens, qui fugit ad ecclesiam, possit compeditari.
VI. Quæst.

Sexta quæstio, an delinquẽs, q fugit ad ecclesiã debeat, seu possit ibidem compeditari. Guido Papa in d. q. 221. col. fi. dicit, ꝙ †non dẽt cõpeditari de iure, & contrarium facientes infringunt immunitatem ecclesiæ, ac si ipsum extraherent, & incidunt in penam. l. fin. de his, qui ad eccles. confu. C. licet de consuetudine contrarium seruetur, & ꝙ non debent compeditari tenet etiam Gulielm. Mayn. quem retuli in præced. quæstione. facit dictũ Host. in §. in quantum. colum. 2. in fi. vbi dicit, & nota quod
2 †quandiu est intra ecclesiam, non est per violentiam eijciendus, nec detinendus nec constringendus, nec requies, nec vestes, nec victualia deneganda, per d. l. præsenti. Idem tenet Hosten. in summa lib. 4. tit. 30. fol. 86. col. 2. in prin. dicit Host. vbi sup. col. 3. in prin. quod hodie de facto hæc immunitas in locis quam plurimis est vsurpata. Aduerte, ꝙ Pe. de Belluga, quem retuli sup. in 2. qõne, in prin. tenet, ꝙ cognoscatur, an dẽat gaudere, vel ne is, q ad immunitatẽ cõfugit, ibi custoditur, & ponitur in compedibus, & catenis per vtrunq; iudicẽ, ne imunitas stante dubio spolietur, arg. c. si iudex. de sent. ex commu. lib. 6. retuli supra, pro ista opin. Petri. facit dictũ Hos. in c. inter alia, col. 2. referunt. Host. Ant. ibi, & Car. in 2. oppo. & Panor. col. 4. in fi. qui dicunt, ꝙ prælati delinquunt contra constitutionem dicti capituli, eo quod quantumcumque fugiens ad ecclesiam grauia commiserit, ipsum tamen in totum saluare nituntur, ita quod nullam pœnam, etiam pecuniariam patiatur, ꝙ est ꝯ bonum iustitiæ, ꝙ est summũ. c. cũ deuotissimã. 12. q. 2. vnde ne in hoc prælati incurrant, bene facerent, si seruarent dictum Petri de Belluga. cuius opinio, vt dixi, procedit, stãte dubio, an debeat gaudere, vel ne, & ita seruatur de consuetudine, ut dicit Guido Papa, retuli supra in prin. istius quæstionis.

S V M M A R I V M.

1 *Fugien. ad ecclesiam, quis illis uictus causa necessaria subministrare tenetur.*

Fugientibus, de expensis quis prouidere debet.
VII Quæst.

Septima quæstio, quis prouidebit de expensis fugientibus ad ecclesiã. gl. in c. diffiniuit. 17. q. 4. dicit, ꝙ ecclesia, p l. psenti in fi. de his, qui ad eccl. confug. C. sicut custos carceris prouidet captiuis. l. vt iudices de Epi. audi. C. idem tenuit Gulie. de mon. Laud. in cle. 1. de pęn. & remiss. in q. 2. eũ sequitur Anch. ibi in 2. &
1 Cardin. q. 4. & Vitall. ibi in 7. cõclusione. Cõclusio est, † ꝙ si fugiẽs ad ecclesiã hẽat bona, de illis sibi prouidebit, quoad expensas, & necessaria, & si nihil habet, debet, si possit, propriis manibus laborare, & sic victum sibi ad quæque necessaria quærere. Si vero nihil horum habet nec potest propriis manibus lucrari, unde paret sibi necessaria, ecclesia debebit sibi tanquam pauperi prouidere, & ita debet intelligi d. gl. c. diffiniuit secundum Arch. in c. diffiniuit. & eum refert, & sequitur Ioann. de Turr. Crem. ibi Panormi. post alios in cap. inter alia, col. pen. in princ. gl. in c. fi. de regul. Vitalli. in d. clem. in 7. conclu. summa Silusterina in ver. immunitas. 3. q. 5. Fel. in c. ex rescripto. col. fi. de iureiur. Stepha. Auffrer. in repe. cle. 1. de offi. ordi. in 4. regula. fallen. 4. col. 3. Io. de Bichis in d. repetit. c. diffiniuit. 17. q. 4. fol. 78. co. 1. uer. gl. 1. Guliel. Mayn. in regula, nemo in domo sua de re. iur. ff. fol. 250. co. 3. in fi. nu. 30. Io. Ign. in l. 1. ad Silla. ff. fo. 13. col. 4. uer. ad institutũ reuertamur, fol. 8. num. 9. colu. 3. Nam ecclesia non subuenit clerico habenti vnde uiuat. c. vnde clericus. c. pastor. 1. q. 2. cilli. 12. q. 1. facit etiam c. clericus victum. 91. dist. fortius, & gl. in istis ex facinore ad ecclesiam confugientibus, sm Panor. & alios in c. inter alia. col. pen. Non obstat, secundum Panor. d. l. præsenti, nam non loquitur dispositiue, sed narratiue. Item loqtur de seruis nihil habentibus. refert Panorm. dictus Guliel. Mayne. in d. regula, nemo.

An Ecclesiasticus punire possit fugientem ad Ecclesiam.
VIII. Quæst.

Octaua Quæstio, an iudex Ecclesiasticus possit fugientem ad ecclesiam extrahere, & punire. Retuli plene in Fallentia vigesimasecunda, & vigesimatertia.

S V M M A R I V M.

1 *Violantes immunitatem ecclesiasticam. qua pœna puniendi.*
2 *An violans immunitatem, si postea ad ecclesiam fugiat, immunitate donandus sit.*

Contra violatores immunitatis Ecclesiasticæ.
VIIII. Quæst.

1 Nona Quæstio, Violantes† immunitatem ecclesiasticam, qua pœna puniantur? Immunitas ecclesiæ, aliquando violatur sine damno rei temporalis, puta insultũ faciendo in ecclesia, personam illuc fugientem inde extrahendo, aliquam personam ibi uerberando, uel alio consimili. Aliquando etiam violatur ecclesia comburendo, vel frangendo, vel alio modo lædendo ecclesiam, secundum Io. de Turre Cre. in c. si quis cõtumax. 17. q. 4. & ibi Archid. licet nõ ita clare, & plenius per Io. Bich. notab. 11. d. c. diffiniuit. 17. q. 4. Quo ad propositum nostrum, extrahens inuitum ab ecclesia qua pœna puniatur. Panor. in c. pen. in fi. co. tit. quærit de pœna violantis hanc immunitatem, & dicit, ꝙ de iure ciuili tenetur crimine læsæ maiestatis. l. præsenti, de his, qui eccl. confu. C. De iure canonico, debet excommunicari, & condemnari pecunialiter, & imponi sibi publica pęnitentia, nec dẽt restitui communioni, nisi restituat eum, quem violenter de ecclesia extraxit. c. miror. c. si quis contumax. & idem, ꝙ Panor. dicit, & eum refert Guil. May. in l. nemo. de reg. iu. ff. fol. 250. & per Io. Bichis. ubi sup. notabili 9. & pœna pecuniaria, est 30. librarum argenti. per d. c. si quis. & secundũ prædictos, ubi supra. idem tenet etiam Ioan. Fab. in d. l. 2. de his, qui ad eccle. confug. C. ubi dicit, ꝙ de iure canonico, est pęna excõmunicationis, & 30. librarum argenti, & restitutio dãni per d. iura, si quis, quisquis, nullus 17. q. 4. Ioan. de Barberio in suo viatorio Iuris. fo. 17. col. 4. in ti. de violatoribus immunitatũ, dicit, ꝙ de iure ciuili, est pœna vltimi supplicii. d. l. 2. & fi. de his, qui ad eccl. cõfug. C. De iure canonico, est arbitraria, per not. in c. quominus. c. aduersus. eo. tit. & potest violator pecunialiter in noningentis solidis, uel alias in ista mulcta puniri c. si quis contumax. 17. q. 4. & violatores, ut publici latrones reputari, & donec emendent excõicari. c. sicut antiquitus ca cã, & qõne. & dicit ulterius, ꝙ si extrahendo ab immunitate infertur iniuria clericis, tales violatores punirentur tãquam læsæ maiestatis rei. c. quæ autem. 17. q. 4. facit c. cum deuotissimam. 12. q. 2. & in decis. capellæ Tholosanæ. 422. col. pe. Hosti. in summa sua in §. fi. co. tit. quærit, quæ sit pœna violantiũ immunitatẽ ecclesiasticam, in prin. dicit, ꝙ duplex est pœna, spiritualis. s. excõmunicatio; & temporalis, quæ quandoque maior, quandoq; minor inuenitur, ut in c. si quis contumax. 17. q. 4. Ideo est arbitrio iudicis committenda, secundum Hosti. ubi sup. Hostien. in summa, in isto titu. lib. 6. fo. 86. colu. 4. uers. circa septimum. quærit de pœna violantium immunitatem ecclesiasticam. refert Hosti. Idem Antoni. in sua summa, in 3. parte. titu. 12. c. 3. § 3. & in summa Siluestrina, in uer. immunitas. 3. q. 7. & Claua. in sum. in uer. immunitas. ver. 12. & c. 4. fo. 149. Et cui applicabitur ista pœna pecuniaria, sunt duæ opiniones. Prima, ꝙ applicatur ecclesiæ, cui facta est violentia. gl. in c. sacrilegiũ. Alia est, ꝙ applicetur Episcopis. gl. in c. quisquis. 17. q. 4. Prima opinio est uerior, secundum Ioã. Bichis, ubi sup. Idem, ꝙ Panor. & alii, quos supra retuli, tenet Io. Igne. in l. 1. fo. 14. ad sillam. ff. Supradicta pęna, imponitur illis, qui per violentiam extrahunt ab ecclesia confugientes ad eam, & in summa Siluestr. in ver. immunitas. 3. q. fin. & in decis. capellæ Tholosanę. q. 422. col. 1. uersic. & qui tales extrahit. Et quoad Pœnam aliarum violationum immunitatis ecclesiæ. uide supradictos Doctores, qui eas ponunt, ubi sup. & Siluestr. in ver. immunitas, 2. q. 10. Adde supradictis, quod violatores immunitatis ecclesiasticę committunt sacrilegium, delinquendo in ecclesia, cum per hoc violauerint immunitatem ecclesiæ, secundum Panor. in c. fin. col. pen. ver. credo tamen posse dici, eod. titu. & eum refert Nicol. Boer. in suis
2 decis. q. 110. fo. 116. col. 3. in 1. parte. Et violans† ecclesiam extrahendo inde fugientem ad eam, an gaudeat immunitate, si ad eam fugiat, dixi sup. in 36. fallen. Vnde si extrahatur inuitus ab ecclesia, apparet dictam immunitatem violatam, & sic ipsa ecclesia velut iniuriata, prosequitur suum interesse, atque reintegrationem, secundum Vitali. in d. cle. 1. de pę. & remiss. dico in sequenti quæstione.

S V M M A R I V M.

1 *Quando de facto extrahitur in casu, quo immunitate gaudere debet quis petet restitutionem.*

Quis posit petere restitutuonem. X. Quæst.

1 Quando † quis de facto. de ecclesia extrahitur in casu, in quo debet gaudere immunitate, quis petet restitutionem. Bar. in d. l. præsenti, in fin. in prin. quærit de ista quæstione. dicit, ꝙ ipse extractus potest de iure petere, quod restituatur pristinæ libertati, quia ea de facto priuatus est, per tit. de libe. homi. exhibe. Refert Bartol. Panor. in d. c. inter alia. col. 8. ver. nunc quæro. vnde dic. Oldr. cons. 154. in fi. ꝙ violenter extractus per quemcunque, restituendus est ecclesiæ, sicut in alijs restitutorijs iudicijs, & Panormita. alle. pro hoc tex. in c. miror. 17. q. 4. vbi ponitur tex. Augustini, ex quo euidentissime colligitur, ꝙ ecclesia debet per excommunicationem compellere extrahentem, ad restitutionẽ, ac etiam interdicere, ne a tota domo sua recipiãtur oblationes. Pan. vbi sup. Claua. in sum. in verbo immunitas. vers. quæro. fol. 149. col. 4. quærit, an abstrahens aliquem violenter de ecclesia teneatur illum restituere. Refert Bar. & Panorm. vbi supra, ꝙ de iure potest peti se restitui, cum de facto sit priuatus. allegat Old. cons. 53. & cons. 154. & ecclesia põt agere, cum sit spoliata libertate. d. c. miror. 17. q. 4. Ideo non liberatur, nisi restituat, etiam si dominus præstaret iuramentum, & cautionem de seruo extracto. Claua. vbi supra. Idem tenet Syluestr. in summa, in verbo, immunitas, 3. q. 7. refert Bart. & Panor. ubi supra, & refert id, quod Claua. licet ipsum non alleget. in decis. capellæ Tholosanæ. q. 422. col. 1. in prin. ver. adde, ꝙ violenter. Refert Bar. & Panor. Claua. vbi supra. Vnde per supradicta, potest concludi. Primo, quod talis extractus violenter de ecclesia potest agere, & petere se restitui, & ecclesia etiam potest agere, cum sit, eius libertate spoliata. dicto capitulo miror, ideo non liberatur, nisi restituat. Sed an videatur satisfactum, si restitutio fiat ad aliam ecclesiam, & non ad eam a qua fuit exractus, si hoc fiat cum consensu partis petentis restitutionem, nemini dubium, quod satisfaciat, sed parte petente restitutionem contradicente secus esset, quando talis restitutio posset fieri ad dictam ecclesiam sine difficultate, facit dictum Archidiaco. quod modo refero in principio quæstionis sequent.

S V M M A R I V M.

1 *Qui libere captum relaxat, si ad locum immunitatis confugiens capiatur, an satisfactum immunitati.*

Si relaxatum cepit. XI. Quæst.

1 Si iudex †secularis relaxat libere, quem extraxerat ab ecclesia, & in redeundo facit ipsum capi, An videatur relaxatus Archid. in capitulo miror. 17. quæstio. 4. dicit, quod restitutio in eodem loco est facienda, & loquitur in terminis nostris, & Ioann. de Tur. Crem. in c. miror, dicit, quod habet necesse reddere ecclesiæ, vt satisfaciat ecclesiæ, quã offenderat. Bar. in l. 1. de acquir. rerum domi. ff. dicit, pone, fuit aliquis captus in ecclesia, pronũtiatur relaxandus libertati propriæ, dimittis eum ire parum, & postea capis eum an videaris satisfacere, certe non, quia debet esse libertas data sibi talis, quod difficilis sit eius persecutio, ut in princ. l. naturalem de acquir. rer domi. ff. addit. l. qui neque. §. solutum. de verb. sig. cum sua gl. hæc sunt verba Bart. vbi sup. Fel. in c. 1. de tregua, & pace in prin. dicit, ꝙ si secularis iudex relaxat illum, quem cepit in ecclesia, & fugit ad ecclesiam, iterum capitur, non dicitur relaxatus libere quia debet esse relaxatus data illa tali libertate, quod difficilis fit eius persecutio per dicta l. naturalem, & per dicta l. qui neque. §. solutum. alleg. Bartol. in dicta l. prima, de acquirend. rerum domin. ff. Idem etiam refert Feli. allegando Bar. in c. ego. infra col. pe. de iure iuran. & in prædictis locis Felin. allegat in simili alia iura, & doctores, potest videri. Felin. allegat bonum text. in capitulo accedens, de procurat.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus armis an defendere possit, ne reus ab ecclesia extrahatur.*
2 *Opin. Bal. in hac quæstione notanda.*
3 *Clericus, qui per magistratum secularem ducitur, per clericos auferri potest.*
4 *Duę declarationes circa hanc materiam.*
5 *Distinctio notanda in proposita quæstione.*
6 *De gladio ecclesiastico hic legito.*
7 *Quando clerici arma mouere possint.*
8 *Cuilibet, & contra quemlibet, quando duplici gladio vti liceat, &c.*

An clericus defendere armis possit, ne extrahatur.
XII. Quæst.

1 An clericus †possit defendere armis, si opus fuerit, ne ille, qui fugit ad ecclesiam, extrahatur, uidetur ꝙ sic, per dictum Arch. in d. c. id cõstituimus. 17. q. 4. ubi dicit, ꝙ talis malefactor, q fugit ad ecclesiam, defenditur per ecclesiam. c. inter alia. eod. ti. facit c. dilecto. de sent.
2 excom. lib. 6. & ibi omnes. Item facit †dictũ Bal. in l. plerique. de in ius voc. ff. in uer. in textu ibi vim. ubi notat tria. Primo, ꝙ illicite captus, est ante omnia relaxandus. Secundo, capiẽs tenetur actione iniuriarum. Tertio, ꝙ capienti potest resisti armis, per l. debitorum de metalis. C. libr. 12. l. prohibitum. de iure fi. C. lib. 10. & idem tenet Iaco. de Sancto Geor. in d. l. plerique, in fi. refert ibi tria dicta Bal. Idem refert Ias. ip d. l. plerique. col. fi. Bartho. Soci. in d. l. plerique, in prin. dicit, ꝙ est licitum etiam resistere armis, Nam per d. tex. dicũt prædicti Doctores vbi sup. ꝙ aduersus officiales extrahentes, uel volentes extrahere quem de domo contra dispositionem legis, cõpetunt dicta tria remedia, & ista tria dicta refert Guliel. May. in reg. nemo de domo sua de reg. iur. ff. col. 2. in prin. fo. 249. facit dictum Hosti. in d. c. sane. de celebr. missar. ubi dicit, ꝙ fugiens ad Eucharistiam, quam Presbyter defert, gaudet immunitate, & debet defendi usque ad sanguinis effusionem. refero Hosti. & alios, super isto casu, in ampliatione 18. Bal. in sua margarita, in uer. Iudex, dicit, quod Iudex tuetur suam iurisdictionem, ut reus, vt actor, & vt iudex. vt reus, quoniam est in possessione, & alius eum impedit, tunc potest armis & legib. eam tueri, sicut quilibet potest omni modo, quo potest se tueri. vt actor debet etiam agere coram superiore, quia forte vult consequi commoda iurisdictionis. Tamen iste iudex fatuus esset, si possidet, & eligit uiam agendi, nisi hoc faceret pp potentiam aduersarii, ut iudex cognoscat, inter alios Bal. ubi sup. & eum refert Phil. Probus, in ca. si iudex laicus. nu. 4. de sent. excom. li. 6. Inn. in c. 1. eo. tit. quærit. facit gl. in c. ex litteris. de offic. delega. in gl. pe. q̃ dicit, ꝙ exequenti iniuste põt resisti violenter. Fel. ponit regu. cum fallen. in c. si qñ. de offi. deleg. in consuetu. Burgun. fo. 77. cũ seq. refero multa in cõs.
3 meis. cons. 3. in 5. vol. q. 3. Item facit pro ista opinione †illa q̃stio, si clericus ducitur per officiales temporales, an possit impune auferri, quod sic, si constat eum esse clericum, in quæstionibus Delphi. q. 73. in fi. & q. 579. Item facit dictum Ang. post Bart. in l. 1. de excu. mun. C. lib. 10. fo. 40. colu. 2. ubi dicit Ang. post Bar. ꝙ officium protectionis est, defendere cum armis, & militibus. allegat gl. in rubr. de domesticis, & protectoribus. libr. 12. fol. 240. col. 4. in paruo uolum. quæ glo. dicit, ꝙ protector est, qui extat armatus, corã principe, & Phili. Dec. in c. ad audientiam. col. 1. refert Ang. & latius refert Ang. Lucas de Pẽ. in l. 1. de excu. mun. C. li. 10. Item facit dictum Bal. in sua marga. in uers. iudex tuetur, colu. 7 vbi dicit, ꝙ Iudex, qui est in possessione suæ iurisdictionis, & alius impedit, tunc potest armis, & legibus, & processibus eam tueri, sicut quilibet potest, omni modo quo melius potest, se tueri. & Bald. refert Stephan. Auffre. in rep. cle. 1. de offi. ordi. in 1. regu. in 15. fallen. fo. 23. co. 1. ꝙ iudex potest suam iurisdictionem defendere, etiam cum ense. & in bello est uerum, si iurisdictio erat euidens, & notoria, scilicet, subditus, uel alter subtrahebat sibi exercitium iurisdictionis. secundum Stepha. ubi supra. Barba. consi. 1. colum. penul. & consil. 62. colu. 2. in 4. volum. refert Bartol. & Angel. in l. 1. de excus. mun. C. libr. decimo. Barbat. in c. cum. de constit. colu. 29. vers. nota. ibi apostolicæ protectionis. Refert Bar. in proęmio. ff. refero infra. refert ad Ange. in d. l. 1. & Barba. in eod. ca. cum. in colum. 54. refert ad Bart. & Ang. ubi s̃ Et additionator Panor. in c. recepimus. de proba. refert Ang. in d. l. 1. & Barb in prooemio. ff. refert etiã alios. Philipp. Dec. in c. ad audientiam. de priuil. refert etiam Bar. in prooemio. ff. & Ang. in d. l. de excu. mun. C. libr. 10. Est alia opinio, ꝙ clericus non possit defendere armis, ne ille, qui fugit ad ecclesiam extrahatur. Nam Collecta. in c. inter alia. col. 1. in fi. quærit, nunquid ecclesia habet defendere confugientes ad ecclesiam, dicit, ꝙ sic. s. iniuste condemnatum, oĩbus modis, & iuste condemnatum temperate, sed pro nullo, quem defendere habet, mouebit guerram, seu bellũ. c. reos. 22. q. 5. & ꝙ istos defendere habeat, non uideo, nisi intercedẽdo. c. nouimus. de uerb. signif. hęc Collecta. vbi supra. expresse ergo vult Collecta quod non est defendendus armis. Bart. in prooemio. ff. in ver. omnem. col. 4. in fin. nu. 7. quærit, quid importent ista uerba, recipio te in protectorem, & defensorem meum, dicit Bar. ꝙ canonistæ se de hoc expediunt, & dicunt ꝙ si quis reciperetur sub defensione ecclesiæ, nõ debet eum ecclesia defendere cum armis, sed uidetur ei magis reuerentia deberi, quam alteri, per tex. iuncta gl. in c. recepimus, de priuil. dicit Bar. sed nos possumus probare oppositum. Nam verbum, protegere, uidetur importare, cum armis defendere, text. cum glo. in l. desertorem §. fin. de re milit. ff. Item potest

test probari in l.1.& fin.de profe.& medi.C.libro 10.quidquid isti dicunt.hæc Bart.vbi supra.Barbat.cons.11.columna 14.in prin.refert Bart.vbi supra,& alleg.Host.in cap.recepimus,de priuil.qui dicit, quod ecclesia debet receptos ad defensionẽ defendere iure.& persona.Idem Card.& Anto.in cap.recepimus.Barbat.vbi supra concordat prędictas opiniones, aut iuste offenditur,& tunc non debet ecclesia eum defendere,aut iniuste.& tunc debet eum defendere.& ita redditur ad concordiam Bart.cum canonistis.alle.aliqua similia isti concordiæ,maxime glo.in c.pro illorum,de præben.& c.litteras,de præsump.& gl.in l.seruum, in vers.prætor.de acquir.hære.ff. Hiero.Cagnolus in procemio.ff.fol.8.vers.& quia in glos.refert qõnem Bar.uidelicet,quid importent illa verba accipio te in protectorem, & defensorem meum.concludit,sic recipientem ad defendendum cum armis obstringi,nisi essemus in materia contractuum,de quorum natura est iudicialis defensio, & communiter scribentes sequuntur istam opin.& cõclusionem Bart.& refert d.Hieronymus multos doctores modernos hoc tenentes,scilicet Alex.Ias.in l.stipulatio ista habere licere.in prin.de ver.obl.ff. Anan.& Fel.in c.olim.in fin.de accu.Barbat.cons.1.in 4.vol.& in d. cons.11.col.13. in 2.vol. Guido Papa.5.q.83.Dec.in c.ad audientiam.c.1.de appellat. Bal.Salic.Pau.de Cast.in l.fi.de actio.empt.C.dictus Hieronymus ponit duas fallentias ad dictam conclusionem. Vna est,

4 †quando quis iuste offenderetur.Pano.in c.recepimus,de priuil.Fel.c.pastoralis.in fin.de iud. Barba. in d.consi.11. Secunda fallentia est in ecclesia, quæ nõ tenetur quempiam armis defendere,secundum Canonistas,secundũ Bar.in procemio. ff.vbi supra,Barba.in d. cons.11.retuli supra concordat canonistas,& legistas,vt supra dixi.dicit Hier.quod ista concordia Barb.sibi non placet.Nam canonistę indistincte loquuntur, ꝙ ecclesia armis defendere non tenetur,pro quib. facit text. in c.consuetudo.16.q.6.vbi dicitur,ecclesia non armis,sed iure sua bona defendat, ergo multo fortius aliena defendet,q. nimo armorum auxilium ad malos coercendos postulat ecclesia.23.q.4.sicut excellentiam, melius ergo dicendum uidetur, quod ecclesia taliter recipiens susceptum, armis suis spiritualib.defendere teneatur.Nam verba sunt intelligenda secundum qualitatem personæ, ad quam referuntur, plene per Felin.capit.cumque.colum.12.ver.quibus adde.de rescri.

5 hæc Hierony.vbi sup.in† nostra quæstione sunt considerandi duo casus. Primus est,quo ad protectionem. Secundus est quo ad defensionem. Primus casus potest intelligi duobus modis.primo quando quis se subijcit protectioni ecclesię,vt in c.ad audientiam.de appel.Nã quando quis ratione grauaminis sibi illati.submittit se, & sua bona sub protectione papæ,vel alterius superioris, talis protectio habet vim appellationis,tex.in d.c.ad audientiam. Host.& omnes alij,maxime Panormi.& Philip.Fran.ibi.Domi.& Phil.Franc.in c.1.de appelatio. libro 6. & quid important ista verba, submitto me protectioni superioris,per panormit. & alos,in d.cap.ad audientiam,& Maria.Soci.cons.7.colum.2.in prima part.& remissiue,per Ioann.de Ripa in repeti.capituli cum inde.de cõsti.no.2,Secundo, intelligi potest,quando papa,vel princeps, seu alius recepit aliquem sub sua protectione.c.ex parte.cap. recepimus,alias accepimus,de priuileg.& ibi per Panorm.& alios,& Panormit.& Phil Franc.& alij, in c.ad audientiam. vbi dicit Panorm.per gl.ibi,ꝙ recipiens sub protectione sua, non teneatur eum defendere,nisi cum iniuste grauatur,mouetur ergo superior facilius ad defendendum eum,& fulminandum sñias. Est alius casus quoad defensionem, qñ quis possit armis defendere suam iurisdictionem, seu suum territorium.Ista qõ tractatur per legistas in l.1.si quis ius dic. non obtempe.per Iaso. post Ange.& alios ibi.& per canonistas in c.1.de offi.deleg.maxime per Dec.ibi.col.pen. & fi.in c.dilectus.de pœn.& in c.significasti, ibi Dec.in vlt.not.& colum. penult.& fi.& Philip.Dec.post panorm.& alios in cap.in causis.col.8.de offic.delega.Vnde concludendo,dico tam in primo casu, scilicet,quando papa,vel alius superior recipit quẽ, sub sua protectione,quam in secũdo casu,s. defendere suam iurisdictionem,seu territorium,non debet ecclesiasticus talem personam, vel dictam iurisdictionem defendere armis temporalibus,sed ecclesiasticis,per tex.in c.1.de offi.deleg.& c.fi.de reb.eccle.non alien. c.dilectus,de pœnis.c.ex parte 1. de uerbor.sign.qui tex.loquitur de defensione territorii. c.dilecto.de sentent.excommunica.lib.6.dicta iura concludunt, quod prelati possunt suam iurisdictionem tueri per censuras Ioan.de Ripa.in c.2.colum.10.uers.vltimo.not.de iudi.& cõpellere laicos, ut desistant a talibus prohibitionibus, per c.fi. de re,eccl.non alie.& ibi Host.Ioan.And.& Barba.post alios, Duo sunt gladii;vnus ecclesiasticus,alius temporalis, c.dilecto,& ibi glo.maxime fin.de sen.excom.lib.6.gladius ecclesiasticus est cẽsura.c.quærenti.de ver.sig.gl.in d.c.dilecto, in ver.ecclesiastico.Gladius temporalis est arma,& eorum executio,ut in c.dilecto, & ibi glo.& Imo.Ioan.Andr.& omnes alii. gladio ecclesiastico non licet omnibus uti, sed tantum

6 †iudici ecclesiastico habenti potestatem fulminandi censuras.glo.2.in c.dilecto,& ibi Domi.& Fel.post alios.& tali gladio non licet uti contra quoscunque etiam pro defensione sua,sed tm̃ contra homines suæ iurisdictionis. secũdum Inn in c.dilecto, & eum referunt Io.An. Dom.Philip.Francus,& alii,uel etiam contra perturbantes iurisdictionem,per supra dicta. Nam tales includũtur sub sua iurisdictione, ut dictum

7 est.Quoad †gladium temporalem,quæstio est,quando arma clerici possunt mouere.Hostien. in sum.de treu.& pace.col. 2.uer. 5.ratione personæ.refert quinque opi.& Host.in d.c.dilecto.de sen.excom.li.6 col.3.uer.sed contra refert etiam dictas opin.Cõcludit Hosti.ꝙ clerici habentes iurisdictionem tpalem indistincte possunt sumere arma pro defensione sua, & suorum,quia hoc omnia iura permittunt. vt per eundem in ca.dilecto, in princip. in ver.uim vi repellere. facit c.noli. 23.quæstion.1.& §.hic ita.cum sequen.23.quæstio ultima,ꝙ si temporalem iurisdictionem non habent, non licet arma sumere, nisi ad suam defensionem. §. ecce quod 23.quæstio. fi.Hostien.vbi supra. Ioan.And.in c.dilecto.col.2.in prin.Ancha.ibi col.3.uer.nono nota.Do.ibi col.2.in fi.uer.quæro,quãdo clerici possunt arma sumere,& concludunt,cum Hostiẽse, & referunt ipsum ad litteram.Philippus Fran.in c.dilecto

8 co.3.uer.in glo.fin. †quærit.an cuilibet,& contra quemlibet liceat vti duplici gladio.dixi supra.quoad gladium temporalem, est concludendũ, quod aliquando vult quis vti gladio in modum iustitiæ.hoc non licet omnibus,sed tantum habẽtibus iurisdictionem temporalem, seu secularem,& contra homines suæ iurisdictionis tantum.c.2.de consti.lib.6.vnde clericus habens iurisdictionem temporalem,poterit vti gladio temporali, & arma assumere pro defensione sua, & suorum.per d.c. dilecto.c.noli.23.q.1.Hostien.& alii in d.c.dilecto.poterit etiam clericus illo vti committendo executionẽ iustitiæ. secundum notata in c.final.ne clerici, uel monachi. Aliquando vult quis uti gladio temporali in modum defensionis,hoc omnibus licet,siue priuatis, siue iudicibus,siue laicis,siue clericis.in d.c.dilecto.& ibi glo.unde licet clericis et temporalem iurisdictionem non habentibus arma sumere, in propria persona ad defensionem. §. ecce.23.q.final.Ioan. An.& alii.in d. c.dilecto.Bartho.de Firmo in tractatu de episcopo in 1.parte.4.libri q.13.quærit,vtrum episcopus possit arma mouere.dicit, ꝙ non.23.q 8. in princ.& pertotum,nisi p defensione ecclesiæ.glo.in c.quicunque.23.q. 8.& quibus casibus potest bellis interesse episcopus.c. igitur.90.quæstione. & cano.c.maximianus.23.q.3.ut latius per eum vbi supra.& per Hyppol.de Mars.in tractatu causarum criminalium.§.p complemento fo.130.colu. 1.& sequen.& Panor.Imo.in c.2. de vita,& hone.clericorũ, & Mattheus de Afflic.in cõsuetu. Neapo.in titu.de armis. Vnde quoad quæstionem nostram, dico,ꝙ non est licitum clericis defendere armis secularibus. ne ille, qui fugit ad ecclesiam extrahatur ab ea.secundũ Collectarium,qui hoc expresse in terminis dicit.in d.c.inter alia retuli supra. Nam,ut superius dixi,non est licitum clericis vti

9 armis tẽporalibus,nisi in casibus,quos supra retuli. Et in contrarium allegata loquuntur in laicis. & posito, ꝙ loquerent in clericis, intelligi debent de armis ecclesiasticis,ut sunt cẽsurę(vt dictũ est)ita intelligit dicta iura Hierony.Cagnol.vbi supra eum retuli.Et ad dictum Hosti. quem in princip.istius quæstionis,retuli & aliorũ,quos retuli supra in 19.ampliatione, loquuntur in fugiente ad Eucharistiam, quam sacerdos defert infirmo.Etiam in isto casu sunt opiniones,ut refero in d.ampliat.18.& crederem ꝙ etiam in isto casu,non est licitũ defendere armis talem fugientem ad Eucharistiam.per superius dicta.

SVMMRIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus, an possit procedere contra inferen.damnũ rebus eius, qui gaudet immunitate.*

Contra inferentem damnum in rebus eius, qui ad ecclesiam fugit. XIII. Quæst.

1 Quæstio XIII. Nunquid † ecclesiasticus potest procedere ꝯ inferentem damnum, vel spoliũ in rebus eius, q fugit ad ecclesiam.Io.Bichis in tractatu, quẽ facit in materia immunitatis,super c.diffiniuit.17.q.4.fol.76. col.4.in prin.in paruo uol. ver.nunquid autem sit, in magno volum.col.14.in princ.dicit, ꝙ hanc quæstionem non reperit tactam, & videtur,ꝙ possit,per d.c.diffiniuit.ubi text.diffiniuit sanctum concilium,ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam, uel residentes inde vi abstrahere, aut quodcunq; nocibilitatis,vel damni, seu spolii residentib. in loco sancto inferre.ecce ergo tex.qui pro hibet,ne fiat eis damnũ,& contrafacientes puniantur.In contrarium facit,quia tales fugiẽtes ad ecclesiam non sortiuntur forum ecclesię,ut per Inn.& alios,in c.inter alia,& c.relatum.17.q.4.dixi in fallent.22.Nã iudex

Iudex ecclesiasticus impetrat pro talibus pacem, & immunitatem,quoad pœnam corporalem.dixi plura supra in secunda quæstio. Dicit Ioann.Bichis vbi supra quod prima opinio videtur verior. Nã ex quo canon hoc prohibuit,& circa hoc disposuit,contrauenientes,& facientes contra prohibitionẽ debent puniri. Item ecclesia potest comprimere notoriam iniustitiam iudicis secularis,per not. in c.nouit.de iudic.maxime in hoc casu pro reuerentia ecclesiæ, in hoc residet dictum Ioann.vbi sup.Aduerte,quod tex.in l.præsenti, §.cum autem,de his,qui ad eccl. confu.C.dat formam ad cogendos malefactores,vt citentur publicis edictis,& bona eorum capiantur,vt metu amissionis bonorum compareant,quod optime Gallia obseruat,quia publicis edictis, vt compareãt,uocantur,cum indictione banni,& publicatione bonorum,iuxta l.absentem.ff.de pœnis, nisi cum certum est eos ad ecclesiam confugisse, fm Io.Igne.qui prædicta dicit,in l.1.fol.150. col.1.ver.adde ꝙ tex.ad Silla.ff.vult ergo dictus Doctor,ꝙ si constat dictum delinquentem ad ecclesiam confugisse,non procedatur contra eum.tex.in d. §.cum autem, clare loquitur,dicens,ꝙ citatus in ecclesia, potest per se,vel per procuratorem comparere,& si non compareat,procedatur contra eum,ad primum,& secundum decretum,& ad bonorum inuestigationem,secundum formam iuris, & loquitur quando certum est,talem,contra quem proceditur,esse in ecclesia,facit tex.in §.sed ne autem,de man.prin.col.3. & isti tex.sup.c. diffiniuit.& §.cum autem, vidẽtur ad inuicem contrarij.Posset dici,ꝙ d.§.cum autem,loquitur de eo qui propter debitũ fugit ad ecclesiam. Nam eum hic versetur interesse particulare partis, licet princeps possit remittere pœnam,quæ respicit ius publicum,tamen priuatum debitum, non intelligitur remittere,vt latius dixi supra in fall.27.maxime in uers. Maria.Soc.& ꝙ ille tex. loquatur in debitore,probatur per eundem tex.in prin. & Ioan. Fab.ibi,in vers.priuato, dum dicit, dic de alio quam tributo, quia pro illo extrahitur, dixi in d. fallen.27.Et tex.c.diffiniuit,quod loquatur de fugiente ad ecclesiam,propter maleficium.Nam talis gaudet etiam respectu bonorum, vt supra dictum est in princi.istius quæstionis. Aduerte quia istam quæstionem quasi in terminis ponit panormitan.in capitulo inter alia, columna 2.versiculo quæro, quia text. dicit, vbi quærit, †fugiens ad ecclesiam, qua pœna puniatur,dicit, quod ciuiliter,& criminaliter potest cum istis agi, etiam dum existunt in ecclesia,dummodo non cõsequãtur pęnam corporis afflictiuam. per text. in d. capitulo inter alia, dum dicit,quod sunt alias legitime puniendi,ergo loquitur de accusatione criminali,facit glo.in c.reum,17.q.4.quæ dicit,ꝙ priuilegium ecclesię operatur,vt omnino nec vitam perdat,vel membrum, sed alias pecunialiter satisfaciat. Idẽ Archi.ibi, vt latius per panormit.ubi supra & concludit panor.col.3.in prin. ꝙ poterit citari in ecclesia,& tenetnr comparere iuxta.l.præsenti.§.cum autem.(vt retuli sup.)& si fuit lis contestata ante fugam,procedatur ad sententiam,& mãdabitur executioni in bonis, si non erat lis contestata, procedetur ad primum,& secundum decretum, secundum qualitatẽ causę,& hęc procedunt respectu iudicis secularis, & quo ad reum laicum. panor. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad ecclesiam, verbaliter citari potest.*

2 *Tria insunt citationi, de quibus hic.*

Citari verbaliter. XIIII.

1 An possit, quis citari in ecclesia †verbaliter.Iac. de Sanct.Georg.in l.plerique.de in ius vocan.ff.dicit referendo Gulie.de Cun.& Barb.ibi.num.4.ꝙ sic,citatione verbali, sed non citatione reali, vt inde inuitus extrahatur.d.c.inter alia,d.l.præsenti, & Bal.in l.2.de sacros. eccle.C.colum.2. vers.quæro, iuxta hoc quærit de ista qõne, & concludit,ꝙ sic,a qua non recedatis. dicit Iacob. vbi sup. licet Ang.in l.satis.q.fi.de in ius voc.ff.dicat,quod etiam verbaliter non potest citari,per capitulũ decet.de immun.eccle. lib.6.Idem quod Angel.tenet Ioan.Fab.in d.l. præsenti.& in d.c.decet.Signoro.de Homod.in repe.l.2.col.7. q.4.numero 12.de sacros.eccl.quærit,an aliquis possit citari in ecclesia,allegat pro,& contra, concludit,ꝙ sic,per d. l.fi.§.sed si quid,& ꝙ possit citari, tenet panormi.in c.interalia.col.3.retuli in fi. quæstionis præcedentis, & ꝙ possit verbaliter citari.Marian. Soci.in tract.de citatione.retuli eum sup.in 27.fallentia.Philip.Franc.quærit de ista quæstione,in c.decet.eod.tit.in 6.colum.fi.in prin.q.5.& dicit,quod commisio citationis non potest fieri in ecclesia, cum talis sit actus iudicis,& est de processu,per capit.quoniam contra falsam,de probatio.notificatio vero,quæ fit per nuncium, potest fieri,cum sit quædam executio facti,& intellige de citatione verbali.Secus vero in reali,quæ fit per capturam personæ,per d. c.inter alia, cum sim. Phil.Franc.vbi sup.Vide alias remisiones,in addit.ad Bar.in d.l.plerique.Guliel.Mayn.in d.reg.nemo.col.3.num.10.cum seq.& concludit cum Bar.& Bald. vbi sup.s.ꝙ potest verbo in ecclesia citari, & valet talis citatio uerbalis in ea facta,per d.l.præsenti.uersi.sed si quid.& d. §. sed neque.de man.prin. colla 3. & quamuis ecclesia non sit sub iurisdictione iudicis secularis, hoc verum specialiter, Sed bene sub quadam generalitate,quia est in eius territorio.arg.l.in modicis.de contrah.empt.ff.& l.id,ꝙ in fine.de peri.& commodo.& facit d. l.præsenti.in fi.& dicit dictus Guliel.ubi sup.num.22.sed videtur,quod citatio verbalis nuncii, seu seruientis non possit fieri in ecclesia,quoniam ab in ius vocan.iudicia incipiunt. §.1.inst.de pe. temeræ liti.gl. super rubr.de in ius vocan.C.ad quod respondet,referendo Bald.in l.2.de sacros.eccl.C.ꝙ licet citatio sit de processu eo,quia ab ea inchoatur processus, hoc tñ est verum inquantum concernit Iudices,sed inquantum cõcernit dictum nuncium, est quædam executio facti, quæ non est proprie de processu iudicii,ut per Bald.in l.2.Dicit vlterius d.Guliel.col.4.in prin.num.23.cum seq.ꝙ in cita

2 tione sunt tria. Primum†est commissio,quam Iudex facit de citando,& illa residet in iudice,& vocatur sententia interlocutoria.l.cum clericis.de epis.& cler.C.Secundũ,est mediũ, ꝙ est medium misterium executionis,in quo proprie nõ est iurisdictio. l.fi. de re iudic.Ideo in tali executione non curamus de territorio, & hoc intelligitur, si ambo sunt sub eodẽ Principe,seu superiore.secus si sunt diuersorum dominorũ, fm Bal.in l.2.& Imo.in l.in tempus.de hæred.insti.ff.nu.4.facit tex.in cle.pastora.de re iud. Tertium, quod inest citationi,est comparatio,quæ est vltima extremitas,& confertur vltra territorium iudicis citantis,uel citari iubentis,& sic in loco permisso.Et ideo in ecclesia hoc non permittitur,per d.c. decet.Albe.in l.denunciamus,de his,qui ad eccle.confug.C. sed uerbalis citatio nuncii bene permittitur.Panor.in c.inter alia.ut plenius per d.Guliel.in d.l.nemo.col.4.Conclusio est, quod verbalis citatio potest fieri in ecclesia,vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Exiens ab ecclesia terrore sibi incusso,si capiatur,an restitui debent.*

De illo,qui exit ab ecclesia,terrore sibi incusso.

XV. Quęst.

1 Quid si ille, qui†fugit ad ecclesiam, exit ab ea terrore sibi incusso a familia iudicis,si capitur,An sit restituendus. Ioan.Igne. in l.1.nu.4 fol.8.colu.3. ad silla quærit de ista quæstione,& concludit,ꝙ est restituendus, per text.in c.diffiniuit.17. q.4.ibi. Inde vi extrahere, aut quodcunque nocibilitatis,vel damni, vel spolii residentibus in loco sacro inferre, & dicit dictus Io.Igne.ꝙ ex d.cap.diffiniuit, probatur consuetudo Normandiæ rationabilior non esse, quæ per victus substractionem ad ecclesiam fugientes exire cogit, vel cum banni impositione,& pœnæ interminatione.hæc Io. vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Laicus in ecclesia deliquens,an puniatur per Iudicem Ecclesiasticum.*

2 *Delictorum,aliud, Seculare, aliud Ecclesiasticum.*

Laicus delinquens in Ecclesia,an puniatur per Ecclesiasticũ.

XVI. Quæst.

1 Si laicus †delinquit in ecclesia, an possit puniri per iudicem ecclesiasticum. Maria.Socin.in ca.postulasti.colu.6.versi.circa 11.quæstionem.de foro competen. fol.99.colu.3. Primo dicit,ꝙ sic. alleg. Cy.in d.l.præsenti.de his,qui ad eccl.confu.C.& post refert Bart.tenentem contrarium in l.si cui.de accus.ff.per c.fi.co.titu.Cy.in d.l.pręsenti. col.2.ver. Secundo quæro,dicit,ꝙ si quis delinquit in ecclesia,tunc est de iurisdictione ecclesiastica, & punietur per iudicem suum,& non secularem. §.quia vero.in authen.ut liceat matri.colla.7.Bar.in d.l.si cui.§.fin.nu.3.fo.287.in paruo vol.quęrit,delictum aliquod est factum in ecclesia,quis eum puniet? Iudex ecclesiasticus, vel laicus? Certe iudex laicus, nec debet fieri remissio ad iudicem ecclesiasticum, vt in l.si quis in hoc, de epis.& cler. C. & pro hoc est optimus tex.in c. fin.de immu.eccl.hæc Bar.ubi sup. Panor.in c.cum sit generale.fol.972.col.penul.ver.addo,& alium casum,dicit,qñ delictum est commissum in ecclesia. Nam ecclesiasticus iudex puniet ipsum. secundum Cy. in l.præsenti.sed Bar.contra.in d.l.si cui.de accu.ff.& dicit Pano.hoc puto uerius,arg.c.fi.eo. tit.ecclesia enim non habet territorium nisi respectu clericorũ. Ideo non impedit se de delictis laicorum, etiam in ecclesia commissis.nec obst.gl.in auth.nec nulla.de epis.& cle. C. quæ dicit,ꝙ ratione delicti laicus est de foro ecclesiæ.Intellige, qñ deliquit in ecclesia ipsam collectando, vt ibi dicitur, vel aliter bona ipsius capiendo,tunc permittitur ratione sacrilegii,fm Panor.ubi supra.qui prædicta refert. Maria.Soci. vbi sup. refert dictas opin.& dicit, ꝙ latius est distinguẽdum in ista q.quod aut delictũ commissum in ecclesia,est delictũ

2 duntaxat seculare,†aut duntaxat ecclesiasticum, aut mixtũ in 1.casu habet locum opinio Barto. in d.l.si cui.& Pa.2.casu. cognitio pertinet ad solum ecclesiasticum.3.casu,siue sit cõmil-

miſſum in eccleſia, ſiue alibi, ſi eſt mixti fori, locus eſt præuē-tioni, poteſt eſſe mixti fori, eo quod eſt commiſſum in eccleſia. vbi alias non eſſet mixti fori, ſed quia committitur in eccleſ. eſt ſacrilegium. capit. ſi quis contumax. §. ſacrilegium. & cap. quiſquis. §. ſacrilegium. cum ſimilibus & de iſto ſacrilegio cognoſcit eccleſiaſticus, vt latius per Socinum ubi ſupra & quæ ſint crimina ſecularia, eccleſiaſtica, mixta, per omnes ſcribentes, in capitulo cum ſit generale, de foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui iniuſte reum ab eccleſia extrahit, eo cognito, an illum eccleſiæ reſtituere poterit.*

2 *Habilitas ſuperueniens, quando conualidet actum præceden.*

Iudex extrahens reum ab eccleſ. an debeat reſtituere.

Quæſt. XVII.

1 Iudex ſecularis †delinquentem, qui fugit ad eccleſiam, & eſt in ea, extrahit nulla habita informatione, ſeu cognitione, an debeat gaudere, vel ne. Et poſtquam ipſum extraxit, recipit informationem de dicto caſu, & inuenit eum eſſe talem, in quo non dēt gaudere immunitate eccleſiæ, an ſit dictus delinquens ad eccleſiā reſtituendus, præſuppoſito, quod cognitio, an debeat gaudere, vel ne, ſpectet ad iudicem ſecularem. Eſt quæſtio, quæ quotidie accidit, & erit quæſtio, An dicta executio poſsit iuſtificari ex poſt agitatis, & productis. In iſtis terminis iſtam quæſtionem latiſsime proſequitur Hippolyt. de Marſ. in l. pe. nu. 31. cum ſeq. de quæſt. ff. ubi q̄rit, aliquis cōfeſſus eſt in tortura indicijs non præcedentibus, deinde antequam ponatur in priſtina libertate, ſuperueniunt indicia, an ex illis conualidetur dicta confeſsio. arguit primo, quod non. Adducit multa pro iſta opin. & poſt arguit quod ſic, adducit etiam multa. tandem concludit, quod dicta indicia, poſt dictam confeſsionem ſuperuenientia, non habent conualidare dictam confeſſionem inualidam, & nullā, & iſta eſt cōis opin. in quæſtione prædicta ſecundum eum, & per eundem in repet. l. fi. de probat. C. & dictus Hippol. refert plura iura, & Doctores in iſta materia, & per eundem in practica cauſarum criminalium, in ver. diligenter. fol. 48. col. 2. ver. quæro poſtremo, & per eūdem in d. pract. in ver. 2. col. cum ſeq. fol. 79. col. 3. & folio 84. col. 1. cum ſeq. Nicol. Boer. in ſuis decif. q. 259. fol. 99. in 2. par. quærit prout Hippol. vt ſupra retuli, arguit primo, quod non, quia indicia ſequentia non confirmant torturam præcedentem, nec confeſsionem ex ea extortam, & ratio eſt, quia ordo fuit peruerſus, quoniam indicia præcedere debent ipſam torturam, & quæſtionem, per gl. in l. fi. de accuſ. C. per tex. in l. 1. de q. C. & in l. 1. de q. ff. & pro iſta opi. refert plures doctores, poſſunt videri, & refert Hipp. in d. l. pen. de q. ff. & poſt nu. 4. arguit, quod ſic, quod ſententia iud. cis poteſt iuſtificari, & executio illius ex poſt agitatis, & productis. alleg. Bal. in l. ſeruo. de execu. tut. ff. & Pari. de Puteo in tract. ſindicatus in prin. allegat etiam tex. in l. ſi quis filio. § hij autem. in fi. ibi, ſed præueniendi periculi cauſa, de iniuſto rupt. teſta. ff. vult innuere dictus Boer. quod propter futurum periculum vitandum per-

2 mittitur executio. Canoniſtæ † tractant iſtam materiam. ſ. an habilitas ſuperueniens conualidet actum præcedentem. in capitulo ſi eo tempore de reſcripti. libro. ſexto vbi text. quod ſi impetrans beneficium, tempore impetrationis eſt minor 24. annorum, & poſt vacat beneficium curatum, & tempore vacationis eſt legitimæ ætatis, non obtinebit beneficium. Attenditur tempus datę. facit etiam text. in capit. fin. de vſur. libro 6. nam teſtamentum manifeſti vſurarij eſt nullum, niſi de vſuris ſatisfecerit, vel de ſatisfaciendo præſtet idoneam cautionem ibi tex. in fi. quærit gl. fin. in fin. quod ſi primo teſtamentum facit, poſtea cauit, an firmetur teſtamentum. Refert Gar. quod non firmatur per hoc teſtamentum, quia ab initio non valuit, regula, non firmatur. de re. iu. li. 6. cum ſi. cōcludit d. gl. ꝙ ſatis vr̄ ſufficere, ſi ante mortē cauit, cum teſtm̄ morte firmetur, in hoc reſidet d. gl. Io. Mona. in d. c. fi. in finalibus. verbis, quærit. quid ſi prius fecit teſtamentum, & poſtea cauit, nunquid valet, dicit, q̄d nō ex quo nullum fuit, conualeſcere non poteſt l. eius. l. ſi quæramus. l. ſi filiusfamilias. de teſtament, ff. Phil. probus in addi. ad Ioan. Mona. in fin. uerbis refert eum, & dicit, quod multo fortius valebit, ſi præſtetur per mortem, ſicut manifeſtatio criminis facta poſt mortem non inualidat teſtamentum. Alleg. Pet. de Ancha. conſ. 376 Guliel. de monte Laud, in d. c. fi. in fi. refert opi. dictæ gl. & ſequitur opin. Ioan. And. ſcilicet gl. Domi. in dicto c. fin. § fin. col. 4. & ſeq. refert plures opin. & dicit crederem eſſe uerā opi. Io. An. & dicit, ꝙ tota difficultas huius dubij conſiſtit in hoc, nunquid hæc cautio ſit de ſubſtantia, vel de forma teſtamenti, vt latius per eum, & in fi. dicit, ꝙ ſunt quædam de ſubſtantia, ſubſtantificata ipſius actus, & iſta requiruntur eſſe cōtemporanea cum ipſo actu, alias actus non ualet. c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. 6.. quædā ſunt de ſubſtantia non contemporanea, ſed poſſunt interuenire poſtea, & iſtud non vitiat ſi poſtea accidit. c. 1. de iura. calum. libr. 6. plenius per Felin. in capitulo cum dilecta. colum. 8. verſ. quartum ſignum. de reſcrip. Anch. in d. c. ſi eo tempore. colum. 1. quærit de teſtamento vſurarii manifeſti, vtrum conualeſcat per ſuperuenientem cautionem. refert opiniones, & concludit, quod reconualeſcat. vt latius ibi per eum. Philipp. Franc. ſuper rubr. de teſta. lib. 6. col. 21. q. 7. quærit, an valeat teſtamentum vſurarii, ſi ex poſt facto præſtat cautionem. refert plures doctores, pro, & contra, & concludit, cum d. gloſſ. quod valet teſtamentum. Feli. in capitu. poſt ceſſionem. de probat. in fin. penco. ver. in text. ibi cum officium. dicit, nota, quod in conſideranda habilitate, vel inhabilitate perſonę debet attendi tempus, quo actus ad perſonam applicatur, allegat d. c. ſi eo tempore. allegat Bald. in rubr. de condi. ob tur. cau. C. Nam ſuperueniens habilitas non iuuat, & dicit Feli. ubi ſup. quod in hoc multa, & varia adduci poſſunt, & ſe refert ad dicta per eum, in c. cum dilectus. de accuſ. vbi Feli. colu. 1. in princ. quod iſta materia, an attendatur principiū, vel ne. eſt brocardica, & refert plura iura, & doctores, & dicit, quod vbi habilitas perſonæ, vel ſolemnitas adhibenda in actu, eſt de ſubſtantia ipſius actus non ſufficit, quod ſequatur; ſed vbi ſolum ſunt ad ſolemnitatem, ſuperueniens ſolemnitas validat actum, qui poterat initiari. vt latius ibi per eum, & Fel. in d. c. cum dilectus. col. 2. in prin. loquendo de materia. gl. d. c fi. de vſur. lib. 6. dicit, quod communis opinio eſt, quod re conualeſcit, ſi poſtea præſtetur cautio, ſaltem ad æquitatem. refert plures docto. pro, & cōtra. Dec. in c. poſt ceſſionem. col. 2. in 6. nota. notat ex illo text. ſecūdum intellectum communem, quod habilitas pręcipue requiritur tempore, quo officiū aſſumitur, & non ſufficit, quod tempore acquiſitionis officii reperiatur habilis, ſed debet eſſe a principio. per d. c. ſi eo tempore. Allegat Bald. & alios docto & refert aliqua iura, & doctores in cōtrarium. & idem Dec. in d. c. poſt ceſſionem. col. 8. veſ. in gl. fi. dicit, quod difficultas præcipua, in qua doctores laborāt in iſta materia eſt, an conſtitutio procuratoris excommunicati, ſit a principio ipſo iure nulla. Refert doctores pro, & contra. Cōmunis opinio eſt, quod ſic, ſecundum eum, licet ille conetur tenere aliam opin. vnde idem Dec. ibi, colu. 10. in prin. concludit, quod quando actus a principio eſt nullus, non ſufficit, quod habilitas poſt modum ſuperueniat, ſed quando a principio actus non annullatur, habent locum ea quæ in contrarium adduci poſunt, ut latius per Dec. ubi ſup. Panorm. in c. de vxo. de ſepulturis. col. 2. in prin. ver. ſed circa primam partem, concludit, quod quando ius aliquid prohibet, non ſolū attento effectu, ſed etiam attento initio, tunc non ſufficit, ꝙ conferatur ad tempus habile, ſed debet inſpici tempus initii, vt latius per eum in d. c. de vxore, & Panor. in capitu. bonę. 2 de electio. in vlt. no. inter alia concludit, quod in citatione plurimum conſideratur initium, vt ibi latius per eum. & plenius per Math. Picū in titu. de man. Apoſt. in concordatis. in 4. part. fol. 37. num. 45. Venio ad noſtram quæſtionem, & dico, quod dicta extractio, ſeu executio non iuſtificatur ex poſt agitatis, ſeu ex probatione poſt dictam extractionem recepta. Nam vt refert Hyppo. quem ſupra retuli. communis opinio eſt, quod p ſuperueniētem probationem actus præcedēs non conuallidatur, maxime, quia actus a principio eſt de ſe nullus, ut ſupra dixi. maxime procedit hoc in caſu noſtro. Nā dicta eccleſia fuit ſpoliata, ſine cognitione cauſæ, & ſic eſt reſtituenda. per c. conquerente. ca. item cum quis. de reſti. ſpol. cum ſim. & in noſtris terminis decidit iſtam quæſtionem Petrus de Belluga, in tract. qui intitulatur Speculum principis. eum retuli ſupra. in prin. 2. quæſtionis, ubi dicit, ꝙ interim, ꝙ cognoſcitur, an debeat gaudere, uel ne, is qui ad immunitatem confugit, ibi cuſtoditur per vtrumque iudicem, & interim ſtante dubio immunitas non debet ſpoliari. retuli ſupra in d. q. 2. in prin. col. & in 6. quæſt. Et non obſtat ſi dicatur, dolo petis, id quod ſtatim es reſtituturus. Nā facta reſtitutione, iudex poteſt eum incontinenti extrahere cum ſibi conſtat de caſu, qui non debet gaudere. Nam dicta regula non habet locum in poſſeſſorio. gloſſ. in regula dolo facit. de regu. iur. in 6. & l. in condemnatione. §. dolo facit. de regul. iuris. ff. & ibi Guillielm. Mayn. & glo. in capitulo item cum quis. de reſt. ſpol. & vtrobique ſcribentes. & per Matth. de Afflict. in conſtitu. Neapolita. in rubric. 25. fol. 79. & col. 1. & 2. & Decius in c. dolo facit. fol. 127. colum. 2. ibi remiſſiones per eum. vbi ēt dicit, quod dicta regula non procedit in poſſeſſoriis, & Nicolaus Boerius in additionibus ad Dy. in d. regula dolo. de regu. iur. lib. 6. & iſta reſtitutio fit ſicut in aliis reſtitutoriis, iudiciis, dixi ſupra in 10. quæſtione.

Finis huius Tractatus de Immunitate Eccleſiæ.

TRAC. DE AVCTOR. Pontificis Max. ET EPISCOPORVM IVRISDICT.

Franciſci Vargas, Catholicæ Maieſtatis rerum ſtatus a conſiliis, & eiuſdem apud S. D. N. Pium IIII. Oratoris.

CAPITA PRAECIPVA EORVM QVAE IN *hoc Reſponſo continentur.*

Axioma I.

Poteſtatem papæ inabdicabilem eſſe atq; idem etiam de ſuprema principis poteſtate dicitur.

Axioma II.

Poteſtatem omnem, ſiue ordinis, ſiue iuriſdictionis, mediate, uel immediate a papa dependere.

Axioma III.

Vtramque poteſtatem, ordinis, ſcilicet & iuriſdictionis, a Chriſto domino eſse inſtitutam, Epiſcopos ſacerdotibus, non modo iuriſdictione, ſed gradu quoque, auctoritate, & ordine ſuperiores eſse.

Axioma IIII.

Apoſtolis omnem poteſtatem tam ordinis, quam iuriſdictionis immediate a Chriſto eſſe traditam, ſub Petro tamen eorum, & totius eccleſię principe.

Axioma V.

Ius naturale, & diuinum commiſtione quadam perſæpe confundi, & eiſdē fere regulis ab vtroque deductiones fieri & quo pacto illæ a naturali fiant, item quid lex naturę ſit, deque illius primo notis principiis.

Axioma VI.

De deductionibus a iure naturę, quę neceſſaria concluſione fiunt.

Axioma VII.

De deductionibus a iure naturæ, quæ probabili tantum & veriſimili argumentatione fiunt. & quo pacto in iis ius humanum expēdatur, item de ui rationis, & quo modo Hiſpani, & Galli legibus Romanorum vtantur.

Axioma VIII.

De deductionibus a iure diuino, & an lex diuina a naturali differat, an vero vnum & idem ſint, & in his, ius canonicū quonam modo ſe habeat, an id etiam diuinum appellari poſſit, deque laxo loquendi modo.

Axioma IX.

Ius diuinū, proprie, & ſtricte, quale ſit & de triplici genere præceptorum veteris legis.

Axioma X.

Num omnia, quæ uel ſacris litteris, uel traditionibus apoſtolorum habentur, iuris diuini mandata dici debeant, & qualia ſint illa, quæ apoſtolici iuris, hoc eſt humani, non autem diuini dicuntur, & qua demum ueneratione illa habenda ſint.

Axioma XI.

Immediate aliquid fieri quo pacto expendendum ſit, itē de duplici immediatione, virtutis ſcilicet, & ſuppoſitorum, ut inde diuinum ius aut humanum dignoſcatur

Axioma XII.

Duo ſimul iura in vnū miſta reperiri, diuinum, ſ. & humanum, diuerſis tamen reſpectibus coniuncta, ita ut ſubſtantia iuris diuini ſit, determinatio autē eccleſiaſtici, id quod multis comprobatur exemplis, & quid de reſidentia prelatorum ſit ſentiendum.

Quæſt. Princip.

An epiſcopis, vti apoſtolorū ſucceſſoribus, poteſtas iuriſdictionis, quę corpus Chriſti myſticum reſpicit, a Chriſto. an vero a papa immediate obueniat.

Propoſitio Prima.

In eccleſia duplicem eſſe poteſtatem, ordinis ſcilicet & iuriſdictionis, & poſteriorem hanc bifariam diſtingui, in fori interioris ſcilicet & exterioris. Et quinam ſint, qui exteriorem quoque a Deo immediate conceſſam epiſcopis aſſerāt.

Propoſitio II.

Poteſtatem clauium, ſiue ligandi & ſoluendi in foro interiori, iudiciariam eſſe, & illam per antonomaſiam ad ordinem pertinere.

Propoſitio III.

Hanc poteſtatem ligandi & ſoluendi in foro interiori, iuris eſſe diuini, & quonam modo a Papa etiam pendere atque oriri dicatur, item characterem, qui in ordine imprimitur, indelebilem eſſe.

Propoſitio IIII.

Poteſtatem iuriſdictionis externæ, in qua omnia, quæ ad politicam eccleſiæ gubernationem ſpectāt, includuntur, in ſummo Pontifice, ceu in fonte repoſitam eſſe, ab eoq; immediate ad alios deriuari, multifariam confirmatur.

Confirmatio Prima.

Ab ipſa ſummi Pontificatus inſtitutione, & eccleſiaſticę monarchiæ conuenienti moderatione.

Confirmatio II.

A poteſtate iuriſdictionis apoſtolorum. quod in ijs perſonalis ea & extraordinaria fuerit, ac ſimul ipſis defunctis interierit, preterquam in eorum principe Petro, illi usq; ſucceſſoribus, quibus neceſſaria concluſione a iure diuino ducta, eadē, q̄ Petro, immediate a Chriſto conceſſa fuiſſe probatur.

Confirmatio III.

Precedentis latior explicatio, & qua. ratione Epiſcopi, quo ad iuriſdictionem, apoſtolis minime ſucceſſerint, ſed a ſummo Pontifice eam immediate acceperint.

Confirmatio IIII.

Quo ſenſu Epiſcopos apoſtolorū ſucceſſores dicamus, & quid ea in re patres intellexerint, ac de ſummi Pontificis maieſtate, huiuſq; uocis, Papa, origine, & applicatione.

Confirmatio V.

Poteſtatem iuriſdictionis in ſua origine, hoc eſt, in ſummo pontifice, & ſic in genere conſideratam, iuris eſſe diuini, eamque Chriſtum Vicario ſuo tradidiſſe, non vt ſibi tantum retineret, ſed vt alijs etiam in partem ſollicitudinis accitis communicaret, atque ita, ab ipſo ad alios perueniret.

Confirmatio VI.

A patrum, ſummorumque pōtificum teſtimonijs, & quo modo antiqui patres exponendi ſint, & ſummis pontificibus hac in re fides habenda.

Confirmatio VII.

A ſcholaſticorum pene omnium ſententia, & quanti ſit eorum auctoritas facienda & in his, D. Thomæ ſcriptorum commendatio.

Confirmatio VIII.

A cauſſis maioribus perpetua eccleſiæ ꝯſuetudine ad apoſtolicam ſedem relatis, in quibus etiam de accuſationibus Epiſcoporum non niſi ab ea definiendis, & quænam illa Auguſtini, & Africanorum patrum, ea in re, cum apoſtolica ſede contentio fuerit.

Confirmatio IX.

Quæſtio illa de Africanis patribus accuratius explicatur, & cuinam concilio canon ille, de appellationibus epiſcoporum, ſit adſcribendus, & quem finem ea contentio fuerit ſortita.

Confirmatio X.

A directiua poteſtate, quæ etiam ad temporalia, quatenus illa ad ſpiritualia ordinantur, ſeſe plerumque extendit, & ad quam tota illa de vtroque gladio diſputatio referenda eſt, cuius uirtute ſummus Pontifex prouincias, ab infidelibus occupatas, eruendas aliquib. concedit, & eas, quæ nūquam Chriſtianorum fuerunt, ad fidei propagationem aliis addicit, qua etiam Imperatores & Reges quandoque priuat, regnaque de gente in gentem transfert.

Confirmatio XI.

A plenario ſummi pontificis in ſacerdotiis, & eccleſiaſticis rebus imperio, & appellationum ex toto orbe deuolutione, & negotiorum fidei deciſione, ſanctorum canonizatione, a iuriſdictionis nunc ordinariæ, nunc delegatæ conceſſione, a ſingularium cuiusuis eccleſiæ conſuetudinum extinctione, & ab indulgentiarum largitione, ac demum ab hęreticæ prauitatis quæſitorum ſancta & ſalubri inſtitutione, vbi & illius, & totius Hiſpaniæ addita eſt commendatio.

Confirmatio XII.

Ab vniuerſalis eccleſię conſenſu, & quanti is faciendus ſit & quo pacto papæ poteſtas, quibuſuis temporibus ex eius ſiue expreſſa conceſſione, ſiue tolerantia, quæ diſpēſationem perſæpe ſolet inducere, intacta maneat.

Confirmatio XIII.

A repugnantibus, & ab abſurdo, & quot quantaq; inconuenientia inde naſcerentur, ſi epiſcopis ſuo iure hæc iuriſdictio obeniret.

Confirmatio XIIII.

Superiorum latior explicatio, & quid de eccleſiaſticorum beneficiorum collatione eueniret, quæ ad Papam plenario iure pertinere oſtenditur, & quid iuris ea in re epiſcopi olim habuerint, aut modo retineant.

Dilutiones aliquot eorum, quæ in contrarium solent obiici:

Responsio Prima.

Ad illud Apostoli Actuum vigesimo, attendite vobis, & uniuerso gregi &c. vbi quod apostolorum quoque tempore multi fuerint Episcopi ab Apostolis instituti, atque ab eis iurisdictionem acceperint.

Responsio II.

Ad id, quod iurisdictio in episcopis ad eorum munus explendum, sit necessaria.

Responsio III.

Ad illud, quod obiicitur de cœlesti hierarchia, & Angelorum a Deo immediata creatione, vt inde in ecclesiastica idem dicendum videatur.

Responsio IIII.

Ad argumentum, quod ab episcoporum titulis & epithetis sumitur.

Responsio V.

Obiectionem diluit, qua dicunt, per papam episcopos pro libito suo iurisdictione priuari nudarique posse, si illam ab eo immediate suscipiant, & quid ea in re sentiendum sit, ubi plura de prouida reip. moderatione traduntur, & de quarundam rerum peculiari summi Pontificis, propter potestatis in eo & dignitatis plenitudinem, cognitione: De limitatione item, taxatione, dispensatione, restrictione & id genus aliis, ac demum de casuum reseruatione, & absolutione ea, quæ in mortis articulo, a quocunque sacerdote fit.

Responsio VI.

Obiectionem hæreticorum destruit, ostenditque in ecclesia exteriorem quoque iurisdictionem, & omnem iuris administrandi, coercendique rationem a iure diuino esse.

Propositio V.

Summum pontificem iure ac merito vniuersalis ecclesię Pastorem ac rectorem esse, atq; ita appellari debere, & quid ea in re Pelagius & Gregorius senserint, nobisque modo sit obseruandum.

Propositio VI.

Quæ de summi Pontif. maiestate ac potestate dicta sunt, nullo vmquam tempore, neque nunc in primis esse silentio prætereunda, neque quidquam cum hæreticis, siue loquendo, siue tacendo, habendum esse commune.

PRAEFATIO.

Die Iouis proxime elapso, qui fuit quarto Non. Iul. cum ad se accersiuisset summus pōtifex Cardinales eos, quos ad ea, quę sacrosancti Concilii sunt, adhibere solet, me item, qui hic Oratoris Catholicę Maiestatis, Philippi, Hispaniarum Regis, domini mei munere fungor, adesse iussit, ut super iis, de quibus deliberandum statuerat, meam quoque sententiam exquireret. Deliberatio fuit circa doctrinam canonis de episcoporum iurisdictione, & summi pontificis auctoritate, ac præcellentia, ut nimirū, quod nonnulli ex patribus Tridentini concilii, post longas utrinque disceptationes, dirimendæ tandem dissensionis causa, in ea materia conscripserant, quo uel a sancta Synodo probaretur, uel reiiceretur, id ipsum quale esset, disquireremus, ibi tum singulis Cardinalibus ordine sententiā dicentibus grauiter, certe, & luculente, ego quoque rogatus, dixi, quę mihi tunc videbantur, quia tamen & locus, & tempus prolixiorem disputationem non permittebant, domū inde reuersus, non abs re facturum me existimaui, si eadem paullo diffusius reperita, scriptis omnino comprehenderem tum, quod materię dignitas ita postulare uideretur, tum ut ipse mihi facerem satis, qui, quæ doctores uariis locis passim diffuderant, sub unum mihi ueluti conspectum cupiebam reuocari. quo igitur ad intelligendum omnia illustriora sint, axiomatis ea, & propositionibus, ac confirmationibus quibusdā distinguemus. esto igitur hoc primū.

Axioma Primum.

Potestatem papæ inabdicabilem esse atq; idem etiam de suprema principis potestate dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Potestas papæ inabdicabilis a se.*
2 *Principis laici suprema auctoritas prorsus inabdicabilis.*
3 *Nullum inferius in terminis discretiuis participat de eo quod superius est.*

1 Potestas Papæ eiusque plenitudo formaliter, & secundum se, perpetua est, de hac igitur intelligenda ueniunt, quæ a iurisperitis p. sæpe traduntur, cum, dicunt, quod ea sit immutabilis, inabdicabilis, impræscriptibilis, ut quæ a Christo scilicet, Petro, omnibusque illius successoribus immediate sit tradita. Innocent. quem cummuniter omnes sequuntur, in capit. Bonæ. 2. de Postul. Prælat. Abb. in capit. secundo De cler. non residen. & in capitu; Venientes. De iureiuran. glos, in capitu. primo De Cler. ægrot. in Sex. moderni, in cap. Cum contingat. De foro competen. Io. Andr. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, De constitutio. Socin. Cons. 275. col. 3. uolu. 2. Bal. in l. Cum multa. C. de bonis quæ liberis, ubi ait, quod eam tollere, aut diminuere nec mundus ipse posset, nec tota ecclesia, quod & D. Thomas tradit, 2. senten. distinctio. 44. in expositione litteræ, in fine, itaquod eam in dubium uertere nefas sit, & disputare de ea sacrilegum, quin nec ipse papa, manens papa, potest enim pontificatu se abdicare, quod & Constitutione canonica iamdiu a Bonifacio VIII. de renuncia. lib. sex. cap. primo declaratum extitit, hanc potestatis plenitudinem omnino a se remouere, aut eam quoquo modo diminuere valet, cū a Christo domino concessa sit, quemadmodū iam statim diximus, & omnes item tradunt, præcipue vero Erueus late persequitur in trac. de ecclesiastica potestate, quia hoc, se ipsum esset haud dubie mutilare id quod facere omnino non potest, uti 2 Lucas de Penna. ait, de suprema † Principis iurisdictione loquens, quæ prorsus in abdicabilis est, in l. quicumq;. secunda C. de omni agr-deser. lib. 11. Guliel. Bened. in capi. Raynutius de testamen. verbo, Et uxorem, decisione secunda Faciunt p eundem Lucam tradita in l. in sacris colum. tertia C. de proxi. sacror. scrinior. lib. 10. Vnde Bal. in prælud. Feudor. quem Pan Feli. & reliqui commemorant, de imperatore loquens sic inquit, Quod autem posit facere sibi parem, uel superiorem, uel aliquē impune qui possit rebellare imperio, impossibile est, quia lex Regia contradicit, & quia, secundum Aristotelem, 3 nullum inferius † stantibus terminis discretiuis, participat id quod superius est, sed hoc notius, quam ut longiori egeat explicatione. unde potestas hæc formalis tantę est plenitudinis, omniumque summorum pōtificum ita una & eadem, ut a theologis proprie definiri non quæat, sed describi tm̄ omnibus sic dicentibus, quod tanta, est quantum Christus intellexit ecclesiæ suæ esse profuturam, nimirum ad ædificationem, non destructionem.

Axioma II.

Potestatem omnem siue ordinis, siue iurisdictionis, mediate, uel immediate a papa dependere.

SVMMARIVM.

1 *Papa, summus, caput, & princeps in uniuersa ecclesia, & ab eo iurisdictio ceu a fonte in alios manat.*

Qui iurisdictionem omnem ad summum pontificem referūt, ab eoque, ceu a fonte, manare in alios dicunt, & qui eam Episcopis ex Christi institutione, ad eundem modum, quo ordinem ipsum, competere affirmant, iidem omnes saltem in hoc concordes sunt, quod papa summus sit, caput, & princeps in uniuersa ecclesia, a quo tota potestas ecclesiastica, siue ordinis, siue iurisdictionis, mediate, vel immediate pendeat eidemque subordinata sit, uti tradunt Franciscus Victoriensis in sua relectione De potestate papæ, sub finē. Gabriel in Canone, Lectione tertia Augustinus de Ancona tract. de potestate pape, Antoninus in Summa theologiæ, tertia parte, titulo 22. capitulo tertio §. septimo Decius in capitulo, Nouit. colum. quarta De iudiciis, tantum abest, ut pro intolerādo errore, perniciosissimaque hæresi, ecclesię vnitatem scindente, & illius monarchicum regimen euertente, haberi debeat. sed hoc distinctius nos, & quid sentiendum, sit ne dubium incertum relinquamus, statim annectemus.

Axioma III.

Vtramque potestatem, ordinis, scilicet & iurisdictionis, a Christo domino esse institutam, Episcopos sacerdotibus, non modo iurisdictione, sed gradu quoque, auctoritate, & ordine superiores esse.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi in apostolorum, presbiteri, nu. 72. discipulorum locum successisse.*
2 *Episcopi presbiteris, dignitate gradu, & auctoritate, superiores esse dicuntur.*
3 *Episcopi & sacerdotes quo ad ordinis potestatem ligandi & soluendi sunt a iure diuino.*
Et ratio, numero quarto.

Idem

Idem qui has duas potestates obseruant, ordinis nimirū, & iurisdictionis, alteram, quæ corpus Christi uerum, alteram, quæ corpus Christi mysticum respicit, unanimi quoq; sententia fatentur, episcopatū, & sacerdotiū a Christo Domino fuisse instituta, ep̄osque 1 apostolorū, † presbyteros uero 72. discipulorum loco succes2sisse, præterea, † Episcopos presbyteris, non mō iurisdictione, sed gradu quoque, dignitate, auctoritate, & ordine, etiam si Hieronymus aut aliter, aut certe obscure loquatur, superiores esse concedunt, quemadmodum Turrecrem. in summa de ecclesia, lib. 1. cap. 79. modernus quidam in suo libello. Alfonsus de Castro lib. contra hæreses, verbo Episcopis & Ayala Guidixiensis olim, nunc uero Segouiensis Episcopus, vir certe vitæ sanctitatte, & recondita eruditione insignis in eo opere, cui titulus est. De diuinis & ecclesiasticis, traditionibus tertia parte, post alios nouissime tradiderunt. 3 Sunt igitur, † Episcopi, & sacerdotes, quoad ordinis, ac ligādi & soluendi potestatem, in foro conscientiæ, a iure diuino non aūt, ut nonnulli perperam dicunt humano, & quamquam de sacerdotibus apud aliquos quæstio fuerit, ea tamē nihil dubitationis ex theologorum sententia in se habere debet, id quod usus quoque ecclesiæ, rerum, diuinarum certissi4mus interpres, comprobauit, sed & ratio † quoque suffragat, nam si connexio hæc potestatum non esset de iure diuino, ecclesia posset facere, ut sacerdotali characteri non esset annexa potestas clauium quod quidem efficere nequit, consentaneum nempe fuit, ut, dum Christus potestatem presbyteris tradiderit super corpus suum uerum, simul eam, quæ illi annexa est, tradiderit super corpus mysticum, ut digne idem uerum corpus possent plebi dispensare. uti Dominic. a Soto late per sequitur in quarta distinct. 20. artic. tertio. Quo autē modo hęc fori interioris potestas etiam a papa pendere dicatur, inferius, quando ad tertiam propositionem uentum erit monstrabimus.

Axioma IIII.

Apostolis omnem potestatem tam ordinis, quam iurisdictionis immediate a Christo esse traditam, sub Petro tamen eorum, & totius ecclesię principe.

SVMMARIVM.

1 *Auctoris sententia contra Turrecrem. & Card. Iacob. licet ipsorum quoque opin. probabilis sit.*
2 *Apostoli omnes potestatem vtranque a Deo immediate susceperunt.*
3 *Auctor reprobat opi. Io. de Turræcrem.*
4 *Apostoli an in episcopos qui eorum successores dicuntur, eundem quam ipsi habebant potestatem transtulerint.*

1 Etsi omnem auctoritatem a Petro, eiusq; sacerdotibus pendere, ipsumq. Petrum principem fuisse tum aliorum apostolorum, tum autem uniuersæ ecclesiæ Christi, uerissimum est, apostoli tm̄ omnem potestatem tam ordinis, quam iurisdictionis, utraque enim ad officium apostolatus spectasse dignoscitur, a Christo immediate receperunt, quidquid Turrecrema. in Sum. De ecclesia, & Iacobat. tracta. de concilio, atque alii nonnulli prolixe affirmēt, eo tendētes, ut nō de iurisdictione verba Christi interpretanda sint, quorum opinio, etiam si tamquam, probabilis defendi possit, communi tamen omnium sententia merito reiicitur, omnibus enim dictum est. Matth. 18. quęcumque solueritis super terram &c. Item omnibus, Hoc facite in meam commemorationem. item, Quorum remiseritis peccata. Ioan. 20. & Matth. ultimo. Euntes in mundū uniuersum; prædicate euangelium omni creaturæ. Et rursum Ioann. 20. Sicut me misit pater, & ego mitto uos. Quod & Paulus satis confirmat ad Galat. 1. & 2. Nam pseudoapostoli hoc illi obiiciebant. quod cum non esset creatus immediate a Christo, non esset uere apostolus. & ideo concedens ipse, neminem posse esse apostolum, nisi a Christo institutū, probat se ab eo immediate apostolatum accepisse, unde ait quod non ab homine, neque per hominem potestatem, habuerit. Qui uidebantur, inquit, aliquid esse, nihil mihi contulerunt. qui enim operatus est Petro in apostolatu circunci2sionis, operatus est & mihi inter gentes. igitur cum † utraque ptās de essentia sit apostolici muneris, utramq; sine dubio a Christo immediate apostoli oēs susceperūt, atq; ideo unusq; que eorū in toto orbe, episcopali munere fungi poterat, quē ideo inter se partiti sunt, ut id possent cōmodius obire, itaq; illos simul ordinauit Christus & oīb. simul remittendi peccata ptātem dedit, demum, oīb. plenissimam dedit iurisdictionem ex, illo Matth. 18. Quęcumque solueritis super terram. fuerunt enim apostoli, ut perspicuum est, & patet ex multis sacræ scripturæ locis, Matth. 10. Marci. 3. & Lucę 6. a Deo, & non ab homine ullo ordinati episcopi, quidquid, † Turrecre3ma. in suo libro de ecclesia dixerit qui tam a theologis, quā a iurisperitis ea in re solet reiici, atque hoc modo Anacletus 21. dist. c. in nouo, & Cyprianus 24. q. 1. c. Loquit; & reliq. exponendi sunt, dum pari consortio honorem & potestatem apostolos cum Petro accepisse dn̄t, tametsi gl. d. c. in nouo, ad potestatem ordinis, & dignitatem consecrationis id referendū putet, quæ etsi a Turrecrem. li. 2. de ecclesia c. 74. recipitur, tm̄ ab oīb. fere refutatur. Est igitur pro certo tenendū, ut cōis theologorum schola tenet & fatetur, apostolos oēs utramq; potestatem a Christo plene accepisse, sub Petro tamen illorum, & totius ecclesiæ principe, ut initio dictum fuit. An aūt 4 apostoli eandē omnino potestatem in episcopos, qui eorum successores dn̄r, transtulerint, ad eosq. ex diuina institutione immediatr ea pertineat, quæstio est, in qua totius huius controuersię cardo uertitur.

Axioma V.

Ius naturale, & diuinum commistione quadam persæpe confundi, & eisdē fere regulis ab vtroque deductiones fiunt & quo pacto illæ a naturali fiant, item quid lex naturę, sit, deque illius primo notis principiis.

SVMMARIVM.

1 *Ius diuinum quale & quotuplex sit.*
2 *Ius diuinum & naturale sæpe vnum pro alio poni.*
3 *Secundum naturam aliquid dicitur diuersis modis strictiss. stricte. largiss. & large.*
4 *A iure naturali, siue a naturali ratione quomodo argumenta summenda.*
5 *Lex quid. & num. 7.*
6 *Lumen naturale quid.*
8 *Lex naturæ quomodo appelletur.*
9 *Lex tacita quæ.*

Cum iuris diuini mentio fiat, ab eoque tota hæc disputatio pendeat, operæprecium est prius intelligere, quale, 1 † aut quotuplex illud sit, aut quemadmodum in huiusmodi materia potissime accipiēdum, vt quæ de immediatione dici solent, recte atque perspicue expendantur, verum quia cō2mistione quadam ius naturale & diuinum persæpe † confundimus, & fere eisdem regulis ab vtroque deductiones fiunt, quatenus humanum ius ab eo facilius distinguamus, cum nihil aliud hoc sit, quam naturalis seu diuini iuris determinatio, teste diuo Th. 1. 2. q. 95. ar. 2. & Quotli. 2. ar. 6. paullo altius 3 exordiemur. Sciendum igitur † in primis, aliquid secundum naturam dici multis diuersisq; modis, strictissime, s. stricte, largissime, & large. verum quid hoc sit, non omnib. obuiū est. proinde ea nobis exponenda sunt, quæ in deductionib. a naturali iure, maxime expendere oportet. sunt. n. primo quædā principia naturaliter per se nota, sunt secundo cōclusiones euidenter ab illis principijs demonstratæ, sunt consequenter & aliæ propositiones probabiliter deductæ, sunt tandem quarto aliquæ sic a primis veritatibus elongatæ, vt quandoque non appareat, an ex illis sequantur, vel repugnent. atq; hoc modo tam in speculabilibus quam moralibus fieri solent deductiones, vt sic maiorem aut minorem vim eas habere iudicemus, prout longius propiusue ab ipsis axiomatū fontibus emanarint. Quæ quidem etsi hoc modo breuissi4me decursa intellectum apperiunt, ampliori tamen egēt explicatione, vt intelligamus, quonam † modo ab hac naturali ratione, seu iure argumenta petenda sint, qui locus Ciceroni in Topicis, & Miloniana oratione, atque alibi sæpe familiaris est, quemadmodum, & frequens iureconsultis, vt patet, ff. de bon. dam. l. cum ratio. ff. de condit. indebi. l. nam & hoc natura. ff. de excus. tut. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de dāno infec. l. fluminum. §. adiicitur. ff. de ver. sig. l. liberorum. §. fin. de iust. & iu. l. 1. 2. & 3. de sta. hom. l. Arethusa. ubi Bal. hoc vtitur argumento, & in c. 1. §. porro. Quæ fuit prima causa benef. amitt. idem Bal. & Ang. in l. Si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. Felin. in cap. sicut. de re iud. Vt ergo hæc 5 omnia clariora reddantur, meminisse oportet, quod lex † regula sit actionum, ea autem est in ratione dirigente omnes actiones ad finem suum vltimum. & sicut in his, quorū sciētia habetur, principia quædam a natura nobis sunt indita, q̄ nulla ratione demonstrantur, ita actionum principia quædam nobis naturaliter indita sunt, necessaria ad actiones ip6sas in felicitatem referendas. est autem hoc lumen † naturale, e quo omnes actionum rationes deducuntur, continetur que in eo ratio & fons iustitiæ humanæ, quæ quidem luminis nomine eo dicitur, quod sicut a sole lumen descendit, & emanat, tanquam species & forma quædam lucis ipsius, ita hæc quoque defluit a ratione æternæ ac diuinæ prouidentię. 7 cum autem constet, legem † esse regulam dirigendarū actionum ad felicitatem propriam, eam homini sic tribuemus, ut sit quasi particula, vel scintilla quædam legis æternæ, quatenus ad bonum hominis refertur. Ius igitur naturæ, quo illa prima actionum principia continentur, communesq; & primæ notiones, non ex demonstratione intelliguntur, sed omnibus hominibus, quibus natura est non omnino impedita, vel ab ortu, vel a consuetudine, perspicue sunt &

8 euidentes. ideoque hæc lex † naturæ, nunc intima, nunc antiqua, lex princeps, lex tacita, iudicium aureum, denique ratio siue mens sapientis appellatur, quam Cicero multis in locis, & in Miloniana oratione, præcipue vero 3. De rep. ut apud Lactantium de vero cultu, ex integro illum referentē, videre est, elegantissime depictam nobis reliquit. atq; istud est, quod apostolus ad Roman. scribit, esse in gentibus scientiam quandam, quæ factum accusat, aut defendit, sic dicens, cum.n. gentes, quę legem non habent, intellige scriptā, naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, unde psalmista, postquam pręmiserat, quis ostendet nobis bona? respondens, subintulit, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. hinc Ambrosius, lex

9 uera, † inquit, sermo rectus, lex vera non insculpta tabulis, nec ęre incisa, sed impressa mentibus, atque infixa sensibus, quando sapiens nō sub lege, sed ipse sibi lex est, opus legis in corde suo continens, naturali stylo sibi & quadam inscriptione formatum. qua ratione iurisconsultus eam, legem tacitā aptissime uocat d. l. cum ratio. quamquam enim de ratione legis sit, ut promulgetur, auct. ut fact. nou. constit. in principio, de sent. excom. Nouerit. 4. distin. in istis, hæc tamen, ut uides, & diuus Th. ait in prima secundæ quęst. 90. art. 4. ratione insinuatur, & promulgatione non indiget.

Axioma VI.

De deductionibus a iure naturę, quę necessaria conclusione fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in necessariam consequentiam veniunt, hæc apud omnes eadem sunt.*
2 *Ius naturale duplex.*

Est & alio modo, vt a proximis non discedamus ius naturę considerādum, iuxta ea, quę ex illis primo notis deducuntur, quę quidem deductio fit dupliciter, uel necessaria conclusione, uel

1 verisimili aut probabili argumentatione. Quę † igitur per necessariam conclusionem a primo notis fiunt deductiones, hæ cum deducantur necessario, apud omnes homines eędē sunt, sępe tamen egent interpretatione prudentum. nā non cuiuis promptum est, a primis legis naturę principiis cōclusiones deducere. est tamen hoc ita deductum, iuris naturalis respondetque conclusionibus, quarum scientia in speculabilibus habetur. quamobrem huiusmodi deducta non minus necessaria, & immutabilia sunt, quam ea principia, e qbus inferuntur. sic ex illo primo Axiomate, nemini nocendum, necessario sequitur, neminem occidendum, non furandum, depositum reddendum, & his similia, quemadmodū diuus Thomas docet Ethicorum 5. cap. 7. & prima secundæ, q. 95. art. 2. cum præcedenti q. art. 4. ubi exponit quo pacto in speculabilib. eadem est ueritas apud omnes in principiis, & conclusionibus, licet ueritas apud omnes non cognoscatur in conclusionibus, sed in principiis tātum, quę communes conceptiones dicuntur, hinc fit ut in practicis, in quibus cōclusiones, quę ex principiis colliguntur, non sunt omnino immutabiles, non eędem apud omnes, neque ęque omnib.

2 notæ appareant. His igitur duobus modis † ius naturale duplex esse dignoscitur, alterum, quod est principium nostris animis a natura inscriptum, alterum, quod hinc necessaria conclusione colligitur. sic & Abulen. tradit super Mat. c. 19. q. 29. & 46. & in Leuit. c. 27. q. 3. & in Paradoxis.

Axioma VII.

De deductionibus a iure naturæ, quæ probabili tantum & verisimili argumentatione fiunt. & quo pacto in iis ius humanum expēdatur, item de ui rationis, & quo modo Hispani, & Galli legibus Romanorum vtantur.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a probabili, & verisimili principes qui dicuntur soluti legibus.*
2 *Intelligitur tantum quo ad vim coactiuam, non tamen quo ad directiuam.*
3 *In his quæ positiua sunt voluntas superioris attenditur.*
4 *Innocentij opinio in his quæ mere positiua sunt.*
5 *Explanatio & intellectus ad l. non omnium cum l. seq. ff. de leg.*
6 *Reprehenditur Accurs. in l. non omnium.*
7 *Lex si bona sit, ei ratio non deest.*
8 *Ratio anima legis est, & sine ea lex subsistere non potest & lex ex ratione tanquam ex spiritu viuit.*
9 *Vbi naturaliter, id est rationabiliter aliquid sentimus legem quærere non debemus.*
10 *Legis diffinitio.*
11 *Hispani quomodo vtantur imperatorum legibus.*
12 *Galli non quid lex dicat, sed legis rationem spectant, & secundum illam iudicant.*

1 Est item tertio modo deductio, non quidem a primum notis ueritatis conclusione necessaria, sed probabili tantum, & uerisimili argumētatione, quod naturalis ratio dictet, sic, uel sic faciendum, atque hoc modo ius positiuum seu humanum bona ex parte, ortum habere constat, quotiens probabilis ratio assignari potest, quæ a iure naturæ deducta sit, citra cuius uiolationem, ius positiuum, ipsa ratione manente, abrogari nequit, cū huiusmodi decisa non modo a lege positiua, sed a naturali etiā

2 vim accipiant. quo † fit vt, etsi pontifex .. & princeps humanis legibus sunt soluti, c. proposuit. De concessio. præb. l. princeps. ff. De legi. id tantum quoad uim coactiuam intelligendum sit, non tamen quoad directiuam, cui omnino subiiciūtur. ut grauiter D. Thomas docet 1. 2. q. 90. articu. primo cui ea conueniunt, quæ Hadrianus papa tradit in quarta sentē. in materia restitutionis, & Card. cons. 142. Rom. consil. 360. circa princ. colum. 7. uersi. Tertio quæro. Abb. in c. Ad decorem De inst. Moderni in c. Quæ in ecclesiarum, de consti. huius rei plurima possent assignari exēpla, sed alterius loci hæc disputatio est, quæ nimirum sustinendarum aut abrogandarum legum & amplissimam illam dispensationum materiā respicit, de qua tñ alibi forsan agemus, est enim perdifficilis, disceptatio illa & periculosa, & in qua multi multa, sed quæ parum attente a plerisque iuris canonici professoribus reperiantur discussa, dum de iuribus his, diuino, naturali, atq; humano aut interpretandis, aut abrogandis, multis hinc inde allegationibus parum apte adhibitis, ea negligenter admodum pertractant. Sūt denique, ut diximus, & quarto loco deductiones quædam, quæ etsi ratione constant, ac iuris etiam naturalis dicūtur determinationes, sunt tamen ita a primis veritatibus elongatæ, ut quandoque non appareat, an ex illis sequantur, vel iis potius repugnent, veluti quod tali pœna, vel tali puniatur, is qui peccat, quem tamen iure naturæ, docemur omnino esse puniendum. testis est D. Thomas dic. quæst. 95. artic. 2. sed & in multis locis iuris canonici, & ciuilis idem apertissime uidere est, in cōtractuum dico, testamentorum institutionum formulis, hæreditatū & possessionum acquisitione earumque. repudiatione & amissione usucapionibus præscriptionibus, appellationibus, pęnis, & id genus aliis quę utriusque iuris maximam partem facile absoluunt, in quibus parum referre uidetur an illo modo, uel alio statuta

3 sint. Quapropter hæc & similia mere positiua dicuntur, † in quibus uoluntas superioris maxime attenditur, cum in eorum institutione, dispensatione, aut abrogatione parum aut nihil æquitati & rationi detrahi uideatur. atque hoc modo Innocentium & Ioanuem Andream, qui ex diametro uidētur pugnare, ad concordiam reducemus, dum ille, in c. cum ad monasterium, De statu monach. dixerit, quod etsi iuri diuino uel naturali papa nō derogat, derogat tñ idq pro sola ipsius uolūtate, iuri pōsitiuo, hic uero in c. de multa, de prę. aliud affirmare uisus est, quod non nisi cum causa id agere ualeat. nam duplici uia hæc dissensio sedanda est, prima, ut Innocentii opinio, quoad uim coactiuam, de qua paulo ante, intelligenda sit, Ioannis a uero Andreæ, de ui directiua, quæ non mea potius solutio est, quam Panomitani sic exponentis in dicto capitulo de multa, & in Repetitione. §. Quia uero capit. Extirpandæ. eodem titu. quæst. 6. Et alibi sæpe, altera est. quę a proxima non recedit, sed plurimum doctrinæ continet, quæ nimirū ex eiusmodi deductionibus a iure naturali & diuino, ut uides, ducitur, in quibus deductionibus gradus, & dignitatis ratio habēda est. dum uel proxime, aut elongate ab eodem iure fiunt, ita ut ibi. ubi probabilis deductio fit, ipsaque ratio uiget, Ioannem Andream locutum in

4 telligamus. in aliis uero cum mere † positiua sint, nec multū referat, an uno, an alio modo fiant, innocentii sententia, locum prorsus sibi uindicet, & tamen dubium nō est, quin adductus aliqua ratione, sed quæ nimium a primis fuerit veritatib. elongata. legislator eiusmodi mere positiua ita statuerit ut lex, iuxta Isidori sententiam, suas qualitates hēat 4. dist.

5 Erit autem. atq; hoc illud est † quod iurisconsultus dixit in l. Non omnium, cum l. sequenti, ff. de legi. Non omnium, inquit, quæ a maioribus cōstituta sunt, ratio reddi potest. quæ quidē uerba nō otiose a Iuliano fuere apposita, neq; .n. dixit Nō onium rationem subesse, sed nō oīum reddi posse, vt de his tantum iurisconsultum locutū esse intelligas, quæ a maiorib. circa particulares determinationes iuris naturalis, introducta sunt, ad quas sese habet expertorum iudicium, uti an principia q̄dā, quatenus statim vident quid cōgruētius, sit, & rationi magis cōsentaneū, quēadmodū D. Th. exponit 1. 2. d. q. 95. ar. 3. Vnde pessime errasse conuincuntur, q ius humanū non re uera iustum esse, sed opinione tantum proditū affirmarunt, quos suorum commentariorum initio Connanus merito refellit, ut & illi reiiciendi quoque sunt, neque vlla ratione ferendi, qui pergunt legem a ratione separare e quo-

6 e quorum † numero Accursius fuisse videtur in d. l. non omnium, ubi se audiuisse refert quosdam ingenue fateri, legem illam se non intelligere, nec mirum, cum ad fontes iuris, & eos, qui nobis officinas legum instruxerunt, nequaquam sese referant professores, quod si ab iis fuisset factum, non tot obscuris inuolucris, & crassis erroribus iuris scientiam persępe contaminassent, id quod aliquando fusius tradidimus, pleneque ostendimus legem ab æquitate nullatenus seiūgi posse, & quomodo ea quoque in re Accursius defecerit. rō igit,

7 † si modo lex bona sit, ut D. Th. docet, deesse non potest, tam etsi in eiusmodi elongatis sæpissime peruideri nequeat, nec

8 nobis aperta sit, sine qua † cum anima legis sit, lex nulla subsistere valet, siquidem ex ea tāquam ex spiritu uiuit, ut Bald. ait cons. 49. volum. 3. Quanta autem omnibus in rebus, caussarumque decisionibus, uis rationis, non secus ac legis sit, iura, & doctores ubique demonstrant, præcipue uero Dec. in l. illam, C. de colla. Iason in l. Dedi. §. si liberi. ff. de condict. ob cau& in l. cum filiofa. de legat. primo, & in l. quamuis. ff. de

9 in ius vocā. Fel. in c. tua nos. 1. de iureiur. hinc prudentissime Aristoteles dixit, quod quærere legem, ubi † naturaliter sentimus, nil aliud sit, quam infirmitas intellectus. sequitur Angel. consi. 274. thema super, & consi. 367. in quæst. 4. vertente, Bal. in l. testium, C. de testib. & in rub. ff. de rer. diuis. pen. col. ideo And. de Iser. in prooemio feudorum, ultima col. dixit, quod rationabile dictum ita debet mouere iudicem, uti lex

10 ipsa, siquidem lex † est omne, quod ratione subsistit, prima distin. c. consuetudo. quo etiam fit, ut ibi lex non est, in probando iure summam habeat auctoritatem ratio, teste gl. in cap. ex eo, uerb. Rationis, de elect. in 6. quin dum sana est, exēplis ea debet præferri, c. sana, 8. dist. & frustra allegatur consuetudo, quę ratione conuincitur esse praua, ead. dist. cap. Frustra, quapropter Pau. de Cast. in l. Clodius. ff. de acquirē. hære. eos iudices fatuos vocat, qui cum rationem habeant, auctoritatem petunt. Hinc fit, ut nos Hispani, qui imperio Rom. minime subiecti sumus, gl. in c. Hadrianus, 2. verbo per singulas. & in c. etsi necesse, de donatio. inter virum & uxo. Nicol. de Vbal. trac. de succes. ab intest. char. 11. Panor. in c. uenerabilem, col. 9. de elect. Ias. in l. cunctos populos, lect. 1. colu. 2. de sum. trin. & in l. id quod apud hostes, ff. de leg. 1. Vt, inquam, non nisi pro bonis rationibus Imperatorum leges, quemadmodum apud nos cautum est, sustineamus, & allegemus, q n & aliquando in Hispaniis lata lex fuit, ut capite plecteretur, qui easdem Romanorum leges in iudicio allegasset, teste Ol

11 draldo, cons. 69. consueuit dubitari, colu. 2. a Gallis † quoq; id obseruatum uidemus, ut iudicent, nō quod lex sic dicat, sed quia legis ratio sic vult. meminit Butri. & Bal. in l. nemo, C. de sent. Cuma consi. 140. Deci. in l. Senium, C. qui test. facere poss. Sed de his satis, ad quæ tamen ratio ipsa, ut hęc de ratione obiter insereremus, nos omnino coegit.

Axioma VIII.

De deductionibus a iure diuino, & an lex diuina a naturali differat, an vero vnum & idem sint, & in his, ius canonicū quonam modo se habeat, an id etiam diuinum appellari possit, deque laxo loquendi modo.

SVMMARIVM.

1 *In diuinis tres classes vel quatuor ad eorum, quæ super naturalia sunt quæ credere oportet nec ratione comprehendi possunt.*
Secunda eorum quæ per se euidenter nota sunt.
Tertia quæ necessaria conclosione ap. notis efficiuntur.
Quarta earum rerum quæ probabiliter tantum ex hisdem per se notis principijs propius, longiusve aut elongate deducuntur.
2 *Ius diuinum positiuum quid.*
3 *Reprehenditur Accur. in l. fin. C. de sacros. eccl.*
4 *Lex diuina positiua a naturali an differat an vero sit vnum, & idem.*
5 *Moralia præcepta diuini iuris portionem esse quomodo intelligendum.*
6 *Ius naturale quandoque diuinum dicitur.*
7 *Doctrina canonica complectitur tres speties iuris a regatas in se, scilicet ius diuinum, ius naturale, ius positiuum.*
8 *Declaratio auctoris ad illud qui uos audit, me audit, & illud pro me reges regnant, &c.*
9 *Ius canonicum quibus respectibus positiuum, & quibus diuinum appelletur, &c.*
10 *Ius canonicum largo modo & improprie diuinum appellatur.*
11 *Intellectus ad diuum Thomam in opusculo 73. capit. 5. dum agit de restitutione vsurarum.*

Quæ supra in iuris naturæ deductionibus dicta sunt, operæ pretium est videre, an in diuinis quoque legibus locum sibi uindicent, atque illud in primis firmare oportet, quod quemadmodum in aliis scientis, siue artibus, ita in cognitionibus ad rem diuinam pertinentibus eorum potissimum ratio haberi solet, quæ Gręcis Axiomata. latinis dignitates, Ciceroni enuntiationes, scholasticis communes conceptiones ut antea exposuimus, dicūtur, nimirum prima illa principia quæ cum sint omnim fontes, neque iis notiora inueniantur ex iisdem omnia alia, quæ ad illas cognitiones pertinent, deducuntur, quę uero ex ipsius legis diuinę axiomatib. ut sunt multa & uaria, colliguntur, spectant quidem ad eandem ipsam legem diuinam, sed modo & gradu multum diuerso, quare etiam non eodem habenda sunt loco, quæ inde quoquo modo tracta fuerint, unde, quo quid longius, aut ꝓpius e fonte emanarit. pro qualitate etiam deductionis qua emarit, nempe probabilis, euidentis, uel firmæ, ad eundem modum, quo in superioribus dictum est, ita minorem uel maiorem assensum meretur, hoc tamen semper obseruato, potissimam de reuelatis, proximam, de iis, quæ ex illis euidenter, & necessaria conclusione, postremam uero de iis, quas probabiliter tantum ex iisdem constat esse profectas, rationem esse habendam. Quo fit, ut in diuinis tres quattuorue classes,

1 assignare possimus, quarum † prima eas super naturales tractat res, quas oportet credere dumtaxat, nec ratione comprehendi possunt, altera eas, quæ euidenter per se notæ sunt tertia, quæ necessaria conclusione a primo notis efficiuntur quæ omnia ius diuinum necessarium constituunt, reliqua classis habet eas res, quæ probabiliter tantum, ex iisdem per se notis principiis, propius longiusue, aut elongate nimis deducuntur. Atque ideo ius diuinum necessarium non cōstituunt, sed potius ac proprie ius humanum, de quo statim sumus dicturi. Ad hunc modum Gulielmus Bened. expendē dus est in repetitione c. Raynutius, De test. verbo. In eodem testamento relinquens. primo, nu. 159. uer. sane tamen intelligatis, ubi ius diuinum uoluntarium positiuum quandoq: reperiri obseruat, improprie tamen loquens, nam tale ius humanum est quamuis inspiratione diuina conditum, ut inferius patebit, præterea, in ea acceptione pessime ius diuinum positiuum uocat contra theologorum morem, qui quotiēs

2 ius diuinum † positiuum dicunt, de quo nobis sermo est, id tā tum intelligunt, quidquid Deus præcepit, vel prohibet fieri ex tempore, & pro tempore, quod scilicet a nullo alio prę terquam a Deo positum sit, vt ex his videas, quam exiliter

3 & imperfecte. † Accursius ius diuinum expenderit, dum C. De sac. sanct. eccle. l. fin. duplex illud esse dixerit, aut a Deo constitutum, uti euangelia, aut Deo constitutum, ut quod ecclesiasticis rebus uersatur. sed hanc rem postmodum ape

4 riemus, His igitur positis, an lex diuina positiua a naturali differat, an uero unum & idem sit, quæstio est, sed quæ breuiter absolui pōt, quod scilicet duobus modis a naturali & humana differeat, primo, quia lex diuina innititur reuelationi diuinæ, lex uero naturalis innititur dictamini rationis, quæ insita est cuilibet non impedito, lex autem humana principaliter innitur traditioni humanæ, tametsi ea iuris naturalis uel diuini, quędam determinatio sit, ut in superiorib. est ostē sum. secundo modo differt lex diuina, a naturali, & humana, quod illa finem spiritualem, hæc uero natutalē respicit. humana aūt lex nō ita, sed ad utrumque se pōt dirigere, his differentiis sublatis, † negari non potest, moralia pręcepta, diuini iuris portionem esse, prima dist. c. 2. & dist. 6. cap. fi. Inde

6 fit †, ut ius naturale quandoque etiam diuinum dicatur, & ea etiam ratione concedi possit omnia iuris naturalis principia, esse de lege diuina, ex quibus facile intelliges, quæ D. Thomas scripsit, secunda secundæ, q. 57. arti. secundo. in fi. dem um ex his iuris diuini & canonici discrimen agnoscit.,

7 dum tamen expendas, doctrinam canonicam † tres in se aggregatas iuris species complecti, nimirum ius diuinum, ius naturale, ius positiuum. nam ipsa corporis eius magnitudo sicut mare magnum & spatiosum, plurima continet, qnorū aliqua propria suut iuris diuini, ut in articulis fidei sacramētorum institvtione, & id genus aliis, alia propria sunt iuris, naturalis, qualia sunt præcepta pure moralia, & in eare philosophorum traditiones, solo rationis dictamine stabilitæ, reliqua ad ius positiuum, siue humannm pertinere dignoscuntur. primum ius immediate deriuatur a Deo, uti a summo Episcopo animarum nostrarum, secundum cordibus hominum infixum est, iuxta illud, Signatum est super nos lumen uultus tui domine, tertium ius a Deo quoque fluit, interueniente tamen humana uoluntate, & auctorite, eius, s. qui iura condit, atque ideo ius humanum est, etsi a Deo omnis potestas sit, immediatione scilicet uirtutis, alias sequere

8 tur, † quod quidquid magistratus ecclesiasticus aut ciuilis iuberet, seu statueret, iuris diuini foret, ex illo, Qui uos audit, me audit, & ex illo, per me reges regnant, & legum auditores iusta decernunt, quod tamen dicendum non est, ut clarius ex proxime sequentib. axiomatibus apparebit. qua igitur ius canonicum humana præcepta continet, positiuum dicitur, qua uero diuina, ius diuinum appellari solet. capitu. Qualiter 2. De appel. notant moderni in prooemio decretalium, genæraliter uero ius canonicū legi diuinę subalternat

nam non modo de conseruatione uniuersitatis homanæ in pace & tranquillitate agit quib. ius ciuile maxime innititur sed ulterius ēt tedit, in statum scilicet æternæ bea titudinis & sic una cum lege diuina hominem ad facili tatem trãqui litatemque perpetuo duraturam parat quo fit, ut laxo†quo dam loquendi modo, improprie tamen, ius canonicum diui num, a sanctis patrib. & aliis quandoque uocetur. sic Anacletus epistola secunda, sic Victor, ut patet in c. Celebritatē, De consec. dist. 3. Damasus quoq;. 25. q. 1. uiolatores, Leo in epistola ad Episcopos per Africam constitutos, de qua Iuo 5. parte c. 105. idem Leo epistola 58. ad Anastas. Thessaloni cen. c. 11. Inno. 4. in concilio Lugdunen. hr̃, De priuil. lib. 6. c. Cum de diuersis, Athanasius epistola ad diuersos orthodoxos, demũ Petrus Cluniacen, ut alios sileam, epistola 28. li. 3. qui prolixius hoc ius laxum explicat, iuxta†quē sensum D. Thomas intelligendus uenit, opusculo 73. c. 5. dum de resti tutione usurarũ agēs, hæc nimirum uerba subdit. Et uoco le gem diuinam, quæ in canone sacræ scripturę, & in decretis sanctorum patrum, & conciliis continetur, ut ex iis uideas quam ieiune Brunellus in repet. c. 1. De homic. locutus sit, dũ in ipsius operis initio id explicare uoluit, simpliciter affimãs ex d. c. qualiter ius canonicum, diuinum quoque dici possit.

Axioma IX.

Ius diuin, proprie, & stricte, quale sit & de triplici genere præceptorum veteris legis.

S V M M A R I V M.

1 *Ius diuinum proprie loquendo quod sit.*
2 *Lex vetus triplicis generis præcepta continebat moralia, cæremonialia & iudicialia.*
3 *Ius diuinum diuerse promulgatum iuxta diuersos hominum status.*
4 *Primus homo ni præuaricasset scripta lege non indigeremus.*
5 *Per Christi aduentum & eius passionem cæremonialia & iudicialia præcepta abolita sunt.*
6 *Euangelica lex perfectionis præcepta nobis tradidit.*

Tametsi lato quodam loquendi modo, ut statim diximus, ius canonicum diuinum quoque appellari soleat, proprie tñ & stricte, de quo nobis, sermo est, illud diuinum, †dicemus, ꝙ ab ipso Deo positum est, cuiusmodi ea sunt, quæ in sacris litteris, eo scilicet modo quo inferius explicabimus, expresse continētur, uel inde ne cessaria conclusione deducuntur, aut alio qui ecclesiæ, quæ a spiritu sancto regitur, perpetua traditione docentur, & sic omne illud, quod ad legem ueterem uel nouam pertinet, teste D. Thoma Quotlibero 4. art. 14. qui uocat legem ueterē & nouam, utrumq; testm̃, ut & ante illum, Gratianus c. Humanum genus, dist. 1. in quo obseruãdum est, ꝙ D. Thomas non dixerit, quod lege noua, uel ueteri est expressum, sed ꝙ ad eam pertinet, ut ex illo verbo, pertinet, subtiliter & proprie intellexisse uideatur, ea quoque ad ius diuinum spectare, quæ necessaria ꝯñtia deduci ex utraque lege possunt, præ terea etiam traditiones Christi, quas per manus accepit, & seruat ecclesia, quæ etsi scriptæ ab auctoribus cononicis nõ sunt, habent tñ uim & robur diuinę legis, & proinde pertinent ad legem nouam ut Ireneus li. 3. c. 4. origines homelia 5. super Numeros, & Basilius lib. De spiritu sancto c. 22. & an te hos, Dionysius De ecclesiastica hierarchia, c. 1. testantur, id quod aliis item exemplis inferius patebit. Lex autem †vetus triplicis generis pręcepta continebat, moralia quædam, ut illa, Non occides, non furaberis, Non mœchaberis. Hono rare parentes, cærimonialia item, ut quæ de circumcisione, sabbati obseruatione, & id genus aliis uidere licet, de quibus quod ad literam pertinet, non facile ratio reddi poterat, ut ait glo. in c. fi. 6. dist. & in c. Innoua, 16. q. 7. alia denique iudicialia, quorum trium præaeptorum materiam scolastici plu ribus in locis explicant, nouissime uero Dominic. a Soto de iust. & iure lib. 2. q. 3. 4. 5. & 6. Hoc ius diuinum diuerse†promulgatum est pro eo, atque status hominum diuersi fuerunt primum namque in statu innocentiæ, ante primi parentes lapsum, data illi lex fuit, ne de fructu fcientiæ comederet, ꝙ eo factum est, ut se Deo subiectum agnosceret, & illi debitũ honorem redderet, & ni præuaricatio†hominis interturbasse, scriptis legibus non ageremus, unde factũ est, ut post primi parentis peccatũ illæ prodierint, & ad refrenanda homi num delicta pręcepta alia iniuncta, sint quemadmodum D. Ambrosius, qui præ ceteris hunc articulum elucidauit, demõstrat ad Irenæum epistola 71. hinc illa temporis, legis na turę, & legis scriptæ distinctio, postmodũ lex noui testamēti subsecuta est, quæ nos perfect ius multo, quam olim uetus illa instruit, teste D. Thoma 1. 2. q. 91. arti. 5. huius enim noue legis aduētu nõ moralia quidē, sed iudicialia, & cerimo nialia ueteris testamenti pręcepta per Christi passionem abo lita sunt, vt docet apost. ad Rom. 7. ad Galat. 4. ad Hebr. 7. & 10. Qrñ, ut ille ait, translato sacerdotio necessum fuit ut legi translatio quoq; fieret. uerũ hæc translatio quantũ ad super ficiem litteræ facta est, nam moralis & mysticus intellectus non ob id censetur sublatus 6. dist. § Is itaq; ub gl. magistralis. demum perfectionis præcepta, euangelica †lex nobis tradit, quibus naturæ propensionem, & humanos affectus, quos interdum natura & ius sequi permittunt, negligimus, atque postponimus.

Axioma X.

Num omnia, quæ uel sacris litteris, uel traditionibus apostolorum habentur, iuris diuini mandata dici debeant, & qualia sint illa, quæ apostolici iuris, hoc est humani, non autem diuini dicuntur, & qua demum ueneratione illa habenda sint.

S V M M A R I V M.

1 *Iuris diuini mandata an dici possint omnia quæ in sacris literis & traditionibus apostolorum habentur.*
2 *Exempla quibus apparet non omnia apostolorum mandata esse iuris diuini nempe illa quæ apostoli propria auctoritate constituerunt.*
Ea nihilominus sacrosancta sunt, & ab ecclesia venerabiliter suscipienda eo quod directore spiritu sancto ea docuerunt atque præceperunt. nu. seq.
Et dicuntur iuris positiui ecclesiastici, & non diuini.
4 *Papam in multis quæ continentur in epistolis Pauli dispensare posse, quomodo intelligendum.*
5 *Papam cum bigamo dispensare posse, & quare.*
6 *Non debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum iura quoque variantur humana.*
7 *Ius diuinum proprie, & ius diuinum large quod dicatur per auctorem breuiter & dilucide.*

Quamquam hæc ita se habeant, penitius tamen considerandum est, num omia, †q uel sacris litteris, uel traditionibus apostolorum habentur, iuris diuini mandata dici possint, necne. & quidem negatiua pars omnino probabilior apparet. nam D. Paulus nonnulla tanquam de domini mandato, ut illius voluntatis præco explicat, quæ uel ipse dominus, dum degebat in terris, antea docuerat, vel specialiter postmodum suo nomine euangelizãda Paulo mandauerat, vt ad Gal. 5. Si circũcidamini, Christus vobis nihil proderit. & rursum complura præcipit, aut consulit, non quasi de mandato Domini, sed ex propria auctoritate, quæ nimirum †apostolica erat, vt quod per vna sabbati Collectæ fierent, 1. Cor. 16. & de velandis mulieribus, & de bigami irregularitate, & id genus alia, vnde D. Thomas Quotlibeto 4. arti. 13. disertis verbis docet, tantum ea priora iuris diuini dici debere, nõ autem illa, quæ apostolus sua auctoritate constituit. sed & diuus Hieronymus super Matth. c. 19. hoc idem docet, inquiens, nũquid pot est Deus sibi esse contrarius, vt aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? Et paullo post, Simulque considera, inquit, quod nõ dicit, propter duritiem cordis vestri permisit vobis Deus, sed Moses, vt iuxta apostolum, consilium sit hominis, nõ imperium Dei. iam vero Origenes homelia 16. Num. latius id persequitur, dicens, Mosem ita legem scripsisse, ut licet eam a Deo susceperit, in ea tñ tradẽda propria auctoritate, a Deo tamen illi concessa, plerumque vsus fuerit, propter quod & legislator dicitur, & illa lex Mosis, ait enim, multa per Mosem locutus est Deus, aliqua tamen & Moses propria auctoritate mandauit, quod dñs in euangelio euidentissima rõne se cernit, cum dicit, de repudio mulieris interrogatus, quia ad duritiam cordis vestri, scripsit vobis Moses hæc, ab initio autem non fuit sic. & paullo post, Vides ergo & hic, dominum non præcepisse neque uoluisse fieri diuortium, Mosem vero propter duritiam cordis Iudæorum, scripsisse, dandum esse repudium. Ostendit hæc & Paulus in litteris suis, cum ait de quibusdam, Dominus dicit, non ego, & de alijs, Hæc autem ego dico, non dominus. & iterum in aliis, præceptum domini non habeo, consilium autem do, & iterum, Quæ loquor, non loquor secundum dominum, unde similiter, & in ceteris prophetis, aliqua quidem dominus locutus est, & nõ prophetæ, alia vero prophetæ, & non dominus. Hæc Origenes, quibus Augustinus addendus est libro primo, De sermone Domini in monte, cap. 27. exponens Pauli sententiam, qua suadet fidelem coniugem cum infideli habitare, cæteris autē ego dico non Dominus. hic primo uidendum est, inquit, q bus cæteris? dicebat enim superius ex domini persona his, q sunt in coniugio, nunc vero ex sua persona, cæteris dicit, & infra, si ergo non præcipit ex domini persona, sed ex sua persona monet. ita est hoc bonum, vt si quis aliter fecerit, non sit præcepti transgressor, sicut de virginib. paullo post dicit, præceptum domini se non habere, consilium autem dare. & tamen ibidem monetur uir fidelis, si habet uxorem infidelem, consentientem secum habitare, non eam dimittere. licet ergo & dimittere, quia non est præceptum domini, ne dimittat, sed consilium Apostoli, sicut monetur virgo non nubere, sed si nupserit, consilium quidem non tenebit, sed contra præceptum non faciet. Hactenus Augustinus, qui in

in sua persona ait apostolum loqui, cum consulit uirginitatem, uel coniugem fidelem non recedere ab infideli, & licet hoc secundum, non consilium sed præceptum asserat Chrisostomus eum locum exponens, & aliter interpretet ea Pauli uerba, Ego, non dominus, non ob id tamē interpretatio Origenis, Hieronymi, & Augustini, quam sequitur etiam D. Thomas supra relatus, & Scotus in 4. distin. 17. q. art. 1. omittenda est, præsertim cum iuxta Augustini sententiam eadem scriptura plures sensus habere possit. Neque obstant uerba eiusdem Pauli dicentis, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus, & alibi, puto quod & ego spiritum Dei habeam, nihil enim ex his haberi potest, præterquam †quod etiam illa, quę sua auctoritate statuit, sacrosancta sint, & ab ecclesia uenerabiliter suscipienda, ut q directore spiritu sancto ea docuerit atque præceperit, quæ tamen iuris positiui ecclesiastici, & non diuini iuris esse dicũtur, propterea ꝙ mutationem pro temporum, locorumq. & caussarum qualitate suscipiant, quamquam enim quæ apostoli sancto spiritu dictante tradiderunt, omnino obligent, non tñ pari uinculo immutabilitatis ecclesiam ligant, atque illa, quæ per se, dominus ipse præcepit, siquidem ea, quæ vel dominus ipse mandauit, dum hanc uitam uiueret, vel, tanq̃ eo præcipiente, apostoli eius nomine promulgauerunt, illũ roboris & firmitatis gradũ obtinent, ut nulla in terris potestas sit, quæ ea dissoluere, aut uere dispensare quæat, quēadmodũ D. Bernardus, De præcepto & dispensatione affirmat, quamobrem uidere in ecclesia est, cum gratiarum actione, & citra peccatũ comedi suffocatum & sanguinem, etsi apostolica Synodus, auctore spiritu sancto, aliter in scripturis mandauerit, Actuum 15. quod quidem præceptum non diuini, sed apostolici iuris fuit, & per consequens humani. atque ideo ecclesia, tum propter hæreticos, tum aliis de caussis post longa annorum curricula id mandatum antiquari permisit, ut omnibus iuris diuini professoribus in confesso est, & Frãciscus Victorien. nouissime tradit in sua relectione De temperantia, qua propter recte a iuris canonici professorib. dr̃, papam in multis, †quæ continentur in epistolis Pauli, dispensare posse, qualia sunt, quæ iam protulimus, & id genus alia, quã rem, ut alios interim sileam docte admodum idem Victoriensis omnino uidendus, tradit, relect. De potes. Papæ & Concilii, posse. n. summum pontificem, † ea ratione qua diximus, cum bigamo dispensare, quod nõ diuini, s. sed apostolici, & sic humani iuris illa prohibitio tm̃ sit, perspicuum est ex D. Dhomæ sñĩa. Quotl. 3. art. 13. & in 4. distin. 27. q. 3. & Scoti. eo. lib. dist. 17. q. 1. artic. 1. in quib. scholastici omnes assentiunt, idq. Antoninus tradit in summa theologiæ 3. par. ti. 28. c. 3. Doc. post glo. ibi in c. super eo, De biga. quæ quidē opinio cõis est teste Io. Mõtagna, tracta. De bigam. q. 7. tametsi iuris canonici professorib. nõ parũ negotii fuit huius, rei caussam inquirere, ꝙ ad ea, quæ mõ a nobis exposita sunt, nõ ita diligenter animaduertissent, solummodo dicentes irregularitatem hanc humano iure esse inductam, a iure autem diuino originem traxisse, quibus verbis rem illam nullatenus explicabant. ut ex his ad similes casus, quos numerare necesse non fuerit, progredi liceat. non igitur, ut uides, ualet consequentia hæc in omnibus. Mandata huiusmodi, spititu sancto suggerente, edita & promulgata fuerunt, ergo iuris diuini sunt. nam & hac ratione etiam ecclesiæ, & summorum, pontificum decreta, iuris diuini mandata appellari deberēt, dicente Damaso papa, in epistola ad Carhtaginen. Episcopũ violatores canonum uoluntarii grauiter a sanctis patribus iudicantur, & a spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare in spiritum sanctum non in congrue vñr, qui contra eiusdem sacros canones, non necessitate compulsi, sed libenter, vt præmissum, est, aliquid, aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere uolentib. sponte consentiunt. posuit Gratianus 25. q. 1. Violatores. tamen quemadmodum ante dictum est, cõstitutiones humanę sunt, quas Inno 3. in Lateranensi magna, Synodo ita uocat, inquiens, Non debet†reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporum iura quoque uariãtur humana. quod & sanctus Thomas docuit, eiusmodi institutiones humanas esse docens, dicto Quotlibeto 4. q. 13. nõ quia erronea aut sint, aut esse possint, ut hæretici sentiunt, cum etsi humanæ dicantur & sint, diuina tamen & sancta præcepta appellari merentur, tum ratione finis, tum ratione potestatis, tum demũ ratione dirigentis & afflantis Dei, sed humana sunt, & dicuntur, quia fiunt proxime ea auctoritate, quam homo possidet, etsi a Deo illi tradita. cui homini, quamuis teneantur omnes iure diuino obedire, sic tamen receptum est, atq; loquendi usus inualuit, ut quæ ille præcipit, non dicantur esse iuris diuini, quia diuinum mãdatũ nõ cadit expresse super determinato hoc, vel illo mandato ecclesiæ, sed super oĩa in uniuersum, & magis super necessitate parendi. quam super rebus illis præceptis, cum dicat dñs, q uos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit &, Quæcũque dixerim uobis, &. Si ecclesiam non audierit, &, Quæcunque ligaueritis, demum, omnis anima potestati &c. proinde ut semel finiam † ur̃ ius diuinum pressius ac proprie sumptũ & iuxta sanctorum patrum, quos supra retulimus, sñĩam, id tantum dici, quod Deus ipse, vel alius, tanquam præco, scripto, vel traditione promulgauit, quodq; ex iis necessaria cõclusione deducitur, tametsi lato quodam dicendi modo diuinum quoq: appellari possit, quidquid ab ecclesia, Deo seu spiritusancto suggerente, traditum. aut mandatum est.

Axioma XI.

Immediate aliquid fieri quo pacto expendendum sit, itē de duplici immediatione, virtutis scilicet & suppositorum ut inde diuinum ius aut humanum dignosca tur.

S V M M A R I V M.

1 *Iuris Diuini, nominis æquicatio & eius declaratio.*
Et primo opinio scholasticorum & præcipue D. Thomæ.
2 *Secundo quomodo sumatur hæc vox iuris diuini.*
3 *Proprle ius diuinum dicitur quod fit per diuinam potestatem immediate, sine alicuius cooperatione, non autem immediate per humanam potestatē etiam a Deo homini concessam, quia tunc ius humanum esset, & ita appellatum quamuis Deo inspirante & suggerente factum.*
4 *Exempla plura iuris diuini Apostolici, & sic dispensabilia.*
5 *Visum est spiritui sancto & nobis licet dictum sit in synodo de qua actuum quinto, Non tamen præceptum illud fuit diuini iuris sed apostolici, & sic humani santum, & exponũtur ista verba supra in secunda responsione ad obiecta per totam illam responsionem fere.*
Aliud est Apostolum aliquid quasi præconem de mandato pronunciare, aliud consulere, & præcipere non quasi de mandato Domini, sed propria auctoritate.

Diximus ad hoc ut aliquid proprie sit ius diuinũ, non sufficere ꝙ a Deo sit qũocunq;, sed opus esse, ut ab illo immediate procedat qua in re quia nonnulli dissident, tũ ēt ut quæ supra diximus, facilius intelligãtur, de hoc uerbo. immediate, eiusq; †æquiuocatione hoc axiomate agendũ est & quidem ex cõi scholasticorũ doctrina, præcipue uero D. Thomæ, tum alibi tum primo sententiarum dist. 12. cuius & prępositus meminit 22. distin. in c. Omnes. & Turrecrem. in summa de ecclesia lib. 2. c. 61. hæc uox, immediate bifariam intelligi debet, vel quantum ad immediationem virtutis. vel quantun ad immediationem suppositi, illud autem immediate aliquid efficit, ꝙ ad uirtutem attinet, cuius virtus per se ipsa pertingit ad ipsum effectum. quo modo nõ dubiũ est quin Deus omnia immediate operetur, quia scilicet sua infinita virtute pertingit a fine usque in finem, non solum in effectibus qui superant, naturam, sed in naturalib. ēt, & deniq; in reb. omnib. causa enim prima, uti philosophi dicunt, plus & intimius influit, in effectum caussæ secundæ, quã ipsa causa secunda. in quã rē plurima Iason in l. Clam possidere, in princ. ff. De acq. pos. qua propter D. Thomas ꝯ Gentiles lib. 3. c. 70. Sicut agens, inquit, infimũ inuenitur immediatum actiuum, ita virtus primi agētis inuenit immediata ad producendum effectũ. nã uirtus infimi agētis nõ habet quod producat hunc effectum ex se, sed ex uirtute superioris, & sic virtus supremi agētis inuenit ex se ꝓductiua effectus, quasi cã immediata, ut patet in principiis demonstrationum, quorum primũ est immediatum. Sicut ergo non est incõueniens, quod vna actio producatur ex aliquo agente, & eius virtute, ita nõ est inconueniēs quod producatur idem effectus ab inferiori agēte, & a Deo, licet alio modo. Hæc ille, docens Deum immediate oĩa operari, ēt si causæ secundæ immediate operentur, quod eius diuina virtus omnia penetret, & ad omnia immediatissime ꝑtingat. Aliter vero, †& secundo modo, qui huic materiæ magis conuenit, vox illa sumitur, ex immediatione, s. suppositorum agentium, cum Deus per se aliquid efficit sine caussarũ secũdarũ cooperatione. tũc. n. operari dr̃ immediate, immediatione suppositi, cũ vero secũdæ caussæ per se aliqd immediate operant̃, tunc Deus dr̃ mediate operari mediationē itē suppositi, ꝙ nõ ꝑ se ipsum solus id agat, sed inter se & effectũ caussas secundas admittat. iccirco idem D. Th. 2. sent. dist. 1. q. 1. arti. 4 reprehendit ēt illos, qui Deum omnia immediate operari dicebant, adeo vt supposita excluderēt, ait enim, est opinio quorũdam, quod Deus immediate operetur omnia, ita quod nihil aliud est causa alicuius rei ab eo. sed hæc opinio stulta est, quia ordinem tollit vniuersi, & propriam operationem a rebus, & destruit iudicium sensus. unde idem sanctus Thomas in quæstionibus disputatis, quæst. tertia, artic. 7. rem omnem exponens ait. Si enim consideremus supposita agentium quodlibet agens particulare est immediatum ad suum effectum, si autem consideremus virtutē, qua fit actio, virtus superioris causæ erit immediatior effectui, quam vir-

tus inferioris.ad rem igitur nostram non satis est, ut præce-
denti axiomate diximus, ad hoc vt aliquid sit ius diuinum,
quod a Deo immediate immediatione virtutis procedat,il-
liud enim nimis generale est,quoniam ea via omnis quorū-
cunque potestas in ecclesia,immediate esset a Christo, cum
omnis potestas,ut apostolus ait,ad Rom.13. a Deo sit. cui si-
mile est illud Ioannis,in passione, ab Oldral.in proposito re-
latum,Cons.69 Consueuit dubitari, nu.10.& cons.180. Quæ-
stio est, nu.15. Non haberes potestatem aduersus me vllam,
3 nisi tibi datum esset desuper. Oportet†ergo,vt aliquid sit pro
prieius diuinum , quod fiat per diuinam potestatem imme-
diate sine alicuius cooperatione,non autem immediate per
humanam potestatem,etiam a Deo homini concessam, qa
tunc ius humanum foret,sicque appellari deberet, quamuis
Deo inspirante vel suggerente factum. & hoc est,quod ex Ori
gene,Hieronymo, Augustino,D.Thoma, Scoto & alijs supe-
rius adnotauimus , non alia uia Paulum interpretantibus ,
qui nonnulla in eo sensu præcepit, quę iuris apostolici seu
gumani tantum esse dicuntur, nimirum†de bigamo non or
4 dinando in episcopum, quod mulier uelato capite oret, uir
autem capite detecto,immo & detonso,ut pluribus conue-
nientibus,& vno loquente, si alicui aliquid reuelatum fue-
rit,prior taceat, & ita per singulos loquantur, ad ædificatio-
nem,quod mulier in ecclesia taceat,quod cibos deferat in ec
clesiam, ubi alantur pauperes, quod maculās thorum patris
sui cum nouerca,excommunicetur. Quæ,& similia omnia,
licet domini mandata sint,quia dominus suggerebat aposto
lis,ut illa,auctoritate ecclesiastica sibi concessa, præciperēt ,
non tamen ius diuinum proprie efficiunt , eaque ratione di-
spensabilia sunt,& possunt desuetudine abrogari.id quod lu
culentiori alio exemplo percipi non potest,quam quod Act.
15.de sanguine & suffocato habetur.nam etsi sacrosancta il-
5 la Synodus dixerit , Visum est†spiritui sancto & nobis , non
ideo diuini iuris id fuit, sed apostolici, & sic humani tārum ,
quamuis spiritu sancto inspirante, & suggerente, ideoque
caussa cessante, desuetudine , eiusmodi præceptum sublatū
est,ut superius a nobis est ostēsum.unde, Beda,verba illa ex
ponens,sic ait,placuit spi ritui sancto, qui arbiter suæ potesta
tis existens,ubi uult spirat,& ea quæ vult loquitur, Et nobis,
id est,non solum uoluntate nostra, sed instinctu spiritussan-
cti.hæc ille,ut ex his omnibus perspicue videas, quod sup.di-
6 ximus aliud esse†apostolum aliquid, uti præconem, de man
dato explicare,quod ex præcedentibus uel sequentibus per-
cipi debet,quemadmodum sancti prisci patres, & alij grauis
simi uiri, quos supra retulimus, obseruant, & in his Scotus,
4.sen.dist.17.q.1.ar.1.ut est illud ad Gala.5.Si circūcidamini,
Christus nihil uobis proderit , & id genus alia , aliud vero ,
quando præcipit,aut consulit, non quasi de mandato domi
ni,sed ex propria auctoritate, quæ nimirum apostolica erat,
ut quod per unam sabbati Collectę fierent,& de uelādis mu
lieribus,& de bigami irregularitate, & de sanguine & suffo-
cato, & similib. ubi non aliud, quam ius apostolicum , & sic
humanum, Deo tamen sic suggerente, traditum uidemus.

Axioma XII.

Duo simul iura in vnū mista reperiri,diuinum,s.& huma
num,diuersis tamen respectibus coniuncta,ita ut substantia
iuris diuini sit,determinatio autē ecclesiastici, id quod mul-
tis comprobatur exemplis, & quid de residentia prelatorum
sit sentiendum.

SVMMARIVM.

1 *Ius Diuinum & humanum simul mista reperiri, diuersis respectibus.*
2 *Baptismus est iuris diuini , modus autem iuris ecclesiastici.*
3 *Confessio sacramentalis est iuris diuini, modus autem iuris ecclesiastici.*
Item modus & tempus sumendi eucharistiam.
4 *Delectus ciborum, ieiuniorume & festorum est iuris diuini, modus autem iu ris positiui.*
5 *Recitari officium a viris ecclesiasticis indeterminate a iure diuino iniunctum est. Ab ecclesia vero postmodum est determinatum.*
6 *Sacramentum, matrimonium est diuino iure institutum,quo ad gradus vero non probibitos est iuris ecclesiastici.*
Item ecclesiasticorum beneficiorum substantia, cum pluribus exemplis.
7 *Beneficia, vnde, siue quare dicta ecclesiastica.*
8 *Decimæ de iure diuino debentur,quantum ad substantiam, & ad indeterminatum ministrorum stipendium,quotæ autem determinatione ecclesiæ & eius institutione.*
9 *Decimas, id est quotam, ecclesia ratione suadente posset augere, & minuere.*
10 *Episcopatus cum suo munere iuris diuini esse, & episcopum in quo loco fuerit episcopus iure diuino residere. & nu. 11.*
12 *Episcopum posse abesse ab episcopatu, & si non abesset peccaret, causæ, remissiue.*
13 *Residentia episcoporum licet assidua, & iugis esse debeat ex causa tamen interpolationem etiam longiorem recipit.*
14 *Residentia licet sit de iure diuino, residentiæ tamen modus variabilis.*

1 Est ad hæc præterea ad notandum,duo † simul iu-
ra in unum mista reperiri,diuinum sci-
licet & humanum,diuersis tame respectibus coniuncta,ita
ut substantia iuris diuini sit, determinatio autem ecclesiasti
ci, quod multis patet exemplis. Baptismus, iuris est diuini,
2 modus autem baptizandi , uel per aspersionem,aut per im-
mersionem,semel,aut ter, his, vel illis cærimoniis,in tēplo,
3 vel extra,iuris est ecclesiastici,confessio † sacrmentalis iuris
diuini proculdubio est,sed tn̄ modus,ut fiat nimirum semel
in anno,& tempore paschę potius,quam alio,ecclesię dispo
sitioni relictus fuit,quemadmodum & tempus,& modus su
5 mendi euchari stiam. præterea lex de delectu ciborum † &
ieiuniorum,& festorum,iuris diuini est, modus autem iuris
positiui.unde Augustinus ad Casulanum,epistola 86.de ieiu
iuniis loquens,Ego,inquit,in euangelicis & apostolicis litte
ris.totoq.instrumento , quod nouum appellatur testamen-
tum,animo id reuoluens , uideo præceptum esse ieiunium,
quib. autem diebus nos oporteat ieiunare,& quib.nō opor-
teat,præcepto domini vel apostolorum non inuenio defini-
6 tum,rursum,obligatio†diuina officia recitandi , a iure diui-
no ecclesiasticis uiris indeterminate iniuncta est,postmodū
uero ab ecclesia determinata,ut Hostien. & Abb. dicunt.in
c.1.De celebratione missarum,item† matrimonium ut Bal.
ait in l.1.§.ius naturale, De iust.& iu.sacramentum est & di
uino iure institutum,determinatio,tn̄ quoad multa,utpote
in gradibus eodē iure non prohibitis,ecclesiasti ci iuris est.ad
hæc,sacerdotiorum seu beneficiorum ecclesiasticorum sub
stantia, hoc est,clericale stipendium ex iure diuino est,iuxta
illud Pauli prima Corinthiorum,9.Quis militat suis stipen-
diis umquam.Quis plantat uineā,& de eius fructu,nō edit?
Quis pascit gregē,& de eius lacte nō mādūcat,& paulo post
Nescitis,quoniam qui in sacrario operātur, quæ de sacrario
sunt edunt , & qui altari deseruiunt, cum altari participant
quod & dn̄s ordinauit ijs,qui euangelium annunciant,vt de
euāgelio viuant,quoniā periniquū foret, ut adsistentib, pro
nobis,necessaria. non tribueremus, 1.q.3.Relatū, 12.q.2.Ca
ritatem.determinatio tamen talis aut tāti stipendii, ex iure
7 positiuo prouenit,atque ea ratione†beneficia, ecclesiastica
fortasse dicta sunt, quod s.ab ecclesia sint & erecta & ordina
ta,eiusq.dispositioni subiecta,quo in sensu capiēdū puto id,
q̄ Abb.tradit in c.Constitutus,De religiosis domib.Moderni
De beneficio,parte 1.q.4.dum dicunt titulos beneficiorum
iuris esse positiui.sed unum de decimis exemplum sufficere
8 debuisset,nempe decimas iure diuino†deberi omnib.in cō-
fesso est.De decimis,c.Tua nobis,& c.Cum non sit.uti etiam
Hieronymo,Augustino,Gregorio,& Ambrosio placuit, 16.
q.1.Reuertimini,& c.Decimæ,& q.7.c.Decimas,& c.Quicū
que, tradunt Innocen.& alii in cap.1.De decimis.Ioan.And.
in c 1.eod.tit.libr.6.in gl.2.& tamen negari non potest,quin
multi in diuersas abeant sententias, quas late commemo-
rat Petrus Belluga,in spe.principum, Rub.13.§.Tractemus
sed illa uerissima est, & opinionum omnium facile concilia
trix, quod decimæ,quātum ad substantiam, iuris diuini sint,
hoc est, quantum ad indeterminatum ministrorum stipen-
dium,quotæ autem determinatio, ex ecclesiæ tantum insti-
tutione procedat, nec nouo testamento,alio modo debita,
reperiatur,teste D. Thoma, Quotlibeto secundo articu.8.&
Quotlib.6.art.10.& 22. q.87.ar.primo ubi id plenissime ostē
dit,inferens ob id, statuto ecclesię , quotiens ratio exigeret,
9 huiusmodi†quotā vel augeri posse, uel minui.late Honca-
10 la,eleganti suo De decimis libello,demum episcopatus†cū
suo munere iuris aperte diuini est,ut sup. Axiomate 3.dictū
extitit,& multis probare liceret, ea s.iuris diuini acceptione
quæ nō laxa,sed propria est,aut saltem necessaria conclusio
ne deducta.modus autem residendi,ecclesiastici iuris est.pa
pa enim in partem sollicitudinis Episcopos uocat , loca illis
assignat,diœceses maiores uel minores distribuit,& p̄ eccle
siæ utilitate & incremento mutat,& alio transfert,& id ge-
nus alia multa efficit. Vnde implacabilis illa disceptatio hac
tempestate,maxime uero in Tridētina Synodo,orta, est,An
Episcoporum residentia iuris diuini sit, an uero ecclesiastici
tm̄,ex eo,cuod hic, uel illic,quatenus ab ecclesia limitatum
assignatumque fuerit,residere teneantur,quā rē, ni prolixi-
tas retraheret, multis euidentissimisq. rationib. ab soluere
possemus. Si enim pastorum residentiam in genere saltem,
hoc est,alicubi gentinm, iure diuino esse indictam, negari
non potest,ne munus a.re, aut definitionem a definito sepa-
remus,nō uideo,quo pacto ex illa diuisione, aut assignatione
uis & obligatio ulla iuris diuini eo loco circūscripta, sublata
aut in alterā naturā, nimirū ecclesiastici iuris, quoquo modo
transfusa sit,q̄ certe ex contraria positione necessario seque
ret.quia si in genere iure diuino residēdū fuit, certe ex diuisio
ne & assignatione illa, nullibi diuino iure residēdū erat, atq;
hoc mō ius diuinū corrueret,& Epi munia, solo noīe absque
re,

re, otiosa penitus forent , quod quidem dicere, vel cogitare
etiam, absurdum putamus. id igitur diuisio locorumq. assi-
gnatio effecit,ut quod omnibus, uel ubique,uel promiscue,
faciendū uideretur,non nisi certo loco, certisq. finibus, quē-
admodū ecclesiæ iustissimis ex caussis uisū fuit,expleretur.at
quæ hoc mō,Episcoporū potestas,præscriptis finibus limita-
ta fuit,& restricta potius,quam noua concessa.quo fit, ut in
loco determinato uigeat,exercendaq. sit residendi,pascendi
que obligatio illa,quam iure diuino,in genere saltem,indu-
ctam esse, negari non debet, vt paullo ante diximus.omitto
quod permistio illa,ipso manēte episcopatu,sic adsit,ut unus
actus alteri actui insideat, & eatenus ad relaxationem seu re
uocationem procedi possit, quatenus ius illud irreuocabile
permistum patitur,uel non patitur,vt notanrer Bald.ait in l.
1.pen.colum.uersi.Vlterius queritur,C.De reuoca.dona.Cui
accedunt,quæ Caietanus late admodum scripsit , opusculo
De simonia.ubi in ea quæstione, An summus Pontifex simo
niæ labe in beneficiis ecclesiasticis illaqueari possit, canoni·
starum rationes diluens,ac D. Thomæ, aliorumque theolo-
gorum confirmans, id uel maxime expendendum putat,qd̄
in clerico,respectu beneficcij, non duo iura sint,sed unicum
tantum,a Deo indeterminate datum,quoad materiam,post
modum uero ab ecclesia determinatum , ita ut temporali-
tas beneficii,quam ita uocant, a spirituali minime segrega-
ri possit, neque vnum absque alio , ipso manente beneficio,
uideri aut secerni queat, ut inde in residentia,ipso quoq; ma
nente episcopatu, per omnia idem dicendum sit, ne, si secus
asseramus. grauia circa animarum curam, cultumque diui-
num sequantur absurda . hoc ipsum in aliis plerisque rebus
obseruare licet.nam rerum dominia , quæ iure gentium in-
ducta sunt,pro libito tollerentur , quod modus acquirēdi ut
plurimum iuris ciuilis sit.l.Obuenire.ff.De uerb.signi.glos.in
l.1.ff.De acquir.rer, dom.& in l. Ex hoc iure.ubi Bart. & alii
ff. De iusti. & iur. quod tamen nullus sanæ mentis dixerit, ut
plene ab omnibus notatur, in capi. Quæ in ecclesiarum, De
constitu.& in l.fin.C.Si contra ius uel util.publ.Simili modo
fideicommissa omnia,& quæ testamento relinquuntur,pro
libito tollerētur, cum eorum sollemnitas a iure ciuili robur
accipiat.sed istud omnes negabunt,quoniam testamenti sub
stantia a iure gentium prouenit,vti Bart.post Rayneriuū ait
in l.Interdum col.3.ff.De condict. indeb,Paul.in l. Testandi,
C.de testamen.prob. l.2. eo.tit.ubi Fulg. Salic.& Corn. idem
Fulgo.cons.61.incip. Domina Catharina,notanter Decius in
derogatione cuiusdam fideicommissi cons.357. & cons.557.
quidquid Alex. dixerit cons.2.uolu.2. Quid plura? Præpositis
obediendum esse,iure diuino constat.Res alienas nō esse tol
lendas.iure naturæ præcipitur.asseret ne forsan aliquis,pro li
biro uiolari posse, quod huius uel illius reipub. ego præposi-
tus sim? quod item hæc res sit mea,vel alterius, quia hæc faci-
unt iura humana? Certe dies deficeret, cuncta si uellem per-
11 censere,quibus euidentissime conuincitur,†teneri Episcopū
in quo loco fuerit Episcopus,iure diuino residere,ita ut, si in-
de alio trāsferatur,eadem illum ubique maneat diuina obli-
gatio semper hic tamen exceptas intelligimus iustas,cur ab-
esse possit,& necessarias caussas, cuiusmodi plures emergere
possunt,propter quas si absit,non tantum non peccabit , sed
e contrario peccaret,si a sua diœcesi non abesset. caussas has
12 †Caietanus & alii enumerant , ut cum ecclesiæ uniuersalis
caussa ad Concilium euocatur.nam bonum totius præstat,
atque diuinius est sua parte.sic D. Thomas 2. 2. q 185.art.4.
optime exponit, & eodem loco art.5. pulcherrime item cō
monstrat,quod cum finis obligationis Episcopi,ad executio
nem munerum pastoris,sit subditorum salus & iuuamentū;
ubi id ille consequi non potest absque sua præsentia , nullo
pacto potest uel suorum commodorum gratia,uel imminē-
tis periculi caussa subditos deserere,contra uero, si sufficien-
ter per intermediam personam saluti populi probe consule-
re potest,licet illi ob imminens uitæ periculum uel commo
dum,non quidem suū,sed ecclesiæ,alio se transferre,recteq.
citat Augustinum in epistola ad Honoratum.ex qua doctri-
na satis apparet, quod etsi residentia uisa sit gratia materiæ
sancto Doctori perpetuo necessaria,uix enim possibile est,ut
in tanta hominum frequentia & uarietate,nemo sit,qui ope
ra Episcopi non indigeat, euenire tamen prospexit ut inter-
dum necessaria esse desinat a superueniente meliore bono,
ad quod Episcopus eo casu magis tenetur,uel etiam,id quod
D. Athanasius fecit, ad euitandum maius aliquod malum,
quod forte, si non se subtraheret , ecclesiæ posset imminere.
quo fit,ut residentia,†quę natura sua,assidua & iugis esse dēt,
13 interdū interpollationem etiā longiorē recipiat.quo in sen-
su consequens uidetur,sane tn̄ intelligendo,quod etsi residē
14 tia†ipsa iuris diuini sit, quemadmodū reuera est,residētiæ tn̄
modus sit uariabilis, atque ita ecclesiastico iuri certo quodā
mō subsit , ut & præcellenti doctrinæ Episcopus,Hieroymus
Vielmius, qui cum mihi perueruus amicitiæ consuetudo est,
tradit, eo in tructatu,quem super hac residentia non ita pri-
dem conscripsit, sed hæc & alia,& quæ de præceptis affirma-
tiuis & negatiuis a Caietano & reliquis tractari solent,proli-
xiora & altiora sunt, quam vt hoc loco concludi debeant,
aut possint,sat igitur sit obiter hic attigisse nonnulla,ad quæ
scilicet nostrum erga religionem ardens studium,ac propen
sio nos impulit, ita tamen,vt cuncta penes ecclesiæ, & huius
sacrosanctæ Tridentinæ Synodi iudicium , uti par est , liben-
ter relinquamus.

Quæst. Princip.

An episcopis,vti apolorum successoribus,potestas iurisdi-
ctionis,quę corpus Christi mysticum respicit , a Christo . an
vero a papa immediate obueniat.

HIs ita suppositis atque præfixis , ad quęstionem
ipsam est veniendum,an scilicet episcopis,
apostolorum successoribus, vti reuera sunt
21.dist.In nouo.68.distinct. Quorum uices,
De summa trin.& fid.Cath.Firmiter,conci
lio Florentino in materia sacramētorum.
grauiter Augustinus, psalmo 44.in expositione illius,pro pa-
tribus tuis nati sunt tibi filij &c.an,inquam, vtraque potestas
quam apostoli obtinuerunt, ipsis etiam ex diuina institutio-
ne competat.Et quidem,quod episcopatus & sacerdotium,
sic simpliciter & generaliter loquēdo,iure diuino & ex Chri
sti,ordinatione sint,nemini dubium esse debet,vti Axioma-
te 3.dictum fuit,& theologi firmiter tradunt,in 4.sent.& om
nes denique iuris canonici interpretes,pius etiam papa,cano
ne Oues,6.q.1.id ipsum cōfirmat, cum inquit,episcopi a Deo
sunt iudicandi,qui eos sibi oculos elegit.præterea,de potesta
te ordiuis , cum sit sacramentum vna cum alijs a Christo in-
stitutum , in eoque character indelebilis imprimatur, sitque
circa corpus Christi verum,disputandum minime est, at de
potestate iurisdictionis , quæ corpus Christi mysticum respi-
cit.& in qua tota huius controuersiæ quæstio iacet,nobis est
agendum, ideoque sit hęc prima propositio.

Propositio prima.

In ecclesia duplicem esse potestatem,ordinis scilicet & iu
risdictionis, & posteriorem hanc bifariam distingui,in fori
interioris scilicet & exterioris . Et quinam sint, qui exterio-
rem quoque a Deo immediate concessam episcopis asserāt.

SVMMARIVM.

1 *In ecclesia potestas spiritualis duplex.*
Ordinis siue sacramentalis, & iurisdictionis.
2 *Potestas sacramentalis quæ, & quæ potestas iurisdictionis.*
3 *Dissensio inter Io. de Tur. Cre. & Abulen. circa potestatem iurisdictionis, & Abulen. opinio refellitur, tamquam periculosa, & ideo non tenenda.*
4 *Episcopi, successores apostolorum, an a Deo vel ab homine potestatem immediate suscipiant.*

1 In ecclesia duplex est spiritualis potestas, altera, † q̄
dicitur potestas ordinis,siue sacramenta
lis, altera,quę dicitur potestas iurisdictionis, hanc distinctio-
nem theologi & iurisperiti omnes docent,& sanctorum pa
trum testimonia confirmant, vtramque item potestatem D.
Thomas. 2.2.q.39.arti.3 definit, quod scilicet sacramentalis
2 †potestas ea sit,quę p aliquam cōsecrationē tribuitur.ptās ve
ro iurisdictionis quę ex simplici iniunctione aut commisio
ne confertur, vt est potestas excommunicandi,aut absoluen
di ab excommunicatione, potestas definiendi in causis forē
sibus & id genus alijs. Io. vero de Turrecrem.lib.1. De eccle-
sia capit.96.dixit, hanc iurisdictionis potestatem, secundum
quod duplex est forum,ita etiam esse duplicem,interiorem,
scilicet conscientię, & exteriorem.id Abulen.etiam conten
dit in eo libro,quem Defensorium appellauit,par.2.cap.62.
3 in hoc†tamen inter se dissident,quod Turrecremat,potesta-
tem hanc iurisdictionis in foro conscientiæ minime confer-
ri sacerdoti per virtutem ordinis dicat, quādo ille ordinatur
ab episcopo, sed conferri postea ab homine, quādo papa aut
episcopus dat illi curam animarum , Abulensis vero huius
ꝯrium doceat potestatem,dicēs,iurisdictionis in foro cōsciē
tię conferri cuilibet sacerdoti , quando ordinatur ab episco-
po, tunc enim dicit , quod ex conditione ordinis , & institu-
tione competit cuilibet sacerdoti potestas iurisdictionis in
foro conscientię super omnes fideles totius orbis,ecclesia ta-
mē ob iustam causam,ad schismata nimirum & dissidia tol-
lenda , quę inde oriri poterant , eam coarctauit,subditos di-
stinguendo,qua ratione infert ab ecclesia non esse eiusmodi
ptātem ablatā,sed ligatā,quimmo subinfert, nō modo iuri-
sdictionē īterioris fori sed exterioris quoq;eidē sacerdoti cō
petere,atque inde colligit, quod quando sacerdos ille ab epi
scopo ordinatur,ab eoque vtraque iurisdictio eidem confer
tur,nihil nouum illi assignetur,sed tantummodo ab ecclesia
impedimentum tollatur, quo potestatem illius ligarat, sed
hæc

hęc ultima Abulen. doctrina, quæ & quorundam aliorũ, fuit periculosa est, & a patribus ipsaq; veritate longissime distans qua propter tenenda non est. itaque multis eam reijcit Alfonsus de Castro ut uidere licet De iusta hæreticorum punitione, cap. 21. lib 2. verum quidquid in sacerdotibus circa fori interioris iurisdictionem contingat, id quod Gabriel in canone missę, lectione 3. prę ceteris diligentius explicat, de Episcopis tantum, qui bresbyteris gradu, dignitate, auctoritate, & ordine superiores sunt, ut antea dictum est, nobis erit agendum. Hanc rem recentioribus quibusdam theologis ita decidere placuit, ut asserant Episcopos, †eo quod apostolorũ successores sunt, omnem iurisdictionis potestatẽ non ab homine, sed a Deo immediate suscipere. & ita idem Alfonsus de Castro eod. lib. 2. cap. 24. probare contendit, atque intrepide affirmat, tametsi iure humano, & iustis quidem rationib. hanc potestatem determinatam, & certis finibus circumscriptam dicat. eandem sentẽtiam Franciscus Victorien. uir doctissimus, qui nostra etiam ætate uixit, relectione De potestate ecclesiæ sub finem, multis hinc inde traditis, amplexus est cum ijs multi item alii sentiunt. quo factum est, ut in concilio non mediocris inter patres, ancipiti contentione distractos, hoc tempore fuerit dissensio, dum suam quisq; opinionem acriter tuetur, quæ tamen meo iudicio, pace eorum dixerim, qui contrariam sententiam sequuntur, facili negotio dirimi, atque sedari poterit si ad meram ueritatem, doctorũ doctrinam, ecclesiæ sensum, atque usum, ut decet, necessum que est, confugiamus. quare sit secunda propositio.

Propositio II.

Potestatem clauium, siue ligandi & soluendi in foro interiori, iudiciariam esse, & illam per antonomasiam ad ordinem pertinere.

SVMMARIVM.

1 *Christus tradendo claues regni cęlorum apostolis constituit eos iudices in conditionandis & retinendis peccatis.*

2 *Clauium nomine per Antonomasiam intelligenda est potestas ordinis ad remittenda peccata.*

1 Potestas clauium, siue ligandi, & soluendi in foro interiori, iudiciaria est, claues †enim regni cælorum Christum tradidisse apostolis, eorumq; successoribus, ut Innocentius iii ait in c. Firmiter, §. Vna uero, De sum. tri. & fid. cath nõ fuit aliud, quam iudices eos constituere in cõdonandis, & retinendis peccatis, hæc tamen ad ordinem per 2 tinẽt, & per antonomasiam, †nomine clauium, potestatem ordinis ad remittẽda peccata intelligimus, quæ sacerdos remittere, aut retinere non potest nisi per applicationem sacramenti, quo fit, ut idẽ character, qui est potestas ad ministrandi sacramentum, sit hæc potestas clauium, nam alias illa potestas iurisdictionis, quia non immediate uersatur sacramentaliter in retinendis, aut remittendis peccatis, charactere non indiget.

Propositio III.

Hanc potestatem ligandi & soluendi in foro interiori, iuris esse diuini, & quonam modo a Papa etiam pendere atque oriri dicatur, item characterem, qui in ordine imprimitur, indelebilem esse.

SVMMARIVM.

1 *Ligandi & soluendi potestas quæ clauium dicitur, iuris diuini est.*

2 *In ordine, character indelebilis imprimitur.*

3 *Sacerdos solemniter degratus licet grauissime peccet, & ideo grauissime etiam puniẽdus sit, si ecclesiæ intentionem habeat, conficit eucharistiæ sacramentum, & reprobantur Glossæ in diuersis locis.*

1 Hæc clauium †potestas, remittendi scilicet, & ligandi in foro interiori, iuris diuini est; cum ad ordinem pertineat, in quo character indelebilis imprimitur, ut & in Baptismo, & Confirmatione; atque ita 2 quidem, †ut immobilis, perpetuoque inabdicabilis hæreat. 3 vnde sacerdos, †etiam solemniter degradatus, quamuis grauissime peccet. atque acriter puniendus sit; nihilo minus tamen conficit eucharistiæ sacramentum, etiam si uel hæreticus sit, dum tamẽ ecclesiæ intentionem habeat. glossa, & ibi cõmuniter omnes, in c. 2. De cler. excom. ministran. D. Thomas 2. 2. q. 39. art. 3. & in 3. q. 82. art. 8. Abul. in Defensorio, ca. 62. Durand. in 4. dist. 19. q. 2. & ibidem Gabriel q. uinca, art. 5. & super Canonem, lect. 3. late Alfons. de Castro De iusta hæret. punitio. lib. 2. cap. 21. cum sequen. Præpos. post alios, in ca. Accedens, 50. disti. quamuis glossæ illic, & in c. Degradatio, De poe. in 6. & in summa, 9. q. 1. nimium opinione falsæ, contrarium dixerint. Verum quia hæc ligandi & soluendi potestas absque iurisdictione exerceri non ualet; iurisdictio autẽ supponit subditum, & sic materiam, in qua exerceatur; fit, ut per illius aut non dationem, aut substractionem, id enim in superioris arbitrio & potestate situm est, inefficax reddatur. nã si subditi non sint, eiusmodi potestas exerceri nequit. qua ratione non modo deriuari eiusmodi potestatem à Papa dicimus, sed etiam ab eo pendere, atque oriri.

Propositio IIII.

Potestatem iurisdictionis externæ, in qua omnia, quæ ad politicam ecclesiæ gubernationem spectãt, includuntur, in summo Pontifice, ceu in fonte repositam esse, ab eoq; immediate ad alios deriuari, multifariam confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, absolutio, casuum reseruatio, indulgentiæ, collatio beneficiorum, legem ponere, statuere, punire, & præmio afficere in summo pontifice tamquam in fonte reposita est.*

Et ab eo in episcopos deriuatur.

Potestas iurisdictionis externæ, quæ ad politicam ecclesiæ gubernationem spectat, & ad quam 1 hæc omnia, †excommunicare, ab excõmunicatione absoluere, dispensare, casus reseruare, indulgentias, & beneficia; atque id genus alia confere, leges ponere, statuere, punire, pena & premio afficere, tandem ecclesiasticã hierachiam moderari, pertinent & referenda sunt, ea, dico, potestas, non mõ a summo Pontifice ad Episcopos deriuata cẽsetur, sed in eo etiam tamquam in fonte reposita est, ab eoq; ad alios, ceu per riuulos & canales quosdam trãsfunditur, atque ab eo immediate promanat, id qđ catholica ueritate, plurimis fundamẽtis ac confirmationibus innixi, affirmare cogimur.

Confirmatio Prima.

Ab ipsa summi Pontificatus institutione, & ecclesiasticę monarchiæ conuenienti moderatione.

SVMMARIVM.

1 *Christus Petro tamquam ecclesiæ fundamento plenariam pollicitus est clauium potestatem. Matth. 16. & Toh. vltimo contulit.*

2 *Petrus plenitudinem potestatis accipit non modo vt apostolus sed vt Christi Vicarius, cuius auctoritas permansura erat in eis qui eandem sedem succederent.*

Et hoc habuit Petrus singulare tanquam caput. nu. 3.

In cæteris vero fuit personalis non successura in alios nisi per austoritatem Petri. ibid.

4 *Papa in ecclesia est pastor & rector, & dispensator, quem Dominus constituit super familiam suam.*

5 *Inferior hierarchia militans ad exemplum triumphantis instituta apparet.*

1 PRimo, quia summam ecclesiasticæ potestatis ante omnes contulit Christus Petro, tãquam eius Vicario, & vniuersalis ecclesiæ pastori atque rectori, a quo eiusque successoribus omnis iurisdictio in totam ecclesiasticam hierarchiam profluit, atq; deriuatur, quia, vt patet Matth. 16. ei, tamquam ecclesiæ fundamento, quod sibi Christus substituit, plenariam pollicitus est clauium potestatem, quam Ioannis vltimo contulit, dum ter publice interrogans, an se plus omnibus diligeret, pasce oues meas, di- 2 xit, non has, vel illas, vti Bernardus ait, sed omnes in vniuersum comprehendẽs, quapropter Petrus, †tamquam qui perpetuo futurus erat caput, eam plenitudinem suscepit, non modo vt apostolus, sed vt Christi Vicarius, cuius auctoritas permansura erat in eis, qui in eandem sedem succederent, hoc enim Petrus, quemadmodum theologi inquiunt, ha- 3 buit singulare, †tamquam caput, quod ceteris apostolis data erat potestas tantũ personalis, non successura scilicet in alios nisi per auctoritatem Petri, quo fit, ut etsi episcopi successores apostolorum dicantur, illam tamen auctoritatem nõ suscipiant, nisi per Romanum pontificem, Petri successorem, tantum abest, ut potestas iurisdictionis, quæ politicam ecclesię gubernationem spectat, Episcopis iure proprio ab- 4 sque summi Pontificis concessione obueniat. Papa enim †in ecclesia pastor est, rector, & dispensator, quem dominus cõstituit super familiam suam, est idem & princeps, & tãquam Rex, & Imperator, sic enim Christus rem ecclesiasticam administrari voluit, vt ex ijs reipublicæ formis, quas viri sapientes iustas esse tradiderunt, & naturales, nõ popularem illam, aut eam, quæ dicitur optimatum, vt falso ab hæreticis prędicatur, qui cæteros episcopos pares faciũt pontifici Romano, sed eam tantum, quę regia dicitur, potissimam omnium, & præstãtissimam imitaretur, in qua imperij summa ad vnum aliquem virtute præstantem virum deferretur, qui partim iustis legibus, & optima ratione institutis, partim sua prudentia, sapientibus etiam. viris, si res poscat, adhibitis, ciuitates, ac populos, & rem communem ac vniuersam deniq; eccle- 5 siasticam hierarchiam moderetur, ita vt hæc †inferior militans, ad exemplar illius triumphantis instituta appareat, dicente Ioanne Apostolo, & Euangelista, Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de cœlo, a Deo paratam, sicut sponsam, ornatam viro suo, & audiui uocem magnam de throno dicentem, ecce tabernaculũ Dei

cum hominibus, & habitauit cũ eis, & ipsi populus eius erũt & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus.

Confirmatio II.

Apotestate iurisdictionis apostolorum. quod in ijs personalis ea & extraordinaria fuerit, ac simul ipsis defunctis interierit, preterquam in eorum principe Petro, illi usq; successoribus, quibus necessaria conclusione a iure diuino ducta, eadẽ, q̃ Petro, immediate a Christo concessa fuisse probatur.

SVMMARIVM.

1 *Apostolis reliquis excepto Petro potestas data personalis fuit.*

2 *Papa Christi Vicarius in quo plenissima est potestas in alios episcodos diffundit. Nam ab eo velut a capite, dona Christus in omne corpus transmittit. num. sequent.*

4 *Verba D. Thomę, & Inno. quod Christus non recte consuluisset ecclesiæ, nisi mortuo Petro, alium eius loco suffecisset deinde alium & post alium & sic deinceps vsque ad cousumationem seculi.*

5 *Necessitas relinquendi successores in Petro pecculiare quiddam fuit non sic in Apostolis, licet illorum loco episcopi surrexisse dicantur.*

1 Secundo, quod etsi apostoli plenariam iurisdictionẽ a Christo, modo, † quo supra diximus, immediate receperunt, extraordinaria tamen ea, & personalis potestas in illis fuit, quippe quam, eis defunctis, ad alios peruenire necesse non fuit, quia necessario successores ex immediata Christi institutione minime relinquere tenebant. uerum quia omnis clauium potestas in ecclesia erat permansura, ac Christi uicarius futurus erat perpetuus, ut statim di- 2 cemus, fit ut per illũ, in quo plenissima esse dignoscitur, †in alios omnes diffundatur. atque hæc est ratio potissima, quæ redargui non potest. Demus igitur, ut concedi debet, gradus ecclesiæ usque ad ultimum iudicium in eadem esse perseueraturos, demus potestatẽ ordinis & iurisdictionis, quæ prius erat in apostolis, mansuram esse in ecclesia, nõ propterea inde sequitur, quod extra Petrum, in quo iurisdictio ordinaria fuit, ut & in successoribus illius similiter est, Episcopis eo mõ obueniat, etiam si apostolorum successores dicantur, sed illud potius, quod eadem illis a Christi uicario obueniat, a quo 3 †uelut capite dona sua Christus uelut in corpus omne transmittit, quemadmodum Leo Papa ait, 19. distinct. Ita dominus. quem tex. ad hanc rem optime perpendit Caiet. De potestate Papæ, cap. 19. Porro autem & ad Pontificem necessario illud est transferendum, quod Cyprianus, 24. q. 1. c. Loquitur, de ecclesia scripsit, cuius Papa in terris caput est. quo loco de hac unitate eiusq; origine agens, adducit metaphoras illas pulcherrimas, solis, fontis, arboris, radiorum, riuulorũ, ramorum. Auelle, inquit, radium Solis a corpore, diuisionẽ unitas non capit, ab arbore frange ramũ, fructus germinare non poterit, a fonte præscinde riuũ, præscissus arescit. Quod aũt Petri potestas successoribus illius simili auctoritate in totum orbem & immediate a Christo sit data, nacessaria conclusione ex sacris litteris elicitur, in quo theologi omnes, at- 4 que uniuersa ecclesia consentiunt. quod & a D. †Thoma 4. Contra gentiles, c. 76. late comprobatur, & Innocentius itẽ tradit, in c. Ad apostolicæ, De re iud. inquiunt enim inter cetera, quod Christus non aliter ecclesiæ, uti bonus paterfamilias, recte consuluisset, ni defuncto Petro, similis eidem fuisset suffectus alius, atque alius, & sic deinceps usque ad seculi consummationem. Atqui necessitas hæc relinquendi succes- 5 sores, †in Petro peculiare quidam fuit, non item in apostolis, quamuis eorum loco Episcopos in ecclesia surrexisse uideamus, quemadmodũ & 72. Discipulis presbyteros, ut Anacletus ait 21. dist. In nouo, idq; fatentur omnes, & in his Beda li. 3. super Lucam, cap. 15. De illa autem per necessariam cõclusionem ex sacris litteris deductione satis axiomate 9. dictum fuit, quo istud de Petri successorib. pertinet, & id genus alia, quemadmodum consubstantialitas filii cum patre ex eo loco necessario elicitur, Ego & pater unum sumus, & coomnipotentia trium personarum, ex illo, Baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti.

Confirmatio III.

Pręcedentis latior explicatio, & qua. ratione Episcopi, quo ad iurisdictionem, apostolis minime successerint, sed a summo Pontifice eam immediate acceperint.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli licet in totum orbem plenariam obtinuerint a Christo potestatem, vt supra dictum est, illis tamen nemo successor unquam fuit.*

2 *Potestas in Petro ordinaria & in perpetuum duratura fuit, in alijs autem apostolis extraordinaria & personalis.*

3 *Subrogatum, quo ad causam efficientem, non sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

4 *Episcopi non nisi in partem sollicitudinis uocati contra opinionem hæreticorum, & text. in c. loquitur 24. q. 1. secundum verum sensum, explanatur, ne vb hæreticis decipiamur.*

5 *Duo in solidum Domini esse non possunt.*

6 *Ecclesiastica potestas in personis residet, si a Petro eiusque apostolica sed recipiatur.*

7 *Papa facere nequit, vt nulli sint in ecclesia episcopi vel sacerdotes, iurisdictio tamen in eos ab ipso deriuatur.*

8 *Iurisdictio quę in Apostolis fuit cum illis interijt, ideo in episcopos eorum successores a papa fluit, vt pote quæ tota in illo resideat.*

Tertio, id quod & præcedenti annexum est, dicimus omne illud apostolorum auctoritatis, & iurisdictionis extraordinarium fuisse & personale, atque ad alios minime transisse. Neque ego nunc de potestate miraculorum loquor, aut linguarum dono, sed de iurisdictione tantum, in qua certe id quoque uerissimum 1 constat in totum †enim orbem apostoli plenariam obtinuerũt a Christo potestatem, modo scilicet, quo supra diximus, sed tamẽ nemo illis successor umquam fuit, atque ita de nullo prorsus legimus, quod se gesserit pro episcopo vniuersalis ecclesiæ, præter Romanum pontificem, sed proximus quisq; 2 apostolis, vel Hierosolimitanus, vel Antiochenus, vel alterius vrbis episcopus dictus est. Cæterum si simpliciter, †& absolute episcopos diceremus, quo ad potestatem iurisdictionis, apostolis successisse, id absque vlla distinctione intelligẽdum foret, id autẽ fieri nequit, siquidem illa potestas vniuersalis, in petro, ut diximus, ordinaria etiam in perpetuum duratura fuit, in aliis autem apostolis extraordinaria & personalis, vnde vno sublato alterum quoque tollatur necesse est sic enim dicimus. quod quando oratio sumitur ex vniuerso, vna pars falsa totum reddit falsum, ff. de reb. dub. l. Is qui ducenta §. Vtrum, cum similibus. igitur aut tota illa apostolorũ iurisdictio plenaria, & vniuersalis ad episcopos, vti successores trahenda est, quod dicere & asserere absonum fuerit & erroneum, aut certe nulla, quod si vllam iterum quis importune contendat, eam doceat oportet, & quæ traditio, quisue conciliorum, aut scripturæ locus eiusmodi distinctioni suffragetur, quem certe nusquam inuenturus est, ut omittam, 3 †quoad caussam efficientem, subrogatum non sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt Barto. ait in l. prima, §. & hæc actio. ff. Si quis testamento liber esse ius. fue. Declus, de hac Episcoporum successione agens, in c. fin. in fine. De confir. util. uel inutil. qua ratione uerissimum & catholi- 4 cæ ueritati consentaneum redditur, ut Episcopi †non nisi in partem sollicitudinis uocati sint, quod patrum sãctorum, & scribentium omnium testimoniis, ipsaque rei ueritate cõprobatum semper exstitit. rumpantur licet hæretici omnes, & in iis Modernus quidam qui uerba Cypriani, de quibus 24. q. 1. c. Loquitur, suo more confingit atque detorquet, dum post pauca sic legit, Vt unus est dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, ita episcopatum quoque ipsum, idest dignitatem & potestatem episcopalem, unum ac indiuisum esse, & penes singulos Episcopos insolidum esse oportere sub vno summo episcopo Christo, vnico capite, & sponso vnicæ ecclesiæ. Hæc Modernus ille, quam posteriorem partem non sic nos legimus, neque apud Cyprianum, neque apud Gratianum, in capitulo. Loquitur, sed ad hunc modum. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime nos Episcopi, qui in ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoq; ipsum unum & indiuisum probemus. nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei ueritatem perfida præuaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius a singulis insolidum pars tenetur. Gratianus habet, Cuius singularis in solidum &c. quantũ uero referat legere cũ Moderno illo Episcopatum penes singulos Episcopos in solidum esse oportere, aut cum Cypriano, & Gratiano dicere, Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur, nemo non uidet, nã ad eundem modum, quo apostoli in uniuersum orbem potestatem acceperunt, Episcopos quoq; accepisse indicaret, qđ falsissimum est, at secundum, non ita. non igitur possunt singuli Eiscopi, qui plures sint, eum in solidum habere, sed pro parte tantũ. Simile est, quod Vlpianus, & cæteri iurisconsulti statuunt, duos in solidum dominos esse nõ posse, sed pro par- 5 te tantum, ita ut uideatur consentaneum, duos †uel plures Episcopos in solidum esse nõ posse, si unus episcopatus sit, ut scribit Cyprianus, nam si pars a singulis, quo modo in solidũ, in eo Moderni illius sensu? Sed hæc missa faciamus. sũt enim in ea Cypriani epistola multa, quæ longiori egeant declaratione. Cum igitur Christus adscensurus ad patrem, ne gregẽ suum pretiosissimo sanguine suo redemptũ desereret, uicarium in terris dimiserit, Petrum scilicet, eiusq; successores, quibus pascendi, regendi, & gubernandi ecclesiam Dei, potestatis plenitudo ab eodem domino nostro Iesu Christo tradita est; cur nos, importunissimi homines, Petrum curare & mederari nolumus omnia? quæ est ista tanta inuidia? immediate quidem a Christo apostoli omnem iurisdictionem guber-

bernandi orbem acceperunt, sed tamen nullus, præter Petrū successorem, ut iam diximus, necessario reliquit. quo fit, ut ecclesiastica † potestas, quæ non in tota ecclesiæ communitate, sed in personis residet, ut late ostendere possemus, non nisi a Petro, eiusq; apostolica sede recipiatur. Episcopi, & presbyteri a iure diuino sunt, ut paullo ante demonstratum est. quare Papa † facere nequit, ut nulli sint in ecclesia Episcopi, aut sacerdotes, sed tamen dicitur iurisdictio ab eo deriuari, quia in ipso tamquam in fonte est, & quia per ipsum singuli Episcopi suis diœcesibus mancipantur, sicut & presbyteri parochiis. quidquid igitur ordinationis, aut sacramentalis potestatis est, immediate a Christo, quamquam per eius ministros, suscipiunt, iurisdictionem autem non item, quippe quæ in Romano Pontifice, ut sæpe diximus, tota resideat, & ad alios deriuetur, cum ea † q̄ in apostolis fuit, una cum illis interierit.

Confirmatio IIII.

Quo sensu Episcopos apostolorū successores dicamus, & quid ea in re patres intellexerint, ac de summi Pontificis maiestate, huiusq; uocis, Papa, origine, & applicatione.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli cum primum a Christo vocati sunt minorem habuerunt potestatem ordinis et iurisdictionis, quam habeant hodie episcopis vel sacerdotes, sed post resurrectionem longe maiorem. nu. 4.*

2 *Sacerdotes in cœna facti sunt.*

3 *Apostoli post resurrectionem acceperunt potestatem remittendi peccata.*

5 *Episcopi cum successores apostolorum dicuntur hoc fit duplici de causa, & causæ exprimuntur.*

6 *Licet apostolis vniuersalis potestas tradita iurisdictionis ipsis mortuis cum illis interierit, & ad episcopos non transierit, fuit tamen in illis alia episcopalis potestas quæ ad successores erat deriuanda, & quæ. ibid.*

7 *Bernardi verba ad Eugenium II. de consideratione. contemplando summi Pontif. potestatem.*

8 *Papæ nomen quamuis etiam episcopis olim tributum sit, nemo tamen nisi summus Pontifex recte illud sibi vindicet.*

9 *Papa, hoc nome quid significet.*

Quamquam Episcopos in hanc iurisdictionis potestatem minime apostolis successisse diximus, quod paullo post clarius dilucidiusq; fiet, tamen quoniam apostolorum successores communiter uocantur, operę pretium est, antea quam ad alia transeamus, id accuratius considerare, & animaduertere in primis, quid ea in re patres omnino senserint. Sciendum igitur, apostolos † cum primum a Christo uocati sunt, & eo nomine appellati, Marc. 3 & Luc. 6. minorem habuisse potestatem siue ordinis, siue iurisdictionis, quam uel sacerdotes, uel Episcopi nunc habent siquidem tantum illis potestas prædicandi in Iudæa, & baptizandi, signaq. faciendi, & sumptus demum ab his sumendi, quibus ipsi prædicabant, data fuit. non enim eo tempore † sacerdotes erant, siquidem in cœna postea facti sunt, nec potestatem acceperant remittēdi peccata, † quæ post resurrectionem illis fuit tradita, quin Petrus eo tempore nondum absolute acceperat potificatum. Quapropter ad illam apostolicam auctoritatem, eo modo expensam Episcopi ipsos excedunt apostolos, quia apostolatus ille minime ad episcopatū usque pertingebat. Vnde licet de Iuda Iscariote dicatur, Et episcopatum eius accipiet alter; non inde fit, quod Iudas Episcopus fuerit, accepit enim Matthias episcopatum, quem ille erat adepturus, si perstitisset. sin autem loquimur de potestate. † quam apostoli post resurrectionem acceperunt; manifestum est, eos maiorem potestatem accepisse, quam Episcopos, ut supra a nobis declaratum est. nam cum apostolis fundandi, & ędificādi uniuersam ecclesiam, potestas a domino tradita fuerit, ubique enim poterant uerbum Dei exponere, sacramenta ministrare, & de causis omnibus spiritualibus cognoscere, easq; dirimere, eo quod plenariā indistinctamque iurisdictionem, gubernationemq; in uniuerso orbe, sub Petro, eorum principe sint adepti, eam ipsam tñ nemo particularis Episcopus, habet, nec habuit unq̄. Quod igitur Episcopi † apostolorum successores dicātur, duplici de causa fit, prima, quia sicut apostoli post pentecostem primi erant in ecclesia magistratus, sub Petro tamen eorum principe, id quod consulto semper repeto, ita decedētibus illis, sub Petro eiusque successoribus, primos magistratus Episcopi in ecclesia obtinuerunt. secunda est, quia etsi potestas illa apostolorum plenaria & uniuersalis, tamqnam qd extraordinarium, Christique peculiari delegatione concessum, ad Episcopos non transierit, & una cum apostolis, ipsis decedentibus, interierit ut probatum existit, & uerissimum esse constat, erat tamen † in eis alia episcopalis potestas, quæ ad successores erat deriuanda, nimirū particulariū ecclesiarum cura. nā & singulis apostolis suæ quoq. ecclesiæ ēt obuenerunt, dum, ad episcopale munus melius obeundum, uniuersum orbem inter se partiti sunt. in singularib. igit̄ ecclesiis cū in partē sollicitudinis episcopi tantummodo vocati sint, successores merito appellabuntur, sed non eo modo, eaque dignitate qua Apostoli. quemadmodum fusius explicabimus, illi namque immediate a Christo eam potestatem acceperunt, at episcopi non ita, sed per Petrum eiusque successores, qui omnes, Petri quoque vocari possunt, cum vna & eadem sit omnium potestas & iurisdictio ad vniuersalis ecclesiæ moderationē, ad eundem scilicet modum, quo omnes Romanorum Imperatores, Cęsares, & Aegyptiorū Reges, pharaones dicti sunt. at in Petro peculiare aliud fuit. quia licet ante summum pontificatum apostolica potestas par cęteris data illi sit, tamē postea Rector, pastor, atque vniuersalis ecclesiæ episcopus, & cunctorum ordinarius iudex ab eodem ipso domino immediate factus est, & in eo ipsius itē successores, vti superius secunda confirmatione exposuimus, vnde Bernardus, † hanc summi pontificis potestatem reliquis omnibus excellentiorem, & in se omnia continentem, quæ ad alios erant deriuanda, contemplatus sic ad Eugenium 2. De considerat. loquitur. Age indagemus adhuc diligentius, quis sis, quam geras, videlicet pro tempore personam in ecclesia Dei. Quis es? sacerdos magnus, summus pontifex, tu princeps episcoporum, tu hęres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu, Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Araon, auctoritate Moses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus, tu es cui claues traditę, cui oues creditę sunt, sunt quidem & alij cęli ianitores, & gregū pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrumque præ cęteris nomen hæreditasti, habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos tibi vniuersi crediti sunt, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Hæc ille, quibus summi pontificis potestatem plenariam absolutamque eloquentissime explicat, nominaque, atque epithea egregia assignat, quibus vt plura addamus, nihil est opus, vnum tantum dico, qd Papæ nomen, † quamuis nonnunquam episcopis olim tributum sit, vt ex Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & alijs cognoscere licet, summus tamen pontifex solus illud rectissime vindicet, vti etiam ab orthodoxis, magno omnium consensu, iam inde a multis sæculis illi vni tributum est, quod pater patrum † uox illa significet, quodque diuinum quippiā ei inesse videatur, teste Rhodogino Antiq. lection. libro 11. c. 21. vbi tradit Hadrianum dicere, in Bithyniacis conuenisse Bithynios montium cacumina conscēdere, & Iouem Papā cōsultare, similiter a Scythis Iouem Papæum dici, quod ego addendum existimaui ad ea, quæ doctores, de hoc nomine tradunt, præcipuę vero Ioann. Andreas in proœmio Clementinar. & in cap. fi. De transla. prælat.

Confirmatio V.

Potestatem iurisdictionis in sua origine, hoc est, in summo pontifice, & sic in genere consideratam, iuris esse diuini, eamque Christum Vicario suo tradidisse, non vt sibi tantum retineret, sed vt alijs etiam in partem sollicitudinis accitis communicaret, atque ita, ab ipso ad alios perueniret.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem iurisdictionis ecclesiasticæ Christo immediate constitutam constat ex Euangelio, & ita tenendum de necessitate salutis. & numero sequent.*

3 *Pasce oues meas, istius verbi sensus & intellectus.*

4 *Potestas iurisdictionis in genere loquendo & prout in sua origine, hoc est in summo pontifice reperitur, est iuris diuini.*

Iurisdictio vero particularis huius vel illius sedis vel personę est iuris ecclesiastici.

Et a Papa profluit atque dependet, & ratio num. 5.

6 *Omnis potestas a Deo est immediate, distinguendum de immediatione suppositi, & immediatione virtutis.*

7 *Potestas ordinis iuxta suam essentiam immobilis, quia per consecrationem datur, iurisdictionis vero per hominis simplicem iniunctionem.*

8 *Potestatis iurisdictionis non solum vsus sed etiam essentia, quæ censetur esse ablata in scismaticis & hæreticis.*

9 *Episcopi eo ipso quo a papa assumuntur iurisdictionem obtinent.*

10 *Papæ potestas dicitur, & dignitas.*

Episcoporum vero iurisdictio, a papa immediate dependens.

Potestas iurisdictionis, circa quam tota controuersia est, si in sua origine consideretur procul dubio etiam a Deo est immediate, idque scriptura, patres, & ratio ipsa docet, dum tamē per originem, Petro, & eius successoribus datam intelligamus. fuisse † autem immediate a Christo institutam, ex euangelio constat, in quo dominus promisit Petro, se illi daturum claues regni cælorum, & prædixit illum esse accepturum potestatem confirmandi fratres, cui etiam tradidit oues suas, & agnos pascendos. quæ omnia iurisdictionem indicant, qua usum fuisse Petrum, eamq; perpetuo in ecclesia exstitisse perspicuū est, & nos inferius ostēdemus. Est igitur de necessitate salutis tenendum, † quod ecclesia

ecclesiastica Petri, & aliorum summorum Pontificum iurisdictio, non ab hominibus sit, sed a Christo domino immediate instituta, ob quod etiam Episcoporum, & aliorum inferiorum iurisdictio in sua origine, de iure diuino est, sic in genere, & communiter loquendo. Christus enim dominus uidēs ecclesiam suam, per iurisdictionem in uno tātum Pontifice existentem, gubernari commode non posse, uoluit quod in ea plures præpositi, & ministri instituerentur, quos, Petrus eiusque successores in partem sollicitudinis assumerent, &, prout sibi in domino uisum forêt, distribuerent, & demum iurisdictionenem eis cōferrent, dixit enim, Pasce oues meas † quas omnes cum per se pascere nō potuisset Petrus, debuit ex præcepto, ut domino obediret, alios item uocare cooperatores, &, ut sic dixerim, compastores, qui in partem sollicitudinis acciti, essent illi adiumento. atque ita † eorum iurisdictio, in genere loquēdo, &, prout in sua origine, hoc est, in summo Pontifice reperitur, iuris diuini est, non autem particularis illa iurisdictio, huius, uel illius sedis, uel personæ. Hāc enim ecclesiastici iuris esse constat, & a papa profluere atque dependere, id quod Dominic. a Soto, breuiter tamen, adnotasse uidetur in 4. dist in. 18. q. 4. ar. 4. uers. Atque hæc. nā dempta ea potestate sacramentali, quæ supernaturalis est, & diuina, ordinis scilicet, & quæ non nisi a Christo immediate conferri potest, certe hoc, quod externæ iurisdictionis est, quidquid illud sit, (præterquam in Petro, eiusque successoribus, & apostolis, aut in aliquo alio quouis Episcopo, specialiter & ex priuilegio, in hoc a Deo immediate uocato) a summo pontifice immediate manat, atque deriuatur, loquēdo, ut oportet, de immediatione † suppositi, nam de immediatione uirtutis nullum dubium est, cum omnis potestas sit a Deo, qui omnia in omnibus operatur, ut liquet ex iis, quæ Axiomate 10. & 11. conuenientissime ad quæstionis huius decisionem scripsimus. Hoc immediationis argumento Prępos. quoque & Turrecrem. idem omnino definientes, utuntur, ille in capitu. Omnes, 22. distin. hic uero. De ecclesia, lib. 2. capitu. 61. uocat autem Oldral. huiusmodi immediationē, subalternatam emanationem consi. 180. Quæstio est. penul. colum. de imperio agens, ubi intelligi vult quod eo modo illud a Deo sit, nimirum immediatione uirtutis. vnde nō ualet argumentatio, apostoli potestatem iurisdictionis a Christo immediate habuerunt, ergo & Episcopi, tamquam illorum successores, quoniā diuersa ratio omnino est. in prima enim ecclesię institutione, & fundatione, Christus immediate apostolos constituit, id quod, illis defunctis, non ita in Episcopis censuit faciendum. nam cum ab ecclesia militante corporalem suam uisibilemque præsentiam esset subtracturus, Petro, eiusque successoribus curam, & totius ecclesiæ regimen plenissime commendauit, quatenus a Christi uicario omnis dignitas, omnisque iurisdictionis potestas ad alios deriuaretur, immediateque ab eo deflueret, quemadmodum & Artaphazes peregre profecturus fecit, ut legitur 1. Esdræ 7. dum uicario suo potestatem constituendi iudices dedit, inquiens, Tu autem Esdra &c. constitue præsides, qui iudicent omni populo. quod maxime ita factum a Christo credendū est, ut unitatē ecclesiæ, & inferiorum obedientiam, & subiectionem magis ac magis commendaret. atque ea ratio adeo potens & perspicua est, ut, mea sentētia, dilui non possit. nec interest, † quod in sua origine, & sic in genere loquendo, hęc iurisdictio iuris diuini sit, & a pontifice summo ad alios, in partem sollicitudinis uocatos, deriuanda. nam non inde infertur, quod in Episcopos a iure diuino proueniat, sed potius quod immediate a Romano pontifice profluat, qui Christi est uicarius. humana enim ista sunt & dicuntur, quia proxime fiunt ea auctoritate, quam homo possidet, quemadmodum 10. & 11. axiomate plene demostrauimus, ubi illud apostolorum, act. 15. de sanguine, & suffocato, dicentium, Visū est spiritui sancto, & nobis, ad hunc modum, ex theologorū omnium sententia expositum fuit, ut non diuini, sed apostolici iuris, & sic humani, spiritu sancto tameo sic suggerente, fuerit statutum, ac proinde ex causa abrogabile, ut etiam desuetudine abolitum extitit, tametsi obseruatio illa diu in ecclesia perseuerauit, non modo apostolorum tempore, sed etiam multo post. erat enim temporibus Tertulliani, ut in ipsius apologetico patet capitulo nono Synodi Gangrensis, & habetur distinctione 30. inter errores illic damnatos, ubi glossa parum hæc perspiciens, nescio quam expositionem assignat, quemadmodum & illud Act. 20. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos posuit spiritus sanctos Episcopos &c. expendi quoque debet quod infra, quando ad nonnulla in contrarium obiecta dissoluenda uentum erit, fusius explicabimus, cum ii, qui contrariam sententiam tuentur, nō parū eisdem apostoli uerbis nitantur. non igitur hæc ratiocinatio valet. Episcopi, Deo sic reuelante aut suggerente, ad munus sibi iniūctū explendū iurisdictionē hēnt, ergo a Christo immediate illam suscipiunt, nam præterquam quod multis a nobis id dissolutum sit, nil aliud certe ex ea positione sequeretur, quam supposita excludere, & ordinem vniuersi tollere, ac Christi Vicarium cum omnimoda suæ potestatis plenitudine nihil, nisi otiose agere, quod profecto falsum foret atque erroneum. A papa igitur hæc Episcoporum iurisdictio siue ordinaria ea sit, vt est, siue commissa aut delegata, vt nōnulli dicunt, immediate habetur, eaque non vi consecrationis, sed vi iniunctionis hominis committentis iurisdictionē, quod maxime in hac materia ob oculos semper habendum est, quoniam huius rei veritatē manifeste aperit, in quo scholastici omnes consentiunt, & in his D. Thomas. 2. 2. q. 39. art. 3. vbi. potestatem ordinis immobilem iuxta suam essentiam facit, ex eo quod per consecrationem datur, potestatem vero iurisdictionis dicit per hominis simplicem iniunctionem dari, atque ideo tolli posse non † solum illius potestatis usum sed & essentiam, quam ablatam esse affirmat in schismaticis & hæreticis, hoc ipsum Alfonsus de Castro latissime persequitur, lib. De iusta hæret. punit. lib. 2. quin & patres, summique pontifices, quod huiusmodi iurisdictio ex iniunctione proueniat passim testantur, idque vsu venire quotidie videmus cum ante consecrationem, quiuis episcopus, eo ipso † qd̄ a papa assumitur, aut confirmatur, iurisdictionem obtineat eique ex illa hominis iniunctione, mediante confirmatione aut si qua alia expressiore uia ea concedi intelligatur, certissime, obueniat, & sane, si ita non esset, tot absurda totque inconuenientia sequerentur, vt vix ea possemus enumerare, sat sit, ex præcedentibus, & sequentibus ea colligere, quæ ad hanc rem pertinere videntur, ut summo pontifici † sua potestas & dignitas maneat inconcussa, Episcopis item sua iurisdictio, ab illo immediate dependens conseruetur, ita tamen, ne contra illum, ac Christum dominum, cuius ipse uniuersalis ecclesiæ Vicarius est, insurgant, aut quoquo modo sese efferant.

Confirmatio VI.

A patrum, summorumque pōtificum testimonijs, & quomodo antiqui patres exponendi sint, & summis pontificibus ac in re fides habenda.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem iurisdictionis a papa in episcopos immediate deriuari ex patrum et Theolorum sententia probatur.*

2 *Multitudinem principum dicere insipientissimum est, & ratio ibid.*

3 *Quodcumque ligaueris, & pasce, sensus horum verborum, vt petrus, & eius successores etiam alijs communicarent, & ibid.*

Verba ambrosii super his verbis.

4 *Potestas iurisdictionis immediate proueniens a papa, prouenit immediatione suppositi.*

Leonis testimonium. nu. 5.

Item Gregorij magni. nu. 6.

Item Inn. in epistola ad Gulielmum. ibid.

Item Leonis. 9. in epistola ad Michaelem nu. 7.

Patriarcham Constantinop.

8 *Validissimum est testimonium cum Papa alium Papam adducit in testem.*

9 *Sanctorum iudicia, non ad gratiam & amicitiam fiunt, sed ab omni sunt dubitatione libera.*

10 *In partem sollicitudinis esse vocatos episcopos quid importent & quomodo intelligantur illa verba.*

Hanc iurisdictionis potestatem, quæ in pontifice in vniuersum plenarieque reperitur, ab eo in episcopos immediate deriuari, ex sacræ scripturæ locis, alijsque perspicuis rationibus probatum hucusque exstitit, id quod † modo ex patrum quoque & theologorum omnium sententia, si paucos aliquot excipias, ni prolixitas in ijs ex integro recitandis retraheret, ostēdere possemus, nam & antiqui id non obscure innuunt, neque enim alia via interpretandi sunt, & posteriores apertissime id affirmant. Basilius libro constitutionum scrutatoriarū capite 1. Ambrosius lib. De dignitate sacerdotali, seu, vt alii citant, in pastorali, capite 2. Augustinus lib. De pastoribus c. 13. & De agone, cap. 30. & si qui alii reperiantur, exponi dēnt, dum vel generaliter, vel obscure loquuntur, euod eorū tempestate nequaquam id vocaretur in dubium, sed omnes summo studio eo tenderent, vt ecclesiæ prælati summo in honore haberentur, atque a Deo positos eos esse quisque intelligeret, ac reuerentiam & debitam obedientiam subditi fideles illis præstarent. Quando ergo patres incidenter, aut alio modo, contrarium prima facie dicere videntur sane intelligendi sunt, qui si aliud asserere vellent, quod certe falso illis ab hæreticis imponitur, hoc est æqualem cum Petro potestatē pascendi & ligandi omnes episcopos a Deo accepisse, reiiciēdi potius in hac parte essent, quam sequendi, eo quod cōtra apertam scripturam, & orthodoxos alios omnes doctores, denique contra communem sensum, & dilucidam ipsius naturæ

turæ rationē uenirent, quæ dictat, multitudinē Principum 2 †insipientissime constitui. neque enim tunc aliquis esset sūmus, & sese mutuo impedientes ecclesiam omnino confunderent. absit igitur, ut huiusmodi sensum sanctissimis & sapientissimis patribus imponamus. uere igitur ii patres dicūt, uerba illa Christi ad Petrum, Quodcumque ligaueris, & Pasce oues meas etiam aliis †dicta fuisse, non quod immediate 3 illis dicta sint, sed quod ita dicta sint Petro, ut tamen non ei soli, sicut nec ipsi soli data est plenitudo potestatis, ut illam sibi retineret, sed ita potius, ut ipse, eiusque successores, in qui bus hæc plenitudinis potestas erat mansura, aliis eam communicarent. Et ad hunc modum uerba Ambrosii super illud, Pasce oues meas, dicentis, quas oues? & quem gregem? non solum tunc suscepit Petrus claues, sed & nobiscum suscepit, & nos cum illo eas suscepimus, prorsus intelligenda sunt. Rursum, sicut Leui dicitur decimatus in lumbis Abrahæ, quod Abraham pro se, & posteritate sua decimas dederit, ita etiam succedentes Episcopi, & presbyteri, qui potestatem in ecclesia habituri erant, in Petro suam portionem acciperent, cui præ omnibus potestas data est. quæ quia reperitur duplex, ordinis, quæ naturam omnem superat, & iurisdictionis, quæ per hominis auctoritatem conferri potest. illam ordinis, ita acceperunt in Petro, ut quisque in se ipso a Deo immediate, ab homine autem consecrante, tamquam a ministro, & nudum ministerium exhibente, illam adipisceret; 4 iurisdictionem autem †immediate a papa, scilicet immediatione suppositi, quod in eo tota resideat, ab eoque in alios deriuetur. Et hanc dictorum patrum ueram fuisse mentem dubitandum non est, cum catholice aliud sentiendum nō sit. tantum abest, ut grauissimis illis patribus, atque sanctissimis diuersum quidquam imponi permittamus. quæ non potius mea sentētia est, quam catholicorum, & recte sentientium omnium. Quod si summorū pontificum testimonia exquiras, iā id clarius apparebit, siquidem eiusmodi deriuationē 5 apertissime docent. uidendus est Leo †epistola 89. ad Episcopos Vinnenses, & in 3. sermone suæ assumptionis, vbi inter cætera, De toto mundo, inquit, unus Petrus eligitur, qui & uniuersarum gentium uocationi, & omnibus apostolis, cunctisq; ecclesiæ partibus præponatur. & quāuis in populo Dei multi sint sacerdotes. multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. magnum & mirabile, dilectissimi, huic uiro consortium potentię suę tribuit diuina dignatio, ut, si quid cū eo commune cęteris uoluit esse principibus, numquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negauit. Hæc ille, docens a Petro eiusque successoribus omnem potestatem in alios deriuari prælatos 6 Gregorius quoque magnus, †uariis in epistolis sui Registri a Gratiano relatus, distic. 63. Quanto, 16. q. 1. Temporum qualitas, cum cap. Quosdam, id omnino demostrat, & Nicolaus primus de consecr. distinc. 1. c. Ecclesia. Alex. II. 24. q. 1. capi. Audiuimus, Innocen. 3. in epistola ad Guillielmum, 1. archiepiscopum Montis Regalis, quæ in priuilegiis etiam eiusdem ciuitatis authentice quemadmodū audio, habetur idē ostendit, sic post multa concludens, Ex hac utique potestate, quæ ad beatum Petrum ex dominica traditione peruenit, sacrosancta Romana ecclesia, quæ per dominum Iesum Christū ab eodem beato Petro instituta est, & fundata super uniuersas ecclesias, auctoritatem obtinuit, ut ubique ratum esset ac solidum, quod ipsius prouidentia statuisset, quod etiam ab uniuersis ecclesiis, per orbem terrarum usque diffusis, & receptum est, & seruatum, ita ut per eam & distributio facta sit dignitatum, & inductum Christi fidelibus, & diligentius ordinatum, quod ad cultū pertinere uisum est pietatis. ex hac siquidem data B. Petro a domino potestate, ipse ac successores ipsius per diuersa mundi loca constituerunt Episcopos, & dignitates per prouincias diuiserunt. Hactenus Innocen. 7 Leo 9. †quoque epistola ad Michalem, patriarcham Constātinopolitanum, ostendit iurisdictionem a summo pontifice emanare in alios Episcopos, sicut a rege in iudices, & sicut a capite in reliqua membra uirtus deriuatur. idem Paschali Episcopo Panormitano scribit, id quod habetur & uideri potest, in capitu. Significasti, De electio. de quo etiam Nicolaus tertius eod. titu. libr. 6. capitu. Fundamenta. quod ipsum similiter probatur a patribus omnibus, asserentibus, ut asserere necessum est, Romanam ecclesiam caput esse, originē, atque matrem omniū ecclesiarum; quos referre superuacaneum fuerit, cū in iure canōico multis locis id cuiuis obuiū sit. Inter certa autem pontificum decreta, illud Melchiadis papæ ad Hispaniæ Episcopos, c. 2. merito hoc loco annectendū fuit, ubi de Petro, ceterisq; apostolis agēs, hæc nimirū uerba subdit, Et licet cunctorum par electio foret, beato tñ Petro concessum est, vt aliis præemineret, & eorū, quæ ad querelā uenirēt, caussas & interrogationes prudēter disponeret. qđ de ordinatione taliter ordinatū esse credimus, ne omnes posteri eorum cuncta sibi vindicarent, sed semper causę maiores, sicut sunt episcoporum, & potiorum curæ negotiorū, ad vnam beati Petri, principis apostolorum, sedem confluerent, vt inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acceperant initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite. Posuit Iuo 5. par. sui Decreti, c. 46. quo nihil apertius dici potūit. Nec refert, quod Romani pontifices ij sint, quos allegauimus, & in causa propria loquantur, quasi eorum testimonium propterea videri debeat suspectum, quemadmodum nonnulli temere aiunt ex Oldraldi sententia, de Imperatore, illiusque legibus loquentis, cons. 69. Consueuit dubitari. col. 2. quem Decius referens in c. Nouit. col. 5. De iud. ad papam transferre quodam modo uidetur, quibus addenda est glossa Ioannis, in c. Patet, 9. q. 3. & altera Ioannis Andr. in Clemen. vnica, verbo, Bonifacio, de iureiur. dicentium in il-8 lis iuribus, familiaris est hæc probatio, cum papa † alium papam adducit in testem. nam cum sanctissimi omnes exstiterint, & auctoritatē summā habuerint, eorū fides tū ab ipsa testiū dignitate tua a uitæ sanctitate, tū demū ab ipso eorū numero, & veritate docate, multisq; alijs ꝯiecturis suppleri pōt, a debet, cum præsertim eorum plerique martyrio coronati sint, & ab ecclesia inter diuos relati, quos, cum sancti essent, & Deo grati, non quidem præambitione, aut quauis humana ratione, id testatos esse quisquam dicet, sed vt Deo inseruirent, & ecclesiæ, omnibusque Christi fidelibus consulerent qui quidē merito illud Pauli 1. Corinth. 2. dicere poterāt. Nos aūt nō spiritū huius mūdi accepimus, sed spiritū, q ex Deo est vt sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis, vnde Chrysosto-9 mus tomo 5. homelia 80. Sanctorum, inquit, †iudicia non ad gratiam, neque ad amicitiam fiunt, sed ab omni sunt dubitatione libera. Quare erroris omnino arguendi, forent, qui sanctissimorum Pontificum sacrosancta decreta recusarēt, aut quoquo modo reijcere conarentur, quinimmo sacrilegii ex eo iustissime insimulari possent, teste Innoc. in c. Licet ex suscepto, de foro compet. quem præpos. sequitur, in c. 1. col. 3. dist. 10. vbi post Archidiaconum, pontificum decretis, pro vniuersali bono editis, vtpote a spiritu sancto dictatis, c. Violatores, c. Quæ ad perpetuam, 25. q. 1. omnino standum esse affirmat, id quod repetit, 96. distin. in c. Cum ad verum, col. 11. quo loco Modernū quēdam in quodā suo libello nō esse credendum decretalibus papæ, super Imperatore loquentibus, aiebat, penitus damnat. idem quoque tradunt gloss. Archidiaco. & ipsemet præpos. in d. c. Patet. atque hæc, etiam si extra fidem loquamur, in eiusmodi pontificū decretis haud dubie vera censenda sunt, nec religiosis ac piis hominib. aliter credere fas est, tametsi inueniri posset Decretalis aliqua iuri communi contraria, ac proinde non statim adimplenda quousque superior consulatur. c. pastoralis, vbi casus de hoc iuncta gloss. De fide instru. faciunt plene tradita, quæ describere opus non est, in cap. Si quando, De rescri. & per Abulensem 1. Reg. c. 8. q. 158. vnde illa grauis Philippi Francorum Regis contentio de extrauaganti, Vnam sanctā, Bonifacii VIII, exorta fuit, quam Clem. 5. postmodum vel reuocauit, vel, si mauis temperauit, ita ut eius regnum, & regnicolæ non aliter ecclesiæ, quam antea subiecti fuerant, in posterum subiecti censerentur, quam rem Modernus quidam obseruauit, ut interim omittam plures esse, qui in eo, quod de imperio dicitur, neque legibus, neque canonibus standum esse affirmant, e quorum numero alius Modernus est, De coronatione capitulo 7. vbi id constantissime tradit, ut & Oldradus dicto consilio 69. facere uisus fuit, sed est huius rei disputatio alterius loci, commonuisse tantum sufficiat, ut ab iis, quæ supradiximus, nullo modo recedamus. Demum, antiqui omnes illi patres & recentiores, qui summum pontificem plenitudinem potestatis habere, episcopos autem vocatos esse tantum in partem sollicitudinis asserunt, prout asserere oportet, omnes, inquam, hanc iurisdictionem a papa deriuari non obscure pronunciant, per plenitudinem potestatis intelligentes vniuersalem ecclesiasticam potestatem in summo pontifice, tamquam in fonte, residere, ab eoque pē-10 dere, per partem † vero sollicitudinis, non nudam sollicitudinis partem innuunt, sed partem potestatis, nam cum is, qui præest, in sollicitudine, ut ait paulus, præesse debeat, ipsam prælationem, ne efferrentur episcopi, partem sollicitudinis voluerunt vocari, ita vt perinde sit, eos in partem sollicitudinis esse uocatos, atque participare eos partem illius summæ & uniuersalis potestatis, quæ summis pontificibus conuenit porro autem quando dicuntur episcopi in partem sollicitudinis tantum esse uccati, hoc non modo de commissaria, sed & de ordinaria quoque potestate, & sic generaliter & absolute loquendo, uerissimum est, idque plurimorum iurium testimonio comprobatur. 2. q. 6. Qui se scit, &, cap. Decreto, De auctor. & usu pall. c. Ad honorem, De elect. c. Qualiter cum similibus, quod & Iuo eadem 5. parte, c. 194. & 349. tradit, & D. Bernardus ad eugenium, 2. De consideratione, sic scribit. Ergo iuxta canones tuos, alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis uocatus es, aliorum potestas certis artatur limitibus, tua, extenditur & in ipsos, qui potestatem super alios acceperunt, nonne si caussa extiterit, tu episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere, etiam & tradere Sathanæ potes, stat ergo inconcusum tuum priuilegium tibi, tam in datis clauibus, quam in ouibus commendatis. Hæc ille, cui Leo iungendus est epistola 84. Cano. 11. in hunc modum pulcherrime dicens. Hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, sed pręcipue exigit concordiam sacerdotum, quibus cum sit dignitas communis, non est tamen ordo generalis, quoniam inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut cęteris præemineret. De qua forma, episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum, ne omnes sibi omnia uindicarent, sed essent in singulis puinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam, in maioribus urbibus cōstituti, sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem uniuersalis ecclesię cura conflueret, & nihil usquam a suo capite dissideret.

Confirmatio VII.

A scholasticorum pene omnium sententia, & quanti sit eorum auctoritas facienda & in his, D. Thomæ scriptorum commendatio.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem iurisdictionis a papa in episcopos immediate deriuari, ex scholasticorum sententia probatur.*

2 *Sancti Thomæ laudes.*

3 *Papa tamquam pater patrum cum omni prælato in potestate & iurisdictione, concurrit.*

Hactenus antiquorum patrum, & sanctissimorum pontificum testimonia adduximus, quæ hanc, de qua agimus, iurisdictionis deriuationem immediate a papa profluere, dilucide omnino, & clare comprobant, reliquum est, ut ad scholasticos quoque doctores, quorum maxima item apud omnes debet esse auctoritas, ueniamus. hi, præter paucos aliquot, 1 idem expresse & aperte affirmant. † Nam Sanctus Thomas ut ab eo incipiam, ita docet 4. contra gentiles, capitulo 76 & in 4. distinct. 20. quæstio 4. artic. 4. ad tertium, & distinct. 24. & in 2. sentent dist. ult. q. ultima. S. Bonauentura in suo breuiloquio. idem in 4. dist. 19. Albertus magnus ead. dist. arti. 11. Richardus de Media uilla eod. lib. distin. 24. Durandus ead. dist. q. 5. Erueus libro. De potestate papæ, ubi inter errores quinq;, quos in hac materia recitat, hunc item inserit, in quem incidunt, qui potestatem hanc iurisdictionis episcoporum, immediate a Deo, sicut eam, quam Papa habet, tribui affirmant, cum ea non nisi a papa immediate, ut ille ait, suscipiatur. Anionius in summa theologiæ 3. parte, titulo 22. capitulo 4. Gabriel biel in Canone missæ, lectione 3. ubi clare & docte admodum id explicat. Caietanus, De auctoritate Papæ c. 19. ex omnium catholicorum doctorum sententia idem asserit. Turrecrem. De ecclesia, libro 2. a capit. 54 usque ad 64. ubi fusissime hæc pertractat, & respondet omnibus obiectionibus aduersariorum. Dominic a Soto in 4. distin. 20. q. 1. artic. 2. 3. & 4. Echius, Homelia 52. de sacramento, ordinis. & omnes alii, qui huius temporis hereticos insectantur, quorū omnium auctoritatē, non quidem Abulensis, Franciscus a Victoria, Alfonsus de Castro, uiri alioqui pii, & eximiæ eruditionis, eleuabunt, neque ii demum. qui eos modo in disputando sequuntur, magna est enim scholasticorum, quos modo retulimus, auctoritas, magna insuper eorum doctrina, q-bus, iam inde a quadringentis annis, respu. Christiana plurimum debet, quod eorū opera ræs fidei illustriores factę sint, antiquorum patrum nodi dissoluti, & ad concordiam prorsus redacti, ita ut non immerito cum antiquis illis conferri possint, cū doctrinę soliditate, tū ingenii acumine, & felicitate, tum argumentandi differēdiq; peritia, tum ēt ob id, qđ nobis iam antiqui dici possint, qui etiamsi recētiores uulgo habeantur, ut reuera sunt, si ad priscos illos patres respiciamus, certe hoc item cogitandum est, eosdem illos patres ætate sua, & in sequentibus proxime seculis habitos item fuisse recentiores. Excipio, tñ, ut dixi, nonnullos, Sed his omissis, ad 2 superiores illos redeo, in quibus mihi Thomas pro †centum millib. ē, queādmodū Cicero de Catone dicebat. is enim adeo diligens semper fuit explorator ueritatis, ut nihil abditū, nihil remotū, nihil obscurū esse pmiserit; sed oīa exposita, prompta, ipsa deniq; luce clariora fecerit. huic uni, non modo in theologicis definitionibus, in quibus, ut ita dicam, diuinus est, & ab omnibus amplectēdus, sed & in iuris prudētiæ studiis plus debeo, quam infinitis iurisperitorum cōmentariis. nude siquidem breuiterq; ueritatem exponit, &, omissa inani auctorum, opinionumq; citatione, solida ui incedit, rationib. inuictis per omnes aduersitates uiam sibi aliisque sternens. atq longius me euexit studium, quo in D. Thomā non affectus modo sum, uerum totus etiam ardeo flagroq;. Est igitur, ut ad institutum redeam, ex omnium theologorū antiquorum recentiorum, sanctissimorum patrum, & iurisperitorum communi & probatissima sententra perspicuū, iurisdictionem hanc, de qua agimus, a papa proficisci, in eoque ceu in fonte residere, & ī Episcopos, & alios ab eo immediate deriuari; ita ut pontificis & principis ea in re par condicio sit, tametsi in illo expssius resideat & dignius. sic Bal. Quis dicatur dux uel marchio. in prin. in usibus feud. uerbo, A principe, hoc obseruans, scribit dignitates omnes a principe tamquam a fonte profluere, in eoq; omnes eas esse sitas, adducēs illud Ioannis Monachi, in c. Si eo tempore, De elect. lib. 6. qđ 3 papa, tamquam †pater patrum cum omni p̄lato in potestate & iurisdictione concurrit, quod & ipse retulit, De his qui feud. dar pos in prin. Paul. de Castr. cons. 414. uol. 1. Dec. cons. 229. fin. col. Curt. Senior cons. 66. colum. 2. Fredericus, tractatu permutationum, q. 3. Ex quo idem Bal. dicto titulo, Quis dicatur dux uel marchio, infert, ī principe Romano omnes dignitatum thesauros reconditos esse. quod ipsum, & illud de fonte iterum repetit in titu. De allod colu. 6. uers. Ex præmissis, quem Abb. sequitur, cons. 84. uol. 1. & Cur. iunior cōs. 157. col. 3. ex qua metaphora fontis, & riuulorum, in pontifice, & principe, hoc de potestate iurisdictionis optime quoq; comprobatur, cum in utroque iurisdictio omnis insit, ab eoque fluat & refluat, uti Bal. d. titu. De allodiis belle exponit.

Confirmatio VIII.

A caussis maioribus perpetua ecclesiæ ꝯsuetudine ad apostolicam sedem relatis, in quibus etiam de accusationibus Episcoporum non nisi ab ea definiendis, & quænam illa Augustini, & Africanorum patrum, ea in re, cum apostolica sede contentio fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Alia argumenta quibus probatur potestatem iurisdictionis a papa in episcopos immediate deriuari.*

2 *Maiores causæ ad summum pontificem deferendæ. probatur pluribus rationibus & auctoritatibus.*

3 *Et post longam disceptionem in concilijs ita fuit conclusum.*

4 *Episcoporum appellationes ad sedem apostolicam deferendas Nicena synodo cautum est.*

Et post longam disceptationem, eo quod canon de ea re non inueniretur, illa disceptatio tandem vt supra sopita est numero 5.

Pontificiæ maiestatis, & uniuersalis iurisdictionis in ea plenarie existētis, ab eaque ceu fonte quodam in alios manantis, immediateque profluentis, quā-1 plurima, ut uides, & apertissima testimonia sunt, sed †illud inter cætera obseruatione dignum putamus, quod etsi olim minores caussæ in prouinciis terminabantur, ut in Niceno, Sardicensi, Mileuitano, aliisque conciliis cautum fuit, quidquid modo de appellationibus indistincte contingat, ca. Per principalem, cap. Cuncta per mundum, 9. quæst. 3. eum simi-2 libus, caussæ tamen maiores, †fidei scilicet, & Episcoporum accusationes, ad eundem summum Pontificem, cui uniuersus orbis territorium est, quemadmodū Episcopo sua diœcesis, & principi regnum, uti pulchre Abb. ait cons. 15. uol. 2. ab ipsis ecclesiæ initiis undique delatæ sunt, nec nisi ab apostolica sede definiri poterant, ut & nunc perpetua consuetudine fieri uidemus, nisi a papa in eo de Episcopis expressa cōmissio adsit. c. Inquisitores, De hæret. li. 6. quod non modo signū esse uidetur eiusmodi superioritatis, & plenariæ in toto orbe auctoritatis, ac proinde eiusdem deriuationis, sed probatio item euidens est, ac perspicua, apostolis, eorumque successoribus & ipsa demum ecclesia sic definientibus. 2. q. 5. Nullā, 2. q. 6. c. Si quis, c. Omnis, c. Ad Romanam ca. Si quis putauerit, c. Ideo, c. Si quis Episcopus, 3. q. 6. cap. Dudum, 6. q. 4. per totum, De bapt. c. Maiores, De hæret. lib. 6. c. Inquisitores, cum similibus. quod Anacle. Euaristus, Alexander, Cyprianus, Xystus, Anicetus, Eleutherius, Victor, Cornelius, Xystus II. Felix, Marcellus, Melchiades, Iulius primus, Damasus, Xystus III. Leo, Gelasius, Hormisda, & alii summi pontifices suis in epistolis decretalibus testati sunt. sic Basilides, teste Cypriano, post crimina sua detecta, & conscientiam propria etiam confessione nudatam, Romam pergens, apud Stephanum, Romanæ ecclesiæ pontificē, ambiuit sese iuste reponi in episcopatum, de quo fuerat iuste depositus. Sicilianus Carthaginiensis Episcopus ab hæreticis eiectus, per Melchiadem, Romanæ ecclesiæ pontificem, restitutus fuit. testis est Augustinus, epistola ad Glorium, & Felicem. Flauianus Cōstantinopolitanus Episcopus appellauit ad Leonē magnum, per quē

&

& ipse in sedem suam est restitutus. Chrysostomus, eiusdem ecclesiæ Episcopus, ad Innocentium Papam, & ab eodem reductus est. Denique Athanasius in suam sedem, a qua fuerat eiectus per Romanum pontificem repositus fuit. cuius rei ēt Ammianus Marcellinus, uir ethnicus, utriusque linguæ peritus, grauissimus testis est, hoc grauioris in historia fidei, qđ pleris que rebus gestis interfuit. is enim libro 15. sic ait. lubet enim illius uerba referre. Administrante Lenutio, Liberius, Christianæ legis antistes, a Constantio ad Comitatum mitti præceptus est, tamquam imperatoris iussui, & plurimorum sectis per cōsortium decretis obsistens, in re, quam breui textu percurram. Athanasiū Episcopum eo tempore apud Alexandriam, ultra professionem altius se efferentem, sciscitarique cōatum externa, ut prodidere rumores, cœtus in unum quæsiti eiusdē loci multorum, synodus, ut appellant, remouit a sacramento, quod obtinebat. dicebatur enim fatidicarum sortium fidem, quæ uel augurales portenderent alites, scientissime callens, aliquotiens prædixisse futura. super his, intendebantur ei alia quoque a proposito legis abhorrentia, cui præsidebat. Hunc per subscriptionem abiecere sede sacerdotali. paria sentire cæteris iubente Principe, Liberius monitus, perseueranter renitebatur, nec uisum hominem, nec auditum damnare, nefas ultimum sæpe exclamans, aperte scilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio, id enim ille semp̄ Athanasio infestus, licet sciret impletum, tamen auctoritate, qua potiuntur æternæ urbis Episcopi, firmari desiderio nitebatur ardenti. quo non impetrato, Liberius ægre, populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate, noctis medio potuit asportari. Hæc quidem Romæ, ut ostendit textus superior, agebantur. Hactenus Ammianus, plurimi eo faciendus, quod ipsius, ethnici uiri, tam aperto testimonio, tamque dilucido summi pontificis maiestas, eiusque potestatis & iurisdictionis plenitudo, alioqui notissima, & Christi ore promulgata, euidenter appareat. Neque hæc de Episcoporum caussis ad apostolicam sedem deferendis in dubium uocanda sunt, ex facto illo memorabili Augustini temporibus, quibus inter Romanos pontifices, & Africanos Episcopos ea de re magna fuit contentio. Erat autem eius quæstionis præcipuum caput id, de quo nunc nobis sermo est, An scilicet in Nicena synodo canō De appellationibus Episcoporum editus fuisset. re namque tota bene perspecta, nihil est, quod hic nobis obstet, aut euincere possit, patres illos Africanos summi pontificis auctoritati quidquam uoluisse detractum, quē admodum huius temporis hæretici falso & impudēter, qui eorum mos est, prædicant, p̄ libito omnia detorquentes. sed satius erit a capite, quod aiunt, rem omnem ennarrare. Appiarius Episcopus, ab ecclesia Sicensi ob crimina quædam commissa deiectus, non multo post, interiecto tempore, uenia petita, eaque nō difficile impetrata, communioni demū restitutus est, quia tamen condicio adiecta fuit, ne ad Sicensem ecclesiam propter scandalum reuerteretur, eum ea res grauiter torsit, etiam si, ut ad alias quasuis ecclesias sese conferret, in iisque sacerdotio licite fungeretur, perbenigne cō cessissent, & commendaticiis etiam litteris apud omnes fuissent prosecuti, itaque Romam profectus ad Zosimum pontificem, rem, ut gesta erat, omnem exposuit, & auxilium eius contra Africanos Episcopos implorauit. pontifex Faustinū Episcopum una cum Philippo. atque Asello, Romanæ ecclesiæ presbyteris, & cum Appiario ipso ad Africanos Episcopos misit, caussam de nouo rursum ibidem orsuros. In Africam igitur cum appulissent, & caussam, uti Sedis apostolicę legati, exposuissent; sexta Carthaginiensis synodus, Bonifacii tempore, qui Zosimo successit, coacta est. in ea, & quæ proxime secuta est, Africana synodo, magnopere utrimque est controuersum, Augustino, cęterisque patribus, numero 216. 3 asserentibus † non modo presbyterorum, & diaconorum, qui quidem inferioris gradus dicebantur, sed Episcoporum etiam causas minime debere extra prouinciam efferri, quod is mos Africanæ eccl. iam diu fuisset esseti; ratus, & ecclesiasticæ disciplinæ conueniens, legatis Romanæ ecclesiæ contra affirmantibus, ad apostolicam Sedem Episcoporum ap- 4 pellationes libere esse deferendas, quod scilicet Nicena † synodo ita cautū fuisset, & simul exemplar quoddā produxerunt, quod eius rei indubitatam faceret fidem. huic exemplari, tamq̄ minus authentico, Augustinus, & reliqui pattes noluere assentiri, quod dicerent nō nisi uiginti canones eius concilii extare, in quibus, ne uerbum quidem de huiusmodi Episcoporum appellationibus haberetur. Fecerunt igitur, ut diligenter perquirerentur omnia græca exemplaria, quo manifestum fieret. si quid eius in probatis codicib. posset reperiri. interea Augustinus, & alii summum pontificem, uti principem suum, debite uenerantes, eiusq; auctoritatē agnoscentes, ut in Mileuitano, aliisq; Africanis cenciliis uidere licet, eidē morem se gerere uelle, & obedire professi, hunc in modum ad Bonifacium papam scripsere. Pro quare tuā quoque Venerationem obsecramus, vt scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, & aliis, si tuæ placuerit Sanctitati, vt inde ad nos iidem canones, apud Nicenam ciuitatem a patribus constituti, veniant, te potissimū hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesijs in domini adiutorio conferente, quod donec fiat, hæc, quæ in commonitorio supradicto allegata sunt de appellationibus episcoporum ad Romanę ecclesiæ Sacerdotem, & de clericorum caussis apud suarum prouinciarum Episcopos terminandis, nos ad probationem seruaturos esse profitemur, & Beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam in Dei voluntate confidimus. Verum Gręcis codicib. Cyrilli præcipue opera conquisitis, & collatis, cum non nisi viginti canones inuenirentur, nullo pacto canon ille hr̄i potuit. Quare etiā si ab apostolicis legatis multa in contrarium adferrentur, illudque, in primis versutia & calliditate hęreticorum canonem illum. De appellationibus, cæterosque, omnes exustos fuisse, nec aliud exemplar authenticum reperiri, quam quod in ecclesia Romana magna fide asseruabatur effici tamen nō potuit, ut eo tempore quæstio illa sopiretur, ita ut patres illi ad Cælestinū Papam, qui iam Bonifacio successerat, plane scripserint, in eorum prouincia, non modo clericorum inferiorum, sed & episcoporum etiam caussas esse terminandas, atque debito modo finiendas, addito item, quod decreta Nicena, vti inferioris gradus clericos, ita ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commisissent, prudentissime, iussissent, ut quæcunque negotia suis in locis, vbi orta essent, finirentur, neq; enim vnicuique prouinciæ gratiam spiritus sancti defuturā quatenus æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter uideatur, & cōstantissime teneatur, quemadmodum hæc, & multo ampliora in ea epistola, quæ Africanæ synodo inserta est, 5 inueniuntur. At postea † disceptatio illa quæ grauissimorum hominum sententijs vtrimque fuerat disputata, finem sortita est Bonifacii II. tempore, quo Eulalius Carthaginiensis episcopus, & cæteri Africanę diœcesis patres consentientes ea in re cum apostolica sede, a cuius obedientia minime discesserant, reconciliati sunt, ut in eiusdem Bonifacii epist. de recōciliatione Afrorum latius patet, sed ne auctor. sola, non etiam quia ita debuit fieri, id factum quisquam putet, videamus necesse est ea omnia, quæ ad huius sententiæ assertionem pertinent.

Confirmatio IX.

Quæstio illa de Africanis patribus accuratius explicatur, & cuinam concilio canon ille de appellationibus episcoporū sit adscribendus, & quē finem ea contentio fuerit sortita.

SVMMARIVM.

1 *In Nicena sinodo de qua supra amplius quam 20. can. imo octoginta fuisse editos sed x. ademptos ita vt remanserin septuaginta & nu. 3.*

2 *Post Nicenum concilium, canonum in eo editorum authentica exemplaria, ab hæreticis combusta fuisse.*

4 *Responsio ad illud quod dicitur in Nicena synodo. 20. tantum capitula fuisse edita cum appareat de pluribus.*

5 *In Nicena synodo statutom fuit conciliorum generalium congregationem ad papam spectare.*

6 *Canon de appellationibus episcoporum ad papam, cui synodo ascribendus sit.*

Et opinio auctoris. nu. seq.

8 *Stanislai Osii Varmiensis episcopi & demum Cardinalis S.R. Eccle. summa cum laude commemoratio.*

Vtigitur rem omnem aperiamus, hoc enim loco id facere necessum est, hanc cōtrouersiam de appellationib. eporū ad duo capita referendā esse censemus, an, s. in Nicena synodo amplius quam viginti canones statuti sint, & an ille de appellationibus eporum canon eidem sit adscribendus. Quoad primum, etsi Augustino cæterisq; patrib. aliud visum fuerit, nec nisi 20. canones Rufi- 1 nus collegerit, illud procul † dubio verū est, multo plures, q̄ reperiūtur modo, in d. synodo editos fuisse. Id quod Iulius primus, qui eodem tp̄e fuit, plane testatur, septuaginta canones ibidem contineri affirmans, vt patet ex eius epistola, quam aduersus Antiochenam synodum pro beati Athanasii aliorumq; orthodoxorū eporum defensione scripsit, 𝔷 quos, xc. factionis Arrianæ epi, sub Eusebio illo Nicomediēsi, eiusdē hr̄seos signifero, Antiochiæ conuenerant. præterea Athanasius cum vniuersis Aegyptiorū orthodoxis epis ad Marcū pōtificē, B. Siluestri successorē, hoc idē scribit, & se p̄sente sic factū fuisse testatur, id siłr affirmans continuo post Nicenum 2 † Concilium authentica exēplaria ab hæreticis fuisse exusta ac proinde pontificem precatur, vt ipsius Concilii exemplaria, quæ apud eum integra illibataq; esse non dubitat, & ad se & socios sub tuta transmittat stipulatione, sic inquiēs. Sa- 3 ne, præsentibus nobis, octoginta, † in memorata synodo capitula tractata, sunt, s. quadraginta a græcis græca lingua, & quadraginta similiter a latinis, latina similiter lingua edita. sed uisum est trecentis decem & octo patribus spiritu sancto repletis, in prædicto concilio congregatis, & maxime iam d. Alex. & ēt apostolicæ sedis apocrysariis, ut decem capitula adimerentur, atque congruis locis insererentur, & ad formam septuaginta discipulorum, uel totius terrę linguarum septuaginta tanti & tam excellentis Concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum orbem in unitate fidei confirmarent, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine dependentes una fides, una sacerdotalis atque clericalis regeret norma, neque quisquam a suo discederet capite. Enarrat Gratianus, quamuis nō ex integro, 16. dist. 70. Rursus Stephanus Papa Luthobio Episcopo Maguntino scribit, viginti tm̄ capitula Nicenæ synodi, in sancta Romana ecclesia haberi, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguū esse, pluresq. arbitrari, Anthioceno cōcilio esse ea inserta 16. dis. viginti. vnde Gratianus, d. cap. Septuaginta minime se extricare ualens sic ait. Qūo igitur uiginti tm̄ captula in Nicena synodo stat. dn̄r, cū septuaginta capitula, ut Athanasius scribit, in ea stat. 4 monstrentur. His ita † responderetur: capitula Nicenæ synodi quædam in desuetudinem abierunt; uiginti tantum in romana curia habentur. Rursus, Conciliorum generalium cōgregatio ad Papam spectare dignoscitur, quod non tantum, ab ipsis summi pontificibus statutum est, ut patet. 17. & 21. dist. per totum, 63. dis. c. Hadrianus, c. in synodo c. Valentinianus. 96. dist. Bene quidem, de electione, Significasti, cum simi- 5 libus, sed in ipsa etiam Nicena, † synodo concordi omniū patrum sententia decretum fuit, ut idem Iulius testis est, 3. q. 6. Dudum. et Athanasius quoque epistola ad Felicem subistitutum Liberio, & tamē decretum illud minime reperitur, ita ut de cæteris idem iudicium esse possit. Accedit, quod quam quam Dei gratia Augustinus, propter ipsius excellentiam, incolumi Valerio, Hipponensis ecclesiæ Episcopo, successisset. 7. q. 1. c. Nam autem, idem tamen Augustinus noluerit postea ī Eradio, quem sibi designarat successorem, eadem fieri, causam autem subiunxit huic rei non parum conuenientē. Adhuc. inquit, in corpore posito beatæ memorię patre, & coepiscopo sane Valerio, episcopus ordinatus sum. & sedi cū illo, quod concilio Niceno prohibitum fuisse nesciebā, nec ipse sciebat, quod ergo reprehensum est in me. nolo reprehē di in filio meo. Hæc ille epistola 119. sed tamen nec id similiter postea inuentum est. Rursum Hireronymus in prologo, ad librum Iudith, asserit eundem librum Nicenam synodum in numero sanctarum scripturarum computasse, & tn̄ tale aliquid nullatenus modo inter capitula illus synodi, reperitur, ut ex his & aliis manifestum sit multo plura, q̄ reperiantur, Nicenæ synodi fuisse capitula. Hoc iam explica- 6 to, alterum dubium discutiendum est, cuinam † synodo, is, de appellationibus, canon sit adscribendus, qua in re, aperta est eorundem Iulii & Athanasij sententia, illius in epistola aduersus Antiochenam synodum, huius uero in altera, quam ex Alexandrina synodo, cum uniuersis Aegyptiorum, Lybiæ, Thebaidis, orthodoxis Episcopis, ad Felicē scripsit, ubi plane testati sunt, in eadem Nicena synodo eiusmodi canonem de appellationibus Episcoporum editum fuisse, atque definitum, ut si quisquam Episcoporum comprouinciales iudices suspectos haberet, sanctam sedem apostolicā appellet, cui ab ipso Dn̄o ptās ligādi & soluēdi speciali sit priuilegio supra alios concessa. eisdem accedit summorum omnium pontificum assensus, ipsiusque. instrumenti Romæ asseruati magna auctoritas. Sunt tamen alii multi, qui canonem illum non Nicenæ, sed Sardicen. sinodo potius adscribūt, quę non diu post Nicenam celebrata est, si quidem hęc anno salutis 337. si Mariano Scoto credimus, celebrata fuit, Sardicensis autem sub Iulio I. anno 349. in qua Osij Cordubēsis Episcopi operam, & pietatem erga apostolicam sedē mirifice commendant. ita uero esse contendunt ex actis eiusdē Concilii capitu. quarto & septimo. in hac sententia Gratianus quoque fuit, secunda q. 7. Si quis Episcopis, & sexta q. 3. cap. fin. Item & Nicolaus de Cusa lib. secundo de concor. catho. capitu. 13. 15. & 25. qui hoc etiam addit amplius, non recte a Faustino, & apostolicæ sedis legatis dictum fuisse, quod in Nicena sinodo id statutum fuisset, cum Sardicensi debuissent adscibere, quos tamen simul & Africanos etiam ita excusat, ut eam ob causam de Sardicensi mentionem noluisse facere existimet, ꝙ eo tp̄e ad huc oīb. esset suspecta, quia. s. nōnulli Ariani Ep̄i eidē interfuissēt, neq; , n. nisi 8. demū sino- 7 do recepta fuit, 16. dis. c. fi. vr̄ igitur qōnis huius exitus sane q̄ dificilis, sed ego ęqus arbitror, ut can. illū Nicenę synodo potius adscribamus, tū ꝙ plures quā uiginti conones illic editos fuisse p̄spicuū iā sit, tū ēt qa Athanasii, Iulii primi, aliorūq. pōtificum testimonio idē plane sit cōfirmatū, quib. certe fidē habere pium est, uti contra, impium, si irreligiose eos abijciamus. Nec refert quod in Sardicensi Concilio canon ille repertus sit, siqdem fortuito inseri, aut repeti potuit, quemadmodum Antiocheno, & aliis Conciliis nonnulla eiusdem generis inserta reperiūtur, eo maxime, quod Augustinus & socii in eadem, quam diximus, ad Cælestinum epistola scripserint, nullam se in Patrum synodis eiusmodi De appellationibus constitutionem editam legisse, ut uel ex hoc solo manifestum fiat, eo tum tempore in Synodo Sardicēsi minime potuisse reperiri, nisi forte Africani Patres, qđ supra diximus, senserint Sardicensem Synodum legitimis concilijs nō fuisse adnumerandam. quod si in ea synodo canon ille repetitus fuit, neque Niceni concilii habita est mentio, id quidem factum esse credibile est, eo quod Osius intelligeret Arianis Episcopis, q illic aderant, Nicenam synodom esse inuisam, in qua uti & in Sardicensi postea, magna cum laude, & omnium admiratione Osium ipsum interfuisse, extra omnem dubitationem est. quamq̄ in uitæ extremo haud paruo dedecore ut vt sit, siue Nicænæ, siue Sardicensi synodo canonē adscribere placeat hoc certe constat, authenticam synodū fuisse, atque ipsam demum contentionem tanto partiū studio disceptatam, Bonifacii II. tempore secundum Romanū 8 potificē fuisse sedatam, quemadmodū † & Stanislaus Osius, Varmien. Episcopus, nunc autem sanctæ quoque Romanæ ecclesiæ Cardinalis, & in concilio Tridētino legatus, catholicæ & orthodoxæ fidei propugnator acerrrimus, contra Brētium lib. 4. qui est de traditionibus, docte admodum & clegāter est persecutus.

Confirmatio X.

A directiua potestate, quæ etiam ad temporalia, quatenus illa ad spiritualia ordinantur, sese plerumque extendit, & ad quam tota illa de utroque gladio disputatio referenda est, cuius uirtute summus pontifex prouincias, ab infidelibus occupatas, eruendas aliquibus concedit, & eas, quæ numquā Christianorum fuerunt, ad fidei propagationem aliis addicit, qua etiam Imperatores & Reges quandoque priuat, regnaque de gente in gentem transfert.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem iurisdictionis prorsus in papa residere alia arg.*

2 *Papam etiam in temporalibus versari quatenus illa ad spiritualem finem consequendum ordinantur.*

3 *Verba grauissima Augustini de potestate papæ.*

4 *Propter, quam, prouincias ab infidelibus occupatas. alicui vel aliquib. principibus Christianis, ab eorum manibus eruendas concedit.*

Superioris summarij declaratio nu. seq. & ratio secundum Gaietanum ibid.

6 *Alexander. 6. anno 1493. Noui orbis prouincias ad Occidentem Ferdinando & Isabellæ Regibus, & successorib. eorum regib. addixit, & quare ibid,*

7 *Papa nonnunquam imperatores & principes priuat, & alios in eorum locum sufficit, & causæ enumerantur, ibid.*

8 *Pontifices qui Imperatores & Reges deposuerunt.*

9 *Gl. in c. Alius. 15. q. 6. reprehenditur.*

10 *Papa a Græcis in Germanos Imperium transtulit, & electio in certos principes collata.*

11 *Stephanus secundus, vel Leo tertius Carolum magnum primum imperatorem creauerit.*

12 *Electores Imperij a Gregorio V. alij circa tempora Gregorij decimi fuisse creatos.*

1 Quod hæc iurisdictionis potestas in pontifice tota resideat, & ab eo prorsus deriuetur. illud † etiam satis argumento esse potest, quod non tantum in spiritualibus & ecclesiasticis rebus, vbi propriæ est ecclesiastica potestas, verum etiam in temporalibus quādoque versetur, quatenus 2 † tamen ad spiritualia, & sic ad spiritualem finem consequē dum ordinantur, quæ directiua potestas dicitur, pontificiæ dignitatis maximum ornamētum, uti D. Thomas docet De regimine principum libr. 3. capi. 12. cum aliquot sequentib. & 3. parte q. 59. ar. 4. Ioannes Dtiedon De liberta. Christia. li. 1. cap. 9. & 15. &, ut cæteros sileam, Franciscus Victorien. relectione, De potestate ecclesiastica, & altera, De potestate ciuili, ubi de eius origine atque natura, & quo pacto sit exequēda, latissime tradit. & quamquam extraordinaria ea sit, directrix tamē, moderatrix atque architectonica dici pōt, cū ad spiritualē finem absequendum eo mō, quo statim dicemus, sese referat. ad quā tota illa implacabilis de utroq; gladio disputatio penitus reiicienda est, & ad quā Augustin. respiciēs, in sermone quodā apostolorū, Petri & Pauli, incip. Fortis & 3 humilis, grauissime sic ait, O † mira potētia, & ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebeium piscatorem, apostolorum facile crederet principē, & Regib. obsistere? Reges sanctificare? regnis oībus imperare? mundum refrenare legibus? demonē calcare pedibus? iubere uirtutibus? cælum hominibus aperire cum uelit, claudere cū placeret, conuersis donare, negare puersis, merita mūdi cognoscere, culpas & crimina hominibus relaxare? Hactenus August. Hæc illa ptās est quam Christus

ſtus dominus, ſecundum humanitatem ad regnum ſuum, moderandum, & ſpiritualem finem, nempe redemptionis, adſequendum, iuxta illud, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper montem Syon, prædicans præceptum eius. agēs in terris plene obtinuit, & ſummo pontifici eius uicario, ad ſcenſurus ad patrem, reliquit, ubi etiam nūc apud eum ma nēt & perpetuo in eccleſia manebit, cuius ipſe primariam præcipuamque ſingulari quodam dono adminiſtrationem obtinet, qua ſæpe manus ad temporalia mittit, ſi finis ſpirituallis hoc ita expoſcat. Hæc illa eſt, † qua ſolus ſummus pon- 4 tifex prouincias, quæ olim Chriſtianorum fuerunt, ab infidelibus occupatas, alicui, uel aliquibus Chriſtianis principibus eruendas concedit, ut Bart. ait in l. Liber homo, ff. de uerb. oblig. & in l. fi ff. de act. emp. & in l. id ꝙ apud hoſtes, ubi Iaſ. de leg. 1. Domi. & Philipp. Franc. in c. Abbate ſane, §. Et alle gabatur, De re iud. lib. 6. faciunt quæ idem Bar. tradit in l. 1. C. de paganis, Ang. diſputa. ſua incip. Renouata guerra. Ioā. de Lignano, tract. De bello. id quod ſane intelligendum eſt, 5 quando, † ſcilicet nullus exiſtit, ad quem iure ſanguinis ꝓuinciæ illæ pertineant, cui ille eſſent, modo tamen debito ſeruato, reddendæ, ut optime Caietanus exponit 2. 2. q. 10. cu ius ratio eſt, quod tirannice exſpoliatis ſemper competat re petitio, & iuſto bello recuperatio, ut Oldrald. ait conſ. 79. incip. An contra Saracenos Hiſpaniæ. Doctores in c. Quod ſuper his. De uoto. Anchar. in repet. regulæ, Peccatum 3. q. principali de reg. iur. in 6. Sed & illa eſt, qua idem ſummus pontifex infidelium prouincias, etiam ſi Chriſtianorū numquam fuerint, principibus Chriſtianis, quos dignos iudicauerunt, addicere poteſt, conquiſtas appellāt, ut ſeruatis interim quæ ſeruanda ſunt, fidem & euangelii propagationem, quæ cauſa finalis & præcipua eſſe debet, omnino curent, & quoad eius fieri poſsit, barbaris moribus, & cultu idolorum ac impiis ritibus ſublatis, ad accipiendam Chriſtianam religionē, 6 eorum animi præparentur. Quas rationes ſecutus Alexander ſextus, † anno ſalutis 1493. amplas illas noui ad occidentem orbis prouincias, quas Barbari illi, Indos uocamus, obtinebant, Ferdinando & Iſabellę Regibus, ob eximiam religionem Catholicis cognominatis, & ſucceſſoribus eorum, Hiſpanorum Regibus, eadem ratione addixit, negotio ſcilicet ijs dato, ut ad Chriſti fidem reducēdos curarent. ſed hæc qua uia fieri queant, quibuſque modis expedienda ſint, quoue pacto bellum inferendum, huius loci non eſt, ſed ab ijs petendum, qui ea de re hac ętate ſcripſerunt, qui tamen doctiſſimi uiri multum, inter ſe diſsident, uti etiam faciunt eodē in argumento Innocentius, & Hoſtien. d. cap. Qđ ſuꝑ his, & plerique alii. nunc unum, nunc alterum ſequentes, quorum nos omnium ſententias, omnibus collatis diſputationibus, ad concordiam meramque ueritatem reducere conati ſu- 7 mus in noſtris Cōmentariis. Hæc itē ea poteſtas, eſt, qua † idē ſummus pōtifex, & nō alius, Imperatores, & principes nonnumquam priuat, aliosque in eorum locum ſufficit gladio que materiali ſtricto, uice Chriſti, ſuo munere fungitur, non tamen paſsim ſed grauiſſimis ex cauſis atq; urgentiſsimis, ſidem catholicam, aut rempublicam Chriſtianam tangentibus, magnaq. & prudēti, an ita expediat, & qñ, & quo modo & per quem explendum id ſit, deliberatione adhibita, ut Innocentius, & allii dicunt in c. Ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6. Doct. poſt gl. in c. 1 Si de inueſtitura feud. inter dom. & uaſſa. Bald. omnino uidendus in l. fin. in fi. C. de legib. late Roderitus epiſcopus Zamoren. tract. de origine & differentia principatus imperialis, & regalis, parte ſecunda Sic Gregorius 7. 8 † Henricum quartū depoſuit, Inno. 3. Othonem. Innocētius quartus Fredericum, ut patet d. c. Ad apoſtolicę, Ioan. 12. Ludouicum Bauarum. ſic Zacharias regem Franciæ, & eius loco Pipinum Caroli Imperatoris patrem ſubſtituit, & a iuramento fidelitatis ſubditos abſoluit, cap. Alius, 15. q. 6. & qnā 9 quā † gloſſa illic uerbo, depoſuit, exponat, id eſt deponentib. conſentit, eam falli Turrecrem. dicit in ſumma de eccleſia. lib. 2. ca. 114. propoſitione. 4. ſic rurſum Vrbauus 7. Carolum Vngariæ & Siciliæ Regem. Demum, ut alios ſileam, Iulius ſecundus Regem & Reginam. Nauarrę ob ſchiſmatis crimen priuauit, & eiſdem Regibus Catholicis, eorum ſucceſsorib. regnum illud bono iure conceſsit, hac ēt uia alii pleriq. principes per Romanum pontificem correcti, & excōmunicati fuerunt, ut patet 96. diſtinctio. cap. Duo ſunt, c. Grandi, De ſupp. negl. præl. lib. 6. Ad poſtremum, ut cętera omittā, quæ multa & uaria ſunt. Hæc illa poteſtas eſt, qua, ſic exigentibus 10 cauſis, Romani † imperii a Græcis in Germanos translatio facta fuit, ac poſtmodū ius eligendi Imperatores certis principib. collatum, c. Venerabilem. de electio, quorum illud in 11 Carolo magno initium ſumpſit, quamquam † non illum Stephanus ſecundus, quod gloſa ibi uult, ſed Leo tertius Imperatorē creauit, hoc uero de ſeptē Electorib. a Gregorio quin 12 to, ut communis habet opinio, factum eſt, niſi qs id ex Onufrij Panuinij, Veronen. viri omnis generis antiquitatum peritiſsimi, ſententia, circa Gregorij decimi tempora inſtitutū fuiſſe malit, quam libro ſuo de Comitijs Imperatoris, multis adductis rationibus, pleniſsime confirmat. Sed de his omnibus non eſt cur prolixius diſſeramus, cum longius etiam, quam voluimus, ſimus progreſsi.

Confirmatio XI.

A plenario ſummi Pontificis in ſacerdotiis & eccleſiaſticis rebus imperio, & appellationum ex toto orbe deuolutione, ac negotiorum fidei deciſione, ſanctorum canonizatione a iuriſdictionis nunc ordinariæ, nunc delegatæ conceſsione, a ſingularium cuiuſuis eccleſiæ cōſuetudinum extinctione, & ab indulgentiarum largitione, ac demum ab hæreticę prauitatis quæſitorum ſancta & ſalubri inſtitutione, ubi & illius, & totius Hiſpaniæ addita eſt commendatio.

SVMMARIVM.

1 *Eiuſdem poteſtatis Pontificis plura alia ſigna ſiue argumenta, & quæ.*
2 *Papa duos epiſcopatus coniugit & vnum diuidit.*
3 *Papa in prouinciis infidelium ad Chriſti fidem conuerſis epiſcopatus et alia erigit & creat.*
4 *Ad Papam tanquam ad ſuperiorem appellatio ex toto orbe terraum deuoluitur, & comprobatur, ex actibus apoſtolorum.*
5 *Et hæc in teſtimonium ſingularis primatus ſui. ſecundum Bernardum 3. de conſideratione.*
6 *Papa quotiens aliquid definit ut caput, errare non poteſt, errore iudiciali etiam ſi facti ſimul adiungatur quæſtio, nu. 7.*
Et ratio ibidem. per S. Thomam.
8 *Papæ caſuum reſeruatio in cle. & ſi dominici gregis la 1. & 2. de pæ. & re.*
9 *Ratio quare Petrus quæſiuit a Domino quotiens peccata indulgere deberet,*
10 *Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi caſus ſibi reſeruare, omnes etiam ſi velit, ex ſententia Abulen.*
Hoc tamen non ſine cauſa facere debet. nu. 11.
12 *Sacerdotes ſi nimium ab epiſcopo opprimantur poſſunt ſuperiorem adire.*
13 *Curatus parrochianorum omnium ſacerdos, epiſcopus diœceſanorum, papa omnium hominum, & ideo ſummus.*

Multa quoq; alia ſigna ſunt, quin & euidentiſsima ꝓbationes, quibus hęc ſummi Pont. ꝓtātis, & iuri 1 ſdictionis plenitudo manifeſta fit. īter q̄ hęc ſilr ſunt, q̄ ſubijciemus, vnire, ſ. † uel diuidere, & dignitates eccl. aut concedere, aut ēt adimere. ipſe. n. de nouo ordinat eccleſias cathedrales, 16. q. 1 Felix, item c. præcipimus, & vnam alteri idem ipſe 2 ſubiicit, de officio legati, quod translationem, duos † coniungit epatus in vnum, & vnum diuidit in duos, 16. qō. 1. & tpis. epales ſedes de uno ad aliū locum mutat, de tranſl. prel. c. 1. Ab eo eccleſiaſticę oēs dignitates, & eccleſiarū erectiones atque fundationes prodierunt, 19. diſt. Ita dñs, 22. diſt. oēs 99. diſt. nulli, gl. quę ſemper allegari ſolet in c. q̄q̄. de elect. lib. 6. ita ut uerbum, inſtituit, d. c. oēs, tpis ſit pręteriti perfecti, teſte Arch. ibid. & Compoſtellano in c. cum acceſsiſſent, de conſtit. id quod modo ēt, & in poſterum ad ſummum Pontif. ptinere dignoſcitur, ut no. in d. c. quod tranſlationē, & in c. ſicut unire, de exceſsib. prælatorū. qua rōne † in prouincijs infideliū ad Chriſti fidē conuerſis, epatus cœteraq. oīa erigit & creat, Bal. & Ang. in d. l. id quod apud hoſtes, & eam, quā pu 4 tat iuriſdictionē profuturā, concedit. Hinc ad eū, † in ſignū ſuperioritatis & præcellentię, appellatio generalis ex toto orbe deuoluitur. quem prouocandi ritum, vt hoc obiter dicā, in eccleſiam etiam induxerunt apoſtoli. Nam cū quidā docerent Antiochiæ oportere circumcidi ſecundum morem Moſis, atque his acrius reſiſterent Barnabas & Paulus, ſtatutum fuit, inquit Lucas actuum decimoquinto, ut adſcenderēt Paulus & Barnabas, & quidam alii ex illis ad apoſtolos, & presbyteros Hieroſolymam, tanquam ab inferiori tribunali ad ſummum eccleſiæ ſenatum. Hoc etiā modo Moſes Deutero. 17. ſtatuit, ut ſi minus iudices in vnam ſententiam ſuper re difficili conuenirent, profecti ad locum, quem dñs elegiſſet, acciperent a cœtu ſacerdotum & iudice, qui eo tēpore præeſſet, quid obſeruandum foret. ad hunc modum, & multo ēt fortius, atque dignius ad ſummum pontificē, cuius typum Moſes referebat, toto terrarū orbe appellationes deferunt, in ſignum, ut diximus, ſuperioritatis, ſeu, ut Bernar 5 dus ait 3. De conſideratione, in † teſtimonium ſingularis primatus ſui, ubi Eugenium, quo pacto ea poteſtate utendum ſit ſanctæ grauiterque admonuit. Hinc ſimiliter cauſſarum maiorum omnium ad ſedem apoſtolicam relatio, & ut epiſcoporum accuſationes non niſi ab ea definiri queant, ut paullo ante oſtenſum eſt, præterquam ſi pontifex id ſpecialiter & expreſſe alicui cōmiſerit, c. inquiſitores, de hæret. li. 6. hinc rerū omniū ad fidē pertinentium, quæ quidē inter maiores cās primum locū obtinent, ad eādē Petri ſedē, ꝑpetuo eccleſiæ conſenſu, deuolutio. 12 diſ. præceptis 16. diſ. Huic ſedi. 24. q. 1. quotiens. de baptiſ. c. Maiores cum ſimilibus. neceſſarium enim eſt, quemadmodum D. Tho, ait 2. 2. q. 9. art. 10. & in 4. contra gentil. ut ab eo, qui toti eccleſiæ præeſt, talia deci-

decidantur, & ab omnibus obſeruentur, quatenus omnium una fides ſit, iuxta illud pauli. 1. Cor, 1. ut id ipſum dicatis omnes, & nō ſint in uobis ſchiſmata. inde papę conſtitutionem ab uniuerſa eccleſia fact ā dicimus c. Pia, de excep. lib. 6. in eo n. tota repræſentatur eccleſia, arg. 1. q. 3. Si quis obiecerit. 6. q. 1. ſcire debes. Roma. conſil. 266. qua etiam ratione fit, idque 6 neceſſum eſſe conſtat, ut in ijs, quotiens papa † non ut priuata perſona ſed tamquam caput, eo modo quo decet aliquid decernit ſeu definit, nequaquam errare poſsit, errore, ut uocāt, iudiciali, ex theologorū pene oīum ſnīa, ꝑſertim D. Thomę, eiuſq; ſtudioſorū & in his Louaniēſium ſcholę qdqd alij nōnulli dicant. Hanc veritatē permulti tradiderūt, pręcipue uero D. Tho. & Caiet. d. loco 2. 2. q. 1. art. 10. & q. 11. ar. 2. idem D. Tho. Quotlibeto. 9. art. ult. & Io. Driedon, De dogmatibus eccleſiaſticis. lib. 4. c. 3. Caiet. tract. de concilis, c. 9, & 12. & cōtra Almainum, in Apologia Turrecr. in c. Hæc eſt fides. 24. q. 1. & in Summ. de eccle. lib. 2. c. 107. cum quinque ſequentibus ubi docte admodum. & diligenter omnem ſcrupulum eximens, materiam hanc pertractauit, ut et pighius facit in ſua Hierar. li. 4. c. 3. cum ſeq. & Alfon. de Caſt. de iuſta hęreti. punitio. lib. 1. c. 4. & 6. Antoninus 3. par. tit. 2. c. 6. §. 17. & nos item alibi copioſe admodum ſcripſimus, ubi ſimiliter de canonizatione ſanctorum egimus, quæ cum ſit quædam fidei proteſtatio, conſequens eſt, ut ad ſummum pontificem ea quoque pertineat, neque ea in re, ſeruatis, interim quæ ſeruā 7 da ſunt, errare poſſit, etiam ſi † facti quęſtio ſimul adiungatur, teſte D. Tho. d. Quotlibeto. 1. ar. 16. ubi pie credendum, eſſe concludit, ſi quidem inſtinctu ſpiritus ſancti, qui omnia ſcrutatur, illud fit, & diuina prouidentia eccleſiam pręſeruat, ne in talibus, per fallibile hominum teſtimonium, decipiatur, id quod Turrecrem. loco ſuperius citato late demonſtrat, latius uero Amb. Catarinus in huius quęſtionis peculiari ſuo quodam libello, ubi hunc articulum diligenter diſcuſſit, & demum Ioan. Viguerius in ſuis inſtitu. theologicis De uirtute fidei. c. 10. §. 3. uerſ. 4. Antoni. 3. part. titu. 12. c. 8. §. 2. ut inde iam gloſſæ, in c. Vnico, uerbo ſedis apoſtolicæ De reliq. & vener. ſanct. & Felino. in c. uenerabili de teſtibus, atq; Caietano tract. de theſau. in dulg. ca. 8. aliud aſſerentibus locus non ſit. quo autem modo id ſit expediendum, & de eius origine & ſcholaſtici paſsim tradunt pręcipue uero Cancellarius Pariſien. ad Petri igitur ſedem, & Petri ſucceſſorem, hæc & alia fidem tangentia pertinent, adeo ut ſi aliqua, id quod obſeruatu digniſsimum eſt, attentarentur in ſynodis, quę fidei Romanę eccleſię obuiarent, nihil penitus obeſſent, & iuſta proteſtatio ad futurum aliud concilium fieri pſſet, ut in epiſtola Leonis papę 26. & ſynodi, quæ Romæ conuenit, ad Pulcheriam Auguſtam cōprobatur. ſic ſedis apoſt. legatos in Epheſ. Synodo. ſecunda propter uim & metum de nullitate proteſtatos eſſe legimus, & ab eadē fide, nulla iniuria ſeparari uelle, quam a ſede petri ad ſanctam ſynodum detuliſſent, ut idem Leo in eadem epiſtola teſtis eſt. Hinc pro loco & tempore ſingulis Epiſcopis, modo ijs, modo aliis, iuriſdictio, nunc ordinaria, nunc delegata ſeu cōmiſſaria, ſi modo ita expedierit, nonnumquam eſt conceſſa, id quod & in diœceſibus cum parochis factum uidemus, dum, eccleſiarū utilitate ſic exigente, ad nutum Epiſcoporum amouibiles vicariam poteſtatem tantum habeant. Hinc ſingulares cuiuſuis eccleſiæ conſuetudines papam tollere poſſe Oldraldus ſcripſit conſ. 117, incip. Bonæ memoriæ, dum tamen non pro libidine id faciendum quiſquam putet, Abſit, inquit Gregorius apud Gratianum 25. q. 2. hoc a me, ut ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus meis in qualibet eccleſia infringam, quia mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo. Et paullo ante. Sicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque eccleſijs ſua iura ſeruamus, & ſi ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed euerſor iuſte cō 8 probarer. Hinc caſuum † papæ reſerua tio, quos paulus ſecūdus in extrauagant. Et ſi dominici gregis. 1 Xyſtus. IIII. in extrauagan. Et ſi dominici gregis ſecundo ti. de pœniten. & remiſſ. enumerant. conuenientiſsimum enim fuit, ut grauiora peccata grauiori iudicio ſubdantur, tum ut melius corrigi poſsint, tum ut, ſi ſint in remp. peſtifera. commdius adhibeatur remedium, tum præſertim. ut acriori metu, corrupti homines & nefarii ab huiuſmodi ſceleribus arceantur. Qua 9 propter, ut Innocen. tertius in ſermone De natali apoſtolorum Petri & Pauli adnotauit, non abſque † myſterio Petrus quæſiuit quotiens peccanti remiſsionem indulgeret, eique peculiariter reſponſum eſt, ut ſeptuagies ſepties, nempe qa pleniſsima omnium remittendi iuriſdictio penes ipſum manebat, quæ in inferiores ab illo deriuaretur, meminit Dominic. a Soto id quatta diſtinctio. 18. quæſt. ſecunda articu. 4. ubi hac de re fuſius agit. Inde Origines homel. 10. ſuper Nū. ait, Laicum peccantem indigere quandoque non ſolū ſacer 10 dote, ſed ēt epiſcopo † nec mirum, is enim ſuos quoque ex ſedis apoſtolicę ordinatione caſus habet peculiares, apud quē in ſua diœceſi iuriſdictio in primis reſidet, ita ut alii iuriſdictionem aliquam habentes, puta, ſacerdotes ſeu Curati, illius ſint, commiſſarii. ſi Abulenſi credimus ſuper Matt. 16. c. q. 56. & 57. inde in ferens, quod ſi uoluerit totam ſibi retinere iuriſdictionem in ſua diœceſi, non cogatur alicui eam cōmunicare, vel ſi cōmunicet, poſſit ſibi ad libitum reſeruare quos uoluerit caſus. quā ſententiam Franciſcus pauinus in Baculo paſtorali, qui liber de viſitatione ſolet inſcribi, parte 4. c. 24. ſequi uiſus eſt, inquiens, quod caſus etiam non expreſſus in iure poſſit ſibi reſeruare Epiſcopus, in hoc tamen ab Abulenſi diſcedit, quod etſi exercitium iuriſdictionis, a maioribus inferiores deriuetur 12. diſt. In nouo. De ele. Significaſti, & ab Eepiſcopo in ſua diœceſi iuriſdictio reſtringatur tā quam maius imperium habēre, ff. de iudiciis l. iudicium ſoluitur 63. diſt. Salonitanæ. de officio ordinarii, Cum ab eccle 11 ſiarum, non † tame id ſine cauſa efficere debeat, ne tota inferiorum poteſtas præcludatur, 11. q. 1. peruenit, quod & Antoninus in Summa Theologię, 3. parte tit. 17. c. 11. tradit. neque ab his diſſentit Dominic. a Soto, loco proxime citato. 12 Vnde fit, quod ſi epiſcopus † nimium opprimeret poteſtatē ſacerdotum, maxime cauſa graui non vrgēte, poſſent ſacerdotes ſuperiorem adire, ut notanter Abbas Sicu. ait in capit. Deus qui in fine. de pœniten. & remiſſ. quia ſecundum eum regula eſt, quod exceptis quibuſdam caſibus, de quibus per gloſſ. in capit. ſecundo. de pœniten. & remiſſ. & per Hoſtien. in ſumma, eodē titu. §. cui confitendum, plenius per Antonium, & Abulenſem ſupra relatos, ab omnibus aliis poſſint ſacerdotes abſoluere. quæ ideo dicta ſunt, vt multo potiori iure papa, apud quē plenitudinis poteſtas eſt, & in quo ceu fonte quodam omnis iuriſdictio reſidet, ab eoque deriuatur, poſſit eiuſmodi caſuum reſeruationem facere, prout animarum ſaluti ſimul & apoſtolicæ ſedis maieſtati, & quæ auctoritati conuenire iudicauerit, ſiquidem abſolutio, quæ vi clauium fit, non ſolum characterem requirit, verum & iuriſdictionem, & materiam, hoc eſt, ſubditos, in qua exerceatur, id quod ad papam omnino ꝑtinere dignoſcitur, vt ſuperius propo. 3. dictum fuit. ratione cuius, grauiora crimina, vt & illa in cęna Domini contenta, ſibi reſeruare perpetuo licet. eſt 13 enim quilibet Curatus † parochianorum omnium ſuorum ſacerdos, epiſcopus diœceſanorum, at Papa omnium hominum, ideoque ſummus. Hinc legatorum, delegatorum, & totius iudiciarij ordinis origo, hinc ſancta, ſalubris, & per quā neceſſaria, hoc præſertim noſtro tam infelici ſeculo, hæreticæ prauitatis quæſitorum, vltra ordinarios epiſcopos, ubique inſtitutio, quorum auctoritas apud Hiſpanos, in primis Chriſtianæ religionis obſeruantiſſimos, tanta eſt, quanta eſſe poteſt, ac debet maxima, ita vt reuera eius pręcipue beneficio ab eo, quo flagrat totus fere orbis, deprauatarum opinionū incendio hoc vnum ampliſſimum Hiſpaniarum regnum tutum maneat, atque intactum, & longe veriſsimum ſit, quod religioſiſsimus rex Philippus dominus meus frequens in ore habet, illic fidei catholicæ, & apoſtolicę ſedis obſeruantiam atque obedientiam, hoc tempore integre conſeruatam, veluti in depoſito eſſe. quo etiam nomine, Cardinalis Varmienſis contra Brentium li. 3. felicisſimum id regnum videri ſibi dicit, eique propter tantam in fide catholica conſtantiam, & eius tuendæ diligentiam, alias præterea multas felicitates Deum largiri. Hinc tota iuris canonici ſtructura atque compoſitio, quam ſi quis reijceret, ſeu Papam condere canones non poſſe affirmaret, hæreticus eſſet omnino cenſendus, teſte gl. in c. generali, uerbo, inhibemus. de elec. lib. 6. quam ſequitur Abbas, in c. cum non liceat, de præſcrip. Nicolaus de Cuſa, de concor. cath. li. 2. cap. 11. late Fel. in c. 1. nu. 10. de conſtit. quibus iungendus eſt D. Tho. tract. contra Gentil. c. 3. hęc enim poteſtas in ſummo pontifice ordinaria eſt, Abb. in ca. quod ſedes, de off. ordi. Vnde illud Innoc. omnibus perquam notum in cap. 1. de conſti. nimirum, quod conditori canonū omnis creatura ſubiecta eſt. Hinc denique, ut cætera omittā, indulgentiarum conceſsio, quæ, teſte Thoma in 4. diſt. 20. q. 4. art. 3. ad tertium, cui omnes aſſentiunt, in ſummo pontifice ſolo, cauſa tamen legitima exiſtente, plenarie reſidet, atque ideo ad epiſcopos, ut ille ait, nil aliud ea in re pertinet, quam quod ab ipſo pontifice conceſſum deriuatumque eſt, quod & gl. tradit, & ibi omnes in cap. fin. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. quæ omnia, & alia item quamplurima, quæ a multis ſeculis ſeruat eccleſia, perſpicuum reddunt, hanc ſummi pontificis poteſtatem & iuriſdictionem in eo plenariam reſidere, ab eoque in alios immediate deriuari.

Confirmatio XII.

Ab vniuerſalis eccleſiæ conſenſu, & quāti is faciendus ſit, & quo pacto papæ poteſtas quibuſuis tēporib. ex eius ſiue expreſſa conceſsione, ſiue tolerantia, quę diſpenſationem perſæpe ſolet inducere, intacta maneat.

SVMMARIVM.

1 *Consensus vniuersalis ecclesiæ supradictæ papæ potestatis argumentum.*
2 *Vsu licet variatum sit in creandis episcopis hoc tamen potestati papæ nihil detraxit, nam aut expresse dispensauit, aut tacite, tollerando, ita ut dispensasse dici possit.*
3 *Tollerantia non semper dispensationem inducit.*
4 *Contra potestatem iurisdictionis papæ nunquam fuit ab episcopis tentatum, vt illam ad se traherent.*

Duodecimo, ab vniuersalis ecclesiæ † consensu probatio petēda est, qui apud me, omnesque Christi fideles tanti omnibus in rebus est, vt nulla alia probatione egeamus. ecclesia.n.columna & firmamētum est veritatis, ad quam, spiritum sanctum cum rectorem habeat, omnino est confugiendum, quod & Augustinus epistola 118. docet, quo etiam argumēto theologi omnes velut firmissimo atque validissimo vtuntur. constat autem, vetustis etiam temporibus, & ab ipsis ecclesiæ, vt ita dicam, primordijs, huiusmodi morem fuisse seruatū, ut a summo Pontifice omnis iurisdictio aut expresse, aut tacite in alios deriuata crederetur, ita vt nulli hactenus episcopi, aut sacerdotes contra quidquam contenderint. id quod adeo profecto me mouet, ut nesciam quid ad hoc responderi possit, quod in tam longa annorum serie simile quidquam non fuerit tentatum, & cætera. Et certe solet hoc esse grauissimum semper argumentum in hoc, & similibus caussis, præsertim cum non parua se occasio subinde dederit, ut contra iri posset. sed sane credendum, non fuisse itum contra, quia nec posset, nec liceret, quemadmodum Victorien. De potestate ecclesiæ valde ad propositum obseruat. Porro autē non refert quod multis in rebus, quantum attinet ad vsum, id de iurisdictione † Pontificis, circa ecclesiasticam politiam nonnunquam fuerit uariatum, quemadmodum in creandis Episcopis olim factum videmus, quoniam qdquid illud fuerit, papæ potestati nihil potuit detrahere, siquidem aut expressa Pontificis dispensatione id euenit, aut saltem tacita, quæ nimirum ex papæ scientia simul & tolerantia probatur, cum scientia & tolerantia illa hoc secum adferat, vt dispensasse intelligatur, ff. De re iud. l. Quidam cōsulebant, C. De nuptiis l. Imperialis §. Sed si talis. ff. De excus. tuto. l. Idem Vlpianus, §. Vltimo c. Quia circa, ubi glos. Panor. & alii De consan. & affi. Inno. in c. Veniens. De fil. presbyt. doctores in l. fi. C. Si cōtra, ius uel util. pub. Oldrald. cons. 325. Cum plurib. seq. Rom. cons. 216. Electio dicti domini. col. fin. tametsi multa sæpe p patientiam tolerantur, quæ si in iudicium essent deducta, exigente iustitia, tolerari non deberent. de prebendis. Cum iamdudum. unde fit, ut non † semper dissimulatio, aut permissio seu tolerantia pontificis tacitam dispensationem inducat, uti Abbas eodem loco adnotauit, & in c. nisi essent, de præben. Fely. in cap. 1. col. 6. de tregua & pace, qui consulēdus est, simul & Dec. in l. 1. col. 1. de exceptio. gl. in c. fi. ubi notatur, 3. distinc. atque is certissimus modus exponendi est, ne vmquam Papæ potestas † eiusque plenitudo infirmari, infringiue quoquo modo possit. &, ut iterum repetam, magni certe momenti est, quod hac in re, in iurisdictione dico, nunq̃ antea ab episcopis quidquam fuerit tentatum, ut illam ad se traherent, aut munia, quæ ab ea pendent, papæ uel negauerint, uel, eo nolente, eadem exercuerint.

Confirmatio XIII.

A repugnantibus, & ab absurdo, & quot quantaque inconuenientia inde nascerentur, si episcopis suo iure hæc iurisdictio obueniret.

SVMMARIVM.

1 *Papæ potestatis supradictam argumentum a repugnantibus, & ab absurdo.*
2 *Primum inconueniens.*
3 *Secundum inconueniens.*
4 *Præceptæ superioris etiam dura adimplenda sunt.*
5 *In principibus errores ferrendi sunt, & ratio ibidem.*
6 *Vani capitis est sæpe causam a pontifice perquirere.*
7 *Paganitatis peccatum incurrit quisquis asserens se Christianum, sedi apostolicæ nollet obedire.*
8 *Verba Cyrilli de summo pontifice.*

Decimotertio, a repugnantibus colligimus & ab absurdo, quod apud iurisperitos frequens argumentum est. & quis non uidet, si hæc iurisdictionis potestas in foro interiori, & exteriori super fideles totius orbis, episcopis, & sacerdotibus, in suo iure, absque capitis, & sic summi pontificis cōcessione permitteretur, seq inde duo maxima, & prorsus intolerabilia inconuenientia. primum, † quod institutione diuina omnes in potestate iurisdictionis essent pares. ex quo sequeretur, quod papa non esset cæteris omnibus ex iure diuino, sed solum iure humano superior. hec autem sententia, tamquam erronea, & hæretica, est multorum Conciliorum auctoritate damnata. Alterum † inconueniens, est, quia, si res ita se haberet, conuinceretur inde apertissime, Christum non bene rempublicam christianam ordinasse, cum in illa tot iudices ex æquo potētes reliquisset, quorum quilibet ęquam super omes potestatem haberet, quod quidem fateri esset hæresis manifesta, nec refert, quod iis in rebus papam superiorem & principem recognoscerent. nam facilimo negotio illum conarentur reijcere, dum sine causa, eaque iustissima, & nota, quidquam se facere posse negarent, cum dura etiam superioris præcepta, ad implenda sint. 11. distinctio. in memoriam. 100. distincti. Contra moram, 23. q. prima. Quid culpatur, ff. Qui. & a quibus. l. prospexit. id quod ad publicam uidelicet utilitatem, conseruandam pertinet, quæ contemptis magistratuum & superiorum edictis, labi solet unde Aristoteles politicorum 2. cap. 6. prudentissime ait, in † princibus errores quosdam ferendos esse, quoniam, inquit, non tantum proderit, qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus nō parendi. quod optime etiam D. Thomas adnotauit. 1. 2. q. 96. artic. quarto, quæ si umquam uera fuere, in hac certe calamitate temporum, quibus hæretici summa imis confundunt, nullum non mouentes lapidem, ut Ro. Pontificem, atque, apostolicam sedem euertant, longe uerissima esse noscūtur, certe efficiunt ut Oceanum illud, de caussa præsumenda, uel non presumenda aggredi nō oporteat ubi doctores adeo inter se diuersa tradunt, in explicatione, s. cap. Quæ in ecclesiarum, de constitution, & compluribus aliis in locis. late deci. cons. 357. uol. 3, & cons. 66. uol. quarto Fulgos. cons. 61. curti. sen. cons. 21. latius uero præ ceteris Socin. cons. 165. uolu. secundo & 266. uol. 4. Ad quæ item accederet altera disputatio, de triplici modo, scilicet, quo superiorum præcepta distingui solent, dum aut pure bona sunt, aut pure mala, aut denique media, uti Bernardus doctissime ponit epistola 6. ad Adam monachum, Augustinus de ciuitate Dei li. 14. c. 12. & li. 25. c. 20. Gregorius 11. q. 3. Quid ergo gl. in c. Nerui, 13. dist. Gellius, ut eadem quoque aliis placeat distinctio. lib. 2. c. 7. unde merito Innocentius ait, Vani capitis esse causam in pōtifice sæpe perquirere. quæ omnia non alio tenderrent, quā ut, monarchico ecclesiæ regimine inuoluto, membra a capite facillime discederent, eidemque rebellarent, cui de necessitate salutis obediendum est, uti Bonifacius VIII. extra uag. unam sanctam, ait, & Gregorius 81. distin. Si qui. peccatum, inquit, paganitatis, incurit, quisquis dum Christianum se esse asserit, sedi apostolicæ non obedire contendit, concordant iura 11. dist. Hoc. 12. dist. præceptis & c. nō decet. 22. distinct. omnes, 93. distin. obedientiam. 7. q. 1. Scire debes. 8. q. 1. Sciendum, 9. q. 3. per principalem, 22. q. 2. Siquis dogmata 24. q. 1. Hæc est fides, cum similibus, unde † Cyrillus libro Thesaur, merito adnotandus. Vt nos membra maneamus, inquit, in capite nostro, apostolico throno Romanorum pōtificum, a quo nostrum est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus. ipsum uenerātes, ipsum rogantes pro omnibus quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere. soluere, & loco illius ligare, qui ipsum ædificauit, & nulli alii, quod suū est, plenum, sed ipsi soli dedit, cui omnes iure diuino caput iuclinant, & primates mundi, tamquam ipsi Domino Iesu Christo, obediūt. Hæc ille. meminit D Thomas ea de re agens, tract. contra errores Græcorum, & tract. contra impugnantes religionem, c. 3. sub finem.

Confirmatio XIIII.

Superiorum latior explicatio. & quid de ecclesiasticorum beneficiorum collatione eueniret, quæ ad papam plenario iure pertinere ostenditur & quid iuris ea in re Episcopi olim habuerint, aut modo retineant.

SVMMARIVM.

1 *Absurda multa, si iurisdictionis potestas episcopis, iure proprio & diuina institutione permitteretur.*
2 *Papa potest omnia beneficia mundi conferre, etiam quod ordinarius non esset negligens.*
3 *Intellectus et declaratio ad illud quod dici solet, iure communi episcoporum in beneficijs conferendis fundatam esse intentionem.*
4 *Capituli nullus inuitis intellectus.*
5 *Papa licet episcopis, tanquam in partem sollicitudinis vocatis potestatem conferendi beneficia contulerit ampliorem tamen penes se perpetuo retinuit.*

Decimoquarto, † si Episcopis, iure proprio, diuinaq. institutione hęc iurisdictionis potestas permitteretur, nihil aliud id foret, quam camarinam excitare. & sanctorum patrum statuta cōuellere. præterea ecclesiæ usum, longa annorum serie obseruatum euertere, & periculose omnia pturbare, quoniam ad se munia, & quæcumque a iurisdictione proueniunt, de quibus, superius quarta propositione dictum fuit, trahere conarentur, eoque modo politicam ecclesiæ gubernationem, cuius plenitudo soli Petro, eiusque successorib. concessa fuit occu parē, &, ut cætera omittam, quæ in eam rem lōgo sermone Turrecremata congessit, de ecclesia. li. 2. quæ, uti & alia multa, longum esset pertractare, quid de sacerdotiorum omniū & ecclesiasticorum beneficiorum collatione contingeret, equidem cum illa ad iurisdictionem pertineat, teste gl. in c. Transmissam, de elect. eaque de causa solius papæ sit, quemadmodum ex superioribus liquet, idque, expresse tradūt. durand. in 4. dist. 24. q. 5. Gabriel in Canone lect. 3. Ioan. Driedō, in suo libello de liberta. Christia. & alii recentiores Bal. in l. Rescripta C. de precibus impe. off. dum ait, omnia beneficia mundi manualia esse papę. cui Abb. accedit in c. Quia diuersitatem, per illum tex. 5. no. De conces. præb. inquiens † quod Ordinariorum, seposita etiā negligentia, posset pōtifex omnia beneficia mundi conferre, quamquam secundum eum non esset honestum id facere. statim, inquam, hoc modo corruerent, quę Bonifac. VIII. & Clem. V. sanxerunt, ille, in c. 2. de præben. lib. 6 hic uero in Clem. I. Vt lit. pend. quæ etiā a concilio Viennensi comprobata sunt, & demum ab ecclesia recepta. quibus locis ecclesiarum, personatuum, dignitatū, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum collationem, ad Romanum pontificem ex suæ potestatis plenitudine pertinere declarauerunt, ut iam, non sicut hæretici cupiunt, totisque uiribus conātur, ad clerum simul & plebem, antiquo more, qui tamen uarius fuit episcoporum creandorum ius reiicerent, quemadmodum etiam alii nonnulli hoc tempore contra ecclesiæ institutum perperam contendunt, sed omnia prorsus ad se attraherent, summos illos pontifices, simul & Vienen. concilium erroris vt ita dicam, pene insimulantes, quod quam periculosum, ne dicam erroneum sit asserere, nemo non uidet, tantum abest, ut ad huiusmodi quidquam, quod nihil aliud quam hierarchici regiminis turbationem, magno cum scandalo, secum adferret, occasionē præbere dēamus, plura liceret huc adferre, sed quia recentiores in c. Quæ in ecclesiarum, de const. & passim item iuris canonici doctores ea pertractant, practici præsertim, Staphilæus, Gaspar de Perusio, & Ludouicus eps Sarnēsis, lubens iis recitandis supersedeo, quemadmodum & aliis multis explicandis, quæ huc tamen non parum faciunt, ut quid illud sit, quod passim ab oīb. dici solet, † iure cōi, ordinariorū hoc est eporum, in eiusmodi beneficiis conferēdis fundatam esse intentionem, 10. q. 1. c. 1. & 2. 16. q. 5. nullus, ubi Archid. 25. dist. perlectis, de capellis monachorum, c. 1. de relig. domib. c. de xenodochiis, de hæret. Cum ex iniuncto 16. q. 7. omnes Basilicæ, de off. ord. c. Cōquerente, cum si. gl. in c. cū olim, de maior. & obe. Car. in cle. quia regularis, col. 7. de suppl. neg. prel. Abb. in c. Super eo, de off. delega. & in c. Mandatum de rescr. & in c. ecclesia, de elect. præpos. in c. 1. post gl. ibi, 21. dist. doc. in c. Nō satis de off. Archid. Anch. cōsi. 131 incip. Ad exclusionem, ubi ea rōne ait gratiam, qua epo aliquid circa ecclesiastica beneficia conceditur, fauorabilem esse, utpote quæ ad ius suum, s. illa conferendi, illum reducat. Nam, ut omittam non ita simpliciter intelligi debere, quemadmodum Abb. exponit, in c. cum olim inter te, de restit. spol. & Guil. Benedicti, in rep. c. Raynutius, de testa. verbo, & vxorem, decisione 1. in fine, id certe ex ecclesiæ, & summi pontificis ordinatione statutum fuit, cum antea non nisi electione cleri, & populi, aut cleri tantum, eisdem populi suffragio siue expetitione accedente, quemadmodum in episcopatibus, priscis temporibus contingebat, id obueniret, 24. dist. episcopus 62. distin. Plebs, 67. reliqui. 1. q. 1. ordinationes. 8. q. 1. licet, vnde Abb. in c. ad decorem, in fi. de institut. inquit, quod canon ille, dist. 61. nullus inuitis, † etsi loquatur in episcopis, eius tamē ratio ad alia beneficia communis est, quod etiā in ministris inferioris gradus similiter contingebat, teste Cypriano lib. 2. epis. 4 ad Felicem, sic dicente. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinib. obseruasse apostolos animaduertimus, de quo ipso etiā in actis apostolorum scriptum est. Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis. quod utiq; tam diligenter, & caute, conuocata plebe tota, gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel sacerdotalem locū indignus obreperet. Hæc ille, id quod postea ab ecclesia, cum ecclesiastici iuris tantum id sit, immutatum est, varioq; modo obseruatum, ut inde plenariam illam pontificis in beneficialibus dispositionem plane intelligamus, qui etsi episcopis, utpote † in partem sollicitudinis accitis, eam, ut æquum fuit, communicauerit, ampliorem tamen penes se perpetuo retinuit, arg. c. dudum, & c. quamuis 2. de præb. li. 6. & eorum quæ tradit Cald. eod. tit. consi. 3. unde illa cum episcopis quadrimestris, aut semestris compositio emanauit, quam modo obseruari uidemus, tametsi illa potius a pijs omnibus desideratur, qua capiti & membris, diuino cultui, animarum saluti, prouincijs omnibus, ac toti denique Christianæ reip. plenius cōsultum foret, id quod a Deo Opt. Max. eiusq; in terris uicem gerente omnino sperandum est.

Dilutiones aliquot eorum, quæ in contrarium
SOLENT OBIICI.

Responsio Prima.

Ad illud Apostoli Actuum vigesimo, attendite vobis, & uniuerso gregi &c. vbi ēt quod apostolorum quoq; tempore multi fuerint Episcopi ab Apostolis instituti, atque ab eis iurisdictionem acceperint.

SVMMARIVM.

1 *Respon. actoris ad dictum Pauli Act. 20. & nu. 9.*
2 *Alfonsus de Castro reprehenditur, & nu. 10. opinio auctoris.*
3 *Episcopi, & presbiteri horum nominum significatio, & hæc nomina plerumque vnum pro alio accipi, nu. 4. & 6.*
Alia responsio auctoris, nu. 5.
7 *Resp. auctoris ad id quod dicitur Pauli ad Ephesios 4.*
8 *Expositio illorum verborum qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. & illorum per me reges regnant &c.*

Xplicatis ijs, quæ ad quartæ propositionis in qua totius questionis summa uersa tur, cōfirmationem, faciunt, superest ut ad obiecta nōnulla, eaq. præcipua, rñdeamus, nā si oīa pseq esset animus, in immēsum nimis nostra excresceret oratio, de quib. tñ si qs plura uolet, consulere poterit Turrecr. in Sūma de ecclesia, in hac materia satis copiosum. principio igitur, quo ueluti pcipuo fundō nituntur, qui ꝯriā tuētur sniam, locus ille pauli est, Actuum 20. Dum seniores, quos Epheso ad se Miletū euocarat hunc in modū alloquitur, Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit epos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ubi epos ad regimen ecclesiæ nō ab homine, sed a spiritu sancto datos obseruāt. At regere non ualet, inquiunt, qui nullā habet ptātē, iurisdictionis, unde colligunt, Epos, a Deo ad regimē ecclesiæ īstitutos, ab eo ēt iurisdōnis ptātē accipere, tametsi epatuū diuisio, qua quisq; Eps suos hēt peculiares subditos, iure humano, ob iustissimas euidētissimasque. causas introducta sit quare dñt, ꝙ si contingat ob aliqđ crimē epm a papa priuari epatu suo, tūc subditis priuatus eriuatus erit in quos iuridōnis ptātē exerceat. sed non erit priuatus ea iurisdōnis ptāte, quā in sua consecratione accepit. atq; hoc mō Alfonsus de † Castro, & alii colligunt, sed non recte, ut statim cōmonstrabimus. Quo mō igitur huius articuli ueritas, & apostoli sensus appareat, id in primis erit obseruandum ex Bedæ, & glosæ, atq; Ocumenii in eodē loco snīa, qui psbiteris, & sic parochis Ephesi apostolū dñt esse locutū. sic. n. inquiunt, & in ijs, præcipue Beda, cuius verba inserere libuit. psbiteros Ephesi Miletum uocat, quos, quos nūc epos. i. superinspectores nominat. nō, n. una ciuitas plures epos hēre potuit sed eosdem presbiteros, ut uere sacerdotes sub nomine Eporū. significat coniunctus est, n. gradus, & in multis pene simillimus, Hæc Beda q li. 3. sup Lucā. c. 15. primis ecclesiæ tpib. psbiteros eps & apos presbiteroi, quorum † unū scientiæ maturitatē, aliud industriam curæ pastoralis significat, uocatos esse, ut & apostolica scriptura testis est, dicit, nec mirū, nomen enim istud ab antiquis deductum est, nam Athenienses, quos speculatū mittebant quid in unaquaque subditarum ciuitatum boni, maliue, æqui, aut iniqui ageretur, episcopos, hoc est speculatores uocabant, inde plutarchus refert Scipionem Africanū e senatu in Asiam missum esse episcopum gentium, regumque. & Cicero ad Atticum scribens, Me, inquit, Pompeius esse uoluit, quem tota Campania & ora maritima habeat episcopum, ad quem delectus & negotii summa deferatut. Et hoc est, quod iuriscons. ff. de muneribus & honor. commemorat in l. Munerum, 2. §. iidem episcopi. Quamuis igit Episcopi psbiteris gradu dignitate, auctoritate, & ordine maiores sint, ut axiomate 2. dicebamus, negari tñ non pōt, nomina † utrorumque pro eodem olim persæpe usurpata fuisse, ꝙ si ita est, illa pauli uerba nullo modo assertioni nostræ, circa episcoporū iurisdictionem, facient ꝯ. nam si presbiteros nemo dubitat iurisdictionem hanc externā, ex sua ordinatione non habere, ut superius propositione prima diximus, necesse est, ꝙ illo in loco nullus de iurisdictione aliqua a Christo data sermo hēatur. Qđ si quis, † iterū cōtendat in illis uerbis episcopos oēs ecclesiæ comprehendi, nec solius ciuitatis Ephesi presbyteros fuisse uocatos, sed quotquot in illa regione episcopi essent. quod libenter concedimus, & ad episcopos omnes uerba illa pertinere, nil tamen contra nostrā sententiam inde probari potest. neque, n. dr spiritus sanctus per se ipsum Episcopos in ecclesia posuisse, ut ecclesiam regerent, i. eis ecclesiam regendi ptātem per se tribuisse. hoc. n. si di-

diceretur, intelligeremus positos esse Episcopos a spiritu sancto, ut sunt positi a Cristo apostoli, immediate s. & nō per auctoritatem alteri datam quare q ex eo loco probare contendunt episcopos illos immediate, i. nulla interposita persona fuisse a Deo factos, non satis solido utuntur fundamento. Constat autem Titum & Timotheum eo tempore a Paulo fuisse ordinatos, 1. ad Timotheum, 4. & 2. ad eundem, 1. ad Titum uero scribens, Huius, inquit, rei gratia reliqui te Cretę, ut ea, quæ desunt, corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Quibus uerbis. 6 †D. Paulus nomine præsbyterorum intellexit Episcopos. quoniam, vt Theophylactus post Chrysostomū admonet, nolebat Paulus uniuersam eam insulam uni episcopo demandari, ut quæ centū oppdia munita habuisse dicatur. ideo Tito scribit, ut unicuique urbi proprium præficeret Episcopum cui certe, ex illa pauli commissione, iurisdictio tributa ur̄, id ꝙ cęteros quoque apostolos fecisse credendum est, quorum tempore multos fuisse Ediscopos tum Romæ, tum Antiochiæ, ac Hierosolim is constat, quibuscum in negotiis decidendis ageretur. ut probatur 16. dis. c. Sexaginta, ubi id adnotant Geminianus & præpos. & Ioannes in Apocalypsi meminit episcopi Laodicę, & idem septem Episcopis Asiæ scripsit. unde cum simpliciter dicatur positos esse a spiritu sancto, intelligendum est, non nisi a spisitus sancti auctoritate, ecclesia data, positos esse. nam quod ecclesia facit, spiritus, sanctus facit. & probabile est, eos Ephesi fuisse a paulo in eo officio constitutos sic enim solet scriptura, quod spiritus sancti uirtute, aut auctoritate sit, uel denique eo suggerente, spiritu sancto tribuere, ut cum Actorū 15. dicunt apostoli, uisum esse spiritui sancto, & sibi, illa decernere, de quibus ibidem mentio fit, quia scilicet eius auctoritate, seu suggestione statuerant, ut superius expressimus, quod ipsum de Cōciliorum statutis dici potest, cum ea sunt in spiritu sancto legitime congregata, sicetiam Paulus ad Roman. 8. dicit spiritum sanctum postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus, non aliud significās quam eius uirtute id in nobis fieri, neque enim spiritus sanctus ipse per se postulat, sed, ut est in glossa interlineali, ipse nos postulare facit, nec ipse, sed gemit gemere facit sic quoq; spiritus sanctus ꝓmittitur a domino docturus ecclesiam omnem ueritatem, quam tamen docturus erat per superiores, ita ut ex hoc loco potius inferatur, iurisdictionem ab ecclesiastica potestate immediate emanare. Eodem modo soluit 7 †quod Paulus ad Ephesios. 4. ait, Deū posuisse apostolos, prophetas, euangelistas, pastores, & doctores usque ad consummationem sæculi, & consequenter posuisse episcopos, sed quo modo id posuerit, non eo loco explicatur, sed ex alijs locis, atque doctrina, & praxi ecclesiæ intelligēdum relinquitur, nimirum, ita ut a nobis iam, est expositum, quemadmodum etiam intelligenda sunt alia item eiusdem apostoli similia uerba. Eiusdem generis illud est, quod Christus domi-8 nus ait. Qui uos audit, †me audit, qui uos spernit, me spernit. cuius uerum sensum superius axiom. 10. & sequenti exposuimus, & illius etiam simillimi quidem, quod dr̄ Prouerb. 8. per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernūt ubi significatur non Deum per se Reges facere, & admonere quas leges ferre debeant, sed quam obtinent auctoritatē Reges, & principes, eam a Deo illos habere, quamquam longe alia ratione, & modo, quam Episcopi. non enim est potestas, ut dr̄ ad Rom. 13. nisi a Deo, & c. 6. Audite Reges, discite iudices &c. quoniam data est a domino potestas uobis id qđ de immediatione uirtutis intelligi solummodo oportet. ꝙ & Oldral. adnotauit, etsi aliis uerbis usus sit. cōs. 69. Consueuit dubitari. col. pen. Quare ex illo loco Actor. 22. tantū hoc 9 haberi potest, †spiritus sancti, s. auctoritate creari Episcopos in ecclesia, eisque potestatem eam dari quam habent, id qđ nemo negat, dum tñ singula singulis tribuamus, in quo uel 10 maxime plerique decipiūtur & in his, †Alfonsus de Castro. nam ij Episcopi ab apostolis ordinati. Ordinem quidem, & sic sacramentalem potestatē a Christo immediate ꝑ eosdē apostolos, uti nudos ministros, acceperunt, neque aliud fieri potuit, aut posset umquam, unde Chrysostomus in hunc locum, A spiritu sancto ordinationē habetis, inquit. hoc est. n. Posuit. i. iurisdictionē aūt mediate a Christo, a quo oīs ptās, ab apostolis aūt immediate absq; dubio acceperunt. Vñ Paulus Tito ipsi scribēs. hæreticū hominē, inquit, post unam, & secūdā admonitionē deuita. ijs nimirū uerbis excōicādi ptātem innuens. & ad Timotheum a se similiter ordinatum episcopum, ait, aduersus presbiterū accusationē noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus, ubi coactiuam exterioris fori iurisdictionem haud dubie cōtulit, aut collatam demōstrauit, ad quem modum Titus postea Episcopis, quos ipse ex Pauli commissione ordinauit, Paulo sic præcipiente, iurisdictionem quoq; tribuit, ut antea dicebamus. Ab apostolis igitur eam immediate acceperunt, vt & nunc illam a summo pontifice immediate omnino accipiunt. Nec sufficit dicere, in sacris litteris hoc reperitur, ergo iuris diuini est. nam alio atque alio modo id intelligendum est, iuxta ea, quæ axiomate 10. tradidimus.

Responsio II.

Ad id, quod iurisdictio in episcopis ad eorum munus explendum, sit necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Responsio auctoris quod licet iurisdictio episcopis sit necessaria, non tamen immediate a Deo.*
Et hoc probat exemplis.
2 *Iurisdictio singulorum episcoporum a Christo, per papam.*

Obijciunt præterea, Episcopis ad munus episcopale sibi a Deo iniunctum conuenienter explendum necessariam esse iurisdictionem hāc, de qua agimus, propterea quod sine ea id minime possint explere. est igit a Deo, inquiunt, iurisdictio quēadmodum & Ordo, cum dans formam det similiter consequentia ad formam, & omnia, sine quibus illa esse non possunt. nec est credibile Christū dominum, cum Dei perfecta sint opera, vt Moses cecinit, Episcopos imperfectos, aut diminutos fecisse, quin potius, ad spiritualem finem consequendum, omne necessarium illis permisisse, cum Deus, & natura neque abundet in superfluis, neque deficiat in necessariis. necessariam autem esse simul cum Ordine iurisdictionem, nemo non uidet, per quam quis facere, & regere dicitur, & non per solum Ordinem. igitur immediate a Deo est. Respondemus necessariam qdem esse iurisdictionem, & magis necessariam ad regendum, quam sit Ordo, queamdmodum ille uicissim magis necessarius est ad effectus super natureles, quā iurisdictio. ab Ordine enim solo est, quod quis consecret eucharistiam, & plus ab Ordine, est, quam a iurisdictione, quod 1 quis absoluat a peccatis. quamuis ergo demus †necessariam esse Episcopis iurisdictionem, ac proinde a Deo esse, non propterea sequitur, quod ab eo immediate sit, quia licet iurisdictio ad regimen sit necessaria, non est necessarius modus procedendi mediatus, uel immediatus ipsius iurisdictionis, cum tam hoc, quam illo modo populus regi ualeat. patet. nam tēpore Dauid necessaria erat illi iurisdictio ad populum regēdum, non tamen erat necessarium, quod a Deo immediate regnum obtineret, quia etiam si ex consensu populi habuisset, poterat tamen eo quoque modo regere, similter tempore Salomonis, necessarium fuit regnum illius ad regendum, non autem necesse erat, ut ex successione regnum haberet, cum satis illi esset, immediate a Deo, uel ex populi electione habuisse. male ergo ex necessitate iurisdictionis colligit necessitas modi procedendi ipsius. conuenientius ergo fuit, ut illa Ordinis, & sic sacramentalia, uti supernaturalia, & immobilia, Christus dominus sibi reseruaret, reliqua uero, quæ fluxa, & mille modis uariabilia sunt, per alios expedirentur. Atque hoc modo concluditur, iurisdictionem singulorum 2 †Episcoporū a Christo ꝑ papam esse potius, quam a Christo sine papa, a quo certe immediate suscipitur, vt supra a nobis est probatum.

Responsio III.

Ad illud, quod obiicitur de cœlesti hierarchia, & Angelorum a Deo immediata creatione, vt inde in ecclesiastica idem dicendum videatur.

SVMMARIVM.

1 *Responsio auctoris ad illum quod dicitur ecclesiasticam hierarchiam ad instar cœlestis institutam esse.*
Non enim eadem est ratio huius ad illam.

1 **Sed neque** illud quidquam contra nos facit, cum †dicunt idē in ecclesiastica hierarchia, quod in cælesti, esse faciendum, ad cuius exemplar hæc instituta est, ita vt quemadmodū illic Angelorum ordo a Deo immediate creatus est a summo vsq; ad infimum, similiter quoque in Papa, & Episcopis, & cæteris omnibus eueniat. nam non eadem ratio est, sed penitus diuersa, cum Angeli non per causas secundas, sed a Deo tantum creati sint, id qđ non ita in episcoporum iurisdictione reperitur.

Responsio IIII.

Ad argumentum, quod ab episcoporum titulis & epithetis sumitur.

SVMMARIVM.

1 *Nomina quibus vocantur episcopi seriatim.*
2 *Episcopi licet in scripturis, etiam Christi vicarios appellari contingat illud intelligitur non tanquam generales, sed in partem sollicitudinis vocati.*
Sacerdotes etiam Vicarij Dei, per verba generalia.
Item Imperator, lato quodam dicendi mo. per illud generale omnis potestas a Deo.
3 *Exponitur Bal. in c. significantibus, de offi. deleg.*

Sed titulis etiam, & epithetis quibus episcopi a patribus insigniri solent, argumentantur, etenim speculatores sunt, neque aliud Græca lingua uox, episcopi, significat. Vocantur †præterea angeli, montes, milites, 1 duces, custodes, pontifices, pręsules, antistites, colomnæ ecclesiæ, Romani pontificis fratres, & coadiutores, apostolorū successores, Dii, pupillæ oculi Dei, patres, pastores, serenissimi, illustres, clarissimi, spectabiles, sanctissimi, Christi legati claues cæli, canonum ministri, ciuitatum præsides, principes præcones ueritatis. mediatores Dei & hominum, iudices, doctores, rectores, Dei ministri, fundamenta ecclesię, Cardina quandoque, sal terræ, demum Christi uicarij, ut in scripturis iure canonico, sanctorumq; doctorum scriptis apparet, quæ longum esset nunc recitare. sat sit Iacobatium legere, tractatu De cōcilio, Verum neque ista quidquam contra faciunt nam etsi nomina hęc & alia merito illis tribuātur, eo quod munus illorum non obscure significent, non tamen inde infertur, quod ex aduerso opponitur, si quidem sacramentalia a Deo suscipiunt, iurisdictionem autem ut sepe diximus, im-2 mediate, a papa, unde cum †picitur, eos etiam Christi Vicarios esse, ut Ambrosius ait 1. Timoth. quinto & ad Corinth. cuius Gratianus meminit 33. quęstione quinta Mulier, non quidem generales uicarios eos intelligemus, sed in partem, sollicitudinis accitos, ac proinde a papa, uti uniuersali Christi uicario, assumptos, quemadmodum a Rege pro rex, a prorege autem cęteri ministri creari solēt. generalia enim hęc sunt, unde & sacerdotes, uicarii Dei ab Isychio appellantur de pœnit. distinctione tertia. c. inter hæc secundo quin & imperator Anastasius eo quoque nomine, lato quodam dicendi modo, siquidem a Deo omnis potestas, ab Anastasio papa appellatus est, ut patet in ipsius ad eundem Imperatorem 3 epistola, c 6. quo in sensu Bal. similiter, †intelligēdus est in c. Significantibus, De off. dele. ubi Regem in temporalib. Dei uicarium esse dicit. cui consonat Bernardus epistola ad Ludouicum iuniorem Francorum Regem, & concilium Tolesex, capite 14. unde illud Homeri, Rex unus, cui sceptra dedit uenerandaque iura Iupiter.

Responsio V.

Obiectionem diluit, qua dicunt, per papam episcopos pro libito suo iurisdictione priuari nudarique posse, si illam ab eo immediate suscipiant, & quid ea in re sentiendum sit, ubi plura de prouida reip. moderatione traduntur, & de quarundam rerum peculiari summi Pontificis, propter potestatis in eo & dignitatis plenitudinem, cognitione: De limitatione item, taxatione, dispensatione, restrictione & id genus aliis, ac demum de casuum reseruatione, & absolutione ea, quæ in mortis articulo, a quocunque sacerdote fit.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia episcopos, aut illorum iurisdictionem, nunquam adimere tentauit vnum tamen vel plures ex causa priuare sic.*
2 *Suppletio ad gl. in c. per principalem 9. q. 3. quæ etiam dicit papam posse episcopum priuare sed non omnes simul, & hoc s. ex causa.*
3 *Vtilitatis publicæ vel necessitatis multa conceduntur quæ alias non concederentur & nu. 10.*
4 *Publicę vtilitati quo aduersatur nullatenus faciendum est.*
5 *Nulla constitutione fieri potest ut iustitiæ et æquitatis ratio non habeatur.*
6 *Quæ contra bonos mores sunt, fieri non posse dicendum est.*
7 *Inhonesta, principibus impossibilia reputantur.*
8 *Regis Antigoni verbum in hac materia.*
9 *Et aliud Plutarchi.*
11 *Papam quam a Christo accepit potestatem a se abdicare non potest.*
Et quomodo intelligendum ibidem.
12 *Dispensatio papæ circa ius humanum licet sine iusta causa facta, ualida tamen est, & actus qui ex ea sequitur.*
13 *Sacerdotum inferiorum omnium licet sit limitata iurisdictio in mortis tamen articulo, si quis non habeat proprij sacerdotis copiam, potest a quocunque catholico sacerdote & a quocunque peccato, quantumcunque reseruato & a quacunque excommunicatione absolui.*
Et ratio ibidem.
14 *Petrus Paludanus reprehenditur, & approbatur Duran.*

Demum ut cætera omittam, aiunt, quod si iurisdictio Episcoporū, non immediate a Deo, sed ab homine prouenit, ab eodē alte 1 rabilis, & reuocabilis erit, atque eo mō Episcopi nudari, penitusq. destitui poterunt, argō ff. de iud. l. iudiciū soluit, 63. dist. Salonitanæ, de offic. ord. c. cum ab ecclesiarum, cum similib. sed istud argumētū tale est, ut facili negotio dissolui queat, nam etsi iurisdictio in communi, in suoq. fonte, suaq. origine, nimirum in pontifice, summo, ut ad alios deriuetur, cāque illis communicet, iuris diuini sit, nō autem in episcopis, cum illam a papa immediate suscipiant, ut superius, maxime uero confirmatione quinta exposuimus, non tamen inde fit, ut pro libito, nudaque superioris uoluntate prorsus tolli abrogariq. posit, cum spiritus sancti instinctu ad animarū salutem & ecclesiæ moderationem, denique ad mūnus episcopale explendum, id ab ipsius ecclesię initiis factum ordinatumq. sit. sacrosācta enim hæc sunt, tum ratione finis, tum ratione potestatis, tum demum dirigentis & afflantis Dei, ut axiomate 10. dictum est, idque ex deductionibus a naturali, diuinoque iure, in quibus dignitatis & gradus habenda est ratio, facile colligitur, quemadmodum aximate quinto, & aliquot sequentibus, præcipue uero septimo ostendimus. atque ideo, ecclesia Episcopos numquam, aut illorum iurisdictionem tollere seu adimere tentauit, nec faciet umquā, unum autem aliquem aut plures ex causa priuare, eidemq. iurisdictionem adimere, hoc summo pōtifici semper licuit 2 & licebit, atque hoc modo †supplenda expendendaq. est gl. in cap. per principalem 9. q. 3. dum ait, papam posse episcopum deponere, sed non omnes simul, ut scilicet causa existente id liceat, uti Andr. de Isernia ait, in c. Item si clericus, col. 4. de capitulis Conrad. Card. cons. 142. videtur dicendū, colum. 2. Bernar. ad Eugeninm 2. de consideratione. nam aliter gl. illa sustineri non posset, quemadmodum Abb. in c. fi. de confir. utili inutili, & Romanus, cons. 355. prolixe tradiderunt moderni. in c. Quæ in ecclesiarum, de consti. ubi Felin. nu. 52. ait hanc esse doctorū communem sententiam, ut interim omittam, quoties scandalum futurum, aut ecclesiæ status ꝑturbatio, aut deniq; eiusdē ecclesiæ decoloratio mutatione præsumeretur, nihil penitus immutari posse, 1. q. 7. c. Etsi illa, gl. dicto c. per principalem. innocen. & alii. in ca. Inquisitioni. de sent. excom. & in c. Quanto, de consuetudine, & in c. præterea. de dilationibus. Abb. in c. Significasti, de electione, & in cap. Cum parati. de appella. Moderni in capit. Si quando de rescrip. & c. proposuit. De concel. præb. & in ca. quę in ecclesiarum, de consti. Roman. cons. 499. nec mirum 3 cū publicę †utilitatis, uel necessitatis causa multa fieri, omittique passim uideamus, quę in unū colligere nihil est opus, nec item transcribere. Guliel. de Monferrat. super pragma. sanctione part. prima. ubi in id docte ad modum & diligenter plurima adduxit, quorū nō pauca a Felino desumpsit in c. 1. nu. 68. cū aliquot sequē. De cōst. sufficiat igitur, ꝙ †nulla 4 ratione, nulloue pacto, aut concessione aliqd efficere liceat ꝙ utililati publicæ aduersetˉ c. Bonę 1. De postu. præla. l. Iubemus 1. C. de sacros. ecc. l. utilitas publica. C. de primipilo. lib. 12. ita ut Anch. dicere ausus sit cons. 393. inc. Hoc statutum, adeo hoc uerū esse, ut secus fieri non posit, etiam si suꝑ hoc cæleste oraculū adferatur, quēadmodū & illud Innocentii, celebre est in d. c. Quę in ecclesiarū, quē ibi doct. sequunt̄, & 5 And. Sicu. in c. 1. co. 11. eo. tit. s. nulla †cōstitutione fieri posse ut iustitię, & ęquitatis ratio habenda non sit, ꝓ his casus optimus præ oculis semper habendus, in c. Manet. 24. q. ubi Leo Manet, inquit, Petri priuilegium, ubicumque ex ipsius æquitate fertur iudicium. quem text. Abb. in sermone, Quoniam ueritas, & Roma. cons. 345. mirifice commendarunt, quod item iuriscōs. ingenue professus est, in l. Filius, ff. De cōdit. instit. inquiens. Nam quę facta lædunt pietatem, existimationem, uerecundiam nostram, &, ut generaliter dixerim, 6 †quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credēdum est. Verba profecto litteris aureis scribenda, & quę principum mentibus infixa esse deberent, unde doct. dicunt, om-7 ne †inhonestum imposibile principi putari Cardi. in repet. capit. perpendimus, De sent. excom. Archidia. in capit. super eo. de hæret. lib 6. Henricus. in capitul. Nulla, de concel. præben. Barb. in c. Ex parte 1. colum. 5. De off. deleg. Bal. cōs. 271. Rex Portugalliæ uolu. 1. & de pace constan. §. pactiones, uers. 8 Sed an ꝯctus. hinc †Antigonus, Rex, cum quidā omnia Regibus honesta. iustaque esse diceret, respondit. ea demū Regibus esse honesta, quæ publicam præ se ferrent honestatem & ea iusta, quæ a nullo uirtutis, pietatis iustitiæ officio declinarent, nec ipsum Regem, honesti, & iusti regulam esse; sed 9 recti & iusti ministrum, ac defensorem. cui consonat, † Plutarchi memorabilis sententia in eo libello, quem ad magistratus scripsit, ubi de principum officio agens, eosque in hominum procuratione & salute ministros appellans, hæc tandem subiungit uerba, iustitia igitur finis est legis, lex aūt, officium est principis, at princeps ipse, imago est Dei, qui oīa recte ordineque constituit. entia enim, ut Philosoph. ait, uolūt bene disponi. id quod Bal. ad ecclesiasticam etiam politiam referens, perquam apposite obseruauit, De pace Constan. penul. col. uers. Ex his. Est igitur publicæ utilitatis perpetuo habenda ratio quæ, quotiens adest, dicitur etiam urgens causa, c. Statutum, in prin. De rescrip. c. Alma mater, in prin De sent excom. lib. 6. quod & exemplis quoque compluribus facile esset declarare, sed satis erit, istud si obseruemus, merito obseruandū, ꝙ etsi papa cōmittens alicui iurisdōnē eandem & maiorem nihilominus sibi retineat c. dudum, de pręb. lib. 6. id tamen uerum sit, nisi reip. commodo, puta, pro bono pacis, permittat expresse contrarium, sic grauiter Baldus dicit

dicit conſ. 328. incipient. Rex Romanorum in fine, alleg. De pace conſtan. c. Nos Romanorum §. Si quis autem ſup iis, q eodem. tit. c. in Chriſti nomine, uerſ. Ego iuro, idem in imperatore affirmat, quod ſ. pro bono pacis iuriſdictionem q̃ ſeipſum conferre valeat quod tamen ſic intelligendum cenſeo, non quod † papa poteſtatem quam a Chriſto accepit, a ſe abdicare poſſit, uti axiomate primo diximus, ſed quia accidere poteſt, ut pro bono pacis, poteſtatis, ſeu iuriſdictionis uſum aliquando remittat, ita tamen ut ſuę poteſtatis plenitudini nihil officiat, porro autem quod ſummus pontifex ab aliquo, uel aliquib. particularibus epiſcopis tollere, vel ſuſpēdere iuriſdictionem poſſit, vel ex cauſa cum merito, vel ſine cauſa cum peccato, verum eſt, ut & in ſacerdotiorum collationibus haud rite factis Abb. adnotauit in capitulo Ad decorem, de inſtitutio. patet, nam etſi † diſpenſatio papę circa ius humanum, abſque legitima cauſa facta, dum unius cauſſa uiolatur, quod communis utilitatis gratia ſtatutū eſt, nec dantem, nec recipientem a peccato excuſat, ut ait glo. in c. Non eſt, De uoto, D. Thom. prima ſecunda quæſt. 97. argu. 4. Bernard. ad Theobaldum comitem, epiſtola 271. Caietan, id quodammodo temperans ſecunda 2. q. 79. art. 5. Domi. a Soto de iuſt. & iure. lib. 1. q. 7. ar. 3. & in 4. diſt. 21. q. 2. art. 2. qd quid Felinus dixerit in c. Ad audientiam ſecunda colum. 4. de reſcript. ipſa tamen diſpenſatio ualida eſt, ac proinde actus. qui ex ea ſequitur, eſto, quod ſuperior, ea in re peccauerit, gloſ. & ibi Bart. in l. Relegati. ff. de pœn decius, & Feln. poſt Abb. ibi, & alibi relatum in cap. Quę in eccleſiarum. de conſti. Iaſon in l. Quo minus colum. 2. ff. De flumi. Inno. in c. Cū ad monaſterium, De ſtatu regularium. Caieta. 1. 2. q. 96. ar. 5. ſub fin. quo etiam modo gloſſa illa d. cap. per pricipalem exponi poterit, quam Iaſon. ſimiliter ſequitur in l. Barbarius, col. 8. de officio prætoris. & forſan illud eſt, quod Decius ſignare uoluit, in c. fin. De confirmat. util. uel inutil. cum dixit ex abſoluta poteſtate papam ſine cauſa Epiſcopum poſſe priuare, id quod Deo permittente, fieri poſſe aliquando cenſerem ut maius euitetur malum, ut eſt mos non parendi principibus, quorum præcepta etiam dura adimplēda ſunt, eo q ad publicam utilitatem conſeruandam pertineant, quę contemptis magiſtratuum & ſuperiorum edictis labi ſolet, quēadmodum latius ſupra 13. confirmatione tradidimus. Diximus autem epiſcopis iuriſdictionem penitus tolli non poſſe & recte quidem, quoniam moderatio, atque ex cauſa limitatio ſummo pontifici permiſſa ſemper fuit, & ſemper erit pro ut ad eccleſiæ moderationem illiuſque ędificationem ei uiſum fuerit, cum plenitudinem poteſtatis ipſe in toto orbe retineat, cunctaque, Dei uicem gerens, moderetur atque gubernet. Hinc caſuum, & cauſarum maiorum, & id genus aliorū de quibus iam diximus, reſeruatio orta eſt. Hinc cum Epiſcopis quadrimeſtris illa, aut ſemeſtris compoſitio, quod ad eundem pontificem plenaria omnium ſacerdotiorum, eccleſiaſticorumque beneficiorum diſpoſitio competat, quēadmodum 24. confirmatione meminimus. Hinc epiſcopis, limitata taxataque, iuxta papę ordinationem, quoad indulgentias, conceſſio, quod nimirum in eo ſolo tota reſideat, uti D. Thomas ait in 3. diſtin. 20. q. 4. articulo 3. quem omnes ſequuntur, & nos ſupra 13. cōfirmatione adnotauimus hæc enim omnia, & ſimilia ad poteſtatem iurisdictionis pertinēt dum tamen Epiſcopis, ut ſemel finiam, ea iuriſdictionis ſemper relinquatur, quæ ad muneris epiſcopalis executionē pertinet, & prorſus neceſſaria eſt, tum ob ea, quæ hactenus dicta ſunt, tum ne confundatur eccleſiaſticus ordo. 11. q. 1. peruenit, tum etiam quia omnia, ſine quibus aliquid commode exerceri non poteſt, permiſſa firmaq. perpetuo cēſentur, l. Ad rem mobilem. l. Ad legatum ff. de procur. c. præterea. c. Suſpicionis, De off. dele. 3. §. fi. ff. de pec. leg. l. Veteres de itine. actuque. pri. l. 2. vbi omnes, ff. de iuriſd. om. iud. quo loco Iaſ. multa commemorat. Neceſſaria igitur, dico id quod diligenter obſeruatum uelim, ne his, quę diximus, quoquo modo officiat, neue ad licentiam iſtud quiſquam trahendū putet quo ſummi pontificis poteſtatem minuat aut lædat, quem, ſummum pontificem quatenus ad ſe, & eccleſiæ rectam moderationem attinet, ſancte & prouide multis id cauiſſe uidemus, ne epiſcopis, aut ſacerdotibus eiuſmodi neceſſaria poreſtas quoquo modo deſit. eius rei unum modo exēplum in medium adferam. neque enim neceſſe, eſt plura cō13 memorare, nimirum, q etſi inferiorum omnium, † limitata taxataque ſit iuriſdictio, in mortis tamen articulo ſi proprij ſacerdotis copia non adſit, poſsit quiſque per quemcumq; catholicum ſacerdotem abſolui a quibuſcūq; peccatis, quātumcumque uel a iure, vel ab homine reſeruatis, & demū a quacumque excommunicationis cenſura, cap. fi. de Sepul, cap. Nobis 2. c. non dubium, c. Quamuis, c. Quod de his, De ſententia excom. c. Eos. eo tit. lib. 6. c. paſtoralis, §. Præterea, de off. ord. cum ſimil. cuius ratio eſt, quod cum hoc ſacramētum ſit in remiſſionem peccatorum inſtitutum, & articulus mortis ſit, ubi res agitur aut perpetuæ felicitatis, aut perpetuæ damnationis, nō ageret eccleſia, quæ a ſpiritu ſancto gubernatur, ſecundum ampliſſimam Dei miſericordiam, ſi nō omni remedio, exeunti ab hac luce promptiſsime ſuccurret, neque hoc ideo quis factum dicat, quod a iure diuino, nō autem pontificio, id neceſſario proueniat, quemadmodum 14 † Petrus Paludanus in 4. diſt. 20. q. 1. dicere uiſus eſt, & eod. li. Capreolus diſt. 29. nam iis reiectis, Durandi opinio ead. diſt 19. q. 2. probabilior eſt, atque ideo potius amplectenda, quā Domi. a Soto uti certiſsimam probat, in 4. diſt. 18. q. 4. artic. 4. ubi D. Tho. in 4. diſt. 20. q. 2. art. 1. ad hunc ſenſum exponit. qa etſi Chriſtus in eccleſia reliquerit iuriſdictiones, nimirum in ſua origine, hoc eſt capite, ut antea dicebamus, nihilominus tamen earum diſtributiones eidem commiſit, quod fit, dum hic, uel ille creatur epiſcopus, aut parochialis ſacerdos. confirmatur, quoniam, cum illa, quæ eſt in foro interiori, perinde ſit iurisdictio, atque illa, quæ eſt in foro exteriori, & hanc ſecundam manifeſtum ſit Chriſtum tradidiſſe eccleſię ad eā diſtribuendam, fit, vt & illam illo modo reliquerit, cui niſi p ſuperiorē adhibeatur materia, hoc eſt, ſubditus, in qua exerceatur, inefficax omnino fuerit. quare quod quilibet ſacerdos quemcunque etiam non ſubditum abſoluat in articulo mortis, ex cōceſsione eccleſiæ eſt. etſi dicatur, vel ex hoc elici, quod papa poſſet eandem conceſsionem pro libito reuocare, cum Dominico reſpondemus, conſequens diſtinguentes. nam ſi, poſſe, dicat poteſtatem abſolutam, concedendū eſt, ſin autem id quod legitime fieri poteſt, negatur cōſequētia, eſſet enim intolerabilis error, ſi eccleſia in articulo mortis amplitudinem abſolutionis cohiberet. & ideo a ſpiritu ſancto, cuius numine poteſtatem in ædificationem, non in deſtructionem accepit, non permitteretur id umquam facere, quemadmodum nec item permitteretur diuinitus, quod papa aut cunctas leges ieiuniorum tolleret, aut legem ſacramentalis confeſsionis in decenniū differret, & id genus alia, eo quod permagnum reipub. Chriſtianæ eſsent allatura diſpendium, teſte eod. Domin de iuſt. & iu. li. 1. q. 7. art. 1.

Reſponſio VI.

Obiectionem hæreticorum deſtruit, oſtenditque in eccleſia exteriorem quoque iuriſdictionem, & omnem iuris adminiſtrandi, coercendique rationem a iure diuino eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Senſus illorum verborum Chriſti Petro, mitte gladium tuum in locum ſuum.*

2 *Excommunicatio omnium eccleſiaſticorum coertionum pœna, genus omne ſupplicij excedens.*

Poſtremo, cum de iuriſdictione eccleſiaſtica, externa ſcilicet, tam late egerimus, quam huius temporis hæretici quidam, eccleſiæ acerrimi hoſtes, & Petri cathedræ nimum aduerſantes, contemptibilē reddere conati ſunt, vt qui eā omnino negant, illos ſecuti, quos iamdiu eccleſia vna cum ſuis erroribus damnauit, vti Turrecrem. late perſequitur in ſum. de eccl. li. 2. c. 45. cū duobus ſeq. latius vero Pighius Campenſis li. 5. ſuæ Hieratch. operęprecīū duximus nonnulla adiicere, quæ etſi orthodoxis oīb. notiora ſunt, quam ut probatione egeant, in hoc tamen libuit adferre, vt ipſe mihi ſatisfacerem magis. Chriſtus igitur dum paſcendas oues Petro conceſſit, non ſolam interiorem iuriſdictionem complexus eſt, ſed exteriorem quoq;, & omnem iuris adminiſtrandi coercendique rationem, qua oues errantes vel inuitæ compellendæ ſunt, quod & ex illo Chriſti, & Mat. 18. Sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus, & ex illo etiam, Quodcumque ligaueris, aliiſque ſcripturæ locis planum euadit, ut theologis omnib. eſt in confeſſo. hoc eſt, quod Pau. 1. Cor. 4. Corinthios interrogabat, cuperent ne ad eos ipſe cum virga veniret, an cum caritate & ſpiritu lenitatis, per virgam intelligens coertionē. Item 2. Cor. vlt. ad eoſdem ſcribens, hæc, inquit, abſens ſcribo, vt non præſens durius agam, ſecundum poteſtatem, quam dominus dedit mihi ubi ſuæ poteſtatis vim eodem exprimit vocabulo, quo ſæcularium principum imperium deſignauit, cum tantopere eorum dignitatem Romanis commendaret, nempe vocabulo, exuſian, vt patet ad Rom. 13. Hac ptāte fretus ſcrib. Timotheo, ut arguat, & increpet, Tito, ut dure redarguat ſuos Cretenſes. Hanc iuriſdictionis facultatem apertius exprimit 1. Timot. 5. dum iubet eos, qui peccant, coram omnib. argui. ut interim taceam quod ſola paſtoris ſollicitudo nō ita multum timoris ſæpius incutiat, præſertim iis, quib. ingenium contigit durius. Denique oēm tergiuerſandi locum adimit Paulus eo loco, ubi ſic ait, aduerſus presbyterū accuſationē noli recipere, niſi ſub duob. aut trib. teſtib. Vocabula accuſationis & teſtiū, itē nū teſtes admittendi ſint, qs neſcit ſpectare ad iudiciū? iudiciū aūt manare a iuris adminiſtratione? vn Cic. pro M. Cælio, Aliud eſt, inquit, maledidere, aliud accuſare, accuſatio crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem ut notet, argumento probet teſte confirmet. Neceſsū ergo eſt hinc fateri ex Chriſti, & apoſtolorum traditione, vnde totus ille iudiciarius eccleſiæ ordo vna cum patrum ſanctionibus defluxit, eam in eccleſia plenam eſſe iuris adminiſtrandi rationem, quæ & cognitionem & coertionem contineat, vt in de perſpicuum ſit, multam, vincula, probra, flagra, immo & maiores illas, nempe exilii, relegationis, deportationis & publicæ operæ pœnas, ſi atrocitas criminis hoc poſtulet, & perſonæ qualitas non impediat, & id genus alia, eccleſiaſticum præfectum infligere poſſe, quamquam ſentētiam ſanguinis eccleſiaſtica poteſtas non agnoſcat, vti Innoc. 3. in Concilio generali pronunciauit, ne clerici vel monach. c. Sententiam, & merito quidem, de illius enim fundatore Eſaiæ quarto legitur, quod nec fractam arundinem contereret, nec linum fumigans extingueret, donec poſuiſſet iudiciū in terra, quippe qui tūc eſſet rediturus ſeuerus iudex viuorum, & mortuorum, quod ex illis Chriſti verbis ſignificatum ſatis deprehen1 di poteſt, quibus Matthęi 26. Petro iuſſit, † vt gladium cōuerteret in ſuum locum. Habet inſuper eccleſia id, quod ſupre2 mum eſt, nempe † excommunicationem, quæ omnium eccleſiaſticarum coertionum extrema pœna dignoſcitur, genus quodlibet ſupplicii excedens, quę ſignum eccleſiaſticę iuriſdictionis eſt, vt Lapus ait, allegatione 59. Abb. & alii, in c. Cum ſit generale, De foro competent. de qua, eiuſque vſu alias copioſe ſcripſimus. Habet denique eccleſia directiuam illam poteſtatem, ad temporalia quandoque etiam ſe extendentem, quatenus ea ad ſpiritualia & ſic ad ſpiritualē finē adſequendum ordinantur, quemadmodum ſuperius 10. confirma. explicuimus, eximium eccleſiaſticę poteſtatis decus & ornamentum.

Propoſitio V.

Summum pontificem iure ac merito vniuerſalis eccleſię Paſtorem ac rectorem eſſe, atq; ita appellari debere, & quid ea in re Pelagius, & Gregorius ſenſerint, nobiſque modo ſit obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Papæ epitheta.*

2 *Papa vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus etiam per concilium Calcedonen. ſic appellatus.*

Et ab alijs ibidem.

Et ſic appellatur, quod quomodo intelligendam. num. 12.

Contra opinionem Gregorij magni, & Pelagij. 2.

3 *Pelagius Papa 2. ſtatuit vt metropolitani intra tres menſes, a die ſuæ conſecrationis, venirent Romam, ad præſtandum iuramentum & accipiendum pallium.*

4 *Concilia ſine Rom. Pon. auctoritate congregata conciliabula & conuenticula dicuntur.*

5 *Pelagius 2. & Gregorius magnus Pont. quare illud nomen, vniuerſalis prętermiſerunt, & ſe ſic vocari paſſi non ſint.*

Item & alia ratio adducitur per auctorem. nu. 6.

Item alia. num. 9.

7 *Modeſtia Imperatorum, Pompei magni & Vitei, & Antonini pij. & Auguſti, in fugiendis titulis.*

8 *Gregorius fuit primus qui ſe ſeruum ſeruorum Dei appellauit. & quare.*

10 *Papa licet habeat auctoritatem immediatam et plenam in qualibet eccleſia non tamen cuilibet particulari eccleſiæ præficitur.*

11 *Papa magis proprie dicitur vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, quam vniuerſalis epiſcopus.*

13 *Quare hodie papa nomen vniuerſalis non recuſet.*

Exemplo Pauli Apoſtoli.

Quoniam vero cum de iuriſdictione contenditur, ſum. pon ptās atq; maieſtas quodā modo in dubiū vocatur, cum eius rei occaſione non defuerint, qui ſum. pontifi. vl̃is eccleſiæ paſtoris atq; rectoris nomen, quod multo veriſsime illi cōuenit, nollēt tribuere, ꝑꝑea hoc loco 1 quintā hāc libuit adiicere ꝓpoſitionē. Inter † cętera epitheta hoc certe appoſite & merito gaudet ſum. pont. quod vl̃is eccleſiæ paſtor, epſ, rector, ac moderator ſit, atq; appellet. Chriſtus. n. cū petrū eccleſię vniuerſę perficeret, ſummumq; pon. conſtiueret. paſce ſemel & iterū dixit agnos meos, & tertio, paſce oues meas, omnes in uniuenſum, nulla diſtinctione adhibita, ut Bernardus ait, comprehendens, quo in ſenſu uniuerſalem, ordinarium, & totius orbis epiſcopum eum uocat glo. in c. Felicis, De pœnis in 6. & Andreas Siculus in c. Mandatum. col. 5. De reſcript. totum mundum parochiam papę eſſe affirmat. arg. 2. q. 6. ad Romanam, 9. q. 3. Cuncta per mundum, de tranſlatione epiſcoporum, capit. Quanto. prętera 2 † quod iſta appellatio, uniuerſalis eccleſię epiſcopus, propria & genuina Romani pontificis ſit, concilio Chalcedonenſi, quod unum eſt de quatuor illis receptiſsim. s & ſacratiſsimis, quę beatus Gregorius tamquam quattuor euangelia venerari ſe dicit, aperte continetur, ubi in ſubſcriptione eiuſdem ſynodi Papæ aprocryſarii ſe nominauerunt vicarios beatiſſimi uiri & apoſtoloci uniuerſalis eccleſiæ papæ. Quinimmo tota ſynodus Leoni, vniuerſalis eccleſiæ Epiſcopo, adclamauit. neque ſanæ eſt ueriſimile, tam laudabile concilium aliquid feciſſe, quod iuri diuino aut rectæ rationi non eſſet conſentaneum. Rurſus, hæc uox a S. Athanaſio cū ſuis collegis ad Marcum papam ſcribente uſurpata eſt. Domino ſancto, inquiens, & apoſtolici culminis uenerādo, Marco ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ ſedis, atque uniuerſalis eccleſiæ papæ. Sed & eadem uoce atque titulo multi ſummi pontifices uſi ſunt, ſic Marcus, ſic Felix Athanaſio & Epiſcopis in Alexandrina ſynodo ſcripſerunt, ſic Stefanus, Eleutherius, ſic demum alii Romani pontifices fecerunt, uti EcKius De primatu lib. 3. capi. 30 cum duobus ſequentibus, ut alios interim ſileam, rectiſſime adnotauit, nec uerum eſt, quod ea in re huius temporis hæretici latrant, qui Pelagium 2. & Gregorium Magnum id negaſſe contendunt, & propterea hoc uocabulo, Vniuerſalis, uti noluiſſe. expreſſum enim ita affirmant, 99. diſtin. c. Primæ ſedis, cap. Nullus, &, c. Ecce. Nam ut in præſens omittam, quis horum locorum uerus ſit intellectus, de quo paullo poſt ſumus dicturi, hoc certe credendum eſt pontifices illos Pelagium & Gregorium Magnum nullā huiuſmodi habuiſſe cauſſam, cur eo uerbo nō uterentur, immo contra potius etiam ſi eo abſtinerent, reuera tamen, & quoad effectum id ipſum fuiſſe amplexos. nam qui fieri pōt, ut aliter de Pelagio ſtatuamus, qui 110. diſt. c. Quoniam, ſta3 tuit, ut quiſquis † metropolitanus intra tres conſecrationis ſuæ menſes, dandæ fidei cauſſa, & accipiendi pallii, Romam non miſerit, dignitatem amittat. certe non potuit Pelagius maieſtatem Romanorum pontificum ſignificantius exprimere, quam per hoc fidei ſacramētum, quo obligari omnes metropolitanos voluit; nec item ꝑſpicue magis dicere ſe Maximum atque vniuerſalem, quam cum ſcribit, vti eſt apud 4 Gratian. 17. diſtin. concilia † ſine Romanorum pontificū auctoritate non concilia eſſe, ſed conciliabula & conuenticula. idē 21. diſtin. c. 3. hoc modo ſeſe explicat. Quamuis, inquit, uniuerſæ per orbem catholicæ & apoſtolicæ conſtitutæ, eccleſiæ, unus thalamus Chriſti ſint, tumen ſancta Romana eccleſia nullis ſynodicis conſtituris cęteris prelata eſt eccleſiis, ſed euangelica domini uoce primatum obtinuit. De Gregorio Magno idem plane nobis eſt dicēdum. ſic enim ſcribit ad Mauritium. Petro, apoſtolorum principi, cura totius eccleſię & principatus committitur. Et quid rogo eſt dicere, totius eccleſiæ, quam quod uniuerſalis? Eadem enim vox, idem ſignificatus proprietasq; ſermonis eſt. ſic totus homo, integer homo eſt, & hac uoce totæ ædes, integræ ædes, nulla prorſus parte dempta, ſignificantur. idem, 12. diſt. Præceptis. Omnis, inquit, ſanctæ ſpei Romanæ eccleſiæ & religionis relatio, ad ſedem apoſtolicam, quaſi ad caput omnium eccleſiarum, debuit referri, & inde normam aſſumere, unde aſſumpſit exordium, ne caput inſtitutionis videatur omitti. Rurſus 99. diſti. Nulli fas. & 63. diſt. Quanto, Romanam eccleſiam cunctis ꝓlatam eccleſiis dicit, & paſſim in epiſtolis Petrum, principē 5 apoſtolorum uocat, uerum † quod iidem Pelagius & Gregorius nomen, uniuerſalis, prętermiſerint, & ut ita tunc temporis nominarentur, minime paſſi ſint, id quidem ad retundendam cum aliorum quorundam, tum uero præcipue Ioannis Cōſtantinopolitani audaciam, atque temeritatem, ſeſe uniuerſalem iactitantis, conſulto fecerunt. quia inter pares nemo uniuerſalis nominari debet, atque ideo verba Pelagii d. c. Nullus, & illa etiam Africani concilii ad patriarchas tantum pertinent, & de eis ſolummodo ſunt intelligenda. atque hæc Gregorij mens fuit, quam ex eius Regiſtro lib. 4. paſſim cognoſcere licet c. 76. 77. 78. 80. ſiue 32. & aliis ſequentibus. non igitur Gregorius, & Pelagius uniuerſales ſe negauetunt, etiam ſi oblatum nomen ob eam, quam diximus, cauſ6 ſam prætermiſerint, Sed † & alia item ratio reddi poteſt, humilitatis nimirum, & euitandæ inflationis, ne profanos principes imitarentur, quos tituli tūc temporis, & ſuperba nomina plurimum oblectabant, quamquam tamen ex iis multi fuerint cordatiores, qui hanc titulorum pompam prudēter 7 neglexerint. equidem † Pōpeius, deuicto in Africa Domitio, tametſi imperator eſſet, & a militibus paſſim ita appellaret, in epiſtolis tamen ſuis, & chirographis imperatorem ſe neque nominauit, neque ſubſcripſit, neque prius, teſte Plutarcho, Magni cognomen agnouit, etiam ſi vulgo diceretur, q̃ contra Sertorium in Hiſpaniam profectus, intellexit longo uſu & conſuetudine iam ſibi proprium factum. Vitellius imperator, auctore Suetonio, Auguſti cognomē, quo ceteri Imperatores ante eum utebantur, diſtulit, & Cæſaris perpetuo recuſauit. Antoninus ob ſingularem clementiam cognomēto Pius, nō dominus, ſed patriæ parens, & patronus eſſe & dici uoluit. Auguſtus etiam, quemadmodum Tertullianus in Apologet. contra gentes tradit, imperii formator, ne dominum

num quidem dici se patiebatur, infinita propemodum summorum & clarissimorum principum exempla suppetunt, q ne uiderentur successu rerum efferri insolentius, aut nimiũ ambitiosi, hanc inanem iactantiam verborum fugiebant. Si igitur ethnici & barbari sola natura, vel populari aura, eo impulsi, ita se demiserunt, quanto magis istud deceat uirũ Christianum, qui diuinis de hac re præceptis, & sempiternæ incolumitatis spe ducitur, hoc enim Christus plane admonuit. Reges gentium, inquit, dominantur eorum, vos autem non
8 sic &c. Atq; hæc sanctissimo Gregorio † ratio fuit, cur primus seruum seruorum sese appellaret, vt suo exemplo scilicet posteriores pontifices ad idem faciendum prouocaret, ideo inter cætera d. capi. Lucæ ait. Non verbis florere contendo, sed
9 moribus. Tandem † tertia ratio redditur, eoque potissima, & verissima est, quod ii pontifices non modo humilitatis causa oblatum nomen, vniuersalis, recusarint, sed ne quisquam id ita interpretari posset, quasi vl̃es se, aut vniuersos epo nominari paterentur, ac si omnium ecclesiarum particulariũ ipsi soli essent episcopi, quod nec ita esse, nec affirmari posse perspicuũ est. Hinc Thomas iura superius adducta exponens libro Contra impugnantes religionem, ait. Quod autem papa uniuersalem pontificem se prohibet nominari, non ideo
10 hoc est, quod ipse non habeat † auctoritatem immediatam, & plenam in qualibet ecclesia, sed quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ vt proprius & specialis rector, sic. n. cessarent omnium aliorum episcoporum potestates. Qua ẽt
11 ratione Echius ait, in disputatione Lypsica affirmasse se, papam † magis proprie dici vniuersalis ecclesiæ episcopũ, quam simpliciter vniuersalem episcopum, ibiq; quantum inter has voces intersit, dialectice explicat. Atq; hic sensus illorũ iuriũ germanus est, & ab oĩb. receptus, id qđ & Turrecre. tradit d. c. nullus & sum. de eccl. li. 2. c. 6. vt interim Iacobatiũ, & alios recẽtiores taceamus, neq; aliud sane verba Gregorii d. c. ecce, sonare vñr, dũ ait. Superbiæ appellationis uerbum, uniuersalem me papam dicens, imprimere curastis, & infra, tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur, si enim uniuersalem me papam uestra sanctitas dicit, negat hoc esse, quod me fatetur uniuersũ. Vt ut sit, uerissi
12 mum est † quod appellatio illa, modo aliorum potestatem & auctoritatem non excludat, rectissime conuenientissimeq; summo pontifici tribuatur, & quamuis ea tempestate pelagius & Gregorius iis causis, quas diximus moti, huiusmodi appellationem prætermiserint, rebus magis, quam titulis & uelificationibus gloriæ, lucere studentes, hoc tamen tempore, quo hæretici ueritatem tam acriter, tamq; inuerecũde oppugnant, alia debet esse ratio, ueritasque minime tacenda, Pauli exemplo, qui etsi priori epistola ad Corinth. c. 9. ita scribat. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruũ feci ut plures lucri facerem, tamen cum potestas eius negaretur, eã fortiter constanterque, tutuatus est. Non sum, inqt, apostolus, nonne Christum dominum nostrum Iesum uidi, nonne opus meum uos estis in domino, Bonum est mihi magis mori, q̃ ut gloriam meam quis euacuet. & 2. Corinth. 12. Nam etsi uoluero gloriari, non ero insipiens, ueritatem. n. dicam. et paullo post. Factus sum insipiens, uos me coegistis, ego enim a uobis debui commendari, nihil enim minus feci ab eis, qui sunt supra modum apostoli, &, c. 13. eis. comminatur, inquiens, Quoniam si iterum uenero, non parcam, an experimẽtũ quæritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in uobis non infirmatur, sed potens est in uobis, ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam, secundum potestatem quam dominus dedit mihi in ędificationem, & non in destructionem, Quib. & aliis, quæ statim dicemus, plus satis admonemur, hisce turbulentis temporibus uocem hãc uniuersalis, hæreticis tam inuisam, ab eisq. tam impudenter oppugnatam, nulla esse ratione pretermittendam aut dissimulandam. Hæc sane ratio præcipue me impulit, cur paucis abhinc diebus ad tertium Kalendas Iulii inter sollemnia beati Petri coram sanctissimo Domino nostro, & amplissimorum Cardinalium cętu, in aula Constantini, magna ibi hominum multitudine adstante, hanc ueritatem, quę mea certissima fides est philippi Regis Catholici, domini mei. Hispanorum, omnium, & quotquot sunt in toto orbe, Christi fidelium, post annuum censum regni Neapolitani pro more, ex solutum, agnouerim, & cum quo potui uerborum honore breuissima oratione sim complexus,

Propositio VI.

Quæ de summi Pontif. maiestate ac potestate dicta sunt, nullo vmquam tempore, neque nunc in primis esse silentio prætereunda, neque quidquam cum hæreticis, siue loquendo, siue tacendo, habendum esse commune,

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis aduersari solis iuribus debemus.*
2 *Quædam a summis pontificibus statuta sunt, ne cum hæreticis aliquid commune haberemus.*
3 *Quare stat. sit infantem non nisi semel immergi.*
4 *Licet in ciuilibus causis vt lites componantur licitum sit vnicuique de iure suo aliquid remittere, non sic in negotio fidei.*

Extremum nostræ disputationis erit, ut quæ de summi põtificis maiestate ac potestate dicta sunt, nullo unquam tempore, maxime uero hoc nostro longe turbulentissimo sileantur, cuiusmodi est appellatio illa, Vniuersalis ecclesiæ pastor & rector, de qua ꝓxime dictum
1 est, tum quod ab ecclesia receptissima sint, tum † etiam quia ab hæreticis tanto studio reiiciũtur, ne scilicet cum illis uel uerbis quidem commune nobis quidquam sit, etiam si illa dicunt, rectum sensum possint habere, tum etiam ne quid a nobis fiat, neue quidquam prætermittamus, quo ipsi insolentius elati uictores sese iactitent, aut certe quasi eorum causa factis simus timidiores, ut ne Christi comminatio illa Lucæ 9. merito in nos cadat, dicentis. Qui me erubuerit, & sermones meos, hũc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. sicuti nos latius in censura nostra sumus persecuti. huius autem rei perspicua exempla in ecclesia sunt. Cum Ebionitarum hæresis orta esset, contendentium nos oportere sequi iudæos, ut hostiæ in sacramento altaris fermentatæ non essent, eo quod Paulus dixerit, 1. Corinth. 5. Vt epulemur in azymis sinceritatis, & ueritatis. Leo papa. quemadmodum ex ipsius epistola 41. ad
2 Episcopos Syriæ uidere licet, sanctiuit, ut ad tempus uterentur pane etiam fermentato. & quamuis Græci eiusmodi morem etiam nunc obseruent, ecclesia tamen Latina, ubi sopitus fuit hic error, ueterem cõsuetudinem denuo recepit, ita ut amplius iam fermentatum panem in usu sacramenti non admittat. Nostoriani cum uellent Christi personam in duas impie distrahere, unde nimirum sequeretur, sicuti ipsi contenderant, Mariam tantum esse hominis matrem, non Dei, orta est dissensio de duobus nominibus, asserentibus aliis Theotocon, id est, Deiparam, aliis affirmantibus Christotocon esse, diciq; debere Mariam, quod est, Christi matrem, & quamuis utrumque hoc nomen reuera eidem conueniat, ut tamen Nestorianorum hæresis opprimeretur facilius, ecclesia tempus prohibuit, Mariam uocari matrem Christi. testis est Leo eadem epistola 41. & Hormisda papa in ea, quam ad Iustinum Imperatorem scripsit. Melchiades papa, auctore Damaso, statuit, ne ulla rõne dominica die, aut feria quinta, fideliũ quisquam ieiunaret, eo quod iisdem diebus, tamquam sacris, ac religiosis, pagani idẽ factitarent, & Manichæi inuenti essent in urbe Roma qui id ipsum ex superstitione obseruarent, ut Augustinus refert epistola 86. ad Casulanum. Sic Gregorius, Leandro scribens, libro 1 Registri cap. 41. Reprehensibile, inquit, esse non potest infantem in baptismo ter, uel semel immergere, quando & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in una potest diuinitatis singularitas designari, sed qa
3 † nunc hucusque infans ab hæreticis ter submergebatur, fiendum apud nos esse non censeo, ne dum mersiones numerãt, diuinitatem diuidant, dumque id, quod faciebant, facere non morem nostrum uicisse glorientur. Quod idem & Concilium Toletanum 4. cap. 5. statuit. Cui simile est illud de communione laicorum sub vna tãtum specie panis, quem usum ob hæreticorum errorem ecclesia statuit, & demum id quod Gelasius scripsit De cõsecr. distinct. 2. c. cõperimus. cuius uerba hic describere nihil est, opus, neque alia item plurima addere, quæ valde huc pertinent. sat fuerit Germanum Constantinopolitanum in quarta actione septimæ synodi, epistola ad Thomam Episcopum Claudiopoleos, retulisse, postquam de imaginibus contra Iconoclastas egit, Caucamus, inquit, omni studio, ne huius rei auctores simus, ante omnia uero prouidendum est, ne a sententia permutemus, ne ex hoc inimici nostri, & hostes crucis Christi supercilium eleuent contra fidem nostram, & dicant, hucusq; Christiani
4 errarunt. Hæc ille. Vt igitur semel finiam, in ciuilibus, rebus modus componendi lites is est, ut unusquisque de iure suo aliquantulum remittat, at in negotio fidei, quemadmodum apostolus docet, neque ad horam cedere oportet, neque apicem unum, aut syllabam auferre, uel silentio prætereire, aut in operis protestatione, dum ipsa oppugnatur, quidquam prætermittere, Quæ omnia accurate sunt perpendenda, ne uel, quod semel iam diximus, & iterum admonemus, neque enim nimium dici potest, quod magnopere interest fieri, ne inquam, uideamur quicquam uelle habere commune cum hæreticis, uel tacere quidquam, quo cessationis, aut timiditatis alicuius merito insimulemur. Hæc habui, quæ de Episcoporum iurisdictione, summique pontificis maiestate & auctoritate dicerem, in quib. si fortasse longius sum progressus, materiæ, spero iamdiu multumque agitatæ grauitas apud

apud ęquum lectorem facile mihi ueniam impetrabit, quã do reuera harum rerum nihil ita satis plene pẽsatum examinatumue uideri debeat, ubi nõ plurimum adhuc merito desiderari possit, maxime si ad horum temporum infelicitatẽ respiciamus, quibus hęretici, ut suum exitiale odium in summum Pontificem, uerum Christi Vicarium, expleant, nihil prorsus relinquunt intentatum, sed sursum deorsum omnia uoluentes, optime constitutum ecclesiæ ordinem omni nefaria contentione conantur perturbare. Quæ tamen a nobis dicta sunt omni ea, qua par est, ueneratione, sanctæ matris ecclesiæ censuræ, & cuiuslibet etiam, melius sentientis iudicio libenter submittimus.

TRAC. PVLCHERIMVS
De potest. Eccles.

Super laicis & rebus eorum, ac prærogatiuis Ecclesiæ.

PROFVNDISSIMI DOCT. D. STEPHANI Aufrerij, Tholosani.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus potest pro crimine ecclesiastico laicum capere & punire.*
2 *Iudex ecclesiasticus quo casu possit laicum purum, pœna, pecuniaria punire.*
3 *Laici puri subiecti sunt episcopo, impietatem concernentibus.*
4 *Iudex eclesiasticus an possit laicum in criminibus alijs quam ecclesiasticis punire.*
5 *Iudex laicus, si tertio requisitus ab episcopo iustitiam ministrare neglexerit ipso facto est excommunicatus.*
6 *Episcopus potest iudici seculari inhibere sub pœna excommunicationis ne testamenta vsuraria exequatur, vel etiam testamentum incestuosi.*
7 *Episcopus potest inhibere laico vt non procedat contra clericum.*
8 *Episcopus potest interdicto subijcere locum quando officiales temporales nollunt remittere clericum ab eis detentum.*
9 *Iudex ecclesiasticus potest sibi eligere tribunal, & in ecclesia, & in camera sua.*
10 *Compromissio inter clericum & laicum facto, adeundus est episcopus pro reductione ad arbitrium boni viri.*
11 *Clerico et laico, insimul pronunciantibus, appellandum est ad ecclesiasticum de tota causa.*
12 *Collegium partim ecclesiasticum, & partim laicum, cui foro subiaceat.*
13 *Pluribus a iudice seculari inquisitis, quorum vnus est clericus qui remitti petit ad ecclesiasticum, an omnes alij laici debeant ad illum remitti.*
14 *Clericus & laicus volentes petere reductionem ad arbitrium boni viri, debent illam petere coram superiore arbitratoris.*
15 *Iudex ecclesiasticus ratione iuramenti cognoscit inter laicos.*
16 *Hæres laicus, an possit conueniri coram iudice ecclesiastico ratione iuramenti præstiti per defunctum.*
17 *Clericus gaudere dicitur priuilegio fori pro bonis parimonialibus.*
18 *Episcopus an possit habere familiares armatos.*
19 *Episcopus potest cognoscere de delictis officiariorum suorum laicorum.*
20 *Iudex ecclesiasticus compellere potest iudicem secularem per excommunicationem ad sibi dandum famili.m.*
21 *Causa dotis principaliter deduci potest in foro ecclesiæ.*
22 *Iudex ecclesiasticus compellere potest laicos hæredes ad satisfaciendum de relicto pro anima defuncti.*
23 *Iudex ecclesiasticus an possit compellere clericos ad obseruationem laudabilium ecclesiæ consuetudinum.*
24 *Ecclesia an possit se impedire de notorio crimine laici.*
25 *Vbi iurisdictio ecclesiæ prorogatur iudex ecclesiasticus debet cognoscere.*
26 *Blasphematores & pacis violatores, possunt a iudice ecclesiastico puniri.*
27 *Prælati ecclesiastici an et quo casu possint creare tabelliones.*
28 *Prælati clerici an possint aliquo casu bellum indicere.*
29 *Laici possunt trahi ad forum ecclesiasticum, in causa miserabilium personarum.*
30 *Ecclesia an posit compellere laicos ad treguam ineundam.*
31 *Laicus spolians clericum potest trahi ad iudicem ecclsiasticum.*
32 *Subditus imperatoris potest ipsum conuenire coram papa.*
33 *Clericus cum laico patronus facit ius patronatus esse ecclesiasticum.*
34 *Iudices seculares possunt cogi per censuram ecclesiasticam repellere excommunicatos a sua curia.*
35 *Forum seculare, an per ecclesiasticum posit cogi ad obseruationem iuris canonici.*
36 *Iudex ecclesiasticus vbi habet temporale dominium, cognoscit inter laicos.*
37 *Iudex ecclesiasticus potest cognoscere de causis matrimonialibus inter laicos.*
38 *Quæstione orta inter laicos, de fide vel ad fidem pertinentibus potest iudex ecclesiasticus cognoscere.*
39 *Effractor ecelesiarum seu spoliator ad sedam apostolicam sunt mittendi & qui dicantur effractores.*
40 *Recipientes res ecclesia medio alienationis factæ an schismatico sententiam excommunicationis incurrunt.*
41 *Christiani seruientes iudæis, vel saracenis, veniunt excommunicandi.*
42 *Domini temporales cogentes in loco interdicto diuina celebrare excommunicationis sententia innodantur.*
43 *Casus excommunicationis in quos & quando cadere dicatur.*
44 *De arris datis pro matrimonio potest iudex ecclesiasticus cognoscere.*
45 *Episcopus potest excommanicare principem suæ diocesis.*
46 *Vbi iudex secularis est suspectus potest episcopus adiri pro quacunq. etiam causa.*
47 *Episcopus & iudex reductionis a laudo lato per clericum & laicum.*
48 *Clericus minor potest petere coram ecclesiastico resti. in integrum contra laicum.*
49 *Clericus & laicus correi debendi debent coram episcopo conueniri.*
50 *Miserabilis persona potest laicum, interdicto vnde vi, coram ecclesiastico iudice conuenire.*
51 *Iudex ecclesiasticus & secularis an posint aliquo casu concurrere in causæ cognitione.*
52 *Papa an quamlibet habeat in laicos potestatem.*
53 *Laici pro quocunque damno illato possunt ad episcopum recurrere, vt excommunicetur damnificans.*
54 *Punitus in foro temporali, an iterum poterit puniri in foro ecclesiastico.*
55 *Clericus potest agere contra laicum interdicto vti possidetis coram iudice ecclesiastico.*
56 *Episcopus potest contra laicum de omni crimine inquirere respectu pœnitentiæ imponendæ.*
57 *Principatu vacante, & superiorem non recognoscentem papa succedit.*
58 *Damnatis ad mortem non est pœnitentiæ Sacramentum denegandum.*
59 *Ecclesia an possit punire piratas & latrunculos maris.*
60 *Noua pedagia in terris suis imponentes, aut prohibita exigentes, veniunt excommunicandi.*
61 *Ab obedientia Romana pertinaciter se subtrahentes censentur excommunicandi.*
62 *Romipetas aliquo modo molestantes, veniunt ab ecclesia excommunicandi, & puniendi.*
63 *Monasticam vitam aliquo modo diffamantes sunt excommunicati.*

Onasticam vitam aliquo mõ diffamantes sunt excommunicati nunc autẽ sequuntur casus in quibus iudex ecclesiasticus, de laicorum personis eorumq; causis atq; negotijs cognitionem, ac deffinitionem sibi uindicare põt adiectis quibusdam prærogatiuis ad ecclesiam pertinentibus. Primo pro crimi-
1 ne ecclesiastico de iure licitum esse uidetur iudici ecclesiastico capere laicum purum & carceri mãcipari tenent expresse Doct. in c. cum episcopus. de offi. ord. libr. 6. idem Anna. in c. 2. de adul. & in rub. de for. & in c. qualiter in 2. §. ad corrigẽdos. 8. col. de acti. pro quo tex. in c. contra idolorum in uers. perpetuas inclusiones. xxvj. q. 5. & in c. attendendum. 17. q. 4. & in c. 1. de hær. li. 6. ibi carcere uel muro reclusi. & in cle. 1. e. tit. ibi duo carceri &c. Adde qđ iudex ecclesiasticus quãuis de crimine ecclesiastico cognoscat contra laicum, tamẽ nõ potest eum punire, uel afficere pęna perpetui carceris. dictũ est sing. Roman. in singul. 706. dicens istud esse sing. uerbum Old. cons. 88. & seq. Io. Andr. per easdem rationes in ad. Spe. in tit. de offi. ord. super rubr. & ita seruaui sæpenumero. quia practicaui, non tamen absq; murmuratione secularium officiariorum. contrariã tamen op. com. seq. Doct. Pet. de Anc. in Reg. iuris, ea quæ in 6. 48. colu. Old. consi. 86. Ioan. An. in sp. in add. super rub. de of. or. Ioan. de imo. in all. c. cum episcopus ubi & Pet. de Anc. per illum tex. in uer. personas ecclesiasticas. primam tamen op. ego tenui per modum conclusionis in præal. repetitione. cle. 1. de off. or. sub. q. 5. principali. Secundo potest Episcopus uel iudex ecclesiasticus laicum purũ
2 ecclesiæ temporaliter non subiectum pæna pecuniaria punire in casibus in quibus potest in eum de iure iurisdictionem exercere. & ita seruatur quotidie in curia Arhciep. Bolos. ad quę bonus tex. ib. q. 1. c. statuimus & 27. q. 4. c. quisquis. & c. ad aures. de pæ. ubi hoc tenet sic & in c. licet & c. in quibusdam eo. tit. & ita tenui in Rep. al. sub præd. 5. q. prin. in uer. ex præ-
3 missis & ibi uide Tertio in concernentibus pietatem laici qui sub-

subiecti sunt episcopo. pro quo. tex. in c. 1. de emp. & uen. ubi tex. qui episcopus prohibere potest plebibus sub pœna excōmunicationis ne carius uendantur res transeuntibus quam in mercato. not. ibi In. & in c. significantibus. de off. del. fac. c. si quis romipe. 24. q. 3. & l. hæreditas ff. de pet. hæredi. tenet sic. & Barb. in d. c. 1. & propterea tenet ibidem sicul. quod per excommunicationem potest episcopus cōpeller laicum ad elemosinam & hospitalitatem ubi est maxima necessitas ex parte proximi cum tunc peccet sibi nō subueniendo, ad hoc facit 86. dist. c. pasce. 83. dist. c. 1. & 2. & c. inter operas. de spon. Nam prędicto casu eleemosina est in pcepto. c. sicut. 47. disti. idem Claua. in uer. eleem. §. 11. qui allegat gl. in d. c. sicut & arg. in c. nullus de iur. patr. qui tamen limitat uerum quando sunt in tali necessitate, & diuites in tali abundantia quod tenentur eis facere eleemosinam ex præcepto, alias non, adde quod Ab. antiquus in allegato. ca. de empti. & uendi. relatus & Sicu. Barb. dicit magistrum suum consuluisse in facto per dictū tex. quod ēpus poterat punire illos laicos aromatarios immiscentes farinam fabarum in cera venali uel aliquā indebitam mixturam, quod Sic. credit uerissimum non solū ratione prędicti. c. sed de quolibet crimine notorio ubi dep̄henditur negligētia iudicis secularis iudex ecclesiasticus habet iurisdicionem in laicos. Et maxime quia in tali crimine notorio deprædenditur negligētia iudicis secularis, ut c. nouit pœn. & quod ibi no. p ipsum. Adijciens idem Sicu. quod nedum ēps habet iurisdictionem in casu prædicti. c. 2. respectu peregrinorum & transeuntium, sed etiam respectu habitantium in loco. Nam versatur in hoc causa pia, ut pauperes non vexentur, nec compellantur emere necessaria vltra debitū, & hoc uidetur approbari etiam per ius ciuile, ut est tex. secundum vnam lec. quam sequitur ibi Bal. in l. 1. C. de epis. au. quare concludit quod ēps poterit compellere eos qui exponunt victualia venalia, vt non vendant vltra iustum prætium, & fraudatores compellere, imo secundum Io. de pla. C. vt nemini liceat in comparatione. li. 10. potest ēps tempore necessitatis cogere laicos ad vendendum. † Quarto ex præ-

4 missis alius colligitur casus quod in aliis criminibus quā ecclesiasticis iudex ecclesiasticus laicos potest corrigere pœna spirituali, quia de quolibet peccato &c. & in prælleg. c. nouit. tenere videtur Host. post eum. Sicu. in c. nos inter. de pur. c. sicq; potest intelligi dictum Archi. in c. non est. de consue. lib. 6. in gl. episcopus. vide in repetitione mea ubi supra. Quinto † iudex laicus si tertio requisitus & monitus episcopis & cle-

5 ricis iustitiam ministrare neglexerit, est ipso facto excōmunicatus, tex. est iuncta gl. in cap. administratores. 23. q. 5. & ibi Archi. quod no. Lu. ro. in singularibus in verbo, iudex. versic. dixit text. Et de iure ciuili in casu p̄dicto debet iurisdictione priuari, vt est tex. in auth. statuimus. C. de episcopis & cle. ibi

6 Io. fabri & Bald. † Sexto potest ēps mādare iudici seculari sub pœna excōmunicationis, vt non exequatur testamenta vsurariorum, eo quod crimen vsurarum est crimen ecclesiasticum, & per canones sibi est interdicta potestas testandi. ita tenent Bal. & Sa. in l. consulta. C. de testa. Secus secundum eos si esset interdictum vsurario testari per cōstitutionem ēpi & non per ius commune, quia tunc nō posset excōicare laicos non obseruantes, quia tunc nō possent dici violatores canonum. Septimo potest etiam ēps mandare iudici seculari sub pœna excommunicationis ne mandet executioni testm̄ incestuosi. Nam illud est crimen ecclesiasticum in quo quicquid ius ciuile dicat, ius canonicum disponit & pręualet. ita tenet Bald. in alle. l. consulta. referens ita consuluisse Fride.

7 de senis. † Octauo potest episcopus inhibere iudici laico ne procedat contra clericum etiam coram eo litigare volentem secundum Inno. quem ad hoc allegatur Bald. in marg. in uer. iudex. ver. laicus si reum. tenet Bar. cepo. consi. 10. 1. col. qui ad hoc alleg. glo. in c. decernimus. de sen. excō. lib. 6. Ang. in l. ex causa. ff. de postu. & in l. consulta. C. de testa. Et ex istis sumi potest practica monitoriorum ne in bonis siue rebus q̄ solent concedi clericis sol. contra iudices seculares. Nono potest iudex ecclesiasticus sine causę cognione inhibere iudici seculari ne procedat super causa dependenti ex causa q̄ vertitur coram ipso iudice ecclesiastico, tenuit Sicu. in c. tua de ordi. co. in vlti. not. & in uersi. quæro nunquid sit simpliciter verum &c. & Lapus alle. 63. concludens quod inhibitio prædi. fieri possit sine causę cognitione, licet in aliis inhibitoriis requiratur causę cognitio. vt in auth. in medio li. ne fi. sa. ius. §. 1. de ap. c. romana. li. 6. Sed prædicta inhibitio mitti pōt sine causę cognitione in casu prælleg. cap. tua. quia eoipso quod quæstio præiudicialis mota est ex huius pendenti suspēsa est iurisdictio iudicis secularis a lege. idcirco patet statim huiusmodi inhibitionem fieri posse, Nam huiusmodi iurisdictio est potius quædam declaratio quam sit actus disponens. & sic nō exigitur citatio, arg. c. pastoralis. de appella. & refert

8 Fride. de senis ita sensisse consi. 111. Decimo † potest ēps interdicto subiicere locum quando officiales tpales nolunt restituere & remittere clericum per ipsum detētum, aut cessum apponere. pro quo tex. in c. canonici. de offi. ordi. lib. 6. & c. licet de iureiu. & c. fin. de excep. & c. decernimus. & c. si iudex laicus. de senten. excom. eo. li. Hoc tamen non paterentur officiarii regii dicentes regem esse super hoc a sede apo. priuilegiatum, ne talia interdicta in eius regno proferantur, quod intelligerem in interdicto gn̄ali, qa non posset ipsius tota terra interdici, secus in speciali. Nam in hoc casu posset etiam propter debitum interdici parochia, & ita limitatur extraua. Bonif. 8. quæ incipit proinde attendentes. & tenet Do. in c. p̄-

9 senti. de senten. excom. lib. 6. † Vndecimo potest iudex ecclesiasticus sibi eligere tribunal & in ecclesia & in camera sua. no. in c. qua fronte. de appel. & ibidem Bal. & Imol. & Archi. in c. cum episcopus. de offi. ordi. lib. 6. quod ēps potest sibi eligere tribunal in quacunque parte diocesis in alle. c. cum ēps. Bald. in l. testamenta. C. de test. non tamen in domibus laicorum, si causa sit spiritualis, ut tenet Præpo. in al. c. qua fronte. 2. co. ver. no. ex tex. & ibi Inno. & Ho. & Sicu. Oldr. consil. suo. 86. & hoc tamen non admitterent officiarii temporales. nā prætendunt episcopos territorium non habere. de quo vide per Oldra. ubi supra. Duodecimo, Quia sępenumero vidi altercari inter officiarios archiepiscopales & regios occasione retentionis gratię quam apponere consueuit officialis in sentētia criminosorum, licet allegarent arrestum super hoc latū pro dictis officiariis regijs. Anno domini M. 1456. 3. Martij. nos tamen hoc nō obstante semper remansimus in possessione apponendi hmōi reseruationem, & allegauimus idem esse consistorium episcopi & officialis. c. non putamus de cōsue. lib. 6. & c. romana. §. 1. de appel. eo. lib. sed ēps qui damnat clericum ad perpetuos carceres In snīa poterat sibi reseruare potestatem minuendi pęnam suo arbitrio secūdum Guiliel. de Cug. quem Bald. ita refert tenuisse in auth. interdicimus. C. de episco. & cle. & hoc in l. si quis in principio testamēti. §.

10 miles. ff. de lega. 3. ergo &c. † Decimotertio episcopus est adeundus pro reductione ad arbitrium boni viri, si fuerit compromissum in clericum & laicum arbitratores. ita Bal. & Salice. in l. præcipimus in fi. C. de appel. licet Pe. de ancha. aliter

11 sentiat in c. ea quę. sub. 1. q. de reg. iuris. lib. 6. † Decimoquarto vbi laicus & clericus insimul pronūtiant appellari debet de tota causa ad ecclesiasticum, ne eius continentia diuidatur. Barto. in l. 1. §. si quis in appel. ff. de appel. idem Zaba. in c. sup quæstionum. §. si vero duo. de offi. deleg. idem Pe. de anch. in c. Romana. 11. col. de app. lib. 6. Sic. in dispu. quæ incipit, gandulphus. licet idem Ancha. aliter senserit in alleg. regula iuris. ea quæ. Sed prædictus casus secundum doct. venit intelligēdus, vbi in clerico iudicante cum laico qualitas clericatus necessario concurrit ad exercitiū iurisdictionis. Sed vbi hoc non esset nihil repugnat clericatui, quod adeatur inferior laicus per rationes allegatas per Anch. ubi supra. veruntamē primam opi. sequitur Bald. & præposi, super rub. de appel. qđ tñ limitant, si clericus qui iudicauit maiorem habeat administrationem quam laicus, quia in appellando non attendit superioritas ratione dignitatis sed attenditur respectu maioris administrationis. d. §. si quis vbi Ang & Bar. & idem Bart. & Bal. in l. præcipimus. §. fin. C. de appellatio. & Imo. in alleg. c. super quæstionum. §. si vero alleg. & Ancha. ubi supra. De-

12 cimoquinto † si collegiū aliquod sit ecclesiasticum, puta quia in eo non sunt nisi clerici vel si sint laici, maior tamē pars collegii sunt clerici, quia tunc est iudicādum de collegio, vt de ecclesiastico, vt voluit Bar. in l. fin. 3. colum. ff. de colle. illici. Bal. in auth. habita. C. ne fi. pro pat. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. Bar. in l. cū senatus. ff. de rebus dub. Sicu. & docto. in c. ex literis. de ꝯstitu. Certe isto casu appellandū erit ad iudicē ecclesiasticum per ea quæ habentur in. c. si diligenti. & ca. significasti. de foro compe. Sicul. & Præposi. in rubrica, de appel. Et idem videretur quando clerici & laici sunt in equali & pari nu. nā & tunc indicandū erit, vt de collegio ecclesiastico, quia maius dignum trahit ad se minus dignum. cap. quod in dubiis, de conse. eccl. vel alta l. quod maior. ff. ad municip. no. Bar. in l. fi. ff. de colle. illici. superius alle. tenet Clau. in ver. collegium. in prin. Decimosexto si in collegio sint plures laici quam clerici licet hoc casu per supradicta de ipso fit iudicandum tanquam de vniuersitate seculari. Si tamen rector vniuersitatis in causa alicuius clerici coram eo conuēti iudicaueri, appellandum erit ad superiorem ecclesiasticū. Nam clericum istum non potuit iudicare rector nisi vt clericus, quia laicus non habet potestatem in clericum, vt in alle. c. si diligēti. cū si. Sed vbi appellatur a clerico tāq̄ clerico, appellatur ad superiorem ecclesiasticum. c. Romana. §. dēt. de appel. li. 6. ergo prædicto casu superior erit iudex ecclesiasticus, ita Sicu. & præpo. in rub. de appellat. Quod tamen sm aliquos est limitādum nisi statutum uel consuetudo loci aliter disponant per ea quæ dicit Imol. in allega. §. si quis in appella-

13 pellatione. † Decimoseptimo. Si plures simul. sunt inquisiti a iudice seculari quorum unus est clericus qui petit se remitti ad ecclesiasticum iuxta. c. si. iudex de sent. excommu. lib. 6. omnes laici debent secum remitti ad iudicem ecclesiasticū per. l. si communem. ff. quemadmodum serui amitta. ubi nō præscribitur fundus contra maiorem habētę rē cum cōmonem cum minore, ita tenet Anto. de prato uc. in l. 1. in fin. ff. quæ sen. sine appel. rescin. Et hoc ne causę continentia diuidatur, & ne sequatur absurdum si in eadem causa uariæ sententiæ ferrentur & forte contrariæ. idem tenet Maria. in. c. 2. 3. col. de mutu. pe. Idem firmat Hippolyt. de Marsiliis in eius singularibus singulari incipiente, plura & plura &c. qđ est 18. secundum ordinem meū. idē Fel. in c. placuit. 5. col. circa medium de præscrip. Ex quo dicto credit posse inferri quod si inter plures inter quos agendum esset duplicib, iudiciis, de quibus in c. ex litteris de proba. esset aliquis clericus uel inter plures tutores uel curatores eiusdem tutelę uel curę esset aliqs clericus tam contra laicos quam clericos adeundus esset iudex ecclesiasticus, & idem in similibus, uide quę scripsi. s̄. in reg. fallē. 15. Nam & Zaba. in c. Ioannes de testam. tenet per illum tex. dictæ l. si communē, quod si clericus & laicus sunt executores testamentarii debēt ambo compelli p iudicem ecclesiasticum. Et similiter Bar. in l. solent ff. de ali. & cib. leg. dicit quod si hæredes sint clerici & laici, & petātur ab eis alimenta debent peti ab omnibus coram iudice ecclesiastico,

14 vide vbi supra † Demooctauo si clericus & laicus volunt petere reductionem ad arbitrium boni viri petant eam corā superiore arbitraturis, igiť si arbitrator sit clericus petetur coram clerico. si laicus fuerit coram laico, quia non agitur de reformando actum clerici sed arbitratoris. ita tenet Anch. in disputa. incipiente, C. laicus. B. clericum. vide etiam supra in 2. reg. fallen. 17. Et hoc nisi fuisset compromissum super materia ecclesiastica. per c. exposita. & c. per tuas. de arbi. & Anch. in regula, inter ea. 60. co. ver. iuxta prædista de regu. iu. li. 6. Lu do. consi. 265. Sicu. post Ant. in c. quintaualis. 35. col. vers. sed dubitatur. de iureiur. dixi in alle. 17. fallen. 2. regulę. sed quando vnus arbitratorum esset clericus & alius laicus, vide quæ dixi s̄. proximo ver. 42. Decimonono si ēps iure proprio iudicat inter laicos in temporalibus, ita quod non recognoscit aliquo modo in ea iurisdictione aliquem laicū, quia nec hēt in feudum a laico nec alio titulo ab eo tenet, nam tunc superior est ecclesiasticus ad quem appellandū est, vt in allega. c. Romana. §. debet. ubi tex. ad literam. Et iō dicit Bal. in addi. Spec. de appel. col. 30. quod si quis est dux & ēps & refert sententiā, vt dux, qđ tunc appellabitur ad iudicem ecclesiasticū, qa ista dignitas, si aliud non appareat, est accessoria dignitati episcopali. Secus si ēps recognoscit laicū aliquo mō qa tunc erit appellandū ad ipsum superiorę laicū quē recognoscit, vt in allega. § omne & ibi glo. & oēs scribentes, & in c. solitę. de maio. & obedien. Nisi tñ priuilegio speciali uel consuetudine aliter inductū esset in alleg. §. debet. & ita dicit Præpo. su-

15 per rubri. de appel. Vigesimo † iudex ecclesiasticus ratione iuramenti cognoscit inter laicos. 22. q. 1. c. fi. c. cum C. laicus de foro compe. li. 6. ca. venerabilem. de elect. c. nouit. de iudi. gl. in c. cum sit. de foro compe. & ibi doct. quod tamen limitat, vt scripsi supra in 3. fallentia. 4. regu. Vigesimoprimo. Si quis dicturus cōtractum vsurarium vel simulatum petat absolutionem iuramenti coram episcopo, & absolutus acturus est postea de simulatione, vel vsuris, necessario habet agere in eadem curia non in alia, quia idem debet esse iudex præparātis & præparati, vt no. Bald. in l. ordinarij. in 1. co. vers. ex hoc habes ad quod facit Cal. consi. 2. tit. de foro compe. & l. cum vendente. C. vbi causa fisca. & quod ibi not. Bal. & l. minor. 26. co. in fi. prin. ff. de euic. & hoc dictum sequitur Paul. de ca. in l. 2. C. vbi & apud quem & in alle. l. ordinarii. Et bene facit glo. fi in c. parochianos. de senten. ex com. in uer. sed hoc intellige cum quærela &c. & sequitur idem Pau. de cast. consi. 71. co. 1. versi. postquam ergo condemnatus &c. vbi limitat præallega. dictum Bal. nisi petenti ab solutionem esset relaxatū iuramentum per partem, quia tunc cum expirauit iuramentum cessat causa iurisdictionis ecclesiasticę, argumen gloss.

16 in c. cum plures. de officio delega. lib. 6. † Vigesimosecundo ratione iuramēti præstiti per defunctū cuius heres laicus pōt conueniri corā iudice ecclesiastico implorādo ipsius officiū, vt hæres satisfaciat exonerando animā defuncti iurantis, vt scripsi s̄. in 4. fallen. 4. regulæ. Vigesimotertio laicus ēt seruiēs regius conueniri pōt coram iudice ecclesiastico a clerico ratione armoū sibi per seruientes ipsius sublatorū, pro quo glo. in c. ex literis. de pigno. & in c. fi. de vita & honest. cle. & vtrobiq; Sicu. gl. in c. similiter. 16. q. 1. idē Sicu. in c. si clericus in 2. nota. de foro cōpe. vbi dicit qđ detinens bona patrimonilia clericorū pōt ꝯueniri corā iudice ecclesiastico qa sacrilegii

17 crimē ecclasticū est. c. in canonib. 16. q. 1. † Ad idē qđ no. Old. consil. 83. concludens quod clericus pro bonis patrimonialibus gaudet priuilegio fori. idem Sicu. in c. qualiter, de iud. unde Innoc. in c. cæterū. eod. tit. dicit quod clericus spoliatus potęst spoliatorem suum coram iudice ecclesiastico trahere. Et Sicu. in c. ecclesia sanctæ Mariæ de cōstit. quod statutum laicorum non potest disponere super bonis patrimonialib. clericorum. Istud tamen quo ad immobilia non admitteretur per officiarios temporales, imo seruatur contrarium, vt dixi. supra in quartę regulæ fallen. quinta, & n secundæ regulæ fallen. quarta. bona vero mobilia clericorum sine dubio

18 personam sequuntur. † Vigesimoquarto episcopus potest habere familiares aut seruientes armatos causa custodiēdi scalatos & ducendi per villam Tholosę, & possunt portare enses & arma defensiua vel etiam inuasiua quando ducent illos ad veridi folium, & ita cauetur in concordatis inter officiarios regios & spirituales Tholosæ factis. pro quo facit qđ dicunt Moder, in c. significasti. de offi. dele. Oldra. consil. 89. & tenet Bald in l. nam salutem. §. fi. ff. de offic. præfec. uig. licet Sicu. tam in prælleg. c. significasti, quam in c. cum nō ab homine, teneat non esse licitum episcopo tenere familiares armatos, quam partem libenter sequuntur officiarij regii.

19 Vigesimoquinto episcopus cognoscere potest de delictis cōmissis per suos officiarios laicos quando delinquunt in officio. Nam & proconsul de iure punit suos comites & officiales, vt ff. de pęn. l. si quis forte. §. si quos comitum, & similiter præsides prouinciarum puniunt milites & officiales suos, ut in corpo. de man, prin. §. quod si delinquentes. colum. 3. ita tenet Pet. Iacob. in tit. de statutis uniuersitatis. 8. col. & in tit. de conditio, ex l. insti. de actio. §. quadruplici. 2. colum. & seq. Et ideo si nuntius facit falsam relationem potest puniri per ipsum iudicem, tenet Bald. in l. 2. C. de spor. & in c. cum parati. de appell. & idem ibi præposi. 7. col. Et tales appellantes non audiuntur, vt l. 3. C. quorum appel. non recip. & possunt ab-

20 sentes condamnari. C. de pę. l. diu. † Vigesimosexto, iudex ecclesiasticus compellere potest iudicem secularem per excōmunicationem ad sibi dandum familiam & auxilium, & ut sententiā ipsi ecclesiastici iudicis exequatur, licet sibi nō fiat fides de processu. gl. Inn. Anto, & Sicu. in c. 1. de offi. ordinar. fa. c. 3. de excep. lib. 6. Et in executione eius sententię uidetur secularis inferior, argum. 23. q. 5. c. deinceps. & c. administratores. Sed dicit Sicu. in alleg. c. 1. quod si iudex secularis sciret sententiam iniustam, non teneretur illam exequi saltem in criminali, quia non debet esse executor ad malum cōtra conscientiam. fa. l. non tantum. ff. de appel. re. Hostien. ut refert Sicul. in allega. c. 2. dicit quod ad petitionem iudicis ecclesiastici iudex secularis debet punire subditos rebelles & inobedientes iudici ecclesiastico non curantes de excommunicatione, & ita seruatur, idem secundum eum econtra ad petitionem iudicis secularis debet iudex ecclesiasticus interpicere & excommunicare subditos, & rebelles, & proscriptos a iudice seculari, ad quod fa. not. dictum Inno. in c. licet ex suscepto. de foro. compet. vbi dicit quod si aliqui subditi nolint imperatori obedire de facto nō suscipit eos papa in iurisdictione, sed debet iuuare imperatorem ad domandum illos subditos, & sic debet etiam pręstare auxilium quod potest quod Sicu in alle. c. 1. dicit optimum remedium pro nobilib. expulsis ab eorum dominio. nam possunt implorare auxiliū ecclesiæ quæ debet subditos resistentes excommunicare &

21 interdicere, vide quæ scripsi, supra in 4. regula fallen. 27. † Vigesimoseptimo, causa dotis etiam principaliter deduci pōt in foro ecclesię. Bal. & Imol. Paul, de Cast. in l. 1. ff. solu. matri. Pet. de Anchar. consil. 21. in fin. Spec. in tit. de dona. inter vi. & vxo. §. formatur. uer. utrum causa dotis. Zaba. in c. ex literis. de pigno. & ibi Imo. in 6. nota. Innoc. Host. Io. And. Sicu. in c. de prudentia. de dona. inter ui. & uxo. Roma. in l. Titia. 3. col. ff. solu. mat. Et ista est communis opinio. imo etiam uiro pro dote promissa contra laicum permittitur adire iudicem ecclesiasticum, ad hæc. c. per uestras, de dona. inter ui. & uxo. tenet Claua. in uer. dos. §. 21. ad quod dic. fa. not. per Inno. in c. lator, qui fi. sint leg. Et etiam contra uxorem ad dotem propter adulrertum uxoris perditam. per c. plerunque. eo. tit. & c ex parte. de consti. & no. per Sic. in cap. cum sit generale. de for. compe. licet gl. in alleg. cap. de prudentia, & ibi Anto. & gl. in c. ex tenore. de for. compet. & Ang. in alleg. l. 1. & Bald. in l. ex contractibus. §. fi. de non nume. pec. dicant contrariū. uide omnino Bal. nouellum in suo tactatu de dotibus. 9. parte in 16. speciali, ubi in summa. prædictam conclusionem dicit esse ueram addens causam dotis esse mixti fori, ut etiam iudex ecclesiasticus de illa possit cognoscere etiam absque eo quod uertatur aliqua quęstio de matrimonio quod tamē idem Bal. not. temperat, dummodo uidua sit quæ agit de dote, licet aliter non oppressa quia uiduæ dicuntur miserabiles personæ, in l. 1. C. quando impera. inter pupil. & uid. facit qđ habetur in c. significantibus. de offic. deleg. & id esse dicit de mente Pau. de Cast. in l. 1. ff. solu. matrimon. Dicit insuper qđ si

si dos repeteretur propter inopiam viri constante matrimo-
nio, vel propter separationem thori, & sic non ageretur per
viduam, tunc procederet gl. in alleg. c. de prudentia. Et idem
si repeteretur a patre mulieris, vel viua filia, vel post eius mor-
tem, tunc enim contra laicum non posse coram ecclesiasti-
co iudice iudicium intentari. Et idem si repeteretur ab hære-
dib. mulieris, & multominus si dos peteretur a viro tanquam
promissa, quia tale priuilegium quod sit mixti fori est perso-
nale mere, videlicet quando dicta dos peteretur a uidua. Et
22 ita uidi ī facto ī curia archiepiscopali Tolosæ. Vigesimoocta
uo iudex ecclesiasticus compellere potest laicos hæredes ad
satisfaciendum de relicto pro anima defuncti. ut in c. a no-
bis. 2. de sent. exco. dummodo talis defunctus in apparēti cō-
tritione decesserit, & non aliter, secūdum. Sicu. ibidem, idem
Sali. in l. 1. 7. col. C. ne. ex delic. defun. dicens illud tenuisse Ni
co. de mata. de quo per Zaba. & Sicul. in fi. de sepul. & Ioann.
23 de Ana. in c. ex literis. de rapto. † Vigesimonono. Ordinarius
iudex ecclesiasticus potest compellere laicos ad obseruandū
laudabiles cōsuetudines ecclesiæ, ut in c. ad apostolicam. de
simo. Nam tales laici desistentes a tali consuetudine uiden-
tur committere sacrilegium de quo cognoscit iudex eccle-
siasticus, ut in c. cum sit generale. de for. comp. Quod tamen
intelligendum est dummodo talis consuetudo habuerit lici
tum initium, uidelicet a spontanea obligatione & uolunta-
te. Secus si malum, uidelicet ab exactione, ut nota. per Sicu. &
Ana. in alleg. c. ad apostolicam. & c. suam. eo. ti. Nec ob quod
diuturna præstatio ex mera liberalitate non producit obliga
tionem, ut no. per Inn. & doc. in c. cum ecclesia. de causa. pos.
& proprie. & doc. in c. cum de in rem uerso. ff. de usu. & per
doctor. maxime per Angel. in l. si certis annis. C. de pact. cum
simi. Quia illud procedit in præstatione quæ fit in piam cau-
sam, ad quod ponderatur tex. in allegato c. ad apostolicā. Ad
cuius consuetudinis laudabilis introductionem sufficiūt de
cem anni, secundum doctores per glosam singularem in c.
24 fi. de consuetud. lib. 6. Trigesimo † ecclesia potest se impedire
de notorio crimine laici, nedum ut peniteat sed etiam ut sa-
tisfaciat secundum Sicu. in c. finali. de sepultu. quia secundū
eum ratione notorietatis deprehenditur apperte negligētia
iudicis secularis, ad quod fa. no. per Inno. & eundem Sicul. in
cap. nouit de iu. ueruntamen uideretur quod statim crimine
commisso licet notorie non posset ita subdito iudex eccle-
siasticus se intromittere aliter non expectata negligentia iu-
25 dicis secularis, adde hic quæ scripsi supra. §. 3. † Trigesimopri-
mo quando iurisdictio ecclesię prorogatur a laicis, & iste ca
sus est satis clarus, de quo late per doct. in fin. de except. uide
Ioan. Fab. & Bald. in l. qui ex consensu. de episco. audi. per Si-
cu. & Felin. in c. significasti. de foro comp. & per alios ibidem
allegatos, & per gl. in c. inolita. 11. q. 1. latius per Iac. in l. 1. & §.
post operis. ff. denoui. oper. nuntiat. Quicquid sit de iure, con
suetudo pręsentis regni habet quod laici non possint proro-
gare, ubi dominus contradicit, ita dicit Ioann. Fab. ubi. supra
ad quod facere dicit capitulū ex transmissa. de foro compe-
26 tent. † Trigesimosecundo contra blasfematores, de quo in
capitulo. 2. de maledi. Et idem contra sodomitas de quibus
scripsi supra in quartæ regulæ, fall. 24. & 25. Trigesimotertio
Contra uiolatores pacis, ut tenet Sicu. in c. cum sit generale.
de foro competent. & notat. per eum. capitulo super quibus-
dam. in fin. de uerbor. significat. ubi notat. per illum textum,
cum glo. quod laici tenentur seruare statuta papæ & leges su
per pace per eum factas, pro talibus tamen criminibus non
uidetur quod possit laicus carceri mancipari, de quo uide
quod scripsi supra in huiusmodi partis primo casu. Adde
quod ubi clericus pacis uiolator punitur pecuniariter pœna
applicatur domino temporali, licet fuerit per episcopum
condemnatus. capitulo si clericus de pace. iur. fir. alias est sub
titulo de cle. uiola. pa. & idem Oldrad. consilio 17. Est tamen
aduertendum ad unum dictum Innocent. in capitulo. inqui
sitioni. de sentent. excommunicatio. quod nunc quia uenit
in mētem hic adieci, uidelicet quod laicus non tenetur obe-
dire papæ præcipienti aliquid sine causa præiudicaus bonis
temporalibus. Et idem etiam in clerico quo ad bona patri-
monialia, ut ait singulariter Sicu. in capitulo constitutus. 3.
columna post Hostiens. ibi de religio. domi. quod not. Trige-
simoquarto. Prælatus ecclesiasticus habet potestatem im-
ponendi pœnam uerberum sanguinis, ut in capitulo primo
de calum. ita tamen quod non procedant ad effusionem san
guinis, ut in capitulo in archiepiscopatu. de raptori. Et potest
etiam in exilium mittere, ut in allegat. capitulo primo cum
27 concordant. in glo. & utrobique per Sicu. & Docto. † Trigesi
moquinto. Prælati in eorum iurisdictionem seu spiritualib,
pertinentibus ad eos possunt creare tabelliones. ita Sicul. ca-
pitulo cum P. de fide instrumen. referens. Speculat. idem te-
nere in titulo de instru. edic. §. restat. uersiculo sed quis po-
test facere, & facit c. quoniam contra. de prob. & cap. abbate

28 & quod ibi not. de re iudi. libr. 6. Trigesimoquinto † prælati
& clerici licite possunt arma mouere & in propria persona
bellum indicere vel gerere de mandato papæ, nec vlla san-
guinis effusio, vel mors aut multilatio eis imputabitur secun
dum Cal. in ca. petitio. de homici. Nam prohibitio contraria
est iuris positiui supra quod est papa in c. proposuit. de cōcess.
præben. dummodo bellum sit notorie iustum & papa hoc fa
ciat consultis cardinalibus sm Zaba. & Ana. in alle c. petitio.
Quia cum aliqua lex canonica istud non tangat pallium non
debet hoc per papam fieri. Alias autem cessante licentia pa-
pę nō debet prælatus aut clericus in bello quamuis iusto ar-
ma mouere. Sed assistere pōt & hortari, ut iuri. alle. in gloss.
prælle. c. tñ si se mouēdo percuteret, non tñ mortaliter & ci
tra mutilationem non esset irregularis per tex. allega. vbi la-
29 tius vide per doct. † Trigesimosexto, causas miserabilium per
sonarum laici possunt trahi ad iudicium ecclesiasticū, preter
tim data negligentia iudicis secularis vt in c. significantibus.
de offi. dele. & c. ex tenore de foro cōp. & vtrobique doc. Quę
autem sunt miserabiles personæ istud est arbitrio iudicis cō
missū sm Bar. in l. 1. C. qñ imper. inter pupil. & uid. & in alle.
c. significantibus. Adde quod si mercatores grauentur in pe-
dagijs soluendis iniuste possunt conqueri coram iudice ec-
clesiastico quando sunt in itinere, quia dicuntur miserabiles
propter multos labores, & pericula quæ sustinēt, pro quo fa.
no. per Ana. & Ancha. in c. fi. in 3. col. de iude. Trigesimosepti
mo, eps habet festum pro quo gloss. singularis in c. quia diuer
sitatem de concess. præben. Anto. Sicu. & Imol. ibidem. idem
Sicu. & Ana in c. excommunicamus. 1. de hæret. Zaba. Imo.
& Lau. in clemen. 2. de hæret. & Rota in antiquis deci. 865.
Oldr. consi. 302. in 2. colum. & ita tenuit in deci. c. 229. & 275.
30 in addi §§ offi. regij alias cōtrarium asseruerint. † Trigesimo-
octauo, ecclesia potest compellere laicos ad treugam ineun
dam, vt tenet Sicu. in c. 1. de treu. & pace. in 1. not. & Feli. sup
31 rubri. eiusdem titu. in 7. fal. † Trigesimonono, clericus potest
suum spoliatorem laicum trahere coram iudice ecclesiasti-
co. not. Innoc. in c. ceterū. de iud. Adde hic quæ posui in pxi.
vers. 23. Vnde tenet Oldra. consi. 73. quod clericus pro bonis
patrimonialibus gaudet priuilegio fori, quod etiam probat
Sicu. in c. qualiter. de iudi. & fa. l. decernimus. in verb. iudede
ecclesiasticis siue propriis. C. de episco. aud. istud tñ libere corā
nō admitterent officiarij regij. Si aūt laicus conuentus corā
ecclesiastico iudice ratione voletię rapinę vel doli commissi
circa res ecclesiasticas neget prædictas qualitates vide p Pe.
de anch. in repe. c. ea quæ de re. iu. lib. 6. q. 7. Et ad dictum Old.
videlicet quod clericus pro bonis patrimonialibus vti potest
dispositione. c. cum sit generale. de foro compe. adde Sicu. in c.
cum sit. 2. colum. & alle. Pe. ita dixisse de consuetudine serua
ri. & huius cōsuetudinis sm Abb. ratio potest esse, quia vidua
potest agere possessorio coram iudice ecclesiastico non ob-
stāte exceptione fori, ergo & clericus. idem tenet Innocē. ibid
mouetur alia ratione, quia committitur sacrilegium ideo
cognoscit ecclesiasticus, & hoc ponit in c. ceterum allegato.
hoc etiam tenet Egidi. illa ratione, quia bona clericorū gau-
dēt & de uit. & ho. cle. c. fi. subiungit vlterius idem Sicu. qđ
dispositio dicti. c. cum sit. vendicat sibi locum in bonis cleri-
ci non tam ex consuetudine quam ex iure scripto, & de hoc
dicit esse casum rotundum cum glo. in c. similiter. 16. q. 1. &
in c. si quis ex potentibus. 24. q. 3. Nec obst. prealle. c. cum sit.
ubi ponderatur iniuria ecclesiæ, quia spolians clericum deli-
quit in ecclesiam, cum bona clericorū ducantur ecclesiæ, quo
ad tuitionem & protectionem, & quia sunt obligata ecclesię
p mala administratione. no. gl. in preal. c. similiter. & in c. ex
literis. de pig. Item iniuria facta clerico, dicitur facta deo vel
Christo, cuius legatione fungitur. 2. q. 7. c. accusatio. Item di-
citur facta ecclesię. c. 2. de fo. compe. ad prædicta optime fa. c.
si clericus. eo. ti. vbi etiam nulla allegata oppressione ex quo
constaret rem esse clerici potest conuenire laicum corā ec-
clesiastico. multo ergo fortius vbi allegatur violentia vel ra-
pina seu inuasio. nā tunc lęditur persona clerici quæ est con-
secrata. Item nec videtur quod hoc sit nō iuris promulgator
cum & ante fuisset satis prouisum ad hoc. 16. q. 4. quasi per to-
tam. & 12. q. 2. c. nulli. & c. quicunq; militum. 16. q. 1. in cano-
nib. & c. similiter. Vnde tex. in alleg. c. cum sit. non dicit indu
cimus, sed inductum est, & sic in præteritum, & istam partem
sequi videtur Fe. in all. c. cum sit 1. co. Et sic uideretur quod
super rebus clerici potest laicus corā ecclesiastico iudice cō-
ueniri, sed si probabiliter negat rē esse clerici ad iurisdictio-
nem ecclesiasticam declinādam conuenietur coram suo iu-
dice, pro quo est tex. in alle. c. si clericus. secūdum Sicu. & sm
hoc videtur debere limitari quod scripsi. supra in regul. 4.
fallen. 5. veruntamen prædicta fallentia fundata super dicto
Inn. ibidem allegato quem cōiter sequuntur doct. seruatur
in præsenti regno quod videlicet tam p reb. ecclesiæ quam
clerici agendum sit rei vendicatione contra laicum iudex
secu-

secularis erit adeundus, ita Felin. in alle. c. si clericus, in fin. &
in alleg. c. cum sit. 2. col. in fi. præter quam in casibus habenti
bus specialem rationem sacrilegij vel quasi per ipsum ibidē
32 latius. Quadragesimo † subditus imperatoris potest ipsum
conuenire coram papa secundum Sic. in cap. 1. de probat. ex
quo infert quod licet princeps non recognoscens superiorē
possit esse iudex in causa propria, ut not. Bart. in l 1. C. ne quis
in sua cau. & gl. in c. bellisarius alias guillisarius. 23. q. 4. & Si-
cu. in c. cum venisset. de iudi. tamen istud procedit quando su
perior agit contra subditum, sed secus si subditus contra do-
minum, quia potest eum conuenire coram papa per text. in
alle. c. 1 idem tenet Host. in c. nouit. de iud. & ibi expresse Si-
cu. idem Sicu. in c. exposita. de Arbit. facit quod no. Inn. in c.
licet ex suscepto. de foro. competē. vbi dicit laicus recurrere
debet ad papam quando non est alius superior, facit glo. in c.
ex transmissa. de fo. compet. & quod no. Sicu. in c. & si neces
se. de do. inter vi. & vxo. & Host. in c. 2. cum Io. de fi. instru. vbi
dicit quod si superior iudicans non regnoscit superiorem po
test appellari ad papam, & sequitur ibidem Ant. & Sic. per. c.
per venerabilem, qui fi. sint leg. fa. quod no. Bal. in c. imperia
lē. §. fi. 1. col. de prohi. feu. alie. p Fride. vbi dicit qđ si dñs feudi
nō recognoscit superiorē, put est rex Frāciæ, & pares curiæ, ei
nimis fauent, papa cognoscet, sed dictū hmōi debet intelligi
in causa ardua duntaxat, de qua loquitur præalle. c. per uene
rabilem, secus si causa non esset ardua per id quod not. Inn.
in c. cum, & de re iudi. vbi dicit quod ex quo restituere fame
erit inter laicos est solius principis. l. 1. ff. de postulat. non fa-
ciet hoc papa nisi in re ardua, quia sic loquitur alle. c. per uene
33 rabilem. Quadragesimoprimo clericus patronus cum laico
facit censeri ius patronatus esse ecclesiasticum vbi hoc pro
dest clerico, puta in tempore ad præsentandum, iuxta. c. 1. de
34 iurepa. li. 6. Sic. c. fi de iura. † Quadragesimosecundo, iudices
seculares per censuram ecclesiasticam cogi possunt ab eccle
siasticis iudicibus repellere excommunicatos ab agendo, &
testificando in suis curijs & iudicijs, vt in c. decernimus. de
sentent. excomm. istud tamen non seruatur de facto, quam-
uis. Bal. in c. intelleximus. de iudi. teneat quod ista exceptio
excommunicationis possit opponi coram iudice seculari &
quod statutum in contrarium non valeat. Bal. & Sali. in l. pla
cet. C. de sacrosanct. eccles. & in auth. clericus. eod. tit. Et ibi-
dem Bal. in c. exceptionem. de excep. ad fi. dicit quod ista ex-
ceptio est approbata de iure ciuili. alleg. glo. singularem in l.
1. C. de iur. & fac. & igno. & text. in c. domino guerram. in tit.
hic finitur lex. vbi dicit tex. vasallum non teneri iuuare do-
minum excommunicatum. Et idem Bald. in c. contingit. de
dolo & contu. tenet quod sententia iudicis publice excom-
municati etiam de iure ciuili non valet. alleg. prædictam gl.
in dicta l. 1. C. de iur. & fac. igno. Si tamen sit dubium in iure
an excommunicatio opposita teneat vel nō, tunc exceptio
huiusmodi remittenda venit iudici ecclesiastico discutiēda
sm Pe. de Anch in c. pia de excep. lib. 6. & Cal. de fo. compet.
consil. 9. si vero solum dubitetur de facto an quis sit excom-
municatus, poterit secularis cognoscere sm domi. in c. fin. in
fi. de fo. cōp. li. 6. & in alle. c. pia. §. 2. Quadragesimotertio, iu-
dex secularis qui vult clericum compellere ad debita liqui-
da etiam soluenda quando exhibentur corūdem clericorū
litteræ obligatorię aut aliæ probationes per ecclesiasticum
iudicem desistere cōpellitur, ut in c. 2. de for. cōp. li. 6. istud si-
militer nō seruatur in præsenti regno, sicut latius dixi. s̄. in se
35 cūdę regulæ fallen. 18. & 20. † Quadragemoquarto. per eccle
siasticū iudicē ordinariū loci ecclesiastica cēsura cōpellitur
iudex secularis obseruare ius canonicū qđ ad puisionē aīa-
rū statutū est tex. in c. licet de iureiu. li. 6. vbi de mulierib. q̄ iu
rauerūt non venire ꝯ alienationē dotiū & donationum pp
nuptias, ꝯ quod iurm̄ non vi nec dolo præstitū non sunt au-
diendę, licet secus sit de iure ciuili. Quadragesimoquinto iu-
dex temporalis compellitur per iudicem ecclesiasticum lo-
ci ordinarium censura ecclesiastica ad admittendum exce-
ptionem rei iudic. vt in capitulo secundo, de exceptio. libro
6. quod est uerum in casu quādo ad iudicem ecclesiastcum
36 pertinuit cognitio de consuetudine uel de iure, ut ibidē tex.
ait. † Quadragesimosexto de iure cognoscit iudex ecclesiasti
cus inter laicos ubi hēt tpale dñium. c. uenientes, de iureiur.
& c. fi. ne cle. uel mo. li. 6. gl. in capit. 2. de excep. eo. li. Adde ta
men hic quæ scripsi in hui. partis casu seu. §. 19. † Quadragesi-
37 moseptimo, pōt iudex ecclesiasticus inter laicos cognoscere
de causis matrimonialib. & spiritualib. & eis annexis, ut in c.
tuā. de ordi. cogni. & c. causam, qui fi. sint. legi. c. quāto. de iu.
gl. & domi. in alle. c. 2. de exceptio. lib. 6. Quadragesimoocta-
uo, cum iudex ecclesiasticus delegatur per iudicem secularē
etiam super causa criminali, dummodo nō procedat ad san-
guinis effusionem, ut in c, in archiepiscopatu. de rapto. Bald.
in auth. si quis litigantium. C. de episc. audi. & infra §. 94. Qua
dragesimonono. Per reconuentionem, vt in c. cuius in agen

do. 3. q. 8. in auth. & consequenter. C. de senten. Quinquagesi
mo Per præoccupationem in criminibus mixtis quę sunt in
troducta & prohibita vtroque iure de quibus in c. cū sit ge-
nerale. de fo. cōp ar. ca. tue de proc. ita domi. post Pau. in alle.
c. 2. de excep. li. 6. de quibus criminibus mixtis tactū est supra
in fallen. 4. regulæ, Quinquagesimoprimo. Cognoscit iudex
ecclesiasticus inter laicos qui sunt de familia ecclesiæ secun-
dum quosdam 89. disti. c. iudicatum. Io. An. in alle. c. 2. de ex-
38 cep. libr. 6. † Quinquagesimosecundo Quoties est quæstio de
fide vel articulis fidei contra laicos cognitio pertinet ad iu-
dicem ecclesiasticum & executio ad laicum, ut in c. excōica
mus. de hære. 1. & c. cum secundo eo. tit. li. 6. c. inquisitionis. §.
prohibitus eo. ti. & lib. Quinquagesimotertio. Potest ēt iudex
ecclesiasticus cognoscere inter laicos de criminibus per ius
canonicum introductis, vt tenēt doc. post Pau. in pręalleg. c.
2. de excep. lib. 6. puta de crimine simoniæ adde tu quod scri-
psi in quartæ regulæ fallen. 17. Quinquagesimoquarto. Vbi
laicus iudex est negligens, vt in c. ex transmissa. & c. licet ex
suscepto. de fo. comp. & gl. alle. ca. 2. & vtrobique doc. Adde
hic q̄ scripsi. supra in huius partis. §. 2. & 3. Quinquagesimo
quinto. Contra laicos qui suadente diabolo in clericum vel
monachum, vel monialem aut cuiuslibet religionis conuer
sum vel conuersam, aut nouitium quenlibet cuiusuis religio
nis manus violentas iniecerint de qua tactū est supra in ter-
tia regula. Quinquagesimosexto. Cōtra inobedientes sñīæ de
legati, vt in c. querenti, de offi. dele. Quinquagesimoseptimo.
Contra habentes literas apostolicas falsas vel recipiētes lite-
ras apostolicas Romæ de manu alterius quam papæ vel suo
rum officialium, & isti si laici fuerint recipiendo sunt excōi-
cati, vt in c. dura. de cri. falsi. Et similiter oēs clerici quam lai-
ci qui per se uel alium vitium falsitatis commiserint cum
fautoribus & defensoribus suis sunt excōicati ipso facto, vt
in c. ad falsariorum. eo. ti. Et idem de laicis ipsis vtentibus li-
teris apostolicis falsis, vt in d. c. ad falsariorū. Quinquagesi-
mooctauo. Contra omnes incendiarios. vt in cap. tua nos. de
sen. excō. quod nedum habet locum in incendiariis ecclesia
rum, sed etiam aliorum locorum sm gl. & doc. ibidem intel
lige de incendiario qui ciuitatem, castrum, domum, segetes,
& similia in alieno incendit malo studio, vel odio, aut vin-
dicta, vel aīo iniuriandi, vt in c. pessimam. 23. q. 8. 12. q. 1. c. cū
deuotissimam. Talisque post quam fuerit excōicatus vel de-
nunciatus non potest absolui citra sedem apostolicam, se-
cus si incenderet ex negligentia, vel casu, vel iusto, in bello,
39 quia talis proprie non dicitur incendiarius. † Quinquagesi-
monono. Contra effractores ecclesiarum cum spoliatione q
postquam fuerint denuntiati, similiter non possunt absolui
citra sedem apostolicam, vt in ca. conquesti. de senten. excō
incendiarij & effractores ecclesiarum cum spoliatione sunt
excōicati ipso iure, sed incendiarij aliorum locorum veniūt
excōicandi, vt in pal. c. tua nos. Dicuntur aūt affractores qui
dolo malo aut per iniuriam violenter parietem fodiunt, aut
vitream fenestram frangūt, seu serraturam, vel ostia, vel car
dines seu vectes dum tenent ostia firma, aut ipsum tectum
ecclesiæ. Alii autem qui faciūt enormia in ecclesia, vt rapiē-
do corpus Christi & hmōi frangendo calices & similia non
sunt effractores, nec proprie sunt excōicati ipso iure secun-
dum Host. Io. de lig. & Sicu. in præal. c. conquesti. Oportet er-
go quod spoliatio fiat cum effractione. vnde effractio sola p
se nō facit aliquem incidere in sñīam excommunicationis.
Et prædicti effractores & incendiarii dicuntur publice denū
tiati siue nominatim siue in genere, vt puta denuntiamus ex
communicatos oēs qui fecerūt tale incendiū per. d. tua nos.
Sexagesimo in principes & officiales seculares qui tertio mo
niti ab episcopis ecclesiasticis vel p̄latis recusant eis facere iu
stitiam super eorum causis in cap. administratores. 23. q. 5. de
quo dixi. supra in huius partis. §. 5. Sexagesimoprimo in om-
nes qui recipiunt illum pro papa qui est electus a pauciorib.
quam duabus partibus cardinalium, in c. licet. de elec. Sexa-
gesimosecundo in omnes officiales laicos quoruncunque lo
corum perangarias & exactiones indebitas ecclesijs & eccle-
siasticis personis imponunt. Et qui iurisdictionem prælatorū
& autoritatem quam habent in suis hoībus euacuant, tales
eīn & eorum fautores tertio moniti non desistentes sunt ip-
so facto excommunicati Et similiter illorum successores of-
ficialium nisi infra mensem excessum suorum prædecessorū
purgauerint & satisfecerint, vt in c. non minus. iuncto. c. ad-
40 uersus. de immu. ec. † Sexagesimotertio. Contra recipientes
res ecclesiæ medio alienationis factæ a scismatico. nam & ip
so facto sñīam excommunicationis incurrunt, vt in ca. 1. de
scisma. Sexagesimo quarto Contra omnes qui Christianos
naufragium patientes damnata cupiditate spoliant reb. suis
nisi oblata restituant, quam primo poterunt, secundum Sic.
in c. excomm. de rapto. nam & tales ibidem excommunicā
tur, & uidetur tenere glo. licet Io. And. dicat tutius præcede
re

re debere monitionem ut restituant, aliter ante monitionē
non erunt excommunicati.Sicu.contra vt prædictum est. Se
xagesimoquinto,in omnes qui statuta,edita & consu et udi-
nes contra libertatem ecclesiæ introductas fecerint obserua
ri,ut in d.c.non erit fraternitas tua.de sent.ex commu.ubi ta
les excommunicantur.Et etiam omnes qui eadem stat.non
fecerint deleri quam primum sciuerint,si hoc facere possūt.
excommunicantur etiam statuarii prædicti.Nec nō scripto-
res prædictorum statutorum atque potestates,rectores.con-
sules &cōsiliari locorum,ubi prædicta statuta edita,fuerint.
Etiam iudicantes secundum statuta prædicta, & qui iudicata
redigunt in publicam formam.Dicuntur autem statuta con
tra ecclesiasticam libertatem quando illud quod statuitur
est contra priuilegium datum vniuersali ecclesiæ,adeo,ut il
lud quodcunque ligaueris super terram. 24.q. 1. vel a papa,
puta,quod ad pias causas valeant legata facta coram duob.
testibus & similia,vel ab imperatore, ut quod nullus iudicet
clericos vel ecclesiasticas personas, nisi eorum prælatus, &
similia secundum Sic.in præalleg.c.nouerit. Sexagesimosex
to in omnes qui insequuntur Cardinales Romanę ecclesiæ
hostiliter,vel clericos,aut religiosos familiæ papæ,uel Cardi
nalium prædictorum illorumque percussores, & captores,
& socios talia facientium uel mandantium & habentes ra-
tum,uel dantes consilium aut fauorem & defensatores eorū
ac scienter receptantes. Tales omnes supradicti sunt excōica
ti,vt in c.felicis. de pęnis lib. 6.Silr excōicantur principes,&
senatores, consules, potestates, rectores , siue alij domini &
exorū officiales qui infra mensem a die notitię habite de prę
dicto delicto non puniūt prædictos delinquentes secundum
tenorē. d.cap.felicis, nec possunt absolui nisi a papa exceptis
principib. qui possunt a suis ordinarijs absolui, vt ibi, ex quo
tex.in §. quapropter.no.do. quod Iudex ecclesiasticus potest
punire iudicem laicum non punientem laicum delinquen-
tem in rem ecclesiasticam. Sexagesimoseptimo contra om-
nes dantes licentiam alicui occidendi , capiendi seu alias in
personis aut bonis suis vel suorum grauandi eos qui senten-
tias excommunicationis uel interdicti tulerit contra quem
cunq; siue eos quorū occasione sunt ,platæ uel obseruātes ta-
les sentētias seu taliter excommunicatis nolentes cōicare.
Et licentiam ipsam si fuit ad personas grauandas reuocaue-
rint antequam in aliquo sit processum,vel si data licētia fuit
ad bona eorum capienda nisi intra octo dierum spatium re-
stitutionem fieri fecerint , vel satisfactionem & licentiam
reuocauerint. omnes em̄ hmōi sunt excōicati. per c.quicun-
41 que de sen.excom.libr.6.†Sexagesimooctauo contra omnes
Christianos qui in domo seruiunt iudæis vel saracenis , aut
paganis,nam tales veniunt excommunicandi,in c.iudæi.de
iudęis.Sexagesimonono contra omnes illos qui equos,arma
ferrum,ligamina & alia prohibita deferunt saracenis,turcis
aut paganis.Nam tales ueniunt excommunicandi in cap.ita
quorundam,de iudę.illi uero qui tempore guerræ habent cō
mercium cū saracenis sunt excommunicati ipso facto in c.
quod olim. Patroni uero atque in eorum nauibus nauigātes
licet de iure non sint ipso facto excommunicati, excommu-
nicantur tamen singulis annis in die cenę,unde not.Sicul.in
alle. c.ita quorundam , quod ubi delictum concernit totam
Christianitatem seu decorem fidei papa exercere iurisdictio
nem potest in laicos. contra omnes qui iniuriose uel temere
pecusserint cæperint aut banniuerint aliquem episcopum
seu q p̄dicta mādauerint uel facta ab aliis rata habuerint,uel
socius fuerit in his faciendis, aut consilium vel fauorem de-
derit uel defensauerit eosdem. Nam huiusmodi sunt excom
municati p cle.primā de pæ.nec possunt absolui ab alio quā
a Rom.pontifi.præterquam in mortis articulo. Et similiter
excommunicati sunt balliui,scabini,consules, necnon om-
nes officiales quocunque nomine censeantur, qui in aliquo
42 prædictorum fuerint culpabiles.†Septuagesimoprimo.Con
tra omnes dominos temporales qui in terris seu locis eorum
interdicto suppositis cogunt celebrare diuina , aut qui uoce
præconia seu per campanarum pulsationem ad officia eadē
audienda aliquos præsertim excommunicationis uel inter-
dicti sententia innodatos euocant, uel qui excommunicatis
publice,aut interdictis prohibent ne de ecclesiis exeant, dū
missarum peraguntur solennia celebrantibus moniti gene-
raliter uel specialiter ut exeant, tales enim excommicantur
per cle.grauis, de sent.excommu.& Et similiter si excommu
nicati publice & interdicti, qui in ipsis sunt ecclesijs postquā
fuerint nominatim moniti a celebrantibus,ut exeant rema
nere præsumpserint sententiam excōmunicationis incur-
runt,& a solo Ro.ponti.possunt absolui,ut alle.cle . Septua-
gesimosecundo contra omnes qui sine licentia sedis aposto-
licæ nomiantioni electioni vel assumptioni in senatorem,
Capitaneum,patricium aut rectorem,vel ad regimen vrbis
Romæ assentiunt , vel se intromittunt per se vel alium vltra

annale spatium,nisi ex ipsa vrbe naturaliter sint oriundi aut
continui habitatores. nec habet extra territorium talem po
testatem quod possent euacuare rationem constitutionis
fundamenta,de elect.lib.6. Tales enim ibidem excommuni
cantur. Et sīr intēdētes vel inobedientes sic assumptis, & qui
ipsos noīauerint elegerint vel assumpserint, & dātes eis au-
xilium &c.Sed hmōi constitutio,& etiam c.1.de locato sunt
43 locales & in terra papæ.†Septuagesimotertio.Contra illos q
mittunt scripturam vel nuntium vel secrete loquuntur car
dinalibus vel alicui eorum existentibus in conclaui pro ele-
ctione papæ. Tales em̄ sunt excōicati.in c.vbi maius pericu
lum.de elec.li.6.Et similiter omnes dn̄i rectores aliique offi-
ciales cuiuscunque dignitatis aut cōditionis existant qui di
ligenter non obseruant,aut fraudem circa ca committunt q
sibi præcipiuntur obseruanda in obitu summi pontificis mo
rientes in eorum terra, vt habetur.d.c,vbi peri culum.Quod
intelligit domi.nisi tales officiales impedirentur de iure vel
de facto,quia tunc non ligarentur. Septuagesimoquarto in
omnes qui p se vel alios spoliando seu alias iniuste persequē
do grauare psumpserint in beneficiis seu aliis bonis suis cle-
ricos uel qualibet personas ecclesiasticas aut eorum consan
guineos, vel ecclesias,monasteria,seu loca cetera ex eo quod
tales personæ ecclesiasticæ ad quos spectat electio noluerint
vel nolunt eligere eum pro quo rogabantur,tales em̄ excom
municati sunt per c.sciant cuncti.de elec.libr.6.ubi do.post
Archi.dicit quod spoliando intelligitur siue auferant laten-
ter siue vastent quocunque modo , siue inuadant immobi-
lia siue rapiant mobilia per vim & publice,siue fraudent per
dolum &c.Septuagesimoquinto in eos qui regalia siue colle
ctā quę fit noīe imperatoris aut regis seu vectigalia a rege cō-
cessa ecclesiis. aut custodiā, siue guardiam, vel aduocationis
seu defensionis titulum ecclesijs,monasterijs,aut aliis piis lo-
cis vacantibus de nouo vsurpando bona ecclesiarum,mona
steriorum,aut locorum ipsorum occupare præsumunt cuius
cūque sint dignitatis. nam tales sunt excōicati si prędicta iu-
ra de nouo vsurpent, videlicet a 40.an.citra s̄m Bald.in c.ge-
nerali.de elec.lib.6.& etiam virtute illius vsurpationis bona
vacantium prædictorum occupent aliter non essent excom
municati secundum dom.in præalleg. c.septuagesimosexto
in omnes illos qui ab solutionem reuocationem quācunq;
a sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti
extorserint per vim aut metum,nam omnes tales sunt excō
municati per c.vnicum.de his quæ vi metusue cau.fi.li.6.Qd
intelligi debet s̄m gl. & Archi.si absolutio vel reuocatio sit
facta,quia iudex noluisset absoluere vel reuocare, non habe
ret locum pęna prædicta. Et habet locum etiam si sententia
sit iniusta,vt no.ibidem. Dicunt tñ officiarii regij prædictam
& quasdam alias decretales per Bonifaciū octauum in odiū
regis editas non fuisse admissas in regno Franciæ.& ideo non
seruari. Septuagesimoseptimo in omnes compellentes cuius
cunque conditionis sint, prælatos ,uel ecclesiasticas personas
ad submittēdum ecclesias subiiciendo bona immobilia vel
supponendum iura ecclesiastica laicis, vel recognoscendum
seu profitendum se tenere ab illis tanquam a superiorib. vel
ad statuendum eosdem laicos tanquam patronos vel aduo-
catos ecclesiarum seu bonorum ipsarum imperpetuum,seu
ad non modicum tempus sine capituli consensu & licentia
spediali sedis apostolicę.Nam tales excommunicati sūt per
c.hoc consultissimo.de re eccle.non alie.li.6. Et pariter sunt
excōicati omnes laici qui ex licentia papæ & consensu capi-
tuli cōtractus inierunt de ecclesiasticis immobilibus vel ini-
rent in futurum si aliquid plusquam importat natura con-
tractuum ipsorum vel pactum eis factum vsurpauerint vel
exegerint si moniti legitime nō desistunt ab huiusmodi vsur
patione,restituendo etiam taliter vsurpata, vt in prędicto c.
Septuagesimooctauo contra omnes qui per se vel alios suo
nomine vel alieno ab ecclesiis vel ecclesiasticis personis ex-
gunt pedagia, vel guidagia pro rebus suis propriis, quas defe-
runt vel deferri faciunt non causa negotiationis, nam tales
excommunicantur per c.quamquam.de censi.li.6. si fint sin-
gulares personę.Si communitas , vniuersitas, aut collegium
ecclesiastico subiiciuntur interdicto. Septuagesimonono
omnes qui literarum apostolicarum impetratores vel alios
ad forum ecclesiasticum recurrētes super causis,quæ ad eun
dem forum de iure vel de antiqua cōsuetudine pertinere no
scuntur compellunt,seu compelli procurant,aut per se vel p
alium impediunt ne coram iudicibus ecclesiasticis delegatis
seu ordinarijs possint iustitiam obtinere vel quærelam de di-
ctis causis coram eis proponere iudices ecclesiastici vel im
petrantes aut litigantes seu litigare volentes, aut propinquos
ipsorum, seu res illorum aut ecclesiarum suarum etiam per
captionem modis vel alijs quibuscūque aggrauant, cum dā-
tibus auxilium,consilium vel fauorem ad prædicta. Tales n.
sunt excōicati per c.qm̄.de immu.eccle.li.6. Nec debent ab
solui

solui nisi prius integre satisfecerunt,tam iudici, cuius iurisdi
ctionem in casu cuius cognitio ad ipsum de iure vel de con
suetudine pertinebat, perturbauerint quam parti per turba
tę de iniuria,damnis,expensis & interesse, ut in præal. c. qm̄
quod pariter officiarii dicūt in regno non fuisse, vsu receptū.
Octuagesimo Contra omnes seculares dominium obtinen
tes qui suis subditis interdicunt ne prælatis aut clericis seu
personis ecclesiasticis quæcunque vēdat aut emant aliquid
ab eisdē,nec ipsis bladū molāt coquāt panē,aut alia obsequa
exhibere præsumant , tales enim sunt excommunicati ipso
facto.per cap.eos de immu.eccl.lib. 5. Octuagesimoprimo,
in doctores & magistros qui religiosos habitu suo dimisso le
ges uel phisicam docent uel in scholis suis retinere præsum
munt,nam tales excommunicantur,per c.ut periculosa.ne
cler.vel mo.li.6. Octuagesimo secundo. In omnes qui præ-
sumpserint, ecclesiasticę sepulturę tradere hæreticos credē
tes,receptores,defensores, vel fautores,eorum scientes,sunt
enim excommunicati per c.quicunque.de hæret.lib.6. Nec
debent absolui nisi propriis manibus publice extumulent,
huiusmodi corpora damnatorum, ut ibidem.Octuagesimo
tertio. Contra potestates dominos temporales rectores vel
eorum officiales, seu balliuos, qui de crimine hęresis cogno
scunt , vel iudicant , siue si captos pro eodem crimine abs-
que episcoporum vel inquisitionis licentia a carcere liberāt
uel executionē pro huiusmodi crimine eis a diocesano vel
inquisitoribus iniunctam non implent, prout ad eorum spe
ctat officium etiam directe vel indirecte præsumunt senten
tiam diocesanorum vel inquitorum & processum impedire
vel si diocesano uel inquisitoribus præsumpserint se oppo-
nere in his quę ad præfatum fidei negotium incumbunt aut
aliter impedire cum omnibus dantibus eisdem in præmis-
sis,auxilium,consilium vel fauorem,nam omnes sunt excō
municati,ut in cap.inquisitionis.de hære. lib.6 . Si hoc face-
rint animo impediendi prędictum officium secundū Mat.
alias secus,de quo iam tetigi geraliter.supra in huiusmodi ,
parte. §.52.Octuagesimoquarto. cōtra illos q p assasinos ali
quem interficiunt, seu interfici mandauerunt, nam tales li-
cet mors forsan secuta non fuerit cum ipsorum receptato-
45 ribus,defensoribus, seu occultaroribus sunt excommunica-
ti,& alias diffidati &c,ut in cap.1.de homi.lib.6. de quo sup.
in 18.fall. regu.prima.Octuagesimoquinto ꝯ omnes psonas
ecclesiasticas singulares cuiuscunque dignitatis conditionis
aut status,collegia & uniuersitates quæ vsurariis alienigenis
concedunt omnes domos ad fenus exercendum, tales enim
excummunicantur.in cle. 1.de usur. lib.6. & uniuersitates &
collegia interdicuntur. Et si laici fuerunt ab huiusmodi ex
cessu compescendi sunt per censuram ecclesiasticam ab or-
dinariis locorum, ut ibidem. Octuagesimosexto in omnes
concedentes represalias contra personas ecclesiasticas , vel
eorum bona uel si gn̄aliter concessas prætextu cuiusuis con-
46 suetudinis ad easdem referunt, seu extendunt, nisi intra mē-
sem a die cōcessionis reuocent si sint psonę singulares sunt
excommunicati.in c. vnico.de iniur. lib.6. Octuagesimose-
ptimo in omnes qui sequestrationem quæ fieri debet de be-
neficio per triennium integrum pacifice non possesso post
sententiam diffinitiuam cōtra possessorem apud sedem apo
stolicam duntaxat in petitorio uel possessorio promulgatā
impedire vel fructus sequestratos qui supersunt oneri tenē-
tis sequestrum occupare præsumpserit , quia etiam sunt ex-
communicati,ut in cle.vnica.de sequestr.pos.& fru. Octua-
gesimooctauo.Contra omnes impedientes visitatores monia
lium quarumcunque & etiam canonicorum regularium in
his quę pertinent ad officium visitationis eorundem . nam
tales.si moniti non desistant sunt excommunicati,vt patet
47 in cle.attendentes.de statu.re.in fi.& uide ibi Zab. qui ponit
quod tria requiruntur ad hoc , ut quis incurrat dictam pœ
nam.Octuagesimonono. Cōtra omnes statum beguinarū,
assumentes vel assumptum sectantes, & qui assumentibus,
dant auxilium,consilium uel fauorem,directe uel indirecte
quoniam tales excommunicantur per cle. 1.de reli.do. No-
nagesimo . Contra omnes scientes contrahentes matrimo-
nium in gradib.cunsaguinitatis prohibitis, ne cnon contra-
hentes cum monialibus. Tales etiam excommunicantur in
clementina unica.de consan.uel affi.Nonagesimoprimo in
omnes potestates, capitaneos, rectores, consules iudices.con
siliarios.aut alios cū suis officiales, qui faciūt statuta, scribūt
vel dictāt quod vsurę soluantur , aut quod solutę non resti-
tuantur cum repetunt.Et qui secundum illa statuta scienter
48 indicare præsumpserint.Et si prędicta statuta actenus edita
de libris communitacum ipsorum nō deleuerint si habent
potestatem super hoc intra tres menses.& quoscunque præ
dictos præsumentes obseruare dicta statuta siue consue-
tudines , effectum eorum summentes quoquomodo ,

sunt enim excommunicati per clementinam , unicam.
de vsur.an aūt alii a sup. not. incidant in prædictā pęnam vi
de ibi per Pau.& Zaba.Nonagesimosecundo, in oēs qui par
ticipant excōicatis publice in crimine dānato antequam fa
ctum fuisset propter qđ fuere excōicati.nam tales eadem ex
communicatione ligantur.c.nuper. & c.si cōcubinę de sen.
44 excom. † Nonagesimotertio de arris datis pro matrimonio
ecclesia pōt indirecte cognoscere s̄m Frid. de se. cō. 169.cir-
ca fi.Nonagesimoquarto,ep̄s vel alius prelatus pōt esse dele
gatus principis,not. Sicul .in c.inter dilectos.de fi.instrum. &
Cal.in ti.de offi.le.cons.6.Io.And.in addi.Spe.ti.de asse. §. de
bet.ver.sed nunquid.a talib. tamen debent abstinere, per c.
teque. undecima quæstio.prima. & capitulo de præsentium.
decimasexta quæstio.prima.& facit.l.repetita.C. de episcop.
& clericis. nisi materia concernat animam . vt per Sicu. &
Ana.in c.in archiepiscopatu.de rapt.tñ iudicium non est nul
lum cum iurisdictio sit habitu penes ecclesiam,vt late no. p
Ant.& Sicu.in c.decernimus.de iud.& facit quod no.Innoc.
in c.1.de obli.ad ratio.vbi pro vna causa pōt clericus esse p-
curator laici,licet non in plurib.no.Sicu.c .per venerabilem.
qui filii sint legi.faciunt no.per Præpo.in c.cum parati. de ap
pel.& Bal.in ti.de pa.constan.§.in ciuitate.in prin. & gl.in c.
reprehensibilis. vigesimaquarta quæstio.octaua. & decima-
septima distinctione. capitulo episcopus. Nonagesimoquin
to licite prelati impendunt consilium,& auxiliū dn̄is tempo
ralib.pro conseruatione reipublicæ, maxime instāte magna
regni turbatione.no.Sicu.in c.non est.de voto.ad hoc Inno.
in c.licet ex suscepto.de fo.compe. ubi dicit ꝙ rebelles impe
rii papa domare pōt.quod per Sicu.extollitur in c. quod sup
his.2.col.de voto.& in c.nouit.in 2.no.de iud.& in c.excom-
municamus.in §.catholici de hæret.& ibi Ana.in fi. & idem
Sicu.in c.1.ult.col. de off.or.& in al.c.licet.3.4.& 7.col. & idē
Fel. in 1. col.Ex quo arguit idem Sic. quod prælatus potest es
se de consilio regis,prout ep̄i & prælati nostri peroptime stu
dent in presenti regno practicare.facit quod legitur,& no.in
c.in archiepiscopatu. de rapt.& facit quod habetur in c. duo
sunt.96.dist.& quod no. per Bal.& Sali.in authē.habita. C.ne
45 fi.pro patre.†Nonagesimosexto, ep̄s potest excommunicare
principem laicum suæ dio.gl in c.si aūt.11.q.3.& in c.oēs. de
maio.& obe. gl.in c.duo sunt.96.dist.18.dist.quoniam quidā.
62.distinctione.capitulo Valentinianus, & capitulo dilecto.
de senten.excommunicatio. lib.sexto. & po test ipsum prin-
cipem iudicare.capit.imperator.in fi.96.distin. & vndecima
q.1.c. sacerdotibus.Nonagesimoseptimo,ep̄s pōt administra
re bona principis laici,ab eo tñ non poterit carcerari pro rō-
ne reddenda s̄m gl. & doc.in c.dilectus.de app.nisi de fuga fo
ret suspectus per no.Inno.in c.vt fame.de sen.excom. & Io.
An.in c.nullus.de pign. & in c.cum non ab homine. de iud.
Nonagesimooctauo, ep̄s ratione iuramenti potest cognosce
re de prauitate vel simulatione contractus.no. Bal. in l.ordi-
46 narii. C.de rei uen.Io.de Prato.in l.qui proprio. ff. de procu.
fa. quæ dixi sup.in istius partis.§.22 †Nonagesimonono,si iu-
dex secularis est suspectus in aliqua causa tunc de iure po-
test adiri episcopus. glos. ita dicit. vndecima quæstione pri-
ma.in sum.& facit in authent. vt diffe.iudi.§.primo,& penul
timo,column.9. imo est eidem addendus episcopus.C.de iu-
di.anth.si vero. l.apertissimi.C.eo.ti.& Spe.ti.de recusa.§.2.in
prin.Centesimo cognoscit ep̄s de conuenricula laicorum. c.
conuenticulas,& ibi Bal.de pace iur.fir. Centesimoprimo. fa
cit solui dotem etiam nudo pacto promissum.Bal.in l.1.C.de
promissio.do.Ho.& Io.An.post Inn.in c.de prudentia.de do.
inter vi.& vxo.Centesimosecundo, ep̄s exequitur sententiā
latam per iudicem laicum contra clericum reconuentum
ad literam iudicis laici s̄m Io.de Imo. in ca.postulasti.de fo.
47 comp.& ibi Sic.& Io. An.in c.1.de mutu.pe.†Centesimoter-
tio, episcopus est iudex reductionis a laudo lato per cleri-
cum , & laicum, Baldus,& Bartolus in l.pręcipimus. in fine.
C.de appellationibus. ut dictum est supra in huius partis. §.
decimotertio. Maxime quando laudum est iuratum.capitu-
lo cum C.laicus, de foro competenti.& capitulo venerabi-
lem, de electione Antonius in capitulo quintauallis . de iu-
reiurando, vel si laudum sit de matrimonio, vel re spiritua-
li, uel si nutriat peccatum euidens,ut in capitulo nouit.de iu
diciis, capitulo secundo , de arbitris uel si pro parte ecclesiæ
petatur.reductio, capitulo cum sit generale. de foro compe-
tenti. Centesimoquarto, clericus succedens laico debet co-
ram suo iudice conueniri secundum Bartolum in l. hæres
absens.in principio.ff.de iudicis, & Baldus in l.secunda. C.ut
48 in possessione legat. Centesimoquinto Clericus † minor
potest petere in integrum restit . coram iudice ecclesiastico
contra laicum etiam in bonis patrimonialibus casus est in c.
constitutus.de in integ.rest.& ibi Ant.& Phil.in rub.de rapt.
in fi.idem tenet Sicu.in alle.c.in 1.not.& idem Fel.in c.cum

sit generale. 2. col. de fo. compe. & idem est dicendum de ec-
clesia, vt possit petere in inte. re. coram ecclesiastico iudice
contra laicum, ita tenent Inn. Sicu. & Fel. in alle. c. constitu-
tus. & c. cum sit generale. †Centesimosexto, Laicus & cleri-
49 cus conrei debendi debēt coram epō conueniri, tenet Bart.
in l. iurisperitis. §. cum oriundus. ff. de excu. tu. Centesimose-
ptimo, Laici possunt in foro ecclesiastico ratione cuiuscun-
que peccati conueniri. tex. in c. nouit. de iudi. iuncta gl. super
ver. corrigere. quod qualiter intelligatur. vide Pet. de Anch.
in præall. c. ea quæ. q. 8. de re. iur. li. 6. & per Doc. in præall. c.
nouit. vbi per eum disputatur an tutus exceptione rei iud. p
iudicem secularem posit denūciari coram ecclesiastico, de
iniquitate sententiæ, vide quæ scripsi. sup. eo. §. 4. ex præmis-
50 sis. †Centesimooctauo, miserabilis persona pōt laicū interdi
cto vnde vi coram ecclesiastico iudice cōuenire ēt si res sub
tracta feudalis esse dicatur per tex. in c. ex parte B. de fo. com
pe. ꝙ temporales officiarij patienter non tolerarent per ea,
quæ scripsi sup. in 2. reg. fal. 24. Centesimonono, iudex laicus
negligens facere iustitiam per ecclesiasticum iudicem com
pelli potest. no. gl. in c. iudæi. in 2. de iud. & c. excōicamus. in
1. gl. de hære. & 24. q. 2. c. dominus. in gl. 1. dixi sup. eo. §. 6. & 5.
Centesimodecimo †iudex ecclesiasticus & secularis possunt
51 in aliquib. casibus concurrere in causæ cognitione, vt in au-
then. si vero. C. de iudi. & qñq; ratione necessitatis indiuisibi
lis instantiæ, vt cum volo conuenire clericum & laicū obli-
gatos insolidum ratione cōtractus, uel administrationis, pu
ta quia fuerint executores testamenti vel in aliis causis in q-
bus apud eundem iudicem est agēdum. ff. de qb. re. apud eū.
l. 1. & c. cum Martinus. de consti. ita dicit Pet. de Anch. in al-
leg. c. ea quæ. de re. iu. li. 6. q. 1. Et ibi vide ad quem tūc erit ap
pellandum, & concludit ꝙ vterq̃ superior ēt erit adeundus
in causa appellationis. Et si non esset possibilis iste cōcursus
erit adeundus iudex ecclesiasticus tanquam dignior per ca.
quanto. de iu. & c. quod in dubiis. de conse. eccl. vel al. & no.
Bar. in l. 1. in prin. ff. de app. Bal. in l. pręcipimus. de appella. C.
Centesimoundecimo. Laicus cōuentus coram papa, si dicat
ipsum non esse iudicem suum competētem inepte excipit,
sed debet dicere papa non habere in ipsum exercitium iuris
dictionis. Ita Milis tenet, in versic. iurisdictio. §. iurisdictionis
prorogatio. Et ita dicit practicari in Rota. & dixi sup in 2. cō
clusione. Centesimoduodecimo papa habet iurisdictionem
in omnes laicos, quo ad decidenda dubia legistarum in qb.
sunt variæ opi. doc. no. Ant. in c. super. col. 4. vers. no. 4. de re-
scrip. †Centesimodecimotertio, papa deponere potest laicū
52 a sua dignitate. gl. in c. nullus. 11. q. 1. 17. q. 4. c. si quis deinceps
& c. Adrianus. 63. dist. idem est de quolibet iudice ecclesiasti
co, quia priuare potest iudicem secularem officio laicali, &
ipsum inhabilitare si non vult obedire in his in quib. est sub
ditus iudici ecclesiastico, ut no. Domi. in c. vt officium. §. sta-
tuimus. de hære. lib. 6. Centesimodecimoquarto. papa potest
absoluere laicos vasallos a subiectione principis tēporalis. c.
grauem. de excess. prælat. Centesimodecimoquinto papa ex
causa potest absoluere aliquem ab obligatione quæsita lai-
co qui ei non subest quo ad temporalem iurisdictionem si
talis obligatio solum contrahitur ex fidei præstatione, ut in
c. quanto. de iureiur. secus autem si aliunde esset quæsita, qa
cum talis obligatio sit de iuregentium non poterit per papā
tolli. clemen. pastoralis. de re iud. & no. Innocen. in capitulo
quæ in ecclesiarum. de constitut. legiste in l. fin. C. si contra
ius uel vti. pub. Centesimodecimosexto clericus potest con-
uenire laicum in foro ecclesiastico super noui oper. nuntia.
de quo per Sic. in c. significantibus. de noui ope. nuncia. licet
Ioann. Andre. videatur sentire contrarium, sed idem Si-
cu. dicit quod potest laicus a clerico casu prædicto conue-
niri coram ecclesiastico, quia ille qui nunciat in iure suo
molestatur. & sic est reus, & quodammodo committitur
sacrilegium turbando rem ecclesiæ merito potest conue-
niri coram ecclesiastico iudice, argumentum, in capitulo
cum sit generale. de foro competenti. & videtur sentire An-
ton. in allegat. capitul. significantibus. quod Sicu. dicit esse
notan. Centesimodecimoseptimo, laicus contra laicum in
casibus concernentibus forum ecclesiasticum simpliciter,
vel mixtim coram ecclesiastico iudice agere potest condi-
tione legis diffamari. C. de ingen. & manum. de quo per In-
nocent. Sicu. & Felin. in capitulo conquerente. de officio or
dinarij dicentes quod potest implorari offi. iudicis, ut com-
pellat diffamantem cessare a diffamatione, & id iudex face-
re tenebitur, propterea dixit tex. in alle. l. diffamari. statum
ingenuorum sine errore, sine malignitate quorundam per-
53 iniquum est. †Centesimodecimooctauo, pro quolibet dam-
no illato potest etiam per laicos recurri ad iudicem ecclesia-
sticum, ut generaliter excōicet eum qui damnum intulit,
licet probari non possit determinate quis damnum intule-
rit. Et hoc intelligo præcedente gñali monitione per modū
edicti publici. Et ligabuntur omnes scientes & contumaces
pro quo. c. 2. de offi. ordi. & ibi Sicu. c. tam literis de testi. & c.
constitus. de iureiur. c. ad nostra. 5. q. 1. c. quidam maligni. de
sent. exc. c. a nobis 1. & c. Romana. §. caueāt. lib. 6. & c. propo
suit, de cle. excom. ministra. cum ibi no. ad q facit c. 2. ne cle.
vel mona. cum ibi no. per Io. An. in nouel. Ad hoc l. iubemus
j. C. de defen. ciui. quæ reputatur in hac materia notabilis fa.
aut si oēs. C. vt ab her. se ab. & ff. de ori. iu. l. 2. §. exactis. & ff. de
iust. & iu. l. sed si pupillus. §. præscribere. & C. de fur. l. ancillā.
& de maio. & obe. c. humilis. no. per Inn. in c. præterea. de ap.
de off. deleg. c. P. & B. Ex quib. Rot. deci. 449. post Bal. & Pet.
de Peru. fratres concludit sniam gñalem epi ex causa, siue p
facto generali posse proferri & ꝯ incertā psonā & per modū
edicti publici & ligari oēs scientes & contumaces. Et sic tam
laici quam clerici ligabuntur, & uulgo tale monitorium ge
nerale vocari solet monitorium in forma malefactorū. Et
præmittitur ita fieri per iudices tpales præsertim vsq; ad re-
uelationem inclusiue. Centesimodecimonono, quando lis
magno tpe durauit inter aliquos & est adeo intricata, q de
facili expediri non pōt, nam tunc iudex pōt compellere par
tes ad concordiam, licet causa sit ciuilis per tex. in c. placuit
90. di. de quo facit sstū Anto. & Imo. in ca. 1. de mutu. pe. &
Sicu. in c. 1. de treu. & pa. & in c. cum inter R. 3. col. de ele. &
in c. fi. 3. no. de maio. & obe. & in cap. cū pridem. de pa. & in
c. nouit. 3. col. de iudi. Pau. & Alex. in l. quidam estimauerūt
ff. si cer. pe. Lud. Rom. in l. 2. ff. sol. mat. & Alex. in l. 1. §. & post
operis. ff. de no. ope. nunt. 3. col. & Lud. & Alex. in l. si quis mis
sum. §. iudex. ff. de dam. infec. Quæ Felin. in rubr. de treu. &
pa. dicit esse ponderanda, quia iste est casus in quo episcopus
potest coercere laicos, nam dicitur in alleg. c. placuit. quicun
que odio aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacē
reuocari diuturna oblatione nequierint a sacerdotibus ciui
tatis primitus arguantur, qui si inimicitias deponere perni-
tiosa intentione noluerint de ecclesiæ cœtu iustissima excō
municatione expellentur. Certum est autem quod delictū,
excommunicatione dignum est fori ecclesiastici. Sicu. in c.
cum sit generale. 4. col. de foro cōpe. & inferius. §. Duocen
cedēte dicetur. Et ideo vī quod episcopus mortaliter peccet
non intromittens se per censuram ad pacificandos ciues cū
scandalo dissentientes, quia licet alias non obuians delicto
non peccet, vt delinquens, fallit tamen in prælato Sicu. in c.
quante. de sent. excō. & negligentia in prælato est peccatum
mortale, etiam in concernentibus pacem, in c. 1. de treu. &
pace. & ibi Sicu. in 2. no. Et quod negligentia in reuocando
discordes ad concordiam sit peccatum mortale in prælato
est glo sing. in §. criminis alias incipit, ea demum in verbo.
neglexerint, 25. dist. licet in alio sit veniale, vt ibi, & dicit Si
cu. in cap. 1. de offi. ordi. quod episcopus debet excommuni
care, & interdicere ciues expellentes alios iniuste ex ciuita-
te, & dicit Bal. in l. 1. §. quies. ff. de offi. præfe. vr. quod officia-
lis videns rixantes & non se interponens cum possit peccat
ob hoc ab officio remoueri, ita Feli. ubi supra. Centesimoui-
54 gesimo † si laicus fuerit absolutus vel punitus in foro tem-
porali de crimine quod est etiam punibile in laicum secun-
dum ius canonicum poterit absolutione tali, vel punitio
ne non obstante per iudicem ecclesiasticum puniri uel absol-
ui. secun. Bald. in l. placet. de sacrosanc. eccl. decentem quod pœ
na spiritualis non tollit temporalem nec econuerso. idem
Bal. in l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cle. Pet. de Anchar.
in regula iuris, ea quæ. 27. colum. uer. 9. quæritur dicens Bal.
ita consuluisse, quamuis Bald. non decidat in l. 1. C. de cum
tri. ad cap. fi. de exce. lib. 6. Felin. in c. de his. de accus. vers. 12. rñ
det dicens, quod loquitur in sententia lata in causa ciuili nō
autem in criminali, de quo dictum est, remittens vlterius ad
quæ latissime ponit Sicu. in c. tuæ. ult. col. de proc. vbi ipsa
conclusione alleg. tex. in c. felicis. §. per hoc. de pœnis. lib. 6.
idem no. Sicu. in c. de causis penul. colum. de off. deleg. idem
Sicu. & Ana. in c. 1. de offi. ord. per Pet. de Anch. Zaba. & Ana.
in c. 2. de adult. per Ana. c. qualiter & qñ. §. ad corrigendos. 8.
col. de accusa. Bart. in l. nemo martyres. C. de sacrosanc. ecc. Ad-
de tu Fran. Are. in alleg. c. de his glo. Dom. in alleg. §. p hoc.
& idem Sicu. in cap. cum sit generale. in 2. no. quæ omnia fa-
ciunt ad id quod scripsi. sup. in 4. regulæ fallen. 2. videlicet quod
abolitio seu remissio quam rex concedit clericis non potest
eisdem prodesse ad hoc, vt non puniantur per eorū episco-
pū pro crimine remisso seu abolito per regem. super quo pdi
cto vide remissiones, quas ponit Fely. in c. cum sit generale.
5. col. vbi finaliter dicit quod solitus est tenere distinctionē quā
ponit Sic. in c. tuæ. de pcu. Centesimouigesimoprimo, clericus
uel ecclesia pōt agere ꝯ laicum condictione, ex c. reintegranda
coram iudice ecclesiastico. nam ille canon inducit specialē
priuilegium ecclesiæ, ut no. Cal. in c. cum ad sedem. de resti.
spol.

spol. ita concludit Sicu. in c. cum sit generale. 6. colu. de foro
compe. allegans prædictum Cal. & glo. no. in c. cum dilectus
quod met. cau. quę est pe. quam dicit ibidem esse menti tenē
dam. & nescire alibi. Mihi videtur ꝙ alia ratio posset ēt assi
gnari, quia omnis cōdictio ex lege est actio personalis, vt in
sti. de acti. §. sic itaque, versi. appellamus. modo clerici super
actionibus personalib. ꝯ laicos agere solēt coram ecclesia-
stico iudice, ergo &c. Et ista ratione videretur idem dicendū
si ageretur condictione ex. c. sæpe. de resti. spo. aut aliis cōdi-
ctionibus quæ pro recuperanda possessione proponi de iure
possunt, dubito tñ ꝙ iudices tpales huiusmodi regni nequa
quam id tolerarent per ea quæ scripsi. s̃. in 2. reg. fall. †Cente
55 simouigesimosecundo clericus, uel ecclesia potest agere ꝯ
laicum interdicto uti possidetis, si dicat se turbari per laicū,
& hoc coram iudice ecclesiastico, ita firmat Sicu. in alleg. c.
cum sit generale. 6. col. dicēs Lap. ita tenuisse alle. li. quia hu
iusmodi turbatione inducitur iniuria, violentia, & molestia
pro quibus qualitatib. pōt agi coram ecclesiastico iudice, &
istud dicit Sicu. simpliciter esse tenendum, q̃q̃ Ant. istud al̃r
voluerit limitare in c. si clericus. eo. tit. & pro huiusmodi di-
cto, s̃m eundem Sicu. est bonus tex. in c. licet. de prob. & cap.
conquestu. de fo. comp. & ibi Sicu. in 3. no. idem Fel. in alle. c.
cum sit. 2. col. verūtamen sicut dixi in §. præcedenti. vix hoc
admitterent iudices seculares huiusmodi regni propter scri-
pta, vbi sup. de spoliatore laico, an possit coram ecclesiastico
iudice conueniri ad instantiam clerici dictum est. sup. in hu-
ius tit. §. 39. Centesimouigesimotertio, ubicunque allegatur
fraus adhibita in factis ecclesiæ procedit præal. c. cum sit ge-
nerale. vt uidelicet ecclesia sibi uendicet iurisdictionē in lai-
cum. ita Inno. Sicu. Feli. & Doc. in eo. c. alleg. Lapum alle. lix.
dicentem ꝙ de fraude clerici vel prelati ementis de bonis ec
lesiæ prædium & facientis instrumentum confici & retineri
sub nomine consanguinei & amici sui aut alterius tertij co-
gnoscet ecclesia, quia isti fraudantes ecclesiam dñr malefa-
ctores ecclesiæ. pro quo Sicu. alleg. tex. & ibi Doc. in c. inqui
rendum. de peculio clerico. Item tales fraudantes ecclesiā
anathematizantur. 12. q. 2. c. quicunque. & c. apostolicos. er-
go spectat iurisdictio ad ecclesiam, quia excommunicatio
infligitur propter causam ecclesiæ subiectam. 30. dist. si qua.
& c. quicunque. & quod no. Io. An. in reg. ea quæ fiunt a iudi
ce. de re. iur. li. 6. in mercu. & ita refert Sicu. tenere Lap. ubi su
pra. Centesimovigesimoquarto, ubicunque reperitur iudicē
ecclesiasticum posse laicum excōicare ex hoc concluditur
iurisdictio sua, ita Lap. alleg. lix. tenent Sicu. & Feli. in alle. c.
cum sit generale. quod idem Sicu. corroborat fit excommu
nicatio. c. pœna. & sacro. de senten. excommuni. quia nulla
pœna maior reperitur in ecclesia Dei, 24. qō. 3. corripiantur.
& pœna non est alicui infligenda, nisi per iudicem. 23. qō. 2.
Item fieri non debet sine causæ cognitione. 11. q. 1. capitu. ne-
mo. de sent. excom. cap. 1. li. 6 & per solum iudicem in c. 1. p̄-
alleg. vbi ter reperitur verbum iudex. fa. c. nouit. de iudi. Ex
quibus verificatur conclusio supradicta. Cētesimouigesimo
56 quinto. †Eps̄ contra quemcūque ēt laicum pōt de oī crimi-
ne inquirere respectu pœnitentiæ imponendæ, ita Io. An. in
c. ad nostram. 2. super gl. 2. de iureiurā. ita intelligens. c. 2. de
off. ord. & est bo. gl. in c. 1. 6. q. 1. ita s̃m Feli. in alle. c. cum sit.
4. col. pōt intelligi quod no. Domi. in c. 2. in fi. 1. col de const.
in 6. dicens ꝙ ad euitationem peccati pōt eps̄ statuere ēt ꝯ-
tra laicos de omni crimine. Adde hic quæ scripsi s̃. in huius
57 tit. §. 3. & 38. †Centesimouigesimosexto vacante principatu
non recognoscente superiorem papa succedit, ita Fel. in c. li
cet ex suscepto. 1 col. de fo. comp. qui alleg. Rochū idem tene
re in c. & si necesse. de dona. inter vi. & vxo. & q̃q̃. Sic. in c. all.
licite teneat ꝙ imperator succedat casu prædicto, nihilom i-
nus idem Fely. dicit oppositum esse verius ꝙ imo papa huic
statui succedat ꝙ sic confirmat. horum ptās similis est impe
riali. Bar. in l. hostes. de capti. Sicu. in c. cum te. de re iud. Bar.
in l. infamen. de public. iud. & in l. acta. §. amplianda. ff. de re
iud. & in l. 1. ff. de postu. oēs. in c. per venerabilem. per illum
tex. qui fi. sint legi. sed in imperiali succedit pa. vt in alle. c. li-
cet. ergo & in ista. fa. dictum Host. in c. cum Ioannes. de fi. in-
stru. quod a tali statu appellatur ad papam, de quo ego in
huius ti. §. 4. idem tenet Ant. vt refert Fel. ubi s̃. qui circa fin.
dicit Car. ibidem narrare cōe dictū oīm ꝙ uacante imperio
papa succedat in iurisdictione imperiali, est enim hoc turba
re iurisdictionem imperialem cōtra. c. nouit. cum simi. ideo
expectandus est successor. fallit in casu præal. licet. vbi oppre
si iustitia deficiēte vlt. capite seculari, appellāt ad papam, qa
cum appellatio debeat fieri ad superiorem non est tūc alius
superior. Mod. tñ fatentur non esse in re expressum illud cō
mune dictum quod tamen tenent allegando Bart. in l. 1. §.
denique. ff. de aqua pluu. arc. cui Fel. addit quod legatus non
succedit imperio vacanti. glo. in clemen. pastoralis, in versi.
succedimus. de re iu. sing. secundum Rom. no. 497. incip. va-
cante imperio. sed quicquid sit est decisum a Io. 22. in extra-
ua. incipiē. si fratrum & coepiscoporum more. ubi inter alia
grauiter puniuntur omnes qui prætenderent se uicarios im-
perii uacantis, cui papa succedit, prout de iure liquidum est,
& iam pridem inconcusse seruatum. Centesimouigesimose
ptimo emphyteuta potest per ecclesiasticum iudicem com-
pelli ad reficiendum rem emphiteuticam, per tex. in authen.
de non alie. aut permu. re eccle. §. scire autem. col. 2. & 3. Et
compelletur condictione illius auth. seu legis aut constitu-
tionis, & sic actione personali. ad idem tex. in auth. de alien.
& emphy. §. si uero quis locator. colum. 1. ubi Bar. & in auth.
qui rem. C. de sacrosanct. eccle. pro quo facit. l. si grege in fi.
58 ff. de leg. primo ita deciditur per quæst. capelle. nu. 355. †Cē-
tesimouigesimooctauo locorum ordinarii ecclesiastici per
censuram ecclesiasticā compellere possunt iustitiarios om
nes & dominos temporales, ut permittant damnatis ad mor
tem si petant ministrari pęniteneiæ sacramentum consuetu
dine contraria quæ potius abusus esse censetur, non obstan-
te, ut in clem. 1. de pęn. & remis. Et sic si petierint eucharistię
sacramentum. non debet negari. glo. in præall. clem. in uer.
pęnitentię. mouetur per cap. quod in te. eo. tit. vbi cui conce
ditur pęnitentiæ sacramentum pariter concedi censetur via
ticum. idem tenent Zaba. & Io. de Imo. in pręalle. cle. de quo
in cap. sane. de cele. mis. Ad quod facit quia per iudicem ec-
clesiasticum loci ordinarium compelluntur iudices secula-
res obseruare ius canonicum, quod ad prouisionem anima
rum statutum est. ut in cap. fi. de for. compet. lib. 6. cap. fin. de
excep. & cap. licet. de iureiuran. & cap. decernimus. de sentē.
excō. eod. lib. no. Imo. & Zab. in præal. cle. 1. & dixi s̃. in huius
tit. §. 44. Sed quod s̃. dictum de viatico non seruatur in præ
senti regno, nam fuit denegatum dño Ludo. de Lucēburg.
conestabulario, qui anno dñi. 1475. fuit per curiā parlamēti
eo ꝙ crimē læsæ maiestatis in regē frequēter cōmisisse cū ho
stibus cōspirasse & fidē reipublicę obnoxius erat violasse cō
fessus fuerat missa tñ coram eo prius celebrata fuit & panis
benedictus oblatus quē religiose māducauit, inde ad Grauis
perductus atq. in tabulatum conscendens postq̃ ad diuę Ma
rię templum cōuersus longuisculā orationē plorās habisset
a carnifice uno actu capite punitus est. cadauer aūt per cordi
geros in ipsorū ecclesia hamatū est decēbri mēse, die 19. an-
no prædicto, Centesimouigesimonono, iudex ecclesiasticus
punire pōt laicū qui peccatum in confessione facta p aliquē
in articulo necessitatis reuellare præsumpserit ita Sicu. in ca.
oīs. de pæ. & re ulti. col. Clau. in uers. confessio uti §. 20. Cen-
59 tesimotrigesimo, pōt ecclesia punire piratas cursarios & la-
trūculos maiores. & omnes receptatores eorundem & dan
tes eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, & oēs tales in
die cenę per processum curię annalem excommunicantur.
Et dr̃ pirata quicunque in mari depredatur nisi iustum bel-
lum contra, eos quos depredatur, ita Claua. in ver. excōica-
60 tio. 5. §. casus. 18. est contra piratus. †Centesimotrigesimopri
mo, ꝯ oēs qui in terris suis noua pedagia imponunt, vel pro
hibita exigūt, tales tñ pariter sicut præcedentes excōicant,
Sed a sponte soluentibus pedagia recipientes excommuni-
cationem non incurrunt, s̃m glo. & Pau. in clem. quoniam.
de immu. eccl. qa exigere est ab inuito extorquerere. Claua.
ubi sup. casus 19. Centesimotrigesimosecundo, contra impe
dientes, seu inuadentes uictualia vel alia ad usum Romanę
curię necessaria adducentes, seu ne ipsa adducantur, vel
deferantur impedientes aut perturbantes & ꝯ defensores ta
lia facientium. ita Claua. vbi sup. §. casus 23. Centesimotri-
gesimotertio contra illos qui iurisdictionem ordinariam,
uel delegatam non habentes morantes in curia Romana te
meritate propria capiunt, spoliant & detinent aut ex propo
sito deliberato verberare, mutilare, vel īterficere pręsumūt
& qui talia fieri faciunt, seu mandant. Clauas. ubi supra. §. ca
61 sus. 23. Centesimotrigesimoquarto, contra omnes qui se ab
obedientia Romani pontificis pertinaciter subtrahere, vel
quomodolibet recedere præsumut. & contra dantes auxiliū
consilium vel fauorem prædictis. Clauas. ubi sup. § casus 27.
Centesimotrigesimoquinto contra omnes qui iurisdictio-
nem ad ecclesiasticas personas pertinentem vsurpant per
se, uel per alium seu alios directe, uel indirecte aut eisdem
auxilium, vel fauorem præstare non uerentur. Claua. ubi su-
62 pra. §. 37. †Centesimotrigesimosexto, conrra omnes mutilā
tes, uulnerantes, interficientes, seu capientes, & detinentes,
seu deprædantes romipetas. & peregrinos ad urbem causa
peregrinationis & deuotionis accedentes, & in ea morantes
vel recedentes ab ipsa & contra omnes in his dantes consi-
lium, auxilium vel fauorem. Claua. ubi supra § casus 99. Cē
tesimotrigesimoseptimo, contra omnes illos qui per se vel
alium directe uel indirecte sub quocunque titulo vel colo-
re occupant. detrinent, vel hostiliter discurrunt, seu inuadūt
in totum, seu in partem almam urbem, aut alias ciuitates,

uel terras & loca & iura, ad Roma. ecclesiam spectantia, cũ ad hærentibus, fautoribus, & defensoribus eorum seu danti bus auxilium. consilium, uel fauorem in eisdem. Nam tales & similiter in septem præcedentibus versi. nominati per pro ssum curię annalem in die cenę domini denuntiantur excõ municati. & huiusmodi casum ponit Claua. ubi supra. §. ca- sus. 30. Centesimotrigesimooctauo, ɔtra omnes exenterãtes vel in frusta diuidentes, aut in aquis coquentes, ut carnem ab ossibus euellant corpora defunctorum, ut alibi tumulan da deferant, nam tales per extrauag. Boni. 9. quæ incip. dete- standę. in tit. de sepul. sunt excommunicati ipso facto. & nõ possunt absolui nisi per apostolicam sedem præterquam in mortis articulo. Quod tamen procedit tribus concurrentib. primum quod ille mortuus sit in terra ubi uiget cultus chri stianus, quia si esset mortuus in terra infidelium non cade- rent in pœna prædicta faciendo. secundum quod prædicta faciãt cadaueri mortuo. tertium quod faciunt animo, ut ali bi tumulanda deferant, quia si facerent ex odio uel propter chirurgiam non inciderent in pœnam prædictam secundũ

63 Claua. ubi supra §. casus. 32. † Centesimotrigesimonono, cõ- tra omnes qui libellos famosos, aut cantilenas uel rithmos faciunt, detinent vel publicant in infamam status ordinum minorum prædicatorum, tales enim excommunicati sunt per extraua. Alc. 4. quæ incipit, ex alto. sub tit. de priuile. nec non docentes vel defensantes quod præfatorum ordinum, fratres non sunt in statu perfectionis, & quod non licet eis de eleemosinis uiuere, aut quod possint prædicare siue con- fessiones audire de licentia Romani pontificis prælatorum, ordinariorum sine cõsensu curatorum. Atque pariter facie tes uiolentiam damnabilem in locis prędictis ordinum. nã tales oẽs sicut præfertur excõmunicati sunt, & non possunt absolui, nisi a sede apostolica aut conseruatoribus prædicto rum ordinum præterquam in mortis articulo, ita Claua. vbi supra. §. casus. 46. cum duobus seq. Centesimoquadragesimo Contra omnes intrantes monasteria sanctę Clarę, & ordinis prædicatorum nam tales sunt excommunicati si intrant p̃- terquam in casibus per eorum regulam & statuta concessis, ita dicit Clauas. ubi supra §. casus. 49. Centesimoquadragesi- mo primo, contra omnes magistros & scholares Bononię conducentes hospitia domorum aliorum magistrorum, in lęsionem uel impedimentum inhabitantium, nisi prius tem pus conductionis sit elapsum, uel nisi de consensu ipsorum, magistrorum vel scholarium inquilinorum, tales enim sunt excommunicati in capitulo primo de loca. Et quamquam communiter teneatur quod ista constitutio sit laicis. Hosti. tamẽ tenet quod est generalis ad omnia studia quę sunt sub dominio papę, pro quo glo. in l. ne cui. C. loc. quod Claua. di cit esse tutius per prologum. in uersic. doctoribus & schola- ribus Bononiæ commoran. quia comprehenduntur etiam alibi existentes. ita Claua. in versicu. excommunicatio. 7. §. casus. 4. Centesimoquadragesimosecundo, contra omnes q vocati ad dirigendas moniales in electionibus non abstinẽ- tes ab his per quę inter eas super faciendis electionibus ipsis oriri posset discordia uel exorta nutriri, nam tales ipso facto sunt excommunicati. ut in cap idemnitatibus. §. postremo, de elec. lib. 6. ubi Gemi. ꝙ prædicta pœna non habet locum in his qui non sunt vocati ad dirigendam electionem, licet nutriant discordiam, Et ista pœna non solum habet locum in electionibus monialium, sed etiam in his quæ non renũ- tiant proprio sed uiuunt sicut canonici seculares in secula- ribus ecclesijs, ita Claua. vbi supra §. casus. 16. Centesimoqua dragesimotertio, contra eos qui procurant, vt conseruato- res sibi dati se intromittant de alijs quam de manifestis iniu riis, quia tales ipso iuro sunt excommunicati. ut in ca. hac constitutioe. §. ut autem de offi. deleg. lib. 6. Centesimoqua dragesimoquarto ɔtra illos qui fingunt causam uel faciunt fraudem, ut iudex personaliter vadat ad mulierem pro testi monio ipsius capiendo, nam teles fictores vel fraudatores ip so iure sunt excommunicati, ut in c. mulieres. de iudi. lib. 6. Centesimoquadragesimoquinto. Contra eos qui nouum or dinem aut religionem inuenientes vel habitum noue reli- gionis assumentes, ut cum aliis simul uiuant, quia tales sunt excommunicatis. in cap. vnico. de relig. domi. lib. 6. Centesi- moquadragesimosexto contra omnes recipientes res eccle siasticas alienatas in casibus a iure non concessis, nam tales per extraua. Pauli. II. positam super titu. de re. eccle. non alie. sunt excommunicati. Cẽtesimoquadragesimoseptimo, ubi auctoritas prestanda est in actibus spiritualibus gerendis cũ minore iudex ecclesiasticus habet illam interponere & nõ iudex secularis. glo. & Domi in cap. si annum. de iudi. lib. 6. super verbo, eisdem. Centesimoquadragesimooctauo, quan do pater uult emancipare filium clericum, & dare sibi par- tem hoc fieri potest coram ecclesiastico iudice vel seculari. ita Dom. ubi sup. in §. si vero. 2. co. Centesimoquadragesimo nono. ad iudicem ecclesiasticum pertinet cogere iudicẽ se- cularem, ut liberet quemcunque captiuum. quem in carce- re iniuste detinet, no. Inno. & plenius Host. & Io. An. in c. ex- posita. de arb. & Luc. de penna in l. nemo carcerem. 2. col. C. de exacto. tribu. lib. 10.

TRACT. AVREVS DE Pontificia potestate.

Rarissimi Iureconsulti Domini Petri ALBINIANI TRETII.

Ad Sanctiss. D. N. Clementem VII. Pontif. Max. Petri Albiniani Tretii I. V. Doct. De Pontif. Potest.

CONSVLTATIO FOELICITER INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 *Papa nisi de hæresi accusari potest.*
2 *Papa non subiacet denunciationi euangelicæ.*
3 *Si imperator, & totus clerus, & totus populus conueniret in vnum, non possunt iudicare papam.*
4 *Reprobatur Lud. Rom. & approbatur Hostien.*
5 *Requisita ad hoc vt debeat fieri denuntiatio euangelica.*
6 *Constantinus Imperator si vidisset clericum delinquentem clamide sua illum cooperuisset.*
7 *Maria soror Moysi percussa a lepra propter murmurationem.*
8 *Item alij absorpti pro eodem crimine.*
Detractio est instar homicidij.
9 *Argumentum quod Petrus & Paulus essent pares, & ideo Paulus Petrum reprehendit.*
10 *Hæresia damnata.*
11 *Ratione scandali euitandi plura fiunt, vt fecit Dominus qui soluit propterea tributum.*
12 *Specialia plura inducta pro scandalis euitandis, remiss.*
13 *Intentio papæ non est lædere, vel ius alterius tollere, & hoc casu rescripta præsumuntur extorta.*
14 *Rescripta papæ semper præsumuntur ex iusta causa emanasse.*
15 *Carere debet omni vitio qui in alium paratus est dicere.*

Rauem & mei ingenij virib. imparem prouinciam. Beatissime Pater suscepisse videor ad responden. quibusdam conclusionibus & scriptis Martini Luteri Germani. Quod quidem onus profecto libenter effugissem memor Carminum Horatij.

Summite materiam vestris qui scribitis æquam.
Viribus, & versate diu quid ferre recusent.

Quid valeant humeri, nisi nonnullorum probatissimorum virorum exhortationibus ac in primis ineffabili pietate fide que in te mea ad illud subeundum compulsus fuissem, ac ni si iudicassem conclusiones ipsas & scripta manifestam hære sim sapere ac ad maximum dedecus clauium tuæque ponti ficiæ dignitatis detractionem omnino tẽdere quam pro mei ingenii & doctrinæ exiguitate semp tutatus sum, vt teneor, cuius rei testimonium perhibet alia mea consultatio de cõ cilio edita ad obturandum ora loquentium iniqua de fe. re. Iulio Secundo prædecessore tuo contra concilium, seu ve- rius conciliabulum hisce superioribus annis Mediolani con tra eundem Iulium celebratum. Si enim canes pro domino rum suorum seruandis rebus latrare & vociferare non ces sant, cur silere debeo si ex dictis conclusionibus & scriptis di uinam ac humanam maiestatem plurimum læsam vulne- ratam ac laceratam video. Quam si recte sapimus quilibet Christianam religionem & fidem profitens vsque ad anime emissionem & sanguinis effusionem tueri tenetur. cap. sunt quidam 25. q. 1. Cum Christus redemptor noster pro nobis & salute nostra in Crucis patibulo suum preciosissimum san- guinem effundere, & animam emittere non recusauerit. Error enim cui non resistitur approbatur. §. primo, versicu. non est grandis & cap. sequen. 83. dist. cap. pasce, 86. distinct. l. necare. ff. de liberis agnoscend. capitu. quanto, de sentent. excommunica tio.

Quod etiam suadet naturalis ratio teste Catone.
Quod uosti factum non recte, noli silere.
Ne uideare malos imitari tacendo.

Et licet ualde difficilis & ardua, ut prædixi, uideatur huius- modi materia de qua agendum est. Tamen in Domino con fido qui intellectum dat paruulis psal. 118. & linguas infantiũ fecit disertas Sapiẽ. 10 in fi. & ex ore infantium & lactẽtium perfecisti laudem inquit psal. 8. & Matt. 11. Et Christus dixit discipulis suis nolite cogitare quomodo aut quid loquami- ni. dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non .n. uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis, Matt. 10. & Luc. 21. Et locutus est per hos sanctorũ qui a sæculo fuit prophetarum eius psalm. 143. & aliquando abscondit a sapientibus, & prudentibus quæ reuelat paruu- lis Matt. 11. non enim sufficientes sumus aliquid excogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. ad Cori. 3. nam diuino præsidio Dauid pusillis corporis inermis, Goliam gigantem Philisteum armatum uicit, superauit, p- strauit, obtruncauit. 1. Regum. c. 17. in fi. & Iudit uidua præsi- dio diuino Olophernem militiæ Regis Nabucodonosor du- cem ense, uel gladio euaginato obtruncauit, seu decolauit. Iudit 13. spiritus enim ubi uult spirat, maxime cum illius in- uocatur præsidium, Ioã. 3. c. nisi cum pridem. §. uerum, de re- nun. & psal. 134. prope est dominus inuocantibus in ueritate, quare si quid boni dixero, uel scripsero id non mihi, sed diui næ bonitati tribuendum erit, quoniam omne datum opti- mum & donum perfectum descendit a patre luminum. Ia. canonica. 1. c. si ex bona, in fi. 2. col. de pœnit. dist. 4, glos. in c. quam pio, in verbo, apostolica. 1. q. 2. si autem aliquid minus bene dixero, id uarijs domesticis & familiaribus curis & ne- gotijs maxime in pertractandis clientulorum meorum cau sis ascriben. erit, paratus enim sum ab anniculo edoceri. c. si habes. 24. q. 3. cum de tam ardua deque sublimi numinis et suæ sedis amplissima facultate dicturo unquam morta- lium doctrina satis esse possit, has igitur pro mea scribẽdi exi guitate lucubrationes hylari uultu & leto animo oblatas ex cipies de serenitate tui uultus & supremæ potestatis clarita- te adumbratæ mortalium mentes illustrentur, ut male im- pieque de te, tuæque diuinæ immensæ potestatis sentientes eisdem ab errorib. reuocentur, & ex densissimis tenebris ad lucem & ueritatem quæ Deus est. Io. c. 14. & epist. 5. c. verita- tẽ & c. qui contempta. 8. dist. c. nisi cum pridem. §. uerum, de renun. restituantur. Prius tamen quam ad confutationẽ ob- iectorum & conclusionem ipsorum deueniamus opere pre- cium esse existimaui aliqua præmittere. quæ mihi ad rẽ plu rimum facere uidentur. Et in primis ut ueritas elucescat ad te sermonem meum direxero pie ac fraterna charitate sem per loquendo. et tamus n. [?] pro ueritate indaganda, unde nõ iniurijs aut contumelijs uerbis, sed modestia & mansuetu dine utendum, quæ ut nos decet, ut instruit apostolus ad Phi lip. 4. modestia uestra nota sit omnibus hominib. Et illud ti- bi dixero, quod scribis & pharisæis dixit Christus eum inter- rogantibus, quare eius discipuli transgrediuntur traditio- nes seniorum cum panem manducant non lotis manibus, respondit, quare & uos transgredimini mandatum Dei. qui dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam &c. Mat. 15. & Mat. 7. Tu enim in tuis conclusionibus asseris summum põ. & eius apostolicos executores diuinas leges transgressos fuis se. Et ego a te quæro quare tu magis scriptis tuis & combu- stione diuini codicis Decretalium, in contemptum clauium & pontificiæ potestatis diuinas & humanas leges transgres- sus es? maius enim peccatum habes & commisisti quam sum mus pon. qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, quem cathedra Petri aut sanctum inuenit, aut san- ctum facit, capit. 1. in fi. 40. dist. Tu nanque in tribus maxime peccasti edendo dictas tuas impias nefarias & hæreticas con clusiones. Primo in dictis tuis conclusionibus incusare, uel arguere uideris summum pont. & eius apostolicos executo

1 res de eorum multis excessibus, quod tibi non licet, quia † pa pa de nullo crimine accusari potest nisi de hæresi, ut est glo. communiter ab omnibus pro singulari allegata in c. si papa. 40. dist. & dicis te non incusare summum pont. sed illũ euã- gelica denunciatione arguere. Quæ est si peccauerit in te frater tuus & c. Mat. 18. c. si peccauerit. 2. q. 1. c. nouit, in princ.

2 de iudi. Nec hoc tibi licet, quia papa non subiacet dictæ de- nunciationi, ut tenet d. gl. in d. c. si papa, & d. Abb. in d. c. no- uit 15. col. uers. sed circa hoc quæro. nisi faceret contra legẽ diuinam uel articulos fidei ut tenet ibi d. Abb. & Alexã. in d. c. si papa & in rub. de ap. 12. colum. uers. ista tamen supplica- tionem tenet Host. & Io. An. in c. propositi, circa finem. de concessen. & dict. Ab. ibidem. quarta columna. nisi in hæ- resi, si enim est impœnitens debet dici ecclesiæ, ut Deum oret pro eo. quod ipsum inspiret, & ecclesiæ triumphan- ti ut oret pro ipso, qui si publice peccauerit mortaliter, secrete, & pie argui debet ut dicit dictum Abb. ipse enim omnes iudicat & a nemine iudicatur. capitulo aliorum cap. nemo. 9. quæstione. 3. & d. Ab. in cap. significasti. septimo no- tabili. de electio. Et infra dicitur in uersicu. Diuini numinis,

3 unde si imperator † & totus clerus & totus populus conue- nirent in unum non possunt eum iudicare, Lud. Ro. cons. 52 incipiente omnipotentis Dei implorato suffragio quæstio, discutienda est, tertia colum. quem credo male dixisse expo sitionem Hosti. in dicto capitu. proposuit falsam esse, & hoc per capit. sed illud. 46. distin. & melius in cap. omnibus, 24. q. prima ubi dicit esse uerba Hieronymi dicentis illa verba dic ecclesiæ, intelligi de eccl. militante quæ est fideliũ collectio, quã ecclesiam si quis corrigentem corripiẽtẽq. cõtẽpsit alie nus esse debet tanquam hæreticus, & publicanus allegat ẽt capitulũ quapropter secunda q. 7. & cap. præcipue. 11. quęst. 3. & cap. notuit de iudi. & cap. quemadmodum de iur. iuran. ubi est similis, ex positio. Si igitur quo ad alios fideles peccã tes intelliguntur referri uerba illa ad ecclesiam militantem cur tam uarie eadem referimus ad Deum uel ad ecclesiam triumphantem in personam papæ cum indistincte & inde finite fuerit locutio domini non magis alios fideles concer- nens, quam papam, immo ex euangelio apparet specialiter directa. Non est autem dubium, unam eandemque oratio- nem non debere diuerso iure censeri uarioque modo expo ni. ff. de uulga. & pup. l. in hoc iue. C. de testa. mili. l. in test. ff. de usucap. l. eum qui ædes. de deci. cap. cum in tua cap. quia circa de priuil. 12. quæst. secunda c. cognouimus cum simili- bus. Nonne dominus discipulis suis loquens, inter quos erat Petrus, dixit. Si quis uestrum scãdalizauerit unũ ex pusillis, istis minimis expedit ut suspendatur in collo eius mola asi- naria & de mergatur in profundum maris &c. Quia dicta iu ra allegata per Ludo. maxime. dicto cap. sed illud & cap. om nibus. cum concor. præallegatis non dicunt ut refert Ludo. sed tantum referunt uerba euangelii Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. Nec per hoc eadem uerba diuerso iure censentur. Si intelligatur Io. And. & Do. Abb. in locis præal legatis, ut papa aliquali maiori prerogatiua potiatur quam alii per iura sæpius per eos allegata maxime. dicto c. nemo, & c. aliorum. Nec uerba euangelica ita dicũt ut retulit Lud. Sed dicunt. Qui autem scandalizauit unum de pusillis istis, qui in me credunt expedit ei, ut suspendatur mala asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. & sunt Ma the. 18. & Lucæ. 17. capitulo nisi cum pridem. §. pro graui,

4 de renun. itaque patet expositionem, host. bonam esse & lau dabilem approbatam ab aliis docto prealle. intelligendo ta men hosti. cum peccatum papę sit occultum, seu cum eccle sia non scandalizatur. Secus si peccatum est publicum & ex inde scandalizatur ecclesia tunc tota regula euangelica ha bet locum in eo, ut si monitus non desistit dicatur toti ec- clesiæ. idest cõcilio & ab eo poterit puniri quia est suspectus de hæresi. Sed esto quod papa esset subiectus dictæ denuntia tioni euangelicæ non potest dici, quod tu dictam uiam & re

5 gulam tentaueris, quia constat te † non seruasse requisita in dicta regula seu denuntiatione euangelica, quæ sunt quinq. ponderata & descripta per d. Abb. in di. c. nouit. prima colu. in fi. & hoc ex uerbis euangelicis. Primum est quod papa pec cauerit te sciente uel in tuam damnationem, uel quia offen dit & lædit te ut litera innuit. Secundum requisitum est ꝙ fiat hæc admonitio secrete obsecrando quod desistat a pec- cato. Tertium quod si nõ desistit a peccato, adhibeatur unus uel duo testes, quibus præsentibus fiat dicta admonitio cha ritatiua. Quartum quod postea fiat denuntiatio ecclesiæ. i. prælato. Quintum quod coram suo prelato denuntians pro bet peccatum denuntiatum. Nullum autem præmissorum constat te fecisse, vel seruasse, sed prima fronte libellum fa- mosum contra summum põtificem, & eius executores apo stolicos edieisti & in hoc mihi uideris nõ imitatum illum ꝗ ut persius refert in fossa uociferabat. Auriculas asininas Mi- da rex habet. At uox illius a paucis audiebatur, uidelicet tan tum abastantib. Tua autem scripta detractatoria toto orbi. patefacta sunt. ut dici possit illud propheticum in omnem, terrã exiuit sonus tuus & in fines terræ opera tua mala. psal. 18. item uox uociferantis momẽtanea erat. Tua autem ope ra perpetua erunt & maxime apud uiros literatos, ꝗ si boni & catholici fuerint illos ludibrio habebunt, laudabilius tibi fuisset dictam regulam euangelicam seruare ut iubet, uide- licet per literas tuas uel nuntium secrete ipsum papam ad- monere. Si in aliquo illum in te peccare arbitratus fuisses & imitari Sem & Iaphet pios filios, qui auersa facie. Noe eo rum patris pudibunda operuerunt. Non autem immitari, Cham tertium filium impium, qui irridẽda monstrauit Ge ne. nono. §. de his. secunda quæstione semptima capitulo de crimine in fi. decimaquinta quæstione quinta his exemplis instruimur non detegenda esse aliorum peccata, maxime

mairoumnostrorum, sed potius celanda patet etiam hoc di uino exemplo. Nam Petrus apostolorum princeps audiens, Christum dicentem se iturum hierosolimam & multa mala, & mortem denique a senioribus scribis & principibus sacerdotium passurum & tertia die resurrecturum a mortuis. Assumpsit Christum seorsum, & illum incepit increpare, dicens absit a te domine non erit tibi hoc quod dicis. Mat. 16. circa me. Et ibi Ni. de lyra super uer. assummēs colligit argumentum quod inferior non debet publice arguere superio-
6 rem sed secrete. Legimus †etiam Cōstantinū imperatorem dixisse. Si uidissem clericum delinquentem ipsum clamide mea cooperuissem ne ab aliquo uideretur c. in scripturis. 96. di. quod etiam sapiens Cato monet dicens.

Quantuncunque potes cælato crimen amici.

Deteriores enim sunt qui aliorum famam moresque corripiunt his qui aliorum substantiam dirripiunt. capit. deteriores. cap. merito. 6. q. 1. Et paulus uas electionis. primo ad Corin. 6. Bonum est mihi magis mori quam quis euacuet gloriā meam. Et Deus dixit, Diis non detrahes, idest clericis Exo. 22 c. & Io. c. 1. de mala cap. 2. c. sacerdotibus, 11. q. 1. Et si de clericis obloqui non decet multo magis de principe clericorū, & aliorum principum, qui est papa uicem Dei gerens in terris & successor Moysi, ect glo. no. in c. causam. 2. in uerbo ad regem. qui filii sint legitimi, & infra dicetur, quam graue autem sit peccatum detrahere papæ patet exemplo Mariæ so-
7 roris †Moysi & Aron, quæ licet prima fuisset, quæ post transitum maris rubri sumpto tympano hymnum cātare meruit Exo. 15. Tamen percussa fuit lepra a domino, quia murmurauerat de Moyse, quod Ethiopissam accepit inuxorem nu.- 12. c. §. item abiicitur. 2. quæstio. 7. & exemplo Core & aliorū
8 sociorum, qui rebelles fuerunt Moysi, & propter †hoc a terra absorti sunt. numeri. 16, c. Alia etiam exempla refert, Gratianus similia. §. item in libro regum ea. cau. & quæstio. quę
9 breuitatis causa omitto referre, Et ꝙ detractio †sit instar homicidii est op. tex. in c. ex merito. & c. nemo. 11. q. 3. & gl. no. in cle. 1. in uerbo detrahant de priuileg. refert Tullium Cicero. in inuectiua § Salustium in fi. sepius inquit nihil grauius offendere animos auditorum cos, qui aliena uitia aperte dixerunt, quam cos qui commiserunt. Si Paulus Petrum reprehendit ad Gala. 2. c. qui contempta, 8. di. §. ecce olfetum, uers. item si paulus. 2. q. 7. hoc ei licet quia Paulus erat par Petro. c. Beati Petrus & Paulus ca. cau. & q. unde Hieronymus
10 super dicta epistola ad Gala. 2. dicit Paulus † Petrum reprehendit, quod non auderet nisi se non imparem sciret. c. Paulus 2. q. 7. & in diuinis solis non commemoratur unus, sine altero. Et ad Gala. 7. dicit Paulus qui enim operatus est, Petrus in apostolatum circoncisionis operatus est & mihi inter gentes, tu autem iudicio meo non es par sum. pon. sed ab eo dittas quantum lenta solent inter uirgulta cupressi, ut de ad te non spectat redarguere sum. pon. qui solum Deum habet ultorem ita ut libere dicit potest illud apostoli, Qui iudicat me, dominus est. primo ad Corin. 4 & infra dicetur. Secundo ratione scandali ex tuis scriptis exorti. Cum scripta huiusmodi manifeste sint contra communem omnium canonistarum & theologorum sententiam ut patebit ex infra dicendis suis loco & tempore. Et sic seminasti zizania in tritico sicut inimicus ille homo de euāgelio Mat 13. Et ex hoc possit oriri scisma ut alias in regno isto Alemaniæ exortum
11 est. Nā ibi ortę erant quædam abhominabiles sectæ, †quæ appellantur biguardorum hominum & mulierum quæ biguinarum appellabātur quæ sectæ tanquam hæreticæ in concilio Vienensi, cui præfuit papa Clemens. 5. reprobatæ fuerunt ut patet in Cle. ad nostrum de hæreti. Quantum autē Deus abhoreat scandala liquido percipitur ex eius gestis. Nam licet non ignoraret Iudam Schariot, eum proditurum tamē illum propalare noluit nisi in genere, unus (inquit) uestrum me traditurus est. Mat. 26. Mar. 14. Lucæ. 22. c. si sacerdos de officio ord. Item licet non teneretur ad tributi solutionem. cū domini sit terra & plenitudo eius Gen. 14 Hester. 13. Psalm. 23. & 88. Exo. 13. in prin. capitu. tua nobis de deci. Tamen ad euitandum scandalum iussit Petro ut iret ad mare & mitteret hamum, quia piscem caperet, in cuius. ore staterem inueniret. Et illum summens pro se, & Petro tributum solueret. Mat. 27. in fin. §. item tributum. capitulo conuenior circa finem uitādi ecclesia in terris ubi non est consuetum soluere decimas, eas non repetit, ut tenet. Nico. de lira. Matth. 17. in uerbo ergo liberi sunt in fin& Matth. quinto in uerbo si quis te percusserit & idem tenet sanctus Thom. secunda secundæ, quæstione 87. articulo primo Et summus iurisconsultus præceptor meus in canonibus Alexand. Ne. in capitulo primo, 17. colum. uers. Quidam sunt de constitu. allegat. c. si homines de deci. & dict. Abb. in cap. in aliquibus eod. titu. & san-
12 ctus Tho. in loco præallegato, Et idem tenet Feli. in capitulo 2. tertia col. vers. 22. de præscrip. ubi ponit. 23. specialia inducta ad euitanda scandala ꝯ regulas iuris cōis. Et Pau. Apost. ne aliquem scandalizaret ꝑprjs manib. laborando victū sibi acquirebat. 1. ad Cor. 9. gl. in d. c. ij de p̄scr. c. iam nunc. 28. q. 1. Tertio quia facta papæ excusantur sicut Iacob a mendatio, Israelitæ a furto, Sanson ab homicidio, patriarchę & alij plures viri iusti, quia habuerunt vxores, ab adulterio. ca. gaudemus, de diuor. gl. not. in c. 1. 40. dist. de mendatio Iacob habetur Gen. 27. §. item apponitur. 22. q. 1. de furto Israelitarū habetur. Exo. c. 13 in fi. & c. dominus. 14. q. 5. de homicid. Sansonis habetur. Nu. 25. c. occidit. 23. q. 8. vnde si aliquid rescribit papa quod absonum sit excusatur & attribuitur importunitati supplicantis & magnitudini, seu multitudini occupationum papæ, vnde constituit, vt ille cui scribitur. Rescribat pontifici quod obstet rescripto, & supersedeat interim negotio commisso & expectetur secunda & interdum tertia iussio. c. si quando de rescrip. facit. c. cum a Deo, eo. titu. & benefacit gl. not. in verbo nuncians. §. deinde competēs in auth. de man. princi, quæ colligit, ar. contra miseros prælatos exe-
13 quentes statim literas papæ, licet iniustas, quia intentio, † papæ ad quam semper recurrendum est. c. ad aures. de rescrip. c. exposita, de arbit. c. super quæstionum. §. intentionis. de offic. de leg. non est lædere, vel tollere ius alterius. c. de ecclesiasticis. 25. q. 2. c. si quis non obedierit. 11. q. 3. c. nunc vero. 8. q. vlt. l. secunda. ff. ne quid in lo. publ. nec declinare in partem dexteram vel sinistram. Deut. 17. in fi. Mat. 22. sed in æquo libramine omnibus iustitiam ministrare. capitulo licet prima colum. de proba. cap. cum nobis, circa finem, de electione. c. licet, de sup. negli. prælatorum. cap. magnæ, in fi. de voto. cle. pastoralis de re iudi. Et tanta est auctoritas pōtifitia ut Rescri-
14 ptum apostolicum †semper præsumatur ex iusta causa emanatum & hæc præsumptio adeo est uiolenta vt non admittatur probatio in cōtrarium cle. 1. de probat. & hoc tenet la. Alua. in ti. si de feu. fuerit cōtro. §. naturalis. 4. colum. in prin. in usi. feu. & dicit hæc verba fuisse. C. & idem tenet d. Abb. c. quæ in ecclesiarum. 4. colum. de consti. allegat hoc singulari & not. in l. relegati. ff. de pœnis quæ aperte dicit, quod magna & causa in principe est sola voluntas, quidet hoc dicit se etiam de mente. Anto. de Butri. Ibidem, ybi tamen hoc dictum limitat multipliciter. Cuius limitationes non refero ad rem non faciunt. sed unum ego addiderim ut hoc dictum uerum sit, quando papa rescribit ex certa scientia, & est bene de causa & negotio instructus, & certioratus, aliter non præsumatur pro rescripto, sed præsumitur papa circumuentus & deceptus, ut est singularis & notabilis tex. in c. postulatis. §. pterea in uerbo ex certa scientia de offi. dele. Alia dicetur suis locis, Deo propitio, ad rem hanc facientia, ad detegendum er-
15 rores tuos. Et nunc mihi occurrit illud Ciceronis, careret debet omni uitio, qui in alium paratus est dicere & iuxta illud euangelicum hypochrita primum trabem de oculo tuo eijce & tūc educes festucam de oculo fratris tui Lucæ. 6 §. tria. 3. q. 7. uers. porro in fi. & 1. quæstio 1. in ulti. glo in c. 1. de accusa. hoc etiam crimen detestatur Horatius in sermonibus sic inquiens.

Cum tua præuideas oculis mala lipus in unctis
Cur in amicorum uitia tam cernis acute, & alibi
Vt nemo in sese tentet descendere nemo
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

Laudabilius ergo tibi fuisset silere quam male dicere & scribere de pon. & eius executoribus. Et sequi consilium Hieronimi super. 12. prophetis, qui sic ait, quando ergo uir ecclesiasticus & prudens atque intelligens multas impietates in ea q̄ uocatur domus Dei esse cognouerim & non solum multas, sed etiam fortes & quæ opprimere possunt iustitiam, & in tātum doctorum rabiem processisse, ut accipiant pretium in iuditio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes deuitent in portis & audire contemnant, taceat in illo tempore ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas inter porcos, qui conuersi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem, solus sedebam, quia amaritudine repletus eram. cap. quando. 11. q. 3. His ihitur sic præmissis ventilemus aliquas de tuis conclusionibus principalibus in quibus aliæ etiam complectuntur iuditio meo quæ sunt hæ.

Opiniones hæreticæ luteri damnatæ.

PAPA NON VVLT, nec potest remittere vllas pœnas præter eas quas uel suo uel canonum arbitrio imposuit. Canones pœnitentiales solum viuentibus sunt impositi, nihilque morituris, secundum eosdem debet imponi. Zizania illa de mutanda pœna canonica, in pœnam purgatorij! videntur certe episcopis dormientibus sata, & cætera, Mo-

Morituri per mortem omnia soluunt & legib. canonū mortui iam sunt habentes iure earum relaxationem. Igitur papa per remissionem plenariam omnium peccatorum non simpliciter omnium intelligitur, sed a se ipso tantum modo impositarum. Errant itaque † indulgentiarum commissarii qui dicunt per papæ indulgentias hominem ab omni pœna solui & saluari. Qualem potestatem papa habet in purgatorio, generaliter talem habet quilibet episcopus & curatus in in sua dioceſi & parochia specialiter. Optime facit papa qui non potestate clauis, quam nullam habet, sed per modum, suffragii dat animabus remissionem. Docendi sunt Christiani quod ueniæ papæ sunt utiles, si non in eas confidunt, sed nocentissime si timorem Dei per eas amittunt. Cur Papa non euacuat purgatorium propter sanctissimam charitatē, & summam animarum necessitatem, ut causam omnium iustissimam. Si infinitas animas reduceret propter pecuniam funestissimam, structuram Basilicæ, ut causam leuissimam.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus potest reuocare constitutinnem factam in concilio.*
2 *Petro & suis successoribus data fuit omnimoda potestas a Christo.*
3 *Papa sicut potest facere constitutiones quæ ligant, ita potest etiam illas quæ absoluunt.*
4 *Papa habet potestatem super infideles.*
5 *Licet præceptum papæ iniustum sit, seruandum.*
6 *Mandato papæ debent sacramenta ministrari, & nullus contra eius mandata debet illis se imiscere.*
7 *Dispensatio papæ in quibus prosit.*
8 *Princeps legibus non ligatur.*
9 *Dei & papæ idem est concistorium.*
10 *Episcopi & eius vicarij idem concistorium siue tribunal.*
11 *Papa potest idem quod Deus potest.*
Cum limitatione vt hic per auctorem.
12 *Per contritionem intrat Christus, & recedit diabolus.*
13 *Papa vicem Dei gerit in terris.*
14 *In quibus papa habeat plenitudinem potestatis, vt nemo possit illi dicere cur ita facis.*
15 *In Papa est pro ratione voluntas.*
16 *Potestas Papæ, & nu. 19.*
17 *Papa dissoluit matrimonium non consumatum.*
18 *Casus in quo papa dissoluit matrimonium consumatum, & nu. 26.*
20 *Papa potest deponere imperatorem sine consensu cardinalium.*
21 *Papa est iudex in causa propria.*
22 *Interpretatio illorum verborum tibi soli peccaui, psal. 50.*
23 *Quibus casibus papa dispenset circa matrimonia.*
24 *Patriarchæ prophetæ, Petrus apostolus, & Lucas euangelista fuerunt coniugati.*
25 *Papa potest statuere quod per secundum matrimonium tollatur primum.*
26 *Et dispensat in consumato.*
27 *Papa potest prohibere matrimonium inter aliquos expressis nominibus.*
28 *Merita Petri aut successorem sanctum faciunt aut sanctum inueniunt.*
29 *Dubitans de potestate papæ est censendus sacrilegus & hæreticus.*
30 *Dicens peccata dimitti Romæ non posse hæreticus est censendus.*
31 *Glo. litteris aureis scribenda, ideo dici vnam ecclesiam, quia in vniuersali ecclesia est vnum caput supremum cui omnes obedire tenentur. S. papa.*
32 *Ecclesia militans est diuinitus exemplata a triumphanti.*
33 *Ecclesia dicitur columba vna & perfecta, & electa & ibidem expositio horum verborum.*
34 *Duo sacramenta fluxerunt ex latere dextero Christi perforato. S. Sanguis, & aqua & quid significent.*
35 *Christus & ecclesia duo in carne vna & epitheta ecclesiæ.*
36 *Declaratio illorum verborum, ego sum vitis & vos palmites.*
37 *Argumētum quod in terris sit vnus princeps, qui curret animas hominum id est papa.*
38 *Verbum hoc episcopus quid significet.*
39 *Petro a Christo data est potestas tanquam capiti alijs tanquam membris.*
40 *Verba super hanc petram quid denotent.*
41 *Et dabit gentibus, expositio illorum verborum.*
42 *Potestas data in personam Petri & aliorum apostolorum fuit data ecclesię.*
43 *Præceptum sonat in iurisdictionem contentiosam.*
44 *Decretum hoc verbum sonat iurisdictionem contentiosam.*
45 *Episcoporum epitheta.*
46 *Papa quare appellet episcopos fratres reges vero & alios principes filios.*
47 *Christus appellat apostolos fratres suos. & quod dicit eos lucem mundi cū & seipsum ita appellat.*
48 *Petrus post ascensionem Christi fuit electus ab alijs Apostolis in eorum principem.*
49 *Petrus fuit maior alijs coapostolis in administratione.*
50 *Argumentum quo Petrus fuerit princeps apostolorum.*
51 *Petrus fuit cum omni perfectione potestatis ordinatus.*
52 *Commisso aliquo & id commissum intelligitur, sine quo illud exequi non potest.*
53 *Primus episcopus a Petro creatus.*
54 *Potestatis maioritas in quibus consistit.*
55 *Sacerdotium erat apud tribum leuiticam tantum.*
56 *Potestas est penes vniuersalem ecclesiam sed explicari debet per papam.*
57 *Arg. quod petro fuerint traditę claues.*
58 *Pro hamo piscatorio quid intelligitur.*
59 *Diligis me plus his, horum verborum declaratio remissiue.*
60 *Papa ex legitima causa potest exercere omnimodam potestatem nec tenetur conuocare concilium pro consensu habendo.*
61 *Arg. præeminentiæ Petri ad alios discipulos.*
62 *Cæphas quid significet.*
63 *Christus voluit vnum tantum esse pastorem & non plures.*
64 *Confirma fratres tuos horum verborum declaratio.*
65 *Introitus Christi in domum Simonis quid significauerit.*
66 *Et populus qui creabitur laudabit dominum exponitur.*
67 *Exordium synagogæ & ecclesiæ figuratum est in duobus fratribus Esau. & Iacob.*
68 *Sinagoga et ecclesia assimilantur Esau ex Iacob. in vtero matris.*
69 *De bello Esau & Iacob fratrum gesto in vtero matris remissiue.*
70 *Verborum Isac patris ex Esau & positio.*
71 *Deus qui est spiritus amat spirituales.*
72 *In testamento veteri cathedra attribuitur Moysi in nouo uero Petro.*
73 *Moyses & Aaron in quibus essent peres & in quibus non.*
74 *Petrus in quibus fuerit maior alij apostolis.*
75 *Petrus quo tempore Romam iuerit ad expugnandum Simonem magum & quo tempore cruci afixus.*
76 *Belzebu significatio.*
77 *Facta in testamento veteri sunt figurantiua in testamento nouo.*
78 *S. Petri festum quare tribus vicibus singulis annis celebretur & alia ratio assignatur num. 79.*
79 *Petri & Andreæ eius fratris qualis mors fuerit.*
81 *Pasce oues meas per illa verba quid in Petrum translatum sit.*
82 *Quare claues potius petro quam alijs apostolis traditæ sint.*
83 *Petrus magis amabat Christum quam alij Apostoli & quomodo id ostendit pluribus exemplis.*
84 *Ioannes excellebat alios apostolos virginitate.*
85 *Sequere me expositio huius verbi.*
86 *Sic eum volo manere expositio horum verborum.*
87 *Tu es petrus meditationes ad illa verba.*
88 *Petrus a petra non autem petra a petro.*
89 *Misereri didicit petrus postquam fidem se perdidisse defleuit.*
90 *Petrus a Christo in principem apostolorum electus, & ab apostolis confirmatus.*
91 *Mali possunt habere dona spiritus. sed. scilicet non spiritum sanctum.*
92 *Beatius est dare quam accipere sunt verba Christi.*
93 *Christus in cruce afixus & pendens cantauit. x. psal.*
94 *Quare sequenda consuetudo ecclesiæ optima ratio.*
95 *Iurisdictio est tam in malis principibus quam in bonis.*
96 *Imperatiuus importat necessitatem.*
97 *Deus propter peccata populi permittit males principes regnare.*
98 *Iudex præsumitur recte iudicare licet sit malus.*
99 *Minister Dei est uindex, in malis.*
100 *Potestas legis condendæ est tantum apud papam licet Imperator olim receperit potestatem a populo.*
Et infra num. seq.
Et quomodo intelligatur alio. nu. seq.
Et infra num. seq.
103 *Moses habuit vtrunque gladium cuius papa est successor.*
104 *Per duas claues quid significetur.*
105 *Deus vsque ad Noe rexit per se mundum postmodum per ministros quorum primus fuit Noe.*
106 *Expositio illorum verborum Deus iuditium tuum regi da.*
107 *Expositio & vis illorum verborum tu me sequere.*
108 *Non credens papam posse condere legem est hæreticus censendus.*
109 *Aliter credens quam Romana ecclesia prædicat hæreticus est.*
110 *De potest. Papæ disputare est sacrilegium & dubitans de eius potestate est hæreticus.*
111 *Petri nomen a Christo inuentum est.*
112 *Confutatur conclusio. 8. & 26.*
113 *Pœna æterna per contritionem minuitur a Deo, & temporalis quæ ab ecclesia imponitur.*
114 *Plenariæ remissionis papæ effectus.*
115 *Quid tenendum de indulgentia plenaria.*
116 *Nullum malum impunitum horum verborum sensus.*
Et infra num. 119.
117 *Gutta sanguinis Christi sufficiens est ad saluandum totum humanum genus.*
118 *Sanguis Christi & sanctorum martirum est thesaurus in scrinio ecclesiæ.*
120 *Pro quolibet peccato mortali septenis pænitentia regulariter debetur.*
121 *Grauior est in purgatorio pœnitentia vnius diei quam hic dierum centum.*
121 *Completa pænitentia ex causa iniuncta credendum est confitentem amplius in purgatorio non afligen.*
123 *Remissiones an prosint his qui sunt in purgatorio, & quomodo. & damnatur*

Diuini Numinis ac Beatissimę semper virginis Marię Dei genitricis ac beati Petri Apostoli de cuius potestate agitur inuocato presidio ut facilius pateat solutio & confutatio dictarum conclusionum non nulla quæ ad rem mihi uidentur plurimũ pertinere præmittere operepretium existimaui. Primum igitur quod papa habet in omnibus plenitudinem potestatis, ratione cuius est supra ius, & contra illud dispensare potest, etiam si sit dispositio generalis concilii, ut clare probatur in c. proposuit iuncto. c. 2. de con. præben. & in c. significasti de elec. & est glo. not. & singularis in c. ubi periculum circa prĩ in verbo concilio de elec. in 6. Quæ dicit papam de pletudi- 1 ne potestatis posse reuocare constitutionem factam in concilio. Quam pro multum not. allegat. Felin. in c. primo 7. colum. uers. amplia. 3. de consti. & d. Abb. in dicto cap. significasti, 2. colum, in princ. licet d. glo. non allegat, optime facit gl. in

in cap. nemo. 9. q. 3. quæ dicit quod si unum statueret concilium & aliud papa standum esset statuto papę nisi in causa, hæresis, Et ratio prædictorum colligi potest ex dicto c. significasti ubi dicitur quod concilia non possunt præfigere legẽ Romanæ ecclesiæ, cum omnia concilia auctoritate Romanæ ecclesiæ facta sint, & ab ea robur receperint. Et in eorum 2 statutis semper Romana auctoritas excipiatur, Et hoc quia ipsi Petro & per eum eius omnibus successoribus data fuit omnimoda & plenaria potestas ligandi & soluendi, dicente domino quodcũque ligaueris super terram erit ligatum, & in Cœlis. Mat. 16. transumptiue in cap. quodcunquę. 24. q. 1. cap. in nouo testamento. 21. distin. c. Ita dominus. 18. di. cum similibus & dicens, Quodcunque nihil excipit. cap. solitę de maio. & obe. cap. Si Romanorum. 19. di. Et cum ipse non distinxerit, nec nos distiguere debemus eius potestatem cap. si dormierit. 31. quæst. prima Inno. in cap. quanto in fi. de consue. exponit illa uerba domini, quodcunque ligaueris & c. s. per constitutiones & præcepta Hosti. autem in cap. per uenerabilem in uerbo decreto qui fin. sint legi. exponit Decreto, idest decisione, responsioni sententiæ diffinitioni, interprætationi, constitutioni. Etenim semper est obediendum in piritualibus, & in his, quæ ad animam pertinent & spectant, nisi fiant contra fidem, uel specialiter prohibita, & idem tenet Inno. & clarius in cap. quod autem circa me. versi. sed quæris, unde habes de pę. & re. ubi dicit quod illa uerba quodcũque & c. possunt intelligi per constitutiones, per illas enim ligantur multi qui non sunt ligati iure naturali, sicut apparet in illis qui sunt in sacris ordinibus constituti, qui ligantur peccato, si contrahunt matrimonium, uel non dicunt diuinum officium. Nec aliter ligarentur nisi essent constitutio- 3 nes, & sicut papa potest facere constitutiones quæ ligant, eadem ratione & quæ soluant, qualis est hæc quicumque iuerit ultra mare habeat talem indulgentiam arg. in c. cum inferior. 21. dist. Hinc dicit Inno. in c. quod super his de uoto ꝙ per illa verba generalia, quodcunque. Et per illa uerba pasce oues meas. Io. c. ult. & transumptiue in d. cap. significasti de 4 elec. accepit Petrus, † & eius successores potestatem non solum super fidelibus, sed etiam super infidelibus iuxta uerbũ dominicum, fiat unum ouile & unus pastor. Io. c. 10. & glo. in clem. ad nostram in verbo ecclesiæ de hæreticis, Et alibi 5 quantum ad propositũ bellissimæ inquit. Quod si papa † præcepit aliquid iniustum cum non habeat superiorem, coram quo agi possit illi obediendum est in spiritualibus, quia nemini licet de eius factis iudicare. 40. dist. Si papa, nisi mandatũ papæ hæresim contineret, uel nisi ex præcepto iniusto præsumeretur uehementer perturbatus status ecclesiæ, uel multa mala futura essent Quia tunc peccaret obediendo, cum debeat futura mala præcauere, non autem iuuare, si autem præcipiat aliquid iniustum laico, qui non est iurisdictionis suæ, nec ratione personæ suæ, nec ratione causæ, nec alias, dicit se non uidere, quod teneatur ei obedire, Si tamen illum excommunicaret debet excõmunicationem seruare, quia 6 cum in potestate papæ sit ecclesia militans, ad eius † mandata debent sacramenta ministrari & nullus contra eius mandata debet eis se immiscere, quod est valde no. Inn. in cap. inquisitioni de sent. excommu. Quod dictum pro notabili allegat. Abb. in cap. quæ in ecclesiarum, penul. colum. uersic. item limito, ut præsumatur, de constit. & Feli. in cap. primo circa principium de fi. instrum. & dicto cap. quæ in ecclesiarum. 11 colum. in fi. de constit. & in cap. ita quorundam, in fi. de Iudęis & cap. quando, in glo. sua, quæ incipit supersederi. 2. colum in fi. de rescrip. ad idem aliud not. dictũ. Inno. in c. cum ad monasterium de sta. mo. ubi dicit quosdam tenere & forte non male secundum eum, quod licet in his, quæ fiũt contra votum tacitum uel e † pressum, & in aliis, quę sunt cõ- 7 tra euangelium, † non prosit papæ dispẽsatio, ni ex causa fit. & idem forte intelligendum secundum eum si dispensat in his, quæ sunt contra generalem statum ecclesiæ non tamen hoc uerum in his dispensationibus, quæ sunt contra ius positiuum tantum, sic apparet in statutis, quæ facta sunt super ordinibus faciẽdis, vel interstitijs ipsorum, & quod quis posset hebere duas ecclesias curatas. in his enim dispensationibus sufficit sola uoluntas papę, etiam sine causa, probatur hoc ratione, sicut enim ex sola uoluntate potest constitutionem relaxare, quia eius est tollere & destruere, cuius est condere. c. 8 inter alia, de senten. excommu. & princeps † legibus non ligatur. l. digna uox. C. de legibus. l. ex perfecto. ff. de lega. 3. l. princeps. ff. de legibus Hien. uero unum commendabile ponit in cap. quanto. de translat. præla. uidelicet quod Dei & pa- 9 pę idem est concistorum argum. in capitu. 2. eo. tit. & in ca. Romana de ap. in 6. & factum a papa dicitur factum a Deo, vt dicit Ioan. An. in cap. rursus circa princ, qui cle. uel mo. & ad hoc optimus tex. in cap. non putamus in fi. de consue. in 10 6. ubi dicitur idem auditorum seu consistorium † esse episcopi & eius uicarii & ibi gl. ulti. Et idem tenet pe. de Anca. consilio. 29. incipiente in Christi nomine, eiusque matris uirginis gloriosę Mariæ, & beati Antonii Amen parum dubita- 11 tionis, circa me. Ideo bene dici potest de iure papam † pene omnia posse, quæ Deus potest, excepto peccato. cap. charitas de pęn. di. 2. Nam Deus non dedit Petro licentiam peccandi capitulo primo 40. dist. capitulo legatur 40 quæstio. secunda immo non debet excipi peccatum quia, peccare non est potentia, sed impotentia dicto capitulo charitas & infra dicitur. omnia enim per Deum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est peccatum, Ioan. capit. primo in pri. immo nihil, magis est contrarium Deo, quam peccatum. Nam ꝑ ianuã peccati intrat diabolus, & statim Christus recedit, sicut per 12 contritionem † statim intrat Christus, & recedit siue expelitur diabolus de peniten. distinctio. secunda sic enim inquit & capitulo cum renuntiatur. 31. quæstioné prima, iuncta ibi prima gloss. specula. in hac materia late loquitur in titulo de leg. §. nunc. osten. ver. 50. ubi dicit ꝙ papa est petri successor 13 & uicarius Iesu Christi, vicẽ non puri hominis sed veri † Dei gerens in terris, ut in præallegato. capitulo secundo, & tertio, unde omnia gerit, & disponit, & iudicat, prout sibi placet. ca. cuncta per mundum. & c. per principalem octaua quæstio. tertia, licet quilibet episcopus sit quo ad quædam uicarius Christi. c. mulierem. 33. quæstio. quinta. c. unico. uersi. ad exibendum de sacra unctio. habet etiam papa plenitudinem potestatis ad quam uocatus est. Alij uero in partẽ solicitudinis sunt uocati. c. ad honorem de auct. & usu. pa. c. decre- 14 to, secunda, quæstio. sexta. dummodo † contra fidem non ueniat, in omnibus, & ꝑ omnia potest dicere & facere quicqd placet, auferendo ius suum cui uoluerit, quia nemo est, qui ei dicere possit, Cur ita facis. c. in memoriam. 19. distinctio & ita tenet domi. Abb. cui addo bonum tex. in §. ex persona. Alias est. c. quamuis. de pę. distin. 3. & glo. not. in d. c. 2. in uerbo uicẽ Dei. de transla. prelatorum & Paulus de Ca. consil. 284. Incipiente in Christi nomine amen. In facto pręsenti. 3. col. uersi. Sicut uidemus, & consilio sequenti, incipiente in Christi nomine Amen. Primum dubium, secunda columna, princi. Nã 15 apud eum † est pro ratione uoluntas. §. sed quod principi, insti. de iure naturali gentium, & ciuili. & glosa tertia in cap. si gratiose. de rescrip. in 6. Item non habet superiorem. ca. licet de electio. & ipse est super omnes. Nec potest ab aliquo iudicari. c. in nouo. & c. nunc autem. 21. distnctio c. cuncta ꝑ mũdum. c. nunc uero & c. si quando. 8. q. 4. audit. 2. q. 5. Et ipse põt dicere illud apostoli. 1. ad Corin. 4. Qui autem iudicat me do- 16 minus est. Vñ dicitur † ecclesiæ arbitrium. l. 1. in fi. C. de sum. tri. & fin. cath. & ideo etiam immutat substantialia unius rei, applicando alii. ar. in l. 2. C. commu. dele. & de nullo potest facere aliquid. l. vnica in prin. C. de rei ux. ac. c. re uera, de confe. d. 2. & sententiam, quæ nulla est facere ualidam. c. hæc qppe. 3. q. 6. Item de iniustitia potest facere iustitiam corrigẽdo iura, & illa immutando. c. ut debitus, de appęl. c. non debet, de cons. & affi. & plenitudinem obtinet potestatis. c. decreto 2. q. 6. & de prædictis est glo. not. in ca. 2. in uerbo uicem Dei 17 de transla. prelatorum. Item papa † dissoluit matrimonium carnali copula non consumatum, ut communiter notatur in c. commissum, de spon. & glo. in ca. ex publico de conuer. 18 cõiu. Et quandoque consumatum † dissoluit ut inter infidelẽ quando alter coniugum conuertitur ad fidem, altero nolente secum habitare, sine contumelia creatoris. c. quanto de diuor. inter quos est uerum matrimonium, & eis dictũ sit, quos Deus coniunxit homo non separet. Mat. 19. Mar. 10. c. de infidelibus in fi. de cõ. & affi. cum similibus. Item potest facere ꝙ facta habeantur pro infectis. l. vt est glo. not. in cle. 1. in uerbo pro infectis, de im. ecc. extant ẽt uersus de põtificia ptãte.

Restituit papa solus deponit & ipse.
19 *Diuidit & unit eximit atque probat.*
Articulos soluit sinodum facit.

Transfert, & mutat, appellat nullus ab illo, ut est glo. not. in in ca. 1. in uerbo pertineant de transla. præla. c. Sicut unire de excess. præla. Et copiosius hosti. in summa de offi. lega. §. quid pertinet ad officium legat. ꝑ to. & laco. Alu. in titulo Episcopum uel abbatem c. 1. 4. colum. in usi feu. & c. quod transla- 20 tionem de offi. lega. Addo ꝙ solus papa sine consilio Cardinalium potest deponere Imperatorem & quencunque aliũ. 15. q. 6. c. alius & glo. 1. in cap. ad apostolicę quæ est ualde not. de re iudi. in 6. Ipse enim habet plenitudinem potestatis. 2. q. 6. ca. de cætero de au, & usu pal. c. ad honorem. Nec obstat ꝙ in superscriptione. d. c. ad apostolicæ, dicatur, sacro p̄sente cõcilio ad memoriam sempiternam. quia d. glosa. 1. dicit de cõcilio potius est dictum ad honestatem, quam ad necessitatẽ. quia sine scientia uel licentia concilii. Sentẽtia papæ sufficeret contra Imperatorem, et quẽcũque alium (vt prædictum 21 est). d. c. alius. Item potest † esse in sua causa propria ut tenet doc. maxime d. Ab. in c. conuenissent. 3. col. in prin. de iudi. & d. Do.

d.Do.in c.1.secundo not.de im. ecclesia.in 6.& in c.1.3.colu.
circa fi.de pœnis eo.lib.unde si mulier asserit papam esse uirũ
suum, poterit papa esse iudex in ipsa causa, ut tenet d. Ab.in c.
cum uenissent.3.colum.& in c.licet deuitanda.2.col. de elec.
allegat glo.in c.Guilisarius in uerbo anathematizari. 23.q.4
& in cap.si quis pecuniam.79. di. & hoc quia papa non habet
superiorem ut prædictum est idem dicit Ni.de lyra psal. 50.
22 Super verbo tibi soli † peccaui, quod hoc dicit Dauid, quia su
periorem non habebat, cum esset Rex, nisi solum Deum. At
quod magis papa potest interprætari declarare & modifica-
re ius diuinum & per suas cõstitutiones & dispositiones quæ
fundantur in iure naturali gentiũ impedire, ut sic ex eis nul-
lum uinculum, uel obligatio contrahatur, uel oriatur, ut te-
net Petrus de ancharano, in repet.c.1.12.colum.in fi.uersi.de
potestate tamen papæ, & sequenti, de constitu.& in d.consil.
239.ubi dicit per constitutiones summorum pon. plura im-
23 pedimenta fuisse inducta, impedientia matrimonia † contra
henda, & dirimentia cõtracta, ut maxime ex titulis de spon.
cum sequen.usque ad fi.4.libri Decretalium, & in ti.qui cle.
ulti not. & de conuer coniu.& aliis similibus. & patet etiam
in exemplis præmissis & in matrimonio contrahendo, ꝙ in
masculo requiratur ætas annorum.14.in fœmina.12.c.2.c.at-
testationes.& c.continebatur de despon. impu.quantũ uero
ad sponsalia ætatis an.7.c.literas.& c.accessit.eo titu. Item in
matrimonio spirituali quod contrahitur per emissionem ꝓ-
fessionis, in qua requiritur ætas an.14.in profitente. c. ad no-
stram, de regula.& c.1. eo.ti.in 6. Irritat matrimonium cõtra
ctum in gradibus consanguinitatis & affinitatis, canonica ꝯ-
stitutione prohibitis. & cũ monialibus & religiosis professis,
& clericis in sacris ordinibus ꝯstitutis cle.1.de consan.& affi.
c.non debet.eo.tit.c.Nicena.31.distin. c.cũ olim de cle cõiu.
24 Et tamen legimus Abrahã † Isac, & Iacob, Moysem, Dauid
Regem, & multos alios Patriarchas, & Prophetas, & Petrum
apostolorum principem, Lucam euangelistam habuisse uxo
res, vt patet in lib.uitæ, maxime Gene. Exo.& Regũ, & Math.
c.1.& Lucæ.3.de Petro, Mat.8.& Lucæ.4. c.qui dicit, exurgẽs
Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis, socrus, autẽ
Simonis tenebat maximis febribus, de Luca attestatur Hie-
ronymus in libro de uiris illustribus in fi. de Luca loquendo
dicit uixit.84.annos, uxorem habens, licet aliter dicere uidea
tur in præfatione euangelij. Lucę, in prin.& frater accipiebat
in uxorem relictam fratris prædefuncti sine filiis, ex pcepto
Dominico Deut.c.25.Rut.c.4.& Ni.de lyra.Math.c.1. in uer-
25 bo Mathan autem genuit Iacob. Item † potest statuere, quod
per secundum matrimonium tollatur primum, ut tenet gl.
in d.c.ex publico, quam ad hoc allegat Felin.in c.quæ in ec-
clesiarum.6.colum.uersi.hinc est de constit.subdens quod ẽt
26 in consumato † matrimonio dispensat allegat Ioan.An.in re-
gula actus legitimi de re.iu.in 6. quem refert Bal.in l.si filius.
ff.de adop.& Pe.de Anca.consil.366.incipiente reuocatur in
dubium, in quantum pro filio regis Angliæ laboriose cõsul-
uit, quod papa ex causa possit dispensare uxorem patrui sui
defuncti, posit nepos ex fratre accipere in uxorem de amplis
sima potestate papæ in matrimonialibus. habetur per Hosti.
in summa qui cle.uel uo. §.quis uouens.uers.uideatur igitur,
quod summus pon.& latissime per Iacobum zocchum Fer-
ra.in c. ad disoluẽdum.5.charta.& ibidem etiam per celeber-
rimum dominum meum in canonibus Alex. ne.post. d. Ab.
de despon.impu. Pe.de anca.in c.11. colu.de spon.in 6. Potest
27 ẽt papa inhibere † ne matrimonium ꝯtrahatur inter aliquos
expressis nominibus, & si contractum fuerit matrimonium
sit nullum, & non teneat, nec valeat, vt tenet Petrus de anca
& d. Cardinalis in cle.1.in fi.de re.permu.& sic papa ꝓhibitio
impedire potest matrimonium cõtrahendum, & dissoluere
contractum, cum moderamine tamen præmisso, & tamen
matrimonium est de iure diuino, hoc os de ossib.meis, & ca-
ro de carne mea.c.debitũ de biga Gen.2.Mat.19.1.ad Corin.
6.& c.1.de uoto in 6.sed quod amplius immoror loqui de põ
tificia potestate, est.n.hoc mittere os in cœlum. c. in tantum.
21.distin. quod est instar sacrilegij, ut est glo. no.& singularis
in d.c.si papa 40.dist. & ibi etiam dicitur, qđ merita Petri, eius
28 successorem † aut sanctum faciunt, aut sanctum inueniunt,
ut prædictum est. diuini ingenij Bald. qui etiam fuit magnus
practicus ut patet ex scriptis, suis consi.433.incipiẽte in Chri
sti nomine, quæritur vtrum papa.3.uol.est breue cõsilium di-
29 cit, quod dubitans † de potestate papæ dubitat de fide catho.
& tanquam sacrilegus est censendus & instar scrilegij est di-
sputare de potestate papæ. Idem dicit glo. quam ipse non alle
gat in ca.generali in uerbo iubemus de elec.in 6. quæ refert
Gar.dicentem, qui negat papam non habere facultatem con
dendi canones, punitur, ut hæreticus.19.di.nulli fas.& Oldra.
consilio 271.incipiente quæstio talis est circa me.tenet quod
30 † qui dicit Romæ peccata non posse dimitti uel remitti, & pa
pam non posse dimittere peccata hæreticus est cẽsendus, qđ

dictum Feli.in tractatu de indulgentiis.1.col. multum extol
lit pro ualde nec. Præmitto etiam ꝙ ex omnibus fidelibus cõ
stituitur una ecclesia & unum corpus misticum. c.ecclesia de
conse.di.1.ubi dicitur ecclesia.1.catholicorum collectio &c.
Et huius corporis caput est uerus sponsus & pontifex Iesus
Christus redemptor noster, cuius uicarius est papa, ut proba-
tur in c.firmiter vers. una est.de sum. tri.& fi. ca.& c.noua
nus.7.q.1.c.loquitur.& c.pudenda. 24. q.1.c.quam. de im. ec.
in 6. Et in canticis canticorum.6.c.dicitur in personam Chri
sti de ecclesia una est columba mea perfecta &c. transumptiu
ue habetur in d.ca.loquitur, & Apostolus ad Ephe.4.c.vnum
corpus, vnus spiritus, vnus. Dominus.&c. Et alibi Christus põ
tifex futurorum bonorum &c. Ad Hebræos.9.c. Et pro hoc est
bona glosa in clementina, ne Romani, in verbo non con-
sonam. de electione. quam ad hoc allegat. dictum Abb.
31 Aliam ego allego. in clement. † ad nostrum. § tertio quod
illi, in uerbo ecclesiæ, de hæreti. quæ notabiliter dicit, Constat
enim. Ideo unam, quia in uniuersali ecclesia est unum caput
supremum cui omnes de ecclesia obedire tenent, scilicet pa
pa hoc illo statuente per quem Reges regnant & legum con-
ditores iusta decernunt prouer. 8.c & epistola inter claras C.
32 de summa trin. & fi. catho. est enim † ecclesia militans diuini
tus exemplata dicente Io. in Apocalypsi. cap. 21. in princip.
uidi Hierusalem sanctam nouam descendentem de cœlo,
&c. Et Moysi dictum est Exo. cap. 25. in fin. quod omnia face
ret secundum exemplum sibi monstratum in monte. Cum
igitur in ecclesia triumphanti sit unus princeps supremus cu
ius obedientiæ tota ipsa ecclesia perfectissime est subiecta i.
Deus, necessario, sequitur toti militanti unum supremum
principem præsidere, scilicet papam, cuius præceptis omnes
obedire tenentur & hoc est de necessitate salutis, ut in extra
uaganti Bonifacii unam sanctam, & fortius in his, qui sunt p-
fecti capi ne quis 28.q.2. unde prædictum fuit Iohel. primo.
congregabuntur filii Iudæ, & filii Israel, pariter & ponent sibi
caput unum. & Ioan.10. fiet unum ouile, & unus pastor, cap.
licet de baptismo clemen. prima de senten. excommu. cum
concordan. Hanc obedientiam probat naturalis ratio. sicut
enim operationes rerum extranaturalium procedunt a na
turalibus potentiis, ita operationes humanæ procedunt
humana uoluntate, oportuit autem in naturalibus, ut supe
riora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiam
naturalis uirtute collectæ diuinitus, sic oportet in rebus hu-
manis, quod superiores moueant inferiores per suam uolũ
tatem ex ui auctoritatis diuinitus ordinatæ, ut satis probant,
To.2.2.quæst.cap.44. argum. primo. istorum autem superiorum
mouentium unus est supremus ut prædixi, omnes Igitur su-
biecti sunt motioni illius. Et sunt in illos quasi membra de
membro &c cap. significasti de elec. & Archi. in dicto cap.
33 loquitur exponit illud verbum columba † una &c. idest ec-
clesia, sic dicta propter innocentiam. dicto cap. pudenda per
fecta propter uirtutes quæ extra ecclesiam non habet ma-
tris sinagogæ electa, Ad horum declarationem. dicens quod
Adam est figura ipsius Christi, qui translatus est in paradiso,
id est, in ecclesia, uel etiam in cruce in qua soporatus est
dominus cum mortem pro peccatoribus redimendis susce
pit, de latere cuius dextero a milite perforato fluxerunt duo
34 † sacramenta. scilicet sanguis & aqua, sanguis redemptio-
nis & aqua baptismatis, quib. formatur ecclesia Christi spon
sa, de hoc dicitur una est columba mea &c. Et hic de ipsa Chri
stus prophetauit, dicens os hoc de ossibus meis &c. Gene.2.
cum aliis iuribus præallegatis. Quia fortitudo ecclesiæ & hu
militas illius de fortitudine, & humilitate Christi formata
est, & propter eam homo Christus reliquit patrem in cœlis.
Exiens a patre uenit in mundum. Ioan.16 reliquit matrem
suam, idest sinagogam, & adhæsit uxori, idest gentili eccle-
siæ. Hæc sunt duo in carne una idest Christus & ecclesia, in
spirituali uoluntate, hæc est uirgo Regis filia, uirgo tenella,
mater fecunda, rosa perpetua, amplexibus digna, uoluntate
fulgida, honestate preclara, uerbo matura, grauis castitate,
insignis habitu, prædicabilis interesse uirgo sine iniquitate
macula, sine simulationis fuga secundum Hiere. hæc sunt
uerba Archi. in dicto capitulo loquitur. cum aliquibus per
me interpositis. huius autem corporis multa sunt membra
uti particulares ecclesiæ, & cæteri fideles boni, cuius eccle-
siæ sponsus est papa. dicto capitulo quoniam de immu. ecc.
in 6.& cle. prima de summa trin. & fin. capit. pluries supra al
legata cum aliis concord. hoc etiam declarant Christus, cũ
35 dixit ego sum uitis † & uos palmites Io.15. Et sicut palmites
summunt uigorem a uite, sic prælati summunt suam aucto
ritatem a papa, qui est alter Christus in terris, & repræsentat
Christum cum sit eius uicarius. dicto capit. quanto de trans-
la. præla. & ibi glo. in uerbo uicem Dei. cum concor. in ea al
legatis & capit. nostrum ut ecclesia. bene. & aliis per me di
ctis in d.c. uersi. primum quod papa, item in regno cœlo-
rum

rum est unus Deus a quo cælestis curia summit splendorem
iuribus præallegatis in uersicu. pręmitto etiam quod ex om-
nibus, & Dauid dicit in splendoribus sanctorum ante lucife
rum genui te psal.29.inter astra est sol a quo alia astra & sy-
dera summunt splendorem suum, ideo dicitur sol, quia solus
est qui lucet, & alia sydera & terra splendorem accipiunt, &
ab isto sole & terra iuncta terrena oriuntur, teste Ouidio,
primo Methamor. & ab his oriuntur, cuncta duobus, capi-
tulo solitę de ma.& obedien.capitulo duo sunt.nonagesima
sexta distinctione. in inferno unus est princeps, in Belzebub
principe demoniorũ eiicit demonia Luce.11. Mar.3.Mat.9.
circa fi.21.di.ĩ prin.nũc princeps mũdi eiiciet foras Io.12.post
mediũ, & qa prĩceps huius mũdi iã iudicatus est.Io.16. uenit
enim princeps huius mundi & in me non habet quidquam
Ioan.14.c, princeps, & ibi per archidia.de pęniten distinctio.
secunda.c.sic enim.secunda columna ea distinctio.& diabo-
lus portauit Christum in montem excelsum ualde, & osten-
dit ei omnia regna mundi & gloriam eorũ, & dixit illi, hæc
omnia tibi dabo si cadens adoraueris me Mat.quarto. Si er-
go in cœlo, in aere, & in inferno est vnus princeps, vt præ-
37 missum est, Non nec † rationi conueniens est, vt etiam in terris
sit vnus princeps, qui curam habeat de animabus hominum
pro quib. facta sunt Omnia oĩa subiecisti sub pedib. eius psal
octauus, pro quibus Christus nasci uoluit, & crucifigi, qui est
papa successor Petri, cui Christus ter dixit si me amas pasce
oues meas. Ioan.10.cum aliis iuribus prælllegatis in dicto uer
siculo primo quod papa, nam in apibus est unus princeps, &
in gruis, vnam sequuntur ordine literato.cap.in apibus, septi
ma quæstio prima. Roma condita duos fratres simul habere
non potuit dicto.c.in apibus, & Poeta inquit. Fraterno primi
maduerunt sanguine muri, & alibi. Omisque potestas impa-
tiens consortis erit, ut etiam refert archi.in d.c.in apib. & 23.
q.7.ꝑ autem in Rebechæ utero Esau & Iacob bella gesserũt.
Gene.c.25.& d.c.in apibus & 26.& 89.dist.c.1. Præmitto etiã
ꝙ sicut una est ecclesia.ita est unus epũs multorum eporum
concordi numerositate diffusius, ut dicit tex.in d.c. nouatia-
nus & c.loquitur.& dicitur unus episcopatus quasi unum ca
put, seu vna cura, seu intentio. Episcopus enim est nomẽ græ
38 cum quod † latine interprætatur superintendens.c.qui episco
patum.8.q.1. Et aduertendum quod licet fuerit hoc uocabu
lum Episcopatus in testamento ueteri ut patet psal.68.& epi-
scopatum eius accipiet alter.actuum.c.2. Attamen nõ habe-
bantur Episcopatus ita distincti sicut hodie, nec distingueba
tur hoc † nomen episcopus ab hoc nomine presbyter. Et pro-
miscue omnes sacerdotes in primitiua ecclesia immediate
post resurrectionem Christi appellabãtur tam episcopi, quã
presbiterri & omnes in communi regnabant in ecclesia Dei.
sed postea cum oriente scismate, ita, quod unus uolebat alte
ri præferri. Dicendo ego sum melior te, quia baptizatus sum
a Petro Alius dicebat ego sum ordinatus a Paulo & cęt. Fuit
constitutum ab apostolis & alijs senioribus quod unus de p̃-
sbyteris pręponeretur qui vocaretur episcopus, cui alii obedi
rent, & sic episcopus quod ut hodie est fuit intentus ordina-
tione apostolorum & aliorum seniorum. Non autem iure di
uino, ita aperte dicit Hieronymus & optime probatur in ca.
olim.95.di.& c.legimus.93.di. vnde beatus Petrus.1.epistola
appellat se presbyterũ sic scribens ab presbyteros, qui ibi no-
bis sũt, precor ego compresbyter & testis passionis Christi &
&c. & licet in singulis ciuitatibus ponerentur per apostolos
episcopi, & in singulis prouintiis archiepiscopi, vt plenius ha
betur.99 di c.1.& in c.in illis.80.di.tamen in effectu episcopa
tus erat vnus, qa subditi nõ erant districti, unde quos unus ex-
communicabat, alius absoluebat ut not.in c.ꝯstitutũ de ap.
& in c.cum causa de proba sed postea fuerunt distinctæ dio-
ceses, ꝓuinciæ, & parochiæ.ut not.ĩ c.1.13.q.1.& sic hodie epi
scopus sine episcopatu specialiter est quasi inutilis in eccle-
sia Dei, respectu administrationis, licet sit episcopus ecclesię
uniuersalis quo ad ecclesiam & dignitatẽ ut. not. Host.in ca.
2.de trãsla. præ. Insuper præmitto, quod Christus redemptor
noster nõ dedit pure & simpliciter Petro potestatem, sed Pe-
tro, & omnibus aliis apostolis & eorum successoribus Petro
39 † tamquam capiti, & aliis tamquam membris hoc probatur
in d.c.loquitur.24.q.1.& in c.in nouo. 20.dist.& in c.ita domi
nus.19.dist. in his enim iuribus aperte dicitur, quod Christus
post resurrectionem suam omnibus apostolis parem tribuit
potestatem dum dixit Ioan.20.c. Sicut pater misit me, & ego
mitto uos, accipite spiritum sanctum &c. & Inno.in c.noue-
rint circa principium de sen.exco.dicit claues fuisse Petro in
personam ecclesiæ datas, & Augustinus super Io.dicit, quod
quando Petrus accepit claues sanctam ecclesiam significa-
uit.24.q.1.c.quodcunque. Vnde licet cæteri apostoli, sicut Pe
trus pari consortio honoris & potestatis prediti essent. Tamẽ
ut ueritatem ostenderet, uoluit ecclesiam deriuari a Petro
oñdẽdo pastorem & principem, ut & clarius hoc ex euange-

lijs colligi possit, & patebit ex infra dicendis, est tamẽ aduer-
ten. ꝙ in translatione huius potestatis Christus tã ante resur-
rectionem quam post uariis uerbis usus est tam ad Petrum
quam ad omnes alios apostolos simul, primum.n ante mor-
tem ꝓmisit Petro apostolatum & potestatę clauium dum
interrogauit discipulos quem dicunt hoĩes esse filium homi-
nis, & illis respondentibus alii lo. Baptistam, alii uero Hiere-
miam, aut unum ex prophetis, uos vero quem me esse dicitis
Repondit Petrus, Tu es Christus filius Dei uiui. Tunc dixit
Christus, & ego dico tibi quia tu es Petrus & super hãc petrã
ædificabo ecclesiam meam & tibi dabo claues regni cęlorũ,
& quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœ-
lis. Mat.16. & d.c.loquitur. Non tamen per hoc dedit sibi po-
testatem, nec fecit cum principem, sed tamen promisit ut pa
ter per illa uerba, & tibi dabo &c. quæ sunt de futuro, item pa
tet quod hæc uerba fuerunt prolata ante resurrectionem, ut
habetur in cap.consideramus & capit.fidelior, 50.distinct.no
40 tat.in dicto cap.in nouo & dum dixit super hãc † petram &c.
uoluit dicere super illo articulo fidei per eum confesso, dum
dixit Petrus, Tu es Christus filius Dei uiui, ut notat.glo.in di-
cto capitulo ita dominus, secundo uidetur Christum dedisse
adhuc ante mortem potestatem omnibus apostolis, ut habe
tur Matth. 19. dum dixit si peccauerit in te frater tuus uade
& corripe eum inter te & ipsum solum, si te non audierit
adhibe unum uel duos testes, si te non audierit dic ecclesię, si
autem ecclesiam non audierit fiat tibi sicut ethnicus & pu-
blicanus.c.nouit in prin.de iudicijs.c.si peccauerit.2. q.1.c.in
nomine domini, de testament. & immediate subiunxit lo-
quendo omnibus apostolis, Amen amen dico vobis, quod-
cunque ligaueritis super terram erit ligatum & in cœlis, &
quodcunq; solueritis super terram erat solutum & in cœlis
& idem dicit Nic.de Lyra. Matth.21.in verbo & vineam suã
locabit alijs agricolis. Quod Christus ecclesiam suam regen-
dam tradidit apostolis & alijs discipulis & in verbo & dabit
41 gentibus † & c. exponit.1. Apostolis & eorum successoribus.
post resurrectionem aũt eãdem potestatem recensuit dũ in
sufflauit in apostolos, & dixit accipite spiritum sanctum quo
rum remiseritis peccata remittuntur eis & quorum retinue
ritis retenta sunt. Ioan.20. sed Petro post mortem dixit pasce
oues meas, & constituit eum principem aliorum apostolo-
rum Ioan.c.vlt.& transumptiue in d.c.significasti de elect.&
c.solitæ de ma.& obe.demum in assumptione dedit omnib.
apostolis exercitium, dum dixit ite & prædicate euãgelium
omni creaturæ &c. vt Mat.ç.vlt.& Mar. c. vlt in die vero pẽ
thecostes per missionem spiritussancti omnia præmissa con
firmauit. Liquido ergo patet ex præmissis quod non soli Pe-
tro fuit data potestas sed omnibus apostolis, tãquam mem-
bris, Petro vero tanquam capiti. d.c.loquitur, nec moueatur
quispiam ad dicendum quod alii apostoli habuerunt pote-
statem solũ respectu ordinis sed non respectu iurisdictionis,
sed Petrus habuit solum respectu iurisdictionis, quod immo
etiam respectu ordinis, hoc clare intelligitur de his verbis.
Matt.18.nam uoluit quod reclamatio fieret apud ecclesiam
cum immediate subiunxit, quodcunque ligaueritis super ter
ram. &c. Item patet in c.9.de pęn.& re. vbi dicit textus, quod
Christus dedit claues regni cœlorum Apostolis. Et idem te-
net ibi Ioan. And.ad idem facit, c. firmiter versi.una in fin.de
summa trin.& fid. catho.ubi colligitur, quod Christus dedit
claues regni cœlorum apostolis, & eorum successoribus. Et
successores fuerũt omnes sacerdotes rite ordinati, uti ibi col
ligitur, & nota. licet ex constitutionibus ecclesiæ, epi qui ẽt
sunt presbiteri habeant iurisdictionem, & cęteri sacerdotes
repręsentent apostolos, quoad administrationem sacramen
torum ut not.glo.in c.uidentes.12 q.1. Vnde clarius loquen-
42 do potest dici, quod potestas data in personam Petri.& alio-
rum fuit data ecclesiæ, alias illis mortuis non potuisset eccle
sia potestatem illam exercere, quod esset absurdum, cum nõ
sit uerisimile, quod Deus uoluisset ecclesiam suam dimitte-
re sine pastore post mortem petri, ut dicit Inno.in c. ad apo-
stolicę in fi.de re iudicata in 6.& in c.quod super.1.colum.in
fi.de uoto, & glo.in clem. Roma.1.respon.in uerbo non con-
sonam de elect.& pro hoc est tex. Augustini in c.quodcunq;.
24.q.1. ubi dicit quod quando Petrus accepit claues, eccle-
siam sanctam significauit, & quod hæc potestas sit in eccle-
sia.s. in papa, tanquam in capite ultra illud, quod colligitur
ex capitulis præallegatis. adducitur actuum. cap.15. ibi enim
dicitur quod cum esset Antiochiæ horta est contentio an
conuersi deberent circuncidi, fuit missum ad apostolos & di
scipulos seu presbiteros, qui erant Hierosolimis, & ibi conuẽ
nerunt Apostoli & seniores, ut uiderent & discernerent su-
per illa quæstione, & ibi dicitur, quod Petrus locutus fuit tã-
quam unus ex apostolis, postea fuit uocatus Iacobus & fuit
usus uno iudice, & placuit apostolis & senioribus ut non fie-
ret circuncisio, & scripserunt epistolam ad Antiochiam sub
hac

hac præfatione. Apostoli & seniores fratres &c. Visum est spi
rituisancto & nobis, nihil vltra onus vobis imponere, & sic
aduertendum, quod consultatio hæc quæ non erat ordinis
nec fori pœnitentialis, non fuit facta ad Petrum tantum, sed
etiā ad alios Apostolos & sacerdotes quos ipsi ordinauerant,
hæc deliberatio & responsio fuit facta in cōmuni, nec Petrus
fuit præ cæteris nominatus. Si. n. ipse solus habuisset potesta-
tem non acceptasset alios in communi, qui omnes repleti
erant spiritu sancto, quin immo eodem c. dicitur, quod, Pau-
lus postea perambulans Syriam & Ciliciam præcipiebat cu-
stodiri præcepta Apostolorum & seniorum. Vnde not. præce
43 pra, †quod sonat in iurisdictionem contentiosam & ponde-
ro quod non solum mandauit seruari præcepta Apostolo-
rum, sed etiam seniorum & aliorum presbyterorum, ut col-
ligitur ex verbis præallegatæ consultationis, dum fuit missus
ad apostolos & presbyteros. Item vt habetur actuū in c. 16. cū
Paulus & Timotheus pertransiret ciuitates, tradebant eis cu
stodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & seniorib.
44 qui erant Hierosolimis, & pondero verbum decreta † quod
sapit iurisdictiobem contentiosam iuxta not. in c. ult. de tem
po. ordi. & c. 2. de iudic. §. si legibus in fi. 4. distin. insuper legi-
tur actuum 20. quod Paulus vocauit maiores natu Ephesco-
rum, & inter cætera dixit, attendite uobis & vniuerso gregi
in quo uos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam
Dei, quam acquisiuit sanguine suo, item Christus hoc expres
se designauit, dum dixit tu es Petrus & super hanc petram
ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt
aduersus eam. s. ecclesiam ad idem quod habetur Matth. 19.
dū dixit discipulis suis amen dico uobis qđ uos q sequuti estis
me, sedebitis super sedes duodecim, iudicātes duodecim tri-
bus Israel, iudicabit ērgo Christus in fine sœculi cum omni
bus apostolis sic dicen. in hac ecclesia militanti, quæ instar
triumphantis est figurata, ut supra dictum est in uers. præmit
to etiam quod ex omnibus ut ipsi & episcopi & eorum suc-
cessores habeant iurisdictionem cum papa, licet papa sit lo-
co Dei principalis, pro hoc bonus tex. in d. c. in nouo. 21. dist.
ubi dicitur, quod apostoli parem honorem & potestatem cū
Petro acceperunt a Christo, ut etiam prædictum est, hinc in
tex. in clem. si quis suadente quæ est. 1. de pœnis dicit quod
45 episcopi dicuntur sanctissimi Christi legati spirituales, sunt
patres, fratres, & coepiscopi papæ, columnæ, ecclesiæ, & Chri
stus appellat apostolos fratres suos, Vade inquit Christus Ma
riæ Magdalenæ post suam resurrectionem ad fratres meos,
& dic eis. Io. 20. c. & Matth. 12. & 15. & Ioan. 8. similiter etiam
46 Deu. c. 17. in fi. hinc etiam est, quod Papa †appellat episcopos
fratres. c. ecce. 99. distin. & in c. quam graui de cri. fal. Impera
torem uero & Reges & alios principes seculares appellat fi-
lios. d. c. quam graui. Ad idem. d. c. mulierem, alias mulier in
fi. 33. q. 5. ubi episcopus dicitur Dei Vicarius, s. in parte & idē
dicunt in sacerdote ut ibi not. glo. & probatur in c. inter 2. de
penit. dist. 1. & d. uers. una. & hæc fuerunt pulcherrima uerba
Seueri ad Eugenium Papam, quę refert Archid. in c. non de-
cet. 12. distin. quæ uerba sunt hæc, consideres autem omnium
sanctam Romanam ecclesiam, cui auctore Deo, præes, eccle
siarum matrem esse, non dominam, Te uero non dominum
episcoporum, sed unum ex ipsis. Petro fratrem diligentium
Deum & participem timentium eum. Et latius Archidiaco-
nus in c. non liceat Papæ, duodecima quæstione secunda, &
in epistolis Hieronymi est une epistola theophili episcopi im
pressa folio. 201. in qua Theophilus scribens ad Epiphanium
papam, appellat eum fratrem, quæ incipit domino dilectissi
mo fratri & coepiscopo Epiphanio, Theophilus in domino
salutem, facit ad hoc, quod Christus appellat se lucem
47 †mundi quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Ioann. 9.
capit. & postea dicit apostolis, Vos estis sal terræ, uos estis lux
mundi Mat. 5. Ecce quod æquiperat apostolos sibi ipsi. ex qui
bus colligitur quod ne dum apostoli sed & alii fuerunt & sūt
prælati per spiritum sanctum electi. probatur etiam alio mō
nam si apostoli non accepissent potestatem pro se & succes-
soribus suis, etiam respectu iurisdictionis contentiosæ, quo-
modo possent in causa fidei iudicare papam, quod tamē pos-
sunt. c. si papa. 40. dist. & not. Archi. in cap. in fidei fauorem de
hæreticis in 6. cum a Iesu Christo non acceperit potestatem
nisi per illa uerba generalia. concluditur ergo quod in perso-
nam Petri & aliorum fuit data potestas toti ecclesiæ, tanquā
corpori & papæ tanquam huius corporis capiti & quod pro-
prie omnes sacerdotes erant successores apostolorum, sed ꝓ-
pter scismata tollēda fuit ordinatum una omnes sacerdotes
haberent potestatem clauium, maxime in iurisdictionibus,
sed aliqui eligendi ex eis, qui appellarentur episcopi, sed reli-
quis sacerdotibus adhuc fuit dimissa potestas respectu sacro-
rum administrandorum, ut in d. c. uidentes. & colligitur aper
te ex dictis Pauli & Hieronymi s. allegatis, hæc ut puto con-
syderans beatus Gregorius cum humilitate respondes, quan

do reprehendit patriarcham Alexandrinum, cui in præfatio
ne epistolæ quam miserat ad eum appellauit eum uniuersa-
lem papam, dicens quod illa verba uniuersalem inflammant
charitatem vulnerant, cum pro hoc detrahitur alijs prælatis,
nam si papa esset vniuersalis alij pro nihilo haberentur, quod
non esset dicen. & de hoc est tex. pulcherrimus in d. c. eccle-
sia 99. dist. & propter hanc potestatis unionem, post ascensio
nem Christi apostoli de nouo elegerunt Petrum in principē
eorum & ecclesiæ, dando hanc potestatem cunctis successo-
ribus, vt est tex. in c. sacrosancta in fi. 22. dist. & in nouo. 21.
dist. ubi archi. super 1. glo. referens Io. de fan. dicit quod ante
48 resurrectionem no elegit Christus Petrum in principem, sed
confirmationem principatus distulit usque post resurrectio-
nem, ut discipuli quibus præesse debuit, præberent assensum
in ipsum electionis faciendæ per ipsos, cum nemo inuitis sit
dandus rector ecclesiæ ipsorum. c. nullus. 41. dist. & c. si forte.
63. dist. glo. & d. Ab. in c. auctoritate. de insti. ego allego opti-
mam gloam in d. c. in nouo in verbo regnaret, quæ dicit
quod non fuit uolentibus dabitur prælatus, etiam a papa, ho-
die autem secus est in papa, ut pa. ter. 23. dist. in nomine domi
49 ni. & c. licet de elec. subdens paulo post quod Petrus ex præ-
rogatiua ordinis uel consecrationis non fuit maior ceteris, sed
ratione administrationis, ego adhuc allego. c. puto. 5. q. 2. &
glo vlt. in d. cap. sacrosancta quæ notabiliter dicit quod licet
Moyses & Aaron essent primi & summi sacerdotes, Moyses
tamen fuit maior quam Aaron in administratione, sed quo
ad consecrationem sacerdotalem fuerunt pares, & idem te-
net glo. in c. in illis. 80. dist. & glo. not. in c. fundamenta. in re-
sponso in verbo summo de elec. in 6. & sic glosæ prædictæ
cordant cum d. Archidiaconi, idem tenet Alex. præpositus in
d. c. in nouo. 2. col. super. 1. glo. in fi. post d. Do. dicēs quod hæc
distin. probat tex. in d. c. in nouo. Cum dixit ibi dabo claues
& c. Et post passionem dixit Petro & alijs apostolis, Accipite
50 spiritum sanctum & c. Et ad designandum Petrum principa-
lem, dixit ei, Pasce oues meas Ioan. 16. & c. significasti de ele.
per quæ uerba datus fuit Petro pontificatus a Christo, actu, post
resurrectionem, & non ante. Quæ conclusio patet, quia eo tem
pore quo saluator noster inter homines uisibilis conuersaba
tur, per seipsum ecclesiam regendo, nulla necessitas, nulla
decentia, nec utilitas fuit, quod ipse alium loco sui pastorem
poneret, siue episcopum, sed solum, quando post resurrectio
nem per præsentiam suam corporalem esset ab ecclesia sub-
tracturus Vnde beatus Petrus factus est a Christo pastor, prin-
ceps, & episcopus uniuersalis ecclesiæ, post resurrectionem, &
ascensurus ad cœlum, Nanque inde ad conuersionem mor-
talitatis reuersus inquit Petro Simon Ioannis, diligis me, pa-
sce oues meas. Hæc est sententia Crisostomi & Hieronymi su
per Mat. Ambrosij in c. fideliori. 50 dist. & Grego. in c. consi-
deram ea. dist. vbi glo. in verbo, pasce oues meas, quod
factus fuit Petrus princeps ecclesiæ, & idem habetur in c. dixit
tæ de ma. & obe uers. nobis. Item Hosti. & Archi. postea dixit
Ite & prædicate Euangelium & c. Et sic dedit eis executionē
secundum Compo. in d. ca. translato de constit. & ideo cum
mysterio. d. c. in nouo dicit primo Petro pontificatum a do-
mino datum p uerba. Tu es Petrus & c. s. destinatione, postea
in uerbo, cæteri apostoli ipsum Petrum eorum principem es-
se uoluerunt per approbationem eorum de ordinatione eius
a Deo facta, & præpositus intelligit. d. c. in nouo in prin. quod
sacerdotalis ordo in Christo cæperit. Ipse enim fuit sacerdos
& hostia. c. sacerdos de consti. di. 2. post Christum a Petro cæ-
pit. Cui Christus primatum dedit per illa uerba de quibus su
pra, postea in vers. cæteri apostoli una cum Petro, intelligendi
congregati pari consortio honorem & potestatem habuerunt
ita quod unus non excederet alium in potestate & ordine. Mat.
17. quæcunque ligaueritis. Lucæ. 22. hoc facite in meam cō-
morationem. Io. 20. Accipite spiritum sanctum quorum re-
miseritis & cæt. non tamen hæc verba referenda sunt quo ad
Petrum ne contradicat principio, quia clarum est, ut præuis-
sum est, quod Petrus alios excessit honore & potestate, cap.
ita dominus, capitulo in memoriam. 19. distinctio. capitulo
quamuis. 21. distinctio. postea continuat text. Ipsumque
principem eorum esse voluerunt assentiendo in executio-
nem, & in id quod de primatu eius. s. Petri dominus ordi-
51 nauerat, & quod Petrus a primo fuerit cum omni perfectio
ne potestatis ordinatus probatur secundum Card. in d. c. in no
uo ista ratione. Dei perfecta sunt opera Deut. 32. Et ergo alle-
go ad hoc Matth. 5. vbi dicitur estote ergo & vos perfecti si-
cut & pater vester perfectus est m. glo ult. in fi. sit conuentio
rit. ff. de pigno. actio. vt fecit Deus in creatione homines per-
fectos fecit ex quibus naturaliter propagatio procedere po-
tuit, sic Deus apostolis quos tanquam principia fidei funda-
menta ecclesiæ in recitatione facit, sicut perfectos debuit
vt per eos ecclesia propagari posset & sine episcopo ecclesia
non poterat perficere, cum a sole episcopo omnia sacramen
ta

ta ecclesiastica possint dispensari siue ministrari, oportuit er
go quod Christus summus pontifex abstracturus ab ecclesia
suam corporalem visibilis conuersationis præsentiam, ali-
quem loco sui uices suas agentem, pontificali dignitati præ
ditum in ecclesia relinqueret & potissime beatum Petrum
qui cæteris dignior fuit & sublimior, quem totius Dominici
gregis pastorem ordinauerat. Vnde Grisosto. super illud 24.
apparuit Simoni dicit, sic, primo, digniori, & fideliori omni-
bus apparuit. Idem Augustinus super Ioann. 13. uenit ergo
ad Simonem Petrum & c. super quo ita dicit, Quis enim ne
sciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum, præte
52 rea cum aliquid † alicui committitur per consequens com-
missum intelligitur id sine quo commissum explicare nō po
test. ff. de iur. omn. iud. l. cui iurisdictio. c. præterea de offic. de
legat. cum multis ibi in ult. glos. allegat. sed pascere gregem
Dominicum fuisse commissum Petro sancta euangelica le-
ctio attestatur. Ioan. 21. pascere nullus potest nisi episcopus q
sacramentorum omnium dispositionem habet, ergo uide-
tur quod cum Christus beato Petro pascendi gregem suum
crediderit officium pastorale, & episcopalem dignitatem il-
li imposuerit, Nemo. n. dubitat quod Christus propter excel-
lentiam, potestatem quam in sacramentis habuit, rem sacra
menti, sine sacramento conferre potuit, vnde solo uerbo Pe
trum episcopum fecit, ratione etiam probatur sic. Petro im-
mediate a Christo commissa est cura pastoralis plena totius
gregis Dominici. Io. ultimo. Simon, Ioannis diligis me, pasce
oues meas super quo uerbo. Beatus Grisost. Ita inquit præte-
riens alios apostolos Petro de talibus loquitur, eximius enim
erat apostolorom Petrus, & uertex collegij, Ecce quod ait
præteriens alios & c. ergo soli Petro hoc dictum est, quod nō
esset si pastoralem auctoritatem cum Petro simul immedia
te a Christo, alij suscepissent apostoli, de quo præpositus se re
mittit ad copiosissime per eum scripta. decimaquinta, dis. in
princ. & in 4 & 5. fundamentis premissis. Vnde Clemens in
epistola sua. 2. dicit Petrum non solum principem apostolo-
rum, sed & ordinatiorem facit, quod legitur. Actuum. 13. cū
glo. in c. porro. 66. dist. & in c. quod dic. 75. dist. ubi d. Car. dicit
Petrum de palude in tractatu suo de potestate ecclesiastica
dicere, sibi uideri rationabile quod iste fiat processus in ordi-
natione episcopali apostolorum, scilicet, quod Petrus factus
solus a Christo ante ascensionem, post spiritus sancti autem
53 missionem siue ipsa die prima Dominicæ, siue alia, Petrus † so
lus episcopus fecit Ioannem episcopum. Deinde Petrus cum
Ioanne iam cōsecrato episcopo fecit Iacobum Zebedei epi-
scopum. Quibus ita factis ordinauit, ut deinceps non ordina
retur episcopus nisi a tribus episcopis, ut dicit in c. porro. 66.
distin. licet propter paucitatem episcoporum quādo aposto
li fuerunt, non potuerunt hanc formam semper obseruare,
Ideo Paulus solus forte Titum, & Timotheum ordinauit epi
scopos quia separatus a Barnaba nō habebat in sua societate
episcopos nisi quos postea fecit. Sed quando postea habere po
tuerunt duos tunc cum eis ordinauerunt, non soli. Subdens
54 quod maioritas † potestatis attenditur ex potestate ordinis.
ex dignitate consecrationis. ex dignitate administrationis. pe
trus uero ex prærogatiua ordinis uel consecrationis non ha
bebat maiorem potestatem aliis, sed ratione administratio-
nis secundum Lau. & Archid. in d. c. in nouo. hæc sunt uerba
Alex. præpositi in d. c. in nouo. Idem tenet d. Abb. in d. c. tran
slato super glo. 2. ubi refert. phli. dicentem quod primo sacer
dotium fuit translatum in Christum qui fuit de tribu Iuda
de Aaron, qui fuit de Tribuleui. Nam primo sacerdotium
55 † erat apud illam tribum, scilicet leuiticā. Ratio quia de alia
tribu non poterat promoueri, sed Christus postea transtulit
in Petrū & successores. per quæ autem uerba hæc fuerit tran-
slata in Petrum seu ecclesiam. d. Abb. in d. c. translato. 2. col.
in prin. refert comp. Et breuiter dicit qdod primo ante mor-
tem, Christus promisit Petro hanc potestatem per hęc uer-
ba. Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam
meam, & tibi dabo claues regni cœlorum. & sic locutus est
per uerba futuri temporis. post mortem uero, etiam ante pas
sionem hanc potestatem dedit omnibus apostolis, quando
dixit. Quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in
cœlis. Matth. 18. capitulo. post passionem uero & resurrectio-
nem expresse contulit omnibus apostolis hanc potestatem
per illa uerba, accipite spiritum sanctum quorum remisseri-
tis peccata erunt remissa eis. Ioann. uigesimo capitulo. Et ad
ostendendum, quod Petro tradebat hanc potestatem ut ca-
piti, dixit ei seorsum, pasce oues meas. Ioann. capitulo ulti-
mo, in ascensione uero potestatem prius promissam, & tradi
tam dandō executionem confirmauit dum dixit. Ite, & prę
dicate Euangelium omni creaturæ. Matth. ulti. capitulo in fe
sto uero pentecostes quæ prius tradiderat confirmauit, per
missionem spiritussancti. Et ex his potest colligi, quod po-
testas non fuit data soli Petro, & sic papæ dumtaxat, sed om

nibus apostolis repræsentantibus totam ecclesiam. Ita quod
56 hæc † potestas est penes totam ecclesiam uniuersalem, sed de
bet explicari per papam tanquam per caput. Alii autem ex-
plicant, secundum ordinationem papę, ut est bonus textus in
dicto c. Ita dominus decimanona distinctione. c. in nouo. 21.
distin. c. manet. uigesimaquarta, quæstione prima. c. noua de
pæni. & re. c. primo. §. una. de summa trinitate, & fide catholi
ca. Idem tenet Ioannes de Imo. & optimus præceptor meus
in canonibus, Alexāder Ne. in d. c. translato super glosa secū
da.. Et Felinus idem. Addens Cardina. sancti Sixti in tractatu
de potestate papæ quæstione uigesimatertia. dicere, prophe-
tā prædixisse, quando dixit, eduxit me de lacu miseriæ, & de
luto fecis, & statuit supra petram pedes meos, omisit allega-
57 re psal. 29. & addendū quod habetur in summa pisana in uer
bo papa, ubi ad illud, ꝙ Petro fuerit principaliter traditæ cla-
ues not. euangelium Luc. 5. ca. quia cum dominus dixit apo-
stolis ut laxarēt retia, soli Petro dixit duc in altū & c. non tur
batur. 24. q. 1. Idem probat Raimundus, tertio libro. 27. rubri-
ca dum soli Petro dictum fuit vt piscaretur hamo ut præmi-
nētior iurisdictio significaretur, & denotaret maximus Chri
sti successor, secundum eum & est bonus tex. in ca. in illis. 80.
disti. ubi dicit nec inter apostolos fuit par institutio sed unus
præfuit omnibus & glo. not. in c. est aliud. 24. q. 1. dicit hamū
58 † intelligere iurisdictionem quia ꝑfuit alijs, quia hamo. i. fer-
ro resecantur putridæ carnes 80. dist. plurimos in fi. & ideo so
lus Petrus piscat hoc genere piscandi, is enim habet potesta
tem ligandi atque soluendi præalijs. Facit qđ habetur in euā-
gelio Ioan. 1. dum Christus dixit Petro, Tu uocaberis Cephas
c. nulla. 93. dist. & ecclesiastici. 44. Ecce sacerdos magnus qui
in diebus suis placuit Deo, & inuētus est iustus & Deuter. 18
suscitabo inquit prophetam de fratribus uestris, quicunque
illum nō audierit illius ego ultor existam & ad hoc facit, qđ
nota. Archi. in cap. in scripturis. 8. q. 1. ubi declarar illa verba
59 euangelii diligis † me plus his & c. Et quod per illa verba pasce
oues meas fuerit data potestas Petro ut supra dictū est tenet
Inno. in c. licet ex suscepto in glo magna de fo. compe, & glo.
in d. cap. significasti in uerbo pasce de elec. & in c. in nouo, in
uerbo cōmendare, & ibi etiam Archi. & d. Do. & glo 3. in cle.
pastoralis de re iudi. & quod apostoli post resurrectionē Chri
sti elegerunt de nouo Petrū in eorum principem ut prædictū
est per quam electionem omnis potestas & iurisdictio q̄ erat
penes omnes apostolos translata est in Petrum. §. sed & quod
principi insti. de iur. na. gen. & ciui. l. 2. ff. de ori. iur. & ipsi apo
stoli potestatem & auctoritatem prædicādi acceperunt a Pe-
tro, vt innuit tex. clarus Hug. in d. c. ita dominns. Non enim
debent menbra corporis, seu ipsum corpus moueri sine di-
60 spositione capitis, ex quibus concludo quod papa † solus tan-
quā caput potest exercere omnimodam iurisdictionē ex po-
scente causa rationabili, nec est opus conuocare concilium
pro consensu habendo, alii uero prælati non exercent sine di
spositione capitis. s. papæ. habēt tamen potestatem a Deo ha-
bitu & non actu sed illa est submissa papę tanquam capiti, &
forte ad hoc designandum Christus dixit Petro, multa seor-
sum & separatim, sed aliis apostolis locutus est generaliter.
Vnde Petro dixit, Tu es Petrus & super hanc petram & c. Itē
dixit pasce oues meas, & non tantum semel sed bis & ter. Io.
21. & pro sua fide specialiter orauit, cum admonuit ut fratres
suos confirmaret. i. conseruaret. Dum dixit Simon ego pro te
oraui patrem ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando con-
uersus confirma fratres tuos. Lucæ. 22. & c. 1, circa fi. 21. distin.
c. si enim de pę. di. 2. c. arrecta. & c. rogamus 24. q. 1. Ego addo
61 quod † Christus assumpsit Petrum, Iacobum & Ioannem qñ
in montem excelsum trāsfiguratus est ante eos Mat. 18. & as
sumpto Petro & duobus filiis Zebedei iuit ad orandū in pas-
sione sua. Mat. 26. & Mar. 14 Et sic Petrus semper fuit primus
uocatus in arcanis a Christo. Et cum Petrus cum aliis discipu
lis esset in duabus nauiculis aliis imperauit ut laxarent retia
sua & soli Petro dixit. Duc in altum. i. in profundum disputa
tionum diuinarum delitiarum, quā, licet mens humana ple-
ne rationis inuestigatione comprehendere non possit, Fidei
tamen plenitudo complectitur. c. non turbatur. 24. quæstio.
1. in fi. originaliter. Lucæ. 5. & ibi subdunt noli timere ex hoc
iam eris homines capiens, Nō sic dixit aliis discipulis, qui cū
Petro erāt & respiciens Christus in discipulos, dixit Petro. Si
peccauerit in te frater tuus & c. Mat. 18. c. nouit in prin. de iu-
di. c. in omni. Item dixit Petro sequere me. Ioan. 21. & Chri-
62 stus intuitus Petrum ei dixit. Tu uocaberrs Cephas † quod in
terprætatē Petrus, Ioan. 1. c. & Ni. de lyra, ibi in uerbo Cephas
exponit, idest capitaneus. Idem dicit Mat. 16. & 17. in fi. ubi di
cit quod Christus per hæc verba fecit Petrum capitaneū alio
rum discipulorum, vt est bo. text. in d. c. sacrosancta 22. distin.
& ibi Archidiaconus in verbo Cephas & Nico. de lyra, Ioan-
nis c primo in uerbo tu uocaberis, dicit quod idem sonat Pe
trus, quod Cephas quia fundamentum habet quodam mō,

&

& proprietatem capitis. Vnde Matth. 16. quando dictum est a Christo, Tu es Petrus & c. dicit quod non fuit nominis noua impositio, sed nominis prius impositi, commemoratio, vel confirmatio, quia hoc fuit sibi impositum, secundum Augustinum, & subdit quidam modernus, quod in singulari dicit Christus. Fiat vnum ouile & unus pastor. Ioann. 10. & sic
63 voluit vnum tantum esse pastorem & non plures, & hāc potestatem pascendi contulit Petro, dum dixit ei pasce oues meas, vt tenet dominus Ab. in c. significasti, secunda columna de electione. & c. solitæ de maiorit. & obedient. Ipse enim erat & est verus pastor & pontifex, vt de seipso dicit. Ego sum pastor bonus. Ioann. 10. Alij autem apostoli fuerunt coadiutores & cooperantes, & addo, quod Petrus dicitur princeps apostolorum. c. 1. 8. q. 1. c. cum martæ 2. colum. in princ. de celeb. miss. §. his ita respondetur versic. Item Paulus & c. Petrus. 2. quæst. 7. Ni. de Lyra Ioan. 20. in verbo, & tamen non introiuit loquendo de Ioan. dicit, quod Ioan. non introiuit propter Petri reuerentiam sed expectauit, quia erat senior ipso & inter apostolos principalior. Et Nico. de Lyra. Luc. 22. in verbo
64 confirma fratres † tuos dicit exponendo illa verba quia ecclesia erat Petro commendata vt habetur Io. cap. ulti. qui dicit ter dicendo pasce oues meas siue agnos meos, & ex hoc patet fidem non posse deficere vsque ad finem mundi, potissime ecclesiæ Romanæ, quæ a Petro post Christum fundata est c. fundamenta in principio de electio. in 6. Item ad prædicta pondero quod Christus surgens de synagoga introiuit in domum Simonis. Lucæ. 4. & Matth. 8. c. figuratiue relicto te-
65 stamento veteri in quo sedebat, introiuit in † domum Simonis, hoc est testamentum nouum cœptum in Petro qui Simon cognominabatur. Ioan. Matth. 16. per quem ingressum argui potest quod auctoritas & imperiū quod erat in Moyse qui erat caput & princeps sinagogæ & ipse dedit legem Iudæis. Exo. 20. & Deut. 32. fuit translatum in Petrum & hoc ēt declaratur per illa uerba quia præcedet uos in Galileā Mat. 16. Galilea enim allegoricæ significat transmigrationē, transmigrauit. n. Christus de Iudæis ad gentiles, quia totus mundus ad prædicationem apostolorum & famulorum Christi conuersus est ad eius fidē, ut legitur lib. diuinorum officiorū de festo diei pasce. 1. colum. & hoc etiam declaratur per illa
66 uerba & populus qui † creabitur laudabit dominum. psal. c. 1. Nic. de lyra exponit. i. populus Christianus qui creabitur per baptismum per quem constituitur inesse gratia, quæ creatur in anima uel per fidem, ut in tribus magis qui ab oriente uenerunt Hierosolimam cum muneribus adorare dominum Esa. c. 60. Matt. c. 2. & Cornelius nobilis Rumanus bapti-
67 zatus fuit a Petro. Actuum. 10. Nec mirum nam exordium huius distinctionis sinagogæ & ecclesiæ proprie figuratur in exordio duorum fratrum Esau & Iacob. Gene. 25. Si diligenter attenditur acutius scrutentur omnia horum duorum fratrum gesta principaliter fuerunt figuratiua, vt ibi declarat postilator & Esaiæ. 34. in additione postilatoris ad Ni. de lyra. incipiēte istud capitulum. 2. colum. in fi. qui dicit quod sicut in d. c. 25. dicti fratres paruuli in vtero matris collidebant, sic in vtero materno, scilicet sacrę scripturę q̄ mater est utriusq; cum ex ipsa sacra scriptura materia vitæ spiritualis summatur in quo quidem vtero tam sinagoga quam ecclesia collidunt sibi inuicem repugnantes, in eius intellectu sicut etiam primus egressus est Esau secundus vero, Iacob, sic & hæc sinagoga. s. ecclesia veteris testamenti primo † egressa est, consequenter uero ecclesia Christi, idest noui testamenti, sicut ēt
68 ibi Iacob egrediens plantam fratris tenebat in manu, sic ecclesia, in primo eius exordio quod incepit a passione Christi quodam modo ritum sinagogæ tenebat in legibus. Nam a tēpore passionis Christi vsque ad diuulgationem euangelii, secundum Augustinum licet legalia mortua essent, non tamen mortifera, unde & Paulus circuncidit Timotheum, & ego addo quod Paulus repræhendit Petrum & ei restitit in faciem quia in aliquibus indigebat ad Gala. 2. c. qui contenta. 8. dist. sicut autem ibi post egressum totaliter sunt diuisi. Vnde dicit duo populi ex uentre tuo diuidētur, sic & hæc ecclesia, & sinagoga omnino sunt diuisę in fide, & moribus sicut ēt ibi dicitur populus populum superabit & maior minori seruiet, sic sinagoga, quæ est maior natu seruit eecclesiæ, quæ est minor natu, ex quibus patet intētum, scilicet, quod sicut uniuersalis ecclesia gentium in unitate fidei Christi adunata vere & proprie dicitur Israel & domus Iacob, de qua angelus ad beatam uirginem, regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis. Lucę. primo. Sic & sinagoga Sathanę scilicet iudęorum quę domui Iacobum. scilicet ecclesię est inimica, idumea dici debet. Alia multa scitu digna ad rem hanc facientia ponit postilator in loco pręallegato,
69 quæ breuitatis causa omitto de bello † dictorum duorum fratrum Esau & Iacob in utero Rebechę eorum matris habet. Gene. 25. & c. in apibus. 7. q. 1. insuper Esau erat gnarus uenā-

di homo agricola. Iacob autem uir simplex & habitabat in tabernaculis. Gene. 25. Vnde Ni. de lyra in uerbo habitabat in tabernaculis dicit Hebreos dicere, quod hæc tabernacula fuerunt tabernacula Melchisedech, vbi uigebat cultus diuinus cum esset sacerdos Dei excelsi, & tabernaculum habet, qui fuit propheta & docebat ad se uenientes de diuinis, ex quo patet, quod occupatio Iacob erat principaliter circa diuina. Sic legitur in Leuit. per Hiero. de Moyse & Aaron, quod non discedebant de tabernaculo Domin. c. vlti. 36. Ideo Iacob uoluntate & dispositione diuina, meruit benedictionem ab Isaac
70 patre utriusq; Gen. 27. quam inter cætera dixit Iacob † esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ, per quæ uerba patet Iacob superiorem fuisse Esau, & sic esse subiectum, & seruum Iacob. Hoc enim importat dominus cuius correlatiuum est seruus. Nam non potest dici quis dominus, nisi habeat sub se seruos, sicut non potest dici pater vel mater, nisi habeat filios & correlatiuorum natura est, ut posito uno ponatur & reliquum & vno sublato reliquum intelligatur sublatum, ut est glo. 2. in c. a nobis in fi. de decimis & in cle. 1. in uerbo æternaliter de sum. trin. & fide catho. Pondero etiam illa uerba sequentia & incuruent ante te filii matris tuæ, quæ posita uidentur ad maiorem exagerationem superioritatis prædictæ. Incuruare enim quid est aliud, quam inclinare & facere reuerentiam suppriori iuxta illud, tantum ergo sacramentum ueneremur cernui, Esau ergo diuina dispositione fuit subiectus Iacob, q in utero matris per prædicta in figura demonstrauit ecclesiam militantem, q superior esse debebat sinagogæ, quæ figurata est in psonā Esau. Nec Esau debebat esse par Iacob sed subiectus Iacob p dicta uerba esto dominus fratrum tuorum & c. Dicta Iacob, per quæ uerba demonstratur ut unus tantum esset dominus & princeps ecclesiæ militantis; qui uno ouili præesset non plures nec plura Io. 10. qui fuit Petrus successor Christi qui longe ante descendit a Iacob. Mat. 1. c. Nec immerito nam Deus est spiritus
71 † Ioan. 4. ideo amat spirituales, & deditos spiritualibus unde dixit optimam partem elegit Maria Lucæ. 10. c. nisi [illegible] dem. § nec putes, de renun. ad Corinthios primo c. 7. in [illegible] & nemo eū vnq uidit dixit Io. 6. & epi. quarta, & [illegible] uita æterna. Ioan. 17. Ideo dicebat Paulus cupio dissolui & esse cum Christo. ad Philip. ca. primo, & Dauid satiabor cum apparuerit gloria tua, ut autem reuertar, vnde digressus est sermo summi põtifices, & minores sacerdotes a Deo sūt instituti per Moysem. Exodi. 3. 1. qui ex præcepto Domini Aaron in summum pontificem filios uero eius unxit in minores sacerdotes. 75. distin. c. 1. 21. distinctione in principio, quod etiam in hoc declaratur, qa cathedra attribuitur tantū Moysi,
72 & nō aliis. unde dicitur super cathedram † Moysi sederunt scribæ & pharisei. Math. 23. & glo. in cle. 1. in verbo detrahit in fi. de priu. in testamēto uero nouo cathedra attribuitur tātum Petro, & non aliis apostolis, nec sanctis. Nam ecclesia celebrat festum cathedræ sancti Petri 8. calend. Martias. Petrus autem fuit successor Moysi, ut est glo. not. in c. causam el. 2. in uerbo ad regem qui fi. sint legiti. insuper licet Moyses & Aa-
73 ron primi, & summi pon. fuerunt † pares quo ad consecrationem. Moyses tamen fuit maior quo ad administrationem, ut prædictum est. Item in instructionem, q instruebat, & arguebat Aaron, tāquam minorem, ut est glosa notabilis in dicto c. sacrosancta in uerbo Moyses. 22. distinctio & glo. in c. in illis 80. disti. & diuinorum officiorum. l. 2. c. sacerdotes in prin. q allegat dictam glo. in c. sacrosancta. Moyses tamen non offerebat hostias, sed orabat pro populo. c. si quis uult. 36. disti. c.
74 decreuit. 88. distinctio. sic Petrus fuit † maior aliis apostolis in administratione iuribus præallegatis. hoc etiā approbat Hieronymus, qui in principio libelli de uiris illustribus sic loquitur, Simō Petrus filius Ioannis prouinciæ Galilææ, uico Bethsaida frater Andreæ apostoli, & princeps apostolorum post episcopatum Anthiocensis ecclesiæ, & prædicatione dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderant in Ponto Galatia,
75 Capadocia, Asia, Bithinia secūdo † Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique uiginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit usque ad ultimum annum Neronis. 14. a quo fixus cruci martirio coronatus est, capite a terram uerso & in sublime pedibus eleuatis asserens se indignum, ut sic crucifigeret, ut dominus suus. Ecce quod Hieronymus appellat Petrum principem apostolorum, & in introitu missæ dici festi cathedræ sancti Petri dicit statuit ei testamentum pacis & principem fecit eum ut sit illi dignitas in æternum. Ecce, quod uniuersalis ecclesia appellat Petrum principem. Nam si alii Apostoli fuissent pares Petro in administratione, ut hæreticus ille asserit ludibrio Petrus appellaretur princeps, quia esset princeps nullatenens, ut in cle. in plerisque de elec. Sicut Belzebub fuit princeps
76 demonia eijcis. Lucæ. 11. & Marci. 3. Belzebub autem princeps uel uir muscarū dicitur ut tenet Archi. in prin. 21. disti. quod

quod dicendum non est. Et hoc etiam præfiguratum erat in Moyse, qui a Deo constitutus erat tutor & defensor & liberator populi, vt attestatur Nico. de Lyra. Actuum, septimo capitulo, in verbo quoniam, Deus, & in verbo quis constituit
77 te. Nam dicta & facta in testamento † veteri erant & sunt figuratiua in testamento nouo, teste Apostolo. primo ad Corint. decimo, vbi dicitur hæc autem omnia in figura contingebant illis & secund. ad Corint. tertio, & ad Gala. tertio, vbi dicit, quod littera occidit, spiritus autem viuificat. Insuper Petrus est tripliciter exaltatus, & ideo triplex festum de eo celebratur, quod de nullo alio apostolorum legitur factū
78 fuisse. Primo † exaltatus est in ecclesia militantium eidem præsidendo, & eam in fide & optimis moribus laudabiliter regendo. Ad quod pertinet festum cathedrę sancti Petri. Secundo in ecclesia malignantium ipsum, s. dissipando & ad fidem conuertendo, ad quod pertinet festum secundum, s. sancti petri ad vincula. Tunc enim ecclesiam malignantium dissipauit, & plures ad fidem cōuertit. Tertio in ecclesiā triumphantium ad quod tertium festum pertinet. s. festum passio-
79 nis eius. Rursus † fit festum triplex, propter alias quinque rationes primo propter priuilegium, fuit enim præ aliis priuilegiatus. Ideo magis honoratus auctoritate. Nā fuit princeps apostolorum, vt præmissum est, & claues regni cęlorum a Christo accepit auctotitatibus pluries allegatis. Fuit etiam feruentior cæteris in Christi amore & efficatior in virtute. Nam ad eius vmbram sanabuntur infirmi. Actuum. 8. Secundo propter officium. Ipse enim officium prælationis super vniuersam terram habuit, quæ in tres partes mundi diffusa est. s. Asiam, Africam, Europam. Et ideo ecclesia ter in anno pro eo solennizat. Tertio propter beneficium. Quia ipse qui potestatem ligandi, & soluendi habuit liberat nos a tribus generibut peccatorum. s. cogitationis, locutionis, & operationis vel quia in Deum, in proximū & in nos peccamus. Et hoc bonum potest esse triplex, bonum quod virtute clauium peccator in ecclesia consequitur primum est absolutionis a reatu ostenso. Secundum est pęne purgatorii in temporalem commutatio. Tertium pœnæ temporalis secundum partem relaxatio. Quarto propter debitum, quia. s. tripliciter pauit & pascit nos. s. verbo, exemplo, & temporali subsidio. Quinto propter exemplum, ut scilicet nullus desperet etiam si tertio Christum negauerit, sicut ille, si tamen uelit cum eo, Deum corde, ore, & opere confiteri, hæc sunt uerba Guiel. duranti libro diuinorum officiorum de Cathedra sancti Petri. Legi-
80 mus etiam beatum Andream † Apostolum fratrem Petri spiritu sancto detulisse Petro, quia Petrus capite ad terram uerso & pedib. in sublime eleuatis in cruce ligatus mori uoluit, indignum se existimans, ut crucifigeretur ut dominus suus ut prædictum est. Ipse uero Andreas ligatus in cruce in latus mori uoluit indignum & imparem se existimans ut crucifigeretur ut Petrus princeps apostolorum, ut attestatur Iacobus de uoragine in uita beati Andreæ apostoli. Et hoc etiam probatur. Quia translato sacerdotio necesse est ut etiam legis translatio fiat dicto c. translato, & ibi glo. dicit translato
81 sacerdotio Leuitico in Petrū per illa uerba pasce oues meas. Ioa. 10. & d. c. significasti de elect. vel secundum alios per illa uerba. Ite & docete & c. Matth. ult. cap. proprie de consecrat. dist. 4. Et cum sacerdotio translata est lex. Et legis obseruatio non est penes Iudæos, sed penes petrum & succeessores ut dicit glo. in d. c. translato. Et qnod translatum fuerit sacerdotium in Petrum probatur in d. c. in nouo 21. di. Ratio autem
82 quare potius Petro quam aliis discipulis seu apostolis traditæ sunt claues Regni cœlorum, assignatur per Nicola. de Lyra. Matth. 17. In uerbo assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem uidelicet propter prærogatiuam eminentiæ spiritualis inter alios. Petrus. n. ppter feruorē fidei erat inter alios principalis, propter quod datæ sunt sibi claues ecclesiæ ut patet in præce-
83 denti c. feruorem † autem dilectionis demonstrauit eum solus exemit gladium & amputauit auriculam Malco ut dominum suum a manibus Iudęorum liberaret. Mat. 29. Lucę 22. Mar. 14. Io. 18. c. si Petrus. 23. q. 1. Et post resurrectionem cum audisset a Ioāne. Dominus est, Petrus succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio uene-
84 runt Ioann. 21. Ioannes † excedebat alios in prærogatiua uirginitats propter quod erat Christo magis familiaris. Iacobus quia fuit primus inter apostolos qui passus est martirium propter Christum, idem dicit Nicol. de Lyra Matthe. uigesimoquinto, in uerbo respondens & sequens uerbo. & Ioann. uigesimoprimo, in uerbo dicit ei sequere me, ubi dicit q postquam Christus imposuit Petro pastorale officium, & ei prædixit suum martirium incepit ire & tunc dixit Petro tu me sequere, † s. gerendo uices meas in duobus prædictis in administratione & martirio ut etiam subdit Nicol. de Lyra in seq. uerbo qui etiam recubuit, dicens dicta uerba a Christo dicta fuisse ad ostēden. excellentiam Petri. Cui commendauit ec-

clesiam suam magis quam Ioanni. quamuis Ioānes sibi esset multū familiaris, immo consanguineus & cōsobrinus. Sub-
86 dit etiam Ni. de ly. ibidē in uerbo sic † eum uolo manere quasi dixerit nolo eum mori per martirium, nec in hoc me seq quantum ad prelationis officium in regimine uniuersalis ecclesiæ tecum, sed magis uolo eum occupari in quiete contēplationis. per quæ uerba sic (ut præmittitur) exposita, liquido & luce meridiana clarius constat terminatum & diffinitum regimem uniuersalis ecclesiæ solū apud Petrum & eius successores a quo alii apostoli assummunt uigorem. sicut palmites a vite sine qua arescunt, & fructum non afferunt, vt inqt Ioā. 15. unum præterea mihi occurit a nemine tactum quod meminerim. Quod Christus dixit Petro, diligis me plus his. Io. 21. Et sic Christus vsus est comparatiuo plus, ad demonstrādum quod plus diligeretur a Petro quam ab aliis apostolis Et ideo cōueniens fuit ut vniuerso gregi suo præficeretur ratione prædilectionis. quia cui plus dimittitur uel donatur uerisimiliter plus diligit. Lucæ. 7. c. Et ideo non immerito dicitur, quod papa fuit assumptus in plenitudinem potestatis. Alii autem prælati in partem sollicitudinis. c. ad honorem de aucto. & usu pal. Et ad hoc faciunt quæ dixi in uers. præmitto etiam,
87 q ex omnibus. Meditanti quoque mihi dicta uerba. Tu † es Petrus & c. Succurrunt quædam noua mistica & fragrantia a nemine forte excogitata ad rem nostram (ut arbitror) faciētia. Nam mutato proprio nomine Simonis, Christus uocat eum Petrum, aludens, illud nomen ad Petram mutata ultima sillaba us in, a, inferēs Petrum in offitio, quod sibi daturus erat debere esse solidum ut petra. Petra autem erat Christus. 1. ad Corin. 8. Ex quo uerbo patet Petrum representare uniuersalem ecclesiam & Christū & eius uices in terris gerere & fungi eius offitio. d. c. quāto de transla. præla. cum concor. Ibi in
88 glo. allegatis, in uerbo uicem Dei, vnde Petrus a † petra, quod est Christus secundū apostolum proxime allegatum, non autem petra a Petro dictum est. Et subdit, & super hāc petram. s. Petrum ędifi. eccle. meam. c. fundamenta in prin. de elec. in 6. cū cōcor. Ibi allegatis. Ponderanda etiam sunt uerba Christi. Nam ante dicta uerba tu es Petrus & c. Interrogauit Christus omnes apostolos dicens uos autem quem me esse dicitis & postea direxit sermonem suum ad Petrum tātum, Beatus inquiens es Simon Bariona. & c. Nā si uoluisset alios apostolos esse pares Petro, continuasset semonem suum incoatum in omnes cum dixit uos autem quem me esse dicitis loquendo in plurali, & dixisset beati apostoli uel discipuli mei, sed omisso plurali, locutus est Simoni in singulari. Beatus es Simon Bari. & c. a uerbis enim non est receden. c. ad audientiā in fi. de deci. cum concor. ibi allegatis & pondero quod Christus appellat Petrum beatum quod illius responsio processit ex reuelatione diuina, uidelicet quia caro non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Item non dixit non reuelauit nobis omnibus, sed tibi. Item non dixit super uos edi. ec. me. sed in singulari super hanc petram loquendo de Petro. Item dicta uerba. Tu es Petrus & cet. sanguis non re. ti. non conueniunt aliis apostolis sicut Petro ut possit dici petra, ut est optimus tex. in c. consyderan. 50. di ibi dicitur, consyderan. nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat ancillæ uocem pertimescere & seipsum negare permisit, magnū esse actum pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat pastor ecclesiæ in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaquæ eum ostēdit sibi & tunc præposuit cæteris vt ex sua infirmitate agnosceret quā misericorditer alienas infirmitates toleraret, hæc sunt uerba Grego. in omelia dominicæ resurrectionis & c. fidelior. ea distinctione. In quit Ambrosius omelia libr. primo,
89 fidelior † factus est Petrus post quam fidem se perdidisse defleuit atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit, tanq̄ enim bonus pastor tuendo gregem accepit, ut qui sibi ante infirmus fuit, fieret omnibus firmamentum, ut qui se interrogationis tentatione mutauerat, cæteros uere fidei stabilitate fundaret, denique propter fidelitatem deuotionis ecclesiarū petra dicitur, sicut ait dominus, Tu es Petrus & c. Petra enim dicitur eo quod primus in actionibns fidei firmamentum posuerit, & tanquam saxum immobile totius corporis christianitatis, compagem molemq; contineat, hæc Ambrosius. Non tamen inficior fundamenta militantis ecclesiæ, iacta esse in montibus sanctis, q dicuntur Apostoli, & prædicatores, teste propheta psal. 86. incipiente, fundamenta eius in montibus sanctis, scilicet Petro apostolorum principe, per prædicta dicto c. fundamēta in principio de electione in sexto, ad hæc faciunt, quæ supradixi in uersiculo præmitto etiam quod ex omnibus & sic ex præmissis patet, Petrum bis fuisse electum
90 in principem † apostolorum, ut prædictum est primo a Christo, secundo ab aliis apostolis sicut etiam in institutione regis a Deo per legem ordinatam, duo requirebantur, alterum ex parte instituentis, scilicet quod diuina prouidētia fuisset ele-

ctus.

ctus, alterum quod populus cum reciperet ponendo ipsum
electum supra se regem, quod clare declarant uerba Deute-
ro.c. 17.voluit institutione regia, agitur,ibi enim dicitur ip-
sum ponas super te regem,quoniam dominus tuus elegerit,
ex quibus verbis patet quod acceptatio populi necessario re
quirebatur ,ad executionem regiæ potestatis, post diuinam
electionem,alias sola electio diuina inanis erat,quod,& liq-
do patet fuisse obseruatum in Saule,qui licet primus fuisset
unctus in regem a domino per Samuelem, ut patet.1.Reg.c.
10.ulterius fuit institutus a populo, in regem,ipsum recipien
do,ut patet 1.Reg.c.11.& ut diffusius in apostilla ad Nicol.de
Lyra.1.Reg.c.2 8.incipiente nulla rationum,hoc etiam cla-
re probatur ibidem in fi. ubi dicitur certe uidetis quoniam
elegit dominus quoniam non sit illi similis in omni populo,
& clamauit omnis populus & ait uiuat rex.& idem 2.Regū.
c.2.circa prin.Idem patet in Mathia, qui licet super eum sors
cecidisset,tamen ab apostolis receptus fuit.Actuum.1.sic in
matrimonio carnalli,quod licet solo consensu uiri & mulie
ris contrahatur quo ad Deum & ecclesiam triumphantem.
c.sufficiat.27.q.2.c.cum locum.c.cum non apud. c.tuæ.cap.
tua de spon.cum concor.Tamen quo ad ecclesiam militan-
tem requiruntur uerba uel signa consensum utriusque expri
mentia uel denotātia,iuribus præallegatis,sic in baptismo in
quo requiritur uerbum & aqua quæ corpus tangit & cor ab
luit,nam in ipso uerbo aliud est sonus transiens aliud uirtus
manens.c.detrahe.1 q.1.Host.in summa de Baptis. §.1.in fin.
Cum igitur sacra sinodus legitime & rite congregata habeat
potestatem a Deo ut tenet Felin.in c.nonnulli.4.colum.in fi.
de rescriptis referens Palatinam de uitis pontificium loquen
tem de lo.pon. 23.attestantem, ita fuisse decisum in cōcilio
Constantiēsi,quod ego approbo auctoritate euangelica, ubi
inquit Christus ubi fuerint duo uel tres congregati in nomi
ne meo ibi in medio eorum sum.Matth.18.c.audiuimus,cir-
ca me 24.q.1.Et euntibus duobus discipulis Cleopha & Lu-
ca post Christi resurrectionem in Emaus, loquentib. de Chri
sto,apparuit illis Christus,ut peregrinus.Lucæ.24.& postea.
11. discipulis in unum congregatis propter metum Iudęorū
bis uenit Iesus & stetit in medio eorum & dixit, Pax uobis
Io.20. Et recumbentibus. 11.discipulis apparuit illis Iesus &
exprobrauit incredulitatem eorum &c.Mar.ult. Et 11.disci-
puli abierunt in Gallileam ubi constituerat eis Iesus,quibus
ipse dixit . Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra .
Euntes ergo docete &c.Mat.ulti. Nam Deus per ora princi-
pum promulgat uerba.8.dist.quo iure, & spiritussanctus præ
sumitur loqui, per os eorum qui simul in concilio generali
sunt,ut dicit.d.Abb.in c.licet ex quadam.2.colum.in princ.
de testi.allegat.c.si ille.50.di. & Luc.4. melius allegasset Lu-
cæ.10.ubi dicitur, qui uos audit.me audit & qui uos spernit,
me spernit,& qui me spernit spernit eum qui me misit, tran
sumptiue in c.in nouo testamento 21.dis.Et ibi dicitur,quod
clerici Dei legatione funguntur.Idem dicit tex.in c.accusa-
tio in fi.2.q.7.& c.nulli in fi.3.q.1.& c.omnes circa me.7.q.1.
& in c.habet ea cau.q.5.& ad principale propositum est opi.
tex.in c.maiores.24.q.1.Cayphas enim dixit expedit uobis.ut
unus moriatur pro populo ne tota gens pereat , hoc autem
a semetipso non dixit,sed cum esset pontifex anni illius pro
91 phetauit.Io.11.Mali † enim possunt habere dona spiritussan-
cti, sed non spiritumsanctum ut dicit Archi.in c. de illis.24.
q.3.& Saul dum persequeretur Dauid prophetauit,ut attesta
tur.d.Abb.in c.1.2.no.de re.& ue.san.Balaam fuit uerus pro-
pheta licet malus homo.Num.24.& Nico.de Lyra.Ioan,11.
c.in uerbo dederat enim se in concilio impiorum,ut erat cō
cilium iudęorum,locutus fuit spiritus per os Cayphe & sic p
uirum iniquissimum,ut præmissum est,multo furtius loqui-
tur in conciliis probatissimorum prælatorum & sacerdotū,
ut credendum est fuisse in prædicta sacra sancta sinodo.22.
dist.Nam & multa alia signa fecit Iesus in cospectu discipu
lorum suorum,quæ non sunt scripta in euangeliis,inquit Io.
20.c.& in fi.sui Euangelij dicit,sunt & alia multa quę fecit Ie
sus,quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundū
capere posse eos qui scribendo sunt libros. maxime patet in
92 his uerbis,quę dicta sunt a Christo,beatius est dare quam ac
cipere.c.cum marte de cele.missa. quę apostolus dicit dicta
testatur Nicol.de Lyra. Actuum. 20.in uerbo quoniam ipse
dixit,& idem attestatur Guiel.durandi in li.diui offi.de sexta
particula canonis.3.col.in prin.inquiens.hæc autem tria cō-
memoratur,quæ nullus euangelistarum describit uidelicet
eleuatis oculis in celū&cæt.uiq;discipulis suis.Item eterni te
sti,item ministerium fidei,quis ergo tantę audaciæ exsistit,ut
hoc de corde suo tentauerit interponere,extra de cele.mis
sa.c.cum marte,sanctorum ipsam uerborum ab ipso Chri
sto acceperunt apostoli , & ab ipsis ecclesia, multa quidem
tam de uerbis,quam de factis Dominicis propter breuita-
tē prætermiserunt euangelistæ, quæ tamen apostoli supleue
runt,ut est ꝙ apostolus ait in epistola ad Corint.uisus est plu-
squam quingentis fratribus simul, deinde uisus est & Iacob,de
inde apostolis omnibus, nouissime autem tanquā abhortiuo
uisus est & mihi in 6 quoq; lib.diui.offi.pdicto de parasceue.
3.col.in fi.legitur ꝙ Christus in cruce pendens prolixe orauit
93 decantans decem psalmos,scilicet Deus Deus respice in me,
usque in te domine speraui, & cum peruenisset ad locum il-
lum In manus tuas domine commendo spiritum meum,emi-
sit spiritum, Quod & summus poetarum Virgilius.6.Eneidos
diuino,ut creditur,afflatus spiritu commemorat. Talia præ
stabat memorās fixusque manebat. Lucas autem.c.23.refert
tantū hæc verba in manus tuas.d.c.s.m. tacens psalmos præ
dictos.Nicol.quoque de lyra.1. ad Corin.11.in fi.in uerbo di-
sponam. dicit ex dicto uerbo patere quod ecclesia multa te-
net ex ordinatione apostolorum, quæ tamen non habentur
94 in sacra scriptura expresse, & perhoc dicit sequendam esse
consuetudinem ecclesiæ.Itē Nicola.de Ly.2.Regum.c.duo-
decimo in uerbo & uxores dicit multa testamēti ueteris scri
pta non esse. Omnia ergo dicta,gesta facta Christi,& aposto-
lorum scripta non sunt,vt patet ex præmissis,sed multa etiā
a poetis christianis maxime a Sedulio & a Ratore quoniam
ego puer propriis manibus transcripsi de gestis apostolorum
scripta reperiuntur, nec est uerisimile ꝙ præfata sinodus affe
reret apostolos constituisse Petrum eorum principem si hoc
non inuenissent scriptum in li.autenticis approbatissimis au
ctoribus & ad comprobandam.Item d.sacram sinodum innu
meras supra retuli diuinas & humanas auctoritates quib.li-
quido patet Petrum a Christo demum ab postolis suis fuisse
in principem eorum electum. Præmitto etiam,quod omni-
95 moda † iurisdictio & potestas est tam in malo principe,quam
in bono, & sic malignitas seu iniquitas non minuit,nec exte
nuat iurisdictionem, seu nihil detrahit de iurisdictione prin
cipis ar.in c.vlti.15.q.vlt.& in c.uestra de coha.cle.& mul.Et
ita honorandus est malus princeps sicut bonus. Nam malis
prælatis obediendum est, nisi in his quæ contra Deum & di-
uina præcepta manifeste sunt,& habendi.reuerentia,quādiu
in offitio suo tollerentur.exēplo Dauid qui uenerabatur Sau
lem regem licet non ignoraret illum esse uirum iniquum,&
a Deo reprobatum,ut dicit Ni.de lyra.Math.23.in uerbo om
nia ergo.Et patet etiam exemplo Christi,qui seruauit hono-
rem pontificibus & sacerdotibus, quamuis illi,nec timorem
Dei, nec agnitionem Christi seruassent,nam cum leprosum
mundasset,illi dixit,Vade & ostende te sacerdotibus.& offer
donum licet sciret sacerdotem sacrilegum. Lucæ.5.& Matt.
7.§.hoc quidem uers.hinc est de peni.di.1.c.ante baptismum
de conse.di.4.c.dominus noster.93.di.Et cum accepisset ala-
pam & ei diceretur sic respondes pontifici nihil contumelio
se locutus est , sed humiliter respondet Si male locutus sum
testimonium perhibe de malo.si autem bene quid me cędis.
Ioan.18.§.ecce.2.q.7.c.paratus.23.q.1.d.c.dominus noster,&
uoluit iudicari a Pilato, & illudi ab Herode. Lucæ.22.Math.
16.Mar.14.Ioan.19.Et Christus dixit super cathedram Moysi
sederunt scribę & pharisei.Omnia ergo quæcunque dixerint
uobis seruate & facite , secundum uero opera eorum nolite
facere.Dicunt enim & non faciunt.Mat.23.c.omnia.1.q.1.&
glo.in cle. 1.in uerbo detrahunt in fi de priuil.Et ponderādū,
ꝙ Christus usus est,uerbo imperatiui modi,seruate & facite.
96 Imperatiuus † autem importat necessitatem cle. exiui de pa-
radiso.§.cum ad quædam de uer.signi.c.in his uersi. Item se-
cundum Grego. eo.tit.Et optimus præceptor meus in cano-
nibus Alex.Neus in c.nam concupiscentiam.6.colu.in fi.de
constitu. Et Petri.c.2.subditi estote omni humanæ creaturæ
propter Deum,siue regi tanquam præcellenti, siue ducib.tā-
quam ab eo missis , ad uindictam malefactorum,ad laudem
uero bonorum.Subditi estote in omni timore domini, non
tantummodo bonis & modestis, sed etiam discolis.c.Solitæ
de ma.& obedien.& gl.pst.in l. Deo nobis his.§.Itaque.C.de
97 epi.& cle.c.magnum.11.quæst.1.Nam ꝓpter † peccata popu-
li Deus permittit malos principes regnare. c.audacter.8.quę
stione prima,& pro hoc glo.nota in c.suscitatus in uerbo di-
uinis.7.quæstio.prima,& ad hoc facit quod notat.Alexander
Neuus in c.sicut 2.colum.de re iudica. qui dicit acta iuditia-
98 ria præsumunt bene gesta,licet † iudex sit iniquus propter au
ctoritatem iuditiariam, dicens hoc esse dictum Bal.Ibidem
pro quo dicto dicit ibi esse optimum.tex.Addo Pau.ad Heb.
13. Qui sic inquit obedite principibus uestris & subiicite eis.
Ipsi enim peruigilant quasi ꝓ animab.uestris rationem red-
dituri.Et cum gaudio hoc faciunt & non gementes & ad Ro
ma.12.Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est.
Non enim est potestas nisi a Deo.Quæ autem sunt a Deo or-
dinata sunt Itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resi-
stit, Qui autem resistit ipsi, sibi damnationem acquirit.Nam
principes non sunt timori bonis sed malis,uis autem non ti-
mere

mere potestatem,bonum fac,& habebis laudem ex illo.Dei
enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris ti
me. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim † mini-
99 ster est vindex in eum qui malum egit . Ideoque necessitate
subditi estote non solum propter iram,sed etiam propter cō
scientiam. Et qui non obedierit principi morte moriatur.
Deut.17.cap.2.de ma. & obe.& gl.ibi in verbo principi expo
nit,id est papæ, & idem tenet ibi Inno. & de consec.dist.4. c.
corpora,sic econuerso,imperator appellatur Pontifex.10.di
stinctio. de capitulis. Et qui non obedit prælato dicitur eius
inimicus ut est glos.no.in c.si quis Diaconus,in verbo inimi-
100 cus.50.dist.Prēmitto etiam,quod potestas legis condendæ .
immutandæ est penes vicarium Christi, i.papam.d.c.transla
to,de constit.cuius verba sunt hæc. translato sacerdotio ne-
cesse est,ut legis translatio fiat.Ad Hebr.7.& ita dicit in cap.
translato summatur a But.Ioan.de Imo.Alex. ne.præceptor
meus in canonibus,& Feli.& alij doct.ut præmissum est, un-
de ex eo.tex.inferunt quod potestas legis condendæ olim &
hodie fuit & est penes sacerdotes.Sacerdos autem dicitur pa
pa.cap.per venerabilem qui fil.sint legit.& non penes laicos
& sic laici nunquam habuerunt potestatem legis condēdæ,
101 & licet † imperator ante aduentum Christi receperit pote-
statem a populo.l.secunda.ff.de orig.iur. & insti.de iure nat.
gen.& ci.§.sed & quod principi placuit.illa potestas fuit abu
siua & de facto assumpta . Nam populus non habebat pote-
statem condendæ legis & si habebat, dic mihi a quo habuit,
& si non habebat populus potestatem quomodo illam prin
cipi dare potuit,cum nemo dat quod non habet,nec plus in
alium transferre potest,quam ipse habeat.l.traditio.ff.de aq.
re.do.c.consultationibus.de iur.patro.nuper.de do. inter vi.
& vxo.c.nemo.de re.iu.in 6. cum cōcor.& ideo necessarium
102 fuit,quod potestas populi † data imperatori confirmaretur
per papam siue per ecclesiam,quoad exercitium, vt no.in c.
nouit.de iud.& Inno.in c.licet ex suscepto de fo.comp. facit
c.relatum.11.qō.1.ubi patet quod omnes causæ in primitiua
ecclesia ad ecclesiam deferebantur.hæc sunt verba Anto.de
But.Io.de Imo.& Ale.ne.in d.c.translato.3.colu. Tertio no.
de constit.cum aliquibus per me interpositis,pro hoc facit il
lud.Io.7.vbi Christus dicit Iudæis . Nonne Moyses dedit uo-
bis legem.Exo.20.Et Deut.31.& nemo ex vobis facit legem,
103 papa autem † est successor Moysi, qui habuit vtrunque gla-
dium spiritualem & temporalem, ut est gl.no. sæpius præal
legata in c. causam.2.in verbo ad regem,in fi.qui fi.sint legi.
& Host.in summa,eo.tit.§.qualiter & a quo.3.colum.uersic.
tum auctoritatibus sanctorum, qui dicit quod quamuis iu-
risdictiones sint distincte quoad executionem,tamen impe-
rator ab ecclesia Romana imperiū tenet & potest dici eius
officialis,seu uicarius. Nam ecclesia Romana in persona Ma
gnifici Caroli a Græcis transtulit imperium in Germanos.
Et papa ipsum confirmat, vngit,coronat,& reprobat, & etiā
deponit.cap.venerabilem.§.primo & secundo,de elect.Nec
etiam lex imperatoris ligare potest nisi illos quos Romano
rum lex tenet & ecclesiæ catholicæ sanctio quia extra non
est imperium,ut auth.de non alie.aut permu.re.eccle.§.pla-
cet colla.secunda,ergo papa superior est.c. innotuit, de elec.
ff.de arbit.l.nam magistratus.de ma. & obed. cum inferior .
Verum tamen quod rite factum est per imperatorem in tē-
poralibus non debet infringi per papam, nec debet se intro-
mittere de subditis imperatoris, nisi forte in casibus sicut di
citur de archiepiscopo quo ad subditos suorum suffraganeo
rum, ergo vacante imperio, uel regno succedit papa. capit.
cum inter uniuersas, de elec.nec mirum, quia Christus reli-
quit ipsum successorem, seu vicarium suum proximiorem ,
& maiorem,cap.per venerabilem.§.sane.qui fi.sint legi. & c.
quanto de translat. prælat. ergo quo ad administrationem
vnum caput est tantum, scilicet papa. Nam vnus debet tan-
tantum esse caput nostrum dominus spiritualium & tempo
ralium,quia ipsius est orbis & plenitudo eius. cap.tua nobis.
de deci.qui omnia commisit Petro.cap.solitæ de ma.& obe.
cap.significasti de elec. in fi.Et petrus utrumque gladium ha
buit unde dixit, Ecce duo gladij hic omisit allegare. Luc.22.
Ideo etiam dominus dominorū non sine causa dixit Petro ,
104 & tibi dabo claues regni cœlorum,notandum † nō dixit cla
uem,sed claues. In plurali.s.duas, unam qua claudat & apiat
liget et soluat, quo ad spiritualia . Aliam qua utatur quo ad
temporalia de quo etiam per Hos.in summa de remis.§.1.cū
enim unum corpus simus in Christo, pro mōstro esset,quod
duo capita haberemus.c.qm̄.de of.ord.hæc sunt verba Host.
in dic.§.qualiter & qn̄. Et est mirabile in oculis nostris quod
nomen Cæsaris præbuerit cām mortis Christo uidelicet , Si
hunc dimittis non es amicus Cæsaris, omnis qui se regē facit
ↄdicit Cæsari.Nā hoc sermone audito Pilatus tradidit Chri-
stū iudęis crucifigēdū.Io.19.Et seruus Christi Petrus successe
rit in locum Cęsaris, et maior est Cęsare iuribus proxime
supra allegatis.Et si Imperatori licet facere leges. l. secunda,
ff.de ori.iuris.& in prohœ.institu.& insti.de iure natur. gen.
& ciui.§.sed & quod principi.l.prima §.cum enim.C.de ue.
iure.enuc.glosa in capitulo primo de transla.prælato.capit.
nouit.de iudi.multo magis licet summo pontifi. Cum ma-
ior sit papa, quam sit imperator, & sacri canones dicant lon
ge præstantiorem & prætiosiorem esse dignitatem sacerdo-
talem diamedate principum,quam sit aurum , plumbo, &
sol aliis syderibus. Quppe cum uideas Regum colla & princi
pium subiici genibus sacerdotum,& osculata illorum dexte
ra & eorum orationibus credunt se communicari uel mu-
niri , capitu.duo sunt quippe in fin.96.distinctione. præmis-
sa comprobat Innocen.in cap.licet ex suscepto de for. com
peten. dicens quod Deus a principio creauit cœlum & ter-
ram,& omnia quæ in eis sunt angelicam & humanam na-
turam spiritualia & temporalia ipsaque per se ipsum rexit,
sicut factor rem suā gubernat,& homini quem fecit præcę-
pta dedit & transgredienti pænam imposuit. Gene.secundo
ex omni ligno &c.Ipsis etiam peccantibus pęnam imposuit
per seipsum scilicet Addæ & Euæ. Gene.3. mulier quoq; di-
xit &c.Et ibi Addę uero dixit &c. Qualiter autem Chayn ꝑ
seipsum punierit. Lamech & quosdam alios eodem libro.
Genesis.4.& 5.legitur.Ego addo quod Deus populum Israe-
lem elegit sibi in specialem & peculiarem præ cæteris popu
lis secundum quod dicitur Deutero.7.elegit dominus Deus
105 tuus ut sis ei populus peculiaris & cunctis populis, qui sunt
super terram.Ideo uoluit ipse esse rex immediatus illius po
puli propter quod ei dedit legem in mōte Sinai ꝑ seipsum ,
id est per angelim in personam illius loquentem & non per
hominem mediatorem,ut diffusius per Ni.de lyra.prim.Re
gum.cap.8.ultima postilla circa fi.& sic recto mundo ꝑ seip
sum Deum,usque ad Noe.Ex tempore Noe cępit Deur crea
turas suas per ministros regere, quorū primus Noe, de quo ,
ꝙ fuerit rector populi ex eo apparet, ꝙ sibi dominus guber-
nationem archæ per quam ecclesia significatur commisit,
Gene.5.& 6.c.item quia etiam dominus . Noe & filiis recto-
riam & legem dedit.Gene.9.Et de Noe licet non legatur sa
cerdotem fuisse,officium tamen sacerdotis exercuit statim
post ingressum archę, antequam leges populo daret Gene.
8.in hac autem uicaria successerunt Patriarchæ,iudices,Re
ges,Sacerdotes.& alii qui per tempora fuerunt in regimine
populi iudæorum & sic durauit usque ad Christum,qui fuit
naturalis dominus & rex noster, de quo dicitur , Deus iudi-
tium tuum Regi da &c.psal.71. Et ipse Christus Iesus uica-
rium suum constituit Petrum , & successores suos, quando
ei dixit pasce oues meas.Ioan.10.& d.c.significasti . Et idem
dicit Ni.de lyra lib.iudicum in prin.& lib.1.Regum in prin-
cip. Et Oldra.consi,96.incipiente.Consueuit dubitari 2.co-
lum.uersi.Deus qui cuncta creauit.& d.Abb.in d.c.licet ex
suscepto.7.colum.uerc.sed contra prædicta,faciunt ad præ-
dicta,quod Isaac dixit Iacob filio suo, Esto dominus fratrum
tuorum,& incuruentur ante te filii matris tuæ.Gene.27.di-
cit Iacob,Descendit Christus.Mat.1.ut est ꝑmissum.Ex his li
quido constat.unde scriptum est, ꝙ potestas legis condendæ
solum spectat ad summum pon.ut præmissum est. Quod ēt
106 approbat Nice.de lyra qui exponit Deus, † iudici um tuum,
da , id est tu Deus pater da Regi Christo potestatē iuditiariā
quod factum est ut habetur.Ioan. quinto pater omne iudi-
tium dedit filio, & Iustitiam tuam.id est.potestatis tuę prædi
ctæ executionem filio Regis. id est Christo qui secūdum dei
tatem filius est Regis ęterni , scilicet Patris . & secundum
humanitatem est filius Dauid Regis ut habetur Math.pri-
mo,qui descēdit de ipso Dauid secundum canem ad Rom.
primo & secundum utraque naturam data est ei potestas iu
ditiaria. Licet enim eadem sit potestas patris & filij in diuinis
Tamen habet illam filius a patre sicut & substantiam simi-
liter secundum humanitatem data est Christo potestas iu-
ditiaria quia in extremo iuditio apparebit in forma huma-
na, in qua fuit iudicatus a Pilato, idem dicit Nicol. de lyra
psalm.nono.in uerbo. sciant gentes, & Matt.16.in uerbo in
gloria patris, hæc ergo potestas legis condendæ data fuit Pe-
tro & eius successoribus, ut præmissum est , & etiam per illa
107 uerba, † tu me sequere.Ioan,21.ubi Nico.de lyra exponit.tu
me sequere in administratione & martirio, ut etiam supra-
dictum est uersicu.& hoc etiam probatur. Ex quo sequitur
quod libri iuris pontificii , uidelicet liber Decretalium, li-
ber sextus & clementinarū, nō sine diuina auctoritate cōdi
ta & digesti,& ab omnibus summa ueneratione seruaudi,ca
pit.primo & cap.ne innitaris de consti.cum concor.ibi allę
gatis,sicut decreta sanctorum patrum collecta in libro De-
108 cretorum adeo ut qui transgreditur canones credēs Roma-
nam ecclesiam,seu summum ponti. non habere potestatē,
condendi canones de tali transgressione punitur ut hæreti-
cus,ut est glo.ualde no.in c.generali in uerbo inhibemus de

elec. in 6. & in c. nulli fas. 19. distin. d. Ab. in c. 2. col. 1. de aposta. Et Oldra. consi. 271. incipiente quæstio talis est. 1. col. in fi. qui notabiliter dicit ꝙ qui de sacramento corporis & sanguine dñi nostri Iesu Christi vel de batismare siue peccatorum remissione vel reliquis sacramentis ecclesiasticis aliter sentire aut docere non meruit quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat & obseruat hæreticus est cēsendus. c. ad abolen-

109 dam de hæreticis. 24. q. 3. hæresis. Illud † ergo ꝙ Romana ecclesia prædicat & mandat generaliter obseruari, generaliter est obseruandum. 11. distin. c. quis nesciat, cum igitur Romana ecclesia prædicet & obseruet, ꝙ Romæ pōt peccata dimitti, & ꝙ papa possit dimittere peccata, aliter sentiens hæreticus est censendus, hoc dictum refert Feli. in tractatu de indulgentiis, incipiente hodie mecū eris in paradiso. 1. col. & dispu-

110 tare † de potestate papæ est instar sacrilegii, vt dicit Bal. consi. 433. incipiēte in Christi nomine, quæritur vtrum papa. 3. vol. qui dicit, quod papa est lex animata in terris, & quodcunque soluerit super terram &c. Et dubitans de potestate papæ est hæreticus. Idem dicit glo. not. quam ipse non allegat in cap. 1. 40. distin. in verbo quis. n. in fi. si multa dixi de beato Petro apostolo, & in eius commendationem & gloriam, sed satis dignæ commēdari nō potest cum excedat humanas laudes & alia dixero mirāda, mihi. n. ipsi plurimum gratulor, & gau-

111 deo me † illius nomen fortium esse, quod solū a Christo impositum legitur & inuentum est Io. c. 1. & Mar. Alia. n. noīa. hominum ad hoībus inuēta sunt & imposita. Pro faciliori. n. intelligentia infra dicendorū, hæc præmissa sint. Aggrediamur

112 itaque nunc † & uentilemus conclusiones maxime. 8. horum uerborum, canones pęnitentiales solum uiuentibus sunt impositi, nihilque morituris secundum eosdem debet imponi. Et. 26. optime facit Papa ꝙ non potestate clauis, quam nullā habet, sed per modum suffragii dat animabus remissionem, in quibus plusquam in cæteris conclusionibus uerba effundit ad illas substentandas, quia ex illis, ut mihi videtur, pendent leges & prophetæ tui operis. & aliarum tuarum conclusionum, Nam primo pro fundamento allegat, ut asseris, vulgatam Hosti. rationem, si claues se se ad purgatorium extenderent possent euacuare purgatorium, atque crudelis esset papa, q non euacuaret purgatorium, & locum Hosti. non allegas de qua re valde admiratus, unde euolui opera Hosti. quæ immēsa sunt, & maxime summam suam cum iunior essem castigaui, & instauraui. Cuius rei testimonium perhibet epistola mea in principio operis impressa & ipsum Hosti. reperi aliter tenere quam ꝙ referas, maxime circa uiuentes in humanis quam a te relatum sit, in titulo de remissionibus §. ad quid valent. Et vt videatur an testimonium perhibeā ueritati, illius verba hic referre decreui. Quæ sunt huiusmodi, uidelicet. Ad quid valent & in quantum super hoc diuersæ sūt opiniones. Nam quidam dicunt ꝙ valēt quo ad uenialia, alii quo ad delicta ignominiæ, alii quo ad pęnitentiam negligēter factam, uel minus discrete arbitratam & iniunctam, alii quod in purgatorio tantum. s. quo ad diminutionem pœnę ipsius. Tu teneas ꝙ valent ad id & in quantum concessę sūt. Cū enim papa uocatus fuerit in plenitudinem potestatis ceteri autem in partem sollicitudinis. 2. q. 6. qui se scit. supra de vsu pal. c. ad honorem, non est tutum contra tantam potestatem clauium disputare, ad hoc sup rade excel. prela. tanta

113 50. di ponderet de pę. di. 1. agite, & cum † pro mortali peccato duplex pęna debeatur. s. ęterna quę per contritionem minuitur a Deo & temporalis quę ab ecclesia impōitur, quod qualiter intelligatur not. supra eo. sub rubrica de pęniten. §. quibus & quot dictis. sub §. illud. uersi. sacerdos & sequen. potest ecclesię ministrari ipsam pęnam temporalem ex causa alleuiare & in totum & in partem remittere sicut & not. supra. §. quid remittit uer. remittit igitur sacerdos. Nec refert qualitercūque satisfiat, dummodo satisfiat vt patet in his, quę ibidem not. Nam qualitates pęnitētiarum & tempora. sacerdotis arbitrio committuntur de pę. di. 1. §. non sunt hęc & not.

114 supra eo. §. quid remmittit. Quid † ergo si papa facit generalem remissionem pro pręsidio terrę sanctę & aliquis uere pęnitens & contritus assummit crucē. credens firmiter sibi omnem satisfactionem temporalem remitti, & sic moritur, credēdum est ꝙ nec purgatorium sentiat, quis si dat elemosinā & indulgentiam naturalem lucretur, ualet sibi ad onus pęnitentię subleuandum, & hoc propter duo, scilicet deuotā rogationem & obligat cum q facit remissionem secundū Rai. Immo propter firmam fidei puritatem ac elemosinę & clauium potestatem, quid ergo si is cui iniuncta est pœnitentia septenalis dat. 7. denarios pro talibus indulgentiis acquirendis nunquid est omnino liberatus. Scripsit Rain. quod hoc non potest scire aliquis mortalis, nisi esset sibi diuinitus reuelatum. Nam maioritas & minoritas, remissionum attenditur secundum tria, scilicet maiorem & minorem deuotionem ipsius pœnitentis, & ipsorum qui largiuntur &

secundum numerum eorundem quorum mensuram nullus potest scire nisi solus Deus, & sic per consequens, neque mensuram remissionis, ad hoc de con. distinctione quarta capitulo quæris. & distinctione quinta, capitulo non mediocriter, de pœnitentiæ distinctione prima, capitulo quem pœnitet in fi-

115 ne. tu dicas † credendum esse quod omnino liberatus est, de quo dubium non est quo ad ecclesiam militantem, unde nec tenetur ieiunare. Nam per indulgentiam iniunctę pœnitentiæ remittuntur ut patet infra eo. cum ex eo. §. ad hoc ibi infra. 40. dies de iniunctis pœnitentiis &c. Sed dices sic peccatum remanet impunitum, quod est contra Augustinum, di-

116 centem nullum † malum impunitum, nullum bonum irremuneratum. respon. Nullum est malum impunitum, quia Christus peccata nostra tulit, & pro peccatis nostris mortuus

117 est. Et pro nobis omnibus passus est. sed minima † gutta, sanguinis Christi sufficeret ad expiationem omnium peccatorum, & redemptionem omnium hominum, qui unquam fuerunt uel esse possent, cum respectu Dei totus mundus nihil est, gutta uero sanguinis Christi pretiosa sit. Cum igitur qualitas personæ consueuerit, æstimationem augere, & respectu filii Dei non sit æstimatio aliqua, ut patet in his quæ not. supra de maledi. §. qualiter, sub §. blasphemantes, uersiculo eleganter, & sequen. Et filius Dei non solum guttam, sed totum sanguinem fuderit pro peccatoribus, & præterea martires pro fide, & ecclesia sanguinem suum fuderunt, & ultra quam peccassent puniti fuerunt, restat quod in dicta effusione omne peccatum punitum est. Et hæc sanguinis

118 † effusio est thesaurus in scrinio ecclesiæ, repositus, cuius claues habet ecclesia, unde quando uult, potest scrinium aperire, & Thesaurum suum, cui uoluerit communicare, remissiones, & indulgentias fidelibus faciendo. Et sic peccatum non remanet impunitum, quia punitum fuit in filio Dei, & martiribus sanctis suis secundum dominum Hugo. Cardinalē

119 Nec obstat illud Augustini † quia, aut homo punit peccatū, temporaliter, aut Deus punit æternaliter ut innuitur de pænitentiis, distinctione octaua. §. finali, quia punitur in confessione, propter uerecundiam, ut patet in his quæ notantur supra, sub rubrica de penitentia. §. qualis, sub §. amara, item per crucis assumptionem, uel peregrinationem, uel aliam iniunctionem, ergo maioritas, uel minoritas remissionis nō attenditur, secundum illa q̃ dixit Rai. sed secundum fidem pænitentis & uoluntatem largientis ut no. supra eo. uersiculo, quid si dat eleemosinam. Fateor tamē quod prælatus indiscrete faciens remissiones huiusmodi se onerat. Et quod orationes sanctorum ualent peccatori ad gratiæ impetrationē nec non eleæmosina ad quod libet de genere bonorum, ut nota. supra eodem, sub rubrica de penitent. §. & an ficte pœnitenti. Nam & orationibus Danielis solutus est populus Israel a captiuitate, per orationē Moysi remisit Deus iram populo Israel & ei pepercit. & ad orationem Dauid remouit dominus plagam a populo suo. Et teste Iacobo multum ualet oratio iusti assidua, quod Hostien. omisit, illud etiam contulimus, quod is qui tales remissiones acquisiuit, non uitatur eis in hac uita, sed reseruet in purgatorio. Quamuis enim de necessitate non teneatur hic faciens pœnitentiam iniunctam, quia per remissiones huiusmodi, si indiscrete fiant tamen pœnitentiæ eneruantur secundum concilium generale infra eodem cum ex eo paragr. ad hoc quia scilicet non potest cogi per ecclesiam ad ieiunandum, id quod remissum est per tales indulgentias, tamen quia nescit utrum sacerdos iniunxerit ei pœnitentiam quantum

120 debuisset. Nam & hodie uix imponitur cum † pro quolibet peccato septennis pœnitentia regulariter debeatur, & antequam unum peccatum mortale perficiatur multa committantur. Nam quilibet passus & quælibet ommissio & quodlibet uerbum dictum pro una fornicatione cōmittenda, secūdum quosdam mortalis est, & id quod non est purgatum in hac uita debet purgari in purgatorio. Fatuus est & simplex qui ibidem huiusmodi indulgentias non reseruat, cum si ipsis ibi reseruauerint tot diebus, quot hic ei remissi sunt, tāto

121 minus in purgatorio quam fecisset, cum grauior sit ibi pænitentia unius diei, quam hic centum, secundum ea q̄ not. supra eodem sub rubric. de pæniten. §. quis sit effectus sub §. is est igitur effectus. & hoc intelligas in particularib. remissionibus, quæ fiunt per papam uel alios inferiores dicentes, tantum de iniuncta pænitentia relaxamus, secus in generali & uniuersali, per quam omnis satisfactio remittitur, quæ a sola papa fieri consueuit, ibi enim euolat si in talitar tu moriatur, ut not. supra eodem uersiculo, quid ergo si papa idem potest intelligi etiam si simplex sacerdos pœnitentiam limitet dicens ab omnibus his peccatis & aliis de quibus non recordaris absoluimus te, & iniungimus tibi pro pœnitentia quod uadas ultra mare, uel quod ieiunes per triennium tibi auctoritate ecclesiæ, & nostra, omnem sa-

tisfactionem aliam remittentes. Nam hac completa & ex causa iniuncta non est credendum, quod vlterius in purgatorio affligatur, licet presbiter oneret se aliquando. vt no. eo. versicu. Fateor tamen, vnde fatuus est si sic absoluit, imo secundum formam quam not. supra sub rubr. de pœni. §. & an ficte pœnitenti sub. §. quid de operibus. vers. ad hoc dicas & §. quæ pœna. vers. sacerdos. Tamen sibi consuluit sic, licet in foro pœnitentiali priuato possit sacerdos remissionem facere, & in totum, secundum quod dictum est in publico. Tamen etiam solemniter. hoc potest etiam episcopus, cum ipsius potestas circa annum & 40. dies restringatur, ut not. sup. eodem. §. quid possit. Præterea Hosti. in sequen. §. circa prin. dicit in purgatorio quo ad pęnam est vnum malum & duplex bonum, nam ibi est pęna punitoria, transitoria, & pur-

122 gatoria, sed non est ibi meritoria. Ideoq. remissiones siue † indulgentiæ ibi operantur, sed illis tantum prosunt & circa ipsos tantum operantur quibus dum uiuerent facta fuit remissio, secundum ea quæ not. sup. § proximo vers. illud etiā cōsulimus, & patet in his quæ not supra eodem paragr. quibus mortuis sub §. secundi dicunt. Quid ergo de indulgentijs in quibus continetur, quod quicunque porrexerit piam elemosinam habeat pro anima patris vnum annum de indulgentia nunquid hæc indulgentia, animæ patris iam defuncti ꝓderit. Dicunt quidam quod sic, quod non est tenen. quia potestas clauium non extenditur ad tales cum non sint de foro Dei vt patet in his quæ not. supra eodem, §. quid remittit sub §. dicuntur tamen sacerdotes, & §. quibus prosit versiculo sed & viuis. Dico tamen, ꝙ eleemosina facta non ex vi indulgentiæ, sed ex vi eleemosinæ prodest animæ patris, sicut alia suffragia ecclesiasticæ charitatis, & ibidem not. & not. supra eodem § quibus prosunt vers. quid ergo de his, qui deferunt. Fateor etiam, quod hi qui taliter populum decipiunt

123 grauiter delinquunt, huic tamen sic obijcitur dominus † papa dicitur constitutus a Deo iudex viuorum, & mortuorum supra qui fil. sint legitim. per venerabilem. §. rationibus uersiculo sane cum Deuteronomij ad finem, ergo potestas clauium etiam ad mortuos extenditur, sed dic ꝙ illud verbum constitutus non facit relationem ad papā sed ad Christum. Item sic obiicitur, animæ, quæ sunt in purgatorio aut sunt in via, & sic sunt de foro ecclesiæ militantis, & sic operatur ibi potestas clauium, aut sunt de foro ecclesiæ triumphantis & sic non videtur quod eis prosint suffragia ecclesiæ

124 militantis. Ad hoc dici potest † quod duplex est via vuna incerta nobis & variabilis quæ in hac vita habetur, & qui in tali vita est, quo ad omnia est de foro ecclesiæ militantis, de pę. disti. 1. ecclesia Christi, alia certa saltem in genere quia certi sumus quod omnes illi qui sunt in purgatorio salui fient, & incommutabiles, & in hac uia dicitur esse anima quæ est in purgatorio, & talis quo ad certam spem & infallibilem est de foro siue societate ecclesiæ triumphantis quo ad solutionem uel condemnationem, uel remissionem ex ui ueræ sententiæ, & efficacis in nullo subest ecclesiæ militāti a qua iam absoluta est triumphante ecclesia comprobante, ut patet in his quæ not. supra eo, quid remitti sub. §. sed & nota. Quo autem ad participationem orationum & eleemosinarum ieiuniorum & sacrificiorum est de foro ecclesiæ militātis ut patet. 13. quæst. secunda, animæ defunctorum & capit. episco. sed & quo ad supplicationem sanctorum & curiæ cęlestis est de foro ecclesiæ triumphantis una enim est ecclesia cuius pars militat in terris alia triumphat in cęlis & tota ecclesia desiderat animas deuotas adiuuari & saluas fieri de pę. distinct. prima hi duo. hęc sunt uerba Host. tui. per quæ patet liquido te male sentire in tuis cōclusionibus maxime in his quibus negas thesaurum esse in ecclesia Dei & potestatē pontifitiam & illius auctoritatem in indulgentijs concedendis, de quibus multa supra diximus in dictis euidentialibus, seu præambulis & infra etiam diffusius dicitur Deo propitio,

125 In eo † uero quod Hostines. dicit indulgentias pontificias se non extendi ad purgatorium, seu existentes in purgatorio, licet Hostien. sit summæ auctoritatis, ita ut merito possit dici alter pater canonum. Tamen communis opinio, sacrorū canonistarum & Theologorū est in oppositum, ut infra dicitur in uers. nunc autem, sed in primis ad comprobationem

126 dictorum per Host. quod papa † possit indulgere plenarias indulgentias adducam. d. Abb. in cap. ad liberandam. uersiculo sed quia decise. de iudæis, ubi quærit unde procedat quod pro modico subsidio fiat plenaria remissio uulgariter nuncupata a pęna & culpa, & dicit quod in corpore uniuersa-

127 lis ecclesiæ multa sunt bona † irremunerata, ut mors Christi, cuius una sola gutta sanguinis fuisset sufficiens ad liberandum totum genus humanum. Item passionis innocentium, & martirum, qui hic puniti fuerunt vltra quam eorum delicta meruerunt, ex quibus & aliis meritis constat thesaurus ecclesiæ cuius dispositionem habet papa, ut etiam tenet Hostiē. versicu. supra, unde cum remittit alicui pænam uidetur hunc thesaurum ei communicare, ut sit sensus quod in compensatione illorum bonorum remittit hāc pænam Nam sicut malum non debet esse impunitum, ita bonum non debet esse irremuneratum. Fit ergo quædam recōpensatio hinc inde & hanc remissionem cum certa tamen limitatione possunt facere inferiores prælati. ut d. c. cum ex eo. de pæ. & re. quia & ipsi sunt electi in partem sollicitudinis. dicto cap. ad honorem de au. & usu. pal. Et ualet talis remissio quo ad pænitentiā peragendā, iam impositā seu inponendam. idem tenet. d. Ab. in d. c. cum ex eo. 6. no. & in capi. quod autem. 2. col. uers. ultra glo. eo. tit. ubi dicit quod opin.

128 Goffre. Hosti. & Io. an. & communiter omnium doct. est qđ indulgentiæ prædictæ prosunt pro ut sonant uerba. Et quo ad Deum & quo ad pęnitentiam peragendam hic iniunctā. dicto cap. cum ex eo. ille enim qui concedit indulgentiam intendit communicare illa bona irremunerata compensatione quadam ut proxime dictum est. In hac ergo compensatione & communicatione non est necessaria præsbiteri licentia. consilium tamen datur ut quisque agat hic penitentiam iniunctam & has indulgentias sibi reseruet pro peccatis de quibus non egit pænitentiā perfectam, ut ēt tenet Hosti. in d. uers. illud ēt consulimus, idem tenet. d. Ab. & Ioā. de Imo. in c. super eo. 2. col in fi. de rap. ubi dicit, ꝙ q satisfacit pænitentiam agit in lib. 2. non punitur in purgatorio, quid notabiliter debetis, idem iudicare. 3. q. 5. quid ergo & li. dicit. esse contra uulgares dicentes quod quisque uidetur trāsire per purgatorium quod est falsum, & idem tenet Car. in clem. 1. 7. colum, uers. 33. quæro & duobus seq. uers. de priui.

129 ubi quærit qd importat absolutio † a pœna, & culpa & refert Lau. & Zenze. dicentes quod dicitur illa amaritudo seu afflictio quæ sequitur ex commissione peccati. Et hæc est perpetua dum peccatum, durat, sed illo per contritionem sublato mutatur in temporalem mensuram secundum qualitatē

130 reatus de pæ. di. 1. c. mensurā. Culpa † autem. est macula seu offuscatio, quæ generatur in animo peccatoris, quia peccando moraliter diuertit a bono incommutabili, idest a creatore propter bonum commutabile, idest propter rem creatā, & ex hoc uulneratur anima ī bonis sibi collatis naturaliter 1. q. 1. uetitum. Et hic rancor seu offensa non potest remitti, ab aliquo uicario Dei, sed a solo uerbo Dei de pę. di. 1. uerbū, de conse. distin. 4. nemo, & ut prædictum, est pœna debetur perpetua. Nam ille in quem committitur, scilicet Deus est perpetuus argu. instituta. de iniur. §. atrox. vigesimaquarta, quęstione quinta. capitu. quid ergo, hic dicitur uersus. pæna potest demi, culpa perennis erit, ut not. C. de generali abol. l. indulgentia, Deus tamen misericors cum uidet contritionem peccatoris remittit pænam perpetuam & mutat in tēporalem substinendā in purgatorio de hoc. 16. q. 1. c. placuit & ex hoc dicit Laud. quod fatue facit qui tollit culpam nisi diuinitus sibi inspiretur, aut enim peccator in malitia perseuerat & non potest tolli, cum nec posset animo fieri uiolentia, aut est contritus & tunc iam sublata est, ut prædictum

131 est, pęna † autem peragenda in purgatorio non potest tolli nisi per papam, qui ut dicit Pau. potest remittere omnem pęnam uere contrito. facit de conscer. distin. quarta capitu. baptismi uicem & hanc concedit cruce signatis, in uoto vltramarino, ut dicit se dixisse in dicto cap. ad liberandam de iudę. item in anno centenario, ut in extrauaganti. Boni. antiquorum. de inferioribus autem a papa dicit quod non possunt facere tales plenas remissiones sed particulares sic, dicto dapit. quod autem & cap. cum ex eo. subdens spetialem modum remissionis de prędictis pęna & culpa Lap. dicere,

132 triplex esse † iuditium. primum Dei quo Deus mundat animam in contritione, & hoc præcedit duo sequentia, tanquā dignius. Secundum est iuditium Petri siue sacerdotis in ecclesia militante, ut in clementina secunda de pænitentia. & remissio. tertium est iuditium approbationis, ecclesiæ, scilicet cœlestis curiæ approbantis in cœlis absolutionem uel ligationem, ecclesiæ militantis factam in terris. Allegat Hostiensem in summa de remissione §. primo, versiculo sed & notandum est. circa primum iuditium dicit

133 Lap. quod peccator † peccādo Deū offendit & eccl. & interdum etiam proximum & seipsum. Offensa Deo facta deletur in contritione peccatoris per gratiam Dei, quæ causatur a contritione peccatoris quo ad Deum quem offendit si ha-

134 bet feruorem dilectionis. Et effectus † gratiæ multiplex est, nam excitat liberum arbitrium ad bene cogitandum & sanat ipsum mutando effectum. ipsumque corroborat ducendo in actum. Item gratia Dei hominem reconciliat, a peccato quoque liberat, & pęnam æternam in tpalem mutat. Ad hanc ꝯndam sufficiebat ante aduentum Christi sola mentalis confessio. Et hoc est de iure naturali. hodiæ. i. ab aduentu

135 Christi citra requirit confessio uocalis, † facta homini sacer-

doti dummodo adsit facultas seu occasio, & hoc non est de iure naturali, sed propter præcepta necessaria est confessio, & satisfactio non solum propter reconciliationem in ecclesia Dei, sed etiam in iudicio ecclesiæ vt possumus dicere ꝙ a peccatis liberamur per gratiam, a sequela autem peccatorum per pœnitentiam & a pœna ex misericordia per gloriā & ex hoc patet ex quo iustificatur remissio peccatorum, vel
136 dici potest secundum eum ꝙ per sex† iustificatur per duo ex parte Dei. s. misericordiam quæ reatum indulget, & iustitiā quæ emendationem aliquantulum exigit vel hic in sæculo uel in purgatorio. Item per duo ex parte peccatoris. s. dolorē & amorem & pro alia duo ex parte ecclesiæ. Primum est meritum Christi & sanctorum, secundum est indulgentia quātum dat ecclesia per papam & episcopos. Tamen vt ipsa indulgentia valeat tantum quantum permittitur exigitur auctoritas & causa, s. communis vtilitatis ex parte dantis, exigitur etiam formata fides & obedientia ex parte recipientis, vt soluat illud propter quod datur, hæc duo facere libere potest solus papa, qui solus habet claues thesauri ecclesiæ tam meritorum Christi quam aliorum sanctorum & perfectorū. Alij autem vt episcopi non habent potestatem generalem, sed limitatam. d. c. cum ex eo. & c. vlt. eo. ti. in 6. ipse enim habet plenitudinem potestatis. d. c. cum ex eo. & eo. tit. c. indulgentiæ, in 6. Cæteri vero prælati assumpti sunt in partem sollicitudinis, de aut. & vsu pal. c. ad honorem. & 2. q. 6. c. decreto & cap. sequen. sic ergo Deus indulget culpæ sua gratia per contritionem peccatoris, & reatum culpæ tollit mutādo pęnam æternam in tēporalem qua puniatur peccator, vel hic,
137 vel in purgatorio, & interdum etiam† remittit quo ad oēm pœnā tanta pōt esse contritio peccatoris etiam sine verbali confessione operabitur. 23. q. 5. c. remittuntur, de pœn. dis. 1. c. verbum & pluribus capitulis eiusdem distinc. dummodo non contemptus religionis, sed articulus necessitatis cōfessionem verbalem excludit, sic vicarius Dei, s. papa in ecclesia militante quo ad iudicium contentiosum, vel non contentiosum, vt in foro animæ per contritionem, & oris confessionem quam per interioris confessionem iudicat, tollit peccatum, & pœnam æternam, quia propter mortale peccatum, peccator erat extra ecclesiam militantem perpetuo damnatus. Quousque ecclesiæ satisfaceret per cōfessionem & pęnitentiæ impositæ peractionem potest in temporalem pœnam commutare, & interdum in totum tollere etiam sine causa, quo ad ecclesiam militatē. episcopus vero hoc potest quo ad ecclesiam militantem. s. in casibus in quib. non est prohibitus, inferior vero ab episcopo pœnam temporalē in totum tollere non potest etiam ex causa præsertim religionis nisi aliud sibi sit cōcessum, & dicit Lau. quod hoc vult dicere litera. dic. clem 1. quæ prohibet absoluere a pœna & a culpa. Quantum autem ad iudicium ecclesiæ triumphantis non videtur differētia inter papam & alios inferiores. Quia
138 in vtrisque videtur intelligendum illud, quodcunque† ligaueris &c. Matt. 16. 24. qō. 1. quodcunque. s. claue non errante ea. cau. & q. c. manet. ex his patet, ꝙ quicquid hic agitur totum pendet a iudicio ecclesiæ triumphantis. ex prædictis ēt patet qualiter offensa facta Deo, uel ecclesiæ remittitur. De illa vero quæ fit in proximum dicit Lap. quod remitti debet a proximo & sibi satisfactio fieri. Nec potest ab alio remitti. pro prædictis inducit Lau. quod not. Innoc. & Host. de pæni. & remis. cap. omnis. ubi dicunt ꝙ quando sacerdos dicit ab-
139 soluo † te non est dicere nisi denuntio te absolutum, quod non esset nisi absolutionem peteres, uel absoluo te a pęna æterna in temporalem commutata, vt not. in cap. significauit, de pę. & remis. & per Archidiaco. de pę. distinct. prima, capit. uerbum. Hæc sunt uerba Card. in clement. prima, uersic. 33. & sequen. de priuil. idem ibi tenet Io. de Imo. 14. colum, & sequen. & Car. & Io. de Imo, in clement. prima, in fine, de reli. & ve. sanct. Ioan. de Ana. in dicto cap. ad liberandam penult. colum. uersiculo sexta & ultima, de iudæi. Et in suo tractatu iubilei impresso post. capit. ult. de crimi. fal. ubi in prin.
140 dicit hanc † plenariam remissionem extractam a iure diuino, quo institutus fuit iubileus, Leuit. cap. 25. post princ. ubi dominus in monte Sinai ad Moysen dixit sanctificabis annū quinquagesimum & uocabis remissionem cunctis habitantibus terræ tuæ. Ipse enim est iubileus, reuertetur homo ad possessionem suam & vnusquisque redibit ad familiam suā pristinam, quia iubileus est, & quinquagesimus annus. De iubileo etiam fit mentio substantialiter in glo. summæ. 7. distinctione. ubi Archidiaco. dicit quod in testamento ueteri quolibet quinquagesimo anno erat iubileus et tūc qui erat seruus efficiebatur liber, et carcerati dimittebantur, et dicit
141 ꝙ † iubileus est sermo hebraicus et interpretatur annus remissionis in quo clangebāt tubæ, et ad omnes reuertebatur possessio antiqua, debita absoluebantur, et confirmabāt libertas, Ita dicit Isido. et Pap. sed in historia super Genesis 24,
142 dicitur sic a uictoria Abraam tradunt† iubileum initiū sumpsisse pro redemptione captiuorum. Iohel enim interpretatur remissio uel initium, unde iubileus remissiuus uel initiatus, ob hoc autem constitutus est quinquagesimus, quia tūc erat Loth quinquaginta ann. uel tunc erat quinquagesimus annus ex quo dominus locutus est Abraæ in uia, uel ex qua egressus est de Tharam. uel Abraam peritus fuit Astrorum in quibus, secundum quosdam Zaroesten magicæ artis inuentorem instruxit, nouerat enim quod intemperies aeris quæ fit ex eleuatis uel depulsis planetis semper usq. ad quinquaginta annos ad temperiem redit & inde, quod uidit fieri in astris uoluit imitari in terris, ut licet dicatur a Ioel. Tamen causa Euphoniæ non dicit Ioheleus sed Iubileus secundum Poll. hæc sunt uerba Archi. Super glo. summæ. septima di. de hoc est glo. in capitu. contra, in uerbo qui domum, quæ incipiet ad euidentiam de poe. dist. prima & inter alia ibi dicitur qđ iu iubileo remissio debiti præstabatur, & sic per cum perfecta remissio peccati significatur, ut etiam dicit Archi. super
143 dicta glo. ad euidentiam. erat† etiam alius iubileus, quolibet septimo mense sed in tali non fiebant remissiones sicut in quinquagesimo, & iubens est sermo hæbraicus. a clangore bucinarum qui fiebat in septimo mense, quando iubileus publicabatur, & ubi nos dicimus iubileum in hæbreo habet lo hel quod significat cornu uel bucina, ut ibi dicit Ni. de lyra, quem refert propositus septima dist. in summa & Archi. super glo. prædicta ad euidentiam, dicit quod dicitur proprie annus iubilei. id est remissionis, quia illo anno debita remittebantur, & secundum hebreos reuertebantur liberi ad pristinum statum, & quod annus iubileus significat plenariam remissionem quæ fit in ecclesia. Subdens ibi Archid. quod sacerdotes computans tempora usque ad annum iubilei signi-
144 ficat sacerdotem, qui tempora pænitentiæ præfigit & diffinit, quibus peractis sequitur plenaria remissio peccatorum & de hac computatione temporum usque ad annum iubilei habetur Leui. c. ult. circa finem, ut supra dictum est. Ex præmissis patet. quod iubileus a Deo institutus est in testamento ueteri & fuit commissum Moysi ut talem annum sanctificaret, & hæc figuratiue, teste apostolo. I. ad Corint. 10. quia quir, & hæc omnia in figura illis contingebant & idem dicit Ni de lyra super lo. s. cap. in fi. in uerbo de me. ex quo colligi-
145 tur quod† hæc potestas iubilei quæ est plenaria remissio omnium peccatorum est translata in papam qui est successor Moysi ut tenet dicta glo. not. in dicto capit. causam et secdo in uerbo ad Regem in fi. qui fi. sint legit. & gl. in d. c. translato de consti. Nam sicut Dei auctoritate Moyses in iubileo dimittebat debitum corporale, ut prædictum est, Sic papa p suas indulgentias dimittit debitum animarum ꝙ peccatū, dī debitum, ita intelligitur oratio domica. Dimitte nobis debita nostra. Et Math. 18. dī oē debitū dimisi tibi, sic & pater meus cœlestis faciet uobis si non remiseritis de cordibus uestris. in testamento ueteri dominus promittebat temporalia Dabo uobis terram fluentem lac & mel. Deutero. 26. Leui. 26. c. cum martæ de cæle. missa. gl. in dicto capi. translato in uerbo sponsione, in nouo testamento promittit æterna, & subdit centuplum accipietis et. u. e. po. d. c. cum martæ & d. gl. penul. solus ergo papa potest concedere plenariam remissionem omnium peccatorum, ut tenet gl. no, in clemen. 2. in uerbo a pœna de pen. & re. & hoc etiam sequitur ibi Lap. & Io. de Ino. dicentes hoc procedere in generali & uniuersali iubileo seu indulgentia plenaria ut qui illam cōsecutus fuit si statim moriatur euolet ad uitam æternam absque aliqua mora purgatorii, idem tenet Ioan. de Ana. in dicto tractatu, iubile. secunda columna in fine. allegat Hostien. in summa de remis. §. ad quid ualeat, uersicu. quid ergo si papa supra allegato. idem tenet Pe. Anca. in dicta clementina. 2. s. colum. in princip. uersic. circa istas indulgentias de pæ. & re. ubi per unam colum. cum dimidia arguit pro & contra, & tandem concludit cum Gasp. de Calde. huiusmodi indulgentias ualere & dicit ita tenere omnes theologos & canonistas in di.
146 clemen. 1. & 2. de pę. & re. & in cle. si dominū ad fi. de reli. & uen. san. & hoc dicit probari auctoritate Augustini dicentis quod quibus sacerdos remittit, Deus remittit. c. quem pænitet de pę. dis. 1. circa mediū, & hoc seruauit & seruat ecclesia a tanto tempore citra quod de illius initio non est memoria in ↄtrium, & hoc est seruauit beatus Gregorius, qui et fuit sanctus. Non est autem credendum totam ecclesiam errasse, nā dictum est Petro præsentāti totam ecclesiam, Ego autem p te oraui, ne deficiat fides tua. Luc. 22. de pę. dist. 2. c. si enim inquit hoc, idem probatur per illud priuilegium datum Petro & successoribus, quodcunque ligaueris & c. 36. dist. prin. cap. quodcunque. 24. q. 1. & per hoc respondetur ad ↄtrium in quo tu dicis de his indulgētiis nullo iure caueri, qđ magnopere erras ut patet auctoritatibus prædictis. Tacitæ. enim illud generale priuilegium hoc cōcludit. in Exo. c. 2. 1. legi-

legitur de remissione quæ fiebat anno iubilei, de quo paulo ante dictum est, & ab his iustificationibus cæpit ius constitutionis, ut ibi dicitur, ad quorum remissorum exemplū, fiunt remissiones anni iubilei, vt in extrauagāti Boni. antiquorū. potissima enim ratio quare istæ indulgentiæ valeant est vnitas ecclesiæ corporis mistici, in qua ecclesia sunt viri, qui opera pietatis, & misericordiæ super erogauerunt mensura suorum delictorum, dum paterentur obbrobria, contumelias, & infinitas passiones & cruciatus tollerauerunt quos nō merebantur, teste apostolo ad Hebr. 11. epistola, incipiente sancti per fidem &c. Hi non cessant orare pro nobis, ut patet in Ieranijs, & hoc. c. animæ defunctorum. 13. quæst. secunda, & Paulus attestatur se pro suis, sine intermissione orationes ad Deum effundere. 22. distinctione, sacrosanctæ. Item his cessantibus, meritum mortis, & passonis & effusionis sanguinis Christi remissionem peccatorum operatur, de consecratione, distinctione secunda, cap. quia corpus. Is enim obtulit se. hostiam Deo pro peccato nostro, de consecratione, distinctione secunda, non oportet, & illa pœna, & martirium, qđ
147 iniuste pertulit, quinimo† minima gutta eius sanguinis erat sufficiens ad luitionem peccatorum nostrorum. Vnde Esaiæ quinquagesimotertio vere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & ipse multorum peccata tulit, & pro transgressoribus orauit. sua igitur merita & sanctorū nobis communicans potestatem Petro, & successoribus ligandi & soluendi concessit. hæc itaque indulgentia pœnæ pro peccatis infligendę conceditur uere pœnitentib. & cōfessis in renumerationem præmij sauctorum martirū, quasi sufficiētes & debitores pro nobis satisfacere apud Deum, & sic pro nobis satisfaciendo liberet nos a pœna, dispensationē autem meritorum istorum quibus a pœna possumus liberari, Christus, ut dictum, est Petro & successoribns commisit. De pœna autem purgatorij habetur in c. qualis. 25. dist. & de pœ. dist. 6. in fi. dicitur, nam prius purgandus igne purgationis, qui in aliud sæculum distulit fructum conuersationis,
148 hic etiam ignis† & si æternus non sit, miro tamen modo grauius est, excellit enim omnem pœnam quam unquam aliqs passus est in hac uita, nunquam in carne tanta innenta est pœna, licet mirabilia martires passi sunt tormenta, & multinequiter quanta sępe sustinuerunt supplicia, studeat ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non opporteat pœnam tollerare. Præmissa comprobat Felin mellifluus in tractatu de indulgentijs incipiente. Hodie mecum eris in paradiso. prima columna, ubi ponit argumenta per te allegata & alia maiora munita iuris allegationibus, & tandem cō-
149 cludit potestatē† clauium per os Christi datam fuisse Petro eius vicario & eius successoribus argumenta eius non refero, ne longior sim & asserit ex antiqua consuetudine apostolicę sedis, maxime a Gregocio citra, ac multis Rom. pont. iustis causis hoc beneficium Christiano populo cōcessum fuisse & in dies concedi uidemus, patet hoc ex rememoratis cōstitutionibus factis anno iubilei per Bouif. octauum, per Clementem sextum. per Gregorium vndecimum per Nicolaū quintum & in solemni constitutione. Pau. 2. incipiente ineffabilis prouidentia, & dixit Oldr. consil. 271. incipiente quęstio talis est, ubi inter alia dicit, quod Romana ecclesia ser-
150 uat & prædicat† quod Romæ possunt dimitti peccata. & qđ papa possit remittere peccata, & qui aliter sentit & credit ut hæreticus est habendus, per iura quæ ipse ibi allegat, & respondet ad argumenta in oppositum facta & per Innocentium. d. Anton. de But. in dicto capit. de pœn. & remis. & dic. cap. ad liberandum & Pet. de Ancha. in repet. cap. peccatum quarta op. de re. in 6. & Gaspar Cald. in cap. nostro, in primis cartis, de pæn. et remis. Et d. Card. post Guiel. de mon. Lau. in
151 clemen. prima, quinta quæstio. de reli. et ue. san. Nam una† est vniuersalis ecclesia. cap. conuenientibus, prima quæst. septima, cuius sponsus est Christus, capitulo debitum de bigam. potuisset etiam allegare, cap. quoniam, de immun. eccles. in sexto & ad Ephe. capitulo quinto & clementina prima de summa trinitate & fide catholica & per consequens papa eius uicarius tanquam summus & singularis administrator dict. capit quodcunque cum similibus, & iu hoc corpore ecclesiæ multa sunt bona irremunerata. Et mors Christi, cuius sola gutta sanguinis fuisset sufficiens ad redimēdum totum genus humanum, & passiones Innocentum & multorum martirum, ex quibus. & aliis meritis constat thesauros ecclesiæ tantæ copiæ & abundantiæ, quod excedit omnem pœnā debitam nunc uiuentibus. quia fuerunt passiones iniustę, & huius thesauri dispensator est papæ qui cum remittit alicui pœnam ex toto, uel parte, uidetur communicare hunc thesaurum, ut sit sensus, quod in recompensatione illorum, bonorum remittit pœnam, quia sicut malum non debet esse impunitum capitulo ut famæ de senten. excommu. item nec bonum debet esse irremuneratū, sit ergo quædā recōpēsatio, hinc inde & ultro citroque, & hanc remissionem cū certa limitatione possunt facere inferiores prælati dicto ca.
152 cum ex eo & c. nostro de pę & re. Nam sola† plenaria remissio spectat ad Romanum pon. & iuxta hoc dicit Inno. in di. cap. quod autem, quod sacerdotes ueteris testamenti ista facere non poterant quia tunc non erant claues, neque potestas ligandi & soluendi. Nec ante Gregorium papam fuerūt ita frequenter, quia raro, poterant fieri ita solemnes cōgregationes fidelium, quia tunc catholici erant adeo perfecti, quod raro his indigebant, & subdit in hac inuestigatione multum curan. uel cogitan, non esse sed credendum, quod dominus saluator noster, cuius natura pia est & liberalis, de suo semper addiicit ultra gratiam & iustitiam & iste moderatur pondere, numero, & mensura, ut ibi per eum. Item papa imitatur uestigia Christi. capit. significasti de elec. & ipse
153 † multis ex sola contritione dimisit omnia peccata sicut beato Petro, Paulo, latroni, Mariæ Magdalenæ, de quib. per Ho. in summa de pœniten. & remis. §. in quibus & sic tolluntur
154 contraria, confirmātur, † ista ex uerbis Ricardi de media uilla, quarto senten. distinctione 20. argumen. primo quęstione tertia ubi post disputationē concludit, quod ecclesia in hoc errare non posset per illud Lucæ. 22. Ego pro te rogaui ne deficiat fides tua, potuisset allegare ad hoc cap. arcetur, & cap. prudentia in fin. uigesimaquarta quæstio. prima. Cum ergo ecclesia firmat omnes indulgentias ualere, tenēdum, est quod ualeant, & facit mentionem de dicto thesauro, nec est simonia secundum eum si dentur solum porrigentibus, ali-
155 quid, quia† non dantur spiritualia pro temporalibus, nisi per accidens, cum enim dantur indulgentiæ pro ecclesijs, uel hospitalibus, uel similibus piis locis conseruandis, uel construēdis dantur pro spirituali vtilitate ↄsequenda. Vnde nō dātur pro temporalibus in quantum ordinantur ad spiritualia, ut ibi per eum. ego pro hoc dicto allego. e. cum ex officii, de pscrip. ubi dicitur, quia secundum apostolum, qui spiritualia seminat non est magnum si metat temporalia, sine quibus spiritualia diu esse non possent, cap. si quis obiicerit. prim. q. tertia & idem dicit tex. in cap. exigit, de censi. in 6. & dominus ad Moysen non apparebis coram me uacuus. Exo. 28. ecclesiastici. cap. 25. omnis christianus de consec. distinctione. prima. Et Hostien. in summa de paro. §. in quibus sub. §. hæc tamen. uers. tu dicas. Nec est simonia si datur pecunia in permutatione benefici ecclesiastici tenui seu pauci ualoris cū uno pignori ut pecunia suppleatur, non propter reditus spirituales, sed propter reditus temporales, alterius ecclesiæ, Et calix consecratus, & terra cimiterii potest uendi habita ratione ad materiam, quę est temporalis, non autem ad sacrū ut tenet Sixtus de ture cremata. prima quæst prima dictum, est, quia pecunia non datur pro titulo, qui est spiritualis, sed pro dote beneficii, quæ est temporalis, & profana. Et subdit,
156 ibi Alc. de Ales, quod pręexistente† pœna debitę & sufficiētis contritionis potest summas pontifex totam pœnam debitam peccatori dimittere. Non debet tamen hoc facere nisi ex magna causa, secundum eum & hoc ne thesaurus ecclesiæ uilescat. facit. capit. legimus. 93. distinctio. ibi omne rarū, &c. Et ego ad hoc allego. capitu. primum de priuile. & ne iustitia Dei uideatur nimis indisceret per papam tolli, nam si mensuram excedit non acceptatur secundum eum, propte-
157 rea dicunt ibi Bonauentura Alexan. de Ales, quod† in dante & recipiēte requiritur duplex contritio, in dante potestas & causa rationabilis & honesta, ut pro terra sancta, & ꝓædificatione ecclesiæ, & prouisione sanctornm corporum Romæ pro inchoando studio, & similibus, si enim daretur ꝓ eūtibus uidere torniamenta, vel gerentibus iniustum bellum, nihil operatur, quo uero ad recipientem requiritur sincera contritio. scilicet dolor commissorum peccatorum, cū proposito abstinendi pro uiribus & ultra hoc oris confessio de commissis post ultimam confessionem, ut diffusius per Feli. in dicto tractatu de indulgentiis. secunda col. uersi. confirmatur ista & 4. colum. uers. circa tertiam partem, accedunt ad prædicta ea, que scribit summus Theologus magister Antonius ordinis prædicatorum. Archiepiscopus Florentinus in prima parte summæ titulo. 10. ar. ult. ubi concordans cū prædictis subdit illum esse hæreticum. qui pertinaciter tenet, ꝙ indulgentię non ualeant ad remissionem pœnæ, habitis debitis circunstantiis, uel quod papa non possit concedere ple-
158 nariam indulgētiam. Mouetur, † quia in simbolo unus de articulis fidei dicit sanctam ecclesiam, sanctorum communionem, peccatorum remissionem, in quo comprehenduntur, effectus gratię, remissionis peccatorum per sacramenta, & effectus gratiæ, quæ est communicatio meritorum & bonorum operum, quę est per charitatem cum releuatio pœnæ, quę est per indulgentias initatur meritis ecclesiæ, & præcipue passionis Christi, unde tenere aliter est contra articulos fidei & terminationem ecclesiæ. Ergo hæreticum, & prædi-

Eam conclusionem deducit etiam, eleganter Aug. de Anc. in suo aureo & solemni opere de potestate ecclesię. q. 29. ar. de quo ad hoc propositum & ad omnem materiam concernentem papæ potestatem habenda est familiaris notitia ab omnibus uiris doctis, & secretorum curiosis & ibi etiam. q. sequen. arg. primo ponit quod papa solum pro actibus exteriori bus debet indulgentiā dare. puta pro uoto ultra mariti mo, pro ædificatione ecclęsię & similtbus, & ibi in argm. sequen. quomodo pro temporalibus possint concedi ista spiritualia. Et subdit hoc idem argu. 4. quod non existente iusta causa, indulgentia data per papam non ualet, & pulchre, de-

159 ducit quomodo, † cognoscatur iusta causa & ponit ar. ibi sequen. quod sola uoluntas quantumcunque misericors non sufficit ad ualiditatem talis indulgentiæ & inferius. q. 10. 32. argu. 4. probat quod est dictum de potestate papæ in cōmunicatione thesauri, & quę tanta est, ut possit quem absoluere. ita ut non transeat per ignem purgatorii, & ar. sequen. ponit an papa per indulgentiam possit absoluere pueros nō baptizatos, & pueros non circun cisos, & an possit limbū puerorum spoliare, & an possit pueris existentibus in limbo ianuam paradisi aperire. Et ad comprobationem præmissorū

160 † & maxime quod thesaurus sit in ecclesia Dei in dispensatione & in arbitrio papæ, ultra præallegata adducam quædam quę mihi occurrunt, & primo quod per solam contritionem delentur peccata ut pręmissum est, patet uerbis prophetę qui, inquit, confitebor aduersum me iniustitiā meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, psal. 31. & in quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatem eius non recordabor. Ezechiæ. c. 18. c. pondere. 52. distinctione cap. si pluraliter. 26. quæstione. 6. de pæni te. distinctione. septima. in fi. & cap. si aliquis. 15. quæstione sexta & alibi cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. cap. is qui. 26. quęstione. 6. & ibi datur rei misericordia. 50. distione c. quia in fi. & nulla homini claudenda est misericordia. 23. quæst. 4. c. duo ista nomina, ad idem. 42. distinctione c. quiescams, incipiet enim esse quod non fuit. 50. dist. ferrum, ad idem de pæni. dist 1-quantumlibet. & c. quam orbem. Nam ecclesia nunquam cludit gremiū redeunti. l. inter clares. C. de summa trin. & fide catholica. l. manicheos. C. de hæreti. cap. super. eo. tit. in 6. Et scriptum est cor contritum & humiliatū, Deus non despicies. psalm 50 c. in actione in princi. de pœ-

161 niten distinctio. prima patet etiam exemplis. Nam cum † decem leprosi ex præcepto Dominico irent ad ostendendum, se sacerdotibus in uia, antequam peruenirent ad sacerdotes mundati sunt. Lucæ 7. §. hinc etiam de pæniten. distinctione prima, & ca. primo de pæniten. distinctione. 6. & publicanus qui orans in templo pectus suum percutiebat dicens. Deus propitius esto mihi peccatori, iustificatus est apud Deum. Lucę. 8. c. importuna de pæniten. distinctione prima. Et pater filii prodigi, ut vidit filiū ad se redeūtē misericordia motus est, & accurrēs cecidit sup collū eius & osculatus est eū. Lu. 15. & qa Petrus fleuit amare remissū fuit illi peccatū cōmissum per abnegationē suam. Lu. 22. & dicto cap. ponderet. & latro in cruce pendens dicendo nos quidem iuste, nā digna factis recipimus, hic uero nihil mali gessit, memento mei & cęt. meruit audire a Christo hodie mecum eris in Paradiso. Lucæ uigesimotertio. cap. Et si sola contritio saluos facit peccatores iuribus præallegatis. Nonne bona opera eorum superabundant, & de eis remunerari debent. Cum nullum bonum debet esse irremuneratum &c. Et si bona peccatorum remunerari debent quanto magi bona iustorū & sanctorum qui non peccauerunt & passi sunt grauissima martyria. Et multa tormenta & crutiatus, teste apostolo ad Hæbræos. cap. 12. Fratres inquit sancti per fidem &c. præallegato loco maxime. Ioan. Baptista, qui in utero matris sanctificatus & est Luc. primo. & infans, seu puer in deserto pœnitentiam austerrimam egit. unde de eo cantat ecclesia Antra deserti & c. & demum in carcere decollatus est. Mar. sexto. capit. & alii innumeri martyres Christi. Nam Gulielmus Durantis in libro diuinorum officiorum li. septimo in prin. octaua colum. refert, Eusebium dicentem, quod quolibet,

162 † die anni plusquam quinque millium sanctorum martyrium festa concurrunt excepto die Kaldarum Ianuarii, quo gentiles intendebant epulis & bacanalibus, & solemniratibus festiuis & non ad martyrizandum sanctos. Et Hieronymus idem dicit in epistola quæ suo Kalendario præponitur & idem dicit Iacobus de Voraginæ in festo omnium sanctorum. secunda columna unde Gregorius dicit. totus mūdus est plenus sanctis. & similiter Aimo dixit de angelis, q si qs creaturas spirituales uidere posset uideret eos ebulire ī acre sicut minimos atthomos in solis radiis & splendore, & in Apoca. Io. 7. post enumerationem plurimorum signatorum dicit, post hoc uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus &c. uirgines martyres, & confessores sanctissimos innumeros, qui peccata non fecerunt nec inuentus est dolus in ore eorum, sed multa pia opera fecerunt. Et si tantum obseruatio mandatorum sufficiens est ad consequendum salutem animarum suarum, si vis, inquit, Christus vitam ingredi serua mandata Matth. 22. & plenitudo legis est dilectio. ad Rom. 12. cap. Ergo alia pia opera & merita sunt remuneranda, cum superabundent ad consequendā vitam æternam, & in his meritis consistit thesaurus ecclesię vltra merita passionis Christi, vt supradictū est. & in custodiendis mandatis retributio multa psalm. 18. Patet etiam hoc quia Christus dixit discipulis suis. Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me. In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos, iudicantes duodecim trib. Israel, & qui reliquerit domum & fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxores, aut filios, aut agros, propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam posidebit. Matt. 19. & qui dederit potum uni ex istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine meo, Amen dico uobis non perdet mercedem suam. Matt. 10. & Mar. 19. Ecce q Christus pollicetur & promittit seruantib. eius mandata, non tantum gloriam & vitam æternam, sed etiam aliam retributionem & gratiam vt accipiant centuplum & honorem maximum cum eo iudicandi duodecim tribus Israel in nouissimo die. & insuper per prophetam dicit Nimis honorati sunt amici tui Deus nimis confortatus est principatus eorum. psal. 138. Reliqua Deo propitio dicemus in libello de thesauro ecclesiæ, ex his patet papam habere plenissimam & amplissimam potestatem clauium. quoad viuentes in humanis. Nunc autem sicelides mulæ paulo ma-

167 iora canamus, videlicet vtrum † papa possit concedere indulgentias pro animabus existentibus in purgatorio? Tu Martine in dictis conclusionibus tenes partem negatiuam imo saltem tacite negas extare purgatorium sequens errorem, & manifestam, hæresim eorum qui sic tollunt effectum suffragiorum ecclesiæ contra terminationem Babilonen. concilii de quo de consec. dist. 4. c. uisum & contra op. text. gl. & Doct. in c. cum martæ circa fi. de cele. mis. 13. qō. 2. c. tempus & c. non extimemus & c. in præsenti & c pro obeuntib. & c. animæ defunctorum & lib. Machab. 2. ca. 12. & quod statuit sancta mater ecclesia in missis pro defunctis videlicet domine Iesu Christe Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius. Hostias & pręces tibi domine laudis offerimus tu suscipe p animab. illis quarum hodie memoriam facimus, fac eas domine de morte transire ad vitam quam olim Abrahę promisisti & semini eius. dicta enim verba nō possunt intelligi de animabus beatorum, quia superflua esset oratio pro tutis orare, & iniuriam facit martiri qui orat pro martire. d. cap. cum martę circa finem nec pro damnatis, quia nulla est redemptio, expedit ergo vt dicta verba intelligantur pro existentibus in purgatorio qui temporaliter purgant non æternaliter seu perpetuò, vt de damnatis in inferno, & contra S. Thom li. 4. Gen. 45. secunda quæst. ar. 2. & Petr. de monte in

168 suo repertorio in verbo græcus, uers. græci differunt. Ego autem sentio & constantissime teneo affirmatiuam, uidelicet quod purgatorium extat & quod papa posit indulgentias concedere pro animabus in purgatorio existentibus, qd purgatorium extet est notoria communis sententia sacrorum theologorum & canonistarum, ut patet ex pręmissis & patebit ex infra dicendis, & maxime in libello quem scripsero Deo propitio de thesauro ecclesię hoc etiam tenet diuini ingenij Virgilius 6. Aen.

Quisque suos patitur manes exinde per amplum.
Mittitur Elysium & pauci leta arua tenemus.
Donec longa dies, perfecto temporis orbe.
Concretam exemit labem purumque reliquit
Ethereum sensum atque aurai simplicis ignem.
Has omnes ubi mille rotam voluere per annos.
Lethеum ad fluuium Deus euocat agmine magno
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant.

Et ibi Seruius Donatus et Christoforus dicūt dicta carmina intelligi de purgatorio Dantes etiam poeta facit librum de purgatorio & ultra prædictas auctoritates mihi occurrit ratio naturalis quod sit purgatorium. Nam licet decedens cōfessus fuerit peccata sua et contritus. Tamen si omnino non satisfecit pro commisis non intrat in regnum cœlorū hoc attestatur spiritus sanctus per os prophetę, domine quis inquit habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo, qui ingreditur &c. ps. 14. Macula ergo nō oīno deleta īpedit ingressum ad uitā ęternā. Expedit ergo ut macula

macula omnino deleatur, in paradiso non deletur macula, quia paradisus non admittit maculatum psal. præallegato. in inferno non patet regressus, quia in inferno nulla est redemptio. teste Virg. 6. Aeneid.

Facilis descensus auerni, sed reuocare gradum.

Superas quæ euadere ad auras. hoc opus hic labor est. item inconueniens esset valde & iniquum, vt pœna temporalis, quæ effecta est per confessionem, quæ ante confessionē erat perpetua, efficeretur perpetua. Ideo expedit, ut sit locus ubi macula illa purgetur & mundetur, qui non sit perpetuus, ut paradisus, & infernus, sed sit temporalis, vt est purgatorium. Nam purgatis animabus in eo missis, & mittendis cessabit purgatorium. §. vlt. de pœ. distin. 7. & si purgatorium non extaret animæ defunctorum, qui multa pia opera fecerunt in vitua sua, de Christo conqueri possent quod illis dixerit centuplum accipietis & vitam æternam possidebitis. Math. 10. & euge serbe bonæ & fidelis intra in gaudium domini tui. Mat. 25. & multis alijs similibus. Quod autem papa possit cōcedere indulgentias pro animabus existentibus in purgatorio Iesu Christi Beatissimæ Virginis Mariæ eius genetricis,

169 ac beati Petri, de cuius † clauibus agitur humiliter ac pie nominibus repetitis, ne lingua transeunte super terram os ponam in cœlum. c. in tātum. 21. dist. instar enim sacrilegij est de potestate papæ disputare, vt dicit gl. vlt. in fi. in c. 1. 40. dis. Primo dico hoc esse diffinitum per d. ca. a nobis, el secundo, de sent. excommun. ubi papa absoluit mortuum ab excommunicatione, qui dicit alios pont. prędecessores suos etiam plures alios defunctos absoluisse ab excommunicatione, & est bene aduertendum, quod dictum. capitu. a nobis editum fuit ab Innoc. III. pont. quo non præstantior alter & qui nulli alij etiam laude secundus, quem Host. appellat patrem canonum in summa in titu. de simo. §. qui ad accusationem. 1. colum. in fi. uersic. alii dicunt, & tit. de hæreti. §. 1. uersi. his annectitur, & in titu. de sen. excom. §. quis possit ab hac sententia absoluere sub. §. sed & dicunt. 1. colum. uersi. opinionib. igitur maiorum. Idem dicit Io. Fa. in §. fideiussores, 2. colum. uersi. quid si iurauit, insti. de fideiussoribus. & in §. pupillus, in prin. insti. de inuti. stipu. & vt arbitror iure meritoque pa-

170 ter † canonum appellatur, neque satis digne laudari posset. cum illius decretales pace aliorum pontificum dixerim cæteris decretalibus uelut sol inter sydera alia micent & rutilent, & aurum argento, & Virg. cęteris poetis apud latinos ut Homerus apud Cræcos, insti. de iure na. §. 7. quotiens præfertur, & quantum lenta solent inter virgulta cupresi. is. n. & Innoc. ad comprobationem suæ sententiæ adducit illud euangelicum sæpius præallegatum, quodcunque solueris super terram &c. d. Abb. in d. c. a nobis. 5. not. dicit. not. & tene-

171 menti quod † argumentum a contrario sensu non ualet ubi aliter in iure reperitur expressum, colligitur ibi argumētum ex illo text. in eo quod allegabatur ecclesiam non posse absoluere mortuos argumentum a contrario sumpto illius auctoritatis, quodcunque ligaueris super terram &c. Et papa respondet illud contrarium non procedere quia in cæteris casibus legimus papam ligasse & soluisse mortuos, & idem tenet Fel. in d. capi. a nobis argumentum a contrario non procedere quando aliter in iure reperitur expressum ut ibidem & per gl. 2. in cap. primo, de ęta. & quali. in 6. & per glos. in c. cum apostolica de his quæ fi. a ma. par. ca. Et hoc colligi potest ex verbis Christi, dicentis: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Mat. 15. 2. q. 7. §. ecce ostensum, Fatuum autem esset tenere, q Christus solum missus fuisset ad saluandas oues domus Israel, & non ad alios, cum missus fuerit ad generaliter saluandas omnes oues. Venit enim filius hominis saluum facere humanum genus, quod perierat. Lucæ 19. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Math. 1. c. Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mūdus per ipsum. Io. 3. c. vult. n. omnes saluos fieri. 1. ad Thimot. 2. qui reliquit nonagintanouem oues in deserto, ut unam amissam inueniret. Lucæ decimoquinto, & Math. 18. capitu. importuna, de pœniten. distinctio. prima, quia sanctitas circa me. 50.

172 distinctio. in proposito quamuis † Christus dixerit, quodcunque ligaueris super terram &c. Non per hoc excluditur qn etiā possit etiam absoluere sub terra, & sic existentes in purgatorio, & ad comprobationem præmissæ conclusionis adduco. c. sanc, el secundo. 24. quęstio. secunda ubi inquit text. sane profertur a quibusdam qui dicunt oportere post mortem hæreticos anathematizari & sequi in hoc doctrinā sanctorum patrum qui non solum uiuentes hæreticos condemnarunt sed etiam mortuos sicut eos, qui iniuste condemnati sunt reuocauerunt post mortem & in sacris dictis scripserunt quod factum etiam in Ioann. & Flauiano religiosæ memoriæ episcopis Constantinopolitanis. item in actione. quin ta Diuus Augustinus ait, & si forte isti libri ita designant, traditorem suum, sicut dominus designauit Iudam legatur in eis nominatim & expressim. uel Sicilianū uel eius ordinatores eorum librorum fuisse traditores & nisi eos anathematizauero, ipse cum eis iudices tradidisse, quæ modo recitata sunt Augustinus sanctæ memoriæ consuluit & statuit, & teneri ab initio in ecclesia. Impium enim dogma iam inculpatum est & condemnatum & eos qui tali dogmati obnoxi sunt anethematizari uoluit ecclesiæ traditio, licet etiā mortui essent, ideo sanctæ memoriæ Augustinus dicit si modo conuiceretur Cicilianus de his quæ inferūtur ei, etiam post mortem eius eum anathamatizo. Item multi episcopi, congregati sunt & quædam de diuersis causis ad ecclesiæ statum pertinentibus disponētes de ipsis statuerunt defunctis, qui suas facultates hæreticis relinquerunt, ut etiam post mortem anathemate subiiciantur. sunt autem & Aug. sanctę memoriæ epistolæ dicentes, quod si qui in uita sua non recte sapuerint, licet non condemnati fuissent adhuc uiuentes, temen demonstrato peccato etiam isti post mortem anathemati subiiciantur. item si uera sunt quæ cæciliano obiecta sunt, & nobis aliquando possent monstrari ipsum mortuum anathamatizaremus; idem dicis mihi licere etiam de mortuis iudicare, quia iudicium non tantū de uiuis, sed etiā mortuis solet fieri. itē Rabanus sanctæ memoriæ episcopus Euissene ciuitatis qui in sacerdotibus resplenduit Theodorum Mosophenum post mortem in ecclesia anathematizauit. item Romanorum etiā ecclesia ante paucos annos Dioscorum qui fuit papa eiusdem ecclesię, etiam post eius mortem anathematizauit cum nec in fide peccasset, & hoc omnes homines sciunt, qui degunt hic Romæ, & maxime, qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad mortem eius. item si a tēpore Theophili sanctæ memoriæ uel superius aliquis recurrerit etiam originem inueniet post mortem anathematizatum, quod etiam in isto fecit. Et uestra sanctitas & Vigilius, religiosissimus papa antiquioris Romę. item sancta Sinodus dixit sufficiunt quæ dicta sunt, & prolata ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hæreticos etiam post mortem anathematizari, talem autem traditionem & alias Africani episcopi reuerendissimi seruauerunt, sed & Romana ecclesia quosdam episcopos etiam post mortem anathematizauerit licet in uira sua pro fide non essent accusati & utrunque apud nos habita gesta significant, pro hoc est bonus textus in dicto cap. cum ex eo de pæ. & re. ubi dominus, Abb. 6. not. dicit. illum optimum tex. probantem, quod indulgentæ prosint nedum in purgatorio, sed etiam ad pœni-

173 tētiam hic iniunctam, ita quod si tenetur quis ieiunare. 40. dies habita indulgentia. 40. dierum non tenetur ieiunare, & clarius hoc probat litera infra eo. cap. ibi de iniunctis pęnitētiis &c. & quod indulgentiæ apostolicæ, seu concessa per papam prosint animabus defunctorum existentibus in purgatorio, tenet Inno. 4. qui postea fuit papa in dicto capit. quod autem in fin. de pæ. & re & iuris lumen Io. An. in dicto cap. quod autem, & Anto. de But. sequuntur Inno. dicentes theologos tenere, quod non occurrit ratio quare ecclesia nō possit suum thesaurum communicare mortuis sicut uiuis, & remittunt ad perse not. in dicto cap. a nobis in uerbo super terram, & hanc partem tenet Augu. de Anco. ordinis heremitarum summus theologus in tractatu de potestate ecclesiæ, sequitur Archię. Florentinus in 2. parte. 3. partis suæ sum. sub rubrica de sum. pon. & respondet ad illud uerbum super ter-

174 ram † dupliciter, uno modo quod super terram referatur ad absoluentem, ut sit sensus quemcunque tu existens super terram, papa enim mortuus non ligat, sed uiuus, alio modo super terram ad absolutos. s. ad existentes super, quia cū purgandi sunt in terra, vel circa terram dici possunt super terrā, quia non in cœlo. hanc partem, etiam tenet summa pisana in uerbo indulgenriam uersicu. utrum unus possit alteri, & Archiepiscopus Floren. in loco proxime allegato. referens, hanc partem tenere beatum Thomam, & Ricar. in 4. sentē. sed ut retuli Ricar. dicit hoc limitare per modum suffragij. item hanc partem cum Inuo. tenet etiam dominus Card. in dicto. cap. quod autem & in cle. 1. §. ad hoc 13. q. de pœ. & re. & idem tenet Asten. lib. 5. num. 39. & ar. ulti. & ibi refert Bona. in quarto, dicentem hæc uerba. si papa hoc potest, quare nō absoluit solo uerbo omnes existentes in purgatorio, maxime cum sit talibus compatiendum, ut tu etiam asseris in tuis conclusionibus. Et respondet si Deus per seipsum nonmiseretur eis, & semper uelit timeri iustitiam, multo fortius minister eius hoc facere debet, unde dispensatio thesauri ecclesiæ faciēda est discrete & cum moderamine, & nisi ita facit nō acceptat a Deo & spiritualia bona, dissipari nō pñt nec ꝯ Dei acceptationem distribui, secus in temporalibus, licet male, de hoc etiam plenius dicetur ad responsionem cōclusionis tuæ, cur papa non euacuat purgatorium, reperi, etiam

Alex. Lombardum in 4. dis. 20. tenentem, quod quidem magister Petrus in iis tenuit istam partem quod indulgentiæ papæ possint extendi ad existentes in purgatorio, si tamen uiui pro eis faciunt illud quod in forma indulgentiæ continetur, & dicit quod cum papa audisset de morte illius magistri dixit absoluo talem magistrum a pęna purgatorii, & Feli. in d. tractatu indulgen. 6. col. uersi. sed tandem, dicit hanc esse cōmunem opinionem omnium scribentium subdens Asten. in loco præallegato dicit quicquid loquantur disputantes, uel prædicantes, hoc est sana fide credendum & tenendum, q̄d Christus contulit plenitudinem potestatis suo uicario & an tam utique potestatem, quantam licuit dari homini puro & hoc ad ædificationem corporis sui hoc est ecclesiæ, potuisse ad hoc allegare. c. debitum de Biga. cum concor. ibi allegatis unde super hoc non debemus iudicare, sed Deo gratias plurimas debemus agere secundum eum Subdit tamen Alexā-

177 der Lombardus quod papa † potest succurrere his, qui sūt in purgatorio per indulgentiam indirecte vel per accidens potest enim dare indulgentias omnibus illis qui orant uel bonum faciunt pro existentibus in purgatorio, & adden. quod Augustinus de Anco. in d. libello de potestate ecclesiastica. quæstione. 32. argumento tertio, post elegantem discursum cōcludit papam per communicationem suffragiorum, & indulgentiarum posse facere, quod duorum existentium in pęna æquali in purgatorio, unus citius liberetur quam alius, & ibi in argumento sequenti latissime disputando concludit, q̄

178 papa potest facere, quod bona facta † ab existentibus in peccato mortali, sint meritoria existentibus in purgatorio ad pœnæ dimissionem, uel ulociorem liberationem non propter meritum facientū, quia illi mereri non possunt, sed propter illos qui sunt in purgatorio, quia iam meruerunt per ea quæ gesserunt in corpore, dum adhuc uiuerent, & generaliter utrū suffragia facta per malos prosint defunctis habetur pro remissione per Feli. in d. tractatu de indulgentiis. 7. col. uersi. sed tamen, qui refert Pe. de palu. in 4. di. 45. q. 1. quē refert Archie. Flo in 3. parte. 3. partis suæ summę fo. ult. Augustinus de Anco. ubi s̄. q. 32. ar. 3. Vtrum papa per communicationem indulgentiarum posset in totum purgatorium spoliare, & latissime instat dicens, q̄ an Deus hoc acceptaret est sibi ignotum ut ciuibet creaturæ, conclusionem prædictam. tenet ēt Iacobus Zocchus in repet. c. omnis utriusq; sexus fo. 94. uers. 8. sequitur quæstio qui dicit se ita consuluisse in facto fratrū sanctæ Marię de Catelonia, quid ego sentiam colligi pōt ex

179 his, quę dicam in solutione dubii, cur papa † non euacuat purgatorium. Ad comprobationem autem pręmissorum mihi occurrunt noua, quæ a nemine vidi ponderata nec tacta, uidelicet uerba Christi Et ego dico tibi quia tu es Petrus & super hanc petrā ędificabo ecclesiā meā, & portę inferri nō p̄ualebunt aduersus eā Mat. 16. d. c. quodcunq; & c. loquitur. 24. q. 1. c. in nouo. 21. dist. cū aliis p̄allegatis, & est bene aduertēdū, q̄a d. uerba sūt d. Petro quē Christus methaphoricę appellat petram. Christus autem idem est quod ecclesia, quia

180 † illa repræsentat Christum, possum inquit destruere tēplū hoc & in tribus diebus excitabo illud. loquēs de templo corporis sui. Io. c. 2. & Apostolus, petra autem erat Christus. 1. ad Corin. 9. Si Petrus est ecclesia, uel repræsentet ecclesiam, vel Christum, & illius sit rector & portæ inferi non præualent aduersus eam, ergo pro libito, & arbitrio suo potest disponere de existentibus in purgatorio, ex quo patent sibi portæ inferi, aliter portæ inferi præualerent aduersus eam. Nā si de ea non posset disponere esset contra uerba Christi, qui dixit & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Verba enim de-

181 bent intelligi † cum effectu. c. relatum, de cle. non resi. de pæ. di. § hæc autem uerba, 17. q. 4. c. si quis suadente. 23. dist. psalmista 16. q. 1. in canonibus uers. custodes chartarum. 9. q. 2. instit. l. si Paulum. §. docere. ff. ne quis eū. qui in ius uo. ui. exi. l. prima. §. hoc autem. ff. quod quisque iur. l. secunda. C. com-

182 mu. de leg. Et debent † aliquid operari. cap. in is, de priuile. cap. Abbate sancti circa fi. de uerb. sign. c. si papa de priuil. in 6. ut potius res ualeat quam pereat, ut dicto capit. Abbate, & maxime uerba Christi, qui dixit, iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiat Matth. 5. cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt Lucæ 21. Mathe. 24. & facilius est cœlum & terram pręterire quam de lege unum apicē cadere Lucæ 16. Et quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita psalm. 88. & Deute, 23. circa fi. Et non potest solui scriptura quam pater sanctificauit, & misit in mundum Ioan. cap. 10. & hæc uerba sunt latissime interpretanda cum sit quoddam priuilegium, capi. cum dilecti, in fi. de dona. l. hac saluberrima. C. de agen. in rebus. cap. uilis. 16. q. 2. & quæst. 1. cap. frater noster. §. hoc not. in fi. 2. q. 3. capit. ex parte, 3. de decimis, & cap. quamuis, de præben. in sexto, & in

183 super portæ inferi patent Christo iuxta illud † attollite portas Principes uestras & eleuamini portæ infernales, & introibit Rex gloriæ: Quis est iste Rex gloriæ? Resp. Dominus virtutum & c. psal. 23. ergo & petro qui est Petra super qua fundata est ecclesia, ut præmittitur, & sic ecclesia interpretata est uerbo Christi in oratione de beato Petro, sic inquiēs Deus qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti cōcede & c. Non sic dicit de Paulo coapostolo Petri nec de alijs apostolis, nec obstat quod sequitur & tibi dabo claues regni cœlorum, immo potius confirmat præcedentia, quia non tātum dat potestatem Petro liberandi animas a purgatorio, sed etiam dat claues aperiendi regnum cœlorum, aliter claues essent inanes, unde dicta uerba intelligi debent cum effectu, & ampliari, ut præmissum est, & intelligenda sunt de idoneis, & habentibus uestes nuptiales, Nam ille, qui non habebat uestem nuptialem ligatis pedibus & manibus missus fuit in tenebras exteriores ubi fletus, & stridor dentium Mathe 23. & Lucæ. 14. capitulo sponsus 56. distinctio. Et de prudentibus uirginibus, quæ sumpserunt oleum secum non de fatuis quæ nō sumpserūt oleum secum quibus responsum, fuit nescio uos, Mat. 25. Nec obstat clausula sequen, & quodcunque ligaueris super terram & c. ut uideatur, per illa uerba restricta præcedentia, immo potius illa ampliant. Et illud

184 super † terram ultra expositionem supra relatam versicu. & hanc partem tenet Augustinus de Anco. dico subaudiendā esse dictionem maxime ut denotet idem esse in casu contrario. Et hæc subauditio nō est mea nec ex me, sed fuit Innocentii successores Petri, & conditoris dicti capit. a nobis secunda ut dictum est in uersiculo. Aggrediamur itaque & uentilemus, & hoc ne Christus sibi ipsi contrarius uideatur, ut paulo ante dixi in uersiculo, ad comprobationem, Nec mirum si papa habet potestatem in purgatorio, quia illa uerba

185 quodcunque † ligaueris & c. Exponi debent, idest si denuntiaueris solutum in foro pœnitentiali, & intelligi debent, per constitutiones, ita exponit Innocen. in dicto. capit. quod autem, uersiculo si quæris, ut dictum est supra uersiculo primū quod papa & ibi subiicit, per constitutiones enim papæ ligātur multi qui non sunt in sacris ordinibus constituti ut supradictum est, Host. autem in dicto cap. per uenerabilem. §. rationibus, qui fil. sint leg. in uerbo decreto exponit decre. idest decisioni responsionem sententiæ diffinitioni, ordinationi, interpretationi, ut supra dictum est in uersic. diuini numinis ac beatissimę semper uirginis secundo facit. Si ergo papa ligat per constitutiones ad peccatū ut supra dictum est, in uersic. primum quod papa, quod animæ defferātur ad purgatorium. Et papa sit supra ius positiuum, & potest illud in totum tollere. dicto capitu. significasti & c. ecclesia 2. de ele. & cap. proposuit de concess. præben. & Inno. in cap. cum, ad monasterium de sta. mo. Cum illius sit tollere cuius est condere, capitu. cum uenissent. de iudi. & tantam potestatem habet quod potest facere ut constitutiones decreta, & interpretationes iuris diuini & naturalis & eius decisiones p̄ infectis habeantur ut est glo. no. in d. clemen. prima in uerbo pro infectis de im. eccle. quam pro ualde not. allegat. d. Abb. in ca. non debet in fin. de consan. & affi. & in cap. nulli in fi. de sen. excommu. & Fel. in cap. 1. 7. colum. versicu. amplia. 2. de cōsti. & in cap. ad petitionem, secunda colum. ad fi. de accusat. Ergo potest animas in purgatorio existentes ex trangressione sua rum constitutionnm liberare. Quod etiam iuditio meo fuit diffinitum per no. tex, in d. c. per uenerabilem §. sane uersi. sunt autem, qui fin. sint legit. ibi enim dicitur, sunt autem sacerdoies leuitici fratres nostri qui nobis iure leuitico in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt, Is uero super eos sacerdos siue iudex existit. cui dominus inquit in Petro. Quodcunque ligaueris & c. eius uicarius qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisadech, constitutus a Deo iudex uiuorum & mortuorum & c. Et paulo infra paulus, inquit, ut potestatis plenitudinem exponeret ad Corin. scribens ait. Nescitis quia angelos iudicabitis q̄to magis secularia. Locus autem ad Corin. præallegatus c. 1.

186 ad Corinth. 6. Ecce sacerdos qui est papa ut ibi dicunt omnes Doctor. & colligitur ex illo text. siue ex uerbis text. appellatur iudex uiuorum & mortuornm. Et sic habet papa potestatem super mortuos hoc est existentes in purgatorio, & in hoc saluo tamen meliori iuditio intrepide dico, Hosti. in hoc male sensisse in summa de remiss. §. ubi operantur vers. ibi sed die & iu d. c. per uenerabilem in uerbo super terram, ubi di-

187 cit quod uerbum † constitutus non facit relationem ad papam sed ad Christum, quia oppositum patet ex uerbis textus cum dicit constitutus a Deo iudex uiuorum, & mortuorum. Nam non potest intelligi constitutus iudex de Christo. cum textus, nullam faciat mentionē de Christo sed de papa. Item ut faciat differenriam inter constituentem qui est Deus & constitutum qui est sacerdos siue papa. Nec potest, dici quod constitutus sit Christus. Et sic quod Deus constitueris

stituerit Christum & consequenter se ipsum, q̄d est absonum Itē si tex. intellexisset de Christo uerisimiliter dixisset a Deo constituto iudice, & non constitutus iudex, & si uellemus intelligere quod illud uerbum constitutus refertur ad Christū non ad papam. In no. 3. qui edidit. d. c. per uenerabilem contradiceret sibi ipsi quia etiam edidit. d. c. a nobis el 2. allegatū in uers. nunc autem, qui infert quod papa habet potestatem in existētes in purgatorio & sic sit iudex uiuorum & mortuorum, si autem intelligimus quod illud uerbum constitutus referat ad papam, ut etiā intelligit Goff. Card. & optimus pręceptor meus in canonibus Alexander Neus in dicto c. per uenerabilem & dictum est supra nulla erit contradictio sed cō-

188 cordia. Melius est ergo ut intelligatur dictum uerbum † constitutus referri etiam ad mortuos existentes in purgatorio & ad papam, ut iura iuribus concordentur sicut expedit de iure. c. cum expediat in princi. & c. constitutio in fin. de electio. in sexto, & a uerbis tex. non est recedendum, l. non aliter. ff. de le. 3. c. inter corporalia de translatione prælato. c. ad audientiam in fin. cum concordan. ibi allegatis in glo. de deci. Nam

189 cum in uerbis † nulla sit dubitatio non admittitur uoluntatis quæst. l. ille. §. cum autem. ff. de le. 3. Si enim uoluisset Inn. illud uerbum constitutus referri ad Christum hoc uerisimiliter expræssisset sicut expræssit a Deo constitutus iudex & c. d. cap. ad audientiam, sequamur ergo intellectum Goff. Car. & Alexan. cum magis adhęreant ueritati iuribus pręallegatis.

190 & comprobatur † dicto apostoli. 1. ad Corin. 6. dicentis, Nescitis quia iudicabitis angelos quāto magis secularia & animas defunctorum existentium in purgatorio, insuper si intelligeremus papam tantum habere potestatem in uiuos frustra allegasset plenitudinem potestatis expræssam per Pau. in dictis uerbis nescitis quia angeli & c. quæ intelligitur de defunctis & a maioritate rarionis. Item in nullo præstantior esset potestas papæ aliorum prælatorum uel episcoporum, quia & ipsi habent potestatem in uiuos, immo, & quilibet sacerdos, q̄d asserere fatuum est, iuribus, & auctoritatibus allegatis in pręfationibus & maxime in uersi. primum quo papa & sequen.

191 & maxime † cum Hostien. nihil allegat pro sua interprætatione seu intellectu. nam quandoque bonus dormitat Homerus, ut inquit Horatius in arte poetica & gl. in c. quamuis. 32. q. 7. & Io. An. in ca. ul. de procur. & gl. & doc. debent intelligi secundum iura quæ allegant ut dicit Bar. in l. non solum. §. liberationis uerbo. ff. de libe. lega. & est not. dictum Archi. in cap. nolite el. 2. circa fi. 11. q. 3. non esse creden. alicui doctori

192 † etiam magnę auctoritatis nisi quatenus allegat iura Idē dicit Iason in l. illam. 3. col. C. de colla. & Car. Zabarella consi. 78 pro hoc bo. tex. in c. ego solis. 9. di. & c. relatum. 37. di. c. sanctum in fi. de conse. di 4. & iuxta illud Erubescimus sine lege loqui, inquit imperator in §. cōsyderauimus in autem. de tri. & se. & d. l. illam, & hic faciunt ad ea quæ supra dicta sunt in uersi. nunc autem. Et minime mutanda sunt quæ longam & certam habuere interpretationem. l. minime. ff. de legi. Ex p̄missis patet opi. Hostien. per te allegatam quod indulgentię apostolicę uiuis tātum prosint, & non mortuis. potestas clauium non se extendit ad existentes in purgatorio, & absolutio pro defunctis facta intelligitur ad solatium uiuorum, & ligatio & condemnatio defunctorum intelligi debet ad cōfu-

193 sionem uiuorum infidelium, non † esse oīno uerā nec tenendam, pace tanti doc. dixerim, quia iura per eum allegata hoc non dicunt nec inferunt uidelicet dictum. c. sane. 2. 24. q. 2. & intellectus datus per Hosti. non potest uerificari ex litera, nec est uerisimile quod summ: pon nominati in d. c. sane, fecissent tot absolutiones, vel damnationes ad solatium uiuorū uel improbationem infidelium contra meram ueritatem, & intellectus Hosti. est potius quædam diuinatio quam ueritas. Nec a uerbis tex. recedendum est quæ sunt clara, ut patet ex illorum lectione & responsio seu factum principis intelligi debet secundum ius commune, & facit ius, ut est glo. not. in c. consulationi de temp. or. & in c. tuę de fi. pręsby. Nec est uersimile quod sancti patres & pon. fecissēt tot absolutiones seu condemnationes, ut relatę sunt in d. c. sane. si iure facere non potuissent. Nec Inno. 3. qui illorum uestigia secutus, qui scripsit, d. c. a nobis & c. per uenerabilem, dicta iura condidisset si dicta exempla uera non fuissent, nec omnes doc. approbassent ut approbant. d. capitula pro ut approbarunt si ueritatem in se nō continerent, maxime. d. Ab. & Feli. uerba enim canonum non sunt improprianda sed in suo sensu intelligēda iuribus pręallegatis, & in hoc arbitror Hosti male sensisse pace illius sicut etiam male sensit in alio articulo secundum

194 Bald. consilio. 166. incipiente in Christi nomine. punctus quęstionis 3. coum. 2. uol. qui dicit ipsum Hosti. in d. articulo habuisse malā scientiā & peiorē conscientiā, licet in reliquis sit dignus omni laude. Nam uero iudicio & quandoque bonus dormitat Homerus, & omnium habere memoriam & innul-

195 lo penitus errare potius est diuinitatis, quam humanitatis, in quit imperator in l. 2. §. si quid autem. C. de ue. iur. enuc. Multa ad rem facietia dicētur Deo propitio in libello de thesauro ecclesiæ. Ad solutionem vero dictæ tuæ conclusionis.

196 Cur papa † non euacuat purgatorium & c. Respondetur quod ideo papa non euacuat purgatorium, quia eia Christo datæ sunt duæ claues, non vna tantum in singulari, sed claues, in plurali, simul & vno tempore. altera quarum est potentiæ, altera discretionis seu scientiæ, vnde vna sine altera parum valet vt not. in §. 1. & sequent. 20. di. & c. vlt. de exces. præla. & per d. Abb. in c. 1. §. una 1. colum. de summa trin. & fid. catho. & in c. licet de euitanda. 1. no. de elec. allegat. Inno. in c. quanto de constit. & Hosti. in summa de remissionibus. §. 1. p̄ totum. Et dicunt ponderando uerbum, quodcunque ligaueris, quod est uniuersale affirmatiuum. Nihil enim excludit q̄ dicit quodcunque. c. si Romanorum 19. di. c. solitæ de maio-

197 & obe, qui dicit quod papa † potest omnia, intelligē claue discretionis non errante ut c. miror. 24. quæst. 1. idem dicit in c. uenerabilem. 9. colum, in prin. de electione not. Hosti. in cap. quanto de transla. prælat. & Innoc. in c. quanto, de iureiur. & Hostiens. in summa, qui fi. sint legitim. §. qualiter & a quo 3.

198 columna uersic. ergo, & dicitur clauis † non errare, quando non exorbitat seu repugnat a regulis iuris diuini seu præceptis naturalibus. Ita dicit summus iureconsultus præceptor meus in canonibus Alexand. Ne in c. quanto. 8. colum. de iu-

199 reiuran. unde dicit quod si † papa per dispensationem concesserit, illud quod secundum se est peccatum, uel iure naturali contrarium. Talis dispensatio non ualeret & clauis papæ erraret, & hoc idem tenet, d. Abb. in d. c. uenerabilem 9. columna. in prin. & idem Alexand. Neus latissime approbat in consilijs suis. 1. 2. & 3. editis contra iudæos fęnerantes, & unū not. uerbum per ipsum relatum in d. cap. quanto de iureiurando, non omitto, quod fuit Hosti. & Io. An. in d. c. quanto de transla. præla. qui dicunt quod Dei & papæ est idem consistoriū:

200 Cum papa sit eius vicarius & omnia potest quę ipse Deus cla-

201 ue non errante, unde papa † potest dispensare in iuramento si subest causa. Alias non posset, ut dicit glos. not. & singularis in d. c. quanto in uerbo absolui deiureiu. Idem dicimus in uoto ut possit in eo dispensare subsistente causa, alias non potest, ut est gl. singularis, in c. non est, in uerbo adimplere, de uoto, quam glos. dicit singularem. d. Abb. in d. c. significasti 5. colum. in prin. de elect & si non dispensat causa subsistente mortaliter peccat ut est glo. not in capitulo. exigunt. prima, quæ stio 7. & in capitulo domino sancto in uerbo necesse & in c. ut constitueretur, in uerbo detrahunt, 60. di. quas pro no. allegat Alex. in c. pastoralis. 3 colum. de ap. & in cap. 1. 28. col. de constit. hoc idem tenet diuini ingenii Bald. consilio 276. incipiēte in Christi nomine Rex Romanorū. 1. col. uer. & ad huius quęstionis. 3. uol. ubi dicit. Tria principaliter conside-

202 randa † in principe potestas, uoluntas, & modus. Nam sine potentia nihil ad actum deducitur & sine uoluntate nihil consensu perficitur, & sine modo nihil ad finem suum dirigitur quo ad primū id possumus quod iure possumus. l. nepos proculo. ff. de uerbo. signi. poterat etiam allegare. c. faciat homo 22. q. 2. & Ni de Lyra Marci. 6. in uerbo & non poterat, ibi uirtutem ullam facere, dicit illud non posse non referri ad potentiam absolutam, sed congruitatis & decentiæ. Item cer-

203 tum est quod potentia † est principium cuiusque effectus, adeo quod si tibi deficit potētia, in quo inspiciamus initū quicquid geritur incongruum reputatur. l. 1. §. si filius. ff. de lega: tertio. l. prima, ff. de regula. Cat. l. inter stipulantem. §. sacram ff. de uerbor. obligat. l. si minor. ff. de ser. expor. quo ad secun-

204 dum. scilicet de uolūtate. Certum est, quod consensus † & uoluntas sunt radices actuum humanorum, & eam substātiam uocamus & sine ea nulla est substantia. l. obligationum substantia. ff. de accusa. & obligat. l. prima, §. conuentionis. ff. de

205 pa. Omnis enim † actus beneplaciti requisiti est sine anima, si non est firmatus cōsensu, & caret spiritu essentiali. l. si ego & l. non omnes. ff. si cer. petat. quo ad tertium, scilicet dę modo satis patet, quia ubi non tenetur modus ordinatus. Ibi nō potest quis adipisci finem, quia † destructo, modo, destruitur or-

206 do & ordinatum ut in auth. de hęre. & falc. §. ordinatum. de restitutio, spol. capitulo pisanis, capitulo cum dilecta de rescri. ff. de constit. pecu. l. prima, §. primo, iuxta illud poeticum est modus in rebus sunt certi denique fines. Quos ultra citraque nequit consistere rectum. Omisit allegare Horatium in sermonibus & not. ff. de uerb. ob. l. si ita quis. §. ea, lege, & dicit Aristot. quod duo sunt per quæ hominibus bene contingit Intentionem poni recte & assummi modos ducentes ad finem, & ista uerba deberent esse descripta in pectore Regum, & Boetius dixit quod duo sunt in quibus rerum intentionalium consistit effectus, potestas scilicet, & uoluntas.

207 Dicitur autem † potestas legitime posse. Nam non possumus quod cum iniuria possumus. Nā hoc posse potentia non

208 est, sed diffidentia quædam, & ideo † Deus omnia pōt, tamen pec-

peccare non potest Bal. potuisset allegare ad hoc. c. si Paulus. 32. q. 5. & §. charitas de peni. distin. 2. hinc est quod cōditio tē-poris non dicitur potestatiua. ff. de condi. insti. l. filius & lex dicit ꝙ ea, quæ ad turpem causam referuntur, non debent ad effectum perduci. ff. de an. lega. l. quintus. parag. pomponius. ff. de condi. insti. l. quod in suo, pro hoc dicto Bal. ego allego. c. in malis. 22. q. 4. & ca. in malis, de reg. iur. in 6. ubi dicitur in malis promissis rescinde fidem, in turpi uoto muta decretū, quod incaute uouisti ne facias, impia est promissio, quæ sce-209 lere adimpletur Et sicut iuramentum † habet tres comites ue ritatem, iuditium & institiam. ca. 2. 22. q. 2. sic in principe, tria debent concurrere potestas uoluntas & modus, ut prædictū est. Idem dicit Pau. de Cas. consilio quodam quod in principe tria sunt consideranda uidelicet quid deceat secundum ho-nestatem, quid liceat secūdum equitatem. Quid expediat se-cūdum utilitatem hoc sumpsit ex cap. magnæ de uoto, licet 210 ipse hoc non alleget. Quamuis † enim princeps sit solutus le gibus, tamen secundum leges se uelle uiuere profitetur. l. di-gna uox. C. de legi. insti. qui mo. testa. infir. paragr. ulti. l. ex im perfecto. ff. de le. 2. & l. princeps. ff. de legi. cum. concor. Item non est solutus disc. rationis cum sit animal pollíticum ratio nale, ut tenet Bal. in l. 1. C. de serui. & Seneca ad lucil. epis. 38. uis tibi omnia subiicere, subiice te rationi quē allegat glo. in c. ex eo, quod in uerbo quā rationis de elec. in 6. Hoc & colli gi potest ex euangelico dicto, cum Christus appellat seruum fidelem & prudentem quem constituit dominus super fami liam suam &c. Mat. 25. & bonos & prudentes qui quinq; & & duo talenta superlucrati sunt sua prudentia, nō sic qui ab-scondit pecuniam sui domini Mat. 25. & prudentes uirgines appellat, quæ sumpserunt oleum secum. fatuas autem appel lat quæ neglexerūt summere oleum secum Matt. ibidem & filius prodigus qui substantiam suam consumpsit in meretri cibus non prudens sed fatuus dictus est. Lucæ. 15. ex quib. euā 211 geliis colligitur qualis † esse debeat papa. s. fidelis & prudens cui Christus suum gregem commēdauit bis & tertio dicens Simon amas me pasce oues meas. d. c. in nouo. 21. dist. c. signi ficasti. de elec. cum multis cōcordantiis supra allegatis ma-xime in uers. primum quod papa. & Paulus. 1. ad Corin. 9. in-quit hinc quærit inter dispensatores, ut fidelis quis inuenia-tur & Petrus apostolus epistola 4. unusq́q. sicut accepit gra-tiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispēsa-tores multiformis gratiæ Dei. Et ponderando ex facto Chri-sti, qui Ioanni eius consobrino seu consanguineo dilecto, cui recūbenti super pectus eius arcana diuina reuelauit Ioann. 21. gregem suū seu oues suas non comendauit, sed Petro Ga-lileo & illi administrationem gregis sui dedit. Dicens seque re me, ut ibi subiicitur, & ita ibi intelligit & declarat Ni. de ly ra. quia Petrus erat senio confectus & consequenter prudens 212 prudentia enim non attribuitur iuueni sed senibus † propter longam & diuturnam rerum experientiam teste Cicerone de senectute. Mens enim (quit) ratio & consilium in senibus est, q si nulli fuissent, nullæ ciuitates omnino essent, unde & sapientiæ. 4. c. dicitur senectus enim uenerabilis est & plus ua let umbra senis quā ensis iuuenis, inquit, Seneca. Si enim pa-213 pa † omnes animas de purgatorio liberaret non prudens & fi delis diceretur sed imprudens & infidelis, & prodigus qa pri uilegio suo abuteretur, priuilegium autem meretur perdere qui sua abutitur potestate. c. cōtingit el. 2. de sen. exco. c. priui legium. 11 q. 3. ca. tuarum. de priuile. & clauis discretionis de qua supra dictum est circa prin. huius quæstionis, erraret. In-super facilitas ueniæ incentiuum p̄bet delinquendi. c. ut cle-ricorum de ui. & ho. cle. c. cum iniusta. 23. q. 4. c. si uir. in fi. de adul. Item papa debet se conformare uoluntati Christi, cum sit eius vicarius q diligit iustitiam & odit iniquitatem, psal. 44. & dixit descendi de cœlo non vt faciam uolūtatē meam sed uoluntatem eius qui misit me patris. Io. 6. Nam si procō-sul aut prætor e carcere dimitteret omnes reos mortis, sicut dimisit Pilatus Barabam Math. 27. Ioan. 19. Lucæ. 23. Mar. 15. proculdubio deberet sindicari. l. obseruare. §. proficisci cum ibi not. ff. de offi. procon. & lega. Item indulgentiæ debent es-se discretæ, alias non ualent ut supra dictum est uersi. Nunc autem, & optime nouit papa se redditurum rationem uilli-cationis suæ Lucæ. 16. c. qualiter & quando. 2. in prin. de accu sa. Ex præmissis liquido patet solutum tuum quæsitum qua-re papa non euacuat purgatorium. Et licet ex præmissis iuri-bus auctoritatib. & exemplis pateat solutio tuorum argumē torum, ita ut alia responsione & solutione opus non sit, ma-xime cum iuribus munita non sint, quæ talia appellare argu menta soleo facta in barocho uel baralicton, tāquam nomi-na, seu uerba iuris incognita & ridicula, quia erubescimus, sine lege loqui. l. illam. C. de collationibus cum aliis concor-dantijs iuribus sæpius allegatis, & frustra occupant chartam. c. si Romanorū. decimanona distinctone. Tamen, ut clarius, & lucidius veritas elucescat, & detegatur perfidia tua, & erro

res tuos cognoscas, ut reuertaris ad viam salutis a qua decli-nasti illis respondere decreui. Ad primum igitur argumen-214 tum in quo dicis, quod lex dicitur † in homine quandiu uiuit & morte alterius coniugum solutum est matrimonium, ni hil allegas. Ego pro te allego ad Romanos. c. 7. in prin. respon detur, quod propter transgressores facta ad Galla. 3. & 5. & qui Dei spiritu aguntur non sunt sub lege, & lex iustis impo sita non est, ut inquit tex. in c. licet quibusdam in princ. de re gula, c. nisi cum pridem. §. sed dices, de renunt. c. duæ sunt. 19. q. 1. Et quia homo dū viuit peccat. trasgrediēdo legē diuinā uel humanam, & nemo sine crimine uiuit. & si dixerimus ꝙ peccatum non habemus ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est Io. 1. epistola. & licet lex non dominetur in ho mine post eius uitam, tamen dominatur eius effectus, qui est macula peccati commissi, sicut lepra sequitur leprosum, in-famia, infamē, excommunicatio excommunicatum, ut est glo. in c. ex ca. ff. de postu. c. si quis a proprio. 11. q. 1. c. ad repri-mendam de offi. ord. & c. 1. de treu. & pa. c. 1. de rapt. sic pecca tum peccatorem sequitur etiam post eius mortem, nisi pœni tentia præcesserit, vnde uerū est quod lex post mortē non do minatur homini, quia homo mortuus nō potest peccare nec transgredi legem, ideo lex post mortem non dominatur, qa lex non est facta pro mortuis, sed pro uiuis, iuribus præallega tis, & illud matrimonium soluitur morte alterius cōiugum 215 quia desinunt substantialia † matrimonij, quæ sint fides, pro-les, & sacramentum. c. omne. 27. q. 2. glo. in cap. puberis de de spon. impu. & gl. in c. per uenerabilem in verbo de tribus. qui fi. sint legi. tamen morte nō tollitur peccatum matrimonio constante commissum, & Nic. de Lyra ad Roma. 7. super uer bo lex dominatur, exponit seu intelligit uirtutem legis coer cendi cessare cessante lege, sicut lex Mosaica cessauit adue-niente lege noua, sed quomodocūque intelligatur dicta au-ctoritas nō cōcludit tuum intentū, nec facit ad rem iuribus 216 præallegatis. Ad secundum argumentum in quo dicis † leges canonicas esse alligatas circunstantiis temporis, loci, perso-narum, sicut omnes aliæ leges positiuæ, de solo enim uerbo Christi dictum est, in æternum domine permanet uerbum tuum in seculum seculi, ueritas tua, & iustitia eius manet in seculum seculi, debuisti allegare psal. 118. uerbum & iustitia manet ad tempus dūtaxat, quare illis mutatis cessant leges, respondetur quod licet leges positiuæ possint mutari, & pro arbitrio superioris mutentur, tamen satis est quod possint es se perpetuæ, vt in simili dicit glo. in clem. 2. in uerbo electio-nem, de rescriptis, quæ dicit quod licet officialis episcopi pos sit ad nutum episcopi amoueri tamen sufficit quod possit es-se perpetuus, idest quam diu viuat. ff. pro so. l. 1. facit de his, q̄ fi. a præla. c. cum apostolica. insti. de auto. tu. §. neque. ff. de cō di. inde. l. sufficit. Et maxime quia mutatio & variatio est pro hibita & damnata clem. 1. de renun. & not. in c. non debet in prin. de consan. & affini. & legum correctio est odiosa. c. cum expediat. c. constitutio. de elect. in 6. Et quod nō mutatur qua 217 re stare prohibetur. l. sancimus. C. de testam. Hosti. in c. inter corporalia in fi. de transla. pręla. c. statutum in prin. de rescri ptis in 6. l. præcipimus in fi. & glo. ult. C. de ap. Item licet mu tari possint leges humanæ tamen eius effectus de præterito non mutantur vt dictum est in præcedenti argumento uel di ci potest quod per dictum argumentum non inferri quod le ges canonice non sint & dici possint perpetuæ & perpetuo li gent donec mutentur, vel dici potest quod cessant leges po-sitiuæ quo ad futura: quia defunctus peccare nō potest & sic non subiacet legi, sed per hoc non tollitur macula contra-cta per transgressionem legis ipso uiuente, quæ macula defun ctum comitatur ut sępius dictum est. Ad tertium argumen-tum in quo dicitur, quod si ius cogit etiam cum uiuentibus 218 dispensare & legem mutare quando legis conditio cessat uel in peius vergit cum (vt papa leo dicit) non debet contra cha ritatem militare quod pro charitate statutum est, ita certe quod contra ueritatem & pacem &c. Cœpit militare quam magis morituris leges sunt tollendæ, cum non solum cessit ibi conditio legum, sed cui & cuius conditionibus positæ fue runt. Respondetur hoc tuum argumentum non concludit nec mereri rāsionem, quia nihil allegas. Turpe est autem sī ne lege loqui. d. l. illam. C. de colla. & l. ult. C. unde ui. § consi derauimus in auten. de tri. & se. per me supra. pluries allega-tas. Et ego pro te allego not. glo. in c. 1. q. 7. & glo. in c. domino sancto, in uerbo necesse & gl. in c. ut constituerentur in uerbo detrahendum. l. di. quæ notabiliter dicunt quod papa & epi-scopus non dispēsando in casibus licitis peccant mortaliter quas glo. pro not. allegat dominus meus in canonibus Alex. 219 ne. in c. pastoralis. 3. col. de ap. hoc uerum est quod † papa & episcopus tenetur dispensare cum uiuentibus ubi æquitas suadet vel necessitas requirit dispensationem. Nō tamen se-quitur ergo & cum mortuis uel morituris, quia illa ratio que militat in uiuis non militat in morituris sed est diuersa ratio quia

quia dispensatio in uiuis importat necessitatem iuribus præ-allegatis, & derogatio seu remotio iuris fit subsistente causa d. c. non debet in prin. de consan. & affi. liberatio vero a pęna purgatorij quæ fit per indulgentias plenarias seu apostolicas non importat necessitatem cum æquum sit & iustum ut cri mina non remaneant impunita. c. ut famæ in princip. de sen-tent. excommunicat. l. ita vulneratus, ad l. aquil. l. sticum §. primo. ff. de solutio. l. si longius. §. 1. ff. de iudicijs, cum simili bus, & si conceditur indulgentia, huiusmodi concessio fit ex mera liberalitate cōcedentis. Ita ut libere dicere posit illud euangelicum. An non licet mihi quod uolo facere Matt. 20. Ad quartum argumentum, ubi dicis ex uerbis legis, in qui-220 bus clare exprimuntur dies, anni initiū, uigiliæ, labores pere grinationes &c. quæ manifesta sunt esse huius uitæ & p mor tem cessare ubi homo longe in aliam uitam migrat ubi nō ieiunat, nec plorat, nec comedit, ut qui non habet corpus, un de miraculū ubi uidetur quod per inquisitores hęretice pra-uitatis Ioan. Gerson qui damnabat indulgentias titulo mul-torum annorum donatus in stationibus urbis & Sixti. 3. pon. post mortem non fuerit concrematus seu combustus. Respō 221 detur quod † nudum est argumentum & non concludens & quod licet dicta opera cessent morte operantium, non per hoc cessat facultas papæ in eis in quibus delinquunt uiuen-do & transgrediēdo mandata sua & leges diuinas & huma-nas, quia ut etiam supradictum est nemo sine crimine uiuit. Septies enim in die cadit iustus ut est glo. not. instit. de iustit. & iure in prin. Et infans unius diei non est sine peccato. Nec astra sunt sincera apud Deum inquit Augustinus ad hæremi tas, sermone 29. 6. colum. & sermone. 49 4. colum. & §. chari tas autem in fi. de pę. di. 2. & iuxta illud non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens psal. 42. & Pau. nihil mihi con-scius sum sed in hoc iustificatus non sum 1. ad Corin. 4. & ne mo potest gloriari castum & mundum habere Cor. inquit Augustinus ad Hæremitas sermone. 46. circa medium, quia in peccatis meis concepit me mater mea psalm. 50. Et nemo bonus nisi solus Deus. Lucæ. 18. & Matth. 19. & licet tuus Ger 222 son † non fuerit combustus uti hęreticus non per hoc sequi-tur, ergo non fuit hæreticus, quia negligentia inquisitorum non purgat peccatum hęreticorum, sicut omisio appellatio nis non purgat uitium sententiæ, inquit glos. ulti. in c. quem contra in fi. de probat, & glo. ult. circa fi. in clem. si appellatio num denique, & d. Abb. in c. pastoralis. §. quia uero 4. colum. uersi. 2. not. de offi. dele. & multa per patientiam tollerantur quæ si in iudicium exigente iustitia deducerentur non tolle rarentur. l. patre furioso. ff. de his qui sint sui uel alie. iuris. c. cum iandudum in fi. de præbend. & Christus iussit dimitti crescere zizania usque ad messem ne forte colligentes ziza nia eradicarent cum eis & triticum Mat. 13. c. audi in fi. 11. q. 3. c. quantus. 23. q. 3. & q. 1. post princ. uers. Item cum paterfa-milias & q. 4. c. infideles & c. quidam, & aliquando dissimu-lat peccata hominum propter pœnitentiam. sapientiæ. 11. in fi. & facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Mat. 5. c. ult. 28. di. §. ex his. 23. q. 4. & si quotiens peccant homines sua fulmina mittat iuppiter exi-guo tempore solus erit inquit Ouidius. Ad quartum argumē 223 tum, in quo dicis quod respiciendo ad intentionem latoris canonum quos certum est, nec cogitasse eius intentionem fuisse ut huiusmodi canones imponerentur morituris. rñde-tur ꝙ intērio cōditoris canonū uerisimiliter fuit ut canones ligēt transgressores vt patet in c. si quis suadente. 17. q. 4. & in c. cum olim de cle. coniu. & in clemen. 1. de consan. & affini-ta. cum aliis similibus alias canones essēt inutiles & ludibrio hominibus. Nam ideo pęnę per canones impositæ sunt ut hu mana coarceatur audatia & tuta sit inter improbos innocē-tia. c. facte sunt leges. 4 di. & in prohemio Grego. uers. ideoq; 224 lex. Nam per leges † nemo bene facere cogitur sed male age-re prohibetur. c. ad fidem. 23. q. 5. & propter transgressores fa cta est lex ad Gala. 2. & pęnæ inuentæ sunt ut homines indu-cantur ad bonum uirtutis inquit Ni. de lyra super. 1. epistola ad Roma. in uerbo sed etiam, & extant versus Horatii in ser-monibus quos glo. allegat in. c. cum qui de præben. in 6.

Oderunt peccare boni uirtutis amore
Oderunt peccare mali formidine pęnæ.

225 Ad sextum argumētum, in quo dicis crudelissime facere sa cerdotem si non relaxat fratri. Sicut & sibi uellet fieri. Respō detur ut supra dictum est in uers. Ad solutionem uero huius-226 modi tuę conclusionis. Ad septimum argumentum, in quo dicitur si canones pęnitentiales manent mortuis. Eadem ra-tione & cæteri canones. Celebrēt ergo agant festa ieiunia ui gilias non dicant horas canonicas comedant oua, & reliqua 227 Respondetur † ꝙ in cæteris canonibus non est eadem ratio q̄ est in pęnitentialibus, ideo non idem ius. c. translato de con-sti. cum concor. ibi allegatis nisi, uelimus imitari illum me-dicum imperitum, qui uno colirio omnes oculorum egritu

dines curabat. c. vlt. 29. di. sed est facienda distinctio inter ca-nones. Sicut inter sanguinem & sanguinem, lepram & leprā Leui. c. 13. c. per venerabilem vlt. col. qui fi. sint legit. Item nō per hoc debet homo cessare a bonis operibus, sed unum face re & aliud nō ommittere Mat. 23. & Lucæ 11. Exemplo Pau li qui licet sciret se esse de numero electorum tamen nō de-bebat aliquid omittere de contingentibus ad salutem cōse-228 quendam ut dicit Ni. de lyra. 1. ad Cor. 9. in fi. Ad octauū ar-gumentum, in quo dicitur de facto infirmus corpore, & si nō sint morituri tolluntur canones tam pęnitentiales, quā mo-rales. Sacerdos enim infirmus, nō tenetur orare, deinde alii quoque nec ieiunare, nec uigilare, nec a carnibus, lacte, ouis abstinere. Ad hoc nihil allegas. Ego pro te allego. Innocent. in c. 1. circa medium de celebratio. missa, qui dicit quod infir-mi excusantur a dicendo offitium, & in ecclesia forte ab au-229 diendo, talis † tamen debet esse infirmitas in qua directo uel occasionaliter sibi obesset, uel obesse timeretur si celebratio ni offitiorum uel diuinorum interesset. Infirmis enim nō est lex imposita, hæc sunt uerba Innocētii in dicto. c. primo, quē sequuntur ibi dominus Abbas in fine, & Cardina. in clemen tina prima, tertia columna uersiculo, quæro, in to. & sequen-ti columna eodem titulo, facit glosa in c. placuit & c. perue-nit. 18. distinctione & glo in c. 1. uerbo infirmitas de cle. non 230 resi. in 6. q̄ dicit ꝙ infirmitas excusat a celebratione diuinorū c. significatum de præben. & facit quod not. in c. quærelā de procur. ubi. d. Ab. in 1. not. dicit ꝙ leuis febricula uetus quar-tana non excusat citatum a comparendo in iuditio. l. quæsi 231 tum. ff. de re iudi. Respondetur quod ideo necessitas excusat infirmum in casu præmisso, non sic in aliis sanis corpore, qa necessitas facit licitum, quod alias esset illicitum. c. quod nō est de re. iu. quia necessitas nō subiacet legi. c. 2. in fi. de obser. ieiu. c. quanto de consuetu. c. sicut de conse. di. 1. c. peruenit de conse. di. 3. vnde tempore necessitatis omnia sunt cōmu-nia. cap. dilectissimis 12. q. 1. l. 2. §. cum in eadem naui. ff. ad. l. Rod. de lac. excusat enim necessitas. d. c. quod non est. & c. di-scipulos de conse. di. 5. ar. in c. quisquis & c. delitiæ. 41. di. c. cū in omnibus. 81. di. c. si quis propter necessitatem de fur. & ꝓ-pter necessitatem famis, Dauid comedit panem propositio-nis. 1. Regum. c. 21. Mat. 12. in prin. Luc. 9. in prin. §. His ita. 25. 232 q. 1. Ad nonum argumentum in quo dicitur quod quicunq; maiorem pœnam subiit quam sibi imposita est huic merito & naturali iure remittū tur minores, sed moriturus subiit ul-timam summam & maximam pœnarum, s. mortis, quare p̄-sente morte omnis alia debet tolli, cū uix ullus sufficiat huic pęnæ, & item finge coram legislatore mortuū sese ad mor-tem offerentem an non ille, statim suas sententias reuocabit nihil ad hoc allegas & sic non esset respondendum, sed ego pro te allego quod in maiori inest minus. l. sempronius pro-culo. ff. de le. 2. l. diem proferre. §. si plures ff. de arbi. & c. 1. eo. ti. in 6. & optime facit, quod not. & ponit præceptor meus in legib. Bar. Cepola Veronen. cautela. 4. incipiente pro cōdem-nato, vt executio differatur, q dicit ad hoc ut differatur exe-cutio sententiæ criminalis cautela est vt reus accusetur de grauiori crimine ex quo maior pœna est illi imponenda, de hoc dicit esse casū singularem in l. pen. §. vlt. nihil nouan. ap. pen. Et hoc dicit tenere Bar. per illum tex. in l. 2. §. ulti. de cu-sto. re. & Ludo. Ro. singulari. 461. incipiente, suscipe unā cau 233 telam. Respondetur quod † pena corporalis non tollit pœnā spiritualem hoc est impositam animæ per sacros canones, ꝓ-pter eorum transgressionem. c. admonere. 33. q. 2. glo. not. in c. de his in fi. de accusa. & quod not. d. Abb. in c. cum quidem 2. colum. uersi. oppo. contra tex. de iureiur. c. ut mensurę de 234 emp. & uend. Ad decimum argumentum in quo dicitur il-lustres quidam in ecclesia doctores dicunt quod Christianus quilibet sit ditissimus quia per mortem uoluntariam potest omnia soluere, & statim euolare cum nihil sit maius uolun-taria morte, propter Deum suscepta. Ergo frustra canones il lic reseruantur huius sententiæ dicis esse Guielmū, pari, Ger 235 son, & sequitur eos non irrationabilis multitudo. Responde tur † quis tibi aut dictis illustribus doc. reuelauit quod asseris esse uerum cum nec tibi, nec dictis doctoribus etiam si illu-strissimi essent credatur, nec sum ego credulus illis, ut utar carmine. Virgiliano, quia nihil allegas. Erubescimus enim cum sine lege loquimur. Iuribus sępius supra relatis, & arbi-tror dictos tuos illustres doc. conuentiori nomine tenebro-sos & hæreticos mereri appellari tanquam male de fide sen tientes (ut accepi) reprobatos & damnatos, sicut Ioachin de quo in c. damnamus de su. trin & fid. cat. & alios multos no-minatos in c. san c. el 2. 24. q. 2. quos retuli supra in uers. ad di scussionem. Quoniam sola mors uoluntaria propter Deum suscepta non sufficeret ad hoc ut immediate euolaret ad ui-tam æternam, nisi præcessisset confessio & satisfactio, & pos set esse aliquis nō omnino mundus. Sicut dixit Christus apo stolis in lotione pedum ipsorum apostolorum, uos mundi

estis

estis sed non omnes Io. 13. & quod dicit spiritus per os prophetæ, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo, qui ingreditur sine macula & operatur iustitiā. q loquitur veritatē in corde suo q nō egit dolū in lingua sua, nec fecit proximo suo malū & opprobriū nō accepit aduersus pximos suos, q iurat pximo suo & nō decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram & munera su-

236 per innocentem non accepit qui facit hæc†non commouebitur in æternum psal. 14. Ecce requisita vt quis possit dici saluus, & omisso purgatorio statim euolet ad uitam æternam. Ergo sola mors propter Deum non facit animam morientis ad uitam euolare æternam. & esto quod aliquis omnino mūdus & sanctus ut Ioannes Baptista & apostoli Petrus & Paulus & alij innumeri martires statim euolauerint ad gloriam æternam non per hoc sequitur ergo non est purgatorium. Ergo papa non potest concedere indulgentias pro existentibns in purgatorio & pro aliis qui in uita sua perfectā pœnitentiā de peccatis suis non fecerunt. Et non possum non ualde admirari te appellare dictos tuos doc. illustres quorum scripta sunt reprobata ut supra dixi Beatum uero Thomam Aquinatem qui propter uitę suę sanctimoniam & diuinam doctrinam ab omnibus sacræ theologiæ doctoribus & canonistis approbatum meruit solus Angelicus doctor & magister appellari spernis & contemnis. Qua in re mihi uideris immitari iudęos, qui Barabam homicidam uirum scelestissimum tanquam probum & Innocentem obtinuerūt dimitti & a morte liberari. Christum uero qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius Esa. 53. Io. 1. & 8. c. Petri. c. 2. c. sic. n. de pæ. di. 2. §. ex ostensum. 2. q. 7. appellabant seductorem uoracē amicum publicanorū & peccatorū, demoniū habērē Io. 8. Mat. 11. & 26. Lu. 7. Aug. ad here. ser. 54. 6. colum. demum inter latrones crucifixerunt Mat. 26. & Lu. 23. Mar. 15 & 10. 19.

237 Ad undecimum argumentum in quo dicis si mors satis pœnarum non est nisi morituris & canones ferat ergo canonū pœna maior erit mortis pœna. Quippe qui ultra mortem durat & fiat iniuria morti Christianorum de qua dictū est præciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Responde-

238 tur, quod nulla sit iniuria morti Christianorum in huiusmodi casu pręmisso quia mors occidit tantum corpus & nō animam quæ immortalis est & infecta per peccatum commissum corpore uiuente, ex dispositione sacrorum canonum subiacet dictis canonibus etiam post mortem corporis, ut supra dictum est in uersiculo ad primum igitur argumentum, & sic nulla fit iniuria morti circa suum officium, uidelicet

239 circa corpus. Ad duodecimum argumentum in quo dicitur finge peccatorem rapi in ipsa confessione Christi statim subire martirium antequam canonibus, satisfaciat, ut de sancto Bonifacio martire legitur, hunc ergo remorabitur purgatorium, ne sit cum Christo, & fiet ut oretur pro martire in ecclesia at omnis uoluntari emoriens, de hoc enim loquitur. i. de Christo qui etiam pro uoluntate Dei moritur. Responde-

240 tur quod in martirio si quis passus est quantū debet uel plusquam debet Deo, illum non morabitur purgatorium, sed statim euolabit ad uitam æternā, sed si aliquid restat ultra martirium illum purgatorium morabitur quoad usque reddat

241 uniuersum debitum. Matth. 18. Ad decimumtertium argumentū in quo dicitur cur non ciuiles quoque leges post mortem manent soluendæ cum & ipse ligent coram Deo in cœlis non sua uirtute, sed Christi & apostolorum Petti & Pauli tradunt ex animo propter conscientiam illis subiici oporte-

242 re, quia sic est uoluntas Dei. Respondetur quod etiam†leges a canonibus approbatæ uel non reprobatæ tenent animam defuncti ligatam propter illarum transgresionem factā ante mortem, & sic eo uiuente iuribus allegatis & in uersicu. ex præmiss patet & notant doctores in c. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. faciunt quæ dixi in uersi. præmitto etiam quod po-

243 testas. Ad decimumquartum argumētum in quo dicitur canones cessant quando laicus pœnitens mutat statum. s. in sacerdotium aut sacerdos in episcopum, aut in monacum, & cessatio fit in hac uita, & non cessat in mutatione mortis qd

244 absurdius. Respondetur quod hoc tuum†argumentum nō meretur responsionem quia nihil allegas sicut nec alia argumenta tua & insuper negatur quod cessant canones in dicta mutatione, quia ita subiectus est sacerdos, episcopus, & monacus, & clericus sacris canonibus sicut laicus, immo grauius peccat episcopus & sacerdos monachus & clericus, quam laicus transgrediendo canones iuxta illud iuuenalis. Omne animi uitium tanto conspectus in se crimen habet quanto qui peccat maior habetur, quos uersus allegat glos. in capitulo primo, in uerbo tanto maior de translatio. prælatorum, est optimus textus in c. quidam, de iureiurand. cum multis cōcor. ibi allegat. in gl. itē est qđ canones cessēt, ut tu asseris, quando laicus mutat statū, non per hoc macula ꝯtracta ex transgressione canonis ante mutationem, nisi condignā de peccato egerit pænitentiam deleat aut aboleatur. Ad de-

245 cimum quintum†argumentum in quo dicitur ꝙ taliis sententia & canonibus post mortem soluēdis, prorsus nullā habet auctoritatem scripturæ canonum aut rationis probabilis sed videt sola inertia & negligentia sacerdotum introducta sicut alia multa superstitiosa. Responderur hoc esse somniū

246 †qa nihil allegas. Scriptum autem est, somnia ne cures &c. Item dictam sententiam non tantum fulcitam esse auctoritate celeberrimorum iurecon. sed etiam summo. pon. sacrorum theologorum & canonistarum & auctoritatib. noui & ueteris testamēti, vt supra diffuse retuli in uers. aggrediamur itaque. Ita vt nephas & illaudabile sit amplius in consultatione deducere, quod diuino & humano iudicio diffinitum est ar. in ca. quoniā de si. præsbi. & in c. vlt. de cohab. cle. & mul.

247 Ad decimum sextum argumentū, †in quo dicitur ad hoc habemus exempla patrum antiquorum & certe unus Cyprianus vir rigidissimus ecclesiasticarum censurarum & disciplinarum obseruator. Is tamen episcopus. 17. lib. 3. præcepit pacem dandam his qui periculo mortis sunt obnoxii ut ad dominum cum pace ueniant facta confessione sua uel præsbitero, uel diacono, vt ibidem dicit & datio pacis illa nihil est, q̄ quod nunc remissio plenaria vocatur, ut patet intuenti. Re-

248 spondetur quod exempla†patrum antiquorum patent contra te, vt sup. retuli maxime in uers. Ego aūt aliter sentio. Nec contrarium patet ex hoc ꝙ asseris Cyprianum præcepisse pacem dandam &c. quia hoc exemplum non concludit illam pacem esse plenariam remissionem. Et maxime qa Cypriano datæ non fuerunt claues sed Petro iuribus supra allegatis in uersi. primo & sequen. Item non exemplis sed legibus iudicandum est. l. nemo. C. de sen. & inter. o. iudi. glo. in cā. monomachiam. 2. q. 5. not. in c. de Cōstantinopolitanæ in verbo humilitatis. 22. distinctio. qui enim facit peccatum seruus est peccati. Ioan. 8. & ad Romanos. 6. ubi dicitur stipendia enim peccati mors est, & propter trangressores factæ sunt leges, ad Gala. 3. c. nisi cū pridem. paragr. & dices de renun. & paragr. item cum sallatis. 23. q. 6. & ratione delicti delinquens sortit forum illius sub cuius iurisdictione deliquit. c. postulasti & c. vlt. de fo. compe. c. vlt. de rap. c. si peccauerit 2. q. 1. c. placuit. 6. q. 3. c. 1. 4. quæst. 6. autē. qua in prouintia. C. ubi de crimi. agi. opor. l. prima. C. vbi sena. uel cla. l. ultima, & l. si cui, §. idem si imperator. ff. de accusa. & corpus mariti per homicidium fit principis. ff. de ca. dimi. per totum glosa in c. quos Deus. 28. q̄stione. 2. certum est autem quod iurisdictio papæ extenditur ad uniuersum orbem & oēs nationes mundi subiacent eius iurisdictioni in spiritualibus. c. aliorum. c. cuncta per mundū. 9. q. 3. qa dñi est terra & plenitudo eius orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. psalm. 23. & 88. Gene. 14. Hester. 13. Exo. 13. in princip. c. tua nobis in princ. de deci. & exiit edictū a Cæsare Augusto ut describeretur uniuersus orbis Lucę. 2. p quæ uerba Bar. in l. hostes. 2. colum. in prin. ff. de capti. dicit ꝙ si quis diceret Imperatorem non esse dominum totius orbis esset censendus hæreticus. Nam per hæc uerba apparet quod Romanum Imperium dominabatur toti orbi. Aliter edictū huiusmodi a Cæsare Augusto decretum ut describeret uniuersus orbis Lucæ. 2. fuisset delusorium, hoc etiam attestatur Iacob. de voragine in festo omnium sanctorum. 2. col. & Ni. de lyra super epistola Pau. 1. ad Roma. in verbo reuelatur ubi refert Vegetium de re. mili. Dicentem Romanos quæsiuisse sibi dominium totius orbis non multitudine gētium. aut uiribus corporis, sed sapientia consulum & prudentia militari & idem dicit. 3. Regum. c. 3. in uerbo diuitias qui dicit Romanos Imperatores dominatos fuisse toto orbi, & Esaię. c. 40. in verbo fortitudo. Et Augustinus ad hæremitas sermone 37. post medium. Romani, inquit, principes quantum necesse eis fuerat de diuitiis suis tantū recipiebant. Aliud quoq; pauperibus erogabant, iustitiam mirabilem conseruabant in cūctis, propter quæ & alia multa bona opera quę faciebant & obseruari uolebant meruerunt Magnifico Imperio sublimari, & timeri a cunctis in orbe & Bar. in extraua. ad reprimendum. 2. colum. in uerbo totius orbis & Bal. in l. cunctos populos. 2. colum. C. de sum. tri. & fi. ca. Idem tenent, & sicut imperator dominatur toto orbi in temporalibus, sic in spiritualib. summus pon. c. cum ad uerum. c. duo sunt quippe. c. si Imperator. 96. di. & d. c. cuncta per mūdum. 9. q. 3. cum concor. pre allegatis. Immo eo maior & præstantior est papa quo sol prestantior est luna & aurum plum bo. d. c. duo sunt quippe. Nec est qui se abscondat a calore eius. psalm. 28. quia papa potest facere cōstitutiones & leges quas transgredi non licet, adeo

249 ꝙ etiam illius constitutio†seu lex & excommunicatio ligabit etiā oculta, ut est glo. not. in cle. 1. in uerbo dantes de im. eccle. & in cle. 1. ī uerbo eo ipso incurrat de hęreti. In eo uero

250 quod subiicis dicēdo †concludimus ergo ꝙ canones nō nisi uiuentibus, nec iis nisi sanis & ualētibus imponendi sunt. Immo nō nisi pigris & qui sponte sua melius agere nolunt, ego sane libera fronte confiteor atque protestor me non magnopere curare indulgentias quo ad remissionem pœnarum in qua illi sola gloriantur, sed maxime veneror amplector & gratulor in eis quo ad remissionem culpæ &c. Non aduer-

251 tis Martine†quod contradicis Hosti. per te allegato vel Hos. contradicit tibi quem pro tuo fundamēto adducis in tua cōclusione. 26. cuius dicta supra retuli in vers. Aggrediamur itaque, vbi inter alia dicit, quid ergo si papa facit generalē promissionem pro præsidio terræ sanctæ, & aliquis vere pœnitēs & contritus assummit crucem, credēs firmiter sibi omnem satisfactionem temporalem remitti, & sic moritur, credendum est quod nec purgatorium sentiat. Ecce quod indulgentiæ sunt optimæ ad remissiomem pęnarum. Et tu infelix in hoc & cęcus, dicis & protestaris aperta fronte non curare indulgentias quo ad remissionem pœnarum & contradicis tu Hosti. Expedit ergo vt alium quæras quam Hostien. protectorem qui tua inania argumenta tueatur & comprobet. Ad argumentum, in quo dicis ipse stilus papæ idem probat de iniūctis pęnitentijs, manifestum autem est quod tantum donet quantum sonat & sic episcpus 40. dies Card. c. dies de iniunctis pęnitentijs. Ita papa prorsus plenarie omnes dies de eisdē iniunctis relaxat, sed purgatorii pœnas nulla clauis iniun-

252 xit. &c. Plusquam satis responsum est in versic. nunc autem & addi potest, quod de iniunctis intelligi potest non tantum per sacerdotem, sed etiam per sacros canones quia indefinita æquipollet uninersali vt est glo. not. in c. ut circa in uerbo aliorum ecclesiasticorum de elec. in 6. cum concor. Ad mordacia & irrisoria verba tua quę ibi subiicis nō expedit respondere, exemplo Christi qui Herodi non respondit nec Pilato Matth. 26. Marci. 14. Ioan. 18. Lucæ. 22. Vnum peculiare non

253 omitto in eo quod refers verba psal. 18. uidelicet delicta quis intellegit &c. quę tu allegas ad terrorem, aduertēdum quod hæc uerba intelligenda sunt, secundum legem Moysi quæ erant sexcenta, & undecim præcepta secundum Hebræos, ut attestatur Nicol. de Lyra ibidem super uerbo in custodiendis illis retributio multa, quæ lex Mosayca mutata est in testamento nouo. c. translato de constit. & sic rigide (ut tu refers) non sunt accipienda dicta verba, delicta &c. In testamēto nouo in quo Iesus dicit. Si uis ad uitam ingredi serua mādata hæc sunt. Non homicidium facies. Non adulterabis. Nō facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem. Diliges proximum sicut te ipsum. Matth. 19. & Lucę. 19. & hæc patent in d. c. translato & iuribus & exemplis allegatis supra in uersiculo. Aggrediamur & sequent. unde pauca sunt præcepta comparatione legis Moysi in qua dicitur delicta quis intelligit. Ad tertium argumentum, in quo dicis. Stilus papæ dicentis per modum suf-

254 fragii, Oportet enim diuersum esse modum suffragii, a modo potestatis &c. Respondetur, quod papę potestas ad utrumque prędictorum se extendit, ut patet ex his quę dixi in dicto uersiculo. Aggrediamur, & uersiculo nunc autem & uersiculo. Ad comprobationem. Ad quartum argumentum, in quo dicis & omnium fortissime Christus non ambiguis sed claris

255 apertis ac rotundis uerbis dicit. Quodcūque ligaueris†super terram &c. in quo occupas multum chartæ sine iuribus tamen, liquido patet responsio in dictis uers. proxime allegatis.

256 Ad aliud argumentum, in quo dicis si clauis†extenditur ad purgatorium quid frustra laborant cur nō tollunt uerba suffragii, cur non persuadent pontifici, ut dicat per modum potestatis & auctoritate potius quam suffragio soluere & ligare. Quippe quodcunque soluerit, tantum caueat ne sit mortuus, solutum erit, quid nos obtundit uocabulo suffragii, quod nemo intelligit potestatem, si omnes intercesionem, quid amplius facimus, rogemus papam ut purgatorium omnino tollat de rerum natura. Si enim claues ecclesiæ etiam quo ad soluendum duntaxat illuc sese extendunt erit in manu eius totum purgatorium, quod probas sic de omnibus in eo existentibus remisionem plenariam, secundo omnibus morituris Christianis eandem similiter det remisionem, tūc certum erit ut nullus in eo maneat nullus in ipsum ueniat. Omnes autem euolent & cesset purgatorium, debet autem id facere & subest iustisima causa, scilicet charitatis quę per omnia & super omnia est ab omnibus quærenda. Nec cautum est quod iustitia diuina offendatur a charitaie ad quam potius ipsa nos urget, quod cū tactum fuerit deponamus totum officium defunctorum, sat is hodie molestum & neglectum tamen, mutemusq; in officia festiua. Ad prdicta respō-

257 detur† quod in arbitrio papæ in suis indulgentiis est ponere, & omittere illud uerbum suffragii, ut tenent Goffr. Hostien. Ioan. Andr. & omnes doct. in d. cap. quod autem de pe. & re. quod approbat ibidem. d. Abb. in 2. colum. uers. ultra glos. dicēs illam esse communem opinionē omniū do. ꝙ iste indulgentiæ prosint pro vt verba sonant, & quo ad Deum & quo ad pęnitentiam hic iniunctam & pro hoc allegat etiam tex. in d. c. cum ex eo. eodem titu. subdens secundum esse ꝙ ex effusione sanguinis Christi, & ex multis meritis martirum & aliorum sanctorum constituitur thesaurus ecclesiæ, cuius potestatem habet uicarius Christi & aperit & claudit cui vult & quando vult. Nam minima gutta sanguinis Christi sufficiens fuisset ad redimendum totum mundum. Item martires fuerunt hic puniti sine causa, vnde eorū merita remanserūt in ecclesia uniuersali, quia nullum malū impunitum & nul-

258 lum bonum irremuneratum. Ille ergo qui concedit†indulgentias intēdit communicare illa bona irremunerata compensatione quadam incomparabili, ut copiose dictum est in d. uers. Aggrediamur & sequen. & dicemus Deo propitio in libello de Thesauro ecclesiæ. Nec positio vel omissio uerbi, seu vocabuli suffragii facit quod papa non habeat potestatē indulgentias concedendi pro arbitrio suo, quia eius potestas est immensa ut supra dictum est in uers. Primum ꝙ papa & sequen. Item non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales & l. ad probationem. 1. & 2. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde cogna. c. cum contingit de offi. dele. & quare papa non tollit omnino purgatorium. Plusquam satis & abunde dictum est supra maxime in uersi. ad solutionem huius conclusionis, & valde miror, cur totiens idem repetas & quæras vnde tibi respōderi pōt illud cæci nati ad Hebræos sæpius interrogantis quis esset, ille qui ei aperuit oculos. Dixi vobis iam & audistis quid iterum vultis audire Io. 9. iterare idem pluries fastidium parit audienti & legenti. Ad. d. ca.

259 †cum ex eo de pę. & re. vbi dicitur quod claues ecclesię contemnuntur, & pęnitētialis satisfactio eneruatur, & pluries repetis & fundas tua scripta. Respōdetur ꝙ ille tex. loquitur in inferioribus prelatis qui indiscretas & superfluas indulgentias effundūt & ita d. Ab. ibi super not. colligit dicens quod indulgentia cōcedenda per prælatum debet esse discrete nō superflua aut immoderata, & appellat indiscretam quando non ponderata qualitate & quantitate causæ indiscrete conceditur. Debent enim moderate concedi indulgentiæ iuxta illud Oratii est modus in rebus &c. Et illud Terētianum. Ne quid nimis, & medium tenuere beati, & media semp gaudebam ludere forma ut est glo. in c. quærēti in uerbo æquitatis de offi. de le. & in c 1. in verbo modum de offi. custo, & dixi in uers. ad solutionem. Nos autem loquimur de indulgētiis pōtificiis non indiscretis aut superfluis, sed moderatis & rōnalibus cōcessis per summos pon. Et si bene aduertis. d. c. cum ex

260 eo. facit contra tuas cōclusiones quibus asseris indulgentias pontificias non se extendere ad purgatorium, & tex. in dicto c. cum ex eo. infert contrarium vt ibi colligit, d. Ab. 6. not. pōderās ibi verba videlicet pęnitentialis satisfactio eneruatur, quod indulgentiæ prosint nedum in purgatorio, sed ēt quo ad pęnitētiam iniunctam in hoc securo vt latissime de hoc scripsi in d. uer. aggrediamur. Ex præmissis liquido patet soluta esse tua argumenta & irretitas ac sublatas tuas conclusiones prædictas, iuribus & rationibus inanes & uacuas & sapientes manifestam hæresim, insuper nō possum non ualde admirari, quod præceptoris seu magistri officio functus fueris decies repetendo, docendi sunt Christiani &c. Et pace tua dixerim te magis deceret doceri quam docere, iuxta dictum apostoli ad Roma. 2. qui aliū doces teipsum non, & illud Hieronymi, ne sis prius miles quam tiro Nec prius magister quā discipulus. c. si clericatus in prin. 16. q. 1. Liquido enim patet ex præmissis tuam doctrinam esse falsam, hæreticam, & a sacris canonibus diuinoque ac humano iure reprobatam tendentem ad interitum animarum & corporum, & ideo Christiani tibi respondent.

261 Discat Martinus Luter bene sentire de fide catholica.

Discat Martinus luter in tritico non seminare zizania.

Discat Martinus Luter summa pietate uenerari summos pontifices.

Discat Martinus Luter tenere & credere illam potestatē summos pōti. habere quam habuit Petrus, cui a Christo traditæ sunt claues regni cœlorum, sub quibus est infinitus thesaurus ecclesiæ ad libitum suum dispensabilis.

Discat Martinus Luter non inniti prudentiæ suæ. Prudentiæ enim suæ innititur qui suas opiniones præfert decretis sacrorum canonum. c. ne innitaris de constitit.

Discat Martinus luter omnimodam facultatem cōdendi leges a Deo attributam dūtaxat Petro & eius successoribus.

Discat Martinus Luter non tantum sibi arrogare ut contemnat & comburet libros plenos diuinis & humanis auctoritatibus editis a summis pon.

Discat Martinus Luter no ponere scādalū in ecclesia Dei & scindere tunicam incōsutilem de qua Io. 19. c. alias scindetur & comburetur.

Discat Martinus Luter nō male dicere de summis pont.

Discat Martinus Luter retractare dicta sua scripta tanq̄ heresim manifestam continentia & flere amare nefanda de li-

licta ſua vt fecit Petrus poſt trinam abnegationem, quia ſine comparatione grauius peccauit quam Petrus. Neque.n. credendum eſt ſummum pontificem, & eius executores eſſe propriæ ſalutis immemores, maxime cum Chriſtus illis dixerit vos eſtis ſal terræ & lux mundi. Mat. 5. & omnia eorum geſta in benigniorem partem accipienda ſunt. c. 2. de reg. iu. cum concor. ibi allegatis & eſt gloſ. faceta in c. abſit. 11. q. 3. 262 quæ dicit quod ſi clericus † oſculatur mulierem interprætandum eſt quod cauſa benedicendi eam hoc fecerit, & multo magis in principe ſacerdotum præſumendum eſt, quod omnia pie & laudabiliter geſſerat & gerat. Cum etiam in dubio ſit facienda interpretatio vt peccatum euitetur ut tener Ale. imo conſilio. 74. incipiente redemptoris noſtri inuocato ſuffragio uiſo proceſſu. uerſic. nam in dubio. 2. colum. & Io. de Ana. in c. intelleximus de adulter. & d. Abb. in c. cum tu in fi. de teſtam. & glo. in c. non æſtimemus, 12. q. 2. & cum diſcipuli dixiſſent Chriſto, phariſeos audito ſermone Chriſti ſcandalizatos eſſe. Chriſtus reſpondit ſiniteos, cęci ſunt & Duces cęcorum. Cęcus autem ſi cæco ducatum præſtet ambo in foueam cadunt Matth. 15. Mar. 7. c. niſi cum pridem. §. ſed inter de renun. c. cũ, ſit ars artiũ de æta. & quali. c. quem pęnitet de 263 pęn. di. 1. Et quam ſit graue † peccatum ſcandalizari uel murmurare de ſummo pontifice colligi poteſt ex his quæ dixi ſupra in prin. verſ. primo quia in dictis & Auguſt. ad hęremitas ſermone. 27. papa enim eſt ſucceſſor Moyſi ut eſt glo. not. ſæpius pręallegata in cap. cauſam. 2. in uerbo ad regem in fine. qui fil. ſint legitim. & dominus iratus propter murmurationem populi de eo miſit ignem de cœlo qui conſumpſit ſeu deuorauit extremam partem caſtrorum. Numeri. cap. 11. Et Petrus epiſtola. 4. hoſpites inquit ſine murmuratione & multo grauior eſt detractio de Vicario Chriſti qui eſt papa ut patet ex his quæ dixi in prin. uerſiculo ſi dicis. Nam de neceſſita 264 ta ſalutis † uenerandi. & timẽdi ſunt ſummi pontifices, quia ipſis datæ ſunt claues Regni cœlorũ ut ſupradictum eſt uerſiculo agrediamur itaque & ſequent. & ita etiam inſtruit Hieronymus ad Ruſticum monachum. Non enim inquit humilitatis meæ atque menſurę eſt de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quippiam dicere, habeant illi ordinem ſuum & gradum. 16. quæſtio. primo ſi clericatus, & Tullius in inuectiua contra Saluſtium ſępius, inquit, uides grauius offendere animos auditorum eos qui aliena uitia aperte dixerũt quam eos qui commiſerunt ut refert glo. not. in clem. 1. in uerbo detrahunt in fin. de priu. & Exo. c. 22. Dicitur, principi populi non maledices, uenerandi itaque ſunt ſummi pontifices, ſiue boni ſint ſiue mali ut ſupra diſtum eſt & maxime in præludiis ſiue euidentalibus. Nam & ipſi reddituri ſunt rationem uillicationis ſuæ Lu. 16. c. qualiter & quando el. 2. circa prin. de accu. ut prædictum eſt & unuſquiſeue onus ſuum portabit ad Gala. 6. c. forte. 23. q. 3. & anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ezech. 18. 4. Regum. 14. c. 1. colum. ubi dicitur non moriãtur patres pro filiis, neque filij pro parentibus, ſed unuſquiſq; in peccato ſuo moriatur. 2. Paralip. c. 25. 1. colum. Nam dominus reddet unicuique ſecundum opera ſua. Matth. 16. & grauius punitur papa quam cęteri, ut eſt glo. not. in capitulo præſul. ſecunda quęſtio. quarta, & ſi ſit hæreticus in eo, quod hęreticus eſt, minor eſt quolibet catholico ut eſt gloſ. not. & ſingularis in capitulo Acatius clemen. prima, & ſecunda gl. 24. quęſtio. prima, unde ſummi pontifices, licet beatiſſimi & 265 ſanctiſſimi appellantur felices dici non poſſunt in hac fragili uita, iuxta illud Ouidij Meth. lib. 12. ſed ſcilicet ultima ſemper expectanda dies eſt hominis. Diciq; beatus ante obitum nemo, ſuprema quæ funera debet. nam teſte Gregorio omne quod eminet plus meroribus afficitur quam honoribus gaudeat capitulo nerui teſticulorum, tertiadecima diſtinctione, & Virgilio qui Aenæ qui cõtinuum comitem Achatem facit, qui ab acos, quod eſt cura, ſeu moleſtia, eo quod moleſtia & cura ſemper reges comitetur. Inquit enim Virgilius ſexto Aen.

Aeneas mœſto defixus lumina vultu.
Ingreditur linquens antrum cæcoſque voluttat.
Euentus animo ſecum cui fidus Achates.
It comes & paribus curis veſtigia fixit.
Spem vultu ſimulat præmit altum corde dolorem.

Valerius quoque ſub ſapienter dictis aut factis refert quendam regem cum ei traditum eſſet diadema priuſquam capiti illud ſibi imponeretur diu conſideraſſe, ac dixiſſe, o nobilem magis quam felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſollicitudinibus, & periculis & miſeriis refertus ſit ne humi quidem iacẽtem tollere uelit, apud etiam Plutarcum de educandis liberis legimus Socratem Gorgiæ interroganti an Perſarum Regem felicem arbitraretur. Neſcio, inquit, quantum habeat uirtutis & diſciplinę, proinde hiſce non in fortunæ bonis perſiſtat 266 beatitudo, ideo † Martinæ grauiter, & intimę doleas, & time doleas, & lugeas te enormiter deliquiſſe in ſcribẽdo dictas tuas hæreticas, & iniquiſſimas concluſiones, & memineris Auguſtinum, q ſcripſit libellum retractationum ſuorum ſcriptorum. Magnæ enim ſapientiæ eſt hominem reuocare, quod male locutus eſt. c. magnæ. 22. quęſtio 4. & c. qualiter & quando el. 2. de accu. & noli eſſe incredulus ſed fidelis Ioan. 20. Nam ſi in tua improba & execrabili & hæretica ſentẽtia permanſeris quod abſit, imputabitur tibi quod Chriſtus prophetauit dicens, Surgent pſeudo Chriſti & pſeudo prophetę, vnde nolite eis credere Mat. 24. & Pau. 2. ad Thimotheum. 4. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus & a ueritate qdem auditum auertent & imbues adoleſcẽtes & alios tuos diſcipulos hoc falſo pernicioſo iniquo & deteſtabili dogmate tuo, quod ꝑpetuo durabit in eorũ mẽtibus iuxta illud Horatii. quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu & Vir. in Geor. adeo in teneris aſſueſcere multum eſt, & de facili orietur ſciſma cuius auctor uinam non ſis uel hæreticæ ſectæ. Ad quod iſtud tuum clima inclinare facit ibidem incolas, vt patet re ipſa tẽpore enim Clementis. 5. papę in concilio Vienẽſi quędam abhominabi 267 lis † ſecta hominum malignorum qui Beguardi, & quarundã infidelium mulierum quæ beguinæ appellantur tanquã hæretica damnata & reprobata fuit Cle. ad noſtrum de hæreti. Quæ ſecta a te auctore luthera appellat, ſicut Macometana a Macometo dicta fuit & eſt q̃ innumeras animas traxit & in dies trahit ad Tartara & ſtigias paludes ubi fletus ineffabilis & ſtridor dentium Mat. 8. 13. & 22. & ſi concilium non cõgregabitur tua tempeſtate te uita functo forte conciliũ fiet in quo proculdubio tu cum tuis ſcriptis de hæreſi damnaberis & cremaberis ſicut Ioachini opa poſt eius mortem reprobata fuerunt. c. damnamus de ſum. tri. & fi. cath. & huiuſmodi tuorum operum reprobatio addetur ad alia opera reprobata. capitulo quidam ſunt. 24. quæſtio 3. & factum fuiſſe cõſtat pluries ex ſupra per me allegatis in uerſi. nunc autem, nã & de iure ciuili legimus damnari poſſe memoriam defuncti ueluti crimine perduellionis. §. per contrariũ inſtituta de hæredi. quæ ab inteſta. defe. & ibi glo. in uerbo perduellionis & in uerbo damnata, quæ declarant quod dicatur hoc crimen. Nec mirum videbitur, nam (vt inquit Hieronymus) ueteres ſcrutans hiſtorias inuenire non poſſum aliquos alios ſcidiſſe eccleſiam Dei & de domo domini populo ſeduxiſſe præter eos, q ſacerdotes a Deo poſiti fuerũt & prophetæ, ideſt ſpeculatores iſti uertuntur in laqueum tortuoſum in omnibus locis ponentes ſcandalum. c. trãsferunt. 24. q. 3. Ve autem mundo a ſcandalis, inquit Chriſtus, Neceſſe eſt vt ueniant ſcandala, ſed ue homini illi per quem ſcãdalum uenit expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius & demergatur in ꝓfundum maris Math. 18. Lucę 17. capitu. niſi cum pridem. §. pro graui de renun. cap. cum ex iniuncto de no. ope. nuc. c. q 268 ſcandalizauerit de re. iu. Nec proderit † pęnitentia, quia accẽſum per te ignem non poteris extinguere, Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quoniam ſtatim non oppreſſus eſt per totum orbem eius flamma populata eſt. c. reſecandę. 24. quæſtio 3. principiis obſta ſero medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras. Inquit Ouidius glo. vlt. in capitulo ad hæc de reſcriptis. Et qui in uno peccat factus eſt omnium reus. ca. defleat de regu. iur. capitulo fratres de pe. di. 5. 269 noli igitur † eſſe nimis ſapiẽs, nec nimis iuſtus, quia iuſtus aliquãdo perit in ſua iuſtitia, eccleſia. 7. de pę. di. 1. ſerpens in fi. paragr. de his. 2. quæſtio 7. capitulo niſi cum pridem paragr. propter autem. de renun. Et noli inniti prudẽtiæ tuæ ne ſis ſapiens apud te ipſum inquit Salomon in prouerbiis ſuis, quæ uerba exponens Hieronymus dicit, prudentię ſuę innititur qui ea quę ſibi agenda vel dicenda videntur, patrię decretis prępon it. capitulo ne innitaris de conſti. & uix credere poſſũ vt ſentias quę ſcribis, quia a ſacris canonibus inſtinctu ſpiritus ſancti conditis reprobata fuerunt & omnino damnata tã quam hęretica ut colligi liquido poteſt ex prę miſſis, ſed arbitror te hęc ſcripſiſſe vt plus aliis ſa pere uidearis, & ſpe dulcedine glorię. Nam pulchrum eſt digito monſtrari & dicier hic eſt, inquit Perſius, & uocari Rabbi magiſter, & ſalutari in foro vt faciebant ſcribę & phariſei Mat. 23. ad hęc profeſſioni tuę nõ conueniunt ſed decet te Chriſtum imitari qui humilitatem dilexit & ſimplicitatem, & dixit nõ veni mini ſtrari ſed miniſtrare Mat. 20. & depoſuit ſuperbos & exaltauit humiles Lucę. 12. unde non elegit philoſophos nec iureconſultos in diſcipulos, ſed indoctos, ſciens quod ſciẽtia inflat. 1. ad Corin. 8. eccleſia. capitulo primo in fi. d. c. niſi cum pridem. §. Tu enim inquit de renun. & ſcriptum eſt perdam ſapiẽtum & prudentiam prudentum reprobabo, vbi ſapiens, ubi ſcriba, vbi inquiſitor huius ſeculi. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi. 1. ad Corin. 1. & ſapientia huius ſeculi ſtultitia eſt apud Deum. 1. ad Corin. 3. & Chriſtus dixi diſcipulis

lis ſuis niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum et phariſeorum non intrabitis in regnum cœlorum, et memineris uerbi Petri apoſtoli qui uult, inquit, uitam diligere, et dies ſuos uidere bonos, linguam ſuam a malo coerceat, et labia eius ne dolum loquantur. inquirat pacem et ſequatur eã, quia oculi domini ſuper iuſtos et aures eius in preces eorum. Vultus autem eius ſuper facientes mala pſ. 33. et 1. Petri. c. 3. Multa alia ad rem facientia, Deo propitio, retulero in libello de Theſauro eccleſię quem ſcribere decreui.

TRAC. CONCILIORVM generalium, in quo

DE PRIMATV PAPAE, ET MAIESTATE Imperatoris.

Reueren. Patris D. Petri à Monte, Veneti, Epiſcopi Brixien. quem Monarchiam nominauit,

CVM ADDITIONIB. D. FELYNI SAND.

Opuſculum certe inſigne & floridum.

SVMMARIVM.

1 *Papa vnde & a quo poteſtatem ducat.*
Papa dicitur ſummus Sacerdos.
2 *Claues Petro poſt Chriſti Paſſionem, & reſurrectionem cur traditæ fuerunt.*
3 *Claues alijs Apoſtolis datæ fuerunt tanquam membris, Petro vero tanquam capiti.*
Intellectus cap. noua quædam. de pœni. & remiſ.
4 *Paſtor vnus cur eccleſiæ prælatus.*
5 *Pontificem non eſſe vnum in eccleſia, eſt contra articulum fidei errare.*
Eccleſia catholica cur nauicula Petri nuncupata.
6 *Apoſtolos habuiſſe pari conſortio cum Petro honorem, & poteſtatem, quomodo intelligendum.*
Adæ, duplicia Deus contulit priuilegia.
7 *Conſiſtorium Dei & Papæ idem eſt.*
Tribunal epiſcopi & vicarij idem eſt.
Papæ iugum etiam graue ferendum.
8 *Clauium poteſtas etiam eccleſiæ militanti data.*
9 *Intellectus. c. firmiter. §. vna. de ſum. trin.*
10 *Epiſcopos ius canonicum, cur vocet ſanctiſſimos.*
11 *Eccleſia Romana excellit ſuper omnes, inſtituta a Deo, & eſt eccleſia beati Ioannis Lateranen.*
12 *Cardinales non debent aduerſus papam erigere calcaneum.*
Terminos a patribus poſitos tranſgredi non licet.
13 *Eccleſia militans diuinitus ab eccleſia triumphante exempta eſt.*
14 *Papa vtrum poſſit eccleſiam Romanam alio transferre.*
15 *Petrus mutauit ſedem Antiochiæ Romam.*
16 *Papa nunquid ſit caput eccleſiæ militantis.*
Eccleſia multis modis ſumitur.
17 *Caput verum corporis eccleſiæ eſt Chriſtus.*
Papa plenitudinem poteſtatis habet.

De poteſtate, præſtantia, & excellentia Romani Pontificis.

1 QVæro primo ur de & a quo † Roma. pont. habuerit poteſtatem. Reſpondeo ꝙ habuit immedi. a Deo ſacerdotium, cum fuit tranſlatum de Arõ, in Chriſtum, & de Chriſto in Petrum, ut no. de conſti. tranſla, probaturque. 25. di. in nouo hinc papa uocatur ſummus ſacerdos, & dicĩt tenere caput & principatum apoſtolatus 22. diſtin. ſacroſancta. hanc autem poteſtatem Chriſtus ante paſſionem ꝓmiſit Petro, dum interrogauit diſcipu. Quem dicuntur homines eſſe filium hominis. Et eis reſpondentibus. Alji Ioannem Baptiſtam, alii Hieremiam &c. Dixit. Vos autem, quem me eſſe dicitis, Reſpondit Petrus: Ego dico quod tu es Chriſtus filius Dei uiui. Tunc dixit Chriſtus. Ego dico tibi Petre, quia tu es Petrus & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & quicquid ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. & cæt. & hęc habentur originaliter Matth. 16. tranſumptiue. 24. q. 1. quodcunque. 21. diſt. in nouo. 19. di. ita domus. de maiorit. & obed. ſolitæ. quæ iura clariſſime probant poteſtatem Papæ eſſe a Deo. Per hęc tamen verba non fecit eum principem apoſtolorum, nec dedit ei poteſtatem clauium, ſed tantummodo daturum ſe promiſit, ut patet per illa uerba. Tibi dabo &c. quæ ſonant in fu-2 turum tempus. † Cęterum poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſtus promiſſa impleuit dando Petro claues regni cœlorum, & conſtituendo ipſpm caput eccleſię, & principem apoſtolorũ dum inſufflauit in apoſtolos ſpiritum ſanctum dicẽs Sicut pater miſit me, ita ego mitto vos. Accipite, ſpiritum ſanctum, & quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt eis. Io. 20. Petro autem dixit. Paſce oues meas, ut habetur originaliter Io. ultimo tranſumptiue autem de elect. ſignificaſti. Exercitium autem clauium in aſcenſione conceſſit, dum dixit. Ite in uniuerſum mundum, & prædicate euangeliũ omni creaturæ &c. Mar. ult. duplex. n. poteſt ratio aſſignari quare poſt paſſionẽ Chriſtus Petro claues conceſsit. una eſt, quia quandiu Chriſtus inter homines corporaliter uixit, ipſe per ſeipſum fidem rexit, unde tunc nec decenter, nec neceſſe, nec utile fuiſſet, alium loco ſui conſtituere. Sed quando poſt reſurrectionem, appropinquabat tempus quo ſe debebat, aſcendendo in cœlum, a nobis abſentare, tũc alium loco ſui poſuit. ſ. Petrum, ne grex Dominicus paſtoris ſolatio deſtitueretur. Aliam rationem aſsignat tex. eleganter. l. diſtin. conſiderandam, & c. fideles, ut his qui futurus erat paſtor eccleſiæ in ſua culpa. quam tempore paſsionis commiſerat, Chriſtum negando, diſceret qualiter aliis miſereri debuiſſet. prius Itaque eum oſtendit domiminus ſibi, & ꝑpoſuit cœteris, ut ex ſua infirmitate cognoſceret quã miſericorditer alienas infirmitates, toleraret, & ſunt 3 illi tex. Greg. & Ambro. in omeliis Data aũt † eſt prãs clauiũ Petro tam q̃ capiti & aliis tamq̃ mẽbris, qa papa eſt uocatus in plenitu. poteſtatis. Alij autem inferiores in partem ſollicitudinis, ut de uſu pa. ad honorem. 2. q. 6. decreto, Cum. n. meſſis eſſet multa, operarii autem pauci, fuit neceſſe quod nõ ſolum Petrus, ſed etiam alii haberet poteſtatem, unde per ipſos apoſtolos poſtea fueruut electi. 72. ut probatur. 21. diſt. in nouo. Et hoc modo debet intelligi præallegatum uerbum domini, quod habetur Io. 29. Accipite ſpiritum ſanctum &c. Ita debet intelligi de pœnit. & re. noua quædam, ubi dicitur, ꝙ apoſtolis datæ ſunt claues, quia uerum eſt tamquam mẽbris, ſed Petro tanquam capiti, ut probatur in d. c. in nouo. & 19. diſt. ita dominus. 24. q. 1. loquitur, & c. omnibus, qua iura ſunt ualde bona ad hoc. unius autem rationem pulchre aſsignat Beat. Hieronym. in lib. contra Iouinia. ſic inquiens. ſuper Petrum fundatur eccleſia, licet idipſum in alio loco ſuper omnes apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cęlorum accipiunt, ex quo ſuper eos eccleſiæ fortitudo ſolidatur. Tum præterea inter. 12. unus eligĩt, ut capite conſtituto ſciſmatis tollatur oc-4 caſio. Ad denotandum igitur eccleſiæ unitatem, † unus creatus eſt paſtor qui aliis præeſſet, & apud quem eſſet omnis poteſtatis plenitudo, quoniam monſtruoſum eſſet, ut in uno corpore eſſent plura capita. de off. or. Quoniam in pleriſque. bene facit ad hoc. 7. q. 1. in apibus. & 12. Metaphi. inquit Ariſtot. Entia nolunt male diſponi, pluralitas principantium eſt mala, unus ergo princeps, ſicut unicus eſt dominus cęleſtis totius mundi, iuxta illud prophetæ. Domini eſt terra & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuerſi qui habitant in eo. trãſumptiue, de deci. tua nobis. Ita decens fuit et unum in terris relinquerer uicarium, qui fuit Petrus, & poſt eum ſui ſucceſſores. Pro iſta unitate capitis eſt illud uerbum domini. Ioan. 17. tranſumptiue, de ſumma. trinit. damnamus circa mediũ uolo pater ut unum ſint in nobis, ſicut & nos unum ſumus: Et alibi. Erit unum ouile & unus paſtor. Ioan. 10. Et in canti. canticorum dicitur. una eſt columba mea perfecta &c. de quo in præalleg. c. loquitur. 24. q. 1. Ad hanc unitatem capitis bene facit 7. q. 1. factus eſt Cornelius, & c. non autem. ubi glo. 5 alleg. pro ſingulari, ꝙ † dicere unum nõ eſſe ſummũ pontificẽ in eccleſia, eſt errare contra illum articulum fidei. unam ſanctam catholicam &c. De quo eſt melior gloſ. in clement. ad noſtram. de hære. Pro hoc facit quod Chryſo. ſuper illud. Ioan. 20. Paſce oues meas. Dicit enim quod eximius apoſtolorũ erat Petrus os diſcipulorum, & uertex collegii. pro hoc 24. q. 1. cum beatiſsimus. ubi dicitur ꝙ beatiſsimus apoſtolus accepit a Chriſto principatum. Item ſuper illud Lu. 22. Tu aliquando confirma fratres tuos. Dicit Chryſoſto. quod tũc Petrus a Chriſto obtinuit ut eſſet antiſtes mundi. pro hoc facit, quia, & ſi Chriſtus aliis apoſtolis imperauerit, ut laxarent retia, ſoli tamen Petro dictum fuit, duc cymbam in altum. Ioã. ult. quod ad ipſum ſolum pertineat cymbam eccleſiæ regere & gubernare, propter quod etiam uſq. in hodiernum diẽ eccleſia catholica dicitur nauicula Petri, facit. 24. quęſtio. 1.

non

non turbatur nauis, qui post ascenderit tolle. vbi dicit glo. q̃ per hamum intelligitur iurisdictio, quia hamo ferreo putridæ carnes resecantur, iuxta illud Hieronym. Putridæ carnes ferro curantur & cauterio. Per rete autem intelligitur inquisitio ueritatis. unde habetur Ioann. ulti. Ascendit Simon Petrus & traxit rete, super quo dixit Gregori. in omeliis, q̃ ideo Petrus singl'r ascendere & rete trahere dixit, quia ipsi a domino specialiter commissa est ecclesia, vt eandem ducat ad portum salutis. Additio. Quod potestas clauium sit in tota ecclesia, adde omnino dominum Anton. in capitu. nouata. de pen. & re. vbi dicit quod theologi tenent quod exceptis casibus reseruatis pap. & episcopis tantam potestatem habet quilibet sacerdos in absoluendo, quantam papa, vel episcopus. Felinus Sandeus.

6 Nec obstat quod habetur. 21. dist. in nouo. † videlicet quod omnes apostoli pari cōsortio honorem & potestatem habuerūt cum Petro, quia debet intelligi non de paritate quo ad officium in ecclesia sanctæ dignitatis. Sed quo ad paritatem vitæ, & sanctitatem conuersationis. Nec sit aliquis adeo temerarius qui dicat hanc superioritatem & potestatem concessam Petro, non autem suis successoribus, quia sicut Addæ Deus concessit quædam priuilegia personalia, ut omnes scientias, quædam realia in statu innocentiæ, scilicet originalem iustitiam. sic Petrus a Christo habuit quedam dona personalia, puta faciendi miracula, vt ad eius vmbram infirmi sanarentur. Quædam realia. i. pro se & suis successorib. vt fuit potestas clauium, alias portę inferi aduersus ecclesiam præualuissent, quod esset contra promissionem domini, Matth. 16. Hāc igitur plenitudinem potestatis per quam ecclesia resistit mūdo & diabolo, Christus cōtulit Petro & suis successoribus, qui sunt Romani pontifices canonicum habentes ingressum. text. est de hoc pulcherrimus in c. pro humani. de homi. li. 6. data est enim hæc potestas Petro & successoribus. ut ecclesia duraret usque ad finem seculi, iuxta illud Matth. ult. Ecce ego vobiscum sum usq; ad consumationem seculi. Item quod hanc superioritatem & potestatem papa a Deo habuerit Not. glo. quæ est bona ad hoc, in clem. ne Romani, in verbo non consona. de elec. benefacit de translat. prælat. inter corporalia. Hinc notanter dicit

7 Hostiens. de transla. præla. quanto, quod † Dei, & papæ idem est consistorium, bene facit de consuet. c. 2. lib. 6. de appellat. Romana. eo. lib. epi & uicarii idem est tribunal, ad hoc facit quod not. Spec. in Tit. de leg. §. nunc ostendit. uersi. de concilio. ubi eleganter dicit, quod papa est Petri successor, & uicarius Iesu Christi, vicem non puri hominis, sed puri Dei gerēs in terris, hinc est quod omnia gubernat, disponit, & iudicat pro libito uoluntatis. 9. q. 1. per principalem, & c. cuncta per mundum, & dummodo non ueniat contra fidem, non est aliquis qui possit ei dicere cur ita facis. Et iugum ab eo impositum licet graue tolerandum est 19. dist. in memoria, quia nō habet superiorem in terris, ut est expressum. de elect. licet. in fi. nec potest ab aliquo iudicari. 21. dist. nunc autem. Habet enim cęleste arbitrium. C. de sum. tri. l. 2. Et iura cęlestis & terreni imperii illi a Deo commissa sunt 21. di. c. 1. qui tex. eleganter dicit, quod illud uerbum quo constructum est cœlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam, unde quod papa confirmauit, nemo potest, infirmare, cum eius approbationi & dispositioni standum sit. 19. dist. quod est contra aliquos volentes plus sapere quam sapere oportet, qui damnant decretales epistolas, & decreta summorum pontificum ausu temerario dicētes eos errasse. Licet aūt firmiter credā sane supremā potesta

8 tem datam esse a Deo summis pontificib. † puto tñ ptātem clauium datam etiam ecclesiæ militanti, cum papa præest tā quam Petri successor, & uicarius Iesu Christi quod patet, Primo per id quod tetigi, quod non solum Petro sed etiam omnibus apostolis Christus dedit potestatē, sed Petro tanquam capiti & principi, apostolis aūt tanq̃ membris, cū ergo ex capite & membris unum corpus componatur, non negabo potestatem clauium esse in hoc corpore, & sic in ecclesia. Secūdo hoc patet per hoc quod hr̃ Matth. 18. transumptiue. 2. q. 1. si peccauerit, de iudic. nouit. ubi dominus dicit, Si peccauerit in te frater tuus &c. demum dicit dic ecclesiæ, quod si ecclesia nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & immediate subiunxit. Amen amen dico uobis, quæcunque ligaueritis. &c. nec solū habuerūt apostoli ptātem respectu ordinis sed ēt respectu iurisdictionis, ut patet de pen. & re. noua quædā & qđ ibi no. Io. An. ubi dicit, q̃ apostoli habuerūt claues, & nūc tñ loqtur in plurali, sequit, q̃ & iurisdictionis & ordinis

9 claues habuerūt. † sic dēt intelligi, c. firmiter. §. una. de su. tri. p hoc facit qđ legit act. 15. ubi hr̃ q̃ cōmota seditione aduersus Paulū & Barnabam, statuerunt qui accusabantur & qui accusabant ascendere Hieresolymam, ad presbyteros & apostolos, Cumque illuc perrexissent, surrexerunt quidam de hæresi pharisæorū dicentes, oportet circumcidi eos, & præcipere eis vt seruent legem Moysi. Et cū magna super hoc conquireretur q̃ō, Petrus solita libertate ingr. Viri fratres vos scitis qm ab antiquis diebus in nobis elegit Deus per os meum audire gentes. Audite verbū euangelii & credite &c. Et sic oportet q̃ nō solū Petrus, sed ēt oēs apostoli qui cū eo erant, habebāt potestatē clauiū. Aduertendū tñ q̃ ille text. solet per quosdā allegari, q̃ concilium sit s. papā, sed re vera non probat, si recte intelligatur, vt ī. latc de hac materia Deo auxiliāte subiūciam. pro hoc facit. 24. q. 1. quodcunque. ubi dñr, q̃ cum Petrus recepit claues, sanctam ecclesiam significauit. Ad idē. c. ab oïbus. 24. q. 3. & cap. notandum. Item vt hr Act. 20. Paulus vocauit maiores natu Ephesiorum, & eis dixit. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo nos spūsanctus posuit epos regere ecclesiam Dei, q̃ suo sanguine acquisiuit. Itē in euangelio Matth. dixit Christus discipulis suis. Amen dico vobis, q̃ vos qui secuti estis me, sedebitis sup sedes 12. iudicantes duodecim trib. Israel, ex quo apparet q̃ ipse dñs in fine seculi iudicabit cum apostolis, quasi cū his quibus iudicandi dederat

10 ptātē. † Hinc patet q̃ in hac ecclesia militanti ēt q̃ hñt iurisdictionē, licet papa loco Dei, sit principalis, pp hoc forte iura canonica vocat epos sanctissimos Christi legatos, spūales fratres, coepos papæ, & columnas ecclesiæ, vt hr in cle. si gs suadente de pe. ex his itaq; oībus, vt s. deductis, clare Concludo, q̃ romanus pontifex & Romana ecclesia hñt prærogatiuam & excellentiā. s. oēs alias ecclesias. 9. q. 3. sola. & c. cuncta per mundū & c. per principalem. 11. dist. quis nesciat. Et disponente dño omnium aliarum mater est & magistra dicit text. de sum. tri. c. 2. in fin. 24. q. 1. hæc est fides. & c. quoniam. 35. q. 8. his ita. de hære. abolend. in prin. de presby. non baptiz. c. 1. Itē est mater omnium. 24. q. 2. super prudentia. 12. q. 2. aurum habet ecclesia & vxor Christi 21. q. 2. sunt.

Sed statim circa prædicta dubitatur, cū multæ sint ecclesiæ in vrbe Romana, quæ est ista ecclesia quæ tot gaudet priuilegiis & immunitatibus. Solutio de hoc dicendū, vt no. Archid. in c. si de rescrip. li. 6. vbi tenet q̃ ecclesia sancti Ioan. lateranen. quæ alias appellabatur sancti Saluatoris, appellatur ecclesia Romana, & quę super alias obtinet principatum. Idem tenet & no. text. eundem. 10. q. 1.

11 sanctorum 12. q. 1. futurum. ista si quidā est illa ecclesia quā imperator cęlestis instituit. de elec. fundamenta. lib. 6. iubente dño, ab Antiochia, Romam translata est. 24. q. 1. rogamus. quam solus Deus fundauit. 22. distinct. capit. 1. Et non ab apostolis, sed ab ipso Saluatore nr̃o primatū obtinuit. 22. dist. sacrosancta. q̃ ex eo patet, quia Petrum Roma exeuntem & persecutionem fugientem, iussit tacite redire, dum Petrum interrogauit. Dñe quo vadis? Respondit. vado Romam iterum crucifigi, vt hr, qui fin. sint legi per venerabilem. §. sane. Non quia ipse dñs noster Iesus Christus vellet iterum crucifigi, sed vt Petrus rediret in vrbem, & ibi pro Christo crucifigeretur, & sic hoc mō Christus in Petro diceretur crucifigi. 3. q. 1. nulli. in fin. q. 7. beati. & in d. c. per venerabilem. §. sane. vbi dicit hosti. q̃ vrbs Romana effusione sanguinis Petri qui fuit vicarius Christi primus, facta est altera Hierusalem, adeo q̃ per talem effusionem, voluntas Dei fuit vt ille locus firmaretur, & consecraretur pro ecclesia sua sancta, quæ esset caput & dña omnium ecclesiarum, fm Host. & probatur clare in præalleg. c. fundamenta post principium. Adde Bald. in auc quas actiones. C. de sa. san. eccle. vbi dicit q̃ ecclesia Romana dicitur tribus, id est omnium mater & regina. epistola, inter claras. C. de summa tri. fundata nō ab apostolis, sed a dño. 21. di. sacrosancta. Subdit et Hosti. in præalleg. c. sane, q̃ iure illi et attributa papæ plenitudo ptātis, q̃ non dentē cardinales, & alii

12 fratres sui erigere calcaneū 9 eum, quia monstruosum esset q̃ subditi habeāt potestatem in dños. ff. de mino. l. minor aut magistratus. de maio. & obed. cum inferior. quod si seruatum fuisset, vestis dñi inconsutilis, non tantam passa fuisset scissionem. Idcirco aūt Romæ potius quam alibi voluit dñs ecclesię suę caput stabilire, vt ubi caput fuerat superstitionis, ibi caput quiesceret sanctitatis. Et vbi gentilium princeps habitabat ibi summus pontif. moraretur, vt pulchre dicit text. 24. q. 1. 7. bea. Istam siquidem ecclesiam, omni prouidentia incommutabili, disposuit, & aliis prætulit ecclesiis, vt hr in procul. 6. Et nō licet transire terminos quos posuerūt patres nostri, vt hr originaliter Prouerb. 22. transumptiue. 21. q. 1. que ad perpetuam. Istud profecto est illud tabernaculum, quod nequaquam trāsferri posset, nec auferetur claues eius in perpetuum,

13 de quo Esa. 33. ad hoc facit. 79. dist. c. si. vbi dr q̃ ecclesia militās diuinitus est exemplata ab ecclesia triūphante, sicut ergo in triumphali vnus est Deus, & dñs, vnus princeps supremus, cuius obedientiæ ipsa tota ecclesia perfectissime est subiecta, ita debet esse in militanti vnus dñs, qui est Romanus pontif. vicarius. Iesu Christi, cuius præceptis omnes tenentur obedire. Hoc igitur est statuere, per quem reges regnāt, & legum

conditores iusta discerunt sicut dicitur Prouerb. 8. hæc est illa sancta Hierusalem descendens de cęlo, quam Io. apo ca. primo dicit se vidisse, in hac uerificatur quod habet Osee. 1. Congregabuntur filii, Iuda, & filii, Israel. & ponent sibi caput unum. Quid plura, hoc de quo dicimus, quod ecclesia. Romana & 9ñter Papa, qui illi pest. sit caput & summus ecclesiæ pontifex, adeo est verum, quod dicere contrarium, & alias pertinaciter tenere esset hæreticum, nt habetur & no. p gl. in cle. ad nostram. de hære. pro hoc est text. quem ad hoc sing. allego, iuncta gl. 22. di. c. 1. vbi tex. clare dicit q̃ qui detrahit aliis ecclesijs facit iniustitiā, qui autem dicit ecclesiam Ro. non esse dominam, & caput aliarum ecclesiarum, in hæresim labitur, & est dicendus hæreticus, quem text. omnino habeant ante ohulos, qui superioritati papæ ausu temerario detrahunt.

Ex præmissis potest probabiliter dubitari, an Romanus pōtifex posset ecclesiā Ro-

14 manam alio transferre, & uī dicendū q̃ non † ex quo illa iussu domini, Romæ, firmata & stabilita est, ut plene ēt deductū est. Quia sic esset destruere fundm̄ ecclesiæ Dei. Nā & Pertus tpe quo vixit, non potuisset hoc facere, ex quo Deus sic instituerat, ergo nec aliquis eius successor. & hoc. idem tenet Ar. 24. q. rogamus, qui tex. bene facit ad hoc. idem tenet de elec. fundamenta. lib. 6 de facto tamen translata fuit per Clemē. V. ultra montes, & ibi durauit longo tpe. unde Ludouicus Dux Bauarię postea se gerens, pro impatore, 9 tñ processus, ecclesię Romanæ, facit legem, quod non liceret papæ transferre sedem de Roma. puto tñ quod illa constitutio Ludouici parum ualuit. quoniam posuit falcem suam in messem alienā. ista ergo vī veritas esse quđ papę nō licet trāsferre ecclesiam Roma. ad aliam ecclesiam. ita quod desinat esse ecclesia Romana, qa super illam Christus fidē fundauit & orauit, ut illius fides non deficeret, ut sup. allegatum est. fateor, tñ q̃ si pp rebellionē populi, uel incursum hostium, aut aliā, probabilem causam papa vellet se personaliter cū curia sua ad alium locum trāsferre, hoc posset. Vbicunque autē esset, diceretur esse Romana ecclesia, saltem potestatiue. quia hoc non esset destruere sedem constitutam in urbe, q̃ papa non pōt facere per præmissa Nec obstat q̃ beatus Petrus sedē suā

15 transtulit de Antiochia Romam. 24. q. 1. rogauimus, † qa rñdeo hoc potuisse fieri, ex quo iussu Dei ecclesia non erat Antiochiæ, constituta, sicut Romæ. Nec obstat q̃ hr̃ Nu. 21. ubi eneus serpens, qui Dei iudicio erectus fuerat, postea destructus est populo uergēte ad idolatriam, quia dato quod serpētem encum dñs erigere fecerat, non ad perpetuitatē sed ad tpale remedium, ideo ibi iussu eius postea fuit destructus nō sic in ecclesia Romana, quā dñs perpetuā fundauit. Nec obstat ēt si dicatur q̃ imperator Constantinus potuit transferre imperium de vrbe, ad Cōstantinopolim, qa rñdeo largā esse drīam inter hoc, nā, ut pluries dixi, dñs ecclīā suā Romę instituit, ideo quod dominus fecit, ipsam mutare nō potest, imperium autem Romæ a populo constitutum est, ideo eius consensu alibi potuit collocari.

16 Secundo quæro an papa sit caput huius ecclesiæ, militantis. † Rñdeo q̃ ecclesia sumiī multis modis, qñq; designat tñ epm. 6. q. 1. scire. qñq; uiros ecclesiasticos. 64. di. c. 1. quandoque maiorem partem ecclesiæ capituli. 56. distinctione apostolica. qñque canonicos matricis ecclesiæ. 72. dist. §. ulti. 5. q. 1. antiquos. de uerb. sig. cum clerici. ubi glo. de hoc quandoque quamlibet ecclesiam puincię. de usu pa. cum super, quandoque designat omnium fidelium congregationem, seu collectionem. de consec. dis. 1. ecclesia. & ibi gl. 3. q. 3. engeldrudam, & sic sumitur in proposito nostro. De multis aliis modis quibus sumitur ecclesia, est uidenda gl. in cap. 2. ne præ. uices suas. Quantum vero ad ppositum ex omnibus fidelib. constituitur una ecclesia & unū corpus mysticum, ut in d. ca. ecclesia, bonus text. ad hoc. 1. q. 1. ut euidenter. 24. q. 1. omnibus. huius autem corporis verū, caput & uerus sponsus & pontifex, est ipse dñs noster Iesus

17 † Christus nostræ salutis auctor & Redemptor. papa uero est ipsius vicarius, & caput ministrale, ut proba. de sum. tr. §. una septima quæstione prima. nouacianus. vigesimaquarta quæstione prima loquitur. & capit. pudenda. Et hoc videntur uoluisse illa verba apostoli ad Ephe. 4. unum corpus, unus spiritus, unus dominus &c. Et alibi. Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. Pro hoc est bona gl. in cle. ne Romani. in ver. non consonā. de ele. pro hoc est tex. in c. uno. uer. sed ibi. de sa. vnct. Et uidendus est omnino tex. iuncta gl in clem. frequens. § verum. de exces. præl. negari tñ non pōt quod papa sit caput ecclesiæ tanquam uicarius Iesu Christi, & in quē collata est plenitudo potestatis, vt est expsū. 24. q. 1. rogamus 3. quęst. 6. ad Romanam immo dicere contrarium est hæreticum per tex. quem ad hoc singulariter allegant. 22 dis. c. 1. iuncta gl. qui tex. clare probat, quod negans Romanam ecclesiam, & consequenter papam q illi præest, esse caput aliarum ecclesiarum, est hæreticus &c.

SVMMARIVM.

1 *Concilij generalis congregatio ad quem pertineat.*
2 *Concilium quod Papa non congregauit dicitur conciliabulum.*
3 *Concilium quando supra papam iudicet.*
Imperator, ecclesiæ aduocatus esse debet.
4 *Cardinalium collegium est in possessione vel quasi eligendi papam.*
Intellectus. § irritum. cle. ne Romani de elec.
5 *Imperator populum Christianum repræsentat.*
6 *Imperator quo iure potest interesse concilio.*
Clericus subest laico in materia feudali.
7 *Princeps secularis potest compellere cardinales ad ingrediendum conclaue, vt eligant.*
8 *Ecclesiastici nolunt, quod laici se impediant de eorum negotijs.*
9 *Necessitas & perplexitas, faciunt illicitum, licitum.*
10 *Subditus quando possit procedere in his quæ etiam superior denegat.*
11 *Ecclesiæ vtilitati maxime fauendum.*
12 *Numerus singularis, ecclesiastici sponsi, non verificatur in pluribus.*

De concilij generalis congregatione.

Postquam visum est de primatu quem habet papa in ecclesia, 9ñr uidenda sunt aliqua circa cōcilia generalia. Quæro itaq. primo, ad quem spectat cō

1 gregatio concilij generalis † Respondeo q̃ olim imperator congregabat generale concilium, ut probatur. 16. dist habeo librum. ubi patet Constantinum congregasse, ad idem. c. sextam. ubi idem Constantinus sextam sinodum congregauit. idem probatur. 15. distin. sancta. ubi Nicena sinodus facta est mediante Constantino, ad idem. 11. q. prima, continua. 63. distinctio. Adrianus. ubi Carolus imperator concilium constituit cum Adriano. De multis aliis imperatoribus hoc idem legitur, qui generalia concilia congregauerunt, quorū nomina studiosus lector in decretis inueniet. Quia inconueniens uidebatur q̃ imperator & princeps secularis de huiusmodi congregatione ecclesiasticorum se impediret, arg. de elec. messana. & c. sacrosancta cōstitutum fuit postea, & magna cum ratione, q̃ ad solum Ro. pont. huiusmodi congregatio pertineret, ut est expressum. 17. dist. per totum. de elec. significasti. de consec. dist. 1. ecclesia. secunda q. 5. mandastis. 26. dist. bene quidem. hoc tenet B. Tho. secunda 2. q. 1. art. 10.

2 alias non dicitur † concilium, sed conciliabulum & est corpus sine capite. 17. distin. multis. potest etiam legatus apostolicæ sedis congregare concilium generale, dummodo hēat ad hoc speciale mandatum, de hoc in tex. iuncta gl. 1. q. 7. cōuenientibus. 63 dist. Adrianus. i. bona gl. 16 dist. regu. in uer. leg. gl. Archid in d. §. porro Est tamen singu. tenendus menti ille tex. in prealle. cap. conuenientibus. 1. quæstio. 7. qui in princip. notabiliter probat, quod prælati sunt inferiores Cardinalibus, sicut episcopi archiepiscopis, abbates possunt loco & nomine summi pontificis preesse, & locum præsidētię tenere in concilio gñali. Licet aūt hoc certissimū sit q̃ cōcilia auctoritate papæ debent congregari, tamē si ab initio cōcilium congregetur auctoritate eius ad quem non pertinet, puta imperatoris vel alterius, poterit postea sumere vigorē & robur ex auctoritate habentis congregare, ut est tex. 17. di. §. hinc etiam. Superiora procedunt quando est unus verus,

3 indubitatus Roma. pontifex. Quid autem si essent † duo contendentes se esse papam, uel etiam esset unus tantum, sed esset hæreticus, quo casu concilium habet eum iudicare, ut habetur. 32. disti. si papa, & infra tangam, tunc maius dubiū est ad quem pertineat generalis cōcilii congregatio: in hoc passu inuenio Cardi. Floren. in ca. licet. de elect. dixisse, quod ipsi contendentes de papatu ad sollicitudinem & iustitiam imperatoris congregabunt concilium. hoc bene vidēt probari in prealleg §. hinc etiam 17. distinctione nam ipsius imperatoris uidetur interesse, ut sit pax in urbe Romana, & in toto mundo, & in ecclesia. Cum ipse debet esse fidelis aduocatus & defensor. ut habetur, de elect. venerabilem. pax autem tunc haberi non potest, stāte scissura ecclesiæ, & discordia inter summos pontifices, iuxta illud verbum domini. Omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus sup. domum cadet, Hoc autem intelligendum est, si ipsi contendētes de papatu sint in possessione uel quasi obedien. ita quod se gerant pro summis pontificibus, & ita communiter a suis obedientiis habeantur. unde hoc casu, quilibet. instante ipso imperatore, debet congregare sibi subditos & obediētes, ad aliquem locum, & tales sic congregati constituunt concilium generale. Iste modus, ut dixi videtur probari in præalle. §. hinc etiam. ubi patet q̃ Symachus sinodum congregauit, uel ei congregato præstitit auctoritatem, quia erat in possessione uel quasi ipsius papatus. Quid autem si essent sic contenden. de papatu, ut non essent in possessione uel quasi, aut essent, sed nollent congregare concilium. dicendum tunc, q̃ concilium Cardinalium hoc posset, q̃ probatur. Nā

conuocatio concilij gñalis hoc casu est necessaria ad finem, vt deueniatur ad vnum uerum & summum pontif. †sed collegium Cardinalium est in possessione vel quasi eligendi Romanum pontificem. de elec. licet. eo. tit. vbi periculum. li. 6. pro hoc. 65. dist. c. fi. & φ ibi no. gl. nec obstat cle. ne Romani. §. irritum. de elec. ubi irritauit qcquid faciunt cardinales de spectantib. ad papam, sed certum est φ congregare conciliū est de numero talium ergo &c. Respondeo φ ille. §. irritum. debet intelligi qñ Cardinales se intromittūt de non pertinētib. ad electionem Rom. pont. De his enim non possunt se intromittere, & hoc vt magis vacent accelerationi electionis ipsius papæ. cæterum de spectātib. ad electionem papæ, sicut esset isto casu congregatio concilii generalis, bene possunt se intromittere per præmissa.

Si vero contingeret φ collegium cardinaliū esset diuisum & non accordaret in tali congregatione, vel ex alia causa negligeret congregare, tunc Card. Flor. in præal. c. licet. tenet φ ad imperatorem talis ꝯgregatio ꝑtinet. per c. fi. 65. dis. ubi negligente illo ad quem pertinet congregatio vicinorū epōrum, ipsi populi vocant vicinos epōs. Certum est aūt † φ imperator represen tat populum Christianum, cum in eū trāslata est plena ptās. ff. de orig. iur. l. 2. §. nouissime. C. de vete. iu. enuc. l. 1. §. cum. n. loco ergo ipsorum populorum habet congregare concilium, & sic omega redibit ad alpha. id est finis ad principium, vt hř 35. dis. ab exordio. Cum. n. vt s̃. dixi priscis tpibus imperatores concilia conuocarent, & postea ptās data fuerit papæ, certe conueniens est ut ipso negligente uel deficiente, deficientibus his qui loco papæ succedunt, ipse imperator hanc conuocationem possit & debeat facere. pro hoc facit, quia concilium generale plerumque congregatur, qñ agitur de his quę spectant ad fidem, ut patet in Niceno concilio, in quo damnatus est Arrius. in Constantinopolitana sinodo in qua dānatus fuit Macedonus. in Ephesina in qua damnatus Nestorius, in Calcedonensi, in qua damnatus est Eutichem, ut habetur 15. dist. c. 1. Sed clarum est qñ agitur de fide, imperator pōt suo proprio iure interesse concilio, non ad potentiam ostendendam, sed ad fidem conseruandam, ut dicit tex. 96. dist. nos ad fidem. & c. ulr. Nec mirum, quia imperator est † aduocatus ecclesiæ in qua est fides. de electi. per uenerabilem. Item facit quia si papa est suspectus, de hæresi imperator potest ab eo exigere ut iudicet quid sentiat de fide. 25. q. 1. satagendum. & quod ibi no. Pro hoc aūt ordine, in modo congregandi concilia generalia, bene facit quod no. Inno. de maio. & obed. capi. 1. ubi dicit φ qui maioris est dignitatis, ille est maioris ordinis. uel si sint æquales in ordine, ille qui prius ordinatus debet nominare uel eligere, uel capitulum conuocare, eo casu quo deficiat is ad quem de iure, uel de consuetudine spectabat talis conuocatio. Et si quis diceret absurdum uideri, φ imperator qui est laicus, impediat se de factis ecclesiasticis. per c. messana. & c. sacrosancta. de elec. Quia respondeo s̃m Do. Card. hoc non esse absurdum, subsistente spetiali ratione necessitatis, sicut diximus in materia feudali, in qua clericus subest laico. de fo. comp. uerum. no. per Doc. de iud. cæterum. & de appel. Romana. li. 6. nemo aūt sanæ mentis dubitaret hoc casu subesse summam rationem necessitatis. s. ne fides catholica periclitetur, ex pluralitate summorum pont. quæ est coutra illum articulum, unā sanctam catholicam ecclesiam, ut no. gl. in cle. ad nostrā. de hær. & dixi s̃. in 1. art. ideo non mirum si imperator pōt & debet se intromittere. Ad idem facit de elec. c. ubi periculū. §. præterea. li. 6. & eo. ti. cle. ne Romani. §. porro. In qb. patet φ † in obseruatione conclauis, principi seculari est concessa potestas contra ecclesiasticos, ut compellat Card. ingredi conclaue, & postquam sunt in conclaui, expedire electionē, saltem indirecte. s. per subtractionem victualium, ut ibi plene habetur. Nimirum ergo si ēt in casu nostro imperatori concedimus ptātem, cum satis dicatur tractare de electione papæ, ex quo agitur de uidendo quis sit unicus & verus pont. alias si diceremus ꝯriū, posset de facili fides multū periclitari. pone. n. papam esse hęreticum, quo casu solo sub est cōcilio. 40. dis. si papa. & j̃. tangam. & nolit congregare cōcilium, ne de se iudicium fiat, sicut est satis uerisile eum facturum. finge Cardinales diuersos in opinionib. suis, sicut facile pōt cōtingere, certe stabit ecclesia sub hæretico pastore, quod tenderet ad perditionem animarū & subuersionem fidei Christianæ. Melius est itaque, hac cā instāte & tali necessitate, imperatorem posse concilium congregare, & hoc modo subuenire ecclesię, cum ipse debet esse aduocatus, & quæ non pōt omnino esse nulla. 24. q. 1. erecta. & c. pudenda. † licet aūt hæc sententia non multum bene sonet in aurib. ecclesiasticorū, q̃ male libenter audiunt φ laici de suis negociis se impediāt tñ bōi clerici, q zelo fidei, aut spūs feruore ducunt, potius hoc amplectendum putant, quam patiendum fidem catholicā per scismata & hęreses Romanorum pontificū labefactari

Adhibent etiam alij aliud remedium ad conuocandum generale, concilium, stantibus perplexitatibus de quibus supra, uidelicet φ duæ partes concilii de perse conueniant, & citēt, & inuocēt alios, qui de iure uel consuetudine tenentur uenire. pro hoc modo est pulchra doctrina Inn. de ope. no. nun. c. 2. ubi dicit φ si duæ partes collegii quomodocunque conueniant, pñt conuocare alios qui commode uenire ualeant, & si illi uocati non uenerunt, tunc pñt illę duæ partes procedere ad faciendum, φ instēt. Sed re uera hic modus uř continere difficultatem, & quandam quasi impossibilitatem, quantum ad hoc φ duæ partes ꝯueniant maxime stāte scismate, & diuisione in eccła. nisi forte diceremus φ imp ator uocari faciat generaliter prælatos pro reformatione multorum sibi incūbentium, quo casu prælati & uocati tenētur obedire, ut no. dicit Inno. de appel. cum parati, quibus sic congregatis, si essent duæ partes pñt citare alios, ut sup. dictum est per no. Inno. d. c. 2. de no. ope. nun. Reperio quosdam aliud remedium posuisse, videlicet φ † concilium gñale congregetur ad mandatū patriarcharū, & metropolitanorū, qui bñ pñt subditos suos vocare ad illud, ut ꝓbat. 18. di. si eps. Et sic illud φ non esset alias licitum de iure, necessitas & perplexitas faciat licitum, quia necessitas non habet legem. 1. q. 1. §. notandum. de re iud. φ nō est licitū. C. de exc. li. 1. 1. ubi gl. ꝑ hoc facit φ no. 19. dis. pp. ubi no. φ licet concilium prouinciale non possit congregari sine licentia metropolitani, ut ibi, tñ si prouincia non habet metropolitanum, poterit cōcilium per episcopos congregari. benefacit. 66. di. si forte. Si hoc est in concilio prouinciali, quantomagis pro subleuando statu vlis ecclesiæ in concilio generali, hoc poterit fieri, deficiente unico & indubitato pastore. & hanc partem tenet Archidia. 17. di. placuit.

Alium modum ultra præmissos ego excogitaui, videlicet, ut prelati petant licentiam a suo pontifice sub cuius sunt obedientia, ut possint uenire ad locum generalis concilii, & ea obtenta uel non nihilominus ueniant quod de iure uidentur ipsi satis posse facere. Nam subditus potestatem a iure sibi traditam cum limitatione, si licentiā a superiore obtineat, † potest exercere, si superior requisitus sine iusta causa de negat impartiri. casus est de supplen. neg. præla. c. 1. de reg. licet. 71. dist. uolumus. in gl. probatur in c. dudum. §. 1. de sepul. Sed subditi possunt uenire ad concilii de licentia pape. 17. dist. per totum, ergo si hic requisitus, sine iusta causa noluerit dare licentiam, poterunt ipsi propria auctoritate accedere. Et hæc ratio uř multum fortis intelligēti. Si enim pro saluanda anima unius monacelli, licitum est transire ad arctiorem regulam, petita licentia a superiore, licet non obtenta, ut est casus in dicto cap. licet de reg. quantomagis ut procuretur salus tot animarum & discrimen ac scissura uniuersalis ecclesiæ tollatur, licebit omnibus uenire ad synodum non obtenta licentia cum in hoc uertatur publica utilitas ecclesiæ cui maxime est fauendum, ut no. de postul. præl. bene de renun. nisi. C. com. dele. auc. res quæ pro hoc bene facit quod no. Inno. de. statu. mo. cum ad monasterium, ubi tenet quod illud quod dicitur in d. c. licet quod sufficit petere licentiam, licet non obtineatur, habet locum nō solum in casu præall. c. licet sed etiā in aliis † casibus in quib. uersatur publica vtilitas, quod est verbum notandum, & ꝑpetuo menti tenendum, quia facit ad multa iura, quæ contra dicunt, congregari debet gñale concilii auctoritate papæ. 22. di. per totum. cum multis aliis. sup. allc. ut intelligant ꝓcedere, qñ ꝯgregatio fieret pp aliā cām q̃ hřsis, aut apostasię, vel qñ ipse reqsitus et ꝑ hæresi nō denegaret sēsu, & si denegaret secus. Si aūt diceremus ꝯtrium, frustratoria esset prouisio in iure, quæ habet, concilium posse cognoscere de hæresi papæ, si de potestate pape esset, non prestando consensum suum, impedire generalis concilii congregationem. item quæ prædicta iura procedunt quando unicus est pastor in ecclesia Dei, quod patet, quia dicunt concilium congregandum auctoritate sedis apostolicæ, uel auctoritate apostolici. Et sic loquitur in singulari, cum de iure non posset esse nisi unus. 24. q. 1. factus est Cornelius. Et probat ex his quæ late dixi in primo dubio. † singularis aūt numerus ecclesiastici ponti non verificat in pluribus, arg. de diuor, gaudemus. qñ aut de facto essent duo uel plures, tunc ad congregandum gñale concilium debent seruari modi, de quib. supra, uel aliquis eorum. Sed adhuc pro clariori doctrina præmissorū dubitat, qd dictum est sup. collegium cardinalium, vel imperatorem aut Metropolitanū in subsidiū posse cōgregare, & concilium, pone φ uterq; vel alter contendentiū de papatu prohibeat prælatos de obedientia sua, uenire vsq; ad locū ꝯcilii, qd fiet, dicendū φ subditi tali ꝑcepto seu ꝓhibitioni nō tenent obedire. Nā ut pulchre dicit Inn. de sen. exc. inqsitioni, ꝑcepto papæ nō est obediendū, qñ ex hoc uehementer turbat status ecclesiæ, ne carer. ꝑ sic obediens, ad qd facit no. gl. singu. 9. q. 3. per princi-

cipalem. in glo. sic papa. 25. q. 1. quę ad perpetuam. in tex. & gl. 1. Sed clarum est φ tale præceptum in proposito casu turbat uniuersalem ecclesiam, & fouet scisma, & hæresim, quia impedit ecclesiæ, unitatem, ergo non est obediendum, cum papa ex commisso sibi regimine debeat secundum omnes, conatus suos impedire ne uniuersalis ecclesiæ status per scismata, & alia discrimina infestetur. 24. q. 1. memor.

SVMMARIVM.

1 *Prælati quomodo debeant citari ad concilium.*
Citatio unica & simplex in congregatione concilij sufficit.
2 *Vocatio specialis requiritur in concilij congregatione.*
Pęna prælatorum ad concilium uocatorum, & non uenientium.
3 *Necessitas quæ excusat debet vrgere.*

De citatione prælatorum ad concilium.

Secundo quæro pręsupposita unitate sponsi ecclesiastici qualiter prælati debent citari ad concilium. † Rñdeo quod per literas superiorum citandi sunt & monendi, pñtque suffraganeos metropolitani citare & monere, ac inuitari ad concilium generale, ut hř. 18. dist. si eps. An autem requiratur trina citatio seu monitio, uel unica tñ sufficiat. dico unicam & simplicem sufficere, ut no. Io. And. de iureiu. ego. N. & gl. & Archi. in d. c. si eps. facit quod no. Io. And. de iureiu. breui. de immu. ecc. non minus in uer. moniti. Licet alias. in citationibus iudicialibus ualeat una pro oībus, ut no. de offi. dele. consuluit. ff. de dam. inf. l. si finita. § iulianus. in tñ aūt est necessaria monitio seu citatio superioris, φ licet unus eps videat alios ire ad concilium, tñ nō † tenet ire, nisi spāliter uocet, ut no. Io. An. in d. c. Ego. N. ꝑ illū tex. qui dicit, uocatus ad concilium veniā. Qua uero pœna puniantur prælati moniti & cessan. legitimo impedimento non venien. dicendū, φ debēt excōicari. 15. di. peruenit. & c. placuit. cū seq. Impediri uero tenentur mittere legatos, seu nuncios uel procuratores, quod an semper uerum sit. Remito ad gl. quæ est. 18. di. eps an sinodum, quodlibet aūt impedimentū nō sufficeret ad excusandum non uenientem, puta leuis febricula, ut d. gl. in d. c. placuit. 18. dist. † Sed debet esse grauis necessitas quæ illum impediat. 5. q. 3. si ægrotus, alias si iurassent s̃m formā. c. Ego. N. periuri essent & posset ab eorum dignitatibus deponi, & beneficiis, de iureiu. querelam, & c. tua nos, uocati autem ad concilium & non uenien. non deberent discedere antequam concilium dissoluat. tex. est expressus. 18. di. si aūt quid. 11. q. 3. certum. alias aūt puniunt, ea pœna qua punirent si nō venissent. s. pœna excōicationis, ut habetur iuribus præall. benefacit de iudi. c. 1. Et de elect. si postquam. li. 6. Additio Bal. in c. 1. in 2. commento. de iu. in 5. col. quærit qui debeant interesse concilio, & decidit hoc modo. Io. An. tangit hic, & Accur. in l. 1. C. de manu. vin. quæ est prope fi. li. 7. tu dic quod ista congreg. elegit. eos. ut c. 1. de ma. & obe. hoc ibi Felin.

SVMMARIVM.

1 *Concilij corpus ex quibus personis constet.*
Sanctos homines paucos hodie habemus, propter Christianæ religionis deprauationem.
2 *Concilium non respuit procuratores impeditorum.*
Hæretici quando & qualiter admittendi ad concilium.
3 *Laici & clerici inferiores an admittendi ad concilium. 7. & an habeant vocem. 10.*
Rex Franciæ fuit auctor unius concilij.
4 *Abbates nonnunquam monachi dicuntur.*
5 *Reges an uideantur omnino seculares, quamuis sint uncti. 10.*
6 *Concilium generale vocatur sinodus episcoporum.*
8 *Intellectus. c. Adriannus. 63. dist. & cap. ubi nam. 90. dist. & c. hanc etiam 17. distinctio.*
9 *Laici neque publice neque priuatim de fide disputare debent.*
11 *Concilio generali qui interesse debeant.*
12 *Papa an habeat optionem eligendi quos uelit. ad conclium.*

Concilio qui debeant interesse.

Tertio Quæro quæ personæ sint de numero & corpore concilii. † Respondeo φ ad concilium, debent uenire sancti patres de omni orbe terrarum. ut d. tex. 16. distin. canones. Sed certe secundum hoc hodie non potest fieri concilium, cum nullos aut paucos habeamus sāctos patres, adeo deprauata est Christiana religio dicendum itaque primo, quod Romanus pontif. potest ad concilium uenire, de hoc non est dubium, cum ipse præsit concilio & ab eo concilium auctoritatem assumit de elect. significasti. 18. distinctione per totum. & supra dixi latius, itē collegium cardinalium est de numero ad conciliū uenientium, vt nota. Hostiens. de priuileg. antiqua. Et probatur ratione, nam cardinales constituuntur ad collegium Romani pontificis, ut no. gl. magna de scisma. ad succidendos. lib. sexto & licet papa sit primum & supremum caput totius ecclesię, alii autem fideles sunt eius membra, ut sæpe dixi, tñ est speciale caput cardinaliūm, & ipsi sunt eius spālia membra, censentur aūt esse pars corporis Christi, arg. C. ad l. Iul. maies. l. quisquis. no. Host. in d. c. antiqua. sicut ergo papa est in concilio tanq̃ caput, ita & cardinales tanq̃ mēbra eius, ar. de his quæ fi. a præla. c. fi. ad hoc optime facit de re iud. ad apostolicæ. §. nos itaq. li. 6. post hoc patriarchæ tenentur venire. 16. dis. habeo librū. 1. q. 7. conuenientib. Itē archiepi. 17. dis. §. huic. item epi. de iureiur. ego N. 15. 16. 17. dis. quasi ꝑ totum item Abb. 63. dist. Adrianus. 1. q. 7. conuenientib. in tex. & gl. sentit Arch. 1. q. 1. §. sed hoc intelligendum. † Si qui autem essent qui legitime impediti veniri non possent, & mitterent legatos vel procuratores suos, tales debēt admitti ad actus concilii. de his quæ fi. a præl. c. fin. pñt etiā uocem suam committere alteri prælato vel existēti in concilio ar. de ele. q̃ a pp. & in c. pe. co. ti. li. 6. Illud clarissimum est φ a tali cœtu excluduntur prælati hæretici, & in hæresi permanentes, ut patet. 24. q. 3. cum quibus, quia tales sunt extra ecclesiā, & tanquam membra putrida, & oues morbosæ non debent admitti, ne forte totum ouile inficerent, ar. de reg. c. fi. 24. q. 3. resecandæ. secus si ad fidem essent reuersi, vt no. Arch. in præalle. c. conuenientib. 1. qō. 7. licet aūt statim dictū sit φ hęretici non conuersi ad fidem, non pñt admitti ad concilium. illud est verum qñ nolunt interesse tanquam mēbrū talis corporis, si aūt uellent esse ad excusandum, se bene possent, ut no. gl. in præall. c. conuenientib.

Quid autem sit de laicis & clericis, inferiorib. prælatis, an tales possint esse de corpore concilii. Videtur primo φ sic † quantū ad principes seculares per c. ad apostolicę, de re iud. li. 6. ubi papa pollicitus fuit se vocatorū ad concilium reges, prælatos, & principes, tam ecclesiasticos q̃ seculares, ut per se, uel per solēnes nūcios venirent. Secundo quo ad imperatorem vř φ debet interesse. 21. dis. nunc aūt. imo φ plus est imperator proponit ibi sicut quilibet alius prælatus. ad idem. 63. dis. Adrianus. 2. ubi dř φ Carolus rex Frācorum constituit sinodum cum papa Adriano, & sic non solum interfuit, sed ēt fuit auctor, constituendi. ad idem. 63. dis. in sinodo. ubi Leo papa congregauit sinodum Romæ cum oī clero & pop. Ro. Ex quo patet, φ non solum principes seculares sed ēt clerici & laici ad concilium admittantur. ad idē. 16. distin. Nos ad fidem. ubi imperator dicit se velle interesse sinodo ad fidem conseruandam, & ponderandum est uerbū uoluimus ibi positum, quasi iure suo debeat interesse. facit qđ no. gl. in cle. 2. de off. uica. ubi hř de hoc verbo uoluimus. ad hoc. 15. dis. c. 1. ubi concilium fuit peractum imperante Cōstantino Augusto. ad idē. 35. q. 5. ad sedem ubi papa vocauit ad concilium epōs & clericos ac iudices diuersarum prouinciarum. pro hoc videtur tex. 23. dis. in noīe dñi. ubi patet episcopos, abbates, presbyteros, & diaconos interfuisse & consedisse in concilio. Idem de abbatibus clare probatur. 1. q. 7. cōuenientibus. exponendo ibi monachos, pro abbatibus, ut exponit glo. ibi. facit ad hoc. 19. dist. † Anastasius. ubi expresse fit mentio de episcopis, presbyteris, & cunctis ecclesiæ catholicis. ad idem. 95. dis. olim. ubi dicitur φ licet episcopi sint ex institutione maiores presbyteris. omnes tamen debent regere ecclesiam in communi. hæc omnia iura satis uidentur probare quod omnes catholici possunt interesse in concilio, siue principes seculares, siue clerici siue laici. pro hac etiā parte facit ratio, nam certum est quod concilium generale, repræsentat uniuersalem ecclesiam. 15. dist. sicut. in fi. Sed ecclesia dicitur fidelium collectio. de consec. dist. 1. ecclesia. Ergo quilibet fidelis debet admitti si hoc postulet, pro hoc, qđ not. Inno. in ea. uestra. de loca. & in c. fi. de offic. leg. ubi dicitur φ episcopus uel legatus vult facere statutum tangens iura aliorum, debet enim hoc facere de illorum consensu, etiā si sint laici, uel si non consentiant, saltem debēt esse præsentes. arg. de consec. dist. 1. cap. 1. de feriis. c. fi. ad idem facit qđ habetur Actuum 15. ubi in concilio etiam rei arduæ, uideli cet an conuersi ad fidem deberent circuncidi, non solum interfuerunt apostoli, sed etiam alii presbiteri, & alii honorabiliores uiri, qui representauerunt totam Dei ecclesiam. φ est notandum. Illi enim sancti patres, qui uere spiritusancto ducebantur, præbuerunt nobis exemplum qualiter hodie debeamus talia concilia celebrare. unde illorum actio, nostra debet esse instructio. de elec. significasti. 11. dist. ecclesiasticorum. Item pro regibus, quod admitti debeant, facit. quia ipsi non uidentur omnino seculares, ex quo præcepto Dei unguntur tam in ueteri quam in nouo testamento. de sa. unctio. capit. uno. secunda questio. septima. §. item cum Balaam. suscipiuntur quoque tales dum ad regiam dignitatem promouentur ad ecclesiam defendendam. vigesima tertia questio quinta principes. & capit. regnum. eorum autem interest esse in concilio, ubi agitur de statu ecclesiæ & totius orbis. In contrarium facit nonagesima sexta distinctio. ubi nam. ubi habetur quod imperator synodalibus tractatib. inter-

tereſſe non debet, idem probatur.18. diſt. Satis euidẽter. ubi dicitur,illicitum eſſe eum qui non eſt in ordine ſanctiſſimorum epiſcoporum,eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus.ad idem.17.diſt.§.hinc etiam,ubi ſynodo congregata apud urbem,& in diſceptatione poſito,an accuſationes deberẽt audiri contra Symachum papam,imperator quaſi Deo inſpirãte rñdit.ſynodalis eſſe arbitrii in tanto negocio ſequẽda præ ſcribere,& ſtatuere,neque aliquid ad ſa præter reuerentiam de eccleſiaſticis negotiis pertinere.& ſic,ex illis verbis impe ratoris ſatis colligitur, quod præter reuerentiam impendendam. de tractatibus concilii laici ſe impedire nõ pñt. Ad idẽ 92.diſt.c.1.& 2.ubi † concilium generale appellatur ſynodus epiſcoporum.item conſideranti illa quatuor concilia, quæ fidem noſtram,uelut quatuor euangelia amplectunt, de q̃bus.6.di.per totũ.ſatis patebit non fuiſſe in illis. niſi epos unde in Nicena fuerunt.398.epiſcopi in Epheſina ducẽti,& ſic de aliis,ex quo ergo illi pleni ſpiritusancto non uocauerunt, niſi epiſcopos, ſatis uidetur quod alii non ſint uocãdi vel ad mittendi.iſta iura ſupra pro utraque parte deducta reducũt hanc materiam mirabiliter dubiam.

Tamen quia ſpiritus ubi vult ſpirat,ipſius gratia in uocata,pro mei ingenii imbecilitate dicã qd ſentio.Et primo q̃tum attinet ad laicos,nos habemus bonam gl.de his quæ fi.a præla.c.fi.quæ tenetur in tribus caſibus.Primus,ſi ſpãliter uocentur & inuitenẽ,† ita dẽt intelligi.63.diſt. Adrianus.Secundus.qñ tractat cã fidei, qa illa eſt cõis cã tã clericis q̃ laicis.ita intelligit.96. di.ubi nã, & c.nos ad fidẽ.Tertius,ſi tractaretur de gradibus circa matrimonium ɔhendũ. 35.q.5.ad ſedem,ſecundum illam gl.in præal.c.fi.quã gl.intelligit ibi Io.An. eſſe verã, ꝙ dictis caſib. interſint ad audiendũ, nõ ad iudicãdũ vel docẽdũ.62.di.docendũ pñt ẽt laici venire ad cõciliũ ſm Io.And.pro petẽda iuſtitia vel defendenda. de iud.nouit.pro quo ultimo eſt bo. tex.in c.1.de ſpon.In eccleſiaſticis autem negotiis ſeu tractatibus , & ubi agitur de correctionibus clericorum , ſunt laici excludendi.ar.de ele.meſſana.melius in extrauaganti bonifacii.de off.odi.debent. Et cum hac ſententia Io.An.communiter tranſeunt doc. in præall.c.fi. gl. vero in c.adrianus, 63.diſt.aliter loquitur.dicit enim quod ad cauſas matrimoniales laici quandoq; inuitantur, in cã uero fidei,intererunt, etiam non uocati,per præalle. c.ubi nam.86.di.In hoc tamẽ poſſet dici,quod ubi in concilio tractanda ſunt negocia eccleſiaſtica , ſeu pertinentia ad iuriſdictionem eccleſiaſticã , non eſt neceſſe laicos uocari, quia poteſtas diſponendi de talibus non fuit data laicis,ſed Petro,& ſucceſſoribus, ut dixi. ſupra facit de conſtit.eccleſia ſanctę Marię,& pręall.c.meſſana.& c.ſacroſancta,de præſcrip.cauſam.de hæreti.c.vt inquiſitionis,§.prohibemus.li.6. 16.diſt. bene quidem † Et hoc modo debet intelligi pro parte negatiua inducta,& præſertim, 16.diſt.hanc etiam.94.diſt.ubi nam, bene facit.13.q.5.principes, ubi dicitur,quod intra eccleſiam non eſt neceſſaria poteſtas ſecularis,niſi in defectum,ut quod non valerent efficere ſacerdotes ſermone doctrinę, poteſtas ſecularis imperet , terrore diſciplinæ.item in cauſa fidei adhuc dicerem laicos, non de neceſſitate uocandos,quia illa eſt cauſa mere eccleſiaſtica,adeo quod ſecularis,neque directe neque indirecte . põt de ea cegnoſcere,ſed hẽt ſolã executionem ad mãdatũ, Eccleſiaſtici,ut eſt tex.ſingularis in præall.c.ut inquiſitionis, §.prohibem.de here.lib.6.pro hoc facit ꝙ laici neque publice,neq; priuatim de fide diſputare dẽnt.de hære.c.2.& §.phibemus.li.6.C.de ſum.trin.& fi.catho.l.3.Si autem ubi agitur in concilio cauſa fidei laici ſe ſponte offerent , deberent admitti,† ita intelligo.d.c.nos ad fidem, & gl.in pręall. c.Adrianus.cuius ratio eſt,quia fides põt remanere ẽt apud ſimplicem laicum,& in omnib.aliis perire,ſicut accidit in perſonã beatæ,Mariæ in paſſione Chriſti,qñ apłi & a.ii credeutes,defecerunt in fide,hoc tñ caſu puto eos admittendos,non ſolũ ut audiant,ſed ut cõſulant, & dicãt opinionẽ ſuã,nõ aũt decidãt,ut in præal.c.ubi nã. & c.nos ad fidem. Docẽdus,eſt.n. populus.62.di.nõ ſequendus.Item ſi conciliũ uellet diſponere ſuper reb.laicorum ultra qu am ſua iuriſdictio patiatẽ,tũc debẽt principes & laici intereſſe,ſic intelligo ꝙ no.inn.in pręalle.c.ueſtra.de loca. & in c.fin.de of.leg.facit cle.2.de cenſi. Extra autem hos caſus puto quod laici non debeant de neceſſitate uocari,ſi tñ uocantẽ.& inuitantur,pñt venire,& tũc hñt uocẽ cõſultiuam, vel deciſiuã ſm ꝙ in admiſſione eis pmittit uel cõcedit,papa.n.cõgregãs cõciliũ † põt eos facere capaces uocis dãdæ.63.di.Adrianus.& c.in ſynodo.no. 2.q.5.Mennam.Nã & ptãtem excõicandi põt papa laico concedere.no. gl.32.di.verum.96.di.bene quidem.no.Io.And.in c.2.de pręben.li.6.& hoc modo debent intelligi omnia iura in qnib.legiẽ laicos fuiſſe in ɔcilio,videlicet, ꝙ fuerunt ex inuitatione eccleſiæ.ad hoc gl.in d.c.ubi nã,& 20.diſt.c.fi. Quod aũt gñalia concilia priſcis tpib. fuærunt cõgregata p imperatores Romanos,hoc fuit, quia non erat facultas Chriſtianis in unum conueniendi,ob perſecutiones quas patiebatur eccleſia, hodie autem ſecus, ut ſup. dixi. Neque obſtat ꝙ reges ſint uncti, quia dico ꝙ nihilominus remanent puri laici, cum per talem unctionem nullum prorſus ordinem recipiunt, ut in d.c.2.de præb.li.6.in nouella.& hæc ſufficiant quo ad laicos.

Quo uero ad eccleſiaſticos omiſſis conciliis prouincialibus & ſynodalibus, de quibus plene per Inno.in c.graue.de præben.ſatis dixi. ſup. qui ad generalia poſſunt & debeant intereſſe,uidelicet. † patriarchæ,cardinales,archiepiſcopi,& epiſcopi. Item abbates habentes quaſi epalem iuriſdictionem.1.q.7.conuenientibus.cum aliis iurib. ſuperius alleg. Vbi autem inuenitur,alios inferiores clericos, fuiſſe in concilio intelligendum eſt ꝙ fuerunt ſpecialiter inuitati, q tamen de neceſſitate uocari non debent.nam ad concilium prouinciale regulariter non uocatur.niſi epi & capitula cathedralium eccle.ut no.Inno in d.c.graue.de accuſ. Sicut olim no.in c.fi.de his quæ fi.a præl. ergo fortius ad cõcilium generale,alii neceſſario uocandi non ſunt. Procedit aũt hoc arg. a ſimili, quia ſicut in factis prouinciæ non uocantur clerici inferiores de uniuerſo,quia qd iuris eſt de toto ad totũ,idem iuris eſt de parte quo ad partem. ff. de rei uen. l.quæ de tota de of.deleg.paſtoralis.§.item cum totum quod tamen intellige niſi de conſuetudine aliter eſſet introductum, quia talis conſuetudo ſeruanda eſſet.ff.de leg.l.de quib.de conſue.c.fi. cum multis ſi.Idem puto ſi clerici inferiores ſponte occurrerent & uenirent,quia tunc honeſtum eſt ut admittantur,nõ autem de neceſſitate,niſi in caſib.in quib.dixi ſup. laicos eſſe admittendos . & tunc non habebunt uocem deciſiuã,ſed tantum conſultiuam . Vltimo circa præmiſſa poſſet dubitari † an ſit in optione papæ qui ſint ad concilium uocandi, & qui non. Dicõ ꝙ aliquando concilia congregantur de honeſtate, quia ſuper his quæ pendent a mera poteſtate ſua papa uult informari,& multorum habere cõſilia, & tunc in poteſtate,& in optione eius eſt uocare quos uult,facit de re iu. ad apoſtolicæ li. 6.& quod ibi no.& 73.diſt.in ſynodo. Si autem concilium congregetur pro facto fidei, uel concernente uſem ſtatũ eccleſiæ,per quod ſtatus eccleſiæ poſſet turbari , neceſſario debent uocari epiſcopi , & alii magni prælati habentes quaſi epalem iuriſdictionem, ut ſupra plene not.

SVMMARIVM.

1. *Ceremoniæ quales in ingreſſu concilij generalis obſeruentur. Et infra num. 3. & 4.*
2. *Conſuetudo laudabilis obſeruanda.*
5. *Ceremoniarum concilij iuſtificatio.*
6. *Archiepiſcopi nunquid valeant vti pallio,extra eorum prouincias. Papa cur non utatur pedo paſtorali, & quid per illud denotetur.*

De conciliorum præambulis.

Quarto quæro quæ præambula ſeruari debeant in ingreſſu & inchoatione concilii generalis.† Reſpondeo ꝙ debet celebrari miſſa ſpiritusſancti, quia ut hr in euangelio,dixit dominus, quoties plures congregati fuerint in nomine meo,ego in medio illorum ſum . pro hac miſſæ celebratione bene facit,quia ſi de conſuetudine capitulum cõgregans ſe pro electione prælati ſui,debet prius facere celebrari miſſam de Spiritusſancto,ut no.Innocen. de elect.cum nobis olim.probatur de cau.poſ. & prop. cum eccleſia ſutrina.in princi. ibi, ſpiritusſancti gratia inuocata, multo magis hoc debet fieri in congregatione uniuerſalis eccleſiæ, & generalis concilii,cum talis congregatio fiat pro maiori & uniuerſaliori utilitate, ideo maior cautela adhibenda eſt, argumentum.ff.ad Carbo.l.prima. §. ſed ſi quis.de elec.ubi periculum.li.ſexto.ad hoc bene facit illud apoſtoli.Omnia quæcũque facitis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti faciatis, ſed concilium dicitur a communi concione , ex eo quod in unum directi, dicunt optata ſuæ mentis. 17. diſtinctio. ſynod. ut ergo congregatorum uoluntates melius in unum dirigantur, debẽt implorare ſpiritusſancti auxilium, iuxta uerbum Dominicum. cum uenerit ſpiritusſanctus, quem pater mittet in nomine meo, ille uos docebit omnia , & ſuggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis, ut habetur Ioan.16. Ex his infertur quod in ipſo ingreſſu concilii, antequam ad alia procedatur,debet cantari hymnus qui incipit , Veni creator ſpiritus &c.Item per unum ex patribus de concilio,debet fieri ſermo ſeu oratio conueniens his quæ agitanda ſunt. Cum enim talia de conſuetudine ſeruentur in conciliis prouincialibus, multo magis ſeruari debent in generalibus, per rationem ſupra deductam . † Et quia hæc conſuetudo laudabilis eſt,ideo obſeruanda, per præallegatũ capit. fin. de conſuetu. ſeruat iſte modus in ſeſſionib. ſuis publicis. nã in loco ubi tenet ſeſſio, q eſt eccleſia cathedralis, celebrat miſſa ſolennis p aliquem prælatũ de concilio ad hoc deputatũ, qua miſſa durante, omnes prælati ſunt induti ſuis veſtibus conſuetis,ſedẽtes in loco dictæ ſeſſionis ſecundum ſuas dignitates & prærogatiuas, miſſa uero finita omnes prælati induunt ſe pluuialibus,& mitras albas,ſolum planas, excepto quod qui p̄eſt,uult habere mitram aurifrigiatam , & notabiliter ornatam. Quiquidem præſidẽs, uel alius loco eius, aſſociatus Diacono & ſubdiacono habitu eccleſiaſtico indutus , ſedet in cathedra,in medio chori,habens dorſum ad altare, uultum uero ad alios pręlatos.omnibus igitur ſic indutis & ornatis, diaconus clamat alta uoce.Orate, quo dicto,omnes flectũt genua per aliquod interuallum, orantque ſub ſilentio,ſecũdum deuotiones ſuas,poſtquam autem per aliquod interuallum temporis in illa oratione ſteterunt. idem diaconus clamat alta voce. Erigite vos,& tunc omnibus ſurgentibus , & ſtantibus erectis, & ipſe præſidens etiam erectus,dicit hanc , orationem alta voce. † Adſummus domine ſancte Spiritus. adſummus, peccati quidẽ laqueis detẽti, ſed in nomine tuo ſpecialiter congregati, veni ad nos,& eſto nobiſcũ, & digna re illabi cordibus noſtris, & doce nos quid agamus, quo gradiamur, & oſtende quid efficere debeamus ut te auxiliante, in omnib.complacere valeamus,eſto tu ſolus, ſuggeſtor effectuum,& iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo patre nomen poſſides glorioſum, non nos patiaris perturbatores , eſſe iuſtitiæ, qui ſummam diligis æquitatem.non in ſiniſtrũ, nos ignorantia trahat,non acceptio munerum, vel perſonæ corrumpant.Sed iunge nos tibi efficaciter ſolius tuę gratiæ, dono,vt ſimus in te unum,& in nullo deuiemus a vero, quatenus in nomine tuo collecti,ſic in cunctis teneamus cũ moderamine pietatis iuſtitiam, ut hic a te non diſſentiat ſentẽtia noſtra,& in futuro pro bene geſtis conſequamur præmia ſempiterna, Amen,

Prædicta oratione finita cãtores concilii cantant anti.hãc. Exaudi nos Deus, quoniam benigna eſt miſericordia tua &c.p̄s.Saluũ me fac. &c.Gloria pat.&c. Quibus finitis idem diaconus dicit alta voce. Orate. quo dicto omnes,ut ſupra genibus flexis orãt.Et facto paruo interuallo,iterum Diaconus dicit alta voce, Erigite vos. tunc omnibus erectis præſidens dicit hanc orationem. Mentibus noſtris quęſumus domine ſpiritũ ſanctum infunde, quatenus in nomine tuo collecti,ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, ut hic in nullo a te diſſentiat volũtas noſtra,& ſemper rationabilia meditantes, quę tibi ſunt placita exequamur,per dominum &c.His itaq; peractis oẽs flectant genua.& diaconus,vel ſubdiaconus,vel alii duo ad hoc deputati ante altare ſtantes incipiunt Litaniam.† cãtoribus,& aliis reſpondentibus. Et cum uenitur ad illum locum Vt donum apoſtolicum, & omnes eccleſiaſticos ordines &c. Præſidens qui cum aliis ſtabat flexis genibus,ſurgit vertẽs ad congregationem, & dans benedictionem cãtando,dicit trina uice,Vt hanc ſanctam ſynodum,& omnes gradus eccleſiaſticos benedicere digneris. Vt hanc ſanctam ſynodum,& oẽs gradus eccleſiaſticos regere & conſeruare digneris.Cantoribus alte voce, reſpondentibus,te rogamus audi nos Cõpletis rogationibus ſeu Litaniis.præſidens dicit.Oremus.Diaconus dicit,Flectamus genua.Subdiaconus dicit Leuate.deinde præſidens dicit hanc orationem . Da quæſumus eccleſiæ tuæ miſericors Deus,ut in ſpiritusſancto congregata hoſtili nullatenus incurſione turbetur.per Chriſtum &c.Quibus factis,Diaconus habens librum ante altare,accenſis duobus cereis,incipit Euangelium. Vos eſtis ſal terre,uel aliud quod ſibi eſt ordinatum. Quo perlecto,præſidens primo facit collationem ſuper quib.ſynodus eſt congregata , deinde flexis genibus incipit,alta voce. Veni ſancte ſpiritus &c. Quẽ hymnum cantant alternatim exiſtentes in ſeſſione cum cantatorib. quo hymno cãtato. Duo clerici aſtentes pręſidenti, dñt verſum, Emitte ſpiritum tuum & creabuntur.& cãtores rñdent.Et renouabis faciem terrę.poſtea pręſidens dicit hãc orõnem.Deus q corda fideliũ &c. poſtmodum p̄fati clerici vel Diaconus, aut ſubdiaconus dicit.Benedicamus dño.alii rñdeãt Deo grãs.His oĩb.ut ſ̃.completis . Pręſidẽs & oẽs alii prælati ſedent, & imponunt mitras capitib.ſuis.& tũc unus ad hoc deputatus legit decreta in illa ſeſſione expediẽda,poſtea quilibet reſpondet placet. ac deinde depoſitis pluuialibus,& mitris,reaſſumunt habitus ſuos,& recedunt .

Pro quo modo iuſtificando † aliqua allegabo de iure & primo quod debeant ingredi cum veſtibus ſacris ſuæ dignitatis,& cum mitris in capite benefacit, quod habetur de elec.quod ſicut,ubi patet ꝙ Archiepiſcopus ſine pallio non congregat concilium prouinciale.de mitra hr in c.ut apłicæ,de priu.li.6.& licet ille tex. loquatẽ de cõciliis prouincialib.uel ſynodalib. Idem tñ puto in gñalib.vbi maior eſt rõ,& ponderoſiora tractantur,& rep̄ſentatẽ ułis eccleſia militãs, ꝙ ẽt debent hr̃e mitras planas,& albas ſine ornamẽtis.no.Io.And.in d.c.ut apoſtolicæ, ubi dicit ꝙ ep̄i de conſuetudine in pñtia legatorum Ro.ſedis, & ſic ſuorũ ſuperiorum, vtuntur tm̃ mitris albis & planis, & fortius in pñtia Rom.Pont, qñ ipſe eſt in concilio. benefacit de priu.antiqua. vbi patriarchæ in pñtia Ro.pont. vel legati de latere,non pñt facere crucem ante ſe deferri, pp eorum reuerentias.Et licet dictum ſit ꝙ prælati dẽnt intrare locum cõcilii cum ueſtib. ſuæ dignitati conuenientib.non tñ eſt credendum ꝙ patriarchæ vel archiep̄i habeant pallium, aut eo vtantur in cõcilio gñali, † qa tali non dẽnt uti ext.eorũ prouincias.de vſu pa.c. 1.& c.ad honorem , neq. ẽt baculum paſtoralẽ quo papa nõ utitur.de ſa.vnc.c.1.in fi.vbi uide rõnem quare Ro.pont.nõ utitur baculo paſtorali.iõ nec alij in eius pñtia illo vti dñt.ad hoc fac.de of.leg.volentes.& qđ ibi no.Hoſt.& qđ no.Arch. 40.diſ. diſciplina.ſuper gl.vbi dicit ꝙ baculus paſtoralis denotat cuſtodiã gregis, ſed cũ plenitudo cuſtodiæ gregis ſit commiſſa papæ,tanq̃ vocato in plenitudinẽ ptatis. Alii aũt uocati in partem ſollicitudinis. de vſu pa.ad honorem . Ideo huiuſmodi inſigniis in eius præſentia vti non debet . de qua vide plenius in præall.c.1.in fi.de ſac. unc.

SVMMARIVM.

1. *Concilio aſciti quomodo aſſidere debent.*
2. *Patriarchæ nunquid præferantur cardinalibus presbiteris. Decretalium ſupraſcriptiones faciunt ius.*
3. *Fratres prædicatores cur præferendi minoribus. Archiepiſcopus Mediolanen. an debeat præcedere Rauennaten.*
4. *Graduum maioritas, conſideranda in præcedentia.*
5. *Scientia, nobilitas, & uitæ ſanctimonia quem præferunt antiquiori promoto.*

Ordo aſſiſtentium Concilio.

Quinto quæro qualiter ordinari † debent exiſtẽtes de concilio,in ſeſſionib.ſuis, uel ſubſcriptionib. reſp. ꝙ ſalua ſp conſuetudine Rom.curiæ & conciliorũ q̃ in hoc eſſet attendẽda,ar.ff.de euic.l.ſi fundus.ff.de præd.min.l. uenditor.§. ſi conſtat.de conſ.c.fi.de iure,ſeſſiones dẽt ſic ordinari. Quia primũ locũ & ſupremũ obtinebit Ro.pont.qui eſt caput eccleſiæ.22.diſt.c.1.& 2.& de hoc nemo ſane mentis dubitabit.Secundũ locũ obtinet Car.Hoſt.qui hoc habet ex priuilegio,ex eo qa conſecrat papam, & ungit imperatorem.vt no.Hoſt.de pri.antiqua. Tertium obtinet patriarchã Conſtantinopolit quartum Alexãdrin. quintum Antioche. ſextum Hieroſolymitanus. Hæc patent.22.diſt.renouãtes.& in præal.c.antiqua.de priu. Item ſunt aliæ quatuor ſedes patriarchales poſt illas, uidelicet. Aquilegen.Bituricen.Gradẽ. & Piſan.de quib.per Arch.21.diſt.cleros.ubi habes gl.faciẽtẽ de iſtis ſedib.mentionẽ,in uer.archiep̄s.22.diſt.c.fi. & de gradẽſi eſt gl.98.diſ.c.2. Si igitur quæratur an iſtæ quatuor ſedes præferri debeant Card.puto ſeruandũ conſuetudinem curię: ut ſup.dixi.Sed ubi non appareat de conſuetudine † uidetur de iure qđ quatuor prædictæ ſedes patriarchales præferãtur presbyteris Card. ut probatur in c.conſtitutis. j̃. de appellat. In ſupraſcriptione ubi papa ſcribens patriarchæ Gradẽſi & presbytero Card.pręponit ipſum patriarcham Cardinali,clarum aũt eſt ſcienti iura, ꝙ ſupraſcriptiones decretaliũ faciũt ius. & ex illis in iure ualidũ eſt ar.ut no.gl.in c.quorundã.de elec.li.6.in uer.prædicatorũ. & in c.fi.de pac.eo.li. hinc dicimus ꝙ fratres p̄dicatores dẽt præferri minorib. qa ubicunq. papa in iure facit mentionẽ de illis ordinib.ſp in ordine ſcripturæ p̄fert prædicatores minorib.ut probatur de exceſ.p̄la. nimis.de priuil.in his ẽt.& c.1.li.6.de relig.do.c.1. §. ſane. eo. li.hoc tenet Io.And.in c.Io.de teſta. ubi dicit p̄dicatores præferri minorib.quia eorũ ordo eſt antiquior.Et D.Bal.in l.obſeruare.§.antiq̃.ff.de off.proconſul.& leg.quos tex. & auctoritates tene menti.† qa ſæpe uidi inter hos religioſos ſup hoc in præſentia iuriſperitorũ oriri controuerſias, & nemo ſciuit aliquid boni allegare. Poſt hos aũt patriarchas ſuccedũt preſbyteri cardinales ordine ſuo conſueto,deinde archiep̄i. Sed hic aduertendũ, qa uidi in facto dubitari an archiep̄s Mediolanen.præcedere debeat Rauẽnaten.archiep̄m. uĩ ꝙ non, qa ciuitas Reuenna eſt antiquiſſima,ut no.gl.1.inforciati,ergo rõne antiquitatis,eius archiep̄s uĩ præferendus.arg. ff. de iu.immu.l.ſemper.facit quod no.gl.21.diſt.cleros. In ɔ̃rium eſt eſt ueritas, quod Archiep̄s Mediolanen.dẽt præferri Rauennati,ut eſt tex.17.diſt.§.huic ẽt.ad fi.ubi in ordi.ſcripturæ Mediolan.p̄fertur.ad idẽ.24.q.1.Alienus. & ibi not.16.diſt.bene quidẽ. in gl.in uer.Mediolanen.per Arch.pro quo facit.C.de no.co.compo.l.1.§.quib.Et de hac controuerſia gl.iuris ciuilis facit mentionẽ.C.de ſacroſ.eccl.l.decernimus. Poſt Archiepiſcopos ſedẽt ep̄i & abbates, qđ patet ex maioritate graduum, † vt habetur.81.diſt.per totum.21.diſt.cleros. & c.clericos. Ille enim debet præferri qui eſt maiori gradu inſignitus.17.diſt.placuit.& c.epiſcopus.vbi glo.de ma. & obed.pertuas.Putarem tñ inter ep̄os ſeruandum hunc ordinem,vt ſubiectus digniori,puta patriarchæ Conſtantinopolitano præ-

feretur minus digno,puta Alexandrino,& sic vltra, qa mem bra quanto magis possunt,debent adhærere suo capiti.de p̄bra quanto magis possunt,debent adhærere suo capiti.de p̄ sferi.cum non liceat.de his quæ fil.a præla. Nouit. & sic successiue fiat de alijs episcopis & abbatib.

Quo autem ordine archiepiscopi, uel episcopi eiusdem prouintiæ inter se locari debeant, dico ꝙ ille præfertur qui a digniori superiori fuit ad dignitatem promotus. vt patet in d.c.per tuas.de maio. & obe.no.gl.in præall. cap. placuit.& c.episcopus.si autem ab eodē superiore, vel æquali sint promoti, tunc ille præferendus est, qui excedit alium 5 merito vitæ, vel nobilitate, vel scientia. † licet alter fuerit ante promotus. 16.dist.sexta synodus.vbi gl.not. Archid. c.dist. qū 75.dist. c.fin. Si aūt sunt æquales quo ad promotiones,& merita personarum, ille præfertur qui primo ad dignitatem fuit promotus, vt probatur in præall. c.epūs. 17.dist.de ma.& obe.c.1. Et hæc sufficiant de isto ordine sedendi, vel subscribendi, ex quo satis patet, de consue.cui standum est.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale quem personarum numerum requirat.*
2 *Concilij minor pars, an possit maiorem in mora constituere, vt sola procedat,existente schismate.*
3 *Vniuersitatis ius potest esse in vno residente.*

De numero assistentium in concilio.

1 Sexto quæro quot personæ † debeant esse præsentes in concilio generali. Aduertendum ꝙ gl.in hoc videntur variare.nam gl.de elec.cum inter uniuersam. in ver.remoti. tenet ꝙ sufficiat præsentia maioris partis vniuersitatis.idem gl.de maio. & obe.c.fi. in uersic. præsentium.idem gl.de elec.licet.sed gl.63.dist.qn̄ dicit ꝙ requiritur præsentia duarum partiū.idem de his quæ fi. a maio.par.ca.c.1.idem de postu. præla. bonæ.2.doct.cōiter tenent ꝙ requiritur præsentia duarum partium,qui uolunt, debēt, & possunt interesse. & no Arch.in d.c.quanto. & fuit primo & postre.de ele. quia propter.& Inno.de elec. ecclesia.2. pro qua est tex.in d.c.quia pp.hanc partem sequitur Io.And. de his quæ fi.a maio.par.ca.c.1.per tex.10.q.1.hoc ius. idem glo. de arbi.c.fi.li.6.duab. aūt partibus sic cōgregatis, ꝙ facit ma2 ior pars congregatorum,est validum,ut no.in iurib.sup.alle. Sed dubium est an existente schismate in ecclesia,& duob. contendentibus de papatu, an minor pars congregata, possit constituere maiorem in negligentia , vel mora, ita vt illa non veniente,posit per minorem procedi. Et puto ꝙ sic,qa cum ecclesia careat vnico capite , saltem de facto pp schisma, & sic dicatur quasi vacare, cum non habeat vnū solum pastorem,sicut debet.7.q.1 factus est Cornelius.ergo ptās cōuocandi,prælatos ad concilium generaliter est penes quoslibet Archiepōs, & alios superiores,q̄tū ad suos subiectos. ad hoc 18.dist. si episcopus. Si ergo archiepiscopi vocant episcopos suos ad concilium, & ipsi non veniant in termino eis assignato,conuertuntur negligentes,& per consequens deuoluitur potestas ad accedentes ēt numero pauciores, iuxta no. 3 per Io And.de offi.ord.irrefragabili.pro quo facit, † quia ius uniuersitatis potest esse in vno residente.no.gl. ff.de ver.sig. l.detestatio.§.vnicus.& l. Neratius.eod.tit. ff.quod cuiusque. uniuer.l.sicut.§.vlti. no. de postu.præla.gratum. ad hoc facit 16.dist.sexta synodus.ubi patet ꝙ in concilio generali, quandoque fuit multitudo patrum,qn̄que magna paucitas.intantum quod.32.leguntur fuisse in concilio Laodicen.16.dist.c. sexta sinodus. ibi sexta Laodicen.Credo tū consultius esse ꝙ pars minor congregata alijs nolentibus accedere, pronunciet se constituere generale concilium , & in se esse iurisdictionem,quod pōt iudex facere.secundum not.ff.de iud.l.si quis ex aliena.per Bar.si quis in ius voc.non.ic.l.2.per Innoc. de dila.prætextu.de iud.cæterum. ubi aliquid per Moder.

SVMMARIVM.

1 *Ad concilium vocati nunquid in omnibus concilij actibus præsentes esse debeant.*
2 *Concilium iudiciarie procedens vtrum possit recusari,ut suspectum.*
3 *Alexander Magnus dicebat muscarum examina, nihil obesse paucissimis vespis.*
4 *Papa solus præesse debet concilio.*
Concilij sententia quomodo ferenda.
5 *Electione penes capitulum existente, qualiter eligatur.*

De præsentia vocatorum in Concilio.

1 Septimo quæro an oēs † de concilio debeant semper esse præsentes in omnibus actibus concilij. Inno.& Host.de præb.graue, videntur uelle quod necessaria sit præsentia omnium in actibus tantum prouincialibus, sicut esset in libelli oblatione, si aliqua causa esset uentilanda coram concilio.de libelli oblatio.capi.primo.de iudicijs.ca pit 1. idem in lit.contest.& allegationibus, quæ fierent hinc inde.ad quod.17.distin. §.hinc etiam 9.q.7.conuenientibus, idem si esset fienda commissio extraneis, testium . C. de fide instru.auctē.apud eloquentissimum.deniq; idem est in snīa arbitrali.arg.l.dist. studeat. de re iudi.non pōt. & c.cum ab uno lib.6 In alijs autem actibus sufficeret præsentia illorum qui sunt deputati,ut præsint concilio secundum Innocē.& Host.in præalle.cap.graue ad quod facit de statu mo.in singulis.Illud tamen certissimum est in causis tam ciuilib.quā criminalibus tractandis per conciliū,procedi debet secundū iuris & iudiciorum ordinem,secundum Inn.& Host.in d.c.gra2 ue.pro quo facit.c.1.de iudi.† An autem ubi concilium procedit ordine iudicario possit recusari ut suspectum.gl.tenet quod non in præalle.c.1.Sūmū tenet gl.in c.præallum singulis.de statu mo.ꝙ non examino hic, qa vī satis esse extra propositū,& tenet remitto me ad no.per Doc.in præal.c.1.de iud.vbi plene. Præmissa procedunt in iudicialib.agitādis in concilio. In alijs auctoritatib.in quib.nō proceditur ordine iudicario ut in præalle.§.hinc etiam 17.di.& in d.c.conuenientib.1.q.3. finaliter obtinet illud in quo maior pars concordauerit cū integrum sit iudicium,quod plurimorum snia confirmatur.de of.del.prudentiam § 1.13.di.extra conscientia.c.1.§.fi.de su.tri.nisi forte minor pars rationabiliores causas assignaret, quia illa pars sequēda esset, non enim semper multitudo arguit perfectionem.ff.de testibus.l.ob carmē.§.vlt.pro quo fa3 cit illud verbum † Alexandri Regis Macedonum, qui dicebat multitudinem muscarū nō officere vesparum paucitati.bene facit.31.di.Nicena. ꝙ no gl. de his quæ fi.a ma.par.ca.c.1 de electione.ecclesia.2.

Si autem dubitaretur an omnes de concilio sint iudices ordinarii, & per quem sit ferenda sententia.aut quibus verbis concipienda Innocent.refert duas, opi. contrarias. in d.c.graue.una est quod omnes sint iudices ordinarii causarum ibi tractandarū.2.q.6.placuit.& 1.q.9. episcopus & causa.11.q.2.si is episcopus.forte facit præal.c. de iudi. Alia est quod non sint iudices pro concordia potest dici,quod si concilium generale sit congregatum per papā, nō p facto suo,sed pro alijs negocijs ecclesiæ,& ipse sit in cōcilio,ipse est iudex,& alij prælati intersunt tanquam conci4 liares & assessores. † Nam solus papa est ille qui debet præesse concilio.de elec.significasti.nor. Host.de accu.qualiter.& in princ.de re iud.ad apostolicæ.§.nos itaque.l.6.ubi snia depositionis contra imperatorem Federicum papa pronūt. cum consilio fratrum suorum & concilii. Ad idem de homicidio.pro humani,quod est primum lib.6.neque potuit, papa sic iudicas, suspectus recusari,ut no.doct.in præall.c.1. de iudicijs.Ant concilium est congregatum pro hæresi Romani pontificis, tunc ad concilium spectat talem causam tractare,& fine debito terminare.17.di.§.hinc etiam.40.dist. si papa.no. Archi.de hæreticis.in fidei.li.6.& late.infra ciminabo.Hoc itaq. casu singuli de cōcilio nō sūt iudices,sed coniudices,qa ad uniuersitatē et vniuersitatē spectat,ad singulos ut iudices,sed omnes sunt piudices.argu.17.q.2.c.episcopus.§.qui manumittitur.ff. de in ius vocan.l.sed si hac.§. qui manumittitur.Ideo tunc verba formantur in plurali,qa dicitur,patres de concilio iudicant,vel placuit patribus,de concilio, potest etiam in singulari dictari sententia sub nomine tamen uniuersitatis,puta synodus iudicat, vel synodo 5 placuit,† simile est ꝙ dicimus de electione.quod quādo electio est penes capitulum,singuli coeligunt,non eligunt,ut no Inno.de off.ord.irrefragabili.licet.gl.ibi vt aliter sentire.& delegati.dati sine clausula ꝙ unus sine alio,non iudicarent sine coniudice.de off.dele.uno delegatorum. poterit etiam hoc casu proferri sententia per illum. Cui,alii præsentes,& mandan. committunt suas verbis pluralis numeri. dicendo nos,ut habetur desent,& re iudi,cum ab uno.lib.6.& no. Host.in d.c.graue.ut in singulari sub nomine vniuersitatis vt dixi.§. Debet autem adhiberi cautela ut de mandato,& commissione facta per concilium ipsi pronunciantis sit publicum instrumentum,quam cautelam ponit glo.in d.c.cum ab uno.Bū facit ꝙ no.in c.cū in iure.de off.del.no.sit fuit per scis tēporibus, quod quilibet ex patribus concilii se subscribebat in sententiæ,secundum ꝙ hī in præalle. §.hinc etiam. 10 dist.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale an & quando sit supra papam.*
2 *Sedes vacare dicitur,cum de papatu contenditur.*
Rectores requiruntur in uniuersitatum rebus uel pars magis sufficiens.
3 *Intellectus.c.si.papa.40.dist.*
Dubium facit permittere, quod alias non permitteretur.
4 *Compromissum potest fieri super matrimonio spirituali.*
Beneficiorum tituli sunt iuris positiui.
Prælatus cogi potest ad cessionem propter scandali periculum.
5 *Schisma totam ecclesiam tangit.*
6 *Sortes quatenus præmisse.*
Correctio fraterna extendit se ad papam.
Papa utrum sit arguendus a subditis aliquo casu.Et possit pro quocunque notorio crimine deponi num.7.8.1.9.2.1.
7 *Papa post mortem damnari de hæresi an possit,& a quo.* Papa

Papa accusatus de crimine,an teneatur se purgare,& possit uocari in ius sine permissione.
8 *Concilium legitime congregatum habet potestatem a Deo.*
9 *Hæresis vehemens est in papa , cuius crimina notorie scandalizant ecclesiam.*
10 *Successor est pars potestatis cum prædecessore.*
11 *Defuncto magis deferendum,qui se defendere non potest.*
13 *Papa propter hæresim,nunquid ecclesiæ caput,desinat esse.*
14 *Hæresi nullum grauius peccatum.*
15 *Schisma inueteratum fouens , dicitur hæreticus.*
16 *Hæretici respuunt sacros canones,& decretalium epistolas.*
17 *Sententia Romanæ sedis est præferenda sententiæ totius ecclesiæ,a qua non appellatur ad aliquem.*
Appellatio est ab inferiori ad superiorem.
18 *Papa in terris superiorem non habet.*
19 *Papa se habet ad ecclesiam uniuersalem ut inferior ad particalarem.*
Argumentum ab allusione vocabuli est ualidum in iure.
Vni soli compeťit quod per abundantiam dicitur.
20 *Multudinis maximum moderamen est ab uno regi.*
22 *Solem facula illuminat,qui plenitudini adiungere nititur.*
Sententia inferioris, superioris ius non tollit.
Intellectus c.nemo. & c.aliorem.9.q.4.
Clerus & populus sunt nomina collectiua.
23 *Papa accusatus an debeat de necessitate stare concilij iudicio.*
24 *Paulus in concilio Apostolorum , Petrum aberrantem cur non deposuerint.*
25 *Humilitatis virtus & meritum.*
26 *Subditi humiliter prælatis suis ad malum cogentibus remitti debent.*
27 *Papa duplicem gladium quomodo dicatur habere.*

De Concilij preeminentia.

1 His ita expeditis nunc, ingrediendū est illud mare magnum & procellosum,cuius fluctibus nauis Petri sepenumero quassata est,videlicet † an & quando concilium generale, sit, supra papam. & an ad eius possit depositionem de iure procedere. Et licet hanc quæstionem non inueniam per aliquem maiorum nostrorum in his terminis specialiter tactam,aut eximatam, sparsim tñ diuersi diuersæ senserunt,ideo spiritussancti gratia inuocata,multorū inspectis collectisque sententiis,subiiciam id quod mihi verius,& fidelius visum fuerit.Et ut ista materia clarius habeatur,ponam aliquas propositiones seu conclusiones, quas pro posse meo defensare conabor. Sit ergo ista prima conclusio. duobus de papatu contendentibus, utroque asseren. se papam , & alium inuasorem , concilium generale de tali controuersia cognoscere & iudicare debet. Ista conclusio probatur. 89. di.Si duo.ubi tex.dicit ꝙ isto casu ille erit papa , quem iudicium & uniuersitatis consensus elegerit.nomine autem uniuersitatis debet intelligi de tota vniuersitate fidelium, cuius papa est summus pontifex.de maiori.& ob. Solitę. 9. q.3.per principalem,cum infinitis similibus.Et pro hoc est gl.in præalle.c.si duo.ad idem 2.q.7.§.item Symachus.& 17.di.§.hinc etiam.ubi tex.dicit quod in hoc toto negotio, sententiæ synodalis arbitrii est sequenda præscribere. id est statuere, qđ alii sequantur.Et licet in prēalleg. §.hinc etiam non dicatur expresse quod esset schisma in papam , tamen in cronicis habetur ꝙ tunc fuisset schisma, ex eo quod Laurentius contēdebat de papatu cum Symacho.& in cōcilio de quo fit mētio in præallega. §.hinc etiam,fuit determinatum pro Symicho,& hanc partem tenet Archidia.18.distinctione placuit 2 † Ad idem facit ratio , quia ex quo contenditur de papatu , nec subest certitudo unius ueri & indubitati sponsi, satis potest dici etiam uacare, cum de iure non possit esse nisi unius. septima quęst.1 factus.est Cornelius,& habetur Ioan.10.erit unum ouile & unus pastor. Vbi tamen neuter posset plene administrare censetur ecclesia quasi uacans. argum. de translą.præla.cap.2.cum autem vacat ecclesia , tunc potestas debet remanere penes ipsam uniuersalem ecclesiam,quæ est fidelium congregatio. de consc.dist.1.Ecclesia.de Biga. debitum,de ele.fundamenta.lib.6.Illam autem ecclesiam concilium representat. 50.distinctio.domino sancto,ad fin.& licet non omnes fideles conueniant ad huiusmodi concilia generalia, sufficit quod ueniant magni prelati & alii principaliores,ad quod facit quod nota.Inno.de maio. & obedient. capitulo fi.ubi dicit quod in rebus uniuersitatum requiruntur rectores, vel pars magis idonea. bene facit .C.de iuramē. calum.l.2.§.sin autem.ff.de condi.& demon.l.municipibus. de pc.c.fi.vbi est bonus tex. Et si dicat̄ ꝙ ꝯ Papā nō pōt procedi ad depositionem nisi in causa hæresis, ut habetur.40.di3 stin † si papa. respondeo quod illud cap. debet intelligi qn̄ est unus pastor de quo non dubitatur an sit papa, secus quando sunt duo, & sic dubitatur vter eorum sit uterus pontifex, qa tūc rōne huius dubitationis, cōciliū pōt,& debet se intromittere.sic & alias,ratione dubij, quædā permittuntur quæ regulariter non permitterentur. 13.q.2. Non æstimemus.& ibi in gl.de rescri. super literis.in gl. de sepul. sacris. cum alias si nō diceremus concilium posse de tali causa cognoscere , satis posset periclitari ecclesia , quia non uidetur ad quem alium de iure possit aut debeat talis cognitio pertinere. de quo etiā latius dicam infra in tertia conclusione.

Iste autem est unus & primus modus tollendi scisma existens in ecclesia Dei,scilicet congregatio concilij generalis. quod qualiter istis casibus congregandum sit satis dixi supra.Ideo non replico. Alios etiam modos inuenio tactos per Doc. & maxime per Card.Floren. in præall.cap. licet, uidelicet si ambo contendentes de papatu,committant aliquibus de quibus concordauerunt potestatem discutiendi & pronunciandi de iure, uter eorum sit papa,quia hac sententia late,stari debet sine contradictione quæ commissio satis uī de iure fieri posse,quia pōt cedere papa papatui.de renun.c.1.li.6. multo fortius dare potestatem aliquibus cognoscendi an ipse sit uerus papa, putarem tñ bene factum ꝙ ista commissio tanquam res ardua fieret de cōsensu cardinalium,uel saltem de concilij s̄m obligationem uniuscuiusque.per ea quæ no.Io.mo.de reg.super eo. Et iste est secundus modus. Tertius modus esset per uiam compromissi,ut uterque ꝯtendens compromittat in aliquos de iure 4 tm̄, ꝙ fieri potest , quia & super † matrimonio spirituali pōt fieri compromissum.de elec.inter canonicos,de arbi.ex parte. uel de facto tm̄,quod ēt fieri pōt, quia licet alias super titulo beneficii non pōt transigi, super eo tñ,quia tituli beneficiorum sunt de iure positiuo,cui papa non est subiectus , de concess.præbē. proposuit. immo omnium beneficiorum est dn̄s.c.2.de præben.li. 6.Et in cle.si duob.ad fi.ut li.pend.satis potuerunt isti duo, quorum quilibet habetur in sua obediētia pro summo pontifice , tale compromissum facere de iure & de facto. cautum tñ est ut talia compromissa fiant consentientibus Cardinalibus utriusque collegii , ut sup. proxime dictum est, ꝙ uterque cedat libere papatui, quod possunt facere. ut in c.1 .de renun.li.6. & per utrunque collegium eligatur iterū alter eorum uniuersalis totius. Quartus modus est ut cessante cessione uoluntaria , & aliis remediis de quibus sup.uterque compellatur cedere. Nam qn̄ imminet periculum destructionis ecclesiæ, uel magni scandali , prælatus pōt cogi ad cessionem. ita no.Inno.de renun. §.propter malitiam.& bene facit quod no.7.q.1.scias.in gl.fi.& c.episcopus de dolo,in gl.fi.per Arch.63.dist.c.1. per Host. de rerum permu.quæsitum. Et licet iura prędicta loquantur de prælato inferiori, nec vllam mentionē faciant de papa, tñ isto casu maior ratio est in eo vt compellatur ad cessionem,quia hoc scā5 dalum schismatis concernit totā ecclesiā, † & publicam vtilitatem omniū Christianorū. Istis vero renuntiantibus. prouidendum eset vnde statim se ipsos posent sustentare , vt in simili no.Inn.in præalleg.§.pp malitiam. Quintus modus est ꝙ vterque pontificum cū suo capitulo decernat,quod se moriente,vel cedente,nō possint Cardinales ad alterius electionē procedere, & electio sit nulla,sed teneantur vel adhærere superstiti tanq̄ papæ,vel eius mortē expectēt aut cessionem. Et tunc vtrunq; collegiū simul continens,vnū verū & indubitatū eligant pastorē. Iste modus tñ non multū placet,quia nō tollit scisma in breui, licet aliqn̄ tollat post mortem vel cessionē. Sextus modus poset ese qđ res subiiciat̄ sorti. & licet sortes videant̄ ꝓhibitæ de sorti.c. 1. & ꝑ totū.26.dist.ꝑ totū.illud est intelligendū qn̄ vtunt̄ sortib.ad præscientiā, & diuinationē futurorū, vt ibi patet, sed ad tollendū cōtrouersiā, & discordiā non videntur prohibitæ vt no.gl.21.di. cleros. facit quod no.gl.in l.fi.in prin. C. de lega.vnde ēt vestis Christi fuit subiecta sorti.vt no.glos. ff.fa.er.l.si quę sunt cautiones.

Circa istam tertiam conclusionem, an aliquo casu papa possit deponi.adde beat. Tho. in 4. dis.2.q.12.ubi dicit quod q̄uis pręlati a subditis sint corripipiendi, nō est ab eis pæna in fligenda, sed recurrēdum est vel ad supiorē, denūtiādo, vel si nō hēt superiorē,recurrāt, ad Deū, ut ecclesiæ det, vel de medio tollat. Et hoc dictū alle.Cardi.sancti Sixti.in suo tra.de papa.q.ulti. Adde ēt beatū 6 Tho.2.2.q.33.arti.4. ubi dicit ꝙ † correctio fraterna extendit se ad papā, & probat temperans dummodo sit reuerentia facta, per illud apostoli primo ad Thimo.5.Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Et ideo Dionysius redarguit Demophilum monachum, quia sacerdotē irreuerenter corripuit eū percutiens, & de ecclesia eiiciens a sese.hoc Card. ver.6.q.62.& utrum papa aliquo casu sit publice arguendus a subditis,ponit beatus Tho.super epistolis ad Gala.2.& in 4. dist.14.& de eo meminit ad literam Card.versi. 6.quæstione penu.vide eum onino.item de ista materia vtrum papa possit pro quocūq; crimine notorio deponi , vide disputatiue ꝑ

Ang. de Ancho. in libro de potestate Ecclesiastica. q. 5. cuius dicta ponit Arch. floren. in secunda parte tertię partis. in rubri. de statu summorum pontificum. & concordant congruētissime Petro hic quos cum vidisse suspicor. dixi in quibusdā nacis extractis Theologiæ, super potestate papæ. in rubri. 12. iudei. Et uide do. Abb. in c. significasti. in 2. & 3. colum. de electio. & in c. proposuit. in 7. colum. de concess. præb. & quod dixi. in c. si papa. 40. di. & d. Abb. in c. licet. in vlt. colum. de electi. & uide gl. sing. & dixi in c. præsiden. quæst. 4. Et pro cuius gl. in c. aliorum. 9. dist. 20. q. 4. felicius. & no. quod iste in hoc passu excellit omnes & seipsum. Item in ista materia vide ꝙ dixi, post, Ang. de Ancho in c. omnes. in 2. colum. de pœnit. & remiss. & post Abb. in c. significasti. 7. colum, de fo. compe. & in c. cum inferior. in 3. col. de maio. & ob. Item uide Host. in c. nondum. de consan. & affini. † quod non est sine peccato maledicere papam, & vide tex. & gl. & Domi. in c. nunc aūt. 21. dist. ubi habetur quod si papa vult corrigi, non potest deponi. dicunt Host. & Io. And. in capit. proposuit. de concessi. præben. quod post mortem, papa potest damnari de hæresi, & quis iudicet de sua hæresi, no. Innocen. in cap. ex parte. de verb. signifi. in cap. sicut inquit. 2. qō. 7. Et papa accusatus de crimine non tenetur se purgare. uide tex. & Domi. in c. mandastis, ut scriberem vobis. 2. qō. 5. Et vide colle. in c. ex parte de constit. alias in cap. ex literis. Et not. quod eo casu quo papa potest ab alio iudicari, non potest in ius vocari sine pmissione veniæ. ita dicit. d. Anto. in c. cum venissent. in 1. col. de iudi. Et de ista materia vide per auditores Rotæ in vers. si papa. & pro hoc Ioan. And. in c. in fidei fauorem. de hære. in 6. & Domi. in c. sedulo. in fi. primæ colum. 38. distin. & in cap. si papa, in 1. arti. nota 40. dist. Et in ista materia faciunt Seneca in li. de virtutibus. ne te inquit in altiori sede ponas in qua statim cedendum est. Et facit quod scribit Hieronymus super Danielem. Excelsa periculosius stant, & citius corruunt sublimia quam stant. Et Ouid. li. 9. de tristib.

Tu quoque formida nimium sublimia semper.
Propositoque tuo retrahe vela precor.

Et secundo Methamorphoseorum.

Vix vlla potentia longa...

Item uide Bal. in extrauag. de pace constan. in uers. imperialis. ubi dicit quod papa supra se correctionem non habet. Et hic nota. quod plene examinatur per Card. sancti Sixti in libro de ecclesi. & uide Imo. in tex. cum pridem. in 16. colum. de renū. omnino. item scias quod hæc optime declarantur ubi ea diligenter & copiose uidere poteris per Card. in repetitione. c. licet. de elec. quod † pro crimine scandaloso potest deponi in concilio. Idem per alios alibi cōtra ipsum Mona. in cle. ne Romani. fol. 1. Quod Papa posset deponi uide tex. nos si incompetens. §. sic & Ambrosius. uers. item Hieronymus. Refert 2. q. 7. & uide alios in ista materia quorum dicta non refero quia longum esset. Item quod papa contra cōcilium est iste. sed & latissime Moder. in cle. ne Romani. in 3. carta. usq. ad 18. de elect. 11. sunt argumenta pro papa. & pro concilio multum faciunt alia per alios aliis in locis relata. Adde aliqua per Modernos in cap. olim de rescrip. in vigesimasecunda columna, cum tribus sequentibus, & uide Platinam fol. 260. ubi dicit aliquando fuisse statutum quod concilium legitime congregatum haberet potestatem a Deo, ideoque papam illi subijci. & uide Archiepiscopum in secūda parte fol. 162. ubi ponit casus quibus concilium præest papæ, contra quos dicit regulam esse. quod not. & pulchre fauet Euge. papæ contra eum sentientes quando concilium cognoscat de hæresi Papæ. late per Alber. in rubr. de hære. ut ipse dicit in uer. concilium. & contra Eugenium & pro depositione de eo facta late scribit Abb. in sermone, quoniam ueritas. ad finem. Et dicit ibi in secunda colum. quod uehemēs hæresis est † in papa cuius crimina notorie scandalizant ecclesiam. De materia concilij supra papam. gl. proxime. folio 20. late iuxta illud. Super uestem meam miserunt sortē. pro hoc est bona gl. 26. quæst. 2. cap. primo, ubi pro tollenda dubitatione, uel sedanda discordia licet procedere per sortes. quod not. Septimus modus est ut obedientes istis pontificibus subtrahant se ab eorum obedientia, & conueniāt Cardinales, & unanimi consensu uerum pastorem eligant. hos modos ponit Card. floren. in præal. cap. licet. de quibus uidendum ibi plenius per eum.

Secunda conclusio principalis est, si de hęresi Romani ponti. contenditur, generale concilium de huiusmodi causa potest & debet cognoscere, & iudicare Ista conclusio pbat in illo vulgato tex. 40. di. si papa. ubi hr̄ in tex. & gl. & ibi per Archi. Item no. Spe. in spe. de accu. §. item papa. idem Hostien. in summa de accusa. §. quia pœna. ubi deponitur, etiam probatur. 15. dist. sicut in sancti. in gl. & gl. 25. q. 1. sicut quidam 19. dist. Anastasius. & ibi in glo. 21. dist. nunc aūt. facit. 17. dist. §. hinc et. Procedit autem ista conclusio qn̄ agitur de hęresi papæ uiuentis. Quid autem esset si agetur de hæresi papæ mortui propter damnandam eius memoriam, an cognosceret concilium, vel Papa succedens prę mortuo. † Ista quæstio fuit de facto tempore Clementis quinti. coram quo impugnabatur de hæresi memoria Bonifacij papæ octaui. Et tunc quidam dom. Ricar. de senis. Diaconus Cardinalis tituli sancti Eustachii allegabat, ꝙ conciliū deberet cognoscere, qa cum sit successor pars potestatis cū prædecessore. non debet hr̄e in eum imperium. ff. ad treb. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. de arbi. l. nam & magistratus. de ele. innotuit. cū si. Item quia causas Papæ Deus iudicio suo reseruauit, papa iudicari non pōt. 2. q. 5. consuluisti. 34. dist. habuisse. 35. q. 6. si duo. Item ex hoc posset sequi magnum scandalū pp prælatos per eum promotos, vbi autem scandalum timetur, vindicta Dei iudicio relinquatur. 4. dist. denique. 1. q. 7 quoties. 24. q. 4. Non potest. Item si uiuente Papa concilium cognoscit de eius heresi, ut dixi supra, multomagis & fortius eo defuncto, quia grauius delinquitur in defunctum, quam in viventem. argu. C. de sepul. vio. l. qui sepulchra. † Et magis defendendum est defuncto qui se defendere non pōt. ar. ff. de interroga. act. l. & quia institu. qui manumitte. non pos. §. 1. item sic seruatum de hæresi defunctorum, ut patet de hæresi Nestorii in Ephesina synodo damnati. deinde in Calcedonē. 15. dist. sancta. C. de hære. l. damnato. & l. qnicunque in prin. idem fecit Alex tertius, qui congregauit Lateranense cōcilium. de schisma. c. 1. li. 6. est ergo eorū vestigiis inherēdū. 25. q. fi. decessorum. de iura. cal. inhærentes. & licet hæc pars videatur fortib. rationib. munita, fuit contrarium tn̄ seruatum per Archi. in c. in fidei. de hære. li. 6. qui tenet quod de hæresi papę mortui cognoscere debet successor. Sed aduertendum ad principale propositum posset dubitari, quæ sit ratio quod in causa hæresis concilium potest contra papam procedere. dico rationem esse quia eo ipso præcisus est ab ecclesia, & desinit esse caput ecclesię, quia qui non credit iam iudicatus est. Nam est dubius in fidelis, præsupposita igitur infidelitate, in papa, sequitur ipsum non esse amplius papam. unde cum desinit esse caput ecclesię. & consequenter, amittat potestatem sibi datam a Deo, non est mirum si concilium potest, eum priuare Et sic talis sententia magis est declaratio iam priuati, quam noua priuatio. argum. ff. de arbi. l. quid tamen, §. si arbiter. ff. si serui. ven. l. sicut. §. sed si quæratur. † Quod autem propter hæresim papa desinit esse caput ecclesię, probatur per illud Deuterono. 16. non poteris alterius gentis regē, facere qui non sit de fratribas tuis. itē quia extra ecclesiā nō pōt habere claues ecclesiæ. tex. est ualde pulcher, & omnino videndus. 24. q. 1. audiuimus, ubi multis auctoritatibus, hoc deducitur. Bene facit quod no. per glo. & docto. in c. fi. de ord. ab episcopo qui renum. episco. Nec obstat huic conclusioni, & præmissis, c. nunc autem. 21. dist. vbi concilium non deposuit Marcellinum papam. qui tamen hæreticus dicebatur, quia dicendum quod illud fuit sibi factum ex dispensatione,. vel ideo quia Marcellinus erat paratus corrigi. ut ibi no. glo parato autem corrigi ecclesia nunquam claudit gremium, ut habetur de hæreti. super eo. libro sexto. Vel tertio dic quod Marcellinus non fuerat hæreticus, licet idolis sacrificasset, quia hoc non fecerat uoluntarie. sed coactus metu tormentorum, ut ibi patet in tex. & gl. ideo non fuit iudicatus per concilium tanquam hæretticus, sed tantum dictū est, ut ipsemet iudicaret cām suam, ut ibi habetur. Additio (Habes hic vnum casum in quo papa potest deponi scilicet si sit hæreticus. in quo casu omnes doctores conueniunt, per capitu. si papa. nec immerito, quia † nullum peccatū est grauius hęresi. 23. q. 2. cap. primum. in principio. 32. q. 5. quid in omnibus. Adde quatuor alios casus, & erunt quinque. Secūdus quando papa sponte concilio se subijceret, tunc a cōcilio iudicari posset. 2. q 7. nos si incompetenter. in principio sic fecerunt Petrus apostolus 2. q. 7. Petrus, Damasus. 2. q. 4. c. mandatis. Leo eadem causa. & q. auditum, & Gregorius eadem causa. & quæst. capit. recte. qui iudicio concilii se supposuerunt. Tertius casus quando Papa confitetur peccata sua confessori suo, qa illi subiicitur. ut voluit gl. in c. nemo 9. q. 3. quæ ponit. hos tres casus, & de hoc tertio casu vide Felyn. in cap. ecclesia sanctę Mariæ de conse. ver. an autem, & qualiter. col. 3. & dixi satis copiose in mea repetitione. c. oēs vtriusq; sexus, de pæ. & remi. quā direxi ad reuerendissimum in Christo patrē ac do. dn̄m Ioannem Aurelianen. Archiepiscopum Tholosanū. Quartus est vbi esset schisma inter duos cōtendentes de papatu sentit gl. in c. fi. 69. dist. Cardin. consilio centesimoquinto. quæsitum sepæ fuit, primo dubio. Panormita. in capitulo quia diligentia columna prima de electio. Quintus casus quando papa esset incorrigibilis in aliquo notorio delicto, pro quo ecclesia scandalizaret, ut voluit glo. in dic. capitu. si papa, de qua maximum fuit factum fundamentum contra Eugenium quartum in concilio N. chalmot doctor Pictauiensis.) Concludendo igitur dico pro intellectu, † quod talis sententia lata per cōcilium contra papam hæreticum magis est declaratoria potestatis iam ab ipso papa abdicatæ quam noua, inductiua depositionis seu abdicationis, vt dixi. Et quibus infero idem esse quando proceditur cōtra duos contendentes de papatu, uidelicet quod talis sententia sit declaratiua. Nam aut dicimus vtrumque contendētem esse uerum pontificem, & hoc est impossibile, & erroneum, quia unus tantum debet esse summus pontifex. 7. q. 1. factus est Cornelius. Ioannis decimo. Erit unū ouile & unus pastor, nota gl. in clement. ad nostram, de hęreticis. Et sępius dixi supra. Aut dicimus neutrum esse verum pontificem, & adhuc patet quod talis sententia potius declaret neutri ius competere, quam competens tollat. Ex quo dicimus nulli competere ius, aut dicimus alterum esse verum, & alterum inuasorem, seu adulterum. Et adhuc idem, quia sententia lata contra adulterum esset tantum declaratoria, quod nullum ius ei competit, fateor tamen quod contra uerum apostolicum, nutrientem ac fouentem schisma inueteratum, & impedientem unionem ecclesiæ, posset concilium procedere, sed tunc procederet contra eum modo quo dixi contra pontificem hæreticum procedi posse. † Nam fouens schisma inueteratum potest dici hæreticus, quia facit contra illum articulum fidei. Vnam sanctam &c. ut not. gl. in præallega. clem. ad nostram. & 7. q. 1. §. hinc etiam in gl. ma. Nam schismaticus intendit sibi constituere ecclesiam, & uniuersalem ecclesiam impugnare. facit. 24. q. 3. inter schisma, ubi pōtifex persistens in schismate non dicitur tantum schismaticus, sed etiam hereticus, & ibi est de hoc bona glo. in uersicu. schisma. de quo not. per beatum Thomam, secunda secundæ. q. 2. artic. 1. Dicitur autem persistens, si non est paratus corrigere se, & quantum in se est schisma euellere, de summa. trin. c. 2. ad fin in clem. 1. §. porro. in uersic. pertinaciter, & qđ ibi no. in glo. de sum. trin. pro hoc. 24. q. 1. schisma. & duobus. c. seq. Et dato quod nulla iura super hoc inuenirentur, quilibet sanæ mentis diceret quod duo de papatu contendentes, & schisma nutrientes, sint extra unionem ecclesiæ, & per consequens contra & extra ecclesiam, quia non potest esse nisi una ecclesia si habet schisma. 24. q. 1. pudenda, ideo licet concilio procedere contra tales ad talem sententiam declaratiuam, de qua supra. Et per præmissa multum notabiliter patet intellectus ad illum uulgatum canonem 40. distinctio. si papa, qui sæpe in medium per multos allegatur, & minus bene intelligitur.

Tertia conclusio est papa † pro nullo alio crimine etiam si incorrigibiliter, & notorie scandalizaret ecclesiam potest per concilium quouismodo deponi. Ista cōclusio probatur primo iure positiuo deinde iure diuino, quamuis apud quosdā minus bene scientes in hac materia respuantur sacri canones summorum pōtificum, & epistolæ & decretalium, quæ tamen sunt ab ecclesia approbatæ, ut habetur. 15. distin. in canon. sancta. §. item decretales. unde non debet quis ausu temerario eas abiicere, aut eis fidem non adhibere, quia hoc non esset sapere ad sobrietatem, sed sapere plusquam oportet, quod est contra apostolum ad Roman. 12. Et habetur transumptiue de renun. capit. 1. libro 6. 43. dist. sit rector. Ideo incipiendo a iure positiuo, clare ut spero deducam potestatem papę esse supra concilia generalia, excepto casu hæresis, & per consequens in nullo alio casu papam posse per generalia concilia deponi. Primo itaque probatur hoc. 24. q. 1. quodcumque, in gl. ꝙ sententia Romanæ sedis præferenda est sententiæ totius ecclesiæ, clarum est autem quod per sententiam Romanæ sedis debemus intelligere sententiam papæ qui sedet in cathedra Petri. Ipsa enim sedes non loquitur nisi per Papam qui est in ea, ut de se patet, & sic illa glo optime probat. quod papa est supra concilium. Secundo idem clare probatur. 9. q. 3. cuncta per mūdum, & 2. q. 6. placuit. † ubi a sententia papæ nō appellatur ad aliquem, ergo papa non habet in terra superiorem. Si enim diceremus concilium esse supra Papam, sicut quidam, peruertentes omnia iura, dicere audent. Certe licitum esset a sententia summorum pontificum ad ipsum cōcilium appellare. Ex quo datur secūdum eos superior, & appellatio est ab inferiori, ad superiorem, ut not. Bar. ff. de appe. l. 1 bene facit de consue. c. 2. li. 6. immo quod plus est, & pauci aduertunt tex. in præallegat. c. cuncta per mundum, qui notabiliter pbat quod papa est superior, per iura supra inducta, & quos synodus ligat, papa absoluit & dicit iste text. qui ut ibi dicit gl. debet intelligi de synodo uniuersali & generali. Tertio ad idem facit. 2. q. 6. ad Romanam, ubi ab omnibus appellandum est ad Romanam sedem quasi ad matrem, ut eius uberib. nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressionibus releuentur. Quarto pro hoc est optimus tex. cui indubitanter responderi non potest. nona, quæstio. tertia, ipsi sunt. ubi text. dicit quod appellationes totius ecclesię deferuntur ad papam. Sed clarum est ꝙ concilium est tota ecclesia repræsentatiue. ergo a concilio ad Papā appellabitur. Ex quo sequitur qđ cū appellatio ex sui substantia fiat ad supiorē ut dixi supra, papa est supra concilium subdit ēt ille tex. ꝙ a sn̄ia Papæ nunquam prorsus appellatur. no. verbum nunq̄ prorsus. quasi sentiat ꝙ nullo modo & nullo casu appelatur. Ex quo infertur † quod in terris non habet superiorem, ideo male faciunt qui a sententia Romani pontificis appellāt ad concilium. Credo enim per pręmissa quod talis appellatio sit funditus nulla, quia non fit ad superiorem. & sic deficit vnum de substantialibus appellationis. vt patet ex supra deductis. (Non valet appellatio a papa ad concilium. Vide Panormitan. & alios in diuersis iuribus supra allegat. N. Chalmot.) Quinto pro ista superioritate papæ est bona glo. in præ allega. c. cuncta per mundum. quæ vult quod si cōcilium cū Cardinalibus esset pro vna parte, solus papa pro alia, præualeret quod solus Papa dispōeret. Sexto facit ratio, illud quod alteri præstat robur, essentiam, & auctoritatem, & sine quo illud nō potest in esse subsistere, est superius illo cui præstat robur, & esse, vt de se est notum. Sed Romanus pontifex sua auctoritate dat esse & robur conciliis generalibus, ergo illis est superior, alias non uideo rationem quare iura omnia ita exacte & diligenter ad validatem generalium conciliorum auctoritatem papæ requirant, vt patet. 18. disti. per totum. adeo qđ aliter facta, non dicantur concilia, sed conciliabula. vt dicit tex. 17. dis. multis. Septimo videtur expressum de electio. significasti, vbi tex. clare dicit quod concilia non possunt pręfigere legem Romanæ ecclesiæ, immo dicens contrarium vr̄ resilire ab vnitate ecclesiæ & a sedis apostolicę obedientia. Nam in omnibus concilijs, Romanæ eccle. semper intelligit̄ excepta auctoritas, vt ibi dicit text. ex quo videt̄ denotari superioritas Romanæ ecclesiæ ad concilia generalia. Octauo est tex. expressus qui non potest cauillari in cap. licet. in fi. de elec. vbi text. dicit quod si in Romana ecclesia spetiale aliqd constituitur, quod non potest haberi recursus ad superiorē. Certe si cōcilium esset supra papam & Romanam ecclesiā, male diceret ille tex. ꝙ non possit haberi recursus ad superiorem. † Nono hæc pars probatur tali ratione. sicut se habet pōtifex inferior ad suam ecclesiā inferiorem, ita se hēt summus pontifex ad ecclesiam vniuersalē cui præest auctoritate Dei. vt supra deduxi. in 1. conclusio. hoc patet, quia quod iuris est de toto quo ad totū, idem de parte quo ad partem, & ecōtra. ff. de rei ven. l. quę de tota. de offi. delega. pastoralis. §. itē cū nō totum. sicut ergo in vno speciali populo Christiano requiritur vnus episcopus qui sit superior in illo populo Christiano, ita in vniuersali ecclesia Christi, oportet ꝙ sit vnum totius ecclesiæ caput, supereminens toti ecclesiæ, alias Christus defecisset ecclesię suæ, quod dicere, videtur absurdum & contra illud qđ hr̄ Esa. 5. Quid vltra facere debui vineæ meę, & non feci. Decimo validū est argu. in iure ab allusione vocabuli. 21. disti. cleros. de præben. cum secundum. ff. si cer. pet. l. 2. §. appellata. Sed papa dicitur summus, vt patet intelligenti terminos, quod enim per abundantiam dicitur, vni soli competit. vt dicit Aristote. facit de iureiur. l. cū forti. & ff. de verb. ob. l. vbi autem nō apparet. in prin. Vndecimo facit quod potestas quam habent concilia generalia faciendi constitutiones & decreta, est illis data per papam, glo. est valde notāda l. distin. dn̄o sancto. in versi. conciliorum. Ergo papa est supra concilium. Nam ad eum pertinet interpretatio & declaratio decretorum, & cōstitutionum factarum in conciliis. vt not. glo. 17. distin. Nec licuit. Sed quoties ad aliquem recuritur vr̄ superior. argumentum. C. legi. l. 1. de iudi. Cum uenissent. ergo &c. Duodecimo pro hac superioritate facit ratio, si. n. diceremus sicut multi, pace eorum, minus bene intelligendo dicere voluerūt quod papa haberet ptātē ab ecclesia, cū eiusdem sit tollere, cuius est condere. & in præallega. l. prima. C. de legibus. tunc sic sequeretur. † quod ecclesia posset papalem dignitatem per eminentem causam de mundo tollere, hoc aūt qui dixerit, maxime conuincitur errare, quia ecclesia non potest id facere, ex quo vnitas est a Deo instituta, vt pulchre habet. 24. q. 1. loquitur. Et Ioan. 10. Erit unum ouile & vnus pastor. Immo dicere contrarium esset hæreticum, per glos. in præallega. clementi. ad nostram. non ergo posset facere ecclesia ꝙ in ea non esset papa aliquis, qui esset oībus superior, & qui esset Christi vicarius & Petri successor. quod tn̄ posset facere si hanc pręeminentiam constituisset, secundum præmissa. Decimotertio si ipsa haberet autoritatem ab ecclesia, hoc esset per aliquod concilium gn̄ale, quod repręsentat totam ecclesiam, sed hoc non potest esse, quia concilia generalia a papa recipiunt autoritatem. vt clamant iura omnia vt supra sępius dixi ergo non potest ei dare autoritatem a quo recipit, alias esset perplexitas non intelligibilis, & quod papa non habuerit potestatem a conciliis, est tex. expssus.

sus.20.di.Quamuis. cui non potest responderi, Decimoquarto quod papa sit supra concilium tenent multæ glo. quas hic allego. vna est in c.penult.de capell.monacho. Alia est in clement.ne Romani.de electio. Alia quæ est ualde not.in c. ubi periculum.de elect. li.6. Decimoquinto, nam non est dubitandum regimen esse dispositum, quia dispositum fuit per eum per quem reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Prouerb.8. optimum † regimen multitudinis est qđ regatur per unum, qui omnibus præsit, ut dicit Ari.12. Meth. & probatur.7.q.1.in apibus. Hic autem est Romanus pontifex regens & gubernans ecclesiam, cui soli dictum est, tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos, vt habetur Lucæ. 22. Et hanc partem tenuit beatus Thom.in summa, contra gentiles.lib.4.c.77. Decimosexto de hac superioritate est pulcher. tex.19.di.ita Dominus, ubi dicit quod Christus in beatissimo Petro apostolorum omnium summo, principatum ecclesiæ collocauit, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua uelut in corpus diffunderet. Petrum autem ibi appellat caput, apostolos autem uocat corpus, & sic ecclesiam quæ est quodā corpus significat. Cum itaque Petrus fuerit summus omniū apostolorum. ut supra dictum est, & per apostolos significatur corpus ecclesiæ, sequitur manifeste quod papa qui est successor Petri est supra ecclesiam. Et bene aduertāt ad illum text. in fin. dist. unde hanc Petræ istius firmitatem sacratissimam Deo, (ut dicimus ędificante) constructam nimis impia uult præsumptione uiolare, quisquis eius potestatem tētat infringere, fauendo cupiditatibus suis &c. per hoc allego aliū tex. iuncta.gl.24.q.1.audimus, ubi tex. dicit, quod Petrus pro omnibus, & præ omnibus accepit potestatem, exponit glos. pro omnibus ad denotandum unitatem, præ omnibus ad denotādum prælationem & præeminen. Et quod papa sit superior, tenet beatus Thom. secunda secundæ.q.105.ar.1.ubi format subtilem rationem, quam uide ibi per eum, & per glo. in cle. ad nostram.de hęre.

22 Plura alia ad conuincēdam hanc superioritatem adduci possent, † sed non est necesse solē facibus adiuuare ut eleganter dicit Host. in c.per uenerabilem, qui filii sint legit. neque adiunctione indiget plenitudo. 6. q. 1. Si omnia. 26.distin. bene quidem. Ideo ista sufficiant. Ex quibus satis patet probatam esse hanc conclusionem. Si enim Papa habet maiorem & pleniorem potestatem supra concilium, non poterit concilium sua sententia papam deponere quia sententia inferioris non tollit ius superioris, de maiorit. & obed. cum inferior. ff. de mino. l. minor autem magistratibus. Sed omissa etiam hac superioritate, aliis modis etiam cōuincitur ueritas conclusionis, uidelicet per c.nemo.in c.aliorum.9.q.5.ubi sunt tex. expressi, quod papa omnes iudicat, & nemo potest eum iudicare, quibus respondebat unus ex reuerendissimis Dominis Cardinalibus. dicens, quod illa iura prohibent Papā ab uno solo iudicari, ex quo loquitur in singulari, dum dicunt nemo primam sedem &c. Sed certe parcat mihi reuerentia sua, illic tex. pręallegat. c.nemo, non singulariter solum, sed etiam collectiue prohibet papam iudicari, dum subdit, neque ab omni clero neque ab omni populo, clarū autem est quod clerus, & populus sunt nomina collectiua significantia totū populum Christianum, qui in duo genera hominum diuiditur, uidelicet in clerum, & populū, 26.distin. duo sunt, & sic ille tex. clare probat, quod nec a cōcilio potest iudicari. Ad idem facit.21. dist. nunc autem, ubi licet Marcellinus scandalizasset ecclesiam, ex eo quia summus pontifex ipse sacrificijs Paganorum se immiscuerat, tamen a concilio non fuit depositus, sed huic facile posset rñderi, secundum gl. ibi, quod illud ideo fuit quia paratus erat corrigi, ideo ad ueritatem non multum probat ille text. ad

23 idem, 2.q.5. mandastis, ubi tex. clare probat † Papam accusatum non debere de necessitate stare iudicio cōcilii, licet posset si uelit se purgare coram concilio, nec propterea quod aliquis pontifex se purgauerit, sicut Marcellinus, in præallegato capitulo nunc, & text. in præallegat. capitulo mandastis, per hoc uidetur imponi necessitas aliis pontificibus hoc faciendi, sic uoluerunt secundum quod dicit text. in præallegato capitulo mandastis. Ad id facit quod legitur in ueteri testamento. 1. regum.24. & 26. ubi habetur quod licet Saul rex esset iam factus indignus regno, propter notorias impietates suas, Dauid tamen noluit eum capere aut interficere, cum tamen facere potuisset legenti historiam, dixitq; Dauid, nisi dominus Deus percusserit eū, aut dies eius uenerit, nō morietur, aut descendes in prælio perierit, propitius sit mihi dñs, ut nō mittam manum in Christum dñi. Itē non extendam manū meam in dñm meum, quia Christus dñi est. Ecce ergo ꝙ quāquam Saul rex esset iniquissimus, Dauid persequeretur, qualiter noluit Dauid in eū insurgere, appellans eum improbissimum hominem, Christum domini, sed potius eum iudicio Dei derelinquit, dum dixit, iudicet dñs inter me & te, vlciscatur dñs me & te. Quid ergo latrabunt aut aduersus hoc exemplum clamabunt hi, qui ex quolibet notorio crimine volūt papam, qui est Christus dñi, a sede sua deponere? Ad idem facit, clarū est quod papa habet potestatem a Deo, vt supra plenissime in 1.q. deductum est. & sic papa est a Deo, sed quod a Deo est homines nō possunt dissoluere, ne forte videantur repugnare Deo, vt hr̃ Act.5. ergo. &c. Ad idem facit quod habetur ad Gala.2. transumptiue.2.q.7. Paulus. vbi Petro apostolo notorie scandalizanti ecclesiam, & cogenti homines iudaizare, vt dicūt illi tex. Nam & Barnabam & alios multos ad hoc Petrus induxerat, vt comederent cum iudęis. Paulus restitit in faciem, & eius morem impugnauit, secundū quod ibi plene

24 legitur. † quæ est ratio quare ibi Paulus conuocato concilio apostolorum, & aliorum Petrum cogentem homines iudaizare non deposuit? Certe nulla alia vrgens ratio potest assignari, nisi ꝙ illi qui a spiritusancto, non uirtualiter, sed effectualiter ducebantur, sciebant se nō posse quod a Christo institutum fuerat, quouismodo immutare. Ex hoc ergo dico quod vbicunque papa tale crimen committit, pp quod ipse non sit alienus ab ecclesia, nec extra ecclesiam constituitur, sicut est omne aliud crimen præter hæresim, non potest etiā a toto mundo deponi. Potest tamen exemplo Pauli, papæ turbanti ecclesiam resisti, & obuiari, ne contaminet seu scandalizet ecclesiam. Et hoc est ꝙ singulariter voluerunt Inno. & Ioann. And. in capitulo inquisitioni. de sentent. excommunicatio vbi dicunt quod si papa pręciperet aliquid quod esset contra vniuersalem statū ecclesię non esset illi obediendum, immo resistendum.

Et sic nota quia non dicit eum pp hoc deponendū, quod tñ intelligo qñ sine cā illud præciperet. Si aūt subsistente magna cā hoc faceret, tunc non esset ei resistendum, immo obediendum. ita no. idem Inno. in ca. quanto. de consue. vbi ad literam dicit ꝙ subsistente magna cā, & aliis not. papa potest contra vniuersalem statum ecclesiæ. pro his allego bonum tex.19. dist. In memoria beati Petri apostoli honoremus sanctam Romanam ecclesiam & apostolorum sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ rationis magistra. Quare seruanda est tanta mansuetudine humilitatis, & licet minus ferendum ab illa sede imponatur, iugum tñ feramus, & pia deuotione tolleremus &c. Erubescant itaque, & a seipsis confundātur, qui pp crimen aut errorem Romani pontificis, ipsum aut eius sanctissimam sedem volunt deponere, ferantq; hu-

25 militer quod ab eo præcipitur, licet graue videat. † De cuius humilitatis virtute & merito, ego allego bonam glo. in cle. 1. de relig. domi. quæ est omnino videnda contra istos qui aduersus stimulum, calces volentes erigere, tñ bonum perdūt humilitatis. Qualiter autem, aut quibus modis papæ scandalizanti & turbanti sine cā statū resistendum sit, infra subiiciā, nunc prosequendo adhuc istam materiam, probo eandē cōclusionem aliter. pro qua bene facit.2.q.7. oues. vbi tex. dicit, ꝙ oues subiectæ pastori non possunt eū accusare, nisi deuiet a fide, possunt eum tñ reprehendere, & ei resistere, quod de papa & concilio recte verificatur. ipse enim est pastor, conciliū autem est ouile. Ioan. 10. Erit vnum ouile, & vnus pastor. ad idem eo. c. & q. Petrus vbi licet quærimoniæ multæ fierent contra Petrum apostolum, & ipse se excusasset, hoc fecit ex humilitate. potuisset enim ut ibi habetur ex potestate sibi cōmissi officii dicere, oues pastorem suum nō accusent, sic, cū papa loco Petri successerit, potest concilio dicere, oues pastorem suum non accusent, & per consequens multominus deponant. Fateor tamen quod bene faceret papa, & esset laudādus, si se de obiectis purgaret, & concilii iudicio se subiiceret ex humilitate. ut dicitur 2.q.7. nos si incompetenter. Si autē hoc uon vult facere, certe non astringitur, vt in pręallega. ca. Petrus. & 2.q.5. mandastis. Pro hac parte est optimus tex. 2.q.

26 7. his ita. vbi tex. dicit, † ꝙ subditi tenentur humiliter reniti & obuiare præiatis suis, si fort e volunt eos cogere ad malum. Et si hoc est in inferioribus prælatis, quanto magis debet esse in Romano pōtifice summo omnium, cuius potestas a Deo est, idem probatur exemplo Dauid, qui cū homicidium & adulterium commisisset, non est illico a Deo damnatus aut depositus, sed missus est propheta Natham qui illum argueret, ut hr̃. 2.q.7. §. item cum Dauid, Additio Idem tenēt Pe. de perusio. Anto. de but. & Abb. ibi Cardi. in consi.147. videtur circa fi. & in consi. cl. quæsitum sępe fuit. in fi. Abba. in c. si qñ de rescrip. & in c. cum teneamur de pręben. & per illud dictū Inno. ipse Abb. in d. c. inquisitioni excusat Cardinales qui recesserunt a Gregorio. XII. ratione scandali. quod, tunc imminebat, ut citati sub pœna excommunicationis non teneantur comparere, uide Felyn. in capitulo si quando, de rescript. in 7. colum. uers. reliqua de obedientia, ubi tractat an domini Cardinal. possint discedere ab obedientia papæ. N. Chalmot. iuris utriusque doctor.

Item

Item pro hoc quod concilium non possit papam deponere, adduco hanc rationem, quæ est noua, & fortis iudicio meo. Clarum est quod papa non habet auctoritatem & potestatem a cōcilio, sed a Deo, uel si potius volumus dicere quod papa habet auctori tattem a concilio, dicendum est quod illam habet iussu & auctoritate Dei, ut est tex. qui in hoc videtur singularis, 17. dist. §. hinc etiam, si sic est, ergo, non debet esse in potestate concilij seu ecclesiæ hāc auctoritatem ab eo tollere sicut in simili dicimus quod papa

27 habet duplicem gladium, spiritualem, & temporalem † spiritualem in habitu & exercexercitio, temporalem vero in solo habitu. Exercitium autem est collatum etiam in imperatore iussu Dei, secundum quod notatur de iudicijs, nouit. vbi hęc est communis opinio canonistarum. Ex hoc sequitur ꝙ papa non potest tollere exercitium iurisdictionis temporalis ab imperatore, quod exercitium, in eum contulit iussu Dei, vt not. per doctores in præallegat. c. nouit. Simile est quod dicimus in delegato, nam si episcopus mandante superiore causam delegat alicui, non est in potestate, sua quandocunque voluerit talem delegationem reuocare, quod tamen esset si auctoritate superioris non delegasset, vt ff. de iudicijs. l. iudicium soluitur, quæ hoc modo singulariter limitatur per doctor. in præallegat. c. nouit. Ex his clare patet quod concilium non potest papam suspendere ab administratione papatus, in casu quo sic facit vt patet ex superioribus. Infertur ēt ꝙ concilium generale per decreta sua non potest subiicere sibi papam & multominus sedem apostolicam, quia esset auferre sibi illam superioritatem quam Deus Petro, & eius successoribus, nec non ecclesiæ Romanæ concessit, secundum quod plene supra deductum est.

SUMMARIUM.

1 *Papæ, ecclesiam turbanti, an & qualiter resisti debeat. Et infra num. 2.8.*

Anastasius papa proprio scelere periit, iustorum orationibus a Deo percussus.

3 *Papæ thesaurum, ecclesiæ pauperibus elargiendum, propinquis distribuenti resistendum.*

4 *Delictum occultum non est coram omnibus manifestandum.*

Petrus cur se iudicio ecclesiæ submiserit.

5 *Rex concilio suo maior est.*

Ecclesiæ caput ministeriale, est papa.

6 *Ecclesiæ omnes sunt vna ecclesia.*

7 *Posse, si commode nequeamus, non posse dicimus.*

9 *Papæ delicta solius Dei iudicio sunt reseruata.*

10 *Papa dispensat contra euangelium, vniuersalem statum ecclesiæ, vetus testamentum, ius diuinum, determinationem conciliorum, & decreta patrum, & in quibus. Et infra num. 11.*

De modis resistendi Papæ ecclesiam turbanti.

1 Verum quia dictum est quod papę turbanti statū ecclesiæ potest † & debet resisti, dubitatur de modis resistendi. Ad quod rñdeo quod primo, exemplo. Pauli Apostoli resistendum est Papæ in faciem, exprobando, & rationibus conuincendo, illius praua opera. Secundus modus resistendi colligitur ex exemplo Hilarii, qui contra Leonem Papam præualuit orationib. unde datis istis excessibus in Romano pontifice, tota Italia deberet cum lachrymis & ieiuniis orationes ad Deum porrigere, ut ipsum corrigeret, vel eum de hac vita subtraheret, aut eius mētem immutaret, uel alio modo ecclesiæ suæ prouideret. Hinc legitur quod Anastasius papa scelere proprio periit, & orationibus iustorum percussus est 19. distin. pie autem credendum est, nisi peccata nostra, propter quæ descēdit ira Dei in filios diffidentiæ, aliud efficerent, quod Deus preces ecclesiæ suæ non despiceret, neque pateretur eam ab iniquo pontifice piclitari, quia ipse orauit pro ea ne illius fides, deficeret, unde ecclesia non potest esse nulla. 23. q. 1. loquitur, & c. a recta. Est enim fundata super solidā petram quæ ruere non potest. Et nauicula Petri licet fluctuare possit, perire tamen nō potest.

2 24. q. 1. nō turbatur. Tertius modus est ut congregetur contra talem pontificem concilium generale per collegium Cardinalium, vel ipsis negligentibus per alios, de quibus plene dixi supra non ad finem deponendi ipsum pontificem, ut quidam eronee existimant, sed ad finem ut concilium moneat Papam, & per viscera misericordiæ Christi, illum exoret vt a talibus desistat, & se corrigat & emēdet. Potestque concilium inuocare auxiliū brachii secularis, puta imperatoris, vel aliorum principum, qui, papæ ecclesiam scandalizanti, resistant pro hoc. 79. distin. si quis pecūiam. 63. dist. Adrianus. & c. in synodo. vñ tali pōtifici volenti destruere ecclesiā debent omnes Christiani resistere. 24. q. 1. memor. 44. q. dist. sit rector. 7. q. 1. §. cum si. Aditio Vide Cardi. consil. cl. in tertio dubio. & Archiepisco. floren. in tertia parte suæ summæ. titu. 23. c. 2. §. 7. & Panor. in c. licet de elec. versi. si qs autem. & dicit ibi hoc practicatū fuisse Pisis, vbi Cardinales congregati scripserunt ad principes & prælatos. Et si Cardinales non concordarent in congregando concilium, talis cōgregatio ad imperatorem, qui est patronus & defensor ecclesiæ, spectaret, secundum Cardina. consi. pręallega. in quarto principali dubio, per tex. in c. fina. 75. di quem ad hoc egregie ipse inducit, quamquā ille tex. loquatur in populo. vide Fely. in c. querelam de iureiuran. ver. & in casu necessitatis. & in c. super literis. 23. colu. versi. 9. facit de res. N. chalmot. doctor.)

3 Hinc dico ꝙ si papa totum † thesaurum ecclesiæ qui est distribuendus pauperibus. 12. q. 2. aurum habet ecclesia. not. glo. in cle. ne Roma. de electi. daret parentibus suis, aut propinquis, aut ecclesiæ patrimonium indebite alienaret, non est permittendus talia facere, sed est ei resistendum. Ad eius tamen depositionem propter hoc non debet procedi. vt ex superiorib. clare patet intelligenti. Pro hoc est vna bona glo. in c. 1. de renun. lib. 6. vbi not. ꝙ papa solum pp hæresim deponitur, non autem propter insufficientiā, & constat scienti iura, ꝙ prelatus dicitur insufficiens, quando dilapidat bona ecclesiæ. vt hr̃ de statu mona. c. 2. §. fi. Item si uiuit incontinenter, de quibus no. de supp. negli. præla. cap. grandi. lib. 6. Et hanc opinionem inuenio tenuisse dñm Petrum de palude patriarcham Antiochenum, licet multa ex his quæ s̃. dixi ommitat. Nec obant q̄ in contrarium allegantur pro superioritate concilii. Primo illud Euangelii. Si peccauerit in te frater tuus &c. transumptiue. 1. q. 1. si peccauerit. de iudiciis. nouit Respondeo enim ꝙ dū Christus vltimo loco dicit illud inesse ecclesiæ, per hoc non denotatur superioritas, sed intellige dicēdum esse ecclesiæ, hoc est declarandum esse coram fidelib. illum esse incorrigibilem, vt modo ab omnibus cognoscatur. Ideo bene sequtur in text. Et sit tibi sicut ethnicus & publicanus, per hoc sentiens illum in facie ecclesiæ posse excommunicari, & debe-

4 re ab omnibus vitari. † delictum enim occultum non est ante omnes propalādum ut patet exemplo Christi, qui licet sciret Iudam se proditurum, tamen celauit. vt not. glo. de offi. or. si sacerdos. 1. q. 1. Christus nisi subesset incorrigibilitas, quę depræhenditur quando monitus non desistit. ar. de senten. excom. contingit & c. sacro.

Nec obstat illud qđ hr̃ in actis apostolorum. Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis qa recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrū & Ioannē &c. Ex quo colligunt quidā, ꝙ ecclesia fuit maior Petro, postq̄ eum misit. Respondeo istam esse satis leuem argumentationem, nam cum inciperet fides publicari, magis inducebantur gentes ad fidē, opere & exemplo, q̄ verbo, id circo pp vitę sanctitatem & miraculorum potestatem, nā ad eius vmbrā senabantur infirmi. Act. 5. missus fuit Petrus, qui exemplo Christi speipsum humiliauit, tenens illud p̄ceptum. Amen dico vobis qui maior est inter vos, fiat sicut minor, simile est, ꝙ idē Petrus alibi facit, submittendo se ex humilitate iudicio ecclesiæ, qđ tñ declinare potuisset. 2. q. 7. Petrus, cuius exemplo ēt Leo papa submisit se etiā imperatoris iudicio. 2. q. 7. nos si incompetenter. per hoc tamen nō infert vera superioritas vel inferioritas, vt patet ad illud qđ allegatur Act. 16. vbi orta qōne an conuersi ad fidem debeant circuncidi. ru ad apostolos presbyteros &c. Respondeo quod in illa congregatione Iacobus fuit loquutus, per hoc non infertur quo minus Petrus fuisset inter eos caput & principalior.

5 † Quis enim est ita fatuus, qui diceret, regem concilio suo esse inferiorem, si aliquid per concilium suum determinaret, vel si aliquis contra sententiam suam diceret, quæ ipsius regis, & omnium consensu approbaretur? Approbata est igitur sententia Iacobi, tanquam recte & bene sentiētis. pro hoc bonus tex. 31. dist. Nicena. vbi in concilio vnus dicit sententiā suam, quæ a tota synodo fuit laudata, ex eo tamen non sequtur illum fuisse principaliorem. Omnia itaque ista, solum probant hoc scilicet in ecclesia esse potestatem clauium, & hoc fateor. vt deduxi in 1. q. Sed non probant superioritatem ecclesiæ. supra papam, immo ratio, naturalis dictat cōtrariū Sicut. natura. n. mōstruosum esset, & impossibile, quod corpus mysticum, cuius caput saltem ministeriale est papa, vt dixi s̃. 3. q. 2. satis videretur monstruosum ipsam ecclesiam pręesse toti corpori, ita papa debet pręesse toti ecclesię. ad c. legimus 113. dist. ibi Hierony. dicit quod orbis est maior vrbe, vult dicere quod nō tantum est inspicienda consuetudo Romanæ ecclesiæ, sed etiam aliarum ecclesiarum. quæ sunt disperse p orbem, quæ est maior urbe, nec est credendum quod altera sit ecclesia urbis Romanæ, & altera totius orbis. † Nam om-

6 nes ecclesiæ sunt una ecclesia, ex qua vnam seruant regulam ueritatis, ut ibi dicitur, quasi dicat, non ex loco metimur cōsuetudinem ecclesiæ, non tamen cum orbis sit maior urbe, potest ipse episcopus alibi esse quā in urbe, & ubicumque fuerit, eiusdē est meriti eiusdē est sacerdotii, & intēdit seruare illā ꝯsuetudinē quā seruant oēs ecclesię licet alius sit in urbe.

&

& hunc intellectum sentit ibi glo.in uerbo altero,& In uer. maior.ad c.manet.& c.memor.24.q.1.in quibus uidetur probari quod contra vniuersalem statum ecclesiæ.Papa nō possit facere,quia tunc eius iudicium non procedit ex æquitate, vnde nō manet eo casu Petri priuilegium. Respondeo quod Petri priuilegium , quodcunque ligaueris super terram &c. modo si ligat inique,& iniuste, & sic non procedit eius iudicium ex æquitate,cessat tale priuilegium,quia talis non est ligatus in cœlo,& sic quo ad Deum,ut dicit glo.in præallega. capitulo manet, item non licet papæ turbare statum ecclesiæ, ut dicit capitul. memor,tamen ibi nō dicitur quod ista sit iusta causa depositionis, unde fateor quod male facit & grauiter peccat , & ei quoque est resistendum, secundum ea quæ dixi supra.Simili modo responpeo ad glo.in cap. proposuit,de concess.præben.quæ uidetur dicere quod papa nō potest immutare vniuersalem statum ecclesiæ,quia deponi nō potest,id est non debet,similis expositio habetur de statu monach.utrum,quia illud dicimus non posse quod non possumus 7 commode.ff.de condi.insti.l.filius.ff.de uerbo.signifi.l.nepos proculo.Et dato etiā quod uere non posset,ex hoc non sequitur quod illud quod facit esset ipso iure nullum,tanquam factum legem prohibente,quia non procedit ultra,pęnam imponendo, secundum theoricam legistarum. C. de legi.l.non dubium,per Bartol.ff.de noui oper. nunciat.l.prætor. §.1.per Cardi.floren.in c.fi.de po.prælat. nullo enim iure diuino uel humano,cuius meminerim, inuenitur,quod papa faciens qđ non debet,etiam si notorie scandalizet ecclesiam,debeat deponi nisi in causa hæresis,ergo nec nos debemus inniti sapientiæ propriæ,& hoc dicitur de cōst. ne innitaris.Erubescimus enim cum sine lege loquimur.C.de colla.l.illam, cum uulgaribus, & præsertim in tam arduo negotio, in quo profecto ualde admirandum est, quod si talis pœna depositionis posset imponi,alicubi per sanctos patres,aut sacra concilia hoc decisum non sit.

Solum hæc falsa opinio pullulauit ex illa male dicta gl. quæ est 40. dist. si papa quę tamen nihil dicit de pœna depositionis, sed solum dicit quod de alio crimine quam de hęresi non potest accusari, 8 †non tamen dicit quod ex illa accusatione sequatur depositio,immo tex.in pręallegat.c.si pap.id agat,per quod innumerabiles populos inducat ad perditionem,quod satis est turbare statum ecclesię, a nemine est iudicandus,excepto casu hęresis,ut ibi subiungitur,unde non uideo hunc errorem aliunde processisse quā a ratione ambitionis & cupiditatis regnandi. Additio. Illam glo.etiam dicunt non esse ueram Aug.de Ancho. Petrus de paludę,& Archidia.Florentinus, illos referens in tertia parte suę summę.tit.22.c.4.§.3.incipiente quęritur utrum papa, & in titulo.23.capitulo secundo. §.5.in fin. sed aduerte quicquid dominus Petrus de montę acutissimo zelo hic excitatus dixerit gl.illa singularis communiter,& per omnes quasi comprobatur ut dicit Panormitan. in capitulo significasti,de electio. & ibi uide Landrianum in suis additionib.uberrime de materia Conciliorum generalium.Idem Panormit. in capitulo proposuit,columna final.de conces.præbend.& in capit.cum uenissent.in 3.col.de iudic.& alii aliis & in locis & quod totus mundus gl.illam approbat, illā etiam sequitur excellentis memoriæ doctor Ludouicus.Roman.in consil.124.q.discutienda, & Bal.in c.olim,circa fi.de rescrip. & illa glo.hodie est canonizata per sacrum concilium Constantiense,ut patet in tit. de auctor.sacri concilii.c.1.in pragmatica, ideo de ea hesitare & proteruum , & sacrilegum esset..N.chalmot doctor pictauiensis.Ad.c.& si illa.1.q.7.25.q. 1.quę ad perpetuam,& c.sunt quidem. Respondeo,concedendo quod contra statum,ecclesię uniuersalis,papa non potest dispensare,& si dispensat conuincitur errare & malefacere, quod intelligo, quando sine causa facit, non tamen probant 9 illa iura quod si faciat possit contra eum procedi,†quia eius delicta solius Dei iudicio sunt reseruata. nona quęstio.quarta, nemo & capitulo aliorum,immo,posset dici quod etiam contra uniuersalem statum ecclesię papa potest dispensare, dummodo non concernat fidem,pro hoc allego gl. quæ ita intellecta, est ualde notabilis, in capitulo proposuit, de concession. præbendę intelligendo, quod illa ureba ibi posita, quod intelligo in his &cęt. Referantur ad omnia pręcedentia,quod patet,argument.de appellatio.capitulo secundo requiris, & capit. inquisitione,per Barto.ff.de legat.1.l.talis scriptura, & hęc sufficiant de ista conclusione in qua multa notabilia dicta sunt.

Quarta conclusio est . papa potest de plenitudine potestatis concilium legitime congregatum , iusta causa tamen subsistente , dissoluere , ista conclusio multipliciter deducitur . Primo si concilium generale sumit robur & auctoritatem a papa. 17.distinctio.per totum de electio.significasti.& sæpius probatum est, ergo ab eode potest dissolui ipso submouente suam impartiri auctoritatem,quia eiusdem est dissoluere & destruere, cuius est condere.C.de legi.l.fi. 10 de iudi.cum venissent. cum similibus. †Itē papa tollit ius diuinum dispensando contra euangeliū.vt not.glo.30.q.1.sunt quidem.l.distin.ex pœnitentibus.in tex.& glo.Nam ordinare bigamum est contra apostolum de bigamis.super eo.& cap. a nobis.habetur ad Thimo 3.Et tamen Papa contrarium facit.Item papa dispensat contra vniuersalem statum ecclesiæ de consanguinita.& affi.non debet.35.q.5.ad sedem,& quod ibi nota.68.distinctio.corepiscopi. Item dispensat contra vetus testamentū,in decimis dandis.de decimis ex parte.& tex & de concessio.preben.c.proposuit in glo.& tamē præceptū decimarum est de iure diuino.16.q.1.reuertimini ad me.& c. omnes.de decimis.tua nobis.Item in voto.papa dispensat de voto.c.1.& c.magne.cum sequentibus.quod tamen est de iure diuino. iuxta illud euangelii.vota reddite. vt hī in præalleg. c.magne.Item in iuramento. & tamen scriptum est.Redde domino iuramēta tua, vt legitur Deuterono.5. Mathe.10. de iureiurādo,& si Christus Item dispensat contra multa capitula quatuor cōciliorum,vt hī in tex.& glo.15.distin.sicut sancti.no.glo.de statu mona.cum ad monasterium.Item dispensat in secundo gradu affinitatis collateralium æqualis lineæ.de cōcess.præbend,proposuit in glo.de restitutio.spolia. 11 literis in glo.& ibi per docto.†Item cum monacho dispēsat contra votum castitatis & aliorum substantialium regulæ. not.glo.in præallega.c.cum ad monasterium. per Ioan.And. de re,iuris.semel Deo.li.6.Item dispensat cum diacono vt cōtrahat matrimonium,qui tamen ex voto tenetur ad castitatem.tex.est.3.distin.de illo.licet glo.ibi dicat contrarium.& in c.cum ad monasterium.præalle. Item dissoluit matrimonium non consummatum.de conuersa.coniug.ex publico, & tamen matrimonium est de iure diuino, quia fuit institutum in paradiso.de biga.debitum & ibi not.Io. And.de frigi. c.fi.est tex.de voto.c.1.lib.6.& habetur Gene.2. Item solus papa ex causa deponit imperatorem. licet de honestate requirat concilium de re iudi. ad apostolicæ. §.nos itaque.lib.6.& ibi no.in gl. Item deponit regem. 15.q.6.alius.ex quibus autē causis Imperator vel rex possit deponi, no.per Host.Io.And. in præalle.cap. ad apostolicæ.credo et aliud notandum in c. grandi.de supplen.negli.lib.6.item solus papa ex cā potest deponere Cardinales, nec habet necesse conuocare cōcilium glo.est valde not. de cleri. non resi.ex gestis. & ibi per Innoc. de schisma.c.1.libr.6. Licet papa de honestate bene faciat in his arduis requirere concilium Cardinalium, vt not.in dicto capitu.1.de schisma.per Ioann. mona.in capitu. super eo.de hære.lib.6 probatur qui fil.sint legit.per venerabilem.versic. rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium dignitas a quo tempore incepit.*
Cardinales sede vacante,nunquid alium cardinalem de nouo creare possunt.
2 *Tituli qui,& quot sint.*
3 *Papa in totum tollere potest conciliorum statuta,etiam in iure clausa.*
4 *Papa potest de potestatis plenitudine concilium dissoluere.*
Glossa auctoritatibus fulcita,pondus habet & robur.
5 *Papæ præcepto non obedientes,mortaliter peccant.*
6 *Papa nunquid possit præcipere,ne quis amplius ducat vxorem.*
Papa potest concedere ne quis teneatur ad decimas.
7 *Causæ fidei ad papam deferendæ.*
8 *Hæreticus dicitur qui non credit quod apostolica sedes credit.*
Sanguis & lepra in sacra scriptura,quid significent.
9 *Papæ diffinitioni in omni foro standum.*
Concilium, vacante sede, an cognoscat de reseruatis Romano pontifici numero 12.
10 *Petrus cur vocatus cephas.*
Ecclesia mortuo papa vacare dicitur.
11 *Ecclesia est loco ouilis,& papa pastoris.*
13 *Episcopatum prouisio ad quem pertineat.*
Concilium plenum dici non potest absque papa.
14 *Concilium,est administrator necessarius,non voluntarius.*
Apostoli pares inter se,in quibus dicantur.
15 *Possidere duo idem insolidum eodem modo non possunt.*
19 *Papa viuente Imperator an possit exercere actum iurisdictionis tēporalis.*

De cardinalibus.

Hinc sumpta occasione,nō indecēter q̄ro,a quo tempore incepit dignitas Cardina-
1 lium.†dico quod tempore quo Constantinus dotauit ecclesiam Roma.non erant Cardinales,quia de eis non facit mentionem,de clericis.Postea cum Siluester papa fecit synodum gñalem,erant Cardi.2. q.4.presul.& quia ista non est de nr̄a materia,remitto ad not.per Archi.de elec.vbi periculū. li.6.plura alia etiam idem Archid.narrat de Cardi.2.c.dist.sacrosancta. An autem vacante sede collegium Cardi.possit alium Cardinalem de nouo creare not, per eundem Archid. 79.dist.nulli vnquam, per Host.de electio.licet nos.habemus glo.in clement. ne Roman.de elect.ad quem sufficiat remissio.Additio.(De his quæstionibus uide Martinum lauden. in in succincto tractatu de Cardinal.& diffusius per And.sic.in elegantissimo tractatu de præstantia Cardin.quem in iuuentute sua edidit , ideo multa ibi dicta postea grandiori ęuo effectus retractauit,ut in 1.uolum.suorum consiliorum consilio primo,liquido uidere est N.chalmot. Quot uero sint tituli Cardinalium, respondeo†quod inter Cardinal.sunt epi-
2 scopi,quidā presbyteri, quidam diaconi . Infra autem hos ordines nullus alius est, quia non est Card.qui ad minus nō sit diaconus.ut not.in clem.ut hi qui,de æta.& qualit. Additio. (Quā iurisdi.habuerunt Cardin.in suis titulis,ponunt Ioann. An.Abb.& Fely.in c.his qui de maiorit.& ob.quos uideas.& Barbat.in 1.q.basilica.de præstan.Car.col.13.& dicit Io.mo. in c.unico,de maior.& obed,lib.6.papam sibi respondisse.ꝙ domini Cardin.in eorum ti.habent iurisdictionem episcopalem,hoc sequuntur Archidia.Dom.& Philip.Francus ibi,per text.singularem in d.c. hi qui.quam Papa ibi singularizat,& in c.dilectus, de capel.Mona.N.chalmot.)Sex autem sunt tituli.Episcoporum Cardinalium quos not.Hostien.de confirmat.uti.& inuiti.examinat,uidelicet, Hostiensis, Portuensis Albanen.Prenestinus,Sabinensis,Tusculanus.Tituli presbyterorum chard. sunt uigintiocto uidelicet sanctæ Crucis in Hierusalem,Sācti Marcellini,& Petri, quatuor Coronatorū, sanctorum Ioannis & Pauli,sanctę Anastasię,sanctæ Sabinę S.Stephani in cęlio mōte.sancti Clemētis, sancti Nerei & Archilei, sanctęSusannæ,sanctæ Potentianę,sancti Sixti,sancti Petri ad uincula, sancti Martini in montibus,sancti Eusebij, sanctæ Priscæ , sanctæ Praxedis, sancti Vitalis, sancti Cyriaci in thermis ,sancti Marci.Basilice.XII.apostolorū. sancti Marcelli, sancti Laurentii in damasco .sanctæ Marię transtyberim. sanctę Ceciliæ, sancti Chrisogoni . Tituli diaconorum sunt hi.sanctæ Luciæ, septem socii,sanctę Marię in aquaria, sancti Theodori, sanctæ Marię in cosmedin . sancti Georgii ad uellus aureum, sancti Cosme & Damiani , sanctæ Marię noue,sancti Adriani, sancti Sergii & Bachi, sanctę Mariæ in uia lata,sanctę Marię in porticu,sancti Angeli,sancti Nicolai in carcere Tusculano, sanctę Marię in dominica . sancti Eustachii,sanctę Lucię inter imagines, sancti uiti in Macello,sanctę Agathę. Martyrum. Redeundo ad propositum dico quod si papa potest facere omnia illa de quibus , supra & plura alia que causa breuitatis omitto, quę uidentur esse grauiora,multo fortius poterit dissoluere concilium generale, quod ab eo recipit potestatem & auctoritatem,pro hoc facit
3 quod†papa potest in totum tollere statuta conciliorum etiā in corpore iuris clausa,quod patet,nam quod inferior annis. 20.posset fieri subdiaconus aut.25.diaconus,uel 30.sacerdos erat expresse prohibitum per concilia generalia,ut habetur. 77.dist.subdiaconus.c. placuit. c.episcopus benedictionem, & c.in ueteri, quę omnia sunt statuta conciliorum generaliū ut patet ex supradi. Et tamen papa omnia illa sustulit, pater in clem.generalem,de ęta.& qualita. & ibi not,in gl.uec mirum,quia non deberet reprehensibile iudicari,sed secūdum uarietatem temporem statuta uariantur humana , ut dicit tex.de consan. & affin. non debet , nouis enim morbis noua cōueniunt antidota pręparari. de iura calum. cęteri, pro hoc facit quod no .Inn.ut dixi de consuet.quanto,qui dicit quod papa subsistente magna causa,& aliis nota.potest facere contra uniuersalem statum ecclesię,& uerba Chtisti intelliguntur quodcunque ligaueris scilicet per constitutiones uel præcepta,quia illi est in omnibus obedien.nisi sint contra fidem uel ei specialiter prohibita,uerba sunt Innoc.ad literā.Quid plura? de hoc est glo.magna, multum singulariter notanda, in c.ubi periculum, de elec.lib.6 in uer. concilio , quę tenet,
4 quod a Papa de plenitudine potestatis potest dissoluere concilium,quia nulli concilio est subiectus,ubi ergo habemus gl. fulcitam auctoritatibus quibus supra, certe temeratium uidetur esse ab ea recedere , nec uidetur in tali materia quicq̄ melius posse reparari, quam accedere ad hos sanctos patres & deuotissimos meos,qui tex.& glo.composuerunt, qui nec odio,nec gratia,seu alii animi morbo subiecti, nobis ueritatem aperuerunt . Non prætereamus ergo terminos quos posuerunt patres nostri. 25. q.1. quæ ad perpetuam,ne in nobis illud Euangelicum impleatur,ue uobis qui dicitis bonū malum,& malum bonum,ponētes lucem tenebras Lucem.11. q.1.ue uobis , neque afferamus nouas & dolosas stateras, ubi appendamus quod uolumus pro arbitrio nostro,dicētes, hoc graue est,hoc leue.24.q.1.Non afferamus, hoc dico pro his q. sacros canones damnare ausu temerario non uerentur, quibus illud domini in euangelio dicendum est. Sinite illos,cęci enim sunt,& duces cæcorum, transumptiue de uoto.magnę.11.q.3.inter uerba .

Ex præmissis infero quod cum subsistente iusta causa dissolutionis, præceptum papæ satis æquum videatur, ei ab oībus est obedien.per supra dicta. & præsertim per illū tex. q iudicio meo in hoc est multum singularis.19 distin.in
5 memoria.adeo†vt putem non obedientes tali præcepto peccare mortaliter,q a q non obedierit principi morte morietur de maio.& obe.c. 2.11.q.3 qui resistit.Nec dicit tali pręcepto papa euertere aut decolorare statum ecclesię, vt quidam putant,nunc.n. bene diceretur facere hoc,quando prohiberet in perpetuum fieri concilia generalia,aut totis viribus impediret quodcunque gñale concilium fieri,nam si hoc faceret, non esset ei obediendum,immo totis viribus resistendum.vt plene dixi supra in tertia conclu.sed si ex causa vnum concilium semel dissoluit,hñs intentionem quod alibi & alio tpe aliud celebretur,in quo eadem veniant discutienda q̄ in primo,non video quis istis reuelauit, istud esse subuertere statū ecclesiæ. Ad quod exprobandum adduco tria similia,primū est,papa nō pōt deponere omnes episcopos mundi. vt no.gl. 9.qō.3.p principalem , q a hoc esset bene decolorare statum ecclesiæ,sed vnū, duos,vel plures nemo sane mentis dubitabit ipsum posse deponere, vt in c. veritatis. de dolo & contu. cum si.Secundum simile est,papa non potest sua consuetudi-
6 ne aut pręcepto inducere†ne quis contrahat amplius matrimonium,aut contracta omnia dissoluantur,quia hoc esset 9 pręceptum domini,Gene. 2.Crescite,& multiplicamini & replete terram.ac esset turbare statum generis humani.quis autem negabit ipsum posse vnum, duo, vel plura matrimonia dissoluere,non secuta carnali copula,vel contrahenda impedire seu prohibere,vt patet de matri.contrac.contra inter.eccle.Tertium simile habetur in glo.quam ad hoc reputo valde notabilē.in c.a nobis.de deci. vbi gl. tenet quod papa pōt alicui specialiter ex priuilegio concedere,ne teneatur ad decimas soluendas , quia hoc non est facere contra ius diuinū, non tamē posset facere pręceptum aut constitutionem, quæ omnino tolleret obligationem præstādi decimas.licet.n.ius naturale aut diuinum non posset per papam omnino tolli, potest tamē quibuscunque specialiter remitti.vt notabiliter dicit illa gl.sic etiam est in proposito nostro,licet omnia concilia generalia & omni tempore celebranda non possit papa dissoluere,aut præcipere ne fiant, quia conuinceretur de errore.25. qō.1.sunt quidam, tamen vna subsistente cā poterit ipse dissoluere,& multomagis de loco ad locum commutare,quia illa non est plenaria dissolutio,sed tantum quædā trāsmutatio.neque debet ecclesia dei si in spiritusancto est legitime congregata , propter hoc insurgere contra Romanum pontificem. aut eius sacratissimam sedem, neque debet curare magis de vno loco,quam de alio, sed attendere illud verbum dñi. Vbicunque fuerint duo vel tres in nomine meo 9gregati, ego in medio illorum sum. Nota dictionem vbicunque,ex qua colligitur, ꝙ non debet haberi consideratio magis istius loci quam illius , dummodo ipsa ecclesia capiti suo vniatur,& in spiritusancto legitime congregetur.

7 Quinta cōclusio, causæ†fidei sunt ad papam & eius sedem apostolicam, tanquam ad verum & summum iudicem deferendæ Ista conclusio clare deducitur per ea q̄ no.glos.19.di.anastasius. vbi gl.tenet, ꝙ papa potest, si est in concilio generali, causas fidei pertractare.hanc partem tenet beatus Th.secunda secundę.q.1.ar.10. Ad idem.3.q.6. dudum.iuncta glo.in vers. maiores. quæ inter cās deferandas ad sedem apl̄icam, enumerat causam fidei.pro hoc glos.de offi. leg. ꝙ translationem.ad idem expresse.23.q.1.quoties.vbi dicitur,quoties oritur quæstio fidei,omnes prælati illam ad Petrum debēt referre, hæc pars conuincitur exemplo & verbis Hiero. qui an bene vel male de fide sentiret vult cōsulat Romanum pontificem.24.q.1. hæc est fides.& c.qm̄ vetus.facit ea.cā & q.rogamus.pro hoc est expressum de baptis.maiores in principio.17.disti. huic sedi.& c.nec licuit.hoc patet ex verbis Christi in Euangelio,dum dixit Petro, Symon, sathanas expetiuit vt cribraret te sicut triticum, ego autem oraui pro te, ut non deficiat fides tua.de fide ergo ad Petrum & successores recurrendum est, qm̄ ad eos de ipsa pertinet cognoscere & diffinire.Et hinc dicitur, qui non credit quod sedes apo-
8 stolica credit†hęreticus est.de sum.tri.& fide catho.ca.1.& 2. & pro hoc de cōse.dist.2.ego berēgarius.vbi ille Berengarius ex hęresi ad fidem reuersus, confitetur veram esse fidem, quā credit Romana ecclesia & sedes apostolica sētit,alias seruat & pręd icat.Pro hoc facit quod habetur Exo. 18. ubi pręcipitur a deo Moysi,vt eligat centuriones & tribunos in populo, qui de causis inferioribus cognoscant. Illud autē quod fuerit maius referat ad Moysen vt ibi .

Vltimo hęc conclusio probat per id quod legitur Deutero.17. vbi dicitur si difficile vel ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinē & sanguinem, lepram & lepram, causam & causam , iudicium etiam

inter

inter portas videris variare, venias ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui illo tempore fuerit, qui indicabit tibi iudicij veritatem, & fac quæcunque dixerint hi qui præsunt loco quem elegit dominus sequarisque eorum sententiam. Qui autem superbierit nolens obedire sacerodtis ministerio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, decreto iudicis morietur, quæ uerba clare sonant maiores causas esse ad papam deferendas, qui est sacerdos, supra sacerdotes leuitici generis in æternum secundum ordinem Melchisedech constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum. Intelliguntur autem verba præmissa dum dicuntur inter sanguinem, & sanguinem, secundum Innoc. quando agitur de crimine, puta de homicidio vel de alio. Inter lepram & lepram quando agitur de hæresi, quia sicut lepra est morbus cōtagiosus, sic hæresis, inter causam, & causam, quando vertitur cau-
9 sa ciuilis, puta ex commodato vel deposito vel simili. & qualitercunque exponantur, unus tantum sensus est, quod in omni foro, vt in omni casu difficili vel dubio stādum est diffinitioni papæ, vt in iuribus præalleg. & 2. q. 7. quoties. Quod autem dicit iudicium inter portas &c. exponitur inter iudices, iuxta illud quod habetur Psam. 44. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta. hæc & alia multa ad hoc propositum bene facientia, habentur. in capitulo per venerabilem, qui fil. sint legi. in tex. & per doct.

Sexta conclusio est, vacante sede apostolica cōcilium generale non potest ponere manum ad ea quæ sunt reseruata Romano pontifici in signum supremæ potestatis. Ista conclusio habetur transsumptiue. 19. distinct. ita dominus. ibi ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omnium apostolorum summo principaliter collocaret, ut ab ipso uel ut a quodam capite dona sua in corpus omne diffunderet. Ex quibus satis euidenter colligit omnes administrationes debere a Petro, & sic ad papam in ecclesia descendere, est autem ille text. perpetuo menti tenendus, quia notabiliter declarat quomodo ecclesia habeat clauium potestatem. Pro hoc facit, quia uniuersalis ecclesia est corpus mysticum, papa uero in ecclesia est loco Dei, caput huius corporis. hinc Petrus
10 fuit † appellatus cephas, id est, caput omnium apostolorum. 22. distinct. sacrosancta, ergo concilium non potest sine papa hæc Dei dona exercere, seu membris ecclesiæ impartiri. idem facit. 24. q. 1. loquitur, ubi ut unitatem Christus in ecclesia designaret, fundauit ecclesiam super sancto Petro, per ista verba. Tu es Petrus &c. ipse enim fuit creatus prælatus, ut in præalleg. c. sacrosancta. 22. dist. 80. dist. in illis, unde nō potest concilium de dignitatibus prouidere, cum non apostoli, sed Petrus tenuerit in terris uicem Dei, de transla. prela. c. 2. Et dixi. supra in 1. q. Si enim aliter diceremus certe disrumperetur unitas ecclesiæ, ad quam designandam dominus solum Petrum præfecit, ut sæpius dictum est. Ad idem facit, quia mortuo papa ecclesia vacant, in clem. ne Romani, de electio. de schisma. c. 1. lib. 6. ergo potestatem papalem ecclesia exercere non potest, ex quo uacat. Item hæc ecclesia terrestris est diuinitus exemplata ab illa triumphanti, & cœlesti. 89. dist. ad hoc, notat glos. in clem. ad nostrum. sed in celesti curia est unus qui cuncta ministrat & cui omnia obediunt, scilicet Deus, sine quo nihil fieri potest, ergo idem in hac militante, ut sine papę licentia seu auctoritate nihil fieri possit, Ipse. n. est qui omnia ministrat, & sine quo papalis dignitas exerceri non potest. item facit quia ouile debet esse distinctum a pastore, secundum illa uerba euangelica Io. x. c. fiet unum oui-
11 le & unus pastor. † Ecclesia si quidem est loco ouilis. & papa loco pastoris. Deus autem est ouile, cuius non est pascere sed pasci, neque pastoris officiū occupare. itē si diceremus ꝯtriū, sequeretur quod non esset necesse eligere summum pontificem, aut saltem per hoc eius electio tardaretur, si omnia p cōcilium possent expediri, quam tamen tarditatem iura abhorruerūt, quia existimarunt, ex ea ecclesiam Dei magnam passuram calamitatem & iacturam, de elect. licet. & c. ubi periculum. li. 6. & in cle. ne Romani.

Sed ad istam quæstionem fortiter obstat, quia potestas tradita a Christo est penes ecclesiam, ut dictū est, supra in prima cōclu. licet per papam explicetur, & exerceatur, ergo uacante sede, quasi sit consolidatum exercitium cum habitu, poterit ecclesia exercere tales operationes. itē facit quod habetur Act. 1. ubi patet quod uacante apostolatu Iude proditoris, omnes apostoli & discipuli tractauerunt de eius successore, & elegerunt duos ex omnibus. s. Barnabā & Matthiam, & positis sortibus quis eorum præferretur, cecidit sors super Matthiam, & sic iste fuit assumptus in duodenario numero. Et licet tunc non essent episcopatus ita distincti sicut his temporibus. 25. dist. olim habebant tamen curā omnium in communi. 1. q. 1. Christus, & not. de probat. cum causa. §. 1. ergo Petrus tunc passus est ut omnes prouiderent in communi, præsumendum est quod hæc potestas sit apud uniuersalem ecclesiam, quæ repræsentatur per concilium generale, pro hoc vt tex. 68. dist. quorum vices, item facit 78. dist.
12 si quis pecunia, † ubi mortuo Papa Cardinales cum toto clero excommunicat intrusum in papatum, & sic electio clericorum exercet iurisdictionem sede vacante, facit c. ne Romani de elec. vbi mortuo papa prohibentur cardinales se intromittere de spectantibus ad ipsum, nec aliquid ibi dicitur de concilio, cum ergo non sit prohibitum, satis videtur esse permissum. ar. de præsum. nonne. ff. de iudi. l. cum prætor. Idem si potestas mortuo papa non remaneret penes ecclesiam, vel non posset exerceri, sequeretur absurdum, quod ecclesia remaneret sine regimine, quod non est credendum. arg. de homi. pro humani lib 6. & quod ibi no. Inn. nam multa possent grauissima occurrere circa creationem papę, quæ forte non possent accelerari, in quibus esset necessarium vti plenitudine potestatis, item duobus contendētib. de papatu recurrat ad iudicium cōcili generalis. 79. di. si duo. vt dixi supra in prima conclu. & sic in casu dubij, ecclesia exerceret iurisdictionem. ergo idem multomagis vbi nullus subest. Item cōcilium olim prouidebat de papatu. 79. di. si transitus, ergo potest prouidere de inferioribus dignitatibus. Ad idem facit, quia apostoli euntes per mundum ordinabāt presbyteros per singulas ecclesias. Act. 14. Ista motiua re vera videntur stringentia tamen ipsis non obstan. teneo conclusio. præmissam. quam tamen limito quando nulla subest necessitas prouidendi de dignitatibus, vel alijs occurrentibus ante creationem papæ,
13 tunc non debet concilium se de talibus intromittere, de iure & antiqua consuetudine, ecclesię potestas prouidendi de episcopatib. pertinet ad papam, vt dicit glo. quæ est menti tenenda. de elect. quamquam lib. 6. facit. 70. distin. in illis 22. distin. dicit præs prouidendi de inferiorib. beneficiis facit ta epis. 21. q. 7. omnes basilicæ 10. q. 1. regenda. non debet concilium contra has antiquas ordinationes aliquid attentare, nec iura & præeminentias papæ violare. argu. in cle. ne Romani. de elect. de maio. & obedi. cum inferior. item facit capitulum quod repræsentat ecclesiam cathedralem. de tra... relatum. 2. non succedit in præte conferendi beneficia alius epi collationem spectan. ne sede vacan. c. 1. lib. 6. item concilium debet succedere papæ in potestate conferendi beneficia, & alia faciendi, quæ ad eum solum spectare videntur præsertim, quia non potest dici plenum concilium sine papa 17. di. multis.

Conclusiue itaque vr posse dici, quod vbicunque magna necessitas vrget, neque aliter posset per cōstitutiones iam factas prouideri, neque sine magno damno possit expectari creatio summi pontificis, tunc de pertinentibus ad papam concilium potest se intromittere, & ita procedunt argu. supra facta cōtra istam conclusionem, licet enim necessitate vrgente vnum membrum vtitur officio capitis, ipse autem Christus cuius negocia geruntur, tunc erit verū caput ecclesiæ sine vicario, vt no. gl. in clemen. ne Romani. erit ergo concilium administrator necessarius, nō voluntarius, & hoc videtur habere magnam æquitatem, nec obstat quod dictum est supra de Marhia apostolo, quia dico, quod in illa congregatione Petrus fuit tanquam principalis, & proposuit negotium vt omnes, & simul prouiderent pp maiorem firmitatem ecclesiæ & nouitatem. Et quia ipse Petrus voluit & consensit, postea tamen ipse solus de epatu prouidit, vt in prealle. c. in illis. 80. dist. qui text. est menti tenendus, quia declarat potestatem papæ supra ecclesiam, & concilium. Exemplo itaque Petri posset facere papa si vellet ad ardua tractanda vocare concilium, vt no. Innoc. de cle. non resi. ex gestis de re iu. ad apostolicæ. lib. 6. nec potestas fuerit tradita toti ecclesiæ, quia dico ... licet omnes apostolos pares respectu consecrationis & ordinis, non autem respectu potestatis iurisdictionalis, in qua Petrus præfuit omnibus. vt no. glo. 21. dist. in nouo. 24. q. 1. loquitur. qui fi. sint leg. per venerabilem. quod tamen est ualde bonus ad hoc, vel tenendo distincte quod omnis potestas sit in ecclesia, dicendum illud esse quo ad habitum, quo autem ad actum & exercitium est in Petro, & eius successoribus. vt supra sæpissime declaratum est. Hinc dico quod vacante vno vero pontifice, ex quo cessat omnis ratio necessitatis, concilium generale non potest ponere manum ad ea quæ sunt papæ reseruata, per rationes supra deductas. item quia esset ponere duo principia in ecclesia, quod est hæreticum. 24. q. 1. loquitur. & §. fi. 22. dist. c. 1. item pro hoc est talis ratio. secundo
14 est quod duo, idem insolidum, eodem modo possidere non possunt. ff. comod. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. Sed nemo dubitat quod papa verus & vnicus, est insolidum in quasi possessione administrandi papatum, & exercendi potestatem clauium in tota ecclesia vt patet in superiorib. ergo eodem tpe concilium non potest esse in tali quasi possessione, propter impossibilitatem, turbaret enim concilium, iurisdi-

ctionem papæ, ex quo impediret se de his quæ sibi sunt reseruata, in signum supremæ potestatis. Super hoc dico, quod viuente unico pastore non hæretico, concilium non potest absoluere, vel alteri committere vt absoluat a nota excōicationis, a qua non soluit inferior Romano pontifice, sicut est illa quæ incurritur per canonem. 17. quęs. 4. si quis suadēte diabolo. item non potest dispensare. in 2. nec. 3. gradu consanguinitatis, nec potest cum irregularibus dispēsare. pro quo allego glo. ualde singularem, in c. clerici. de cleri. excommuni. quæ est notanda. Item non potest pallium tradere archiepiscopis quod sumitur de corpore beati Pert. de electio. significasti. Et breuiter non potest facere reseruata papæ, & si faciat nullius sunt momenti, tanquam facta a non habente potestatem. 7. q. 1. Daibertum. de iure patron. quod autem, cum simili. Pro quibus facit hęc ratio in simili. licet papa habeat iurisdictionem temporalem in habitu, tamen quia exeicitium est collatum in imperatorem, ut est concors sententia canonista-
15 rum, in c. nouit de iudi. non potest † papa uiuente imperatore exire in actum iurisdictionis temporalis, & quod habet in habitu deducere in exercitium, quia Christo iussit Petro extrahenti gladium, & Malchum percutienti, vt gladium reponeret iu uaginam. Eo autem mortuo bene potest, de foro compet. licet, quod intelligo sane in terris imperii, nam in teris ecclesiæ semper potest, de appellatio, si duobus, & ibi nor. sic in proposito, licet fateatur etiam habuisse claues verum est. transumptiue, de elect. significasti, & alibi. Tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos. Lucę. 22. quæ uerba sonant in exercitium, ergo uiuente papa non debet etiam quod habet habitu, quouismopo ad actum deducere per pręmissa, & hoc concludo generaliter esse uerum in omnibus pertinentibus ad summum pōtificem, de quibus per gl. de offi. deleg. quod translationem, de excessi. præla. sicut unire, & hęc pro pręsenti sufficiant de ista materia.

SVMMARIVM.

1 *Imperium vnde originem traxit.*
Et infra numero 6.
2 *Imperium & sacerdotium ex eodem promanant fonte.*
3 *Regnum Romanorum Deus reprobasse videtur.*
Romanorum imperio ab initio nihil fortius, in fine nihil debilius fuit.
Pronomen quis, quod est restrictiuum.
4 *Dominia per occupationem distincta.*
5 *Ignorantia quando dicenda probabilis.*
7 *Francigenæ ligantur lege imperatoris.*
Reges qui, & cur imperatorem non recognoscant dominum.

De Imperatoriæ maiestatis origine & potestate.

Expeditis his quæ circa præmissorum summorum pontificum & generalium conciliorum potestatem dicenda erant nunc ad imperatoriam maiestatē transeundum est, & aliqua de ipsius origine & potestate bre-
1 uiter subiungenda. Quæro itaque primo, unde imperium habuit originem aut initium. Respondeo in hoc esse opiniones. quidam enim putant processisse a Deo, & iure diuino, ore Christi fuisse approbatum, per illud quod habetur Matthei. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Item imperium a cęlesti maiestate traditum est. C. de ue. iur. enucle. l. 1. 23. q. 4. quęsitum, benefacit. 11. q. 3. qui resistit, ad idem 11. q. 3. imperatores, pro quo bene facit quod scripsi in repet. c. debitores, de iureiur. quia imperium Deum sequitur in auc. constit. quæ de digni. §. penult. col. 6. item imperator est pater omnium post Deum, in auth. de instr. caut. & fide. col. 7. item imperium & sacerdotium ex eo. fonte procedunt. in authen. quomodo opor. episcop. Pro hoc facit quod habetur Gen. primo. fecit Deus duo luminaria ualde magna, unū quod pręesset diei, aliud quod pręesset nocti, quæ uerba referuutur ad pontificalem auctoritatem, & imperialem maiestatem, de maioritate, & obedientia, solitę, hinc est quod sicut papę omnis creatura est subdita quo ad spiritualia, ut in dicto capitulo solitę. notat. Innocent. de constitutio. capitulo primo sic imperatori quo ad temporalia, facit de censi. omnis anima. ad idem, quia Deus de cœlo imperium constituit ut difficilibus legem imponat, in auth. de instruct. caut. & fid. §. quia igitur collatio sexta. Additio (Vide Ioannē Andreā in Speculat. de iur. omnium iudic. in principio. Oldrad. consilio 96. Card. in cap. uenerabilem, de elec. in 6. quęst. Fabrum in proemio institut. Baptistam de S. Seuerino in repe. l. cunctos populos C. de sum. trin. Fely. in. c. cum non liceat, de pręscrip. uer. 10. & ultimo. Nouissime per doc. Io. igneum senatorem. Mediolanēsem in sua celebri disputatione, an Rex Frācię recognoscat superiorem, quem omaino uideris. N. C. Sed contra istam opinionem arguitur, primo, quia in ueteri lege non inuenitur a Deo institutum imperium, cum. n. im-
2 perium incepit solum tempore Cęsaris, † pp quod omnes imperatores dicuntur cæsares cuius tē pora longe præcessit lex vetus. ergo non videtur illa lege institutum fuisse imperium, nec secundum vetus testm̄, cum ipse deus qui omnia creauit ex nihilo. Gen. 2. dn̄s est omnium vniuersalis. iuxta illud psalmiste. Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum. vnde ab initio mundum per se rexit, & præcepta hominibus dedit, & transgredientibus pœnam imposuit Gen. 2. tamē quia pp hoīem tot & tanta creauerat. Gen. 1. & ff. de vsur. l. in pecudum. hęc terrena ipsi homini concessit iuxta illud psalmiste. Cælum cęli domino, terram autem dedit filiis hominum, verum quia omnis communio parit discordiam, vt. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. uoluit vt hęc mundana non essent cōia, sed occupanti concederentur. Deutero. 13. vbi legitur, quicquid calcauerit pes tuus tuum erit, not. gl. ff de acq. pos. l. 1. deinde lege ista, permissa fuerunt regna, ut patet in personis Dauid, Salomonis, & multis alijs a deo approbatis. de sacra vnc. c. 1. & in li. Regum. 2. c. 19. vbi legitur quosdā Reges mandato dei vnctos fuisse, pro hoc quod habetur Prouer. 8. p me reges regnāt, facit quod hr̄ in Psal. Deus iudicium tuum regi da. De imperatore aūt non memini alicubi legisse apud testm̄ vetus, qm̄ vt dixi lex illa multis annis præcessit impiū sed nec in lege noua videtur a deo institutum imperium, licet de regibus multa dicantur, ut patet prima Pe. 2. deum. ti-
3 mete, regem honorificate † Item subditi estote omni potestati, siue regi tanquam præcellenti, & ducibus ab eo missis. de maio. & obe. solitæ. immo specialiter deus videtur reprobasse imperium romanorum, vt no. Hiero. 1. Pe. 2. Cū enim omnes vsurpationem inceperint, dignum fuit vt regnum a gente in gētem transferretur, propter iniustitias suas, & diuersas fraudes. eccle. 10. Et sanctum est regnum huius mundi domini Dei, & Christi filii eius. Apoca. 11. sibi enim est data omnis potestas in cęlo & in terra. Matthei. vlti. vnde glo. d. c. 2. dicit quod sicut ab initio nihil fortius imperio Romanorū, sic in fine nil debilius inuenitur. Cū ergo diuina permissione dn̄ia occupata & distincta fuerunt, & aliquando reges instituti, vt dictum est, non licuit imperatori postea talia sibi appropriare quia non licuit ei transgredi terminos quos posuerunt patres sui. Prouer. 22. & in cap qui ad perpetuam. 25. q. 1. Et ad aliud Mat. 22. date quæ sunt Cæsaris cęsari, & quæ sunt &c. Respondet quod Christus non iubet ei reddi omnia, sed tantum quæ sua sunt, propter illud pronomē quæ, quod est restrictiuum, vt no. C. de sum. trini. & fidę catho. l. cunctos populos. Vel vt dicunt quidam. ideo Christus illud dixit, vt scandalum euitaret. sicut alias pro vitādo scandalo ipse soluit tributū. Matt. 17. 18. q. 1. c. iam nunc. & pro scandalo vitando sunt bona iura. de renun. nisi. §. pro grandi de pscrip. nihil. de no. ope. nun. cum ex iniuncto. vbi pulcher text. Ex his concludunt aliqui imperium a Deo nullum fuisse institutum.

Vlterius videamus de iure humano. constat quod de iure naturali primęuo non erant regna neq; dn̄ia ff. de iu. & iu. l. 1. §. ius naturale. 1. dis. ius naturale. de iure
4 gen. per occupationem † dn̄ia sunt distincta, & menia cōdita. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure, neque ibi aliquid dicitur de imperio. De iure autem ciuili aduertendum qđ duas causas potest allegare imperator pro se, prima autem, quia habuit dominium a populo Romano. ff. de orig. iur. l. 2. alia, quia per iustum bellum acquisiuit ab hostibus populi Romani. vt. ff. de captiu. l. postliminium. & l. hostes. Sed certe hæ duę causę non vn̄r multū vrgentes. primo quia populus Romanus non potuit plus iuris in imperatorem transferre quā penes se haberet. ff. de acq. re. do. l. traditio. ff. de reg. iur. l. nemo plus. de iure pa. quod autem Sed de iure, populus Romanus non habuit dominiū super alias nationes, ergo illud non potuit trāsferre in imperatorem. licet Romulus, & Remus ab initio vrbem Romanam cōstituerunt. vt patet per illud Virgilii. Romulus excipiet gentem, & mauortia condet. Menia, Romanosque suo de nomine dicet. Habetur. in l. 2. ff. de ori. iur. & in l. fi. ff. de re. diui. Et liquet habentibus historiam, tamen populus postea reges expellendo, vr̄ contra se irā dei prouocasse. 7. q. 1. denique. Et sic vr̄ quod imperatores neque dominiū neque iurisdictionem iuste habuerunt, sed per violentiam. Neque obstat electio seu consensus populi, quia dicunt quidam, quod licet populus Romanus potuerit eligere dominū non tamen toti mundo, nec obstat si dicatur quod saltē successores habuerunt verum titulum, propter iustam ignoran-
5 tiam violentiæ. † quia dicunt isti quod hæc ignorantia nō est probabilis, ex quo omnibus constat de violentia. vnde cum isti successerūt sciēter, in rem, & vitium, videntur eodē morbo laborare, argu. de iud. Quia de resti. spo. sæpe. & per ꝯn̄s ēt præscriptione se iuuare non possunt. quæ secūdum canones non procedit cum mala fide. de præscri. qm̄ omne. de re iudi. malæ fidei possessor. lib. 6. nec obstant iura quæ dicunt, imperatorem esse mundi dominum, quia alibi ur̄ probari multos esse qui nō sunt subditi imperio, sed sunt fęderati, hostes, uel amici. ff. de capti. l. postliminium, & l. non dubito, no. in præ-
alleg,

alleg. l. cunctos populos. C. de summa trin. Nec obst. 7. q. 1. in apibus, quia fateor quod sicut in apibus vnus est rex in uno regno, non tamen unus debet esse rex omnium apium, nec omnes grues de mundo unam sequuntur, sed quælibet congregatio suam sequitur. Nec ob. 12. q. 1. futuram, ubi uidetur quod imperator obtineat monarchiam mundi, & quod ibi dicitur quod principes Romani non approbant dominium. C. de proba. l. cum res, & ibi no.

Ista materia propter hæc iura inuicem conflictantia, uidetur ualde esse ardua & dubia. 6 qdquid tñ dixerint alii, mihi satis uidetur uerũ quod† imperium Romanum, & alia regna, processerunt diuina uoluntate & permissione, & hoc tenet Albe. de Rosa, egregius iuris ciuilis commentator, in præalle. l. cunctos populos, licet negari non possit quin initium habuerit a uiolentia, ut patet per præmissa. Permisit autem hoc ipse Deus pp bonum commune, quia commodius est, regi per unum, quam pes plures, teste Aristo. 12. Metha. probatur qđ nõ est potestas, nisi a Deo. de homi. pro humani. lib. 6. iuxta illud uerbum domini. Non haberes potestatem in me, nisi esset data tibi desuper. Et hoc uidetur tenere glo. in authen. quomodo oportet episcopos. in prin. item per longissimum consensum prouinciarum & populorum, qui uoluntarie fuerunt sub imperio, satis uidetur purgatum uitium uiolentiæ, & contradictio iam transiit in consensum, ar. C. de his quę ui me. ue causa fi. in l. 1. unde his consideratis satis potest dici quod imperium est iustum, & qđ omnes nationes sibi obedire tenentur. Et hoc clare tenet Hosti. in sum. de offi. ord. §. 2. sed & imperator, idẽ gl. de elect. uenerabilem, & qui. fi. sint le. per uenerabilem, licet quo ad regem Hispaniæ gl. uideatur sentire contrarium, de dona. inter ui. & uxo. Et si necesse. Idem. gl. de priuileg. super Spec. idem 3. dist. c. ult. 16. dist. si imperator. 7. q. 1. in apibus. 63. dist. Adrianus. 12. q. 1. futuram, idem gl. 10. colla. de pa. tenen. c. hac ędi- 7 ta. in prima gl. quæ etiam uidetur tenetur quod† Francigenę ligantur lege imperatoris, de hoc in Spec. de appel. §. sed nũc tractemus, post principium, quod imperator sit dominus omnium Christianorum facit. ff. ad leg. rho. de iac. l. deprecatio. C. de epis. & cle. generaliter. in fi. Additio. (Pro saluanda sententia accedat aureum dictum Bal. in tit. de pace. constan. in prin. dicentis, quod papa & imperator sunt iudices ordinarii hominum, & delegati iudices ipsius Dei altissimi. allegat gl. ad hoc singularem in rub. de hęre. & fa. collat. 1. N. chalmot. Licet autem ista sint de iure, tamen Rex Fradcię, Hispanię, & multi aliis principes & populi, non recognoscunt imperatorem in dominum, allegantes in exemptionem, præscriptionem tanti temporis cuius memoria initii non existit, quæ p̃scriptio satis uidetur hoc casu habere locum ut not. Barto. ff. de capt. l. hostes, doctores Moderni not. de for. compet. cum contingat, pulchre per Alber. de Rosa. C. de iur. om. iud. l. fin. sunt etiam aliquæ ciuitates Italię habentes priuilegium qđ sufficeret quo ad exemptionem allegare, & ad eius probationem adducere tempus quo fuerunt in libertate, secundum materiam quæ habetur. ff. de usur. l. cum de in rem uerso. de censi. peruenit. Licet enim iure exemptionis non posset pręscribi a priuato, a ciuitate tamen & prouincia potest, ut not. Arch. 16. q. 3. placuit. Additio. (De pręscrip. an currant contra supremam potestatem imperatoris, uide Zaba. in clement. præsenti. in 7. quæstio. de censi. & in clement. pastoralis, §. illud, de re iudicat. in 2. oppo. Felin. late in capitulo cum a nobis, de pręscript. N. chalmot.)

S V M M A R I V M.

1. *Imperium nunquid procedat per successionem, an per electionem. Et infra numero 2.*
   Francorum reges qui fuerunt imperatores.
2. *Imperatorem qui eligant.*
3. *Rex Boemiæ quando in electione imperatoris vocandus.*
   Iudæus nunquid posset esse imperator.

1 Secundo quęro an† imperium procedat per successionem, an per electionem, quod per successionem uidetur probari per. l. certa forma. C. ut in pos. le. per l. 1. C. ad l. Falcid. in quibus patet quod filius successit patri in imperio. idem legitur de Iustiniano qui successit Iustino. insti. de do. §. est & aliud, idem probatur in auth. ut prepona. no. impera. post prin. idem in Pipinio Rege francorum & filio suo Charolo, & Ludouico filio Caroli, qui omnes ex successione fuerũt imperatores Romanorum, ut in Lombarda, de epis. & cler. l. de iniust. & l. de ecclesiis, 23. q. ult. secundum cano. Quicquid autem fuerit olim, indubitate dicendum est 2 quod† per electionem procedit imperium. hoc tenet Cyn. in l. bene a Zenone. de hoc nota. per glo. Innocen. & Hostien. in capitu. uenerabilem. de electio. eligitur autem Imperator a tribus prinpipibus ecclesiasticis. & quatuor secularibus, ad quos de iure spectat talis electio, qui sunt hi, uidelicet archiepiscopus Magũtinus, archiepiscopus Colon. archiepiscopus Treueren. Comes Reni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandebur- 3 gen. & Rex Boemiæ, dicũt enim qđ iste ultimus nõ est uocãdus, nisi quãdo illi tex discordant. & de hac opi. fuit Hostien. in dicto. c. venerabilem. vbi plene de his. no. de re iudi. ad apostolicæ lib. 6. per Archi. de supllen. negli. prę la. grandi. lib. 6. & per eũdem. 2. q. 1. in sum. An autem iudæus vel hæbreus possit esse rex vel Imperator, dico quod non. tex. est iuncta gl. ff. de excu. tu. l. spadonem. no. Bal. in rub. de vet. iur. enucle. C. p quo facit, quia tales vnguntur. de sacra vnctio. ca. 1. & iudæi cum sint extra ecclesiam non vnguntur, igitur &c.

S V M M A R I V M.

1. *Imperatores duo insimul nunquid esse possint. 5.*
2. *Imperator græcorum non est verus imperator.*
3. *Dubitationis causa multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*
4. *Alienatio vero hæredi interdicitur, si ei controuersia moueatur.*

1 Tertio q̃ro an duo possunt simul esse imperatores. †videt quod non, quia ad imperium ideo deuentũ est, vt per vnum toti reipubli. consulatur. ff. de orig. iur. l. 2. §. nouissime. pro hoc. 7. q. 1. in apibus. vbi satis videtur hoc probari. pro hoc facit. quia monstruosum est ꝙ in vno corpore duo sint capita. de offi. or. qm̃. & quod ibi no. Item imperium & papatus vñr paribus passibus ambulare. de maio. & obe. solitæ. sed non potest esse, nisi vnus verus papa. 6. q. 1. factus est cornelius. vt dixi sup. latissime. ergo idẽ dicendũ in imperatore nec obst. ff. de pe. l. fratres. ff. de iur. patro. l. diui fratres. ff. de transac. l. imperatores. cum si. quia dico quod illæ leges non probant, quod simul & eodem tempore habemus dñum & imperatorem nostrum, & imperatorem græcum, quia dicen- 2 dum quod imperator grecorum pace sua non est verus† imperator, vt not. gl. 7. q. 1. in apibus. 86. disti. si imperator. ad hãc materiam videndum est omnino quod no. glo. 21. disti. nunc autem, vbi etiam per Archi. & 8. q. 1. non autem. alias incipit non tantum. in gl. in quibus videtur probari quod duo simul fuerũt imperatores. Sed d ic quod hoc fuit a casu & de facto, non autem de iure. Sed stantibus præmissis, quæritur de pulchra quæstione, pone factam electionem esse ad culmen imperiale de duobus in discordia, & quenlibet administrationem habere. An quilibet imperatorum possit priuilegia concedere quæ soli imperatores concedere consueuerunt, videt quod sic, quia ratione dubitationis aliqua conceduntur, puta quod quis vtatur re non sua, & eam consumat. ff. de vsu l. 3 vsufructuarium. §. si in viuariis. †Item ratione dubitationis quis vendicat rem non suam. ff. de rei vendi. l. ponponius. in prin. insti. de re diui. §. quod si frumentum. & ibi not. Item cũ inter duos eodem nomine vocatos, dubitatur de legato quilibet potest petere satisdationem. ff. de leg. non caue. l. si dñi eiusdem. ff. de p̃to. stipu. l. paulus. §. 1. sic in proposito videntur tenere priuilegia per vtrunque concessa, saltem respectu medij temporis. ad propositum bene facit. ff. de offi. præto. l. barbarius. C. de testa. l. 1. facit de re iudi. ad probandum. in quib. probatur quod is qui hr̃ pro habili ad aliquem actum licet in veritate non sit, potest tamen actum gerere. optime facit de iure pat. consultationibus. & capitu. ex literis. & quod ibi no. de elec. querelam. & quod ibi no. ex his saltem videtur quod vtrumq; priuilegium sit in pendenti, sicut dicimus in diuersis sententijs datis á diuersis delegatis in eadem causa, q̃ vtraque est in pendenti, donec iudex cõpetens vnam confirmet. ff. de re iudi. l. duo. In contrarium facit, quia immo pp dubiũ neutrum debet valere. ff. de testa. tute. l. duo sunt titij. ff. de hęre. insti. l. quoties. Item quia tales concursu videntur impedire se. ff. de. de vsufru. l. quoties. probatur quia si vterque dubitat de statu suo, ergo pertinentia ad talem statum non põt 4 facere. ff. de testa. l. statuliber. pro hoc facit, †quia etiam si vero hæredi moueatur quæstio seu controuersia, ei interdicitur alienatio. ff. de pet. hære. l. diuus. in fin. ff. fa. erc. l. alienationes. neq; videtur administratio quicquam prodesse ad valorem priuilegiorũ, quia non est eadem administratio veri principis & gerentis se pro principe. ff. de eo qui pro tut. l. secũda. & ff. de doli exceptio. l. apud celsum. §. si quis non tutor. Item non constat quod talis administratio habeat ius perpetuum & firmum, ideo attendi non debet. C. de numera. & actua. l. actuarius. lib. 12. & ibi no. ff. de condi. indebi. l. si vrbana. 1. responso. Et facit illud quod no. Inn. de elec. nihil. de resti. spo. in literis. quid dicendum. Ego inuenio hanc quæstionem tactam in cle. Romani. de iureiur. vbi gl. dicit, se vidisse literas extractas de registro Innocentii tertii, quæ emanarunt super discordia electionis, de qua fit mentio in ca. venerabilem. de elec. continentes, quod inconcussa consuetudo imperii, per patres sedis apostolicæ tolerata, & per toleran tiam approbata, habet quod† electis duobus, in discordia vterque administrat, ut rex, & omnem imperii iurisdictionẽ exercet, donec p papam alterius electio fuerit approbata vel reprobata huic ergo consuetudini standum est, cuius nõ est uilis auctoritas ff. de legi. l. de quibus de consuetudin. an autẽ obediendum sit imperatori non legitime imperium consecuto. Archidi. tenet quod non. 24. q. 1. culpatur. vbi vide.

S V M M A R I V M.

1. *Imperator an & quam in clericos habeat potestatem.*
   Mulier ex priuilegio potest conferre beneficia.
2. *Imperator est dominus omnium rerum temporalium.*
   Clerici regibus sunt subditi ratione temporalium.
   Tributum, subiectionem denotat.
3. *Iurisdictionum duæ sunt species, sicut clericorum & militum.*
   Persona quo ad forum regulariter attenditur, non res.
4. *Domicilij loco quis conuenitur etiam pro re alibi existente.*
   Iudex personæ, est iudex bonorum.
5. *Religiosa sunt quæ religiosis adhærent.*
6. *Causæ omnes etiam laicorum ab initio coram sacerdotibus tractabantur.*
7. *Laicus cnr de clerici feudo cognoscat.*
   Papa magnam habet potestatem super imperatorem.
   Episcopus quilibet in spiritualibus maior est imperatore.
8. *Imperator iuramentum fidelitatis papæ præstat.*

1 Quarto quæro an imperator† de iure habeat aliquam potestatem in clericos, tã quo ad bona ecclesiastica, quam eorum patrimonialia. videt quod sic, qa imperator potest conferre beneficium vel dignitatem ecclesiasticam. dicit. n. Spec. in spe. de præben. §. restat: uer. item, se uidisse priuilegium cõcessum imperatori, quod in qualibet ecclesia Alemaniæ possit facere recipi vnum. neque dubitandnm papam posse tale priuilegium concedere, nam ẽt mulier ex priuilegio Ro. pont. potest hr̃e facultatem concedendi præbendas ecclesiasticas. de conces. præben. cũ dilecta. de testi. Dilecto. & ibi no. de præbens. is cui. li. 6. Item quilibet eps̃ in promotione sua cõsueuit aliquid dare imperatori. no. gl. 63. dis. agathosa. imo quod plus est, tenent quidam. in c. 2. de præben. li. 6. quod reges ex longissima consuetudine pñt acquirere ius conferendi beneficia ecclesiastica. quod tñ non puto verum. per c. messa. & c. sacrosancta, quia non subsunt iurisdictioni imperatoris, ut legitur in authẽ. ut ecclesia Ro. gau. priuileg. cen. anno. & C. de epi. & cle. l. oẽs. & l. cum clericis. & no. Inno. de ma. & obed. c. 2. Item saltẽ quo 2 ad bona tpalia eorum, vñr† clerici subesse imperatori, quia imperator est dñs oĩum rerum temporalium. C. de quadriẽ. præscrip. l. bene a Zenone. & ibi not. & iura humana regum sunt. 8. dist. quo iure. Pro hoc quod no. gl. C. de epis. audi. l. de his. sentit Inno. de fo. compe. postulasti. ubi sentit quod constitutio imperatoris ligat possessiones clericorum in eius territorio sitas, rõne. n. temporalium, clerici regibus sunt subiecti. 10. q. 1. magnanimi. tributum denotat subiectionẽ. de censi. oĩs anima. Item Christus iussit reddi quæ sunt Cæsaris Cæsari & c. Mat. 22. pro hoc duas iurisdictiones distinguens diuinam & humanam. de consec. dist. 3. claritatem. in fi. Nã sunt duo genera christianorum, clerici, scilicet & laici. 12. qõ. 1. duo. Item duo genera militum, scilicet ecclesiæ, & seculi, l. dist. clericum. sicut pontificalis auctoritas & regalis potestas 3 91. distin. duo. † & per consequens duæ iurisdictiones, videlicet sacerdotalis in spiritualibus, & imperialis in temporalibus. 16. q. 6. auctoritate. in auth. quomodo opor. epi. §. primo. unus autem præsidens alteram usurpare non debet. quod declarauit dominus, cum talibus, in persona Petri, commi- natus est, dicens, omnis qui gladium acceperit, ad alterius iurisdictionem spectantem, gladio peribit. 23. q. 8. capit. primo. spiritualem siquidem habet ecclesia. 23. q. 2. inter hos. materialem habet imperator. de quo dicit apostolus ad Roma. 3. quod nõ sine causa gladium portat, ratione cuius, omnis anima iubetur ei esse subiecta. ut habetur 1. Petri. & d. ca. omnis anima. pro hoc bene facit. 96. dist. cum ad ueram. 10. distinct. quoniam. In contrarium facit, quia, quo ad forum, regulari- 4 ter attenditur persona, & non res, hinc est quod† pro re alibi constituta quis conuenitur in loco domicilii. ff. de re iud. l. a diuo pio. C. ubi in rem act. l. fi. bona enim sequuntur conditionem personæ. C. de inoffic. testam. l. fin. sunt enim accessoria, & hominis causa creata. ff. de usu. l. in pecudum. unde q est iudex personæ; etiam est iudex bonorum. ff. de dona. inter vi. & uxo. l. prudentia. & mutata conditione personæ mutatur status rerum, etiam quo ad forum. ff. de iud. l. si quis postea. per Bar. ff. de pœnis. l. prima. Ioan. Andr. in cap. primo, de obli. ad ratio. Item per militiam secularem quis mutat forũ. de silentiar. l. secunda. lib. 12. & in præallega. l. si quis postea. ergo etiam per cœlestem, argumentum, ff. de arbit. l. non distinguemus. § sacerdotio. facit quod no. ff. de re iudi. l. miles. in principio, & in capitulo primo. de cleri. ægrot. uel debili. cum ergo bona ueniant ad personas ecclesiasticas, earum 5 conditionem sequuntur, † quæ religiosis adhærent religiosa sunt. ff. de rei uendi. l. quæ religiosis. conueniens etiam est ut maius dignum trahat ad se minus dignum. de consecratione ecclesiæ, vel altaris, quod in dubijs. ff. de usucapio. l. cum qui criminis.

Clarum autem est quod personæ clericorum non sunt de iurisdictioe temporali, ergo neque bona, immo grauiter peccant principes iurisdictionem turbantes ecclesiasticam, caueantque ne a domino flãgenllent sicut ille Ozias rex, de quo habetur in psal. 26. Additio (Contra turbãtes iurisdictionẽ ecclesiasticam uide copiossisime do. Bertran. in opere suo quod contra Pet. de cuneriis edidit Et unum scias quod nullus unquam turbauit ecclesiasticã libertatem, quin detrimentum in persona, aut in bonis, aut in uxore, filiis, vel infama iusto Dei iudicio pateretur, & ommissis priscorum historiis recentiora exempla recenseo. Pet. de Cuneriis Christianissimi domini regis aduocatus, doctor, & miles, quia ecclesiasticam libertatem enixe infringere molitus, est a Deo omnipotenti ita percussus est, præter alia quę taceo, ut in hodiernum usque diem eius statua in ecclesia Parisiensi pro ludibrio habeatur, pugionibus a iuuenibus feriatur, & in derisum pateat omnibus. de ista libertate ecclesiastica abunde scripsi in commento meo. de reg. iu. ff. super rubri. N. chalmot.) Nam clerici per assumptionem cœlestis militiæ corpus & animam Dei seruitio dedicarunt. 12. q. 1. cum portio. & sic de eius foro facti, sunt exempti. 96. di. si imperator. item per priuilegium imperatorum clerici sunt exẽpti. C. de epi. & cle. auc. statuimus, quæ priuilegia sunt per ecclesiam approbata. 10. dis. si in adiutorium. no. Inno. de maio. & 6 obe. alias si quis. item † ab initio omnes causæ etiam laicorũ coram sacerdotibus tractabantur. Deutero. 18. qui fi. sint le. per uenerabilem. unde non potest dici quod fiat eis iniuria, si laici, effecti clerici, subsint clericorũ iudicio, & sic res quo dãmõ reuertatur ad naturam suam, ar. ff. de pac. l. si unus. §. quid si in specie 35. dis. ab exordio. quid plura. de illa. q. est casus. in c. fi. de iudi. in c. conquestus. & c. si diligenti, de foro cõp. no. gl. de vi. & ho. cleri. c. fi. facit qđ no. de pig. ex his. neque obstat quod temporalia subsint regibus, quia dicendũ, est hoc verum quo ad onera realia, quæ directe respiciũt rẽ. ff. de mune. & ho. l. munerum. § patrimonium. 11. q. 1. Si tributum, hic autem nos loquimur de foro in quo magis, inspicitur persona quam res. Nõ obstat quod de feudo clerici laicus cognoscat, ut no. de fo. comp. verum, quia dico illud es- 7 se ex eo quod† in feudo, directum dominium remanet penes dominum, licet utile transeat in uasallum, secus in reb. clericorum, quæ pleno iure transtatã sunt in ecclesiam. C. de sac. san. eccle. l. fi. facit quod no. inno. in præalle. c. uerum. Aduerte tamen quia licet imperator non habeat iurisdictionem in clericos, dispensat tamen im multis casibus, quos uide in spe. de leg. §. hunc quoque. ver. principes quoque. magnam autem potestatem habet papa super imperatorem. quia ex delicto eũ deponit. de re iudi. ad apostoli cã. lib. 6. & ibi plene no. & in c. quod super his de uoto. per Inno. Amb. etiam excommunicauit imperatorem ex delicto in sua prouincia commisso, ut ibi no. gl. Ex quo uidetur quod in spiritualibus quilibet episcopus sit maior imperatore. 64. dist. c. 1. & c. ualentinianus. & ibi in gl. pro hoc. 96. dist. duo sunt, cum ibi. no. qui fi. sint leg. uenerabilẽ. 23. q. 6. administrator de foro. compe. ex tenore. de supplen. negli. præla. grandi. li. 8 6. † Item imperator pręstat papæ iuramentum fidelitatis. 63. di. tibi domino. de quo plene no. in clem. ne Romani. de iureiu. Et vacante imperio papa exercet iurisdictionem. de fo. comp. licet. & ibi no. per Inn. Vide Fely. in c. eam te. de rescr. uersicu. similiter dicit glo. Bal. in addi. Spe. ti. de rescrip. præsenta. §. fin. versic. item quod obtentum. & Sali. in d. l bene a Zenone. ubi de materia, ad fundũ. & medullitus deducitur. N. Chalinot.)

S V M M A R I V M.

1. *Electio nunquid faciat verum, imperatorem, sine vnctione & alijs requisitis. 5.*
2. *Imperatoris electio qualis esse debeat.*
   Argumentum a communione est firmum.
3. *Maritus uxoris debet esse defensor.*
4. *Actus cæptus, fauore publico, habetur pro completo.*
6. *Imperator quibus coronis & vbi coronetur.*
7. *Bellum indicere an ad solum papam & imperatorem pertineat.*
8. *Capti in bello & relaxati, an debeant fidem frangere.*
9. *Duellum de iure canonico nunquid sit licitum.*

1 Quinto vero quęro vrum† imperator ex sola electione concordia, vel facta a maiori parte, dicatur esse uerus imperator, adeo quod omnimodam administrationem habeat & potestatem circa concedendum priuilegia, & omnia alia quã pertinẽt ad imperatorem, an uero indigeat examinatione, unctione, cõfirmatione, & corronatione papæ. Rñdeo omissis, argumẽtis ad partes causa breuitatis, ꝙ ex sola electione plenum ius imperiale cõsequitur. Qđ probatur multipliciter.

Primo, sicut quando aliquid est in altero, per approximationem alterius, fortius & potētius est in illa, sed in aliquibus, dignitatibus speciale priuilegium est quod propter vicinitatē & proximitatem ad principē ex sola electione consequūtur, ut patet in dignitate patriciatus, & consulatus in auc. consti. quæ de digni. §. 1. C. de decu. l. fin. li. 10. ergo multo fortius hoc est in principe. Secundo illud quod est maximum in imperio est legem condere generalem, & hoc soli principi conuenit. C. de leg. l. fi. sed illud p̄t statim post electionē ergo &c. ff. de excu. tut. l. sed & reprobari. ibi diuus pater meus ingrediens mox in principatum &c. per hoc in auc. Hæc constit. prior consti. interp. æ. ibi in ipso ingressu &c. probatur. 63. di. tibi dño. quod capitulum fuit factum ante consecrationem imperatoris illius. ut ibi patet. Si ergo potest legem condere post electionem, multo fortius alia minora. arg. ff. de re. iu. l. non debet. Tertio, † electio quę fit hodie per principes & prælatos, ut dixi sup. debet, esse illius vice quæ olim fiebat a populo, ex quo, loco illius est subrogata, ar. ff. si quis in iu. l. si cū §. qui iniuriarum. ut lit. pen. ecclesia sanctę Marię. Sed. ex illa nullo extrinsecus expectato imperator cōsequebatur ius plenissimum. ut. ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde quia difficile. 93. distin. legimus, ergo etiam de ista electione. bene facit. ff. de fi. instr. l. seia. §. gaio. Quarto probatur a communi ꝙ arg. est validum. ff. de ver. sig. l. auunculus. Nam statim post electionem vocatur rex Romanorum, & sic se scribit, & sibi ēt p̄ papam scribitur. ergo habet regimē ff. de ver. si. l. tugurii. si cer. pet. l. 2. §. appellata. de præben. cum secundum. 21 di. cleros, regimen. ergo videtur in eum translatum, & per ɔ̄ns debet ille posse quæ potest imperator. Pro quo facit, quia ēt ex tūc incipiunt anni imperii. in auc. vt præpo. nomen imperatoris §. 1. ibi. primo die igitur nos Deus Romanorum præposuit rebus. Quinto sicut matrimoniū solo consensu perficitur. ff. de re. iu. l. nuptias. de sponsa. tunc. & c. cum locum, ita videtur, ꝙ ex mutuo consensu eligentiū, & electi imperator plenū, ius consequatur. pro hoc. C. de decu. l. si quis. li. 10. facit ꝙ no. de elect. dudū. in gl. quę incipit no. ergo. procedit autem hoc simile de matrimonio, quia sicut † maritus est defensor vxoris, inst. de iureiu. §. patitur. ita imperator reipu. & singulorū, immo ēt ecclesiarum, de ele. venerabilem. 96. di. imperator. Sexto pro hoc facit fauor publicus, satis. enim videretur absurdum & damnosum aliquando expectare coronationem imperatorum, quæ non tam cito aut de facili fieri potest, sicut his diebus patuit in serenissimo & illustrissimo principe Domino Sigismundo, qui cum iamdudum per multa tēpora electus fuerit in imperatorem, solummodo hoc anno coronaths fuit per sanctiss. ac beatissimum dominum Eugenium diuina prouidētia papam. IIII. natione Venetū, & als fauore publico † Actus ceptus hr̄ pro completo. ff. de usuca. l. in usucapione. ff. de mino. l. 3. §. minorem. Septimo facit 10. col. de pace iura. fir. §. fi. vbi mandat tali electo per omnes debere obediri, ꝙ non esset nisi haberet iurisdictionē. Octauo, facit quia imperatores longe fuerunt ante Romanos pontifices, vt clare patet habenti notitiam historiarum. esset autē absurdum. dicere ꝙ illi, nō potuerunt administrare imperialia, & tn̄ constat ꝙ non habuerunt coronationem a papa. Ergo idem vr̄ dicendum in imperatoribus nostri temporis, q̄ vn̄r paris esse potestatis cum illis anterioribus, est etiam, hæc pars, auctoritatibus multorum excelentissimorum virorum, approbata. Primo enim. Iacob. de raue. hanc quæstionē publice disputans ita terminauit. quam refert & sequit̄. Cy. in l. bene a Zenone. idem tenet Guiel. Naso. in d. c. venerabilem. qui uult plus, ꝙ priuilegia per talem electionē cōcessa, valeant. ēt si postea per papam eius electio cassaret̄, allegat de præben. dilectus, ꝙ intellige qn̄ electio facta esset in concordia. alias secus, per id quod no. in cle. ne Romani. de iure iuran. hanc partem sequitur Inno. in d. c. uenerabilem. in gl. quæ incipit, nota argumentum quod sicut pater. ubi dicit hæc uerba credimus quod † si imperator in loco debito non possit recipere coronam, auctoritatem tn̄ administrandi potest recipere ab archiepiscopo Colenien. vel sua auctoritate hoc habet ex electione. idem vr̄ sequi Ioan. And. in clemen. ne Romani. in gl. in ver. reges. licet in alia gl. quæ incipit, illud est. uideatur aliter sentire. de hoc etiam est gl. Ioan. An. in c. auaritię. de elec. li. 6. Item idem tenet Alb. de Rosa. in d. l. bene a Zenone, qui dicit de hoc fuisse magnam concertationem inter papam Ioannem. vigesimūsecundū, & successorem suum Benedictum. 12. ex una parte, & dominum Ludo. de Bauaria electum, prælatos, & doctores tam in curia quam extra consultos, in hanc partem inclinasse, pro qua dictus dom. Ludo. fecit unam constitutionem, cuius tenorē ipse Alber. ponit de verbo ad uerbum in dicta l. bene a Zenone, quam omitto causa breuitatis, refert etiam se tunc audiuisse literas electorum imperii, qui hanc partem dicebant esse veram.

Verum quia supra facta est mentio de coronatione Imperatoris, posset dubitari quot coronas, & quales, & vbi recipiat imperator. Dicendum quod prout habetur in pontificali, quod † coronatur triplici corona, prima est ferrea, quam recipit ab archiepiscopo Colonien. in Aqsgranis, qui est locus eiusdem diœcesis. Secunda est argētea, quam ingressus in Italiam recipit ab Archiepiscopo Mediolanensi in villa Modicensi, eiusdem diœcesis. Secundam autem argenteam, quidam receperunt Mediolani in ecclesia sancti Ambrosij. Tertia est de puro auro quam recipit a papa in ecclesia sancti Petri, iuxta altare sancti Mauricij. Duæ possunt assignari rationes quare trium metallorum coronis coronantur imperatores. Primo enim coronantur ferrea, ad significandum fortitudinem, quia vincere debēt rebelles, & infideles conculcare. Secundo argentea quæ designat munditiam & claritatem, qua debet abundare imperator. Tertio aurea, quia sicut aurum omnibus metallis excellentius existit, ita imperator alijs regibus, & principibus potentia, & iustitia debet esse excellentior. Secunda ratio pōt assignari, quia olim Romanis in tribus metallis tributum soluebatur, in 15. annis. vnde primo quinquennio argentum, vt inde milites possint habere stipendia. Secundo ferrum ad conficienda arma militum pro expeditiōe bellica. Tertio quinquennio aurum, quod in errario publico reponebatur pro t̄pe necessario, vt pro republica expenderetur. ad denotandum igit̄ hoc triplex tributum, coronatur imperator his trib. coronis horum trium metallorum. Harum autem rationum primā vide in cle. ne Romani. in gl. de iureiur. in auth. vt præponat nomen imperatoris. col. 4. Quarto & vlt. quæritur an † ad solum papam & imperatorem pertineat mouere seu indicere bellum, circa quod esset videndum ɔ̄ quos, & ex quib. cau. possit bellum indici. Secundo, quod est bellum licitum, & quod illicitum. Tertio, quis habet iudicare, an bellum sit licitum an non. Quarto, quid de captis in bello, an efficiantur subditi vel serui capientium. Quinto, quæ possint licite in bello capi, & quæ non. Sexto, quis debet reficere damna vocatorum ad prælium. Septimo, an cuilibet in bello licitum sit pugnare. Octauo, qui vocati teneantur venire ad bellum. Ista est pulchra materia & quotidiana, sed quia est nimis longa, & ad propositum videtur impertinens, ideo sufficiat commemorasse ut quoties expedit videre, habeatur recursus ad Inno. qui duas solennes gl. facit de ista materia, vnam in ca. olim. de rest. spol. aliam in c. sicut, de iureiur. Bar. aliquid tetigit in l. hostes ff. de capti. An aūt valeat consuetudo quā habent armigeri nostri t̄pis, † vt capti relaxentur ad fidem, & capienti, qn̄cunque per eum vocentur, teneantur obedire. habetur pulchre per D. Bal. C. de adopt. l. in adoptionem. ubi quærit de capto a duobus, qui postea simul ab vtroque vocatur, an uni uel neutri debeat obedire. Item quid si captus, & relaxatus ad fidem nolit vocatus reuerti, an de iure possit cōpelli, & multas similes quæstiones quæ quotidie accidūt de facto. vide dictum Bal. in d. l. in adoptionem. Superiora procedunt in bello. Quid autem de duello, an sit licitum. nota. glos. 10. collat. de pace tenend. & viola. eius. & ibi plene per Bal. ubi ponit, an † de iure canonico duellum sit licitum. no. per glo. secunda quæst. quinta monarchiam. & in capit primo, de cle. pug. in duel. Item, an mortuus in duello moriatur seruus pœnæ. Item, an existentes in campo parati ad pugnandum, possint communi consensu pœnitere. Item quid si die statuta pro pugna vnus alium superare non potuit, an aliis diebus sit toties pugnandum, quod vnus alium superet. hæc, & multa alia posuit D. Bald. in d. c. de pace tenen. quam auctor pacis dominus noster IESVS Christus nobis sua pietate concedere dignetur.

Postremo & si multa ex his quæ sup. scripsi ex multorum senten. collegerim, tamen quia diuina fauente clementia nonnulla etiam ingenio meo fabricata sunt, idcirco subiicio hanc protestationem, quæ solet iuuare protestantem. & eius animum declarare. Profiteor itaque quæcunque dixi me subiicere correctioni sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, & sedis apostolicæ. Necnon iudicio sanctissimi domini nostri Domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IIII. & suorum successorum canonice intrantium, protestans intentionis meæ non fuisse aut esse quicquam affirmare, vel pertinaciter asserere, quod sit contra sanctam Romanam ecclesiam. Offerens me paratum, stare humiliter eius maternæ emendationi, ad quam pertinet oues errantes ad Christi ouile & gregem dominicum ad viam veritatis reducere, illo instituente, qui est via & veritas & iustitia ac vita, viuitque & regnat per infinita secula. Amen.

F I N I S.

TRACT.

TRACT. GVILIELMI Durandi Speculatoris,

De modo generalis concilij celebrandi.

INCIPIT.

Cribitur in concilio Toletano quod bonę rei dare consilium, et præsentis uitæ habetur subsidium, et æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. 12. q. 2. bonæ rei. vnde cum per sanctissimum patrē & dn̄m nostrum D. Clementem diuina prouidentia papam V. scriptū fuerit & mandatum om̄nib. archiepis, & episcopis per ipsum ad futurum concilium generale Viennæ euocatum, ꝙ per se, & per alios diligenter inquirerēt, deliberarent, scriberent, & in scriptis ad dictum concilium deferrent, omnia quæ p̄ bono statu ecclesiæ, populi christiani, & exaltatione fidei eis vtilia uiderentur. Idcirco ego Guilielmus diuina prouidentia ep̄s Mimatensis, qui sum requisitus super hoc & vocatus, cōsiderans ꝙ sicut in maiorib. est regendi & iubēdi potestas, ita in minorib. est obsequendi necessitas. ut in decretis. 21. dist. q̄uis. §. in his. cum c. seq. 8. dist. quæ contra mores. 96. dist. bene quidem. extra, de consti. ecclesia sanctæ Mariæ, & de reb. eccl. non alie cum laicis, et quod s̄m Greg. illud quod præcipitur imperatur, et quod imperatu necesse est fieri, et si non fiat, pœnam habet. 24. q. 1. quod præcipitur. 4. dist. §. hæc et si legibus, et ꝙ s̄m prophetam Samuelem, melior est. n. obediētia quam uictima 1. Reg. 15. quia sicut Grego. in moralib. 25. lib. exponit. In obediētia, propria in victima, aliena caro mactatur. 8. quæst. 1. sciendum. Perlectis dudum cum diligentia a sanctis patribus conciliis generalibus, prouincialibus, et aliis pro statu uniuersalis ecclesiæ constitutis, a quibus in pluribus est recessum, scribendum duxi ea de quibus iuxta paruitatis meæ modulū agēdum esse vr̄, in cōcilio memorato.

SVMMARIVM.

1. *Peccata aliena corrigere volens, sua prius reprehendat.*
2. *Sacerdos sapiens, sua peccata prius diluere debet, & postea aliena.*
3. *Ecclesia tam in capite quàm in membris reformari deberet.*
4. *Clerici debent esse vti candelæ super candelabrum, & aliorum lumen.*
5. *Episcopus qui crimen subditorum non corrigit, canis impudicus dicendus est.*

Rub. I. de correctione eorum quę male aguntur præmittenda in Dei ecclesia a ministris ecclesiasticis in capite et in membris.

Tractatus pars prima.

C primo si quidē cum dn̄s dicat in euangelio Io. c. 8. Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat, & in Matth. 7. c. ꝙ qui trabem 1 gestat in oculo, non pōt festucam educere de oculo fratris sui, † p̄ quæ probat Grego. in moralib. quod qui ad aliena peccata reprehendenda vadunt, et sua impunita relinquunt, reuocari debent intus ad conscientiam, ut prius propria corrigāt et tunc aliena reprehendant, & in grauibus peccatis quis positus, dum suis præmitur, aliena non diluit 3. qō. 7. §. item in euangelio. & c. qui sine. & in c. grauibus. & ca. postulatus. & 2 secundum Augustinum. † Sacerdos sapiens ut medicus, & perfectus, prius debet sua peccata diluere, et postea aliena detergere, et sanare. ea. cau. & q. sacerdos. & secundum Apostolum & Ambrosium, ille debet de alterius errore iudicare, qui non habet in seipso quod condemnet, & qui nō agit ea, quæ in alio putauerit punienda, quia aliter dominum inhonorat. ea. cau & q c. iudicet. & ad Ro. 2. c. † Videretur deli 3 berādum, si posset perquam utile fore & necessarium, quod ante omnia corrigerentur, & reformarentur illa quæ sunt in ecclesia Dei corrigenda. & reformāda, tam in capite quam in membris. ut tamen cum pace & uenia super hoc loquar, & ex obedientia excusatus habear, ne os meum videar posuisse in cœlum. 21. di. intantum. 26. dist. deinde. istud nempe sicut ex pręmis probatum est, plene videretur esse conforme, uoluntati diuinæ, & per ɔ̄ns humanæ, nam sicut Hieroni. ait 94. q. 3. transferunt. ueteres scrutans historias iuuenire nō potui aliquos alios scidisse ecclesiam Dei, & de domo domini populum seduxisse. pręter eos q̄ sacerdotes a Deo positi fuerant, & prophetæ. 1. Specu. uersi. in laqueum tortuosum & in omnibus locis ponentes scandalum. isti namque sunt, sicut Greg. ad ianuarium scribit, laqueus iuuenum, & secundum Hierony. ad Heliodo. illud sal, infatuatum, de quo dominus ait, Matth. 6. & Marci. 1. quod ad nihilum prodest, nisi ut projciatur foras, & conculcetur ab omnibus. 2. q. 7. Paulus. & c. non oēs episcopi sunt episcopi nam ut ea. cau. & q. sequitur, sic in c. sequuti sunt viam Balaam ax. Bozor, qui mercedem iniquitatis amauit correctionem vero habuit suæ vesaniæ, nam subiugale mutum quod hominis uoce loquutum est, 4 prophete insipientiam probauit. † Quod etiam hodie accidit cum tam stulta & dissoluta perpetrentur in ecclesia Dei a dictis personis ecclesiasticis, quæ deberent esse lumen aliorum & lucernę super candelabrum positæ, iuxta id quod dominus ait, sensus ebetant iudęorum, & etiam paganorum & ēt illi, qui ratione diuinę agnitionis omnimodo carent, istorū detestātur insaniam, & eorum distorta & Deo ɔ̄ria itinera, 5 sanius sapiendo, redarguunt. † Ex quo secundum eū docti ab indoctis. clerici a laicis necessario redarguūtur, ut ibidem & Augustinus ait. Qui nec regiminis in se rationem habuit nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit, canis, impudicus dicendus est, magis quam episcopus. 2. q. 7. q nec regiminis. Nam per Ezechielē. 9. dn̄s præcepit. a sanctis meis incipite. Et de eo scribitur Malachie. 3. ꝙ purgabit filios Leui & collabit eos quasi aurum, & tunc erūt dn̄o offerentes sacrificia in iustitia, & placebit Deo sanrificium Iuda. & Hierusalē, sicut dies seculi, & sicut anni antiq. l. di. Et purgabit, Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his. q intus sunt uulneramur. 24. q. 3. c. illud sane.

SVMMARIVM.

1. *Humanum genus iure naturali, & moribus regitur.*
2. *Humanum genus regentes, quam viam amplecti debeans, & infra num. sequenti.*

Rub. II. de modo correctionis & reformationis ecclesiæ, & Christianitatis.

Sane videretur ad correctionem, & reformationem ecclesiæ, & ad salubre regimen humani generis posse 1 perueniri hac breui uia. † Scriptum namque est in principio decretorum, quod regitur genus humanum duob. i. regi debet, videlicet iure naturali, quod in lege, & in euangelio continetur, quo quis iubetur alii facere, quod sibi uult fieri & prohibet alii inferre, ꝙ sibi nō uult fieri. vn̄ Chitus in euāgelio Matth. 7. ait. Oīa quæcūq; uuitis, ut faciant uobis hoīes & uos eadem facite illis. Hoc. n. est lex & p̄phete. i. oēs leges, & prophete in hoc concordant, & in hoc consumantur, iuxta illud ecclesiastici ultimo. Deū time, & mādata eius obserua, hoc ē oīs homo, morib. vero regit̄ ipsum genus humanū i. humanis. ll. sicut Isidorus. in 5. lib. Ethimologia. attestat̄. 1. 2 di. oēs leges. & c. seq. † Si itaq; duo a q̄b. regit̄ homanū genus sicut a ministris Dei, uidelicet ecclesiastica auctoritas, & regalis p̄tās, sicut Gelasius papa scribit Anastasio imperatori 96. dis. duo. sunt. si uellent intēdere ad dictā reformationē, & salubre regimē humani generis, hērēt viā amplecti p̄dictā, ut uidelicet seipsos & humanū genus regerēt s̄m ꝙ in lege, & in euāgelio, & in cōcilijs spi ritussancti instinctu probatis. vt. 16. di. habeo, & in alijs humanis. & cōprobatis. ll. & iurib. cōtinet̄, q̄cq̄d p̄ alios inuenit̄ in regimine mūdi in ɔ̄riū attētatū corrigeret̄, & reformaret̄, p̄ut melius posset, & p̄uideretur, ne in ɔ̄riū impune attentaretur, & huius virę nouitas nō negligeretur, quę ab antiquitate fuerant hactenus consulta & prouide constituta, sicut ait lex illa canonizata. 2. q. 6. an3 teriorū. §. illud. † & insuper ꝙ omnes usus seu uerius abusus consuetudines, quæ censendę sunt corruptelæ, dispensationes, priuilegia, libertates, & exemptiones, contrarietates, & contrariantia. supradictis diuinis & humanis legibus approbatis & generalibus, tollerentur.

SVMMARIVM.

1. *Potestas papæ & regum a Deo est.*
2. *Mundi regimen, Dei regimini conformari debet.*
3. *Exempla plus mouent quam uerba.*
4. *Papa confirmare debet id quod dominus aut eius apostoli, aut sancti patres sententialiter diffinierunt.*
5. *Papa non potest aliquid contra statuta sanctorum patrum condere. Et infra num. 8. & 10.*
6. *Sedes Romana seruanda est.*
7. *Blaspemare in spiritum sanctum uidentur, qui contra canones sacros aliquid præsumunt.*

9 *Concilia quatuor, sicut quatuor euangelia seruanda sunt.*
11 *Princeps secundum leges viuere debet.*
12 *Principis iura seruanda sunt, quando illis ipse reuerentiam præbet.*
13 *Potestas sub ratione limitanda est.*
14 *Iniuria nasci non debet, vnde iura oriuntur.*
15 *Facere quis non debet illud, a quo alios prohibere debet.*
16 *Iustitiam colere summum bonum est.*
17 *Iustitia remota, regna non sunt nisi latrocinia.*
18 *Leges, aranearum telis Anacarsus comparabat.*
19 *Marci Reguli Romani notabile dictum.*
20 *Rampublicam salubriter gubernantibus, duo secundum Platonem dantur præcepta.*
21 *Respublica parua quomodo magna efficiatur, secundum Catonem.*
22 *Consules antiqui, reipublicæ præsidentes, in priuatis rebus pauperes erant.*
23 *Marci curij consulis notabile dictum.*
24 *Reipub. administratores, filios assistere non patiebantur, nisi reipublicæ prodesse possent.*
25 *Principatus non sanguini, sed meritis debetur.*
26 *Prælati in populis deterius delinquunt.*
27 *Homo propter duo in peccatum fortiter cadit.*
28 *Honor in superbiam inflat.*

Rubrica III.

Quod prædictus modus correctionis, et reformationis ecclesiæ, & christianitatis sit conueniens, rationi & iuri maxime quantum ad presidentes spirituali & temporali ptãti, & quod non debeant transgredi iura, sed se regere & limitare ſm ea, & non quærere, quæ sua sunt, sed quæ Christi, nec aliorum iura vsurpare, sed sub ratione se regere, & additur qualiter ab antiquo respublica gubernabatur.

Quod dñs papa, & reges debeant seruare præmissa in lege, & in euangelio, conciliis, & iurib. approba-1 tis contenta. de facili põt ostendi. † Nam ptãs eorum a Deo est, & quæ ab eis ordinata sunt, a Deo ordinata existunt, sicut ait Apost. ad Rom. 12. 11. q. 3. q resistit. & c. imperatores. 10. di. 2 qm̃ idem mediator. 96. dist. cum ad verum. 23. q. 4. quæsitũ. † ordo autem melior non potest esse in regimine eorundem quam ꝙ in eorum regimine Deo, a quo eorum processit potestas, & cuius regimini debet ꝯformari regimen orbis. 49. di. ad hoc. 16. q. 1. ad hoc. inquantũ pñt, sint conformes, & in hoc potissime, ut sicut Christus Dei filius verus Deus, & verus homo, verus rex, & verus pontifex, cœpit facere, & docere, sicut de eo scriptum est. 26. dist. §. ecce. ver. vnde 39. dist. §. 3 primo. & Ioan. 6. c. † sic & prædictus dñs papa & reges, primo bene, & bona facerent, & exemplo suo ad idem faciendum alios compellerent. Cum prout Seneca ait, plus moueant exempla quã verba. & si dicatur, qđ legib. sint soluti, põt rñ-4 deri, quod non, diuinis. † Nam ſm Vrbanum papam, etiam Rom. pont. dñs, vel eius apostoli, & eos sequentes sancti patres, sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non legem nouã dare, sed potius, quod prædictum est vsq. ad animam & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli & prophetæ destruere, quod absit, niterentur, non sententiã 5 dare, sed magis errare conuincerẽtur. † Zosimus etiam papa scribit, quod contra sancta statuta patrum condere aliquid, uel mutare, nec huius quidem sedis apostolicæ potest auctoritas. apud nos enim inconuulsis radicibus, sicut inquit dictus Zosimus, viuat antiquitas, cui decreta patrum censue-6 runt reuerentiam exhibendam. 25. q. 1. c. ꝯ. & c. sunt quidam. Gelasius etiam papa scribit ea. cau. & q. confidimus. qđ nullam sedem magis oportet seruare, et exequi a sinodis constituta, quam sedem Ro: Damasus ẽt papa scribit, ꝙ violatores canonum voluntarie grauiter a sanctis patribus iudican-tur, et a sancti spiritus instinctu, cuius dono ditati sunt dam-7 nantur. † quoniam blasphemare spiritum sanctum non incõgrue vñr, q contra eosdem sacros canones nõ necessitate cõpulsi, sed libenter, ut p̃missum est, aliquid aut proterue agũt, aut loqui præsumunt, aut facere volentib. sponte consentiũt. Talis enim præsumptio, manifeste vnum genus est blasphemantium spiritum sanctum, qm̃, vt iam prælibatum est, contra eum agit, cuius nutu et gratia sancti canones editi sunt, ea. cau. et q. violatores, ex quibus liquide constat, ꝙ non solũ statuta in diuinis legib. verum etiam a sanctis patribus iu cõciliis, et sacris canonib. seruari debent. ꝑꝑ quod leo Papa ait. 8 † Ideo, permittente domino, pastores hoĩum sumus effecti, ut quod patres nostri siue in sanctis canonibus, siue in mũdanis affixere legib. excedere minime debeamus, ꝯ sanctorum quippe saluberrima agimus statuta, si quod ipsi diuino statuerunt consulto, intactum non conseruemus. ead. cau. et ideo Grego. insuper scribit de se ipso, et potest intelligi de successoribus eiusdem, si ea destrueremus, quæ antecessores nři statuerunt, non constructor, sed euersor esse, iuste comproba-9 rer. 25. qõ. 2. si ea. † Idem ẽt scribit, qđ sicut sancti euangelii. 4. libros scilicet, sic quatuor cõcilia se suscipere et uenerari fatetur. s. Nicenum. Constantinopolitanum, Ephesinũ, & Calcedonen. Subiiciens, hæc tota deuotione complector, integerrima custodiæ approbatione, quia in his uelut quadrato lapide sanctæ fidei structura cõsurgit, & cuiuslibet vitæ cõis atq; actionis norma consistit. & infra subiicit. cunctas vero quæ præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo & quæ uenerantur amplector, quia dum vñi sunt consensu instituta, se & non illa destruit, quisquis præsumpserit absoluere quos ligant. aut ligare, quos absoluunt. 14. dist. sicut, & concordat præcedens, & subsequẽs. c. & 16. di. qm̃ sanctæ. & 10 c. sancta octo cõcilia. † & Nicolaus papæ scribit. 12. di. rediculũ, ꝙ ridiculũ est & satis abhomĩabile dedecus, ut traditiones quas antiquitus a patrib. suscepimus. infringi patiamur. & in 1. c. tertii capituli concilii Toletani continetur, ꝙ conciliorũ statuta, & præsulũ Romanorũ decreta seruent, & custodiã-11 tur a cũctis. † De principib. aũt secularib. nequaquã dubium est, quin ipsi se velle fateantur viuere ſm leges eorũ. C. de legi. digna uox est & C. de testa. ex imperfecto. & ff. dd leg. 3. ex imperfecto inst. qb. mo. test. infir. §. ulti. Isido. insup scribit in 3. li. de summo bono. c. 52. & ponit pro palea in decretis. 9. 12 di. ꝙ iustum est principem. ll. obtẽperare suis, tũc. n. iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. principes. ll. teneri suis, nec in se posse damnare iura quæ in subiectis constituunt, iustum est. iusta est, enim votis eorum auctoritas, si quæ populis prohibent, sibi licere non patiantur.

Delimitanda potestate superiorum.

13 Regenda igitur, atq; limitanda, & restringenda est sub rõne ptãs, ut totum ratio regat, sicut Grego. Mauritio imperatori scribit. 11. q. 3. illa. præpositorum ad hoc ut ab eorum superioribus uel præcessoribus tradita, ab eis constituta aliis conseruanda, non contemnenda demonstrentur. Exemplo Christi, qui sacra ecclesiæ, q̃ obseruãda mãdauit, primum in seipso suscepit, vt ea in seipso sancti-14 ficaret. 20. q. 1. §. his ita, Lu. 2. c. † Non. n. dẽnt nasci iniuriæ, unde iura nascuntur, sicut Inn. 3. scribit, extra de accus. qualiter & qñ, primo. C. unde ui. meminerint. & qui me debet defen-15 dere in iustitia, non debet me impugnare, † nec debet quis facere illud a quo dẽt alios ꝓhibere, extra de natis ex libero uẽtre. c. unico, de cle. cõiu. diuersis falatiis. 25. di. c. deinde. 53 di. §. 1. 11. q. 1. Siluester. ff. si seruitus vẽdi. alicuius. ff. de condi. inde. frater a fratre. ff. de euic. vẽditorẽ. ff. de ne. ge. l. si pupilli 16 §. uideamus. ff. de admi. tu. quoties. † cũ itaq; summum bonum in rebus sit iustitiam colere, atq; sua cuiq; iura seruare, & in subditis non sinere quod ptãtis est fieri sed ꝙ ęquum est custodiri, sicut Grægo. ad Constantiã reginã frãtię scribit. 12. q. 2. cum deuotissimam, ad hoc debent dñs papa, & omnes reges anhelare. nam sicut idẽ Greg. Romano defensori Siciliæ. Si qua unicuiq; epõ iurisdictio non seruatur & c. 11. q. 1. per-17 uenit. Vnde, enim ait Augusti. 4. de ciui. Dei. † remota iustitia, quid sunt regna, & dñia, nisi magna latrocinia, Hanc aũt iustitiam seruasse leguntur veteres, qui ẽt diuinę legis notitiam non habebant. Nam quæ in eorum erant statuta ll. in seipsis, prout narrat Valerius, in suis sicut & in aliis & plusq̃ 18 in aliis obseruabãt, sicut per multa probat exempla, † Quod est ꝯ illos potentes, qui non obseruant leges, quas condunt, sed alios infirmiores obseruare compellunt. Narrat itaque Valerius. li. 7. ꝙ subtilib. Anacarsis leges, aranearum telis cõparabat, nã illas infirmiora animalia retinere, valẽtiora aũt transire, dicebat, inferens ex hoc, ꝙ mali principes, & rectores, ac potestates legib. teneri nolebant, sed inferiores oĩno alligabant, nõ imitãtes exemplum quod narrat Aug. de ciuitate 19 Dei lib. 1. c. 15. † & Tullius. li. 1. de officiis. & lib. 5. de Marco regulo Romano nobilissĩo, a Cartaginen. capto, & Romã misso sub iurõ p̃stito redeundi, ut quosdam nobiles Cartaginẽ. captos a Romanis pro seipso reddi procuraret & commutatari. Qui uidens talem commutationẽ cũ ipse senex. &, confractus esset, & alii essent adolescentes in armis potentes, Romanis fore inutilem, præferens publicam & cõem vtilitatem priuatę, reddi noluit pro eisdem, sed se potius hosti crudelissimo reddidit cruciandum. Et siſe exemplum narrat. Idem Aug. de ciuitate Dei li. 14. de quodam rege Atheniensium, qui audito quod uictores essent Athenienses contra Polonen si eorum dux occideretur seipsum habitu trãsformato hostibus occidendum obiecit, malẽs, mori, ne sui uin-20 cerent, q̃ suis uiuere superatis. † Duo ẽt fuerunt præcepta platonis, sicut ait Tullius li. 1. de offic. uolentibus rem publicam salubriter gubernare, & rei publicæ, prodesse, unũ videlicet ut utilitatem ciuiũ sic tuerentur, vt q̃cunq; agerent ad eã referent, obliti cõmodorũ suorũ, alterũ, ut totũ corpus reipublicæ curarẽt, nedũ ad partẽ aliq̃ attẽderẽt, reliquam desererent. Si itaq; mundi huius rectores, & principes obseruarent ista cõsilia & præcepta Platonis, & ea q̃ s. p̃missa sunt, hũmanũ genus, & rẽpublicã salubriter gubernarẽt, sicut, & fecerũt an-

tiqui. Sed sicut ait Cato, cuius verba recitat Aug. 5. de ci-21 ui. Dei. c. 14. non sic nunc mundus regitur, sicut tunc temporis regebatur, † unde ait ille Cato. nolite inquit existimare maiores uestros armis rẽpublicam ex parua magnam fecisse, nam si ita esset, multo plura nos quam illi haberemus, q̃ꝑ pe ciuium, ac sociorum, præterea equorum, armorunq; maior copia nobis quam illis est, sed alia fuere, quæ illos viros magnos vbiq; fecerunt, quæ nobis nulla sunt, videlicet domi industria, foris iustum imperiũ, animus in consuluendo liber, neque delictorum libidini obnoxius. Pro his aũt ut ille Cato subiicit in personas regentium & administrantium remp. nos habemus luxuriam, auariciam, publicam egestatem, priuatam opulentiã, laudamus diuitias, sequimur inertiam, inter bonos & malos discrimen nullum, omnia uirtutum præmia ambitio possidet. Et notabiliter dicit, ꝙ errariũ 22 esset opulentum, tenues res priuatæ erant. † Antiqui namque consules reipublicæ præsidẽtes pauperes erãt in reb. priuatis, unde narrat Augu. in d. ca. 14. quod lucius Valerius in suo consulatu deificatus, adeo, pauper fuit, ut nummis a populo collectis eius sepultura curaretur. Cõsimilia narrat Valerius. lib. 14. de re militari, de Attilio regulo, qui cum summis rebus præfuisset, ac nummis, adeo pauper fuit, ut vxorẽ liberosque collocaret in quodam agello, qui colebatur ab uno uillico, nec etiam uidebantur esse ditiores in suis dignitatib. quam ante, unde narrat Augustinus de Quintio, quod cum certa iugera terræ possideret, & ea suis manibus coleret, & ab aratro adductus fuisset, ut supra consularem dignitatem dictator fieret, & victis hostibus ingentem gloriã consecutus fuisset, tamen in pristina paupertate remansit. Illud nempe erat laudibile studium rempublicam salubriter, gubernantibus, ut ipsi in suis domibus pauperes essent, & respublica abundaret. Quia dominari propter lucrum, & pro-23 pter honorem nullatenus intendebant, † unde cum Marco curio consuli magnum pondus auri oblatum fuisset, ait ipsum respuẽs, non aurum præclarum habere sibi videri, sed eis qui habent aurum imperare. Cõsimile etiam narrat Vale. li. 4. de re militari, de Fabricio consule respuente graue pondus auri a legato samnitum sibi oblatum, & dicente, se magis velle illud habentibus imperare, quam illud habere. Istud itaque regimen erat commendabile, & ab his qui prę sunt imitabile. de eisdem etiam narrat Vale. lib. 6. quod nullo modo reipublicæ præesse volebat, nisi & prodesse valeret Et ponit exemplum de Cornelio Scipione, q cum in Hispaniam vt iret sorte euenisset, respondit se nolle illuc ire, addi-24 ta causa, quod se recte facere nesciret. † Præfati insuper boni administratores reipublicæ, non patiebantur filios & alios propinquos eis assistere, nisi reipublicæ possent prodesse, unde narratur in historiis de Helio adriano, qui cum ex senatoribus esset creatus imperator, obsecrante senatu, ut filium suum Augustum Cæsarem nominaret, Respondit, sufficere 25 inquam debet ut ego ipse inuitus regnauerim. † Principatus enim non carni vel sanguini dẽtur, sed meritis, inutiliter regnat, qui rex nascitur, & non meretur. proculdubio parentũ affectum exuit, qui paruulos suos importabili mole superiecta extinguit. hoc. n. s. taliter promouere indignos ꝓpinquos est, ut ibi dř, non promouere, sed suffocare eosdem. Alendi enim sunt primo, uirtutib. exercendi, & cum in eis profecerint cõprobãdi, & inter ꝓbatos meliores aliis p̃ferẽdi. proh-dolor, si p̃missa seruabant in rectorib. & in administratorib. reipublicæ, q legis diuinæ notitiã nõ hẽbant nõne est inęstimabile dedecus si moderni administratores reipublicæ qui fide illuminati sunt & alios illuminare, & corrigere dẽnt, in seipsis talia nõ obseruãt. Verẽdũ qppe est, si ꝯriũ faciũt, ꝙ & ipsi discernãt, & in sinu suo colligãt cãm suã. 96. di. § hinc ẽt 21. di. nũc aũt, ꝙ in eis cõprobat illud. ꝙ dř Sapi. 6. c. Audite reges & intelligite, discite iudices finiũ terræ p̃bere aures, uos, q cõtinetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationũ, qm̃ data est a dño ptãs vobis, & uirtus ab altissimo, q interrogabit opa vřa, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri illius regni, non recte iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum uolũtatem Dei ambulastis horrende & cito apparebit uobis, quoniam iudi-26 cium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim cõceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, † In quibus conueniens Nicolaus papa ad lotha. Regem franciæ scribit deterius quippe in populis prælati delinquunt, ac per hoc ipsi grauius, quam cæteri puniuntur, tot enim mortibus dgini sunt, quot ad subditos suos pditio-27 nis exempla transmittũt. 11 q. 3. pręcipue. † certum est enim ꝙ homo Christianus, sicut Ioan. Chrisostomus ait, fortiter cadit in peccatum ꝑꝑ duas causas, aut ꝑꝑ magnitudinẽ peccati, aut p̃ꝑ altitudinem dignitatis. 50. di. homo Christianus. Obsecro itaq; ut iuxta statuta Cartaginen. concilii quarti. Non suæ delectationi, nec suis morib. sed his patrum diffini-tionib. acquiescat. 23. dis. q eps. in fi. nam ut ait Greg. in moral lib. par. 6. li. 32. c. 55. & 56. oẽ quod hic eminet, plus merorib. afficitur q̃ honorib. gaudeat. 13. dis. nerui. & ſm eundem, tot unusq; portare onera cogit, quot in hoc mundo principat sicut in pastorali ait. Quæ pauca sufficiant ad probandũ, ꝙ si s̃. dictæ ptãtes. s. ecclesiastica & terrena velint mundũ, & humanũ genus salubriter gubernare, ꝙ se, & sua facta & dicta deberent diuinis & humanis ll. ꝯformare, & se p imitationẽ eis subiicere, & exẽpla eorũ quæ agẽda sunt sequẽtib. & subditis demõstrare, & non ut p̃sint, nec ut ipsi, uel sui, diuites efficiant, rempub gubernare. Aliter. n. ſm dictũ Leonis papæ, si q̃runt quæ sua sunt, non q̃ Iesu Christi, facile a ll. & doctrinis s̃. positis disceditur & dum dñari magis q̃ cõsulere subdi-28 tis placet, † honor inflat in superbiam, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. 45. d. licet nonnunquam.

SVMMARIVM.

1 *Salus ibi est, vbi sunt multa consilia.*
2 *Veritas per plures homines reuelatur.*
3 *Papa sine consilio cardinalium, nec principes sine consilio, non debent aliquid contra concilia statuere.*
4 *Leges quando sunt institutæ secundum ipsas iudicandum est.*
5 *In pontificali sede qualis constitui debeat.*
6 *Papa peccandi licentiam non habet.*
7 *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*
8 *Dispensatio quid sit.*
9 *Ad dispensationem quomodo procedendum sit.*
10 *Dispensari contra æquum, & bonum non debet, nisi ex magna vtilitate & necessitate.*
Dispensationes ex causis necessarijs fiendæ sunt.
11 *Dispensans ex causa indebita, peccat.*
12 *In dispensationibus quid seruandum sit, & quid considerandum.*
Et infra num. seq.
14 *Auaritia in Romano imperio creuit, lex de sacerdotio perijt.*
15 *Exemptiones ex qua causa concedantur, considerandum est.*
16 *Statuta humana variantur secundum temporum varietatem.*
Statuta in veteri testamento, in nouo mutata sunt.
17 *Exemptiones & dispensationes damnum inferentes, reuocandæ sunt.*
18 *Ecclesiæ generalis ordinatio a Deo procedit.*
19 *Creatura omnis in eadem qualitate viuere non potest.*
Mundus dum durabit homines hominibus præerunt.
20 *Diuersitas prælationis ordinum ecclesiasticorum, ob humani generis concordiam instituta est.*
21 *Prælatio a Deo in veteri testamento constituta est.*
22 *Petrus priusquam alij apostoli potestatem ligandi, & soluendi a Deo accepit.*
23 *Episcopi in locum apostolorum decedentium successere.*
24 *Apostoli, 72. discipulos elegerunt.*
25 *Episcopatus est vnus cuius pars insolidum tenetur.*
26 *Verba hæc, quæcunque ligaueris &c. non solum Petro, sed ecclesiæ dicta sunt.*
27 *Episcopi, ratione eorum culpæ ecclesiæ subiecti sunt.*
28 *Ecclesia vocat episcopos patres.*
29 *Episcopi, potestatem quam apostoli habebant, acceperunt.*
30 *Episcopo omnia loca religiosa suæ diocesis subiecta sunt.*
Et infra num. 32.
31 *Episcopo gubernatio ecclesiæ pertinet.*
33 *Episcopi sæpius in anno monasteria visitare debent.*
34 *Economi per episcopos in monasterijs constituendi sunt.*
Monasteria sine episcopi consensu ædificari non debent.
35 *Abbates nil sine episcoporum consensu alienant.*
36 *Monasteria in officio debent se conformare cathedralibus ecclesiis.*
37 *Abbates in episcoporum potestate sunt.*
38 *Abbas qualis esse debeat.*
39 *Abbates ad sinodos episcopales venire tenentur.*
40 *Abbatissæ episcopis subiectæ sunt.*
41 *Monasteria monialium per episcopos corrigantur.*
42 *Moniales castitatis votum infringentes, & matrimonium contrahentes, per episcopum redire coguntur.*
43 *Monachi episcopis subsunt.*
44 *Papa leges nouas facere non potest contra ea quæ Deus, vel apostoli, uel sancti patres statuerunt.*
Et infra numero sequen.
46 *Ecclesia diuisionem non capit.*
47 *Episcopatus qui est vnus, scindi non debet.*
48 *Obedientia per exemptiones tollitur.*
49 *Inferior suo ordinario in licitis & honestis obedire debet.*
50 *Obedientia nihil fructuosius est, quæ fidei meritum possidet.*
51 *Obedientia melior est victima.*
52 *Obedientiæ incolumitas ubi est, ibi est sana doctrinæ forma.*
53 *Honora patrem & matrem, quomodo intelligatur.*
54 *Aequitas vt meritum non perdat, honor debitus tribuendus est.*
55 *Episcopos spernens, Deum a quo missi sunt spernit.*
56 *Obedientia & reuerentia episcopis etiam malis, dum tollerantur debetur.*
57 *Exemptio, correctionem debitam delictorum, impedit.*

58 *Malum vbi contingit ibi mori debet.*
59 *Episcopus crimina non corrigens, canis impudicus dicitur.*
60 *Episcopus medicus ecclesiæ dicitur.*
61 *Correctio & disciplina per exemptiones tollitur.*
62 *Abbates communiter in disciplina & correctione negligentes sunt.*
Discoli ad disciplinam per flagella deducendi sunt.
63 *Episcopus est pater spiritualis, a quo filius disciplinari debet.*
64 *Exempti ab aliquo nisi a papa iudicari debent & 65.*
66 *Exemptio ius ordinariorum tollit.*
67 *Exemptio religionis opera bona tollit.*
68 *Exemptio in religione multas dissolutiones & scandala nutrit.*
69 *Ob exemptionem religiosi eorum priuilegijs abutuntur.*
70 *Priuilegium vnius loci ad alium extendi non debet.*
71 *Priuilegia congrua ratione circunstantiarum, incongrua fiunt.*
72 *Exemptiones potius ad onus, quam ad honorem tendunt.*
73 *Christus ob scandalum euitandum, tributum soluit.*
74 *Scandelizans alios, grauiter peccat.*
75 *Statuta pro rigore religionis ob scandalum quandoque omittuntur.*

Rubrica IIII.

1 Verum cum scribatur prouer. 11. ꝙ ibi salus vbi multa consilia. & Inno. papa scribit quod facilius inuenitur illud, quod a pluribus senioribus quæritur. 20. di. de quibus extra de off. dele. prudentiam. in fi. primi respon. 2 †Et lex dicat quod per ampliores homines manifesta veritas reuelatur de fideicom. l. vltima. & C. de inge. manu. l. 3. & exēplum habemus in veteri testamento de Moyse. qui ad consilium Ietro cognati sui. 72. seniores secum assumpsit, quia vltra vires ipsius Moysi erat, ꝙ ipse solus populū iudicaret. exo. 18. & de mandato domini. 12. apostolis. 72. discipuli in ministeriū sunt adiuncti, q̄a messis multa erat operarii vero pauci. 21. di. in nouo. Matth. 9. & Io. 4. c. videretur esse salubre ꝯsilium pro republica, & pro dictis admistratoribus reipublicę ꝙ sic sub ratione, vt præmissum est in rubricis proximis, limi3taretur p̄tās eorundem, ꝙ †absque certo consilio dn̄orū cardinaliū dn̄s papa & reges ac principes absq; aliorū proborū consilio, sicut hactenus in rupublica seruabatur, non vterent̄ p̄rogatiua hm̄oi p̄tātis, potissime aliq̄d ꝯcedendo ꝯ ꝯcilia, & ꝯ iura ap̄pbata cōiter. Et ꝙ ꝯ docā ꝯcilia, & iura nihil posset̄ de nouo statuere, vel concedere, nisi gn̄ali concilio conuocato, cum illud quod oēs tāgit, secundum iuris utriusq; r̄tām ab omnibus debeat cōiter approbari. Vt. n. Augusti. ait in li4bro. de vera religione. c. 60. †In istis temporalibus, ll. q̄q̄ de is homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint, institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare. sed s̄m ipsas. 3. di. in istis, un̄ Leo papa scribit quod illa, quę ad perpetuam sunt generaliter ordinata utilitatem, nulla commutatione varientur, nec ad priuatū, trahantur commodū, quę ad bonum sunt cōe p̄fixa, sed manētib. terminis quos cōstituerunt patres nemo vsurpet iniuste aliena sed intra fines proprios atque legitimos. prout q̄sque valuerit, in latitudine se exerceat charitatis. 25. q. 1. quę ad perpetuam, Certum nāque est, quod prȩsidentes sp̄uali & t̄pali p̄tāti sunt hoīes. Et ideo tanquam hoīes de facili possunt labi. †Et ideo dicebat 5 Valentinianus imperator, alloquēs sinodum, talem, in pontificali cōstituere sedē, cui & nos, qui gubernamus, imperiū, sincere nostra capita submittamus, & eius mouita, dum tanquam homines delinquimus necessario, ueluti curantis med'cinam suscipiamus, sicut habetur in historia tripertita. 66. 6 dist. Valentinianus. † De domino autem papa certū est sicut Simacus papa ait quod nec ipse, nec etiam beatus Petrus cū sedis priuilegio licentia acceperunt peccandi, ut patet 40. distin. non nos. et. c. si papa. quinimmo, sicut Alexan. papa ait. quanto familiariores esse debent saluatori, tanto magis impugnant ab inimico generis, qui mille habet fallēdi modos, & qui conatur, a principio ruinæ suæ unitatem ecclesiæ rescindere, caritatem uulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere, & perturbare, sicut Ioan. papa ait. 3. q. 1. nulli, 16. q. 2. 7 uisis. †Nulli etiam dubium est quin pluribus intentus minor sit ad singula sensus. unde quamquam sint dignitate cæteris altiores, interdum euenit propter nimiam præ occupationem negotiorum, sicut Grego. in pastorali ait, quod non sunt in agēdis, & in iudiciis cæteris certiores. propter quod prospiceretur non solum reipublicæ, sed eisdem, quod omnia cum consilio agerentur, iuxta dictum sapientis, & a iuris tramite nequaquam discederent, nec postmodum peniterent.

De dispensationibus.

Porro si prętendatur, quod licitum est dispensare 8 supra iura Respōderi potest †quod cum dispensatio, sicut iuriste tradūt, sit prouida iuris communis relaxatio vtilitate seu necessitate pensata per eum, ad quem spectat canonice facta, ut colligitur, 1. q. 6. §. nisi rigor discipli. & c. necessaria, cum seq. Non est secundum iuristas censenda dispensatio, sed dissipatio, si aliter fiat, cum ius uulneretur ex ea. 23. q. 4. ipsa pietas, circa fi. †unde non est ad dictam dispensationem 9 absque deliberatione prouida procedendum, extra de tran. c. fi, dn̄s, n. cuius est uicarius dn̄s papa, sicut ait beatus Amb. in li. de officiis, non uult simul effundi opes, sed potius dispēsari. 86. di. non satis. potissime cum ius, ꝯ ꝙ fit ipsa dispensatio, sit ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes. i. sacrorum præceptorum ministros appellat. ff. de iust. & iu. l. 1. §. ius. 2. q. 6. §. fuerunt. †ꝯ quod quidem bonum & æquum 10 absq; magna necessitate uel utilitate dispensari non debent cum illud quod iure agitur iuste agat, Et bene, sicut August. ad macedonium. ait. 14. q. 4. quid dicam. extra de uer. sig. ius dictum est. Igitur dictę dispensationes ex causis debitis, & necessariis, non ex uoluntate fieri dicuntur, cum de collatione status ecclesiæ agat. 1. q. 7. & si illa. & c. tali coniugio. extra de 11 elect. innotuit. §. multa. & §. fi. †Vn̄ si dispensant ex causis indebitis peccant, nec forte illi, cum quib. dispensat̄, iuuantur, sed potius grauantur, prout no. ext. de uoto & uo. re. non est, & de sta. mo. cum ad monasterium. in fi. & concordat. 22. q. 1. sunt quidam. extra de rest. spo. literas. 95. dis. & olim. 16. di. sicut. & c. se. extra de renun. post translationem. Rn̄. 1. c. nisi. extra de big. c. 3. 14. dist. sicut. 21. di. deinde de cele. missa. cum Matthę. 14. di. c. 1. de transa. c. fi. de tempo. ord. c. fi. de excess. p̄la. ex literis, de homicidio. c. 1. l. di. mitor. & c. clericorū 1. q. 1. statuimus. & c. si quis a simoniacis, 1. q. 4. requiritis. 1. q. 7. q in qualibet. & c. conuenientibus, ad fi. & c. saluberrimum. in fi. 12 de conse. di. 4. qui bis. & c. confirmandum. †Vnde prudenter aget dn̄s papa, si in dispensationib. & aliis seruet ꝯsiliū Leo. papę, in præal. c. sicut. dicit. enim quod sicut quædam sunt q̄ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut p̄ consideratione ętatū oporteat temperari, illa consideratione semper seruata, ut in his, quæ uel dubia fuere, aut obscura, id nouerimus sequendum, q̄d nec pręceptis euangelicis cōtrarium, nec decretis sanctorū 13 patrum inueniatur aduersum. †Pēset itaque eiusdem dn̄i papæ sanctitas, si ex dispensationibus. quæ passim iuxta stilum, Romanæ curiæ fiut rumpitur neruus. l. dis. presbyteros. 34. q. 2. in lectum. 15. q. 1. si quis insaniens. 23. q. 5. excōicatorū, & si esset sibi & v̄li ecclesiæ, de pręlibato remedio iuris cōueniēs acquiesceret traditionib. & cessaret a dictis dispensationib. indulgentiis, & concessionibus, priuilegiis, & exemptionib. quæ sunt ꝯ bonum cōe. ꝙ præferendum est, priuato. 17. q. 1. scias. 8. q. 1. in scripturis, & quæ ad priuatum vr̄r trahi cōmodum, abstinendum. 24. q. 1. c. 3. Nam sicut scribit Hieronym. ad rusticum Narbonen. ep̄m ex quo in ecclesijs, sicut in Ro14mano imperio creuit auaritia, piit lex de sacerdotib. & visio de propheta. 96. di. diaconi sunt. de crasso legitur quod aurū sitiuit & aurum bibit. 1. q. 1. §. ex his verbis.

De exemptionibus.

15 De †exemptionis aūt prędictis ex qua causa concessæ, fuerint, & continuo concedantur, & q̄s fructus modernis t̄pibus subsequatur ex eis, haberet eius sanctitas prouidere. Magna namque auctoritas ista in Dei ecclesia est habenda, & si nonnulli ex prædecessoribus, & maiorib. nostris fecerunt, aliqua, quæ illorum t̄pe potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem & superstitutionem, ut sine tarditate aliqua, & cū magna auctoritate a posteris destruātur. 53. d. §. uerum. unde Ezechias dissipauit excelsa, & cōtriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem eneū a Moyse iussu Dei factum, ne serpentina morte populus interiret. Et laudatur dictus Ezechias destruxisse ꝙ tendebat ad 16 perniciem, ꝙ iubente Deo fecerat ille. nu. 21. 4. Regū. 15. c. †Non. n. debet reprehensibile iudicari, si s̄m varietatem temporum, stat. q̄nq; varientur humana, præsertim cum vrget necessitas, uel euidens utilitas id exposcit. Et cū ipse Deus ex his quæ in ueteri testō statuerat, nonnulla mutauerit in nouo, sicut h̄r ex concilio gn̄ali, extra de consa. & affi. nō debet 39. di. c. 1. & 2. 3. d. erit. 32. q. 4. quis ignoret. & c. obiiciuntur. 2. 17 q. 7. occidit. extra de transa. c. fi. de sen. excom. super eo. † Ex quibus infertur. quod si maius damnum, & maius inconueniens subsequatur ex dictis dispensationibus, & dictis exemptionibus q̄ vtilitas, ꝙ deberent per eiusdem summi pontificis prouidentiam reuocari, ꝙ facile ostendi pōt iuribus & rōnib. s̄. dictis, Q̄d aūt ad faciendum dictam reuocationem exēptionum, prædictus dn̄s papa de facili debeat esse inclinatus pn̄t & debēt eum mouere nō solū p̄dicta, sed ēt multa alia. primū est gn̄alis ordinatio v̄lis ecclesiæ p̄cedens ex Deo, ab apl̄is, sancti patrib. gn̄alibus conciliis, & Romanorum pontificib. cōprobata & obseruata, s̄m quā eis religio Christiana & gn̄aliter oīa monasteria, & loca religiosa, Abbates, Abbatissę, monachi, moniales, & oēs alii religiosi & p̄sonę ecclesiasticæ immediate subsunt gubernationi, & curę ep̄orū in ciuitatibus, & diocesibus eorundem, tanquam superiorum suorū, apl̄orūq; successorum, & p̄tātē habentium, vn̄ cū dn̄s papa tantam, et talem obseruationē imitari nō debeat, nec forte valeat, ergo nec gn̄ales exēptiones, priulegia, libertates et immunitates, derogatiuas, et præiudicatiuas honori, p̄tāti, statui, ordinationi, et ordini dictorum ep̄orū, et ordinariorū, ꝯ prędictā gn̄alem ordinationē sic passim cōcedere dēt, nec ēt forsitā ualet, p̄ut ex ī. scriptis iurib. cōprobat̄. q̄d aūt gn̄alis 18 ordinatio gn̄alis eccle. p̄cedat a Deo, et attēdenda sit, probat̄ auctoritate Greg. 89. dis. ad hoc et 16. q. prima. ad hoc. Nam, ut ibidē d̄r, ad hoc dispēsationis prouisio gradus diuersos et ordines disposuit esse distinctos, ut dū reuerentiam minores potentibus exhiberent, & potentiores minorib. dilectionem impenderent, vera concordia fieret. Et ex diuersitate connexio, & recte officiorū gereretur administratio singulorū. Neque. n. uniuersitas alia poterat rōne subsistere, nisi huiusmo19di magnus eā d̄rię ordo conseruaret. †Quia vero queq; creatura in vna eadēq. qualitate gubernari, uel uiuere non pōt; cœlestium militiarum exemplar nos instruit, quia dum sunt Angeli, sunt Archangeli, et liquet, quia nō sunt æquales, sed in potestate, et ordine differunt alter ab altero. In quo quidē. c. dicit gl. 89. dis. ꝙ dicta pręlatio durabit usq. in diem iudicii, quod probat auctoritate apostoli dicentis primę Corint. 15. dum mundus iste durabit homines præsunt hominib. demones demonib. Angeli Angelis. Cum aut Deus erit oīa in omnibus, cessabit dicta prælatio, non tamen ordo uel maio20ritas, de pœniten. distinctione quarta. in domo. †Et dicta diuersitas ordinum ecclesiasticorum pręlationis, est propter concordiam humani generis instituta, sicut Leo papa ait quadragesimaquinta distinctio. licet secunda. Et ne scisma fieret in ecclesia Dei, sicut probat Hieronymus ad Euandrū Episcopum. 93. dist. legimus. et idem probat ad Neopotianū scribens. 95. distin. esto subiectus pontifici tuo, & ipsum qua animæ parentem ama. Idem etiam probat dictus Grego. in dicto capitulo ad hoc locorum gradus rationis ordo distinxit, & iudicia esse constituit, ut nec præpositi in opprimendo subiectos frustra se ualeant occupare, nec subiectis iterū cōtra suos præpositos, effrenata sit resultandi lĩnia. Non ergo est d. distinctio graduū, & pręlationis contemnenda, sicut dicit Ioannes Chrisostomus undecima quæstione tertia. Nemo 21 contemnat. Nam a Deo est principaliter cōstituta in veteri testō per Moysen, q̄ ex præcepto domini, Aaron in summū pontif. filios vero eius vnxit in minores sacerdotes, Exo. 21. c. in nouo aūt testō dicta distinctio graduum, & maiorum, & minorum sacerdotū discretio, ab ipso Christo sumpsit exordium; qui duodecim apostolos tanquam maiores sacerdotes, & 72. discipulos, quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit. Apostoli autem in singulis ciuitatibus episcopos ordinauerunt. 21. dist. 22 §. 1. †Et ligandi atque soluendi potestatem, tam Petrus q̄ cæteri apostoli a Christo receperunt. primo tamen Petrus, sicut Anacletus papa ait hanc ligandi & soluendi supra terrā potestatem accepit a domino, primusque ad fidem populū uirtute suæ prædicationis adduxit. Actuum. 2. Ro. 10. cæteri vero Apostoli cum eodem Petro pari cōsortio honorem & potestatem acceperunt a Christo. ipsumq. Petrum principem 23 eorum esse voluerunt. †Ipsis vero apostololis decedentib. in loco eorum successerunt episcopi, quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit, qui autē eos spernit Deum, a quo missi sunt, & cuius funguntur legatione, spernit, & ipse indubitanter spernetur a domino, uidentes autē ipsi apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt dominū 24 messis ut mitteret operarios in messem suam. † unde ab eisdem apostolis electi sunt 72. discipuli, quorum typum gerūt presbyteri, atque in eorum loco sunt in ecclesia cōstituti, secundum Anacletum, 21. dist. in nouo, & concordat cum dic. Anacleto Cyprianus papa, vigesimaquarta quæstione pri. loquitur. ubi dicitur per eundem. loquitur dominus ad Petrum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus. & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, super unum ædificat ecclesiam. Et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suā parem potestatem tribuat, & dicat. sicut misit me pater, & ego mitto uos, accipite spiritum sanctum. tamen, ut veritatem manifestaret unitatis eiusdem, originem ab vno incipientē sua auctoritate disposuit, hoc erant vtique cæteri apostoli, ꝙ Petrus fuerat, pari consortio præditi, & honoris & potestatis, sed ab unitate exordium proficiscitur, ut ecclesia Christi vna 25 monstraretur, & ita subiicit in eo. c. dictus Cyprianus †Episcopatus vnus est, cuius insolidum pars tenetur. ubi dicit glos. ꝙ idem ius residet apud quemlibet episcoporum, tamen reuera quilibet habet separatū & speciale ius, scilicet in ciuitate, & diœcesi sibi commissa. ff. quemad. serui. amit. l. aquā. nō ꝙ singula iura a quolibet insolidum teneantur. ff. de uer. obli. l. secunda. ff. de serui l. viæ, concordat ad præmissa Aug. expo26nens illud Ioann. 20. & Matth. 16. † Quodcunque ligaueris

super terram erit ligatū & in celis, q̄a dicit ꝙ super hoc n̄on est dictum tantum Petro, sed ecclesiæ, vigesima quarta q. 1. quodcūque, & capitulo seq. & præcedentib. idem & Augusti. ait de Paulo, quod Paulus Petrum reprehendit, quod nō auderet nisi se non imparem sciret, secunda q. 7. Paulus. cum quatuor sequentibus. ad idem concordat Grego. Ioanni episcopo siracusano scribens, vigesimasecunda distinctione. de 27 Constantinopolitana, †ubi dicit, quod si qua culpa in episcopis inuenitur, ratione ecclesiæ subiecti sunt, cum uero culpa non exigit omnes secundum rationem humilitatis ęquales facit, ad idem. 68. dist. quorum vices, ubi dicit Vrbanus papa quorum uices in ecclesia episcopi habent. & quis eis hanc dignitatem dare debeat. sanctus Augustinus ostendit, inquiēs. pro patrib. tuis nati sunt tibi filii, patres missi sunt, Apostoli 28 p̄ apostolis, nāq; filii nati sūt & ꝯstituti sūt ep̄i. †Hodie. n. ep̄i qui sunt per totum mundum, unde nati sunt, patres ipsa ecclesia illos appellat, ipsa namq; illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum, non te ergo putes desertam, quia non vides Paulum, quia non uides Petrum, quia non vides illos per quos nata es. de prole tua decernitur tibi paternitas pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram, ad idem 35. dist. ecce. in fi. 2. q. 7. accusatio. in fi. tertia quęstione prima, nulli in fi. 7. quæstio. 1. omnes, secunda quæstione quinta. habet. in fi. Matthęi. 10. Luc. 9. Apostolus etiam legens de dictis episcopis & ordinariis dicit, ad Ephesi. quarto quosdam dedit apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios doctores ad cōsummationem sanctorum in opus ministerii, id est ędificationem corporis Christi, secūdum etiam prędictum apostolum Romanorum. 13. Omnis anima sublimioribus potestatibus debet esse subiecta, q̄a non est potestas, nisi a Deo. quæ autem a Deo sunt, ordinata, sunt. itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt. Patet itaque, quod dicta generalis ordinatio prælationis a Deo in ueteri testamēto, & a Christo in no29uo p̄cessit. †Et ꝙ inde ep̄i p̄tātem suam acceperunt. quam apostoli hebebant, & quod dicta ordinatio non est contemnenda, nec inter dicēda, probat Aug. per dicta Basilii. 11. dis. ecclesiasticarum. Beatus vero Bernar. in libr. de conside. ad Eugenium papam super hoc scribit, dicens. Nec uilem reputes formā hāc, s. ecclesiastici ordinis, quia in terris est, exemplar enim habet e cœlo, iuxta illud Apoca. 21. Vidi ciuitatē sanctam Hierusalem descendentem de cælo, a Deo paratā. Quod idem Bernar. per similitudinem ecclesiæ militantis, ad eccl. triūphantem asserit. Ecce dictū, quia sicut illic Seraphim, Cherubim ac cæteri quique usque ad Angelos & Archangelos ordinantur, pili ordinantur sub uno capite, sic & ecclesiæ gradus, non igitur paruipendenda, nec interdicen30da est dicta ordinatio, quæ Deum habet auctorem. †Sane ꝙ iuxta dictam resignationem diuinam, & generalē uniuersalis ecclesiæ episcopis tanquam ordinariis, & potestatem apostolorum in eorum ciuitatibus, & diœcesibus habentibus, subditi debeant omnia monasteria, & loca religiosa probare. 16. quæstione septima. omnes basilicæ, vn̄ cōstitutio Aurelian. concilii ponit s̄m ꝙ omnes Basilicæ q̄ per diuersa loca constructæ sunt, uel quotidie construuntur, in ep̄i potestatem consistere debent, in cuius territorio positæ sunt. ad idē 18. q. 2. monasteria, idest quod est eiusdem concilii Aurelia. in quo dicit̄, q̄a monasteria & monachorum disciplina ad eum pertineant episcopum, in cuius territorio sunt constituta. Ad idem. ea. q. cognouimus, ubi dicit Grego. quod monasteria seruorum Dei vel fæminarum sint sub cura episcopi loci, sub cuius moderamine degunt, quia valde esset indecēs ut eo omisso, alius quilibet se illorum causis admisceat, sed ille eorū uitas cōpetēti regulariq; moderamine disponere, q̄ pro commissis animabus eorū compellitur reddere rationē. ad idē de institu. cum uenissent. primo respon. vbi dicit Inno. ꝙ ad episcopum talia de iure cōmuni pertinent, ad idē de relig. do. de xenodochiis. vbi d̄r ꝙ secundum dicta Eugenii papę, xenodochia, & alia similia loca per solicitudinē episcoporum, in quorū diocesi existunt, ad eandem vtilitatem, quib. 31 constituta sunt ordinentur. †Concordat ad idē. 16 q. 5. si quis. episcoporū, in fi. vbi d̄r per Nicolaum papam, ꝙ gubernatio omnis ecclesiæ ad eum episcopum pertinet, in cuius ciuitatis territorio est constructa. & idem constitutum est. in 4. constitu. tho. per Grego. ea. q. possessio. & c. lator, ad idem cōcordat Grego. in registro 61. distin. obitum. circa finem, dum dicit̄, monasteria autem, si qua sunt in ipsius scilicet Panormitani episcopi ꝯstituta parochia, in tua cura, & loquit̄ visitatori deputato sede vacante, dispositioneq; ēt concedimus, quousq; illis propitius episcopus fuerit ordinatus. ad idem. 22. q. 1. quoniam ad Heliam, vbi consimile d̄r per Grego. ad idem. 10. q. 1. c. 1. quod est concilii Hylerden. & c. 2. quod est concilii tholosa. c. 20. & c. 3. quod est secundi cōcilii Cabilonen. & c. 3. q̄d

est Leonis. 4. & c. 5. quod est concilii Antiocheni. & c. 7. quod est. 4. concilii. Thol. & c. 7. quod est concilii. Aurelianen. ad idem eadem causa & q. 2. Episcopus hanc. quod est ex concilio Martini papæ s. Bracharen. ad idem. 16. quæst. qui uere. q̄ est in cap. concilii Calcedonen. ubi dicitur quod qui uere & pure solitariam uitam eligunt, digni sunt conuenienti honore. eos uero qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasteriis sunt, placet nobis epō esse subditos & quieti operā dare atq; obseruare ieiunia, & orationes in locis quibus semel se Deo de uouerunt permanentes, & neq; cōicare ecclesiasticas, neq; seculares aliquas attrectare actiones, ppria monasteria reliquentes, nisi forte inbeantur pp vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo, & neminem seruorū suscipi in monasterium ut sit cum eis monachus, nisi cum domini proprii lr̄ia, prætereuntem vero hæc, decreui extra cōionem esse, ne nomen dn̄i blasphemetur. Conuenit ergo ciuitatis epo curā & solicitudinē necessariā mōasteriis exhibere. 32 †Concordat. n. cum dicto concilio Calcedonen. ea ca. q. 2. & c. 2 vbi dicitur & statuitur, quatenus ecclesiæ quorūcunq; monachorum in singulis parochiis sitę, eporum, ut decer, diuinitus subdantur regimini, eisq; debita obsequia exhibeant ad id est 18. q. 1. eleutherius, quod est Gelasij papæ. & c. seruitium, quod est Vrbani papæ. ubi dr̄, quod monasteria, & corū ecclesiæ exhibeant episcopis seruitia cōsueta. ad idē ca. qō. visitan. ubi dicit Grego. Visitandi exhortandiq; gratia ad monasterium quotiesplacuerit ab antistite ciuitatis accedatur, sed sic charitatis officium illic impleat episcopus, ut 33 grauamen aliquod monasterium non incurrat. † concord. ca. q. non semel. q̄ est concil. Aurelian. ubi dicitur, q̄ nō semel. sed sepius in anno episcopi visitent monastera monachorum, & si aliquid corrigendum fuerit, corrigant. concordat, ca. q. peruenit. & ca. dudum, quę sunt Grego. in quib. sit̄r probatur, quod pertinent dicta monasteria, & loca religiosa 34 ad curam eporum. † Ad idem. 9. q. 2 Onosius, ubi dr̄, q̄ in monasteriis sunt p epos Yconomi constituendi. ad idē. 18. q. 2. q. dā, q̄ est conci. Calcedonen. ubi dr̄, q̄ monasteria sine assensu eporum non edificentur, & q̄ sint in ptāte, eorum, in quorum ciuitatib. uel diocesib. existunt. idem dr̄ in 5. c. sequentibus, quorum primum eiusdē concilii, sm̄ concilii Carthaginen. 35 & tria sequentia cōcilii Agate. † Ad idem. 18. quæsti. 3. in uenditionib. quod est concilii Agathę. ubi dicitur, quod abbates nihil alienarę possint sine licētia episcoporū, in quorum sunt ciuitatibus ver diœce. monasteria constructa, & concordant. 13. q. 2. abbatibus, q̄ est concilii Aurelianē. ad idem extra de relig. dom. vt episcopo sint subiectæ, in rubro 36 & in nigro, & 2. di. de his, † ubi dicitur, quod rōne subiectionis, debent se in officio cathedralib. ecclesijs cōformare, & est dictum assumptū ex. 11. conci. Thole. c. 3. ad idem. 5. q. 3. c. 37 1. & 2. & in 11. q. 1. quicunq;. † Ad hoc quod abbates, monachi, & moniales, & alii religiosi dictis epis, quorum degunt, in ciuitatib. vel diœcesib. sunt subiecti, patet nō solum ex p̄missis verum ēt ex plurib. aliis. vnde in concilio Aurelianē. ca. 15. posito. 18. q. 2. abbates pro humilitate religionis in epi 38 scoporum potestate consistunt, † & si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigant, qui semel in anno, in loco ubi eps elegerit, accepta uocatione conueniant. Ad idem eadē, quæstione si quis abbas, quod est concilii Tribu. ubi dr̄, quod si quis abbas cautus, in regimine humilis, castus, miseticors, discretus, sobriusq; nō fuerit, & diuina p̄cepta uerbis. & exēplis nō ostenderit, ab episcopo, in cuius territorio cōsistit, & a vicinis Abbatibus & cæteris Deum timentib. a suo cohercea tur honore, etiam si oīs congregatio uitiis cōsentiēs suis 39 eū Abbatem habere uoluerit, † Ad idē de ma. o. & obedien. q̄ super his, vbi dr̄ q̄ dicti Abbates ad sinodos episcopales venire tenentur. Pascalis etiam papa scribit. 18. quæst. 2. abbati, quod abbatibus, qui neq; sub episcopo, neque sub metropolitano, neq; sub primate, neq; sub patriarcha sunt, nullus prorsus episcoporū episcopalia quælibet administret. Cū n. se nulli episcopo omnino subesse profiteātur, ɔn̄s est ut nullus episcoporū. quæ desunt eis tanquam exteris largiantur: 40 † De abbatibus autem, & religiosis fæminis, qu In etiam episcopis subiiciant, dubiū non existat. Nam & illi, qui eisdē pręponendi sunt, debent per ipsos episcopos comprobari, sicut ht̄ ex conci. Cartaginen, 18. q. 2. qui religiosis, per ipsorum ēt prouidentiam agendum est, ne simul cum monachis commorētur, nec cōfabulent, & ne propria receptacula hēant, 41 18. q. 3. diffiniuimus, cū duob. c. sequētib. & c. pniciosā. † Per episcopos ēt corriguntur monasteria feminarum religiosarum, sm̄ Grego. ea. q. cognouimus, & eorum monasteria nimium, frequentantes per episcopos puniantur, sicut habet in conci. lateranen. posito extra de uita & honestate clericorū. monasteria, dictæ. n. moniales tanquam subiectæ eis, per epos benedicuntur. de pæni. & re. noua. & 20. q. 1. iuuenculas, & ab eis episcopis per manuū iniectiones in clericos absolū

42 tur, & votum castitatis infringentes, & matrimonium contrahentes, ad ipsum, per episcorum, redire coguntur. 77. q. 1. de viduis, & de incestu suspectæ, corā epō suo se purgare coguntur, sicut habetur in conci. Melden. posito. extra. de purgatio. ca- 43 nonica. moniales. † De monachis vero & aliis religiosis, q̄ dictis epis subiecti sunt, patet non solum ex præmissis, verū ēt ex plurib. aliis late & diffuse positis. J. in rub. 53. secunde partis huius tract. in qua plene actum est de statu, conditione, & officio eorundem. & certum est, sicut hr̄ ex concil. Parisien. 93. dist. nulla. q̄ non sunt hn̄di ut clerici, sed tanq̄ acephali, si 44 sub nullius epi disciplina, & prouidentia gubernentur. † Porro, q̄ dn̄s papa non possit, nec dēat nouas leges, uel noua iura, uel priuilegia, libertates, immunitates, & exeptiones concedere super his, & contra ea quæ aperte dn̄s, uel eius apostoli, & eos sequentes sancti patres, sententialiter aliquid diffinierunt, sed potius quod prædicatum est, usq. ad aiam & sanguinem confirmare debent, quia aliter errare probaretur, & q̄ statuta patrum aliquid condere uel mutare, nec rōne secūdū eis possit auctoritas, nisi alia quæ ad perpetuam sunt ordinata vtilitatem mutare, & q̄ tencantur quatuor concilia. s. Nicenum, Constantinopolit. Ephesinū, & Calcedon. sicut quatuor Euangelistarum librum suscipere, & tenere, q̄ quatuor concilia uniuersalia fuerunt septem vicib. celebrata, necnō & alia concilia generalia plene probatum est. s. in hac rubr. & in præcedenti, per iura & concilia posita. 25. q. 1. & 2. fere per totum. & 15. dist. sicut sancti euangelij. & c. seq & 16. dist. qm̄. & c. sancta. octo uniuersalia cocilia. & c. sexta, & per alia plura iura. Cum itaq; pateat ex premissis, q̄ epi potestatem, & honorem suum receperint a Deo, a quo ordo prælationis institutus est, & a quo episcopi in loco apostolorum constituti sunt in singulis ciuitatibus & diœce. & q̄ sm̄ generalem ordinationem vn̄s ecclesiæ a Deo procedentem, & ab eius apostolis, sanctis patribus, generalibus, & spiritualib. conciliis, & Ro. pont. approbatum, omnis religio christiana, & generaliter omnia monasteria, & loca religiosa, abbates, & abbatissæ, monachi moniales, & aliæ religiosæ, & ecclesiastica personæ, subdi gubernationi, & curæ eporum suorum, concludi dictus dn̄s papa, si q̄ prædicta in derogatione & diminutionem honoris, & potestatis epalis prædictas libertates, & immunitates, & exemptiones, locis, & personis religiosis episcopalis, ecclesiarum cathedraliū & collegiatarum, & aliis locis, & personis ecclesiasticis concedere. passim, & absq; causa necessitatis, uel euidentis utilitatis potest & debet. Secundo ostenditur, q̄ supposito q̄d idem dominus papa supradictas exemptiones, libertates, & immunitates concedere posset, non tamen expedit sibi, nec uniuersali ecclesiæ, nec statui religionis, nec personis religiosorum, eas concedi, propter plura mala scandala, & dispendia, quæ proueniunt ex eisdem. 45 † Quod eidem dn̄o papæ non expediat, nec eum deceat concedere supradicta, patet ex multis, quæ in præsenti rub. & proxima sup. dicta sunt. nam Greg. papa in personam suam, & successorum suorum scribit. 25. q. 2. Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor. sed euersor. iuste comprobarer, testante veritatis uoce, quæ ait. Mat. 12. omne regnū in seipsum diuisum non stabit, & oīs scientia, & lex aduersum se diuisa destruetur. Item Leo papa. Priuilegia ecclesiarum, & monasteriorum, sanctorū patrū auctoritate instituta, nulla pōt auctoritate conuelli, nulla nouitate mutari. in quo opere, auxiliante Christo fideliter exequendo, necesse est huius sanctæ sedis pontifices perseuerantem exhibere famulatum. dispensatio. n. nobis credita est, & ad nostrū reatum tendit, si paternarum sanctionum regulæ nobis consentientib. uel negligentib. uiolentur. ea. cau. & q. priuilegia. 46 Ex quibus patet, q̄ si concedat, ad eius reatum pertinet, nisi cā legitima subsit, & q̄ non constructor, sed euersor, & diuisor est regni ecclesiastici, & unitatis ecclesię, quæ diuisionem non capit. 24. q. 1. loquitur. & c. scisma. memor namq; esse debet dn̄s papa verbi apostoli, qui ait. 1. Corint. 6. c. oīa mihi li- 47 cent, sed non oīa expediunt. † Quod aūt non expediat ut ecclesiæ dictas exēptiones, libertates, & immunitates cōcedat, patet, qa per ipsas ordo uīs destruit, & confundit, & status prælationis paruipeditur, & uilificat, & epatus, q unus est, scinditur, & diuiditur, contra illud Cypriani. vigesimaquarta quæstione prima loquitur. & Hier. eadem quæstio. quoniam cum seq. vn̄ pt prelati dicere illud Esa. pph. de exēptis p dictis, & ecclesiasticis beneficiis per ipsos epos, & alios eis dudū collatis enutritis & exaltatis. Filios enutriui, & exaltaui eos, ipsi autem me spreuerunt me. Esaiæ primo cap. & illud psalmi. 48 Impinguatus, incrassatus, dilatatus, & recalcitrauit. † Nonne constat quod per prædictas exemptiones tollunt obedientia, & reuerentia, quas deberent dicti exempti suis prælatis, & ordinariis exhibere, cum in ipsis superioribus debeat esse præcipiendi auctoritas, & in ipsis necessitas obsequendi. quanto gradus episcopalis cellior, tanto fortius obedien-

diendum in eidem, cum in potestatibus etiam huius seculi maior potestas, minori ad obediendum præferatur, sicut Augusti. ait in secundo libro confession. & 8. distin. quæ contra, & concordat. 21. dist. §. in his omuibus, cum c. sequen 49 tibus. † Est nempe iustum, quod inferior obediat ordinario suo, in licitis & honestis, cum summa laus sit suis obtemperare præpositis, & quicquid ab eis vtiliter imperatum fuerit, cum obedientia adimplere, sicut Gregori. ait 24. quæstio. 1. 50 sententia. † Quid enim dicta obedientia fructuosius, cum sola sit, quæ fidei merita possidet, sine qua quisque in infidelitate conuincitur, etiam si fidelis esse videatur, sicut idem Gregor. in 25. lib. moral. & 8. quæstio. 1. sciendum ait. Nam per ipsam obedientiam in præsenti meremur gratiam, & qui suis. episcopis non obediunt indubitanter reprobi, & rei existunt sicut a Deo donum summi muneris consequūtur, qui libenter eidem obediunt. 63. dist. nulla. c. ille. & c. si inimicus, propter dictam obedientiam etiam bonum ab ipsis religiosis & aliis esset ommittendum, ne ecclesia ex ipsorum exemptionibus scandalizari haberet, sicut Gregor. ait undecima q. 3. quid ergo, nec pro aliquo temporali commodo deberent di 51 cti religiosi vel alii incurrere notam inobedientiæ, † cum ipsa obedientia melior sit quam victima, de maiorit. & obed. illud, nam religiosi suis prælatis inobedientes, sunt de monasterio expellendi, de ma. & obed. quod super his, cum habentibus iurisdictionem spiritualem & etiam temporalem debeant esse subiecti, eisq. obedire, de ma. & obe. solitæ, a quasi quidem obedientia suo episcopo exhibenda, ordinatus a papa subdiaconus etiam non absoluitur, cum quibus religiosis quicunque minimus vult ab ea absolui, de maiorit. & obed. per tuas, & cap. omnis. ne forte inimici suggestionem 52 mille nocendi. & c. 16. q. 2. uisis. † efficiantur similes Christo, q non solum Deo patri usque ad mortem obediens extitit, verum etiam Ioseph patri putatiuo, sicut habetur Lu. 2. secundum autem Leonem papam, vbi est incolumitas obedientiæ, ibi est sana doctrinæ forma. 61. dis. miramur, Et cū ab hominib. de diocesi sit episcopis obediendum in omnibus quæ ad diuini cultus officium, & ad ecclesiasticam vtilitatem pertinēt, & eis reuereotia exhibenda, sicut Pelagius papa ait 7. quæstio. 1. quia fieri non debēt domini abbates, & priores, & guardiani molesti, qui se alii sciunt esse præpositos, episcopos, & ordinarios sibi esse prælatos, sed obedientiam & reuerentiam quas ab aliis exigunt, eisdem prelatis impendere, cū memores esse debeant doctrinę Christi, cuius nos & ipsi sumus discipuli, dicētis, discite a me quia humilis, & mitis sum 53 corde. Matthe. 11. † De reuerentia autem dictis prælatis & episcopis debita, si iustum sit, & ecclesiæ vniuersali expediens, quod dictas exemptiones ab eorum subditis subtrahat eisdem pensandum est, diuinum namque præceptum est decalogi. Exo. 20. cap. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longęuus super terram, quod non solum intelligitur de patre & matre carnalibus, uerum etiam de patre spirituali, & de matre ecclesia. 30. q. 3. ita diligere. 95. distinctione esto subiectus, pensent obsecro exemptionem appetētes, & defendere cupientes, si audiendus esset filius, & si sapiens putaretur qui vellet eximi ab obedientia & reuerentia patris sui, cum seruus manumissus & etiam libertus ad hoc etiam teneātur, & sine uenia impetrata, patronum in ius vocare non permittantur impune, etiam si a corpore, vel collegio, vel ciuitate, quorum singulos in ius vocare potest seruus manumissus, & aduersus rempublicam, vel uniuersitatem voluit experiri, secundum legem canonizatam. 12. q. 2. si sine uenia, cum cap. 54 præceden. & subsequentibus. Verum de aliquibus grauaminibus luminoso abbati a castorio Ariminēsi episcopo illatis & consimilibus arguatur, seruanda est sententia August. 2. li. de unico baptismo, dicentis, quod interdum conqueritur pater de filio malo, & filius conqueritur de patre duro, unde seruamus honorificentiam patri. quæ debetur a filio, non æquamus filium patri in honore, sed præponimus filium patri in ueritate, & sic tribuimus honorem debitum, ut non perdat æquitas meritum. secūda quæstio. 7. quæritur, obtentu igitur dictorum grauaminum, si qua inferantur eidem, non essent reuerentia, & obedientia prælatis denegandæ, de appellat. ad hæc si in una causa, maxime cum appellationis remedium 55 sit concessum. 2. quęstio. 5. omnis oppressus. † Christus uero ait de dictis episcopis in persona apostolorum, quod qui eos spernit, Deum a quo missi sunt, cuius funguntur legatione, spernit, & ipse indubitanter spernetur a domino, Matth. 10. & Luc. 10. 21. distinctio. in nouo. 3. quęstio. prima omnis. 2. quæstio 7. accusatio. Quam reuerentiam & obedientiam impēdent laici, & domini principes temporales dictis episcopis & ordinariis, quibus patenter, & notorie & manifeste religiosi de ordine paupertatis, & alij, frequenter inobedientes, & irreuerētes existunt, certe quod ab eis facile, agitur, trahitur ab aliis in exemplū, de accusa. qualiter, & quando, & hoc tē-

56 dit ad depressionem ecclesiæ vniuersalis, † cum dicta reuerētia, & obedientia ab omnibus debeantur eisdem episcopis, & prælatis, etiam si essent inutiles, quamdiu ab ecclesia tolerantur. 8. q. 4. nōne. 16. q. 6. si fortassis. 2. q. 5. habet. 2. q. 8. sacer- 57 dotes. 86. dist. in scripturis. † Item per dictas exemptiones impeditur correctio debita excessuum iam pertinent ad episcopos, per quos potest melius fieri, quam per abbates, cum sint potentiores cōiter quam abbates, & debēt esse peritiores, potissime dicta correctio deberet fieri p epos, quando religiosi, 58 publice, & extra claustra delinquunt. † cum vbi malum contingit, ibi mori debeat. 2. q. 1. si peccauerit. in fi. Aug. ait ibidē & in Omleia de pę. & idem hr̄ in concilio. Barenen. c. 8. posito 7. q. 2. si enim. certum est autem q̄ dicta correctio generaliter pertinet ad episcopum. 6. q. 3. scitote. potissime in crimi- 59 nalibus. de offi. ordi. irrefragabilis. † Nam eps qui crimina nō corrigit, non dicitur, nec reputatur eps, sed canis potius impudicus, sicut dicit August. 73. distin. nemo. cum capitulis sequentibus, & si culpas subditorum impunitas relinquit, grauiter deum offendit. sicut Greg. ait. 23. q. 4. si is. non enim est in eo charitas, sed languor, cū talia nō corrigit. sicut ait Aug. 60 super epistola Ioan. 23. q. 5. non putes. & cap. sequentibus † Nā per ipsum epm, q medicus est ecclesiæ vniuersalis sibi cōmissæ, abscindēda sunt vulnera, quæ fomentorum non recipiūt medicinam. 72. dist. Qui aliquanti. 16. q. 1. in canonibus. quæquidem correctio aliquando ab abbatibus, & prioribus propter asperitatem linguæ, vel blandimenta, vel timorem, aut potentiam subditorum periculose omittitur. l. di. si quis dia 61 conus. † Fatendum, est. n q̄ dicta correctio quamtum pro vniuscuiusque gradus atq; persona, salua pace ecclesiæ, fieri pōt sicut ait Prosper. 24. q. 3. ecce autem. & 24. q. 3. ecclesiæ cum aliis sequentibus. hæc autem correctio, & disciplina quæ vltrix deberet esse malæ vitę & malorum morum religiosorū, tollitur p̄textu exemptionū prædictarū, sicut innuit Augu. 62 contra Petilianum. 23. q. 5, ad finem. † Nam abbates sunt desides, & negligentes cōiter in disciplina & correctione, vn̄ pro disciplina prodiit desidia, cum negligūt corrigere vitia, sicut ait Calixtus papa. 24. quæstione tertia. iustum est. ad quam disciplinā per flagella deducendi sunt discoli, sicut scribit Augusti. ad donatum. 23. q. 4. discipliect. cum c. sequen. hæc autē disciplinā proprie pertinet ad prælatum. sicut ait idem Augusti. in lib. psalmorum, & ad eundem episcopum regentem plebem suam, licet vtilis sit aliis. 23. q. 4. duo ista. nam ad eos pertinet specialiter illud euangelicum. Matt. 18. si peccauerit 63 in te frater tuus, etiam. 2. q. 1. si peccauerit. † Est enim pater spiritualis, a quo debet filius disciplinari, & corrigi. 45. dist. §. salomon. cum c. seq. prouer. 13. & 5. q. 5. non osculatur semper filium. cum pręceden. & seq. capi. quam correctionem & disciplinam deberet exercere in religiosis, & aliis. Nam in 8. sinodo continetur, q̄ si quis monachus (per quem omnes religiosi intelligi possunt) contentiones, vel rixas amauerit, vel manifestum cōuicium intulerit fratri, iuxta arbitrium rectorum modunque peccati diuturna experietur penitentia. 90. 64 dist. si quis monachus. † Item est dicta exemptio præiudicabilis ecclesiæ vniuersali, quia exempti nō possunt iudicari nisi a papa, qui ab eis multū remotus extitit. 16. q. 1. frater noster. Nec per diocesanum in locis exemptis eorum negligentiæ suppleri possunt. de supplen. negligen prela. sicut. nec episcopus posset eos compellere, vt transeant ad diocesim. in qua 65 crimina commiserunt. vt de priuile. c. volētes, † quia nullam potestatem valet exercere, eos excommunicando, vt ibidem 66 18. q. 2. luminoso. & de maio. & obedien. inter quatuor. † Per dictas exemptiones tollitur ius ordinariorum, qui ppriē diocesani dicuntur. ad hoc de rescrip. ad hoc, quorum iuri dominus papa pręiudicare non deberet, cum dicatur in iure, quod 67 ad hoc non intendit. de officio delega licet. † Per dictam exēptionem tollūtur bona opera in religione facilius quam deberent, quæ essent vigilanter facienda. 86. distinctio. fratrem 68 9. q. 3. existimant. † Per eandem exemptionem fouentur in religione multæ dissolutiones, parcialitates, & scandala, cum per impunitatis audaciam fiant, qui nequā fuerunt, nequiores, & facilitas veniæ incentiuum eis tribuat delinquēdi. de 69 sen. excō. vt famæ. 24. q. 4. est iniusta. † Propter eam abutuntur concessis eis priuilegiis. vnde deberent etiam priuari eisdem 11. q. 3. pręuilegium. 25. q. vlti. §. his ita. abutuntur autem dictis priuilegiis multiplr̄ utēdo eisdem, nō ad subditorū vtilitatē, sed suam voluntatem & potestatem, ostendendam. 11. q. 3. priuilegium, & in iniuriā ordinariorum frequenter vtendo eisdem. & vltra intentionem dantis, ampliando ea. de priuile. suarum. & c. priuilegia. prætendētes, quod nemo potest iudicare de eisdem priuilegiis, nisi papa. de iudi. cum venissent. 70 † Et priuilegia protectionis dicuntur esse exemptiones, cōtra illud de priuilegiis. recepimus. & c. ex parte. priuilegiunque vnius loci ad alium, & capitis, ad omnia alia membra extendunt, cōtra id de priuile. cum cappella. & c. ex ore. vnde cum diuer-

diuersa scandala a dictis abusibus, & exemptionibus, & immunitatibus, libertatibus, & priuilegiis sequantur, reuocari deberēt. 3. q. 6. quippe, maxime pp fauorē totius ecclesiæ. 22. dist. reuocantes, & propter atrocitatem criminum, & scandalorum quæ perpetrantur per eos, de verbo. signi. abbatem. 9. q. 3. conquestus. 13. q. 3. ita, nec deberent concedi in iniuriam & preiudicium aliarum rerū, de priuileg. pastoralis, & c. quia intentionis, neque absque congrua, sufficienti & ratione legitima, de priuileg. capitulo sane. Et licet fuerunt aliqua priuilegia congrua, nunc tamen ratione diuersarum circunstātiarum, sunt incongrua, quare tolli deberent ratione circunstantiarum, quæ pensandæ sunt. 23. q. 8. occidit. 85. distin. non satis de pœnit. distin. 2. §. opponitur. in fi. 32. q. 4. quis ignoret.

71 & c. sequent. †Nam totus status religionis, qui in summa humilitate fundatus extitit, & pro cuius humilitate seruanda, ordinatum fuit, quod episcopis subessēt sicut habetur in 25. capitulo concilii Aurelianen. posito. decima octaua, quæstio. 2. Abbates, nunc in tantam elationem, superbiam, arrogantiam eleuatus est, quod non solum abbates, & priores, guardiani, & alii in statu alicuius administrationis, & prælationis existentes, uerumetiam minores fratres & personæ dictarum religionum putant frequenter episcopis, archiepiscopis, & aliis prælatis se quodammodo fore æquales, & debere quibuscunque aliis personis ecclesiasticis ecclesiastica beneficia obtinentibus anteferri, quod est contra intentionem eorum, a

72 quibus dictę religiones fundatæ sunt, prout Beatus Bernardus ad Eugenium probat in multis ca. euidenter. †Per dictas exemptiones vt in pluribus monasteria dissipantur, cum dictæ exemptiones ad onus, potius quam ad honorem, vel utilitatem tendere uideantur, & illa quæ ad perpetuam fuerunt generaliter statuta utilitatem, & nulla deberent commutatione uariari, quia fuerunt ad bonum commune statuta, ad priuatum, ratione ecclesiæ, trahi per eas uidentur commodū contra id Leonis papæ. 25. quæstio. prima. quæ ad perpetuam. contra omnem legem, quæ est pro communi utilitate cōdēda. 4. distin. erit, & contra doctrinam illam, secundum quam communis utilitas priuatæ est præferenda. 7. q. 1. scias de postu. bonę, & de regula. licet, in opprobrium & scandalum uniuersalis ecclesiæ, sicut superius est probatum, quod multum

73 pensari deberet a uicariis Iesu Christi, †cum ipse Christus qui est Deus, tributum soluerit propter scandalum euitandum. 11. q. 3. inter uerba. Et apostoli potius uoluerunt abstinere, quam alios scandalizarę. 28. quæstione prima, iam nunc. 11. q. 3. inter uerba. 23. q. 3. §. 1. & sumptibus recipiendis se retrahere ne aliquod offendiculum præstarēt euangelio. Christi. de

74 censi. cū apostolus. †grauiter namque peccant, qui alios scandalizant, sicut habetur in concilio Cabelonen. 10. quæstio. 3. cauendum. 93. distinctio. ille, propter scandalum inconsueta tollerantur. 95. distinctio. peruenit, & membra scandalizātia amputantur. 24. quæstio. 3. illud 24. q. 1. uxor, & licita etiā, sicut est. sua repetere, amittuntur. 23. quæstio. 3. §. primo, de

75 noui. oper. nunciatio. capitulo. 2. ante finem. †Et illa quæ pro rigore religionis statuta sunt, quandoque propter scandalū omittuntur. de statu monacho, super quadam, de renuntiat. in fine. §. pro graui quoque scandalo. Ex quibus omnibus constat, quod quocunque modo predictę exemptiones, immunitates, priuilegia, & libertates cōtrarię, & contraria legibus, & iuribus pro communi utilitate constitutis considerētur, siue quantum ad se, siue quantum ad illos, quibus conceduntur. quod reuocari debent, cum per eas tollatur ordo unisalis ecclesię, status, & gradus, & honor, uirtus, & potestas prelationis constitutę a Deo, quibus omnes religiosæ personę, & loca religiosa debent esse subiecta in ciuitatibus, diocę. ac prouinciis autedictis prelatis, & Archiepiscopis commissis potissime, cum ex ipsis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus. & priuilegiis, legibus, iuribus, communibus contrariis, nulla utilitas uniuersalis ecclesię subsequatur, sed eisdem populo officiunt, & statui religionis, & personis religiosorum, & multę discordiæ, & scissurę, scismata, mala scandala, onera, & dispendia, perueniunt ex eisdem, prout in præcedentibus plenius est probatum.

SVMMARIVM.

1. *Ecclesia veneratur quatuor concilia sicut quatuor euangelia.*
2. *Sapienti da occasionem & sapientior erit.*
3. *Veritati manifeste cedat consuetudo.*
   Deus est veitas.
4. *Veritas & ratio consuetudinem semper excedit.*
5. *Consuetudo sine veritate vetustas erroris est.*
6. *Consuetudo quamuis vetusta veritati postponenda est.*
7. *Consuetudo mala in ecclesia Dei vitanda est.*
8. *Veritatem Dei potiusquam consuetudinem sequi debemus.*
9. *Maior, debet a minoribus rationabiliter dicta audire.*

Secunda pars Tractatus.

1 INcipit secūda pars istius tractatus in qua in speciali agitur de his, quæ ab antiquis fuerunt episcopis sanctis instituta, ab apostolis constituta, & a sanctis patrib. & quatuor conciliis scilicet Niceno, Constātinopo. Ephesino, & Calcedo. quæ sicut sancti euangelii quatuor libros sancta ecclesia veneratur. 15. dis. sicut & 17. di. c. 2. 3. & 4. & seq. & ab aliis cōciliis in grecia primo, & postmodum in occidentali ecclesia in diuersis prouinciis celebratis, & a Roma. & vli ecclesia ab antiquo approbatis, quæ principaliter vsquequaque non seruantur, quorum in pn̄ti tractatu cum paucis concordantiis, aliorum iurium sub breuibus memoria agitur ad hunc finē, vt legamus aliqua, ne negligantur, alia ne ignorentur, & alia non vt teneātur, sed ut repudientur, sicut ait beatus Ambrosius super Lucā, & in decretis trigesima octaua distinctione. legimus. si aliqua in dicta specificatione casuum reperiantur vtilia, & vniuersali ecclesiæ proficua, quod sacri prouisione concilii super eorum obseruantia, vel reuocatione, aut immutatione, vel declaratione deliberatio, si visum fuerit expe-

2 diens. †Scriptum namque est a Salomone Prouerbiorum, nono capitulo, da sapienti occasionem. & sapientior erit, vigesimateria quæstione quinta. vides ut opinor in fine. Et Augustinus scribit in epistola ad Vincentium de se ipso, in eo quippe numero summus, vt non dignemur, etiam dictum nobis ab Apostolo ad Philippenses, quarto capite, accipere, & si quid aliter sapitis hoc quoque vobis Deus reuelauit. 9. distinctione, noli. in fine. Nam vt idem Aug. in li. de baptismo paruulorum. ait Qui cōtempta veritate presumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus cuius inspiratione eccle-

3 sia instituitur. †Nam dominus in euangelio ait. Ioan. 14. Ego sum veritas, & non dicit ego sum cōsuetudo, vt veritate manifesta veritati cedat consuetudo. nam & Petrus qui circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti, sicut habetur ad Gala. 2. & 2. quæstio. 7. Petrus vnde cum Christus caput, & spōsus vniuersalis ecclesiæ sit veritas & via, per quam venitur ad vitam, magis veritatem quam prauam ecclesiæ consuetudi-

4 nem seu abusum sequi debemus, †quia cōsuetudinem ratio & veritas semper excludit. vnde idem Augu. in 5. libr. de baptismo frustra inquit qui ratione vincuntur, cōsuetudinem nobis obijciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut nō in spiritualib. sequendum sit, q melius & spiritu sancto fuerit

5 reuelatum. †Ciprianus etiam papa. scribit, q cōsuetudo sine veritate vetustas erroris est. propter quod relicto errore, sequi debemus veritatem, quia & apud Esdram in c. 10. scriptū est, q veritas valet, & inualescit, & in eternum viuit, & obtinet

6 in secula seculorum. †Gregorius. 7. Gilmundo etiam aduersario episcopo scribit, quod consuetudo quantumuis vetusta, quātumuis vulgata veritati omnino est postponenda, & vsus

7 qui veritati contrarius, abolendus. †Et Nicolaus papa Remēsi archiepiscopo scribit, quod mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela vitanda est, in ecclesia Dei, quia nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab impijs assumitur, & incipiunt preuaricationes, & varię presumptiones celerrimæ non expressæ, pro legibus venerari & priuilegiorum more perpetuo celebrari. Prædictus etiam Augu. de vnico baptisma. lib. 2. scribit q veritate manifesta cedit con-

8 suetudo veritati. †Et dictus Ciprianus scribit, quod Dei veritatem, potius quam hominum consuetudinem, sequi oportet. cum per Esaiam prophetam loquatur dominus & dicat. 29. sine causa colunt me mandata hominum scilicet contraria legi diuinæ & doctrinas docentes uel sequentes. nempe prout prædictus Augu. in lib. confessio. ait sicut enim in potestatib. societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus 8. distin. quę contra cū

9 c. sequen. †Nemo itaque dedignetur quamtumcunque præeminentiæ, literaturæ existat, audite si qua a minoribus rationabiliter proferantur. Nam & Paulus apostolus ait, si aliquid sedenti, id est minori fuerit reuelatum, prior taceat. 1. Corin. 14. 95. distin. esto subiectus. & concor. C. de offi. rec. pro. l. potiores. Sane cum Alexandro papa recolentes quomodo hæc sancta plantatio ecclesiæ Dei fuerit instituta dolentes dicere possumus cum eodem q & si non ab omnibus, neq; in omnibus, & plerisque tamen & in pluribus ab illa sancta institutione primitiuæ ecclesię sanctorum patrum conciliorū & decretorum Romano. pontificum in tantum videtur esse declinatum, vt aliqui ex nobis primę institutionis videantur obliti. extra de statu mona. recolentes. Vnde Bernardus cōtra personas ecclesiasticas specialiter inuehens ait, Christus docuit verbis, & exemplis eligendum, q carni est molestum, & quod

quod suaue est ei respuendum qui contra facit uel docet uidetur amens, imprudentia autem carnis uidentur multi clerici nostri temporis esse eligentes de omni genere hominum quod est in eis carni suaue, & delectabile, & respuentes quod est laboriosum & graue, unde dicit post, idem Bernardus. Habent quoque genera hominum labores, & uoluptates & aduertenda est aliquorum prudentia miranda non immutanda, qui quodam artificio miro decernētes, & sequestrātes totum, quod delectat, carnem eligunt, & amplectantur, quod autem molestum est fugiunt, & declinant, cum militibus capiunt, quod habere uolunt, superbiæ fastum, amplam familiam, nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & eorum similia, frequētant thalamos, & balnea, & moliciē omnem, uestium gloriam a mulieribus mutuantur. Cauent autem lorice pondus, & insomnes in castris noctes, & discrimina preliorum, muliebrem quoque uerecundiam & disciplinam, & quid sexus ille laboris habere cernitur declinantes, sudant agricolę, putant, & fodiunt, uineatores, sed hi inter hoc torpent otio, sed accedente fructuum tempore innouari sibi orrea iubent & promptuaria eorum uino & tritico, bibunt uinum meracissimum, uuę sanguine inebriantur, impiguantur, & dilatantur ex adipe frumenti herbarum fuccis peregrinis mutant, uini saporem et additur oleum camino. Similiter negotiatores circumierunt mare, et aridam in labore corporis, & periculo uitę perituras sibi diuitias, congregātes, prudētes aūt nostri duces, in terra somnos capiūt & cibos & potus pcipiūt, delicatos, & c. Plura alia ponit ibi. & subiūgit. Cūaūt resurgent hoīes unusquisque in suo ordine, ubi putas generatio ista locabitur. Si ad milites deuerterint, exsufflabunt eos, quia nō secum labores militiæ, & pericula tolerarint, sic agricolæ, sic negociatores, & singuli quique ordines hos a suis arcebunt finibus, vt pote qui in labore hominum non sunt. Quid ergo restat, nisi vt quos omnis ordo repellit, subijciantur in terra in locum vbi nullus ordo, sed sempiternus terror inhabitat.

SVMMARIVM.

1. *Clerici curas seculares assumere non debent.*
2. *Clericus suspensus si ad aliam vadat ecclesiam vt suscipiatur quomodo puniatur.*
3. *Episcopo non licet propria relicta parochia, ad aliam transire.*
4. *Clericus propria relicta parochia, ad aliam transiens quomodo puniatur.*
5. *Clericus non debet fideiubere.*
6. *Clericus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehensus quomodo puniatur.*
7. *Clericum percutiens quomodo puniatur.*
8. *Clericus per pecuniam suam, dignitatem acquirens quomodo puniatur.*
9. *Episcopus ecclesiam obtinens mediante seculari potestate quomodo puniatur.*
10. *Clericus, contra episcopum populum colligens, quomodo puniatur.*
11. *Clericus ab episcopo segregatus, ab alio recipi non debet.*
12. *Clerici peregrini sine litteris commendatitijs an recipiantur.*
13. *Concilia episcoporum. bis in anno celebrari debent.*
14. *Episcopus negotiorum ecclesiasticorum curam habet, & an ei liceat consanguineis donare.*

Rubrica Prima.

1 Episcopus †aut presbiter, aut diaconus nequaquā curas seculares assumar sin aliter, deijciatur. ponitur 86. dis. episcopus, & de hoc agit̄ infra in rub. 8. omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam, vt scripturas audiant, nō autem perseuerant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt uelut inquietudines ecclesiæ cōmouentes conuenit cōmunione priuari. ponitur de conse. dist. 1. omnes fideles, & de hoc agitur. infra in 50. rubr. Si quis cum excommunicato saltem in domo orauerit, iste communione priuetur. de hoc habetur inf. in 28. rub. Si quis condemnato clerico ueluti cū clerico in domo simul orauerit iste dam-

2 netur. de hoc agitur in d. 28. rub. † Si quis clericus, aut laicus a cōione suspensus seu excōicatus ad aliā properet, alias prę ter recommendatorias literas & qui susceperunt & qui susceptus est communione priuatur, excōmunicatio uero protelatur ipsa corectio tanquam qui mentitus sit & ecclesiam

3 Dei seduxit. † Episcopo non liceat parochiam alienam propria relicta peruadere, licet agatur a plurimis, nisi forte quia cum rationabilis causa compellat, tanquam qui possit ibidē constitutus plus lucri conferre & in causa religionis aliquis profectus respiceret, & hoc non a semetipso pt̄ētet. sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat, de hoc, septima quæstio. prima §. ambitionis, & distin.

4 10. capit. si quando. †Si quis autem presbyter aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens parochiam propriam, pergat ad alienā, & omnino demigrat, pt̄er epi sui ɔsciam, ut in aliena parochia cōmoret̄, ulterius hūc ministrare non pariamur, præcipue si vocatus ab epo redire contēpserit, in sua inquietatione perseuerans. verum tamen tāquam laycus ibi cōicet. eps autem apud quem moratus esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputās tanquam clericos forte susceperit, velut magister inquietu-

5 dinis cōione priuetur. †Clericus fideiussionib. inseruiens abiiciatur, habentur hæc extra de fideius. clericus. 11. q. 1. te qui-

6 dem. †Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur, non tamē cōione priuetur dicit. n. scriptura nō iudicabit dn̄s bis in idipsum. similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant,

7 de hoc agitur. infra rub. lix. & in 38. †Episcopum, aut præsbyterum, aut diaconum percutiētem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per hmōi volentem timeri, ab officio suo deiici pręcipimus, quia nusquam dominus hoc nos docuit, sed ecōtrario ipse cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non cōminabatur. hoc ponitur. quadragesimaquinta distin.

8 episcopum. †Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus p pecuniam hanc dignitatem obtinuerit, deiiciatur. & ipse & ordinator eius a communione, modis omnibus abscindatur sicut Simon magus a Petro de hoc in rubrica. 20 & 1. quæstio prima. si quis episcopus. cum capitulis præcedentibus & sub-

9 sequenti. †Si quis episcopus secularibus potestatibus vsus ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, & segregentur omnes, qui illi communicant. de hoc. 17. quæstio 7. si quis deinceps. & c. si quis episcopus. vbi ponitur dictum. c. & c. si quis cleri-

10 cus. †Si quis presbyter contemnens episcopum suum contra eum populum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habēs quod reprehendat episcopum causa pietatis & iustitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens. est enim tirrānus, & clerici ceteri, q cum tali consentiunt. laici vero segregentur, hoc autem post vnam secundam & tertiam obseruationem factam conueniat de hoc. 32. quæstione secunda, seculares. 35. quæstione sexta, multorum, decimaquinta quęstione vlti-

11 ma capitu. vltimo. †Si quis presbyter aut diaconus ab episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequestrauerat, nisi forsitam obierit eps qui eum segregasse cognoscitur de hoc. 11. q. 3. excommunicatus cum

12 præceden. & sequen. capi. †Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine commendatitijs recipiatur epistolis & cum descripta detulerint discutientur hactenus & ita suscipiantur, si prædicatores pietatis extiterint, si minus, nec quæ sunt necessaria, subministrētur eis. quia per subreptionem multa proueniunt. de hoc. 71. 2. & 3. distinctione. Episcopos gentium singularium scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput estiment, & nihil amplus præter eius conscientiam geratur. q illa sola fungimur, q̄ parrochię ppriæ & villis, q̄ sub ea sunt, cōpetūt, sed nec illæ præter omnium conscientiam. faciat in eorum ipa rochiis sic enim vnanimitas erit, & gubernabitur Deus p Chistum in spiritusancto, de hoc. 25. distinc. perlectis. versi. ad episcopū 10. quæstio. 2. episcopus. 12. q. 1. ex his. & c. Episcopus

13 ecclesiasticarum rerum. & c. præcipimus. †Bis in anno episcoporū concilia celebrentur. ut inter se inuicem dogmata pietatis explorent, & exurgentes ecclesiasticas quæstiones amoueant, semel quidem in septimana penthecostes. Secūdo. 12 die mensis yperberici idest iuxta Romanos. quarto idus Octobris, de hoc decimaoctaua distinct. per totum. & infra in vn-

14 decima rubrica. †Omnium negotiorum ecclesiasticorū curam episcopus habeat, & ea velut Deo complente dispenset, nec eis liceat aliquem omnino corrigere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt condonare. Quod si pauperes sunt, tanquā pauperibus subministrentur. ne eorū occasione ecclesiæ negotia depredaretur de hoc decimasecunda quæstione prima episcopi & capitulo manifesta, & capitulo sint proprie. & capitulis sequen. vsque ad finem quæstio. 1. & infra in rubrica

15 trigesimaoctaua. †Presbyteri & diaconi pręter episcopum nihil agere pretētent. nam domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem, de hoc infra in rubrica septima & 95. distinctione a subditis cum sequæntibus & 95. distinctione quasi per totum. Sint autē manifestę res propriæ episcopi, si tamen habet proprias, & manifestæ dominicæ, vt potestatē habeat de propriis moriens episcopus sicut voluerit & quibus voluerit derelinquere, ne sub occasione ecclesiasticarum rerum, ea quæ episcopi esse probantur, interdicant. fortassis enim aut vxorē habet, aut filios, aut propinquos, aut seruos, & iustum est hoc apud Deū & homines, vt nec ecclesia detrimentum patiatur. Ignorantia rerum pontificis. nec episcopus vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causis incidant, qui ad eum pertinet. Mortisque eius iniuriis malæ famæ subiaceat, recipimus. vt in potestate sua episcopus res ecclesiæ habeat. Si em̄ animæ hominum preciosiores illi sūt creditæ, multo magis opor-

oportet eum curam de pecuniis gerere, ita vt eius poteſtate indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros & diaconos continuare omniumque ſolicitudine miniſtrentur, de hoc ponitur 12. quæſtio. prima præcipimus cum quinque capitulis præcedentibus. Ex his autem, quibus indiget ad ſuas neceſſitates & ad peregrinorum fratrum vſus & ipſe percipiat, vt nihil poſſit ei omnino deeſſe†lex enim Dei præcipit, vt qui altari deſeruiunt, de altari paſcantur, hoc ponitur. 12. quæſtio. prima ex his †Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ, atque ebrietati deſeruiens aut deſinat, aut certe dãnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor, ſimilia faciẽs, aut deſinat, aut a communione priuetur. ſimiliter cum laicus, hæc cauſa ponitur, 35. diſtinctio. † Epiſcopus aut presbyter vſuras a debitoribus exigens, aut deſinat. aut certe damnetur, hoc capitulũ ponitur. 48. diſtinctio. epiſcopus, & de hoc agitur infra in rubrica octaua. † Si quis laycus vxorem propriam pellens alteram, vel ab alio diuiſam duxerit communione priuetur, de hoc vigeſimaſecunda quæſtio. prima capitulo primo, & queſtio. ſexta, quaſi per totum, & infra in rubrica quadrageſimanona.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in primitiua eccleſia omnia habebant communia.*

Rubrica II.

In principio Nicenæ ſinodi de primitiua eccleſia dicitur, †quod nemo, qui diuinas ſcripturas legit, ignotat, quod in principio naſcentis eccleſiæ diſcipulis in unum congregatis, quod multitudinis credentiũ, erat cor vnum & anima una, & quod uendentes prædia, & poſſeſſiones afferebant eis, & ipſi diuidebant ſingulis, prout cuique opus erat, & fuit communis vita, & conſuetudo apoſtolorum, & diſcipulorũ eorundem, ſicut habetur in decret. 12. quæſtio. 1. dilectiſsimis, cum multis capi. ſequentibus conſimilibus, innitebantur namque iuri naturali, ſecundum ꝙ omnia ſunt communia. 1. diſtinctio. §. 1. ex quibus omnibus & conſimilibus conſiderandum eſſet, an expediret eccleſiæ Dei iuxta dictum Hieronymi quod. o. reuolaret ad a. 35. diſt. ab exordio. Et quod in cętu dominorum Cardinalium, & in collegijs & alijs de quibus videretur eſſe expediens, ſeruaretur, vt omnis quęſtus, & multiplicationis beneficiorum eiſdem materia tolleretur, & quod aliunde conuenienter prouideretur eiſdem, & quod pluritatem beneficiorum in animarum ſuarum, & eccleſiarum diſpendium, & pernitioſum aliorum exemplum, nullatenus retinerent, ſed quod eſſent ſuo cardinalatu contenti, & modus per eos aſſumptus ad poſteros, deriuaretur, qui finaliter ſibi omnia beneficia, & officia eccleſiaſtica, quæ alicuius ponderis ſunt uſurpant cum multis libris marcarum, multi ex eis contenti aliquatenus non exiſtant.

SVMMARIVM.

1 *Clerici a ſecularibus iudicari non debent.*
2 *Romana eccleſia non debet priuilegium concedere, vt clerici a laicis iudicentur.*
3 *Iuri publico renunciari non poteſt.*

Rubrica III.

Quod epiſcopi, & perſonæ eccleſiaſticæ non capiantur, ſicut fit hodie a laicis, & quod priuilegia a Romana eccleſia conceſſa in contrarium reuocentur.

Item †cum ſubſequatur immediate in dicta Nicena ſinodo. Quod conſtantinus Monarcha tunc pene totius orbis, delata coram ſe querela quarundam perſonarum eccleſiaſticarum, dixit quod a nemine ſeculari poterant, iudicari quia Dei vocati erant, & hoc idem alijs iuribus communibus ſit conforme. 96. diſtinctio. bene quidem, cum nono, capitulo ſequent. extra, de conſtitutio. eccleſia ſanctæ Mariæ. de rebus eccleſiæ non alien. cum laicis, de foro competent.' per totum. undecima, queſt. prima, clericum nullus cum pluribus capitulo ſequentibus. Videretur uniuerſali eccleſiæ multum eſſe expediens intendere ad conſeruationem dictæ generalis libertatis eccleſiaſticę, & c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & tamen ſecundum Alexandrum papam. c. cauſa. & q. ſi quis deinceps, ſit ſtatutum quod ſi quis priorum, & nobilium, aut cuiuſcunque dignitatis, vel cuiuſcunque ordiuis laicorum epiſcopũ comprebenderit, uel percuſſerit, aut aliqua uia a propria ſede expulerit. niſi forte iudicatum canonicę, quod actores, & cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum iuri eccleſiæ tradentur. Si uero in presbyterum, uel in quęcunque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumpſerit, canonicę, penitẽtię, atque diſpenſationi ſubiacebit, ſi contumax fuerit excõicetur, nec uidetur, quod Romana, ac uniuerſalis eccleſia deberet pati quod epiſcopi & cętere perſonæ eccleſiaſticæ a regibus, principibus, atque cęteris dominis temporalibus eorum auctoritate caperentur, ſicut quotidie uidemus attentari de facto. † Nec dicta Romana eccleſia deberet, (vt videtur prima facie quod poſſit) ſuper hoc eis priuilegium concedere, ſed conceſſa potius reuocare. Cum talis conceſſio tendat ad deſtructionem vl̃is eccleſiæ. 24. q. 1. ſunt quidam. & q. 2. ſi ea deſtruere. vt in. 3. rub. ſupra in 1. parte poſita plenius eſt probatũ. † Cum hoc ſit ius publicum diuinũ & humanum perſonaliter & realiter eccleſijs cõceſſum cui renuntiari non poteſt, cum ſit publicum autoritate & vtilitate, ſicut probari poteſt in d. 25. q. 1. & 2. & 18. q. 4 quaſi per totum. & faciunt multa iura racta. extra de immunita. eccle. non minus & c. aduerſus. de feriis. c. vlti. de teſti. c. vltimo. de foro competẽ. ſignificaſti. de trãſac. c. vlti. de in teg. reſti. vlti. ff. de pactis. l. ius publicum debitorem. & de iure immunita. ſemper. §. cõductores. prout latius proſequitnr Hoſtien. in ti. de renũtiatio. in ſumma §. quæ poſſunt. & in apparatu de ſen. ren. excommunica. nouerunt.

SVMMARIVM.

1 *Cap. clerici de cle. coniu. an reuocari per concilium debeat.*

Rubrica IIII.

Item ex eiſdem cauſis videtur ꝙ decretalis bonifaciana de clerici coniug. clerici. haberet reuocari, cum per ipſam generale priuilegium eccleſiæ quo ad perſonas & res eccleſiaſticas coniugatorum ab ipſo reſtringantur. Et hoc a dicto dño Bonifa. factum fuerit abſque auctoritate & vocatione concilii generalis, cum tamen ſecundum decretũ Gregorii pape 22. di. ſi qui tales clerici coniu. ſtipendia etiam ab eccleſia recipere poſſent & ſub eccleſiaſtica eſſent tenẽdi regula. Et canendis pſalmis inuigilare haberent, vt ibidem, & facit. cap. diſplicui. quod eſt concilium Carthaginen. & extra de vita & ho. cle. clericus ſi tonſura. & de cleri. coniu. Ioann. cum nota, ibidem. ad hoc facit. c. primum concilii Toletani, in quo ſtatuitur, ut ſi ſubdiaconus defuncta vxore aliam duxerit, oſtiarius fiat. Et quia ſecundum canones apoſtolorum & orientalem eccleſiam gauderent niſi ſint bigami, priuilegio clericali quod ſe extendebat non ſolum ad perſonas ſed etiam quo ad alia talium clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conſtantini eccleſiæ conceſſum eſt iuri conſonum.*

Ruqrica V.

Item †cum in dicta Nicena ſynodo circa principium dicatur. ꝙ prædictus Conſtantinus monarcha, & etiã reges, & præſides, ac magr̃atus alii licentiam dederunt ꝑ vniuerſum orbem ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricandi eccleſias, & eis prædia tribuendi. & dictum priuilegium vl̃i eccleſię conceſſum & approbatum iuriq; conſonum. 10. q. 1. c. 1. cum ſeq. non ſeruetur, nec a perſonis eccleſ. nec a ſecularibus, nec in hoc ſufficientiam conſtituta remedia ab Alexandro. 4. extra de immu. & quia nonnulli in quibus nonnulla ponitur pœna decreta. Bonifaciana, clerici laicos &c. non ſeruetur expediret, quod pro diligentia & auctoritate ſedis apoſtolicæ & ſacri concilii cõtra talium auſus, & conamina libertatem, & immunitatem eccleſiaſticam lędere, & minuere in clientum apponeretur remedium oportunum, ſed hoc plenius agitur in rub. 70. vbi ꝓbatur, quod hoc debet ſeruari, & fieri.

SVMMARIVM.

1 *Orationes ſpeciales pro Regibus in eccleſia fieri debent.*

Rubrica VI.

Item †cum in dicta Nicena ſynodo dicat̃, ꝙ ſ̃m monita apl̃i ad timo. 2. fiãt orationes, poſtulatiões gratiarũ actiones in eccleſia pro omnibus hominib. pro regib. & omnibus, qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, & hoc nominatim & ſpecialiter nõ fiat in multis eccleſiis, videretur vtile, ꝙ hoc mandaretur ſeruari vniuerſaliter in eccleſia ſancta Dei.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi gregem domini paſcere debent.*
2 *Epiſcopi apoſtolorum ſucceſſores ſunt.*
3 *Epiſcopis debet ſeruari iuriſdictio ſua.*
4 *Epiſcopi in ſuis dioceſibus in cunctis præordinatores eſſe debent.*
5 *Epiſcopi habent curam animarum & pecuniarum eccleſiæ adminiſtrationẽ.*
6 *Beneficia eccleſiaſtica ad epiſcoporum collationem ſpectant.*
7 *Clerici habendi non ſunt qui non ſunt ſub diſciplina alicuius epiſcopi.*

Rubrica VII.

Item †cũ in eadem ſynodo dicatur auctoritate bea. Pet. in ſua. 1. epiſtola. 5. cap. ꝙ epiſcopi qui per ſpiritum ſanctum conſtituti ſunt regere eccleſiam Dei, paſcant qui in ipſis ſunt gregem Dei, prouidentes non coacte ſed ſponte ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neque vi dominantes in cleros, ſed forma gregis ex animo vt cum princeps paſtorum aparuerit, percipere valeant immarceſſibilem glorię coronam. & idem etiam dicitur in decretis 95. diſt. eſto ſubiectus. 27. q. 1. prædicatorum †videtur vtile ꝙ cum epiſcopi ſint in eccleſia Dei ſucceſſores apoſtolorum, ſicut dicit Vrbanus papa. 68. diſtin. quorum vices. & Anacletus

21. diſtinct. in nouo.) & ſicut papa in plenitudinem poteſtatis, ita & ipſi in partem ſolicitudinis, in decretis prouinciis ciuitatibus, & dioceſibus ſunt aſſumpti, extra de auctoritat. & uſu. palii, ad honorem. 2. q. 6. qui ſe ſcit. 9. q. 4. epiſcopi. cum cap. præceden. & ſeq. † quod ſua eis iuriſdictio ſeruaretur intra limites commiſſos eiſdem, aliter enim (ut ait Gregor.) ſi ſua unicuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi ut per nos per quos, ut eccleſiaſticus ordo cuſtodiri debuerat, confundatur. 11. q. 1. peruenit. † Et ideo cũ dicti epiſcopi in ſuis dioceſibus ſunt de iure & eſſe debeant præordinatores in cunctis, vt ait Iſidorus in epiſtola ad Ludifredũ, & 25. diſt. perlectis, ac de iure communi, & ſecundum concilium Aurelianen. 15. q. 6. Omnes Baſilicæ, quæ per diuerſa loca conſtructę ſunt, in epiſcoporum poteſtate conſiſtant, in cuius territorio ſunt poſitæ, †Et ſecũdum Caliſtum papã. ea. q. nullus. Nec Archi. nec archipresbyter, nec præpoſitus, nec diaco. animarum curam, vel præbendas eccleſiæ ſine præiudicio, vel conſenſu epiſcopi alicui tribuat, immo ſicut ſanctis canonibus conſtitutum, eſt animarum cura, & pecuniarum, eccleſiaſticarum diſpenſatio in epiſcopi iudicio, & poteſtate permaneat, & ſi quis contra hoc fecerit aut poteſtatem, quæ ad epiſcopum pertinet ſibi uendicare perſumpſerit, ab eccleſię limitibus arceatur, ut ibidem videtur ſecundum dictum Gregor. eccleſiaſticus ordo confundi, †quia eccleſiaſtica beneficia ad ipſorum epiſcoporum collationem & prouiſionem pertinẽtia per ſedem apoſtolicam, per alios conferuntur etiam antequam uacent, non ſolum in curia Roma. ſed extra, cum ipſi epiſcopi de cura & curatis, quorũ conſcientias, ignorant, quia ipſi eis non prouident, reddere habeant rationem, de offic. Archi. c. 1. & ſanguis ſubditorũ, de eorum manibus requiratur, ut extra de regula, & tranſ. c. 1. & ult. de offic. ord. irrefragabili. Et inſuper, quia ab epiſcoporum interdictione, & corronatione aliqui etiam eorum degentes delinquentes, uel beneficiati dioce. per excommunicationem ſeu quocunque alio modo ſubtrahuntur. † Cũ ſecundum conci. Pariſien. nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epi̇ diſciplina, & prouiden. gubernantur. 93. diſt. nulla. Cum etiam illud quod dominus dicit de aliis. Matth 10. qui uos recipit, me recipit, & qui uos honorat, me honorat, & qui uos ſpernit, me ſpernit, 8. q. 1. qui uos, & 2. q. 7. accuſatio. cum ſequẽt. intelligatur de epis & ſacerdotibus, quibus honos debitus deferendus eſt, ne latratus & detractiones communes de facili audirentur, ſecundum quoq traditur. 2. q. 7 in multis capitu. Et quod de facili ad curiam romanam non citarẽtur, cuius ſit contrarium omni die contra doctrinam Gregor. dicentis. 86 diſtin. ſi quid de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſſit offendere facile nõ credes, nec te ad uindictam res accendat incognita, ſed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter eſt ueritas perſcrutanda, ut ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, extra de ſymo. licet hely.

SVMMARIVM.

1 *Honor ſuus vnicuique debetur.*
2 *Priores in dignitate præferendi ſunt.*
3 *Eccleſiæ Rom. ritus a Cardinalibus obſeruandus eſt.*
4 *Eccleſia Rom. debet prouidere circa honorem prælatis impendendum.*
5 *Eccleſiæ Romanæ altitudo reputari debet.*
6 *Eccleſia Romana vniuerſa ſibi vendicat.*
7 *Eccleſiæ vnicuique honor ſeruari debet.*

Rubrica de exceſſu Cardinalium & curialium contra prælatos.

Dictus †etiam honor debitus unicuique iuxta ſuum ſtatum, debetur, ut in concilio generali de appel. ut debitus, dictis epiſcopis & non prælatis qui non ſunt ſucceſſores apoſtolorum, ſed ſunt & ab initio fuerunt aſſumpti adminiſtrandum & ſeruiendum in eccleſiis parochialibus, & ut ipſi presbyteri papę aſſiſtant in miſſarum ſolennitatibus & diaconi, Cardinales, in induendo papam, & aliis miniſteriis inſiſtant, & circa altare deſeruiant domino papę, ſicut habetur in cronica martiniana. tit. de duplici regimine urbis. Quinimmo, quod uidetur eſſe indecẽtius, camerarius domini papæ & uicecancellarius, auditor contradictoriarũ referendarius, & notarii archiepiſcopis epiſcopis & prælatis aliis in ſedibus præferuntur. Cum tamen ſecundum eorum dignitatem, & prærogatiuam ordinum & ordinationis ſuæ tempus concedere & in qualibet re ſua loca tenere debe:ẽt. †Et qui priores ſunt dignitate eſſent aliis præferendi. 18. diſt. placuit. 74. epiſcoporum. 85. diſtinct. capit. ult. extra de maiorit. & obedient. cap. 1. & 12. capit. concilii Niceni, & in concil. Tole. 93. non nulli. & in 23. conci. Mileuitani. & in 23. capitulo concil. Agathen. & in 39. 3. conci. Tolet. & 40 capitulo tertii concilii Bracharen. †dicti etiam diaconi, & presbyteri Cardinal. contra ritum & morem eccleſiæ Roman. qui ab eis ſeruandus eſt. decimaoctaua diſtinctione, §. verum 100. diſtinc. contra morem. 10. diſt. qui neſciat, forte contra ius ſ̃m Nicolaum papam 21. di. denique præſentibus Archiepiſcopis & epis in miſſa & in mẽſa benedicũt, cũ tñ ꝓhibeat in cõci. Agathen. c. 17. ꝙ ꝑsbyter populo dare non ꝑſumat. et dictos archiepiſcopos, epiſcopos, & prælatos frequenter longe infra ſe poſitos velut in immo reſpiciunt. Quibus, vt vtamur verbis Grego. in moralibus, non conſulendo interdum loqui, ſed vix dominando dignantur. 96. diſt. hoc habet proprium. cum itaque Greg. papa ſcribat. ꝙ honorem ſuum nõ reputat in quo fratres ſuos honorẽ ſuum perdere cognoſcit quia ſuus honor eſt honor vl̃is eccleſię & ſolidus vigor fratrũ ſuorum epiſcoporum. Et ſcribat ſe tũc honoratum cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur, & (ne detrahat̃ honori cęterorum prælatorum) inhibeat ſe vl̃em papam vocari quia talia verba veritatem inflant & charitatem vulnerant. 98. di. ecce. †haberet Roma. eccleſia ꝓuidere circa dictũ honorem epiſcopis & prælatis omnibus impendendum. Et recordari deberet iugiter de ſcripto. Cur te habeam vt principem, cum me non habas vt ſenatorem. 95. di. eſto ſubiectus, Nam qui contennit cõtennitur, & dolus interdum cum dolo compenſatur, & fruſtra petit debitum, qui quod debet nõ impendit. Et non ſeruanti fidem fides interdum nõ ſeruatur eidem. † Debet itaque reputari Roma. eccle. altitudo & cognitio. nam ſicut ait Grego. 89. diſtinct. hæc. & 17. q. 5. ad hæc. Prouiſio diſpenſationis diuerſos eccleſiæ ordines conſtituit eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerſitate connexio & recte officiorũ gereretur adminiſtratio ſingulorum. Nã vt ait Augu. ad donatum, & hr̃. 23 q. 5 prodeſt, ſi ſicut dilectionẽ iuſſi ſunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere qui terrent. Prouerbium vulgare eſt, qui totum vult totum perdit. †Eccleſia Roma. ſibi vẽdicat vniuerſa. 93. di. diaconi ſunt. Vnde timẽdum eſt ꝙ vniuerſa perdat, nam ſicut Salomon prouer. 30. qui multum emungit ſanguinem elicit. 4. diſ. denique. ſicut hr̃ exemplum de eccleſia græcorum quæ ex hoc ab eccleſiæ Roma. obedientia dicitur receſſiſſe. †Nam ex hoc in 6. c. Niceni concilii ſtatutum eſt, vt honor vnicuique eccleſiæ ſeruetur. 65. diſt. mos antiquis. Ad idem faciunt penultimum & vltimum ca. concilij anthiocheni. & 2. & 3. c. concilii Conſtantinopolitani. Videretur ẽt vtile ꝙ dicti epiſcopi & archiepiſcopi iuſto inpedimento detenti poſsent reconciliare per alios in ordine ſacerdotali cõſtitutos eccleſias & cemiteria polluta & violata, cũ interdũ vel vno anno vel biennio nequerunt reconciliari per eos. Et ꝙ illis qui nõ habent vnde viuant aſſignaretur de beneficiis dioceſ. vnde cõuenienter viuere poſſent, vel ꝙ plures epiſcopatus vnirentur in vnum ne contemptui haberentur. Ad qđ facit 90. diſt. diaco. 4. di. c. legimus. Videtur inſuper ſtatuendũ ꝙ per curiam Roma. non concederetur principibus vel aliis ne quoquomodo leuarentur abſque ipſorum prælatorum aſſenſu decimæ, nec annalia, nec aliæ ſubuentiones, nec beneficia ante eorum vocationem conferrentur, nec reſeruarentur per curiam ſupradictam.

SVMMARIVM.

1 *Clerici conductores poſſeſſionum eſſe non poſſunt nec negotia ſecularia ſub cura accipere, & limita ut ibi.*
2 *Clerici de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequi debent, & ſi eccleſia non ſufficit proprio artificio victum quærant.*
3 *Clerici vſuram recipientes quomodo puniantur.*
4 *Clerici nundinas ſectari non debent.*

Rubrica VIII.

Item †cũ alia ſunt negotia ſecularia, alia eccleſiaſtica & ſecundum apl̃m. 2. ad Thimo. 2. dicatur ꝙ nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus, ſtatutum fuit in eadem ſynodo Nicæna & in canonibus apoſtolorum, qa quidam in clero videntur electi ꝑꝑ turpia lucra, & cõductores fiũt alienarum poſſeſſionum, & negotia ſecularia ſub cura ſua accipiunt, miſterium paruipendunt, & per ſeculariũ domos diſcurrũt, & ꝑꝑ auaritiam patrimoniorum ſollicitudinem ſumunt, ꝙ hoc deinceps non fiat niſi ꝑꝑ pupillorum, orphanorum, & viduarũ defenſionem, aut ſi forte ep̃s ciuitatis eccleſiaſticarum rerum eos præcipiat habere ſollicitudinem. verum quia dictum ſtatutum in aliis conciliis, vt in laudicen. 5. c. & in Calcedonen. 3. c. & a Romanis pontificib. frequenter iteratum, vt extra ne cle. vel mona. per totum 86 diſtin. peruenit. 78. di. decreuit cum ſequentibus. 26. q. 3. per totum. non ſeruatur etiam a multis prælatis, & vt annalib. qui pecunias ſuas tradunt & ab ipſis diuerſa ſeruicia recipiunt, & ex contrario populus ſcandalizetur, videtur vtile prouideri, ꝙ prædicta effectualiter ſeruarentur. †Et quod clerici qui turpi lucro, vel inhoneſto negotio ſibi victum quęrere prohibẽtur de oblationibus eccleſiæ ſtipendia conſequantur, ꝙ ſi eis eccle-

eccleſia ſufficere non poſſet proprio artificio vel agricultura, exemplo apoſtoli qui de labore manuum viuebat, ſibi necceſſaria inuenirent. ita tamen vt occaſione operis, ſuis eccleſiaſticis officiis nõ deeſſent. hoc nempe eſt in aliis & a Romanis pontificibus conſtitutum. 91. di. per totum. Act. 20. † Et quod accipiẽtes vſuram & ampliationem indebitam & turpia lucra deiicerentur a clero, & alieni haberentur ab eccleſiaſtico gradu, prout continetur in 18. c. Niceni concilij. poſito. 47. diſt. quoniam, & in Carthaginen. conci. 91. diſtinc. & idem ſtatuitur in 43. c. concilii Bracharen. & in 14. c. 2. conci. Arelaten. & in 9. c. concil. Elibretani continetur † quod epiſcopi presbyteri, & diaconi de locis ſuis negotiandi cauſa non diſcedant, nec ſectentur nundinas, & in ſeq. c. habetur quod ſi uſuras acceperunt degradentur & abſtineant.

S V M M A R I V M.

1. *Eccleſia Romana ſuper alias eccleſias principatum tenet.*
Chriſtus iura caeleſtis, & terreni regni, Petro commiſſit.
3. *Iura eccleſiaſtica & ſecularia diſtingui debent.*

Rubrica IX.

Item cum in eadem ſynodo Nicena ponatur edictum donationis conſtantini imperatoris, de qua habetur in illa palea. Conſtantinus 96 di. † Et dicto edicto ſpecialiter contineatur, qualiter dictus conſtantinus decreuit, ut Romana eccleſia principatum teneat tam ſuper quatuor ſedes patriarchales, ſcilicet Alexãdrinam, Antiochenam, Hieroſolimitanam, & Conſtantinopolitanam, quam etiam in uniuerſo orbe ſuper omnes eccleſias. Et pontifex qui per tẽpora ipſius ſacroſanctę Roman. eccleſiæ extiterit. celſior & princeps cunctis ſacerdotibus, & totius mundi exiſtat. Et ei Romanam urbem & omnis Italiæ ſiue oĩm occidentalium ciuitates regionum, & prouincias reliquerit, & imperium occidentale, ut ibidem continetur. Dominuſque beato Petro eccleſiæ æternæ uiceclauigero cęleſtis regni ſimul, & terreni iura commiſerit, ſicut Nicolaus pap. ait 22. diſt. omnes, & in prohe. 6. li. & de elect. c. fundamenta, & de maiorita. & obed. ſolitę. Videretur vtile ſi abſq; ſcandalo fieri poſſet hæc taliter ſecularium principium auribus inculcari quod cognoſcerent nullam ſibi fieri iniuriam, cum eccleſia ſe de aliquibus caſibus ſecularibus intromittat, & quod declararetur, ad quid ſpiritualiter & temporaliter primatus Rom. Eccl. ſe extendit ſecundum ordinatam poteſtatem. † Et quod diſtinguerentur iura eccleſiaſtica & ſecularia cum hoc uideatur conſonum iuri. 10. diſtinctio. quoniam. 95. diſtinct. cum ad rerum, & capit. duobus.

S V M M A R I V M.

1. *Clerici quas mulieres ſecum habere poſſint.*
2. *Clerici ad mulieres proximas ſanguinis ſine teſtimonio non accedant.*
Sorores meæ non ſunt, quæ cum mea ſorore ſunt.
3. *Proſtribula publica prope eccleſias teneri non debent.*

Rubrica X.

Item †cum in 3. c. Niceni concilil fuerit omnib. modis interdictum, ne epiſcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino liceret habere ſecum mulierem extraneam, niſi forte mater, aut ſoror, aut auia, vel amita, aut matertera, ſit, quia in his ſolis perſonis & harum ſimilibus, omnis quæ in mulieribus eſt ſuſpectio. declinetur, & qui preter hoc agit periclitetur de clero, dictũ ſtatutum eſt poſitum. 32. diſt. interdixit, ſic in 3. & 4. c. 2. concil. Arelaten. & in multis aliis conciliis ut in 10. & in 15. cap. concilii elibertan & in 16. c. concilii Hilerden. & a Romanis pontificibus iteratum, vt extra de cohabita. cle. & mul. per totum. 86. diſtinct. clerus cum c. ſeq. non ſeruetur. et ex hoc multa ſcandala ſubſequantur et contra clerum murmeret populus, uideretur vtile pro conſeruatione ſtatus eccleſiæ et honoris quod mandaretur ſeruari. 32. diſ. hoſpitiolũ. † Vnde in 1 c. concilii Tarraconenſ. ſtatutum eſt quod etiam clerici ad proximas ſanguinis ſine teſtimonio non accedant. Nam ut Auguſtin. dicit, omnes qui cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. 81. diſt. legitur. Et ad idem faciunt capitula ſequentia, et 43. c. 4. concilii. Toletani et in 32. c. tertij concilij Bracharen. † Et in ſuper quod proſtibula publica non teneantur prope eccleſias et in Romana curia prope palatium domini papę, nec alibi prope domos prẹlatorũ, et ne mareſcallus domini papę, et conſimiles aliquid recipiant a meretricibus et lenonibus earundem.

S V M M A R I V M.

1. *Concilium epiſcoporum bis in anno celebrari debet.*
2. *Negotia ſtatum cleri contingentia quæ coram ordinarijs terminari nan poſſunt, vbi terminari debeant.*
3. *Negligentia ſacerdotum mores ab eccleſia Chriſti depulit.*
4. *Sinodus ſiue concilium quando celebranda ſit & qua hora, & quis ordo ſeruandus ſit.*
Et infra numero 11.
5. *Iudices & auctores fiſci in concilio celebrando præſentes eſſe debent.*
6. *Concilia cum magna quiete & abſque tumultu celebrari debent.*
7. *Iura condere parum eſt niſi ſint qui ea tueantur.*
8. *Metropolitani, & Patriarchæ in ſingulis regnis, vbi non ſunt, conſtituendi ſunt.*
9. *Archiepiſcopus ſuper omnes prouinciæ epiſcopos primatum obtinet.*
10. *Concilij celebrandi ordo vnde oriatur.*

Rubrica XI.

Item †cum in 6. cõci. Nice. cauetur quod per ſingulos annos ſingulis prouinciis bis in anno epiſcoporũ cõcilium teneatur, vt quæ corrigenda & reformanda in qualibet prouincia fuerint, corrigantur, & reformẽtur. Et dictum ſalubre conſtitutũ in 20. c. cõci. Antioch. & in 3. c. cõici. Conſtantinopolitani. & 2. c. 2. conci. Carthaginen. repititũ in aliis conciliis, & in decretis Romanorum pontificum, vt 18. di. p totum, non ſeruetur, videretur vtile ꝙ per prouidentia concilii executioni debitę demandaretur. † Et ꝙ omnia negotia contingentia ſtatum cleri in regularibus & ſecularibus perſonis, quæ coram ſuis ordinariis nõ poſſent accipere finẽ vel a quibus eſſet appellatum, deferretur ibidem, & prius ad Romanam curiam deuolui non poſſent, niſi eſſent maxime cauſę ſecundum tenorem legis canonizatæ. 2. q. 6. anteriorum. § illud. & ſi contingeret appellari ad ſedem apl̃icam & conciliis, ꝙ prima cauſa appellationis remitteret ad examen conuicinorum epiſcoporum ſecundum prouidentiã & ordinationem ſuper hoc habitam in Nicena ſynodo, ſicut recitatur in 3. & vlti. c. 6. cõcil. Carthaginen. in quo affuit Fauſtinus legatus eccleſiæ Romanæ. Hoc fuit ſtatutũ in conci. Sardicen. poſito, 9. q. 3. ſi quis eps̃. & in conci. mileuitano fuit idem conſtitutum. 2. q. 6. placuit. vtile etiam eſſet, quod ad dicta concilia aliqui de capi. & de presbyteris dioce. & laicis vocarent, ſicut in vlt. c. conci, Tarraconen. extitit conſtitutum, & in 3. c. 4. cõci. Toleta. ꝙ incipit nullam. dicit † ꝙ nulla pœna res diſciplinæ mores ab eccleſia Chriſti magis depulit quam ſacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus ad corrigendos eccleſiaſticos mores ſynodum facere negligunt. Ob hoc vniuerſaliter a nobis diffinitum eſt, vt quia iuxta patrum antiqua decreta bis in anno difficultas temporis fieri conciliũ non ſinit, ſaltem vel ſemel a nobis celebretur. Ita tamen, vt ſi fidei cauſa eſt, aut q̃libet alia eccleſia cõis generalis totius Hyſpaniæ, & Galliæ ſynodus conuocetur. Si vero nec de fide nec de communi eccleſiæ vtilitate tractabitur, ſed ſpeciale erit concilium, vniuſcuiuſq; prouinciæ metropolitanus elegerit peragedũ eſſe. Omnes autem qui cauſas contra epiſcopos aut iudices aut potẽtes, aut contra quoſcunque alios habere noſcuntur, ad idem concilium concurrant, & quecunque examine ſynodali a quibuſcunque praue vſurpata inueniuntur regii exequtoris inſtantia iuſtiſſime his quibus iura ſunt, reformentur. Ita vt pro compellendis iudicibus vel ſecularibus viris ad ſynodum metropolytani ſtudio quidam executor a principe poſtuletur. † Quintadecima autem Chalendarum iuniarum congreganda eſt in quacunque prouincia ſynodus propter vernale tempus quando herbis terra veſtit, & pabula germinum inueniuntur. Hora itaque diei prima, ante ſolis ortum eiiciantur omnes ab eccleſia, obſeratiſq; foribus cunctis ad vnam ianuam per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ſedeant, & conuenientes omnes epiſcopi pariter introeãt, & ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideant. poſt ingreſſum omnium epiſcoporum atq; conſeſſum, vocentur deinde presbyteri, quos cauſa probauerit intrare, nullus ſe inter illos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediant diacones probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe. Et corona facta de ſedibus epiſcoporum, presbyteri a tergo eorum reſideant, diaconi in conſpectu eorum ſtent, deinde ingrediãtur laici qui electioni concilii intereſſe meruerũt. Tunc quoque ingrediantur & notarii, quos ad recitandum, vel excipiendum, ordo requirit, & obſerentur ianuę. Sedentibuſque in diuturno ſilentio ſacerdotibus, & cor tantum habẽtibus ad Deum dicat Archi. Orate. ſtatimq; omnes in terram proſternantur. Et orãtibus tacite diutius cum fletibus atque gemitibus, tunc vnus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens, palam oratio nem fundat ad Deum, cunctis in terra adhuc iacentibus. Finita autem oratione, & reſponſo ab omnibus. Amen, rurſus dicat diaconus. Erigite vos, & confeſtim omnes ſurgant, & cum omni timore Dei & diſciplina, tam epiſcopi quam preſbyteri ſedeant. ſicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſi dẽtibus diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronũtiet. finitiſque titulis Metropolita. eps̃ concilium alloquatur dicẽs. Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes, recitatę ſunt ex canonibus priſcorum patrum ſententiæ de concilio celebrando. Si qua igitur quempiam veſtrum actio commouet, coram ſuis fratribus proponat. Tunc ſi aliquis quancunque quærelam, quæ contra canonem agit in audientiam ſacerdotalem protulerit, non prius ad aliud trãſeatur capitulum, niſi primum quæ propoſita eſt actio

actio term. netur. Nam & præsbyter aliquis aut diaconus vel clericus ſiue laicus de his qui foris ſteterint ꝯcilium pro qualibet re crediderit appellandum eccleſiæ metropolitanæ Archi. cauſam ſuam intimet, & ille concilio denuntiet, & tunc illi & introeundi, & proponendi licentia cõcedatur. Nullus autem epiſcoporum a cętu cõmuni ſecedat. antequam hora generalis ſeceſſionis adueniat. Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quęcunque delibertatione communi finiũtur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſcribantur, tunc enim Deus congregationi ſuorum ſacerdotum intereſſe credendus eſt. † In 18. etiam c. 3. concil. Toletan. ſtatutum fuit, quod iudices, & auctores fiſci præſentes eſſent concilio celebrando, ut diſcerent quã pie & iuſte cum populis agere debeant Et ne in angariis, aut operationibus ſuperfluis aliquem priuatum, vel fiſcalem aggrauarent. Sunt enim epiſcopi perſpectores qualiter iudices cum populis agant, vt ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentias eorum auribus principum innoteſcant quod ſi correctos emendare nequiuerint, quod ab eccleſia & communione ſuſpendant. † In 1. c. 11. concil. Toletan. poſito. 5. q. 3. in loco. continetur quod concilia debent cum magna quiete, & abſque aliquo tumultu celebrari. unde ibidem dicitur. In loco benedictionis conſidentes domini ſacerdotes, nullis debeant aut indiſcretis vocibus perſtrẹpere, aut quibuſlibet tumultibus perturbari. Nullis etiam fabulis uanis aut riſib. agi &, quod deterius eſt, obſtinatis, diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim, vt ait apoſtolus, putat ſe religioſum nõ refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuũ, huius vana eſt religio, cultum enim ſuum iuſtitia perdit, qũ ſilentium perit, & iudiciorum obſtrepentium turba confundit, dicente propheta, erit cultus iuſtitiæ ſilentium. Debet ergo quicquid, ante conſidentium conſultationes agitur aut cauſantium parte proponitur, ſic mitiſſima uerborum prolatione proferri, ut nec contentioſis uocibus cætus audientiũ perturbent, nec iudicum vigorem tumultu eueruent. Quicunque ergo in cõuentu concilii hęc, quæ præmiſſa ſunt. uiolanda crediderit, & contra hęc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, uel riſibus concilium perturbauerit, iuxta Dei legis edictum quo pręcipitur, eiice deriſorem, & exibit cum coiurgium, cum omni dedecore de conceſſione abſtractus, communi cætu ſecedat, & trium dierum exaommunicationis ſententiam perferat. † item cum parum proſit condere iura niſi ſit qui ea tueatur, & exequatur, de electione, vbi periculum, de ſtatu regulari. periculoſo. c. qm̃, in li. 6. uidetur utile quod in ſingulis conciliis prouincialibus ordinarẽtur certi uiſitatores, & correctores, ſicut ſtatuitur in regularibus de ſtatu mona. in ſingulis qui ſtatuta facerent obſeruari, uel ſaltem in canonibus prouincialibus omnia facta promãt, quæ correctione, & reformatione indigent, referrentur, corrigerentur, & reformarentur ibidem ſingulis annis. Et quod concilia in medio prouinciæ propter communem utilitatem tractarentur, & ut ſuffraganei poſſent abſque maioribus diſpendiis couenire. Et quod etiam officiales epiſcoporum tenerentur ad faciendum illa quæ ſtatuta ſunt per cenſurã eccleſiaſticam obſeruari. † Videretur inſuper quod eſſent conſtituendi Metropolitani & Patriarchæ in ſingulis regnis, ubi non ſunt, qui epiſcopis & Archiepis præeſſent. ſecundum illud. 21. diſ. claros & 99. di. in §. 1. cum c. ſeq. 80. diſt. c. 1. & c. ſequentibus. † in quarto autem. c. 3. concilij Bracharen. continetur quod Archiepiſcopus primatum & poteſtatem obtineat ſuper omnes epiſcopos in eius prouintia conſtitutos. in 18. diſtinctio. propter eccleſiaſticas, ſecundo, dicitur quod bis in anno concilia celebrentur. † item ordo iſte de celebrando concilio, aſſumptus eſt ex libro ab Iſidoro edito de mandato Damaſi papæ ad inſtantiam epiſcopi Carthaginen. de omnibus cõcilijs & ſtatutis Romanorum pontificum factis, & habitis ante tempus dicti Damaſi papæ. † Ante ſolis ortũ eiiciantur omnes ab eccleſia, obſeratiſque foribus cũctis ad unam ianuam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarii ingreſſi ſedeant, & conuenientes omnes epiſcopi pariter introibunt, & ſecundũ ordinationis ſuæ tempus reſidebunt, poſt ingreſſum omnium epiſcoporum atque conſeſſum uocentur deinde presbyteri, quos cauſa probauerit introire, nulluſque ſe inter eos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe corona facta de ſedibus epiſcoporum presbyteri a tergo eorum reſideant, quos tamen ſeſſuros ſecum metropolitanus elegerit, qui utique & cum eo iudicare aliquid & diffinire poſſunt. Diacones in conſpectu epiſcoporum ſtent, deinde ingrediantur laici, qui electioni concilii intereſſe meruerunt. ingrediantur quoque notarii quos ad recitandum, uel excipiendum ordo requirit. Obſeratiſque ianuis & ſedentibus in diuturno ſilentio ſacerdotibus atque cor totum habentibus ad Deum, dicturus eſt Archidiacon. Orate ſtatimque omnes in terram proſternantur tam epiſcopi quam presbyteri. Et orantes diutius tacite cum fletibus atque gemitibus, vnus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens orationem palam fundat ad Deum cunctis adhuc in terram iacentibus, dicens hanc orationem.

ORATIO.

Ad ſummus dñe ſanctæ ſpiritus, adſummus peccati quidem immãitate detenti ſed in nomine tuo ſpãliter agregati. veni ad nos, & eſto nobiſcũ dignare illabi cordibus noſtris. doce nos quid agamus, quo gradiamur, & oſtende, quid efficere debeamus, vt te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Eſto ſalus, & ſuggeſtor & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo patre & eius filio nomen poſſides glorioſum. Non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitię qui ſummam diligis æquitatem, vt in ſiniſtrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, nõ acceptio muneris. vel perſonę corrumpat. Sed iunge tibi nos efficaciter ſolius tuę gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus a vero quatenus in nomine tuo collecti ſic ĩ cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiam, vt & hic a te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro bene geſtis conſequamur pręmia ſempiterna. In qua oratione non dicatur pater noſter, nec benedictio, ſed ipſa ſolummodo oratio confirmetur. Finita autem oratione, & rñſo ab omnib. Amen. Rurſus dicat Arch. erigite vos, confeſtim oẽs ſurgant & cum omni timore Dei & diſciplina, tam epiſcopi quam presbyteri ſedeant. Sicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſedentibus, Diaconus alba indutus codicem canonum in medio proferens capitula de cõciliis agendis pronũtiet, id eſt de concilio Toletano. tertio era. decimaoctaua. Itẽ ex cõci. Toleta. 4. era. 3 Item ex capitulis orientalium partiũ, quæ Martinus eps̃, de græco, in latinum vertit. era. 18. de ſinodo facienda. Item ex concilio calcedonenſi, era. 18. Item ex concilio Agathenſi, era. 25. vel. 26. vel aliud de canonibus, qđ metropolitano aptius viſum fuerit, vt legatur. Finitiſque titulis, metropolitanus eps̃, concilium alloquatur exhortatione ita dicens. Ecce ſanctiſſimi ſacerdotes, præmiſſis Deo precibus faternitatem veſtrã cũ pia exhortatione conuenio, & ꝑ diuinũ nomẽ obteſtor, vt ea quæ a nobis de Deo, & de ſacris ordinibus, vel ſanctis moribus, vobis fuerint dicta cum omni pietate ſuſcipiatis, & im ſumma reuerentia, perficere intẽdatis. Quod ſi forſitam aliquis veſtrũ aliter quã dicta fuerint ſenſerit, ſine aliquo ſcrupulo cõtentionis, in noſtrorum omnium copulatione, ea ipſa de quibus dubitauerit, cõferenda reducat, qualiter Deo auxiliante, aut doceri poſſit, aut doceat. Deinde ſimili vos ob teſtatione conuenio, & obſecro, vt nullus veſtrum in iudicando, aut perſonam accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulſatus, a iuſto iudicio ſciẽter auertatur, aut diſcedat, ſed cum tota pietate, q cquid cætui noſtro ſe iudicandum intulerit, retractare, vt nec diſcordans contẽtio ad ſubuerſionem iuſtitiæ inter nos locum inueniat, nec item in perquirenda æquitate vigor noſtri ordinis vel ſollicitudo tepeſcat. Poſt hanc exhortationem introibunt omnes quicunque fuerint presbyteri diaconi, vel religioſi vniuerſi, ad audiendum doctrinam. Sicque Archi. lecturus eſt canonẽ Toletani concilii vndecimi, era prima, ne tumultu conciliũ agitetur. Quo canone perlecto, concilium epheſinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter & inſtructio, de myſterio ſanctæ trinitatis habeatur, ſimulque & de officiorum ordinibus, ſi in omnium ſedibus eiuſdem celebritatis vnitas teneatur. Pro his quoque cauſis, prout ſpacium diei permiſerit, & epiſtolę papę leonis ad flauianum epm̃ de errorib. euticetis, & myſterio trinitatis, legendæ ſunt. Canones quoq; de vnitate officiorum, nec ad aliud aliquid antea trãſeatur, quã iſta omnia explicentur, ita tamen, vt in totos tres dies letaniarũ nihil aliud agatur, nec tractetur, niſi ſola collatio de miſterio ſanctæ trinitatis, & de ordinibus vel ſacris vel officiorũ inſtitutis, ita vt hæc tota partiantur per totos illos tres dies, vt nihil aliud, ſicut dictum eſt, niſi ſola qõ de his quæ prædicta ſunt habeatur, ita vt lectio ſemper ꝯgruens ordini, & cauſæ, quæ quærenda eſt antecedat. Poſt hæc, in 4. die reliquæ ꝑ ordinem admittẽdæ ſunt, ſicque oẽs qui de religioſis in retro actis diebus pro ſpirituali inſtructione interfuerant in concilio, foris egrediantur, reſidentibus aliquib. presbyteris in concilio quos metropolitanus probauerit honorandos. Per ſingulos tamen illos tres dies rogationum letaniarum epiſcopi vel presbyteri cum ammonitore, primum orationibus ſe ꝓſternant. Sicque collecta a metropolitano oratione conſurgant. & de diuinis tantum, vt dictum eſt, rebus collationem habent, in reliquis autẽ diebus cunctis aſtantibus oratio colligenda eſt, & ſic confidentes cauſarum negotia, iuſte & religioſe colligant. Nullus tamen tumultus aut inter conſidentes, aut inter aſtantes habeatur. Eodem tamen modo, eodem

que

que ordine ad concilium omnes per ſingulos dies ingrediã-
tur quo ſuperius iam præmiſſum eſt. Nam & ſi presbyteri re
liqui, aut diaconi, clerici, ſiue laici, de his qui foris ſteterint,
concilium pro qualibet re crediderint appellandum, eccle-
ſiæ metropolitanæ, Archid. cauſam ſuam intimet, & ille con
cilio denunciet, tunc illis & introeundi ſingulatim & propo
nendi licentia concedatur. Nullus autem epiſcoporum a cę
tu communi ſecedat antequam hora generalis ſeceſſionis
adueniat. Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fue
rint cuncta determinata, ita vt quæcunque determinatione
communi finiũtur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſub
ſcribantur, ita tamen, ut ante duos, vel tres dies, quam ſol-
uant concilium omnes conſtitutiones a ſe editas diligenti
conſideratione retractent, ne in aliquo offendiſſent. Item
in die quo concilium abſoluendum eſt, canones qui in ſan-
cta ſynodo conſtituti ſunt coram eccleſia in publico relegã
tur. Quibus explicitis, reſpondeatur in choro, Amen. Deinde
ad locum redeuntes ubi in concilio reſederint, canones ip-
ſos ſubſcribant. Admouendi quoque a metropolitano ſunt
de Paſcha venturo, quo veniat die, admonendi etiam ſunt
quo tempore ſuperuenienti anno ad faciendum concilium
ueniant. Eligendi etiam ſunt de epiſcopis, qui cum metropo
litano dies feſtos Natalis domini, & ſanctum Paſcha de-
beant celebrare. Poſt hæc dicente Archidiacono, Orate, oẽs,
ſimul in terra pariter ſe proſternant, ubi diutiſſime orantes
hanc unus ex maioribus orationem dicat.

ORATIO.

Nulla eſt domine humanę conſcientię virtus, quæ
in offenſę poſſit tuæ uoluntatis iudicia ex
pedire, & ideo quia imperfectum noſtrum uiderũt oculi tui
perfectioni deputa quæſumus, quæ perfecto æquitatis fine
cõcludere præ optamus, te in noſtris principiis occurſorem
popoſcimus, te quoque in hoc fine iudiciorum noſtrorum
exceſsibus adeſſe præcamur ſcilicet ut ignorantiæ parcas, ut
errori indulgeas, ut perfectis uotis perfectam operis efficaciã
largiaris. Et quia cõſcientia remordente tabeſcimus, ne aut
ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forſitan uo-
luntas impulerit iuſtitiam declinare, ob hoc te poſcimus, te
rogamus, ut ſi quid offenſionis, in hac concilii celebritate at
traximus, condonare ac remiſsibile facere digneris, ut in eo
quod ſoluturi ſumus aggregatum concilium a cunctis pri-
mum abſoluamur noſtrorum nexibus delictorum, qualiter
& tranſgreſſores uenia, & cõfitentes tibi ſubſequatur remu
neratio ſempiterna. huic orationi. Oratio pater noſter adiun
gatur, & cunctis adhuc iacẽtibus, hæc benedictio explicetur.
Chriſtus Dei filius, qui eſt initium & finis, complementum
uobis tribuat charitatis. Amen. Et qui uos ad expletionẽhu-
ius fecit peruenire concilii abſolutos uos efficiat ab omni
contagione delicti. Amen. Et ab omni reatu liberiores effe-
cti, abſoluti etiam per donum ſpirituſſancti, felici reditu ue-
ſtrarum ſedium cubilia, repetatis illęſi. Amen. Quod ipſe prę
ſtare dignetur, cuius regnum, & imperium permanet in ſecu
la ſeculorum. Amen. Quibus expletis, cum dictum fuerit ab
Archidiacono, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, eamus
cum pace, omnes illico pariter exurgentes, reſidente metro-
politano ab ipſo primum incipiente, oſculum ſibi inuicem
omnes pariter dabunt, ſicq. data ſibi inuicem pace conuen
tus concilii abſoluatur.

Oratio diei ſecundę.

Noſtrum tibi domine curuãtes genua cordium
quæſumus, ut bonum quod nobis
a te requiritur, exequamur, ut prompta ſcilicet ſollicitudi-
ne gradientes, diſcretionis arduæ ſubtile iudicium facia-
mus, ac miſericordiam diligentes clareamus ſtudiis tibi pla-
cite actionis.

Oratio diei tertiæ.

Ad te domine interni clamoris uocibus proclaman-
tes, unanimiter poſtulamus, ut reſpectu tuæ gra-
tiæ ſolidati, præcones uirtutis efficiamur intrepidi, tuumq;
ualeamus uerbum cum omni fiducia loqui.

Sane prædictus ordo deſcriptus ab yſodoro, qui
eius temporibus in celebrandis
conciliis ſeruabatur, fuit poſitus, ſupra, exceptis orationibus
intus. capit. quarto concilii Toletan. quod incipit uillam.
Alia uero. capit. de quibus facit yſidorus mentionem,
ſunt in decretis, ſcilicet decimooctauo capitulo tertii con-
cilii Toletan. ponitur decimaoctaua diſtinctio. capitulo ulti
mo. capit. Martini. ead. diſtinctio. propter eccleſiaſticas. ſecun
da, & infra 18. concilii. Calcedonen. ead. diſtinctio. peruenit.
25. capit. agathen. ead. diſt. epiſcopus primum cap. 11. conci.
Toletan. 5. q. 4. in loco.

S V M M A R I V M.

1 *Auguria vel ſomnia vel diuinationes obſeruantes quomodo puniantur.*
2 *Sortilegia quibus mundus infectus eſt tolli deberent per concilia.*

Rubrica XII.

De ſortilegiis, diuinatoribus, & conſimilibus euitandis &
puniendis.

1 Item †continetur in penul. c. concilij Anchiritani quod
illi, qui auguria ſiue ſomnia, vel diuinationes quaſ
libet ſecundum morem gentilium obſeruant aut in domos
ſuas huiuſmodi homines introducunt, in acquirendis aliqui
bus arte magica, aut domos luſtrant, vt cõfeſſi quinquennio
pęnitentiam agant. extra de ſortig. & 26. q. 1. 2. 3. & 5. non ſer-
2 uentur. †Videretur vtile ꝙ prouideretur per cõcilium, quod
prædicta iura, ſeruarentur, & quod omnia philatheria & ſor-
tilegia quibus mundus infectus eſt, tollerentur, ſicut etiam
cõtinetur in 35. c. concilii Laodicenſis, & in 25. c. concilii Au
relianenſis poſito. 17. q. 5. ſi quis clericus. & in 28. c. quarti cõ-
cilii Toletani, in 3. concilio Bracharẽ. lix. & 60. c. & etiam ſe-
ptuageſimoſecundo tertio & quarto.

S V M M A R I V M.

1 *Presbyter in qua ætate ordinari debeat.*
2 *Virgines & leuitæ ante. 25. an. conſecrari non debent.*

Rubrica XIII.

De ętate presbyterorum, & aliorum promouendorum in
eccleſia Dei, etiam ad Cardinalatum.

1 Item †cum in 11. cap. Neoceſarien. quod incipit presby-
ter, ſtatutum fuerit, ꝙ presbyter ante 30. annorum
ętatem non ordnetur quiamuis ſit probabilis vitæ, ſed obſer
uetur vſque ad præfinitũ tempus, quia. 30. annorũ dominus
baptizatus eſt, & tunc prædicauit. & cum ą d. concilio polito
78. diſt. presbyter ante. 30. an. & ab aliis iurib. ea. diſ. poſitis re-
cedi non debeat niſi neceſſitas id expoſcat, ſecundum Zacha
riam papam. 25. an. presbyteri ordinari. ea diſt. ſi 30. videretur
conſiderandum, ſi eſſet vtile dicta iura ſeruari ꝑꝑ periculum
fornicationis, quæ nec vnquam ante dicta tꝑa contrahitur,
& poſtmodum expiatur extra de præſum. cum in iuuentute.
Et quod ętas conſtituta in epiſcopis & etiam regula apoſto-
2 lica in promotione Cardinalium ſeruaretur. †Videretur etiã
vtile ꝙ leuitæ & virgines ante 25. annos non conſecrarentur
ſicut continetur. in 4. c. 3. concil. Carthaginen. & in aliis con
ciliis & iuribus. 20. q. 1. §. tempus cum quatuor. ſequentibus.
In primo autem capi. 3. concil, Arelaten. cõtinetur quod dia-
cõus ante vigeſimumquintum, & presbyter ante trigeſimũ
annum non ordinentur. Idẽ in decimooctauo, & in decimo-
ſexto capitu. concilij Agathen. & in decimonono cap. quarti
ↄci. Toletani, & in vigeſimo canone tertii cõcili Bracharen.

S V M M A R I V M.

1 *Diaconi quot eſſe debeant in qualibet ciuitate.*
2 *Cultus diuinus ampliari debet.*
Eccleſia Romana aliarum caput eſt.

Rubrica XIIII.

De 7. diaconibus conſtituendis in qualibet ciuitate.

1 Item † cum vltimum c. d. concilij Neoceſarien. ꝙ ſeptẽ
ſint diaconi in qualibet ciuitate ſecundum ꝙ liber
apoſtolorũ inſinuat, ꝙ c. ponitur. 93. di. Diaconi qui. & c. dia-
coni in 7. & aſſumitur ex actibus apoſtolorum. c. 6. & alia iu-
ra conſimilia non ſeruantur. Videtur conſiderandum, an ex
2 pediret dicta iura ſeruari, †vt cultus non diminueretur diui-
nus quem expedit ampliari extra de reſcrip. quia per ambi-
tionem. lib. 6. Ad hoc concordat. 75. rub. infra poſita. Et ꝙ pro
uideret ꝙ in Roma. eccleſia, quæ caput eſt aliarum, & in ca-
thedralibus & aliis officia cum deuotione, & ſolennitate de-
bita, & ſolita agerentur. Et inſuper ordinarentur cęteri mini
ſtri electi ſufficientes & approbati, qui in maioribus altarib.
eccleſiarum cathedralium deſeruirent, cum interdum tales
ponantur, qui ſunt in ſcandalum populi & deriſum.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici in eccleſiis alterius ciuitatis ordinari non debent.*
2 *Epiſcopus de altera ciuitate eligi non debet.*
Clerici extranei non debent præferri his qui in ſuis eccleſiis enutriti ſunt.
3 *Clericus de aliena eccleſia non eligatur niſi in propria idoneus reperiatur & nu. ſequen.*
5 *Populi ſententia requiritur in ordinando ſacerdote.*
Electio ad capitulum ſpectat.
6 *Clericum alienum quis in ſua eccleſia ſuſcipere non debet.*
7 *Clerici ab epiſcopo ſuo non debent recedere & ad alium ſe trasferre.*

Rubrica XV.

De clericis presbyteris alterius regionis, linguarũ, & eccle
ſiæ non recipiendis, nec promouendis in alienis regionibus
& eccleſijs, niſi ibi eligant manſionem quamdiu alii ſufficiẽ
tes reperiantur in regnis ciuitatibus & eccleſiis, proprijs.

Item †cum in penul. capi. neoceſarien. cõtineatur, quod
presbyteri conregionales pręſentibus epiſcopis vel
presbyteris ciuitatis non miniſtrent. Et in concilio Niceno.
c. 16. poſito. 71. di. clericos in ſingulis eccleſiis conſtitutos nõ
liceat in alterius ciuitatis ordinari eccleſiis, ſed quieſcat quis
2 in eccleſia in qua ab initio miniſtrare meruit. †Et per cæleſti-
num

num papam conſtitutum fuerit, quod de altera ciuitate nõ
eligatur epiſcopus, ſi de ciuitatis ipſius clero inueniatur ido-
neus, quia primo reprobandi ſunt illi antequã alii de alienis
eccleſiis præferantur. Cum unuſquiſque ſuæ militiæ fructũ
in illa eccleſia recipere debeat in qua per omnia officia tran
ſegit ætatem, nec aliena ſtipendia alter rapere debet, nec alij
debitam alter ſibi audeat vendicare mercedem, & ſi contra
rium factum fuerit, facultas detur ꝑ d. Papam clericis reni-
tendi, ſi ſe viderint prægrauari & refutari quem ſibi ingeri vi
derint ex aduerſo non timeant. & per eundem cæleſtinum
ſtatuatur, quod peregini & extranei & qui ante ignorati ſũt,
nõ præferantur his, qui in ſuis eccleſiis enutriti ſunt, & quod
per eos non excluderentur illi, qui ſuorum ciuium bonum
merentur habere teſtimonium. 61. diſtin. nec emeritis, & ca-
pitulo nullus. Et ſecundum quod Grego, ſcribit cinibus Nea
politanis, graue ſit opprobrium cuiuſlibet cleri, ſi in eo non
reperiatur idoneus ad ipſum gubernandũ, eadem diſtinctio-
3 ne. ſtudij. † Et idem Gregorius ſcribit in regiſtro vt nullus de
altera eccleſia eligatur in eccleſia Panormitana, niſi forte,
ꝙ non credit, in illa eccleſia non reperiatur idoneus. eadem
diſtinctione. obitum. Pelagius etiam Papa eadem diſtinctio-
ne. Cathanen. mandat in dicta eccleſia Cathanen. de clero
4 ipſius põtificem eligi. † Innocentius papa etiam ſcribit extra
de electio. cum inter canonicos, quod pro electione, non de-
bet ad aliam eccleſiam fieri tranſitus donec reperiatur ido-
neus in eccleſia propria. Et in concilio generali per dictum
Innocentium tertium celebrato eodem titulo. c. ne pro de-
fectu. cõtineaẽ expreſſe, qđ eccleſię viduatę prouideaẽ de ꝑ-
ſona idonea ipſius eccleſiæ, & ibi reperiaẽ. & ĩ ↄcil. Stephani,
Papæ 79. diſtin. oportebat. & c. nullus. contineatur, quod de
propria eccleſia eligatur. & idem etiam ſcribitur per Grego
rium. 19. quæſt. 3. nullus Abb. dictus etiam papa Innocentius
ſcribit de poſtula. bonæ memo. ſecundo §. ultimo, quod Stri
gonen. eccleſia in Vngaria poſita nolebat præficere alienũ
a regno nec aliquem cuius non haberet notitiam ſalua con
ſcientia ſua. & Leo papa ſcribit. 62. diſt. ca. 1. ꝙ nulla rõ ſinit,
vt inter epiſcopos habeãtur, qui nec a clericis ſunt electi, nec
a plebibus ſunt expetiti, nec a prouincialibus epiſcopis cum
metropolitani iudicio conſecrati et legatur in læuitico, qđ
licet dominus de conſtituendo Ioſue principe præcepiſſet,
et eum elegiſſet tamen conuocatur ſinagoga, ut dicit Hiero
5 nymus. †Exponit nobis intelligi quod in ordinando ſacerdo
te etiam populi ſententia requiritur, ut ſciant omnes & cer
ti ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior,
qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad
ſacerdotium. octaua quæſtio. prima, licet. et cap. ſi ergo. Nam
ut idem ait, nulla conſanguinitatis ratio, nulla propinquita
tis contemplatio facere debet hoc quod populi gubernatio
tradatur niſi meljori. Ex prædictis utiq. et conſimilibus iuri-
bus tractantibus quod nullus in eccleſia, vbi duo vel tres in
congregatione fuerint, niſi eorum electione canonica, pre-
sbyter eligatur, quia ad capitulum, vel conuentum de iure
communi ſpectat electio, extra de elec. ſuper. de iurepat. no-
bis. 16. q. ult. congregatio. 18. q. ſecunda Abbatem, & duobus
capitu. ſeq. uideretur per ſancti prouidentiam concilij con-
ſiderandum, ſi expediret uniuerſali eccleſię ſup. dicta obſer-
nari. nam ex hoc prouideretur eccleſijs et perſonis, et in ma-
gna parte uideretur ex hoc poſſe ſtatus uniuerſalis eccleſiæ,
ſi diligenter aduertatur, ſalubriter gubernari, et qualiter et
de quibus, cathedralibus et collegiatis et alis eccleſiis proui
deretur, et quis fructus conſequeretur quo ad curam anima
rum, obſequium, et defenſionem eccleſiarum, et diſpenſatio
nem redditũum, qui deberent inter pauperes locorum diſtri
bui ex prędictis. ad prędicta concordant ſecundum et tertiũ
6 cap. concil. Bracharen. et pe. c. concil. Tauri. † in quo ſtatutũ
fuit ſecundum priora ſtatuta canonum, ut nemo clericum
alterius ſuſcipiat neq. ſue eccleſię in aliquo gradu ordinare
habeat, et neque ut abiectum in cõionem recipiat. et 8. et 9.
c. concilii Auraſico. concordant. In vlt. etiam c. concilii Va-
lentinen. ſtatutum fuit quod nullus alienum clericum, ſecũ
dum decreta canonum ſine conſenſu ſui epiſcopi ordinare
audeat, nec ullum etiam ſanctorum ſacerdotum qui localẽ
etiam futurum primitus non ſpopondiſſet, ut per hoc nullus
a regula, uel diſciplina eccleſiaſtica deuiare permitteretur
7 impune. et in 12. ca. primi concil. Tolet. continetur, †ut nul
lus clericus ab epiſcopo ſuo recedat, et ad aliũ ſe non tranſ-
ferat. idem in 2. cap. 2. concil. Toleta. idem in ſecundo conci.
Bracharen. 66. hoc autem non ſeruatur a Romana curia et
a presbyteris pręlatis qui curas animarum et pręlationis cõ
mittũt talib. q nec ſubditos intelligũt nec intelligunẽ ab eis.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi in aliis prouincijs morare non debent, nec ibi poſſeſſiones acquirere.*
3 *Clerici ad alienam ciuitatem tranſmigrare non debent.*

Rubrica XVI.

De epiſcopis ne in alienis dioceſibus vel prouincijs immo
rentur, neque poſſeſſiones ibi habeant relictis propriis ciuita
tibus & dioceſibus abſque iuſta & rationabili cauſa, & vl-
tra tres ſeptimanas ſe non abſentent ab eccleſijs eorũdem.

1 Item † in 17. 14. & 15. capitulis Sardicen. conci. contine-
tur, quod epiſcopi in alijs prouinciis non moren-
tur & ne poſſeſſiones in aliis prouinciis acquirant, & penul-
timo. cap. eiuſdem concilii de presbiteris & clericis, ut ultra
tres hebdomadas ſicut & epiſcopi, in alijs prouinciis nõ mo
rentur. Vnde cum ex hoc ſubſequantur pericula animarum
& eccleſiarum, videretur utile, quod dicti canones renoua-
rentur, niſi iuſta cauſa ſubeſſet, ſicut in ultimo capitulo di-
cti Sardicen. concilii continetur, & ad idem concordat. ter-
tium capitulum concilii Antiocheni quod incipit, ſi quis
2 presbyter. †In 22. etiam capitulo concilii Calcedonen. con-
tinetur qood clericis in alienam ciuitatem tranſmigrare nõ
liceat, niſi pro perſecutione vitanda. & in 23. c. eiuſdem con
ci. 2. continetur quod clerici & monachi excommunicen-
tur, qui præter epiſcopi ſui voluntatem ad regiam vrbem ac
ceſſerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopi vel alij clerici ad curias principum accedere non debent ſine licentia concilij prouincialis.*

Rubrica XVII.

Ne epiſcopi vel clerici accedant ad curias principum ſine li
centia & literis concilii prouincialis.

1 Item †cum in 10. cap. concilii Antiocheni quod incipit
ſi quis epiſcopus, contineatur, quod ſi quis epiſco-
pus, vel presbyter, uel omnis omnino, qui eſt ſub eccleſiaſti-
ca regula conſtitutus, præter concilium vel literas eorum,
qui ſunt inf. prouinciam, & maxime Metropolitani, ad im-
peratorem perrexit, quod abdicetur, & eiiciatur a commu-
nione, & a propria dignitate. Sed ſi neceſſitas cogit eum ire,
ꝙ vadat cum deliberatione, & conſilio metropolitani, &
epiſcoporum ipſius prouinciæ, & hoc ſit ſatis cõſonum aliis
iuribus ut. 21. q. 5. quaſi per totum, conſiderandum videtur,
ſi expediret iura huiuſmodi obſeruari.

S V M M A R I V M.

1 *Neophiti promoueri non debent.*
2 *Promoueri quis non poteſt ex laicali ſtatu & ex gradibus eccleſiaſticis inferioribus ad ſuperiores, niſi in minoribus comprobatus fuerit.*
3 *Caſum appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, petit aſcenſum.*
4 *Sacerdos momentaneus humilitatem ſeruare neſcit.*
5 *Magiſtrum eum fieri qui diſcipulus non fuit miſerum eſt.*
5 *Manum cito nemini impones.*
Et manus cito apponere quid ſit.
7 *Eccleſię gubernationem indignis concedere, populo non eſt conſulere, ſed nocere.*
8 *Honor contra præcepta diuina collatus legitimus non eſt.*
9 *Diſpenſatio diligens habenda eſt de dignitatibus celeſtibus.*
10 *Cæcus cæco ſi ducatum præſtat ambo in foueam cadunt.*
Cenſura temporis antiqui ſecundum fragilitatem noſtri temporis mitigationem recipit.
11 *Animarum ad regimen qualis aſſumi debeat.*
12 *Honore pręſtantior uilis eſt niſi ſcientia & ſanctitate præcellat.*
13 *Ignorantia omnium errorum mater eſt.*
14 *Ignorantes, indiſcreti, & criminoſi ad gradus eccleſiaſticos admittendi non ſunt.*
15 *Deo dare indignum eſt quod homo dedignatur.*
16 *Filij ſanctorum qui ſunt.*
17 *Operis imitatio carnis propagini præfertur.*
Iudæi filij diaboli dicuntur & quare.
18 *Periculum maius vbi vertitur ibi cautius prouidendum eſt.*
19 *Epiſcopi beneficia ſuis propinquis indignis conferentes quomodo puniantur.*
20 *Clauſtrales quare ad prælationem promoueri non debent.*

Rubrica XVIII.

De Neophitis & indignis & inſufficientib. & Clauſtralib.
non promouendis ad eccleſiaſticos gradus & cardinalatus,
& quod nullus etiam fauore eccleſiaſtico vel regio promo-
ueatur, nec aliquis qui neſciret illa quæ pertinent ad officiũ
ſuum, & quod etiam nulli niſi doctores in epiſcopos, archi-
epiſcopos & cardinales promoueantur.

1 Item † cum in 3. c. concilii Laodicenſis contineaẽ
ſecundum ultimum capitulum apoſto
licæ regulæ, quod neophiti non promoueantur, per quos ſm
Gregorium intelligere poſſumus, qui repente in clericatus,
uel in religionis habitu ſunt plantati, & ad ambiendos hono
res eccleſiaſticos anhelant, ut 48. diſtin. ſicut. & dictum con
cilium ſit conforme. 1. c. ſecundi concilii Arelatẽſis, & aliis
conſimilibus iuribus, ut eadem di. per totum. 59. di. per totũ
& 61. diſtinctione. in octo primis capit. & concil. Bracharem

2 in quibus quidem concilijs & iuribus continetur, † ꝙ ex laicali statu & ex gradibus ecclesiasticis inferioribus non promoueantur ad superiores gradus quousque in prioribus & minoribus legitime fuerint comprobati, & concordat. 21. c. iterato concilii Bracharensis Considerandum vr̄, si expediret vniuersali ecclesiæ dicta capitula & iura seruari. nam certum est. secundum Greg. quod tales prælati personæ ecclesiasticæ repēte eleuatæ & per singulos gradus non probatæ sunt sicut de nouo ædificati parietes, qui non prius lignorum pōdus accipiunt, nisi forte monitatis suæ humores siccentur, & si antequam solidentur pondera accipiant, cunctam simul ad terram deponunt fabricam. Vnde verendum est, ne fabrica ecclesiæ super tales columnas posita concussis ipsis colūnis corruat, sicut dr̄ in concilio generali per Innocen. extra

3 de accu. qualiter & qn̄. † Et ꝙ tales fm̄ dictum Gre. et casum appetant, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta petunt ascensum. Hæc nempe est prohibitio apostoli. 1. ad Thimo. 3. ca. & est ratio prohibitionis, ne taliter & sic repente promotus ad honores & ecclesiasticos gradus in su-

4 perbiam & ruinam diaboli incidat. † Momentaneus namq; sacerdos ne scit humilitatem seruare, modos personarū, uel se contemnere. Talis. n. non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit, nec dubium quin incidāt in arrogantiam quæ est ruina diaboli qui imprompto ore non

5 dum discipuli fiunt magistri. † & sicut Inno. ait miserum est enim fieri magistrum qui nunquam fuit discipulus, eumq. summum sacerdotem, qui nullum gradum vnquam assecu-

6 tus fuerit sacerdotis 61. dist. miserum. 59. dist. ordinatos † Nōne scribit Paulus ad Thimo. 1. 5. c. manus cito nemini imposueris. Et quid est, vt Leo papa ait, manus cito imponere, nisi ante ætatis maturitatem, ante tp̄s examinis, ante meritum obedientiæ, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem, pōtificatus & cardinalatus honorem tribuere non probatis. & quid est cōicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinātem qualis est ille qui non meruit ordinari. fm̄ dictum Leo. 78. di

7 stin. quid est & fm̄ eundem. † Quod pastorale fastigiū, & gubernatio ecclesiæ concedatur, & committatur indignis, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, non est consulere populo, sed nocere, nec est præstare regimen, sed agere discrimen. & sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo & præficiendo sacerdotem, iudiciū, ita graui semetipsum afficit damno qui sublimat indignū. Non. n. est in cuiusq. personam præmittendum quod in sta-

8 tutis generalibus continetur. † Nec putandus est honor illæ legitimus, qui fuerit contra præcepta diuinæ legis collatus. merito patrum nostrorum uenerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum sacris administrationibus idoneos esse asseuerarunt, quorum oīs ætas a puerilibus exordiis usque ad perfectionis annos per disciplinas ecclesiasticas cucurrisse ut unicuiq. testimonium prior uita præberet. Nec potest prædictis seruatis de eius promotione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actionibus strenuis celsioris loci præmium debetur. Si. n. ad honores mundi sine suffragio tp̄is, sine merito laboris indignum est perueniri, & notari ambitu solent hi quos probi-

9 tatis documenta non adiuuant, † quam diligens & quā prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & cœlestium dignitatum. 61. dis. miramur. Aduertat obsecro vicarius Iesu Christi & sacri prouidentia concilij, Si generalis status ecclesiæ non subuertitur, quia regula de promouēdis ad sacerdotium & pontificatum tradita per apostolum prima epistola Thimothe. 3. c. ad Tit. 1. cap. non seruatur. Nempe si aduertatur ad exemptionem. 13. cap. dictæ regulæ apostolicę traditę a sanctis concilijs, & sanctis patribus prosecuta, in decretis a 25. dist. usque ad 12. cap. & ad concilium Cartaginen. positum. 23. distin. episcopus. de sufficientia promouendorum ad regimen ecclesiæ & ad illa quæ modernis temporibus in uniuersali ecclesia tam in capite quam in membris obseruantur. Pensando ꝙ naute & nauigio deferendis eadē subest periclitandi necessitas, sicut dr̄ in exhortatione pro-

10 mouendorum, † & ꝙ secundum euangelicam veritatē Mat. 15. & Luc. 16. c. si cæcus, s. prælatus cęco populo qui ducēdus est & non sequendus, ducatum præbeat, ambo in foueam delabuntur, flere magis quam scribere libet. & quanquam fm̄ fragilitatem nostri tp̄is in aliquib. mitigationem recipiat discretionis censura illius tp̄is. 34. dist. fraternitatis, & difficile sit in quo conueniat. 13. c. ad. apostolicæ regulæ reperire. ut s. sint sine crimine unius uxoris uiri, non uinolenti prudentes, ornati, hospitales, pudici, doctores, non percussores, non litigiosi, non cupidi, domi suæ bene prępositi, & non neophiti.

11 Nihilominus tn̄ seruari dēret dictū Hiero. ut licet res pene ꝯ naturā sit, ꝙ sine peccato aliquis inueniat̄, ꝙ saltem talis assignaret̄ ad regimen & curam aīarum cuius cōparatione gęrx cæteri dicerent̄. 25. dis. §. noīe aūt criminis. 61. in sacerdotib.

12 quia sicut ait etiam Symachus papa † vilissimus computandus est, nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior. 1. q. 1. vilissimus. Sed secundum Leonem papam si in laicis est intolerabilis in scientia, multomagis in his, q̄ præsunt. nec excusatione est digna, nec uenia. 38. di. si in laici

13 † Ignorantia. n. mater est cunctorum errorum. & ideo in sacerdotibus Dei qui in populo docendi susceperunt officium maxime est uitanda, sicut habetur in 2. concil. Toletano. &

14 38. dist. c. 1. † Sustinenda. n. sunt sacerdotii eloquia diuinitus, tradita. idest vera diuinarum scripturarum disciplina. 37. di. omnes. Sicut magnus perhibet Dionysius, Hinc enim superna uoce dicitur ad Moysen in leuitico. 21. cap. Loquere ad Aaron. omo de semine tuo per familias qui hab uerit maculam non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministeriū, eius. ubi repente subingitur. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo & grandi vel torto naso, si fracto pede si mācus, si gibbosus, si lippus, albuginem habens in oculo, si iugem scabiē si impetiginem habens in corpore, vel si est hærniosus. quæ moraliter exponuntur per Gregorium in pastorali. & 49. di. hinc. & enim ad ostendendum qualiter ignorantes, in indiscreti, ambitiosi, & criminosi non sunt admittendi ad ecclesiasticos gradus, vnde do. Malechie. 1. c. ad hoc conquerens dicit. O sacerdotes qui despexistis nomen meum, si offeratis cæcum ad immolandū, nonne malū est, Et si offeratis claudum & languidum, quod exponens Hieronymus dicit, qd̄ cœcum animal offert. qui ordinat indoctum in locum docti, magistrumque facit q̄ vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat in dignitate ut pote pedem in diuersa ponentem, unum in diuinis, alterū in carnalibus. cui potest inferri illud tertii libri Regum. 18. cap. Vsque quo claudicatis in partes duas. Lauguidum offert qui vitiosum habet pro religioso, quique tardum & pigrum probat patientem, dicens illum negligentia redarguendum

15 † Non pensans quod indignum est dare Deo, quod dedignatur homo 49. di. c. ul. In euang. aūt Io. 2. c. dr̄ quod dedit potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neq; ex uoluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Aduertat itaque quisque se filium esse sanctorum, si hæres est in tenenda terrena hęreditatem

16 sanctorum, quia sicut ait Hieronymus, † Non sanctorū sunt filii, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum, 40. di. Non est facile stare in loco Petri & Pauli & tenere cathedram regnantium cum Christo. Idem etiam ait. Qd̄ si filii Dei sumus, quod ipse fecit nos imitari debemus. 56. di.

17 dominus. † præfertur enim imitatio operis pro pagini carnis 22. q. 2. §. item opponitur. Vnde & iudęi cum essent filii Abrahæ tamen dicuntur filii diaboli, cuius filii sunt non nascēdo sed eius opera immitando, & ideo Ioannis. 8. a Christo eis dicitur. Si filii Abrahæ estis opera Abrahæ facite, uos autem quęritis me interficere hominem qui vero locutus sum vobis, hoc Abrahā non fecit, vos ex patre diabolo estis, qui desideria patris vestri facere vultis Et contra gentiles secundum originem carnis cum ab Abraham essent alieni, tamen immitatione fidei & iustitiæ successerunt in filios Abrahæ. ut ibidem. & q. 1. cito turpem. ad finem, & de pæ. disti. 1. omnis.

18 † Vnde cū in istarum promotione maximū in ecclesia Dei immineat periculum cautins videretur prouidendum secū dum concilium Ioan. Chrisostomi in epistola ad hebræos, & 62. di. quiescamus. 7. q. 2. cap. ultimo, extra de elect. vbi. ff. de carbo. edic. l. 1. §. 3. contra prædictos, qui non sunt instructi in his, quæ in quotidiano versantur usu inuehitur. 7. dist. disputatio. 7. concilii Tolosani in 4. autem. c. 10. concilij. To-

19 losan. habetur † quod episcopi qui ecclesiastica beneficia propinquis suis indignis contulerint puniantur, excommunicētur, & beneficiis suis priuentur. In 7. disciplinam subeant ho-

20 micidii notam. & concordat. 42. dist. sit rector. † De prædictis etiam uideretur quod claustrales non ponerentur ad prælationem cum non habeant experientiam temporalem. 39. distin. per totum. Et declararetur quæ scientia est in singulis gradibus requirenda, & quod nullus caractaretur episcopus nisi esset doctoratus in theologia, vel in iure, quod nullus, etiam fauore regio promoueretur. 16. quæst. septima, si quis deinceps. nec aliquis qui prius nesciret illa quæ pertinēt ad officium suum.

SVMMARIVM.

1 *Officia diuina qualiter celebrarentur.*
2 *Cantus & moteti in deuoti in ecclesia fieri non debent.*

Rubrica XIX.

De psalmis & lectionibus in officio ecclesiastico tractim deuote, & ordinate, ac intelligibiliter horis competentib. dicendis, ut oīb. diebus oratio dominica dicatur ante singulas horas, cū Aue Maria. & de abbreuiando ipsum ubi est nimis prolixum. & quod ecclesiæ, & in eis ministrantes ornamētū, ha-

habeant talium ornamentorum & aliorum vestimentorū condecentium ꝙ reiiceretur inordinatus causatus, & ꝙ semel in ebdomada solēniter celebraretur officiū mortuorū.

1 Item † cum in 15. & 16. c. concilij Laodicen. contineat̄ quod psalmi in ecclesia passim non legantur sed ordinabiliter, & quod euangelia distincte legātur. cum hoc in Dei ecclesia regulariter non seruetur, quia cum confestinatione legitur & cantatur. & cū barbarismis, sicut ait Augu. in lib. de cathechizandis rudibus, & 38. dist. sedulo. vr̄ sup. hoc prouidendum. Cum aliqui religiosi & alii ita properedicant, quod intelligi non possunt, & dicerent horis competentibus intra ecclesias cathedrales, conuentuales, & parochiales, & quod lectiones quæ nimis prolixe sunt & alię, quæ dicentes & audientes tedio afficiunt, abbreuiarentur, & quod ministri ecclesiæ & altaria haberent conuenientia vestimenta & etiam ornamenta, & videretur valde honestum esse quod ante singulas horas dicerent, & Pater noster, & Aue Maria, licet in 9. & in ultimo ca. concilii generalis Gerunden. non contineatur quod oratio dominica a sacerdo-

2 te proferatur, nisi post matutinas & vesperas. † Et insuper qd̄ cantui indeuoti, & inordinati motetorum & similium non fierent in ecclesia. & cum reprobetur 92. di. cantores, Et qd̄ in qualibet ebdomada solemniter celebretur officium mortuorum, tam matutinali tempore, quod populus ad opera ruralia exercenda ire possit, & quod hæc prædicentur in ecclesia diebus dominicis, & festiuis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus accepta pecunia aliquem promouens quomodo puniatur.*
2 *Fides sine operibus mortua est.*
3 *Simoniaci Dei iram in se prouocant.*
4 *Victime impiorum abhominabiles sunt.*
5 *Simoniacos Christus de templo eiecit.*
6 *Simoniachum Christus appellat latronem.*
7 *Pro sepultura vel aliis spiritualibus aliquid solui non debet.*

Rubrica XX.

De simonia, & de exactionib. quę in Romana curia. & alibi pro votis requiruntur, quæ fiunt per episcopos, & curias eorundem, & sub prætextu sigilli eorum, & iuramentis in communitatibus.

1 Item † cum in secundo capitulo Calcedonen. concilii continetur, quod si quis episcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit, & sub pretio deduxerit, imprecabilem gratiam, atq; ordinauerit per pecunias quemlibet de his qui in gradu ecclesię connumerantur vel defensorē, quod de hoc conuitus subeat gradus sui periculum, & si promotus perdat promotionis suę fructum, quod si mediator, clericus fuerit a ꝓprio gradu decidat. Si uero fuerit laicus, uel monachus quod sit anathema. & cum prædictum concilium positum. prima quæst. prima si quis episcopus & tota prima cau. & titu. de Simo. in quibus agitur de dicta simonia & in nouo & ueteri testamento a conciliis, & Romanis pontificibus deputati non seruentur, & maxime in curia Romana in qua etiam cetus dominorū cardinalium vult habere una cum domino papa certam portionem a prælatis, q̄ promouentur ibidem videretur super hoc maxime prouidendum. Nam hæc hæresis maxime corrumpit ecclesiam uniuresalem & uniuersos populos, et prouisa iam remedia pro nihilo reputantur, & cum in curia Romana publice cōtrarium fiat, ac si non esset peccatum committere simoniā, vel si dare vel accipere post, non esset idem sicut dare, uel accipere ante, prima quæstio. prima eos. & cap. si quis, Episcopus prębendas & c. si qui obiecerit. ea. cau. quæst. 3. saluator, Ex quo prouenit, sicut Greg. Francorum regibus scribit,

2 quod fides deperit. † Nam cum fides sine operibus mortua sit sicut habetur in canonica beati Iacobi. 2. c. & fides cum vita sit eligenda in sacerdotibus & ministris, si uita defuerit, fides meritum non habet. Quæ autem uita & quę opera esse valeant sacerdotis qui honores tanti sacramenti ꝑ præmiū, conuincitur obtinere. Hinc non solum in ordinatoris & ordinati anima lætale uulnus infligitur, verumetiam reipublicæ regimen ex talium culpa, quorum intercessionibus magis iuuari debuerat, prægrauatur. Si enim dignus eis sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur. Restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honorib. grauitas, nil sibi defendandant industria sed totum auri prophanus amor obtineat, & dum vitiat honor remuneratur in locum vltoris is tortasse qui fuerat ulciscendus adducitur atq; hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur, uulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibet medicinam, aut quomodo populum clipeo orationis tueatur, qui iaculis hostium sese feriendum exponit, aut qualem fructum de se producturus est cui graui peste radix infecta est. maior ergo metuenda est locis illis calamitas, vbi

3 tales intercessores ad locum regiminis adducuntur. † quia tales symoniaci Dei in se magis iracundiam prouocant q̄ per semetipsos placare debuerant prima quæst. prima fertur cuius ratio est, quia intercessores, qui pro populo ad Deum parantur. necesse est ut eius gratiam bene uiuendo mereantur. Vnde idem Grego. in pastorali ait, sollicite formidandū, ne qui placare iram Dei creditur, hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti etenim loquendo nouimus, quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. Vnde talis simoniacus qui desideriis terrenis astringitur, caueat, ne districti iram iudicis grauius accedens, dum in beneficio ecclesiastica quasi in luto delectatur, nec locum regiminis ecclesiastici assumere audeat, si ambitionis & simoniæ in se uitium damnabile regnat, nec talis quem crimē deprauat proprium intercessor pro culpis

4 fieri appetat aliorum. Scriptum quippe est prouer. 15. † Victimæ impiorum abhominabiles. uota autem iustorum placabili. & in Psal. 49. peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuū 49. dist. §. 3. 3. q. 7. §. item diuina. & c. in gradibus. Cum enim talis simoniaci uita, quæ latere non potest despiciatur, restat secundum Grego. ut eius prædicatio contemnatur, ut ibidē Nōne memor debet esse vicarius Iesu Christi exemplorum eiusdem, quamquam adeo sapiēs, cum percuteretur nō percutiebat, cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Lu. 6. cap 45. distinct. episcopum, si tanquam ouis ad occisionem ductus est. Esa. 53. tum quia zelus domus Dei comedit eum sicut dicitur in Psal. 68. flagello facto de funiculis omnes ementes & uendentes colum-

5 bas, per quos simoniaci designantur, de templo eiecit & mēsas nummulariorum & cathedras vendentium columbas, euertit, dicens domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illam speluncam latronum, Si igitur exēplū, patientiæ Iesus Christus simoniacos de templo eiecit, & eos latrones uocauit, & cathedras simoniacorum euerti quis est qui in ecclesia Dei audeat introducere tales, & si Christus co-

6 rum euertit cathedras, quis eas erigere audeat, † Si Christus simoniacum uocat latronem, quia per aliam portam, idest per simoniam ascendit. sicut ipse idem ait Ioan. 10. & sicut Augu. exponit. 14. q. 3. tres ꝑsonas, quis est tam temerarius, q̄ talem latronem simoniacum qui cauendus est audeat recipere. & præficere ut pastorem, nisi qui se uult astruere antichristum, quod Christus fecit & docuit facere, & dogmati-

7 zare contrarium. † ad hanc rubricam facit. 60. rubrica huius patris, ut qui baptizantur, & qui ad confessionem accedunt nihil soluant, & ꝙ pro sepulturis nihil recipiant, nec pro alij spiritualibus. Ad idem concordat. 3. c. 6. concilij Toletani & tertia disputatio. 7. concilii Toleta. quæ ponitur nomine Ambrosii. 1. q. 1. ad hoc faciunt. 7. & 8. c. concilii Tole. item cum a prelatis, & curiis eorundem pro sigillis, correctionibus. & aliis multæ fiant exactiones, ut extra de censi. & exactio. sup hoc esset prouidendum & insuper ut dictis dominis cardinalibus assignarentur redditus, de quibus absque exactionibus uiuere possent.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari non debet.*
2 *Canonicus præbendatus quis non potest esse nisi in vna ecclesia.*
3 *Officia duo vni personæ etiam exercitare committi non debet.*
4 *Clericus in duabus ecclesiis connumerari non debet.*
5 *Vicem duorum, vnum obtinere difficile est.*
Officia potestatis, quis, in duabus ciuitatibus habere non potest.
6 *Persona vna nisi ex necessitate, vices plurium obtinere non debet.*
7 *Beneficia plura, absque peccato teneri non possunt.*
8 *Prioratus conuentuales, his qui non sunt monachi conferri non debent.*

Rubrica XXI.

Ne quis in duabus præbendis, uel ecclesiis intituletur, sed singula officia, & beneficia singulis conferantur personis cuiuscunque status & conditionis existant.

1 Item † cum in 10. cap dicti concilii Calcedonen. contineatur quod non liceat clericum in ecclesiis duarum ciuitatum ordinari, et quod si clericus iam translatus fuerit ab alia in aliam ecclesiam nihil commune habeat cum prioritate. et quod facientes cadant a proprio gradu. et prædictum concilium sit conforme aliis conciliis et iuribus et specialiter sinodo habitę Placentię, in qua Vrbanus papa affuit. et uigesimaprima quęstione secunda si quis iam translatus, et per Innocentium tertium, extra de concess. præben. literas. et ad idem de electio. cum in cunctis. de pręben.

2 de multa. † Et in sinodo expresse dicatur quod nullus possit esse canonicus prębendatus nisi in vna ecclesia. et contrariū fiat in ecclesia Dei, quia uni personę prębendę multę, et

multa beneficia, & multæ dignitates, & personatus cumulã tur. potissime si de præessentium ecclesiæ Dei parentela existant. & ex hoc paretur generale præiudicium vñi ecclesiæ, quæ debitis officiis, & obsequis, rectoribus, administratorib. & defensoribus defraudatur, eleæmosinæ subtrahuntur, personæ ecclesiasticæ sic ditatæ in superbiam efferuntur. & fm quod dr̃ Prouer. 1. c. eorum prosperitas perdit eos, & dissolutionis materia ex hoc præstatur eisdem, & insolentiæ variæ oriuntur, cultus diuinus, qui augeri debuerat minuitur, & officium, pp quod datur beneficium, omittitur, & infinita alia mala subsequuntur, videretur per quam esse vtile ecclesiæ sanctæ Dei, vt dñs Papa & cæteri inferiores, & totum concilium acquiescerent Beato Greg. super hoc scribenti omnib. ẽpis in hunc modum Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis sigillatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus omnia autẽ membra non eundem actum habent, ita & in ecclesiæ corpore multa membra sunt fm veridicam Pauli sententiam ad Corin. 7. in vno eodemq; spirituali corpore conferendum est, hoc officium vni, alij committendum est illud. † Neq; .n. 3 quantumlibet exercitatę vni personæ vno tp̃e duarum rerũ officia cõmittenda sunt, quia si totum corpus est oculus, ubi auditus. Sicut .n. varietas membrorum per diuersa officia & robur corporis seruat & pulchritudinem repræsentat, ita varietas personarũ per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesiæ manifestat. & sicut est indecorum in corpore humano, ut alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium si mulq. turpissimum est, si singula rerum ministeria personis 4 totidem non fuerint distributa 89. dist. singula. † in septima sinodo contineatur, quod clericus non connumeret in duabus ecclesijs, quia hoc turpis negotiationis lucrum est, & ꝯ vocem dominicam dicentem Luc. 16. nemo põt duob. Dñis seruire, & contra apostolum ad Roma. 7. dicentem, qđ vnusquisque maneat in vocatione, qua uocatus est. 21. q. 1. c. 1. & 2. conci. Calcedonens. clericum in duarum ciuitatum ecclesijs conscribi non oportet, eadem q. clericum. ad prædicta ẽt 5 concordant & faciunt leges ciuiles dicentes. † Difficile esse vr̃, ut unus vicem duorum obtineat, & absurdum fore, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. ff. de pac. l. si plures C. de assesso. l. nemo. C. de testa. l. consulta. Ex quo prouenit quod in plurib. ciuitatibus quis simul & semel potestatis officia hr̃e non potest. ff. ad munici. libertus. §. præscriptio. † re-6 gulare est quod vna p̃sona nisi causa necessitatis immineat, non debet supplere vices plurium. 30. q. 1. ad limina. nec quis in diuersis ecclesiis prælatus esse debet. 10. q. 3. vnio, ubi exp̃s se dicit concilium Toletanum, ut plures ecclesiæ vni nequaquam committantur presbitero, quia solus per totas ecclesias, nec officium ualet persoluere, nec rebus earum necessariam curam impendere. Et idem hr̃. 16. q. 7. per laicos. subiũgitur in concilio, quod si quis ẽporũ prædictam constitutionem paruipenderit, se nouerit duorum mensium spacio excõicatione mulctari. ad idem concordat decreta. cum singula. de præben. li. 6. & ẽt theologorum cõiter hoc habet opin. quod si unum hñs beneficium, de quo potest non laute, nec ad elationem, & pompam, sed conuenienter & mediocriter sustentari, & recipiat vel retineat aliud, mortaliter peccat. 7 cum autem dudum sic fuisset determinatum. † & cancellarius Parisiensis qui tunc erat magister in theologia, pluribus abũdans beneficiis huic sententiæ, affectu & non ratione superatus acquiescere nollet, ẽt in infirmitate de qua obiit a D. Guil. Parisiensi ẽpo magistro in theologia de hoc admonitus & rogatus, eidem ẽpo iuxta eius sepulturam de profundis pro eo dicenti in teterrima vmbra dictus cancellarius intelligibili voce dicens apparuit, quod non oraret pro eo, Nã damnatus erat pro eo, quod non acquieuerat eiusdem ẽpi monitis, & sententiæ suæ, & aliorum magistrorum tenentiũ quod absque peccato non poterant plura beneficia, ut p̃missum est, retineri. Quare uideretur utile ecclesiæ sanctę Dei, ut ordinatio Bonifacii super hoc facta in d. decreta. cum singula. quantum ad regulas extenderetur ad clericos seculares & ad dominos Car. qui in graue animarum ipsorum periculum & vniuersalis ecclesiæ dispendium, multa milia florenorum, librarum, & marcharum sibi & suis, pestifera adinuẽtione super ecclesias ẽt parochiales & curatas faciunt cumulari, & ecclesias ẽt cathedrales, & ultramarinas sub diuersis coloribus commendari, & certas sibi solui ab illis, qui eorũ promouentur auxilio, pensiones quæ nunquam in Romana ecclesia moriũtur, sed ab vno cardinali in alium vel in eius, uel domini papæ propinquum, vel nepotulum detinentur. Ex quibus sequitur, cum sibi uendicent uniuersa, infelix ꝙ clericus qui de prędictis beneficiis sustentari, & eis personaliter deseruire debuerat, mendicat in plateis, & seruili operi mancipatus publicam deposcit eleęmosinam. qui ex eo magis a cunctis despicitur, quo miser ac desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. Sicut Hieronymus ait, 93. di 8 stinct. diaconi sunt. † Et hac peste est ẽt nouiter introductum contra iura, quod prioratus conuentuales, & alia beneficia ecclesiastica consueta ab olim regi & gubernari per monachos & per alios regulares, prædicti domini cardinales, ac si beneficia secularia nequaquam sufficerent, uel si per illos melius quam per alios reformari deberent, sibi & suis faciũt assignari, quanquam non efficiantur monachi, nec sint de vita & regula monachorum, & aliorum regularium, contra concilium Eduensæ sub 7. Grego. congregatum, & cõtra capitulum Vrbani papæ, & contra 24. capitul. Calcedonensis concilii, & contra capi. 13. septimæ sinodi. 19. q. 3. in quinque primis capitulis extra de vita & honest. cleric. Deus qui ecclesiam. & de relig. do. inter quatuor. & 18. distinct. peruenit. Ex quibus in dictis prioratibus, & beneficiis regularium periit in totum regularis obseruantiæ disciplina, cum non sit inter eos qui corrigat, non sit qui doceat, non sit cui obseruãtia & reuerẽtia præbeatur, nec qui eos in vita regulari & monastica valeat gubernare. fraudatur hospitalitas seruari in dictis prioratibus & beneficiis consueta, & omnia bona prioratuum huiusmodi dissipantur. & loca ad irreparabile opprobrium non absque populi scandalo deducuntur, extra, de accu. c. ultimo. Ad prædicta facit cap. 15. concilij Milleuitani, in quo statutum fuit. vt postquam aliquis semel in aliqua eclesia esse elegerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Item etiam statutum fuit in secundo cap. 1. concilij Arelaten. scilicet quod in quibuscunque locis ministri ordinati fuerint, in ipsis locis perseuerent. & in pen. capit. eiusdem concilii statuitur idem. & in 13. capitu. secundi concilii Arelaten. statuitur idem, Secundum autem Grego prædicti domini Cardin. etiam cum de monasterio assumuntur, non deberẽt ibi aliquid retinere, nec duplex regimen sibi assumere. nam cum vnum pro sui magnitudine diligenter quis nõ possit explere, ad utrunque idoneus non uidetur. 16. quæst. 1. presbyteros. & c. præce. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Clerici contra episcopos coniurantes quomodo puniantur.*
2 *Peccans coram omnibus argui debet.*

Rubrica XXII.

De conspirantib. contra episcopos, & alios publice delinquentes puniendos priuilegio contrario non obstante.

1 Item † cum in 18. cap. dicti concilii Calcedonen. posito 11. quæst. prima coniurationum, cõtineatur quod si qui clerici vel monachi inuenti fuerint coniurantes & cõspirantes aut phratrias, uel factiones componentes suis episcopis uel aliis, cadant omnino a proprio gradu, & per papam Pium. c. quæst. si quis sacerdotum, statuatur quod tales degradati curiæ seculari tradantur, et per Calixtum papam c. quæst. conspirationum. statuatur quod tales proprio ammisso gradu in carcere detrudantur, et per dictum conciliũ Calcedonen. & per Toletanum. et Aurelian. c. q. si qui clerici, et cap. si clerici. et ca. si qui clericorum. statuatur idem. et prædicta iura et consimilia non seruentur, et ex quo frequẽter in multis partibus magna scandala subsequuntur, videretur vtile quod prædicta iura seruari mandarentur, uel ꝙ prouideretur de aliis remediis oportunis. & insuper quod omnes aliæ personæ publicæ delinquentes, et ex hoc ecclesiam Dei scandalizantes, publice arguerentur, et punirentur, iuxta illud Apostoli. 1. Thimot. 5. † Peccãtẽ coram omni-2 bus argue, ut cæteri metum habeant. ad quod facit 45. distin. sed illud. 2. quæst. 5. si mala. et e. cau. quæst. 7. quapropter 11. quæst. tertia, cap. ult. 23. q. 2. ea. cau. et quæst. quarta. Ita plane. ff. de pœn. aut facta. §. ultimo. quæ canonizata est de pœnit. distinct. prima, aut facta. et quod in dicta punitione cessaret omne priuilegium secundum decretum Innocen. 3. de priuilegiis. uolentes. et appellatio friuola et frustratoria.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qualiter a clericis & laicis accusari possint.*
2 *Prælati quando a sedibus suis inuiti ammoueantur.*

Rubrica XXIII.

De episcoporum et aliorum prælatorum et clericorum accusatoribus quod non debeant passim suscipi et dicti prælati non mutentur de sede ad sedem maiorem, nisi pro notoriis excessibus eorundem.

1 Item † cum in 21. capit. dicti concilii Calcedonen. fuerit constitutum, quod ad accusationem episcoporũ, uel clericorum nulli clerici, uel laici recipiantur nisi prius discutiatur eorum æstimationis opinio, quod capit. ponitur. secunda quęstio. septima clericos, quia ibidem fuerit constitutum et in aliis conciliis et a Romanis pontificibus, sicut plene in dicta secunda quæstione septima patet, et hoc in Romana curia, et in multis aliis partibus non seruetur contra intentionem Grego. 88. dist. si quis. & extra de Simon. licet Heli. & ex hoc frequenter innocentes prælati, & clerici diffamentur. & ad curam Romanam citentur, & opprimantur, contra illa quæ scripta sunt. q. 1. nihil. cum c. seq. & præcedentibus, videretur sacri prouisione concilii fore super hoc prouidendum. In 7. autem concilii Carthag. c. 2. 3. 4. & 7. fuerit statutum ꝙ excommunicati secundum p̃priã libertatẽ & oẽs quos leges nõ admittũt ad accusationẽ publicorũ criminũ, ĩfames. Histriones, aut turpitudinib. subiectæ p̃sonæ, hæretici, pagani, & iudæi non admiterent ad accusationẽ clericorũ, nec ad testificandũ ꝯ eos, & hoc conforme aliis iurib. 2. q. 1. prohibetur. 3. q. 5. accusatores. i. cum vnde-2 cim capitulis seq. † videretur insuper prouidendum quod dicti prælati non amouerentur a sedib. suis inuiti, nec in alijs, transferrentur, nisi exigentibus eorum notoriis excessib. cũ istis temporib. contrarium fiat interdum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia habens episcopos æconomos etiam habere debet.*
2 *Episcopi aduocatos habere debent, qui ecclesias deffendant.*
3 *Episcopus litigiosus esse non debet.*

Rubrica XXIIII.

De æconomis & dispensatorib. & aduocatis a singulis ẽpis habendis pro dispensatione rerum tp̃alium, ut ipsi vacent, diuinis, & propter curam temporalium, ut ipsi libera executione pontificis officii non desistant.

1 Item cum in pen. c. dicti concilii Calcedonẽ. posito. 89. di. quia in quibusdam cõtineatur, quod oẽs ecclesiæ habentes ẽpos habeant ẽt æconomos de proprio clero p̃ quos res ecclesiasticæ cum arbitrio ẽpi gubernentur. & non dispergantur, & hoc sit conforme aliis conciliis & iurib. e. di. volumus. cũ c. seq. & 9. q. 3. cũ simus. 19. q. 7. qm̃ in quibusdã. cum c. pręced. & seq. videretur esse utile ꝙ prędicta iura, & alia continentia, ꝙ ẽt episcopi babeant aduocatos per quos eorum lites ducantur ne ipsi ex hoc a laude Dei & ab accusationib. spiritualibus retrahantur & nedum humana lucra attendunt æterna præmia perdant, sicut ait Anacletus papa. 5. q. 3. quia episcopus, potissime, cum inter capitula apostoli-3 cæ regulę contineatur, † quod episcopus non sit litigiosus p̃ut plenius continetur. 46. di. ubi sit prosequutio. d. c. apostol. regulæ, in 6. autem c. 2. secundi concilii Hispalen. cõtinetur, quod ex laicis non constituantur Aeconomi, & idem habetur. 89. dist. indicatum.

Expliciunt assumpta ex conciliis Græcis.

Incipiunt assumpta ex conciliis Latinis.

SVMMARIVM.

1 *Moniales cum mulieribus extraneis vel viris non morentur.*
Clericorum & laicorum conuersatio discreta esse non debet.
2 *Religiosa puella virorum conuersatione in domo habere non debet.*

Rubrica XXV.

De sanctimonialib. ne cum extraneis viris vel mulieribus habitent. & quod recludantur, nec recipiantur nisi de earũ redditib. uiuere possint de quo legitima fides fieret ordinariis earundem per quos corrigerentur, includentur, & reformarentur priuilegio contrario non obstante.

1 Item † cum in 3. c. primi concilii Carthagi. fuerit constitutum quod sanctimoniales & religiosæ fœminæ in una domo cum extraneis mulierib. vel uiris non morent, & quod sunt segregate a consortio mulierum. & quod similiter discreta sit conuersatio clericorum ad conuersionẽ laicorum, & hoc sit conforme aliis conciliis & iuribus. ut 4. dis. statuimus. 24. di. his igitur. & prædicta iura non seruẽtur, nec prouisio domini Bonifacij de concludendis dictis monialib. posita extra de sta. reg. c. vnico. li. 6. sufficit quod multæ sunt quæsi includerentur non haberent vnde uiuerent, & quod etiam sunt nonnullæ sicut dicit. c. perniciosa. 18. q. 2. propria receptacula retinentes sicut sunt Beguinę ordinis S. Francis. videretur utile super hoc prouideri, & 6. etiam cap. concilii 2 Toletani contineatur, † quod religiosa puella virorum familiaritatem in domo non habeat, esset prouidendum quod non reciperentur plures quam possent de earum redditibus sustentari, de quo prius legitima fides fieret ordinarijs earundem & hoc sub grauibus pænis ordinarijs inungerent p̃ quos corrigerentur, & reformarentur, priuilegio contrario non obstante.

SVMMARIVM.

1 *Obgligati ad ratiocinia reddenda nisi ratio ratione reddita non promoueantur.*
2 *Hominem literatum causas ratiocinorum assumere inutile est.*
Memoria illorum, qui sacerdotes ad ratiocinia euocant, in ecclesia fieri non debet.

Rubrica XXVI.

De clericis obligatis ad ratiocinia, & ne viri literati ad ipsa intendunt, nec sacerdotes ad prædicta vocentur.

1 Item † cum in 7. c. dicti concilii 1. Carthaginen. fuerit cõstitutum quod obligati ad ratiocinia reddendam non promoueantur antequam rationem reddiderint de eisdem, & hoc sit conforme aliis conciliis & iuribus vt extra de obli. ad ratioci. & 53. distinct. per totum & non seruetur videretur utile quod seruari mandaretur, nam hoc etiam conti-2 netur in primo capitu. primi concilii Toletani. † & insuper quod uiri literati ad dictas ratiocinationes non intendant. cum secundum Gregor. inutile & ualde laboriosum sit hominem literatum ratiocinorum causas assumere, & se in eo quod non expedit obligare. Nec est facienda in ecclesia memoria pro illis qui sacerdotes ad dicta ratiocinia euocant, & ab officio suo retrahunt. lxxxviij. distinctione inutile erit.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorum scripta non obseruantes quomodo puniantur.*
2 *Faciens contra statuta maiorum deponendus est.*

Rubrica XXVII.

De contemptoribus canonum & prælatorum suorum superiorum puniendis.

1 Item † cum in vlt. c. primi concilii Carthaginen. cõtinetur, quod illi, qui uolunt obseruare scripta in conciliis si laici sunt communione, si clerici honore priuentur & hoc sit conforme aliis conciliis & iuribus. tertia distinctione §. hæc & si legibus. 12. distinct. pręceptis. 18. distinct. §. hũc ergo. 25. quæst. prima hac consona. & prædicta iura non seruentur videretur utile quod seruari mandarentur, ut quos diuinus timor a malo non reuocat, coherceret timor ecclesiasticæ disciplinę. extra de hære. vergentis. de ele. cum in cũctis. 82. di. plurimos. in fi. 1. distin. vt constitueretur. C. de emẽ. propin. l. una. in 2. etiam capitu. concilii Taurinatis continetur, ut quicunque contra statuta maiorum fecerit deponat. in concilio etiam Bracharens. continetur quod si quis transgressus fuerit præcepta antiquorum canonum & conciliorum a statu suo degradetur & ad idem concordat primum. capitulo tertii concilio Toleta. & quod idem seruaretur de illis qui transgrediuntur rationabilia præcepta superiorum suorum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt excommunicatos recipientes.*
Et infra num. 2.
Excommunicatio contempta mortalis efficitur.

Rubrica XXVIII.

De religiosis, & aliis qui excõmunicatos ab aliis recipiũt puniendis, & de sententiis excom. suspensionis, & interdicti latis ab ordinariis, uel eorum auctoritate, in locis religiosorum publicandis.

1 Item † cum in 8. capituli secundi concili Carthaginensis, ut illi, qui excommunicatos ab aliis scienter recipiunt, excommunicentur. & hoc sit conforme concilio Antiocheno. 11. quæst. 3. si quis a proprio & ex decretis beati Petri ex 93. distinctione, si inimicus, & ex statutis apostolorum eadem quæstio. sicut apostoli. & Calixti papæ eadem quæst. excommunicatos. & Isidori eadem q. cum excommunicato. & concilii Carthaginensis, eadem quæst. qui excommunicauerit, & multis aliis iuribus, & hoc nõ seruetur a fratribus prædicatoribus, & minoribus, & aliis religiosis exemptis, nec ad hoc refrenandum prosint antiqua nec noua remedia, & propter hoc excommunicatio contemnatur, & sic mortalis efficiatur, de senten. excommu. cum medicinalis. & neruus disciplinæ ecclesiasticę disrumpatur. contra illud. 1. distinctione vt constitueretur, & capitulo presbyteros. vigesima tertia quæstio. quinta excommunicatorum. 34. quæs. secunda in lectum. videretur fore super his sacri prouisione 2 concilii prouidendum. † Hoc etiam conforme octauo capit. secundi concilii Arelaten. in quo statutum est, ut se reum nouerit, & causam in concilio rediturum, qui excommunicatum alterius post interdictum recipere præsumpserit, idẽ etiam statuitur in vndecimo capitulo concilii Aurasi. & in 53. capit. conci. Ebertani & trigesimoseptimo capitulo concil. Bracha.

SVMMARIVM.

1 *In constantia in ecclesia Dei non debet esse.*

Rubrica XXIX.

Vt qui contra professionẽ, vel subscriptionem suam vel prædecessorum facta irrationabilia, & seruitores venerint puniantur.

1 Item † cum in ultim. capit. prædicti secundi conci. Carthaginen. fuerit constitutum, vt quicunque prælati, & alii contra illa in quibus consenserunt vel subscripserunt venerint, deponantur, cũ non deceat in cõstantiã & intolerabilẽ in Dei ecclesia reperiri, & ĩ hoc sit cõforme ꝯcilio Affricano. extra de pact. c. 1. & alijs iuribus. 20. q. 1. puellæ. in

fi.22.q.4.Innocen.18.q.2.Eleutherius.ff.de pact.iurisgentiū. §.prætor ait.& hoc hodie non seruetur, hoc videretur[hono-rabile,& utile obseruari, ne paulatim grauitas ecclesiastica deperire videatur,maxime in ecclesia Romana, in qua visū est qd dn̄s papa reuocabat aliquando non solum gratias, & alia concessa a prædecessorib.suis,verum etiam facta,& concessa a seipso contra grauitatem,auctoritatem, & honestatē ecclesiasticam,& iuridicam.25.q.1.& q.2.quasi per totum.12. q.2.hæc huius placiti. Et idem de multis aliis prælatis accidit prædecessorum suorum facta rationabilia,& familias,quanquam bene seruierint,prosequentibus contra iura.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi,& clerici antequam ordinentur decreta conciliorum eis legi debent.*

2 *Clerici canones ignorare non debent.*

Rubrica XXX.

Vt canones pertinentes ad officium, & instructionem episcoporum, & clericorum sciantur per eos priusquam ordinentur.

1 Item †cum in 3.c.4.conci. Carthagin.posito.38.dist.placuit, fuerit constitutum,vt episcopis & clericis ordinandis priusquam ordinentur. decreta conciliorum eorū auribus ab ordinatoribus inculcentur, ne se aliquid contra statuta conciliorum fecisset,peniteat, & in concilio Toletano fuerit constitutum,quod illi quibus parochiales ecclesiæ committuntur ab episcopis suis instructionem, & libellum, 2 per quem in officio ecclesiastico dirigantur, accipiant, † & Celestinus papa instituerit,quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare.& Aug.dicit,quod saltem canones pœnitentiales scire debent,ut 38.dist.quando. & c.nulli. & c.quæ ipsis.20.dist.si decreta.& supra dicta iura & consimilia non seruentur,sed passim promoueantur, & presbyteri, & episcopi priusquam eis ostendatur illud quod pertinet ad officiū eorundem,nec debita discussio super his obseruetur,licet super hoc multa iura sint edita.23.dist.per totum. & ext.de æta. & quali.ordi.de temp.otd.videretur super hoc prouidendum.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum causæ coram prouinciali concilio audiri debent.*

2 *Lites immortales esse non debent.*

3 *Aduocati miserabilium personarum per singulas curias deputari debent.*

Rubrica XXXI.

De episcopis accusatis. ubi et ĩ. quod tempus eorū causæ examinētur, et quod in causis ecclesiasticis horæ modicum contraheretur et quod deputarentur in singulis curiis iudices,aduocati procuratores, et tabelliones, gratis sua officia exequentes in causis miserabilium personarum.

1 Item † cum in 8.c.3.conci.Cartha.fuerit constitutum,qd causæ episcoporum coram prouinciali concilio.ĩ. duos menses audiant,et hoc sit satis conforme aliis conciliis,et iuribus,ut 3.q.si quis episcoporum.cum cap.seq. et d. iura,et consimilia non seruentur,quia Rom.ecclesia.causas episcoporum maioribus annumerās, omnia ad se trahit, per illa capitula.2.quæst.6.ad Roma.et cap.præcedentibus et sequen.et 9.quæst.3.cuncta per mundum.et cap. per principalem. Videtur utile cogitare an esset aliquod remedium su-2 per hoc adhibendum.†Et insuper cum lites non debeant esse immortales,ut extra de do. et contu. finem potissimæ ecclesiasticæ, quæ cæteris periculosiores sunt,ut ibidem, et de elec.ne pro defectu quod in eisdem contraheretur hæremodicium,sicut secundum leges contrahitur. C.de iu.properādum.§.primo.et §.sinautem.Exceptis casibus notatis ibidem in gl.ordin.quanquam contrarium sit secundum ius cano-3 nicum ut extra de iudi.uenerabilis.† et quod deputarentur in singulis curijs iudices, aduocati,procuratores, et tabelliones,gratis sua officia exequentes et exercentes in causis miserabilium personarum.

SVMMARIVM.

1 *Filij clericorum spectacula secularia exercere non debent.*

2 *Clerici spectaculis aut nuptijs interesse non debent.*

Clerici a quibus abstinere debeant, & nu. seq.

Et infra num.9.

4 *Clerici tabernas tenere non debent.*

5 *Vita cuius despicitur, eius prædicatio contemnitur.*

6 *Sacerdotes multi sunt nomine,pauci re.*

Rubrica XXXII.

De multis. capitu.ad uitam,honestatem,conuersionem, habitum,regulam, et mores clericorum pertinentibus, secundum diuersos status et gradus eorum, quod esset decens et honestum ac utile obseruari, cum ex contrario totus fere ordo ecclesiasticus confundatur, et etiam corrumpatur. et specificantur multa quæ pertinent ad officium diaconorū presbyterorum, et etiam episcoporum.

9 Item †cum in 13. c.dicti tertii conci.Carthag.fuerit constitutum vt filii sacerdotum vel clericorum spectacula secularia non exerceant, nec eis intersint & in 5.c. conci. Arelaten.c.lix. & in Agathen. concilio fuerit statutum, qd presbyteri & alii qui ducendi vxores licentiam non habuerint alienarū nuptiarū euitent conuiuia.nec illis cetibus immisceantur, ubi amatoria cantant, & turpia,aut obsceni motus corporum correis exultationibus efferuntur,ne auditus & obtutus sacris ministeriis deputati,turpium spectaculorum 2 atq; verborū contagione polluantur.33.di.presbyteri.†Et in concilio Laodicen fuerit constitutum, qd clerici & ministri altaris, spectaculis aut nuptiis non intersint, de conse.dist.5. nō oportet.Et Ysidorus,de uita clericorū,scribat,qd dicti clerici a uulgari uita exclusi,a mūdi uoluptatib. se abstineant, ut nō spectaculis, non pompis intersint,& qd conuiuia publica fugiāt priuata aūt sobria colāt, vsuris nequaquam incumbant,neq; turpium occupationib.lucrorū, nō fraudib.cuiusquā studione apetant amorem procurare.Quasi materiam cūctorū criminū fugiant secularia officia,negotiaque abiciant honoris gradū per ambitionem caueant,odium, emulationes,obtrectationes,atque inuidiam fugiant, non vagi in ecclesiis,nō effreni linguis,aut petulanti,nec fluuido gestu, vel gestu incidat. Sed pudore atq; verecūdiā mētis simplici habitu incessuq; ostendāt. obscenitates verborū & membrorum sicut & operū penitus execrentur, viduarū & virginū frequentationem fugiāt, cōtubernia extranearū feminarū nullatenus appetant. Castimonia inuiolati corporis perpetuo conseruare studeāt.Senioribus debitā pbeāt obedientiā, neq; vllius iactantiæ studio semetipsos attollant,doctrinæ & lectionib.psalmis & cāticis & eorū exercitio iugiter incūbāt. Tales.n.esse dēnt,q diuinis cultibus se mācipandos student, vt sciētiis operā dēt, doctrinæ grām populis administrēt. 3 23.di.his igit †In cōcilio ēt Matisconen.constitutū fuerit qd dictę personę ecclesiastice plausus & risus in iocundos agere & fabulas inanes referre,aut cātare nō psumerēt nec turpia ioca aūt se fieri paterentur. Nec laruas demonū aūt se deferri cōsentirēt.& qd in mēsis honeste conuersarentur,& sobrie biberēt, & cōmederē. vt.44.di.nullus psbiterorū,cū clericis bus palcis sequētib.positis pro ca.de cōse. di.5.nō. In cōcilio ēt Laodicen.& Marti.papæ fuerit cōstitutū,qd simbola & cōmēsalia sine puuia,in qb.dicta simbola fuerint,nō exerce-4 rēt,& qd tabernas,excepta cā necessitatis,nō intrarēt.†& in 6.sinodo fuerit cōstitutū,qd in dictis tabernis aliis non ministrarēt,nec tabernas tenerēt,& si nō cessarēt qd deponerētur. 44.di.nō oportet.1.& 2.c.nullus.&c.& in cōcilio Toletano fuerit cōstitutū,qd loco fabularū q̄ in mēsis frequenter interponūt nō necessarie,corā eisd.ędificatione aūrū sacræ lectio legēt.c.di.pro Reueren.de cōse.di.5. in oib. Cū aūt ista & alia extra de uit.& hone.cleri.& in aliis diuersis iurib. tradita de conuersatione,uita,& hone.cleri.& aliorum personarum ecclesiasticarum non seruentur, & ex hoc uituperetur 5 ministerium nostrum & ecclesię contemptus habeatur est uerum fm Greg.†Si cuius vita despicitur eius prędicatio contemnatur.3.q.7. §.item in euangelio.videretur esse utile, ut circa dictam reformationem,& regulationem uitę, & honestatis morum, & conuersationes personarum ecclesiasticarum prouideretur de remedio competenti. Nam ut verificari illud euangelicum de scribis & phariseis,qd super cathedram Moysi sedebunt.quæ dnt facite,quę aūt faciūt facere nolite.Mat.23. 26.q.7. Allegant autem onera, ut ibi dr. allegant autem onera grauia,& importabilia, & imponunt in humeros hominum,digito autem suo nolunt ea mouere omnia autem opera faciunt, ut uideantur ab hominib. dilatant,enim philateria sua,& magnificant fimbrias suas amant enim primos recubitos in cenis, & primas cathedras in sinagogis,& salutationes in foro,& uocari ab hominib.rabi quidem verba Christi in Matthe. 23. exponit Io. Chrisostomus in d.ca.allegant.de sacerdotibus, & pontificibus nostri temporis,qui omnem iustitiam populo mandant,& ipsi nec modicam seruant,ut in docendo iusti appareant, & iusti in 6 faciendo non existant,unde secundum eundem.40.di.multi multi sunt sacerdotes,& pauci sunt sacerdotes,multi nomine,& pauci in opere. Videte ergo secundum eundē quomodo super cathedram sedeatis,quia non cathedra facit sacerdotem,sed sacerdos cathedram.non locus sanctificat hominem,sed homo locum sacrificat. non omnis sacerdos sanctus est,sed omnis sanctus est sacerdos, qui bene sederit super ea honorem accipit cathedre. ideoque sacerdos malus de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem in iudicio enim sedis si quidem bene vixeris, & bene docueris, populum bene instruis. Si bene docueris quomodo uiuere debeat, bene autem docendo, & male uiuendo Deum instruis quomodo te debeat condemnare. Item quicun-

cunque desiderauerit primatū in terra,inueniet confusionē in cœlo nec inter seruos Christi cōputabitur, qui de primatu tractauerit nec vnusquisq.eorum sustinet qūo maior aliis appareat. Sed qūo oīb.inferior videatur, qm̄ non qui maior fuerit in honore inter homines illæ est īferior, sed q fuerit iustior illæ maior est. Hieronymus ēt scribens ad Hæliodorū, ait,quod non oēs epi sunt epi, & quod ecclesiastica dignitas non facit Christianum.Et Aug.Home.6.scribit quod nō oēs qui dicunt pax uobis,quasi columba sunt audiendi, cum columba,non sicut coruus,de morte pascatur, sed de frugibus terræ viuat,& Innocens sit victus eius.2.q.7.non oēs, & c.nō oīs. Sane cum de dictis clericis fuerint in 4.concil. Carthag. & 44.vsq. ad 72.c.plurima,quæ in diuersis locis sparsa fuerūt constituta, videlicet ut clericus neq. comam nutriat neque barbam, quod nec vestib. nec calciamentis decorē quærat, quod cum extraneis mulierib. habitare non debeat, nec per plateas, & andronas nisi certa, & maxima fuerit necessitas officij ambulare,nec ad forum & nundinas,nisi aliquid empturus ibi sit ausus ire,& agens contrarium, degradetur. Qđ ēt si absque corporis sui iniquitate vigiliis defuerit stipendio priuatus excōicetur, & quod si pp tentationes ab officio declinauerit aut negligentius egerit. Et qđ quilibet clericus q̄-tumcunque verbo Dei eruditus artificiolo victum & vestitum sibi acquirat,uel quod agriculturā absq; officii sui duntaxat detrimento præparet, & qđ oēs clerici qui ad operandū ualidi sunt artificiola & operas addiscant. Quod clericus inuidens fratrum profectib.non promoueatur, & adulationibus & maledictionib.& perditionib.seruiens, degradet. Qđ litigiosus & discors & curribilis & verborum turpium ioculator, & inter epulas cantans, & per creaturas iurans & aliis ieiunantib.non ieiunans, seditionarius, vsurarius, & iniuriarum suarum ultor, & qui publicam egit pęnitentiā, repellat a clero.& de prædictis cap.multa ponuntur.46.dist.clericus. cum septem cap.seq.& 92.dis.clericus.In dicto ēt conci.Carthagi.4 36.cap.& in 22.c.conci. Niceni.& in 15.c.2. cōci.Arelatensis.& seq.fuit circa diaconos ordinatum, qd obedientiā presbyteris exhiberent,& quod eis pn̄tib.eucharistiā populo non traderent, qđ ante eos non loquerentur nec sederent, & quod alba induerentur tantummodo tpe oblationis uel lectionis de quib. multa cap.ponuntur. 93.dist. §.vt ex præmissis auctoritatib.usq; ad §.compagis.& cap.præcedentib.& sequentib.In eodē ēt concil.33.et seq.fuit ordinatum, qualiter presbyteri suum exequerētur officium in propria ecclesia & in aliena.et quod in sedib.honorarentur ab epis intra cameram. Sed qd in ecclesia eps præferretur in sede, et qđ crisma oī anno reciperent ab epo proprio.De quib.cap.multa ponūtur.95.dis.presbyteri.et c.eps.et quasi per totum.De epis aūt fuerunt multa ordinata q̄ ĩ.ponunt in rubr.38.de casib. &c. in concilio ēt Arelaten. 17.18.& 19. c.fuit statutū quod diaconus sine presbitero, & presbiter sine epo nihil agerent, qđ unus episcopus alium non conculcaret.& in 18.c.primi concilii Elibertani cōtinetur, qd si p̄dicti episcopi presbyteri, vel diaconi detenti fuerint qd sint mechati, pp scandalū & propter nefandum crimen in fine non recipient communionē.

SVMMARIVM.

1 *Lectores quando cogantur aut vxores accipere, aut continentiā profiteri.*

2 *Ad nuptias conuolare non deberent qui de beneficijs ecclesiasticis alūtur.*

Rubrica XXXIII.

De clericis ut cum ad pubertatem peruenerint, coniugiū aut castitatem profiteantur. Ne per eos de bonis ecclesiasticis eruditos postmodum ecclesia impugnetur.

1 Item †cum in 21.c.prædicti 3.concil.Carthaginen. fuerit constitutum, qd lectores cum ad annos pubertatis peruenerint, cogantur aut uxores accipere, aut continentiam profiteri.& dictum concil.sit conforme concilio Toletano 2.1.ca.in quo statutum fuit qd illi, qui a primis infantię eorum annis clericatus officio mancipantur. postq̄ 18.annū ætatis suæ compleuerint, coram totius cleri & plebeis conspectu requirantur ab episcopo, si nubere, vel castitatem tenere,& seruare volunt, qd si caste viuere elegerint, sub ecclesiastica regula teneantur si vero ex tunc contraxerint, qd tanquā sacrilegi puniantur.28.dist.de his. & dicta concilia & cōsimilia iura cum deliberatione magna fuerunt constituta. et ad hoc forte ne per tales qui promoueri ad sacros ordines non intendunt, consumatur patrimoniū Iesu Christi quod pauperib. tm̄ debetur, et subtrahitur illis desiderantib. pro-2 moueri qui inde proficere possent. Videretur utile considerare an expediret dicta iura seruari et puideri, qd illi q de bn̄ficiis ecclesiasticis aluntur non possent ex tunc ad nuptias cōuolare. potissime cum plerisque mundi huius partibus a talibus plusquam a laicis de ecclesia impugnetur,& quia si intentionem promouendi non habent, non uidetur, quod saluis conscientiis dicta beneficia valeant retinere,& quod ad restitutionem receptorum fructuum teneantur, ut extra de elec.commissa. lib.6.ubi etiam dicitur, quod illi qui talibus conferunt beneficia promotionem exigentia, quos non credū promoueri qd pp dictam quam incurrunt offensam sunt obligati ad ecclesiam conseruandam indemnem.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus primæ sedis princeps sacerdotum, aut summus sacerdos appellari non debet.*

2 *Subditi non debent esse subiecti plusquam expediat.*

3 *Romani pontifices scribendo episcopis eos sibi præferunt.*

4 *Papa se vocabat urbis Rome archiepiscopum.*

Rubrica XXXIIII.

Vt primę sedis episcopis princeps sacerdotum, uel uniuersalis ecclesię non appelletur.

1 Item †cum. in 26.c.dicti.3.concilii Carthaginen. fuerit constitutum, ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos aut aliqd huius, Sed tantum primæ sædis Episcopus,& Gregorus Eulogio Patriarchæ Alexādrino scribens reprehendat eum, quia in literis directis ipsi Grego. vocauerat eum Papam uniuersalem,& prohibebat quod hoc decętero non fiat, dicens, qđ pręlatis subtrahitur quod eidem papæ plusquam non exigi præbetur. & quod ipse non quærit prosperari verbis sed moribus, & quod honorem suum non deputat in quo fratres suos honorem perdere considerat, quod honor suus est honor uniuersalis ecclesię & fratrum suorum solidus vigor, tunc ipse honoratus est cum singulis quibusque honor debitus non negatur. si autem vniuersalis sedis aliorum prælatorum eum dicit, negat se hoc esse fatendo ipsum vniuersum papam. Quare uult idem papa quod cessent talia uerba, nec uniuersalis uocetur, quæ verba ueritatem inflant & carita-2 tem uulnerant.99.dist.ecce † ad prædicta facit quod admonendi sunt subditi, ne plusquam expediat sint subiecti, sicut idem Greg.ait, ne cum student plusque necesse est hominibus subiici compellantur eorum vitia venerari.2.q.7. admonendi. Cæterum namque est quod illud quod uni attribuit alii subtrahitur sicut probari potest.45.di.disciplina.85.dis. archidiaconum. extra de rescriptis olim in fi. ff.de iud. cum prætor.& facit.C.de cadu.tollen.l.1.§.ult.C.de nup.imperia-3 lis.in princi. Ad idem etiam facit.†nam beatus Clemens, & alii Roma. pontifices etiam hactenus scribendo episcopis, præferebant eos sibi sicut apparet in epistola.4. Clemen.12. q.1.dilectissimis. & in epistola Damasi papæ ad Eusebiū Carthagi.episcopum, & in epistola Euaristi papæ directa fratribus vniuersis episcopis Aphricę regionis.& in epistola Alexandri papę directa omnibus episcopis per diuersis regiones 4 constitutos. †& in epistola Sixti papæ qui se vocabat similiter Romanæ vrbis archiepiscopum directa omnibus episcopis.& in epistola Thabesfori papæ qui se similiter uocabant Romanæ vrbis archiepiscopum directa fratribus Charissimis,& dilectissimis episcopis,& in epistola Pii papę qui se similiter dicebant apostolicę sedis archiepiscopum directa omnibus ecclesijs in eadem in qua summus fide & doctrina manentibus,& in epistola Soceri papæ directa dilectissimis fratrib. episcopis per Italiæ prouincias constituitis, & in epistola Zepherini urbis Romanæ archiepiscopi directa fratribus carissimis militātibus per Aegyptum,& in epistola Calixti papæ directa charissimis atque dilectissimis fratribus per Decisse atque Tole.prouincias constitutis, in epistola Fabiani papę directa dilectissimis ubique catholicę ecclesiæ comministris & in epistola eiusdem directa Hilario episcopo. & in epistola Cornelii papæ directa charissimis atque dilectissimis sanctæ Dei ecclesię filiis.& in epistola Lucii papę directa dilectissimis fratribus omnibus episcopis in partibus occidētalibus tam in Gallijs quam Hispanis consistentibus, & in litera Stephani papæ directa Hilario episcopo,& in litera Sixti papæ directa delectissimis fratribus per Hispaniarum puincias constitutis,& in litera Felicis papæ directa paterno episcopo. & etiam Berengario episcopo, & in litera Anthisiani papę directa episcopis per Beticam prouinciam constitutis & in litera Gaij papæ directa Felici episcopo,& in literis Marcelli papę directis episcopis per orientales & Antiochenas prouincias constitutis. & in literis Sicebij papæ directis episcopis per Gallicanas prouincias & per Campaniam prouinciam & Tusciam constitutis,& in literis Melchiadis papæ, directis Benedicto & Laurentio,& cæteris episcopis Hispaniarum prouinciarum. Ex quib. omnibus videretur modus assumendus qd sic Romana inscribendo honoraretur ecclesia, & quod aliis honor debitus nullus negaretur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi vel clerici in ecclesiis conuiuari non debent.*

2 *Placita in ecclesiis teneri non debent.*

Rubrica XXXV.

Vt nulli in ecclesijs conueniantur, nec placita teneantur in eis,& quod confratrię in quibus tam clerici quam laici se

ingurgitant, tollerentur, sed daretur pauperibus quod expenderetur.

1 Item †cum in 32.c.præfati concilii Cartha.fuerit constitutum quod nulli episcopi vel clerici in ęcclesijs, conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur,& populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest prohibeantur. 14. di.nulli. & idem etiā prohibetur in concilio Laodicen. & idem habetur ex dictis beati Aug & benedicti.eadem dist.nō oportet. primo & illis 2 paleis signatis pro capitulis oratorium & in oratorio, †& placita in eis teneri nō debeant,ut in generali cōcilio per Greg. celebrato extra de immuni. eccle. decet.nec confabulationes,nec negotiationes fieri, probatur ibidem & quo ad ecclesias & cimiteria eorundem,sed pæna spiritualis quo ad contrarium attentantes non imponatur ibidem, sed conuiuentur quo adhoc dumtaxat,quod processus & sententiæ in dictis locis habiti.& habitæ careant firmitate, & prædicta iura & concilia diuinis & humanis legibus cōformia in plerisque mundi partibus non seruentur. Videretur utile quod super eorum obseruatione prouisio haberetur. videretur insuper utile, quod confratriæ in quibus tam clerici quam laici se ingurgitāt, & commessationibus,& ebrietati,& in multis diuersis tractatibus cōtra eorum superiores vacant, reprobarentur. & quod illud quod in eis expenditur pauperibus distribueretur, vel expenderetur ad honorem illorum sanctorum pro quorum ueneratione confratriæ dicuntur supra dictæ. Nec contrariatur concilium Gangren. 30. dist. si quis per superbiam. & 42. dis. si quis despicit, quia loquuntur cum qs per superbiam descipit congregationes, quæ fiunt in Basilicis sanctorum uel conuiuia quæ pauperibus largiuntur, quæ intra ecclesias fieri non debent, nec ministri altaris partes a ta ibus confratribus recipere debent quadragesima secunda distinctione, non oportet primo & secundo & capitulo nulli.

SVMMARIVM.

1 *Pęnitentibus secundum peccatorum differentiam pænitentiæ tempora decerni debent.*
2 *Pęnitentiæ falsæ quæ dicantur.*
3 *Canones pænitentiales ab omnibus seruari debent.*
4 *In delicto æquali pænæ proximæ esset debent.*

Rubrica XXXVI.

Vt pænitentibus iuxta peccatorum suorum modum pœnitentia imponatur, & quod canones pęnitentiales ab omnibus obseruentur.

1 Item cum in 33.c.prædicti conci.Carrha.fuerit constitutum ut pænitentibus secundum differentiam, peccatorum episcopi arbitrio, pęnitentiæ tempora decernātur, quod c.ponitur. 25.q.7.pęnitentibus, & idem habeatur. ea.q. in c.præcedentibus, & subsequentibus. & de pæ.dis.2.& c.facta. & de pæ.di.5.c.1.cum sequen.& prædicta iura & consimilia in ipsis iuribus. de pę. dis. 1.mensuram.ac in aliis notatur.intelligantur cum pœna non est expressa a iure, quia 2 aliter secundum Grego.† falsas pænitentias dicimus quæ nō secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminis imponuntur.de pæ.di.5.falsas & facit extra de offi. 3 deleg. de causis, cum eius concor. †Videretur, utile. quod canones pænitentiales, quos secundum beatum Augusti. omnes sacerdotes scire debent, & si ignorent, sacerdotum nomen vix habere non merentur. 48.di.quæ ipsis sacerdotibus in unum redigerentur volumen, cuius copia & notitia ex necessitate ab omnibus curatis & aliis confessiones audientib. haberetur & sciretur. Ad hunc finem vt causa debita, pęnas ibi constitutas aggrauare mitigare & commutare valeant, ut.l.di. de his.vero. & c.de his clericis. 34. distin. fraternitatis, 4 †nihilominus tamen innotesceret peccatoribus confitentibus dictas pęnas ut pænitentias fuisse spiritussancti instinctu a sanctis patribus & conciliis constitutas. 16.dis.habeo librū 20.dis.§.ibi plurimi autem tractatorum sicut pleniori gratia spiritus sancti.ita ampliori scientia aliis præcellentes rationi magis adhęsisse probentur. Ex hoc nempe sequitur, quod Hieronymus probat, quod nullus confitētium, cui pæna indiceretur canonis pro crimine determinata dubitarent peccatum suum sceleratius esse commissum, quod videretur, fuisse grauius vindicatum. 24.q.1. non afferamus. Nam & lex ciuilis dicit quod maiora delicta maiorib. pænis, minora vero delicta minoribus pęnis sunt punienda in delicto æquali proximas esse pęnas. in auct. ut fratrum filij. coll. 9.40.d.homo Christianus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nihil habentes si quid acquiriunt an ecclesiæ conferre debent.*
2 *Acquisita per clericos quomodo diuidi debent.*

Rubrica XXXVII.

De acquisitis ab his qui ecclesiasticum obtinent gradum ut ecclesiis conferantur.

1 Item †cum in 51.& pen.capit.præfati concil.Agathen. fuerit constitutum quod episcopi, presbyteri, diaconi,& quicunque clerici qui nihil habentes ordinantur,& tempore episcopatus vel clericatus sui, agros & quæcunque prædia, nomine suo comparant tanquam rerum ecclesiasticarum inuasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, uel successione cognationis euenerit faciant inde quod eorum proposito congruerit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni tanquam reprobi iudicentur. Et cum prædictum concilium positum 12.q.3.placuit, consors concilio Tholo.c.q.quicunque,& ca. causa.& q.4.sacerdotes & conciliis Bracharen. & Maguntinen.ca.q.quicunque. & capit.presbiter. & concil. Agathen. 53.& 54.capit. Martini papæ & canonibus apostolorum. ca. causa. quæst.prima episcopi de rebus. & capitu manifeste. et cap.si manifeste. & iura consimilia non seruentur, nec fiat inuentarium a dictis episcopis in eorum promotione secundum doctrinam papæ Pelagii traditam. 28.distin. de Siracusanæ, uidetur pensandum an expediret iura huiusmodi obseruare 2 & in quinto cap. secundi concilii. †In quarto autem. capit. 9. concilii Toleta. continetur, quod de conquisitis per presbyterum fiat æqualis diuisio inter ecclesiam & eius hæredes, & tamen nihil possunt absque uoluntate de bonis mortui episcopi usurpare, ut in 9. cap. eiusdem concilii, potest in idem eps tertiam ecclesiasticorum rerum partem sibi cum uoluerit conferre sicut in 6. cap. dicti concil. continetur. Prouidendum esset insuper quod dictæ personæ ecclesiasticæ non ditarent, nec exaltarent, nec nobilitarent parentes suos de bonis ecclesiasticis, & quod facta in contrarium ut melius possent corrigerentur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quam suppellectilem habere debeat.*
2 *Episcopus indigentium curam habere debet.*
3 *Eiscopus sine testimonio clericorum clericos non instituat.*
4 *Episcopus relicta principali cathedra ad aliam ecclesiam, suæ diocesis se conferre non potest.*
5 *Episcopi de ciuitate in ciuitatem migrare non debent.*
6 *Episcosti plebes alienas vsurpare non debent.*
7 *Episcopi in quibus diebus ab ecclesia se absentare non possint.*
8 *Episcopus sacrificans semper testem habere debet.*
Pastoris vita discipulis exemplum esset debet.
9 *Episcopi dissolutos in sua societate habere non debent.*
10 *Episcopi impotentes coadiutorem sibi dari petere debent.*
11 *Episcopi ad curias regum sine papæ autoritate ire non debent.*
13 *Episcopi viduis & oppressis suum patrocinium impartiantur.*
14 *Episcopi sollicite populos sibi comißos regere, & res ecclesiæ bene gubernare debent.*
15 *Episcopi res ecclesiæ in suam proprietatem non conuertant.*
16 *Episcopi debent ordinare quod in ecclesiis cathedralibus sint magistri qui gratis doceant.*
17 *Decima pars beneficiorum pauperibus assignari deberet.*
18 *Episcopi & prælati in loco apostolorum sunt.*
19 *Episcopi suos subditos taleis grauare non debent.*
20 *Episcopi manus suas innoxias seruare debent.*
21 *Episcopi non debent aliquem suspendere, excommunicare, vel interdicere, iuris ordine non seruato.*
22 *Excommunicatio dicitur mucro episcopalis.*
23 *Pœna delicto proportionari debet.*
24 *Episcopi & prælati nimium rigidi nec remissi esse debent.*
25 *Venter mero estuans in libidinem spumat.*
26 *Sordes effectate, & exquisitæ delitiæ laudem non pariunt.*
27 *Episcopi sine rochetis incedere non debent.*
28 *Episcopi & prælati redditus subditorum minuere non debent.*
29 *Episcopi pauperibus & infirmis victum largiri debent, quamtum possunt.*
Et quomodo oblationes diuidere debent.
30 *Episcopi in diebus dominicis ab ecclesiis deesse non debent nisi infirmitate impediti.*
31 *Episcopi hospitium longe ab ecclesia habere non debent.*

Rubrica XXXVIII.

De aliquibus episcopos & prælatos contingentibus, quæ principaliter per omnia non obseruantur, & de statu & excessibus eorundem, et ut pauperibus scolaribus in scolis prouideatur. et quod prælati et aliæ personę ecclesiasticę, sicut iura pręcipiunt de iuribus, et rebus ecclesiasticis spiritualib. nihil disponere in iudicio laicorum præsumant, nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticam dimitterent iustitiā exercere. et quod excommunicationis sententia non fulminetur superflue, uictus, et uestitus familiæ eorum prouideat.

1 Item †cum constitutum fuerit in tertio concil. Carthaginen. capit. decimoquarto, decimoquinto,. et sequenti quod eps uilem suppellectilem, et mesam, ac victum pauperem hēat, et dignitatis suę auctoritatē fidei, et uitæ meritis

ritis quærat, & quod hospitiolum non longe ab ecclesia habeat, & quę capitula ponuntur. 41. dist. episcopus, & in 16. c. 2 eiusdem concilij contineatur, †quod episcopus indigentium curam per presbyteros & diacones agat, & in 18. c. eiusdem concilii statuatur, quod episcopes tuitionem testamentorū non suscipiat, & in 19. quod episcopi pro rebus secularibus non litigent. & in 20. c. quod episcopus tantum diuinis vacet quæ capitula pro maiori parte. 88. distin. episcopus 1. & 2. & in 22. & in 5. & 6. 57. 31. 33. & 5. & 6. c. eiusdem concil. continea-3 tur, † quod episcopus sine testimonio clericorum, & plebis clericos non instituat, & quod causas clericis præsentibus audiat, & ut quando prædicat nullus discedat, alioquin excommunicetur, & quod episcopos discedentes sinodus reconciliet, & de loco ignobili ad nobilem per ambitionem nō trāseat, & quod rebus eccle. tanquam commendatis non tanq̃ propriis vtatur, & quod episcopus sedens in aliquo loco stare presbyterum non patiatur, & quod licet in ecclesia in conspectu presbyterorum sit sublimior, intra domum collegam se presbyterorum agnoscat, quæ capitula sunt aliis iuribus & conciliis consona 90. distin. c. 1. & c. dissidentes. 95. dist. olim, & c. episcopus. 1. & 3. & 7. q. 1. placuit, ut nemini facultas sit cum. c. præcede. & seq. 15. q. 7. episcopus, nullus causam audiat cum præced. & seq. & cum supra dicta iura non seruentur, nec etiam consimilia, uideretur super hoc prouiden-4 dum & super consimilibus, †sicut est 5. c. 5. conci. Carthag. in quo statutum est, vt nulli episcopo sit facultas, relicta principali cathedra ad aliquam ecclesiam in dioce. constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oporteat constitutam curam, vel frequentationem propriæ cathedræ neglige-5 re. 7. q. 1. placuit. † In quo etiam concordat Nicenum concilium in quo prohibetur dictis episcopis & reliquis clericis migrare de ciuitate in ciuitatem, & Grego. qui statuit, quod in monasterio deputaretur episcopus qui in ecclesia sua residere contemnit. 7. q. 1. non oportet, & c. peruenit, & sicut est 6 concilium Carthagine. 3. & 22. c. † in quo statutum est, quod plebes alienas non usurpent. 2. q. 1. placuit, 2. & 23. c. eiusdem concilii, ut, s. alienos clericos non auderent retinere, uel etiā ordinare. 71. dist. de aliena. cum præced. & subsequen. & c. 30. eiusdem conci. ut sine licentia metropolitani longe nō pro-7 ficiscantur, & 48. ut facti episcopi solum illam dioce. retineant ad quam fuerunt ordinati, † & sicut est illud concilii Agathen. 7. quæst. 1. si quis in clero, ut. s. diebus solennibus natiuitatis domini, epiphaniæ, paschæ, & pentecostes ipsi episcopi & alii de clero ab ecclesia non se absentent, & qđ dictis diebus extra parochiales ecclesias missæ in oratoriis priuatis cum altari portatili non dicantur, de consec. distinc. 1. si quis 8 etiam extra, †& sicut est illud Anacleti papæ de consec. dist. 1. episcopus, Deo sacrificans testem secum habeat, in solennib. quippe dieb. aut septē, aut qnq;, aut tres diaconos, subdiaconos, & reliquos ministros sacerdotes secū habeat, & illud Luccii papæ eadē di. inhibemus, ꝙ ĩ oĩ loco epm nō deferāt duo p̄sbyteri, & tres diaconi ꝑꝑ eccl'iasticū testimoniū, & si-9 cut est illud Gre. ĩ gñali sinodo. 2. q. 7. †cū pastoris uita in exēpiū dēat esse discipulis, plerūq; clerici qualis in secreto sit vita sui pōtificis, nesciūt, q̃ tñ seculares pueri & seruiētes sciūt, de quare p̄nti decreto ꝯstituimus, ut qdā ex clericis, vel ēt ex monachis electi in ministerio cubiculi pōtificali cōsequanť ut is q loco regiminis est, & tales hēat testes q uerā eius in secreto cōuersationē uideant, & ex sedula uisione exēplū ꝑfectus sumāt, & idē Virgilio epo, ea. q. ꝑuenit, ꝙ epi suos. & dis-10 solutos in sua societate nō retineāt, & illud Paschalis papę, ea. q. 1. c. vlt. ꝙ ipsi epi lectioni & orationi uacarēt, & in hoc 11 Moysem, & Aaron imitenť. 36. di. si qs, & illud qđ illi epi qui ĩpotētes sunt sibi petāt coadiutores dari. 7. q. 1. petisti. & c. qa & 15. q. 6. alius & illud Gelasij papę. 23. q. 8. quo ausu, & sequē-12 ti. ꝙ sine auctoritate papali, vel cōcilii ꝓuincialis ad comitatus regales nō accedāt, nō, n in epos inūganť nisi ut ꝓcuratores aiarū & distributores spūaliū existāt. 11. q. 1. §. ex his oĩb. & 13 ut dicti alios doceant. 86. di. ꝑ tot. †& vt viduis, & orphanis & oppressis eorū p̄sidiū implorātib. suū patrociniū largiantur. 87. di. ꝑ tot. & ut in eis uita & doctrina cōcordēt, & lectioni orōni & prædicationi vacent. 43. dis. §. 1. 89. di. fratrem. & 88. 14 dist. eps nullam. †& ut vigilanter & sollicite populos sibi creditos regāt. ea. dist. rōnis. 7. q. 1. suggestum, & duobus. c. seq. & vt res ecclesiasticas habeant, regant, non ad dissipādum, sed ad dispensandum. 12. q. 1. eps, & c. expedit. & c. res ecclesiasticæ cum duobus seq. & de eis hospitales existant. 49. dist. §. hospitalium, de ipsis reb. ecclesię primum sibi, postea ministris, & demum aliis fidelibus prouideant. 12. q. 1. nulli episcopo-15 rum, † ꝙ eas in suam aut suorum proprietatem non conuertant. 12. q. 1. episcopus, & c. res ecclesiasticæ, & in 7. c. concilii Agathen. ꝙ de ipsis rebus ecclesiasticis, & earum dispensatione rōnem audiant. 19. q. 3. c. 1. et ꝙ eas non alienent. de his quæ fi. a pręla. sine cōsensu capituli. c. nouit. qđ ecclesię deteriorem conditionem non faciant. extra de integ. resti. c. 1. ꝙ prouideant de personis per quas eorum subditis prædicetur, 16 extra de offi. ordi. c. inter re. & c. quoniam. †Quod ordinēt vt in ecclesiis eorum cathedralibus & baptismalibus sint magistri, qui gratis scholares pauperes doceant, & pro docendi licentia nihil exigant sicut prouide fuit constitutū in cōcilio Lateranen. extra de magistris. c. i. & per Innoc. 3. in concilio generali. eo. ti. quia nonnulli. quæ quidem statuta esset perq̃ 17 vtile obseruari, †& ēt in hoc videretur vtile ampliari vt decima pars omnium beneficiorum ecclesiasticorū, seculariū, & regularium, assignaretur pauperibus scholarib. in singulis facultatibus studentibus in studio generali per quos Dei posset illuminari ecclesia, qui in ea, prout Dan. 12. legitur. & eo. ti. super specula.) velut splendor fulgerent firmamenti. ex q-bus posset postmodum copia doctorum qui velut stellę in ꝑpetuam æternitatem mansuri ad iustitiam plurimos erudirent, & possent de eruditis & nutritis ordinari, qui in ciuitatibus, diocesibus, & monasteriis de quorū bonis, & beneficiis nutriti & instructi fuissent, domino famularentur, iuxta illa capitula, sexagesimaprima distinctione nullus, & capitu. enutritis. 70. dist. clericos, & prout plenius dictum est supra in 15. rub. huius secunde partis.

De excessibus prælatorum.

18 Sane †cum dicti episcopi, & prælati sint in loco apostolorum, vt 72. dist. quorum vices. & 21. dist. in nouo. repræhenduntur a Hieronymo non solum si sermones eorū non imitantur, sed etiam conuersationem & abstinentiam. 35. dist. ecclesię. vnde deberent curare, quod in eis non essent illi defectus de quibus dictum est supra in 32. rub. huius secū-19 dæ partis. †Et ꝙ præcauerent sibi ne eorum subditos taliis & aggrauationib. aggrauarent, & ne per parochias, & ecclesias suas crudeliter deseuirent, & ne rectores in procurationibus grauarent, ne victū longi temporis, breuis hora consumat, sicut hř ex concilio Lateranen. extra de censi. cum apostolus. 10. q. 3. quia cognouimus cum quatuor. c. seq. 18. distin. qm̃ q-dem de censi. ea quæ. de priuileg. cum ad quorundam. de im-20 mu. eccle. quia plerisque. †manus namque suas deberent seruare innoxias, nullumque lucrū cōtingere. in auc. de mand. prin. §. 1. colla. 3. de colla. §. quoque colla. 9. C. de superin. l. 1. 21 lib. 10. ff. de dam. infe. ex damni. †Cauere etiam sibi deberent ne excommunicationis, suspensionis, & interdicti sentētias iniuste & iuris ordine non seruato, & sine causa legitima, vel ex odii formite proferant. de exces. prælat. c. 1. de appel. repræhensibilis. de accus. qualiter. 3. §. 1. ad fi. 2. q. 1. nemo. 11. q. 3. §. si ergo & §. cum ergo. & c. nemo quorum & seq. Vbi inter cætera continetur ꝙ ex leui causa non deberent hmōi sententias fulminare, nec etiam ex iniusta, cum hoc parum referat vtrum iusta causa sit vel iniusta. ff. de auc. tut nulla dña, quæ tamen male seruantur in ecclesia Dei, cum pro sex denariis 22 in multis partibus dictæ sententię proferantur. †In super ꝓuideri deberet cum dicta sententia sit mucro episcopalis qui sæpius hebetatur vel frangitur, cum de eo passim, & indistincte percutitur. 16. q. 2. visis. & sit talis pęna dicta excommunicatio, qua nulla maior est in ecclesia, sicut ait Augu. 24. q. 3. 23 corripiantur. †Vnde cum pęna debeat proportionari delicto 24. q. 3. non afferamus. in fin. nec sit excommunicandus quis nisi pro mortali peccato, cum anathema sit ęternæ mortis damnatio, nec sit infligenda nisi illis qui aliter corrigi nō possunt sicut hř in concilio Meldē. & in d. c. nemo episcoporū. nullus sacerdotum quemquam hominem rectæ fidei ꝓ paruis & leuibus causis excommunicare habeat, sicut dicitur in concilio Agathen. c. 3. & in concilio Aluernen. 11. q. 3. episcopi & c. nullus sacerdotum, quod minime obseruatur in Romana ecclesia, in qua & a cuius delegatis contra prælatos, & alios pro minimo sententiæ fulminantur, cōtra decretalem illam Alexandri 4. de offi. deleg. quia pontificali. & hoc non iniuste Dei iudicio, vt in quo ipsi prælati & eorum curiæ delinquunt, & ꝑ hoc etiā puniantur. 13. q. 1. §. his i. qō 1. §. ex his vt qui stulti sunt in culpa sapientes efficiantur in pęna secū-24 dum Grego. in moral. 38. dist. qui ea. †Item debēt sibi cauere dicti prælati ne nimium rigidi vel nimium remissi existant. 40. distin. disciplina. nec sine compassione puniant. 46. dist. habet hoc, & ne propter prædicationem superbiant, vt ibidem, nec indignos promoueant. 23. dist. tales. 49. dist. per totū. lix. dist. 61. di. per totum. item ne exquirant nimis delicata ciba-25 ria. 12. qō. 2. Gloria episcopi. 35. dist. ecclesiæ. †nam venter cui coquorum multitudo deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit, & uenter mero æstuans, cito despumat in libidinem, sicut Hierony. ait. 35. dist. venter. 44. disti. §. 1. vnde uideretur quod circa superfluitatem cibariorum, & etiam circa superfluitatem ornamentorum, & vestium, ac familiarum, prouideri haberet, ita vt nec sordidis, nec nimiis, ac fulgidis vesti-26 bus se ornarent, †vt. n. ait Hieronymus, nec affectate sordes, nec exquisitæ deliciæ laudem pariunt, quod tam de vestimētis

tis quam de cibis intelligendum est, sicut plene probatur. 41. dist. § 1. cum c. seq. & 21. q. 4. per totum, nam qui mollibus ve stiuntur, in domibus regum sunt, ut ea. q. c. 1. †vnde dicti epi-
27 scopi & prælati non deberent incedere sine rochetis, nec ip- si & presbyteri sine vestibus eorum ordinibus congruentib.
28 ea. q. nullus cum tribus. ca. seq. †Item debent sibi cauere di- cti prælati, ne redditus diminuant subditorum, nec decuttēt priuilegia eorundem, de priuileg. c. 1. & c. ad hęc, ne sedę ua- can. c. 1. de excess. prælat. dilecti. & c. sane. Ad hanc rubricam de episcopis faciunt, & adduci possunt illa quę posita sunt su pra in 1. rubri. & in 2. & in 3. & in 4. primę partis, & in multis rubricis huius secundæ part. scilicet in 1. 2. 3. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 22. 23. 24. 26. 28. 29. 30. 33. 35. & 37. Quæ possunt ad ea quæ tangunt prælatos, & episcopos, & quę in eis correctio
29 ne, & reformatione indigent, adaptari. †Ad prædictorum etiam episcoporum officium pertinet, vt pauperibus & infir mis qui debilitate faciente, non possunt suis manibus labora re, victum, & vestitum inquantum possibilitas habuerit, lar- giantur. sicut habetur in 12. c. concilij Arelian. & quod de his quæ oblatione fidelium in altari conferuntur, medietatem sibi vendicent, & medietatem clero dispensent. Et quod de his quę parochijs & aliis offeruntur seruent antiquos ca- nones, & quod in eorum remaneant potestatem sicut in 10.
30 & 11. c. dicti concilii Aurelianen. continetur. †Et quod die- bus dominicis nisi infirmitate impediti, ecclesiis quibus pro ximi fuerint, deesse non debeant in vlti. c. dicti concilii con- tinetur. & de consecr. dist. 3. episcopus si infirmitate. Et cum prædictis concordant etiam alia concilia & iura. 10. q. 1. & 1. q. 2. & 3. & 12. q. 1. & in multis. c. quæ hodie non seruantur. si- cut est 4. c. 18. c. & 7. conci. Toletan. positis. 10. quæstio. 3. inter cætera, ubi excommunicationes episcopis Gallię, de quibus specialiter conquerebtur subditi, propter rapacitatem eo- rum prohibentur. Contra omnes autem se ingurgitantes in uehitur disputatio septimi concilii Toletani, in concilio au tem Aurelian. statuitur quod episcopus si infirmitate nō fue rit impeditus ecclesiæ cui proximus fuerit de dominico dees se non debet, & ponitur. d. c. de consecr. distin. 3. episcopus.
31 †Secundum etiam quartum concilium Carthagine. episco- pus vilem suppellectilem & mensam & victum pauperem, & hospitiolum non longe ab ecclesia habere debet, & digni tatis suę, auctoritatem fidei & vitę meritis quærere. 41. dstin. episcopus, verum cum in regno Sicilię, & in multis aliis mū di partibus sint episcopi adeo pauperes quod vix unū equū, & unum seruitorem secum tenere possint, & ex hoc uilescat apud vulgus conditio eorundem, videretur super hoc proui dendum, cum etiam in multis diœcesibus sint aliquę eccle- siæ, & aliqui prioratus temporalium iurisdictionem haben- tes quam per seipsos regere et defensare nō possunt, et sic in ecclesiasticum prĕiudicium deperit, et ad potestatem deue- nit laicorum ecclesiæ oppido infestorum, uidetur super hoc prouidendum quod prelati, et alię personę sicut iura prĕci- piunt, de iuribus et rebus ecclesiasticis spiritualibus nihil de ponere, in prĕiudicio laicorum, nec propter eorum prohibi tionem ecclesiasticam dimitterent iustitiam exercere secū dum sinodum Eug. Papę. de iud. decernimus.

S V M M A R I V M.

1 *Oblationes fratrum opprimentium in sacrario non reponantur.*
Oblationes opprimentium pauperes sacrilegiorum & depredatorum non recipiantur in sacrario.
2 *Oblatio de quibus alijs non sit facienda.*

Rubrica XXXIX.

De oblationibus discordantium et opprimentium paupe res, et aliquorum aliorum non recipiendis in ecclesia.

1 Item †cum in 93. et 94. c. dicti concilii Carthagin. posi- tis. 90. dist. contineatur, quod oblationes deceden- tium fratrum neque in sacrario, neque in gazophilacio reci piantur, et quod consimiliter dona eorum qui pauperes op- primunt a sacerdotibus refutentur, et idem statuat Nicolaus Papa de respuendis oblationibus sacrilegiorum et inuasori bus, et deprędatoribus rerum ecclesiasticarum. 12. quęstio. 2. de uiro. Et idem scribat Augu. in 1. episto. ad Bonifacium. c. 1. de illo qui per uiolentiam extraxit de ecclesia seruum suū
2 qui confugerat ad eandem. 17. quæstio. 4. minori. †Et idē scri bat dictus Augusti. ad Macedonium de officialibus, qui con tra ius societatis humanę furtis, rapinis, calumniis, inuasioni bus, et oppresionibus aliqua abstulerint, quæ Zachei publi- cani exemplo reddenda sunt potius quam donanda. 14. q. 5. non sane, in fin. et idem dicatur per prędic. Augus t. de obla- tionibus non faciendis ex fęnore vel vsuris, nec ex quolibet male acquisito, vt de alea, ludo, de histrionatu, de simonia, de meretricio, raptu, et consimilibus, ut 14. quęstio. 5. capitu- lo primo cum sequent. et prima quæstio prima, non putan- da, extra de rap. super eo. de usur. quia in omuibus, de conse. distin. 4. eos, et dicta iura et alia in glosis in dictis locis positis

signata non seruentur, & hoc auaritiæ, & turpi lucro ascribi tur, & exinde honestas ecclesiæ deformetur, videretur esse su per hoc prouidendum verisimile, potissime cum a religiosis de ordine paupertatis frequenter vsurariorum funera præ cæte ris honorentur.

S V M M A R I V M.

1 *Defensores ecclesiarum a principibus postulandi sunt.*
2 *Imperatores & reges a Deo constituti sunt, vt ecclesiam defendant.*
3 *Aduocati pro causis ecclesiarum a principibus postulari dicunt.*

Rubrica XL.

De defensoribus ecclesiarum a principibus postulandis.

1 Item †cum in 10. c. 4. concilii Carthaginen. fuerit consti tutum, vt ab imperatoribus postuletur defensores ecclesijs per quos ecclesia defensetur. cum prouisione episco porum aduersus potentias diuitum, a quibus quidem diuiti- bus ipsa ecclesia & pauperes, quorum defensio ad ecclesiam pertinet affliguntur. & istud sit satis consonum aliis iuribus, vt 10. di. si in adiutorium, cum beatus apostolus, vt ibidē ha- betur, & Act. 22. aduersus iniuriosos auxilium imperiale in-
2 uocauerit. †Et imperatores, reges, & principes a Deo fuerint constituti, vt ipsam ecclesiam, eiusque ministros debeant de- fensare. 23. q. 5. principes, & c. regum. & c. administratores. & q. 4. cnimium sunt inquieti vsque in finem quæstionis, & di- cti defensores essent modernis temporibus ecclesiis & perso nis ecclesiasticis per quā necessarii, quia indebite ab eis & ab aliis pluribus affliguntur, videretur prouidendum si essent vti- le hmōi defensores ab vniuersis principibus per ecclesias po- stulari. Cum personæ ecclesiasticæ ex quadam necessitate ha
3 beant hodie plus cæteris in curiis principum litigare. †Idem etiam fuit statutum in 16. c. conci. Mileuitani. vt. s. pro causis ecclesiarum & aduocati a principe postulentur.

S V M M A R I V M.

1 *Causæ ecclesiasticæ a quibus iudicari debeant.*

Rubrica XLI.

De consecratione & consegratione concilii generalis.

1 Item †cum in 8. c. cōcilij Mileuitani sub imperatoribus Archadio & Honorio celebrati, fuerit constitutum q causæ ecclesiasticæ quæ communes non sunt toti ecclesiæ Affricanæ in suis prouinciis iudicentur, & q illi qui commu- nes sunt generalis synodos conuocentur. Videtur vtile q p dictum concilium per Romanam ecclesiam seruaretur quo docunque iura condenda sunt. cum dicta iura pro tangenti- bus communem vtilitatem sint edenda 4. di. § 1. & c. factæ & c. erit. Et quod idem seruaretur quandocunque aliquid es- set ordinandum de tangētibus cōem statum ecclesiæ, vel ius nouum condendum. Cum illud quod omnes tangit ab om- nibus approbari debeat 65. di. c. 1. 2. 3. 66. dist. c. 1. Sane in secū do concil. Arelaten. c. 18. continetur q ad Arelatensis episco pi arbitrium synodus est congreganda. Ad quam vrbem et omnibus mundi partib. sub sancti Martini tempore legimus concilium celebratum fuisse. Veruntamen 17. di. § 1. cum c. seq. Marcellus, Iulius, Damasus, Gregorius, Pelagius, & Syma chus papæ scribunt hoc ad Romanam ecclesiam pertinere.

S V M M A R I V M.

1 *Præsides reipublicæ sine episcoporum licentia communicare non debent.*

Rubrica XLII.

De præsidibus reipublicæ, vt sine licentia episcoporum nō communicent.

1 Item †cum in 7. concilii. Arelaten. fuerit constitutum de præsidibus, qui fideles ad prælidatum prosiliunt, vt cum promoti fuerint literas accipiant ecclesiasticas com municatorias, ita tamen in quibuscunque locis gesserint ab episcopis eiusdem loci, cura de illis agatur, vt cum cœperint cum disciplina publica agere. †contra ecclesiam, tunc demū a cōione excludantur. Et q similiter fiat de his qui rempubli cam agere volunt, videretur pēsandum propter molestiam, quam officiales reipubli. ingerunt hodie ecclesiæ, si dictum concilium posset vel expediret reuocari. in 6. vero. capitulo conci. Eliberta. statuitur quod illo anno, quo magistratus ge- runt non communicent.

S V M M A R I V M.

1 *Exequiæ episcoporum a quibus cælebrandæ sint.*
2 *Episcopo decedente de eius bonis inuentarium fieri debet.*
3 *Episcopus sacerdotem sepeliens quod recipere debeat.*

Rubrica XLIII.

De exequiis episcoporum & prælatorum a conuicino prælato peragendis, & cura eius ecclesiæ suscipienda.

1 Item †cum in 4. & 5. c. concilii Regien. fuerit constitutum, q cū ecclesia episcopo caruerit, qd immediate vi- cinæ ecclesiæ episcopus ad exequias pro eo cælebrandas ac- cedat, quod statum prædictæ ecclesiæ vacantis districtissime gerat, ne ante ordinationem alterius propter discordiam eli gentium aliqua nouitas vel subuersio eueniat. Et q per dictum episcopum inspectio, & descriptio omnium rerum episcopa lium

lium fiat, cęter. vero episcopi sine metropolitani licentia non accedant vacationis tempore nec etiā alij, ne se electio- ni de se cęlebrandæ ingerere videantur, considerandum est, an expedit statuta huiusmodi renouari, cum honestatem ec
2 clesiarum, & vtilitatem concernere videantur. †In 12. etiam c. concili Terraconen. statutum est, quod ubicunque episco pus intestatus decedat de omnibus vtensilibus & suppellecti libus, & alijs a presbyteris, & diaconibus inuentarium fiat, & si quid de eis subrepserint quod furti teneantur, & concor dat de electio. quia sepæ. de offic. ord. præsenti. lib. 6. & in ulti ma c. concilii Hilerden. & in 2. 3. & 4. cap. concilij Valentini,
3 & in 3. & 7. c. concilij. Toletan. † in 9. autem. c. 9. concilii To- letan. habetur, quod si episcopus sacerdotem tumulauerit, cum etiam locuplex fuerit quod non recipiat vltra unam li bram auri, etiam si non sit locuplex quod non recipiat ultra dimidiam, nisi aliqua ornamenta offerantur eidem.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesiæ ministri qui habent officium baptizandi sine chrismate progredi non debent.*

Rubrica XLIIII.

De ministris ne sine chrismate proficiscantur.

1 Item † cum in 1. c. concilii Aurasici fuerit constitu- tum, quod nullus ministrorum, qui ba ptizandi sumit officium, sine chrismate unquam debeat pro gredi, quia baptizandi habent chrismari. Considerādum est, an expediat dictum concilium obseruari propter periculum quod imminere potest baptizandis in parochiis diffusis, & in montanis, in quibus gentes habitant longe ab ecclesiis, & in regionibus, in quibus iudæi, pagani una cum catholicis con uersantur. Ne secundum Gregor. dum adhuc præbendum misterum, redemptionis tempus quæritur interueniente paululum mora inueniri non valeat, qui redimatur. quinta, dist. baptizari.

S V M M A R I V M.

1 *Confugientes ad ecclesiam defendi debent.*
2 *Ecclesia non solum reos sanguinis, sed etiam alios defendit.*
3 *Confugientes ad ecclesiam pro debitis ab ea tuentur.*
4 *Homicidia prope ecclesiam committentes ab ea defendi non dicunt.*
5 *Homicidij crimen enormæ est.*
Occidens proximum per insidias ab altari euelli debet.
6 *Latro publicus & agrorum depopulator ab ecclesia extrahi debet.*
7 *Clerici ad ecclesiam ob crimen propter quod degradandi sunt confugientes, eius immunitate gaudere non debent.*
Et infra numero 9.
8 *Immunitate ecclesiæ non gaudent falsarij literarum apostolicarum, hær ici, & assassini.*

Rubrica XLV.

De immunitate ecclesiarum subtrahenda his qui ad eas confugiunt si homicidæ voluntarii fuerint, vel pro debitis fugerint, vel in tali casu in quo degradati tradi curiæ secula- ri deberent, & quod personæ ecclesiasticæ per iudicum indu striā, & insidias homicidium committentes degradentur.

1 Item †cum in 5. & 6. capitulis concilii Aurasi, contineatur eos qui ad ecclesiam fugerunt trahi non debe re, sed ob loci sancti reuerentiam defendi, & ex hoc & aliis conciliis & capitulis consimilibus positis. 17. q. 4. miror, & c. reum cum subsequentibus, & extra de immun. eccle. quasi p
2 totum, †ecclesia deffendat non solum reos sanguinis de qui bus defendendis loquitur Gregor. 23. q. 4. reos & d. c. reum, & pro maiori parte iura de hoc agentia, verumetiam alios. Et prouisio Gelasii papæ, ut serui ad ecclesiam fugientes ad de- fraudandum dominos suos post præstitam securitatem a do mino de impunitate eorundem de ecclesia extrahantur in uiti. Et quod idem fiat de fugitiuis a quibus rationes petun- tur, 17. q. 4. §. verum. & c. metuentes, & c. vxor felicis, hodie communiter non seruetur, nec lex illa. C. de his qui ad eccle siam confugiunt. l. præsenti. §. si seruus, & de immunitate ec-
3 clesiarum, inter alia. § ultimo. † Quinimmo ecclesia defen- dat passim quoscunque ad ipsam pro debitis fugientes nec infra ecclesiam tales intra fines immunitatis reprĕsententur iudicibus, nec ecclesia reddat bona talium, quæ aliquando habet, sicut tenetur facere secundum dictam legem præsen- ti, et §. & sequentibus, et propter præmissa aliquando domi- ni temporales excedentes limites suos infringūt dictam im- munitatem ecclesiasticam, quo ad illos qui fuerunt per ec-
4 clesiam defendendi, uideretur super hoc prouidendum. †Et insuper de homicidis perpetrantibus homicidia prope cimi teria, vel ecclesias, uel longe ab ipsis, et ad ipsam ecclesiam confugientibus, quod nullo modo per ecclesiam defendan- tur, quamquam prætendant quod non intendebant per ec- clesiam liberari, et quod erant alias commissuri, esto quod
5 in ecclesia non confugissent. †Nam cū dictū crimen homi- cidii sit enorme, nec possit esse enormis ꝯsiderata p̄ciositate animæ q̄ ex morte subito illata corpori, nisi gr̄a diuina pro-

spexerit, morte perire potest. extra de homi. pro humani. 24. q. 3. si habes prope fi. videretur. n. quod expediret omne ho- micidium cum deliberatione perpetratum cum enormibus criminibus computari, cum scriptum sit in Exo. 21. c. si quis per industriam occidit proximum suum, & per insidias, ab
6 altari meo euelles eum, vt moriatur. extra de homi. c. 1. †De- niq; quemadmodum depopulator agrorum notorius, & pu- blicus latro de ecclesia extrahitur impune, vt in decre. inter alia. & 17. q. 4. sicut antiquitus, quamquam longe ab ecclesia delinquant propter enormitatem criminis, ita videtur etiā de omni homicida voluntario clerico & laico, qui per indu striam, & per insidias occidit proximum suum declarādum, in quo ad hoc amplexaret lex, quæ dictos homicidas ab im- munitate ecclesiastica excipit, in auth. de mand. princi. §. sed
7 neque colla. 4. †videretur insuper q idem esset statuendum scilicet, vt non gauderet immunitate ecclesiastica aliqua p- sona ecclesiastica confugiens ad ecclesiam propter q est de- gradanda, sicut est in clerico insidias episcopo suo parante, & contumelias inferente. 11. quæstio 1. si quis sacerdotum. in in- corrigibili qui venit ad profundum malorum. de iud. cū nō ab homine. 17. distin. nec licuit. 11. q. 1. perimus. 26. q. 5. de ligu
8 ribus. †in falsariis litterarum apostolicæ sedis. de fal. ad falsa- riorum. in crimine hæresis excommunicamus. & c. ad abolē dam. in assassinis, & in his qui per dictos assassinos aliquē chri stianum interfici fecerunt, vel mandauerunt, aut eos recepta uerunt, vel defenderunt seu occultauerunt, vt in d. decre. p
9 humani. de homi. lib. 6. †Et in episcopo presbytero & diaco- no qui iurm fidelitatis quo regi suo tenetur, violans, in mor- tem eius machinatur, & eius regnum dolose pertractat. 22. q. 5. si quis laicus. quod alias signatur pro palea, post. cap. de for- ma. uideretur etiam quod omnes personæ ecclesiasticæ ho- micidium industriose, & per insidias committentes haberēt propter enormitatem illati criminis, degradari, nam in 6. c. concilii Elibertani in Hispania celebrati continetur, quod si quis nedum Clericus verum laicus aliquo maleficiat alterū, in fine non recipiat communionem pro eo quod tale scelus sine idolatria perfici non potuit.

S V M M A R I V M.

1 *Natura vitiorum est imitatrix.*
2 *Pauci sine carnis vitio reperiuntur.*
Continentiæ via artissima.
3 *Mala præterita pensanda sunt, vt futura caueantur.*
4 *Prouidendum an sit quod in ecclesia occidentali seruaretur consuetudo ori- entalis ecclesiæ quantum ad ordinandos quo ad continentia votum.*

Rubrica XLVI.

De incontinentia clericorum, & an expediret quod in oc cidentali ecclesia seruaretur quod seruatur in orientali quæ votum castitatis in altaris ministris non suscepit. Potissime cum tempore apostolorum dicta consuetudo orientalis ec- clesiæ seruaretur.

Item cum in 22. & 24. c. supradicti concilii Aurasici. & in concilio Neocesarien. Hylerden. Martini papæ & pœnæ in omnib. ꝯciliis, & plerisq; Romanis pontificibus sup cohibēda & puniēda clericorū inꝯtinētia, & eorū hone state seruanda multa hactenus emanauerunt constituta 28. 31. 32. & 1. dist. 15. q. 8. extra de ui. & hone. cle. & in multis aliis locis, & capitulis & nullatenus, ipsorum roformari qui uerit correctio morum, vsque adeo sententiam iudicantiam pro- traxerunt commissa culparum, vt non tantum inferetur vl- tio in actores scelerū, verum ēt in progeniem damnatorum, sicut dicitur in 9. concilio Toletan. 15. quæst. 8. cum multæ & in fienda carnis subtilitate subito corruatur, sicut dr̄ in ꝯ-
1 cilio Hilerden. l. distin. hi qui 15. q. vltima. c. 2. †& sicut dicit in 7. concilio. Toletan. procliuus sit cursus ad voluntatem, & natura imitatrix sit vitiorum. 22. q. 3. procluiuus. Et sicut in eodem concilio Toletano dicitur omnis ætas ab adolescen- tia in malum prona sit. 12. quęst 1. omnis ętas. & caro stimulus sit peccati secundū Augusti. remisso peccato primi hominis, & mors, & aliæ penalitates pro originali peccato ad agonem & exercitium in eo, & in nobis infixe remanserunt. de pęni.
2 distin. 1. sicut primi homines. & c. præcedenti, † paucique sine carnis delicto reperiantur, sicut ait Grego. l. dist. quia sancti- tas tua ad finem pro eo quia sicut dicitur in concilio Toleta. arctissima via est continentię. 28. dist. de his. 23. q. 5. fere p to- tum. & pauci reperientur qui in igne positi non ardeant. 33. q. 4. vir cum propria ad finem, & sicut in tripartita hist oria continetur quod Paphnutius confessor licet nuptiarum in- expertus grauem esse causam exposuerit, quæ occasio forni-
3 cationis existeret. 31. dist. Nicena. †Et sicut præterita mala pē sanda sunt, vt futura caute caueātur. 31. dist. ante triennium, circa medium, & futuris sic periculis proinde occurendum, & ecclesiastico statui prouidendum ne recidiua, quod absit, mala præualeant. 23. dist. c. 1. prope prin. & 28. dist. de Siracusa næ. sitq; prædictus ignis concupiscentiæ exardescens. Eccles.

9. cap.

4 9.c.vſque ad perditionem deuorans.Prouerb.vi.†Videretur penſandum an expediret, & poſſet prouideri quod in eccleſia occidentali quantum ad votum continentiæ orientali quantum ad promouendos, ſecundum dictum capitulum Nicena, trigeſimaprima diſtinctio. cum capitulo ſequenti. Potiſſime cum tempore apoſtolorum conſuetudo eccleſiæ orientalis ſeruaretur ſicut ſupra in 1.rub.huius ſecundæ partis eſt prolatum.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes defunctorum retinentes & eccleſiis tradere differentes quomodo puniuntur.*
Et infra numero ſequent.
3 *Offerre debet aliquid Chriſtianus ad miſſarum ſolennia.*

Rubrica XLVII.

De oblationibus defunctorum non retinendis & de his quæ impediunt ne oblationes fiant in eccleſia puniendis, & vt dictæ oblationes in miſſarum ſolennijs fiant iuxta canonicas ſanctiones.

1 Item †cum in 3.concilij Varē.fuerit conſtitutum, quod qui oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ſunt ab eccleſia reſpuendi, quia vſque ad examinationem fidei peruenire certum eſt hanc diuinæ pietatis exacerbationem pro eo, quia & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine & pauperes cōſolatu alimoniæ,& neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Vnde tales quaſi egentium necatores,& quaſi non credentes iudicium Dei habendi ſunt,& prædictum concilium poſitum. eſt 13.q.2. qui oblationes.2. & concilium Carthaginenſi. & Agathen.cap.quæ oblationes cum in pleriſque mundi partibus non ſeruentur,& oblationes pro viuis & defunctis a nōnullis dominis temporalibus ſolui prohibeantur eccleſiis, nec in hoc conſtituta proſint remedia per Gregorium 9.extra de deci. diſcretioni. lib.6.& de immun. eccleſ.eos qui, & in multis aliis iuribus. 10.q.1.quia ſacerdotes, & cap.ſanctorum, & c.hanc conſuetudinem.16.q.1.doctos.videretur cōſiderandum an expediret dicta concilia reuocari, vel de alio 2 competenti remedio prouideri.†De hoc autem ſtatutū fuit in 4.c.concilii Agathen.poſito.in d.13.q.2.clerici vel ſeculares qui oblationes parentum,aut donatas,aut teſtamento relictas retinere perſtiterint,aut id quod ipſi donauerint eccleſiis vel monaſteriis crediderint auferendum, ſicut ſinodus ſancta conſtituit, velut necatores pauperum,quouſque reddant,ab eccleſiis excludantur, videretur etiam populo eſſe 3 expediendum.c.Grego.de conſec.diſt.1.omnis,cum ſim.†in quo continetur,quod omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliquid Deo offerre,& reducere ad memoriā, quæ dominus per Moyſem ait, non apparebis in conſpectu meo vacuus, & in collectis ſanctorum patrum liquide appa ret,quod Chriſtiani omnes offerre aliquid Deo ex iuſſu ſanctorum patrum deberent. Ad ipſum.n.prius eſt confugiendum,qui noſtræ poſſit curare animæ paſſiones,verum homines præpoſtero ordine ante opē ſibi ab hominib.accerſiunt, ubi autem humana ſubſidia defecerint tunc opinantur diui ni poſtulandam fauoris gratiam eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Catholici non creduntur qui ter in anno non communicantur.*

Rubrica XLVIII.

De communione corporis Chriſti ter a laicis aſſumenda in anno.

1 Item †cum in prædicto concilio Agathenſ. capitulo 18. poſito, de conſecrat. diſtinctio. ſecunda ſeculares fuerit conſtitutum quod ſeculares qui in natali Domini, Paſca,& Penteçoſte non communicauerint,catholici non credantur, nec inter catholicos habeātur,& Fabianus papa.ea. diſtinctio.& ſi non frequentius, ſcribat ter eſſe ſaltem a laicis communicandum in anno, & Auguſtin.hortetur ſingulis diebus dominicis ſi mens in affectu peccandi non ſit non communicandum. ead. diſtinctio. quotidie penſare videretur an prædicta ſeruari mandarentur.in 12. etiam c.1.concil.Toleta.continetur quod hi qui eccleſiam intrant,& non communicant,excommunicentur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici eccleſiæ ſeruientes meritum a ſacerdotibus conſequi dicunt.*

Rubrica XLIX.

De ſtipendiis clericorum iuxta eorum meritum cuſtodiendis.

1 Item †cum in concilio Agathen.33.capitulo fuerit conſtitutum quod clerici omnes qui eccleſiæ fideliter vigilanterque deſeruiunt,ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitii ſui meritum & ordinationem a ſacerdotibus conſequantur. Et hoc ius ſit conforme aliis conciliis & iuribus,duodecima quæſtio. 2.eccleſiaſticis.cum cap. præceden.59.diſt.per totum.1.q.1.fertur,& hoc in Dei eccleſia nō ſeruetur, ſicut ſupra probatum eſt in rub.18.huius partis de neophitis indignis inſufficientib.non promouendis,uideretur ſuper hoc prouidēdum, vt doctores literati, ſufficientes & idonei cæteris illiteratis iuuenibus & inſufficientibus præferretur affectione contraria non ob.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa integra in dominicis diebus audiri debet.*
2 *Beneficium eccleſiaſticum propter officium confertur.*

Rubrica L.

Vt ante miſſam expletam egredi clerus & populus de eccleſia non præſumat,quod nulla præbenda eſſet libera, nec tantum reciperent qui non interſunt officio quantum illi qui interſunt,& quod ex cauſa ſtudii vel alia iuſta abſentes,reciperent tertiam vel quartam partem huius quod recipiunt præſentes.

1 Item †cum in 17.c.dicti concilii Agathen.fuerit conſtitutum, & præceptum ſecularibus, vt in diebus dominicis miſſas per ordinē,& ex intregro audiant,ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi non præſumant, & ſi contrarium fecerint ꝙ ab epiſcopo publice confundantur.quod c.ponitur de conſe.di.1.miſſas.Et in canonibus apoſtolorum fuerit conſtitutum,ꝙ omnes fideles,qui conueniunt in ſolēnitatib.ſacris ad eccleſiam,& ſcripturas apoſtolorum,& euāgelium audiant.qui autem non perſeuerant vſque dum miſſa peragatur,nec ſanctam communionem percipiunt velut inquietudines eccleſiæ. commouentes conuenit cōmunione priuari.& in concil.4.Carthagin.conſtitutum fuerit,quod ſacerdote verbum Dei in eccleſia faciente,qui egreſſus de auditorio fuerit,excommunicetur,& ex concilio Aurelian.22. c.habeatur ꝙ populus non ante diſcedat quam miſſa ex integro celebretur, & cum ad miſſas celebrādas in Dei nomine conuenerit populus,non ante diſcedat,quam miſſæ ſolennitas compleatur.Et ſi ibi ep̄s non fuerit, benedictionem ſuſcipiat a ſacerdote.& ex 4.cōcilio Cartaginenſ. habeatur in 88. c.quod in die ſolenni prætermiſſo eccleſiæ conuentu euntes ad ſpecula excommunicentur,quæ capitula ponuntur de cōſe.di.1.omnes fideles. cum cap.ſeq.& ſupra dicta iura & conſimilia non ſeruentur a laicis, nec etiam in pleriſque eccleſijs,& locis a clericis,& eccleſiaſticis perſonis,quæ dum miſſarum ſolennia peraguntur in eccleſia, euagātur,& extra cōfabulādo cum mulieribus,& cum viris, vel abſque cauſa ad domos proprias redeundo,videretur ſuper hoc prouidendū, cum ex talibus frequenter ſubſequātur pericula animarum, & deferueſcat deuotio, & officium eccleſiæ contemnatur,& interdum quaſi ſoli etiam in cathedralibus eccleſijs in altari remaneant epiſcopi & alij celebrantes, vr̄ ſufficere prouiſio domini Bonifacij poſita de cle. non reſi.conſuetudinem.lib. 6.cum diſtributiones dicti clerici & canonici aſſequantur ſecundum multarum eccleſiarum conſuetudinem q̄q̄ non interſint diuinis officiis, dum tamen fores eccleſiæ intrent,qđ 2 eſt contrarium iuri & etiam rationi,†cum beneficium eccleſiaſticum nō propter ingreſſum eccleſiæ, ſed propter officiū conferatur, vt eo.lib.de reſcrip.quia per ambitioſam,vnde in 24.c. Aurelian.concilii cautum eſt quod tales clerici,qui officio adeſſe contemnunt, epiſcopi arbitrio recipiant eccleſiaſticam diſciplinam, quod c.ponitur.91.di.clerici, & idem ſtatuit Pelagi.papa, ead.diſtin.Eleuterius.in 21.autem.c.cōcilii Elibertani continetur, ꝙ ſi quis in ciuitate poſitus tres dominicas ad eccleſiam non acceſſerit, ꝙ pauco tempore non cenſeatur,nec correctus eſſe, conſimile habetur in canonib. apoſtolorum.videretur eſſe ordinandum,quod nulla præbēda eſſet libera,nec tantum reciperent abſentes quantum præſentes,nec illi qui ſtant in domibus ſuis, vel intra eccleſiam, & non interſuut officio diuino,& quod dociles abſque fraude ex cauſa ſtudiorum de licētia ſuperiorum ſuorum, vel pſecutione iurium eccleſiæ ſe abſentantes,aut in ſeruitio domini papæ,vel epiſcoporum ſuorum exiſtentes reciperēt tertiam & quartam partē eorū,quę reſidētes fuerant recepturi.

SVMMARIVM.

1 *Clerici accipitres aduenandum habere non debent.*
2 *Venatio ſeruis Dei interdicta eſt.*
3 *Venatorem aliquem ſanctum non legitur.*

Rubrica LI.

Ne clerici presbyteris & epiſcopi venaticos canes teneant vel accipitres tenant & ne reges & principio venationibus intendant.

1 Item †cum in concilio Agathen. 55. c.fuerit conſtitutū quod epiſcopis presbyteris, aut diaconis canes aut accipitres ad uenandum habere non liceat. Et quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate ſæpius detentus fuerit ſi epiſcopus eſt, tribus diebus a communione, ſi presbyter duobus, ſi diaconus ab omni officio ſuſpendatur. & idem conſtitutum fuit in concilio Aurelian. poſito extra de cleri. 2 vena.c.1.& pro palca.34.di.epiſcopum, †& non ſolum dictis perſonis prædictæ venationes interdicantur 34.di quorūdā. verum etiam omnibus ſeruis Dei ſicut in dicto concilio Aurelia.cōtinetur vt de cleri. vena.c.2.quod ponitur pro palca. 34.di.omnibus, & per beatum Ambro. in omilia de quadrageſima tales de ſua perditione & aliorum putandi ſunt rei. 3 86.di.quod prodeſt.& c.an putatis,†& ſecūdū Hiero. in pſal. 85.ſanctum aliquem non legimus venatorem fuiſſe. ea.di.& in prædic.c.quorundam,& Augu.ſcribat in pſal.163.ꝙ qui vident venatorem & delectantur,videbunt Saluatorem & triſtabuntur.86.diſt.vident. videretut de abſeruatione dictorū iurium prouidendum, non ſolum quo ad perſonas eccleſiaſticas,verum etiam quo ad reges & principes,quorum aliqui expendunt tempus ſuum in venationibus quod deberent expendere in regimine regni, & in officio regio explendo,faciendo iudicium & iuſtitiam, & liberando de manu calumniantium vi oppreſſos.23.quæſtio 5.regum. & capitu. adminiſtratores.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vagari non poſſunt ſine literis commendatitys.*

Rubrica LII.

De clericis ne ſine epiſcoporum literis euagentur.

1 Item †cum in 25.cap.prædicti cōcilii Agathen.fuerit cōſtitum,ꝙ clericus ſine commendatitiis epiſcoporū ſuorum literis licen.non pateat euagandi.& hoc idem ſit cōforme alijs conciliis & iuribus.71.2.& 3.diſt.& extra de clericis peregrinis. & dicta iura conſimilia non ſeruentur,ex quo multæ inſolentiæ committuntur, plurima ſcandala in clero & populo eueniunt & pericula animarum,videretur ſup hoc prouidendum,cum videantur omnes perſonæ eccleſiaſticæ euagari,ſicut oues non habentes paſtorem.

SVMMARIVM.

1 *Monachi ſine literis commendatitys vagari non poſſunt.*
2 *Monachus plangentis officium habere debet.*
3 *Monachi nil ſine presbyterorum conſilio agere poſſunt.*
4 *Monachi pro lucro terreno de monaſterio exire non debent.*
5 *Monachus triſtis interpretatur.*
6 *Monachis quedam prohibita.*
& infra nu.ſeq.
7 *Monachi per vicos & caſtella peragrare non debent.*
8 *Monachi ſine licentia epiſcoporum proficiſcentes quomodo ad loca ſua redire compellantur.*
9 *Monachi defenſores eſſe non debent.*
10 *Mnachi qui poſſint in clericos promoueri.*
11 *Monachi vagantes quomodo ordinari poſſint.*
12 *Monachi executores alicuius forenſis negocii eſſe non debent.*
13 *Monachi tutelas ſuſcipere non debent.*
14 *Monachi viuere debent ſecundum regulam.ſ.Benedicti.*
15 *Monachi carnes comedere non poſſunt.*
16 *Monachi proprijs manibus quomodo laborare debent.*
17 *Monaſteria egiptiorum nullum monachum abſque opere ſuſcipiunt.*
18 *Per monachos acquiſita Abbati acquiruntur.*
19 *Monachi pro eorum ingreſſu ad monaſteria nil ſoluere debent.*
20 *Monachi fieri non debent, vt ſpem habeant Abbatiam, vel beneficium conſequendi.*
& infra nu. ſeq.
21 *Monachi a familiaritate monialium & fœminarum extranei eſſe debent, nec commatres habere.*
22 *Monachi ab epiſcopis ſunt viſitandi & corrigendi.*
Et iura epiſcopalia eis ſoluere debent.
23 *Monachi ſine abbatum licentia epiſcopatum recipere non debent.*
Monachis linei ad carnem vti non debent.
42 *Monachi philoſofiam & leges audientes excommunicati ſunt.*
25 *Monachi vagantes ſub cuſtodia reuocari debent.*
26 *Monachi auguria vel diuinationes obſeruantes quomodo puniantur.*
Monachi contra epiſcopos coniurantes qoomodo puniantur.
37 *Clerici curam animarum habentes infra annum promoueri debent.*

Rub LIII.

De monachis & eorum conditione & officio & ne abſq; abbatum ſuorum, & abſque epiſcoporum licentia euagent & ne extra congregationes in cellis vel prioratibus commorentur, & ne de prioratibus fiant conuentuales,vel certa de eis portio monaſteriis aſſignetur. Et de reliqua deſeruiatur in eiſdem per clericos ſeculares, & ꝙ prioratus non conferētur niſi.25.annum attigiſſent. Et ad ſacerdotium promoueri teneantur infra annum cum interſtitio temporum a canonibus cōſtitutorum,& quod in eiſdem prouinciis debeant habere correctores & viſitatores.

1 Item †cum in prædicto.38.capitulo dicti concilii Agathen.fuerit conſtitutum,quod prędictis monachis ſine commendatitis epiſcoporum ſuorum literis licentia non pateat euagandi. & ſi contrariū fecerint & poſt verborū increpationē ſe nō emendauerint,ꝙ verberibus caſtigentur, & hoc principaliter non ſeruatur quia contra regularem eorum ordinis diſciplinam præcæteris euagantur,& multi eorum vbique ponunt diſſenſionem, brigā, & ſcandalum ꝫ conditionis eorum ſtatū & officium, cum deberent habere ſimplicitatem columbę, ne cuiquam machinentur dolos,& ſerpentis aſtutiam ne aliorum ſupplan- 2 tentur inſidiis, vt ſcribit Hiero.ad Paulinum.†ſecundum eūdē ad Riparium & Deſiderium,monachus plangētis habeat officium vt ſe & mundum lugeat & domini pauidus pręſtoletur aduentum,& ſecūdm̄ eundem ad Eliodorum epiſcopum,monacho qualis ad radicē infructuoſæ arboris ſecuris poſita ſit & alia ſit cā dicti monachi & alia clerici, q̄a clerici oues paſcūt,monachi vero ab eis paſcuntur, Et quia clericus ſeu monachus ſi peccauerint traduntur ſathanæ in interitum carnis, vt eorum ſpiritus ſaluus fiat, & quia ante preſ- 3 byterū eis ſedere non licet,†Nā ſm̄ eundē. Hiero.ad ruſticū ſine concilio presbyterorū nihil monachis agere licet. 16.q. 1.monachus cū trib.c.ſequentib.uideretur ſuper hoc ꝓuidēdum & ſuper aliis diſſolutionibus eorundem. Nam ſicut ait Augu.ad Vincentium donaſtitam,ex quo Deo ſeruire cępit quomodo difficilę expertus eſt meliores, quam qui in monaſteriis profecerunt, ita non eſt deteriores expertus quam qui in monaſteriis deffecerunt.48.diſt.quantum licet.Nonne eorum uita & cōuerſio deberet eſſe melior cæteris & moribus ſingularis,cum monachus græce,ſingularis interpretetur latine? ut omnia virtutum opera non ſeculariter, ſed ſingulariter præcæteris agat ſecundum traditionem Nicenę 4 ſinodi & Hiero.17.q placuit,& c.ſi turpis.†Secundum autē Eugenium papam abſque nephandiſſimo auſu pro aliquo lucro terrreno de monaſterio eis exire non licet,neque pœnitentias dare,neque filium de baptiſmate ſuſcipere,neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire,neque ad ſecularem eccleſiam trāſire,neque aliis quibuſcunque officiis ſe implicare, cum clauſtro ſuo debeat eſſe cōtentus,qui ſicut piſcis ſine aqua, caret vita, ita ſine monaſte- 5 rio monachus.ſedeat itaque ſolitarius & taceat, quia mundo mortuus eſt,Deo autem uiuere debet.†agnoſcat nomen ſuum,monos enim gręcę latine dicitur unus. Achos græce, latinę triſtis, unde monachus id eſt vnus & triſtis interpretatur,ut triſtis ſedeat & officio ſuo vacet.25 quæſtio.1.paſchalis etiā papa ſcribit Victori epiſcopo ad ſe, de quo ualdę miratur,peruenisse,quod quidam monachi,& Abbates in diocę Bonon. contra ſanctorum decreta, epiſcopalia iura & officia ſibi arroganter vendicabāt videlicet pænitentiam dare & remiſſionem peccatorum,reconciliationem pœnitentiū, decimas,& eccleſias,cum tamen abſque proprii epiſcopi licentia,uel apoſtolicæ ſedis auctoritate hoc nullatenus præſumere deberent, ſicut in concilio Calcedon, ſub anathemate fuerat prohibitum. Quare mandauit.d paſcalis papa, prędicto Bonon.epiſcopo,quod prohiberet dictis monachis, & 6 abbatib. ne de inceps talia attētarent.e.q.peruenit.†Calixtus etiā papa conſimilia eis interdixit, & ne miſſas publicas cantarent,& præcepit quod chriſma & oleum infirmorum, & Cathecuminorum.& conſecrationis altarium, & ordines clericorum ab illis epiſcopis acciperent in quorū parrochiis, 7 morabantur.e.q.interdicimus.† Alexander etiam papa præcepit & conſtituit iuxta tenorem Calcedon. concilii, quod monachi quamuis religioſi ſecundum normam bea. Benedicti intra clauſtrum morarentur, & prohibuit ne per uicos caſtella & ciuitates peragrarent, & ne prædicarent populis, ea.q.iuxta.in concilio etiam Calcedon.c.4.fuit conſtitutum quod dicti monachi qui per ſingulas ciuitates,ſeu poſſeſſiones in monaſteriis erant, eſſent epiſcopis eorum ſubiecti, & quod quieti operam darent ieiunia & orationes obſeruarēt, & quod in locis in quibus ſemel ſe Deo deuouerēt, remanerent, & nullas eccleſiaſticas vel ſeculares actiones tractarēt, & quod propria monaſteria non relinquerent, niſi forte ꝑ urgētes neceſſitates ad hoc ab ipſius. ciui.ep̄o iuberētur, & fuit decretū in d.ꝯcilio ꝙ ꝑtereūtes ꝑdicta,extra cōionē eſſēt,ne nomen domini blaſphemaretur, & quod epiſcopi ciuitatis curam & ſollicitudinē neceſſariam monaſteriis exhiberent, 8 ea, q.vere.†In Calcedon.etiam continetur, quod quidā monachi nihil hntes ſibi iniunctum a proprio ep̄o, ꝑ quod hērent proficiſci ad vrbem, & ēt interdum aliq ex ipſis monachis,qui ab ipſo epiſcopo fuerāt excommunicati, veniebant ad ciuitatem Cōſtantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquilitati eccleſiaſticæ inferebant,& diuerſorum domos corrumpebant. Quare conſtitutum in d. concilio tales primum commoueri, vt exirent de regia ciuitate,demum eos deiici, ac per defenſorem compelli, ut ad loca ſua redirent, ea.q.quidam monachi. Pelagius etiam papa pręcepit Ioanni defenſori quod quoſdam pſeudomonachos detineret, & qđ ſi uolebant corrigi,in reatinam inſulam reportaret,ea.q.ſi.probinum.Leo etiam papa propter improbitatem quorūdā monachorum prohibuit ne prędicarēt qui cuiuſcunq; ſciē- 9 tiæ nomine glorietur.ea.q.adiicimus.†Pelagius etiam papa pro-

prohibuit ne dicti monachi defensores efficiantur, i. iudices vel aduocati, uel procuratores negociorum secularium, cū multum discrepent ista ab eorum vita, in qua quies, oratio, & labor manuum esse debent. ead. q. de præsentium. Hieronimus etiam ad rusticum monachum scribit, quod ei placet quod in monasteriis cum aliis sanctorum contubernio perfruatur. ea. q. si clericatus. hortans eundem vt sic viuat in mo- 10 nasterio quod esse clericus mereatur. ea. q. sic viue. † Non. n. quilibet monachi debent in clericos promoueri, sed illi quos morum grauitas, vitę uenerabilis meritum, ac sanctæ fidei institutio ad hoc commendabiles reddunt, & tales si intra 30. annum ætatis suæ in minoribus profecerint, possunt extunc ad diaconatus, & presbyteratus insignia peruenire, sicut Gelasius, & Siricius papæ testantur, & tales secundū Augu. si ab ecclesia requirantur & eligantur, non debent ea tione auida suscipere, nec blandiēte desiderio respuere, & secundum Pelagium, cum ad ecclesias parochiales religuntur & cum episcopi eos ordinant secundum Gregor. & dignos 11 reputat ad easdem. ca. q. in parochia tua cum 4. c. seq. † in dicto etiam conci. Agathen. fuit constitutum, quod monachi vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium daret Abbas eorum, nec in parochiis, nec in ciuitatibus ordinarentur, sed si necesse esset clericum de monachis ordinare, faceret hoc episcopus de consensu & voluntate abbatis, cū sub eius imperio militet Regi nostro. Et idem fuit constitutum in concil. Hilerden. ea. q. monachi vagantes. & c. cū pro utilitate, & c. si quis monachus. Secundum etiam cōcilium Terraconense. c. 9. monachi a monasterio foris egredientes nullum ministerium ecclesiasticum dicunt peragere, nisi cū 12 imperio abbat. † nec debent esse susceptores vel executores alicuius forensis negocii, nisi monasterii vtilitas id exposcat, abbate nihilominus imperāte, ea. q. monachi a monasterio. Secundum etiam Augu. ad Aurelian. indignissima fit ordini clericorum iniuria si desertores monasteriorum ad militiā clericatus eligantur. cum ex ipsis monachis qui in monasterio permanent non nisi meliores, & probatiores sint in clericos eligēdi, unde malus monachus nō potest esse bonus clericus, quinimmo aliquando bonus monachus vix bonum clericum facit, si enim sit ei sufficiens cōtinentia, forte deest ei instructio necessaria, aut personæ regularis integritas. ead. 13 q. legi. † Dicti etiam monachi secundum. l. ciuilem tutelas testamentarias, legitimas, vel datiuas, vel curas pupillorū, uel adultorum, furiosorum, mutorum, surdorum, & aliarum p̱sonarum miserabilium, recipere non debent. ea. q. generali 14 ter. † Secundum autem Inno. monachi & moniales debent viuere secundum regulam beat. Bened. vel beat. Basilii, aut bea. August. unde si nullius eorum tenēt regulam, nec cum aliquo eorum recipient gloriam. 18. q. 2. perniciosam, uestes aūt professionis suæ nunquam debent deferre. 23. dist. sancti monialis, 20. q. 1. vidua, & si contrarium faciunt, excommunicationem incurrunt, ne clem. vel mon. vt periculosa. li. 6. 15 † Secundum autem Greg. carnem cuique monacho nec gustandi, nec sumendi licentia est concessa, & secundum Hieronym. nunquam de manu, aut oculis eius liber psalterii discedere debet, sed debet concurrere cum verbis psalterii oratio sine intermissione, vigilare sensus, nec vagis cogitationibus patens, corpus eius pariter, & animus tendere debent ad Deum, iram debet vincere patientia, & amare scripturarum scientiam, & carnis vitia non amare, mens sua uariis nō debet vacare perturbationibus quæ deducūt, si peccatori insederint, ad delictum maximū, facere dēt aliquid operis, ut eū semper diabolus inueniat occupatum. Nam & apostoli habentes potestatem de euangelio viuere, suis propriis manib. 16 laborabant † unde etiā monchi debent propriis manimus laborare, fixellam iunco texere, vel canistrum lentis viminib. plectere, humum serere, areolas equo, limite diuidere, in quibus cum olerum iactata fuerint semina, vel plante per ordinē positæ aquæ ducantur irriguæ, & fructuosæ arbores inserantur, apum fabricare debent aluearia, texere lino, rhetia p̱ piscibus capiendis, libros scribere ut manus operetur cibos, 17 & lectione anima saturetur, † vnde ęgyptiorum monasteria hūc morē seruasse legūtur, vt nullū monachū absq; opere & labore susciperent, non tam propter victus necessaria quam p̱p animę salutē, ne p̱nitiosis cogitationib. vagarētur, & ne ad instar fornicātis Israel oī trāseunti diuaricarēt pedes suos 18 de cōsec. di. 5. carnē, & c. nunq̃. † Sane prædicta oīa per ipsos monachos manibus propriis, vel aliter acquisita ad abbates peruenire debent, cum dicti monachi ipsis abbatibus omni deuotione, & obedientia debeat subiici, & qui per contumaciam indeuoti extiterint, vel per loca aliqua euagari. aut peculiare al quid habere præsumpserint debent per eos puniri & ubi inuenti fuerint cum auxilio episcopi sub custodia re- 19 cludi, sicut in Aurelian. concilio continetur. 18. quæstio. secunda abbates, † Pro eorum ingressu ad monasterium nihil soluere dēnt cū id simoniæ vitio ascribatū. 1. q. 2. quasi p̱ totū & eodē mō si pro t̃palibus sp̃uale annexū aliquid tribuant. 1. q. 3. §. 1. cū c. seq. Non debēt fieri monachi vt spem vel promissionē habeant abbatiam vel beneficium consequendi, sicut dicit Inno. 4. de elec. cum ad nostram, ne videantur quærere quæ sua non sunt sed quæ Iesu Christi. Quid. n. est secundum Augu. sua quærere & non quæ Christi sunt, nisi cum tales non gratis Deum diligunt, non Deum propter Deum q̃runt ingrediendo religionem temporalia commoda sequētes, lucris inhęrentes, & honores ab hominibus appetentes? quisquis ergo talis est non Dei filius, nec monachus, sed mer- 20 cenarius est. 8. q. 1. sunt in ecclesia. † per Alexan. secundum ēt statutū fuit quod nullus monachorum habitum susciperet spem, aut promissionem habens, vt Abbas fieret. 16. q. 7. p̱ laicos. Præuideāt itaque dicti monachi si propter Deum ingrediuntur monasterium, nam verendū est quod si non habent principaliter illam intentionem quod ab eis quæratur, quando inuitabuntur ad nuptias, illud Matth. 22. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? & si obmutescant quod rex ministris præcipiat quod ligatis manib. & pedibus eos mittant in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium, a quo dn̄s nos & eos defendat. de pecunia autē loqui non debent aliter potius dicerentur institores quā mo- 21 nachi secundum Herony. 16. q. 1. si cupis. † Ab omni familiaritate monialium, & aliarum fęminarum debēt esse extranei, nec commatres sibi facere debent, nec cum monialibus habitare. 18. q. 2. peruenit. & c. diffinimus. cum c. se. Zocas, sudariola & oraria a mulieribus recipere nō debent, sicut dicitur in cōcilio Aurelian. 27. q. 1. monacho. episcopis debent esse subiecti. 16. q. 1. peruenit. & c. qui vere. cum c. præcedentibus. 18. q. 2. abbates. & c. monasteria. & c. abbatibus. & cap. cognoui- 22 mus. † Et ab ipsis episcopis sunt visitandi, & etiā corrigendi, sicut dicit Greg. & sicut habetur in concilio Aurelian. 18. q. 2. visitandi. & c. non semel. iura episcopalia eis p̱soluere debēt. ea. q. Eleuterius. & c. seq. absque episcoporum consensu decimas vel ecclesias a laicis recipere non debēt. 16. q. 7. decimas 23 & c. ecclesias. † Sine abbatum licentia episcopatum recipere non debent. 16. q. 1. si quis monachus. 18. q. 2. quoniam sic. Et licet facti episcopi a iugo professionis sint absoluti. 18. quæst. 2. c. 1. non tamen debent mutare habitum, nec quantum ad substantialia sui ordinis ritum. 26. q. 1. de mona. lineis ad carnem vti non debent. de sta. mona. cum ad monasterium, neque proprium quolibet possidere, alioquin sunt sterquilinio 24 subtrahendi vt ibidem. † Si philosophiam vel leges audiant excommunicati existunt, extra ne cle. vel mona. nō magnopere. & c. super specula. ad solitarias cellas absque causa legitima, & episcopi, & abbatis licentia transire nō debent, nec monasteriorum cnogregationem relinquere, sicut habet in 18. c. concilij Aurelianen posito. 28. q. 2. nullus. & c. cellulas. 16. q. 1. qui vere. & in cōcilio Agathen. in prædicto conci. 38. 25 in 15. c. † & concilio Aurelian. & in 51. & 52. c. 4. concilii Tolc. continetur quod monachi qui fuerint peruagati vbi inuēti fuerint cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. Et quod Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant, & quod si qui extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur & visitentur, quod ca. ponitur, 18. q. 2. abbates. In 26. c. concilii Aurelian. posito. 26. 26 q. 5. si quis clericus, continetur † quod si quis monachus diuinationes vel auguria crediderit obseruanda vel sortes quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscūque intimauerit quod a communione pellatur. & in concilio Calcedonen. c. 18. posito. 11. q. 1. coniurationum. & c. si qui clerici, dicitur, q̄ monachi qui coniurationes contra episcopos, vel alios fecerint deiiciantur e suo gradu. In prioratibus soli stare prohibentur. extra de capel. mona. ex parte. nam hoc est contra statutum Lateran. concilii de sta. monac. c. 2. & si contrarium faciant, dēt ep̄s ipsorum abbates, seu priores monitione præmissa, per cēsuram ecclesiasticam compellere, vt dictos priores solitario ad claustrum reuocent, & q̄d faciant in ipsas ecclesias per seculares clericos deseruiri, vel alios monachos eisdē associent de capellis monacho. c. vlti. Porro cum a multis ex prædictis ad eorum & aliorum religiosorum statum & officium pertinentibus de quibus plura alia ponuntur in iure sicut dolentes referimus, sit recessum, vt de sta. mona. recolentes. & sicut in illo hymno Iesu saluator seculi dicitur, monasticus ordo iā pene lapsus sit, videretur quantum ad prædicta, & quantum ad alia ad eos ic pertinentia, quæ principaliter non seruantur reformatio facienda. Et quod nusquam incederent per mundum nisi bini, nec iuuenis cum iuuene sed cum sene, & cum licentia superioris. Et quod nusquam in domibus seculariū, nec in prioratibus non cōuentualibus in studio, vel extra studium habitarēt, sed quod de redditibus dictorum prioratuū vel conuentualium certa portio assignarętur monasteriis ad tenendum dictos priores non couentuales, & monachos in prioratibus non conuentualibus residentes in generalib. studiis, vel in monasteriis, aut prioratibus conuentualibus eorundem, & quod de reliqua parte per presbyteros & clericos seculares deseruiretur prioratibus & beneficiis non conuentualibus, & hospitalia debita, & omnia onera episcopalia, & alia portarentur. Et insuper quod per singulas dioces. fierent de dictis prioratibus non conuentualibus plures admittendo in vnum, & illos qui vnius religionis in aliam permutando, aliqui prioratus conuentuales vbi & sufficerent facultates vt in eisdem ciuitatibus & dioce. a quibus bona recipium pensum exoluerent seruitutis, cum officium charitatis illis amplius teneantur obnoxii a quibus noscuntur beneficia recepisse, vt extra de testam. cum in officiis. 27 † Videretur insuper statuendum quod sicut clerici seculares tenentur ratione curarum animarum promoueri infra annum, & debent attigisse 25. annum, sicut habetur in decreta. Gregor. decimi de electione licet canon. Ita & omnes religiosi habentes prioratus & ecclesias, ac officia quæcunque parochias populum & curam habentia, licet cura regatur per alios. cum curata interpretetur, vt in 3. decretali Bonifaciana cum singula, de præbendis. Et quod nihilominus in eorum promotione seruarentur interstitia temporum ad eorum probationem a sacris canonibus constituta. 77. dist. si quis de religioso, & c. monachus. Videretur etiā vtile quod omnes religiosi eiusdem prouincię haberent intra eandem prouinciam aliquem superiorem ordinis sui per quem annis singulis visitarentur, & corrigerētur. Cum aliqui sint prioratus, capita, correctores & visitatores suos habentes extra prouincias suas, & etiam extra regna a quibus non corriguntur, nec visitātur, propter quod impune delinquunt, cum nec per sedem apostolicam, nec ab eorum prælato in remotis agente, nec per ordinarios contra quos contendunt de priuilegiis & exēptionibus puniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ab Episcopis chrisma recipere debent.*

Rubrica LIIII.

De episcopis ne tempore chrismatis conficiendi a suis ecclesiis se absentent.

1 Item † cum in 3. capitulo concilii Vacen. fuerit constitutum quod per singula territoria, & presbyteri vel ministri a suis propriis episcopis, & non a vicinis, nec ab aliis tempore pascali annis singulis chrisma recipiant, & hoc sit etiam aliis conciliis. & iuribus conforme, sicut in concilio Carthag. & 15. di. presbyter, consideretur si esset vtile ordinare quod tempore quo chrisma dēt confici, episcopi se a propriis dioces. nullatenus absentarent nisi summa necessitas immineret, cum frequenter illis temporibus a regibus & aliis dicti episcopi euocentur, & sæpe in curia Romana, & curia aliorum principum, qui tamen deberēt in natiuitate Domini, in Epiphania, Pascha, & Penthecoste in ecclesiis suis esse, & si contrarium faciant singulariter lucri gratia sint triennio a communione suspendendi, & eadem pœna puniendi Diaconi & presbyteri si per tres hebdomodas defuerint ab ecclesiis suis, sicut habetur in concilio Agathen capitulo sexagesimotertio eadem pœna puniātur & laici qui prædictis diebus non conuenerint ad missas episcopales dictis dieb. desiderio accipiendi communiones, ūel benedictionem episcopalem, sicut habetur in concilio Agathen. c. 63.

SVMMARIVM.

1 *Ministri insacrati sacrarium intrare non debent.*
2 *Laici penes altare, quando sacra mysteria celebrantur stare non debent.*
3 *Iustus sepissime pro iniusto perit.*

Rubrica LV.

Ne laici & insacrati ministri sacrarium ingrediantur, & ne sacra vasa, reliquias, cruces, & ornamenta contingant, neque aliquid sine habitu condecenti in missis & ecclesiis deseruiant, posita vigesimatertia distinctione non oportet. tertia.

1 Item † cum in 65. capit. dicti concilii Agatens. fuerit constitutum quod insacrati ministri licentiam non habeant ingredi in sacrarium quod græci dyaconium appellant, & quod vasa dominica non contingant. Et idem constitutum fuerit in concilio Laodice. quarta & in primo cōcilio Bracharen. 2 † & in concilio etiam Martini Papæ fuerit constitutum quod laici secus altare quādo sacra mysteria celebrantur, stare uel sedere inter clericos nō præsumant. 23. distinct. non oportet primo & capitulo non liceat, extra de vita & honesta. cle. capitulo 1. & Sixtus Papa reddat causam prohibitionis & statuti prædicti. Ne. s. pro talib. præsumptionib. iratus dominus plagam impediat popu- 3 lo suo, & hi qui non peccauerunt pereant, † quia perit iustus sæpissime pro impio. de consec. dist. 1. in sancta. videretur expediens quod prædicta statuta & consimilia seruarentur, & ne per laicos cōtractarentur reliquiæ sanctorum & vestimēta ecclesiastica, quæ sacra debent esse & honesta. Nec ab aliis debent contingi, nisi a sacris hominibus. Ne, sicut Stephanus papa ait, vltio quæ Balthasar regem percussit super transgredientibus hoc, veniat & corruere eos ad ima faciat. de cōse. dist. 1. uestimenta. Nam & Sother papa inhibet episcopis Italiæ ne per sacratas Deo fęminas & monachas sacra vasa vel sacratas pallas contingi permittant. Nec incensum circa altare perferri. 23. distin. sacratas, contra quæ laici frequēter faciunt, & etiam interdum coram processionibus cruces deferunt vel clerici superlitium, vel calciamentum non h̄ntes quod deberet prohiberi nostris diebus, qui serui sumus patris familias ne decus ecclesiæ minuatur, sed potius augumentetur, sicut continet in conci. Triburien. c. 9 de consec. disti. 1. c. vasa. & etiam modo deberet inhiberi ne p̱ tales palle & vella ecclesiæ & ornamenta altaris lauarentur. sicut Clemens Iacobo Hierosolimitanorum episcopo scribit de consec. dist. 1. Altaris palla & capi. nemo. In concilio etiam Aracharen. continetur quod non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec alii nisi illi qui ab episcopo eligent subdiaconi ingrediantur sacrarium, & in 43. & 5. capitu. 3. concilii Bracharen.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium die sabbati celebrari debet.*
2 *Dies sabbati apud sanctos patres in abstinentia fuit.*
3 *Ieiunium quare in Sabbato celebrari debet.*
4 *Ieiunia in 4. & 6. feria celebrari debet.*
5 *Die dominico nil agendum est, nisi Deo vacandum.*
6 *Ieiunium celebrari debet post penthecosten in sequenti septimana a 5. feria usque in sabbatum.*
7 *Ieiunia celebrari debent die lunæ & die martis post dominicam quinquagesime.*
8 *Idem in tribus diebus rogationum ante ascensionem, & in aduentu Domini, & in vigiliys festiuitatum sanctæ Mariæ.*
9 *Litaniæ cum ieiunio quando celebrandæ sint.*
10 *Ieiunium qui in cœna domini soluit omnem exhonorat quadragesimam.*
11 *Ieiunantes vbi non est piscium copia extra quadragesimam, ouis, lacte, caseo, & butyro vti possunt.*
12 *Personæ ecclesiasticæ quæ ob aliquam iustam causam ieiunare non possunt, tantum pauperibus erogare debent quantum soluendo ieiunium expenderent.*
13 *Peccatum incurritur ob inobedientiam præceptorum ecclesiæ.*

Rubrica LVI.

De ieiuniis Sabbati sextæ & quartæ feriæ diei lunæ & diei martis post dominicam quinquagesimę & aduentus domini a personis ecclesiasticis celebrandis. Et quod in tribus diebus rogationum, & in quatuor temporibus & in 40. etiam a laicis ieiunetur, & in vigiliis beatæ Mariæ & apostolorum.

1 Item † cum in 26. c. conci. Eliberta. fuerit constitutum q̄ omni die Sabbati celebretur ieiunium propter suppositionem, & conuentum sit, sicut scribit bea. Greg. Augustino anglorum episcopo, quod sacerdotes & diaconi & reliqui quos ecclesiastici gradus dignitas exornat aliquid ad pēsum sanctę instōnis adiiciant, & eorum qui in laicali ordine consistunt obseruantiam sicut loco ita religione præcellant, & secundum Thelesphorum papam sicut discreta dēt esse vita clericorum laicorum cōseruatione, ita & in ieiunio debeat esse discretio. 4. dist. denique. & ca. statuimus. videret etiam placitum Deo & decus & honorem expetere ecclesiæ quod ad honorē beatæ Mariæ matris gratiæ & misercordiæ, p̱ quam temperatur indignatio, quam Christus hēt propter diuersa crimina quæ a personis ecclesiasticis perpetrantur, q̄ dictæ personæ ecclesiasticæ quæ ratione ætatis vel infirmitatis non excusantur a ieiunio, ieiunarent Sabbato licet mos 2 ecclesiarum in hoc permittat esse sequendus. 12. di. illa. † Nā Grego. 7. scribit de conse. di. 5. in c. quia dies Sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes salubriter admonemus, vt quicunque christianę religionis se participem esse desideret ab esu carnium eadem die nisi maiori festiuitate interueniē- 3 te vel infirmitate impediente abstineat. † Inn. etiam papa scribit de conse. di. 3. c. Sabbato vero ieiunandum esse ratio euidētissima demonstrat. nam si diem dominicam ob venerabilem resurrectionem domini nostri Iesu Christi non solum in pascha celebramus, verumetiam per singulas habdomodas ipsius Dei imaginem frequentamus, ac sicut feria. 6. p̱p passionem domini ieiunamus, sic Sabbatum prætermittere nō dēmus, quando intra tristitiam & lætitiam t̄pis illius videtur esse inclusum. Nam vtique constat apostolos biduo isto & in merore fuisse, & propter metum iudæorum se occultasse, q̄ vtique nō dubium est in tantū eos ieiunasse biduo memorato vt traditio ecclesiæ habeat isto biduo sacramentum penitus non celebrari. Quæ forma etiam per singulas tenenda est hebdomodas propter id quod commemoratio diei illius est sem-

semper celebranda, quod si putant semel atque uno sabbato ieiuniandum ergo & dominica, & 6.feria semel in pasca utique celebranda. Nullo modo expedit quod contenta in hoc capitulo sub præcepto ponantur, multa enim immo in
4 finita peccata mortalia sequerentur. † Itē ex eisdem rationibus videretur quod etiam haberent. d.personæ ecclesiasticæ ad honorem Christi, & eius passionis ieiunare.4. & 6.feria, & hoc esset consonum iuri & sanctis patribus. Nam ex dictis. s. Apollonii canonizatis, de consec.dist.3.c.ieiunia, habetur q ieiunia sane legitima in 4. & 6. feria non sunt soluenda, nisi grandis aliqua necessitas fuerit, quia 4.feria Iudas traditionē domini cogitauit. Et 6.feria crucifixus est Saluator. Videbitur ergo qui in his diebus sine necessitate soluerit statuta ieiunia, vel cum traden te tradere saluatorem, vel cum crucifi
5 gentibus crucifigere. † Die autem dominica nihil aliud agendum est nisi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum hymnis & psalmis & canticis spiritualibus dies illa transigatur, & ead. dist. de tempore quo sit ab esu carnium abstinēdum, scribit Leo papa IIII. de esu carnium apud nos vetustissima, & nō improbanda traditio semper tenenda est, vt a cenę termino quæ fit in principio noctis 4.feriæ quæ lucescit in 4.feria vsque in diluculum. 5. feriæ, & similiter a cœna noctis. 5.quæ lucescit. in 6.feria non imperite ieiunatio vsque ab sabbati lucem quantum de diei parte
6 aliquid ieiunare maluerit vel debuerit, protendatur. † Item ex eisdem causis videretur quod haberent seruari contenta in 2.c.concilii Gerundē.in quo statutum est vt expleta solēnitate Penthec.in sequenti septimana a 5.feria, vsque in sabbatum abstinentia celebretur. Et quod secunda litania fiat calen. Nouembris per aliud triduum, & quod illis dieb. quibus a carnibus abstinent, abstineant & a vino, in quo etiam videtur concordare Grego. Augustino anglorum episcopo scribens, si per vini potationem ebrietas subsequatur. Nam
7 vinum ita bibere permittitur si ebrietas fugiatur. 4.dist.denique ad fi. † Item ex eisdem causis & rationibus uideretur utile & decens quod dictę personæ ecclesiasticæ ieiunarent diē lune, & die martis post dominicam quinquagesimæ, sicut fuit a prædicto Papa Tolloforo constitutum, & a beato. Ambros. & Gregor. & si non aliorum vulgarium communi usu approbatum. 4.distin.statuimus, cum duobus capit. & §§.seq.
8 † Et insuper quod ieiunaretur tribus diebus rogationum ante ascensionem domini sicut fuit cōstitutum in concilio Aurelianen. 1 23.posito de consec.dist.3.rogationes. Et in aduentu domini, & in vigiliis omnium festiuitatum beatę Mariæ, & 12.apostolorum secundum traditionem Innoce. de obser
9 ua.ieiu.c.1.2.& 3. † & primum.c.5.concilii Toletan.continet vt in omni regno, litania, s.cum ieiunio celebraretur triduo a die iduum decembris. Et idem continetur in 2.c.5.concilii Toletani, & etiam in quatuor temporibus, & vigiliarum apostolorum quorum ieiunia non solum ab eis sed etiam ab omnibus seruari debent, vt in dictis capitulis. 76.dist.in 8. primis
10 capitu.sicut & ieiunium cęnę domini. † Nam sicut ex concilio Martini papę habetur posito de consecrat.distin.3.non liceat. Qui in cęna domini soluit ieiunium, omnem exhonorat quadragesimam, in qua debent non solum dictæ personę ecclesiasticæ ieiunare, sed etiam laici. Sicut statutum fuit in concilio Agathen. c.3. posito de consec. dist.3.placuit. Et per Grego. Papam de consecr.dist.5. in c.quadragesima, sicut ait Eusebius papa ead.distinct.ieiunia, sine necessitate rationabili non sunt soluenda. Ex hoc enim tentatur a gula, si-
11 cut Greg.ait.ea, q.5.modus. † Porro quia in multis partib. non est abundantia piscium & multorum etiam complexionibus non competit eis vti, posit remedium adhiberi quod extra quadragesimam taliter ieiunantes ouis, lacte, butyro, & caseo, ac legumine vti possent quamquam sementinam carnis trahantur originem, a quibus est in ieiuniis necessariis abstinendum secundum prædictum.c.Gregor. 4. distinctio. de-
12 nique & 82.dist.presbyter. † & quod ille personæ ecclesiasticæ quæ per complexionis suæ debilitatem vel fragilitatem vel aliam iustam causam, excepta infirmitate ieiunare non possent, tantum pauperibus erogarent quantum soluendo ieiunium uel carnes commedendo in 4. & 6.feria & aduentu domini expenderent, & quod idem seruaretur in eis, & etiam in omnibus laicalibus personis, quę a ieiunio secuudum iura non excusantur, quando contingeret eis infringere ieiunia quadragesimalia, quatuor temporum, & vigiliarum apostolorum ab ecclesia constituta. † Cum propter transgresionem statutorum & præceptorum ecclesiæ inobedientiam, & peccatum incurrant. 12. distinctio. præceptis. 41. distinctio, quisquis. §.ultimo.

SVMMARIVM.

1 *Picturæ an in ecclesia esse debeant,*
2 *Picturæ & imagines loco scripturarum habentur,*
3 *Error, cui non resistitur, pro veritate habetur,*

Rubrica LVII.

De picturis & imaginibus quæ in ecclesia fiunt, vt nullius deformitas vel falsitas & deuiatio a re gesta celebraret in eis.

1 Item † cum in 36.c.prædicti concilii elibertani fuerit cōstitutum, picturas esse in ecclesia non debere, ne quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur. & per multas rationes dictę picturæ & imagines ridiculosę putentur & specialiter propter multas diuersitates figurarum & mendaciorum quæ reperiuntur in eis, a Grego. autem in.7.synodo, & etiam ab Adriano papa approbentur, quia quod legentibus scriptura, hoc idiotis cernentibus præstat pictura. de consec.distin.3.perlatum. & c.venerabiles & c.sextam. Videretur vtile q per ordinarios & rectores locorum omnes imagines deformes, & in quib. a veritate rei gestæ deuiatur, deleretur. Nam quemadmodum si ad scripturas sacras admixta fuerint inofficiosa mendacia, nihil in eis remanet auctoritatis, & pōderis, sicut ait Augu. in 1.epistola ad Hiero. 9.dist. ii. ad sacras & sicut testis, fm Ambro. in libr. de paradiso, dum ad seriem gestorum quæ pure & simpliciter referre debet aliqd ex suo adiicit totam testimonii fidem partis mendacio decolorat, quare prohibetur quod nihil quamuis bonum videatur vltra seriem rei gestæ adiiciatur. 3. q.9. pura. & secundū Augu. in libro de mendacio ad sempiternam salutem, nullus deducendus sit opitulante mendacio. 22.q.2.primum. 20.q.3.constituit. 14.distin.quod ait. 14.q.5.denique. 11.q.3.si quis vero.
2 † Sic cū dictæ picturæ & imagines loco scripturæ & testimonii habeantur, vt per eas ad deuotionem & cognitionem gestorum cernentes excitentur, videretur quod nullus error de-
3 beret in eis ab ecclesia tollerari, † cum error cui non resistitur pro veritate reputetur. sicut Innocentius papa ait. 73. distin. error, nec aliquid aliud quod propter deformitatem vel alias risui & derisioni, & indeuotioni materiam præstare videretur.

SVMMARIVM.

1 *Fęminæ quare in cemeterio vigilare non debeant.*
2 *Gentes ibi in sceleribus misceri non debent, vbi de peccatis venia postulanda est.*
3 *A malo non solum sed ab omni spetie mali abstinendum est.*

Rubrica LVIII.

Ne fœminę in cemiteriis vel ecclesiis peruigilent, & ne in sanctorum solennitibus intra ecclesias, & cemeteria saltationibus & cantilenis populi vacent.

1 Item † cum in 35.c.prædicti concilii elibertani fuerit prohibitum, ne fęminæ in cęmeterio peruigilent, quod non sæpe sub obtentu orationis, scelera latenter committunt. & 4.concilio Tole.c.3.posito.de consec. dist.3.c.i. reprobetur religiosa consuetudo quam vulgus per sanctorum solennitates agere consueuit, populi qui debent diuina officia attendere, saltationibus turpibus inuigilent. cantica, non solum mala canentes, sed & religiosorum officiis perstrepunt, hoc enim vt ab omnibus prouinciis depellatur, sacerdotum & iudicū a concilio sancto curæ committitur. & prædicta sunt contra mia aliis conciliis & iuribus, vt de immuni. eccle. cum ecclesia. & c.ecclesiæ. & decet domum domini. † Lex etiam dicet
2 q nō debent gentes ibi immisceri sceleribus, vbi de peccatis est venia postulanda. in auc. vt lice. ma. & auiæ. §. quia vero. colla. 8. Vnde cum supradicta iura & concilia non seruentur & multa peccata carnalia & alia & diuersa scandala in plerisque mundi partib. ex dictis vigiliis subsequantur, & ex cătibus turpibus & inhonestis, & iocis, & confabulationibus inhonestis, aures, & corda audientium inquinentur, & a deuotione retrahantur, & diuina per hoc officia perturbentur, Videretur esse super hoc de salubri remedio prouidendum, cū deceat domum domini sanctitudo, & locus eius, & cultus sit cum debita veneratione pacificus, & quod sit in eo quieta conuersio, Deo grata & spectantibus placida, quæ considerātes instruat & reficiat, & quod ad sacra solennia deuotis animis & orationibus intendatur. & cessent confabulationes & alia quæ occulos possunt offendere diuinæ maiestatis. † nō
3 Grego. in dicto cōcilio decet domum domini, attestatur solus enim solum a malo, sed ab omni spē mali præcepit apostolus abstinere. de vita & honesta. clerico. cum ab omni in prima epistola ad Thessalonicen. 5. cap.

SVMMARIVM.

1 *Iura quare grauius adulteros quam adulteras puniant,*
2 *Missam presbyteri concubinarij nullus audiat,*

Rubrica LIX.

De adulteris clericis & laicis cum manifesti sunt vel notorij euitandis, & de adulteris puniendis. fi illud. cap. tenere tur satis haberet episcopus.

1 Item † cum in 47.c.prædicti concilii elibertani fuerit constitutum, quod si quis fidelis habens vxorem non semel sed sæpe fuerit mechatus non detur ei communio, & prædictum concilium & alia consimilia, & iura tractantia de dictis adulteris laicis qui grauius puniendi sunt quam adulteræ pro

pro eo quod magis ad eos pertinet & virtute vincere & exēplo regere fæminas. sicut Augu. de adulterinis coniugiis atte statur. 21.q.6.indignantur. & cap.præcedenti & seq. Videretur esse utile ordinare, quod omnes notorii, vel manifesti p euidentiam facti adulteri, & adulteræ tam clerici quam laici euitarentur in diuinis officiis, vt rubore suffusi facilius ad gremium matris ecclesiæ reuerterentur, maxime cum clerici de adulterio conuicti sint deponendi, & in monasterio toto vitæ suæ tempore detrudendi, sicut ex.5.concilio Aurelianen. habetur. & sicut per Pelagium papam constitutum fuit & in canonibus apostolorum, & in concilio Aurelianen. 81. distinctio. si quis clericus. & c.Romanus. & c.presbyter. & c. si quis episcopus & c.si diaconus. & 89. dist. presbyter. Nam
2 † etiam constitutum fuit a Nicolao papa. & ab Alexand. II. & Leone papa, q nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. 32.di.nullus. & c.præter hoc de coha.cle. & mulie. & clemen.vnam. 17.quæst.7.fere per totum. De dictarum autē mulierum adulterarum pœna, multa sunt in conciliis constituta quæ minimæ obseruantur, & ideo aliquando adulterinos partus interimunt, & nec talibus in uita negatur communio quibus non esset in vita concedenda. sicut habetur in 43.cap.dicti concilii elibertani. & in 68. & de dictis adulteris. infra eodem con 64.5. & 9.70. 72. de dictis autem presbiteris et diaconibus si post susceptum ordinem filios genuerint habetur in 1.c.1. conci. Tole. et in 17.cap. dicti concilii continetur de eo qui vxorem habet quod non communicet si concubinam habeat. In 6.autem concilio Toleta. quarta disputatione statuitur, quod episcopi qui cum mulieribus, polluūtur locis suis, ordine et dignitate priuentur. Et in quinta disputatione, dicti concilii de sacerdotib. & ministris statuitur illud idem. In 4.autem c.concilii Valentini continet, quod si diaconi, presbyteri, vel episcopi mortali crimine dixerint se pollutos, quod deponātur, vel ex veteri confessione vel ex mendacio falsitatis, concordat. 24.25.c.in cōcilio Bracharen. et in 77. et 6. cap.

SVMMARIVM.

1 *Pro baptismo nil solui debet.*
2 *Beneficia in multis locis per venalitatem obtinentur.*
3 *A prælatis male factum. ab alijs in exemplum trahitur.*

Rubrica LX.

1 Item † cum in 48.c.dicti concilii elibertani fuerit constitutum, quod illi qui baptizantur nummos in ecclesia Dei non ponant. sicut hactenus fieri solebat, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur, et dictū concilium et fere omnia iura tractantia de symonia, sicut tota prima causa, et tituli de symonia non seruentur. Videretē
2 esse de competenti remedio super hoc prouidendum. † nam beneficia in multis partibus per venalitatem obtinenentur. Et eodem modo monachorum monialium et aliarum personarum regularium, marium, fęminarum, nisi sint de ordine paupertatis religiosus ingressus, sumarie etiam sepulturę in multis locis venduntur. et in aliis pro baptismo, pęnitentia, eucharistia, et aliis ecclesiasticis sacramentis pecunia ex quadam pestifera consuetudine recipitur, et leuatur, neque prosunt remedia super hoc constituta, pro eo quod multi ex maioribus columnis, et prælatis ecclesiæ in his peccant. † Et
3 ideo quia ab his male agitur. facile trahitur a subditis in exēplum, extra de baptismo et eius effectu, maiores. Et dum incuruātur hi qui præeunt ad ferenda onera peccatorum, facile inclinantur sequentes. trigesima septima distinctione. §. ut itaque. De talibus nempe potest intelligi illud Grego. Laqueus enim iuuenum omnes vos. secunda quæstione septima, Paulus. ad prædicta facit vigesima. rubrica in hac secunda parte posita de symonia et exactionibus, quę in Romana curia & alibi a promotis requiruntur. Ad prædicta facit decimatertia q. secunda. Questa est nobis Nereida. cum sequētibus. & quarto & tertio capitulo secundi concil. Bracharē.

SVMMARIVM.

1 *Christiani cum iudęis comedere non debent.*
Iudæi ad dignitates seculares assumi non possunt.
2 *Iudæi in Chrianos potestatem exercere non possunt.*
3 *Iudæi contra Christianos testes esse non possunt.*
Nec mancipia Christiana habere possunt.
4 *Iudæi in diebus lamentationum in publicum prodire non debent.*
5 *Iudæi cum Christianis carnaliter commisceri non debent, & econtra.*
6 *Iudæi a Christianis habitum distinctum habere debent.*
Meretrix a matrona in qualitate vestis cognosci debet.
7 *Iudæi Christianorum medici esse non debent.*
8 *Iudæi Deum blasfemantes puniri debent.*
9 *Christiani ad paganos arma portantes quomodo puniantur.*
10 *Veniæ facilitas delinquendi incentium tribuit.*

Rubrica LXI.

1 Item † cum in l.capit. prædicti concilii Elibertani fuerit constitutum, quod si quis clericus, vel laicus fidelis cum iudæis cibum sumpserit a communione pellatur, & dictum concilium & alia non seruentur, quoniam in multis partibus sicut in Hyspania ad dignitates seculares assumuntur contra.l.ultimam.C.de iudæis. & etiam ad officia & ministeria in quibus possunt clericos, & personas ecclesiasticas, & ecclesias & Christianos grauare. nec in hoc sicut deceret p puincialia cōcilia prouideat, de accusatio. sicut olim. nec per episcopos sicut fuit statutum in concilio Toletano, qd habetur. 55.distin.nulla 57.q.4.constituit. de iudeis cum sit & cap. ad liberandum. ante finem & in 60.61.62.3. & 4. & 5.ca.
2 4.concilii Toletani. † Dictis etiam iudæis multi vendant redditus suos. nec ad dictos redditus leuandos deputent Christianum sicut statutum est ab ecclesia de iudæis in capitulo ex speciali, sed tales blasphemi Christi vim potestatis exercent in homines Chrinianos, contra concilim generale de iudæis. in cap. cum sit. & capitulo 1, in fine. Dicti etiam iudęi ab assidua communione Christianorum non abstineāt, licet hoc fuerit. in 4. Toleta. concilio constitutū ne simplices cor
3 rumperentur ab eis. 28. quæst.1.sæpe. de iudæis adhoc. † Dicti etiam iudæi in multis partibus ad testimonium contra Christianos, & ad actus legitimos admittuntur, a quibus eos iura repellunt. secunda quæstione septima. alicui, & de iudæis, capit. iudæi. Christiana etiam mancipia habent & secū retinent, quanquam canones prohibeant quod nullus iudæus baptizatum, vel baptizari volentem, in suo seruitio au
4 deat retinere. vt de iudæis. c.vlt. in prin. † in dieb. ēt lamentationum, & dominicæ passionis in multis partibus in publicum prodeunt. & in die parasceues hostia & fenestras clausas non tenent. Quinimmo dictis diebus in contumeliam fidei nostræ multa illicita agunt contra iura. de iudæis. iudæos. & extra. c.in cap. nonnullis. §. in diebus, quia dicti etiam iu-
5 dæi in multis partibus rotam siue signa non deferunt. † Et ideo frequenter iudæi Christianorum, & christiani iudæorū mulieribus carnaliter commiscentur, & in fide & moribus corrumpuntur, quod est contra iura. 28.quæst.1. caue Christiane. de iudæis in nonnullis. primo responso. vnde in dicto concilio elibertano. 78.c. statuitur q si quis fidelis habēs vxorem, cum iudæa, vel gentili mechatus fuerit a cōione arceatur.
6 † Debent igitur habitum a christianis distinctum deferre. sicut enim habitus nouiciorum discerni præcipitur ab habitu professorum. de regularibus statuimus, & in qualitate vestis discerni debet meretrix a matrona. ff. de iniur. l.1. §. si qs virgines, & miles a priuato. ff. de locato. & condu. si ignoras, & mulier per longum crinem. 30. distinctio. si qua mulier, & clericus a laico. 23. distinct. his igitur. & c. non liceat, de vita & honesta. clericorum. Sic etiam discernere debet vbique
7 iudæos prædictos. † Prædicti etiam iudæi medicinas Christianis præbent, & inter ipsos officium medicorum exercent, & se frequenter in eisdem eorum balneis cum eis balneant, & cum eis comedunt contra iura. 28.q.1 nullus. & capit. omnes
8 quæ, c. sunt. 8. synodi & concilij Agathen. † In multis etiam partibus per ipsos iudæos blasphematur, nec puniuntur per dominos seculares sicut iura præcipiunt, ut in dicto capit. in nonnullis. §. vltimo, & de blasphemijs. capit. unico. quinimmo dicti principes potissime in Hispania eos ducunt in cubicularios, & in pincernas, & botellarios, & totius domus eorū administratores retinent, & cibi & potus eisdem dominis administrantur ab eis a quibus omnibus excessibus essent tam principes quam ipsi iudęi compescendi. Potissime cum per ipsos iudęos religiosi ad dictos principes venientes, & clerici & alij christiani frequenter dicuntur, turpiter, & inhoneste
9 esse delusi. † Et idem etiam videtur prouidēdum de Christianis maritimis trāsfretantib. & in conuicinio sarracenorū, & aliorū infidelium positis. nam eędem incōuenientię sequuntur q suprascriptę sūt a iudęis & a multis falsis christianis fouent & arma & alia vetita portēt eisdē, nec seruat lex q talia facientes decapitari præcipit, bonis omnib. publicatis. C. quę res expor. non debent. l.2. Nec seruatur etiam concilium Lateranen. secūdū quod tales etiam sunt excommunicati ipso iure, & sunt serui capientium, & bonorum omnium amissione mulctantur. de saracenis, ita quorundam, & in talium absolutione, qn ad gremiū matris ecclesiæ reuertunt, nō seruat forma debita, & a iure statuta, vt. s. qd lucrati sunt & tm̄dē de suo in subsidiū terrę sanctę conferant priusq absolutionis beneficiū mereantur, fm formam concilij generalis. de iudæis & sacracenis ad liberandum terram sanctam, quia quasi pro nihilo in Romana curia, & ab alijs quibus per eam concedūtur indulgentiæ, absoluuntur. qd cedit in perniciem & dispēdium terræ sanctæ, & in confusionē & ignominiā fidei orthodoxę & Romanæ ecclesiæ. & ex hoc fit, vt pp impunitatis au

daciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores, & facilitas veniæ incentiuum eis tribuat delinquendi. de sentent. excommunica. vt famæ. 23. quæst. 4. est iniusta. ff. de pœnis. l. prima, §. famosos.

SVMMARIVM.

1 *Ludens ad aleas seu tabula quomodo puniatur.*
2 *Ars Balistariorum prohibita est.*
3 *Defunctus in torneamenti sepultura carere debet.*
Monomachia idest duellum prohibitum est.
4 *Clerici ad aleas & taxillos ludere non dicunt, & ludentes quomodo puniantur.*
5 *Ludus quæ mala producat.*

Rubrica LXII.

De lusoribus alearum, & taxillorum. & alijs ludis prohibitis.

1 Item †cum in 89. capitulo. dicti concilij Elibertani fuerit constitutum, quod si quis fidelis ad aleas, siue tabulas luserit, quod ab eius communione abstineatur, & si abstinuerit & se emendauerit quod post annum recipere possit communionem. & prędictus alearum ludus & etiam taxillorum & alii ludi prohibiti a conciliis & a Romanis pōtificibus & iuribus, in conspectu ecclesiæ & principum, & omnium fidelium, ita publice inter Christianos fiant hac si 2 eis uti licitum esset. †Et idem fiat & seruetur in sagittariis, & balistariis, & quorum ars aduersus christianos & catholicos sub anathemate exerceri prohibetur ab Innocent. secunda extra de sagittarijs. c. vnico, & etiam in torneatoribus. quorū ars in concilio Lateranensi, & ab Innocentio & Eugenio pa 3 pa propter animarum pericula prohibetur, †& præcipitur ꝙ si qui in dictis torneamentis mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura. ut de torneamentis capitulo primo. & idem etiam fiat in duellatorib. quorum monomachia ex decreto Nicolai papæ est prohibita. secunda quæstione quinta monomachia. & etiam a lege seculari. C. de gladiatoribus. l. vnica videretur quod esset super his & super consimilibus prouidendum propter animarum periculum, & ne ecclesia videretur talia quæ ad peccandum incitatiua sunt, & peccatorū occasio tolerare. de episcopis autem presbiteris & diaconibus, aleæ ludo & ebrietati deseruientibus continetur in canonibus apostolorum, quod puniantur. trigesimaquinta di- 4 stinctione episcopus, †& in concilio generali prohibetur, ꝙ clerici ad aleas & taxillos non ludant nec huiusmodi ludis interfint, de vita & honestate clericorum capitulo clerici. secunda ne clerici vel monaci. capitulo primo & clericus publicus aleator a promotione repellitur de axcessibus præla- 5 torum. inter dilectos. †& facit in auctenti. de sanctissimis episcopis. §. interdicimus, vbi præcipitur quod triennio tales a suo ministerio arceantur, huiusmodi enim ludus videtur infamare. Nam ex eo sequitur Ecclesiæ spretus, vsuraque siue rapina, scandala vel nugæ, blasphemia seu faciendi furti doctrina, uiolentia, crimina falsi & mortis causa, deceptio, perditioque temporis & desiderium corruptio iunges. Istis prædictis adulatio uitaque turpis. Sicut prosequitur Hostien. in summa de excessibus. prælatorum. §. primo versiculo, notantur &c.

SVMMARIVM.

1 *Vxores sine licentia maritorum literas accipere nec mittere debent.*
2 *Monachi absque licentia Abbatis literas recipere non debent.*

Rubrica LXIII.

Ne fœminæ coniugate absque maritorum nominibus literas mittere uel recipere audeant.

1 Item †cum in ulti. c. d. concilii elibertani fuerit constitutum ꝙ feminæ coniugatę fideles absq; maritorū, nominib. & scientia, literas recipere non audeant, nec ēt destinare, & hoc pp mala quæ ex talib. hactenus euenerūt. fue- 2 rit constitutum, & modernis temporibus non seruetur. † Sicut nec de monachis de quib. ēt scribitur, ꝙ absque licentia Abbatis literas non recipiant. 12. q. 9. non dicatis videretur laycis forsitan vtile dicta iura renouari, cum propter contrarium vsum ludibrio videantur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in die Dominico causas audire non debent.*
2 *In diebus festiuis populus non debet se exercere in ludis turpibus.*

Rubrica LXIIII.

Vt in dominicis & aliis festiuis diebus causarum strepitus conquiescant, ac nundinę & opera illicita & etiā rusticana.

1 Item †cum in 4. c. concilii Terracon. fuerit. cō stitutū, ꝙ nullus episcoporum, aut presbiterorum uel clericorum die Dominico propositū cuiuscunq; causæ negotiū audeat iudicare, nisi vt Deo tantum statuta solēnia peragant & istud, vt dominicis & festiuis dieb. cessetur a iudicialib. & ēt ab omni illicito opere, & a nundinis, & mercatis, sitq; alijs concilijs & iurib. cōsonum, & propter sanctorum venerationem, & animarū pericula, quę inde insurgūt, & ob Dei reuerentiam fuerit introductum, & solemnes fieri appellantur, ut extra de feriis cap. 1. et ult. et in aliis. c. eiusdem concil. de feriis. l. omnes. et l. dies. et prædicta iura et consimilia non seruentur, potissime in regno Franciæ, et in aliis, in quib. magnis diebus Dominicis et festiuis placitatur, nundinę et mercata fiunt, et alia opera rustica et illicita, uideretur esse super hoc prouidendum, cum plura mala in dictis dominicis 2 et festiuis diebus quam in aliis committantur. † et frequenter se populi exerceant in ludis turpibus et in amatoriis, et plausibus, et cantilenis, quod prohibetur in quarto concilio Toletano, de consec. distinctio. 3. capit. primo. quinctiam dictis diebus, et quadragesimalibus non deberent ipsi fideles se ab ecclesiis absentare, nec in cubiculorum latibulis habitare, sicut habetur in 2. cap. concilii Cæsaraugustani.

SVMMARIVM.

1 *Clericus omnibus diebus matutinas, & vesperas celebrare debet.*

Rubrica LXV.

De clericis in eodem loco degentibus, ut saltem die sabbati in uesperis, et die Dominica subsequenti insimul conueniant ad diuina.

1 Item †cum in 7. capit. prædicti concilii Terraconen. fuerit constitutum, ut totus clerus eiusdem parochiæ omnibus diebus matutinas, et uesperas simul celebret, et quod die sabbati specialiter conueniant, et in diebus Dominicis cum omnium præsentia solennia celebrentur. Et dictum concilium sit alias conforme et iuribus consonum, sicut habetur. 91. distin. quasi per totum, uideretur utile prædictum concilium obseruari. Nam in quinto cap. t. concilii Toletanorum statutum est quod si cuiuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam uenerit deponatur, et in 63. cap. tertii concilii Bracharensis. continetur quod matutinum et uespertinum officium conueniant. et in 64. quod diebus Dominicis ab ecclesiis non se absentent, et in 65. quod ante horam tertiam non prandeant. et in 66. quod cum habitu decenti incedant.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi singulis annis ecclesias visitare debent.*
2 *Episcopi in visitatione ecclesias grauare non debent.*
3 *Episcopi iura & priuilegia ecclesiæ subuertere non debent.*

Rubrica LXVI.

De episcopis, ut annis singulis uisitent dioceses suas, et quod idem faciant illi quibus competit uisitare, et ne in absentia procurationes quomodolibet recipere non possint.

1 Item †cum in 8. capit. dicti concilii Terraconen. posito decima quæst. prima. decreuimus, fuerit constitutum quod episcopi singulis annis ecclesias suas uisitent diœcesanas. et idem fuerit in aliis concil. et iuribus constitutum sicut in 4. concil. Toleta. eadem quæstione. episcopum, quinimmo episcopi, archidiaconi, præpositi, et alii quibus uisitandi incumbit, et hoc communiter non seruetur, sed prædicti a sede apostolica et aliis uiis, procurationes quas uisitando recipere non deberent, sibi ministrari procurent, quæ duplex infamia negligentiæ et auaritiæ sanctis patribus magno hactenus fuit horrori, ex quo statuerunt ne quis deinceps talis cupiditatis ingenium exerceret, ut ex hoc sollicitiores fierent de suis gregib. uisitandis, prouidentes ut quando cleri lāguore detenti, aut aliis occupationibus implicati, loco sui uiros aliquos probabiles destinarent, sicut statutum fuit in quarto concilio Toletano, decima quæstione prima. Toleta. & capitulo episcoporum. 42. distinctio. non oportet. Primo uideretur utile & proficuum ecclesiis, quod Romana ecclesia nullatenus indulgeret huiusmodi procurationes in absentia recipi. & quod constitutiones Grego. 10. & Bonifacii de censibus & procuratoribus exigit. et c. fœlicis. et alia iura. super eo. ti. et in aliis edita seruarentur. vnde in 21. cap. concilii Toletani fuit constitutum ut eps angarias uel indictiones in diœcesibus non ponat, quod capitu. ponitur decima quæstione tertia, quia cognouimus, ut in præced. cap. dicitur quod ecclesia cum eius dote in episcopi potestate consistat, decima quæst. prima. cap. 2. et 3. in 36. cap. quarti concilii Tolletani præcipitur quod episcopi per singulos annos ui- 2 sitent diœceses et parochias suas. † In secundo autem concilio Bracharen. capit. primo et tertio, quod ponitur decima questione prima, placuit dicitur quod episcopi uisitantes ecclesias grauare non debent, sed debeant inquirere qualiter rectores et ministri diuina peragant, et eos instruere in prædictis quod ecclesia sit immunis et libera a prædictis, nisi pbetur esse serua nec uidetur quod ad illam seruitutem possit indici per dnm papam, qui in contrarium dicitur aliqua priuilegia aliquib. regib. concessisse, quia hec sunt priuilegia ecclesię generalia fauorabilia gnaliter concessa et perpetua confirmata quæ sine ecclesiæ deformitate tolli non possunt 25. quęst. prima fere per totum, & eadem causa. q. 2. cap. secūdo & 3. & c. ecclesiæ, & sequentibus, & præceden. vnde uno uerbo non videtur, quod ipse, qui iura tuetur tanta, & tam generalia, & fauorabilia iura, & priuilegia subuertere possit, vt. C. de inoffi. testamen. si quando & de elect. ecclesia. §. deniq; & de hoc fuit tactum aliqualiter supra in 2. & 3. rub. huius secundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ quilibet rem suam relinquere potest.*
Donatio facta ecclesiæ iusinuatione non indiget.
2 *Coustitutio contra ecclesiam non valet.*
3 *In ecclesia placita secularia fieri non debent.*
4 *Hospitium seu albergum a monasteriis peti non debet.*
5 *Bona clerici homicide, per ecclesiam confiscari debent.*

Rubrica De immunitate ecclesiarum.

1 Item †nec illa immunitas prætermittenda est, secundū quam quilibet potest regulariter rem suam ecclesijs relinquere, & quod etiam extra manum suā ponere non est cogendus contra quam multi principes & tyranni diuersas machinationes ingerunt. Vnde ꝯtra eos multa hactenus prodiderunt remedia, & nouissime per dominum Alexandrum de immunitate ecclesiarum, quia nonnulli, & per dominum Bonifaciū in capitul. clericis, quæ remedia non proficiunt. Contra tales inuehit concilium generale de reb. ecclesię non alienandis. cum laicis, ibi non solum de alienatione feudorum & aliarum possessionem ecclesiasticarum & usurpatione iurisdictionem. sed etiā de mortuariis & pro anima relictis de quibus aliqui statuerunt quod ecclesia infra annum & diem distrahat alias auctoritate propria relicta occupabunt contra legem. C. de sacrosanct. ecclesi. generali. & & l. iubemus. ubi dicit, quod cuilibet licet res patrimoniales, vel partem, siue causa mortis, vel iure institutionis, uel quocunque alio modo relinquere ecclesię, uel inter viuos donare, nec est necesse, quod talis donatio insinuetur. C. de sac. san. ecc. l. illud. nam in donationibus, quæ fiunt ecclesijs, optima mensura est immensitas, in auhentica de nō alienan. aut permutan. reb. eccle. §. finimus. collatione secunda adeo quod si quis de curiali fortuna reliquerit tales donationes ecclesiæ lucratiuis inscriptionibus libere sunt, & immunes. Cur enim non facimus discrimē inter res diuinas, & humanas. C. de sac. san. ecc. l. sancimus, la secunda. Et hęc etiā futurum tempus respiciunt, in authen. de ecclesiasticis titu- 2 tulis. §. ad hæc sancimus. §. sequenti. †Si quę vero & si qua cōstitutio in contrarium promulgetur irritanda est. C. de sacr. san. ecc. decernimus. C. de epis. & cle. omnia priuilegia. hoc enim ius quod etiam relinquatur maxime in ultimis voluntatibus valde fauorabile est, tum fauore vltimæ uoluntatis. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. prima, tum fauore animæ decimatertia quæstione secunda, animę defunctorum. C. de sac. san. ecclesiis. sancimus, tum fauore ecclesię, quæ etiam habetur loco filiorum in authenctica, de sanctissimis episcopis. §. sed & hoc pręsenti. extra de probatio. in præsentia. §. penultimo. in aucten. de eccle. titul. si quis in nomine magni Dei, collatione nona. Nulla igitur constitutione contrariū statui potest, cum sine periculo animæ seruari non possit. de consuetu. capitulo finali. & de præscriptio, capitulo fina. hic igitur triplex funiculus rumpitur difficulter. de tregua & pa- 3 ce. c. fi. †Item usurpatur iurisdictio ecclesiastica, & violatur immunitas & libertas ecclesiæ a dictis dominis temporalibus, quod intra ecclesias, & monasteria, claustra, & cemeteria, sedes, & placita secularia tenent, & processus suos faciūt in eisdem, nec prosunt contra hoc antiquia remedia neque noua, de immunitate ecclesiarum capi. primo. & c. cum ecclesia. & c. decet. de electionibus, quod sicut. de appella. qua 4 fronte secunda quæstio. 2. §. ultimo. † Item quia ab ecclesiis & monasteriis & personis ecclesiasticis halbergum & hospitium violenter, præterea & pro se & suis necessaria exigere, quasi ex debito non verētur, quinimmo quanto maiores, in hoc potius peccare videntur, nec in hoc prosunt iam constituta remedia de immunit. ecclesiarum capitulo primo. 42. distinctio. quiescamus. C. de epis. & cleric. l. prim. in concilio generali, de rebus eccle. non alienan. hoc consultissimo. Itē violant immunitatem ecclesiasticam. 40. passum maioribus ecclesiis & minoribus. 30. concessum 17. quæstione quarta si- 5 cut antiquitus, et capitu. frater, et c. miror. †Item si aliqua ꝑsona ecclesiastica possidēs immobilia pro homicidio, uel cęteris criminibus, ex quibus bonorum sequitur cōfiscatio, puniantur, non permittunt huiusmodi immobilia distringi ꝑ ecclesiam, nec etiam confiscari, quod est contra ecclesiasticam libertatem et etiam contra iura, cū bona, personas amplexentur eamq; concomitentur. et non contra. de clericis, coniuga. quod a te de renūciatio. et transmissa. decimaseptima q. quarta capitu. vlt. ff. de colle. illic. l. prima in fine. decimasexta quæstio. sexta. de lapsis. & capitu. cognouimus & c. 6 illud. & capitu. episcopo. †Item priuilegia ecclesiarum & cōpositiones cum eis uel eorum procuratoribus factas non seruant, sed semper ecclesiasticas personas et ecclesias ac monasteria pro prædictis molestant, contra illud quod Gelasius papa statuit. 16. q. 3. placuit. dicēs placuit huic sanctæ & Magnæ synodo ut res uel priuilegia quæ Dei ecclesijs ex longa consuetudine pertinent, siue a diuinę recordationis imperatoribus, siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis ꝑ annos triginta possessa sunt, nequaquam a potestate præsulū eorum quęcunque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferat. Sed sint omnia in potestate et iussu præsulis ecclesiæ quæcunque intra triginta annorū spatia ab ecclesijs possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium uel clericorum contra præsentem diffinitionem egerit tanquam sacrilegus iudicetur et donec se correxerit et ecclesiæ priuilegia ꝓpria seu res restituerit anathema sit, Regi etiam Frācię uidetur imponi necessitas quod talia non pręsumat ut habetur ex libro capitulorum Caroli et Ludouici imperatoris. 16. q. 1. iuxta. Item pro uoluntatib. eorundem et absque causis rationabilibus ponunt dicti domini temporales manum suam et seuientes in bonis ecclesiarum et monasteriorum, et quarumcunque ecclesiasticarū personarum etiam frequenter in casibus in quibus non apponerent in bonis secularium personarum, et tam diu dictā manum, et seuientes in dictis bonis tenent quousq; dictę personę ecclesiasticę se erga eos redimant.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro iudicijs, munera accipere non debent.*
Iudices iustum iudicium vendere, nec per sories iudicare debent.
2 *Iudicis oculi muneribus excecantur.*
Sententiæ venales nullæ sunt.
3 *Pauper non habens quid offerat audiri contemnitur.*

Rubrica LXVII.

De muneribus pro iudicijs iurisdictionibus et officijs non recipiendis, et emolumentis iurisdictionum non uendendis, et qđ ecclesia nihil recipiat ab usurariis et iudęis, nec de bonis eorum, nec aliorum qui cū notorio peccato ea acquirūt. Sed distribuat pauperibus uel restituat quibus debet.

1 Item †cum in hoc decimo capitulo dicti concilij Tarraconensi, fuerit constitutū ne qui clericorm pro impensis, patrociniis, & iudicis munera recipiant, & idem sit in aliis conciliis et iuribus constitutum, ne iudices etiam iudicium iustum vendant neque per sortes iudicent vndecima quæstione tertia, non licet iudici. extra de sēnten. et re iudica. cum æterni, libro sexto. et contra prædicta iura et cō similia hodie quasi indistincte a ministris iustitiæ maximis mediocribus et minimis munera recipiuntur, et exitus, et ꝓuentus iurisdictionum vendantur contra prouisionem conciliorum Lateran. et Turonen. ne prælatis vices suas sub annuo censu concedant capitulo primo et secundo, ex hoc humanum iudicium peruertitur, et iudicantium oculi muneribus excecantur. Sicut Gregorius ait vndecima quæstione tertia, quatuor modis, et secundum legem canonizatam, venales sententiæ quæ in mercede a corruptis iudicibus proferuntur, etiam a citra interpositæ prouocationis auxilium infirmas esse decernuntur. ut l. venales. C. quando prouo. non est necesse. secunda quæstione sexta. ei qui appellat, versiculo venales. videretur in vtroque statu ecclesiastico et secula- 3 ri esse super hoc prouidendum. † Nam ut ait Isidorus pauper dum non habet quid offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, cito namque violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam quam redimere nummis existimat vndecima quæstione tertia pauper. Videretur insuper prouidendum et ordinandū quod ecclesia nihil reciperet ab vsuraris et iudæis, nec de bonis eorum qui cum notorio peccato ea acquirunt, sed distribuat pauperibus, & distribuat quibus debet.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo metropelitanæ ecclesiæ in celebrandis officijs seruari dbet.*
2 *Regulas magisterij quis ibi assumat, vbi honoris consecrationem recipit.*
3 *Officijs diuinis in expertos mancipari difficile est.*
4 *Officij diuersitas inordinata mores ab ecclesia Christi depulit.*
5 *Ordo vnus, & idem psallendi in matutinis, & diuinis officijs teneri debet.*

Rubrica LXVIII.

De officio ecclesiastico vniformiter in vnaquaque prouincia et etiam in quolibet regno dicendo.

1 Item †cum in primo capitulo concilij Gerunden. fuerit constitutum quod sicut in metropolitana ecclesia officium agitur, ita in tota prouincia, tam ipsius missæ ordo, quam psallendi vel ministrandi cõsuetudo seruatur, & hoc idem constitutum fuerit in vndecimo concilio Toletano, capit. tertio. 12. distinctio. de his ne aliqua diuersitate cuicunque ordinis vel officij a metropolitana sede disiungantur. 2 Cum iustum sit, vt vnusquisque inde assumat regulas magisterii, unde honoris consecrationem suscepit, ut iuxta decreta maiorum, sedesque vniuscuiusque sacerdotalis dignitatis mater est, sit ecclesiasticæ magistra rationis. Et hoc idem præcipitur ab abbatibus obseruari, vt iuxta voluntatem sui episcopi regulariter viuentibus, vesperas, matutinũ, & missam aliter quam sit in metropolitana ecclesia, celebrare nõ liceat, & si quis contrarium fecerit, quod sex mensibus, communione priuatus apud metropolitanum sub pecuniæ censura maneat corrigendus, & supradicta concilia rationabiliter constituta non seruentur, & ex hoc diuersæ locorum consuetudines, diuersimode varientur nec inueniri possint causæ quas in eis constituendis ab initio habuerunt. Videretur secundum quod Augustinus scribit ad inquisitores Ianuarii quod haberent omnia prædicta resecari, duodecima distinctione, omnia. Nam multæ tragediæ, & moteti, & alia ex quibus auditores non ædificantur, nõ ad deuotionem sed potius ad contrarium excitant, quod est directe contra illud per quod est officium institutum. Sicut Isodorus in septimo libro Ethimologiarum, duodecimo capitu. attestatur. 21. distinctione. cleros & clericos. 92. distinctione, cantantes. Ex prædicta etiam diuersitate sequitur magna incommoditas ecclesiasticis personis, quia cum longissimis temporibus laborauerint ad sciendum officium vnius ecclesiæ, vel dioce. 3 translati ad aliam quasi officii reperiuntur ignari. †Difficile namque est in expertos diuinis officiis mancipari decimanona quæstione tertia, monasteriis. unde ex prædicta diuersitate perdunt multi pauperes clerici, & presbiteri victum suum, & multi prælati conuenientes & idoneos non inueniunt in diuino officio seruitores, & in secundo capitulo quar 4 ti concilii Toletani continetur, †quod nulla pœna pestis magis disciplinæ mores ab ecclesia Christi depulit, quam inordinata diuersitas officii, quæ apud carnales, scismatis errorẽ videtur ostendere, & multis est materia scandalorum, unde qui in vna fide, & in vno regno morantur vnum officium di 5 cere præcipiuntur. †Idem statuitur in concilio Bracharen. vbi dicitur quod vnus ac idem psallendi ordo in matutinis, & diuinis officiis teneatur, & non diuersæ ac priuatæ neque monasteriorum cõsuetudines cum ecclesiastica regula sint permixtæ. & quod omnes in solemnitatibus easdem lectiones legant, & quod missæ eodem ordine celebrentur quod capi. ponitur. 12. distinctione placuit.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres a virorum cœtibus separari debent.*
2 *Mulierum concupiscentia etiam aspectu appetitur.*
3 *Mulieres, coma, & habitu, a uiris discerni debent.*

Rubrica LXIX.

Vt mulieres a virorum cœtibus, & a ludis, & inhonestis tactibus retrahantur, & ut coma, & habitu, discernantur a viris.

1 Item †cum in primo capitulo concilii Cesaraugusti. fuerit constitutum quod omnes mulieres fideles a virorum alienorum lectione & cætibus separentur, ne ad ipsas prætextu docendi, vel discendi quicquam accedant, & dictum concilium & multa similia non seruentur & multæ familiaritates & confabulationes illicite contrahantur, qa tam in ecclesiis quam extra ecclesias viri & mulieres extraneæ ab eorum parentela, in diuersis ludis se exercitant, & tactibus appetitibus & applausibus mutuo ad concupiscẽtiam 2 inflammantur. Etenim ait Augusti. de fide Christiana. †Nec solo tactu & effectu sed aspectu quoque appetitur & appetit concupiscentia fœminarum. Ne dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius, & cum se sibi inuicem etiã & tacente lingua conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardor, unde etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus trigesima secunda quæstione quinta, nec solo. & c. qui viderit, videretur fructuosum animabus quod eo ingenio quo decentius fieri posset, traherentur dictæ mulieres a consortio virorum extraneo- 3 rum, & a ludis etiam supradictis. †Et insuper secundum doctrinam Apostoli ad Corin. coma & habitu discernerentur a viris, unde in Gangren. concilio. statuitur quod quæcunq; mulier religioni diiudicans conuenire, comam sibi amputauerit quam Deus ad uelamen eius & ad memoriã subiectionis illi dedit tanquã resoluens ius subiectionis, anathema sit trigesima dist. quæcunque trigesima tertia quæst. quinta, mulier debet. de cosecratione dist. quinta fucare, quod est mulierum prouincialium.

SVMMARIVM.

1 *Clericum expolians quomodo puniatur.*
2 *Ecclesia oppressis auxilium suum impartire debet.*
3 *Romipetas & peregrinos capiens quomodo puniantur.*
4 *Peregrinos depredans quomodo puniatur.*
Pacem frangens quomodo puniatur.
5 *Ecclesiarum vastatores & incendiarij quomodo puniantur.*
6 *Episcopum capiens vel percutiens quomodo puniatur.*
7 *Iurisdictio ecclesiæ turbatur, quando eius rusticis talea ab aliis imponitur.*
8 *Causæ pœnitentium iudici ecclesiastico spectant.*
9 *Causæ pupillorum & miserabilium personarum ad iudicem ecclesiasticum quomodo spectant.*
20 *Idem in causis peregrinorum & mercatorum.*
11 *Clerici contra laicos literas in curia Romana impetrant.*
12 *Cognitio de peccato ad ecclesiam pertinet.*
13 *Ecclesia de feudo regni vel imperii cognoscit, quando regnum vel imperium vacat.*
14 *Vidua spoliata, potest spoliatorem coram ecclesia trahere.*
Dubium inter iudices seculares, per iudices ecclesiæ deciditur.
15 *Consuetudo in delictis iurisdictionem dat.*
16 *Causæ omnes tam clericorum quam laicorum olim ad sacerdotes ferebantur.*
17 *Pacis effractores ab ecclesia iudicantur.*
18 *Dos & donatio inter virum & uxorem ratione connexitatis ad iudicium ecclesiæ spectat.*
19 *Iudices seculares quando vt suspecti recusantur ad episcopum recursus habetur.*
20 *Clerici per censuram ecclesiasticam debitum secularibus soluere compelluntur.*
21 *Mulieres per iudicem ecclesiasticum compelluntur seruare pactum iuratum circa alienationes dotium suarum.*
22 *Clerici collectari non debent a secularibus.*
Clerici sportulas soluere, cogi non debent.
23 *Prætores libertatibus fauent.*
24 *Delicta clericorum vel etiam laicorum existentium in seruitio personarum ecclesiasticarum a quibus puniantur.*
25 *Præscriptio. 40. anno. contra ecclesiam currit.*
26 *Decimas laici possidere non possunt nec præscriptio eos iuuat.*
27 *Domini temporales beneficia ecclesiastica conferre non possunt.*
28 *Statuta principum ecclesiis onerosa eas non ligant.*
26 *Principes seculares non possunt ingerere vacantibus ecclesiis vt personas gratas habeant.*
30 *Ab episcopis ad archiepiscopos appellatur.*
31 *Ecclesiæ per principes incastellari non debent.*
32 *Episcopi in causa ciuili nec criminali a laicis principibus iudicari non debent.*
33 *Clerici aduersus laicum testificari non debent.*
34 *Res episcoporum & laicorum morientium successori reseruantur.*
35 *Episcopus habet iurisdictionem in laicis ementes bona iusta territorii subiecta.*
36 *Principes seculares in monasteriis nec in domibus episcoporum suam mansionem colligere non debent.*
37 *Domini temporales suis stipendiis contenti esse debent.*

Rubrica LXX.

De regibus & principibus iurisdictionem diuersimode ecclesiasticam perturbantibus, & usurpantibus de aliis potentibus alios expoliantibus, personas ecclesiasticas pauperes, & peregrinos opprimentibus, & illis qui ad limina apostolorum Petri & Pauli, vel ad alia oratoria accedunt sua auferentibus excommunicandis, & per ecclesiam compescendis.

1 Item †cum in undecimo capitulo primi concilij Toletani fuerit constitutum, quod si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se uenire, episcopus vt audiatur & contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos & quoscunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat & reddat aliena. & dictum capitulum positum est in decretis. vigesima 2 quarta quæstione tertia, si quis de potentibus. †Verum etiam quibus sibi oppressis ecclesia teneatur contra improborum violentias protectionis, & defensionis auxilium impartiri vt 87 distinctione. quasi per totum & in trigesimo octauo capitulo quarti concilii Toletani, & dicta iura non seruentur, nec etiam concilium eiusdem concilij, & dicta iura non seruentur, & communem similie ad ecclesiasticam iurisdictionem, & vtilitatẽ pertinentia, sicut est illud Capi. Calixti papæ vigesima 3 quarta, quæstione tertia. Si quis Romipetas & peregrinos & apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes, capere seu rebus quas ferunt spoliare, & mercatores nouis teloneorum & pedagiorum exactionibus molestare tentauerit, donec satisfecerit, cõione careat Christiana. 4 †Et illud capitu. Nicolai papæ eadem quæstione. illi qui peregrinos vel oratores cuiuscunque sancti, siue clericos, siue monachos, vel feminas, aut inermes pauperes depredati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malũ eis obuiauerint, anathematis vinculo feriãtur, nisi digne emendauerint. Pax vero illa quam treugam Dei dicimus, fideliter obseruetur sicut ab archiepiscopis et episcopis vniuscuiusque prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur, et illud ex dictis Gregorij secundi papæ eadem questione, quisquis per dolum, manum suam mittit in Christum, idest episcopum vel presbyterum, quia sacrilegiũ gra- 5 ue committit. †Et si quis ecclesiã Dei vastat, aut impugnat, aut incẽdit, quia et hoc grauissimum sacrilegium est, placuit sanctæ Sinodo, vt in primis omnia bona eius proscriptione publicentur, deinde in vno loco, idest monasterio inclusus peniteat omnibus diebus vitæ suæ. Et illud Vrbani papæ eadem questione paternarum traditionum exemplis cõmoniti, pastoralis officii debitum persoluentes, ecclesias cum bonis suis, tam personis quam possessionibus clericos videlicet ac monachos, eorumque cõuersos, vel commissos, oratores quoque cum suis nihilominus rebus quas ferunt, tutos & sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere presumpserit & postquam facinus suum recognouerit infra triginta dierum spatium competenter non emendauerit a liminibus ecclesie arceatur, & anathematis gladio feriatur. 6 †Et illud Alexandri secundi pape decimaseptima questione quarta. Si quis deinceps priorum aut cuiuscunque dignitatis, vel cuiuscũque ordinis laicorum episcoporum compræhenderit vel percusserit, aut aliqua vi a propria sede expulerit, nisi forte iudicatum canõice, auctores vel cooperatores tanti sceleris anathematizentur & bona eorum ecclesie ipsius iuri perpetuo tradantur. Si vero in presbyterum uel in quemcunque inferiorum graduum clericum hec eadem p̃sumpserit, canonice pœnitentie atque depositioni subiacebit. Si cõtumax fuerit excommunicetur. Videretur super obseruantia predictorum & aliorum ad ecclesiasticam iurisdictionem pertinentium fore de conpetenti remedio ecclesiæ prouidendum. Nã quasi per quandam aluuionem frustatim domini temporales ad se omnia trahunt. Et sicut frustatim lupus agnum comedit, ita & per ipsos iurisdictio ecclesiastica frustatim, quodammodo deuoratur, quidquid ad ecclesiasticam iurisdictionem potissime quo ad temporalia pertinet sibi competere putãtes. Et pauci sunt casus ad ecclesiam pertinentes, in quibus directe vel indirecte per eos ecclesiastica iurisdictio non turbetur in diuersis mundi partibus, nec & iã constituta remedia proficere possunt sicut experientia 7 docet. †Turbatur enim p eosdem ecclesiastica iurisdictio in causis seruorũ, & rusticorum ecclesiasticorum, quos talliant & iustitiant tanquam suos contra illa iura. 79. distinctione iudicatum, duodecima questione secũda, ecclesiarum seruos. 8 de foro competen. nullus. †Item in causis pœnitentium, qui in causis suis quas negligere forte non debent, melius ecclesiasticum quam foren. expetunt iudicium, etiam si sint rei, secundum glosam, vndecima quæstione prima. aliud. de pœ 9 nitentia distinctione prima, aliud. †Item in causis libertorum, & pupillorum, uiduarum, & debilium personarum, quæ pertinent ad ecclesiam quantum ad possessorium indiffinite. de foro competen. ex parte. Et quantum ad defensionem, & tuitionem ne a potentibus opprimantur. de censib. licet. & in præall. c. si qs. de potẽtiorib. 24. q. 3. & c. sequent. & etiam quantum ad petitorium in defectum dominorum tẽ 10 poralium, de foro competenti. ex tenore. †Item in causis peregrinorum & mercatorum, agricultorum & in mari nauigantium, qui pace & securitate gaudere debent, ut de treuga, & pace. innouamus. de peregri. capitulo unico, & de raptori. excommunicationi. & in præallegato capitulo si quis romipetas. & capitulo paternarum, uigesimaquarta quæstione tertia. Item cum agitur de feudis ecclesiæ usurpant sibi iu 11 risdictionem contra illud de foro competẽti. verum. †Item impediunt ne in curia Romana clerici contra laicos impetrent sicut consueuerunt hactenus facere indistincte, ut de iudi. capitulo ultimo. Et etiam quando laycus contra laycum impetrat contra decretalem illam grauem. de senten. excommunicationis & de arbitris innotuit. etiam si id super quo laycus contra clericum impetrat sit tale quod pertineat ad forum ecclesiasticum ratione rerum, uel personarum. de uerborum significatione. nouimus. §. finali. Et hoc frequenter accidit cum impetrant contra laycos, ue leos conueniunt in crimine sacrilegij, uel usurarum, uel hæresis, uel excommunicationis, uel periurij, uel adulterii, uel fornicationis, uel in causa natiuitatis, uel iurispatronatus, vel decimarum, vel rapinarum, de quibus nullum est dubium quin pertineant ad ecclesiasticum forum. sicut patet de crimine sacrilegii vel quasi, de foro competenti. cum sit. & cap. conquestus. de crimine vsurarum, de usuris, quoniam de crimine heresis, de hereti. ad abolendam. & c. excommunicamus, de crimiue symoniæ, de symonia per totum, de crimine excommunicationis, secunda quæs. prima. mihi. 24. q. tertia. corripiantur. de crimine periurij, de iud. nouit. §. ulti, de foro comp. cum si laycus. libro sexto. de crimine adulterij de offi. ordin, cap. primo. de procurato. tuæ. de crimine fornicationis, de uita & hone. clericorum. vt clericorum, de causa natiuitatis, qui filii sint legi, causam. & capitulo lator, de ordi. cogniti. tuam de causa iuris patronatus, de iud. quanto. de causa decimarum, de decimis tua. & c. seq. de causa rapi- 12 ne, de raptoribus capitulo primo. †Item impediunt quando ecclesia uult cogere aliquem ad satisfaciendum de peccato in quo est, licet cognitio pertineat ad ecclesiam. de iudit. 13 nouit. primo responso. †Item impediunt ne adeatur ecclesia in eorum defectum vel quando vacat imperium vel regnũ, ne cognoscat ecclesia de feudo, vt de foro comp. licet. de electio. cum inter vniuersas in fine, non permittentes quod suppleat defectum eorum contra de officio ord. pastoralis. §. ultimo. nec negligentiam eorum contra illud de foro comp. ex transmissa. & cap. uerum & cap. licet. & cap. ex tenore. de de officio deleg. significantibus. & c. prouidentiam. §. pen. 14 & ultimo. de offici. ordina. significauit. † Item impediunt ne uidua spoliata ad restitutionem agens trahant spoliatorem coram ecclesia q̃q̃ personæ, & causę in hoc simul concurrant contra illud. de foro comp. ex parte. Item impediunt si quid ambiguum inter iudices seculares oriatur, ne ad ecclesiasticos iudices recurratut contra illud qui fil. sint legit. per 15 venerabilem. §. licet. †Item impediunt ne ecclesiæ & curia officialium episcoporum cognoscant vbi consuetudo antiqua hoc habet ipsos indistincte, de personalibus, & de realibus, & criminalibus, licet consuetudo in talibus det iurisdictionem etiam in delictis domino. super familiam suam. de officio ordina. irrefragabili. de foro compe. cum contingat in fine. 9. q. 3. conquestus. de arbitris. dilecti. C. de emancipa. l. 1. & ulti. nec prodest constitutio Bonifaciana. de immunitate ecclesiarum, quoniam. in qua talia, & consimilia contẽ 16 nentes excommunicationi subiiciuntur ipso facto, †nec aduertunt dicti domini temporales, quod olim omnes causæ tam clericorum quam laicorum deferebantur ad sacerdotes ut in prædicto. c. per venerabilem. §. tria quippe. siue essent criminales, siue ciuiles, siue quecunque aliæ, ut ibidem. 2. q. 7. si quis presbyter. quod cap. concilii Toletani. & 11. q. 1. relatũ. & capitulo quicunque, & cap. sacerdotibus. eadem causa. & questione tertia. cum apud. unde non fit eis iniuria nec eorum temporali iurisdictioni si laicus, ubi consutudo hoc dat, reddat ad suum primarium forum, scilicet ecclesiasticum, nec sua, vel domini temporalis conditio videtur fieri deterior. argumen. ff. de pactis l. si vnus. §. pactum. versiculo ꝙ si non uult tollere, secundum Goffre. & ex isto casu quasi deperit tota ecclesiastica iurisdictio & eius generale & uniuersale priuilegium, quod in hoc etiam dat iurisdictionem. de foro competen. cum contingat. cui non videtur q̃d possit renunciari. sicut in tertia & in quarta rubri. huius se- 17 cunde partis superius est probatum. †Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam dicti domini temporales contra effractores pacis & treugarum, dicentes ius regalium esse contra illud de treuga & pace per totum. & vigesimaquarta quæstione secunda si quis. & capitulo sequen. de transactio. capitulo finali, in principio. 90. distinctione præcipimus. tertia quæstione prima, nulli, & in constitutione feudorum, de prohibita feudi alienatione per Federicum. l. imperialẽ. 18 †Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam in his quæ ratione connexitatis pertinent ad ecclesiam, s. in dote vt de donationib. inter virum & uxorem, de prudentia. & capitul. nuper, & in pæna posita in matrimonio de sponsa. gemma. 19 †Item quando iudices temporales ordinarii recusatis ut suspectis non patiuntur quod ad episcopum ciuitatis & ad ecclesiasticum forũ habeat recursus, licet hoc expresse caueatur in auctentico ut diffe. iudi. §. si vero iudex. collatione nona. Item impediunt iurisdictionem ecclesiæ, quia cũ in eos vel in eorum ministros aut officiales vel subditos excommunicationis, suspensionis, interdicti sententiæ proferũtur grauant ex hoc proferentes, uel res, aut subditos eorundẽ quousque absolutionis beneficium deferunt, ad eosdem, nec sufficit remedium excommunicationis sicut ait Greg. de senten excommuni. quicunque.

Item impediunt dictam iusdictionẽ ecclesiasticam p-sonas ecclesiasticas eis displicentes pro leuissimis criminib. carceribus. mancipando, in casibus. etiam in quibus laici de-

prehensi in maleficiis eisdē vel grauioribus nullatenus caperēur. Et quia dictas psonas ecclesiasticas incōtinenti & libere & absque redemptionib. exactionib. & eorum infamia reddere nolunt ecclesiasticis iudicib. eorundem. nec cōtentanē nisi coram eis de clericatu & eius possessione cognitio hēat, nec prodest ad contrarium capi. si quis suadente. 18. q. 4. nec decre. Bonifaciana si iudex. de senten. excom. li. 6. nec decre. 20 eos. de immunitate ecclesia. eodem lib. †Item impediunt iurisdictionem ecclesiasticam dicti iudices seculares & eam sibi vsurpant compellendo personas ipsas ecclesiasticas ad soluendum debita super quibus coram eis iudicibus contra psonas ipsas ecclesiasticas eorum patentes literæ habere exhibentur, nec sufficit φ dictus D. Bonifacius eos mandauerit p censuram ecclesiasticam ab ordinarijs compescendos. de fo 21 ro competenti. seculares. li. 6. †Item impediunt & perturbāt iurisdictionem ecclesiasticam, quia contra alienationes dotales cum iuramento factas audiunt mulieres & filias cōtra patres, quibus cum iuramento fecerunt pactum de hæreditate dum nuptui tradebantur, & quia exceptionem tei iudicatæ coram ecclesiastico iudice in casu ad eum de iure, vel de consuetudine pertinente, non recipiunt, nec proficit φ in dictis tribus casibus, sicut & in præcedenti, d. D. Bonifacius eos per ordinarios decreuerit compescendos. de fo. comp. seculares. de pact. quamuis. de iureiur. licet. & de exceptio. cū qui- 22 dam. lib. 6. †Item impediunt dictam iurisdictionem ecclesiasticam restringendo immunitatem ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum & ecclesiasticorum bonorum variis, & diuersis modis, nam imponunt eis munera, talleas, & collectas extraordinarias in casibus prohibitis a iure in auth. de ecclesia. ti. §. ad hæc sāximus. vt nulli iudi. §. nulli vero liceat. col. 9. & expressius in l. Federici, quæ incipit hac edictali. §. illicitas. cuius. §. verba sunt hæc. illicitas etiam exactiones maxime ab ecclesiis quarum abusus iam per longa tpa inoleuit per ciuitates & castella omni modo condemnamus, & prohibemus, & si factę fuerint in duplum reddantur. Item alius Federicus in alia lege quæ incipit ad decus, & decorem. dicit in §. item nulla communitas, vel persona publica, vel priuata collectas siue exactiones angarias siue perangarias, ecclesiis, piisque locis, aut ecclesiasticis personis imponant, aut inuadere ecclesiastica bona præsumant. Quod si contrarium fecerint & requisiti ab ecclesia vel imperio emendare contēpserint triplum refundant, & nihilominus banno imperiali subiaceant quod absque satisfactione debita nullatenus remittantur, quod etiam nihil sit exigēdum extraordinarium, seu superindictum, nec sportulas cogi debent soluere, alias tales domini duplum reddere & cingulo nudari iubentur, in authē. de sanctissimis episcopis. §. sportularum. colla. 9. Verū si dicatur iura antiqua hoc suadere, rñderi pōt φ talia iura corrigantur per iura canonica de immu. eccl. qa nōnulli. & c. clericis. li. 6. & per concil. Lateranen. & c. non minus. ubi dicitur quod in diuersis mundi partibus consules ciuitatum & rectores necnon & alij qui potestatem hr̄e vn̄r, tot onera frequenter imponunt ecclesijs, vt deterioris conditionis factū sub eis sacerdotium videatur quam sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat, ille quidem (omnibus aliis seruituti subactis, sacerdotes & possessiones eorū in pristina libertate donauit & de publico eis alimoniam administrauit, isti vero onera sua fere vniuersa imponunt ecclesiis, & tot angariis eas affligunt, vt eis quod Hieremias deplorat competere uideatur, princeps prouinciarum facta est sub tributo, siue quidem fossata, seu expeditiones, seu alia quælibet sibi arbitrentur agenda de bonis ecclesiarum & clericorum & pauperum Christi usibus deputatis volunt fere cuncta cōpleri. Iurisdictionem etiam, & auctoritatem prælatorum ita euacuant, ut nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. Quo circa sub anathematis districtione fieri de cætero talia prohibemus, nisi episcopus, & clericus tantam necessitatem, uel utilitatem aspexerint ut absque ulla exactione ad releuandas communes utilitates uel necessitates ubi laicorum nō suppetunt facultates subsidia per ecclesias existiment conferenda. Si autem consules aut alii de cætero ista commiserint & commoniti desistere noluerint, tam ipsi quam fautores eorum excommunicationi se nouerint subiacere, nec cōioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem. Et 23. q. ul. conuenior. & §. quamuis. cum seq. cap. de sacros. eccl. ad instructiones. & l. placet quæ canonizata est 16. q. 1. §. placet. 11. q. 1. si tributum. 16. q. 1. §. nouarū. & capitulo generaliter. 11. quæst. 1. sacerdotibus, & in 22. capitulo tertij concilij Toletani, quod ponitur 22. quæst. 2. ecclesiarum, seruos. cum multis similibus. Cum enim ista recipiant ecclesiasticā libertatem, & alia contraria in seruitutē redigant vt de priuilegiis cum olim. §. 1. & cap. ex ore. §. fin. Nec facit in contrarium. C. de præscr. quæ pro libertate & nō 23 aduersus libertatem sunt. l. fi. prætores †enim fauent liberta-

tibus. ff. de alienatione iudic. mutandi causa facta. l. tertia. §. primo, unde & fauores ampliantur & odia restringuntur. ff. de liberis & posthumis. l. cum quidam. & de iur. naturali mero omnis res libera nascitur, & de facili redit ad illud quod ius & natura sibi ab initio concessit. ff. de pactis. si unus. §. pactus. versiculo quod si non ut totum contractum tolleret, & extra de censibus, cum venerabilis. ex quib. omnib. habetur quod in bonis ecclesiarum, & monasteriorum, & quarumcunque ecclesiasticarum personarum, etiam frequenter in casibus in quibus non apponerent in bonis secularium personarum, manum apponunt & eam tandiu seuientes tenēt in bonis prædictis, quousq. dictæ personæ ecclesiasticæ se redimant erga eos uel eorum voluntate adimplent, uel quousq; que visum fuerit dictis dominis temporalibus quod satis p- 24 sonas ecclesiasticas afflixerint supradictas. Item propter delicta personarum ecclesiasticarum, & etiam secularium personarum in seruitio, uel officio personarum ecclesiasticarum existentium capiunt & explectant ecclesiastica bona tenentes de facto. quod delictum talium debet in damnum ecclesiæ redundare. contra Greg. 16. q. 6. Si episcoporum, dicentes φ in facultatibus licite punire possunt personas supradictas, 25 †Item cum contra ecclesiam non currat nec iuuet dictos laicos nisi quadragesima præscriptio, decimasexta quæst. tertia. §. cæterum. cum legibus canonizatis subsequentibus, contra dictam ecclesiam sicut contra priuatam personam præscriptione decennali & triennali utūtur, et quod deterius est cum per annum, & diem aliquam rem ecclesiasticam detinuerint uel iurisdictione aliqua in temporalibus ecclesiarū usi fuerint, nolunt audire personas ecclesiasticas ex tunc super possessorio, nisi de proprietate etiam experiantur. 26 †Item cum priuatus, qui primitias possidet, nulla temporis præscriptione iuuetur cum illa, quæ ab initio temporis de iure non sortiuntur effectum, tractu temporis non conualescunt. decimasexta quæstione tertia. §. quod si priuatus. & extra de præscriptio, causam quæ contradictam nolunt domini temporales & nobiles dictas decimas & primitias possidere tanquam propriam hæreditatem, contra illud Gregorii, decimasexta quæstione septima, decimas, extra de decimis quoniam. prima quæstione tertia peruenit. † Item aliqui ex 27 regib. & dominis temporalibus auctoritate volunt conferre beneficia ecclesiastica, quamquam in eos ius collationis cadere non possit quasi diuisionem facientes inter temporalitatem consecutiuam ex iure spirituali & ipsa iura spiritualia, contra illud prima quæstione tertia. Si quis obiecerit. 97. dist. bene quidem. 93. dist. c. 1. cum multis sequentibus. de rebus ecclesiæ non alienan. cum laicis. de constitutionibus ecclesia. & capitulo quæ in ecclesiarum prima quæstione septima. quicunque, & capitolo cauendum. octaua quæstione prima apostolica. decima q. 1. c. primo, cum sequentibus, de iure patronatus, præterea. & c. cum laici, & capitulis sequentib. 28 †Item cum constitutiones & statuta, regum, principum, & dominorum temporalium onerosa ecclesijs & ecclesiasticis personis non debeant obseruari, vt 10. distin. quasi per totū, & in dicto. ca. quæ in ecclesiarum. dicti reges, & principes, ac domini temporales constitutiones statuta & consuetudines eorundem in causidicando, & in aliis seruare faciunt in causis ecclesiasticis. quæ actitantur coram eis, & statuta sua, & consuetudines seruari faciunt quæcunque iura scripta diuina & humana, contra illa quæ habentur. 8. 9. 10. & 11. dist. & 25. q. 1. generali. † Item vacantibus ecclesijs cathedralib. & aliis quodammodo se ingerunt & potentia, precibus, & violentijs. uolunt habere personas gratas eisdem contra iura communia. sexagesimotertia distinctione capitulo primo secundo, & sequentibus. decimasexta questione septima si quis dein- 30 ceps. † Item ab episcopis temporalia obtinentibus non permittunt ad archiepiscopos appellari secundum concilium Laudun. de appellatio Romana. § debet, non attendentes, quod antequam regna peruenerint ad eos, & ante Christi aduentum erant vrbes & loca, in quibus primates gentium habitabant, ad quos poterat ab aliis appellari, in quibus quidem urbibus & locis post aduentum Christi apostoli & eorū successores patriarchas & primates posuerunt ad quos ab episcopis poterat appellari, sicut hetur octuagesima distinctione capitulo primo cum sequentibus & nonagesima non distinctione capitulo primo.

31 †Item in aliquibus partibus dicti domini temporales faciunt incastellari & mulctari ecclesias, & ex hoc in seruitutem reddigunt eas & sibi tanquam castra dicunt esse subiectas contra illud Calixti papæ undecima quæstio. prima. sanctorum.

32 Item † episcopos & Archiepiscopos multis regibus & principibus pro ciuilibus, & criminalibus causis eos uel eorum familiares, aut officiales tangentibus ita vocant & trahunt coram se in causa sicut & alias personas, non seruantes statutum papæ Bonifacii ad episcopos galliæ. 11. q. 1. nullus episcopus, neque pro ciuili neque pro criminali causa apud quemuis iudicem siue ciuilem siue criminalem producatur, vel exibeatur, & quod magistratus qui hoc iubere ausus fuerit amissione rerum & cinguli condemnatione plectatur. †Itē 33 in multis partibus dicti episcopi & alię personę a principib. & alijs dominis temporalibus a testimonio reuocantur contra legem illam. C. de episcop. & cleric. canonizatam. 11. q. 1. testimonium. cum seque. vbi dicitur quod testimonium clerici aduersus laicū recipi non debet s. in foro seculari & criminali. Et quod episcopi nec honore, idest iiure pretorio, nec legibus ad testimonium flagitetur. de testibus, decętero. 34 †Item in multis partibus etiam dicti principes, & domini tēporales res episcoporum, & cæterarum personarum ecclesiasticarum morientium vsurpant. & impediunt, ne per episcopos, vel capitula, uel per alios, ad quos pertinent distribuant secundum ordinationem defuncti, vel reseruentur successori, nec prodest quod Vrbanus in concilio Aluerniæ habito, in tales anathema protulerit & quod in Calcedonē. concilio & ab Innocen. secundum excommunicationis sententia in tales lata fuerit. 12. q. 2. de laicis. & c episcoporum. & c. illud & quod Grego. idem fecerit in concilio Lugdunē. de ele. generali. & de rebus eccle. non alienan. hoc consultis- 35 simo. †Item in aliquib. partib. reges & principes & domini tēporales infra ciuitates, castra. villas, & territoria ecclesijs, & personis ecclesiasticis subiecta acquirunt aliquas possessiones, vel res, in quib. vel īter quas amplectant aliqua, pp q̄ episcopi, & ecclesiæ perdunt iurisdictionem eorum quod est iuri contrarium. 16. quæst. 5. possessio. cum ca. præceden. & subsequen. & eadem cau. & q. 3. sicut. †Item dicti principes, reges 36 & domini temporales frequenter nō solum in monesterijs monachorum, & in domibus episcoporum, verumetiam φ est detestabilius, in monasterijs monialium sibi eligunt mā- siones contra illud Grægo. 18. q. 2. peruenit, & contra septi- 37 mam sinodum. 19. q. 3. quoniam. & c. quæ semel. †Item cum dicti reges & principes & domini temporales neminem debeant concutere, sed esse cōtenti stipendiis suis sicut beatus Ioannes Baptista consuluit eis, Lucæ. 3. & Actuum. 2. 23. q. 1. militare. & contra hoc per potentiam terrores & minas, frequenter multa a personis ecclesiasticis extorqueāt, & ali qñ iuramentum fidelitatis a dictis personis ecclesiastici quæ nihil ab eis tenent, exigant, contra concilium generale. de iureiurando nimis videretur super hoc prouidendum. Item excedunt dicti principes, reges, & domini temporales & ministri eorum cōtra ecclesiasticam libertatem quia cum alique personæ quæ reddendæ essent foro ecclesiastico capiuntur per eos. faciunt eas coram se omnia confiteri, & postmodū tanquam confessas, & conuictas de criminibus, eas reddūt foro ecclesiastico, dicentes quod confessionem coram se factam reuocare non possunt, & quod nisi secundum dictam confessionem iudicentur per ecclesiam & pro criminosis habeantur, per ipsos si rehaberi potuerint punientur moti quodammodo ex quadam glossula Inn. posita de electio. p inquisitionem. & de iudi. at si cleri. Item multi ex dictis regibus, & principibus imitantur errorem imperatoris constantinopolitani, quia archiepiscopis & episcopis regni eorum. & aliorum regnorum ad. eos venientibus sicut deberent, reuerenter non assurgunt, nec eis iuxta eos uenerabilem sedē assignant, immo quod est deterius vix interdum ingressum possunt habere ad eos, & ad cancellarios & consiliarios eorundem, & cum difficultate audientia præstatur eisdem, & dictis regibus & principibus in solio eorum vel lectis sedentibus, & prędicti archiepī, epī, abbates & alij prelati cum laicis & communibus personis in terra vel communibus sedibuss sedere coguntur contra honorem, & reuerentiam totius cleri & ecclesiasticæ dignitatis, & contra iura, de maioritat. & obedien. solitę. 63. dist. Valentinianus. 96. dist. duo. 11 q. prim. sacerdotibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum regi factum uiolans quomodo puniatur.*
2 *Fidelis hominibus esse non potest, qui Deo infidelis fuit.*
3 *Ecclesia debet esse solicita de custodia salutis regum.*

Rubrica LXXI.

De fidelitate regibus, & principibus obseruanda, & de puniendis his personis ecclesiasticis, quæ contra eos aliquid machinantur.

Insuper scribit Augusti. 22. quæst. quinta si quis laicus. quod capitulum aliqui ha- 1 bent pro palea, & aliqui pro. §. capit. de forma, †quod si quis laicus iuramentum violando prophanat quod regi & domino suo iurat, & postea peruerse eius regnum & dolose tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit in Christum Dei manum mittens, anathema sit, nisi per dignę pænitentiæ satisfactionem emēdauerit, sicut enim constitutum est a sancta sinodo seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus uitæ suæ, veruntamen communionem in exitu vitæ suæ cum Eucharista accipiat. Episcopus autē præsbyter & diaconus si hoc crimen commiserint degradētur. Item Hieronymus vigesimatertia quest. quinta. si apud, dicit quod si apud carnales dominos in minimis fideles fuerint incipient eis apud Deum premia maiora committi, ornat autem doctrinam domini qui ea quæ conditionis suę sunt apta facit, & ex diuerso confundit eam qui non est subiectus in omnibus & cui conditio sua displicet qui conductor at- 2 que fraudator in nullo fidem bonam ostendit. † Quomō. n. potest esse fidelis in substantia Dei, qui carnali fidem domino exhibere non potuit, quasi dicat nullo modo, quia nō pōt hominibus esse fidelis qui erga Deum extiterit infidelis, sicut habetur in quarti concilii Toleta. capitulo 63. posito 2. q. 7. non potest, item super prædictis prouisum fuit in ultimo capitulo dicti quarti concilij Toletani. in hunc modum. Post instituta quædam ecclesiastici ordinis vel decreta quæ ad quorundam pertinent disciplinā, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est pro robore nostrorum regum, & istabilitate gentis Gothorum pontificiale vltimum sub Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe gentium, ut fama est tanta existat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis obseruare contemnant, & ore simulent iuramenti professionem, dum retineant mente perfidię impietatem. iurant enim regibus suis, & fidem. quam pollicentur, præuaricantur, nec metuunt volumen illud concilij per quod inducitur maledictio multaque pœnarum comminatio, super eos qui iurant in nomine Dei mendaciter, Quæ ergo spes talibus populis contra hostes laborantib. erit, quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda post fædus non uiolandum Quæ in hostibus iura stabili permanebunt sponsione, qñ nec ipsis regibus propriis iuratam fidem conseruant. Quis enim adeo furiosus est qui caput suū manu propria desecet. Illi vt notum est immemores salutis suę propria manu seipsos interimunt, in semetipsosque suosquē reges proprias, conuertendo uires. Et cū dominus dicat. Nolite tangere Christos meos. & Dauid, quis inquit extędit manum suam in Christum domini, & innocens erit. illis nec vitare metus est periurium, nec regib. inferre exitium, hostib. quippe fides pacti datur, nec uiolatur. Quod si in hoc bello fides vigeat, quantomagis in suis seruanda est, sacrilegium quippe est, si uiolatur agentibus regum suorum promissa fides, quia non solū in eis fit pacti transgressio, sed & in Deū in cuius nomine pollicetur ipsa promissio, inde est, qđ multa regna terrarum cęlestis iracundia ita permutauit, ut pro impietate fidei & morum alterum ab altero soluerentur. unde & nos cauere oportet causam huiusmodi gentium, ne simili plaga feriamur præcipiti, & plaga puniamur crudeli. Si enim Deus Angelis in se præuaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cœleste habitaculum perdiderunt, vnde per Esaiam dicit. Inebriatus est gladius meus in cœlo, quantomagis nos nostræ salutis interritum timere debemus ne per infidelitatē eodem seuiente gladio pereamus, Quod si diuinam iracundiam uitare volumus, & seueritatem eius ad clementiam prouocare cupimus, seruemus erga Deum religionis cultum, atque timorem custodiamus, erga principes nostros pollicitam fidem atque sponsionem. non sit in nobis, sicut in quibusdam gentibus fidelitatis subtilitas, impia, non subdolæ mentis perfidia, non periurii nephas, & coniurationum nephanda molimina. Nullus apud nos præsumptione regnum accipiat, nullus excitet mutuas seditiones ciuiū, nemo meditetur interitus regum. Sed defuncto in pace principe, primates gentis cum sacerdotibus successorem regni consilio communi constituant, ut dum vnitatis concordia a nobis retinetur, nullum patrię gentisque discidium per vim ambitionis moueatur. Quod si hæc admonitio mentes nostras non corrigit, & ad salutem communem cor nostrū nequaquam perducit, audi sententiam nostram.

Quicunque igitur ex nobis uel totius Hispaniæ populis, qualibet coniuratione vel studio, sacramentum fidei suæ quod pro parte gentisque Gothorum statu, vel conseruatione regiæ salutis pollicitus est, temerauerit, aut regē nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut p̄sumptione tirannica regni fastigium vsurpauerit anathema sit in cōspectu Dei patris & Angelorum, atque ab ecclesia catholica quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cætu Christianorum alienus cum omnibus impietatis suæ sociis, quia oportet vt una pæna teneat obnoxios, quos si his

error inuenerit implicatos, quod iterũ secundo replicamus dicentes. Quicunque amodo nobis vel cunctis Hispanię populis quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei suæ ꝙ pro patriæ gentisque gothorum statu, vel conseruatione regię salutis pollicitus est uiolauerit, aut regem nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut presumptione tirannica regni fastigiũ usurpauerit, anathema in conspectu Christi, & apostolorum eius sit, atque ab ecclesia catholica, quã periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cõsortio christianorum alienus, & damnatus in futuro Dei iudicio babeatur cum participib. suis, quia dignum est, ut qui talib. sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus dicentes. Quicunque amodo ex nobis uel cunctis Hispaniæ populis, qualibet mediatione vel studio sacramentum, fidei suæ quod pro patrię salutis gentisq; Gothorum statu, vel incolumitate regię potestatis pollicitus est, violauerit, aut regē nece attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tirannica regni fastigium vsurpauerit anathema sit in cõspectu spiritusancti & martyrum Christi atque ab ecclesia catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extranei, & ab omni Christianorum communione alienus, nec partem habeat iustorum, Sed cum diabolo, & Angelis, eius ęternis suppliciis condemnetur, una cum eis, qui eandem coniurationem nituntur, ut par pœna perditionis constringat, quos in perniciem praua societas copulat. Et ideo si placet omnibus qui adestis hoc tertio reiterata sententia vestre vocis consensu firmate, ab uniuerso clero uel populo dictum est quod qui contra hanc nostram diffinitionem præsumpsetint anathema maranatha, hoc est perditio in aduentum domini sunt. & cum Iuda Scarioth partem habeãt ipsi & socij eorum amen. Quapropter nosipsi & sacerdotes omnem sanctam ecclesiam Christi ac populum admonemus ut hoc tremenda & toties reiterata sententia nullum ex nobis pñti atque ęterno condemnet iudicio, sed fidem promissam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes ac sincera illi deuotione famulantes, non solum diuinæ pietatis in nobis clementiam prouocemus, sed etiã gratiam antefati principis percipere mereamur. Te quoque pñtem regem ac futuros ętatum sequentium principes humilitate debita deposcimus, ut moderati & mites erga subiectos existentes cum iustitia & pietate populos a Deo uobis creditos regatis bonamque vicissitudinem, qui uos nobis cõstituit largitori Christo, rependatis, & regnantes in humilitate cordis, cum studio bonę actionis, nec quisquam vestrum solus in causa captiuum aut reum sententiam feriat. Sed cõsensu publico cũ rectoribus ex iudicio manifesto delinquentium culpa pascat, seruata a uobis in offensis mãsuetudine, ut non seueritate magis in illis quam indulgentia polleatis, ut dum omnia hæc autore Deo pio a uobis moderamine cõseruentur, & reges in populis, & populi in regibus, & Deus in utriusque lętetur. Sane de futuris regibus hanc sententiã promulgamus, ut si quis ex eis contra reuerentiam legum superba dominatione. & fastigio, in flagitiis, & facinore siue cupiditate crudelissimam ptãtem in populis exercuerit, anathematis snĩa a Christo dño condemnetur habeat a Deo separationem, atq. iudicium ꝑꝑ ꝙ præsumpserit praua agere, & in perniciem regnum deducere, De simithilane uero qui propri scelera metuens seipsum regno priuauit, & potestati fascib. exiuit id cum gentis cõsultu decreuimus, ut neq; eũ, vxorē eius ꝑꝑ mala, q̃ cõmiserũt, neq; filios eorũ vnitati nostrę unq̃ cõsociemus, nec eos ad honores, a quib. ob iniquitatem deiecti sunt, aliqñ promoueamus. Quiq; ēt sicut in fastigio regni habentur extranei, ita possessione rerum quas de miserorum sumptibus auxerant, maneãt alieni præter id ꝙ pietatę pijssimi principis nostri fuerunt consecuti. nõ aliter, & geillanē memorati Simithilane & sanguine & scelere fratrē q nec in germanitatis fide stabilis extitit, nec fidē gloriosissimo dño nostro pollicitã ꝯseruauit. Húc igit cũ coniuge sua, sicut & anse factum est, a societate gentis atq; consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatib. in quib. per iniquitatem creauerant reduces fidei præter id ꝙ consecuti fuerint pietate clementissimi Principis cuius gratia bonos donorũ præmiis ditat, & malos a bñficientia sua nõ separat Gloria aũt & honor omnipotenti Deo nostro in cuius nomine congregati sumus. Posthæc pax & salus diuturnitas piissimo & amatori Christi dño nostro Sisenando Regi cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit, corroboret ergo Christi gratia regnum illius, gentesque gothorũ, in fide catholica annis meritis, protegant illum usque ad ultimam senectutem summi Dei gratia, & post præsentis regni gloriã ad æternum regnũ transeat, ut sine fine regnet, q in seculo feliciter imperat ipso pñtante, q est rex regũ & dñs dominorum. Cũ patre & spiritusan. in secula seculo. Amen.

Definitis itaque his quæ superius comprehensa sunt annuēte religiosissimo principe placuit, deinde nulla re impediente, a quolibet nostrum ea quæ constitura sunt temerari, sed cuncta salubri concilia conseruari. & quia profectibus ecclesiæ & animæ nostræ conueniunt, etiam propria subscriptione, ut permaneant roboramus.

Ego Isidorus in Christi nomine ecclesiæ Hispalen. Metropolitanus episco. hæc constitutiones subscripsi. Similiter & alii episcopi subscripserunt numero xl.

3 Item in 5. concilio Toleta. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. ac vlt. continetur, qualiter ecclesia, & omnes Christiani, debent esse soliciti de custodia salutis regum, & de illis qui re superstite combladiuntur, de spe regni habenda, & de illis qui principibus maledicere præsumunt, vt fideles subditi regum non fraudentur iure rerum suarum ex cupiditate a successoribus eorum, & facinora principum obseruando, ad obseruantiam conciliorum de quibus scribitur in d. ca. 2 & sequentib. in hunc modum. Summa autem nobis vigilantia & grandi religionis cura prouidendum est, vt mala quæ assidue prohibita perpetrantur, circumspecta disciplina ecclesiastica extirpentur. Non enim incassum scriptum est pœnitente flagellato stultus sapientior erit, quamobrem quoniã præponderante onere delictorum experientia pœnę semper ac sæpe fieri discimus, Quod magnopere vitare debemus, quod etiam custoditur cum hoc quod diuinis sacramentis spopondimus, temeritate non violamus. Ideoque frequenter est compescendum, quod crebro inuenitur trãsgressum. Sed ne succedentes præcedant, ac deinde sequentes inuidentalitoribus, & cuncta quieta & pacata permaneant, hæc in concilio communiter considerata defertur sententia, ut seruetis quæcunque in uniuersali & magna sinodo prouisa constipraque circa principum salutem & vtilitatem sunt. Hęc quoque adiecta custodiantur, uidelicet ut omni benignitate omnique firmitate circa omnē potestatē principis nostri Chintillani regis teneatur dilectio, & præbeatur rationabile defensionis adminiculum, nec res iustæ prouisæ, aut etiam parentum digna prouisione procuratę ad iuris proprietatē pertinentes iniuste fraudulenter e a quocunque tam illicite acquisita ledendi eos præbeatur, nec quocunque modo quibuslibet rebus spreta dilectione molestentur. hæc enim ista efficit & principes in subiectis suspectos, & subiectos in bonis principum cupidos. Quo circa ne & præmissa contemnantur, & ut cupiditas radix omnium malorum auferatur, contestamur omnes præsentes & absentes, uel etiam futuris temporibus consequentes coram Deo & Angelis eius, quod si quisquam nostræ contestationis temerator extiterit, atq; contempto & quacunque argumentatione odiose eos molestare, aut in aliquo fuerit conatus lędere, si anathema in Christianorum omnium cętu, atque superno condemnantur iudicio, sit explorabilis omnibus catholicis & abominabilis sanctis Angelis in ministerio Dei constitutis, sit hoc seculo perditus, & in futuro condemnatus, qui tam recte prouisioni noluit prębere consensum. In expertis nobis moribus nouam decet inuenire medelam, quapp qñ sunt inconsiderate quorundam mentes, & se minime capientes, quos nec origo ornat, nec uirtus decorat, qui passim putant licenter ad regalia maiestatis peruenire fastigia, huius rei cã nsa omnium cum inuocatione diuina prębetur sententia, ut si quis talia meditatus fuerit, quem nec electio osum pficit, nec gothicę gentis nobilitas ad hunc apicē trahit, sit cõsorcio catholicorum priuatus, & diuino anathemate cõdēnatus, ergo quę & religioni inimicũ, & hõib. constat esse pernitiosum futura illicite cogitare, & casus principum exquirere, ac sibi in posterũ prouidere. cũ scriptũ sit, non est vestrũ nosse tpa, uel momenta, q̃ pater posuit in sua ptãte, hoc decreto cēsemus, vt quisquis inuentus fuerit talia perqsisse, & uiuēte principe in alium attendisse pro futura regni spe, aut alios in se pdattraxisse, a conuentu catholicorum cum excõicationis sententia expellatur. sed & hoc pro pestilentiosis hoium moribus salubri deliberatione censemus, ne qs in principem maledicta congerat. Scriptum est. n. a legislatore, principem populi tui ne maledixeris. Quod si quis fecerit excõicatione ecclē. plectatur. nam si maledicti regnum Dei non possidebunt, quanto magis talis ab ecclesia necessario pellitur qui diuine uolator sententię inuenitur. Simili prouidentia pro fidelib. regũ nostra datur snĩa, ut quisquis superstes principum extiterit iuste in reb. prossigatis, aut largitate principis acqsitis nullam debeat hic iacturam. Nam si licenter & iniuste perturbentur fidelium mentes, nemo optabit proprium ac fidele prębere obsequium dum cũcta nutant in incertam, et in futuro discriminis formidant cautam. Sed saluti corũ et rebus principalis pietas dēt prębere suffragia. Exemplis n. cęteri prouocantur ad fidem, cũ fideles non fraudãtur mercede. Propter malarum mentiũ facilitatem, et memorię obliuionis

hoc

hoc sacratissima statuit sinodus, vt in omni concilio episcoporum Hispaniæ vniuersalis concilii decretum, quod propter principum nostroruui salutem est cõstitutum peractis omnibus in sinodo publica debeat voce pronunciari, quatenus sæpe replicatum auribus vel assiduitate iniquorũ mens territa corrigantur, quæ ad preuaricandum & obliuione & facilitate perducitur. In his omnibus quæ premisimus potestatem indulgentię in culpis delinquentium principi reseruamus, vt iuxta bonitatis suę moderamen, ubi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culparum. His vero omnibus finem & robur subscriptione nostra facientes, gloriam & laudem omnipotenti domino Deo inquantum mortalium valitudo sinit, reddimus, post hæc gratias excellentissimo & gloriosissimo principi nostro Chintillano Regi per agimus cuius ardor fidei studium bonę intentionis & vnanimitatis concordiam nobis tribuit. & fiduciam charitatis, donec ei dominus de inimicis triumphum, & beatitudine gaudium custodiat eum protectione assidua, & muniat bonę voluntatis suæ circumspectione tutissima, cuius regnũ manet in secula seculorum.

Ego Eugenius Toletani, ecclesiæ prouinciæ Carthaginensi, Metropblitanus episcopus his omnibus decretis annuens subscripsi, similiter & alii episcopi subscripserunt numero uiginti.

Item in 3. c. 6. concilii Tolet. Rub.

Inflexibilis iudęorum perfidia flexa tandem uidetur pietate & potentia superna. Hinc enim liquet, quod inspiramine summi Dei excellẽtissimus & Christianissimus princeps Francorum Rex Ludouicus ardore fidei inflãmatus, cum regni sui sacerdotibus præuaricationes & superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec sinit degere in regno suo eum, qui non est catholicus, ob cuius feruorem fidei gratias omnipotenti domino cœlorum agimus, eo quod etiam illustrem creauerit animam. & sua repleuerit sapientia, ipse quoque donet ei & in præsenti seculo longeuam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem prouida nobis cura, & valde est decernendum vigilanti solertia, ne eius fidei calor & noster labor quãdoque in posteris tæpefactus liquescat, quo circa consonam cum eo corde & ore promulgamus Deo placituram sententiam simul etiam cum suorum optimarum illustriumque virorum consensu, & deliberatione sanximus, vt quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante conscēdat Regum sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit hãc se catholicam non permissurum cos violare fidem. Sed & nullatenus eorum perfidiæ fauens, vel quolibet neglectu, aut cupiditate illectus tendentib. ad præcipitia infidelitatis auditum præbeat præuaricationis. Sed quod magnopere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatum perseuerare in futurum, Nam incassum bonũ agitur, si non eius perseuerantia prouidetur. Ergo postquam ordine pręmissorum ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator huius extiterit ꝑmissi, sit anathema maranatha in conspectu Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni, simulque cum eo damnatione perculsi quicunque sacerdotum uel Christianorum quilibet eorum implicati fuerũt errore. Nos etenim ita præsentia decernimus vt præterita quę in uniuersali sinodo de iudęis conscripta sunt, cõfirmemus, quoniam ea quæ necessaria pro eorum saluatione scribi potuerunt in eisdem esse cauta sanximus. Quapropter duæ tunc decrera sunt valitura esse censemus.

Et in 13. c. eiusdem concilii quod sequitur.

Qui primatu dignitatis, atque reuerẽtiæ, vel gratiæ ob meritum in palatio honorabiles habentur his a iunioribus modestus honor per omnia deferatur, qui etiam minores a senipribus, & dilectionis affectu amplectantur, & utilitatis imbuantur exemplo.

Et in 10. c. concilii Toletani.

Item ad idem faciunt omnia quæ dicta sunt, supra in proxima rubrica de reformatione cleri, & in pręcedentibus.

Rub. C. De reformatione regum & secularium personarum.

Ad reformationem regũ & principũ & omniũ dñorũ tpaliũ faciũt illa quę d. sunt s̄. in primis quatuor rubricis primę partis, s. vt regerentur iuribus & rationibus de consilio proborũ, & pro prius volũtatibus & motib. & arbitrio eorundē. Et ꝙ cohiberent se a grauaminibus ecclesiæ inferendis de quib. quinquaginta grauamina tacta sunt in 80. huius secundę partis rub. & ꝙ liberaliter iustitiã exhiberent monetas non mutarēt, in sufficientes tabelliones non crearēt, nec ꝑmitterēt rē publicam in mensuris ponderib. & aliis defraudari prout dictũ est in 93. rubrica. & quod ab omnibus fidelitas seruentur eisdē, sicut in 71. rubrica dictum est. Et speciales orationes fiant ꝑ eisdem, vt in 6. rubrica quod nõ capiant personas ecclesiasticas nec eis acquirere prohibeant. vt in 3. rub. & 5. Et quod deputent defensores ecclesijs. vt in 40. rubri. Et quod venationibus nimis non insisterent. vt in li. rubrica. Ad reformationē autem totius status secularis faceret specialiter reformatio dictorum regum & principum quo ad prædicta. Et reformatio etiam ecclesiæ Romanæ prælatorum religiosorum & totius cleri, quia quod ab eis agitur trahitur ab ipsis laicis in exēplum. Ad dictã etiam reformationem secularium personarum faciunt illa quæ dicta sunt supra in 35. rub. 39. 42. 45. 47. 48. 50. 56. 57. 8. 9. 61. 62. 3. 4. 7. 9. 71. 3. & 5. 80. 81. & 2. 6. 7. 8. & 9. & 90. s. vt decimas & primitias & alia iura ecclesiast. soluant.

Tertia pars Tracta.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Romana aliarum est caput.*
2 *A prælatis peruerse actum de facili a subditis in exemplum trahitur.*
3 *Ecclesia Romana aliarum est domina.*
4 *Papa locum Dei in terris tenet.*
5 *Iura æternæ & non persona regem faciunt.*

Rubrica I.

De reformatione vniuersalis ecclesię, & quod in ea est pręcipuum, a capite sanctę Romanæ ecclesiæ prælatis & aliis superioribus inchoandum.

Sane quantum ad reformationem vniuersalis ecclesiæ vtiliter & perseuerabiliter ac efficaciter faciendam † videtur 1 a capite ratio sit edēda, videlicet a sacrosancta Romana ecclesia quæ caput est omniũ aliarum. ad quam tanquam ad caput ecclesiarum omnis sanctę religionis relatio est secundum Greg. referrenda, quam tanquam caput & matrē omnium ecclesiarum, secundum calixtum membra omnia sequi debent. Quæ sicut Inno. papa scribit est omnibus posita in speculum & exemplum, vnde sicut speculum sine macula atque ruga, exemplum absque repræhensionis nota dēt esse. Sic prædicta ecclesia sancta Romana secũdum Pelagiũ vrbis Romæ episcopum, nõ debet habere in se maculam neque rugam, neque aliquid huiusmodi. Capite nanque lãguescente omnia corporis membra dolent testimonio Esayę & cum incuruantur hi qui præeunt ad ferenda onera peccato- 2 rum facile inclinantur sequentes. † Et si quid peruerse agitur a prælatis cum facta verbis contraria plusquam ipsa verba secundum Senecam. moueãtur trahitur a subditis de facili in exemplum. Et concussis columnis ecclesiæ corruit ædificiũ. Et quamquam de scribis & phariseis super cathedram Moysi sedentibus præcipiat dñs & instruat in Matth. quod dicunt facite quæ autem faciunt facere nolite, Dicunt autem & nõ faciunt, & alligant onera grauia & importabilia & imponũt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere, omnia opera sua faciunt, vt ab hominib. videantur, dilatant philateria sua & magnificant fimbrias, amant primos recubitus in cænis, & primas cathedras in sinagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hoimnibus rabi. Et hoc idem secundum Ioã. chri. intelligi posset de prælatis, & sacerdotibus nostri tpis, qui oēm iustitiam populo mandant, & ipsi nec modicam seruant, vt sic nõ faciendo sed dicendo iusti appareãt. Nihilomnius tamen, quia vt psalmista ait, Oculi seruorũ, idest subditorum, & laicorum sunt in manibus, & operationibus dominorum suorum, idest prælatorum superiorum. & oculi ancille, idest uniuersalis ecclesiæ in manibus dominę 3 suæ † hoc est Romanæ ecclesiæ quę dña ac iudex est aliarum, cuius rector catholicus non iudicatur a quoquam, cum eius sedi primum Petri apostoli meritum, deinde secura iussione domini conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradiderit potestatem, sicut scribitur in decretis, plus ad facta dictæ Romanæ ecclesiæ attēditur quam ad ver- 4 ba. † Potissime cum dñs papa locum eius teneat, & vice fungatur in terris, qui cæpit facere, & docere, & turbam sequentem cibo corporali reficere non solo pabulo uerbi sui, qui digito suo scripsit in terram, cum de peccatricis mulieris iudicio ageretur, Qui sine peccato est uestrum, primus in illam 5 lapidem mittat, ut docuit eius in sacro euangelio † Regem enim, æterna iura faciunt non persona, quia non constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Quæ ergo honori debent honori deseruiant, & quæ reges accumulant, regno relinquant, ut quia eos regni gloria decorat, ipsi quoque regni gloriam non extenuent, sed exornent. Habeant deinceps iure conditi reges in regendo iudicia iusta, in parcendo prompta,

pta in conquirendo studia parca, in conseruando vota sincera, & tanto gloriam regni cum felicitate retentent, quanto iura regiminis, & mansuetudinis conseruauerint, & æquitate direxerint præmissæ primum ditionis, nec non prodiisse putetur ex fomite rationis reuelare conuenit euidentissima operis specie, vt ex illo nos idoneos assertores habeat probitas veritatis, ex quo semper semetipsam reseruauerit qualitas actionis. Ecce enim ita ex gentis nostræ mediocribus maioribusque personis multos hactenus corruisse reperimus, & defluens, vt eorum agnitis ruinis non aliud possimus, quam diuinæ considerare iudicia promissionis, quorum domorum spolia, & potentiarum diuitias simul ac prædia ita conspicimus prorsus exinanita, vt nec fisci vsibus commoda, nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cuius rei serie ex vtroque concurrente, dum & iudicatos iudiciorum sententiam elisit, in eorum bonis ad ipsorum uicem munificatus nemo, penæ non tenuisse disciplinam in ordine sed defectum potuisse pensantur ingente illo maiori salutis dispendio cumulato, quod tam hæc quæ a iudiciis vigor iudiciorum abstraxerat quam illa quæ qualiscumque prouētus ordine profligationis contriuerat tota proprietatis principum amplitudo in sinum suæ receptionis incluserat, sicque solo principali ventre suppleto. cuncta, totius membra gentis vacuata languescerent ex defuncto, vnde venit, vt nec subsidium mediocres, nec dignitatem valerent obtinere maiores. Quia dum solius potestatis vigor maxima occupauit, totius plebis status nec minima iura defendit, atque cum omni palatino officio simulque cum maiorum minorumque conuentu omnes nos tam pontifices quam etiā sacerdotes vniuersi sacris ordinibus famulantes cōcordi deffinitione decernimus, & optamus, vt omnis conquisitionis, profligatio in omnium rerum viuentium immobiliumque & moueri valentium corpore, vel specie, forma, vel genere, quæ a gloriosæ memoriæ Cindasiuntho rege a die quo in regnum dignoscitur conscendisse reperta quolibet modo extiterit, omnia in serenissimi atque clementissimi domini nostri Recesiunthi principis perenni transeant potestate, & perpetuo deputentur in iure non habenda parentali successu. Sed possidēda regali cōgressione, ita vt iuste sibi debita quisque percipiat, & de rebus ad remedia subiectorum quæcunque elegerit principis voluntas exerceat illis tantummodo exceptis quæ memoratus diuæ memoriæ Cindasiūthus princeps ante regnum, aut ex propriis, aut ex iustitissime cōquisitis visus est habuisse, in qb. cūctis filiis, vna cū gloriosissimo domino nostro Recesiuntho rege, maneat diuisio libera & possessio. pace plenissima. Sed ille res quas prędictus princeps de iustis prouentibus filii sui uel quibuslibet iustissime uisus est contulisse vel reliquisse omnes in eorum iure maneant inconuulse, illa negotii huius ueritate seruata & quia grata uoluntas gloriosi domini nostri Recesiunthi Regis reddere decernit vnicuique iustissime debita, nemo inuasionis calumniam moueat, aut damna requirat, præter quæ gloriosę memoriæ genitorem eius quædam indebite habuisse constiterat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi & alij prælati violantes iuramenta in salutem regiam facta quomodo puniantur.*

Rubrica II.

Incipit secundum capitulum. 10. conci. Tolet.

1 Frequentium † molestiarum nocens impulsus cōteni quidem magnitudine decentis poterit grauitatis, sed quia honesta solicitudo cohibere properat quod frequētata uisitatio uitare non curat, ideo & cum quorundam paternorum sanctionibus decretorum & institutionibus sit legalibus cautum ne contra salutem principum, gentisque, aut proprię patrię, quisquam meditari conetur aduersum, hoc unum specialiter nunc depromitur obseruandum, ut si quis religiosorum ab episcopo usque ad extremum ordinis clericorum siue monachorum generalia iuramenta in salutem regiam gentisque aut patrię data reperiatur uiolasse uoluntate prophana, mox propria dignitate priuatus, & loco & honore hēatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo reseruato, ut an locum, an honorem, an utraque possideat concedendi ius, licentiamque, principalis potestas obtineat.

Rubrica III.

De his quę imperatores Reges, principes, & domini temporales intra ecclesiam & in personis ecclesiasticis reb. & bonis agere & exercere possunt.

Istam rubricam non prosequor nec etiam uigesimam sextam de presenti propter librum quem de contentis in d. duabus rubricis, reuerēdus i Christo pater, frater Egidius Dei gratia Bituricen. episcopus in quo profunditas & sublimitas scientiæ, copiose & vtiliter edidit in quo plenius videri possunt pertinentia ad istas duas rubricas quam posset hic explicari, licet ex præcedentibus rubricis multa colligi possint quæ ad istas duas rubricas reducuntur.

SVMMARIVM

1 *Nimia prolixitas confusionem inducit.*

2 *Animarum cura est ars artium.*

Ignorantia omnium errorum mater est.

3 *Concilia antiqua in omnibus cathedralibus ecclesiis haberi deberent.*

Figuralia deberent moralizari.

4 *Canones populum contingentes debent per curatos populo exponi.*

Rubrica IIII.

De regulis fidei & doctrinæ Christianæ catholicis exponēdis, & de quibuslbet scientiarum scriptis potissime dubijs, abreuiādis, & opinionibus resecandis, & curatis, & presbyteris per scripta informandis, & officio ecclesiastico, & canonibus moralibus exponendis, & conciliis ab omnibus ecclesiis cathedralibus habendis, & de euangeliis & figuralibus misticandis.

Item cum in 21. & vlti. c. primi concilii Toleta. & in 1. ca. 6. concilii Toleta. & in pluribus aliis cōciliis, contineantur facientia ad catholicorum instructionem, & hæreticorum, & hæresum exterminationem sicut in 7. & vlti. c. primi concilii Constantinopolitani. & 10. c. 6. conci. Cartaginen. & in 2. ca. 3. conci. Toletani & similibus, videretur cōsiderandum an expediret seruari prædicta, cum paucissimi in his quæ ad fidē & eius articulos, & animarum salutem pertinent, etiam literati inueniantur instructi, propter quod risui patent infidelibus. quandocunque de fide habet collatio cum eisdem Cuiusquidem fidei doctrinam ab episcopis suscipere debent. 25. disti. audire. 1 †Item cum nimia prolixitas & etiam similitudo confusionem inducant, sicut habetur in prohemio decretaliū & vt alibi scribitur. Ars lōga, vita breuis, & experimentum difficile, & diuersitas interpretantium frequenter confussionem, materiam litium & discordiarum inducunt. Videretur vtile ꝙ de qualibet facultate sumerentur literati & experti viri & arbitri, ad quorum iudicium per summum pontificem omnes prohabiles dubitationes circa quaslibet scientias exortę, resecatis omnib. similibus, & superfluis, remanentibus tantum ipsarum scientiarū textibus originalibus, tollerētur, ac etiam aliquæ declarationes compendiosæ, pro sacerdotibus, & curatis in omni scientia ederentur, per quas possent in eis scholastici, curati, & reipublicæ administratores & rectores breui tempore informari in omnibus pertinentibus ad officia eorundem, & libri scriberentur in quibus esset videndum. Cum propter dictam diuersitatem opinionum, dubiorum diffusionem, & confusionem scripturarū, ad quas habēdas vix vnius scholaris diuitis sufficiūt facultates, ab ipsarum scientiarum disquisitione, & 2 studio plurimum retrahātur. †& ignorantes præficiantur curæ animarū, quæ est ars omnium artium, vt de ætatæ, & quali. cum sit ars, & regimini reipublicæ. ex quo cuncti errores proueniūt. cum ignorantia mater sit cunctorum errorum sicut habetur in concilio Tolet. 38. distin. ignorantia, & cum cęcus per ignorantiam cæco populo ducatum præbeat ambo in foueam dilabuntur ſm euangelicam veritatē. Matth. 15. & ea. dis. quæ ipsis. ad prædicta concordat principium. 10. concilij 3 Toleta. vbi describitur regula fidei, & doctrinæ. † Et insuper ꝙ antiqua concilia in omnibus cathedralibus ecclesiis haberentur. Et insuper ꝙ figuralia quæ intra ecclesiam leguntur, moralizarentur & misticarentur, & quod illud ꝙ legitur in ecclesia ad missarum solennia, de epistolis & euangelijs & de aliis exponeretur taliter quod curati & simplices inde sermo-4 nes assumere, & exponere possent. †Et quod omnes canōes specialiter populum contingentes sicut est capitulum Aug. 5. dis. ad eius. in quo cōtinetur, quod vir non accedat ad vxorem menstruatam, nec paruulum lactentem, & quod dictæ vxores non tradant paruulos suos aliis mulieribus ad lactandum, quod in solennitatibus & in ieiuniis ab eisdem vxorib. abstinere debent. 33. quæst. 3. ferre per totum. & quod hæc, & consimilia declarentur in dicto libro, & per curatos populo exponerentur.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ diuinæ debent legi in mensa papæ, Cardinalium, & aliorum prælatorum.*

Rubrica V.

Vt ad mensam dominorum papæ, & cardinalium, & episcoporum, & presbyterorum scripturæ diuinæ legantur.

1 Item †cum. in 8. c. tertii concilii Toleta. fuerit pro reuerētia Dei, & sacerdotum ab vniuersa Sinodo constitutum, vt quia solent crebro mensis occiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali cōuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Nam per hoc, & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur, & prædictum. c. positum. 44. dist. pro reuerentia, & consimilia sicut est statutum Greg. ea. di. conuiuia, & c. concil. Nanetēn. ea. dist. quando, & de consec. dist. 5. c. in omnibus. quod est assumptum. ex 5. lib. capitulorum non seruetur, quinimmo contra prædicta multæ fabulæ ociosæ, & detractiones, & derisiones, & turpiloqa, mensis episcopalibus & sacerdotalibus inseruntur, videretur expediens iura huiusmodi in Romana curia & extra a domnis Papa Cardinalib. & sacerdotib. obseruari.

SVMMARIVM.

1 *Mortui quibus orationibus sepeliendi sunt.*

2 *Mortui secundum apostolum lugendi non sunt.*

3 *Mortui an sciant quid agant viui.*

Rubrica VI.

Vt funera defunctorum cum psalmis & officio ecclesiastico absque lamentationibus tumulentur.

1 Ietm † cum in 22. c. tertij concilii Toletan. fuerit constitutum, quod qui diuina vocatione ab hac vita recedunt cum psalmis tantummodo, & psallentium, dēnt vocibus ad sepulchra deferri, sufficiat autem quod in spe resurrectionis christianorum corporib. fa-2 mulatus diuinorum impendatur canticorum, † ptohibet. n. nos Apostolatus, sanctus defunctos lugere dicens. De dormientib. autem nolumus vos contristari sicut & cęteri q spē non habent. Et dn̄s non fleuit Lazarum mortuum, sed propter huius vitæ erumnas, plorauit resuscitandum. Si enim potest episcopus hoc omnibus Christianis prohibere agere, nō moretur. Religiosis tātum omnino aliter fieri non licere cēsemus. Sic. n. Christianorum per totum mundū humari opor-3 tet defunctorum corpora. †De mortuis quæritur utrū sciant ea q̄ hic a viuis geruntur, Esaias ex persona populi afflicti ait, Abraam pater vester nesciuit. Aug. quoque in li. de cura agēda pro mortuis illud idem dicēs, & dictum c. positum. 13. q. 3. qui diuina, & c. Anastasii Papæ. ead. dis. hunc. & c. Cipriani quam præposterum, & Ioannis Chriso. in multis partibus nō seruētur, ex quo infideles de fidelibus machinantur, Videretur esse vtile obseruari, ait namque dictus Ciprianus papa, qa præposterum est, quamq; peruersum vt cū Dei voluntatē fieri postulemus quando vocat nos & accersit de hoc mundo, non statim voluntatis eius imperio pareamus, obnitimur & reluctamus, & peruicacium more seruorum ad conspectum domini cum tristitia & męrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non voluntatis obsequio, & volumus ab eo a pręmiis cęlestibus honorari, ad quem venimus inuiti. Idem nobis quoque ipsis minimis & extremis quoties reuelatum quam frequenter atque manifestę, de Dei dignatione præceptum est, vt contestaret assidue, vt publice prædicarent fratres non esse lugendos, accersione dominica, de seculo liberatos, cum sciamus non amitti sed præmitti recedētes præcedere vt proficiscentes & nauigantes solent.

SVMMARIVM.

1 *Filij ministrorum ecclesiæ in seruitutem ecclesiæ redigi debent.*

Rubrica VII.

De genitis a ministris ecclesiæ in seruitutem redigendis.

1 Item † cum in 10. c. 9. concilii Tolet. fuerit constitutum qđ geniti de ministris ecclesię in seruitutem ipsius redigantur, & hoc rationabiliter fuerit cōstitutum, videretur expediens quod vniuersaliter seruaretur in ecclesia Dei in qua videtur per contrarium ulum dictum concilium abrogatum quod ponitur. 15. q. 8. c. 1. in hæc uerba. Cum multæ super innocentiam ordinis clericorum hactenus emanauerint sententiæ patrū, & nulla actenus ipsarū firmari quiuerit, correctio morum adeo sententiam iudicātium protraxere, commissa culparum, ut non tantum inferretur ustio in actores scelerum, verum etiam in progeniem damnatorum, ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconē, & deinceps, uel ex ancilllæ uel ingenuę detestando connubio in honore constituti filios procreauerint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur canonica censura damnētur, proles autem aliena polutione nata nō solum hęreditatem nunquam accipiet, sed etiam in seruitutem eius ecclesię de cuius sacerdotis, uel ministri ignominia nati sunt iure perenni manebunt.

SVMMARIVM.

1 *Clericus sacrificans debet habere coadiutorem.*

2 *Episcopus Deo sacrificans testes secum habere debet.*

Rubrica VIII.

De ministrantibus in altari ut post se eiusdem ordinis habeant adiutores.

Item cum in 14. capitu. 11. concilii Toletan. fuerit constitutum propter morbos & casus diuersos qui occurrere possunt quod ubi temporis, loci, si-1 ue cleri copia suffragatur, † habeat quisque illic canens Deo atq; sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu, ille qui impleturus officia accedit turbatus fuerit vel ad terram elisus, a tergo semper habeat qui eius vicē & officium intrepidus exquatur, & dictum c. positum. 7. q. 1. illud. & c. nihil, non seruetur etiam in ecclesijs cathedralib. & in religionibus & in aliis locis in quibus seruari posset quinimmo presbyteri celebrant frequenter cum talibus q vix sciunt respondere eisdem. Pensandum esset an expediret dicta concilia obseruari, cum concordent cum aliis conciliis 2 & iuribus de consecra. distin. 1. †episcopus Deo sacrificās testes secum habeat. & c. iubemus. & c. hoc quoque. vbi etiam statuitur quod presbyter non celebret nisi duobus testibus p̄sentibus & ad id facit quod supradictum est in 14. rub. secundæ partis de. 7. diaconibus.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiasti. in tres partes diuidi debent.*

2 *Episcopus dispensationem rerum ecclesiasticarum habet.*

Rubrica IX.

Vt de rebus ecclesiasticis æquæ fiant portiones.

1 Item cum in concilio Bracharen. fuerit constitutum †ꝙ de rebus ecclesiasticis tres æque fiāt portiones, quarum vna sit episcopi, alia clericorum offiio diuinio vacantiū alia in reparatione ecclesiæ & fabricæ expēdatur, & quod de quarta pauperibus & peregrinis distribuenda reddant archidiaconus, vel archipresbyter episcopo rationem. & d. c. & dicta cōcilia posita. 12. q. 2. vobis. & c. vulteranæ, & c. cōcesso. & c. 4. & c. de redditibus. & c. cognouimus. & c. mos cum si. non seruentur, nec captula. illa. 12. q. 1. episcopi de reb. propriis. & c. ex his & c. episcopus. & c. præcipimus. & c. episcopus. quod 2 est 16. c. 3. cōcilii Bracharen. †in quibus continetur quod episcopus habet potestatem, res ecclesiasticas dispensandi iuxta ecclesiæ suæ & aliarum rerum suarum necessitates, pensari posset an esset super præmissis aliquid innouandum cum in aliquibus partibus episcopi quasi per totum, & in aliis ita modicum obtineant, & in aliis capitula, & clerus tanta paupertate laborent, quod mendicari coguntur.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi orarium subtus tunicam portare non debent.*

2 *Clerici indecentia vestimenta habere non debent.*

3 *Episcopi vel clerici sine indumentis, in ciuitate ambulare non debent.*

4 *Sacerdates, sine vestimentis sacerdotium suum deturpant.*

5 *Episcopi & clerici in flatumentis & in habitu corporis Deo placere debēt.*

6 *Clerici uestes scissas portare. non debent.*

Rubrica X.

Ne canonici regulares, & aliæ personæ ecclesiasticæ quib. certus est habitus deputatus ipsum in occulto deferāt subtus alias vestes, ne episcopi rochetos subtus gamachias suas, nec clerici vestes ante pectus scissas, & nodulatas, vel alias dissolutas more laicorum.

1 Item cum in concilio Bracharen. fuerit constitutum. †ꝙ diacones qui ex officio orarium portare debent super tunicam, dictum orarium subtus ipsam tunicam non abscondat, & hoc sit contra canonicos regulares, & cōtra multos alios religiosos, & etiam contra episcopos, & prælatos q superlicia, rochetos, & alios habitus, quos defferre debent intra domos eorum, & ecclesias & in aliis locis subtus gamachias vel epytegias deferunt. videretur super hoc esse prouidendum. vnde super hoc statuitur. 21. q. 4. c. 2. 3. 4. & 5. quod se-2 quitur. †In. 8. namque sinodo legitur quod nullus eorum qui cōnumerantur in clero vestimentum indecens habeat, siue in ciuitate degens, siue in itinere ambulans, sed stolis utatur q̄ concessæ sunt clericis, si uero quis tale quid fecerit per vnā hebdomadam suspendatur. Item Zacharias papa. episcopi presbyteri, & diaconi secularib. indumentis non vtantur, nisi 3 vt condecet tunica sacerdotali. †sed neque dum ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis sine operimento præsumant ambulare, præterquam si in itinere longo tempore ambulauerint, quia sicut mulier orans in ecclesiis non uelato capite deturpat caput suum, iuxta apostolicam vocem. 4 †Ita sacerdotes sine operimento deturpāt sacerdotium suū. Quod si temere præsumpserint contra statuta agere communione priuentur, donec q̄ sancita sunt, adimplere maturent. Item Leo papa, sine ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes apparere cōuenit nullo modo, ne ab aliquibus seculariū iniuriam patiantur, contrarius denique inuentus aut desinat 5 aut canonicę subiaceat disciplinæ. †Item Innocenttus. 2. præcipimus, vt tam episcopi quam clerici in statu mentis, in habitu corporis Deo & hominibus studeant placere, nec in superfluitate scissurę aut colore vestium, nec tonsura vestium intuentium quorum forma exemplum esse debet, & offendant aspectum. Sed potius quod eorum deceat sanctitatem, ꝙ si moniti ab episcopis emēdare noluerint, ecclesiasticis ca-6 reant beneficiis. †eodem mō prouideri haberet clerici portarēt vestes scissas ante pectus cum modulis, & sotulares rostra-

ſt;aros, & inciſos, ſicut faciunt milites & alii laici, cum hoc honeſtatem non deceat eorundem prout dictum eſt. ſupra, rub. 32. ſecundæ partis.

S V M M A R I V M.

1 *Corpora defunctorum, vbi ſepeliri debeant.*
2 *Corpora defunctorum, quæ in eccleſia ſepeliri debeant.*

Rubrica XI.

Vt corpora defunctorum intra eccleſiā non ſepeliantur

1 Item †cum in Bracharenſ. concilio fuerit conſtitutum vt corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe fuerit deforis circa murum baſilicę vſque ad eum non aborreatur. Nam ſi firmiſſimum hoc priuilegium vſque nunc retinent ciuitates vt nullo modo intra ambitum murorum cuiuſlibet defuncti corpus ſit humatum quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtinere? Et prædictum cōcilium non ſeruetur potiſſime a religioſis de ordine puperratis. uide-
2 retur ſuper hoc prouidendum cum aliis iuribus ſit conforme †Idem enim fuit ſtatutum in concil. Varen. 13. quæſtio. 2. præcipiendum, & ab Auguſtin. approbatum. ead. quæſtio. quibus in concilio etiam Maguntien. ea. quæſt. nullus mortuus, infra eccleſias ſepeliatur niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri vel fideles laici, & concordat ad hanc rubricam. C. de ſacroſanc. eccle. l. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Natalitia martyrum vel aliorum ſanctorum in quadrageſima celebrari non debent.*
2 *Feſtiuitates tempore meſſium & vindemiarum occurrentes mutari deberent, & quare.*
3 *Feſtiuitates plures ſanctorum ab eccleſiis mutatæ fuere.*

Rubrica XII.

De natalitiis martyrum in quadrageſima non eelebrandis, & de feſtiuitatibus tempore meſſium, & uindemiarū occurrentibus, alio tempore mutandis.

Item cum in 3. concilio Bracharenſi. c. 48. aſſumpto ex conciliis oriehtalibus facto per ſanctum Martinū
1 Bracharen. epiſcopum fuerit conſtitutum †quod in quadrageſima natalitia martyrum vel aliorum ſanctorum non celebrentur, ſed duntaxat uacetur officio quadrageſimali, & hoc non ſeruetur in pleriſque mundi partibus. Pēſentur an
2 expediret ſeruari. †Et inſuper cum feſtiuitates tempore meſſium, & uindemiarum occurrentes in prędictis temporibus in ueneratione debita non habeantur propter neceſsitatem gentibus ingruentem, per locorum ordinarios tempore alio mutarētur. Et ſic ſanctis debita ueneratio ſolueretur, & populorum utilitatibus prouideretur nec hoc uideretur eſſe iuri diſſonum cum conſimile indultum fuerit in concilio Triburienſ. de fer. licet. Et hoc epiſcopis de iure conceſſum uideatur ut eodem titulo capitulo conqueſtus, de conſec, diſtinc.
3 3. pronuntiandum. †Nam & uidemus quod feſtum omnium ſanctorum & aliæ feſtiuitates plures ex cauſis conſimilib. ab eccleſia ſunt mutatæ.

S V M M A R I V M.

1 *Ieiunium in die iouis ſanctæ, ſolui non debet.*

Rubrica XIII.

De ieiunio quintę ferię Paſchę non ſoluendo.

Item cum in 50. capi. 3. concilii Bracharen. aſſumpto ex conciliis orientalibus per ſanctum Martinum Bracharenſ. epiſcopum, poſito nomine Martini papæ. de conſe-
1 cratio. diſtinctione tertia non liceat, & † in concilio. Laodicenſi. poſito eadem diſtinctione non oportet, fuerit ſtatutum quod ieiunium quintæ feriæ ſiue die iouis ſanctę, ultimæ ſeptima nę, quadrageſimę non ſoluatur, & hoc in pleriſque mundi partibus non ſeruetur, penſandum eſt an expediret ſeruari.

S V M M A R I V M.

1 *Præſul & presbyter cardinalis coram quot teſtib. damnentur.*

Rubrica XIIII.

De teſtium numero in epiſcoporum & cardidinalium depoſitione requirendo.

1 Item cum ex decretis urbani papę habeatur† quod pręſul non damnetur niſi cum. 72. teſtib. & quod ſummus pręſul non damnetur a quoquam. Presbyter autem cardinal, non depouatur, niſi 64. teſt. conuictus. Et diaconus eardinalis. niſi. 26. & hoc ſit conforme decretis Silueſtri & Leonis. 4. 2, q. 4, pręſul, & capitulo nullam, & intelligatur non ſolum de epiſcopis cardinalibus, uerumetiam de aliis quibus repente a multis improbis & qui laudabilis vitę non ſunt, impetuntur, ſecundum. §. quorum. ead. q. Sed cū heu & ſecundum aliquos notatores, & ſupradictos non ſeruentur in epiſcopis, nec in cardinalibus, penſandum eſſet an expediret ſeruari & prouideri, quod epiſcopi, & cardinales non lacerarentur a uilibus, os ſuum in cœlum ponentib. lingua eorum tranſeunte ſuper terram 21. diſtinct. in tantum. quibus in Romana curia audientia, conſilium, & auxilium non negantur.

S V M M A R I V M.

1 *Quæſtorum abuſiones reſecandæ forent.*

Rubrica XV.

De quæſtoribus & eorum abuſibus ab indulgētiis & quæſtibus curſorum & nuntiorum Romanę curiæ reſecandis.

1 Item †cum in vniuerſali eccleſia quæſtores multos errores diſſeminent, multoſque ſeducant ſimplices, & multas abuſiones procurent, & vitam gerant enormiter diſſolutam, intantum ꝙ patēt riſui, poteſtaſque clauium eccleſiæ contemnitur. cum pro uno obolo, vel nihilo indulgentia concedatur, nec proficiat prouiſio concilii Lateranen. de pęni. & remiſſi. cum ex eo propter eorum inportunitatem & ꝑpter pecunias quas effundūt in curiis epiſcoporum a quibus literas obtinent quæſtuoſas ac indulgentiarum, & de audientia ab eccleſiarum rectoribus curatis populis ſub magna pęna paranda eiſdem. & ex hoc diuina officia perturbentur, ſermones & prædicationes impediantur, & populi extra uoluntatem propriam retinentur in eccleſiis, contemnantque impoſitas pęnitentias ab eorum curatis & confeſſoribus adimplere, putantes ſe abſolui propter dictas indulgentias ab eiſdem, & propter facilitatem veniæ pro obolo obtinendę, & pecunia, redimendæ, delinquere non formidant. 11. q. 3. pauper. de ſen. excom. vt famæ. l. diſtinctio. ſi lapſis. videretur ſup hoc de competenti remedio prouidendum. & inſuper quod ceſſarent quæſtus curſorum & nunciorum Romanæ curiæ.

S V M M A R I V M.

Ordo mendicantium quare in eccleſia introductum fuerit.
2 *Mendicantes vita, moribus, & ſcientia commendantur.*
3 *Spiritualia ſeminans temporalia metere debet.*
4 *Mendicantibus eſſet prouidendum circa eorum alimenta.*
5 *Clerici artificio victum ſibi quærere poſſunt.*
5 *In monaſteriis eruditi ad curam animarum aſſumi poſſunt.*
7 *Promouendi antiquis temporibus ſub eccleſiaſtica tradebantur diſciplina.*
8 *Mendicantes de ordine paupertatis ſunt, & mundo mortui ſunt.*
9 *Religio ſciſſuram recipere non debet.*
10 *Mendicantes vel aliis religioſi particularibus ſtudijs, & uanis diſceptationibus vacare non debent.*

Rubrica XVI.

De ordinibus mendicātium alendis, fouendis, & reformādis, & etiam corrigendis, & vt ex ipſis aſſumi poſſint ad curā & regimen animarum, & de exceſſibus eorundem.

1 Item †cum ex diſpenſatione & prouidentia diuina ordines mendicantium in Dei eccleſia nouiſſimis temporibus fuerint introducti ad ſupplendam ignorantiam, defectum, & negligentiam, & ſupportanda onera, neceſſitates, & occupationes eorum qui curæ animatum præficiuntur, &
2 eccleſiam Dei regunt, †& præfati religioſi communiter, vita, moribus, & ſcientia commendandi exiſtant, & ex hoc in eccleſia Dei ꝑpter honeſtatis, auſteritatis, & ſingularis vitæ eorum exemplum, ſcientiæ & prædicationis documentum, cōfeſſionum audiendarum conſolamentum, defendendæ fidei & expugnationis infidelium, pugnaculum populorum, de vita & ſcientia propriorum ſacerdotum plerūque diffidentiū, magnum religioſorum in eccleſia dei hactenus retulerint, & adhuc referant fructum. Videretur ꝙ per vniuerſalem eſſet
3 eccleſiam eorum inopię prouidendum. †nam & ſecundum apl̄m qui ſemināt ſpiritualia, non eſt magnū ſi tēporalia metant. 1. Corin. 9. de præben. cum ſecundum, et 12. q. 1. ex his ita ꝙ in cōi herēt de bonis prælatorum religioſorum et aliorū
4 qui ſuperabundant. †vnde poſſent ſibi in eccleſiis, ſed non in ſuperfluis ornamentis eccleſiarum, & ædificiis, & aliis ſuperſtitioſis conuenienter prouidere, vel ꝙ manibus propriis ſibi prouiderent ſicut faciebant apoſtoli, ne eſſent aliis oneroſi. de cenſi. cum apl̄s in prin. 28. q. 1. iam nunc. in fi. 21. q. 1. cap. 1.
5 nam† & idem præcipitur clericis non beneficiatis quamtumlibet verbo dei eruditis, vt artificiolo vel libris ſcribendis victum ſibi quærant. ſicut habetur concilio Carta. 91. diſtinct. clericus victum et ſequen. 14. q. 3. in ſumma. de cōſe. di. 5. nūquam vt. ſupra in rub. 8. ſecundę partis, & quod non reciperent vltra illum numerum quem maiores eorum ſub iuro ipſorum epiſcopis præſtando concedunt probabilirer poſſe in ſingulis conuentibus, attento ꝙ refrigeſcit multorum charitas ſuſtentari, & ꝙ nullos reciperent inuitis parentibus eorundem. Nam ſtatutum fuit in concilio Gangren. poſito. 30. diſt. c. 1. ꝙ ſi qui filii parētes maxime fideles deſeruerit occaſione Dei cultus, hoc iuſtum eſſe iudicantes, et nō potius honorem debitum parentibus reddiderint, vt hoc ipſum in eis
6 venerentur quod fideles ſint, anathema ſint. †Item cum per Gelaſium papam fuerit conſtitutum, quod etiam eruditi in monaſterialibus diſciplinis poſſint aſſumi ad curam et regimen animarum. 55. diſti. priſcis. de ſta. mo. c. 1. et c. monachi. 16. q. 1. cum pro vtilitate. et c. doctos. cum eorum concor. Videretur penſandum an expediret quod illi, qui probati eſsēt in dictis religionibus per epiſcopos diſpēſatione aſſumi poſ-
7 ſent ad curam et regimen animarum. † Nam et antiquis tēporibus hi qui promouendi erāt in clerum ſub diſciplina eccleſiaſtica tradebantur, ſicut habetur in concilio Toletano. 28. diſt. de his 12. q. 1. omnis ætas, verum quia ratione eminentiæ, vitæ, & quæ inflat in ſuperbiam efferuntur, & prelatos & alios quibus dicunt ſe non eſſe ſubiectos contemnunt & ſimplices ſacerdotes & curatos cum barbariſmis Deum, licet ex deuotione innocentes, deſpiciunt, ſicut ait Aug. in lib. de catechizandis rudibus, & 38. di. ſedulo. videretur prouidēdum etiam vt in humilitate ſeruarentur, ne tanquam neophiti eccleſiam Dei cōfunderent, putantes quod eorum auxilio plurimum indigerent, & quod ſine eis factum eſſet nihil, non accedendo ad illa quæ ſcripta ſunt de dictis neophi-
8 tis. 48. diſtin. per totum, & ſupra in 8. rub. ſecundæ partis. †Itē cum prædicti religioſi de ordine paupertatis & etiam alii q debent ſe reputare mortuos huic mundo & omnem nobilitatem paternam & mundanam perdidiſſe, iuxta ſentētiam Eugenii papæ. 16. q. 1. placuit 2. & Ambro. 12. q. 1. cui portio, & 7. ſinodo. 18. q. 2. diffinimus, in dictis religionibus de nobi-
9 litate diuitiis & potentiis parentum intumeſcant, †& ex hoc & ſecundum regna prouintias & dioceſ. & ſecundum proprias affectiones in vnitate religionis quæ ſciſſuram recipere non debet, ſicut ait Pelagius papa. 24. q. 1. ſciſma, & capit. quoniam vetus oriens, & Paſcalis papa. 16. q. 7. ſicut domini
10 veſtimentum, videretur ſuper hoc prouidendum. † Item cū dicti religioſi dimiſſo bibliæ, & veræ theologiæ ſtudio, & his quæ ædificare poſſent eccleſiam Dei, dialecticorum tendiculis, & fantaſmatibus, theologię ſtudium deſtruentibus, & in ſermonib. & prædicationibus ad eorum oſtentationem frequenter rithmis & quibuſdam profunditatibus abutantur, & in generalibus & particularibus ſtudiis, curioſitatibus, & vanis diſceptationibus vacent, contra doctrinam Hieronymi, & aliorum. 27. diſtin. a principio vſque ad §. ſed contra, & 43. diſtinct. ſit rector, cum cap. ſequentibus, & §. pariter, videretur ſuper hoc eſſe prouidendum. Item cum ut in pluribus filios nobilium & potentum cum parentum eorum ſcandalo religionibus eorum, & iuramētis, & votis nę ad ſeculum reuertantur, infra annum probationis contra cōcilium Maguntinum. 20. q. 3. conſtituit, & contra prouiſionem Alexandri quarti, de regularibus non ſolum, nec ſeruent alia remedia circa confeſſiones audiendas, ſepulturas, & quartas parochialibus eccleſiis reddendas, & circa excommunicatos, interdictos & ſuſpenſos nō recipiendos ad diuina, & circa alia eis vetita, prætendentes quod iuſto non eſt lex impoſita, uideretur ſuper his & aliis eos tangentibus prouidendum. cū paupertas eorum denigrari videatur & lucernam extinguere eorundem, & ex prædictis multa ſubſequantur pericula animarum, potiſſime cum rectoribus, qui habēt adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta non conſtet de illis qui confitentur eiſdem, nec eorum nomina ipſis rectoribus per dictos religioſos reddantur in ſcriptis.

S V M M A R I V M.

1 *Leproſi ab epiſcopo alendi ſunt.*
2 *Leproſi ab aliis ſeparari debent.*

Rubrica XVII.

De leproſis alendis & ſub eccleſiaſtica diſciplina retinendis, & corrigendis ne ſanorum actibus miſceantur.

1 Item † cum leproſi, & alię perſonę miſerabiles qui debilitate faciente ſuis manibus laborare non poſſunt victum, & veſtitum inquantum poſſibile eſt epiſcoporum largitione aſſequi debeant, ſicut habetur in concilio Aurelianenſi. 82. diſ. c. 2. & 4. ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinere noſcantur, ut ibidem, et cum in eorum cōmixtione cum ſanis infinita pericula ſubſequantur, † et ex
2 præceptione diuina fuerit cōſtitutum quod tales perſonę ab aliis ſeparentur ſicut extat exemplum de maria ſorore moyſi, et Aaron, lępra percuſſa, Num. duodecimo capitulo. et Yſidorus in epiſtola de lapſis, et trigeſimatertia quæſtione ſecunda, hoc ipſum, uideretur expediens quod prædicti leproſi obtentu alimoniæ petendę ſeu quocunque prætextu non immiſceretur conſortiis hominum, et quod de publico alimonia præſtaretur eiſdem.

S V M M A R I V M.

1 *Fęlicitate peccantium nihil infęlicius eſt.*

Rubrica XXVIII.

De ualidis mendicantibus cohibendis et de inualidis informandis.

1 Item cum ſcribat Auguſt. in 7. epiſtola ad marcellinum ultra medium, et in ſermone de puero centurionis. vigeſimatertia quæſtione prima. paratus, quod cui licentia iniqtatis eripitur facilius uincitur, qm̄ nihil eſt infelicius fœlicitatę peccantium, qua pęnalis nutritur impunitas et

mala voluntas velut hoſtis interior roboratur, vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat eidē frangitur vt ſeductus iniuſtitiæ acquieſcat multaque bona præſtantur inuitis quando eorum vtilitati licet non voluntati conſulitur ſicut idem Augu. in Enchirid. 71. c. ait. 45. diſt. &
2 qui emendat. †& ſecundum Albinum vnum ſit genus eleemoſynæ errantes in viam reducēre veritatis. ea. diſt. tria. & c. duæ. videretur prouidendum quod omnes mendicantes validi contra quos leges ſeculares etiam inuehunt cohiberentur ab eleemoſynis recipiendis, & quod prouideretur mendicis inualidis, per ſingulas ciuitates, & dioceſes, vt in rub. proxima ſuperiori eſt expreſſum.

S V M M A R I V M.

1 *Hoſpitalia in qualibet republica fieri debent, & ſi ſint diſſipata reformari debent.*

Rubrica XIX.

De hoſpitalitatibus xenodochijs, & orphanotrophijs ad recipiendum pauperes peregrinos. & orphanos in locis in qbus non ſunt, & de bonis eccleſiaſticis religioſorum fieri poſſunt, conſtruendis, & de conſtructis reformandis.

1 Item †cum non ſolum ſecundum canonica verum etiā ſecundum regalia inſtituta, ab antiquo fuerit ordinatum, quod in republica habeant xenodochęs monaſteria ptochotrophia, orphanotrophia. Gerontocomia, & brephotrophia, & loca ſimilia in quibus pauperes peregrini recipiātur, ſenes, patrib. orbati infantes, & miſerabiles perſonæ alātur, vt C. de ſac. ſanc. ec. l. ſancimus. 23. q. 8. tributum. §. ſancimus. de reli. do. in c. de xenodochijs. & c. ad hæc. Videret expediens ꝙ vbi dicta loca ab antiquo cōſtituta fuerunt, & nūc non ſunt, vel diſſipata ſunt reformarentur, & vbi non fuerūt de nouo epiſcopali prouidentia conſtituerentur.

S V M M A R I V M.

1 *Pena quæ aufertur ab excommunicatis, & ſacrilegis in pios vſus conuerti debet.*

Rubrica XX.

De pœna ſacrilegorum & aliorum qui ab eccleſia ciuiliter pro delictis puniuntur in pios vſus conuertenda. & quod per eccleſiam etiam per dominos temporales procedatur ſpiritualiter & temporaliter cōtra illos qui excomunicationem ſuſtinent aīo indurato.

1 Item †cum propter pęnam, quam eccleſia frequēter recipit ex conſuetudine ab his, qui excommunicationem ſuſtinent aīo iuduraro, & ſacrilegis, & aliis criminoſis pro criminibus eccleſiaſticis commiſſis, per eos ipſa eccleſia apud laicos frequenter diffametur. Potiſſimum cum Alexā. papa de pęnis, licet. & Greg. 16. q. 5. cognouimus. & c. de lapſis. & alia iura 1. q. 1. nullus ep̄s. de ſimo. nemo. 83. di. ſi quis ep̄s cum eorum cōcordantijs, pro ipſis prima facie facere videantur. videretur penſandū an expediret ipſam in pios vſus eſſe conuertendam. Et inſuper quod per eccleſiam, & dominos temporales, procedatur ſpiritualiter & temporaliter contra eos qui excommunicationem ſuſtinent animo indurato.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo a decimarum ſolutione non excuſat.*

Rubrica XXI.

De decimis perſonalibus & aliis. & primitiis ſoluendis, & non ſoluendis, & de prouiſione ſuper his adhibenda.

1 Item †cum ſicut canones & quatuor principales doctores tenere videatur, quod ſolutio decimarum ſi non fiat, conſuetudine non excuſatur, prout late diſputatur per Hoſtien. in ſumma in titu. de decimis. §. qūo decima, ver. ſeptimo quæritur. extra de deci. c. 1. 16. quęſtione. 7. quicunque. & c. decimas. & capitu. maiores. 16. q. 1. doctos. & c. reuertimini. & c. decimæ. cum multis concordan. ibi. ſignatis. & dictæ decimæ reales & perſonales quę debentur ex negotiatione, artificio, ſcientia, militia, & veneratione, & maxime in italia, & multis alijs partibus mundi non ſoluantur, & multi ꝯſtituantur dictorum iurium & ſacræ paginę quo ad hoc trāſgreſſores, nec conſcientiam ſibi faciant, videretur eſſe ꝑpter animarum periculum ſuper his per eccleſiam prouidēdum, & eodem modo circa primitias perſoluendas.

S V M M A R I V M.

1 *Rectoribus pauperibus eccleſiarum quomodo ſit prouidendum quando non poſſunt ex eis ſuſtentari, & hoſpitalitatem ſeruare.*
2 *Vnio eccleſiarum fieri debet quādo redditus vnius eccleſiæ ad onera ſupportanda non ſufficiunt.*

Rubrica XXII.

De prouiſione congrua pauperibus eccleſiarum rectorib. curatis & vicariis eccleſiarum ad religioſos & alios pertinētium facienda, de qua valeant onera epiſcopalia & hoſpitalitatem debitam congrue ſupportare.

1 Item †cum aliquæ eccleſiæ parrochiales & vicariæ curæ ad religioſorum præſentationem ſeu prouiſionem pertinentes adeo ſint tenues & exiles, & a dictis religioſis depau-

paupertate quod dicti rectores vicarii & curati non possunt inde suam sustentationem habere nec hospitalitatem seruare, nec onera episcopalia sustinere, nec prosint, nec sufficiant constituta remedia per Clementem quartum de præben. suscepti. lib. 6. nec per antecessores eiusdem, quia exempti, ad quos dicta constitutio se extendit, non possunt per episcopos excommonicari, nec distringi, & prætendunt obtentū decreta, sicut de supplen. negli. præla. & similium, & 16. q. 1. frater noster, quod ad dictos episcopos non pertinet corrigere. supra dicta, & quod in eis monasteriis hospitalitatem seruant, nec volunt quod dicti rectores, vicarii, & curati, & hospitium teneant, nec episcopalia, alias episcopi onera portēt sed quod cum ipsis comedant, & cantent quando ipsi voluerint, & quando voluerint cessent, & quod omnino subiiciantur ditioni regimini & imperio eorundem, eisque obediant contra mandata & sententias prælatorum, aliter nihil de bonis dictarum ecclesiarum, vicariarum, & curarum aliquatenus suscepturi, ipsosque in pluribus aliis multiplici subiiciāt seruituti. Videretur super his esse de competēti remedio pro-
2 uidendum. † & insuper quod vbi non sufficiunt ecclesiæ ad onera episcopalia supportanda, nec sunt aliqui redditus dictarum ecclesiarum, quod vniuntur plures ecclesiæ ad prædicta prout præcipiunt iura.

SVMMARIVM.

1 *Abbates correctioni episcoporum subiacent.*
2 *Abbates an & quando confessiones audiunt.*
3 *Abbates subiectionem & obedientiam episcopis præstare debent.*
4 *Abbates ecclesias ad eorum præsentationem pertinentes ad proprium commodum trahere non debent.*
5 *Abbates statum ecclesiarum ad eorum præsentationem pertinentium mutare non debent, nec nouis pensionibus grauare.*
Abbates possessiones vnius ecclesiæ alteri applicare non debent.
6 *Abbates ad sinodum episcopalem venire debent.*
Abbates monachos eos accusare volentes, non male tractare, sed eis de bonis monasterij prouidere debent.
7 *Abbates suis priuilegijs abuti non debent.*
8 *Abbates quolibet clerico minores sunt.*
Abbates non debent esse negligentes in monachorum correctione.
9 *Abbates, monachis necessaria prouidere debent.*

Rubrica XXIII.

De abbatibus, prioribus, & religiosis domibus vt episcopis subiiciantur, & de statu & excessibus eorundem.

Contra superiores, & monachas, & subditas corundē & quod claustralibus & aliis in refectorio comedentibus congrua prouisio fiat, quod episcopi debeant esse subiecti, & de iure sint, sicut probatum est plene supra in prima parte in ultima rubrica, in qua de exemptionibus tra-
1 ctatum est † delinquunt autem & excedunt dicti abbates quibuscūque ingeniis possunt ab obedientia & subiectione episcoporum, & archiepis. & episcopalia iura non soluendo, & etiam vsurpant multipliciter præsumendo contra illud capit. accedentibus, de excessibus prælato. cum tamen subiaceant correctoni episcoporum. 18. q. 2. abbates, & c. abbati-
2 bus, & c. si quis. † Item quia confessiones audiunt & pœnitentias iniungunt illis qui eis confiteri volunt, quod facere non possunt, nisi sint subditi eorundem. 17. q. 1. peruenit & cap. sequent. Item quia aliter dicunt diuinum officium quam in ecclesiis cathedralibus, & aliter quam a suis episcopis indulgetur eiusdem, contra concilium Toletanum. 12. distinc. de his.
3 † Item quia episcopis non præstant subiectionem & obediētiam nec faciunt reuerentiam, vt debent de simoni. ne Dei ecclesiam. Item quia de triennio in triennium celebrare faciunt capitulum in præiudicium episcoporum contra. capit.
4 in singulis regnis & c. de sta. mo. † Item quia ecclesias ad eorū præsentationem pertinentes, propriis vsibus deputare nituntur, & ad priuatum volunt trahere commodum, quæ pro communi fuerunt vtilitate constituta contra illud de supplen. negligen. prælat. sicut de officio archipresbyteri, vt sin-
5 gulæ. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. † Item quia antiquum & debitum statum dictarum ecclesiarum ad eorum, præsentationem pertinentium auctoritate propria, licet ad eos non pertineant pleno iure, & post præsentationē episcopo uel ante, uicarios eis interdum instituunt, destituunt, & nouis pensionibus eos grauant & onerant, in tantum quod ecclesiis, non possunt competenter propter paupertatem nimiam, deseruire, nec episcopo in episcopalibus respondere contra formam dicti capituli sicut, de præbend. in Lateranen. de priuileg. cum & plantare. 10 q. 3. cauēdum, & c. relatum. Item qa terras & possessiones vnius ecclesiæ nituntur alteri applicare, contra concilium Lugdunen. de reb. eccl. non alie. cap. 1.
6 † Item quia licet episcopis subiaceant, ad sinodum episcopalē uenire nolūt, ꝯ illud de maio. & obe. qđ super his. 18. q. 2. abbates. Itē qa monachos volentes eos accusare uel denūtiare, male pertractāt, nec uolunt quod in expēsis de bonis monasterij prouideatur eisdē, contra illud de accusatio. ex par-
7 te. † Item quia si aliqua habent priuilegia in capite, ad membra ea extendere volunt, & eisdem priuilegijs multipliciter abutuntur. contra illud de priuileg. recipimus. & c. ex parte. & c. cum capella. & c. ex ore. Item quia volunt esse maiores
8 quolibet clerico seculari, licet in iure contineatur quod sūt minores quolibet clerico 93. dist. a subdiacono, cum nomen abbatis sit potius nomen solicitudinis quam ordinis vel honoris. de æta. & quali. tuam. Item quia sunt negligentes communiter in correctione monachorum suorum, & eis subditorum, vel propter asperitatem linguæ, vel blanditias, vel timorem eorum, contra illud. 1. dist. si quis diaconus. §. vere. in
9 fi. † item quia splendide reficiuntur in cameris corundem, & bene induuntur & calciantur, & eorum monachos & canonicos non reficiunt, nec in dumentis, nec aliis necessariis eis prouident, vt tenentur secundum iura & regularia constituta. Item excedunt in pluribus aliis in quibus excedūt episcopi & prælati & aliæ personæ ecclesiasticæ prout dicetur. infra in rub. 28. & 29. & sicut dictum est supra in rub. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Foro ecclesiastico pertinet peccatorum a vitio ad virtutem reuocare.*
2 *Monetæ in præiudicium aliorum mutari non possunt.*
Et infra nu. 4.
3 *Notarij quales creari debeant.*
5 *Clerici vel seculares capi non debent, quando idonee cauere possunt.*

Rubrica XXIIII.

De prouidentia circa gubernationem reipublicæ, adhibēda in mutationibus monetarum, creationibus tabellionum, ponderibus, mensuris, mercationibus illicitis, oppressionib. pauperum etiam rusticorum, dotibus constituendis, exhibitionem iustitiæ, rebus proprijs ad curiam Romanam & loca alia transferendis, & quod nulla persona ecclesiastica vel secularis personaliter caperetur, sed recrederetur sub idonea cautione, si eam præstare posset, & quod etiam in foro seculari diuinę leges, & iura canonica seruarentur.

1 Item † cum nemini veniat in dubium, quin ad ad ecclesiasticum forum pertineat peccatorem reuocare a vitio ad virtutem, vt extra de iu. nouit. §. licet cum eius concor. & multipliciter abhoreatur contra rempublicam, ab imperatore, regibus, principibus, prælatis, & aliis dominis temporalibus ius cudendi monetam ab antiquo habentibus qa contra ius & ea quæ fuerūt hactenus laudabiliter ab eorum maioribus obseruata, monetam debilitant, & rempublicam legitimo pondere, & valore illegitime defraudant, caristiæ uniuersalis, & consimilis defraudationis materiam exhibentes, & occasionem præstantes in periculum animarum suarum, & etiam aliorum ex hoc sequantur pondera inęqualia, statere dolose, sophisticationes. & falsitates omnium negociationum, & mercationem, ac rerum vniuersalis caristia, & palliati, & simulati contractus vsurarum, & deprædatio subditorum, maiorum mediocrium, & minorū, cum etiam a prędictis creentur idiotæ innotarios insufficientes, ex quorum instrumentis quibus fides prima facie adhibetur, & in quorū reprobatione, & falsi impugnatione difficultas habeť. Cum etiam ex immensitate dotium, & arnesiorum quæ mulierib. in multis partib. pręstantur, eorum parentes collocando eas nuptui perpetua paupertate laborent, & si non collocentur nuptui, multa pericula subsequantur. Item cum plurimi domini temporales ad opprimant eorum subditos quod efficiunt de liberis seruos, & sibi omnia bona approprianteorundem, nō permittentes eos respirare, nec ad superiores eorum habere recursum, ius voluntarium reddentes inter eos, & absque causa inter probata capientes, arrestantes, & talliātes eosdem & bona etiam eorundem, & absque iuris ordine quæstionibus, a tormentis variis, vt eorum iurisdictiones perpetuare valeant supponentes, & frequenter indebite, & absque consilio iudicantes eosdem, & alia varia & diuersa grauamina inferentes: videretur super prædictis, & consimilib. quæ absque labe peccati, & defectu negligentiæ, non possūt fieri, de oportunis remedijs prædictis oppressionibus, & grauaminibus contrarijs, per ecclesię ministrum prouidendum,
2 † quod dictæ monetæ mutari non possent in præiudiciū aliorum, & ꝙ pro valore suo vbiq; currerent, nec efficeretur ꝓpter eas argenti vel auri, uel aliarum rerum caristia, & ꝙ intra idem regnum eædē essent mensuræ & pondera iuxta uarietatem locorum & temporum certum quid mercatoribus
3 & negociatoribus deputatum, † quodq; tabelliones nō crearentur nisi homines ualde literati, & fide digni & iurisperiti, & quod omnes subiecti iure scripto regerētur, & ꝙ dotes ultra facultates & conditionem personarum non constituerētur, nec opprimeretur in iustitia pauperes, & releuarentur lo-
4 cupletes, † pro quibus facit extra de iureiur. quanto ubi agiť de dicta mutatione monetę. de iudi. nouit. 72. dist. c. 1. 77. dist. c. 1, 2, 3. & 4. q. 3. si quis ex potentibus cum seq in quibus dicitť quod si quis romipetas & peregrinos, & apostolorum limina, & aliorum sanctorum pratoria visitantes, capere, seu rebus quas ferunt spoliare, & mercatores nouis theloneorū, & pedagiorum exactionibus molestare temptauerit, donec
5 satisfecerit communione careat. † Videretur insuper prouidendum quod nulla persona ecclesiastica vel secularis caperetur personaliter, quando idonee cauere posset in casu in quo, vel relaxari deberet sub dicta idonea cautione. & quod etiam in foro seculari diuinæ leges & iura canonica seruarentur.

SVMMARIVM.

1 *Legis auxilium frustra inuocat, qui in eam committit.*
2 *Pœnis temporalibus propinqui pro parentibus quandoque puniuntur.*
3 *Ad dignitates ecclesiasticas, & beneficia nulli deberent admitti per quorum parentes vsque ad tertium gradum ecclesiis iniuriarentur.*
4 *Ecclesiæ quæ non delinquunt interdicto subijci non deberent.*

Rubrica XXV.

Ne ad ecclesiastica beneficia recipiantur obtentu literarum apostolicarum, vel ordinariorum, illi quorum propinq vsque ad gradum tertium iniuriarentur ecclesiis, in quibus sunt dicta beneficia constituta, vel illis ad quorum collationem, prouisionem, seu ordinationem pertinent nisi prius fuerit satisfactum, & quod obtentu processuum & gratiarum vel iustitiæ ecclesiæ subiici nequeant interdicto, nec personę ligari ante quindecim dies.

1 Item † cum indignum sit illis per ecclesiam subueniri, per quos cōstat in ipsa ecclesia scādalum generari, & frustra inuocat lęgis auxlium qui cōmittit in legem, de tempo. ordi, literas, de iure pat. pastoralis. de immun. eccles. c. fin. de vsu, quia frustra, de sent. excommun. in audientia. 17. q. 4. frater & coepiscopus, & c. sequent. ff. de mino. l. auxilium, in fi in auc. vt liceat matri & auiæ. §. quia
2 vero. collat. 8. † & interdum pœnis temporalibus propinqui pro parentibus puniantur, & etiam pro spiritualibus. 1. q. 4. ecclesia, cum §§. sequentibus. 17. q. 4. minor. 24. q. 3. si habes, & de hæreti. c. quicunque. §. hęretici. & cap. statutum, de pœnis
3 vbicunque. lib. 6. cum si. & de spon. non est vobis, † videretur esse utile ordinari quod ad canonicatus, præbendas, personatus, dignitates, & alia ecclesiastica beneficia & officia nulli reciperentur obtentu quarumcunque literarum apostolicarum, vel aliarum, per quos, vel per quorum parentes usq; ad tertium gradum iniuriarentur ecclesiis in quibus mandaretur prouisio fieri vel illis ad quorum pręsentationem, collationem, prouisionem, vel dispositionem pertinerēt, nisi esset prius integraliter satisfactum. Item cum per iudices & executores super talibus a sedę apostolica deputatos irreuerenter & repēte interdum minus rationabiliter proferantur sententiæ interdicti in ecclesias, & capitula, & suspensionis, & excommunicationis in prælatos, & alios, nisi infra sex dies mandata apostolica exequantur. & sic deliberationis copia quæ a iurę conceditur. & inspectionis subtrahatur, & propter indiscussos hominum colores frequenter indeliberate ad appellationis remedium confluatur, contra legem canonizatam. 2, q. 6. anteriorum, & tempore opus sit ad aliquid matu-
4 tius peragendum. 48. dist. quoniam, & l. dist. ponderet. † Videretur esse prouidendum quod ecclesiæ, quæ non delinquunt pro præmissis & consimilibus delictis, in quibus non delinquunt, maior pars eorum clericorum, & laicorum, qui conuenire consuerunt in dictis ecclesijs, nullatenus subiicerentur ecclesiastico interdicto, sed quod aliter culpabiles punirentur, sic tamen quod pro prædictis, vel similibus nullatenus excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia proferretur, nisi competenti termino scilicet 30. dierum pro monitione præmissa iuxta formam. c. de illicita. 24 q. 3. cum similib. & quod in prædictis sententiis episcopis, & aliis quibus iura deferunt amplius deferretur, cum periculosum sit eos tales incurrere sententias, vt de sen. excommun. quia periculosum, li. 6. de offi. deleg. quia pontificali, & de offi. ordina. Romana, in fine.

Rubrica XXVI.

De potestate ecclesiastica, super temporales dominos, & dominia temporal.

Istam rub. non prosequor nec etiam tertiam de præsenti propter librum quem de cōtentis in dictis duabus rubric. Reuerend. in Christo frater Aegidius Bituricen. Archiepiscopus in quo profunditas & sublimitas vigent scientiæ, copiosæ & vtiliter edidit, in quo plenius uideri possunt pertinentia ad istas duas rubricas quam posset hic explicari, licet præcedentibus rubricis reducantur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Romana maculam & rugam habere non debet, & est mater fidei, & debet esse schola virtutum.*

2 *Ecclesia Romana sibi legem imponere deberet ne diuina præcepta transgredirentur, nec in contrarium dispensaretur.*
3 *Ecclesia Romana prouidere deberet vt episcopis, & alijs, suus honor verbis, & factis impenderetur.*
4 *Ecclesia Romana non debet turbare iurisdictionem prælatis in ecclesiis eis cencessis.*
5 *Ecclesia Romana quibus non debet prouidere de beneficijs, & quibus sic.*
6 *Ecclesia non solum verbo, sed facto omnem speciem simonie a se rappellere debet.*
7 *Ecclesia Romana nō debet clericos, & eorum bona grauare concedendo decimas & alias subuentiones principibus.*
8 *Ecclesia Romana vni cardinali plura officia dare non debet.*
9 *Ecclesia Romana qualem diligentiam in ministranda iustitia habere debeat.*
10 *Ecclesia Romana pauperib. debet deputare aduocatos, & iudices in causis miserabilium personarum, qui gratis seruiant.*
11 *Ecclesia Romana iura generalia quomodo ea condere, & facere obseruari debet.*
12 *Ecclesia Romana aliquos de parentela papæ vel cardinalium vltra eorum statum ditari, nobilitari, & impinguari permittere non debet.*
13 *Ecclesia Romana in foro pęnitentiali quomodo se habere debeat.*
14 *Ecclesia Romana circa bona superabundantia clericorum quomodo se gubernare debeat.*
15 *Ecclesia Romana si vltra tres menses vacat, cardinales eligendi potestate illa vice priuentur.*
16 *Ecclesiæ Romanæ primatus, quomodo distingui debeat.*
17 *Episcopi cardinales ecclesiæ columnæ dicuntur, & quomodo de delicto conuincantur.*
Ecclesia interdicto subijci non debet, nisi pro graui delicto, clero & populo ecclesiam scandalizante.

Rubrica XXVIII.

De his in quibus videtur quod haberet se Romana ecclesia condescendendo pręlatis, & alijs subditis temperare. & ēt reformare.

1 Sane † quantum ad reformationem Romanæ ecclesiæ videretur, quo ipsa Romana ecclesia quæ non debet habere maculam, neque rugam, & quæ mater est fidei, & magistra debet esse vniuersalis ecclesiæ, & ad quam omnis sanctæ religionis relatio debet referri, & ab ea normam recipere, exhiberet se regulam, & scholam virtutum vt bene viuendo, normam aliis bene viuendi & recte per semitas iustitiæ se ipsam duceret, nec aliquādo abhorsum traheret, & sic correctione in seipsa præhabita in Dei & proximi dilectione vera humilitate, vitę honestate, morum grauitate, diuini cultus sedulitate, victus & vestitus parcitate fundata, ornamentorum, aparatuum, & familiarum, & pomparum elatiua superfluitate restricta, scientiæ profunditate dotata, trabeq; de oculo suo eiecta quod distortum est prauumque reperiret in subiectis, & inferiorib. corrigeret, & etiam reformaret Chri-
2 sti exemplo qui prius cæpit facere quam docere. † Item quod legem sibi ipsi imponeret, ne transgrederetur contenta in diuinis, & humanis legibus approbatis, quibus genus debet per eam, & auctoritate imperiali, & regali gubernari humanum. Sed ea vsque ad sanguinem & obseruari mandaret, nec in ꝯtrarium dispensaret, nec priuilegia, nec indulgentias, nec exemptiones concederet, & concessa in contrarium reuocaret nec dominus papa, sine consilio fratrum aliquid ageret notabile, nec reuocaret a prædecessoribus suis rationabiliter constituta vel concessa, nec veniri permitteret contra ecclesia li-
3 bertatem. † Item cum episcopi sint in locum apostolorum, q parem cum Petro honorem, & potestatem acceperūt a Deo, ꝙ non leguntur fecisse curiales non episcopi, quod eisdē episcopis, archiepiscopis, metropolitanis, primatibus, & patriarchis, abbatibus, & aliis honorem debitum in scripturis, processibus, sedibus intra & extra ecclesiam, & aliis verbis & factis impenderet, & consuetudines Romanæ curiæ, & alias ꝯtrarias reuocaret, cum honor sit ecclesiæ supradictæ, & dehonoretur ex contrario, prout Gregorius attestatur, & inde to-
4 ta ecclesia vilipendatur, & quasi contemptui habeatur. † Itē quod potestatem & iurisdictionem prædictis prælatis & curatis competentem, & attributa a Deo, apostolis, conciliis, Romanis pontificibus, & vniuersali ecclesiæ in locis, & plebus eisdem commissis dicta Romana ecclesia non turbaret, nec vsurparet in causarum & appellationem cognitionib. parochialium & curatarum, & non curatarum ecclesiarum canonicatuum, personatuum, dignitatum, & prioratuum, & abbatiarum vacantium, & nō vacantium, & quod amplius est episcopatuum, & patriarchatuum, archiepiscopatuum, collationibus, reseruationibus, & exemptionibus cum ex ꝯ-
5 trario totus ordo ecclesiasticus confundatur. † Item quod si aliquando contingeret per ipsam Romanam ecclesiam aliquibus prouideri, non prouideret indignis, illiteratis insufficientibus, neophitis, defectum ętatis patientibus, non approbatis, criminosis, nec talibus, qui secundum regulam paostolicam, & canonicam essent a promotionę & prouisione repel-

pellendi, per ipsam Romanam ecclesiam, si per alios prouisum fuisset eisdem, & ad ipsam Romanam ecclesiam super hæc querela delata, sed doctoribus bene literatis, & bene meritis, nec aliis prouideri posset quandiu doctores remanerent improuisi aliqua ciuitate uel dioce. †Item quod dicta Romana ecclesia non solum uerbo, verum etiam facto a se repelleret omnem speciem simoniæ, & turpium lucrorum, & inhonestorum, & omnes exactiones, quæ ratione promotionum quarumcunque, & scripturarum, legatorum, cursorum, nũciorum, & hostiariorum fuerit ab ea communiter, uel diuersis coloribus exquisitis, & quod liberalem, & facilem ad se præberent dominus papa, & cardinales accessum, & quod dicti Domini cardinales omnia in communi, nulla ecclesiastica beneficia in speciali haberent. † Item quod personas ecclesiasticas, & ecclesiastica bona in concessionibus decimarum, & aliarum subuentionum, quas facit regibus, & principibus qui oppido infesti sunt, non grauaret, sed contra dictos reges, & principes, & quoscunque alios per se, & generales defensiones in singulis prouinciis iniure. suo foueat eosdem. † Item quod dicta Romana ecclesia cardinalib. uel quibuscunque aliis, non committeret, nec daret plura officia, nec cuiquam officium, uel beneficium extra regnum, uel qui linguagium non loqueretur, & intelligeret supradictum. † Item quod in iustitia exhibenda tantam & talem diligentiam exhiberet, quod nullo modo terminatio alicuius causæ principalis vltra triennium, nec appellationes vltra biennium prorogari valerẽt, cum in ipsa lites, quodammodo immortales existant, & in ea amplius quam in secularibus curiis prorogẽtur interdum, & quod dicta curia Romana, ad se non trahat dictas lites. † Item quod in causis pauperum, & miserabiliũ personarum deputaret certos auditores, aduocatos, procuratores, & tabelliones, qui gratis absque strepitu & figura iudiciorum terminarent easdem † item quod nulla iura generalia deinceps conderet, nisi uocato concilio generali, quod de decennio in decennium uocaretur, & sicut ipsa Romana ecclesia quę bene & cõsulte fuerunt hactenus stat. in seipsa seruaret, ita & ea faceret ab omnibus obseruari, imponendo legem patriarchis, et primatibus, per quam archiepiscopos, et metropolitanos, et eis per quam episcopos, et episcopis, per quam abbates capitula et omnes seculares, et regulares personas in eorum ciuitatibus et diocesibus constitutis omni contradictione et appellatione. cessantibus necessario compellerent ad prædicta. Certis aliis nihilominus super hoc executoribus & uisitatoribus deputatis in singulis regnis, qui de triennio in triennium omnibus causis prouincialibus interessent, & unum concilium post aliud facerent celebrari, † item quod dicta Romana ecclesia, nullos laicos de parentela, vel amicitia Romani põtificis, vel cardinalium, uel aliarum personarum ecclesiasticarum existentes ditari exaltari & ultra eorum statum de bonis ecclesiasticis nobilitari. & impinguari permitteret, & prout possibile esset attentata in cõtrarium reuocaret, vel sub dispensatiua venia relinquetet ratione scandali impunita. † item quod in foro pęnitentiali & penitentiariæ eiusdem Romanę curię circa transgressores iuris publici, offensores iuris publici, offensores personarum ecclesiasticarum & alios Dei ecclesiam scãdalizantes, facilitas relaxaretur veniæ, & circa absolutiones talibus imponẽdas, & pęnitentias iniungendas, quantum posset conformaret se conciliis & iuribus hactenus super hoc constitutis, & specialiter circa enormia facta, & circa illorum absolutionem qui contra processus apostolicos vendendo prohibita participãt sarracenis. item quod nulla persona ecclesiastica auderet intrare dictam Romanam curiam, nec in ea reciperetur sine literis commendatitiis episcoporum, nec in ea posset sine causa rationabili ultra tempus sex mẽsium immorari. † item qđ de bonis ecclesiasticarum personarum superabundantibus, talis prouisio fieret supradictæ Romanæ ecclesię, quod absque omni taxationis nota et infamię posset communiter, et diuisim honorabiliter viuere, onera incumbentia supportare, prouiso tamen quod vltra et contra prædicta, et alia quæ concilio rationabilia viderentur contra diuinas et humanas leges non poset absque generali concilio habenas extendere plenitudis potestatis.

Item † quod si dicta romana ecclesia uacaret ultra tres menses quod ex tunc cardinales esent eligẽdi potestate, illa uice priuati, et quod ad aliquos archiepiscopos, et episcopos, et alios de quibus uideretur expediens illa uice deuolueretur eligendi potestas, vel quod aliud tale adhiberetur remedium vltra illud, quod statutum fuit a Gregorio decimo ex necessitate Cardinales concordare haberent. † Item quod primatus dictæ Romanæ ecclesiæ declaretur, & distingueretur per iura ecclesiastica & secularia, nec dominus papa vocaretur vniuersalis ecclesiæ Põtifex, cum hoc prohibeat Gregorius, & contra aliquem, in dignitate constitutum non audiret aliquam querelam nisi conditione, & zelo querelantis examinatis, nec aliquem personaliter citaret ad curiam, nisi prius summaria ꝯtra ipsum inquisitione præmissa. † Et quod ad conuincendum episcopos cadinales, qui columnæ debent esse ecclesiæ reciperet numerum testium in epistola Clementis contentum, nec per executores suos, & conseruatores, & alios censuram ecclesiasticam infligi permitteret sine magnis & rationabilibus causis, & absque monitionib. competentibus dilationem iuris cõtinentibus, & quod in eis episcopis deferretur, nec interdicerẽtur ecclesiæ, nisi pro graui delicto clero & populo communiter ecclesiam scandalizante, sed alias procederetur contra inobedientes vel rebelles. Item plura ad reformationem dictę Romanæ ecclesię p̃tinentia tacta sunt supra in tota prima parte huius tractatus. & ad idem faciunt omnia, quæ infra subijciuntur in duabus rubricis proximis de reformatione prælatorũ & cleri. & illa quę dicta sunt in hac secunda parte in primis. 10. rubricis & in 13. 15. 18. 20. 21. 2. 3. 9. 31. 34. 7. 8. 41. 47. 50. 56. 7. 74. 83. & 4. 93. & 5.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatorum reformatio in quibus fieri debet.*

Rubrica XXVIII.

De reformatione prælatorum.

Ad hoc circa reformationem pręlatorum seruari haberent omnia que in pręcedenti rubrica de reformatione Romanę ecclesię dicta sunt inquantum statum & officium possunt tangere eorundem. Item quod haberent concilia prouincialia celebrare, & ad ea conuenire, & inibi omnia statum prouincię cõtingentia pertractare, & quę corrigẽda essent in ea corrigere & reformare, prout superius tractatum extitit in 11. rubric. huius secundæ partis. Item quod extra ciuitates, diœceses, & prouincias suas nõ commorentur, nec accedant ad curias principum, & quod ęconomos ex dispensatione habeant. Et quod contra facta prędecessorum suorum rationabilia non veniant, & quod ante ordinationẽ eorum omnia ad officium eorum pertinentia. Et qđ ipsi vel curia eorũ pro minimis vel irrationabilibus causis excõmunicationis, suspensionis, & interdicti sentẽtias non ferant. Et ꝙ magistros sufficientes in eorum ciuitatibus, et diœcesibus scholares docentes in generalibus studiis teneant. Discordãtes ad concordiam reuocarent, & ꝙ defuncti episcopi p̃ vicinos episcopos sepeliantur, et ꝙ per eos stipendia ecclesiastica iuxta probitatis merita assignarentur. et ꝙ tempore chrismatis conficiendi, et in solennitatibus se ab eorũ ecclesijs nõ absentarent, et ꝙ p̃curatores in absentia non recipiãt. suasq; ciuitates, diœceses, et p̃uincias visitarent, eorum officium in missarum soleniis prędicationib. correctionib. et aliis adimplerent, ecclesiastica bona, et beneficia cõgrue dispensarẽt. ab omnibus excessib. in victu, vestitu, ornatu, et aliis similib. se cohiberent. Semper in mensa coram se legi facerent, rochetos extra deferant super guarnachias eorum, inualidis et languidis p̃uiderent, hospitalia erigerent, et erecta fouerẽt. Item ad dictam reformationem prelatorum faciũt illa quę dicta sunt supra specialiter in 38. rub. secundę partis. et etiam in prima. 7. 8. 10. 11. 13. 16. 17. 18. 20. 23. 27. 29. 30. 31. 37. 43. 49. 51. 54. 66. 67. 74. 78. 79. 82. 86. 7. 8. 9. 91. Et insuper omnia quę dicuntur in sequenti rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Clerus qomodo reformari debeat.*

Rubrica XXIX.

De reformatione clerici.

Ad cleri † reformationem pertinent omnia quę de reformatione Romanę ecclesię, et prelatorũ pręmissa sunt in duabus pręcedentibus rubricis. Item quod inhonesta et impia euellantur. Item quod clerici seculares curas, et negotia secularia non assumerent. Item quod inhonesta, et turpia lucra non sectarentur. Item ꝙ nullus de clero mendicaret. Sed omnes priusquam admitterentur ad clerũ, haberent vnde viuerent, vel artem scribẽdi seu aliam honestam artẽ, de qua viuere possent, vel ꝙ de bonis ecclesię assignarentur redditus illis, qui perpetuo vellent clerici esse, et clericaliter viuere, et quod aliter non admitterentur ad clerum, nec gauderent priuilegio clericali, cuius obtentu multas violentias committunt seculariter, inhoneste, & irregulariter viuentes, & diuinis officiis, literarum studio nõ curantes. Item quod nullus promoueretur ad aliquos ordines seculares vel regulares, nisi secundum artem bene, & competenter sciret cantare, & legere, et latinum intelligere, et congrue loqui, nec ad sacerdotium nisi ultra prædicta sciret canones pænitentiales, et illa quę sunt necessaria ad regimen animarum. item quod nullo modo personæ ecclesiasticæ cohabitarent cum mulieribus quotquot essent in una parochia sub disciplina curati. vel aliorum proborum insimul uiuerent, et erudirentur secundum prouisionem primi capituli secundi concilii Tolet. positi. 28. distinctio. de his. & 12. quæst. 1. omnis etas. Item quod omnes sortilegi, diuinatores, adulteri publici, & alii de clero publice delinquentes publice punirentur. taliter quod cæteri formidarent. Item quod in victu. & vestitu, & in omni modestia statum excederent laicorum. Item quod omnes homicidæ voluntarii, & in casu degradationis existentes priuilegium perderẽt clericale. Item quod ludis inhonestis, & reprobatis non intenderent. nec spectaculis, & vanitibus interessent. Item quod officium ecclesiasticum uniformiter dicerent. Et quod omnib. dieb. dominicis & festiuis simul ad diuina conuenireut, & quod per ecclesias non discurrerent, nec absque literjs episcoporum euagari valerent. Item quod ab eis geniti in seruitutem redigerentur ecclesię. Itẽ quod seruarentur plura alia ad dictam reformationem facientia posita supra in secunda parte in rubrica prima. 8. 10. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. 21, 22. 23. 26. 28. & 30. Et specialiter in 32. & 33. & in 34. & 36. & 37. & 44. & 45. & 6. 49. 50. 51. 2. 55. & 6. & 59. 60. 62. 64. & 5. 67. 8. 73. & 4. 6. 7. 8. & 94.

S V M M A R I V M.

1 *Religiosi quomodo refomari debeant.*

Rubrica XXX.

De reformatione religiosorum.

Ad reformationem religiosorum similiter faciunt illa, quæ dicta sunt in quarta rubrica primę part. huius tractatus vbi agitur de exemptionibus necnon & secundæ partis 50. rub. in qua tractatur de statu & conditione dictorum religiosorum. & 92. in quo agitur de exemptionibus necnon, & secundę partis. 53. rub. in qua tractatur de statu & conditione dictorum religiosorum & 92. in qua agitur de abbatibus & prioribus. & 85. in qua agitur de mendicantibus. & 22. 4. 5. 8. & 35. 65 79. 83. & 8.

Decimæ colluctationis assensu molestis actibus quibus sagax indagatio pietatis obuiare decreuit, non tam bene regendi licentia, quam se mansuetudo impugnasse probatur satis, vt opinamur illi & gloriosi principis & decreto huius sanctę sinodi contradictum esse conspeximus. ita enim sanctus spiritus per utrasq; diffinitiones mortalium corda perflauit, vt uitali flatu verborum in posterum omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum. Actum namque est denitionibus ipsis, ut quia pietatis diuinæ incomprehensibilis natura se conditioni mortalium in vnione personę coniunxit misterio redemptionis humanæ. Nos quoque membra capitis huius, & perfidię malum, & concupiscentiam, quæ radix omnium malorum est, & auaritiam, quæ inuenitur seruitus idolorum, pari simul igne ac mucrone toto que artificio radicitus euellamus ac desecemus, ab hinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in vrbe regia, aut in loco vbi princeps decesserit, cum pontificum maiorumque palatii omnimodo eligãtur assensu, non forinsecus cetu aut conspiratione paucorum aut rusticarum plebium seditione tumultuosa, sed erunt fidei catholicæ assertores, eamque & hanc quę imminet iudæorum perfidiam, & cunctarum hæresum iniuriam defendentes, erunt actibus iudices, & vita modesti, erunt, in prouisionibus rerum parci plusquam extenti, ut factione scripturarum, vel definitionum qualiumcunque contractus a subditis vel exigant vel exigendos intendant, erunt in conquisitis obligationibus gratissime rebus non prospectantes proprii iura commodi, sed consulentes patriæ atque genti, de rebus. congregatis ab eis illas tantum sibi vendicent partes quas dictauerit auctoritas principalis regum, quęcunq; inordinata reliquerint hæreditabunt successores proprij eorum & ante regnum iustissime conquisita, aut filii, aut hæredes capiant iure p̃ximitatis. De affinium successione, vel munere quamuis inordinata relicta sint, aut primo tantum filiis, aut hæredibus frequenter proficiant, vel propinquis, ita in eorũ cunctis actibus, moribus, atque rebus ptiuatæ legis auctoritas erit valitura, ut & perenniter maneat inconuulsa, & non prius regni apicem quisq; percipiat, quam se illa per omnia suppleturum, iurisiurandi taxatione definiat, cui etiam lege vel decreto episcopalem non solum in futuro, sed etiam in præsenti, reuerentiam apponentes decernimus, ut quicunq; detractor, & non potius venerator decreti eiusdem atque legis esse maluerit, siue religiosus ille fuerit siue laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum etiã & sui ordinis dignitate priuetur.

Hoc est decretum vniuersalis concilij editum in nomine principis.

Soliditatem reddidisse fracturæ atq; fecisse consurgere qđ extiterat collisũ, & incremẽtũ est huius mercedis, & plenitudo ꝯsumatę p̃fectionis, põderi etenim collidentis ruinæ si æqualium proximorũ cura cõuenit obuiare, quandoque grandioris erit culpę prælibatæ in curię discrimen incurrere, si non quo valent ex cõmunione re sibi commissos procurrent populos sublimare. Properandum ergo est inter ruinas collisionum, cateruas eripere collisorum, vt ex hoc iugiter, & vltra nec vigorẽ nocendi habeat execranda præssura, & omnis compressus nouerit sanctę sanctionis esse sibi collata remedia. Cum diuersis ergo temporibus, duræ dominationis, sese potestas grauis attolleret, & in subiectis populis impiorum dominatus, non reformaret iura regiminis sed excidia, vltionis aspeximus subditorum statũ non ex ordine vegetari rectoris, sed deiici ex grauedine potestatis. Contraxerunt enim reges elata fastigia in bifronti dissidio motionis, & aut in culpis lex ardua seuiebat, aut in spolijs fauorem lex voluntaria commodabat, inde mestos animos non spes fouebat ex munere, sed tollerantia vexabat in funere. Vnde iam increpationis occursu non tantum nos abire sola ratio cogit, verum & ipsa commotio rerum impellit, vt ex omnium animorum deliberatione concordi illa maneat sententia dicti, quæ & finem ausibus rite ponat illicitis, & consultum saluandis iure ferat populis, Quosdã namque conspeximus reges præterquam fuerint regni gloriam assecuti extenuatis viribus populorum, regiæ propriæ lucrũ congerere, & obliti ꝙ reges sint vocati, defensionem in vastationem conuertunt, & vastationẽ defensione pellere desugiũt, illud grauius innectentes, qđ ea q̃ vñr acquirere, nõ regni deputant honori vel glorræ, sed ita malunt in suo iure confundi, vt veluti ex debito decernant, hæc in liberorum posteritatem transmitti. Quamobrem in proprietatis illa conantur redigere sinu, pro quo solo constat illos imperij percepisse fastigium, & illud in iuris proprij collocant antro, quod populi vtilitatis acquisitum esse constat obtentu. Nam nũquid ad illos, aut populorum aduentus, aut rerum poterat concurrere sensus, nisi extitisẽt gloriæ sublimati culminibus? Aut ab æqualibus illi potuerint rerum coaceruatione ditari, nisi per subiectos glorioso apice potuisẽt attolli? Omnia recte totius plebis memoria subiecta principale caput releuat attentum debitæ iussionis obtutu, ab illo negociorum prospectant remedium, cui modo gratum, modo debitum irrogant censũ. Regalis proinde ortodoxa sublimitas hęc cuncta sibi debere conuincit, ex quo se regem recognoscit, & inde cõquisita nõ alteri quam sibi iuste defendit. Vnde non personæ, sed potentiæ subdi hæc debere non ambigit. Regẽ æterna iura faciũt, non persona, quia non constat sui mediocritate, sed sublimitatis honore. Quæ ergo honori debeant, honori deseruiant, & quæ reges accumulant regno relinquant, vt quia eos regni gloria decorat, ipsi quoque regni gloriam non extenuẽt, sed exornent. Qui itaque trabem gestat in oculo, non potest festucam educere de oculo fratris sui. Ex his vniuersaliter instruens sicut Grego. in morali. ait vt qui ad aliena peccata repræhendenda, uel punienda constituti sunt & sua impunita relinquunt, reuocari debent intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & postea aliena reprehendant. in grauibus peccatis qs positus dum suis præmitur, aliena non diluit. nec immunda manus sordes diluere valet. propter quod scribit Augustinus quod sacerdos, vt sapiens medicus & perfectus prius debet peccata sua diluere & postea aliena detergere & sanare. Et beatus ambrosius docet quod ille de alterius errore iudicet qui non habet in seipso quod condemnet, & qui non agit ea, quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat in seipso sententiam ferat. Nam qui alium docet, seipsum non docet, qui prædicat non furandum, furatur, qui dicit non mechandum, mechatur, qui abhominatur idola, sacrilegium facit, & qui in lege gloriatur, per præuaricationẽ legis dominum inhonorat, & per tales blasphematur nomẽ domini inter, gentes sicut scribit apostolus ad Roma capi. 2. Tales namq; pręlati & sacerdotes, sicut Gregorius ad Ianuarium scribit, sunt laqueus iuuenum, & illi de quibus intelligi potest dictum Hierony. quod veteres scrutans historias inuenire non potuit aliquos alios scidisse ecclesiam Dei, & de domo domini populũ seduxisse, præter eos qui sacerdotes a domino positi fuerãt, & prophetę id est speculatores versi in laqueum tortuosum & in omnibus locis ponentes scãdalum. sequuntur enim sicut Będa in secunda epistola Petri scribit viam. Balaam prophetę ex. Bosor qui mercedem iniquitatis amauit, correptionẽ vero habuit suæ vesanię, quia subiugale mutum hominis voce loquens, eius prohibuit insipientiã. & ideo iudęi, pagani, sarraceni, & infideles q̃ rõne diuinę agnitionis carent, & passim omnes peccatores & fideles taliũ distorta, & Deo ꝯtraria itinera sapiendo sanius redarguunt, & docti ab indoctis & clerici a laicis exemplo asinę, redarguuntur. In cuius significatione per Ezechielem prophetam dominus dixit, A sanctis meis incipite. Quod beatus Petrus considerans ait, Tempus esse vt iudicium incipiat a domo

Dei, quia ſecundũ Hieronymum non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, nec ſanctorum ſunt filii qui tenent loca ſanctorũ, ſed qui exercent opera eorum. Et ideo non eſt facile ſtare in loco Petri, & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto, nam licet ſanctum nemo eſſe dubitet quem apex tãtę dignitatis attollit in quo ſi deficiant bona acquiſita, per meritum ſufficiunt quæ a loci prædeceſſore teſtantur, non tamen habet priuilegium non peccandi ſecundum Simachum papam. Et quia aliqua culpa vel negligentia, aut remiſſio ſi quæ reperiretur in eo ad mancipium gehennæ innumerabiles populos trahit, Nec huiuſmodi culpas iſtic redarguere mortalium ullus præſumit, quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus niſi a fide deprehendatur deuius, ſicut Bonifacius Papa & martyr ſcribit habet ſecundum Nicolaum papam & ſanctam ſinodum ſacroſancta eccleſia Romana in ſinu ſuo colligere cauſam ſuam, & in ſeipſa oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari. Nam onues paſtoris vocem audiunt & præeuntis veſtigia ſubſequuntur.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia vniuerſalis quomodo reformari debeat, & infra in diſcurſu.*
2. *Genus humanum iure naturali, & moribus regitur.*
3. *Nouitas noſtri temporis negligit quod antiquitas ſtatuit*
4. *Nouitas temporis noſtri inquieta eſt.*
   Ordo eccleſiaſticus quare confundatur.
5. *Princeps lege diuina & apoſtolicorum non eſt ſolutus.*
6. *Principis auctoritas in peccatis non excuſat.*
   Peccantium ſublimitas iudicia peccatorum grauiora facit.
7. *Prælati quia deterius in populis delinquunt, ideo cæteris grauius puniuntur.*
8. *Papa obligatur legibus humanis in concilijs, & canonibus contentis.*
9. *Principem legibus obtemperare iuſtum eſt.*
10. *Princeps quod populis prohibet ſibi licere non patiatur.*
11. *Statutum pro tempore neceſſitatis, ea ceſſante ceſſare debet.*
12. *Tribulatio ideſſe non debet cęteris quod alijs eſt remiſſio.*

Rubrica XXXI.

De modo generali per quem vniuerſalis eccleſia deberet reformari ſcilicet ut ſeruarentur iura, & reuocarentur in cõtrarium attemptata.

Porro dicta vniuerſalis eccleſia, & etiam totus populus Chriſtianus reformari poſſet, & valeret, ac deberet, ſi duo, a quibus ſecundum Gelaſium papam principaliter hic mundus regitur, videlicet auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas, † humanũ genus duobus quibus ſalubriter poteſt regi, videlicet naturali iure contento in lege, & in euangelio, & moribus hoc eſt humanis legibus ſancti ſpiritus inſtinctu in canonibus apoſtolorum cõciliis, & a Romanis pontificibus, & a catholjcis principibus prælatis pro communi utilitate gubernarent. Et quod cõtra ea per eos uel per alios attentata in contrarium prout melius, conuenientius, & abſque minori ſcandalo fieri poſſet, reuocarent, corrigerent, & emendarent. Non obſtantibus, quibuſcunque priuilegiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus, & exemptionibus datis & conceſſis in contrarium per eoſdem. Non obſtantibus etiam quibuſcunque vſibus, vel conſuetudiuibus contrariis, quę verius cenſendæ ſunt corruptelæ. Et prouideret ne uno verbo & uno non obſtante, quæ multis ſunt excogitata vigiliis & matura deliberatione decocta, tollerentur & reuocarentur impune. † Nam qđ antiquitas bene ſtatuit, nouitas noſtri temporis, licet veneranda eſſet vetuſtatis auctoritas, male neglexerit. & cum magiſtratus ſpirituales & temporales digeſti fuerint & diſtincti, vt alii maiores, alii medii, & alii minores exiſterent, & ad quoſque eorum quæ ipſorum officiis appropriata fuerant ꝑtinerent, & gradatim ad eorum officia pertinẽtia exercerẽt. Et quæ vni officio deputata fuerant, nequaquam ab alio turbarentur. † Nouitas noſtri temporis ſub inquietudine degit, quia dictum gradum & ordinem derelinquit. Secundum namque Auguſti. minus ordinata inquieta ſunt, ordinata vero quieſcunt. Et ideo quia antiqua ordinatio de regimine, mundi & eccleſię, & ſua vnicuique iuriſdictio a Romana eccleſia, & præſidentibus non ſeruatur, & ordo eccleſiaſticus, confunditur, ſicut Gregorius atteſtatur, ſed ad ſe quę ad minores & medios pertinent trahere volunt, ut in eis verificetur illud, cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipſum, mundus turbatur uniuerſalis, eccleſia læditur, & grauatur, & ordo eccleſiaſticus confunditur, ſicut Gregor. atteſtatur. † Et ſi forſan inferatur quod legibus ſunt ſoluti, reſponderi poteſt quod non diuinis, nec illis in quibus dominus, uel eius apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffiniuerunt, ſed eas uſq; ad animã & ſanguinem confirmare debent, ſicut Vrbanus papa atteſtatur, Chriſtus non uenit ſoluere legem ſed adimplere. † In his ergo in quibus peccatum includitur nequaquam præſidentis auctoritas excuſatur, ſicut Simachus papa teſtatur, quinimmo ſm Ilarium papam. Maiori reatu delinquit, qui potiorum honorum fruitur, & grauiora facit iudicia peccatorũ ſublimitas peccantium, cum homo Chriſtianus ſm Ioannem Chriſoſtomum propter altitudinem dignitatis cadat fortius in peccatum, † & ſecundum Nicolaum, papam, deterius in populis prelati delinquunt, ac per hoc grauius quam cęteri, ſm beatum Gregorium puniuntur. Nam ſi peruerſa perpetrant & committunt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. † Etſi ad humanas leges contentas in conciliis, & in ſacris canonibus conſiderati habeatur ad eorum obſeruationem ſecundum Gelaſium & Zoſimum prima ſedes præ cæteris obligatur. Et uoluntaria eorum tranſgreſſio in ſpiritum ſanctum blaſphemia a papa Damaſo iudicatur. Et Nicolaus papa ſcribit, quod ridiculum eſt & ſatis abominabile dedecus traditiones quas antiquis temporibus ſuſcepimus, infringi patiamur, † Iuſtum namque eſt, ſicut Iſidorus tertio libro de ſummo bono teſtatur, principem legibus obtẽperare ſuis. Tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet, principes legibus teneri ſuis, nec in ſe poſſe damnare iura quæ in ſubditis cõſtituuntur iuſtum eſt. † iuſta enim vocis eorum auctoritas, ſi quod populis prohibent ſibi licere non patiantur, in quo concordat etiam lex ciuilis, nec negatur, quin ſicut quædam ſunt, quę nulla poſſunt ratione conuelli, ſicut quin ſint multa alia ſemper conditione ſeruata, ut in his quæ vel dubia fuerint, aut obſcura id nouerimus eſſe ſequendum, quod nec prçceptis euangelicis ꝯrium, nec decretis ſanctorum patrum inueniatur aduerſum, ſicut Leo papa teſtatur. Si quid autem pro remedio, aut pro neceſſitate temporis ſtatuatur, ceſſante neceſſitate ceſſare debet pariter quod vrgebat, cũ alius ſit ordo legitimus, alia vſurpatio, prout Gelaſius atteſtatur. Conſideranda eſt itaq; ratio æquitatis, ut ſacroſancta Romana eccleſia quæ iuſtitiæ mater eſt, in nullo ab ea diſſentire videatur, nec ita diuites aliquos faciat eorum inopiam releuando, vt multos in paupertate deiiciat. & † Cum ſecũdum apoſtolum ad Corinthios quod aliis eſt remiſſio, cęteris non debeat eſſe tribulatio, nec omnia quæ licent expediant, prout idem Apoſtolus atteſtatur.

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia Romana quid haberet agere. vt eccleſia vniuerſalis reformari poſſit.*
2. *Eccleſiam Dei confundit dicere clerici ſunt peiores quam laici.*
3. *Peccata mortalia in figura ſeptem animalium deſignantur.*
4. *Fides ſine operibus mortua eſt.*
5. *Mala ſi non corrigantur, exceſſus via alijs aperitur.*
6. *Vitia odit, qui errantes damnat.*
7. *Erranti conſentit, qui non occurrit ad reſecanda, quę corrigi debent.*
8. *Veritas cum non defenditur opprimitur.*
   Negligentia in prelatis mortale peccatum eſt.

Rubrica XXXII.

De ſecundo modo reformationis eccleſiæ. ſcilicet vt mala exempla & ſcandalizantia, & ad peccatu tendentia reſecarentur ab eccleſia Dei.

Secundo poſſet † uniuerſalis eccleſia reformari, ſi Romana eccleſia a ſe primo, & gradatim a prælatis & aliis mala exempla tolleret, ex quibus ſcandalizatur, & quaſi inficitur populus vniuerſalis, & nomen domini dominatores populi, ſecundum Eſaiam ex hoc ſinunt blaſphemari. † Nam ſecũdum Auguſtinum nihil magis confundit eccleſiam Dei vel ei efficit, quam dicere peiores ſunt clerici quam laici. Proph dolor quia videtur in ipſa eccleſia verificari dictum Eſaię. 34. in figuram Babylonice ciuitatis glorioſę, io regnis & inclitę in ſuperbia caldeorum, de qua dicitur. Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum, & occurrent demonia. Onocentaurus & piloſus clamabit alter, ad alterum, ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem, ibi habuit foueam eritius, & enutriuit catulos. Illic congregati ſunt milui alter ad alterum, Ex quibus ſignantur, & ſignari poſſunt vitia & vitioſa exẽpla quæ ſunt. in uniuerſali eccleſia reformanda, quæ poſſunt nomine, & figura animalium ſeptem quę dictus Eſaias propheta in ſupradicta auctoritate exprimit, per quæ ſeptem peccata mortalia intelligere poſſumus, deſignari. Significat namq; per ericiũ auaritia, per draconem ſuperbia. per piloſum, luxuria per lamiam, gula, per leænam, inuidia, per Onocentaurum, odium & ira, per ſtruthionem, accidia, ſicut in eorum proſecutione apparebit inferius. & niſi in hoc ſacro, concilio prouideatur de cõpetẽti remedio in præmiſſis, quę quaſi manifeſte & notorie in Dei eccleſia committunt, † fides, quæ ſecundum Iacobum ſine operibus mortua eſt, dicetur per fideles & infideles in prælatis & perſonis eccleſiaſticis qui lux mundi eſſe debent & lucernas bonorum operũ, geſtare in manibus, periiſſe. Cum enim in ſacerdotib. fides ſit eligenda cum uita, & vita defuerit, fides meritum nõ habebit, ſicut Gregorius francię regib. ſcribit. Et elapſo & trãſacto præſenti ſacro concilio, in omni ſtatu reformatione carente, niſi reformatio debita facta fuerit incorporabiliter, peiora prioribus ſubſequentur. Et omnia imputabuntur domino noſtro ſummo pontifici, eiuſque venerabili collegio, & huic ſacro concilio, qui poſſunt & debent corrigere ſupradicta & obuiare eiſdem. † Scribit. n. Greg. Simicuſano epiſcopo ꝙ ſi negligenter ea quæ male vſurpantur corrigere omittimus, exceſſus viam aliis aperimus. Et Leo papa dicit ꝙ inferiorum ordinum culpę ad nullos magis referendę ſunt quã ad deſides negligenteſque rectores, qui multã ſæpe nutriũt peſtilentiam, dum auſteriorem diſſimulant adhibere medicinam. † Et Ioannes papa octauus ſcribit, quod facientiũ procul dubio culpam habent, qui quod poſſunt corrigere negligunt emẽdare, & negligere, cum poſſint, perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quam fauere impietati eorum. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et probatur odiſſe vitia qui damnat errantes. † ſecũdũ autem Greg. conſentire videtur erranti qui ad reſecãda quæ debent corrigi non occurrit. Et ſecundum Innocentium papam error cui non reſiſtitur, approbatur, † & veritas cum minime defenſatur, opprimitur. Negligentiam autem prædictã corrigere in prælatis mortale peccatum eſt, & depoſitionem inducit, ſicut iura teſtantur. Vnde Calixtus papa ait, ſi eccleſiaſticam ſollicitudinem vigoremque negligimus, perdit deſidia diſciplinam & animabus profecto fidelium nocebitur.

SVMMARIVM.

1. *Ambitio, cupiditas, & auaritia, per eccleſiam reprehenditur.*
   Simonia per utrunque teſtamentum deteſtatur.
2. *Auaritia poſtquam in imperio Romano creuit, lex de ſacerdotibus, & viſio de prophetis periit.*
3. *Sacerdos vlla cupiditate violari non debet.*
4. *Auari mens ſemper aurum & argentum videt, & aurum gratius quam ſolem intuetur.*
5. *Auaro totus mundus diuitiarum non eſt obolus.*
   Pauper ſi non habet quod offerat, non ſolum audiri contemnitur, verum etiam contra veritatem opprimitur.
6. *Aurum ſitiuit craſſus, aurum bibit, & auro peijt.*

Rubrica XXXIII.

De auaricia, & ambitione, & quæſtibus, & ſimonia, & muneribus.

Sane quod reproba † exempla ambitionis, cupiditatis, & auaritiæ publice vocentur & arguantur per fideles, & infideles, in Romana, & etiam in vniuerſali eccleſia, euidenter demonſtrãt quæſtus, & munera, quæ pro eccleſiaſticis beneficiis, dignitatibus, & officiis recipiuntur, & dantur, in animarum dantiũ, & recipientium detrimentum, in peccatum ſimoniæ, quam vtriuſque pagina teſtamenti deteſtatur, & quæ eſt, & reputatur hæreſis, ad idem pertinent quæſtus, qui fiunt per legatos, & nuncios, & familiares apoſtolicæ ſedis, & per illos qui in domini Papæ & prælatorum ſeruitiis commorantur. Ad idẽ pertinent talliæ, ſubiectiones, ſubſidia, procurationes in abſentia, emolumenta ſcripturarum, & ſigillorum, quæ exiguntur, recipiuntur, & leuantur a prælatis ſuperioribus, & inferioribus eorundem. Ad idem quæſtus indulgentiarum, priuilegiorum, diſpenſationum, & exemptionum. Ad idem ſpectant multiplicationes beneficiorum, eccleſiaſticorum, & penſionum, quæ indebite vni committuntur, & conferũtur perſonę. Ad idem exemptiones munerum, & venditiones iuriſdictionum, lucra turpia, & inhoneſta negotiationũ ſecularium, & mercationum, quarum multę ad ſpeciem uſurariam, quam mercatores eccleſiaſticarum perſonarum pecunias tenentes exercent dietim, pertinent. Ad idem pertinẽt eleæmoſinarum de fraudatio, hoſpitalitaris reſtrictio, munerum eccleſiaſticarum perſonarum ad cultum diuinum deputatarum diminutio, prælatorum & curatorum in ſolemnitatibus & aliis eccleſiaſticis, ciuitates, & loca ſua fugientium, euagatio. Ad idem pertinet augumentum ſatis de nouo in Romana curia introductum. de his quæ pro bulla, & ſcripturis, & aliis quibuſcunque quæ conſueuerunt in ea ab antiquo perſolui, Super quib. omnibus eſſet de competentib. & contraiis remediis, cum ſecundum phiſicorum aſſertionem medicina fiat per contrarium, ſalubriter in hoc ſacro concilio prouidendũ. Nam in omnem terram in qua exiuit ſonus apoſtolorũ, ſancta Dei eccleſia & potiſſime ſacroſancta Romana iſamata eſt, & uulgariter cũcti clamãt & refricant quod in ea &c. Omnes a maiori vſq. ad minorem auaritiæ ſtudent. † Ex quo autem in eccleſiis, ſicut in Romano imperio creuit auaritia, perit lex de ſacerdotibus, & viſio de prophetis, ſicut Hieronymus ad ruſticum Narbonenſ. epiſcopum ſcribit, nec mirum quod ſecundum Gregorium bonorum auctori inhęrere aliter non valemus, niſi cupiditatem a nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus. † Et ideo ſecundum Leonem Papam, virum catholicum, & præcipue domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente ſacra ſcriptura eccleſia. 18. Poſt concupiſcentias tuas ne eas. Mens etiam ut idem Leo ait, potentiæ auida, nec abſtinere nouit a vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. Nam ſicut hi qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, nõ iam res ipſas, ſed phantaſias paſſionis ſuæ vident, † ita etiam mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurũ, ſemper argentum videt, & gratius intuetur aurum quam ſolem, ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Deum aurum quærit, ſemperque redditus computat, ſicut beatus Ambroſius probat. Tali autem, ſicut Auguſtinus ad Macedonium ſcribit, † totus mundus diuitiarum non eſt obolus, a talibus ſecundum Iſidorum cito auro iuſtitia violatur, & pauper dum nõ habet quod offerat non ſolum audiri contemnitur, ſed etiã contra veritatem opprimitur, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. † Craſſus aurum ſitiuit, & aurum bibit, & ęque auro periit, ut ueneno ꝙ eſt exemplum omnibus aurum deſiderantibus formidandum. Hæc igitur auaritia per Eritium figuratur congrue, qa eſt animal figuratum ſpinis, diuitias, vt Chriſtus in Euangelio ait, ſignificantibus, per quarum acquiſitionem in laqueũ diaboli, ſecundum Apoſtolum, inciditur, & cum eis homo a diabolo capitur, ſicut Ericius dum in ſpinis fructibus oneratur, de quo Eritio Eſaiæ deeimotertio perdam Babilonis reliquias, & ponam eam in poſſeſſionem Eritij, & Sophonias accubabunt in medio eius omnes beſtiæ & Eritius.

SVMMARIVM.

1. *Superbia in eccleſia in notorio veſtium exceſſu, equorum, & familiarum moderanda eſſet.*
   Et infra nnm. ſequen.
3. *Beneuolentia in corrigendo plus agit quam ſeueritas.*
   Honor in ſuperbiam inflat.
4. *Prælatos Apoſtolorum ſucceſſores vilipendentes, Deum. vilipendunt.*
5. *Superbia per draconem.*

Rubrica XXXIIII.

De ſuperbia, elatione, & pompis eccleſiaſticis, & nimiis, & variis apparatibus, & conuiuiis vitandis, & quod taxaretur certus numerus euectionum, familiarium, & modus ornatuum

Quod † pernitioſa exempla elationis, & ſuperbiæ manifeſte, tam in capite, quam in membris in Dei naſcantur eccleſia, cum probent exceſſus notorii veſtium, ornatuum, ſocietatuum, familiarium, equorum, armorum, verborum, & factorum, quibus ſtatus eccleſiaſticus extollitur, ſe quibuslibet præferendo, aliorum vitam & merita deprimendo, & obumbrando ſeipſos, commendando improbos & defendendo, ſancta indignis committendo, malos pro bonis, & bonos pro malis approbando, prout Ambroſius in libro de officiis atteſtatur, † Remedium eſſet quod caperetur certus numerus euectionum, & familiarium, & modus ornatuum. Ad idem pertinet, qui ex dictis elatione & ſuperbia contra doctrinã Bracharen. concilii ſubditi non leuiter caſtigantur, ſed cũ aſperitate nimia, contra admonitionem Apoſtoli, qui ait, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina, immo aſperrime puniuntut. & aliqui ſuperiores, ita volunt pro modicis exceſſibus in eorum ſubditos, licet oneratos, pęnis efferueſcere, ſicut latrocinantium poterant promereri perſonæ, nec ſeruatur inſtructio Leonis papæ dicentis, quod licet nonnũquam accidant, quæ in ſacerdotum ſunt reprehendenda perſonis. † Plus tamen erga corrigendos agat beniuolentia quam ſeueritas, plus coarctatio quam comminatio, plus charitas quam poteſtas. Sed ab illis quique ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti, facile ab hac lege diſceditur, & dum dominari magis quam conſulere ſubditis placeat, honor inflat in ſuperbiam, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxiam. Iſti ſunt quibus dominus loquitur per Ezechielem prophetam dicens, Vos cum aſperitate imperabitis eis, & cum potentia. nam, ſicut Gregorius in moralibus exponit, cum auſteritate, & potentia imperant, qui ſubditos ſuos non tranquille ratiocinando corrigere, ſed aſpere inflectere dominando feſtinant. Tales namque in quodam ſibi videtur ſummitatis culmine reſidere, & infra ſe poſitos deſpiciunt, quibus frequenter in conſulendo loqui, ſed uix dñando

do dignantur, nec imitantur, sicut deberent filii charissimi, exemplum Christi in Matthæi undecimo capite dicentis, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde verendum est, ne cum Nabuchodonosor de eius gloriante potentia, in mentem bestialem mutentur. Sed utinam cum eo pœnitentiam agant, ne cum elationis, & superbiæ principe recipiant portionem, † & hoc tangit specialiter in Romana curia existentes, qui prælatos successores apostolorum, & alios secundum status eorum exigentiam non honorant, quinimmo contemnunt, & vilipendunt eosdem, se eis in sedibus, & aliis indebite præferentes, minus prouide attendentes sententiam Domini in Matthæo. & Luca, dicentis de Apostolis, quod Anacletus papa ad eorum successores extendit. Qui vos recipit, me recipit, & qui uos honorat, me honorat, & qui uos spernit, me spernit. Qui autem eum spernit, spernetur a domino, cum spernat eum scilicet Christum, a quo primo in nouo testamēto cœpit pontificatus, & ecclesię ueneranda potestas. Sed utinam nostris temporibus non uidendum quod in ecclesia catholica, sicut dudum fuit & græcã factum, nisi de alio prouideatur remedio per Romanam ecclesiam humiliantem seipsam, & aliarum iura non usurpantem illud dictum oratoris domitii. Cur ego inquam te habeam, ut principem, cum tu me non habeas, ut senatorem. † Hæc igitur superbia figurata est per Draconem, qui maximus est cunctorum serpentium siue animantium super terram. qui sæpe a speluncis abstractus fertur in aerem. Sic et prælati multi ecclesiæ dignitate, et potestate, nobilitate, et diuitiis maiores cæteris, a speluncis domorum paternarum abstracti, et postmodum in ecclesia sublimati in aere. vanæ gloriæ, & superbiæ efferuntur, quos quasi quandam pestem, immo ueram pestem fastidiens Hieronymus asserit fugiendos, qbus in Ezechiele dicitur, assimilatus es draconi nam uentilabas cornu in fluminibus tuis. talibus draconibus formidanda est sententia psalmi dicentis, dilecto, contribulasti capita draconū in aquis, dedisti eum escam populis æthiopum, idest demonum.

S V M M A R I V M.

1. *Clerus dat populo pernitiosa exempla luxuriæ.*
2. *Aetas omnis in adolescentia ad malum prona est.*
3. *Clerici mulieres extraneas secum habere non debent.*
4. *Fœminarum accessibus se copulans cum Deo toto corde habitare non potest, &c.*
5. *Clerici a quibus abstinere debeant, & nu. seq.*
6. *Clerici a mundi voluptatibus se abstinere debent.*
7. *Luxuria figuratur per pilosum.*

Rubrica XXXV.

De luxuria, inordinatione, et cohabitatione clericorum, et mulierum, et uoluptatibus euitandis.

Quod pernitiosa exempla luxuriæ a clero populus recipiat Christianus, testimonium perhibent gradientes filii super terram, sicut Gregorius de Ioanne diacono Neapolitanis ciuibus scribit. Et rubrica de filijs presbyterorum, et de cohabitatione clericorum, et mulierum. Et licet multæ super innouatione ordinis clericorum hactenus emanauerint sententiæ patrum, nihilominus ipsorum quæuis correctio morum quanquam ultimo illata fuerit, non solum in authores scelerum, uerumetiam in progeniem damnatorum protenditur, sicut in Toletano concilio continetur. Nempe cum difficile sit inter prunas, & flammas igneas, siue quodammodo impossibile, non exuri. † cum omnis ætas ab adolescentia in malum prona sit, et procliuis sit cursus ad uoluptates, naturaque imitatrix sit vitiorum, fomesque peccati, et stimulus sathanæ ei cohęreant, et difficile sit continere, paucique sine uitio carnis reperiantur, sicut Gregorius secundino Episcopo scribit, luxuriæ carnisque vitio incentiuum tribuit quia remedia, quæ hactenus super a sanctis concilijs sanctis patribus, & Romanis pontificibus statuta sunt, non seruantur. Sicut est illud ab omnibus constitutum, quod habitatio mulierum, & prædictarum personarum euitetur. In tertio namque capitulo Niceni concilij extitit ordinatum, siue constitutum. † Neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater, aut soror, aut auia, vel amita, vel matertera sit, quia in his solis personis, & harum similibus omnis, quæ ex mulieribus est suspitio declinatur. Et qui præter hoc ageret periclitaretur de clero. Et idem in effectu constitutum fuit in tribus & quatuor capitulis secundi concilii Agathensis, & in decimo, & in vndecimo capitulis concilij Arelatensis, & in vigesimoquinto capitulo concilii Aurelianensis, & in vigesimoseptimo capitulo concilii Eliberitani, & in decimosexto capitulo concilii Hilerdensis. & in secundo capitulo concilij Toletani, & in quadragesimosecundo & quadragesimotertio capitulo quarti concilii Toletani. & trigesimosecundo capitulo quarti concilii Bracharensis. plus etiam fuit in primo capitulo Terraconen. concilij constitutum, quod clerici ad proximas sanguinis sine testimonio non accederent. Et secundum Augustinum omnes quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Ad idem concilium Hieronymi dicentis Hospitiolum tuum, aut raro, aut nunquam mulierum pedes tangat, vel teratur, † quia non potest toto corde habitare cum Deo, qui fęminarum accessibus copulatur, propter quod Gregorius in quarto dyalogo, commendabile exemplum ponit de præsbytero, qui presbiteram suam ante susceptos ordines in coniugem habitam ex tempore accepti ordinis, ut sororem, diligēs, sed quasi hostem cauens ad sę accedere propius sibique appropinquare occasione aliqua non sinebat † in Agathensi concilio extitit ordinatum, vel constitutum quod presibteri, & alii qui ducendi vxores licentiam non habebant, alienarum nuptiarum conuiuia euitarent, nec illis immiscerentur cętibus, vbi amatoria cantarentur, aut obsceni motus corporis choreis, & saltationibus efferuntur, ne auditus, & obtuitus sacris ministeriis deputatus turpium spectaculorum atque uerborum contagione pollueretur. in Laodicen. concilio extitit constitutum, quod clerici, & ministri altaris spectaculis, aut nuptijs non interessent. Et ad idem concordat decimumtertium capit. concilii Carthaginensis quintum capit. concilii Arelaten. & etiam adijcitur quod qui in theatris conueniunt, excommunicētur, & idem in quinquagesimonono capitulo, tertii concilii Bracharensis. Item Isidorus de vita clericorū, scribit vigesima tertia distinctione. his. † quod dicti clerici a uulgari vita seclusi, a mundi voluptatibus se abstineant non spectaculis, non pompis, intersint. Et quod conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed sobria colant, vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationibus lucrorum, non fraudibus cuiuscunque studium apperāt amorem pæcuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant & secularia officia, negotjaque abnuant, honoris, gradum per ambitionem non suscipiant. Pro beneficiis medicine Dei munera non suscipiant. Dolos & coniurationes caueant. Odium, emulationes, obtrectationes atque inuidiam fugiant, non vagi oculis, non effreni lingua, aut petulantia studioq;, gestuq; incedant, sed pudorem atque uerecundiam mentis simplici habitu, incestuque ostendant, obscenitatem verborum & membrorum, sicut & operum penitus execrētur, viduarum, & virginum frequentationes penitus fugiant contubernia extranearum fęminarum nullatenus apperāt, castimoniam quoq; inuiolatæ corporis perpetuo conseruare studeant, aut certe unius matrimonii vinculo federentur, senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neq; vllius iactantię studio semetipsos attollant, doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, & cāticis, exercitio iugiter incumbant Tales enim esse debent qui diuinis cultibus se esse mancipādos student, scilicet vt dum scientiæ operamdant, doctrinę gratiam populis administrent. In concilio etiam Maneten. constitutum fuit quod dictæ persone ecclesiastice plausus, & risus inconditos agere. aut fabulas inanes referre, aut cantare non præsumerent, nec turpia loca ante se fieri paterentur, nec laruas demonum ante se deferri consentirent. Et ꝙ in mensis honeste conuersarentur, & sobrie viuerent & comederent. Cum itaq; uitæ munditia esset prę cęteris in hisq ferunt uasa domini, sicut ipse dominus per Esaiam prophetam præcipit, requirenda, esset plurimum ad refrenandum inordinationem, & luxuriam status ecclesiastiei vigilandū. † Hæc autem luxuria a prædicto Esaia propheta figurata est, per pilosos, quorum alter clamabat ad alterum, Pilosi enim secundum septuaginta interpraetes, & secundum Isidorum etimolog. sunt demones incubi ab incubando dicti, quia sunt improbi, & interdum cubant cum mulieribus, per quos recte qui luxuriose agunt in ecclesia & spiritu maligno ducuntur, qui spirituales esse deberent significari possunt similes Esau, de quo in Genesi dicitur quod pilosus erat. Et tales sunt Deo odibiles, sicut & ipse Esau fuit, de quo scribitur, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

S V M M A R I V M.

1. *Clerus lautius uiuit quam faciant principes.*
2. *Ebrietas vbi est, ibi libido & furor dominatur.*
3. *Vina, Loth vicerunt, quem sodoma non uicit.*
4. *Ebrietas si non fuisset, seruitus non esset.*
5. *Ebrietas sicut prohibetur, ita & voracitas.*
6. *Clerici a crapula & ebietate abstinere debent.*
7. *Christum crucifixum pauperem plenis corporibus prædicare ignominia est &c.*
8. *Redditus ecclesiarum, in conuiuiis excessiais expenduntur.*
9. *Gula per milium designatur.*
Milui naturæ designatio.
10. *Clerus circa uictum reformari deberet.*
11. *Episcopo uisitanti secundum qualitatem loci conuiuia præparari debent.*

Rubrica XXXVI.

De gula, ebritate, & comessationibus, & ferculorum multiplicitate, & superabundantia rescandis, & cohibendis.

Quod pernitiosa exempla peccati gulæ vniuersus populus Chrinianus, a clero recipiat, in aperto apparet, † cum dictus clerus lautius. & splendidius, & pluribus ferculis quam faciant reges, & principes domini contra honestatem ecclesiasticam, & clericalem regulam, & doctrinam constitutam a sanctis patribus conuiuentur. In regula apostolica ad Titum tradita continetur, quod promouendus sit sobrius. & non uinolētus Et hoc forte quia sicut Hieronymus, ait Venter mero estuans, cito despumat in libidinem, † & vbi ebrietas ibi libido dominatur, & furor. Luxuriosa res est secundum eundem vinum, & contumeliosa ebrietas, & omnis qui cum his immiscetur, non erit sapiens, propter quod sponsa Christi uinum, monetur fugere, ut venenum. In ueteri testamento ministri templi uinum, & siceram bibere prohibebantur, ne ebrietate grauarentur corda eorum, & vt sensus torum semper vigeret & tenuis esset. Noe enim nudauit femora, † Et Loth. quem sodoma non vicit, vina vicerunt. Apostolus autem scribit ad Romanos, ad exordium conditionis humanæ prospicien; Bonum est uinum non bibere, & carnes non comedere, vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est. Secundum Ambrosium. sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum eis orta est edendi potestas, & usus escarum. vbi cibus cæpit, ibi factus est finis mundi, vnde per cibos mundus habet minui per quos desinit augeri. † Non esset seruitus si ebrietas nō fuisset. In canonibus Apostolorum episcopus, aut presbyter, aut diaconus alcę atque ebrietati deseruiens si nō desinat, condemnatur. subdiaconus, lector, aut cantor similia faciens, & non desineus, communione priuatur, & statuitur, ut ille quem ebrium fuisse constiterit triginta dierū spacio a communione submoueatur, aua corporali supplicio subdatur. Cum autem vinolentus esse prohibetur minister ecclesiasticus, gulæ intemperantiam nequaquam habere pmittitur. † Nam sicut ebrietas ita & voracitas prohibetur, & utrunque inter opera tenebrarum Apostolus & ad Romanos connumerat, dicens, Non in comessationibus, & ebrietatibus &c. Ventris namque ingluuies ad luxuriā facile prouocat, & omne opus bonum dissoluit, vnde venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt, ut ex vicinitate membrorum intelligatur cōfederatio vitiorum. Vēter cui coquorum multitudo deseruit, ędificia vittutū ad solum redigit. Sacerdoti secundum Hieronymum de altari viuere licet, non luxuriari permittitur, personis ecclesiasticis tabernas, nisi causa necessitatis, intrare in Laodicen. & Carthaginensi conciliis easq; tenere in sexto sinodo prohibetur. † A crapula & ebrietate in generali concilio abstinere iubentur clerici vniuersi super Micheam prophetam scribit Hieronymus quod ecclesiæ principes qui delitijs affluunt, & inter epulas atque delitias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo dicti Micheæ prophetæ describit quod eiiciendi sunt de spaciosis domib. lautisque conuiuiis & multo labore conquisitis epulis, in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. † Nam confusio & ignominia est Christum crucifixum pauperem & esurientem fartis corporibus prædicare, & ieiuniorum doctrinam rubenti, & tumentii ore proferre, inferens idem Hieronymus, quod si in apostolorum loco sumus, non solum sermones eorum imitemur, sed conuersationem & abstinentiam. Esset itaque super sobrietate & parsimonia seruādis in statu ecclesiastico prouidendum, † cum magna pars ecclesiasticorum reddituum in excessiuis conuiuiis & comessationibus expendatur. Vnde verendum est ꝙ Deus propter hæc & alia, contra ecclesiam & eius ministros irascatur, & quod eam permittat deprimi, sicut fecit iudæos. † Hæc autem gulositas a dicto propheta per miluū congrue designata est, cum secundum Isidorum. Miluus inter alias aues mollis, & uoracissimus, & rapacissimus discribatur, & inter immunda animalia in Leuitico & in Deuterono. figuratus, gulosos molles & molia diligētes, escarum voratores & deuoratores, qui immundi sunt, vt supra probatum est, competenter designan. † Remedium bonum esse videtur quod statueretur, ne vltra tria fercula ministrarentur, nec in dictis tribus ferculis in quantitate excederent, nec in quo libet ferculo diuersas species comestibilium apponerent, sicut frequenter faciūt canones, pernices, fazanos, cuniculos & lepores in uno incisorio, in tanta copia ministrando, quod de hoc quod de uno incisorio ponitur posset sufficienter seruiri vndecim vel duodecim personis. Et quod circa ministrationem vinorum, confectuum, & specierum, & excessuum vestium in ipsis & familiaribus eorundem, modificatio haberetur in toto, & in domibus propriis & alienis, † & potissime in procurationibus, & uisitationib. circa quas multi prælatorum excedunt supra uices suas, ab illis quos visitant cōuiuia sibi præparari facientes, contra prohibitionem Greg. defensori Siciliæ, factam, & constitutionem Pelagii, qui prohibet, Cresconio scribens, prandia enormia fieri, mandans secundum mediocritatem vniuscuiusque loci, episcopo visitanti conuiuium prępararі, Tantusque excessus est, & in præparatione conuiuiorum & in numero euectionum contra prouisionem concilii Lateranen. quod interdum victum lōgi temporis breuis hora consumit, & usque ad extremæ virtutis exinanitionem quasdam basilicas perdit. contra. 7. cap. quarti concilii Toletani.

S V M M A R I V M.

1. *Inuidia in ecclesia Dei multum radicata est.*
2. *Inuidia in clero, multos periclitari facit.*
3. *Malum nullum peius est, quam Christianos sacerdotibus inuidere.*
4. *Inuidia per lamiam figuratur.*

Rubrica XXXVII.

De inuida, & detractionibus, & partialitatibus.

Peccatum inuidię † nimis patenter & notorie videtur in ecclesia Dei radicari. Nam vix est aliquod collegium in quo propter dictam inuidiā diuisiones, scissurę, & partialitates non fiant & quantum in ipsis est unitatem ecclesiæ quæ diuisionem non capit, contra doctrinam Pelagii scindunt, & tunicam domini inconsutilem & indiscissam minutim ꝑ frusta discerpūt. sicut Hieronym. attestatur, nec proficit constitutio concilii Carthaginensis. continentis quod clericus fratrum profectibus inuidens, donec in uitio est, non promoueatur, Cum dicta constitutio non seruetur, & ad iam promotos dicta inuidia quæ in interioribus medullis recondita est, sicut habetur in octaua sinodo, deriuetur. Et ex hac inuidia † plurimi periclitantur in clero, sicut & propter prelationis inuidiam, Abel a Cayn fratre suo extitit interfectus, sicut in Gene. continetur. ex hac inuidia multę falsæ accusationes, & delationes fiunt in clero ab his, qui inuidię stimulis agitantur, sicut Anacletus papa testatur. † Nec peius malum est secundum Gregorium quam Christianos sacerdotibus inuidere. Hæc inuidia ab Isidoro de uita clericorum plurimum reprobatur. Dicit enim clerici emulationes, & obtrectationes, & inuidiam fugiant. † Hæc inuidia recte a dicto Esa. figurata est per lamias quæ a lamiando dictæ sunt, quæ sicut Isidorus ait in libro ethimolo. fabulosæ in fauces, & laniatis narrantur. Et secundum Gregorium in glo. super illud Tren. 4. Sed & lamiæ nudauerunt mammam &c. Dicit quod lamiæ crudeles sunt, & suis fętibus quos lamiarunt feruntur, per quas inuidi, & detractores significantur, qui bonorum mores vitamque, quantum in ipsis est lacerare nituntur, deteriores secundum Anacletum papam quam hi qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Tales secundum Gregorium in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant. ut unde plus detractionis ꝑflāt, inde magis nihil veritatis videāt.

S V M M A R I V M.

1. *Detractores homicidæ dicuntur.*
2. *Odium fugere debent clerici, & odio peccata habere.*
3. *Sententia per iram ferri non debet.*
4. *Ira innocentes sæpe ad crimen adducit.*
Iræ locus dandus est.
5. *Iudicia publica exercentes, furore aliquo ad sententiam duci non debent, &c.*
6. *Occidens proximum per insidias, ab altari euellatur.*
7. *Ira per onocentaurum designatur.*
Centauri qui fuere.

Rubrica XXXVIII.

De ira & odio & præcipitatione in sententijs, & aliis euitandis.

Peccatum iræ, & odii inter personas ecclesiasticas sicut de inuidia præmissum est, fere in singulis collegiis notorie radicatur. † Nec videtur clerus considerare quod beatus Petrus homicidiorum tria genera, & eorum pœnam parilem esse dicebat. sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita quoque eorum detractores eosque odientes homicidas esse manifestabat sicut ex epistola Clementis habetur hoc odium, † sicut Isidorus, de vita clericorum ait, maxime personæ ecclesiasticæ fugere debent, & odio peccata habere, non homines, sicut Leo papa, rustico Narbonensi episcopo, scribit, &

ex officio suo eos qui se odio habent, aut longinqua inter se lite dissenserint ad pacem, & concordiam inducere, & per cēsuram ecclesiasticam, si opus fuerit, compellere debēt, sicut habetur in concilio Agatensi, & super pace, quam odium impedit, conseruanda, sibiipsis mutuum consilium & auxilium, non obstante cuiuscunque amore vel odio, impartiti, 3 sicut Innocentius papa, secundus testatur. †Nec odio, nec rācore, nec ira, debent suas sententias fulminare, nam illa pręppositorum solicitudo est vtilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil sibi vendicat. Quare restringenda est sub ratione potestas, nec est quid agendum priusquam concitata ad tranquillitatem mens redeat. nam commotionis tempore iustum putat esse omne quod fecerit. sicut Gregor. imperatori Mauricio scribit, 4 †Ira sæpe etiam innocentes ad crimen adducit, quia dum iusto amplius irascimur, & volumus aliena cohercere peccata, grauiora committimus, sicut Ambrosius attestatur, propter quod apostolus scribit Romanis, non vos uindicantes carissimi, sed date 5 locum irę, hoc est declinemus eam, ne nos illa corripiat. †Summo igitur opere præcauendum est ne rectores ecclesiæ, & qui publica iudicia exercent in dictandis sententiis nullatenus leuitate, aut furore ducti sint præcipites, sicut ait Greg. Quod minime obseruatur ab his qui iuris ordinem in ferendis sententiis non obseruant. & qui moræ & vltra morē laicorum se vindicant, & per se & per alios vindictas publicas fieri mandant, & faciunt sub confidentia ecclesiasticæ libertatis, nullius pertimescentes culpam, quam se redimere nūmis posse existimat sicut Isidorus ait. Ex quo frequenter coniurationes & conspirationes, ut in decretali Gregorij decimi. pro humani. contra assassinos, & contra illos qui per eos vindictas mandant fieri, non seruantur. & insuper quia personis ecclesiasticis homicida studiose perpetrantibus præbetur defensio in personis, & in ecclesiis receptantur. qui tamē 6 sicut dn̄s præcepit in exodo, & continet decretalis. † si per industriam occidant proximum suum, & per insidias, ab altari Dei euellendi sunt ut moriantur. quod si executioni mandaretur contra clericos & laicos per industriam occidentes, & degradarentur personæ ecclesiasticæ talia homicidia studiose, & voluntarie perpetrantes, summum esset remedium ecclesiæ sanctæ Dei contra insolentias, & scandala clericorū, & religiosorum qui per certitudinem quam habent qđ pp talia maleficia, non tradentur curiæ seculari, nec morti subijcientur qui ad sacros promouentur ordines, ex dicta impunitate ad statum clericalem accedit, ut ex hoc & beneficio canonis si quis suadente diabolo, cuius sentētia videretur cum 7 talibus retrahenda, fiant qui nequam fuerat, nequiores. †Cōgrue itaque a dicto Esa. Prophe. hoc odium & ira per onocentaurum in auctoritate proposita designantur. Nam onocentaurus dicitur ab onos ꝙ est asinus & centaurus. Centauri autem fuerunt equites in bellis discurrentes, hominesque notantes, figuram asini & hominis faciem prætendentes, sicut Isidorus in lib. ethimologiarum scribit, ubi agit de portētis.

SVMMARIVM.

1 *Negligenter opera domini exercens, maledictus est.*
Deum timens nil negligit
2 *Ignorantia cunctorum errorum mater, in sacerdotibus vitanda est.*
3 *Ignorantia scripturarum, Christi dicitur ignorantia.*

Rubrica XXXIX.

De accidia, & negligentia, & ignorantia.

Peccatum accidiæ, & negligentię maxime radicatur in ecclesia sancta Dei, malumque exemplum inde assumit uniuersus populus christianus. Nam pauci sunt in clero qui non uocent, vel uocari possint in his quæ ad eorum pertinent officia, propter quæ sunt constituta stipendia, & ecclesiastica beneficia, negligentes. Ex qua negligentia uerendum est quod diuina 1 contrahatur offensa. †Maledictus enim qui opera domini negligenter exercet, sic Hieronymus testatur, Qui autem negligit viam suam, ut ait sapiens, mortificabit, & qui timet Deū nihil negligit, sicut ecclesiastes ait. & in prouerb. 1. uos quoque increpationes meas negligitis propter quod ego in interitu vestro ridebo, & cum repetentina calamitas superuenerit inuocabitis me, & ego non exaudiam. Si ergo inspiciatur titulus de negligentia prælatorum, liquide apparebit 2 q̃tum negligentia Dei officit, Nam sicut in uno quoque artiū opere inuenitur mater iustitia, ita nouerca eruditionis in ecclesia Dei radicatur ignorantia, quæ mr̄ est cunctorum errorū, & quæ maxime in Dei sacerdotibus est uitanda, qui docēdi officiū in populo susceperūt, & qui scripturas sacras, & ca. scire debēt, cū oē opus eorū in uita, prædicatione & doctrina cōsistat, & cūctos ædificare hēant tam fidei scientia q̃ 3 operum disciplina. Sicut habetur in concilio Toleta. †Cum itaque ignorantia scripturarum ignorantia Christi sit, sicut Hieronymus in Esa. testatur. & Paulus Apost. ad Corinthios scribat, quod si quis ignorat ignorabitur. & Gregorius in moralibus dicat, quod qui ea quæ Dei sunt nesciunt, a Deo nesciuntur. & Christus testetur, quod si cæcus cæco ducatum præbeat ambo in foueam dilabuntur.

SVMMARIVM.

1 *Remedium contra negligentiam eruditionis prælatorum.*
In prælatos promouendi quales esse debeant.
2 *In episcopum promouendus qualiter examinari debeat.*

Rubrica XL.

De primo remedio contra negligentiam eruditionis in prælatis, scilicet quod regula apostolica in promouendis seruetur.

1 Contra negligentiam † eruditionis, & pestem ignoritię remediari posset, quod seruaretur in promouendis ad prælaturas prout conuenientius fieri posset regula apostolica scripta ad Thimote. & Titum, videlicet ut promouendi essent doctores, non litigiosi, non cupidi, non neophiti. Sed prudentes, ornati, hospitales, pudici, & domui suæ bene præpositi, sicut gratianus prosequitur in decretis. 2 †& sicut statutum fuit in concilio quarto Carthaginensi, cui Augustinus interfuit in capitu. cum episcopus ordinandus est, antea examinetur si sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarū sensibus cautus, vel acutus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et taliter examinati, & promoti secundum dictum concilium Carthaginense susceptio In nomine Christi episcopatu, non suę delectationis, nec suis motibus, sed partum diffinitionibus acquiescat. Licet enim sicut in Lateranensi cōcilio scribitur, In cunctis sacris ordinibus & ecclesiasticis ministeriis sint ętatis maturitas, morum grauitas, & literarum scientia inquirenda, multo fortius in episcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum in seipso debet ostendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuersari.

SVMMARIVM.

1 *Remedium contra negligentiam eruditionis curatorum.*
Sacerdotij substantia sunt eloquia diuinitus tradita.

Rubrica XLI.

De secundo remedio contra negligentiam eruditionis in curatis.

1 Remedium contra †negligentiam eruditionis curatorum posset esse, ut seruaretur concilium toletanum in quo statutum fuit, quod quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem idest continentem omnia ad officium curati pertinentia ab episcopo suo accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant, ne per ignorantiam in diuinis scripturis offendant. Vnde esset per quam vtile ecclesiæ sanctæ Dei quod componeretur vnus liber ad intelligendum facilis, ad studendum & retinendum vtilis, in quo ponerentur canones pœnitentiales, quos non licet secundum Cælestinum papam & Augusti. sacerdotibus ignorare. & instructio plena traderetur eis circa confessiones audiendas, & pœnitentias. & satisfactiones iniungendas, & circa administrationem sacramentorum ecclesiasticorum, & celebrationem, & intellectum diuinorum officiorum. gubernationem animarum vtilia, & necessaria esse viderentur, ita quod nullus secularis, vel regularis posset ad sacerdotalem ordinem, nec aliquo modo curatum beneficium obtinere nisi in præmissis 2 esset competenter eruditus. † Sicut enim peribet magnus Dionisius, substantia sacerdotii sunt eloquia diuinitus tradita. & secundum Augustinum si unum de his que ad discendum necessaria sunt sacerdotibus defuerit, nomen vix in eis constabit.

SVMMARIVM.

1 *Remedium contra negligentiam conditionis uniuersi cleri.*
2 *Officio clericatus emancipati in primis annis quomodo regi debeant.*

Rubrica XLII.

De tertio remedio contra negligentiam conditionis uniuersi cleri.

1 Remedium contra negligentiam † conditionis vniuersi cleri posset esse, vt secundum prouidentiam Lateranensis, & generalis concilii, ecclesia quæ sicut pia mater prouidere tenetur pauperib. qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahatur in vnaquaque cathedrali ecclesia, & in aliis collegiatis & honorabilibus ordinarentur, qui clericos, & seculares pauperes ciuitatis & diœcesis in cantādo, & legendo, & scribendo, & grāmaticalib. & logicalib. gratis instruerēt, & pro doctrina sua nihil ab eis reciperent, sed ecclesiastica beneficia, vel stipendia ab episcopis & capitulis ac collegijs, & aliis pręlatis assignarentur eisdem. Et quod in istis seruaretur doctrina, & constitutio con-2 cilij Toleta. In quo statutum fuit quod illi quos a primis annis voluntas parentum clericatus officio mancipauit, mox detōsi vel ministerio lectorum traditi in domo ecclesiæ sub speciali præsentia tenerentur sub vno conclaui, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agerent deputati probatissimo seniori, quem & magistrum doctrinę, & testem uitæ haberent. & quod tales taliter enutriti. 18. anno ętatis suę completo, si clerici esse vellent castitatem seruare vouerent, & in clero remanerēt, & ad ordines statutis temporibus promouerentur. Et si contrariū facerēt rei sacrilegii secundum formam dicti concilii haberētur. & si contrahere vellent decimo octauo anno expleto, et uoto nondum emisso, concessa ab apostolo licentia non negarēt eisdem. Si tamen cum vnicis, & virginibus contrahere vellent, & priuilegiis ecclesiasticis gaudere vellent, sub ecclesiastica regula tenerentur, in bonis moribus viuerent, & canēdis psalmis inuigilarent, & ab omnibus illicitis, cor, & linguam, et corpus Deo actore seruarent, sicut Gregori. Augustino anglorum episcopo scribit. Ex talibus autem, & taliter enūtritis qui in cathedralibus collegiatis, et honorabilibus ecclesiis sub regula, et disciplina ecclesiastica usque ad 18. ętatis suę annum completum enutriti essent, et in officio ecclesiastico, & grammaticalibus informati, possent illi qui magis apti, idonei, et docibiles viderentur ad Metropolitanam ciuitatem in qua essent magistri docentes in sacra pagina, & in utroque iure, et exinde ad generalia studia destinari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura sine periculo animarum non tenentur.*
2 *Clerici qui bona paterna non habent de stipendijs ecclesiæ sustentari debnet, &c.*
3 *Episcopus his qui sua sufficiunt nil erogare debet.*
4 *Clerici peccata populi comedere dicuntur.*

Rubrica XLIII.

De beneficiis ecclesiasticis unde posset dictis pauperibus magistris, et scholaribus prouideri.

1 Et ad prouidendum talibus † de quibus constaret quod amplius ad seculū redire non possent, sufficerent beneficia ecceliastica quę non absque animarum, et ecclesiarum dispendiis, et periculis in pluralitate tenentur, et detinentur a multis contra canonicas sanctiones, secundum quas singula officia, et beneficia ecclesiastica singulis sunt committenda, et conferenda personis, nec debet quis in pluribus beneficijs intitulari. Et idem fuit in 10. capit. Calcedon. concilij. et in sinodo Placentię celebrata. In qua Vrbanus papa affuit constitutum. Et a beato Gregori. qui super hoc etiam omnibus episcopis scripsit. et in sinodo, et etiam in cōcilio Toletano. et ad idem concordant iura ciuilia et diuina. Tenent namque aliqui propter fauorem quem in ecclesia habent, tot beneficia quod viginti, et aliquando quinquaginta scholares, et ultra possent in scholis sustentari de eis, nec ita successiue beneficiati plus cæteris pauperibus communiter proficiunt, quinimmo frequentius deficiunt, et expendunt in pompis, et uanitatibus dies suos, et ecclesiasticos redditus cumulatos eisdem. Posset etiam talibus clericis prouideri de beneficiis quæ diuitibus indebite conferuntur. nam sicut Hieronymus ad Damasum papam scri-2 bit † Clericos illos conuenit ecclesiasticis stipendiis sustentari, quibus parentum, et propinquorum nulla bona suffragantur. Qui autem ex bonis parentum, et suis operibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, et per abusionem talium iudicium sibi manducant et bibunt. Prosper etiam in libro de uita contē-3 platiua scribit, † ꝙ pastor ecclesię his quibus sua sufficiūt, nō debet aliquid erogare, quia nihil aliud est habentibus dare quam perdere, nec illi qui sua posidentes dari sibi de ecclesia aliquid volunt, sine grandi peccato suo unde pauper ui-4 cturus erat accipiunt. † De clericis quidem spiritus sanctus dicit per Oseam prophetam, quod peccata populi comedūt, sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta quibus indigere uidentur accipiunt, ita possessores nō alimenta quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt, et infert dictus Prosper, non est meum dicere quale peccatum est qui cibos pauperum pręsumendo suscipiunt, qui ecclesiam quam de propriis facultatibus iuuare debuerant, suis expensis insuper grauant. Posset etiam prouidere prędictis de eccl. beneficiis, q̄ tenent multi alienigenę et in alienis regnis, quorum linguagia non intelligunt, nec habiles sunt ad curā exercendā in eis, nec in ipsis residere intēdūt, et ēt pn̄t, quę utinā non tenecātur cum periculo animarum ipsorum, qui se excusare nituntur obtentu diuersarum dispensationū propter suam, vel suorum importunitatem, vel poteniam absque euidenti necessitate, vel utilitate obtētarum. Illi. n. qui sunt eiusdem linguagii, & eiusdem regni & prouinciæ, ciuitatis & diœcesis, & ecclesiæ, cæteris paribus sunt aliis in ecclesiasticis beneficiis, & prælationibus secundum iura præferendi. & in hoc concordant iura a multis Romanis pontificib. edita, & specialiter a Cęlestino. Pelagio. Gregorio, Innocentio, Leone, Stephano, & concilium generale ne pro defectu, & penultimum capitulum concilii Neocesarien. & secū do & tertio capitu. concilii. Bracharen. & penulti. capit. concilii Taurinen. & 8. & 9 capitu. concilii Auriacen. & ultimū capitulum concilii Valentiniani. & 12. capitu. primi concilii Toletani. & 2. capitu. concilii Toletani. & 2. ca, concilii Bracharen. Posset etiam prouideri prædictis de aliquibus parochialibus ecclesiis, quæ ita pingues sunt & abūdantes quod relicta cōgrua portione vicario perpetuo possent de eis multi scolares in studio sustentari. Tales autē possent teneri sub disciplina & regula ecclesiastica, & sub uno conclaui nō solum in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis, vt dictū est verum etiam in studiis prouincialibus, & generalibus in quib. possent ad hoc per prouincias loca certa deputari. & tales possunt se astringere prouinciis ciuitatibus & diœcesibus & ecclesiis, de quarum bonis enurriti essent in scolis, quod sine licentia se ad alias ecclesias non transferrent. Tales in puritate vitæ, & sub disciplina ecclesiastica enurriti ab infantia. & in sacra pagina & aliis scientiis informati possent cū bona conscientia assumi ad curam animarum. & regimen prælationum, & in Dei ecclesia secundum Danielem velut splēdor fulgerent firmamēti. Ex quib. postmodum posset copia doctorum haberi, qui velut stellę in perpetuas ęternitates, mansuri, valerent ad iustitiam plurimos erudire. sicut Honorius tertius attestatur. & per tales posset processu temporis vita & doctrina vniuersalis ecclesię reformari. Potissime si ordinaretur, ex nunc, & executioni debitæ mandaretur ex viri literati & idonei, de quibus multi reperiuntur, quib. vel nullo modo, vel minus competenter prouisum est quibuscunque aliis non idoneis & minus sufficientibus præferrentur in assequendis ecclesiasticis beneficiis, & officiis, & prę-laturis secularibus & regularibus ecclesiæ sanctę Dei, in qua Christus dedit potestatem filios Dei fieri his qui non ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. sicut sacrum beati Ioannis euangelium attestatur, & cessaret ex tunc forma pauperum & specialis forma prouisionū, quo ad omnes qui non essent sicut præmissum est benę literati, vita probati, & in ætate legitima constituti.

SVMMARIVM.

1 *Remedia contra clericorum ignorantiam.*
Ociositas omnium malorum est radix.
2 *Tonsura prima nulla conferenda est, nisi legere & cantare sciat.*
3 *Clericos paucos sufficientes habere melius est, quam multos inutiles &c.*

Rubrica XLIIII.

De quarto remedio contra ignorantiam cleri, & negligentiam eruditionis.

1 Remedium aliud contra † clerici ignorantiā posset adhiberi, ut omnes clerici non coniugati fugerent ociositatem, quæ ociositas, est radix omnium malorum, & semper aliquid boni facerēt ne diabolus, secundum doctrinam Hieronimi, eos occupatos inueniret, & quod secundum doctrinam apostoli, quando diuinis obsequiis non adessent, lectioni attenderent & do-2 ctrinæ, & semper permanerent in his. † Quod etiam nulli cōferretur prima tonsura, nisi competenter sciret legere & cātare, Nec minores ordines, nisi vltra prædicta haberet maiorem instructionem, & nisi haberet unde viueret, vel esset in scriptura vel aliquo artificio honesto taliter instructus, quo inde victum quærere sibi posset, sicut fuit statutum in concilio Carthaginensi. Nam frequenter illi qui promouerentur ad titulos secularium personatuum, vel beneficiorum, propter eorum demerita dictos titulos perdunt, & sic mendicari & euagari coguntur, & si omnes certi essent quod aliter non possent peruenire ad clerum, omnes addiscere, & eorū parentes & propinqui eis prouidere amplius conarentur maxime si certi essent, ꝙ beneficia ecclesiastica assequi non ualerent, nisi haberent sufficientiam literarum, a quorū studio & laboriosa inquisitione retrahuntur, qui prędictiū iuuenes insufficientes & illiteratos prouectoribus literatis, & meritis, propter ambitionē & deordinationē rectorū & præ-3 latorum ecclesiæ indebite anteferri, † & melius esset dūi sa-

cerdotium atque clerũ paucos sufficientes habere ministros qui possent digne opus Dei exercere, quam multos & innumerabiles habere inutiles, qui secundum Clementem graue onus & confusionem inducunt ecclesiæ sanctæ Dei.

SVMMARIVM.

1 *Remedia contra cleri ignorantiam & negligentiam eruditionis.*
2 *Glosarum & scriptorum diuersitas quæ inconuenientia pariat.*
3 *Scolares scientijs & non vanitatibus & dissolutionibus vacare debent.*

Rubrica XLV.

De quinto remedio contra cleri ignorantiam, & negligentiam eruditionis.

1 Remedium aliud posset † esse contra negligentiã eruditionis & ignorantiã cleri, vt specificaretur & declararetur quæ scientia literarum, & quæ sufficientia est in singulis gradibus & statib. ecclesiasticis requirẽda, & quod sine ea nullus ad dictos gra-2 dus & status admitteretur. † Et insuper quod diuersitas glossarum, & scriptorum quæ est in singulis facultatibus, quæ diuersitas, & varietas cum multiplicitate & prolixitate ac similitudine dictorum & recitatorum, studentium sensus eberat, tempus & facultates consumit, confusionem & ignorãtiam inducit, cum ex hoc textuum & originalium notitia cõtemnatur, reduceretur per certos magistros in qualibet facultate approbatos, & deputatos, resecatis superfluis, similibus, & contrariis, ad compendium veritatis, quod compendium approbaretur per apostolicam sedem. & sic scolares & magistri qui præ nimia paupertate dicta scripta habere non possunt, & quãtum habent temporis in eis consumunt, plus in quin-3 que annis proficerent quam faciant nunc in decem. † Et ordinaretur quod singula studia reformarentur per locorum ordinarios & rectores & magistros, ita quod scolares vacarent scientiæ & non vanitatibus, & dissolutionibus pompis, conuiuijs, dissensionibus, parcialitatibus, atque brigis. non. n. gerunt se cõiter tanquam personæ ecclesiasticæ, sed potius tanquam seculares vel peius, & conãtur plus expendere quã possint, & quam expenderent in patria eorundem, & maiores se ostendere quam sint de veritate non tantum scientiæ quantum de ostensionibus notoriis brocardicorum, & verborum foliis curam gerentes, & vacui a scientia recedentes. Et multi indebite efficiuntur magistri, qui nondum formã discipuli didicerunt, & libros facultatis in qua magistri sunt non legerunt, super quibus esset omnib. prouidendum & dicta studia reformanda & ad antiquum statum qui non erat pomposus, nec sumptuosus, nec inordinatus, nec inquietus solicitudine paterna consilium capere deberet pro liberis et ecclesiæ filiis reducẽdis. Esset insuper vtile quod concilia generalia hactenus celebrata in singulis studiis & insuper in omnibus cathedralibus & collegiatis ecclesiis haberentur, vt qui vellent possent habere copiam de eisdem & quod idẽ fieret de canonibus pœnitentialibus & de alijs libris, & scriptis utilibus pro salute & regimine animarum.

SVMMARIVM.

1 *Prælati circa animarum custodiam attenti esse debent.*
2 *Electio de pastore ecclesia vacante vltra menses tres differri non debet.*

Rubrica XLVI.

De negligentia circa curam animarum, quia causas electionum Romana ecclesia ad se trahit, & ecclesiæ remanent viduatę.

1 De negligentia † prælatorum, rectorum, curatorum, & ministrorum ecclesiasticorum, circa curam animarum commissarum eisdem, circa quarum custodiam attenti esse debent, sicut dicitur in actibus apostolorum, quia ab eis grex qui ipsis datus & commissus est, pecus inclitum secundum Hieronymum, requiretur, et pro quo animam pro anima reddent, & se reddituros spondent etiam notorie deprehenditur & notatur in ecclesia sancta Dei quia manifeste apparet quod ecclesia Romana causas electionum multis uiis & remediis ad se trahit, et ecclesiæ remanent ex hoc longis temporibus viduatæ, gregemque dominicum propter defectum pastoris lupus rapax inuadit, & ecclesiæ in earum juribus, & facultatib. dispendia grauia patiuntur, contra prouisionem concilij generalis. 2 † quod volens in hoc periculis occurrere animarum, & ecclesiarum indemnitatibus prouidere, statuit vt vltra tres mẽses cathedrales, vel regulares ecclesiæ quando uacarent, non differretur electio, ne pastore ecclesia esset destituta. Quæ quidem prouisio quodammodo est inanis cum propter appellationem inanem, & friuolam deductam ad Romanam curiam, per plures annos ecclesiæ remaneant viduatæ, & suis facultatibus spoliatæ, modica consideratione de dicta cura habita animarum, & lites efficiuntur ibi quodam modo immortales.

SVMMARIVM.

1 *Prælati in ecclesiis suis residentiam facere tenentur.*

Rubrica XLVII.

De secunda negligentia circa curam animarum, quia prælati & curati non resident.

1 Negligentia etiam † circa Curam dictarum animarum manifesta apparet, quia per Romanam ecclesiam absque euidenti necessitate, vel vtilitate dispensatur cum multis, vt pluralitatem beneficiorum curatorum obtineant, & quod non teneantur ad tempus valde longum residentiam facere personalẽ, & dictam curam habentes, & etiam prælati absque necessitate, & vtilitate prædictis, longis temporibus in Romana curia detinentur, & diuersis vijs ab ecclesiis, quę eisdem & eorum curę commissa sunt, se absentant. Nec seruatur rubrica de clericis non residentib. in ecclesia vel præbenda, nec etiã sexagesimiquarti c. concilij Agathen. in quo statuitur ꝙ presbiteri, & diaconi qui vltra tres ebdomadas ab ecclesijs suis defuerint, & episcopi qui in eis in epiphania, pasca, & pentecostes non fuerint, suspendantur. Non seruatur etiam trigesimioctaui capituli dicti concilii Agathen. & alia iura in quibus præcipitur quod dimissis curis & ecclesijs non debeant euagari. Non seruantur etiam decimaquarta & decimaquinta capitul. Sardicen. concilii continentia quod episcopi in alienis prouinciis non morentur, nec possessiones acquirãt, nec penultimum capitulum eiusdem concilii, nec tertii capitu. concilii Anthiocheni, nec 20. capituli vigesimiquarti capituli concili. Calcedonensis prohibentia ne dicti prælati se absentent.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus curam animarum, habens qualis esse debeat*
2 *Curam assumens animarum præconis officium accipit.*

Rubrica XLVIII.

De tertia negligentia curæ animarum, quia inhabilibus committitur qui eam exercere nesciunt.

1 Negligentia † contra dictam curam animarũ manifeste apparet quia non solum curata beneficia, & simplicia, verum etiam duplicia, & quod detestabilius est prelaturæ committuntur talibus quod publice & notorie propter defectum ętatis vel scientiæ, vel propter alia constat laicis, & aliis esse inhabiles ad curam huiusmodi animarum, de quarum perditione, licet preciosiores sint cunctis corporibus, & corruptibilib. reb. parum curari videtur, eo quod per generalem abusum prælatorum ecclesiæ talibus committantur quibus non usquequaque forsitan suffragatur si per alios fieri faciant quod tenentur personaliter facere per seipsos, cum per virum proprium & non alienum cui copulatur ecclesia habeat fecundari. Hieremias namque dicit constituit te vt euella, scilicet vitia, & plantes, scilicet uirtutes. & in Ioan. dicitur quod pastor debet pręcedere gregem, & oues vocem eius audiunt. & de Aarõ dicitur in libro sapien. quod stans inter viuos & mortuos restituit iræ Dei, Sicut enim speculator secundum Bernardum non debet esse cęcus nec dux claudus. Sic nec 2 præco id est curatus debet esse mutus. † Præconis enim officium accipit qui curam assumit animarum. Sicut Grego. in 15. capitul. sui pastoralis exponit. Labia namque eius custodire debent scientiam, & subditi eius legem eius requirunt, quia est angelus, & nuncius domini exercituum sicut Malachias dicit per Esaiam, dominus admonet dicens Clama ne cesses, quasi tubam exalta vocem tuam & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Tales inhabiles non clamant, nec prædicant nec populis eorũ scelera annunciant, nec confessiones audiunt, nec de cura animarum se in aliquo intromittunt. Sed duntaxat de redditibus percipiendis, sacculum pecuniæ secum ferentes in die plenæ lunæ id est, quando redditus colligendi sunt reuersuri, sicut dicitur per Salomonem de alio qui vir est, cui curatus propter fęcundationem, & fidem æquiparatur in figura.

SVMMARIVM.

1 *Peccator quomodo redargui debeat.*
2 *Ira Dei uno peccante super populum venit, quomodo hoc intelli. atur.*
3 *Grex vniuersus ob unam ouem morbidam corrumpitur.*
Ouis scabiosa a caulis repellenda est.
4 *Adulteri & paccatores publici per prælatos & curatos euitari debent.*
Adulteri magis quam adulteræ puniendi sunt & quare.
5 *Oblationes a quibus recipi non debeant.*
6 *Pęnæ pecuniariæ quæ ab ecclesia pro criminibus recipiuntur in usus pios conuerti debent.*

Rubrica XLIX.

De quarta negligentia circa curam animarum qua publice peccatores nullo modo vel insufficienter puniuntur, nec publice euitantur, nec eorum oblationes respuuntur, & qđ pœnæ pecuniariæ conuertantur in pios vsus.

1 Negligentia † etiam prædicta circa curam animarum apparet, quia publice peccatores secundum doctrinam apostoli dicentis ad Thimoteum peccantem coram omnibus argue vt cęteri metum habeãt non puniuntur, nec admonitio Christi adimpletur dicentis vt peccantes primo secrete, Secundo duobus vel tribus testibus adhibitis arguantur, & si emendare contempserint tanquam ethnici & publicani euitentur. † Hieronym. autem ex-2 ponens illud numeri, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit, dicit, quod hoc accidit quando sacerdotes qui populo præsunt erga delinquentes beniuoli videri volunt, & verẽtes pęnitentiũ linguas, ne forte de eis male loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores sunt. Ex tali au-3 tem iniusta misericordia in discrimen alii adducuntur, & sicut ex una oue morbida uniuersus grex inficitur, sic etiam uno fornicatore, vel aliud quodcunque scelus committente plebs polluitur vniuersa. Vnde secundum Hieronymum secandæ sunt putride carnes, & scabiosa a caulis ouis repellẽda est, ne tota domus massa, corpus & peccora ardeant, cor-4 rumpantur, putrescant, & intereant, † Adulteri enim & peccatores publici per curatos & prælatos non euitantur quod est contra iura. Nam in 48. capitulo concilii. Elibertani fuit constitutum, quod si quis fidelis habens vxorem, non semel sed sæpe mechatus fuisset, ei communio non daretur, & secundum Augustinum de adulte. coniuga. magis puniendi sunt viri adulteri quam vxores adulterę pro eo quod magis ad eos pertinet & virtute vincere & exemplo fœminas re-5 gere, † nec seruantur a dictis prælatis & curatis iura continẽtia quod oblationes talium, publice peccãtium non recipiãtur, licet nonagesimitertii, c. concilii Carthaginen. statutum sit quod oblationes discordantium fratrum neque in sacrario neque in gazophilatio recipiantur, & similiter dona eorum qui pauperes opprimunt a sacerdoribus refutentur. Et idem statuit Nicolaus papa de respuendis oblationibus sacrilegorum, & inuasorum, & deprædatorum rerum ecclesiasticarum. Idem etiam scripsit Augusti. prima epistola ad Bonifacium capitulo primo de respuendis oblationibus illius qui per violentiam de ecclesia seruum extraxerat, qui fugerat ad eandem, & ad Maced. scripsit idem de offic. qui cõtra ius societatis humanæ, furtis, rapinis, calumniis, inuasionib. & oppressionibus, aliqua abstulerunt, quæ Zachei publicani exemplo reddenda sunt potius quam donanda. indecens nãque uidetur secundum prædictum Augustinum quod oblationes recipiantur a talibus, & a publicis vsurariis, aleatorib. histrionibus, simoniacis, lenonibus, meretricibus, & consimilibus, Videretur esse remedium congruum quod iura huiusmodi seruarentur, ut rubore suffusi ad sinum & gremiũ sanctæ Matris ecclesiæ facilius & citius conuerterentur, cũ hæc causa reddatur propter quam excommunicati uitari iubentur. Qualiter autem talis negligentia correctionis in prælatis & superioribus eorundem mortale peccatum inducat, & eis propter dictam negligentiam correctionis subditorum mala imputetur, cum ex negligentia videantur ea fouere, tactum fuit supra In fine rubricę, de tertio modo reformationis ecclesiæ. Alia negligentia correctionis est, quia grauia & grauissima delicta & scelera per personas ecclesiasticas perpetrata quando ea puniri contingit, puniuntur in pecunia, cum deberent talia perpetrantes, perpetuo carceri mancipari. Et hoc secundum Hieronym. est in ecclesia Dei afferre stateras dolosas, in quibus pro arbitrio nostro appendimus, quod volumus, dicentes hoc grage est, & hoc leue, cum tamen hoc quod sceleratius est commissum, deberet es-6 se grauius vindicatum, † Remedium autem esse uideretur quod pœnæ pecuniariæ quæ ab ecclesia pro criminibus & personis ecclesiasticis recipiuntur, conuerterentur in pios vsus, sicut tradunt aliqui doctores esse faciendum de iure.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi & alij clerici ad laudem Dei & ad bonorum operum occasionem constituti sunt.*
Et quare aduocatos & æconomos habere debeant.
2 *Prælati in negotijs secularibus se immiscere non debent.*
3 *Episcopus relicta ecclesia cathedrali ad aliam se conferre non debet.*
4 *Episcopi sine metropolitani licentia longe ire non debent.*

Rubrica L.

De prima negligentia prælatorum, & curatorum ecclesiasticorum circa ecclesiasticum officium, & cultum diuinum.

Hæc negligentia nimis mãifeste apparet in lecro tam in capite quam in mẽbris. & vtinam non verificetur verbum in clero Esaiæ dicentis, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. & illud quod in machabeis scribitur de his qui contempto templo & sacrificijs festinabant participes fieri palestrę hoc est vanitatum & occupationum secularium, Nonne notorius est abusus communiter prẹlatorum, qui propter curam temporalium omittunt curam spiritualium, & solennitatem diuinorum officiorum, prouisionem Anacleti papę 1 non seruantes, † qui statuit quod quia ipsi episcopi vniuersiq; sacerdotes ad solam laudem Dei bonarunque operum occasionem constituuntur, tam pro suis quam etiam ecclesiasticis actionibus, aduocatos, & æconomos bonæ opinionis haberent, ne dum humana lucra attendunt. æterna præmia perderent, Apostolus scribit quod nemo militans Deo se implicet negotijs secularibus, propter quod fuit in canonibus apostolorũ, & in sacris concilijs Carthaginen. & in alijs, & a mul-2 tis Romanis pontificibus constitutum. † quod prælati & cæteræ personæ ecclesiasticę non immiscerent se negotijs, placitis, curis, & actionibus secularibus, sed diuinis officijs, orationibus, & sacrificijs deseruirent, quod tñ minime obseruatur. In quarto concilio Carthaginensi. 14. & 15. capitulis & sequenti, extitit constitutum quod episcopi hospitiolum non longe ab ecclesia haberent vt diuinis cõgrue vacare possẽt, quod minime obseruatur, cum vnusquisque maneria sua, & castra, & loca remora exquirat, ẽt aliqñ in prouincijs alienis, 3 ꝯ prohibitionem. 14. & 15. c. cõcilij Sardinensis. † In quinto ẽt c. 5. concilij Carthaginensis fuit constitutum vt nulli episcopo esset facultas, relicta cathedrali ecclesia ad aliquam ecclesiam suæ diocœsis se cõferre, & in ea, vel in re propria diutius immorari, ne ex hoc curam, vel frequentationem propriæ cathedræ negligeret. & in 15. & 16. capitulis Nicenæ sinodi ex eadem causa extitit constitutum, quod episcopi & reliqui clerici de ciuitate ad ciuitatem non migrarent. Et Greg. statuit quod episcopus deputaretur in monasterio, qui in sua ec-4 clesia contemneret residere. † Ex ea ẽt cã fuit in uigesimo capitulo tertii concilij Carthaginensis constitutũ quod episcopi sine licentia metropolitani longius nõ proficiscerent. ex eadem etiam causa processit ordinatio cõcilii Agathensis septuagesimiprimi capituli quod dicti episcopi, curati & clerici in diebus solẽnibus scilicet natiuitate domini, epiphania, pasca, pentecostes, se a clero & ab ecclesia nõ absentarent. & Constitutio Gelasij papæ quod sine auctoritate papali, vel ꝯcilij prouincialis ad comitatus regales non accederent. & illud vltimi capituli concilij Aurelianen. in quo statuitur qđ diebus dominicis si infirmitate impediti nõ fuerint, ecclesiæ cui proximi fuerint deesse non debent, & consimilia. Pauci etiam sunt ex dictis prælatis & superioribus eorũdem qui ad officium cum solennitate & absq; occupatione & interpellatione dicendum & audiendum insistant, sed alijs occupationibus, & aliquãdo sine nota, indeuote, & sincopatiue dicitur & minus competenter.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui ad officia non intersunt per episcopum puniuntur.*

Rubrica LI.

De secunda negligentia canonicum & aliorum qui officio non intersunt, vel si intersunt, confabulantur, aut per ecclesiam discurrunt.

1 De negligentia † vero secunda canonicorum & aliorum in cathedralibus & collegiatis ecclesijs deseruientium notoria sunt exempla. Nam pauci ex eis ad matutinum vel ad horas nisi magnum emolumentum temporalę & magnæ distributiones & manualia percepturi sunt, conueniunt, alias non venturi, sed in locis suis & domibus remansuri. nec sufficienter cõstitutiones seruentur, nec 33. c. cõcilij Aurelianen. in quo cauetur quod tales clerici qui officio adesse cõtemnunt episcopi arbitrio recipiãt ecclesiasticam disciplinam. & idem a papa Pelagio extitit constitutum. In 21. autem capitu. concilij Elibertani cauetur quod si quis in ciuitate positus, per tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, quod ab eo abstineatur, causa correctionis, & consimulę in canonibus apostolorum extitit constitutum. Prædicti etiam canonici, & personæ ecclesiasticæ dum diuina officia peraguntur, frequenter confabulãtur adinuicem, vel dormiunt, vel officium turbant diuinum, aliqui vero eorundem de choro, dum diuina peragũtur officia exeuntes, per ecclesiam ambulãt, ne distributionibus defraudentur, virorum & mulierum se confabulationibus, iocis, risibus, & applausibus immiscentes. Alij vero quamquam existant presbyri & a prædictis illicitis se abstineant, tamen vix missarum solennia quater in anno celebrant, nec contra pręmissa sufficit nec proficit prouisio concilij generalis, in quo sub pœna suspensionis inhibita sunt supradicta. Quare opus

esset

esset de alijs remedijs prouideri, & declarari quod distributiones cotidianas non reciperent, si personaliter intra chorum celebrando officio nō adessent, & posset ordinari quod possessiones quæ in diuersis locis dantur absentibus in studio non residentibus sed ex alia causa illegitima absentibus distribueretur inter præsentes qui diuino obsequio interessent.

SVMMARIVM.

1 *Missæ integræ in diebus dominicis audiri debent.*

Rubrica LII.

Qualiter tertio principes & populus negligunt officiū, qa vident negligi a prælatis & clericis, cum tamen ex integro audire diuina officia teneantur.

Ex prædictis Autem insolentijs, & negligētia circa diuinum officium in principib. & populis instructio deriuatur. Nam multi ex dictis principibus dum missarum solennia sibi faciunt celebrari, quasi continue pro alijs negotijs audientiam præstant, vel circa alia uacant ad officium non intendentes, nec orationibus insistentes. Nonnulli ex nobilibus potentibus, & aliis popularibus, ad ecclesiam duntaxat conueniunt dum est corporis Christi eleuatio facienda, & eleuatione facta, fœstinanter recedunt, & vix dicunt intra ecclesiam Pater noster. Vnde videretur super hoc prouidendum, vt solum ea quæ super hoc hactenus constituta sunt seruarentur. 1 †Fuit autem statutum in cōcilio Agathens. capitulo 47. & præceptum secularibus, vt in diebus dominicis missas per ordinem ex integro audirent, ita vt ante benedictionem sacerdotis, egredi non præsumerent, & si contrarium facerent quod publice ab episcopo cōfunderentur. In canonibus apostolorum fuit constitutum, quod omnes fideles in solennitatibus ad ecclesiam conuenirent, & scripturas apostolorum, & euangelium audirent, qui autem non perseuerarent quousque missa perageretur, nec sanctam communionem perciperent, velut inquietudines ecclesiæ commouentes, communione priuarentur, in 3. concilio Carthaginensi. capit. 84. & 88. fuit statum, quod dictus populus ad ecclesiam conueniret, & quod ille qui, sacerdote verbum in ecclesia faciente, egrederetur, excommunicaretur. In concilio Aurelianens. fuit constitutum in capitulo vigesimosecūdo, quod populus non discederet antequam missa ex integro celebraretur, & antequam benedictionē missa completa recepisset a sacerdote, si tempus deesset, & in octuagemooctauo, quarti concilij Carthaginensi. fuit statutum quod excommunicaretur, qui pretermisso ecclesiæ cōuentu ad spectacula iret.

SVMMARIVM.

1 *Dies dominici, & festiui, coli & seruari debent.*

Rubrica LIII.

De quarta negligentia circa diuinum officium, quia festa non coluntur & peiora quam diebus aliis committuntur.

1 Negligitur †insuper diuinum officium, eiusq; cultus, quia dies festiui & dominici, sicut iura præcipiunt, non coluntur nec seruantur, quinimmo placita iudiciaria, opera rusticana & mundana & mercata fiūt, & tenentur in eis, contra præcepta decalogi in quibus præcipitur, memento sanctificare sabbatum, & etiam contra iura quæ super hoc non seruantur, & interdum in dictis diebus dominicis & festiuis plura perpetrantur mala quam fiāt tota ebdomada, nec populus videtur curare de diuinis, sed de cantibus, iocis, ballis, tripudiis. & cantilenis inhonestis, & turpibus, etiam intra ecclesias, & cemeteria earūdem, de die & nocte prædictis vanitatibus insistendo, nec seruaretur, capitulo ultimo. tertij concilij Toletani, in quo statutum fuit ꝙ prædicta irreligiosa consuetudo secundum quam vulgus q deberet ad diuina officia conuenire prædictis saltationibus, & cantationibus intendit, a singulis prouincijs pelleretur. Non seruatur etiam. decimooctauo capitulo. concilii Agathen. in quo statutum fuit quod seculares qui in natali domini, pascha, & pentecoste non communicarent, catholici non credentur, nec inter catholicos haberentur. Nec ordinatio Fabiani Papæ, in qua statutum fuit. quod saltem ter communicarent in anno, nec etiam decimotertio capitulo. primi concilii Toletani, in quo illi qui ecclesiam colunt, & non communicant statutis temporibus, excommunicari iubentur.

SVMMARIVM.

1 *Officium diuinum competentibus horis in ecclesiis dicendum est.*
2 *Moteti in ecclesia cantari non debent.*
3 *Officium diuinum nimium prolixum reprehenditur.*

Rubrica LIIII.

De quinta negligentia circa officium, & vt distincte horis competentibus sine motetis dicatur, & quod nimis prolixum abbreuietur.

1 Alia negligentia †circa diuinum officium est, quia in ecclesijs parochialibus potissime, non dicitur competentib. horis, nec distinctæ, nec intelligibiliter, sed cum barbarismis, & solæcismis, sicut Augusti. in libro de Cathechizandis rudibus ait, Sed vtinam excusari possent cum eodē Augustino tales, vt vniuersi cognoscerent eos magis morum deuitare vitia quam verborum, vt sic cordi casto linguam exercitatam non præferent. Nam sæpe, sicut ait Gregorius, dum in sacro misterio blāda vox q̄ritur, cōgrua vita negligitur & cantor Deum moribus stimu-2 lat cum populum vocibus delectat. †Cantatur nanq; in ecclesia frequēter vt diuinis officijs moteti & cantilenæ inhoneste & cantus lasciui. Et contra doctrinam Hieronymi sup epistolam ad ephesios, guttur & fauces moræ cantorum tragediarum medicamine liniunt, vt in ecclesia in diuinis officiis eorum blanda voce theatrales moduli audiatur & canti-3 ca. †In quibusdam etiam ecclesijs cathedralib. regularium & secularium personarum, secundum dictum Hieronymi, non mediocriter erratur, & mediocræ bonum magno bono præfertur ex nimijs vigilijs quæ in ipsis ecclesijs propter prolixitatem lectionum, cantuum, & aliorum diuinorum fiunt. Talia facientes & officium continuantes, sensus integritatē amittunt, & propter immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentię, aut tristitiæ, aut melencoliæ vota incurrūt, ac si Deus vt homo verborum multitudine flecti posset, aut tantum verbis & non corde orādus esset deus. Qua propter secūdum eundem Hieronym. melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate ac særenitate & spirituali hylaritate quàm psalterii modulatio cum anxietate cordis atque tristitia. Remedium igitur in præmissis esset per contrarium aponendum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ Romanæ consuetudo circa diuina officia dicenda & seruanda est.*

Rubrica LV.

Quod officium Romanæ ecclesię vbique dicatur, & quod dicendum sit probatur.

1 Et insuper †ꝙ officium ecclesiasticum vniformiter in tota ecclesia Dei diceretur, sicut dicitur in ecclesia Romana, cuius consuetudo esset ab omnibus in speculum & exemplum, nec alterius ecclesię quam Romanæ in consecrandis misteriis & archanis agendis consuetudo conseruanda sit, cum id quod a beato Petro principe apostolorum Romanæ ecclesiæ traditum est. ac nuncusq; custoditur ab omnibus, debeat obseruari, nec superduci aut introduci aliquid quod auctoritatem debeat alium accipere, vel exemplum, Præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, & Galliam, Hispaniam, & Affricam, atque Siciliam & insulas interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut successores eius ꝯstituerunt sacerdotes, nec in prędictis prouinciis alius apostolus inuenitur aut legitur docuisse. Propter quæ Innocentius papa in decretis Decētio episcopo scribēs, infert quod oportet eos sequi in præmissis hoc quod ecclesia Romana custodit, a qua principium eos non est dubium assumpsisse ne dū peregrinis sermonibus studeant, caput institutionis perdere videantur.

SVMMARIVM.

1 *Officium sicut in ecclesia metropolitana agitur, ita in tota prouincia agi dēt.*
2 *Officii inordinata diuersitas mores disciplinæ ab ecclesia depulit.*

Rubrica LVI.

Quod in quacunq; pronincia officium vniformiter est dicendum, & etiam in eodem regno, & a regularibus sicut a secularibus, & de vtilitate consecuta ex conformitate officij.

1 Hactenus autem †statutum fuit in primo capitulo. cōcilii Gerunden. qđ sicut in metropolitana ecclesia officium agitur, ita in tota prouincia tā ipsius missæ ordo, qua psallendi vel ministrandi consuetudo seruaretur. & hoc idem fuit in quarto cap. vndecimi conci. Toletani. constitutum, quod capitulum ponitur in decretis & ab ha-2 bilibus, et aliis regularibus etiam præcipitur obseruari, †In secundo etiam capitu. quarti concilji Toleta. dicitur ꝙ nulla pene res magis disciplinæ mores ab ecclesia Christi depulit q̄ inordinata diuersitas officij, quæ apud Carnales scismatis errorem videtur ostendere, et multis est materia scandalorum. Vn̄ qui in vna fide et in vno regno morantur. vnum officium in dicto concilio dicere præcipiuntur. Et ad idem concordat statutum concilij Bracharen. continens ꝙ vnus atq; idem ordo psallendi in matutinis et diuinis officiis teneatur. Si igitur prædicta remedia et idem psallādi ordo seruaretur, vniuersalis ex hoc ordinatio et vtilitas ministrātium. in Dei ecclesia sequeretur, et illi qui in una ecclesia essent bene instructi in diuinis officiis, essent ubicunque instructi, et possēt ubicunque collocari. nam cum diuersę ecclesię diuersas habeāt. in diuinis officiis, obseruationes, et difficile sit in expertos

tos, sicut Gregor. fortunato episcopo scripsit hominum obsequijs associari, & grauius ad Dei seruitium applicari, illi qui nunc sunt apti & experti in diuinis officiis in vna ecclesia, sunt inhabiles & inexperti in alia, a qua si recesserint mendicare coguntur. Sequerentur etiam ex prædicta ordinatione multa alia bona licet magna librorum exinde perditio sequeretur, & aliqui sancti de quorum veneratione per vniuersum orbem fit memoria, & in Romana curia eorum non habetur notitia, forte non venerarentur per diuersas nationes, sicut nunc veuerantur, & posset inde referuescere laicorum deuotio, nisi prouideretur de remedio competenti circa venerationem prædictam, & circa perditionem librorum, in qua posset prospici faciendo rubricas generales de omnibus quæ ad officium ecclesiasticum spectant, ita quod psalmi & alia quæ uniformiter scripta sunt, vniformiter dicerentur, in his autem in quibus est difformitas sicut in lectionibus, antiphonis, & responsorijs, vnum de vna materia vel historia iuxta ecclesiarum consuetudinem pro alio dici posset, & secundum hoc cum paucis additamentis ecclesiasticorum librorum deperditio vitaretur.

SVMMARIVM.

1 *Regulares circa officium vti ritibus suis possunt.*
2 *Ecclesiæ traditiones sicut a maioribus traditę sunt obseruandę sunt.*
3 *Mos cuilibet ecclesiæ seruandus est.*

Rubrica LVII.

Quod regulares relinqui possent ceremonijs suis quo ad officium diuinum.

1 Si etiam †regulares qui circa officium magis insistere habent ex præmissis grauarentur, possent relinqui ritib. & cerimonijs suis, cum sicut Nicolaus Michaeli imperatori scribit. Sancta Romana sciat ecclesia quod nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco & tēpore consuetudines & illis canonica non obsistat auctoritas pro qua eis obuiare debemus, secundum Hieronym. ad Lucinanum 2 †Traditiones ecclesiæ præsertim quæ fidei non officiunt, sicut a maioribus fuerunt traditæ, sunt seruādæ, nec aliquorū consuetudines aliorum contrario more subuerti debeant. Gregor. Augusti. anglorum episcopo scribit, placere eidem, quod ipse Augus. siue in Romana, siue in gallicorum, siue in qualibet ecclesia fuerit quot plus omnipotēti Deo possit placere eligat, & hæc quasi in fasciculum collecta in anglorum ecclesia quæ in fide nouella erat, instituat. Et s̄m August. ad Ianuarium, quod neque ꝯ fidē neq; contra bonos mores esse committitur, indifferenter habendum est, & pro eorum in-3 ter quos viuitur societate seruandum, †& mos cuiuslibet ecclesiæ obseruandus, ne inde ad scandalū subsequatur. Quod tamen Gratiannus intelligit de illa consuetudine quæ vel vniuersalis ecclesię vel temporum prolixitate roboratur, qa si pro varietate temporum vel locorum vel aliorum variæ consuetudines inducantur, inuenta oportunitate resecandæ sunt potius quam seruandæ. In quo etiam Aug. ad inquisitores Ianuarii scribens concordat pro eo quia quamuis inueniri non possit quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem confundunt, quam in paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis, misericordia De i uoluit esse liberam.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ornatus esse debet.*

Rubrica LVIII.

De sexta negligentia circa cultum diuinum in defectu ornamentorum, & sine eis deseruientium.

Alia negligentia s̄m cultū diuinū est in ecclesiasticis ornamētis, qa in multis ecclesijs parochialibus, & maxime in pertinentibus ad præsentationem collationem, vel dispositionem religiosorum exemptorum, est generalis defectus vestium & indumētorum sacerdotalium, & ministrorum ecclesiasticorum, nec non & librorum, calicum & aliorum ornamentorum ecclesiasticorum, & in aliquibus aliis ecclesijs sunt ita vilia & sordida vestimenta, ꝙ abominationem inducunt, in nōnullis vero ecclesijs celebraturi, presbyteri desuper tunicā, uel supertunicale, aut tabardū in conspectu populi absq; rocheto seu camisia Romana, vestes sacerdotales apponūt. in aliis sacerdotalib. ministrantes, & in ecclesijs deseruientes supelicium non deferunt, nec habitum clericalem, & in aliquib. religionibus laici cōuersi sacerdotibus seruiunt, & in generali cōfessione quæ ante introitū missæ fit a sacerdote, dicti laici & clericuli, & pueri more alterius sacerdotis presbytero celebrāti, r̄ndent, & quodammodo absoluūt eundem a peccatis generaliter cōfessatis, & si nequaquam habeant p̄tātem. Cū itaq; secundum doctrinam apostoli ad Corinthi. & ad Titū, 1 †Sacerdotem oporteat esse ornatū, & in veteri testamēto. Sacerdotes Dei & ministri tēpli ex pręceptis domini varijs uestibus & ornamentis, sine quibus officium suū exequi nō audebant, legantur fuisse ornati, quod de exteriori etiā ornatu nō solum de ornatu virtutum intelligendum est, secundū Hieronym. & secundum eundem tales sordes laudes non parāt. & beatus Ioannes in apocalip. describat contra præfatos defectus ornamentorū, & absq; ornamentis deseruientes, esset de contrariis remediis prouidendum, cum sicut Gregori. decimus ait, deceat domum domini sanctitudo, deceat vt cuius factus est in pace locus, eius sit cultus cum debita veneratione pacificus. Quę cōstitutio Grego. quamquam sancta & vtilis, non seruatur.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ sanctorum a laico teneri nec ostendi debent.*
1 *Laici secus altare stare vel sedere non possunt.*
3 *Oze morte subitanea interijt, quia manum ad Archam domini posuit.*
4 *Clerici in minorib. ordinibus constituti sacra altaris vasa portare non dēnt.*

Rubrica LIX.

De septima negligentia, quia laici & insacrati homines reliquias & Deo dicata ornamenta contingunt, & sacrarium intrant, & cruces portant.

1 Alia est negligentia circa diuinum obsequium atque cultum, quia prelati permittunt quod reliquię sanctorum teneantur a laico & etiam ostendantur, cruces & thuribula portentur, & alia ad cultum diuinum pertinentia fiant, per dictos laicos, quę pertinet ad officium clericorum, Nec seruantur iura, nec remedia contra hec hactenus constituta, secundum quæ constitutum fuit in sexagesimosexto cap. cōcilii Agathensis quod insacrati ministri licentiam non haberent ingrediendi sacrarium, quod greci diaconium appellāt, 2 & quod vasa dominica non contingerent † & idem statutum fuit in concilio Laodicen. & in primo concilio Bracharensi, & in cōcilio Martini papę, & in concilio Maguntino, in quo etiam fuit superadditum quod dicti laici secus altare stare vel sedere inter clericos non præsumerent quando misteria celebrantur. Item statuit Sixtus papa causam dicte constitutionis assignās, vt pro talib presumptionibus iratus dominus plagam populo suo imponat, & hi qui non peccauerunt pereant, quia perit sępe iustus pro impio & Stephanus papa ait, Verendum esse ne vltio quæ Balthasar percussit super tran-3 sgredientes, veniat, & corruere ad ima faciat. † A talibus, exēplum Oze, qui morte subitanea interiit quia manum ad ar-4 cham domini apposuit, est plurimum formidandum. †Non solum autem prędicta laicis prohibentur, verumetiam clericis in minoribus ordinibus constitutis, Nam fuit cōstitutum in concilio Brachar. & in 43. & 5. c. 3. conci. Bracharen. quod non liceret cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis nisi illis qui ab episcopo subdiaconi fuissent ordinati, quodque dicti lectores non ingrederentur sacrarium, nec psallerent in ecclesia existentes in habitu seculari.

SVMMARIVM.

1 *Prælati ad reparationem ecclesiarum, & luminaria tenenda sunt obligati*

Rubrica LX.

De negligentia circa reparationem ecclesiarum, & luminarium.

1 Alia †vero negligentia dictorum prçlatorums & curatorum est circa reparationem ecclesiarum quia eas non faciunt reparari, nec luminaria debita in ecclesijs dum diuina peraguntur officia fieri, Nec in aliquibus ecclesiis, & monasteriis potissime religiosorum ad eleuationem corporis Christi tortitia accenduntur, nec campanella pulsatur, sicut est debitum, & in ecclesia fieri consuetum. Dicti etiam prælati accurati ad prædicta onera reparationis ecclesiarum luminaria tenenda, & sartatecta restituenda frequenter contribuere nolunt, contra constitutionem concilii generalis, q̄quam tertia pars reddituum pro reparatione luminaribus & sartatectis prędictis in Bracharen. Mileuitano, & Toletano concilis, & a Gelasio, Simplicio, & Gregorio Romanis pontificibus extitit deputatata. Super quibus esset de remedio exetionis debite prouidendum.

SVMMARIVM.

1 *Prælati iura ecclesiastica & beneficiorum deffendere tenentur.*

Rubrica LXI.

De negligentia circa defensionem ecclesiasticorum iuriū & subditorum.

1 Alia †negligentia dictorum prælatorum, & curatorum est, quia multi ex eis iura ecclesiastica dignitatum, & beneficiorum, quæ obtinent non defendunt, nec etiam subditos eorum contra tyrannos nobiles & potentes opprimentes eosdem, in eorum laudibus gloriantes, Contra quos Anacletus papa cunctis fidelibus scribit, quod nihil est illo pastore miserius, qui luporum, idest tyrannorum laudibus gloriatur, quibus si placere noluerit erit hinc omnibus magna pernicies, qa nullus pastor placere lupis, & gregib. ouiū potest. Tales iuxta veritatis vocem in Ioanne, nequaquā gregis custodię pastorum studio, sed mercenariorum vice deser-

seruiunt, quia veniente lupo fugiunt dum sub silentio se abscondunt. Quos per Esaiam dominus increpat dicens, Canes muti non valentes latrare. De talibus etiam in Ezechiele cō queritur dominus dicens, non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Quæ verba Gregorii in 15. sui. pastoralis exponēs ait, ex aduerso ascendere est pro defensione gregis libera voce huiusmodi potestatibus cōtraire, & in die domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. pastores enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga præbuisse? Quod nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Prædicta autem beatus Thomas martir obseruans in cęlis extitit coronatus, beatus Ambro. de se scribit. Libenter pro altarib. imo lato, non me vallabo circuncisione populorum, nec altari te nebo vitam obsecrans, & hæc non solum tangunt prælatos superiores qui secundum Anastasium papam aliis prælatis, & curatis inferioribus defensionis propriæ auxilio desolatis, & qui pro debilitate & impotentia eorū, suis & subditorum, & ecclesiarum suarum actibus & iuribus defendendis prodesse non possunt, deberent forti brachio subuenire. Nam quia non faciunt, quinimmo multis principibus, dominis tē poralibus, & laicis ecclesiam & ecclesiastica bona, & iura ac subditos opprimentibus & turbantib. fauent, & eis decimas & primitias & multas gratias concedunt, destituitur ecclesia, pditur deuotio subditorū, ecclesiastica iura depereunt. Et cū ipsas ecclesias, & ecclesiasticas personas grauet Romana ecclesia & aggrauantibus faueat, neruus disrumpitur ecclesiasticæ disciplinæ, nec oportet exempla super præmissis longe quærere, cum reperiantur de prope quodammodo, & ubique.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ prouentus pauperum esse debent.*
2 *Clerici quidquid habent pauperum est.*
3 *Ecclesiæ redditus & oblationes in quatuor partes diuidi debent.*
4 *Clerici hospitales esse debent.*
5 *Abraham & Loth. ob hospitalitatem Deo placuere.*
6 *Corporalis exercitatio modice vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est.*
7 *Hospitalitatem despicientes excommunicati sunt.*
Prælati de hospitalitatibus sollicitudinem non habent, quod detestabile est.

Rubrica LXII.

De negligentia prælatorum, & beneficiatorum circa dispensationem prouentuum ecclesiasticorum, & circa hospitalitatem.

Est & alia negligentia multum periculosa in clero vniuerso circa dispensationem, & distributionem ecclesiasticorum prouentuum, quorum procurationem quodammodo, cum 1 dicti prouentus sint & esse debeant pauperum, sicut in 23. epistola Augustini ad Bonifacium Comitem de differentia Arrianorum & Donatistarum, cuius pars in decretis est, continetur. Ad quos concordat beatus Ambro. dicēs, quod om 2 nia sua pauperum sunt. †Et Hieronymus Damaso papæ scribit, quod quidquid habent clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, & quod ipsi clerici susceptioni peregrinorum, & hospitio inuigilare & stude 3 re debent, & secundū concilia antiqua & canones, quatuor de reditibus & oblationibus deberent fieri portiones, quarum vna esset pontificis, altera clericorum, alia pauperū, quibus quidē pauperibus pars huiusmodi nō distribuitur vt deberet, licet Ambrosius exponēs id qđ in Luca scriptū est, dicat neq. n. minus est criminis cū quis possit & abūdet, indigentibus denegare q̃ habentib. tollere, subdens, Esurientum panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, qđ tu recludis, & miserorū redēptio est & absolutio pecunia, quā tu in terra deffodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quātis possis præstare qđ velis. Apostolus in apostolica regula de 4 promouendis dicit, †quod hospitalem oportet esse sacerdotē, cuius rōnem Gratianus assignat, ne uidelicet ipse sacerdos beneficiatus sit numero eorum quibus in iudicio dr̄, Hospes erā, & non suscepistis me. Non enim potest esse hortator ho 5 spitalitatis, qui domum propriam hospitib. claudit.† Debet autem ad memoriā reuocare quomodo Abraham, & Loth, ꝑ hospitalitatis opera Deo placere, & angelos hospitio recipere meruerunt. quomodo angeli sodomis hospitalitatis domū ingressi, Loth cū familia sua liberauerūt, quomodo clausas domos cum hospitibus ingressus ignis perdidit. Quomodo secundum Hieronymū aliena capere conuincitur, qui ultra sibi necessaria retinere probatur. Apostolus aūt scribens 6 ad Thimotheum ait, Exerce teipsum ad pietatem.† Nā corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est, pietas aūt est vtilis ad omnia, habens prouisionē vitæ, quæ nūc est, ac futuræ. Ab hac secundum Gratianum, quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari nō poterit. Si vxor vidua ab ecclesia recipi prohibetē quæ pauperes nō recipit hospitio, quæ pedes sanctorū non lauit, quæ omne opus bonum non est executa, multomagis sunt prohibendi a sacerdotio qui ab opere pie 7 tis probantur alieni. † Vnde quidam hospitalitatis opera despiciētes in Gangrensi concilio excommunicantur. Ista hospitalitatis opera plusquam deceret in Dei ecclesia negligun tur. Et quod detestabile ēt est, a prælatis sollicitudo diligens, & cura debita non hr̄, de hospitalib. zenodochiis, & aliis pijs & religiosis locis in republica hactenus salubriter constitutis ad recipiendos & construendos pauperes peregrinos, senes, pueros parentibus orbatos, infantes, & miserabiles personas, sicut sunt leprosi qui deberent episcopali prouidentia ali, & a personis aliis, ne eas inficerent separari, exemplo Mariæ sororis Aaron, sicut in lib. Numeri continetur.

SVMMARIVM.

1 *Redditus ecclesiastici in superfluos vsus expendi non debent.*
2 *Sacrilegium & rapina est retinere redditus ecclesiæ vltra victum necessarium quotidianum & simplicem vestitum.*

Rubrica LXIII.

Quomodo dicti prouētus ecclesiastici cōmuniter in vsus vanos vel illicitos expenduntur.

1 Sane †si ad distributionem dictorum ecclesiasticorū, prouētuum consideratio habeatur, videri potest quod expenduntur in superfluos elatos & vanos vsus vestium, ornamentorum, familiarium apparatum, & superfluitatem ciborum, & potuum, vel exinde ditantur, exaltantur, & nobilitantur parentes, & datur carni & sanguini, quod est Christi, vt de cæteris dantibus Histrionibus, personis vilibus, & lusoribus, principaliter taceamus. Cōtra quos beatus Bernardus scribens ait, ego acquisiui sanguine proprio, tu consumis, & fulges in aparatu regio. Ego acqsiui opprobriis & flagellis, tu consumis in sciphis argenteis, aureis, & scutellis. Ego acquisiui vęstibus nudatus, tu consumis vt fulgeas in vestibus præciosis. Ego acquisiui manibus cruci affixis, tu consumis manibus, taxillis, & aleis dedicatis. Ego acquisiui coronam spineam portando, tu consumis molle puluinar capiti tuo supponendo. Ego acquisiui acetum & fel degustando, tu consumis siceram & merum potando. Et postmodum subiicit in alio loco idem Bernardus. Honorati incedūt Dei ministri de bonis domini, cui honorem non defferunt. Inde est qđ quotidie cernis in frenis aureis, & ī sellis, & phaleris meretricius nitor apparet, intrinsecus habitus regius est apparatu, vt plus 2 fulgeant calcaria quam altaria. †Idem Bernardus, Quicquid præter quotidianum victum necessarium & vestitum simplicem de altari retines, tuum nō est, sacrilegium est, rapina est, præsis vt prouideas, vt cōsulas, vt serues, vt procures, vt distribuas suo tempore, vt fidelis seruus quem constituit dominus super familiam suam, sed ad quid, vt des illis escam in tempore, vt dispenses, non vt imperes aut dissipes. si multum accepisti, multum debuisti dare, & si modicum, & illud tribue. Nam qui in modico fidelis est, supra multa constituitus & intrat in gaudium domini sui, ad quod nos perducat ille qui viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Ista dicta fuerunt in concilio generali Viennæ celebrato, per Reuerendum patrem dominum Gullielmum Dei gratia Episcopum Mimaten.

TACTATVS. SIVE Dialogus.

DE CONCILIO.

Clariss. Iuris Vtriusque Doct. Domini Marci Mantuæ, Patauini. Incipit.

SVMMARIVM.

1 *Petri nauicula mergi non potest.*
2 *Hæretici, scismatici, & peccatores si sunt in ecclesia, in ea etiam sunt viri probi qui Christum sequuntur.*
3 *Passiones huius temporis ad futuram gloriam condignæ non sunt.*
4 *Virus infirmitate, & prosecutione perficitur.*
5 *Temperamentum optimum ex duobus contrarijs fit.*
6 *Opposita iuxta se posita magis elucescunt.*
7 *Iudicium certissimum ex collatione nascitur.*
8 *Sacrificantes olim quare vestes ad aures vsque attollebant.*

Homo

9 *Homo ad laborem nascitur.*
10 *Quies corpora & animos marcescit.*
11 *Officium ad corporis sanitatem malum est, exercitatio vero bonum maximum.*
12 *Ocio labores anteponendi sunt.*
13 *Operare qui non vult non manducet.*
14 *Aaron post Christum fuit primus qui legem sacerdotij in nomine domini accepit.*
Mercenarius sua mercede dignus est.
15 *Sacerdotum secta diuersæ sunt, & qui sacerdotes dicantur.*
16 *Deum vnum in cęlis, & vunm prælatum in terris habemus, vnam fidem in corde.*
17
18 *Imperator vnus est.*
19 *Ociositas malitiam multam docet.*
20 *Vir prudens & disciplinatus non murmurabit.*
31 *Incontinentia, etiam insolentia appellatur.*
22 *Presbyteri grecæ, latine seniores dicuntur.*
23 *Mathias fuit primus per apostolos ordinatus.*
Cleros grecæ sors, latine hæreditas dicitur.
24 *Multi sunt vocati, pauci vero electi.*
25 *Sacerdotes multi sunt nomine, & pauci opere.*
26 *Maumethani et turcę & alij qui foris sunt, nihil ad nos.*
27 *Nec canonibus spiritualibus tenentur.*
28 *In Christum vt credamus, non solum nobis datum est, sed etiam vt pro eo patiamur.*
29 *Persona prius quam res ipsa requirenda est, vbi de re aliqua disputatur.*
Spiritussanctus apostolos varias linguas docuit.
30 *Concilij caput est papa.*
31 *Concilij pro capite qui papam non habet, Christum non habet.*
32 *Papæ soli dictum est tu es petrus & super hanc petram &c.*
33 *Concilium sine papa caput acephalum dicitur.*
34 *Christus ecclesiæ caput est.*
35 *Concilium ecclesiam vniuersalem repræsentat.*
36 *Concilij congregatio soli papæ spectat.*
37 *Concilium sine papæ auctoritate congregans, grauiter punitur.*
38 *Moyses iußu domini septuaginta viros de senioribus Israel congregauit. &c.*
39 *Concilio papa præest.*
40 *Rectum & vtile per se oratione prolixa non indiget.*
41 *Concilium quando per alium quam per papam congregari possit.*
Et infra nu. 43.
42 *Ius in sua causa sibi quis dicere non potest.*
Limita vt infra nu. 192.
44 *Papa a cardinalibus eligitur.*
Papa pręter peccatum omnia facere potest.
45 *Papa Dei vicarius est.*
46 *Papa superiorem non habet, & eius consistorium vnum cum Deo est.*
Limita vt infra num. seq.
47 *Fidei quæstio magna & grauis est.*
48 *Fides, Dei donum appellatur.*
49 *Homo non ex operibus legis iustificatur, nisi ob fidem.*
50 *Fides saluos nos facit.*
51 *Electio papæ instinctu spritussancti fit.*
Et infra num. seq.
53 *Concilium congregandum, est vbi de electione contenditur propter scisma.*
54 *Concilium, ratione scandali, contendentes de papatu, potest repellere, & tertium eligere.*
55 *Episcopus ob scandalum iuri quæsito renunciare compellitur.*
56 *Concilium imperator congregat, quando papa id non congregat.*
57 *Imperator quando papam eligat, & an eum deponat.*
Otto rex, Ioan. duodecimum papam deposuit.
58 *Imperator est de his qui in concilio adesse debent, quando causa fidei tractatur.*
Ad concilium venire possunt etiam non vocati quando causa fidei tractatur.
59 *Concilium nunquam fit, in quo non sit fidei quæstio tractanda.*
60 *Imperium a Deo processit.*
61 *Verisimilitudo, falsitatis imago dicitur.*
62 *Concilium sine cardinalibus congregari non potest.*
Papa cardinales fratres appellat.
63 *Papa a cardinalibus iuramentum fidelitatis non exigit, et quare.*
64 *Episcopi cardinales, vt episcopi, non ut cardinales, papæ fidelitatem iurant.*
65 *Cardinales minorem dignitatem habent quam episcopi, licet maius officium & administrationem habeant.*
66 *Cardinalium consilio ecclesia Romana regitur.*
Cardinales luminaria ecclesiæ dicuntur.
67 *Cardinales non solum urbis, sed orbis pondus sustinent.*
68 *Cardinales, gentilitas, prothoflamines appellauit.*
69 *Cardinales columnæ ecclesiæ sunt.*
70 *Cardinales quales esse debeant.*
71 *A canonibus ex causa recedere licitum est.*
72 *Leges & iuramenta transcendere ex causa licet, & etiam occidere.*
73 *Homicido nil grauius est.*
Occidere patrem, matrem, & fratrem ex causa licitum est.
74 *Ecclesia viris literatis, & non asinis ferratis indiget.*
75 *Patriarchæ seu primates in concilio interuenire debent.*
Patriarchæ, patrum principes, latine dicuntur.
76 *Patriarcharum sedes principales quæ sint post Romanam.*
77 *Sedes Romana super omnes alias principatum obtinet.*
78 *Hęreticus est, qui credit Romanam ecclesiam aliarum non esse, caput.*
79 *Sedes quatuor patriarchales Romę sunt.*
80 *Concilio nil maius dici potest.*
81 *Quies secundum labores adaptanda est.*
82 *Venatio seruis Dei prohibita est.*
83 *Venator nullus sanctus inuentus est, peccatores multi, vide infra nu. 87. vbi de Eustachio.*
84 *Venatio, rei militaris quoddam est præludium.*
85 *Dictiones vniuersales restringunt.*
86 *Venatio quare clericis, & non pischatio prohibita sit.*
88 *Venatio necessitatis causa permissa est.*
89 *Ars nulla sine magistro, excepta tacendi, discitur.*
90 *Index digitus quare a veteribus salutaris sit appellatus.*
91 *Archiepiscopi ad concilium vocantur, & vnde dicantur.*
92 *Et an a metropolitanis differant.*
93 *Archiepiscopus sub se cōmuniter decem aut vndecim episcopos habere dēt.*
94 *Archiepiscopi tres sunt in sicilia.*
95 *Archiepiscopi episcopos deponere non possunt, sed hoc soli papæ competit.*
96 *Archiepiscopi de criminibus paruis cognoscunt.*
Archiepiscopi concilium prouinciale quot annis faciunt.
97 *Archiepiscopi in partem solicitudinis vocati sunt.*
98 *Episcopi ad concilium vocandi sunt.*
99 *Episcopi per papam fratres appellantur.*
100 *Episcopi leges scire debent, & alios docere, & ab alijs non doceri.*
101 *Episcopi in vtroque testamento periti esse debent.*
102 *Literæ græce & latinæ ad alias scientias sunt principia.*
103 *Philosophia omnium artium est mater.*
104 *Canones & theologia hæresim deffendunt.*
Eloquentia a Lacedemonijs reprobabatur, & quare.
105 *Elloquentia iudicum sententias ad sua vota posse conuertere demosthenes profitebatur.*
106 *Philosophia inuenta est vt nobis prodesse possimus.*
107 *Archiepiscopus Mediolanensis Rauennatensi præfertur.*
108 *Moyses & Daniel omni scientia Egiptiorum, & caldeorum eruditi erant.*
109 *Eloquentiæ & rethoricæ splendor, a diuinis scripturis sumpsit exordium.*
110 *Canonum professores, & literarum diuinarum, promoueri deberent.*
111 *Episcop. maior ordo in ecclesia non inuenitur.*
Papa episcopum se uocat.
112 *Petrus inter apostolos episcopus fuit a retibus euocatus.*
113 *Adam a paradiso expulsus non fuisset, nisi bonum, & malum a serpente didicisset.*
114 *Petrus imbutus diuina sapientia, magnalia dei loquebatur.*
115 *Adam a paradiso eiectus fuit quia malum elegerit.*
116 *Ignorantia omnium malorum est fomes, & in episcopo raprahensibilis.*
117 *Breuitati consulendum est.*
118 *Abbates concilium exornant, & ad id venire tenentur.*
119 *Principes res ecclesiæ defendere tenentur.*
120 *Abbates baculo & mitra vtuntur.*
121 *Abbates prælatis omnibus inferioribus præferuntur.*
Et episcopis in aliquibus æquiparantur.
122 *Abbatibus magna scientia non est necessaria, modo sint discreti, & in regula periti.*
123 *Scilla ob deformitatem suam in mari se præcipitem dedit.*
124 *Mulier deformis secundum legem deute. repudiari poterat.*
125 *Corpore vitiati Deo sacrificium offere non peterant.*
126 *Cerui dum pingues sunt, ne capiantur non apparent, donec agilitatem primam recuperent.*
127 *Abbates corpulentia deformes, ab abbatia sunt remouendi.*
128 *Origenes se eunuchum fecit, vt liberius mulieribus prædicaret.*
129 *Marcus sibi pollicem pręcidit, vt non eßet sacerdos, & tamen fuit.*
130 *Prælati per citationem, ad concilium vocandi sunt.*
131 *Prælati vocati ad concilium, non venientes quomodo puniantur.*
132 *Prælati ad concilium vocati, nuntiis, vel literis excusare se poßunt.*
133 *Prælatos ad concilium vocatos quæ iusta causa excusat.*
134 *Prælati ante expeditionem concilijs recedere non possunt.*
135 *Exordium a diffinitione summendum est.*
136 *Diffinitio quid sit.*
137 *Concilium quid sit.*
138 *Concilio, infideles quomodo adesse possunt.*
139 *Infideles de ouili Christi non sunt.*
140 *Infideles canonibus non ligantur.*
Infideles ad Dei gratiam vocandi, & non compellendi sunt.
141 *Concilia quædam quæ sine pontificis auctoritate celebrari posunt.*
142 *Diffinitiones in iure periculosæ sunt & facile subuerti possunt.*
143 *Concilium vnde dictum sit.*
144 *Sinodus græce, concilium latine dicitur.*
Sinodus vnde dicatur.

Et

Et infra num. 145. & nu. 146.
147 *Conciliari quid sit.*
148 *Concilium triplex est.*
149 *Concilium generale, vniuersalem ecclesiam representat.*
150 *Concilium proprie non dicitur quod per monachos fit, sed late,*
151 *Concilia generalia & prouincialia quare raro fiant, et episcopale quotannis, & ex causa bis in anno*
152 *Concilia, constantini tempore ortum habuere.*
153 *Concilium generale quid a lateranensi differat.*
154 *Concilium lateranense quare sic dicatur,*
155 *Concilium charthaginense quare factum fuit.*
156 *Hæresis est, contra concilium pertinaciter tenere.*
157 *Concilium in spectantibus ad fidem & mores, errare non potest.*
158 *Ecclesia, pro qua Christus orauit, errare non potest.*
159 *Concilium vt suspectum recusari non potest.*
160 *Concilium si papa contradicat, sententia concilij præualet, uide tamen. Et infra nu. 173. vbi distinguit.*
161 *Concilium Antiochenum apostoli primi celebrarunt,*
162 *Fidei causam, iudicio vnius hominis committere periculosum est.*
163 *Christus non soli petro sed omnibus apostolis communiter potestatem dedit, licet ei prius.*
164 *Iudicium plurimorum sententia comprobatum, firmius est.*
165 *Funiculus triplex difficilius rumpitur.*
166 *Concilij iudicio, papæ facta non subiacent.*
167 *Concilij stat. solus papa interpretatur, limitat, & tollit.*
168 *Concilij acta, papa presente dictantur.*
In concilio solus papa statuit.
Et est supra concilium.
169 *Deo fit reuerentia, si papę fiat.*
Feriæ perusinorum, ob papæ aduentum, tam repentine quam in honorem Dei sunt.
170 *Papa superiorem in hoc mundo non habet.*
Papa facit quod sibi placet.
171 *Papa a Deo potestatem habet, alij prælati ab ipso.*
172 *Papa idem est quod admirabilis.*
Papa potestatis plenitudinem habet.
174 *Papa non legitime electus non est Deus in terris, sed diabolus.*
175 *Concilium celebrari debet ante quadragesimam, & circa autumnum, & quare.*
176 *Moyses quadraginta diebus & noctibus ieiunauit.*
177 *Ieiunio, Adam, et Eua penitentiam egerunt.*
178 *Concilium quando celebrandum est, missa spiritussancti in primis dici debet, & demum prælati vestibus conciliaribus scinduere.*
179 *Fides Christi mergi non potest, etiam si papa hæreticus esset.*
180 *Nero primus ecclesiam persecutus est, quando petri miracula vidit.*
181 *Violentium aliquod perpetuum esse non potest.*
182 *In concilio an vnus pro omnibus respondeat.*
183 *Vniuersi respondere dicuntur, si per vnum respondere faciant.*
184 *Veritas inueniri non potest nisi super ea dubitetur.*
185 *Concilium ex iusta et legitima causa per papam dissolui potest.*
Et infra num. 187.
186 *Concilium Basiliense per Eugenium dissolutum, seu translatum fuit.*
188 *Inconstantia in papa valde detestabilis est.*
189 *Inconstantia, iniquitas & temeritas appellatur.*
190 *Leges improbant actus sine causa factos.*
191 *Concilium, inter duos de papatu contendentes, iudicat.*
192 *Imperator in causa sua iudex esse potest, licet honeste faceret, si alteri causam committeret.*
193 *Imperator, inter duos de papatu contendentes, iudicare non potest.*
194 *Concilium congregabitur per imperatorem si de papatu contendatur.*
Imperator, ecclesiæ aduocatus & defensor est.
195 *Imperium, sicut apostolatus a Deo processit, & cum ecclesia fraternizat.*
196 *Imperator quare vngatur & consecretur.*
197 *Imperatores quare eligantur.*
Ottones tres, vnus post alium imperarunt.
198 *Imperatoris electio vbi fiat.*
199 *Imperator tribus coronis coronatur.*
Et totius mundi dominus est.
200 *Mundus in tres diuiditur partes in Asiam, Aphricam, & Europam.*
201 *Harmonia, simphonias tres continet.*
202 *Imperator quare corona ferrea, argentea, & aurea coronetur.*
203 *Imperator a quibus coronetur, his tribus coronis.*
204 *Concilium ad imperatoris sollicitudinem congregatur.*
205 *Imperatoris interest pacem in vrbe Romana esse.*
206 *Nullum ciuitati malum perniciosius fore, quam quod eam diuidit.*
207 *Concilium, si papa nec imperator nolunt congregare, ad collegium cardinalium congregatio spectabit.*
Et si cardinales dissentiant, solus imperator congregabit.
Imperator vniuersi orbis iurisdictionem habet, et totum populum christiārepresentat.
208 *Iustitiam a superiore consequi non valens, propria auctoritate sibi ius dicere potest.*
209 *In concilio, ad fidem catholicam spectantia tractantur.*
210 *In concilio imperator interest non ad potentiam demonstrandam, sed ad fidem confirmandum.*
221 *Hæreticus est dubius in fide.*
212 *Fidei & sacramentorum ecclesiæ quæstio, ad solum papam spectat.*
213 *Papa hæreticus esse potest, & in fide errare potest.*
214 *Christum mendacium dicere, cogitandum nec præsummendum est.*
215 *Schisma in ecclesia Dei, maximum malum est.*
216 *Concilium congregatur si papa a fide deuiet, & si papa notorius sit peccator, ita quod ecclesiam scandalizat.*
117 *Concilium congregatur, si lites & iurgia in prouincia aliter sedari non possunt.*
218 *Generalia subijci solent specialibus præimssis.*

STatim & cū primum tuas accepi literas mi Roberte, quibus de concilio me certiorem reddebas, mitto qđ omnes letitia maxima accesseris, si tamē ita erit, vt scribis, & fiat, cepi mecum tacitus cogitare, quid nam, quod huic rei maxime conuenire videretur scribere possem hoc tempore, quo ferię nobis solito lōgiores indictæ sunt, non quod putauerim noctuas, vt est in pūerbio, Athenas apportare, sed vt ingenium periclitarer, excitaremque alios ad scribendum, & te præsertim, qui si velis, & nisi quotidianis occupationibus detinearis, adeo ingenio velox es, & iudicio acri, vt solus scire videaris, nemoque sit, q tibi facile possit comparari. Adde quod adiumento erimus his, qui concilio præerunt, non doctis, & eruditis, ij enim ope auxilioque aliorum non indigent, sed ignaris & mediocrib. & qui vocantur, non vt tales sint, quales esse debent, sed quia tales esse putantur, cum etiam, vt Cy. inquit arbitrari debeamus, ea lege nos esse natos, & ea nos habere principia naturę quibus parere debemus, & quæ sequi debeamus diligenter scrutari, tum et maxime vt nostra vtilitas communis sit, qñ quidem plura se offerebant, nedum pulchra, verum etiā vtilia christianis hominibus, & scitu digna, non vsque adeo adhuc distincte, & clare disputata ab his, qui de his loquuti sūt, quod ego viderim, vt fructum consequi valeant, quem sane, consequerentur quam facile. Idcirco statui, cum tu ipse me ad scribendum eisdem literis tuis quodammodo excitaueris, tecum etiam loqui, efficereque vt tu pariter, quod dialogo fieri solet, tuique nominis interpositione, mecum loquaris, de concilio, scilicet, deque his, quæ in eo tractanda sunt, & de personis conciliaribus, verum quoniam papa concilij caput est, eique cardinales assistunt, & alij, prius de papa, cardinalibus, & alijs diceremus.

ROB. Fama est pontificem pridie ex vrbe discessisse, nescio si tu quoque id intellexeris.

MAN. Itellexi, & quidem a multis, immo scholaris, nescio quis ostendit mihi literas, quibus alius ipsum certiorem reddebat, Bononiæ aparatus maximos fieri ob ipsius pontificis aduentum.

ROB. Argumentum concilij apertissimum, quamuis multi secus crediderint, id ipsum minime fieri debere.

MAN. Ego certe semper fieri debere credidi, tum & maxime cum primum intellixi a Venetis ob id Vicentiæ locum concessum fuisse, ibique ab ipsius pontificis nunciis nedum sessiones ordinatas, sed & missam amplius spiritussancti celebratam solenuiter, quę omnia efficiunt, vt facile credamus fieri debere.

ROB. Nec secus credere debemus, ex quo nulla etiā ratio est, qua fieri non debeat. lutheranis id ipsum quoque sollicitantibus quammaxime, quibus nisi obtemperaretur, futurū esset ne Petri nauicula mergeretur, aut Christi fides deficeret, 1 vel saltem fluctuaret, † quando mergi illa, hęcq; deficere nūquam potest, si eisdem Christi dicto credimus, vt legitur Luce. capitu. 22. & in cano. si enim in §. & beatus de pęni. distin. 2. dum Petro loqueretur, ibi, rogaui p te ne deficeret fides tua.

2 MAN. Bene dicis Roberte, † quia si in ecclesia hæretici sūt, scismatici, & peccatores, esse non potest, vt in ea etiam viri boni, & qui Christi fidem sectentur, prædicent, & tueantur, non sint, vt in cano. arrecta, & in cano. pudenda. 24. q. 1. iccirco alibi idem dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi, eos intelligens, quos nuper enumerauimus, quia ipsis aditus ad inferos pateat, nō præualebunt aduersum te. Matth. 16. capitu. & in canone. saluator. 1. q. 3.

ROB. Immo hæreses esse oportet mi Mantua, vt qui probati sunt, manifesti fiant, & cum Prophetę cōsurgant, & murū opponant pro domo Israel, cunq; apostolo p multas tribula 3 tiones intrent in regnum Dei, † quoniā non sunt condignæ passiones huius tpis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in

in nobis, vt in d. cano. saluator, & 2. ad Corinth. c. 11. & ad Ro 4 man. 8. & 13. Ezechi. 4. † Adde quod virtus in persecutionibus, & infirmitate, vt aiunt, perficitur, aurumque repetitis ignibus probatur, vt in cano. officia. 59. dist. & nisi inuicē elementa conflictarentur, quam conflictationem, inimicitiam 5 vocabat Empedocles, nullius rei esset generatio, † vnde forte illud etiam prodijt, temperamentum optimum ex cōtrariis fieri, nihilque simile ex simili generari, vt philosophi recentiores dixere, apud nosque nota. in l. continuus. in §. item qui insulam, de verbor. obligat. in l. quæritur hermafroditū, de statu homi. & no. gl. in l. 2. in §. quod diximus. ff. si quis cau. 6 oppositaque iuxta se posita elucescere magis ac magis, vt in 3. Retho. Arist. & in §. videamus. ff. de his qui sunt sui uel alie. 7 iu. non secus ac si purpura iuxta purpuram diudicaretur. † qñ quidem ex collatione quoque certissimum nascatur iudiciū sicut & simile iuxta simile, quemadmodum de comparatione scripturarum propositum inquit magnus doc. Bal. de peru. in l. comparationes col. 3. C. de fide instru.

MAN. Ita est certe, & succurrit amplius. C. Iulij Cæsaris clementiā a maioribus tantopere laudari, forte ob Neronis crudelitatem immanem & fedam. Nec minus temperatum Augusti imperium, quam terra illa, & importuna Lepidi Tirannides maledictis execrari. Adeo vt nec cognita legeretur Philipi Macedonis mansuetudo ac facilitas, ni Alexandri filii superbia & fastus fuisset, qui licet rebus gestis, & gloria partrem superauerit, in hoc tamen a patre superatus est, & his de causis non hæreticum erit, vt credo quandoque etiam opportunitates huiusmodi appetere, sicuti contra, diabolicum oblatas, quæ nos facile ad peccandum alliciunt, non fugere, quod quidem si Dauid rex fecisset, auertissetq; oculos a Bersabæ Heliæ filia, idemque a matre Caracalla Antonius, & a Proserpina Archas Philo, vt historici narrant, & poetæ fabulantur, dum se nudas lauarēt, vt a Panthea Cyrus, vel ab uxore Darii Alexander, absque dubio non peccassent, nec mors per fenestras intrasset eorum, aut malorum amatores, se di8 gnos fecissent morte, vt dicitur Hie. 9. & sap. 14. † & inde est, ꝙ olim sacrificantes vestes ad aures vsq; attollebant, ne oculi aliquid triste uiderent.

ROB. Appetendæ sunt certe supradictis de causis, ut inquis tum & maxime a sacerdotibus.

MAN. Et cur non ab aliis.

ROB. Et ab aliis quoque, sed, vt dixi, a sacerdotib. maxime, quia non ad quietem, sed ad laborem eliguntur.

MAN. Et alii quoque ad idem eliguntur, immo nascuntur 9 tametsi sacerdotes non sint, iuxta illud Iob. c. 5. † homo nascit ad laborem, & auis ad volatum. & Gene. 3. in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, & amplius de se confidenter loquens Apostolus Paulus ait, & gloriatur, gloria tamen Iesu Christi prædicasse Euangelium ut necessaria sibi suis manibus ministraret, 1. ad Corinth. 9. & in ca. quoniā vere ociosi, ut Teres Sitalei pater dicere quam sæpissime solebat nihil ab Agasonibus differūt quia nihil agendo etiam (M. Catonis oraculum erat) male agere homines discunt, & ea de re Adrianus quoque imperator optimus, ne qd aliquādo emeret, vel pasceret ociosum enitebatur, immo ab agasone quodam prouerbium natum est, cum Minerua quoque manum moue. cuius asinus cum luto infixus hæreret, deberetque illi succurrere, & ociosus, Herculem imploraret, respondisse ferunt, ita demum adfu10 turum, si asino laboranti manum admoueret. † Adde quod multa quies, vitaque sedentaria, in ocio semota. non corporibus modo verum etiam animis marcorem conciliat, non secus atque aquę latentes. propterea vmbra sint opace torpeantque, neque profluant, putrescunt, dicente etiam Poęta Cernis ut ignauum corrumpat innertia corpus. Et capiant vicium ni moueantur aquæ. Idemque Gal. medicus solertissimus, vt de Aristotile etiam dicimus, indagatus, ait. † Maximum malum esse ad corporis sanitatem, quietem, & ocium, sicuti maximum bonum labor, exercitatio, & motio denique moderata.

ROB. Nec ego aliter sentio, & scio amplius, quod remoto Carthaginis metu, sublataque ea Imperii Romani emula, non gradatim, sed cursu præcipiti, a virtute descitum est, & ad vitia transcursum, vetus disciplina deserta, noua inducta in somnum a vigilijs, ab armis ad voluptates, a negociis, ad ocium conuersa ciuitas, & insuper quod si Themistocles ociosam egisset vitam gręcia non expulisset Xersem, nec Romana ciuitas fuisset, si Romani Camillum non ha11 buissent. Non denique Gręciam seruitute liberasset Epaminundas, nisi præfectus rebus gerendis, & imperium nactus post annum quadragesimum eousque Thebanis ignotus, rempu. pœna extinctam, & collabantem restituisset. Scio in quam, ꝙ nihil sine magno labore vita dedit mortalib. qđq; nucem frāgat, vt dici solet, qui ex ea nucleum vult quod bonum parit odorem, labor, ocium, vero malū. Ita ad iuuenes crebro ēt diceret Plato ille diuinus, quo nihil sanctius habuit 12 Gręcia. ocio labores anteponite, ni rubiginem splendori pstare putatis, quod maximo sine labore consequi diuinitatis est donum, apud nos vero non solum virtutes, sed cętera quoq; pręclara, sudore quæri solere, quod homines in mundum nō ad opes possidendas, non ad perfruendas delicias, sed ad labores, vt dicis, nascuntur. quodque viuere in terris non tanquā incolę, sed vt aduene peregriniq; debeamus futuram patriā 13 per opera virtutis inquirentes. † scio Paulum apostolum dixisse, si quis nō vult operari non manducet. 2. ad Thesalo. ca. 3. quod mundiciæ mulieribus, labores vero viris conueniunt quod nulla memoria Vlissem commēdaret, si de eius vita labores aufferremus. nec Achillē, dempto Hectore, & Scamnādro, minusq; Herculem, immo virtutem eius mutilam redderemus, si bestias feras tyrannos, sursum ac deorsum, itineraque longa, & grauia demeremus, at nescio, vt eo reuerrar, vnde discessi, exemplis his tuis elegantissimis excitatus, vt digredi paululum ab his, q̄ dicere de sacerdotibus cęperamus fuerit necesse, ꝙ deus optimus maximus, si sanctis doctorib. maxime Hiero. & August. Grego. Chriso. & aliis credendum est in vineam suam alios operarios quam sacerdotes miserit, vt Matthe. 20. ca. legitur. eam parabolam ita exponentibus.
14 † Quorum primus post Christum fuit Aaron, qui in lege domini sacerdotii nomen accepit, quique eo iubente ante alios victimas obtulit, vt ad Heb. c. 5. & in cano. in scripturis. 8. quęstio 1. & in cano. in nouo. 21. dist. legitur.

MAN. Interpretabar ego operarios. i. peccatores, qui vocati a domino in vineam, si bene eam spem, fidem & charitatē primum habentes, effodissent, coluissentque quacunque bona venissent condignam accipiunt mercedem, dicente alibi 15 Christo † dignus est mercenarius mercede sua, Luce. 10. & alibi dignus est operarius cibo suo. 1. mercede. 10. Matthe.

ROB. Et de peccatoribus intelligi posset, sed ita est, ūt diximus, tenendum, nec intelligendum secus.

MAN. Et ita teneamus, posteaquā tibi sic placet, & cui plane, vt sacrarum literarum viro eruditissimo acquiescendum semper putaui, nō secus ac olim Pythagorici præceptori suo cui tantum auctoritatis tribuere, vt satis sibi esset respondere si quis alicuius rei rationem percōctaretur, ita Pythagoram 16 determinasse, † Sed dic quæso, quos sacerdotes, seu operarios intelligis, quoniā eo deuentum est, ut multi sunt, & innumerabiles, & diuersarum quidem sectarum. Augustinus. Hiero. Dominici, Francisci, & aliorum. quos enumerare esset lōgissimum, non secus ac Socratici, Pytagorici, Crenaici, Megarici, Stoici Academici, Peripatetici, Ephetici, seu Ambigui, q̄sitores Sceptici. Pyrrhonii, Epicuri, Cinici, & Phisici.

ROB. Omnes intelligo, tum uel maxime presbyteros, qui discipulorum typum gerunt, quique in eorum loco, in ecclesia Dei constituti sunt, ut Math. 9. & 10. & in d. cano. in nouo. 21. dist. & si non multum probare possum hanc, ut dixisti, & bene, sectarum diuersitatem, quæ certe religioni christianæ laqueum inijciunt, & confusionem, quod & ipse quoq; Paul. sentit. 1. ad Corinth. c. 1. ibi significatum, est enim mihi de uobis fratres mei, ab his, qui sunt cloes, quia contentiones sunt inter uos, hoc autem dico quia unusquisque uestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem appollo, ego, cephę, ego autem Christi diuisus est Christus & ibidem Paulo supra, obsecro autem uos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis scismata. & ibidem c. 3. & in cano. secundum. 19. distin. cum enim quis dicat ego quidem sum Pauli, alius autem ego appollo, nonne homines estis? quid est igitur apollo, quid uero Paulus? ministri eius, cui credidistis, & unicuique sicue dominus dedit ego plantaui, appollo rigauit, sed Deus nunc incrementum dedit, itaq; neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incre17 mentum dat Deus, † & certe sicut unum Deum habemus in cælis, unum prælatum in terris, unam fidem in corde, & unā legem in moribus, unum corpus, spiritum unum, unam spē, & unum baptisma ut ad ephe. 4. apostolatumque unum fuisse, unam sanctam catholicam ecclesiam, ut in simbolo, ita unus debere t esse presbyterorū, quos Christus instituit ordo.

18 MAN. Et hoc idem etiam alio uidemus exemplo, † quoniā impator unus est, iudex unius prouinciæ unus, quod Roma duos fratres simul habere non potuit, quodque in Rebechæ utero Esau & Iacob bella gesserunt, in apibus princeps unus grues unam sequuntur ordine literato, eoque magis, quia ex his pauci sunt qui ad messem domini colligendam mitti possint, pauci dico aliorum comparatione, q stant tota die ociosi, ut a patrefamil. cōduci nequeant, & in uineam suam mitti, & inde est quod hinc contentiones de quibus Paulus supra iurgia, & lites inter eos emulationes, persecutiones, mentis 19 elatione, superbia, & fastus pululant, & nascuntur, † quos Salo. in Prouerb. stultissimos appellat. cap. 12. ne scientes quod mul-

multam malitiam docet ociositas, ut ecclesi. trigesimotertio capitulo quod quia iniquitas Sodomę fuit superbia, & ocium ita vt non immerito cum eleuasset manus, & abhominationes fecisset coram domino, ipse eas abstulerit, dicitur etiam Exech. 16.

ROB. Adde quod viri sancti, a quibus denominantur, in solitudinibus vixerunt, pœnitentiam agentes, & procul ab urbibus hæremos, antra, & speluncas, pro domibus habitantes, victu tenui, & vestibus, quæ vix ad corpus tegendum sufficerent, induti, vbi alias ij in vrbibus, & si non omnes, & monasteriis, immo palatijs amplissimis, atque pulcherrimis morātur, eisque summa est copia, opes, & diuitiæ, omniumque rerum abundantia, neque his contenti, suisque claustris, quib. septi, saltem literis, & moribus ac comtemplationi & orationi vacare, operamque nauare deberent, ac esse intenti, ne etiam murmurandi præberent occasionem incipientibus.
20 † quoniam vt dicitur ecclesi. 10. vir prudens & disciplinatus non murmurabit, huc & illuc quotidie mentis incontinentiam ostendentes discurrunt, & ob id paul. ad corinth. primo capit. 7. dicebat, nolite infraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos sathanas propter incontinentiam
21 vestram † quam etiam insolētiam alibi papa appellat. in c. fi. de rescript. in 6.

MAN. Sed missa hæc faciamus quoniam omnino Christū Iesum Mariæ filium, omnes venerantur, atque colūt, & hac ratione tolerabiles sunt, deque bonis bene laudabiliterq; loquendum, de malis vero male, pontificique maximo cuius auctoritate quæ maxima etiam est, erectę fuerūt, molestiam hanc sinamus, & reuertamur vnde discessimus, esto quod ut dicis, presbiteros maxime intelligamus, qui sunt hi, qui hanc occasionem possint desiderare.

22 ROB. Multi quidem, quoniam presbyteri dicti sunt græce latine seniores, non modo pro ætatæ, vel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, similique modo sacerdotes, sacra dantes, quorum summus, & princeps pontifex est, via sequentium & maximus nuncupatus, qui omnes ecclesiasticos ordines disponit, seu clerici.
23 † quia Matthias sorte electus est, & primus per apostolos ordinatus, cleros autem grece sors, latine hæreditas dicitur, & sic clerici, quia de sorte domini sunt, vel quia de sorte domini partem habent, vt in canon. cleros. uigesimaprima distinctione. horum autem, ut dixi paulo ante multi sunt, & pene innumerabiles.

MAN. Credo multos esse, & innumerabiles quidem, sed
24 non aptos concilio, † & non ab re in parabola patrisfamil. dr̄ Matth. 20. vt s̄. multos vocatos esse, paucos vero electos, nisi de operarijs iniquitatis intelligamus, quos scimus. n. plures esse, & pene infinitos, Luc. 13. etiam intellexit dicēs, nescio vos vnde sitis, discedite a me omnes operarii iniqtatis, & alibi Io. Chris. quem in decret. Gratia. retulit in cano. multi 40.
25 di. multi † sacerdotes. & pauci sacerdotes, multi in nomine, & & pauci in opere, vt de hominibus in genere iniquit Ci. in li. offi. & Abb. Panor. in c. prudentiam. in 1. col. de offi. deleg. deque medicis Brentius in lege medicinæ, quorsum ēt tendit adagiū apud nos vsurpatū quam frequenter, multos ferulā habere, non tamen omnes esse Bachos, quomodo igitur possunt has oportunitates desiderare.

ROB. Vera dicis & loqueris Mantua, sed multi etiā ex his sunt scias, & plane innumerabiles, qm̄ orbis quoque magnus
26 est, ubi tamen Christi fides seruetur, † qn̄ quidē Maumethani & Turcæ, aliique, qui foris sunt, hæc non desiderent, de quibus nihil ad nos, ut primo ad Corinthi. capit. 5. & in capit gaudemus, de diuortio.

27 MAN. † Scio equidem hoc concilium non desiderare, & ut dixisti, similes occasiones, cum nec etiam canonibus spiritualibus obstringantur, ut doctores nostri tenuere, tū, uel maxime Abb. panor. in c. 1. col. 3. de consti. immo superuacaneum esse uidetur, dare operam ut hi a peccato coerceantur, qui iā propter perfidiam damnati sunt, inquit alibi tex. in cano. qui sincera. 45. dist. Inq̄ materia vsuraria. Iudęorum. Petr. de Anchar. in consi. 243. incipit Christianissimæ, in prin. & utinam magno apparatu, ut fertur belloque periculosissimo, nō desiderarent potius nos, fidemq; nostram christianā subuertere
28 cui semper insidias struunt, quam tamen nec subuertēt, & si datum sit nobis, ut nō solum in Christū credamus, sed etiam ut inquit Paul. ad Philip. c. 1. pro ipso patiamur, quoniam arbitramur facile nobis lucrum esse mori pro Christo, & in oī deniq; fiducia Christum magnificari in corpore nostro, sicut in Paulo, siue per uitā, siue per mortē, & amplius, q in medio agri, ut 1. paralip. c. 11. stabit, & defendet nos, & salutē magnā dabit populo suo, quia ieiunabimus, & rogabimus eū p hoc & eueniet nobis pspere, ut 1. Esd. c. 8. & manus Dei nostri erit super nos, ut ibidē dr̄, qa quæramus eū in bonitate, & imperium eius fortitudo ac furor super eos, quia dereliquerūt eū & ad institutum redeuntes vbi nam sunt hi, quos multos ad concilium esse dicis aptos.

ROB. Longum esset omnes recensere, cum nec oēs succurrant etiam, nisi cogitem paululū, prouinciasque & ciuitates discurramus, ubi optimarum artium studiis operam nauantes, & re ipsa, & fama, cognoscuntur.

MAN. Si non succurrunt, memoria tecum ipse postea repetes, & vt primum tibi occasio data fuerit, eos enarrabis, nunc si placet, de cōcilio sermonem habeamus. quod quidē nobis loquendi argumentum præstitit.

ROB. Habeamus inquam quippe cum nec aptius, vel gratius, hoc tempore præstari potuerit, sed uide mi Mantua, ne prius de personis conciliaribus dicere expediat.

MAN. Immo nec aliud expedit, & vere, oportune, mihi collaphum impegisti, quasi nescirem id documento nobis iurisconsulti commostratum esse † vt cū de aliqua re disputaramus
29 personas priusquam ipsam rem inquiramus. ut in l. si quæramus. ff. de testa. & in l. quidam referunt. ff. de iu. codi. & in c. primo. de accusatio.

ROB. Et eo fiet, vt facile etiam hi mihi in mentem veniāt qui concilio apti sunt.

MAN. Bono igitur omine incipe, & eloquere prout spiritussanctus dabit tibi, sicuti quoque, ut legitur act. cap. 2. loqui sanctos Apostolos varijs linguis docuit, fluatq; ut ros eloquium tuum & quasi imber super herbam, seu quasi stillę super gramina, vt dicitur Deut. 32 quia auscultabo sermones tuos, & ad eloquia tua inclinabo aurē meam, vt Salo. in prouerb. suadet. 4. immo dicam. vt. 1. Reg. capitu. 25. benedictus dominus, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum.

ROB. Videris mihi his literis sacris, ut coniicio Mantua, multum profecisse, & breui quidem temporis interuallo, imo triduo, homo uehementer occupatus, & ad tam magnā frugem peruenisse, ut tu concilio aptus esse videaris.

MAN. Gaudeo me abs te laudari, homine libero, ut Symonides apud xenophontem dicebat, sed cum hæc coram me dicas, caue ne laus in adulationem transeat, quæ si modesta moderataque non fuerit haud suspitione caret.

ROB. Haud caret, si astantes etiam auscultarent, sed quoniam id tibi soli dictum audisti, & ab eo quidem quem semper tui studiosissimum agnouisti, tibi quoque argumentum esse apertissimum debet, adulatione caruisse.

MAN. Et ita credo, licet me non cum quem dixisti, esse sentiam.

ROB. Aliorum sit iudicium, ne me amplius adulatorem appelles.

MAN. Vtinam principes huiusmodi haberent adulatores quoniam facile putaremus esse posse, ne alios te ostenderet, nisi quales esse debent.

ROB. Certe his uideris, nō minus mihi modo adulari, cui si non credis, quomodo facile adduci possum, vt tibi credam

MAN. Ergo tu quid de me uelis credas, ut quid ego quoque quid velim sentiā de te, & ad personas cōciliares ueniamus.

ROB. Optime dicis, eoque magis quia nō minus hæc a nobis quam concilium ipsum, experenda sunt, vt pote necessaria quam maxime, & sine quibus, quod perfectum sit, nihil
30 intelligere possumus. † Personæ igitur conciliares multæ sūt, tum vel maxime, primum Romanus pontifex ipsius concilii caput, immo ipsius ecclesiæ, ita ut sibi soli potestas tributa sit, quamuis papæ, & ipsi ecclesiæ simul data fuerit, vt not. in cano. ita dominus, & in cano. in nouo, & in cano. quamuis. 21. di. & 24. q. 1. in cano. loquitur, & in cano. pudenda, & in cano. quodcunque, & in cano. si quis ad nostrum, & in cano ad Romanam. 2. q. 6. & in ca. significasti, & in c. de electione
31 † & qui non habet ipsum pro capite, non habet Christum, vt in cano. nolite. 11. dist. & in cano ita dominus, quam alibi clarius. 19. distin. & præsertim ibi vt ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. cuius quidē
32 vicarius est † & sibi soli dictum, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret vt Math. 16. c. ite alibi Ioan. 21. si diligis me pasce oues meas, nec semel tantum, sed bis & ter, & vsque ad contristationē, & inde est, quod qui secus opinatur, errat grauiter, iure merito castigandus, quandoquidem in articulo dicatur, & vnam sanctam catholicam ecclesiam, & gl. sentit in cano. non aūt. 7. q. 1. & in cano. episcopus. 23. dist.

MAN. Adde q in eius consecratione, seu intronizatione dicitur, tribuas ei domine cathedram pontificalem ad regendam ecclesiam tuam, & plebem tuæ fortis, intra mundi limites vniuersam.

ROB. † Nec sane dubium habet, cum sine eo quoque concilium corpus accephalum dicatur, vt in cano. submittitur. 21. dist. id est sine capite, ergo, vt iam diximus, sine Christo, iuxta illud Pau. ad Eph. 1. & ipsum dedit caput super oēm ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, q omnia in omnibus adimpletur. & 4. veritatem autem facientes in charitate crescamus, in illo per omnia qui est caput Christus, † & si-
34 cut vir caput est mulieris, ita Christus ecclesiæ, ait idem. 5. ipseq; Saluator corporis eius, & ad Colossens. 1. testatur, oīa p ipsum & in ipso creata esse, & ipsum ante omnes, & in ipso omnia constare, † & amplius ipsum esse caput corporis eccle-
35 siæ qui est principium primogenitus ex mortuis, in omnibus primatum tenens. vt igitur concilium, in quo vniuersalis ecclesia repræsentatur, vt in cano. maiores. 24. q. 1. conciliū verē sit, & non accephalum, caputque habeat, & Christum habere debet, & primum vt s̄. Ro. Pontif. † qui solus, seu ad quē
36 ipsius concilij congregatio spectat, vt in cano. 1. & in cano. regula, & seq. 17. dist. & ne conuenticulum, seu conciliabulum dicatur irritumque sit, & inane quicquid in eo agatur, † pu-
37 nianturq; grauiter, sine eius auctoritate ad ipsum congregātes, vt sedis apostolicæ maxime cōione careāt, quod vt in cano. multis. ea. distin. Symmachi temporib. euenisse legimus,
38 † & qui non solum id ipsum, ut diximus, congreget, quemadmodum Moses iussu domini septuaginta viros de seniorib' Israel, vt nume. c. 11. vel ut alibi dicitur, maiores natu per tribus, atque doctores, Deut. 31. seu ut Ezechias sacerdotes atq;
39 leuitas in plateam orientalem, ut 21. Paralipo. † verum etiā interfit, imo præsit illi, & præsidentia quidem inenarabili atque suprema, ut Gregorius, Nicolaus, Hylarius quorum mētio fit. in c. 1. de simo. & in cano. cum pastoris. 2. quęstione 7. & in cano. si quis dogmata. vigesimaquinta quęstione 2. & in cano. quod quis. 35. q. 9. & in cano. in nomine domini. 23. dist. tum & maxime in suprascriptionibus, & similes, quod tibi enumerarem facile, nisi breuitatis ratio, aliaque multa, quæ supersunt, aliud suaderent.

MAN. Recte facis Robertæ, cū maxime satis sit si duorum
40 uel trium testimonio hoc idem comprobetur, † quoniam q per se rectum est & utile, non eget prolixa oratione adeo, vt cum ephoris quidam oportuna loqueretur, pluribus tamen quam sat esset, Anaxandridas hospes dixerit, re necessaria in non necessario vteris, & si loquacitate opus est, oportet eam ad inhonestas causas adhibere.

ROB. Et præuaricatio etiam est cursim & breuiter attingere, & quæ sunt inculcanda, infigenda, & repetenda, imo, ut aliæ bonæ res, inquit Plin. Ce ci. ita bonus liber eo melior est, quo maior.

MAN. Mediocritas igitur laudabilis, quæ in his ipsis regu-
41 la optima est. ut Cy. inquit, † sed dic quæso congregat ne alius interdum quam pontifex Rom. concilium.

ROB. Minime, nisi de pontificatu ageretur quæstio, uel ipse pont. accusandus sit vt hæreticus, quod & Io. And. in c. licet, de elec. & in c. 1. de renun. in 6. & Hug. glosator antiquus in cano. si duo. 79. dist. firmarunt. & no. in c. in fidei, de hær. in
42 6. et in cano. si papa. 40. dist. & nimirum, † quia de eo exauctorando, & de causa propria agitur, quo fit, ut si ipse congregaret, & congregando præesset, sibi ipsi etiam ius diceret, & male ac perperam, vt in l. 1. C. ne quis in sua cau. & in l. nullus. C. de iudæ. & in l. 1. ff. de auct. tut. & per Gemi. in c. ad apostolicę. de re iu. in 6. & Bal. in c. olim, col. 4. de rescr. & in simili gl.
43 in cano. cum pastoris. 2. q. 7. † Idemq. si se pontifex negligēter haberet, & tempus congregandi laberetur, ne ecclesia præiudicium patiatur, infestetur eius salus, aut statui perturbatio contingat' ut in cano. memor. 24. q. 1. quod quidem si in aliis turpe est, in eo, qui se Christi uicarium profitetur, turpissimum esse arbitrabimur, iuxta illud Poetę. Omne animi uitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur. Et hac de re iuli. Drusus pub. non immerito claruit, q domus eius, ut Plutarch. refert cū vicinis pluribus ex partibus conspicua pateret, eamque talentorū qnque omnino sumptu, faber quidam auersurum, atque commodius directurum, reciperet, decem inquit dabo, si totam ita conspicuam exponas, ut uniuersi ciues, nedū uicini, perspicere queant qua ratione uiuamus.

MAN. Quod non congreget, si de pontificatu contendat
44 † cum a cardinalibus eligatur, ut in d. c. licet no. de ele. plane placet, & pari modo si negligens sit, sed q ipse conciliū minime congreget, ut a concilio iudicetur, mirū mihi uisum est, ex quo omnia facere potest, & facit pręter peccatū, quę potest & Deus, cum Dei locū in terris teneat, ut antea ostendi-
45 mus, † idq; indicat, q vicarius ipsius est, qđ sane nihil aliud est dicere, nisi idem imperium habens, ex ipsius Dei cōmis-
46 sione, et non delegatione, qa tunc secus † adeo ut tenuerint alibi doct. nostri ut scis, pręsertim Io. An. Host. & Ab. Panor. in c. olim. 1. de rest. spol. & in c. quanto, de transla. pręla. & in d. c. licet, de elec. q superiorem non habeat, q nulli omnino subsit, et q unum denique eius sit consistorium cum Deo.

ROB. Ne tibi mirū videat Mantua, quia vera hęc omnia
47 sunt si non agatur fidei quæstio. † quæ adeo magna & grauis est vt multa ↄ iuris regulas recepta sint, & maxime vt papa, a concilio iudicetur, superiorem habeat, q subsit alteri, nec idē cū Deo sit cōsistoriū eius, & si quos allegasti, acutius leges, nō aūt quemadmodū dici solet, ut canis egyptius fugiēs
48 salutaueris, nō ailud eos sensisse cōperies. † Quā ob rē ēt donum electum alibi appellatur, Sap. 3. & ad Ephe. 2. donū Dei per quam, dum sumus in hoc corpore, ut inquit Pau. 2. ad Co-
49 rinth. 5. ambulare debemus † scientes q non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem. vt ad Gala. 2. & 5 q nō solum Charitas, gaudium. pax, patientia, benignitas, bonitas longanimitas, mansuetudo, modestia, continentia, castitas,
50 fructus spiritus sunt, † sed & maxime fides, qua iterum & adhuc p gratiā saluati sumus, vt ad Eph. 2. & p quā, ac sine qua ait idem Pau. ad hæbr. 11. impossibile est placere Deo. qūo igitur his, idem esse cum Deo pontificis consistorium, posseq; eum a nemine iudicari, vel nulli omnino subesse velis nō video, si hæreticus accusetur, idest de fide dubitans, seu fidei opinionem erroneam habens, cum in fide sit Christus, & fides, quam habere debemus, in Christo, ut ad Ephe. 1.

MAN. Scio inquam eos idem sensisse, nec dubitabam, sed nescire me id dissimularam, ut te ad loquendum excitarem nō secus ac Glaucus apud Platonē de iniustitia loquēs, Socratem, eoq; magis, cum nec sciam, qūo esse possit, quod de
51 pontificatu, vt dixisti contendatur, qn̄quidem instinctu spiritussancti eligatur quis, ut in c. vbi periculum, de electo. in 6. & ille sit pontifex, qui quæsitus cogitur, rogatus recedit, inuitatus effugit, & cui sola suffragatur excusandi necessitas, ut dicitur in l. si quenquam. C. de epis. & cleri.

ROB. Sponte currenti, cur est quod calcar admouere studes, mihi enim persuasum erat ne dum vnum hoc ut ais, te nunc dixisse, quod tamen haud ignorabas, sed & alia multa ēt, quæ nec ignoras, nec est ratio, cur ea ignorare possis, ac debeas, & propterea ob id loquere audacter, quidq. velis dicas, quoniam ita fiet, ut a me quoque nulla, vel scias, vel nescire dissimules, recusetur disputatio, meque musicum (ut græci dicunt) promptarium habebis, de vnaquaque re (arrogantia absit) disceptantem, quæ tn̄ ad propositam materiam faciat, & tibi, prout in votis habes satis faciam. nunc ad institutam
52 dubitationem redeuntes, scies bene verum esse. nec aliud dici posse, pontificem spiritussancti instinctu, & eo maxime cooperante, eligi solere, vt vinea electa dicatur, de qua Hiere. 2. c. nec in agro domini sterilis sit, vt Malach. 3. inquit, sed fructuosa, deque fructibus eius comedamus ut 4. Reg. c. 19.
53 † sed esse posse etiam vt de electione contendatur, quamobrem & eo tunc concilium congregandum esse dicimus, pp scisma, & ut vl̄is ecclesiæ statui consulatur, quoniam eo tūc is, quem concilium probauerit, spiritussancti instinctu electus dicetur. eritque pontifex. ut in præalleg. cano. si duo. 79. dist. continetur, & ita ac per illum tex. Pisis, nec non & Constantię, vt refert Abb. Panor. in c. licet, etiam supra alle. col.
54 3. de electio. obseruatum, & iure merito, extitit. † Imo dico tibi, amplius, utrunque a concilio repelli, scandali ratione, tertiumque eligi posse, ut in cano. si papa. 40. distinc. quod, & Bal. sensit. in c. olim. colum. fi. de rescrip.

MAN. Et recte quidem, immo ea ratione, nunquam deberet nisi tertius eligi, quoniam si scandalum timendum est, in ecclesia magis ac magis timeri debet.

55 ROB. Etiam episcopus compellitur renunciare iuri sibi iā quæsito, si scandalum timeatur, & magna ecclesiæ perturbatio ut inquit Inno. in c. nisi cum pridem. col. 2. de renun.

MAN. Ergo multo magis mi Roberte, quærendo quod, vt scis, facilius nobis aufertur. l. qui autem. ff. quæ in frau. credi. l. filius paciscendo. C. de pac. l, 1. C. qui admi. & hæc sane du-
56 bium non habent. † Verum ex te scire adhuc cupio, postquā his casibus papa caput non est concilii, neque concilium congregat, quis illud congregabit.

ROB. Cardinales.

MAN. Ego secus credebam.

ROB. Quid.

MAN. Quod imperatoris esset onus, nec ab re quoniam id quodque Honorium imperatorem alias fecisse comperi. in dicto cano. si duo. 79. distinctione.

ROB. Verum est, nec ego secus sentio, sed patrocinando quando ecclesię potestas deficiebat, ut in cano. principes, & tribus. seq. 23. q. 5. & eo quidem tempore, quādo ecclesia parum poterat, non cum ad uerum ventum est, ut in can. cum ad verum 66. dist. & cum primum Constantinus ipsi ecclesiæ donando imperium, id ipsum successoribus minuit, cuius mentio habetur in cano. Constantinus ea distin.

57 MAN. † Dubito ego ualde qa imperator ēt eligit pontificem, seq; ipsius electioni immiscet, ut in cano. Adrianus, 62. di. imo & deponit, vt Otto primus Theutonicorū rex Ioānē

duodecimum, ut in cano. in sinodo. ea. distin. ergo & concilium congregat, & non negabis.

ROB. Negabo audacius, ex quo id ad tp̄s, ex causa concessum est, posteaq; reuocatū, nec ante dicti Ioannis depositio iure facta, fuit, uel si iure facta est, eā Leonis auctoritas prius, cōprobauit ut in d. can. legit latius, & in can. scā. in §. verū, & 58 in can. sanctorū canonū, in §. ex his. ca. di. † Imo dico tibi, ꝙ nec est ipse imperator. sicuti nec alius laicus, de his, q concilio adesse debent, nisi inuitentur spāliter, vel causa fidei tractanda sit, qm̄ tunc ēt non vacati, suaque sponte venire tenentur, vt no in c. fi. de his quæ fi. a præla. & in can. Adrianus præalle. in fi. 63. di. & in cano. nos ad fidē. 96. dist. vt Pipinus, Rex apud Vermeriam, ut in cano. si quis ingenuus. 29. q. 2. Martianus imperator in Calcedonen. ut in dic. can. nos ad fidē, & cōstātinus in Niceno. vt in d. can. Constātinus. 96 dist.

59 MAN. † Dic quæso, quod nanque concilium vnquam factum fuit, in quo non sit fidei quæstio tractata.

ROB. Quid tum, satis mihi est, quod de personis conciliaribus non sit, præter quam eo casu, ut diximus.

MAN. Ita est, & vere non possum non omnia hæc probare adeo ut nec dubitem amplius.

ROB. Nec sane dubitandum est, vbi auctoritates claras habemus, exemplaque apertissima.

MAN. Sequere igitur si placet, aliosque dicas, qui concilio adesse debent.

ROB. De Constantini donatione nihil locutus es, quod vnum a te maxime expectabam.

MAN. Nec loqui intendo. cum adhuc lis, vt aiunt, sit sub iudice, cunque semper tenuerim ego. dicant alii quid velint 60 absque dubio uoluisse, † quoniam a Deo processit imperium illiusque Deus causa efficiens fuit, ut in §. 1. quomodo opor. epis. legitur, & ecclesię donando, donat Deo.

ROB. Nec ego secus tenēdum censui, quamuis multa sint etiam, quibus contrarium facile suaderi posset.

MAN. Multa sane, sed minus vera.

ROB. Verissimilia saltem.

61 ROB. † Quid tum, verisimilitudo falsitatis quędam imago dicitur & vtcunque sit, sentio ita, nullaque ratione adduci unquam potero, vt aliter sentiam.

ROB. Ergo ne periculis nos sine causa offeramus, huiusque rei frustra suscipiatur labor, silebo, & quod tibi gratius est, eloquar.

MAN. Nec aliud mediussidius a te tunc expostulo.

62 ROB. † Cardinales igitur pontificem sequuntur, quos paulo ante memorauimus, & sine quib. concilium esse, aut congregari minime pōt, quos fratres appellat, nisi eis vt singulis 63 scribat in c. ad apostolicę. in §. nos itaq;, de re iu. in 6. † Imo ipsorum in specie caput est. ipsiq; membra eius, & corpus adeo vnitum, ut ab ipsis nec fidelitas, nec obediētia, sicuti nec a se ipso exigatur, aliorum vero. & uniuersalis ecclesiæ commune, ut no. in cap. antiqua, de priuile.

MAN. Quare ergo iurant namq;, ut eodem loco dicitur.

ROB. † Quia id ipsum episcopi faciunt, † quo fit, vt consen64 taneum quoque videatur, eos ut episcopos, non vt cardinales, ad illud idem teneri præstatque nobis arg quod habetur in l. si pater famil. in §. 1. ff. de adop. & in l. pro hærede, in princi. ff. de acq. hære. & in l. aurelius, in §. meuia. ff. de libe. legat.

65 MAN. Non ne Cardinales minorem dignitatem habent quàm episcopi.

ROB. Habent vtique. sed tn̄ eorum ēt maius officium est, & administratio, tū vel maxime supradictis de causis, ut sen66 sere Bar. & alii. in l. 1. in §. si quis. col. 1. ff. de appella. † hincque est quod quemadmodū ostium cardine regitur, ita sanis ecclesia conciliis Cardinalium moderatur, a cardine, & a Romana ecclesia, quæ est cardo, & aliarum caput, a dn̄o constituta. habens pontificem, ostium Dei, & cardines, ut in cano. sacrosancta, in fi. 22. dist. legitur, fundamentum eius, proprie dicti luminaria illius præclara, candelabraque lucis decoris 67 & excellentiæ. splendore radiantia, † quæ ut dicitur Zacha. quarto. assistunt tanquam filii dominatori vniuersę terræ sustinentes non modo vrbis, sed & orbis etiam vniuersi pōdus vt 1. Reg. c. 2. ibi dn̄i. n. sunt Cardines terræ & posuit sup eos orbem. magni sacerdotes, ac leuitici generis iudicantes, vt Deute. 16. vnicuiq; iudici veritatē. Imo sanctitatem elucētes de quibus. scriptum est, sanctificamini, & estote sancti, quia & ego sanctus sum dominus Deus vester Leuiti. 20 & Paralipo. 16. sanctificati sunt ergo sacerdotes, & leuitæ. ut portarent arcam domini Dei Israel, & non immerito ex toto terrarum orbe pauci ex multis, singulares ex oībus assumi de68 bent. atque vulgarib. officiis educti, ad ipsius orbis regimen. Euchi. † Quos etiam Gentilitas prothoflamines. appellauit

MANTVA. Vtinam hodie etiam tales essent quales dixisti, qualesque esse debent, & non gigantes, qui genuerunt sub aquas, ut Iob. capitulo vigesimosexto, incipien. legitur, qui non prodesse possunt, nec curant, sed præesse gloriantur, ceruicem erigunt, grandia loquuntur, sublimia meditantur, & nihil denique, quia nesciūt, operantur. Adde ꝙ nec in verbo eorum est veritas, non honestas in moribus, nec denique in consilijs fides, quæstum pecuniæ, & rerum, ac diuitiarum non Christum sequentes, neq; virtutum, aut donorum spiritualium affluentiam, adeo, vt non tam auri splēdore fulgeant, cui comparari facile solent, quam plumbi squallore pallescant, & hoc est, quod dicebat Amos 8. c. & stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus & vt alibi. Esai. 62. super muros tuos Hierusalem constitui custodes, & in vineis dn̄i, vineas aūt non custodierunt, vt Cano. 1. Immo depasti sunt, inquit idem Esai. 3. & vt locustæ deuorarunt omnia, qūo igitur hos Roberte cōciliares esse dicemus, 69 qūo columnæ erunt immobiles † quas diuina prouidētia in sui fulcimentum ecclesiæ alias stabiliuit, ut in c. qualiter & quando. 2. in §. 1. de accus. & figura Gen. 3. ēt designatur, cum Deus eiecisset Adam propter peccatum de paradiso, collocasset Cherubin in eo, & flameum atq; versatilem gladium ad custodiendā viam ligni vitæ, qa paradisus ecclesia est cherubin scientiæ plenitudo, gladius lingua flammeus, ob charitatē, versatilis, i. promptus ad oīa, vt de fide rationē redderet, ad custodiendam viam ligni vitæ, i. veritatem fidei ortodoxæ per quam peruenitur ad vitam seu animalia senas alas habentia, quibus plane leges intelligimus, Naturalem, Mosaicam, Propheticam, Euangelicam, Apostolicam, & Canonicam, vt in cano. omne. 25. q. 1. oculisq; plena, discretionis scilicet non solum temporalium, verumetiam spiritualiū, uel columbæ, quibus eos ēt ea ratione comparamus, qa quēadmodum iuxta flumen vmbram accipitris venientis vidēt, ita cardinalis sacrarū literarum eruditione, optimarumque artium disciplinis vndiq; circumseptus, vmbræ hæreticorū spinis, tribulis, & his, qui seminant zizaniam in medio tritici, vt dicitur Mat. 13. c. occurrere possit, ut in cano. qui ecclesiasticis, in fi. 36. dist. quomodo si hæc non habent, & ignorāt omnia, ut quid esset pontifex ob rusticitatem olim Phanias quæstionib. propositis, respōdebunt, quomodo a subditis differentes erunt, quantum a paleis granum, vt maxime exigitur. in d. cano. qui ecclesiasticis.

ROB. Nimis libere loqueris Mantua.

MAN. Et vere etiam addas, nec ab homine libero aliud expectandum est.

ROB. Nil aliud certe sed tamen scias velim, multos quoq; esse, qui dubio procul tales sunt, quales ecclesia desiderat.

MAN. Scio inquam, sed longe maior numerus eorum est quos paulo ante diximus.

ROB. Nec sane mirum, quia id etiam locorum ubique, nedum Romæ esse videmus, satisque ecclesiæ consultum arbitrabimur, si aliqui sint qui eam tueantur.

70 MAN. † Ergo leges, & canones abrogandi, exigentes multa, tum & maxime in his, ætatem, mores, & literarum eruditionem noui præsertim & veteris testamenti, necnon & sacrorum canonum, ut in cap. cum in cunctis, de electio. qui si seruarentur, nulla nunc esset inter nos disputatio, nec tanta literarum charitas, adeo vt ecclesia male defendi possit, sed missa hæc faciamus, qui sunt hi defensores.

ROB. Odiosum est eos enumerare, ne q sola nobilitate freti, se summos sacerdotes arbitrant̄, erubescāt, & ꝯfundant̄.

MAN. Si ipsis odiosum videbitur, aliis non erit ingratum quos non tam generis nobilitas, quam virtus ad cœlum extulit, quæ sola nobilitas est, iuxta illud.

Tota licet veteres exornent vndique Ceræ.
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.

ROB. Dicam, postquam me ipsum hortaris.

MAN. Hortor, atque etiam rogo.

ROB. Est primum igitur ex his, qui succurrere, cardinalis Theatinus, vir sane literis cum græcis, tum etiam latinis, & hebraicis pariter adeo eruditus, sacrarumque literarum lectione supra modum exercitatus, vt illo ipso satis ornata esse possit, R. P. Christiana, & si oīb. aliis esset penitus destituta. Quem tn̄ sequitur Contarenus, homo summo ingenio, summa prudentia, summaque auctoritate præditus, & ipse quoque de literis sacris deque philosophia optime meritus, & q mihi magis e cœlo delapsus uidetur, quam in terra editus. Est inquam & adhuc inter istos Sadoletus, qui cum ętate iā ingrauescente se totum Christianæ philosophię secularibus disciplinis relictis penitus, uelut tenebris, in quibus tn̄ adeo profecerat, ut nemo ipsum facile anteiret, tm̄ frugis adeptus est, & breuissimo quidem temporis interuallo, ut in ea omne ætatis tp̄s impendisse videatur, ita ut iumen hodie ecclesiæ ab oīb. prędicetur. Mitto Simonetam, senem illum maturum, & grauem, studijs cum pontificij, tum ēt ciuilis iuris fripatum, quibus in tota uita nihil putauit iocūdius. Valeranū, plurimis maximisq. in rebus probatissimū, & omniū existimatione, vitę integritate, exemplaritate, & cæteris naturæ dotibus ornatissimum, Campegium tam magni intellectus consilii, & prudentiæ, ut non solum literis, sed omnibus ēt rebus natus esse videatur. Grimanum elegantissimum atq; eruditissimum, & plurimis plane optimisque artibus ornatū nec suæ dignitatis immemorem, cui naturaliter insitum esse videtur, vt omnia grauiter, prudenter, & consulto deniq; faciat. Bembum non dico, tam magni nominis uirū, & tā laudate virtutis, ut alienis præconis nō indigeat. Nō Carpē, Burgos, Parisium, & Brudusinum, Alexandrum, quoniam tales sunt, ut dubio procul literarum eruditione, & uitę sanctimonia certatim ab omnibus, cum diligi, tum amari, & magno quidem studio, mereantur, & alios, quos si tibi numerare velem, memorięque tenerem, iā diu enim a curia sum absens, & magnorum uirorum consuetudine careo, qua frequentissime vti solebam. adeo ut obliuioni pene oīa mandauerim innumeros audires, nōne igitur hi soli tibi vn̄r concilio apti.

MAN. Aptissimi in quam, si ita est, ut dicis.

ROB. Iurato mihi crede.

MAN. Et non iurato credo, ut tibi alia multa, cui sane credendum est.

ROB. Eoq; magis, cum ipsorum libri æditi, & p̄uulgati passim ab oīb. legantur, præsertim Bembi, Sadoleti, Contareni, & Parisij, locupletissimūq; huius rei testimoniū perhibeant.

MAN. Hos libros non vidi ego.

ROB. Videbis si uolueris.

MAN. Volo, & ardenter cupio, teque rogo efficias, vt eos uideam.

ROB. Venales sunt tibi emas, & me hac molestia liberabis quandoquidem etiam ipse meos Lombardo Amulio, quem tui studiosissimum esse scio, commodauerim.

MAN. Et ita faciam, postquam habemus vnde eos depromamus, sed dic quæso, cur non aptos pontifices crearunt aliquando, creantque in dies, ipsique canonum authores primi in canones incidunt, neque se potius vt Charondas ille Tyrius, propriis interficiunt manibus.

ROB. Quia non semper possunt canones ad vnguem, ut aiunt, seruari.

71 MAN. † Et male quidem, si non sit causa, qua nobis ab illis, ipsis recedere liceat, quam semper excipimus, qualiscunque fuerit dispositio, ut in l. si hominem. ff. māda. & in l. tutor q repertorium, in pri. ff. de admi. tut. & in l. si minor. ff. de ma. vin.

72 † Immo leges ipsas transcendere licet ex causa, inquit Innoc. in c. 1. de const. & peierare ēt seu mauis a iuramento recedere, quod verius est, ut in l. qui iurato. ff. qui satisd. cog. & am73 plius hominem occidere, † quo scelere tamen nil maius esse vt ut in l. ut uim. ff. de iust. & iu. l. 1. ff. de iu. pers. & in l. q seruū ff. de ver. obl. idq; Ci. in lib. offi. confirmat, & hominē nedum sed patrem quoque, fratrem & uxorē. l. minime ff. de reli. & sump. fu. l. fi. ff. de re iud. l. gracchus. C. ad leg. iul. de adul.

ROB. Optime dicis, neq; eos fecisse aliter credendū est facile, minusq; tibi assentiendum, quod in dies tales creentur, qn̄ quidem Paulus 3. Pontifex maximus, qui hodie clauum tanti Imperii tenet, gubernaculaque. R. P. Christiane tractat, & prudentia sua moderatur, neminem hucusq; creauerit, qui non ea omnia habeat, & consecutus sit, quæ in quouis summo ac maximo viro desiderari possint.

74 MAN. Fecit equidem rem pontifice dignam, † quoniam ecclesia indiget viris literatis. & non asinis deferratis, ut exaltentur super cedros libani elingues, & sine sensu, & qui vix sciunt manus dextra quot digitos habeat.

ROB. Igitur alii male fecerunt, qui quandoque alios creauerunt concilio non aptos.

MAN. Immo pessime, cum non videam etiam, quę causa esse posit, cur leges trascendantur.

ROB. Caue ne de pontificis potestate, hoc pacto quæ in eo summa est, ut scis, male sentire videris.

MAN. Percontari huius rei causam, de qua disputamus non est de pontificis potestate male sentire.

ROB. Dicam ego post hac, si scire desiderabis.

MAN. Et cur non in præsentiarum.

ROB. Ne de via & accepta disputatione nimium deflectamus.

MAN. Sequere ergo, & cum eo ventum fueris, ut huiusce rei commode aliquid loqui posis id, quæ nunc prætermitti consulto recordare.

ROB. Faciam quam promptissimo animo.

MAN. Et ego intento nunc te audio, ne omnia dilabantur si unum aliquod effugerit.

75 ROB. † In concilio ergo Patriarchę etiam adesse debent si ne quibus male ecclesiæ necessaria tractarentur, seu primates, ut vis, quoniam eadem dignitas est, quamuis nomina diuersa, ut in cap. duo simul, de officio. ordina. & in cano. 1. & 2. 99. distin, græce sic dictis ab archos, quod est princeps, quoniam alias latine patrum principes appellantur, ut in cano. cleros 21. distin.

MAN. Sunt ne isti adeo multi.

76 ROB. † Multi quidem, tum vel maxime Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolimitanus, de quib. in c. antiqua, de priuileg. & in c. graue, de præben. & in cano. 2. 22. dist. horumque sedes principales, post Romanam 77 † quæ disponente domino, super omnes alias ordinarie potestatis, obtinet principatum, ut pote mater uniuersorū Christi fidelium, & magistra, vt in d. cap. antiqua, cum dixit beato Petro, tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiā meā, vt Mat. 16. c. & in cano. sacrosancta. 22. dist. quod & alio lóco supra etiam licet ad aliud, recensuimus. & non ab re, 78 † quia sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita & ecclesia suo nomine consecrata, prima esse debet, & caput cæterarum, ad quam quasi ad matrem atque apicem, omnes alię recurrant, vt in cano. dudum. 3. q. 6. adeo vt hæreticus sit, qui secus credit & tenet, ut in cano. 2. ea. dist.

79 † in qua etiam sedes patriarchales sunt. communiter quattuor sanctorum Petri & Pauli, sancti Laurentii extra muros, sanctæq; Mariæ maioris. addūt & alii Lateranen. quæ constātiniana cognominata est, ut in cano. in nomine domini. 23. di. & in c. fundamenta. & ibi not. de electio in 6.

MAN. Aquilegien. omitis, Gerunden. & Biturien.

ROB. Dixi iā eas, quas tibi enumerauimus principales esse.

MAN. Et si principales sunt, non est propterea ꝙ & hi adesse concilio non debeant.

ROB. Debent absq; dubio, sed tibi huicq; rei satisfactum esset putabam, cum patriarchas dixissem adesse debere, eoq; magis quia sunt etiam qui arbitrantur hos, quos modo nominasti, non patriarchas, sed primates proprie appellari.

MAN. Vtcunque, sit haud multum curandum est, dummodo & ipsi concilio apti sint, dignique nō potius abesse quam adesse.

ROB. De his alias.

MAN. Immo nunc, quoniam de personis conciliaribus q̄rimus, non tam ut præsint, quam ut prosint, & an tales sint vt prodesse possint.

ROB. Male etiam de cardinalibus sentiebas, adeo ut necesse fuerit mihi aliquos tibi enumerare, quos nedum concilio, sed cuicunque rei aptissimos esse intellexisti.

80 MAN. † Concilio nihil maius dici potest, iccirco morum honestas etiam, & literarum scientia maior eo tunc desideratur, qm̄ alias quanta ecclesiis damna proueniant, & christiane. R. P. nemo sane mentis ignorat, ut dicitur. in d. cap. graue scio enim canibus multos potius quam literis oblectari.

ROB. Ergo non omnes, & si omnes etiam, ut sentis, illis oblectarentur haud repræhensibile esset, quandoquidem id re81 creationis gratia agant a ratione non alienum. † quoniam ipsa magistra secundum labores adaptanda est quos, & post in grauescentes de fatigatione animos, delinimentum aliquod quærendum cum exploratum etiam sit post datum ad opera diem, somni & quietis parentem succedere noctis vicem, de Scipione & Lelio nota est histora de Sceuola item & Socrate, quorū alter forensibus negociis fatigatus alea, & calculis, interdum pila ludebat, alter vero more puerorum harundinem ascendebat, ita, vt aliquando ab Alcibiade inuentus, derisus sit, ut deq; aliis innumerabilibus, sed habe adhuc ꝙ Achilles sudoribus bellicis, & hostibus ad Troiam casis, cantus ac cytharam hac ratione attigit. & ꝙ Amasis Egyptiorum Rex cum aliquando compotationibus operam daret, interque compotores iocaretur, Morionem & Scurram agens, Egyptiis ipsum accusantibus, quasi ea Regi minime conuenirent, sic dicere solebat, Arcus si semper intenti sunt rumpuntur, hac similitudine prę sentiens, homines pari mō si asiduo labori incumbūt, nec ulla ex parte sibi indulgeant, opere debilitari, actioneq; frangi, & pedētim mente capi, aut mēbris.

MAN. Magni certe sunt labores, quibus hi quotidie excruciantur, recreatione ea de re indigētes, adeo ut nec podagra laborent, nec chiragra, nec ob id asium lapidem aliter expetant, ocij ac delitiarum argumentum plane apertissimum.

ROB. Non minus certe hoc morbo plerumque laborant, qui fatigantur, quam qui ocio & delitiis marcescunt, si maxime labores immoderati fuerint.

MAN. Hoc idem esse plerunque dicis, & recte quidem ex quo ipsa rerum experientia, ut in pluribus, contrarium euenire videmus.

ROB. Vtcunquo sit, uel ociosam ducant vitam, uel laborēt omnino id recreationis gratia ut dixi, sibi a lege permittitur.

82 MANTVA † Falleris, quia immo lex id ipsum vetasse videtur, ut in capitulo primo. & secundo. de clerico uenat. ubi omnibus seruis Dei, nota uerbum, uenationes, & siluaticas fatigationes cum canibus, & accipitres, aut falcones habere interdictum est, & plus quod non simpliciter dixit seruis Dei in-

interdictum est omnibus, ut uniuersali hac dictione neminem exciperet, vulg. l. iulianus. ff. de leg. 3. capitulo solitę de maio. & obedien.

ROB. Non fallor certe ex quo intelligitur, si voluptate hac & sæpius quidem detineantur, eam in consuetudinem perducentes, ut tex. met. in d. c. 1. sentit. & gl. ibidem declarat, nō aliquando, & ex causa. supradicta, sicuti nec generaliter in omni venatione, ut puta hominum oppressiua, adulatoria, arenaria, & similibus, nec in omnibus personis passim admitti solet.

83 MAN. †Blandiuntur certe leges, quoniam nullus venator sanctus inuentus est, peccatores multi, hisce nogotiationib. operam dantes, quod exemplo Esau potissimum ostendi potest, qui similis erat, ut in cano. Esau. 89. dist. & Acteonis pariter quem Poetæ ingeniosissimi & prudentissimi rerū indagatores, nec fabulosi simpl'r, vt multi astruunt, sed eruditissimi homines, & diuino quodam artificio prædit i, a canibus discerptū fingunt, quoniam hi bona oīa sua dissipant, & cōsumunt, vel quia re ipsa & vere ēt venatorib. euenire soleat vt a feris occidantur, quemadmodum Hias a leæna. Teucer vero Priami. Regis filius in Bebritiis siluis ab vrso. † Adde ꝙ venatio, ut apud Xenophontem legitur, est quasi quoddam

84 rei militaris plæludium, & bellicæ virtutis simulacrum, ita ut nihil in eo studio facile reperiri queat, quod sit ab ipsa militia, & ab armis vel alienum, vel disiunctum, nā prima luce surgere, sitim, famem, estus, frigora, labores, & alia sexcenta incommoda tolerare discimus, insidias, simulationes, dissimulationesque, iaculandi, sagittandiq; artem, cum robustis & animosis concurere feris, ac de victoria decertari, quæ oīa & singula sunt via quædam, ars, & industria, ad uerum certamen. quomodo igitur clericis, seu his, qui concilio adesse debent, permissa vllo modo esse videntur, dicam ego si lex hoc ipsum permittat, militiam etiam sibi ipsis non denegari.

ROB. Omnia sano modo Mantua, intelligenda sunt, quod tu quoq; non ignoras, quamuis, aduersus leges loquaris, & supra ostensum est amplius, hac de re non repetendum aliter.

MAN. Facio equidem ut nihil indiscussum relinquamus, & de industria, sed dato quod hanc interpretationem habeāt

85 omnia, prout habent, †quodque dictiones vl'es in locis præallega. restringantur, vt iura vulg. dicunt in l. inter omnes. ff. qui satisf. cog. & in l. qui autem in fi. ff. de consti. pecu. & in l.

86 fi. C. si cen. vel reliq. & vbique no. ipsaque ratio suadet, †dic quæso, quaræ his etiam piscatio absolute non est prohibita, vt venatio & nouissime in cano, quid prodest, & sequen. 85. dist. & in cano. quorundam. 34 dist. alias. enim inter cæteros piscatores non elegisset Apostolos Christus Iesus Marię filius ut Mat. 4. & Luc. 5. legitur.

ROB. Forte pp silentium, quo facilius contēplari possint quam venando, ubi clamoribus, & vociferatione tunc opus

87 est. †Immo quod & venatores sancti ēt inuenti sunt, vt Eustachius, & venatio in galliis, sicuti piscatio permissa absolute.

MAN. Vtrunq; probo, nec de silētio dictum antea sperno. quoniam Eustachius venatum relinquens opera sanctitatis exercuit, ut interpretes omnes in d. cano. quorundam, aiunt

88 & bene, † subiicientes aliud necessitatis causa permissum esse ibi, ex quo aliter viuere nequeunt, & quoniam silentium singula singulis referendo, ēt tutissima res est ab oībus & in oībus quidem personis, tum vel maxime clericis, desideranda, cultus iustitiæ ut pax eiusdem opus pulcherrimum sane & laudabile. quod diuinum quoddam quoque Pythagorici, esse opinati sunt, & eiusdem Deus nobis preceptor, quemadmodū dicendi homines, ita ut non immerito ipsum in claustro, in cella, ī refectorio, & dormitorio, hēant regiosi, & vbique tandem locorum, scientes in eo mali quippiam non esse in loquendo, & clamando vero plurimum, & dicendi ho

89 mines magistros dixi†, quia nullas artes absq; doctore discimus, excepta tacendi, quæ tam vilis, et facilis est, vt Hiero. teste, ecclesias. c. 3. super il lis verbis, tps tacendi, & tempus loquendi, præceptore, non egeat, & adeo tuta ad propositum,

90 †quod index digitus pollici proximus, salutatoris a veterib. appellatus est, idcirco qa illo ori ad moto, silētiū, vt diximus ꝙ multis de causis salutatoris res dr̄, hominib. admouemus.

ROB. E fumo in flamam vt aiunt, incidisti, qa si ex causa alicubi permissum est, utiq; ēt id recreationi haud est negādū.

MAN. Permissum, inquā est, nec s negarā, nisi ut oīa acutissime disputarentur, facto iam transitu ad piscationem, oībus, & ubiq; passim permissam, tum vel maxime qa cliētes famuli, & alii his assueti venant, et clamāt, vidētib. tm̄ dn̄is ut recreati postea ad cultum, et diuina reuertantur ministeria, eoq; argumento ēt, quia clientibus carentes, ut paulo ante diximus, et uiuere aliter nequeuntes permissionem habent perpetuam hoc idem scilicet agenci per semetipsos.

ROB. In unum ergo conuenimus quo ad omnia.

MAN. Absq; dubio, ita ut iam iam diuagati paululum, et non minus recreati his locutionib. res enim est, quæ non modo uisu, verum etiam auditu delectat, q̄ venationib. interdū conciliares homines, iure merito vlterius progredi posis.

ROB. Quod eo libentiuss ēt facio, ut finiamus, ex quo pro-

91 lixitas repræhensionem habet. † Ad concilium igitur vocantur. quoque Archiepiscopi, vt in cano. concilia. in. § hinc ēt. 17. dist. græco vocabulo sic dicti, quasi episcoporum summi, idest primates, vicem apostolicam tenentes, & præsidentes tam metropolitanis, quā cæteris episcopis, vt in cano. clericos, in principio vigesimaprima dist.

92 MAN. †Admitto, sed quid a metropolitanis differunt, non ne his similes sunt?

ROB. Sunt quidem, verum a mēsura ciuitatum aliter appellati, quoniam singulis prouinciis prahæminent, vt ibidē adhuc legitur, quorum auctoritati, & doctrinæ cæteri sacerdotes subiiciuntur, sine quib. nihil reliquis agere licet episcopis, ubi totius prouinciæ sollicitudo, archiepiscopis supradictis commissa est.

93 MAN. †Quæ mensura inquam est ista.

ROB. Nulla alia, nisi sub se habere decē vel vndecim episcopos, vt in cano. scitore. 6. q. 3.

MAN. Estne hoc cōmuniter, & semper, ac de subastantia?

ROB. Non, quia papa principum gratia plerunque huncin

94 ris ordinem transgreditur † ita vt in Sicilia tres sint, quorum duo enumerantur in c. cum causa, & ibi Abb. de offi. deleg. panormitanus scilicet, & montis regalis.

95 MAN. † Ergo ad depositionem ipsorum episcoporum etiā procedent, quod tamen interpretes omnes negant in c. 2. de translla præla.

ROB. Nimirum Mantua, quia soli papę id ipsum reseruatū

96 est, vt ibidem not. vbi alias de causa ciuili indifferenter, † & de paruis cognoscunt criminibus. vt in cano. si clericus. 11. q. 1. & in capitulo sacro de sen. exco. & per Abb. in c. pastoralis, in prin. de offi. ordi. Immo quod & ipsi concilium etiam prouinciale quotannis faciunt, in eoque ut principales sedent, quemadmodum in vniuersali papa, ut not. in capitulo graue de præben. & in capitulo sicut olim, de accusa. & in summa, 17. distinctione & sensit Ro. in consilio 521. incip. circa propositam, in prin. adeo vt iure merito, si vniuersale fiat, quod

97 †quam raro quidem fieri solet, ipsi quoque vocari debeant, licet non in prouinciali papa, ex quo hi in partem sollicitudinis etiam vocati sunt, vt in c. ad honorē, de aucto. & vsu pal. & in cano. decreto 2. q. 6. & in c. canonum statuta, & ibi Fely. in 3. col. in prin. de consti.

98 MAN. †Igitur hac ratione etiā episcopi conciliares erūt.

ROB. Absque aliquo dubio, & legitur in forma iuramenti posita in c. ego N. de iureiu. & latius. 15. 16. & 17. distinctione ubi locus suus.

99 MAN. †Et hinc est forte ꝙ hi fratres papæ appellantur, idē Fely. in loco præalleg. testatur, & Præpo. Alexan. in c. per venerabilem, in §. quod autem, in 124. col. qui fil. sint legi. & habetur in c. quam graui, de cri. fal.

ROB. Immo & canonum magistri, ac custodes, vt in cano. cum quibus, in fin. 24. q. 3. & in cano. si quis cum clerico. u. q.

100 1. †per quę iura ita etiam dicebat Archid. in c. de libellis. 20. dist. ex quo scire debent leges, & alios docere, non autem doceri ab aliis, ut in auth. vt cle. apud pro epis. & in auth causa, & in l. repetita, & vtrobique not. C. de epis. & cle. & in cano. si clericatus. 16. q. 1. & in cano. qualis. 8. quæstio 1. & in cano. cōuenientibus, in §. item Constantinus 1. quæstio 7. & in capitu. oportet, & in cap. cum in cunctis, & in c. cum nobis, de electio & tradit Bar. vltimo loco in auth. de sanctis. epis. etiam per il-

101 lum tex. in prin. & in §. si quis contra. † Debent item periti esse amplius in utroque testamento, ne alias si imperiti fuerint iudicati, repellantur, vt in cano. statuimus. 61. dist. & in cano. omnes. 38. distinct. & ponit in cano. qui episcopos, Archid. in prin. 23. distin.

MAN. Si hoc esset vt dicis Roberte, pauci adessent quidē concilio, quoniam pauci etiam litteris operam nauant, innumerique sunt, qui ocio potius & inertia marcescunt, si quam negotiationem habent, sicque non dico litteris operam nauant, sed in studio morantur, ea cum lusoribus potissimum est, & fama litteras cum latinas, tum etiam græcas, & filosofiam potiusquam canones, ac utriusque testamenti peritiā, profitentur.

102 ROB. †Parum ne tibi videtur, quod disciplinas istas profiteantur, nam sine his, politioribus scilicet litteris nihil, quod laude dignum sit, agere possumus, quæ principia sunt quam

103 maxima ad omnes sciētias, †philosophia vero omnium mater artium, procreatrix, & parens, nunquam satis laudata, donum insuper ac inuentum Deorum, quam qui profitetur, grauissimā, ut inquit Cice. psonā sustinere videtur. Immoq; nihil præstantius ea mortaliū generi, Deorum ꝯsensu atque munere, neq; datū est, neq; dabitur. tota frugifera, & fructuo

sa, nec vlla pars eius, quæ inculta ac deserta sit, inueniri pōt.

104 MAN. †Canonib. & theologia Christiana hęreses defendūtur, concilioque prodesse possumus non eloquentia alunna licentię ac libertatis, & seditionū comite, quam Lacedemones reprobarunt omnimodo, existimantes proborum hominum sermonem non ab arte, sed a pectore & operibus proficisci oportere. Romani vero ea de re, qa hominum vitę plus officere solet quā prodesse, assentationis, adulationis, & mentiendi denique artificium quoddam ingeniosissimum. vsque adeo vt Archidamus Sophista, cum ratiocinaretur Pericles, plane semper se victum fateretur, q̄q̄ ipsum alias in bello vicisset. & Cireneus Carneades efficeret, vt qd verum esset, aut

105 facile cerneretur. †Et plus ꝙ gloriabatur Demosthenes, se qn̄ voluisset, posse Iudicū sententias ad suā voluntatē conuerte

106 re, sermonis artificio. †Minusq; philosophia, inuenta potissimum vt nobis tm̄ prodessemus, vltroq; facere disceremus, affectus nostros cohibentes penitus. quæ formidine legum sanctissimarum agunt plerique. nam inanes sollicitudines detrahit, cupiditatib. liberat, & timores pellit, & sola animi medicina dicitur, nihil commune habens hæreticorum morbis & christianę religionis salute. Sed vtcunque sit, resque se habeat Roberte, sequere, qm̄ omnino præsto sunt illi saltem, q antequam episcopi essent, hisce disciplinis operam nauauerant, aliorum inscitiam supplentes. vnū tamen ex te scire cupiens, an inter archiepiscopos, quorum paulo ante mentio facta est loci distinctio detur.

107 ROB. Haud est dubitandum, ex quo Mediolanen. Rauenaten. præfertur ut in cano. cōcilia, etiam supra alleg. in. §. hinc etiam, ad fi. 17. dist. nec tantopere, ad episcopos redeuntes, eorum eloquentia, & philosophia pariter, in his pręditi fuerint, vt sentis, exprobrande, quādoquidem, vt hr̄ Dan. 1. & Exo. 3.

108 & 11. & in cano. legimus 37. di. Moyses † & Daniel. omni sciētia Egiptiorum, ac Caldeorum etiā eruditi fuerunt, pręceperitque Deus filiis Israel, vt expoliarent Egyptios auro, & argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentū eloquentiæ apud Poe. inueniremus, in vsum salutiferę eruditionis verteremus, & in Leuitico amplius dicat ꝙ mellis primitias, idest dulcedinem humanæ eloquentiæ domino polli-

109 ceri debemus. †Immo ꝙ omnis cum rhetoricæ, tum eloquētiæ splendor, Cassiodoro teste, in expositione Psalterij, & Poeticæ elocutionis modus. ac varietas, decore pronunciationis a diuinis scripturis sumpsit exordium. quas nec Hiero. abhorruit, nec Augusti. nec apostolus ipse Paul. gentium magister, detestati sunt, vt in cano. turbat acumen. di. præal. 37.

MAN. Omnia plane vera esse existimo, si discantur, nō ad voluptatem, & vt verborum lenocinio atq. ornatu delectati, vltra nil aliud quærant, sed vt gentilium errores legendo potius detestentur. & ad eruditionem, vsumque, ut tu quoq; & recte quidem, proxime dixisti, sacræ eruditionis.

ROB. Nec secus agunt hi, qui in studio morantur.

MAN. Vtinā ita esset ut dicis, & iuri pont. postea operā darent, has scientias assecuti, quod tamen non dico nō faciunt, sed nec etiam faciendum cogitant, dictitantes libraria supellectili opus esse, & quod peius est, id ipsum potius baiulis quā episcopis conuenire, nescientes aliter eos consecrari haud posse, iuxta illud Oseæ. 4. tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris. mihi trāsumptiueque legitur in cano. omnes psallentes. 38. distinctione. & nimirum (quod adhuc ibidem dicitur) vt possint secundum mandata cōseruare populum sibi commissum eumque instruere. & docere.

110 †& hac de re non facile essent promouendi, nisi canonū pfessores, & imbuti iam literis sacris, qui tamē iacent, & vt de Antonio dicebat Augustinus, cum doctrinis suis demergun tur in profundum, indocti vero & literarum expertes cū diuitiis suis, & inscitia infami ac decorosa promouentium culpa surgunt, & rapiunt omnia.

ROB. Dic quæso Mantua, non ne episcopi apostolorum typum gerunt?

111 MAN. †Gerūt vtique, adeo ut in ecclesia ordo maior haud inueniatur, secundum glo. in c. quia periculosum, de senten. excommu. in 6. quam ob causam papa etiam se episcopum vocat, ipsique summi amplius alibi vocantur, in cano. de his, de conse. di. 5. & sanctissimi, Christi legati, patres, spirituales & columnę tandē ecclesiæ, in cle. 1. de pæn. quibus principes seculares quoq; assurgere debēt, in c. solitę, de maiori. & obe. & in canno tributum. 28. q. 6.

ROB. †Ergo nulla scientia desiderari videtur, quia inter apostolos Petrus episcopus fuit, & pontifex maximus, a retibus tamen euocatus, vt in cano. legimus. 93. disti. vnde forte ēt ignari, & rudes hoc Christi exemplo ad episcopatum pro-

113 mouentur, quos semper ēt dilexit propter humilitatem, †Immo ꝙ nec fuisset Adam, vt Gene. 3. legitur, e Paradiso beatitudinis pulsus, nisi scire bonū & malū, serpente magistro, didicisset. nec de ecclesia eijciēdos censuisset Pau. apostolus ad Ro. 12. ꝙ in c. 1. etiam dicitur, de renun. in 6. & in cano. sit rector. 44. di. eos, qui plus scire volunt, quam oporteat, nec Socrates ferme omnium disciplinas scrutatus, tūc primū Apolinis oraculo sapientissimus philosophus iudicatus, nisi id ipsum palam professus fuisset, se scilicet nihil scire.

114 MAN. †Omnia secum responsionem habent, Petrum sapientia diui na, doctrinaque spiritus sancti imbutum fuisse, usq; adeo ut variis linguis simul cū aliis loqueretur magna-

115 lia Dei, q̄q̄ a retib. euocatus fuisset. †Eiectum vero Adam e Paradiso, quia malum elegerit, non quia bonum didicerit, nec eiiciendos censuit Paul. simpliciter scire volentes, sed vt verba sonant, peruerse scripturas interpretantes, & plus hoc modo quam scire oporteat, seu curiositate, quadam ea disceptantes, quæ minime necessaria sunt, quo modo etiam, aut simili saltem, quę de Socrate dicebas, intelligi debent. ex quo id animi moderationi ascribendum erat & ut amplius vnicuiq;, q̄uis absolutissimo documētum foret sanctissimum, ne extolleretur, nec sibi tantū indulgeret, quominus in hac vita semper esse aliquid, quod ab eo disci posset, arbitraret,

116 †ignoranria igitur, & si natura sui res mala est in aliquo, & detestabilis, quia omnium malorum fomes dr̄, maxime Plato. teste in 6. Alcibiades, seu de voto, malum hominibus, immo demētia quædam, ut in 15. de ente ait, animę, quæ dum ad ueritatem nititur intelligentia ipsa præuaricatur, tū uel maxime in episcopo reprehensionem habet, sed ad alia pergamus iam, quoniam, ut dixi, satis mihi est, episcopos ex his fore, qui præcipue ad concilium honestandum vocantur, si vere ipsi quoque hoc nomine digni fuerint.

ROB. Vere oportunum videtur, ex quo nihil est, quod nobis in re præsenti dicendum amplius supersit, aut a quouis, desiderandum sit.

117 MAN. †Immo multa superessent, sed quia breuitati plerunque etiam est consulendum, Menelai exēplo, qui, vt Homerus refert, non multa quidem, verum argutissima loqui solebat, taceo, & te ipsum attente ausculto.

118 ROB. †Abbates igitur & nouissime concilium exornant quod ex eo videre licet, quoniam Adriani tempore, vt ex histo. ecclesiastica accepimus. & transumptiue legitur in can. Adrianus. 63. di. quo regē Carolū ad defendēdas res ecclesiæ

119 postularat, ad † hoc. n. omnes principes tenentur, nolentesq; excommunicantur, ut in cano. principes in can. administratores. 24. q. 5. id ipsum in patriarchatu lateranen. in ecclesia sancti Saluatoris non aliter celebratum est, nisi his interessentibus, idque longe clarius in cano. conuenientib. 1. q. 6.

120 & ni mirum etiam, †quia ipsi quoque baculo vtuntur, post benedictionem tamen, monachos corrigentes, & plerunq; mitra. ut episcopi, quemadmodum no. in c. quanto, de of. or.

121 & in c. vt apostolicæ, de priui. in 6. †omnibus prælatis inferioribus præferuntur, ut in cano. a subdiacono. 93. di. & cano. 1. 69. di. & in c. 1. de ęta. & qualit. & episcopis adhuc in aliquib. æquiparantur, ut in c. fin. de offi. dele. in 6.

MAN. Qūo ꝯciliū ij possunt exornare, ut ais, cū sint maxime pīgues, & Bacchi potius psonā gerāt, scenæ aptā q̄ ꝯcil.

ROB. Non possum certe nō redire, ꝙ oēs fere semper maledictis insectatus fueris, nedum Abbates conciliares.

MAN. Immo bn̄dictis, qa nihil aliud scire faciunt, nūc de Abbati. loquor, nisi asinorū ritu comedere, & ridere ī chor.

122 ROB. †Oīo magna scīa ēt eis haud est necessaria si aīr tn̄ discreti, & periti ī rēa fuerint ut no. in c. pe. de æta. & quali. & in cano. leg. 16. q. 1. & in can. 1. 55. di. & in cano. illiteratos, 35. di.

MAN. Ergo aderūt concilio, quod, supra etiam dictū est vt præsint, non vt prosint, & officiētes potius quā pficiētes

ROB. Imo proficient, & quam maxime, sanctitate vitæ, & præsentia, quæ etiam multum adiumenti affert, quamquā eos damnes non parū, quasi inter guttur & ignem cūcta sub vētris ditione posuerint, iuxta illud, species Priami digna est

123 imperio, †nā mitto ꝙ olim boni ominis loco hēbat formosi hominis occursus, mali uero & inauspicati, deformis. Scilla deformitatē suā perhorrescens se se in mari præcipitē dedit, & Vulcanus, quia claudus. in Lēno insula a parētib. deiectus est. Erictonius ad tegendos serpentis pedes, currum primus excogitauit, & Philopomenes Imperator ligna hospitis scindēs, vxoris iussu, seruum ipsum Imperatoris arbitrata, fa

124 ciei deformitati, historia nota est, supplicium dabat. †Deformis ēt mulier, in Deuto. lege poterat repudiari, nec animalia maculam habentia offerebātur Deo, ut ibidē. c. 15. & 24.

125 † nec ex summorum pontificum decretis denique, vt toto tit. de corp. vitia cęcus. claudus, mancus, lippus, gibbosus, impetiginosus, & similes, panes Deo, aut scrificium offerebant, vitia corporis ad animum transferrentes.

MAN. Non sum adeo ignarus Roberte, vt velim deformes pulchris & formosis hominibus præferre, sed pingues nō esse pulcherhos sentio, nec concilio aptos, immo ineptos, vt Cato dicebat, cū similes videret, & reipub. infructuosos pęnitus

126 † vnde Cerui, cum pinguescunt, quod tempore fructuũ maxime fit, teste Arist. 9. de anima. cap. 5. hac de re quia inutiles se esse sentiunt, & pondere corpulentiæ capi facile posse, nusquam apparent, sed longe secedunt, donec agilitatẽ pristinã recuperent, & macerentur, nec vltra vitę sanctitas ex hoc cõprehendetur, ut saltim proficiant conati, ex quo pinguedo non ieiunij, sed delitiarum argumentum est apertissimum, adeo ut duo sint quæ simul esse nullo modo possint dicente Neemia. ca. 9. impinguati sunt, dñe, abundauerunt delitijs & inde te prouocarunt ad iracundiam, ac legem tuam post terga proiecerunt, & Hierem. 5. incrassati sunt, & impinguati, & præterierũt sermones meos pessime. & Deut. 32. incrassatus,
127 & impinguatus recalcitrauit. † Plus sentio etiam, ꝙ pinguedinis & corpulentiæ deformitate abbatię officio sint remouendi, perinde ac si digito carerent, vel alia qualibet macula simili essent deturpati, & signanter deciditur in c. 1. & in c. exposuisti, & in c. fi. iuncta glo. de corp. viti. & sic multominus eos debere concilio adesse.

ROB. Et si non omnes pingues sunt, ita ut alij concilio cõmode satisfaciunt, quod & tu non negabis, quemadmodum nec omnes cæci, aut claudi homines, pinguium tamẽ defen-
128 sionem suscipio, dic quæso, † non ne origines se eunuchum fecit, ut liberius, & occulte quidem, persecutionis ecclesiasticæ, tempore mulieribus prædicaret.

MAN. Fecit inquam.

129 ROB. † Non ne Marcus & rursum, sibi pollicem præcidit, ut indignus esset sacerdotio.

MAN. Præcidit.

ROB. Nec ipsi concilio sicuti nec sacerdotio, apti fuissent, & tamen uterque sacerdos factus est, ut ecclesiastica historia narrat, & gl. in cano. si quis absciderit. 55. distin. & cuicunque rei aptissimi iudicati, ergo quanto magis pingues, & corpulenti, esto quod omnes huiusmodi sunt, quod tamen, ut dixi minime est putandum.

MAN. Vtique tibi assentirem, si hæc ad consequentias, ut aiunt, trahi possent, ex quo pulcherrimum etiam Gordij arbitrantur, tunc regem creare eum, qui maxime esset corpulentus, verum quia accidentia sunt, nec a sanctis canonibus in cęteris & communiter approbata, adduci a te nũc haud meruerunt, sed, vt dixisti, alij, qui et vitæ sanctitate, et literarum eruditione, aliisque modis, quibus possunt, satisfaciant, et hi, quorum Deus uenter est, si qui sunt interim, uẽtri et genio suo indulgeant, conciliaribusque personis conciliũ linquant, tu vero qui ridendo audisti, quę de corpulentis ac pinguibus dicta sunt, et quorum partes etiam tutatus es, si quid aliud restat, ad exitum perducas.

ROB. Essent alij quamplures, qui concilio non tam adesse debent, quam possunt, enumerandi, sed quoniam ij pręcipue vocandi sunt, alios de industria prætereo, tum vel maxime, quia tandem finiendum est, et his modus statuendus, ex quo alia quoque, et forte maioris ponderis, a nobis proposita disputationem desiderantia, supersunt.

130 MAN. Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca. † sed antequam incipias, si tibi videtur, quodque hoc vnum hic cadat docendum qualiter prælati ad concilium vocandi sint, dicas quæso.

ROB. Citationibus inquam.

MAN. Pluribus, vel vna tantum.

ROB. Vna, qm̃ alias a iudiciali non differet, et male, ut no. in cano. si episcopus. 18. distin. et in simili cano. si forte. 65. distin. et tradit Inno. in c. cum nobis, de elect. cum competenti tamen dilatione, secundum Io. And. in c. non minus, ad fi. in. uers. commoniti, de immu. eccle. et est ar. in l. quod dicimus, et in l. rarum. ff. de sol. et in l. si quid uenditor, in prin. ff. de ędi. edic. et in cano. quoniam. 31. dist.

131 MAN. † Rationabile est, sed quid si vocati haud veniant?

ROB. Puniuntur, nisi iustam habeant excusationem.

MAN. Qua pœna?

ROB. Vt a communione sint penitus alieni, nec possit absolui, nisi a sequenti concilio, quanquam alias absolutio differri minime soleat, ut in c. qua fronte, de appella. et ad propositum in cano. si quis autem. 48. dist. et in cano. si quis suadente. 17 quæst. 4.

132 MAN. † Si iustam excusationem habent, debent ne certum nuncium mittere, cui credatur, an uero excusationes suas literatorie conscribere?

ROB. Alterum ex his sufficit, ut in cano. episcopus, et seq. et utrobique glo. 18. dist.

133 MAN. † Sed adhuc quæ sunt causæ iustam excusationem præbentes?

ROB. Multiplices quidẽ, tum vel maxime ętas, infirmitas, domesticũ funus, et tale quid, aliud hic non aliter enumerãdũ breuitatis, gratia et uidendũ alias in can. peruenit. 18. dis.

134 MAN. † Nunquid recedere possint añ expeditionẽ ꝯcilii.

ROB. Nequaquam, adeo ut pœna antedicta puniantur, si id ipsum facere ausi fuerint, quasi concilii neglectores, ut in cano. si quis aũt, præalleg. 18. dist. & in cano. certum. 11. q. 3. & sic cum canonice uocati venire contempserint, aut añ finitum concilium abire præsumpserint, vel ẽt si conciliaribus præceptis, ut ibidem dicitur, postq̃ illuc venerint, obedire respuerint. Et hæc de personis conciliaribus tacta sufficiant, ut iam, quemadmodum proxime diximus, finiamus, oram soluentes, & vela dantes ventis, ut ad ipsius concilii quoque disputationem, seu disputationis portum perueniamus.

MAN. Postquam hoc ipsum desideras, quod & ego ex te scire etiam quam maxime cupio, & precipue quidem, quia nihil relictum est a nobis, quo ad prædicta amplius desiderã dum enuncia, faxit ita Deus optimus maximus, ut loquaris ex animo, & ardenter, sicut cępisti, quoniam futurum ipsum sperabimus, ut non minus vtilitatis capiant lectores salibus tuis quam uoluptatis leporibus, quibus scates plurimum, & concinnitate loquendi.

ROB. Mittamus ista quæ ab ingenuo uiro longe aliena esse debent, & rem ipsam euestigio aggrediamur.

MAN. Ergo adulatoris nota me ipsum hoc modo tacite subaccusas.

ROB. Absit, immo moneo te, vt caueas ne adulationibus assuescas, & adulatorem agas.

MAN. Quomodo adulatorem agere possum, si libere loquor semper qua de re tu etiam aliquando me reprehẽdisti.

ROB. Non semper libere loquimur, nec omni tẽpore quin aliquando etiam adulatoris personam agamus, quamquam oĩa nunc in bonam capienda sint partẽ ut iam incipiamus.

MAN. Incipe, quia non te amplius interrumpo.

ROB. De concilio igitur loquuturi nunc quid primum expediat, atq; dicendum a nobis sit, ante omnia cogitemus.

135 MAN. † Crederem ego prius a diffinitione esse sumendum exordium, ut quid sit id, Cic. teste, de quo disputatur, intelligamus.

ROB. Nec secus faciam, tum vel maxime, quia definitio ipsius rei, quæ definitur, quiditatem ac essentiam ostendit, &
136 verus est docendi modus, † immo Arist. dicebat, nos essentialia cognoscere non posse alicuius rei, ni si nominis definitionem accipiamus, quæ nihil aliud est quam breuis & circunscripta rei adhuc explicatio omnia accidentia nihilominus manifestans. ostendentes post hæc vnde dicatur, quotuplex sit, quando debeat celebrari, quæ solemnitates in eo adhibeãtur, an unus pro omnibus respondeat, an papa concilium dissoluere possit, & alia quam plurima, prout inter loquendum nobis occurrerit.

MAN. Quid ergo concilium sit, dicas, unde cætera fere omnia scire postea facile possimus.

137 ROB. † Concilium breuiter nihil aliud est, nisi generalis quædam fidelium venientium collectio, auctoritate summi pontificis regulariter conuocatum.

MAN. Quare generalis.

ROB. Quia, ut statim dicemus, quędam etiam particularia sunt, ut sic hoc vnum ab aliis differre videatur, alias definitionem tradidissemus cum genere, tum differentiis carentem, haud dicendum.

MAN. Recte quidem loqueris, sed rursum quare fidelium dixeris, explica.

ROB. Dixi, ut omnia accidentia manifestarem, & dubita-
138 tionis tollendę gratia amplius, † q̃ q̃ infideles concilio adesse nec possint nec debeant, quod etiam Auero. de anima com. 3. docet, & habetur singula singulis referendo, † in l. quę dubitationis, & in l. non solent. ff. de reg. iu. & in l. 1. in § quãuis ff. de ven. inspi. & in l. 1. in prin. ff. de ęstima. actio. & in l. iam hoc iure, in fi. ff. de vulg & pub. sub.

MAN. Falleris, quia plerunq; ipsi quoque vocati et impetiti admittuntur, puta si ꝯ p̃cepta propiæ legis aliquid faciant.

ROB. Verissimũ, i. vtique. ut puniantur, nõ vero vt prosint
139 concilio, † ex quo omnes sumus oues Christi, licet non omnes de ouili ipsius, & sanctę matris ecclesię, ut in c. quod super his. de vo.

140 MAN. † Sed quomodo hoc ipsum esse potest, cũ dicat Apostolus. 1. ad Corinth. c. 5. & transumptiue tex. in c. gaudemus, de diuor. & in caño. multi. 1. q. 1. de his qui foris sunt nihil ad nos, sensusq; sit, eos canonibus non ligari, quod etiam refert Abb. pa. in c. 1. in 2. col. de consti. & Ancha. latius in cons. 242. incip. Christianissime, in prin.

ROB. Immo ꝙ nec aliter, esse potest, cum prædicta intelligãtur respectu excõicationis, & fidei, ad quam sola Dei optimi maximi gratia uocari debent, non compelli, ut in cano. de iudæis. 45. dist. & declarat Abb. in d. c. gaudemus, in 4. col. Dixi etiam auctoritate pontificis, & regulariter tandem, ne-
141 graueris me interrogare totiẽs, † qa alia quoque ꝯcilia sunt, q̃ sine summi pontificis auctoritate, siue eius legati, celebrari

ri possunt, vt in cano. regula, in §. porro. 2. dist. & 12. dist. per totum, & subijciemus statim.

MAN. Non grauantur, qui discunt, si maxime interrogantes sint curiosi, vt ego.

ROB. Consilium hoc tuum laudo, sed a me parum discerepotes, præsertim hac in re in qua doctissimus es, & semper inscitiam dissimulasti.

MAN. Vt video ad vomitum adulationis pristinum necesse est reuertamur obiurationis medicamento comprimendum, ideo ad alia transeamus, vnde concilium scilicet, vt proposuisti, dictum sit.

ROB. Quam libentissime, si primum tamen me excusatũ habueris, diffinitionem vnicam tantum huiusce rei tradidis-
142 se † quoniam periculosę communiter sunt, & nulla, quæ nõ facile possit subuerti, vt in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. & in l. 1. ff. de reg. cato. & in l. mora. ff. de vsu.

MAN. Excusatione opus non est, tum ratione prædicta, tum etiam quia breuitati semper, & maxime nunc, quod & supra quoque testati sumus, est consulendum.

143 ROB. Concilium igitur dictum est ab intentione communi, ex quo fideles, vt diximus, cõuenientes in vnum omnem mentis obtuitum dirigunt, sicut supercilia, quæ oculorum sunt, conueniunt, ipsos claudẽdo, adeo vt qui sibimet dissen-
144 tiunt, concilium non agant, quia non consentiunt in vnũ, & inde etiam synodus, græce, latine vero concilium, cætus, conuentus, & simile quiddam, vt in cano. 1. in §. synodus. 15. dis. & tradit post Isido. li. ethimologia. 6. cap. 15. Card. in proę. clem. in §. nec sane, in princ. dicta pariter a syn, quod est con, & odos, via, quia ad synodum homines diuersis itinerib. accedunt. vt in locis præalleg. legitur.

MAN. Placet mirum in modum, sed forte dici etiam potest, a concio concis appellatum fuisse, quod idem est quod conuoco, quasi fideles simul conuocentur.

145 ROB. † Longe melior est canonis decisio, quoniam concire est cum aliqua perturbatione, vnde Comi. hic facit tranqllitatem, iste omnes fletus concit. & ab vrbe condi. Liu. 1. elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, conciuntq. miraculo, vt fit, rei nouæ, atque in dignitate homines.

146 MAN. † A consensu etiam, uel consilio, & a concalando simul, i. conuocando, deriuari adhuc dicere possumus, quoniã in vnum locum fideles conuocantur, ut de summa rerũ deliberent, quod etiam Cæsar. 2. bel. ciuil. sensit his verbis, quibus de causis, concilio conuocato, de summa rerum deliberant & alibi Poe. conciliumq. vocat diuum pater atq. homi-
147 num rex † vnde conciliare quoque animos hominum dicimus, amicitias, beneuolentiam, & similia, i. vnire simul, coniungere, & vinculo quodam fere indissolubili connectere.

ROB. Nec secus dici potest.

MAN. Ideo aliud, quod sequitur, si placet, explica.

ROB. Quomodo placere hoc idem mihi non possit, haud
148 video, te hortatore immo potius impulsore, ea de re scias velim, † concilium triplex esse, generale scilicet, prouinciale, & episcopale, episcopale, quod quilibet episcopus in sua diecesi celebrat, prouinciale vero archiepiscoporum, vna cum suf-
149 fraganeis suis, † Generale autem quod a nobis nũc maxime disputatur, papæ & omnium episcoporum, uniuersalem ecclesiam repræsentans, vt no. in summa. 17. dist. & in cano. regula, in §. 1. 3. dist. & in c. cum olim, de accus. & in c. quod super his, de ma. & obe. & per Car. in d. §. nec sane.

150 MAN. † Non ne concilium etiam id dici debet, quod agunt monachi.

ROB. Minime nisi lata quadam significatione, ut etiam alia quamplurima, stricte vero capitulũ, quod & tu nõ ignoras, appellatur, tũ vel maxime ut a supradictis differat, & de materia habetur alias io c. ea quæ, & in c. in singulis, de statu mo. & ad propositum, omnium episcoporum dixi, quia in ordine nullus, ut alibi declaratum fuit, in ecclesia maior reperitur, & qa ij, non ꝙ alij excludantur potissimum adesse debẽt.

MAN. Sapienter, iam. n. os aperueram, obiectioni occurristi, & ex te scire hoc ipsum uolebam. Sed aliud dicas quæso,
151 † quare est ꝙ concilia generalia & prouincialia raro fiũt, episcopale vero quotannis, vt in cano. abbates. 18. q. 2. in cano. annis singulis. 18. distinctio. & in c. quod in dubiis, de maio. & ob. & ex causa plerunque bis in anno, vel si id consuetudo dictaret, quemadmodum in conciliis fuit alias determinatũ, & legitur vtrunque in can. de conciliis, & ibi Car. Alex. & in cano. habeatur. 18. dist.

ROB. Quia magno esse videntur detrimento Christianis, & plus dico tibi, ꝙ generale solum hac ratione raro celebratur, quodq. prouinciale differri non debet, quominus ipsum quoque singulis conuocetur annis, vt in c. graue, de præben.

MAN. Rationabile inquam est, quoniam labuntur nimia licentia clerici, nisi frequenti conuocatione lapsi comprimãtur, & instituantur taliter, vt non labant facile in gñali haud ꝯsiderabile, in quo alia maioris põderis tractantur, quemad-
152 modum suo loco dicemus. † Attamen crebro etiam generalia facta esse reperiuntur. Constantini tempore, a quo ortũ habuere, tum & maxime Nicenum, Constantinopolitanũ, Ephesinũ, & Calcedonense, quæ sicut sancti Euangeli libros se venerari beatus Greg. dicebat, ex quo in istis etiam, cum in eis peruersum Arrii dogma, Eunomiiq;, Macedonij error, Nestorii impietas Euticetis deniquæ ac Dioscori prauitas destruatur, destructumque inueniatur, velut & quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, vt can. 1. & in cano. sicut 15. dist. & alia quamplura. quæ non refero, etiam Clementis. tempore nedum Constantini.

ROB. Multa quidem esse possunt, & raro quoque facta, & non ita generaliter, vt nunc, adeo ut nec tantum detrimenti etiam pateretur tunc Christianitas.

MAN. Cogitaram non aliter esse posse, ex quo hoc etiam
153 in locis a te allega. traditur, sed aliud scire cupio, † quid differat generale a lateranen. quod in suprascriptionib. cano. video annotatum quam sępissime, neque tu diuidẽdo unum ab altero declarasti.

ROB. Non declaraui, ex quo te id ipsum scire arbitrabar, quod tamen, & si dissimules, nec ignoras.

MAN. Vtcunque sit si non mihi, aliis saltem declara.

ROB. Faciam quidem animo quam promptissimo, & dicã nihil differre, qm̃ vtrumq; generale est, vnum Lateranense appellatum, quoniam in eo præfuit Alex. 3. celebrato alias de anno. 1579. aliud vero generale, Inno. 3. pariter celebratũ ante de anno. 1225. quorum mentionem facit Ioannes Andre. in capitulo nemo. in secunda colum. de electio. in 6. & in
154 c. cum apostolica. in 3. de his quæ fi. a pręla. si consen. cap. † & Lateranen. dictum est quemadmodum Lugdunen. Sardicẽ. & similia, ut supra & de quibus in di. c. nemo, & in clemen. 1. de sum. trini. & fide catho. & in cap. non debet, de consangui. & affinita. & in cano. quod dictis, & in cano. prima anno tatio, & vbique quid in eis tractatum fuerit. 16. di. † mitto Car-
155 thaginen. Zozini papæ, congregatum, vt ostenderetur, nihil publice agi debere sine Romanæ ecclesiæ consensu, & Vercellen. leonis, in quo Berengarii error damnatus est, quamquam postea illustratus optime vixerit. & Cõstantien. quod Sigismundi Cęsaris iussu, ad scisma tollendum, nouem & triginta annis durauit, & in quo pariter Ioannes, licet inuitus, pontificatu se abdicauit, & ad perpetuas carceres apud Aldebergam Germaniæ oppidum dedecorose condemnatus fuit, & damnatus inde Benedi. Boldrinus Galliarum papa adulterinus, cum apud cathaloniam in opido Paniscolæ munitissimo se cõtineret, assereretque, pertinaciter, se Christi vicarium, ac etiam multæ hæreses, tum vel maxime Io. viglef, & duo eius discipuli, combusti amplius, Ioan. hus, & Hierony. eo. quod dicebant sequentes dulcinum Nouarien. hæresiarcham, mulieres communes, ecclesiasticosque pauperes, ad imitationem Christi, esse debere, cum ex tanta diuitiarum copia populi scandalizarentur, & actum denique de nouo pontifice eligendo, ut unaquęque natio sexprobatos viros, & Deum timentes deligeret, qui vna cum Cardinalibus hoc ipsum facerent, & euestigio Otto Columna Roma. diaconus Cardinalis tunc electus est tanta omnium letitia, quãta dici posset, vsque adeo ut omnes etiam ea de re illlachrimarent, & Florentinum Eugenii, quod Gręci maxime abhorrebant, & qui post multas disputationes tandem conuicti fatebantur, spiritum sanctum a patre filioque procedere, non a patre tantum, quemadmodum profitebãtur. quodque in azimo triticeo pane corpus Christi cõsecraretur. purgatorium, & locum ipsius, & ultimo loco. Ro. pontificem verum esse Christi vicariũ, Petriq; legitimũ successorem, ac primum in orbe Christiano locum tenentem, cui & orientalis & occidentalis ecclesia parere teneatur, & Romanum denique, ꝙ proprio ore fędauit Marcellinus, idolatrię crimen confessus, & qui coram Diocletiano se Christianum professus capitalem sñiam suscepit, & alia pene innumerabilia a nobis nunc non recitanda, quoniam difficilius exitum quam principum inueniremus, & de Marcellino latius per Archid. in cano. nunc autem, in 1. col. 21. di.

156 MAN. † Nunquid, hæc enim & si scitu digna sint, sufficiẽt tamen, nec potest consilium tuum non summopere commendari, agere, seu pertinaciter tenere ꝯ concil. hæresis sit.

ROB. Absque dubio, maxime contra quatuor paulo supra enumerata, & in l. inter claras. in §. suscipimus. C. de sum. tri. & fi. catho. & deciditur in l. quicunque. C. de hære.

MAN. Ergo concilium errare non potest.

157 ROB. † Immo potest.

MAN. Igitur & secus teneri quam in eo determinatum sit, dummodo id rationem habeat.

ROB. Nec istud rursum in dubium venit. si damnatum reperiatur, ut Cabilonen. & Meldonen. in quibus rapta cum ra-

raptore matrimonium contrahere haud poterat, & male, vt habetur in cano. placuit, & in cano. de puellis. 36. q. 2. & in ca. primo. 20. dist. & in c. fin. de rapto. alias non, immo quod nec errare simpliciter potest, seu perseueranter, in spectantibus 158 ad fidem & mores, † sicuti nec ecclesia, pro qua Christus indesinenter orauit ne deficeret, vt in cano. a recta, & in cano. pudenda. 24. qō. 1. & in c. maiores, de baptis. quæ hac ratione 159 efficit etiam, † vt nec suspectum possit recusari. secundum Abb. Panor. in c. 1. in 4. col. de iud. idque parum officit, quod in facto dicti matrimonij errauerit, quia perseueranter non fuit, vt dixi. ex quo Christus illud statim ab errore, reuocauerit Hiero. authoritate, vt in locis præallegatis legitur, & absurdum certe esset hoc dicere, cum in nomine spiritussancti conueniāt, ergo nec secus quam sancta & approbata fidei tenant concilia, teneri quoque a nobis debet pariter.

MAN. Opinionem tuam, quam mirifice certe declarasti, laudo, & probo, & maxime ne prudentiæ nostræ inniti videamur, ac ad idem præponere quæ agenda, vel dicenda sunt, sanctorum patrum decretis. c. ne innitaris. c. 1. de constit. l. 1. 160 cum vulga. ff. de offi. quæsto. † Nihilominus tamen adhuc aliud a præsenti instituto haud alienum restat, nunc primū a nobis peruestigandum, cuius sententia præualeat, si concilium contradicat papæ.

ROB. Crederem ego concilij sententiam esse præferendā, quandoquidem, vt proxime dicebam, id ipsum Spiritussan-161 cto cooperante congregetur, † & quia Apostoli simili modo. ipsi enim primi concilium celebrarunt Antiochenum, iuxta no. in cano. sacrosancta. 22. dist. cum Petro statuebant, q̄q̄ ipsum vt caput, & summum pontificem haberent, & legitur Act. 1. 6. & 15. cap. vbi Mathias in locum Iudæ electus est, & postea Stephanus, & alii ex omni parte, ad tollendam pharisęorum seditionem, ex quo aliqui eorū dicebant adhuc cir-162 cuncidere oportere. † Considerando quoque, vt Archi. inqt pariter in can. Anastasius. 19. dist. periculosum fore fidei causam vnius hominis iudicio relinquere, cum maxime peccare possit, ut in d. can. Anastasius, & in cano. Achatius q. 1. & in cano. nunc autem. 21. dist. in concilio & vniuersali ecclesia, quemadmodum supra dictum fuit, haud considerabile, & 163 plus, † quia Christus soli Petro, quamuis ipsi per prius potestatem non dederit, sed omnibus apostolis communiter, qn̄ dixit accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. vt in cano. ita dominus. 19. dist. audiuimus. & in §. 1. 24. q. 1. & in cano. in nouo. 21. dist. & Io. 20. c. ac Matt. vlt. & rōni 164 est ēt consonum, cum videant plus, vt est in prouerbio, oculi q̄ oculus, † firmiusque sit iudicium plurimorum sententia comprobatum. c. prudentiam, de offi. deleg. c. præsenti. c. deliberatione, de offi. leg. in 6. & hoc modo arguit pariter Calde. in consil. 12. inci. an beneficia, de præben. & longe melius esse duos quam vnum, quia solus cum ceciderit, subleuātem non habet, Immo q ferrum ferro acuitur, & faciem amici 165 sui exacuit homo, difficiliusq. funiculus triplex disrumpitur vt Ecclesias. 4. & Prouer. 28. adeo vt non ab re ēt sit si tres mulieres ad Christi Sepulchrū accesserint. Mar. teste c. 16.

166 MAN. † Tamē papę potestas maxima est & adeo maxima, ut eius facta concilii iudicio non subiaceant, quemadmodū legitur, in cano. nemo, & in cano. aliorum. 9. q. 3. & in can. & est fides, & in cano. rogamus. 24. q. 1. & in cano. si papa. 40. di-167 stin. & in cano. dudum. 3. q. 6. & in c. significasti, de elect. † vn̄ etiam ipse, & solus quidem ipsius concilii statuta interpretatur, immo limitat, & tollit secundum Ioan. And. in d. c. significasti, & probatur in c. statutum, de rescrip. in 6. & in cap. 168 vbi periculum, & ibi gl. de elect. eo. lib. † & eo præsente acta concilij dictantur. c. ad apostolicæ, de re iud. in 6. cap. pro humani, de homi. eo. li. c. sacro, de sen. excom. c. cum tu. de vsu. solus in eo statuit, vt in cano. 1. 60. distinct. & in cano. multos. 44. dist. & in cano. canonibus 16. qō. 1. & in cap. statutum. de præben. in 6. & supra concilium est, quoniam quicquid facit, facit absque dubio ut Deus, ita vt eius voluntas præ cæteris, & iure merito dominari debeat. c. quanto. capitu. inter corporalia, de transla. pręla. c. super literis, de rescrip. cap. cui non de pręben. in 6. & per multa tradit Ancha. in consil. 239. incipiē. parum, in 2. colum. & in consil. 404. incipien. tria du-169 bia, in principio. † & Bal. in l. si ut proponis, la prima, in principio. C. quomodo & quando iudex. subijciens, reuerentiam fieri Deo, si fiat Papæ, quodque feriæ, quas induxerunt Perusini propter felicem aduentum eius sunt mixtæ, tam repentinæ, quam in honorem Dei, & facit tex. in l. non distingue-170 mus, in §. sacerdotio. ff. de arbit. † nec superiorem habeat, in hoc mundo, secundum Hostien. in summa, in §. finali. ad finem. dicens, & faciens quicquid sibi placet, inquit idem Hostien. in capit. ad honorem, ante finem, de aucto. & vsu pal. 171 † & tanquam dominus, habet enim potestatem a Deo alij aurem prælati ab ipso, ut per Ioan. And. in cap. cum ex eo, ad fi. de pœni. & remis. trahens ad se omnia, Spec. teste in §. nunc de episcoporum, in versi. 43. de dispen. & est arg. in c. q in du-172 biis, de consec. eccle. vel alta. † a pape dictus, quæ est interiectio admirantis, & idem quod admirabilis, vsque adeo vt a Bithinis vsurpatum quoque inueniamus adoraturos montium cacumina ascendere, ibiq; hac de re Iouem papam, vt papeum Scyte, salutare solere, habens denique plenitudinē potestatis, ordinis ratione, subiecti, naturæ, fortitudinis, & vnitatis, vt delarat, late Præpo. Alex. in c. per venerabilem, in §. quod autem, in pe. & fi. col. qui fil. sint legi.

173 ROB. † Hæc sine dubio vera sunt Mantua, & intelligūtur, vt in locis præallegatis continetur, respectu eorum, quę sunt iuris positiui non in concernentibus fidem, & vniuersalem statum ecclesiæ, quia tunc maior est orbis urbe.

MAN. Federe ergo distinctionis conuenicmus in unū nec dissentiemus inuicem, ut primo casu concilium præualeat, papa vero secundo.

174 ROB. † Dixisti & est verum si legitime tamen electus sit, quoniam alias non Deus in terris, sed diabolus esset, nec claues regni cœlorum habens, sed inferni, & apostata maledictus ut dicitur cano. si quis apostolicæ. 79. distincti. per quem ita etiam sensit Bald. in l. impetrata. in principio C. sen. rescin. non posse.

MAN. Nemo sane aliter diceret, cum abusiue sint tales, si sint, sed non quales esse debent. l. paulus. ff. de verborum significa. l. 2. §. primo. ff. quemadmo. test. ape. l. 1. ad municipa. ad alia igitur transeamus, quoniam quo ad hoc vnum satis diuagati sumus.

ROB. Et forte plusquam liceret adeo ut ibi statim obtemperandum sit.

MAN. Tum vel maxime quia multa supersunt, adhuc tractanda.

175 ROB † Celebrari ergo concilium debet, ne te morer amplius, & quæ dicere instituimus sequamur vltra, ante quadragesimam, & circa autumnum maxime vt in canone, decernimus. 18. dist. in c. sicut olim, de accus. & de vienen. quod inchoauit M. 311 Chale. Octob. & anno sequenti terminatum est. 6. die Aprilis, in cle. cum sit naturæ, de censi.

MAN. Cur sic temporibus istis.

ROB. Quoniā, ut arbitror, aptiora sunt corpori & animæ.

MAN. Nullum est tempus, quod animę aptum non sit.

ROB. Vnum tn̄ aptius est altero, q est quadragesime, & ieiunij, ac de re institutū, vt ex toto corde saluti intēdamus, & q̄a gula peccauit, clausitq. nobis paradisi portas, ieiunium ve-176 ro peccatum correxit, & portas aperuit, † & quia Moses ēt quadraginta diebus ac noctibus ieiunauit, ut legem accipere Dei mereret, Exo. c, 24. & Niniuite simul, ut misericordiā impetrarent, Io. c. 2. immo q nec Helias a ieiunio abstinuit cum esset quadraginta diebus vsque ad montem Oreb peregrinatus, quemadmodum. 3. Reg. c. 19. dicitur.

177 MAN. † Ieiunio quoque Adam & Eua in aquis pęnitentiā egerunt, Iudithque vilis fœmina, historia nota est, Holofernem vicit, & vt Reg. 1. c. 7. habetur. paruus exercitus magnū ac numerosum superauit penitus. Dic tādem solemnitates quia hoc ipsum admittendum est, nec scire quo tempore celebretur multum expedit.

178 ROB. † Ergo minus quæ solemnitates in eo adhibeātur, ex quo non sunt multæ, & si narrauero tibi, missam spiritussancti dici debere in primis, prælatosq; post hæc conciliares indutos vestib. sacris esse debere, iuxta no. in c. cum nobis, & in c. q sicut, de electio. & in c. cū ecclesia sutrina, de cau. po. & proprie. & in c. vt apostolicę depriu. in 6. satisfactū iri, putabis

MAN. Plusquam satis in quam putabo, nec secus Vincentiæ actum est.

ROB. Dixisti iā, & a missa spiritus sancti amplius inchoatū

MAN. Vtinam id ipsum perfectum fuisset quoniam hæreses nunc pullulāt, lutheranæ, quæ sancti concilii determinatione fuissent etiam sine dubio radicitus extirpatæ.

ROB. Nusquam tardum esse solet diuinum auxilium implorantibus. idcirco si pullulant nunc, arescent tamen cito.

MAN. Maxime est sperandum, Paulo tertio. vt diximus Duce, cuius nutu quam primum aparebit. omnia silebunt, & conticescent.

ROB. Videbimus.

179 MAN. Necesse est, † sine motibus tam magnis Petri nauicula fluctuet, quæ tamen mergi haud quaquam potest, quoniam mergeretur simul fides Christi, quod non est dicendum quouis modo, ut supra & in canon. a recta, & in cano. hæc est fides. 24. q. 1. alleg. sępius.

ROB. Etiam quod papa esset hęreticus, peccator, ignarus, & insufficiens, quoniā in vno remanere pōt, vt post Christi mortē in beata virgine remansit q̄q̄ fœmina, quod & Abbas Panormit. declarat in capi. maiores. in secunda. colum. de baptis. & maxime quia si alias graues passa est persecutiones, 180 haud mirum videbitur nunc ab istis insectari, † Nam Nero

ro primus hoc ipsum fecit, cum Petri miracula videret, adeo vt ipsius iussu Annolinus consul Mediolanum ingressus Geruasium, Protasium, Celsum, Nazarium, & plerosque alios martirio coronauerit. Eam persecutus est ēt monstrum illud ingēs Domitianus Vespasiani filius, cum se Deū nominari & coli amplius voluisset. Dein Paulinus Traiani mādato Christianos inuasit. Quarta sub Adriano fuit, ex quo Faustinus, & Iouita, ac alij quamplures multis miraculis martiriū sibi compararunt. Quibus nec inferior esse voluit commodus, qui auditis Calimeri beati Meritis, contra idola prædicātis cum plagis percussum in puteum proijci mandauit, Christianos vero in templo, quod eidem dicatum fuerat, tumulari. Huic, postea successit Maximus, sub quo, mitto quod sacerdotes ecclesiarum odio habuerit incredibili, Vrsula & sorores martires sanctissimis operibus declarantur. Sub Decio autem Laurentius, & Agata, qui etiam Mediolani templum sancti Francisci scortis & commessationibus fœdauit. Nec pręconis vox, cum Maximianus triumphans ciuitatem hāc ingrederetur, silentio pretereunda est, dicentis tunc concurrite ciues, Deos reportate patrios, vos procul ab vrbe prophani, vos hinc recedite Christiani, nolo alia, quia longum esset, prosequi, sed cum Poeta dicere, Dabit Deus his quoque finem.

181 MAN. † Dabit certe, quia violētum aliquid diuturnum, ut philosophus inquit, esse non potest, ideo ad alia transeamus 182 † debet ne vnus, vt proposuisti, in concilio pro omnibus respondere?

ROB. Debet utique ut no. in cano. petimus. 1 1. q. 1. & in cano. bene quidem. 96. dist.

MAN. Sed aduersari iura alibi, & expresius quidem uidentur in c. 1. de pa. & in c. 1. de obligatio. ad ra. in illis uerbis, uniuersi dixerūt, recte statuit sanctitas uestra, ut pax seruaretur, & pacta custodiantur.

183 ROB. † Hoc nihil est, quoniam uniuersi respondent, etiam si per unum id faciant. l. 1. §. omnia nostra facimus. C. de uete, iure enucleando. l. ita autem. §. gessisse, de administrato. tut. & habetur in simili. §. lex est, iuncta glo. instit. de iure natu. alias confusio esset maxima in ipsarum rerum decisione, & finiretur nunquam.

MAN. Placet, nec est cōcordia hæc aliter improbanda ubi prius maxime dubitabam.

ROB. De singulis dubitas tu, & si dubitandum non sit.

184 MAN. † Nimirum, quia inutile non est, & quia ueritas aliter inueniri haud potest, ut Modesti. Iurisconsult. dicere solebat, & refertur in l. secunda in §. mixta. ff. de muneri. & honoribus, & idem in cano. uentum, prima quæstione prima, dicente etiam Socrate, mirificum hoc habuisse bonum quod ipsum seruabat, quoniam sine rubore uerecundiæ ad discendum semper se præparabat, cui Trasymachus quoque obijciebat, ut interrogaret, & nō responderet, disceret, & non doceret.

ROB. Dummodo molestū tibi non sit, scias mihi gratam esse quamcunque tuam interrogationem.

MAN. Si mihi molestum esset, iam me hac molestia silendo liberassem, quod nec factum est, nec fieri debet, ut omnia quæ ad rem ipsam necessaria fuerint, quantum tamen satis sit, & iure merito quidem, absoluantur, ea pro-185 pter quod ultimum est perfice, † si papa scilicet concilium dissoluere possit.

ROB. Glo. in cap. ubi periculum, in uersic. concilio, de electio. in 6. tenuit quod sic, cum sit super omnia concil. c. significasti, de elect io. & idem in cano. bene quidem in fine. 96. di. 186 † & ita etiam fecit Eugenius. 4. qui Basilien. concilium dissoluit, seu transtulit.

MAN. Noluit tamen translatum illi consentire, statuens papam id facere non potuisse, ex qua altercatione multa mala in ecclesia orta sunt, & scisma perniriosissimum Christianitati, ut in eius uita legitur, & non ab re forte, quia æquū minime uidebatur ipsum dissolui absq; ipsius concilii requisitione. c. 1. de reg. iu. l. nihil tam naturale. ff. eodē. & sentit gl. prius in d. c. ubi periculum.

187 ROB. Hoc idem iam decisum est supra taliter ut firmiter tenere debeamus, subsistente iusta & legitima causa dissolui ab eo posse, alias autem non, tum uel maxime quia excepta semper uidetur in quacunque dispositione, l. si hominem. ff. manda. l. procuratoribus, C. de procuratorib. l. si cum Cornelio, cum uulgar. ff. de solut. considerando quoque quod cum caput sit ipsius concilij, ad ipsumque congregatio spectet regulariter, ut suo loco diximus, non repetēdū aliter ad eum etiam debet, & maxime ex causa spectare dissolutio seu translatio.

188 MAN. Omnino cōsonat. si ex causa fiat, ut dicis, ne alias de inconstantia reprehendatur, quæ si in alio detestabilis est, in summo pontifice longe magis esset detestabilior.

ROB. Et præcipue quādo ad tertij præiudicium redundat. l. de die. §. si qui satisda. cog. l. pomponius scribit si negocium 189 in fin. ff. de nego. gest. † In tantum vt alibi non immerito iniquitas appelletur in l. iusiurandum, in prin. C. de reb. cre. & temeritas in l. cos. C. de mo. mulcta. & tradit Bal. in l. ius ciuile, in prin. ff. de iusti. & iur. culpa haud carens, vt in l. edita. C. de edendo.

MAN. Si leges actus alios improbant sine causa factos, vt not. in l. 2. in §. circa. ff. de excep. do. & in l. filiusfa. in §. diui. ff. de leg. 1. & in l. si cum aurum. ff. de sol. multo plus dissolutio 190 nem concilii factam simpliciter improbabunt. ca. vbi periculum, de electio. in 6. l. 1. §. sed & si quis. ff. de carbo. edic.

ROB. Verissimum est, nec rationibus adduci possum, vt secus credam, ea de re omnib. absolutis, ad tertium veniamus quæ in concilio tractanda sint.

191 MAN. Immo aliud adhuc restat. decisione necessarium, † si duo de papatu cōtenderent, an concilium inter eos iudicet.

ROB. Certe negligentia fuerat prætermissum, nunc diligēti responsione compensandū, & dicēdum breuiter quod sic, sensisseque vr̄ glo, aperte in cano. si duo. 79. distin. & in cano. concilii, in §. hinc ēt 27. dist. & in cano. concilij constantien. inci. frequens, continetur apertius, ex quo Tertiū decidi quoque videbitur.

192 MAN. † Recte sentis, quia eligentes alias in causa propria iudicarent & male. l. 1. C. ne quis in sua cau. l. nullus. C. de iudæ. & ideo licet in Imperatore admittatur facile, quia superiorem non recognoscit. l. bene a zenone. C. de quad. præsc. l. deprecatio. ff. ad leg. rod. de iac. honeste tamen facit, si causā alteri committat, illique se subijciat, vt in l. est receptum de iur. om. & ibi gl. no. & Bal. in l. proxime, in fi. ff. de his quę in testament. delen.

ROB. Nec scisma facile tolleretur.

193 MAN. † Non ne posset hoc ipsum iudicare imperator?

ROBERTVS. Non, quia spiritualia negocia a laicis tractari non debent. c. decernimus de iudi. capitu. cum laicis, de reb. eccle non alie. capi. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. nisi habilitentur a papa, vt in d. capitulo decernimus, not. & per Belenzi. in trac. de charita. sub. in 71. quæstio inc. vtrum papa. quod in præsenti disputatione esse non potest, si de papatu contenditur.

194 MAN. † Sed dic rursum cum ad papam spectet vt suo loco diximus concili congregatio, & legitur in cano. 1. & in cano. concilia, in §. hinc etiam 17. disti. & in cano. ideo. 1. q. 6. quis tunc congregabit, si de papatu contendatur.

ROB. Imperator, qui est aduocatus & defensor ecclesiæ. c. venerabilem, de electio,

MAN. Ergo spiritualia tractabit negocia, quod tamē negabas, proxime.

ROB. Hoc ipsum nō est negotia spiritualia tractare, & dato quod esset, quamuis non semper liceat, interdum tamen a 195 lege cōcessum est, vt isto casu, † tum vel maxime quia imperium processit a Deo, quemadmodum apostolatus a quo ēt coronatur, & sic diuinitus, adeo, vt cum ecclesia fraternizet, secundum Bal. in d. l. bene a zenone, ad fin. per text. in consti. quomo. opor. epis. in prin. & quod adeo coronatur, dicit ibidem. in 2. tn̄ lectu. & forte hac de re inter cætera, vngitur, & consecratur. vel dicamus q ipsi congregent, & est verius, ad sollicitudinem Imperatoris.

196 MAN. † Scirem libenter alia, quæ necessaria sunt, vt imperet, & a quibus eligatur.

ROB. Diuagatio erit ad rem ipsam parum faciens.

MAN. Immo multum, nisi tibi loqui molestum sit.

ROB. Molestum mihi esset tibi morem non gerere.

MAN. Ergo hanc sitim euestigio seda amenissimis eloquētię tuæ fontibus, & præsto sis vt bibam.

ROB. Peramanter, & ardenti quidem animo faciam, ab vltimo, idest ab electoribus incipiens, dicanque vti verum est, si credere volueris, olim ab exercitu eligi solitū, vt in cano. legimus, 91. dist. hodie vero ex consuetudine, quā leges haud aspernantur, a Germaniæ principibus, quorū tres clerici sūt, quatuor vero laici, clerici Archiepiscopus maguntinus, qui est etiam Cancellarius Germanię, Colonien. Italiæ, & Treueren. Galliæ, Laici, Comes Reni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgen. & Rex Boemiæ, quorum meminit glo. in capitu. ad apostolicæ, de re iu. in 6. Comes rursum dapifer est, Dux ensem portans, Marchio camerarius, pincerna vero Rex. vnde versus. Maguntinensis, Treuerēsis. & Colonensis, quilibet Imperii sit cancellarius horū, Et palatinus dapifer, Dux portitor ensis, Marchio præpositus camere pincerna Bohemus.

Hi statuunt Dominum cunctis per secula summum.

197 Et talis ordinatio facta fuit, nec sine causa, ne in Imperio succederet sicuti tunc. ex quo Ottones tres successiue vnus post 198 alium imperarunt anno alias. MC. † & ad propositum atque post hæc alia esse necessaria, facta electione ipsius, forma. n. est,

est, vt supra nominatim conueniant in Treueren. diœcesi ad statuendum diem electionis celebrandæ per ipsos, seu per ipsorum partem maiorem, in oppido Franchfort, & ibi postea fiat electio, ut declarat Ioan. And. in addit. spe. in tit. de rescriptis. præsenta. in §. fin. tum vel maxime vt cum decreto electionis præsentetur Papæ, & illa eadem canonice examinetur, ac approbetur persona electi, Deinde in Regem assumatur, vt promouendus pronuncietur, vngatur, & consecretur 199 † ultimo denique coronetur, & tribus quidem coronis, ferrea. s. argentea, & aurea, quemadmodum in dicto capit. uenerabilem, traditur, & in clement. ne Romani, de iureiur. & in prohem. C. in rubrica.

MAN. Quare tribus?

ROB. Quia totius mundi dominus est l. deprecatio, etiam. supra alleg. ff. ad leg. rob. de. iac. & optime facit quod dicitur ad idem alibi Luc. 2. exiit edictum a Cęsarę, vt describeretur 200 vniuersus orbis, † & quia mundus in tres diuiditur partes, in Asiam, Aphricam, & Europam, & probatur amplius quod harum partium sit dominus in l. final. C. de tempor. appel. & in l. 1. C. de officio. præfec. præto. af. & in l. cum appellatio. C. de appellationibus.

MAN. Et forte etiam quia Romani homines triplici solebant lustro honorari, vt not. in rubri. C. de in d. libro 10. vel qa triades siue ternarius numerus omniū est perfectissimus, perfectosque gignit, senarium scilicet, & nouenarium cuius 201 auspitio preces tertio, ac libamina repetuntur, † unde Harmonia etiam tres Symphonias continet, Diapasson, Hemiolion, & Diatesseron. Tribusque mundana perfectio, constat, ex quo monadem fabricatori Deo, Diadem procreanti materiæ, Triadem vero idealibus formis aptamus, & anima similiter, quæ rationem, iracundiam, cupiditatemque malo 202 rum omnium fomitem habet, † Sed cur sic ferrea, argentea, & aurea?

ROB. Quia ferrum fortitudinem dissignat, qua rebelles uincantur, supplicio digni, & inimici sanctę fidei Ghristianę conculcentur. Argentea, vero ut claritas iustitię ac fidei, quę maxime in eo desiderantur, undique clarescat, & aurea denique, vt uirtutibus omnibus præstet, seque cæteris excellentiorem ostendat, ut aurum, quod metallis omibus absque dubio diiudicatum est preciosius, & in locis præallegatis continetur.

203 MAN. † Accipit, seu coronatur ne trib. his coronis ab una eademque persona?

ROB. Nequaquam, sed ut diuersę sunt, eas etiam a diuersis. cap. s. ab Archieriscopo colonien. alteram a Mediolanen. tertiam uero summus pontifex ei imponit, & non immeri- 204 to. ex his, ac eo redeuntes unde discessimus † concilium congregat, seu ad sollicitudinem ipsius congregatur.

MAN. Immo ut prius uideretur dicendum imperatorem ipsum ad hoc teneri, ex quo olim etiam ipsum congregarunt, Constantinus, Iustinianus, Carolus, & alij de quibus in cano. habeo. 16. dist. & in cano. 5. ea. dist. & in cano. sancta. 15. dist. & in cano. continua. 11. quæstio. 1. & in canon. Adrianus. 63. distinctione.

ROB. Verum est, sed hodie pontificis onus uidetur, ad soli- 205 citudinem tamen, ut dictum fuit, ipsius imperatoris, † cuius maxime interest pacem esse in Romana ciuitate, & multo magis in toto orbe, quod esse non potest, si de papatu contēdatur, dicente Luc. 11. omne regnum in se diuisum desolari, & domum supra domum cadere, & ad idem in Catili. Salust. cōcordia paruas res crescere, discordia uero quam ma- 206 ximas dilabi solere, † & Plato. in 5. de Iusto nullum perniciosius ciuitati malum fore, quam quod eam diuidit, & ex una plures facit, nec aliud in homine, quem de limo terræ creauit Deus, & fœminam de costa eius, nisi in unitate cōcordia, dictus inde non ab humo, ut plerique aiunt, sed a cōcordia, & consensu, ex quo græce omonus concors, omonia concordia, & consensus appellatur, & omono concordo, siue cōsentio, qui etiam quamdiu unus fuit peccatum non commisit, multiplicatus uero deliqt. Anima rursum e corporis uinculis difficulter recedit, quod ex eo uidere licet quia omnia membra conspirant ad ipsius hominis salutem seruandam, unoque dolente cętera dolent. mundi quoque partes ab ipso orbis Architecto concordi quodam discrimine conditæ, & connexæ sunt, nec animalia inter se hac de re pugnant.

MAN. Videtur ne tibi hæc diuagatio hand necessaria?

ROB. Diuagatio non est ista, sed illa, quam supra proxime de Imperatoris electione tuo suasu fecimus.

MAN. Vtcunque sit. nulla debuit prætermitti, uerum sci- 207 re aliud exopto, † quid si neuter congregare nolit, & id ipsum detrectet, ad quem spectabit congregatio?

ROB. Ad collegium cardinalium, ex quo sunt in possessione eligendi papam. capitulo ubi periculum, de electio in sexto, ita ut ad ipsos spectent etiam, & iurę merito, omnia, quæ sunt ad electionem consequentia, capitulo ut præteritæ, capitulo cupientes. §. ad hæc, eo. ti. & lib. & not. in cano. si. in simili. 65. dist.

MAN. Optime quidem nisi & ipsi dissentiant in conuocando, vel alia quacunq; de causa, quia tūc necessario esset onus hoc alij deuoluendum.

ROB. Verum est ex supradictis.

MAN. Quis ergo conuocabit ipsum?

ROB. Imperator hoc casu solus, & non alius ad ipsius sollicitudinem, vt supra, quia cum in eo trāslata sit iurisdictio & potestas vniuersi orbis. l. 1. §. nouissime. ff. de origi. iu. l. 1. §. cū n. C. de vete. iu. enu. repræsentat totum populum Christianū, & sic omega reuolabit ad alpha retraheturq; extremitas ad principium vt in cano. ab exordio. 35. distin. & in l. si vnus, in §. pactus, in uer. quod in specie. ff. de pactis. ex quo cōuocatio, vt diximus, olim fiebat per imperatorem, postea per papam, deficiente ergo papa, & his qui eius loco subrogantur, seu nō 208 conuocantibus, ad ius pristinum reuerti debemus, † & est simile in eo, qui iustitiam consequi non potest a superiore, vt auctoritate propria sibi ipsi ius dicat, secundum Inno. in ca. olim. 1. de resti. spo. & not. in cano. ius gentium. 1. dis. & ar. in cano. nos ad fidem. 16. di. & in cano. satagendum. 25. q. 1. & ad propositum tex. in terminis in cano. fi. 95. dist. ubi negligente illo, ad quem deuoluitur congregatio vicinorum episcoporum pro ordinandis episcopis locorum, ipsi populi conuocāt conuicinos episcopos.

MAN. Possumus iam ad tertium deuenire, quod propositum est, ex quo esurientem me satiasti, adeo ut nil amplius possit desiderari.

ROB. Possumus inquam, quamquam, ut dixi, ex his id ipsū decidi uideatur, repetenda tamen, cum aliter, & ad aliud quidem enunciata fuerint.

MAN. Eoque magis quia non omnia enunciasti.

ROB. Quomodocunque res se habuerit, dicam quia decies etiam (ut Poe. inquit) repetita placebunt.

MAN. Præsertim pulchra, qualia ista sunt, & a te dicta.

ROB. Dummodo tibi placeant, qualiter cunque dicantur non possunt esse non pulchra.

MAN Placent mihi, quia dicuntur saltem fideliter, multoque magis placebunt cæteris, & posteritati, sed ne in nos Hiero. inuehatur, mortiferos syrenarum cantus taxans, surda aure hæc transeamus, & ad institutum nostrum redeamus.

ROB. Times ne te adulationis uitio reprænendam.

MAN. Quomodo hoī mihi amicissimo & beniuolo possū adulari, in quo omnes ueneres quoque reperiuntur?

ROB. Non te moror amplius, & quia ut figulus ollis ansas ponit, sic adulationis, occasionem respondens totiens tibi pbere uideor.

MAN. Et ego tacēs (loquere ut uis) aures tibi attentissimas admouebo.

209 ROB. † In concilio igitur & tandem scias tractari potisimū de his, quæ ad catholicam spectant fidem, ut corrigantur scilicet hi qui ex catholicis in fide errare reperiuntur, & quid tenendum sit, statuatur, quod in Nicena, Constantinopolitana, Ephesina, & Calcedonensi synodo obseruantum extitit, ut suo loco supra dictum fuit latius, & nō ab re adhuc ex his Tertium decidi testati sumus.

210 MAN. † Ego quoque hoc idem semper sum arbitratus, ad eo ut Imperator iure merito, quemadmodum proxime dixisti, concilio adesse possit, non ad potentiam ostendendam, sed ad fidem confirmandam, religiosissimi principis Constātini exemplo, ut in d. cano. nos ad fidem. 96. di. quamquam aliqui contrarium sentiant, ex quo de fide disputare non licet. l. nemo. C. de sum. tri. & fin. catho. & habetur in cano. cū quibus. 24. q. 3.

211 ROB. † Non licet dubitando, quoniam dubius in fide est hęreticus, alias autem sic. l. quoniam. C. de epis. & cle. capitulo dubius, de hære. & in cano. satis. 96. distinct. & in cano. uides. 13. quæst 6.

212 MAN. † Contrarium sentiebant ex alio etiam, quia ad solū papam quęstio hæc, & sacramentum ecclesiæ pertinere uidebatur, per tex. in cano. memor, & in cano. quotiens. 24. q. 1. & in c. maiores, de baptis. & in c. ut debitus, de appella. & in ca. quamuis, de electio. in 6.

213 ROB. † Et adhuc male ac perperā, primaque opinio uerior, quam etiam gl. tenuit in cano. Anastasius. 19. di. si maxime intelligamus, prout intelligere oporet, cōcilij decisionem esse, congregarique debere, si de totius ecclesiæ iudicio constet, 214 quoniā tunc papa hæreticus esse posset, & in fide errare, † tota uero ecclesia non, ut in cano. si papa 60 di. & in cano. a recta. 24. q. 1. alias Christus, qui pro ea orauit, mendacium dixisset, haud præsumendum, immo nec cogitandum, iuxta illud Psal. 88. quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita, & tradit

tradit Abb. pa. in d. c. maiores, in 2. col. uel dicamus sic, regulariter papam solum, causam concernentem fidem, ecclesięque sacramentum, decidere posse, institutum autem ab ecclesia sine concilio, non, & iura omnia concordabuntur.

MAN. Cum sit concordia ipsorum iurium & doctorum inde ita declarantium. haud est improbanda.

ROB. A ratione præcipue non aliena, quod plene intellexisti, nec te ipsum latet.

MAN. Sunt ne alia concilio indigentia?

ROB. Quamplurima quidem.

MAN. Quæ.

215 ROB. † Si de papatu contendatur, vt supra dictum fuit late, & sic scismatis ratione, quod in ecclesia Dei maximum est malum, exemploque docetur, in Dathan & Abyron, ut nume. 16. & transumptiue in cano. denique. 7. q. 1. quos terra vi- 216 uos absorbuit. si a fide adhuc papa ipse deuius inueniat † Vel si bonū agatur vniuersalis ecclesiæ. aut ipse papa rursum notorius peccator sit, & taliter quidem, siue peccato tali, ut tota ecclesia Dei pariter scandalizetur, ut in cano. si papa. 40. dist. & in cano. anastasius. 19. dis. & in cano. si duo, & in cano. 217 si quis pecuniam supra etiam alleg. 71. dist. † & breuiter lites omnes ac iurgia, in quacunque prouincia subortæ, si aliter sopitæ non fuerint. ut in cano. multis. 17. di. & in cano. de cōcilijs. 18. di. & in cano. habeatur, & in cano. propter ecclesiasticas, ea. di. intelligendo quoque de laicis, ut ibi gl. declarat, & probatur in cano. duo sunt genera. 12. q. 1. & ad propositū latius. in c. qualiter & quando 2. de acc. & seq. & in capitulo graue, & ibi per Inn. de præb. & in capitu. in singulis, & in cap. ea quæ, de sta. mona,

MAN. Vt coniicio, ad metam properas, & cæptum iter cur- 218 su videris sic peregisse, † ex quo aliquibus enumeratis, generale verbū subiecisti, quod fieri etiam solet. l. si seruus seruū. §. inquit lex. ff. ad leg. aquil.

ROB. Non ne iam videtur tibi tempus?

MAN. Immo ab instituto plurimum deuiasse videmur. & prolixitati indulxisse, sed quia delectant me ualde quæ dicis, vtiliaque sunt, & varia vltro experi debent, & concertatio desiderari.

ROB. Vt vides non est amplius nobis argu. loquendū. de psonis. n. conciliaribus diximus, de ipso concilio, deque his, q̄ in eo tractātur, adeo ut nihil aliud restet, nisi Deum optimū maximum precari, si hoc ipsum, quod futurū speramus, fiat, ita cordibus hominium in sit, adiutorque sit omnia bene, feliciterque uertant, & christianitati consulatur.

MAN. Christianitati iam est consultum sanctissimis ecclesiæ, aliorumque conciliorum legibus veritatem continentibus, quæ, ut Io. 14. ait, nihil aliud dicitur, quam ipse Deus, ita vt dubitandum non sit, quoniam æterna etiam est, & immutabilis, quā nec sathanas subuertet, aduersarius sonans, siue transgressor, ex quo ei non parum aduersatur, nec sequaces peruersorum dogmatum sectiores violabunt. quominus spū sancto cooperante confirmetur in melius, & hæreses omnes, prouidentia maxime Paul. 3. pō. maxi. extirpentur radicitus.

ROB. Scio iam consultum esse, sed tamen quia mendatio peruertuntur, consultum libere dici non potest, aliaque necessaria sūt, ut destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis ecclesia ipsa Deo secura seruiat libertate.

MAN. Iam non negamus, sed factum hoc est facilimum uolentibus.

ROB. Non solum uult pontifex, verum etiam optat, signa que ipsa demonstrarunt aperte per eum haud stetisse, et magno quidem dispendio.

MAN. Ipsi negotium hoc sinamus, et ad nostrum reuertamur, dixisti. n. arg. nobis loquendi amplius non esse, et tamē mihi adhuc multa super esse vn̄r, quę longissimum expetūt tractatū, pręcipue an concilium iurisdictionem habeat præsente papa, si ipm pro hęresi deponere possit an prohibere ualeat, ne quis hoc casu cum eo participet, nunquid vl̄e dicatur, si papę legatus pręsit. an in eo risus, strepitus, et tumultus, cessare debeat, et si papa deponit Imperatorem, nunquid rursum concilium cōgregandum sit, et si possit tollere papę cōstitutionem. item dispensare, absoluere, et alia facere quę ad solum papam spectāt, uel ipsi soli reseruata sunt, an canones cōcilij sint preferrendi dictis sanctorum patrum. quomodo olim procederetur. et an a cōcilio liceat appellare, et ad quē possitque adiri per viam querelę, ubi esse dicatur ratione ecclesię nunquid antiquoss canones seruare debeat, et per cōmissarios papę denique congregari.

ROB. Sciebam esse etiam alia multo plura, sed talia quidem omnia, ut ex his q̄ disputata sunt, facile deciderentur, & quia ante nos alii etiam, licet ordine uario, & vsq; ad stomachum, quod aiunt, longe copiosius & diffusius scripsere.

MAN. Non ab re tamen erit ea simplici verbo decidere, ne quęstionem relinquant legentibus, ita, ut statim quoq; finias nec ego te amplius lacescam, uel saltem loca citare vnde decisionem hauriant, & expischentur.

ROB. Non possum certe tibi, votisque tuis non obtemperare, ni verbosi nimium videamur, quod si obijciatur, hoc ipsum tibi etiam erit ascribendum.

MAN. Curiositas hæc commendationem habet potius q̄ repræhensionem ex quo natura scire omnes desideramus, ea propter molestiam hanc mihi relinque.

ROB. Vtinam possem tibi relinquere alias etiam omnes

MAN. Si relinqueres, nec ego homo tui amātissimus recusarem, sed iam loca dicas ne pplixitatem fugientes paulatim in eam incidamus.

ROB. Cito inquam, & properanter quidem, ratione supra dicta, dico (singula singulis referendo) de his tractari in cano. cuncta per mundum. 9. q. 3. & in cano. si quis in supra scriptione. 25. q. 2. & in cano. cum pastoris. 2. q. 7. & in cano. si quis dogmata. 25. q. fi. & in cano. quod quis. 35. q. 9. & in cano. nullus. 24. di. & in can. in nomine domini. 22. di. & in c. 1. de simo. & in c. in fidei & ibi Arch. de hære. in 6. & in cano. sicut. 2. q. 7. & in cano. si papa. 40. di. & in c. graue, de præben. & in cano. anastasius. 19. di. & in cano. cōuenientibus. 1. q. 7. & in cano. in loco 5. q. 4. & in c. ad apostolicæ, de re iud. in 6. & in cle. ne Roma. de elec. & in c. 3. de cle. excom. mi. in cano. mutationes, & in cano. ep̄s de loco. 7. q. 1. & in cano. presbyter. 72. di. & in cano. de libellis. 20. dist. & in cano. tria. 36. q. 2. & in c. 1. de ser. non ordi. & in c. osius, de elec. & in cano. consilia, in §. hinc ēt 17. di. & in cano. bene quidem. 92. dist. & in d. cano. conuenientibus. 1. q. 7. & in c. 1. de pac. & in cano. actione. 22, q. 4. & in cano. si iubet, & in cano. aurelius. 26. q. 6. & in cano. sane. 24. q. 3. & in cano. quod quis. 35. q. 9. & in cano. sicut excellentiā. 23. q. 3. & cano. generalis, in fi. 54. di. & in cano. quamuis. 21. di. & in cano. in noua. 25. q. 6. & in cano. si quis. 25. q. fi. & in d. cano. conuenientib. 1. q. 7. & in cano. hoc nequaquam. 7. q. 1. & in cano. cum adrianus. 63. di. & in can. 1. 70. 16. di. & in ca. in ea. c. di. & in cap hoc translationem. de offi. deleg. alia pleraque adduci potuissent, sed cum hæc satis sint, silentio inuolui debent.

MAN. Promissis standum est & maxime qnia non tam qd aures tuę pati possint, cōsiderandum est, quam quid uirtuti, & præstantiæ tuæ debeatur.

TRACTATVS DE CONCILIO

Dominici Iacobatij tit. sancti Clementis.

SANC. ROM. ECCLES. CARD.

SVMMARIVM.

1 *Nomen concilij vnde tractum sit.*
Concilium quasi consilium. ibid.
Concilium a communi intentione. ibid.
Concilium a con & cilium. ibid.
Concilium a concio concionis. ibid.
Concilium a societate multorum in vnum. ibid.
Concilium a communi uoluntate conuenientium. ibi.
Concilium non a consensu, sed a calando. ibid.
2 *Verbi conciliare significatum.*
3 *Hæreticorum sodalitates, non concilia sed conuenticula appellandæ.*
4 *Nomen concilij in quo significatu accipiatur.*
5 *Rectius significatum concilij cum pluribus alijs personis significatis.*
Et infra num. 6.
7 *Arg. ab etimologia siue Allusione an sit validum.*
8 *Synodus quid.*
Et cętus quid.
Et infra num. 13. & 14.
9 *Concilium quid secundum S. Thom.*
Contra quod num. 11.
10 *An omnes episcopi orbis concilio interuenire debeant.*
12 *Diffinitio car. de Turrecrem.*
15 *Diffinitio concilij magis generalis.*
Et alia num. sequent.
17 *Nomen ecclesia quot modis dicatur.*
18 *Ecclesia in quo differat a sinagoga remissiue.*
19 *Quot sint genera conciliorum, uidelicet generale prouinciale synodale, & religiosorum, & quomodo vnumquodque celebratur.*

Vni-

20 Vniversale concilium quibus & quot nobis vel quando dicatur.
21 Inter generalia concilia quæ præcæteris observanda & quot in ipsis præfuerint episcopi remis.
22 Quatuor principalia concilia licet pluries celebrata, tamen dicuntur quatuor, quia in quatuor locis.
Nicena synodus sub quo fuerit celebrata imperatore & cuius pontificis tempore opiniones diversæ.
24 Vna solutio ad difficultatem supradictam.
25 Opinio auctoris.
26 Synodus Constantinopolitana ad quid fuerit congregata & propter quam heresem.
27 Quot patres improbaverint hæresim Arij.
Et quod accesserint Ario.
28 Iulius mortuo constantino sub constantio multa passus est.
29 Nicena synodus vbi & quo tempore celebrata.
30 Nicena synodus licet pluries congregata, tamen pro una reputatur & ratio quare.
31 Sexta synodus quare dicatur septima.
Et num. 32.
Et opin. Card. de Turrecrem.
Et infra num. 33.
34 Nicena synodus quare dicatur prima, cum sedes constantinopolitana obtineat primum locum post edem Romanam.
Solutio num. 35.
36 Arianorum hæresis.
37 Pafnutius vir sanctissimus non minora signa faciebat quam per Apostolos fierent.
38 Constantinus magnus, oculum Pafnutij euulsum propter confessionem sæpius auidioribus oculis demulcebat.
39 Spiridonis cyprij episcopi miraculum.
40 Symbolum secundum post Apostolos vbi editum uidelicet in concil. Nice. & a quo institutum vt cantetur in missa.
41 Athanasius quare fecerit symbo. quod dicimus ad primam, quod appellatur erroris exclusiuum.
42 Duo Symbola posteriora, apostolico, non fuerunt edita quia minus sufficienter in simbolo apostol. fides catholica contineretur, sed adueritatis explanationem & erroris exclusionem, & de pluribus symbolis ab alijs sanct. patribus editis.
43 Constitutiones in Nicena synodo editæ ad 21. vsque.
Sed fortasse plures. ibid.
Et infra num. 45.
Et vbi de illis 21. fiat mentio.
Et infra num. 46.
Et vnde processerit varietas numeri capitulorum prædictorum.
Et infra num. 47.
44 Ariana hæresis periculosior, Diuturnior, & vniuersalior cæteris & quare, & quomodo superata.
48 Vbicunque dicitur septima synodus nisi aliud exprimatur semper intelligitur de Nicena, & quare numero 50. sub quo. fuerit congregata, & quo millesimo.
49 Quatuor concilia quare dicantur etiam octo, quia Nicenum fuit congregatum bis scilicet 1. & 7. loco, constantinopolitanum, 2. 5. 6. & 8. Ephesium 3. calcedonense 4.
51 Constantinopolitanum concilium primum vbi, & sub quo fuerit celebratum.
52 Hæresis Macedonij quæ, & in quo concilio fuerit damnata.
53 Apolinaris & sabilii hæresis quæ, & in quo concilio damnata.
54 Constantinopolitana sedes quando in Patriarchalem fuerit sublimata.
55 Secundum concilium constantinopolitanum quando & contra quos fuerit celebratum & quæ hæreses in eo fuerint damnatæ.
56 Concilium constantinopolitanum tertium sub quibus papa & imperatore fuerit celebratum quando & quib. sedis Apostolicæ legatis & quæ heresis in eo fuerit damnata.
57 Diuersitas inter capitul. habeo librum, & capit. sexta 16. distinctio. & concordia.
58 Constantinopolitanum, quartum concilium qui fuerit damnatus, & qui restitutus.
59 Licet quatuor, i. quater fuerit congregatum concilium constantinopolitanum, pro vno tamen ponitur.
Concilium Ephesinum sub quæ papa & imperatore celebratum diuersæ tamen. opin. sol. nu. 60.
Et quæ hæreses in eo damnatæ.
61 Concilium calcedonense quo tempore, vbi, & a quot episcopis fuerit celebratum, in quo libri Manicheorum combusti. istius. concilii habemus c. quoniam 18. dist. & alibi.
62 Concilium Romæ celebratum post prædicta quatuor concilia.
63 Concilium Lateranen. & concilium generale de quibus in suprascriptionibus decretalium, quod dicatur.
64 Plura alia vltra prædicta, concilia generalia videlicet.
Carthaginen. African. Aurelian. 1. 2. Arelat. 1. 2. 3. Agathen. Antiochen. Toletan. quod fuit. 13. vicibus congregatum & aliquid dicunt de 17. vicibus.
Et infra num. 66.
Bracharen. Hispalen. Triburien. Illerden. Gerunden. Maleuitan. Cabilon. Terracone. Magalen. Turonen. Parisien. Elibertan. Melden. Magotien. Rotomagen. Remen. apud Aluerniaa. Lugdunen. apud Silua num. Maticen. Pictauien. Salegustan. Vuormacien. Laudicen. Magontinen. Epanen. Francomen. Beluacen. Maneten. Vrbicen. & de pluribus aliis remissiue. num. 65.
67 Generale concilium dicitur quia generaliter receptum est, non quia generale, & ecumenicum.
68 Ad quid & in quibus conferant concilia. & ibid. ad sex.
69 De origine conciliorum, & quo tempore ortum habuerint & an quo tempore petri celebrarentur concilia.
Et infra num. 70.
Licet ante constantinum non ita generalia.
Et infra num. 71.
72 Declaratio ad id quod dicitur quod Nicena sinodus fuerit prima.
73 Concilium non potest celebrari nisi in ecclesia fallit si concurrat Papa consensus.
74 Quod ortum habuerint tempore petri fundamenta.
75 Generalia concilia dicuntur respectu authoritatis pontificalis, & respectu vniuersalitatis, quia omnes si potuissent voluissent congregari, & ab eorum effectu quia omnes conuocantur & consulunt.
Et infra num. 77.
76 Ad c. 1. 15. distinct. intellectus.
78 Generale concilium alio modo quomodo intelligatur.
79 Concilium generale vtrum dicatur facere vniuersitatem vel dicatur vniuersitas remissiue.
80 Concilium an possit esse sine papa.
81 Concilio an debeant esse aliqui præsidentes.
82 In concilio existentes quib. vestib. vti debeant.
83 Qualitas vestium, facit aliquem iudicari talem.
84 Quilibet debet vti vestibus conuenientib. officio suo:
85 Sacra non nisi cum sacris vestibus tractanda sunt.
86 Diuina religio habet in ecclesiasticis officiis habitum diuersum a communi habitu.
87 Vestes prælatorum existentium in concilio quales esse debeant & quid denotent ibi & remissiue.
88 Papa in concilio quibus vestibus vti debeat.
89 Imperator & Rex si contingat eos esse in concilio quibus vestibus induti esse debeant.
90 Patriarchæ & Archiepiscopi in concilio non vtuntur palio, & ratio quare.
91 Papa non vtitur Baculo.
92 Forma Baculi pastoralis quid significet, alia significatio forma prædicta.
Et infra nu. 93.
94 Ordo sedendi in concilio, & primum obtinet, papa.
95 Episcopus Hostien. obtinet secundum locum.
96 Post Romanam ecclesiam nulla maior Hostiensi,
97 Patriarcha constant. obtinet de iure tertium locum.
98 Declaratio ad c. Constantinopolitanæ. 22. dist.
99 Alexandrina ecclesia olim post Romanam obtinuit primum locum.
100 Alexandrina ecclesia hodie quartum locum obtinet.
101 Antiochena ecclesia quintum locum obtinet.
102 Ierosolimitana eccl. sextum locum obtinet.
103 Præcedentia in concilio in quibus consistat.
104 Post quatuor principales Patriarchas sedeat in concilio Patriarcha Aquilegien. Bituricen. Graden. & Canturien. & istis præferuntur cardinales, num. 105.
Licet quidam dicant contrarium, nu. 106.
107 Suprascriptio facit ius.
Nihilominus seruanda consuetudo, num. 108.
109 Cardinales Diaconi de consuetudine Rom. Cur. præferuntur presbiteris card. exceptis episcopis cardinalibus.
110 Patriarcha Venetiarum loco Graden.
111 Iohannis Grassi opinio, circa præcedentiam patriarcharum Cardinalibus, & opinio Dominici sequenda. nu. 112.
113 Hodie Patriarchis etiam quatuor principalibus in Rom. cur. & in capella papæ præferuntur cardinales.
114 Constitutus in maiori dignitate aliquando ratione loci, & temporis postponitur.
115 Locus dextris est locus honorabilior.
116 Ordo literæ an locus magis attendendus in præcedentia cardinalium, & patriarcharum.
117 Rationes quare cardinales debeant præcedere quatuor principales Patriarchas.
118 Cardinalatu hodie nulla maior dignitas. & ratio ibidem.
119 Cardinales sunt vnum corpus cum Papa.
120 In depositione episcopi cardinalis requiruntur 72. testes. in car. presbiteri, 64. in card. diaconi 27. & quomodo hoc intelligatur.
121 Cardinalatus quod sit de iure diuino, opinio.
122 Argumenta ad probandum, quod cardinales debent præferri patriarchis, &c.
123 In promotionibus patriarcharum vocantur cardinales.
124 Causa cathedralium ecclesiarum solis card. committuntur.

Cardi-

125 Cardinalibus non committuntur causæ beneficiales non excedentes summam 600. duc.
126 Constitutio quod nulla maior sit dignitas vel habeatur in ecclesia militanti cardinalatu.
127 Cardinalatus facit hominem illustrem licet cardinalatus dicatur officiũ & Card. æquiparatur perfecto proprio qui est illus.
Et infra num. 133.
128 Digniorem vnum altero quid faciat.
129 Capitulo cum apostolis de cc.*. priores ponit in ordine episcopos quam cardinales.
130 Si esset habenda ratio ordinis patriarcha præferretur cardinali.
131 Non est habenda consideratio quod quis habeat nomen excellens ad hoc ut aliis præferratur.
132 Cardinalatus nomen aliquando capitur pro episcopatu.
134 Doctor legens per 20. annos dicitur Illustriss. & est communis opinio. & numero 135.
Et maxime si sit ad latus principis. ibid.
136 Consiliarii consistorii principis efficiunt illustres.
137 Patriarchæ sunt illustres, & sunt redacti ad instar Regum, quia multas prouincias regunt, immo etiam super illust. dicuntur nu. 138.
139 Papa & imperator sunt supra omnes gradus, & ab illis omnes dignitates descendunt.
140 Imperator Græcorum non est vniuersalis imperator.
141 Papa supra superillustres, cardinales, illustres, episcopi spectabiles, alii clarissimi.
142 Imperator inter laicos super illustris, Rex illustris, Duces & comites spectabiles Præsides prouinciarum clarissimi.
143 Rex dicitur etiam excellens.
144 Cardinales aliquando appellantur Reges.
145 Episcopus secundum aliquos dicitur illustris, vel est illustri similis numero 146.
147 Clarissimi minus est quam illustres & declaratio quando dicnutr clarissimi quando illustres.
148 Consiliarij principum sunt illustres.
149 Cardinales residentes in Cur. quibus æquiparentur, & quibus cardinales legati.
150 Habita consideratione ad dignitatem, est consideranda persona, quæ loquitnr, cui loquitur, & de quo loquitur.
151 Tituli proprie imperatoris & regis, licet aliter hodie sit in vsu.
152 Doctoris legentis per 20. ann. & assistentis principi titulus.
153 Cardinales sunt patritij scripti in Diademate principis, & quibus titu. eos desoret imperator.
154 Indispositionibus fauorabilibus comprehenduntur card. non in odiosis.
155 Et an idem de patriarchis.
156 Patriarcha dicitur etiam reuerendissimus, & beatissimus, nume. 157. & episcopus sanctissimus.
158 Archimandrite dicuntur reuerendissimi.
159 Cardinales a cardine, & qui regunt mundum, & declaratio authoris, & alia expositio, nu. 160.
161 Patriarcha est supra archiepiscopos.
162 Archiepiscopus vnde dicatur.
163 Patriarcha vnde dicatur.
164 Cardinales quandoque appellantur etiam filij a papa. & declaratio remissiue.
165 Papa vocat Reges car. reliquos principes dilectos.
166 Rector studii an præcedat episcopum in studio tanquam scholarem degentem.
167 Collegium cardinalium dicitur sacrum, alia nomina vide. Et infra numero 169.
168 Collegium Card. an possit dici senatus, & an æquiparentur antiquis senatoribus & in quibus.
169 Denominatio vt in pluribus sit a communiter accidentibus.
170 Card. quod successerint loco apostolorum remissiue, & non nisi ex magna causa recusantur vt suspecti, & declarati. nu. 171.
171 Patriarharum nomina plura quod non de facili recusantur suspecti.
172 Epiteta alia Cardinalium.
173 De donatis cardinalibus papa debet habere dimidiam, & econtra cum declaratione.
174 Cardinales an possint testari & de quibus rebus.
175 Cardinales non præstant iuramentum fidelitatis papæ. & ratio. episcopi vero & patriarchæ sic.
176 Cardinalibus non minuitur sanguis sine expressa licentia papæ nec eligunt sibi confessorem, est enim ordinarius papa, & in quibus Cardinal. hoc procedat.
177 Card. coadiutores & consiliarii papæ.
178 Episcopi etiam dicuntur pars corporis papæ, & quomodo intelligendum.
179 Vestes Card. quæ, & ornatus equorum qui.
180 Funus cardinalium si non habeant ecclesiam, nec hæredes, qui faciant, sic de patriarchis & epis.
181 Papa quibus quandoque nominibus appelletur.
182 Denominationes secundum diuersa tempora ecclesiasticis diuersæ, dantur.
183 Diuersa nomina in papa, remissiue.
184 Patriarchæ priuilegia. sed patriarchæ constant. duo plura. & numero sequent.
186 Ad card. legatum an appelletur omisso medio.
187 De priuilegijs patriarcharum, remissiue.
188 Constantinop. ecclesia consueuit esse scismatica.
189 Depositio episcopi est de specialiter reseruatis Papæ.
190 Collegij cardinalium iurisdictio sede vacante, remissiue, & eorum priuilegia.
191 Cardinali asserenti se esse legatum simpliciter creditur, & declaratio.
192 Ad c. nobilissimus 97. dist. declaratio, siue extensio.
193 Card. examinatus vt testis debet iurare.
194 Papæ dicto statur in his quæ gessit in cardinalatu.
195 Ad cap. Nobiliss. 97. dist. limitatio Ias.
196 Cardinalibus in præiudicium alterius non credendum, & quomodo intelligendum.
Et quid in asserente legatum, ibidem.
Et quid in delegato.
197 Residentes in curia excusantur a residentia in eorum beneficijs.
Et ratio propter assistentiam quam faciunt sum. Pontif.
Resp. authoris ad c. 2. de cler. non resid.
198 Tertium priuilegium card. de maiori numero testium & quare fuerit introductum vt non possint damnari nisi cum maiori numero testium, numero 218.
Et ibi intellectus ad c. præsul. 2. q. 4.
199 Quartum cardin. priuilegium deliberan. a morte condemnatum sibi obuiantem quædam pro confirmatione huius dicti num. 205.
Non habet locum in crimine læsæ maiestatis.
Item in damnato de hæresi.
200 Propter horrendum delictum delinquenti potest denegari aduocatus.
201 Repertus in flagranti crimine atrocissimo potest duci ad mortem imbauaiiatus ne loquatur.
202 In atrocissimis licitum est iura transgredi.
204 Quintum priuilegium Cardinalium, & plura alia per totum numerum.
205 Capit. felicis de penis in 6. pœna habet locum in iniuria verbali facta cardinali.
206 Priuilegia quæ ita conueniunt card. sicut episcopis, et patriarchis.
207 Penæ grauissimæ persequentibus episcopos.
208 Communis op. est quod papa ex se tantum, non explicat ardua sine consilio collegij card.
209 Cardinales a papa iudicantur & si deponuntur sine spe restitutionis deponuntur.
Exempla cardinalium restitutorum.
210 Quales debeant esse cardinales & de eorum statu, perfectione & gradu. numero 212.
211 Ad l. primam. de of. præfect. præt. extensio.
213 Quare card. non sit consuetum eligi de Alemania sed potius de terris peculiaribus ecclesiæ licet de omni natione possunt creari.
214 De numero card. remissiue.
215 Numerositate vilescit authoritas.
216 Patriarchæ a papa tantum sunt iudicandi & grauius puniuntur quam inferiores.
Declaratio ad id quod dicitur quod.
217 a sententia cardina. in causa sibi commissa appellatione remota, non appellatur.
219 Ratione prioritatis siue originis cardinalis an patriarcha præferatur.
220 Christianorum nomen in Antiochia primum ortum habuit.
221 Cardinalium origo secundum quosdam & quod fuerit tempore apostolorum, nume. sequen.
Vbi habetur declaratio ad tex. in c. oportebat, 79. distin.
223 Ad c. ecclesia 16. q. 1. declaratio.
224 Episcopus est nomen dignitatis presbiter ætatis. Dioconus hospitalitatis.
225 Præsuppositum quod card. fuerunt in primitiua ecclesia.
226 Papa, hoc nomen a quo tempore cœperit esse in usu.
227 Apostoli quod prius fuerunt vsi officio cardinalium quam episcoporum.
228 Papa potest eligi etiam extra collegium.
229 Cardinales si non essent qui eligerent papam & nu. 231. & vide Bald. opin. nu. 232. opinio auctoris nu. 233.
230 Clerus Rom. est caput cleri totius mundi.
232 Cardinales ex consensu tacito cleri Romani acquisierunt ius eligendi papam.
234 Cardinales an sint præferendi patriarchis.
235 Archiepiscopus nullus debet dici primas nihil appellatione archiepiscopi aliquando comprehenditur primas.
236 Archiepiscopus non debet habere de necessitate sub se x. episcopos.
237 Depositio episcoporum est reseruata papæ.
238 Patriarcha an præsente cardinali possit vti in signibus superioritatis, uidelicet, in deferendo crucem ante se, & quo casu non.
239 Pallium dare immediate dependet ab ecclesia Rom.
240 Archa Noe, & ecclesia comparantur.
241 Arg. quod patriarchæ debent præferri cardinalibus.

Et

Liber Primus: Artic. I.

RActaturi de concilio, congruum duximus ab inuestigatione definitionis eius exordiri. Nomen †igitur concilii, vt inquit Isidorus etimologiarum lib. 6. cap. 16. tractum est ex more Romano. tempore enim quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant. Vnde cõcilium a communi intentione dictum est quasi consilium, & consilium quasi considium, d, litera in l. transeunte. vel cõcilium dictum est a communi intentione, eo quod in unum dirigant omnes mentis obtuitum, cilia enim oculorũ sunt. Vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, qa non sentiunt in unum. Ita tex. in § synodus. 15. dis. c. primo. Vnde Archid. ibi dicit concilium dictum a con et cilium, quia illuc homines congregantur et conueniunt, sicut cilia oculorum claudendo conueniunt. Vel concilium dicitur a concio concionis, quia illuc plures conueniunt .i. conuocantur, et congregantur. Alberic. in dictionario dicit concilium dictum a societate multorum in vnum. Item Card. in proœ. cle. dicit concilium dictum a communi uoluntate conuenientium. Aliqui dicunt concilium quod conuentum populi seu populorum diuersorum in unum locum consulendi gratia significat, non a consilio siue consensu (vt nonnulli scripserunt) deriuari, sed a calando, hoc est a conuocando, eo quod omnes in vnum locum conuocentur, a quo locus ipse conciliabulum appellatur. Sed quia in conciliis ob multitudinem conuenientium mercatus fieri solebant, et neces-
2 saria comparari, factum est ut conciliare, †comparare atque emere sit, et conciliatio pro cõuentione accipiatur. Inde Terentius prodi male conciliate, id est magno precio empte. Hinc et cõcilio, pro eo usurpamus, q est amorẽ & beniuolẽtiam comparo. Vnde Virg. Tu sceptra Iouemq. concilias. Et ab hoc fit reconcilio, quod est in gratiam reduco & reconcilior in gratiam redeo. Sed in proposito nos conciliabulum, non locum concilii, sed quadam uocabuli deprauatione quasi conuenticulum vel concionabulum appellamus. Inde di-
3 cimus †hæreticorum & schismaticorum sodalitates vitandas, quia eorum conuenticula non ecclesia, id est fidelium congregatio, de consecra. distin. 1. ecclesia, sed conciliabula sunt appellanda, ut in cap. clericus. 24. quæst. 3. iuncto capit. multis. 17. di. & deprauatur nomen ad detestationem illicite factorum, ut ibi dic. Arch. Bal. tamen in l. 1. C. de man. vin.
4 dic. dicit, †quod concilium aliquando ponitur pro multitudine adunata & congregata authoritate superioris. Vñ virg. concilium quod vocat diuum pater atque hominum rex. interdum tamen ponitur pro præsidentibus concilio, & ita dicit, ibi glo. interdum ponitur pro loco concilii ut in capit. 1. de iudi. & in l. penul. ff. de iusti. & iur. Posset tamen te dedi concilium, si capimus eius etimologiam siue allusionem, quod supra dictum est ab Isidoro, & dicitur in d. c. 1. 15. dist. Sed forte etiam non ab re dici posset concilium quasi cõcinnium sicut concinnare, est cõsentire & cõponere, quia in concilio existentes conueniunt, inuicem consentiunt & cõponunt. Vel concilium, dicitur quasi concionis vocium, & sic prolatio concilij, quia concio concionis etiam suggestus siue locum significat, ut Liuius li. 1. vocato ad concilium populo summissis fascibus in concionem ascendit. Si quærunt unde dicatur concilium tunc rectè dicere possumus illud q
5 dicit Alber. & Cardi. ubi supra. †Imo & rectius dicere possumus concilium dictum a concilio concilias, eo quod ita ad conciliandum mentes hominum per normam recte uiuendi, quia conciliare est mentes hominum ad amorem trahere. unde Liuius li. 1. Aeneas aduersus tanti belli terrorem, ut animos aboriginum sibi conciliaret &c. Possemus etiam dicere concilium dictum, a concio concionis, quia concionari est orare, vt Salustius, concione aduocata huiusmodi orationem habuit, quia ibi fiunt orationes, conciones, ratiocinia & disputationes publicæ. Item possemus dicere concilium dictum a concio concis, quod est conuoco, vt dicit Archidia. in dicto cap. primo 15. distinct. vel a populi consensu vel a Coactione. Vel posset dici concilium, quasi cordis
6 concilium, hoc est cordis in unum intentum †siue concordium, quod plurimorum corda vniuntur. Inde concordia a coniunctione cordis dicta est. l. reprehendenda. C. de instit. & substit. sub condi. fac. c. indemnitatibus. de elect. li. 6. & ibi Archi. Vnde vnanimitas cordis vocum unitate cõprobatur. c. pen. de re iud. in 6. l. sicuti. ibi glo. in uerb. voces. ff. de arbit. Voces enim sunt notæ earum quæ in anima sunt passionum, ut ponit Bal. in rubr. C. si quis aliquem testari prohibuerit in 6. charta. Quicquid sit, omnis uocabuli allusio ad idem tendit. De quo etiam vide Iaco. Aluarotum in c. 1. epi-
7 scopum uel abbatem. in usibus feudorum. Verum † autem ab etymologia siue allusione uocabuli sit ualidum argumentum, uide in l. secunda. in §. appellara, & remissiue ibi per Docto. ff. si cer. pet. Et ad præmissa omnino uide Cald. in suo repertorio, in uerbo, concilium, qui dicit concilium dictum a concilio concilias. vnde conciliamur Deo quando primo a gentilitate conuertimur, reconciliamur autem quando post
8 peccatum pœnitendo reuertimur. Synodus † autem interpretatur comitatus, uel cœtus, ut dicit tex. in dicto cap. 1. 15. dist. in §. synodus. Et est nomen græcum, quod latine idem est, quod congregatio. secundum Abba. in d. c. Osius. Et ut dicit ibi Archidia. dicitur a syn. quod est simul, & hodos, uia, quia plures ibi per diuersas uias ad eũdẽ finẽ tẽdũt sm Hugonẽ.
Cœtus

Cętus etiam quid sit & quot modis sumatur, vide apud car. in cle. ne Romani de elec.

9 Quid autem sit concilium Sanct. Thom. secunda secundæ. q. 158. arti. 5. in responsione ad 3. argument. dicit quod concilium est in quo iudices interse conferunt de agendis, sicut quo supplicio aliquem dãnare oporteat. Glo. tamen 17. dist. in summa, dicit diffiniendo, generale concilium est illud quod a papa vel eius legato cum omnibus episcopis statuitur. Sed ista est potius demonstratio quam diffinitio. Et quod dicit vel eius legato, intelligitur de speciali mandato papæ, ut dicit glos. in capit. regula, eadem. distinctio. 17. & in §. porro. 3. distinctio. & dicunt etiam ibi doctor. Et quod dicitur ab omnibus episcopis, non intelligitur quod necessario debeant interuenire omnes episcopi orbis, quia erit generale concilium etiam si non interueniant episcopi totius orbis, vt patet in capitulo primo 15. distinctio. & in capitulo sexta, 16. distinctio. Vbi
10 patet †quod aliquando de centum & 50. episcopis, interdum. de 318. & plus & minus secundum facti contingentiam subsistebat & fiebat concilium. Et si hoc requireretur quod omnes episcopi totius orbis interuenirent, nunquam posset fieri concilium generale, quia nunquam omnes episcopi totius orbis congregarentur, & vbi debent concilia sæpius fieri, daretur occasio in contrarium. Vnde quod dicitur omnibus episcopis, dicitur potius respectu authoritatis, quia fit a papa ad ligandum omnes, ita dicitur per Cardinal. in glos. summæ. Vel posset dici, quod dicitur omnibus episcopis, dictum non ratione necessitatis, quasi habeant omnes interesse necessario, vt dicatur concilium, sed potius ad ostendendum, quod omnes possunt interesse, & quod omnes tenentur ire ad concilium vocati, nisi impediti alias non possent, vt in capitulo quoniam, & in capitulo placuit decimaoctaua distinctione. Dicitur ergo in genere concilium cœtus, congregatio, coadunatio, siue collectio personarum in vnum authoritate superioris disposita, ad tractandum, communi intentione, de rebus necessarijs. Quod etiam aliquando appellatur synodus, vt in capitulo secundo, vbi Abb. de cle. non residend. & dicit Abb. in capitulo osius de electio. & text. in fin. ibi iuncta suprascriptione, & in dicto capitulo
11 primo decimaquinta distinctione. Sed si † recte inspiciatur, etiam dicta diffinitio non est bona, quia non diffinit gene-
12 rale concilium, de quo agimus. Vnde cardinalis de Turræcremata decimaseptima distinctio. in summa recitatis quattuor diffinitionibus, dicit tandem illis improbatis ponendo suam, quod concilium vniuersale est congregatio prælatorum maiorum ecclesiæ, authoritate Romani pontificis, specialiter conuocata ad aliquid communi intentione solenniter tractandum in religione Christiana, papa in concilio præsidente, vel aliquo loco eius. Et istam eandem diffinitionem posuit iste cardinalis in suo tractato de potestate papæ libro tertio capitulo quinto, Quæ similiter non placet, ut infra dicam. Et huiusmodi concilium iura appellant synodum, ut supra dictum est, & probatur in dicto capitulo primo decimaquinta distinctione, ibi inter cętera autem concilia quatuor sunt uenerabiles synodi, & ibi secunda synodus, & in uersiculo tertia synodus, quarta synodus, & quatuor synodi principales & in capitulo sextam, & in capitulo quoniam, & cap. sexta 16. dist. & in cap. 1. de sponsa. Et de prouinciali & alijs inferioribus a generali, in c. quod super his, de maior. & obe. in c. episcopus iuncto. capit. placuit, & c. non oportet de accusa. in c. si episcopus metropolitan. cum tribus
13 capitulis seq. & quasi per totum. 18. distinct. Proprie † tamen synodus dicitur illa congregatio quam facit episcopus cum prælatis suis & clericis suę diœcesis, ut dicit Abb. in capitulo 2. de cle. non residend. Vnde ista confunduntur, & unum sumitur pro reliquo, ut di. Hosti. in capitulo ego. N. de iureiur. & probat tex. in capit. sua olim, de accusat. Vide Abba. in di-
14 cto capitulo ego. Cœtus † uero conuentus est uel congregatio, & sicut conuentus uel cœtus, sic & concilium societate multorum in unum, appellatuur, ut in dicto capit. primo 15. distinct. & dicit Isidorus ubi supra, Bal. tamen in l. prima, C. de tuto. & cura. illust. perso. dicit quod cœtus est numerus decem personarum Bart. in l. prætor. ff. de iniuriis dicit quod cœtus idem est quod turba, & quod decem personę faciunt populum. Intelligendo quod decem facerent cœtum. durum esset dicere quod cœtus ęquipolleret concilio, quia nõ credo quod decem personę tantum, facerent concilium, loquendo de generali concilio. Licet plura reperiantur concilia generalia celebrata cum paucissimo numero patrum, ut in capitulo sexta. decimasexta distinctio. & etiam cum minore numero quam cum decem episcopis, ut patet infra in articulo quare Nicena dicatur prima. Quæ magis dici possunt localia, & si dicuntur generalia, illud est propter authoritatem papæ gesta approbantis, & uide Cardinalem sancti Sixti in c. conuenientibus. 1. quæstio. 7. Vnde cœtus nõ dicitur cogregatio, coadunatio, & similia, ut ostendatur idẽ esse proprie quod concilium, sed sicut congregatio & cœtus est plurium personarum coadunatio, sic concilium, nõ quod tot personæ faciant concilium, quot cœtum. Aliquando etiã concilium potest appellari capitulum, vt not. abb. in c. cõsensus de reb. ecc. non alie. Sed quando loquimur de concilio, licet in dubio de generali videretur intelligendum vtpote digniori, vt in l. 2. C. de consulibus lib. 12. l. 1. & 2. ibi bar. ff. de albo scribendo, tamen additur generale, uel vniuersale, vel prouinciale, & sic de singulis. Et ista possunt induci ad statuta loquentia de concilio, synodo, vel cœtu, in quibus uerba capiuntur in proprio significatu, ut in l. quicquid astringendæ cũ
15 simil. ff. de verb. obliga. Datur tamen †alia diffinitio concilij in terminis de quibus loquimur, vltra supradictam, quæ est magis generalis, uidelicet quod concilium est generalis collectio conuenientium fidelium, præsertim episcoporum, authoritate summi pontificis, regulariter conuocata, siue etiã constituta, vel aliqñ Christi siue ipsius concilij authorit. suffulta. Præmissa vero quam ponit card. de turre cre. in trac. de potestate papæ li. 3. c. 5, uidelicet quod est congregatio maiorum prælatorum ecclesiæ authoritate Romani pontificis specialiter conuocata ad aliquid communi intentione solenniter tractandum in religione christiana, papa in ipso concilio præsidente, uel alio loco eius, non videtur conuenire concilio ex toto orbe, & ad quod conueniunt imperator, reges,
16 & alii laici homines. Vnde †forte posset sic dici quod concilium est congregatio prælatorum ex vniuerso orbe, & aliarũ personarum, authoritate, & de voluntate papæ conuocatarũ ad aliquid communi intentione communiter tractandum in religione christiana, papa in ipso concilio prælidente vel alio loco eius, & aliquando, Christi, siue ipsiusmet concilii authoritate suffulta. Hoc dico pro quando, vel sedes vacaret, uel papa esset hæreticus, & nollet concilium conuocare, in quo non præsideret papa. Vnde dic. Domi. in ca. propter, lo primo in fi. 18. di loquens de congregatione facta Pisis q cõcilium dicitur etiã vbi ecclesia caret pastore si prælati se cõgregant. Item concilium repræsentatiue dicitur ecclesia, vt ponit Abb. in capitu. significasti de electio. Vnde concilium Constantiense intitulatur sacrosancta synodus, vniuersalem ecclesiam repræsentans. Hoc autem nomen ecclesia
17 †quot modis dicatur, vide quod late habetur in trac. de beneficio. & quod dicitur in c. fi. post gl. ne præla. vices suas. 68. di. quorum vices. 7. q. 1. c. scire. Et in tabiena in uerbo ecclesia. & c. cum clerici de verb. signifi. de consecra. di. 1. capitu. ecclesia Io. An. in addi. ad specula. super rub. de immu. eccle. & in cap. fundamenta de elec. de vsu pal. c. 2. brix. in trac. de potestate eccle. Cardi. de turra cre. in trac. de potestate papæ in princip.
18 ubi etiam habes in quo differat †a synagoga. & c. 2. & 3. quot modis sumatur. Et quo modo dicatur regina per archiepiscopum floren. in principio tertiæ partis, cum tribus. §. sequen. & de eius vnitate per eundem cardi. in primo lib in 6. c. & quomodo dicatur sancta ibidem. capitulo 8. & late per eundem Gabrielem vbi supra. & ibidem quomodo dicatur catholica & cardi. cap. 13.

19 Quot autem sint genera †conciliorum, dic in effectu secundum innocen. in ca. graue, de præben. q quatuor. Primum uidelicet quod dicitur generale concilium, in quo præest papa vel alius eius loco, vt in summa 17. di. & in pluribus capitulis eadem di. & dicitur in c. significasti de elec. & dicetur pluries in progressu quæstionum examinandarum, quia debet concilium esse authoritate eius celebratum, alioquin non concilium, sed conciliabulum & satanæ synagoga diceretur, vt in ca. multis, cum aliis pluribus. 17. di. & in §. porro. 3. dist. & latius infra in quæstione ad quem spectar congregare concilium. Secundum est concilium prouinciale, cui præest archiepiscopus uel patriarcha uel primas. de quo in c. sicut de accu. & in d. c. graue, & c. 1. de offi. lega. & in d. c. si episcopus metropolitan. cũ tribus sequẽtibus. 18. di. Tertium est synodale, quod facit episcopus cum prælatis & clericis suę diœcesis, ut in c. decernimus. 18. di. & in capitu. quod super his, de maio & obedi. & dic. Abb. in d. c. ex gestis de cleri. non resi. de quo in c. de conciliis, & in c. puenit & in c. placuit. 18. di. & Aluarottus in d. c. 1. episcopum vel abbatem. Quartum est concilium religiosorum quod ea pitulum vocatur, de quo in c. in singulis, & in ca. ea quæ. de statu mona. Et de his quatuor generalibus cõciliis ponit Cardi. in proœ. clemen. in §. hæc sane in prin. & de tribus primis ponit Abb. in c. osius in quarto notabili de elec. Tex. tamen iuncta glo. in c. cõuenientibus 1. q. 7. facit tantum duo gña cõciliorum. videlicet vniuersalia vbi præest Papa vel legatus. alia vero localia, ideo forte sic dicta quia astringuntur certo loco. Vide tamen tex. in §. porro 3. di. & glo. ibi. Vbi & vniuersale concilium appellat interdũ prouinciale, quod est illud
quod

quod facit legatus in prouincia sibi decreta authoritate papæ, vt in capit. secundo de officio legat. in sexto. Vide etiam glo. 17. distin. cap. 1. quæ ponit genera conciliorum, uidelicet uniuersale, & particulare siue prouinciale, & episcopale. Primum est quod celebrat papa vel eius legatus cum omnibus episcopis, particulare siue prouinciale, quod celebrat metropolitanus & primas cum suis suffraganeis. 17. distinct. capit. 1. & 92. dist. si quis episcopus, & episcopale quod celebrat episcopus cum suis presbyteris. Primum non celebratur sine authoritate papæ, secundum non celebratur sine authoritate metropolitani vel primatis, nec episcopale sine authoritate episcopi. Metropolitanus tamen facit concilium sine authoritate primatis, vt d. c. si quis episcopus, & episcopus sine authoritate metropolitani. 30. distinctio. capitulo quando, & 12. quæstio. 1. capit placuit. Cardinal. ibi in dicto c. 1. 17. distin. & in tract. de potestate papæ lib. tertio. c. 2. ponit generale cum papa, quod dicit traxisse originem a primo cōcilio per petrum cum apostolis. Prouinciale ponit illud quod legatus de latere, aut alius ad hoc missus, celebrat cū primatibus, metropolitanis, & episcopis suæ legationis. Aliud quod celebrat siue primas siue metropolitanus, & hoc traxit originem a concilio actu. uigesimo, quod celebrauit paulus. Aliud episcopale, ab illo quod celebrauit Iacob. Ierosolymis, de quo, actu. vigesimoprimo. Quæ omnia redeunt in idem cum distinctione primo posita. Et idem etiam in effectu dicit Hostiens. in summa in tit. de constitut. qui ponit conciliorum alia vniuersalia siue generalia, quæ fiunt authoritate papæ decimaseptima distin. cap. nec licuit. Alia particularia, quorum quædam sunt prouincialia, quæ non possunt fieri sine authoritbte primatis vel metropolitani. 18. distinct. capitulo primo, & cap. quoniam quidem, quædam episcopalia quæ non fiunt sine authoritate episcopi. 18. dist. c. fin. Et tale concilium magis appellatur synodus, ut in c. sicut olim. §. 2. ad fi. de accusa. Et quod dicitur quod non licet episcopo tenere concilium sine scientia metropolitani, 19. distinct. c. 3. intelligitur proprie sumpto uocabulo, vel de prouincialib. in quibus canones constituuntur. Vide ibi Hostien. 20 Dicit tamen† cardinal. ut refert Alexandrinus in capitulo. 1. 15. distin. circa fi. in glo. quod concilium vno modo dicitur vniuersale quando ex toto orbe congregatur concilium, & tunc istud dicitur generale concilium, & de isto loquitur iste tex. & glo. quod Augustinus, in epistola vocat plenarium. Alio modo vniuersale dicitur respectu authoritatis puta quia papa aliquibus conuocatis de vna prouincia, vel de curia, decernit quod vult vniuersaliter obseruari. Et hoc satis potest dici vniuersale concilium, siue canon vniuersalis concilii. Et hoc modo procedunt contraria in c. Isidorus. decimasexta distinctio. & in capitulo celebritatem de consecratio. distinctione tertia, & in capitulo nunc autem. 21. distinctio. Et hoc modo conuenit vna diffinitio concilij generalis de qua supra diximus, restringendo, ad differentiam aliorum conciliorum, quæ possunt fieri per laicos. Adde tamen quod cardin. in proœm. clement. §. hęc sane, dicit quod aliquando cōcilium vniuersale denominatur a loco in quo est celebratum, vt puta si quid dicatur gestum in concilio viennen. sed per hoc non tollitur quominus dicatur concilium generale, ex quo illud papa celebrauit. 17. dist. in princ. & capitulo secundo. & capitulo nec licuit, quia omne concilium quod celebratur a papa, dicitur generale, secundum, quod dicit Felin. in capitulo primo de pact. cum refert Cardinal. ubi supra, Sed cardinal. hoc non dicit, sed quod concilium viennen. ex quo fuerat celebratum per papam, etiam dicitur concilium generale, ratio quia vbi in concilio non præest verus papa, vel alius eius nomine, non potest dici concilium generale, sed potius conciliabulum, Non tamen dicit, quod omne concilium quod celebratur per papam dicatur generale, quia papa potest celebrare cōcilium in patriarchio suo in vrbe, ut in capitulo Adrianus el secundo sexagesimatertia distinctione, & non erit proprie concilium generale, sed simile patriarchali, vt in capit. in synodo. sexagesimasecunda distinct.

Nunc igitur primo videamus de concilio generali vt digniori. Licet autem varia & di-

21 uersa fuerint † generalia concilia, quatuor tamen præceteris sunt obseruanda quasi quatuor euangelia, vel rectius loquendo sicut quatuor libri euangelij, vel totidem paradisi flumina, ut dicit text. in capitulo primo 15. distin. quia in his velut in quadrato lapidę sanctę fidei structura consurgit, ut in c. sicut. 15. dis. inqt Gregorius in registro. c. 24. in 1. li. & c. 102. in v. li. Primū Nicenū, s̄m Cōstātinopolitanū, tertiū Ephesinū, quartū Calcedonē. De istis simul facit mētionē text. ī c. 1. cū duob. seq. 15. di. & ī auth. de eccl. ti. ī prin. & in c. post trāslatione in prin. de renunt. & ī epistola nos reddentes. in §. suscipimus. C. de sum. trin. & fi. catho. & l. qcunque. C. de hære. & in cap. hanc consuetudinem. 10. quæst. 1. Ista enim quatuor cōcilia totam pene fidem complectuntur, vt dicit tex. in d. c. 1. & c. sicut, & in ca. sancta ea. di. & in c. sexta 16. di. Et ibi in dictis iuribus inuenies quot præsidentibus episcopis fuerint celebrata, & quid in quolibet principaliter fuerit sancitum, & seriosius per isidorum in libro conciliorum, & aliquid dicam infra in sequentibus. Sed & si qua sunt alia concilia, quæ sancti patres pleni spiritu sancto sanxerūt, post horum quatuor authoritatem, omni manent stabilita vigore, ut in d. c. 1. 15. di. custodiendaque & recipienda decernimus, dicit text. ca. di. c. sancta Romana in si prin. Et ista quatuor concilia principalia text. in c. sancta octo. 16. di. appellat octo, ideo, quia, vt dicit ibi glo. octies sunt celebrata, & quatuor sunt dicta quia

22 in quatuor locis sunt celebrata, ut in d. c. sicut. 15. dist. & hoc idem dicit hugo, & sequitur archi. ibi in d. c. sancta octo. Sed cardi. de turræ cre. improbat hoc per c. sicut. 15. di. vbi Gregorius tantum loquitur de conciliis quę præcesserunt eum, & tātum cōnumerat quinque, nec dicit quare sunt dicta octo, sicut in d. c. sancta octo. Sed credo ꝙ male improbet archi. & hugo. quia non dicūt ꝙ dicta quatuor concilia tempore gregorii dicta sint octo, imo per illum tex. sancta octo, potius demonstratur contrarium, videlicet quod dicta sunt octo post tēpora Gregorii. Sed vna insurgit dubietas in capi. sexta. quia in versi. prima vniuersalis synodos Nicena circa principium. §.

23 vult quod Nicena synodus sit celebrata † tempore papæ iulii sub Constantino magno cōtra Arium, præsidentibus. 318. patribus episcopis. postea ibi, in alio uersi prima autem synodus Nicena, dicit ꝙ fuit celebrata tēpore syluestri papæ & sub Cōstantino & contra Arium et præsidentibus 318. episcopis vt dictum est. Gl. ibi nihil dicit sed arch. ibi dicit qd Iulius fuit tertius a syluestro, quia successit marco. quod probat ex suprascriptione in c. septuaginta. 16. di. ubi Athanasius Alexandrinus scribit marco papæ, postulans capitula Niceni concilij, ergo cum nondum fuisset pontifex iulius, celebrata videbat synodus tempore syluestri, qui fuerat immediate ante Marcum. Confirmari videtur hoc per textum in cap. a subdiacono 93. di. ubi est tex. syluestri in synodo editus, et tamen non legitur ꝙ alia synodus quæ fuerit Nicena instituta fuerit p̄esidente syluestro. ad idem c. præsul. 2. q. 4. Item facit tex. in c. in sancta. 2. q. 7. qui est text. iulii. ubi p̄hibet anathematizatos admitti ad accusandum, et dicit hoc fuisse statutum in Nicena synodo, ergo apparet quod ante eum fuerit nicena synodus. Non placet quod dicit archi. et cardina. de turrecre. ibi, videlicet quod litera sit falsa, quia non est verisimile ꝙ in eodem. c. et a tanto tempore citra omnia uolumina decreti emanifestent mendosa. Archiepiscopus florē. in historia eccle. in ti. 9. c. 2. post prin. refert celebratum tempore iulii, licet dicat aliquos dicere syluestri. Deinde in c. 3. refert difficultatē supra tactam de tex. in c. sexta qui est tex. Bedę in de temporibus. videlicet quia in principio dicit quod tempore iulii et

24 deinde in versi. prima autem synodus dicit quod tēpore syluestri. et tamen de ista contrarietate nihil determinat. Tamen archiepiscopus ibi dicit aliquos dicere quod Constantinus uixit usque ad tempus iulij, et sub eodem Constantino fuit celebrata synodus Nicena, ut in c. continua. 11. q. 1. ideo totum tempus Constantini deputatur celebrationi illius. Et uerum dicunt ꝙ Constantinus magnus uixit usque ad tempora iulij, quia imperauit annis. 31. uixit autem annis. 66. et syluester decessit anno duodecimo imperii Constantini, post quem creatus est marcus, qui tantum sedit annis duobus, mensib. octo, deinde successit iulius qui sedit annis undecim, uel secundum hieronymum annis. 14. sed secundum aliquos. 16. ut patet in historijs. Non tn̄ placet ista solutio. nam quantumcunque Nicena synodus attribuatur Constantino, non quadrat quod dicitur quod sub syluestro, uel iulio papam, quia satis fuisset dicere sub Constantino et non sic uarie ut aliquando dicatur præsidente syluestro, aliquando præsiden-

25 te iulio. Vnde ego salua determinatione melius sententiā credo quod tex. bene loquitur de utroque pontifice, et quod sub utroque fuerit celebrata synodus Nicena, quia heresis Arij quantumcunque improbata fuerit in concilio sub syluestro, nihilominus sępius pullulauit, et propterea fuit necessaria secunda congregatio. Quod autem fuerit sępius synodus congregata, uoluit glo. pe. et archi. in c. sancta octo. 16. dist. et fuit dictum supra quando ista quatuor interdum sunt dicta octo. et quod sub syluestro, ponit historia tripartita in li. 1. c. 12. & in pluribus. c. sequentibus colligitur tota illa heresis et sub iulio. et etiam colligitur satis bene ex historia ecclesiastica li. 10. c. 1. et pluribus subsequentibus. Habuit enim ortum heresis illa apud Alexandriam præsidēte ibidem Alexandro episcopo, cuius nutu religiosissimus imperator Constantinus uoluit cōcilium congregare, et de illa heresi inter episcopos disceptari. Quinimo eadem heresis instigante quodam presbytero et eusebio repullulauit etiam mortuo Constantino,

26 ut patet in d. li. 10. c. 12. & 13. propter† quod habita est synodus Constantinopolitana de eadem hæresi, ubi iterum damnata est. & de omnibus latissime habetur in dicta historia tripartita in 8. li. maxime in 13. & 14. c. & qualiter sæpius ecclesiasticos vexauerit in pluribus lib. sequen. & qualiter iterum fuerit damnata in Sardicen. concilio in 4. lib. c. 24. durauit enim eadem hæresis etiam tempore Liberij & post obitum Iulij, vt in lib. 5. c. 12. & sequen. & vsque ad tempora Damasi, ut in 5. li. c. 28. & 29. Et quod fuerit tempore syluestri ponit isidorus in trac. de synodis, de Nicena synodo ca. 2. Vnde non mirum si de eadem fit mentio quod tēpore Syluestri & tempore, iulij fuerit, & de hoc infra clarius dicetur. Non obstat quod tā in secunda quam prima dicitur. 318. patrum, ut patet in capi. canones in prin. 15. di. & in epistola nos reddentes. C. de sum. tri. in cap. sancta octo. 16. di. & in authen. de eccle. titu. in prin. & in c. quicunque. C. de hære. & in l. nemo. C. de sacrosan. ecclesiis. quia in vtraque potuit esse idem numerus, prout in simili dicit archi. & doc. in capi. sextam in §. sed dubitatur. 16. di. quod ideo sexta synodus etiam appellatur septima ac pro eadem, habetur, quia in vtraque fuerunt iidem patres, ut dicit tex. in c. habeo librum. 16. di. Aliqui habent de Nicena prima quod fuerit tantum de 300. patribus in c. hanc consuetudinem. 10. q. 1. sed repondet glo. in d. c. canones, in uerbo. 318. quod in maiori numero continet̄ minor. Et potest dici quod inquantum fit mentio de numero patrum, fuit ad ostenden-

27 dum numerum qui improbarunt hæresim Arij, qui fuerunt. 300. vel 301. vt in historia eccl. eo. li. 10. c. 1. & hoc fuit in prima congregatione concilii Niceni, in quo accesserant. 17. patres Ario, & hoc colligitur ex præfatione concilii Niceni. & in secunda cōgregatione replicatur statutum ab eisdem. 318. patribus. nam de hoc concilio sæpius fit mentio in alijs conciliis, ubi eius gesta confirmantur, & replicatur statutum eius continens fidei fundamentum. Sed tex. in c. hanc consuetudinem. 10. q. 1. qui dicit de 310. patribus. dicit Cardin. de Tur. cre. post gl. in canones. in antepenul. colum. quod si fuerunt. 318. bene fuerunt. 310. quia si pluris res est vtique tanti est. l. cum furti. ff. de in litem iuran. Sed ista responsio non placet, & in meo decreto habeo de 318. etiam in illo. c. hanc consuetudinem. Doct. ibi nihil dicunt. propterea, vel fuit error scribentium de 310. vel forte in secunda congregatione fuerūt. 310. sed ascribitur omnibus 318. qui fuerunt in prima, vbi illud idem fuerat primo conclusum. Et quod eadem Nicena fuerit sub syluestro & Iulio & reputetur pro eadem, hoc etiā patet, quia etiam Iulius defuncto Constantino, sub Constantio filio ipsius Constantini multa passus est propter Arianā

28 hæresim, cui fauebat Constantius. Nam in† exilium missus decem mensibus exulauit, quod patet in c. regula. 17. distinctione vbi reprǽhendit Orientales, qui congregauerant cōcilium sine authoritate papę, vel eius legati. Nec obstat quod dicitur de c. in sancta. 2. q. 7. quia licet ibi referat statuta in Nicena sinodo, non sequitur quod ipse propterea non interfuerit, vel potuit referre, & postea ab eo in secunda congregatione fuisse cōfirmata. Vide tex. in c. similiter. 3. qō. 6. qui est

29 Iulii & in sinodo. Congregata † autem fuit Nicena sinodus anno a natiuitate Domini 315. vel melius 339. imperii autem Constantini anno 16. Reperio in antiquis codicibus sic. Facta autem est hæc synodus apud Niceam bithynniæ consulatu Constantini Augusti & Licinii. 18. Kal. Iulii. quæ est apud græcos. 18. dies mensis eorum, secundū Alexandriā 31. Et placuit, vt hæc omnia mitterentur ad episcopum vrbis Romæ Syluestrum. Et interposito simbolo in fine adiicitur, eos autem qui dicunt erat tempus quando non erat, & prius quam nasceretur non erat, & quia ex nullis extantib. factus est. aut ex alia substantia, vel essentia dicunt esse treptō (hoc est conuertibilem aut mutabilem) filium Dei: anathematizat catholica & apostolica ecclesia. In cuius concilii præfatione prępontuntur versus infrascripti.

Concilium sacrum venerandi culmina iuris.
Condidit, & nobis congrua fræna dedit.
Ct bene fundatus, iusto moderamine posset
Intemerata gerens clericus ordo geri.
Pontifices summi veterum præcepta sequentes
Planius hæc monitis exposuere suis.
Hinc fidei nostræ se pandit semita, & omnes
Errorum damnant dogmata sancta vias.
Quisque Dei famulus fuerit, Christique sacerdos.
Hoc sale conditus, dulcia mella fluit.

Et vide ꝙ ponit de simbolo idē Card. S. Sixti in c. canones, an̄ fi. 15. di. Sed ob. p̄dictis, q̄a 7. sino. Nicena, q̄ fuit 2. in Nicea, fuit lōge post Cōstāt. & Iuliū, q̄a fuit tp̄e Hirene matris Cōstāt. 6. & sub eo. Cōstant. 6. p̄ an. 400. & 49. post Cōstāt. 1. & hoc cōsiderato tp̄e primi cōcil. ī Nicea. iō nō pōt dici ꝙ 6. & 7. sinod. hēant̄ p̄ eadē, & ꝙ iidē patres fuerint in vtraq;. imo in ista 7. statutū est Dei imagines nō esse delēdas sed excolēdas, & ꝙ q̄ al̄r sentiret esset anathe. & nihil addēdū simbolo in 1. Nice. ɔcil. edito. & fuit tēta ī basil. S. Sophiæ. Sed ad hoc rn̄. pōt ꝙ illa 7. de qua loquimur, fuit sub Cōstā. Magno, sub quo cōtra Arium potuit & bis & ter congregari Synodus in Nicea, & ex quo erat sub eodem principe & contra eandem Aria-

30 nam hæresim reputat̄, †pro una, & ideo tam illa quæ fuit sub Syluestro, quam illa quę fuit sub Iulio, reputatur pro una. sed per hoc non tollitur dubium, quare septima sinodus etiā dicta fuerit sexta, sed bn̄ declaratur ꝙ eadē prima, q̄a fuit secūdo loco tp̄e Iulii ɔgregata, ad idē p̄ eadē fuit reputata & bene. Vnde aduertēdū est ꝙ si q̄rimus vtrū prima synodus Nicena fuerit sub utroq; pōtifice Syluestro & Iulio, dico ꝙ sic, q̄a an̄ absolutū primū cōciliū Nicenū, decesit Siluester & Marchus, & postea assumptus, est Iulius ad huc durāte ɔcilio eodem. Vel si uolumus quod fuerit penitus absolutum tempore Syluestri & Marci & postea denuo per Iulium congregatum, bona erit solutio quod ex quo concilium fuerat iterū ad idem congregatum, præsidentibus eisdem. 318. patribus, semper pro eodem reputatur. Et bona est solutio sup. primo loco dicta, quantumcunque capitula fuissent edita in dicta congregatione Syluestri, ut probat tex. in d. c. 70. Et sic erit verum quod primo in prin. c. sexta. dicit celebratum temporibus Iulii, & in §. prima, dicit temporibus Syluestri, & bene in

31 vtroque loco dicit primam synodū Nicenam. Si uero quærimus quare sexta, Synodus dicatur septima, aduertēdum est, quod tunc non loquimur simpliciter & absolute de Nicena: sed de quattuor principalioribus, Quę aliquando sunt dicta octo, quare. sexta in ordine etiam dicitur septima. Et tunc ꝙ dictum est supra quod septima synodus Nicena fuerit per. annos post, & quod non potuerunt interesse iidē patres, non est ad propositum, quia non loquimur de septima per respectum ad primam, vel sextam Nicenam, quia prima & septima non fuit neque est habita pro eadem synodo, sed pro diuersis, & fuit septima celebrata Niceæ & ideo non est bona

32 in illo proposito solutio ibi data. Vnde cum quæritur† quare sexta synodus dicitur etiam septima, dicunt doct. in cap. sed dubitatur, in c. sextam. 16. d. quia sexta fuit bis congregata ad idem per eosdem patres. Vnde glo. in verbo sextę synodi dicit quod litera debet ibi dicere, septimæ, q̄a nō dubitasset eadē sexta sinodus, de eo ꝙ papa fecisset, & sic ꝙ litera sextæ est falsa, q̄a dēt dicere septimę. Arch. ibi dicit ꝙ litera dēt dicere sextæ, q̄a licet ēt septimo ɔgregata fuerit, tn̄ p̄p̄ eosdē patres in vtraq; ɔgregatos, sexta non mutat nomē p̄p̄ ɔgregationē septimo factam, ad idem, & per eosdem patres. Allegat ad id Ioan. de Fantutiis, & id quod archi. dicit ibi & Card. Alexandrinus. domi. tamen ibi dicit quod vtraque litera potest saluari, quia uno respectu eo quod iidem patres & ad idem, potest dicere sextę. & quia secundo loco fuit septimo congregata, potest dicere septimæ. Sed Card. de Turræcrem. dicit ꝙ

33 litera nullo modo potest dicere septimæ, sed oportet quod dicat sextæ, quia septima sinodus fuit post sextam bene per. 110. annos, ex quo non est verisimile quod fuerint, iidem patres, & ꝙ fuerit tunc soluta quęstio de canonibus sextæ sinodi. Et sic per hoc reprobat glo. & hugo. Si glo. & Hu. habuissent respectum ad septimam sinodum quę fuit celebrata Hiceę, quæ fuit secunda congregatio concilii Niceæ bene diceret, quia ultra centum annos post sextam fuit, vt infra dicet̄. sed gl. & hugo habuerunt respectum ad sextam quæ primo, fuit congregata sub Cōstātino quarto, postea post. 4. aut quinque annos. sub Iustiniano, eiusdē Cōstantini filio iterum cōgregata, & canones nondum in prima cōgregatione p̄mulgatos promulgarunt in ista secunda, ut in c. habeo librum 16. di. sed p̄p̄ patres qui in prima & secūda cōgregatione sextæ synodi interfuerūt qui iidem erant, & iidē, canones sanciuerunt, non dr̄ ista sexta mutasse, neq; numerum neq; nomen sextę sinodi. Et hoc dicit mihi una gl. goff. ad illū. §. sed dubitatur. & excusatur gl. & Hugo q̄ vocarunt septimā sinodū se-

34 cūdā congregationē sextæ. Sed quare sinodus Nicena† dr̄ prima, cum sedes Constantinopolitan. teneat primū locū post sedem Romanā apostolicā, ꝙ fuit stat. in sinodo Constātinopolitan. ut inquit gratianus. 22. di. in §. hac authoritate & in c. Constantinopalitanæ & in c. de Constantinopolitana. ca. 22. di. qūo ergo ponitur ꝙ Nicena sinodus sit prima, ut dicit text. in c. sexta. 16. dist. & cap. canones cum duobus seq. 15. di. Et si dicatur quod appellatur prima respectu numeri cōgregati quia in ea fuerunt, 318. episcopi, ut in d. cap. sexta, quasi in nulla alia fuerit ita magnus numerus, videtur contrariū q̄a in quarta sinodo Calced. interfuerunt sexcenti & 30. episcopi præsidente Leone, & contra euthicen. Abbatem Constantinopolitanū, ut est tex. in c. sexta in ver. quarta in Calcedonio. Potest dici ꝙ ista sinodus Nicena dicatur prima, quia primo fuit celebrata in ordine a tempore Constantini. in quo fuit facultas, celebrandi magis vniuersaliter concilia. vt dico infra in sequenti quæstione, & videtur. tex. in cap. ca-

nones.15.dist. Vel dicitur etiam prima, quia maioris authoritatis,propter maiora in ea statuta. nam in concilio Ancyrano sunt regulæ 24. statutæ, subscribentibus. 12.episcopis & in concilio Neocesarien.14. regulæ subscribētibus 18.episcopis.quæ omnes fuerunt editæ ante concilium Nicenum, sed statuta Nicena his præferuntur propter authoritatem eiusdem sancti & magni concilij, & quia in ea de causa fidei disputatum est,& editum in ea simbolum fidei,cuius verba inspici possunt in ecclesiastica historia,lib.10.capitu.6.& ponit 35 Isidorus in d.cap.2.de Nicena sinodo. Nec† obstat §.hac authoritate cum aliis. §. quia stant ista simul quod sedes Constantinopo.sit maior respectu primatus, & sedis episcopalis, sed Nicenum concilium sit dignius quam illud, quod fuit celebratum in Cōstantinopoli.quod maxime patet, quia in concilio Constantinopolitano sub Theodosio editi sunt canones tres a 150.episcopis, confirmantes fidem non violatā, patrum 318. qui apud Niceam bithinniæ conuenerunt. & ibi dicit eam fidem manere firmam & stabilem, & anathematizandam omnem hæresim, & specialiter Eunomianorum,& Arianorum,Eudoxianorum, Macedonianorum, & Spirituisancto resistentium,& Sabellianorum,& Marcellianorum,& Fotinianorum,& Apollinaristarum, & in eodem replicatur symbolum in eadem Nicena synodo editum. Vide tex. in l.quicunque. C. de hære.ubi horum fit mentio, & damnantur Euthicianistæ, & Appollinaristæ. Fuit enim in eo concilio Niceno propter Arianam hæresim cōcertatum 36 acerrime,negantibus † Arianis filium esse cōsubstantialem patri.Vbi & viri sanctissimi congregati fuerūt,videlicet Alexander Alexandriæ episcopus, & Athanasius Alexandriæ 37 diaconus,& Pafnutius†vir sanctissimus.cui tanta inerat gratia,vt non minora signa faceret quam per Apostolos fierent, cui Maximinus dextrum oculum euelli,& sinistrum Pollicē 38 incidi fecit, & exilium indixit.quem in tanta † veneratione Constantinus Magnus habuit, ut ad se sæpius eum vocaret, & oculum qui ex confessione fidei ei fuerat euulsus, auidio39 ribus osculis sæpius demulceret. Item Spiridiō Cyprius†episcopus,cui post sepulturam,filia ad ipsius patris interrogationem,repetitum depositum insinuanit. Item Iacobus Nisibenus episcopus, & ut refert Vincentius historialis etiam sanctus Nicolaus Miranæ ciuitatis episcopus,& alij plures sanctissimi viri. Vbi est conclusum Christum homousion.i.eiusdē cum patre esse substantiæ confiteri debere. Ibique etiam simplicitate fidei vir quidam in philosophum erectus, qui maxime sua philosophia catholicos impugnabat, ad confitēdum Christum Consubstantialem patri sua simplicitate verborū induxit,quem philosophum conuictum, aliqui Eusebiū postea Cæsariensem episcopum fuisse affirmant. In eadem sino40 do†fuit editum secundum post apostolos symbolum, vt in d.c.canones. nam primum fuit editum ab apostolis, videlicet credo in Deum.secundum in concilio Niceno, credo in vnum Deum quod cantatur in missa ex ordinatione, & instituto Damasi papæ in concilio Constantinopolitano, ut dicit Archid.& alii in dicto cap.canones.ubi vide eum qui ponit singulares particulas editas singulariter a quolibet Apostolorum. Est tamen aliud simbolum Athanasij, qui etiam fuit præsens in sinodo Nicena, ut supra diximus, quod dicimus ad horas canonicas in prima, uidelicet quicunque vult saluus esse. Et causa huius simboli in Niceno concilio fuit veritatis explanatio circa dubitationes emergentes. Athanasii 41 †vero causa fuit quia cum postea pullularent hæreses, fecit Athanasius symbolum erroris exclusiuum. Et ut dicit beatus Thomas secunda secundæ qō.1.ar.9. addita sunt ista duo 42 †symbola,simbolo apost.non quia minus sufficienter fides catholica contineretur in simbolo apostolorum, sed ad explanationem veritatis, & exclusionem erroris. De quo uide late Card.de Turrecrem.in dicto cap.canones. 15.distinctione, circa finem.ubi ponitur ad quarum heresum confutationem sunt addita verba singula. Et plenam explanationem, & claram uide omnino in simbolo Rufini, in quo omnia authoritate & exemplis probantur,quod uide insertum in epistolis beati Hieronymi in secundo tomo. Vide tamē de simbolo Host.in c.summa.de summa.trini.& latius Doct. in c.1. de summa trinita. & plene in rationali diuinorum officiorū, in 4. titulo,capit.de simbolo. Inter gesta concilii Martini Romæ celebrati repilogatur simbolum,unum in Nicea, necnō aliud in Constantinopoli, aliud apud Ephesum eiusdem effectus, licet per diuersa uerba. quod describitur in epistola Cyrilli,& eiusdem concilii ad Nestorium praua dogmatizātem,& inseritur, in principio Ephesini concilii, & in Calcedonensi concilio, & quasi in omnibus aliis conciliis repilogatur de nouo & declaratur, maxime in conciliis toletanis. similiter in gestis Agathonis de Niceno & Constantinopo. Aliud insupa S. Gregorio papa dictatum ponit in princ.registri eius. Et de simbolo damasi & de alio rufini & de alio de explanatione fidei ad Cyrillū,vide inter epistolas beati Hieronymi. fol.56. in secundo libro. Et plura alia Symbola inuenies cum præmissis in effectu concordantia fuerunt quasi ad 32. edita, quæ comperiuntur illi Niceno conformia, & ab aliis priuatis & particularibus conciliis repilogata. Multæ præterea in eodem Niceno concilio editæ sunt constitutio43 nes,quas si quis & earum tenorem inspicere voluerit ad viginti & unam usque,videat Eusebium cesarien.in historia ecclesiastica.in translatione Rufini in li. 10. qui est ipsius Rufini, qui totus liber tractat de concilio Niceno.Tex.in c.sexta. in uersi.prima.in § sed quod Nicena,dicit viginti tantum statuta fuisse,& viginti ponit Isidorus in lib. de synodis,in titulo de Nicena synodo. Et tex.i c.viginti dicit quod plura fuerunt edita quæ creduntur inserta in anthiocheno concilio, sed viginti tantum capitula siue canones Nicenæ synodi habentur in sancta Romana ecclesia. In epistola autem athanasij,& episcoporum ægipti, quorum scripta incensa fuerunt ab Arianis,qua petebant a Marco papa ad eos trāsmitti capitula Nicenæ sinodi.legitur. 80.fuisse capitula.40. litteris græcis, a græcis. & alia. 40.a latinis, literis latinis scripta.inquit enim athanasius suo & episcoporum nomine scribens Marco,loquens de Nicena sinodo. Nam quando prædictæ sinodo cum beatissime memoriæ Alexandro digno Dei pontifice,idest Alexandriæ magnæ ciuitatis episcopo,in ea conatu interfuimus officio.sub nostræ præsentiæ testimonio,per beatos viros victore, & Vincentium presbi.apostolicæ sedis apocrisarios,missa sunt prædicto papæ Siluestro cum ipsis sinodo subnexa capitula 70.Sane pn̄tib.nobis.80.in memorata sinodo capitula tractata,sunt,uidelicet.40.a greis græca edita lingua & 40. a latinis sic latina edita lingua,sed visū est a.318. patrib.in prædicto cōcilio cōgregatis. & sancto spiritu replentis,& maxime iam dicto Alexandro & apostolicæ sedis apocrisariis,ut decem capitula adunarentur, atque aliis cōgruis in locis insererentur, & ad formam.70. discipulorum vel totius orbis terræ linguarum.70. tanti & tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes,una fides & una sacerdotalis,atque clericalis regeret norma, nec quisquam a suo dissideret capite. insuper 44 in ea sinodo fuit superata hæresis Ariana, quæ fuit periculosior,quia circa misterium trinitatis, & uniuersaliter, quia inuoluit multos episcopos & sacerdotes, & liberium papam, ui dicit Archiepiscopus Floren.in sua chronica,Constantiū & valentē imperatores,& valētinianum iuniorem,& Theodericum regem Gothorum, & fere per totum orbem fuit diffusa. De ista hæresi Arrii inquit Hiero.in capitulo secundæ. 24.quæstio.tertia. Arius in Alexandria una scintilla fuit,sed quoniam non statim oppressa est, totum orbem populata est eius Flamma. Fuit insuper diuturnior. Quæ non solum superata est per authoritates,& disputationes.clarissimorū doctorum sed etiam per multa miracula,ut paret in historia ecclesiastica. Et quod dixi de vigesimoprimo canonibus ibidem editis tex. in capitulo septuaginta. decimasexta distin45 ctio. dicit†fuisse.70.& tex.est Athanasij, qui attestatur fuisse 30.a græcis græca ligua editos,& 30.a latinis similiter latina lingua editos. quorum non nisi uiginti habentur in Romana ecclesia alios abiisse in dissuetudinem dicitur in §.his,ita & capitulo sequenti incipiente uiginti. decimasexta distinctione. idem tamen Iulius papa increpans episcopos orientales qui eiecerant Athanasium,pro Athanasio eisdem episcopis direxit. 21. capitula, Asserens plura contineri. Isidorus tamen in principio. de sinodis dicit legi in decretis Iulij papæ, 70. capitula Niceni concilii, intra quæ ultra infrascripta aliquibus connumeratis, dicit quosdam ex consortio fratrum Orientalium testatos fuisse, se vidisse Nicenū concilium habens magnitudinem potiorem quatuor Euangeliorum, & ad eius similitudinem Calcedonense conci46 lium scriptum esse. De illis, † tamen 21. memoratis in historia ecclesiastica habemus. de Primo in cap.si quis a medicis.55.di.De secundo tex.in c.quoniam.48.di. De tertio tex. in cap.interdixit.32.di. licet ibi dicatur in suprascriptione q̄ fuerit quartū capitulum, sed est tertium secundum ordinē capitulorū in historia eccle.& Isidori. De quarto tex.74.dist. c.illud De.5. & 6.nihil reperio. tamen allegatur tex.in c.habeatur.17.di.quod est est Nicenæ sinodi,tamen cōuenit tū fini determinationis quinti in ultimis verbis,nō tñ sexti canonis, quorum quintum incipit seruetur. vel sm historiam eccles. & nc. vel de iis. Et est sensus de ijs qui communione priuant,seu ex clero, seu ex laico ordine ab epis p ynam q̄ puicia,i n s la r sanis obtinet vt ij q abijciūt ab alijs nō recipiantur. Et j.vj.icipit antiqua q̄suetudo obtinuit vt urbis Romæ ep̄s habeat principatū,& oēm ,puinciā sua sollicitudine gubernet. & infra subijcitur in eodem 6.c.quod dicitur in c.sanc.65.di. de quo infra in proximo capitulo. De isto tamen sexto capitulo aliter loquitur histo.eccle. De septimo,quod secundum Isidorum inseritur in fine sexti est text. in capitulo sane.65. distinctione. Octauum ponitur pro septimo inter capitula, propter præcedens quod continet duo capitula simul,& incipit.de ijs qui se cognominant catharos, vel mundos, si aliquando venerint ad ecclesiam catholicam, placuit sancto, & magno concilio, vt manus impositionem accipientes, sic in clero permaneant, hoc autem præ omnibus eos scripto cōuenit profiteri, quod catholicæ & apostolicæ ecclesiæ dogmata suscipiant & sequantur. Et de isto octauo est text.in c. mos.& c.quoniam mos. 65.distinctione. Sed ab Isidoro ponūtur isti duo canones pro sexto & septimo. De nono & decimo nihil reperio,quia continentur in prædicto octauo capitulo. De vndecimo tex.in capitulo si qui. & capitulo quicunque. 81.distinctione. De duodecimo nihil. De tertiodecimo tex.in capitulo,de iis. 26 quæstione sexta. De decimoquinto & decimosexto nihil. De decimoseptimo tex.in capitulo clericos.71.distinctione. De decimooctauo nihil. De decimonono in capitulo quoniam.47.distinctione. & capitulo quoniā multi 14. quæstione quarta.& capitulo si quis ea.cau.& quæstione. De vicesimo tex in capitulo peruenit.93. distinctione. De vicesimoprimo nihil.

47 Et aduertendum est quod ista † varietas numeri capitulorum surgit ex varietate scribentium, quia aliqui circuncise referunt,& aliqui plura ponunt in eodem capitulo, & aliqui ordine peruerso. Sunt tamen alii canones in Nicena sinodo promulgati, de quibus habemus tex.in decretis, videlicet tex.in capitulo Nicena.31.distinctione,& capitulo mos antiquus.65. distinctione qui ponitur supra in 8.capitulo & tex. in cap.ecclesiis, 68.distinctione. & in capitu.si quis confugerit.1.q.1.& tex.in capitulo non oportet.7.q.1. qui videtur in aliquo conformari determinationi in 18. capitulo synodus. & tex.in capitulo iudices. 11.quæstio.prima.& text. in capitulo seruetur. 11.quæstio.tertia,& in capitulo placuit. 16.q.1. in capitulo placuit de consecr.distinct.tertia. Et hoc ideo potuit contingere, quia sinodus fuit pluries congregata in eadem Nicea,in qua etiam fuerunt editi canones. Connumerat tamen ad longum omnes Isidorus de sinodis,in titu. de primitiua ecclesia & sinodo Nicena. Præterea aduer48 tendum est quod vbicunque dicitur septima†synodus,semper intelligi debet de Nicena si non additur de qua, quia illa fuit septima in ordine congregata, a tempore Constantini Magni,quæ vt dictum est fuit sæpius congregata. Et ista septima synodus fuit congregata sub Hirene matre Constantini sexti, vbi fuit sancitum sacras imagines de cætero nō esse delendas sub anathemate,quod & postea in concilio Romæ in basilica beati Petri præsidente Gregorio tertio est sancitum.& spiritum sanctum a patre & filio procedere. Et fuit a natiuitate Domini anno 764. uel secundum aliquos alios authores chronicarum anno 778. congregatis 330.episcopis secundum aliquos,sed secundum supplemētum.310. episcopis. Et quod per septimam intelligatur Nicena dicit Archi. & card. Alexand. in capitulo sancta octo.16. distinctione. Et Constantinopolitana fuit congregata secundo, quinto, sexto,& octauo loco, ut in dicto capitulo sancta octo. & in c. sexta.eadem distinctione. Vnde licet tex.in capitulo sicut.15.distinctione dicat tantum de quatuor conciliis, & similiter. c. 49 sancta, eadem distinctione,tamen quia fuerunt†octies celebrata in quatuor locis, dicuntur etiam sancta octo concilia, quia Nicenum fuit bis congregatum,& fuit a tempore Constantini,& deinde septimo loco congregatum. Et istæ duæ congregationes quæ apud Niceam factæ sunt,pro vna reputantur. Secundum,quintum,sextum, & octauum fuerūt Cōstantinopoli congregata, & istę quatuor congregationes, q̄ factæ fuerunt Constantinopoli,pro vna reputantur,& dicuntur, secundum Constantinopolitanum concilium. Tertium Ephesinū fuit.& licet duæ cōgregationes factæ fuerint ephesi,tñ secunda non fuit recepta, sed solū prima, & dr̄ 3.ephesi. 4 dr̄ Calcedonen. q̄ non fuit nisi semel cōgregatū. Ita pe. Archi.& domi.in c.sancta.16.dis.Can.aūt de 7.sinodo quæ fuit Nicena,hēmus in c.oēs psallentes.38 dis.& in c,qm̄ 69.dis.& tex.in c.si quis cōem,& in ep̄m.1.q.7. & text.16.q.1.prædicator, & in c.qm̄ quibusdā. 18.q.3.& in c.clericus.21.qō.1.& in c.quo 21.q.2. quod conuenit cum 18.decreto facto in 1.sinodo Nicena de q̄b. capitulis supradiximus.& in c.oīs 21.q.4.& in c.clericos,de conse.dis.1.& tex.in c. venerabiles imagines. 50 de consec.dis.3. Quare†aūt in dubio qn̄ dr̄ 7.potius intelligatur Nicena q̄ Constantinop.rō pōt esse,quia 6.& 7.Cōstantinopolit.reputantur pro una, quia una confunditur in alia, vt s.dictū est,& j.dr̄.& iō qn̄ loquimur de 7.non pōt intelligi in dubio de Constantinop.sicut de Nicena, sed est necesse q̄ dicatur 7. Constantinop.ad differentiam sextæ Constantinop. Ex his igitur patet non esse absonum quod synodus Nicena dicatur prima, de quo etiam dico in sequenti articulo.

51 Secundum post Nicenum habemus Constantinopolitanum † primo loco Cōstantinopoli congregatum,quod fuit celebratum tempore Gratiani & Theodosij imperatorum & Damasi papæ & Cyrilli hierosolymitani & Nectarii Alexandrini.& præsidentibus secundum aliquos, 350. episcopis, secundum aliquos 150.quod est verius,ut supra dixi, & uult tex.in d.cap.sexta. in uersi.secunda & cap.canones versi.secunda.15.distin.& in, c.sancta Romana ecclesia. versic.secunda.15.dist.in quo fuit 52 damnata,†hæresis Macedonij Constantinopolitani episcopi,qui negabat spiritum sanctum esse Deum,ut in dicto versicu.secunda. Vbi etiā damnata fuit heresis Apolinaris Lao53 ditiæ episcopi. & Sabellii, qui dicebant Christi carnem inanimatam & in morte triduana diuinitatem commortuam, 54 fuisse. in qua etiam synodo suasionibus Theodosii sedes Cōstantinopolitana sublimata est in patriarchalem. & damnatis præfatis hæresibus ediderunt canones tres,quorum maxime author fuit beatus Nectarius Constantinopolitanus episcopus. Nunc omissa tertia & quarta synodo quæ non fuerūt Constantinopolitentæ,venio ad quintam.

55 Quinta synodus etiam fuit Constantinopolitana, quinta in ordine & secunda Constantinopoli habita de anno a natiuitate domini.538.secundum archiepiscopum Florentinum contra Anthemum Constantinopolitanum episcopum, sed & contra Theodorum Mopsuestien.ut etiam probat tex in dicto cap. sexta in uersi.quinta. Qui Theodorus dicebat aliud esse Dei verbum,& aliud Christum,& negabat sanctam Mariam virginem fuisse Dei genitricem, ut ibi dicitur. Et fuit tempore Iustiniani imperatoris a quo libros legū habemus reductos in volumina quibus vtimur. vt etiam dicit text.in cap.quoniam sancta.16.distinct.quę fuit inchoata tempore Agapiti, & finita tempore vigilii papæ. In qua synodo damnata fuit hæresis. d. Theodori episcopi Mopsuestiensis. Didimi. Euagrii,& aliorum hęreticorum,qui dicebant gloriosam virginem Mariam non Deum & hominem peperisse, sed hominem tantum,& conclusum fuit vt gloriosa uirgo Maria nō solum Christotocos.sed etiam Theotocos. idest Dei mater, credatur & dicatur, hoc est eam Deum & hominem suo partu edidisse. in qua etiam interfuit Euthices archiepiscopus Constantinopolitanus, & Appollinaris patriarcha Alexandrinus, qui. 14.capitula contra Theodori & sociorum blasphemias ediderunt Et intellige quod fuerunt capitula inserta in sententia anathematis contra theodori blasphemias, & non canones. Sed hinc etiam insurgi,una dubietas de qua miror quod doc.nihil dicant,quia tex.in cap.sexta in §.quinta el primo & in §.quinta el, secundo, dicunt. quod ista synodus fuit tempore Iulii,qui fuit ultra.270.annos.ante,quod est impossibile secundum omnes historias, Credo quod text. sit corruptus & voluerit dicere tempore vigilii, cuius tempore fuit quinta synodus.

56 Sexta autem synodus†Constantinopolitana,tertia fuit Constantinopoli, habita tēpore Agathonis papæ & Cōstantini quarti imperatoris,ut in cap.quoniam sanctæ.16.distin.& in cap.sexta.in prin.eadem dist.& in cap.habeo librum.16.dist. Illuc que conuenientib. 289.episcopis alias.150.episcopis.secundum tex in cap. sexta eadem.16.dist.& duobus Agathonis legatis, Ioanne videlicet Portuen.episcopo, & altero Ioanne diacono viris eminentissimæ scientiæ,& cum his episcopis duobus. presbyteris duobus,& Constantino subdiacono.sed ego reperio in gestis istius concilij sic scriptum Theodoro & Georgio venerabilibus presbiteris, & Ioanni venerabili diacono vicem agentibus Agathonis sanctissimi ac Beatissimi archiepiscopi antiquæ Romæ. Et Paulo infra dicitur. Ioanni episcopo Portuen. Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanni episcopo ciuitatis regitanæ, locum pręsentantibus.125. venerabilium episcoporum sancti concilij antiquę Romæ, qui & proprias per subscriptiones demonstrantur in suggestione quæ ab eis facta est ad pijssimum imperatorem Constantinum, neque enim Agatho personaliter interesse senio grauatus potuit. ibique damnata est hæresis Monochelitarum,alias monoselitarum secundum tex.in dicto capitulo habeo librum in §.item sancta. decimasexta distinctione, qui vnam tantummodo in Christo naturam, uoluntatem, & operationem dicebant. Damnatus est & Macharius episcopus Antiochenus & socij,& Gregorius Constantinopolitanus episcopus Anathematizatus, qui eandem sequebatur hæresim,ut in capitulo sexta in § sexta.decimasexta distinctione. Sed postea eodem Gregorio Constantinopolitano ɔuicto, & postea resipiscēte & cōfirmāte duas in Christo naturas, voluntates & oþationes, sicut & Ioannis Chrysostomi, Cyrili, Athanasij, Basilij, Gregorij, Dionisij, hila-

rij, Ambroſij, Auguſtini & Leonis papæ codices atteſtantur) conſcripta ſunt aduerſus illam hæreſim nouem capitula. De qua etiam in d. cap. ſexta uerſ. ſexta, in Conſtantinopoli. & in dicto capit. quoniam ſanctæ. Fuitque anno a natiuitate Domini. 677. alias ſecundum rubr. poſitam in actione prima, in principio. 670. Et ante iſtam ſynodum in concil. Martini Romæ damnata fuit eadem hæreſis, & damnati Petrus & Paulus. De quo concilio beatus Agatho ſcribēs ad ipſam ſextam ſynodum, ſic inquit. Hanc igitur catholicam & apoſtolicæ ſedis regulam & ſanctum cōcilium, quod in hac Romana vrbe ſub apoſtolicæ memoriæ Martino papa conuenit, prædicaſſe ſinodice, & conſtanter defendiſſe omnes cognoſcimus. In eadem ſinodo damnatus eſt Polychronius, ꝗ dixit vidiſſe & ſibi apparuiſſe virum terribilem candidatum qui dixiſſet, quod qui non confiteretur vnam voluntatem, & Dei virilem operationem, non eſſet chriſtianus. & facta per eum chartula obtulit eam ponendam ſuper mortuum ad eum reſuſcitandum. quo facto in publico, cum non reſurrexiſſet mortuus, nec vellet abnegare hæreſim, damnatus eſt & depoſitus cum Stephano & Macario, ut patet in fine. 15. actionis. Et iſta ſexta ſinodus fuit bis congregata. primo ſub Conſtantino quarto, & ſoluta. 14. anno, deinde poſt quatuor, aut quinque annos iidem ſancti patres cōgregati ſunt ſub Iuſtiniano ſecundo, filio eiuſdem Conſtantini quarti. Et in iſta congregatio. promulgati ſunt canones. 202. ſecūdum domi. & alios per eoſdem ſanctos patres qui fuerant in concilio Conſtantini. qui & congregati poſtea ſecundo loco in concilio ſub Iuſtiniano canones promulgarunt ad correctionem eccleſiæ, ut patet in capitulo habeo librum & capitulo ſequenti. decimaſexta diſtinctione. Canones iſtius ſinodi ponuntur in §. ex his, in dicto capitulo habeo librum. & eſt tex. ibidem in §. item ſancta. Sed hic inſurgit una † dubietas, quia

57 Gratianus in capitulo habeo librum, in fine, in §. ex his, dicit quod in prima congregatione, ſextæ ſinodi nullos canones conſtituerunt patres. & hoc probat text. in dicto capitulo habeo librum, & tamen in capitulo ſexta, in §. ſexta dicit ꝙ ediderunt nouem capitula. unde ex hoc Archidiacon. poſt Hugonem in dicto §. ex his reprobat Gratianum. Vel ſecundum Docto. quia tantum nouem ediderant, propter paucitatem dicitur quod non ediderunt canones, ſed ſcripſerunt nouem capitula in anathematizatione interius annexa. Et ideo dicit præfatus Card. ꝙ ſi Hug. & Archidiaco. bene legiſſent chronicas, non ita reprehendiſſent Gratianum. Et verum dicit, quia tex. ibi in d. §. ſexta, nihil dicit de canonibus. Sed adhuc alia eſt dubietas, quia text. in c. quoniam ſanctæ. ea. 16. diſtinctione dicit, quod ſinodus quinta fuit ſub Iuſtiniano, & ſexta ſub Conſtantino. & ſic videtur quod primo fuerit habita ſynodus quinta coram filio quam ſexta per Conſtantinum patrem. Dic licet multa inuoluant Archid. Hug. & domi. quod ille. tex. non loquitur de quinta ſinodo Iuſtiniani ſecundi filij Conſtantini quarti in cap. præcedenti habeo librum, ſed loquitur de ſinodo quinta coram Iuſtiniano primo qui fuit compilator legum, & ante Conſtantinum quartum & Iuſtinianum ſecundum eius filium. Et ita dicit ibi cardinalis de Turræcrema. & bene probat text. ibi, cuius verba ſunt patrum in ſexta ſynodo congregatorum pro edē dis canonibus, quos in prima congregatione ſextæ ſinodi nō ediderant, & diriguntur Iuſtiniano ſecundo, filio Conſtantini quarti, dicendo quoniam ſanctæ & uniuerſales ſinodi, qn ta ſub Iuſtiniano Auguſto. Vide quod non dicit ſub Iuſtiniano filio Auguſti. vnde intelligitur neceſſario de Iuſtiniano primo qui codices Legum compoſuit, qui fuit filius Iuſtini, vt in §. eſt & aliud. inſtitu. de donationibus. Vnde ſequitur tex. ſexta ſub Conſtantino patre tuo (non dicitur patre ſuo) Auguſto. Et ibi ſubdit de myſterio fidei pleniſſime diſputantes canones non fecerunt ſicut cæteræ quatuor vniuerſales ſinodi, propterea nos ſacros canones conſcripſimus. Et iſti q loquuntur, ſunt iidem patres congregati in ſexa ſinodo, ad idem in primo & ſecundo loco congregata, qui ediderunt. 202. canones ſecundum Archid. & domi. in d. c. quoniam. Et quod loquantur patres de Iuſtiniano primo qui leges compilauit, patet in capitulo ſexta. §. quinta, eadem 16. diſtinctione. & dicit glo. in uerſiculo Conſtantini, in dicto capitulo habeo librum, & dixi ſupra in quinta ſinodo, quia & coram Iuſtiniano primo fuit diſputatum de fide, ſicut fuit in aliis quatuor uniuerſalibus, uidelicet prima Nicena, ſecunda Conſtantinopolitana, tertia Epheſina, quarta Calcedonenſi.

De ſeptima ſynodo

Conſtantinopoli congregata, quare non fit mentio, infra clarius & ſupra dicitur. Sunt qui dicant in Frāconia poſt Caroli victoriam a Theophilatio & Stephano inſignib. epis Adriani nomine Francorū, Germanorumq. eporū ſynodum habitam, in qua damnata fuerit ſynodus quam ſeptimam græci appellabant, in qua hæreſis felitiana de tollē dis imaginibus abrogata eſt, proinde non mirū ſi de ſeptima illa ſynodo tanquam abrogata non fit mentio Sed quia illa non fuit celebrata Conſtantinopoli, non poteſt de illa intelligi. Vnde verius poteſt dici quod quia ſexta ſynodus primo loco cōgregata ſub Conſtantino nullos edidit canones, ſed tantum in ſecundo loco congregata ſub Iuſtiniano per eoſdem patres editi fuerunt, ideo ambę ſinodi pro una tantum ſcilicet ſexta, computantur, in qua canones editi ſunt, & ſecunda non dicitur ſeptima. Et Vt dicit tex. in dicto capitulo habeo librum, oportebat ut ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. & ideo non fuit computata pro ſeptima ſynodo illa ſexta, ſecundo loco congregata, Conſtantinopoli.

58 **Octaua † ſynodus** Cōſtantinopolitana eſt, quę tempore, Adriani ſecundi, quarta Conſtātipoli habita fuit. In qua damnatus eſt Forius Conſtantinopolitanus epiſcopus & reſtitutus Ignatius, ut inquit archiepiſcopus in ſua Cronica. De qua ſynodo octaua eſt tex. in capitulo Adrianus el primo. 63. Canones autem iſtius. 8. ſynodi ſunt in decretis. 54. diſtin. capitulo abbati. 81. diſtin. in omnibus. 90. diſtinctione. alienus. & capitu. ſi quis monachus. prima quęſtione prima. qui per pœcuniam. quinta quæſtione ſexta. ſi quis falſum. ſeptima quæſtione prima nihil 11. quæſt. tertia non ſolum. 18. quæſtione ſecunda definimus. 27 quæſt. 7. pro qualitate cum ſequen. & aliis duobus ſequenti. 17. quæſtione prima nullus, de pœni. diſtinctio. ſecunda. ſi quis ſemel. de conſe. diſtinctio. ſecunda. timorem. Canones autem ſextæ ſynodi ſunt in capitu. habeo librum 17. diſtin. cum duobus ſequen. & in c. quoniam quidem. 18. diſtinctione, cap. Conſtantinopolitanę & in capit. renouantes. 22. diſt. in capitulo presbyterum. 28. diſt. 41. diſtinct. quoniam in Romani. 54. diſtin. nulli clerico, 77. diſtinctione ſubdiaconus. 93. diſtinctio. præcipimus. prima quæſtione prima nullus 9. quæſt. tertia. cum ſimus. 12. quæſtione ſecunda. apoſtolicos. 12. quęſtione ſecunda. non licet alicui. 21. quæſtio 4. nullus. 27. quęſtione prima ſi quis. de conſe. diſtinct. prima. Iacob. de conſ. di. 2. Alios canones didicimus ſecundæ & quinte ſynodi non habemus in decretis, quod oſtendit textus de quinta ſynodo in cap. quoniam. 16. diſtinct. Et licet ibi text. dicat quod in ſexta ſynodo non fuerunt editi canones, quod & apparet in geſtis illius, vbi nulli apparent editi canones in omnibus. 18. actionibus tempore Agathonis, de quo etiam ſupra dixi, tamen iſtud contrarium ſoluit text. in cap. præcedenti habeo librum. qui oſtendit quod bis ijdem patres ſunt congregati in ſexta ſynodo Conſtantinopoli. & in ſecunda congre. ediderunt canones ut ſupra dixi. & habetur pro una videlicet ſexta, quia licet bis fuerint congregati, hoc tamē fuit ad idem, & ideo de illa ſeptima Conſtantinopoli habita nulla fit mentio niſi tanquam de ſexta. Et aduertendum eſt quod ſi quater fuerunt congregationes, † & concilia habita

59 Conſtantinopoli, fit in iure menrio de ſynodo Conſtantinopolitana tanquam de una uidelicet de ſecunda, ſicut de Nicena ꝗ fuit bis congregata, fit mentio tanquam de vna. Vnde ponitur prima Nicena, ſecunda Conſtantinopolitana, tertia epheſina, quarta Calcedonen. ut ſupra dictum eſt, & patet in dictis iuribus ſępius allegatis. 15. & 16. diſt. Aduertē eſt inſuper quod reperio tex. 7. q. 1. in c. temporis qualitas in §. unde in quinta, qui eſt gratiani quod ſinodus Conſtantinopolitana fuit congregata ſub Ioanne papa. 8. cum 300. & 83. patribus, cui præfuit Petrus presbiter Cardi. & Paulus anconiatus epiſcopus & Eugenius Hoſtien. epiſcopus. De qua nō reperio factam mentiouem in eius. vita, ſed ſolum de concilio apud trecas habito, quod maxime affert dubietatem, cū ipſe ſucceſſerit Adriano ſecundo, qui habuit vltimam conſtantino. ſinodum. Sed poſſet reſponderi quod ipſa ſinodus Conſtantinopolitana octaua fuerit inchoata tempore Adriani ſecundi & finita tempore Ioannis octaui. Et apud aliquos in iſto concilio Ioannis dicitur eſſe reſtitutum Fotium, & propterea extare ſcriptum, quæcunque in ſanctos patriarchas, Ignatium, & Fotium ſcripta, vel dicta ſunt, anathema ſunto.

60 **Tertia principalis** ſinodus. 200. epiſcoporum † epheſi congregata eſt. In qua damnata fuit hęreſis Neſtorij cum Pelagianis, qui duas perſonas aſſerebat eſſe in Chriſto, ut dic. tex. in cap. canones verſi. tertia. 15. diſt. ſub Theodoſio iuniore imperatore & papa Celeſtino primo, vel ſeundum aliquos Sixto ſecundo. Supplementum chronicarum & archiepiſcopus Floren. dicunt damnatam in ea hæreſim Neſtorii, qui dicebat beatam virginem Mariam nō Dei, ſed hominis ſolummodo genitricē. immo archiepiſcopus. innuit celebratam. 300. epiſcopis cōgregatis, & idem dicit cardinalis de turre cre. in ca. 9. & tex. in uer. 3. ſinodus, innuit ꝙ cū. 200. epiſcopis fuit celebrata. & ſic vñr dici contraria. Iſta contrarietas iudicio meo inſurgit quia

quia iſta ſynodus debuit ſimiliter fuiſſe bis congregata contra eundem Neſtorium. Et hoc innuūt mihi duo iura, uidelicet tex. in cap. canones, in verſic. tertia ſinodus. ubi dicit tex. quod congregata eſt contra Neſtoriū qui duas aſſerebat eſſe perſonas in Chriſto. & tex. in c. ſexta verſ. tertia. vbi tex. dicit 300. patres congregatos contra Neſtorium epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei ſed hominis ſolummodo genitricem, vt aliam faceret perſonam carnis, aliam deitatis. Glo. alleg. in d. c. canones tex. in c. hanc conſuetudinem. 10. q. 1. circa finem. ubi innuit tex. de 318. epiſcopis. Sed ille tex. modicum facit, quia loquitur de Niceno concilio & non de Epheſino. Dic tamē quod in maiori numero ineſt minor. ſed hoc non opponit, neque tollit contrarium. d. capit. ſexta verſ. tertia in alijs, & maxime in qualitate hæreſis. Doct. nihil dicunt. tex. in d. ca. canones videtur innuere in dicto verſiculo tertia, quod fuerunt duæ ſinodi in epheſo quando dicit, prima. Et ibi glo. dicit hoc dici ad differentiam ſecundæ, quæ fuit reprobata, allegat capitulū, quoniam ſanctæ. decimaſexta diſtinctione,

60 ſed ibi text. nihil dicit de ſynodo epheſina. Pro ſolutione † igitur dico bis fuiſſe congregatam. tamen ſecunda congregatio non fuit recepta, vt poſt Archid. & Doct. in capitu. ſancta octo, decimaſexta diſtinctione dixi ſupra in fine primæ ſynodi Nicenæ. Et quod fuerit bis congregata etiam innuit text. in illo verſiculo tertia ſinodus Epheſina prima. & text. in capitulo ſicut, ibi Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur. decimaquinta diſtinctione. & text. in capit. ſancta Romana eccleſia, in verſiculo ſanctam ſynodum Epheſinam primam. Ergo innuit fuiſſe ſecundam congregationem Epheſi, ſed quia pluries congregata eſt & quaſi continuatiue contra eundem, reputatur pro vna. Gloſ. tamen in capitulo neceſſarie, de conſectatione, diſtinctione ſecunda, ubi in ſupraſcriptione dicitur ex ſymbolo Epheſino, ſupplet tertio, & alleg. 15. diſtinctione, capitulo primo, ſecundo, & tertio. Quæ iura nihil dicunt, vnde, vel glo. eſt corrupta, uel neſciuit quid diceret de iſta ſynodo. Habemus tex. in capitulo placuit. 15. quæſtione quarta, & text. in dicto verſiculo, tertia, in capitulo ſexta, diſtinctione 16. fuiſſe facta. 15. capitula Cyrilli Alexandrini epiſcopi conrra Neſtorij blaſphemiam, illam anathematizando. Et intelligo de capitulis cōdemnationis ipſius Neſtorii incluſis in ſententia, & non ꝙ ibi fuerint editi 15. canones, ut dixi ſupra in ſexta ſinodo Cōſtantinopolitana, tertio ibi congregata. Et in iſto concilio ſymbolum etiam recitatur, & ad longum explanatur ſymbolum in Niceno concilio editum, in quadam epiſtola Cyrilli & concilii ad Neſtorium. in ſingulis articulis tredecim, anathema imponens.

61 **Calcedonenſe** quartum principale concilium celebratum extitit anno a natiuitate domini. 453. numero. 63. patrum, ut in dicto capitulo ſexta, verſiculo quarta, el primo, & el ſecundo & in capitulo canones. §. quarta. 15. diſtinctione. in prima tamen actione illius concilii nō repperi niſi. 233. epiſcopos interfuiſſe & plures magiſtratus, præfectos conſules, magiſtros, comites, patritios, & ſenatores, aſſiſtētes Martiano imperatori. Quod celebratum fuit in eccleſia ſanctæ Martiris Euphemiæ, ſed poſtea additi ſunt alii plures vſque ad prelibatum numerū. 630. Sed in ſubſcriptione canonum in eodem concilio editorū reperio ſubſcriptos tantum. 460. in antiquiſſimo volumine, præſidentibus Paſcaſio epiſcopo libitano, & Lucentio epiſcopo eccleſiæ Aſculanæ, vicariis beatiſſimi atque apoſtolici vniuerſalis eccleſiæ papæ Leonis, qui primi ſubſcripſerunt. Et fuit celebratum auctoritate Leonis papæ primi, & prædicti Martiani principis tempore Iuuenalis Ieroſolymitani epiſcopi, & Anatholij epiſcopi Conſtantinopolitani cōtra euthicen Conſtantinopolitanum Abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam naturam aſſumptam, non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, quaſi humana in diuinam eſſet conuerſa Ob id damnatus eſt Euthices præſul manicheorum, & Dioſcorus quondam Alexandrinus epiſcopus, & Neſtorius qui etiam in Epheſina ſynodo erat damnatus hæreticus, ut ſupra dixi. & prædicat eadem ſancta ſynodus Chriſtum Deum ſic natum eſſe de virgine, vt in eo ſubſtanriam diuinæ & humanæ naturæ confiteamur, dic. tex. in dicto §. quarta. & dicto capitulo canones. In qua ſinodo omnes libri manicheorum fuerunt combuſti. Et in hac ſinodo plus damnarunt hæreſim miracula, quam diſputationes patrum. Ibique concluſum eſt duas in Chriſto eſſe naturas utque vnus idem Chriſtus Deus & homo crederetur. Præterea decreti fuerunt 28. canones, quorum author fuit ſanctus Anatholius epiſcopus vt habetur in dicto capitulo ſexta, in verſiculo quarta, in Calcedone. Vnde Martianus præſens in concilio, de geſtis in concilio ait, ut habentur eius verba, in capitu. nos ad fidem, cum ſequenti 96. diſtinc. De iſto concilio habemus canones videlicet peruenit. 18. diſt. quoniam. 32. diſtinctione capit. de aliena. 71. diſtinctio. capitulo extraneo ca. diſtin. c. quoniam 75. di. c. peruenit. 86 di. c. quia in quibuſdam. 89. di. c. peruenit 101. diſtin. & 7. q. 1. propter & 11. q. 1. coniurationum & palea. clericos. 2. q. 7. ſi clericus. 11. q. 1. non licet. 17. q. 2. qui vere. 16. q. 1. quidam. 16. q. 1. cap. quoniam. 16. q. 7. & cap. eos. 20. q. tertia in c. quidam. 18. q. 2. in capitu. ſi quis clericum. 21. q. 1. & c. ſi quis. 21. q. 2. a ſanctis. 25. q. 1. in capi. ſi qua virago cum ſeq. 27. q. 1. ſi pater, 30. q. 4. & cap. omnes. 36. q. 2. Habemus etiam tex. in cap. ſi quis, de fo. compe. & c. clericus, & de vita & ho. cle. Poſt pręmiſſa quatuor, inter cętera. tempore Fabiani fuit

62 concilium † Romæ. 60. epiſcoporum, in quo damnata eſt hæreſis Nouati, qui negabat apoſtatas etiam pœnitentes recipiondos eſſe, & baptizatos rebaptizandos eſſe dicebat. Eodē tempore & origenes quorundam hæreſes ſuſtulit, affirmantium animas hominum vna cum corporibus interire. item & aliam hæreſim helcheſaitarum, qui Paulum apoſtolum omnino reſpuebant. quique aſſerebant negantes Chriſtum in tormētis, nihil criminis habere, modo integri & recti ſint cordis. de quibus hæreſibus & aliis pluribus vide plures com memoratas in capit. quidam. 24 q. 3. & plures hæreſes dānatas in diuerſis conciliis vide in fine operis Cardina. de turræ cremata, & libro geſtorum conciliorum. Adde & præmiſſis

63 quod dicatur concilium generale, & quod Lateranenſe. de quibus ſæpe fit mentio in ſupraſcriptionibus decretalium. Et dic quod utrunque dicitur generale, ſed id in quo præfuit Alexander tertius, quod tūc fuit celebratum anno domini, 1179 ſecundum Ioan. Andre. in c. nemo deinceps, de elec. in 6. vocatur Lateranenſe, quia illud tenuit apud Lateranum pro reformandis moribus, poſtquam apud claremontem, Henricum imperatorem damnauerat, & Venetijs ante fores ſancti Marci proſtratum in collo Calcauerat. Inita autem. pace ceſſauerunt Sciſmata in eccleſia tempore eius. quæ durauerunt annis. 16. ut ponit Vincentius hiſtorialis, & refert archiepiſcopus in chronica, in ſecunda parte titu. 17. §. 10. Et de iſto ſciſmate fit mentio in cap. 1. & ibi glo. & Ioan. Andr. de ſchiſma. in anti. Et fuit etiam iſtud ſchiſma ſedatum tempore eius ut dixi, quia ſedit in pontificatu annis. 22. & multa fecit & edidit capitula. Aliud vero concilium in quo præfuit Inno. 3. quod fuit anno domini. 1215. uocatur generale concilium ut no. glo. in clem. prima de ſumm. trini. De quo etiam aliquid infra, & glo. fi. in cle. prima de immunita. eccle. & glo. 2. in cap. fin. de capel. mona. Et omnino vide Ioā. Andre. in nouella in dicto cap. nemo deinceps. vbi ponit de diuerſis temporibus conciliorum Gregorii. 10. & Inno. quarti, & de concilio Viennen. clementis v. & ibi per eum remiſſiue. Adde tamē quo ad id generale, dicitur Innocentii. quod ille tex. in d. c. fi. de capel. mona. probat contrarium, quia cōcilium. cap. ſecundi de ſtatu mona. quod fuit tempore Ale. 3. uocat generale. & hoc dixit. Calde. in uerbo conciliū, verſ. communiter appellatione concilij. ad quod allegat tex. iuncta glo. in cap. primo de vſuris. ubi concilium Turronen. uocatur generale concilium & glo ibi in dicto capit. fin. dicit quod concilium generale vocatur iſtud Inn. Sed dico quod licet omnia fuerint generalia concilia, tamen in dubio cum loquimur de concilio generali, intelligimus de Innocentio tertio qui celebrauit concilium apud Lateranum. ad differētiam concilii lateranen. celebrati per Alexandrum. 3. apud Lateranum. Super quo vide glo. in dicto capitulo fin. & glo. in clemen. fina. de immunita. eccle. & Ioan. And. in dicto capitulo fina. & dicto capitulo primo de uſuris. Et de aliis pluribus concilijs per eundem Ioan. Andr. in capitulo nuper de deci. in glo. prima & latius in data ſexti libri in fi. & de concilio Alexand. in capitulo cum apoſtolica, de iis quæ fiunt a prelа. per eundem. Item anno domini. 1405. in dictione tertia præſidente Vrbano. ſecunda celebrata eſt ſynodus Placentiæ cum epiſcopis & abbatibus tam galliarum quam etiam lombardię & tuſciæ. Et ibi ſtatuta fuerunt plura capitula, de quibus vide per archi. in capitulo ſtatuimus in §. ſed hoc. prima quæſtione prima. Sed dic quod non fuit anno 1045. ſed. 1095. Et eſt error manifeſtus, quia per longa tempora ante. 1405. fuerat Gratianus, quomodo ergo de illo feciſſet mētionem, Et alia eius capitula plura ab eo edita uide in ſupplemento in eius vita. Iſte enim, ut legitur in chronicis, otto antea uocatus, monachus eboracen. deinde Cardi. Hoſtien. vir & ſanctitate & doctrina excellens, aliud inſuper habuit concilium apud clare montem. ubi ita principes galliæ ad recuperandam hieroſolymam animauit, ut trecenta milia hominum in militiam Chriſti ſigno crucis ſuſcepto armauerit in ſaracenos, qui multa præclara geſſerunt.

64 **Item plura** alia fuerunt generalia concilia, quorū, aliqua enumerant in dicto. c. ſexta. ver. 1. annotatio uſq; ad finem, & in lib. cōciliorum Iſidori & ibi

quid in quolibet & per quotpartes fuerit statutum. De quibus multos habemus canones, maxime de Chartaginensi pluries congregato, & de septimo Chartaginensi. 38. episcoporum. de quo Augu. meminit in parte 2. contra donatistas. c. 2. & in parte 6. contra eosdem c. 2. in quo hæretici subscribere noluerunt. & cui etiam ipse interfuit. Et tentum est post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorij tertii & Theodosii. 8. Augustorum 8. kalen. Iunii in basilica Restitutæ. Vbi cum Aurelius episcopus vna cum Faustino episcopo ecclesiæ potentinæ, legato ecclesiæ Rom. resedisset cum plurib. legatis diuersarum prouinciarum. 107. canones promulgati sunt, qui vt plurimum episcopalem & sacerdotalem & cæteros alios sacros inferiores ordines & personas concernunt. Similiter de Africano canones. 98. Ad quod Chartaginense concilium Cyrillus episcopus Alexandrinus scripta dirigens, de Niceno concilio inquit. Dominis honorabilibus sanctis fratribus episcopis, Aurelio & Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Chartaginensi synodo congregatæ, Cyrillus salutans in Deo charitatem vestram. Scripta venerationis vestræ multas habentia quærimonias, cum omni lætitia per filium nostrum Innocentium presbyterum suscepi, quibus a nobis speratis, vt de scrinio nostræ ecclesiæ verissima exẽplaria ex authentica sinodo apud Niceam ciuitatem metropolim bithynniæ a sanctis patrib. constituta atque firmata, sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Vnde domini honorabiles fratres, salute præeunte, necesse habui per harum latorem nostrum innocentium presbyterum fidelissima exemplaria, ex authentica synodo in Nicea ciuitate bithynniæ habita, vestræ charitati dirigere, quod & in historia ecclesiastica requirentes inuenietis. de pascha vero vt scripsistis nunciamus vobis. 16. Kalẽdas Maias nos futura ĩdictione celebrare. Et alia manu, Deus & dominus noster. sanctam vestram congregationem custodiat, quod optamus charis. fratres. Extat & alia epist. de eadem re responsiua ad eandem sinodum Attici episcopi Cõstantinopolitani. Item alii canones de Aurelianensi primo editi. 29. De Aurelianen. secundo 29. episcoporum, canones. 36. Item de arelatensi primo, habito tempore Cõstantini, eo etiam tempore quo habitum est Niceæ concilium 318. episcoporum, capitula edita. 23. directa syluestro papę. De Arelaten. secundo, capitu. 25. Item de Arelaten. 3. canones quatuor. Item de Agathen. 71. Item de Antiocheno. 25. ubi subscripserunt. 30. episcopi. Habemus in decretis pro maiori parte canones prædictos, & multos alios de concilio Toletan. quod fuit. 13. uicibus congregatum, & in qualibet congregatione canones multi editi. De Bracharen. de concilio Martini, de Hispalen. de Triburien. Illerden. Gerunden. & Meleuitan. Cabilon. Terraconen. Magalen. Turonen. Parisien. Elibertan. Melden. Magotien. Rothomagen. Remen. apud Aluerniam. Lugdunen. apud Siluanũ, Maticen. Pictauien. apud compendium Ciuitaten. Salegustan. Vuormacien. Laudicẽ. Geniten. apud Placen. Lateran. Nauaten. Magontinen. Epanen. Franconien. Beluacen. apud Valentiam, Nancten. Vrbicen. Et quidem apud laodiciam phrigiæ editi sunt canones. 58. in Sardicen. autem concilio canones 21. quibus subscri-

65 psere episcopi 59. Fuerunt & multa † alia concilia, de quorũ principalioribus, & eorum canonibus fit pro maiori parte mentio per Gratianum, & per Isidorum de aliis. Habemus etiam plura capitula in decretalibus ex generalibus cõciliis, quæ vide enumerata per Doc. in c. sicut olim, de accus. maxime per Ioan. de Ana. Sed illa potiora quæ sunt Inno. 3. in generali concilio Lateranen. alia in sexto, ex concilio Lugdunen. alia Clementis V. in concilio Viennen. Et aduertẽdum est quod sæpius reperiuntur capitula quæ non fuerunt in eodem concilio edita, sed in alio, vel secundo, vel tertio, uel quarto loco, & sic de singulis congregato, ut est videre in Toletano, quod licet Isidorus pona de 13. aliqui dicunt quod

66 †17. uicibus fuit congregatum, & diuersi canones in singulis congregationibus diuersis temporibus factis, editi fuerũt. Sed quia non intendo texere historiam de singulis conciliis, sed dilucidare aliqua, concilia concernentia, satis visum fuit aliqua de quatuor conciliis generalibus principalioribus dixisse, de aliis vero quo tempore celebrata fuerint, & quid in quolibet decretum sit, remitto de omnibus seriose, vsq; ad tempora moderni Eugenii quarti ad summam tabienam, in uerb. concilium, & ad summam Antomniam, in tertia parte, in titulo vigesimoquarto, in rubrica de conciliis generalibus, quæ curiose collegit. quorum aliqua tamen non generalia & œcumenica fuerunt, sed quasi localia, quæ secun-

67 dum cardinalem sancti Sixti ideo sunt dicta generalia, † qa sunt uniuersaliter recepta & habuerunt locum in vniuersali ecclesia proprie tñ cõcil. vlia ęcumenica sunt suprascripta octo concilia 16. distinctione. capitulo, sancta octo. alia uero, quæ non excedunt prouinciam ubi facta sunt, dicuntur localia, quæ possunt appellari vniuersalia, vel quia papa vel eius legatus eis interfuit, vel quia per papam confirmata, vel quia locum habuerunt in uniuersali ecclesia. Ita Cardi. 1. quest. 7. cap. conuenientibus. Et de aliis pluribus conciliis, vide ultra collecta, in ultima impressione decreti facta lugduni, & in chronica antoniana. Addo tamen quod concilium lateranen. in quo est al. qualis variatio, dicit Archid. de deci. c. 1. in 6. fuisse celebratum anno. 1179. & turonen. 1096. concilium autem generale. 1317. ut dicit Ioan. An. in cap. penult. de deci. Et etiam de lateranen. vide Ioann. Andre. in cap. cum apostolica. de iis quæ fiunt a prælatis sine consen. cap. De concilio lugdunen. vide albericum in suo dictionario in verbo concilium lugdunense. Sed Archi. in cap. secundo de deci. in sexto dicit quod turonen concilium quod fuit celebratum per vrbanum secundum, fuit anno domini. 1096. vt dicit Albericus in dictionario in versi. concilium. Item fuit aliud turonense sub Alexan 3. & istud fuit anno. 1277. Illud Grægorii decimi quando factum fuerit vide in capitulo nemo deinceps. de elec. in Addi. ad glo. Concilium viennense choarum est anno 1310. Kalendis octobris & finitum anno sequenti sexto. Aprilis no. Ioan. And. in cle. cum sit de censi. Reliqua vide in Chronica Vincentii historialis, in Anton. in martiniana, in tripartita & aliis historiographis, quæ propter, temporum & personarum & nominum varietatem generat aliquando confusionem, & sæpius errant.

68 Nunc videndum est ad quid & in quibus cõferant & sint vtilia cõcilia. Et dic breuiter quod primo conferunt quia per illa conseruatur religio Christiana in unitate fidei, quæ primum vinculum est societatis humanæ secundum Chrysostomum. & hoc probat tex. in cap. canones. 15. dis. Secundo sunt utilia ad firmiorem & meliorem dilucidationem veritatis in dubiis, quia quod a pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenit, capitulo de quibus de bap. & rectius est consilium qd plurimorum iudicio comprobatur, & magis integrum dicitur. in capitulo prudentiam de offi. deleg. 64. distin. capitulo contra conscientiam. Tertio conferunt ad eradicandos errores, & vepres de agro dominico, euellendas & hæreses extinguendas cap. clericos. 24. q. 3. cap. sicut & cap. ex communicamus cum si. de hære. sicut dictum est de Niceno & aliis conciliis in quibus damnatæ sunt hæreses multorum. & ad culturam agri dominici, vt dicit constitutio frequens. & ad plantandũ & fouendũ religionẽ, ut in c. cum & plãtare, de priui. Quarto est vtilis congregatio conciliorũ ad tyrannorũ, & iniustitiã superbiam humilandam, ut in c. ad apostolicæ, de re iud. Quinto ut inquit Car. de Tur. Cre. in d. c. canones, vtilis est ad refrenandã exorbitantiã, quorundam pontificum, qui põtificatũ suũ, aut spretis sanctorũ patrum regulis pro voluntate, exercent, aut simoniaca prauitate põtificatũ dehonestant, aut seculi vanitate, aut vita scandalosa eũ confundunt, sicut fuit congregatum per imperatorem cõciliũ 3. Ioannem. 12. Vltimo confert ad extinguendũ scandala quæ suscitantur in ecclesia, ut dicitur infra in questio. de causis ex quibus debet congregari concilium.

69 Sed nunc videndũ est de origine cõciliorum, videlicet a quo tẽpe habuerũt ortum gñalia cõcilia. l. in c. futuram. 12. q. 1. dicit quod tempore constantini illegat tex. in d. c. 1. 15. dis. vbi tex. hoc dicit. nã in præcedentib. annis persecutione fidei feruente, docendarum plebium facultas minime dabatur, & inde Christianitas i diuersas hæreses scissa est, quia nõ erat episcopis licentia conueniendi in unum, nisi tempore Constantini. idem dicit Bart. in l. 1. in 7. col. in versi. de persona cui relinquitur. C. de sacrosc. eccl. tex. tamen in versic. Isidorus. 16. distinctione innuit etiã concilia fuisse tempore clementis, qui fuit quartus a petro in pontificatu. Item tex. in c. nunc autem. 21. dist. innuit concilium habitum tempore diocletiani & maximiani imperatorũ, & marcellini papæ & tex. in c. celebritatem de consecr. d. 3. idem innuit, coniuncto eo quod legitur in historia ecclesiastica. li. 5. c. 24. de die paschæ celebrando. Qui tex. est victoris papæ q fuit. 13. a petro. A tpe victoris, legimus tres synodos fuisse celebratas. unam in Alexandria, in qua iussu eiusdem, magna multitudo episcoporum congregata est, ut dicit Policrates eps Ephesi, ut patet per eius epistola ad victorẽ papã de pasche. Alia synodus de eadẽ materia est celebrata Romæ, eodẽ victore præsidẽte, ut patet. d. c. celebritatem. Tertia synodus dr celebrata in cæsarea palestinæ, ut patet in eo c. historia eccle. cui dicitur interfuisse idem victor, vt dicitur in historia fratris martini de summis pon. Et ex pluribus aliis capitulis in 5. & 6. libro, in historia ecclesiastica apparet fuisse facta concilia ante constantinum. Item tempore Cornelii papæ qui præcessit tempora constantiani, leguntur celebrata duo concilia contra Nouatum presbyterum, qui negabat lapsos per pœnitentiam, posse salutem consequi. Quorum vnum ten-

tentum est Romæ, ut refert eusebius cesarien. in historia ecclesiastica libro. 6. in quo fuit damnatus nouatus. Aliud fuit super eadem materia authoritate eiusdem cornelij de quo meminit in epistola sua Dionysius episcopus Alexandrinus ad eundem cornelium, ut dicit ibidem idem Eusebius. Item tempore Dionysij papæ leguntur celebrata alia duo concilia. unum contra Paulum Samosatenum, & fuit celebratum antiochiæ in quo præfuit episcopus ostien, ut patet in libro. 6. eiusdem historiæ. Item secundum antiochiæ. in quo idem Paulus conuictus est, qui asserebat Christum tantum hominem fuisse Et tex. 13. q. 2. in c. placuit. ostendit concilium celebratum tempore melchiadis, qui fuit prædecessor Syluestri in pontificatu, vt patet in vita pontificum. Item legitur in actibus apostolorum. cap. 15. congregata synodus super diffinienda quęstione si circuncidi oporteret & seruare legẽ Moysi, conuenerũtque apostoli, & seniores, videre de verbo hoc, cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus di-

70 xit, viri fratres &c. Ex quibus arguitur, tunc etiam præsidente, † Petro, vt Christi Vicario, congregatum fuisse conciliũ, generale Et quod apostoli fecerint concilium antiochenũ, vide glo. cap. sacrosancta. 22. distin. Et actuum. 15. etiam ibi glo. ordinaria dicit dari exemplum faciendi conuentum ad

71 tractandnm ea quæ sunt necessaria fidei. Vnde glo. † in d. c. 1. 15. dist. dicit quod ante tempora Constantini, licet fuerint celebrata concilia, non tamen ita generaliter, sicut post tempora Constantini. Vult dicere glo. quod ante tempora Constantini, siqua concilia fuerunt, illa proprie non fuerunt generalia quia non erat facultas congregandi episcopos propter persecutionem, sed quia constantinus dedit licentiam per uniuersum imperium fieri Christianos & ecclesias fabricari, vt dicit tex. in d. cap. futuram, ideo tunc liberius concilia congregabantur & fiebant vniuersaliter ex toto orbe cõgregatis episcopis, Et ista proprie dicebantur generalia. alio vero modo ante Constantinum etiam erant concilia vniuersalia scilicet respectu authoritatis, quia papa aliquib. cõuocatis de aliqua prouincia decernebat quid vellet vniuersaliter obseruari. Et ita soluuntur contraria, videlicet capit. Isidorus, & actuum. 15. cum alijs concordantijs supra allegatis. Et ista est mens Archi. in dicto cap. placuit. 13. quæst. 2. & facit tex. in cta glo. in d. c. conuenientibus. 1. q. 7. Et per hoc patet solutio ad id quod dicitur in c. 1. 15. di. & in c. sexta. 16. dis.

72 ubi dicitur quod Nicena † sinodus fuit prima, quia debet intelligi prima generaliter, cum episcopis vniuersi orbis celebrata, & cum maiori solennitate, & libertate, non quod ante non fuerint alia concilia, ut dicit gl. & doc. in d. cap. 1. 15. dist. & ratio est quam ponit ibi tex. quia non dabatur facultas episcopis conueniendi in unum, propter diuersas persecutiones ut supra dictum est, & propterea fuit celebratum in palatio Constantini, ut dr̃ in c. sexta. 16. di. quia non erant tam amplæ ecclesię, ut conuenire possent omnes episcopi

73 orbis. Et fuit hoc factum de † consensu papę, alias non potuisset celebrari nisi in ecclesia, ut cap. præceptum secunda q. secunda & in c. conuenior. 23. q. 8. facit tex. in c. qua fronte de appel. & dicit Cardi. & refert Alexan. in d. c. sexta, & idem post glo. d. cap. 1. 15. distin. vide tamen latius quod dico in præcedenti articulo, vbi examino quare Nicena fuit synodus dicta prima. Sed in ista materia, videlicet a quo tempore habuerunt ortum ista generalia concilia de quibus loquimur

74 ego sub † correctione aliter dicerem, videlicet simpliciter ꝙ habuerint ortum a tempore primi pastoris, videlicet beati Petri cui traditæ fuerunt claues regni cœlorum. primo patet ex illa anctoritate act. 15. viri fratres oportet impleri scripturam super electione Matthię, in qua intetfuerunt aposto li & laici & muleres, qui communi nomine dicebantur discipuli, & erat turba hominum quasi. 120. Item ex actuum. 6. cum factum est murmur græcorum aduersus iudæos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduę eorũ, vbi conuocatis discipulis omnibus data fuit facultas eligendi septem plenos spũ sancto & sapientia &c. Item fuit aliud act. 15. de quo supradictum est. apostoli enim fecerunt concilia vt dicitur. 22. distin. cap. 2. in gl. in versi. Christianorum. Et etiam ortum habuerunt concilia aliorum pontificũ ante tempora Constantini & Syluestri, ut patet in concilio fabiani, vbi congregata est Synodus contra hæresim Nouatianam, & in concilio marcelli 180. episcoporum. Nec ex eo ꝙ nõ fuerit maior multitudo episcoporum & personaram ꝓpterea dici debet quod non fuerit generalis, ut patet in d. ca. sexta in plurib. ver. vbi interdũ reperitur celebratum concilium de minori numero. interdum de. 150. episcopis & interdum de 60. tantum, & aliquando de triginta, aliquando de 22. aliquando de 18. aliquando de 15. &c. Et tamen post tem

75 pora Constantini † generalia concilia dicta sunt, non tantũ, respectu authoritatis pontificalis, sed etiam respectu vniuersalitatis, quia omnes si uoluissent potuissent congregari & libere. Nec ex eo quod dicit text. in cap. primo. 15. distinct. quod tempore Constantini fuit maior libertas congregandi, propterea possumus dicere quod fuerint verius dicta cõcilia generalia, sed magis libera, quia cum maiori libertate congregabantur & potuerunt congregari. Accedit quoque quod etiam post tempora Constantini fuerunt maximę persecutiones, ita quod etiam non fuit facultas libera congregandi, & tamen omnia concilia generaliter celebrata post tempora Constantini habita secundum distinctionem supra positam, proprie sunt dicta generalia. Vnde ex eo ꝙ Constãtinus præbuit facultatem congregandi episcopos libere, non potest proprie dici ꝙ illa sunt magis appellanda concilia generalia, quam alia, quæ fuerunt celebrata ante tempora Constantini. Videmus etiam in concilijs modernis, vt in Constantię. & nunc in Lateranens. præsidente Iulio II. quod in eis non fuerunt congregati episcopi omnium nationum imo aliqui dissenserunt, & tamen dicta sunt generalia concilia, ergo pari modo de celebratis ante tempora Constantini videtur dicendum, quod dicantur generalia propter papæ authoritatem, & quia erat facultas uniuersis episcopis inter-

76 essendi generaliter. Non obstat. c. 1. 15. † dist. quia non videtur dicere illud ad quod allegatur, videlicet ꝙ concilia generalia tantum fuerunt a tempore Constantini, sed quod canones generalium conciliorum a tempore Constantini cęperunt. Imo potius uidetur innuere contrarium, quod etiam ante fuerunt generalia concilia, licet canones ipsorum generalium conciliorum fuerint a tempore Constantini magis libere editi. Quod patet ex ipso volumine decreti, ubi nullos uel paucos canones ante tempora Constantini in concilijs editos habemus, & si quos habemus ante, non proprie sunt sub nomine concilij, sed sub nomine pontificum. Vnde proprie dico quod concilia generalia siue niuersalia sumpserũt exordium tempore Apostolorum, & dicta sunt concilia generalia sicut dicta sunt illa quæ fuerunt congregata post tẽpora Constantini, canones tamen editi in conciliis ad instructionem plebium proprie fuerunt editi a tempore Constantini. Nec proprie videtur cõuenire in proposito quod dicatur proprie concilium generale ratione authoritatis pontificalis tantum, cuius authoritate uelit omnes per ordinata in concilio ligari, quia sic etiam solus papa potest statuere aliquid per quod omnes ligentur, & erit cõstitutio generalis, sed nõ concilii generalis, ut in §. sed quod principi, instit. de iusti. & iu. cum c. 1. de constit. in 6. & c. regula. §. porro. dist. 3. cum simil. Sic etiam diceretur generale concilium quotiens papa In priuato consistorio cum cardinalibus aliquid statueret. bene uerum est quod licet in concilio requiratur authoritas papæ, ut in progressu latius dicetur, non tamen propterea dicitur generale. concilium, ex sola papæ authoritate, intelligendo eo modo quo loquimur. Sed potius generale dicimus ad differentiam particularis concilii, ut supra in articulo præ-

77 cedenti dictum est. Vnde dico concilium † generale dictum ab eius effectu, quia generaliter omnes conuocantur & omnes conuocati consulunt. Et isto modo cõuenit diffinitio supra facta de concilio, etiam illis congregationibus de quib. in actibus apostolorum, vt supra dictum est in illo articulo quot sint genera conciliorum, in fine. Potest etiam illud di-

78 ci generale † cui papa præbet authoritatem tanquam generali coucilio, & decernit illud fore generale, & canones conciliares in eo editi possunt dici generales. Et isto modo etiã localia concilia dicuntur generalia propter papæ authoritatem, licet proprie non fuerint generalia. Concludo igitur concilia de quibus loquimur habuisse ortum tempore apostolorum post Ascensionem Christi, & tempore illarum congregationum de quibus legitur in actibus Apostolorum, de quibus supra dictum est. Et de conciliis generalib. ante tempora Constantini & post tempora apostolorum, diximus supra in principio huius articuli, uidelicet aliqua de tempore victoris, aliqua tempore Cornelij, aliqua tempore Marcellini & aliqua tempore Melchiadis pontificum. de antiquis conciliis clare in historia ecclesiast. inspici potest.

Sed quæ differentia est inter concilium generale, & Lateranen. Dic ut dixi supra, uidelicet quod etiam Lateranen. dicitur generale, sed Alexandri appellamus Lateranen. & Innocentij generale, secundum gl. in clement. prima, de immunita. eccles. & quod Lateranen. dicitur aliquando generale, in capit. primo, de capel. mona. & Turonen. ut de usu, cap. primo. Et quia quandoque denominantur a loco, ideo dicuntur lateranen. & ideo illa Inno. dicuntur generalia ad discernendum ab illis Alexandri, & uide Cardin. in clemen. 1. de immuni. eccl. in tertia oppositione, & quod latius dixi supra, in uersiculo, adde etiam præmissis in præcedenti arti. cum dicitur de concilio Calcedonens. Vtrum

79 † autem concilium generale dicatur facere vniuersitatem, & concilium generale dicatur vniuersitas, Card. notat quod

ſic in cap. 1. de pac. ibi tex. & in capit. 1. de obliga. ad ratioci. quod dicit eſſe ſingulare.

80 **Nunc** videamus de modo tenendi cōcilium & de perſonis in ɔcilio exiſtētib. Et primo † vtrum poſſit eſſe concilium ſine papa. Et videtur ꝙ non, quia deficit caput, contra, cap. cum non liceat, de pręſcrip. & cap. non decet. 12. diſt. & 17. per totū, immo tunc dicitur concilium acephalum, ut 21. diſtin. cap. ſubmittitur, Facit quod dicitur per Inno, in c. cum non ignores de præben. Ad idem 93. di. c. nulla ratione. Vñ debet eſſe præſens papa, vel alius nomine eius, ut in cap. conuenientibus. 1. q. 7. dic tamen quod aliquando poteſt eſſe ſine papa, ut videbimus in illo arti. quis congreget concilium, & in illo ex quibus cauſis congregetur. Secun-
81 do utrum † in concilio debeant eſſe aliqui pręſidentes. Dicit Bal. in cap. 1. de iudi. referendo Ioan. Andreæ. quod ſic. idē glo. in l. 1. C. de manu vindic. Et ipſamet congregatio concilii eligit eos, ut dicit Bal. in d. c. 1. & refert Mar. Laud. in trac. de concilio. qō. 15. & fuit obſeruatum in concilio conſtan. in 9. ſeſſione. papa tamen preſidet & præeſt concilio generali & præſidentibus in eo vide in ſupraſcriptione in c. 1. de Simo. & 25. q. 2. c. ſi quis. in ſupraſcriptione. & 32. di. c. nemo. 2. q. 7. cum paſtoris. 25. q. ult. ſi quis dogmata 35. q. 8. quod quis
82 24. di. nullus. 23. di. in nomine domini. Tertio quibus, † veſtibus debeant indui exiſtentes in concilio, Circa hoc eſt aduertendum quod legitur exodi. 28. c. vbi dominus præcepit, ſacerdotem ornari uariis veſtibus diſtinctis a forma aliorum ut oſtendatur dignitas ſacerdotii, quia per extrinſecum habitum denotatur grauitas intrinſeca, ut in §. fin. 41. diſt. c. ex
83 ſtudijs, de pręſump. in c. quoniam, de vi. & hone. cleri. Nam de aliquo iudicatur † ſecūdum qualitatem veſtium quas portat, de ſenten. excom. el 2. ca. contingit & cap. ſi iudex laicus eo. tit. in 6. l. item apud. § ſi quis uirgines. ff. de iniuri. Et debe-
84 mus vti veſtibus, † conuenientibus officio, ut 21. diſt. c. 2. & 3. & c. Deus. de uita & honeſ. cleri. 21. quæſt. 4. cap. 2. & 3. Et ibi exod. d. c. 28. & 35. dicit Deus Moyſi. facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem in qua ſanctificatus miniſtret mihi. Et in fine ſubiungit & utentur eis Aaron & filii eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare vt miniſtrēt in ſanctuario. Ex quo aduertendum eſt quod quando intratur tabernaculum, hoc eſt eccleſiam, ad miniſtrandum in ſanctuario, non eſt vtendum quotidianis veſtibus, vt oſtendatur quod ſicut fit mutatio habitus, extrinſeci, ſic & ſecundum ſpiritū
85 agamus. Et ſacra non † niſi cum ſacris veſtibus, ſunt tractanda, de conſe. di. 1. cap. 1. vnde Stephanus papa ſtatuit ſacris veſtibus non niſi in eccleſiaſticis. & Deo dignis officiis
86 uti, de conſe. diſt. prima. c. veſtimenta, & Ezechielis. 44. non ſanctificabant populum in veſtibus ſuis. Habet ergo ſecundum Hiero. religio diuina, alterum habitum in eccleſiaſticis officijs diuerſum a communi habitu. Debēt ergo uti prælati exiſtentes in concilio veſtibus ſacris, quæ non debēt fieri de veſtibus ſecularium. Vide glo. & doc. de conſe. diſtin. 1. cap. ad impunitatem. Zenze. in clemen. prima de celeb. miſ.
87 Quales eſſe † debeant & quid denotent, uide in tertio libro rationalis diuinorum officiorum. Item ibidem habere, & tenere debent textum euangelij, ut dicunt doc. in cap. in nomine domini. 23. diſtin. & refert domi. in ſuo tractatu de concilio in 5 quæſt. Cum ergo concilium celebrandum ſit in eccleſia, ut in cap. præceptum. 2. qō. 2. & dixi in præcedenti arculo, cum ēt tractanda in eo ſint q̄ ſunt religionis, & fidei & imploranda ſit gratia ſpiritusſancti, & ibidem orandum pro conſequenda gratia illuminante corda præſidentium, pro veritate manifeſtanda, expedit quod Cardi. prælati, & illuc conuenientes ſint induti pluuialibus, planetis & veſtibus, ſacris, & cum mitris albis hoc probat tex. in cap. quod ſicut de elec. & tex. & glo. in c. vt apoſtolicæ de priui. in 6. per argumentum a maiori, ut ibi notant doctores. Et debent eſſe planæ & albæ & ſine ornamentis, quia ſunt in præſenti, a pontificis, ſicut debent uti epiſcopi in præſentia legatorum niſi qđ cadina. utunrur mitris albis aliquando auriphrygiatis, ut appareant aliqualiter magis ornati quam epiſcopi & alii inferiores prælati. Et de cardinalibus quod ita ſint induti in concilio, ponit magiſter Bernar. de Roſagio in tract. de poteſtate Cardin. in tit. de inſignibus Card. quæ ſunt mitra, anulus, calula, & pluuiale. & cicit cardina. de turræ crema. in ſuo tracta. libro tertio & domi. de ſancto gemi. in. 6. quæſt. ſui tractatus de concilio. Denotat enim mitra ſcientiam vtriuſque, teſtamenti per duo cornua, per anterius deſignans teſtamētum nouum, per poſterius vetus, ut dic. ſpecu. in ſuo rationali diuinorum officiorum in tertio lib. in rubrica de mitra. Pa-
88 pa autem debet eſſe indutus † veſtibus pontificalibus, quæ autem ſint illę connumerat ſpecula in rationali diuinorum officiorum in principio. tertij libri. Et vltra ipſe ſi uoluerit, poterit etiam uti inſignibus imperialibus, ut in cap. Conſtan-
89 tinus. 96. diſtinctione. Sed quando intererit imperator, quib. veſtibus ipſe vti debet, De hoc nihil reperio, ſed ſecundum quod apparet in tertio, quarto, quinto, & plurib. aliis ſequētibus ſeſſionibus in concilio Conſtantien. ſedebit in habitu imperiali & rex in habitu regio & ſic de ſingulis. De quo dicam aliquid infra de ſeſſionib. imperatoris & regis. De quo etiam in cerimoniali in rubrica de ſeſſionibus publicis, & ibi de pontifice qui uadit ad concilium cum pluuiali rubeo
90 & mitra præcioſa. Item † patriarchæ & archiepiſcopi nō debent habere pallium in concilio generali, quia non poſſunt vti eo extra prouinciam ſuam, ut eſt caſus in capit. primo & capit. ad honorem de autho. & uſu. pal. nec etiam baculum paſtoralem, quo etiam papa non vtitur. ut in cap. vnico in fi. de ſac. vnct. Ideo papa, † non vtitur, quia a Deo non ab homi-
91 ne poteſtatem habet, ſed alij a papa poteſtatem habent. Et datur baculus, quia deſignat ei commiſſam coertionem, vt
92 in cap. unico in glo. vnde verſus. In baculi forma præſul datur hæc tibi norma, attrahe per primum. medio rege, punge per imum. attrahe peccantes, rege iuſtos, punge vacantes. Et ideo in concilio in pręſentia papæ & ſuperioris, epiſcopus
93 non utitur. Facit quod dicitur in cap. volentes de offi. lega. & in cap. antiqua de priuile. Significat enim baculus paſtoralis cuſtodiam gregis, dicit Archidi. in cap. diſciplina. 45. diſtin. vnde cum plenitudo cuſtodię ſit papæ commiſſa, aliis autē in partem ſollicitudinis, vt. d. cap. ad honorem, ideo in eius præſentia non utentur, ne iudicentur plura capita in eodem corpore, ſicut monſtrum, & in capit. quoniam, in pleriſque, de offi. ordin. dic. Domi. in trac. de concilio in 6. q. & aliquid per Guliel. Duran. in rationali diuinorum officiorum in rubrica de baculo paſtorali, vbi quare papa non vtitur illo niſi in eccleſia Treueren. in Alemania.

94 **Secundo eſt** videndum circa perſonas, de ordine † tenendo in ſedendo, & ſimiliter in ſubſcribendo. In quo dicendum eſt quod prælati in concilio exiſtentes non debent ſedere confuſi, ſed debent præmitti digniores, vt in cap. ex ore, de priui. notat domi. in cap. epiſcopos. 17. diſt. Et ordo erit quod in primo & eminentiori loco ſedebit papa, quia eſt caput concilij & vicarius Chriſti, & caput totius eccleſiæ, vt in cle. Romani, de iure iu. & in cap. fundamenta, de elec. in 6. & in c. non decet. 12. diſt. & cap. ad Romanam. 2. q. 6. cum ſimilib. & eſt ſucceſſor Petri & Vicarius Ieſu Chriſti, ut in c. 5. & in c. licet. de tranſla. prælat, nam & Romana & Apoſtolica eccleſia eſt caput & cardo aliarū eccleſiarum a qua omnes aliæ eccleſiæ orbis, diſponente domino, reguntur, vt in c. ſacroſancta. 22. diſt. Qui papa etiam patriarcha Romanus appellatur, vt in c. fin. 22. diſtinct. & in cap. in nomine domini. 23. diſt. Eſt enim ſuus, primus patriarchatus orbis, vt in cap. ſacroſancta. 22. diſt. & aliquid infra dicetur. Ideo ſuper omnes primus ſedebit. ipſe enim author, director, & moderator eſt concilij, ſine cuius authoritate non congregantur, neque tenentur concilia, ut 17. diſtinct. per to-
95 tum. Secundum locum † habebit cardinalis epiſcopus Oſtiē. quia hoc habet ex ſpeciali priuilegio cōceſſo eccleſiæ Oſtiēſi. & in conſiſtorio papæ ſi ſuperueniat, uel inter ſedes patriarchales, quando eſt præſens in conciliis, poſt papam primus ſedet. & ideo fauorabilior, ex quo conſecrat papam, & imperatorem inungit dicit Hoſti. & refert Ioan. And. & Pet. de Peruſio in c. antiqua. de priuile. Sed Abb. ibi dicit ꝙ patriarchæ præferuntur card. in concilio, & quod hoc ideo dicit Hoſtiē. ibi quia erat cardi. & ſic tacite ſentit Abb. quod card. Oſtiē. non præcedat. Sed dic contra, ut in locis ſupra allegatis ponunt Doct. maxime domi. & Alex. in c. cleros. 21. diſt. & hoc ſine dubio de cardi. Oſtienſi, de aliis dicetur infra. & ideo datur locus honorabilior, quia ſedis ſiue loci prioritas dignitatem declarat, ut in cap. ex ore. §. primo, de priuil. & d. c. antiqua. & c. 1. & cap. ſtatuimus. de maio. & obed. Et ideo dicebat
96 Alexander. papa IIII. quod poſt Romanam † nulla erat maior eccleſia Oſtienſi. Romana enim eſt omnium mater, domina, & magiſtra, ut in c. fi. §. in nullo, in fi. de ſumma. trin. & in l. fin. C. de ſum. trin. & in cap. licet in fi. de elec. & in authē. de eccle. ri. §. 2. col. 9. Ita dicit Hoſti. in uerbo locum & in uerbo poſt Romanam eccleſiam in d. cap antiqua. Tertium lo-
97 cum † tenet de iure, niſi obuiet aliqua conſuetudo eccleſ. Romanæ, patriarcha Conſtantinopolitanus, ut in c. Conſtantinopolitanæ & c. de Conſtantinopolitana. 22. diſtin. eccleſ. enim Conſtantinopolitana gaudet eiſdem priuilegiis quibus eccle. Romana, ut no domin. in c. renouantes 22. diſ. ipſa enim appellatur noua Roma, ut in d. c. Conſtantinopolita-
98 næ. & licet ibi † dicatur quod tenet primum locum poſt papam, intelligitur niſi ſit præſens card. Oſtien. epiſcopus, propter ſpeciale priuilegium ex cauſa prædicta, ut ſupra dictum eſt, & dicit domi. in c. epiſcopos, circa finem 17. diſ. & doct. in
99 d. c. antiqua. Olim † tamen ante concilium generale fuit Alexandrina prima iſtarum quatuor, vt dicitur in d. ca. antiqua de

de priui. & eſt tex. in c. ſacroſancta. 22. diſtinct. Poſtea in concilio generali fuit conſtituta prima poſt Romanam, eccleſia conſtantinopolitana, vt ibi, & dicitur in c. ſacroſancta, & in capitulo fin. & domi. in cap. conſtantinopolitanæ. 22. diſtinc. Vbi in fi. colligit idem domi. quod papa cum concilio poteſt auferre primatum vni eccleſię in pręiudicium alterius, & da-
100 re alteri. Quartum locum † tenet Alexandrinus, quintum
101 Antiochenus, ſextum Ieroſolymitanus, ut in capit. renouan-
102 tes. 22. diſt. & c. fi. ea. di. & in d. c. antiqua. Et iſti præferuntur Cardinal. in concilio & in ſubſcriptionibus, vt dicit domi. in capitulo renouantes. 22. diſtinctio. & in capitulo ſequenti & in capitulo cleros. 21. diſtinctio. in princ. Et idem ab, ſiculus, quem ſic intelligo in d. c. antiqua, & ponit Fel. in rub. de maiorit. & obedien. allegat pe. de mote in ſua monarchia in 24.
103 col. in verſic. quinto quæro. Conſiſtit † autem iſta præcedentia & præeminentia in ſedendo & ſubſcribendo, in reſpondendo & votando, vt dicit domin. in capit. diffinimus, 12. diſtin. Et cum aliquis præponitur vni de collegio, omnib. alijs inferioribus illo præponitur. ponit domin. in capitulo renouantes in tertio notabi. 22. diſtinctione, & vbi vnus de concilio vel choro cedit venienti, ſequens debet ei cedere, & tertius illi, & ſic de aliis ſecundum domin. ibi in ſequenti notabili. Quod intellige quando is qui ceſſit erat in minori digni-
104 tate & poſtponendus ceſſionario. Poſt hos † patriarchas ſequuntur aliæ quatuor ſedes, ſcilicet Aquilegien. Bituricen. Graden. & Cantuarien. de qnibus in capitulo conqueſtus & in capitulo nunc vero. 9. quęſtio. 3. & in capitulo erubeſcant 32. diſtinctio. ponit Archi. in dicto capitulo final. 22. diſtinc. doc. in cap. conſtitutis de appel. el primo & doct. in capitulo
105 cleros. 21. di. & 99. di. c. 2. in glo. iſtis tamen † vltimis præferūtur cardinales ſecundum conſuetudinem. curiæ, quia principales ſunt quatuor illæ ſupra nominatæ, de quibus in dicto capitulo antiqua, & dicit domin. in dicto capitulo final. ubi inter iſtos vltimos etiam ponit & connumerat archiepiſcopum Piſanum. de quibus etiam plene in cap. cleros. 21. diſtinctio. per domi. ſuper glo. in verſic. archiepiſcopo. In dubio tamen appellatione patriarcharum, intelligitur de primis prin-
106 cipalibus, vt dicit dom. in d. c. cleros. Dicit tamen domin. in capit. epiſcopos. 17. diſt. quod iſti vltimi patriarchæ deberent de iure præferri cardinal. presbyteris. Et ita tenet ibi Alexandrinus, & idem domin. in ſuo tractatu in 7. quęſtio. per ſupraſcriptionem. d. capituli conſtitutis de appella. Quæ ſupraſcri-
107 ptio † facit ius, vt notatur in capit. quorundam. de electio. in 6. & glo. in capitulo 2. de reſcrip. Et idem videtur voluiſſe paui. in tractatu de viſitationibus in 2. quęſtio. principali, cum prius agit de patriarchis quam de cardinalibus dicens quod illi obtinent poſt papam principatum, & quod poſt papam ſunt primi in eccleſia Dei, allegat. c. omnes. 22. diſt. & probat tex. in d. cap. cleros, cum picit quod patriarcha primum poſt apoſtolicum obtinet locum. Pe. de monte in ſuo tract. in 5. q.
108 mouet dubium & non ſoluit, ſed † dicit ſeruandam conſuetudinem, ſed circunſcripta conſuetudine nihil dicit niſi tantum de quatuor principalioribus patriarchis, quid dicēdum? infra latius examinatur. Et non eſt dubium quod vbi apparet de conſuetudine, ſeruanda eſt conſuetudo, maxime curiæ in iſtis, ut dictum eſt & patet in capitulo legimus, 93. diſtinctio. & in dicto capitulo epiſcopos. Vide domin. qui ponit de prædictis, & de ordine cardinalium, vt is præferatur qui eſt in maiori ordine & dignitate, vt primo præferantur epiſcopi cardinales, deinde presbyteri, ultimo diaconi, ut 79. diſtinctione capitulo oportebat & capitulo ſi quis ex epiſcopis & 12. quæſtio. ſecunda. cum redemptor. Dicit dominicus in dicto capitulo epiſcopos poſt gl. 93. diſtinctio. legimus, quod
109 conſuetudo Romanæ eccleſiæ habet quod cardin. † diaconi pręferantur presbyteris exceptis epiſcopis cardinalibus quātumcunq; ordo p̄sbyteralis ſit melior diaconatu, vide ibi. Curia autem ut quotidie videmus præfert cardinales omnibus iſtis vltimis patriarchis. Sed iſti ultimi non proprie dicuntur patriarchæ, ſed primates. Et inter patriarchas & primates non eſt differentia niſi in nomine, ut patet. 99. diſt. in ſumma & per totum, ponitur in capitulo duo ſimul. de officio. ordin. Vide late in ſpecul. tit. de diſpen. in §. ſuntque. in princip. de quo infra dicitur, & ponit paui. in dicta ſecunda quæſt. qui
110 ponit patriarcham Venetiarum † loco graden. cui fuit ſubrogatus per Nicolaum quintum. Facit. 9. quæſt. 3. capitulo nullus primas & d. capitulo conquæſtus, & idem replicat idem pauinus in trac. ne ſede vacan. §. præmitto, uerſiculo quarta ſedes. Et ibi uidetur poſt ſedem pontificalem ponere ſedes cardinaliū. Tertiā ponit imperatoris a ſiniſtra papæ & quartā ponit patriarchalem. Sed iſte non habet reſpectum ad id qđ debet fieri in concilio generali. Glo. tamen in c. nulli. 99. diſtin. in verbo primas, mouet quæſtionem de Patriarcha Veneto, & nihil ſoluit. Sed ſolutio patet ex præmiſſis quod nō annumerat inter primas ſedes, & ſucceſſit loco gradēſis. Vnde patriarcha qui olim vocabatur gradenſis, hodie uocatur patriarcha venetus, ut dicit brixien. in uerb. patriarcha, uerſi. de patriarcha gradenſi. Reperio tamen quod quidam doctor
111 papienſis nomine Ioannes † graſſus, in quodam trac. de dignitatibus in repeti. c. ex parte de uerb. ſigni. dicit qđ licet olim in primitiua eccleſia patriarchæ eſſent primi poſt Romanū pontificem, & præcederent cardi. tamen poſtea in Romana eccleſia tertium locū aſſumpſerunt, & ſunt poſt cardi. alleg. tex. in c. in nomine domini. 23. diſt. Qui text. licet ad aliud loquatur ſuper elec. papæ, tamen in illo uerſi. ubi loquitur de cardi. poteſt induci, ita contra, ſicut pro, quia ibi dicitur quod cardi. epiſcopi funguntur vice metropolitani, ergo ſi funguntur eorum uice in electione papę, uidetur quod metropolitani alias ſint maiores, & quod epiſcopi cardi. poſtponantur pa-
112 triarchis, Sed quicquid dicat, † de iure non diſcederem ab authoritate domi. quo ad illos quatuor patriarchas principales in d. c. epiſcopos, qui etiam loquitur quo ad alios etiam inferiores iſtis quatuor. Quam tenuit Pe. de Monte in tracta. ſuo de monarchia in 5. q. principali. refert & ſequitur feli. in c. 1. de maio. & obedi. & alii ſupra relati. & clare ꝓbat tex. in ſua ſupraſcriptione in c. conſtitutis el primo de appel. ubi præfert patriarcham Gradenſem presbytero cardi. ſancti uitalis, qui ſi præfert illum qui non eſt de quatuor principalioribus, tanto magis debent pręferri illi quatuor omnibus cardi. in concilio poſt cardi. oſtien. ut dictum eſt. Et iſtæ ſupraſcriptiones ſunt attendendę, ut in c. quorundam in glo. in c. epiſcopos de elec. in 6. & glo. penul. in cle. 2. de reſcrip. Et hanc opinionem quod patriarchæ in concilio præferūtur, ſcilicet iſti quatuor primi. ipſis cardi. ponit Abb. in d. c. antiqua de priui. ut ſupra dictum eſt. Et ſi ſupraſcriptio probat in graden. tanto magis in quatuor principalioribus, ut dictum eſt. Et hoc corroborat quod dic. bal. in l. ſi aliquam §. cum pleniſſima. ff. de offi. procō. q loquitur in legatis de latere, & dicit quod legati de latere qui dicuntur proconſules, habent tantam iuriſditionem quantam habent patriarchæ archiepiſcopi & epiſcopi & alij omnes in prouincia ſibi commiſſa, & etiam maiorem omnibus. Vnde ſi parificat legatum de latere patriarchis, ergo quando non reperitur legatus ipſe cardinalis, ſequitur ꝙ maiorem habet pręeminentiam patriarcha. Sed ſiquis uellet dicere contrarium, poſſet reſpondere quod ex quo ibi ſupraſcriptio loquitur in patriarcha Graden. & in iſtis inferioribus quatuor ſedibus uidemus quotidie ſeruari contrarium in capella papę, idem uidetur de alijs quatuor prioribus ſedib. quia idem uidemus de patriarcha Conſtanrinopolitano & Alexandrino Antiocheno & Ieroſolymitano, quibus pręfe-
113 runtur ipſi † cardina. in capella, & in moderno lateranen. concilio, in quo ſiqui interfuerunt, non habuerunt locum particularem poſt cardi. immediate, ſed ſederunt primi inter epiſcopos, & qui erat de aſſiſtentibus erat primus inter aſſiſtentes papæ, ſicut in capella papę & ſic ex conſuetudine pręponuntur eis epiſcopi cardi. Stabitur ergo conſuetudini curię, vt in dicto c. legimus. 87. di. Niſi aliud dicamus in cōcilio generali quā in conſiſtorio & capella papæ, ubi uidemus quod cardi. quantuncunque ſit patriarcha Conſtantinopolitanus, tamen ſedet in loco ſuo inter cardinales, & non primus. & idē uidemus in cardinali qui eſt patriarcha Aquilegien. Sed
114 non omnino uidetur ex hoc arguendum, quia aliquādo † cōſtitutus in maiori dignitate poſtponitur ratione loci, & temporis, & receptionis, ut patet in c. a collatione, de appel. in 6. & in d. c. ſtatuimus. & aliquid infra dicitur. Vnde uidetur ꝙ quātūcunque de iure patriarchę deberent pręferri tamen ɔſuetudo non recipit. Idem tamen domi. refert ibidem Alex. & cardi. de turrę cre in trac. de poteſtate papę in 3. li. in ca. 26. qui interfuit concilio baſilienſi, dicit ꝙ pręferantur patriarchę. Et videtur probari ex geſtis in concilio ſextę ſynodi Cōſtantinopolitanę in principio. ubi primo ſedit imperator, deinde immediate a ſiniſtris locum tenens papę, & aliorum epi-
115 ſcoporum ſacri concilij antiquę Romanę, & a † dextris ponūtur patriarchę. unde uidentur poſiti in honorabiliori loco, quia a dextris, iuxta bal. in l. decernimus poſt glo. C. de ſacroſan. eccle. & ſic ibi plus honorabantur patriarchę quam tenētes locum Agathonis papæ, quod eſt contra tex. in c. conuenientibus, 2. q. 7. ubi in ſynodo Melden. primo nominantur locumtenentes papę quam patriarchę. & eſt conueniens, ꝓpter notata in c. ſanctę & in c. paſtoralis de offi. delega. & dico infra. Imo plus probat iſte tex. quod imperator pręſidebat concilio, & erat medius. & in pluribus locis actuum illius cōcilij legitur pręſidente eodē pijſſimo & Chriſto amabili magno imperatore Conſtantino, in ſecretario ſacri palatij qui cognominatur trullus & deinde in principio alterius capituli, reſidentibus glorioſiſſimis conſulibus & patritijs ex latere pijſſimi imperatoris Conſtantini, & ex parte eius leuę ſedentibus uiris uenerabilibus loci ſeruatoribus ſanctiſſimi archiepiſcopi antiquę Romę Agathonis, & qui cum eo erant Dei ama-

amabiles episcopi.a latere autem eius dextro similiter seden
tibus Georgio sanctissimo archiepiscopo ecclesiæ constati-
nopolitanæ nouæ Romæ,&c.vt ibi in §.actione,& clarius in
prima,& pluribus alijs locis dicit,conueniente quoque san-
cta & vniuersali synodo quæ secundum imperialem sanctio
nem congregata est. Vnde ex his videtur quod preferebantur patriarchæ,immo & consules, qui primo nominantur.
116 Vnde res redditur difficilis,si enim †attendimus ordinem literæ, sunt prius nominati tenentes locum papæ, si attendi-
remus a quo latere, sunt magis honorati patriarchæ.Posset re-
sponderi quod licet essent ad leuam stabant in eminentiori
loco cum imperatore, qui Imperator etiam mandato papæ
erat præsidens cōcilio,& propterea Imperator erat a dextra;
quia repræsentabat etiam papam, & simul cum illis, & ipso
iubente, omnia legebantur. Vel est dicendum quod secun-
cundum locum patrię, locus a sinistra erat honorabilior;
& ad postulationem imperatoris papa miserat, & authori-
tatem præbuerat concilio, prout patet in prima epistola;
vel erat secundum tempora illa, secundum quæ non erat
ita libera facultas congregandi plebem, secundum quod di
citur in capitulo primo decimaquinta distinctione. Et for-
te ista ultima responsio est verior, sed alia honorabilior,facit
quod dicitur in capitulo solitæ.de maioritat.& obedient. &
117 infra aliquid dicitur. Sed pro opinione quod cardinales de-
beant præcedere etiam istos quatuor principales patriarchas
uidetur Hostien.& Ioann.And.in capitulo dilectus el primo
de præbend. vbi text. ostendit quod episcopus Prænestin.
apostolicæ sedis legatus, fuit postea factus archiepiscopus.
Ex quo ibi dicit Hostiens.(& refert Ioann. And. & Ioann. de
immo,ibi,& Felin.in rubric.de maioritat.& obedient.& ibi-
dem cardin.quem infra refero in clem. ne Romani de elec.)
quod hodie non esset sic,quia curia Romana tenet quod nul
118 la dignitas sit hodie † maior cardinalatu, cum ipsi cardina-
les vna cum papa iudicent omnes, nec possunt iudicari ab
alio quam a papa, & collegis suis.nona quæstione tertia, ne-
mo.& capitulo sequenti, & idem replicat Hostiens.in capitu
lo secundo,de cle. non resi.& ibi refert Ioannes. And. Idem
etiam clare ponit Ioann.de immo in dicto capitulo dilectus
respondens ad illum text.quod fuit secundum illa tempora
in quibus archiepiscopus erat maior quam cardinalis,sed ho
die secus, quia non est post papam maior dignitas in ecclesia
119 Dei quam cardinalatus, ipsi enim sunt † vnum corpus cum
papa,sicut canonici cum episcopo,& ipsi non solum consu-
lunt Romanæ,sed etiam toti vniuersali ecclesiæ,ut no. Abb.
in capitulo bonæ,el secundo de postu.prelat. & in eorum de-
120 positione si est episcopus † cardinalis,requiruntur, 72.testes,
si presbyter.64.si diaconus.27.secunda quæstio.4. capit. præ-
sul.De cuius intellectu alias dicetur.De quo per docto.in ca
pitulo per tuas de maioritat.& obedient.& vide in specul.in
tit.de testi.in §.restat,versic.primo,& infra in isto articul.Et
in capitulo licet vniuersis,dicit Hostien.quod istud habet lo
cum inspectis testibus secundum Gratianum ibi, vel de iuris
rigore,uide infra remissiue in 12.charta,versi.caueant. In eo
autem quod dicit Abb. quod cardinales faciunt unum cor-
pus cum papa sicut canonici cum episcopo,contrarium ui-
detur dicere Bellamera in capitulo nullus 79.distinctione &
refert Alex.in capitulo in synodo.63.distin qui volunt quod
respectu particularis ecclesiæ Romanæ canonici sancti Pe-
tri, & Lateranen. sint proprie canonici papæ, sed respectu
vniuersalis ecclesiæ concilium dicatur capitulum papæ.Be-
ne tamen verum est, quod cardinales cum papa faciunt sa-
crum collegium,ibi uide Alexand. Et si dicatur,quod in tex.
dicti capituli dilectus, non apparet, quod ille desijsset esse
cardinalis,non esset bona solutio,quia satis esset quod dimi-
sisset titulum episcopatus pręnestinensis,quia ex hoc nō fuis
set inter episcopos cardinales, sed omnino descendisset. Et
si dicatur quod remansisset archiepiscopus & cardinalis, &
præcederet alios episcopos cardinales, tunc apparet omni-
no quod illud fuisset secundum illa tempora,ut dicunt dicti
doctores,quia hodie vt videmus,primus gradus est episcopo
rum cardinalium. Sed posset dici, quod in dicto capitulo
dilectus,secundum illa tempora non erat,quia archiepisco-
patus teneretur maior dignitas, sed quia per adeptionem se-
cundæ dignitatis vacabat prima, iuxta capitulum de multa,
Quod uidetur sentire Abbas in capitulo bonæ, el primo de
de postu. prælat. in tertio notabili. Ad hoc ipsum etiam fa-
cit quod idem Abbas ponit in capitulo ecclesia, el sęcundo
de electio. quod si per adeptionem cardinalatus uacant
priora beneficia, non possunt postea de nouo obtineri, &
quod cardinalatus est maxima dignitas. Et ad præmissa
pro hoc facit ille textus. in dicto capitulo per uenerabi-
lem ibi, sunt autem sacerdotes leuitici generis fratres
nostri, qui nobis iure leuitico in executione sacerdota-
lis officii coadiutores existunt, qui filii sint legi. quod legitur

deutero.c.17.Quem tex.dicit Abb.siculus in cap.1.de cle.nō
121 resi.quod est melior de corpore iuris,qui probat quod cardi-
nalatus sit de iure diuino.Dicit tamen Paul.in tract.visitatio
num in 2.q.principali in 3.colu.quod vsque ad tempora cle-
mentis quinti & Ioan.An.non fuerat seruatum quod episco
pi fierent cardinales,ne notaretur quidam descensus dignita
tis, & ideo multos non esse factos cardinales in ecclesia Dei
tempore Bonifacij octaui, de quibus summe fuisset prouisum
ecclesiæ vniuersali.Bonam tamen asserit consuetudinem in
tantum dilatatam quod quandoque de solis episcopis fit pro
motio cardinalium.& ideo quod erubescat Bonifacius octa-
uus,qui licet inuenerit reuocatorias gratiarum & alia multa
hoc inuenire nesciuit.Allegat Ioan.An.in cap.cum aliquib.
de rescriptis.in 6.in nouella,& refert ibi pragmaticam in ti.de
cardinalibus.Et idem replicat Pauinus in extrauagan, ad
onus,in vltima charta,dicens per rationes Ioa.An.ostendē-
tes non notari descensum, bis fuisse pronunciatum in palatio
apostolico pro impetrante præbendam,licet ipse Bonifacius
contrarium pronunciauerit in consistorio. Et vide Domin.in
d.c.cum aliquibus,in secunda col.qui idē replicat de rescrip.
in 6.& vide omnino abbatem in c.bonæ,el primo de postu-
la.præla. In uno tamen ille text.in d.c.per venerabilem facit
in contrarium,quia si verum est dicere quod cardinales suc-
cedant loco sacerdotum leuitici generis, ergo non est verū
dicere quod consuetudo curiæ hoc nouiter introduxerit,
& quod aliter esset in primitiua ecclesia, quod scilicet pa-
triarchæ & non cardinales præferrentur. Super quo infra di-
cetur latius, in articulo quo tempore habuerunt originem
cardinales.

122 **Ad idem** etiam, quod cardinalis præcedat, facit quod notat cardina.in cle.ne romani.in §.porro
in tertio notabili, in fine, quod hodie cardinalatus est summus
gradus in ecclesia post papam.allegat capitul. primum de se-
cundum de offi. lega. in 6 cum ibi notatis.Retuli.supra post
Hostien.& Ioan.An.in ca.dilectus el primo de præben.quod
cardinalis & non episcopus in suo officio est maior quocun-
que episcopo. Abb.in c.quod super his in fi.de fide instru.Ho-
stien.in cap.ecclesia,el secundo de elec. tex.iuncta glo.in ca.
quanquam.2.q.7.Bart.in l.2.§.si quis.in 1.col.ff.de appel.Feli.
in d.c.quod super his vlt.colu. Ad idem facit quia cardinales
censentur pars corporis papæ.6.q.1.§.uerum,& d.c.per vene-
rabilem.& in c. felicis de pœnis.in 6. Ad quod etiam archid.in
c.sacrosancta.22.di. Hostien.Ioan.An.& alii in c.antiquæ de
priui.& Hostien.in c.cum ex eo,de pœ.& remiss.Idem Ioan.
An.post Ioan.mo.in ca. 1.de schismat.in 6.allegat 6.q.1.§.quis
& l.quisquis.C.ad le.iu.maiesta.Imo sunt unum corpus cum
papa,vt dixi supra.& dicit Abb.in d.capitulo bonæ,el primo
de postu.prælat.& dicitur latius infra charta sexta,versi.item
cardinales dicunt pars corporis papę.Et sunt uere patritij seu
pti in diademate principis, ut insti. qui.mo.ius patriæ po.sol.
§.filius familias.& sūt specialiter fratres pricipis, & plus aliis
priuilegiati,in cap.officij de offi.lega.in 6.Ita dicit Ioan. An.
post Ioan.mo.in d.c.1.de scisma.& appellantur reges, vt di-
cit Hosten.& Ioan.An.in d.cap. dilectus.

123 **Ad idem** facit quod in promotionibus † patriarcharum vocantur per papam cardinales,& de
eorum consilio promouentur,iuxta notata in d. c.1.de schi-
sma.& in cap.super eo.de hære.in 6.quia papa explicat ardua
cum cardinalibus,ut ibi.Imo dicit.Hosten.& refert Ioa. An.
in cap.antiqua de priuil. quod papa parum uel nihil potest fa
cere sine consilio cardinalium.Pro quo est quod dicit Abb.
in cap.2.post Hostien.de cleri non residen.De qua quæstione
late in trac.Barba.de cardinalibus.Quod vtrum sit uerū sim
pliciter, etiam infra in illa quæstione utrum papa possit con-
tra capitula conclauis creare cardinales, aliquid dicitur.Itē
124 causæ cathedralium ecclesiarum † solis cardinalibus cōmit-
tuntur.Sed hoc forte parum est,quia committuntur referē-
125 dæ,ut in cle.auditor.de rescr.qui nimo cardinalibus non cō
mittuntur causæ beneficiales non excedētes in ualore sum-
mam.60.ducatorum,alias commissio est nulla, ut ponit Pa-
uinus † extrauagāti ad onus,& refert Feli.in rubri. de rescrip.
ad finem.Et hoc uigore constitutionis quæ publicatur singu
lis annis in principio Rotę.Sed omnino quo ad hoc quod in-
tersunt promotionibus patriarcharum, posset responderi a
simili de metropolitano,qui eligitur ab episcopis,ut in c.me
tropolitano 63.di.& in cap. archiepiscopos.68.dist.& tamen
episcopi non præferuntur eis. Istam opinionem quod cardi-
nales omnes simpliciter præferantur patriarchis in concilio
& in omnibus tenet Bernardinus de rosagie in suo verbolo
trac. de potestate cardinalium in rub.de maio. & prærogatiua
cardinalium. allegat archi.& Ioā. An.in c.ubi periculum de
elec.in 6.& Ioan An.in c.pro humani,de homi.in 6. vbi ni-
hil dicunt in meis libris.Et idem Bernardinus.in c. 2. imme-
126 diate sequenti dicit quod clemens † 6.natione gallicus & le
mo-

mouicen.fecit cōstitutionem quod in ecclesia militanti nul
la sit nec habeatur maior dignitas post papam cardinalatu,
allegat in proposito illum textum, in capitulo quamquam.
2.quæstio.9.& Archidia.ibi,qui etiam nihil dicit. Nec obstat,
quod dicit Bal.in cap.bonę.de postula.præla.quod cardinala
127 tus † dicitur officium, quia etiam est dignitas maxima, quæ
facit eos illustres, ut in l.ad similitudinem,ibi Bal. C.de epi-
scopis & cler.& dicit idem Bal.in l.1.ff.de offic.præfec.præto.
de quo infra latius, & per Pauinum in tract.de potestate capi
tuli sede vacan.in fin.in penuit.char.3.colum.in fin.Bartol,
tamen in l.prima in §.si quis.ff.de appellatio.dicit quod car-
dinales non habent maiorem dignitatem episcopis,sed ma
ius officium, quamuis Bal.in d.l.1. faciat cardinales maiores
archiepiscopis & episcopis,quos æquiparat comitibus, & di-
cit eos spectabiles,& nō illustres,sicut cardinales.Sed de hoc
infra latius.

Propter istas varias doctorum opiniones iste articulus redditur difficilis,& oportet ali
ter quam in opinionibus doctorum insistere, loquendo etiā
de istis quatuor principalioribus patriarchatis. Et pro inda-
ganda veritate,primo perquiramus quæ sint in proposito qua
128 litates, † quę faciunt aliquem digniorem altero. Et primo in
proposito non videtur quod sit habenda ratio ordinis, licet
alias qui est maior in ordine,debeat pręferri, vt in cap.statui
mus,de maior. & obedien.quia sic purus episcopus præferre-
tur presbytero cardinali,posito quod episcopatus sit ordo,de
quo in capitulo quotiens,de purgat.cano.in capitulo 1.de te
stam.cap.cum contingat de ætate & qualit.& Dom.in prin.
libri sexti,& 21.dist.cap.cleros, & in clem.plerisque,de elec.
Et tamen contrarium est magis verum, videlicet quod pres
byter cardinalis pręfertur simplici episcopo ratione officij
& non dignitatis ordinis,vt ponit cardin Zabarellus & Abb.
in capitulo eccle lo.2 de elec.& Abb.in cap. quod super his,
de fide instru.& Bart.in l.1.§.si quis in fin.primæ col.ff.de ap-
pel.& dicitur in cap.quamquam.2.q.7.Probat tex.in capit.si
abbatem de electio.in 6.& in capit.2.de cle.non resi.& Abb.
ibi.de quo Alex.de immo.in rub.ff.de iurisdic.omnium iud.
In hoc articulo multa possent dici,maxime quia tex.ex ordi-
129 ne literę † in capit.cum apostolis,decensi.prius describit epi-
scopos quam cardinales, & text. in capitulo venerabilis, in
verbo culmina dignitatum, de præbend. quem text.ad pro-
positum pro singulari allegat Florent.in clement. prima de
renunciatio. quod episcopatus est culmen dignitatum, &
tex.in capitulo miramur.61.distinct.& glo.in capit.2.de præ
bend.in 6.& bona glo.in capit.quia periculosum de sentent.
excommunic.in 6.Quæ iura licet innuant episcopos dignio
res,tamen pręsuppono contrariam opinionem veram,quod
imo cardinales pręferantur episcopis.De quo uide Gondisal.
in tract.de dignitate cardinalium in 11.quæsito. & ultra prę
dicta loca Felin.in rub.de maior.& obed.& Balencinum.in
d.capit.quod super his de fide instrum. & Andream Barba-
tium,in tractat.de præstantia cardin.in prima principali quę
stione,in quibus locis reperies concordantes, & aliquid dixi
supra proxima charta. Quia si contraria opinio non esset ue-
rior, frustra dubitaremus de patriarcha, si doctores facerent
veriorem sententiam quod episcopus præferatur cardinali.
130 Vnde † non videtur habēda ratio ordinis,vt qui maior est in
ordine,is dicatur debere præferri, & si habenda esset ista con
sideratio ordinis, omnino patriarcha præferretur cardinali
131 diacono.Similiter nec videtur habenda † consideratio in no-
mine,ut is pręferatur cui æquipollet nomen magis excellēs
quia aliquando clericus simplex vocatur cardinalis, ut est
text.in capitulo fraternitatem.71.distinctione & archipres-
byteri nominantur cardinales, quasi principales sacerdotes
ut dicit glos.in capitulo secundo de officio archipresbyteri,
& dicuntur iuxta can.glo.a cardine,quia sicut per cardinem
regitur ostium, ita per istos regitur officium ecclesię. Et ali-
132 quando † nomen cardinalatus pro episcopatu capitur 21.
quęstione 1.capitulo relatio.septima quęstione prima capitu
lo pastoralis,& 24.distinctio.capitulo presbyteri, & supra al-
legato,capitulo fraternitatem.Item & episcopus appellatur
aliquando summus pontifex & summus sacerdos,ut in capi
tulo si episcopus ibi domin.decimaoctaua distinctione.Simi
liter non uidetur habenda consideratio quod cardinales di-
cuntur illustres,quia sic possemus dicere quod aliquo modo
doctores ęquiparentur cardinalibus,quia sicut cardinalis di-
citur & doctor persona illustris, notat Bald.in l.ad similitudi
nem.C.de episcopis.& cleric.& in l.prima ff.de offic.prefec.
pręto.& doc.in cap.cum accessissent in 2.col.de constitut.&
Alexan.de immo.in l.1.in 2. colum. ff.de iurisdict.omnium
ludi.& Iason in l.1.in princi.3.col. ff.de offi.eius cui mandata
133 est iuri.ubi dicit quod comparantur † præfectis pręto. qui
sunt illustres, ut in l.prima.§.final.in uersiculo iudicaturos,
ff.de officio.prefect.pręto.glo.in l.episcopale.C.de episcopa-
li audi. & Pauinus. in trac.de potestate capituli sede vacan.
134 in penul.charta in fi.3.colu.Sic etiam & doctor † dicitur illu-
stris qui legit per 20.annos,secundum Bar.& Bal.in proœ. ff.
in fi.per tex.in l.1.in fi.ubi glo. C.de professoribus qui in vrbe
Constantino.lib.12.& Barto.in l.ex eo. ff.de testa.mili. & in
proœ.C.ad finem principij & Abb.in c. proposuisti de proba.
Et licet Alex.in l.1.ff.de offi. eius cui man.est iuri.dixerit con
trarium,quem sequens iason respondendo ad primam ru. ff.
ubi appellantur illustres, dicit quod ibi erat ratione alterius
135 dignitatis,secundum Bar.ibi,tamen communiter † dicitur id
quod supra dictum est,quod efficitur illustris. Quod horum
sit uerius, pro nunc non examino, sed posito quod simplici-
ter non esset verū quod doctor dicatur illustris,tamen in do-
ctore qui est ad latus principis,dicunt quod est illustris.l.quis
quis in uers.illustrium virorum.C.ad l.iuliam maies.ubi etiā
dicit ang.quod Bartol. qui fuit assumptus consiliarius Caro-
136 li fuit illustris quia omnes consiliarij † consistorij principis effi
ciuntur illustres. Ad quod facit quod dicit Bartol.in l.1. C.de
comi.& archia.li.12. & ad hoc facit quod dicit Iac. Ruffus in
l.2.C.vt dignitatum ordo seruetur li.12.Præterea etiā ex hoc
137 cardinales non præferrentur patriarchis,quia † & patriarchę
sunt illustres, quia sunt redacti ad instar regum,quia multas
prouincias regunt,dicit Bald.in l.1.§.1.ff.de offic.præfec.præ.
138 Imo.dicit spec. † in ti.de iur.omnium iudi.in §.1.vers. secun-
dum canones,quod patriarchæ possunt dici super illustres.al
legat.69.di.c.prouinciæ.de priui.antiqua & 64.di.c.1.Quini-
mo & tex.69.di.Constantinus, vult quod Senatoria & patri-
tia dignitas maneat in ecclesia in 4.patriarchis.& ita dicit spe
cula.in rationali diuinorum officiorum in prin. 2.libri. Imo
speculator ibi in dicto uersi.secundum canones, dicit quod
& papa dicitur superillustris.Et dicunt doc.in l.1.ff.de iurisdi.
omnium iudi.quod superillustres sunt papa & imperator.&
idem specu.eo ti.versi.maxime.& Angelus in l.præcipimus.
C.de appel.immol.& Abb.in c.solitę De maio. & obe.& Bal.
in d.c.cum accessissent,de consti.& Alex.in d.l.1 ff.de officio
139 eius cui manda.est iuri.in 7.col Et posito quod papa † & impera
tor non dicātur superillustres proprie,ex quo sunt supra om
nes gradus secundum rin.& rai.in l.fi.ubi senatores uel claris
simi.& Io. An.in addi.ad specu.in ti.de iuri.omnium iudi.&
alberi.in l.imperium ff.eo ti. & sic quod dicantur supra supe
rillustres,& riuuli a quibus omnes dignitates descendunt, ut
dicit Angelus in rubri.ff.de iurisdi omnium iudi.& Bal.in c.
1.quis dicatur dux, in usibus feu.respondendo ad tex.in c.so-
litæ,de maio.& ob.ubi imperator appellatur illustris, quod
140 loquitur † de imperatore græcorum,qui non est,verus & uni
uersalis imperator, ut notat prima glo.in c. venerabilem de
elec.& dicit immo in d.c.solitę,& exinde aliqui uoluerint quod
141 in ecclesia sunt papa qui † dicitur superillustris siue supra su-
perillustres,cardinales illustres, episcopi spectabiles, & qui
mittuntur gubernatores ad regendas prouincias clarissimi,
142 sic inter laicos imperator † superillustris,rex illustris,duces &
comites spectabiles, & præsides prouinciarum clarissimi,li-
cet aliquando confundantur.tamen non reperio quod cardi
nales dicātur superillustres, sicut dixi supra de patriarchis quod
dicuntur superillustres. imo quod plus est,nec reges dicūtur
superillustres sed illustres,ut probat tex.in c.nouit de iudi. ibi
illustris Regis frāciæ circa prin.tex.& in c.nouit iuncta supra
scriptione de offi.lega. & in c.tuam de ordi.cogni.& in capi.
ex speciali.de iudæis.Vide quod dicitur in tu.de tuto.& cura.
illus.perso.& in c.grandi,de supplen,negli.præla. ubi dicitur
143 † excellens rex.æquiparantur enim reges præfectis prætorio,
ut dicit Bar.in l.omnes populi in.4.q.& in l.1.ff.de iust.& iur.
iuris.& Bal.in l.1.in 1.& 2.col.ff.de offi.præfec.præto.Et sic li-
144 cet cardi. † appellentur aliquando reges ut supra dixi quod di
cit Hostien.& Io.And.in c.dilectus el primo de præben.non
per hoc ostenditur cardinalis maior patriarcha,qui etiam di
cit illustris sicut & rex, ut dicit Bal.in l.1. §. 1.ff.de offi. præfec.
præto.ponit.iason in d.l.1.de offi.eius cui manda.est iurisd. in
145 versi.3.Imo secundum aliquos & episcopus dicitur illustris,
& æquiparatur præfec. præto.ut dicunt Hostien.& Anto.in c.
tuæ de procu.& Bal.in l.nullus.C.de decu.li.10.glo.& Bal. in
l.episcopale.C.de episcop. audientia, ubi dicit Bal.quod etiā
aliquando æquiparantur consulibus,per authen.sed hodie di
gnitas. C.de episcopis & cle.qui erāt illustres.quod dicit Bal.
in l.1.ff.de offi.præfec.præto.cum dicit cardinales illustres si-
cut est consul.Et in d.l.1.ff.de offi.præfecti præto.glo.& Bart.
uolunt episcopos & cardinales æquiparari præfectis pretorio
146 qui sunt illustres.Vel saltem † episcopi sunt illustrib.similes,
ut vult Bal.in l.ad similitudinem.C.de episcopis & cle.& pro-
bat tex.in c.fi.de re iudi.in 6.ibi ad instar illustrium.& Bart.in
l.omnes populi in 4.q.principali.ff.de iusti.& iure.& uide quod
dicitur in cle. in plerisque de elec.Item papa etiam appellatur
patriarcha,ut in suprascriptione ad l.uictor.C.de summa tri-
ni. Igitur ex hoc quod cardinales sunt illustres,non potest ar
gui

gui maioritas eorum ad patriarchas.

Similiter ſi dicatur quod cardinales dicuntur procōſules, vel pſides vt in c. 2. iuncta ſupra [147] ſcriptione de offic. legat. in 6. poteſt reſponderi quod tales dicuntur potius, clariſſimi, & ſic minus quam illuſtres, vt dicitur in dicta l. 1. ff. de offi. eius cui man. eſt iuri. Item illud poteſt intelligi, vt declarat Bal. in rub. de offic. proconſulis & lega. quando cardinales mittuntur extra prouinciam, alias qn̄ ſunt ad latus papæ. dicunt̄ tantum illuſtres per text. in l. 1. C. de præpoſitis laborum. Ad quod facit quod conſiliarij prin[148]cipum† ſunt illuſtres, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. ibi angelus, & tales ſunt cardinales qui ſunt præſentes, vt in capitulo fundamenta de elec. in 6. Inde dicit Bald. in capit. bo[149]næ el primo de poſtu. prælat. quod cardinales reſidentes in curia æquiparantur ſtellis fixis, quia ſicut illę non mouentur niſi motu orbis, ſic cardinales prædicti non mouentur niſi motu papæ, ſed cardinales legati æquiparantur conſtellationibus ſiue planetis, qui mouentur motu proprio nutu Dei, ita legati nutu papæ, & quicquid faciunt præſumūtur facere nutu papæ. ita ibi dicit in ſecundo notabili. Et ſic dico quod ex hoc non credo habendam conſiderationem in nomine, quia interdum plus & minus attribuitur perſonæ, non habita conſideratione ad dignitatem cui ſcribitur, ſed ad ſcriben[150]tem & aliquando contemplata perſona cui ſcribitur; Ideoq; dicit text. & ibi dicunt docto. quod conſideranda eſt perſona quæ loquitur, cui loquitur, & de quo loquitur, in capitulo ſolitę de maioritat. & obedientia. Bald. & Cardinal. ibi. inde beatus Bernardus in quadam ſua epiſtola ſcribens Regi Franciæ, dicit eximio Regi Francorum Ludouico, & in progreſſu eiuſdem epiſtolæ appellat eum excellentem. Et in geſtis in concilio Martini in epiſtola eiuſdē Martini ad Amandum epiſcopum appellat Regem Francorum Sigebertum præcellentiſſimum, & eſt in fine geſtorum in concilio. Proprie tamen Rex dicitur illuſtris, ut probant iura præallegata, & dicit Alexand. in l. 1. in 11. col. verſic. ſub quo autem gradu comprehendatur Rex. de officio. eius cui mandata eſt iuri. Et Bald. in d. l. 1. & Bar. in l. 1. ff. quod quiſque iuris, & in l. omnes populi in 1. q. principali verſic. 4. quæro, & Bald. in c. cum acceſſiſſent de conſtit. dicunt quod Rex æquiparatur præfectis prætorio, & idem dicitur ibidem de cardinalibus per Bar. in d. l. 1. quod quiſque iuris. Et præfectus dicitur illuſtriſſimus, in authent. de appellat. in §. illo. Hodie tamen Regibus datur titulus illuſtriſſimo, ſereniſſimo, excellentiſſimo, inuictiſſimo. [151] Sed proprie† Regibus conuenit illuſtris, excelſus, victorioſus inclytus, ſublimis, inuincibilis, excellēs, magnificus, aut triūphalis, alia autem, videlicet ſereniſſimus, inuictiſſimus, excellentiſſimus, inclytiſſimus, victorioſiſſimus, chriſtianiſſimus, illuſtriſſi. quæ ſunt ſuperlatiua, conueniunt proprie imperatori. Text. in c. ſolitæ de maior. & obe: dicit imperialis ſublimitas & imperialis celſitudo, loquendo de imperatore græcorum. Vide tamen diuerſos titulos ſecundum diuerſitatem officiorum omnino in l. raptores. C. de epiſcopis & cleric. Ad do tamen ad id quod dixi ſupra de doctore, quod licet com[152]munis modernorum concluſio ſit quod doctor† qui legerit. 20. annis ſi non aſſiſtit lateri principis, non efficiatur illuſtris, ſed comes, & dux, per illam. l. 1. in fi. C. de profeſſo. qui in urbe conſtantinopoli. li. 12. eſt & dicitur comes vel dux quodam abuſiuo modo, non proprie per id quod dicit Bal. in cap. ne quis dicatur dux vel Marchio, in vſibus feu. & Abb. in cap. veniens de præſcrip. & in c. legebatur, de maiorit. & obedient. cardi. in cle. ne Romani. §. ſane. in 6. q. de elect. quia non poſſident comitatum ſiue ducatum.

Nunc redeūdo ad propoſitum dubium de patriarchis ſiue dicamus card. illuſtres, ſiue cōſulib. uel pcōſulib. ſi les nō ſūt maiores poſito ēt, vt dicit Do. ī c. 1. de ſchiſma, in 6. & ponit Abb. in cle. 1. de exceſ. pla. & dictū eſt ſ. refe[153]rēdo lo. mona. in c. 1. de ſchiſma, ꝙ dicamus cardi.† eſſe uere patritios ſcriptos in diademate principis p tex. quē ipſe alleg. inſti. qb. mo. ius patriæ ptātis ſol. in §. filiusfam. & probat tex. in c. conſtantinus. 96. diſ. vbi imperator facit eos patritios, & conſules & cœteris imperialibus dignitatibus decorat. Et quod dicantur pars corporis papæ. 6. q. 1. §. ſiquis. C. ad legem Iuliam maieſ. l. quiſquis. Et quod ſint ſpecialius fratres principis, & plus alijs priuilegiati, de officio. legati. capitulo officij in 6. & in capitulo quod tranſlationem cod. tit. in antiquis Ioan. And. in c. quia periculoſum, de ſen. excomm. ut dictum eſt. Et quod propterea in quacumque diſpoſitione nūquam cenſeantur comprehendi cardi. vt dicit Ioan. mo. in d. capit. quia periculoſum, & dicitur in d. cap. 1. de ſchiſma. in 6. Et ꝙ eorum indulta non ſubiiciantur regulis cancellariç, de quo late agit Pauinus in extrauagant. ad onus. & Felin. in capitulo ad aures 11. columna de reſcripti. Et quod comprehendantur cardi. appellatione curialium urbis Romanæ, quia com[154]prehenduntur† in fauorabilibus & non in odioſis, dicit albe ri. in rubri. C. ſi a non compe. iudi. & ideo quod de relicto mille aureorum facto curialibus debebāt cardi. habere partem, ut dicit Martinus lauden. in ſuo trac. de cardi. q. 24. De quo quando cardi. comprehendantur in regulis & quando in generali diſpoſitione comprehendantur & quando non, vide. Feli. in c. quod ſuper his, de fide inſtru. & in d. c. ad aures. & in c. cum in iure. de offi. delega. Et quando comprehendantur appellatione clericorum omnino uide Barbatium. in c. in noſtra in 2. nota. de reſcrip. & plene in trac. ſuo de præſtan. car. q. 7. Pauinus in extrauagan. ad onus, dicit bis fuiſſe iudicatū cardi. comprehendi in regulis. Et ex hoc quod cardi. dicuntur patritij ſcripti in diademate principis, & uidentur appellari ſuperilluſtres, ſecundum quod aliqui dicunt in d. l. 1. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuri. & diximus ſupra, nihilominus etiam ſi hoc eſſet uerum adhuc iſto reſpectu non propterea uidentur cardi. præferri patriarchis, quia etiam patriarcha dicit̄ ſuperilluſtris, ut ſupra dictum eſt, allegando ſpeculatorem. Licet proprie papa tantum & imperator dicātur ſuperilluſtres, ut ponit immo. in c. ſolitæ de maio. & obe. Vbi dici quod cardi. dicuntur illuſtres, de quo ſupra, & in d. l. 1. de offi. eius & c. & in l. 1. de iuriſditione omnium iud. & in rubri eo. tit. In qua materia uarie loquuntur doc. ut ibi inſpici poteſt. Vbi papa & imperator dicuntur ſuper omnes ordines & extra, & ideo ꝙ potius dicātur ſupra ſuperilluſtres. cum cæteri ordines ab ipſis procedant ca. 1. §. iudices de pace iuramento firman. dicit Alex. & iaſon. in d. l. 1. Item & patriarchæ appellantur fratres papæ, ut in capi. quam graui, de crimine falſi. Et poſſunt dici plus cæteris priuilegiati, ut patet ex infra dicendis. & dicūtur patrum principes, ut in c. cleros. 21. diſt. Et quod dicitur ꝙ car[155]dinales nō comprehenduntur in odioſis, idem† mouent doc. de epiſcopis & patriarchis in locis præallegatis. quinimo lo. mo. in glo. ſuper extrauagan. excōmunicamus, mutauit opinionem circa id quod dixerat in d. c. 1. dicens quod ſibi non erat credendum, quia dixerat pro ſe, quia erat cardinalis. Et in illa materia quando in generali diſpoſitione comprehendantur cardi. doc. varie ſunt loquuti, & ſecundum ꝙ materia eſt proportionabilis, ut poteſt uideri in c. nemo de elec. in 6. & in d. c. 1. de ſchiſma. & in c. quia periculoſum de ſen. excō. in 6. & ludo. conſil. 498. & pe. de ancha. conſilio 290. & late Feli. in c. cum in iure. de offi. delega. Ideo per hoc non plus uidētur priuilegiati cardi. quam patriarchæ. Similiter nec ex hoc quod dicuntur Reuerendiſſimi, ut in c. a ſubdiacono. 93. diſt. [169] & in c. Conſtantinus. 96. di. nam† & patriarcha poteſt dici Reuerendiſſimus, quia epiſcopus, quod plus eſt, dicitur ſanctiſſimus, ut in authen. ut nulli. & l. uictor. C. de ſumma trini. & §. hęc omnia in proœ. ff. & tex. in cle. 1. de pœnis. Et ſimiliter patriarchę dicuntur ſanctiſſimi, ut ſupra dixi de ſexta ſynodo Conſtantinopolitana. ibi. ſedentibus Georgio ſanctiſſimo archiepiſcopo magnæ Conſtantinopolitanæ nouæ Romę &c. Et de epiſcopis in authen. de eccle. titul. per totum, & de ſanctiſſimis epiſcopis per totum. Vbi etiam clerici ſimplices & apocriſarij appellantur Reuerendiſſimi, ut in §. ſancimus & [157] in §. Reuerendiſſimi eo. ti. Et ibi appellat† patriarchas beatiſſimos, ut in c. ſi uero neceſſitas, cum ſeq. Et epiſcopi appellantur Reuerendiſſimi, vt in l. de creationib. C. de epiſco. audiē. & in c. didici. 1. q. 7. Item & ſimplices monachi & clerici dicūtur reuerendiſſimi in authen. ut clerici apud propri. epi. & in authen. ut determinatus ſit numerus clericorum poſt princ. Imo & patriarchæ appelantur ſanctiſſimi & beatiſſimi, ut in authen. de menſura ordinandorum in prin. & per totum in authen. de aliena & emphiteoſi. §. hoc etiam & ſeq. dicuntur ſacratiſſimi, ſanctiſſ. & Deo amabiles. Item epiſcopos Deo amabiles, & clericos reuerendiſſimos. uide in dicta authen. quomodo opor. epiſcopos in §. illud, cum ſequen. uſque in finem, vbi ſæpius fiunt iſtæ intitulationes. Item & archimādri[158]tæ† dicūtur reuerendiſſimi. ut in epiſtola nos reddentes. C. de ſumma trini. Vnde ex ſimilibus denominationibus non uidetur poſſe argui quod cardi. præferantur epiſcopis & patriarchis. Et abbates dicuntur Reuerendiſſimi, vt in authen. de monachis. §. competens.

[159] Dantur etiam cardinalib. multa uocabula† in ſignū dignitatis, quia dicti ſunt cardinales a cardine, ut notatur in cle. Romani de iureiuran. & 22. diſt. c. ſacro ſancta. quia ſicut in cardine vertitur & firmatur oſtium, ita in cardi. & eorum cōſilijs firmatur & uertitur ſtatus eccleſiæ, ut dicit archiepiſcopus flo. in ſumma ſua in 3. parte in 22. ti. c. 1. & aluarus de planctu eccle. lib. 2. arti. 16. & archi in c. ubi pericullum de elec. in 6. Et ipſi regunt mundū, dicit Hoſtien. in c. dilectus el primo de preben. Ad idem gl. in c. 2. de offi. archipresbyteri. item. 24. di. c. presbyteri. 71. di. c. fraternitatem & 22. di. c. ſacroſancta. ubi dicit tex. quod apoſtolica ſedes caput & cardo eſt a domino & non ab alio conſtituta, & ſicut in cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ ſedis apoſtolicæ authoritate omnes eccleſiæ domino diſponente reguntur. Et ex hoc videtur, quod ſedes apoſtolica ſit in papa ac cardinalibus (cardi. in c. licet de elec. & non in ſolo papa, argument. capituli ſi gratioſe de reſcript. in 6. Vide quod dicitur in illo articulo quis ſit maior vtrum papa an concilium, & cardinal. in dicto capitulo licet in decima columna ſui tractatus. Quod intelligo quando cardinal. conueniunt cum papa, iuxta id quod dicitur, primo reg. ſecundo domini enim ſunt cardines terrę & poſuit ſuper eos orben. & iuxta dictum Iob. capitulo vigeſimoſecundo, circa cardines cœli, & militantis eccleſiæ Deus perambulat, dum ad profectum ipſius uninerſalis eccleſiæ militantis in ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ, dominis cardinal. munera ſuæ gratiæ diſpenſat. Quod & in veteri lege præfiguratum eſt. tertio Reg. ſeptima, cum cardines oſtij templi, & domus interioris ex auro conſpiciuntur. Archidia. & domin. in capitulo ſacroſancta, dicunt primo quod cardo dicitur regimen, vnde ſenatus cardinalium a cardine nomen accepit quaſi ſe regat, & alios, [160] idem Ioann. de Fan. & lau. Vel ſecundum† eundem Archid. cardinal. dicuntur ab eccleſ. Roman. quæ eſt cardo & caput aliarum dicto capitulo ſacroſancta, & 25. quæſtio. ſexta. §. ultimo. Et dicuntur ſic duplici ſimilitudine, quia ſicut domus habet oſtium, & cardinem, ſic eccleſia habet papam qui eſt oſtium Dei vel eccleſiæ, & card. qui ſunt cardo ſuper quem fundatum eſt oſtium tale, vel quia ſicut oſtium præeſt & cardo ſubeſt, ita papa præeſt & cardinales ſubſunt. Sed idem in ſimili dicimus de patriarchis, qui appellantur non ſolum potentiſſimi ſed ſupra potentiſſimos, item patriarcha conſtantinopolitanus appellatur papa, ut dicunt doctores in capitulo ſi papa, 40. diſtinct. cum enim archiepiſcopus dicatur potentiſſimus vt infra dicitur, & pattiarcha ſit† ſupra archiepi[161]ſcopos, vt in capitulo ſi clericus. 11. quęſtio. prima 9. quæſt. 3. conquæſtus & dicitur in capit. antiqua de priui. & in capitulo cleros. 21. diſtinctio. ergo patriarcha dicitur ſupra poten[162]tiſſimos, Dicitur autem archiepiſcopus† ab archos quod eſt princeps, quaſi princeps epiſcoporum, vt dicitur, dicto capitulo cleros, & ponit archiepiſcopus in ſua ſumma in titulo 21, capitulo tertio, ſubdens pallium ei dari in ſignum plenitudinis pontificalis dignitatis, quia eſt ſupra epiſcopos. De quo in capitulo ad honorem, ibi gloſ. quando debeat vti, & [163] forma ſub qua datur, de autho. & vſu pal. item & † patriarcha ut ſupra dictum, eſt, dicitur patrum princeps, d. capitulo cleros, & eſt primus poſt papam dignitate & authoritate. 80. di. vrbes & c. ſeq. & Alber. in dictionario in ver. patriarcha græce. item ut dictum eſt propter amplitudinem dignitatis conſtantinopolitanus, qui eſt primus inter patriarchas, appellatur papa, ut in cap. ſane profertur circa finem, ibi glo. 24. q. 2. & glo. in d. capit. ſi papa. 40. diſt. Et ipſi etiam patriarchæ appellantur cardines, vt infra dico. Item appellantur beatiſſimi, ut in authen. vt cum de appellat. cognoſcitur, in §. ſiquis de parentibus collat. 8. & ſupra late dictum eſt. Et euangeliſtę dicuntur mundi cardines, vt 76. diſtin. c. huius ergo. Ex his patet quod cardinal. non plus habent quam patriarchæ. Et ſi dicatur quod cardinal. appellantur fratres papæ, ut in d. c. per venerabilem qui filii ſint legi. Reſpondetur quod etiam appellantur patriarchæ fratres papæ, ut in c. quam graui de cri[164]mine falſi. Quinimo ibi text. innuit cardinales appellari filios. Quod qualiter intelligatur ibi. doc. Quia aut permixtim nominat cardinales, & tunc propter epiſcopos cardinales, appellat fratres, ut ibi & in capi. ad falſariorum eo. tit. & in cap. fundamenta de elec. ibi gloſ. in 6. & in capit. ad apoſtolicæ de re iudic. eo. li. Alioquin ſi ſingulariter vel vbi non ſunt epiſcopi nominet cardinales, appellat eos filios, ut in c. licet. el. 3. de teſtibus, & patet in text. d. c. ad apoſtolicæ. Item dicuntur filij ſpirituales Ro. eccleſiæ, vt in c. felicis in §. per hoc quoque, de pęnis in 6. itē aliquo modo & oēs fideles dicuntur fratres papæ, vt in c. ſi papa. 40. diſt. Ego congruentius patriarchæ dicūtur fratres quam cardinales, qui omnes mixtim dicuntur fratres ratione collegii, & quoſcunque alios appellat papa filios dilectos, ut in d. c. quam graui. Vbi Anto. poſt Io. And. dicit idem quod mixtim cum epiſcopis uocat cardinales fra[165]tres, Reges vocat† chariſſimos, reliquos principes dilectos, alios, exceptis iudæis, appellat filios, ut in capitulo dilectus, & in capitulo dilecto de præbend. Denominatur enim collegium a dignioribus, ut dicit gloſ. & doctor. in cap. 1. de officio leg. in 6. ideo mixtim uocat fratres epiſcopos cardinales qui ſunt in collegio ſimul cum presbyteris & diaconis cardinalibus. Et tunc collegium denominatur a dignioribus, niſi digniores non ſederent tanquam tales digniores, ſicut in ſimili dicit gloſ. in capitulo a collatione de appellation. in ſexto, quando epiſcopus ſedet ut canonicus & non ut epiſcopus. De quo etiam in capitulo cum in eccleſia de præbend. & in capitulo propoſuit de conceſſio. præbend. & in capit. cum noſtris. eod. tit. vbi quis eſſet epiſcopus & prępoſitus in eadem eccleſia, & ſimiliter glo. in proœmio ſexti vbi appellat papa ſcholares filios, etiam ſi ſint inter ſcholares aliq [166] epiſcopi. Et ideo ſi epiſcopus† eſt ī ſtudio ut ſcholaris, ſedebit tanquam ſcholaris, & eum præcedet rector. Ad quod facit quod uoluit Bal. in l. ſi quando. C. de appel. de ſententia lata per regem ut eſt comes, quia appellabitur tanquam a ſentētia comitis & non regis, Et ideo nō immerito mixtim & collegialiter appellat papa cardinales fratres, ꝓpter epōs digniores in collegio exiſtentes. Et iſta non ſunt aliena a propoſito ordinis ſedendi in concilio de quo loquitur. Et ideo ex hoc quod cardinales dicuntur fratres, non poteſt argui quod præferantur archiepiſcopis, quia & ipſi dicuntur fratres, ut dictū eſt. Imo ex hoc quod cardinales mixtim dicuntur fratres, & archiepiſcopi etiam ſingulariter, potius innuitur. cōtrarium. [167] Item collegium cardinalium† appellatur ſacrum collegium & ſenatus diuinus ſecundū Bal. in trac. ſchiſmatis in ru. ſi qs aliquem teſtari prohi. Ad hoc capitu. eccleſia. 16 q. 1. cap. Cōſtantinus. 96. diſt. doc. in cle. ne Romani de elec. Inno. in c. cū te de re iudi. Ioan: de immo. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. & albericus in rub. ff. de ſtatu hominum. & ibi dicit quod diacōi cardinales æquiparantur ſenatoribus. De quo late an faciant collegium, ponit poſt Hoſtien. & alios Io. de ana. in c. ad liberandam, de iudæis. & Alexan. in c. in ſynodo. 63. diſt. qui dicit [168] ꝙ reſpectu vniuerſalis eccleſiæ faciunt ſacrum collegiū † & appellatur ſenatus papæ. Et licet non per omnia habeant poteſtatem antiquorum ſenatorum, ut dicitur in c. cum te. de re iudi. & in c. eccleſia. 16. q. 1. in aliquibus tamen habēt plus, quia eligunt papam, ut in c. in nomine domini 23. diſt. quod non faciebant ſenatores, ut in c. venerabilem de elec. ſecundum eum, quia exercitus eligebat imperatorem & populus admittebat, ut in c. legimus. 93. diſt. An autem cum tex. in c. eccleſia loquitur de presbyteris intelligatur de cardinalibus, Feli. in d. c. cum te, uidetur dicere quod non. Sed ego credo contrarium, per id quod dico infra an cardinales reſtituant ad famam. Non obſtat quod non omnes cardinales ſunt pre[169]ſbyteri, quia denominatio† vt in plurimis fit a communiter accidentibus. l. nam ad ea. de, legib. ſic in propoſito. Et ita cōmuniter videtur allegari ille tex. quod intelligatur de cardinalibus. Item appellatur ſacer cœtus, ut in cle. ne Romani in prin. de elec. dicit bernardinus de roſagio allegando dictam clementinam. & Ioan. An. ibi. Qui etiam aliquando appellat ipſum ſacroſanctum collegium apoſtolicum, aliquando ec[170]cleſiæ gremium. 23. di. in nomine domini. Qui etiam† conat̄ oſtendere quomodo cardinales loco apoſtolorum ſucceſſerunt. Similiter dicitur quod cardinalis propter amplitudinē dignitatis, non poteſt recuſari ut ſuſpectus ſine magna cauſa ut dicit Hoſtien. Io. An. Anto. Ioan. de ana. in c. ad petitionē de accuſa. Pro quo eſt quod dicitur in c. cū olim, de offi. delega. Et late de hoc in tractu de præſtantia cardi. in 2. parte. q. 3. & quod dicitur in c. nouit de appel. & lanfrancus in ca. poſtremo. 8. col. eo. ti. Sed nec etiam per hæc oſtenditur cardinalis maior quam patriarcha. tum quia iſtud eſt loqui de collegio & non de ſingularibus perſonis cardinalium, ut infra di[171]citur. tum etiam† quia patriarchæ dicuntur lucernæ ſeu ſtellæ paratæ ante Chriſtum quod oſtenditur pſal. 131. paraui lucernam Chriſto meo. Item nu. 24. orietur ſtella ex iacob, qui fuit Ioſeph, per quem præfiguratur Chriſtus, ut patet in ſumma archiepiſcopi in ti. 32. c. 12. Item & patriarchæ uocantur antiſtites, ut in c. qua traditione. 23. di, & ipſi etiam appellant̄ epiſcopi, ut in c. cleros. 21. di. & appellantur ſanctiſſimi & beatiſsimi, ut ſupra dictum eſt. Item & patriarchæ non de facili recuſantur ſuſpecti. Faciunt quæ dicuntur in c. poſtremo de appel. & in l. non diſtinguemus. §. cum arbiter. ff. de arbitris. & in c. penul. de accuſa. maxime quia ſunt ordinarij, ut dicitur in c. cum ſpeciali de appel. & c. ſecundo eo. titu. & in l. nemo, ibi glo. & Bar. C. de iuriſ. omnium iudi. & in l. apertiſſimi. C. de iudi. De quo quid de iure canonico, uide lanfrancum de brixia in c. quoniam contra, in uerbo recuſationes, de proba. Nec uidetur ſimpliciter uernm quod cardinalis non poſſit recuſari ſuſpectus, maxime quando eſt iudex in cauſa alterius cardinalis, ut ſpecu. in tit. 1. §. ſupereſt, verſi. cardinalis. Nec uidetur maior ratio quare non poſsit recuſari ſuſpectus cardinalis quam patriarcha. de quo per modernos in d. c. ad petitionem. de accuſa.

[172] Item †cardinales dicuntur pars corporis papæ & pars papatus. 6. q. 1. §. uerum. & ponit lauden. in cle. 1. de celebra. miſ. & ponitur in glo. fi. in c. penul. de offi. lega. & probatur in c. felicis de penis in 6. & ibi archi. & Ioan. An. & notat̄ in c. 1. de offi. lega. in 6. Et per Ioan. mo. in c. 1. de ſciſma, in 6. & per Ioan. de ligna. in c. 2. de cle. non reſi. & diximus aliquid ſupra. Et eſt conſtitutio Henrici ſeptimi imperatoris quam inſerit albericus de roſata in rub. de ſumma tri. Ad quod eſt quod etiam dicit Hoſtien. in c. requiſiſti de teſta. & Io. And. ibi quod inter papam & cardinales maior eſt cōiunctio, imo quaſi identitatis unio, quam inter ipſum & alios, ſicut maior

eſt

eſt vnitas inter epiſcopos, & cathedrales eccleſias quam inter epiſcopos & alias eccleſias inferiores. Et dicuntur facere vnum corpus cum papa, vt in capitulo antiqua, per Hoſtien. Ioan. And. & Anto. de but. de priui. & Abb. in capit. bonæ el primo de poſtu. prela. Imo ſecundum glo. in extrauaganti benedicti. 11. quę incipit dudum, dicuntur liberi primi gradus, & membra capitis, alii vero non dicuntur liberi primi gradus ſed membra corporis & 2. gradus ponit Dom. in capitulo fęlicis in fine de pœnis in ſexto, & Ioann. And. & alii poſt 173 eum ibi. Propter† quod Martinus Lauden. in paruo ſuo trac. de cardinalibus dicit quod de relictis vel donatis cœtui cardinalium papa debet habere dimidiam, & ſimiliter econtrario de relictis vel donatis papę debent habere cardinales dimidiam, niſi ratione amicitiæ vel ſanguinis fuiſſet papę relictum. argum. dicti capituli requiſiſti. Et propter hoc dicitur quod cardinalis non poteſt teſtari ſine licentia papæ, quaſi non ſit integra perſona ſine papa propter vnionem & incorporationem quam cum papa haber, ut ponit Hoſtien. in ſumma de pœnit. & remiſ. in § cui confitendum, & Abb. ſiculus in capitulo cum eſſes de teſtament. Vbi an ſint tuti quo ad Deum ſi ſimpliciter habent licentiam de bonis eccleſiæ. Ad quod Ioann. And. in capitulo de multa de præbend. & ſanctus thom. ſecunda ſecūdæ. q. 185. argum. 7. Et quamuis Bal. in authent. licet. C. de epiſcopis & cleric. intellexerit verum in monacho vel religioſo facto cardinale, quod ponit bertachinus in tractat. de epiſcopo lib. 4. q. 3. vbi dicit quod ſeruanda eſt conſuetudo curiæ, tamen quia curia Romana hoc in quocunque ſimpliciter ſeruat, quia quando domini cardinales volunt teſtari, petunt conſenſum & licentiā a papa, ideo 174 talis conſuetudo ſeruanda eſt. Et licet† Aretin. conſil. 36. dicat contrarium, loquitur propter antiquitatem temporis, ꝙ præſumitur conſenſus & nihil præſupponit de conſuetudine Romanæ curiæ. Quam intelligo quo ad bona acquiſita ratione cardinalatus, quia de patrimonialibus & acquiſitis ex induſtria & ſudore ſecus eſt, vt. dicitur in capitulo cum in officiis, & capitulo relatum de teſtam. ponit Gonſ. in trac. de cardinal. q. 8. Quod probatur, quia priuilegium conceſſum epiſcopo de teſtando intelligitur de bonis eccleſiæ, ne ſit inutile. ponit Felin. in c. 1. de reſcript. & petrus de Ancha. conſ. 182. Sic intelligo Lauden. ſuper quo etiam vide lanfrancum charta. 12. in rub. de teſtam. in ſuo tractat. de cardinalibus. q. 54. Et ſic per hoc ratio prædicta generaliter non erit vera. 175 Item cardinales† quia ſunt pars corporis papæ non pręſtant iuramentum fidelitatis, tanquam inuiſcerati & pars corporis, ut uoluit idem Hoſtien. in d. capitulo antiqua de priuile. ſicut iurant patriarchę & epiſcopi & alii, vt in c. ego. N. de iureiuran. vt dicit Hoſtien. in d. c. antiqua, a quibus exigitur iuramentum tanquam ab extraneis & ſuſpectis reſpectu cardinalium, a quibus non exigitur quia ſunt ſpecialia mēbra vnita capiti, ne a ſeipſis exigere iuramentum uideantur. Et ſi aliqui ex card. iurant, ſunt tantū cardinales. epiſcopi, qui iurant ratione ſui epiſcopatus. Abb. & alij in d. c. antiqua. Ipſi. n. cardinales epiſcopi cum iurāt, non iurant tanquam cardinales. ſed ut epiſcopi ſecundum Hoſti. ibi, & referunt alii poſt eum. Item & papa ſe annumerat inter cardinales ſecundū archi. in capitulo ſacroſancta. 22. diſtin. ſicut imperator ponitur de numero ſenatorum. l. ius ſenatorum. C. de dignitatibus. libro 12. item & papa habet ſingularem diligentiam de ſalute corporali cardinalium. Vnde ſi cardinalis infirmetur, non mi-176 nuitur† ei ſanguis ſine papæ licentia ſpeciali, ut dicit Hoſtiē. in capitulo eccleſia ueſtra el 2. de electi. & in ſumma de pęn. & remiſ. §. cui confitendum. verſiculo cui cardinales. item non poſſunt ſibi eligere confeſſorem ſine licentia papę, & eorum ordinarius confeſſor eſt papa, vt ponit idem Hoſtien. in d. verſiculo cui confitendum, & Antoninus archie. florenti. in ſua confeſſione, quæ incipit defecerunt. capit. 3. de cardinalibus, & ponit ſupplementum in uerbo confeſſio. 3. uerſiculo cui debent. Et intantum ſunt papæ inuiſcerati, ꝙ etiam nullam mutationem poſſunt facere ſine uoluntate papæ ſecundum conſuetudinem Romanæ curiæ, ut dicit idem Hoſtienſ. in dicto uerſiulo cui cardinales. Et quod dicitur de eligendo confeſſorem, eſt uerum in presbyteris, & diaconis cardinalibus, ſecus in epiſcopis. quia tales poſſunt ſibi eligere hodie confeſſorem de iure communi, ut in capitulo final. de pœnitentiis. & remiſſio. & dicitur etiam in locis præallegatis. Sed quo ad iſtam electionem confeſſorum, idem dicitur de patriarchis, ut ibidem per Huſtienſ. verſiculo cui patriar-177 cha. Similiter dicuntur† coadiutores & conſiliarij papæ, ut in cap. fundamenta de elec. In 6. & c. per uenerabilem, qui filij ſint legitim. & ſępius dicit papa de fratrum noſtrorum cōſilio, ut in capit. fin. de electio. cum ſimilibus. Habent autem conſulere non ſolum Romanæ ſed uniuerſali eccleſię, ut in capitulo bonę el primo de poſtu. pręla. & ibidem Abb. in ſexto notabili. Item dicuntur uocati in partem ſollicitudinis & collaterales. debent enim aſſiſtere in conſilijs & arduis negocijs papæ, dicitur in cap. expoſuit. de dila. & ipſi ſunt qui habēt gubernare totum orbem & rempublicam chriſtianam, & fixum uotum debent pręſtare ſecundum Ioan. de ligna. in trac. de bello. & participant de plenitudine poteſtatis cum papa, vt dicit Hoſtien. & refert Io. An. in c. per uenerabilem qui filij ſint legi. in uerbo iudicabunt. Et in uerbo fratres, dicitur quod papa debet omnia communicare cardinalibus & quod dicatur eccleſia Romana non in ſolo papa ſed in cardinalib. vt dicit cardi. in c. licet in 5. charta de elec. quod intelligo qñ conueniunt cum papa.

Sed nec ex his & ſimilibus uidetur poſſe argui ꝙ præferantur patriarchis, quia & patriarcha tenet uicem apoſtolicam. præſidet enim archiepiſcopis & epiſcopis, dicit tex. in c. cleros. 21. di. & tex. in d. c. 1. in fi. de offi. lega. in eo enim officio papam repreſentat. l. 2. uerſi. omnia. C. de ueteri iure enucle. Et ipſi dicuntur pars corporis papæ, ut legitur in geſtis in concilio Martini in fi. in vltima epiſtola directa ad Amandum epiſcopum in fi. ibi & ſigebertum precellentiſſimum filium noſtrum Regem francorum ꝓ ſuæ chriſtianitatis remedio conſultiſſime admonere atque precari dirigere nobis ex corpore fratrum noſtrorum dilectiſsimos epiſcopos qui ſedis apoſtolicæ legatione, diuina concedente propitiatione, fungi debeant. Vnde patet quod epiſcopos ē 178 dicit† eſſe partes corporis fratrum ſuorum. & probat tex. in c. ſolitæ, ibi magnū & honorabile membrum, de maio. & obe. quod etiam patriarcha dicitr̃ pars corporis papæ. Sed ad hoc poſſet reſpōderi quod aliud eſt eſſe pars corporis papæ, aliud pars corporis fratrum ſiue honorabile membrum eccleſiæ, ut dicitur ibi. nam large & generaliter capiendo, ſic etiam q-libet chriſtianus pars corporis papæ dicitur. iuxta illud Ioan. 15. c. ego ſum uitis uera &c. Vbi Auguſtinus in homilia dicit, iſte locus euangelicus fratres, ubi ſe dominus dicit vitē & diſcipulos ſuos palmites ſecū dū hoc dicit quod eſt caput eccleſiæ noſque membra eius. Sic & apoſtolus ad ro. 12. ſicut enim in uno corpore multa mēbra habemus, omnia aut membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.

179 Item cardinales habent† ornatum equorum & ueſtes ꝑcioſas ſicut imperator, ut in c. Conſtantinus 96. diſt. quia habitus extrinſecus denotat grauitatē intrinſecam. cle. quoniam. de uita & hone. cle. c. ex ſtudijs de præſump. 41. di. c. 180 ſi. Item pro† cardinalibus ſi non habent eccleſiam nec hęredes qui faciāt expenſas funeris, camera apoſtolica tenetur facere. ponit Gondiſaluus in trac. de cardi. q. 8. in fin. Sed ad hæc reſpondetur quod & patriarchæ vtuntur veſtibus præcioſis, & pro illis fit expenſa funeris per eccleſiam ſicut pro alijs epiſcopis, ut ponit Abb. in c. ut præteritæ de elec. Sic & in c. cupientes de elec. in 6. & c. ex parte de accuſa. miniſtrantur expēſæ in cauſis & negocijs alijs. Vnde ex his non probantur cardinales maiores patriarchis.

Item cardinales dicuntur coadiutores & uocati in partē ſollicitudinis & collaterales, ut d. c. fundamenta. §. decet, & ſupra dixi ut ſicut honoris prærogatiua lætantur ſic ampliori authoritate fungantur, ut in cap. 1. de offi. lega. in 6. Sed & omnes patriarchæ ſunt prærogatiuis donati. dicuntur n. honorabilia mēbra, ut d. c. ſolitæ. Vnde dicitur patriarcha ſummus patrum, qui primum poſt apoſtolicum obtinet locum. 21. di. cap. cleros, ergo ante cardinales. Sunt. n. in eccleſia multa membra, non tamen eundem actum habent, ut in ca. cum ex iniuncto de hære. & in c. ſingula. 89. di. Item non ſolū cardinales ſed & cæteri alij patriarchæ & epiſcopi dicuntur uocati in partem ſollicitudinis, ut in c. decreto 2. q. 6. & c. ad 181 honorē de autho. & vſu pal. Vnde & papa† appellatur patriarcha, ut in c. in nomine domini. 23. di. ad oſtendendum coniūctionem & unionem quam habent ipſi patriarchæ cum papa. Habet enim papa patriarchium eccleſiam lateranenſem ut ibi in prin. tex. Facit tex. in c. ſacroſancta, cum pluribus ſeq. 22. di. & ſupraſcriptio epiſtolæ quæ incipit nos reddentes. C. de ſumma trini. ubi papa intitulatur patriarcha. & tex. in ca. cleros. uerſi. ordo. 21. di. Imo & aliquando appellatur archiepiſcopus, ut patet in geſtis ſextæ ſynodi Cōſtantinopolitanæ in prin. & in c. ſtatuimus in ſupraſcriptione 4. diſti n. Aliquando princeps ſacerdotum, aliquando ſummus ſacerdos, ut 21. di. c. cleros Aliquando archi presbiter, ut in d. ſupraſcriptione ad d. epiſtolam nos reddentes. Aliquando cardinalis, ut dicit archi. & domi. in c. ſacroſancta. 22. di. Sed contrarium probatur ex tex. in c. 1. & ibi etiam lanfrancus, de renun. in 6. Vnde ex his non uidetur multum ponderanda prælatio ratione 182 cognominis, quia ſecundum diuerſa† tempora ſunt eccleſiaſticis datæ diuerſæ denominationes. Et in concilio calcedonenſi papa ſæpiſsime uocatur archiepiſcopus. & in c. intantū 21. di. & in c. 1. de conſti. in 6. & in c. ſtatuimus, in ſupraſcriptione. 4. di. & ibi per archi. & in d. conci. calcedonen. Vt exemplum.

Iulius epiſcopus agens vices ſanctiſſimi archiepiſcopi Romanæ eccleſiæ leonis, aliquando ſanctiſſimi & reuerendiſſimi leonis antiſtitis priſcæ urbis Romæ. Iterum exemplū. epiſcopi clamauerūt papæ Leo. ſic credit, hæc fides Leonis archiepiſcopi, Leo archiepiſcopus ſic ſapit, ita credit, ita ſcrip-183 ſit, &c. Et de diuerſis nominibus in papa uide poſt Ioan. An. in nouella. 2. per doc. in cap. primo de conſtitutio. in 6. Similiter & patriarchæ poſſunt dici conſiliarii, ut patet in dicto capitulo expoſuit, de dila. Vbi & archiepiſcopus fuit vocatus a papa pro ſubſidio ſedis apoſtolicæ, fuit autem uocatus propter diſcordiam quam habebat Gregorius papa cum Federico Imper. ut dicit Ioan. An. poſt Hoſtien.

184 Similiter ſi habemus rationem priuilegiorum, patriarcha† poſtquam recepit pallium ab eccleſia confert pallium archiepiſcopis & Metropolitanis q ſunt ſub eo imo ſecundum Albericum in verbo pattiarcha & primas, etiam priuſquam receperint pallium a ſede apoſtolica, conferunt pallium metropolita. ut ſupra. Item recipiunt iuramentum fidelitatis pro ſe & Romana eccleſia ab archiepiſcopis metropolitan. & epiſcopis. Item faciunt deferri crucem ante ſe, præterquam in urbe Roma & præſente papa vel eius legato de latere. Qui poteſt uti inſignibus papalibus, ut ueſte rubea, paraſi ęno albo, fręno, & calcaribus deauratis, Item appellatur ad eos omiſſo medio, licet de hoc ultimo ſit controuerſia inter Doctores. Quæ omnia ponuntur. in dicto cap. antiqua per doc. Eſt enim patriarcha ordinarius & ſuperior archiepiſcopis ſicut archiepiſcopi epiſcopis, ut in cap. duo ſimul, de offi. ordi. Sed quo ad patriarcham Con-185 ſtantinopolitanum† dicitur quod ultra alios habet duo ſpecialia priuilegia & ſimilia Romanæ eccleſiæ, uidelicet, quod deponit epiſcopos ſuos, ar. 3. q. 5. quod ſuſpecti. Item ꝙ appellatur ad ipſum omiſſo medio. quod probari uidetur per capitulū renouantes. uigeſima ſecunda diſtinctione & ibi gl. de hoc. De quo vide in ſumma piſanella ſiue in ſupplemento in verbo patriarcha, ver. quot ſunt.

Item patriarcha ieroſolimitanus confert omnes epiſcopatus ſui patriarchatus. vt in clem. in pleriſque de electio. & dicit cardinal. in cle. non poteſt in 12. q. de procur. & idem cardin. in d. cle. in pleriſque in 8. q. Vtrum autem ad 186 cardinalem legatum† appelletur omiſſo medio vide ſpe. in tit. de legato in §. ſupereſt. verſic. illud autem, & in tit. de appel. in §. nunc tractemus, verſi. & nunquid.

Item patriarcha conſtantinopolitanus ſecundum aliquos poteſt deponere epiſcopos ſibi ſubditos ſecū dum ſpecula. de legat. §. nunc oſtendendum, verſic. quod autem. Sed quo ad hoc nihil allegat, quia forte hoc habent ex priuilegio, & non de iure, de quo 3. q. 5. quod ſuſpecti. 65. diſt. mos antiquus, allegatur glo. in cle. in pleriſque de elec. in ſpecul. in ti. de lega. in §. nunc oſtendendum in ultima columna in verſi. quod autem. Et ibi dicit idem eſſe de patriarcha Alexandrino, licet in illo maior ſit dubietas, quia text. in c. mos antiquus, narrat factum ſecundum aliquos. Sic videtur quod & epiſcopus damnatur a Metropolitano de officio ordina. Romana. in 6. & c. paſtoralis, in antiquis. Sed illud non intelligitur deponendo, ſed bene aliter puniendo, dicit. Anto. in capitulo inter corporalia de tranſ. præla. ſed hoc uidetur reſeruatum papę, ut vbi alii comprouinciales cognoſcunt ſed non deponunt. Vide doct. in c. accuſatus & cap. dudum. 3. q. 187 6. Et de priuilegijs patriarcharum† uide in capit. conqueſtus 9. quæſtio. 3. & in capitulo 1. vt lite penden. & 63. diſt. capit. 1. & 2. & in d. c. antiqua. Et de conſtantinopolitana eccleſia, ꝙ gaudet ijſdem priuilegiis quibus eccleſia Romana, uide in l. omni innouatione. C. de ſacroſan. eccl. Alber. in l. iubemus. 188 C. eo. tit. Conſtantinopolitana† tamen eccleſia conſueuit eſſe ſchiſmatica, vt dicit glo. in c. 1. de ſum. trin. in 6. & probatur in d. c. ꝙ ſuſpecti. Et forte hodie propter ſuum peccatum paſſa eſt iugum, & utinam aliquando reuertatur, & uiuat cū Romana in unitate fidei. iſta tamen non poteſt car. etiam legatus, vt ponit ſpecu. in tit. de legato. §. nunc oſtendendnm, uerſic. quod autem dixi. Quinimo nec presbyter cardinalis quamtuncunque ſit epiſcopus non exercet pontificalia ſine ſpeciali mandato papæ, allegatur Hoſtienſ. in capitulo extunc in §. penul. circa finem de cle. non reſi. Sed ibi loquitur 189 in depoſitione† epiſcopi, q̃ res eſt de ſpecialiter reſeruatis papę, in capitulo quod tranſlationem de officio legati. Quam autem iuriſdictionem† habeat collegium cardinalium ſede uacante, diſputat pauinus in extrauag. ad onus, et dico infra in q. quid ſi papa eſt effectus furioſus & inutilis.

Et cum ſint diuerſa priuilegia conceſſa cardinalibus, quia non agimus de cardinalibus legatis de latere ſed de ſeſſione in concilio, licet legatorum de latere ſint ampliora priuilegia, & facultates quam non legatorum, ut late patet in ſpeculat. in titulo de legat. per totum, & per Arch. 2. quæſ. 1. primates, tamen in cardina-191 libus† ſimpliciter inter cætera eſt quod creditur ei aſſerēti ſe eſſe legatum, ut in c, nobiliſſimus. 97. di. & dicit gondiſaluus in trac. de cardina. in 13. quæſito. Quod eſt verum præterquā ſi diceret ſpecialem facultatem ſibi cōmiſſam, quia non creditur ſine literis, ſecundum Hoſtien. & Io. An. in c. 1. de offic. lega. in. 6. Licet autem non credatur cardinali in ijs quæ papæ ſunt reſeruata ſi dicat ſibi datam facultatem ſine literis, ut in cap. 1. de offi. legati in 6. per doc. tamen ſi publice fuiſſet vſus aliquibus facultatibus papæ reſeruatis & pluries, præſumeretur habuiſſe mādatum ratione præſumptæ ueritatis tāti uiri, ut dicit Bal. in l. exemplo. C. de proba. & maxime quando talia reſeruata eſſent de ijs quæ conſueuiſſent legatis cardinalibus concedi, ut in c. quod tranſlationem, uerſi. etſi quędam. de offi. lega. Vide quod dico infra in quęſtione an legatus de latere poſſit congregare concilium, de intellectu. d. c. quod tranſlationem. Et licet glo. & Abb. in c. cum olim el pri-192 mo extendant. d. cap.† nobiliſſimus. ad quemlibet notum & bonum uirum, tamen communiter allegatur ad cardinales. & extrauagans Bonifacij quę incipit, iniunctæ, licet loquatur in legato ſedis apoſtolicæ ꝙ ei ſine litteris non credatur, non tamen loquitur de legato de latere. Item ei creditur ſi aſſerit ſe delegatum uel ſibi aliquid commiſſum uiuæ uocis oraculo, maxime cum eſt in curia. ut in c. quod ſuper his de fide inſtru. Et ibi ant. & Abb. & in c. cum iure, de offi. delega. & utrobique per feli. & lap. allegatione. 33. ti. de hęre. Inno. in c. cum olim el primo de priuile. Quod uerum eſt niſi eſſet in præiudicium partis. & ideo ſi cardinalis producatur in iudicio in te-193 ſtē,† debet iurare, alias non probat eius dictum, ut dicit gloſ. in d. capitulo cum olim de priuile. & ibi Abb. & ponit Feli. in cap. tuis, de teſtibus. Sed in commiſſis ei a papa creditur, ſicut & dicto papæ. Poteſt tamē ei ad memoriam reduci ſi non recordatur, ponit Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. Et ad prædicta adde quod licet non ſtetur dicto cardinalis in præiudi-194 cium tertij, bene ſtatur dicto papæ de ijs† quę geſſit in cardinalatu, ut in cap. querelam de elec. & in cle. 1. de reli. & uene. ſanc. ponit Iaſon in repe. l. ad monendi in 21. charta. ff. de iure iuran. Et quod in alterius præiudicium non credatur ſoli dicto cardinalis, angelus in conſi. 182. Ad quod etiam facit gl. notabilis in c. ſicut, de ſenten. excom. quæ ita limitat c. nobi-195 liſſimus† 97. di. Facit quod dicitur in d. c. quod ſuper his, quod non ſtatur teſtimonio unius cardinalis etiam cum iuramento in pręiudicium tertij, niſi atteſtarēt de actis factis coram ſe. Quod intelligitur ut dicit Feli. in d. cap. quod ſuper his, ex condecenti, non de iuris rigore. ibi vide. Ad idem eſt quod dicitur in capi. cum a nobis, & in cap. licet ex quadam de teſti. Refert Ioan. An. in c. conſtitutis de appel. & ſpecu. in ti. de teſte. §. 1. uerſi. q d ſi aduocatus, ꝙ dicere ſolitus erat clemens pa-196 pa in alterius† præiudicium nō credendum cardinalibus. De quo late per doc. modernos, maxime Feli. in d. ca. quod ſuper his. Pro hoc bonus tex. in l. 1. C. de ſuper indicto li. 10. ubi Bar. dicit non credi cardinali aſſerenti ſe legatum. ſed intelligit in reſeruatis. De quo uide etiam ludo. in l. ſciendū. ff. de uerb. obli. tex. & glo. in c. nobiliſſimus. 97. di. Bal. in d. l. iuris iurādi. C. de teſtibus. Et quando credatur eius uerbo uel ſigillo & circa legationem ſine literis, uide ultra prædictos Iaſonem in l. admouendi. 80. col. & corſettum in repertorio ad abbatem, in uerbo cardinalibus an ſit credendum. & Feli. in ca. cum in iure de offi. delega. & ibi etiam quid in delegato & aliis. Ibi ponit & corſettus mixtim & remiſſiue in cardinale etiam legato, in uerbo legatis cardinalibus. Et utrum admittatur probatio in contrarium, uide late de vtroque per barbatium in prima & 2. q. ſecundi tractatus de pręſtantia cardinalium. & per 197 gon diſaluum in d. 13. quæſito. Aliud† priuilegium eſt quod cardinales reſidentes in curia Romana excuſantur a reſidentia in ſuis beneficijs facienda propter aſſiſtentiam papæ, qui omnium eccleſiarum gerit ſollicitudinem, ut in proœ ſexti & in c. cum inſtantia, de cenſibus, Intelliguntur enim ex hoc ſeruire ſingulis eccleſiis, ut in c. cum dilectus de cle. non reſi. Sunt enim cardinales cooperatores in gubernatione vniuerſalis eccleſiæ, ut d. c. fundamenta. & papæ collaterales, ut in c. penul. de offi. lega. in 6. Non obſtat. c. 2. de cle. non reſi. ubi propter non reſidentiam fuit cardinalis priuatus, quia ille de quo ibi, non aſſiſtebat papæ nec reſidebat in tit. ſuo Ita dicit Ioan. An. in addi. ad ſpecu. in tit. de cle. non reſi. ad finem. Idē etiam conſuluit oldra. conſi, 48. incipit ius commune, & etiā hoc habent de iure communi ſicut & alii familiares, ut ibi ꝑ eum. De quo infra in quæſtione de uocatis ad concilium, ii 198 quandiu ibi reſidēt percipiant fructus beneficiorū. Itē† aliud priuilegium, quia requiritur maior numerus teſtium in corū depoſitione, ut in c. pręſul. 2. q. 4. ut dictum eſt ſupra, & latius 199 infra dicitur de illius tex. intellectu. Item aliud† priuilegium quod ſi obuiant ei qui ducitur ad mortem per iuſtitiā, habēt ex conſuetudine priuilegium quod poſſint eum a morte liberare ponendo pileum ſuum ſuper caput condemnati, dicit Bal.

Bal.in d.l.addictos.C.de appellat.& Salic.ibi.& Aluarotus in capitulo primo episcopum vel Abbatem, & idem Alberic. in l.addictos. C.de episcopali audi. Et dicit ibi Bald.& refert Pau.de Castro, quod ita seruatur de facto. Quod forte etiam si esset verum dictum, non habebit locum in crimine læsæ maiestatis, quia aduersus eum a quo sumit vires priuilegiū, non habet locum priuilegium, argum. l.nemo.C.de episcopali audi.& capitulo frustra de priuileg.& in capitulo fin.de immunitat.eccles.& c.tuarum de priui.& 11.quæstio.3.priuilegium cum similib. Et idem forte in damnato de hæresi. ar.cap.vergentis de hære. Et istos duos casus exceptos posuit Gondisaluus in suo tractatu de cardinalibus, pro quibus, uide Angelum in disputatione exorta guerra, vbi per generalē cancellationē bannitorū, nō venit bannitus pp crimen cōmissum in rēpublicā, pro quo vide omnino qđ dicit Bald.in l.quicunque.C.de epis.& cler. Addit & tertiū casum si geminatū esset delictum, quem ponit ibi gondisaluus per di.l.nemo. idem etiam forte quando delictum est atrox valde, pro quo est quod dicit Petrus de Ancha.in capit.ea quæ in 19.q. de regul.iur.in 6.& in capit.1.de homi. propter horrendum.
200 enim delictum interdum potest delinquenti denegari aduocatus, Bald.in authent.sed nouo iure.C.de seruis fugit. pro hoc bonus text.in l.per omnes. C. de defenso.ciuitatum, Sic etiam crassatores puniuntur die feriata. l.prouinciarum. C. de ferijs. Et in istis reperti in flagrantibus & atrocissimis deli
201 ctis † possunt duci ad mortem imbauagliati ne loquantur. Et dicit Bart.in l.non tantum.C.de appel. ꝙ ideo eos qui ducuntur ad supplicium facit iudex imbauagliare ne loquantur, & quilibet pro eis possit appellare, ut dicit Bal.in l.1.in 5.colum.C.ne de statu defunc. Similiter propter delictum horrendum quis damnatur bestijs dilaniandus glo.in l.2.ff.arbo.fur.Cæsarum, ad idem in l.capitalium, in §.famosos.ff.de pę
202 nis. imo etiam in similibus licitum † est aliquando transgredi leges, in l.aut facta.§.fi.ff.de pœnis, Bal.in authent.sed nouo iure.C.de seruis fug.in l.præscriptione.C.si contra ius uel utili, publ. Innoc.in capitulo primo de constitut. idem forte dicen.in crimine falsi, per l.Lucius ff.ad turpil. De hoc etiam vide Barbatium in nona basilica quæstione sui tractatus, Sed
203 quod dictum † sit in se verum de illo qui ducitur ad mortem obstat, quia si quis fugiat ad collum sacrdotis portantis corpus domini nostri Iesu Christi non per hoc consequitur immunitatem nec libera.ut a morte 13.quæstio.secunda, quæsitum. Item & confugientes ad domos cardinalium consequuntur immunitatem de iure, dicit Ioan. And. in capitulo his quę de maioritat.& obedientia. quod dictum non reperi
204 in meo. Aliud est priuilegium † quod si delegatur causa cardinali, subdelegat causam quoad audientiam causæ, reseruata sibi sententia, ut est decisi.egidii.43. Item aliud priuilegiū quod licet alias si auditor intimat auditori esse commissionem sibi præsentatam, ante factam inhibitionem auditor possit procedere, secus si cardinalis intimauerit. item cardinalib. intimantur commissiones ab auditoribus rotæ, sed nō inhibetur eis propter reuerentiam, decisione. 25. de dolo & contu. in antiquis. item aliud, si causa fuit semel commissa cardinali & remissa vel alio quouis modo desinat esse iudex non committitur vlterius inferiori a cardinale sine speciali mandato papæ, ut est alia decisio.egidii.37.& milis in verbo appellatio. item cardinalis non inhibet alteri cardinali, decisio.vltima de dolo & contum.in antiquis, sed ista sunt magis de stylo quam de iure. ideo modicum inferunt ad propositum ista duo vltima priuilegia. Adde aliud quod a sententia cardinalis cui est commista causa appellatione remota, licet in aliis intelligatur de friuola (vt in capitulo pastoralis de appellatio. tamen a cardinale propter dignitatem cardinalatus nullo modo licet appellare, ponit milis in verbo appellari non potest a sententia lata per cardinalem, & ponit pauinus in tractato, de potestate capituli sede uacand. in penultima charta 3.columna in fin.& ita dicit Bald.in l.prima in 2.columna ff.de offi.præfec.præto.& Ludo.in singulari in verbo appellatione remota in lib.impressis. Sed Alex.in d.l.1.intelligit in legato cardinale, ibi uide, item aliud priuilegium etiam si non sit episcopus, potest cardinalis facere solennem benedictionem, doctor.in cap. licet de electio.23.d. cap.in nomine domini. Et similiter potest conferre minores ordines, Hostien.& Ioann.An.in c.1.de supplen.negligentia. præla.& dicit Lau.in 20.& 21.q.tract.de cardinalibus. Item potest.cardinalis habere familiam armatam, dicit Barbat.in tractat.de prestantia cardinal.in penul.charta in ultima quæstione. Sed ibi loquitur in legato. & Bald. in l.nam salutem. ff.de offi.pręfec.uigilum in §.ait enim, idem dicit de episcopo licet Abb. siculus dicat contrarium in capitu.significasti in fine offic.delegat. Sed cum Baldo tenent moderniores ibi in dicto capitulo significasti, & sic quo ad hoc idem dicendum in patriarchis. Aliud etiam priuilegium habent quod

eorum collegium facit senatum. 16.q.1.ecclesia successerūt enim loco senatorum, ideo Romana ecclesia dicitur habere senatum. specu.in tit.de legato.§.sequitur, post principium. de quo uide quod dixi supra. Et licet ibi tex.in d.c.ecclesia loquatur de presbyteris. intelligit de cardinalibus, quia tūc cardinales sub nomine presbyteri nominabantur, ut patet in registro Gregorij li.9.c.22.& in c.quamquam 2.q.7.& dicit do. in c.cleros.21.di. Item eorum collegium potest dispensare contra statutum per papam confirmatum. allegatur Ianfrancus in c.constitutus de appel.& tex.& doc. in capi.cum accessissent de consti. Hostien.& Ioan.An.in c.ad audientiam de cle. non resi. Sed ibi loquuntur simpliciter in omnibus collegijs & in factis cōcernentibus ipsum collegium. Item conuocat generale concilium. Bal.in c. olim de rescrip.& dicitur infra in quæstione ad quem spectat congregare concilium. Item potest dare licentiam extrahendi aquam de flumine publico nauigabili subiecto Romanæ ecclesiæ ad alium locum, quia hoc potest senatus, in l.quo minus. ff.de fluminibus. Itē potest condere legem non contrariam iuri sicut senatus. l.nō ambigitur ibi doc. post albericum. ff.de ll. De hoc vide barbatium in c.translato in fi.de consti. Item aliud priuilegium est vt supra dictum est, quod possūt restituere ad famam, vt Bar. in l.1.in §.de qua.ff.de postu. Innoc.in c. cum te de re iudi.& archid. c.hinc colligitur 2.q.3.& Bar. in l.infamem.ff.de publ.iudi.& late in c.cum te, per Feli.de re iudi. probat tex.in c.1.de schisma.in 6. De quo an sit simpliciter uerum, videndum in dictis locis per modernos. & latissime barbatius post cardi. in cle. 2.in §.atrinum de elec. qui concludit quod si infamia est causata ex constitutione cardinalium, eos tollere posse, aliter non. Item a sententia collegij ipsorum non appellatur, sicut nec a sententia senatus. l.i.ff.a quibus appellare non licet. Et consensus collegij requiritur quando papa vult deponere vel excōmunicare cardinalem. Hostien.in c.ex gestis de cle.non resi. Quod verum est ex condecenti & ordinata potestate, secus de nuda & absoluta, vt Abb. ibi qui sic intelligit. Sed ista omnia concernunt collegium cardinalium, sed non personas singulares. Item sunt & plura alia priuilegia, quæ non iudicantur ab alio quam a papa. Ioan. An.in c.1.de schis. & 1.de præben.c.2.de cle.non resi.c.1.de schisma. Item vbi indigent habent emolumenta a papa & camera apostolica, ponit glo.pragmatice in ti.de cardinalibus.c.fundamenta & probat tex.in c.ubi periculum, de elec.in 6.& ibi domi.in §.prohibitionis, in primo notabili. Et dicit etiam Hosten.in d.cap. antiqua quod debet papa diligere cardinales ut seipsum & eis prouidere de necessarijs, sic.n.erit vera electio & unum corpus. Idem etiam dicit Martinus lauden.in illo suo tractatu de cardinalibus in 2.col.& idem replicat in 3. colum allegat do.in d.ca.ubi periculum. Et idem etiam tenet gondisaluus in suo tractatu de cardinalibus. Itē in suis titulis habent quasi episcopalem iurisdictionem, ut in c.ijs quæ de maio.& obe. Dicit Ioan.mo.ita respondisse sibi papam in c.1.co.ti. Et qualiter sit prouidendum cardinalibus ponit extrauagans Nicolai quarti, quæ est inserta inter gesta concilij in aliquibus libris, quia in aliquibus libris plura inferuntur de gestis in illo concilio. Item qui iniuriatur cardinali, dicitur iniuriari papæ
205 & Romanæ ecclesiæ. Et quod plus est, ex sola † verbali iniuria ei illata, debet quis puniri pœna. c.fœlicis de pœnis in 6. ita dicit Ioan.de ana.in cap.1.de maledicis in 4.colu. Sed de hoc ultimo dicto uellem magis cogitare. tex.tamē in d.c.fœlicis, loquitur etiam de insequentibus cardinalem. Et de eorum priuilegijs in specu.in ti.de legato in §.sequitur, uersi. ff. Hostien.in d.ca.antiqua. zenzelinus in extrauaganti excrabilis in verbo sublimitas. archi.22.di.c.sacrosancta, & in c.vbi periculum & in capitu.fundamēta de elec. Aliud priuilegium habent quod concedunt indulgentias centum dierum, licet alij episcopi tantum.40.nisi in dedicatione ecclesiæ, vbi tūc conceditur episcopis annus ut in c.cum ex eo de pœni.& remis. Sed illud magis cardinales habent ex cōsuetudine a pōtificibus tolerata quam de iure communi, uidelicet cōcedere indulgentias. Alia priuilegia ponit pauinus in extrauaganti ad onus. Item quando legati de latere transeunt mare, utūtur vestibus rubeis, parafræno albo, fræno & calcaribus deauratis. Item grauiores pœnæ infliguntur percutientibus & p
206 sequentibus cardinales, ut in c.fœlicis de pœnis in 6. Itē sūt aliqua priuilegia quę ijs conueniunt episcopis & patriarchis sicut cardinalibus, vt in capitulo fin.de priuile.in 6.& aliud c. in cap.quia periculosum, de sententia excōis co.li.& aliud c. quod nonnullis de prile.& aliud.c.fi.de pœni.& remis. Et de ijs quæ sunt episcopis concessa, dubitatur utrum habeant cardinales, ut vide gondisaluum in quæstione.13.in tractatu de cardi. Sed legatus de latere bene potest, ut Abb.in c.quod translationem de offi.lega.& glo.in c.nostro de peni.& remis. Itē est aliud priuilegium, quia cardinales sunt in quasi possessione quod papa non possit ardua terminare sine consilio cardinalium.

nalium.& ideo per Bonifacium fuerūt omnia reuocata quę Celestinus cōcesserat, vt episcopatus & abbatias, sine consilio cardinalium, & per benedictum.13. reuocata similiter statuta per Bonifacium Octauum cōcessa marchianis, dicit Io.mo.in c.super eo de hær.in 6. Sed idem Io.mo.variauit, vt patet ex gl. Pauini in extrauaganti vas electionis, & alia quę incipit vnigenitus. Hoc tamen magis cardinales hn̄t ex consuetudine, vt ibi in d.gl. Vnde licet ista sint magna & plura dicantur hr̄e priuilegia, non tn̄ videntur maiora illis quæ hēnt patriarchæ, quia quo ad insignia illud est ratione legationis
207 de quo non loquimur. De pœnis, & grauissimæ † pęnæ infliguntur contra persequentes & verberantes episcopos, vt in cle.1.de pœni. Item cardinales non possunt deponere episcopos, sicut supra dictum est de patriarcha Constantinopolitano, ut in d.extrauaganti ad onus per Pauinum. De quo etiam Host.& Doc.in c.ex tuæ, de cle.non resi. & Host.in c.cum ex eo, de pęni.& remis.& in c.1.de schisma.in 6. & in clemē.ne Romani, de elec.gl.in c.nullus.79.dist.dicit Pauinus in tract. ne sede vacan. in vers. præmitto sexto, etiam si sedes vacaret. Et quod dr̄ quod papa non explicat ardua sine eorum cō
208 silio, intelligitur de collegio cardinalium, Item cōis † opi.est in contrarium, videlicet quod non tenetur nisi ex decēti. de quo vide qđ dico ĩ.in qō.vtrum papa possit contrauenire capitulis in conclaui iuratis. item sede vacan. collegium card. non pōt dare vicariū, ut ponit Pauinus in d.trac.in fi. quē vide. Quid aūt possint card. sede vacante vel quasi.vacan.ĩ.late dr̄ in qōne qn̄ papa efficeretur furiosus, uel inutilis, vel esset captus ab hostib.uel infidelib. item vt supra dictū est nō possunt discedere de curia sine licentia papæ propter coniunctionem quam habent cum papa. Sed dic quod idem dicendum in episcopis consequenter & de patriarchis, vt dicit Ber
209 tachinus in 1.par.4.libri in trac.de epis.q.2.item † card.solum a papa iudicantur, & si deponuntur, sine spe restitutionis deponuntur, vt in c.2.de cle.non resi. sicut dicitur de doctore. in l.2.C.de libe.& eorum liberis per Bal.& de notario per eūdem Bal.in l.2.C.de manumis.uind. Licet aliter factum fuerit in Petro & Iacobo, de columna de quib. in c.1.de schisma. in 6.& hodiernis temporibus in persona car. S.Crucis, & car. Sancti Seuerini. Et ideo acrius puniendi sunt, cum papæ assistant, sicut Adam grauius peccauit, quanto Deo proximior fuit, de pęni.dist.5.consideret.& exemplo luciferi, de pœ.dis. 2, principium. Et de istis Isaias, qui sunt isti qui ut nubes uo
210 lant, vbi ostenditur † quod debent card. ut refulgeant in sua dignitate esse vt nubes propter deuotionem. secundo vt columbæ, propter simplicitatem, & puritatem quam habere debent. tertio candidiores niue, quo ad optimos mores & vitæ mundiciam. quarto rubicundiores ebore antiquo quo ad charitatem & domini nostri Iesu Christi memoriam. Caueāt igitur ne sint nebulæ & nubes sine aliqua deuotione. non capiantur superbia, quæ est mater omnium vitiorum, non vana gloria, quæ euacuat omnem virtutem, non amore pecuniæ, quæ tanq̄ venenum est fugienda, nec amore parentum, ne eos in vita corrodant tanq̄ musca morientes, & eōs post mortem despiciant, dicentes bene fecit mihi, sed melius facere potuit. sed die noctuque, nō cessent virtutibus studere. Ita dicit Host.in summa de pę. & remis. §.cui confitendum, ver.cui cardinales. refert Martinus Laudē.in suo trac.de cardi.& Aluarus in c.16.in fi.in 2.parte operis.& plene etiam ponit Andr. Siculus in tract.de car.in 10.q.principali, ubi ponit quales debent esse cardinales ut promoueantur. Debet insuper in cardinalibus esse industria singularis. Bal.in l.1.ff. de offi.præfecti præto.ad fi. Item cardinalis debet esse prudēs non solum literarum peritia, uerum, & secularium rerum dispensatione, ut in §.oportet.36.distinctio. in summa. Qui tex. licet loquatur in episcopis, idem tamen dicunt Doct. in cardinalibus.& uide ibi gl.quæ vult quod clerici non solum debent habere peritiam sacrarum literarum, sed etiam secularium scientiarum. Requiritur insuper in cardinalib. fides explorata & morum maxima grauitas & sapientia versans,
211 circa diuina, ut in d.l.prima.ff.de offi.præfec.præto. Quæ † licet loquatur in præfecto, idem tamen est in cardinalibus, qui illi æquiparantur, vt dicit ibi gl. sed non in retinendis concubinis, ut in l.eum qui.C.de epis.& cle. Ad quæ vide etiam Aluarottum in capit.1.episcopum, vel abbatem. Item ibi dicit etiam Hostien.ubi supra quod debent cōfiteri papæ & sunt a papa tantum iudicandi, vt supra dictum est. Et de cardina
212 lium statu † & perfectione & gradu, & quales esse debent & unde assumendi, uide omnino Archid.Flo.in summa in tertia parte. tit.22.in princ.& cap.1.& 2.§.1.& ibi etiam in §.sequenti de eorum collegio, & in sequentibus §.de eis, per totum titulum, & ibi multa pulchra dicta in epistola Bernardi ad Eugenium.& in capitulo secundo.§.primo. dicit quod de Alemania non consueuit ecclesia cardinales assumere ne secreta ecclesiæ pandantur imperatoribus, qui sunt

ministri ecclesię, & licet de omni natione possunt assumi, tn̄
213 conuenientius de terris peculiaribus ecclesiæ assimuntur, quia sunt liberiores inferendis consiliis. Ibi vide Archiep.de
214 titulis cardinalium. Et de eorum † numero latę Barbat.in cle.2.de elec. Et quot possint esse & de eorum titulis, ponit ēt Albericus in ru.de statu hominū & Martinus Laude.in trac. de cardi. Et quales debeant esse cardinales, uide satis bene p gondisaluum in quinta q.prin. in 7.charta.in 8.quęsito ubi inserit illam pulchram epistolam Bernardi.ad Eugeniū in li. de consideratione. Et uide quot debent esse ēt per Aluarotū in c.1. episcopū vel Abbatem, Pragmatica in ti.de cardinalibus, dicit de.24.sed illa statuta fuerunt facta In concilio, & non recepta per papam eugenium nec successores. Bonum tamen esset quod non excederent illum numerum, quia nu
215 merositate, † vilescit authoritas.93.di.legimus.59. dist.si officia. nam & multitudo onerosa nihil habet honesti, ut in authen.de referendariis ante fi. Et licet non fuerit recepta pragmatica, glosa tamen super illa est satis bona magistra. Et vide etiam cardi. in cle.ne Romani de elec. Et licet ex his videretur argui maioritas, tamen idem dicimus de patriarchis,
216 quia † similiter tantum a papa patriarchæ sunt iudicandi, ut ponit idem Hostien.in summa de pœn.& remis.in d.§.cui cōfitendum in uersi.cui patriarcha in prin.& in 2.col. Tales.n. grauius puniendi sunt quam inferiores. quia tales tot morti bus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla trasmittunt, 11.q.3.pręcipue.in cap.magnæ de uoto.§.1. Ad idem tex.2.q.7.sicut el 2.vbi committitur inquisitio criminū contra primatem, ne si languor in capite curatus non fuerit totum corpus. quod absit morbus inuadat. Ad idem in cap.1. de transla.præla.ubi est tex. quod punitur patriarcha quia trāstulerat confirmatum in archiepiscopum ad sedem episcopalē, quia priuatur patriarcha potestate confirmandi archiscopos. Ad idem.24.q.1. Achatius.9.q.3.cōquestus 75.di.qđ a patribus.& ibi omnia adducit Hostiens. Vnde ex hoc non censetur maior cardinalis quam patriarcha. Quod dicitur
217 † non appellari a sententia cardinalis quando committitur causa appellatione remota, idē dicimus in episcopo qui iudicat ex prorogatione iurisditionis, ut est text. ibi Bald. in l. episcopale.C.de episcopali audien. quia ab eius sententia nō appellatur. & Angelus in l.2.§.si quis in ius.ff.si quis ius dicēti nō obtēp. Quod dr̄ ꝙ restituunt ad famam intelligitur de collegio cardinaliū simul, & magna est altercatio vtra opinio sit verior. Item ꝙ papa appellat seu connumeret se inter cardinales sicut imperator inter senatores. l.ius senatorium. C.de digni.li.12.& Martinus Lauden.ubi supra, idē dicimus de patriarchatu, quia papa connumerat se inter patriarchas in c.cleros 21.di.& 22.di.per totum, & dictum est supra. Et rōne perceptionis fructuum quia assistunt papæ, non plus hn̄t quam familiares episcopi, q cum assistunt episcopo percipiūt fructus in absentia, ut in c. de cætero.& in c.ad audientiam, de cler. non resi. Et patrarcha & alii prælati in curia residentes & assistentes papę, gaudent eadem prærogatiua, ut in ca. fi.de rescrip.in 6.& in c.cum dilectus de cle. non resi. Qđ aūt
218 non † pn̄t damnari nisi cum maiori numero testium, illud priuilegium fuit concessum propter insolentias hæreticorū ad illos comprimendum, vt dicit ibi dominicus. unde nō tā est eorū priuilegiū q̄ in odium hæreticorū. Itē ille tex.patit̄, alios intellectus, de quibus ibi per doc. Sed sanctus Thomas 2.2.q.70.ar.2.intelligit loqui simpliciter in cardinalib.& adducit rōnes bonas. sed intellectus dn̄ici ad d.c.pręsul.tenetur. ponit spec.in ti.de test.§.restat in prin. Alii intellectus dātur ibi & per Abbatē in c.per tuas in fi.de ma.& ob. & per eūdē post Ant.in c.licet, de test. Nā cū papa possit dānari cū duob. testib.vt dicit ibi gl.in d.c.præsul.tanto magis cardinalis.
219 Similiter nō credo ꝙ cardinalatus possit dici maior † ratione prioritatis & originis, qua rōne qs præfertur s̄m Hostien.in summa in ti.de ma.& ob.§.qb.ver.pen.& pbat̄.de albo.scribēdo.l.1. & C.de cōsuli.& c.1.in §.verum.28.di.cum si.qui cardinalatus est de iure positiuo, ut ponit Barbatius in consilio primo in prima parte consiliorū reuocando quod dixerat in suo tractatu de præstātia cardinalium, tanquam magis ex antiquitate instructus, de quo aliquid infra. Sed patriarchatus sumpsit exordium ĩ ueteri lege. legimus enim patriarchas Noe, Abraham, Isaac, Iacob, & Ioseph. Item & Dauid prophetam & patriarcham nominat Petrus apostolus actuum secundo. Idem de Ioan.Baptista. qui fuit patriarcha & propheta, ut legitur lucæ.primo Sic ergo patriarchatus fuit ante aduētum Christi, & sic ante cardinalatum, qui incœpit post. Quod etiam ostenditur, nā beatus Petrus cum apostolis instituerunt & ordinauerunt presbyteros & episcopos curarum.14.ubi dicitur in historiis. nā idem nomen erat utrisq;, ut ponit domi.in capitu.cleros, 21.di. Et erat cura episcoporum in magnis ciuitatibus.ut legit̄, in registro Romanorum pontificum. capitul.primo. Præter

iſtos aūt epos & presbyteros intendētes curis ſuis, habuit Pe-
trus alios adiutores aſſiſtentes ad iudicandum in cauſis fidei
& ad morum inſtructionē. vnde facta collatione cum Paulo
& Barnaba, miſit Petrus Iudam & Barnabam & Silam ad in
ſtruendum fratres, ut dicitur acti. 15. Et hi vocandi erant car-
dinales per rationem. c. ſacroſancta. 22. diſt. cum dicit quod
ſicut cardine regitur oſtium, ſic a ſede apoſtolica vniuerſus
orbis, vt in d. c. 1. ſol. 1. in regiſtro Roma pont. & hoc probat
tex. in c. oportebat cum duob. ſeq. 79. diſt. & dicetur aliquid
infra. quæ iura ſunt ex concilio Stephani. Item Petrus pri-
mo cathedram antiochenam rexit ſeptennio, ibique primo
220 nomen chriſtianorum eſt exortum, vt in ca. ſacroſancta. 22.
diſt. & in c. mutationes. 7. q. 1. in gl. primo enim fideles appel
labantur diſcipuli uel fratres, vt dicit gl. in d. ca. ſacroſancta.
Deinde alio ibidem promoto, ſ. Ignatio, Romam profectus
eſt. 24. q. 1. rogamus. ubi annis 25. menſib. 7. diēb. 8. cathedrā
regens. poſtea martyrio coronatus eſt anno 39. poſt paſſionē
Chriſti. 21. diſt. quamuis. 2. q. 7. beati. 22. diſt. ſacroſancta. & po
nit Aluarus in primo li. c. 31. dicunt doc. in c. renouantes. 22.
221 diſt. Aliqui dicunt ꝙ card. † videntur habuiſſe originem tpe
Pontiani papæ, qui non ponitur in catalogo pōtificum, fuit
autem anno 231. vt habetur in chronica. Item & Marcellus
qui fuit anno 304. conſtituit 15. cardi. in vrbe Roma propter
baptiſma & ſepulturas hominum. Facit quod habetur 79. di
ſtin. c. 1. & d. c. oportebat & c. ſi quis ex ipſis & cap ſi quis pecu
nia. Hoc dicit Arch. in c. vbi periculum, in prima col. de elc.
& idem ad literam Aluarus de planctu eccleſiæ in 2. li. ar. 16.
& Card. Zab. in cle. ne Romani. §. porro, de elec. Idem etiam
Alber. de Roſ. in rubr. C. de ſum. tri. qui dicit ꝙ tpe donatio-
nis Conſtantini non erant adhuc cardinales, ſed tpe genera
lis ſynodi per Syluestrum iam erant cardi 2. q. 4. c. præſul. qđ
eſt idem cum eo quod dicit Oldr. infra. Idem quod Arch di-
cit Martinus de Laude in ſuo tract. de cardi. & Gōdiſaluus in
1. cap. & Barba. in tract. de præſtantia cardi. Et hoc clare con
ſuluit Oldr. conſ. 63. incipit quo tempore. & ſequitur Ioā. de
Ana. in c. ad liberandam, de iudæis. Sed ſi tenemus ꝙ cardi-
latus fuerit ante ius pontificium, & ꝙ olim cardinales appel
larentur præsbiteri, vt in c. eccleſia. 16. q. 1. & in c. quanquam.
2. q. 7. & facit tex. in c. 2. de of. archipresbiteri. & Do. in d. c. cle
222 ros. 21. diſ. quod & clare videtur velle Gregorius in regiſtro
li. 9. c. 22. tunc tex. in c. oportebat. 79. diſt. & duob. ſequē. clare
oſtendit ꝙ cardinales fuerunt tpe Petri & apoſtolorum. Et
facit quod legitur in vita Cleti papæ, q̄ dicitur ordinaſſe 25.
presbiteros mandato beati Petri. Imo ille tex. in c. oportebat
79. diſ. probat ſimpliciter cardinales fuiſſe tpe beati Petri. &
ita ex illo tex. arguit Eugenius 4. in literis ſcriptis ad archiepi.
Cantuarien. quæ infra inſeruntur. Sed obuiat præmiſſis, quia
ſi olim cardinales appellabantur presbit. tanquam ſuccedē-
tes in locum apoſtolorum qui omnes erant presbyteri, vide-
tur ꝙ diaconi cardinales non ſuccedant loco apoſtolorum
nec poſſit intelligi de eis ꝙ fuerint tempore beati Petri. Ad
hoc reſpondet Petrus cardinalis Cameracen. in trac. de pote
ſtate eccl. & pontificali, ꝙ etiam diaconi card. ſucceſſerunt
apoſtolis, etſi non in ordine presbyteratus, in ordine tamen
diaconatus, & ſuccedunt loco apoſtolorum quantum ad or
dinem hierarchicum. Vnde ex laudabili conſuetudine dia-
coni cardinales pręferuntur epiſcopis. licet ordo epiſcopalis
& presbiteralis ſit dignior cardinalatu, ſicut archidiaconus
in ſuo archidiaconatu præfertur pluribus presbiteris in ordi-
ne hierachico ſibi ſubiectis. Vnde in hiſtoria Damaſi, de plu-
ribus ſummis pontificibus dicitur quod fecerunt tot ordina
tiones, tot presbiteros, tot diaconos, tot per diuerſa loca epi
ſcopos. Ex quibus patet quod presbiteri, & diaconi Romani
præferuntur epiſcopis. Ita dicit idem Card. in 7. concluſione
dicti tractatus. Dicit tamen Oldr. vt ſup. tactum eſt, quod tē-
pore donationis factæ per Conſtantinum Syluestro non erāt
cardinales. Quod poteſt probari per tex. in d. c. Conſtantinus
qui facit mentionem de clericis Romanæ eccleſiæ & tamen
nihil dicit de cardinalibus, qui ſi fuiſſent nominaſſet. Dicit
tamen idem Oldr. ꝙ cardinales incœperunt quando poſtea
Syluester fecit ſinodum generalem. 2. qō. 4. c. præſul. Sed repu
gnat dicto Oldradi ꝙ Marcellus, & Pontianus fuerunt ante
Syluestrum, niſi dicamus ꝙ in actu donationis non fuerunt
cardinales ſed poſt in ſinodo. Vide Fel. in c. cum te, de re iud.
facit quod dixi ſupra. Dicit etiam Archi. in d. c. vbi periculū,
in 4. col. ꝙ potentia cardinalium eſt a papa, & ſic non ex le-
223 ge veteri. Et quod dicitur in cap. eccleſia. 16. quæſt. 1. quod ec
cleſia habet ſenatum intelligitur de iure poſitiuo. ex quo vt
dicit ibi glo. ſicut ſenatus reſtituit ad famam. Et ibi tex. dicit
quod ſicut Romani habebant ſenatum quorum cōſilio om
nia agebāt, ſic & eccleſia habet ſenatū ſuū cętū ꝑsbiterorū,
ergo habet reſpectum ad ius poſitiuum, & ſic cœtus cardina.
eſt de iure cō. De quo vide concord. ſup. alleg. & Barba-
tiam hoc diſputantem in ſuo tractatu & in dic. conſ. primo.

Et ſi bene conſideretur, cardinalatus non videtur ordo nec
gradus eccleſiaſticę, hierarchię a Chriſto inſtitutæ nec ordi
ni aut gradui apoſtolicorum ſuccedens, ſicut epātus & ſacer
dotiū. nā de ſtatu hierarchico eccleſiæ non ſunt niſi duo gra
dus ſiue ſtatus ꝑlatorū maiorū, videlicet q̄ ſuccedūt apoſto-
lis. ut ſunt epi. archiepi, & ſuperiores, & minorū. ſ. qui ſucceſ
ſores ſunt. 72. diſcipulorū, qui dr̄ prælati ſecundi ordinis,
quales ſunt presbyteri curati. Probat tex. in ſumma. 21. di. &
in capitulo in nouo. ea. diſt. Et iſtis ex ſtatuto & ordinario iu-
re conueniunt tres actus hierarchici primarie eſſentialiter,
& immediate, a Chriſto, qui ſunt purgare, illuminare & perfi
cere per ſacramentorum miniſtrationem & prædicationem.
Ad hoc facit text. in ca. corepiſcopi. 68. di. ubi dicit, non legi-
mus amplius quam duos ordines inter diſcipulos dñi. 1. 12.
apoſtolorum. & 72. diſcipulorum. vñ iſte tertius, loquēdo de
corepiſcopis, proceſſerit ignoramus, ꝙ autem ratione caret,
extirpare neceſſe Eſt. Et in primitiua eccle. non erat cardina
latus, ſed quiſque nomine ſui ordinis erat cōtentus. Et olim
idē erat epiſcopus qui & presbyter, ut dicit tex. in c. legimus
93. di. & in c. olim. 85. di. ſed poſtq̃ unuſquiſque eos quos bap
tizauerat ſuos eſſe dicebat non Chriſti, cum prius eccleſię
communi presbyterorum conſilio gubernarentur, decretū
eſt ut unus de presbiteris præponeretur qui epiſcopus cogno
minaretur quaſi ſuper intendens, ut dicitur in dictis iuribus
iuncto. c. cleros. 21. di. Et hi pręponebantur non per caſtella,
& vicos ſed per ciuitates, ut in cap. epiſcopi cum duobus ſe-
quen. 80. diſ. poſtea apoſtoli videntes prouincias longe ante
Chriſti aduentum diuiſas, in illis præpoſuerunt archiepiſco-
pos primates, & patriarchas, ut in ca. prouinciæ. 99. di. & in c.
urbes & c. in illis. 80. di. De cardinalib. vt dictū eſt nihil in pri
224 mitiua eccleſia habebatur. Et epiſcopus, quidem nomen eſt
dignitatis, presbyter ætatis, diaconus hoſpitalitatis. ut in d. c.
legimus. 93. di. & Clemens dicit in ſua epiſtola, tranſſumpti-
ue in c. audire, 25. di. audire epiſcopum attentius oportet, &
ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei, monita autem vitæ a pre
sbiteris inquirere, a diaconus vero ſuſcipere ordinem diſci-
plinæ. poſt hæc creſcens multitudo presbiterorum & diaco-
norum ad urbem concurretium, cauſam dedit vt urbani
presbyteri & diaconi ab eis diſtinguerentur nomine cardina
lis. Et hoc uidetur verum, niſi fortaſſe velimus quod olim
presbiteri & cardinales idem eſſent, ſicq; quod etiam tempo
re beati Petri eſſent cardinales per illum tex. in d. ca. oporte-
bat. 79. di. vniuerſale enim eſt quod creſcente numero pre-
sbiterorum tempore beati Petri diſtincti fuerint vrbani pre
sbiteri ab aliis ſub nomine cardinalatus, ſicut in ſimili dicū
tur canonici cardinales in eccleſia compoſtellan. & Rauen-
naten. 7. q. 1. paſtoralis. glo. in cle. dignum de celebra. miſ. Et
quod presbiteri † in eccleſia dicerentur cardinales vide tex.
225 in c. 2, de officio archipreſ. qui eſt Leonis, & ſic longe poſt. Et
poſito quod ſecundum aliquos dicantur cardinales habuiſ-
ſe ortum deute. 17. & quod ſacerdotes leuitici generis fuerit
cardinales, ſicut videtur velle tex. in c. per uenerabilem in §.
ut aūt, qui filii ſint legi. Hoſtien. & Abb. in c. ex geſtis de cle.
non reſi. 6. q. 1. ſi quis cum militibus. & ſpecu. in ti. de legato.
§. ſequitur, in princ. & dicit Aluarus in loco ſupra allegato
fuiſſe præfiguratiue, nomen tamen cardinalatus vt ſupra di-
ctū eſt. vel fuit a tempore Pontia. ut arguit Eugenius in lr̄is
ad archiepiſcopum cantuariein de quib. infra uel a tempore
Syluestri. Item etiam ſi habuiſſent ortum tempore apoſtolo
rum vel in veteri lege licet ꝯrium expreſſe cōſuluerit in pri
mo conſilio Barbatius, reuocando quod dixerat in ſuo trac.
ꝙ cardinalatus eſſēt de iure diuino, non tamen eſſent origi-
ne antiquiores. & tex. in ca. cleros. 31. di. per leuitas intelligit
ſacerdotes in verſi. unde apud. Similiter ſi dicamus de cardi
nalibus dictū illud. 1. reg. c. 2. uidelicet dñi ſunt cardines terrę
& poſuit ſuper eos orbē, ſm̄ ꝙ uoluit Hoſt. in c. 2. de cler. nō
reſi. & archie. Flo. in tertia parte ſummę ti. 22. c. 1. & Alex. in
d. c. quāquam. quod tamen male allegatur, cum domini ſit
genitiui caſus, quaſi dicat dominus eſt dn̄ator orbis, ita dicit
gl. pragmatice in titulo de cardinalibus nō erunt propterea
origine antiquiores, ut ſupra uiſum eſt, cum patriarchæ fue
rin longe ante. Dicit tamen Petrus cardinalis Cameracen.
in ſuo tractatu de poteſtate eccleſiaſtica & papali, quod ſan
ctus Petrus primo fuerit ſummus pontifex quam epiſcopus
Romanus. nam per illa verba paſce oues meas, dominus cō
ſtituit eum ſummum pōtificem. Similiter & eiſdem verbis
dedit ei pr̄atē eligēdi ſedē ubicūq; vellet, & ut ibi ꝑticularis
eſſet eps. Vñ 4. annis tenuit ſedē eccleſię ulis, nullā ſibi parti
cularē eccleſiam eligendo, ſed tanq̃ ꝑlatus & caput oīum fi-
deliū ſedebat vbicūq; uolebat. Vñ licet in Ieruſalē Iaco. ſta-
tim poſt paſſionem dñi a Petro & apoſtolis fuerit ordinatus
epiſcopus, & Petrus licet omnibus præfuerit, non tamen il-
lam eccleſiam tanq̃ ſibi ſpecialem elegit, ſed poſt quatuor ſe
rę annos elegit ſedem Antiochiæ, ubi ſedit annis ſeptem &
illam

illam eccleſiam ſibi appropriauit. Deinde apparente in Chri
ſto & eidem reuelante, ſedem ſuam Romam tranſtulit, &
ibi factus eſt Romanus epiſcopus. & ita ex tunc in Petro &
eius ſucceſſoribus duo epiſcopatus concurrerunt, videlicet
vniuerſalis eccleſię & patriarchalis eccleſię Romanæ, vtrū
quod tamen epiſcopatum a Chriſto recipiendo. Et ſicut no-
226 men † papatus tempore, Petri & aliorum apoſtolorum non
fuit in uſu eccleſiæ, ita nec nomen cardinalis. ſed poſtea cre-
ſcente eccleſia, ex deuotione fidelium hæc nomina ſicut &
nomina patriarcharum, primatum & archiepiſcoporum, in
uſum venerunt, & a ſanctis patribus approbatis eccleſiaſticę
poteſtatis dictis nominib. papatus & cardinalatus, & ex tūc
in apoſtolis fuerūt, videlicet in Petro dignitas papatus & in
cæteris apoſtolis dignitas cardinalatus ſiue authoritas. Vnde
diſcurrendo per hiſtoriam actuum apoſtolorum, & aliarum
eccleſiaſticarum hiſtoriarum & ſanctorum patrum decreta
apparet quod ante diuiſionem apoſtolorum, & antequam
per diuerſas mundi partes diſperſi ſunt apoſtoli Petro tāquā
227 ſpeciale officium gerenti † aſſiſtebant tanquam cardinala-
tus officium gerentes, ſicut nunc cardinales aſſiſtunt papæ
tanquam eius principales aſſeſſores conſiliarii & cooperato
res in regimine uniuerſalis eccleſiæ, ſed poſtquam apoſtoli
a Petro ſeparati ſunt in opus prædicationis diuerſa loca per-
luſtrantes, ſpecialas ſibi diœceſes ſortiti ſunt. Vnde apparet
quod apoſtoli prius fuerūt cardinales quā epiſcopi, ſeu prius
cardinalatus officium quam epiſcoporum exercuerūt. & ſic
prius cardinales orbis quam vrbis, ſicut & prius Petrus fuit
papa orbis, ideſt. uniuerſalis eccleſiæ antequam fuerit epi-
ſcopus Romanæ eccleſię, & apoſtoli prius cardinales vniuer
ſalis eccleſiæ quam epiſcopi. ita dicit ipſe Petrus cardinalis
in dicto tractatu in 4. & 6. concluſione. Sed quicquid ſit, ex
his nō probatur quod cardinalatus fuerit ante patriarchatū.

228 Si dicatur quod † ipſi cardinales eligunt papam, &
de eorū gremio eligitur, ut in c. licet de
elec. & c. ubi periculum eo. ti. in 6. & in clem. ne Romani eo.
ti. & c. in nomine domini. 23. di & bonus tex. in c. oportebat,
79. di. iſta tñ exceptio ꝙ extra collegium ſit electus, hodie nō
opponitur ꝯ papam, ut in d. c. licet. nec ex hoc deberent car-
dinales dici digniores, tum quia etiam in electione Romani
pontificis ante iſta tēpora interueniebant patriarchæ & alij
inferiores, & ſimiliter etiam de inferioribus & cardinalibus
eligi poterāt, ut eſt tex. in dicto capit. in nomine domini. 23.
229 di. Item ſi poneretur caſus quod nullus ſupereſſet cardinalis
tunc electio ſpectat ad clerum Romanum, quia cardinales,
etiam appellantur clerici Romani. quibus cardinalibus cle-
rici Romani ſuccedunt ſecundum Hoſtien. & refert cardi.
230 in cap. licet de elec. clerus. † enim Romanus eſt caput cleri-
torius mundi, ut dicit Bal. in cap. olim de reſcrip. Et qđ car-
dinales dicantur de clero Romano, ponit Bal. in ca. quia ꝑꝑ
de elec. Et quod clerus Romanus ſuccedat ponit Aluarus de
planctu eccleſiæ in principio operis in 5. col. Vel ad canoni-
231 cos † Lateranen. ſecundum archiepiſcopum Flo. in 3. parte
ſum. ti. 22. capitu 2. § 4. incipit quantum ad ſecundum. cum
enim ipſe papa ſit epiſcopus eccleſiæ Lateranenſ. & illa ſit
eius propria parochia merito uidetur ſpectare ad eius cano
nicos. De hoc tamen vide in dictis locis & Augu. de Anco.
in tractatu de poteſtate papæ. q. 5. ar. 1. Hoſti. autem in ca. li-
cet de ele. quē ſequit̄ An. dicit ꝙ ſpectaret ad clerū Romanū
allegāt. 23. di. in nomine dñi, & c. ſi quis pecunia, 79. diſ. Vel
ad cōciliū gn̄ale. 63. di. d. cap. 2. & 3. ꝙ conuocabit clerus Ro-
manus. 65. di. ſi forte. qđ vltimū dicit, licet ſit iuſtius, tñ primū
cōmodius & leuius, ꝑꝑ periculum moræ. alle. c. ne ꝑ defectu
de elec. Egidi. tñ de bella mera in d. c. licet, primo dicit quod
ad clerū Romanū per. c. in nomine dñi. 23. di. & 79. di. c. 1. &
c. ſi quis ex epīs. & c. ſi quis pecunia. Deinde dicit ꝙ debet cō
gregari cōciliū vl̄e, ar. 63. di. c. 1. & c. 3. & per id ꝙ legit in c. ſi
archiepiſcopus, de tem. ord. in 6. in §. fi. Et ꝙ tunc clerus Ro-
manus congregabit concilium arg. c. ſi forte. 65. di. Et iſtam
ultimam ipſe tenet propter periculum diſcordię inter capi-
tulū ſancti Petri & eccleſię Lateranen. & reliquū clerū. Sed
hoc nihil eſt, quia ſiłr poſſet eſſe diſcordia in cōgregādo cō-
ciliū, & ſi oēs eſſent cocordes, ceſſat eius rō. Vide Aug. vbi ſu
pra. q̄ dicit ꝙ tutius eſſet ꝑꝑ ſcādalū, ꝙ poſſet ſequi. q̄a forte
nō reciperet, ꝙ cōgregaret cōciliū. Sed verius eſt ꝙ Hoſtien.
car. & Ant. & Abb. in d. c. licet dn̄t, quia facilior eſſet primus
modus propter diutinam vacationem, iuxta cle. ne Romani
& cap. ubi periculum in 6. & argum. cap. ne pro defectu, de
elec. maxime ſi electus in papam reciperetur. Pro quo facit
232 quod † cardinales ex cōſenſu tacito cleri Romani acquiſiue
runt ius eligendi papā, vt dicitur in d. c. licet. Bal. in l. non am
bigitur. ff. de legibus dicit quod mortuis electoribus papæ, po
teſtas & dignitas pontificalis eſt in vl̄i eccleſia, & ideo ta-
cite videtur ſentire quod ad concilium, ꝙ repræſentat eccle
ſiam vl̄em. Ale. tñ in c. in nomine domini. 23. diſt. tenet con-

ſtienſ. & dicit ꝙ ille text. non probat ſicut eum alleg. Hoſt. &
allegat Bal. in l. vbi abſunt. ff de tut. & cur. datis a b ijs. qui di-
cit ꝙ tunc deuolueretur ad patriarchas. Cuius opin. etiam ei
non placet, nihil tamen quod ipſe teneat concludit. Sed tu
233 tene † quod dicit Hoſtien. cum quo tranſit etiam Abb. in d.
c. licet, & bene probat tex. in d. c. in nomine domini non im-
propriando literam. Vnde ad propoſitum ſi inferiores habēt
electionem, ex hoc videretur ꝙ deberent eſſe digniores &
aliis præferri, & tamen ex hoc nullum priuilegium prælatio
234 nis conſequuntur. Vnde omnibus præmiſſis conſideratis, nō
videtur ꝙ de iure cardinales ſint præferendi patriarchis. Pro
quo etiam facit ꝙ videmus patriarchas iudicare de Metro-
politanis ſiue archiepiſcopis. quod idem importat, vt in au-
then. de monachis. §. fin. & de nōn alienandis §. nos igitur in
gl. ſunt enim ſinonima archiepiſcopus & metropolitanus &
pro eodem ponuntur, niſi ꝙ archiepiſcopus dr̄ ab archos qđ
eſt princeps & epiſcopus, quaſi princ eps, i. ſummus epōrum.
Tenet. n. patriarcha vicem apoſtolicam, & præſidet tam Me
tropolitanis q̃ cæteris epiſcopis, vt dicit tex. in c. cleros 21. diſ.
Metropolitanus autem dicitur a metros quod eſt mēſura, &
polis quod eſt ciuitas, quia ſub certa menſura, i. numero ciui
tatum conſtituitur. 6. q. 3. ſcitote. Qui habet ēt obedire prima
235 tibus, vt in c. 1. 99. diſtin. Et licet † nulli archiepiſcopi appellari
debent primates, vt dicit text. in c. nulli. 99. diſt. tamen aliqñ
appellatione archiepiſcopi comprehenditur primas, vt pro-
bat text. in d. c. cleros, cum vult ꝙ archiepiſcopus præſideat
Metropolitano, vt notat ibi Alexā. Vnde cum tex. ibi innuit
ꝙ archiepiſcopus præſidet Metropolitanis, loquitur de ar-
chiepiſcopo primate, & non de nudo archiepiſcopo, qui pro
eodem ponitur cum Metropolitano, vt ſup. dictum eſt. Ad ꝙ
adde quæ dicuntur infra in verſ. poſt primates ſedebunt ar-
236 chiepiſcopi. Non tamen eſt neceſſe † ꝙ archiepiſcopus hēat
illum numerum ſub ſe, ſ. decem epiſcoporum, vt ibi dr̄ in d.
c. ſcitote. Et Metropolitani iudicant de epiſcopis. Vnde ſi car
dinales eſſent maiores, ſic deberent ipſi poſſe iudicare de pa-
triarchis, quod nullomodo poſſunt, vt patet late ex dictis Ho
ſtien. in ſumma de pœni. & remiſ. Quomodo autem patriar-
chæ iudicent de metropolitanis, & primates archiepiſcopi,
& metropolitani de epiſcopis, vide in c. accuſatus 3. q. 6. & ibi
Card. de Tur. cre. & tex. iuncta gl. in c. frater noſter. 16. qō. 1.
& 6. q. 3. denique. & in c. quamuis. & in c. dudum. 3. q. 6. Et vi-
237 de quomodo † depoſitio epiſcoporum eſt reſeruata papæ, ut
in c. inter corporalia de tranſlat. prælat. & in c. ſicut vnire de
exceſſi prælato. ibi gl. & gl. in c. quod tranſlationem. de offic.
leg. & in hoc multa iura poſſunt adduci. Quando autem ar-
chiepiſcopus deponat epiſcopos vt dicit Card. in d. c. accuſa
tus, vide quod ſupra dixi in ar. vtrum ad cardinalem legatū,
appelletur omiſſo medio. Item facit ꝙ quantumcunque pa-
triarcha habeat facultatem deferendi crucem ante ſe, ut in
cap. 1. ut lite penden. in gl. fi. & d. c. antiqua, ſi cardinalis eſſet
maior non poſſet patriarcha ipſo præſente vti inſignibus ſu-
238 perioritatis, & ſic † non deberet poſſe deferre crucem ante ſe,
cardinale præſente. & tamen hoc non eſt prohibitum, niſi
quando cardinalis mittitur legatus de latere vltra mare, qa
tunc repræſentat papam, vt in cap. volentes de of. leg. & dici
tur in c. antiqua, de priuile. & ideo tunc non poteſt deferre
crucem ante ſe illo legato præſente, ut d. cap. antiqua. Quod
ideo eſt, quia etiam tunc legatus vtitur inſignibus pontifica
libus, ut ſupra dictum eſt. alioquin ſecus, quia etiam eo præ-
ſente utitur. Item facit, quod cardinalis non poteſt dare pal-
lium archiepiſcopo niſi de mandato papæ, & patriarcha po-
teſt dare pallium ex ſua propria iuriſdictione, vt dicitur in d.
cap. antiqua. ponit Martinus Lauden. in ſuo trac. de card. &
Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum, verſ. quod autem. &
de hoc dictum eſt ſupra inter priuilegia patriarcharum. po-
nit ſupplementum, in verbo patriarcha, verſi. quot ſunt. Di-
cit tamen abb. Siculus in cap. ſignificaſti, circa finem, de ele-
239 ctio. quod dare † pallium immediate dependet ab eccleſia
Roma. & quod datio pallii quam faciunt patriarchæ archie-
piſcopis, non ſit ſine authoritate papæ. Item facit text. in c. in
nomine domini. 23. diſt. ubi dicitur quod cardinales fungun
tur vice archiepiſcopi, patriarcha autem eſt maior archiepi-
240 ſcopo. Item † facit, quia arca Noe repręſentat eccleſiam, ut
dicit tex. extrauagan. Boni. quæ incipit unam ſanctam, & gl.
ordinaria ibi. & gl. gene. c. 6. exponit arcam, i. eccleſiam, vide
tex. Hiero. in c. qm̄ vetus. 24. q. 1. Et inde dicit Iſido. arcam cō-
ſtruxit Noe de lignis imputribilib. & Chriſtus eccleſiā de vi-
cturis ī ſempiternū hoīb. q̄ ſicut archa natat in fluctib. archa
de lignis quadratis eſt, eccleſia de ſanctis. & Greg. arca nanq;
eccl. ſiñat. & idē dicit Arch. in c. a recta. & c. qm̄. 24. q. 1. & 47.
di. quantūlibet. vñ Hug. in li. de arca. c. 3. dicit. arca Noe quā
fecit ſecuribus & dolabris ex materia lignorum & bitumi-
ne, eccleſiam quam Chriſtus fecit per prædicatores ſuos
ex collectione populorum ſuorum in vna fidei confeſſione

designat. Idem augu. de ciui. Dei li. 15. & contra faustum li. 1. Et hilarius de trini. li. 7. arca enim Noe per quam designata est ecclesia, inundationib. concussa eleuata est in sublime, p Noe autem Christus designatur, secuudum August. contra Faustum li. 12. & multitudo animalium bonorum & malorum representat bonos & malos. Et de ista arca vide multū late pauinum in glo. etrauagantis Bonifacij vnam sanctam, ubi singulariter inuenies singula in arca ecclesiam represen tasse. Et vide glo. & Ioan. And. & alios doct. in cap. firmiter de summa tri. & Augu. in epistola. 99. ad Euodium circa medium. Et tamen Noe qui erat patriarcha fuit uocatus ad fabricandum arcam & pręseruandum genus humanū vt præfiguraret Romanum patriarchatum. Et ideo gręca lingua dicitur patriarcha. idest summus patrum, quia primū post apostolicum tenet locum in cap. cleros. 21. dist. Et Guliel. durāt. in rationali di. offi. li. 2. cap. primo dicit quod senatoria & patritiatus dignitas repræsentatur in ecclesia Dei per patriar-
141 chas. Item videmus in festo † omnium sanctorum in lectionibus & in letaniis quod ecclesia præponit patriarchas apostolis. unde posito sicut aliqui voluerunt quod per apostolos intelligantur cardinales, ut supra dictum est, adhuc illis præponuntur patriarchæ. Item pro hoc facit quod ponit Io. An. & refert Io. de Imo. in c. 1. in fine, de transla. præla. ubi dicit ꝙ durante suspensione patriarchæ ad quē alias spectat confirmatio archiepiscopi in sua primatia, recurritur tunc pro confirmatione obtinenda immediate ad papam. & sic legatus etiam de latere non videtur posse facere. Et ita ēt de episcopi confirmatione ꝙ abstineat, tenuit Spec. in ti. de leg. in §. nunc ostendendum, vers. sed nunquid poterit. Hodie tñ est textus ꝙ legatus de latere hoc possit facere, ēt de exēptis, in c. si abbatē, in 2. resp. de elec. li. 6. sed satis est ꝙ simplex cardinalis non posset nisi ratione legationis, ex quo non pōt argui ꝙ sit maior patriarcha. Nec ob. gl. in c. 2. de of. lega. in 6. ubi legatos de latere appellat procosules, cæteros præsides. vnde primas qui esset legatus natus, minor censeri videtur. l. 1. & 2. ff. de of. procon. l. emancipari. ff. de adop. Respondetur enim ꝙ tex. ibi loquitur simpliciter in quolibet legato, licet in suprascrip. verba dirigantur cardinalibus. Item nos nō loquimur in cardinale legato. Item præsidis nomen generale est, eo ꝙ etiā proconsules & legati Cæsaris & omnes prouincias regentes præsides appellantur, ut in l. 1. ff. de off. præsidis Nec etiam obstat si dicatur ꝙ cardinales quando mittuntur in legationem appellantur legati de latere, quod nomē nulli alteri attribuitur, ut patet in d. c. 2. & ibi glo. Respondetur enim ꝙ istud idem est dicere quod dicuntur col laterales, qa ꝙ legatus cardinalis appelletur a latere est, ut supra dictum est, quia cardinales assistunt ad latus papæ. sed patriarchæ dicuntur tenere vices papæ, ut in c. 1. de offi. lega. & in c. cleros. 21. di. Sunt ergo uicem gerentes. igitur repræsentant personā papæ. l. 2. versi. omnia. C. de veteri iure enu. Omnia ergo in eū transeunt quæ ad papam pertinent cuius personam gerit, vt per Barto. in l. 1. §. ii quibus. ff. de lega. 3. & in ru. per totum. C. de offi. eius qui uicem alterius gerit, & Bar. in l. j. ff. de tuto. & cura datis ab ijs. etiam dignitas, ut in c. fi. & in c. a subdiacono, ibi glosa. 93. di. & bene Bal. in authen. sed nouo iure, C. de ser. fugi. Item & patriarchę & episcopi appellantur Christi legati, ut in cap accusatio. in fi. 2. q. 7. & in clem. 1. de pœnis. De
242 istis autem patriarchis & de eorum potestate uide per aluauarottum in c. 1. episcopum uel abbatem. & vide in specu. in titu. de dispensatione in §. sunt quoque & aduertas remissiones ibi factas per eum. Et uide eundem in ti. de lega. in §. superest. versi. item patriarcha, ubi ponit quod patriarcha legatus reuocat ex causa indulgentias & priuilegia per papā vel eius prædecessores concessa. Ibi tamen uide Ioan. An. in addi. qui dicit quod fuit mandato papæ uel potius quædam tē-
243 peratio q̃ reuocatio. Item a maioritate rationis facit † pro ista parte tex. in c. cum apostolus de censi. ubi archiepiscopis habentibus visitare prouinciam permittitur quod cum. 40. vel 50. equitaturis incedant, cardinali autem quod cum. 25. Et est ultra inductionem factam supra in prin. ab ordine literæ, quia primo ibi nominatur episcopus & archiepiscopus quam cardinalis. l. 2. §. si prius. ff. de vulga. & pupil. & cui quid de præben. in 6. cum simil. Item facit quod quatuor patriarchæ succedunt siue repræsentant locum quatuor Euangelistarum, vt in c. scriptū est, in parte decisa de elec. & ibi notat Abbas Siculus. Ipsi autem euangelistæ dicuntur mundi cardines, qa per euangelia quatuor intelligitur tuba didicimus quod & per orbem terrarum illum instruentes prædicamus, & agimus, dicit text. in capitulo huius 76. distinctione & per hoc etiam patet patriarchas dici posse ecclesiæ cardines sicut & cardinales, ut supra dictū est. Similiter apoca. 4. c. patriarchę designant per quatuor animalia plena oculis ante & retro, quorū aliud habet faciē Leonis, aliud est uitulo simile, aliud hēt faciem hominis & quartum est simile, aquilæ uolanti, ut declarat ibi Nicolaus de Lira, quæ non leguntur de cardinalib. Item dicuntur etiam lux, ut probat tex. in cap. hanc consuetudine. 10. q. 1. ibi hi qui modo sunt toto mundo euāgelio coruscante lucidiores esse videntur. Ad idem text. in c. grauenis a collatione beneficiorum tantum Ro. pontifici & quatuor patriarchis reseruatur, ut in hoc quoque patriarchales sedes specialiter honorentur, Item patriarchę etiā successerunt loco apostolorum & ad eos maiores causæ post apostolicam sedem sunt referendæ, ut in c. 2. 80. di. Non obstat si arguatur ex c. fœlicis de pœnis, ubi imponitur pœna læsę maiestatis contra verberantes, vel persequentes cardinales, quæ non videtur posita de patriarchis, quia potest responderi quod de illis tantum fuit statutum propter contingentiam casus in ipsos & non in alios. Item videmus aliquando grauissimas pœnas infligi propter frequentiam sceleris quę alias nō infligerentur. patet in pœna adulterii. quę est maior quam pœna incestus & tamen adulterium vincitur ab incestu. 32. q. 7. adulterij. Item fere similes pœnæ sunt contra capientes episcopos, ut in cle. 1. de pœnis.

244 Vnde pro conclusione præsentis articuli, qui præferantur an alii cardinales post cardinalem Hostiensem an patriarchæ, dicerem considerando diuersa tempora, videlicet, tempus ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ; iuxta illud quod dicitur post glo in c. consuluisti de cele. miss. & post glo. in c. 1. de summa tri. Si enim consideramus tempus ante legem, dico ꝙ omnia ambulabant in tenebris, & homines viuebant iure quodam naturali. in quo non dabatur discretio inter personas, sed vtebātur illo iure quod tibi vis fieri mihi fac &c. ut dicit. d. glo. in dic. c. 1. Si consideramus tempus sub lege, quo regebantur decalogo Moysi a Deo dato, quod est dicere ante aduētum Christi, quo tempore regebantur authoritate legum & prophetarum & erat cognitio dignitatis & præeminentiæ, tunc dico quod etiam si capimus, sacerdotes leuitici generis repræsentatiue fuisse cardinales, patriarchæ fuerunt digniores, ut legitur in libr. Gen. in pluriqus c. ubi maioris erant authoritatis & Deo magis accepti fuerunt patriarchæ. Si uero consideramus tempus gratiæ, tunc si consideramus principium huius temporis & generaliter ante ascensionem Christi, dico quod omnes erant pares, quia tunc apostoli & euangelistæ p quos cardinales & patriarchæ repræsentantur, ante ascensionem astiterūt Christo pariter omnes, nec Petrus præerat aliis apostolis, sed omnes erant simplices sacerdotes de pœni. di. 1. ca. quis aliquando in §. econtra. & c. quem pœnitet, dum dicit Petrum & Ioannem & cæteros apostolos uiuente domino sacerdotes. Fuerūt enim ordinati sacerdotes a Christo, ut ponitur in uer. pari. in c. in nouo. 21. di. Christus enim viuens inter homines solus præmissam in ecclesia habuit potestatem nt. 24, q. 1. in c. legatur. Similiter viuēs inter homines primus sacerdotum fuit. 23. q. 8. cum a iudæis. Si tempus gratiæ consideramus post ascensionem Christi, quo tempore per apostolos representabantur etiam cardinales. in quo quidem statu præerat Petrus, ut in c. nouo. 21. di. & in c. sacrosancta. 22. di. & in c. dudum 3. q. 6. tunc aut consideramus cardinalatū respectu prioritatis nominis. & sic præferebatur patriarcha quia nomen patriatchatus fuerat ante, vt dictum est sup. & in c. sacrosancta. 22. dist. dum loquitur de Moyse qui etiā fuit patriarcha, ut ponit archie. in 3. parte sum. in ti. 32. in c. 12. dū loquitur de Ioanne Baptista. in 4. col. sed cardinalatus nomē nondum initium sumpserat, vt patet in c. præsul. 2. q. 5. & in c. a sub diacono. 93. di. Item & Petrus fuit patriarcha antiochenus. ut patet in d. c. sacrosancta, & in c. rogamus 24. q. 1. & papa appellatur patriarcha Romanus c. cleros iuncta glo. 21. di. & in suprascriptio ad. l. nos reddētes. C. de summa trin.
245 Tempore, enim Syluestri reperitur originem habuisse nomen cardinalis in ecclesia, quia tempore donationis Constantini non erant cardinales, quia tantum facit mentionē de clericis, vt dicit Albericus in ru. de sum. tri. & dictum est supra. Quinimo si recte considerentur illa iura, non videntur loqui de cardinalibus prout sunt hodie coadiutores papæ. Immo longe post appellati sunt cōsiliarii, ut proba, text. in capi. ecclesiasticis. 12. q. 2. & in cap. in parochia. 16. questio. 1. & in c. conueniētibus, parum ante medium illius tex. 1. q. 7. Ex quibus patet quod illud quod dicit Oldra. consi. 63. non sit uerum, nec quod dicit Archi. in c. vbi periculum de elec. quod habuerit ortum tempore pontiani. Papę. Quos ex præmissis in duobus videtur Impugnare Ludouic. Pontanus in vltimo consilio, incipit uos estis lux mundi, in tertia columna. quia uult quod ante illa tempora fuerint etiam cardinales, licet nondum nominarentur cardinales, quod & videntur tenere communiter magis doctores, distinguentes tria tempora apostolorum per quos repræsentantur cardinales. Et sic vident velle oēs pręallegati in suis tract. de card. & Aluarus de planctu ecclesiæ in locis supra allegatis. item quod in nouo testamento priusq̃ sub nomine cardinalis baptizati essent, nominarentur consiliarij. Sed in hoc vltimo credo ꝙ male reprehendatur Arch. & Oldr. quia posito ꝙ appellarent card. consiliarij, potuerunt ēt omisso vocabulo cardinalis vocari consiliarii, nec per hoc sequitur ꝙ ante nō fuerint nominati cardinales. Item potuit esse ꝙ erāt cardinales, hoc est officium cardinalatus, & nō nominarentur cardinales. Et vide quæ supra dicta sunt, & tex. in c. pastoralis. 7. q. 1. vbi uidetur ꝙ † cardinales fuerint tpe Gregorij, vt patet in suprascrip. & similiter tex. in cap. relatio. 6. q. 1. Sed illa iura magis loquuntur de episcopis. & probant ꝙ aliqñ cpi appellantur
246 card. vt s̄. dixi. Sed ego † credo per illum text. in c. oportebat cum duob. seq. 79. dist. dum refert ita instituisse B. Petrum, ꝙ a tpe beati Petri sunt nominati aliqñ cardinales & aliqñ presbiteri, vt dicit Greg. in registro, li. 9. c. 2. aut consideramus respectu ordinis, & sic ēt non est dubium ꝙ maior est patriarcha quam card. qui pōt esse ēt diaconus, iuxta s̄. allega. circa prin. huius art. & in c. quanquam. 2. q. 7. & in c. puto, ea. cau. & quæst. Aut consideramus respectu officii & administrationis & dignitatis inde consurgentis, quia cardinalatus est officiū, vt ponit Bal. in c. bonæ. de postu. præla. & Pauinus in extrau. ad onus, in vlt. char. & legistæ in l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appella. Cal. in cons. 1. de transla. præla. & in clemen. ne Romani. de elec. per Card. qui dicit ꝙ est summus gradus, & summa dignitas in ecclesia Dei post papam. Et est officium cum dignitate, vt etiam est tex. in c. querelam. de elec. & tex. in cle. 1. ante fi. in ver. intelleximus, de reliq. & vene. sanct. & in c. tum ex literis, in prin. de in integrum resti. ibi cum in minori essemus officio constituti. Ex quo dicit Bar. in l. 1. §. si qs. ff. de appel. quod licet cardinalatus non sit maior dignitas q̃ episcopalis, est tamen maius officium. Vnde considerando cardinalatum respectu administrationis & officii, aut cardinalis est missus legatus de Latere, & sic præfertur cardinalis, ut in c. antiqua de priui. & in c. volentes, de off. leg. aut sumus in simplici cardinale post card. Host. & tunc aut loquimur in cōsistorio aut capella papæ, & in loco de dominio tpali eccl. & præfero cardinalem ratione assistentiæ & irradiationis pōtificis, quia tunc est idem corpus, ut in c. fœlicis. de pœn. in 6. & in c. 1. de off. leg. in 6. cum si. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiestatis. & l. 1. C. de præpositis laborum. li. 12. Vnde videmus in capella quod quando duo diaconi assistunt ad latus papæ, & sic etiam vnus presbyter in missa, plus honorantur quam cæteri alii quantumcunque etiam episcopi cardinales ratione assistentiæ. Aut sumus quando cardinalis non residet nec in prouincia nec in ciuitate vbi residet papa, sed est in loco patriarchatus illius de cuius p̄sidentia loquimur. & tunc dico patriarcham præferri. Hoc pluribus rationibus tenuit etiam solennis Doctor Do. Antonius de capharellis in quibusdā suis alleg. a fortiori in primate Cantuarien. & in presbyt. cardinale, tum ratione loci iurisdictionis, tum ratione separationis a præsentia papæ eum illustrante. & ideo dicitur ꝙ card. absens a curia est sicut piscis extra aquam. pro quo est quod dicit Abb. in c. sane, 2. col. de foro comp. ubi dicit de episcopo qui est in diœcesi alterius ꝙ censetur persona priuata. ad idem facit quod dicit Bal. in c. quia propter de elect. ꝙ cardinales recedentes etiam sponte ab vrbe sunt sicut transfugę. ad idem tex. ille in l. 1. C. de præpositis laborum li. 12. ibi quos lateris nostri comitatus illustrat, qui text. ratione assistentiæ appellat illustres. Et per illum tex. dicit Bal. in ru. ff. de of. procon. quod dignior est cardi. qui assistit papæ in curia quam q est extra curiam. & similitet tex. in d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. unde cardinalis q fuerat quinquennio absens, deponitur in c. 2. de cle. non resi. & tamen tex. in c. 2. de of. leg. in 6. quando mittuntur extra appellat proconsules, qui dicuntur spectabiles, ut dicitur in l. 1. ff. de of. eius, cui man. est iuri. & etiā præsides qui dicuntur clarissimi, vt in d. l. 1. & gl. 1. l. 1. ff. de off. præsi. ubi ponit differentiam inter præsiden. & procōsulem, de quo dicendum vt dictum est sup. Sic ergo quādo sunt ad latus papæ, sunt illustres & quando extra, tantum clarissimi uel spectabiles, quod minus est. Quod etiam declarat Bald. in rubrica, ff. de offic. procon. Vnde idem Baldus in rubri. de maio. & obedieb. dicit quod subditi desiderant præsentiam regis, & multum lætantur in ipso, & ideo Guascones dicunt quod non subsunt regi Angliæ nisi ipso rege præsente. allegat. l. prima. ff. de off. præsiden. Aut loquimur in alio loco indifferenter extra patriarchatum & extra assistentiam papæ in quo cardinalis nullam habet officii administrationem & similiter nec patriarcha. Et tunc aut sumus in actu requirente ordinem episcopalem, & præferam patriarcham presbytero cardinali. imo, & episcopum etiam propter ordinē quo caret cardinalis, ut 2. quæst. 7. capit. quanquam. & ibi dicta. & in capit. aqua. de consecratione ecclesiæ, uel alta. & in capit. quanto de consue. & in c. statuimus de maio. & obe. cū sim. & supra proxime, qa nō habent maiorem dignitatem isto respectu quam episcopi, ut dicit Bar. in d. l. 1. §. si qs de appel. Vnde per illū tex. in d. c. quamquā dicit Bertachinus in tractu de episcopo, ꝙ episcopus etiam prefertur presbytero cardinali, ita ipse in 4. li. in 1. parte q. 12. co. n. respectu dñr epi tenere sm locum in ecclesia, ut in c. ante oīa. 40. di. ad idē. 32. d. oīm. habent. n. eundē ordinem cum papa, patriarcha, & archiepiscopo, ut in c. cleros. 21. di. Et de papa traditur in proœ. li. 6. & in proœ. clemē. Aut sumus qñ est cum episcopo cardinale, vel qñ in alio actu nō rōne ordinis, & tunc rōne consuetudinis preferam cardinalem, ut supra in prin. huius articuli est dictum. potest. n. consuetudo quam papa scit & tolerat, in talibus dare prelationem, ponunt doctores post Inn. in c. statuimus de maio. & obe. Ad ꝙ ēt est decisio in nouis. 430. incipit item fuit dubitatum vtrum prepositura, quæ est 4. in ti. de elec. quæ dicit ꝙ in alemania præpositurae sunt dignitates. & ꝙ attenditur consuetudo loci. Facit quoq; ꝙ dicit Dñicus in c. eps in fi. 26. di. qui dicit ꝙ valet consuetudo Ro. cu. ꝙ diaconus cardinalis preferatur presbyteris. allegat illā glo. in c. legimus. 93. di. quæ non dicit hoc, sed ꝙ diaconi cardinales p̄feruntur presbyteris exceptis presbiteris cardinalibus, quib. ēt nitunt parificari. De quib. vide concordantes infra in tra. de epis, in versi. deinde post archiepiscopos. Et facit in proposito ꝙ dicit Egid. in c. si quis ex epis. 89 distin. ꝙ licet cardinales presbyteri præferantur diaconibus & sint digniores fallit, in duobus casib. primo si deficiēte numero diaconorū assumatur presbyter ad seruiendum cum diacono, qa diaconus præferetur, & ad manum dexteram papæ, & sic honorabiliori loco, sedebit. Sed hoc iō credo esse non qđ diaconus sit dignior. sed quia seruire & assistere papæ est propriū offm̃ diaconi, & nō presb. q assumit in defectñ alterius ad seruiendū, Vidi tñ seruari qñ in defectū diaconi assumit ad seruiendū presbyter card. qui dēt esse ultimus de p̄ntibus, ꝙ in præstando obedientiam p̄cedit p̄sb. & prius p̄stat obediētiā q̃ diaconus, sed in recipiēdo osculum pacis præcedit diaconus Qđ credo in primo actu obedientiæ fieri ne contingat diuisio ordinis collegialis intermediando diaconū, & quia actus obedientiæ non est actus assistentiæ papæ qui illustrat & facit quod diaconi præferantur præsbyteris, sicut est actus recipiendi osculum pacis. Secundo si propter multitudinem presbiterorum cardinalium & paucitatem diaconorū vel breuitatem sedium aliquis de presbyteris cardinalib. sedeat cū diaconis in eorum scamno, quia tunc primo sedebunt diaconi & postea presbyteri. similiter ēt credo ꝙ illud fit ne segregentur ab ordine aliorum presbyterorum cardinalium, sed nō ex eo quod diaconi dicantur in digniori loco. & iō qñ coguntur ipsi presbiteri cardinales ire in locū ubi sedent diaconi, debent stare aliqualiter segregati a diaconis, ad ostendendum, quod continuatur numerus presbiterorum, & qđ nō sunt vltimi inter diaconos. Sed si diaconus accedat ad sedem dum in scamno cum presbiteris, sedebit vltimus. ita dicit vbi supra Egidius seruari in curia in diuinis officiis corā papa rō qa qlibet ī offō suo est dignior altero c. 1. de offi. arch. Ad ppositū est ꝙ dicit Bal. in c. cum olim de consue, q dicit ꝙ cōsuetudo designat loca sedendi. Aut sumus in terminis iuris circunscripta cōsutudine. Et adhuc consideratis doctorum opinionib. potiusquam textib. qui de hoc loquuntur, q hinc inde trahi pñt, præferrem cardinalem per dicta doctorum in illo tex. in c. q̃q̃. 2. q. 7. intelligendo ꝙ Hieronymus esset cardinalis, ꝙ tenet Aluarus in suo trac. de plāctu ecclesię & Io. de Ana. in c. ad liberandam de iudęis. & probat clare ille tex. in d. c. quamquam. 2. q. 7. & in c. ecclesia habet senatū. 16. q. 1. iuncto eo quod scribitur in registro beati Greg. li. 9. c. 22. qa licet in dictis iurib. dicatur de presbiteris, nec fiat mētio de cardinalib. illud erat quia tūc cardinales sub nomine presbiteri nuncupabantur. unde ibi Gregorius nominando presbiteros tm̃ nulla facta mentione de nomine cardinalatus, designat ēt singulariter titulos ipsorū q hodie sunt presbiteri cardinales, ut titulum sanctę Susannę, titulum sancti Marcelli & sic de singulis, de quibus vide in specu. in ti. de libelli concep. §. nunc uidendum, uer. si uero cardinales. & ibi Io. An. in addi. Et p̄sbiteri dñr hr̄e titulum, sed diaconi non, ut in c. Rainutius de testa. & c. cū venerabilis de cōsu. & cardi. in cle. ne Romani de ele. de quo vide Albe. in ru. ff. de sta.
247 hom. Et ꝙ cardinales, † præferantur loquendo in terminis iuris, omnibus alijs qualitatibus hinc inde circunscriptis, tenet etiam Barbatius. in d. tract. de prestantia cardinalium in 7. charta. ver. 8 per tex. maxime in c. ecclesia. 16. q. 1. & ibi dicit ꝙ ita cōiter tenetur, ꝙ ēt ponit archi in d. c. quamquam. & ibi ēt late Ale. & Lu. in ul. cōs. vtunt. n. cardinales qbusdā
248 singularibus insignibus specialitatē maioritatis denotātibus vt pileo rubeo † quo decorauit eos Innocentius IIII. vt legitur in eius vita, licet pauinus in extrauag. ad onus dixerit de Bonifacio VIII. Per quem denotatur eos arctari vitam ex-

ponere pro Christiani nominis augendi posteritate, hoc .n. denotat color purpureus siue sanguineus. De quo in c. fœminæ.30.q.5. & dicit Ludo. in dicto consilio. quod & ostendunt verba papæ quando dat pileum cardinalibus, videlicet accipe pileum &c. sic & in vestibus purpureis. Facit quod dicitur ꝙ Clemens VI. per suam Constitutionem declarauit ꝙ in ecclesia Dei nulla sit maior dignitas post papam quam dignitas cardinalatus. facit ēt.7.q.1. pastoralis. aut loquimur in concilio. Et tunc credo sine dubio de iure præferri patriarcham cardinalibus post Card. Hostien. qui præfertur omnib. patriarchis, vt sup. dictum est, semper loquendo de quatuor principalioribus de quo in d. c. antiqua, & c. renouantes cum plurib. aliis. 22. dist. per dicta supra, circa prin. huius art. Et ad 249 † hoc vltimum moueor, tum quia in concilio ita sunt consiliarij papæ patriarchæ & cæteri sicut cardinales, vt in c. cōuenientib.1.q.7. Tum ēt quia non tm̄ sunt ibi cardinales, vt præsidentes, sed vt de ipsis & papa votum feratur & detur ab aliis, vt in c. nunc aūt.21.dist. & in c. Valentinianus.63.dist. & in §. hinc ēt.17.dist. & in c. futuram.12.qō.1. Tum ēt quia hoc bene probant illa iura. c. diffinimus, cum præcedentib.22.distin. & in c. cleros.21.dist. & sum cum opinione Dominici in d. c. episcopos.12.dist. Et per hæc remanet plene discussus iste articulus, quem non reperies ab alio ita examinatum. licet 250 credam ꝙ consuetudo aliter obseruabit. Ad quod † facit ꝙ dicitur in cerimoniali, vbi ponuntur pro patriarchis sedes distinctæ, & in transuersum ante faciem pontificis ad lineā cum postergali & gradibus, ex quo videtur denotari quædā maior præeminentia. licet secundum ordinem ponendi sedes, primo fiat mentio de sedibus cardinalium, deinde de patriarchis. Et vbi fit mentio in li. in vers. & nota, ꝙ patriarchæ quatuor in missis, & aliis actibus siue sint parati siue non sedent ante assistentes papæ, non contradicit supradictis, quia per illa verba magis demonstratur locus quam præeminentia, vel maioritas, vel hodierna consuetudo. Et pro cardinalibus facit, quia si seruamus ordinē literæ secūdū ꝙ ponit Alberi. in ru. de stat. hom. & arguit Fel. in rub. de maio. & obed. de quo per eundem in c. cum dilecta, de rescr. præponuntur card. omnibus patriarchis, & ponit de eis immediate post papam, Sed non vr̄ bonū argm̄ ibi ab ordine literæ, qa Albe. ibi non intendit tradere ordinem seruādum. Patet qa ēt primo loquitur de episc. quam de archiepisc. & nulli dubium quod primo sunt ponendi archiepis. quam epis. vt infra late dico.

Cum expleta examinatione huius ar. vererer ne si casus accideret aliter obseruaretē & cardinales præponerentur, reperi postmodum in quibusdam meis reportatis literas papæ Eugenij IIII. directas super 251 ista materia † ad archiepis. Cantuariē. de quo est facta mētio sup pro quo consuluit d. D. Ant. de Capharellis. erat. n. controuersia inter archiepis. prædictum, qui est legatus natus, ut patet in c.1. de of. leg. & ibi no. & est metropolitanus Cātuarien. prouinciæ & primas regni Angliæ, & inter card. S. Balbinæ in sedendo, in loco & in voto & aliis in parlamētis regni Angliæ. Et licet non censeatur. d. archiepis. per oīa eiusdē dignitatis cum quatuor patriarchis, vt in c. si duo. & ibi doc. de of. ord. & ĵ. dr̄, & ꝑpea non videatur per oīa eadem rō inter huiusmodi quatuor patriarchas & presbiterum cardinalem, imo maior q̄ inter card. & primatem qui est inferior, tñ consideratis literis ipsius Eugenij rōnes eius vrgēt ēt ꝯ istos quatuor patriarchas, & ꝑpea hodie ex decisione pōtificali vñr ꝑferendi oēs card. ipsis patriarchis. facit ꝙ s̄. diximus de deliberatione facta per Clem. VI. & iō non attentis aliis ambiguitatib. iuris s̄. deductis, primum locū ante oēs patriarchas hēbunt Card. Et quia d. literæ assignant suas rationes, iō uisum est illarum tenorem hic ascribere, qui talis est.

252 Eugenius epis. seruus seruorum Dei venerabili uiro mag. Henrico archiepisc. Cantuarien. &c. Nō mediocri dolore afficimur cū inter frēs nr̄os epos, seu alios ecclesiasticos dissidii aliqd exortū esse ꝑcipimus, tū ꝑp malū q̄ inde in populis exēplū ꝓuenit, tū qa contēptus & detractionis ꝑbet occasio. Proinde nō parū audisse displicuit dissensionē illā quā cū dilecto filio nr̄o Io. tt. S Balbinæ presb. card. nuꝑ tua fraternitas habuit, cū noua & insolita res ipsa sit q̄ nunc attentatur. In primis aūt admiramur satis cū ꝑ 14. an. & amplius cū dilecto filio nr̄o Henrico ti. S. Eusebij presb. card. in sedēdo & in ferēdis uotis sine altercatione vixeris, & nullā secum suꝑ hoc ꝓrsus habueris disceptationē, quid cāæ sit ꝙ nūc primū in contentionē venias cū ipso Io. card, eadē ꝑdito dignitate. Nec qdē gn̄is regii erga ipsum Henricū rō ꝑtendi pōt, qm̄ & anteq̄ cardinalatus ipsā foret dignitatē adeptus dūtaxat existens Vintonien. epis. & voce & loco tibi cedebat, postea aūt quam in car. per fe. re. Martinum prædecessorē nostrum assumptus est, iure tibi & aliis antepositus fuit, & nunc anteponitur. Quod si sola cardinalatus dignitas hāc in alio ꝑlationē operata est, cur in isto itidem non efficietur, cum tamen ipse archiepiscopus, ille episcopalem obtineat dignitatē, & illius ecclesia tuæ sit suffraganea, istius uero nullo iure subiecta. Illud aūt de te nobis placuit ac laudamus ꝙ in tuæ protestationis fine sub his verbis addidisti, ꝙ s. per pręmissa aut aliquid per te factū aut dictū & habitū seu faciendum dicendum vel habendū, non intendis sacrosanctam Romanā ecclesiā matrem tuam seu iurm̄ tuum eidem pręstitum aut venerabilem cœtum eiusdem ecclesię cardinalium aliquemue eorum in aliquo offēdere, aut alicui honori priuilegio prærogatiue seu dignitati prēeminētię aut alicui alteri iuri eorū ī aliquo derogare seu iuro tuo in aliquo contraire, sed ꝙ eandem sacrosanctā Roma. ecclesiam cum honorib. suis omnib. priuilegiis prærogatiuis dignitatib. præeminentiis gratiis & aliis iurib. suis quibuscunq; cum omni reuerentia manutenebis ac defendes, & ab aliis manuteneri & defendi procurabis. Per hoc plane innuere videris si hoc sit Romanæ ecclesię cardinalium ius vt reliquos antecedant ecclesiæ gradus ꝙ nolis in lite mota persistere, imo apostolicæ sedis stare iudicio, cuius inter alia priuilegia quæ manutenere & defendere protestaris, hoc ēt est ut de quibuscunq; ambiguis qōnib. quæ in Dei ecclesia, accidunt valeat iudicare & sua auctoritate finem imponere, q̄q̄ longe fuisset decentius ante motā controuersiam, sedem apostolicam consulere. Quantum autem hæc cardinalatus dignitas sit sublimis & alijs excellētior, & ita hactenus in ecclesia reputata, si eius officium ac sanctorum patrū statuta & consuetudinem tam apud hanc sedem q̄ gn̄alia concilia semper obseruatam scieris diligenter scrutari, facile tibi innotescet. Quippe & si huius dignitatis nomen quodmodo in usu est ab initio primitiuæ ecclesiæ non ita expressum fuit, officium tñ ipsum a beato petro eiusq; successorib. institutū euidenter inuenies. Imo vt inquit Innocentius tertius, ex veteri testō iussu Dei traxit originē. asserit. n. id qđ deute. 17. dr̄, vt ꝓ difficultate & ambiguitate iudicij accedatur ad sacerdotes leuitici generis & iudicē q̄ fuerit illo tpe, & obediatur ipsorum iudicio qui præsunt loco quem dn̄s elegerit, de summo pontifice intelligendum esse & fratribus eius, i. sanctę Romanæ ecclesiæ cardinalibus, qui ei iure leuitico in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt. itaq; & ab exordio ecclesiæ sicut & hodie. summis pontificib. in regēda gubernandaq; vl̄i ecclesia assistebat. Et ut ex concilio Stephani papę colligitur, dicentis oportebat vt hæc sacrosancta dn̄a Ro. ecclesia iuxta ꝙ a beato Petro & eius successoribus institutū est, rite ordinaretur & in apostolatus culmine vnus de cardinalib. presbiteris aut diaconis consecraretē, datur ma 253 nifeste intelligi hos fratres nostros qui inter cardinales locātur, tpe beati Petri extitisse. In confinio aūt Niceni concilii beatus Syluester, qui cœpit ecclesiam regere anno incarnationis dn̄icæ 230. vel circiter, in synodo generali congregatis præsidens, hos coadiutores suos nuncupauit cardinales, & magno admodum priuilegio insigniuit qualenullus patriarcharum archiepiscoporum & episcoporū in canonib. haberere reperitur, vt uidelicet sine plurima testium multitudine damnari non debeant. Nec sine mysterio triplex ordo in fratrum nostrorum collegio a sanctis nostris prædecessorib. institutus est. nā cū summus pontifex vices Dei gerat in terris, decuit quemadmodum Moysi præceptum fuit vt omnia ad exemplum faceret sicut ei ostensum erat in monte, ꝙ ad instar illius cælestis hierarchiæ in hac nostra ecclesia tres constituerentur ordines assistentium papę, qui purgantium, illuminantium, & ꝑficiētiū fungerentur officio, veluti sunt diaconi, pręsbyteri, &. epi cardinales, decuitq̄ cū summus pontifex Christi repn̄tet personā, ut quēadmodū Christo conuersanti in terris assistebant apostoli, ita ēt cardinaliū cętus apostolicū repn̄tās, corā papa assisteret, reliq. vero epi vbiq; diffusi, apl̄os repn̄tant ad prædicandū ꝑ orbē missos. ipsos ꝑterea cardinales pro honoris ac dignitatis eminētia, partē sui corporis summi pontifices appellāt. Ex quo sine ulla dubitatione ōnditur post caput eccl̄iæ ꝙ est papa, cōtigua sui corporis mēbra qui sunt fratres eius cardinales præceteris eccl̄iæ mēbris ac partib. honorari debere. adeo qdē ut sacris canonib. sancitū sit eos qui in cardinalem manus iniecerint violētas, aut fugarint, aut insequuti fuerint, seu ad hoc dederint consiliū vel fauorē, cr̄is, lesæ manifestatis reos maximis & multiplicib. pęnis esse plectendos si ipsi apl̄ici Throni violauerint maiestatem ꝙ in ipsos q patriarchas archiepiscopos vl̄ epos offenderint, stat. minime reperit, ut euidēter hinc liqueat tātoampliorē cēseri dignitatē q̄to plures seueioresq; illā offēdētib. infligunt pęnæ. Sūt ēt & in signū ꝑeminētiæ ipsis fratribus nostris præ alijs ecclesiæ ꝑlatis, & similiter cum legati de nostro latere destinantur præ aliis legatis multa ac magna ꝑ canones attributa priuilegia, quę tibi nota esse non dubitamus. Hinc etiam constat cur a latere apostolico mitti eis solis, & non aliis appropriatur legatis. sed & ille notissimus

mus Constātinus imperator, animaduertens ad quam magnum ac publicum vniuersalis ecclesię officium ipsi fratres nostri uocati essent sic inquit. volumus etiam deinde sui ordinis reuerendissimos clericos sanctæ Romanæ ecclesiæ seruientes singulos habere illud sanctum culmen potentiæ & excellentię, cuius sanctissimus noster senatus uidetur gloria adornari, idest patritios consules fieri quos certe patritios, consules secundum leges, vt in summa dignitate constitutos imperator patres sibi elegit, & loco patrum a se honorari affirmat. Quod uero hęc dignitas tanto honore præfulgeat, nec tuæ fraternitati nec cuipiam alteri molestum esse debet, quoniam vt sancti attestātur patres, omnes patriarchales, archiepiscopales, episcopales cathedrales aliasque dignitates Romana fundauit ecclesia, sicutque licuit vni ecclesiæ amplā alii ampliorem & alii amplissimam prout expedire iudicauit tradidit potestatem. omnes enim tanquam vnius arboris rami ab una eademque radice & vt diuersi aquarum riuuli ab eodem fonte prodierunt, licet vnus alio copiosior atque Vberior. Itaq; si iustis ex causis & spiritussancti instinctu, quo hanc sedem regi credendum est, Romana ecclesia venerabilium cardinalium Cœtum ad cœlestis hierarchiæ, similitudinem conditum, & tanquam sui corporis partem his priuilegiis & honoribus illustrare decreuit, nec tua ecclesia cui per apostolicam sedē præfectus es, nec quisquā alius ecclesiæ gradus ab eodem similiter apostolico throno originaliter institutus, quæ omnia de ipsorum fratrum nostrorū consilio acta sunt vllam succensendi aut conquerendi causam habet, ne illud adducamus euangelicum verbum, amice non facio tibi iniuriam, nunquid mihi non licet de meo facere quod uolo. Et sicut tu uis ut priuilegiis ecclesiæ tuæ ab hac sede concessis, aliæ deferant inferiores ecclesię, ita eadem ratione par est ut ab eadem sede huic cętui instituto, tu similiter deferas & reuerentiam præstes. Multum etiā mouere te debet diuturna per Christianum populum vbiq; seruata consuetudo, quæ etiam si cætera deessent, ex quo tā uetusta est, vt eius initii memoria non extet in contrarium pro constituto iure habenda foret, pręsertim quando sciēte, & approbante summo pontifice, non quidem vno, sed tot quot unquam habuit ecclesia id actum esse dignoscitur. in omnibus enim nationib. ac regnis & in ut Anglia memorauimus hactenus huiusmodi pręeminentiæ cardinalib. delatus est honor, qui quidem nō tam ipsis quam nobis cum nōstra sint membra, attribui cēsendus est. Nec minus his ecclesiæ Romanę consuetudo, quæ caput noster & magistra est reliquarum ecclesiarum idipsum tibi persuadeat, qua semper nullo unquam contradicente, in cunctis actibus quibuscunque prælatis prehonorati sunt, idem in antiquis generalib. conciliis, præsertim in duobus lugdunensibus, in uno præsidente Innocētio quarto, in altero Gregorio decimo, quorū adhuc extāt acta, vsitatum fuit. Sic & in his synodis nostris, nostra ætate celebratis, de quib. etiam apud regnum angliæ non pauci adhuc supersunt testes, obseruatum esse palā est, absentibus etiam summis pontificibus. idem & nunc nobis, præsidentibus in hoc sacro œcumenico seruatur Florent. concilio. His quoque illud accedat quod in sententiis et decretis tam huius sanctæ sedis quam generalium conciliorū, cum de dignitatibus nominatim fit mētio, illa clausula adijci solet non obstan. si Cardinalatus, patriarchali, archiepiscopali, episcopali, seu alia quacunque præfulgeat dignitate. ꝑ quod ex ordine nominandi, quæ sit maior luculenter apparet. Nec causetur quispiam quod ordo episcopalis presbiterio maior sit, quoniam in eiusmodi prælationibus officium, ac dignitas siue iurisditio pręponderat ordini. Quemadmodum iure cautum est ut archidiaconus non presbyter, suæ iurisditionis obtentu archipresbytero præferatur, simili modo diaconus vel subdiaconus aliusue clericus noster, aut alicuius metropolitani vicarius, seu locum tenēs. in synodo & alibi, alios quocunque ordine maiores etiam episcopos antecedit, propter illius iurisditionem quam exercet & personā quam representat. Sic & electus ad ecclesiam cathedralem & confirmatus quanq̄ nondum consecratus, rōne iurisditionis, cunctis in sua diœcesi præeminet. Quis ergo iam dubitarit eū q talia iura & canones condidit, & talē aliis tribuit ꝑtātē, posse eādē cū uult & maiorē suis mēbris tribuere. Si quis forte obiecerit prioris dignitatis potius esse rationē hn̄dā q̄ cardinalatus đ nouo collati, cū ī regiis tractatib. ac parlamētis qlibet vt suę ecclesiæ ꝑlatus, nō ut cardinalis ītersit. Huic obiectioni euidēs rn̄det rō, nā quū ꝑsonæ sint ecclesiasticæ, sicut sta. ac priuilegia suarū ecclesiarū ī his actib. ꝯuāt, multo magis Romanæ ecclesiæ, cui vinculo obediētiæ astricti sunt priuilegia & stat. seruare tenent. Quib. nec ipsę ꝑsonæ eccle. nec alij qcūq; tanq̄ inferiores derogare qūolibet pn̄t. Cū igit̄ viri ecclesiastici ad actus publicos uel priuatos uocantur, cū suis qualitatib. ac pręrogatiuis ab ecclesia institutis admitti debent. nam & ꝯ honestatem publicā, & vl̄is eccl̄ię politiā, & in opprobrium ecclesiasticæ disciplinæ vergeret, si in quouis actu diaconus presbyterum, vel presbyter epm̄, aut eps patriarcham præcederet, Præterea in canonib. scriptum est, ununquēq; in collegio vel c. iuxta suæ receptionis tp̄s honorādū esse, & ꝙ si postea aliquis admittatur presbiter, cæteris, tpe anteriorib. præponatur q presbiteri non sunt. Qđ si in ordine maiori sit, hoc ēt multo amplius in dignitate seu iurisditione quæ in his actib. maior est ordine, seruādū est, ut supra de archidiacono & archipresbitero dictū est. Qđ si in post receptis locum habet, eadem ratione in ijs qui prius, si qua de nouo eis obueniat dignitas. Hoc. n. rōni consentaneū est ut dignius minus dignū ad se trahat, & res a potentiori & nobiliori denominetur. Qđ in ipsis cardinalib. euidēter seruat̄, q licet certarū ecclesiarū dū ad cardinalatū assumunt̄ epi sint, nihilominus eos nō epos, sed presbiteros sanctæ Ro. ecc. cardinales, sedes apostolica appellat. Quinimo si eis suas priores ecclesias in tit. dimittat, non amplius sub nomine ecclesiarū, sed tituli cardinalatus scribit, quasi ad maiorem dignitatē & iurisōnē assumpserit, alioqn nō ascēdisse, sed descēdisse non honorari sed dehonorari uiderent̄. Quis ēt nō videat cardinalatus dignitatē archiepiscopali esse maiorem dignitate, qa cū illa priuatę unius patrię pręsit vtilitati, ista publicæ, totius populi Christiani, illa unā dūtaxat regit ecclesiā, ista cū sede apostolica vniuersas. & cū a nemine nisi solo papa iudicētur cardinales, ipsi & patriarchas, archiepos, & reliquos ecclesię gradus, cū summo pōtifice iudicāt. Quorū offō nōmē ipsum cōsonat optime. nā sicut suꝑ Cardinē uoluit̄ ostiū domus. ita suꝑ hos sedes apostolica, totius eccl̄iæ ostiū, qescit & sustētat̄. Nullū deniq; ꝓ tua ītētione ꝓponis eccl̄iæ Romanę priuilegiū, qs. n. alius huic iuris positiuo, & vl̄is eccl̄ię obseruātię, atq; apos. ꝯcessioni ꝑfertī q̄ apost. throni, mēbrorūq; eiꝰ ꝑeminētiā, ꝯcernit, ꝯriū priuilegiū dādi vllē oīo hēt facultatē, neq; ēt suetudine ulla tuā cām tueris. q̄q̄ si qua ꝑtēderet̄, ꝑter apost. sedis ꝯsensum & approbationē in efficax prorsus cēsenda esset vt ꝓxime de priuilegio dictū est, atq. irrationabilis, qa ꝑ eā dignitas confunderet̄ suꝑiorū magr̄atuū turbationēq; pateret in quolibet reipubicæ statu. Nam iuxta canones vniuersos nō posset alia rōne subsistere. nisi eā hmōi, magnus drīę ordo seruaret eccl̄iasticus, qa ꝯfunderet̄ ordo si cuiq; sua dignitas nō seruaret. q̄uis, vt ꝑdictū est, ex frequētib. actib. 40. annorū spatio usitatis, cōtraria potius in regno angliæ consuetudo firmata sit. Hortamur itaque te venerabilis frater, & volumus, ut pręd̄ictis rationibus nostris ac nostrorum prædecessorum ordinationi, atq; ecclesiæ vniuersalis obseruātiæ penitus acquiescas, sicut pro tua prudentia & deuotione quam ad Romanam ecclesiam, & nos semꝑ habuisti, te facturum speramus. in reliquis uero, siue tuam ecclesiā, siue personam concernentibus, quæ nec rationi aut honestati derogent, pro magna qua te omni tēpore complexi sumus ac complectimur charitate, nos semper propitios experieris. Datum florentiæ &c.

254 Quo autem habitu vtātur patriarchę, die quod qn̄ celebrant, semper vtuntur pallio & ubiq; & si non celebrant, utūtur chlamide rubea si non sit regularis, & capello murello. & in hoc diuersificantur a cardinalibus, qui utuntur rubeo, & ex hoc designatur ꝙ cardinalatus sit dignior. Item continuo faciunt deferri crucem ante se per totā christianitatē argenteā uel aureā, licet non in præsentia papæ, archiepiscopi tamen faciunt tantū deferri crucem ante se in sua diœcesi. Ita dicit grassus in dict. c. ex parte.

Post istos quatuor patriarchas sequuntur cardinales de iure cōi, ut supra dictum est. sed consuetudo ut dictum est præponit cardinales ipsis quatuor patriarchis, quæ seruāda est. Et hoc mō ēt intelligo cerimoniale, maxime qa a modico tpe cōpositū est de nouo, & attenta declaratione Eugenii. 4. de qua supra. Post prædictos, uidelicet cardinales siue quatuor patriarchas ut sup. sequuntur alii patriarchę in 255 scamnis aliis post cardinales hinc inde. Primum locū tñ ante eos habebit uicecamerarius, si erit prelatus paratus. Et ita seruatū legit̄ in concilio pisano præsidente Alexandro quinto, & in concilio constantien. præsidente Ioanne. 23. secundū cerimoniale. Licet, ut supra dictum est, domi. in c. epos. 17. di. & Alexan. ibidem, & idē domi. in 7. q. in trac. de concilio voluerint ꝙ de iure communi ēt isti ultimi patri archæ præferātur cardinalib. & idem domi. in c. cleros. 21. dist. cū loquit̄ indifferenter & gn̄aliter de patriarchis in notabilib. Sed ꝯsuetudo curiæ aliter hēt, q̄ semꝑ seruāda est ut in c. legimus. 93. di. Et attende ꝙ cardinales debent sedere secundum ordinem suum, qa primo episcopi, quos dicit Bal. in c. olim de rescrip. esse pręstantiores cęteris, & sic ēt patriarchis. & subdit, nulli dubium diaconum cardinalē pręponi epo floren. uel perusi. alleg. l. unicā. C. de ꝑpositis laborū li. 12. Post oēs patriarchas sequuntur archiepiscopi. de qbus & eorū ordine & quotquilibet

libet habeat ſuffraganos, ne ſim in hoc prolixus, vide Alberi. de Roſata. in rubrica. ff. de ſtatu. homi. ubi connumerat circiter centum ſedes archiepiſcopales, & late in prouinciali cãcellariç apoſtolicæ. Et intelligo de archiepiſcopis non ponẽdo differentiam inter archiepiſcopos & primates, alioquin ſi facimus duas diſtinctiones, primo ponam primates ante archiepiſcopos, ut eſt tex. in cap. nulli. 91. di. quia ab archiepiſcopo appellatur ad primatem. ut in cap. 1. 80. di. & in cap. 1. in ſumma. 99. di. quia dicitur primas quaſi primus pręſidens. ergo non archiepiſcopus niſi largo modo ſicut quilibet ordinarius, dicit Abb. ſiculus in cap. ſanc. de foro compet. Et fue-256 runt inſtituti primates, † propter amplitudinem prouinciarum, & dicti primates quia primas ſedes tenent, vt. 99. di. nulli. & ibi glo. in ſumma dicit quod archiepiſcopi debent eis reuerentiam. Licet enim ut ſupradictum eſt, idem ſit patriarcha & primas ut 99. di. c. 1. in fin. & capitulo. nulli ibi patriarchas vel primates & in cap. prouincię, ibi patriarchas vel primates qui vnam formam tenent, licet diuerſa ſint nomina. ca. diſt. & in cap. duo ſimul de offi. ordi. & 9. q. tertia capit. per ſingulas. probat tex. in dicto cap. cleros. 21. diſtin. ubi tantum facta diſtinctione de patriarchis, non facta aliter mentione de primatibus deſcendit poſt patriarchas ad archiepiſcopos, quaſi idem ſit patriarcha & primaſ. quod probat tex. in c. cõqueſtus. 9. q. 3. vbi pro eodem ponit primatem & patriarchã, imo primo nominat primatem, & poſtea patriarcham. q̃d & ponitur in d. c. duo, de offi. ord. ſequendo tamen opi. Hoſt. in d. c. duo, dicendum eſt ꝙ licet ſit idem officium, tñ maior eſt dignitas quatuor patriarchalium ſedium, & eis maior debetur reuerentia, vt in c. graue de præb. in 6. & in d. c. renouãtes. 22. diſt. & c. antiqua. de priui. Vnde dicit Spec. in ti. de diſpen. in §. ſunt quoque, verſ. & nota, illos quatuor principales proprie appellari patriarchas, vt 22. diſt. per totum, & d. c. antiqua, cæteros vero, videlicet Aquileien. Graden. Toletanẽ. Cantuarien. Bituricen. & ſimiles, improprie appellari patriarcha, quia proprie dicuntur primates. Et idem dicit Speculator in titulo de iuriſdict. omnium iudi. in verſiculo ſecundum canones. vbi etiam dicit quod vere, & proprie patriarchæ dicuntur ſuper illuſtres, quia ſunt maioris dignitatis & iuriſdictionis, quam primates, qui dicuntur illuſtres, Et ſic diſtinguendo, tunc primo ponam primates poſt quatuor patriarchas principales & poſt cardinales. Vnde licet etiã alii 257 † appellati ſint patriarchæ, vt Aquileien. & graden. Toletanen. Cantuarien. Bituricen. & ſimiles de quibus ſupra diximus, illud tamen non eſt proprie, ſed improprie, & abuſiuo quodam vocabulo, quia potius dicuntur primates, vt dictũ eſt, & dicitur in d. c. duo, & ponit Aluarottus in cap. 1. epiſcopum vel abbatem. allegat. c. cleros. 21. diſt. & Rofre. in libello ordinis iudiciarij. & Albericus in verbo patriarcha, & primas. in ſuo dictionario, & ponit text. glo. & Archid. in c. 1. in 258 in §. fin. de ſtatu monach. in 6. † In locum autem patriarchæ Gradẽſis per Nicolaum quintum ſurrogatus fuit patriarcha 259 Venetiarum. Et quia olim Aquileiẽ. Primatia fuit diuiſa † in Aquileien. & Graden. remanſerunt ambæ deſolatæ. igitur improprie vocantur patriarchatus, vt dicit Pauinus in tractatu ne ſede vacan. in §. præmitto ſexto, verſi. quarta ſedes. allegat Spec. in tit. de diſpen. in §. ſunt quoque. item in verſi. vtrum aũt ad cardinalem. Nec appellatur ad eos omiſſo medio, ſicut ad Conſtantinopolitanum, vt in c. ſi clericus. 11. q. 260 prima. Sunt etiam primates † in Italia archiepiſcopus Piſanus, in vngaria archiepiſcopus Strigonien. in Alemania Archiepiſcopus Magdeburgen. in Hiſpania archiepiſcopus Toletanen. in Francia Viennen. & Bituricen. de quo habetur in c. fi. de maio. & obe. & in c. expoſuit de dila. item & Lugdunẽ. appellat ſe primatem Galliarum, in Anglia archiepiſcopus Cantuarien. in c. primo. de offi. leg. & in c. penul. de filiis preſbyterorum. & archiepiſcopus Eboracen. de quo in c. 1. de appel. Et iſtorum aliqui ſunt legati nati, vt cantuarien. Ebora-261 cen. & Viennen. qui inungit † regem Franciæ. ad quos põt haberi recurſus per viam querelæ, vt in c. 1. de off. leg. & in c. paſtoralis, de off. ord. & in c. 1. eo. ti. in 6. Vide Pauinum vbi ſupra dixi de iſtis primatibus. multa etiam iura allegat Spec. in d. §. ſunt quoque, verſ. & nota. Iſti enim inferiores nõ proprie habent paria priuilegia cum illis quatuor, de quibus patet in d. cap. antiqua. Non enim poſſunt deponere epiſcopos, niſi de ſpeciali commiſſione papæ, vt ponit Archid. in cap. primates. 2. qõ. 1. ſicut poteſt Conſtantinopolitanus, vt dictum eſt ſupra, Nec poſſunt abſoluere excõmunicatos, niſi prout habetur in cap. penul. de offi. leg. Vide deciſ. Egi. 70. in ordine de iſto Archiepiſcopo Cantuarien. legato nato. An autem poſſit legatus deponere epiſcopos, vide ibi Archidiaco. in dicto c. primates, & Doct. in cap. ex tunc, de ele. non reſid. & in capit. primo, de tranſlat. prælato. Item non poſſunt dare pallium, nec poſſunt vbique facere deferri crucem ante ſe ſicut illi quatuor, ut in dicto capitulo primo, vt lite pend. & capitulo antiqua, ſed tantum in loco ſuæ primatiæ, & ita tenet Ioann. Graſ. in dicto ſuo tractato. de dignitat. Et iſti primates ſedebunt ordine, ſuo ſecundum dignitatem eccleſiarum, ad quod uide dicto libro prouincialis. ubi reperiuntur annotatæ omnes eccleſię orbis & ordines & religiones tam virorum quam mulierum, imperatores, reges & electores imperatoris, & de intitulationibus religionum & ſubiectionibus quoruncunque Et uide Ioan. Graſſum in dicto capitulo 262 ex parte in ſua repetitione. Qui dicit. † lugdunenſ. qui dicitur galliarum primas habere archiapiſcopum grationopolitanum ſub ſe, & quod eſt mirabile eum habere duas ſedes, Lugduni, videlicet primatialem & archiepiſcopale, & duos vicarios ſiue officiales & ab officiali archiepiſcopali appellatur ad officialem primatiæ, quod videtur contra capitulũ ſecundũ de conſue. in ſexto. vnde denotatur ex his maioritas primatię ad archiepiſcopatum Vbi ponit quod ſi ſunt plures primates qui concurrũt inter ſe quis præcedet, & dicit quod ille qui erit dignior, vel per priuilegia, ut in c. per tuas in glo. de Maio. & obe. Immo aliquando ut ſupra dictum eſt primas dici poteſt quilibet ordinarius tenens primum locum, late ſumpto vocabulo, ut dicit Abb. in cap. ſanc de foro compet. cæteris enim concurrentibus, ratio priuilegii eſt habenda. ff. quod cum eo qui in ali. eſt poteſ. l. tertia. alioquin quod recurrendum erit ad ea quæ dicuntur in capit. 1. & in cap. ſtatuimus de maio. & ob. videlicet quod primo ordinati & aſſumpti. licet poſteriores ſint meliores, ut dicit glo. in capitulo fi. 75. diſt. Si autem contingeret quod eſſent ſimul ordinati, debet recurri ad principem pro declaratione, quod etiam uidetur ſeruire inter pluses archiepiſcopos & plures epiſcopos, & alios ęqualis dignitatis, de quo etiam infra proxime. & ibi etiam ponit quod primas habet archiepiſcopos ſub ſe, & a ſubditis archiepiſcoporum ab archiepiſcopis appellatur ad primatem. cap. 1. 99. di. de quo etiam ponit Aluarottus in dicto capitu. 1. epiſcopum vel abbatem. & pro hoc eſt gl. in authen. clericus. C. de epiſcopis & clericis. De quo etiam quod primates præferantur archiepiſcopis, eſt tex. 9. quæſtione tertia cap. conqueſtus. 21. di. cap. primo. 17. diſt. multis. & 65. diſ. de perſona. Adde quod alias longa & magna fuit altercatio inter burdegalẽ. & bituricẽ. archiſcopos ſuper iure primatiæ quę adhuc non dicitur finita de qua in cap. fin. de maiori. & obe. in capitulo expoſuit de dila. in cap. venerabilis. de. dol. & contum. Et dicit brix. in ſuo repertorio in verbo primas, quod cum ipſe eſſet legatus in regno Francię, uidit archiepiſcopum bituricen. uti iure primatię in tota aquitania, ubi eſt 263 ſedes burdegalen. Adde quod inter † eodem tempore ordinatos in dubio præfertur ordinatus a papa ut in ca. per tuas. de maio. & obe. & infra dico. Et intelligo de ordinatis etiã prius promotis ad dignitatẽ, alioquin primo ordinatus preſbyter, ſimpliciter loquendo præferretur ſimplici clerico ſecundo loco ad epiſcopatum promoto. Vnde intellige cæteris paribus, quia eſt dare maioritatem in epiſcopo promoto non ordinato rõne adminiſtrationis, ut dicitur in c. tranſmiſſam de electione & in capitulo ſtatuimus de maior. & obed.

264 **Poſt primates** ſedebunt archiepiſcopi qui regib. ęquiparantur. ſunt enim ad inſtar eorum. debent enim habere. 10. uel. 11. ciuitates quibus præſint, in ſpiritualibus, ſicut rex in temporalibus, ut in capit. ſcitote. 6. q. 3. ideo proprie poteſtas archiepiſcopalis & regalis, conueniunt, ut dicit Graſſus in ſuo tractatu de Dignit. in repetitione. capitulo ex parte de verborum ſignificatio. Et ex hoc poſſet inferri quod maior eſt dignitas Cardinalatus quã regalis, q̃a ſi rex eſt ęqualis Archiepiſcopo, & archiepiſcopus eſt inferior Cardinale, igitur & rex eſt inferior Cardinale, per regulam. capituli authoritate de conceſ. præben. in ſexto & probat tex. in capitulo ſolitæ de maio. & obe. quando, uult reges, aſſurgere epiſcopis & eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignare, qui ſunt inferiores Archiepiſcopis. quod clarum vr̃ conſiderata ſpiritualitate. Et licet aliquando in Archiepiſcopis ꝙ pręſint. 10. ciuitatib. de facto reperiatur ɔ̃riũ vt patet in Archiepiſcopo Florentino, Piſano, Tarantaſien. qui non habent niſi duos epiſcopatus & ciuitales ſub ſe hoc fortaſſis erat olim, hodie tamen plures habent ſub ſe. Et ſimiliter in rege quod patet in regno boemię, ubi non eſt niſi ciuitas Pragenſis. & ideo merito dñr habere ſimilitudinem vt d. c. ſcitote. Hodie tñ põt inſpici in prouinciali ꝙ ſunt multi archiepiſcopatus non habentes niſi vnã ciuitatẽ. per. d. tex. c. 265 ſcitote. dicit graſſus vbi ſup. † ꝙ eſt una dñia inter metropolitanũ & archiep̃m, q̃a archiep̃s põt h̃re ſub ſe plures q̃ decẽ vel duodecim ciuitates & uſq. ad cẽtũ. ſed metropolitanus tñ. 10. vel. 11. Sed ſi recte cõſideret ille text. loquit̃ ſm initiũ ſtatuendi prouincias, non ꝙ ſit differetia in effectu inter Archiepiſcopum & metropolitanum. Et iſta inuicẽ promiſcue cõfundunt̃, vt ꝑbat tex. in c. nulli. 99. di. & patet ex dictis per Hoſt. in sũma in ti. de offi. ord. in §. quod pertinet, verſi. ſunt autem, & in ſpeculato. in tit. de diſpen. in §. ſunt quoque. Ad quod eſt quod dicit Bart. in l. 1. C. de metropoli berito, quod metropolitana ciuitas dicitur quæ, habet archiepiſcopum vel patriarcham, pro quo glo. in l. ſi duas. §. decet. ff. de excu. tuto. Archi. tamen in capit. præſenti de offic. ordinarij. in 6. in prin. facit differentiam inter archiepiſcopum & metropolitanum, quia archiepiſcopus eſt maior. Et dicit colligi ex tex. de priuilegijs archiepiſcopi in prin. in authen. collatio. 9. ibi non ſolum metropolitanus is ſit, ſed etiam archiepiſcopus, quæ rubrica eſt ſituata poſt titulum de ſanctiſſimis epiſcopis ſecundum pauinum quam non habeo. Qui etiam dicit quod opinio Archid. eſt improbata per Ioan. And. in d. c. præſenti in gloſ. 2. Ad quod adde quæ dicta ſupra ſunt in quæſtione qui præferantur in ſedendo, vtrum cardinales an patriarchæ, poſt articulum ad quem ſpectat electio papæ ſi deficerent omnes cardinales, in verſ. vnde omnibus pręmiſſis conſideratis. Et iſti etiam proprie dicũtur illuſtres qui habent plures ciuitates ſub ſe, ut dicitur in dicta l. prima, de officio. præfect. præt. & in dicta l. prima, de officio. eius cui manda. eſt iuriſd. Sed dic quod male dicit pauinus quod reprehendatur Archi. a Ioann. And. quia Imo. Ioan. And. tantum eum refert, & cum eo tranſit quod maior ſit archiepiſcopus Metropolitano. & idem ibi tenet. domi. Et eſt verum quia ſi ut ſupra dico archiepiſcopus poteſt habere vltra undecim ciuitates ſub ſe & nõ metropolitanus, ſequitur quod archiepiſcopus ſit maior. Et de omnibus iſtis archiepiſcopis, uide in rub. ff. de ſtatu homi. per Alberi. de Roſata. & in dicto 266 prouinciali. Quando autem † cõcurrerent inter ſe ipſi archiepiſcopi, dicit idem paui. quod pręferentur exempti, vt in glo. in cap. per tuas de maio. & obed. Cuius contrarium tenet ibi Abbas, ut præferatur primo promotus ſecundo promoto quantumcunque exempto, quod maxime placet in cõcilio in præſentia papæ, argum. c. volentes. de officio legat. deinde inde ſubiecti patriarchæ conſtantinopolitano, deinde alexãdrino, poſtea antiocheno, demum ieroſolymitano, vt ſic in æquali gradu dignitatis eccleſiæ prouinciarum ordinentur quod ſi ultra archiepiſcopatum h̃et aliquis eorum aliam dignitatem vt ſupra diximus, vt pote primatiam vel quid ſimile, præferetur, poſſumus dicere ponendo exemplum ſicut in archiepiſcopo Colonienſi, qui eſt cancellarius italiæ, & archiepiſcopo Treueren. qui eſt cancellarius Gallię, & Archiepiſcopo Maguntinenſi, qui eſt cancellarius Germanię, 267 qui habent eligere imperatorem cum Marchione Brandenburgen. comite palatino, ducæ ſaxoniæ, & rege boemiæ, ut ponit Bald. in Margarita in verſi. annus, & in tit. de pace conſtant. c. 1. §. in ciuitate. 3. collat. & Hoſtien. in c. venerabilem de elect. & vide glo. fin. in cap. ad apoſtolicæ de re iudic. in 6. & Albe. in l. bene a zenone circa prin. C. de quadriennii præſcrip. & Aluarottum in c. 1. quis dicatur dux vel Marchio in vſibus feu. & barbatium in clem. 1. de iureiuran. & per pauinum in extrauagan. ad onus. in antepen. charta. & cardinalẽ in clem. 1. in prin. de iureiuran. Vnde verſus Maguntinenſis, treuerenſis, colonienſis, & palatinus dapifer, dux portitor enſis, Marchio præpoſitus cameræ, pincerna boemus, hi faciũt regem ſeruantes ordine legem. Et ſimiliter dico quod archiepiſcopi qui ſunt non habent ſupra ſe primatem alium, obtinent primum locum inter alios qui habent ſupra ſe primatem, quod voluit gloſa in capitulo per tuas de maioritate. & obedien. quæ licet loquatur in epiſcopo, ſatis ex eius ratione idem colligitur de archiep̃o. itẽ ceteris parib. etiã ille præfertur qui a maiori ſuperiore reperitur promotus ad dignitatem, ut in d. c. per tuas, niſi ordinatus ab inferiore, eſſet in maiori dignitate vel dignior vel utilior vel magis peritus ſecundum Ioann. And. & alios in d. c. per tuas. Quod inducit ibi Abb. ad quæſtionem duorum fratrum quorum vnus recepit a maiore militiam, alius a minore, vt is præferatur & dignior iudicetur qui recepit militiam a maiore, etiam ſi poſtea ab illo maiore alter militiam aſſecutus fuerit, per ea q̃ ponuntur in l. fin. ff. de albo. ſcriben. Si reperiatur promotus ab eodem vel æquali & æqualiter, cæteris paribus ille præfertur qui præcellit. alium merito, vitę, nobilitate vel ſcientia. 16. di. c. ſexta. & no. Archi. eadẽ di. c. qm̃ & 75. di. c. fi. ẽt ſi alter fuerit prius promotus, ut d. Do. in ſuo tra. de cõcil in 7. q. Sed ſi ſunt æquales quantum ad promotorẽ, tunc cęteris paribus ille p̃fertur q̃ primo ad dignitatẽ fuit ꝓmotus, ut in ç. ep̃s 17. di. & in c. 1. de ma. & obe. ẽt ſi ſecũdo ꝓmotus ſit dignior facultatib. & honore ſm Inn. in c. ſtatuimus, & ibi moderni, de maior. & obe. & dicit Io. de Imo. in c. fi. in 3. col. de conſtit. 268 Alioquin † ſi omnes ꝑ omnia ſint ęquales, recurre ad ea quę ſunt dicta. & examinata s̃. de primatib. ꝑ q̃ multa aperiunt̃. 269 Quid aũt inter † archiep̃m Mediol. & Rauennen. inter quos fuit antiqua cõtrouerſia, ut dicit gl. 3. in l. decernimus. C. de ſacroſan. eccl. tex. in §. hinc etiam. 17. di. oſtendit quod archiepiſcopus Mediolanenſi præfertur, & ex ordine ſcripturæ, & quia ibi prius ſubſcripſit quam archiepiſcopus rauẽnen. q̃ actus denotat maioritatem, vt in c. fin. & ibi doc. de offi. lega. in 6. & in capitulo dilecta de reſcrip. c. mandato de præben. in 6. & in capitulo penul. de elec. in 6. Similiter tex. in capitu. bene quidem. 96. diſtin. cũ glo. ibi. ubi prius reſpondit mediolanen, deinde rauennen. Rationem autem cur prius ſubſcripſerit & reſpõderit mediolanen. reddit tex. in capitulo epiſcopos. 17. diſt. vbi uidetur dicere quod hoc fuit quia attenditur tempus ordinationis cuiuſſibet prælati ad conſidendum in concilio & ſubſcribendum, ſicut & in qualibet alia re. Archi. poſt gloſam & doc. in capitulo bene quidem, argumentatiue uident̃ uelle quod mediolanen præferatur. & clarius doc. in §. hinc etiam 17. diſtinct. & idem Martinus lauden. in trac. de digni. uerſi. decimo. Albericus de roſata in epiſtola inter claras. C. de ſumma tri. dicit ſe vidiſſe alias ita determinari ꝙ mediolanen. præponatur ratione antiquitatis, & quia in antiquis ſcripturis reperitur præponi. Sed ſi quis uellet tenere cõtrarium, facilis eſt reſponſio ad illa iura quæ videntur vrgere, videlicet ad text. in capitulo bene quidem. 96. diſtin. & in §. hinc etiam. cum ſequen. in 17. diſt. dicendo quod ibi loquũtur ratione prioritatis ordinis, quia ille laurentius archiepiſcopus mediolanen. erat primo ordinatus quam archiepiſcopus rauennen. & ideo præpoſitus fuit. quod oſtendit ultimus §. in capitulo concilia. 17. diſt. & 18. di. capitulo placuit. In eo autem quod dicit ratione antiquitatis, & ciuitas rauennen. eſt antiquiſſima ciuitas Italiæ, vt probat glo. in ru. infortiati. Et iuxta hiſtorias poſt confuſa hominum labia in Babylone, vel ut alij volũt poſt Troię euerſionem a theſſalis cõdita eſt. cuius epiſcopus donatus eſt a Valentiniano imperatore pallio ex candida lana quo non niſi imperator vtebatur. ex quo factum eſt vt aliquando rauẽnen. epiſcopi cum Romanis põ-270 tificibus contendere auſi ſint. Duodecim † etiam ciuitates eidem epiſcopo ſubiecit, uidelicet Ariminum, cæſenam, forliuium, forum pompilium, fauentiam, forum cornelium, quæ immola hodie dicitur, bricium, bononiam, mutinam, regiũ, parmam, & placentiam unde archiepiſcopatus erigitur. Sed 271 Mediolanum † incępiſſe habere archiepiſcopum uidetur tẽpore beati Bernardi, ut patet in eius epiſtola ad mediolanen. 133. qui fuit poſt Valentinianum. Item rauenna habet canonicos cardinales, vt per Ioan. And. in capitulo bonę el primo de poſtula. præla. glo. in capitulo pudor. 32. quæſtio 2. gloſ. in cle. 2. de cele. miſ. & dicitur in cle. ne roman. de elec. Hoc tñ nihil facit, quia idem eſt in eccleſia mediolanen. non tamen ex hoc deberent præponi, quia ſunt cardinales ſine pileo rubeo & ſine ſucco.

272 **Deinde** poſt archiepiſcopos & metropolitãos ſequũtur epiſcopi cuiuſcunque ſint gradus † qui oẽs inter ſuos collegas ſecundum Gregorii papæ decretum ſedebunt ſecundum ordinem promotionis eorum, & qui primo ordinatus eſt primo ſedeat, ut in capitulo placuit. 18. diſt. glo. & doc. in capitulo fi. 75. diſt. & in capitulo epiſcopos. 17. diſt. Vel quando per omnia ſunt pares, ille qui plus elaborauit pro eccleſia, ut d. capitulo epiſcopos ibi glo. & ponit berta. in prima parte. 4. libro quæſtio 14. in trac. de epiſcopo de quo etiã in ſpecu. in titu. de citatione. §. iam de citatione uerſi. porro el. 3. Quod intellige niſi ſint prælati aſſiſtentes papæ quia illi ſedent ſuper gradum thalami pontificalis ad ſiniſtram qñ papa eſt præſens in concilio, alioquin ſedebunt in loco ſuo. Et intelligitur de primo ordinato quãtumcunque non prius electo uel aſſumpto ſiue prouiſo, quia qui primo eſt cõſecratus ſiue ordinatus, præfertur illi qui primo fuit promotus ex quo non reperitur conſecratus, ut dicit Alexan. in capitulo epiſcoporum. 18. diſt. Quod etiam ponit bertach. in d. trac. de epiſcopo in prima parte. 4. lib. in 12. quæſito. quod ipſe oſten-273 dit exemplo Iacobi maioris, qui ideo appellatus eſt maior, q̃a primo adhæſit Chriſto quam Iacobus minor, & dictum eſt ſupra proxime. Quod idem Alexan. in d. capitulo epiſcoporũ dicit eſſe uerum in alijs locis quam in concilio, quo interueniunt epiſcopi non conſecrati & ubi tractatur de actibus iuriſditionalibus & non ordinis, quos poteſt exercere electus confirmatus non conſecratus, vt in capitulo tranſmiſſam de elec. & quod ideo in concilio attenditur tempus promotionis. & in c. canones. 15. diſt. idem replicat. Ad quod facit quod dicit cardinalis in cle. quamuis. in quæſtione 5. de foro compe. de epiſcopo confirmato & non conſecrato. & quod dicit Inno. & alii in capitulo. tranſmiſſam de elec. quod epiſcopus electus & confirmatus, ante conſecrationem exercet ea quæ ſunt iuriſditionis & concilium congregat, ergo quo ad iuriſditionalia in concilio ſufficit quod ſit confirmatus. Et hoc cæteris paribus, alioquin ſi unus epiſcopus cum dignitate pontificali habeat aliam præeminentiam ſiue officium & adminiſtrationem, præferetur habens maiorem præeminentiam, vt d. verſi. porro. & in cap. 1. de maio. & obe. Ad quod eſt illud q̃d dicit̃ quod diaconus cardinalis ratione officij & adminiſtrationis

tionis præfertur episcopo, vt ponit Hostiens. in c. ecclesia el secundo de elect. & Abb. in c. super his de fide instru. Ioann. mo. in capitulo super eo de hære. in 6. tex. & doc. in capit. per venerabilem in §. rationibus, qui filij sint legi. glo. & doc. in c. quamquam. 2. q. 7. & idem Abb. in d. c. ecclesia, & Dom. in c. 1. de offi. lega. in 6. & Bar. & doc. in d. l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appellatio. Sic etiam ratione diuersi respectus aliquando dicitur quis maior, ut est videre in archidiacono, & archipresbytero, quia præfertur ratione officii archidiaconatus, ut in d. c. 1. de offic. Archidia. optime decis. 430. incipit. item fuit dubitatum, quę dicit quod in locum Archidiaconi succedit præpositus, & in locum archipresbyteri Decanus. ad idem capitulo perlectis. uigesimaquinta distinctione. glo. fin. in capitulo statuimus. de maiorit. & obedient. Sic & Abb. in minoribus, maior est presbytero in dignitate vel officio, licet sit minor in ordine, ut in capitulo tuam de æta. & quali. Et per hoc dicit domi. in capit. episcopos. 17. dist. quod 274 in diuinis † archipresbyter præcedet Archidiaconum, sed extra diuina, ut in voce, loco & iurisdictione, præcedet archidiaconus. Et sic intellige glo. & tex. in capit. 1. de offic. Archi. 33. q. 5. est ordo. 93. dis. a subdiacono, & c. ad hæc de offic. Archi. De quo uide Hostiensem in summa in tit. de offic. Archidiaco. §. 1. & idem etiam Ioan. de Ana. in d. c. ad liberandam de iudæis, ubi dicit se uidisse dubitari Bononiæ. Vnde ratione ordinis maior est simplex episcopus etiā bresbytero cardinale, ut in di. c. quamquam, & ibi dicta, & ubique ubi tractatur iste articulus vter sit maior, episcopus an cardinalis, de quo aliquid dixi supra, & late Barbat. in tracta. de præstā. cardin. in 1. quæstione, & Alexan. in dicto cap. quamquam. Et ideo ante tempora clementis quinti, simplex episcopus non assumebatur ad cardinalatum tituli presbytetalis vel diaconalis, & nisi vacasset titulus dari solitus cardinali, nō creabatur cardinalis, sed a tēpore clemētis prędicti, & successiue vsque nunc promouentur episcopi etiam ad cardinalatum tituli presbyteralis. De quo uide Ioan. An. & dom. in c. cum aliquibus de rescirp. in 6. & vide pauinum in trac. uisitationum in 2. q. principali, in 3. colum. De quo vide etiam dicta supra de quattuor patriarchis, & de dignitate, & priuilegijs episcoporum, & multa solennia vide in tract. de episcopo per berta, & aliqua remissiue per brix. in versic. quæ priuilegia sunt episcoporum, in uerbo episcopus. Et vide quæ supra dicta sunt de Bonifacio, 8. qui licet ad inuenerit reseruationes, nesciuit tamen adinuenire promotionem episcoporum ad cardinalatum, in illo articulo uter præferatur cardinalis an patriarcha.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas, quæ & prælatura dicitur quot modis capiatur, alij quod consistit in tribus. nu. 3.*
Et alijs modis num. 5.
2 *Persona præest personæ quinque modis, & quandoque dicentis respectibus.*
4 *Prærogatiua honoris & præeminentiæ. xi.*
Item alia, & sic xij.
Et secundum alios aliæ. ibid.
6 *Maioritas respectu senectutis consideranda.*
7 *Defectus, siue imperfectiones Iuuenum.*
Et ideo secundo loco loqui debent, fallit quandoque. numero 10.
8 *Plus valet vmbra senis, quam Arma iuuenis et ideo expedit regi a seniori.*
& væ regno cui Rex puer erit.
9 *Senectutis laudes, & præeminentiæ. Et infra numero 10. & 15. & 16. & 19.*
11 *Doctor antiquior præfertur.*
Fallit quandoque ibi & nu. 22.
Vt in exemplis Danielis, Samuel. Hier. Salomonis.
12 *Senibus credendum, vbi non est auctoritas scripturæ, vel Doctoris.*
Senior præsumitur sapientior.
13 *Habens filios, an præferatur antiquiori.*
Et hic videtur prærogatiua habentis filios.
Et inter habentes filios, cæteris paribus, qui plures habet præfertur.
Et diuersis respectib. vnus alteri præfertur.
14 *Senex præsumitur dicere verum, quia propinquus morti.*
15 *Senum priuilegia.*
16 *Senum alia plura priuilegia remissiue.*
17 *Aetatis præsumptiones, & prærogatiuæ.*
18 *Senes scriptura uocat, non eos qui ætate tantum, sed quo morum grauitate maturi sunt.*
20 *Defectus siue imperfectiones senectutis remissiue.*
Et senectus quadruplex.
21 *Senio grauatus quis dicatur & senex valde quis.*
Grandis natu, qui s.
23 *Salamon erat Annorum 12. quando protulit sententiam de qua in c. afferre, de præsumpt.*
24 *De præeminentijs et dignitatibus inferioribus remissiue.*
25 *Præeminentia doctoris & militis remissiue.*
Et ista preæminentia diuersis respectib. quomodo attendatur, & an in his ordo seruetur.
26 *Dignitates plures habens quarum nulla per se est sufficiens ad præcedendum alicui, nec omnes simul sufficiunt.*
27 *Dignitatem prius habens præfertur posteriori. Licet ille eamdignitatem sæpius, vel pluries consequutus sit.*
28 *Licentiatus, & post plures annos doctoratus præfertur omnibus doctoratis dio tempore, quo fuit licentiatus vsque ad doctoratum.*
Et ratio contraria, & respons.
Et casus, qui euenerunt, ibid.
Et intellectus ad tex in l. 1. C de consulo lib. xij.
29 *Consuetudo quod Archidiaconus præferatur vicario episcopi, est omnino iure damnata.*

Articulus II.

1 NVnc de ipsa maioritate † & prælatione dicimus quod circa hanc maioritatē quæ in ecclesia capitur quatuor modis, multa sunt consideranda. Aliquando. n. habetur respectus temporis. 17. dist. §. hoc quoque & §. uerum. 96. di. d. c. bene quidem & de maioritate & obe. c. 1. Aliquādo personæ ordinantis uel constituentis, vt in l, quidam. ff. de re iudi. l. vlti. ff. de albo scriben. c. per tuas de maio. & obe. Sic ille qui est receptus in canonicum authoritate papæ licet secundo loco. præfertur in assecutione præbendæ recepto quantūcunque primo loco authoritate inferioris, ut in cap. ii qui. de præben. in 6. & in ca. si pro te de rescrip. eo. li. & in c. statuimus, ibi Abb. de maio. & obe. Et promotus a principe potius quā ab inferiore, vt in dicto uersi. porro. & dicitur in cap, per tuas eo. ti. de maio. & obe. & dictum est supra in prælatione inter archiepiscopos in fi, illius articuli. Quid quando ambo sunt recepti authoritate papæ, uide Hstien in summa de maio. & obe. §. & dicitur in cap. tibi qui de rescrip. in 6. & in d, c. statuimus, de maiori. & obe. Aliquando habetur ratio dignitatis, seu maioritatis officij, ut supra dictum est. Sic & Petrus fuit maior apostolis in dignitate vel officio, sed in apostolatu seu ordine episcopali par fuit & æqualis. 2. q. 7. puto. 21. di. in nouo. Et secundum hoc intelligitur. 17. di. multis. sic, & 21. d. §. in his omnibus, cum sequen. c. Et de istis quatuor modis vide Hostien. in summa in d. §. 1. de offi. archi. & archi. & domi. in d. c. quanquam. 2. q. 7. & Ioan. de fan. ibidem. & Ioan. de ana. in d. cap. ad liberandam. & barba. in d. trac. in 8. char. & aliarum de planctu ecclesiæ circa finem primæ partis. Vbi post 2 archi. dicit quod persona † præest personæ quinque modis, scilicet officio. 21. di. in nouo. uitæ merito. 2. q. 7. beati. ordine. 93. di. a subdiacono. administratione & dignitate, ut archipresbitero archidiaconus, de offi. archi. capitu. 1. & ibi glo. consecratione, ut episcopus omnibus. 21. dist. c. 1. Ita dicit archi. in cap. 3 quamuis in §. in his. 21. dist. Qui etiam † dicit quod hæc prælatio consistit in tribus, in iudicijs. 21. di. inferior. in præceptis. 21. di. nunc autem. in sacramentis. 21. di. denique, secundum archi, qui ibi hoc notat in prædicto. §. in his. 21. di. Item secundum lau. in d. c. in nouo & refert ibi arch. est dicendum quod maior potestas attenditur quandoque ex dignitate ordinis, quandoque ex dignitate cōsecrationis, quandoque ex dignitate dispensationis siue astministrationis. Petrus autem ex prærogatiua cōsecrationis, uel ordinis maiorem potestatem apostolis non habebat, sed ratione administrationis. Idem & cardi. in d. c. statuimus in 5. q. Vbi connumerat maioritatē dignitatis. d. c. dudum de elec. de offi. delega. c. pastoralis. temporis. de maio. & obe. c. 1. senectutis. l. semp. ff. de iure immu. de transla. præla. quanto. dispensationis siue prælationis, de electione transmissam, de iudi. at si clerici. consecrationis, ut in c. aqua. de consecra. ecclesiæ uel altaris. ordinantis, ut d. ca. per tuas. ordinationis, vt in c. statimus de maio. & obe. Et ista ordinationis præfertur maioritati temporis, senectutis & ordinantis secundum Hostien. & car. & Abb. in d. c. statuimus. Et idem in effectu, licet reducat ad quinque, brixien. in uerbo maior, uer. in quibus. & uide Hostien. in summa de ma. & 4 & obe. §. 1. Dominicus † in c. 1. de offi lega. li. 6. referendo Hostien. ibi connumerat. 11. prærogatiuas honoris & præeminētiæ. Prima est prælationis, qua minor propter iurisditionem præfertur maiori in ordine, vt de offi. archi. c. 1. Secūda dignitatis, ut in c. dudū de elec. & in c. pastoralis de offi. ordi. Tertia temporis, de maio. & obe. c. 1. Quarta antiquitatis. ff. de iure immuni. l. semper. de transla. præla. quanto. Quinta consecrationis, de cōscr. eccle. vel alta. aqua. de ma. & obe. cum inferior. Sexta manus excellentis impositionis, de maio. & obe. capitu. per tuas. Septima maioris. ordinis, de maiori. & obe. statuimus. Octaua recognitionis feudi, qua laico tenentur clerici deferre, vt in c. solitæ. §. uerum. de ma. & obe. Nona magisterij siue instructionis. 35. quæst. 9. ueniā. ff. de dam. infec. l. si ædibus. ff. de arbi. l. dicere. §. sed si de pluribus. Decima

ma honestatis siue sanctitatis. 40. di. multi. de testi. in nostra. Vndecima honoris, ut in capitulo. 1. de offi. lega. in 6. De istis etiam aliqua connumerat Abb. in cap. statuimus in secundo notabili de maio. & obe. Et vltra ponit prælationem ratione administrationis. allegat. c. transmissam de elec. Glo. iu capi. lex. 2. disti. dicit maiores nobilitate, dignitate, antiquitate & scientia. Idem Abb. ponit in c. solitæ de maio. & obe. etiam aliquem præferendum ratione maioris præeminentiæ quia præest dignioribus, argumento sumpto ex illo tex. Ad quod glo. in verbo canonicis, circa finem in cap. statutum in fi. de rescrip. in 6. Et alibi Abb. notat tria quibus dicitur quis consocium in ecclesia præcellere in cap. dudum in 4. & 5. notabili, videlicet dignitatem, ætatem & tēpore receptionis. Et de primo ponit exemplum sm Inno. & alios si canonicus habet dignitatem annexam prebendę uel est nobilior genere vel magis literatus. Et glo. 2. dist. in cap. lex, dicit ꝙ maiores natu dicuntur nobilitate scientia & ętate. Et illorum vox dicitur ponderosior in cap. qui dignitate ętate & tempore in receptione pręcedit, secundum Abb. in d. c. dudum. Similiter tex. & glo. in c. super eo el. 2. de testi. dicit aliquem pręferendum ratione potentię diuitiarum uel honoris & nobilitatis. & ibi Abb. & alij moderniores trahunt ad multa & ad doctoratū. Et in c. sedes post glo. de rescrip. dicunt doctores post Ioann. An. ꝙ ad considerandum, qui dicantur maiores in materia illius. tex. non est dare certam doctrinam, sed iudex arbitrabitur secundum potentiam, diuitias, dignitatem & meritū cuiusque. De quo in specu. in ti. de rescrip. præsentatione, in §. fi. versi. secundum quæ sunt personæ. Et vide quæ ponuntur in l. 1. & in rub. C. ne liceat potentioribus. ubi agitur de cancellarijs, notarijs & similibus. Et uide omnino Pe. de ancha. in c. 1. in fi. de consti. & Barbatium in repeti. l. cum acutissimi colu. 68. C. de fideicommis. & Abb. & alios in cap. ex parte de alie. iudi. mutam. cau. fac. Et uide omnino Domi. in ca. episcopos. 17. dist. vbi plura ponit de ista prælatione. Decisio dominorum. 430. incipit item fuit dubitatum utrum præpositura, q̄ est quarta in ti. de elec. arguit ex præeminentia quam babet decanus cuius decanatus est electiuus, habēs curam animarum & iurisditionem in canonicos ipsum eligentes & in clericos omnes ipsius ecclesiæ, licet nō super præpositum, tenēs etiam sigillum capituli ad causas, & claues ad priuilegia & librum statutorum beneficiorum & consuetudinum, & stallum superiorem in sinistra parte chori, & regens chorum in diuinis & conuocans ad capitulum, ꝙ dicatur habere principalem dignitatem etiam sup pręposituni qui sedet supra decanum in choro & in capitulo, & præcedit eum in processionibus & alijs, quę vna cum administratione arguunt præeminentiam. & hoc maxime propter iurisditionem & curā quam habet decanus in eligentes & clericos, q̄ plus arguunt pręlaturam & maioritatem q̄ administratio temporaliū vel aliquid præmissorum quæ concurrunt in prępolito. Et ibi ēt deducit dicta Ioan. An. in ca. deliberatione de offi. lega. in 6. in nouella, ꝙ quia sedebat prępositus immediate post episcopum, & subscribebat, uocabat ad capitulum, tenebat sigillū non ut minister, sed vt pręsidens, iubens literas sigillari, conseruebat iura & priuilegia capituli, & velut maior in collationibus & institutionibus ad capitulum spectantibus erat primus, propterea prępositus pręfertur, quia ista arguunt pręeminentiam & maioritatem. Similiter † maiorem aliquem 5 appellamus quandoque efficacia, quandoque propter rem subiectam, quandoque authoritate ministrantium, quandoque per significationem, vt in c. ecce. 95. dist. Et quia dictum 6 est maioritatem considerari respectu † senectutis, dicimus ꝑinde iuuenes ad cardinalatum non esse aptos, cum careant rerum experientia, vt inquit, Ari. 7. ethi. dicit tex. in l. fi. C. de testa. mili. indignum nostris temporibus esse videtur cum q stabilem mentem nondum adeptus est sapientū iura pertractare. Vnde ecclesiastici. 34. qui non est expertus, pauca recognoscit. Inde etiam Aug. in sermone de iustitia dicit. regnum enim Roman. pacifice tandiu perseuerauit quamdiu sapientes regere permiserunt, sed dum iuuenes & in expertos regere permiserunt, tanquam iustitiam ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & sic iustitiam perdentes, dominium 7 orbis terarum perdiderunt. Iuuenes ergo imprudentes, duces vel ecclesiarum pastores non constituendi sunt, ne ipsi simulcum populo pereant, tales enim si pręsunt, non solum pręterita & futura non cogitant, sed ne audiant quod bonum est & verum, aures suas obturant. taliter etiam non solum iuuenes, sed etiam antiquos in diebus malis hoc facere frequenter, minime dubitamus. Vita enim pastoris omnibus prodesse debet, & quomodo hoc facere poterit si iustitiam ignorarit, & regnare in ęternū crediderit. isti memorari nouissima nō possunt, quia in ęternum uiuere credunt. Vnde dicit Bal. in c. 1. de renun. & in l. senium post prin. C. qui testa. fa. pos. & in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in cap. 1. de maio.

8 & obe. ꝙ plus † ualet vmbra senis quam arma eloquentis iuuenis. vide Iasonem. in l. gallus in prin. ff. de libe. & posthu. Et dicit Bal. in penul. col. ꝙ expedit regia seniori. allegat. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de legat. 2. quia uæ regno cui rex puer erit, ecclesiastici. 10. Et inde glo. 1. in c. statuimus. 61. di. dicit quod senes præferuntur in electione. Et ad idem glo. in 9 c. 1. 85. di. & in respōsione & subscriptione, Vnde Cicero † de senectute, non viribus aut velocitate corporis res magnæ geruntur, sed consilio authoritate & sententia, & rursus temeritas est florentis ætatis, prudentia autem senescentis, & iterum decorus est sermo senis, quietus & tremulus, facit ꝙ sæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio. Et dicitur ecclesiastici. 32. & Bald. refert in d. c. 1. loquere maior natu, decet. n. te primum verbum, & supple & potentissimum. Debet enim prior loqui, vt est tex. in cap. 1. de controuer. feu. inter pares, qui est singularis secundum Ludo. in verbo senex. & Bal. in l. obseruare in §. cū vero. ad fi. ff. de offi. procons. & in c. 1. circa princ. in tit. de controuersia inuesti. apud pares. Et dicit Ioan. de platea quod in vocibus antiquiores præferuntur, vt ipse dicit in l. 1. C. de consulibus, lib. 12. 10 Quandoque tamen † propter facūdiam iuniori, conceditur primus locus in loquendo, vt legitur apud salustiū in iugur. quod cum sylla & Marius ad regem bochum missi essent, sylla minor ætate propter facundiam apud regem verba fecit. Iterum in inchoatione facienda, a senioribus inchoandum est tex. iuncta glo. in verbo a vetustiore in §. singulorum, insti. de rerum diui. & in l. 1. ff. de acquiren. rerum domin. Item in consensu præstando, ut in electionibus, sententiis, deliberationibus & responsionibus textu. in l. prima, C. de præfe sac. cubi. li. 12. glo. in capitulo statuimus. 61. distinctio. Vnde si ex forma statuti requiratur cōsensu agnatorum vel cognatorum in alienatione rerum mulieris vel minoris, primo debet requiri antiquior ut consensum adhibeat. Item in electionibus ut senior prius respondeat, loquatur, eligat, & sua suffragia præmittat, & hoc idem uult Ioann. de platea in dicta l. prima. C. de consulibus libro decimo secundo. Item in legationibus, ut antiquior præcedat, eundo, loquendo, stando, vel sedendo, per d. l. 1. & l. decernimus. C. de sacrosanc. eccle. Item senex pręsumitur habere mentem sanam & perseuerantem in sanitate. l. senium. ibi Bal C. qui testa. fa. pos. Item & in sedendo senior debet antecedere, vt est tex. in d. l. 1. C. de pręfec. sacri cubi. li. 12. & Inno. in cap. 1. de maio. & obe. Pręrogatiua tamen ordinis pręfertur senectuti, vt in ca. subdiacono. 92. di. dicit Abb. in ca. statuimus de maio. & obe. & dixi supra. Item in senibus est grauitas. Vnde hiero. scribēs Augustino dicit quod bos senior grauius figit pedem. Item senior est maturitate sensus præstantior capit. nisi cum pridem versic. alia, de renun. Item experientia doctior 26. quæs. 4. sciendum, & d. capitulo porro. Vnde consilium senum melius est quam iuuenum. ca. ex multa de voto, uide Iasonem in l. Gallus in 14. columna in princip. de libe. & posthu. item verba senis sunt authoritatis. l. si chorus. §. 1. ff. de legat. 3. ubi allegatur rusticum senem dixisse peculium sine pecunia fragile esse. inde Barto. in tract. de tyranno. 4. colum. dicit quod antiquior in domo habet quasi pręrogatiuam congregandi alios de domo, & Inno. & Bald. in dicto capitl primo, & alii. De quo uide latissimas remissiones per Folin. capit. cum omnes de constit. uidelicet quod ubi non est prælatus, senior de capitulo congregat capitulum, & potest cogi ad congregandum, non tamen habet nisi unam uocem, & non potest facere contractus nomine ecclesiæ nec agere in iudicio, quia nō est prælatus. Ad idem Bartol. in l. 1. ff. de albo. scriben. & tex. in l. 2. C. de pręfec. prę. libro decimosecundo, & C. de officio. magistri offic. l. nemo, ubi dicit, is enim gradus cœteros antecedat, quem labor prolixior & stipendia longiora fecerint anteire. Ad idem. C. de tyroni. l, final. libro decimosecundo. Hinc dicit text. illum in locum decedentis quo ad dignitatem uel officium surrogandum esse qui antiquior reperitur septuagesimaquarta distinctio. episcoporum, uigesimaquarta distinctione episcopus. Quod intellige nisi minor in collegio superiorem superet uirtute, & bonitate, tunc enim ille pręferendus est antiquiori, ut in §. ordinationem in authen. de monachis. & d. capitu. episcoporum. Ad quod facit quod dicit Abbas in capi. 1. de maio. & obe. quod quando agitur de promouendis, non consideratur prioritas ordinationis, & consequenter nec senectutis, quę postponit ordinationi, ut supra dixi, sed habetur respectus ad merita. Et hoc quod iunior superet uirtute seniorem, requirit probationem per testes 40. text. est singularis in leg. vnicuique C. de proxi. sacro. scri. lib. decimosecundo. De quo vid Alexā 11 drū in l. cum quid. ff. si certum petatur & ibi aliqua † quando iuuēis pręfertur doctori antiquo. Regulariter autem doctor antiquior pręfertur iuniori. de quo quando & qualirer procedat late Decius in cap. clerici de iud. Et doctori antiquo & ex cel-

cellenti probanti ſtylum vel conſuetudinē alicuius curię creditur, ſecundum Bar. in l. de quibus ff. de. ll. de quo vide ibi Iaſonem. Sic quando aliquis habet citare capitulum, ſufficit ſi det literas maiori de capitulo. archi. in c. comeſſatienes. 44. diſt. Item ceſſante cōſuetudine, antiquior dicitur maior in c. Abb. in cap. auditis. 2. col. de elec. & in cap. cum olim. 5. colu. de re iudi. Et Abb. in cap. in cauſis de elec. dicit quod ubi nō eſt prelatus, antiquior congregat capitulum. & allegat Inno. in c. 2. de noui ope. nunti. & dixi ſupra. Sed Inno. ibi circa finē videtur dicere quod debent conuenire duę partes quę habēt alios vocare. & idem uidetur velle Bar. in l. omnes populi. in 6. col. ibi quęro ſecundo principaliter. ff. de iuſti. & iure. & idē ſentit milis. ſ. ꝙ ceſſante conſuetudine pertinet ad antiquiorem, in uerbo vniuerſitas, uerſi. 11. Sed prima opinio videtur uerior in collegiis eccleſiaſticis, uidelicet qđ ad antiquiorē in aliis poſſet ſeruari alia opinio. De quo uide Petrum de Ancha. in repetit. cap. canonum in 15. charta, & late Feli. in cap. cum omnes de conſti. in ultima charta. Et ubi non repe- 12 ritur† ſcripturæ authoritas & nec doctorum, ſenes ſunt requirendi, & ſententię eorum ſtandum eſt 20. diſtinct. capit. de quibus, facilius namque inuenitur quod a pluribus ſenibus quæritur, & ſenior pręſumitur ſapientior. 26. q. 4. capit. ſciendum, Specul. in tit. de aduocato. §. nunc tractemus, uerſiculo habita, nam & ſenes magis temperati ſunt quam iuuenes. l. clarum. C. de autho. pręſtanda. l. final. §. filii. C. de bonis quę liberis, unde dicitur Iob. 12. capit. in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. item & in aduocando ſenior præfertur, Specul. in ti. de aduocato. §. iam nunc audiēdum, uerſiculo iuniores. Et inter duos extraneos ad idem officium eodem tempore, cæteris paribus præfertur antiquior, vbi alius non fuiſſet pluries functus officiis & honoribus ciuitatis, vel functus maioribus officijs vel niſi filios haberet. l. in albo. & ibi Barto. C. de decu. li. 10. Vide. Abb in d. c. 1. de ma. & 13 obe. Sed inter habentem filios† & antiquoirem quis præferatur, pro nunc non dico, puto quod attendatur ſubiecta materia. Tamen inter habentes filios præfertur cæteris paribus is qui plures habet filios. l. ſpurij. §. fin. ff. de decutio. ponit lucas de pēna. in d. l. in albo. Et inter antiquiorem & habentem filios multum attendenda eſſet ſubiecta materia in qua dubitaretur, quia aliquando poſſet præferri antiquior, aliquando habens filios, quia ubi eſſet paritas in ætate, & alius haberet filios alius non, tunc non eſt dubium præferri habētem filios d. l. in albo. debetur. n. ſenibus obedientia & reuerentia. 23. di. his igitur. l. ſemper. ff. de iure immu. vnde leui. 14. honora perſonam ſenis. Inde dicit Bar. in l. cum quid. ff. ſi cer. pe. ꝙ teſtis ſenex in dubio præfertur iuueni. & idem Bal. in d. c. 1. de ma. & obe. Et ſenes præferuntur minoribus. l. fi. ff. de proba. pręſu- 14 mitur. n. ſenex† dicere verum, quia ſenectus eſt propinqua morti, & ideo pręſumitur ex ſenectute mortuus. l. ſi vt certo. §. nunc uidendum ff. commodati. l. mortis cauſa donare. & ibi glo. ff. de dona. cau. mor. & l. is qui. ff. de fideicom. liber. ſenectus. n. eſt uitę occaſus ſecundum ſenecam. Inde apoſtolus ad hebræ. c. 8. quod antiquatur & ſeneſcit prope interitū eſt. Item ſenectuti deferendum eſt d. l. ſemper ff. de iu. immu. C. de poſtulando. l. prouidendum. C. de aduoca. diuer. iudi. l. binos. archi. 61. diſt. ſtatuimus. in authen. de appel. §. illud colla. 4. Inde leuitici. 19. corā cano capite, conſurge. Et philoſophus 7. poli. natura quidem humano generi dedit hos ſeniores hos iuniores, quorū quidem primos principari, ſecundos ſubiici decet. nec in dignum debet iunior exiſtimare propter ætatē maiori concedere, honeſtum eſt enim iuuenibus miniſtrare & obedire ſenioribus. Item ſenem minori dolore decedere cicero in li. de ſenectute teſtatur. inquit. n. ſenes ſic mihi mori videntur ut cum ſua ſponte, nulla adhibita vi, cōſumptus ignis extinguitur, & quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt ui auelluntur, ſi matura & cocta decidunt, ſic uitam adoleſcētibus vis aufert, ſenibus maturitas. Item defertur ſeni vt ſuſpitio contra eum remoueatur. 34. diſt. fraternitatis. archi. 18. di. decernimus, notatur. in l. ſi ut certo. §. cuſtodiam. ff. cōmo. ibi dicit glo. ꝙ. facilius iuuenes fugiunt quam ſenes. Item pfertur in cauſis decidendis. 20. diſt. c. de quibus archi. 18. q. 2. c. diffinimus. Item in arrengando in publico concilio. Bal. in l. obſeruare in §. ante uero. ff. de offi. procō. & lega. Item prior præſtat conſenſum. l. prima ibi Barto. C. de præpo. ſacr. cubi. glo. in capitulo ſtatuimus in uerbo noui. 61. diſtinctione. Sūt 15 enim ſenibus plura† priuilegia conceſſa. Nam citatus ut perſonaliter compareat, non arctatur ſi quia debilis non valet equitare, vt deci. 18. alias 226. in ti. de iudi. in nouis. & milis in verbo citatio perſonalis. facit. capitulū placuit. 18. diſtinct. & ibi Domi. & in capitulo tanta. 86. diſt. ubi remittitur onus cōparendi pp ſenecturē in concilio. Itē nō pōt ſine uenia uocari in ius a iuuene, vt in ſpecu. in ti. de actore ī uer. ſed nūqd edictum. Item mitigatur pœna propter ſenectutem. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami & 86. diſ. tanta nequitia. & ibi Archid. & ibi glo. allegat concordantes, & Bald. in d. c. 1. de maio. & obed. l. in metallum. ff. de pęnis. Vide Albericum in dictionario. verbo antiquitas, & vide in l. 2. ff. de termino moto. Sic & in impoſitione pœnæ. 26. q. 7. c. tempora, & cap. hoc ſit. Item ſexaginta annorum non tenetur ire ad bellum. l. final. & ibi Bartol. C. qui profeſ. vel. æta. lib. 10. flo. in l. inuitiam prima. ff. de teſtibus. Item notarius ſenex negans ſcripturam propriam confectam tempore iuuentutis etiam cum iuramento, non incidit in pœnam falſi, quia propter factum de longiſſimo tempore poteſt ignorari, & quia tempore, forma literæ ſolet variari, Angelus in authen. de trien. & ſemiſ. § ſin autem, & in §. illi quoque, & in authen. de inſtru. cau. & fide in princip. doctores in authent. contra qui propriam. C. de non nume. pecun. item excuſatur a collecta impoſita per capita, pro mittendo in exercitum. l. 1. & ij. C. qui ætate. li. 10. moderni in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. Maiores. n. 55. annis ad munera perſonalia uocari non poſſe, manifeſti iuris eſt l. fin. C. qui æta. ſe excu. li. 10. l. 2. §. maiores in princ. ff. de decu. l. ſi ultra ibi glo. C. de decu. lib. 10. l. ſemper. §. primo. ff. de iure immuni. Item vbi agitur de delicto commiſſo, & eſt præſumptio ex qua deueniri oportet ad torturam contra, plures, inter quos ſunt ſenes inchoandum eſt a iuniorib. ut in l. unius in prin. ff. de quæſtionib. Et ideo a iuniori quia eſt a timidiori, ut ponit Godofre. in tracta. de quæſtionibus, in 3. q. Facit. l. ex libero. §. primo, & l. prima in principio, & ibi notat. ff. de quæſtionibus. Item ubi plures ſunt hæredes inſtituti, ſi agitur de deponendis tabulis teſtamenti, licet alias deponi debeant penes illum qui in plus reperitur inſtitutus, vel apud ædem ſacram, vel ſit in iudicis arbitrio (. l. cæteræ. §. penult. & fi. ff. fami. erciſ.) fallit ſi inter æqualiter inſtitutos ſit ſenex, quia penes illum antiquiorem deponuntur. l. fin. ff. de fide inſtru. Ad idem tex. in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. 2. vbi inter plures hæredes cuſtodia clauium, & anuli debet relinqui filio maiori natu. pro quo Bald. in l. procurator. C. de edend. Vide glo. in cap. licet de probat. in verſic. graueſ. & & glo. 1. in fina. in l. cum quid. ff. ſi cert. petat. ibi docto. Idem de cuſtodia clauium arcis uel fortalitii, quia debent tradi antiquiori. Bar. in d. l. cum pater. §. pater pluribus, & Bal. in d. l. procurator, & in conſil. ſchiſmatis. C. ſi quis aliquem teſtari. prohi. de quo etiam vide per Iaſonem, in dic. l. cum quid, ff. ſi certum pet. & ibi etiam aliqua ad propoſitum per eum. item antiquior, ex duobus notariis ad cautelam vocatis, tenebit originalia actorum, & idem de codicibus rationum mercatorum, ponit Bal. in c, quoniam contra. 16. colum. uerſi. quid ſi iudex, de probat. Item ſi plures in accuſatione inſtituenda concurrunt, ſenior eſt præferendus, ut in l. ſi plures. ff. de accuſatio. 35. q. 6. c. conſanguineos. item in optatione præbendarum. c. fi. de conſue. in 6. Alber. in d. l. cum quid. ff. ſi cer. pe. in vlti. char. circa prin. verb. denuo. item in prælatorum electione, quia ſenior eſt eligendus. 61. di. c. ſtatuimus. 84. di. cap. porro, & 74. diſt. c. fi. incipit conſuluit, ibi maturiores ætate, & text. in c. dudum de elect. & 24. di. c. quando epiſcopus ibi ætatem. Et vide glo. & Alberi. in d. l. cum quid, & Innocen. in cap. 1. de maio. & obed. item ſenibus defertur in conſiliis ſequendis. c. domino ſancto. 50. diſt. & 33. q. 2. hoc ipſum, in fine, vnde eccleſiaſtici. 25. quam ſpecioſum caniciei iudiciū, item quam ſpecioſa veterani ſapientia, & glorioſus intellectus & conſilium, item corona ſenum in multa peritia, & gloria illorum timor Dei. item defertur in abſolutione ab excommunicatione, quia ubi alias teneretur venire ad ſedem apoſtolicam ex iniectione manuum in clericum, ſeni defertur, & remittitur abſoluendus ab epiſcopo. c. quamuis de ſentent. excommunic. item defertur ſeni, quia remittitur ei onus eundi ad iudicem pro teſtimonio ferendo. c. ſi qui. de teſti. & ad domum eorum eſt mittendum. Et ſic in ſenib. locum habet lex ad ęgregias. ff. de iureiuran. ſecundum gl. ibi quæ allegat Auth. de hæredi. & falci. §. hinc nobis in fin. colla. 1. item defertur, quia inuiti non coguntur dicere teſtimonium, ut in l. inuiti, de teſti. canonizata in §. item inuiti. 4. q. 3. ſpec. tit. de teſti. §. de teſtiū in prin. Quod eſt verū de iu. ciu. ſed iure canonico videtur aliter dicendum. 11. q. 3. c. qſquis c. 1. de crimine fal. gloſ. & doc. in d. c. ſi qui teſtium de teſti. Et intelligūt ſenes hoc caſu qui ſunt maiores 70. annis, ut in C. qui ęta. l. 1. & l. 2. In prin. ff. de iure immu. ita dicit gloſ. in d. l. inuiti. itē in teſtimonii puritate ſiue in teſtificatione. 35. q. 6. c. cōſanguineos, & c. notificamus, et ideo teſtes ſeniores pręferuntur, ut dictum fuit ſupra, et eſt glo. 1. in fi. l. cū quid, et ibi Bar. ff. ſi cer. pe. item ſenes maiores. 70. annis excuſantur a tutelis et munerib. l. maiores. ff. de iure īmu. l. excuſant. ff. de excu. tu. l. nō tm̄. ff. de decuri. inſt. de excu. tu. §. itē maior. 70. gl. in l. fi. C. q ęta. li. 10. item et ab oīb. munerib. perſonalib. l. ſi ultra. C. de decu. li. 10. item defertur in conſtantia, quia maior eſt cōſtātia in ſene q̄ in iuuene, vt in l. ex liberto, §. 1. ff. de quęſtionibus ſecundum Albericum de Roſ. qui ita no. in l. cū qđ ff. ſi

ff. ſi cer. pe. in vltima char. Pro hoc. 12. q. 1. c. 1. & inſti. de iuſti. & iure. §. his igitur in glo. in verbo euertit. gloſ. in c. ex ſtudijs de præſump. Item in malitia & aſtutia ſenex præponitur, vt l. pcipiunt ædiles, ibi ſimpliciora eſſe. ff. de ædili. edic. & ibi hoc not. albericus de roſate. Item in præſtantia, quia doctores antiqui præſumuntur meliores quam noui, ut dicit albericus de roſata. barto. & doc. in d. l. cum quid, per glo. ibi. ff. ſi. cer. pe. Facit glo. & quod ibi notatur in authen. de monachis. §. fin. col. 1. & probatur in c. 1. de renū. & Bal. in l. ſenium. C. qui teſta. fa. poſ. Item in ſeruitiorum exhibitione, ut eſt tex. in cap. ſtatuimus in fi. & ibi glo. fi. de maio. & obe. & 93. di. a. ſubdiacono. & facit. c. 1. in fi. hic finitur lex. & c. in vſibus feudorum. Item in conſequendis priuilegijs. l. penul. ante finem. C. de conſulibus li. 12. l. at qui originem. §. fi. ff. de mune. & hon. Itē in conſequendis honoribus & dignitatibus, vt in l. pręclarā. C. de primicerio ante fi. lib. 12. & in d. l. penul. de conſulibus, cum concordantibus ſupra. Item antiquiori dño exhibendū eſt ſeruitium pluribus dñis ſeruitio indigentibus, ut in capi. 1. in fi. hic finitur lex conradi. Item ſcripturis antiquis creditī etiam in lapidibus ſculptis. Item in chronicis. ut uide Alex. in l. 1. ubi hēs pleniſſimas remiſſiones. ff. ſi cer. pet. Item in operibus ſimul duobus locatis, conuenit priori conductori ante ſatis fieri. l. in operis. ff. locati. ita limitatur lex hæc opere. §. ſi patroni. ff. de ope. liber. Item dicunt ambo cardinales, uidelicet ſancti ſixti & Alexan. in c. de quibus. 20. di. de ſenibus ibi dictum intelligi non ſolum ætate ſed ſapientia, allegant illud iob, in antiqnis eſt ſapientia & in multo tempore prudētia. & quia multa uiderunt, multa ſciunt, quia magis experti ſunt. Vnde illis defertur in pręlatione. 61. di. ſtatuimus. in eleemoſynæ largitione 86. di. c. non ſatis. in pœnæ rēlaxatione. 86. di. c. tanta. in veritatis inquiſitione. d. c. de quibus. in morū inſtructione. 12. q. 1. c. 1. Item ſeniores iubentur congregari, ut ſi eorum induſtria negocium non decidatur, ſaltem fuſis pręcibus ad Deum, diuina reuelatione detegatur ſecundum hugonem ibi. & ſicut magiſtratus honorandi ſunt ut ibi Alexan. tex. in l. ſemper in p tin. ff. de iure immu. Item ut ſupra tactum eſt defertur ſeni in remotione ſuſpitionis incontinentiæ. 34. di. c. fraternitatis. l. ſi ut certo. § cuſtodiam. ff. commodati. 17. q. 2. c. diffinimus, in uerbo uetula, ibi not. archi. Item in deſcribendis nominibus, ut in l. 2. §. quę omnia. C. de ueteri iure enu. ibi antiquitati habita eſt reuerentia. Item in ſubſcriptionibus debet ſenex pręferri iuueni. 17. di. c. concilia gl. in c. ſtatuimus de maio. & obe, 61. di. c. ſtatuimus. in c. fi. de cōſti. Item & in regimine. Bald. in l. cum antiquioribus. colum. penul. C. de iure delibe. l. cum pater pluribus. ff. de lega. 2. ſali. in l. per hanc. in primo reſpon. C. de tempo, appel. unde Ari. 3. topi. nemo in duces eligat iuuenes quos non conſtet eſſe ſapientes. Et Bal. ibi uæ regno cuius rex puer eſt in d. l. per hanc. quod ſcribitur eccleſiaſtes. 10. & dicitur in d. l. cum antiquioribus, & ſupra dictum eſt. Item in cuſtodia, quia non ita cuſtoditur ſenex ſicut iuuenis, quia ceſſat in eo ſuſpitio fugę. l. ſi vt certo. §. cuſtodiam. ff. commodati. Item antiquitati defertur circa ſtatuta & conſtitutiones, vt in c. contra ſtatuta. 25. q. 1. 16 Multa† eorum in quibus deferri debet ſenibus ponit archi. in c. domino ſancto. 50. di. uidelicet in libris corrigendis. 9. di. vt veterum in conſuetudinibus ſequendis. 12. di. ridiculum. in conſilijs. 33, q. 2. hoc ipſum in fi. Vñ Ambr. in 1. li. hexamerō. ſenectus eſt in conſilijs vtilior. In conſilijs quærendis. 29. di. c. de quibus. vnde legitur. 3. reg. 12. ꝙ Salomon ſeniores habuit in conſilio ſuo, quorum conſilium quia non eſt ſecutus Roboam eius filius, ſed conſilium præſumptuoſorum iuuenū, decem partes regni amiſit. vide tex. in capitulo eccleſia. 16. q. 1. Vnde ſeniores prouinciæ congrega & eos interroga, facilius nanque inuenitur quod a pluribus ſenioribus quæritur. d. cap. de quib. & c. ſi quid vero. 86. di. & archi. in c. diffinimus 17 18. q. 2. Valet. n. ætas † ad præſumptionē ſuſpitionis tollendā, ad prelationis collationem, ad morum informationem, ad iuris diffinitionem ſecundum archi. ibi. Item dicit apoſtolus ſeniorem non increpaueris. niſi iuuenibus ad interitum exēplum præbeat, quia tunc dicitur male dictus puer centum annorum. 2. quæſtio 7. Paulus. & infra latius. In prælatis eligēdis. 62. diſt. ſtatuimus. in retinendo morem circa teſtamenta C. de teſta. l. teſtamenta. & in c. quāta de tranla. præla. Et alia ſex connumerat, quæ non replico quia ſunt connumerata ſupra. & uide Domi. in d. c. dño ſancto. 50. diſt. Item in ueritatis perſcrutatione, vt in d. c. ſi quid uero, ibi ſed præſentibus eccleſiæ tuæ ſenioribus. Item in liberis corrigendis, ut in cap. vt veterum & ibi glo. 9. di. Et ideo ſapientes ſeniores appellanī, vt in d. cap. de quibus. 20. diſt. ibi gl. in verbo ſeniores. & text. 84. diſt. cap. porro. Item in oneris excuſatione, ceſſatione a laboribus & militia, ut in authen. de quæſtore. §. ſi vero, verſic. læſos, ibi aut caniciæ graues, & ibi glo. colla. 6. Item ut dictū eſt, in ſene maior eſt ſapientia q̄ in iuuene. 74. diſt. capitu. porro. Vnde cato maior dicere ſolitus erat, externas & maximas reſpublicas ab adoleſcentibus labefactatas, a ſenibus ſuſtentatas, & reſtauratas fuiſſe, item in temperantia, quia ſenes ſunt magis temperati quā iuuenes, vt dicit philoſo. ſecundo ethi. ad hoc. l. clarum. C. de autho. pręſtan. & l. fina. §. filij autem. C. de bonis quæ libe. item magis graues ſunt ſenes, leuiores iuuenes & c. quorundam in prin. 4. di. & d. §. filij autem, item maior caſtitas præſumitur in ſene quam in iuuene, c. cum in iuuentute, de præſump. glo. in capit. fraternitatis. 34. diſt. item maior vigor deuotionis & fidei in corpore ſenis, & maior feruor ſpiritus præſumitur quam in iuuene, probatur in capit. 1. de renun. & de pęni. di. 1. c. ſecunda, intellige tamē præmiſſa non in illo ſeniore qui ſola ætatæ abundat, & non prudentia. 84. di. c. porro, ibi dum appellat presbyteros ſeniores, propter prudentiam, non propter ætatem. Vnde Gregor. li. 30. moralium, iuuenes dici ſolent qui nulla conſilij graui- 18 tate reprimnuī, ſenes uero nō † eos ſacra ſcriptura vocare cōſueuit qui ſola temporum quantitate, ſed qui morum grauitate maturi ſunt. Vnde in li. ſapien. ſenectus honorabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata, cani. n. ſunt ſenſus hominis & eius ſenectus vita immaculata. Et in ſenſu ſeniorum verbum dicitur. eccleſiaſtici. 9. c. & corona dignitatis ſenectus quæ in vijs iuſtitiæ reperietur puer ca. 16. Vnde glo. ſuper eccle. 25. canum caput decet habere ſenſum, & longęuam ætatem cognoſcere conſilium, præſumptiue tamen ſenex iudicatur prudens, ut ibi dicit text. & prouer. 20. dicitur. gloria ſenum eſt canicies, & ideo ait apoſtolus. 1. ad Timot. 5. ſeniorem non increpaueris, ſed obſecra vt 19 patrem. Adde multos† caſus de præmiſſis, & aliquos alios circiter. 47. enumeratos per cœpol. in tractatu de imperatore militum deligendo, idem tex. in cap. paulus. 3. q. 7. vbi dicit, hæc regula tunc obſeruanda eſt cum culpa ſenioris ſuo exemplo non trahit ad interitum corda iniquorum, ubi autem ſenior iuuenibus ad imteritum exemplum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt, nam ſcriptum eſt, laqueus iuuenum omnes vos, quod eſt dicere quod omnes uos mali prælati eſtis laqueus iuuenum malo exemplo, & rurſus maledictus puer centum annorum. Vnde defertur ſenibus in morum inſtructione. 12. q. 1. c. omnis ętas, & ideo in corrigendis minoribus pro qualitate delicti ſenioribus eſt attributa poteſtas. l. 1. C. de emen. propin. not. Bal. in l. ſi filius. C. de patria potes. Item prouerbiis ſenum credendum eſt, & ex ipſis argumentum ſumere li cet, ut probatur in l. ſi chorus. §. 1. ff. de legat. 3. not. glo. 2. in cap. cum in iuentute de pręſumpti. Et ideo dicit Bar. in dicta l. ſi chorus. §. 1. quod ad probādum communem vſum loquendi, ſufficit dicere hoc fuiſſe dictū a ſenibus, & idem in l. labeo, ff. de ſupel. legata, unde eccleſiaſtici. 8. non te prætereat narratio ſeniorum, & ipſi enim didicerunt a patribus ſuis. Et ex his apparet quod etiam in concilio habenda eſt ratio ſenectutis, licet aliqui giurlones iuuenes paruipendentes ſenum conſilia, ex abrupto aſſurgentes temeritate propria ſæpius incidant in foueam, ignorantes quam ponderet ſenum moroſitas. Vnde alibi dicitur, eſt, n. in ſene perfectior de diuinis cognitio, de humanis melior determinatio. Vnde iterum Iob vbi ſupra. in ijs qui multo ſunt tempore, eſt prudentia. & eccleſiaſtici. 32. vbi ſunt ſenes non multum loquaris, & eccleſiaſtici. 8. non ſpernas hominem in ſuo ſenectute, etenim ex nobis ſeneſcunt. Et qūod dicitur ſapien. 4. ætas ſenectutis vita immaculata, intellige niſi eſſet inueteratus dierum malorum, ſicut legitur de ſenibus qui 20 accuſarunt ſuſannam, Daniel. 13. De defectibus† autem ſenectutis vide archiep. flo. in li. 1. ſiue prima parte ſummæ. in tit. 5. §. 6. Adde qđ ſenectus eſt quadruplex. ſ. naturæ. & hæc tendit ad defectum 86. diſt. tanta. 13. q. 2. illud. item ſenectus gratiæ. 84. diſt. c. porro. vbi dicitur quod canicies ſenum prudentia eſt, & hoc ſenium ducit ad perfectum. 20. diſt. de quibus. 21. q. 2. malem. item ſenectus culpæ, & hæc ducit ad interitū 2. q. 7. paulus. item eſt ſenectus eternę glorię, & hæc ducit ad æternum premium, de qua dicitur cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et grauatus† ſenio dicitur 21 quis ultra. 70. anns, Archi. in c. 1. de cler. ægro. ibi vide. Et glo. in procem. clement. quando quis dicitur ſenex, & in c. quoniam, in verbo ſenes, ut lite non conteſ. Valde autem ſenex eſt octogenarius. 2. regu. 19. & tali ſeni non eſt ſenſus, ut ibi. unde cato, nam in quocumque ſene puerilis ſenſus. Sed grādis natu dicitur qui annos quinquaginta natus eſt. l. 2. §. fi. ff. de orig. iur. Vnde propter ſenectutem datur alicui coadiutor, ut in c. 1. de cle. ęgro. Adde his quæ dicit Ludo. in repet. l. ſi vero. §. de viro in penul. char. ff. ſolu. matri, & Bart. cepol. in tract. de imperatore militum deligendo in princ. Et cæteris paribus in eccleſia ordinatus ad ordinem maiorem præfertur primo ordinato in minori. & ordinatus præfertur etiam prius in eccleſia receptis, etiam antiquioribus ætate non ordinatis, ut in cap. primo & in c. ſtatuimus de maio. & obed. & in cap. fi. de conſti. Et primo receptus pręfertur, niſi ſecundo

do receptus receperit dignitatē a principe.l.2. ff.de albo scriben.& cap.per tuas de maio.& obe. Et nisi secundo receptus, sit receptus ad beneficium, requirens certum ordinem, quē habet secundo receptus, quia præfertur primo recepto. de q̄bus vide archi.in c.fi.75. di. & vide dicta supra in materia epi in §.deinde post archiepos. Adde etiam quod prærogatiua dignitatis non præfertur prærogatiue t̄pis, dicit Ioan. And.in d.c.statuimus.& refert Abb. in vlti. glo. Sed intellige illud in terminis in quibus loquitur, videlicet quando quis est primo receptus ad præbendam authoritate papę, quod præfertur secundo venienti quantuncunque prius ordinato propter ius quæsitum primo recepto. & idem Inno. Anto.& Immol. in d.c.statuimus. Consuetudo t̄n in istis seruanda est licet Abb. in d.c.statuimus dixerit, in quarto notabil, quod non ualeret consuetudo contra illum texr. sed uide Bal.in c. cum olim de consue. vbi dicit quod consuetudo designat loca sedendi, & non debet præposterari. & contra Abb. tenet Hostien. & Immol. ibi in d.c.statuimus. & idem Bal. in l.obseruare in §.ante quam. ff.de offi. procō. & antiquiores clerici & doctores hēt habere primum locum, ut not. Bald. in d.c. cū olim. Et de istis antiquioribus & senioribus vide plura dicta per Lud. in d.l. si uero in §.de uiro in 53. fallentia. ff. solu. matri. Et adde quod 22 non ita intelligi debet†antiquiorem, præferri vt iunior aliquando non possit pręferri & virtute & aliis, ut uide glo. 1.in d.c.statuimus.& Lud.in d. §.de viro. & Alber.in l.nemo. C.de offi.magistri offi. & in d.l. cum quid. per Alexan. Ad quod vide pulchram epistolam beati Ignatij ꝑ Dama episcopo magnesiano non contēnendo propter iuuentutem. vbi allegat 23 exēplum de Daniele, de Samuele, de Hieremia &†Salomone qui 12.erat annorum cum protulit sententiam de qua in c. afferte de pręsump. Nonnunquam tamen digniores postponuntur, sicut est in Tuscia, vbi fratres minores vadunt ante p̄dicatores qui sunt digniores, ideo quia illud est ibi de consuetudine dicit Bal.in d.l.obseruare. Sed forte illud est in processionibus & in funeribus, ubi qui sunt posteriores sunt magis proximi honorato & digniori. ad hoc glo.in §.aliam insti.de bonorum posses.in verbo altiore. & Bal. ibi in d.l. obseruare. & Immol.in l.qui soluendo, la secunda. ff.de hæredibus insti. & Alexan.in d.c.episcopos.17.di. ad hoc tex.in c.perlectis.25. dist. Aliud forte in sedendo, quia qui sedet primus magis propinquus honorabiliori & ī altiori sede, est dignior, ut d.§.aliā 95.dist.ep̄us. Hostien.in summa post prin. & dicitur post Ioā. An.in c.deliberatione de offi. lega.in 6.& decisio 4.in titu.de elec.supra allegata. Ideo qui sedet ad manum dextram superioris dicitur magis honorari quam qui sedet ad sinistrā. Alexan. in d. c.episcopos.17.di. allegat Bal. post glo.3.in l.decernimus. C.de sacrosanc.eccle. Et ibi in tertio notabili Bald. dicit quod primogenitus Regis sedet a dextris Regis. ad hoc glos. 2.in c.quam periculosum.7.q.1. Vnde Bal. in c.1. §.marchio. tertia.colu. qui feu. da poss. dicit quod barones debent sedere penes Regem ordine consueto, & illis est honor. Ad hoc etiā est text. in c.solitæ de maio. & obe. vbi Papa reprehendendo Imperatorem dicit q̄ non debebat patriarcham honorabile membrum facere sedere ad sinistram scabelli sui. Et ibi dicit Immol. quod episcopus debet sedere in eodem loco cum imperatore & non sub eius pedibus. & ibi etiam dicit quod sedere in alto loco, significat superioritatem. & similiter qui sedet ad dexteram, dicitur magis honorari. & sic etiam in ambulando, ut ibi dicit. Similiter in subscribendo, in uotando, & similibus, ut in d.c.episcopos, & in locis supra adductis. Et 24 de istis inferioribus†dignitatibus & præeminentijs, de quib. singulariter nonintendo scribere, sed tantum respectu principalium dignitatum, & in concilio, vide late Feli.in ru. de maio.& obe. Vbi etiam referendo doc.in c.Isidorus 16.di. ponit quod episcopus doctor præfertur non doctori propter illam qualitatem, sicut & canonicus qui est maior altero nobilitate vita vel scientia, præfertur etiam prius recepto. allegat doc.in cap.ep̄os.17.di. Quod ego non intelligo ita simpliciter sed iuxta materiam. d.c.statuimus. & ita etiam ponit Alexan in d.c.ep̄os. Et de istis etiam inferioribus late Alexan. & Domi. in d.cap.ep̄os, vbi etiam plene de religiosis, de quibus aliquid per Felinum in d.c.statuimus, & late in tractatu canonicorum regularium. de fœminis religiosis, videlicet canonissis, per eundem in c.dilecta, eo ti.de maio & obe. Et de do 25 ctore†& militibus vide in c.clerici de iudi. maxime philippū decium, & Alex. de Immola in l.cum quid si cer.pe. Quomodo aūt attendatur maioritas inter homines diuersis respectibus, uidelicet inferioris ad superiorem in honre & obsequio, vide remissiue Alber.de rosate in dictionario suo ī uerbo maioritas. vbi habes de ista prælatione in istis inferioribus an attendatur ordo scripturæ, ordo dandi votum, sedendi, ambulandi & sic de similibus Adde etiam dicta doctorum in l. 2. in §.si prius. ff. de vul. & pupil. & Feli.in cap.cum dilecta in 5. colu.de rescrip. Adde ēt de istis alijs inferioribus dignitatib. in dicto capitulo cleros. & in speculatore in titulo de iurisd. omnium iudicum versiculo secundum canones. & in titulis proprijs. & in rub.de præben. per Ioannē Andr. in additionibus ad specu. & in capi.1.de consue.in 6. per doc. Et multa in ꝓposito p̄ Martinū laudē. in suo tractatulo de dignitate. vbi ponit quod si in eadem persona concurrit duplex qualitas dignitatis, quia dux & comes in eadem prouincia, attēditur maior dignitas. Inno.in c.solitę de maiori. & obed. Bart.in l. 1.§. si quis ff.de appel. Facit quod not. Spec.in tit.de appella. 26 in §.nunc tractemus, item habens†plures dignitates vel gradus quorum nullus per se sufficit ad præcedendum alium, etiam non pręcedet virtute omnium ipsorum, ita Ludouic. 27 consi.333. incipit quo ad primam, item inter habentes†eandem dignitatem, ille debet præferri prius est dignitatem adeptus, etiam si posterior eandem dignitatem fuerit pluries consecutus. l.1.C.de consu.li.12. & vide Iaco. Rufum in d.l. 1.& bonum tex.in l.2.C.ut digni. or. ser. lib.12. Similiter doctor & antiquior in dignitate, est præferendus cæteris parib. l.1.& ibi Bar. ff.de obse.pa.prræstan. & in l.1.& quod ibi nota. Bar. ff.de albo scriben. de quo plenę Decius in c.clerici de iudi. & per alios in d.l.1.C.de consu. Quem tex. dicit esse singularem Angelus instit. de actio.in §.quædam, dicens,†quod si 28 ego fui licentiatus 1418. & doctoratus.1422. sum præferendus omnibus illis doctoribus qui fuerunt doctorati & licentiati medio tempore illorum quattuor annorum, licet prius quam ego fuerint doctorati, quod dicit memoriæ mandandum, & habuisse de facto. Sed pro nunc ego subsisto propter incōuenientia q̄ possunt sequi, & q̄a aliud est posse esse aliud esse, nam qui hodie est diaconus, & potest fieri presbyter q̄n vult, quando fit presbyter deberet in ecclesia præferri omnibus illis qui postea intrarunt, & sunt ordinati successiue ad presbyteratum, quod non est de mente legentium in c.1.de maior. & obe. Sed in hoc videtur alia ratio, quia ordo presbyteratus est maior diaconatu, in licentiato autem non expectantur nisi insignia. Doctores simpliciter transeunt, & nihil dicunt moderniores, sed tamen nihil dicitur esse actum, cū aliquid restat agendum. l.penul. C. de ijs quibus vt indignis. l.soluendo. ff.de verbo.sign. Facit quæstio.10. posita per Bal. in rub.C.de contra.empt. & ff.de æden.l.1.§.ędere non uidetur. Quod certo scio habere locum in cardinatibus, quia nihil effectualiter habent creati cardinales sine insignibus. propter bullam Eugenij requisitus a reuerendissimo cardinale Ascanio Sfortia habui consulere pro reuerendissimo Cardinali sancti Seuerini q̄ fuerat creatus cardinalis simul cum cardinale de Medicis, hodie Leone decimo, sed non simul admissus, qui non potuit consequi cardinalatam, sed mortuo innocentio.8. intrauit conclaue cum alijs cardinalibus. 29 Et adde quod Abb.consilio 20.& 21. dicit improbatum†cōsuetudinem iure diuino, naturali, canonico & ciuili per quā archidiaconus præfertur vicario episcopi, & quod potius dicitur pestis quam consuetudo propter ambitionem vecordiam & stultitiam a qua dicitur processisse, vt in c. legimus. 93.di. Quid inter milite & doctorem & de nobili, vide in præallegatis locis, & nota pręmissa, quia conferunt in genere ad discernendum quis debeat præcedere, & si recte considerentur, dispellunt ab animo multas ambiguitates.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus qualis esse debeat remissiue.*
2 *Episcopi super quibus examinantur quando ordinantur.*
3 *Duodecim conditiones apostolicæ regulæ, debent concurrere in episcopo, quæ licet in uno homine non facile reperiuntur, nihilom. talis a Deo est requirendns.*
Item xiiij. ponuntur ab apostolo prima ad Timoth.3.
4 *Episcopus indoctus cui comparatur, & male promotus quid mereatur.*
5 *Episcopus sicut alios præcellit dignitate, ita & eos debet præcellere bona vita, & sanctitate.*
6 *Episcopus quam vitam tenere debeat remissiue.*
7 *Episcopi Ethimologia.*
8 *Episcopi nomina.*
9 *Episcopatus est culmen dignitatis.*
10 *Episcopi oculi Dei & ratio per D. Hieronimum.*
11 *Monachi hodie quo ad quædam gerunt vicem apostolorum.*
Et presbyteri quo ad aliud.
12 *Priuilegia episcoporum remissiue.*

Articulus III.

1 QValis † autem debeat esse episcopus, prosequitur Gratianus in §.oportet.36.dist. vsque ad finem, & latius in cap. qui ecclesiasticis, in §. ecce.ea.di. & in §.oportet.40.dist. & vide in capit. sit rector 43.di. & ad tit. capit.1. & primæ ad Timot.3. Et uide text. notabilem in 2 proposito supre†quibus examinantur episcopi quando ordinantur, in capit. quia episcopus.23.distinct. & vide Nicol. de Lyra super illud Matthæi.5. vos estis sal terræ, vbi plura prosequitur q̄ in ep̄o requiruntur. Et multa de eius præeminētia, & qualis esse debeat, vide S Hieron.in 2.lib.in tit. de septimo gradu ecclesię, qui est ordo episcopalis. Et Gregor. in pastorali ostendens qualis debet esse episcopus, dicit sit episcopus in cogitatione mundus, in actione præcipuus, in silentio discretus, in verbo vtilis, in operatione singularis, in contemplatione suspensus, ætate antiquus, fide integer, præssura probatus, qui magis velit rerum suarum proscriptionem quam ecclesiarum, aut subditos deserere. Multa etiam ponunt doct. in capitulo cum in cunctis de elect. anni triginta sacer ordo pura uoluntas, & morum grauitas, sapientia sponsa parētis concurrens, fama, decus, hæc dant pontificale. in quo etiam 3 debent † concurrere illæ.12. conditiones apostolicæ regulæ ad tit.1.& 1.ad Timot.3. quæ tractantur a 25. distinct. vsque ad 50.& ab 81. usque 101. quę ut dicit Hostiens. non de facili reperientur omnes in eodem homine, sed esset talis a Deo requirendus. & de illis quatuordecim, conditionibus quas ponit apostolus primo, ad Timoth. tertio, vide quod late ponit Hostiens. in summa de tempor. ordinan. in §. & cui per totum, & uide cardinalem sancti Sixti in capitulo qui episcopus, uigesimatertia distinctio. Adde quod debet esse doctus, unde Pius papa secundus, ut refert platina in uita ponti-4 ficum, dicebat indoctum†episcopum asino comparandum, & glo. Ioann. Mo.in capitulo cum ex eo de electio. in sexto. dicit ecclesiam indigere maxime uiris literatis, & non asinis ferratis. Et glo.in l.qui cum vno, in uersiculo temporalium in fin. ff.de re milit. dicit quod episcopus indigne promotus meretur decapitari, ita dicit Felin.in capitulo, si quando de rescript. Sed istud est periculosum dictum nec glo. de hoc aliquid dicit. Verunramen prudentem oportere esse episcopū non solum literarum peritia, sed etiam secularium negotiorum dispensatione, ne sub nomine simplicitatis eius stultitia excusetur, dicit text.in capitulo oportet 36. distinctio. considerent cuius locum teneant, sunt enim loco apostolorum capitulo in nouo.21. distinct. in capitulo quorum. 68. distin. 35. distinctio. ecclesiæ. secunda quæstio.7. accusatio, & infra 5 clarius. Nec dēt esse ęqualis alijs, sed sicut dignitate alios præcellit ita bona vita & sanctitate debet esse præstantior. 8.q.1. nec sufficere. Vide quæ ponit Gondisal. in tract. de cardinalibus in 5. quæstio. principali. in quinta chart. versiculo sed 6 præmissis. Et de vita†quam tenere debet opiscopus, uide Bertachinum in tract. de episcopo libro 4. capitulo 1 dicitur. n. episcopus quasi superintendens & speculator, 21. distinctio. cleros. 8. quæstio.1. qui episcopatum ab epi. quod est super & scopin quod intendere, quasi super alios intendens. Vide azonem in summa de episcopis & clericis, & glos. in rub. eo. 7 tit. & authen. ibi posita Et de etymologia†episcopi & eorum statu, & quales esse debeant, vide quod late prosequitur archie. flo. in 3. parte tit.21. in prin. & latius, cap.2. per omnes illos. §. vsque ad capit. tertium eod. tit. & lib. & in rationali diuinorum offic. in 2. lib. in tit de episcopo. Et ideo ex institutione clementis locus & cathedra episcopi sunt in ecclesia altiores, vt super intendat & populum custodiat. Dicitur etiā 8 præsul†quia in concilio præsidet, facit, capit. quod translationem de tempor. ordinan. item antistes, quasi stans ante alios, vel ab anti quod est ꝯ, q̄m hæreticis ꝯ dicit inquit spec. in suo rationali in 2. li. in ti. de episcopo. item dicitur summus pon. siue summus sacerdos, ut doctor. in capitulo si episcopus 18. distinct. Et etiam præordinator in ciuitate. ut in capit. perlectis. §. ad episcopum in fin.25. dis. Adde Aluarottum in capit. 1. qui feu. dare pos. & in capitulo primo. episcopum vel abbatem. Et aliquando possunt dici cardinales. 21.q.1. relatio. 7.q. 2. pastoralis. 71. distinct. c. fraternitatis in fi. ita dicit Archi. & domi. in c. sacrosancta. 22. distinctione. item dicuntur vicarii apostolorum, ut in capit. primo de sacra vncti. item aliquando dij, aliquando Angeli appellantur, ut in capitulo sacerdotibus 11.q.3. & in capit. futuram. 12.q.1. Ad hoc illud exo. 22. diis nō detrahes, & psal.46. q̄m dij fortes terræ vehemēter eleuati sunt, & psal.81. ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Et uide Diony. de cęlesti hierar. c.12. Facit text. in capit. cum ex iniuncto de hær. qui licet loquatur in sacerdotib. tāto magis in ep̄is. Et q̄uo dicātur angeli, vide ī. & d.c. 12. Et appellātur pupillæ oculi Dei, ut sępius Euaristus & Anacletus in suis canonibus allegant illud, dn̄s ait qui vos tangit pupillam oculi mei tangit, & sępius Alex. in decreto de sacerdotib. idem replicat. Et in ordinatione clementis petrus vocat episcopos doctores veritatis, quod & refert Alex. ubi supra. Et cardinalis in princip. 3. notabilis in clem. in plerisque, de elect. dicit q̄ episcopi appellari possunt serenissimi. Vide do. post alios in c. fi. de re iu. vbi tex. dicit q̄ sunt ad instar illustriū, & ibi q̄ dicuntur clarissimi et. in Specu. de iurisd. om. iud. q̄ dicuntur spectabiles in §. sed cautiones. Imo et illustres, ut dicit Barto.

in l. omnes populi in 4.q. primæ principalis in fine. licet Bal. in l. ad similitudinem. C. de episcopis & clericis, sit contra. Vide quod dictum est supra de cardinale & patriarcha. item alibi dicūtur sanctissimi Christi legati, patres & fratres & coepiscopi papæ & columnæ ecclesiæ. Ita dicit tex. in clemen.1. de pęnis, & vide in c. licet in fi. de accusa. & in c. qualiter el secūdo de accu. & in authen. de sanctissimis episcopis colla. 9. & patres. 2.q.7. qualis, & 7.q.1. cap. omnis. Et ad id quod appellētur columnæ sanctæ Dei est etiam tex. in capitu. accusatio el primo. 2.q 7. & 8.q.1.c. Moyses. & Ignatius in quadam epistola ad philadelphienses in fine, inserta in li. de cælesti hierarchia. Item episcopus dicitur speculator vitę & morum populorum, siue superintendens, ut in cap. cleros. 21. disti. Item & presbiter, ut 93. dist. c. legimus, iuncta glo. Item episcopus dicitur habere apicem dignitatis, ut in capitu. cum dilectus de 9 elec. & gl. in cap. 2. de præben. in 6. dicit†quod episcopatus est culmen dignitatum. idem dicitur in cap. venerabilis de præben. Et tex. in cap. miramur. 61. di. dicit quod episcopus est ꝯstitutus super omnes gradus. Item episcopi dicuntur claues cæli, ut dicitur in epistola clementis ad iacobum fratrem domini in penul. charta, ipsi enim inquit habēt potestatē claudendi cælum & aperiendi portas eius, quia claues cæli facti sūt. Item dicunrur throni Dei, ut legitur inter decreta papæ Syluestri. Item dicuntur canonum mīnistri & custodes. 23. q.3.c. cum quibus. 21. dist. c.1. & notatur in c. cupientes. §. cæterum de elec. in 6. Item sola manu se purgant. 8.q.3.c. talia, & c. vlti. Item præsides ciuitatum. l. illicitas de offici. præsi. in §. qui vniuersas. & Bal. in l. siue pars in fi. C. de dilati. Item dicunt dn̄i, summi sacerdotes, vel pōtifices, q̄a pari cōsortio cōsecrationis & ordinis sunt cum apostolis præditi. 21. disti. in nouo. dicit Domi. post hug. in cap. si episcopus. 18. di. Sunt eīn ut supra tactum est loco apostolorum. d. cap. in nouo, & cap. ecclesię. 35. di. & apostoli. erant episcopi, ut patet act. 1. cap. ibi episcopatum eius accipiat alter. Dicuntur autem pontifices q̄a primi inter sacerdotes, ut leui. 21. pontifex. i. sacerdos magnus. 12.q.3. ca. pontifices. Item angeli, iuxta illud apoca. 2. & Angelo ephesi vel pergami. per quod intelligebat Ioannes episcopum illius ecclesiæ, quod probat augu. in homilia secūda super apoca. Et dionysius in 17. cap. angelicæ hierar. dicit q̄ summus sacerdos angelus Dei appellatur. Item apellantur principes, iuxta illud psal.44. constitues eos principes super omnem terram. Vnde Aug. super eun. psal. cum dicitur pro patribus tuis nati sunt filij, exponit pro patribus apostolis, ꝑ filijs episcopis, quia eorum loco successerūt. Ad hoc text. 68. di. c. fi. 35. di. c. ecclesiæ principes. & de maio. & obe. c.2. glo. in cle.1. de baptismo. Item & Christi, iuxta illud psal.104 nolite tangere Christos meos. Item dicuntur nubes, quia verbis prædicationis pluunt & bonorum operum miraculis coruscant. Appellantur etiam astra cæli, vt de his duobus ponit beatus Greg. in epistola. 92. in 4. li. Et sacerdotes appellantur angeli, diony. in epistola ad theophilum monachum, & Mala. capi. 2. Item legati Dei & præcones veritatis. 7.q.1. sicut vir in fin. ad idem 2. ad corin. c.5. ibi pro Christo legatione fungimur. & ad ephe. 5. & in c. accusatio el primo. 2.q.7. in fi. & in decretis Syluestri. Et ibi est text. q̄ qui eos tangit tangit pupillam oculi Dei. Item dicit specu. in ti. de lega. §.1. vers. 89. quod quilibet episcopus est quo ad quędam vicarius Iesu Christi, vt in c. unico de sacra vnctio. & in c. mulierem. 30. q.v. & cle. 2. de pœnis. 2.q.5. habet. 7.q.5. sicut. Vide text. 2.q. 7. accusatio, qui dicit quod episcopi a Deo sunt iudicandi nō ab humanis hominibus. & idem tex. in capitulo futuram. 12.q.1. Quod autē dicantur vicarij Dei intelligitur in eorum dięcesibus, quia papa solus est vicarius Christi, ut dicit al be. de rosata in ru. C. de episcopis & clericis. Item episcopus dicitur mediator Dei & hominum. vnde ad hebr.5. omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur &c. Item iudex, quia iudicat de peccatis, & iuxta illud Ioan. 20. accipite spiritum sanctum quorum remisertis peccata &c. Item pater spiritualis, iuxta illud apostoli, filioli quos adhuc parturio &c. Facit. 32. q.4. capitulo recurrat. Item prædicator & doctor, iuxta illud Mar. vlti. ca. prædicate euangelium omni creaturæ, pro hoc. 93. dist. c. suis. esse enim doctorem pręcipuum est officium in ecclesia, ut in c. cum ex iniuncto de hęre. Item rector. 43. dist. cap. sit rector. 7.q.1. suggestum. Item pastor, iuxta illud. 1. Pe. 5. pascite eum qui in uobis est dominicum gregem. 95. distin. c. esto. Et Ioan. ulti. pasce oues meas dictum est Petro, quod cōuenit papę. & Christus dixit ego sum pastor bonus &c. Ioan. 10. Et de hoc nomine pastoris vide. 45. dist. c.1. & 8.q.1.c. pastoralis. Et in multis iuribus appellantur pastores. 6.q.1.c. oues. 2. q.7.c. oues. & cap. pręsumunt. §. opponitur, cum simil. Et dicitē religiosior quolibet abbate, ut in capi. nullus de elec. in 6. Itē Dei minister, ut 2.q.5. habet. vnde propheta. psal.86. cum dicit fundamenta eius in montibus sanctis, intelligit de apostolis, & consequenter de episcopis qui eorum loco successerūt.

Et

Et psal.44.ibi pro patribus tuis nati sunt tibi filij, gl. hierony. de episcopis hoc exponens, inquit.fuerunt in ecclesia aposto li patres tui,quia ipsi te genuerunt, nunc autem quia ipsi recesserunt a mundo, habes pro his episcopos qui a te creati sunt.sunt enim & hi patres tui,quia ab his regeneraris. & c. ecclesiæ principes in fi.35.di. Ad quod uide bonum tex.in ca. finali.69.di,Sunt ergo etiam fundamenta ecclesiæ,ut in cap. fundamenta de elec.in 6.& aliquid dictum est supra.Item di cuntur oculi Dei,ut est tex.in c.oues.6.q.1.quia per eos Deus contemplatur & speculatur & superintēdit custodiæ sui gregis.& ita dicit glo. Nicolai super illud.i.ad corin.12.ibi & mē bra de membro.Hieronymus in prologo in malachiam assi-
10 gnat bonam causam quare dicantur†oculi Dei. & vide plura remissiue infra in quæstione quis sit maior utrum papa an concilium in 10.motiuo. & de istis plura per doc.in c.fi.de re
11 iudi.& archi.2.q.1.cap.habet. Hodie tamen†non quo ad mores sed quo ad renuntiationem proprij & communem vitā, monachi gerunt vicem apostolorum,presbiteri uero quo ad administrationem sacramentorum,glo.12.q.1.videntes, &
12 glo.6.q.1.ex authoritate.Et de multis †priuilegijs episcoporum vide in specu. & Ioan.An.in additio, in ti.de dispēsa.ubi post enumeratos multos casus in quibus episcopi dispensāt, in uersi.ipsi quoque ponit in quibus sunt priuilegiati.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotum Epitheta.*
2 *Sacerdotes præcedunt milites, & secundum aliquos etiam Abbates.*
3 *Sacerdotis vocabuli, Allusio.*
4 *Presbyter, est nomen ætatis.*
5 *Sacerdos malus æquiparatur coruo & in quibus.*
6 *Sacerdotis ignorantia excusatione digna non est.*
7 *Sacerdotum excellentia remissiue.*
8 *Differentiæ inter episcopos nullatenentes & episcopos expulsos.*
Et an tales episcopi habeant vocem.

Articulus IIII.

1 IDem de sacerdotibus, & ipsi. enim dicuntur omnium fideliū patres, 95.distin. c.quis dubitet, & dicuntur habere magnam dignitatem & officiū. 86. distinctio.capit ecce ego. Et honorari dēnt & defendi a principibus mundi.96. distinc. boni principes, & uide, 11.q.1.sacerdōtibus. 6.q.1. sacerdotes & cap.seq. & c.ex merito, & capitulo deteriores.12.q.1.futuram.11.qō.3.absit.de hære.cum ex.iniuncto. Et ipsi dicuntur reges.12.quæstio.prima,duo sunt genera,1.petri.2. Et dicuntur Nuntij Dei,de pœniten.dis.1.capitu to quem pœnitet. Et alibi dicuntur ministri. prima quæstio. 2.sacerdotes,alibi antistites,de pœnit.distinc. 1.in actione.
2 & alibi præpositi ea.di.c.multiplex.Et præcedunt†milites.Io. An.in c.eo libentius de seruis non ordina.Et præferuntur secū dum aliquos abbatibus.45.di.cap.cum beatus text.tamen in c.fi.§.1.de offi.delega.in 6.probat contrarium & de honore eis exhibendo per Ioan.An.in c.ei cui de præben.in 6.Et dici
3 tur sacerdos†quasi sacrum dans.21.disti. cleros.Et antiquitus idem erant presbiteri & episcopi d.c.cleros.93.disti.legimus. Inno in cap.1.& 2.de pecu.cleri. Et bene ponit Hierony.in 2. li.in ca.de sexto gradu ecclesiæ qui sacerdotum ordo est, ibi & cōstituas per ciuitatem presbiteros quemadmodum ego tibi disposui. ubi inquit vides presbyterum episcopum dici. Et presbiter græce latine senior d.c.cleros. & presbiter nomē
4 †est ætatis,episcopus dignitatis,ut 93.di.c.legimus.Si autem
5 sacerdos malus est equiparatur coruo in nigredine,†quia ꝑpter vitia niger efficitur.item in rancitate, scilicet uocis,in vocacitate, scilicet oblationū mortuorum, in fetore.s.spiritus,in garrulitate & in furto.uide glo.in cap. non omnis.2.q. 7.Nec eorum stultitia debet sub nomine simplicitatis excu-
6 sari.36.dist.oportet. Et eorum ignorantia†nec excusatione nec uenia est digna.38.dist.in laicis .& c.seq.& supra dictum
7 est. Et de excellentia sacerdotum†uide Gabrielem biel in li. expositionis missæ lec.4.& in li.diuinorum offi.l.2. Quinimo & presbiteri aliquando episcopi nominantur, ut dicit text. in c.ecce ego.95.di.Et de sacerdotibus & de episcopis & corū nominibus vide in trac.de episcopo in præludiis domini bertachini.Conclude ergo quod nō passim ad episcopatum sūt omnes promouendi sicut uidemus hodie fieri,quorum āliq vix sunt digniores quam episcopi puerorum qui sunt in festo Innocentium, qui nullam habent dignitatem & qui modico tempore durant.sicut ad aliud propositum de celestino dicit Roffre.in tit.de sede vacante in suo li.de ordi.iud.qui durauit sicut ephimera,& interdictum de glande legenda, qđ durat triduo, ut in l.vnica.ff.de glande legen. Vbi etiam reci
8 tat quod cum nomine domini.23.di.fere habuit locum in electione Innocentii quarti, qui prius fuerat sinibaldus presbyter cardinalis sancti laurentij in lucina,qui fuit electus anno Domini.1243.mense iunij post mortem Gregorij.9.qui decesserat anno.1241.mense iulii.& post mortem domini cælestini, qui fuit gofredus mediolanen. & episcopus sabinen. qui durauit per quindecim dies.& sic vacauit ecclesia Dei fere p biennium,quia cardinales electiones omnes impugnabant, ita ut mora fieret in derisum & contemptum toti mundo. Sed illa mora secundum scribentes historias & uitas pontificum, magis fuit qa cardinales decreuerant non eligere quēpiam donec cardinales qui retinebātur carcerati a federico
8 secundo,relaxarentur.Sed quid erit de episcopis†nullatenētibus de quibus per Bal. in l.1.C.de nudo iure quiri.tollen.& Aluar.in d.c.1.episcopum uel Abba.Dic quod isti retinent dignitatem episcopalem,ut in cle.in plerisque de elec.Facit qđ dicitur in cle.quamuis de foro compe.Et per illum tex.credo quod aliud sit de episcopis expulsis quam de istis nullatenē. quia expulsi retinent iurisditionem quam exercere possunt extra diœcesim contra expulsores ut ibi,& in his attendi debet ordo sicut in aliis . Sicut in simili dicimus quod ratione facultatum uel minoris populi ecclesia nō dicitur minus digna,ut in cap.legimus.93.dist. Et an isti nullatanen.habebūt uocem ex quo dare vocem est iurisditionis & non ordinis, dicetur infra in loco suo.Est in argumentum quod non,tex. in c.1.de ordi.ab episcopo qui resig. episco. & ponit cardinalis in cle.in plerisque in tertio quæsito de elec.

SVMMARIVM.

1 *Correpiscopi deberent post episcopos sedere, sed dicit auctor tales hodie non reperiri.*
2 *Protonotarij participantes secundum auctorem sedent post episcopos.*
Et quot sint hodie nu.6.
3 *Protonotariorum officium.et nu.7.*
Et eorum diuersa nomina.ibid.
Et tales sunt in dignitate constituti.
Et quando ortum habuerint.nu.7.
4 *Protonorij aliquando preferebantur episcopis.*
Et a quanto tempore citra desierint præferri.
5 *Referendariorum dignitas vilescit propter nomerositatem.*
8 *Dignitas non perditur per ordines ecclesiasticos, sed augetur.*
9 *Protonotarij an uocari debeant ad concilium, & habeant vocem deliberatiuam vel consultiuam.*

Articulus V.

1 POst episcopos †autem uideretur. quod deberent habere locum corepiscopi,ut patet ex ordine scripturæ.64. distin. in summa,sunt enim instar.72.discipulorum,& cōsecrationem recipiunt,vt dicit tex.in cap.quamuis 68.dist. & minores ordines,& commendatitias & pacificas literas dabant,vt patet in §. inter epscopos. 68. distinct. Sed quia hodie sunt amoti ab ecclesia Dei, ut in §.hi uero & in cap. corepiscopi, 68. distinctione, ideo de eis non est curandum quia vsurpare volebant officium episcoporū,& ideo quia non reperiuntur,nullam sedem habebūt.
2 Et ideo post episcopos uiderentur ponendi protonotarij†numerarij siue hodie participantes, quia isti succedunt loco euangelistarum,nam sicut euangelistæ præpositi fuerunt ad euangelizandum & describendum opera Christi, ut inquit
3 Hieronym. in prologo euangeliorum, sic & isti† censentur prępositi ad scribendum acta, & gesta papæ, assistunt enim ob hoc lateri papæ.Hoc vult brix, in verb. protonotarius, & grassus in illo suo tract.ad quod est glo.in rub.C.de tabulariis li.10.Qui aliquando scribæ,aliquando scriptores,notarii libellenses,memoriales,pragmaticales,epistolares, exceptores appellantur.l. præcipimus & l.in offerendis. C.de appella.Curia autem eos appellat notarios in literis papæ.12.quæstio.2.cum redemptor, & glo.in c. cupientes in princ.de elec. Sunt enim in dignitate constituti, quia notarij principis,l.1. & ibi Bar.C.de mand.principū.l.eadē.§.hac lege.ff. ad l.Iuliā repet.tex.in l.1.& 2.C.de primi. & secundicerio & nota.libro 12.ubi in principio.l. secundę dicit,præclaram nobilemque militiam spectabilium tribunorum notariorum, possent et vno modo dici illustres propter assistentiam papæ,& hoc satis ostendit glos.in l.prima. ff. de offic.quæsto. vbi glos. ponit tertium ordinem quæstorum qui est candidatus siue cancellatius principis, prępositus libris & sententiis principalibus in senatu legendis siue recitandis.l.2. §.deinde. ff.de origin. iur.quod proprie conuenit protonotarijs in consistorio apo
4 stolico. Et ob hoc † olim præferebantur episcopis & archiepiscopis,ut dicit brix,ubi supra,& a modico tempore episcopi cœperunt istos præcedere propter eorum numerositatem, uidelicet a tempore Nicolai, IIII. ut dicit grassus in dicto tractat. qui uult tantum intelligi de quatuor protonotarijs qui uice euangelistarum successerunt,immo protonotarii uidentur præcessisse vsque ad tempora pij.2. qui postea fecit bullam quod episcopi præcederent.inde dicit Ab-
5 ba.in c,1.de priui.quod dignitas†referēdariorum vilescit pp numerositatem.93.di.legimus.& in authen.de refererendariis circa finem.Dicit tamen Brix. quod licet isti præcedant archiepiscopos & episcopos,tamen contrarium vidit seruari in concilio generali. & multum debet attendi tenor litera-
6 rum in quibus creantur protonotarii.Hodie tantum,† sunt septem participantes & deferentes rochettum & pileum more prælatorum.Sunt qui dicunt, † protonotarios ortum ha-
7 buisse siue institutos fuisse per clementem primum,ac deinde per Fabianum pontifices,vt etiam dicit Brix.Clemens.n. diuisit regiones septem notariis qui diligenter martyrū res gestas conscriberent. & Fabianus septem diaconibus regiones diuisit qui martyrum res gestas summa diligētia inuestigarēt,& scripto mandarent.ita legitur in eorum vita.Quod autem hi fuerint protonotarii, aliter non reperio,conuenit, tamen vocabuli allusio, quia protonotarius idem sonat, ꝙ primus notarius.Vnde ratione officii & dignitatis & assistentiæ principis videtur quod illis conueniat locus post episcopos.In cerimoniali nihil tamen de hoc dicitur. nec reperio hunc passum tactum nisi per grassum in dicto cap.ex parte, qui eos ponit post episcopos, & dicit quod tempore suo isti præcedebāt episcopos.Et loquitur de quatuor principalioribus,alios uero dicit potius esse protonotarios honorarios, q magis honoris causa dicuntur creati,sicut in simili dicitur, de tutoribus administratoribus,l.quod si forte. ff.de solu. Et licet omnes sint in dignitate, maxime quia ut plurimum assumuntur de genere illustrium. & ideo uocantur illustres, & reuerendi.& in eis multum attenditur communis stylus siue consuetudo, & primo receptus præcedet, nisi sit adiuncta illustris dignitas, †quæ nō perditur per ordines ecclesiasticos
8 sed augetur,ut in authen. episcoplis dignitas. C.de episcopis & clericis.quia tamen in cerimoniali dicitur quod prælati assistentes papæ sedebunt super gradus thalami pontificalis papæ ad sinistram partem, & protonotarii apostolici & clerici cameræ ad dexteram,forte non est facta mentio aliter de loco in cerimoniali, an debent ante abbates vel immediate, post episcopos locari.Nec.reperio, an tales sint vocandi, ad concilium, nec an habeant vocem deliberatiuam uel consultiuā,ut infra in propriis locis dicemus.Quod credo omissum eo quod sunt officiales papæ & assistentes in seruitio.Sicut & in simili dicitur de subdiaconis & auditoribus rotæ,q debent sedere in parte anteriori ad pedes papæ.& de decano rotę qui seruit de mitra cum secretario,si non est prælatus. & de duobus secretis cubiculariis quod sedebunt ad pedes papæ super planum.& hoc quia ipsi tanquam officiales concilii habent scrutari uota, & gesta concilij scribere.

SVMMARIVM.

1 *Abbates habent locum post protonotarios & inter Abbates illi qui sunt digniores.*
2 *Abbatia reputatur inter inferiores dignitates.*
3 *Abbates exempti vtuntur mitra auri frigitiua, nu.1.*
Non exempti simplici alba & plana.
Et in quibus conciliis vti possint mitra.
4 *Abbates debent vti vestibus conuenientibus religioni, cuius ordinem professi sunt.*
Et debent facere expressam professionem nec sufficit tacita.
5 *Abbates qui non vtuntur mitra quomodo sedere debeant.*
Et an post canonicos cathedralis, vel eis præferantur, & vbi.
6 *Abbatia non mitrata, an dicatur dignitas.*
Præpositi & priores quomodo sedere debeant, remissiue.

Articulus VI.

1 Post præmissos † sedebunt abbates ut in c. ex ore. & ibi siculus in quarto notabili de priu.allegat.c.1.de æta.& quali Et inter abbates erunt digniores qui utuntur mitra.vt in ca.ut apostolicæ,& ibi doct.de priui.in 6. Et isti abbates quibus est concessum ex priuilegio uti mitra, si sunt exempti,in conciliis & synodis, uti possunt mitra aurifrigiata, nō tamen aureas vel argēteas laminas aut gemmas habente, quia † abbatia reputatur in-
2 ter inferiores dignitates & non inter excellentes, ut ponit, Abb.in cap.per tuas el primo in glo. in verbo excellentioris de simo.de quo vide quod in contrarium dicitur in c.2.de p̄ben.in 6 & lap.allegatio.84.& tex in cap.si quis deinceps.16.
3 qō.6. Non exempti simplici Alba, & plana vtuntur. in aliis autem locis exempti & non exempti uti possunt mitra,secū dum tenorem priuilegii.ita dicit specul. in titu. de priuileg. circa fi.allegat constitutionem clemētis quarti, quæ incipit exigit, quam hodie habemus in 6 de priuile.cap.ut apostolicę secundum Ioan. And.in add.ibi,Et intellige quod uti possint dictis mitris in concilio & synodis episcopalibus & inferioribus, non in concilio generali, in quo nec episcopi uti possunt mitris aurifrygiatis, sed tantum planis & Albis. Et illud quod est concessum abbatibus, est potius ad restringendum eorum excessus per dictum capitulū ut apostolicæ, ut
4 dicit glos.ibi. Et debent ipsi abbates,†uti vestibus conueniētibus religioni cuius ordinem professi sunt. quod requiritur, in abbate, ut in capitulo nullus de electione in sexto. Et requiritur expressa professio nec sufficit tacita, ut ibi dicitur. Et dicitur Abbas pater monachorum. Et alias appellantur, archimandrita, i. princeps siue prior monachorum,ut in authen.de monachis in §.competens autem lex,collatione prima & ibi glos. Et possunt appellari magistri, ut in authenti. de monachis in principio,Et possunt dici præsules, ut in authentica de sanctissimis episcopis.§.si quis autem,collatione nona. Et post abbates sedebunt generales magistri religiosorum, quibus etiam additi sunt omnes prælati,qui secundum formam iuramenti quod præstant cum ad dignitates promouentur ire ad synodum obligantur, vt dicitur in ceri moniali in rubrica qui habeant vocem deliberatiuam in cōciliis.pro hoc est, quod dicitur in capitulo. ego. N. de iureiurando.

5 Quid autem de alijs abbatibus, † qui non vtuntur mitra, nec sunt patres abbates. De istis uideretur dicendum quod debeant postponi canonicis cathedralis ecclesiæ, ut ponit dominicus in c.quamuis el.1.in §. quamquam de præbend.in 6.Sed tu dic quod præponuntur,vt probat tex.in c.fi. in prin. de offi.delega.in 6.& tex.in c.decernimus de iudi. per quem tex.Bar.dicit abbates digniores & pręponendos archidiaconis. Et ꝙ abbas pręponatur canonico ecclesiæ cathedralis, ponit Bal.in c.pastoralis de offi. delega. Et ibi moderni sequuntur dictum Bal.distinguentes ꝙ aut sumus extra ecclesiam cathedralem & extra actus processionales, & præfertur abbas. aut in processionalibus & si consuetudo habet quod præferatur abbas,debet præferri,si non est cōsuetudo,adhuc debet præferri per iura pręallegata & authen. habita, quam Bal.allegat.C.ne fi.pro pa.In hoc tamen vltimo Feli.in d.ca. pastoralis impugnat modernos.sed rationes eius non quadrant, quia loquuntur magis respectu coniunctionis canonici cum episcopo,quam de per se. Ad quod facit quod abbatia est dignitas,ut in c.exposuisti in glo.fi.de corpore vitiatis. & glo.& Domi.& alij communiter in c.2.de præben.in 6.& doc. magis communiter in d.ca.decernimus. Cuius contrarium in canonico ecclesiæ cathedralis probat tex.in c.statutum.§.1.de rescrip.in 6.Et ita seruat curia.De istis tamen abbatibus & quando dicantur abbates, ante benedictionē uel
6 post, & quando vacant eorum beneficia, †et quando abbatia dicatur dignitas,& quid de præposituris & prioratibus,vide late in trac.de beneficio in 7.principali quæstione col.15. versi.decimumtertium.

SVMMARIVM.

1 *Legati, & oratores principum quomodo in concilio sedere debeant.*
2 *Legati & oratores considerantur secundum dignitatem mittentis.*
Secundum tamen distinctionem, de qua nu.3.
4 *Principes magni in concilio vbi sedebunt.*
5 *Imperator & rex si intersint concilio non debent misceri inter prælatos, vel cardinales.*
6 *Imperator, vel rex an de necessitate concilio interesse habeant, & quando.*
7 *Imperator, & rex si adsint in concilio vbi sedere debeant, & in qualibus sedibus.*
Et in spetie de sede imperatoris.
Reges autem, numero 9.
Et tali casu quis erit locus diaconorum cardinalium assistentium.
8 *Imperatoris persona qualiter debeat in concilio esse ornata.*
10 *Regum personæ qualiter in concilio debeant ornari.*

Articulus VII.

Sed quæro circa præmissa quid de legatis & oratoribus qui mittuntur ad concilium? De
1 istis† dic quod considerabitur persona & dignitas mittentis, & iuxta mittentium ordinem sedebunt,quia funguntur uice aliorum, ut in c.sane, & in c.pastoralis de offi.deleg. & ca. 2.de offi.lega. Et licet oratores tales siue legati habeātur pro personis quę sanctam rem & communiter pacem & cōcordiam prosequuntur,vt in l.fi.ff.de lega.& habeant multa priuilegia,ut in toto ti.de lega & in l.2. §. legati.ff.de iudi tamē
2 †quo ad dignitatem & honorem consideratur persona mittentis.Ex quo dicit grassus in dicto.ca.ex parte,quod alias requisitus de præcedentia oratorum regis francorum,uel regis puliæ, dixit præferendum oratorem regis francorū. allegat c.per venerabilē qui filij sint legi. vbi apparet de maioritate regis francorū.Hodie tamen isti oratores sæpius sunt solicitatores & perturbatores concordiarum, & quærunt impinguari a sede apostolica, & sæpius seminant zizaniam con-

tra ſedem apoſtolicam vt appareant diligentes in negocijs, ſuorum principum, & multa mala faciunt. Et ſi erunt orato 3 res, †principum ſecularium pręlati, ſedebũt immediate poſt vicecamerarium, qui vicecamerarius hodie pro tempore eſt urbis gubernator, ſecundum eorum ordinem. ſi erit orator regius, præcedat oratorem ducalem, & ſic de ſingulis, & poſt iſtos alii prælati, ut ſupra dictum eſt. Oratores autem laici ſiue clerici qui non ſunt pręlati, ſedebunt in prima quadratura in ſedibus humilioribus ſecundum dominorum ſuorũ dignitatem, ita ut digniores ſint propinquiores primis ſcamnis & papę. & ita ponitur in cerimoniali in rub. de ordine ſe 4 dendi in primis ſeſſionib. Et ſi adeſſent aliqui, † magni principes, ſedebunt in ſcamno, diaconorum cardinalium poſt 5 omnes diaconos, ut ibidem dicitur. Vbi autem adeſſet imperator, non debet miſceri inter cardinales vel prælatos, nec ſi intererit rex, quia ſecundum quid in concilio quo ad ordines & ſpiritualia quæ in concilio tractantur, prælati ſunt maiores, ut in cap. ſolitæ de maiori. & obed. & tex. in cap. ſi imperator. 96. diſtin. cum ſequen. & in cap. quis dubitet, cum ſeq. 6 & in cap. ſicut, ead. diſt. Immo non debent † de neceſſitate intereſſe. ut in cap. ſatis euidenter. 96 diſtin. niſi quando tractaretur de fide, vt in c. ubinam legiſtis. & in cap. nos ad fidem. 96. diſt. & dicetur infra in loco ſuo. Et hoc quia diſtincta eſt poteſtas laicalis a ſacerdotali, ut in dicto capitulo ſolitę. & in c. cum ad verum. 96. di. & in c. ſolitæ. & in c. nouit, de iudi. 7 Vbi autem adeſſent, † debent habere ſedes diſtinctas & ſeorſum de per ſe propterea imperator habere debet ſedem iuxta ſedem papæ ſed non tantæ latitudinis aut longitudinis, & a dextris papę, propter ſtantes a ſiniſtris. & erit ornata cũ panno aureo poſt tergum ſed non ſupra caput. habebit qui ſcabellum paruum ad pedes de viridi colore pictum. qui locus ubi ſedebit imperator, non erit altior loco vbi tenet pedes papa. & tunc diaconi cardinales aſſiſtentes papæ qui cõſueuerunt ſedere hinc inde in paruis ſcabellis, ipſi tunc non ſedebunt apud ſedem papæ, ſed ante ipſam ſedem hinc inde in paruis ſcabellis, vt erat mos antiquus. & hoc ne diaconus a dextris videatur ſedere medius inter papam & imperatorem. Ita traditur in cerimoniali in ru. de ornando loco 8 concilii & in ru. de ordine ſedendi. Qualiter † autem eius perſona eſſe debeat ornata, oſtendit tex. in cap. Conſtantinus. 96. di. Reges † autem habebunt, ſedes cum poſtergali uſque ad ſpatulas, & erunt ornatæ vt ſcamna cardinalium. Habe- 9 bunt tamen puluinaria ex carmiſſimo & ſcabellum viride ſine gradibus. Et erunt ſituatæ hinc inde non omnino ad lineam ſedis papæ ſed aliquantulum tranſuerſæ, ut poſſint reſpicere ad faciem pontificis a dextris, & a ſiniſtris infra gra- 10 dus ſedis papalis, ut dicitur in dicto cerimoniali. Qualiter autem † eorum perſona debeat eſſe ornata, dicit Bald. in ca. ſolitæ de maio. & obe. quod rex debet eſſe indutus veſte purpurea, ut in l. nullus. C. nulli licere in frenis & equeſtrib. ſel lis. li. 11. Vbi gl. dicit clamis militum, purpura regum, ſtola ſacerdotũ, toga aduocatorũ, bricus ruſticorũ & cuculla monachorũ ut in l. 1. & per totũ. C. de veſtib. oloberis. li. 11. Itẽ reges habent ſolium, epiſcopi, Thronum. ut in c. innotuit de elec. Adoratur princeps, ſalutantur alii. C. de ſilẽtiariis. l. 1. lib. 12. Et per hæc ſit expeditus iſte articulus de ordine ſedendi, per quem etiam puto abſolutum ordinem etiam ſubſcribendi. Bona tñ fuit cautela in cõcilio Baſiliẽ. tenta, ad tollendum diſcordias quæ in talibus ſolent oriri. ipſa enim ſynodus, in prima ſeſſione decreuit & declarauit quod per quoſcunque actus, nominationes, intitulationes, honoris exhibitiones tã in ſedendo quam in quibuſcunque dictis aut factis dicẽdis, aut faciendis per quoſcunque prælatos, principes, vniuerſitates, legatos, uel nuncios nullum ius acquiratur, nulli præiudicium generetur, nulliuſue, ius in proprietate vel poſſeſsione lædatur nec ius uel titulus taliter vocem dandi, vel concilio intereſſendi, cuiquã acquiratur, ſed unumquemque in eodem ſtatu poſt concilium remanere in quo ante ipſius concilii celebrationem permanebat.

Cardin. Iacobatij, de concilio, Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Concilium vbi celebrari debeat, & num. 4.*
2 *Concilium debet habere libertatem uotandi, & non debet adeſſe aliquis metus.*
3 *Concilio melius eſſe vnitatem quam multitudinem.*

De loco concilii. Articulus I.

1 Væritur conſequenter vbi debeat teneri concilium. Et dic quod in † loco tuto, ut eſt tex. & glo. in capitu. ad 2 apoſtolicæ de re iudi. in 6. Et facit clementi. paſtoralis eo. tit. Debet † enim eſſe in concilio libertas votandi. alioquin ſi metu Tyranni quis non auderet libere votare, non teneretur uocatus ad concilium comparere, ut dicit Inno. in ca. ſuper iis de accuſa. ponit Martinus lauden. in trac. de concilio. quęſt. 5. & legitur in concilio agathonis in prima actione in fi. epiſtolę in tantum, ut dicit tex. 24. q. 1. alienus, ꝙ non 3 magis multitudini, † quam vnitati eſt attendendum. Et in eodem concilio agatho ſcribit Conſtantino. concedite liberam loquendi facultatem, vt ab omnibus cognoſcatur ꝙ nullo terrore, nulla poteſtate, nulla cõminatione vel auerſione quiſquam pro ueritate loqui, uolens prohibitus aut repulſus eſt. Vide quod dicitur infra in quæſtione vlterius quæro quid ſi uocatus ad concilium non audet comparere. Et 4 debet teneri † concilium in eccleſia, ut. 2. q. 2. cap. pręceptum & 23. quæſt. 8. cap. conuenior, dicit Cardin. & refert Alex. in cap. ſexta. 16. di. & idem Alex. poſt glo. in c. 1. 15. diſtinctione & dixi ſupra in articulo a quo tempore habuerunt ortum concilia generalia.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſint neceſſario vocandi ad concilium, et qui habeant vocem deciſiuam vel conſultiuam.*
2 *Poſt facultatem datam a conſtaaino celebrandi concilia. non legitur in concilijs alios interueniſſe quam epiſcopos ſanctos patres ex vniuerſo orbe.*
3 *Sacerdotum nomine in pluribus iuribus appellantur epiſcopi.*
Sanctorum etiam patrum appellatione intelliguntur epiſcopi.
4 *Imperator an poſſit prohiberi venire ad concilium, & ex qua cauſa non & numero 18.*
Et pro imperatore. num. 60.
5 *Epiſcopi coguntur venire ad concilium propter iuramentum, de qu o in c. ego N. de Iureiur. & nu. 12.*
6 *Inferiores epiſopis an ſint ad concilium vocandi, quod non. & ratio nu. 7. & nu. 8. & nu. 9.*
Quod ſic ſcilicet Abbates nu. 13. & nu. 16.
Sed reſpondetur. nu. 14. & iterum nu. 38.
Et licet aliquando alij quam epiſcopi concilio interfuerint fuit repreſentatiue, & nu. 35. latius.
19 *Papa concilio præeſt tanquam caput, & cardinales tanquam eius collaterales.*
11 *Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionem epiſcopalem.*
15 *Concilium formatum habet iuriſdictionem & ibi aliquid ſtatuere eſt iuriſdictionis. nu. 39.*
17 *Laici an etiam ipſi vocandi ſint ad concilium & ibi poſsint intereſſe. num. 25. 26. & 27.*
Et ſi dicatur quod ſic fallit. nu. 32. & num. 34.
Et ſi dicatur quod non fallit nu. 57. & 58.
19 *Cap. ſatis euidenter 96. di. poteſt induci quod imperator poſsit intereſſe concilio per alium, & poteſt induci contra.*
20 *Concilium celebratum mandato imperatoris.*
21 *Poteſtas data imperatori inſtituendi prælatos.*
Item ottoni Regi theutonicorum inueſtitura epiſcoporum ad inſtar conceſſionis Carolo Imperatori datæ.
24 *Reges quod ſint vocandi ad concilium. & num. 24. & quod poſsint intereſſe per alium nu. 23.*
22 *Reges inunguntur.*
Et ſuſceperunt eccleſiam Dei tuendam quod ſi non fecerint tenentur in ſtricto iudicio reddere rationem.
28 *Abbates an dicantur de numero concilij.*
Et ibi diſtinguitur quo ad vocem conſultiuam & deciſiuam, & an ſint neceſſario vocandi, nu. 36.
Quod non diſtinguitur in epiſcopis, nu. 37.
29 *Laici in ſpiritualibus & eccleſiaſticis debent obedire non imperare.*
Nihilominus ad conſulendum admittuntur in concilio. num. 53.
30 *Populus eſt docendus non ſequendus cum fallentia.*
31 *Ius conferendi an poſſit per regem longiſſima pręſcriptione acquiri, remiſſiue.*
33 *Citatio non poteſt omitti, neque a concilio, neque a principe cum ſit de iure naturali.*
40 *Confuſio euitanda.*
Multitudo facit homines contemptibiles.
Contentiones propter multitudinem oriuntur.
41 *Abbates & alij inferiores qui interfuerunt concilio.*
Reſponſio quare hoc factum ſit & alia reſponſio.
Et infra num. 43. & 46.
42 *Patres Abbates dicuntur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.*
Non tamen habent dignitatem nec ſucceſſerunt loco apoſtolorum.
Et infra numero 51.

Et quomodo intelligendum.
Et quod ſint neceſſario vocandi ad concilium reprobatur. nu. 51.
Abbates iurant ire ad concilium.
43 *Et ad quod concilium.*
Et propter iuramentum tale omnes qui iurant ſunt vocãdi ad concilium. numero 52.
45 *Cap. conuenientibus, 1. q. 7. intellectus.*
Et ad cap. epiſcopus non debet. 18. diſt.
Et ad cap. decernimus. ead. diſt.
Et ad c. fi. de cauſa poſſ. & propriet.
Et ad cap. Anaſtaſius. 19. diſt.
Et ad c. vbi nam. 96. diſt. & nu. 59.
Et ad cap. quod ſuper his, de maio. & obe.
47 *Abbates licet non teneantur vocati ire ad ſinodum prouincialem.*
Ex qua tamen cauſa expediat illis ad illud ire.
48 *Abbates & alij inferiores quando teneantur ire ad concilium prouinciale, & quando ad epiſcopale, remiſſ.*
49 *Epiſcopus an teneotur ire ad concilium prouinciale.*
50 *Concilium prouinciale an poſſit procedere contra archiepiſcopum.*
54 *Subſcriptionis epiſcopi, imperatoris & aliorum exiſtentium in concilia formo, & nu. 65.*
vbi videmus epiſcopos iudicare, alij ſuſcipiunt iudicata.
55 *Ad concilium congregati ex cauſa notorie iniuſta, an quis teneatur comparere.*
56 *Capitula cathedralium an ſint ad concilium vocanda.*
57 *Laici quando poſſint intereſſe concilio ſed an, vt iudicent, vel vt audiant.*
Licet communis opinio ſit quod non ſint neceſſario vocandi aliquo caſu. numero 59.
61 *Concilio intereſſe, & dare vocem eſt magis iurisdictionis quam ordinis.*
62 *Imperator eſt pars concilij, & quando & eſt aduocatus eccleſiæ.*
63 *Imperator quo caſu vocandus ad concilium vt audiat tantum.*
64 *Papa poteſt laicos habilitare ad dandam etiam vocem deliberatiuam in concilio & ratio, ibidem.*
Et quo caſu poſſunt hoc idem facere prælati ſine Papa, nu. 66.
Et an ad vocem conſultiuam, vel deciſiuam, & quando, nu. 67.
67 *Statuta quod electus per maiorem partem ſit papa, non valet, ſed per duas partes.*
68 *Epiſcopi titulares, & ſic nulla tenentes an ſint ad concilium vocandi.*
Et quid de eo qui renunciauit, nu. 72.
Et ibidem auctoris opin.
Epiſcopus nullatenenſis retinet ea quæ cohęrent perſonæ. ibid.
Et poteſt omnia quæ ſunt ordinis & dignitatis. ibid.
69 *Ioannes de Lignano niſi fuiſſet bigamus fuiſſet cardinalis, alia ratio aſſignatur, num. 71.*
70 *Clerici poſſunt viuere de rebus eccleſiæ etiam quod habeant patrimoniũ.*
Limitatur dum ſeruiant eccleſiæ, & non luxurientur.
73 *Epiſcopi exititij, id eſt ſpoliati epiſcopatu an ſint vocandi ad concilium.*
Et idem de his quorum epiſcopatus poſſidetur ab infidelibus.
74 *Capitula cathedralium eccleſiarum an debeant ad concilium vocari.*
75 *Epiſcopus habens plures eccleſias cathedrales annexas, an in concilio habebit plures voces. & nu. 77.*
76 *Eccleſiæ plures, annexæ, reputantur pro vna:*
Eccleſiæ vnita aſſumit partes illius cui vnitur.
Epiſcopalis ſedes eſt apud illam cui vnitur.
77 *Eccleſia poteſt eſſe vnita alteri, extinctiue, & æque principaliter.*
78 *Concilium quando celebrari debet an ſint vocandi epiſcopi de vniuerſo mundo.*
Plures rationes aſſignantur & authoritates quod ſic vſque ad nu. 81.
Vbi adducuntur auctoritates quod non.
79 *Vrbs caput eſt orbis.*
80 *Orbis totus eſt prouincia papæ.*
82 *Diſtinctio auctoris quando epiſcopi vniuerſi orbis vocandi ſint, & quando non.*
Et limitatio, num. 83.
84 *Concilium per papam congregatum, licet in eo non conuenerint epiſcopi de vniuerſo orbe, tamen repræſentat eccleſiam.*
Papæ præſentia cum congregatis ad celebrandum generale concilium, repræſentat vniuerſalem eccleſiam.
85 *Concilium quod non eſt de vniuerſo orbe, an ſit eiuſdem auctoritatis, cuius concilium de uniuerſo orbe.*
Opinionem auctoris, nume. 90.
86 *Sinodus ſiue concilium dicitur maioris, vel minoris auctoritatis, ex numero, & qualitate perſonarum quæ concilio interfuerunt.*
87 *Romana eccleſia eſt pręferenda cæteris, quia dignior, licet illam præceſſerit tempore Antiochena.*
88 *Gloſ. in c. fin. C. de legib. declaratur.*
89 *Concilium generale non poteſt facere conſtitutionem contra conſtitutionem papæ.*

De uocandis ad conci. Art. II.

1 Nunc quæro qui ſint, † neceſſario uocandi ad cõcilium & qui habeant vocem in cõcilio, & qualem deciſiuam an conſultiuam, Et primo uidetur quod tantum patria chę primates archiepiſcopi, & epiſcopi & maiores prelati. hoc probat tex. in c. 1. & 2. 17. di. ubi concilium generale appellatur ſynodus epiſcoporum. Ad idem, 15. di. c. 1. & c. ſancta. ubi dicitur quod ante tempora Conſtantini non erat data facultas concilia congregandi ſiue in unum conueniendi. & ibi connumerantur quatuor concilia generalia principalia quæ ſunt ſequenda ſicut quatuor, 2 euangelia, ut ſupra dictum eſt, in quibus † tantum fit mentio interueniſſe epiſcopos ſanctos patres ex uniuerſo orbe. Ad idem in c. ſexta. 16. di. vbi plura alia enumerantur & tantum fit mentio de epiſcopis, & ſunt enumerata circiter. 24. concilia, & non fit mẽtio quod interuenerint niſi tantum epiſcopi. Ad idem cap. omnia. 12. di. ibi nec in cõciliis epiſcoporum & 16. di. habeo librum. & quaſi per totam illam & ſequentẽ, diſtinctionem. Et licet aliquando iura vtantur vocabulo ſa- 3 cerdotum, vt. 16. di. concilia, tamen nomine ſacerdotum † intelliguntur epiſcopi, & ſimiliter cum utuntur nomine patrum, ut in d. c. in uerſi. ſub hoc ſancti patres, intelliguntur epiſcopi, ut in verſiculo horum prior. Ad idem eſt diffinitio ipſius concilii quam ponit glo. in d. c. 1. 17. di. & ſupra in diffinitione concilii diximus, uidelicet quod eſt illud quod a papa uel eius legato cum epiſcopis celebratur, ergo non cum inferioribus, Ad idem uidetur tex. in c. ſatis euidenter. 93. di. ibi illicitum namque eſt eum qui non ſit in odine epiſcoporum ſanctiſſimorum eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus & in c. nos ad fidem. & in c. ubinam legiſtis eadem di. ubi di 4 cit, † prohibitum eſſe imperatori intereſſe niſi agatur cauſa fidej. Ad idem de epiſcopis in cap. bene quidem. 96. di. & facit. c. non oportet. & c. quoniam quædam cum aliis pluribus 5 18. di. per argumentum a parte ad totum, ut in l. quę de tota ff. de rei vendi. Ad idem tex. in c. multorum in fi. 35. q. 6. Ad idem facit quod illi videntur, tantum neceſſario vocandi q coguntur iurare uenire ad concilium, tales autem ſunt epiſcopi, ut in c. ego. N. de iure iuran. quibus venire negligentibus imponitur pœna, ut in c. placuit. 18. di. ergo ipſi tantum & non inferiores ſunt uocandi. Facit etiam capitulo ſi epiſcopus. & capitulo decernimus. 18. diſtincti. ubi patet, quod 6 Abbates, † & alii inferiores prælati non tenentur ire ad concilium prouinciale niſi uocati & ex magna cauſa. tenentur tamen archiepiſcopus & epiſcopus infra ſex menſes omnibus abbatibus prouincię ſuæ denunciare vt ea ſeruent quæ ſunt ſtatuta in concilio. ergo nec tenebũtur venire nec ſunt 7 uocandi ad concilium generale. Suadet, † etiam ratio, quia ſi inferiores eſſent vocandi, cum ſint plures numero, quam ſint epiſcopi. & maiores pręlati, poſſet accidere quod ex ipſorum votis aliqua contra epiſcoporum uota vonirent ſtatuẽda. hoc autem videretur valde inconueniens, attenta propria, epiſcoporum in cõciliis authoritate. ſunt enim proprie 8 omnes epiſcopi de concilio genarali, ut probat tex, in c. ſi qs diaconus. 50. di. ergo videtur quod inferiores non debeant, vocari. Item ad idem eſt tex. in §. hinc etiam. 17. di. iuncto ſequen. verſi. epiſcopi vero ubi dicitur quod ſynodo congregata apud vrbem cum diſcreptaretur an deberẽt audiri accuſatores ſymmachi papę, remiſſa concilio deliberatione, epiſcopi congregati in ſynodo reſponderunt ſymmachum immunem fore. & ſic tantum de epiſcopis fit mentio. Item ibidem 9 dicitur quod rex theodoricus requiſitus reſpondit potaſtati pontificum remittendum ſymmachum in cõcilio. ad idẽ. 10. quæſtione. prima hanc conſuetudinem. 21. di. cap. nunc autem. 2. q. 7. §. idem. cum Balaham in fi. iũcto. d. §. hinc etiam. 17. di. 63. Adrianus el 1. Et ſi aliquis non epiſcopus interfuit, fuit repræſentatiue nomine papæ quia ab eo miſſus, eſt enim proprium epiſcoporum intereſſe conciliis generalibus. Sũt 10 ergo † uocandi ad concilium omnes maiores prelati poſt papam. papa † enim prçeſt in concilio tanquam caput, ut in ca. ſignificaſti. & in cap. licet de elec. & pater. 17. di. per totum. itẽ & cardinales, & eorum collegjum ſecundum Hoſtien. in ca. antiqua de priui. ſunt enim cardinales collaterales Romani pontificis qui eſt eorum metropolitanus, ut aliquando ſupra dictum eſt. & optime facit tex. quem adducit domi. in propoſito trac. videlicet capitulo ad apoſtolicæ, verſiculo, nos itaque de re iudi. Sicut ergo metropolitanus eſt caput concilii & epiſcopi membra, ut in capit. graue de præbend. & in capit. ſicut olim de accuſa. ſic & collegium cardinalium eſt ſpeciale membrum papę, ut ſatis ſupra dictum eſt in præce- 11 denti rub. vbi eſt tractatuum de patriarchis. habent, enim iuriſditionem epiſcopalem in ſuis titulis, ut in capit. iis quæ. de maiota. & obedien. Item & patriarchæ & primates. 16. diſtinctione habeo librum. prima quæſtione ſeptima conuenientibus. Item & archiepiſcopi. decimaſeptima diſtinctione. §. hinc etiam. Item & epiſcopi. 15. 16. 17. diſtinctione. per totum. & in capit. ego. N. de iureiurand. Vnde dicit Bal. in c. 12 olim de reſcrip. quod de † neceſsitate ad concilium generale non niſi epiſcopi ſunt uocandi. allegat Inno. in ca. graue de

præben. Ad idem eſt quod legitur in Calcedonenſ. concilio quod epiſcopi ibidem videntes quoſdam egiptiacos non epiſcopos qui de Alexandria cum dioſcoro hæretico Calcedonen. uenerant tentātes intereſſe concilio, clamauerunt omnes quod concilium epiſcoporum eſſet, & quod alii expelli deberent. & ideo Leo papa appellat concilium Calcedonē. concilium epiſopale. Sed immo vr̄ ꝙ non tm̄ prælati ſuperiores ſint uocandi ſed ēt inferiores. Pro hoc vr̄ tex. in c. Adrianus el. 2. 63. di. vbi dicit tex. celebratam ſynodum in patriar- 13 chio Lateranen. cum. 153. epiſcopis, †religioſis & Abbatib. Ad idem, 1. q. 7. conuenientibus, ibi religioſi monachi dixerunt, capiendo monachos pro abbatibus, iuxta tex. in c. fi. de Simo. & c. ex ore. de priui. Et ita exponit glo. ibi. & colligit ꝙ in ſynodo vl̄i debent interuenire abbates, quod & uoluit archi. in capit. ſtatuimus in §. ſed hoc. prima quæſtione prima. & idem archi. & Ale. in d. c. conuenientibus. 1. q. 7. Et ex hoc quod in princ. illius tex. fit mentio de Abbate qui præfuit in concilio nomine Adriani papę, non ſumit ꝙ abbates debet intereſſe & uocari ad concilium, ſed ex verſi. ſupra allegato.

14 Imo ex illo prin. colligitur, †ꝙ qui interuenit in cōcilio ſiue preſbyter ſiue Abbas non nomine ſuo ſed papę interuenit, patet, quia tales præferuntur patriarchis archiepiſ. & ep̄is, & aliis prælatis qui ſunt in concilio, ut patet ex illo tex. & facit c. præcipimus. 94. diſt. & cap. ſtuduiſti, de of. leg. & no. Alex. in d. c. conuenientibus. Vnde poteſt dici ideo tunc interfuiſſe abbates quia gerebant vicem papæ. Similiter pro abbatibus ꝙ ſint vocandi, facit tex. in c. epiſcopus non debet. & in c. decernimus. 18. di. item tex. in c. quod ſuper his, de maio. & obe. item c. fi. de cau. poſ. & proprie. & c. ſicut olim, de accuſ. Et ad idem ſunt tria, c. 63. diſt. videlicet Adrianus. el 1. vno modo inductum ſup. alleg. & Adrianus, el 2. & c. cum Adrianus. Itē c. Anaſtaſius. 19. diſt. Ad idem ēt facit ꝙ dicunt doct. in c. quia propter, de elect. ubi dicunt ꝙ licet forma illis tex. hēat locū in eccleſijs ſiue prælaturis per quas dicitur eccleſia viduata, & non in aliis inferiorib. dignitatibus, tm̄ doct. cōiter volunt ꝙ ēt habeat locū in abbatib. quia & ipſi paſtores appellātur, ut eſt tex. in c. officii, de elect. A pari vr̄, ꝙ iidem concil. ſicut ep̄i debeant intereſſe & ad ipſum vocari. Bal. in c. 1. de iud. 2. col. in ver. ſed nunquid, el 1. dicit ꝙ a concilio poſſunt abba- 15 bates vocari, quia †concilium formatum habet iuriſditionē, ſed ad congregandum non pn̄t trahi inuiti, quia nondū formatum non habet iuriſditionem. Ad quod vide quæ dicuntur infra in articulo de iis qui poſſunt intereſſe in concilio.

16 Adde tm̄ ꝙ imo videtur †ꝙ non tantum abbates ſed etiā clerici inferiores ſint vocandi, ut d. c. Anaſtaſius & in c. olim. 95. diſt. Ad idem facit. c. 1. 15. diſt. in prin. ubi dicit ꝙ ſancti patres conuenerunt, ſub quo vocabulo ēt presbiteri poſſunt contineri. erant enim antiquitus idem presbit. & epiſ. d. c. olim, & 21. diſt. c. cleros. 93. diſt. legimus. c. 1. & 2. de pecu. cleri. per Inno Ad idem eſt tex. & ibi doc. in cap. fi. de iis quæ fiunt a prælatis, ubi etiam capitula cathedralium eccleſiarum ſunt vocanda & requirenda. debent. n. intereſſe ad hoc vt ſi viderint aliqua tractari contra ſe poſſint appellare. c. ſuper eo, de off. dele. & etiam contradicere, ut in c. Nicena. 31. diſt. Ad idem tex. in c. bene quidem, 96. diſt. ubi, in concilio leguntur fuiſſe presbiteri, diaconi, clerici, & alii uiri religioſi. Ad idem cap. Anaſtaſius. 19. diſ. Item in geſtis ſextæ ſinodi Conſtantinopolitanæ interfuerunt presbiteri, abbates, & monachi, vt legitur in prima actione, in prin. in c. conueniente, in fine cap. & per totum. Et ſimiliter in Calcedonen. concilio interfuerūt & monachi, & presbiteri, imo & presbiteri tenentes locum ep̄orū, ſicut Euſebius & Conſtantius presbyteri tenentes locum Anaſtaſii epiſcopi Niceæ & Euſebius presbyter tenens locum Macarii epiſcopi Laodicię ſirię. Imo & archidiaconi, vt porphyrius archidiaconus agēs vices Vranii epiſcopi emiſſę phęnicis Libani, ſic & Octatius presbyter tenens locum Ioannis epiſcopi arceæ, & ſic de multis ſimilibus, vt ponitur in prima actione ipſius concilii Calcedonen. ad idem videtur tex. in c. in nomine dn̄i. 23. diſ. Item & de Greg. X. legimus eum uocaſſe B. Tho. ad concilium propter eius eminentem ſcientiam, ut dicit Archie. Flo. in 3. par. ſummę, ti. 24. capit. 2. item ad hoc uidetur tex. in c. ad ſedem. 35. qō. 5. ibi in ſinodo habita in Lateranen. conſiſtorio conuocatis ad hoc opus epiſcopis & clericis atque iudicibus diuerſarum prouinciarum.

17 Vnde iſte tex. †videtur plus probare, ꝙ etiam laici ſint vocādi ſi ſunt iudices. pro quo ad idem eſt tex. in c. ad apoſtolicę, de re iud. in 6. ubi papa dicit ſe uocaturum ad concilium reges, principes ſeculares & eccleſiaſticas perſonas. Sed de im- 18 peratore ꝙ debeat †intereſſe & uocari, uidetur tex. in c. futuram. 12. quęſtione prima, in §. idem uero. ubi Conſtantino imperatori in concilio pręſidenti apud Niceam cum querelę plures eſſent de eccleſiaſticis propoſitę pręlatis, reſpondit uos a nemine diiudicari poteſtis, quia dei ſolius iudicio reſeruamini, & ſimilis textus eſt in capitulo, incipiente continua. in §. item Conſtantinus, qui alias eſt prin. capituli. 11. q. 1. idem etiam refertur in hiſtoria eccle. li. 10. c. 2. idem etiam referunt Chroniciſtæ de conſtantino ſcribentes. Item de imperatore ad idem tex. in c. ſexta. 16. di. ibi exequente piiſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum ſimul cum legatis ſedis apoſtolicæ. & in §. quinta, ubi in Conſtantinopoli celebrata fuit ſynodus ſub iuſtiniano imperatore. ad idem tex. in c. habeo librum ea. di. Ad idem etiam tex. in c. nos ad fidē. 96. di. vbi imperator voluit intereſſe in ſynodo ad fidem cōfirmandam & ſic iure proprio. Facit glo. in cle. 1. de offi. uica de importantia verbi volumus. Ad idem tex. in c. ſancta Romana. 15. di. vbi loquitur tex. de pluribus cōciliis celebratis mediantibus diuerſis imperatoribus. Ad idem bon. tex. in c. nunc autem. 21. di. ubi Valentinianus impator interfuit cōcilio, qui aſſurgens aduerſus calumniatores in ſixtum papā, in arbitrio eiuſdem pontificis tribuit iudicare iudicium ſuū 19 & tex. in c. mandaſtis. 2. q. 4. ad idem etiam tex. †in c. ſatis euidenter. 95. di. vbi etiam probatur quod per alium poſſit intereſſe. licet aliquo modo etiam poſſit induci in contrarium.

20 Ad idem rurſus, tex. in c. 1. 15. di. ubi fuit celebratum concilium mandante Conſtantino imperatore. unde plus probat, ille tex. quod de mandato imperatoris debet congregari cōcilium, de quo latius in q. quis habeat congregare conciliū, Ad idem in c. Valentinianus. 63. di. vbi Valentinianus congregauit epiſcopos in concilium. facit tex. in c. quia ſancta, & in §. verum. 73. di. Item de regibus eſt tex. in cap. Adrianus el primo & lo ſecundo. 53. di. vbi carolus rex francorum fuit author concilii celebrati in patriarchio Lateranen. vbi da- 21 ta, †fuit poteſtas imperatori inſtituendi prælatos. Ad idem tex. in c. in ſynodo ea. di. vbi in ſynodo in eccleſia ſaluatoris, conceſſa fuit ottoni primo regi theutonicorum inueſtitura epiſcoporum inſtar conceſſionis carolo prius datæ. Ad idem etiam tex. in §. hinc etiam cum ſeq. 16. di. ubi theodericus rex congregato concilio, reſpondet ſynodalis eſſe arbitrii decernere quæ aduerſus ſymmachum papam obiiciebantur. Ad idem etiam. 29. q. 2. c. ſi quis ingenuus in ſupraſcrip. vbi rex pipinus interfuit concilio. facit ad id quod dicitur de regibus, 22 † quod ipſi inunguntur ut in c. 1. de ſacra unc. & quod ipſi ſuſceperunt eccleſiam Dei tuendam, de quo tenentur reddere rationem in diſtricto iudicio, ut in c. principes. & in c. regum. 23. q. 5. videtur igitur intereſſe eorū quod ſint in conciliis. Ad idem tex. in c. bene quidem. 96. di. ibi eminentiſſimus vir præfectus prætorio atque patritius agens etiam vi- 23 ces præcellentiſſimi regis odoacris, & ſic ille tex. †probat, ꝙ in concilio poſſunt reges intereſſe etiam per alium. Et plus adhuc probat ex dictione ēt ꝙ præfecti prætorio & patritij debent intereſſe conciliis, facit quod dr̄ de dictione etiam, in l. etiam. C. ſi. tut. vel cur. Bar. in l. ſupra iter. in fi. §. officium ff. de aqua plu. arcen. in l. etiam. C. de fur. in c. accuſatus. § qō nib. de hære, in 6. in cle. diſpendioſam, in fi. de iudi. l. quodcūque. §. ſi. quis ita. ff. de ver. ob. per Bar. & Bal. in l. 1. C. q admit- 24 ti. Et are. in c. cum dilectus in gl. de accuſa. & conſil. 27 cum ſim. Ad idem, †ꝙ debent intereſſe reges, facit. 31. q. 1. illud in ſupraſcrip. & hugo in c. mandaſtis. 2. q. 4. facit etiam quod legitur in geſtis concilii agathonis in principio cuiuſlibet actionis, videlicet præſidentibus patritiis, & conſulibus aliquando, & aliquando reſidentibus & ſedentibus ex latere piiſſimi imperatoris Conſtantini, & ſic laici etiam inferiores 25 regibus vn̄r debere intereſſe. Et de his laicis inferiorib. †ēt vr̄ tex. in c. in nomine dn̄i. 23. di. ibi ꝙ ſi quis ꝯ hoc noſtrum decretum ſynodali ſn̄ia ꝑmulgatū, iuncto eo ꝙ ſup. dr̄ ſicq; reliquus clerus & populus. & tex. ī c. in ſynodo. 63. di. ibi cū clero & populo Romano & c. & in d. c. ad ſedem. 35. q. 5. ibi in ſuo praſcriptione & in d. c. conuenientib. 1. q. 7. & in d. c. Anaſtaſius. 19. di. & in d. c. ad apoſtolicæ de re iud. & gl. in d. c. fi. de ijs quæ fiunt a prælato. & in c. Adrianus, el 2. 63. di. Et ꝑ his facit 26 ratio, †qa conciliū repræſentat eccleſiam vl̄em. ut in c. ſicut in fi. 15. di. ſed eccleſia dr̄ fideliū collectio. de conſecr. di. 1. in eccleſia ergo vr̄ ꝙ quilibet fidelis debet admitti. ad idem facit ꝙ act. 15. factum fuit concilium cum apoſtolis presbyteris & aliis ſeniorib. & honorabilibus uiris. Facit ēt quia in cōciliis, agenda ſunt quę omnes fideles tangunt, ut in c. in nomine dn̄i. 23. di. cum ſi. ergo vr̄ ꝙ omnes fideles ſint uocaudi regula quod omnes cum. ſi. in 6. Ad idē ēt facit ꝙ oēs curati presbiteri ſunt p̄lati. c. cū ab eccleſiarū. de off. or. & ſicut ep̄s gerit curā in ſuo ep̄atu, ſic & p̄sb. parochialis in ſua parochia in c. ſi ep̄s & c. nullus, & in c. fi. de paroch. & in c. ſicut. ibi archi. & dom. 7. q. 1. & in c. cū ſit, de ęta. & qual. cū ſi. ergo vr̄ ꝙ ipſi ſint vocādi ſicut maiores p̄lati. Pro quo eſt tex. in d. c. cōcilia. 17. di. vbi tex. appellat ea cōcilia ſacerdotū. & in §. hinc ēt. di. vbi in cōcilio imperator p̄cepit ꝙ ſacerdotes cōuenirēt Sil̄r reſpectu ordinis cardinales diaconi & presbiteri nō dn̄r maiores. p̄lati. ut in c. q̄q̄. 2. q. 7. & ſup. dictū eſt in p̄cedēti rubrica. ſi, ergo ad cōciliū tm̄ maiores pręlati eſſent vocādi. nō videretur quod diaconi cardinales eſſent uocandi, quod eſt falſum ſecundum omnes, doct. Ad idem facit quod ponitur in principio primæ actionis in concilio Calcedonenſ. ubi interfuerunt plures conſules, Patritii, præfecti & magiſtratus Et de perſonis eccleſiaſticis ibi probatur ibidem in 7. cognitione, ubi in condemnatione Euthicis ſubſcripſerunt plures presbyteri, ex quo videtur quod habuerint uocem. Item in concilio Conſtantien. in Senen. in Piſano etiam omnes inferiores prælati fuerunt admiſſi, ut dicit Abbas in allegationibus quoniam veritas in fine. qui dicit, quod poſtquam fuerunt admiſſi ſiue de iure ſiue de gratia, uocem habere debuerunt, nec poterant excludi, nec fuerunt excluſi, & fuerunt cōſtituti in quaſi poſſeſſione uocis dandæ. Et plus ibi di- 27 cit, †quod non ſolum prælati & clerici inferiores ſed quod etiam laici poſſunt ad concilium euocari, & eis poteſt vox communicari per dictum capit. Adrianus el ſecundo & capit. in ſynodo. 64. diſt. Sed quo ad concilium Baſilieſe & alia quæ non fuerunt canonica, non potuit quæri quaſi poſſeſſio vocis dandæ, argumento eorum quæ ponuntur in cap. cum eccleſia Sutrina de cauſa poſ. & proprie. Sed contrarium, ꝙ 28 immo nec Abbates, †dicantur de numero concilij, probant tex. & not. ibi domi. in c. epiſcopus. 18. diſtin. Et licet loquatur de concilio ſynodali, videtur idem longe plus per argumentum a maiori de concilio generali. Videtur ergo ex varietate iſtorum iurium quod materia reddatur difficilis. Docto. tamen communiter in cap. graue de præben. maxime Ioan. de Immo. dicunt quod ad concilium generale ſunt uocandi epiſcopi totius orbis & alii ſuperiores prælati, & in ꝓuinciali concilio epiſcopi tantum de neceſſitate. Alioqui addunt etiam & Abbates in generali. De quo domi. in dict. tractatu in quarta q. & idem domi. in c. ad apoſtolicæ de re iudi. in notabilibus. Et archie. Fo in 3. parte ſum ti. 24. c. 2. & brixien. in quodam ſuo tractatu de concilio & archidi. in §. ſed hoc intelligendum eſt. 1. q. 1. in ca. ſtatuimus. Idem etiam archi. & Alex. in cap. conuenientibus. 1. q. 8. & idem Alexand. c. canones. 15. di. Idem etiam cardinalis de turrę cre. in trac. de poteſtate papæ. li. 3. cap. 12. & in c. generalia. 17. diſt. in 4. q. vbi concludit quod in voce deciſiua & conſultiua uocandi ſunt ſoli epiſcopi, quia eſt eorum qui habent poteſtatem clauium. Matthæi. 18. & Matthei 5. uos eſtis ſal terrę. ſed in conſultiua tantum poſſunt vocari etiam inferiores ſiue clerici ſiue laici, ſicut fuit in Conſtantien. vbi dicit interfuiſſe inferiores epiſcopis. In iſta materia quę a paucis eſt poſita, in qua & doct. tranſeunt ſicut muſcipula inter prunas, vt dicit Abbas in dicto cap. graue in finalibus uerbis Aut quærimus qui poſſunt intereſſe uel ſunt admittendi in concilio generali, & iſte erit articulus de per ſe. qui infra eximinabit, aut quærimus qui ſunt neceſſario vocandi ad concilium generale quando tractatur de rebus & perſonis eccleſiaſticis. ut puta de duobus contendentibus de papatu vel de depoſitione papę vel ſimilibus quæ concernerent ſtatum eccleſiæ, & tunc ſine dubio laici cuiuſcunque gradus non ſunt vocandi, quia ad eos non ſpectat tractare eccleſiaſtica, ut in capit. ſacroſancta & in cap. maſſana de elec. 16. q. vl. laici. cap. fi. de rebus eccle. non alie. c. cauſam quæ, de præſcrip. & in cap. ubinam. & in cap. bene quidem & c. nos ad fidem. 77. diſt. & in c. ſi pet ordinationem cum tribus ſequentib. & præcedentibus. 64. di. & ſimil. etiam ſi imperator & reges fuerint, ut dictis iuribus. 63. di. Poteſtas enim diſponendi de eccleſiaſticis data fuit clericis & non laicis, quia Petro & apoſtolis, & in perſonis eorum ſucceſſoribus ipſorum data fuit poteſtas de ſpiritualibus diſponendi, ut in d. c. bene quidem, & d. c. nouit & c. eccleſia de conſtitu. & bene in c. principes. 23. q. 5. & eſt 29 extrauagans Bonifacii quę incipit debent, †Vnde laicis in eccleſiaſticis & aliis ſpiritualibus obſequēdi manet neceſſitas non authoritas imperandi, ut in c. fi. de rebus eccle. non alie. 30 Et populus, †eſt docendus & non ſequendus. 62. diſt. docendus, niſi eſſent eis conceſſa aliqua ex priuilegio uel de cōſuetudine, ut patet de conſenſu prędtando in electionibus eccleſiarum cathedralium regni poſt, vel ante electionē, & eſſet de hoc tractandum, ut in c. cum terra & in c. cum inter uniuerſas, & in cap. quod ſicut de elec. & in c. de hoc. de ſimo. Sicut etiam dicitur de regibus francię, & Angliæ qui habent priuilegium conferendi certa beneficia in ſuis regnis, ut in ſpecu. in ti. de legato. §. nunc tractemus, verſi. ſed nunquid. & Ioan. An. in addi. ibi & in tit. de preb. ad finem. & doc. poſt gl. in c. 2. de præben. in 6. Et de imperatore, cui olim præſentabatur electio papæ, ut in cap. agatho. & c. ſequenti. 62. diſt. & c. in ſynodo. & in cap. reatina cum duobus ſequen. ea. diſtinc. vbi de ſimilibus per totam diſtinctionem. De quo etiam per 31 Ale. in c. imperium. 10. di. vbi etiam vtrum, †poſſit acquiri ius conferendi per regem longiſſima preſcriptione, de quo ēt in c. dilectus ultimo de præben. & in dicto capitulo ſecundo eo. tit. in 6. Vnde ſi hoc haberent ex priuilegio & conſtaret, 32 tunc eſſent vocandi. Fallit niſi †tangeret alicuius intereſſe proprium quia tunc deberet vocari, non qa laicus poſſit intereſſe in concilio, ſed quia non citatus non poteſt abſens dānari, nec de eo iudicari, vt in l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. & in l. conſentaneum. C. quo. & qn̄ iudex, cum ſi. & ita intelligit quod dicitur in c. ad apoſtolicæ, de re iud. & in ca. propter eccleſias. 18. diſt. omnes enim, de quorum factis agitur ſunt vocandi. Ita dicit Imo. Io. An. Ant. & alij loquendo de concilio prouinciali in d. c. graue. Item & oēs ſunt citandi quos cau- 33 ſa tangit, vt in c. abeuntib. 63. diſt. eſt. n. citatio †de iure naturali, quæ non poteſt omitti nec a concilio, nec a principe. l. facultas. C. de iure fiſci. li. 10. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & cle. paſtoralis. de re iud. puta ſi tractaretur de deponendo imperatore, quæ cauſa tangit etiā laicos. poſſunt enim laici intereſſe concilio & vocari ad concilium pro iuſticia petendā vel defendenda, vt in c. nouit, de iud. dicit Io. An. in cap. fi. de ijs quæ fiunt a præla. Bonus eſt tex. in c. 1. de ſponſa. Fallit ſecū- 34 do †niſi papa vellet vt etiam laici citarentur poteſt. n. papa ēt laicos facere capaces rerum eccleſiaſticarum ſiue ſpiritualium maxime vocis dandæ, vt in d. c. Adrianus, el ſecundo. 63. diſt. 2. q. 4. mennam. 96. diſtin. bene quidem. Poteſt. n. laico dare poteſtatem excōicandi 32. diſt. §. verum in gl. & Io. An. in c. 2. de præben. in 6. facit quod dicitur poſt gl. in c. decernimus, de iud. Item & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi, ut in cap. quanto, poſt gl. de conſue. per doc. dummodo non ſint talia per quæ denigraretur ſtatus vniuerſalis eccleſiæ, vt puta quod conficeret corpus Chriſti, quod presbyteris tantum & alijs ſuperioribus eſt conceſſum, ut in c. 1. de ſumma trinita. Item ex demandatione papæ poſſet laicus omnia facere quę ſibi eſſent demandata, & ſic etiam confirmare & chriſmare, ſecundum gl. in c. manus, de conſecr. diſt. 5. de quo quid tenēdum, dic vt per Doct. in d. c. quanto. & in ca. peruenit. 95. diſt. Item poteſt etiam papa delegare laico cauſas ſpirituales, vt in c. 2. ibi gl. & doc. cum concordantibus, de iud. Et iſto mō 35 poſſunt †intelligi omnia iura in quibus apparet laicos interfuiſſe conciliis in quibus tractatum fuit de rebus. ſpiritualib. quia interfuerunt tanquam inuitati, non autem tanquā qui iure ſuo neceſſario fuerint vocandi, vt in c. ad ſedem, 35. qō. 5. & in d. c. vbinam. 86. diſt. cum aliis ſup. alle. Et ſic iſta fallentia non proprie videtur conuenire ad principale quæſitum quo quæritur qui ſint neceſſario vocandi ad generale conci- 36 lium. De perſonis autem eccleſiaſticis, † quæ ſint neceſſario vocandæ quando tractātur res ſpirituales, dicendū eſt ꝙ, aut loquimur in voce deliberatiua, deciſiua, ſiue diffinitiua. & clarum eſt ꝙ omnes epiſcopi & alii maiores prælati ſunt neceſſario vocandi, quia ipſi proprie ſunt de concilio generali, vt patet de omnibus ſupra, & in oīb. iurib. ſup. in princip. pro iſta parte allegatis. & patet. 63. diſtin. per totum. Et bene oſtēditur actu. 15. quando apoſtoli celebrarunt concilium, in cuius locum ſucceſſerunt epiſcopi, ut in ca. eccleſiæ principes. 35. diſt. & dictum fuit in præcedenti rubr. De quibus dicitur pſal. 44. pro patribus tui nati ſunt tibi filij & c. Vbi glo. Hiero. dicit exponendo. fuerunt in eccleſia apoſtoli patres tui, quoniam ipſi te genuerunt, nunc autem, quia illi receſſerunt a mundo, habes pro eis epiſcopos, ſunt enim, & hi patres tui, quia ab eis regeris, cum. n. epiſcopi ſucceſſerint iis quib. dominus ait Mat. 5. vos eſtis ſal terræ, vos eſtis lux mundi, & iterum Mat. 18. quæcunque ligaueritis ſuper terram & c. ſiue lo- 37 quamur †in voce deliberatiua ſiue conſultiua, de neceſſitate ipſi epiſcopi ſunt vocandi. Ad quod etiam facit illud pſal. 44. conſtitues eos principes ſuper omnem terram, quod de epiſcopis dictum intelligimus. Et facit text. in c. placuit. 18. diſt. vbi puniuntur ſi negligunt ire ad concilium. quod & ponit Abb. in c. quod ſuper his, de maio. & obe. & in c. ego N. de iureiurā. Et cum ſuperioribus prælatis intelligo etiam cardinales quantumcunque nō ſint epiſcopi cardinales, propter amplitudinem dignitatis & aſſiſtētiam papæ, ut in d. c. antiqua, & in c. ad apoſtolicæ, de re iud. in 6. & in cle. paſtoralis, eo. ti. Quæ duo iura ſunt edita in concilio & de conſilio fratrum, videlicet cardinalium, & ſonāt quod ipſi ſunt neceſſario vo- 38 candi. Dubium tamen †eſt de abbatibus & aliis inferioribus. Et quo ad abbates videtur quod non ſint neceſſario vocandi per id quod dicit Inno. in dic. c. graue, de præben. ubi dicit quod in conciliis prouincialibus non ſunt neceſſario uocandi abbates, ut in c. epiſcopus non debet 18. diſt. Ad idem reperio allegatum Petrum & Abb. antiquum in c. ſicut olim, in fine, de accuſ. Sed ibi abbas dicit ꝙ non ſunt compellēdi, & ibi non loquitur præciſe de abbatibus, ſed & de omnibus inferioribus epiſcopis, & remittit ſe ad cap. fi. de ijs, quæ fiūt a prælatis ubi loquitur de capitulis cathedralium eccleſiarum, quæ dicit non eſſe vocanda. allegat Inno. in c. graue, de præbendis, & Vincentium, in capitulo, cum in veteri, in glo. quæ incipit expectatum, de electio. Antonius de Butrio in dicto capitulo graue. dicit tantum vocandos de neceſſi-

tate episcopos ad concilium prouinciale, per cap. quoniam
quidem. di. 18. licet ad concilium synodale episcopi, sint vo-
candi etiam abbates & sacerdotes & totus clerus diœcesis,
ut in c. decernimus. ea. di. & in c. quod super his de maior. &
obe. ut dicit Antonius & Ioan. de Imo. in d. c. graue. Ergo vr̄
quod ad generale non sint necessario abbates uocandi, sicut
nec ad prouinciale. Et pro hoc uidetur bonus tex. in c. ex ore
de priuil. qui posset etiam induci in contrarium, ex quo ibi
quo ad abbatem sumit argumentum etiam quo ad conci-
lium generale, quasi uelit quod abbates debent interesse in
conciliis generalibus. Et idem in effectu videlicet quod non
sint necessario uocandi abbates, uult Ioan. And. post Innoc.
& Hostien. in d. cap. graue. Allegat c. quoniam quidem & c.
episcopus & c. placuit. & cap. propter. 18. dist. Hoc idem ꝑbat
tex. in c. satis euidenter. 97. dist. in fi. ibi illicitum namque est
eum qui non sit in ordine sanctissimorū episcoporum eccle
39 siasticis immisceri tractatibus. Hinc etiam ostenditur, † clarū
esse quod deliberare & statuere & reformare aliquid in con
cilio & collegiis est iurisditionis, ut in c. fi. de rebus eccle. cap.
qualiter & qñ de accusa. Sed hæc iurisditio remansit penes,
magnos prælatos. olim enim ecclesia regebaẗ per omnes sa-
cerdotes, ut in cap. olim. 96. di. ideo non mirum si omnes, se-
niores vocabantur ad concilium. Sed hodie est facultas con
gregandi libere. ut in cap. 1. 15. di. & distincta potestas episco
pi a potestate inferiorum sacerdotum, vt patet per totum de
offi. ord. & 6. q. 3. scitote. & 9. q. 2. nullus. & c. episcopi, & q. 3.
c. per singulas, cum simil. Ideo tantum ij uocandi sunt penes
quos remansit ista iurisditio, & sic tantummodo episcopi.
Bal. autem ut supra dictum est uult quod congregato con-
cilio possint Abbates ad concilium uocari, sed ad congregā
dum non possint inferiores episcopis trahi inuiti. Sed si bene
inspiciatur Bal. potius videtur loqui in concilio prouinciali
quia si abbates sunt necessario vocandi ad concilium gene-
rale, frustra diceret quod non possunt trahi inuiti. Nec ob-
stat quod episcopi vocant inferiores ad synodos, ut in capit.
decernimus. 18. di. & dicit in d. cap. graue, quia illud verum
est non vt statuant vel iudicent, sed vt eis facta in prouincia-
li concilio insinuentur, ut in d. cap. decernimus, & cap. sicut
olim de accusa. Et pro ista parte sunt omnia iura, & aliæ ra-
tiones pro episcopo supra in principio adductę. Et propterea
istam opinionem, quod non sint necessario uocandi infe-
riores episcopis ut habeant vocem decisiuam, tenuit domi.
in c. 1. & in c. regula. 17. dist. & tenuit etiam archie. flo. in dicta
summa. & car. de turræ cre. vbi supra, Nisi ut dicit abbas essēt
patres abbates, quia etiam essent necessario uocandi. Si autē
vocarentur ad habendum uocem consultiuā, possent & alii
40 inferiores uocari. Et pro ista opinione facit ratio, vt † euitetur
cōfusio ut in §. & ante quidem in proœ digestorum. & vt eui
tetur contemptio, quia multitudo facit contemptibiles 93.
dist. legimus. & 23. disti. tales.. & ut cessent contentiones quæ
plerunque propter multitudinem oriuntur. facit quod dicit
Bal. in trac. de schisma. in ru. C. si quis aliquem testa. prohi. Et
ut cessent discordiæ, ut in c. nos ad fidem. 96. dist. sicut factū
legitur in cōcilio Basilien. vt legitur in cerimoniali. & idem
dicit cardi. de turræ cre. ubi supra. De quo uidemus in conci-
41 lio † senensi, vbi interfuerunt abbates & simplices canonici,
ut patet in gestis cōcilii Basilien. in principio primæ sessionis.
ubi fuit inter cæteros pro natione Italia dominicus de san-
cto Geminiano, qui erat auditor cameræ, & Nicolaus abbas
sancti Donati pro prælatis senen. Dominij. & pro gallicana
abbas ursicampi, & pro hispanica Petrus alphonsi abbas san-
cti Vincentij & canonicus toletan. pro Germanica hartun-
gus decretorum doctor & Rotæ auditor, & frater Theodori
cus de Andel monachus ordinis præmonstraten. in decretis
licentiatus eiusdem ordinis procurator, & pro natione An-
glicana Thomas de Merdona canonicus Ascolan. in sacra
pagina baccalarius. cum aliis episcopis qui fuerunt in conci-
lio Senen. vna cum præsidentibus nomine papę pro loco fu-
turi concilii, qui factis pluribus altercationibus elegerunt ci
uitatem Basilien. in prouincia Bisuntinen. pro idoneo loco.
Ex quo videtur ꝙ isti etsi non erant episcopi uel patres abba
tes habuerint uocem decisiuam in concilio Senen. Ad quod
potest responderi ꝙ isti erant procuratores nationum sua-
rum, & tanquam procuratores actum fecerunt. Vel melius
quod illud fuit ad deliberandum pro loco concilii eligendo
42 item & ibi ea de causa generata est confusio. item † & patre.
abbates quantumcunque dicantur habere quasi episcopa-
lem iurisdictionem, & abbas voluerit eos esse uocandos, ta-
men quia non sunt de numero episcoporum, crederem non
esse necessario vocandos, quia de eis hoc iure non cauetur
sicut de epis. nec hñt epalē iurisd. rōne dignitatis abbatialis,
vt j. dico. Et ad oīa iura in ꝯriū adducta tenētes istā partē pos
43 sent rñdere. † Ad c. ego N. de iureiu. ꝙ licet † ēt abb. iurēt voca
ti ire ad concil. nō seqtur ꝑpea ꝙ necessario ipsi sint vocādi,

sed si vocant. tenent ire, itē dēt intelligi de ꝯcilio eis ꝯueniē
44 non de generali. Ad capit. † Adrianus & capit. in synodo, po
test responderi quod licet ipsi abbates interfuerint concilio
non sequitur quod necessario fuerint uocandi, sed quod po
tuerint interesse, uel quod iuerint non uocati, vel quod ex
urbanitate fuerint vocati. Et tales admittendi sunt sicut, de
prouinciali concilio dicit Ioan. An. in cap. graue de preben.
45 Ad † cap. conuenientibus, prima q. 7. dicitur quod non loqui
tur simpliciter de Abbatibus. sed de monachis, sed glos. est
quę exponit de abbatibus, & potuit esse quod concilium ad
miserit omnes volentes ire. Et quod dicitur in principio de
abbate qđ interfuerit rñ. qđ interfuerit. vice & noīe Adria-
ni papæ, & iō ut dixi s̄. eo casu pręferī etiā patriarchis, archi
episcopis, & episcopis, ut ibi notatur. Ad tex. in ca. episcopis
non debet. 18. dist. respondetur quod potius est contra, quia
si non potest cogi ire ad synodum, ergo non est necessario ci
tandus. & ille text. & quæ infra adducuntur non loquuntur
in concilio generali sed prouinciali & synodalį episcoporū.
Et similiter ad cap. decernimus. bi enim non uocantur ut sta
tuant vel iudicent, sed ut eis insinuentur gesta in concilio p-
uinciali. Ad c. fi. de causa posses. & proprie, non dicitur quod
iuerit coactus ad concilium Abbas, & patriarcha ibi se fun-
dat potius in possessorio, Ad. c. Anastasius. 10. di. licet loquaẗ
de concilio generali, ibi nulla fit mentio de Abbatibus, nec
sequitur presbiteri tenentur ire ergo & Abbates. Instātia tol
lit contrarium. d. c. episcopus non debet. iuncto. cap. decerni
mus. 18. di. Vel & melius secundum mathesillanum cum ibi
dicitur sine consilio episcoporum præsbiterorum & clerico-
rum, intelligitur de episcopis quod debent adesse ut iudices
presbiteri vero & clerici, scilicet maiores, ut sunt cathedra-
lium ecclesiarum canonici, dicuntur requiri ut cōsultorem
per c. fi. de iis quæ fiunt a præla. Qui etiam respondet ad cap.
ubinam legistis. 96. di. quod ibi agitur de articulo fidei, ubi
debent interesse laici, de quo infra dicetur. Ad capitulum
quod super his de maio. & obe. potest responderi quod loq-
tur in concilio episcopi & quando Abbas habet plebem se-
cundum glo. ibi. & cap. nimis praua, de excel. pręla. ut cōcor
det cum dicto c. episcopus. Et etiam in abbatibus exemptis,
qui. etsi alias non tenentur ire ah synodum, ut in cap. ex ore
de priuile. tenebuntur ratione capellarum & plebis si per se
illas tenent & curam exercent, ut dicit Abb, in d. c. quod su-
per his. Quibus adde quod plene ponit do. in d. c. episcopus,
& quod dicitur in dicto. c. nimis praua in glo. 1. de excel. pre
46 la. Ad illa iura quę innuunt inferiores episcopis interfuisset
in conciliis. respondetur quod potuerūt interesse ex urbani
tate, uel uocati pro illorum interesse Nec ualet consequen-
tia interfuerunt, ergo de necessitate debuerūt vocari, de hoc
47 tamen dicetur infra in suo loco. Adde † etiam quod licet ab
bates vocati non teneantur ire ad synodum prouincialem,
tamen, ut dicit domi. In d. c. episcopus, expedit eis ire pro-
pter statuta quæ frequenter ibi fiūt contra eos, quæ possunt
impediri si sint præsentes. & idem refert Felin. in dicto capi.
quod super his, item & mendicantes & priuilegiati alias nō
tenentur ire, ut dicto capitulo nimis praua, de excel. præla.
48 An autem, † & quādo abbates, & alii inferiores prælati te-
neantur ire ad synodum prouincialem & quando ad syno-
dum episcopalem, vide ample. domi. & alios in dicto capitu
lo episcopus. 18. distinctione & doct. in dicto capitulo, quod
super his. & archidia. & in capitulo Abbates. 28. quęstione se
49 cunda Et de episcopo, † an teneatur ire ad concilium prouin
ciale, idem in capitulo si episcopus eadem. 18. distinctione Et
monachi si sint uocati, si sunt claustrales non tenentur ire,
secus si habent plebes, ut in dicto capitulo episcopus, & dic.
cap. quod super his. Et cistertien. non tenentur ire. archid. in
in dicto, c. Abbates. & uide tex. in c. fi. ea. causa & q. ad quem
50 respondet archi. in præallegato. c. Abbates. Et an † concilium
prouinciale, quod procedit ad correctionem morum, & re
formationem, ut in c. sicut olim de accus. possit procedere ꝯ
archiepis. & qđ si in ꝯcil. s̄. archiepm̄ interest primas, doc. ma
xime imo. in c. graue de præb. Et an uocare ad synod sit legis
dięcesanę vel iurisd. in c. dilectus de of. ord. & uide Fel. in d.
c. quod super his. & ibi late vtrum episcopus possit statuere,
in concilio contra ius canonum. Et quādo & quomodo pos
sunt inferiora concilia statuere, domi. plenę in summa. 17. di
stinctione, & per totam illam distinctionem uide de mate-
ria inferiorum conciliorum. De aliis presbyteris & clericis
inferioribus ad iura supra allegata respondet Abb. ea sonare
quod fuerunt inuitati ut irent, nō ꝙ necessario tenerentur
ire. Et potest aliter responderi quod illud fuit secūdum prio-
ra tempora cum non tantum creuerat multitudo fidelium.
Item dic quod ubi de generali concilio fit mentio, conciliū
presbiterorum exponi debet idest episcoporum, ut uult glo.
17. distin. in cap. concilia. simile in cap. non potest de re iudi.
51 & in ca. omnis oppressus. secunda quæst. 6. Non placet, mihi
opi-

opinio abbatis, videlicet quod sint necessario vocandi pa-
tres abbates, quia licet isti etiam videantur hr̄e quasi episco
palem iurisdictionem, vt in cle. 1. de reb. eccl. non alie. in glo.
in verbo proprii, & in c. abbates, de priui. in 6. & in clem. 1. de
rescr. ibi gl. & in c. fi. de regularibus in gl. non tamen habent
episcopalem dignitatem nec successerunt loco apostolorū
sicut episcopi, vt in c. in nouo. 21. dist. quibus dictum est quæ
cunque ligaueritis &c. Mat. 18. & dixi superius. Hodie tamen
52 † inoleuit consuetudo ꝙ etiam abbates & generales ministri
ordinum religiosorum & omnes qui cum promouentur ad
dignitatem, iurant venire ad synodum, iuxta d. c. ego N. sunt
vocandi ad generale concilium. Ita reperio factum in conci
lio Constantien. & refert Card. de Tur. cre. in ru. qui ad conci
lia generalia sunt vocandi. & idem Brixien. in suo tract. & di
citur in cerimoniali, in ru. qui habent vocem deliberatiuam
in conciliis. Et sic per istam consuetudinem est approbata
opinio Arch. & Dominici in d. trac. & Card. Alex. ubi supra.
De ministris tñ generalib. in contrarium facit tex. in d. ca. ni-
53 mis praua. de excess. præla. Aut loquimur † in dando vocem
consultiuam. & clarum est ꝙ etiam in rebus & personis ec-
clesiasticis possunt & debent de honestate vocari etiam infe
riores clerici, maxime viri doctissimi & prudentes. Quinimo
etiam laici per iura supra alleg. possent vocari, quæ ut dictū
est intelliguntur ꝙ debent inuitari ut consulant, non neces-
54 sario, vt decidant. Ad hoc benefacit forma † in subscriptioni
bus in concilio faciendis, vt consideretur diuersitas inter ma
iores & inferiores, quia si est episcopus, eius forma est Laurē
tius episcopus Mediolanen. iudicans subscripsi. alii presbite-
ri, Titius presbiter vel archimandrita monasterii sancti Ioā-
nis subscripsi. & imperatores subscribunt non tanquam dif
finientes, sed tanquam diffinita suscipientes, ut patet ex sub-
scriptionibus imperatorum in 8. sinodo. & sic arguitur bene
ꝙ episcoporum proprie in conciliis est decidere, vt dicit car
55 dinalis de Turrecre. ubi supra. An autem † teneatur quis ire
ad concilium quando clare constat ꝙ vocatur ex causa no-
torie iniusta, puta quia causa est inserta in citatione. Abb. te
net ꝙ non in d. c. ꝙ super his, de maio. & obe. vide ibi Innoc.
& alios, qui multum ponderant quando vocatus ex causa in
iusta non auderet contradicere. Tamen ꝙ teneatur compa-
rere præ se ferunt quæ dicuntur in l. si quis, ex aliena, de iud.
& in cap. cum ordinem de rescript. Quid autem dicendum
56 de capitulis † cathedralium ecclesiarum, an sint uocāda, quo
ad prouincialia concilia ex tex. ꝙ sic, maxime qñ tractanda
ibi tangerent capitula, ut in c. fi. de iis, quę fiunt a præla. & ibi
gl. loquitur quid de laicis. & iura quæ allegat, etiam habent
locum in generali concilio, de quibus statim dicam. De istis
autem capitulis cathedralibus an sint vocanda ad concil. ge
nerale, dic per omnia sicut dictum est de inferioribus abbati
bus & ministris generalibus, uidelicet ꝙ possint inuitata in-
57 teresse vt consulant. Fallunt etiam † omnia prædicta in illis
duobus casibus de quibus supra diximus in laicis, uidelicet
nisi tractaretur eorum interesse, & nisi papa uellet eos citari.
quia tunc propter ipsorum interesse deberent de necessitate
citari, ut dicitur in d. c. fi. & c. graue per doc. Imo si viderent
aliqua tractari quæ concernerent eorum interesse & possent
eis præiudicare, ipsi possent appellare, ut in c. super eo, de of.
dele. & in c. Nicena. 31. dist. & Io. And. in d. cap. fi. Adde etiam
ꝙ quando tractatur de interesse aliquarum prouinciarū par
ticularium, ꝙ ēt vocari debent ut saltem mittant procurato
res. imo ēt eo casu illorum votum maxime est attendendū,
vt in c. cum longe, & ibi Alex. 63. dist. facit quod dicitur in
cap. fi. de maio. & obe. Aut loquimur quando in concilio ge
nerali tractatur non solum de rebus & personis ecclesiasticis
sed etiam de ijs quæ concernunt laicos, ut puta sicut fuit tem
pore Gregorij X. vbi in concilio Lugdunens. fuit tractatum
de tollendo impedimentum publicæ honestatis, circa ma-
trimonium, ut dicit Io. An. in c. non debet de consan. & affi.
sicut etiam in casibus positis in capitulo finali, in glos. finali,
de ijs quæ fiunt a præla. & similibus qui concernerent statum
vniuersalem fidelium. Et tunc si loquimur de laicis, dicerem
quod aut non tractatur de eorum præiudicio. & tunc sine du
bio dico non esse vocandos necessario, ut decidant & diffi-
niant in concilio. Pro hoc est tex. in capitulo principes. vige
sima tertia quæstione quinta, ubi dicitur quod nec laici nec
potestas secularis debet se intromittere nec est necessaria in
ecclesia, nisi vt quod non præualent sacerdotes efficere per
doctrinæ sermonem, potestas hoc imperret per disciplinæ
terrorem. Quod intelligo etiam si in concilio tractaretur de
causa quæ esset æque communis laicis ac clericis in genere,
quia sicut in concessione priuilegij, vel rescripti non est ne-
cesse citari etiam eum quem causa tangit, ut in l. penult. ibi
glo. quæ consueuit allegari singularis. ff. ex quib. cau. ma. nec
in edit. statu. per superiorem, ut in l. omnes populi ibi docto.
ff. de iusti. & iur. l. cunctos populos. C. de summa trinitate, &

in c. cum olim de re iudi. & in c. fi. de officio lega. & in dicto
c. quod super his de maio. & ob. ita nec in proposito quia lai
cis tractare de rebus ecclesiasticis. nullo modo permittitur,
ut supra dictum est. 99. di. in sum. & 16. q. vlti. cap. laici, cum
aliis concordantibus ibi allegatis. Aut loquimur in casu vbi
ageretur de eorum præiudicio, & qui ita cōcerneret factum
laicorum vt clericorum. Et tunc glo. in capitulo fina. de iis,
quæ fiunt a præla. ponit tres casus in quibus necessario sunt
uocādi. primum ubi specialiter sunt inuitati. ut in cap. adria
nus. 63. di. el. 2. & iste casus non facit ad propositum. Alium
casum quando tractaretur causa matrimonialis, ut in d. ca.
ad sedem. 35. q. 3. Et tertium quando tractaretur causa fidei
per tex. in c. vbinam legistis. 96. di. Ioan. An. in d. c. fin. vult ꝙ
etiam eo casu quo agitur causa fidei & matrimonialis, non
possint interesse vt iudicent sed ut audiant. ut in c. nullus 62.
di. & idem ibi Butrius eo. maxime quia possunt postea ordi-
narii eis publicare, ut in c. decernimus. 63. di. & c, sicut olim
etiam si essent excommunicati, ut in cre. sponso, de sentent.
58 excom. & idem cardinalis Flore. Et hoc. † nisi iudicialiter age
retur contra eos vel pro petenda vel defendenda eorum iu-
stitia, quia tunc essent uocandi, ut in cap. nouit de iudi. & su-
pra dictum est, & idem Ioa. de Immo in d. c. fi. Pro hoc facit
quod causa fidei est mere spiritualis, & de ea alius nō potest
se intromittere nisi exequendo ad mandatum iudicis eccle-
siastici, ut in c. vt inquisitionis. §. prohibemus de hęre. in sex-
to. Imo non possunt laici de fide disputare. ut in c. 2. §. inhibe
mus eo. ti. & li. & in l. 3. C. de summa trin. Idem videtur dicē-
dum de causa matrimoniali, quę est mere ecclesiastica, ut
in capit. primo de consan. & affi. & in clem. dispendiosam cū
59 sim. de iudi. Et hoc † idem videntur tenere communiter do
cto. in omnibus locis, videlicet, quod etiam in istis non sint
necessario uocandi, sed quod inuitati possint venire, & etiā
si ex se venerint non esse eiiciendos. Et ita dicunt procedere
cap. ad sedem. 35. q. 5. & c. ubinam legistis. 96. di. Et certe licet
doc. sic communiter transeant, tamen si recte consideretur
ratio tex. di. c. vbinam legistis, videtur quod debet saltem im
perator necessario uocari, dum dicit quod causa fidei est cau
sa vniuersalis, & non solum clericos sed etiam laicos concer
nit. Item ille tex. loquitur in conciliis prouincialibus, vbi ui-
detur maior ratio quare imperator non debeat interesse,
quia quod in prouincialibus statuitur, non affert præiudiciū
in uniuerso, sed tantum in prouincia. Et si bene cōsiderētur
60 iura supra allegata, pro imperatore. multum stringunt, ma
xime tex. in c. 1. 15. di. ibi Nicena synodus sub cōstantino im-
peratore peracta est. Nisi dicatur quod ibi narratur factum,
non quod Constantinus pręstiterit authoritatem concilio &
quod fuerit necessario vocandus, vel quod fuit in illo princi
pio in quo fuit data facultas congregandi plebes. Pro hoc ēt
est ratio, quia cum imperator sit dominus vniuersi, ut in l. de
precatio. ff. ad. l. Ro. de iac. & Luminare minus, ut in c. solitę
de maio. & obe. & princeps & caput laicorum, ut in c. in api-
bus. 7. q. 1. In gl. & in d. c. Adrianus el. 2. 63. di. cū in gñali con
cilio sit tractandum de oīb. ēt laicis in uniuerso, pp eorū prę
iudicium conuenit ꝙ saltem eorum superior vocetur. item
61 interesse, † cōcilio & dare vocem, est magis iurisditionis quā
ordinis. Et inde est ꝙ electus cōfirmatus, q hēt ea q̄ sunt iuris
ditionis, ut in c. transmissam de elec. hēbit vocē in cōcilio, ut
dicit Alc. in d. c. canones. 15. di. Sed imperator quo ad ea quæ
sunt iurisditionis īter laicos, est maior episcopo, ut patet in c.
solitæ de maio. & obe. ergo videtur ꝙ imperator debet voca
ri ad cōcilium. pp oīmodā iurisditionē quā hēt in laicos. Fa-
cit ꝙ dicit card. in c. licet. q. 35. de elec nbi dicit ꝙ imperator
62 est pars, † cōcilii, Maxime ubi tractatur causa fidei, q̄a est ad-
uocatus ecclesiæ, de elec. venerabilem. & in cle. Romani de
iureiu. Et in tñ eius iterest, ꝙ si papa est de heresi suspectus,
pōt ab eo exigere ut indicet quid sentiat de fide. 25. q. 1. Sata-
gendum. iuncto eo ꝙ ibi no. Archi. Et hoc credo verū qñ in
cōcilio tractareẗ aliqd ꝙ tāgeret laicos ꝙ posset de iure pim
peratorē expediri sine cōcilio, ut puta si tractaretur de refor
manda ecclesia uł̄i tā in clericis q̄ in laicis, & quo ad laicos
posset per imperatorem reformari & paratus esset se & illos
reformare, alioquin viderentur confundi iurisditiones, &
usurpari iurisditiones, contra not. in capitu. nouit de iudic. &
capitulo venerabilem de electio. & capitu. causam quæ el. 2.
qui filii sint legi. & quia neruus ecclesiasticę disciplinę cōfun
ditur si sua vnicuique iurisditio non seruatur, ut, vt 12. quęs.
1. ca. peruenit. Et idem quod dico de imperatore, credo etiam
de regibus & aliis principibus. ad hoc dicta Inno. & in cap. fi.
de feriis. & ad hoc potest esse ratio, quia tractatur virtuali-
63 ter de eorum interesse. Sed si causæ, † tractande essent mare
spirituales, tunc dico vocari tantum ut audiat & tractet &
consulat, & hoc in uno casu tantum, scilicet in causa. fi-
dei prout uult cardinalis in effectu, vbi supra. & tunc
ad fidem confirmandam, non ad potestatem ostendendam,

In causis autem matrimonialib. dicerem inuitandos laicos ad concilium tantum, vt audiant, & consulant, sicut fuit in d.c.cum ad sedem. 35.q.5. In alijs autem causis mere spiritualibus dicam idem de omnibus laicis per illum text. in c. vbinam legistis. 96. dist. videlicet ꝙ non sunt vocandi nisi ageretur de alicuius interesse & in forma iudicii, vt sup. dictum est 64 vel papa † vellet eos vocari, & habilitare ad dandum vocem etiam decisiuam siue deliberatiuam. Et licet Mathesilanus in suis additionibus ad tract. d. Antonij de Bu. dicat ꝙ quando agitur de articulis fidei clerici & laici sunt vocandi, & ꝙ quicunque voluerit interesse potest exprimere opinionem suam, quia agitur de communi præiudicio omnium, & qa posset tam bene scire sacram scripturam vnus laicus, vel clericus, & esse repletus spiritusancto, quod alios multos traheret ad suam sententiam 32. dist. Nicena. & vt innuit apostolus potest interdum reuelari paruulo, quod ignorat vir magnus, vt in c. esto 95. dist. intelligo non ꝙ necessario sint vocandi, sed bene inuitandi, vt consulant, vel dent suam opin. quia vt ipsemet dicit non dicitur ibi ꝙ sint iudices laici, & clerici, sed imo ꝙ decisio, & determinatio spectat solum ad 65 episcopos, & sic concordat cum supradictis. Et sic potest † intelligi quod reperitur factum in subscriptione multorũ presbyterorum post episcopos in concilio Calcedonen. in prima cognitione, ibi item septima cognitio in condemnatione contra Euthicen presbyterum, vt patet in exemplis, ibi Aunotheus epis. Andronopolitanæ ciuitatis iudicãs subscripsi. itẽ Genethlius epis. Argiuus iudicans subscripsi. Postea dicitur Andreas presbiter & Archimandrita subscripsi in depositione Euthicis per presbyterum Timotheum. Item Faustinus presbiter & archimandrita subscripsi in depositione Euthicis quondam presbiteri & archimandritæ. Item Martinus presbiter & archimandrita monasterii Dij subscripsi in depositione Euthicis quondam presbyteri & archimandritæ per fratrem Philippum. Item Petrus presb. & archimãdrita monasterii B. Thalasij sub damnatione Euthicis presb. quondã, & archimandritæ per Theodorum monachum subscripsi. Item subsequuntur plures alii presb. per seipsos subscribentes. item Iacob. diaconus & archimandrita Syrorum subscripsi per locum monachum meum in depositione Euthicis. Ex quib. omnib. patet ꝙ abbates siue archimandritæ subscripserunt, non tanquam iudicantes sed tanquam diffinita suscipientes & approbantes, cum episcopi tantum vsi sint vocabulo iudicans &c. quamuis ageretur contra Euthicen de causa fidei propter quam fuit depositus. In cæteris autẽ dic per omnia idem quod dictum est supra de causis ecclesiasticis, personas clericorum tantum tangentibus. An autem præmissa habeant locum in concilio facto in patriarchio Lateranens. quod papa facit cum clero & populo Romano, vt in c. sinodo. 63. dist. Dic quod illud non est tam generale, sed est simile concilio prouinciali, quia sicut papa est vniuersalis ecclesiæ episcopus & specialiter patriarcha vrbis Romæ, vt in d.c. Adrianus. el 2. 63. dist. potest uti patriarcha facere prouinciale concilium. & in isto concilio solum necessario sunt vocandi epi, sicut in conciliis prouincialibus, vt 18. dist. per totum. alii vero inferiores possunt citari vt consulant. Qđ credo verum cum in suo patriarchio vellet tractare aliqua nõ concernentia uniuersalem statum ecclesiæ, alioquin tunc diceretur magis concilium generale. maxime si essent generaliter omnes vocati ad concilium, vt dico infra in secunda proxima quæstione. Et limita etiam omnia præmissa semper nisi papa vltra eos qui necessario vocare debet, velit alios vocare, quia ipse præest in concilio tanquam rector, & moderator totius ecclesiæ & pastor dominici gregis & omnium episcoporum episcopus, vt dicitur in dicto cerimoniali. Ad hoc cap. ad apostolicæ, de re iud. in 6. 63. distin. in sinodo & dicitur in d. c. 1. 15. dist. per Alex. Et ita fecit Gregorius 7. in concilio per eum indicto, scribens episcopis & abbatibus totius britãniæ vt vadant ad concilium, vt patet in li. 2. registri eius. c. 1. Et adde ꝙ si papa velit statuere, vel per viam legis disponere de causis ecclesiasticis etiam non citatis nec inuitatis, nec auditis laicis, vt in causa fidei & matrimonij vt dictum est, ipsi etiam inuiti tenentur acceptare. nisi essent de articulis iam per sanctos patres & concilia decisis, quia tunc dicendum, ut in c. maiores, de baptis. alioquin sacrilegium esset de facto pontificis dubitare. 19. dist. in memoria. & in cap. nulli fas. & 66 Ioan. And. in dicto capitulo finali. Adde etiam † prædictis ꝙ prælati habentes vocem decisiuam possunt quãdo sunt omnes concordes & nullus contradicit papa absente in concil. generali admittere simplices clericos alias non habentes vocem. & hoc de consensu omnium, alias vno discrepante nõ possent eos admittere ad vocẽ decisiuã. sicut dr̃ in electionibus, & in cõpromissariis eligendis, ut in c. in causis & in c. qa 67 pp de elec. Sicut ẽt dr̃ in electione Roma. pont. ꝙ nõ valeret etiam si maior pars statueret quod electus a maiori parte esset papa, quia requiritur quod sit electus a duabus partibus, vel quando esset amplectenda via compromissi, ut dr̃ in capitulo. licet de elect. Sed ad uocem consultiuam, posset maior pars admittere simplices clericos, ut dicit Abbas in capit. scriptum in primo notabili de ele. Quod si possunt prælati papa absente, tanto magis poterit ipse papa habilitare simplicis clericos.

Sed quia diximus quod episcopi sunt necessario uocandi ad conciliũ, pone quod sit aliquis eps 68 titularis † tantum et nullatenen. an debeat vocari sicut alii episcopi? Et primo videtur dicendum quod sic, quia iste retinet dignitatem episcopalem, vt dictum est supra in rub. de ordine sedendi, et dicitur in clem. quamuis de foro compet. & in clement. in plerisque de electio. omnia enim quæ cohærent personæ retinet. est enim episcopus generalis, licet non administratione, tamen numero, ordine, & honore, secundum Hostiens. & refert cardin. in c. inter corporalia de translatio. prælat. & sic omnia poterit quæ sunt ordinis & dignitatis episcopalis vt dicit, Dom. Anton. in cap. 1. de ordinatis ab episcopo qui renunt. episcop. quia caret tantum loco, ut ibi. Sed contra videtur esse, quia dare uocem in concilio, est nõ tantum ordinis, sed etiam iurisditionis, vt per Alexander in cap. episcopos. 17. distinc. & in capit. canones. 15. distinctio. & dicitur in c. dilectus de offic. ordinar. & in cap. nimis de excess. prelat. ipsi autem nullam episcopalem habẽt iurisdictionem, ut in d. capit. 1. de ordin. ab episcopo qui renun. episcop. sequitur igitur quod cum non possint dare uocem decisiuã, non sint necessario uocandi. Et similiter idem videretur dicendum de episcopis qui resignassent episcouatui, ut in d.c. 1. Ad hoc est quod dicitur in c. venerabilis de censi, & quod dicitur in cap. post translationẽ de renuncia. Et idem de epis in uniuersali ecclesia qui habent ordinem episcopalẽ & nullius ecclesiæ titulum. Et hanc partem reperio tentam a quodam doctore in concilio Constantien. & credo quod sit tra-69 ctatus Ioan. de Lignano, † qui fuisset cardinalis si non fuisset bigamus, ut dicitur in c. at si clerici. de iudi. qui uult quod episcopus titularis habeat uocem, argum. cle. quamuis de foro. compet. sed quod alii qui resignarunt episcopatui & sunt episcopi in uniuersali ecclesia, non habeant uocem. ipse tamẽ Ioan. de Lignano. in capitulo postulasti de rescrip. refert clementem quintum dixisse sibi quod si non habuisset ũxorẽ fecisset eum cardinalem Et quod ipse respondit se nolle vi-70 uere de sanguine Christi. & papa. † allegauit ei tex. vt determinatus sit numerus clericorum, quod clerici possunt viuere de rebus ecclesiæ etiam si habeant patrimonium. ille vero replicauit hoc esse verum quando seruirent ecclesiæ, & non quando luxuriantur de bonis ecclesiæ, quæ erant pauperum. Dicit tamen Anto. de butrio in c. sane de conuer. cõiu-71 ga. Vrbanum, † non promouisse Ioann. de Lignano quia nouella filia. Io. And. quę erat eius uxor noluit ingredi. religionem iuxta dictum cap. sane & ca. vxoratus eo. ti. & hoc est verisimilius. Et de isto dicto Ioan. de Lignano vide Feli. in c. ad audientiam de rescrip. in prima colum. qui allegat eundem Io. de Lignano idem dicere in capit. episcopus de præben. Et ibi ẽt dicit põtifices pro cardinalatu sæpius dare verba gr̃alia. Quẽ me non petente Dei beneficio gratis & sine labore adeptus sum, pro quo diuinę maiestati habeo gratias. cui ho-72 nor laus & gloria in secula seculorum. Sed de prædicta, † cõclusione ego dubito, quia si ut dictum est retinet dignitatẽ episcopalem, illa in concilio videtur magis attendenda, qa nullus episcoporum potest prætendere iurisditionem dandi uocem in concilio generali plusquam aliis episcopus, & iõ nõ dicitur esse specialis iurisditionis istius vel illius ecclesię sed in uniuersali ecclesia episcopus & in concreto cum aliis episcopis repræsentantibus ecclesiam, ut in cap. 1. 16. dist. de quorum corpore est etiam iste episcopus quantumcunque renunciauerit, uel aliter sit episcopus in uniuersali ecclesia. Hoc etiam videtur probari, quia doct. in cap. episcopos. 17. distin. maxime Alexan. uolunt quod electus in episcopũ confirmatus, quantumcunque nondum consecratus, debet esse in concilio, quia potest administrare & exercere ea quę sunt iurisditionis, ut in c. transmissam de ele. Facit quod dicit cardi. in cle. quamuis. de episcopo non consecrato in q. 5. de foro compe. A pari videtur quod iste ex quo retinet ea quę sunt principaliora in episcopo ut supra dictum est, similiter possit & debeat interesse concilio & uocari & habere vocem. Qđ intelligo de episcopo qui renunciauit loco tantum & non ordini dignitati, & loco, ut in d. cap. 1. & d. cap. post translationem. Et ratio est, quia episcopi existẽtes in concilio recipiũt iurisditionem omnes in genere a papa & non ratione alicuius particularis ecclesiæ. Fateor tamen quod isti postponentur episcopis retinentibus locum & dignitatem, ut d.c. post translationem. Et hoc bene probat ille tex. in d. cap. inter corporalia, cum parificat electum confirmatum episcopo, qui cessit

73 cessit oneri, & non honori. Et idẽ dicerem de episcopis. † exititiis spoliatis episcopatu, quia isti possunt exercere iurisditionem contra spoliatores etiam in aliena diœcesi. & propterea videntur tanto magis esse uocandi, ut in cle, quamuis de foro competen. Et de episcopis quorum episcopatus occupãtur ab infidelibus, ut in cap. 1. de parroch. & in cap. 1. de præscrip. Et idem etiam dicerem de commendatariis cathedralium ecclesiarum, quia possunt omnia quę electus confirmatus, ut in capitulo is cui de electione in sexto. Idem etiã crederem dicendum, de protonotariis, attento quod præferuntur Abbatibus, ut supra diximus in ru. de ordine sedendi 74 Et idem repic[illegible] i de capitulis † cathedralium ecclesiarũ vacãtium de ma. & obe. c. iis. q̄ & c. cum olim. Sed de hoc dubito, quia capitulum sede vacante, non exercet ea quæ sunt ordinis neque per omnia quæ sunt iurisditionis episcopalis, vt dictis iuribus & c. vnico ne sede vacan. in sexto. Et idem puto de generalibus ordinum mendicantium quod non habeant vocem. per notata in d.c. nimis de exces. præla. Cardinales autem si sunt episcopi, sine dubio habent uocem saltẽ ratione episcopatus. & hoc planũ est. De alijs presbiteris cardinalibus & diaconis, idem dico quod habent vocem decisiuam quia sunt in dignitate maiores ẽpis non cardinalibus, vt supra dictum est. Quod habeant vocem probat text. in c. ad apostolicæ de re iudi. in 6. & in cle. pastoralis eo ti. quæ iu-75 ra sunt facta in concilio de consilio fratrum. Sed quid si aliqs habet plures ecclesias cathedrales inuicem annexas, vt in ca. 1. ne sede vacan. vtrum habebit plures voces? Videtur dicendum quod sic, quia plures ecclesias repræsentat de elec. cap. scriptum & c. penul. §. porro. eo. tit. in 6. & de re iudi. cap. cum olim. & quæ ibi scribit Ioan. An. super glo. 1. in c. quia in tan-76 tum de præben. In contrarium facit quod ambæ † reputãtur pro una & vnita assumit partes illius cui unitur, & idem dicitur episcopus utriusque, & sedes. episcopalis est apud illam cui vnitur, vt dicitur post glo. in d.c. 1. ne sede uacante. & in c. sicut vnire de exces. præla. & in cle. si vna. de rebus eccle. non alie. c. & tp̃is qualitas. 16. q. 1. & bene in cap. recolentes de sta-77 mona. Et hoc † quando vna vnita esset alteri extinctiue, sed quando duæ essent æque principaliter vnitæ & vnus episcopus retineret ambas, uel quando vnus ẽpus haberet duas ecclesias cathedrales vnam in titulum & aliam in commendã esset maius dubium. Et licet per dicta Ioan. An. videretur dicendum talem episcopum habere plures voces ratione plurium ecclesiarum, tamen in concilio generali nõ videtur procedere sine dubio, quia vox prælatorum habetur non ratione ecclesiarum sed dignitatis episcopalis in persona, & clarũ est quod vnica tantum est in vna persona, & ideo pro vnica voce videtur recipienda. Facit quod dixi supra de episcopo in ecclesia vniuersali qui non habet neque titulum neque locum, & tñ hẽt uocẽ. ergo ẽpi non habent vocem rõne ecclesiarũ. alioquin qlibet cardinalis ẽpus haberet ẽt duas voces, vnã rõne ẽpatus, & alterã rõtione dignitatis cardinalatus. & si plures haberet ecclesias cathedrales & monasteria iurisditionem ẽpalem habentia, pro singulis hr̃et singulas voces. & posset accidere ꝙ vnus haberet quatuor aut quinque voces. Facit tex. & quod ibi dicitur in l. si plures. ff. de pac. & quod dicit Bart. in l. si consul. de adop. quando consideratur persona ut persona, vt est in proposito. Idem in illo qui mittit procuratorem. Et ista sunt consideranda, quia non reperio bene examinata a doctoribus. Attendendum tñ est ꝙ in oĩbus præualet cõsuetudo, quia in his maxime attendenda est, vt dictum est s̃. in ru. de ordine sedẽdi, & dicitur in d. c. episcopos. 17. di. vnde si aliter consuetudo disponat, illa attendi debet l. de qbus. ff. de ll. cum simil.

78 An autem † Quando celebrandum est generale concilium debeant vocari ẽpi de uniuerso mundo. Tex. in c. 1. 15. di. videtur velle quod sic. pro quo facit ratio, quia si in generali concilio tractantur ea quæ in genere concernunt vniuersum orbẽ, conueniens esse videtur quod ẽt oẽs ẽpi de vniuerso vocentur. Pro hoc facit text. & glos. in c. exhibita de iudi. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. fi. in fi. C. de autho. præstan. 66. dist. si archiẽpus & 8. q. 1. licet. de tempo. ordi. c. si archiẽpus, cum concordantibus. Ad idem facit tex. in ca. sicut 15. dist. in fi. ibi quia dum vniuersali sunt consensu constituta. Ad idem tex. in c. habeo librum 16. dist. ibi oportebat enim ut synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. Ad idem text. in c. sancta octo vniuersalia, & in capi. sexta. 16. dist. ubi sæpius dicitur de vniuerso orbe. & in c. nec licuit. 16. disti. & plura similia reperiuntur in quibus fit mentio de vniuersalitate cõciliorum. Ad hoc etiam facit quod legitur ex gestis in 8. synodo vbi dicitur. qui basilius imperator architectos ecclesiastici tabernaculi a finibus orbis conuocauit, vt est tex. in c. adrianus el primo 63. di. & in c. conuenientibus. 1. q. 7. ibi & sanctis vniuersalibus sex synodis. Ad idem facit quia sicut in concilio prouinciali debent omnes ẽpi illius prouinciæ conuocari & congregari. c. cum longe. 63. di. pariformiter in isto generali argu. a patre ad totum l. quæ de tota. ff. de rei vendi. In quo præest papa qui dicitur etiam patriarcha vrbis. c. in nomine domini 23. dist. & in cap. sacrosãcta cum sequen. 32. di. & in l. nos reddentes. C. de summa tri-79 ni. Vrbs † autem est caput orbis, vt in c. beati Petrus & Paulus, 2. q. 7. & d. cap. sacrosancta. Vnde totus orbis est eius prouincia. ideo ex toto orbe conuocare debet episcopos ad generale concilium. Facit tex. in capitulo anastasius. 19. distinctione & in capitulo nunc autem. 21. dist. Ad idem est diffinitio concilii posita per glo. 17. dist. capi. 1. quod est illud quod papa vel 80 eius legatus cum omnibus ẽpis constituit. Ad idem facit ꝙ concilium representat vniuersalem ecclesiam, vt in capitulo confidimus. 25. dist. ergo videtur quod omnes prælati debeant interuenire, item facit quia si episcopi tenentur ire ad concilium & debent interesse, ut in cap. ego. N. de iureiuran. uidetur quod si quis non vocatur posset agere de cõtemptu, 81 vt in c. quod sicut de elect. In † contrarium faciunt multa iura. c. 1. & 16. di. in quibus apparet interuenisse certum numerum episcoporum in concilio generali & non episcopos uniuersi orbis, sed aliquando 318. aliquando. 150. aliquãdo. 200. aliquando. 600. aliquando. 18. aliquando. 17. aliquando. 16. aliquando. 60. aliquando. 30. & sic de singulis, ut in cap. canones cum duobus sequent. 15. dist. & in cap. sexta. 16. di. per totum illum text. Item facit ratio difficultatis impossibilitatis, & citandi, & congregandi. Item ratio vitandæ confusionis propter multitudinem, ut in cap. Adrianus el primo 73. dist. in capitulo nos ad fidem. 96. distinctio. & tex. in §. hinc etiam 17. distinctio. ibi conuocatis ex diuersis prouincijs, & sic non ex uniuerso orbe.

82 Breuiter † in hoc videtur dicendum quod aliquando papa celebrat concilium in suo patriarchio cum clero & populo Romano vocatis prelatis aliquarum ciuitatum, vt in cap. nunc autem. 22. distinctio. & in capit. in synodo. 63. distinct. Quo casu ratione præsidẽtiæ papæ & quia tractatur etiam de rebus concernentibus vniuersalem ecclesiam, etiam dicitur synodus siue concilium generale, ut diximus supra in diffinitione concilij. Et in isto non requiritur conuocatio vniuersi orbis, vt in cap. Guilisarius. 23. q. 4. ibi cum episcopis quos congregare potui. Ad idem est quod legitur de heresi nouatiana in concilio per Cornelium Papam damnata, vbi non vniuersi episcopi interfuerunt, ad qđ capitulum. nouatianus 7. quæstio. 2. Aliquãdo papa celebrat concilium vniuersale de toto orbe, quod propter eius difficultatem & laborem non de facili fieri debet, sed solum pro arduis & maximis rebus, vt quando exortæ essent hereses quæ magnos haberent auctores, & multitudo episcoporum esset infecta, sicut dicitur de hæresi Ariana, & alijs heresibus damnatis in quatuor principalioribus concilijs, de quibus supra dictum est, ut in cap. canones. 15. dist. & in capi. sexta. 16. dist. Et tunc debent vocari episcopi de uniuerso orbe, ut in dicto capit. canones, quia omnes tangit regula quod omnes. cum concordant. in 6. d. cap. exhibita, cum materia de iudi. 83 l. nam ita diuus, de ado. cum simil. Hoc autem † credo intelligi oportere non ita stricte quod singulariter omnes episcopi sint uocandi quia hoc uidetur impossibile nũquam enim legitur fuisse tale concilium in quo ne unus quidem episcopus remanserit non uocatus. Nec uidetur possibile omnes conuenire, semper enim aliqui erunt negociis impediti uel ægroti. Et ideo magis intelligo de uniuerso orbe uocandos distributiue, intelligendo per singulas regiones orbis Christiani. Vbi igitur non ageretur de hæresi, & tam arduis, & magnis rebus uel de facto papę, posset numerus episcoporũ cum quibus tenendum est concilium relinqui arbitrio papæ, uel habentis congregare concilium, eius authoritate, dummodo per singulas regiones ad generale conciliũ sint uocati episcopi generaliter. Et multum inspici debet de qua re, uel propter quam causam papa uult congregare concilium generale, quia si erit causa particularis alicuius prouinciæ nõ concernens uniuersaliter omnes Christianos, poterunt cõuocari oẽs de illa prouincia & alijs prouinciis propinquis & de illis quas negotiũ tangit. Erit aũt in arbitrio papæ quot, & q, siue de quibus prouincijs sint vocandi ut in d. cap. Gulisarius. Alios autem episcopos catholicos aliunde venientes & interesse volentes non credetem excludendos, ut patet in illo articulo de iis qui possunt interesse concilio Erit ergo hoc in arbitrio papæ quando non tangeret personam propriam papę, nec causa esset grauis quę concerneret vniuersos Christianos. Nam illud est concilium generale ꝙ papæ mandato congregatur ipso præsente vel alio eius nomine de ipsius specialis mandato, iuxta notata in §. porro. 3. distin. & in cap. 1. & 2. 17. dist. & in summa. Nec videtur curãdum si numerus præletorum sit minor, exemplo apostolorũ act. 15. vbi cum apostolis seniores tantum prouinciæ iudęæ dicun-

dicuntur conuenisse, nec alij absenes apostoli fuerunt vocari. Imo. quod plus est & ĩ materia fidei cum ageretur de cessatione legaliũ, solus beatus Petrus & Iacobus qui erat episcopus Ierolymorum, & Paulus & Barnabas, qui Ierosolymam venerant ad determinandam quæstionem, leguntur conuenisse. Facit quod dicitur in cap. ad apostolicæ de re iudi. in 6. & in cap. quotiens & in capitulo hæc est fides. 24. q. 1. & 23. qõ. vlti. conuenior. 16. q. 1. frater noster. Et si dicatur quod vniuersale concilium repræsentat vniuersalem ecclesiam, ut in ca. sicut. 15. di. cũ simil.

84 Respondetur ꝙ ẽt † conciliũ ꝑ papã congregatum vbi nõ oẽs de vniuerso orbe ꝯgregati sũt, repsentat vniuersalem ecclesiã, quia papæ præsentia & authoritas cum congregatis prælatis ad celebrandum generale cõciliũ repræsentat vniuersalẽ ecclesiam, vt in §. nunc aũt. 17. distin. & in ca. licet de elec. ibi sacro approbante concilio &c. papa enim figuratiue ecclesiam repræsentat, ut in c. quodcunque. 24. quæstio. 1. et 3. q. 6. dudum. Et sic cõcordantur iura supra allegata.

85 Vtrumautem istud † tale concilium quod nõ est de vniuerso orbe sit tantæ authoritatis quantæ illud quod de uniuerso orbe congregatur, uideẽ dicere quod si concilium generale de uniuerso orbe sit indictum authoritate sedis apostolicæ & eius authoritate confirmatum, tunc uidetur esse maioris authoritatis quam concilium quod faceret papa cum aliquibus prælatis de aliquibus prouinciis conuocatis Mouetur autem quia statuta in isto cõcilio quod non est de uniuerso orbe, si essent contraria statutis in cõcilio de uniuerso orbe alias editis, nõ haberent uim legis. allegat glo. in l. fi. C. de legi. Secus tamen esset si generale concilium uniuersale non esset confirmatum authoritate sedis apostolicæ, et discreparet a concilio quod facit papa cũ aliquibus prælatis in suo patriarchio lateranen. quia tunc es-

86 set maior sententia istius Romani concil. & dr̃ quod una † synodus dicitur maior alia et maioris authoritatis ex numero et qualitate personarum quæ interfuerunt in concilio, ut in cap sexta. 16. dist. Inde est quod iura appellant quædã cõcilia ununiuersalia, sicut legitur de octo uniuersalibus concilijs in c. sancta. & c. seq. 16. di. et c. conuenientib. 1. q. 7. ad differentiam aliorum quæ non fuerunt ita uniuersalia.

Mihi uideẽ quod iste articulus indigeret maiori discussione uerũ est qđ dr̃ qđ ratione maioris numeri et qualitatis eorum qui in concilio interfuerunt, dicitur vna synodus maioris authoritatis quam alia, sicut in simili dicit tex. iuncta glo. in c. quamuis. 21. dist. ubi dicitur quod Petrus

87 et Paulus † Ro. ecclesiam sua præsentia et martyrio omnib. ecclesijs uniuersi orbis prætulerunt. supplet glo. dignitate quia dignior cæteris, sed nõ prioritate, quia antiochena præcessit eam in tempore, ut 24. q. 1. rogamus. Quod autem dicit quod conciliũ quod faceret papa cum aliquibus prælatis ẽt in maximo numero si non essent prælati de uniuerso orbe esset minoris authoritatis quam concilium uniuersale totius orbis, et quod statuta in uniuersali essent maioris authoritatis, et ꝙ statuta ibi facta quãdo essent contra statuta alias facta in cõcilio uniuersali non haberent uim legis per illam glos. in d. l.

88 fi. non credo ita simpliciter uerum. † Et gl. parum uidetur facere, quæ loquitur in sententia principis et non in lege edita a principe, et maxime in cõcilio sicut est in proposito. et maxima est differentia inter casum et casum. Et alia consideratio esset si loqueremur de quatuor generalibus concilijs principalioribus, quæ quia tangunt causam fidei, sunt obseruanda sicut quatuor Dei euangelia, vt in c. sicut. 15. di. quam si loquamur de aliis quantuncunque vniuersalib. & propterea pro nunc non credo verũ dictum moderni illius ita simpliciter. Ad quod facit quod concilium Romanæ ecclesiæ ibi dicitur esse vbi præest papa, qui dat robur concilio, ut in c. significasti de elec. & vbi sunt boni catholici. d. c. quamuis. 21. di. & in glo. Vnde videtur quod cum tale concilium factum ꝑ papam non de vniuerso orbe, sit concilium Romanæ ecclesiæ sicut aliud vniuersale ubi papa præest, sit paris authoritatis, ex quo in vtroque præest papa & illis dat parem authoritatem, & sunt boni catholici in utroque. Similiter statuta concilij vniuersalis confirmantur authoritate solius papæ, vt in

89 c. bene quidem versi. quod si 96. dist. Nec concilium † generale potest facere constitutionem cõtra constitutionem papæ, ut dicit glos. in clemen. 2. in uerbo inferiorem de elec. & ibi doc. Et facit quod dicitur in c. significasti de elec. 9. q. 3. cũcta per mundum. Vnde videtur cum vtriusque concilij authoritas sit ab eodem, quod sint paris authoritatis, & ita arctẽt statuta in uno sicut in alio, & potius sit recurrendum ad l. sed et posteriores cũ materia. ff. de legibus. papa. n. solus reuocat cõstitutionẽ conciliarẽ, vt dico infra. Vñ nõ est bona illatio ꝗa fuerunt a maiori numero statuta conciliaria edita, ergo sũt maioris authoritatis, si est papa præsidens in concilio de minori numero. Eo autem respectu quod rectius dicitur iudicium, quod plurimorum sententijs roboratur non per hoc dicitur maioris authoritatis, quia & sæpius in minori numero est maior authoritas, inde est quod in electionibus nõ sufficit solum quod sit maior pars, sed oportet etiam quod sit sanior, c. dudum & in c. ecclesia el secundo de elect. ponit Bar. in l. pomponius, alias incipit si vni, ff. de re iud. Sed quia ista quæstio pendet ab illis quæ sententia sit magis attendenda vtrum concilij an papę, & quid quando contraria sunt concilia, de quibus infra dicetur, ideo in illis exactius discutietur.

Sed videtur prædictis obstare, quia si papa cũ aliquibus prouinciis, puta cum episcopis sex vel septem prouinciarum, exclusis alijs catholicis episcopis posset celebrare vniuersale concilium, tunc totus status vl̃is ecclesiæ qui consueuit disponi per concilia vniuersalia resolueretur ad voluntatem papę & paucorum episcoporum contra tex. & quod ibi dicitur in c. de quibus. 20. distin. Non enim causa fidei unius arbitrio committenda est, dicit Archid. in cap. Anastasius 19. dist. Et per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. dicit tex. in l. final. C. de fideicomm. Vnde si papa cum paucis prouinciis posset facere concilium vniuersale quod esset tantæ authoritatis sicut concilium de vniuerso orbe, frustra haberemus concilia uniuersalia quæ sunt ordinata cum tanta maturitate, vt in d. cap. sicut 15. distinct. & in pluribus alijs. 16. distinc. Sed ad hoc respondetur quod non sequitur si papa facit concilium generale cum episcopis aliquarum ciuitatum quod per hoc tollatur vniuersale concilium, sicut patet a simili de cõcilijs aliorum inferiorum in d. c. graue de præbend. & c. sicut olim de accusat. vbi licet aliqua ibi tractentur quæ in generali concilio, non propterea est verum non esse necessaria cõcilia uniuersalia & generalia propter alia grauiora & cum maiori authoritate tractanda, in quibus uidetur requiri maius consilium, ad hoc. §. hinc etiã. 17. di. & c. nũc autem 21. di. Vt puta si esset causa fidei in qua esset error siue hæresis quæ magnã partem catholicorum infecisset, iuxta text. in c. secandæ. 24. q. 3. de hæresi Ariana, vt diximus supra in rub. quot sunt genera conciliorum, tunc erit magis vniuersale, ut in capit. vbi nam. 96. di. non tamen ex hoc sequitur causam fidei, quæ nõ reperiretur alias terminata, non posse in alio generali concilio non vniuersali, totius orbis tractari, præsertim vbi non esset tanta infectio. 24. q. 1. quotiens, & c. hæc est fides. Et sic uidemus factum in concilio constantien. quod non fuit uniuersale de uniuerso orbe. ubi fuit damnata hæresis Ioannis huss de boemia, & Ioannis Vuiclef de Anglia, sicut etiam uidemus in c. cum Christus de hęre. ubi solus papa determinat articulum fidei. Pro quo tex. in c. nolite. 11. distin. & in c. beati petrus & paulus. 2. q. 7. & in c. basilicas, de consecrat. distin. 1. & dicetur in illo articulo an papa possit facere, & quomodo nouos articulos fidei, de quo in c. canones. 1. dist. & d. c. cum Christus. Et tanto magis quando nõ ageretur de causa fidei uel concernente papam, ut dictum est in præcedenti dubio.

90 Vnde † non conuocantur generalia concilia de uniuerso orbe ut maior sit illorum authoritas aut clauium potestas, sed propter maiorem authoritatem reputationis, & nõnunquam ad refrenandum exorbitantias quorundam pontificũ non secundum regulas sanctorum patrum uiuentium. Et ꝑ hec sim expeditus de isto articulo qui sint uocandi ad concilium. Vtrum autem uocati ad concilium habeant ius reuocandi domum, uide quod dico infra post quæstionem utrũ cõcilium cognoscat de omnib. causis & habeat ordinariam uel delegatam iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad concilium an sufficiat vna vel debeat esse trina. & numero 23. remissiue.*
2 *Citatio vna sufficit de illo qui debet interesse alicui actui expediendo, licet ille actus esset iudicialis.*
3 *Citatio vnica sufficit etiam quod agatur ad incurrendam pœnam.*
4 *Citatio siue iudicialis siue extraiudicialis sufficit vna nisi ius exprimat debere esse trinam.*
5 *Citatio quadruplex, legis iudicis, partis, & collegę.*
Et eorum quæ vna, & quæ trina esse debeat.
6 *Citationis forma ab concilium ad interessendum.*
7 *Et quæ ad se excusandum ab aliqua accusatione. Citatio forma quando fit per papam, vel, eius legatum habentem speciale mandatum.*
8 *Citatio sine appositione temporis valet si aliunde citatus potest certificari.*
9 *Citationis forma collegij cardinalium casu quo ad illos pertineret concilium conuocare.*
10 *Citationis forma ab aliquibus cardinalibus vel alijs inferioribus, casu quo ad illos pertineret concilium conuocare. & numero 18. & Limit. numero 20.*
11 *Par non citatur, sed requiritur, vel illi intimatur, siue denunciatur.*

Quan-

12 *Quando duo contendunt de papatu ille, qui est in quasi possessione papatus requiritur ut congreget concilium.*
Citationis forma fiendę per papam.
13 *Citatio quando non datur tutus accessus quomodo fieri debeat.*
14 *Verbum præsertim quid significet. & nu. 35.*
15 *Citationi Albo prætoris an debeat arctare citatum.*
16 *Citatio siue processus factus in die Iouis sancta ligat, & arctat.*
17 *Et quare ibid,*
19 *Citatio per edictum quibus competat.*
21 *Citatio inferioris per edictum ad hoc vt teneat quæ requirantur.*
Et an sit tanti effectus cuius citatio siue edictum papæ numero 29.
22 *Grauans lege permittente non dicitur grauare.*
24 *Citatio regulariter non valet, nisi prius fiat ab homine vel a iure.*
25 *Citatio contra interesse putantes, dicitur inuitatoria & non arctatoria, & potest fieri per edictum.*
26 *Extrauagans rem non nouam de dolo & contumacia an habeat locum in alijs casibus.*
27 *Specialitas in papa circa citationem.*
Et alia num. 30.
Et alia num. 36.
28 *Citatio papæ per edictum, licet ficte habeatur pro citatione personali, tamen volens probare citationem ad sui notitiam non peruenisse non admittitur, quia papa vult illam habere vim personalis citationis.*
Et an hoc sit verum vide infra nu. 31.
32 *Citatus per edictum papæ si dicat ad sui notitiam non deuenisse an admittatur ad appellandum.*
Et an admittatur ad probandam ignorantiam. saltem per iuramentum.
Et excusetur a dolo & lata culpa propter nimiam distantiam.
33 *Citatio inferioris per edictum ex quo non patet tutus accessus, non arctat, nisi prius per citantem probetur non tutus accessus.*
34 *Citatio inferioris quomodocunque facta arctat quando constat quod citandus latitat malitiose, vel molitur ne citari possit.*
37 *Citatio papæ ad concilium, generalis, in curia, & per affixionem, arctat citatos.*
38 *Auctoris consilium ad citandum ad concilium aliasquam per edictum.*

De forma citationis ad concilium. Articulus III.

Nunc sequitur videre de forma citationis ad cõcilium & qualiter debeat fieri uocatio. Glo. in c. si episcopus, & ibi Archid. 18. dist. dicit ꝙ

1 sufficit vnica citatio. & probatur. 4. quęstio. 5. quisquis. Et sic licet alias in iudicialibus requiratur trina. 24. q. 3. de illicita. 4. q. 5. quisquis in summa, & l. post edictum. ff. de iudi. & in c. cum. causa in glo. 1. de offic. delega. de quo an sit simpliciter verum, remitto ad doct. in capitulo ad petitionem de accusa. & l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. & capi. consuluit de offic. delega. tamen in hac synodali uocatione sufficit unica, ut ibi. idem Ioan. Aud. in capitulo ego. N. in uerbo uocatus de iureiuran. idem etiam glo. in clement. prima, in uerbo requisierint & ibi doctores de hæret. & dicta glo. & Archid. in d. c. si episcopus. 18. distin. Facit quod in simili idem Ioan. And. voluit in capitulo non minus in uerbo commoniti de immun. eccle. & Inno. in simili in materia electionis in capitulo cum nobis, in uerbo reuocare de elect. ubi uult similes potius dici denunciationes & monitiones quam citationes, allegat. c. quod sicut eo. tit. §. si autem, & c. bonæ el secundo de postu. præla. Ad idem est quod dicit glo, de unica protestatione & oblatione in c. cupientes. §. quod si per uiginti in uerbo proposita de electio. Facit quod pónunt legistę in l. si conuenerit. ff. de pig. act. & in l. qui Romæ. §. cohæredes. & §. seia, de uerb. obli. &. Bart. in l. de ppillo. §. si quis ipsi. ff. de nou. operis. nun. et idem in omnibus interpellationibus extraiudicialibus in quibus regulariter sufficit unica. De quo uide late Alex. in d. §. si quis ipsi prætori, & Felin. in c. ex literis de constitu. Sicut & in simili dicitur de denunciationib. quæ fiunt uenditoribus. ff. de euictio. l. si rem. §. ult. & in l. herennius, cod. titulo, licet plures fieri possint ex urbanitate, ut in capit.

2 plebs. 63. di. & 18. di. episcopus. Et per hoc nota † vnum, quod cum quis ex iuris dispositione tenetur interesse ad certum actum, prout in proposito, quia episcopi debent interesse in cõcilijs, ẽt si actus explicãdus alias esset iudicialis, sufficit tũc vnica requisitio siue citatio, de quo per cardin. in cap. consuluit & in c. cũ cã de offi. deleg. & ibi ẽt doc. post gl. & dicit car. in d. cle. 1. de hær. in 18. q. Quinimo vr̃ ꝙ vbi nõ sumus informali & iudiciali citatione, tũc sufficiat vnica. quod ur̃ ꝯ tex. in c. ex literis de consti. & in c. 1. de supplen. negli. præla. Imo.

3 † & plus ur̃ colligi ꝙ licet alias agatur ad incurrendã pęnã sicut est in proposito, quia non euntes ad conciliũ pñt puniri, ut uidemus infra, sufficit unica citatio. quod ur̃ contra text. in d. c. 1. & d. c. ex literis & glo. in c. 1. in §. fin. de pace iura fir. Do. in c. si epũs, 18. di. absoluit se unico uerbo, uidelicet ꝙ si-

4 ue † sit citatio extraiudicialis siue iudicialis, semper sufficit unica nisi ius exprimat, quod debet esse trina. Sed tu de hoc vide late doc. in d. c. cum causa, maxime Feli. in d. c. ex literis. Quibus adde glo. in clemen. 1. in verb. factam de deci. q̃ plus vult quod etiã interdum vnica citatio facta per partem sufficit ad constituendum quem contumacem & in currendum pœnam, de qua etiam sufficit quomodocunque cõstet. licet alias requisitio partis non inducat contumaciam iudicialẽ uel pœnam, de sen. excõ. in audientia & c. contingit. & de rapto. c. excommunicationi, & in cle. 1. de uita & honest. cle. Vide cardi. in 3. & 5. notabili. & Ioan. de Immo. in d. cle. 1. de deci. Tene tamen menti doctrinam Bald. in l. nam ita diuus. ff.

5 de adop. vbi dicit ꝙ † quadruplex est citatio, videlicet legis, iudicis, partis, & collegę. & ibi quando sufficit unica, vt in citatione legis, quia citatio legis, habet vim peremptorii. similiter in citatione partis, vt in l. fi. ff. de eo per quem factum est. & iudicis uel trina uel una peremptoria, & collegæ una. vide ibi eum. latius de isto ultimo in d. c. cum causa. Et uide latius infra quando sufficiat una vel trina quando agitur ad pęnã.

6 Forma † autem huius citationis erit vt præsidentes in concilijs & citantes siue requirentes, citent & requirant singulos metropolitanos ut ipsi moneant omnes episcopos prouinciales suos. 18. dist. c. propter ecclesiasticas. & hoc propter impossibilitatem uocandi omnes qui in concilijs de vniuerso orbe interesse possunt. & hoc voluit modernus Aret. & ponit do. in c. si episcopus. 18. dist. Et istum modũ seruauit Grego. 7. in congregatione concilij lateranen. ut pate tin eius registro in literis scriptis sicardo episc. aquilegiẽ. Quod intellige quando tantum fit citatio ut intersint in cõciliis, non ut aliquis respondeat de aliquo crimine de quo accusaretur vel in aliqua propria causa, quia tunc deberet personaliter citari, uel alias per edictum ubi eius copia haberi non posset. sicut in omnibus alijs causis obseruatur iuxta formam cle. causam de elec. & c. causam quæ, de dolo. & contu. & in cap. fi. de eo qui mittitur in pos. & d. l. & post edictum de iudi. cum simil. Item intellige in citatione in qua omnes tã clerici quam laici venirent citandi, quia tunc metropolitanus intimat suffraganeis ut omnes in suis diœcesibus faciant proclamata generalia iuxta notata in c. cum in tua, qui matrimo. accusa possunt. & in l. si eo tempore. C. de remissione pig. & in authen. si omnes. C. si ut se ab hęredi. absti. bene tex. in c. decernimus. 18. di. l. sed & si pupillus. §. præscribere cum simil. ff. de iustito. Et istum ordinem citandi mandauit seruari Gregorius 7. scribens sicardo Aquilegien. episcopo siue patriarchæ in concilio indicto in Laterano, vt citaret & moneret suos suffraganeos ut irent ad concilium, ut patet in li. 1. re-

7 gistri eius. c. 44 Item attendendum † est ad formam, quia si fit citatio per papam uel eius legatum habentem ad hoc speciale mandatum, tunc si uoluerit citat per uiam pręcepti mandando patriarchis, archiepiscopis, & episcopis ut ueniant ad concilium in tali loco & tali tempore initiandum. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod ui aut clam. & præfiget tempus infra quod uenire debeant. Et si non apponeretur tempus infra quod deberent comparere, si tamen apponatur tempus initij ipsius concilij cum competenti dilatione ad ueniendum, esset satis, quia tempus concilij tunc interpellaret, ut in l. magnam C. de contrahen. & committen. sti. c. potuit de loca. quia etiã

8 sine † appositione temporis citatio valet, ubi maxime aliunde citatus potest certificari. c. cum dilecti de dolo & contu. c. eos in fi. de sen. excom. in sexto. Ad hoc quod dicitur in capi. cum parati de appel. & in specu. in ti. de citatione. in §. sequitur, versi. quid si non præfixeris. Inn. & Hostien. in c. fi. qui matri. accusa. pos. & doc. post Bar. in l. qui ante kalen. & in l. liber homo la secunda. §. decem. ff. de verb. obli. & in ca. 2. de testi. cogen. & cardi. in cle. 1. de foro compe. Item debet talis citatio fieri per literas apostolicas quando fit a papa, ut d. cap. cũ dilecti, uersi. uolentes. uel si alegato, per eius literas, cum insertione tenoris facultatis ei concessæ, iuxta notata in capit. præterea de dila. & in ca. cum in iure de officio delega. Et idẽ

9 † dico si fieret per collegium cardinalium concorditer eo casu quo pertinet ad eos congregare concilium, quia ut credo poterunt citare per uiam præcepti cum repræsentent ecclesiam uniuersalem & papam, ut in cle. ne Romani de elec &

10 in d. capitulo ubi periculum. §. deniq;. Si autem † fieret ab aliquibus ex eis uel aliis inferioribus, tunc non fieret per uiam citationis uel præcepti, sed per uiam simplicis intimationis denunciationis siue requisitionis. Et ita intelligo quod dicit Inno. in d. cap. cum nobis de elec. de quo dixi supra. Ad idẽ. l. denunciasse. §. quid ergo. ff. de adulte. l. si fundum. C. de rei vẽdi. & quod ponunt doc. post Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de noui operis nunci. Et ratio huius est quia alii inferiores non habent eam superioritatem quam papa & om-

11 nes cardinales concorditer. & ideo alij † tanquam pares citãt per modum requisitionis, ut in simili de canonicis procedentibus ad electionem, citantibus concanonicos, dicitur in d. c. cum nobis, & de collega. in d. c. cum causa. de offi. delega. &

ideo

ideo dicit Bal. in c. 1. de mili. vaſal. qui contu. eſt, in 5. collat. quod quando inferior monet ſuperiorem vel parem, nõ eſt proprie imperium, ſed ordo iuris. Debet ergo fieri talis intimatio per inferiorem ſicut fit in cæteris aliis cauſis, l. denunciaſſe. §. quid ergo. ff. de adulte. l. ſi fundum. C. de rei vendic. Facit clem. cauſam, in fine de electio. l. fi. C. de ijs qui metu iũdi. non appel. Et debet inſeri cauſa quare requirit. unde ſi cã eſt notoria † vt quia duo contendunt de papatu, quo caſu neceſſarium eſt concilium. 78. diſtinctio. ſi duo, tunc conuocãs
32 debet hanc cauſam intimationis allegare, item quod † is qui eſt in quaſi poſſeſſione papatus requiſitus vt congreget concilium non vult vel fingit vel differt aut vult congregare in loco non tuto, ideo ad tollendum ſchiſma intimat conciliũ in loco congruo, ſufficit enim allegare eum eſſe notorium ſchiſmaticum & quaſi poſſeſſorem, abſque eo quod aliter certiorentur, quia poſtea in concilio probabuntur, l. ſi adulterium cum inceſtu. § idem polioni. ff. de adulte. clem. appellanti de appellatio. in gloſ. & doctor. Et vide ſali. in rub. C. de proba. Si vero crimen non ſit notorium, ut quia hæreticus, vel apoſtaticus, tũc iſta cauſa debet intimari, & debet requiri papa ut congreget concilium & ſi non facit uel negat, debet etiam de hoc fieri inſtrumentum, & per literas hoc intimari & etiam per literas aliarum honeſtarum perſonarum. Ita dicit modernus Aret.

33 Item poſſet † etiam quando per papam fit, fieri citatio generalis in palatio eius & in audiẽtia publica & in contradictis & in cancellaria, papa ex certa ſua ſcientia ita volente &, mandante, affigendo literas apoſtolicas in valuis ſancti petri, alijs & eccleſijs cathedralibus. Et arctabis citatos, vt ponunt doct. in cap. quoniam frequenter. §. porro poſt Ioan. An. vt lite non conteſtat. vt in ſimili ui demus fieri de bulla cœnæ domini. Ita dicit modernus ille. Sed recte conſideranti iſtud dictum in propoſito non tranſit ſine dubio, quia Ioan. And. qui in propoſito allegatur, in d. c. quoniam frequenter in §. porro, in gl. talis, alias in uerbo im
34 pedit, non dicit ita ſimpliciter, ſed † quod quando ad locum in quo eſt citandus vel ad eius domicilium non eſt tutus acceſſus, citatio facienda authoritate apoſtolica fiat in palatio papali vel in audientia literarum publicarum ipſo papa ſpecialiter & ex certa ſcientia hoc mandante, & poſtea affigatur valuis maioris eccleſiæ ipſius loci vbi degit papa cum curia, & tunc ita arctat citatum acſi ad ipſum perſonaliter perueniſſet, etiam ſi fiat extra dies ſolennes quibus papa facere conſueuit generales proceſſus. Allegat extrauagantem Bonifacij, quæ incipit, rem non nouam, & cle. dudum de iudic. quæ cle. præciſe reſtringit dictam extrauagantem ad illos, q impediunt, vel procurant ne citatio ad eos poſſit peruenire vel ad quos non patet tutus acceſſus. Et licet extrauagans
35 ẽt loqueretur cum dictione præſertim, ibi glo. † exponit præciſiue pro tm̃, vnde dum in extrauagãti dicebatur præſertim ſi impediant vel faciant ne citationes ad ipſos perueniant, glo. ibi exponit pro tantum, vt in caſu ibi poſito & aliis ſimilem æquitatem habentibus. Et idem exponit gl. in uerbo reſtringimus in clem. 1. de iudic. Nam quod citatio facta uoce præconia vel in albo prætoris contra Anglum arctet eum, uidetur durum, quia non debet de facili ita eſſe credulus referentibus ſe citarum. ff. de eo per quem factum eſt. l. dolum. Et videtur cõtra ſtylum curiæ, q nõ citatum a iure vel ab homine vult citari. Ergo tanto magis in caſu noſtro in quo tractatur de inuitando, & citando ad comparendum in concilio generali vbi ceſſant omnes caſus ibi poſiti in clem. ideo
36 nõ videtur † quod deberet arctare ſimilis citatio in albo prætoris, & maxime cum iura quæ ad hoc allegantur, nõ loquãtur in propoſito Non enim ſumus contra impedientes, latitantes, vel ad quos non patet tutus acceſſus. Ad idem etiam facit, quod citatio per edictum eſt magis declaratoria præuiarum citationum & exaggeratio citationis iam factæ a iure vel ab homine formiter, vt dicit landinus & refert card. in 6. notabili. & in ſecunda oppoſitio. in clem. 1. de iudi. & deciſio. 8. in tit. de dolo, & contum. & vox prçconis non facile omnib. innoteſcit, auth. qui ſemel, & in corpore unde ſumitur, C. quomodo & quando iudex.

17 Poſſet dici quod ſi loquimur in proceſſibus generalibus quos papa cõſueuit facere in diebus ſolennibus, puta in die iouis ſancta, tunc talis citatio ſiue proceſſus ligat indiſtincte ſine alia prçambula intimatione uel requiſitione. Et hoc ratione inueteratæ conſuetudinis, quæ eſt notoria per uniuerſum orbem. capitulo euidentia de accuſatio. capitulo ad noſtram el ſecundo de iureiurando. capitulo finali. de cohabitat. cleric. & mulie. cum materia. Et hoc probat bene textu. in dicta clement. prima, ibi extra dies ſolennes, iuncta gloſ. ibi quaſi illum caſum pro indubitato excipiat, quod tales generales proceſſus indifferenter ligant, qui fiunt contra hæreticos & portantes arma ſaracenis, & merces prohibitas, & imponentes noua pedagia, & falſantes bullas apoſtolicas, vt eſt glo. in ver. generales in dicta cle. 1. Extra autem illos proceſſus factos in ſolennibus diebus de quibus in glo. in uer. ſolennes in d. cle. 1. dicerem quod aut loquimur in inferiore a
18 papa qui uocaret ad concilium. Et crederem quod talis non poſſet ita generaliter citare per edictum in curia. tum quia illa conſtitutio eſt localis & ſpecialis, ut dicit ibi Petrus de ancha. in d. cle. 1. tum etiam quia iſte modus citãdi per edictum inſtar albi prçtoris eſt proprius ipſius papæ, ut ibi per glo. & doc. in uer. papa. uel quibus papa conceſſit, ut in cle. 1. de foro
19 compe. & deciſ. 8. in ti. de dolo & contu. Et licet Bart. † in extrauaganti ad reprimendum, in uer. per edictum, & Angelus in l. ad peremptorium. ff. de iudi. dixerint quod citatio p edictum conuenit ordinariis & delegatis a principe & non aliis etiam in minoribus cauſis, authen. qui ſimel. C. quomodo & quando iu. ſpecu. in titu. de citatione. §. ſequitur, uerſi. & nota quod Vbertus. Ioan. An. ibi & in c. ſi quis contra clericum in glo. penul. de foro compe. & in c. paſtoralis & cap. gratum de offi. del. l. ſacimus. C. de iudiſ. & Bar. in l. 2. C. de iuri. omniũ iudi. & Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iu. & in d. l. ſanci-
20 mus & doc. ibi. Niſi tales † delegati inferiores hoc haberent in mandatis a ſuperioribus, uel conſuetudo hoc dictaret, ut dicit Bal. in d. l. 2. quia tunc facerent authoritate ſuperioris, tamen idem Bar. ibi in dicta extrauaganti uult tunc demum fieri quando non patet tutus acceſſus, uel quando citandi pcurant quod citatio ad eos non perueniat, propter equitatẽ cle. ſupra allegatæ. Quam iudices ſeruare tenentur, ut in authen. iuſiurandum quod prçſtatur, ut iis. §. 1. ab ex quo poſſũt citare per nuncium uel epiſtolam, non eſt æquum quod citent per edictum, & ſi ſecus faciant, grauant & infringitur p-
21 ceſſus per iudicem appellationis. Vnde † uidetur quod quantuncunque poſſet inferior citare per edictum, requiritur q cõcurrat alter ex illis caſibus in d. cle. quorum in propoſito qñ fit citatio conuocandi ad concilium uniuerſale nullus interuenit, & ideo non poterit inferior citare per edictum in ppoſito. Et licet Immo. in l. 4. in §. prçtor ait. ff. de damno infec. uideatur impugnare in hoc Bar. non ſatisfacit ratio eius, quç
22 eſt quia qui facit lege † permittente non debet dici grauare, argu. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniuriis & l. gracchus. ff. de adulte. Quia reſpondetur quod non ſequitur iura dant facultatẽ citandi per edictum, ergo quis nõ grauat, ſi non ſeruata forma cle. cauſam de elec. in continenti incipit a citatione per edictum, quia imo uidetur peruertere ordinem. Itẽ quia primo citari oportet perſonaliter ſi copia haberi poteſt, deinde ad domum & c. ut in d. cle. quç annullat aliter factum, de quo in c. de illicita. 24. qõ. 3. & l. ad peremptorium. ff. de iudi. Vbi
23 † etiam quæritur per doc. an requiratur trina citatio uel ſufficiat una de quo aliquid ſupra diximus. Vnde debet primo citari perſonaliter uel per literas antequã deueniatur ad edictum, ut in c. cauſam quæ de dolo & contu. & in l. item ait. §. quod autem. & l. ergo. ff. ex quibus cau. maio. & l. 4. §. prætor ait cum aliis. ff. de damno infec. & ideo ſi quis peruertit ordinẽ grauat, & bene appellatur. c. exhibita de iudi. Et ideo Bar. bene dicit quod in caſibus illius cle. ex æquitate eius etiam iudices qui alias de iure ciuili poſſunt citare per edictum, tenẽtur ſeruare formam & æquitatem illius clemen. 1. de iudi. & hoc uidetur de mente dictæ deciſ. 8 de dolo. & contu. dũ
24 uult in addi. quod ſpeciale ſit in papa. Quia † alias regulariter ꝯtra, nõ enim ualet niſi citatione prius facta ab homine uel a iure. Et forte idem Immo. poſtea in d. cle. in 4. col. referendo eundem Bar. tranſit cum eodem, non confiſus ꝙ recte impugnauerit Bar. Imo. idem Immol. in 5. col. in fi. eiuſdem glo. in uer. albo, inquantum dicit quod eſſet æquum ſeruare de iure ciuili dictam clemen. uidetur expreſſe approbare opinionem Bar. & arguẽdo per locum a ſpeciali in cle. 1. de foro cõ-
25 pe. Item intellige prçdicta niſi citatio facienda eſſet inuitatoria & non arctatoria, ut eſt quando non eſt contradictor & citantur intereſſe putantes, quia poteſt fieri per edictum a quocunque, ut c. fi. de elec. & in authen. ſi omnes. C. ſi ut ſe ab hæredi. abſti. & in l. fi. C. de edicto diui adria. tollen. & l. ſi eo tempore. C. remiſ. pig. in authen. de hære. & falci. in §. ſi uero ad ſunt. ff. ſi cui pluſquam per. l. falci. l. 1. §. cum dicitur. l. hoc aũt §. 1. ff. ex quibus cau. in poſſ. eatur. & c. cum in tua, qui matrimonium accuſa. poſ. Et uide cardi. conſi. 164. incipit in quæſtione. & bene deci. penul. in ti. de dolo & contu. Aut loquimur in papa. & difficultas uidetur inſurgere ex ſupradictis,
26 quia cle. uidetur reſtringere dictam † extrauagantem rẽ non nouam ad caſus poſitos in d. cle. & ſic non uidetur quod in aliis diſpoſitio dictæ extrauagantis habeat locum. & in illis terminis loquitur Ioan. An. Item ex uarietate intellectuum & ad illam cle. quorum aliquis eſt quod ſit ſpeciale in papa, & ſic quod nõ inferiores. aliqui quod ſpecialitas ſit ratione loci, quia in palatio apoſtolico ſolus papa. aliqui quod ſpecialitas in

in papa ſit quod poſt edictum non intimat illud, alii autem inferiores tenentur intimare in loco viciniori. & alii quod differentia ſit inter ius ciuile & canonicum, ut uide Immol. in d. cle. in 5. col. in glo. in verſi. albo. Sed non diſcedo ab opinione quæ uidetur magis communis quod ſpeciale ſit in papa ut vult d. deciſ. 8. in ti. de dolo. & contu. alias ſuperflua eſſent uerba ibi poſita. papa ſpecialiter & ex certa ſcientia id
27 mandante. Et eſt iſta † ſpecialitas in papa in pluribus. primo quia tale edictum ab eo emanatum arctat vbicunque & vadecunque. & ſic etiam extra prouinciam, quia eſt viearius illius cuius eſt terra & plenitudo orbis terrarum, de deci. cap. tua. 9. q. 3. cuncta per mundum, vt dicit glo. & Abb. in d. cle. Non ſic in inferiori, ut dicit oldra. conſi. 43. uer. ad quintam q̃ſtionem. & bene paul. de caſtro, conſilio. 48. 7. colum. incipit in cauſa. Item quia non tenetur aliter in propinquo loco intimare, ut Immol. ibi. ſi fieret autem ab inferiori deberet in tali loco fieri vt uerisimile ſit poſſe ad citati notitiam peruenire. l. ſemper. §. hoc edictum. ff. quod ui aut clam. & oldra. in d. conſilio. 43. Item in palatio ſuo in curia, quia ſuccedit loco albi prætoris. Item quia ſine aliquali præambula ſummaria ſiue extraiudiciali cognitione ad effectum eo modo citãdi. quod ſecus uidetur in inferioribus. vt Bart. in d. extrauaganti in verbo per edictum. Item & forte quia arctat plus, perinde
28 † eſt enim acſi quis eſſet perſonaliter citatus, & ſic conſtituit quempiam contumacem, licet, ut dicit deciſio. 16. in titu. de dolo & contu fictum. Tamen non audiretur volens probare citationem ad ſe non perueniſſe, quia papa uult habere hãc citationem vim perſonalis citationis, vt dicit paul. in d. cle. 1. & cardi. in fine ibi, poſtquam decreta eſt tanquam contra impedientem vel ad quem non patet tutus acceſſus. Sed nõ tantũ arctat in inferiore, licet hoc nec in d. cle. nec in §. porro nec alibi quod viderim ponant doc. Ad quod inducor qa Bal. in l. properandum. §. & ſi quidem ver. tertio oppono, opponendo ad rex. ibi de l. 1. §. item ex edicto. ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcin. reſpõdendo ad oppoſitionem dicit quod ibi prius non fuerat citatus legitime pſonaliter ſiue ad domum, & ideo edictum ipſum ignorantem non arctabat ad ſententiam, & ſi feratur non ualet ſententia, ut ibi dicit. cuius contrarium videtur de edicto in palatio apoſtolico, ut uidetur velle glo. in d. cle. 1. in verbo perſonaliter. Et ideo edictum inferioris non videtur paris effectus cum edicto papæ, quia in papa habetur pro perſonaliter citato etiam ad procedendum ad ſententiam, vt vult dicta deciſio. ſed in inferiori ſecus ſi non fuit aliquando legitime citatus perſonaliter vel ad domũ, ut ibi. Et hoc uidetur ſentire Abba. in d. cle. 1. in ultima colum. ſi recte conſideretur. Et quod dico quod cenſeatur fictus contumax ſecundum Bal. in l. ea quæ in 2. colum. C. quomodo & quando iudex, iuncto etiam eo quod dicit circa finem ibi de cõtumace apparenter & exiſtenter. De quo vide deciſi. penul. de dolo & contu. & Barto. in l. fi. ff.
29 de in integ. reſti. Sed contra prædicta facit, quia ſi conſideramus caſus poſitos in cle. non videtur differentia in citatione per edictũ in inferiore & in papa, quia ſi loquimur in impediente ne citatio perueniat ad eius notitiam, clarum eſt quod habetur pro citato d. c. quoniam freqũter. §. porro & in cle. 2. ut lite pen. & cle. cauſam de elec. & cle. vnica de renun. & clemen. 1. de foro compe. & 5. q. 2. quidam. ff. de euict. l. ſi dictum. §. ſi præſente. 11. q. 3. certum. de pœni. diſtin. 4 in domo partis. l. iure ciuili. ff. de cõdi. & demon. ff. de regu. iur. l. ad ea. §. ſemper etiam ſi hoc faciat latitando. l. item ait. § hoc autẽ ff. ex quibus cau. maio. ſpecu. in ti. de contu. in prin. & in l. fulcinius. §. quid ſit latitare. cũ § ſeq. & fi. ff ex quib. cau. in poſſ. eatur. Ad hoc. l. 1. §. ſed & ariſto cum cõcordan. in glo. ff. qđ ui aut clam. Similiter vbi nõ patet tutus acceſſus etiam inferior citat p edictum ut dicitur in d. cle. & in d. extrauaganti & in cle. 1. de foro compe. & d. c. accedens el. 2. ut lite cõteſt. Sed ad hoc reſpondet Abb. in d. §. porro in. 3. col. in papa nõ requiri ut conſtet quod malitioſe impedit, quia ſi conſtaret de impedimento non eſſet neceſſaria citatio etiam in inferioribus. allegat Inno. in ca. ad petitionem, de accuſa. Et ſic
30 † erit alia ſpecialitas in papa in huiuſmodi citationibus per edictum in terminis clemen. videlicet in caſibus ſuis quod etiam ſi non conſtet quod malitioſe procurauerit ne ad eũ perueniret, nihilominus decernitur citatio per edictum. Et licet Barbatius ibi conetur impugnare abbatem, non tamẽ bene, quia intelligo Abb. quando papa in citatione per edictum in albo decernit tanquam contra talem, uidelicet impedientem ne citatio perueniat ad eum, vel talem ad quem non patet tutus acceſſus. licet forte in veritate non præſtiterit alias impedimentum & pateret tutus acceſſus, quia vale-
31 bit citatio p edictum. Poterit tamẽ † citatus oſtendere quod pateret ad eum tutus acceſſus, & quod non procurauerit nec impediuerit quominus citatio ad eum perueniret, & dandus eſſet terminus ad purgandum contumaciam & probandum contrarium. l. tertia. §. ſi ad diem. ff. de re milit. Bald. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iud & ponit cardinal. & immol. poſt glo. in d. clem. 1. quia non inſurgit præſumptio iuris & de iure, ſed admittit probationem in contrarium, ut dicitur in d. clem. Et ideo dicit deciſi. 16. in tit. de dolo & cõtu. quod talis poterit appellare infra decem dies, quia eſt fictus contumax, & idem Philippus in c. bonæ de appella. niſi conſtaret de ipſius ſcientia, quia tunc non audiretur tanquam verus contumax, clem. ſi ante, de dolo & contum. Pe. de Ancha. in clement. 2. ut lite pend. & Alexan. in l. properandum §. ſi nautem reus. C. de iudi. quia non eſt præſumptio iuris, &
32 de iure, ut dicit, d. deciſ. imo etiam † admitteret ad appellandum etiam ſi eſſet verus contumax ſecundum ſtylum curiæ. ut dicitur in fine illius deciſio. De quo vide quod dicitur in d. clem. ſi ante. Quinimo poterit probare ignorantiam edicti per iuramentum, vt voluit deciſi. vltima in titulo de dolo & contum. vel ſaltem ſecundum aliam opinionem quam ponit ibi deciſio ſi non poterit probari per iuramentum, eo quod præſumetur perueniſſe ad notitiam eorum quos tãgit de cle. excommu. miniſ. illud. 16. q. 1. quod dicitur & in cap. 1. de poſtul. præ. ſaltem excuſatur a dolo & lata culpa propter nimiam diſtantiam ff. de decretis ab ordine facien. & ponitur in c. cum in tua, qui matri. accuſa. poſſ. maxime vbi poteſt eſſe veriſimilis ignorantia ex probabilibus coniecturis. c. vt animarum, de conſtit. in 6. Quia enim non eſt præſumptio iuris & de iure, ideo admittitur probatio in contrarium vel per iuramentum vel per alium modum ſecundum qualitatem coniecturarum, ut dicit deſi. ultima de conceſſ. præbend. & aliquando per vnum teſtem ad finem euitandi pœnam contumaciæ, vide domi. in c. placuit. 18. diſt. & in c. quiſquis. 4. q. 5. cum concor. Et maxime erit iſta ſpecialitas in papa in caſu clem. videlicet quando non patet tutus acceſſus ad citandum, quod poſſet eſſe ſine culpa citandi. Quæ omnia
33 † non contingerent in inferiore, quia ſi non conſtat quod nõ patet tutus acceſſus non poterit citare per edictum, facit qđ dicitur in clem. paſtoralis de re iud. & ſi conſtaret oportet decernere edictum in locis vinis vbi uerisimiliter ad notitiam perueniat, ut dictum eſt ſupra. Sic ſi non conſtat quod impediat dẽt citare ad locum vicinum, & requirere alium iudicẽ, iuxta. c. Romana. §. contrahentes, de forn compet. in 6. ſi nõ poteſt perſonaliter, etiam ſunt requirendi amici & conſanguinei, ut ponitur in c. cauſam quæ de dolo & contumac. ibi Abb. & dicit Abb. in d. clem. 1. de iudic. l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infec. ibi doct. Ad idem quod dicit Barto. in d. extra-
34 uaganti ad reprimendum in ver. per edictum. Vbi autẽ † conſtat uel quod latitat malitioſe, vel molitur ne citari poſſit, tunc in inferiore etiam non requiritur citatio. ſed habetur pro citato, ut dictum eſt & dicit Bal. in dicta l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex.

Addo etiam quod licet. d. clem. reſtringat ipſam extrauagantem Bonifacij ad illos caſus, tamen non per hoc tollitur quin ſi papa velit aliquo caſu citare per edictum in curia, arctet citatum ſicut erat in
25 vim dictç extrauagantis rem non nouam, qua † ſic intellecta tunc illa dictio præſertim in illa appoſita, non ſtaret reſtrictiue pro tantum, ſed ampliatiue & demonſtratiue, & hoc demonſtrat. clem. 1. de iudi. ibi propter malitiam temporis tunc inſtantis, & ibi nimis rigoroſum videtur. Vnde poſſet cõtingere caſus in quo illæ rationes ceſſarent, & papa vellet citari per edictum in curia & citantem arctari. Crederem tamen quod tunc exprimi deberet in ipſo edicto citatorio. Facit ca. dudum in uerbo nos igitur. de præbend. in 6. iuncto eo quod dicitur in capit. 1. de poſtu, præla. in cap. paſtoralis de fide inſtru. in cap. cognoſcentes de conſtit, & ſic † erit alia ſpecialitas in papa ad dictam clem. Et propterea in propoſito aper-
36 tius dico quod papa quantumcunque non agatur contra impedientes ne citatio perueniat ad ipſos vel etiam vbi non cõ
37 ſtat quod non patet tutus acceſſus, ex quo † agitur de generali citatione & uocatione, poterit per generalem citationem in curia & affixionem citare ad concilium, & arctabit citatos ſecundum formam poſitam per Ioann. And in §. porro, quam ſupra retuli. Pro hoc facit quod dicitur in c. cũ in tua, qui matri accuſa. poſ. & in c. quia diuerſitatem de conceſſio. præbend. & poſt Innoc. in c. ſi conſtiterit, de accuſat. & materia. l. nam ita diuus. ff. de adop. & cap. ex tua de cleri. non reſi. per Angel. in l. ſi uacantia. C. de bonis vacan. li. 10. cum ſi. Et maxime cum agatur de citando etiam perſonas de longinquo, ex quo poteſt deueniri ad generale edictum, ut dicit Pa. de Caſt. in d. conſi. 48. incip. in cauſa & c. Et per hoc habes expeditum iſtum articulum & intellectum dictæ. cle. 1. de iud.
38 & forte non alibi ita bene. Vrbanius † tamen & melius eſſet. ꝙ papa non uteretur iſta ſpecialitate, ſed quod citaret per archiepiſcopos prouinciales, ad minſu ut ſupradictum eſt. d. c propter. 18. diſt.

S VM-

SVMMARIVM.

1 Citatio quando agitur ad pœnam imponendam an requiratur trina, vel vna tantum sufficiat. & numero 14. & numero 18. melius declaratur per auctorem.
Distingue de pęna leui, vel graui.
Pęna suspensionis dicitur leuis.
Pęna excommunicationis dicitur grauis.
2 Citatus semel denegans expresse nolle venire, non est vlterius citandus, & communis opinio rem.
Et non solum in extraiudicialibus sed etiam in iudicialibus.
Differunt si citatus dixerint, nolo uenire, vel se non uenturum, vel nihil respondit nu.5. & 6.
3 Bartol. sibi contrarius quo ad citatum extraiudicialiter qui dixit se nolle venire.
7 Speciale est in feudo vt non possit fieri vna citatio pro tribus.
8 Citatio si fieret cum competenti dilatione ad comparendum.
Licet vna esset pro tribus arctaret etiam ad pœnam incurrendam.
9 Absentes de longinquo quando citantur possunt citari vna citatione ad totam causam, & quomodo.
10 Citatio cum competenti dilatione pro 1.2. & 3.
11 Citatio vnico contextu vsque ad talem diem pro 1.2.3. peremptorio.
Et quid si cum cominatione. nu.12.
13 Citatio peremptoria an habeat vim cominationis & econtra.
15 Creditores interesse putantes quando citantur in confectione inuentarij, sufficit vnica citatio.
Et ista citatio dicitur ad actum quasi extraiudicialem.
16 Monitio hæredis ad implendam uoluntatem defuncti, sufficit unica ad priuandum illum hæreditate.
17 Interpellatio quę sit superiori debet esse trina.
19 Citatus ad concilium nullo tempore adiecto an teneatur comparere consilium auctoris nu.23.
Et quid si non apponatur locus nu.24.
20 Citatus ad certum terminum licet in termino non possit comparere, tamen debet comparere.
Eo ratio ibidem.
Et est communis contra Bart. nu.21.
Et distinctio Angeli nu.22.
25 Citatio valet licet tempus vel locus appositus non sit.
26 Citatio cum insertione temporis ad initiandum concilium. & comparendum, quod tempus habere debeat.
27 Dilatio prima an duret, prorogato tempore ad tenendum concilium.
28 Citatio ad aliquid si illud fiat aliter quam in citatione contineatur, uidetur factum parte non citata.
29 Citatus licet diutius expectatus quam in citatione contineatur, tamen fertur sententia sine alia citatione.
30 Citatio de qua in c. consuluit de offic. delegat. qui debet iterare, procedit de honestate.
31 Legis aut qui aliter in prin. ff. quod ui aut clam. intellectus.
32 Delegatus ab ordinario. vel eius successor. decurso tempore dato ab eo, non tenetur de nouo citare, sed sufficit vna tantum citatio, ut certificetur de persona delegat. vel successoris.
33 Vocati ad concilium ac possint comparere per procuratorem. & nu.41. distinguit auctor.
Et dato quod non possint si tamen mittant, & a concilio admittatur, non incidit in periurium. nu.45.
34 Vnus an possit comparare pro pluribus.
35 Industria personæ videtur electa, inuocatis ad concilium.
36 Procurator non potest constitui in actu electionis.
37 Citatus simpliciter censetur vitatus vt personaliter compareat quando qualitas causę requirit personalem comparitionem Aliter distinguit auctor. 43.
Idem quando requiritur alicuius consensus quia tenetur comparere personaliter.
Quid in dubio. nu.40.
38 Præsentare verbum significat proprie personaliter.
Et præsens dicitur qui præbetur sensibus corporeis.
39 Statuto stante quod mulier non possit contrahere sine præsentia duorum propinquorum, intelligitur de præsentia personali.
42 Vniuersitas est persona ficta, & non potest citari personaliter.
44 Impeditus ire ad concilium an teneatur mittere procuratorem remissiue. num.56.
Et si non mittat an censeatur contumax. nu.57.
Et an possit se excusare per literas.
Et impedimentum potest probari per vnum testem. nu.58.
Et quia quando impedimentum oritur culpa eius. nu.94.
Et quomodo probari debeat impedimentum remissiue. nu.65.
Impedimentum est arbitrarium secundum communem. nu.66.
Et an per iuramentum nu.59.
Et quale debeat esse impedimentum. numero 61. & remissiue. numero 62. & 67.
Impeditus personaliter tempore an teneatur mittere procuratorem vel non remissiue. nu.63.
46 Episcopus non citatus an teneatur ire ad concilium.
Et amplia etiam si in concilio præcedenti esset præfixum tempus, puta de quod de decennio in decennium congregaretur concilium.
47 Oblitio inducitur decennio.
48 Dies quando interpellet pro homine.
49 Successor illius qui debet interesse concilio, an teneatur absque alia citatione comparere. & nu.53. & 55.
50 Citatio facta præcessori, & dies illi præfixa non ligat successorem.
51 Successor, re integra, non conuenitur vigore rescripti.
52 Citari debet quis etiam de notorio vbi potest competere defensio.
54 Quælibet causa etiam iniusta excusat a dolo.
Non tamen a contumacia. nu.60.
68 Impeditus venire ad concilium casu quo teneatur mittere procuratorem si non inueniat qui velit acceptare an excusetur.
69 Et quid si missus capiatur ab hostibus an episcopus excusetur. & numero 69.
Et quid si detentus in via. ibid.
70 Impeditus venire ad concilium, obligatus mittere procuratorem, vtrum potest mittere vt habeat vocem decisiuam auctoris distinctio. nu.74. & 77. & 78.
71 Canonicus potest committere vocem alteri canonico.
72 Quando illud quod est gerendum ex sui natura non est malum tunc quidquid potest per se potest per alium.
73 Laicus nomine alieno potest acceptare beneficium & de eo inuestiri.
75 Laicus etiam potest per papam habilitari ad dandam vocem decisiuam in concilio.
76 Votum in concilio an possit dari per literas.
78 Dare vocem in concilio est mere spirituale cuius laicus non est capax nec que suo neque alieno nomine.
Fallit si mitteret laicum ad tractanda sua negocia. nu.79. dummodo non essent spiritualia ibid.
79 Vocem in concilio dare licet sit iurisdictionis, tamen exercetur adminiculo ordinis, & ideo non demandatur.
80 Vocem pro alio dare in concilio licet non possit inferiori ab episcopo demandari an possit saltem constitui procurator ad alium episcopum substituendum.
Et ad hoc ut talis electus quæ clausulæ apponi debeant. ibid.
81 Episcopus factus procurator ab alio episcopo ad dandam vocem decisiuam in concilio habebit duas voces.
Quod si fiat intelligitur papa sciente & patiente. au.85.
82 Et talis habens duas voces non potest illas in diuersas partes contrarias dare.
Etiam si illas habeat iure proprio.
Fallit quando procurator fuisset constitutus ad dandam certam vocem.
Quod an fieri possit & quando vide nu.84. & 87.
Et an per literas possit dari uotum. nu.91.
83 Differentia inter procuratorem ad dandum vocem in concilio, & in alijs collegijs inferioribus.
86 Episcopi in concilio sunt tanquàm iudices, siue assessores.
88 Episcopus impeditus venire ad concilium debet mittere procuratorem ad recipien. statuta concilij.
Et potest quemcunque etiam laicum mittere.
89 Laicus potest assumi consiliarius, siue assessor in causis spiritualibus.
Et ibi ponit exemplum.
90 Causa spiritualis non potest per episcopum committi clerico, & laico.
Potest tamen in clericum, & laicum compromitti.
92 Causa spiritualis, an possit committi laico etiam de consensu.
Et an teneat commissio si non sit opposita exceptio. & nu.95. & ibi fallentias vide & votum auctoris.
93 Causa matrimonia non debet alteri, quàm episcopo committi, & alia remissiue. num.96.
94 Clericus non debet verberari per laicum, nisi ex causa incorrigibilitatis.
96 Laicus an possit esse notarius in causis spiritualibus remissiue.
97 Laicus an possit incidenter cognoscere de causa matrimoniali.
98 Episcopi non vocantur ad concilium ad vnum actum tantum, & ideo arguitur quod non possint constituere procuratorem ad dandam vocem decisiuam in concilio.
Et ratio assignatur. num.89.
99 Actus explicandus in præsentia principis non potest per alium explicari, quia videtur electa industria personæ.
100 Episcopus si non venit ad concilium in termino dato, sed post cęptum concilium, an debeat admitti.
Et si admittatur quam pœnam incurrat. nu.103.
104 Mora in toto non censetur commissa ratione partis.
105 Mora non dicitur commissa, si commissa sit in altera ex alternatiuis.
106 Mora commissa in præparatorijs est purgabilis.
107 Episcopus vocatus ad concilium, an possit imponere subsidium charitatiuum pro itinere & quibus.

Articulus IIII.

1 An autem si agatur † ad pęnam imponendam, vt puta ratione contumaciæ, sufficeret vna citatio, ita quod ad istam unicam citationem non venientes sint

sint puniendi propter contumaciam. quidam Modernus videtur velle quod requiratur trina. allegat idem velle glos. 4. q. 5. quisquis. Pro quo etiam adducit. c. 1. de pace iura. fir. in fi. & cap. 1. de supplen. negli. præla. & l. emilius. ff. de mino. Et ita dicit intelligendum quod notatur in l. si conuenerit. ff. de pigno. act. & l. in contractibus, §. penul. cum authen. hanc querelam. C. de non nume. pecu. Dicit tamen finaliter quod pro leui pœna imponenda pro contumacia, puta suspensionis, sufficit vnica citatio, sed non excommunicaretur ex ista vnica citatione. Et per hoc videntur limitari omnia iura loquētia quod in actibus extraiudicialibus sufficit vnica citatio & interpellatio. vide quæ adducuntur in d. c. ex literis de cōsti. & in d. l. si conuenerit. & in d. l. de pupillo. in §. si quis ipsi prætori, ut videlicet intelligantur limitata nisi agat ad imponēdam pœnā. Et erit ista vna alia fallentia ad illas quas ponunt doc. in dictis locis.

2 De isto articulo aliquid dixi sudra in principio articuli de forma vocandi ad concilium. Pono † tamē primo. unum indubitabilem casum, quod si quis citatus ad concilium denegasset expresse uelle vnire, sine dubio nō esset vlterius vocandus etiam si ageretur ad pęnam quando monitus fuisset sub pœna. Ad hoc inducor quia si in citationibus iudicialibus non requiritur quod ulterius citetur, ut ponitur in specu. in ti. de citatione. §. viso, ver. item si constaret, & in tit. de contumacia. §. 1. uersi. de sexto & in c. ad petitionem post Inno. de accusa. & post glo. in c. de illicita. 24. q. 3. & glos. in cle. si ante. de dolo & contu. ponit Bal in l. ea quæ in prin. C. quomodo & quando iudex. & glo. in l. fi. ff. de in integrum resti. ti. generali. quæ allegat. l. fulcinius. §. fi. ff. ex quibus cau. in poss. eatur. & in l. consentaneum. & glos. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. & l. ex cōsensu. ff. de appel. idem videtur in extraiudicialibus. Facit ca. venerabilibus. §. secus. de sentē. excom. in 6. Et quod in extraiudicialibus nō sit ulterius requirendus, ponit Anto. de butrio in c. 1. de supplen. negli pręla. post Hostien. & ponit cardi. ibi in primo notabili. qui dicunt quod cautum esset facere in-
3 strumentum de denegatione. Sed Bar. † in l. ex cōsensu circa fin. ff. de appe. dicit quod citatus extraiudicialiter qui dixit se nolle uenire, est iterum citandus nisi prima citatio fuerit peremptoria, allegat glos. hoc tenen. in d. c. venerabilibus in. §. secus. Et idem in effectu videtur uoluisse Ioā. An. in addi. ad specu. in ti. de citatione in. §. 1. in prin. cum non sit credendū nuncio hoc dicenti. & idem uidetur uoluisse in glo. in cle. si ante. de dolo & contu. Sed contrarium tenuit idem Barto. in l. diuus post prin. et clarius. in l. fi. in 4. colu. ff. de integrū resti. Vbi etiam plus dixit, quod etiam si nunquam fuisset citatus et dixisset se nunquam compariturum, non est ulterius citādus, sicut dicitur de appellante ab interlocutoria in cap. 2. de dolo et contu. in 6. et idem etiam uoluit Inno. in d. cap. ad pe-
4 titionem. Et ista est communis † sententia legistarum, quod siue in iudicio siue extra dixerit non uolo uenire est verus cō tumax, et non est ulterius citandus, etiam si in prima nō fuisset citatus peremptorie. et ita refert clare angel. de aretio in d. l. ex consensu. et allegat. l. fulcinius in §. fi. ff. ex quibus cau.
5 maio. Abb. † siculus in cap. cum parati, concordando vult ꝙ si in iudicio sit dictum nolo uenire sic constet de cōtumacia et non sit ulterius citandus, si autem extra iudicium, tunc si in termino citationis non comparuerit, satis constet ex ista præsumptione veram fuisse relationem nuntij, et quod non sit ulterius citandus. Et idem ibi philip. qui male refert Bart. in d. l. ex consensu. Vnde in proposito patet non esse ulterius citandum. quod ēt probat tex. in c. licet. de accusa. ubi ad unā responsionem quod nolebat accusare imponitur silentium. Et hoc est clarum, quoniam uerba sunt prolata in futurum, puta non ueniam. quia hoc casu etiam in materia iudiciali est clarum quod non debet ulterius citari, ut uide Alexan. in consilio. 84. in 4. volumine de requisitionibus extraiudiciali-
6 bus, quod similiter eo casu sufficit unica. Aut non † respōdit se non venturum uel nihil respondit. et tunc licet glo. in d. §. fi. de pace iura. fir. uideatur uelle quod trina debeat esse citatio, quia in terminis illius textus incurrit pœnam priuationis feudi. et tex. et glo. in c. 1. de mili. vasal. qui contu. est, glos. tamen ibi uidetur velle esse speciale in feudo, et Bald. ibi in
7 5. colum. est † enim speciale in materia feudali ut non possit una fieri pro tribus, ut ibi per doc. Vel forte quod sufficeret trina unico & eodē contextu uerborum, sicut dicitur de apostolis qui petuntur instanter instantius et instantissime unico contextu, ut in cle. 1. de appella. Quod ēt uoluit Romanus in d. §. si quis ipsi prætori. Qui licet aliquo modo impugnet,
8 tamen † ad pœnam incurrendam si citatio fuisset missa unico contextu uerborum, cum competenti dilatione ad comparendum, ut puta duorum mensium pro prima, duorum pro secunda & reliquorum pro tertia & peremptoria, tunc sufficeret etiam ad incurrendam pœnam. pro hoc tex. in ca. constitutionem de senten excom. in 6. maxime in proposito propter difficultatem citandi episcopos de vniuerso orbe. Et
9 videtur † satis æquum, sicut quando citantur absentes de longinquo, qui possunt citari vnica citatione ad totam causam, & in prima vice potest mitti peremptorium, nec esset necesse vt tēpus diuideretur in tres terminos, sed satis posset vnus terminus in confuso assignari, vt notat Abb. in cap. cum dilecti de do. & contu. & in c. 1. & fi. de dila. Et de ista citatione
10 † quæ fit vnico contextu verborum cum competenti dilatione pro primo, secundo & tertio, & de eius forma & quando sufficiat ad incurrendā pœnam, vide doc. post glo. in d. c. de illicita. & post glos. in cap. constitutionem, de senten. excom. in 6. & in cle. 1. post glo. de vita & hones. clerico. in cap. dilecto de senten. excom. in 6. in capi. repræhensibilis de appella. in l. 2. ibi Bal. C. quomodo & quando iudex. & in d. cap. ad petitionem post Innoc. & in cap. ex tuæ de cleric. non re-
11 siden. 5. q. 2. in summa. 4. q. 5. cap. 1. cum simil. Vel si † vnico verborum contextu vsque ad talem diem pro primo secundo & tertio peremptorio, Anto. in capi. consuluit. de offi. dele. & in l. fi. C. de requi. reis Bal. in d. c. 1. de milite vasal. qui cōtu. est. notatur in cap. tum ex literis. de in integrum resti. in c. ab eo per doc. de appel. in 6. specu. in ti. de citatione in §. viso versi. item peremptorium potest, & ibi Ioan. And. in addi. Et
12 † hoc maxime si cum comminatione, vt notat glos. in cle. 1. de excep. De quo vide omnino tex. & do. in cap. tum ex literis de integ. restitū. & doc. in l. si finita, in. §. Iulianus. ff. de dā. infec. & in l. si apparitor. C. de cohorta. l. 12. & Bal. in l. ad perēptorium. ff. de iudi. & Angel. in l. in peremptorio. ff. de iudi. & in repet. l. hæc stipulatio. si cui plusquam ꝑ legem fal. de quo vide tex. & doc. in d. l. in peremptorio, & in cap. tum ex literis
13 de integ. resti. & d. ca. cum dilecti. Vtrum † autē peremptoriū habeat vim comminationis vel econtra. notatur in c. causā. de rescrip. & decis. 245. in ti. de cita & sententia. & Bar. in d. l. si finita. §. Iulianus. & Abb. in d. capitulo cum dilecti. de dolo & contu.

Vbi vero citatio fit nō peremptoria modo præmisso vtrum requiratur trina ad incurrendam pœnam, in hoc est difficultas. Et modernus quidam Aret. videt uelle quod ex quo agitur de extraiudiciali citatione ad
14 ad incurrendam pœnam requiratur trina. Sed cum † reuerētia mihi videtur quod sufficiat unica etiam in hoc casu. primo per regulam, quia in extraiudicialibus regulariter sufficit vna, vt in d. §. si quis ipsi prætori, & in d. glo. in ca. si episcopus. 18. dist. & glo. in clemen. 1. de hære. & in cle. 1. de deci. & Barto. in §. Cohæredes in l. qui Romæ. ff. de uerb. obli. & cum concordan. quæ adducuntur per modernos doc. in d. cap. ex literis de constitu. alioquin si uocati ad concilium per vnam vocationem siue edictum non possent mulctari, non viderētur arctari ad veniendum in prima citatione, cuius cōtrariū apparet d. c. si episcopus cū alijs allegatis supra in loco suo, qui sint vocandi necnon ad concilium. Præterea hoc uidetē expresse tenere Bal. in d. §. fi. de pace iuramento fir. vbi agitur ad priuationē feudi. et dicit ꝙ sufficit vna. Quinimo & plus voluit ꝙ etiam si fuerit per edictum & per proclama generale sufficiat. allegat. l. si eo tempore. C. de remis. pig. & in ca. humilis de maio. & obe. per Inn. quia non citatur ad iudiciū, sed ad obsequium. sicut est etiam in proposito. Facit. cap. 1. de noua forma fideli. ibi specialiter vel generaliter requisitus. & sic per edictum. Item pro hoc videtur tex. in l. titia seio. §. vsuras. ff. de lega. 2. ubi sufficit ꝙ vnica sit interpellatio, & agitur ad incurrēdam pœnam vsurarum. Ad idem etiam facit tex. in l. mora in prin. ff. de vsuris. Item facit text. cum illa glo. in cle. 1. de deci. Et hoc etiam uidentur velle doc. in c. pe. de foro comp. in illa quæstione de priore monito ne recedat a visitatore qui dicit uelle eum visitare, quia talis monitio æquipollet citationi licet sit extraiudicialis, secundum. d. Ant. ibi. & ut dicunt ibi doc. sufficit unica. Idem dicit. d. Anto. quādo agitur non ad condemnationem sed ad expensas contumaciæ in c. quoniam cōtra. 14. col. in fine de proba. Idem archi. ad perpetuandum iurisditionem in c. non ita 2. q. 6. Et ad illum text. in cle. 1. de deci. quem in principio allegaui, posset respōderi quod ibi fit ex ꝓmissione iuris. i. illius tex. Et quod sufficiat unica facit glo. singularis in cle. 1. de vita & ho. cle. q̄ vult ꝙ ubi agitur ad pœnam & iura requirunt trinam monitionem non sufficeret unica, sed in proposito nullibi reperitur ꝙ requiratur trina, ergo &c. Quod dictum glo. etiam replicat Ioan. Andr. in c. ex tuæ de cleric. non resi. & Ioa. de Immol. in l. si finita in §. Iulianus ff. de dam. infec. & Ioan. And. in addi. ad specu. in ru. de cle. non resi. & Anto, in c quoniam frequenter. §. porro. vt lite non conte. Imol. in l. si vero § de uiro. ff. solu. matri. in l. 2. ff. de re iudi. idem Abb. in c. fi. de uita & ho. cle. Pro hoc etiam facit quod dicit Bal. in l. finali de iure
15 deli. vbi † vult ꝙ qn̄ citantur creditores interesse putantes in confectione inuentarii sufficit unica citatio generalis, quia ad

ad quasi extraiudicialem actum citantur. quod etiam refert Alexan.in ca.si episcopus.18.di. Ad idem est quod dicit Angel.in authen.de hæredi.& falci. §. si quis autē, colla.1. quod 36 monitio † facienda hęredi de implenda uoluntate defuncti sufficit unica ad priuandum heredem hæreditate. & dicit ēt pau.de castro in consilio.165. Et maxime uidetur uerum in proposito, quia cum quilibet prælatus teneatur ire ad concilium, ut in c.placuit.18.di. videtur citatus iuris ministerio & unica citatione constitutus contumax a iure, maxime propter iuramentum quod præstat de eundo ad conciliū in sua promotione, ut in c.ego.N.de iureiuran. Et per hoc non credo ueram opinionem moderni illius Non obstat. capit. 1.de supplen.negli.præla.quia respondet do.in c. si contra unum. 37 de offi.dele. & potest respondere quod illa † interpellatio fit superiori, iuxta. §.si quis ipsi prætori, & ideo requiritur trina, & est vna de fallentijs ad regulam a doc. datam in materia. Non obstat.l.emilius.ff.de mino.quia solum narrat factum. Non obstat.§.fi.de pace iura.fir.quia non dicit aliquid de trina uocatione sed tantum de uocatione legitima, quā dico vnicam sufficere & esse legitimam. Nec glo.in d.c.quisquis 4.q.5. hoc dicit. Sed obstat huic conclusioni tex.in c.1.de mili.vasal.qui contu.est.ubi dicit quod si dn̄s uocat uasallum in curiam, quem dicit perdidisse feudū, vt sit contumax & possit procedi ad sentētiam debet ter eum uocare cum competenti dilatione, & eo non comparante in tertia nocatione feudum amittat. Sed ad illud potest respōderi secundum.d. gl.in d.cle. quod ibi est quia ius uult trinam & non sufficit vnica peremptoria, quod non est in casu nostro, quia nullibi reperitur quod uocandi ad concilium debeant trina citatione 18 vocari. Et bene est consideranda glo.illa, † quia tunc vult non sufficere vnicam peremptoriam quando agitur ad pœnam, videlicet quādo ius requirit trinam. Non ergo est uerū quando agitur ad pœnam quod semper requiratur trina, ut est videre in d. §. nsuras, & alijs supra allegatis. Posset & alio modo responderi ꝙ ibi agitur ad priuationem in forma iudicij, & in proposito agitur ad infligendam pœnam ratione contumaciæ, & satis est ꝙ eo modo sint contumaces quo iura constituunt quem contumacem puniendum propter cōtumaciam. Et hanc solutionem ponit Bald.in d. §.fi.de pace iura.fir.in penul.colum. cum dicit ꝙ in terminis illius. §.nō citatur ad iudicium, sed ad obsequium, quod & proprie conuenit in proposito.allegat.l.mora.ff.de iudi. Vel pōt dici ꝙ in illo casu est speciale in feudo, quia cum esset personalis citatio, sufficere debebat vnica peremptoria tantum l.cessante. C.quomodo & quando iudex.in c. cōsuluit per Inno.de offi. delega. dicit Bald. in d.capitulo 1. de mili. vasal. qui contu. est in 4.colum.

19 **Sed pone** ꝙ in ista † generali citatione comparendi ad concilium non sit adiectum tempus, vtrum tenebitur quis comparere? Ista quæstio ponitur per specu.in titulo de citatione in. §. sequitur.versi.quid si non præfixit.& concludit. ꝙ sic. Et intelligitur quod debeat comparere cum primum poterit cum competenti tempore. l.ab hostibus.§.1.ff.ex quibus cau. maio. l. quod dicimus.ff.de so-20 lutio.l.peculium. §. fin.ff.de statu liber. Sicut † dicimus de citato ad certum terminum, quod licet in termino non possit comparere, debet tamen omnino comparere, ut in capitu. cum dilecti de dolo & contu. Ad hoc capitulū eos. § fin.de sen.excom.in sexto.& clem.2.de appel. & infra in quæstione sed quid si aliquis non venerit in termino. Et hoc ut potius appareat obediens quam contemnens superiorem.2.q.5.capitulo quanto. & de postu.præla.capitulo quanto. Sed Barto. in l.liber homo la secunda.ff.de verb. obli. & in l.qui ante kalen.eo.titulo, tenet contrarium.per l.aut qui aliter. §. 1.ff. quod ui aut clam.& tenent pe.& cy.in l.fin.C.de feriis.& cla-21 rius Petrus in l.ita stipulatus.ff.de verb.obli. Sed † tu tene magis communem opinionem quam tenent canonistæ in cap. cum parati de appel. videlicet quod valet citatio, & quod citatus debet comparere quam citissime potest cum temperamento quodam, ꝙ non censeatur astrictus ilico currere.l.ꝙ dicimus.l.ratum.ff.de solu.vt dicit Abb.siculus ibi in d. c. cū parati. Quam etiam dicit magis ueram Aretinus in l.liber 22 homo la secunda.§.decem de verb.obli. Et licet Angel.in d. liber homo distinguat quod aut ad effectum ut index possit mulctare & valet, aut ad effectum procedendi ad partis instantiam, & non ualet, & ita dicit seruare assessores, & idem dicit in l.per interualla.ff.de iudi.tamen alibi idem Angel.in l.1.in §.hæc stipulatio.ff.si cui plusq̄ ꝑ legē fal.distinguit aliter, ꝙ aut citatur q̄s ad vnū actū particularē, & citatio sine termino nō valet, aut citat̄ gn̄raliter & valet. Sed vtraq; distinctio ꝯfundit ꝑ tex.in d.c.cū dilecti.& c.cū parati.quib.nō pōt rn̄deri ſm aretin.in d.§.decem. Et ista est veritas quicq̄d 23 aliqui dixerint. Tutius † tn̄ esset apponere diem, sed si non apponatur valebit. Istam tenet Inno.in cap.fin.de feriis, & cap. si qui matri. accusa.possunt. Ioan.And.in capit.cum parati & Anton.Ioan. de Imol. Abb.Philippus & Alex.& car.in d. 24 capit.cum parati. Et idem dicit de loco, si non apponatur locus, vt dicitur in d. capit.cum parati.quia intelligitur in loco soliti tribunalis, & ideo si a papa, debet venire Romam. nisi locus concilij alias fuisset deputatus in præcedenti concilio, vt fuit in constantien.electus locus in ciuitate papien. quia tunc ibi tenerentur comparere, & cēserentur ad illum locum vocati.l.si locus.ff.de iud.l.si cum dies.§.arbiter.ff.de arbi.in argumentum.l.si vt proponis la secunda, C.quomodo & quando iudex, glo.in c.fi.& ibi doct. de rescrip.per In-25 no.in cap.consuluit de offic.delegat. Et licet † dentur aliquæ distinctiones tam in primo quando non est apposita dies, quam in secundo quando non est appositus locus, non curo referre, quia nō cōueniūt in casu nostro, & materia satis est sparsa in pluribus locis a doctoribus. Sed in proposito concludendum est vt dictum est, videlicet quod in vtroque casu valet citatio.

26 **Sed si** apponitur † tempus ad initiandum concilium, & comparendum, quantum tempus debet assignari? Dic quod debet esse competens, sic vt possint omnes venire, alias non arctaret, & etiam post terminum, vt ponit Bar.in l.aut qui aliter. ff.quod vi aut clam. & Abb.in c.cum dilecti penul. colum.de dolo & contum.& spec.in tit.de citatione in §.1.versic.item quod facta est, & ibi Bald. Et uide tex.& ibi glos.in l.qui neque. ff.de verb.signi.& Bal.in cap.1. de milite vasal.qui contum.est, in vsibus feudorum.in 3.colum. Sed obstat, quia in registro Gregorij 7.apparet quod eodem anno bis fuit intimatum concilium, & in primo vix fuit datus terminus mēsis cum dimidio ad comparendum, vnde videtur impossibile quod possent arctari existentes in partibus vltramontanis vlterioribus, maxime quia debent venire non tanquam cursores, vt in l.in itinere ff.de verbor. signi.& capit. cupientes de elect.in sexto. Et ad componendum sarcinulas debet esse tempus, vt in l. ab hostibus. ff.ex quibns cau. maio. Sed dic quod illud fuit quia primum concilium non fuit vniuersale totius orbis sed tantum prælatorum Italię, ut patet in 45.capitulo vbi tantum dirigit literas pręlatis & suffraganeis Mediolanen. vt patet ibi in primo li. registri.dicto capitulo 45.& 44. Quod patet quia aliud secundo loco congregatum habuit tempus vltra sex menses ad comparendum, vt patet in secundo libro eiusdem registri. capitulo primo.

27 **Sed pone** quod tempus † ad concilium tenendum est prorogatum, vtrum requiratur noua citatio an duret prima? Et videtur prima facie quod deberet fieri noua citatio, quia peremptorium edictum videtur circunductum.l.& post edictum peremptorium. ff.de iudic. 28 Item quando quis citatur ad aliquid & illud agitur aliter vel in qualitate, vel in substantia quam fuerit specificatum in citatione, videtur factum parte non citata. l.aut qui aliter in prin.& ibi Bar. ff.quod ui aut clam. & l.qui ante Kalen. ff.de uerbor.obliga. quod ponit.d. Anton.in cap.1.de iudi. Sed dic contra, quia citatio durat ad diem in quam facta est prorogatio. Ita dicit Abb.in cap. consuluit in glo.2.de offic.delegat. & cardi.flo. ibidem in 4.q. quando quis est citatus ad totam causam, sicut in proposito, & ita communiter doc.in d.c.cō-29 suluit. Et uidetur † casus in c.cum dilecti de dolo & contum. ibi diutius expectatus, ubi licet diutius expectatus, tamen fertur sentētia sine alia citatione, de quo etiam Abb.in d.c. cum dilecti. Et maxime in proposito, in quo cōcurrunt hęc, quod citatio est generalis, & est ad actum successiuum, & est de longinquo, & est a papa, quæ omnia ibi considerātur in d.c.cum dilecti. & non agitur de certa causa alicuius, sed de uniuersali. Et per hæc patet responsio ad l.& post edictū, quia loquitur in alijs terminis. uidelicet in actore absente, q 30 fecit citare, secundum Inn.in d.c.consuluit. inquantum ibi dicit quod debet iterum cirari, debet intelligi de honestate, & non de necessitate. Facit quod dicitur in l.3. ff.de pignori. 31 Non obstat.† l. aut qui aliter, quia non est aliter in qualitate nec in substantia, quia tp̄s prorogatum est idem cum primo. l.sed & si manente, ff.de preca.l.dies cautionis.ff.de dam.infec.& in c.in causis de of. dele. Itē.d.l.aut qui aliter, loquitur in denūciatione noui operis facta a parte & nō in citatione. ut in simili rn̄det Imo.in c.cū parati de ap. Facit q̄d dicit Bal. in l.cōsentaneū col.1.C.qūo & q̄n iudex, ꝙ si decurso † peremptorio iudex ordinarius delegat causam uel moritur delegatus siue successor nō tenetur de nouo citare, sed sufficit ꝙ semel tm̄ eū citet ut sciat & certificetur pars de ꝑsona delegati uel succęssoris, uide Archi.in c.dę illicita.24.q.3.quē ita dicit Bal.intelligēdū, & q̄d ponit Inno.in c.dudū el.1.de ele.in gl.pe. Nō ob.ꝙ ponit Ant.& car.in d.c.cōsuluit.ubi ponderatur tex.in aliā diē, & sic ꝙ si in longius tp̄s requireretur noua citatio, q̄a loquitur in citato ad certū actū iudicialē in quo tractatur de præiudicio partis, quod non est in proposito.

33 **Sed quæro** an † vocati ad concilium possint comparere per procuratorem, Et prima facie videtur dicendum quod sic, quia, citatus ad iudicium si non est citatus, vt personaliter cōpareat, ut in c.1.de iudi.in 6.potest comparere per procuratorem, c.penul.& fi.de iuramento calumnię, c.fi.de dila.& c.cum dilecti.de dolo & contu.& tex.in cap.cum parati. in fi. & ibi hoc notant doc.post Ioan. An.de appel. Ad hoc.18.d.episcopus. Ad hoc etiam est quod dicit.Cy.& doc.in l.fi.C.de procur. Et si nuncius moriatur in uia, erit excusatus, ut dicit ibi.d.Anto.in d c. cum parati. Adde C.qui petant tuto.l.cum a matribus. c.significante de pignori. Et sæpius legitur in gestis conciliorum interfuisse vnū pro alio, ut patet in gestis sextæ synodi Constantinopolitanę sub Constantino Imperatore & agathone papa celebratæ in prin.primæ actionis, ibi & Petro Deo amabili presbytero, & monacho locum seruāte sedis magnę ciuitatis Alexandriæ. & ibi Ioanne episcopo portuē. Abundantio episcopo ciuitatis pateruen.& Ioanne episcopo ciuitatis regitanæ locū præsentantibus.125. venerabilium episcoporum sancti concilij antiquæ Romę, qui & proprias per subscriptiones demonstrantur in suggestione ab eis facta ad pijssimum imperatorem Constantinū.& ibi theodoro religioso presbytero & locum agenti theodori Deo amabilis Archiepiscopi Rauennę & ibi Georgio presbitero & monacho & apocrisario theodori venerabilis vicarii sedis Ierosolimorum. Imo plus † vi-34 detur ex hoc probari, quod unus possit comparere pro pluribus, sicut isti qui pro.125. episcopis comparuerunt. Et hoc voluit Abb.siculus in c.scriptum in 3.notabili de elec.vbi dicit quod vnus procurator poterit hr̄e decem uoces si sustinet vices totidem personarum ipsum constituentium in concilio, subdens quod in concilio generali & prouinciali ex causa possunt constitui procuratores pro absentibus. In contra-35 rium facit † quod uocati ad concilium habent ibidem consuluere, & sic videtur electa industria personæ. l. inter artifices, de solu.c.fi.§.is autem.de offic.deleg.& c.is. cui eo.ti.in 6. cum sim. ergo non uidetur quod possit per alium explicari. quod dicit Abb.in c.constitutus de appel. & c. quia propter 36 de electio. ubi dicit quod † in actu electionis non impeditus non potest constituere procuratorem, quia in actu electio-37 nis censetur esse electa industria personæ. & ideo dicit Imo. in d.capitu. cum parati, ꝙ ubi qualitas † causę requirit personalem comparitionem, citatus simpliciter intelligitur citatus vt personaliter cōpareat. Facit quod in simili dicit Ale. in d.l fi.C.de procu. ꝙ ubi in actu requiritur consensus alicuius tunc censetur uocatus ut personaliter compareat.alleg. Bal.in l.1.C.qui admitti. Ad hoc bene tex.in cap.fi.de maio. & obe.& quod dicitur in c.cum consuetudinis de consuet. l.si quis mihi bona.§.iussum cum materia.ff.de acq.hær.vbi enim natura causæ requirit personalem comparitionē, non sufficit mittere procuratorem si quis non est impeditus, c.veniens de accusa.dicit car.in ca.querelam de procur. Et idem videtur dicendum si citatus quis fuerit vt se præsentet in cō-38 cilio, quia videtur intelligendum tanto magis quod personaliter, quia † proprie pręsentare se quis dicitur quando personaliter se præsentat, ut est glo.in cle.dudum de sepul.in verbo præsentari, præsens enim dicitur qui præbetur sensib.corporeis.l.1.in prin.ff.de uer.ob. Sic dicit de pręsentando ꝑ patronos quod debet esse præsens si persona non sit nota, ut ponit Abb in c.ea noscitur de iis quæ fiunt præ.sine con sen.ca. Et vide decis.203.incipit itē nō sufficit.in nouis.& est 3.in ti. de iure patro.& Cald.cōci.17.de iure patro. Ad idē ꝙ dr̄ per 39 Phi.post Abb.siculum.in d.c.cū parati.de statuto † ꝙ mulier non possit ꝯhere sine pn̄tia duorū propinquorū ꝙ debet intelligi de pn̄tia in propria persona & non per procuratorem quia verba statuti intelliguntur in proprio significatu.l.3.§. hæc verba.ff.de neg.ge.l.1.§.is q naue.ff.de exe.in c.in n̄ra de iniur.cū sim. De quo vide Bal.in l.1.C.qui admit. & uide cōsilium Bar.ꝙ incipit factū tale est, ceccholus.& bene ꝑ Phil. in d.c.cū parati. & faciunt ad hoc oīa quę ponuntur ꝑ do.in c.fi.in §.is cui de officio deleg.& §.seq. Facit gl.in verbo personaliter in cle.1.de vi, & ho.cle.& in c mulieres de sen.exc. per card.& per eundē in cle.1.de iureiu.& vide eū.in §.is cui in fi.q̄n censet electa industria persone. Et q̄n quid debet fieri personaliter ꝙ requirit pn̄tiam personalem & non ꝑ aliū, vide in c.cupiētes.§.ꝙ si ꝑ viginti de ele.in 6.& in c.dilectus de rescr.l.sed & si pupillus.§.cōditio.ff.de instito. In dubio tn̄ 40 † vocatus quis ēt a papa vt se præsentet, pōt per procuratorē comparere nisi sit dictum quod personaliter se præsentet. ut no.Abb.in c.penul.de iuramento calum.& idem Abb.in cap.penul.de postu.præla.

41 **Vnde** in hac materia an uocatus ad conciliū possit per procuratorē cōparere vel nō. dicerē sic.ꝙ aut loq̄mur q̄n est citata aliqua vniuersitas, capitulū vel ciuitas,& similes. Et isto casu poterunt comparere per procuratorem, vt in c.fi. de ijs q̄ fiunt a præla & in c.fi. de maio.& obe.& ibi glo.& car.in vlti.q.& l.sed si hæc. §. qui manumittitur. ff.de in ius vocan.ca.1.de syndico. Et hoc quia sic in dubio præsumitur citata, ne fraudētur ecclesiæ seruitio & propter rei impossibilitatem siue difficultatem d.ca.penul. de iura.calum. ibi glo.& in authen.de sactissimis episcopis. §.si vero.& capi. 42 in pertractandis de iura calum. Est.n. † vniuesitas persona ficta.l.mortuo.ff. de fideiuss.& ideo non potest citari personaliter.ita Bald.in l.nam ita diuus.ff.de adop. Quod procedit ēt si esset vniuersitas citata a concilio in forma iudicij, etiam in causa in qua de sui natura non potest interuenire procurator, ut dicunt Ioan.An.& do.in d.cap.1.de iudi.in sexto. Facit quod dicitur in cap.dilectus el.2.de simo.& in cap.Romana. §. in vniuersitatem de sen.excom.in 6. Aut citata est aliqua particularis persona.& tunc si est citata per papam vt personaliter compareat, non est dubium ꝙ debet personaliter cōparere. Nec excusatur si mittat procuratorē, quia licet aliud sit in inferiore, tamen secus est in papa qui potest quem citare vt personaliter compareat etiam in quibuscunque causis alijs quam a iure expressis. in inferiore secus, vt in d. cap. 1.de iudi. & dicitur in d.c.fi.de maio. & obe.per cardi.in penul.q. Ad idem quod dicitur in ca.cum dilecti de dolo & contu. & 43 in c.fin.in glo.2.de dila.& ibi doc. Aut † est simpliciter citatus vt compareat. & si est citatus in concilio ad iudicium pro aliqua sua causa, dic ꝙ nisi natura causæ sit ꝙ debeat comparere personaliter, ut in criminalibus in c.veniens de accusa.potest comparere per procuratorem, vt in c.querelam de procu.& l.2.C.eodem.& l.1 ff.eo l.præsenti. §. cum autem.C.de ijs qui ad ecclesias confugiunt. cle.pastoralis de re iudi.cum simil. Aut est citatus ut uadat ad concilium.& si sit dictum personaliter, non est dubium, quia etiam inferior in extraiudicialibus potest compellere ad personaliter comparendū. 22.q.5.de forma.tex.iuncta glo.2.in c.fin.de dila.& cap.fi.de ętate & quali.c.vbi periculum.§.quia vero de elec.in 6.& cap. fi.de maio.& obe.& dicitur in d. ca.1.de iudi.in 6. Licet doc. ibi non videantur facere differentiam inter iudicialia & extraiudicialia, nisi quod in extraiudicialibus plures sunt casus qui requirunt personalem comparitionem. Si autem nō fuit dictum vt personaliter compareat, tunc si sumus in persona quæ habet vocem decisiuam in concilio, tenetur personaliter comparere. Vnde archiepiscopi & episcopi vocati ad concilium tenentur ire personaliter, nec possunt mittere ꝓcuratorem si non sunt impediti legitimo impedimento, vt in c.episcopus, & in c.si episcopus, & in c. placuit.18.di.& est tex.in c.ego.N.ibi ad synodum ueniam nisi præpeditus fuero canonica pręceditione, & ibi doc.de iureiuran.ubi iurant vocati ire ad conciliū. Vn̄ si vocatus non vadit.incidit in periu-44 rium, vt dicit Abb.in d.c.ego N. An aūt q̄n † est impeditus teneatur omnino mittere procuratorem, infra late in alia quęstione. Et si episcopus esset pauper qui non haberet ad faciēdum expensas, dicit Martinus de laude. q.501. ꝙ poterit imponere charitatiuum subsidium.allegat Inno.in c.1.de statu mona. Et ex hoc dicit card.in d c.fi.de maio.& obe.post Inn. ꝙ vocatus ad conciliū sub pœna excōicationis si non mittit aliquē excusatorē excōicatur, & tenebit excōicatio. Et ad ꝑmissa facit quod dicit Abb. in c.constitutus de appel.& in c. quia propter de elec.ꝙ licet alias in actibus vniuersitatis possit quis constituere procuratorem vt intersit pro se, tamen secus est in actu electionis, quia non impeditus non potest procuratorem constituere, sed debet per se interesse, quia censetur electa industria personæ, ut dictū est s̄.. & sic dicendum est in proposito. Sed ꝯ præmissa facit quod legitur in gestis in concilio Martini.c.2.vbi episcopus rauennen.ecclesiæ, misit maurum episcopum cesenaten.presbyterum ad comparendū in concilio pro eo vt oīa eius nomine adimpleret quæ in concilio peragerentur, datis literis excusatorijs ꝙ cum esset paratus ad iter, consultum fuit ei ab exercitu & plebe ciuitatis propter in certas gentilium excursiones & absentiam exarchi, ne iret ad cōciliū, licet fuisset vocatus per apocrisarios papæ, qui procuratores per papam & concilium admissi fuerunt. Sed pōt respōnderi ꝙ illud fuit ex gratia. quod patet in verbis epistolæ ep̄i cum supplicat ꝙ eum non sicut absentē sed ut præsentem suscipere dignarentur, & propterea magis probat ꝙ alioquin personaliter comparere debuisset. Item ēt ibi allegabatur legitimum impepimentū, & iō fuit admissa eius excusatio.& ita pōt respondeti ad s̄.deducta de gestis in sexta synodo Constantinopolitana. Aut loquimur in inferioribus qui non habent vocem deliberatiuam. Et tales cū potius videant̄ inuitari, maxime laici, si nō ꝯpareant ꝑsonaliter, nō vr̄ incurrere aliq̄ pœnam, & poterunt comparere ꝑ procuratorem. Ad hoc.d.cap.querelam de procur.cum concordantibus supra allegatis. Et bene probat tex.in c bene quidē.96.di.vbi præfectus prætorio loco regis rheodati fuit in ꝯcilio.

cilio. Ad idem tex. in c. ad apostolicæ de re iudi. in sexto, ibi per se vel alios. immo etiam si nec per se nec procuratorem comparerent, non deberent de contumacia puniri, ex quo potius sunt inuitati. Et hoc nisi vel esset electa industria personæ, ut quia esset multum doctus & practicus, vel tangeret aliquomodo personam citati, quia tunc teneretur comparere saltem per procuratorem ut d. c. ad apostolicæ, nisi esset dictum, quod personaliter compareret, ut supra dictum est. Adde tamen, quod licet alias quis teneatur personaliter in concilio comparere, & non per procuratorem, ut dictū est tamen si procuratorem constituat & illi de concilio velint procuratorem admittere, hoc poterunt ex gratia saltem ad euitandam pœnam contimacię, ut in simili dicit Abb. in capitulo quia propter. in §. illud de electio. & in capit. constitutus de appel. Generaliter autē in alia materia quam quādo quis est citatus ad concilium si aliquis citatur vt personaliter compareat, sufficeret mittere procuratorem si alias natura causę nō requirit personalem comparitionem, & hoc nisi in citatione, exprimatur iusta causa quare velit contra regulam. c. primi. de iudi. in 6. quod personaliter compareat, & in citatorio appositum sit verbum personaliter, prout ponit notabiliter Bal. in l. prima §. vsus in fi. ff. de procura. refert Felin. in c. 1. in 4. col. de re iudi, aliquid per eundem in c. cum ordinem de rescriptis.

46 **Sed quia dictum** est quod prelati tenentur personaliter comparere, quæro utrum si episcopus non est citatus teneatur ire ad conciliū, Et dom. in cap. non oportet 18, dist. dicit quod non & idem Abb. per illum tex. in cap. ego. N. de iureiuran. & idem Ioan. de Immo. post Ioann. And. ibidem ubi dicit etiam si uiderit alios episcopos ire ad concilium ipse non debet ire si non est uocatus Quod videtur verum etiam si in præcedenti concilio esset præfixum tempus, sicut patet in gestis concilii Constantien. ubi fuerat statutum quod de decennio in decenniū fieret concilium. non enim propterea ex solo aduentu temporis episcopi & alli qui tenentur ire ad concilium constituerentur in mora, maxime ut possent puniri, quia possibile esset quod tempus decennii esset prorogatum ipsis ignorantibus. & propterea tex. in d. cap. ego. N. requirit uocationem, Pro hoc tex. in c. 1. in fi. de pace iura. fir. ubi vasallus non priuatur feudo si non defendit dominum quem scit guerram pati nisi postquam ter fuerit requisitus, & hoc videtur probare tex. in cap. quoniam, & melius in c. propter ecclesiasticas 58. dis. vbi licet velit quod bis in anno certo tempore debeat fieri concilium prouinciale vel saltem semel secundum c. quoniam, tamen dicit episcopos conuocandos in d. cap. propter ecclesiasticas, el primo & lo secundo. Item quia posset quis etiam esse oblitus, quia decennio †inducitur obliuio, ut 47 l. peregre. ff. de acqui. pos. & ob hoc excusatur. Facit quod dicit Bar. in l. si quis delegauerit ff. de noua. & in l. si cui. in prin. ff. leg. 1. Dynus in regula imputari, in 6. Posset etiam esse mutata persona in episcopatu, & ideo iustam habere causam, ignorantiæ. l. qui in alterius. ff. de regulis iuris. cap. cum quis eo tit. in 6. cum concord. Et hoc indubitanter est verum quā do tempus est appositum pro concilio facien, ut supra diximus factum & statutum in concilio constantien. Sed ubi es-48 se pręcisę, †præfixus terminus personis in concilio existentibus ad se congregandum & comparendum sub pœna certa die, tunc forte non requireretur alia citatio, quia dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipu. c. potuit de locato. & l. 2. C. de iura emphite. l. traiectitię §. de illo. ff. de act. & obli. cap, 2. de concel. præben. & c. ne pro defectu de elec. ad idem in c. cum in cunctis de lec. & c. licet canon eo. tit. in 6. cum aliis concordan. Et hoc tenet Alexā. in c. si episcopus. 18. dist. in prin. per notata in c. cum inter uniuersas de elec. & c. ecclesia nostra el. 2. eo. tit. Quę omnia intellige quando nullo modo esset uocatus ad concilium nec per edictum generaliter alioquin si esset appositū edictum tunc dicendum ut supra late dictum est in quæstione de forma citationis & sequentibus.

49 **Quid autem** si ante †aduentum diei aliquæ ex personis quæ in concilio interesse deberent essēt mortuæ, an tenerent cōparere successores, & dies eos interpellet, vt ēt tanq̃ cōtumaces possint puniri si nō cōpareant. Et videret dicēdū prima facie ꝙ sic, qa illa quæ sunt facta in gñali cōcilio, vñr deducta in notorietatē, ita ꝙ non vñr excusari hi maxime q ire tenent, iō nō vr̄ necessaria alia citatio. Ad hoc. c. bonæ el. 1. de ele. & cle, past. de re iud. c. q̃to de transl. præl. c. cū sit de appe. c. uenerabilē de ele. cū si. maxime si p̄fixa fuisset dies ad cōciliū p̄ papā. Facit. d. cle. pasto. de re iud. c. 1. de cā posses. & ꝓprie. & ibi doc. c. cū olim, ibi In no. Io. An. & Ant. de re iud. Sed credo ꝯriū uerius, tū qa dies 50 prefixa & citatio facta prædecessori non ligat successorem. cap. quia. V. de iudi. & Bal. in l. per diuersas. 10. q. C. mādati. l. fin. §. & si præfatam versic. tertio quæro circa finem. C. de iu-51 re delibe. Facit quod dicitur de rescripto †re integra cuius vigore non cōuenitur successor, ut in c. significauit de rescrip. & de instantia in d. c. quia. V. & per argumentum a maiori si post contractam pœnam successor non tenetur, ergo nec ex prædecessoris uocatione incurrit. Ad hoc quod dicitur in l. prima. C. ne ex delic. defunc. per Bar. in l. 1. ff. de priua. delic. & in l. qui opus. ff. de noui operis nunci. l. 3. §. quod aūt. ff. quod quisque iuris. Facit in proposito, quia sicut successor iudex debet de nouo citare saltem vnica citatione, quia mutata est persona, ut in l. cōsentaneum, ibi Bar. & Bal. C. quomodo et quando iudex, a pari et in persona citādi. Nec obstat quod 52 dicitur de notorio, quia ēt †in notoriis requiritur citatio ubi potest competere defensio. Abb. in d. c. cum sit Romana in fine in penul. notabili. de appel. et idem in c. 1. in 2. col. de causa poss. et proprie. et in d. c. bonæ el primo in 4. col. et in c. vestra prope fi. de cohabi. cle. et mu. et in ca. causam q̃. in prima col. de rescrip. et latius in c. cum olim in 6. colu. de re iudi. et in consi 68. in secundo volu. incipit quanquam. Procedit ergo quod dictum est non requiri in notorio citationem, quādo clare constat nullam citato competere posse defensionē quod secus est in proposito, vbi potuit qui successit ignorare et credere non teneri, et ideo quantumcunque dicatur inductum notorium, videtur requiri citatio. De quo etiam uide glos. in c. ad nostram el tertio. et ibi Ioann. And. butrius et Abb. de iureiuran. Immol. in c. cum olim de re iudi. c. porro de diuor, c. fi. et ibi doc. de elec. in sexto. et cardi. floren. in cle. pastoralis. 13. notabili de re iudi. ad idem qui matri. accusa. 53 pos. c. cum in tua. Et ꝙ †non teneatur successor facit quod dicit archi. in c. dudū. 18. q. 2. ꝙ licet prædecessori sint datę tres dilationes, nihilominus successor habebit quartam, sunt em̄ induciæ potius remedium causæ quam personæ. Et hoc maxime in proposito, cum simus in pœnalibus, in quibus nō receditur a persona nec uidentur tacite repetitæ, Bald. in l. 1. C. de ijs quæ pœnæ nomine. Angelus in authen. de hæredibus et fal. §. si quis aūt non implens. Facit glos. in cle. 1. de uita et honest. cle. in versi. 3. Sunt enim pœnæ odiosæ. et ideo actus non debent puniri nisi in casibus in iure expressis. l. et si qs §. diuus. ff. de reli. et sump. fune. Bal. in l. nemo martyres. C. de 54 sacrosanctis ecclesijs. Et a pœna †excusat quælibet iniusta cā glo. et doc. in d. l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemp. l. 4. §. pōt. ff. de liberali cā. gl. in l. plagij criminis. et ibi Angelus. C. ad. l. iuliam de plagiarijs. l. 1. in fi. de abige. Angelus in l. prætor. § hac actione. ff. de vi bonorum rap. et in l. 1. ad finē prin. ff. de eo per quem factum est, cum simil. Et uidetur ad propositum satis tex. ibi in d. §. fi, et tex. in d. c. dudum. ubi post mortem prædecessotis ēt successori de nouo fit mandatum. Itē 55 facit ꝙ iste †successor non reperitur vocatus ad cōcilium. et ideo non debet ire, ut in d. c. ego. N. et diximus supra. Et sic non obstat quod dicitur de notorietate, quia non agitur vtrum in notorijs requiratur alia citatio, sed vtrū successores sint astricti uigore præfixi termini. quod non uidetur, quia non reperitur citatio. Et idē dicendum esset si citato aliquo p̄lato et eo mortuo surrogaretur in locum eius alius ante inchoatum concilium. nam ex illa citatione non arctaretur ta-56 lis successor per prædicta. Sed quid si citatus esset in †periculo uitæ, uel propter inimicitias uel p̄p potentiam superioris sui hoc prohibentis, an excusetur si mittat alium, et an de necessitate teneat̄ mittere? Gregorius 7. in 3. lib. sui registri scribens sigifredo maguntinen. archiepiscopo dicit in hæc verba. quod aūt dicis quosdam fratres non posse ad concilium conuenire ob principis inimicitiam, dicimus eis sufficere ꝙ de suis clericis dirigant qui ꝓ eis ualeant respondere.

De hoc tamen dic ut latius in sequenti quæstione.

Rursus quia dictum est ꝙ citatus ad cōcilium debet personaliter comparere si nō sit impeditus, quod si eū impeditus ita ꝙ non possit ire ad conci-57 lium, an teneatur mittere procuratorem, et si nō †mittat an censeatur contumax? Et dic ꝙ tenetur mittere procuratorē uel nuntium ad eum excusandum, sicut quando quis est citatus ut personaliter compareat si est impeditus tenetur mittere procuratorem, vt in ca. querelam. de procu. et ibi cardi. in 3. 8. et 10. quæstione. et bene tex. in capitulo quia propter de elec. debet enim in casu nostro mittere procuratorem ad allegādum impedimentum et eum excusandum. Ad idem quod ponit idem car. in capitulo fi in 5. et 6. q. de accusa. Facit tex. et dicit ibi do. in capitu. episcopus. 18. distinctione. quod debet mittere substitutum. qui licet loquatur in prouinciali concilio, idem videtur dicendum in generali. vnde uidet quod iste procurator uel nuntius sit amittendus ēt ad actus conciliares. de quo aliquid infra dicetur in proxima quæstione. et uide tex. et glo. in capitulo si ægrotans. 5. q. 3. Quod 58 ēt fieri †poterit per literas, vt in cap. placuit. 18 di. Imo poterit etiā probare impedimentum per vnum testem, vt dicit ibi glo.

glo. & glo. 86. di. tanta. & glo. fi. 4. q. 5. quisquis. & glo. in ca. ex literis, de in integrum resti. Et hoc ut excusetur a pœna contumaciæ, ut dicit do. in d. c. placuit. & sic respondet ad illum tex. in d. c. ex literis, qui loquitur quando agitur de probādo impedimento ad retractandum sententiam. Quo casu sufficit quod fiat fides archiepiscopo non synodo, ut dicit d. domi. in d. cap. placuit. Imo plus voluit Inno. in d. c. querelam, quem improbat Alex. in d. l. quæsitum, quod absque alia ꝓbatione tenetur credere iudex excusatoribus. Quod dictum Inno. forte posset saluari & esse verum in casu nostro quando quis vocatus ad concilium mitteret duos excusatores allegantes impedimentum, quia esset eis credendū. Et plus vo-59 luit glo. in c. quisquis 3. q. 5. quod etiam † per suum iuramentum poterit probare impedimentum suum, pro quo videtur tex. in c. quia propter de elec. de quo vide infra quæstione ꝓxima. Cautius tñ est ꝙ mittat procuratorē, iuxta notata per Cy. & doc. in l. 1. C. de in integrum resti. Ad quod tex. in c. cōstitutus de appel. & c. cū dilecti de dolo & contu. & c. cū parati de appel. in c. tū ex literis. de in integrum resti. Sed ꝯ hoc videtur tex. & Bald. in c. cū parati de appel. vbi archiepiscopus citatur a legato, qui allegauit per excusatorem ꝙ fuerat in legatione regis, nec propterea excusatur a contumacia. Et sic 60 licet †quælibet iniusta causa excuset a dolo, vt in l. 1. §. fi. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. & in l. igitur. §. 1. ff. de liberali causa. facit glo. in verbo de cætero. in c. 1. de postu. prę la. in 6. non tñ excusat a contumacia. Sed tu dic ꝙ ille tex. nō probat dictum Bal quia papa ibi fuit motus, quia obtentu appellationis conabatur declinare iudicium legati. & ideo non admisit excusatorem impedimenti, quod non negabatur verum. Facit ad materiam quod dicitur in d. c. cum dilecti de dolo & contu. & in d. c. constitutus de appel. Et de materia p̄ Bal. in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. penul. §. ad crimen de publi. iudi. c. veniens de accusa. & in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procura. quādo in causa criminali mittitur excusator. Quod voluit Bar. in extrauaganti ad reprimendum in uer. neglexerit. quod reputat notabile Immol in dicto. §. ad crimen. Et glo. in d. c. si ęgrotans. ubi qñ excusetur si mittat, & si non mittit quando excusetur, & qñ sufficiat excusa-61 tor & quando requiratur ꝓcurator. Et intellige †ꝙ impedimentum sit legitimum. vnde simplex quartana siue febricula non excusat, ut in c. placuit in glo. & do. 18. di. & in l. quæsitum de re iudi. Sed senectus excusat. 96. di. tanta. & do. in d. c. 62 placuit. Quæ autem †sint legitimæ causæ, per glos. & archi. in c. peruenit, & in d. c. placuit. 18. di. & glo. & doc. in c. communis 23. di vbi etiam dicitur legitimum impedimentum grauis infirmitas suorū. & vide in d. c. querelā, & d. l. quæsitū per doc. & in c. ii qui. de consecr. di. 4. & glos. 3. in c. si quis iusto. de elec. in 6. & l. 2. ff. si quis cautionibus. & in ca. accedens el. 2. vt lite non contes. gl. & doc. in l. fi. ff. de integ. resti. ti. generali. & in c. ex ratione. de appel. Et diligens inquisitor uideat in locis in d. l. quæsitum per doc. adductis. & post glo. in c. quia ꝓpter de elec. & omnino text. in ca. multū stupeo. 3. q. 6. Et prædicta procedunt in casu nostro, videlicet ad euitandum pœnam contumaciæ. in alijs autem casib. dic ut per doc. maxime Immol. in d. ca. querelam. & moder. in d. l. quæsitum. & in d. l. 1. post Barto. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & per Angel. & Immol. post. gl. in l. si quis instituatur hæres. ff. de hære. insti. per Bar. & alios in l. 2. ff. si quis cau. & archi. in c. si ægrotans. 5. q. 3. & plura vide remissiue per Alex. in d. l. quæsitum. Quibus ad-63 de †materiam. c. ex transmissa de præscrip. & materiam. c. ex ratione cum concor. de appel. & vide latissimam distinctionem Bald. quando ille qui non pōt personaliter comparere teneatur mittere procuratorem vel non, in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. & ibi quando est impeditus & 64 †qñ culpa eius oritur impedimentū, ibi vide plene p̄ eū. & ēt vide ibi per moder. & per Abb. & alios in d. c. cum dilecti, de dolo & cont. & in d. c. si ægrotans. 5. q. 3. Adde tñ qđ dicit do. in d. c. si episcopus. 18. di. ꝙ licet venerit aliquis iā cœpto cōcilio, excusatur, quia p̄sumit̄ ꝙ iuste fuerit impeditus ex quo non contēpsit, argumēto. l. diuus. ff. de in integrū resti. ex illo enim qđ sequitur præsumitur id qđ præcessit 22. q. 2. qđ ait, & 65 in c. peruenit. & vide gl. in c. scribā de præsump. Qualiter †aūt dēat probari impedimentū, tex. in c. qa p̄p̄. §. fi. de elec. videtur uelle ꝙ probetur per iuramentū. & aliquid dictū est s̄. in 66 principio. multum attendi debet qualitas personę & causæ & subiecta materia. Tamen †magis cōnis conclusio est secūdum quod refert Alex. & Immol. in d. l. quæsitum quod sit arbitrarium inspecta qualitate impedimenti & personarū. qđ ēt tenet glo. 2. in c. si quis iusto. de elec. in 6. De quo vide Bar. in d. l. quæsitum & in d. l. 2. si quis cautionibus. & Anto. & Im 67 mol. in d. capit. querelam, & in locis adductis per Alexan. in d. l. quæsitum Est tamen †in proposito aduertendum ut dictū est quod non sufficit quodlibet impedimentum, sed debet esse grauis necessitas quæ eum impediat, ut in capitulo episcopus & in capitulo peruenit. 18. distinctione & in capitulo si ęgrotans. 5, quæst. 3.

68 **Sed quid si eo** casu quo, †tenetur mittere procuratorem, non reperiat qui velit acceptare, cum inuitus non possit quis compelli, ut institu. de mandato. §. mandatum el primo. videtur dicendum, quod non esset imputandum impedito, maxime si sit pauper impeditus. & hoc uult Abb. in dicto cap. cum dilecti, in versic. sed dices. de dolo & contu. post Hostien. & ponunt alii ibi. 69 Item quid si † ille quem misit sit captus in uia a latronib. an episcopus qui eum misit poterit excommunicari tanquam contumax. Archi. referendo Lau. vdetur tenere ꝙ sic in cap. episcopus. 18. di. Sed do. contra & ita refert Lau. & archi. videlicet quod non poterit excommunicari ut contumax. Et hanc credo fuisse opinionem Lau. & archi. per tex. quem allegant videlicet in l. cum a matribus. C. qui petant tu. & l. fi. C. de condi. inser. Et forte quod meus archi. est corruptus. Itē quid si fuerit detentus in via. Glo. in cap. quoniam. 18. distin. in uerbo uis, & domi. videntur velle quod non. excusatur, sed datur actio contra impedientem. allegat domi. l. 2. ff. si quis cautionibus. & glo. & doct. in cap. ex literis de in integr. resti. Sed si non sit soluendo impediens vel vis fuerit illata a magistratu, quod tunc detur exceptio aduersus tale impedimentum Sed ego credo quod illud non habeat locum in uocato ad concilium, nisi dicatur factum ad obuiandum fraudibus quę fieri possent fingendo. Vel dic quod datur restitutio in integrum secundum glo. in d. c. quoniam. & vide in capitulo ex literis, & in argumentum quę dicuntur in capit. ex ratione de appel.

70 **At hic quæro ex quo** † impeditus tenetur mittere procuratorē, vt euitet pœnam contumaciæ, utrum debeat vel possit mittere procuratorem qui habeat. uocem deliberatiuam & decisiuam, ut sunt archiepiscopi episcopi & similes de quibus supra diximus. Et uidetur prima facie quod sic, nam & cano-71 nicus impeditus potest committere vocem alteri concanonico, ut in cap. quia propter de elec. & in cap. si quis iusto impedimento. eodem tit. in 6. Et pro hoc facit tex. in ca. episcopus. & ibi domi. 18. dist. qui dicit. quod debet mitere legatum siue substitutum. & idem tex in c. si ęgrotans. 5. q. 3. ibi domi. Item dare uocem in concilio est actus iurisditionis principaliter, non ordinis, & ideo ut supra diximus episcopus. non consecratus habet uocem, ut in cap. episcopus. 18. dist. ergo videtur quod possit delegare, cap. quod sedes in glo. prima, & capitu. pastoralis de officio ordi. Et per hoc uidetur quod etiam posset mittere inferiorem episcopo, ex quo non atten-72 ditur ordo sed iurisditio, ut in capitulo. aqua. de consecr. eccle. vel alta. Item facit quod quando †illud quod est gerendū non est ex sui natura malum siue illicitum, tunc quod quis potest per se potest per alium. l. quæsitum. ff. de in ius vocan. Item & persona illustris litigat per procuratorem & non p̄ se l. penulti. C. de prucura. Facit quia ad hunc effectum vsus procuratorum est inuentus, ut qui non potest per se possit per procuratorem actum gerere, est enim edictum de procuratoribus prohibitiorium, ut qui non sit prohibitus a iure censeatur admissus. capitulo primo de procura. in 6. Ad hoc facit quod ponit Ioan. An. in regula potest quis in 6. Nec videtur obstare si dicatur quod dare uocem in concilio est ꝓprium dignitatis episcopalis, & quod non uidetur posse explicari per inferiorē quia videmus simile in laico qui est incapax spiritualium, ut in capitulo sacrosancta, & in capitulo massana de elec. & in capitulo causam quæ de præscrip. & tamen potest esse procurator in causis spiritualibus, ut in capitulo primo de procurato. in sexto. Sic etiam non potest lai-73 cus †tenere beneficium ecclesiasticum nec potest ei conferri, tamen nomine alieno potest acceptare, & inuestiri, ut in capitulo accedens de præbend. Facit in simili quod videmus in cōcilio unum subscribere pro alio ut patet in subscriptione plurium episcoporum in concilio calcedonen. contra euthicem. Et similiter sæpius in gestis eiusdem concilii reperitur talis episcopus faciens verba pro tali episcopo &c.

In contrarium facit, quia videtur esse proprium episcoporum, & electa eorum industria ad dandum vocem decisiuam in concilio. ut in capitulo vbinam legistis. 96. distinctione & per omnia iura antiqua, ut patet. 15. distinctione capitulo primo. ubi tantum fit mentio de episcopis & appllantur patres ut cap. sancta Romana. 15. dist. & in cap. habeo librum. 16. dist. & in illo articulo qui dicātur habere uocem in concilio satis supra dictum est. ergo non videtur quod possit alteri demandari, capitu. fin. §. is autem, cum materia de offi. dele. capit. is cui eod. tit. in 6. Item uidetur quod hoc sit certum ministerium quod ei incumbit. ergo non potest alteri demandari, ut in dicto. cap. fin. in §. cæterum.

74 Posset in ista † quæstione concludi, ꝙ si episcopus vocatus ad conciliū impeditus mittit alium episcopum, vel vocem suam committit alteri episcopo q similiter habet interesse concilio, licet nō teneatur, quia ex quo est impeditus excusatur, & sufficit mittere procuratorem ad excusandum, vt in c. peruenit, & in c. placuit cum aliis, ibid. 18. dist. & dictum est sup. & 5. q. 3. si ægrotans. non possit per supradicta. Et hoc nisi papa hoc ei mandasset, vt procuratorem ad dandum vocem loco sui mitteret, iuxta no. in d. c. querelam. de procura. Et poterit si velit demū consentientibus papa, vel concilio, vel vbi papa non esset p̄sens maiori parte repræsentantium concilium. & sic possumus inducere in proposito dictum cap. quia propter, & c. si quis iusto. & ibi Io. An. facit quod not. Abb. in c. constitutus. de app. & in d. c. quia propter, in §. illud. Et ita possumus intelligere quotiens legimus in gestis diuersorum conciliorum vnum dedisse vocem pro alio. Quod intelligo si accedat cōsensus papæ etiam si esset inferior episcopo, & non de gremio con-
75 cilii qui esset constitutus procurator, quia † papa potest habilitare etiam laicum in concilio, vt det vocem decisiuam, ut dictum fuit in rub. qui habeant vocem in concilio. Ad hoc. 63. dist. Adrianus, & c. in sinodo. Potest. n. papa cōmittere laico etiam tractare de spiritualibus, vt ponunt doct. post gl. in c. decernimus, de iudi. Sic potest intelligi quod dixi supra in qō. qui sunt necessario vocandi ad concilium, de illis qui in concilio Senen. elegerunt basileam pro futuro concilio. Et sic etiam potest intelligi quod dictum est supra de episcopo Rauennen. qui misit episcopum Cesenaten. & Deusdedit presbiterum. vel ibi erant duo missi, vnus episcopus & alius presbiter, & propter episcopum tolerabatur presbiter procurator cum eo. Ad quod facit ꝙ principalis erat episcopus, ut patet ibi, quia ipse proposuit pro se & presbitero comprocuratorē. Item & ipsemet episcopus Rauennatis ecclesiæ transmissis literis ad papam damnabat hæresim propter quā congregata fuerat sinodus, & profitebatur duas operationes, & duas voluntates in Christo esse, & Deum & hominem Iesum Christum per Spiritumsanctum in vtero matris conceptū, & natum in duab. naturis verum Deum & hominem in vna persona, vtraque operantem, quæ deitatis & humanitatis sunt. & sic non tantum per procuratores quantum per suas literas, uidetur dedisse vocem. In quo concilio fuerunt damnati Cyrus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, & Sergius Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopus, & eius successores Pyr-
76 rhus & Paulus. Adde tamen † ꝙ per literas non potest dari votum, ut est tex. in d. cap. si quis iusto, in §. absens. Sed ibi, in ipso concilio Calcedonensi, non fuerunt receptæ literæ pro voto, uerum quia in illis constituebat. d. ep̄s suos procuratores, & in illis confitebatur veritatem & impugnabat hæresim alias damnatā in persona Cyri & Sergii, quæ repullulabat ex scriptis Pauli & Pyrrhi successorū, qui postea in ista sinodo Martini fuerunt damnati, propterea fuerunt quidem receptę, sed non pro voto, quia ad hoc faciendum erant procuratores p̄sentes admissi ex gratia propter impedimentum, ut dixi, qui erant daturi votum, quia nō poterat dari votum ante discussionem & propositionem factam in concilio. Et fuit istud concilium Martini primi qui est sanctus, cuius festum celebratur. 11. Nouembris, qui fuit de ciuitate Tuderti. In quo cōcilio secundum quod in gestis legitur ex propositione secretarii fuerunt episcopi. 102. de aliis superuenientib. 105. & ita etiam legitur in legenda ipsius.

77 Aut loquimur † quando episcopus mittit procuratorem ad concilium non episcopum, & sine alio mandato, vel licentia papæ, vel concilii quando papa non adesset. Et non potest, quia est proprium episcopi dare vocem decisiuam in concilio, & uidetur in hoc electa industria personæ. l. inter artifices. ff. de solu. & sic procedunt iura secundo loco adducta. Non obstat. l. 1. §. usus, de procura. & l. pen. C. eo. tit. quia illæ loquuntur in actibus & causis quæ possunt per se & alium nomine eius explicari, & in quibus non est electa industria personæ & dignitatis. Similiter non obstat, quod dicitur de laico in capitulo primo de procura. & capitulo accedens de prebēn. quia illa loquuntur in ijs, quorum est capax laicus. sed dationis vocis in concilio non est capax. ut in dicto cap. vbinam legistis. 96. distin. sicut nec in dando vocem in electione, ut in cap. sacrosancta & in cap. massana de elect. & in c. bene quidem & cap. cum ad uerum, & c. satis
78 euidenter. 96. dist. cum simli. Et ratio † huius qa dare vocem est mere spirituale, ut in dictis iuribus. Item quando datur vox est actus, qui consistit in faciendo, & est authoritatis dantis uocem. In istis autem spiritualibus non potest laicus neque suo neque alieno nomine authoritatem præstare, ponit Io. An. in regula quod alicui de regu. iu. in 6. Facit gl. in c. ad apostolicę & ibi doc. de excep. & cap. 2. de ętate, & quali. & doc. in c. 2. de iudi. ponit archi. in c. laicis. 16. q. 7. & hoc vult paul. de liazariis in capi. 1. de procura. in 6. & refert ibi do. Sicut enim omnis consensus qui requiritur ab aliquo ratione publici officij dicitur authoritas & non potest demandari, dicit Bal. referendo Innocen. in l. fin. in §. necessitate in 7. col. C. de bonis quæ liber. sic & consensus qui requiritur ab episcopo in concilio, non videtur quod possit demandari. Et li-
79 cet dare † uocem in concilio sit iurisditionis, tamen exercetur adminiculo ordinis, episcopalis, quia est proprium, ipsorum episcoporum, ut in c. satis euidenter. 96. dist. & c. ego. N. de iureiu. & dicit Ioan. An. in d. regula quod alicui in mercu. & dictū est supra in ru. qui sint vocandi ad concilium. Vnde non potest committi inferiori ab episcopo, ut in d. c. aqua. de consecr. ecclesiæ vel altaris, & in dicto cap. quod sedem in glo. de offi. ordina. & glo. in cap. peruenit. 96. distinctione.
80 Posset tamen dici, eo casu quod data esset simpliciter facultas cōstituendi procuratorem, quod si unus episcopus impeditus, constituisset suum procuratorem vnum clericum, qui non sit episcopus, & dedisset ei potestatem substituendi aliū & ille substituisset vnum episcopum, iste substitutus esset admittendus non minus quam si ab ipso principali fuisset substitutus, argumento. l. item eorum. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. & maxime si adsint illa uerba constituo talem procuratorem & quemcunque substituendum ab eo, vel cōstituo talem procuratorem & committo vices meas illi quē ipse nominauerit quia tunc nominatus v̄r facere tanquam fistula vel canale, sicut, d̄r in cle. religiosus de procu. post gl. ibi, & in c. post cessionem de prob. per Ant. & alios, & Bar. in l. 1. §. cęterū. ff. de acq. pos. Et hoc in proposito uoluit Mathesillanus in quibusdam additionibus per eum factis ad Antoniū de butrio in dicto tractatu de schismaticis. & sentit Ioan.
81 An. in d. regula ꝙ alicui in mercu. Et ex his infertur ꝙ † qui est episcopus procurator alterius ad dandum uocē decisiuā in casibus prædictis, poterit habere duas uoces, unam nomine suo & aliam nomine alterius cuius vices gerit, per dicta in d. c. quia pp & d. c. si quis iusto. Facit quod d̄r in l. si cōsul. ff. de adop. & in c. a collatione de appel. in 6. & tex. iuncta glo. in c. cum olim de re iudi. & ita tenet Abb. in capit. scriptum, in 3. notabili de elec. & ita legitur factum in concilio senen. vt patet in gestis ipsius concilii in prima sessione: ubi patet quod in electione loci archiepiscopus toletanus hispaniarum primas dixit se habere duas uoces, unam vt præsidēs nationis hispaniæ, secundum, quam non posset consentire nisi requisita, & consentiente sua prædicta natione. aliam, ut archiepiscopus & primas hispaniarum, secundum quam consensit in dicta electione loci. Sed in contrarium facit tex in c. penul. §. porro de elec. in 6. & quod dicit Ioan. Andr. in. capitulo quamuis de offic. delegat. ubi dicitur quod habens duas uoces vel plures non potest illas in diuersas partes contrarias dare. Et idem dicit Abb. in cap. cum olim de re iud. ꝙ
82 non † potest quis dare vnam vnam uocem tanquam procurator, & aliam contrariam nomine suo, quia non habet nisi vnum dictamen rationis, vnde debet ambas dare in idem. Fallit secundum Abb. & alios in d. c. cum olim quando fuisse data in mandatis certa uox in specie, quia tunc illam dat vigore certi mandati, ut puta de eligendo talē, & sic potuit esse in casu archiepiscopi toletani. Et sic intellige ꝙ dictum est quod unam potest dare suo nomine & aliam contrariam nomine alterius. Sic etiam & multo magis intellige quando quis haberet duas voces iure proprio, quia non poterit dare contrarias, ut dicit Ioan. An. in d. c. penu. & Abb. in d. c. cum olim, Et adde ad dicta in illo articulo de eo qui habet plures ecclesias inuicem annexas vel separatas.

At tamen hic occurit vna difficultas, quia si constitueretur procurator vnus episcopus, qui potest exercere & habere vocē in cōcilio v̄r ꝙ hoc possit facere ēt non habita licentia a papa vel concilio, dummodo non contradicant. Hoc videtur probari per dictum. ca. quia propter, & dictum c. si quis iusto, ubi licet canonicus impeditus iusto impedimento non posst constituere extraneum in procuratorem qui habeat interessę electioni in capitulo celebrandę, tamen bene potest concanonicum etiam inuitis, aliis concanonicis, qa ipsis nolētib. ēt si non esset impeditus posset, ut in c. scriptum & ibi Ioan. de Immo. in 2. col. de ele. Quod dicunt ibi doc. habere locum etiam in aliis beneficijs inferioribus, ut domi. post Immo. & phili. ibidem in d. cap. si quis iusto. Facit quod dicitur in l. si stipulatus fuero. ff. de uerb. obli. & in l. si sic. §. 1. ff. de lega, 1. Et de hoc videtur text. & ibi doc. in cap. si episcopus. 18. dist. qui dicit quod episcopus impeditus debet mittere legatum. & do. ibi summat substitutum, nec dicit ad āllegandum impedimentum. vnde vide-
83 tur ꝙ arctetur admittēdum vnū pro se qui intersit & det votum in concilio. Sed † ad hoc posset responderi quod est alia ratio in concilio generali tum quia tractantur plura & maiora.

iora. tum quia videtur magis electa industria in cōsuluēdo & dando vocem decisiuam quam in istis inferioribus collegiis in quibus non est tantum periculum, & quorum electio expectat confirmationem & authoritatem superioris. Quod tamen possit etiam in concilio generali, aliqui dicunt tex. & glo. hoc probare in cap. conuenientibus. 1. q. 7. Quod non video probari posse nisi per illius principium, dum loquitur in tenentibus locum papæ. Sed a paritate rationis facit ille tex. & do. in dicto cap. si episcopus, magis quam alius tex. Et si di-
84 catur † quod posset contingere casus in quo episcopus constitueret procuratorem alium episcopum in dando uocem in certo actu & certo modo, quod v̄r fieri posse, ut dic. c. si quis iusto & supra dixi. & sic iste procurator erit tanquam pica vel organum vel fistula vel canale, sicut in simil. dicitur in glo. in clemen. religiosus de procur. & doct. in d. capitu. post cessionē de proba. in excommunicato procuratore dato ad substituendum habilem quo casu cessaret ratio pluralitatis negociorum & arduitatis rerum quæ ibidem tractantur, & consideratio industriæ personę, potest responderi quod per hoc non cessat periculum, quia ibi geruntur ea quę non expectant aliam confirmationem uel determinationem. Nec videtur satisfactum, licet procurator habeat mandatum certo modo limitatum, quia posset esse quod si episcopus impeditus esset pręsens traheretur ex rationibus aliorum in aliā sententiam. Facit quod dicitur in c. 2. in glo. in uer. ciuilis, de arbi. in 6. & quod dicit Abb. in cap. in genesi in 4. colum. de electio. & in capit. 3. in fine, de iure patron. & si sic fieri posset de facili, omnes detrectarent, & defugerent ire ad concilium. Fateor tamen si papa vel cōcilium absente papa sciret quod daretur uox per procuratorem & toleraret, quod talis tolerantia & patientia tacite validaret actum. Ad hoc est ꝙ dicitur post glo. in l. quamuis indubitati. C. de adulte. & in l. reos. C. de accusa. & post glo. in cap. 1. de iudi in 6. & Bart. in l. pe nul. in §. ad crimen. ff. de publi. iudi. in ultima. q. & in specu. tit. de procura. §. 1. uersic. sed pone quod in causa in qua uon poterat procurator, interuenire adfuerit, an processus subsistat Et de materia missus, quando per patientiam papa tacite videatur dispensare, uide quod dicitur in cap. cum iā dudum de prebēn. & cap. penul. de supplen. negli. prela. & in cap. omnis. 3. dist. Et sic saluarem opinionem D. de S. Gemi. ubi supra & in quodam tractatulo de concilio, modernum quendam qui per dictum cap. quia propter & cap. si quis iusto, videntur velle quod posit † episcopus committere vocē alteri episcopo vel existenti in concilio quando ipse est impe-
85 ditus. quia intelligo papa uel concilio sciente, & patiente. Quod crederem verum tantum in eo actu in quo esset toleratus nisi esset a principio simpliciter admissus pro illo principali. Facit quod dicitur in l. barbarius. ff. de officio prætoris, & in cap. ad probandum de re iudi. & melius quę notantur in cap. cum nuncius de testi Et ad præmissa facit quod † epi-
86 scopi sunt in concilio tanquam iudices siue assessores, ut dicit Inno in cap. graue de præben. Facit, 2. q. 6. placuit. 11. q. 3. si episcop. de re iudi. ad apostolicæ. §. nos ita in 6. & in c. pro humani dehomi. eo. li. Et ad præmissa etiam facit qđ quia in concilio requiritur præsentia & consilium, si impeditus præstare non potest pręsentiam, nec consilium, quia consilium, vnius non est consilium alterius, & ideo non potest alteri demandari Facit quod dicit Ioan. And. in cap. 1. ne sede vocan. in 6. & Anto. de But. in c. cum consuetudinis de consue. & c. cum in ueteri de elec. & cap. cum tempere de arbi. per do. Et tanto minus crederem permissum, quando esset contentio inter duos de papatu, ut cesset fraus quæ fieri posset multipli-
87 cando uoces. Si tamen † episcopus qui uellet ire ad conciliū esset impeditus, & certioraretur de omnibus difficultatibus & rationibus per partes hinc inde adductis, & requireretur eius consilium forte hoc casu posset alteri committere uocē suam certo modo dandam, & similiter si esset danda uox tantum in aliquo actu non disputatiuo sed tantum dependē ti a nuda uoluntate habentium dare uotum, quia tunc cessat ratio supra allegata. Et isto alio modo intelligo & restringo opinionem dominici supra adductam. & conuenit ad iura per eum allegata, videlicet capit. quia propter & capitulo penult. de electi in 6. secundum quæ iura debet intelligi eius opinio. Pro quo etiam faciunt dicta in dicta regula quod alicui.

88 Quæritur rursus an † si episcopus est impeditus, teneatur mittere procuratorem ad recipiendum statuta concilii. Et respondetur quod sic in capitulo si episcopus decimaoctaua distinctione & poterit quemcunque mittere procuratorem. Et ratio huius est, quia quilibet episcopus tenetur recipere gesta in concilio & illa insinuare & palam facere suo clero & populo, vt in capitulo fin. decimaoctaua distinctione. Vnde beatus Grego. in registro li. 4. c. 96. dicit. mandamus vt nullus communi ꝯgregationi interesse postponat, nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse uetuerit aut cuiusdam eum causæ iusta excusatio minime uenire permiserit, ij tamen qui prohibente aliqua necessitate nequeunt in synodum conuenire, loco suo presbyterum aut diaconum dirigāt, quatenus quæ a nostro vicario, Deo auxiliante fuerint definita, ad eum qui absens est, per ipsum quem miserit, fida relatione perueniant, ut inconuulsa firmitate seruentur, & nullus ea audeat occa-
89 sionis excusatione uiolare. Et idem † si mitteret episcopus p̄curatorem ad tractandum suas proprias causas, quia tunc ēt laicus poterit mitti, vt in d. capitulo 1. de procura. in 6. & Ioā. And. in d. regula quod alicui in Mercu & in capitulo fi. de ijs quæ fi. a prę. Et hoc quando causa tractanda, non esset spiritualis sed temporalis, vel si esset spiritualis, laicus in iudicio nihil spiritualitatis haberet exercere, sed solum in iudicio disputare de effectu actus spiritualis, & non quando ipse haberet exercere ipsum actum spiritualem, uel ipsum de esse ad non esse, uel de non esse, ad esse deducere. Et ita intelligit illum tex in dicto capitulo primo, de procuratori. in 6. Paulus de liazarijs, ibi & refert ibi Domi. in prin. & dictum est su-
90 pra. Et ideo † ibi dicitur quod laicus potest assumi cōsiliarius & assessor in causis spiritualibus, ut puta quando tractaretur de duabus electionibus in discordia celebratis. Et idē dicunt doc. maxime moderni in cap. decernimus de iudi. & Bal. ibi, qui uoluit quod possit etiam pronūciare interlocutoriam,
91 licet cautius fieret si sub nomine episcopi. Non tamen † posset committi causa spiritualis clerico & laico per episcopū, licet alias possit de rebus spiritualibus compromitti in clericum & laicum, ut dicit Abb. in capitu. contingit in fi. de arbi.
92 An autem † in istis operetur consensus partium, & quid si nō fuit opposita exceptio, uide aretinum in d. c. decernimus. Vn̄ si esset commissa de consensu partium causa matrimonialis laico, uel si non de expresso consensu tamen non opponeretur exceptio, valeret, ut uidetur uelle ibi aretinus in d. capitu.
93 decernimus. Sed causæ † matrimoniales nō debent committi nisi episcopis, ut in c. 1. de consan. & affi. & in cap. auditis de præscrip. & c. accedentibus, de exces. præla. ca. multorum. 35. q. 7. Quæ etiam causæ quamuis sint iurisditionis, non tamen
94 posūt expediri sine adminiculo ordinis. Sicut etiam † verberare clericum causa disciplinæ, ut in c. peruenit. 95. distin. in glo. quod nō debet fieri per laicum, ut in ca. vniuersiatatis de sent. excomm. nisi ratione incorrigibilitatis, vt dicit gl ō 45.
95 dist. in summa. Nec videtur † ꝙ etiam de consensu partium possint laico committi, & si committantur, quantumcunque non opponatur, non tn̄ videtur ꝙ validus sit processus. Facit quod dicitur in c. sciscitatus, de rescr. nisi hoc fieret per papam ex certa eius scientia, vt dictum est supra de laico qui potest dare vocem papa mandante, & dicitur in d. c. decernimus post gl. Sed pro nunc non decido an sit verum quod dicit ibi Aretinus. Pridie tamen in quadam causa messanen. diuorrii, omnes tenuimus contra, ꝙ non valeat processus etiā si non opponatur exceptio Vide in d. c. decernimus moder-
96 niores. Et ibi † an laicus possit esse notarius in causis spiritualibus, & an sindicus, an operarius, an vicarius episcopi. & qd in clerico coniugato. De quo etiam per Io. And. in cap. cum Ioannes, de clericis coniuga. & in c. vnico, eo. ti. in 6. & an tā quam assessor possit dictare sententiam in spiritualib. & an possit clerico coniugato committi causa matrimonialis. Et de istis & multis aliis a quibus prohibentur laici in istis spiritualibus, etiam vide Io. de Ana in c. sicut vno. de hær. in 6. & per Io. de Imo. in c. contingit, de arbit. An autem incidenter
97 † de causa matrimoniali vel in possessorio super matrimonio cognoscere possint, vide Bal. in c. tuam. de ordine cogn. & in l. omni innouatione. C. de sacrosan. eccl. Et per hoc patet ꝙ non obstat quod dicit Io. And. in d. regula quod alicui, quod quando est mādatum datum de certa persona eligenda, tūc potest quasi fistula, vel canale interuenire procurator dādo vocem quantumcunque persona procuratoris sit inhabilis puta laicus. tum in proposito propter maius periculum. tum quia si sit laicus, propter incapacitatem tractandi spiritualia, vt in iuribus supra allegatis, & quia non potest si non sit a papa habilitatus, nec debet interesse in concilio, vt in capit. vbinam legistis. 96 distin. manet enim laicis obsequendi necessitas non authoritas imperandi in talibus, ut in cap. fin. de
98 rebus eccle. non alie. Et si † episcopus esset ille qui erit procurator, dico idem, quia non valebit constitutio, nec poterit pro alio dare votum, quia episcopi qui vocantur ad concilium, non vocantur pro uno actu tantum explicādo. & ideo non videtur conueniens quod ad vnum actum tantum procuratorem constituere possit. Item quia in concilio debet fieri disputatio rerum gerendarum & tractatus & consultationes plures in rebus gerendis, & de iis quæ concernunt statum vniuersalem ecclesiæ. Et propterea ex istis, & aliis superioribus rationibus non credo quod episcopus infirmus

& impeditus possit iure proprio procuratorem episcopum constituere, quantumcunque per eum illi esset data etiam certa forma & de certa persona, in huiusmodi generali concilio ubi est papa, & collegium cardinalium & alio-
99 rum prælatorum totius orbis, quorum †iudicium posset adducere absentem impeditum in contrariam sententiam dati mandati. Et propterea dicit Bar. in l. si quis C. quæ res. li. 11.
100 quod omnis †actus qui habet fieri in conspectu principis, dicitur concernere industriam personæ, & ideo non potest per alium explicari. d. l. inter artifices de solu. & c. is cui. de officio dele. in 6. Et hoc nisi in casibus supra notatis, in quib. cessant istę rationes. Et ex his non erint uera opinio illius moderni qui hoc casu simpliciter tenet contrarium per dictam notā Ioan. And. in d. regula, quod alicui, maxime ut dictum est qn̄ est in actu præstandi consensus ratione publici officij, ut est proprium episcopi in cōcilio, per illud dictum Bal. in dicto. §. necessitate, quod etiam replicat Ioan. de Immo. in c. cum uos in 5. col. de ijs quæ fiunt a præla. & in c. cum consuetudinis de consue. & est glo. in c. dudum de rebus eccle. nō alie. in 6. tunc enim non potest per alium explicari, ut ponūt, doctor. in d. §, is autem in c. fi. de offi. delega. & cardi. ibi in 5. oppo. & q. 1. & ad hoc facit qđ dicit Abb. in c. fi. in glo 2. in 5 col. de dil. quod ubi requiritur in aliquo actu præsentia alicuius, non potest per alium explicari, de quo vide omnia quæ fuerunt adducta in prin. in illa quæstione generaliter posita, an vocatus ad concilium possit comparere per procuratorem. Et ad propositum est dictum Bal. in cap. quamuis de offi. dele. vbi dicit quod si ex quatuor consulibus, debent interesse tres ad consulendum & pronunciandum, illi tres nō possunt
101 alium substituere. Adde etiam †quod, sicut non potest episcopus dare uocem per procuratorem in cōcilio, ita nec etiam per literas, immo multo minus, vt. d. c. si quis iusto. §. fin. de elect. in 6. & supra dictum est.

102 **Sed quid** si aliquis, † nō venerit in termino sed post concilium congregatum, vtrum debeat admitti. Et videtur dicendum quod non cap. cum in tua, qui matri. accusa, pos. quia ei est imputandum, qui non fecit in tempore id ad quod tenebatur. Sed dic contra, quia quamdiu concilium non est absolutum, poterit moram purgare, ut in cap. propter ecclesiasticas el. primo. 18. distin. & ibi glo. & doc, in c. si episcopus. 18. di. in primo quęsito, & dixi supra de illo qui vocatus venisset iam cœpto concilio quod excusaretur tanquam impeditus. Et ita reperitur factum in concilio martini de stephano episcopo dorensi qui petijt se concilium introduci post congregatam synodum, ex quo cōstat quod non potest se intromittere lapso termino sine licentia concilii. Et licet prima facie tex. in d. c. propter ecclesiasticas iuncta glo. videatur probare contrarium, quando facit differentiam inter terminum iuris, & statutum ab homine, sicut videtur in proposito tamen considerandum est quod non dicitur cōtracta mora, ante absolutum conciliū. Est. enim duplex citacio, quod compareat in termino, & ad concilium, quandiu igitur concilium non est absolutum, satis comparuit in tempore ad interessendum in concilio, licet non in in termino ad principium congregandi concilii. Incurret,
103 †ergo pœnam contumaciæ, quia non in tempore, ut in l. & si post tres. & ibi Bar. ff. si qui cautionibus, non tamen pęnam quia non interfuit concilio & quia non comparuit. Facit ꝙ dicitur in glo. in uerbo diutius in d. c. cum dilecti de dolo & cōtu. Aequitas. n. suadet quod moram vtriusq; actus per cōparitionem ante actū expletū purgasse censeatur, c. cōsuluit de offi. delega. & do. in d. c. si episcopus. 18. di. Et mora modici temporis non præiudicat. l. si in lege. §. colonus ibi Bart. ff.
104 locati. Nec mora † in toto censetur commissa ratione partis Bar. in l. in fideicommissi. ff. de usuris. Sic & †commissa in altera ex alternatiuis. l. stichum in prin. ibi doc. ff. de solu. Et qa ista materia est Brocardica & longa, uide in locis propriis. in l. mora. ff. de vsur. Archi. in d. cap. propter ecclæsiasticas l. magnam, de contrahen. & commiten. stipu. regula mora. de regu. iu. in 6. l. mora & l. insulam. ff. de verborum oblig. capit. potuit de loca, cum aliis similib. & Eo magis videtur verum
105 quod dixi, quod potest dici †mora commissa in præparatoriis, & ideo purgabilis. l. sancimus. C. de fideicommissis. Ad quod adde quæ dicta sunt supra in quæstione quando in citatione non est adiectum tempus.

106 **Sed hic vlterius** quęro vtrum prælatus, †uocatus ad concilium possit imponere onus subiectis ecclesijs vt soluant charitatiuum subsidium pro expensa itineris, Innocen. Anto. & Abb. tenent ꝙ sic in cap. primo de statu mona. & idem Abb. in capitu. conquerente de offic. ordi. & in capit. dilectus eodem titul. & Belencinus in tract. de charitatiuo subsidio. q. 21. Et idem quando teneretur ire ad papam, imperatorem, vel regem, ut late idem, belencinus in 20. quæst.

An autem eo casu quo prælatus uocatur ad concilium generale ad quod tenetur accedere, ut dictum est p̄ tex. 18. dist. c. placuit, & ad concilium prouinciale, ut in cap. episcopus ad synodum ea. di. & quasi per totam illam distinctionem, possit exigere charitatiuum subsidium a monasteriis. Abb. in cap. dilectus de offi. ordi. dubitauit, & similiter in cap. primo de statu mona. sed doc. communiter, Ioan. And. & Ioan. de Immo. tenent quod non. in cap. dilectus de offic. ordi. & Bald. in l. si quis ad declinandadam. C. de episcopis & cle. & Ioan. An. in cap. primo de præben. in 6. Cardi. autem in dicto. cap. dilectus de offi. ordi. & in dicto capitulo primo de statu mona. tenet contrarium, & ita dicit consuluisse, videlicet quod teneantur, & quod ita seruatur. Sed communis opinio est quod teneantur de quo uide Belencinum late in d. trac. quæst. 28.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi vocati ad concilium contemnentes venire qua pœna puniend' & numero 14.*
2 *Excommunicatus quando non dicitur ille qui est exclusus a communione fidelium, & sacramentis, sed ab actibus vniuersitatis.*
3 *Episcopus excommunicatus ex quo contempsit venire ad concilium, vel discedens ante illud, finitum si pœniteat, an sit recipiendus ad pœnitentiam*
Et quomodo debeat absolui, nu. 4.
4 *Periurium inducit pœnam depositionis.*
5 *Recedens illicentiatus non dicitur venisse.*
Et ita punitur & dicitur contumax non veniens, sicut veniens, & ante tempus discedens.
licet expectasset alios absentes plures dies, & illicentiatus recederet, numero 10.
Fallit num. 7. 8. & 11. debet tamen procneatorem dimittere.
6 *Recedens illicentiatus magis punitur quam tarde veniens.*
8 *Cap. consuluit. de off. deleg. intellectus opinio auctoris circa intellectum dicti cap. num. seq.*
12 *Vocatus ad concilium pro causa propria si sit contumax, proceditur contra ipsum, & si causa esset summaria proceditur ad diffinitiuam etiam lite non contestata.*
13 *Concilium propter eius potestatem, in omni causa potest venire ad diffinitiuam etiam lite non contestata.*
15 *Non venire ad concilium procedit ex mala conscientia.*
16 *Intimationi ad concilium, in casu quo potest congregari ab inferioribus, an sit credendum.*
Opinio auctoris cum distinctione, nu. 17.
18 *Legis 2. & 3. ff. quod falso tutore auctore intellectus.*
19 *Vocatus ad concilium, & ab alio superiore, cui debeat obedire.*
Et in dubio est papæ obediendum, nu. 22.
20 *Papa non potest tollere obligationem iuramentalem quæsitam laico.*
21 *Papæ in quibus non est obediendum.*
23 *Iudex ecclesiasticus an possit prohibere clericum comparere coram principe laico.*
Et licet possit, male tamen facit.
Et ibi vide auctoris opinionem. cons. Abb. & Io. de Imol. qui sunt ad inuicem contrarij
24 *Clericus est subditus regi ratione rei, non ratione personæ.*
Et rex non cognoscit de delicto clerici ad priuandum eum Feudo.
25 *Vocatus per prælati præceptum, & vocatus a Rege, si præceptum prælati est indiscretum, Regi potius obedire debet.*
Et de vocato a rege & papa.
Et infra num. 32.
Et vocatus debet videre quis maiori necessitate ducatur, numero 28.
26 *Parendum est superiori proprio & naturali, quam alteri.*
27 *Monachus in quibus magis obedire debeat episcopo quam Abbati.*
Et numero 34. in quinta fall.
29 *Vocatus a duobus superioribus, quorum vtrique obedire tenetur, quid debeat agere, & cui obedire.*
Opinio auctoris, nu. 30. vbi ponit quinque casus.
31 *Vocatus ab eodem, eodem tempore in diuersis causis quarum vtraque ante emerserat debet in vtraque respondere.*
33 *Vocatus a duobus superioribus quorum iurisdictio est subordinata, quia vnus maior alius minor. cui parendum.*
Et ponit auctor quatuor fallentias.
34 *Archiepiscopus non habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum nisi in casibus expressis.*
35 *Vocatus a duobus superioribus paribus in iurisdictione cui obedire teneatur.*
Et opinio auctoris, num. 36.
37 *Citatus a duobus, comparendo coram vno, an sit liberatus a comparendo coram alio.*
Et quomodo intelligatur.
38 *Citatus coram delegato ad vniuersitatem causarum, & coram eo qui est ad vnam causam specialiter delegatus, coram quo comparare debeat.*
39 *Delegatus ad vniuersitatem causarum respectu causæ in citatione expressæ habetur pro delegato.*
40 *Delegatus ad vniuersitatem causarum dicitur quasi ordinarius.*
Intelligitur respectu facultatis subdelegandi, nu. 41.
41 *Iudex specialis quare præferatur iudici generali, in terminis, glo. in capitulo primo. de inuestit. in mar. fact. in vsib. feud.*
42 *Ius quod immediate prouenit a lege, est potentius quam illud quod prouenit ab homine, ex permissione legis.*
43 *Citatus coram episcopo & eius vicario coram quo comparere debeat.*
44 *Maior quilibet præsumitur in suo territorio respectu territorij.*
45 *Citatus a duobus inuicem bellum gerentibus, & eum requirentibus ratione feudi ab ambobus habiti, cui obedire debeat.*
Et alia similia ibidem.
46 *Citatus a duob. & est locus gratificationi, bene facit si gratificatur digniori, vel superiori.*
47 *Citatus a concilio & a papa, cui magis obedire debeat.*
48 *Legis si quis in graui. §. si cum omnes. ff. ad Sill. intellectus.*
Et numero 50. in fine.
49 *Legis in operibus. ff. locat. intellectus.*
50 *Seruus qui duobus dominis opem eodem tempore ferre deberet, cui magis gratificari debeat.*
51 *Concilij locus debet esse tutus, vt omnes possint libere votum dare.*
52 *Concilium totum potest recusari suspectum propter potentiam aliquorum.*

De pœnis non venientium ad con. Art. V.

1 **Vidimus qui** teneantur venire ad concilium, nunc, †videamus qua pœna sint plectendi contemnentes siue nolentes venire ad ipsum, Et dic quod sunt excommunicandi. ut in c. non oportet, & in c. peruenit, & in c. placuit. 18. di. Et ista excommunicatio prout colligitur ex gl. & hug. ibi in c. si quis. 18. di. est potius quædam suspensio quam separatio a communione fidelium & participatione sacramentorum, iuxta. c. a nobis de excep. vnde non erunt tales prohibiti celebrare diuina officia, & recipere sacramenta ecclesiastica, & communicare cum cæteris episcopis & aliis, sed tantum erunt suspensi a communibus negociis cum aliis episcopis. Nec poterunt interesse scrutinio episcoporum nec consecrationi eorum & aliis communiter pertractandis cum metropolitano & episcopis secundum hug. & refert cardi. de turræ cre. in trac. de potestate papæ in materia conciliorum. c. 20. & ponit. Dom. in cap. propter el 2. eadem di. Sed idem Dom. in d. c. si quis episcoporū videtur velle quod etiam potuerunt excommunicari & hoc erit in optione præsidentium in concilio, & idem dicit in dicto cap. propter. Qui licet loquatur in conciliis prouincialibvs, eadem immo & maior ratio videtur in concilio generali. Et vide eundem, Dom. in cap. placuit in fi. qui notat quod
2 quandoque, †quis dicitur excommunicatus qui non est exclusus a sacramentis & communione fidelium sed ab actib. vniuersitatis. allegat. c. ex literis de consti. & 18. di. c si quis el primo & ibi glo. cum sequenti. Vnde ex concilio Arelaten. secundo dicitur. si quis autem adesse neglexerit, vel cœtum fratrum antequam concilium dissoluatur crediderit deserendum, alienatum sea fratrum cummunione cognoscant, nec eum recipere liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus, ut in dicto capitulo, si quis, & idem in concilio Agathen. & Terraconen. in duobus capitu. sequentibus. inte
3 rim, †autem si pœniteat de peccato, recipitur ad pœnitentiā sed non ad communionem episcoporum nisi sit lapsus Annus, Vide Do. in dicto cap. si quis. qui tex. loquitur in concilio prouinciali & trahitur ad generale. Et si vocati sunt de illis, qui iurauerunt secundum formam capit. ego. N. de iure iurā
4 do. quia sunt periuri possent de poni a suis dignitatibus, qa periurium inducit pęnam depositionis. ut in capi. querelam & in cap. tua nos de iureiuran. & in cap, 2. de rescript. per modernos. Et ideo dico quod si quis eorum venit ad concilium & discessit illicē tiatus antequam synodus solueretur debet excommunicari, nec debet absolui vsque ad futurum concilium per iura prædicta. Facit. c. 1. de iudi. Vnde iste excommunicatus a synodo, non potest absolui per singulos prælatos, synodi, sed ab ipsa synodo tantum, ut in c. graue de præben. & ponit archi. & do. 17. di. in summa. & idem Do. in c. si quis autem. 18. distin. Et quia illicentiatus recessit habetur pro cō
5 tumace, non enim dicitur uenisse qui non stetit ut in dicap. 1. de iudi. & l. quæsitum. ff. de re iudi. non †enim dicitur comparuisse qui illicentiatus recessit. Vide quod dicitur in dicto cap. consuluit de offi. dele. & Bar. in l. si finita in §. Iulianus. ff. de dam. infec. 11. quęst. tertia, certum. Inno. in cap. calumniam, de pęnis. Vnde Dom. in d. c. si quis, notat quod ita dici-
6 tur contumax & ita punitur veniens & ante tempus, discedens, sicut contumax nullomodo veniens. allega 11. quæstione tertia certis, & dicto cap. primo de iudi. Imo plus punitur qui illicentiatus recessit quam qui tarde uenit, ut dicit Inn. in d. cap. calumniam. vide Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop.

7 Limitant, †tamen doc. in terminis. c. 1. de iudi. nisi recessisset propter repentinum periculum, quia tunc nō diceretur contumax etiam si illicentiatus recesserit. Ita Anto. ibi in d. c. 1. & Ioan. And. in c. si postquā de elec. in 6. Et si esset ad synodū citatus ad alicuius instantiā & nō repperisset partem aduersam in termino, si illicentiatus descederet post terminū non esse contumax, ita Imo. in d. c. 1. per tex. in c. 1. de dolo. & cōtu. in 6. Qui plus uoluit reprehendendo dominum Anto. ibi quod isto casu iudex non poterit prorogare terminū in aliā diem, secundum tex. in c. consuluit de offi. dele. quia ille tex loquitur in reo qui potuit habere legitimam causam nō cōparendi sed secus in actore. Sed licet dictum Ioannis de Immo, sit in se verum eo modo quo loquitur, tamen non credo verum quod tex. in d. c. consuluit habeat locum tantum in reo. Vnde intelligendo dictum Imol. prout loquitur, videlicet quando comparet reus & non reperit actorem, & accusata contumacia actoris discedit sine alia petita licentia, fateor propter accusatam contumaciam actoris, quod si recedat reus non erit contumax, quia tunc etiam si iudex proroget terminum propter accusatam contumaciam actoris nō venientis, in die prorogata non erit contumax reus si nō fuit de nouo citatus, quia actor qui videt comparitionem rei, & accusationem suæ contumaciæ per reum factam in actis redactam, dēt de nouo citare uel intimare prorogationem ad constituendum reum contumacem. Et ita videntur loqui doc. in d. c. consuluit, maxime cardi. ibi in 9. q. Bar, tamen & doc. in l. qui ante. Kalen. uidentur etiam velle quod debeat petere a iudice licentiā & scribere in actis, & quod sic faciūt cauti procuratores. Licet tamen hoc sit cautum, si non fecerit non erit contumax postquam accusauit cōtumaciam, actoris & elapso termino discedit ut dicit Imol. in d. c. primo de iudi. Et ideo in hoc non meruit reprehendi Anto. ab Immo. quia ipse non loquitur quando reus comparens accusauit contumaciam actoris, Bal. tamen in d. c. 1. de iudi. dicit, ꝙ erit in arbitrio iudicis facere vt citatus expectet citantem. sicut econtra. Ex dicto tamen. d. Anto. in d. c. 1. sequitur, unū,
8 videlicet quod †capitulum consuluit, de offi. dele. habeat locum ita in actore sicut in reo quia ipse uult. in versi. oppono tertio quod si actus ad quem citatur est expeditus, recedere potest, quia tacite videtur licentiatus, & ita dicit procedere. 11. q. 3. c. certum. & 18. dist. c. quoniam, & c. si quis autē. Sed si actus non est expeditus in termino propter factum partis citare facientis & sic actoris, qui non comparuit, non debet reus rem deserere, quia iudex potest differre in aliam diem, & si recedit contumax est, allegat. c. consuluit de offi. deleg. Ex quo apparet eum voluisse quod c. consuluit habeat locū tam in actore quam in reo, & sic contra Ioannem de Immola in d. c. 1. ex quo uult quod reus. non debet recedere, non cōparente actore, qa iudex pōt differre. Sed pro certo. in hoc D. Ant. est sibi contrarius, quia in c. consuluit, vult quod ille tex. hēat. locū in reo, & non in actore, qa in actre nō cōparēte circunducitur edictum, & debet iudex iterato facere reū citari, allegat archi. 11. quęst. 1. Christianus. & ita respondet, ad contrarium. l. & post edictum. ff. de iudi. ideo requiritur, noua citatio. Hoc idem ponit ibi. Ioan. And. & glo. 2. & refer vtrumque milis in ver. citatio est necessaria, Sub iungens ipse quod eo ipso quod iudex distulit actum facere in diem sequentem præsumitur terminum prorogasse. allegat. Bal. in l. & post edictum in prin. ff. de iudic. licet contrarium in hoc voluerit, Anto. in c. cum dilecti, de dolo & contu. secundum eum. Sed tu vide de hoc Angelum & Ioan. de Imol. qui sunt contrarii in l. de uno quoque. ff. de re iudi. Et ad primum propositum Ioan. And. in d. c. consuluit in verbo expectare, dicit quod siue sit Actor siue reus non debet discedere illicenciatus, quia si altera pars postea venerit & allegauerit iustā causam absentiæ, poterit petere expensas. Vnde etiam videtur velle quod tex. in c. consuluit habeat locum tam in actore quam in reo, cuius contrarium videtur voluisse. in glo. 2.
9 Vnde †dicerē, ꝙ si loquimur eo respectu qn̄ circunducitur, edictum, verum est dicere ꝙ in c. consuluit ideo non fuit edictū circunductū, quia loquitur in reo, in cuius p̄sona p̄prie nō circūducit edictū, sed in p̄sona actoris, sicut loqt̄. l. & post edictū, sed si loquimur respectu cōtumaciæ qa illicētiatus recedit, ita ille tex. hēt locū in actore sicut in reo, qa si actor nō comparet & reus sic si reus discessit illicentiatus, & postea actor veniret, & allegaret iustā cām absentiæ, poterit petere cōdēnari reū in expēsas, sicut eꝯ reus cōparēs, & petēs circūduci edictū, petita a iudice licētia, pōt petere actorē cōdēnari in expēsas, & tūc actus neq; in illa neq; in sequēti die fieri poterit, sine noua citatione, sicut loquitur milis, alioquin ipso reo nō petēte licētiā, nec petente circūduci edictū, nec accusante cōtumaciā actoris, esset cōtumax. Et iō isto respectu nō est verū ꝙ dicit Imo. ꝙ dictū c. cōsuluit hēat locū tm̄ in reo non cōparēte in quo vr̄ vt ipse dicit ꝙ sublit maior æqui

as,quia immo Inno ibi & alii uolunt isto casu idem esse. & in actore, quia si reus comparet & non actor, ex quo potest iudex prorogare in aliam diem,non debet reus illicentiatus recedere,alioquin puniretur in expēsis, sicut & ecōtra actor ut in cap.1. de dolo & contu. in 6. Et vide cardi.in d.q.9. & doc.in d.l.nam ita diuus, & in d.§.Iulianus, & in dicto c.consuluit.in quibus locis tantum loquuutur doct. ad finem puniendi in expensis ratione contimacię. Vide tamen plene de materia per Ludo.qui facit quattuor membra in l.qui ante Kalen.ff.de uerb.obli. & in specu.in tit. de contumacia in §.1.& doc.in l.scire oportet in §.sufficit.ff.de excusa.tut.& remissiue in locis per Alexan.in d.l.qui ante Kalen.& per Iasonem ibi adductis,Sed istud est in iudicio. in concilio autem aliud est, quia si comparet & illicētiatus recedit punitur pena contumaciæ.nec ita circunducitur edictum in citato ad concilium sicut ad iudicium vt dicit Inno.in d.c.consuluit.

10 allegat dictum.cap.si quis.18.di.& c.certum.11.q.5.Vnde† si aliquis uocatus ad cōcilium expectasset per plures dies alios absentes & postea etiam in die prorogata illicentiatus recederet puniretur tanquam contumax,non expectato sine cō-

11 cilii,ut ibi dicitur. Et idem dicit in electionibus faciendis.adde tamen quod si post comparitionem ad concilium superuenisset aliquod legitimum impedimentum repentinum, quod alias excusaret ipso iure a comparendo,iuxta nota in l.quęsitum.ff.de re iudi.& l.2.§ si quis.ff.si quis cau.tunc si discederet illicentiatus,non incurreret pœnam contumaciæ, ut supra dictum est,& impune tunc posset recedere,quia videretur ipso iure licentiatus.Deberet tamen eo casu dimittere procuratorem qui allegaret excusationem eius in concilio.Ita in simili in iudice dicit.d.Anto.in d.c.1.in 14.col.de iudi.sicut diximus quando a principio impeditus tenetur mittere procuratorem ad excusandum.Et si esset in concilio ad iudicium uocatus,& in quo quis potest litigare per procuratorem,non solum teneretur dimittere procuratorem, q eū excusaret in concilio, sed etiam qui defenderet causam, ut

12 dicit ibi.d.Anto.in d.c.1.Item si vocatus,† ad concilium pro causa contra ipsum instituta vel instituenda esset, cōtumax, tunc omnia remedia quę sunt prodita contra contumaces, haberent locum contra istum ,de quibus vide in cap.tuæ,& in c,fi.vt lite non contest.& in specu.in rub.de primo decreto in §.iam de effectu,versicu.& nota. & l.si finita in §.Iulianus.ff.de dam.infec.cum simil.Et in causis in quibus proceditur summarie,ut in cā heresis. ut in c fi.de here.posset pro-

13 cedi ad diffinitiuam etiam lite non contestata. & † maxime in concilio,ubi etiam uidetur quod in omni causa possit veniri ad sententiam lite non contestata,quando sic statueret concilium,propter eius potestatem, De quo dicetur infra in qōste qualis sit forma procedendi & sn̄iandi in concilio.

14 Adde etiam aliam pœnam , non† venientibus ad concilium vel ante finem recedentibus.quod dicuntur incurrere pœnam damnationis ęternæ, ut pote contemptores & subsannatores patris,hoc est papæ, & uīis ecclesiæ.unde dr̄ prouer.30. oculū qui subsanat patrē & despicit partum matris suæ fodient corui de torrentib. & comedent eum filii aquilæ. unde & theodosius, imperator scribens dioscoro dicit. si quis vero tam necessariam & vere Deo amicam synodum prętermiserit, & nō omni virtute secundum prædictum tempus ad præfinitum locum peruenerit,nullam excusationem, neque apud Deum, neque

15 apud nostram inueniet pietatem, sacerdotalem, † enim conuentum non nisi qui mala conscientia sauciatus omittit Adde etiam quod si uocatus ad concilium negligit venire, & non mittit nec se excusat, non statim puniendus est tanquā contumax sed prius debet admoneri & requiri, & tandem citari ad videndum se declarari,ut est tex.in c. pp ecclesiasticas el.1.in uerbo admoneant. 17.di.& ibi glo.Facit quod dicitur in cap.indigne.12.q.2.& in c.si aduersarius per doct.de coqui mittitur in poss.causa rei seruan. & Anto. in capit.reprehensibile de appell.& decis.52.alias.49.incipit itē si perit.

Sed quia supra diximus quandoq; congregari concilium per pares & inferiores quo casu vocatio ad cōcilium fit per modum requisitiones & non per mo-

16 dum authoritatiuę citationis,quæritur verū† ille cui fit talis intimatio,debeat credere tali intimanti. Et vr̄ φ non quia licet quis teneatur credere nuncio rōne publici officij ut in c. cū parati de appel.tn̄ secus est in nūcio priuate assumpto, ut dicit Inn.ī c.qm̄ ꝯ de ꝑba.Itē ex quo qs nō est sup̄ior nō est ei credēdū maxime ꝯ maiorem.11.q.3.qui resistit.facit qđ dicitur in c.at si clerici de iudi.& quod dicitur in l.si quis ex aliena.ff.de iudi.C.si a non compe.iudi.per totum cum similib.

17 Dic quod aut iste, † qui vocat ad concilium allegat causam non efficacem vel nullam. Et non tenetur vocatus credere.l.utrum.ff.de constit.pecu.l.si fideiussor creditori. ff.de fideiusso. Ad hoc quod dicitur in capitulo cum in iure, de officio dele.& quod dicitur in capitulo secundo de dila.& quod dicit Ang.& doc.in l.si fideicommissum.ff.de iud.& in l.1.§. qui nunciat. ff.de no.ope.nun. videlicet φ debet exprimi cā in citatione. & quod dicit Inno in c.prudentiam in princ. de of.del. Aut inseritur cā iusta & legitima,sed non vera,vel nō verisimilis, vel persona quæ nunciat est suspecta & non authentica. Et similiter iuste sperni potest, arg. l.hac autem in prin.ff.si cui plusquam per l.falci.11.q.3.Iulianus.facit quod dicitur in c.ad aures,& in c.dilectus,de temp.ord.Si aut dubitatur an sit vera vel verisimilis, & persona quæ mandat nunciari, non est suspecta,tunc debet credi,vt 23.q.1.quod culpatur. & ponit glo.in d.c.dilectus. Vel debet seruari quod dr in c.si qñ,de rescr. vt rescribatur & certioretur. An aut ita deat credi vt monitus arctetur.dicerem in hoc φ si cōter tenetur ueram esse causam quæ inseritur,vel constat eam esse verā, aut verisimilem, tunc debet credi, maxime φ persona quæ mandat nunciari est grauis & authentica, quia ex quo talis intimatio fit in defectum iudicis siue papæ non facientis debitum suum in congregando concilium, & cū subest cōgregationis,non est opus φ in insinuatione fiat probatio causæ, sed sufficit φ allegetur cā vera vel verisimilis.Ad hoc qđ dicitur in c.si de appel.& in l.de pupillo. §.si quis ipsi. ff.de no.

18 ope.nun. Non ob.tex.in l.2.& 3.ff.quod falso tuto.& auth.qa ibi intimatio nō fiebat in defectū iudicis,sed de facto partis, & non respiciebat principaliter ipsum intimantem,vt non tenebatur ei credere. Sed hic fit in defectū iudicis.vnde sufficit allegare cām veram,vel verisimilem, quantumcunq; illa non probetur. Facit qđ dicitur in materia electionis per Inno. in c.cum nobis in uerbo, reuocare.de elec.& doc.in c. cum inter vniuersas,& c.coram & c.quia propter.de elec.& quod dicit Bal.post Inno.& alios in c.1.de maio.& obe.φ antiquior congregat collegium.& Abb.in c.in causis.de elec. Et ex his patet responsio ad adducta in cōtrarium, §.in prin.

19 At pone φ vocatus † ad cōcilium eodem tpe sit vocatus ab alio superiore, cui debet parere.tex.in c.si eps.18.distinct. dicit φ potius regi quam archiepiscopo. & idem dicit gl.& gl.in c.reprehensibile.23.q.8. Et ad idem tex. in ca.cum parati.de appel. ubi probatur φ magis regi φ legato papæ, papę magis φ regi,ut dicit ibi gl.& gl.in d.c.reprehensibile. glo.tamen in d.c.cum parati, videtur velle φ magis legato φ regi,quia legatus repræsentat personam papæ,& ei obediendum est tanquam papę facit.93.dist.c.fin.& c.conuenientibus 1.q.7.& c.Adrianus,el primo.63.distin. Sed hoc videtur contra tex.ibi.ubi fuisset excusatus episcopus si fuisset in legatione regis vt allegabat, & ibi papa dicit quod non debuit contemnere legatum obtentu appellationis.& ita dicit ibi Abb. in d.c.cum parati.Item dicit gl.& doc.ibi & do.in c.si episcopus, illud esse verū φ vocatus ab archiepiscopo & a rege debet parere potius regi quando habet feudum & regalia a rege,alioquin potius debet obtemperare mandato superioris, quia clericus, vel sacerdos non subiicitur in aliquo iudici seculari.c.cum non ab homine,de iud.cum si. Et per hoc dicit ibi Inno.& Hostien.quod vocatus ad concilium ab archiepiscopo & rege, tenetur parere regi potius si ab eo habet regalia,vt dicit Hostien.ibi.Quod dicit verum Inn.nisi vellet archiepiscopus eum intermittere mandatum regis, & venire omnino ad concilium, quia tunc debet ire ad concilium, & obedire archiepiscopo, quia obediendum magis est spiritui quam carni, vt dicit ibi Inno. Abb.ibi in d.c.cum parati referendo prædicta, non acquiescit huic dicto etiam in papa, quia si prælatus est astrictus iuramento regi ratione feudi,nō potest impediri etiam per papam quominus seruet iuramē-

20 tum regi,cui est astrictus ratione feudi . nam non potest papa tollere obligationem iuramentalem quæsitam laico.adducit tex.in cle.pastoralis,de re iud.& Inno.in c.cum inter P. de renun.& dicitur Inno.in c.inquisitioni de sentēt.excom.

21 ubi † dicit non esse obediendum papæ si ex eius mandato verisimiliter timetur scandalum, vel aliquod malum futurum. ad idem etiam est quod dicit Inno.in c.quanto.de consuet. quod non est ei obediendum quando preciperet aliquid contra statutum uniuersalis ecclesiæ sine rationabili causa. Facit quod dicitur in cap.Iulianus. 11.quæstione tertia,& quod notat idem Abb.in capitulo ex multiplici, in vltimo notabili,de decimis.Et bonum 216.consilium pauli de Castro,incipit præsupposito facit etiam l.secunda. §.merito,& si quis a principe.ff.ne quid in loco publico.Et bene facit prædicto Abbatis,tex.in capitulo quæ in ecclesiarum, de constitutio. ubi prohibetur constitutio per laicos facta in præiudicium feudi ecclesiastici, pariformiter non uidetur quod papa possit in præiudicium regis, & feudatarii eius aliquid mandare.

22 Dicit † tamen Abb. in fine quæstionis, quod in dubio citatus est mouendum parere papæ, quia in dubio præsumendum est pro ecclesiarum causa, allegat dictum Abb. in capitulo quę in ecclesiarum, &

23 & l.fin.C.si contra ius uel utili.publi.Dominus† Ioan. de Immol.in d.c.cum parati,vult quod quantumcunque non subsit aliqua iusta causa faciendi tale mandatum per superiorē ecclesiasticum,nihilominus si illud faciat,potius obediendū est ei quam Regi,licet male faciat superior ecclesiasticus mādando non obediri Regi,argumento.ca.inter corporalia de transla.præla.cum simil. Sed salua pace eorum uidetur mihi quod uterque male dicat. Et primo Ab. inquantum vult papæ non esse obediendum si mandet pro modica causa & uelit non obediri Regi,sed sibi,& quod tunc potius parendū est Regi. Et similiter Ioan. de Imol.male loquitur,inquantū vult quod feudatarius uocatus a prælato inferiore a papa & a Rege debet potius parere prælato quam Regi,quādo a prelato fuit ei mādatum etiam sine iusta causa ne pareret Regi Et primo quoad dictum abatis inquantum loquitur de obligatione iurata,nihil ad propositam quæstionem,quia quantumcunque papa nolit feudatarium clericum ire ad regem, non per hoc tollitur iuramentum regi præstitum. & nenire ad papam potest sine metu periurij,quia censetur in quocunque iuramento excepta authoritas superioris, ut in cap.uenientes,& in capitu.ea te. de iureiu.potius enim differtur tunc uel suspenditur iuramentum quam tollatur. Pro quo bene est quæstio quam ponit specu.in ru. de feudis in §.quoniam, uersi.16.de barone & rege, eodem tempore præcipientibus subdito, ubi uidetur quod magis sit parendum regi, ut ibi p eum,quem uide satis ad propositum quæstionis nostræ.Et similiter non est ad propositum dictum Iono. nec in capitulo inquisitioni,nec in cap.quanto, quia per tale mandatum nō fit contra statutum vniuersalis ecclesiæ, nec iuste potest sequi scandalum. & contra dictum abbatis tenet glo.in d. ca. cum parati, & in cap. repræhensibile de appel. & in capitulo quo aulu,& in capitu.si quis.23.q.8.Et in proposito est ratio,

24 quia† clericus tantum respectu rei est subditus regi, & nō respectu personæ.& propterea non cognosceret de delicto clerici ad priuandum eum feudo,ut ponunt doc.in c.uerum de foro compe.nec aliquam personalem excutionem in eum facere posset,ut ibi.Et ideo cum plus iuris habeat papa in clericum quia ratione personæ & ecclesiarum, ut in capi.cuncta per mundum,& c.per principalem.9.q.3.ideo ei etiam ex sola uoluntate saltem rationabili præcipienti, ut est in ꝓposito cum uocat ad concilium,est magis parendum quam regi.Facit etiam quod omnis prælatus iurat papæ, ut in capit. ego.N.de iureiu. Et pro hoc adduco a fortiori decisi.egidij. 171.quæ vult quod citatus personaliter coram papa,de mandato uel iuramento fidelitatis quo imperatori astringitur se non bene excusat nec etiam per hoc quod accessus per terrā imperatoris non est tutus.& ibi assignat rationes.Quod autē dicit Ioan.de Immol.de archiepiscopo & alio inferiori prælato uidetur contra tex.in c.ex transmissa de foro compe.Licet ibi loquatur quando tractabatur causa feudalis quæ est cognoscenda per dominum feudi, ut in capitu.cæterum & cap.nouit de iudi. & in casu proposito loquimur quando ra-

25 tione feudi,uocatus esset a rege.Vnde† si est indiscretum prelati præceptum, debet potius ire ad regem. Et hoc modo limito glo.in d.cap.cum parati,& doc.ibi.& doc.in capitulo si episcopus 18. dist. quando uolunt quod quando archiepiscopus & prælatus prohiberet ire ad regem & uocaret ad se,obediendum est prælato & spiritui potius quam carni, qa intelligo quando mādatum superioris inferioris a papa uel legati est discretum & cum causa,alioquin si sine causa & ex nuda & indiscreta uoluntate prohiberet episcopus subditum & feudatarium regis, obediendum esset potius regi uocanti ratione feudi & ex iusta & necessaria causa.Ad hoc tex.in c. nouit de iudi.& cap.causam quæ el tertio.qui filij sint legi.& specu.in d.uersi.16.Si autem non haberet feudum nec esset subditus nec haberet aliquid a rege, tunc non solum debet obedire suo prælato sibi mandanti quod non accedat,sed ipse non tenetur accedere si nolit. Et sic procedit tex.in capit. si quis episcopus.18.q.ult. secundum hug.& refert Domi.in d.capitulo si episcopus.18.dist.Fateor tamen in proposito qñ esset vocatus ad concilium episcopus ab archiepiscopo & codē tempore a roge,& archiepiscopus vellet quod episcopus intermitteret accedere ad regem & iret ad concilium, quod deberet magis obedire archiepiscopo, ut dicit Immo. in d.capitulo cum parati,quia tunc est cum iusta causa prohibitus. Non obstat tex.in d.capitulo si episcopus.18.dist.qui videtur velle quod primo debeat ire ad regem.quia respondetur uel quod fuit ex eo quod primo fuerat ab eo uocatus, ut vult gl.in c.qui resistit.11.q.3.Vel fuit qa voluit deferri regi,ut uidetur uelle ibi glo.in d.c.si episcopus,facit tex in cap. satis euidenter in § his itaque 96.di.Vel quia poterat utrique satisfieri.uel secundum hug.& refert ibi Dom.fuit ad euitandum scandalum,uel quia rex erat legatus papæ. Vel intelligitur quando non prohibet archiepiscopus ire ad regem q primo uocauerat,quia non præsumitur prælatum tunc mādasse in præiudicium regis, nisi.hoc expresserit,argumento,

26 c.super eo,de offi.dele. Et ad prædicta facit† quod potius uidetur primo parendum superiori naturali & proprio quam alteri , unde in ijs quæ sunt regularis obseruantiæ , monachus debet potius obedire abbati quam episcopo, ut ponit Innocent.in capitulo quanto de offi.ordinat.& ponit gl. in d.c.qui resistit.11.q.3.& Abb.in c. cæterum in 3.col.de iu-

27 di.& dicit Archi.in d.c.qui resistit,quod magis est† subditus monachus abbati quam uxor uiro.33.q.5.noluit.Quod dicit esse uerum in ijs quæ spectant ad officium abbatiæ, secus in ijs quæ uersantur in figura iudicij, quia tunc plus obedire debet episcopo. 11. quæstio prima, de persona, & capitulo in uenditionibus. 17.quæstio.quarta, & in capit. abbatibus. 11. quęstio.2.ponit do.post hug.& lau.in d. capitulo qui resistit. Vbi autem quis procurasset se uocari a rege uocatus ad cōcilium,nulli dubium quod tenetur ire ad concilium,qa fraus non debet ei prodesse.c.2.de renun.in c.pastoralis. §.ultimo de offi.dele.ubi est tex.de hoc. ponit Abb.in cap.proposuisti de foro compet.in illa quæstione quando est monitus prior a uisitatore ne discedat quia uult ire ad uisitandum, & codē tempore est uocatus a generali, cui debet obedire ? de qua ibi per eum.Scias tamen quod si citatus a domino super feudo, eodem tempore super feudo esset citatus ab ordinario, posito, quod ordinarius habeat facultatem cognoscendi ēt de feudo, debet comparere coram domino feudi. ista est gl. singularis in capitulo primo, de inuestitura in maritum facta, in usibus feudorum.quam ibi Bald. dicit non esse alibi, & idem cardinal.in capit. super literis,de rescrip.Facit quod dicitur in dicto capitulo uerum,de foro competent. & capitulo cęterum de iudi.& in c.solitę de maio.& obe.& c.nouit de iudi. In hac materia dicit Inno.in capit.cum parati,quod

28 uocatus † diligenter attendat quis maiori necessitate ducatur,& qui prius mandauerit, & cui prius fuerit obligatus, & quis sit maior.Et idem Inno. in c.cum iandudum de præben. loquens in beneficiato† in duab. ecclesijs cui unus superior

29 episcopus præcipit ut fiat sacerdos,alius ut remaneat in diaconatu,uel unus præcipit ut negocia ecclesiæ suæ prosequatur in curia Regis, alius ut negocia alterius ecclesiæ suæ prosequatur in curia papæ, uel unus uocat ad electionem faciēdam , alius mandat ut stet ad seruiendum ecclesiæ, ex quo non potest duobus dominis seruire. 21. q.1.c.1. dicit quod in illis perplexitatibus est prius obediediendum primo.quia secundus uidetur eum elegisse saluo iure primi, de iureiuran. c.tua.de relig.domi.c.quia monasterium, nisi forte in secunda ecclesia essent aliqua facienda in quibus uocatus,esset necessarius, & prima non sentiret incommodum , uel si sentiret.modicum sentiret, nam tunc agendum esset cum superiore,ut eū cogeret dare licentiā, & si mora esset periculosa, ipsemet posset uenire contra mandatum,non enim est malicijs hominum indulgendum,c.sedes de rescrip.cum simili. Quo ad illud autem quod ipse dicit quando unus prælatus præciperet tractari negocia sua in curia Regis,& alius in curia papæ , videtur indistincte quod non sit obediendum uolenti ut litiget in Curia Regis, quia est cōtra text.11.q.1.c.placuit,Facit.c.solitæ,de maio.& obe.& quod dicitur in c.2.de fo. comp.c.1.& per totum.11.q.1.

30 Sed pro pleniori declaratione istius † difficultatis cui sit prius obediendum, dicerem sic, ponendo primo aliquos casus claros. Primus est quando citatus a duobus eodem tempore potest utrisque satisfacere & corā utroque comparere postquam mandata sunt compossibilia. Ita Bar.in l.2.§.qui exhibendi.ff.de custo.reorum.Bonus tex.in l.duorum.ff.de operis liber. glo.in uerbo a rege in d.c.pastoralis. §.fi.& bonus tex.in l.si quis in graui. §.si cum omnes.ff. ad sillanianum.Facit quod dicitur in cap.2.de maio. & obe. Secundus casus est quando mandatum continet peccatum si exequatur.Et tunc non est parendum sine dubio, quia parendum est deo potius quam hominibus.11.q.3.si dominus. cap.qui resistit,& ea.Iulianus. Potius enim debemus omnia mala pati quam peccato consentire,glo.in c.si quis.de furtis 22.q.5.c.itane.Et vtilius scandalum nasci permittitur quam ueritas relinquatur,ut in c.sane.de tempo.ordi. in glo.& ca. qui scandalizauerit de reg.iur.& bene Innoc.in c.inquisitioni de senten.excommun. Tertius casus est quando quis maliciose procurasset se ab altero uocari ut excusaretur a cōparitione alterius, quia tunc non excusatur,& omnino tenetur comparere,ut in d.c.pastoralis.§.fi.de offic.dele.quia malicia non debet ei prodesse, ut in c.sedes cum seq.de rescrip. Quartus casus erit quando quis citatur pro duabus causis simul & semel , & altera ex dictis causis emersit ex facto eius post primam citationem , tunc enim tenetur in utraque respondere.l.sed & si quis.§.illud.ff.si quis.cau. & sibi imputet, quia facto suo est positus in ista perplexitate . Facit quod dicitur

citur de inimicitia contracta culpa propria, qua quis incidit in metum, in l. si mulier. ff. quod metus causa. l. si merces. §. culpæ, cum concordant. in glosa. ff. locati. Et quod dicitur de eo qui culpa sua astringitur ad probandum negatiuam cuius est impossibilis probatio in l. in illa stipulatione, alias hoc iure, ff. de verbo. obligat. & in c. bonæ el primo, de electio. & in c. quoniam contra, de probatio. Quintus casus sit quod quando episcopus vocatur ab archiepiscopo, & rege simul eodem tempore, licet debeat prius parere archiepiscopo cæteris paribus, secundum Innoce. & Hostien. in d. cap. cum parati, vt supra dixi, intellige verum nisi dubitaretur de scandalo si non iret ad regem, quia tunc dēt potius parere Regi, ita do. post hug. in d. cap. si episcopus. 18. distinctio. in ultima col. & refert Felin. in c. nihil de præscript. versi. 27. quando &c.

His præsuppositis dic considerandos duos casus, videlicet vtrum sit 31 vocatus ab eodem an a diuersis. Primo casu, si quis† est uocatus eodem tempore ab eodem in diuersis causis, quarū utraque ante emerserat, debet in vtraque respondere, & pro vtraque comparere. l. qui, de crimine. C. de accusatio. qa eodem puncto potest in omnibus satisfacere. l. accipientis. ff. de autoritate tuto. & dicit Angel. in l. si quis seruus. §. fin. ff. de custo. & exhi. reorum, quæ est dicta l. secunda supra allegata. Et hoc quando vnus & idem vocat ad se. Sed si essent duo mandata diuersa quę ab eodem emanassent, & essent vel ratione rei, vel loci, vel temporis contraria, sicut esset impossibile vtrique parere, tunc dic quod aut vnum sit pro publica vtilitate, & aliud pro priuata, & parendum est illi quod fit pro publica vtilitate, vt est tex. in cap. proposuit de dila. & ponit specu. in d. §. quoniam, versi. 16. in fi. in ti. de feudis præallegato. Aut vtrunque sit pro publica vel pro priuata vtilitate, & tunc parēdum est mandato primo loco facto siue emanato, nisi secundum reuocaret primum iuxta notata in capitulo ceterum de rescript. Facit dicta l. secunda §. fin. & l. qui-

32 que litigādi in prin. ff. de in ius vocan. Secūdo casu quādo† citatio siue præceptum emanat a diuersis, tunc si loquimur in papa vel inter clericos, vel in materia nutritiua peccati inter laicos, sine dubio mandato papæ est parendum potius quam Regi uel imperatori, dicto capit. placuit. 11. q. 3. capit. nouit de iudi. & dicitur in d. c. cum parati, post glos. etiam si citatus esset subditus Regi ratione regni vel feudi, & etiam si mandatum papæ esset pro faciliori & leui causa, per dicta post glo. in d. cap. cum parati. Et idem intelligo in legato papæ qui præcipit de mandato papæ, vt in d. cum parati, & erit alius intellectus ad illum tex. ultra doctor. ibi, intelligendo semper ita quod mandatum papæ vel legati non esset ex obseruantia inductiuum peccati, ut supra dixi. Si autem loquimur in alijs superioribus, tunc si in legato & imptratore qui facit iure legationis, & utriusque mandatum est iustū, credo quod legato parendum erit. & tanto magis si a legato & Rege fuerit quis vocatus per prædicta. Si vero loquimur de vocato ab archiepiscopo, vel episcopo ad concilium, vel ad aliud & a rege, iuxta c. si episcopus, dic vt supra conclu-

33 sum est. Si autem† de alijs superioribus, tunc aut eorum iurisditio est sub ordinata, quia vnus maior alius minor. & tunc si potest parere vtrique dic vt supra, si autem non potest utrique parere, tunc debet ire ad maius tribunal & ei parere, ut in l. contra pupillum. §. qui ad maius. de re iudic. & ibi Barto. & in d. l. 2. §. fi. ff. de custo. reorum, est enim regulare quando a duobus emanant duo precepta, vt digniori obediatur, ut notat. Archid. in cap. per hoc, de hæret. in 6. Ad hoc text. in d. c. qui resistit. 11. q. 3. & 2. q. 6. c. qui se scit. Fallit primo nisi qs esset vocatus pro diuersis horis, quia tunc debet utrique parere, vt vult glo. in d. l. 2. §. qui exhibendi. ff. de custo. reorum. Fallit secundo nisi posset vni obedire per alium, puta p nuncium uel procuratorem, & alteri hēt seruire personaliter. qa tunc debet prǫponere actum personalem etiam obediendo minori, ut si a minori esset uocatus ad testificandū, & a maiori pro causa pecuniaria, tunc coram minori comparebit psonaliter & coram maiori per procuratorem, & hoc quando citatio est pro eadem hora. Pro hoc allegatur tex. in l. 2. §. 1. ff. si quis cau. qui parum facit iudicio meo. & Iaco. de Arena & Guiliel. de Cunio ibi. Dictum tamen est in se uerum, ex quo non est mandatum ab ambobus de personali comparitione, quia potest vtrique parere & diuersimode satisfacere, & hoc uidetur velle Ioann. And. in dicto capit. cum parati, & in c. fi. de rescrip. in verbo comparuerint. Fallit tertio nisi iudex minor præoccupasset iurisdictionem, quia vocatus postea a maiore excusabit se ratione præuentionis. Bald. in l. senatus. C. qui accusat. non possunt. Fallit, & quarto secundum Ioan. de Imol. in dicto §. si ad maius, nisi iudex maior non haberet immediatam iurisdictionem in citatum, sed mediatam. Exemplum in citatio coram episcopo ab ipso episcopo & coram archiepiscopo ab ipso archiepiscopo, quia tunc tenetur citatus comparere coram episcopo. qui respectu sui subditi habet immediatam iurisditionem ut dicit ibi Immol. Faciunt quæ dicuntur in c. Romana de foro compe. in 6. & in c. Romana de offi ordi. eo li. & c. Romana de appel. eo. lib. Ad hoc etiam facit quod dicunt doc. in cap. pastoralis de offic. ordi. Et an quod dicitur de archiepiscopo & episcopo dicatur de episcopo & alijs inferioribus, cardi. ibi in q. 2. dicit quod non, quia iurisditio inferiorum prælatorū respectu episcopi nō venit exclusiue, sed cumulatiue. & idē in cap. cum ab ecclesiarum in 12. & 14. q. de offi. ordi. vide late Abb. in c. cum ab ecclesiarum & c. pastoralis de offi. ordi. & in c. si quis contra clericum & in ca. cum contingat de fo-

34 ro compe. Et ratio est, quia archiepiscopus† non habet iurisditionem in subditos suffraganeorum nisi in casibus expressis, ut in d. cap. pastoralis per glo. & doc. Fallit & quinto nisi iurisditio inferioris in citatum esset ppria ipsius ratione correctionis, ut diximus supra de abbate & episcopo. qa tūc debet obedire monachus in ijs quæ sunt regulæ potius abbati quam episcopo, ut dicit Inno. in capi. quanto de offi. ordi. & Abb. in allegato. c. cæterum de iudi. & notat idem Abb. in c. inter cætera de appel. De quo uide cardi. qui distinguit inter causas maiores & minores in d. capit. quanto de offi. ordi. de quo etiam in cap. qui resistit in glo. 11. q. 3. & cardi. in c. cum ab ecclesiarum in penul. colum. de offi. ordi. & in clem. ne in agro in §. quia uero in 8. q, de statu mona. & Abb. in ca. cum contingat 11. col. de foro compe. Non enim episcopus tunc se intromittet nisi per viam negligentiæ abbatis, ut in d. cap. quanto. vbi episcopus supplet negligentiam abbatis non reuocantis monachum vagabundum ad clastrum. Vide ibi d. abbatem siculum & uide Abb in capi. si quis contra clericū & c. cum contingat de foro compe. in 7. colum. ubi refert lo. de lignano in cle. 1. de statu mona. Si autem superiores sunt

35 pares † in iurisditione & sumus extra quatuor illos casus indubitator supra positos, tunc cardi. in d. cum parati, dicit q si aliter prævenit alterum in iurisditione super eo super quo citatur coram illo primo debet comparere, per iura allegata ibi in glo. alioquin dicit obediendum illi qui est in maiori necessitate d. l. 2. §. si cum omnes, & sic transit cum Innoc. ibi. Dicit etiam attendendas alias coniecturas de quibus in d. §. si cum omnes, & 11. q. 3. qui resistit. Ioan. de Immol. in d. c. cum parati ponit tres casus quibus prius obedire debet illi cui magis astringitur, argumento. c. cum in officijs de testa. & d. §. si cum omnes. Vbi autem est æqualis necessitas parendum est primo uocanti, argumento. ca. cæterum de rescrip.

36 Potest & aliter† dici secundum Bart. in d. l. 2. §. 1. quod si vna causa est tempore peritura & alia non, debet comparere in causa quæ indiget maiori celeritate, ut d. l. 2. §. fi. si nulla est tempore peritura & una est grauior altera, in illa tenebitur respondere, l. contumacia. ff. de re iudi. & specu. in d. versi. 16. Si causæ sunt æquales & vnus primo citauit, erit coram illo comparēdum, vt 24. q. ultima. §. ecce. l. quique litigandi. ff. de in ius vocan. Sed si citant eodem tempore, in ista perplexitate dicit Bal. in cap. exposuit de dila. quod est locus gratificationi, ut eligat ipse met coram quo velit comparere. adducit. l. si quis in graui. §. si cum omnes. ff. ad sillanianum. Et idē uoluit iaco. butri. guliei. Bal. & omnes alij in d. l. 2. §. 1. ff. si qs cau. & Bald. in l. summa, versi. vicesimotertio quæritur. ff. de

37 rerum diuin. Non tamen † intelligas per hoc quod iste citatus a duobus coram uno comparuit sit liberatus a comparendo coram alio ad aliam citationem cessante necessitate primæ citationis, ut in d. l. 2. §. fi. & ibi glo. ff. de custo. re. & in l. qui de crimine. C. eo ti. Et istam distinctionem posuit Bart. in d. l. 2. §. fi. Et intellige præmissa nisi in vna causa posset cōparere per se & in alia per procuratorem, quia in una tenebitur personaliter comparere per se in alia per procuratorē. & tunc non erit locus electioni Ioan. And. in d. cap. cum parati & in cap. fi. de rescrip. Alioquin si in ista perplexitate coram aliquo non compareat, poterit per vtrunque superiorē mulctari. Angel. in d. §. qui ad maius, & Ioan. de Immol. ibi-

38 dem. Adde tamen quod si est† vnus delegatus ad vniuersitatem causarum & alius ad vnam causam & ambo eodem tēpore citant, comparendum erit coram illo qui est specialiter delegatus in illa vna causa particulari secundum Angelum in d. §. qui ad maius. Pro hoc facit illa gl. & Bal. in d. c. 1. de inuesti. in maritū facta, licet loquatur in duob. ordinarijs. & tex. & doc. in ca. studuisti de offi. lega. Sed Ioan. de Immol. in d. §. qui ad maius dicit quod est locus etiam hoc casu gra-

39 tificationi, qa delegatus† ad vniuersitatem causarum respectu causæ expressæ in citatione habetur pro delegato speciali, argumento. cap. pastoralis. §. fi. & quod ibi notatur de rescrip. & in c. ex tuæ cum ibi notatis de filijs presbyte. Et pro hac vltima opinione. Ioan. de Immo. facit tex. & quæ ibi ponuntur per doct. maxime Abb. in capitulo sane el secundo, de

de offic. delegat. Item facit quod delegati ad vniuersitatem causarum dicuntur quasi ordinarij, vt uult glo. in capit. cum causam de appellatio. & in d dicta l. fi. C. de iudi. & glos. in l. si uni. ff. de re iudic. glo. in capitulo statutum. §. insuper in uerbo moderatas de rescrip. in 6. Bald. in l. si ut proponis. C. quomodo & quando iu. Bartol. & doctor. in l. more. ff. de iur. omnium iudicum.

40 Sed quæ potest assignari ratio† diuersitatis quare potius prǫferatur iudex specialis unius causæ judici generali in terminis illius glos. in capit. 1. de inuesti. in mari. fac. potius quam in proposito? Posset assignari ratio propter specialitatē quam hēt causa feudalis, quæ spectat ad dominum naturaliter, ut in capitulo cæterum cum simil. de iudi. item quia delegatus ad uniuersitatem causarum non est proprie ordinarius, licet respectu† facultatis subdelegan-

41 di æquiparetur ordinario, ut dicunt doct. in locis supra allegatis, maxime moderni in d. l. more. Quod patet qa eius iurisditio expirat morte mandantis re integra, ut dicit Bartol. in d. l. more, & Abb. in c. relatum de officio. delega. & allegatur tex. in capitulo fina. in §. ut officium de offic. delegat. in 6. & per locum a speciali in capitulo ne aliqui de hæret. eodem libro quod non est in iurisdirione ordinaria, ut in dicta l. mo-

42 re, & in l. cum proponebatur. ff. de iudic. item quia† potentius est illud ius quod immediate prouenit a lege quam illud quod prouenit ab homine ex permissione legis facit. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. Et ex prędictis patet

43 quid dicendum si quis uocetur coram ordinario, & delegato, uel coram episcopo, & eius uicario, quia debet comparere coram maiore, & maior dicitur ordinarius quam delegatus & episcopus quam uiarius in eadem iurisdictione. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Et patet ex prædictis, & tenet Barba. in dicto capitulo pastoralis, in §. fi. Qui idem dicit si citetur coram Archidiacono & coram episcopo in eadē dioecesi, licet in diuersis territorijs, quia non attenditur maiori-

44 tas respectu territorij, sed respectu personę citantis, quia† respectu territorij quilibet in suo reputatur maior iudex. glos. notabilis in l. apud eum. ff. de manumiss. de quo uide dominum Anto. in capit. cum ab ecclesiarum de offic. ordinat. &

45 supra aliquid dictum est. Et per prædicta † etiam patet si rex habet guerram cum barone & uterque requirit uasallos, cui debet obediri ut in specul. in d. uersic. 16. supra allegato. idē de duobus regibus inter se habentibus bellum & duobus baronibus, & de habente feudum a duobus inuicem pugnantibus & eum requirentibus. De quibus in speculat. in tit. de aduocat. in §. 1. uersic. sed pone. De quo uide omnino Bald. in l. 1. in §. ne autem. C. de caduc. tollend. & ibi quod aliter dicencendum est de uasallo ligio. & idem Bal. in l. quæritur. ff. de statu homin. & in l. 1. 23. q. ff. de rerum diui. & Ioann. And. in regula contractus in mercuri. & in l. in operibus. ff. locati. Et de captiuo a duobus armigeris & relaxato ad fidem redeundi, ambobus eum uocantibus eodem tempore cui debet parere. De quo per Bal. in l. in adoptione. C. de adop. & Angel. in d. l. contra pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iud. Et de incola uel ciue in duobus locis & ab utroque simul uocato ad

46 munera. uide gl. in l. ciues. C. de inco. li. 10. Adde tamen quod eo casu quo a duob. qs est uocatus. & est locus gratificationi bn̄ facit gratificādo digniori, vel supiori uel illi qui est ei magis coniunctus, ita dicit Bal. in l. summa rerum, in 23. quæstione. ff. de rerum diui. in quæstione duorum fratrum requiren-

47 tium uasallum. Et † ex his potest etiam decidi quid quando quis est eodem tempore uocatus a concilio & a papa, cui sit potius parendum, quod maxime etiam dependet ab illo articulo quis sit maior vtrum papa an cōcilium, & cui sit magis parendum, de quo infra dicetur. Et ad pręmissa omnia adde Bald. in l. generali la secunda, C. de episc. & cleri. et Bal. et sali. in l. qui senatus. C. qui accusa. non pos. et Roman. in l. 2. §. 1. ff. si quis cau. & Anto. in c. cum ab ecclesiarum, et in c. pastoralis. §. fi. de offi. ord. Inno. in c. in Lateranensi in fi. de pręben.

48 & Anto. in c. de monachis, eo. tit. Adde quoque quod† contra. d. §. si cum omnes. l. si quis in graui. ff. ad silla. per quem. §. dictum fuit quod omnibus paribus, est locus gratificationi facit quod in fi. ille tex. non uidetur hoc probare, quia uult q si uir et uxor habent seruum, & prius succurrat uxori quam uiro, excusatur a pœna et e contra sicut in pręcedentie uersiculo in pluribus dominis si uni tantum opem tulit, et tamen uidetur, quod prius deberet succurrere viro tanquam digniori, quia est caput mulieris, ut In c. hęc imago. 23. q. ult. Pro quo facit text. in capitulo primo, in fin. hic finitur lex conradi, ubi dicitur quod antiquiori domino inter plures dominos seruitio indigentes est præstandum seruitium. Nec in principio nec in fine illius. §. aliquid dicit textus. quando esset omnino paritas dominorum. immo finis. §. probat contrarium, et maxime facit ratio, quia in duobus dominis aggressuram patientibus, non datur seruo in eodem momento deliberandi facultas, ideo excusatur. ff. de exerci. l. 1. in prin. & in. c. ponderet. 50. dist. Et ista videtur ratio illius tex. & bonus intellectus si bene ponderētur, & ostē dunt illa verba ibi posita aggressuram paterētur. Et si bene consideretur, per istum intellectum minus restringitur ille tex. quia in primo dicto inquantum vult quod si potest debet ambob. subuenire, nimis restringeretur dicendo quod tātum habet locum quando domini essent æquales, quia etiam si non sūt pares & potest, debet ambobus succurrere. l. duorū. ff. de operis liber. & Bar. in d. l. 2. in §. fi. ff. de custo. reorum. & diximus supra. Et non q tex. dicat seruum posse gratificari etiam quādo ddomini non sunt in discrimine & periculo vitæ, quia pprie ille gratificatur qui facit deliberate, ut in ca. duobus de rescrip. in 6. & in c. cum autem de iurepatro. l. fi. C. de lega. de elec. c. ecclesia el. 2. in glo fi. Non obstant uerba tex. ibi eligit alteri esse auxilio, electione crimem eum contraxisse &c. quia non sunt prolata a iure consulro ad demonstrandum libertatem ei esse cui magis uelit opē ferre, sed ad demonstrādum quod pœnam euitauit si cum non posset ambobus opē alteri tantum tulerit in eo discrimine. Quasi lex habeat pro uerisimili quod elegerit subuenire cui melius potuit & uiam meliorem. & maxime qa tex. ibi non ponit quod esset seruus plurium eodem tempore & quod domini essent pares. &

49 ideo dicit† tex. in l. in operibus. ff. locati. quod in operibus simul locatis duobus priori conductori debet ante satisfieri. Et per illum tex. dicit specu. in tit. de feudo. §. 1. versi. 12. quod inter duos bellantes tenetur vasallus succurrere cui prius est obligatus. cap. imperialem. §. illud de prohi, feudi alie. l. 2. C. q potiores in pig. habeantur. Item habenda esset consideratio quis esset in maiori necessitate. item quis dignior. item quis primo uocasset, ut patet ex supradictis. d. l. 2. §. fi. de custo. reorum. & uide Andream siculum in d. cap. pastoralis. §. fi. Vnde si poneremus in illo textu quod successiue fuisset seruus plurium, prius debuisset subuenire primo. sicut dicimus in duobus dominis feudi. quis n. diceret si domini essent disparis cōditionis & seruus potuisset cui uoluisset opē ferre & habuisset tp̄s maturius deliberandi, quod non debuisset opem ferre digniori? nulli dubium quod non potuisset tunc eligere, sed teneretur succurere digniori, sicut supra diximus de uocatis a duobus, vt in l. contra pupillum. §. cum ad maius, alias veniret plectendus, vt supra diximus. Communiter tamen ille §. consueuit simpliciter allegari in materia gratificationis, ut etiam allegat glo. in d. c. ecclesia, & in capi. cum autem de iure pa. & communiter doc. ita allegāt in iuribus & quæstionibus supra adductis. Et similiter glo. ibi. quæ allegat. l. fin. ff. de relig. & sump. fune. & l. in naue. ff. locati & l. paterfilium. ff. ad legem fal. Et Angel. ibi in d. § si cum omnes. dum inducit ad duos dominos habentes guerram, & dicit quod communiter solet apponi in capitulis quod teneatur iuuare illū qui magis opprimitur quinimo idem erit de iurē, etiā si non aponatur in clausulis, nec poterit seruus gratificari, ex quo non est in actu aggressuræ, intelligendo tex. ut supra dixi. Et per hæc habes verum intellectum ad illum tex. quam etiam videtur tenere specu. quando in proposito eum allegat in d.

50 uersi. 12. in ti. de feudo. §. 1. Vnde ex his† sequitur quod tunc datur seruo libertas gratificandi inter duos dn̄os etiā si non sint pares quando patiuntur aggressuram & sunt in facto, qa non datur seruo commoditas maturius deliberandi. Et isto modo bene allegatur ille tex. in materia gratificationis. Sed quando datur paritas dominorum, licet dictum doctorum sit in se verum, quod cæteris paribus locus sit gratificationi, ut in allegata. l. ciues in glo. & alijs supra allegatis, tamen nō conuenit ad illum tex. nec ad id debet allegari, quia non loquitur quando sunt pares, imo potius innuūt contrariū eius uerba in fi. ut supra dictum est. Et ista considera, quia non reperio quod aliquis adhibuerit diligentiam istam ad declarādum intellectum illius tex. d. §. si cum omnes.

Vlterius quæro quid si vocatus ad concilium non audet comparere quia non audet dare votum

51 liberum? Dic† quod locus concilij debet esse tutus & liber omnibus ad votandū, alioquin non tenebitur quis comparere. Facit quod dicit Inno. in c. quod super his. de accusa. & quod dicit Martinus lauden. in trac. de concilio in 5. q. Pro hoc etiam sunt gesta conciliorum constantien. contra impedientes ire ad concilium Facit etiam quod dicitur in c. accedens el. 2. vt lite non contesta. & in cle. pastoralis de re iudi. & in cap. ex parte de appel. Facit quod dicit Feli. in c. 1. de iudi. in glo. dum limites. & allegat Bal. in l. 1. C. si rector prouin.

52 & in d. cap. 1. cuius dictum non repperi in d. ca. 1. Facit† quoq; quod dicit Anto. & alij in d. c. 1. q propter potētiam maiorū in concilio potest totū recusari suspectum, & adde quod dictum est supra in quæstione vbi debeat teneri concilium.

Sed vtrum contra episcopos venientes ad conciliū possit opponi aliqua exceptio, vt puta ex-

excõications? Dicendum est quod sicut in cap. ad probandum de re iudic. et idem de alijs impedimentis de quibus in capitulo sciscitatus de rescript. Et ita reperio in quibusdam reportatis, quæ credo esse Ioann. de Lignano, incipiunt priusquam, et dixi supra in illa quęstione, qui sint repellendi a concilio.

SVMMARIVM.

1 *Qui posint interesse concilio.*
Et quod omnes per quatuor argumenta.
Argumenta in contrarium num. 2.
Auctoris opin. num. 4.
2 *Multitudo reddit homines contemptibiles.*
Et parit discordiam.
Et est mater seditionis.
3 *Paucitas est magistra disciplinæ.*
5 *Paruulo reuelatur quod ignorat magnus.*
6 *Principes quando & ex qua causa fuerint in concilio admissi.*
7 *Laici possunt interesse concilio cum armis pro tuitione concilij.*
Item & pro petenda iustitia.
Et si aliter videantur aliquando admissi respondet auctor. & num. 12.
8 *Hæretici repellendi a concilio fallit ad eos conuincendos de hæresi.*
Idem de schismaticis nu. 10.
Item declarati excommunicati ibid.
Et alij infideles.
Item & mulieres. ibid.
Et in contrarium adductis respondet. nu. ij.
Et Limitat. nu. 13.
9 *Eugenio quarto præsidente in concilio Florentino fuit facta vnio, inter Græcos & latinos.*
Sed in partibus orientalibus ab ea fuit recessum.
13 *Mulieres non admittuntur in capella papæ.*
14 *Laici vel alij si interfuerint concilio an ex hoc possint allegare se esse in quasi possessione interessendi concilio.*

Qui possint interesse concilio. Artic. VI.

1 Diximus supra qui sint uocandi ad concilium nunc successiue quæro qui† possint interesse in concilio generali, & an alii omnes uenientes etiam non uocati sint admittendi. Et uidetur prima facie esse admittendos omnes fideles uolentes interesse & neminem esse repellendum. Hoc primo probatur act. 1, ubi in concilio celebrato per apostolos super electione matthię interfuerunt & apostoli & laici et mulieres, apostoli enim faciebant concilium, ut est gl. 22. di. in uerbo Christianorum, ca. sacrosancta. Et idē quod omnes fideles sint admittendi probatur secundo ex ac. 6. c. ubi fuit vocata multitudo discipulorũ ut eligerēt aliquos ad peragendũ ministeriũ dispensationis quotidianæ. Ad idem faciunt omnia illa quæ fuerunt inducta pro parte affirmatiua pro laicis. supra in articulo, qui sunt uocandi ad concilium, ubi de monachis et presbyteris, et archidiaconis interuenisse diximus in Constantinopolitano & Calcedonen. conciliis. Et ita uidetur fuisse seruatum in concilio Pisano, & Constantien. ubi omnes abbates, magistri, doctores, licentiari, presbyteri, religiosi & procuratores fuerunt admissi Ad quod tertio facit quod illa quæ geruntur in uniuersali concilio tangunt generaliter omnes fideles communiter, ergo uidetur quod quilibet posit interesse. & ratio est. quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. & ratione interesse cuiuslibet singulariter, l. sæpe. ff. de re iud. c. ueniens de testi. et c. cum super de re iudic. cũ simil. Quarto facit quod concilium repræsentat uniuersalem ecclesiam ut sæpius est dictum, sed uniuersalis ecclesia est collectio omnium fidelium, ut in capitulo ecclesia de conse. distinctio. 1. ergo uidetur, quod, ad hoc ut tale concilium ueracitater reprę̄sentans uniuersalem ecclesiā rite celebretur oēs fideles aut saltem aliqui de quolibet statu, pro se, et aliis debeant interesse. In contrarium† facit quod multitudo reddit nos contemptibiles et parit discordiam, ut in cap. Adrianus. 63. distin. et c. nos ad fidē. 96. di. Vnde beatus Chrysostomus. in com. super Ioan. in prin. dicit, multitudo mater est seditionis & contumaciæ, paucitas† magistra disciplinę. Et Gregor. in registro et tex. in c. 2. de pręscrip. dicit quod nihil cũ scandalo nihil cum forali strepitu diffiniendum est. Abb. siculus in c. graue de præben. dicit quod hoc non reperitur iure decisum quod ipse uiderit, nec glo. uel doc. hunc articulum attingunt. Credo autem eum non intelligere de necessario uocādis de quib. dictũ est s̄. sed de his qui necessario nō sunt uocandi. et uolunt interesse. Vnde in hoc dicerem eos† tantũ admittendos qui necessario ad concilium sunt uocandi, de quibus supra diximus, alios aũt inferiores admittendos secundum necessitatem et occurrentiam rerum, qnia† interdum reuelatur paruulo quod ignorat magnus, ut innuitur in ca. esto 95. distinctio. l. potioris. C. de officio. rect. prouinc. et August. dicit senex a iuuene et episcopus tot annorum a collega necdum anniculo paratus sum doceri, ut in c. si habes. 24. q. 3. Vnde si contingeret dubium iuris, possent etiam admitti inferiores, sicut patet in ca. cum ad sedem. 35. quæst. 5. Et plus & minus erit in arbitrio papæ & cōcilij, vt legimus factum in pluribus concilijs, ut patet in gestis sextæ synodi Constantinopolitanæ in prin. in cap. conuenientes. vbi conumeratis pluribus episcopis dicitur theophanio presbytero & Abbas venerabilis monasterij siciliæ, quod dicitur baias, Georgio presbitero & monacho monasterij Renati, politi in antiqua Roma, Conone & stephano presbyteris & monachis monasterij quod cognominatur domus Arlitia positi similiter in antiqua Roma, Anastasio presbitero & monacho oratoriorum hic siti venerabilis patriarchij, Stephano p̄sbytero & monacho discipulo macarij, uenerabilis archiepiscopi Theopoleos Antiochiæ. Et patet in pluribus alijs, ut supra dixi de concilio calcedonen. & patet etiam in §. hinc etiam 17. dist. & in cap. nunc autem in fi. 21. dist. & in cap. in synodo 63. di. & in c. bene quidem. 96. di. & 1. q. 7. conuenientibus. Et 6 legimus† secundum indigentiam & necessitatem admissos aliquando principes pro tuitione ecclesiæ, ut in cap. sexto 16. dist. & in capitu. futuram. 12. q. 1. Aliquando etiam ad fidem conseruandam, vt in cap. nos ad fidem. 96. di. Aliquando potius adulationis causa, ut in cap. satis euidenter in §. his itaq; in fine. 96. dist. Aliquando ratione euitandi strepitus, ut in d. c. bene quidem. Aliquando ad maiorem iustificationem, ut in cap. ad apostolicę de re iudi. in 6. ubi papa offert uocare ad concilium etiam principes seculares. Aliquando ad maiorē solennitatem, ut in cap. in synodo. 63. dist. Aliquando ad discernendum inter aliquos altercantes super aliqua ardua q̄stione. Vnde in synodo celebrata coram Constantino & Helena, quādo fuit disputatum vtra lex, iudæorumne an christianorum esset præferenda, præpositi sunt duo iudices, Crato philosophus qui nihil terrenum habere uolebat, & zenosmo qui in consulatu nũquam munus ab aliquo susceperat. In his & similibus secundum contingentiam rerum & secũdum quod visum fuit papæ & concilio, laici, & clerici inferiores reperiuntur admissi ad consulendum & disputandũ 7 Possunt† tamen interesse laici cum armis pro tuitione concilij, vt dicit Bal. in c. massana de elec. & refert Martinus lauden. quæstione 19. in tract. suo de concilio. Item possunt interesse laici pro petenda iusticia, ut dicit Petrus de monte in sua monarchia in 18. colum. & pro hoc adducitur text. in cap. 1. de sponsal. Et quando laici admittatur. uide post glo. in versi. inuitatur in capi. Adrianus el primo. 63. dist. Immol. in cap. graue de præben. Domi. in ca. decernimus. 18. dist. glo. & doc. in capitu. fi. de ijs quæ fiunt a præla. Alioquin non debēt interuenire nisi inuitati, ut in d. cap. Adrianus in fi. & in cap. mulier. 23. dist. & dictum fuit satis supra in ru. qui sunt necessario uocandi ad concilium. & ibi possunt uideri plura iura adducta in quibus laici & alij inferiores reperiũtur interfuisse concilijs ex aliquibus causis. Et aliquando solum ad præstandum suam præsentiam, ut in c. satis euidenter 96. disti. & in d. cap. futuram. Et ad præstandum reuerentiam, vt in d. §. hinc etiam. 17. di. In prouinciali autem quid dicendum, uide Inno. & Immol. in cap. graue de præben. & Domi. in cap. decernimus. 18. di. & dicetur in loco suo si de hoc tractabimus, & aliquid dixi supra in illo articulo qui sunt necessario uocandi ad concilium.

8 Repellendi† tamen sunt a concilio & nō admittēdi hætetici, ut in cap. cum quibus 24. q. 3. & glo. in ver. idem Basilius in c. conuenientibus. 1. q. 7. Nisi forte essent admissi ut conuincerentur de hæresi ad sedandā hæresim, ut fuit factum in cōcilio Constant. ubi duo hæresiarchæ Ioanes huss & Hieronymus de praga combusti fuerunt. Et in concilio florentin. ubi interfuit imperator gręcorum & patriarcha Constantinopolitan. cum multis aliis 9 prælatis orientalis ecclesiæ. In quo† concilio florentino præsidente eugenio. 4. fuit facta unio inter græcos & latinos & ibi reducti sunt græci Armeni & Iacobini, ut patet in decretis super hoc editis, incipiunt cantate domino. & sedata est hæresis eorum, cōfessique sunt spiritum sanctum a patre & filio procedere, & non a patre tantum, ut ipsi credebant. itē quod Christi corpus in azymo & triticeo pane consecrarēt, ac purgatorij locum crederent, & Roman. pontificem verũ Christi uicarium, & beati Petri successorem legitimũ agnoscerent, ut pote qui primum in orbe terrarum locum tenere habet, & cui orientalis & occidentalis ecclesia merito parere debet. Quæ vnio & cōcordia postea in partibus orientalibus non fuit acceptata, ut dicit car. de turre cre. in alio concilio ubi reducti sunt boemi & moraui, qui communionem sub utraque specie toti populo esse necessariam dicebant, et opinio de beata uirgine sine peccato originali concepta, approbata est in decreto quod incipit elucidantibus. Sed card. de

de turrecr. in d. trac. in 9. c. tertii libri dicit se fuisse præsentē, et ꝙ data fuit boemis licentia disputandi et dicendi quicq̄d uellent in defensionem suorum errorum, assignatis per synodum quatuor doctribus catholicis, qui in publica congregatione illis responderent, & factam fuisse longissimam cōcertationem, & quod quamuis manifeste cōuicti essent, fuisset condescensum illis in multis gratia lucrufaciendi eos nihilominus recesserunt peccatis eorum promerentibus, ita sordidi sicut venerant.

10 Et idem dicerem† de schismaticis, videlicet ꝙ sint repellendi, quod de hæreticis, vt 24. q. 3. c. cum quibus. quia cum his non est communicandum, ut ea. causa & q. ca. clericis, & c. didicimus & c. omnes, ea. cā. q. 1. Ad hoc tex. 7. q. 1. denique. & quod ponit Hostien. in ti. de schisma. §. quæ pœna, versi. sed exemplo. Et hoc nisi quando correcti q̄rerent vnitatem, ut in c. maiores & ibi. glo. in fi. 24. q. 1. Facit tex. in c. pudenda ea. cā & q. & in c. 1. 24. q. 7. Idem ēt dicerem de omnibus alijs infidelibus, scilicet quod sint repellendi. & si constaret de declaratione, dicerem idem de notorie declaratis excommunicatis, cum sint priuati participatione sacramentorum & communione fidelium, ut in c. a nobis de excep. cum simil. maxime cum sunt incorrigibiles, iuxta notata in cap. cum non ab homine de iudi. De quo in cap. ad probandum de re iudi. Idem dico de quibusdam alijs impedimētis de quibus in c. sciscitatus de rescrip. & in c. licet de ele. vt in impedimentis naturæ. Et idem de mulieribus per dictum. cap. mulier 23. dist. & c. noua de pœni. & remis. & c. in nouo. 21. di. Nec obstat quod dictum est supra ex. act. 1. quia ibi non dicitur ꝙ in concilio quando Petrus verba fecit interfuerint mulieres, sed ꝙ erat turba hominum fere. 120. & est separata dispositio a præcedenti, quando dicit ꝙ apostoli erant in oratione vnanimiter perseuerantes cum mulieribus & Maria matre Iesu, postea. n. cum dicit in diebus illis, describitur alius actus separatus etiam in tempore. Prætera etsi interfuissent ibi mulieres, tunc non fuisset absonum, quia in ascensione dñi oēs fuerunt congregati, expectantes spiritum sanctũ 12 & perseuerantes in oratione. Item ex hoc quod c. 15. dñr† cōuenisse seniores cum apostolis, nō sequitur ꝙ habuerint aliquam vocem saltem decisiuam. & potuerũt interesse admissi ex vrbanitate Petri & aliorum apostolorum. Et maxime quia dubitatur vtrum illi seniores fuerint presbyteri an laici vel in aliquo ordine constituti, quia glo. exponit seniores ętate vel gradu. vnde possunt fuisse admissi ad consulendum super agendis & decisio fuisse facta per Petrum. Vnde Hiero. in epist. ad Augu. dicit Petrus princeps fuit illius decreti & glo. super verbo tacuit omnis multitudo, supplet concordans cum Petro. Nec obstat quod dicitur placuit spiritui sancto & nobis, quia ex hoc nō sequitur ꝙ omnes decisiue votauerint & ꝙ oēs habuerint vocem decisiuam Nec obstat ꝙ in persona omnium conscripta fuit epistola ad fratres antiochiæ existentes, quia vt dicit glo. & hugo cardi. ibi factum fuit ne aliqua dissensionis occasio relinqueretur, & ad ostendendum ꝙ oēs consenserant in illo decreto, non tamen ex hoc sequitur ꝙ omnes habuerint voces decisiuas. Vnde si quando laici & alij inferiores religiosi & inferiores p̄lati siue curati vel simplices clerici reperiuntur admissi, non ex hoc infertur quod habuerint uocem decisiuam, sed uel nullam uel tantum cōsultiuam. uel si decisiuam, fuit de voluntate papæ, qui potuit hoc illis concedere & ad illud habilitare, vt dixi supra in illo articulo qui sunt necessario uocandi ad concilium. Et de isto articulo ibi late, & per cardi. de turre cre. in ca. generalia in 4. quæsito. 17. di. in summa. Et eodem modo respondetur ad illud actuum. 6. vbi loquitur de multitudine discipulorum, & 13 non fit mentio de mulieribus. Et quod dico† de muliere, etiā modificarem nisi ex aliqua magna causa aliter visum esset papæ & concilio, ut quia esset una magna domina uel regina quæ haberet interesse pro aliqua sua particulari causa. Facilius tñ videntur admittendi presbyteri & alij religiosi quā laici, & laici quam fœminæ. & de fœminis nō nisi ex magna causa vt dictum est. Sicut videmus in simili in capella papę, quia mulieres passim excluduntur, quantumcunq; prohibitum sit laicis & mulieribus intra cancellos altaris vbi psallitur sedere vel stare, ut in capi. 1. de vita & honest. cle. & quod dicit Bald. in l. 2. C. de sacrosanctis ecclesijs. & tamen laici in capella papæ admittuntur intra cancellos. Et facilius admitti deberent in concilio quando non volunt interuenire nisi ad videndum ut instruantur, facit quod dicitur in c. ad nostram de consue. & quod dicitur in capitu. fi. de rebus eccle. non alie. & non tanquam consulentes. bene tex. in capitulo docendus. 62. distin. & tamen non sunt admittendi nisi vt supra dictum est.

Sed pone ꝙ aliqui qui non† sunt de concilio admissi sunt ad concilium, vtrum ex hoc poterunt allegare ꝙ sint in quasi possessione interessendi in concilio? Istam quæstionem mouet An. de butrio in c. fi. in 36. col. de causa posses. & proprie. & concludit ꝙ non, dummodo non fuerint admissi ad particularia concilia, ut ad dandum vocē Vnde non poterunt allegare, habere, vel esse in quasi possessione iuris interessendi uel ingrediendi concilium, quia hæc tolerantia concilij non videtur esse vt illis comperat ius. Allegat Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. & ibi ponit Anto. de illis peregrinis qui consueuerunt ire ad S. Iacobum, & de illis qui consuerunt ire ad molendinum alicuius, quod per hoc non possit allegari quæsita quasi possessio. Vide. Cy. in l. 2. C. de seruitu. & aqua. & post Inno. in c. bonæ de postu. præla. & flo. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & pau. de cast. in l. qui de iure familiaritatis. ff. de acq. pos. & doc. communiter in l. si certis annis. C. de pac. & in c. cum ecclesia sutrina, de causa posses. & proprie. Alios cōcordātes allegat Feli. in c. cum in. 6. col. & 7. de constitu. & Cy. in l. 2. C. quę sit longa. consuetudo.

Cardin. Iacobatij, de concilio, Liber Tertius.

SVMMARIVM.

Congregatio concilij quod spectet ad card. arg.
1 *Congregatio cap. vbi alias de consuetudine non est ad quem spectet, ad ipsum cap. spectat.*
2 *Cardinales eligunt papam.*
Cardinales sede vacante succedunt in iurisdictionalibus.
Item in his quæ indigent celeritate, & sunt vtilitatis, & necessitatis ecclesiæ.
3 *Iudicandus non debet præesse his qui eum iudicaturi sunt.*
4 *Actio & passio eodem respectu non debent multiplicari.*
5 *Papam concilium congregare debere, quomodo intelligendum.*
6 *Euangelium debet intelligi in sensu & medulla.*
7 *Concilium magis debet conuocari inspecta causa, quam persona conuocantis.*
8 *Cardinales post papam sunt maiores.*
Et sine illis non potest ardua agere.
9 *Inferiores quando & quo casu suppleant negligentiam superioris.*
10 *Concilium per imperatores aliquando congregatur rogante ecclesia, vel post modum ratificante. vel alius modis. nu. 47.*
11 *Contendentib. duobus de papatu ad quem spectet congregare concilium. & quando nu. 74. & nu. 88.*
12 *Tres pontifices eodem tempore in ecclesia.*
Martinus V. columna Rom. creatur pontifex.
13 *Papa existens in quasi possessione papatus exercet iurisdictionalia, alio secum contendente de papatu.*
Et si nullus sit in quasi possessione papatus nullus poterit exercere iurisdictionalia.
14 *Contendentib. duobus de papatu, & ambobus existentibus in quasi possessione nulla pars obediet alteri.*
Et assignatur ratio.
Et quid si unus fuit a tota ecclesia receptus, aut duo videntur electi. & numero 91.
15 *Spiritussanctus descendit inter congregatos in vnum.*
16 *Titulus concilij.*
17 *Ecclesia quando cepit congregare concilia & plus posse, quam imperatores temporales.*
18 *Congregatio concilij quod spectet ad imperatorem arg.*
16 *Regina interfuit concilio calcedonen.*
20 *Congregatio concilij quod etiam ad Reges spectet.*
Nihilominus nihil debent decernere, sed ad iudicium concilij remittere.
21 *Barbatiæ doctrina in capitulo quod translationem columna 37. de officio. legati.*
22 *Contendentibus duobus de papatu quod electio pertineat ad imperatorem non autem ad collegium cardinalium.*
23 *Congregatio concilii quod spectet ad papam arg.*
Inferior non potest vsurpare quæ ad superiorem spectant.
24 *In generali mandato, etiam in legatum non transferuntur ea quæ Ro. pontifici conceduntur.*
Et sic congregare concilium nu. 43.
25 *Papa est caput omnium collegiorum.*
Et a nemine iudicatur nisi a Deo nisi a concilio per submissionem tactiam vel expressam. nu. 26.
Et ipse solus sine concilio potest imperatorem deponere.
26 *Ecclesia militans est fundata ad instar triumphantis.*
27 *Cardinales quod non possint congregare concilium ratio.*
28 *Citatio debet emanare ab eo, qui habet iurisdictionem in eum, qui citatur.*

Car-

ter possit. & numero 254. opinio. quod nullus. numero 250. opinio. auct. numero 253.

244 Possessoribus duobus eiusdem rei communiter contendentibus, potior est conditio prohibentis.

245 Membra a capite recedere non decet.

246 Exercitium iurisdictionis est fructus qui competit possessori.

247 Possessio sequestratur quando timetur de scandalo.

248 Sorte an sit aliquid dirimendum, & an sors sit a iure prohibita.

249 Consors si nolit rem communem restaurare, alius eo inuito potest.
Et plura similia ibid. per totum num.

251 Differentia an aliqua possit notari inter schisma & hæresim.
Et quid de schismate radicato.

252 Schisma quando non est clarum nulli sequentes vnam partem vel aliam possunt dici clare schismatici.
Et an sine dubio procedat. ibid.

255 Cap. si duo 79. dist. intellectus.

256 Duobus contendentibus de papatu, qui tamen consentiunt de congregando concilium sed discordant de loco, quis eliget, vel nominabit prior, an iunior, vel maior, & an possit committi electio vni vel duobus. & numero 275.

257 C. 1. de parroch. intellectus & ampliat.

258 Bart. dist. in l. huiusmodi. §. fi. de leg. 1. ampliatur.

259 Cap. frequens, in concil. constant.

260 Duo contendentes de papatu an possint concordare de loco concilij per viam sortis. & nu. 263.
Et quomodo intelligatur. nu. 261.

262 Sors quando dicatur improbata remiss.
Et quando iudex possit vti sorte 263.
Et alia exempla in quibus sorte aliquid diremptum est. eo. num. 263. & quomodo intelligatur. nu. 265.
Et an in spiritualibus sortibus vti possimus. 266. & opin. auctoris, & di. sortium. nu. 267.

268 Duobus contendentibus de papatu, an liceat pro sedando schismate, sorte dirimi papatum.

269 Sortis iudicio aliquid dirimitur, quando partes consentiunt, & ad petitionem eius de cuius præiudicio agitur.
Et quomodo intelligatur inter clericos.
Et quomodo inter laicos. ibid.
Et de materia remissiue. num. seq.

270 Priuilegia singulorum non possunt legem facere communem.

271 Sortis iudicium quare, & quando fuerit licitum in lege veteri.
Et aliter accipitur sors in sacra scriptura & aliter in vsu hominum.

272 Sortium aliquæ diuisoriæ, aliquæ consultoriæ, aliquæ diuinatoriæ.

273 Sors diuina quæ sit.

274 Sors cecidit super Matthiam, quomodo intelligendum.

276 Concilij loco semel deputato, si ex aliqua causa nascatur suspitio impressionis an papa illum possit licite recusare.

277 Duo contendentes de papatu, an debeant interesse concilio, in toto illius processu.
Vel excludi, in deliberationibus.
Et ipsis exclusis qui habeant dirigere concilium.
Et infra num. 278.
Et tales contendentes donec erunt in concilio ambo poterunt uti insignib. pontificalibus. num. 279.
Et si conntingat ambas electiones pronunciari, nullas, an vnus ex illis poterit de nouo eligi. nu. 280.

281 Papa & cardinal. si discordent de loco & modo congregandi concilii, eliget ille, ad quem spectat congregare concilium.
Et fallit, in tribus casibus ibid.
Et iterum fallit duobus casibus. nu. 282.
Et limitatio auctoris. nu. 283.

284 Papa an possit pro libito voluntatis concilium dissoluere remiss.

285 Papa si renunciauit papatui, quem postea pœnituit, & negat se renunciasse & cardinales velint alium eligere, quis cognoscet.
Et quis habebit tunc congregare concilium.
Et infra num. 286.
Et opinio auctoris ibid.

288 Prælati, quando totius ecclesiæ status periclitatur & fides impugnatur, in die belli debent seipsos pro muro opponere pro domo Dei.

289 Papa tantummodo electus non consecratus an possit congregare concilium.

290 Legatus de latere an possit congregare concilium.
Et infra num. 293.

291 Reseruata papæ non veniunt in generali mandato iurisdictionis concesse legato de latere. quandoque tamen sic. nu. 294.
Et illa quæ de facili consueuerunt demandari. 295.
In generali mandato non veniunt insolita. Et infra num. 296.

292 Impossibile dicitur illud quod solus princeps facere potest.

297 Concilij congregatio est papæ reseruata insignum singularis priuilegij, et uniuersalis præeminentiæ.

298 Mandatum intelligitur de his quæ erant in esse tempore mandati.

299 Papa si non adsit in concilio, sufficit quod eius auctoritate sit congregatũ.
Et potest quotquot vult in eo præsidentes deputare. nu. seq.

Ad quem spectet congregare concilium.

Articulus I.

Ostquam dictum est sup. de vocãdis ad concilium, & ijs qui possunt ei interesse, quęro consequenter ad quem spectet cõgregare concilium? Et videtur, ꝙ ad collegium cardinalium, sicut † videmus in electionib. ꝙ maior pars capituli congregat capitulũ vbi non est ad quem alias de consuetudine spectet, vt Inno. in c. 1. de noui operis nun. ibi Io. An. & Ab. & doct. in c. cum nobis. de elec. & in c. in causis eo. tit. & Abb. in c. cum oẽs. de consti. & post Barto. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Et vbi sunt duæ partes tantum præsentes tunc ille conuocant aliã partem, & ualet quod tunc per vniuersitatem fit. l. obseruare. C. de decu. li. 10. quod cuiusque vniuersi. nomine. l. plane. ff. de tut. & cura. da. ab ijs. l. fi. gl. in c. licet. de elec. arch. 63. dis. quanto, cum si. Imo etiam si est finis termini minor pars cõgregat, vt dicit Abb. in d. c. cum omnes. de quo ibi plene per 2 modernos, & in c. 1. de maio. & obe. Ad idem facit ꝙ † cardinales sunt qui eligunt papam, vt in c. in nomine domini. 23. dist. & in c. licet. de elec. & in c. vbi periculum, eod. tit. in 6. & cle. ne Romani, eo. tit. & succedunt sede vacante in iurisdõnalibus, in ijs, videlicet quæ sunt vtilitatis ecclesiæ & necessitatis & indigent celeritate, vt dicitur post gl. in c. 1. de schisma. in 6. per Hostien. in c. cum ex eo, de pœnit. & re. & in d. c. vbi periculum, in §. ijdem quoq;. & plene ẽt in d. cle. ne Romani. Vnde si eligunt, vr̃ ꝯñr ꝙ ad eos spectet disponere ea, quæ sunt electo necessaria, arg. c. vt præteritæ, de elec. cap. cupientes. §. ad hoc. & §. si vero, eo. tit. in 6. 65. dist. c. fi. in glo. Et bona est gl. in proposito ꝙ succedant in c. nullus. 79. dist. Ad idem facit, ꝙ in concilio etiam iudicatur de factis papæ, & papa facile si ad eum spectaret differret congregare. Facit quod 3 dicitur in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. Item † non est coueniens vt a potestate eius qui iudicandus est dependeat an iudicetur, vt ff. de eo, quod certo loco. l. non vtiq;. Vnde si papa haberet præesse in concilio per modum authoritatis, præesset & authoritatem pręstaret in facto proprio si iudicandum esset de facto eius, contra no. in l. 1. §. 1. ff. de auth. tut. & in cle. 4 si vna. de reb. ecl. non alie. Item † actio & passio eodem respectu multiplicarentur, contra id quod dicitur in ca. fi. de insti. & in c. postulasti, de conces. præben. Facit in simili quod dicitur ꝙ in processu super criminalibus habet episcopus requirere consensum capituli, & tamen si proceditur contra capitulum non habet requirere consensum. cap. irrefragabili in gl. de of. ord. Et alioquin posset papa omnia dispergere, dissipare, & fidem peruertere, nec ei dici posset cur hoc facis. 83. distinc. nemo. 8. q. 1. qualis. Quid enim si nollet congregare vel non posset, uel si ostenderet se velle congregare & dispergeret, quia impedimenta occulte interponeret, dubitans de se propter sua demerita, quis diceret concilium ab alio tunc congregari nõ posse, nisi qui vellet ecclesiam ponere in manibus unius qui fidem christianam & statum vniuersalis ecclesiæ absque vllo remedio libere posset funditus perdere? 5 Non sic in folijs intelligenda sunt iura quæ dicunt papam cõcilium congregare debere, non sic in cortice, sed temperan6da sunt in radice rationis, & ex illa regulanda. Non. n. † in verbis scripturarum est euangelium, sed in sensu non in superficie sed in medulla. 1. q. 1. marchion. 16. q. 1. §. 2. 38. dist. sedulo. 22. q. 5. de ver. sig. intelligentia, cum si. Et si contrarium diceretur, frustra essent edita iura quę permittunt aliquo casu de papa iudicari. 40. dist. si papa. & d. c. conuenientib. Interest. n. vt male gesta quæ tendunt in cõfusionem uniuersalis ecclesiæ emendentur. 23. qõ. 4. non potest, & c. est iniusta. Igitur ut hoc fieri posset videtur decentius ꝙ a collegio cardinalium fiat concilii congregatio quam a quibuscunque aliis. Ad idẽ facit exemplum apostolorum, qui interdum vocabant seipsos sine capite, vt patet act. 6. c. in prin. ubi conuocauerũt. 12. multitudinem discipulorum. Ad idem est ꝙ vocationes quę fiunt ad concilium non sunt proprie citationes, sed requisitiones, secundum Inno. Abb. Host. Card. & alios. in c. cum nobis, de elect. Tales. n. requisitiones siue denunciationes fiunt per pares & minores in c. 1. de sup. negli. præla. c. ex literis, de consti. de of. del. cum causa. & diximus sup. Nec tales requisitiones requirunt solennitatem peremptorii, ut in c. si episcopus in gl. 18. dist. l. fi. C. de iu. fisci. li. 10. Arch. in c. 1. de pœ. li. 6. in verbo conuocat. Igitur necessitate magna imminente non solum per cardinales omnes, sed etiam per minimũ de vniuersitate fieri potest uocatio & congregatio concilii, & con7cilium † debet vertere oculum plus ad causam conuocandi, q̃ ad conuocantem. Ad idem ẽt facit ꝙ data impotentia uel inhabilitate papę ad congregandum concil. prãs deuolui debet ad alios, ut in c. si. episcopus de sup. negli. præla. in 6. Maio8res † autem post papam non sunt quam collegium cardinalium, qui papæ assistunt, & sine quibus non potest ardua agere secundum Ioan. mo. in c. super eo de hære. in 6. & in c. ad apostolicæ de re iudi. eo li. c. per uenerabilem. §. si rationibus qui filii sint legi. Ergo ut euitetur circuitus qui posset allegari & fieri ratione inhabilitatis, impotentiæ, negligẽtię, & q̃a forte concilium congregandum est contra eum, ne authorizetur in facto proprio ipse papa, cõuenientius uidetur quod ad ipsos cardinales collegialiter spectet conuocatio quam ad papam. potestas. n. deuolutionis cõgregandi, data saltem notoria negligẽtia superioris, videtur quod ad proximiores fieri debeat, de censi. Romana, vers. notoria in 6. de offi. ordi. pastoralis. de appel. solicitudinem. §. si uero gl. in cle. quia cõ9tingit, de reli. domi. in uerbo negligentia. Nec enim † est absonum quod in concernentibus statum ecclesiæ inferiores suppleant negligentiam superioris, ut in ca. 1. de supplen. negli. prela. & de elec. cap. cum in cunctis ad fi. Et si sic est quod data inhabilitate & negligentia papæ superioris potestas deuoluitur ad cardinales, sequitur quod semper collegium cardinalium habeat facultatem concilium congregandi. Ad idem facit, quod secundum aliquos in causis electionis papę & in factis eius, iudices sunt episcopi cardinales, cum ipsi habeant consecrare papam. 78. di. per totum. Ad hoc gesta concilii Aphricani. c. 15. & Bonifacii. c. 2. §. denique. & Niceni. c. 3. & 6. Facit. c. in nomine domini. 23. dis. Ad idem etiam facit, quod reperitur pluries antiquitus non solum congregatum concilium per card. sed per imperatorem. 15. d. cap. 1. & c. san. Romana, & 16. di. c. sexta. 21. di. c. nunc aũt, q̃ nõ solum cardinalibus, sed episcopis se habet cognoscere inferiorẽ, vt in c. Valentinianus. 63. di. & in c. bene quidẽ 96. dist. de maior. & obed. solitę, & in cap. nouit de iudic. Ergo sequitur quod hoc facere debẽt hodie card. quia. n. olim nõ erat epis facultas congregandi plebes, nec ecclesia habebat potentiã cõpellẽdi nolentes venire ad conciliũ, nec ꝑꝑ diuersitatẽ parebant, nec audebant congregari, vt d. c. 1. 15. dist. & c. sexta. 16. di. propterea implorabatur imperatorum, & Regum subsidium, & ipsi congregabant, ut patet in prin. Aphricani cõcilii. Vnde cum statim ecclesia potuit, hoc correxit, et non ꝑ 10 principes sed per se cõgregat. aliquando † per imperatores ipsa rogante vel postea ratificante, vt patet. 17. di. per totum, et maxime in §. hinc etiam. et in gestis symmachi. c. 9. ubi extẽse ponitur. §. hinc ẽt. Qñq; cõsultu imperatoris et pręsentia, vt patet in principio calcedo. concilii, et in gestis antioche. concilij. ca. 1. & in gestis Syluerij papę. c. 1. Cessante igitur illa necessitate vr̃ ꝙ spectet ad car. q̃ sunt post papã maiores, vt s. dictũ est. Itẽ ad idẽ facit ꝙ actus ꝯuocationis ꝯcilij nõ vr̃ esse actus authoritatiuus, sed puri facti. igiť ꝯpetit eis de iure, q̃ de facto congregare pñt. Quod patet, quia fieri potest ẽt ab inferiori, vt in d. c. cum nobis, & ibi doct. post Inno. de elect. Ad idem facit quia sicut vniuersitatẽ congregari a superiore non est de substãtia, cum ipsamet possit se congregare, vñ si partes duæ, vel tota vniuersitas a casu congregaretur, valeret quod ageretur. l. obseruare. C. de decuri. li. 10. d. l. plane, cũ si. ff. quod cuiusq. vniuersitatis nomine, sic vr̃ ꝙ a cardinalib. possit congregari, nec requiratur authoritas, vel consensus superioris. i. papæ. Ad idem ẽt facit quia casu quo papa efficeretur hæreticus, non dubium ꝙ tunc ad alium spectat conuocatio generalis cõcilij, vt patet ex tempore Marcellini papæ, qui cum idolis thurificasset, ilico in concilio congregati sunt episcopi vt discuterent quid agendum, vt in c. nunc autem. 21. dis. Igitur ad quẽ melius quam ad card. qui sunt pars corporis papæ. 6. q. 1. §. verum. c. felicis. de pęn. in 6. facit. c. per venerabilem qui fi. sint legi. & c. fundamenta. de elec. Simile põt poni exemplum de duob. contendentib. de papatu, vt in c. si duo. 69. dis. Similiter in cedente, in furioso, in amẽte, & si11milib. Et istam opi. † ꝙ ad collegium card. spectet quãdo sunt duo contendentes de papatu, tenuit Hug. in d. c. si duo. & refert Barb. in c. ꝙ translationem. in 32. col. de of. leg. & ibi dicit glo. Hug. fuisse allegatum multum in concilio Pisano, & in concil. Constantię. Et ibi dicit ꝙ iura volentia deuolui electionem papæ ad collegium cardinalium, loquuntur quãdo per mortem papæ vacat papatus, sed secus qñ sunt plures cõtendentes de papatu, qui quærunt scindere tunicã inconsutilẽ, quia tũc stamus iuri antiquo qđ deuoluebat elect. ad ꝯcil. vt in c. si translatus. 79. dis. Et sic fecerũt apost. qñ elegerũt Petrum caput suum, vt in cap. 2. 22. dist. & in hoc successerunt episcopi ut in cap. videntes. 12. quæst. 1. qui costituunt concil. Et hac formã ab apost. eis traditã seruare tenent. Et hãc opi. ꝙ ad card. & non ad imperatorẽ spectet conuocatio ponit notabiliter Bal. in c. olim. de rescrip. & in c. quia propter. de elect. Et eandem partem tenuerunt multi clarissimi Doct. cõsulentes in casu quo fuerunt plures cõtẽdentes de papatu tempore concilii Pisani, per quod non fuit sedatum schisma,

qui uoluerunt quod tunc cardinales potuerint congregare illud concilium, Sed postea fuit conciliũ constantiæ, in quo fuit sedatum schisma, quod ortũ habuerat a tempore vrbani sexti, qui Bartolomæus antea nominabatur & erat Barẽ. archiepiscopus, patria, ut aliqui dicunt Neapolitanus, ut alij uolunt Pisanus, qui extra collegium propter discordiam cardinalium assumptus, dicebatur electus per impressionem Romanorum. De quo est illud consilium Bal. in ru. C. si quis aliquem testa. prohi. & de quo idem Bal. postea facit mentionẽ in c. quia propter de elect. Et late Egid. qui recitat factum in c. 1. de iniu. in 6. propter, quod schisma ortum habuit. Quia post publicationem Vrbani & postquam fuerat consecratus & adoratus & electio intimata principibus Christianis aliquot mẽsibus post, aliqui cardinales fugientes ad ciuitatem fundensem elegerunt clementem septimum, qui Robertus de Gebenna antea uocabatur, qui postea transtulit curiam, Auinionem. ad quem aliqui cardinales de Italia ad Franciã accesserunt, ꝙ schisma incepit anno dñi. 1378. 27. Martii. clementi adhæsit rex Franciæ, Hispania, Cathalonia, Scotia, & insula Trinacriæ, cętera pars Christianitatis Vrbano, videlicet rex Boemię & tota Alæmania & Anglia, Hũgaria, Italia. Et aliqui cardinales qui causabantur factam sibi impressionem adhęserunt clementi, exceptis tribus, videlicet cardin. Portuen. qui dicebatur Florentin. cardinalẽ prænestino, qui dicebatur Pictauien. & carni. ambianen. Post obitum vrbani assumptus fuit Bonifacius 9. Petrus Thomacellus nominatus Neapolitan. & post eum Innocentius. 6. & post eum Gregorius, 12. Angelus Corarius antea cognominatus, Venetus, Cardinalis. S. Marci. præfati omnes antea creati cardinales, fuerant a parte Vrbani. post mortem Clementis, ab illa parte assumptus fuit Auinione in pontificem Benedictus. 13. Petrus Luna antea uocatus. Et inter hos duos fuit anno 1410. schisma renuoatum, interim recedentibus cardinalibus ab utraque parte & conuenientibus Pisas, ubi in concilio assũptus est Alexand. quintus frater ordinis minorum, & archiepiscopus Mediolanen. Petrus antea vocatus, qui octauo põtificatus sui mense Bononiæ decessit cui suffectus fuit Ioannes. 23. antea Balthasar cossa uocatus, patria Neapolitan. cuius industria cum esset Bononię legatus cõcilium Pisanum congregatum est, in quo fuit creatus Alexander eius prædecessor, ut dictum est. Interim autem cum aliqui essent neutrales, & aliqui ab una obedieantia ad aliam se trasferrent, sicut Leodien. & Genuenses, passa est nauicula Petri magnã 12 concussionem, nam, † præsidentibus eodem tempore in ecclesia tribus pontificibus nonnulla enormia commissa sunt quæ omnia tandem in dicto concilio Constanti. sedata fuerunt ubi creatus est Martinus quintus oddo de colũna nominatus, ut patet in gestis concilii Constantien. anno domini. 1417. octaua mensis nouembris, & coronatus, 21. eiusdem in quo concilio sessione. 39. fuit decretum vt electio Rom. pon. quæ in posterum fieret per impressionẽ nullius esset momenti, & ut non posset etiam metu cessante ratificari, ita tamen ut non liceret cardinalibus ad alterius electionem procedere, nisi ille per impressionem electus cessisset uel decessisset, donec per generale concilium de illius electione fuerit iudicatum. De quibus omnibus etiam plene commemorat Archi. Floren. in sua summa in 2 parte tit. 4. de superbia. ca. 1. ubi loquitur de schismate, vers. sed quid cum duo. Et idem archiepi. in eadem summa in 3. par. ti. 24. de conciliis uniuersalib. uersi. de conciliis. circa fi. Et idem archie. in sua chronica in 3. par. ti. 13. c. 2. cum pluribus sequentis. Item si diceremus ꝙ sine papa non posset congregari concilium, sequeretur perplexitas. nam aut contra papam qui est in quasi possessione, papatus obiicitur ꝙ ipse non est verus papa, vel quod perdidit dignitatem, aut est cõtentio inter duos concertantes de 13 papatu. Primo † casu ad illum tantũ qui est in quasi possessione spectat exercere, quæ ad papam spectant, ut in c. consultationib. de iur. pat. & patet in d. §. hinc ẽt. 17. di. 2. q. 4. mandastis. iurisditionalia. n. exerceri debent per existentẽ in quasi possessione ut in c. cũ olim. de causa pos. & proprie. 3. q. 6. ca. hęc quippe, & ibi gl. in c. 2. de in inte. resti. cum si. Sed ꝙ ipse qui est in possessione papatus congreget non vr̃ verisimile, quia in concilio posset sucũbere. Secundo casu cũ nullus de contendentibus de papatu est in quasi possessione tunc videtur ꝙ nullus poterit ꝯgregare, q̃a nullus habebit ptãtẽ exercẽdi iurisdõnalia q̃ cõpetũt tñ existẽti ĩ quasi possessione, q̃uis alter eorum habeat ꝓprietatẽ, ut in d. c. cũ olim, & c. cũ ecclesia sutrina. de causa posses. & c. querelã. de elec. & c. nihil & in capit. dudum. eodem titu. Ad idem est quod dicitur in l. si tibi. §. cum possessor. ff. de pactis. cum similibus.

Nec suffragatur si dicatur quod qui habet proprietatem, poterit ꝓpria authoritate recipere possessionẽ & administrare, ut in c. in nomine domini. 23. di. & in c. licet de ele. quia illud est ve-

rum quando non apparet legitimus contradictos, ut ponūt doct. in c. transmissam, de electio. Et si ponatur possessio vacans, licet tunc valeant gesta a proprietario, vt Inno. in d. c. 2. de in integ. rest. illud est verum qn̄ non esset contentio inter duos de proprietate. Facit qd̄ dr̄ in d. c. consultationib. & in c. ex literis, de iurepat. Si aūt vterque † erit in quasi possessione, tunc nulla pars obediet alteri, quia necesse est vt vnus sit schismaticus siue apostaticus. & tunc tam rōne excōicationis q̄ defectus iurisditionis non poterit congregare, quia suspensus, vt in c. audiuimus. §. 1. 24. q. 1. & in ca. nouatianus. 7. q. 1. & in c. Anastasius. 19. di. c. si celebrat, de cle. exco. minist. Et quilibet dicet alium apostaticū, & rōne cōionis alia pars efficietur schismatica, quia qui cōicat schismaticis, non cōmunicat vnitati. 24. q. 1. schisma, & in d. c. Anastasius. Et si q̄libet congregaret in parte sua, non esset concilium, ut patet ex eius diffinitione. nam † spiritussanctus tantum descendit inter congregatos in vnum. 24. q. 1. loquitur, & d. c. schisma. (15) Et si ambo conuenirent, quilibet vellet authoritatem interponere & male. 7. q. 1. factus est Cornelius. Itē prius determinaretur quis esset papa quam esset verum concilium rōne dubietatis in capite. & propterea videtur, vt cesset oīs perplexitas ꝙ congregatio spectet ad card. Addo etiam prædictis aliam rationem, quia hodie congregatio concilij fieri cōsueuit ex arduis causis per quas, vel fides, vel status vniuersalis ecclesię turbatur. Hoc aūt si contingat in inferioribus papa, possunt omnes per papam puniri, & etiam si cardinalis esset deponi, iuxta posita in c. 2. de cle. non resi. & in c. 1. de schis. in 6 & in c. ꝙ trāslationem. de of. leg. ipse enim papa superior est omnib. d. c. nouit. de iud. & in c. solitæ. de maio. & obe. Ipse. n. omnes iudicat etiam non recognoscentes superiorem, dicitur in c. licet ex suscepto, de foro compe. gl. in c. ex transmissa, eo. ti. Lanfrancus in c. si duobus, de apel. Vnde ex quo inferiores possunt per papam puniri, non videtur quo ad eos necessariam esse concilij congregationem. sequitur igitur ꝙ sit principalius necessaria contra papam, & ꝙ si papa aberrat a fide vel tale quid committit propter quod debeat conciliū congregari, huiusmodi concilii congregatio fit ratione potestatis & præeminentiæ siue authoritatis etiam contra papam, quia concilium generale vniuersalem ecclesiam repręsentat. vnde intitulatur † sacrosancta generalis sinodus in spiritusancto legitime congregata, vniuersalem eccl. repræsentans. facit c. maiores. 24. q. 1. Quæ non potest errare, quia Christus orauit pro ea ne deficeret, vt in c. maiores, de bapt. & 24. q. 1. a recta, & c. pudenda. Ergo vr̄ ꝙ principalius necessaria sit eius cōgregatio ꝯ papam, qui a nullo alio potest iudicari. Si ergo contra eum, non vr̄ conueniens ꝙ ab eo fiat congregatio, vt in ru. C. ne quis in sua causa, & dictum est sup. circa principium, alioquin posset sequi ꝙ ad notorium hæreticū spectaret concilij congregatio, & si papa esset notorie hæreticus vel antiquati schismatis fautor, & incorrigibilis, & hæresum fomes, & concilij congregatio ad eum spectaret, non tā concilij esset cōgregatio quam christianæ religionis dissipatio. Et posset de facili sequi maius inconueniens. non. n. est verisimile ꝙ ad congregandum concilium condescenderet nisi perspiceret primo se tutum. & sic notorie hæreticus esset concilij caput. possetq. esse author multorum malorum, & foret error peior priore, quod est contra tex. & gl. in verbo item basilicas. 24. q. 3. cum quibus. & tex. 1. q. 7. conuenientib. Ergo vt ista cessent, dicamus ꝙ concilii conuocatio, & congregatio spectat ad cardinales & eorum collegium. Et vltra supra recitatos, istam partem etiam tenuit idem Hugo. in c. si duo. 78. dist. secundum Bal. in d. c. olim. de rescr. qui dicit ꝙ gl. Bartholomæi Brixien. est ibi truncata & est recurrendum ad gl. Hugonis. Et intelligit de cardinalibus, hoc est de collegio & non de singularibus, quia cardinalium collegium est episcopis & patriarchis maius. Et subiungit ꝙ imperator nō potest conuocare concilium generale, nec in urbe, quæ hoc habet iure capitis. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sump. funerum, nec alibi. Sicut nec de iure, nec de facto potest conuocare clerum Romanum, qui est caput cleri totius mundi. arg. l. de quibus. ff. de legib. Nec clerum Ierusalem & Siciliæ, ut in cle. pastoralis. de re iudic. Nec clerum Franciæ, quia illud regnum nullo iure subest imperatori, ut notatur in c. ꝙ clerici de fo comp. & 63. distin. Adrianus. Et idem in similib. regnis. Dicit tamen ꝙ licet imperator non possit congregare concilium, debet nihilominus iuuare statum ecclesiæ tanquam (17) amicus, frater, patronus debitorque ecclesiæ. Et † dicit distinguenda tempora vt concordentur scripturæ. nam primum quando ecclesia parum militabat, & parum poterat per se sola, tunc multa priuilegia concessit imperatoribus quæ postea sunt sublata, ut in c. Valentinianus, & in ca. ego Ludouicus. 63. distinctione. Et ecclesia militans plus incœpit posse quam imperium temporale, in temporalib. triumphans, qui tamen improprie est triumphus. & tunc incępit imperium declinare & diuidi, & Reges ei subtraxerunt obedientiam. Et ideo benedicit quod secundum nouam ecclesiam nō potest congregare concilium imperator sed collegium cardinalium & ubi agitur de exauthoratione papę, non requirit, eius authoritas secundum Bald. quem de verbo ad uerbum refert Andreas siculus ibi. Et istam opinionem etiam ponit idem Andreas in capitu. quod translationem. 32. col. de offic. delega. ut dixi supra.

(18) In contrarium vr̄ ꝙ immo non ad cardinales, sed ad imperatorē spectat ista cōgregatio, quia videmus ꝙ olim imperator congregabat conciliū, vt. 15. di. c. 1. & dicit gl. in lib. conciliorū in prin. Aphricani concilii. Item Constantinus suo iussu & suis expēsis cōgregauit cōciliū, & sedit in medio concilii imperia lib. decoratus in humili cathedra, vt dicit historia tripartita li. 1. c. fin. & c. 13. & sequenti li. 10. c. 2 & 3. Item de mandato & licētia imperatoris congregatum fuit concilium Calcedonen. vt patet in principio eiusdem concilii & quod † plus est interfuit, (19) ibi Regina. cuius concilii verba sunt hæc. sancta & magna & uenerabilis synodus, quæ secundum gratiam Dei decreto piissimorum imperatorum congregata est in Calcedonens. ciuitate metropoli. & c. Et parum post. dominus noster piissimum & fidelissimum imperatorem erexit ad zelum fidei, q vndique sacerdotum pontifices conuocauit. Et in fi. c. dicit, & loqtur imperator ex. vniuersis enim prouinciis religiosissimi sacerdotes Calcedoniam venerunt iuxta mandata nostra & c. Item alibi in historia tripar. li. 5. c. 14. & seq. conuenerunt in italiam episcopi orientalium non multi, & occidētalium vltra trecentos ut præcepto principis mediolani concilium celebraretur. Et de hoc sunt multa iura. Similiter in gestis sextæ sinodi constantinopolitanæ, prędidente constantino constatis filio & patre Iustiniani imperatoris tpe agathonis, anno salutis. 670. legitur, ꝙ sm̄ imperialem sanctionem congregata est, ut sępius, in principio singularium actionum replicatur, maxime primæ & quintæ, & de hoc etiam sunt plures tex. ut patet in gestis Antiocheni cōcilii in c. 1. in pri. & in gestis Syluerii papæ. Et sunt plura c. in decretis, vt videmus. 16. di. habe. librū cū seq. Ad idē tex. in c. 1. 15. dist. & in c. sex. in prin. 16 di. & in c. futurā. 12. q. 1. & in c. continua, in §. itē Constantinus. 11. q. 1. vbi patet concilia celebrata præsidente Constantino imperatore. Similiter de iustiniano in c. sexta. in §. quinta in Constantinopoli. 16. di. Ad idem de Valentiniano imperatore in c. nunc autem. 21. dist. & 2. q. 4. mandastis. & in c. Valentinianus. 63. di. Ad idē de Martiano imperatore in c. nos ad fidē. 96. Ad idem in ca. si duo iuncta suprascriptione, in qua loqt̄ honorius imperator Bonifacio papæ. 76. dis. Ad idem. c. cōtinua. 11. q. 2. vbi cōstantinus præfuit Niceno concilio. Item Carolus imperator cōstituit concilium cum Adriano. 93. di Adrianus el. 2. Ad idem tex. in c. sancta Romana. 15. di. ubi legitur de multis imperatorib. quib. mediantibus sunt congregata concilia. Et hoc patet ex gestis in cōcilio Calcedonen. ubi Leo papa cum lachrymis scribit imperatori ut congreget concilium, ut ponit Ant. de But. in suo tra. licet illā epistolā inter gesta nō repererim. Itē oēs libelli & petitiones fiebāt Imperatori tanq̄ capiti, ut patet in d. c. futurā. Itē relatis gestis eiusdem concilii, p̄ literas ipsius cōcilij imperatores Cæsares Flauius Valentinianus & Martianus ipsa confirmantes, pœnam adiecerunt contrauenientibus statutis in eodem concilio, ut patet in 16. actione eiusdem concilii. Et idem Iustinianus in l. nos reddentes. C. de summa trini. vbi fuit celebratum concilium sine scitu papæ, & decre(20)tum eius mittitur ad papam confirmandum. Item † uidetur quod non solum ad imperatorem sed ad Reges, ut d. §. hinc etiam. 17. di. Quo casu ipsi non debent aliquid congnoscere. vel decernere, sed ad iudicium concilii remittere, ut patet factum in concilio Calcedonen. Et propterea Egidius in d. §. hinc etiam reprehendit Regem Frāciæ. qui tempore schismatis omnia faciebat per se consultis tantum episcopis regni sui & dominis temporalibus de genere & consilio, cum debuisset remittere concilio generali & episcopis ibi existen(21)tib. Et istam † opinionem ꝙ spectaret ad imperatorem & nō ad cardinales, & ꝙ in cōgregando præferatur imperator collegio cardinalium, tenet Barbatius in c. quod trāslationem, in 32. col. de offi. lega. ea ratione præsertim, quia cum olim ipsis esset onus congregandi, & postea fuerit statutū ꝙ papa in posterum congregaret, sequitur quod papa notente congregare, spectat ad imperatorē & non ad collegiū. Vn̄ sentit ꝙ primo ad papā, postea ad imperatorē & nō ad collegiū cardinaliū. Et ad hoc adducit gl. in c. principes. 32. q. 5. Et cle. ne Romani, q̄ vult ꝙ electo papę spectet ad cadinales, restringit ꝙ loquit̄ qn̄ tractat̄ de electione sede vacāte p̄ obitū, alioqn̄ nō ad cardinales, sed ad ꝯciliū, p̄tinebit, Sed de hoc dicā ali(22)bi. Sed ex † eius dicto colli ꝙ qn̄ est ꝯtrouesia īter duos de papatu, tūc ꝯgregatio spectat ad īpera. & nō ad collegiū card.

(23) In contrarium † videtur ꝙ nec ad cardinales, nec ad imperatorem pertineat, sed ad papam. Et primo ex carentia potestatis, quia nullus inferior potest vsurpare, quæ tantum sunt principi reseruata, vt in c. quibusdam. §. præterea, de ver. sig. l. vectigalia. & l. non solēt. C. noua vecti. insti. non posse. c. huic soli. 17. dist. Istud aūt est de reseruatis principi, vt in c. ꝙ translationem. de off. lega. & (24) in c. sicut vnire. de exces. præla. in gl. Intantum † vt nec legato conueniat, quia quæ specialiter Rom. pont. conceduntur, in generali mandato non transferuntur, vt d. c. ꝙ translationē. Ideo nec legatus ea potest, vt in §. porro. 3. dist. notatur in c. significasti. de elect. Secundo facit ꝙ regulariter a superiore collegij fit congregatio & a maiore. ff. de albo scribendo. l. j. & de ma. & obe. c. 1. p̄ Inn. & latissimas remissiones ponit Fel. in c. cum oēs. de constitu. Papa aūt est caput nō solū collegij cardinalium, sed omnium collegiorum, vt in cle. ne Rom. & quæ ibi dicuntur, de elec. c. fundamenta, eo. ti. in 6. cum si. (25) igitur. Item † papa a nemine iudicatur nisi a Deo, vt in c. futuram. 12. q. 1. nemo. 9. q. 3. & ibi gl. & in c. facta, & in c. cuncta p̄ mundum ea. causa. & q. Facit tex. in c. aliorum. ea. causa. & q. vbi dicit. aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminari, sed sedis istius præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Pro hoc etiam facit tex. in c. si papa. 40. dist. & tex. in c. scripturis. & in c. satis euidenter. 96. dis. & d. c. tunc aūt. 21. dist. ipse. n. pater sicut ecclesia mater est omnium. 2. q. 6. ad Romanam. Item ipse solus sine concilio potest deponere imperatorem, vt in d. c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. Bar. & Bal. in l. fi. C. de ll. & in l. resciptā. C. de precibus imperatori offeren. 96. dist. si duo. & c. imperator. Facit quod dicitur in c. venerabilem. de elec. gl. in c. alius. 16. q. 6. Vnde Host. in c. quanto. de transla. præl. dicit ꝙ papæ & Christi idem est tribunal. (26) Nā † eccl. militans fundata est ad instar ecclesiæ triumphantis, vt in cle. ad nostram. de hæret. In illa est vna omnium, & supra omnes potestas, ergo & in ista. Facit quod dicitur in c. nisi cum pridem. de renun. Item concilia omnia dependent ab authoritate papæ. 21. dis. per totum, & de elec. c. significasti. Item papa regulariter in terris non recognoscit superiorem, vt in c. licet. de elec. in fi. & in §. patet. 3. q. 1. & 9. q. 3. per totum. Igitur non iudicatur a concilio, nisi detur sumissio tacita uel expressa. 2. q. 7. nos si incompetēter, Igitur ad hoc, vt saltem tacita detur submissio, exigitur conuocatio per papam. 9. q. 3. nemo. & c. aliorum, cum si. Item papa est omniū christianorum & ecclesiæ caput & pater, & omnes christiani ad ipsum vt ad caput & patrem debēt habere recursum. 17. di. nec licuit. 9. q. 3. cuncta per mundum. 24. q. 1. rogamus. ergo ad eum, vt ad caput spectat concilij congregatio, alioquin sine eo esset acephalum & sine capite, ut infra. Vnde videtur dicendum ꝙ cum requiratur vt concilia communiter constent ex capite & membris vt habeant suam formalitatē vt in c. graue. de præbē. & ibi notata, quod patet in conciliis sinodalibus episcoporum, & prouincialibus archiepiscoporum. 18. dist. per totum, vbi concilium reperiretur congregatum sine authoritate papæ, non esset formale, quia esset mēbrum absque capitis authoritate, & sic monstrum. c. cum nō liceat, cum si. de præscr. eo. n. ipso ꝙ a sinodo generali excluditur caput, seu capitis authoritas, dissoluitur capitis & mēbrorum vnitas, & causatur schisma. Nam in omni congregatione necesse est vnum regulare & regere secundum Philosophum in Politicis. ipse autem papa est caput concilii & orbis, ut sup. dictum est, & dicitur in c. regula. cum duobus seq. 17. dist. sequitur igitur ꝙ sine eo non potest consistere concilium, & ꝙ ad eum spectat illius conuocatio. Et per hoc † pa(27)tet ꝙ nullo modo posset spectare congregatio ad cardinales tantum, quia non uidentur ut collegium posse conuocare, nec consequenter alios actus collegiales facere, & sic nec ad concilium vocare. nam uiderentur in schisma incidere, tanquam ab apostolica sede diuisi. 23. q. 5. sinos. & c. non uos. 24. q. 1. loquitur. 7. q. 1. nouatianus. tex. 17. dis. c. multis. Schismatici autem ab omni actu iudiciario sunt suspensi ipso iure, ut in c. audiuimus. §. sin aūt. & in c. didicimus. 24. q. 1. Et sic non habent ius conuocandi cōciliū, quia talis conuocatio est q̄dam citatio, ut dicit gl. in §. hinc ēt. 17. dist. quæ est actus iudi(28)ciarius. c. fi. de feriis. c. qm̄ ꝯ. de probatio. Præterea † omnis citatio ab illis debet emanare qui habent præeminentiam siue iurisdictionem, supra illum qui vocatur. cle. pastoralis. de re iud. l. extra territorum. ff. de iurisd. omnium iudi. c. ut animarum. de const. in 6. ff. de iudi. si quis ex aliena. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. c. super literis, & quod ibi dicitur. de rescrip. c. præterea. de dila. cum simil. Hoc autem non est in cardinalibus, qui non habent iurisditionem supra conciliū generale, nec supra papā. Facit quod dicitur in d. cle. ne Ro. in §. nos inter cętera. de elec. & in c. ubi periculū. §. iidē quoq. (29) eo. ti. in 6. non. n. † reperit̄ iure cautū, nec inuenit̄ in canonib. vnq̄ concilium a card. congregatum. Imo text. in d. cle. probat clare contrarium, quia irritat quicquid per collegium cardinalium fit de iis quę spectant ad papam. sed congregare conciliū est de reseruatis papæ, ut in c. ꝙ translationem de offic. leg. igitur cum hoc sit exorbitans vt inferior præcipiat, superiori, sufficit non inueniri concessum vt censeatur prohibitum, de transla. præla. c. inter corporalia. 2. q. 4. consuluisti. 30. q. 1. quod si dormierit. l. illam. C. de colla. Cum igitur solus papa habeat imperium & iurisditionem supra omnes fideles ut d. c. cuncta per mundum. 9. q. 4. nullus uidetur posse cō(30)gregare concilium nisi papa. Nec etiam imperator, † qui non potest ius causarum dicere Romæ, nec in Regnis Ierusalem, Siciliæ vel Franciæ citare hodie, quia ei non obediunt, nam (31) quo † ad obedientiam, inspicitur possessio, & non merum ius C. de summa trini. l. 1. ita dicit Bal. in c. olim de rescrip. qui ex hoc infert quod imperator non possit congregare conciliū, nec clerum Romanum nec clerum regni Ierusalem & Sicilię, quia ei non obediunt nec clerum Regni Franciæ, quia illud Regnum nullo iure subest ei. Vnde uult Bal. in d. capit. olim, quod concilium formatum & essentiatum siue canonizatū a iure non potest imperator facere. nec ei præsidere, sed quandam congregationem facti, quæ potius dicitur conuenticulum. Et dicit quod licet Ioannes dicat, quando ecclesiæ potestas deficit imperatorem supplere, ut 23. q. 5. princi(32)pes, † est intelligendum supplere id est patrocinari. Sed hoc dicit distinguendo tempora, quia considerato tempore moderno imperator non habet obedientiam. Sed istud non placet quia etiam secundum antiqua tempora quando congregabantur concilia per imperatores fiebat vel ad requisitionē papæ, vel de eius uoluntate, vel postea papa confirmante. vide quod dixi supra pro cardinalibus in fine.

(33) Quod autem ista † conciliorum generalium cōgregatio spectet ad papā, sunt infinita iura, vt 21. di. per totum. 18. di. per totum, maxime in ca. regula, ibi, sine eius authoritate concilia fieri non debere, nec ullum ratum est aut erit unquam concilium quod eius non fuerit authoritate fulcitum. Qui text. colligitur ex epistola Iulii papæ, contra orientales episcopos pro Athanasio. Vbi plura de hoc, quod non licuerit eis sine authoritate papę congregare concilium latissime scribuntur & inseruntur decreta Niceni concilii. Et tex. in c. multis. 17. di. ubi ait esse, conuenticulum, & conciliabulum & non concilium quod fit sine authoritate papę. Et aliis iuribus sequen. 63. di. Adrianus el. 1. & 2. & in c. quia sancta & in c. in synodo, & in c. Valētinianus, 96. dist. bene quidem. 3. q. 6. dudum & c. peregrina. 2. q. 4. mandastis. & q. 6. ideo & 3. di. §. porro. c. significasti. de elec. de consecr. di. 1. ecclesia. & glo. in c. quod translationē, de offi. dele. & in c. 2. de transla. pręla. cum multis similibus, de excessi. præla. sicut vnire. Vnde Papa præsidet generali cōcilio, vt in suprascip. ca. primo de simo. 2. q. 7. cum pastoris, in suprascrip. 26. q. 2. si quis dogmata. 23. di. in nomine domini. Et sine papa concilium dicitur corpus acephalum. c. submittitur. 21. dist. glo. in cap. ad apostolicę de re iudi. in 6. Nec (34) † cōcilium cum papa dicitur iudex sed consultor, etiam in arduis, 9. q. 3. cuncta per mundum. Inno. in c. graue. de præb. Item congregare concilium est proprie iurisditionis, ut supra dictum est. & ponit Egidi. concilio. 99. incipit verum, qa in 4. parte q. 19. Ista autem præeminentia clauis iurisditionis data fuit Petro, & in Petri successoribus, vt in c. solitę, de maio. & obed. notatur in c. Translato, de consti. & in c. ad apostolicæ, de re iud. in 6. & in clem. pastoralis circa fi. eo. ti. Et sunt infinita iura, ut in c. ita dominus. 19. di. & in c. sacrosancta. 22. di. & in c. fundamenta, in princ. de elec. in 6. Facit quod dico in illo articulo quam iurisditionem habeat concilium, & in illo, vtrum papa sit maior concilio, ut in cap. significasti. (35) de elec. Igitur & c. Quod † uidetur verum etiam si concilium esset congregandum contra papā, vt quia accusaretur de hęresi, quia sicut in facto proprio imperator dat iudicem etiam contra se, ut. ff. de iis, quę in testa. delentur. l. proxime, & eligit procuratorem cæsaris. l. nec quicquam ff. de offi. procon. sic & papa potest dare contra se iudicem, de quo late per Inno. in cap. ex parte, de verb. sign. Et sic se submittere, ut in c. nos si incompetenter. 2. q. 7. & in cap. mandastis, & in capit. auditum. 2. q. 4. De qua submissione infra latius dicam. Sic in criminali episcopus, diaconus, & presbyter eligit iudices. 11. q. 1. iudices. 15. q. 7. si autem. 3. q. 6. peregrina. Immo papa potest esse iudex in causa propria. cap. cum uenissent, de iudic. & Inno & alii in d. cap. ex parte de verbo. signi. & dicitur in c. 1. de proba. & in cap. nunc autem. 21. dist. ipse enim tanquā superior non videtur quod debeat ab aliis inferioribus iudicari. 21. dist. inferior. Et ideo dicitur. quod nemo primam sedē audeat iudicare. Vn̄ nec ab Augusto. nec a Regib. nec a pp̄lo iudex oīum iudicabit, aliorū. n. hoīum cās Deus voluit p̄ hīes terminari, sed sedis ap̄licę p̄sulē suo sine q̄ōne reseruauit arbitrio, vt dr̄ in d. c. nemo, & c. aliorum. 9. q. 3. cū trib. sequen.

quen. & supra dictum est. Et sicut dicit ibi glo. concilium nõ indicabit papam. & glo. in c. mandastis. 2. q. 3. cum ipse sit maior ipso concilio, ut in c. significasti, de elec. Quinimo etiam 36 si totus mundus sentiret contra papam in aliquo negocio, uidetur quod sententiæ papæ sit standum, ut notatur, 24. q. prima c. hæc est fides. Et licet glo. in d. c. nemo, arguat contra quia orbis maior est urbe, tamen ibi ad argumentum respõdet Ioannes quod licet, 37 †orbis maior sit ambitu non tamen authoritate. Allegat quod concludit glo. in c. legimus. 63. di. quę incipit & ideo, remittens ad ea quę notantur. 8. q. prima in istis. & 24. q. 9. quodcunque. & dicam latius infra, Posset, 38 †& magis accurate responderi quod argumentum procederet si papa solum urbi & nõ orbi præesset, sicut præest, ut in c. cuncta per mundum, & in c. per principalem 9. q. 2. Et etiam si contra papam necessaria est congregatio & ad corrigendos eius excessus non uidetur posse congregari sine eius licẽtia. Et quod ad ipsum spectet, probat tex. in d. §. hinc etiam. 17. di. & in c. nunc autem. 21. dist. iunctis. cap mandastis, & c. auditum. 2. q. 4. Immo etiam si esset schisma, & duo contendentes de papatu 79. di. si duo, adhuc videtur idem & probat ille tex. in d. §. hinc etiam, ubi dicitur ad symmachum papã spectare concilii cõgregationem, licet tunc appareret quod esset schisma, quia quidam clerici ab eo recesserant & fecerant schisma & adhæserant Laurentio, qui cum symmacho de papatu contendebat, ut legitur in chronicis, & in gestis symmachi papæ. c. 8. Etsi dicatur quod symmachus iam fuerat a concilio approbatus & reprobatus Laurentius ut habetur in gestis symmachi. c. 7. & c. 9. Respondetur quod post decisionem factum fuit nouum schisma, quia aliqui propter crimina quæ symmacho impingebant ab eo recesserunt, & hoc fecerunt antequam lata esset sentẽtia super dictis criminibus, ut in d. §. hinc etiam in fi. de quo etiam infra plenius dicetur. Vnde in proposito †quod ap papam spectet congrega- 39 tio, inquit Isidorus in quodam. c. canonum, synodorum vero cõgregãdorum authoritas apostolicę sedi cõmissa est, nec ullam synodum generalem ratã esse credimus siue legimus quæ eius non fueri authoritate congregata vel fulcita, hoc authoritas testatur canonica, hoc historia ecclesiastica comprobat hoc sancti patres, confirmant. Ad idem facit quod eius uidetur esse concilii congregatio cuius est superioritas, sed huiusmodi est solius papæ, cui omnes de ecclesia & qui in concilio esse debent subsunt & obedire tenentur, ut in c. obediẽtiam. 93. di. & 24. q. 1. rogamus. ergo ad eum qui est superior spectat congregatio. Facit quia similiter & in synodis episcoporũ & in prouincialib. spectat ad primum siue superiorem omnium congregandorum, ut patet per plura iura. 17. dist. Ad idem tex. in c. dudum. 3. q. 6. vbi dicitur non oportere preter sententiam Romani pontificis concilia celebrare. Ad idem facit quod habetur 1. Macca. 4. ubi inter alia quę Simeoni sacerdoti magno totius populi & omnium sacerdotum consensu attributa sunt hoc est tãquam singulare summi pontificis priuilegium, ut conuentus non conuocaretur in regione sine ipso. Cum igitur sacerdotium veteris legis, figura sit noui testamenti secundum apostolum, ad papã summum sacerdotem noui testamenti spectat congregatio, secundum cardin. de turræ cremata in 3. lib. de potestate papæ c. 6. in prin. & versicul. quinto vbi allegat similiter. 1. macca. cap. 30. sed corrupte, quia non est. c. 30. Item nec in primo libro. cap. 4. aliquid dicitur, sed tantum gl. secunda macca. capi. 3. orditur telam pontificum. ubi ponitur de Simeone summo sacerdote filio Oniæ fueruntque plures huius nominis. Et quod dicit Cardi. vide quia est. primo macca. 14. Et vide, Alexan. in cap. generalia. 17. distin. & eundem. 17. distinctio. c. Synodum, prima col. qui allegat quod papa habet uniuersalem iurisditionem. 2. q. 6. cap. qui se scit. glo. in clem. ad no- 40 stram, de hære. Item quod †ad papam spectet congregare cõcilium, patet ex canonibus sacrorum conciliorum & in pluribus locis, conciliorum. Vnde Aymarus Archiepiscopus, remen. in libro de synodis capit. 18. & refert idem Cardina. inquit. non mireris, quod ipsorum conciliorum authoritatem Romano pontifici ascribamus, nam nulla cõcilia rata leguntur, quæ apostolica authoritate fulcita non fuerint, vt Damasus Papa in decretis suis, cap. 9. asserit, cui Athanasius, & Iulius papa, Nicenum quoque concilium & reliqui patres 41 astipulantur. Vide tex. in c. regula. 17. di. Nec obstat †. §. hinc etiam, vbi fuit Authoritate Regis congregatum concilium gñale, quia respondetur verum esse quod non potest congregari concilium ab alio quam a papa, nisi eo mortuo naturaliter vel ciuiliter, s. in casu hæresis. papa enim si est hæreticus, desinit esse papa. Quo casu videtur ꝙ potest congregari concilium per Reges & principes & alios Christianos, vt d. §. hinc etiam. nam licet nullus possit papam arguere, fallit nisi sit hæreticus. 40. di. si papa. Quo casu videtur quod iudex competens sit concilium generale, ut secunda. q. 8. §. item

Symmachus. & potest tunc a concilio generali damnari, secundum Bal. in d. c. olim de rescrip. de quo infra plenius dicam. Sed videtur adhuc contradicere text. 9. q. 3. nemo. Sed 42 ibi de papa catholico est sermo. Sed magis obstat. †c. nũc autem. 21. distinct. vbi papa etiam ob hæresim non damnatur a concilio, sed ei dicitur, ore tuo teipsum iudica. Ad quod responde quod ibi est sermo de correcto & pœnitente. Vnde si hæreticus papa pœniteat, tunc non deponitur, sed sibimet ipse indicit pœnitentiam, sed si in hæresi perseuerat, deponitur. Ita dicit Egidius Bellamera consilio. 99. in fine. decimasexta quęstione quarta parte ipsius consilii. Potest dari alia responsio, vt dico infra in articulo quando propter hæresim papa potest deponi. Vnde in concilio Calcedonen. inter cætera quæ sunt obiecta Dioscoro, fuit quod præsumpsit sinodum facere sine authoritate sedis apostolicæ. & ob id petitum fuit a Paschasio & Lucentio episcopis vicarijs sedis apostolicæ qui nomine Leonis concilio interfuerunt, vt eundem Dioscorum eijcerent a concilio, nec aliquo modo intromitteretur, ut sederet, sed ut tantum ad audiendum intromitteretur, ut legitur in prin. primæ actionis, in cap. & residentibus. Idem patet in gestis eiusdem concilij, vbi missis ad Leonem papam literis a concilio pro confirmatione gestorum obtinenda, Leo papa confirmauit, præterquam quo ad priuilegia quæ vsurpauerat ecclesia Constantinopolitana. Et licet ibi imperatores uideantur confirmare, illud est potius cuiusdam edicti inter subditos, quã præstationis authoritatis, ut patet in 16. actione. Et breuiter omnes sanctorum patrum authoritates nullam sinodum generalem ratam esse clamant, quæ authoritate pontificis congregata, uel suf- 43 fulta non sit. Imo †nec legatus de latere ius habet congregandi ↄcil. gñale, nisi sit ei specialr a papa demãdata ↄuocatio, ut in d. §. porro. 3. dist. & glo. 17. di. in cap. 1. & 2. q. 6. ideo hui c. el. 1. & 63. distin. Adrianus el primo. de quo latius infra dicetur. 44 Vnde versus †restituit papa, solus deponit & ipse diuidit ac vnit eximit atque probat. articulos soluit, synodumque facit generalem. transfert & mutat. appellat nullus ab ipso. Ita dicit gl. in c. sicut vnire de exces. prela. & in c. 2. de transla. prela. de quo ẽt gl. in c. quod translationem de offi. lega. Adde tñ ꝙ licet patres sint ad concilium vocati a non habente potestatẽ, & congregati, nihil ominus ex authoritate habentis congregare procedere poterunt, vt de hoc est tex. in d. §. hinc ẽt. ubi apparet quod prelati ex vocatione imperatoris, ad quem non uidetur pertinere, venerant ad conciliũ & processerant in causa. Facit quod dicit Bal in d. c. olim de rescrip. ꝙ siue p veros cardinalis, siue per falsos Papa eligatur, ecclesia semp. retinet possessionem, ut. l. quęsitum. ff. quemadmodũ seruitutes amit. qa nõ põt ecclesia vniuersalis desinere possidere, qa 45 non põt expelli. Et sic †in ꝓposito licet ↄgregatio reperiatur facta p nõ habentẽ ptãtem, quia tñ per hoc non est abdicata quasi possessio nec potestas ab ecclesia, poterunt de facto cõgregati procedere ex authoritate habentis congregare. Tamen congregare ↄciliũ absolute loquendo, est ꝓpriũ Rom. pontificis, & non alicuius alterius inferioris, vt dicit beatus Thomas in secunda secundæ. q. 1. arti. 10. Quid dicendum in hac materia? Breuiter præsupposito ꝙ simus in casu in quo adsit necessitas congregandi concilium, quod quando sit infra aliquid dicetur, & præsupposito quod secundum iura antiqua, & priora tempora, in quibus non erat pontificibus facultas congregandi concilium, ista congregatio fiebat per imperatorem, vt in c. habeo librum. 16. dist. & in c. sexta, ead. dist. & in c. continua. 11. q. 1. & 63. dist. c. Adrianus, cum alijs pro imperatore supra allegatis, postea autem constitutum est ꝙ ad solum Rom. pontificem, ut 17. dist. c. 1. spectet congregatio. respondetur, præsupposito isto tempore quo de iure ista congregatio spectat ad papam libere, quod sunt con- 46 siderandi aliqui casus principales. Primus † est quando sumus in casu in quo est unus indubitatus papa. Secundus est quando sumus in casu in quo duo uel plures contendunt de papatu, quia quilibet prætendit se papam. Primo casu quando est unus & indubitatus papa, dicendum est quod indubitanter congregatio ipsius concilii spectat ad papam, qui etiã solus & sine concilio cardinalium potest congregare concilium, ut dicit Bald. in trac. de schisma. in 18. colum. & card. de turrę cremata in capitul. 8. libro tertio de potestate papæ. Et idem dicit Martinus Lauden. in tract. de principib. qui allegat tex. & gloss. in capitulo quod translationem, de officio legati. Notat Dominicus in capitu. ad appostolicæ. prima columna, de re iudi. in sexto, quod est uerum etiam ubi esset aliqua dubietas de viribus electionis eius, quod ipse habebit congregare concilium, quia non est eo aliquis superior, ex quo reperitur receptus, ut no. d. Anto. in capitu. licet. in secunda columna, de elect.

Et hoc, quod sine dubio tunc quando est ĩdubitatus papa

papa ad eum spectet, clare probant omnia illa iura supra pro papa allegata. ponit Alexan. & Archidiac. in c. 1. 17. dist- in cap. mandastis. 2. qõ. 4. & Card. de Turrecre. in d. c. 8. & 17. 47 dist. per totum, vbi oẽs in hoc cõcordant. Intantũ †vt aliqui voluerint ꝙ licet iura loquentia pro imperatore supra adducta, innuant ꝙ spectet ad imperat. nihilominus non probant ꝙ eius authoritate, sed ꝙ vel mandato papæ, vel ꝙ imperator fuerit pñs, non authoritatiue, vel si instinctu & requisitione imperatoris, ꝙ hoc fuerit quia prælati cõparuerunt & interfuerunt qa voluerunt, vel qa papa ratum habuit. Alioqn non potuisset imperator cogere prælatos, vt in c. vbinã legistis. 96. dis. vel ꝙ si imperator congregauit prælatos, determinata in concilio postea ad papã confirmanda remiserit, vel firmanda. vt patet in exẽplo, in l. nos reddentes. C. de sum. tri. Vel ꝙ imperator ad requisitionem, vel iussum, vel de licẽtia papæ & noĩe papæ congregari fecerit. Vel ꝙ si aliqñ aliter factum est, eius gesta non valuerunt nisi quantum papa approbauit. Vnde ex hoc non põt argui ꝙ qñ est indubitatus papa imperator potuerit contra volũtatem papæ congregare valide ipso irrequisito. Spectat ergo ad papam per iura supradi- 48 cta pro rõne, huius partis papę, allegata. Quę †sine dubio procedunt ẽt si agatur ꝯ papam de hęresi, vt in §. hinc ẽt. 17. di. & in c. mandastis, & in c. auditum. 2. q. 4. Et licet Bal. velit ꝙ qñ est congregãdum concil. ꝯ papam quia tractatur de eius exauthoratione, tũc non requiratur eius authoritas, vt dicit ipse in c. olim. in 4. col. de rescr. & idem Car. Ale. in c. sinodũ. 17. di. in 2. col. & hoc quia ipse verisilr nunq̃ congregaret. & idem Egi. in cle. dudũm. in 4. no. de sepul. & vr̃ voluisse Cataldinus in allegationib. pro Eugenio in casu hæresis tñ. ꝓ quo facit ꝙ quando in aliquo casu requiritur cõsensus alicuius, si est ↄtra eum agendum, tunc non requiritur eius cõsensus, vt ponitur de prælato in c. edoceri, de rescr. gl. 2. q. 7. cum pastoris. l. cum non solum in gl. mag. C. de bo. quæ libe. tamen ꝯrium credo verum, ex quo semel reperitur receptus, & est indubitatus papa, nisi requisitus malitiose differret, detrectaret, vel negaret velle congregare, vt infra dicetur, vel nisi in casu quo esset factus post, notorius hæreticus- & requisitus vt 49 congregaret nollet, per iura prædicta. Et licet †qñ est data potestas concilio iudicandi de papa, etiam videatur consequẽter data potestas congregandi concilium sine eo, vt refert & sequitur Fel. in c. super literis, de rescr. in 21. col. illud intelligo verum quando papa requisitus nollet vel differret seu detractaret congregare, & sic faceret se alienum. Et hoc per d. §. hinc etiam, vbi est text. ad hoc. 17. dist. & d. c. mandastis. & c. nos si incompetenter, in §. item Symmachus. 2. q. 7. Et hoc voluit Ant. de But. in suo trac. de schisma. in 4. charta. & pro- 50 bat ille †tex. in §. hinc etiam, hoc modo, quia ibi etiam Symmacho opponebatur hæresis, vt dicit ibi gl. in verbo immunis, & vult Ale. in d. c. si papa, in fi. ante pen. col. & tñ eius authoritate congregatum fuit concilium, ut patet in tex. ibi in sinodo congregata authoritate eiusdem symmachi. Et si dicatur quod imo ibi tex. probat concilium congregatum authoritate Theodorici regis, vt patet in prin. illius tex. Respõdetur ꝙ potestas Theodorici fuit in faciendo congregari cõcilium ad iuuandum papam, quia potestas secularis est constituta pro auxilio spiritualis potestatis, vt c. cum ad verum. 96. dist. appellantur enim principes tpales defensores ecclesiæ, vt in cle. 1. & de iureiur. & in c. venerabilẽ. de elec. & text. notab. in c. principes seculi, & c. sequenti. 23. q. 5. Vnde ẽt glo. ibi in verbo præcepisset, dicit ꝙ prælati vocati ad requisitionem regis comparuerunt, non ꝙ venire tenerẽtur, sed vt eũ ab errore reuocarẽt. Et de vtroq. videlicet de notorio, & de non notorio hæretico, ponit Ale. in ca. nunc autem. 21. dist. Et licet in notorio hæretico videantur doct. velle ꝙ absque alia requisitione ipsius congregari possit, tñ cautius est vt eo requisito congregetur, vt infra dicetur. Si tñ concilium congregaretur a seipso, tunc posset peti, vt papa interponeret authoritatem, maxime quando non constaret ꝙ esset hæreticus notorie, vel qñ illud quod teneret & saperet hæresim, nõ 51 pertinaciter assereret. Et ita †vno modo intelligitur tex. in c. nunc autem. 21. dist. Et si maliciose denegaret, tunc ipsi prælati iam congregati possent ꝓcedere. Vide card. de Turrecre. in trac. de conci. c. 8. & idem etiam dicit Anto. de Butrio. ubi 52 supra. Et si bene consideretur, Bal. in d. cap. olim. loquitur in casu schismatis, licet Felinus in cap. super literis, cum simpliciter teferat, quod patet ex verbis eius in principio, dum dicit in hac congregatione &c. Et illud fuit schisma in quo Rex francorum subtraxerat obedientiam, & erant plures põtifices in ecclesia Dei. Propterea ipse dicit quod in illo schismate erat primo vtendum verbis, ut in capitulo nouit, de iudiciis. secundo herbis, tertio lapidibus. & vbi non sufficit ingenium, ibi valeat armorum præsidiũ & tutela. Et supra dixit quod contra malos non est vtendum malua, vel emplastris, sed gladio. ff. de officio præsidis. l. congruit. Et plura ibi

dicit de Bonifacio, & Benedicto inter quos erat schisma. 53 Et immediate post †dictum suũ, ꝙ videlicet quando ageret de exauctoratione papæ non requiritur eius authoritas, subiungit mirabile dictum hugonis in d. c. si duo. 79. dist. videlicet quod propter scandalum vitandum vterque posset per concillum repelli 40. dist. si papa, & tertius eligi qui non sit eiusdem scandali prosecutor, Et ideo Bal. loquitur quando non constabat quis esset verus papa, & sic erat dubium cuius authoritate erat conuocandum concilium, & ideo non erat requirenda authoritas alicuius ex illis, sed secus videtur in casu quando est certus papa qui dicitur hæreticus, & nondum damnatus est, Et patet quod Bald. loquitur in casu quo dubium est quis sit uerus papa cum ipse dicit quod schismaticus obstinatus, hæreticus est. & quod qui nõ habet partem cum Deo, non habet partem cum ecclesia. propter schisma quod tunc vigebat. Quod etiam tenet Card. Floren. in d. c. licet in 35. q. qui uult quod in papa hæretico debeat requiri & solicitari prius ut ipse congreget concilium, & si detrectat. tunc succedunt cardinales vel imperator secundum ordinem infra dicẽdum. Et hanc practicam in hæretico quod primo sit requirendus papa, ut uelit congregare concilium, 54 ponit cardi. de turre crem. in d. 3. lib. c. 8. col. 3. est. n. † speciale in papa ut authoretur in facto proprio, ut dicitur in c. cum venissent, de iudi. & patet in c. nunc autem. 21. di. vbi Marcellinus seipsum iudicauit. Nec obstat quod ibi non dicitur congregatum concilium authoritate ipsiusmet Marcellini, sed potius congregati a seipsis episcopi. nam hoc fuit quia ibi ipse fuerat notorius idolatra. & sic concordo doctores. Vel est ibi supponendum quod eius authoritate, vel quod si concilium seipsum congregauit, Marcellinus cõgregationem ratam habuit quod patet ex uerbis illius tex. in quo in seipsum Marcellinus dicit sententiam. Et hoc legitur in gestis põtifi- 55 cum secundum Egidium ibi. Sic est quod iura dicunt †quod iudicare papam, eius relinquitur arbitrio ut d. c. nunc autem in fine, ubi relinquitur ipsius Sixti arbitrio iudicium propriũ & in §. ad hęc. 17. dist. Sic est etiam quod dicitur quod papa solius Dei arbitrio iudicatur, ut in c. aliorum 9. q. 3. & in c. facta, cum duobus sequen. Sic & quod ipse in terris Dei vicem tenet, ut in d. c. fundamenta, de elec. in 6. & in c. ut nostrum, ut ecclesiastica beneficia, cum simi. Nõ enim habet superiorem ad quem possit haberi recursus, ut in c. licet in fi. de ele. ipse enim est qui Petri fidem & sedem tenet, ut dicit tex. in c. hæc est fides. 24. q. 1. Item ipse potest dicere quis me iudicat, & excipere, dominus est qui me iudicat, ut dicit gl. 79. d. si qs pecunia. Vñ dicit. Hostien. in c. quanto de transl. prela. quod papa & Christus faciunt idem consistoriũ, ita quod excepto peccato potest papa fere omnia facere quæ potest Deus, & nisi circa fidem a nemine potest iudicari. idem Abb. in d. c. licet de elec. Vide Ioan. in c. ad honorem de autho. & usu pal. & in c. olim de resti. spo. Et sicut Deo dici non potest cur ita 56 facis, ut Iob. 11. c. ita nec, †his quæ sunt iuris positiui papæ põt dici cur hoc facis. 83. di. nemo. gl. in c. quanto de transla. ꝓla. ideo authoratur in facto ꝓprio & ideo seipsum iudicat sicut supra diximus. Hoc ẽt cõtingit in imperatore, q dat iudicem ꝓcuratorẽ suũ in causa ꝓpria, ut in c. ex parte de ver. sig. & C. si aduer. fis. l. 1. & 2. & in l. nec qcq̃. ff. de offi. ꝓcons. Vñ ex quo papa uult uti sua ptãte in cõgregãdo ↄciliũ, q̃tũcũq; sit ꝯ eũ ↄgregãdũ, ad eũ spectat, ut d. c. mãdastis & d. §. hinc ẽt, cũ aliis s. alle. Nõ ob. ẽt ꝙ authoret in facto ꝓprio, qa vltra iã ꝓxime idicta rñdet ẽt, ꝙ authoritas eius finit pfecta congregatione n qua nihil agit de facto eius, post cõgregationẽ aũt cõcilii, cõfundit authoritas in cõcilio, & remanet forma cõcilij. Patet in simili, iudex. enim recusatus non põt iuste cognoscere & tñ si delegat alteri añ recusationẽ, ille poterit cognoscere 57 authoritate recusati. Et per hoc †rñdet ad illud ꝙ actio & passio in eodem sunt incõpossibiles, quia nõ est verũ ꝙ iudicans & iudicãdus reperiant cõcurrere, cũ authoritas papæ ꝯgregãtis finiat facta cõgregatione, & cõciliũ postea est cognoscẽs, de facto ipsius, ex quo cõgregat ꝯ ipsum vt dictũ est. Facit ꝙ dr̃ in c. iudex. de off. dele. in 6. & in c. cũ spãli de appel. Et ista 58 fuit rñ. dñi Ant. de Butrio in trac. schismatis. Egidius tñ ĩ †cle. dudũ in prin. in ver. quarto nota. de sepul. dicit ꝙ aut hẽmus vnũ ĩdubitatũ papã, & est talis cã de qua ipse iudicare possit, & tunc cõciliũ gñale nõ põt cõgregari sine eo, ut. 17. di. p to tũ, nec cõgregatũ põt aliqd statuere vel iudicare sed solum Romanum põtificẽ cõsulere & apud eũ instare ut facta p ip- 59 sum ratificet & ↄfirmet, ut ĩ d. cle. dudũ. aut nõ, est †certus & indubitatus papa, sed potius est dubiũ. & tũc istũ casum cõciliũ hẽt iudicare, ut in c. si duo. 79. di. Vel notorius hæreticus nõ possessor nec receptus, ut ĩ c. si papa. 40. di. Et tunc cõciliũ poterit sine eo congregari & cognoscere & iudicare, qa nõ est verisimile ꝙ Christus ascendẽs in cęlũ, casum istũ reliquerit ĩdecisũ, ut ĩ siñ dicit In. ĩ c. ad apl̃icæ. de re iud. ĩ fi. ĩ 6. & gl. in c. 1. de schisma. ĩ 6. & idẽ dicit ĩ papa q dr̃ nõ canonice ele-

ctus, vel qui renunciauit, & simılib. in quibus dr̃ ꝙ desijt esse papa, & in oĩb. aliis similibus casibus, alias vt dicit possent se qui hæreses & schisma, quibus debet obuiari per vniuersalē ecclesiam. Et his casibus dicit non esse necessarium ꝙ concilium congregetur per ipsum papã, cum his casib. concilium sit supra eum, vt ipse dicit. & sufficit ꝙ alio modo congregetur etiam si vnus solus fidelis catholicus illud Deo iuuante procuraret congregari, argõ. c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alie. quia licet coacta congregatio sit actus iurisdictionalis, tñ de voluntaria secus. Vnde dicit † nõ legi quod ad mandatum papæ illa quatuor generalia concilia fuerint cõgregata, quæ sunt priora, & tenenda sicut quatuor euãgelia, vt pluries dictũ est, licet nuncij papæ interfuerint in aliquib. eorundem. Nec ob. 17. dis. per totum, quia quod ibi dicitur ꝙ generalia concilia non celebrantur sine authoritate papę & eius mandato, fallit in casib. præmissis. Et est rõ fallentiæ, vt ipse dicit, necessitas ineuitabilis, cui aliter non potest prouideri, de reg. iu. quod non est licitum, cum si. & quia iudiciũ fertur in inuitum. l. inter stipulantem. §. 1. de ver. obl. Et codẽ † modo respondet ad c. licet. in fi. de ele. quia fallit in concilio generali in casibus præmissis. Et istam opinionem etiam in vno papa de quo dubitatur an sit verus papa, vt quia tempore electionis erat hæreticus, tenet ocham in secunda parte sexti libri, in c. 83. vbi videtur plus velle, ꝙ nõ solũ in pseudo papa hæretico, sed ẽt in vero papa hæretico congregatio concilij fieri possit sine eius authoritate. Vnde q̃tumcunque quis fuerit in vera possessione papatus, & verus papa, si tamẽ postea inciderit in hæresim, poterit concilium generale congregari sine eius authoritate per quoscũq; catholicos. Dicit tamẽ † ꝙ primo spectabit ad prælatos in lege diuina peritos, secundo ad reges & principes & alias publicas potestates, tertio ad omnes catholicos viros & ẽt ad mulieres. Sed quo ad hoc in vero & indubitato papa cui aliquid obijcitur, placet magis quod supra dixi, ꝙ etiam ad papam spectet congregatio, & seruetur practica cardinalis, ꝙ primo requiratur vt cõgreget concilium. nisi electio esset facta de notorio hæretico, cui in actu receptionis hoc obijceret, vel nisi nõ esset electus a duab. partib. vel esset notorius intrusus. de quib. inf. dicetur. Et † aduertendum est ꝙ iura in hac materia diuersimode loquuntur. Quia aliqñ dñt ꝙ nõ põt congregari sinodus absq. authoritate sedis apostolicæ, ut in c. multis, & in c. 1. 17. dist. Et aliqñ ꝙ non valet congregatio quia legatus apostolicæ sedis non interfuit, vt in d. §. porro. Et in ca. regula. 17. dist. & in c. ideo. 2. q. 6. dr̃ ꝙ soli papæ reseruata sunt priuilegia de congregandis conciliis. Et in c. regula, in fi. dr̃ nec ullum ratũ est aut erit vnq̃ concilium quod eius non fuerit authoritate fulcitũ. Et in c. mandastis. 2. q. 4. dicitur nostra authoritate cõgregari iussit. Vnde ex ista varietate loquendi aliqui sumpserunt occasionem dicendi non esse necessariũ conuocationẽ concilii fieri per papam vel eius legatum, vel ꝙ ante cõuocationẽ interueniat eius authoritas, vt voluit. D. Ant. de But. in d. suo trac. schismatis, in 5. char. & Modern. quidam per tex. in c. nunc aũt. 21. dis. ibi, cuius rei gratia. colligens ex illo tex. concilium fuisse congregatũ sine authorit. papæ. & idẽ per §. hic ẽt, ubi fuit cõgregatum ad uocationẽ Theodorici, sed ꝙ sufficit vt postea confirmetur vocatio & congregatio per papam, uel ꝙ postea papa authorizet concil. ut subsistant gerẽda in concil. Vnde datur duplex practica in congregãdo concil. Prima erit ꝙ papa indubitatus concil. conuocet, & tunc conuocando censebitur præstare authoritatem, & tunc erit uocatio authorizabilis vera & formalis. Alia erit practica ꝙ requiratur prius papa ut congreget, & si differt congregare per seipsum, poterit concil. congregari vel a seipso vel a quocunque hñte ptãtẽ de facto, vt est imperator. vbi si obedietur de facto, papa congregato sic concilio assentiat & authoritatem interponat. & si non prætendat aliud interesse iuridicũ, diei, vel loci, vel aliarum circunstantiarum, tenetur illud approbare, sicut fecit Symmachus papa in d. §. hinc ẽt. & ibi late doc. & legitur inter gesta Symmachi. c. 9. Alias si sine causa renueret approbare, vel consentire, appareret de eius fuga & quod id fieret uel causa protrahendi, uel impediendi ne concilium fieret. & talis audiendus non est qui hoc agit ut noceat. l. infando. ff. de rei uend. Et si dicat interest mea, quia uolebam determinare diem & locum, non est iusta querela, ex quo non allegatur aliquod interesse diei, vel loci. ff. de eo quod certo loco, per totum. & si quod diei uel loci interesse allegaretur, concilii est cognitio, quod est iudex principalis. ff. de ędi. ed. l. ędiles. la prima. §. item sciendum. l. si quis ex aliena. ff. de iudicijs. C. de fructibus, & litium expensis. l. terminato. capitulo super literis, & capitulo finali, & clementin. 1. de rescrip. Et bene dicit Inno. Ioan. And. & alii in simili in c. 1. §. notoria. de cẽsi. in 6. & ita dicit d. Ant. in d. trac. ubi supra. De quo vltimo quod cognitio principaliter sit cõcilii, dubito, nisi in casu schismatis inueterati, in quo loquit̃ Anto. De quo infra in quęstione quid quando inter duos est contentio loci, vel temporis, vtrum possit forte dirimi. & vide in quęstione quam infra pono, utrum concilium possit pronunciare se iudicem, & constituere icumenicum concilium. Et nota istam, † cautelam ad congregandum concilium sine superioris authoritate. Quam cautelam admitto, quando rõne alicuius scandali adest necessitas. & papa requisitus differt, alias esset periculosum, si papa postmodum nollet interponere authoritatem, si nulla erat necessitas, & ante congregationẽ non fuerat requisitus. Et hoc bene probat. §. hinc ẽt. ubi tex. dicit, ꝙ episcopi suggesserunt ipsum Symmachum qui dicebatur impeditus debere synodum conuocare quia conciliorum congregandorum authoritas antistiti sedis apostolicæ, non minorum subiacebat iudicio. Et quod dicitur † quod a seipso poterit congregari concilium, procedit per prædicta secundum d. Anto. maxime quando in exquirẽda papæ voluntate a principio ante congregationem præcessissent indicia & p̃sumptiones de dilatando negocio aut impediendo ne congregaretur, aut quando appareret verisimilis eius impotentia congregandi, vel aliud quod dilatationẽ indicat, negocio celeritatẽ desiderante & alias diu dilatatio. Ita præcise dicit. d. Anton. in dicto trac. schismatis. ubi refert verba Simmachi in d. c. 9. & infra latius dico. Tunc enim loquendo in casu domini Anto. in inueterato schismate tenebit congregatio per inferiores facta ẽt papa aliter prius non requisito. Et poterit omni honestiori modo cogi ad interponendum authoritatem, quam si interponere noluerit, tenebit congregatio pro sedando schismate, per prædicta, maxime quando est contentio inter duos, & ignoratur quis sit verus papa, & diu steterunt in schismate, differentes congregare concilium, ut in terminis suis de hoc infra dicam. Item in his & similibus casibus restringerem dicta ista domini Anto. sicut supra dictum est quando est casus necessitatis congregandi concilium, ut puta quia agitur cõtra papam de cuius iure dubitatum in actu electio is, uel quia non est a duab. partib. electus, uel quia hæreticus electus est, cui in actu electionis obiiciebatur hæresis. Et sic quando ageretur causa papatus, & non fuisset receptus, licet forte esset de facto intrusus, tunc potest congregari per alium, ut dicit Hugo. in c. si duo. 79. di. & Bal. in c. olim de rescrip. & dicit ockam in d. c. 84. Facit tex. in c. si quis pecunia. 79. di. & dicit Egi. in d. cle. dudum de sepul. Vel a seipso concilium, vt dictum est, congregaret. Et intelligo semper, quod Vrbanius & cautius esset facta, prius requisitione. Sed quando hæresis non est notoria, & esset receptus & possessor, ipse congregat, & non alius, quãdo ipse uult, & eius authoritate debet congregari, ne spolietur papatu. Et idem, dicerem quando concilium non esset directe congregandum contra papam, sed ex nolitione & denegatione vel detrectationem congregandi, papa faceret se suspectum, & urgeret maxima necessitas tenendi concilii, videlicet quod facta prius requisitione concilium posset per alios ad quos deuoluitur potestas, uel a seipso congregari. Et idem, † dicendum quando duo contenderent de papatu scilicet quod spectabit ad aliam tertiam personam si ipsi detrectant, vel a seipso congregabitur concilium, uel per imperatorem vel Regem, vel catholicum quemcunque de quo late vide infra in quæstione, sed pone quod inter duos contendentes, Et faciẽda congregatio tunc nõ spectabit ad cardinales qui sunt diuisi in obediẽtia, quia cardinales sunt suspecti dicit Ale. in c. synodũ. 17. di. in 2. col. Alioqn cessantib. p̃missis, nõ nisi ꝓ causis arduis & statũ vl̃is ecclesię tãgentib. quæ hñt terminari per sedẽ apostolicam & authoritate Romani põtificis debet cõciliũ cõgregari. c. de iis. 12. di. & c. multis, 17. d. Ita dicit Ale. in d. c. synodum in 1. col. 17. dist. Alioquin in uno indubitato papa ubi nulla subesset necessitas, cõgregatio facta per inferiores papa, sine eius authoritate, esset nulla, nec posset cogi ad præstandũ authoritatem concilio congregato si nollet. ut in c. regula cum aliis similibus. 17. dist. Nec tex. in c. nunc autem, per Moder. quendam adductus, probat contrarium, quia non dicitur ibi quod fuerit concilium congregatum sine authoritate papæ. & ideo sine alia requisitione congregatio esse posset periculosa. Dicerẽ † tñ ꝙ in omni casu quo esset congregatũ conciliũ sine authoritate papę, quantumcunque sit nullum, si post papa ratificat & interponit authoritatem, gesta illius concilii propter papæ ratificationem valebunt, sicut fuit in gestis concilii Calcedonen. quæ fuerunt confirmata per Leonem, quia omnia nostra facimus quibus nostram authoritatem impartimur ut in l. prima. C. de veter. iur. enuc. & capitulo si apostolicæ. de præben. in sexto.

Et quod dixi ꝙ quia cardinales sunt suspecti eo casu, alius cõgregabit cõciliũ, intelligo nisi tunc omnes conuenirent in congregando, quia tunc possent ipsi congregare saltem per modum requisitionis.

nis. ut fuit factum in concilio Pisano tempore Gregorii. 12. & benedicti. 13. In quo si cardinales vtriusq; obedientię fuissent concordes. recte anti papas schismaticos deposuissent, & alium creassent, vt clare determinat Anto. de Butr in suo tractatu schismatis in secunda quæstione. Sed si alius cõgregaret concilium non requisitis cardinalibus qui sunt diuisi in obedientia, quia una pars obedit vni alia alteri, tunc bene subsisteret congregatio sine eis quia sunt suspecti alioquin si conuenirent, bene possent ipsi congregare. de quibus vide quæ latius infra dico. Et intelligo † causam papatus, siue dicatur papa male electus, siue dicatur renunciasse, siue dicatur quod fuerit propria temeritate intrusus, siue dicatur iudæus, hæreticus, schismaticus, inhabilis inhabilitate insurgẽte a natura, quia fœmina, vel quia tempore electionis erat amens & furiosus aperte, vt dicit glo. in clem. ne Romani. & card. de turræ crema. in tract. de concil. in 8. c. & Alexand. in c. synodum. 17. di. & Feli. in cap. super literis. Istis † & similib. casibus qui considerantur a doctoribus in cap. licet de elec. in materia nullitatis electionis. & nullitatis tituli papatus, poterit congregari concilium sine papæ authoritate. Et hoc quãdo non est in possessione papatus, sed si est in possessione, & non est sine sensu, ut quia non est notorius furiosus, uel amens, & non est notorius hæreticus sed alias electus & non de facto intrusus, sed receptus & admissus, q̃tumcunq; alias criminosus, & hæreticus, debebit prius requiri vt ipse cõgreget, & si detrectabit poterit per alios congregari. Et isto † modo debet intelligi quod dicit Bal. in c. olim, de rescri. Et licet idem Bal. in c. quia propter. de elec. videatur velle ꝙ in materia schismatis ista ptãs congregandi spectet ad card. intelligo ẽt ut s̃. dictum est quando esset schisma, & card. oẽs essent cõcordes uel utriusq; partis maior pars inuicẽ concordarent. Intelligo † ẽt nisi esset inter duos cõtentio de papatu exorta in ipsa electione, & ipsimet car. electores ab vtraq. parte vellẽt congregare concil. pro submouenda contentione, quia tũc ex quo ambo electi contendunt de papatu, poterunt tũc cardinales congregare, & ad eos fiet deuolutio, quasi sedẽ vacãte, ut ĩ. dico. Et tanto magis quando cessar suspitio, quia nõdum sunt diuisi in obedientia. Et sufficiet isto casu ꝙ maior pars concordet secundum. d. Ant. in d. 2. q. Licet Barbat. in c. ꝙ trãslationem. in 23. col. uelit contrarium, videlicet ꝙ tũc non fiat deuolutio ad cardinales, quia ipsi fuerunt causa contentionis, & Ale. in d. sinodum. 17. dist. Vbi † aũt esset sedes vacans, & necessitas subesset, cui aliter quam per conciliũ prouideri non posset, per card. posset etiam concilium congregari, ut dicit Domi. in c. propter, in fi. 18. dist. Et Pet. de monte in trac. de potestate papæ, in 10. colu. tenet ꝙ cardinales sede vacante congregare possunt concil. ad citius regulandũ electionem papæ de quo ẽt ĩ. in 2. casu, ver. sed pone. & idem dicit Card. in d. c. licet, de elec. in tertia q. in fi. Et ex his † colligo vnũ, ꝙ si sede vacante cardinales existentes in conclaui non possent esse concordes in electione, possent conuocare concilium. Et ad hoc facit illud quod dicit Hos. & alii, in c. licet. de elect. in illa q. quid quando nullus cardinalis superesset, quia oẽs essent mortui, quod tunc electio spectaret ad concilium, vel ad clerum Ro. de quo infra dico. Et si tunc cardinales non essent omnes concordes in conuocando cõcilio iuxta. §. ijdem quoq;. c. vbi periculum, forte maior pars poterit. & si nec maior pars, forte etiam minor pars posset constituere aliam maiorem partem contumacem, vt in simili dico infra in secundo casu secundi principalis membri. & dicit Feli. in cap. super literis de rescrip. Hoc † tñ fieri non posset q̃diu cardinales vel eorum maior pars est in conclaui, & sunt parati ad eligendum, vt in cle. 2. §. porro de elec. & ibi glo. quia volentes eligere non possent priuari suo iure. Et quia cum progressu temporis possent concordare, & possent assumere alium modum, vt per viam compromissi. Item † possent cogi ad concordandum per inuocationem brachij secularis, vt 17. distin. capitulo nec licuit. & 23. quæstio 5. de liguribus, ponit Hostien. in d. capi. licet in penul. colu. Facit quod dicitur in §. præterea in capi. vbi periculum de elec. in 6. Et intellige quod non semper pro quolibet crimine congregabitur concilium contra verum papam, sed in casibus quibus infra dicetur debere congregari concilium. Quid enim si contra papam obijciatur adulterium quod non est notorium, & requiratur papa vt congreget concilium, vel præstet authoritatẽ congregandi, & papa differat, eritne bene ex se, vel per potentiam alicuius laici congregatum tale concilium, nõ crederem, quia potius dicetur conuenticulũ uel conciliabulũ, dicit tex. in c. multis. 17. dist. Requirit † n. vt sit tale quid quod papæ obiicit, ut scãdalizet vl̃em eccl. puta qa delictũ est notoriũ, & papa incorrigibilis, vt vult illa gl. in c. si papa. 40. dis. de quo alibi plenius dicet. vl̃ ꝙ adsit alia necessitas, puta ꝑiculum quod pateretur Christianitas ꝑꝑ discordiam principũ Christianorum. Vel quod ecclesia & status Christianitatis, esset ita prolapsus in aliquem grandem errorem, uel ex frequentia conuersandi cum iudæis & aliis infidelibus, vel ex alia causa. quod verisimiliter posset dubitari populum Christianum periclitari circa fidem. His & similibus † causis & nõ passim pro quolibet delicto & ad cuiusque instantiam, etiam si contra papam & quidem requisitum agatur, habebit congregari concilium, quia posset esse causa alicuius schismatis. Satis enim videretur si tunc absque alia concilij congregatione posset sedari crimen quod ei obiicitur, vel causa propter quam requiritur quod congreget, cessaret, vel si se purgaret, ut fuit in Leone papa, qui habuit. 12. episco. in sui purgatione, ut in cap. omnibus. 2. q. 4. Quinimmo idem Leo oñdit quod se ex propria uolũtate uoluerit purgare non ex necessitate subijciens non per hoc qđ sic se purgare voluit, propterea similiter successores, teneri, ut est tex. in capitulo auditum secunda q. quarta. Vbi enim † non subest magna necessitas, est in potestate eius congregare quãdo ei placet. & hoc in effectu uult Anto. de Butrio in d. c. licet. dum uult, quod quia papa non habet superiorem, si aliquid ei obiicitur, de hoc non cognoscit concilium nec aliquis uiuens, etiam si esset aliqua dubietas de uiribus electionis. Quod dicit contra illos notandum qui dicunt quod tunc debet congregari cõcilium, quia eius peccatum nullus iudicat, sed solius Dei iudicio relinquitur, ut in c. aliorum. 9. q. 3. Et hoc uidetur satis rationabile, maxime quia uidemus hodie de facili quosdam principes quærere festucam in oculis pontificum, & cũ pontifices nõlũt annuere eorum petitionibus, de facili in pontifices excandescunt, & obedientiam subtrahunt, & libertatem ecclesiasticam deprimunt, & ad spiritualia manum apponunt. ita vt de beneficiis uacantibus & prælaturis non nisi pro uelle ipsorum pontifices prouidere cogantur, & in spiritualibus ad angulum, ut ita dixerim, pontificatum restrixerint. Cum tamen ad sacerdotes uoluerit Deus, quæ in ecclesia disponenda sunt pertinere, ut in c. si imperator. 96. dist. & dominus noster Iesus Christus Rex & iudex usque ad diem passionis seruauit honorem pontificibus, quamuis illi nec Dei timorem nec agnitionem Christi seruassent, nam cum leprosum mundasset, dixit illi vade & ostende te sacerdotib. & offert donum, sacerdotem adhuc appellans, quem sciebat esse sacrilegum, ut 93. dist. dominus noster. Et propterea posset contingere alterius pontificis creatio & schisma oriri a quo postquam Deus temporibus istis nos liberauit, omni studio cauere oportet ne aliquod nouum suscitetur. Quinimo, † quantumcunque illa glo. in cap. si papa, uoluerit quod ꝓ quolibet crimine notorio possit papa accusari si est incorrigibilis, & licet Abbas in c. significasti. de elec. dixerit illã gl. communiter appobari, tamen Petrus de Palude & communiter theologi videntur illam improbare, ut ponit archiepi. Floren. in sua summa in tertia parte. tit. 25. c. 5. de potestate. ecclesiastica signata per claues. ver. 6. incipien. quęritur vtrũ papa possit deponi. & eodem li. ti. 24. c. 2. vers. 7. Quod qualiter sit intelligendum, & an sit causa sufficiens ad congregandum concilium, & an ex hoc possit papa accusari & deponi alibi inferius dicetur. Et ideo non passim contra papam proclamari oportet ad concilium, sicut quotidie aliqui non verentur pro re minima, & si aliquid contra eos fiat pro tuitione & recuperatione rerum ecclesiasticarum, & papa vtatur brachio ecclesiastico, proclamãt ad futurum conciliũ, quia ut inquit Carolus imperator in c. in memoriam. 19. distin. loquens de papa quamuis † sedes apostolica durum, & vix ferendum iugum imponat, tamen cum mansuetudine & humilitate pia deuotione est ferendum. Et beatus Gregorius scribẽs archiepiscopo Rauennen. inquit. contra morem ecclesiasticum est si non patiẽtissime toleratur etiam, quod a nobis absit, iniusta correctio, ut in c. contra morem. 100 di. Quinimo etiam si papa aliquid præciperet quod esset contrarium legi Dei, quamuis in illo ei obediendum non esset, ut in c. si dominus. 11. q. 3. nihilominus etiam tunc antequam esset conuictus de hæresi, & repertus incorrigibilis oporteret ei in cæteris obedire 11. q. 3. qui resistit cum duobus seq. quod enim quantumcunque durum a papa præcipitur, seruari oportet quod non est contra catholicam fidem Facit. 31. disti. c. ante triennium Vnde Egidi. consilio. 99. in 4. parte in fi. 17. q. excusando. Bñdictũ. 12. ꝙ nõ cõgregaret cõciliũ dicit ꝙ ex cõgregatione cõcilii poterat sequi maius schisma in eccl̃ia, tũ qa schismatici vocati, q tũc erãt nõ iuissent ad conciliũ, nec catholici ad uocationẽ intrusi. nec simul conuenissent, qa fuissent duo capita, nec principes seculares hoc potuissent sine papa. Et licet in casu eius, in quo tunc vigebat schisma, aliter videat̃ dicẽdũ ꝑ pdicta & q̃ inf. dñr, tñ † ubi nulla est cã hr̃sis, & nullũ schisma, nec scãdalũ aliqđ in eccl̃ia, nullomõ cõuenit cõuocare cõcilium, ꝑꝑ periculum contemptus & inobedientiæ, & inanem fatigationem prælatorum in ueniendo ad concilium.

Quinimo etiam quando esset tale quid quod macu
laret personam papæ tantum, ex quo nō
turbaretur ecclesia, non debebit ita faciliter congregari con
cilium, maxime si papa vellet se purgare, ut in cap. auditum
2.q.4. Vnde est aliud remedium contra papā, etiam si se pur-
gare noluerit, & sit ita malus quod aliquo modo destruit bo
na ecclesiæ, forte dando suis, & aliquod crimen committit
ad hoc vt non statim deueniatur ad congregationem con
cilii, si ex malis operibus eius non scandalizatur ecclesia, qa
forte committit talia quę offendunt animam eius, sed non
sunt adeo notoria, vel vniuersalia, ut ex eis possit sequi scan
dalum si tolerantur. Erit tunc remedium quod resistatur, &
contradicatur, & reprehendatur, cum omni modestia & mā
suetudine qua fieri poterit, alioquin quod resistatur ad faciē
per potentes, exemplo pauli apostoli. qui restitit ad faciem.
Beato Petro Antiochiæ, qui ne iudęos conuersos nimis scan
dalizaret, cōdescendit eis in obseruatione legalium, propter
quod inducebātur gentes ad iudaizandum. vt legitur ad ga
la. 2, cap. & 2. q. 7. paulus. & in c. testes. in § item paulus, eadē.
causa & q. Vel quod ecclesia oret pro eo Deum vt eum cor-
rigat, sicut orando vicit Hilarius, papam Liberium qui faue-
bat hęreticis. Et citra concilii congregationem si aliter fie
ri poterit, ne ex concilii congregatione schisma oriatur, &
citra eius impugnationem siue depositionem, omnis recta
via perquiratur, per quam retrahantur, alioquin relinquat
Deo cura ecclesię suæ. scit enim quid nobis expediat. datur.
enim interdum princeps malus propter peccata populi. 8.
q. 1. audacter. & ubi Deus uoluerit percutiet eum vt in c. Ana
85 stasius. 19. di. Facit, †quod dicitur in c. nouit, de iudi. quod il-
lud dic ecclesiæ, in papa non hæretico intelligitur. i. Deo orā
do scilicet ut ipsum inspiret, & ecclesię triumphanti, ut oret
pro ipso, secundum Hostien. in c proposuit de conces. præb.
Vbi autem contradicere, & repræhendere, & resistere nō suf
ficeret nec se purgare vellet, sicque delictum deduceretur in
notorietatem. & efficeretur scancalum in ecclesia, tunc de
remediis adhibendis quando papa scandalizat ecclesiam &
est notorius criminosus & monitus non desistit, dicendum
vt dicitur latius infra in illa quæstione, ex quib. causis potest
papa accusari per concilium, & in illa quæstione, sed quid si
papa accusatus, esset omnino incorrigibilis, & alia, ex quibus
causis debet congregari concilium, & in illa, ex quibus cau-
sis potest papa deponi. Nec satis facit quod dicit Anto. in ca-
su isto, quod concilium erit principalis iudex si papa allegat
interesse ratione loci vel temporis.. quasi concilium debeat
decernere an sua sit iurisditio, secundum quod videtur vel
le per iura, quæ allegat, vel quasi uoluerit quod quia se con-
gregauit & præuenit eius sit iurisditio. iuxta, l. ubi acceptum
& l. si quis postea de iudi. l. cum quædam puella. ff. de iuri. om
nium iud. & c. proposuisti, de foro comp. vel tanquam uolue
rit quod postquam reperitur congregatum, ex quo non repe
rit ante congregationem contradictum, nequit dissolui. vel
quia agitur contra papam qui a concilio debet iudicari, pro-
pterea dicit quod concilium sit principalis iudex, ut in glo.
15. di. c. sicut. Quia facilis est responsio, quod satis est quod nō
fuerit sufficiens causa se congregandi, & quod non potuerit
congregari, & sit irritum quod per ipsum fit nisi reperiatur
per papam ratificatum. ut d. c. 1. & c. regula. 17. di. iuncto ca.
dudum. 3. q. 6. Nec miror quod dominus Anto. qui erat mul
tum iustus & rectus, tunc ita indistincte loquutus sit, quia ze
lo sedandi schismatis ꝙ tunc vigebat, & a pontificib. nutrie
bat, agebat, ut conciliū cōgregaretur, & ut schisma tolleret.
Intelligo igit eū in casu suo, qñ est talis cā, uidelicet fidei vel
antiquati schismatis, orti in creatione pontificis, ut fuit sta
tutū in concilio Constantiens. vel notarię hæresis in electio
ne oppositæ, vel qñ sunt duo contēdētes de papatu, & faciē-
tes schisma qui forte ꝓꝓ potētiā nō possunt cogi, qa tūc hoc
casu ēt principes seculares pñt apponere manū. ut uult gl. in
c. tua el 1. de decimis vbi dicit Abb. quo illā gl. d. Ant. allega
bat tpe suo ꝯ illos qui cōtenebāt de papatu & faciebāt schis
ma in ecclesia Dei nec poterāt corrigi p ecclesiā. & sentit ꝙ
tunc ex quo nolunt cōgregare cōciliū dñi tpales possunt in-
ijcere manus in ipsos, & eis inuitis facere sopiri schisma,
& dubium determinari per eccl. allegat quod in simili di-
citur in capitulo ubi periculum de elec. in 6. Vnde non pro
qualibet causa & ad nutum cuiusque congregari debet con
cilium, sicut fuit factum in concilio Basilien. in quo discedē-
tibus aliquibus a papæ eugenii obedientia, licet esset vnicus
indubitatus papa, congregauerunt concilium, & eundem,
eugenium priuarunt, & alium sibi delegerunt pontificem,
quem felicem nominarunt. prius Sabaudiæ ducem dictum
Amadeum, qui ea omnia egerunt propria ducti voluntate,
ex quo postea effectum est conciliabulum, ut dicit Archiep.
Floren. libro tertio titulo. 24. capit. secundo. versicu. 7. Qui fe
lix ductus conscientia quā primum Nicolaus quintus in pō-
tificem post obitum eugenii assumptus est, pontificatui ces-
sit vt schisma sedaretur, & vitam hæremiticam delegit qua
antea vtebatur. fuit enim vir magnæ sanctimoniæ, qui obti-
perare Deo se exstimabat eo casu pontificatum acceptando
86 Et licet †concilij illud Basilien. dictū fuerit conciliabulū, qa
contra voluntatem veri pontificis tentum, tamen Nicolaus
quintus, qui eugenio successit, pro sedando schismate in ec-
clesia, postquam felix cessit, approbauit omnes prouisiones
de quibuscunque beneficiis & prælaturis, & consecrationes
& dationes palliorum, & uoluit possessores remanere veros
titulares, ut patet ex eius bulla inserta, in fine gestorum con-
87 cilii Basiliensis Eo igit †casu quo adest cā necessaria concilij
congregandi ratione imminentis periculi ecclesiæ, de qui-
bus causis aliquid infra dico in quæstione propria, si tunc pa-
pa detrectaret congregare cōcilium, tunc ad collegium car
dinalium deuolueretur congregatio. per. c. vbi periculum §.
ijdem quoque de elec. ponit Bal. in c. pastoralis, de rescrip. &
ponit cardinalis in c. licet de elec. in 3. quæsito. Et in casu ne-
cessitatis quando papa de trectat & refugit congregare, uel
est negligens, concilium seipsum congregare posset, ut dixi
supra, & dicit Card. de turrecre. in tract. de potest. papæ, li. 3.
cap. 8. col. 9. & Card. Flo. concilio 150. incipit quæsitum in 3.
dubio. & Abbas in c. licet. de elec. & archie. Floren. in 3. parte
summæ ti. 23. c. 2. vers. 7. & Ant. vbi sup. Et hoc casu quando
papa non vult congregare, quia detrectat & confingit cau-
sas protrahendo, quia cognoscit forte se irretitum talib. cri-
minibus vt timeat a concilio, & quærit subterfugia, & scan-
dalum ex non congregatione concilij generatur in vniuer-
sali ecclesia, tunc congregato concilio per cardinales, pote-
runt petere vt præstet authoritatem concilio. Et secundum
modernum Aretin. poterunt eum cogere ad hoc, argumē.
huiusmodi. §. si. ff. de lega. 1. Et si permitteret se decorari po-
tius quam authoritatem interponeret, tunc concilium sup-
plebit eius vices, & pronunciabit se legitime congregatum,
& suam esse iurisditionem, per id quod ponit Fel. in c. super
literis, de rescr. imo secundum illum modernū hoc casu con-
cilium pronunciabit papā suspectum de hæresi. Cardinalis
autem negligentibus, imperator congregabit. Et ita in casu
negligentiæ dicit Card. in d. c. licet. in 3. & 4. q. & de Mon
te in sua monarchia. in 11. col. & Fel. in c. querelam, de iure-
iur. Post quem prælati petita a papa licentia, licet nō obtēta,
poterunt congregare. Et vide Fel. in c. super literis, de rescr.
& infra latius dico. Et ista congregatio fiet per modum cu-
iusdam requisitionis, & non authoritatis secundum Inno. in
88 c. cum nobis de elec. Et vide omnino †quæ dico infra in ulti-
mo membro huius quæstionis, videlicet quando est conten-
tio de papatu inter duos, & vnus est in quasi possessione qui
non vult congregare & alius nullam habet possessionem, &
ibi inuenies etiam authoritates aliorum doctorum quomo-
do fiat deuolutio de vno in alium in facultate congregandi
89 concilium. Et ex præmissis †apparet quam fatue faciunt qui
ex abrupto intimant papæ concilium, vel eum citant ad con
cilium, quia cum ipse sit omnium maior, nō potest ab aliquo
citari, vt in c. pastoralis, de re iud. Nec potest quis incipere
congregare sine voluntate papæ, quia conuocatio ad conci
lium est quædam citatio, vt glo in § hinc etiam. 17. dist. quæ
est quidam actus iudiciarius. c. quoniam contra, de proba. &
ab aliquo inferiori a papa fieri non potest. Debet ergo quia si
ne papa nullum est ratum concilium, vt in c. regula. 17. dist.
prius cum omni humilitate requiri ꝙ ipse ad quem spectat
congregare velit concilium, quia causa necessaria subest.
Qui si requisitus detrectaret, tunc per viam requisitionis ut
dicit Inno. in d. c. cum nobis, poterunt congregari prælati &
congregati, indicere concilium, & post congregationem præ-
latorum facientium concilium, prius concilium pronunciet
se œcumenicum concilium in spiritu sancto legitime con-
gregatum, cui subesse debet quilibet cuiusc. status & digni-
tatis etiam si papalis exsistat, & sibi competere omnem iuris-
90 dictionē & postea intimare. Vnum tñ non† est omittendū ꝙ
si qñ concilium congregaretur a seipso sine vlla vocatione,
vt forte fuit in casu. c. nūc autem. 21. dist. ibi, cuius rei gratia,
vel etiam ex vocatione minus legitima, vt fuit in casu. §. hinc
etiam. 17. dist. licet tunc vt cōcilium subsistat opus sit, vt
ipse papa existens in quasi possessione papatus, quantumcun
que accusatus, authoritatem interponat, vt concilium sit ra-
tum, vt in d. §. hinc etiam, tñ eo ipso ꝙ papa patitur iudicari
fieri a concilio de causa sua, uidetur ex hoc solo authorita-
ri concilium, & valebit quicquid fiet per cōcilium. Pro hoc
tex. & quod ibi no. in l. cū pater. §. libertis. ff. de le. 2. Et hæc de
91 primo casu qñ sumus in vno indubitato papa. Secūdo casu
qñ sunt duo, vel plures cōtendētes de papatu, hoc casu illa-
tio, frequēs, in cōcil. Constan. edita, vult ꝙ a die quo insignia
pōtificatus assumpserit 3. anni censeat in dictum concil. &
sine alia vocatione j. d. tēpus prælati debent se congregare
Sed

Sed cessante dicta cōstitutione, dic quod aut vnus
primo fuit a tota ecclesia receptus,
deinde post aliquod tempus recedentibus aliquibus ab eo,
dicitur per impressionem fuisse electus, vel aliquid aliud si-
mile, & alius eligitur & recipitur, vt fuit in schismate exor-
to tempore vrbani. 6. & in symmacho, ubi alium elegerunt.
Et intelligo de recepto voluntarie, etiam si nulla forma sit
in electione seruata, quia satis est quod facto appareat de vo
luntate cardinalium qui ipsum recipiunt in papam, sufficit
enim qualitercumque appareat de consensu cardinalium,
quia sufficit quod singulariter accedant ad eum, & adorent
siue obedientiam præstent, & sic sufficit etiam quod singula
riter, licet nō capitulariter receperint. Et hoc voluit Hostien.
& refert. d. Aton. in d. cap. licet, de electio. in antepenult. co-
lum. qui dicit quod per hoc illi cardinales qui erant Auinio
ne. & imputabant vrbano quod non fuerat capitulariter ele
ctus, non bene allegabant. Aut duo inueniuntur electi, & re-
cepti, & vna pars adhæret vni, & alium dicit hæreticum, vel
schismaticum, vel econtra, & quilibet habet partem obediē
tiæ. Primo casu quando est schisma Barbatius in capit. quod
translationem de offic. legat. in 33. colum. tenet simpliciter,
quod congregatio concilii tunc non spectet ad cardinales,
sed ad imperatorem, maxime illa ratione, quia tale schis-
ma uidetur nasci a cardinalibus qui duos elegerunt pontifi-
ces, ideo non est verisimile quod congregarent concilium,
cum concilium sit iudicaturum de iure illorum, & quia ti-
mebunt perdere idolorum proprium quod elegerunt. Item
quia a principio facultas congregandi concilia spectabat ad
imperatores. & res de facili reuertitur ad naturam suam. 35.
di. c. ab exordio, & l. si vnus. §. pactus ne peteret, versic. quod
92 in spem. ff. de pact. Item †per glo. in c. principes seculi. 23. q. 5.
quæ dicit quod vbi clerici faciunt schisma in ecclesia, laici
habent iurisditionem supra eos, ergo multo magis impera-
tor. Sic etiam & parronus ecclesiæ potest agere contra recto
rem ecclesiæ, male conseruantem & dilapidantem bona ec
clesiæ, ut est glo. in capit. ex parte de testi. Ipse tamen Barba-
tius videtur etiā in casu schismatis simpliciter dicere, quod
conuocatio spectabit ad cardinales, vt ipse ponit referendo
Bal. in c. olim de rescript. Sed imo in casu proposito non ob-
stantibus pręmissis, dico quod ille qui primo est electus & re
ceptus, debet conuocare concilium non obstante quod ali-
qua parte obedientiæ fuerit spoliatus, per illum text. in d. §.
hinc etiam, ubi per symmachum fuit facta congregatio con
cilij, vt supra dixi, & tamen symmachus contendebat cum
Laurentio de papatu, quia aliqui discesserant ab obedientia
symmachi. & adhæserant Laurentio, ut patet in gestis sym-
93 machi. c. 8. & 9. Et si dicatur †quod ideo ibi in d. § hinc etiam,
& in d. c. 9. ubi ponuntur verba d §. hinc etiam, fuit congre-
gatio facta per symmachum quia symmachus fuerat appro
batus per concilium, & Laurentius reprobatus, & post appro
bationem aliqui recesserant ab eius obedientia, obiiciendo
ei aliqua crimina. & sic quod non erat contentio de papatu
inter ipsos symmachum & Laurentium, sed agebatur de cri
minibus impositis symmacho, licet ipse esset approbatus, &
propterea ad eum spectauit congregare. Respondeo quod
crimina fuerant obiecta ante latam sententiam, & clerici
aliqui recesserant ab eius obedientia, & tamen cum esset cō
tentio de papatu cum Laurentio, & essent obiecta crimina
symmacho, nihilominus symmachus congregauit conciliū
vt patet in d. §. hinc etiam, & d. ca. 9. & dictum fuit supra. Et
uide tex. in capitulo bene quidem. 96. distinctione ubi appa-
ret quod etiam illi synodo præfuit symmachus.

Sed videtur prædictis repugnare, quod symma-
chus fuerat in concilio Rauennensi,
confirmatus ante, vt paret in chronicis. & in platina, & sup-
plemento in vita symmachi. Sed dic quod bis fuit contro-
uersia de papatu inter eum & Laurentium, una orta in ipsa
electione, pro qua fuit habita synodus Rauennæ, secunda
postquam fuerunt ei obiecta crimina, & reuocato Lauren-
tio, clerici ab eo discesserunt, & antequam esset approbatus
in ista secunda, congregauit concilium. Et de ista secunda sy
nodo loquitur. §. hinc etiam, quæ fuit celebrata Romæ, ut
ibi patet. quia tunc ambobus eiectis Altinus episcopus iussu
Regis præsidebat.

94 Quinimmo si papa primo electus spoliaretur pa
patu non seruato iuris ordine, de-
beret primo, & ante omnia restitui per concilium etiam nō
seruato iuris ordine, antequam posset accusari, & antequā
teneretur accusantibus respondere, ut est text. singularis in
d. cap. nos si incompetenter in §. item symmachus. 2. quæst.
7. Facit quod dicitur in cap. 1. §. solet, de resti. spolia. in 6. Ipse
enim symmachus fuerat habitus & tentus alias pro indubi-
tato papa, ut patet. 16. quæstio. prima in capit. in canonibus,
vbi in concilio Gangrensi vniuersa synodus surgens ac-
clamauit ad decreta symachi, ut ita fiat rogamus, & dictum
est octies exaudi Christe, symmacho papæ, viue dictū est duo
decies. & postea fuerat spoliatus, vt dictum est. Et pro huius
intelligentia vide. §. hinc etiam 17. dist. & d. §. item symma-
95 chus. Vbi colligit †Ioan. de san. quod cardinales & alij præla-
ti qui recesserunt ab obedientia vrbani. 6. ante latam senten
tiam super facto electionis eius, commiserunt schisma, & ꝙ
ipse Vrbanus ante omnia debebat restitui. Quod & videtur
voluisse archie. floren. in secunda parte summæ, ti. 3. de sup-
bia. c. 11. versi. sed quid cum duo. dum vult quod illa congre
gatio concilij pisani non fuerit bona, sed potius conciliabu-
lum. Istud tamē pro nunc non disputo, quia illa electio secū
dum aliquos fuit per impressionem, a qua habuerat ortum
dictum concilium. Sed sunt videndi. doc. in d. c. licet, de ele.
& in consi. Bal. C. si quis aliquem testa. prohi. & in d. c. in no-
mine domini. 23. dist. & dicetur aliquando in loco congruo,
vtrum potuerint procedere ad aliam electionem prima non
cassata, vt in c. considerauimus, & c. auditis de elec. Nec ob-
96 stat tex. †in capi. Deus ergo, in §. patet 3. q. 1. vbi vult tex. quod
spoliatus papatu non sit restituendus, quia loquitur in intru
so in papatum violenter de facto & de facto spoliato. qui spo
liatus non debet restitui, quia non est superior qui possit deij
cere, ut dicit ibi text.. Et ex hoc sequitur quod licet alias spo-
liatus sit ante omnia restituendus, vt in ca. in literis, & in cle.
1. cum simil. de resti. spo. & 3 q. 1. redintegranda, & per totum,
fallit in papa violenter intruso eiecto. qui non habet superio
rem qui eum possit via iuris deijcere. ponit Martinus laudē.
in trac. de principibus. q. 70. & probat tex. in c. in nomine do
mini di. 23. in versi. quod si quis, & glo. ibi in verbo audientia
Et ita intelligit illum tex. archi. ibi post gl. quæ dicit esse spe-
97 ciale in intruso quod non detur restitutio. Et addit ibi †ar-
chi. ideo non datur restitutio in §. pater, quia nō est superior
corā quo petatur restitutio, secus autem in alio intruso quā
in papa. Et ad idem allegat Ioan. de san. ibi. Vbi credo esse er-
rorem, quia Ioan. de san. fuit post archi. & semper illum alle-
gat in sua lectura Glo. tamen 3. q. 1. in summa dicit esse spe-
ciale in papa quod ei non datur restitutio si opponitur ei ex-
ceptio alicuius criminis vel non canonicæ institutionis, per.
§. patet. & ibi glo. connumerat casus in quibus non datur re
stitutio. & glo. præallegata in d. c. in nomine domini. Sed ui-
98 detur †quod illa ratio illius tex. quam doc. sequuntur ibi, nō
sit bona, quia similiter posset dici in eo qui non est notorie
vel uiolenter intrusus, quod si eijciatur de papatu, ex quo nō
habet superiorem, non sit restituendus, contra. d. §. item sym
machus. Sed dic quod tex. cum ponderat quod non habet su
periorem, intelligit qui sit iudex superior, & qui via iudicia-
li possit intrusum deijcere Facit tex. in cap. licet, in fi. de elec.
ubi dicit qdam specialiter statutum in ecclesia Romana,
quia non habet superiorem ad quem possit haberi recursus.
Et quia loquitur de notorio intruso, iuxta terminos. capit. si
quis pecunia. 79. di. ideo si de facto spoliatur non debet resti-
99 tui. Et inde †sumpta occasione dicunt ibi doc. quod si aliquis
non est capax possessionis iuris, vel rei a qua deijcitur, non de
bet restitui. De quo 14. q. 1. in glo. in summa & in ca. ex parte
de resti. spolia & ponit glo. in c. quo iure. 8. di. & Abb. siculus
in c. item cum quis, de resti. spolia. & idem in c. licet in glo. in
verbo exceptione de elec. Possidens autem aliquo colorato
titulo non potest amoueri sine causæ cognitione, vt per Inn.
& Hostien de conces. praben. capitu. 1. in 6. & in capitu. licet
episcopus de præben. eo. lib. Et similiter quod agens possesso
rio in beneficialibus, debeat probare suam canonicam insti
tutionem & iustificare possessionem ex tit. De quo late post
archi. Ioan de san. in isto. § pater. & Inno. in c. constitutus de
filijs presby. & in capit. 1. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. &
in d. c. in literis, & c. ex parte de resti. spoli. & Ioan. And. in ad
di. ad specu. in titu de resti. spoli. in ru. & glo. in cle. causam, de
causa poss. & proprie. & lapus allegatione 24. & 30. oldra. cō-
silio. 1. decisi. antepenultima in antiquis in titu. de resti. spoli.
100 Sed adhuc †videtur quod illa ratio illius tex. sit nimis genera
lis, eo quod videtur militare in eiecto & spoliato nō intruso
violenter, quia si verus papa spolietur & alius se intrudat, ve
rus papa non habet superiorem qui eum restituat, nec intru-
sus habet superiorem q eum eiiciat, & sic videtur illa ratio
contrariari multum illi. §. item symmachus Sed tu dic quod
qñ eijcitur verus papa, tunc intrusus siue spoliator habet su-
periorem ipsummet verum papam, qui poterit congregare
concilium & dare authoritatem concilio, & concilium po-
terit eum restituere, ut patet in d. §. hinc etiam. 16. di. & in ca.
nunc autem. 21. di. Non sic quando aliquis est intrusus in pō-
tificatum de facto violenter. & non est aliquis verus papa ele
ctus. tunc. n. non est superior qui possit eum deiicere. Intantū
quod dicit Card. & Hug. in d. §. patet, & refert Alex. ibi quod
etiam cardinales non poterunt esse iudices intrusi, quia licet
cardinales obtineant vices metropolitani in confirmatione
&

& consecratione papæ, ut in c. in nomine domini. 23. di. non 101 tamen in iudicij potestate. Sed videtur † etiam quod ista solutio non sit bona, quia cõgregare concilium spectat ad possessorem, ut in c. hoc quippe. 3. q. 6. ibi Ioan. de fan. & dicitur in c. cumana, & in c. querelam de elec. & c. consultationibus, de iure patro. & infra latius dicetur. Vnde potest dari alia solutio quæ fuit Egidij bellamera in d. c. licet de elec. qui opponẽdo contra tex. ibi in fin. dum dicit quod in Romana ecclesia ideo specialiter aliquid statuitur, quia nõ habet superiorem ad quem posit haberi recursus, de d. §. patet, dicit quod Gratianus habuit bonam mentem, & ad intentionem intrusi se retulit ab intrusione deiecti, qui si adiret supiorem, haberet prouocare & sustinere partes actoris in iudicio restitutorio. nam ex parte actoris metimur iudicium l. 1. in prin. ff. si pars hæredi. pe. Vnde si ipse peteret se restitui, diceret se papam, quia alias non deberet restitui, argumento eorum quæ notã tut in capi. cum ecclesia, & c. cum super, & c. dilectus de causa posses. & propri. & faciunt illa supra allegata cum dicitur quod debet iustificare possessionem ex titulo ut dicunt doc. in d. §. patet. Vnde dicendo se papam, iam diceret superiorẽ adiri non posse 9. q. 3. aliorum. Et sic si alium tanquam superiorem adiret pro restitutione obtinenda, esset sibi cõtrarius quia confessio quæ sumitur ex petitione eius, esset contraria desiderio eius. & ideo deberet denegari ei restitutio ar. c. solicitudinem de appel. Vnde habito respectu ad personam intrusi, non inuenitur iudex cuius officio possit per sententiam iudicari, siue restitui, uel eiici a possessione. Sed si bene consideretur, ista non tollunt contrarium, quia omnia habent locum in nõ intruso, & tamen §. item symmachus, vult quod ante omnia fiat restitutio per concilium. Quod concilium multo magis iudicat de intruso, ut in c. si quis pecũia. 79. di. ibi clericis & laicis Deum timentibus, intelligendo per illa uerba significari concilium, quod constat ex clericis et laicis Deum timentibus. Concilium † n. est iudex quando tra- 102 ctatur causa papatus, ut in c. si duo 79. di. vnde Egidius in hac materia aliqualiter inuolute loquens in declarando illa verba quod Romana ecclesia non habet superiorem, ponit vnã conclusionem quæ habet multas partes, videlicet quando electio & receptio papę nõ apparet facta a duabus partibus, & dum apparet electio etiam a duabus partibus celebrata, tamen constat patenter ex aliquo defectu notorio electionẽ esse nullam, & etiam dum electio & receptio a duabus partibus apparent factæ, sed constat euidenter de defectu notorio nullam reddente electionem ipso iure, si uidelicet duę partes in statu reclamandi existentes reclamant propter defectum huiusmodi, notorie apparentem, & nihilominus electus papatum nititur usurpare, tũc superior est ille qui ante electionem erat superior ipsius electi, si ipse electus alium quam papam superiorem habeat ratione ordinis, uel domicilii, uel delicti. & si ex priuilegio alium superiorem non habeat etiã ratione delicti, cessat priuilegium in casu isto, et illum ordinarium in cuius diœcesi delictum huius occupationis, seu vsurpationis exercebit, uel moram trahet, aut reperietur, p superiore habebit. sed si in diœcesi seu speciali districtu urbis Romæ & non alibi hoc delictum committit, ac originẽ, domicilium, et moram trahit, nullum quo ad iudicialia censetur superiorem hr̃e; sed hoc non obstante in casu isto et quolibet casuum prædictorum, quilibet catholicus christianus potest tali occupatori seu usurpatori bellum indicere, ipsum ab occupatione et usurpatione huiusmodi, de facto et manu militari expellendo. Vnde ad formam oppositionis respõ- 103 dendo, dicit quod † dictum Gratiani in d. §. patet, non debet referri ad casus in secunda parte conclusionis compræhẽsos, sed tantum debet referri ad casus comprahensos in prima. licet. n. quo ad petendum restitutionem, nõ possit eiectus ad superiorem recursum hr̃e, tamen quo ad puniendum notorie delinquentem, potest quilibet catholicus contra intrusũ, ad intrusi superiorem hr̃e recursum in casibus primæ partis conclusionis prælibatæ. Credo eum uelle dicere, licet trũcate loquatur, quod quando non apparet quod papa sit electus a duabus partibus, tunc quia dicitur uere intrusus, non potest ipse intrusus hr̃e recursum ad superiorem, quia sic esset sibi contrarius, fatendo se hr̃e superiorem, et sic se nõ esse papam, quia papa nõ habet superiorem. Et sic intelligitur quod tunc bene quilibet catholicus potest petere eius eiectionem, et quod quomodocũque eiiciatur non restituitur, quia nullus posset postea eum eiicere. Sed secus quando est electus a duabus partibus, quia tunc non potest proprie dici intrusus, licet notorie constet de aliquo defectu, per quem 104 electio redditur nulla. Et ideo † potest ex hoc responderi ad §. item symmachus, quod fuit restitutus quia non erat intrusus, quia si fuisset intrusus et de facto eiectus, non fuisset restitutus per d. §. patet. Vnde idem Egi. ponit aliam conclusio- 105 nem in d. c. licet, uidelicet quod dum cõstat euidenter de electione duarum partium, licet non constet de receptione in papam, nec constat euidenter de aliquo defectu notorio nullam reddẽte electionem ipso iure, & etiam dum constat euidenter de electione, & receptione duarum partium, nec est dare partes in statu in quo de iure valeant reclamare, quoscũq; defectus patiatur electus notorios, uel occultos, nullus est superior, qui adiri possit. Et sic intelligit finem, d. cap. licet. Sed istud non tollit mihi contrarium de §. item symmachus qui fuit restitutus. Et sic ratio illa est nimis generalis, quod non inuenitur superior qui possit illum apostaticum eijcere. Nec video si datur superior qui potest restituere non intrusum, quare etiam virtualiter non detur superior qui eijciat intrusum, maxime quia cum datur restitutio, datur alterius amotio. Facit quod dicit text. in c. uenerabilem de electio. & text. in c. cum ex iniuncto, de hæret. facit quod dicitur in c. inter corporalia, de translat. prælatio. Vnde pro nunc non discederem ab illa solutione abbatis in d. c. licet, quam infra referam in contrario, ad c. si quis pecunia, vt videlicet referatur ad difficultatem, quia non ita de facili potest concilium congregari, quod potest restituere, sicut restituit symmachũ.

106 Sed adhuc videtur prædictis obstare † tex. in cap. si quis pecunia. 79. distin. vbi si aliquis est intrusus in pontificatum, vult quod liceat cardinalibus & alijs clericis Deum timẽtibus illum inuasorem anathematizare, & humano auxilio a sede apostolica illum expellere. Non reperio quod doctores tangant istam contrarietatem, & multum obstat iste text. si quis pecunia, qui dat facultatem anathematizandi hoc est excõmunicandi. cum solennitate glo. 11. q. 3. si inimicus. Excom- 107 municare † enim est de lege iurisdictionis, vt in cap. dilectus de offic. ordinar. cap. quanto, & ibi glo. de consuetudin. & in cap. transmissam de elect. & ibi glo. & in capit. aqua. de consecrat. ecclesi. uel alta, cum similib. intantum quod requirit causæ cognitionem, ut dicitur post glo. in cap. nouit de offic. leg. Sed ad illum text. potest responderi quod non dicit cardinales esse iudices intrusi vel quod habeant iudiciariam cognitionem super iure intrusi, sed dat eis & quibuscuuque clericis Deum timentibus, & etiam laicis facultatem, omni conatu eum eijciendi & expellendi, ex quo non est formiter electus, sed manu populari intrusus. Vnde possunt cardinales anathematizare tanquam priuati, idest habere illum intrusum pro anathematizato. Et hoc uidetur velle cardinal. in clem. 2. in §. irritum de elec. & propterea tex. dat facultatem procedendi ad faciendum veram electionem. Facit tex. in c. in nomine domini. 23. di. vbi si post factam electionem concordem, bellica tempestas impediat verum papam inthronizari datur ei facultas administrandi, hoc non obstante, & si hominum prauorum peruersitate impediuntur cardinales quominus gratuita in vrbe fiat electio, nihilominus poterunt etiam si numero pauciores fuerint procedere ad ele- 108 ctionem. Vnde † dicit ibi Domi. & Alexand. in d. cap in nomine domini, respondendo ad contrarium in d § patet. 3. q. 1. & Archid. quod aut papa fuit spoliatus dicendo ipsum esse hęreticum, & tunc hæc exceptio ei obest. 8. dist. quo iure, & de hac exceptione, cognoscet concilium. 40 di. si papa, & cognito quod non sit hæreticus, eum restituet, & ita procedit uersic. item symmachus. Quod videtur esse rationabile, quia opponitur exceptio notorii criminis, ipso iure priuatione digni, vt late examinat Abb in c. item cum quis, de restit. spoliat. ideo non datur restitutio nisi prius cognoscatur an sit hæreticus. Sed quo adhoc adhuc obstat. §. item symmachus, qui vult quod non tenetur accusantib. respondere nisi prius restituatur. Ad quod facit tex. & quod ibi dicitur in c. 1. de resti. spol. in 6. Et symmacho, etiam opponebatur exceptio hæresis, ut in §. hinc etiam, & ibi glo. 17. dist. Et pro hoc etiam facit quod dicitur infra quando possit electo a duabus partib. obiici exceptio hæresis. Vnde nec ista videtur bona solutio. Aut opponitur papæ petenti restitutionem exceptio propter 109 crimen intrusionis violentæ sine titulo, & hoc † pendet ex articulo an agenti possessorio recuperandæ, obstet exceptio non canonicæ institutionis vt teneatur iustificare possessionem ex titulo. De quo dicendum est ut in c. in literis, & c. ex parte de restitu. spol. & iuribus supra allegatis in proposito. Vnde et si papa debet restitui, habebit ostendere se canonice electum ab habentibhs facultatem, & sic iustificare possessionem ex titulo, sicut & cœteri alii inferiores, & in aliis beneficialibus, alioquin non esset restituẽdus per illum text. de quo vide etiam ibi Alex. Quod intelligit Domin. etiam si a principio fuerit intrusus dummodo subsecuta non fuerit concordia & ratificatio per. c. licet de elec.

Sed hoc vltimum contradicit illi quod diximus statutum in concilio constantien. quia uidetur limitandum per illud quod dicitur in constitutione frequẽs in 39. sessione in §. qui vero, quę disponit quando fuit electio meticulosa & electus intrusus, ut non possit p sequentẽ consensum ratificari, de quo dicemus in examine proprii articuli. Et sic ex præmissis adhuc videtur Domin. confundere illã rationem illius tex. qui dicit quod non habet superiorem, inquantum vult quod concilium restituat, cum tamen & glo. ibi & glos. hic, in verbo audientia, & glos. ibi tertia quæstio. prima, in summa, velit quod ad eum regulariter spectat destituere, ad quem spectat. instituere, capitulo 1. & 2. de capel. mona. & in c. cum ex iniuncto de hæret. c. cum & plantare. 110 §. in ecclesiis de priuileg. cum simil. Qui enim † potest via iudiciali restituere, videtur posse etiam eiicere, & qui potest cõdemnare potest regulariter absoluere. c. inferior. 21. dis. cum contrariorum eadem sit disciplina. l. 1. ff. de iis qui sunt sui, vel alie. iur. & instit. eo. tit. & de tutelis in prin. cum simil. Sed potest dici quod ista sunt generaliter vera, sed fallunt in aliquibus casibus vt patet in dictis iuribus. Sed si recte aduertatur solutio Dominici & Alexandrini præsupponit, quod sit dare superiorem, ex quo vult quod concilium restituat, & etiam ex quo vult quod habeat iustificare possessionem ex titulo, & sic contrarium eius quod præsupponit. §. patet, cũ dicit quod non habet superiorem. Item pręsupponit aliud, quod ita papa habet iustificare possessionem ex titulo, sicut quilibet alius inferior, cum tamen papa non ligetur iure cõmuni, imo quod magis est, colorare possessionem ex titulo, est magis de stylo, & cõsuetudine curiæ Romanæ q̃ de iure, vt omnes, maxime Ioann. de Fan. dicunt in d. §. patet, post deci. 679. de restit. spol. in antiquis, & in locis supra allegatis. Et sic vult. quod stylus etiam liget papam. Vnde posset etiam aliter responderi quod non sequitur quis potest restituere papam eiectum, ut in §. item symmachus, ergo potest eiicere papam intrusum violenter, quia posset esse intrusus qui non habet superiorem qui eum eiiciat. Et quod hoc posset referri ad factum, quod videtur probare. §. patet, quando refert tex. in d. c. si quis pecunia. 79. dis. Vel potest referri ad difficultatem, quia non tam de facili potest concilium congregari 111 quam potest restituere, sicut † fuit in §. symmachus, & hoc in simili ponit Abb. in capitulo licet de electio. supplendo ad illum textu. inquantum dicit quod non habet superiorem ad quem possit haberi recursus, supplet, scilicet commode, non enim dicimur posse quod commode non possumus. l. 112 nepos proculo. ff. de verbor. significat. Et istam eandem † solutionem sentit Barba. in cap. quod translationem in 33. col. de offic. lega. & est vna de fallentiis quæ dantur ad regulam quod spoliatus debet ante omnia restitui in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir. poss. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de Vi. c. i. de restit. spol. in sexto, & in capit. in literis cum seq. de restit. spol. & d. §. patet, & §. item symmachus supra adductis. Sed ista solutio non satisfacit, quia, licet non commode congregetur concilium, non sequitur quod nõ sit dare superiorem qui restituat super quo se fundat ille textus ex quo sequuta congregatione poterit concilium restituere. Nec iura quæ dicunt aliquem spoliatum restituendum ponderant difficultatem facti in restituendo, ut ex hoc impediatur restitutio quominus fiat. Videmus enim quod præbent iura authoritatem parti etiam post longum tempus recuperare rem propriã qua quis est spoliatus, ubi in recuperatione est difficultas, vt patet in recuperatione alicuius magni, & fortis castri & fortalitii, vel alicuius ciuitatis etiam post decennium, vt dicunt doctor. in capitulo olim el primo de resti. spol. maxime Immol. & Ang. in §. quadrupli. 17. col. insti. de actio. Bart. in l. 1. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Ponit Bal. in l. fi. C. de iis qui a non domino manumittuntur. Vnde posset & aliter responderi quod immo tunc uidetur permitti eiectio omni conatu quando nõ habet superiorem per. d. 113 c. si quis pecunia. Vel potest responderi quod Romana † ecclesia non habet aliquem superiorem singularem dominũ ad quẽ in occurentibus dubiis possit haberi recursus, & ideo multa specialia sunt introducta in electione Romani pontificis, & quod intrusus ideo eiectus non restituitur, quia non habet superiorem, sicut est in aliis inferioribus ecclesiis quæ habent superiorem. Nec per hoc dicitur quod concilium, quamuis non sit superius papa vero & indubitato, si in electione papę occurrat dubium non habeat cognitionem, propter periculum vniuersalis ecclesiæ, nec si hoc casu quo de papa cognoscit diceretur superior, de quo dicetur infra, propterea habetur in consideratione, propter difficultatem congregandi. nec potest vere dici superior, quia non in omnib. 114 simpliciter est superior. Et per dictum. † §. patet. uoluit. Egi. (referendo ibi Gratianum) quod licet alias quilibet uiolentus & prædo sit restituendus, ut in cap. in literis cum similib. de restit. spolia. secus est intruso in sedem apostolicã, quia nõ restituitur. Ita dicit ipse in c. 1. de iniu. in 6. & pono infra in illa qõne, sed vltra p̃dicta, pone qđ aliqui principes velint pręfigere terminum papę ad congregandum concilium & cæt. 115 Potest declarari † ista solutio per uerba magis consona literę, quod tunc demum datur facultas cardinalibus, & clericis, & laicis anathematizandi, & humano auxilio a sede apostolica pellẽdi intrusum, qñ papatus & sedes apostolica p uiolẽtiã occupat̃, quo casu si spoliatur q̃a nõ inuenit̃ sup̃ior cuius officio ille apostaticus spoliatus si restitueret̃ postea posset excludi, ideo non restituit̃. Et hoc habet locum siue referamus ad factum eius qui per potentiam violẽter manu militari & populari occupat, siue referamus ad ius, quia ex quo sedes vacat, saltem de facto, quia nullus est in possessione papatus q̃ sit verus papa ad quem possit haberi recursus, ideo licet per cardinales talem anathematizare & humano auxilio pellere. quod fit iuris authoritate, & alias non liceret si non esset per violentiam, populari vel militari tumultu intrusus. ideo iuris authoritate propter carentiam superioris, de facto 116 eiectus non restituitur. Sed obstat inquantum † dicit si quis pecunia, quia videtur quod si papa per pecuniam obtineret põtificatum, possit humano auxilio per cardinales & alios pelli a sede apostolica & anathematizari &c. Sed dic quod ille tex. debet intelligi quando cum pecunia vel humana gratia vel populari tumultu interuenit etiam violentia intrusi, vt probat tex. in d. §. patet, & tex. in d. cap. si quis pecunia, ibi in- 117 uasorem illum &c. Ad. §. item symmachus, † dicendum est quod symmachus erat spoliatus, & etiam impetebatur quod responderet obiectis criminibus in concilio. ideo fuit decretum quod non prius teneretur respondere quam restitueretur. Et forte ab actore spoliatus etiam non tenebatur respõdere. & si a tertio & criminaliter impetebatur, erat de maiori parte substantiæ, quia de papatu. Vide in. d. capitulo 1. de resti. spolia. in 6.

De exceptione heresis in papam.

118 Sed quid † si papa est electus a duabus partibus iuxta formam. c. licet, vtrum poterit contra eum opponi exceptio hæresis? Et glos. quinta in d. c. licet, goff. philippus & Vin. secundum quod referunt Egidius & Hostien. ibidem, & Ioannes. 21. di. §. nunc autem. & in c. si papa. 40. di. & in cap. si quis pecunia. 79. di. & calde. in d. c. licet, & Bal. ibi, qui dicit quod qui excipit de hæresi, non proprie excipit, sed dicit nullum esse, tenent ꝙ sic. Sed alanus, Vinc. vt refert Io. An. & Inno. compostel. Ioan. An. Anto. cardi. & Abb. Petrus de ancha. & Ioan. de Immo. videntur velle quod post electionem factam formiter a duabus partibus & receptionem, nõ possit opponi exceptio hęresis, sed bene possit accusari per. c. si papa. 40. dist. quod & refert Domi. in c. vbi periculum in. §. cæterum in glos. in verbo idoneo, de elec. in 6. Et idem videt̃ velle cardi. in cle. ne Romani. §. penul. de elec. & henricus boich in d. c. licet. Et hoc per rationem illius tex. qui generaliter prohibet posse opponi aliquam exceptionem. Quo ad id quod dicitur de accusatione, vide doc. in capit. in fidei, de hære. in 6. Pro quo facit. 17. di. §. hinc etiam, & §. serenissimus. 119 & 2. q. 7. §. item symmachus. Et in hoc † dicunt eum releuari, quia cum debeat eligi papa a duabus partibus vt ibi, releuat̃ primo, quia ipse etiam connumeratur in numero duarum partium, & secundo quia contra eum postquam est electus non potest opponi aliqua exceptio. Vtrum autem hoc sit verum simpliciter quod ipse computetur in numero duarum partium, vide ibi latius per doctores post glo. quia non procedit sine dubio, quia glo. tenet ibi contrarium de quo vide ibi in d. cap. licet, distinctionem Bal. & cardi. in 9. q. Et Abbas ibi vult tunc demum computari vocẽ electi quando prius fuit ab alijs electus, & ipse postea consentit electioni de se factæ, 220 quia tunc non potest dici ambitiosus. Et † si ipse ante dedisset vocem suam alteri, potest recedere ab electione quam fecit, & accedere ad electionem de se factam, quia admittitur variatio per accessum, vt ibi est text. & dicunt doc. Adde etiam quod licet quis non possit eligere seipsum, ut in c. fin. de insti. 121 tamen si electio † papę committeretur a cardinalibus vni, ille posset eligere seipsum. & hoc casu no hẽt locum. c. fi. Ita dicit archie. flo. in tertia parte historię suæ titu. 21. cap. 4. Quod ideo dicit quia tũc uice omnium aliorum eligit. & dicit hoc euenisse in Ioanne. 22. De quo dubito si non fuisset data etiã facultas eligendi se ipsum. & contrarium videtur velle Ho- 122 stien. in d. c. licet. Sed contra † oppinionem Inn. & relatorum supra & aliorum sequacium, facit quod si potest accusari a fortiori uidetur quod possit contra eum excipi, quia cui damus actionem multo magis exceptionem. l. 1. § ait prætor. ff. 123 de superficiebus. & l. cui damus. ff. de regulis iu. c. qui ad agẽdum co. titu. in 6. Aliqui respondent quod illa regula nõ habet locum in possessorijs adipiscendæ possessionis, vt fuit Io. And. in d. cap. licet, qui remittit se ad d. cap. qui ad agendum. Sed card. in d. c. licet, tenet quod Imo ueritas est in contrariũ i. quod illa regula non habet locum in possessorijs recuperãdæ in quibus non obstat exceptio dominii, tamen in possessoriis adipiscendæ & retinendæ sic, in quibus obstat exceptio dominii, ut ponit dy. in d. regula qui ad agendum. Cum opinione

nione Inno. tenet etiam Ioan. de Ligna. in d. c. licet. Pro qua opinione facit ſecundum Egidium bellamera ibi, quod aut talis electus poſsidet. & tūc ceſſat exceptio. quia ceſſat actio. ff. vti poſſi. l. 1. §. interdictum autē. exceptio enim eſt actionis excluſio. l. 2. in prin. ff. de exceptio. Aut poſſedit & eſt ſpoliatus, & tunc ſtatim nulla exceptione audita reſtituendus eſt. c. item cum quis, & c. in literis de reſtit. ſpoliat. & in papa ſpoliato text. in d. §. item ſymmachus. 2. q. 7. Aut poſſeſſionem nūquam habuit, & tunc adhuc idem, quia cum talis electio vim confirmationis habeat, vt ibi & 23. diſt. in nomine domini, nulla exceptio debet eius executionem impedire. Ad hoc quod legitur in c. conſtitutus de appellat. & in cap. accedens de accuſat. & per Egid. in capit. quod ſicut, de election. Et quia ſi eſſet aliud dicendum in aliis, ſecus videtur dicendum in hoc caſu electionis papę, in quo aliquid ſpeciale quo ad hoc ſtatuitur, vt dicto cap. licet in fin. & ſimile in cap. indemnitatibus. §. ſane. & §. verum eo. tit. in 6. ad regulam qui
124 ad agendum. Volendo tenere † opinionem Innocent. poteſt reſponderi, quod regula eſt vera quando ad idem eſt agendum & excipiendum, & ad idem tendit actio & exceptio, vt dicit Innocent. in iſta materia in capit. inter dilectos de exceſſio. prælat. quia actio ſiue accuſatio tendit ad vindictam, & non ad perſecutionem rei familiaris, ſicut exceptio quæ proponitur pro defenſione iuris vel rei familiaris. Vnde in propoſito quando papa accuſatur de hæreſi, actio ſiue accuſatio tendit ad pœnam quia tendit ad hoc vt priuetur & amoueatur a papatu, ſed quando excipitur quod eſt hęreticus, non impedit, nec per talem exceptionem remoueri poteſt a papatu, nec per eam tollitur titulus papatus. Et ideo quia exceptio & actio tendunt ad diuerſa, nō habet locum regula, cui damus actionem & exceptionem, immo tunc aliquando datur actio & non exceptio. Vnde in ſimili ſi periurus vel criminoſus, qui poteſt priuari beneficio recipit beneficium, & agit ſuper illo contra tertium, reus non poteſt excipere de crimine ad effectum vt ipſe repellatur ab agendo, & petendo ſuum beneficium, & tamen poteſt contra eum agere ut priuetur, vt dicit cardina. in c. cōſtitutis in fi. de appellat. Facit quod dicitur in c. dilecti de excep. vbi de materia & in c. ſuper ijs & c. accedens de accuſat. & quod dicitur in cap. 1. de except. & c. 2. de confeſ.

Sub iſto articulo comprehendendo plures caſus, dic ſedundum Egidium bellamera quod aut quæritur vtrum electio facta de hæretico & pertinaci ad papatum ſit ipſo iure nulla. Et dicendum eſt quod ſic, argumento, capit. quicumque. §. hæretici autem de hæret. in 6. & quod not. 19. diſtin. Anaſtaſius. in prima gl. & 2. q. 7. ſacerdotes, cum ibi notatis per gloſ. & Archidiac. & quod notatur. 24. q. 1. in ſumma, & ea. cauſa & q. capit. 1. 2. & 3. Facit dictum apoſtoli ad Titum. cap. 3. ad finem. Et facit ratio, quia in natura nō poteſt verum caput in totum a corpore ſeu membris ſeparari, nam ſicut epiſcopus eſt caput eccleſiæ ſuæ particularis, vt in capit. nouit, de iis quæ fiunt a præla. 7. quæſtio. prima, capit. denique, ſic & papa eſt caput uniuerſalis eccleſiæ, vt in capitulo ſignificaſti de elect. Et ſicut non poteſt ſeparari ab epiſcopo capitulum eccleſiæ, vt in c. cum non liceat de præſcript. ita dicendum eſt in papa. Sed hæretici & ſchiſmatici ſunt diuiſi & ſeparati ab eccleſia, ut in capitulo firmiſſime de hære. & vigeſimaquarta quęſtione prima, per totum, igitur papa hęreticus tanquam ſeparatus ab eccleſia non eſt papa, & electio de eo facta erit nulla, & idem ſi non ſit vir ſed mulier.

125 Sed ſi † ſit vxoratus & vxor non poteſt induci ad ſeruandum continentiam, cohabitabit cum ea, ut dicitur poſt gloſ. in capitulo ſi quis pecunia. 79. diſtinct. & dicit Anton. & Abb in capitulo licet, & dicit domin. in capitulo vbi periculum. § cęterum de elec. in 6.

Vtrum autem eo caſu retinebit pōtificatum, dicitur in dicto capitulo ſi quis pecunia quod ſic. Immo ſecundum quod dicit matheſillanus in addit. ad tractat. Anton. de Butrio, eo caſu ſi papa non poteſt induci ad renuntiandum, ex quo vxor non uult ſeruare continentiam poſſet propterea deponi, vt refero infra in quęſtione quando papa paſſim committit ſimoniam, & eſt incorrigibilis, utrum poſſit deponi. Quod dictum matheſiliani an ſit verum, uide in dicto capitulo ſi quis pecunia, quia non videtur quod papa poſſit poſt electionē a papatu eiici niſi propter hęreſim, & maxime q̃a quod a papa non poſſit retinere vxorem, uidetur eſſe de iure poſitiuo, preſertim ſi cardinales fuiſſent conſcii tempore electionis quod erat uxoratus.

Et idem in infante. ſ. quod ſit nulla, quia nō eſt capax ordinis, ſecundum. d. Anto. ibi. Et idem ſi ſit iudæus, paganus, non baptizatus & fidei chriſtianę inimicus ut ponunt doc. in d. cap. licet. maxime egi. in 5. quæſito, in uerbo abſque vlla exceptione, in verſic. ſexto dico. Et ibi etiam ponit idem ſi ſit mulier. Et idem videtur Ioanni. And. in nouella dicendum de monacho. Quod non eſt ſimpliciter verum ut ibi notat Ab. in quarto notabili. & ponit cardi. in. 28. quæſtione. qui ſimpliciter tenet contrarium in d. ca. licet. qđ late examinant doc. in d. cap. licet. Et idem ſi ſit furioſus ſecūdum Ant. & Abb. in d. c. licet. Qui Abb. ſimpliciter inteligit in omni exceptione per quam iure diuino vel naturali infertur quod non poſſit eſſe papa, quia tales exceptiones non ſolum inficiunt ius habendi ſed etiam poſſidendi. & dummodo furioſitas fuerit ante & tempore electionis, ſecūdū Ant. ibi. Idem ſi opponatur quod fuerit electus adhuc viuente papa cum forte crederetur mortuus, vel quod eſſet ita tempeſtate maris oppreſſus quod euadere non poſſet, quia non va-
126 leret electio, quia † viuus eſt non ſolum qui viuere poteſt ſed qui mori poteſt, notatur. ff. de manumiſ. teſta. l. qui duos, vnde non dicitur mortuus cui de ultimo vitæ ſpiritu aliquid ſupereſt, notat glo. in c. commiſſa de elec. li. 6. Ita dicit Bald. in
127 d. c. licet. Quid autem de corpore vitiato, † Glo. in c. in nomine domini, in uerbo gremio, dicit quod non eſt idoneus. Sed dic contra, quia licet non debeant eum cardinales eligere, tamen poſt electionem exceptio quod ſit corpore vitiatus, eum non repellit, ſecundum doc. ibi in. d. cap. nomine domini. maxime Alex. ibi. qui etiam ponit ꝙ non poterit opponi quod nō ſit de gremio cardinalium, & idem dicit Abb. in 4. notabili. d. c. licet. Quamuis. n. cardinales alias peccent eligēdo aliquem inhabilem in habilitate inſurgente de iure poſitiuo, tamen poſt electionem non poterit contra eum excipi.
128 De hermaphrodito † muto & ſurdo dicit ibi Bald. in d. c. licet quod non eſt quærendum, quia cardinales non facerent ita fatuam electionem, & de ineptis non eſt quærendum. Sed imo videtur quod poſſet contingere maxime in hermaphrodito, cuius vitium poteſt occultari. & forte in eius ꝑſona electio non retractaretur, ſi magis in caleſceret ſexus maſculinus per tex. & dicta ibi in l. quæritur. ff. de ſtatu hominum.

129 Addo † ad iſtud primum membrum diſtinctionis Egidii inquamtum ponit de hæretico pertinaci, videri idem dicēdum de quocunq; hæretico ſiue notorio, ſiue occulto, & ſiue pertinaci ſiue non pertinaci, ſcilicet quod ſi cōſtat eum tempore electionis fuiſſe hæreticum, electio fuit nulla, ex quo tunc tempore electionis erat in firmo propoſito tenendi damnatam opinionem. Et quamtumcunq; poſt factam electionem & detectam hæreſim non eſſet pertinax, non ſufficeret forte ad remanendum in pontificatu, quia ex quo tempore electionis non poterat eligi & electio fuit nulla, non conualeſceret, & præſumeretur mutaſſe opinionem potius vt remaneret in pontificatu. Licet aliter videretur dicendum ſi poſt factam electionem factus fuerit hæreticus, & in illa hæreſi non fuerit pertinax, quia tunc remanebit pontifex, ex quo a principio vera & bona fuit & valida fuit electio. Ratio in primo caſu eſt quia ex quo tempore electionis reperitur ipſum eſſe extra eccleſiam, non poterat eſſe caput eccleſiæ, ut dicunt doc. in d. ca. licet. & vide quæ dicunt infra in illa quæſtione de papa qui poſt congregatum concilium antequam ſit conuictus reuocat opinionem. & in alia ex quibus cauſis poſſit papa deponi.

Aut quæritur nunquid papa qui labitur in hæreſim poſt electionem & receptionē & pertinax eſt, deſinat ipſo iure eſſe papa. Et dicit idem Egidius quod ſic. argumento. capi. vt commiſſi poſt prin. de hæ-
130 re. in 6. accipienpo ibi verbum † potius correctiue ſeu expoſitiuæ, prout ibi accipit Ioan. An. in nouella. & argumento. ca. cum ſecundum eo ti. & li. & cap. fœlicis. §. ſi quis vero. de pœnis in 6. Et licet illa iura non uideantur ligare papam, argumento. c. propoſuit de conceſſ. præben. urgent allegata in ꝓximo membro immediate ante. & quia dicitur de hæretico pertinaci in c. dixit apoſtolus. 24. q. 3. & d. ca. nunc autem. Et intelligo Egidium in pertinaci ſiue fuiſſet talis hæreticus occultus & poſtea in hæreſi depræhenſus & conuictus, ſiue aliter factus notorius hæreticus, quod talis deſinit eſſe papa, ut in d. cap. ſi papa. 40. diſt. & dico in præallegatis quæſtionibus.
131 Aut quæritur † vtrum contra electum in papam, poſſit excipi de hæreſi. Et tunc ſi huiuſmodi hæreſis eſt notoria & quærimus de iudiciali oppoſitione, non poteſt, per tex. in d. cap. licet in fi. Vult dicere quod non poſſit excipi iudicialiter, quia ex quo non habet ſuperiorem, non eſt coram quo poſſit ventilari tale iudicium. Sed hoc non haberet locum poſtquam eſſet congregatum cōcilium generale, coram quo tractatur cauſa papæ ſuper hæreſi, ut dicitur in c. ſi papa. 40. di. Item tenentes iſtam opinionem quod non poſſit obiici etiam exceptio hæreſis, mouent̄ ꝑ tex. q̃ vult ꝙ ſtatim papa poſt electionem a duabus partibus conſequitur plenum ius, & prohibet generaliter obiectionem cuiuſuis exceptionis. In qua opinione

ne fuit Inn. Ioan. An. Ioannes de lignano & cardi floren Hoſtien. & compoſtel. Sed ſi eſt verum quod poſſit obijci omnis exceptio quæ vulnerat titu. papatus ratione defectus inſurgentis ex inhabilitate iuris naturalis vel diuini, ut vult Ant. & Abb. ſiculus in d. c. licet, electio facta de hæretico eſt, nulla, quia eſt præciſus ab eccleſia, ut ſupra dictum eſt, & ſicut poteſt opponi exceptio quod eſt iudæus ſiue paganus, eodē modo videtur dicendum de hæretico, loquendo de notorio hæretico & de nondum poſſeſſore pontificatus. Et iſto modo poteſt intelligi glo. in d. c. licet, & Alanus & Vicentius, videlicet in notorio hæretico & ante ſuſceptā adminiſtrationem, ſed poſtquam adminiſtrauit, abbas vult quod non poſſit excipi ſed accuſari de hæreſi, & ſic cum opinione Innocē. Si autem quærimus de extraiudiciali oppoſitione, videlicet ſubtrahendo & denegando obedientiam huiuſmodi hęretico notorio pertinaci, vel eum non admittendo, uel a papatu remouendo, poteſt fieri & opponi per notata per gloſ. & archi. 24. q. 1. in ſumma. & quæ dicuntur in capitulo veſtra, de cohabi. cle. & mulie. & de diuor. c. ſignificaſti. per Inno. & in cap. conſtitutus, de filiis presby. & tex. eſt planus ſecundū ipſum Egidium in d. §. patet. 3. q. 1. Aut hęreſis non eſt notoria. Et talis exceptio non eſt admittenda. imo hoc caſu electus in papam admittendus eſt ad poſſeſſionem, & ſi eſt ſpoliatus eſt reſtituendus ante omnia non obſtante pręcicta exceptio-
132 ne. Et ita † intelligit Egi. §. item ſymmachus, & §. hinc etiam ante fin. argumento. 3. q. 1. epiſcopis. 2. q. 4. omnibus & c. mandaſtis, & 8. q. 4. nonne. Et ita procedunt notata per archi. in c. vbi periculum, in §. cæterum in fin. ſuper uerbo ideoneo. Et ſunt prædicta uera de electo a duabus partibus nondum recepto. ſed in electo a duabus partibus & recepto ab eis libere, ipſa libera receptione durante, ſi de his patenter conſtat, dicit idem Egidius in d. c. licet, quādo examinat defectus reddentes electionem nullam in verſi. ſecunda ergo concluſio, quod nulla poterit opponi exceptio nec fieri contradictio iudicialis uel extraiudicialis, nec de hęreſi aut alio crimine uel defectu notorio uel occulto eligentium, uel electi, nec de ſimonia uel impreſſione in electione cōmiſſa, & quod abſque ulla tali exceptione ab vniuerſali eccleſia talis pro Romano pontifice eſt habendus. Et ad hoc mouetur per generalitatē illius tex. in fin. quam ita effuſam in materia tam periculoſa non præſumit diſtinguere, maxime cum nec glo. nec doc. diſtinguant. & præſertim in electione facta per impreſſionem in qua etiam nihil ponunt ſpeciale, & ideo dicit tenēdum ꝙ non poſsit obijci. Et ad. c. in nomine domini & c. ſi quis pecunia, reſpondet ſe fateri quod electus & inthronizatus per impreſsionem non eſt apoſtolicus ſed apoſtaticus, & ꝙ a cardinalibus & aliis clericis Deum timentibus & laicis tanquam anathematizatus & inuaſor a ſede apoſtolica dēt pelli. Sed ſecus dicit in propoſito. ait enim quod ſi talis per impreſsionem electus, libere eſset receptus in papam a duabus partib. & duraret talis receptio, & de his manifeſte appareret, tunc non poſset de impreſsione excipi, ſed deberet Romanus pōtifex ab eccleſia uniuerſali haberi. & valebunt omnia quę faciet quaſi per prætoris tuitionem. l. 1. §. idem pomponius. ff. quod fal. tuto. Et hoc ideo quia receptio & obedientia libera dominorum cardinalium habet vim confirmationis, ſecundum Hoſtien. ibi, & authoritate. d. ca. licet, vt euitetur maius malum, non obſtante quocunque defectu, dat ei facultatem adminiſtrādi papatum etiam ſi non ſit papa, & arctat omnes Chriſti fideles ad ei obediendum tanquam papæ. Pro quo facit ille tex. in cap. in nomine domini. 23. di. qui vult quod ſtatim poſtquam eſt electus poſsit adminiſtrare. Intelligit tñ quod in caſu præmiſso licet contra talem non poſsit obijci de hæreſi, tamen bene poterit accuſari, & in hoc concordāt omnes doc. in d. c. licet. Vide de iſta materia quæ recito poſt Egidi. in illa quæſtione quādo papa paſsim committit ſimoniam dando prælaturas pro pecunijs, modicum ante fi. & in ſertam bullam Iulij, in quæſtione, utrum ſimonia inficiat ipſo iure papalem electionem. & in ſecunda quæſtione illam ſequente, uidelicet quando obijcitur aliquid contra papam per quod dicitur quod non ſit verus papa, cum ſequen. De iſta autem exceptione per impreſsionem alibi latius dicetur & hodie eſt conſtitutio frequens edita in concilio conſtantien. ultra ea quæ dicuntur in c. licet de elec. & c. in nomine domini 23. di. & quod dicit Abb. in c. abbas, quod metus cau-
133 ſa. De exceptione † quod ſit hæreticus notorius, videtur dicēdum ut ſupra dixi, quod quia talis exceptio, vulnerat titulū papatus habendi & poſsidendi, poteſt opponi, ut ponit Abb. in d. c. licet in gl. 3. Quod intelligit etiam in electo a duabus partib. ſed ante poſseſsionē. Et hoc uidet̄ ſentire Egi. in quocunque delicto notorio reddente electionē nullā, quia non poteſt adiri ſuperior. Ita ipſe ſentit in illo articulo vtrum electio illa Vrbani fuerit nulla in conſilio. 99. Quinimmo ſi recte inſpiciatur, idem Abbas loquitur in quocunq; hęretico etiam occulto ante tamen poſſeſſionem, & adminiſtrationem, quod videtur eſſe contra illud quod dicit Egidi. in vltimo membro ſupra, ſed poſt poſſeſſionem vult quod tantū poſſit accuſari, & non excipi. Et ſic patet quod licet alias quam primum eſt electus a duabus partibus, talis poſſit illico ſe ingerere adminiſtrationi, tamen ſi impediatur de facto, puta ſi obiiciatur hæreſis, talis exceptio impediet adminiſtrationem, ipſi ſic a duabus partibus electo.

134 Quinimmo ſi † tempore celebratæ electionis cōcilium teneretur, & contra electū & poſſeſſorem obiiceretur notoria hæreſis, concilium poſſet per ſe cognoſcere, quia ſufficit quod allegetur notorium, & ſicut poteſt opponi quod non eſt electus a duabus partibus, pariformiter, & multo magis opponi poteſt, quod eſt notorius hæreticus. Et concilium procedet tanquam contra notorium hæreticum ſine alia accuſatione, ut patet ex iis quæ ponit Anton. in c. veſtra in 3. colum. de cohabi. cleric. & muli. Licet docto. poſt electionem, quia poteſt illico ſe ingerere adminiſtrationi, in hæretico etiam ſimpliciter dicant, quod non poſſit excipi, ſed quod debeat accuſari, non aliter diſtinguendo. Et ſi recte inſpiciatur, iſta mea opinio non contrariatur dictis doctorum in d. c. licet, quia eorum dubietas eſt, quod contra electum in papam a duabus partibus & receptum, non poteſt obijci exceptio etiam notoriæ hæreſis quo
135 minus remaneat papa, & adminiſtret papatum, quia ſola † exceptio notoriæ hæreſis non ſuſpendit eum ab adminiſtratione papatus, ſed debet accuſari, ſecundum quod dicunt in c. in fidei de hęr. in 6. Et in caſu noſtro dicitur quod poſtquam eſt congregatum concilium, ita poteſt procedi contra papā hæreticum notorie, per viam exceptionis, ſicut per viam accuſationis, quia concilium iudicat de hæreſi papæ, ſiue illud ſit per viam accuſationis, ſiue exceptionis ſine differentia. Facit quod dicitur in c. 1. in fi. de except. & in c. ſuper iis & c. accedens, de accuſat.

136 Vnde † concludendo ex præmiſſis dicendum eſt quod ſi quęrimus vtrum hęreticus habeat titulum papatus, dicendum eſt quod non, ſiue fuerit hęreticus ante electionem ſiue ſit factus hęreticus poſt electionem, & ſiue fuerit & ſit in poſſeſſione pontificatus vel non, ut in cap. ſi papa. 40. diſt. Et de hęreſi ſemper poterit accuſari in concilio, ut in d. c. ſi papa, & dicitur in c. ſuper eo de hęre. Si autem quęrimus vtrum poſſit excipi de hæreſi ante electionē, clarum eſt, qđ ſic, quia uulnerat titulum pontificatus habēdi & poſſidendi. Si uero quęrimus poſtquam eſt electus a duabus partibus, utrum electio ſit nulla, dicendum eſt quod ſic, ex quo tempore electionis erat hęreticus. Si autem poſt electionem ſit hęreticus, deſinit ipſo iure eſſe papa, ut de his duobus caſibus ſupra dici-
137 tur. At ſi † quærimus vtrum poſſit excipi poſtquam eſt electus ad amouendum eum a pontificatu, dicendum eſt quod non poterit ſi fuit receptus, tum quia non eſt ſuperior ad quē poſſit haberi recurſus, tum quia ex quo ipſe receptus nihil petit, cum iam poſsideat, ceſſat actio, & cōſequenter exceptio quę eſt actionis excluſio, ut dicit Abbas in cap. licet in glo. in verbo exceptione. Et hoc ſiue ſit hæreticus notorius ſiue occultus, ex quo eſt electus, receptus, & pacifice adminiſtrat, ut
138 ſ. dictum eſt. Si aūt nunq̃ fuit receptus nec admiſſus nec adminiſtrauit, tunc aut hęreſis eſt occulta, & non poteſt excipi per c. licet, ex quo eſt electus a duabus partibus, nec poterit impediri quin adminiſtret, vt in c. in nomine domini 23. diſ. quia virtualiter non requiritur aliqua receptio nec admiſſio, quia ipſo facto, quod a duabus partibus reperitur formiter electus, poteſt propria authoritate adminiſtrare. d. cap. in nomine domini, ſecundum Innocent. & refert cardin. in 14. quęſito in c. licet. de elect. Sed debet accuſari ſecundum cō-
139 muniorem opinionem in d. c. licet. Et hoc † probat tex. in verbo redarguere, quod denotat accuſationem in d. ca. ſi papa, ſecundum henricum in d. cap. licet. Aut hęreſis eſt notoria, & impeditur iſte electus qui nunquam poſſedit quia non admittitur & ſubtrahitur ei obedientia. Et iſto modo exceptio admittitur, quia talis inficit titulum, & ius habendi & poſsidendi. Et hoc videtur velle Abb. poſt Anton. in d. cap. licet, cum ipſe, Abb. tantum conſiderat ſi fuit vel non fuit adeptus poſſeſsionem, nec ꝯſiderat an ſit notorius hęreticus, ſed ſimpliciter loquitur in quocumque hęretico. Et hoc tenet Egidius hic, cum vult hoc poſſe opponi extraiudicialiter, per glo. & Archid. 24. q. 1. in ſumma. Nō obſtat quod dicit de Vrbano Ioan. de Fan. in §. item ſymmachus. 2. q. 7. tum quia Vrbanus erat poſſeſſor papatus, nec obiiciebatur ei exceptio hęreſis, tum quia erat dubium an metus eſſet iuſtus, & an electio facta per metum eſſet nulla. Secundun autem Egid. iſta exceptio notorię hęreſis non poteſt opponi iudicialiter, qa ſufficit quod ſit electus a duabus partibus ad hoc ut nulla ei exceptio poſsit obiici, ut in d. capit. licet. quinimo, quod plus eſt,

eſt, ſufficit quomodocunque fuerit nominatus in papam ſecundum Hoſtienſ. & Anton. in d. c. licet. Et opinio Egidii ui detur comprobari communiter. nam Innocent. Immol. cõpoſtel. Ioan. de Ligna. henric. Ioan. Anton. Card. ſimpliciter loquentes non diſtinguunt an iudicialiter vel extraiudicialiter, an hæreticus notorius vel occultus, ſed ſimpliciter volunt quod poſt electionem a duabus partibus, & acceptationem ſubſecutam electi, nulla poſſit ei obijci, exceptio etiam hæreſis, ſed quod debet accuſari. Sed ſecundum opinionem Abbatis ſiculi, qui conſiderat poſſeſſionem antequam cœperit adminiſtrare, poteſt obiici de hæreſi & alijs exceptionib. iuris naturalis, & vulnerantibus titulum, & ius poſſidendi. Pro quo videtur tex. in d. cap. licet, qui ad hoc vt nulla poſſit obijci exceptio, requirit quod ſit electus & receptus a duab. 140 partibus. Et hoc † dicit Hoſtienſ. ibi; in verdo receptus. Et hoc mihi placet. Licet eo reſpectu vt poſsit per ſeipſum adminiſtrare, ſufficiat etiam ſi non fuiſſet receptus ſecundum Ioan. And. qui ſic refert Hoſtienſ. in hoc. Si autem iſta exceptio notoriæ hæreſis opponitur poſt electionem, receptionem, & adminiſtrationem, in hoc non reperio quod doctor. aliquid ſpecifice dicunt, ſed ex quo ſimpliciter loquendo dicunt electo a duabus partibus, recepto, & admiſſo, non poſſe obijci de hereſi non diſtinguendo de occulta vel notoria, vidẽtur velle quod non poſsit excipi ſed accuſari. Et iſtud clare proſequitur Egidius hic, in eo qui eſt electus a duabus partib. & receptus & durat receptio, ut ſupra dicitur, & rationes eorũ quæ diuerſæ ſunt, procedunt etiam in notoria hæreſi. Sed 141 poſtquam eſſet † congregatum concilium ad diſcutiendum de viribus tituli papatus, mihi videtur etiam ſi per viam exceptionis notoriæ hæreſis procedatur, quod talis exceptio eſſet admittenda, quia ad accuſandum non ſic de facili ſolet accedi, & eſſet cauſa fouendi hereticum caput in ſede apoſtolica, & in notoriis non requiritur petitio neque libellus, neque accuſatio, maxime in materia peccati & tangente publicam vtilitatem. vt dicitur in c. veſtra, maxime per Anto. in 42. colum. Et poterit cõcilium procedere per viam inquiſitionis ſecundum Anton. ibidem columna 37. verſic. venio 142 ad quartum. Et notorium † ſufficit quod allegetur & proponatur, vt in clem. appellanti, de appellat. Et ſuper notorio ꝓceditur ad executionem ſine ſententia, ut in l. ictus fuſtium, ibi Bartol. ff. de infamibus. Non obſtat quod c. licet, prohibet opponi omnem exceptionẽ, quia ad hoc reſpondet ibi Abb. Item illud intelligitur quod per exceptionem non impediatur adminiſtrare, ſed quod nõ poſsit per conciliũ amoueri ille q nõ eſſet nec eſſe poſſet papa, nõ fuit ſenſus illius tex. nec quod hæreticus remaneret papa. Et hic adde quę dicentur infra in illo articulo an ſit ſufficiens cauſa congregandi concilium propter ſimoniam in verſic. ſed quęro vlterius.

143 Et † ex his patet ad quem ſpectabit congregatio concilii in primo caſu ſecundi membri, quia ſi reperitur vnus electus a duabus partibus formiter, & voluntarie receptus, ſi de electione conſtat, nec tempore electionis conſtitit notorie de aliquo crimine ipſo iure inficiente titulum papatus, vel ſi non conſtat de electione & receptione a duabus partibus, tamen non eſt dare caſum in quo partes, ualeant reclamare, nec alius eſt intruſus, ſpectabit congregatio concilij ad talem poſſeſſorem excluſo contradictore. Si autem eſt tale quid quod inficit ipſo iure titulum papatus, & nondum ille receptus eſt, & eſt caſus in quo licite partes valent reclamare, tunc ſi nullus eſt in poſſeſsione, congregatio ſpectabit ad cardinales ex quo habent iuſtam cauſam reclamandi, & nullus electus eſt verus papa, quia obſtat tale quid quod ipſo iure inficit titulum papatus, quod allegatur ante electionem vel in ipſo actu electionis, alioquin ſemper congregatio ſpectabit ad eum.

144 Alius † & ſecundus caſus ſecundi principalis membri erit quando ſunt electi duo & recepti, & una pars adhęret uni & alterum dicit hæreticum, vel ecõtra altera pars alterum dicit papam, & alium ſchiſmaticum & ſic vtraque pars habet partem ſuę, obedientiæ, & uterque eſt in poſſeſsione partis ſuę. Et tunc videtur quod nullus ipſorum conuocabit, ſed potius eccleſia dicetur quaſi vacare, vt dicitur in capitulo primo de ſchiſma. in ſexto. ex quo non conſtat nec de vero papa nec de vera alicuius quaſi poſſeſsione papatus, & tunc vel cardinales vel habentes ſupplere per viam requiſitionis congregabunt, & facta congregatione cõcilium ſibiipſi authoritatem interponet. textus. in capitulo ſi duo ſeptuageſimanona, diſtinctione vbi duobus de papatu contendentibus cognoſcit concilium, nec dicit textus, quis conuocabit concilium. Quod & uidetur tenuiſſe Petrus de Ancharan. in quadam ſua reſponſione facta ad oratores Regis Francię in concilio Piſano, & Anton. de Butrio, in allegationibus pro concilio Piſano, & Doctor. in capitulo placuit 18. diſtinctione.

Sed tu dic quod iſto caſu uterque propter poſſeſſionem ſuam cõuocabit obedientiam propriam ſi voluerit effectualiter facere, & conueniẽt in vnum & erit concilium verum legitime congregatum. Et ad hoc facit quod ponit oldradus in conſ. 22. & 23. de duob. electis in imperatores & adminiſtrantibus iura imperij, & infra dicitur. Licet Alexan. in c. 1. 17. diſt. voluerit quod cardinales, ex quo nullus eſt uerus papa, congregabunt. Sed cardi. in ca. licet in 2. q. de elec. vult quod ad imperatorem ſpectet ſolicitare quod conciliũ cõgregetur, & quod ipſi poſſeſſores papatus congregent obedientias ſuas. Hugo tamen in c. ſi duo. 79. di. & refert Abb. in c. fraternitatis de hære. dicit quod hoc caſu congregatio ſpectabit ad cardinales. Sed quod uterque ſi voluerit poſſit, facit in argumentum. C. de teſta. l. 1. & C. ad macedo. l. 3. & l. ſi arbiter. C. de ſententijs. 8. q. 4. nonne. notat glo. & Innocen. in ca. nihil de elec. & in c. querelam. & de cauſa. poſ. & proprie. cũ eccleſia & c. cum olim, ponit Hoſtien. de reſti. ſpoli. c. cum eccleſia. Ad idem de elec. cum ana, de iurepatro. conſultationibus, cum ſimil. Et ita dicit etiam cardi. in c. licet in trac. ſchiſmatis. q. 2. de elec. videlicet quod uterque congregat obedientiam ſuam de qua eſt in quaſi poſſeſſione & in qua habet 145 pro uero papa. Et ita dicit † intelligẽdum §. hinc etiam. 17. di. ubi ſymmachus qui contendebat de papatu cum Laurentio congregauit concilium, quia intelligendum eſt quod ſymmachus erat in poſſeſsione papatus quo ad ampliorem partem catholicorum. Quod intellige ut ſupra dictũ eſt, quod Laurentius ſpoliauerat ſymmachum de aliqua minori parte obedientiæ, & propterea fuit cõgregatio facta per ſymmachum. alioquin non valuiſſet forte ipſa congregatio ſi ambo in ipſa electione fuiſſent ſtatim poſſeſſores diuerſæ obedientiæ, niſi ambo cõueniſſent in unum & quilibet cum ſua obe- 146 dientia. Et iſtam † opinionem quod ipſi conuenientes in vnũ congregent concilium, tenet cardi. de Turræcre. in trac. de poteſtate papæ li. 3. c. 8. col. 6. Egidius tamen in cle. dudum de ſepul. videtur velle quod ſpectet ad cardinales. & idem dicit in omnibus caſibus in quibus eſt dubium de papatu. Tu tene 147 cum cardinale. † Et hoc dicit eſſe cautius Anto. de butrio in trac. ſchiſmatis, videlicet quod ambo ſuæ quaſi poſſeſsionis faciant congregationem in unum, licet ratione incertitudinis videatur dicere quod non ſit neceſſe. Et aduerte quod qñ allego Anto. trac. ſchiſmatis, eſt ille ad quem fecit ſuppletiones dominus matheſillanus. ſed qñ dico in allegationis ſuis, intelligo de certis alijs allegationib. quæ eo mortuo poſtea fuerunt repertæ, quæ diſputant utrum ualuerit congregatio concilij piſani facta per cardinales ſine papa, & an contendẽ- 148 tes ſint primo reſtituendi. Nec obſtat ſi † dicatur quod duo ponti. eodem tpe eſſe non poſſunt. Nam licet utrunque, ipſorum eſse papam, inquãtum prætenderetur multiplicatio papatus ſiue poſse eſſe plures ſummos pont. ſit contra articulũ fidei, uidelicet unam ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam, ut in c. factus, & in c. nouatianus cum. cap. ſequen. & in c. non autem, & ibi notatur in gloſ. 7. q. 1. & in c. in apibus ea. cauſa & q. & in c. ſi epiſcopis 23. di. & 1. ad cor. 1. & ad Eph. 2. & 4. tamen ex quo uterque prætendit apud ſe papatum & non apud alterum, uterque ex iuſta cauſa poteſt habere coloratam poſſeſsionem, qua poſſeſsione priuari non debet ante cauſæ exitum, ut lite pen. per totum ca. 2. cum materia de in integrum reſti. & ideo uterque congregat ſuam obedientiam in eodem loco, et ſit unitas concilii. Vide quæ infra in alia quæſtione latius dico propter dicta cardi. Alexan. in cap. ſynodum 17. di. qui uidetur uelle quod iſtud ſit potius de expedienti quam de iure. et tantum in vno caſu hoc admittit, ſcilicet quando ex alio capite eſset dubium quis eſſet uerus pontifex, et non conſtaret quod unus eorum haberet duas partes, alioquin tenet ſimpliciter quod pertineat ad cardinales. quia ubi cõſtaret quod unus ex eis in electione habuiſſet duas partes cardinalium, tunc quia ille eſset uerus papa, ad illum ſpectaret congregare. Sed tu dic quod cardinalis quẽ allegat, uidelicet in c. licet de elec. loquitur quando duo sũt contendentes de papatu in ſchiſmate inueterato, ita quod nullo modo poteſt diſcerni qs ſit uerus papa, ut fuit in ſchiſmate vrbani. et ideo dicit quod tunc ſpectabit congregatio 149 ad cardinales. et idem uirtualiter ſentit Alex. Et ſi eſsent † ita potentes quod non poſſent induci ad congregandum ꝯciliũ et cardinales non poſsent, iſto caſu etiam principes ſeculares poſsent apponere manus, et ipſos cogere ad ſedandum ſchiſma etiam iniiciendo in eos manus, et faciendo ſopiri ſchiſma et dubium declarari per concilium, ut dicit Abb. in cap. tua el. 1. in glo. 1. de deci. Et quod uterque poſsit conuenire et quilibet cum ſua obedientia, etiam ſentit archie. flo. in ſecũda parte ſummæ in ti. 3. de ſuperbia. c. 11. verſi. ſed quid cum duo. inquantum vult quod illa congregatio concilii piſani facta per cardinales fuerit conciliabulum contra uoluntatẽ utriuſque gerentis ſe pro papa, ex quo non apparebat quod ꝑ eos

eos ſtetiſſet quominus ſchiſma tolleretur, poſtea enim apparuit ex ceſſione facta per Gregorium in concilio conſtantienſ. quod fuerat paratus cedere ſecundum conuentionem inter eum, & Benedictum factam, & reducere in eccleſiam vnionem, & inquantum vult, quod non licuerit concilio piſano priuare ambos, & creare Alexandrum.

150 Quis autem † tunc interponet authoritatem concilio quando adhuc non conſtat, qs ſit verus papa, dic quod nullus, quia ſufficit ſola cõgregatio hinc inde facta & in vnum collecta, quia congregando ſatis videtur ad quem ſpectat authorizaſſe, vt in c. nunc autem. 21. diſtin. Vel dicendum eſt quod cum tunc eccleſia dicatur quaſi vacare, ſicut dicimus quando papa eſt hæreticus, vel ſchiſmaticus, vt in c. 1. de ſchiſma. propter iſtam ſciſſuram, quæ eſt in eccleſia, ipſummet concilium ſic congregatum per ambos & per quemlibet de ſua obedientia in unum, interponet authoritatem ſibiipſi, ut probatur, in capitu. ſi duo 79. diſtin. vbi concilium cognoſcit duobus de papatu contẽdentibus, nec dicit quis authoritatem interpoſuerit, ut patet ex geſtis Bonifacij. ca. 2. Et ratio huius quod nullus poſſit interponere authoritatem antequam ſit diſcuſſum, & iudicatum quis ſit verus papa, eſt, quia ex quo electio debet eſſe a duabus partibus, & duo reperiuntur electi, videtur veriſimile, quod neuter habuerit duas partes collegij in eadem electione, & conſequenter quod neutra electio ipſorum potuerit eſſe ualida, & paria, ſunt non eſſe, & eſſe ſed non apparere 151 l. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tute. & l. in lege. ff. de contrahen. emp. cum ſim. Et ſic procedit quod dicitur, videlicet quod facta congregatione per vtrumque de ſua obedientia in eodẽ loco, ex quo nullus denegat congregare obedientiam ſuam poſt congregationem ratione incertitudinis, quis ſit verus poſſeſſor & papa d. l. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tute. concilium ſic congregatum ſibiipſi authoritatem interponet. Qđ fieri poteſt, ut infra dicitur in quæſtione illa vtrum papa poſſit cogi ad præſtandum authoritatem concilio, & hodie videtur prouidere conſtitutio frequens ed ita in concilio con- 152 ſtantien. Nec obſtat quod dictum eſt quod † vna pars communicabit ſchiſmatico, & per communicationem efficietur ſchiſmatica quia non communicat unitati 24. quæſtione prima. ſchiſma, & facit text. in capit. nuper de ſentent. excommun. Schiſmaticis, enim non eſt communicandum. 24. quæſtio. tertia, clericus, dicente domino ad moyſen, ſeparamini a tabernaculis hominum iſtorũ duriſſimorum & nolite tangere de omnibus quæ ſunt eorum vt in capitulo didicimus ea. cauſa quæſtio. prima. Et quod alibi dicitur, nolite eos in domum recipere, nec eis dixeritis aue, quia qui eis dicit aue, communicat operibus eorum malis, vt in capit. omnis. ea. etiam cauſa. q. 1. Et quod ibi legitur de ſancto Ioãne euãgeliſta, referente Beato Policarpo, qui cũ apud epheſum balneas ingreſſus fuiſſet, & vidiſſet in eis cherintũ ſchiſmaticum, receſſit non lotus, dicens fugiamus hinc, ne, & balneæ nos corrumpant, in quibus lauatur cherintus inimicus ueritatis, ut in d. cap. omnis. Albericus etiam in l. iubemus. C. de ſacroſanct. eccleſ. 3. colum exemplo Ioannis qui aufugit e balneo propter cherintum, refert quod cum idem policarpus obuiaſſet martioni ſchiſmatico dicenti ſibi agnoſciſne me? reſpondit agnoſco primogenitum ſatanę. d. cap. omnis Et 3. reg. 13. oſtenditur, cum enim decem tribus ſciſſę fuiſsẽt a tribu iuda & beniamin, & relicto rege ſuo alium ſibi foris conſtituiſſent, & tãdem iret ad eos quidam propheta, ut peccata ipſorum exprobaret eiſdem, & ultionem futuram prædiceret, panem apud illos edere & aquam bibere uetitus eſt quod cum non cuſtodiſſet, ſtatim diuina cenſura percuſſus eſt, & inde regrediens, a Leonę in itinere deuoratus. 7. quæſt. 1. denique. Quod & ponit Hoſtien. in ſumma de ſchiſma, in §. quæ pœna, verſic. ſed exemplo. Cum ſchiſmaticis enim non poteſt fieri concilium. 24. quæſt. 3. cum quibus, iuxta illue pſal. 25. non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odiui eccleſiam malignantium, & 153 cum impiis non ſedebo. Hoc inquam in caſu † iſto nõ obſtat, quia ad hoc reſpondetur quod ratione facti dubii & intricati tunc participantes ſchiſmaticis euitarent excommunicationem, & peccatum. Et ita dicit Abb. ſiculus in rub. de ſchiſma. in fin. & Ioann. de Anan. ibidem, & ponit Egidius bellamera in clementina dudum in principio in uerſiculo ſed pone. de ſepul. & late idem Archiepiſcop. florentin. in ſecunda parte ſummæ in titulo tertio, de ſuperbia capitulo undecimo, verſiculo ſed quid cum duo. De quo etiam aliquid infra in quæſtione quando inter duos contendentes agitur de congregando concilio, & in quæſtione vtrum, papa poſſit accuſari de ſchiſmate. Item, quia hæc participatio fit ad congregandum concilium pro tollendo ſchiſmate, tunc non incurritur pœna, ſicut in ſimili de excommunicatis dicitur in capitulo cum deſideres, & capitulo inter alia, & 154 capitulo quod in dubijs † poſt gloſ. de ſentent. excommun. ubi plures connumerantur caſus in quibus participans excõmunicato non incurrit excommunicationem. Pro quo etiã bonus tex. in propoſito in cap. ſi uere de ſenten. excom. Tempore enim neceſſitatis ſine peccato communicatur ſchiſmatico & excommunicato, ut ibi. & nulla eſt maior neceſſitas quam cauſa ſedandi ſchiſmatis & contentionis papatus, vt 12. diſt. c. omnia. Facit tex. in cle. ne Romani in §. cæterum, & ibi glo. de elec. vbi dicitur quod poſſunt cardinales quantũcunque aliqui ex eis reperiantur excommunicati procedere ad electionem Romani pontificis, ut ibi dicit tex. Nec tũc cum excommunicatis participantes incurrunt excommunicationem uel pœnam aliquam, quia id fit lege permittente 23. q. 4. infideles. Facit vulgata. l. gracchus C. de adulteriis. & l. nec in ea cum ſequenti ff. eo l. ſeruus. §. ſi quis riuum, cum ſimil. ff. de riuis. Schiſmaticis autem non licet communicare, niſi quando correcti quærunt vnitatem. vt in capitulo maiores, & ibi glo. fi. 24. q. 1. Facit tex. in c. 1. 23. q. 7. & in cap. puden- 155 da circa fi. 24. q. 1. Non enim † ſemper geſta per uniuerſitatem redduntur nulla ex admixtione inhabilium cum habilibus, vt ponunt doc. in capitulo fi. de procu. & in capit. nobis de ſimo. & bene in capi. cum vintonien. de elec. 74. di. quorundã. 3. q. 9. pura. de offi. dele. cum ſuper abbatia. de elec. ca. illa. & l. pedius. ff. de arbi. & in l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua. quoti. & æſtina. de quo in regula vtile per inutile de regulis iuris in 6. Et hoc maxime quando talis eſt mixtura ut non poſſit diſcerni quis ſit verus papa. Ad hoc facit. §. generaliter. l. 3. ff. de dona. inter uirum & uxo. l. 1. §. 1. ff. quod falſo tuto. capitu. 1. de iurepatro. in 6. Item ratione mixturæ diuerſam & contrariam naturam habẽtium. Vnde magis dignum trahit ad ſe minus dignum. capitu. quanto. de. iudi. capitu. quod in dubiis, de conſecr. eccle vel alta. congruum enim eſt vt id quod reperitur vtilius & melius in alio, participet reliquum. cap. 1. ne ſede vacan. l. 1. C. de rei vxo. act. l. 2. C. communia de lega. 156 l. 1. ibi Bar. ff. de legatis. Item † videmus quod aliquando unus participat de natura alterius & conſequitur ex perſona alterius quod nõ habet ex ſua. l. filio præterito. ff. de in iuſto rup. & irri. teſta. Et patet in vxore, quæ habet priuilegium ex perſona viri. 32. q. 1. ſi quis. Et cognatio ſpiritualis contracta cũ vno, trahit ad alios. 30. q 3. c. poſt ſuſceptum. de cogna. ſpiri. c. 1. Sic propter pupillum non vtendo uia, tamen ſeruitutem viæ retineo. l. ſi communem. ff. quemadmodum ſerui. amit. Sic dicimus de patronatu clerici & laici, ut in capitulo 1. de iurepatro. in 6. & Abb. in cap. fi. eo ti. & deciſ. 266. in antiqs de gratijs & iurepa. Item non põt compromitti in laicum de re ſpirituali, ſed in clericum & laicum ſic. c. contingit & cap. per tuas de arbi. Sic quãdo eſt dubium ex quo competat ius agendi fit mixtura & cõiunctio ex duobus ſenatuſconſultis. l. 1. §. quid ſi hoc ipſum de libe. agnoſ. l. gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſthu. Item pro defenſione fidei licita eſt vnio cum paganis. nã & maccabæi qui erant uiri ſancti vniuerunt ſe cum Romanis qui erant pagani, ut patet. 1. macca. 8. & canes in eccleſia pro pace toleramus. 23. q. 4. quidam. Et Deus quandoque per malos facit vindictam. 23. q. 5. §. hinc notandum. Et in fauorem fidei etiam excommunicati & tyranni poſſunt requiri pro auxilio & admitti ad teſtimonium, ut in c. in fidei, & ca. præſidentes de hæreti. in 6. Et propter dubium in quo territorio ſit commiſſum delictum, admittitur iudex vtriuſq; ſimul. l. iuriſperitos. §. cum omnium. ff. de excuſa. tuto. capi. illorum de ſenten. excom. Et ideo dicti exiſtentes in quaſi poſſeſſione partis ſuę, impune & ſine aliquo metu alicuius cenſuræ, etiam ſi unus eorum eſſet uerus papa & alter eſſet ſchiſmaticus, poſſent hoc caſu communicare, congregando concilium, & in vnum cõueniendo, per prædicta. Vbi autem iſti exiſtentes in quaſi poſſeſſione diuerſarum obediẽtiarum nollent congregare, tunc congregatio ſpectabit ad cardinales, ut dicit cardi. flo. in d. c. licet de elec. in 3. q.

Tractatus de modis tenendis, ut inter plures contendentes, habeatur vnus verus papa.

Sed pone quod inter duos contendentes de papatu vnus eſt in poſſeſsione qui non vult congregare, & alius nullam habet poſſeſsionem, uel quod ille qui eſt ſolus papa eſt hæreticus, et requiſitus non vult congregare concilium, quid agendum, Et uideretur prima facie dicendum quod ad cardinales ſpectet congregatio, quia quando eſt contentio inter duos, et nullus eſt receptus, nec conſtat quod aliquis eorum fuerit electus a duabus partibus, iuxta c. licet de elec. non eſt curandum quis eorum ſit in poſſeſsione quia nõ poteſt haberi niſi iniuſta poſſeſsio. Et hoc uoluit Alex. in c. ſynodum 17. diſt. Sed iudicio meo contrarium eſt veritas, ut patet ex dictis in præcedenti articulo in quo ratione

ne quasi possessionis partis suę obedientię quilibet congregat, & sic habetur respectus ad possessionem. Nec est verum quod ex quo non constat quis sit verus papa, de illorum possessione non sit curandum tanquam de notorie iniusta, quia sic in omni casu, & in omni causa posset dici non esse curandum de possessione, ex quo non constat de proprietate, quod est falsum per ea quæ dicuntur in c.2. de in integ.rest. & in c. in literis de restit.spoliat. cum simil. Item cum possit esse, ꝙ ille qui est in possessione habeat bonum ius in papatum. nō video quin hoc possit postea in concilio ostendere. Nisi dicamus quod Alexan. voluerit intelligere, quando cōstaret notorie quod nullus eorum habuisset uoces duarum partium, quo casu quilibet posset eijci per c.si quis pecunia.79.distinc. Sed etiam isto casu ratio eius non fuisset bona, quia potuissent ex aliqua causa postea cardinales concordare quod electus a maiori parte esset verus papa. ut d.c.licet.

157 Vnde † videtur dicendum, quod quando sunt duo de quorū electione a duabus partibus non constat, & alter est in possessione, si ille, qui est in possessione vult congregare, ad eum spectat congregatio ratione possessionis eius, vt in iuribus supra allegatis, cap. quærelam, & c.cumana de elect. & c. ex literis, & capit.consultationibus de iure pa. & c.2. de in integ.restit. & cap. cum ecclesia sutrina de causa pot. & proprie, & c.hoc quippe.3.q.6. per Ioan.de Fan. Facit quod dicitur de intruso conferente beneficia & administrante, ut in c.nihil de elec. & de hęretico possessore ibidem. Et in l.Barbarius. ff. de offic.præto. per Iasonem. Nec obstat quod nō constat possessorem fuisse electum a duabus partibus, quia satis est quod non constet de contrario, argumento eorum quæ dicuntur per Bartol. in l. apud Trebatium. ff. de aqua plu. ar. & in l.quidam in suo. ff. de condi.instit. & in l.cum res. C. de probat. & quæ dicuntur per Felin. in c.illud de præsump. post alios & per Anto. & Imol. in c. ex insinuatione, de procura. in regula .i. de reg. iur. in 6. in c.licet heli, de simo. cum simil. Et si is qui est in quasi possessione papatus cui competeret ius cōgregandi per iura predicta non vult congegare, videretur quod ille qui nō est in possessione possit congregare concilium & illi authoritatem præstare, & sic tanquam proprietarius vti iure suo, ut dicitur in simili in d.c.consultationibus, maxime quando agitur de actu celebrando ante litem motam super proprietate, ut in dictis iuribus, ex quo ipse existens in possessipne non

158 uult conuocare. Item † quia proprietas absorbet causam possessionis. vt in c.cum dilectus de causa poss. & proprie. E cōtrario videtur quod nullomodo possit. Primo quia non constat si alius sit verus papa, quia posset esse quod possessor esset verus papa. Et quando dicitur quod proprietarius potest vti iure suo & acquirere sibi possessionem intelligitur de illo quem constat esse uerum proprietarium. quod non est in proposito, in quo non constat aliquem esse a duabus partib. electum. Item debet intelligi quando acquirendo possessionem per actum facti, non spoliat alium sua possessione, sicut esset in proposito, quia si non possessor congregaret concilium spoliaret quasi possesione verum possessorem ipsius papatus, quod non est dicendum, ut patet in dictis iuribus in d.c.cumana, & c. consulrationibus, per doc. Sed & hæc haberent locum quādo uterque esset in discordia electus. & ignoraretur quis esset verus papa.

159 Vnde in isto casu posset dici qđ aut ille q est possessor est notorius intrusus & occupator fauore populari. Et tūc dic prout dictū est supra in secūdo casu. & serua quod dicitur in c.si quis pecunia.79.dist. & in c in nomine domini.23.dist. & in §.patet.3.q.1.quod debet fauore populari eijci omni conatu. Aut non est nororius intrusus, & occupator, sed est notorius hæreticus quem ex ueris probationibus constat esse notorie hæreticum. Et tunc si requisitus non vult, tunc poterit alter coelectus cum cardinalibus congregare, non iure authoritatis & tanquam verus papa, sed vt cardinalis, & quilibet catholicus, quia vera congregatio tunc proprie spectabit ad cardinales ratione incertitudinis pontificatus, & procedet dictum Hugonis clare in hoc casu, nec coelectus dabit nec interponet authoritatem con-

160 cilio & tunc † non dicitur spoliare possessorē, sicut nec cardinales, vel imperator, vel alii prælati inferiores spoliarent verum papam, qui requisitus non voluit congregare imminēte necessitate tenendi concilium, si ipsi congregarent. Et licet coelectus cū cardinalib. congregando ēt ipsum spoliaret sua quasi possessione, teneret tñ ꝯgregatio, ex quo recusat ꝯgregare, uel propter notoriam hæresim in qua est pertinax. Et sic potest intelligi quod dicit Alex. in c.synodum.17.dist. in prin. secundæ colum. quia non est verisimile hoc ipsum facturum. & quia notorius hæreticus contra quem fit congregatio non retinet ius habendi nec possidendi papatum, ideo per alios fieri potest congregatio, & quia non constat de eius canonica electione poterit fieri etiam ipso non requisito, qa si in notorio hæretico recepto hoc aliqui sentiunt, ut supra

161 dixi in primo membro, multo magis in isto. Et ideo † non pōt dicere se spoliatum, quia notorie constat de iniusta eius pos-

162 sessione & quod non est papa. Ad quod facit quod † exceptio notorii defectus proprietatis, obstat spoliato, petenti se restitui. c.capitulo ad decimas de resti.spol. in 6. & capit. significasti de diuor. & c.constitutus de filiis presbi. & deci.2. in antiquis de resti.spol. & decisi.3. eo ti. in nouis. Facit quod dicitur in c. vestra de coha.cle. & mu. ubi si aliquis se subtrahit a notorio fornicatore, non datur restitutio rectori notorio fornicatori

163 agenti 32.di. præter hoc. Et ubi ex † restitutione nutritur peccatum, non datur restitutio c.literas de resti.spol. glo.3.q.1. in summa. Et euidens iniusta possessio, nō causat possessorium, ut dicit Inno. in ca.cum ecclesia sutrina, de causa poss. & proprie. De quo uide omnino Abb. in ca.si constiterit de accusa. 2.col. & in locis propriis. Et licet dicatur quod debeat de hæresi accusari non excipi, tamen quia nititur ad hoc ut non teneatur concilium, poterit hoc ad istum finem eo iuncto per cardinales fieri.

Aut possessor papatus non est notorie intrusus, & est legitima causa quare debeat congregari concilium, ut quia dicitur quod papa est hæreticus, licet aliter notorie non constet de hæresi, uel quia tenet aliquam nouam opinionem hæreticam quæ nondum reperitur damnata, uel si esset schismaticus & in possessione pontificatus, uel quia propter dubium exortum in electione dicitur quod non fuit receptus, uel a obiicitur ei qppiam qd vulnerat titulum papatus, & scandalizat uniuersalem ecclesiam, & nihilominus ipse detrectat cōgregare, & alias cō prætendit se papam non posse, quid agendum? Et in hoc

164 † est aduertendum, quia licet alias non possit congregari concilium sine authoritate papæ, & in illius potestate & uoluntate sit illud congregare, & ualidare & dissoluere, ut dictum est supra, & patet per totam illam di.17. tamen quando imminet necessitas congregandi & ipse detrectat, potest per iur

165 directum compelli ad illud conuocandum. Non enim † pōt papa facere legem quod si ipse prolabitur in hæresim de ipsa non redarguatur, ut uult illa glossa in c.si papa 40.di. alias posset exponere periculo uniuersam ecclesiam, contra dictum apostoli.2.ad corin.13. dicentis secundum potestatem quam dominus dedit mihi ad ædificationem & non ad destructionem. Vnde præceptum est in ueteri lege deutero.13. Si in una ex ciuitatibus quas dabit tibi dominus audieris dicentes eamus & seruiamus diis alienis, percuties habitatores ciuitatis illius in ore gladii & succendes eam igni, & erit sine habitaculo in æternum. Et mathathias memor præcepti interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat inquit tex. in cap. si audieris 23.q.5. & habetur.1.macca.2. Et ideo possunt catholici insurgere aduersus papam hæreticum ex præcepto diuinæ legis, cui ipse sicut & cæteri subiectus est. Facit quod dicitur in c.quæ in ecclesiarum, de consti. et in c.a. de proba. & c.cum uenissent, de iudi. et 25.q.1. sunt quidam, de pœni.di.5.

166 considerent 11.q.3. excellentissimus. Facit in proposito quod dicunt doc. in ca.nouit de iudi. quod etiam papæ potest fieri monitio publica quando est hæreticus, etiam illa quod si non audiuerit dic ecclesiæ, de quo per Hostien. et Ioan.And. in c.proposuit. de concess. præb. et de hoc alibi latius dicetur. Licet in aliis criminibus sit secus, ut ibi. Et licet glo. in cap.si papa, uidetur dicere contrarium, quia uia denunciationis in papa uidetur inutilis, illud est uerum in illa uia amoueatur, possent tamen esse utilis, quia seipsum posset emendare. et si non audit possunt catholici insurgere et illi resistere, quia papa nō potest aliquid facere uerbo uel facto, aut aliquid statuere per quod turbetur uniuersalis status ecclesiæ, et populus christianus ponatur in graui discrimine et periculo fidei. per hoc quod dicit Inno et doc. c.quanto. de consue. et in c. inquisitioni, de sen.excom. ubi dicit non esse parendum papæ quando præciperet aliquid quod contineret hæresim. Et licet circa spiritualia habeat plenam potestatem, et potest prohibere episcopis officium chrismandi, tamen si hoc faceret sine magna causa aliis nota non deberet sustineri, tanquam faciens contra generalem statum ecclesiæ. non enim debet sine causa uti plenitudine potestatis, dicit Inno. in c.innotuit

167 de elec. Imo ipse † curare debet ut salus uniuersalis ecclesiæ semper salua sit 24.q.1. memor. et 25.q.1. quæ ad perpetuam, et ca.causa q.2. fi.ca. debet enim esse constructor et conseruator non destructor et dissipator ecclesiæ. unde omnino glo. in c.quæ ad perpetuam.25.q.1. Vnde et dicit cardinal. consilio. 150. (incipit quæsitum) non est obediendum præceptis papæ nutritiuis schismatis. Et de dictis Innocent. uide Abb. in cap. ad hæc & in cap.si quando de rescrip. & ibi modernos multa ad propositum cumulantes, & in cap.quæ in ecclesiarum de constit. Inde etiam uidemus quod licet dominorum iura in ser-

seruos seruentur, tñ si dñs nimia in seruos seuitia vtatur contra ius naturale, iure ciuili proditum est ne auxilium contra seuitiam vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur seruis qui iuste deprecātur, vt insti. de iis qui sunt sui, vel alie.

168 iuris. §.sed & maior. & in l.2. ff. eod.ti. Sic † & pater cogitur filium emancipare qñ est nimis seuerus in filium. l. nec auus. C. de eman libe. & l.quidam cum filium. ff. de verb.obl. cum materia 2.q.7.c.quæritur. Sic & subditi possunt resistere superiori iniuste iniuriam, vel violentiam inferre volenti, dicitur in l.vt vim ff. de iust. & iu. Nec debet subditus in malis pceptis obedire, sed resistere. 11.q.3. qui resistit. & in c.imperatores. & c.Iulianus ea.causa & q. Nec est obediendum præcepto papæ quando ex hoc præsumitur vehementer turbandus status ecclesiæ, vel alia mala ventura. Imo eo casu obediens peccat, cum debeat mala futura præcauere, vt dicit Inno in c.inquisitioni. de sen.excom. gl. fi. in c.ne Dei. de simo. & card. in c.licet in 6. quæsito. de elec. & late Alex. in c. impe-

169 rium. 6.dis. Et ideo † non debent subditi tolerare papam hæreticum & volentem facere legem ne de hæresi possit accu-

170 sari uel cognosci. Ad hoc ille tex. in c.si papa. † 40.dist. q vult ꝙ licet papa a nemine possit iudicari, illud est verum nisi reperiatᷣ a fide deuius, q text. est ex gestis Bonifacii Martyris, & non simpliciter papalis dispositio. Si enim papa statuere vellet ꝙ non posset accusari vel redargui de hæresi, tolleret subditis defensionē, quam princeps tollere non potest, vt in cle. pastoralis. de re iud. Cum.n. papa labitur in hæresim, minor est omni catholico, quia iuri diuino contradicit, & ideo pōt a fidelibus redargui. sicut Paulus redarguit Petrum, vt legitur ad Gala.2. & 2.q.7. Paulus. & in c.testes. §.item Paulus. ea. causa. & q. & diximus supra. Et etiam huius ratio est, quia qñ papa labitur in hæresim, tendit ad necem & damnationem subditorum. & ideo iuste possunt populi contra eius manda-

171 tum resilire, quia obedire † oportet magis Deo quam hominibus. vt in c.iuratos. 15.q.6. Vide quod dicitur in c.Anastasius. maxime per Egi.19.dist. Si igitur papa non potest facere legē ꝙ non possit redargui de hæresi, ut in d.ca si papa, a pari vr ꝙ non possit procrastinare, & differre concilii congregationē quæ necessaria est in ecclesia Dei, quia plus est facto uniuersalem ecclesiam & subditos scandalizare quā verbo, de appel. dilecti 43.d.c.1. 27.q.2. si quis vxorem, ibi gl. & text. in c.si papa 40.dist. qui vt dixi non est simpliciter constitutio papa-

172 lis, sed habetur ex gestis Bonifacii martyris. Et ideo † cessat ratio quod prædecessor nō potest ligare successorem, quia par in parem non habet imperium, vt in c.innotuit. de elect. 21. dist. inferior, cum similib. quia cessat in proposito, ex quo est constitutio martyris. Et si etiam esset solum constitutio papalis quia cum papa dicitur hęreticus, tunc etiam virtualiter dicitur quod est minor quolibet catholico, etiam cessaret pdicta ratio, & ligaretur constitutione edita per prædecessorē contra hæreticos, ut in c.Achatius. & ibi gl. 34.q.1. & c.Anastasius.19.dist. Et idem eadem ratione dicere possumus quando tractatur probabile dubium de papatu, quia tunc etiam tractatur de bono vniuersalis ecclesiæ. Et si non posset congregari concilium propter prohibitionem papæ, posset scādalizari tota ecclesia, & forte cogerentur obedire hæretico, & ei qui non esset verus papa. Vnde ut dictum est potest induci ad congregandum concilium, ad quod faciendum ex debito obligatur. Et si non facit uel negligit uel differt requisitus, quia tunc notoria est eius negligentia, ut in cap.Romana. §.notoria. de cēsi. in 6. facit se suspectum de hæresi & apostasia. Et si sine causa negat, facit se notorium schismaticum nolendo congregare concilium, & per eum scandalizatur vniuersalis ecclesia, ex quo impetitur de hæresi & requiritur vt congreget concilium, & ipse denegat vel subterfugit. Et tunc congregabunt concilium cardinales, uel alius, puta imperator, si ipsi negligerent, ut dictum est supra. Et prædictæ

173 rationes † habent etiam locum in vero papa recepto & possessore quando subest causa congregandi cōcilium, ut quia contra eum obiicitur quod sint aliqui qui uolunt eum accusare quod aberrauerit a fide & factus sit hæreticus. Ergo multo magis in illo qui non est receptus & contendit de papatu, uel de cuius formali electione duarum partium nō constat, uel qui est Nonorius hæreticus, ut dictum est supra in primo principali membro.

Sed his videntur obstare quod quando loquimur in duobus inter quos est contentio de papatu, quia tunc cardinales sunt suspecti, quia de facto eorum erit iudicandum, uidetur quod ad eos nullo modo spectet tunc conuocatio, ut dicit Alex. in capit.

174 sinodum, in secunda col.17.dist. & dicit glo. † in capitu si duo. 79. distinctione. & Barbatius, qui tenet quod non spectet ad eos dicta ratione, in dicto capitulo, quod translationem, in trigesimatertia colum. de officio legat. sed ad imperatorem. Sed ad istud dictum, & consequenter ad glosam respondet Alc. in d.c.synodum. in 3.co. verum esse quod isto casu quia cardinales sunt suspecti ad iudicandum, nō spectabit ad eos tale iudicium quis de duobus contendentibus, sit papa, sed quod quia sunt cardines terræ. 22.di.c.sacrosancta, & quia ad eos deferuntur ardua, quia sunt sacerdotes leuitici generis, vt in c.per venerabilem. qui filii sint. legi. ad eos congruentius primo post papam spectat congregatio concilii, ꝙ concilium iudicabit quis sit verus papa. Et ibi etiam respondet ad. §.hinc. etiam.17.dist. de quo etiam vide quod dixi supra. Si vero loquimur in uno indubitatio papa contemnente cōgregare, cui in faciem non obiicitur hæresis, sed in absentia, sic quod posset in ecclesia periculum afferre si non eimet palam obiiceretur, idem eo casu dicendum erit, quod tunc posset per alios concilium congregari. vel per cardinales, secundum quod dicit Bal. in c.pastoralis. de rescrip. & dixi supra, vel per ipsummet concilium, vel per imperatorem si cardinales non possent vel nollent, secundum Bal. ibi. Et hoc habet etiam locum quando esset unus solus indubitatus papa nolens congregare, etiam si esset alia causa necessaria cōgregandi, quæ posset afferre periculum in ecclesia quam hęresis

175 tunc enim pertinebit ad cardinales, ipsis vero † cardinalibus negligentibus vel nolentibus ad imperatorem, secundum, quod dixi supra in primo membro, & tenet Barbatius in d.c. quod translationem, præterquam in casu schismatis orti culpa cardinalium in electione discordantium, quia tunc nec ad papam nec ad cardiaales spectabit congregatio, sed ad imperatorem secundum eum. Sed ipsemet Barbatius in ca. cum olim. de rescrip. referendo ibi dicta Bal. videtur dicere contrarium quod immo ad cardinales sicut supra dictum, est, & dicit Alex. in d. c.synodnm. ut supra retuli. Et de hoc ad quem spectet congregatio, vide card. in c.licet. in 3. & 4. quæstione de elecc. Et secuudum † cataldinum in allegationibus

176 ad confutandum monitorium per Basilienses decretum cōtra Eugenium in 23. carta, quando est unus indubitatus papa & non uult congregare concilium ut tenetur ob necessitatē ecclesię vniuersalis. tunc congregatio deuoluitur ad cardiles, sed si cardinales nollent vel essent negligenres, deuoluitur ad patriarchas, & postea ad imperatorem. Et sic præponi patriarchas imperatori. Sed mihi plus placet quod ad imperatorem ante patriarchas, quia de patriarchis non reperitur iure cautum quod ad eos spectet concilii congregatio plusquam ad alios pręlatos, quibus secundum doctores præponitur imperator. Et hoc uidentur tenere Alex. & car. de Turręcremata ubi supra. Et omnibus prædictis negligentibus posset congregari per reges. 63.di. Adrianus. & d. §. hinc etiam. 16.di. vel per alios principes. 23.q.4.c.sicut el.2. secundum cataldinum. Item & per prælatos, qui petita licentia licet non obtenta congregabunt concilium, ut dicit Felin. in c. super literis. de rescrip. post Pe.de Monte. & Alex.15.di. c.si papa,

177 quia ex quo sine iusta causa denegatur, habetur ac si fuisset concessa. Allegat Inno in c.licet. de regulari. & legistas, in l. 2. §.uoluntate. solu. matri. Et si prælati essent negligentes ex quo causa est necessaria, posset vnus solus & quilibet catholicus, ut supra dixi.

178 Et si simus in notorio hæretico, quantum cūque sit hæreticus, ex quo est solus & in quasi possessione pontificatus, non per hoc excludo eum a congregatione concilii, si velit illud cōgregare, nec dico quin primo debeat requiri vt congreget, vt dixi supra, ex quo est in quasi possessione, Et quod debet requiri vt congreget, uidetur etiam uelle cardin. in d.c.licet in 4.q. circa fin. & imperatore solicitante, ut ipse dicit. Et ratio etiam esse posset, quia posset corrigi & reuocare suum er-

179 rorem iuxta posita post glo. in cap.si papa.40.dist. Nec † videtur negligens non requisitus.

Et licet in notorijs non exigatur monitio ad conuincendum negligētiam dato temporis cursu in quo quis actum facere potuit, quantumcunque non sit statutus terminus, ut in simili videmus in cap.1. in §.notoria de censi. in 6. tamen adhuc videtur uoluisse card. quod quamuis papa sit notorius hęreticus si nullomodo monitus est ut se emendet, nec requisitus, non potest dici negligens, nec hæreticus, nec incorrigibilis, nec potest deponi. 24.q.3. dixit apostolus. 21. dist. nunc autem. d. capit. si papa. 40. distinctione. Vbi autem esset hæresis & negligentia & fuisset requisitus, tunc aliud videretur dicendū. Et secundum cardi de Turræcremata in 8. cap. tract. de concil. in versi. ad quintam, & in versic. ad quartam, datur notabilis practica, ut primo requiratur vt se emendet & reuocet errorem per bullas proprias, & si sit incorrigibilis, cardinalibus ab obedientiam eius recedentes cōgregent concilium.

180 uide ibi multum distincte. Sed qñ est † occultus, requiritur congregatio concilii ad discutiēdum vtrum sit hæreticus, ut in dicto. cap. nunc autem vigesima prima distinct. & in §.

hinc etiam. 17. distin. & §. item Symmachus. 2. q. 7. Et si recu sat & differt, seipsum tacite condemnat non faciendo illud ad quod tenetur pro sedando scandalo vniuersalis ecclesiæ, sicut fecit Marcellinus papa, qui thurificauerat idolis, ut patet in d. c. nunc autem, qui statim contra se concilium congregauit, secundum aliquos, licet ibi videatur congregatum a seipso. Facit tex. in l. item ait prætor. §. si. ff. ex quibus causis maio. & bene tex. in c. si forte. 65 dist.

Vnde concludo quod siue sit unus papa hæreticus, siue sint plures contendentes de papatu, si ille qui est in quasi possessione non uult congregare eo casu quo necessaria est conuocatio concilii, cardinales, hoc est eorum collegium, poterunt concilium conuocare, uel ipsis negligentibus collegialiter, poterunt ali qui particulares de collegio conuocare per modum monitionis, & requisitionis. quia in actibus capitularibus cum agitur de interesse alicuius ecclesiæ particularis, potestas agē di in primis incumbit prelato, & si prælatus negligens sit, potestas deuoluitur ad capitulum, & capitulo negligente potestas deuoluit ad particulares ipsius ecclesiæ, ut no. Abb. in c. cum olim. de testi. & idem card. Anto. & Immo. ibi. & in ca. dilecti. de maio. & obe. & per lapum allegatione. 51. Et etiam
181 si particulares facerent minorem partem totius collegii, negligentibus aliis possent uocare maiorem partem, & data eorum contumacia posset minor pars pronunciare, se constituere concilium generale & suam esse iurisditionem, ut dicit Felin. in cap. super literis. 11. colum. de rescript. & Petrus de Monte in sua monarchia, in 16. charta, in uer. sexto quæro. Ipsis autem negligentibus posset congregare concilium etiam imperator. Et hoc uoluit Egidi. in c. si papa. 40 di. quia alias esset frustratoria prouisio. c. si papa, & frusta esset quod dicitur quod papa potest de hæresi accusari. Et etiam Bal. dicit idem c. pastoralis, & cap. olim. de rescrip. & etiam Pet. de
182 Monte. Huius ratio est † quia quando imminet necessitas ecclesiæ, & is ad quem spectat non uult prouidere, dicitur ecclesia quasi vacare, vnde potestas papę remanet in ecclesia uniuersali. Item iurisditio deuoluitur ad cardinales omnes concordes. c. vbi periculum. de elec. in 6. in §. iidem quoque. quia qui sunt potiores post papam, illi habēt supplere. l. 1. ff. de Albo. scriben. & sic cardinales. Facit quod dicitur de Archidiacono, qui supplet defectum episcopi in c. 1. de offi. Archi. Et omnia quæ sunt consequentia ad electionem papæ, spectant ad cardinales, de elec. c. vt præteritę, & c. cupientes. §. ad hæc. & §. si vero. de elec. li. 6. Facit c. si forte post gl. in verbo neglexerit. 65. dist. Facit quod dicitur in c. 1. de renuncia.
183 in 6. Ipsi enim † in iis quæ concernunt electionem papæ repræsentant vniuersalem ecclesiam, & eius vice funguntur, gl. in cap. nullus. el secondo. 79. distinctio. Nec obstat. §. irritum, in clementi. ne Romani. supra allegatus, ubi irritantur omnia quæ fiunt per cardinales quę spectant ad papam. qa respondetur quod licet congregatio concilii spectet ad papam, ut dictum est, & cardinalibus ibi sit prohibitum ne se intromittant, nisi de casibus ibi positis, tamen non prohibētur cardinalibus ea quæ concernunt electionem, sed alia extrinseca quæ spectant ad papam. Vnde hoc casu conuocatio cōcilii sit necessaria ut perueniatur ad habendum vnum Romanum pontificem, & per hoc prouideatur acceleratę prouisioni ecclesiæ Romanæ, merito ad collegium cardinaliū deuoluitur & pertinet, tāquam quid annexum electioni, & ꝓuisioni pontificatus. Item ibi in §. iidē quoque excipitur nisi aliquod grande & euidens periculum imineret, cui ipsis videretur occurrendum, igitur in proposito propter periculum satis dicuntur posse. Et istam considerationem habuit cardinalis sancti Eustachii in quodam trac. super facto papatus. & ponit Andreas Siculus in clem. ne Romani. referendo Car & dicit Fel. in cap. super literis. de rescrip. & est gl. in c. nullus. 79. dist. & idem Andreas Siculus in d. c. quod translationem. colum. 30. Ad quod faciunt illa quæ dico in illa quæstione. quid quando papa esset effectus inutilis, demens, vel furiosus. de quo etiam dictum est supra in primo membro huius distinctionis. Et ista militant siue sedes ut dictum est supra in primo principali membro vere vacet, siue quasi, & ficte
184 vacet. Et ideo ipsi † poterunt conuocare etiam forte per viā authoritatis, citando quoscūque, ex quo sunt concordes omnes, ut in dicto §. iidem quoque. & sedes vacat. Alioquin quando non essent concordes, per viam requisitionis, vt dicit Inno. in capitulo cum nobis. de electione. Vel etiam per viam authoritatis quo ad terras Romanæ ecclesię subiectas, propter uerbum terra ecclesiæ in dicto §. iidem quoque positum, in quibus terris uidetur eis data plena authoritas prouidendi.

185 Et si nō essent † omnes concordes, duæ partes quæ essent præsentes possent alios constituere in mora, & per eos posset fieri congregatio ꝯcilii ꝑ uiā reqsitionis siue monitionis vel denuntiationis, vt dicit Inno. in d. ca. cum nobis olim, & dictum fuit supra. & ponit Bal. in capit. olim. de rescrip. Et hoc probatur per tex. in c. 1. 17. di. ubi tex. dicit quod concilium regulariter non potest congregari sine authoritate papæ, ergo infertur quod aliquando possit, sed nullus potest esse iustior casus in quo hoc possit fieri. quam quando papa requisitus non uult vel detrectat congregare. & imminet necessitas congregandi. igitur ista congregatio fiet per alios, & primo per cardinales.

186 Sed videtur † quod ipsi cardinales sint suspecti, quando sunt diuersæ obedientiæ qa una pars adhęret vni & altera alteri, vel quando ipsi in eligē do fuissent discordes eligendo duos, quia videtur tractari de eorum interesse. ut dicit Barbatius in d. c. quod translationē. de offi. lega. & Alex. in d. c. synodum. 17. dist. Et maxime hoc posset contingere quando essent illimet cardinales qui discordes eligissent duos & fuissent in culpa, & omnes viuerent. Sed dic quod omni casu siue sint in diuersa obedientia assumpti de nouo post causatum schisma etiam inueteratū, siue fuerint in culpa per discordiā eligendo plures, si postea conueniunt ipsi congregabunt concilium & ad ipsos fiet deuolutio. Et hæc videtur mens card. & Petri de monte, & aliorum supra relatorum. Et idem si maior pars concordaret. de quo vidēdum infra in illo articulo, quid si cardinales essent inter se discordes in congregando concilium, vel de modo, vel de loco. Sed tunc obstat, quia videtur, quod cardinales qui sunt inferiores citent superiorem in quem non habent iurisditionem, ut in cle. pastoralis cum simil. de re iud. Respō
187 de quod illi, † quos dicimus hæreticos vel priuatos, non possunt dici superiores, quia titulum papatus amiserunt, vt. 24. q. 1. didicimus, & d. c. 1. de schisma. Facit quod in simili ponit Ioan. And. in c. ut commissi. de hære. in 6. Quo ad alios detrectantes conuocationem, hoc fit lege permittente rationem deuolutionis, quia ex quo īminet necessitas, & papa negligit inferior supplet. c. primo de sup. negli. præla. & c. si episcopus & c. 1. eo. ti. in 6. l. ut perfectius. C. de annali exceptione. cap. si forte. 65. dist. cum similibus.

188 Cardinalibus autem negligentibus † vel non volentibus & aliis ad quos fit deuolutio, tunc ipsamet ecclesia poterit seipsam congregare, sicut legitur de apostolis qui seipsos congregarunt act. 6. c. Et hoc voluit card. S. Sixti & cardi. Alex. in c. nunc autem. 21. di. vbi dicunt quod cōtra papam hęreticum potest etiam procedi via denuntiationis euangelicę, vt si non se correxerit dicatur ecclesiæ. id est concilio. ad quod congregandum poterit inuitari, & si noluerit, poterunt prælati seipsos conuocare & congregare, ut ibi latius per eos. Quod & uoluit Egidi. in c. si papa, uersi. octauum dubium 40. di. & dixi supra. Igitur ec-
189 clesia sic † coadunata sibiipsi authoritatē interponere poterit, ex quo in ea residet potestas pontificalis, & poterit decernere congregationem de se factam esse legitimam, Nec in casu isto erit necessaria citatio, quia prȩsens, ut pote certus non indiget vt certioretur, ut in regula, eum qui in 6. & ponit arch. 82. di. proposuisti. c. bonæ. el. 1. de ele. c. 1. de iudi. Et hoc quando papa nollet interponere authoritatem, postquā est facta congregatio, alioquin si papa vellet interponere authoritatem etiam post congregationem minus legitime factam, quod potest, tunc concilium sumeret authoritatem a papa, ut in d. §. hinc etiam. 16. dist. Non obstat si dicatur ergo iste occultus hæreticus spoliatur, & tamen quando quis nō est notorius hæreticus, nec per veras vel fictas concludentes probationes conuictus, sed per solas præsumptiones vel coniecturas hr̄ hæreticus occultus, si petit se restitui non potest denegari restitutio, ut c. porro & ibi doc. de diuor. & probat. tex. in §. item symmachus. 2. q. 7. cui symmacho opponebat hæresis, ut in glo. 17. d. §. hinc etim, & supra dixi. Quia respondetur quod tunc quoniam denegando vel detrectando congregare, cum imminet periculum ipse facit se magis suspectum, tunc ipse spoliatur lege permittente, & non datur ei restitutio, quia efficitur schismaticus notorius, nec proprie dicitur spolium, ut supra plene dictum est. Quod in simili probatur, quia si spoliasti me & incontinenti spolio te, hoc facio authoritate iuris, & non datur restitutio, ut in l. 4. §. cū
190 igitur. ff. de vi & vi armata. Et patet † quia multi sunt casus, in quibus spoliatus non restituitur, vt. 3. q. 1. in glo. summæ. Sed in proposito ex quo iuris authoritate fit, non dicitur spolium nec pōt petere restitutionem. l. iuste possidet cū maiteria. ff. de acq. pos. & dictum est sup. Nec ob. ꝙ dicitur quod est iudex in causa propria. l. proxime. ff. de iis quæ in test. delent & prius ipsemet iudex declarat an sua sit iurisditio, ut in. c. super literis. de resc. Quia multipliciter qs repellitur ab actu propter suspitionem, ut patet in teste, iudice, prȩlato, tutore & similib. & vbi suspitio in principali cōcludit ad præambulum, quis excluditur a principali, & præambulo, sicut si iudici opponatur suspitio, quia tendit ad principale & præambulum, & sic an sit sua iurisditio, repellitur ab vtroqne. c. cum speciali de appell. & c. suspitionis de offi. delega. Sic si dicitur infamis vel seruus. Inno. in c. cum super de offi. delega. l. quidam. ff. de re iudi. Si igitur papa est suspectus in principali, vt quia est suspectus de hæresi, tunc cum detrectat congregare, erit suspectus in declarando suam esse iurisditionem, & in vocatione ultra non expectat, nec requirit eius ꝯsensus.

191 Et si nec † a papa nec per cardinales nec a seipso conciliū congregaretur & immineret necessitas congregandi, puta si esset dissensio de papatu, uel papa esset hæreticus notorius, ut dictum est, posset fieri per imperatorem, quia eius etiam interest ne scandalizetur orbis propter dissensionem papatus uel hæresim. d. §. hinc etiam, & c. si forte. 65. dist. Satis enim censerentur cardinales negligentes quando esset notoria hæresis, vel apostaticus notorius, vel schisma & dissensio notoria inter duos, vt in d. ca. Romana in §. notoria de censi. in 6. Et minor pars collegii & quilibet Christi fidelis ad expellendum notorium hæreticum, in papatum intrusum, posset eo casu cōcilium congregare, ut in d. c. si quis pecunia. 79. di. & d. c. si forte. & in c. in nomine Domini. 23. dist. Et bene probat ille tex. in d. c. si quis pecunia, ibi cardinales & alij clerici
192 & laici. qui omnes non sunt aliud q̄ cōcilium, vbi †. n. est notoria hæresis, vel notoria apostasia, possunt maiores per inferiores redargui. d. §. notoria. Et quilibet posset conuocare cōcilium, etsi non per viam authoritatis, quia hoc est solius papæ. d. iuribus. 17. dist. saltem per viam requisitionis vel monitionis, per dicta Innocent. in d. c. cum nobis olim. de elect. vt alias supra dictum est. Potest igitur imperator cōgregare cōcilium suadentibus necessarijs causis congregationem, & papa a caliis ad quos spectat negligentibus vt dictum est. Et isto modo procedunt iura adducta supra pro imperatore quod ad eum spectet concilij conuocatio, quia ipse est aduocatus & defensor ecclesiæ, vt in c. bene quidem. 96. dist. Intantum
193 † vt dicat Card. in d. c. licet. qō. 4. adeo interesse imperatoris fidem defendere, ꝙ si papa est suspectus de hæresi, potest ab eo exigere vt respondeat qūo sentiat de fide. 25. q. 1. satagendum, iuncto eo quod ibi notatur per Lau. & Archi. quod est notabile. Et ex his infert ꝙ imperator dicitur esse pars concilij, quia ad eum spectat conseruare pacem & vnitatem eccl. vt in §. hinc etiam. 17. dist. ipse enim est brachium ecclesiæ, & eam tueri debet, vbi videt eam in necessitate cōstitutam. 23. q. 5. c. principes. Cum ergo deficiunt papa & cardinales, & est necessitas congregandi concilium, spectabit ad imperatorem. Ad quod facit ꝙ negligente archiepiscopo conuo-
194 care vicinos episcopos, populi congregant. 65. dist. c. fi. Imperator autem repræsentat populum christianum post papam. l. 2. §. cum. n. loco. C. de vete. iure enucl. & alleg. idem Card. dicta per Inno. in c. 1. de maio. & obe. Imo etiam primates, & archiepiscopi hoc poterunt, vt dicit do. Card. de Turrecre. in c. propter. el 1. in fi. 18. dist. & Cataldinus in dictis allegationib. factis ad confutandum monitorium factum per Basilien. ꝯ Eugenium. Sed vt supra dixi credo ꝙ prius pertineat ad imperatorem quam ad patriarchas. verum si patriarchæ cōgregarent omisso imperatore, credo ꝙ cōcilium subsisteret, qa neuter congregat authoritatiue. Et si essent duo schismatici
195 inter se discordes, idem erit. Et prædictorū est ratio, quia † in schismaticos & apostaticos, & hæreticos etiā laici principes dicuntur habere iurisditionem, vt est tex. iuncta gl. in c. principes. 23. q. 5. ubi quando deficit potestas ecclesiæ, supplet potestas secularis. Et ideo cum sunt plures contendentes de papatu & scindentes tunicam inconsutilem, hoc est ecclesiæ vnitatem, si non potest fieri vnio possunt insurgere principes seculares, vt d. c. principes. & melior text. in c. de ligurib. ea. causa & q. Et hoc vult gl. notabilis, in c. tua, de deci. & ibi dicit Abb. ꝙ eo casu in tales electos fouentes siue facientes schisma in ecclesia Dei possent principes seculares mittere manus, & eis inuitis facere dubiū sopiri, & determinari per ecclesiam. Et adducit tex. in simili in c. vbi periculum de electio. in 6. ubi laici habent iurisdictionem in cardinales ad faciēdum seruari statuta in dicto capitulo. ubi pericum, vt ibi in §. præterea. de quo etiam in cle. ne Roma §. porro. de electio. & ita fuit factum in congregatione concilij Constantiē sis. Faciunt in proposito quæ dicuntur in capit. cum non ab homine. de iud. & sic concordantur omnia adducta pro parte cardinalium, imperatoris & aliorum.

196 Et quod dictum est † quod papa, cardinalibus, imperatore, patriarchis & aliis prælatis negligentibus, quilibet catholicus vbi imminet necessitas vniuersali ecclesiæ, potest conuocare, non intelligas quod decernere casum necessitatis congregandi spectet ad ipsum talem catholicum, quia sic quilibet posset facile turbare Ro. eccl. sed debet aliūde constare de causa necessaria congregationis faciendæ, ut si fuisset ante per papam & cardinales determinata causa necessaria congregationis, vel si esset patens & notoria hæresis, quæ scandalizaret vniuersalem ecclesiam, cui aliter quam per concilium non posset prouideri secundum
197 iudicium omnium catholicorum. Non obstat, quod † eo casu quo non conuocatur ad mandatum papæ & ubi papa nō interuenit nec authorizat, non dicitur concilium sed conciliabulum siue concilium accephalum, ut 17 di. multis. Quia ipsa sancta sinodus sic conuocata tanquam habens omnem potestatem pontificalem sede vacāte siue quasi vacante, poterit sibiipsi authoritatem interponere. & in illa in casu prædicto residet omnis potestas, & eius caput tunc erit Christus ut ponit Hostien. & refert gl. in c. 1. de schisma in 6. ut supra dictum est, & infra latius dicitur, in quęstione an possit papa cogi authorizare concilium. Et communiter omnes dicunt quando legitime est facta congregatio sine papa, quod caput
198 est Christus. Et ita dicitur, in concilio Constantien. videlicet quod concilium generale habet immediate, potestatem a Christo, quod intelligitur vel papa non existente, vel quando papa est hæreticus & non uult obuiare periculo imminenti ecclesiæ.

Et ex his patet, & erit alius casus, quod si vnus solus esset electus, & in papam receptus qui non administraret & dubitaretur aliquo modo an esset verus papa quia ei fieret contradictio super papatu, & alius esset possessor possessione aliquo modo colorata, ut quia ante præsentem electionem gerebat se pro papa, & prætendebat aliis electionem antea de se factam esse validam, si possessor ad quem spectat congregatio concilii, ut supra dictum est, nollet congregare concilium, eo requisito, si cardinales non essent omnes concordes, ex quo imminet necessitas cōgregandi concilium pro sedando huiusmodi schimate, electus & receptus posset tunc ipsum congregare cum aliquib. cardinalibus, quantumcunque esset tractandum de facto proprio, per supra dicta, non tamen per uiam authoritatis, antequam constaret de eius vel alterius vero titulo, sed tan-
199 quam quilibet catholicus. Ex præmissis, † etiam patet quod cum sunt plures in discordia electi, si unus reperitur habere duas partes. vocum, ad illum spectat conuocatio concilii, quia statim potest administrare non obstante aliqua ꝯtradictione, ut. in c. in nomine domini. 23. dist. Nec potest ei obiici aliquid quominus administret & se gerat pro papa, ut in d. c. licet. de elec. Et si nullus haberet duas partes. tunc qa nullus, est verus papa, nullus habebit authoritatem congregandi concilium, ut dicit Alexan. in d. capit. synodum, & in capitu. si duo. 79. distinctione. De quo vide infra in proxima secunda quæstione.

Non obstant supra adducta pro cardinalibus cōtra indubitatū papam, videlicet ꝙ ad eos & non ad papā spectare debet congregatio. Et primo
200 ad id † quod dicitur quod maior pars collegij congregat collegium, respondetur illud esse verum quando congregatio, non spectat ad alium, ut in proposito, in quo spectat ad ipsum papam qui uult congregare, ut. d. c. ideo. el 1. 2. q. 6. & 17. di. per totum. & sumus in casu in quo conuocat superior, in quo non loquūtur illa iura sed quando uocātur ab inferioribus. Non obstat etiam quod dicitur cardinales eligunt papā quia ex hoc non sequitur quod ad eos debeat spectare concilii congregatio postquam est papa qui congregat. Nec obstat quod dicitur quod non est honestum vt dependeat a facto papę qui est iudicandus, quia vt dictum est, ipse potest authorizare in facto proprio ad congregandum concilum. sed iudicium de eo non dependet ab ipso, sed a concilio, ut in c sicut. 15. di. Ad alia motiua facilis est responsio, quia ut dictū est si papa non uult vel detrectat congregare, tunc poterunt, cardinales congregare, ut in d. c. si duo, & c. si quis pecunia. 79. dist. & ca. in nomine domini, 23. di. non obstat quod apostoli seipsos congregarunt, quia ex hoc non sequitur, quod ad papam non spectet conuocatio concilij. Vnde quando ipse uult congregare concilium, nec differt, vel detrectat congregare, requiritur quod ipse congreget, ut hodie est statutum per plura iura supra allegata, etiam si contra eum esset congregandum, ut dictum est. d. § hinc etiam. & d. c. nūc autem. Item non negatur quin concilium seipsum possit congregare eo casu quo papa & alii ad quos successiue spectat differrent congregare, ut dictum est. Item in congregatione apostolorum erat etiam. Petrus, qui erat caput, & princeps. & ideo eius authoritate erat huiusmodi congregatio. Vnde Beatus Cyrillus in libro Thesau. inquit quod apostoli in euangeliis & epistolis & omni doctrina affirmarunt Petrū esse loco dn̄i in eius ecclesia, eidem dantes locum in omni capitulo, & ꝯgregatione & electione, & confirmatione. Et eo casu quo papa & cardinales simul vellent conciliū congregare non est dubium quin possint. Non obstant ēt iura adducta pro imperatore similiter ꝯ indubitatam papam.

Quia ad illa respondetur fatendo q̄d pluries sunt congregata concilia per imperatores. sed aut de facto aut authoritate papæ, vel papa postmodum ratum habente & non propria authoritate ipsorum imperatorum. & si propria authoritate non fuerunt valida, ut supra dixi in primo membro in principio. Aliquando enim iura dicunt exequente imperatore, ut. 16. distin. cap. sexta synodus. aliquando dicunt sub tali imperatore, ut dicto cap. habeo librum, & cap. quoniam, & 16. dis. cap. primo aliquando dicunt quod imperator congregauit authoritate papæ. 2. q. 4. mandastis. Item quicquid fuerit de iure antiquo, quia non erat facultas congregandi 201 plebes, ut in cap. canones. 15. dist. hodie † certum habemus, quod pertineat ad solum papam, ut 17. distin. per totum. ibi Alexan. in cap. synodum, & supra dictum est. Nec est verum quod conuocatio concilii sit facti, quia est authoritatis, ut 17. di. c. 1. & c. nec licuit. 3. di. §. porro. 2. q. 6. ideo. el primo. 2. q. 4. mandastis. Et si de facto fit congregatio, non erit conciliū. sine authoritate papæ, ut clare probat tex. in §. hinc etiam 17. dist. nisi ut dictum est quando detrectat congregare ubi est necessitas. Et ista adde ad illa quæ dicta fuerūt in primo mēbro istius principalis quæstionis, quando loquimur de uno indubitato papa. Et ibi plura uide quæ hic non dicuntur, & hic dicuntur aliqua, quæ ibi non dicuntur per diuersas doctorum authoritates.

202 Sed pone quod nec papa nec † cardinales nec imperator curat congregare concilium, & imminet necessitas, vel propter schisma vel quia papa est hæreticus, quid agendum. Dic secundum Alexand. post Petrum de monte quod prælati seipsos congregabunt. & si minor pars sit prçlatorum congregatorum aliis recusantibus conuenire, poterunt constituere maiorem partē contumacem & facere concilium. facit quod dicitur in ca. cum nobis. de elec. & dixi supra. Vel patriarchæ tanquam antiquiores & principaliores, ut in cap. antiqua. de priuil. congregabunt. Et uolentes facere concilium, possunt impetrare licentiam a papa, & si negat vel est periculum ab eo petere licentiam, habebitur perinde ac si esset eis data licentia, argumento eorum quæ ponit cardi. in cle. ne in agro de statu monac. & per archidi. 8. q. 1. quia episcopi. Et etiam si papa 203 † prohiberet, ex quo imminet necessitas, nihilominus etiam illa minor pars poterit pronunciare se facere concilium & iurisditionem esse ad se deuolutam, ut uide latius Alex. in dicto capitulo synodum. 17. distinct. & uide quæ dicam infra in quæstione vlterius quæro quot debent esse præsentes in concilio, & plene supra dixi.

204 Sed quid si papa † non uult congregare vel congregato non uult authoritatem interponere, an poterit ad hoc cogi ex quo subest causa legitima congregandi & celebrandi concilium, Dic addendo ad supradicta quod sic, licet non præcise, quia posset pati se potius decoriari, sicut dicitur de seruo nolente adire hæreditatem, vt in l. cum proponas. C. de hæredi. insti. & in l. cum non solū §. necessitate. C. de bonis quæ libe. Causatiue tamen cogi posset. quia si ipse qui tenetur noluerit, poterunt per alium suppleri eius vices, sicut aliquando iura uolunt suppleri vices papæ in casu negligentię in rebus minus arduis, ut in cap. statutum de præben. in 6. Facit quod dicit Bal. in c. licet. de ele. in 2. col. vbi ponit an cogi possint cardinales ad eligendum. & dicit quod sic indirecte ut propria uoluntate concordent non autem ut concordent in eum quem uult populus, puta in Martinum vel tuschum, quia hoc modo libertas uulneraretur, vel arctaretur, quod fit quotiēs aliquid extraneū adiicitur vel detrahitur. ff. qui & a quibus l. si optio. ff. de condic. 205 & demonst. l. titio centum §. 1. Sic uidemus, † in c. vbi periculum, quod cardinales indirecte coguntur per subtractionē victualium ad celeriter eligendum, & si exirent conclaue nō facta electione, cogi possunt etiā p̄ seculares ad reintrandum conclaue, donec concordauerint, ut in cap. vbi periculum, in §. præterea. & dicitur in clem. ne Romani, in §. porro de elec. Sic & populus supplet vicem episcopi negligentis, conuocare alios episcopos ad ordinādum episcopum, ut in cap. si forte. 65. di. sic & abbates supplēt neglıgētiā epi, ut in c. 1. de supplen. negli. prçla. Et maxime qn̄ est causa in qua agit̄ de interesse omnium, sicut in simili ponit glo. de congregatione cōcilii prouincialis in c. cum simus. cum seq. 9. q. 3. Sic & capitulum supplet vicem episcopi, ut in c. 1. ne sede vacante in 6. & c. quia diuersitatem, cum si. de concel. præb. & bonus tex. in c. si episcopus. de sup. negli. præla. in 6. & optimus tex. in c. vnico. de cle. ægro. co. li. Vn̄ in p̄posito si cardinales voluerint, poterūt supplere vices papæ in cōgregando ut dictū est & ꝯciliū iā cōgregatū, supplebit vices eiusdē, & papa suscipiet ꝯ se iudicū ēt inuitus. l. inter stipulātē. §. 1. de ver. ob. 206 Et dat̄ tūc cautela, † ꝙ cōcil. p̄nūtiet papā nolētē authorizare ꝯciliū esse de hęresi suspectū, & loco eius conciliū autho-207 ritatem interponat. Et si petatur quomodo † authorizet in facto proprio. respondeo quod multi sunt casus in quibus quis authorizat in facto proprio. & legatus de latere authorizat sibi ipsi contrahenti nomine papæ. gl. & doc. in l. si consul. ff. de adop. sic in proposito ex quo concilium repræsentat vniuersalem ecclesiam. Item quia venit supplendo ad negligentiam papæ, qui etiam poterat in facto proprio authorizare, vt d. c. cum venissent. de iud. & cap. nos si incompetenter. secunda quæstio. septima. Item si bene consideretur, non censetur authorizare in facto proprio, cum concilium repræsentet vniuersalem ecclesiam cuius caput est Christus, nec est factum proprium alicuius. & quia est periculum in statu ecclesiæ, potest papa cogi præstare authoritatē, sicut dicimus in tutore qui cogitur authorizare in facto pupilli quando apparet de necessitate pupilli, ut dicit Bart. in l. si tutor. ff. de au-208 thoritate tutor. Item est cautela † quod concilium primo pronunciet se legitime cōgregatum, quod potest, sicut quis potest se pronunciare iudicem competentem, vt in c. super literis, de rescrip. Et ita fuit factum in concilio Constantien. vt patet in 1. cap. tertiæ sessionis.

209 Sed quia dictum est ad † quos deuoluitur facultas cōgregandi papa non existente vel nolēte, pone q̄ sit discordia inter imperatorem, & cardinales vel inter imperatorem & patriarchas, quia quilibet in loco suo vult congregare concilium, quid faciendum? Dic vt dictum est quod primo pertinebit ad cardinales, ipsis autem nolentib. vel negligentibus ad imperatorem. Vel secundum Cataldinum primo ad patriarchas postea ad imperatorem, deinde ad primates, postea ad archiepiscopos successiue ad alios episcopos qui seipsos congregabunt, alioquin postea ad reges, & alios principes successiue vt consulatur ecclesiæ. vltimo ad quemque catholicum potentem. Et licet tunc nullus cōgreget authoritatiue, tamen per quemcunque congregata effectualiter congregari concilium, [illegible] potest subsistere pro vtilitate ecclesiæ. Sed si esset fictitia quæ tenderet ad no-210 xam, non posset fieri discordia de loco † si vacat ecclesia per mortem papæ. quia tex. in clementina ne Romani prouidet quod in loco ubi sedes vacat fiat electio. Sed si esset incertitudo loci vacationis propter schisma inuestigatum, succedendum est quod primo pertinebit ad cardinales qui possunt vocare prælatos, & non ad imperatorem qui non habet potestatem super eos, ut in capitulo si imperator. 96. distinctio. cum similibus. Sed quo ad imperatorem & patriarchas, quia hodie forte patriarchis non obtemperaretur, diceremus quod ad imperatorem primo, vt supra dixi, & vt dictum est, via intimationis & fraternæ requisitionis. Facit ad hoc cap. solitæ. de maioritate & obedientia.

Diximus supra quod duobus contendentibus de papatu, si neuter vult concilium congregare pro sedando schismate, 211 cardinales illud congregabunt, quare † tunc quid si duo electi essent in quasi possessione papatus, & nollent congregare? Dic quod deuoluitur congregatio ad cardinales secundum Cardin. in dicto capit. licet. in nona quæstione, & supra dictum est. Et si cardinales essent discordes, dicit Cardin. in dicto capitulo licet, in quarta quæstione tract. quod imperator congregabit. allegat capitulū finale. 63. dist. & Bald. idem tenentem in capitulo pastoralis. de rescrip. & ponit Petrus de monte in sua monarchia, in sexta charta, in quæstione, ad quem spectet congregatio concilii. Ego fateor quod quādo cardinales nollent congregare, vel essent diuisi æqualiter in collegio, vel detrectarent, vel essent notorie negligentes, imperator posset congregare quando subest causa legitima congregandi, vt puta quia papa est hæreticus, vel quia occurrit casus fidei, ut dixi supra in quæstione, sed pone, quod inter duos, & primo articulo siue membro quando est vnus indubitatus papa. Ad quod facit d. cap. si quis pecunia. 79. dist. & cap. nos ad fidem. 96. dist. & §. hinc etiam. 17. distin. cum similibus iuris in quibus imperator reperitur congregare concilium, maxime illis quæ loquuntur per verba sub tali imperatore, vt in capitulo habeo librum. & in capitulo quoniam. 16 distinctione, & per verba præsidente tali imperatore, ut in capitulo sexta, cum similibus. decimasexta distinctione. & voluit Cardina. de Turrecremata, in capitulo octauo in versic. ad septimam.

Et tunc procedunt rationes Cardinal. Florentini in dicto capitu-212 lo licet, quod † quantumcunque imperator sit laicus, tamen quando agitur de causa fidei & de papatu, permissa est laicis principibus potestas super clericos, ut in dicto capitulo ubi periculū, & dicta clementina ne Romani. §. porro. maxime imperatori, qui est aduocatus & defensor ecclesiæ, vt in capitulo venerabilem. de electione, & in clementina prima, de iureiurando, & refert Dominicus in capitulo ecclesiæ meæ.

meæ 96. distinct. & in cap. tibi domino. & in capit. ego Ludouicus. 93. distinct. card. in clem. prima. §. dudum. de iureiurā. & Inno. in cap. licet ex suscepto, de foro compet. Et tenetur defendere uniuersum clerum, ut in c. bene quidem. 96. di. & maxime cum tractatur cā fidei, ut in c. ubi nā legistis, ea. dist. Quod & videtur uoluisse Bal. qui notabiliter loq̄tur in materia in c. olim. de rescrip. dum finaliter dicit ꝙ si nolunt uti rationibus composcentur armis, per l. nullus. C. de iud. & latius in c. pastoralis, eod. tit. Quasi velit quando papa non vult congregare & subest causa, ꝙ principaliter spectat congregatio ad card. alioquin ad imperatorem. In casu autem proposito non credo ita absolute ꝙ imperator habeat cōgregare. sed credo ꝙ primo inducendi sint cardinales ad concordiam maxime ubi discordia esset tantum de appēditijs, s. de loco & t̄pe, & essent concordes ꝙ concilium cōgregaretur. 213 uidemus † enim in simili ꝙ ratione scandali & publici interesse quis compellitur ad pacem, ut in l. congruit, ibi Bart. ff. de off. præsi. & c. cum inter. de elec. & in authēt. de mandatis prin. in §. deinde. & quod dicitur in rub. de treuga & pace. per Abb. & per Bar. in l. furti. ff. de iis qui notātur infra. & per Alberi. in l. æquissimum. ff. de usufr. cum si. & in p̄posito ad hoc bonus tex. in c. placuit. 90. dist. etsi non directe, saltem per indirectum. Ad quod facit quod ipsemet card. dicit, quod in simili no. in d. c. ubi periculum, ꝙ sicut cardinales cogūtur per indirectum per subtractionem uictualium ut eligant papā, 214 eodem † modo possunt per indirectum compelli, ut ingrediātur conclaue, & si aliqui sunt egressi ꝙ denuo ingrediantur, ne sint melioris conditionis non parentes quā se offerentes. Pro hoc adduco etiam in simili quod dicit Domi. in cap. propter. el. 1. 18. dist. in finalib. uerbis. ubi dicit argumento illius tex. ꝙ si ecclesia caret pastore, possēt archiepiscopi & primates congregare concilium. quod inducit ad concilium Pisanum. Vnde non uidetur uelle ꝙ incontinenti possit se intromittere imperator in omni casu. quod & uidet̄ uoluisse Bal. in d. c. olim. Item esset prius habenda cōsideratio an maior pars collegij noluerit congregare, quia tunc tanquā factum prius a collegio fieri debet congregatio, ut in titu. de iis quæ fiunt a maiori parte. Vel si essent cardinales diuisi in obedientijs & maior pars unius obedientiæ adhæreret alteri integræ parti, tunc congregatio facta per illam partem integram iūctam cum maiori parte alterius obedientiæ ante imperatorem, forte ualeret si per hoc tolleretur schisma, ut quia sequeretur unio obedientiarum. Et forte idem esset dicendū quādo cardinales essent negligentes, s. ꝙ non incontinenti se intromittet imperator, sed considerabitur causa propter quā protrahunt, & si est notabilis negligentia necne. Item quia secundum ꝙ dicit Cataldinus in allegationib. factis pro Eugenio, post cardinales spectabit cōgregatio ad patriarcham Constantinopolitanum, qui habet primam sedem post Romanam, ut 22. di. c. 2. cum duob. seq. Et hoc forte melius secū dum illa tempora, quib. florebat illa ecclesia, ut uidetur uelle Domi. in d. c. propter, el. 1. in fi. 18. dist. Sed hodie forte loco illius ad alios primates si uellent pertinebit, ad quos rationa-215 biliter prius deferretur quam ad laicos. Sed si † bene aduertatur, Doc. uidentur præponere imperatorem primatib. quod uidetur rationabilius propter maiorem facilitatem. quod ostendit Alc. in c. 1. 17. dist. & Card. de Turrecre. in li. 3. de potestate papæ, cap. 8. & dixi paulo ante supra in quæstione, sed pone & c. pluries tenēdo istam partem ꝙ primo pertineat ad imperatorem. Vno tamen casu posset esse uera opinio Cataldini, quando concilium esset congregandum super rebus concernentibus personas ecclesiasticas, & super reb. spiritualibus & ecclesiasticis, nihil tangentibus laicos, ut in simili dixi supra in illo articulo qui possunt interesse concilio, siue in illo qui sunt necessario uocandi ad cōcilium. Et ista adde ad illa quæ supradicta fuerunt in illo articulo de duob. contendentibus de papatu in quæstione, sed pone quod inter duos 216 contendentes. Sed si non † fuisset seruatus iste ordo, & imperator supplet negligentiam ecclesiasticorum, & alij ecclesiastici habent supplere maiorum negligentiam, ut supra satis dictum est. de quo uide quæ ibi supradicta fuerunt. Et ad præmissa facit quod ponit Do. in c. 1. in 4. col. de sup. negli. præla. 217 in 6. Et quod dicitur in c. 1. de treuga. & pace, ꝙ non † pro omni negligētia prælatus deponitur, ut in c. quicquid in gl. 1. q. 1. sed solum pro graui & tali vt uideatur deducta in delictum. Ad hoc quod dicit Abb. in c. ea quæ. de statu mo. & Bald. in l. mancipia. in uers. quæro, an officialis. C. de seruis fugit.

Possent etiam induci cardinales, ut deputarent unum uicarium siue administratorem, si eis uideretur expediens, quia ex quo duo contendunt de papatu, ecclesia dicitur quasi uacare, ut in c. 1. de schisma, in 6. & in c. si duo. 79. distin. Ideo uidetur ꝙ possint deputare administratorem donec interim congregetur concilium, & causa in eo expediatur, ut in simili uult Inno. in capitu. 1. ne sede vacante, & quod dicitur per archi. in cap. pontificis. 7. q. 1. & in c. obitum, & in c. fi. 61. dist. & in c. is cui. de elec. in 6. Et vt facilius expedire possint quæ veniūt facienda pro electione vnius veri pontificis, omnia quę sunt consequutiua ad electionem videntur eis licere, vt dicit idē cardi. in 3. q. dicti tractatus, quia vt ipse dicit non ita potest limitari collegium cardinalium, sicut inferiora alia collegia quibus hoc prohibetur in c. fi. de sup. negli. præla. in 6. Quod etiam tenuit Petrus de Anchara. in quodam tractatu schis-218 matis. in 6. qō. ubi † uult quod siue papa sit captus a schismaticis, hæreticis, vel paganis, siue sit factus fatuus, vel furiosus schismaticus vel hæreticus, quod intelligo notorie, iurisditio deuoluitur ad collegium cardinalium, qui poterunt deputare vnum vicarium qui administret, Allegat in argumē tum. c. si episcopus de sup. negli. præl. in 6. dicēs quod nec hoc casu habet locum prohibitio cle. ne Romani. §. irritum. nec §. iidem quoque. cap. ubi periculum de elec. in 6. Nam dicit quod in casibus prædictis cessat ratio illorum iurium, que loquuntur quando verisimiliter vacatio est parum duratura vt in fine. dicta clementina, sed in casibus prædictis, captiuitatis &c. non speratur liberatio de proximo. Si ergo habet locum. d. §. iidem quoque, quando imminet necessitas defendendi terram ecclesiæ uel eius partem, multo magis, quando imminet vniuersalis ecclesię necessitas, quæ in proposito quia incertum est quanto tempore sit duratura, habetur pro perpetua. l. sufficit. ff. de condi. indebi. notatur in cle. etsi 219 principalis de rescrip. Quinimmo, † in d. q. videtur dictus Petrus plus velle, quod in dictis casibus succedat collegium cardinalium in administratione etiam in casibus specialiter reseruatis papæ, ita ut possint etiam cognoscere de appellationibus deuolutis ad papam, confirmare electiones prçlatorū immediate subiectorum papæ, & conferre beneficia reserta. Super quibus ulterius in præsentia non me diffundo, verū infra in loco suo aliquid dicam. Et aliqui allegant quod contrarium eius quod dicitur de furioso, videtur velle Calder. in c. licet, de elec. Sed ibi Calde. non loquitur nisi de hæretico, & dicit quod si ei obiicitur hæresis, & probabiliter dubitatur an opinio quam tenet sit hæretica, interim debet admitti ad regimen, & multo fortius si fuit admissus perseuerabit, & administrabit omnia quę spectāt ad papatum. de quo ibi per eum, super quo vide ibi doc. Sed ad propositum dubium vide glo. in cap. nullus 79. di. & quod dico infra in quæstione ex quibus causis possit concilium congregari. & latius in illa quæstione, quid si papa efficitur furiosus vel demens, 220 inutilis vel capitur ab hostibus. Ex quibus, † etiam sequitur notabilis limitatio ad d. c. si. quod licet, alias ecclesiis cathedralibus non possit dari visitator siue administrator sede vacante, quia spectat ad papam, tamen vacante sede apostolica, quod est Maius. poterit collegium cardinalium deputare visitatorem, qui est idem quod administrator. ut notant do. ibi in d. c. fi. & notat in c. is cui de elec. in 6. Quod dictum licet sit notabile, tamen non credo verum, maxime in casu schismatis seu hæresis papæ, & similibus, prout inferius dicā. quia talis administrator posset esse causa vt diutius nutriretur schisma, & ut augeretur, quia, quia si prius erant duo contendentes de papatu, viderentur postea esse tres, prout euenit tempore Gregorii 6. qui sibi substituit in spiritualib. vnū administratorem, cum quo, & quodam alio fuit ei postmo-221 dum contentio de papatu. Possent † etiam induci cardinales vt concorditer facerent unam prouisionem siue ordinationem, vel statutum quod quicquid faceret maior pars ipsorū comparatione minoris, quantumcunq; non esset maior pars uniuersitatis totius collegii, pro tollenda discordia valeret, quia tunc ualeret votum maioris partis, quantumcunq; non esset maior pars collegii. Ita dicit glo. in cap. si cui, in uerbo præter. de elec. in 6. ponit Abb. in c. Constitutus. de appel. & ibi Lanfrancus, & idem Abb. in in c. ecclesia. el primo de electio. & ponit Hostien. in summa de elec. in § qualiter, versic. & nota, alias quid si duobus. Sic enim dicunt doc. in d. cap. si cui. valebit quod fit ab uno ex canonicis si canonici prius statuant omnes simul congregari quod omnes debeant comparere ad eligendū in certa die, ut & si vnus tantum canonicus uenerit habeat uocem omnium aliorum, & censeatur totū capitulum, & electio facta per ipsum valeat. & valebit isto casu electio unius tantum comparentis, ex quo nullus alius cō paret. Et ita dicit Iapus Abbatem obtinuisse, & refert ibi Domi. Idem dicit Innocen. in cap. cum nobis. de elec. si est periculum in mora, & est res res in ultimo momento præfixi termini, etiam sine alia deliberatione prius per canonicos facta, quia vniuersitas residet in uno. 65. di. c. fin. l. sicut. ff. quod cuiusque uniuersitatis nomine. Et sic licet non valeat factum a maiori parte capituli nisi sit sanior & maior pars totius capituli, vt in cap. primo. de iis quæ fi. a ma. par. cap. l. nulli. & l. plane, ibi gl. ff. quod cuiusque vniuers. nom. hoc est eorum

qui intersunt in capitulo, quod capitulum constituitur ex præsentibus, vt dictis iuribus & in d. c. ecclesia, dummodo p̄ sentes congregati, sint duæ partes conuocandorū ipsius collegii vniuersitatis siue capituli. d. l. nulli & l. plane, & doc. in d. c. 1. & glo. & doc. in cap. cum inter vniuersas de elec. & in l. 3. ff. de decretis ab ordi. faci. tamen in proposito factum a maiori parte præsentium, quamuis nō sit maior pars totius col-
222 legii, ualebit propter huiusmodi ordinationem. Vnde † licet in electione papæ requiratur quod duæ partes collegij consentiant, possunt tamen cardinales statuere omnes simul quod electus a minus quam duabus partibus sit papa. Et ita interdum seruatur, ut dicit compostel. in ca. licet de elec. & sequuntur Ioann. Andr. Anto. Ioann. de Immol. & Abb. ibi. & refert glo. illa in d. c. si cui. & glo. in uerbo reprobamus, &. doc. in clem. 2. de elec. Adde tamen quod in electione papæ voluit cardi. in cle. 2. de elec. quod ex quo cardinales non tenentur aliter vocare absentes, licet per d. c. ubi periculum, teneantur per decem dies expectare eos, nihilominus præsentes constituunt collegium soli, quia in actibus etiam in quibus debent uocari absentes, non computantur in numero,
223 nisi ii tantum qui debent vocari, ut in c. quia propter de ele. in uerbo debent. & sic † cum dicitur quod de iure debent esse præsentes duæ partes totius collegii, ut l. plane. ff. quod cuiusque uniuer. no. non intelligitur quod sint in parte absentium computandi illi qui non debent uocati. Allegat. Inno. in c. ecclesia el. 2. de elec. in uerbo contemptum. Vnde multo magis in proposito uidetur quod possint statuere quod dictum est pro concilio congregando, & multo magis ualebit quia hoc tendit ad vtilitatem vniuersalis, ecclesiæ, ut cesset discordia inter cardinales. Ad quod facit per locum a minori quod quando est statutum ab omnibus de collegio quod non valeat quod fit, nisi omnes consentiant, nō valebit vno postea discordante a toto collegio, & tamen si agatur de vtilitate ecclesiæ valebit non obstante statuto, ut dicit Abb. in dictis locis. igitur in proposito propter periculum ecclesię & utilitatē quę sequitur valebit, quia imminet necessitas ecclesiæ, & quia sic tollitur discordia cardinalium. Vbi autē nollent hoc facere nec concordare, & appareret quod facerent animo diffugiendi, ut in simili dicit Bal. in d. c. olim, tunc vt supra dictum est, poterit imperator cum aliis prælatis conci-
224 lium congregare. Aduerte tamen quod illud † quod dico debere esse duas partes conuocandorum præsentes ut possit dici concilium, intelligendum est in casu proposito quando ob defectum papæ alius congregat concilium. Secus vero vbi concilium congregatur ad mandatum papæ, quia superior potest eos constituere contumaces. Vnde alii non venientes videntur se fecisse alienos, & sufficit si præsentes nō sint duæ partes, ut in c. cum nobis olim, & quod ibi dicunt doc. de elec. ad hoc 23. q. 4. Guilisarius. Et sic intelligi debēt omnia iura qua exprimunt numerum episcoporum qui ꝯciliis interfuerunt. in quibus apparet quod interdum fuerūt in paruo numuro, ut in c. sexta. 16. di. & non fuerunt duæ partes omnium de vniuerso orbe conuocandorum, quia fuerūt vocati authoritate papę, cuius vocatio est authoritatiua. alia vero quæ fit p̄ inferiores, est potius quædam requisitio siue denunciatio, vt sæpius dictum est per notata per Inno. in ca.
225 cum nobis. Et ideo † non proprie constituunt vocatos in cōtumacia sicut fit in uocatis a papa, sed potius dicuntur vocati sepsos facere contumaces, ut ipsis postpositis præsentes possint procedere. Si vero omnes cardinales esset cōcordes sede quasi vacante, vel eo casu quo ad eos est deuoluta potestas congregandi, forte idem esset, cū tunc videatur quod possint vocare per viam citationis authoritatiue, & per viā præcepti, vt dictum est supra in articulo de forma citandi, maxime in terris ecclesiæ. Et per hæc limita omnia illa iura quæ requirunt duas partes conuocandorum, ut non procedant in papa, sed in inferiori.

226 Adde tamen † quod in lucubrationibus Ioan. Milis aduocari consistorialis, cuius repertorio vtimur, repperi manu eius propria scriptum, scilicet, quod illud quod dicitur duas partes conuocandorum debere esse præsentes ut faciant collegium est verum in vniuersitatibus laicorum, secus autem in collegijs & capitulis ecclesiarum. allegat Innocent. in capitulo cum nobis. Item dicit esse secus in conciliis generalibus, in quibus non reperitur quod duæ partes totius mundi conueniant imo sufficit quod aliqui licet numero pauci sint pręsentes, & aliis nō venientibus in terminino assignato, qui venerunt repręsentant absentes. allegat capitulum sexta. decimasexta distinctione, ubi reperitur quod concilium generale fuit factum interdum cum 96. episcopis, qui sunt parua admodum pars respectu episcoporum totius mundi. Et sic ex his apparet, quod non esset proprie limitatio ad illa iura & glosas quæ requirunt quod sint duæ partes præsentes, si non habent locum in capitulis ecclesiarum, sed tantum inter laicos, quia concilium generale non est collegium lai-
227 corum, sed ecclesiasticorum. Tu in hoc considera † quod dicit Abb. in c. cum omnes de consti. & Fel. ibi, ꝙ in d. c. cum inter de vniuersitate qui habet facultatem citandi, & mulctandi, & tunc ad citationem illius non venientes constituunt se alienos, & præsentes etiam si non sint duæ partes possunt actum explicare, vel maiores pars ipsorum, quia ipsi faciunt capitulum, & absentes constituunt se contumaces, & non computantur tunc in numero duarum partium. allegat. glo. in cle. vt circa, de elec. & Io. An in c. in causis. de elec. & idem dico in congregatione concilij generalis ratione impossibilitatis per dictum Io. milis supra. Aut nō est aliquis superior, sed collegium, vel vna pars vult aliam congregare, & tunc quia est quędam requisitio, vt d. c. cum nobis, requiritur ꝙ sint præsentes ad minus duæ partes congregandorum. Et hoc nisi instaret tempus alias præfixum ad actum expediendum & periculum esset in mora, vel actus postea vlterius expediri non posset, vt in c. cum inter vniuersas. & d. c. cum nobis. de elec. & d. c. cum omnes de consti. Et per hoc patet ꝙ valebit conuocatio ad cōcilium facta per cardinales eo casu quo est facta ad eos deuolutio, prout. d. §. idem quoque, & per supradicta, & vide, quæ infra dicuntur in quæstione quot debeant esse præsentes in concilio, vt constituant concilium.

228 Vlterius quæro, pone ꝙ duo sunt in discordia papatus & quilibet in possessione partis, & conueniunt cum cardinalibus quilibet cū obedientia sua in vnum locum, vt quod decreuerint de conuocando concilio fiat, vtrum sufficiat maior pars omniū simul iūctorum, an requiratur maior pars vtriusque obedientię de per se. Casum habes multum notabilem quod sufficiat maior pars omnium cardinalium in unum iunctorum sicut erant prius, & quod non requiratur maior pars vtriusque de per se in cap. 1. & ibi not. Anto. de paroch. Et ad propositum huius quæstionis, vide quæ dico infra in quæstione quando vota darentur per nationes, quomodo diceretur maior pars. de quo vide quæ dicuntur in cle. plures. de iurepatr. & latius per Fel. in c. pastoralis. in fi. de rescrip.

229 Vlterius quæro, † pone ꝙ duo sint in discordia papatus & nullus sit in possessione, quis tunc congregabit concilium? Dicerem ꝙ aut est carum quisnam habeat bonum ius in papatum, & ille indubitanter congregabit concilium, ex quo notorie constat ꝙ est verus papa, & alius non poterit eum impedire. pro hoc tex. in c. in nomine domini. 23. dist. Aut non constat quis sit verus papa, & est dubium quis habeat bonum ius in papatum, & iste videtur casus quem mouit gl. in c. si duo. 79. dist. vbi dicit gl. concilium conuocandum ad cognoscendum quis eorum habeat ius, quis autem habeat congregare nō declarat.
230 Sed dicerem † ꝙ isto casu cardinales congregabunt, quia ex quo neuter ipsorum possidet aliquam partem, & per nullā partem reperitur aliquis ipsorum receptus, habetur ecclesia pro vacante, & ideo sicut electio spectat ad cardinales & rursus ex quo cardinales habent in arduis periculis prouidere ecclesia vacante, vt in ca. ubi periculum in §. idem quoque. de elec. in 6. ipsi congregabunt. Facit bene tex. in c. si episcop. de
231 sup. negli. præla. co. li. & in c. si cui. de of. del. co. li. Et cum † ista sint consequentia ad electionem, non censentur eis prohibita, ex quo sedes isto casu dicitur uacare, cum non possint aliter prouidere, & si alium eligerent non sedaretur schisma. & ad hoc faciunt omnia quæ dicta sunt supra, in uers. sed pone, ꝙ inter duos contendentes de papatu in responsionib. ad motiua adducta pro cardinalibus, & in responsione ad §. irritū, in cle. ne Romani. Et hoc tenet etiam Modern. Aret. quia ius
232 † conuocandi non potest spectare ad illū qui non est in quasi possessione exercendi iurisdictionem quantumcunq; haberet bonum ius, per capit. cum ecclesia, & capit. cum olim. de causa possess. & propric. & capitu. querelam. de electio. & dicta in l. Barbarius. de offi. præto. & capit. nihil. de electione.
233 Sed ista † ratio eius in proposito ita generaliter posita inter duos contendentes, non satisfacit, qa posset esse casus in quo nulla subsistente quasi possessione inter duos contendentes de papatu, posset quis exercere iurisdictionē, ut in primo casu qñ inter duos contendentes nullo existente in possessione constaret notorie quis esset uerus papa, ut in primo mēbro dixi per tex. in d. c. in nomine domini. Imo tunc congregando acquirit quasi possessionem, quod fieri potest, ut supra diximus. de quo in c. consultationibus. de iure pat. cum similibus, & infra proxime dicitur.

234 Sed videtur præmissis † & glo. in d. c. si duo, obstare quod no. An. in c. licet de elec. ꝙ dicit ꝙ cū papa nō hēat superiorē, vbi est aliqd dubiū de uirib. electionis eius, de hoc nō cognoscit concil. nisi alius uiuens, qd dicit notandum ꝯ illos qui dicunt congregandum concilii.

Sed

Sed ego intelligo Antonium quando contra unum papam receptum aliquis vellet opponere, de uiribus electionis, & non quando est contentio inter duo, de papatu, ut loquitur illa glo. in d. c. si duo. Quinimmo plus videtur, uoluisse cardi. Alexan. in ca. synodum in 3. col. 17. di. quod quando constat quis sit uerus papa, ille conuocabit, quantumcunque alius sit possessor, quia tunc ille omni conatu est aiiciendis, De quo cogitandum, qui dictum eius procedit quando alius est notorius intrusus, ut in c. si quis pecunia. 79. di. Nec in proposito responsio per Modernum Areti. data ad d. c. in nomine domini satisfacit, quia dicta responsio habet solum locum, quando est probabile dubium quis ex contendentibus sit papa, & conuenit ad istud secundum membrum, in quo tantum ipse loquitur, & non ad primum quando constat quod alter est verus papa. Et sic patet ex pręmissis quod quando est quęstio de papatu, etiam inferior cōgregat concilium, vt dictum est supra, & ponit Ioan. An. in c. licet in verbo cardinalibus de elec. & ibi etiam Flore. & dr̄ in c. 1. de renun. in 6. & in d. c. si duo. 79. di. & Bald. in c. olim
236 de rescrip. Notandum † est tamen temperamentum datum, per eundem Modernum Aret. ad dicta Inno. in c. 2. de in int. resti. & ad dicta doct. post Inno. in c. cumana. Quod temperamentum vtroque modo est notabile & menti tenenndum. Primo quando uult quod illud quod dicunt doc. in c. cumana & in c. transmissam. de ele. & in c. consultationibus de iure patro. quod proprietarius potest actum exercere & adipisci possessionē, & gerere quę spectant ad eū nullo alio existēte in possossione, sit verum quādo nullus alius apparet cōtradictor. Secundo dum uult dictum Inno. in d. c. 2. de in inte. resti. s. ꝙ qñ uterq; contendit se possidere uel uterque prætendit ius habere & neuter est possessor, vel quando est contentio inter eum qui prætendit se possessorem & inter proprietarium, & est dubium tam de possessione quam de proprietate capitulum admittit utrumque ad uocem dandam cum protestatione quod illius censeatur uox quem constabit esse verum possessorem vel proprietarium, ut in d. c. cumana intel
237 ligēdo, † semper quod quasi possessor præfertur proprietario ut in d. c. consultationibus, & c. cum ecclesia de causa poss. & proprie. non habere locum inter duos contendentes de papatu, quia nullus debet admitti ad administrandum. Facit ad hoc bona glo. in c. non autem. 7. qō. 1. Ergo vtroque modo est notabilis limitatio in casu eius quando est dubium quis sit verus possessor vel titularis, Pro quo facit tex. & ibi dicta in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. & Inno. in c. in præsentia,
238 de proba. Item facit quod ponit Archi. in c. † eum qui. de præben. in 6. iunctis iis, quæ ibi dicit Ioan. An. videlicet quod licet electus & confirmatus habeat administrationem, tamē si propria authoritate intret possessionem, incidit in pœnam illius tex. Quod intelligit Ioan. And. interueniente uiolentia & non aliter. de quo per cardi. in clem. ut ij qui. §. illi, de æta.
239 & quali. Et hoc arguit, quod vera sit opinio illorum qui uoluerunt, quod ubi † est controuersia de possessione eligendi, tunc iudex debet prohibere vtrunque eligere, argumento. l. penultimæ. ff. de aqua quoti. & ęsti. ut refert Inno. in fi. d. c. 2. de in inte. rest. Qui dicit illos male intelligere illam. l. qa erit vera opinio in casu isto quando sunt duo contendentes de papatu & est dubium quis sit verus papa, quia debent prohiberi ne aliquis ipsorum administret, Pro hoc tex. in c. si duo. 79. di. & quod ibi dicit Ale. & multum bene tex. iuncta. glo.
240 in c. non autem. 7. q. 1. quam uide. Et sic † temperatur. c. in nomine domini, 23. di. Quando autem constaret notorie quod alter esset uerus papa, non obstante contraditione alterius, tunc habebit locum c. in nomine domini. quia non obstan. contradictoribus, poterit verus papa administrare & concilium congregare. Faciunt quæ dicta sunt supra in quæstione de duobus contendentibus in uer. sed pone quod inter duos &c. maxime per Abb. in capit. si constiterit in ultima lectura ad illum tex. in secunda colum. de accusa. Et hoc tenuit, Pet. de Ancha. in tractat. schismatis in 9. colum. vbi dicit ꝙ tunc est imputandum schisma illi qui esset minus canonice electus, & deberet eiici omni conatu. allegat dictū capitulū si quis pecunia 79. distin. Et hoc uoluit card. de Turræcremata in 8. cap. tract. de concilio, in versic. ad sextam rationem, qui dicit quod tunc nō est necessaria concilii cōgregatio ad inquirendum quis sit uerus papa, sed ad eiiciendū intrusum & ad mandandum quod omnes fideles pareant & obediant vero papę. Et ita dicit legi factum tempore Damasi contra Vrsinum, & tempore Cornelii con Nouatianum. Et de tali contentione dicit non loquitur. capit. si duo. 79. distinctione secundum gratianum ibi in §. sequenti. Et ista in effectu fuit mens Alexan. in capit. synodum. 17. dist. in 3. colum. qui loquitur quando clare constat quod unus fuit canonice electus per duas partes, & alius non, qui est intrusus. Et prædicta omnia limita nisi duo contendentes de papatu, essent electi contra fas, temeritate concertantium, vt in d. c. si duo. 79. di. Quod intelligo non solum quando constat quod neuter illorum est electus a duabus partibus cardinalium, vt videtur intelligere illum tex. ibi glo. & Egidius bellamera, licet non dum emanasset. cap. licet de elec. & Alex. in d. cap. si duo. sed etiā quando aliunde constat indubitanter & clare non solū ex nullitate electionis, sed etiam ex alio capite, quod nullus ipsorum est papa, alioquin ille tex. nullam decideret difficultatem, nec aliquam afferret vtilitatem, text. autem † ad eum
241 sensum referri debet p̄ quem pinguius & vtilius subuenit, l. 1. in fi. ff. ad municipal. ponit zenzelinus in cle. 1. de præben. Itē s̄m aliquos pōt intelligi vt p̄uideat ille text. qñ factū esset tā antiquū & intricatū & cōtineret tot dubitationes hinc inde vt nō possit declarari, sicut fuit tempore schismatis inter Gregorium 12. & Benedictum 13. Quod uidentur innuere uerba illa forte contra fas, ibi posita, quod uerbum forte dubitationem notat. Quinimo & per antiquos aliquos fuit intellectus ille text. etiam ubi timeretur scandalum si alter eorum remaneret, & allegatur ibi quod ita notauit dominus perciuailus de mediolano. & tenet cardi. ibi secundum quod notat Alexan. in primo notabili ibi, & glo. in cap. si forte. 63. di. in uerbo nullus, quando allegat tex. in d. cap. si duo. tunc enim dicit aliquid detrahendum seueritati, ut in ca. ut constitueretur. 50. dist. Quinimmo cardin. ibi intelligit etiā in casu quo est, necessitudo de iure apud doctos & graues viros uel quo est incertitudo ratione facti ita intricati, quod veritas non posset elici. Alioquin non deberet noua electio fieri, sed prius per concilium esset terminandum, quæ ambarum electionum valeret, ut uidetur velle glo. in dicto capit. si duo. & Egi. & Alexand. ibi per cap. consideramus, & capitulum auditis de electio.

242 Quid autem † de duobus electis in imperatores, qui dant priuilegia, utrum valeant, Vide Oldra. cons. 22. & 23. ubi uidetur tenere quod non, & quod interdictus est usus impetrantibus. quia pendet ex euētu, nisi priuilegium amborum in idem tenderet. Bal. tamen in proœ. decretalium videtur tenere contrarium, quia usus, possessionis non debet cuiquam ex duobus auferri, nisi priuilegia essent contraria, quia ratione contrarietatis impediretur usus, & expectati deberet exitus, nisi etiam constaret de alterius intrusione vel notoria iniustitia, ut ibi per eum. de quo aliqd in summa. 24. q. 1. dicit ēt idē Bal. in d. proę. ꝙ licet alias imperator dēat esse legitime electus alioqn. n. nō esset ei obediendū, ut ponit archi. in c. qd culpatur. 34. q. 1. si tñ dubiū est an sit intrusus, nō tenet cedere possessioni si est colorata possessio. & si sit schisma locus est gratificationi, & q semel acceptauerunt eum non possunt ei subtrahere obedientiā. item ponit de duob. contendentibus de papatu, quod si ambo concedunt mihi vnum & idem castrum, valebit concessio, quia ius meum in altero ex concedentibus de necessitate concluditur, & ita dicit tenere Oldradum. Et ista faciunt, ad dicta supra in præcedentibus quæstionibus. Et de istis duobus simul vtrum valeant priuilegia, vide Ioan. And. in addi. ad spec. ti. de rescrip. præsenta. §. fi. vers. item quod obtentum circa medium. & late per Albericum de Rosata in l. bene a Zenone. C. de quadriennii præscrip. & ibi Salice. Vbi etiam quid si super eadem materia ab Ambobus sunt concessa priuilegia, an Ambo, vel alterum robur habeat, vel pendeat ex futuro euentu. Et ibi de imperatore, an ex sola electione ante confirmationem possit administrare. De quo in pręallegata addi. Ioan. And. & Aluarottus in capitulo primo quis dicatur dux. Vbi plura de concernentibus personam imperatoris, & vide post glo. in uerbo reges doct. in clem. Romani de iureiurando & vide Alexandrin. in capitu. per venerabilem in. 24. colum. qui filii sint legitimi.

243 Sed pone † quod Ambo contendentes de pontificatu sint in possessione partis suæ obedientiæ, & unus deneget vel detrectet congregare. concilium, alius autem velit congregare, vtrum possit. Et videtur prima facie quod non, quia congregando conciliū icumenicum, videretur spoliare alium secum contendentem, saltem possessione parris suæ, sicut dictum est supra de proprietario, & possessore in c. consultationib. de iu. pat. & in c. cumana de electione, & c. cum ecclesia sutrina de cau. poss. & proprie. Et ante congregationem deberet restitui, ut in §. item symmachus. 2. q. 7. 5. q. 2. si primates, & supra dictū
244 est. Ad idem † facit quod inter duos possessores eiusdem rei communiter potior est conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. communi diuidundo, regula in re communi, cum similibus in sexto. Ad hæc quia cum ista sit materia quę tantum tangit unum, ex duobus quantum alium, non debet vnus sine alio ei se immiscere. l. quod maior, cum materia ad municipal. capit. cum omnes de constitu. cum materia. præterea si unus ex duobus possessoribus congregaret posset es-

se ille qui nullum ius haberet in pontificatu, & sic ille qui haberet ius esset frustratus, delusus, & contemptus. ad quod est quod dicitur in c. cum dilectus de causa poss. & proprie. Itẽ aut iste qui uult congregare concilium icumenicum, uocat illos de obedientia alterius, Et tunc ex quo ille qui cõuocat se prætendit papam, qui sunt sub alterius obedientia quoad eum sunt schismatici, & cum schismaticis non est communicandum, ut supra dictum est, nec ad concilium sunt vocãdi, ut. 24. q. j. didicimus. Item illi qui erant sub alterius obediẽtia, si comparebunt, subtrahent se ab obedientia superioris, hoc autem nulli licet propria authoritate antequam cõstet superiorem damnatum de crimine. inno. & Ioan. And. in ca. 1. de schisma. Inno. in ca. per tuas de simo. in c. fi. de temp. ord. facit quod dicitur in c. si papa, 40. di. post gl. Non enim decet
245 † a capite membra recedere. 12. di. non decet. cap. non licet de præscrip. Aut non conuocat illos de obedientia alterius, & tunc non erit generale siue Icumenicum, & canonicum concilium, quia non erunt vocati de uniuerso orbe. 15. di. c. 1. 16. di. habeo librum & in c. sancta & in c. sexta, & in c. non licuit, cum simi. Item accideret aliud inconueniẽs, qa cum tractatur de interesse alterius partis non videtur procedendum contra eos, ipsis non citatis. l. de vnoquoque. ff. de re iu. l. consentaneum. C. quo. & qñ iudex. 24. q. 2. in c. de illicita. l. nam ita diuus. ff. de adop. cum simili. Item potestas conuocandi, & exercendi iurisditionem, competit ratione quasi
246 possessionis & non proprietatis, quia exercitiũ † iurisditionis est fructus qui competit possessori. c. cum ecclesia sutrina, & c. cum olim de causa poss. c. querelam de elec. Cum igitur, qui uult congregare non sit in aliqua possessione alterius partis nolentis congregare, videtur quod non possit congregare illo nolente. Et qui non uult, videtur desistere a faciẽdo illud quod non potest. 2. q. 1. in primis. l. fi. C. si a non compe. iudi. c. at si clerici de iudi. c. ad audientiam de consuet. cum sim. Posset enim obiici ei qui se immiscet rei ad ipsum non spectanti, regula non est sine culpa, cum sim. Similiter etiam posset obiici uolenti quod possessio eius non est uniuersalis quia non habet possessionem alterius partis. Item inter remedia a iure prodita vbi plures prætendunt possidere & alter inquietat alium, datur interdictum vti possidetis, & nullus priuatur possessione sua, & iudex declarando qualitatem possessionis, pronunciat uti possidetis, & prohibet alteri per alium vim fieri in sua possessione, & cognoscit de proprietate, ut in l. 1. & l. si duo & in l. 1. ff. & C. uti possi. in c. licet de proba. & dantur huiusmodi remedia etiam respectu possessionis, vt. d. c. licet, quia hæ quasi possessiones, iurisditiones, & superioritates possunt esse apud plures insolidum. d. c. licet. l. inter tutores. ff. de adminis. tuto. l. 1. ff. de offic. consulis. per doctor. in l. pomponius. & l. in summa. ff. de re iudicata.
247 Vel si † timetur de scandalo, sequestratur possessio, ut dicunt gloss. Bald. & alii in d. l. prima. C. uti possi. ad quod illud quod dicitur in l. æquissimum. ff. de usufru. & c. in præsentia de proba. & l. fi. C. de edic. cum simli. Vel quando per omnia sunt pares, poterit pronũciare eos possores pro dimidia insolidũ. argumento. l. si finita. §. cum autem. ff. de dam. infec. & mandabit partibus ne se inquietent, vt dicit Bart. & Sali. in d. l. 1. C. vti possi. & cognoscet iudex de proprietate interim. Vnde qui uult congregare, non debet impedire alium in sua parte possessionis antequam sit difinitum quis sit uerus papa. Ad
248 idem, † facit quod potest diffiniri vnico momento quis sit papa per sortem. Nec videtur hoc iure prohibitum, quia ut legitur act. 1. sors cecidit super Mattiam. ut 21. dist. cleros, in prin. in gl. & gl. in summa. 26. q. 2. & text. ea. causa & quæstione, non exemplo. Et istud iudicium sortis non est improbatum a iure, ut patet in capitulo. fi. de sortile. post glo. fina. sors enim non est aliquid mali, ut in capit. sors. 26. quæstio. 2. Et sorte multa dirimi iura permittunt. l. si duobus. C. cõmunia de lega. l. si qui sunt. ff. famil. ercis. & l. sed cum ab eo ff. de iudi. glo. & Ioan. An. in d. c. licet causam. de proba. Et sæpius in veteri lege cõmittebatur aliquid iudicio sortis, ut patet numeri. 16. & 26. ibi glo. Et quod in causa papatus possit ad sedandum schisma procedi per sortem, videtur voluisse cardi. in consi. 150. incipit quæsitum sæpe. de quo latius aliquid infra dicemus. Tunc enim sortes videnter prohibitæ, quando illis vtimur ad præscientiam & diuinationem futurorum. sic procedit. 26. q. 2. per totum.

249 **In contrarium** quod immo ex quo alius nõ uult procedere ad congregandum cõcilium iste posit, facit quod vbicunque duo sunt eiusdẽ. rei consortes, & res indiget refectione siue restauratione, vnus nolit restaurare, alius consors poterit rem etiam inuito consorte restituere & restaurare. tex. est in l. si ut proponis. C. de ædificiis priuatis. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Et si post restaurationem differt per quatuor menses, dominium totius rei transit in restaurantem etiam ipso iure, vt dicũt gl. & doc. in dictis locis. Et ibi Bal. in d. §. idem respõdit, trahit ad habentes molendinum commune indigens refectione. ponit Bartholomeus Cæpo. in trac. de urba. serui. in tit. de refectione in versi. quarto quæro. Qui trahit præmissa non solum ad socios eiusdem rei, sed etiam ad alios quomodocunque existentes in communione. De quo in extrauagãti Federici quæ incipit sancimus, de iure ꝓmiseos, vbi late dicitur. Vnde ex quo ecclesia Romana hoc casu indiget congregatione cõcilii pro unione & restauratione, qa unus denegaret congregare, videtur ꝙ alius qui uult posit etiam Inuito illo qui denegat congregare. Et videtur plus probare quod si post congregationem non uult se unire, ipso iure perdiderit titulum papatus. Item vbicunque actus ex sui natura indiget expeditione, tunc semper præfertur ille q uult, quod actus expediatur. l. his consequenter. §. sed & cum monumentum, vers. item tamen. ff. famil. ercis. ubi præfertur volens construere monumentum, & cogitur cohæres. Facit ẽt quod dicit, Albericus in l. intãtum. ff. de rerum diui. de scholari. qui uult aperire Hostium domus de mane bona hora, & alius contradicit, quod si est hora eundi ad electionem, præfertur ille quis uult domum aperire. Sic in proposito præferetur, qui uult congregare, quia imminet necessitas congregandi.

250 **Per hæc casus** redditur † dubius, nec ita reperio, cum tactum. Moder. Aretin. inter duos contendentes possessores super pontificatu, simpliciter dicit quod nullus poterit conuocare nec authoritatem, præstare concilio, quia ecclesia dicitur tunc quasi vacare, ut in c. 1 de schisma. sed tunc quilibet per viam intimationis poterit conuocare, & concilium. sic conuocatum sibiipsi præstabit authoritatem, ut dictum est sup. Allegat. ca. si duo. 79. di. allegat etiam gesta concilii Bonifacii. cap. 2. Egi. in clemẽ. dudũ in princ. in ver. sed pone de sepul. ponit quęstionem inter duos concorditer electos a cardinalibus, se asserentib. primam electionem factam per impresionem notoriam, primo electo hoc negante. & sic in casu quo constat alterum esse papam verum, sed dubium est, quis ipsorum sit ille q est verus papa, & quilibet habet sequaces, & vtraque pars asserit suum esse uerum papam & alium esse schismaticum cũ sequacibus. ita quod tota ecclesia est, diuisa cum vix reperiatur aliqs eps qui nõ sit pro vna parte, sicut fuit tpe Benedicti 13. qa schisma tãto tpe durauerat ꝙ vix cõtingebat, qn ab vtraque parte essent creati noui epi. Et ibi quærit qualiter istæ duæ ptes, quarũ vna est schismatica & alia catholica, simul possint coniungi ad constituendum totam ecclesiam, & faciendum concilium generale. & ibi arguendo primo, dicit videri impossibile, quia pars schismatica videtur esse extra ecclesiam, & maxime quando adeo est firmata, & radicata, quia videtur transire in hæresim. Nam licet inter schisma,
251 † & hæresim a principio possit notari aliqua differentia, ut ipse etiam late ponit in c. in fidei. de hære. tamen schisma postquam est radicatum & post pertinacem adhæsionem, censetur etiam hæresis. 24. q. 3. inter schisma. Vnde si pars schismatica sit duplo maior, vt põt esse, diceturne ꝙ illa pars faciat concilium. Dicit videri durum hoc asserere, maxime si pars catholica minor reclamat & alium approbat. Dicit tamen
252 † ꝙ quando non est schisma clarum & notorium alicuius partis, tunc sequentes vnam partem, vel aliam, non possunt dici clare schismatici nec esse extra ecclesiam, ex quo schisma non est clarum & indubitatum. & hoc etiam tenet Archiep. Floren. in secunda par. summæ in ti. 3. de superbia. ca. 11. versi. sed quid cum duo. & Io. de Ana. & Abb. in rubr. de schisma. Ex quo similiter videtur cõcludere ꝙ forte ratione dubij debent omnes admitti ad congregandum concilium, & vt cesset mala suspicio, status omnium approbari, & omnes iuramento constringi. Dicit tamen ꝙ nec hoc sine scrupulo dubij transiret, & ꝙ prouideat Deus, & saluis animabus, fouentes schisma de medio tollat, quia aliter res videtur inextricabilis. Et sic remanet ambiguus & nihil decidit. Ant. de But. in suo trac. de schismate, dicit ꝙ quando vna pars christianorum adhæret vni & altera alteri, tunc si consideretur quilibet de per se, neuter habet facultatem totam ecclesiam vniuersalem congregãdi de facto nec de iure, quia neuter est in quasi possessione totius vniuersalis ecclesiæ, nec de facto alteri obediretur, repugnante conscientia, quæ non habet eũ pro papa. Vnde dicit ꝙ sine aliqua ipsorum contendentium requisitione potuerunt cardinales congregare concilium Pisanũ. Idem videtur velle Petrus de Ancha. in certis suis allegationibus factis pro concilio Pisano. Eius fundamentum est ꝙ iura quæ loquuntur de congregatione generalis concilii, præsupponũt necessario vnum esse, quem pro papa vniuersalis ecclesia recognoscat, & vnam apostolicam sedem. Allegat 17. dist. per totũ. & cũ illi canones nõ posint adaptari in casu in quo est diuisio eccl. & inter duos de papatu ꝯtẽdẽtes ꝯtrouersia, non habebit locum illorum iurium dispositio. l. ita autem. ff. de administrat. tutor. c. indemnitatib. in fi. de elect. in 6. Et idem etiam tenuit idem Pet. de Ancharan. in responsionib. factis ad oratores Regis Romanorum in eodem concilio Pisano. Pro his facit quod ponunt doct. post Innocent. maxime cardinal. in capit. ad hæc in fin. de offic. Arch. quod vbi episcopus & Archidiaconus qui habent instituere decanos rurales, de iure non possunt concordare, non valet illud quod facit vnus sine reliquo, argumento. capit. causam de offic. delegat.

253 **Mihi videtur** quod articulus † iste contineat in se aliquam difficultatem. Et si loquimur de duobus in controuersia assumptis ad pontificatum, hodie prouidet constitutio frequens in concilio constant. edita, per quam possunt plures similes casus decidi, & tolli schismata. Sed adhuc illa circumscripta, dicit Ale. in c. synodũ in 2. col. circa fi. quod ex quo sunt duo contẽdẽtes, qđ qlibet ꝯuocet simul vniẽdo obediẽtiã suã, istud magis est ex pediẽti quã de iure, qa si nullus est electus a duab. partib. nullus est papa & nihil posũt, si vnus est electus a duab. partib. ille poterit, & alius debet eiici omni conatu, vt in capit. si quis pecunia, & c. si duo, allegat cardinal. in tract. de potestate papę, li. 3. c. 8. Et dicit quod tunc concilium debebit congregari per cardinales, quando sunt duo electi in discordia, ex quo nullus habet duas partes. Nec videt hoc casu quomodo quilibet ex existentibus in controuersia, habeat congregare suã obedientiam, ex quo constat quod nullus est papa, & tunc non est curandum de quasi possessione alterius. Et verum dicit ex quo constat de vero papa, & quod alius est intrusus, ut in c. in nomine domini. 23. dis. & in c. si quis pecunia. 79 dist. Sed nos loquimur quando est dubium aliunde, de duobus, quis ipsorum sit verus papa, prout contingit tẽpore schismatis quando ambo sunt electi ab utraq; parte. Et tunc stabunt quæ dicta sunt in pluribus pręcedẽtibus quęstionibus, quod quilibet poterit congregare in vnum obedientiam suam & facere concilium, & tenuit Anto. de Butrio, ut supra dixi in alia quęstione, quod ipse ponit in quodam suo tractatu de schismate, & cardinal. Florent. in cap. licet in 2. q. de elect. & fatetur etiam ipse Alexand. in isto casu tantum in d. cap. synodum, videlicet quando duo contendentes sunt possessores, & ignoratur quis sit uerus papa aliunde quam ex electione facta in cõtrouersia, vel a duab. partib. Sed hoc videtur cõtradicere ei quod proxime supra retuli ex eodem Anton. in suis allegationibus & Petr. de Ancharan. qui dicunt quod absque aliqua requisitione cardinales congregabunt concilium. Sed dic quod illud intelligitur quando illi contendentes starent in quasi possessione, & nollent congregare concilium & schisma nutrirent, vel quando vellet vterque ipsorum authorizando congregare, quia non possunt ratione ambiguitatis. Facit quod dicitur in l. duo sunt Titij. ff. de testament. tute. Alioquin si ipsi vellent congregare & cum effectu facerent, valeret congregatio ab eis facta per modum requisitionis, vt pluries dictum est. Et hoc debet addi ad dicta supra in principio.

254 **Sed nunc** redeundo ad † principalem quæstionem, quando vnus denegat & alius uult & uterque possidet, dic quod si verum est quod supra diximus, ꝙ cum sunt duo contendentes, ambo possunt congregare obedientias suas in vnum locum, & voluit cardinal. & alii supra relati, & si ipsi cardinales possunt se inuicem vnire et congregare concilium sine contendentibus, ex quo ipsi nolunt congregare, vt ipsemet Anton. de Butrio, & Pet. de Ancharan. voluerunt & dixi supra, etiam si non sunt omnes cardinales concordes, sequitur quod ista conuocatio sicut ipsi uolunt non erit authoritatiua, siue per viam authoritatis, sed per viam cuiusdam intimationis & requisitionis, ut in c. cũ nobis olim de elec. & supra dictum est. Sequitur deinde quod sicut hoc poterunt cardinales a seipsis, ita multo magis cum altero ex contendentibus de pontificatu. Vnde si ille qui cupit concilium conuocare, requisitis cardinalibus vtriusque obediẽtię cum eis ꝯueniret & cõuocaret cõcil. ẽt inuito alio poterit fieri. Nec in hoc obstabit quod vocentur illi cardinales qui quo ad eum sunt schismatici, quia quando fit ad sedãdum schisma, poterunt interuenire, nec tunc cum eis participantes dicuntur incurrere aliquam pœnam, vt supra satis dictum est. Nec obstat si dicatur quod spoliatur nolens congregare, quia inter alios casus in quibus non datur restitutio spoliato, est, quando ex restitutione generatur scandalũ, vel nutritur euidens peccatum, ut esset in proposito, tertia quæstio. prima, in summa, & capitulo literas de restitut. spoliat. Item non videtur proprie spoliari, ex quo est quædam conuocatio per viam intimationis et requisitionis. Et per hunc modum credo ꝙ volens congregare poterit alio inuito. Quinimo etiã si cardinales alterius obediẽtiæ nollẽt conuenire cum eo, eodem modo per viam requisitionis poterit cum imperatore & sua obedientia requirere alios alterius
255 obedientię & cõgregare concilium. Et suppono † quod duo contendentes & existentes in quasi possessione non sint electi contra fas, & sic sumus extra terminos. c. si duo. 79. dist. Et quando recusans congregare, allegaret aliquid honestum, ratione loci vel temporis uel simile, non credo quod Anto. de butrio & Petrus de ancha. intellexerint dictum suum in isto casu, quia loquuntur in casu Gregorij. 12. & benedicti. 13. qui diu detrectauerant congregare concilium, & in casu antiquati schismatis Et idem credo quando imprrator nollet uel negligeret cõuocare requisitus, quia posset ipse cum sua obedientia & aliis prælatis neutralibus omnibus requisitis, per modum requisitionis & intimationis conuocare & coadunare concilium. nam aliorum malicia & negligentia, q̃ est causa nutriendi schismatis, non debet impedire volentes congregare concilium pro sedando schismate. Nam, ut legitur in gestis concilii Martini in quinto secretario siue libro in c. sancta synodus dixit, non est vtile bonum cum malo destruere. i. cum hæreticis orthodoxorum patrum verba & dogmata exurere, similiter nanq; est inhonestum malum amplecti & cum eodem bonum indiscrete proiicere. Facit qđ diximus supra in articulo quis congreget concilium, videlicet quod imminẽte necessitate etiam per minimum de vniuersitate potest fieri congregatio, & cõcilium debet vertere oculum plus ad causam conuocandi quam ad conuocantẽ. Pro hoc est quod ponit Feli. in c. super literis in 18. colum. in uersi. amplia secundo, de rescrip. qui allegat in trac. de potestate papæ Petrum de monte in 16. colum. versi. sexto quæro, qui vult quod minor pars concilii in congregatione potest citare maiorem partem, & data eorum contumacia, potest minor pars pronunciare se constituere concilium generale & suam esse iurisditionem. Hodie tamẽ constitutio frequẽs videtur prouidere huic casui quando sunt duo contendentes de papatu, & disponere quomodo tunc debeat fieri concilium, & per eam tolluntur multæ difficultates de præmissis. licet illa constitutio non fuerit recepta, ut alibi dico. Et ex his apparet quod ista eorum quasi possessione, licet alter deneget, ex quo propter eorum discordiam imminet necessitas congregandi concilij, non impeditur congregatio per alios, uel per cardinales si sunt concordes, vel per imperatorem uel patriarchas & alios prælatos, etiam cum altero ex dictis contendentibus quasi possessore partis suæ, licet alter solus in discordia non posset. Et sic intelligo Modernũ vbi s.

256 **Sed pone** quod ambo existentes in possessione contendentes de papatu, sunt contenti congregare concilium, sed est differentia de loco uel tempore, & ille qui est iunior in ætate & fuerat iunior in collegio vel habet minorem partẽ obedientiæ, dicit nomines tria uel quatuor loca neutralia, & ego eligam vnũ, & sic sedabitur schisma, quia congregabitur concilium in illo loco, & alius replicat quod ipse nominet, quia est iunior vel quia est in minori parte obedientiæ. quid agendum. Si attẽderemus illud quod dicunt doc. canonistæ in ca. 1. de paroch. & legistæ in l. 1. C. qñ non peten. partes, & in l. 1. C. de iis qui se defẽ. li. 10. & in l. fin. C. cõia de lega. & in §. quædam insti. de act. videretur quod maior & antiquior deberet nominare & infirmior eligere, sicut dicitur inter duos consortes uel fratres mercatores uel cohæredes, quia illa est magis communis opinio, quã tenent canonistę in d. c. 1. Licet Abb. in d. cap. 1. & legistę videantur magis inclinare in contrariam sententiam in locis præallegatis, ut late disputando ponit Iason in dicto §. quædam & ponit Alex. Immol. in addi. ad Bartolum in l. 1. C. de petitione bonorum subla. Quam opinionem tenuit sanctus Aug. in sermone de communi vita clericorum. 53. ibi cũ dicit ad ipsum sane qui maior est pertinet diuisio, & ad fratrem eius electio. Sed contrarium videtur dicẽdum, quia in proposito illius quæstionis doc. loquuntur inter duos uel plures habẽtes diuidere, hic autem in habentibus se vnire, qui est casus penitus contrarius. Et istud credo verum, uidelicet quod nõ cogantur seruare illum ordinem, quod maior nominet & minor eligat, non ista ratione solum quia iste uidetur casus contrarius, sed quia non sunt cõcordes, nec agitur de re quę sit in dominio ipsorum, quia non posunt duo pontifices esse eodem tempore. glo. 7. q. 1. non autem, & dicitur in c. licet de elec. Et quia in casu proposito non est dare superiorem, ut in c. Deus, in §. patet. 3. q. 1. & in c. licet in fi. de elec. alioquin di-
257 cerem esse locum opinioni canonistarum. Et per hoc † dico ad illum tex. in d. c. 1. de paroch. quod habebit locum siue agatur de re diuidenda siue vnione facienda, videlicet quod antiquior eliget, & erit vna ampliatio ad illum tex. Et per hoc patet quod licet alias quãdo est legata seruitus viæ vel itineris, ad sciendum cui pertinet electio sit inspiciendum in quẽ verba dirigantur, ut dicitur in l. si via. ff. de serui. rusti. prædi.

&

& in l.ſi cui in prin.de ſerui.& in l.qui duos & in l.legato ge neraliter.ff.de le.primo.& dy.in regula in alternatiuis,& bene Bartholo.cępol.in tract.de ſerui.vrban.in rubric.qualiter quis vti debeat ſeruitute poſt.princ.tamen ſi legatarijs data eſſet electio,& legatarij quibus legata eſt via vel iter vel alia ſeruitus ſimpliciter ſine vlla determinatione,ſed ſuper toto non eſſent concordes, qui poſſent per iudicem compelli ad concordandum,vt ponit Angelus in l.itinere.ff.de ſerui.ruſti.prædi.iudex poterit eos compellere per iſtum modum,cogendo maiorem facere partitum iuniori de pluribus partib. 258 fundi vt eligat vnum pro itinere.Et hoc addo†ad diſtinctionem Bar.in l.huiuſmodi in §.fi.ff.de lega.1.qui uoluit quando non cōcordant partes rem debere diuidi ſorte,quod tūc diſpoſitio non ſortitur effectum per.l.fina. C.communia de legat.quia quando ii quorum eſt electio non concordant,& poteſt fieri finis per modum prædictum, iudex ad id cogere poterit,alioquin diſpoſitio non ſortietur effectum.Quod intelligo quandiu non concordant,vt voluit Angelus in d.l.itinere. Vnde ad propoſitum videretur dicendum quod contēdentes deberent cogi ad ſortiendum. Sed quia non eſt dare ſuperiorem qui eos ad hoc cogat,vt in d.§.patet.3.q.1.& in c.licet de elect.poterunt cogi,ſecundum quod dictum eſt ſupra in quæſtione quando papa non vult concilium congregare, an poſſit ad hoc cogi,uidelicet quod poteſt cogi non ꝑcise ſed cauſatiue. quia poterunt ſuppleri vices eius per cardinales,qui eligent locum.Et ſi cardinales nollent,nec maior pars eorum vtriuſque obedientiæ, tunc poterit ſuppleri ꝑ imperatorem , & ſucceſſiue per alios ad quos fit deuolutio congregationis concilii, de quo ſupra dictum eſt . Nam ex quo nolunt concordare de loco perinde eſt ac ſi nolint quod concilium teneatur.& ſic faciunt ſe alienos tanquam fouētes ſchiſma, ut ſupra ſatis dictum eſt . Fateor tamen quod ſi cōtendentes de papatu per ſeipſos concordarent modo prædicto de tempore, & loco, hoc eſt quod minor ad nominationem antiquioris eligeret locum & tempus , & ſic ille qui diceretur habere eligere , eligeret certum locum , & determinatum tempus,& ſic cōuocaretur concilium,valeret conuocatio,& locus & tempus electum ex alternatiuis ſubſiſteret, ex quo eſt pro ſedando ſchiſmate. Quia ſi hoc poſſunt ſeparatim , quilibet cōgregando ſuam obedientiam in unum vt dictum eſt,multo magis poterit vnus congregare utranque obediētiam de voluntate alterius, & eligere locum vel tempus ab alio nominatum , ut euitetur circuitus. Non obſtat quod quando ſunt duo contendentes , nullus debet admitti ad adminiſtrandum,ut in d.glo.7.q.1.non autem,& c.ſi duo 79.di. & quod poteſtas deuoluitur ad cardinales per.§. iidem quoque.capit.ubi periculum de electio.in 6. Quia reſpondetur quod congregando concilium vt cognoſcatur quis ipſorum ſit papa,non dicitur eis concedi adminiſtratio,quia concilium iudicabit ſuper papatu , & tunc deuoluitur poteſtas congregandi ad cardinales quando ipſi duo contendentes de papatu quærunt nutrire ſchiſma , ſed quando concordant quod ſchiſma tollatur,& cognoſcatur de iure vtriuſq; & congregant concilium , cuius de iure eſt cognitio ad quē de contendentibus ſpectet papatus,vt vult glo. in d. c.ſi duo, non datur negligentia ex qua fit deuolutio,& ideo conciliū diſcutiet de iure vtriuſque. Et intelligo quando electio non eſt omnino notorie nulla,& contra fas facta, temeritate cōcertantium,ſecundum,c.ſi duo,quo caſu poſſunt cardinales procedere ad electionem alterius , quia conſtat clare quod neutra electionum ualet & quod nullus ipſorum electorum habet ius,& eſſet ſcandalum ſi alter remaneret , maxime ex quo non eſſet adhuc admiſſus vel receptus aliqs ex eis ad adminiſtrādum.Alioquin requireretur declaratoria ſuper nullitate,per notata in cap.cum ſecundum de hære.in 6. & c.ad apoſtolicæ de re iudi.& quod dicitur in c. Rodulphus de reſcript.Vel per modum eorum quæ ponuntur in c.conſiderauimus de elec.& in c.auditis eod.tit.quia quando dubitaretur quæ ipſarum electionum valeret, cognoſceret conciliū, nec cardinates deberent procedere ad electionem tertij, vt ponitur in d.c.ſi duo.

Et adde etiam quod quando inter duos contendentes de papatu eſſet controuerſia in congregando per uiam authoritatis, tunc neuter duorum contendentium poſſet præeſſe in concilio tanquam caput propter incertitudinem tituli,nec poſſet ſumere authoritatem concilium ab eius perſona , quia is quem non conſtat fuiſſe in quaſi poſſeſſione ſolum,uel de cuius bono iure notorie non conſtat, uel eſt in controuerſia, non poteſt vocare conciliū ūocatione authoritatiua, ex quo contendit cum alio de papatu,ſed tantum cardinales quando omnes ſunt concordes qui ſuccedunt ut dictum fuit ſupra in articulo de forma citationis. dicto capitulo ubi periculum. §. iidem quoque, & elem.ne Romani.

259 Adde quoque quod quando duo vel plures ſe gererent pro pontifice,†conſtitutio cap. frequens in concilio cōſtancien.edita,ſtatuit quod quilibet ipſorum pro Romano pontifice ſe gerentium teneatur infra menſem a die qua ſcientiam habere potuit alium uel alios aſſumpſiſſe papatus inſignia vel in papatu adminiſtraſſe,ſub pœna amiſſionis iuris ſi quod forte eſſet ei queſitum in papatu & inhabilitatis ad quaſlibet dignitates actiue & paſſiue ipſo facto indicere concilium ad terminum anni proximi,quem ſtatuit & abbreuiat dicta conſtitutio ipſo facto ex dicta cauſa, quamtumcunque terminus penderet vltra annum , vt quia forte eſſet in principio decennii alias a dicta conſtitutione ſtatuti & tenetur dictum concilium indicere & puplicare per ſuas literas competitori vel competitoribus,prouocando ipſum uel ipſos ad cauſam in loco prius deputato per concilium, qui ſemper debet deputari in quolibet concilio pro futuro concilio celebrando, ut dicit dicta conſtitutio . Item debet cæteris prælatis & principibus intimare, & ſe transferre perſonaliter ad dictum locum,nec inde diſcedere donec per ꝯcilium cauſa ſchiſmatis fuerit terminata. Et interim nullus ipſorum contendentium de papatu,præſidebit ut papa in ipſo concilio. imo eoſdem cōtendentes ſuſpendit ipſo iure ab adminiſtratione papatus poſtquam ipſum concilium incœptum fuerit,nec vult eis vel alicui eorum ſub pœna fautorię ſchiſmatis a quoquam obediri.

260 Similiter dico quod poſſent†duo contendentes concordare de loco per viam ſortis.Quod licet, vnde prouer.16.ſortes mittuntur in ſinum,ſed a domino tēperantur . Et licet non admittatur iudicium ſortis quando ſunt omnia paria inter duos electos,ut notat Hoſtien. in ca.fi.de ſortile.& Bal. in l.ſi duobus.C.cōmunia de lega.& doc. communiter,maxime archi.25.q.2.in ſumma.& ponit Bal. in l.finali in prin. C. communia de lega.quia non eſt de modis traditis in c.quia propter de elec.intātum quod dicit cardi.in c.fin.de ſortile.quod in omni modo quo peruenitur ad titulum beneficii in quo requiritur canonica inſtitutio, ut in c.1.de reg.iur. in 6.nunquam admittitur iudicium ſortis. & idem replicat in capit.licet in fi. de proba. quod intelligit verum in d.c.fi.niſi hoc fieret authoritate papæ. Ex quo Bal. in l.meminimus. C. quando & quibus quarta pars debetur, dicit quod nunquam res dirimitur ſorte niſi in caſibus a iure permiſſis.& Angelus in l.ſed cum ambo.ff.de iudi.dicit nihil dirimendum ſorte reprobata, ſed ſi non eſt improbata, vbi dubium eſt ſuper facto nunquam recurritur ad ſortem,quia factum debet plene probari ꝑ illum qui ſuper facto fundat intentionem ſuam.l.actor cum ſimil.C.de proba.ſi tamē du- 261 bium†eſt in iure,& non reperitur certa forma a iure tradita, ſi non tractatur de ꝑiudicio tertij, vel partes non diſcordāt, vel præiudicium non eſt graue, admittitur iudicium ſortis, & maxime vbi tractatur ſolum de præiudicio ipſorū diſcordantium,iuxta l.fin.C.communia de lega.Et idem in effectu videntur ſentire doc.in c.fi.de ſortile.& in ca. licet de proba. & Bar.in l.ſi duo.ff.vti poſſi. Vbi autem eſt concurſus pluriū ad eandem præbendam qui mutuo ſe impediunt in poſſeſſione,ſine ſorte capitulum gratificatur, dicit Ioan An.in ca. duobus de reſcrip.in 6. & refert Angelus in d.l.ſed cum ambo,nec eſt neceſſarium iudicium ſortis. Quando autem dica- 262 tur ſors†improbata, late per totum.26.q.2. Similiter etiā dicimus quod per confeſſionem tituli beneficialis non poteſt adiudicari beneficium, ut deciſ.16.in ti.de reſti.ſpol.

263 Vtcunque ſit, †nihilominus in propoſito credo admittendum iudicium ſortis. tum quia non agitur de titulo papatus. tum quia ex quo agitur pro ſedando ſchiſmate,licet alias in dubio a iudicio ſortis videatur abſtinendum, vt voluit Abb.etiam in extraiudicalibus in d. c.fi.in fi.per c.1.eo tit.& Bald.& Angelus vbi ſupra,tamen ex quo non agitur de præiudicio tertii nec de titulo papatus directe, ſed de loco & tempore tenendi concilij.& de bono publico, ſatis videtur dicendum valere.Ad quod facit quod dicit Abb.& Ioan.de Immol.& referunt moderniores in.cap. licet de proba. quia licet alias iudicium ſortis non admittat ut illius vigore iudex habeat procedere ad adiudicationem rei , tamen bene admittitur ut per illud dirimatur quis ſit actor vel reus.l. ſed cum ambo.ff. de iudi.Ita videtur in propoſito, cum tantū agatur ad dirimendam controuerſiam de loco, & non agatur de titulo papatus.Et ita aperte concludit Abbas ſiculus in c.1.ne ſede vacante in ſecunda col.limitando illum tex.in c.fin.de ſortile.Facit in propoſito quod legitur luc.1.vbi patet quod per ſortem eligebatur quis deberet inter ſacerdotes ponere incenſum,dum dicit ſecundum cōſuetudinem ſacerdotij ſorte exiit vt poneret incēſum in domo Dei.Et de hoc etiam.1.parali. 24.vbi ſorte diſtributæ ſūt hebdomadæ quibus ſucceſſiue.24.ſacerdotes miniſtrare debebant. Et ſorte iubet dominus dirimi vter ex duobus hircis debeat ſacrificari, quod maius videtur,ut patet leui.16.Et ſorte diuiſa eſt terra familiis & tribub. hebræorum.& de iſta aſſignatione cuilibet ex tribubus per ſortem habetur in libr. Ioſuæ.13.c.cum pluribus ſequentibus.Et 1.reg. c.10.ibi & cecidit ſors ſuper tribum beniamin. Et poſſent allegari infinita alia loca in veteri teſtamento, vt 1.parali.25.& 26.& nehemiæ.9. & 10.& heſter.3. 9.& 13. & in pſal.21. 30.77.& 124. & & prouerb.1. 16.& 18.& ſapien. 2.3.& 4.& eccleſiaſtici.6.14. & 17.& iſaiæ.34.& Ieremiæ 13.& Danielis.12.& Ioelis & plurimis aliis locis. Et de iona & Matthia in c.non exemplo.26. q.2.& de Ioſue ibidem in ſumma.Et de aliis de quibus ponit ſanctus Tho.in ſecūda ſecundæ q. 95. ar.7.Imo plus videtur velle ille tex.1.parali.24 in fi.quod etiam ſacerdotium ſorte diſtribuebatur , ut ponit ibi glo.Facit quod dictum eſt ſupra de Matthia act.1.& in cap.cleros 21.di.& in d.c.non exemplo 264 26 q.2. Pro quo etiam†facit quod ſupra dictum eſt quod licet ex confeſſione aduerſarij non poſſit adiudicari titulus beneficij,ut in c.1.de eo qui mittitur in poſſ.in 6.& d deciſ.tñ qñ nō ex toto uellet cāre ſuū titulū ex ꝯfeſſione admittit ꝯfeſſio, puta quando aduerſarius cōfiteretur obitū ultimi poſſeſſoris,quo non probato non poſſet adiudicatio fieri, bene admittitur confeſſio, ex quo non probatur per illam directe titulus aduerſarii . Similiter dicitur quando ex confeſſione coadiuuatur ius partis quod erat dubium,ut dicitur in d.c.1. & in c.duobus de reſcrip. in 6.per do. Similiter ad colorandū titulum in poſſeſſorio,ut vult deciſio ſupra allegata . Ad idē eſt quod uoluit cardi.in d.conſi.150.quod eſt ultimum in ordine.& eſt idem quod ponitur in lectura in forma in ca.licet 265 de elec. ubi uidetur uelle † quod etiam per ſortem potuiſſet ſedari ſchiſma qđ tunc vigebat inter Benedictum.13.& Gregorium.12.quod & ſequitur pe. de monte in ſua monarchia uerſi.ſeptimus modus tollendi ſchiſma . Qui limitant illud quod dicitur quod ſors eſt prohibita,ad caſum quo agitur & utimur illis ad præſcientiam & diuinationem futurorū, ſed ſecus quando agitur ad tolendam contrauerſiam & diſcordiam.allegat idem Petrus glo.26.q.2.cap.1.ubi pro tollenda dubitatione & ſedanda diſcordia licet procedere per ſortes ad idem allegat etiam glo.in c.cleros.21.di.Et iſtam concluſionem refert etiam Feli.in capit.capitulum ad fi. de reſcrip. Pro quo facit quod dicit Aug.in li.pſalmorū, trāſumptiue 26.q 2.c.ſors,quod ſors non eſt aliquid mali ſed res in humana dubietate diuinam indicans uoluntatem.

266 Et licet non indifferenter † liceat illis vti, aliquando tamen etiam in ſpiritualibus ſeruato debito modo poſſet quis uti ſortibus etiam conſultoriis,iuxta illud prouer. ſortes mittuntur in ſinum ſed a domino temperant̄. Cum enim non ſupereſt humanum conſilium,tunc recurrimus ad diuinū.22.q.2.c. quæritur 23.q.fi.ſi nulla. Et cū ignoramus quid agere debeamus,hoc ſolum habemus reſiduum ut oculos ad te domine leuemus,ut dicitur 2.parali.20. Licet non debeamus capere in exemplum quod aliquando in ſanctis factum eſſe legimus . Pro quo etiam facit tex.in c.nō exemplo.26. q.2.quod & uoluit glo.in c.cleros in prin 21.di. & idem dicit gloſ.in ſumma. 26.q.2. quæ tenet etiam in electionibus in caſu neceſſitatis & dubio admitti iudicium ſortis.Et licet archi.in utroque loco reprobet glo.per c.fi.de ſortile.& do in d.c.cleros,& clare dicunt omnes in d.c.fi.de ſortile.tamen illud eſt quando tractatur quod ſorte dirimatur quis electorū debeat remanere in dignitate.Sed eo reſpectu quo glo.ſummæ.26.q.2.refert Auguſtinum ſcripſiſſe quibuſdam cum ciuitas eſſet obſeſſa & dubitaret clerus qui ipſorū deberēt fugere & qui remanere quod ſorte eſſet dirimendū, non uidetur improbari,quia non tendit ad titulum alicuius beneficii.Et ideo in propoſito illa glo.ſatis oſtendit ſortis iudicium poſſe ſuſtineri in propoſito in quo ageretur de eligēdo locum & tempus. Et ſimilis gl.cum dubitatur & eſt altercatio tempore perſecutionis quis debeat remanere in ciuitate & quis fugere,habetur in c.aduerſitas.§.1.in verſi.hoc etiā 267 7.q.1. Tenendum†eſt igitur indubitanter ſortes eſſe illicitas per magicas incantationes,uel ad exercendas aliquas uanitates uel ad diuinationes vel ad inquirendum occulta & futura,& in omnibus ſuperſtitionibus, in iis maxime in quibus conſilium requiritur a dæmonibus,ut in cap.ita nos 25.q.2. Sors autem diuiſoria, ſi debito modo fiat, ita quod non ad ſit aliqua ſuperſtitio, nec diuina oracula ad terrena negocia ꝯuertantur,& ueritas aliter haberi non poſsit,& fiat cum Dei reuerentia & in rebus temporalibus, erit licita, ſicut in propoſito, in quo non agitur de dando titulo papatus nec de re aliqua ſpirituali. Et ideo uidetur quod ſorte talis controuerſia loci & temporis bene ſopiri poterit ex quo aliter tolli nō poteſt , maxime cum non agatur de præiudicio magno nec de præiudicio tertii, ſed tantum ipſorum diſcordantium , ꝑ 268 ſupradicta . An poſsit autem†ſuſtineri opinio glo.prædictarum & Lauren. & cardi. ſcilicet quod quando agitur inter duos contendentes de papatu,licet eis ſortiri papatum inter ſe pro ſedando ſchiſmate,pro nunc non diſcutio,quia nō reperitur iure cautum quod papatus detur per ſortes.Imo contrarium probatur ex ſupradictis,& not.Alex.in c.in nomine domini.23.diſ.in princ.ſecundæ colum. Alioquin fruſtra eſſent prodita iura quæ prouident inter contendentes de papatu quod concilium congregetur vt in gloſ.in c.ſi duo. 79. diſt. Nec obſtat quod dicit cardin. in d.c.licet, & in d.conſilio quem ita ſimpliciter refert Felin.in dic.capitulo.licet.de probatio. & in dicto capitulo,capitulum, allegans idem tenere Pet. de monte in ſua monarchia in 32.columna. Quia loquitur in caſu ſuo in illo ſchiſmate antiquato,in quo erat dubium an fuerat vera impreſſio cardinalium in electione Vrbani . & improbabile de ijs, quæ inter eos euenerant, an metus eos apprehenderat ſufficiens , & dubium ius & preiudiciale uniuerſæ chriſtianitati.Vnde non mirum ſi cardi, ſic dixit de materia ſortis.Et per hoc patet quod non erat neceſſaria limitatio , Felini,nec uera,cum conatur ſaluare cardinalem a contrarietate,in d.c.capitulum,in penul. colum. de eo qđ car.dixerat in c.licet qđ in beneficialib. nōſit locus iudicio ſortis,& ꝯrium in d.cōſil 150.& d. c.licet de elec. qđ iudicio ſortis dirimitur cauſa tituli papatus inter duos contendentes de papatu . Quia non eſt ſimpliciter uerum quod titulus papatus inter duos contendentes ſorte poſſit dirimi, nec fuit talis intentio cardinalis niſi in caſu ſuo.ubi erat dubium ius, & afferebat præiudicium uniuerſæ chriſtianitati . Et ſi dicatur quod iudicium ſortis non habet locum in facto incerto (vt dicitur in l.1. C.vti poſſi. & uult Ioann. in dicto capitulo licet de probat. reſpondetur quod in caſu illo non erat dubium factum , ſed vtrum ex tali facto Cardinales po- 269 terant allegare iuſtum metum. Adde tamen quod ad iudicium ſortis nunquam deuenitur niſi partibus conſentientibus,uel ad petitionem alterius de cuius præiudicio agitur, d. l.ſi cum ambo,& dicta l.ſi duobus.communia de lega.Ita dicit Abbas,in dicto cap.fi.& Cardi.in dicto cap.licet.inter laicos tamen cum proceditur ad electionem ad aliquod offic. & inter clericos ubi agitur de rebus temporalibus,non uidetur prohibitū,& ita ſolet fieri per balottas,& breuia . & ideo extractiones quæ fiunt ad fortunam pe buſſula valent. a quibus tamen etiam inter eos tutius eſſet abſtinere ſecundum quod not.Abb.in d.c.fi.quia militat eadem ratio quæ in electionibus ad dignitates eccleſiaſticas.

Vide vltra prædicta in materia ſortis, Ionæ. c.1.ubi nautæ miſerunt ſortes ad ſciendum cuius cā eſſet orta tempeſtas, in mari, & cecidit ſors ſuper Ionā propter quod miſſus eſt in mare,& ceſſauit tempeſtas . Et ibi dicit glo. quod Matthias ſorte eligitur,& hic fugitiuus ſorte depræhenditur, non agitur uirtute ſortium , ſed uoluntate Dei, qui ſortes regebat incertas, non ergo hoc exemplo de- 270 bemus credere vel vti ſortibus quia priuilegia † ſingulorum non poſſunt legem facere communem,voluntate Dei Pharao & nabuchodonoſor iudicio ſomniorum futura cognoſcunt non tamen ideo vbique ſomniis eſt credendum.Et ultra etiam de materia vide Ananiam in d.c.fi.& doc.in l.1.C. vti poſſi. & in l.huiuſmodi.§.fi.ff.de legat.1.& in l.1. C.quando non peten.partes,& remiſſiue per Felin.in d.cap.licet cauſam.de probat.& latius per eundem Felin.in cap.capitulum de reſcript. vbi tenet idem quod cardinal.in d.conſilio Vbi omnino vide, & 26. q. 2. per totam quæſtionem , & quando ſunt licitæ, & quot ſunt earum genera. & vide Ananiam in in d.cap.fi.& de materia late in d.l.ſi duobus.C.communia, de legat. & Angelum in d. l. ſed cum ambo, qui diſtinguit ſi agitur de præiudicio tertii,ſi cauſa eſt grauis uel leuis præiudicii, ſi agitur ad probandum factum, vel ius, & vide plene Angelum Aretinum in §. ſi ex teſtamento, inſtit. qui ſatiſd. 271 cogantur. Et de iſto iudicio ſortis†quare & quando fuerit licitum in veteri lege, & quomodo aliter accipitur ſors in ſacra ſcriptura & aliter in vſu hominum , vide omnino cardinal.de Turræcrem.in §.his ita reſpondetur. 26 quæſtio. 2. & ibi allegat dionyſium , quod in Matthia ſors fuit quidam radius de cœlo deſcendens oſtendens apoſtolis electionem Matthiæ Dei uoluntate. Et de ſorte & ubi & quæ & quando ſit permiſſa vel prohibita,in ſumma Angelica in verbo ſors 372 in uerſic.utrum ſit licitum.Et late†cardinal.de Turræcrem. 26.quæſtio. ſecunda in ſumma, ubi ponit aliquas ſortes eſſe diuiſorias,alias conſultatorias,alias diuinatiorias, & de ſingulis quæ, & quando ſint licitę vel illicitę. Et vide ſanctum Tho ſecunda ſecundæ. q. 96. ar.8. Et ibi ꝙ ſors diuiſoria eſt cum agitur quid cui ſit adhibēdū,ſiue ſit res poſſeſſa, ſiue ſit honor ſeu dignitas, ſiue pena aut actio.conſultoria eſt cum inquiritur, quid agere oporteat,diuinatoria eſt cum quæritur quid ſit futurum.Ibi vide,& qualiter dicatur ſors cecidiſ- 273 ſe ſuper.Matthiam.Quid autem ſit ſors diuina,†dicit ſtapulēſis in ſcholiis eccle.hierarh.diony.in 3.parte quinti capitis ꝙ eſt

est quoddam petitum & diuinitus ostensum signum, diuinā voluntatem declarans, & humanæ fragilitatis Deo reuerenter arbitrium committentis ambiguitatem tollens. Et ibi ponit plura exempla ex veteri lege quod sors diuina non est secundum communem vsum hominum per breuia vel denarios. 274 Et ad illud quod sors† cecidit super Matthiam respō de vno modo secundum Alex. in c. in nomine dñi. 23. dist. in prin. secundę colum. alio modo vt dicunt præfati in dictis locis allegantes bedam super actus apostolorū, & alio modo in summa Angelica in ver. sors.

275 **Similiter potest** dici quod† possent ad concordandum inter se de loco, committere electionem loci vni uel duobus uel tribus quorum iudicio stetur, l. si quis arbitratu, cum materia. ff. de uerborū obligatio. l. dudum. & l. fi. C. de contrah. emptio. Facit quod dicitur in capit. cum inter canonicos, & cap. cum dilectus de elect. & capit. ex parte de arbit. cum similib. immo cardinal. de Turræcrem. in capit. 8. de concil. in versic. ad sextam, vult etiam quod de ipso papatu quis ipsorum contendentium sit bene electus, possit remitti iudicio alicuius sapiētis, sicut fecit symmachus, & Laurentius, qui submiserunt se iudicio Regis Theodorici de quo supra feci mētionem. Facit ad propositum id quod dicitur in c. nisi essent de præben.

276 **Quid† autem** si locus fuerit semel deputatus, & postea ex aliqua causa papa nolit accedere ad illum locum, quia forte timeret impressionem, vtrum licite recuset, & vtrum possit tunc prohibere cardinalibus ne accedant ad illum locum, & an eo casu cardinales debeant parere, & quid agendum stante schismate? Vide petrum de Anchar. consilio 65. incipit pro declaratione, vbi in illo schismate tempore Gregorij, & Benedicti, concludit, ꝙ omnino teneantur ire ad locum Saonæ alias per procuratores Gregorii acceptatum, & ꝙ cardinales tenentur ire etiam contra prohibitionem papæ.

277 **Sed quæro** †vlterius an contendentes de papatu, debeant in toto processu concilij esse præsentes. Et puto idem dicendum de eis quod de aliis litigātibus, eo casu quo cōcilium habet iudicare de papatu vel de titulo ipsorum, quia tali casu papa subiicitur concilio, ut notatur. 15. dist. c. sicut sancti, & per Archid. in c. super eo de hæret. in 6. Sufficit, enim quod in allegationibus, & in aliis defensionibus per se vel alios se defendant, in consiliis uero & deliberationibus poterunt excludi, vt concilium sit magis liberum. Et ad hoc vt concilium non dicatur acephalum sufficit, quod sit legitime authoritate papæ vel alias conuocatum vel postmodum approbatum vt supra dictum est.

278 **Qui† autem** habeant dirigere concilium quando contendentes sunt expulsi, dic ꝙ illi qui sunt maiores ibi puta cardinales, argumento eius qđ notat. Innocent. in capitulo primo de maiorit. & obedient. 279 Et quando erunt † præsentes dicti contendentes de papatu in concilio, poterunt semper vti insignibus pontificalibus donec causa terminetur, quia non debent interim priuari sua quasi possessione, vt per totum tit. vt lite pend.

280 **Et si** contingat † ambas electiones declarari nullas, & procedi ad nouam electionem, vtrum poterit alter ex illis contendentibus de nouo eligi? Dic vt per Abb. in capitulo consideramus in vltimo notabili de electio. vbi vult quod in inferioribus si omnes electores consentiunt, poterit de nouo eligi secus in contendentibus super papatu ibi vide eum.

281 **Sed pone** rursus† quod sit differentia inter papam, & cardinales de modo vel loco congregandi concilium, sicut fuit tempore Eugenij, qui volebat cōcilium celebrari Ferrariæ & transferri de Basilea Ferrariam, vel Bononiam, & tempore antiqui schismatis inter diuersas obedientias quando postea fuit congregatum constantiæ, quid agendum in huiusmodi discordia? Dic quod ad eum ad quem spectat congregatio concilii, de quo supra satis plene dictum est, spectat eligere locum modum & tempus, ut d. c. mandastis, 2. q. 4. & d. §. hinc etiam. Fallit in tribus casibus, primo quando locus qui deputaretur non esset tutus habentibus venire ad concilium, vt in clem. pastoralis de re iudic. & per doc. maxime Anton. in c. ex parte de appellat. & ponit catal dinus in allegationibus pro Eugenio, & dicitur in c. accedens cum materia sua, vt lite non contest. quia tunc nō tenerentur comparere, nec forte sub saluo conductu, vt dicitur in d. c. accedens. Secūdo fallit qn̄ locus fuisset bene deputatus per concilium in precedenti concilio, & non subesset legitima causa illum locum mutandi. Et ita fuit statutum in cōcil. ꝯstāt. in 39. sessione in cōstitutione q̄ incipit freqūes. Et si forte esset necessitas, puta obsidionis, guerratū, pestis, & similis, tūc de card. aut duarū partiū ipsorum cōsensu & subscriptione tm̄, deputare poterit locū viciniorē illi deputato per concilium, eiusdem tamen nationis, nisi idem impedimentum esset in tota natione. Si tamen hoc papa seruare nollet & non maliciose hoc faceret ad turbandum conciliū forte posset alium locum deputare, dummodo tutum concilio & patribus in illo congregandis, & alias salubrem & conuenientem, quia locus constituitur ad uoluntatem eius qui congregat concilium, ut in cap. ad apostolicæ de re iudi. Tertio fallit quando papa vellet mutare locum maliciose vt impediret congregationem concilij, & detrectaret & differet ut concilium non congregaretur contra eū, quia tunc possent cardinales & alii, vt supra dictum est, ad quos spectat congregatio, locum deputare. Pro hoc cap. Anastasius. 19. di. & d. cap. si forte, & d. §. hinc etiam. Malicijs enim hominum non est indulgendum, vt in cap. plerunque de rescrip. c. auaritię. de elec. in 6. l. in fundo. cum concor. ff. de rei ven. Et hoc casu quando non datur aliqđ interesse ratione loci vel tpis, dicit dominus Anton. in suo tractatu vt supra retuli, quod non esset audiendus, vt ff. de eo quod certo loco per totum. & maxime post congregatum concilium si esset schisma, quia cognitio mutandi loci, & temporis esset concilij, vt ipse ibi dicit.

282 **Possent** †etiam præmissis addi duo alij casus, videlicet quando iam esset cōgregatum concilium de ipsius consensu & postea uellet alium locum deputare sine causa, vel quando esset inchoatus processus contra papam, quia tunc nullo modo posset transferri sine consensu concilij iam congregati. quia post congregatum concilium et authoritatem per papam præstitam congregationi, ipse subijcitur iudicio concilij, vt voluit glo. 15. di. ca. sicut. & iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de ver. obli. Et sic etiam postquam inchoatus est cōtra eum processus, & loquitur dominus Anto. vbi supra. 283 Sed ego† credo ꝙ isti duo casus debeant intelligi secundum vltimam fallentiam, quando animo dissoluendi & annihilandi concilium fieret & nulla subesset causa legitima, & sic isti duo casus cōprehenduntur in secunda & vltima fallentia. Alioquin posset papa pro libito voluntatis etiam per indirectum dissoluere & impedire concilium, nec posset prohiberi. 17. d. c. nec licuit. maxime in alijs causis vbi non tractatur causa fidei vel bonum vniuersalis ecclesiæ, vt ibi & Moder. Aret. in 4. q. in 10. colum. 284 De hoc† tamē quando possit dissoluere pro libito voluntatis, latius dicemus in propria quæstione. Adde tamē ꝙ si data fuerit patribus de concilio potestas eligēdi locum pro futuro concilio, intelligitur de prima uice. & ideo nō poterunt vlterius eligere, nec facta electione variare. Ita dicit Abbas siculus & refert Felin. in capitulo innouamus. de treuga & pace, ad intellctum. l. boues §. hoc sermone. ff. de verborum signific.

285 **Sed pone** papam renunciasse† papatui sed postea pænitentia ductum negare se renunciasse, & cardinales velle alium eligere, quis tunc cognoscet & quid agendum? Io. An. in c. 1. de renun. in 6. remittit se ad dicta in c. licet de elec. in verbo cardinales & ibi videtur velle ꝙ debet stari determinationi concilii.

286 **Tunc quæro** †quis habebit congregare conciliū? Dic quod pertinebit ad populum & clerum Romanum. Ita dicit do. in c. 1. de renum in 6. ad hoc 65. di. c. si forte, secundum eum. & ponit d. Benedictus capra, & lanfrancus ac philip. ibidem. Ad quod adde quæ dicta fuerunt supra in quęstione quis haberet eligere papam si omnes cardinales essent mortui. Sed ego dicerem illud verum respectu Romanæ ecclesiæ, & pro faciliori expeditione nouę electionis, vt congregaretur concilium multorum prælatorū, ut puta patriarchii papæ. Sed respectu cognitionis an ille esset verus papa, & an cardinales possēt procedere ad aliam electionem, crederem tenendum ordinem supra datum. qa ex quo non pertinet ad papam qui non recipitur pro papa & dicitur resignasse, tunc etiam non spectat ad cardinales, qa eis non creditur qui hoc asserunt. s. ipsum resignasse, & ipsi sunt in causa. Seruabitur ergo ordo præmissus. & congregabitur vel per patriarchas, vel eis negligentibus per imperatorem vel reges vel aliquos magnos prælatos, & data vnius negligentia alius congregare hēbit. vel seipsum concilium cōgregabit, vt supra dictum est. vel primo pertinebit ad imperatorem, postea ad patriarchas primates & archiepiscopos & ad alios successiue, ut supra dictum est. De quo uide infra in quæstione de papa negante se cessisse, quando cardinales ꝓcedunt ad aliam electionem.

287 **Sed quæro** eo casu quo † imperator potest congregare cōcilium contra papam utrum poterit cogere prelatos ut uadant ad concilium? Istam quęstionem mouet Alex. post Egi. in §. hinc etiam. 17. di. Et ibi concludit quod si prælati uocati, sua sponte voluerint ire ad cōcilium, poterunt, allegat quod dixit in c. 1. ea. di. Alioquin ꝙ non

non possint cogi nisi forte ratione feudi secularis, quia tunc ipsi episcopi essent astricti obedire imperatori conuocanti concilium, per notata in c. solitę de maiorit. & obed. in c. Romana, §. debet. de appellat. in 6. Non tamen contra libertatē vel statum ecclesiæ propter feudum quod ab imperator haberent deberent imperatori obedire, vt in c. Iulianus, & in c. si dominus. 11. q. 3. & dicitur in §. fi. hic finitur lex cōradi. & c. Quinimmo potius tunc deberent dimittere feudum, quia sic sunt astricti per iuramentum, vt in c. ego. N. de iureiuran. Vnde dicit text. in capitulo aduersitas in §. cum vero. 7. quæ 288 stione prima quando totius † ecclesię salus quęritur, & fides impugnatur, necesse est vt ex aduerso prelati accedant & in die belli seipsos murum opponant pro domo Dei. Ad quod adde quę diximus de episcopis vocatis a diuersis eodem tempore.

289 **Sed† quid si** papa tantum est electus, & nondum consecratus, utrum poterit congregare concilium? Dicendum est quod sic, tum quia simulatq; est electus, habetur pro confirmato nec indiget confirmatione, dicit Bal. in cap. 1. in fine principii, qui feu. dare pos. Et statim potest administrare, ut in c. in nomine domini. 23. di. dicitur in c. licet, & in clem. ne Romani de elect. Tum quia ēt episcopus confirmatus nondum consecratus, potest congregare suum concilium, ut dicit Innocent. & refert Abb. siculus in c. transmissam in gl. fi. de elect. Tum quia congregare concilium est iurisdictionis, ut in c. quod sicut de elect. dicitur in c. quod translationem de offic. lega. & in c. aqua. de cō secrat. eccles. vel alta. & in d. c. trasmissam, & ea quę sunt iurisditionis exerceri possunt per electum confirmatum licet non consecratum, ut in capitulo nosti. & dicto capit. transmissam de electio.

290 **Vtrum autem** legatus sedis apostolicæ de latere papę possit congregare concilium? Videtur dicendum quod sic, quia factum legati de latere & factum sedis apostolicę ęquiparantur, ut in c. si abbatem de elect. in 6. Item concilium generale dicitur illud qđ a papa uel eius legato statuitur, ut in c. regula. § porro. 3. dist. Item hoc uidetur text. sentire in c. regula. 17. dist. ibi nec Romanę ecclesię legatus inter fuit.

Sed dic quod contrarium est ueritas, quod legatus de latere non potest congregare concilium generale iure suæ legationis, nisi de speciali mandato papæ. Et ita tenent omnes post glos. in d. §. porro, & glo. 17. dist. in c. regula. in versic. legatus, supplet ad hoc specialiter destinatus, & idem ibi domin. & glos. in summa ea. distinct. & glo. & doc. in d. § porro, & glo. in cap. ideo. 2. q. 6. & doc. communiter in c. quod translationem de offic. legat. & Alex. in c. generalia. 17. distin. post glos. quæ est glo. summæ. Ista enim, quæ sunt specialiter reseruata papæ, vt est facere generalem synodum, nō possunt per legatum sine papæ mādato speciali explicari, vt in c. quod translationem, de offic. 291 legati. Nec in† generali mandato iurisditionis concessæ legato, censentur venire huiusmodi specialiter reseruata principi, vt d. c. quod trāslationem, regula in generali in 6. pro hoc text. in l. 2. ff. de offic. eius cui manda. est iuri. vbi mandata iurisditione generali, non transit potestas concilii faciendi. Et hoc idem tenuit Hugo. & Lau. & communiter omnes in d. §. porro. & Ioann. de Fantutiis in d. c. regula. 17. di. idem spec. & Io. An. in tit. de leg. §. superest, vers. sed nunquid, & Hos. in summa. §. 3. vers. sed nunqđ legatus. Ad idē facit quod ponit Barbatius in c. nisi spālis, de offi. leg. Vbi rn̄dendo ad illud qđ dr̄ in gl. fi. ibi, videlicet quod in generali mandato concesso legato non veniunt ea quæ sunt meri imperii & reseruata papæ, dicit quod propterea vt ibi dicit Bal. legatus cardinalis nō pōt cōcedere castra & iurisdictiones ecclesiæ sine speciali delegatione vel confirmatione papę, vt in l. prohibere. §. plane, ff. qđ vi. aut clam. quia nec ipse princeps talia cōcēdit 292 de facili. Et quod reputatur† impossibile illud qđ solus princeps facere potest per l. apud Iulianū. §. fi. ff. de leg. 1. Et ad idē quod dicit idem Bald. in l. 1. §. si initio. de offic. prępec. vigil. ꝙ legatus non potest concedere castra nisi habeat in mandatis. Et ad idem quod censeatur impossibile quod dependet a volūtate principis, est tex. in l. 4. ff. de fideic. liber. secūdū Angelū in l. 1. ff. de inoff. test. Sed ꝙ imo non reputetur impossibile, alleg. Barbat. l. intercidit. ff. de cōdit. & dem. Et rn̄det ad l. apud Iulianū, ꝙ procedit in iis q̄ non cōsueuit princeps facere, vt vēdere plateas & similia, sed in iis q̄ cōsueuit princeps facere, licet quippiā depēdeat a ptāte ipsius solius, nō censetur impossibile, sed censetur venire in mandato. Vide quę dico infra ad intellectum. c. quod translationem. Non obst. c. si Abbatem, quia etiam ille text. posset induci in cōtrarium, in quantum ponit vt diuersa factum papæ & factum legati, & equiparatio ibi facta, est quo ad ibi specialiter inducta. Non ob. §. porro, nec text. in c. regula, qa qn̄ fit mētio de legato. intelligitur de speciali & indiuiduali mandato papę. Et ita probant bene illa iura. & facit tex. in c. conuenientibus. 1. q. 7. Di 293 cit tamen quod hoc ipso† quod demandatum est legato celebrare concilium, censetur ei commissa potestas congregandi conciliū per c. 1. de iudi. in 6. & per regulā qui vult ꝯñs vult antecedens. l. ad rem mobilem & l. ad legatum de procu. Vnde si in bulla legationis est data facultas celebrandi conciliū generale, poterit postea legatus sine alio speciali mandato papæ congregare concilium, quod est menti tenendum. Et hoc forte non procedit eo casu quo concilium iam esset cōgregatum authoritate papæ, & data facultas legato de latere celebrandi concilium, quia tunc nō intelligitur de nouo concilio congregando, sed de iam congregato celebrando, quia in istis facultatibus concessis legatis de latere, licet contra concedentem uideatur facienda larga interpretatio, ut in c. olim de uerb. sig cum simil. illud forte est uerum in iis q̄ consueuerunt demandari faciliter, sed in iis quæ sunt reseruata principi & non consueta demandari, forte est stricta interpretatio facienda. Et ad hoc est ille tex. in l. 2. ff. de offi. eius cui manda. est iuri. Et hoc uidetur probare ille tex. in d. ca. ꝙ translationem, ibi sæpe fuere legatis indulta. Quem tex. ibi 294 Ab. dicit† singularem quod aliqua eorum quę sunt reseruata principi, si diu conceduntur legatis per principem, uidentur illa transire sine speciali concessione. Et licet in illo text. dicat quod illa reseruata principi transiuerint in legatum, illud intelligit nō ex consuetudine illa concedendi legatis, sed ex quadam approbatione Romanę ecclesię, & idem Bal. ibi post Inno. uel quando hoc esset factum per tantum tempus quod initij eius non esset memoria in contrarium, quia tūc haberet uim priuilegii, ut in c. quod quibusdam de uerb. sig. argumento eorum quæ dicuntur in c. peruenit de censi. et l. de in rem uerso ff. de usu. Sed recte intuenti ille tex. ꝓbat illud quod supra dico, uidelicet quod in facultate concessa legato de latere, licet ex consuetudine passim concedendi legatis iure legationis, & ex quadam larga interpretatione ueniant illa quæ alias non competunt iure legationis ipsi legato, tamen non ueniunt illa quę in signum priuilegii singularis sunt tantum summo pontifici reseruata. Et pondero uerba tex. ibi. & si quædam, quod in illis quæ sunt singularis priuilegii non possit plus se intromittere q̄ ei conceditur, & sic de his faciēda est stricta interpratatio in literis facultatis. Māda memoriæ, quia iste est uerus intellectus ad illum tex, quia plus est illud quod papa sibi reseruauit in signum singularis priuilegii pontificatus & uniuersalis dominii, quam illud quod non in signum singularis priuilegii sibi specialiter reseruat. Et istum intellectum uidetur sensisse glos. in c. quæ de causa. 2. q. 5. in uerbo quicquid. & glos. in uerbo uices in c. mandata de præsump. & d. Anto. in d. c. quod translationem in secundo notabili. Et licet sit inter doctores controuersia utrum ex generali mandato legationis possit legatus apponere manus ad specialiter reseruata papæ in d. ca. quod translationem, tamen in proposito qn̄ sunt facultates restringendę uel ampliandæ, uera uidetur conclusio prædicta. Et ratio 295 in† primo casu quare ueniant in generali facultate concessa legato illa quæ de facili consueuerunt demandari quantūcunque specialiter reseruata papæ, posito quod ex consuetudine concedendi aliis uenirēt, est quia ex consuetudine faciēdi, præsumitur mandatum. Bal. in c. cum olim in primo notabili de cōsue. allegat tex. in l. Titianus. ff. quod cum eo. Ratio autē secundi dicti, quare non ueniant reseruata in signū singularis priuilegii quæ non sunt consueta concedi, est qa 296 †in generali mandato non ueniunt insolita. l. sed et si quis. §. quæsitum, ibi Bar. & alij. ff. si quis cau. & l. fistulas. § frumenta ff. de contrahen. emp. Per quem tex. dicit Bal. in d. capi. cum olim quod insolita concedi episcopis, non censentur cōcessa in generali concessione. Et licet alias demandata iurisditione censeantur omnia demandata sine quib. iurisditio explicari non potest, vt in cap. 1. & ca. præterea de offi. dele. etiā si sint maiora, vt in l. quotiens. C. de iudi. tamen illud intelligitur dummodo illa sint eiusdem speciei, vt voluit Barto. in l. 2. in 2 col. ff. de iuri. om. iud. Et hoc astruit in proposito qđ legato cēseantur cōcessa illa quæ indifferenter cōcedi ꝯsueuerunt alijs legatis, & non illa quæ sunt diuersæ speciei & reseruata in signum singularis priuilegii. Et hoc uidetur voluisse Abb. Siculus in cap. dilectus de filiis presby. qui respondendo ad c. quod translationem ad aliud propositum, dicit ꝙ illud fuit ex speciali consuetudine sedis apostolicę & ex certa sciētia ut ille casus absolutionis ab excommunicatione ex iniectione manus in clericos transeat ex generali legatione propter periculum animarum. & sic videtur restringere illum 297 tex. ad illum casum tm̄. Quod aūt congregatio† concilii sit papæ reseruata in signum singularis priuilegii & vniuersalis præeminentiæ, probant omnia illa iura. 17. dist. per totum. & 2. q. 6. ideo. & ponit glo. in d. c. quod translationem, & ibi de alijs

aliis casibus reseruatis specialiter papę, & in cap. sicut unire post gl. de excess. prę[l]a. de quo etiam per Hostiens. in d. §. quid pertinet. Et in proposito ꝙ non censeatur data facultas congregandi sed congregatum celebrandi, facit tex. & ibi dicta 298 in clem. literas de rescript. quia mandatum intelligitur de ijs quę erant in esse tempore mandati, nisi verba clare aliter demonstrent. Ad idem cle. 1. de censi. & c. cum capella de priuileg. l. nomen. §. filio ff. de legat. 3. l. fi. §. caio. ff. de liber. leg. cũ simil. De concilijs autem prouincialibus an possit legatus illa conuocare & celebrare sine licentia papę, licet gl. in dicto §. porro uideatur dicere quod non, & in hac opinione fuerit Hugo, & Landinus, tamen contrarium ibi tenent communiter doc. & Anton. de Butrio, Ioann. An. Bal. cardinal. Flor. & Ioann. de Immol. in dicto capitulo quod translationem. Et adducitur ad hoc, capitulo sicut olim. de accusat. quia patet ibi quod inferiores possunt, ergo & legatus de latere. Quod & tenuit speculator. in titulo de legat. in §. superest, versiculo sed nunquid legatus ecclesię Romanę. & Hostiens. in summa in tit. de legat. in §. quid pertinet, versic. sed nunquid legatus. Dicit tamen. Ioann. And. in addit. ad speculat. in d. versi. sed nunquid legatus, quod de stylo curię Romanę propter dubium opinionum quandoque hoc specialiter cōceditur legatis vt possint congregare concilium prouinciale. Non obstat tex. in d. l. 2. ff. de officio. eius cui man. est iuri. qui videtur simpliciter dicere quod demandata iurisditione veniat facultas congregandi concilium, quia ille tex. loquitur in alio dissimili concilio, videlicet manumissionis faciēdę, & ita dicit spec. Hos. & Ioan. An. vbi supra, de quo dicetur latius in loco suo.

299 Vlterius quæro, clarum est † quod ubi in concilio papa est pręsens ipse habet supremam pręsidentiam in eo. 25. q. 2. si quis dogma, in suprascript. 35. q. 9. c. quodquis in suprascript. de consecrat. di. 5. in suprascript. c. in die, quia ipse est caput ecclesię, & consequenter concilii. 24. q. 1. rogamus, ad idem, c. 1. in suprascrip. de simo. & in c. in nomine Domini. 23. dist. c. nullus. 88. dis. in suprascript. & 2. q. 7. cum pastoris, in suprascript. quid si papa nō sit pręsens, an debeat interesse per commissarios, & quot 300 poterunt pręsidere nomine papę? Et dicendum † est ꝙ ut cōcilium valeat debet esse authoritate papę congregatum, ut sępius dictum est. Ideo dicendum est quod erit in arbitrio papę quot uelit habere pręsidentes, quia in hoc diuersitas reperitur, nam in concilio meldensi pręfuit nomine papę petrus Archidiadonus, petrus presbyter, & Abbas sanctæ sabinę tenentes locum Adriani papę. 1. q. 7. conuenientibus, item in concilio constantinopolitano in 5. actione pro Ioāne papa. 8. pręfuerunt Petrus presbyter cardinalis, & Paulus anconitanus episcopus, et Eugenius Hostiens. episcopus, ut 7. q. 1. c. hoc nequaquam. Item in sardicen. concilio præfuit osius corduben. episcopus, & Vincētius capuanus episcopus, & ianuarius Beneuentan. & Calepodius Neapolitanus, sanctę Romanæ ecclesię legati, vt in c. prima anotatio. §. quarta. 16. dist. Item Adrianus Papa in 8. synodo misit ad præsidendum in in eadem donatum episcopum Hostiens. & Stephanum neophesinum episcopum, & marinum diaconum sanctę Romanæ ecclesię, ut 63. di. c. Adrianus el primo. Item in Carthaginensi. concilio præfuit Faustinus legatus Romanę ecclesię. Item in Calcedon. similiter alij. Ex quibus apparet papam posse nuncios pręsidentes mittere ad conciliū tenturos eius locum si ipsemet nolit interesse, & quos, & quot voluerit pro suo arbitrio.

Cardin. Iacobatij, de concilio, Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *Concilium quando congregari debeat.*
Et quid circa hoc fuerit determinatum in concilio constantiensi. & numero 2.
3 *Martini V. Respon. ad oratores Henrici Regis Franciæ, circa congregationem concilii, pro reformatione in capite & membris.*
4 *Concilium ex quibus causis congregari non expediat.*
5 *Tempus ad concilium celebrandum non videtur præcise determinatum sed in arbitrio papę. nu. 6.*
Annus nihilominus, videtur assignatus. nu. 8.
Et quomodo hoc intelligat & de quibus episcopis ibid.
7 *Mediolanensis Archiepiscopatus suffraganei numerantur.*
9 *Tempus præfixum ad celebrandum concilium, in cap. frequens, non fuit obseruatum.*
10 *Constitutio non tollitur ex non obseruantia ipsius.*
Nec lex tollitur, ex eo quod nullus ea vtitur.
Præsentationis quasi possessio non tollitur per non vsum præsentandi.
11 *Cap. frequens intellectus, in illis verbis alternatiuis, per quandam continuationem semper aut concilium uigeat aut per termini pendentiam expectetur.*
Et declaratio auctoris nu. 13.
Et alius intellectus ad d. c. num. 14.
Et alius. numero 19.
12 *Alternatiuæ natura est quod altero sublato ponat alterum.*
Aliquando resoluitur in coniunctiuam. nu. 15.
16 *Obligatus ad aliquid faciendum infra certum tempus, non tenetur illud facere nisi in fine illius temporis.*
17 *Statuti Paduani declaratio, quod de male ablatis fiat consilium singulis quatuor mensibus.*
18 *Constantien. concilium quanto tempore durauerit.*
20 *Indictio importat actum debere intra tempus expediri. & ibid. plura de ista dict. in.*
21 *Prorogari non dicitur aliquid post finitum tempus, sed cum adhuc tempus durat.*
22 *Nullatenus verbum quid importet.*

Quando congregandum sit concilium. Artic. I.

1 Vidimus quis congreget conciliū sequitur videre quādo† debeat conciliū congregari. Et in hoc aduertendum est, quia istud pōt dupliciter capi, videlicet qn debeat congregari concilium, id est quo tempore, uel quando, id est ex quibus causis debeat congregari. Et quo ad primum quando debeat congregari, si loquimur in synodalibus episcoporum & prouincialibus conciliis, hoc planum est per plura iura. 18. dist. & notatur in capi. graue de præbend. & ibi text. & in capitulo sicut olim. de accusatio. & 2 Gregorius in registro li. 3. c. 9. De generali concilio non reperio determinatum a iure certum tempus, in concilio tamen cōstantien. fuit statutum in 39. sessione de anno Domini. 1417. die 9. mensis octobris in c. frequens, quod primum a fine illius concilii in quinquenium immediate sequens, sm vero a fine illius immediate sequentis cōcilii in septenniū, & deinceps de decēnio in decennium perpetuo celebretur. Et hoc idem tempus fuit per approbationem. d. ca. frequens statutum in Basilien. concilio. Et cum oratores henrici regis franciæ & angliæ missi ad Martinum quintum de anno Domini. 1425. die. 27. mensis nouembris, anno. 8. pontificatus eius, propositis quibusdam coram eodem Martino, q fuerat creatus papa in concilio constantien. inter cætera petissent abbreuiari tempus septennii ad congregandum concilium, statutum in concilio constantien. ad annum, & congregari Basileæ pro reformanda ecclesia in capite & in membris, respondit Martinus oratoribus per verba infra scripta. Quoniā 3 in † sermonibus uestris de reformatione in capite & in membris, certi reddimur quod nō intelligitis de capite Chisto, restat igitur ut de persona nostra loquuti fueritis. ad quod dicimus quod licet sit rex uel princeps quantumcunq; magnus, ipsum tamen manet necessitas obsequendi non authoritas imperandi, quibus non obstantibus contenti sumus nedum ad postulationem tāti regis, sed ad aduisationem cuiuslibet boni christiani quantumcunque parui, in quo deformati sumus reformare nosipsos, & nos ambasiatores rogamus vt de reformationibus nostris si quas videtis, nos aduisare velitis. vt de vobis reformationem debitam faciamus. scimus nos ex fragilitate humana posse peccare, sed confidimus in misericordia diuina quod dolum & latam culpam semper a no- 4 bis abesse constabit. Item † fuerunt in responsione allegatæ causæ cur non erat expediens tūc concilium fieri. primo qa tempus cōcilii fuerat in concilio ordinatum, & si aliter fuisset statutum, potuisset præbere dissensionis occasionem. itē propter diuersitates principum. item propter contemptum sedis apostolicæ. Ex quibus et aliis causis uidebatur quod cōcilium tunc non erat sedaturum errores, imo uerisimiliter nouum morbum et forsan in curabilem pariturum. Quibus non obstan. idem Martinus conclusit se semper paratum & uacare debitæ ac optatæ reformationi ecclesiæ, & cōcilium tempore suo conuocare. Simile fere responsum reperio factum per Sixtum quartum oratoribus regis Franciæ, missis contemplatione Laurentii medices tempore belli inter ec- 5 clesiam Romanam & Florentinos. Ex quibus † uidetur ostendi ꝙ non sit determinatum tempus ad congregandum concilium generale a iure statutum. Quod etiam maximæ ostēditur ex registro Gregorii septimi. qui scribens sicardo Aquileien. episcopo, narratis quibusdam excessibus tam principū quam sacerdotum qui ecclesiam Christi sponsam, omni irreuerentia cōculcantes, quasi uilem ancillam opprimebāt, pro-

proinde concilium 9. Kal. februa. indictione. 12. Romæ indixit congregandum in prima hebdomada quadragesimæ sequentis, ut tanto periculo occurreret, adhortans eum ut in termino concilii adesset cum suis suffraganeis episcopis. Et sic postea eodem anno. 5. Kal septemb. indictione. 12. in principio secūdi libri scribit uniuersis episcopis & abbatibus Britanniæ monens eos ad conueniendum, ut cum frequentia aliorum eiusdem ordinis quæ suæ dispensationis & christianæ religionis ordo requireret exequi valeret, narrans quo modo in maligno mundus positus erat, & quomodo ad hoc mater ecclesia inuitabat, cum plura tempora illa aduersus eos diabolicæ fraudis arma demonstrarent & bella prorupisse. quod concilium indixit tenendum secunda hebdomada quadragesimæ futuræ, & sic sex mensibus uel circa assignatis ad interessendum. Ex quo etiam apparet quod eodem anno quo concilium tenuerat in laterano, indixit aliud cōcilium tenedum in futuro anno Romæ. Et sic apparet quod nō erat certum tempus statutum ad concilium tenendum, sed erat 6 † in arbitrio papæ, prout necessitas exigebat. Et aduertendū est quod causa cur fuerit in primo concilio præfixum tam breue tempus ad comparendum, est ut arbitror quia illud concilium non fuit generale ex toto orbe, sed tantum cum prælatis Italiæ, ut patet ex alia eius epistola sequenti, scripta 7 episcopis Mediolanen. ecclesiæ suffraganeis, videlicet † Brixien. Cremon. Bergamen. Lauden. Nouarien. Hipporigien. Taurinen. Alben. Asten. Aquen. Terdonen. & cæteris quibusdam. In quo concilio inter cætera ibi gesta, excommunicauit, & anathematizauit Robertum Guiscardum ducem Apuliæ & Calabrię atque Sicilię, cum omnibus fautoribus 8 quousque resipiscerent. Sed certe si considerentur † verba illius sequentis breuis directi supradictis episcopis, ibi ostenditur ꝙ erat præfixum tempus vnius anni, & quod de anno, in annum debebat teneri, Cuius verba sunt hæc. non incognitum vobis esse credimus in Romana ecclesia iandudum cōstitutum esse vt per singulos annos ad decorem, & vtilitatē sanctæ ecclesię generale concilium apud sedem apostolicā sit tenendum. Ex quibus verbis deprahēditur quod singulis annis debet teneri concilium generale, quod patet, quia idē Gregorius reperitur tenuisse concilium de anno in annum. Sed potest responderi quod illa fuerunt concilia non de vniuerso orbe, sed vel de eius patriarchio, vt s̃. dictum est, vel de prælatis Italiæ, qui poterāt singulis annis visitare limina apostolorum. Alioquin fuisset impossibile vt prelati longe ultra montes constituti possent venire singulis annis & redire, & illa etiam concilia quæ erant non de vniuerso orbe, appellātur generalia, vt supra dictum est. Sed obstat, quia idem Gregorius in eodem libro ad eadem concilia aliquando inuitat etiam prelatos vltra montes, vt patet in eodem libro registri in primo breui secundi libri, quod dirigitur omnibus episcopis & abbatibus Britannię. Ad quod potest responderi quod licet aliquando inuitaret aliquos ultra montes, non tamen uniuersaliter omnes in singulis cōcilijs de anno in annum, sed aliquando vnius patriæ aliquādo alterius, prout videbat expedire, ex quo non erant concilia in quibus tractaretur de fide, sed tantum de reformatione morum, unde illos uocabat quos videbat indigere reformatione. Et probatur potius quod arbitrarium est tempus ad tenendum concilium generale de uniuerso orbe. sed conciliū patriarchij papę, siue non de uniuerso orbe, debet teneri de anno in annum. Et dicendum est ꝙ illud fuit in illa feruentia boni, postea non ita de anno in annum sed ꝑ arbitrio papæ. Sed postea per dictam constitutionem frequens, in qua ēt dr̃, liceat summo Pont. de fratrū suorum San. Romanę ecclesiæ cardinalium consilio, terminum, ob emergentes forte casus abbreuiare, sed nullatenus prorogetur, fuit statutū tempus ad tenendum concilium de decennio in decenniū. In qua etiam statuitur ob emergentes casus licere pontifici locum pro concilio celebrando assignatum de fratrum suorum consilio mutare. Et in 44. sessione eiusdem Cōstantien. concilij pro loco proxime tunc futuri concilii fuit deputata & assignata ciuitas papiensis, & ibi ante lapsum quinquennium cœptum est celebrari, deinde vero translatum est in ciuitatem senen. & in d. ciuitate senensi ut uolunt pragmatici, ciuitas Basilien. fuit assignata, & electa pro concilio ineundo post septennium, allegantes hoc constare per publicum instrumentum celebratum senis anno Domini. 1424. pontificatus Martini quinti anno septimo, & die. 19. Februa. de quo etiam patet in prima sessione illius concilii Basil. Et ibi inseritur tenor bullæ Martini directæ Petro archiepiscopo cretensi, & Iacobo archiepiscopo spoletano, & Petro Abbati de Rosatio, & Leonardo de Florentia generali prędicatorum, quos mittebat papiam pro celebrando concilio iuxta ordinationem in concilio Constantien. factam. Quibus data fuit facultas illud transferendi, prorogandi, mutandi, & dissoluendi, & in alia ciuitate ad quam transferri uoluissent, continuandi, tenendi, & celebrandi, & locum pro alio futuro concilio inde ad septennium celebrando nominandi, deputandi, & assignandi. Per quos prælidentes dicitur locus Basiliē. deputatus & ꝑ deputatos nationum, Italicę, gallicanæ Germanicæ & anglicanæ, cōfirmatus. Similiter inseritur alia bulla Martini, in qua deputat Iulianum cardinalem sancti Angeli legatū sedis apostolicæ ad ciuitatē Basilien. q̃ asserit deputatā ꝑ concilio incundo antea in ciuitate senen. & ꝙ qa ꝑꝑ notoriā ægritudinē interesse non poterat eundē mittebat pro reformatione, pace & sedandis hæresibus. Vbi idē cardinalis postea ꝑ literas Eugenij, q successerat interim in pontificatum, declarauit ibidem esse cōciliū celebrandū. Deinde ex Basilea translatum est Bononiam, deinde Ferrariam, deinde ex Ferraria Florentiam per Eugenium quartū, ubi interfuit. quod colligit ex dictis abbatis in suis allegationibus factis contra eugenium. & legitur in gestis dicti concilii Basilien. in tertia bulla Eugnii inserta in gestis dicti concilii Basilien. Quinimo quantum potest colligi, etiam dicta constitutio frequens nō fuit obseruata de tempore Martini, quia licet fuerit infra quinquennium celebrari inchoatum concilium Papię post finitum concilium constantiæ & deinde senis, protractum tamen fuit vltra quinquenium, quia a 1417. vsq; ad 1424. Item supradicti oratores in sua petitione de abbreuiando tempus concilii, & de cōgregando Basileæ, qui petebant tempus septenii a concilio senensi in Basilien. abbreuiari, non fuerunt exauditi, vt supra patet. Item tempore eugenii similiter, quia concilium Basileę, quod magis fuit conciliabulum, vt infra dico, non fuit dissolutum ante annū 1438. de quo anno fuit in illo concilio priuatus Eugenius nono 9 kalen. febru. Et sic nūquam † reperiuntur obseruata interstitia temporum statuta in d. c. frequens. Nec etiam a tempore Eugenii citra, quia ab illo tempore non reperitur celebratum aliquod concilium. & sic uidetur ꝙ dicta constitutio nō fuerit usu recepta circa tempus celebrandi concilium, & ꝙ abierit in desuetudinem. Facit tex. & quæ ibi dicuntur in ca. 1. de treuga & pa. & maxime quia non habet decretum irritans. Ad quod facit quod dicit archi. & alii in ca. cum de beneficio de præbend. in sexto. & quæ dicuntur in l. de quibus. ff. de ll. Facit quod dicitur in §. leges. 4. dist. & Domi. in summa 11. di. Sed obstat præmissis, quia constitutio illa vult quod concilia hoc ordine celebrentur, videlicet primum a fine illius concilii constantien. in quinquennium immediate sequēs, secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo. ex quo videtur quod illius vigore duo præcipiātur, celebrari concilium & celebrari certo tempore. Vnde si nō sit celebratum in tempore, videtur quod omnino debeat celebrari. l. celsus. ff. de arbit. ca. cum dilecti de dolo & contum. quia authoritas constitutionis repræsentatur in utroque mādato. Vnde sequitur quod siue concilium fuerit celebratum in tempore assignato siue post tempus antequam papa mutauerit voluntatem, debet dici celebratum authoritate papę & mandato eius, si aliquando authoritas papæ intercessit de concilio celebrando. d. c. cum dilecti. & in c. quo iure. 8. di. & c. cum super de offi. delega. & c. vlti. de resti. spoli. Vnde dico quod licet respectu temporis celebrandi concilii, videlicet inquantum vult ꝙ celebretur de decennio in decennium, & quod nequeat prorogari, possit dici abiisse in desuetudinē, uel quod non fuerit recepta, tamen ratione actus gerendi. i. concilium celebrandi, non videtur sublata. nec circa alia, videlicet circa mutationem loci, & abbreuiationem temporis vbi eueniret casus quod hodie celebraretur cōciliū & aliud subsequēter ante lapsum decēnii per abbreuiationem factā per papam. Et ad hoc facit quod dicit Vincentius & refert Anto. de bu. in c. ex parte de consti. quod ex non obseruātia 10 † constitutionis non tollitur constitutio. ideo si vacat aliquo tempore beneficium, & numerus canonicorum non impletur, per hoc non tollitur statutum de numero taxato. Et Bar. in proę. ff. §. & antea. vbi dicit quod ex eo quod nullus vtitur lege, non propterea lex tollitur. & idem Bar. post cy. in l. fin. C. de iure do. impe. Idem Ioan. An. in c. Ioannes de cle. coniuga. Et per non vsum præsentandi, non peditur quasi possessio iurispatronatus. calde. consilio. 15. de iurepatro. & multa similia possunt adduci. Vnde ex his non uidetur in totum sublata dicta constitutio frequens, sed solum inquantū fuit contrauentum. Vnde videtur quod non recte Eugenius impugnabat concilium Basiliense, arguens ex lapsu septennii statuti in dicto cap. frequens, ꝙ non debebat teneri conciliū Basileę. quia non videbatur sublata constitutio respectu cōcilii celebrandi, licet non esset in tempore cōgregatum, maxime ex quo prætendebatur causa pro sedanda heresi, & fuerat requisitus ut congregaret vel ut authorizaret. Nec etiā ratione deficientis authoritatis eius, quia vt allegabatur af-

fue-

fuerat legatus de latere missus per Martinum quintum, tempore cuius concilium sumpserat initium, qui legatus postea per Eugenium quartum licet post lapsum dicti termini fuerat confirmatus. cuius legati authoritate potuit concilium congregari, vt in §. porro, 2. distin. & per Archid. 17. distinct. in summa. Et plura alia, adducit Abbas. in illis suis reportatis pro iustificatione concilij Basiliensi. & quia nimis subtiliter allegauerat, noluit Eugenius vnquàm eum recipere in gratiam.

11 Sed pro intellectu illius cōstitutionis quæro, vtrum cum ipsa vult quod primum concilium in quinquennium a fine constantiensis & secundum in septennium, & postera de decennio in decēnium celebrentur, subiungens, vt sic per quandam continuationem, semper aut concilium vigeat aut per termini pendentiam expectetur, sensus eius sit, quod statim post concilium primum finitum possit secundum inchoari, & finito secūdo tertium, ita quod semper concilium vigeat, vel quod vno termino durante possit aliud concilium inchoari expediendum tempore sequenti. Et de vtroque videtur dicendum quod sic, quia ad rationem alternatiuę sufficit alteram partem esse veram. l. si is qui ducenta. ff. de rebus dubijs. l. hæc verba ille. ff. de verborum significat. Sed sic est quod in constitutione dicitur alternatiue per quandam continuationem semper aut conciliū vigeat aut per termini pendentiam expectetur, ut sic sit sensus quod satis sit, vel quod concilium vigeat, vel quod expe-
12 ctetur, quia natura alternatiuę est quod altero sublato ponit allerum dicta l. hæc verba. Sed si post finitum primum inchoetur secundum, tunc per continuationem semper concilium viget, ergo videtur satisfactum constitutioni. capituli frequens. Et iste intellectus videtur conuenire ad illud quod factum legimus in concilio Calcedonensi, ubi apparet in proœmio ipsius libri, quod vigente adhuc concilio in Nicea, imperatores Valentinianus, & Martianus adhortantur patres ire in Calcedonen. ciuitatem, vt ea quæ de sancta, & orthodoxa fide a sanctis patribus definita erant confirmarent, ne diutius orthodoxorum multitudo diuersis modis
13 errando seduceretur. Sed inspicienti verba †constitutionis, iste non videtur verus sensus eius, quia ex hoc sequeretur, q̄ de vno concilio ad aliud non esset distantia requisita a cōstitutione, quę vult quod a primo concilio in quinquennium celebrando, sit septennium vsque ad secūdi celebrationem, & a secundo concilio in septennium celebrando sit decennium vsque ad tertii celebrationem. Sed si vno durante posset aliud inchoari, non esset integra distantia data a constitutione, & ex hoc sequeretur quædam confusio, & cumulatio plurium conciliorum se inuicem confundentium, contra mentem constitutionis. Item similiter in proposito si immediate post finem quinquennii inciperet secundum concilium, non esset aliqua distantia de vno ad aliud, sed esset continuatio concilii. Item ex hoc sequeretur aliud incōueniens, quod prælati debentes celebrare concilium, possent eligere partem alternatiuæ quam vellent, & semper concilium tenere vel semper concilium expectare. Et isto modo tenendo, cōstitutio non posset dici abiisse in desuetudinem vel non fuisse vsu recepta, quia sic vel concilium Florentinū quod fuit vltimum, adhuc duraret per continuationem, vel postquam fuit absolutum adhuc duraret tempus concilii expectandi, videlicet, decennium, licet sint lapsi sexaginta anni & vltra quod non fuit concilium generale celebratum, nisi istud nunc apud lateranum, quod est contra sensum cōstitutionis, quæ vult plura concilia celebrari cum certi temporis distantia. Item sequeretur aliud inconueniens, quod si post finitum quinquennium, in primo anno septennii celebraretur secundum concilium, & tertium postea in fine decennii post septennium, tertium concilium non esset celebratum infra decennium a secundo concilio sed in 16. anno post, quod est directe contra mentem constitutionis.

14 Potest dari alius intellectus, †ad dictam constitutionem, vt non ante inchoetur concilium quam omnino completum sit tempus, & sic primum non possit inchoari nisi lapso integro quinquennio, & secundum lapso integro septennio, & tertium post lapsum decennium.
15 Et tunc alternatiua† polita in constitutione resoluitur in cō iunctiuam. l. sæpe. ff. de verb. sign. videlicet vt sit sensus quod per continuationem semper concilium vigeat & per termini pendentiam expectetur, successiue non eodem tempore, & sic cū prælati celebrent primū conciliū in quinquenniū, & illo finito expectetur secundum vsque ad septennium, & illo secundo finito expectetur tertium vsque ad decenniū. Et sic erit mēs cōstitutionis q̄ cōtinuatiue semp sit alterū ex duob. vnū tn̄ post reliquū, videlicet q̄d cōciliū actu vigeat vel q̄d ad certum terminū expectet vigebit qn̄ celebratur expectabitur quando illo celebrato, & finito pēdet tp̄s ad aliud celebrandum. Et istum intellectum reperio tenuisse Ioann. Milis de Brixia. aduocatum consistorialem in quibusdam reportatis post obitum eius repertis, & manu ipsius propria scriptis, ea ratione quia illud verbum in septennium
16 intelligitur scilicet finitum, quia †obligatus ad aliquid faciē dum infra certum tempus, non tenetur illud facere nisi in fine illius temporis. ff. de condit. & demonst. l. non purabam, & l. si in annos, & notat Bart. in l. qui hoc anno. ff. de verbor. oblig. & Bal. in l. 1. C. quando dies legati cedat. Notat hoc Io. And. in c. in singulis, de statu monac. vbi dicit quod si concilium debet celebrari de triēnio in trienniū, intelligitur q̄ secundum concilium distet a fine primi concilij per trienium, ita quod secundum concilium nō poterit celebrari ante cōpletum triennium computandum a fine primi concilij. Et ita allegat Anto. de Butrio in d. cap. in singulis. & hunc intellectum dicit fuisse approbatū in concilio Papien. ibi inchoato, & finito Senis. quod inchoatum est post quinquennium completum a fine concilii Constantien. Ergo talis intellectus est seruandus, quem Papa approbat, argumento. c. quod dilectio de consan. & affi. & Ioan. And. & Butrius ibi notant.
17 Vbi ponunt alium casum de statuto † Paduano disponente quod de male ablatis fieret concilium singulis quattuor mēsibus, quia de mente statuentium est quod post lapsum quatuor mensium a fine primi concilii computandorum & nō ante fiat concilium. Et hoc dicit Milis demonstrari per uerba dicti. c. frequens, cum dicit quod sic per quandam continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur. per quæ uerba dicit quod in termino assignato ad concilium celebrandum, voluit concilium pendere & expectari debere, non penderet autem nec expectaretur si illo durante secundum concilium inchoaretur, ergo clare patet quod ante septennium completum a fine primi concilii non potuit concilium inchoari. Pro isto eius intellectu videtur facere illud quod dixi quod oratores petierunt abbreuiari tempus septennii ad annum, quia si tunc potuisset inchoari, non petiissent abbreuiari, ergo durante septennio videntes quod nihil poterant, hoc petierunt. Et similiter etiam Papa Martinus sic interpretatus est, quādo eis denegauit abbreuiationem, & voluit expectari vsq; ad post perfectum septennium. Ex isto intellectu sequitur quod nūquam concilium celebrabitur de decennio in decennium quia si post completum decennium debet inchoari celebratio concilii, & sic in primo anno secundi decennii, tunc erit annus vndecimus, & aliud concilium sequens celebrabitur in anno vigesimosecundo, computato priori decennio. Itē posset sequi quod cōcilium quod inchoaretur finito primo decennio, & sic in anno vndecimo vt dictum est, non perficeret infra annum, sed duraret biennio, & sic inciperet currere aliud decēnium post annum duodecimum, & sic anno. 13. qui inciperet currere a fine concilii. Et sic si in alio sequēti decēnio debet expectari finis p̄cedentis decennii inchoari in anno. 13. deberet expectari integer annus. 23. & aliud concilium incohandum deberet incipi anno. 24. computando a principio decenii præcedentis. & si similiter istud sequens cōcilium alterius decennii de anno 24. duraret biennio, deberet incipi tertium tertii decennii anno. 37. & sic de singulis. Vnde non satisfieret constitutioni volenti quod quolibet decennio reperiatur celebratum vnum concilium, quia sic intelligendo semper postponitur de tempore. & maxime quia plerunque concilia durant etiam in triennium & ultra, ante
18 quam dissoluantur, ut patet †in concilio Constantien. quod incœpit anno Domini. 1414. quinta nouembris, & finitū est anno Domini. 1418. vigesimasecunda aprilis. & in conciliabulo Basileę, quod durauit fere septennio, inchoatum est enī 1431. septima decēbris, & finitum est. 1438. octauo Kal. aprilis. Item sequitur aliud quod tempus decenii nunquam videretur assignatum ad concilium celebrandum, sed esset assignatum ad expectandum, ex quo ante lapsum integri decēnii non potest aliud inchoari. Item posset sequi ut experientia demonstrat quod nō congregaretur in primo anno post lapsum primi decennii, quod totum cedit ad expectandum & quiescendum, quia oportet habere tempus ad colligēdas sarcinulas. Ad hoc facit quod dicitur in c. ponderet. 50. dist. in c. cupientes in prin. in verbo infra mensem de elec. in 6. dicit tex in l. ab hostibus. ff. ex quibis causis maio. Et sic inter tēpus congregandi concilii & tenendi concilii posset esse tanta dilatio quod non solum in decimo non celebraretur sed nec in 15. anno, propter difficultates quæ occurunt, maxime prælatis longe distantibus. Et ex hoc sequeretur aliud, quod illud quod s. dixi de inobseruantia constitutionis, frequens, tam in cōcilio Senensi quam in conciliabulo Basiliensi, quo ad tempus nō esset verum, quia secundum istum intellectū satis videretur obseruata & recepta, quia adhuc penderet tēpus ad celebrandum concilium.

19 Sed in contrarium videtur quod sensus †ipsius cōstitutionis sit quod primum concilium post Constātiense celebrari debeat intra illud quinquennium, & secundum intra sequens septennium, & tertium sequens intra decenniū, & sic deinceps de decennio in decennium, ita quod semper in quolibet decennio reperiatur concilium celebratum, nec ad celebrandum debeat expectari quod totum decennium labatur. Ad hoc facit quod ex natura illius dictio-
20 nis †in, quæ importat actum debere intra tempus expediri, hoc demonstrari uidetur. l. si in annos. ff. de condi. & demonstra. l. 1. §. in flumine. ff. de fluminib. & l. 1. § deinde. ff. de cloacis. & uide Ord. consi. 49. in 4. col. Et licet Bar. in l. gallus. §. ille casus, uoluerit quod quando dictio in adiicitur tempori in accusatiuo significet extra tēpus, per. l. si cui legetur ff. de lega. 1. tamen illud procedit eo respectu an in principio vel in fine temporis debeatur, in hoc autem non discordat siue in ablatiuo siue in accusatiuo adiiciatur quod semper significat intrinseceitatem, ut illud quod disponitur comprehendatur in aliqua parte temporis & non post tempus, ut in l. eū qui Kalendis. ff. de verb. ob. uoluit Bal. in rub. ff. solu. matri. & Areti. in d. §. ille casus, alleg. dictam. l. si in annos. Quod est verum etiam si dictio in adiiceretur præterito tempori, ut uoluit. Alexan. in d. §. ille casus, improbando Ioan. de Imol. Et licet Innocen in c. propter sterilitatem de loca. exponat. d. l. si in annos. 10. id est post annos. 10. tamen Paul. de Castro declarando illam l. dicit quod ultima die debetur, & potest dici satis post, ex quo lapsi sunt. 10. anni. Et q̄ infra tēpus debeat actus expediri, tex. est elegās in l. j. §. si intra. ff. de successorio edicto, qui parificat siue dicatur in centesimum diem siue intra centesimum diem. Itē considero quod uerba constitutionis dicunt quod generalia concilia debeant celebrari in quinquennium, septennium &c. si autem labitur integrum quinquennium vel septennium &c. non dicitur celebratum concilium in septennium, quia verbum celebrētur denotat perfectionem explicationis actus, vt infra illud tempus sit perfectum concilium. Et hoc etiam ostendunt illa verba vt sic per quandam continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur, quē terminum liceat summo pontifici abbreuiare, sed nullatenus prorogetur. prorogari † autem non dicitur aliquid post
21 finitum tempus, sed cum adhuc tempus durat. l. sed & si manente. ff. de preca. l. dies cautioni. ff. de dam. infec. item si intelligitur quod post posset celebrari concilium tempus satis diceretur, prorogatū, cuius contrarium ostendit †dictio nul-
22 latenus, quę nihil aliud importat quam quod per nullū modū & p̄ nullā viā. Facit gl. in verbo nullatenus, in cle. vt ii qui. de ęta. & quali. Io. de Ana. in c. quia frustra de vsu. & gl. in uerbo nullatenus in cle. 1. de seq. pos. & frue. Non obstat quod dicit Ioan. An. in c. cum singulis, cuius verba sunt non putarē sufficere in fine primi triennii facere vnum capitulum prouiale & statim in principio secundi triennii facere, aliud quia id potius esset facere capitula de sexto anno in sextum annū quam de triennio in triennium, & multo tempore posset sic tardari ordinis reformatio. Vnde potius videtur facere pro eo quod dico quam contra, quia apparet velle quod in quolibet triennio reperiatur fieri vnum capitulum. Et sic etiam dico quod non sufficit in fine vnius decenni fieri vnum concilium, & in principio alterius aliud, quia expectando postea ad finem alterius sequentis decennii, esset facere concilium de 20. annis in 20. annos, nec reperiretur concilium celebratum infra decennium, vt est mens constitutionis. Quinimo si sic intelligeretur, esset facere fraudem legi. quæ non sine mysterio dicit de decennio in decennium, sed ad ostendendum distantiam vnius concilii ab alio. Et ita ex hoc impugno primum intellectum. Non obstant iura quæ pro eo allegantur sonantia quod obligatus ad aliquid faciendum infra tp̄s certū, non tenetur illud facere nisi in fine tp̄is, q̄a fateor. Et hoc facit potius pro q̄ ꝯ, quia si in fine tp̄is, ergo intra tp̄s decennij, sed in fine decennii, ut satis habitū est ex dictis. d. §. ille casus. Probant ergo iura q̄ allegat q̄ ꝯcil. dēt celebrari in fine decennij. Et hoc vr̄ satis ęquū, vt in principio decēnii expectet ꝯcil. per tp̄is pendentiā, & in fine decennii intra tn̄ decenniū inchoet & celebretur, & vigeat ꝯcil. Pro ista opi. vide oīno q̄ no. Do. in p̄posito in c. p̄p̄. cl j. 18. di. vbi dicit q̄ qn̄ est actus successiuus, non vr̄ a lege tp̄s assignatū ad finiendū sed inchoandū. alle. cle. sicut. de app. Et si vis tenere q̄ lapso integro decēnio statim dēat inchoari & teneri ꝯcil. & illo ꝯcilio absoluto incipiat currere aliud s̄m decenniū, & secūdo decē nio finito, statim inchoet aliud ꝯcil. quo absoluto sil'r incipiat currere tertiū decenniū, ita q̄ s̄p ꝯcil. vigeat vel expectetur, q̄uis verba uideant̄ repugnare, q̄ volūt q̄ ilico finito vno decennio in quo est celebratū ꝯcil. dēat incipere aliud decēniū ad expectandū & celebrandū ꝯcil. per illa verba de decēnio in decēniū, tn̄ si uis impropriare literā, potes dicere q̄ intelligitur de decennio finito in decenniū finitū. l. si filiofa. §. si uir in q̄nquenniū. ff. sol. ma. Nec peccabis in Spiritū sanctū quēcūq; intellectum teneas, q̄a q̄libet intellectus tēdit ad satisfaciendū ꝯstōni, cuius mens fuit q̄ ordinato certo tp̄e cōciliū teneat̄. itē concedi ēt posset q̄ si tp̄s quo ꝯcil. uiget p̄tēderetur ultra decēniū, puta si ꝯcil. incœptū celebrari in vlt. anno p̄cedentis decēnii duraret adhuc ultra biēniū, tp̄s decēnij inciperet currere post illud biēniū quo ultra decēniū finitū eēt ꝯciliū, q̄a ī ꝯstō. nō est p̄finitū tp̄s ad finiēdū, siue post īchoatū ꝯci. q̄to tp̄e dēant durare sessiones. Facit q̄ dicit Do. vbi s. & s̄m istos ītellectus ēt ꝯcludit̄ q̄ ꝯstō ipsa quo ad p̄fixū in ea tp̄s, nō fuit recepta & abijt in desuetudinē, ut sup. dictū est. Adde tn̄ prędictis q̄ ut cesset suprascripta difficultas, fuit declaratū in ꝯcil Basiliē. in xj. sessione, si tenēda est, nō illius authoritate, sed q̄a opportune prouidisset uel p̄p̄ ꝯcordiam subsecutā, q̄ uerbū illud in decenniū in prædicta ꝯstōne positū, intelligi dēat ut decēniū totaliter cōpleat̄, & eo integre cōpleto ex tunc facultatē concilij ḡnalis celebrandi incipere. & si casu aliquo cōtingat eos qui in ꝯcilijs ḡnalib. interesse tenentur in principio tp̄is non aduenire, declarat nō p̄p̄ea dictam concilij celebrandi facultatem expirare, sed vt q̄ primū cōmode fieri poterit celebretur. Ne aūt diu differri possit, statuit, vt per viginti dies ante prædictū decennij tp̄s completum, vel aliud si forsan ex causa per concil. præfigi cōtingat Ro. Pont. per se, vel legatum aut legatos suos, necnon archiep̄s in cuius prouincia vel diœcesi fuerit concil. celebrandum, & oēs prælati vicini loco celebrationis concilij p̄ quattuor dietas vulgares, cessante impedimēto canonico in proprijs personis, vel eo obsistente per viros idoneos ad hoc vicarios constitutos adesse teneantur, vt de loci dispositione, & alijs præparatorijs ꝯcilii valeāt hr̄e tractatū. Die aūt inchoationis concilij generalis præfinita, ij qui ibidem fuerint, missam de sancto Spiritu solenniter celebrent, & ꝯcil. ex eo die stabilitum & inchoatum esse efficaciter censeatur. Verū p̄p̄ multas necessitates quę contingere possunt venientib. ad cōcil. exhortatur dicta sinodus eos qui tunc præsentes fuerint, vt ad ardua negocia concludenda, nisi decenti expectatione absentium moderata, congruo interuallo tp̄is, non p̄cedāt, sed sic diuino timore præuio procedatur in cunctis cum debita grauitate, sicut tanta magnitudo negociorum vniuersalis ecclesiæ exigit & requirit.

S V M M A R I V M.

1 *Concilia non pro leuib. sed grauissimis causis congreganda.*
Primo in causa hæresis, vt quando papa dicitur hereticus. num. 2.
Secundo rōne schismatis tollendi. nu. 3. licet quidam contradicat. nu. 4.
Tertio quando agitur causa Papatus. nu. 5.
Quod quibus & quot modis contingat vide ibid.
Quarto quando Papa committeret aliquid propter quod scandalizaretur vniuersalis status ecclesiæ, & Papa esset incorrigibilis. nu. 6.
7 *Sententia lata super matrimonio, nunquam transit in rem iudicatam.*
8 *Casus frustra expectatur, cuius euentus nihil est operaturus.*
9 *Papæ incorrigibili, debet fieri denunciatio, vt se emendet antequam congregetur concilium.*
10 *Concilium septem casibus posse congregari contra papam. & nu. 11. 17. 18. 19. 20. & 21. licet alij ponant tres tantummodo casus. nu. 22.*
11 *Causa fidei an possit per solum papam terminari.*
Vbi in causa fidei constat de iudicio totius ecclesiæ papa non potest decernere contra statutum ecclesiæ. num. 12. & quomodo intelligatur ibi.
Auctoris opi. nu. 13. & distinctio ibid.
14 *Papa an solus possit facere nouos articulos fidei, remiss.*
Capituli Anastasius. 19. dist. intellectus.
15 *Fidei causa, i. articulus nouiter emergens, an sit sufficiens ad congregandum cōcil. & an in tali causa papa debeat requirere consi. episco. nu. 26*
Et an semper papa in cā fidei teneatur cōgregare concil. generale. nu. 27.
23 *Papam habere plenitudinem p̄tātis q̄uo intelligendum. & Auct. opi. 25.*
Et est dūmodo non erret, nu seq. & casu quo erret per quē corrigi dēat ibi.
28 *Gl. in c. Anastasius, 19. distin. intellectus.*
29 *Concilia quibus ex causis congregata sunt preter causam fidei, & nu. 30 31. 32. 33. 34. 41. & 42. in fine.*
35 *Host. in c. vnico. § in veteri. de sacra vnct. reprehenditur.*
36 *Causa vbi non apparet, in papa semper presumitur.*
37 *Concubinatus etiam contra legem naturæ & peccatum mortale.*
38 *Clericus notorius concubinarius est suspensus quo ad se, & quo ad alios.*
Et a talibus iura prohibent missam audiri.
Et tales prohibentur etiam ad minores ordines promoueri, ibid.
Imo aliqui volunt tales effici irregulares. nu. 39.
Et priuantur fructibus beneficiorum tribus mensib. & si moniti, non desistunt priuantur beneficijs obtentis, & obtinendis. nu. 40.
Et pœna prelatis eos tolerantibus. & quod filios ex concubinatu susceptos apud patres morari non permittant. ibid. Auaritia detestatur 42.

Ex quibus causis congregandum sit concil. Art. II.

Vidimus de tempore tenendi concilij, videamus nunc ex q-

bus causis concilium debeat congregari. Et in hoc dicẽdum est ꝙ generalia † concilia non pro leuibus sed grauissimis & arduis causis congreganda sunt, non enim de facili prælati a suis ecclesiis euocandi & fatigandi sunt. debent enim esse causæ quæ habeant dubium quod concernat vniuersalem, & totam ecclesiam, vt aliquid dixi supra in illo articulo ad quem spectet congregare concilium, & infra latius dicam. Et in hoc crederem considerandum, quia aut concilium est congregandum contra papam. Et in hoc dico, primo posse congregari in causa † hæresis quando papa dicitur hæreticus, vt in c. si papa. 40. dis. & gl. in c. si quis pecunia. 79. dist. & c. in fidei. de hære. in 6. per doc. & Ant. in c. fraternitatis, in primo notabili. de hære. Alber. in ru. C. de hære, vbi ponit plenas remissiones. 17. dis. § hinc etiam. & Cardinalis consil. 150. in 4. art. Inno. in c. ex parte. de verb. sig. Quod intelligit Cardin. de Turrecre. & Card. Alex. in c. nunc autem. 21. dist. etiam si nõ esset aperta hæresis, sed esset tale crimen quod apparenter saperet hæresim, quia ex hoc poterit concilium cõgregari. de quo in d. c. in fidei, & latius dico infra in articulo an possit papa accusari de hæresi. Item secundo ratione † schismatis tollendi, sicut fuit concilium Constantinopolitanum octauũ. 300. episcoporum. vbi sublatum est schisma Ignatii & Fotii, & restituto Ignatio Fotius anathematizatus. Similiter vt legitur in historia ecclesiastica, in concilio Romę celebrato sedatum est schisma secundum, inter Vrsinum & Damasum. vbi depulso Vrsino & in episcopum Neapolitanum promoto, confirmatus est in apostolica sede Damasus. Similiter legitur de schismate quarto, inter Symmachum papã & Laurentium sublato prima vice per compromissum factum in Theodoricum Regem Gothorum, qui Rauennę residens auditis partium legatis, pro Symmacho pronunciauit, & Laurentius pronunciatus est Nuceriæ episcopus. postmodũ exorto de nouo schismate ĩter eosdem & manu armata Symmacho spoliato, & hoc sopitum est per cõcilium, restituto Symmacho & Laurentio eiecto, vt in c. Symmachus, alias c. nos si incompetenter, in § item Symmachus. 2. qõ. 7. & in § hinc ẽt. 17. dis. & dixi supra in articulo ad quem spectet congregatio quando inter duos est cõtentio de papatu. Similiter aliud Septimum schisma sedatum est per cõcilium, approbato Zenone & reprobatis Theodoro & Petro cum eo contendentibus. Similiter in tertio schismate inter Bonifacium papam I. & Eulalium antipapã, approbatus est Bonifacius & eiectus Eulalius, in Nepesinum episcopum promotus per Honoriũ imperatorem. similiter in 6. schismate inter Benedictũ papam nonum, & quendam Ioannem vocatum Syluestrũ III. amotum, & ui eiectum quia Antipapa erat. post hoc aliud schisma inter Gregorium papam VI. qui præfato Benedicto surrogatus est, & inter quẽdam alium quem ipse Gregorius in administratione spiritualium sibi substituerat, & inter quẽdam aliũ qui contra hos duos contendebat, sedatum est per Henricum imperatorem secundum, qui congregato concilio & illis amotis Clementem 2. põtificem creari curauit. Et similiter factum est cum esset contentio inter Leonem V. & Christophorum, & Leone in carcere turpiter mortuo, ac eiecto Christophoro, electus fuit Sergius 2. vt ponit Alc. in d. c. si duo. 79. dist. Simile legitur in gestis concilii Constantiens. ubi sedatum est schisma antiquatum inter tres contendentes ut dixi supra. & fuerunt priuati duo videlicet Ioannes 23. & Benedictus 13. & Gregorius 12. cessit, & assumptus est Martinus quintus. Et de istis schismatibus sedatis, vide infra ubi connumerantur remedia ad tollendũ schisma, post quęstionem ex quib. causis possit papa deponi. Et hoc voluit abbas in d. cap. licet. de elect. ꝙ concilium propter schisma debet congregari, & latius Egidius in c. in fidei, in 42. char. cum refert cõclusiones domini pampilonen. in 9. conclusione de hæret. in sexto. & Petrus de Ancharano. in octaua quæstione sui tractatus. Quamuis dñs Anto. † in dicto. cap. licet uideatur uelle per illum text. quod non potest congregari concilium propter schismata ut refert Abb. in 3. colum. qui dicit quod contrarium est uerum. Pro quo dicit esse casum in ca. si duo. 79. di. ad quod dicit sæpius Pisis & Constantiæ in cõciliis fuisse illum tex. allegatum. Item tertio congregatur quãdo † agitur causa Papatus, quod potest contingere pluribus modis ut si diceretur electio nulla, ut de elec. licet. Vel si papa diceretur intrusus, nunꝗ electus, uel apostaticus, ut in capi. si quis pecunia. 79. dist. Vel si essent duo electi, ut in c. si duo. 79 dist. & probat. 2. q. 7. c. nos si incompetenter. § item symmachus. Vel si electio non esset facta a duabus partibus, ut dicit ibi gl. & doc. post Egidium bella mera, & quilibet gereret se pro papa. Ad quem casum trahunt doc. illum tex. quamuis adhuc non esset tex. in c. licet de elec. quod ponit ibi cardinalis in 3. colum. 3. quęsiti. Vel si diceretur electio facta per impressionem, sicut fuit tempore Vrbani sexti, ut ponit Bald. in l. 1. C. si quis aliquem testa. prohi. & in ca. quia propter de elec. & in constitutione, frequens, facta in concilio Constantien. in § qui uero. Vel si renunciasset papatui, & cum cardinales uellent procedere ad alterius electionẽ, uel alium elegissẽt negaret se renunciasse, & forte quilibet haberet sequelam, tunc esset causa congregandi concilium, ut domi. post Ioan. An. in ca. 3. de renun. in 6. & in c. licet per doc. de elec. & bona glo. in cap. non autem. 7. quæstio. 1. Vel si per potentiam alicuius principis secularis fuisset assecutus papatum, ut in d. ca. si quis pecunia. 79. dis. & in c. in nomine domini. 23. dist. ponit Bal. in rub. C. si quis aliquem testa. prohi. in 9. col. Item posset congregari concilium quando subesset aliqua necessitas ecclesiæ cui verisimiliter prouideri non posset, sine cõcilio, & sedes vacaret. Quod enim tunc cardinales possint cõcilium conuocare, est glo. in clemen. ne Romani de elec. & ponit Alex. in cap. synodum. 2. colum. 17 dist. ibi. in d. capi. 1. ponit Petrus de monte in sua monarchia in 1. q. de concilio in 2. char. & Abb. in d. c. licet de elec. in 3. colum. & Felin. in cap. super literis in 21. col. de rescrip. Item congregari potest concilium quando papa vellet se purgare de aliquo crimine de quo esset infamatus, ut legitur de Beato Damaso. 3. q. 7. nos, circa fi. Et de Sixto, ut in c. mandastis. 2. q. 4. & in c. nunc autem circa fi. 21. di. Similiter de Leone, ut in c. auditũ & in c. omnibus. circa fi. 2. q. 4. Sed ista congregatio non intelligitur ad deponendum papam, sed de eius uoluntate, ut in dictis iuribus. Item quarto † congregari potest concilium qñ papa committeret tale quid propter quod scandalizaretur uniuersalis status ecclesiæ & esset incorrigibilis. quia erit sufficiens causa ad congregandum concilium. Ad hoc moueor quia posito quod non esset uera illorum opinio qui uoluerũt quod isto casu esset etiam sufficiens cã ad eum deponendũ, ut uoluit Abb. in capi. significasti de elec. & in c. quotiens de simo. post glo. in c. si papa 40. di. & Petrus de Ancha. in 4. quęsito sui tractatus, & Ludo. in pluribus consiliis, de quo dicã infra in quæstione ex quibus causis papa possit in concilio accusari, tamen non sequitur non est causa sufficiens ad deponendum eum, ergo non est sufficiens ad congregandum cõcilium. Patet quia uidemus quod concilium cognoscit de causa electionis papæ, ut in capitu. si duo. 79 distin. & tamen electio spectat ad cardinales. d. ca. licet. & ualet sententia lata per concilium cõtra papam quo ad ecclesiam militantẽ. Sic etiam dicimus in matrimonio. nam licet homo non separet quos Deus coniunxit 33. q. 2. quos Deus, ecclesia tamẽ cognoscit quando dubium est de matrimonio. & posset contingere quod separaret illos quos Deus coniunxit, idest, qui legitime erant copulati, & nihilominus ualeret talis separatio quo ad ecclesiam militantem. cognito tamen de errore, semper † reuocabitur talis sententia, quia non transit in rẽ iudicatam, ut in c. lator, & c. tenor & c. consanguinei de re iudi. Sic in proposito, posito quod non possit concilium priuare papam propter crimẽ scandalizans ecclesiam uniuersalem. tamen non sequitur quod non sit causa sufficiens ad congregandum concilium. Et hũc eundem spiritum habuit Alex. in c. synodum. 17. di. in 2. col.

Et si dicatur ista erit inutilis congregatio, quia si papa nõ uelit emẽdari & concilium non possit eum corrigere erit frustratoria congregatio, & prælati de uniuerso fatigabuntur incassum. frustra † enim expectatur casus cuius euentus nihil sit operaturus. dy. & Ioann. Andr. in regula nullus pluribus, de regu. iur. in 6. Respondetur quod non omnia ꝓ quibus concilium congregatur, sortiuntur effectum in concilio, ut uidemus de gestis concilii Florentini ubi sedatum fuit schisma ecclesię orientalis & facta unio ambarum ecclesiarum, Romanæ videlicet & orientalis ecclesiæ, ut patet ex bulla Eugenii, & Imperatoris Paleologi scripta in græco. cuius originale in Gręco & Latino cum subscriptionibus papę Eugenii & cardinalium & imperatoris & aliorum, habetur in archiuio nostro in Basilica beati Petri cum sigillo plũbeo papæ, & aureo imperatoris, & cuius tenorem hic inserere uolui ut sequitur.

Tenor Bullæ concordię Latinorum, & Orientalium Græcorum de proscessione Spiritussancti, & aliis ut in ea.

Eugenius episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Consentiente ad infrascripta Charissimo in Christo filio nostro Ioanne Paleologo Romanorum imperatore illustri, & locumtenentibus venerabilium fratrum nostrorũ Patriarcharum, & cæteris Orientalem ecclesiam repræsentantibus, lætentur cœli & exultet terra. Sublatus est enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque diuidebat ecclesiam, & pax atque concordia rediit, illo angulari lapide D. N. Iesu Christo qui fecit vtraque vnum, vinculo fortissimo charitatis, & pacis vtrunque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis fœdera copulante ac continente, postquam longam mœroris nebulam, & dissidii diuturni atram, ingratamque caliginem, serenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat mater Ecclesia, quæ filios suos hactenus inuicem dissidentes iam uidet in unitatem pacemque redisse, & quæ antea in eorum separationem amarissime flebat, ex ipsorũ modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cũcti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Christiano cẽsentur nomine, matri catholicæ ecclesiæ collætentur. ecce enim occidentales orientalesque patres post longissimum dissensionis atque discordiæ tẽpus, se maris ac terræ periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum icumenicum concilium desiderio sacratissimæ vnionis & antiquę charitatis redintegrandæ gratia, læti alacresque conuenerũt, & intentione sua nequaquam frustrati sunt. post longam enim laboriosamque indaginem. tandem spiritussancti clementia ipsam optatissimam & sanctissimam unionem consecuti sunt. quis igitur dignas, omnipotẽtis Dei beneficiis gratias referre sufficiat, qs tantę diuinæ miserationis diuitias non obstupescat? cuius vel ferreum pectus, tantæ supernæ pietatis magnitudo non molliat, Sunt ista prorsus diuina opera non humanæ fragilitatis inuenta, atque ideo eximia cum veneratione suscipienda, & diuinis laudibus prosequenda. Tibi Laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Christę fons misericordiarum, qui tantum boni sponsę tuę Catholicæ Ecclesię contulisti, atq; in generatione nostra tuæ pietatis miracula demonstrasti, vt enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem diuinumque munus nobis Deus largitus est, oculisque uidimus quod ante nos multi cum ualde cupierint aspicere nequiuerunt, Conuenientes enim latini & græci in hac sacrosancta icumenica synodo magno studio inuicem vsi sunt, ut inter alia ẽt articulus ille de diuina spiritussancti processione summa cũ diligentia, & assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex diuinis scripturis, plurimisque authoritatibus sanctorum doctorum orientalium & occidentalium, aliquibus quidem ex patre & filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritumsanctum, & eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis, græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt spiritumsanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt vt excludant filium, sed quia eis videbatur vt aiunt, latinos asserere spiritumsanctum ex patre & filio procedere tanquã ex duobus principiis & duabus spirationibus, ideo abstinuerunt, a dicendo quod spiritussanctus a patre procedat & filio, Latini vero affirmauerunt non se hac mente dicere spiritumsanctum ex patre filioque procedere vt excludant patrem quin sit fons atque principium totius Deitatis, filii scilicet ac spiritussancti, aut quod id quod spiritussanctus procedit ex filio filius a patre non habeat, siue quod duo ponãt principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium vnicamque spirationem spiritussancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam & Deo amabilem, eodem sensu, eademque mente, vnionem vnanimiter cõcordarunt & consenserũt. IN NOMINE IGITVR SANCTAE TRINITATIS, PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVSSANCTI. Hoc sacro vniuersali approbante Florentino cõcilio, diffinimus vt hæc fidei veritas ab omnib. Christianis credatur & suscipiatũ sicque omnes profiteãtur quod spiritussanctus ex patre & filio æternaliter est, & essentiam suam suumque esse subsistens, habet ex patre simul & filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio & unica spiratione procedit, declarãtes quod id qđ sancti doc. & patres dicunt ex patre per filium ꝓcedere spiritũsanctũ, ad hanc intelligentiã tẽdit ut ꝑ hoc significetũ filiũ quoque esse s̃m græcos quidem causam, secundum Latinos uero principium subsistentiæ spiritussancti sicut & patrem. Et quoniam omnia quæ patris sunt, pater ipse vnigenito filio suo gignendo dedit præter esse patrem, hoc ipsum quod spiritussanctus ꝓcedit ex filio, ipse filius a patre æternaliter. habet, a quo etiam ęternaliter genitus est. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum filioque, veritatis declarandę gratia, & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam. Item in Azymo siue fermentato, pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero, ipsum domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suæ ecclesię siue occidentalis siue orientalis consuetudinem. Item si uere pænitentes in Dei charitate decesserint antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatorii post mortem purgari, & ut a pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium uiuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleæmosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt, secundum ecclesiæ instituta. Illorumque animas qui post baptisma susceptum, nullã omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post cõtractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi & intueri clare ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate aliã alia perfectius. Illorum autẽ animas qui in actuali mortali peccato uel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis, tamen disparibus puniendas. Item diffinimus sanctam Apostolicam sedem & Ro. Pont. in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum põtificem Rom. successorem esse beati Petri principis apostolorum, & uerum Christi uicarium, totiusque ecclesiæ caput & omnium christianorũ patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, ac gubernandi vniuersalem ecclesiam a domino nostro Iesu Christo plenã potestatem traditam esse, quẽadmodum ẽt in gestis icumenicorũ conciliorum, & in sacris canonibus cõtinetur. Renouantes insuper ordinẽ traditum in canonib. cæterorum venerabiliũ patriarcharũ vt patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Rom. pontificem, tertius uero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Ierosolymitanus, saluis uidelicet omnibus priuilegiis & iuribus eorum. Datum Florentiæ in sessione publica synodali, solenniter in ecclesia maiori celebrata, anno incarnationis dominicæ 1439. pridie nonas Iulii, pontificatus nostri anno nono.

S. Petrus S. Paulus Eugenius Papa IIII.

Ego Eugenius Catholicæ ecclesiæ episcopvs ita diffiniens subscripsi.

Ego Antonius episcopus Hostiensis cardinalis Bononiensis, supradictas diffinitiones veras & catholicas esse affirmo, & me illis subscripsi.

Ego Branda episcopus Portuensis, cardinalis Placentinus, suprascriptas diffinitiones veras & Caholicas esse affirmo, & me illis subscripsi.

Ego N. tituli sanctæ crucis presbyter cardinalis suprascriptis diffinionibus tanquam veris & catholicis me subscripsi.

Ego F. tituli sancti Clementis presbyter cadinalis suprascriptis diffinitionibus tanquam veris me subscripsi.

Ego Anto. tituli sancti Marci presbiter card. me subscripsi.

Ego Iul. tituli sanctæ Sabinæ presbiter Cardinalis me subscrisi.

Ego Prosper tituli sanc. Georgii ad uellus aureum diaconus cardinalis de columna, me subscripsi.

Ego Dominicus sanctæ Mariæ in uia lata sanctę Romanę ecclesiæ diaconus cardinalis me subscripsi.

Quę unio etsi postmodum non fuit obseruata, nec in partibus illis recepta vt supra dictum est, non propterea fuit inutile illud concilium, quia in eo fuit disputatum & conclusum & Græci conuicti, & ex hoc sequitur bonum quod catholici fiunt firmiores in fide. Item posset contingere quod conuictus uiso scandalo, corrigeretur, uel saltem ecclesia eum toleraret cum maiori patientia, expectando, & orando pro eo. Facit quod dicit Hugo in cap. cum ad uerum. 96. distin. qui dicit quod concilium potest audire causas ciuiles contra papam, sed non potest eum compellere, nec excusationem facere contra eum. Sic in proposito potest congregari concilium, quantumcũque non posit deponi. Et intelligo quando † debet congregari ratione criminis scãdalizantis vniuersalem ecclesiam, ꝙ debet ante huiusmodi congregationem præcedere denunciatio ut se emendet & non sit incorrigibilis. Ita Anto. de Butrio in cap. 2. de accusa. & refert Martinus de laude in tract. de principibus. q. 200. Vbi plus videtur velle quod ratione incorrigibilitatis posit damnari. & ad hoc alleg. ipse Anto. de Butrio in dicto capitulo secundo, inducendo contra concilium quod vult procedere contra papam ante denuntiationem factam, quod non posit. Sed mihi videtur quod An. non dicat quod quia ad hoc vt papa posit accusari debet præcesisse denũciatio, propterea posit deponi, Quod autẽ posit congregari, sensit Alexan. 15. dist. in summa in 9. charta. & idem Alexan. in cap. nunc autem. 21. dist. Vbi dicit hoc probari per illum tex. quia licet ibi Marcellinus thurificasset idolis inuitus, non tamen proprie poterat dici hæreticus, & tamen propter scandalum vniuersalis ecclesiæ fuit ibi congregatum concilium. ad quod adde quod dicitur infra in illa quæstione quando principes volunt subtrahere obedientiã, si denegatur congregatio concilii, & in illa q. an papa posit accusari de hæresi vel Simonia. vbi late de hoc.

Reperio quod quidã Hispanus episcopus Gaddicensis in quodam suo tractatu de potestate papæ referendo Antonium de Butrio & Mathesillanum in tract. schismatis, ponit septem † casus ex quib.

potest congregari concilium contra papam. Primus est quã do est probabile dubium iuris, vel facti vter ex duobus sit verus papa. allegat glos. in præallegato capitulo si duo. 79. dist. 11 Secundus est † in crimine hæresis, & generaliter quando est quæstio de articulis fidei, vel super eis connexis, vel dependentibus. allegat gl. in d. cap. si papa. 40. distinctio. & in capi. Anastasius. 19. distinctio. Et hoc casu dicit quod opinio generalis concilii præualet opinioni papæ. allegat text. iuncta glo. in capitulo sicut, in fine. 15. distinctione. De hoc tamen latius dicam in quæstione uter sit maior, papa an conciliũ. Adde nihilominus ad id quod hic dicitur de articulis fidei, 12 quod glo. in cap. quod translationem. de offic. legat. videtur uelle quod tunc non sit necessaria congregatio concilii, sed quod solus papa possit determinare causam fidei, licet glosa in capitulo Anastasius. 19. distinctione uideatur velle contra rium. Sed tu dic secundum Abb. Siculum in capitulo maiores. de baptism. quod non obstat ille tex. in capitulo Anastasius, quia ideo ibi requirebatur concilium, quia papa uoluit decidere aliquid contra aliquod statutum ecclesiæ. quod nõ 13 poterat sine concilio, quia ubi in † causa fidei constat de iudicio totius ecclesiæ, papa non potest aliquid decernere contra statutum ecclesiæ. & istud idem uidetur sentire Abb. in cap. quod translationem. de offi. leg. & quod dicit quod papa nõ potest aliquid decernere contra statutum ecclesiæ, intellige in proposito, hoc est in causa fidei, quia etiam papa potest statuta per ecclesiam, hoc est concilium, reformare, ut uidebimus in illo articulo quæ sit maior, sententia papæ an concilii. Sed contra Abb. de directo sentit Andre. Barbat. in d. cap. quod translationem. & adducit tex. in cap. habeo librum. 16 distin. qui loquitur per uerbum oportet. quod importat necessitatem, ut in cap. cum ab uno. de re iud. in sexto. sed ille tex. hoc non probat. Adducit etiam dictum cap. Anastasius. ad quod satis respondet Abba. allegat & beatum Bernardũ, quem refert Archid. in cap. non decet. 12. distinct. qui dicit ꝙ papa non est dominus episcoporum sed est unus ex eis. adducit simile de dicto euangelii Matt. 19. quod apostoli cũ Christo sedebunt iudicaturi. xij. tribus Israel. adducit etiam Act. 15. & 16. & 20. Sed in dictis locis non colligitur, quod solus papa non possit decidere articulum fidei absque alia congregatione concilii. Sed pro ista eius opinione multum stringit tex. in capitulo vbinam legistis. 96. distin. ibi in quibus de fide tractatum est, quæ uniuersalis est, quæ omnium commu- 14 nis est &c. Vnde in hac † quæstione potest dici quod aut quæritur vtrum papa posit se intromittere sine concilio de causa fidei. Et sine dubio dicendum est quod sic, quia & inferior a papa potest se intromittere declarando rudibus, ut in capitulo secundo 80 distinctio. sic enim & capitula cathedraliũ ecclesiarum sede uacante possunt procedere contra hæreticos, vt in capit. ad abolendam. de hæret. & declarare ipsos errare in fide. Aut quæritur vtrum papa solus circa dubiũ exortum circa articulos fidei, posit sine concilio decidere, nec teneatur requirere nec congregare concilium. Et iste articu- 15 lus dependet ab illo arduo dubio † vtrum papa posit facere nouos articulos fidei solus. De qua materia in c. cũ Christus. de hęr. & in c. cano. 15. dist. & in c. hoc aũt 19. dist. Et vr̃ quod circa dubia non decisa sit propria ptãs papæ decidere. 24. q. 1. hęc est fides. & c. quotiens. sed si alias per concilia & pontifices essent decisa, non posset sine concilio, & ita procedit. capitu. Anastasius, & quod dicitur in cap. sicut. 15. distinctio. Et de isto articulo alias alibi latius dicetur. Credo tñ ꝙ tutius esset quod non solus sine cardinalibus & aliis Theologis decideret noua dubia, & tanto melius si cum concilio. Aut quæ- 16 ritur † vtrũ causa articuli fidei nouiter emergens sit sufficiẽs ad congregandum concilium. Et dico quod sic. & isto modo pro maiori parte reperiuntur congregata concilia. An autem si ipse papa nollet congregare tunc concilum nec decidere dubium, possit per se concilium congregari, dicerem salua determinatione Romanæ ecclesię quod si ꝑpter exortum dubium fidei generatur scandalum in fideles, ut quia, forte propter contrarias sententias exorirentur inimicitię & bella inter fideles, concilium posset congregari, per eos ad quos spectat post papam, & per modos supra dictos in illo articulo ad quem spectat congregare concilium, & hoc per dicta in sæpius allegato. cap. si papa. 40. dist. Vtrum autem esset sufficiens causa tunc ad procedendum contra papam detrectantem congregare concilium, quasi fecerit se suspectum, quod uoluisset nutrire huiusmodi discordias, crederẽ quod non, sed crederem quod essent seruanda illa quæ dicuntur, 17 quando papa dicitur incorrigibilis criminosus. Tertius † casus quem ponit idẽ episcopus est in materia nutriente schisma præsertim inueteratum, ne populus Christianus sit in diuisione, allegat quæ habentur in capitulo vbi sana, & capit. 18 schisma. 24. q. 1. & tex. in cap. teneamus. 1. q. 1. Quartus † casus est quando notorie, est graue crimen ex quo multum scandalizatur ecclesia data incorrigibilitate ipsius papæ propter quod dicit quod posset deponi. allegat glo. in dicto cap. si pa- 19 pa. Quintus † casus est in factis in quibus cõtingit turbari vniuersalem statum ecclesię & periculari ecclesiam, quod, est graue delictum etiam in papa, quod dicit non esse sustinẽdũ a clero, quia etiam si papa de hoc se non corrigeret, dicit ꝙ posset deponi a concilio, allegat dictum cap. si papa. Sextus 20 casus † est vbicunque papa reperiretur a fide deuius, ut in d. c. si papa. Septimus, casus est vbi induceretur nouus ritus pror- 21 sus diuersus a ritu antiquo in quo nutritus est populus Christianus, quia vt dicit, etiam isto casu debet congregari concilium generale, quod vt etiam dicit super hoc habet potestatem, quia est graue crimen & sapit hæresim, Nam super hoc Paulus repræhendit Petrum, ut notatur in cap. Paulus. 2. q. 7. Et ita refert tenere, d. Anto. & Methesillanum in d. tract. Licet ego non reperiam in meo libro ita simpliciter positum, nisi forte, loqueretur in casu illius schismatis antiquati. Indu- 22 cit tamen idem episcopus † prædicta ad decretum concilii Constantien. in principio ipsius, quod ponit tantum tres, casus in quibus debet congregari concilium contra papam, videlicet in iis quæ pertinent ad fidem, in spectantibus ad extirpationem schismatis, & in spectantibus ad reformationẽ, ecclesiæ in capite, & membris, & dicit quod uirtualiter omnes dicti septem casus includuntur implicite in illis tribus, casibus, immo aliqui expresse, ut in iis quę pertinent ad fidem includitur secũdus casus supra positus, & sextus & septimus. Item secundus casus positus per concilium Constantien. videlicet in iis quæ pertinent ad extirpationem schismatis, ponitur in primo & tertio casu supra posito, & sic tres primi casus & duo ultimi manifeste includuntur in primis duobus, casibus positis in ipso decreto concilii Constantien. Quartus casus quando notorie est graue crimen ex quo multum scãdalizatur ecclesia, & quintus casus, in factis in quibus contingit turbari vniuersalem statum ecclesiæ & periclitari ecclesiam, manifeste includuntur in tertio casu ipsius decreti concilii Constantien. scilicet in iis quæ pertinent ad reformationem ipsius ecclesię in capite & in membris. nam quartus casus cõpręhenditur sub reformatione capitis, & quintus sub reformatione membrorum, ut ipse dicit patere cuilibet intuenti. Et si dicatur quod magis late & extensiue de hoc loquitur dictum decretum concilii in tertio suo casu reformationis in capite & in membris, quia videtur comprehendere non solum prędictum quartum & quintum casum, sed etiã quod non data incorrigibilitate papę possit cõcilium reformare caput. Respondet verum esse quod potest reformare, sed nõ deponere nisi data incorrigibilitate. Et quãtum ad dispositionem dicti decreti, dicit quod præfati doctores, scilicet Anto. & Mathesillanus, dicunt quod debet dari incorrigibilitas vt ipsi præsupponunt in quarto casu. Item ad illud etiam quod potest allegari per prędictum decretum Constātiens. generaliter & indistincte, quod concilium habeat potestatem reformandi membra etiam in casibus in quibus non contingit vniuersalem statum ecclesiæ perturbari & ecclesiam periclitari. respondet quod secundum tempora ipsius, decreti, & ea quæ tunc occurrerunt propter illud schisma indubitanter propter malam uitam illorum qui erant in ecclesia ꝑ maiori parte perturbabatur vniuersalis status ecclesiæ & periclitabatur ecclesia, attentis infinitis guerris & infinitis aliis malis & scandalis, quæ tunc vigebant maxime in viris ecclesiasticis, & per consequens reformatio membrorũ uidebatur necessario facienda per concilium generale. Adducit cap. nemo. 83. dist. & cap. qualis. 8. q. 1. Vnde infert concilium generale habere potestatem reformandi in capite & in membris iuxta decretum dicti concilii. Vel aliter respondendo videtur fateri quod concilium etiam cessante incorrigibilitate papæ possit congregari pro reformatione in capite & membris. & adducit cardinalem Flor. in tractatu schis- 23 matis, cum dicit quod illud quod dicitur quod † papa habet, plenitudinem potestatis, debet intelligi non solus sed tanq̃, caput vniuersalis ecclesię, ita quod ipsa potestas est in ipsa ecclesia tanquam in fundamento, sed in papa tanquam in principali ministro per quem hæc potestas exerceatur, ita tamen quod præcedat clauis discretionis, vt ponit Innocen. in cap. quanto de iureiuran. Et qđ potestas sit in ipsa ecclesia, adducit tex. in cap. legimus. 93. dist. ubi dicitur quod orbis maior, 24 est vrbe. & tex. in cap. ita dominus. 19. dist. Et ex his infert † ꝙ potestatis plenitudo est in papa modo non erret, si tamen errat debet corrigi per concilium generale. apud quod est plenitudo potestatis tanquam in fundamento, & secundũ cardinalem ut ipse refert, non potest papa per suas constitutiones alio modo facere resistentiam. quia hoc esset subuertere vniuersalem statum ecclesię, quod non potest, ut in c. proposuit de concess. præben ubi notatur. Et hoc dicit cardinalis in d. trac. in q. 45. qui allegat etiam Inno. in c. quod super de uoto. Item

Item ponit quod dicit cardinalis in alia quęstione, quod potestas concilii est a Deo, intantum quod uniuersitas ecclesię non potest transferre potestatem in papam sic, ut desinat esse penes ipsam, quia esset contra ius diuinum, & exẽpla sanctorum patrum. Quod dicit cardinalis in dicto tractatu, in q. 48. Vbi etiam dicit ꝙ concilium generale est super ius positiuum, cum habeat plenitudinem potestatis.

Et ex his dictus episcopus infert plures cõclusiones prima est quod plenitudo potestatis, sit in ipsa ecclesia siue in uniuersali ecclesia tãquam in fundamẽto. secunda quod potestas concilii est a Deo. tertia quod potestatis plenitudo est in ipso papa, modo non erret. si tamen errat quod huiusmodi errores corriget concilium, quarta ꝙ congregatio concilii potest & debet iudicare difficilia, quinta quod generale concilium non subiicitur iuri positiuo. Et ex præmissis dicit probari & iustificari dictos tres casus, qui sunt positi in concilio constantiensi, maxime de reformatione in capite & in membris, quia si concilium potest corrigere errores papę ergo ipsum papam reformare, & si conciliũ iudicat difficilia, ergo potest reformare membra, Et subdit, quod aliqui doc. sicut Pet. de Anch. & Pet. Pauli de Ancona, & quidam alii q scripserũt tpe ꝯcilii Constant. tenent quod in causa hæresis schismatis & in iis quę concernunt vniuersalem reformationem ecclesiæ, maior sit authoritas concilij quã papæ, & quod in his sit potius obediendum deliberationi concilii quam papæ. ad quod allegant quod notatur. 15. distin. cap. sicut, & 50. dist. si papa, & 2. q. 7. c. nos si in competẽter, §. item symmachus, & 19. dist. Anastasius, & 25. q. 1. sunt 25 quidam, cum duobus sequentibus. Sed ista sic † simpliciter dicta per eum, pro nunc non firmo, sed dicam de hoc in illo articulo quis sit maior, papa an concilium, & illo ex quibus causis possit papa deponi. Et non teneo quod plenitudo potestatis non sit in solo papa, sed in ecclesia tanquam in fundamento & in papa, tãquam in principali ministro, ut dicit cardinalis in d. tractatu schismatis, & alii qui eum sequuntur. Sed in proposito nostro vnum est colligendum quod sequitur ex suprascripta solutione prima, quod si illud fuit dispositum in concilio constantiensi de reformatione in capite & in membris propter schismata quæ vigebant tempore illius concilii, infertur quod illud decretum non erit vniuersale nec semper poterit congregari concilium ex illa causa, maxime si papa sit paratus per seipsum, & se & membra corrigere. Et si recte inspiciatur, non dicit illud decretum quod concilium simpliciter & semper debeat congregari pro reformatione in capite & in membris, sed quod propter illud fuit congregata synodus constantien. & ad schisma & hæreses sedandum, cum tunc non esset qui vellet congregare, & ideo spectabat ad concil. cõgregare & omnia reformare. Et iõ si papa esset paratus corrigi & corrigere, reformari, & reformare, forte ista sola non esset sufficiens causa congregandi concilium eo lentente & contradicente, ex quo nõ est incorrigilis nec hoc facere detrectat, per notata in d. cap. si papa. 40. di. & 17. di. in pluribus cap. Et vide omnino quod dico infra in illa quæstione quis sit maior, papa an concilium, & uide quæ dicta sunt supra in q. ad quem spectet congregare cõcilium, in uer, sed pone quod inter duos. Egidius Bellamera in clemen. dudum in princip. in ver. quarto nota, dicit quod quando habemus verum & indubitatum papam, ipse habebit congregare concilium, & iudicare. 16. distin. per totum, sed quando est dubium quis sit papa, vel quando dicitur factus notorius hæreticus uel quando est talis causa de qua ipse iudicare non possit, puta causa propria in qua non possit, sibi ius dicere, ut in ru. & l. 1. ne quis in sua causa ius sibi dicat uel cum quæritur an sit papa, vel an sit canonice electus in papam. uel an propter hæresim uel renunciationem desierit esse papa, ut in cap. si duo. 79. di. & in capit. si papa. 40. dist. & in cap. 1. de renun. in 6. & idem dicit in omnibus similibus casibus, tunc erit sufficiens causa congregandi concilium. quod poterit congregari. procurante etiam quocunque catholico, etiam sine papæ uoluntate, cum etiam quatuor generalia concilia non reperiantur congregata ad mandatum papæ. licet nuntii papæ, interfuerint in aliquibus eorundem, Et sic dicit limitanda iura. 17. di. per totum, & tex. in capit. licet in fine de elec. De quo etiam uide supra post prin. huius, articuli. Sed ista non sunt sic simpliciter vera, ut patet ex præmissis. quia ubi est papa, ipse debet prius requiri vt congreget, vbi autẽ est dubium, dic ut plene dictum est in quæstionibus præmissis. & adde hic illa quæ ponuntur infra in illo articulo vtrum semper papa in causa fidei teneatur congregare concilium, ubi ponuntur plures casus propter quos reperiuntur congregata concilia. Et ad illud quod dicitur, ꝙ congregatur tunc concilium sine papa vide in quæstione ad quem spectet congregare concilium, quæ dicta sunt supra in pluribus articulis, & si debet prius requiri quando est tractandum de facto papæ si non detrectat congregare. Item potest congregari concilium quando cardinales non possent concordari in electione papæ, ut in clemẽ. ne Romani, & dixi supra in quæstione quis congregare habeat cõcilium in primo & tertio membro. Et quod supra dicitur intelligitur quando potest congregari, etiam contra voluntatem papę, quia quãdo per papam & de eius uoluntate cõgregandum est, plures causæ recitantur infra in quæstione quando papa in causa fidei teneatur congregare concilium. Quandoque enim cõgregantur concilia non directe contra papam. & tunc congregabitur concilium propter sedandam hæresim. Vnde Theodosius imperator mandato dato, vt episcopi conuenirent ad congregandum concilium Ephesinum, inquit. quia Leo papa cogitabam non esse tutum absque sancta synodo & vbique sanctarum ecclesiarum præsulibus huiusmodi quæstionem de fide enodare, necessarium duximus vestram conuenire fraternitatem. Et ex causa fidei quatuor principalia concilia reperiuntur congregata, vt in capit. canones. 15. distin. & in cap. sexta. 16. distinc. Et in concilio Agathonis & concilio Martini, & fere in omnibus concilijs ad extirpandam hæresim reperitur facta sinodalis congregatio. Et vide 26 in capit. Anastasius. 19. dist. in glo. vbi dicitur, quod † vbi agitur de fide, papa debet requirere consilium episcoporum. Quod intellige quando quæstio fidei non fuisset per ecclesiam prius determinata & diffinita, & propter difficultatem non posset per eum & collegium cardinalium diffiniri. Vide text. de hoc in c. de quibus causis. 28. dis. & vide Cardin. de Turrecrem. in tract. de potestate papæ, in fine, vbi a capit. 24. vsque in finem operis narrantur hæreses damnatę per conci- 27 lia. Sed quæro † vtrum semper papa in causa fidei teneatur congregare concilium generale? Videtur quod non, quia vt dicit text. in capitulo maiores. de baptis. quæstiones maiores, maxime fidei ad sedem Petri sunt referendæ. capitulo quotiens. 24. quæstione prima. & sic ad papam. & Romana ecclesia dicitur magistra fidei. 22. distinctio. capit. omnes. Facit capitulum hæc est fides. 24. quæstio. prima. glos. in capitu. in istis. quarta distinctio. capit. ipsi. & cap. nemo. 9. quæst. tertia. 24. quæst. quarta, sicut. Sanctus Thom. in secunda secundę, quæst. prima, artic. decimo. Sed glo. in cap. Anastasius. 19. 28 distinct. videtur velle quod teneatur congregare cõcilium. Sed dic quod illa glos. intelligitur vt supra dixi quando esset maximum dubium, & tale quod non posset per papam, & cardinales diffiniri, vel ubi papa vellet aliquid decidere contra alias statuta per ecclesiam circa fidem, quia tunc tenetur congregare concilium, & procedit. d. glo. in cap. Anastasius. Vide Alexand. in capitulo sicut. 15. distinctio. & in dicto capitulo Anastasius. & ponit Abb. in dicto capit. maiores. de bap. Et de isto articulo vide quod late dico infra post quęstionem. vtrum concilium possit tollere constitutionem papæ, & in alia quæstione propria, vtrum papa in causa fidei teneatur semper congregare concilium, in uer. etiam per hoc infert.

29 Item reperiuntur congregata † concilia pro sedandis discordijs, inter principes christianos, & ad reducendum eos ad pacem. est enim officium dominorum cardinalium semper suadere domino nostro papæ, ut ponat pacem & quietem inter principes christianos, ut notatur in capitulo nouit. de iudiciis. Item & pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris, & ad extirpandas hęreses errores & schismata. Ita legitur in gestis concilij Constantiens. in princip. & decima, & decimaquinta sessione. reperitur relatum, in capitulo sane. ultra causam hęresum, & extirpationem errorum, & reformationem ecclesiæ in capite, & in membris, additur regum, & regnorum cæterorumque christianorum ad inuicem authore discordiarum procurante dissidentium pacificatio. Item legi in quibusdam literis fœ. re. Sixti quarti responsiuis oratoribus Regis Franciæ, in fauorem Laurentii Medices missis pro pace a papa impetranda, & inter cætera etiam dicentibus concilium debere congregrari, quod propter illa tria, concilia poterant peti congregari & debebant. & respondebat ad ipsorum petitionem quod quo ad hæreses & discordias, tunc non uigebant, & quo ad reformationem, quando tempus adesset procuraret concilium congregari, ut posset se & alios reformare.

Congregantur igitur concilia etiam ad correctionem excessuum, vt in cap. non oportet. 18. dist. notat Domi. in cap. peruenit. eadem distinct. & in cap. primo. & cap. de Eulogiis, eadem distinct. & in cap. sicut olim. de accusat. vbi Aretinus. Et licet illa iura loquantur in inferioribus conciliis, tamen ad eundem effectũ ordinatur generale concilium secundum Innocen. in capit. graue. de præben. Item in omnibus casibus in quibus agitur de rebus arduis vniuersalem ecclesiam tangentibus, argumento. cap. multis. 17. dist. & in l. humanum, & quæ ibi Bal.

C.de legibus. Item reperiuntur concilia congregata, vt super tractandis & disponẽdis in vniuersali ecclesia, maturius & sanius consilium habeatur in emergentibus, quia rectum est consilium quod plurimorum sententijs roboratur. capit. prudentiam. post prin. de off. deleg. Vnde ecclesiastici. 6. multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. & Prouerbio. 11. vbi multa consilia ibi salus. Vnde & beatus Cyprianus in epistola ad Stephanum suo & cõcilii nomine inquit. ad quę dam disponenda, & consilij communis examinatione limitanda, necesse habemus conuenientibus in vnum plurimis sacerdotibus cogere & celebrare concilium. Item reperitur

30 † congregatum concilium cum ecclesia habet magnos, & potentes hostes ac perturbatores. Hac de causa Gregorius tertius, Leonem tertium imperatorem in concilio anathematizauit, quia imagines Christi & gloriosæ virginis Mariæ, & sanctorũ deleri & incedi fecerat Constantinopoli. Vnde Gregorius congregato Romæ concilio fere mille episcoporum Romam, & Italiam totam ab eius obedientia, & potestate liberauit & uectigalia iuterdixit, ut legitur in chronicis in eius uita. & uide de consecra. dist. 3. relatum. Sic & Gregorius VII. contra Henricum imperatorem tertium cõcilium Romæ congregauit. 110. episcoporum, quia scindere unitatẽ ecclesiæ moliebatur, & cupiditate pecuniarũ episcopatus, & alia beneficia ecclesiastica per simoniam committebat, eundemque excommunicauit & dignitate Regia priuauit, ut in supplemento chronicarum legitur. Sic & Innocent. quartus contra Federicum; secundum eidem insidias parantem, concilium congregauit Lugduni anno 1249. in quo Federicum omnium consensu imperio & Regio titulo priuauit. vide in cap. ad apostolicæ. de re iud. in 6. Itẽ reperit cõ-

31 gregatum † concil. ꝑ necessitatẽ & persecutionẽ ecclesiæ cum ipsa indiget Christianorum principum auxilio, & pro recuperandis ciuitatibus & dominiis ab infidelibus occupatis, ut legitur fecisse Vrbanum secundum qui conuocato cõcilio apud Aluerniam expeditionem in saracenos & infideles persuasit pro recuperanda Ierosolyma, ibique trecenta hominum milia pro ea expeditione cruce signauit. Item plu-

32 ries † reperiuntur congregata concilia ad condendos canones cum maiori consilio. Nam licet papa sit supra ius ut in c. proposuit de conces. præben. & ad eum spectet condere canones, ut 25. q. 1. c. sunt quidam, & in proœ. sexti. & cle. & late in ru. de consti. tamen ad meliorem siue maturiorem reformationem fidelium sæpius congregata sunt concilia, vt est videre in infinitis decretalibus in decretis & in decretalibus, in 6. & in clem. Et hoc vt acceptabiles magis, fierent canones & maiori cum æquitate & patientia reciperentur. Itẽ

33 reperiuntur etiam congregata concilia gratia supernę reuelationis imperandæ adeo, ut legitur act. 1. ca. Item leguntur, congregata concilia ad confirmationem præteritorum conciliorum & canonum & maiorem fidei firmitatem patet qa in omnibus fere conciliis semper confirmata sunt & approbata gesta quatuor principalium conciliorum, ut patet in gestis concilii martini, Agathonis Syluestri, & in multis simi-

34 libus, ut in cap. quoniam. 16. di. Et de præmissis vide cardi. de Turræcremata qui ponit plures ex præcedentibus casibus. Item ut uoluit cardi. Floren. in c. solitæ de maio. & obe. deberet congregari concilium propter excessus pontificum qui de facili pro re minima faciunt & nutriunt Bellam. Allegat Hostien. in c. unico in §. in veteri de sacra vnctio. qui dicit,

35 † quod spiritualis gladius etiam ex leui causa interdum mouet guerras, & nutrit, & quod non deficiet pestis ista donec quisq; suis terminis sit contentus. Item dicit quod expediens esset congregare concilium ad regulandam potestatem papæ ut non absorberetur potestas aliorum prelatorum, & fierent canones conciliares qui non possent reuocari sine concilio. ad hoc vt daretur ocasio celebrandi concilia Credo ꝙ non bene dicat cum loquitur de regulanda authoritate papæ per constitutiones conciliares, cũ papę potestas sit a Deo & non restringibilis a quoquam, ut sæpius dictum est, debet tamen esse ad cõstructionem. Item quandocunque videtur Romano pontifici potest congregari concilium & ex quocunque causa uoluerit, quia istud est proprium Romani põtificis, vt dicit Beatus Tho. in secunda secundæ. q. 1. art. 10. & 17. di. per totum. Et causa quã princeps habet pro vera, sem-

36 per est legitima. & ubi † non apparet causa, præsumitur in papa, ut in c. quę in ecclesiarum cum materia de consti. Vnde Gregorius. 7. congregauit concilium apud lateranum ad reformandum mores sacerdotum & principum, qui ecclesiã opprimere & confundere non verebantur propria ducti cupiditate, vt patet in registro eius in primo libro. c. 44. scribẽs, Sycardo Aquileien. episcopo. Et iterum aliud congregauit, ꝓ reformandis morib. ut in 2. li. ca. 1. Item quia ut dictum est concilia debẽt congregari ad correctionem excessuum, ut dicit domi. in c. peruenit, & alii, & in c. non oportet. 18. distin.

ideo maxime aduertendum existimarem ad publicos concubinarios & præsertim clericos, quorum hodie ob impunitatem nimis excreuit numerus, non sine magno pusillorum scandalo & bonorum dolore. Cum enim per iura pontificia interdictus sit laicis concubinatus, ut in cap. dicat. & cap. nemo. & cap. meretrices, & cap. in eodem. 32. q. 4. cum similib. multo magis intelligit & est clericis prohibitus. Dicit enim Beatus Thomas in quarto sententia. di. 33. articu. tertio quod

37 habere concubinam † est contra legem naturæ & peccatum mortale. & Ioan. And. in regula sine culpa, in mercu. & Abba. in cap. ut clericorum de uita & honesta. Cleri. Quod si ita est in simplici concubinatu, quanto magis in sacrilegio.

38 Et quando clericus, est notorius concubinarius, est suspẽsus, quo ad se quo & ad alios, ut in c. vestra de coha. cle. & mulie. & maxime vbi fornicatio est diuturna, notoria, & scandalosa, ut dicitur in cap. quam sit. de exces. præ. De quo vide late per Abb. in cap. at si clerici in princip. de iudi. Et a talibus iura prohibent missam audiri, ut in capit. nullus, & in capit. præter. hoc. 32. distin. Immo & tales prohibentur promoueri etiam ad minores ordines, ut. 33. dist. capit. primo. & cap. laici. & d. regu. sine culpa. Fornicator. enim & auarus vterque est idolatra, ut in capit. idolatria. 28. quæst. prima & Apostolus ad Ephesios. 5. hoc autem sciote quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est idolorum seruitus, non habebit hæreditatem in regno Christi, & Dei. igitur ratione scandali quod generatur in ecclesia, ut non deducat plebem ad infidelitatis errorem, cum videt contemptum religionis in clericis, & prelatis, prouidendum esset. Et hæc pestis propter nimiam contagionem indiget ferro ignito. capitulo ecce. 24. quæstione tertia. Scabiosa enim ouis a caulis est repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant, vt in

39 capitulo resecandæ eadem causa & quæstio. Et adeo † abominabilis est clericus notorius concubinarius vt aliqui voluerint ipsum effici irregularem. De quo uide in capi. sicut, & cap. vestra de coha. cle. Immol. in cap. 1. de iudi. 5. colum. De his enim text. inquit, fero abscindenda sunt vulnera quæ fomentorum non sentiunt medicinam, vt in ca. plurimos. 82. dist. & simile dictum uide in cap. in canonibus. 16. q. 1. Vnde

40 dicitur etiam tales ipso facto † priuatos esse triũ mẽsium spatio fructibus beneficiorum, conuertendis in fabricam ecclesiæ, & si moniti non desistunt, vult tales priuari omnibus beneficiis & dignitatibus & ad ea & eas inhabiles esse. Et intelligo publicum concubinarium non solum eum qui per sententiam & confessionẽ seu rei euidentiam est notorius, sed ẽt qui suspectam & infamatam de incõtinentia mulierem tenet. prohibetur ẽt prælatis nec occasione pecuniarii quæstus aliquos tolerent, pęnã dupli ei imponendo qui pro pecunia eos tolerauerit. nec filios ex tali cõcubinatu procreatos

41 apud patres habitare permittit. Itẽ cã vrgens † est ẽt ad extirpandã simoniam ut concilium per papam congregetur. Vnde dicit Beatus Grego. in registro li. 9. capi. 49. da operam ut synodus ad eradendam ipsam hæresim congregari possit. loquens de iis qui manus. polluunt ex ordinationibus cupiditate. auaritiæ ducti. vbi etiam maxime † detestatur auaritiam

42 quam diuino testimonio dicit esse idolorum seruitutem, subiungens quis igitur post hoc locus contra auaritiam tutus esse præualeat. si illi a sacerdotibus aperitur ecclesia Dei, quomodo ouium septa inuiolata custodiat, qui intrare lupum inuitat, proh nefas manus illicito munere polluit, & alios se benedictione credit erigere, cum ipse iam sit propria iniquitate substratus, & sua nihilominus ambitione captiuus. Et aurea verba cõtra ementes episcopatus vide in l. si quenquã C. de episcopis clericis. Sic & contra vsurarios. contra plebiũ deuoratores, nouas talias & collectas imponentes, libertatẽ ecclesiasticam opprimentes & ecclesiarum bona occupantes. Barros. lusores, & blasphemos. & propter alia crimina ꝑ quibus papæ videbitur opportunum concilium congregare ubi & quando voluerit pro reformandis moribus poterit ipsum congregare ut supra dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Papa effecto inutili ex aliquo accidenti, vel capto ab hostibus. quis succedet in iurisdictione, & in congregando concil. & nu. 77.*
Auctoris opinio, nu. 28. vbi respondetur ad contraria.
Decidit postea, nu. 37. & nu. 52.
Collegium cardinalium in quibus succedat hoc casu, & in quibus non, numero 2. & 7.
Et ratio quare cardinales succedant, nu. 9. & nu. 15.
3 *Ecclesiam vacare, vel quasi vacare habet quandam similitudinem.*
4 *Mortuus & inutilis æquiparantur.*
5 *Papa prorsus inutili, papatus dicitur secundum quid vacare.*
Non tamen possunt cardinales alium eligere. ibidem.
Sed quis hoc casu possit & an possit, num. 37. cum plurib. seq.

6 *Gl. in c. 1. de schismat. improbatur.*
8 *Cap. vbi periculum. & clem. ne Rom. de elect. intellectus.*
10 *Papatu vacante, ecclesia non est sine capite, sed sine administratore si dicamus cardinales eo casu non posse administrare.*
11 *Perpetuum reputatur illud quod ignoratur quanto tempore sit duraturum.*
12 *Sede vacante cardinales an possint reuocare legatum de latere, per papam, & collegium creatum.*
13 *Cap. si quis pecunia. 79. dist. intellectus.*
14 *Cardinales sede vacante non possunt concedere indulgentias vltra eis concessas ex consuetudine.*
16 *Coadiutorem dare est de maioribus, & ad sedem apostolicam deferendis. Fallit ibidem.*
Et quo casu cardinales possint hoc facere, nu. 18.
Et quem dare debeant, ibidem & talis quomodo deberet se gerere, ibi. & numero 19. & 28.
17 *Negligentia facit transire facultatem dandi administratorem ad illum ad quem alias de iure non spectat.*
20 *Episcopo, vel prælato suspenso, clerici possunt recipere ordines a vicinis prælatis.*
21 *Metropolitanus dat coadiutorem suffraganeo.*
21 *Imperator si efficeretur omnino inutilis submouebitur.*
Et idem si in peccato aliquo esset incorrigibilis, ibid.
23 *Hostien. in capitulo primo, de schisma, in 6. in quo improbetur.*
24 *Collegium cardinalium habet maiorem iurisdictionem alijs collegijs.*
Et dicitur senatus, num. 25.
Et an possit restituere ad famam, remissiue, nu. 26.
29 *Episcopus, infirmitate incurabili grauatus non est amouendus, sed ei est dandus coadiutor.*
30 *Cap. 1. ne sede vacant. in 6. intellectus.*
31 *Petri de Anch. opin. in trac. schism. in 6. q.*
Et declaratio alterius opin. eiusdem nu. 41. & 43. & nu. 44. in fi.
32 *Cap. vbi periculum. §. ijdem quoque. de elect. in 6. intellectus.*
Et alius numere 36.
33 *Leges derogatoriæ non possunt extendi ad casus similes, quando sunt taxatiuæ, præsertim in materia odiosa.*
Imo idem quando materia non est neque mere odiosa, neque mere fauorabilis.
34 *Cardinales licet determinent personam Papæ, nihilominus postquam papa est electus eius potestas est a Deo.*
35 *Furor impedit matrimonium carnale.*
38 *Papa successor cognoscit de hæresi papę prædecessoris.*
39 *Cognoscere de titulo papatus est proprium ipsius concilij.*
Sed ad congregandum concilium succedunt cardinales. ibid.
40 *Papa quo casu possit deputare sibi vicarium.*
42 *Necessitatis imminentis ratione, multa conceduntur.*
43 *Patri furioso datur filius curator contra reg. quod non licet filios esse castigatores parentum, imo lex erubescit.*
44 *Dominicus in c. si episcopus, de sup. neg. præl. in sexto, reprehenditur.*
45 *Controuersia existente inter Papam & Cardinales, quando Papa esset captus ab hostibus, de deputando vicarium.*
An congregandum concilium.
46 *Papa furiosus effectus, an sit amouendus, vel ei dandus coadiutor, & per quem.*
47 *Statuto vel consuetudine stante quod primogenitus, succedat in regno, si primogenitus est a natura demens secundo genitus erit Rex.*
Secus si postquam primogenitus est regnum assequutus illi superueniat furor. & ratio ibidem.
48 *Papa inutilis ad hoc vt possit amoueri, iste deffectus quo tempore considerandus.*
Et differentia inter papam, & imperatorem inutilem, vel insufficientem. ibidem.
49 *Papa, antequam constet de eius acceptatione, dicitur nominatus.*
Et exemplum tempore Adriani successoris Leonis Decimi.
Et quid si talis papa procrastinaret aduentum an gesta per signaturam suo & electi nomine valerent. nu. 51.
50 *Necessitas nulla maior, quam quod iustitia administretur.*
53 *Papa effecto furioso, & cessat omnis spes redendi ad sanam mentem, vtrum debeat congregari concilium, vel cardinales procedere debeant ad electionem alterius.*
54 *Papa effecto prorsus inutili, vel ita deformi ita vt illius presentia generaret scandalum, quid agendum.*
Et quid in obsesso a dæmonibus, ibid.
55 *Simonia in Papa an sit legitima causa congregandi concilium.*
56 *Simoniæ crimen grauissimum, & quare. nu. 70.*
57 *Simonis Maghi intentio quando donum Dei pecunia voluit possidere, & numero 71.*
58 *Simoniæ detestatio, cum plurib. nu. seq. & nu. 79.*
Imo est heresis, & appellatur simoniaca hæresis. ibid.
59 *Heresim committit qui pecuniam dat, vt ad beneficium eligatur.*
60 *Simonia damnabilior in superiore quam in inferiore.*
61 *Simoniachus est infamis.*
62 *Iudas vendendo Christum commisit simoniam.*
63 *Simoniaca pestis sua magnitudine alios morbos vincit.*
64 *Beati Gregorij plura contra simoniam, & simoniacos, per totum numerum.*
65 *Simonia est grauius delictum homicidio sed homicidium horribilius.*
66 *Beneficium quærens pecunia non est proprie hæreticus, sed improprie, nisi credat gratiam spiritussancti posse pecunia acquiri.*
67 *Somoniacus non dicitur proprie hæreticus, id est malesentiens de articulis fidei, sed sacramentorum peruersor.*
Et quod simoniacus sit hæreticus vltra alia vide vnam rationem auctoris, numero 72.
68 *Percutiens clericum excommunicatum incurrit excommunicationem.*
69 *Hæresis continet sub se plures species, remissiue.*
73 *Ementes & vendentes eiecti de templo designant simoniacos.*
74 *Simoniaci memoria an possit damnari, sicut heretici, & rei criminis læsæ maiestatis.*
75 *Simoniæ mediator, in detestationem huius criminis admittitur ad probandam simoniam.*

Quid agendum cum papa efficitur inutilis &c.
Articulus III.

1 Quid † autem si papa efficeretur furiosus vel demens uel inutilis vel esset captus ab infidelibus, Videtur quod ista quæstio dependeat ab illo articulo an hoc casu deuoluatur iurisditio ad cardinales. Et de episcopo capto ab infidelibus hæreticis vel schismaticis, quod capitulum succedat est tex. in cap. si episcopus de supp. negli. præla. in 6. & hoc considerato videtur quod idem multo magis deberet esse in collegio cardinalium. Bar. in l. ubi absunt. ff. de tut. & curat. datis ab iis, uult, quod vacante papatu sicut episcopo capitulum, sic succedant cardinales in iurisditione, & ad hoc allegat Inno. in c. iis, quæ de mai. & obe. ad idem est glo. in c. nullus. 79. dist. & Hostien. in cap. cum ex eo. de pœni. & re. & Bal. in d. l. ubi absunt. Breuiter dic quod opinio contraria est uera hodie per ca. ubi periculum. §. idẽ quoque. & per clem. 1. §. irritum de elec. ubi glo. & doc. tenẽt contrarium, quod † collegium cardinalium tantum succe-

2 dat in iurisditione in iis quę tendunt ad celeriorem expeditionem electionis futuri pastoris, & in ijs in quibus esset necessitas vrgens vel aliquod grande & imminens periculum, alioquin de aliis quæ sunt papæ reseruata, sede uacante non possunt se intromittere. Et ita glo. disputat in c. 1. de schisma in 6. quæ multa adducit pro collegio cardinalium. Vnde de prouisionibus non se intromittunt vt dicit ibi glo. de aliis autem arduis & ubi imminet periculum, & in necessariis, & utilibus reipub. Christianæ satis habent iurisditionem, ita, ꝙ possent etiam delinquentes anathematizare. 79. di. c. si quis, pecunia, ut dicit ibi glo. quod. & tenet Bertachi, in tractatu. de episcopo, quarta parte. q. 16. vide Ale. de Immo. in d. l. vbi absunt, ubi bene ponit & Augu. de Ancona in 3. q. in 8. & 9. articulo. Et istud est clarum sede per renunciationem uacãte vel per obitum. Sed in proposito est maior difficultas, quia sedes non dicitur vacare si papa efficiatur furiosus vel sit captus ab hereticis vel schismaticis vel infidelibus, Verum est quod glo. in d. c. 1. de schisma. tenet esse idem siue ecclesia vacet, siue dicatur quasi uacare, puta si papa esset schismaticus. & tex. in d. c. si episcopus, videtur ista æquiparare, dum dicit. ac si sedes per mortem uacaret, quem tex. dicit Petrus de Ancha. procedere etiam si sit captus ab hostibus uel a latronib.

3 seu piratis. Ex quo uidetur † quod sit quędam similitudo siue ecclesia vacet per mortẽ siue dicatur quasi vacare eo quod superior est impeditus, & maxime quando esset inutilis, quia ecclesia dicitur viduata & vacare, siue prælatus, sit mortuus siue factus inutilis, ut in c. inter corporalia de trans. præla. & mulier ita dicitur uidua si habeat virum inutilem, sicut quã do vir est mortuus, vt dicit glo. in l. fi. C. de plagiariis. Et in similibus pulchra adducit Iason in l. fi. ff. de offi. eius cui man.

4 est iuris. Et æquiparantur, † mortuus & inutilis, ut d. c. inter corporalia. Ex quibus videretur ex quo cardinales in iurisditionalibus non possunt se intromittere in administrando quæ sunt reseruata papæ, quod tunc deberet congregari concilium, vel quod cardinales deberent procedere ad alterius electionem, maxime quando est inutilis, quo casu ecclesia dicitur uiduata & vacare. sed ad electionem ꝓcedere non possunt, quia altero uiuente reperirentur duo capita in ecclesia. contra, c. quoniam in plerisque, de offi. ord. ideo videtur quod debeat cõgregari concilium. Et si possent procedere ad electionem, deberent vacare acceleratæ electioni, & non succederent in administratione papatus, ut d. §. idem, quoque. Nec aliquo modo videntur posse procedere ad electionem ex alia vacatione quam mortis uel renunciationis ut dictum est. Facit in proposito quod dicit Abb. in c. ad petitionem de accusa, & in c. licet de elec. quod licet cardinales habeãt eligere papam qñ papatus vacat per mortẽ vel renũciationẽ, secus si ꝑ priuationẽ, qa in hoc sunt seruãda iura antiqua videlicet, c. si duo. 79. di. q̃ nõ reperiũtur reuocata, &

ideo sunt seruanda, ut in cle. ne Romani in prin. & sic quod tunc pertineat ad concilium, ex quo est congregatum. Et ita dicit fuisse obiectum in concilio Pisano, licet postea fuerit concordatum quod pro illa vice transferret potestatem in collegium cardinalium, qui postmodum elegerunt proprio & concilii nomine, de quo quid iuris dicetur infra. Ex quo 5 patet, † quod licet quando papa est omnino inutilis, secundum quid dicatur papatus vacare, ut in d. c. inter corporalia non tamen dicitur sic vacare, ut per hoc cardinales possint procedere ad alterius electionem. ad quam solum possunt procedere quando per cessionem vel mortem uacat. & in illis terminis loquuntur iura cap. in nomine domini & c. vbi periculum & cap. licet & cle. ne Romani, de electione loquētia. Vnde idem uidetur dicendum in proposito, ex quo non sumus in casu in quo cardinales succedāt nec debeāt procedere ad electionem alterius, ne deficiat prouisio quod consulatur, & cōgregaretur conciliū. Nec uidetur in proposito, 6 uera glo. in d. cap. 1. de schisma, quia ut dicit, Dom. in capi. si apostolica de præben in 6. in 1. q. ille tex. qui loquitur quando vacat sedes, non habet locum quando est quasi vacans, puta quia papa est captus a schismaticis. Et licet ratio quæ ibi assignatur, quæ dicitur fuisse Ioan. And. non uideatur bona per §. sanc in clem. ne Romani de elec. & conclusio, Hostien. in cap. dura. ibi allegato, videatur etiam concludere in contrarium, dictum tamen est in se verum. Ex quo apparet quod illud quod dicitur de sede vacante in d. §. iidem quoque, & in clem. ne Romani, non habet locum nec potest trahi ad sedem quasi vacentem, & sic multo minus cardinales possunt procedere ad electionem quando est ecclesia, quasi vacans, & minus succedunt in iurisditione, præterquam in casu. d. c. ubi periculum In §. iidem quoque. Facit etiam in proposito, quia captus & furiosus possunt redire ad priora, ex quo omnia recuperarēt, l. succurritur cum seq. & l. ab hostibus. ff, ex quibus causis. ma. l. fi. C. sententiam. passis. Facit etiam quod dicitur in c. si episcopus. de parroc. & ca. 1. de præscrip. 7. q. 1. c. pastoralis. & in § ab hostibus insti. quibus mo ius pa. po. sol. & ff. de capti. & postliminio reuer. per totum. 16. q. 3. prima, actione. 34. q. 2. cum per bellicam. Vnde tam in omnino inutili quam in capto ab hostibus, & in furioso non possunt cardinales procedere ad aliam electionem, nec isto respectu ecclesia dicitur proprie vacare. Et pro hoc facit quæstio posita per Bald. in capitu. licet de elec. cum ponit. de papa oppresso tēpestate maris ita ꝙ euadere non pōt. ubi uult quod interim cardinales non possunt procedere ad electionem. Et de furioso vide quod dicit Bar. in l. ergo ff. ex quibus causis ma.

7 Sed profecto si bene † consideretur, videtur potius dicendum & est prima quæstio, quod cardinales interim administrare habeant, ex quo non possunt procedere ad eligendum aliū, & concilium non potest in modico tempore congregari, cū interim nō possit negari quin ecclesia Romana sit in periculo vnde non immerito interim cardinales illo modico tempore quo congregabitur concilium, administrabunt, cum 8 concilium non possit statim congregari. Vnde apparet quod nos non sumus in terminis. c. vbi periculum, vel cle ne Romani, vbi cauetur quod cardinales non possint aliquid administrare de iis quæ pertinent ad papam eo uiuo, ad hoc ut sede vacante vacent accelerationi electionis, & ne contingat differri electio, quia in casibus præmissis cardinales non possunt nec habent procedere ad electionem, & sic cessat ratio prohibitionis illorum iurium. Et videtur quod sit locus alijs iuribus, & ꝙ collegium cardinalium succedat in iurisdōnalibus sicut alia capitula. d. c. si episcopus, & cap. iis, quæ. & c. cum olim. cum sim. de maio. & obed. & c. 1. eodem titu. in 6. ubi in omnibus iurisditionalibus, in quibus maxime est utile vel necesse expediri id de quo agitur, capitulum succedit, ex quo non reperitur iure prohibitum, ut fuit de mente Inno. & Hostien. in c. ad liberandam de iudæis. & refert Pauinus in trac. de potestate capituli sede vacante in prima parte, in quæstione an capitulum sede vacante succedat in omni iurisditione. Immo etiam quod censeatur ordinaria eius iurisditio ut ponit idem Pauinus in secunda. q. principali. ibidem. & maxime est uerum ut ipse dicit in dicta quæstione, an capitulum sede vacante, si in proximo successor non est 9 futurus. Item facit ratio, † quia si cardinales nō succedunt, interea ecclesia pateretur, maxime quia, ut dictum est non sic de facili congregatur concilium, quod haberet prouidere & uideretur, quod ecclesia esset sine capite. Et licet gl. in 10 d. c. 1. † de schisma. & doctores dicant quasi hæreticum esse dicere quod vacāte papatu ecclesia sit sine capite, quia semper caput est Christus, tamen in actu administrandi si uacat uel quasi vacat papatus, si cardinales nō possunt administrare, & alius non reperitur q succedat, & ad electionē alterius non potest procedi ecclesia esset sine administratore licet nō 11 sine capite. Et multum pateretur, quia quod † ignoratur quanto tempore sit duraturum, habetur pro perpetuo ut in l. sufficit. ff. de condi. & demon. & dicitur in clem. etsi principalis de rescrip. Et perpetuum dicitur illud, quod tolli potest per diuinum miraculum, & in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. ponit Anto. in c. consultationibus in 2. quæsito de cle. egrotan. Ad tollendum igitur hanc dubietatem succedant in administrando cardinales, qui sunt capitulum vniuersalis ecclesiæ, ut nota. Hostien. in c. ad liberandam. de iudæis. & Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. & probat tex. in cle. ne Romani de elec. ponit Barba. in trac. de præstantia cardinalium in 2. q. princ. col. 9. ponit Ale. in c. in synodo. 63. dist. & dictum est supra in illo articulo qui præferantur in concilio quatuor patriarchæ principales ad cardinales. Et hoc conuenit dispositioni illius. §. iidem quoque, dum dicit nisi occurreret necessitas, & nisi aliquod grande & euidens periculū immineret. Nullum enim potest esse maius periculum quā quando cardinales essent impediti procedere ad elec. & nullus interim succederet ad administrationem. & nullus esset in ecclesia qui posset exercere iurisditionem, & ecclesia staret sine gubernatore, & posset forte in fluctibus periclitari & agitari nimis, licet non possit perire. Vnde obuiandum est periculis. 42, di. quiescamus, de Symo. c. Matthæus. c. ubi periculum. de elec. in 6. 1. q. 1. si quis neque. cum si. Et clarius innuitur ex illo tex. ꝙ card. succedant, cū subdit ut qa eos oporteret de aliqua terra eccl. ꝓuidere, uel aliqua eius parte. Vñ si in parte rōne periculi, multo magis in toto, & sic in periculo vsi, argō auth. multo magis. C. de sacros. eccl. & l. q̄ de tota ff. de rei uen. Imo, ꝙ plus est, sede uacante card. hñt supplere defectū mortui papę, ut ꝓbat tex. in c. si quis pecunia 79. dist. ꝙ tenuit Hug. ea rōne, qa durat uniuersitas. Et licet hoc forte nō teneret sede oīno uacāte, qa dēnt car. uacare acceleratæ electioni. tñ qñ eccl. nō uacat, sed pastor impedit, tunc ur oīno tenendū, maxime cū ēt sede vacante oīno per mortē uel resignationē, qñ oportet uacare acceleratæ electioni, vbi est necessitas posit iurisdōnē exercere, ut dr in d. §. iidē quoq. & 12 ēt tūc posset reuocare ex cā legatū de latere ꝑ papā. & collegiū creatum, vt ponit Io. An. in c. 2. de of. le. in 6. & Host. in c. tum ex literis. de in integ. rest. Qui etiam vult ꝙ officium legati de latere non expiret, licet literas nondum expediuisset. Et ꝙ collegium possit reuocare legatum, etiam dicit Arch. in d. c. 2. & dicit lapus Abbas idem tenuisse Ricardum cardinalem in c. vt animarum. de consti. in 6. Imo vt dicitur post Paul. & Io. de Imo. in clem. ne Romani. de elec. potest collegium pro aliquo periculo imminenti in terris ecclesiæ creare vnum legatum, & vbi subest necessitas etiam nolētem secundum aliquos, vt ponit Barba. in d. clem. ne Romani. in §. irritum. Et licet non possit sine concilio priuare cardinalatu nolentem ire, tamen aliter mulctare poterit. Et ut dicit Pauinus in extrauaganti ad onus in quarta col. ex quo collegium cardinalium seruat opi. Host. & ita sunt interpretati. d. c. vbi periculum. & cle. ne Romani, ab huiusmodi interpretatione non potest recedi, quamuis Hostien. nō viderit dicta iura. Et si hoc est verum sede omnino vacante, multo magis qñ non vacat sed est impeditus papa. Et si dicatur ꝙ c. si † quis 13 pecunia, dum dicit liceat cardinalib. & clericis Deum timentibus & c. intelligitur de concilio, quod constat ex cardinalibus & clericis & laicis & c. prout diximus aliquando ad intellectum illius tex. Respondetur ꝙ quia ille tex. est pars capituli in nomine Domini, vbi apparet ꝙ illo tp̄e in electione papæ interueniebant etiam cum cardinalibus, clerus, & populus, intelligi potest de cardinalib. non conciliariter congregatis, vt possint expellere apostaticum intrusum sine canonica concordi electione, & illum anathematizare, & sic supplere vices papæ mortui. Et istum intellectum ad illum tex. sentit Car. in d. cle. ne Romani, in §. irritum, in 2. oppo. de elec. licet respondendo ad illum tex. teneat per illum tex. non probari ꝙ cardi. succedant in iurisdictione tenendo vices papæ mortui. loquitur tñ qñ sedes omnino vacat & incumbendū 14 est acceleratæ electioni. Et ex hoc ēt pōt argui ꝙ licet † alias cardinales sede omnino vacante non possint concedere indulgentias vltra concessas eis ex consuetudine, vt dicit Brix. in suo repertorio, in verbo, indulgentia. forte hoc casu quo cessat rō. §. iidem quoq. aliter videretur, dicendū, ex quo ecclesia non dr̄ vacare, sed quasi vacare, nec cardinales habent vacare acceleratæ electioni, sed habent supplere vices papę. Quod pro nunc relinquo discutiendum, cum dare indulgentias, maxime plenarias non sit de iis quæ sunt vrgentis necessitatis, ut uult d. §. iidem quoque. De quo uide quæ dico j. in quæst. de potestate concilii sede uacāte. Et pro nunc credo ꝙ non, quia solus papa est assumptus in plenitudinem potestatis, ut in c. quodcunque. 24. q. 1. de quo in c. cum ex eo. de pę. & re. & ad eum tm̄ spectat dare plenarias indulgentias. Et ad p̄- 15 missa † ꝙ cardinales succedant, facit ꝙ dixi sup. in illo articu. ad quem spectet congregare concilium in tertio casu, se-

cundi

cundi membri, vbi dico quod quando imminet necessitas congregandi concilii & papa detrectat, deuoluitur facultas ad cardinales, & quod illo casu non sit locus. §. iidem quoq;, allegando Cardinalem sancti Eustachii. Ad idem facit text. c. per venerabilem qui filij sint legi. dum ponit illud deutero. 17. quod ardua dubia debēt per sacerdotes leuitici generis, expediri, quales sunt cardinales qui dicuntur sacerdotes leuitici generis ut dicit ibi text. Ad idem facit quod quando prælatus sua culpa priuatur, aut suspenditur, vel est in mora, aut in remotis & c. tunc ille succedit in iurisditione cuius cōsilio debuit ipse prælatus administrare, ut in c. 1. in §. cum uero, & §. ubi uero ne sede uacante in 6. Nulla autem potest dici maior mora quam quando captus est ab infidelibus, uel est furiosus, demens, uel inutilis factus, tales enim reputātur quasi mortui ciuiliter, ut in d. c. si episcopus & ibi Petrus de Anchar. Constat autem quod ardua papa consueuit expedire cum consilio cardinalium. 6. q. 1. si quis cum militibus, & dicit Ioan. Mo. & alii post eum in c. super eo, de hære. in 6. Igitur cardinales succedent etsi non per se administrantes, saltem dando coadiutorem Furioso uel inutili & c. ut in c. 1. de 16 cle. egro. in 6. Qui tex. multum facit in proposito, nam † uult ille tex. quod licet alias causæ dationis coadiutoris episcopo uel superioribus prælatis sint de causis maioribus & referendis ad sedem apostolicam, tamen quando sunt in remotis, propter euitanda dispendia, succedit capitulum in dādo coadiutorem, & sic multo magis uiderentur succedere cardinales, ex quo agitur de maiori dispendio quam quando episcopi sunt, in remotis, propter difficultatem congregandi cōcilium, & quia nullum maius dispendium quam ubi caret uniuersalis ecclesia administratore, & quia sumus in casu in quo non est superior ad quem possit haberi recursus, ut in c. significasti, & c. licet in fi. de elec. & in § patet, uersic. sed in hoc. 3. q. 1. Et profecto ille tex. in c. 1. in sua ratione multum urget. Facit tex. in c. fi. de supplen. negli. præla. in 6. ubi ratio- 17 ne † negligentiæ, & ne detur diuturna uacatio & propter periculū, deuoluitur datio administratoris ad illū ad quē alias de iure non spectat. Facit etiam tex. in c. uenerabilem in uersic. nunquid de electio. Ad idem facit quod diximus supra in quæstio. quando cardinales sunt discordes in congregando concilium, ubi sub dubio, in casu illo dico. quod cardinales possunt deputare administratorem interea. Vn- 18 de sine † dubio uidetur dicendum in proposito, in quo subest magna æquitas, quod isto casu ut euitetur circuitus, cardinales possent dare uel coadiutorem, uel administratorem uel Vicarium, sicut in simili dicit cardinal. in cap. licet in 3. quęst. tract. schismatis de elect. in sexto modo tollendi schisma. quod refero infra in illa quęstione quando inter duos est contentio de papatu, si verus papa non curat vt tollatur schisma, an poterit ita deponi sicut schismaticus, quod etiam dicit Petrus de Anchar. in trac. de concil. in 6. quæst. & quod daretur administrator, vel decanus cardinalium, vel alius episcopus cardinalis, qui in habitu & præeminentia viueret, vt consueuerat in cardinalatu, & non assumeret quoquomodo aliqua insignia pontificatus, ne præstaretur occasio schismatis, ut ibi dixi. Et si dicatur † quod collegium car- 19 dinalium non potest deputare Vicarium, vt voluit pauinus licet sub dubio, in tract. de potestate capituli circa fi. respondeo, quod ipse loquitur quando sedes omnino vacat & est uacandum acceleratæ electioni, & sedes est paruo tempore uacatura, & non quādo sedes non uacat, quia papa uiuit, sed est quasi uacans, quia papa est omnino inutilis. Quinimmo card. in cap. licet in 2. q. uult quod collegium cardinalium sede uacante posset deputare uicarium seu administratorem, quia non potest limitari collegium cardinalium sicut alia inferiora collegia. ita dicit in dicto capitulo licet de electio. Ad idem facit text. & quod ibi dicitur in capitulo eos, in §. 20 clericis, de tempor. ordinan. ubi quando prelatus † est suspensus, clerici possunt recipere ordines a uicinis prælatis. Ad idem facit textus. in capitulo fundamenta de electio. in sexto. ubi cardinales dicuntur coadiutores papę, si igitur in uita sunt coadiutores eo casu quo est compos mentis & non inutilis, multo magis quando est furiosus, vel captus ab hostibus, uel effectus inutilis. Ad idem facit quod cardinales in facto papatus funguntur uice Metropolitani, ut in capitulo in nomine Domini. uigesima tertia distinctione sicut. ergo Metropolitanus est iudex in causa an episcopus sit canonice electus, & sicut ad eum fit deuolutio quando negligit suffraganeus, ut in capitulo ad reprimendam de officio. ordinat. & nona quæstione tertia capitulo cum simus. uide glos. & doctor. in capitulo primo de supplen. negli. prælat. in sexto, & doctor. in cap. 2. & capitulo. quia diuersitatem de con- 21 cess. præbend. & ipse dat coadiutorē suffraganeo, ut in c. pen. de clerico ęgro. pariformiter uidetur dicendum in cardinalibus, qui in facto papatus ut dictum est funguntur uice metropolitani. Item ex quo ad eos spectat electio papę, similiter uidetur quod ad eos spectare debeat prouidere ecclesiæ quasi vacanti, dando coadiutorem vel administratorem, qđ est minus, d. authen. multo magis, maxime cum de proximo prouisio est necessaria propter periculum Romanæ ecclesię. Ad idem facit, quia in omnibus casibus in quibus ille penes quem est iurisditio ipso iure, suspenditur vel priuatur uel aliter in exercitio impeditur, iurisditio eius deuoluitur ad aliū ei magis propinquum. Patet per totum de supplen. negli. p̄la. patet in subdelegato. ca. si is cui de offi. dele. in 6. Similiter in defectum unius ordinarii habetur recursus ad alium. l. ut perfectius. C. de annali excep. Facit quod dicitur in cle. 1. de foro compe. Et est regulare quod ubicumque ille ad quem pertinet non potest actum explicare, alius debet surrogari a iure vel ab homine, ut in l. si longius. ff. de iudi. l. si cum dotē. ff. solu. matri. cap. is cui. de elec. in 6. cap. si hæredes, de testa. & autentica hoc amplius. C. de fidecō. & plura similia, & quæ adducuntur per glo. in cap. 1. de schisma. in 6. post Hostien. in cap. cum ex eo de pęni & re. Ad idem facit quod dicit archi in c. si papa 40. di. quod licet alias si papa est negligens, remissus, & insufficiens ecclesiæ, non possit deponi siue amoueri, 22 ut dicit glo. in uerbo insufficiens de renun. in 6. tamen † secus esset in imperatore si efficeretur omnino inutilis. quod etiā ponit ibi Do. in d. c. si papa quia imperator poterit deponi, & etiam pro quocunque peccato de quo esset incorrigibilis, ut dicit ibi glo, A pari idem uidetur dicendum in papa quando ex superuenienti ægritudine esset effectus omnino inutilis, ita quod esset omnino stupidus & sine sensu, ꝙ tūc ne ecclesia patiatur, saltem cardinales darent uel coadiutorem, vel ipsi administrarent, uel unum deputarent qui administraret donec congregaretur concilium ad prouidendum indemnitati ecclesiæ. Accedit ad præmissa quod dicit Petrus de Ancha. consilio 410. incipit. viso & diligenter inspecto. & refert Alex in cap. per uenerabilem in §. quod autem, in 27. char. q filii sint legi. quod ubi est schisma in ecclesia, ordinarii poterunt exercere illa quæ sunt reseruata papæ. & idem dicit de cardinalibus quod possent administrare & omnimodam iurisditionem exercere in reseruatis papæ, maxime in iis in quibus uersaretur periculum animarum ex dilatione, quia ne- 23 cessitas non habet legem c. quando de consue. cum simil. Et licet † dictum Hostien. in c. 1. de schisma. in 6. videlicet quod ubi deficit papa de iure uel de facto, papalis iurisditio deuoluitur ad cardinales, quia non est uerisimile quod Deus uoluerit gregem sum sine rectore relinquere, improbetur in casu uocationis per mortem propter uerisimilem breuem uacationem, ut d. cap. 1. in fi. & in cle. ne Romani post gl. in verbo non consonam. tamen sicut in schismate inuererato dicitur quod cessat ratio, sic dicendum videtur in proposito qñ papa est captus, uel factus furiosus, uel demens. Pro quo faciūt plures casus in quib. ubi iudex proprius deficit, exercitiū iurisdōnis deuoluitur ad alium ēt alias incapacē. l. ait p̄tor. §. si debitorē. ff. de iis q̄ in frau. cre. l. sed si alius. § bellissime, ibi Bar. ff. ꝙ vi aut clā. l. gñali. C. de tabu. li. 10. l. nullus, ibi gl. C. de iudæis capi. olim, ibi Abb. de resti. spolia. Vnde multo magis idem dicendum est in proposito. Accedit præterea quod cū etiam in proposito cesset ratio. d. ca. ubi periculum & cle. ne Romani, per quam prohibentur cardinales uti aliqua iurisditione, ut uidelicet uacent acceleratæ electioni, poterunt cardinales prouidere rebus incumbentibus uniuersali ecclesiæ. Nec dicatur quod cardinales nullam habeant iurisditionem per c. ubi periculum. §. iidem quoq;. & cle. ne Romani. quia illa iura loquuntur in casu suo, quando oportet cardinales uacare acceleratæ electioni, quia uacat pontificatus per mortem, uel renunciationem, uel simili casu. & non quādo superest papa, licet inhabilis ad exercendum incumbentia 24 ecclesiæ uniuersali, quia tunc nō uidetur † dubitandum quin collegium cardinalium habeat amplissimam & maiorē iurisditionem cæteris aliis collegiis, ad quæ deuoluitur iurisditio in morte prælati, ut in c. iis quæ, & d. c. cum olim de maio. & obe. cum simil. sicut supra dictum est. Et hoc bene probat. d. cle, ne Romani, quando vult quod possint prouidere de camerario & summo pœnitentiario, & in § irritum. Et hoc in effectu vult glo. in uerbo sede uacante in ca. 1. de schisma. in 6. & doc. ibidem. Et si bene aduertatur, hoc probat ille tex. qa si papa non prohibuisset collegio restitutionem illorum cardinalium, arguitur quod alias potuissent. Et non dubiū quin facultas prouidendi de camerariatu & pœnitentiaria, quæ sunt de maioribus officiis in ecclesia Dei, potest dici esse iurisditionis supremæ, propter ea quæ incumbunt maiori pœnitentiario. Facit quod dicitur, in l. imperium. ff. de iuri. om. 25 iudi. Item non potest negari quin † collegium Cardinalium dicatur senatus, ut dicitur in clemen. secunda, de elec. 16. q. 1. c. ecclesia habet senatum, ex quo uidetur quod maiorem habeat iurisdictionem quam cętera alia collegia, ad istar sena-

tus

tus qui habebat facultatem legis condendæ, vt in §. ſenatuſconſultum inſtit. de iure naturali. Facit quod dicit Barbat. in cap. tranſlato circa fin. de conſtit. Barbatius tamen in cle. ne Romani. in §. irritum. vult quod ille tex. non intelligatur 26 de collegio cardinalium videlicet. c. eccleſia. Dicit † nihilominus quod ſede vacante collegium cardinalium poteſt reſtituere ad famam de quo dictū eſt ſupra in articulo de modo ſedendi in concilio. Et ſic ex præmiſſis videtur quod collegium cardinalium habeat ſuccedere. Quinimmo ſi recte 27 † conſideretur. §. iidem quoque, & §. irritum, bene probant, quod collegium cardinalium ſuccedit in iuriſditionalibus, ex quo prohibent vti aliqua iuriſditione tantum in caſu quādo habet vacare acceleratæ electioni, & etiam illo caſu ſi imminet aliqua neceſſitas, concedunt vti iuriſdictione ergo clare probant ad cardinales ſpectare iuriſditionem, ſicut in ceteris collegiis dicitur.

28 Non poteſt negari † quin artic. iſte ſit dubius, propter rationes hinc inde vrgentes, nec reperio bene deciſum a doctoribus. Et conſidero quod caſus poſiti in propoſito, videlicet quando captus eſt ab hoſtibus vel hæreticis vel ſchiſmatis, vel eſt factus demens vel furioſus vel propter infirmitatem inutilis, & ſimiles, non ſunt caſus qui conueniant in terminis dicti. §. iidem quoque & cle. 2. de elect. quæ loquuntur quando debet procedi ad electionem futuri pontificis, & res eſt duratura modico tempore, & papatus uacat vel per renunciationem uel per mortem, ut ſupra dictum eſt quo caſu non agitur de tanto periculo, quia agitur de dilatione paruo tempore duratara, & quando non imminet neceſſitas nec periculum, in propoſito autem non inducitur uacatio aliqua per quam poſſit procedi ad electionem alterius quia papatus non uacat. Nec his caſibus poteſt papa amoueri, licet ſit factus inſufficiens ad pontificatum, ut dicit Dom. in c. ſedulo, 38. diſt. & in effectu do. in d. c. licet de elect. & ponit glo. & doct. in c. 1. de renunc. in 6. in uerbo inſufficiens. Sicut in ſimili dicitur de epiſcopo † grauato in 29 firmitate incurabili, quod non debet amoueri ab epiſcopatu, ſed dandus eſt ei coadiutor, ut dicit text. & gloſ. in uerbo perpetuo, & doct. in c. 1. in §. 1. de cleri. ęgro. in 6. Vnde non uidetur quod illa iura poſſint allegari in propoſito niſi in argumentum. Glo. tamen in d. c. 1. de ſchiſma, loquitur ſede uacante, & non ponit iſtum caſum, immo ex ſuis rationibus innuit in aliis caſibus contrarium, multæ enim adducuntur rationes pro cardinalibus. quibus cum difficultate poteſt re- 30 ſponderi, nec gloſ. reſpondet. text. in † c. 1. ne ſede pacan. in 6, quo ad deuolutionem iuriſdi. parificat iſta duo ſi uacat per mortem uel per ſuſpenſionem, & ſic in hoc parificat mortę ciuilem naturali, ut ibi dom. & doc. poſt glo. in d. c. ſi epiſcopus, & in c. placuit. 16. q. 1. el 2, in glo. & ſimiliter in c. ſuſceptū 31 de reſcrip. co. ti. Petrus de Anchar. † in trac. ſchiſmatis in 6. q. tenet. ſimpliciter ꝙ ſiue papa efficitur hæreticus uel ſchiſmaticus notorie, uel demens uel furioſus, ſiue captus a ſchiſmaticis hęreticis uel paganis uel mente captus, iuriſditio deuoluitur ad cardinales, qui poterūt ſi uoluerint, deputare uicarium, qui adminiſtrabit iura Romanæ eccleſiæ. Item in prouincijs poterunt conſtituere præſides & rectores. Item ipſi poterunt cognoſcere de appellationibus deuolutis ad papam, & cōfirmare electiones prælatorum immediate ſubiectorum papę, & beneficia reſeruata ſedi apoſtolicæ conferre, & plura alia conſimilia. Et licet non habeatur expreſſum in cardinalib. de deuolutione iuriſditionis, tamē poſtquam in inferioribus eccleſijs dictis caſibus eſt expreſſum a iure, debent dicta iura extendi ad apoſtolicam ſedem a maioritate rationis, nam maius eſt in ea periculum ſi careat defenſore, uel adminiſtratore, quam in alijs eccleſiis, ut in c. ubi periculum de elec. Ita dicit ipſe Petrus de Anchar. & idem replicat in ſuis reſponſionibus factis in concilio piſano ad oratores Regis franciæ. Et idem etiam replicat in d. conſilio. 410. dicēs quod licet opinio Hoſtien. uideatur bene reprobata per glo. in cap. 1. de ſchiſma. in 6. in modica uacatione paruo tempore duratura, tamē in duratura longo tempore ęqua uidetur opinio Hoſt. & ꝙ illud quod prouiſum eſt in inferioribus eccleſijs, habeat locum multo magis in ſede apoſtolica, vbi eſt maius periculum. Ergo in propoſito cardinales ſuccedūt in plena iuriſditione. Sed dominus Moder. Aretin. tenet quod in caſibus præmiſſis, & ſimiliter hęreſis & ſchiſmatis. non deuoluatur iuriſdictio ad cardinales, ſed ad concilium, quod debet congregari, & reſpondet ad contraria. Et primo ad di- 32 ctum c. ubi periculum. †. §. iidem quoque, dum dicitur quod collegium cardinalium habet iuriſditionem papę in arduis occurrentibus, dicit quod ille text. loquitur in alijs negociis non concernentibus papam uel eius perſonam, nam in illis, tex. ibi dicit contrarium, quia dicit quod de alio negocio ſe non intromittant niſi aliquot grande periculum occurrat. Iſta. n. gñalitas & exceptio facta ab iſta gñalitate ꝙ prouideant cardinales vbi eſt grande periculum, non ſe extendit ad prouiſionem faciendā de papatu uel perſona papæ, quia de illa fuit ſpecialiter dictum vt procedant ad electionem. argumēto l. ſtipulationes commodiſſimum, & l. doli clauſula. ff. de verborum obli. & l. ſanctio legum. ff. de pœnis. Vnde dicit ꝙ cardinales non poſſunt cognoſcere de hæreſi papæ, & declarare ipſum hæreticum, & perdidiſſe dignitatem. nec poſſent cognoſcere de eius electione an fuerit canonica, nec inter duos contendentes de papatu, uel de aliquo quem dicerent apoſtaticum, quia iſta ſunt reſeruata conciliis, vt in c. ſi papa 40. di. & 79. diſt. capitu. ſi quis pecunia. vbi poteſtas non datur tantum cardinalibus, ſed & aliis clericis & laicis Deum timentibus, & ſic omnibus fidelibus, qui nihil aliud ſunt quā concilium. Idem in cap. ſi duo ea. 79. di. & c. in nomine domini. 23. diſt. Et ſubiungit eſſe bene notandū text. illum in d. §. ijdem quoque, quia etiam ſi caſus eſſet periculoſus & non eſſet neceſſaria multa celeritas vel opportuna, tunc etiam nō haberent talem iuriſditionem. Nec eſt verum ꝙ iſtæ diſceptationis ſint præambulæ ad electionem, licet foret poſſibile quod eis determinatis eſſet locus electioni. Nec obſtat ſi dicatur quod diſpoſitio. c. ubi periculum in §. iidem quoque, eſt derogatiua iuris communis, non correctiua ſiue abrogatiua, quia ipſamet lex quæ dicit quod cardinales nullam habeant poteſtatem vel iuriſditionem pontificis ſede vacante excipit præterquam ubi imminet periculum grauiſſimum uel perditio terrarum eccleſiæ &c. & ideo cum ſit derogatiua in illis duobus caſibus, uidetur poſſe extēdi ad alios caſus ſimiles ex identitate rationis, per dicta per Bar. in l. ſi conſtāte in 9. q. ff. ſoluto matri & probatur per tex. in dicta clem. ne Romani, cum loquitur quando deficit camerarius uel penitentiarius, & derogat. d. legi, ratione magni periculi. Quia re- 33 ſpondet quod. ll. derogatoriæ † non poſſunt extendi ad caſus ſimiles qñ ſunt taxatiuæ præſertim in materia odioſa. l. 2. C. de patribus qui fili. diſtrax. Et idem qñ non eſt materia mere fauorabilis nec mere odioſa, vt eſt iſta, quia tunc lex derogatoria taxatiua non extenditur ad alios caſus, ex quo taxatiue loquitur l. iubemus in fin. C. ad trebel. Licet ſi eſſet materia omnino fauorabilis, extenſio fieret ad caſum ſimilem per l. illud. C. de ſacroſan. eccle. Vel fieret extenſio per aliam legē vt l. ob æs. C. de prędiis mino. & hunc dicit eſſe caſum. d. cle. Similiter reſpondet ad illud quod cardinales funguntur iure metropolitani. Nam illud eſt verum largo modo & improprie. & ſolum iſto reſpectu quod eorum electio habet vim electionis & confirmationis d. c. in nomine Domini. 23. diſt. & c. licet de elec. Ad illud quod ardua debent expediri per ſacerdotes leuitici generis, & ſic per cardinales. d. c. per venerabilem. reſpondet ꝙ illud procedit quādo papa cum cardinalibus iudicat. Sed quando papa non poteſt, ut in cauſa papatus, tunc ſacerdotes leuitici generis ſunt omnes epiſcopi & concilium religioſorum clericorum, qui epiſcopi dicuntur ſacerdotes leuitici generis, quia in ordine ſunt pares cum papa, & dicūtur fratres papæ. c. quam graui, de cri. ſal. Ideo vult idem Moder. Aret. quod ad cōcilium deuoluatur cognitio in caſibus propoſitis, quia ardua concernentia ſtatum eccleſiæ vniuerſalis & fidei, ſemper ſunt terminata per cōcilia generalia. Allegat geſta act. 1. vi. 15. & 21. c. & quod ad ſedandas hæreſes ſemper ſunt congregata concilia, vt 16. & 17. di. per totum. Et ad iura quæ habent quod in collegiis vacante capite poteſtas deuoluitur ad capitulum, vel maiores poſt caput, dicit quod fallit in cardinalibus per. d. §. ijdem quoq; & glo. in capitu. 1. de ſchiſma. in ſexto. Nec obſtat quod ipſi cardinales creant papam, quia pontifex non eſt ſolum papa ex facto ipſorum cardinalium, ſed etiam ipſius electi in ſui electionem conſentientis. & ideo cardinales ſine eius conſenſu non poſſunt eum deponere, ut in cap. ſi. 79. di. Nam poſtquā 34 eſt † electus poteſtas papæ eſt a Deo, licet cardinales determinent perſonam. Datur alia reſponſio per guliel. in capit. nullus. 79. diſt. quam refero in illa quæſtione utrum ſede vacante poſſit collegium cardinalium creare alium cardinalē ſubſiſtente neceſſitate. Ad quod eſt text. cap. inter corporalia de tranſ. præla. cum ponit exemplum de epiſcopis quia metropolitanis conſecrantur, ſed non deponuntur, & cum dicit ꝙ ſolus epiſcopus honorem dare poteſt, ſed nō poteſt ſolus auferre. Vnde concludit quod in caſibus prædictis, hæreſis, ſchiſmatis, furioſitatis, amentiæ, capturæ a piratis, & ſimilibus, cognitio eſt concilii & non cardinalium, & ideo quod debeat congregari concilium. & ſic directe cōtra Petrum de Ancha. Quam etiam opinionem videtur tenere cardi. de turrecre. in ſuo trac. de poteſtate papæ, cap. 8, in verſi. ad octauam rationem. Sed ſi bene aduertatur Moder. Aret. & cardin. & eorum rationes procedunt quando cardinales vellent iudicare directe de papa & de hæreſi uel ſchiſmate & aliis male geſtis per papam, quæ directe concernerent perſonam papę, & non quando papa non poteſt exercere concernentia ſtatum

tum pontificatus & imminent caſus expediendi, concernentes gubernium ipſius eccleſiæ. quo caſu aliter videtur dicendum. Et verius uidet quod dicit Petrus de Ancha. Ad quod facit quod dicit Anto. de butrio in c. licet de elec. ubi vult ꝙ contra papam quantumcunque electum a duabus partibus, 35 poſſit obiici exceptio furoris, quia per furorem etiam † impeditur matrimonium carnale, & furioſus comparatur beſtiæ, argumento. l. ſed & ſi quencunque. ff. ad l. aquil. Quod intelligit quando eſſet furioſus tempore ipſius electionis, & de facili poſſet furor probari, vt euitetur illud quod poſſet eſſe, ꝙ reduceretur ad ſanā mentem. Vnde per hoc videretur dicēdum quod in ſuperuenienti furore aliter eſſet dicendum, videlicet quod non poſſet obiici contra papam ad remouendū eum a papatu per cardinales, quia in hoc non ſuccedūt. ad quod text. & quæ ibi dicuntur in cap. dilectus de ſponſ. Et ſic ex hoc etiam, videtur dicendum quod in furioſo non deuoluatur iuriſditio nec ad cardinales nec ad concilium quādo furor ſuperueniſſet, antequam eſſet ſublata omnis ſpes redeundi ad ſanam mētem. Vbi autem ſublata eſſet omnis ſpes, tunc etiam non eſſet procedendum ad electionem alterius ſecundum Bal. in d. cap. licet elec. & infra dicitur ad quē tunc deuoluitur iuriſditio prouidendi in rebus occurrentib. eccleſiæ vniuerſali. Et idem quod dominus Antonius videtur tenere Abb. ibi Ioannes Gerſon in tractatu de auferibilitate papæ in 19. q. ponit plures caſus in quibus concilium poterit procedere ad electionem noui pontificis. Inter quos primus eſt quando papa eſſet captus a ſacracenis, & eſſet ſublata omnis ſpes redeundi, vel quando fuiſſet probatum per teſtes quod eſſet morruus apud ſaracenos, licet forte non eſſet verum. quia tunc concilium poterit creare nouum papam, & primus hoc caſu uidebitur deſtitutus per concilium. Secūdus caſus eſt quando congregato concilio per papam, poſtea papa eſſet effectus omnino inutilis propter indiſpoſitionem corporalem uel propter carentiam vſus rationis. Et ſic videtur uelle quod his caſibus habeat prouidere concilium. Et ibi etiam ponit alios caſus, videlicet ubi omnes cardinales eſſent mortui, vel vbi ipſi non poſſent facere fidem de electione per eos celebrata, uel ubi ſubditi non eſſent præſtaturi obedientiem niſi alteri eligendo, ex quo contingeret ſedari ſchiſma, uel vbi iuraſſet & vouiſſet pro ſedando ſchiſmate cedere & poſtea nollet, propter quod crearetur ſcandalū in populis qui crederent nō teneri aliquē ad obſeruantiam iuramenti vel voti. Iſtis caſib. dicit procedendū ad electionē alterius pontificis. Quod eſt contra illud quod dictum eſt ſupra. d. c. ſedulo, & d. c. licet & in cap. 1. de renun. in 6 quia iſtis caſibus papatus non uacat; & non eſt verum ſimpliciter ꝙ concilium ſuccedat ad prouidendū, vt infra dī. De quo uide omnino quæ dico infra in illa quæſtione utrum quando papa eſt exauthoratus uel depoſitus per concilium electio futuri pontificis ſpecter ad cardinales an ad concilium. Et ibi vide omnino, & in illa quæſtione utrum ſede uacante ſuccedat concilium in reſeruatis papæ, & in alia utrum poſſint ſede vacante ex cauſa imminentis neceſſitatis cardinales creare aliquem cardinalem, & quid quo ad conciliū. Et in dictis quæſtionibus reperiūtur multa quæ faciunt ad propoſitum noſtrum. Et ſi electio papæ a principio fuiſset bona & fuiſſet receptus, quamdiu non conſtaret de eius morte, etiā ſi tempeſtate maris, uel captiuitatis ita fuiſſet oppreſſus, quod non videretur habenda ſpes de eo, ſiue de conualeſcentia ad ſanā mentē, ſi de alio fieret electio, electio eſset nulla ſm Bal. d. c. licet de elec. in 1. q. Vnde volendo tenere iuriſditionē deuolui ad cardinales ſicut dicitur de aliis collegiis, poteſt reſponderi ad primam rationē non eſse verum ꝙ tunc tractetur de perſona papæ uel de cauſa papatus, ſed de prouidendo indēnitati Romanæ eccleſiæ. quod text. ibi concedit poſse fieri, quia in caſibus propoſitis non loquimur de procedendo ad 36 alterius electionem & ad deciſionem ſi papatus vacat. Nec eſt † verum quod. §. ijdem quoque ſit lex derogatiua, ſed tantum ponit caſum ſpecialem.

37 Breuiter in iſto articulo ſic concluderē, † diſtinguendo caſus. Et primo quod interdū quærimus de perſona ipſius papæ ſi debet & per quem amoueri a papatu, uel procedi ad decernendum locum eſse uel non eſse deueniendi ad electionem alterius pontificis. Et tūc loquimur in papa hæretico uel apoſtatico uel ſchiſmatico amouendo. dicerem cognitionem eſse concilii & concilium eſse conuocandum hoc caſu, per tex. in c. ſi duo, iuncta glo. 79. diſt. & d. cap. ſi papa, & d. cap. ſi quis pecunia ea. diſt. ubi datur facultas cardinalibus & clericis & laicis fidelibus Deum timentibus anathematizare. Quod ſecundum ꝙ dicit Moder. Aret. nihil aliud eſt ꝗ conciliū, quod conſtat ex cardinalib. & aliis epiſcopis clericis & laicis. maxime conſiderata origine conciliorum, ubi etiam laici interueniebāt c. in nomine Domini. 23. diſt. & patet in diſcurſū plurimorū conciliorum. capit. 1. 15 di. & 63. diſt. c. Adrianus. el 1. & in c. ad ſedem. 35. q. 5. & dixi in diſcurſu quæſtionis qui ſint vocandi ad concilium & qui poſſint intereſſe concilio. Et quod concilium ſit iudex in cauſa hæreſis contra papam, tenet Archid. 40. diſt. ſi papa. & Alberi. in rub. de hæret. & remiſſiue per eum & doct. in c. in fidei, de hæret. in 6. & in cap. propoſuit de conceſ. præben. per Hoſtienſ. Ioann. And. Card. & alios, & in c. ſicut. 2. q. 7. & 17. di. §. hinc etiam, & 15. diſt. ſicut in gloſ. & c. nunc autem. 21. diſt. Et ratio eſt in his caſibus quia directe agitur cauſa papatus, & directe ſignatur perſona papæ an ſit vel non ſit papa. Et ad congregandum concilium tunc ſuccedit collegiū cardinalium ad quos deuoluitur iuriſditio, quia illi qui ſunt potiores poſt papam illi habent ſuccedere. l. 1. ff. de albo ſcriben. ſicut archidiaconus ſupplet vices epiſcopi. c. 1. de offic. archie. Et iſtam opinionem poſuit cardinal. cameracenſis in quodam trac. facto tempore ſchiſmatis ſuper facto papatus, tenens iſto caſu deuolui ad cardinales iuriſdictionem cōgregandi concilium, & ponit Barbat. in clem. ne Romani & in c. quod translationem de officio leg. & gloſ. in c. nullus. 79. diſt. & Felin. in c. ſuper literis. de reſcript. & dixi ſupra in art. quando inter duos contendentes de papatu nullus eſt receptus, ſed vnus eſt in poſſeſſione qui non vult congregare. Succedent igitur iſto caſu cardinales in iuriſditione congregandi concilij, & non in determinando caſum hæreſis vel ſchiſmatis, quia hoc ſpectabit ad concilium, vt in di. capit. ſi duo. 38 79. di. Sed ſi † ageretur de hæreſi papæ mortui, tunc ſucceſſor eſſet iudex. Ita dicitur in d. c. in fidei, & ponit Alber. in d. rub. Qui dicit ita fuiſſe ſeruatum tempore clementis quinti, coram quo impugnabatur de hęreſi memoria Bonifacii octaui, procurante Rege Francię, exiſtentibus accuſatoribus dominis Gulielmo de Nogareno & Gulielmo Plaſiano. Et ibi vide Alber. qui multum notabiliter ponit quæ fuerunt allegata, ꝙ conciliū & non ſucceſſor deberet iudicare, & inter cętera allegabatur ſimilitudo, quia memoria Neſtorii fuerat dānata in concilio Epheſino. vide eum. De quo vide quod latius pono infra poſt quęſtionem quando papa poſſit deponi. & quod ponit Barbat. in clem. ne Romani in 87. motiuo, & quod dico in quęſtione vtrum, & quando papa poſſit accuſari. Et alia ratio quare concilium eſt iudex in cauſa quando papa dicitur hęreticus vel ſchiſmaticus, eſt quia tūc dicitur eccleſia quaſi vacare, ut in c. 1. de ſchiſma. in 6. & in c. 1. de pręſcript. Et agitur cauſa papatus, & iſta cognitio an ſit hęreticus eſt cognitio tituli papatus, quia ſi eſt hęreticus, perdidit titulum ipſo iure, vt ponit Ioann. And. in capit. vt commiſſi. de hęretic. in 6. & patet 18. diſt. Anaſtaſius, & in d. cap. ſi papa. 40 di. Cuius tituli deciſio ſpectat ad concilium, ut in d. c. ſi duo. Et eſſet procedendum ad electionem alterius quando eſſet pertinax. & ideo non poteſt deputari adminiſtrator, qa ſumus in terminis quando poſtquam, eſt declaratus hęreticus, eccleſia non poteſt ſtare diu vacans, quia eſt procedendum ad aliam electionem. Et ideo quando agitur de titulo papatus, dicitur quod petenti reſtitutionem obſtat exceptio hęreſis notorię, vt in c. quo iure. 8. di. Facit quod dicitur in c. 39 ad decimas de reſtit. ſpolia. Cognoſcere † autem de titulo papatus eſt proprium ipſius concilii, vt in cap. ſi duo 79 diſt. Igitur ceſſat deuolutio ad cardinales cogitionis huius articuli ſi papa ſit hęreticus vel non, quia etiam ſi papa eſſet hęreticus notorius, ante ſententiam declaratoriam non poſſunt cardinales procedere ad alterius electionem, etiam ſi ad eos eo caſu ſpectaret electio, ut in c. cū ſecundum de hęret. in 6. Ad idem tex. in cap. ad apoſtolicę de re iudic. in 6. De quo uidendum in ſupradicta allegata quęſtione quando papa eſt depoſitus, vtrum concilium vel cardinales habebunt eligere ſucceſſorem in papatu, de qua quæſtione vide infra. Igitur in hęretico iuriſditio deuoluitur ad cōcilium quo ad cōgnoſcendum de titulo papatus, ſed quo ad congregandū concilium ſuccedent cardinales, qui poſtquam papa erit declaratus & erit procedendum ad nouam electionem, ſuccedent, in eligēdo, de quo hī latius in ſupra allegata quęſtione. Et ideo iſto caſu non erit locus deputandi adminiſtratorem. Et idem dicendum de ſchiſmate & epoſtaſia, quę ſonant hęreſim, quia congregato concilio per cardinales, erit procedēdum ad declarandum & amouendum cum concilio. quo amoto erit per ipſos cardinales procedēdum ad electionem alterius, ut diſputatur in pręalleg. q.

40 Si † uero loquimur in caſu in quo non agitur cauſa concernens perſonam papę & titulum papatus, ſed ſuccedendi in adminiſtrando, vt in capto ab hoſtibus uel piratis, vel ab infidelibus vel hęreticis vel ſchiſmaticis, in his caſibus dicerem ius adminiſtrandi nec ad cardinales nec ad concilium deuolui. Sed ſi captus ab infidelibus uel ſchimaticis, a quo de facili poſſet inquiri eius uoluntas, ipſemet unum de collegio cardinalium uoluerit deputare in adminiſtratorem vel Vicarium, hoc facere poterit, quia non

amitt

amisit dignitatem pontificalem d. c. pastoralis. 7. q. 1. & c. prima actione. 16. q. 3. Ad hoc moueor per dicta doc. in d. cap. si episcopus. ubi uolunt quod in casu illius capituli episcopus captus iniuste poterit deputare uicarium, ergo multo magis in casu isto, in quo non est ad quem possit haberi recursus, ut dicto capitulo licet. de elec. & d. §. patet. 3. quæstio 1. Ipse enim est iudex in causa propria, ut dicitur in cap. cum venissent. de iudi. & in c. 1. de proba. quando sumus in uno indubitato papa, licet secus sit quando est dubium quis duorum sit papa, ut uoluit mathesil. in d. tract. ad Anto. de butrio, qa tunc, erit iudex concilium. Interim tamen si non possit de facili haberi eius uoluntas, uel propter distantiam uel propter arctam custodiam, cardinales ministrabunt in iis quæ sunt necessitatis, & in quibus dilatio afferret periculum in ecclesia, per dicta in §. ijdem quoque, & quæ infra dicuntur. Sic ēt uidemus quod captus a piratis siue latronibus habetur pro præsente, & potest constituere procuratorem, ut in l. absentē ff. de verb. sig. ibi glos. Sic & nomine capti ab hostibus datur curator bonis. l. ab hostibus. ff. ex quibus cau. maio. & uide doc. in cap. accedens de procu. ubi detentus a tyrāno uel a latronibus, constituit procuratorem. Igitur a pari ipse papa sic captus posset deputare uicarium siue administratorem. Et ꝑ hoc patet quod Bonifacius octauus, qui fuit captus procurāte Rege Franciæ per dictum Gulielmum de nogareno, qui uolebat iustificare capturam tanq̃ factam de persona hæretici, potuisset constituere administratorem & uicarium in papatu, ex quo non erat manifestus hæreticus & captura iniusta, ut late disputat idem Alberi. in rub. de hęre. Non enim statim quia captus debet papatu priuari. Ad quod facit quod quando Petrus erat captus & seruabatur in carcere, oratio fiebat sine intermissione pro eo, & non fuit processum ad electionem alterius, ut legitur actio. capitulo 12. Nec est addenda afflictio afflicto, ut cex parte de cleri. ægro. Sed si papa captus nollet uel nō posset deputare uicarium uel administratorem, uel non esset spes liberationis eius nec uia redemptionis, ad quam ecclesia teneretur. argumento eorum quæ ponit Barto. in l. quamuis in 3. notabili ff. solu. matri. iuncto eo quod ponit specu. in titulo de iudi. §. uniuersalia, uersi. illud. & quod dicitur in authen. contra cum. C. ad trebel. ita quod pro hac causa etiam sacra uasa possunt alienari, ut in capitu. sacrorum. 12. q. 2. & l. sancimus C. de sacrosan. eccle. cap. apostolicos & ca. aurum ea. causa & q. & immobilia secundum Do. consil. 14. prima facie ex quo non est spes redemptionis nec liberationis & nollet deputare uicarium, istis casibus uideretur dicendum quod esset congregandum concilium & quod vera sit opinio Moder. Aret. quod in hoc casu non deuoluatur iurisditio nec administratio ad cardinales, nec ipsi possint administrare. ergo multo minus in coadiutorem aliū deputare, quia nemo dat quod non habet. capitulo quod autem de iurepatro. Ad quod facit in argumen. tex. in capitulo primo. §. si autem de cle. ægro. in 6. ubi quando est discordia inter episcopum & capitulum super deputando coadiutore, debet denunciari sedi apostolicæ. Sed mihi uidetur aduertēdum quod aut agitur de decidendo utrum per hoc sit procedendum ad electionem noui pontificis. & dico ꝙ talis cognitio erit concilii. & ista iurisditio deuoluitur ad concilium, qa agitur tunc causa papatus, cuius cognito, ut dictum est, est ipsius concilii, ut d. cap. si duo. 79. di. Et ita possimus intelligere in isto casu opinionem Moderni Aret. esse uerā. Aut † quærimus de deuolutione iurisditionis circa guberniū ecclesię & administrationis rerum spiritualium & temporalium, maxime earum quæ non expectant dilationem. Et tunc dicendū est ꝙ tutius sit tenere hoc casu ꝙ cardinales possint deputare unum administratorem donec concilium generale ꝯgregetur. Et ita procedit quod dicit Petrus de Ancha. in d. trac. & in responsionibus per eum factis ad oratores regis francię. Vel ipsi interim administrent, quia in hoc & similibus casibus succedunt in iurisditionalibus. & hoc propter periculū dilationis, quia antequam concilium congregetur, ecclesia uniuersalis multum pateretur in ijs quæ quotidie occurrunt in administratione papatus. Ratione † enim imminentis necessitatis multa conceduntur quæ alias non concederentur. sicut uidemus in capitulo primo in fine sede uacan. in 6. ꝙ episcopo in remotis agente cuius consilium esset requirendum, proceditur ad prouidendum eo non expectato idem in cap. 1. post prin. de cleri. ęgro. in 6. Similiter archiepiscopus dat administratorem propter periculum, licet alias ad eum non spectet, quando capitulum est negligens. capitulo fi. de supplen. negl. præla. in 6. Facit quod dicitur in capitulo si diaconus. 81. distinctione de conse. distinctione 4. capitu. baptismi, de officio proconsu. l. aliquando. ad legem corne. de sica. l. furem. cum simil. Ad quod uide quod dico in quæstione illa utrum sede vacante cardinales & concilium possint exercere reseruata papæ, & etiam vide quod dixi supra in illa quęstione quando ad cardinales spectat congregatio concilii, quid agendum quando cardinales essent discordes, incipit diximus. Et tunc etiam crederē hoc casu quod tantum vnus de collegio cardinalium deberet deputari, per hoc quod dicitur de Iconomo in c. cum simus. 6. q. 3. & in cap. quia in quibusdam. 99. dist. & quod dicitur in c. 1. de syndico. Vel, sicut nuper fuit factum post electionē Adriani sexti in Hispania existentis ante aduentū eius ad vrbē, possent singulis mēsib. tres de collegio, vnus de quolibet ordine, ministrare simul, videlicet vnus epus vnus presbyter, vnus diaconus. Et hoc qñ loquimur in papa capto ab hostibus, infidelibus, hæreticis, vel a schismaticis vel piratis. Sed si papa esset effectus furiosus, & esset deueniendum ad dandum ei curatorem, quantuncumque n. sit supra omnes, tamen etiam videtur posse ꝓcedi ad dandū ei curatorem, deberet dari vnus de cardinalibus. 43 Nam sicut dicit text. licet † lex erubescat filios esse castigatores parentum, vt in authent. de nuptiis. §. si vero expectetur, & glos. in c. cum ex iniuncto de hæret. & dicit glos. in c. 1. de cleri. ęgro. in 6. tamen quando pater est furiosus, lex dat filium in curatorem patri. ut in l. si pater. C. de curatore furie. & in l. 2. ff. eod. titu. Et similiter hoc casu, videlicet quod cardinales succedant, videtur dicendum, de quo infra latius. Sed quo ad dandum curarorem papę qui non habet superiorem, vt in d. c. licet, aliter videtur dicendum, & contrarium credo verum, quod non possit dari curator, sed vel coadiutor vel administrator, & non tam coadiutor quam administrator ecclesiæ Romanæ, cuius officium cessabit cessante furore, vel papa in furore mortuo, argumento, capit. grandi de supplen. negli. præla in 6. Et in isto casu etiam procedit ꝙ dicit Petrus de Anchar. vbi supra, & card. in 3. q. in d. c. licet, in tract. schismatis, dum volunt quod cardinales possent deputare administratorem. Et idem quod in isto casu dicerem quando esset propter infirmitatem inutilis, scilicet quod ipsemet posset sibi eligere coadiutorem, & si nollet vel diceret se sufficientem, tunc dicerem omnino congregandum concilium ratione discordiæ inter eos. Et hoc probat in simili ille tex. in c. 1. in §. si autem. de cleri. ægro. in 6. quando dicit quod consulatur sedes apostolica, quando est differentia inter episcopum qui dicit se sufficientem, & non egere coadiutore, & capitulum, contrarium dicens & prætendens, & in argum. est. d. c. si duo. 79. distinct. Et tunc declarato quod sit locus dādi coadiutorem, quando esset factus taliter inutilis, quod non posset per se administrare, si ipse sibiipsi uoluerit sufficientem dare coadiutorem, poterit, alioquin cardinales deputabūt administratorem ecclesiæ per prædicta. Et idem dicerem quando papa oppressus esset vi tempestatis, uel quādo contingeret aliquis casus in quo non posset de facili exquiri de voluntate eius, ratione maximæ distantiæ vel captiuitatis, scilicet quod medio tempore collegium cardinaliū succedat in administrando, propter periculum ne ex dilatione ecclesia vniuersalis nimis patiatur. Hoc tamen quod dicit Pet. de Anchar. in locis prællegatis de tempore schismatis inter duos contendentes de papatu, non sic simpliciter admitterem vt cardinales deputarent administratorem, propter periculum maioris schismatis, ne contingeret quod ille tertius procuraret sic sibi vendicare pontificatum. Si tamen cardinales omnes essent concordes, sicut dicitur de via compromissi amplectenda in c. licet de elect. & ipsi possent ipsis contendentibus auferre omnem administrationem usque ad tempus declarationis concilij, isto casu, subsistente maxime necessitate imminentis periculi, credo quod possent. 44 In capto autem † ab hostibus, Do. in d. c. si episcopus, considerat si est in bello iusto vel iniusto, vel melius licito uel illicito, captus, iuxta dicta in l. hostes. ff. de capti. Quasi consideret an sit factus seruus. Sed hæc consideratio non videtur bona, quia superueniente tempore gratiæ cessat ista seruitus. glo. di. 1. ius gentium, maxime inter christianos. 12. q. 2. cum redemptor. Bal. in l. 1. in prin. C. de caduc. tollen. de quo uide dicta in d. l. hostes. Et maxime in papa qui non habet superiorem nec ligatur legibus l. princeps. ff. de legibus. & in papa. c. proposuit. de conces. præben. cum simil. Et ideo non videtur bona consideratio dominici, dum vult, quod episcopus captus ab infidelibus vel fidelibus quibus a papa est indictū bellum, non possit constituere Vicarium alias secus si a tyranno vel alio fideli esset captus. Sed quicquid sit, quod episcopus aliquando non possit dare Vicarium si est captus, posset esse alia ratio, quia est ad quem potest haberi recursus ut prouideat de administratore. vt in c. fi. de supplen. negli. prælā. in 6. Secus in papa, in quo cessat ista ratio, quia non habet superiorem, & contra personam eius quandiu non aberrat a fide catholica, non potest dici licitum bellum, vt dicit Alberi. in dicta rubrica. de hæreti. quando ponit quæstionem de Bonifacio octauo. Et siue papa sit captus ab infidelibus siue a fidelibus. siue etiam ab ijs quibus ipsemet papa bellum indixisset, siue a piratis, siue a tyrannis, semper videtur eadē ratio vt ipse possit deputare administratorem, & Vicarium ecclesiæ Romanæ, qui administrabit donec procuratur relaxatio. Ad quod facit quod ponit Dom. Anton. in cap. consultationib. in 2. q. de cle. ægro. quod capto ab hostibus fidei, & exuli, non datur coadiutor, & idem etiam dicit Calderinus in verbo coadiutor, sed ipsemet per Vicarium suum officiū exercebit. Allegat clement. 1. de foro compet. & d. cap fi. Et si apparuerit nullam subesse spē liberationis & ipse nec uellet vel non posset deputare ecclesiæ administratorem, decernet concilium cum cardinalibus si est cōgregatum, esse vel non esse deueniendum ad deputandum administratorem. & isto alio casu procedit opinio Moder. Aret. Qua deliberatione facta, tunc ipsimet cardinales deputabunt. Et si conciliū nō esset tūc in esse nec reperiretur congregatum, nec tractaretur de eligendo alium in papam, & si esset etiam concilium congregatum, & non ageretur directe causa papatus, vel de persona papæ, etiam cardinales soli deputabunt, per dicta in illa quæstione, quis succedat in electione quando papa esset depositus per concilium, quia cardinales succedunt & deputabunt. Et sic procedit opinio Petri de Anchar. & aliorum qui volunt quod cardinales deputent. Quid autē 45 † vbi esset controuersia inter papam, & collegium vel inter cardinales, vel vbi non posset resciri voluntas papæ, vtrum sit casus & locus deputandi administratorem vel coadiutorem vel non. Eo casu videtur quod tunc congregabitur cōcilium, quod decernet deueniendum ad dandum administratorem vel coadiutorem, qua declaratione facta cardinales procedent ad deputandum administratorem ecclesiæ Romanæ, qui deputabunt vnum qui administrabit donec saltem concilium cum cardinalibus prouiderit de liberatione ipsius papæ, qui deputatus omnia administrabit cū cardinalibus, qui deliberabunt etiam an esset congregādum concilium. Et si viderent liberationem papæ facilem, dicerem quod non ita repente esset congregandum, quia quandiu esset spes relaxationis & liberationis, non crederem concilium congregari debere, ne propter longiorem moram relaxatio ipsius papæ redderetur difficilior. Vbi autem aliter fieri non posset, congregabitur concilium vt agatur de celeriori ipsius relaxatione. Et tūc si ipsemet papa deputasset administratorem, forte deberet congregari concilium per cardinales cum consensu etiam ipsius administratoris per eundem papam deputati, ad quem alias spectaret cura gregis dominici. c. is cui, cum materia de elect. in 6. Et hoc videtur velle cardin. in c. licet. de de elect. Qui administrator omnia habebit gerere cum consilio cardinalium, argumento. c. 1. de schisma, in 6. & c. apitulo ad apostolicæ de re iudic. eod. lib. & argumento eorum quæ dicuntur de capitulo, quod sede vacante non potest facere statutum contrarium ecclesiæ vel prælato, in capitulo cum omnes de constitutio. & in capitulo sicut de iureiuran.

46 Si autem loquimur quando papa est demens effectus vel mente captus vel furiosus, tunc, quicqd dixerit Alex. in c. synodum. 17. dist. & cardin. in tract. de potestate papę. lib. 3. c. 8. qui voluerunt quod cardinales congregabunt concilium vt deliberetur, vel de illo amouendo, vel de dando illi coadiutorem, ego dicerem ex quo ratione dementiæ, vel furoris superuenientis non perdit dignitatem nec iurisditionem quam habebat, vt in l. qui furere. ff. de statu homi. l. 1. § quamuis. ff. de postu. de supplen. negli. præla. c. grandi in 6. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso, ꝙ immo non posset amoueri. Quod & ponit dominus catal. in quibusdam allegationibus factis in concilio, & text. & ibi dicta in c. fi. 15. q. 1. & ponit Gaspar de Calderinis & Abb. in c. licet de elec. qui vult quod licet ante electionem posset obiici similis exceptio, non posset post, sed esset dādus coadiutor per c. 1. de cle. ægro. in 6. Nam furioso & demēti datur etiam coadiutor, vt dicit Anton. in c. consultationibus in 6. quæst. de cle. ægro. ibi quia propter infirmitatem senectutis, & dementiæ non dicitur ecclesia vacare. Et est tex. in cap. 1. in §. si vero de cler. ęgro. in sexto. Qui etiam probat per argumentum de capitulo ecclesię inferioris, ad capitulum ecclesię Romanæ, quod ad cardinales spectabit dare coadiutorē papæ, & ideo tunc non esset tractandum de illo amouendo, sed esset per cardinales dandus illi coadiutor, & administrator ecclesię.

Et istam opinionem, quod hoc casu sit dandus coadiutor, ponēdo exemplum & quęstionem in imperatore, qui est effectus mente captus uel inutilis, tenet Bal. in l. non ambigitur. ff. de ll. Et idem in papa tenet Mathesil. in d. tract. ad Anton. de Butrio in quinta charta, ubi dicit. quod si papa efficitur demens aliquo casu, vt prouideatur indemnitati ecclesię non debet occidi, nec papatu priuari, quia non est addenda afflictio afflicto. l. deuius. ff. de officio.

præsi. c. penul. de cle. ægro. 7. q. 1. quamuis. Ad quod facit qđ ponit Bal. in titu. de successione feudi, in fine prin. cum dicit 47 † ꝙ si consuetudo dictat ꝙ primogenitus succedit in regno & primogenitus est a natura demens, secundo genitus erit Rex, si autem ex accidenti efficitur demens, tunc dabitur ei curator, quia in persona eius est iam radicatum ius Regię potestatis. allegat. ca. grandi de supplen. negli. præla. in 6. & Archi. 2. q. 5. § item obiicitur, & de elec. cum inter, in nouella. Ita videtur dicendum in proposito. Sicut etiam dicitur in capitulo 1. post glo. in uerbo insufficientem de renun. in 6. ꝙ papa nō potest deponi propter insufficientiam. & ponit Domi. & ipsemet Alexan. in c. sedulo. 38. dist. Item durum esset ut dicit mathesil. quod expectaretur mors naturalis eius, qa posset sic uiuere longo tēpore, & esset absurdum quod tunc nullus illo tempore posset exercere spectantia ad solius papæ officium. Et ideo dicit ꝙ potestas solius summi pōtificis deuoluetur tunc ad collegium cardinalium, & ad illum coadiutorem qui fuerit ab eis datus papæ, & ꝙ hæc potestas expirabit superueniente sana mente, argu. l. cum aliis. ff. de cura. furio. & c. cum cessante de appel. De hoc autem vtrum ratione furioris possit opponi exceptio contra papam & remoueri a papatu, uide omnino calde. in repertorio in uerbo papa uersic. an contra papam admittatur exceptio tu es furiosus. ubi uide & in d. capi. licet. & quod supra dixi post d. Ant. Et idem quod dicitur de demente, uidetur dicendum de illo qui esset factus omnino inutilis. Quia aut erat omnino inu- 48 tilis † antequam esset electus. & tunc poterit amoueri, quia electio non ualuerat secundum d. Anto. & doc. in d. ca. licet de elec. Et hoc modo procedit opinio Archi. & Domi. in d. c. si papa in fi. cum dicunt quod quando est inutilis deponetur Sed tu dic ꝙ imo ibi Archi. & domi. loquuntur in imperatore, quia quando est inutilis siue ante siue post electionem deponitur, vt 15. q. 6. c. alius. & c. ad apostolicæ de re iudi. in 6. Si vero post electionem papa eset effectus omnino inutilis, nō poterit excipi contra eum de insufficientia nec amoueri, ut dicit glos. in c. 1. in verbo insufficientem de renum. in 6 quia nullo casu potest deponi nisi propter hæresim, ut dicit ibi gl. Et eo casu tamen eset ei dandus coadiutor, ut dicitur de demente. Et intelligo non tantum de insufficienti & de inutili, secundum exemplum glo. ibi in d. capitu. 1. de renum. in 6. videlicet ex defectu literaturæ uel senectutis uel infirmitatis sed etiam de reddito inutili quocunque alio modo post adeptum papatum. cuius defectus cognitio erit concilii, qa agitur causa de persona papæ. Dicerem etiam quod si loquimur de deputando coadiutore donec aliter congregetur cōcilium, hæc potestas deuolueretur ad cardinales per supradicta. sed si loquimur de deputando perpetuo administratore & coadiutore qui semper usque ad mortem eset coadiutor & administrator, tutius crederem concilium congregari ad cognoscendum causam ipsius defectus papæ. Et hoc modo dico ueram opinionem Moder. Aret. & cardi. de turre cre. & Alexan. & credo uerum quādo cesaret omnis spes quod rediret ad sanam mentem, quod nō poset tunc amoueri. Et idem si eset casus discordiæ inter cardinales uel cū papa, & ageretur de deputādo ꝑpetuo administratore, quia non poset tunc amoueri per prædicta. Ad quod facit quod voluit d. Anto. in d. capitu. licet. quia pœnitentia iniungitur furioso. Vnde licet ante electionem posit obijci de furore ut impediatur electio, ut 33. dist. capitu. maritum, & capi. cōmuniter, tamen post electionem nō poterit secundum Ab. & d. Anto. ibi in d. capitulo licet. Et ex quo non potest amoueri, videtur deueniendum ad dandum coadiutorem, ut in capitu. 1. de cle. ægro. in 6. Et quando uidetur cesase spes, cōcilium tunc non congregabitur et deputet administratorē, coadiutorem, vel vicarium, vsque ad tempus sanæ mentis, vel superuenientis mortis, sed ut decernat dubium an sit deueniendum ad dandum coadiutorem vel administratorem vel uicarium perpetum, vel quid agēdum. Et tunc illius electio erit cardinalium, sicut dico in quæstione quando papa est amotus a papatu ad quem spectat electio alterius, a d cōcilium ne an ad cardinales.

49 Et ex his † posunt decidi plures quæstiones. Puta de anno. 1521. mortuo Leone. X. cardinales elegerunt Adrianum presbyterum cardinalem ti. sanctorum Ioannis & Pauli absentem in hispaniis, & antequam innotesceret eius acceptatio ob difficultatem itineris & bella quæ vigebant, vacauit sedes per plures menses. ideoque collegiū cardinalium mandauit auditoribus rotæ & aliis ut ministrarēt iustitiam. item deputauerunt signaturam hoc modo, placet sacro collegio, suo & nominati in papam nomine. & dicitur nominati quia antequam constet de acceptatione, nō potest dici electus, sed potius nominatus, ut dicit Hostien. in c. licet de elec. Fuit dubitatum uterum hoc posent facere cardinales. ex præmissis autem apparet quod sic, qa ecclesia poterat dici

dici quasi vacare, & non eramus in terminis. §. ijdem quoq; & cle.2.quia electio erat celebrata, nec cardinales tenebant vacare acceleratæ electioni. Item si bene consideretur, nec tex.d.§.ijdem quoque, nec tex.clemen.cōtrariatur, quia nul 50 la † est maior necessitas quam ut iustitia ministretur. & ideo euam merito ad collegium appellabatur & causas commit tebat. Sed quid si papa absens esset infirmus & non accepta-ret, uel differret respondere, uel non posset administrare, ne cuenire ad sedem suam? Ex præmissis uidetur dicendum idem quod dictum est de inhabili & capto. & idem dicendū est de quocunque modo impedito. Sed quid si papa accepta 51 ret † & differret siue procrastinaret aduentum, nec aliter pro uideret de legato, an gesta valerent si signatura diceret suo & electi nomine? Videtur quod non, quia collegium sine pa pa non uidetur aliquid posse, ut in simili per totum de iis q̄ fiunt a prælato. Sed credo contrarium uerius per dicta in l. Barbarius de offi. prætoris, & cap. ad probandum de re iudi. quia alioquin multum curia pateretur.

52 **Quis autem** in casibus præmissis † congregabit cōcilium, patet ex supradictis in arti. p̄prio quod papa circumscripta causa furoris & dementiæ. in qua in papa non reperitur cōsensus & æquiparatur infanti. l. humanitatis. C. de impu. & aliis substi. & spe. tit. de primo & secundo decreto. §.4. uersi. pone quod pupilli. Et non hēt consensum, ut in l. si a furioso, ibi Barto. & doc. ff. si cer. pe. Et impeditur contrahere matrimonium carnale, ut in capi. dilectus de spon. In quibus casibus furoris & dementiæ congregabūt cardinales, ut supra dictum est. in aliis si sit factus inutilis & insufficiens, ipsemet papa, uel si non posset ipse, quia detentus ab hostibus, cardinales soli, uel cum administratore si fuisset deputatus, ut dicit cardi. ubi supra. Et intellige p̄dicta secundum d. Anto. quando furor potest de facili p̄bari, alias secus, ut ipse dicit in d.c. licet. furiosus enim aliquando æquiparatur mortuo, ut dicit Bal. in d.l. humanitatis. 3. colu. & bestiæ secundum d. Anto. in d.c. licet, argumento l. sed & si quēcunque. ff. ad leg aquil. Et ideo isto casu cōgregabunt cardinales, in aliis autem casibus ubi est administrator uel coadiutor datus propter debilitatem corporis, uel datus administrator, quia papa est in carceribus uel inutilis, & cōgregari debet concilium, tunc si potest haberi authoritas papæ eius authoritate debet congregari, ut 17. di. per totum. alioquin requiritur authoritas siue consensus cardinalium & administratoris, uel si discordarent, solius administratoris si papa eum deputasset, ut dictum est, quia est actus iurisditionis, qui ad administratorem spectat, ut in d. ca. is cui. alias ad cardinales qui non iure deuoluto, sed quia imminet necessitas poterunt concilium congregare propter publicam vtilitatem & ad tollendum scandalum quod posset oriri in ecclesia, maxime quando papa est captus, quia tunc ecclesia est quasi vacans, ut d. cap. si episcopus, quibus negligentibus poterunt congregare patriarchæ & quilibet alius secundū ordinem supra alias dictum, ut impator & alii prælati, per modū intimationis & requisitionis, ut in ca. cum nobis olim de elec. post Inno. & supra plene dixi.

53 **Sed videtur** † prædictis obstare, quia ubi cessat omnis spes redeundi ad sanam mentem, uidetur, quod debet congregari concilium pro deputando perpetuo administratore, vel quod imo hoc casu debeāt cardinales procedere ad electionem alterius, quia est mortuus ciuiliter, sicut dicitur quando est depositus infra in quæstione propria. Facit quod dicitur in capit. susceptum de rescrip. in 6. æquiparatur enim mors ciuilis naturali. Sed ad hoc respondetur quod nihil est quod possit papam a papatu deiicere nisi cessio, uel hæresis, ut in allegato capitulo si papa. uel his similia quę hæresim sapiāt ut est schisma & apostasia & c. Et si dicaт quod in omni uacatione deuoluitur potestas creandi papam ad cardinales, vt in capitulo licet de electio. & quod isto casu uere uacat papatus, & ideo poterunt procedere ad electionem alterius, ut uoluit Gerson in d. trac. de auferibilitate papæ in 19. quæstio. Respondetur quod quantumcunque quo ad nos uideatur sublata spes redeundi ad sanā mentem, tamen possibile esset quod efficeretur postea sanæ mentis, quia nihil impossibile apud Deum, ut dicitur Lucæ. 1.c. Et legitur iudith. 7. & 8. capi. quod cum ozias constituisset expectādam misericordiam Dei ad quintam diem ante deditionē ciuitatis olofernı, iudith increpās Oziam dixit ad presbyteros chambri & charmi. quod est hoc uerbum in qđ consensit Ozias ut tradat ciuitatem Assyriis si intra quinque dies non uenerit nobis adiutorium? & qui estis uos qui tentatis dominum? non est iste sermo qui misericordiam p̄uocet, sed potius qui iram excitet & furorem accedat, posuistis vos tempus miserationis domini, & ad arbitrium vestrum diem constituistis ei. sed quia patiens est dominus, in hoc ipso pœniteamus & c. Vnde isto casu dicendum est quod erit dandus per cardinales vicarius siue administrator siue coadiutor ad tempus donec concilio congregato decernatur de dando perpetuo administratore, hoc est ad vitam papę, quem etiam cardinales eligent. Et si miraculose papa rediret perfecte ad sanam mentem, ita quod esset talis, qui vellet, & posset per se bene administrare, cesserat etiam officium coadiutoris siue administratoris, ut supra dictum est.

54 **Sed quid si** papa † efficitur inutilis, quia corpore vitiatus, & tam deformis quod generat scandalum, & maxime si sua culpa, vt quia fuissent abscissæ nares, effosus oculus, & manus abscissę. Glo. in verbo de gremio in capit. in nomine Domini. 23. dist. dicit quod non poterit esse papa, & ideo vr̄ quod poterūt procedere ad electionem. Sed glo. & Archid. in c. fin. 79. dist. videntur velle quod nulla exceptio possit ei opponi nisi tantum hæresis, vt 40. di. si papa, & dicitur in cap. licet. de elect. Dic, secundum Dom. in d. cap. in nomine Domini, verum esse quod ille qui esset corpore vitiatus, non deberet eligi per cardinales, sed postq̄ est, non potest de hoc contra eum excipi, & multo minus si superueniat vitium. Et idem quod Domin. ibi dicit Alex. Et prędicta videntur habere locum etiam in obsesso a dęmonibus, vt 32. dist. cap. maritum, cum duobus sequent. De quo vide quæ dico infra, in artic. an papa possit cogi ad cedendū, & infra latius circa finem sequentis articuli, in versic. sed ulterius, & in sequentibus.

55 **Sed an sit** sufficiens † causa si papa passim committat simoniam dando prælaturas pro pecuniis, congregandi concilium. Aduertendum est quod non quæro an sit sufficiens causa ad deponendum, quia de hoc dicetur infra in quæstione ex quibus causis post congregantum concilium possit papa deponi. Et si quidem propter simoniam quæ committitur scandalizatur vniuersalis ecclesia, quando est incorrigibilis videtur quod est legitima causa ratione scandali, congregandi concilium, vt in capitu. si papa. 40. distinctio. & Abb. in capitulo significasti. de electio. de quo tamen latius infra dicemus. Si autem non est omnino notorie inuolutus simoniæ, nec aliter apparet de scandalo vniuersalis ecclesiæ, hoc dependet ab illo articulo utrum papa committat simoniam, & in eū cadat uel non, & an pos 56 sit accusari de simonia. Et in hoc articulo considero, † quod crimen simoniæ est grauissimum, quia Beatus Petrus apostolus protulit sententiam contra Simonem Magum, pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri, quæ verba prolata fuerunt contra Simonem Magum qui tentauerat emere donum spiritussancti, vt patet act. 8. Et inde Beatus Gregor. in registro lib. 9. cap. 40. inquit, scimus namque quanta animaduersione simoniā apostolorum princeps insequutus est, qui primam dānationis sententiam contra Simonem protulit dicēs, pecunia tua tecum sit in perditionem quia donum Dei pecunia existimasti possideri, ut in c. saluator 1. q. 3. Qui text. declarat illā authoritatē intelligi de reb. ecclesiæ dū dicit. Donū qppe Dei est spiritussanctus & donū Dei est res ipsi ecclesię oblata, & si 57 bene aduertis, † Simon Magus, qui ad fidem ficte accessit, nō Spiritum Sanctum quo ipse erat indignus, sed donum eius emere voluit, vt ex venditione signorum q̄ per eū fierēt multiplicatam pecuniam lucraretur, nec apostolus emptionem spiritussancti, quam bene fieri non posse nouerat, sed ambitionem, quæstus & auaritiam quæ est idolorum seruitus, in eodem Simonæ exhorruit, & cum maledictionis iaculo percussit. Et subiungit, quisquis res ecclesiasticas & cęt. Vnde ibi text. loquitur de ementibus res ecclesiasticas, & sic non tan- 58 tum de prohibitis qui a Simoniacis. Similiter † text. in capit. patet. prima quæstione septima, dicit patere Simoniacos primos & præcipuos hęreticos ab omnib. fidelibus esse respuēdos, & subiungit, omnia enim alia crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputātur, & idem habetur in capitulo per tuas de Simon. ergo Simonia est hęresis, Idem tex. in capitulo presbyter, ibi Simoniacam hęresim, & capitulo benedictio. ibi in maledictionem conuertitur qui ad hoc vt fiat hęreticus promouetur prima quęstione prima, & capitulo quisquis, & capitulo cum liqueat. ea. causa. & quęstione. & text. in capitulo cauendum prima quęstione septima. ibi per Simoniacam hęresim. Similiter prima quęstione sexta, ego autem, ibi, si non per Simoniacam hęresim, i. premia quibusdam se eligentibus prebendo. & c. 59 ergo † hęresim committit qui dat pecuniam vt eligatur ad beneficium. Ad idem text. in capitulo quanto secunda quęstione quinta ubi dicit Simoniam hęresim. Et bonus text. in §. sed cum omnes, sexta quęstione prima. vbi dicit simoniacos. hęreticos, & similes ijs qui committunt crimen lęsę Maiestatis. Et vide in §. sed licet. 6. q. 1. & in capit. qui studet 1. q. 1. quid enim aliud est quam capitale crimen & simoniaca hæresis. Vnde & Gregorius septimus li. 1. sui registri scribens

cuidam Henrico Regi appellat simoniam hæresim. Et idem eo li. scribens Rodulfo duci sueuiæ dicit. in sacris canonibus prohibitum est ut ii qui per simoniacam hæresim, hoc est interuentu precii. ad aliquem sacrum ordinem, gradum, vel officium promoti sunt, nullum in sancta ecclesia vlterius ministrandi locum habeant, nec qui in crimine fornicationis iacent, missas celebrare aut inferiores ordines in ecclesia exercere debent. Item vbique inuehendo contra simoniacos, nunquam aliter appellat simoniam quam hæresim, vt etiā infra dico, post ea quæ refero de sancto Gregorio. Et idem in li. 1. scribens Cabilonen. episcopo dicit quod Rex repudiato turpi simoniacæ hæresis mercimonio idoneas ad sacrum regimen personas promoueri permittat. Et idem eodem libr. scribens Diensi comiti, inquit loquens de hugone episcopo. nos enim eum admonuimus ut cōtra simoniacam hæresim totis erigatur uiribus. Et semper in infinitis locis, in omnib. libris ubi de simonia erat mentio, uocat simoniam hæresim Et 1. q. 1. erga; ubi dicit simoniacos deponendos. Et in c. fert. 1. q. 1. fertur simoniaca hæresis. Et subiungit. vulnerato itaque pastore quis curandis ouibus adhibet medicinam, aut quomodo populum orationis, clypeo tueatur, qui iaculis hostiū 60 sese feriendum exponit, Ex quo † arguitur damnabilior simonia in superiore quam in inferiore. Et ibi dicit text. ꝙ simonia fuit prima hæresis quæ surrexit contra ecclesiam Dei. Similiter in c. eos 1. q. 1. vbi dicit quod tolerabilior est hæresis macedonii & eorum qui circa ipsum sunt sancti Spiritus impugnatorum impia hęresis, quam simoniacorum. illi. n. creaturam & seruum Dei patris & filii Spiritum sanctum delirādo fatentur, isti uero eundem Spiritum sanctum efficiunt suum seruum. Ex quo patet quod nō minor est hæreticus simoniacus quam uerus hæreticus, imo plus delinquit. Item tex. in cap. quotiens de simo. appellat simoniam hæresim. Ad idem tex. in cap. licet el. 2. de simo. ubi perificat crimen læsæ maistatis & crimen simoniæ Et uide bonum tex. & glo. in c. sane. 15. q. 3. & in §. porro. & §. seq. 6. q. 1. Et bona glo. in capi. 61 si quis superstite 79. di. & ibi uide Arch. Et simoniacus † est infamis, vt in c. si quis præbendas. 1. q. 3. Et episcopus deponitur si præbendas uel prępolituras vendit, ut in c. si quis episcopus iuncta gl. 1. q. 3. Et pulcher tex. est in l. si quenquam. C. de episcopis & cle. ubi æquiparat simoniam crimini læsæ Maiestatis, & dicit tales infames perpetuo & deponendos. Et si simonia sit commissa in ipsa electione papæ, tex. videtur clarus ꝙ debet eiici per concilium in cap. si quis pecunia. 79. dist. ubi dicit quod si quis pecunia fuerit in apostolica sede inthronizatus, non apostolicus sed apostaticus habeatur, liceatq; cardinalibus & aliis clericis Deum timentibus & laicis inuasorem illum anathematizare. Cardinales autem clerici & laici Deum timentes nihil aliud sunt quam concilium ut, in proposito d. capitu. si quis pecunia. Ergo concilium eiicit papam simoniacum, ergo propter simoniam potest congregari concilium. Et plus dicit text. in d. ca. eos. 1. q. 1. hi detrahunt Spiritui sancto, æqualiter peccantes cum iis qui blasphemauerunt dicentes Christum in belzebub eiicere demonia, & iudę comparantur qui iudęis occisoribus Christum uendidit. Et subiungit. in eis non est gratia spiritussancti. i. sacerdotii sanctitas, quia quod non acceperunt non habent. Et quod 62 Iudas † commiserit simoniam Christum vendendo, est text. in ca. qui studet. 1. q. 1. & ibi Archi. & vide in c. abiit. 11. q. 3. Et alienus a sacerdotio in canonibus apostolorum pronunciaт qui ante uel post manus impositionem pecūiam dederit. Et in §. ex illa cap. placuit 1. q. 1. dicitur quod simoniaci sicut & alij hęretici a fide exorbitant, & ideo consequenter de illis intelligitur quod de aliis decernitur. Et sunt uerba Gratiani inferentis ex authoritate Ambrosii & Gregorii. videlicet ex tex. c. Petrus, & c. cum omnis. 1. q. 1. ꝙ simoniaci sunt hæretici, quia sicut & alii hæretici a fide deuiant. Et in c. iudices, & ibi in glo dicitur quod propter simoniacos fuerit destructa Ierusalem. ideo tex. dicit, propter vos Sion quasi ager arabit, & Ierusalem, ut custodia pomarii erit. quod est Michee. 3 Dicuntur etiam simoniaci lepra respersi sicut Hiezi. 1. q. 1. c. turpem & legitur. 4. regum. cap. 5. quando Nahaman syrus fueras mundatus a lepra ab Eliseo, & Hiezi recepit duo talēta & vestes mutatorias, duas, ex quo ipse lepra percussus est. vnde tex. in c. cum ordinaretur 1. q. 1. dicit. quod accepit, aurū fuit, quod dedit, lepra fuit. Vnde simoniacis lepra datur. Ad 63 idem tex. in capitu. qui studet ea. cau. & q. & alibi dicitur † ꝙ simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos uincit, ut in cap. sicut el 1. de simo. Ad idem capitu. quinque & capitu. sequen. vbi appellatur simonia heresis. Et intantum quod si ecclesia per simoniam sit consecrata, dicitur execrata, ut in capitulo ecclesia 1. quęst. 4. nec potest in ea celebrari, ut dicit calde. in trac. de ecclesiastico interdicto in 2. char. Vnde & Beatus † Grego. in registro libr 4. capitulo 95. prępositis uerbis quod dominus cathedras uendentium columbas euertit, inquit, & cum prima Simoniaca hęresis sit contra sanctam ecclesiam exorta, cur non perpenditur, cur nō videtur qđ eū quemquis cum premio ordinat, prouehendo agit vt hęreticus fiat. Et idem replicat lib. 7. c. 108. ibi vulgatum est quod in Galliarum partibus sacri ordines per Simoniacam hęresim conferātur. Et paulo post, vt cum liqueat hanc hęresim ante omnes radice pestifera surrepsisse, subiungens, cur non cauetur, cur non perpenditur quod benedictio illi in maledictionem conuertitur qui ad hoc ut fiat hęreticus promouetur. Et iterum eodem. li. 7. c. 12. fertur autem Simoniacam hęresim, quę prima contra Dei ecclesiam diabolica plantatione surrepsit, & in ipso ortu suo telo apostolicę vltionis p̄cussa atque damnata est, in regni vestri finibus dominari. Similiter lib. 4 c. 97. Regi Francorum scribens, ibi nunciatum nobis est quod sacri ordines per Simoniacam hęresim. i. accepto precio conferuntur. Et rursus lib. 9. cap. 49. post detestatam auaritiam, quam diuinę lectionis testimonio dicit esse idolorum seruitutem, inquit. da operam vt synodus ad eradendum ipsam hęresim cōgregari possit, de Simonia loquēs Rursus eodem li. 9. cap. 40 inquit. vestra fraternitas hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, vt a subiectis sibi ecclesiis errorem Simoniacæ hæreseos conpescat. Idem etiam Gregor. 7. in registo. li. 1. capit. 70. scribens Aquensi electo. vbi hortatur eum ad penitus simoniacam hæresim eua- 65 curādum. Et est grauius † delictum homicidio, licet homicidium horribilius, vt dicit ibi glo. & docto. in d. c. sicut el. 1. de simo. Ex præmissis apparet quantum iura execrantur simoniam, quia vt plurium dicunt eam hæresim. Licet stricto modo & proprie non sit hæresis, vt late ponunt docto. Innocent. Host. Ioann. And. Anton. Cardinal. Abb. & Ioan. de Anania, 66 in capit. quotiens de Simon. Nisi crederet quis † quod gratia spiritussancti posset precio acquiri quia tunc esse proprie hęreticus secundum Innocent. Hostiens. Ioann. And. henricū boich, Anton. Cardinal. Florent. in d. cap. quotiens. & refert Abb. Siculus, & ibi communiter doct. In alijs autem qui quęrit per pecuniam ordines vel beneficium acquirere, non est p̄prie hæreticus, sed improprie. ita enim appellatur propter detestationem criminis. Vnde dicit Archid. in c. nos sequentes in §. sed licet post Hug. quod Simoniacus non dicitur pro prie hæreticus, i. male sentiens de articulis fidei, sed dicitur 67 † hæreticus. i. sacramentorum peruersor, quia peruertit formam & modum tribuendi sacramenta, quia sunt danda gratis, ipse autem precio ea tribuit vel accipit. c. cum in ecclesiæ de Simo. Facit quod in simili dicitur de excommunicato ꝙ dicitur hæreticus. 4. q. 1. c. quod autem, quia illud est uerum large. Vnde percutiens clericum hæreticum non est excommunicatus ut in capitulo si vero de sentent. excommun. sed 68 percutiens, † clericum excommunicatum incurrit excommunicationem, vt dicit Innoc. in d. c. si vero. De quo vide cardin. in clem. ne Romani. §. cęterum, de electio. Vnde etiam Beatus Thomas. in 4. sent. dist. 25. dicit quod Simoniaci non sunt proprie & per se loquendo hæretici, cum non habeant aliquam falsam opinionem, sed dicuntur hæretici propter similitudinem actus, quia ita operantur ac si existimarent donum spiritussancti pecunia possideri, quę existimatio esset hęretica. Et idem in effectu dicit Astensis in summa in secūda, parte lib. 6. titulo 55. cap. 2. & dom. 6. q. 1. nos sequents. §. sed licet. & archid. Florent. in 2. parte tit. 1. c. 5. in princip. Hęreticum autem proprie dicimus eum qui male sentit de arti 69 culis fidei, vt patet in tit. de hęreti. continet tamen † hęresis sub se plures species, de quo vide gl. & car. in c. firmissime de hęr. & gl. in c. illi q. §. qa vero. 24. q. 3. Improprie tn̄ multi dn̄r ēt hr̄tici vt in p̄posito dr̄ de Simoniaco. Etiā p̄prie hęreticus dicitur qui male sentit de sacramentis ecclesię, vti in cap. ad abolendam eod. tit. de hęret. & vide in glosis allegatis. Sed licet simoniacus non proprie dicatur hęrereticus emendo spiritualia vel illis annexa, tamen vt dictum est quando quis crederet posse emi, & pecunia acquiri gratiam spiritussancti, tunc talis simoniacus esset proprie hęreticus, vt dicit Innocent. & alij in c. quotiens de simo. vt credidit posse emi Simo Magus. 1. q. 1. c qui studet, & c. saluator. 1. q. 3. Quod bene ponit Hostiens. in summa in tit. de hæret. in §. 1. & docto. ubi supra allegati in d. c. quotiens. & Felin. in rub. de Simo. & Decius bene consi. 151. in 2. col. incipit maximi. Et quare hoc cri- 70 men dicatur maius ceteris criminibus & quomodo, vide Archid. 1. q. 7. cap. si. Et uide Beatum Gregor. in registro, qui dicit, cum omnis auaritia sit idolorum seruitus, quisquis hanc in ecclesiasticis dignitatibus dandis non præcauet, infidelitatis perditioni subiicitur etiam si fidem quam negat tenere videatur. 1. q. 1. cum omnis. Et Gratianus fere per totā causam primam detestatur crimen simonię, & ipse in d. § sed cū omnis dicit simoniacum esse hęreticum, & dicit quod non quęritur, an quis sit hæreticus aliter, sed an commiserit simoniā & consequenter ipse hæresim. Et sic vult simoniacum, proprie

prie esse hæreticum, & ita intelligit esse mentem Gratiani, Domi. in dicto capitulo fin. §. hæc licet, uer. sed cum omnes supra allegato. Imo & tex. siue statutum in concilio calcedonen. in 14. actione, incipit si quis, vult quod non solum is qui ordinat alium pro pecunia sit priuandus & deponendus, & ordinato nihil proficiat ordinatio, sed quod etiam mediator si est clericus ipso facto a proprio gradu decidat, si uero laicus vel monachus anathematizetur. Vnde etiã ille tex. in c. quæro, quod est capitulũ fi. 6. q. 1. & est Aug. dicit quæro ergo quis peccet grauius, an qui nesciens hæresim incurrerit, an q sciens ab auaritia. i. ab idolatria non recesserit. subiungens se non audere iudicare quis sit deterior, an hæreticus in cuius vita præter id ꝙ hæreticus est, non inueniunt homines quod reprehendant, an catholicus pessimis moribus existen. quæ uerba ponuntur continuatiue ad sequentia in crimine læsæ maiestatis & crimine simoniæ. Et vt dicit text. simoniacus est idolorum seruus, quia auaritia quæ in simonia continetur, 71 est idolorum seruitus, in capitulo saluator. 1. q. 3. nõ enim † simon magus emere uolebat Spiritum sanctum, sed donum emere quærebat vt lucrum faceret. Et quia ita est quod cultor idolorum est hæreticus, sequitur ꝙ simoniaci qui nõ nisi propter auaritiam pecunias quærunt, hæretici dicantur. Et de hoc vide tex. in c. cum omnis auaritia. 1. q. 1. Et ꝙ simoniacus sit hæreticus dicit Inno. in capitu. firmissime de hære. Ad 72 do † unam rationem cui cum difficultate potest responderi. quod cum ex causa fornicationis liceat dimitere vxorem quo ad thorum, ut in capitu. discretionem, cum simil. de eo qui cogno. consan. vxo. suæ, & auaritia dicatur fornicatio & idolatria, propter auaritiam simoniacus potest separari ab ecclesia, quia etiam propter spiritualem fornicationem hoc est idolatriam fit separatio matrimonij quo ad thorum. Vide tex. qui hoc probat in capitu. idolatria. 28. q. 1. Et tex. in capitulo cito turpem. 1. quæstio 1. ostendit quod grauius est crimen simoniæ quam auaritiæ. Et sic simoniacus dicitur idolatra, & consequenter hæreticus. Vnde etiam dicit tex. in ca. ex multis. 1. q. 3. nusquam reperitur in euãgelio dñm nostrum 73 tanta seueritate † tam districta censura iustitiæ peccantes corripuisse sicut qñ de templo eiecit ementes & vendentes, per quos Simoniaci designantur, quia non solum eloquio increpauit, sed etiam facto flagello de funiculis uerberans, omnes eliminauit de templo. Et hi simoniaci dicuntur facere domũ Dei speluncam latronum. Imo & clarius vult ibi text. circa principium quod de venditione beneficiorum est idem iudicium quod de prohibitis quia simoniacis. Vnde ibi calcedonen. concilium quod est vnum ex principalibus, simili pena condemnat eos qui ecclesiasticum beneficium interuentu pecuniæ acquirunt, & eos qui sacram manus impositionem per quam spiritussanctus cõfertur mercari dignoscuntur. Ecce quod ex parilitate vtriusque criminis idem iudicatur. Ad idem capitulo qui studet, & capitulo vendentes. 1. q. 74 1. Inde infero † quod sicut memoria hæretici post mortem potest damnari, vt in l. 4. C. de hære. 24. quæstio 2. capitulo sane. sicut & eius qui est reus criminis læsæ maiestatis, vt in l. fi. C. ad l. iul. maie. dicitur in §. per contrarium insti. de hæredi. quæ ab intestato defe. & in l. qui a latronibus. ff. de testa. & in l. ex iudiciorum, ibi glos. C. de accusa. sic damnari potest memoria simoniaci per iura præallegata. Facit quod dicitur d. capitulo a nobis de sen. excom. Et hoc videtur velle Ioann. de Platea in §. sunt præterea, insti. de publi. iudi. iuncto eo qđ dicit in dicto §. per contrarium. vnde & propter magnitudinem criminis iura appellant simoniam pestem quæ sui magnitudine alios morbos vincit, in capi. sicut el. 1. de simo. Vn-75 de & † mediatores contra huius sceleris authores, in detestationem criminis admittuntur in testes, vt in capitulo. 1. de testi. in 6. Quinimo tanta est huius criminis labes quod serui aduersus dños, & quilibet criminosi admittũtur ad accusandum, ut in cap. tanta de simo. Imo & socius criminis ad accusandum admittitur, ut in c. si quis superstite. 79. di. De quo dicendum vt in capit. licet el. 2. de simo cum concordan. & d. c. si quis. Ex his ergo patet quando simoniacus dicatur in genere seu improprie & quando proprie hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an cadat in papatu. dist. num. 5. quæ improbatur. nu. 6.*
Et quo casu non cadat. in papam. num. 17. secundum fel. sed improbatur per auctorem. nu. 18.
2 *Papa subest legi diuinæ & naturali.*
3 *Papa est administrator bonorum ecclesiæ.*
4 *Titulus beneficij an sit de iure positiuo. & nu. 38.*
7 *Petri de Palude dist. in isto articulo an in papam cadat simonia & reprehenditur. num. 11.*
8 *Papa vendendo beneficia an committat simoniam remissiue.*
9 *Simonia in beneficialibus an committatur ex ordinatione ecclesiæ, an ex dispositione diuina.*
10 *Simoniaca dicuntur alia quia prohibita & alia prohibita quia simoniaca & supra. num. 5.*
12 *Ordo est sacramentum cui adhæret executio, & qui vnum vendit, vendit & reliquum.*
13 *Vendere episcopatum, vel ecclesiam per quandam æquationem, est vendere spiritum sanctum.*
14 *Ordinati ab episcopo qui emit episcopatum an recipiant ordinis executionem.*
15 *Pecunia non præsumitur data pro ordinis executione, sed pro titulo beneficij.*
16 *Ius patronatus tanquam quid spirituale vendi non potest. tamen si venditur villa vel castrum, transit etiam ius patronatus, & pecunia videtur data super temporali, & non super iure patronatus, quod tamen transit accessorie.*
19 *Animus nocendi non præsumitur.*
20 *Dispensatio papæ in prohibitis a solo iure positiuo, an sufficiat, absque causa & an in his sufficiat sola voluntas papæ. & num. 31. & ibi limitatur.*
Auctoris opinio circa istum articulum principalem. nu. 21.
22 *Papa non illaqueatur crimine simoniæ quo ad penam iuris positiui. intellectus. num. 45.*
Etiam in prohibitis quia simoniacis num. seq.
Sed bene dantes pecuniam num. 24. nisi papa sciret omnes qualitates, & prouideret. nu. 28. & melius declaratur. nu. 30.
23 *Conditori canonum licet contra suam constitutionem dispensare.*
25 *Mixtura superioris, non excusat miscentem se cum eo.*
Fallit. numero sequent.
27 *Dispensatio presumitur quando premittitur cause cognitio, etiam si non dicatur dispensamus.*
29 *Papa an solo verbo possit facere & pronuntiare aliquem sacerdotem.*
32 *Dispensationes non debent fieri propter particulare bonum vel interesse, sed propter publicum.*
33 *Abbas in c. 1. ne prelat vices suas & in c. extirpandæ. §. qui vero de praben. declaratur.*
34 *Auctoris dist. circa principalem articulum. nu. 34.*
35 *Potestas conferendi characterem fuit per apostolos restricta, & concessa tantummodo episcopis.*
36 *Gratia confertur in ordinibus ecclesiasticis, quod si non fiat gratis, non est gratia.*
37 *Papa non ligatur decretis conciliaribus quia est supra concilium.*
39 *Papa potest liberare aliquem vt non teneatur ministrare in ordine requisito in beneficio quod habet.*
40 *Papa non potest facere id per quod denigratur, seu decoloratur status ecclesiæ.*
41 *Papa inuoluitur in crimine simoniæ, in his quæ sunt prohibita, quia simoniaca.*
42 *Papa emendo pontificatum magis illaqueatur crimine simoniæ, quam alio casu, & ratio. & nu. 46.*
43 *Lex Iulia de ambitu non habet locum in curia quomodo intelligatur.*
44 *Simonia licet non possit obijci papæ postquam est electus a duabus partibus cardinalium & receptus, tamen potest obijci cardinalibus, qui eum per Simoniam elegerunt.*
Et talis electio non est ipso iure nulla. num. 66.
Et nihilom. congregatio concilij erit vtilis vt ibid.
47 *Papa an possit accusari de simonia & si sit electus per simoniam an possit amoueri, & alijs pluribus. nu. seq.*
Et quid in cardinale, remissiue.
48 *Papa simoniace electus an possit amoueri, vel saltem sit causa legitima congregandi concilium.*
Et quomodo intelligatur. ibid.
49 *Simoniam pape non posse obijci quomodo intelligendum.*
50 *Cap. licet de electione declaratio. & alius intellectus. nu. 62. & 77. & nu. 83. & num. 99.*
51 *Cap. Agatho 63. dist. intellectus siue declaratio.*
52 *Electio papæ simoniaca, est quædam venalitas voti & iustitiæ.*
Et est de prohibitis, quia simoniacis.
53 *Simonia commissa in electione pape proprie & stricte dicitur hæresis.*
54 *Emens vota a cardinalibus dicitur emere Vicariatum Christi.*
55 *Iacob qui emit proprio geniturã ab Esau, an commiserit simoniam ex quo primogenituræ debebatur sacerdotium, & sic erat ei annexum.*
56 *Argum. a grauitate pœnæ valet.*
57 *Causa immediata plus attenditur quam mediata.*
Et vbi causa immediata est certa mediata non curatur. ibid.
58 *Simoniacus est Idolatra, & per consequens hæreticus.*
59 *Peccatum omne est deuiatio ab aliqua lege naturali, vel diuina vel humana recte imposita.*
Item peccatum est, dictum, concupitum, vel factum contra legem æternam ibidem.
60 *Electio papæ requirit tria de eius substantia, alia plura ad bene esse.*
61 *Cap. si quis pecunia. 79. dist. & c. in nomine domini. 23. dist. in qua materia loquantur.*
Et quomodo intelligantur. num. 82.
Et exponuntur etiam eorum verba. ibid.
63 *In dubio debet stari verbis edicti.*

Gl.

64 *Gl. in c. si quis pecunia 79. dist. intellectus.*
65 *Capituli si quis pecunia 79. distinct. verba, humana gratia exponuntur. & num. 72.*
67 *Electio simoniace facta de papa an sit nulla remissiue, & possit excipi contra eum, quod sit per simoniam electus. arg. quod non.*
Auctoris dis. num. 68.
Et licet non possit opponi, potest tamen de ea accusari, & ratio quare. & numero 70.
69 *Papæ receptio, & libera cardinalium obedientia, habet vim confirmationis.*
71 *Receptio in electo a duabus partibus parum operatur. quia statim post talem electionem, potest administrare.*
73 *Defectus intrinseci in electione papæ plures enumerantur, et qui inficiunt naturalia electionis principia, & de his potest opponi contra papalem electionem.*
74 *Defectus principiorum naturalium super quibus fundatur essentia, rei, ipsam essentiam tollit.*
75 *Defectus extrinseci, qui ab extra veniunt per constitutiones positiuas.*
Et tales defectus non repellunt electum a duabus partibus.
76 *Naturalia difficilius mutantur.*
78 *Simoniæ vitium in electione papali est defectus extrinsecus.*
79 *Metus licet ab extra causetur, ab intra consensum generat, & sic naturalibus electionis principijs directe contrariatur.*
80 *Simonia quod inficiat ipso iure papalem electionem factam a duabus partibus. argum.*
Opin. Egidij auctor non firmat. num. 85.
81 *Metus & simonia æquiparantur in electiione papæ.*
85 *Egidius Bellam. in c. licet. de elect. declaratur.*
86 *Bulla Iulij secundi super hoc art. principali.*
87 *Simonia commissa per papam in vendendo ordines, episcopatus, & beneficia, an sit su ciens ad congregandum concilium.*
88 *Papa licet non possit a quoquam homine accusari nisi de hæresi, potest tamen moneri clam, si mortaliter peccat in secreto.*
Immo & Palam, si palam peccat, quia subiacet monitioni de qua in euangelio. ibidem.
Dic ecclesiæ, istis verbis non subiacet papa, nisi in hæresi.
Et quod illis verbis non subiaceat quomodo intelligatur. ibid.
Et infra numero 90.
89 *Dimittere vxorem quamuis non sit licitum nisi ex causa fornicationis carnalis vel spiritualis, nihilom. si vir conatur ducere vxorem ad aliud delictum, nec potest compesci, fit separatio.*
Et talis vir præsumitur infidelis.
90 *Incorribilitas est causa sufficiens congregandi concilium.*
91 *Exceptio quod papa non sit a duabus partibus cardinalium electus, vel quod sit Iudæus, non baptizatus vel paganus, vel mulier, vel alias vt per auctorem, an ista sit sufficiens ad congregandum concilium.*
Et dist. auctoris. num. 92.
Et aliæ inter exceptiones inferientes inhabilitatem iuris positiui, puta quod sit vxoratus.
Et alias. num. 93.
94 *Exceptio quod electio sit facta in loco interdicto, an obstet.*
95 *Differentia inter interdictum loci & personæ remissiue.*
96 *Exceptio quod papa sit notorie excommunicatus, & declaratus an possit opponi.*
97 *Clem. ne. Romani in §. cæterum de electione declaratio.*
Et infra num. sequent.
100 *Persona loquentis semper intelligitur excepta.*
101 *Butrius reprehenditur.*
102 *Stante statuto quo nulla exceptio possit opponi, non intelligitur de exceptione inhabilitatis agentis.*
103 *Papam posse accusari, non autem contra eum excipi, dicunt doctores, ad hoc vt congregetur concilium, quod iudicet an illæ exceptiones obstent vel non. Non autem quod sine accusatione papa non possit iudicari per concilium.*
104 *Exceptio excommunicationis insurgens ex c. licet. de elect. potest opponi contra papam.*
105 *Excommunicatio non adimit titulum beneficij excommunicato sed suspendit ab officio, et perceptione fructuum.*
Et collatio facta excommunicato ab ordinario valet. ibid.
Et inijciens manus violentas in clericum etiam excommunicatum incidit in canonem. ibid.
106 *Ignorantia probabilis excusat, non autem crassa.*
107 *Occupans dignitatem scienter, & iniuste reddit se ipso iure inhabilem ad eam.*
108 *Papam non ligari iure positiuo quomodo intelligendum.*
Opinio auctoris an & quæ exceptio excommunicationis possit opponi contra electum in papam. nu. 109.
110 *Papæ non posse opponi quod sit electus per simoniam, & cardinalib. sic ratio diuersitatis.*
Et probata simonia in cardinalibus licet ipsi possint puniri, non tamen papa potest deponi. nu. 111.
112 *Exceptio contra papam, quod sit mulier vel furiosus licet inficiant ius possidendi, nihilom. non possunt opponi, sed debet accusari.*
Opinio auctoris. num. seq.
114 *Exceptio quod papa sit electus per impressionem, licet a duabus partibus & receptus, an sit sufficiens causa ad congregandum concilium.*
115 *Exceptiones inhabilitatis insurgentes ex iure positiuo licet non possint opponi post electionem, ante tamen sic, & ponit exempla auctor.*
Et ratio assignatur. nu. seq.
117 *Electio papæ facta per impressionem an sit nulla vel non.*
Vbi auctor procedit per contraria. & num. 133. ponit suam opinin. referendo Egid.
118 *Metu interueniente gesta tenent, sed veniunt rescindenda per actionem quod met. cau.*
Et metus non tollit naturalem consensum. nu. 120. contra. nu. 124. & hoc propter duas causas. nu. 125.
119 *Papæ electio est exempta, nec astringitur ad aliquas formas.*
121 *Electio papæ non requirit nisi consensum duarum partium cardinalium.*
Adde quod dicit auctor. nu. 126. & 128.
122 *Actus vt teneat sufficit, in eo interuenire substantialia.*
123 *Libertati ita aduersatur necessitas iuris sicut hominis.*
127 *Actus qui trahunt secum totalem suũ effectum vt est excõicatio, non suspenduntur per appellationem, secus in alijs qui nõ statim trahunt secum suũ effectũ sed est necessaria exequutio, quia in illis apellatio suspendit.*
129 *Matrimonium non perficitur solo consensu naturali, nisi concurrat qualitas libertatis. & idem in matrimonio spirituali. idem in dote, idem in ingressu religionis, idem in voto. idem in testamento, idem in alienatione rerum ecclesiasticarum, idem in manumissione. idem in confessione. idem in datione iurisdictionis.*
130 *Metus facit actum non valere ipso iure quando iura non prouident de beneficio retractandi.*
131 *Populo non licet illudere.*
132 *Electus sponte a cardinalibus, si postea incoronatione superueniat metus non inficiet electionem.*
133 *Metus leuis in alijs electionibus vitiat, multo magis in electione papæ, & ratio.*
134 *Metus siue timor medius qui in alijs non sufficeret, sufficit in electione papali.*
Et idem in ingressu religionis. nu. 135.
Et idem in matrimonio ibid.
136 *Metus reddit facilius nullum actum irretractabilẽ, quam retractabilẽ.*
137 *Cap. licet. de elect. in illis verbis absque vlla exceptione plures intelle.*
Et quæ exceptiones reddant electionem papæ nullam, & quæ non. ibid.
Et late Egidius cons. 99.
138 *Vrbani electio an fuerit per impressionem, & propterea nulla.*
139 *Princeps quod in causa propria sibi ius dicat. limitatio.*
140 *Electoribus coactis non præcise, sed ad eligendum aliquem de certo genere, vel natione, an hoc casu electio sit nulla.*
141 *Genus vbicunque in aliqua dispositione positum est, ex natura rei de qua agitur arctatur ad vnam speciem, perinde est postquam ad illam speciẽ est descensum ac si a principio, species esset in dispositione expressa.*
Et ponitur exemplum. ibid.
142 *Cardinales licet possint cogi ad eligendum non tamen, ad hunc vel illum.*
143 *Electoribus coactis non præcise, sed alternatiue ad eligendum hunc vel illum, electio est nulla.*
144 *Subalternæ effectus est quod denotat maiorem affectionem ad illum quem prius nominat.*
Et declaratio ad tex. in l. cum pater. §. pen. de legat. iij. cum simil. qui videntur contra.
145 *Metus consideratur vt causa finalis. & vt in circunstantijs.*
146 *Auctor resp. ad ea quæ faciunt quod electio facta per metum teneat.*
147 *Vna determinatio respiciens plura & cæt. limit. nu. 149.*
148 *Argumentum a contrario sensu non procedit quando resultat contrarietas iurium.*
150 *Cardinalibus creditur si dicant sponte elegisse, licet apparuerit de tumultu populi.*
Sed an econtra si non appareat de metu an illis credatur quod per metum elegerint. nu. seq.
152 *Electio facta non seruata forma c. vbi periculum, an erit valida.*
153 *Cardinales committentes simoniam in electione papæ possint puniri, licet non deponi.*
154 *Cardinalibus consentientibus in domibus suis extra conclaue, an erit valida electio.*
Et quid si ante x. dies, non expectatis absentibus. nu. 155.
Et quid si non omnes, sed due partes.
156 *Minæ quæ & quales inducant iustum metum in cardinalibus in electione papæ remissiue.*
Et an subsistente iusta causa timoris præsumendum sit electores. passos fuisse metum. nu. 157.
158 *Cardinalib. deliberatis de non eligendo, Italum, & postea propter metum mutassent voluntatem, & Italum elegißent, hoc tamen proposito vt talis electus esset verus papa, an talis electio erit valida, vel impressiua.*
159 *Electione facta per impressionẽ, tamen paruo interuallo, adhuc clauso cõclaui, renouata electione, an erit purgata illa impressio.*

160 *Electione facta per imperatorem, & adhuc metu durante, si cardinales electum receperint, installauerint, coronauerint, & ei vt papæ obediuerint an per hæc erit purgatum vitium impressionis.*
161 *Electione facta per impressionem, subsequuta receptione, installatione, coronatione, & obedientia libera, an tollant vitium impressionis.*
162 *Patientia tacita in inferioribus a papa, non dat ius in beneficio. Secus in papa.*
163 *Bald. intentio: in l. 1. C. de lat. lib. toll.*
164 *Doct. in l. 2. C. quod met. cau. declarantur.*
165 *Cardinales post electionem, receptionem, installationem, coronationem, & obedientiam per metum, si in loco tuto positi sint, an possint ab obedientia talis sic electi se subtrahere.*
166 *Sede vacante tempore Gregorij XI. & electione facta per cardinales illius temporis metu populi, & postmodum ipsis reductis ad locum tutum, irrequisitis tamen quibusdam ex ipsis, et facta electione de Clemente V. an propter contemptum cardinalium non requisitorum electio Clement. V. ruat.*
167 *Ius formatum & quæsitum alicui ex facto alterius iniuriato, alicui auferi non debet.*
168 *Cardinalibus an credendum si dicant se per metum electionem fecisse.*
169 *Cap. si quis pecunia 79. dist. & c. in nomine Domini. 23. dist. loquuntur in intronizato populari vel militari tumultu.*
170 *Electione alias canonice facta, si electus per impressionem se in possessionem intrudit, an ex tali intrusione perdiderit ius quod per electionem acquisiuerat.*
171 *Electo hæretico, vel alio per impressionem, per cardinales ductos ignorantia iuris, an post aliquod tempus in se reuersi uel melius consulti possint ab illius obedientia recedere, & alium eligere.*
Fallentia si dicatur quod sic, nu. 172.
173 *Modicum tempus quod dicatur.*
174 *Præsumptio tollitur fortiori præsumptione.*
175 *Error cui non resistitur approbatur.*
Negligere arguere peruersos cum possis nihil aliud est quam fouere.
Non caret scrupulo societatis qui manifesto facinori desinit obuiare.
176 *Pertinacia in delicto non caret scrupulo hæreticæ prauitatis.*
176 *Concilium an possit congregari per commissarios Papæ.*

An simonia cadat in papam. Art. IIII.

1 Nunc quæritur † vtrum simonia cadat in papam & illaqueetur hoc crimine? Doc. communiter videntur dicere quod sic. Primo hoc dicit beatus Tho. in 4. sent. dist. 25. qō. 3. ar. 3. ad secūdū ar. dicit quod illorum opinio est erronea, qui dicunt quod in papam non cadit simonia. nā si papa pro aliquo spirituali munus acciperet, ita simoniam committeret 2 sicut & alius homo, quia est contra † iustitiam, legem diuinā, & naturalem, quibus papa subditus est sicut & cęteri homines. Et idem ponit Archiep. Flo. in 2. parte ti. 1. cap. 5. uersi. est autem. Et hanc eandem opi. ponit idem B. Tho. in 2. 2. q. 100. art. 1. in responsione ad septimum argu. & dicit ꝙ papa sicut quilibet alius incurreret simoniam, si reciperet pro aliqua re spirituali pecuniam de redditibus ecclesię alicuius, & similiter recipiendo pecuniam ab aliquo laico non de bonis ecclesiæ. imo quod in papa est grauius quam in alijs, quia peccatum tanto grauius est in aliquo homine quanto maiorē obtinet locum. Ad hoc. 11. q. 3. pręcipue. 40. distin. homo christianus. c. quanto. de iureiur. & Card. in tract. de potestate papæ. q. 65. Hoc idem refert & tenet Archi. 12. dist. capit. 1. & ponit ibidem Do. qui dicit quod si papa vellet derogare respectu iurium patrimonialium clericorum uel detrahere proprie3 tati rei ecclesiæ, sine causa non posset, quia non † est dominus sed administrator bonorū ecclesiæ. licet possit detrahere iuri tituli beneficij ipsorum clericorum, quia sunt positi, ut custodes isti clerici, ideo potest illos remouere ut ei placet. Nō tamē dicit quod posset uēdere titulum beneficij, imo innuit contrarium, inquantum opponendo ibi ad distinctionē docto. in c. ex parte, el primo. de offi. deleg. alleg. c. si quis. & cap. saluator. 1. q. 3. Et idem in effectu, ꝙ papa illaqueatur crimine simonię, dicit Astesanus in summa ti. 55. c. 2. & Card. S. Sixti in trac. de potestate papæ. q. 96. & Pet. de Palude in quarto senten. dist. 35. qō. 4. conclusione 3. Hoc intelligunt doct. nostri, licet Pet. de Palude ubi supra multa inducat contra talē distinctionem, in ijs quæ sunt prohibita quia simoniaca. Ita gl. in cap. cum pridem. de pac. Ant. de But. & Ioan. de Imola ibi. Idem Dom. 12. dist. cap. primo. & doc. post glo. in capit. ex parte. d. de offic. deleg. Idem in supplemento, in verbo simoniacus primo, vers. si. idem Aug. de Ancona. q. 74. artic. quarto. idem Hostien. cap. 1. ne præla. uices suas, secundum quod refert Abb. Siculus in repetit. cap. extirpandæ. §. qui uero, de præben. & in d. cap. primo. de simo. Et idem Ioan. And. qui refert Hostien. in d. capit. primo, de simo. dicens quod non tollitur infamia. l. tertia. C. de general. abolitione. item est spēs mali, & sic uitanda. c. cum ab omni, de ui. & ho. cle. Et idē videtur Pe. de Perusio in effectu velle in dicto. cap. 1. de simo.

Et idem etiam ibidem cardi. & in cap. constitutus de relig. 4 do. Dicit tamen † quod potest papa vendere titulum beneficii, quia est de iure positiuo. Et sic uidetur velle quod sit de simoniacis quia prohibitis. Licet in d. c. constitutus dicat ex causa tantum licere prophanare huiusmodi spiritualia quæ sunt de iure positiuo Idem in † effectu videtur sentire inno. 5 in cap. tua. circa fi. de simo. Anto. & Ioan. de Immo. in d. cap. ex parte. quādo loquuntur de simonia mentali, quia sentiūt quod vendere spiritualia sit de prohibitis quia simoniacis. Idem Aluarus de planctu ecclesiæ in secunda parte argum. 14. dicens quod vendere prohibita quia simoniaca, ut sunt sacramenta, etiam prohibetur in ueteri testamento. 1. q. 1. q studet. & in his papa cōmitteret simoniam, secus in his quę sunt simoniaca quia prohibita ab ecclesia, vt vendere beneficia, sepulturas & similia. Et sic sentit simpliciter etiam si beneficia haberent ordinis executionem, allegat. ca. non satis. & cap. cum in ecclesia de simo. Ad idem Pe. de Ancha. in d. cap. ex parte. & Ioan. de ligna. in d. c. 1. de simo. Et ratio huius est quia prohibita eo quod simoniaca, sunt prohibita iure naturali & diuino, cui papa est subditus, vt dicit idem augu. Sed in iis quæ dicuntur simoniaca quia prohibita a lege canonica, quia papa est supra legem. l. digna vox. C. de. ll. ca. proposuit de conces. præben. ipse non ligatur. & ideo in talibus non cadit simonia in papam, Ad idem bona glo. in cap. etsi Christus in verbo mala, de iureiuran. Per istam distinctionem glo. & doc. in dictis locis videntur velle quod in iis quorum venditio erat prohibita in veteri testamento, ut sunt sacramenta & huiusmodi spiritualia. 1. q. 1. qui studet, & in c. sicut eunuchus, & latius ponit exemplum Anto. in d. c. cum pridem. in sacramentis ecclesiæ de quibus fit mētio in c. veniens. de renun. voluit allegare in c. ueniens. in glo. de transac. papa cōmittit simoniam vēdendo q̃a illa sunt prohibita quia simoniaca. Secus autem in simoniacis quia prohibitis quæ sunt illa quæ facta sunt simoniaca per constitutionem ecclesiæ, sicut in terminis d. cap. ex parte secundum glo. ibi vt dare pastum post receptionem in canonicum. item dare aliquid pro benedictionibus nubentium, pro baptismo, pro ponendis prælatis in sede. Et de his illa glo. in c. etsi. Christus dicit plura exempla haberi in cap. cum in ecclesiæ, & in cap. sicut pro certo, & in cap. ad apostolicam de simo. Alii ponūt exemplum si venderet vicariam, Castaldatum, aduocaturā, iconomatum & similia, ut in capit. ad nostram de simon. & 1. q. 3. saluator. Ita archie. Flo. in loco præallegato. & vide Io. And. in cap. primo ne pręla. vices suas. Similiter. si venderet hospitalia & alias administrationes temporales, vt dicit Ab. in d. c. 1. & in d. §. qui uero. Idē ēt Gof. in sum. q̃ silr dicit ponendo exemplum in vicaria, castaldatu, ad uocatura & huiusmodi in uersic. committitur autem simonia. Et tex. in d. c. saluator. 1. q. 3. iunctis duabus glo. vna quæ incipit, sicut, alia quæ incipit, nonne, videtur quo ad emptionem facere istam differentiam inter officium præpositi, iconomi, vicedomini defensoris, aduocati siue castaldi ac iudicis, & inter officium archipresbiteri, archidiaconi, canonici, monachi. & cuiuslibet ecclesiastico officio mancipati. Vide ibi glos. Theologi 6 parisienses † non admittut istam distinctionem, ut dicit se vidisse Brixien. in repertorio in uerbo simonia, in versicu. quædam. Henricus Boich. in cap. primo ne præla. vices suas, dicit distinctionem glo. posse sustineri, licet Sanctus Thomas. & Ioannes in summa confessionis. q. 67. velint papam ligari simonia simpliciter. Sed Petrus de Palude vbi supra multa adducit contra istam distinctionem. de quo vide Alexan. in capit. latorem. 1. q. 2. vbi late examinat. Et conclusio eius est ꝙ in simplicibus beneficiis papa non committat simoniam, secus in dignitatibus vel episcopatibus nisi aliquando ex causa necessaria. vide eum, quia multum arguit ad utranq; partem. Archid. indistincte in capitulo primo. 12. distinctione reprobat opinionem, Beati Thomæ, & sic simpliciter videtur tenere quod in papam non cadat simonia, Bart. vero in l. prima. ff. ad l. iuliam de ambitu, dicit quod in curia Romana non habet locum simonia, sicut nec in curia imperatoris. l. iulia de ambitu. Quod dicit verum quo ad ipsum papam, secus quo ad curiales. idem sentit henricus Boich. in capitulo primo ne pręla. vices suas, si fiat principe sciente vel authorizante, alias secus. & distinguit vt dicit glo. in dicto capitulo ex parte, & capitulo etsi Christus. Et idem. Petr. de Perusio in capitulo primo de simonia. Et idem Bart. in l. Barbarius in secunda columna. ff. de officio pręto. Et sic sentit simpliciter quod in papam non cadit simonia. Sali. in rub. C. ad l. iuli. de ambitu, dicit quod in curia cessat hodie ambitus. & idem gl. in l. prima ff. & C. ad l. iuli. de ambit. & glos. in capitulo præsbiter. 32. distin. & prima quæstio. 6. capitulo. fin. & glos. in l. Barbarius. ff. de officio. pręetorio. idem Angelus in l. prima. C. ad l. iuliam de ambit. qui dicit quod in curia Romana venduntur omnia officia, & non mirum, quia est effecta monar-

narcha simoniæ. Quod dicit Salic. intelligi si detur principi pro honore, vel officio habendo, secus si stantibus ad latus papæ. Et sic simpliciter sentit quod in papam non cadat simonia. Hostien. Ioan. And. Domin. & alij in cap. pro humani in §. cum igitur, de homic. in 6. dicunt quod dans pecuniam pro papatu incidit in l. Iuliam de ambitu. & quod non obstat quod dicitur quod in Romana curia non habet locum lex Iulia de ambitu, quia illud intelligitur in principe post7 quam est canonice electus. Petrus † de Palu. in 4. senten. dist. 25. dicit ꝙ etsi peccatum non euitat, pœnam tamen iuris positiui, cui non subest, semper euadit. Vnde nec suspensionem nec huiusmodi pœnas iuris sui timet, sicut nec etiam erit excommunicatus si percutiat clericum. Dicit etiam idem Petrus, & refert Archie. Floren. vbi supra, quod ille qui emeret beneficium, uel ordinem a papa, pœnas iuris non incurreret, quia sicut papa potest dispensare in pœnis iam incursis, ita ēt ꝙ non incurrantur, sicut posset priuilegium alicui concedere quod percutiendo clericum non esset excommunicatus, licet non libenter faceret. quando autem dat pro pecunia, videtur dispensare quod liceat retinere, sicut quando scienter dat irregulari, eo ipso dispensat cum eo. Vnde qui habuit beneficium per simoniam in curia, si habet conscientiā quod emanauit de conscientia papæ conferentis, pœnitendo de peccato non tenetur resignare, sed potest retinere. Et sic videtur velle quod uendere ordinem uel beneficium sit de simoniacis quia prohibitis, in quibus papa dispensat. Vel eius opinio simpliciter est quod papa non illaqueetur crimine simoniæ. Item concordat cum Card. Florē. in d. c. primo. quod in istis beneficialibus non committitur simonia per papam, quia prohibitio uenditionis eorum est ex ordinatione ecclesiæ. Et idem videntur velle omnes glo. supra alle. & sic quod papa uendendo beneficium non committat simoniam. Et idem uidetur velle Cy. in l. prima. C. ad l. Iuliam. de ambitu. Bald. in l. barbarius. in quarta colum. de offi. præto. dicit ꝙ papa & imperator possunt uendere officia secularia absque simonia, & prauitate aliqua, quia hoc non est prohibitum de iure diuino sed ciuili. Si autem papa uendat episcopatus, & prælaturas, non decidit aliter, sed remittit se ad dicta in cap. Agatho. 63. distinctio. & cap. cum pridem. de pact. & capit. si quis pecunia. 79. distinct.

8 Dominus Abb. Siculus in capit. † primo, de simo. disputat istam quæstionē vtrum papa vendendo beneficia committat simoniam, & illaqueetur isto crimine. & dicit quod non repperit tactum nisi per Cardi. ibi. Et idem Abb. latius in repetitione. cap. extirpandæ. in §. qui vero, de pręben. & in cap. cum pridem. de pact. & in capit. cum venissent, in 3. colum. de iudi. ubi dicit quod pro hoc non potest ab alijs damnari, sed seipsum condemnat. Et in omnibus locis concludit si est beneficium q̃d requirat sacri ordinis executionem, quod ratione illius ordinis papa non possit vendere illud sine vitio simoniæ, & quod ipse committeret simoniam. Et inquantum glo. in d. capitu. 9 cum † pridem. de pac. & cap. ex parte. de offic. deleg. & aliæ similes uolunt quod in beneficialibus committatur simonia, ex ordinatione ecclesiæ, & non ex dispositione diuina, & ꝙ hęc beneficia non fuerunt ordinata per Deum, nec in se essentialiter sunt spiritualia, sed ex ordinatione ecclesiæ accedunt spiritualibus, dicit ipse quod in contrarium est tex. in capit. ex multis. prima quæst. tertia. & in capitu. nouit. & quod quando beneficium habet annexam potestatem clauium, ex quo tunc pecunia accessorie etiam datur pro illo ordine, 10 papa illaqueetur simonia. Et sic sentit Abbas † distinctionem illam inter simoniaca quia prohibita & prohibita quia simoniaca, sed quod quando in eodem subiecto concurrit prohibitio veteris & noui testamenti, tunc papa committat simoniam. Pro ista opinione est. tex. in cap. sicut eunuchus. 1. q. 1. vbi patet quod emere sacerdotium est prohibitum in veteri testamento. & patet 2. Macca. cap. quarto, & primo. Et intantum est prohibitum quod ignis sacrificij extinctus est Antiocho Iasoni vendente sacerdotium, qui 70. annis steterat absconsus uiuens sub aquis, ut dicit ibi tex. & ponit Vincentius historialis li. 5. c. 73. referendo August. Et glo. ibi in d. c. sicut, colligit argumentum ꝙ vendere ordines est prohibitum in 11 lege veteris testamenti. Et per hoc nō † videtur uerum quod dici Pet. de Palude ubi supra, qui vult quod vendere ordines sit prohibitū a lege positiua, quia imo a lege veteri. Pro quo facit tex. in cap. in nouo. 21. dist. & in cap. legimus. 93. distinct. Istam opinionem sequitur Summa Angelica, in verbo, simonia, vbi tenet cum Panormitano. & adducit glos. in capi12 tulo licet. de pœnit, quæ vult, quod cum ordo sit sacramentum cui adhæret executio, qui vnum uendit, uendit & reliquum. prima quæstione tertia si quis obiecerit, & capit. saluator. & ideo simoniam committit. & tex. in cap. ex diligenti. de simo. iuncta gl. ibi & diuinis & humanis legibus. Et istas glo. allegat. ipsemet Abb. in d. cap. 1. & in §. qui vero, allegat etiam tex. in cap. altare. 1. q. 3. vbi altare, & decimas per pecuniam dare, & vendere spiritumsanctum est simoniaca heresis, & glo. exponit altare id est quę altari offeruntur, vel in administratione altaris, vel in ecclesia. Et similis tex. est in cap. presbyter. 1. q. 1. Sed hoc non probat quod de iure veteris testamenti sit ista prohibitio, & similiter tex. in c. reperiuntur. 13 1. q. 1. nisi, per quādam † æquationem, quia æquiparatur vendere episcopatum vel ecclesiam & spiritumsanctum. Dicit tamen Abb. quod quando beneficium nō haberet ordinis executionem, licet papa non illaqueetur constitutione iuris positiui, tamen cum eo contrahentes bene ligantur, & sic q̃d ementes non possent sine peccato ministrare in beneficio p simoniam cum papa commissam recepto. allegat quod ponit Ioan. An. in regula cui licet, in 6. in mercu. Ad quod vide Bal. in l. digna uox. C. de legibus. & quod dicit Cy. & Bald. in authen. quibuscunque. C. de sacrosanc. eccles. & Benedictus de plumbino in l. Lucius. ff. de fideicom. liber. Bar. & Angelus in l. 1. quod quisque iuris. & doc. in cap. ut animarum de consti. Quod vltimum an sit verum, vide in d. summa Angelica in uerbo simonia. quinto, ver. vltimo, ultra id quod relatum est supra tenere Pe de Palu. & ponunt alii moderniores post Abbatem in d. c. 1. de simo. & in d. c. ex parte de offi. delega. archid. & dom. 12. dist. c. 1. vide & feli. in cap. de cætero de re iudi. Et istud etiam quod tenet Abb. videtur tenere Ioan. de Ana. in d. cap. 1. in 6. col. cum dicit, quod papa in dubio nō censetur dispensare, vt in cap. 2. de schisma. Et idem Ioan. de Ana ponit exemplum de ecclesia sancti Petronii, cui fuerat concessum, quod possent eligere duos vel tres sacerdotes, q̃bus dabatur potestas commutandi omnia uota sancti Antonii & sancti Iacobi & alia, & conuertendi pecunias ad opus fabricæ sancti Petronii, & dicit quod illi cum quibus esset dispensatum nulla subsistente causa, nisi tantum occasione ruinæ dictæ ecclesię, non essent tuti quoad Deum. de hoc tamen vltimo quid tenendum, vide moderniores in locis su14 pra allegatis. Sed quo ad primum dictum Abbatis, pro eo facit quod dicit Innoce. & refert. Ioan. de Ana. in cap. per tuas el secundo de simo. quod episcopus qui emit episcopatum non potest licite ordinare clericos, quia illa collatio procedit ex illa emptione beneficii, & ideo quod omnes ordinati ab eo non recipiunt ordinis executionem quod intelligit Anto. nisi fuisset toleratus. de quo uide in c. cum non liceat post Abb. de præscrip. Sed quo ad primum dictum Abbatis, in contrarium videtur tenere Ioan. de Ana. in dicto capitu. primo de simo. Pro qua opinione allegat text. in cap. constitutus. de relig. domi. vbi ille episcopus concessit illi Abbati. de quo ibi omne ius quod habebat tā in monasterio quam in ecclesiis pertinentibus ad ipsum monasterium constitutis in diœcesi ipsius episcopi, pro certa annua pensione pecunię, scilicet. 8. denariorum. Et licet ibi allegaretur simoniaca prauitas, quia in illo iure quod concedebat episcopus, erat connexitas spiritualitatis & temporalitatis, tamen ibi con15 tractus nō iudicatur simoniacus. Quod iō fuit, quia † vt ipse dicit pecunia censebatur data pro temporali, & non pro spirituali, ut ibi declarant doc. Et do. Ant. in versi. secundum dubium &c. sic dicit in proposito quod pecunia censetur data pro titulo beneficii non pro ordinis executione. ut res valeat potius quam pereat. capit. Abbate sancti. de verb. signi. Nec obstat quod uendito uno ex connexus, censetur & alterum venditum, ut in cap. si quis obiecerit. 1. q. 1. quia dicit ꝙ ibi est sermo in talibus connexis quorum unum sine altero stare non potest, sicut nec anima sine corpore & corporaliter viuere.

Et pro ista opinione facit text. & quod ibi dicunt docto. in dicto capitulo ex literis, de iurepatro. quod licet alias 16 † non possit vendi iuspatronatus tanquam quid spirituale, vel spirituali annexum, ut in cap. quia clerici, & in cap. de iure, de iurepatronat. facit quod dicitur in c. quanto de iud. tñ si venditur quid uenale, ut uilla vel castrum, trāsit etiam iuspatronatus, quod est in villa, quia contractus videtur initus & pecunia data super iure temporali & non pro iurepatronatus, sed iuspatronatus transit accessorie, ut ibi dicitur. Et sic iuspatronatus quod est quid annexum spiritualitati, transit accessorie cum temporalib. l. in modicis, & quod ib notatur. ff. de contrahen. empt. & sic magis dignum potest accedere minus digno, ut ibi notat abb. sic. in proposito, pecunia censetur data pro titulo beneficii, videlicet pro fructibus & redditibus qui capiuntur ex beneficio, & non pro ordine, licet ordo videatur quid annexum titulo beneficii, & quid accessorium ad titulū. Facit. ꝙ dicit idem Abb. in d. §. qui vero. videlicet quod in ordinatione datur potestas clauium in habitu non in actu, sed in institutione vel collatione beneficij datur executio illius, potestatis, vt in cap. adiicimus, in §. ec-

ce, cum capitulo sequenti. decimasexta quæstione prima. Non enim potest quis quantumcunque sit presbyter, soluere uel ligare alterius parochianum uel in alterius ecclesia celebrare sine rectoris licentia. clementina prima. de foro competen. capit. cum omnis. de pœnit. & remis. cap. cunctis. 16. q. 1. 9. q. 2. fere per totum. & de paroch. c. ut dominicis. & c. nullus. cum simil. Sic ordo siue illius executio non censetur uenditus in collatione beneficij, sed uenit tanquam quid accessorium. Et si recte inspiciatur, cuiuslibet ementis mens est illa, quia non attendit ad illud quod est oneris, sed ad emolumenta prouenientia ex beneficio, & ad valorem. qui hodie tantum attenditur ut fatear, cum iam non erubescant dicere quod beneficia dantur ad uiginti pro centum, & officia ad decem pro centum, quod audire abhorret natura. Et istam opi. tenet Pet. de Ancha. in cap. 1. in 2. charta. de constitu. Sed

17 contrariam † conclusionem & opinionem ponit & sequitur Andreas Barba. in d. c. ex parte. de offi. deleg. licet remittat se determinationi ecclesiæ. Et similiter dominus Ioã. Carapha in quodam suo tract. de simonia, nihil concludendo remittit se determinationi Sanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ ut dicit uidetur tenere quod ista simonia non cadit in papam. Dom. Fel. in cap. 1. de simo. dicit opinionem Abbatis esse communem, & eam ipse tenet. Sed idem Fel. multũ animose & simpliciter in d. ca. ex parte dicit quod cõmunis opinio est quod papa in simoniacis quia prohibitis, non illaqueatur nec cõmittit, illa uendendo, simoniam. Imo dicit quod istæ solutiones ex diuturno usu sunt factæ de spontaneis necessariæ. allegat c. ad apostolicam. de simo. subiungens ꝙ illud quod datur papæ, datur sacrario Petri, nec est proprium papę, sed ꝓdest danti tanquam facienti opus pijssimum. Ex quo uidetur uelle quod qui dat pecuniam papæ non solum non illaqueatur simonia, sed nec peccat imo meretur. Item adducit rationem aliam, quia cessante tali redditu, qui ut dicit maximus est, ecclesia contemneretur. & ex hoc concludit quod papa uendendo huiusmodi spiritualia non illaqueetur crimine si

18 moniæ. Vnde † hęc uarietas Feline? maxime cum etiam ibi facias mentionem de dictis per te in d. c. 1. de simo. contra opinionem Abbatis. Ex dictis eius potest elici una ratio contra eum. Nam qua ratione ipse uult si papa uendit beneficiũ qđ non requirit ordinem, quod licet ipse non illaqueetur crimine simoniæ, bene tamen sit simoniacus, & quo ad Deũ non sit tutus qui cũ eo contrahit, & sic quod in correlatiuis sit diuersa dispositio per dictam mercurialem Ioan. And. in regula cui licet, licet alias regulariter sit secus, ut patet per Dom. in capit. primo. de tempo. ordi. in sexto. eadem ratione uideretur dicendum, quod quantumcunque beneficium, quod uenditur habeat siue requirat sacrum ordinem, non uideatur uendi ordo sacer, qui uendi non potest, ut in c. qui studet. prima quęstio. prima, cum similib. sed beneficium siue titulus beneficij propter redditus ipsius. & quod sit separata dispositio ex eodem actu uendendi, ut pro uno non censeatur data pecunia, sed pro alio, quantumcũque allegetur connexitas ordinis cum beneficio. Licet sit secus regulariter in connexis, ut in cap. si quis obiecerit. prima quæstio. prima. & in capitulo translato. cum materia. de constit. Et fortius in isto casu quam in alio, quia restrigitur odium, & in præcedenti ampliatur. Non enim præsumitur quis uelle facere actum per quem illaqueetur & incidat in pœnam. l. item apud Labeonem. §. si communem. ff. de iniu. l. si quis seruũ. in fi. ff. de seruo corrupto. Bar. post gl. in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de noui operis nun. doct. in cap. cum ex officij de pręscrip. maxime Anto. de But. Bald. in rubr. C. de fide instru. uersi. iuxta hoc quæro. Bar. in l. is qui reus. uers. sed quæro in accusatione. ff. de publi. iud. Non enim † præsumitur animus nocendi

19 Bartol. in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infec.

Fel, autem in cap. ad audiẽtiam el. 2. in 5. col. uersi. tertia declaratio de rescrip. cum ponit quæstionem utrum papa possit imponere pensionem super beneficiis sine causa, & an ii quibus assignatur pensio si hoc deduxerant prius in pactum sint tuti in foro conscientiæ, uidetur tenere cum glos. Bernar. & quod possit & quod tales sint tuti. Et ibi allegat quod si tales non essent tuti in foro conscientiæ, pontifices ista non tolerassent, & talibus formam dedissent per constitutiones suas, ut dicit de Martino. 5. Eugenio. 4. & Paulo. 2. Vide ibi eum, quia allegat sanctum Thomam & alios plures contra, & alios pro. Addit

20 tamen † quod licet alias ubi papa dispensat in prohibitis a solo iure positiuo, sufficiat sola uoluntas pro causa, etiã quo ad Deum, nedum in foro contentioso, per dicta Inno. in cap. cum ad monasterium circa medium de statu Monach. & Car. in repetitione capituli perpendimus in 9. colum. de sen. excom. cum allegatis ibi per eum, tamen quando lex canonica esset fundata in aliqua ratione descendente a iure diuino, vel a rõne descendente mere a dictamine rationis naturalis sine causa non valeret dispensatio allegat abbatem in repetione. capi. per tuas in 11. colum. uersi. nec obstat de arbit. quo casu dicit etiam quod dispensatio non ualeret etiam in foro contentioso, ut est quando tolleret alicui actionẽ, quæ licet sit a iure inuenta, tamen descendit a iure naturali. Et idem dicit, quando lex canonica esset fundata super bono publico, & dispensatio papæ ꝑiudicaret illi bono publico, ꝙ tunc talis non esset tutus in foro conscientiæ, & idem dicit ubi papa dispensaret ex affectione carnali. Et ita intelligit Abbatem in cap. de multa 4. colum. versic. ex prędictis infero. & in cap. per venerabilem post Ioan. And. qui filii sint legi. & in dicto. §. qui vero in 37. col. & in c. constitutus de religi. domi. Vnde si recte perpenditur mens Feli. videtur restringere glo. in cap. ex parte, & in cap. cum pridem, nec per hoc declaratur si papa vendendo beneficium habens ordinem annexum, incurrat simoniam. Et quod dicit quando dispensaret affectione carnali, non videtur tutum, quod ipse dicit de. capitu. 1. vt eccl. benefi. & c. tuam. de ęta. & quali. quæ loquuntur in inferioribus papa.

21 Ex præmissis † redditur, valde ambiguum quid tenẽdum sit in quæstione Abbatis. Pro cuius opinione adduco tex. iuncta glo. in capit. saluator circa fin. 1. q. 3. ubi tex. dicit quod vendere archipresbiteratũ archidiaconatum, vel præposituram, est vendere columbãi. spiritũsanctũ q̃rũ est ĩ vẽdẽte. & all. Aug. hoc dicẽtẽ. & gl. ibi in uerbo in subiecto, supplet, quia ista habent curam animarum annexam. Et clarius glo. quæ incipit sicut in ecclesia Bononien. quæ ostendit quod quando est annexus ordo vel tale officium quod requirit ordinem. illud est de prohibitis quia simoniacis, & sic prohibitum in ueteri testamento & iure diuino. In ista materia posset sic dici, quod si quærimus vtrum

22 † papa committat simoniam, hoc est illaqueetur crimine simoniæ quo ad pœnam iuris positiui, clarum est quod non, quia cum sit supra ius, vt in l. digna uox. C. de legibus, non ligatur a seipso, ut l. penul. ff. de arbi. 4. q. 4. nullus. cap. fin. cum materia de insti. & Ioan. And. in d. regula. cui licet. & doct. in cap. vt animarum de consti. in 6. & in capit. primo in glos. in verbo ab omnibus de constitu. & cap. innotuit de elec. Con-

23 ditori enim † canonum licet contra suam constitutionem dispensare, ut in cap. cum ad monasterium, ibi Innocen. & docto. de statu. mona. clem. 2. de elec. cap. proposuit de conces. præben. cum similibus. & in tantum dico hoc uerum, quod etiam si hoc fieret in prohibitis quia simoniacis, quo ad pœnas iure communi additas talib. simoniacis, papa non ligaretur. Et ideo in quæstione Abbatis dico quod papa vendendo beneficia habentia ordinem annexum, non dicitur illaqueari pœnis a iure communi inflictis contra tales, nec isto respe

24 ctu potest dici simoniacus per iura prædicta. Credo † tamen, quod qui recipiunt talia beneficia ab eo per pecuniam, ipsi bene subiiciantur pęnis iuris communis, Nec eos excusat, ꝙ cum papa simoniam commiserint. tum quia papa in dubio non censetur dispensare nisi hoc dixerit, ut in cap. primo ibi glo. & doc. de schisma. tum quia non potest negari quin tales peccent. & in materia concernente peccatum, mixtura

25 superioris † vel papæ non excusat, vt. 25. q. 1. omne. & cap. nullus. 36. q. 2. Et ideo si successor voluerit tales punire pœnis a iure communi contra simoniacos ementes beneficia inflictis, iuste poterit. Nec poterunt se excusare quia cum prædecessore contraxerunt, cum non ligauerit successorem. clemẽ. ne Romani. in prin. cum simi. de elec. Et vtinam successores ita punirẽt. cum iam ex impunitate huius sceleris usurarii mercatores, literarum penitus ignari, passim postpositis viris dignis promoueantur. vnde impossibile videtur quin flagellum Dei appropinquet, cum ista multipliciter offendant Deum & non leue pariant scandalum in ecclesia, quia cum cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. cap. cum sit de ętate & qualita.

26 Hoc tamen intelligerem † verum nisi appareret de intentione papæ quod vellet dispensare & de eius certa scientia, per ea quæ ponuntur, in dicto cap. secundo de schisma, & in ca. ueniens de filiis presby. & 51. distinctio. qui in aliquo, & 54. dist. si seruus & oldra. consi. 325. cum septem consiliis sequen. quod dicitur in l. quidam consulebat de re iudi. Hoc est, quod sit certus de qualitatibus personæ cui per pecuniã prouidet, & de illius intrinseca inhabilitate. Facit quod dicitur in capitulo concertationis post glo. de appel. & Alexan. consil. 114. incipit Titius, in primo vol. vt sciat si sit ignarus literarum, & ꝑsona cui propter malos mores rationabiliter non esset prouidendum. Vnde Ioan. An. in dicto capitulo se

27 cundo & Cardina. post eum dicunt ꝙ qñ † præmittitur causę cognitio, præsumitur dispensatio. etiam si non dicat dispẽsamus. adducit. c. ad audientiã de appel. Nõ tamen requiro qđ sit certioratus de pænis a iure inflictis. quia papa habet scientiam iuris, ut in cap. primo. de consti. in 6. Ad hoc est quod dicit Innocen. in cap. cum ad monasterium de statu monac. & specu. in tt. de lega. in §. breuiter circa fi. Si autem papa sciret

28 † omnes qualitates & prouideret, tũc satis esset tutus in foro conscientiæ vt posset retinere beneficium, & nõ incurreret pœnas iuris positiui. Vnde non teneretur resignare, sed posset retinere beneficium salua conscientia, quia in talibus papæ authoritas supplet, tollendo tacite pœnas iuris positiui. Et hoc tenet Rosarius in summa, in uerbo simonia primo, versi. 2. & Pe. de Palu. in 4. senten. di. 25. in 4. q. & conclusione 3. Facit quod dicit Angelus in l. 2. C. de crimine sacrilegii, ꝙ

29 papa potest vnico † verbo pronũciare aliquem sacerdotem, & quod notat Inno. in cap. 1. de sacra vnctione, qui dicit ꝙ si non esset constitutio ecclesiæ, sufficeret dicere sis presbiter absque alia solennitate. Hinc. est etiam quod papa solo verbo potest facere episcopum, vt dicit Angelus in l. prima per illum tex. C. de sententiam passis. Et tales erunt veri episcopi & præsbiteri, licet alias sit ommissa forma ab ecclesia introducta. Sic in proposito quando papa scit omnia & uult, censetur tacite dispensasse, ut nõ dicatur simoniam incurrere, qui dedit ei pecuniam pro beneficio. quod est clarum in beneficio in quo non requiritur ordinis executio. pontifices tamẽ sic prouidendo, male faciunt & debent omnino abstinere, quia vt dicit Cardi. in dicto capitulo constitutus, minoratur deuotio. & boni pontifices abstinent, ut ipse dicit in capitulo primo. de simonia.

30 Sed vbi esset † tale beneficium quod requirit ordinis executionem, licet frater Angelus in summa Angelica in verbo simonia quinto, in uersi. finali. velit quod sit idem, & Petrus de Palude vbi supra, tamẽ intelligerem eo quo ad pœnas iuris positiui, id est quod talis emens beneficium esset securus quod non posset postea de tali emptione puniri, sed quo ad retẽtionem beneficii in foro conscientiæ, istud dependet a quæstione Abbatis, quia si tenemus quod papa vendens beneficium requirẽs ordinis executionẽ illaquearetur crimine simonię, sicut vult Abbas in d. §. qui vero, & in dicto cap. primo & cap. cum pridem, & de quo infra dicetur, quasi videatur vendere ordines quod est prohibitum quia simoniacum, quia etiam iure diuino prohibitum, ut in dicto capit. sicut. in glo. 1. q. 1. tunc crederem quod quantumcunque papa habuisset certam scientiam omnium, tamen ille qui emisset, non esset tutus quo ad Deum, nec posset salua conscientia retinere beneficium nisi aliter quam per solam scientiam papæ appareret quod papa cum eo ex causa dispensasset. Et sic intelligo quod dicitur,

31 in d. c. 2. post gl. de schisma. Moueor ad hoc, quia † quantumcũque papa in his quæ sunt iuris positiui ex sola voluntate & sine aliqua causa dispenset, ut uult Inno. in cap. cum ad monasterium de statu. mona. & per Abb. in cap. at si clerici in §. de adulteriis in 6. colum. de iudi. & in cap. tum ex literis, de in integ. resti. facit tex. glo. & Bar. in l. relegati. ff. de pœnis, tamen vbi lex positiua haberet in se rationem ex lege diuina, uel naturali, si papa dispensat sine causa vel cum causa quæ non sit uera, tunc dispensatus quo ad Deum non est tutus. Vide Abb. in cap. de multa in 4. col. de præben. & in cap. per ve

32 nerabilem in 2. colum. qui filii sint legi. Et ratio est, quia † dispensationes non debent fieri propter particulare bonũ siue interesse, sed propter bonum publicum, ut ibi dicitur in d. c. de multa, alioquin ubi non est causa rationabilis dispẽsandi non dicetur dispẽsatio sed dissipatio. Vide Ricar. in 4. sent. di. 38. q. 8. articulo. primo dum allegat bernardum de consideratione ad eugenium papam 14. capit. Vnde glo. in cap. non est. de uoto, dicit quod vbi papa dispensat sine causa vera in ijs quæ sunt de iure diuino, dispensatus non est tutus quo ad Deum. Et vide Ioan. de Immol. in cap. cum olim in secunda colum. de cleri. coniug. & Abb. in cap. cum uenissent in 5. colum. de iud. & in cap. significasti de elect. Crederem tamen

33 quando immineret aliqua nesſitas sedi apostolicæ, quod illa esset satis rationabilis causa dispẽsandi, quando persona cui prouidetur est idonea, & causa est vera, & non in literis conficta, per id quod dicit cardi. in d. cap. constitutus de relig. domi. Et isto casu ille cum quo esset dispensatum, posset retinere beneficium salua conscientia, dummodo non soluatur pecunia pro emptione executionis ordinis specifice, sed tantum detur pecunia pro beneficio, nec geratur in mente pecunia acquirere ordinem. Et isto casu limitarem opinionem Abbatis in d. §. si uero, & in dicto. capitulo. 1. & aliis locis supra allegatis.

Quid autem dicẽdum. iudicio meo hoc dependet ab illo utrum pecunia data pro beneficio requirente ordinem. sacrum, in sui executione, censeatur etiam data pro ipso ordine, quia ut dicit tex. in cap. si quis obiecerit. 1. q. 3. quisquis horum alterum vendidit, neutrũ inuenditum dereliquit. Et

similiter tex. in cap. saluator. ea. causa. & q. subiungit, ac per hoc eum qui rem ecclesiæ vendit, vel emit, simoniacus esse intelligitur, ex quo venditur vnum, sine quo alterum nõ ꝓuenit. Et præterea dicitur ꝙ emens vel uendens ecclesiam, dicitur emere vel vendere spiritumsanctum, vt in præalle. c. præsbyter. 1. qõ. 1. Quem spritum si papa emere, vel vendere voluerit, erit simoniacus, vt in c. quisquis. & in c. benedictio. 1. q. 1. Imo hæreticus esset habendus, vt diximus sup. per dicta Inno. & aliorum in c. quotiens. de simo. Putarem posse dici

34 † ꝙ si papa venderet de per se episcopatum, qui est ordo, vt in c. 1. de testam. & in c. quotiens. de purga. cano. & in c. cleros. 21. dist. & 88. ad hoc per doct. & Dom. in proœ. 6. tunc salua determinatione Romanæ ecclesię posset dici ꝙ papa iuoluatur crimine simoniæ. Et idem esset si venderetur sacerdotiũ de per se vel alius ordo sine titulo beneficij vel specifice cum titulo beneficii, quia est de prohibitis quia simoniacis, quib. papa inuoluitur vt supra dictum est. Et olim erat prohibitũ emere sacerdotium in lege veteri, vt in c. eos. 1. q. 1. vbi tex. allegat. 29. canonem apostolorum & actus eorum, & tertium, & quartum librum Regum, vbi alienum omnino a sacerdotio pronunciant eum qui aliquãdo dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tempore siue ante manus impositionẽ, siue post. Et gl. ibi refert de Ieroboam ꝙ quicunq; volebat implebat manum suam & fiebat sacerdos excelsorum, & propter hãc causam domus Ieroboam euersa est & deleta de superficie terræ. Ex quo patet ꝙ prohibitio venditionis sacerdotij fuit in veteri lege introducta, sed multo magis in epi

35 scopatib. quia † licet olim in primitiua ecclesia non esset differentia inter episcopos & presbiteros, vt in c. cleros. 21. dist. postea tamen quia presbiteri ordinabant alios indiscrete, Petrus cum alijs apostolis restrinxerunt potestatem conferendi characteris, & per prouincias creauerunt certos habentes illam potestatem conferendi characteris quos uocarunt episcopos, & ordinauerunt ut alij presbiteri non possent cõferre sacramenta quæ hodie reseruantur episcopis, ut in cap. legimus. ibi. glo. 93. distin. & dicitur per doct. in d. cap. cleros, & in proœ. sexti. Faciunt quæ dicuntur in cap. quanto. de con-

36 sue. Facit quod, † in ordinibus ecclesiasticis confertur gratia spiritussancti, quæ multum in ecclesiasticis ordinibus operatur. si autem non datur gratis non est gratia, ut dicit tex. in cap. gratia. 1. q. 1. Et in cap. gratiam, ea. causa. & q. dicit Ambrosius gratiam cum ordinareris non accepisti, quia gratuito eã non meruisti. Et in cap. presbiter. 1. q. 1. cum dicit tex. ꝙ emere spiritumsanctum est simonia, supplet gl. 1. ordinem & alia officia quæ dona sunt spiritussancti. & inde colligit glos. in c. sicut eunuchus. 1. q. quæ incipit iste antiochus, quod est argumentum ex illo tex. ꝙ in ueteri testamento simonia erat ordinem emere. ergo uel pro ordine sine beneficio vel pro beneficio & ordine specifice pecuniam recipiendo quia est de prohibitis, quia simoniacis, papa illaqueatur crimine simoniæ, secundum magis cõem opinionem. nõ tamen illaqueatur nec subiicitur pœnis additis ꝯ tales simoniacos per ius positiuum, quia ipse est solutus legibus, vt l. princeps. ff. de le-

37 gib. & d. c. proposuit. Vtrum † autem subijceretur pœnis positis in decreto Constantien. concilij ꝯ simoniacos in 43. sessione, crederem ꝙ non, quia non loquitur de papa, nec magis ligatur illa quam aliis constitutionib. & quia ipse non ligatur decretis conciliaribus, quia est supra concil. ut in c. significasti. de elec. & infra late disputatur. Si autem papa confert beneficium requirens ordinis executionem nulla facta mentione de ordine, tunc si non gerat in mente vendere ordinẽ,

38 non erit simoniacus, quia † titulus beneficij secundum oẽs gl. in d. c. ex parte, & c. etsi Christus, est de iure positiuo. & ita sit vera opinio Card. & aliorum sequentium, ut supra. Et isto casu dicerem non uideri pecuniam recipi pro ordine, sed tantum pro beneficio & redditibus, quod in papa potest admitti vt possit separare ordinis executionem ab ipso beneficio. Nã

39 vbi uult, liberat aliquem vt non teneatur ministrare in ordine requisito in beneficio quod habet, & potest facere quod deseruiat per substitutum, sicut quotidie uidemus, ut in d. capitulo extirpandæ. in §. qui uero. de præbendis. Licet de hoc Alexã. videatur dicere contrarium in d. cap. latorem. prima q. prima. quando beneficium habet annexum ordinem, ut quia non posset conferri nisi actualiter in sacerdotio constituto. Non obstat. c. si quis obiecerit, & cap. saluator, prima q. tertia. quia illa iura loquuntur in inferiore a papa, qui non potest separare ordinis executionem a titulo beneficij sicut papa, qui est dominus omnium beneficiorum & ei sunt omnia beneficia manualia, ut in clemen. 1. ut lite penden.

Vnde ex his patet quod non obstat quod dicit Ab. si conferatur beneficium presbytero iam ordinato, qui tñ in habitu habet potestatem clauium, & cui executio ordinis demandatur in ipsa institutione, uel collatione beneficii, ut in §. ecce sufficienter, & in capitulo

seq. 16. q. 1. quod cum executio ordinis sit connexa sacramento ipsius ordins, vendendo executionē ordinis videtur vendere ipsum ordinem & donum Dei, quia vt dictum est nec executio ordinis videtur vendita si papa non uult Debet tamen papa abstinere propter alios, quia licet quo ad se non incurrat simoniam, non tamen euitat peccatum, saltem mali exempli & scandali subditorū. In hoc enim subiectus est sicut & cæteri, ut in cap. nos si incompetenter. 2. q. 7. Immo 40 grauius peccat, vt cap. homo Chrianus. 40. di. Non enim potest papa facere id per quod denigratur seu decoloratur status ecclesiæ. 1. q. 7. cap. etsi illa. 23. q. 1. sunt quidam. Quia cū ceteri debeant ab ipso sumere exemplum sanctitatis, argumento. cap. in causis de re iud. & ca. magne. de voto, licet sit supra ius, debet tamen legibus uiuere, ut in l. ex imperfecto, ibi Bal. C. de testa. & l. digna uox. C. de ll. & l. 3. C. ad l. Fal. & Bald. vtrobique. nam ex his minoratur in eis deuotio, & periculum est ne extinguatur, dum videtur tanta indignitas, in summo pontifice vt pro pecunia tribuat quę pro virtutibus compensanda sunt, ut dicit cardi. in dicto cap. constitutus de relig. do. Ideo debet abstinere etiam eo casu quo nullam incurrit simoniam, vt dicit Hostien. cardi. & Abb. in d. ca. 1. de simo. Facit quod ponit specu. in tit. de dispens. in §. nunc breuiter, versi. 12. vbi ponit quod papa non potest dispensare in iis per quæ decoloratur status ecclesiæ. 1. q. 7. & si illa. 25. q. 1. sunt quidam, & capitulo quę ad perpetuam. Inuoluitur igi41 tur † æque crimine simoniæ sicut. & qui libet alius in ijs quæ sunt prohibita quia simoniaca. Et in hoc omnes doc. concordant tam in dicto capitu. ex parte, quam in c. cum pridem, & c. etsi Christus, cum aliis supra allegatis.

42 Idem, & clarum est, si † emeret pontificatum, ut ponit Hostiē. & do. in cap. pro humani de homi. in 6. Et eo magis illaqueatur hoc casu, quia committitur eo tempore quo non est papa. Facit quod dicitur in cap. sicut de iureiuran. & quod ibi nota. Abba. de iuramento præstito ante promotionem, & quod in capit. de hoc de simo. de pecunia data in electione. Omnis enim potestas est a Deo, vt. 22. quæstio. secunda. sicut etiam, & 23. q. 1. quid culpatur circa fin. 2. q. 4. quæsitum. & apostolus ad Ro. 13. non est potestas nisi a Deo. Ideo non est 43 acquirenda per pecuniam. Et licet dicatur † quod lex Iulia de ambitu non habeat locum in curia, vt in l. 1. ff. ad. l. Iul. de ambitu, & supra est dictum, illud dicitur respectu principis, qui electus est canonice, & est sup omnes, & est solutus legibus. ut in l. princeps legibus. ff. de ll. & cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. vt dicunt doc. post Ioan. An. in d. cap. primo de homi. in 6. Et intelligo sicut supra dixi. Et ibi in d. cap. primo dicitur quid de imperatore qui emit imperium. Ante ergo quam sit electus, incidit in simoniā, imo & in pœnas a iure positiuo statutas contra simoniacos. Vnde videretur quod & in pęnas cap. in nomine domini. 23. dist. inde dicunt glo. & doc. in cap. cum non liceat, de præscrip. quod potest a prælato recedi quādo est notorius simoniacus, & glo. in c. sacerdos. 2. q. 7. & vide in cap. per tuas el. secundo de simo. & vide de pœna in episcopo tex. notabilem in l. si quenquam. C. de episcopis & clericis. Vnde † licet exceptio simoniæ commissæ in electione 44 non possit obiici papæ, postquam reperitur electus a duabus partibus cardinalium & receptus, vt in c. licet post glo. de electio. tamen non dubitatur quin possit obiici cardinalibus q per simoniam elegerunt, ut in cap. si transitus. 79. dist. & ponit Ioan. An. in d. cap. licet in glo. in verbo exceptione, quæ incipit & sic. & idem ibi cardina. Antoni. Ioannes. de Immola, & Abbas.

45 Nec obstat quod papa, † non ligatur iure positiuo, ut in cap. proposuit, quia potest dici quod cum agitur ante papatum adeptum, de incurrenda pœna, supponitur quod non sit papa, & ita bene ligetur, quia nondum est papa sicut quilibet alius. Ad qđ facit quud dicitur quod contra papam electum a duabus partibus cardinalium, potest opponi omnis exceptio per quam infertur naturaliter, hoc est de iure diuino ipsum non esse papam, ut dicunt doc. maxime Abb. in d. cap. licet. Sed talis, est ista, quia in iure diuino erat prohibitum emere pontificatum. ut in cap. eos. 1. q. 1. & dictum est supra. igitur. Quinimo Egid. Bellamera in cap. in nomine domini. 23. distinctione, plus voluit, quod etiam si simonia sit occulta, quo ad Deum in foro conscientiæ electus incidit in pœnas illius capitoli, nec habebitur pro papa. Quod & videtur admittere Alexan. 46 ibidem. Emere † enim summum sacerdotium maxime abhorrebant in veteri lege, ut patet in capitulo sicut eunuchus prima quęst. prima & vide glo. Nicolai de Lucæ capit. primo cum dicit. de Caipha quod emerat pontificatum. Et quod papa inuoluatur crimine simoniæ emendo vel dando pecuniam pro papatu, vide tex. glo. & doct. in capitulo si quis pecunia. 79. di. Et no. Ale. in c. in nomine domini. 23. di. ꝙ dare pecuniam pro pontificatu sit species hæresis, Et quod emendo pontificatum incurratur simonia, tenet idem Alexan. in dicto cap. latorem.

47 Vtrum † autem papa possit accusari de simonia & si ꝑ simoniam est electus an possit amoueri, & quid in cardinale, dicemus in loco ꝓprio. Et inducitur ille tex. c. si quis pecunia, maxime intelligendo de electione facta a cardinalib. quia est pars. cap. in nomine domini. 23. dist. ad ostendēdum ꝙ ista sola causa est legitima congregandi concilium quando per pecuniam aliquis est inthronizatus in papatu sine concordia cardinalium, quia nō apostolicus, sed apostaticus est censendus, ut dicit ibi tex. qui etiā subdit liceat cardinalib. & alijs clericis & laicis Deū timentibus inuasorem illum anathematizare, qui non sunt aliud q̃ concilium. Et intelligitur de concilio quod constat ex cardinalibus & alijs clericis & laicis fidelibus. Vnde & in veteri lege, Nume. 16. legitur ꝙ core qui summum sacerdotium ambiebat, terra viuum deglutiuit cum Dathan & Abiron, vt referunt Doc. in d. c. licet. de elec. Et licet ille † tex. in c. 48 si quis pecunia, intelligatur cōiter ꝙ qn̄ aliquis est simoniace electus non in concordia, nec a duabus partibus cardinaliū, tunc debeat omni conatu eijci & tunc obstet simonia, vt ꝓbat tex. in §. patet. 3. q. 1. versic. sed hoc. tamen crederem, qn̄ quis esset a duabus partib. cardinalium electus per simoniā, q̃tumcunq; ex hac causa non possit amoueri ꝙ nihilominus est sufficiens causa congregandi cōcilium ex supradictis, ad prouidendum ne similis abusus in ecclesia Dei pulluket, & vt in posterum saltem non fiant similes electiones. Quod intelligo esse clarum in papa electo & nōdum recepto nec administrante, propter dicta in c. licet. de elec. & quæ infra proxime dico. Et in electo & recepto videretur quod forte in foro conscientiæ electus per simoniam non est verus papa, per rationes prædictas & per dicta Egi. quæ infra refero. quod videtur sequi Alex. in c. in nomine Domini. 23. dist. Vnde etiā in papa electo & recepto erit sufficiens causa ad congregandum concilium, licet non ad deponendum. quod enim dici49 tur † non posse obijci exceptionem simoniacæ electionis, ut d. c. licet in gl. & in cle. ne Romani, illud videtur intelligendum quominus possit administrare & habeatur pro vero papa, non tamen quin dicta de causa possit congregari concilium. & saltem vt supra dico erit sufficiens causa ad prouidēdum futuris electionibus, & ad puniendum cardinales similes electiones facientes, & de ipsa simonia sic commissa eos accusandum, ut in cap. si quis pecunia. 79. distinctione. dicit Immo. in dicto cap. licet. Ad quod facit illa glo, in dicto capitulo si quis pecunia

Quibus addo vnam rationem irrefragabilem ultra iam dicta, videlicet quod text. in cap. in nomine domini excommunicat electum per uenalitatem, ex quo habeo quod exceptio excōicationis, quæ insurgit ex constitutione disponente de papali electione potest obiici contra papam, & reddit electionem nullam, ut latius infra dico, & fuit opinio Inno. Hostiē. & Ioan. And. in d. c. licet. ergo per simoniam electus quia excommunicatus ex illa constitutione non videtur verus papa saltem in foro poli. Super quo bene cogitandum existimo. & pro nunc non decido, sed dicam in illa quęstione an papa possit accusari de simonia & deponi, ibi videbimus, & vide infra ubi refero per Egi. dicta & rationes eius, quæ magis ampliant istam opinionem. Et si bene consideretur ille text. in cap. in nomine domini, qui habet decretum irritans nec reperitur correctus, principaliter est factus propter simoniam, vt patet ibi in prin. per simoniacæ hæresis trapezitas. Nec ob50 stat quod tex. in dicto capitulo † licet, vult non posse opponi aliquam exceptionem electo a duabus partib. & sic nec excommunicationis nec simoniæ, nec etiam contra cardinales, vt in clemen. ne Romani, quia illud fuit statutum sic pro euitanda discordia & schismate, quæ vt plurimum propter similes exceptiones & contentiones cōtingebant, ut probat tex. in sui prin. non autem per hoc fit quin electus remaneat excommunicatus & simoniacus, & quin debeat ex hoc posse congregari concilium vt cessent similes abusiones. Nec 51 obstat text. in capitu. agatho. 63. distinctio. ubi dabatur certa quantitas pecuniæ imperatori pro consecratione papæ. quia ut ibi dicunt doct. non dabatur pro consecratione, sed tempore consecrationis quando præsentabatur electio imperatori, soluebatur antiquitus certum quid pro recognitione multorum beneficiorum receptorum ab imperatoribus, & illo tempore videbatur conuenientius quam alio. sicut hodie datur Romanis in coronatione pecunia, pro iucunda 52 assumptione. Item facit alia ratio difficilis. in electione † simoniaca papæ nihil aliud est nisi uenalitas uoti, & iustitiæ, in dando votum, ut probat dictum c. in nomine domini. Sed istud est de prohibitis, quia simoniacis, ut patet in veteri lege

lege amos. c. 2. ibi pro eo quod vendiderit pro argento iustū. quod gl. exponit. i. iustitiam. & sic ibi prohibetur venditio iustitię, quæ virtualiter fit in papa, cum per simoniam eligitur, cum ipse ratione papatus habeat ministrare iustitiam, & sit futurus vicarius Christi. Facit quod legitur de Demetrio qui constituit Alchimum summum sacerdotem pro pecunia, vt patet. 1. Macca. 7. & de Bachide. 1. Maccab. 9. & de Iasone qui summum sacerdotium emit ab Antiocho. 2. Macca. 4. & qa fecit ritum gentium, ideo simonia hæresis nuncupatur, quod refert frater Antonius Ampigollus in libro introductorio, q aurea de biblia nuncupatur, in c. de prælatis. & principib. malis. Igitur ex quo papa illaqueatur huiusmodi ꝓhibitis, quia simoniacis, vt supra satis dictum est, ipse non poterit secum 53 dispensare postquam erit receptus. Confirmatur hoc † per illum text. in d. c. in nomine domini, qui cum loquatur de electione papæ, loquitur per verbum hæresis simoniacæ. quasi velit ostendere ꝙ proprie & stricte ista simonia in electione papæ cōmissa dicatur hæresis. Et sicut hæresis proprie dicta reddit papæ electionem nullam, vt dicitur in c. licet. de elec. sic & simonia ista, quia q vendit votum, vendit gratiam sibi a Deo datam, ergo prohibitum quia simoniacū, vt in c. gratia 54 prima q. 1. & emens † vota a cardinalibus, uirtualiter emit vicariatum Christi, & sic facultatem ligandi & soluendi & sacramenta ministrandi. quod est de stricte prohibitis quia simoniacis, ut iuribus supra allegatis patet. Facit tex. in d. c. sicut eunuchus. 1. q. 1. & quod dictum est de prohibitione emptionis sacerdotii in veteri testō. Item facit quod legitur Ge55 ne. 25 c. & ibi gl. Nicolai de Lira. ubi quæritur vtrū Iacob † q emerat primogenituram ab Hesau commiserit simoniam, ex quo primogenitura habebat annexum sacerdotium qđ debebatur primogenito. Et ibi tantum excusat eum ꝙ non commiserit simoniam, quia diuina uoluntate sacerdotium erat destinatum Iacob, iuxta illud, Iacob dilexi Hesau autē odio habui. Et ita etiam ponit Beatus tho. in secunda secundæ. q. 100. ar. 4. ad tertium. Hesau autē bene peccauit, ut ibi. Vnde ibi patet quod etiam in veteri testamento erat prohibitum emere temporalia quæ habebant annexum sacerdotium, prout erat primogenitura. multo magis uidetͬ in proposito in emptione pontificatus principaliter, & uotorum quę creant pontificem, ex quo videtur sibi quærere titulum papatus. Et pro hoc fortiter facit text. in capitulo. cito turpem, 56 in sua ratione. 1. q. 1. ubi ponderat quod maius crimen † est simonia quam idolatria arguendo a grauitate pęnę. sed idolatra si eligatur, electio est nulla, sicut dicitur de hæretico in d. ca. licet. ergo & electio simoniaca est nulla Nec obstat quod ista ratio militat etiam in inferioribus electionibus, in quib. vendere votum non est proprie de prohibitis quia simoniacis, & in quibus papa dispensat ut satis supra dictum est. Quia respondetur quod facultas quę per talem electionem tribuitur Romano pontifici, descendit immediate a Deo per traditionem clauium factam Petro, ut patet Matth. 16. Sed in alijs inferioribus descensiue a Petro, & sic mediante persona 57 Petri, & consequenter papę. Clarum est autem quod plus † attenditur causa immediata q̃ mediata, vt in l. si mulier. ff. rerum amo. cap. de cętero de homi. & ubi causa immediata est certa, mediata non curatur. 16. q. 7. & hoc 28. q. 1. idolatria. de consecr. di. 4. nemo tollit. 1. q. 1. ut euidenter. de ver. sig. abbate in fi. Item facit quod dicit text. in cap. saluator. 1. q. 3. cum dicit simoniam committi ambitione & spe lucri, & sic per 58 auaritiam, quæ est idolorum seruitus. vnde dicit † simoniacum esse idolatram, & consequenter hæreticum. Item facit quod dicit Pet. de Palude in quarto senten. distin. 25. in quarta quæst. ubi probando quod papa illaqueatur vitio simoniæ 59 dicit omne † peccatum est deuiatio ab aliqua lege, naturali uel diuina, uel humana recte posita. unde Augustin. dicit quod peccatum est dictum, uel concupitum, vel factum contra legem æternam. quæcunque autem lex loquitur, ijs qui sub lege sunt loquitur, vt dicitur ad Ro. 3. Ex quo potest sic argui, omnis homo faciens contra legem cui subiectus est peccat, sed omnis homo vendens spirituale pro temporali peccat contra legem naturalem diuinam, cui omnes subiecti sunt tam papa quam alij, huiusmodi est emens votum pro adipiscendo pontificatu, ergo talis peccat, & non nisi peccato simoniæ in eo quod est prohibitum, quia simoniacū. ideo & cæt. Sed ista ratio videtur generalis, & non propria in proposito, vbi agitur de pontificatu, sed tantum infert quod papa inuoluitur peccato simoniæ, sicut dicit Beatus Thomas, & dixi supra. Vnde ista ratio conuenit ibi in illo articulo vtrum dando beneficia pro pecunia papa committat simoniam, & cætera.

Similiter pro hoc facit quod dicit Egi. in d. c. licet. & in d. c. in noīe dn̄i. 23. di. ꝙ ille tex. 60 ponit tria † substantialia per quæ uult electionē esse nullam & per quæ imponitur pœna illius text. alia ait esse ad bene esse. Primum quod electio fiat per cardinales. secundum ꝙ electio fiat sine venalitate, & sic quantum ad hoc pure & syncere, atque gratuite celebretur. Et sic intelliguntur verba in narratiua ibi posita, ibi simoniacæ hæresis. & in §. quaꝓpter in prin. decreti siue canonis illius tex. ibi nimium pręcauentes ne venalitatis morbus aliqua occasione surreperet. & in §. quod si prauorum, ibi pura, synera, atque gratuita. Ita quod ille tex. pro maiori parte videtur factus propter simoniam. Tertium est quod huiusmodi electio syncere & non per seditionem ministretur. & hoc manifeste demonstrant verba literæ in d. §. quod si prauorum, ibi pura syncera atque gratuita, quia quæ fiunt per seditionem & coactionem, non dicuntur fieri pure & syncere. Et similiter facit. dict. text. in §. quod si quis, ibi per seditionem vel præsumptionem aut aliquod ingenium. nam in qualibet coactione interuenit præsumptio, & in qualibet simonia interuenit prauum inge61 nium. Et hoc videtur clare probare tex. in cap. si quis pecunia † 79. distin. qui tex. est pars. c. in nomine Domini, & in aliquibus addit. Nec videtur verum quod dicitur quod ille tex. loquitur de electione facta ꝑ alios quā per cardinales. quod patet per illa verba sine concordi, & canonica electione cardinalium. ergo loquitur de electione facta per cardinales. Scut nec capitulū in nomine Domini, quia verba eius ostendunt contrarium, ibi in primis cardinales ep̄i diligētissimi sint simul de electione tractantes, & ibi mox Christi clericos cardinales adhibeant. & in d. §. quod si prauorum; ibi. cardinales episcopi cum religiosissimus clericis, subaudiendo presbyteris & diaconis cardinalibus. Item si sic intelligeretur cap. si quis pecunia, illa verba pecunia vel gratia humana, superflua essent, vel saltem deberet subaudiri maxime, quod videtur absonum, & esset restringere mentem illius 62 tex. Nec † obstat quod dicitur quod contra electum per cardinales si habet consensum duarum partium non potest opponi aliqua exceptio, vt in d. c. licet. quia illa tex. tempore ca. in nomine Domini nondum emanauerat, & quia ille text. cap. licet euacuaret ex toto. cap. in nomine Domini, quod est contra uoluntatem doctorum. Et per hoc dicit Egi. in d. c. in nomine Domini, in versi. secundo quæritur, quod tex. ibi debet intelligi in verbo electus, generaliter, hoc est siue per cardinales siue per alios fuerit facta electio, sed si per cardinales, tūc si celebrata fuerit per seditionem, vel impressionem, vel simoniam contra decretum ibi positum, erit nulla, ratione impressionis, vel simoniæ, sed si per alios quam per cardinales fuerit celebrata, tunc in omni casu erit nulla etiā si impressio & simonia cessarent. Et iste uidetur uerus sensus illius tex. qui loquitur generaliter de electione contra decretum ibi positum, & nulliter si per impressionem uel simoniam, alias frustra totiens repetit de uenalitate. Et inspiciendo principium ipsius tex. venalitas & simonia dedit causam illi edicto, in dubio † autem debet stari verbis edicti. ff. de exer63 ci. l. 1. §. si is. l. prospexit. ff. qui & a quib. & l. non aliter. ff. de lega. tertio. Accedit quod ex illo text. communiter elicitur ꝙ electio facta per impressionem est nulla, nec potest assignari ratio diuersitatis quare similiter non sit nulla electio facta ꝑ simoniam, maxime cum magis ille tex. fundet se super simonia, & idem replicatur in cap. si quis pecunia. 79. dist. Et iura idem volunt in electionibus aliorum inferiorum. 1. q. 1. per totum. de simo. cum in ecclesiis, & c. matthæus, cum simi. & c. penul. de elec. & c. quisquis eo. ti. Et ad glo. † in d. c. si quis ꝑcunia respondetur quod vel est opus illam intelligere in alis inferioribus electionibus uel illam negare secundum Egid. Sed hoc ultimum repugnat, quia dictum est quod electio ꝑ simoniam est nulla, ut patet ex dictis doc. in c. cum pridem de pac. & in ca. nisi, de renun. & in iuribus supra allegatis, & ex extrāuaganti. Martini inserta in gestis concilii Constantiensis in 44. sessione. in dubio autem vt dictum est, melius est intelligere tex. secundum proprium sensum quam trahere ad sensum subauditum per dictionem maxime. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci. cum sim. Item illa uerba in tex. c. si quis pecunia uidelicet sine corcordi & canonica electione, sunt copulatiue coniuncta & cum qualitate, non debent igitur diuisim & sine qualitate intelligi. Facit quod dicitur in glo. in cle. dudum de sepul. in verbo pacta. Item tex. non loquitur simpliciter de electione facta sine cardinalib. sed cum qualitate sine concordi & canonica electione cardinalium, non enim diceretur canonica electio quæ per impressionem, aut pupularem tumultum, uel per pecuniam fieret. Et si dicatur ergo sequitur ex text. d. c. si qui pecunia, quod si electio papæ fiat ex humana gratia erit nulla. quo videtur absonum, cum & in inferioribus sit secus, vt in capitulo tuam. de ætate & qualitate & in capitulo. fi. de simo. Respondetur quod illud uerbum † humana gratia, intelligitur de gratia humana ad actum deducta per dationem & receptionem seu per promissionem vel pactionē interuētu pe-

pæcuniæ vel rei temporalis &c. quæ inducunt expressam simoniam. Et quod ita intelligi debeat patet, quia cum iste tex. sit extractus ex corpore, c. in nomine Domini, illa verba humana gratia videntur addita per Gratianum, secundum Egi. in d. cap. si quis pecunia in 3. & 5. col. quia non sunt in c. in nomine Domini. Et sic videtur Egi. velle quod electio facta a cardinalibus per simoniam sit nulla, quod & latius pono infra referendo dicta eius quæ posuit in cap. licet, de elec. Et opinionem eius videtur clare probare tex. in § patet. 3. q. 1. qui allegat illum tex. in d. cap. si quis pecunia. Sed tu †dic ꝙ

86 communiter tenetur contrarium. quod electio papæ quantumcunque a cardinalibus per Simoniam facta non est ipso iure nulla, & quod talis sic simoniace electus est habendus pro papa ab universali ecclesia, Et hoc etiam tenendo Alex. in d. capit. si quis pecunia, respondet ad illum tex. quod procedit quando est facta electio sine concordia, quia non interuenerunt duę partes cardinalium, sumendo argumen. a cōtrario sensu illius literæ, vel qđ ibi loquitur in nuda inthronizatione sine aliqua electione, de quo ibi plenius per eum. Sed ille tex. in d. §. patet, ostendit directe contrarium, in uers. uel qui per simoniam irrepserunt non sunt habendi inter episcopos. Adde quæ dico infra in quæstione vtrum papa possit accusari de apostasia. ubi omnino vide, maxime in uersicu. sed hic consequenter, vbi ponitur de intellectu istius. tex. Et vide archi. 12. distin. cap. primo Et si dicatur in casu quo per simoniam est electus, ad quid proderit congregari conciliū si ex causa simonię papa non potest deponi. Respondetur ꝙ saltem vt habentes eligere puniantur, & ne in posterum attenteut similem simoniacam electionem facere, & vt patet de commissis pœniteat.

67 Egi. Bellamera †in cap. licet examinat istum passum vtrum electio simoniace facta de papa sit nulla & possit contra eum excipi quod sit per simoniam electus, qui prolixe more suo illud capit. legit per 35. char. & in diversis locis de hoc facit mentionem. Ex

68 dictis eius elicio quod aut quærimus de illo, qui est electus a duabus partibus cardinalium ius eligendi habentium, & receptus ab eis libere, quę libera recetpio durat, & de his patenter constat. & tunc non potest opponi non solum exceptio, quod per simoniam sit electus, sed nec hæresis, vel alterius criminis, vel defectus eligentium, vel electi, tum per text. illum qui prohibet aliquā exceptionē posse opponi, tum qa receptio, & libera obedientia cardinalium habet vim con-

69 firmationis. Addo & aliam rationem per eum tactam. quia ideo ius uult haberi pro pontice etiam illum qui in rei veritate non esset verus pon. quia non posset haberi recursus ad superiorem, quia ex defectu superioris si aliud diceretur, sequerentur schismata atque scandala, quibus obuiari debet in universali ecclesia maxime. Non tamen intelligitur quod si talis sic electus & receptus sit hæreticus pertinax, non sit hæreticus, nec per hoc efficitur quod sit verus papa. Vnde licet non possit excipi contra eum de hæresi vel alio crimine, non negant ibi doc. quin possit accusari, ut ipse dicit. Et hoc casu quando debet accusari, cessat illa ratio tex. quia non habet superiorem, licet enim non sit superior, posset peti congregari concilium, ut supra sæpius dictum est. Et ratio huius

70 quare †tunc non potest opponi exceptio contra electum, est quia iura habent eum pro vero, quandiu est in possessione sic a duabus partibus electus & receptus, nec per huc efficitur uerus papa, sed iura habent pro vero ex causa. Facit quod dicitur in l. Barbarius. ff. de fficio. præto. & in cap. ad probādum de re iud. Sic videmus in simili in l. penul. ff. de iusti. & iure. & in l. ingenuum. ff. de statu hominū. & de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. filium diffinimus. & quandoque non admittitur probatio in contrarium, ut in capitu. is qui. de spon. cum concordan. Aut loquimur in electo a duabus partibus nōdum recepto. Et in hoc recitat opiniones. Prima est quod possit opponi, argumento 1. q. 1. ordinationes. & 1. q. 3. ca quæ. & 23. distin. in nomine Domini. & 79. dist. si quis pecunia. & cap. vbi periculum. §. cæterum de elec. in 6. & quod ponit inno. in c. quod sicut in glo. & sic contempti, in versi. in alio autem casu de elec. Et in hac opinione fuit Inno. in d. c. licet. in glo. additionali ad finem, in uersi. item quid si corrupti. & Hostien. & Ioan. An. in nouella. ibidem. Sed ego nō habeo istam additionem ad Innocentium in codicibus quos habeo, nec reperio quod hoc sentiat Hostien. nec Io. An. sed bñ dñt ꝙ possit

71 accusari sed nō excipi. Et receptio †in electo a duab. partibus modicū opat, qa statim post electionē ꝯcordē a duab. ptib. pōt administrare, ut in d. c. in noīe Dñi. 23. di. fm Inn. Host. & alios ī d. c. licet De quo uide q̄ dixi s. in artic. ad quē ptinet cōgregare ꝯciliū, in 2. mēbro distinctionis, in ver. sed quid si papa. Et ad glo. in cap. 1. & ca. si quis pecunia. 79. di. respondent istam tenentes, quod saluatur in simonia per eligentes, vel electum commissa extra talem electionem. Ad quod adducunt. dictum capitulum in nomine Domini, versic. quod si prauorum, & capit. si quis pecunia exponendo ibi humana

72 †gratia pro Simonia commissa aliter quam per pecuniam, ut in c. fin. de Symo. Alia & secunda opinio penitus contraria est quod non posit opponi exceptio simoniæ. Cuius opinionis, fuit Ioan. 79. dist. cap. 1. & cap. si duo & cap. si quis pecunia. Et ibi glo. Io. intelligit illa iura in simonia in ipsa electione commissa. Faciunt quę dixi supra in allegato articulo quis habeat congregare concilium, in versic. sed pone ꝙ inter duos. Et hanc vltimam opinionem ipse fundat. Nam

73 quidam †sunt defectus intrinseci, ut puta illi qui ab intra directe & de per se inficiunt naturalia electionis principia, ut defectus potestatis in eligentibus, quia facta per non cardinales, uel in possessione cardinalatus non existentes. Vel defectus numeri minoris q̄ a duab. partib vel defectus rei, ut quia facta ad ecclesiam non uacantem, vel defectus personę electę, ut quia hęreticus, iudęus vel paganus, vel quia dicitur renunciasse iuri suo, iuxta notata in c. 1. de renun. in 6. vel defectus formæ electionis, ut quia dicitur non interuenisse consensum eligentium, argumento l. obligationum substantia. ff. de act. & obl. in fi. de uerb. oblig. intelligentia, & capit. in ijs. vel defectus libertatis in consensu & similibus, Et de his dicit posse excipi contra papalem electionem, dummodo constet de illjs notorie. Et ratio secundum eum est, qa ista reddunt electionem nullam, ut ponit Inno. in d. capit. ꝙ

74 sicut in glo. & sic contempti. Et ratio rationis est, quia †defectus principiorum naturalium super quibus fundatur essentia rei ipsam essentiam tollit. ff. ad exhibendum. l. Iulianus. §. sed & si quis. argumen. prima quæst. prima cum Paulus. &

75 de presby. non bap. veniens. Alii sunt defectus, †extrinseci, ut puta illi qui naturalibus principijs electionis de directo & de per se non obuiant, nec illa directe & de per se inficiunt, sed ab extra veniunt per constitutiones positiuas, sicut excommunicatio vel suspensio in eligentibus, aut defectus ordinis vel ætatis in electo, aut defectus solennitatis in forma concilii generalis, cap. quia propter eodem. tit. Et tales electum a duabus partibus non repellunt. Et est ratio diuersitatis, quia

76 †naturalia difficilius immutantur, ut in §. sed naturalia inst. de iure naturali. & quod ponit Inno. in cap. quę in ecclesiarum de consti. & in cap. quia plerique de immuni. eccle. Vn-

77 de licet ius positiuum. cap. licet, †tollat defectus extrinsecos, & respectu illorum papalem electionem separet ab aliis electonibus specialiter statuendo, tamen defectus intrinsecos non tollit sed sustinet, quia in naturalibus electionum principiis ista cum aliis electionibus participat, nec receditur ab antiquis iuribus nisi inquantum reperitur expressum. Modo

78 †vitium simoniæ in papali electione commissum non est defectus intrinsecus sed extrinsecus, nam licet notet & aggrauet psonas simoniā cōmittentes, tñ principiis naturalib. electionis directę & de p se nō obuiat nec illa directe, & de p se īficit. Nā licet simonia aliqualiter captiuet affectū, intm qđ aliqd de libertate animi videtur tollere, ut in d. c. vbi piculū §. cæterum in 6. de elect. tamen de per se & directe non obuiat consensui naturali, cum eius corruptio ab illo immediate procedat, & tamen eadem causa contrariorum naturaliter esse non potest. ff. de solu. l. qui hominē in fi. Licet secus,

79 sit in metu. quia †metus etsi ab extra causatur, ab intra consensum generat, & sic naturalibus electionis principiis directé contrariatur. uel quo ad metum ratio est, quia metus spiritui sancto, qui cōcomitari & dirigere debet eligentiū mentes aduersatur, ideo iura volunt quod inficiat ipso iure. Sed licet hoc in metu ordinauerint, ut in d. §. cæterum, pro quo vide Abb. sicu. in ca. Abbas de iis quę ui, & d. c. licet. & quod infra late disputo, tamen quo ad papalem electionem de simonia hoc non ordinarunt, immo contrarium, statuendo nullam exceptionem admitti. Adde in proposito quæ late pono in illo principali articulo ad quem spectet congregatio concilii, in quęstione quando sunt duo contendentes de papatu discordes, in illa quęstione quid quando papa est electus a duabus partibus, vtrum possit excipi contra eum de hæresi. & quod infra latius dico in secunda proxima quæstione, quando obiicitur contra papam aliquis defectus, per quē dicitur quod non sit verus papa. Sed pro alia parte, quod si-

80 monia inficiat † ipso iure papalem electionem in electo a duabus partibus nondum recepto, & quod possit de illa excipi, arguit Egi. primo quia immo vitium simoniæ est defectus intrinsecus, mentem eligentium ab intra vulnerans, atque inficiens, quia qui pro aliquo explendo pecuniam vel promissionem recipit, animum suum ab intra ligat, ut in §. cæterum, & uoluit Inno. in dicto capitulo quod sicut de ele.

81 Secundo† quia rationes tactæ de metu, de quibus infra dico vendicant sibi locum in simonia, & quia similiter iura de simonia sicut de metu quo ad annullandas electiones inferiores statuerunt, & æque obuiat simonia spirituisancto & na-

naturalibus principijs electionis, & æque ab intra animos eligentium captiuat simonia ac metus, quia neutrum tollit libertatem arbitrii, sed vtrumque ligat, & captiuat, metus ex intentione vitandi periculum, simonia ex intentione consequendi lucrum. Et in metu electio papalis est nulla, vt latius istum passum infra subiicio, ergo similiter videtur dicēdum de simonia. Tertio quia iura de metu & simonia in ista materia electionis papæ vniformiter loquuntur cum inhibitione & decreto, videlicet, c. in nomine Domini. 23. dist. & capit. si

82 quis pecunia. 79. distinctione. Nec obstat † quod decretum ibi positum solum respiciat defectum quod electio ipsa non fuisset celebrata a cardinalibus, vt voluit glos. 79. distinctione capitulo primo, & capitulo si duo, & capitulo si quis pecunia, quia immo respicit & simoniam. & impressionem. alioquin impertinenter illa iura de simonia, & impressione contexuissent tantum phylacterium. Item hoc esset contra intentionem Nicolai papę ibi, qui propter seditionem & venalitatem quæ in intrusione facta per cardinales immediate ante eum interuenerant, motus fuit ad condendum illos textus, vt apparet ibi ex ordine literæ, & ex chronicis illius temporis. Et prouisio illorum iurium esset infructuosa, & cōtra communem intellectum qui colligitur, quod electio facta de papa per impressionem sit nulla. Vnde dicit esse casum expressum in dicto capitulo in nomine Domini. §. quod si quis contra, quod electio papæ facta per simoniam sit nulla, quia clausula decreti ibi posita debet referri ad verba dispositiua & principaliter intenta. Modo attendendum est quod ibi duo principaliter disponuntur. primum est quod electio fiat per cardinales, secundum est, ꝙ fiat absque morbo venalitatis pura syncera & gratuita, igitur aliter facta quam per cardinales, & non pure simpliciter & absque venalitate sed cum morbo venalitatis, est ipso iure nulla. Et si dicatur quod etiam dicto §. quod si quis cōtra non solum vitiat papalem electionem per veneralitatem sed etiam per gratiam hominum, & sic quod simonia non pactionalis redderet electionem papæ nullam, contra notata in cap. fi. de simo. Respondet Egi. quod illud debet intelligi secundum lecta & notata in dicto cap. fi. ut iura cum iuribus concordent, & vnum capitulum declaretur per aliud, vt in cap. cum expediat de elect. in 6. Quarto per text. d. c. licet, q non determinat aliquid de communib. defectib. alias electiones ipso iure inficientibus, nec statuit illos defectus non obstare electioni papali, saluo defectu cap. quia propter, quē

83 expresse tollit. Nec †obstat quod ibi dicitur in d. c. licet, contra electum a duabus partibus nullam exceptionem admitti, quia intelligitur de exceptionibus quæ personę electi indignitatem respiciunt, & ideo de respicientibus eligentes necesse fuit facere nouam prouisionem in clem. ne Romani. §. penultimo de elec. Nec potest text. intelligi indifferenter de quacunque exceptione. Quod probatur, cum enim exceptio sit actionis exclusio. ff. de except. l. 2. supponit actionem & actionis propositionem iudicialem, quia aliter non potest fieri eius exclusio, modo supposita actione seu iure formato electi, cessat omnis exceptio, quia secundum hoc esset verus papa. qui a nemine iudicari posset. Vnde siue sit papa siue non, non potest interuenire iudiciale certamen, quia nō est superior, vt dicit, ibi tex. in fi. d. c. licet. Ergo si proprie debet capi exceptio, oportet intelligi relatiue ad exceptiones, quæ concernunt indignitatem personæ electi. alioquin non posset proprie dici exceptio, quia deficeret actio. Quinto quia intelligere quod possit obiici exceptio simonię, non derogat aliis iuribus quę volunt contra electos posse opponi multiplices defectus etiam alios quam personæ & formæ, inficientes ipso iure, ut metum & similes.

Et ex his concludit Bellamera posse obiici de simonia contra papā electum etiam a duabus partibus antequam sit receptus, & electionem papalem per simoniam factam esse nullam. Et idem ponit in quodam suo tractatu, & idem in capitulo in nomine Domini. 23. dis. Et cum eo videtur transire Alexan. in d. c. in nomine Domini. Et idem sensit ipse Egid. in clem. ne Romani de elect. & vbique fuit eius opinio. Ex quibus elicitur quod simonia commissa in electione pontilicis, est suf-

84 ficiens causa congregandi concilium. Intelligo †tamen Egidiō quando notorie cōstat de simonia, vel de facto vel alias per probationes in iudicio factas, & licet sit electus non tamen est adhuc receptus in papam de facto, quando opponitur exceptio. Alioquin si esset dubium de simonia, tunc deberet admitti ad regimen & administrationem papatus, qa si hoc fit in hęretico, vt ponit Cald. in d. c. licet, multo magis in simoniaco. Et quod dicit quando non est receptus, intelligo de facto, quia receptio in papa non est necessaria, vt vult Inn. & Hostiens. & alii in d. cap. licet, quia simulatque est electus, pōt ppria authoritate administrare, ut d. c. in noīe Dñi.

85 Conclusionem autem Egidii, buod electio facta de papa per simoniam sit nulla, pro nunc non affirmo, ut patet in præcedentibus proxime quando simonia non fuisset commissa cū tot ex cardinalibus quin remansissent duæ partes sine corruptione. quod ultimum. concludit Innocent. & refert Egid. 13. charta. Et contrarium quod electio quantumcunque simoniaca a cardinalibus facta, si alias rite facta sit, valeat, nec possit cassari nec tolli quin sit uerus papa, quantumcunque criminosus & irregularis esset electus etiam ponit Archiepiscopus flo. in 2. parte summę ti. 3. de superbia. c. 11. versi. sed quid cum duo. Quæstionem autem alibi uide infra in illo articulo an de simonia possit papa accusari & deponi. Hodie tamen est bulla edita per Iulium papam secundum contra aspirantes ad papatum simoniace. Quę imponit grauissimas pœnas, & vult quod electio sit nulla, & quod cardinales possint indicere concilium. Cuius tenor sequitur & est talis.

86 Iulius episcopus serus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum tā diuino quam humano iure in spiritualibus pręcipue detestabiliter simonię sit labes prohibita, & longe magis in electione Romani Pontificis vicarii Iesu Christi domini nostri abhominibilis sit & vniuersali ecclesię perniciosa. nos qui regimini eiusdem vniuersalis ecclesię meritis licet imparibus annuente Domino pręsidemus, cupientes quantum cum Deo possumus in pręmissis pro tātę rei necessitate ac periculi magnitudine vt tenemur in posterum salubriter prouidere, de fratrum nostrorum sanctę Romanæ ecclesię cardinalium consilio & vnanimi consensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione, apostolica authoritate, & de potestatis nostrę plenitudine statuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus qđ si qđ Deus pro sua clemētia & in oēs bonitate auertat, contigerit postquam nos vel successores nostros successiue ipse Deus ab huiusmodi vniuersalis ecclesię regimine absoluerit, humani generis inimico procurante & ambitione uel cupiditate ad hoc inclinante seu impellente, electionem Romani Pontificis ab eo quem eligi continget, vel ab aliquo seu aliquibus de cœtu cardinalium quomolibet votum dantibus per simoniacam hęresim in dando, promittēdo, vel recipiendo pecunias, bona cuiusque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones, & obligationes commissam, per se, vel alium, seu alios quomodocunque, & qualitercunque etiam in duarum parium, vel omnium cardinalium vnanimi concordia quomodolibet, etiam per viam assumptionis vnanimiter nemine discrepante, etiam sine scrutinio factę celebrari uel fieri, non solum huiusmodi electio vel assumptio eo ipso nulla existat, & nullam eidem sic electo vel assumpto administrandi in spiritualibus & temporalibus facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electū uel assumptum, de simoniaca labe a quocunque cardinale, qui eidem electioni interfuerit opponi & excipi possit, sicut de uera & indubitata hęresi, ita quod a nullo pro Ro. pontifice habeatur. Quinimo ipse sic electus a priori suo cardinalatus & alio quocunque honore, ecclesiis cathedralibus etiam metropolitanis, & patriarchalibus, monasterijs, dignitatibus & aliis quibuscunque beneficijs & pensionibus quę tunc obtinebat in titulum uel in commendam, aut alias quomodocunq;, eo ipso absque alia declaratione priuatus existat. & idē electus non apostolicus sed apostaticus, & tanquam simoniacus, & hæresiarcha & ad prędicta omnia & singula perpetuo inhabilis habeatur & sit, nec huiusmodi simoniaca electio p subsequentem ipsius inthronizationem, seu temporis cursū aut etiam omnium cardinalium adorationem, seu obedientiam ullo unquam tempore cōualescat. liceatque omnibus & singulis cardinalibus, etiam illis qui huic simonaicæ electioni seu assumptioni cōsenserint, etiam post inthronizationem & adorationem seu obedientiam, ac etiam vniuerso clero & populo Romano, necnon subditis, & sancti Angeli de urbe, ac quarumuis aliarum Romanæ ecclesiæ arcium p̄fectis, castellanis, capitaneis & aliis officialibus, quocunque homagio seu iuramento uel cautione præstitis non obstantibus, a talis electi etiam inthronizati obedientia & deuotione impune, & quandocunque discedere, ipsis fidei Romanæ ecclesiæ, & obedientiæ futuri Romani pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis permanentibus, & eum ut magum, ethnicum, publicanum, & hęresiarcham euitare. Ad cuius quoque confusionem possint cardinales qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserit se regimini vniuersalis ecclesię prætextu talis electionis ingerere, auxiliū brachii sęcularis cōtra eum implorare, nec tales ab eius obedientia discedentes, tanquam tunicæ domini scisores, aliquarum propter dictum discessum pœnarum seu censurarum yltioni subiaceant. Cardinales uero qui eū sic simoniace elegerint, a suis ordinibus, & etiam cardinalatus titulis & honore, ac quibuscunque patriarchalibus archiepiscopalibus, episco-

ſcopalibus, & alijs prælaturis ac dignitatibus, & ſieneficijs q̃ in titulum vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus ſeu ad quæ ius tunc habebant, abſque alia declaratione priuati exiſtant, niſi ab illo penitus & cum effectu diſceſſerint, & reliquis cardinalibus qui huiuſmodi ſimoniæ non conſenſerint infra terminum octo dierum poſtquam fuerint ab eis requiſiti, perſonaliter ſi fieri poterit, alias per edictum publicum, ſe abſque fictione vel fraude vniuerint & cõiunxerint. & tunc ſi præfatis alijs cardinalibus ſe vniuerint & coniunxerint, in priſtinum ſtatum & ad priſtinos honores & dignitates etiam cardinalatus ac eccleſias & beneficia quibus præerant, & quæ obtinebant, redintegrati, rehabilitati, ac reſtituti, & repoſiti ac ab huiuſmodi ſimoniæ labe & cenſuris & pœnis eccleſiaſticis quibuſcunque, abſoluti eo ipſo exiſtant. Mediatores vero, proxenetæ, trapezitæ, tam clerici quam laici cuiuſcunque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint etiã patriarchali, archiepiſcopali ſiue epiſcopali, vel alia ſeculari mũdana, ſiue eccleſiaſtica dignitate præditi, etiam quoruncunque Regum & principum oratores uel nuncij, huius ſimoniacæ electionis participes, ſint, omnibus ſuis eccleſijs beneficijs prælaturis & feudis ac aliis quibuſcunque honoris, & bonis eo ipſo priuati, & ad ſimilia inhabiles, ac etiam actiue & paſſiue inteſtabiles, & eorum bona ipſo facto ad inſtar reorũ criminis læſæ maieſtatis fiſco apoſtolicæ ſedis applicentur, ſi prędicti delinquentes eccleſiaſtici fuerint, vel alias Romanæ eccleſiæ ſubditi, bona vero & feuda taliter delinquentiũ non ſubditorum ſecularium, fiſco ſecularis principis in cuius territorio bona ſita fuerint ipſo facto ſimiliter applicentur. Ita tamen quod ſi infra tres menſes a die quo notum fuerit illos ſimoniam commiſiſſe vel participaſſe, principes dicta bona fiſco ſuo actualiter non applicauerint, ex tunc illa fiſco eccleſiæ Romanæ applicata cenſeantur, & ſint, eo ipſo abſque, aliqua ſimiliter declaratione. Promiſſiones quoque, & obligationes, ſiue ſponſiones propterea quandocunque etiam ante tempus dictę electionis etiam extra perſonas cardinalium, p̱ quoſcunque alios quomodocunque, ac cum quauis inexcogitabili ſolennitate & forma, etiã iuratæ, conditionales, ſiue euentuales, & in forma ex commiſſarum ex quacunque cã etiam depoſiti, mutui, cambii, confeſſionis de receptis, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cuiuſcunque cõtractus, etiam in ampliori forma cameræ apoſtolicę factę, ſint nullę & inualidę & ad agendũ ineſficates, nullusque illarum uigore cogi vel conſtringi poſſit in iudicio vel extra, liceatque omnibus ab illis impune abſq; aliquo metu, ſine periurij nota, recedere. Et in ſup liceat carnalibus qui electioni prędictę ſimoniacę interfuerint, & a p̃fato ſic electo diſceſſerint, adhibitis ſecum aliis cardinalibus etiam illis qui huiuſmodi ſimoniacę electioni conſenſerint & poſtea eiſdem cardinalibus in dicta ſimonia non complicibus ſe vniuerint, ſi ſe cũ eiſdem unire uoluerint, alioquin ſine eis, ad alterius nihilominus pontificis electionem, non expectata alia ſententia declaratoria ſimoniacæ electionis huiuſmodi, eadem tamen præſente noſtra cõſtitutione ſemper in ſuo robore permanente, libere, alias tamen canonice deuenire, & concilium etiam generale indicere & conuocare in loco idoneo pro ut eis uidebitur expidire. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis & præcipue fœlicis recordationis Alexandri papæ. 3. quæ incipit, licet de euitanda diſcordia, &. aliorum Romanorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum, etiam in concilijs generalibus Editis, cæteriſq; ɔ̃rijs quibuſcunq;. Inhibentes poſtremo omnibus & ſingulis ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus qui pro tempore erunt, & eorum ſacro collegio, ne apoſtolica ſede vacante prædictis contrauenire, vel contra præmiſſa vel aliqua præmiſſorũ ſtatuere, diſponere, ordinare, uel aliquo modo facere, ſeu attentare præſumant quocunque exq̄ſito colore uel cauſa, ſub excommunicationis latæ ſentẽtię pęna quã ipſo facto in currant, & a qua nõ niſi per Romanũ pontificem canonice electum abſolui poſſint, niſi in mortis articulo. Decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his, vel aliquo præmiſſorum, a quoq̃ ſcienter uel ignoranter etiam per nos contigerit attentari. Vt aũt pręſentis conſtitutionis, decreti, ſtatuti, ordinationis, ac inhibitionis noſtræ huiuſmodi tenor ad oĩm notitiam deducatur, volumus præſentes literas noſtras in valuis Baſilicæ principis apoſtolorum, nec non cancellarię ac in acie campi floræ affigi, nec aliã earundem literarũ publicationis ſolennitatẽ requiri, aut expectari debere, ſed huiuſmodi affixionem pro ſolenni publicatione & perpetuo robore ſufficere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum conſtitutionis, ordinationis, decreti, ſtatuti, diffinitionis, applicationis, approbationis, & inhibitionis infringere, uel ei auſu temerario cõtraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominicæ. 1505. decimonono Kalendas februarii, pontificatus noſtri anno tertio.

87 **An autem** † in propoſito ratione ſimoniæ per papã commiſſæ quia vendit ordines, & epiſcopatus, & beneficia, ſit ſufficiens cauſa ad congregandum cõcilium, cõſiderandũ eſt quod aut eſt talis ſimonia quę ſonat in hęreſim iam damnatam. & dicendum eſt idem quod ſupra, dictum eſt in caſu hęreſis. Aut eſt ſimonia quę eſt prohibita in lege ueteri & etiam in iure poſitiuo, ut de iis quæ sũt prohibita quia ſimoniaca, ut dictum eſt. & tunc ſi monitus non deſiſtit a venalitate iſtorum ſpiritualium & beneficiorum, erit ſufficiens cauſa congregandi concilium. Ita vr̃ velle gl. in d. c. ſi papa. 40 di. Et ita uidetur ſentire Cardi. in c. pro 88 poſuit de conceſ. præben. qui dicit quod licet † papa habeat hanc poteſtatem, vt quicquid agat vel dicat accuſari non poſſit ab homine niſi de hæreſi, tamen poteſt moneri clãſi mortaliter peccat in ſecreto, & palam ſi palam peccat, nam ſubiacet euangelio de monitione loquenti. 2. quæſt. 1. ſi peccauerit, & cap. nouit de iudi. & glo. in d. cap. ſi papa, Tamen in eo quod dicitur dic eccleſiæ, non ſubiacet niſi in hæreſi. Ideo ſi eſt impęnitens, dicendum eſt eccleſię, id eſt Deo, orãdo vt eũ ɔuertat, & eccleſiæ triũphãti vt oret p̱ ipſo, ſed nõ poterit a quoquam iudicari, ẽt ſi imperator & totus clerus & totus populus conueniant. Attendat tamen animam ſuam eſſe in manib. ſuis, & quod ei iudicium terribilius imminet, & intolerabilior cruciatus. 9. q. 3. nemo, & c. aliorum. ponit etiam Egid. in c. Anaſtaſius. 2. colum 19. diſt. dicit Hoſtienſ. Ioann. An. Cardin. & alii in c. propoſuit de conceſ. preben. & Innocent. in cap. ex parte el 1. de verbor. ſignif. Facit quod dixi ſupra in quæſtione ad quem ſpectet conuocare cõcilium Ex quo videtur quod quando nõ committeret paſſim ſimoniam vendẽdo beneficia & ea quę ſunt prohibita quia ſimoniaca, per modum pręmiſſum eſſet procedendum, & nõ ad congregandum ſtatim concilium. Subiungit tamen idem Cardin. quod quando perſiſteret impœnitens, poſset haberi pro male ſentiente in fide, de pœnis. c. graue, & glo. in d. c. ſi papa, & propterea poſset deueniri ad congregationem concilii, & ita dicit Abb. in d. cap. propoſuit. Et glo. in d. c. ſi papa dicit, quod propter incorrigibilitatem quia eſt contumax dicitur hæreticus, quia contumacia eſt hæreſis, ut in capitulo ſi qui presbiteri. 81. diſt. & contumax dicitur infidelis. Quod eſt verum, ſecundum quod dicit Domin. in d. c. ſi papa, quando cum rebellione & obſtinatione viuit, in delictis perſeuerando, & recuſando bona agere, & nolendo corrigere ſeipſum. 89 Ad quod facit quod notabiliter † ponit Abb in c. quæſiuit de diuor. vbi vult quod licet alias excepta cauſa fornicationis ſpiritualis uel carnalis non ſit licitum dimittere uxorem, nihilominus ſi uir conatur ducere uxorem ad aliud delictum, nec poteſt compeſci, tunc poterit fieri ſeparatio. quia eſt præſumptio infidelitatis. Et per illud dixi aliquãdo quod ſi uir conatur ducere uxorem, ad concumbẽdum cum alio nec deſiſtit, uxor poterit petere ſeparari quo ad thorum. Et ſimiliter. quando contumacia induceret ſchiſma in eccleſia. Quæ inducit Domin. ad ea quæ fuerunt in concilio Piſano geſta in d. cap. ſi papa. Sic enim fuit concilium congregatum ad deponendum Ioan. 22. non propter hęreſim, ſed propter incorrgibilitatem, quia erat venator & lubricus, ut refert Dominus Cataldinus de Bonnocompagnis in quibuſdam allegationibus factis in concilio Piſano, directis Ioan. 23. Incorrigibilitas † igitur erit cauſa ſufficiens congregandi con- 90 cilium. & ad hoc eſt bonus tex. in cap. quorundam. 23. di. ponit hẽricus Boich. in c. licet de elec. An autem ad papam deponendũ, infra late dico. Et intellige quod non incontinenti habeat locum illa ad monitio dic eccleſię, ſed demũ quando delictum factum eſt publicum, tunc habet locum, illud dic eccleſię id eſt concilio. Ita dicit Abb. in dicto cap. propoſuit. & uidetur velle Alexan. in cap. in nomine Domini. 23. diſt. Ratio eſt, quia ſecundum Abb. vbi ſupra uix poteſt accidere quod ex peccato. publico papæ non ſcandalizetur eccleſia, iuxta illud propheticum, ſi is qui eſt unctus peccauerit faciet populum delinquere. propter malum exemplum, ut in cap. magnę de uoto. Facit text. in d. cap. ſi papa, ibi nihilominus, innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit primo mancipio gehennę, cum ipſo plagis multis in ætternũ vapulaturus. & dicit Abb. ibi in d. c. p̱poſuit. De quo vide qđ latius dico ĩ. poſt materiã depoſitionis, in q. qñ dicat̃ ſcãdalizari eccleſia. Et idẽ dico qñ eſſet notorie ſimoniacę electus in papã, ſed ſi negaret̃ ſimoniace, adhuc iudiciũ ẽt ɔcilii, ut dici Alex. in di. cap. in nomine Domini. Si igitur ſimonia eſſet occulte cõmiſsa, quia duo, tres uel quatuor tãtum hoc ſciunt, tunc poſset moueri occulte & habere locum prima pars denuntiationis euãgelicę, & ſi monitus nõ deſiſteret, quamuis non eſset publicum, poſset tamen dici eccleſiæ id eſt Deo, hoc

hoc eſt orari Deus pro eo, ſicut dicit ibi Hoſtienſ. nam ipſemet papa eſt eccleſia, vt dicit Egid. in capitulo ſi papa quadragema diſtinctione, ſed non poſſet quo ad vltimam partem dici eccleſiæ, id eſt concilio, ex quo non eſt publicum, nec eſſet legitima cauſa congregandi concilium contra papam, licet alias in ſe delictum Simoniæ ſit grauiſſimum, ut ſupra dictum eſt.

91 **Sed quæro** † vlterius, pone quod obijcitur contra papam aliquis defectus ratione cuius dicitur quod non ſit verus papa quantumcunq; reperiatur electus a duabus partibus cardinalium, vt exempli gratia ſi dicatur iudæus, non baptizatus, paganus, inimicus vel perſecutor fidei noſtræ, vel mulier, vel alia exceptio quæ iure diuino vel naturali infert eum non eſſe nec poſſe eſſe papam, & per quam inficitur ius habendi & poſſidendi, vtrum ex hoc debebit congregari concilium. Et videtur prima facie dicendum ſi non negatur electus a duabus partibus cardinalium, & eſt receptus, quod non poſſit opponi talis exceptio, ex quo eſt in adminiſtratione, vt ponit Innocent. & Ioann. And. & Compoſtel. in capitulo licet de electio. quia text. ibi in clem. ne Romani. §. cęterum, prohibet aliquam exceptionem opponi, & dictum eſt aliquid ſupra. Quinimmo nec exceptio hæreſis, vt in capitulo ſi papa quadrageſima diſtinctione ibi redarguere, quod verbum denotat accuſationem ſecundum Ala. Vin. Innocent. Hoſtienſ. Compoſtel. Ioann. And. & Henricum in dicto capitulo licet, & Archidiaco. in dicto capitulo ſi papa & in capitulo vbi periculum eod. titulo. Immo etiam nec poteſt accuſari de crimine hęreſis niſi quæ probari poſſit, vt in dicto capitulo ſi papa, aut de crimine notorio eccleſiam ſcandalizante, & de quo eſt incorrigibilis, quia contumacia dicitur hæreſis. 81. diſtinctio. qui preſbyteri, & contumax dicitur infidelis. trigeſima octaua diſtinctione. nullus. & dicto capitulo. ſi papa ſecundum Egid. Bellamera, qui hoc notat. in dicto capitulo licet. De quo aliquid alibi ſ. diximus in illo articulo ad quem ſpectet congregare concilium, in quæſtione quando ſunt duo vel plures contendentes de papatu. verſ. quid ſi papa eſt electus a duab. partibus. &c. Vtrum autem crimen notorium ſcandalizans de quo eſt incorrigibilis poſſit obiici etiam ad deponendum, alibi in loco proprio ĩ. latius dicetur, quia non procedit ſine dubio. Subdit etiam idem Egi. quod tunc erit iudex. competẽs concilium generale, ſecundum Archid. in c. in fidei de hær. in 6. & Ioann. An. in nouella, ar. 17. diſtin. §. hinc etiam. 2. q. 7. nos ſi imcompetenter. §. his ita in fi. & Abb. in capitulo fraternitatis, de hæret. Et idem dicit quando ſunt duo qui ſunt in diſcordia electi, & neſcitur quis ſit verus papa, allegat Hugonem in c. ſi duo 79. diſ. Quod dicunt verum doct. in d. c. in fidei, papa viuo, quia eo mortuo ſucceſſor eſt iudex ſecũdum Ioann. lauren. Henri. & notatur. 24. q. 1. c. 1. ſecundum eundem Egi. Quod & tenet Archid. Ioann. An. & Domin. in cap. in fidei. de hæret. in 6. & infra latius dicetur in loco ſuo, & diximus aliquid ſupra in illo articulo quid ſi papa efficiatur furioſus vel demẽs. &c. Ex quo videtur quod non poſſit ex prædictis cauſis & exceptionibus congregari concilium de quo aliquid dixi ſupra in quæſtione illa ad quem ſpectet congregare concilium, in ver. ſed quid ſi papa eſt electus.

92 **Circa iſtam** difficultatem poſſet fieri huiuſmodi † diſtinctio ex dictis doctorum in d. c. licet, quod interdum papa non eſt electus a cardinalibus, ſed eſt merus intruſus & occupator papatus per impreſſionem, interdum licet ſit electus a cardinalibus, non tamen eſt electus a duabus partibus cardinalium, vel non apparet quod ſit electus a duabus partibus, interdum conſtat quod eſt electus a duabus partibus, tamen de facto non eſt receptus in papam quia obijciuntur aliqua, ratione quorum dicitur non eſſe bona electio, & non recipitur in papam, interdum conſtat quod eſt electus & receptus a duabus partibus, ſed obiiciuntur aliquę exceptiones contra eum, interdum non excipitur contra eum ſed accuſatur, interdum & vltimo conſtat quod eſt electus a duabus partib. & receptus a cardinalib. ſed per metum & impreſſionem.

In primo caſu, quando non eſt electus a duabus partibus ſed eſt merus intruſus, non ſolum poteſt contra eum excipi ſed debet omni conatu eiici a pontificatu inthronizatus apoſtaticus, & ob hoc poterit congregari conilium, ut in d. c. ſi quis pecunia. 79. di. Secundo caſu, qñ eſt electus, ſed non a duab. partib. vel ſi a duab. partib. nõ cõſtat, vel ſm̃ Abb. Siculũ in d. c. licet. qñ electores nõ ſunt car. & forte car. proceſſerũt ad alterius electionẽ, ſilr̃ poterit ɔ̃ eũ obiici ꝙ ſit iudęus, paganus, & ſic de aliis de quib. ſ. quia tũc virtualiter agitur cauſa papatus, quia negatur papa, ex quo nõ cõſtat electũ eſſe a duab. partib. nec eſt receptus, & card. p̱ceſſerũt ad electionẽ & admiſſionẽ alterius. Et tũc cã eſt diſcutiẽda in cõcil. & iõ dẽbit ɔgregari ɔciliũ p̱ c. ſi duo. 79. di.

Tertio caſu, quando eſt electus a duabus partib. & tamen nondum receptus nec adminiſtrans, dicendum eſt quod poterunt obiici exceptiones quæ iure diuino vel naturali inferunt ipſum non eſſe papã vel non poſſe eſſe papam, & per quas inficitur ius habendi & poſſidendi, quales ſunt illæ quod ſit iudæus, paganus &c. Et ſimiliter ſi negantur aliqui ex electoribus fuiſſe cardinales, ſecundum Abb. in d. c. licet in antepenul. col. Et erit ſufficiẽs cã ad congregandum concilium. Non tamen obſtabit ei ꝙ non ſit de numero cardinalium, ſecundum eundem Abb. in notabilibus, ſed bene obſtabit ſi dicatur ꝙ eſt infans, mulier, uel furioſus & c. ſed intellige de furioſo tempore electionis, & non de eo qui poſtea effectus eſſet furioſus, ut dicit domi- 93 nus Anto. in d. c. licet Iſtæ † & ſimiles bene poſſunt obiici, exceptiones autem inferentes inhabilitatem iuris poſitiui, vt vt ꝙ ſit coniugatus, vel ꝙ ſit monachus, uel ꝙ ſit laicus, non poſſunt obiici. Et de bigamo quidem hoc dicit Anto. in d. c. licet. Et ꝙ exceptio ꝙ ſit vxoratus non poſſit opponi, facit quia in eccleſia orientali etiã ſunt vxorati, ut in c. cum olim de cleri. coniuga. 31. diſt. c. nicena. De infante dicunt Hoſtiẽ. Anto. & alii quod poſſit obiici niſi a ſpiritu ſancto eſſet facta electio, quia non eſt capax ordinis. non tamen poteſt opponi de nullitate actus ex perſona agentiũ, ſecundum d. Anto. ibi in vlti. colum. & cardi. in 25. q. & glo. 1. in fi. & in §. cęterũ in cle. ne Roma. Quod intelligo de exceptione actus nulliter geſti ex inhabilitate perſonę actum gerentis, ut puta q̄a erat excommunicatus, uel aliquid tale. Sed ſecus ſi diceretur ꝙ non eſſent aliqui ex duabus partibus eligentium cardinales, 94 vel quod aliquis eorum eſſet furioſus tempore electionis, & ſic de ſimilibus inhabilitatibus a natura. Non tñ † obſtat ſi excipitur quod ſit facta in loco interdicto electio, ſecundum cardi. in c. 1. in 6. quæſtione de poſtul. pręla. & doc. in cap. ubi periculum de elec. in 6. & doc. in c. cum inter. eo. tit. cũ ſimil. De interdicto perſonę uide in §. cęterum in gloſ. & Immol. 95 ibi ubi de † ratione diuerſitatis inter interdictum loci & perſonę. & do. in §. porro, in glo. c. ubi periculum. Et ita dicunt communiter doc. in d. ca. licet. & dixi aliquid ſupra ubi actũ eſt de exceptione hęreſis in papam, in pagi. 149. Et clarius procederent tales exceptiones quando eſſent notorię, quia poſſunt obiici, vt ex dictis cauſis congregari debeat concilium, quia iſtis caſibus virtualiter agitatur cauſa inualiditatis tituli ipſius papatus. Et quod dictum eſt de cardinale eligente furioſo, intellige de cuius furore aperte conſtaret, alias ſecus, ſecundum. d. Anto. in d. c. licet. Item intellige niſi ſine eius perſona remaneret numerus duarum partium cardinalium eligentium, quia talis exceptio non obſtaret quantumcunque electus nondum eſſet receptus nec adminiſtraret. Et de iſtis vide quę late dicta ſunt ſupra in quęſtione ad quem ſpectat congregare concilium in ſecundo caſu principali, verſ. ſed quid ſi papa eſt electus a duabus partibus &c.

96 **Vtrum autem** hoc caſu † poſſet obijci quod ſit notorie excommunicatus & declaratus, licet text. in cle. ne Romani velit pretextu ſimilis exceptionis non poſſe retardari quominus fiat electio, & cap. licet tollat oẽm exceptionem, & licet ſupra ſimpliciter ponendo exemplum tenuerim quod non in eligente, in electo tamen iſte articulus non procedit ſine dubio, cum Hoſtien. Inno. Io. An. in nouella videantur velle quod talis electus ſic notorie excommunicatus non ſit papa. Vnde ponentes quęſtionem, de electo a minori quam duabus partibus cardinalium qui p̱ electo ſe gerit, & cui cardinales electores obediunt, ex quo tam ipſe quam obedientes ſunt ipſo facto excommunicati, vt vult tex. in d. cap. licet, ſi poſtea ſuperuenit maior concordia cardinalium ita ꝙ habeat duas partes, nunquid erit papa, dicunt quod non, quia in excommunicato nequeunt cardinales accedentes cõſentire, cum & ipſi ſint ligati eadem ſententia cum ipſo. Quod intellige verum ſecundum Ioan. An, in d. c. licet, niſi prius eſſet reconciliatus illis diſſentientibus & poſtea omnes etiam diſſentientes de nouo conſentirent & eligerent. Et ita uidentur ſentire oẽs in d. ca. licet & ꝙ anteq̃ ſit reconciliatus & abſolutus, non erit papa. Et pro hoc facit, quia ſi aliter diceretur, ex eadem conſtitutione ligarentur & commodum ſentirent, cõtra notata in c. quia fruſtra de vſur. 97 cum ſimil. Non obſtat. §. cęterum † in d. cle. ne Romani quia ibi tantum loquitur de eligentibus, quibus non vult poſſe obijci de excommunicatione. Imo ille. §. poſſet induci pro, quia ſi tantum eſt prouiſum de excommunicatione ꝙ non obſtet electoribus, ergo quo ad electum remanet in diſpoſitione iuris. & datur intelligi, ex quo etiam de electo facile ſimiliter diſponi potuiſſet, non prouidendo quod in perſona electi ius commune vendicet ſibi locum in contrarium. l. 1. in fin. ff. ad municipales. & ſi remaneret in diſpoſitione iuris, electio facta de excommunicato eſt nulla. ca. ad apoſtlicę, & c. ſi. de cle. excom. mini. ſ. c. cum inter. R. de elec. & in ca. cum di-

dilectus de conſuet. Facit quod dicitur in princ. dictæ clem. inquantum vult remanere iura antiqua incorrecta. Sed cer-
95 te hoc parum facit, quia † text. §. cæterum, loquitur de quacũque excommunicatione ſuſpenſione vel interdicto inſurgẽte aliunde quam ex ipſamet conſtitutione. Secus in propoſito quando minor pars cardinalium elegiſſet. quo caſu tam electus quam eligentes ſunt excommunicati, ut in d.c.licet.
99 Non obſtat † tex. d.c. licet in fi. inquantum vult non poſſe opponi aliquam exceptionem, qa debet intelligi prçterquam. de exceptione inſurgente ex ipſamet conſtitutione. Bar. in l. 1. ff. quod vi aut clam Bald. in l. 1. 5. col. C. de condi. indebiti, Salice. in l. ita pudor. C. de adult. Butrius in c. item cum quis. de reſtit. ſpol. Ioann. de Immol. in c. ex parte de offic. delegat. & idem Butrius in d.c. licet. Inde † dicitur quod perſona lo-
100 quens ſemper cenſetur excepta l. inquiſitio, ibi Bal. C. de ſolu. glo. & Bar. in l. 1. ff. de ſena. & Bar. in l. ſi mercedem. §. ſi habitatoribus. ff. de action. emp. Item facit quod vbi a iure vel ſtatuto tolluntur exceptiones, non cẽſetur ſublata exceptio inhabilitatis perſonæ agentis. Et ideo admittitur exceptio nullitatis ſententiæ ex defectu perſonæ iudicãtis, puta quod non ſit iudex licet a iure dicatur quod nulla exceptio admittatur contra ſententiam, vt eſt glo. in clem. 1. de ſequeſ. poſſ.
101 & fruc. Reſtringit † tamen iſtud dictũ Butrius in d.c. licet in vltima colum. quando non ſubeſt perſona cum qua poſſit iudicium nullitatis agitari, vt eſt in papa. Quæ reſtrictio non placet, quia eſt contra dictam glo. & doct. ibi & Abb. hic, qui
102 ſimpliciter loquuuntur. Et vbi a ſtatuto tollitur † omnis exceptio, non cenſetur ſublata exceptio inhabilitatis agentis, quia, vt dicit Butrius in d. c. licet, actus electionis papæ non ſubijcitur ex toto iuri poſitiuo, ſed procedit magis ſecũdum merum ius naturæ, & ideo admittitur exceptio quod nõ eſt electus a cardinalibus, item exceptio quod cardinales nõ cõſenſerunt, & quod qui elegerunt non ſunt cardinales. Et ſi a ſtatuto tollitur omnis exceptio contra inſtrumentum, non erit ſublata exceptio quod inſtrumẽtum, non eſt publicum, vt dicit Barto. d. l. 1. ff. quod vi aut clam, & refert etiam Abb. in d.c. licet. Vbi ergo detrahitur qualitati ſuper quam ius ſe fundat, quod tollit exceptiones, ſemper talis exceptio poterit opponi, vt in exceptione quod non eſt electus a duab. partibus cardinalium, vt ibi dicit Abb. & in c. item cum quis. de reſtit. ſpoliat. Et propter ſimiles exceptiones quantumcumque fuiſſet admiſſus, & receptus ab illis eum eligentib. quia nulliter, per concilium poterit agi ne adminiſtret, & ne admittatur, & recipiatur per alios cardinales, & ſi eſſet concilium congregatum, poſſet per concilium eiici & amoueri a
103 pontificatu. Et cum doctores in † c. licet dicunt quod nõ poteſt excipi, ſed debet accuſari, mens eorum eſt quod illis caſibus non debet impediri in adminiſtratione, ſine concilio, quia accuſari non poteſt niſi in concilio. d.c. ſi papa 40. diſt. & c. in fidei de hçret. in 6. Et ideo ubicunque cõcilium eſſet congregatum exceptiones quæ alias opponi non peſſent ſine concilio, ut eſſet poſtquam eſſet electus a duabus partib. ſormiter & receptus, tunc in concilio opponi poſſent. & cõcilium procederet ſine alia accuſatione, quia non ob aliud doctores in d. c. licet uolunt quod non poſſint obiici illæ exceptiones, ſed debeat accuſari, niſi ad hoc vt congregetur concilium & per concilium declaretur ſi obſtant vel nõ obſtant exce. illæ, non quod ſine accuſatione per concilium iudicari non poſſit. Et hanc credo eſſe indubitatam mentem doctorum in d.c. licet. Item ſi loqueremur de excommunicatione contra electum aliunde quam ex ipſa conſtitutione inſurgente, poſſumus dicere quod non eſſet bona conſequentia, contra electum a duabus partibus non poteſt de ipſius excommunicatione excipi, ergo ipſius excommunicatio eius electionem nullam non reddit. Patet inſtantia, quia contra electum confirmatum, de crimine non notorio non poteſt excipi, vt in c. conſtitutis de appellat. de conceſ. præben. poſt electionem. §. fi. de accuſat. cap. accedens, & tamẽ illud crimen licet occultum electionem nullam reddit vt in c. cum in cunctis. §. fi. de elec. Ad idem eſt quod ſupra diximus, quod contra electum a duabus partibus de hæreſi nõ poteſt obiici ſiue excipi, & tamen electio facta de hæretico eſt nulla & poteſt accuſari ſecundum Innocent. Compoſtel,
104 Ioann. An. & alios ſupra adductos in d. c. licet. Ex quo † patet quod contra electum de excommunicatione inſurgente ex diſpoſitione dicti capituli licet. ſine dubio poteſt opponi, quia virtualiter dicitur electionem fuiſſe nullam. Si vero opponatur de alia excommunicatione, tunc ſuper iſto articulo Egid. in dicto capitulo licet, prius videtur tenere contra Inno. Hoſtienſ. Ioann. And. quia licet in inferioribus electionibus a papali electio facta de excommunicato ſit nulla, per d capit. cum dilectus, & per c. illa & d. c. cum inter. de elect, tamen ſecus dicit videri dicendum in electo ad papatum, per tex. in fi. d. c. licet, qui prohibet omnẽ exceptionem. Item qui a licet excommunicatus quo ad cætera uideatur poſitus extra eccleſiam, tñ, dicit ipſe, reuera adhuc eſt intra eccleſiã. & iõ ſi ſit occultus, facit oĩa quæ ratione publici officij ad eũ in eccleſia pertinent, vt in c. ad probandum de re iudi. cum ibi notatis. Imo & excommunicare poteſt, vt not. Inno. in c. ſi vere de ſen. excom. argumento. 24. q. 1. in ſumma. Et ideo
105 † dicit quod excommunicatio non adimit titulum beneficij excommunicato, licet ſuſpẽdat eum ab officio & perceptione fructuum, vt in c. veritatis de do. & contu. notatur. in cap. poſtulaſti in 1. glo. de cle. excõ. mini. & in cap. cum bonæ. de æta. & quali. in glo. fin. Imo valet collatio per ordinariũ facta excommunicato, vt not. guiliel. de monte lauduno in clem. auditor in gl. fi. de reſcrip. & in cle. 1. de relig. domi. ſuper verbo fortius. de quo in ca. ad apoſtolicæ de cle. excõ. miniſ. poſt glo. & cardi. conſilio. 40. Facit etiam in propoſito quod dr̃ in d.c. ſi vere de ſen. excom. quod inijciens manus violentas in clericum excommunicatum, incidit in pœnam canonis ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ſi autem eſſet extra eccleſiam percuſſus, percutiens nõ eſſet excommunicatus, vt uidemus in clerico hæretico. 4. q. 1. ca. quod autẽ. Adducit etiam quod ſicut actus ciuiles ſunt interdicti excõicato actiue ita & paſſiue, vt iuribus ſupra allegatis. igitur ſicut excommunicati etiam publice non ſunt actiue prohibiti ſed permiſſi hanc electionem de papa celebrare, ut in d. §. cæterum, cle. ne Romani, ita nec paſſiue quominus eligi valeant. Et adducit ꝙ bene faciunt dicta per compoſtel. quæ ponit glo. 1. in d. §. cæterũ. Et ex his in principio videtur velle ꝙ non poſſet objici contra electũ in papam a duabus partibus nõ receptum, quod ſit notorius excommunicatus. Refert tamen Hoſtienſem & Ioan. Andr. dicere ꝙ ſi talis excommunicationis vitium eſt occultũ, eccleſia de hoc non iudicabit, vt in c. ſicut, de ſimo. ſed cauere debet ſic electus ne ędificet ad gehennam, vt in c. perltuas de
106 ſimo. nam † ignorantia probabilis excuſat, non autem craſſa, vt in c. ad apoſtolicæ de cle. excom. miniſ. Ex quibus ſic collectis inferri videtur quod electio facta de papa excommunicato non deficit in ſuis naturalibus, & ꝙ per conſequens videtur valere, quia exceptiones a iure poſitiuo ortum trahẽtes non uidentur inferiores electiones inficere, ſecũdum eũ. Qui finaliter reſidet in conrraria opinione, & ſic cum Innoc. Hoſtien. & Ioan. An. ea potiſſimum ratione quia ſecundum
107 iura antiqua ille † qui iniuſte & ſcienter dignitatem occupat abſq; canonico titulo, reddit ſe ipſo iure inhabilem ad eandem, ſic quod electio facta de eo amodo, maxime in illa vacatione, ad huiuſmodi dignitatem eſt nulla, ut legitur & notatur in c. dudum de elec. & ca. commiſſa. §. 1. de elec. in 6. & ita obſeruat cancellaria ſecundum eum. ergo per conſenſũ illicitum & occupationem iniuſtam papatus a minus canonice electo factam, ſic electus cõſentiens & occupans factus eſt ſaltem pro illa vice inhabilis & ineligibilis ad papatum, cum prædicta iura antiqua nõ reperiantur correcta. Si enim ad aliqua iura ſpecialia inhabilitat excommunicatio ipſum excommunicatum, quod eſt maius, quod dignius quod potẽtius, quod ſpiritualius, quod periculoſius ius in hoc ſeculo ꝙ̃ papatus. item quid flagitioſius, quid damnabilius, quid maiori pœna dignum, quam crimen quod directe contra Deum, ꝯ totam eccleſiam, contra totum populum chriſtianum & fidem ipſam committitur in occupatione papatus, ex qua ſchiſma uniuerſale & infinita animarum pericula oriuntur.
108 Non obſtat quod iura † poſitiua papam non ligent, quia dũ agitur de iſta pœna contrahenda ſupponitur quod non eſt papa, & dr̃ plus, ꝙ ipſa pęna contracta, papa amodo in illa vacatione eſſe non poteſt, ex quibus dicit opinionem Inno. Hoſtien. & Ioan. An. veram. Ex quo ſequitur quod ſicut quando objicitur quod eſt notorie iudæus, non baptizatus & ſimile, ex dictis cauſis debet congregari concilium, ſic & ſi objiciatur quod eſt notorie excommunicatus. Quæ concluſio mihi videtur dubia, & nõ minus periculoſa quam alia de ſimonia quam ſupra retuli. & credo quod deceperit Egidium au-
109 thoritas Inno. Hoſtien. & Ioan. An. ſupra relata. Sed cum † reuerentia, caſus & quæſtio ipſorum eſt longe diuerſus, quia ipſi loquuntur in excommunicatione cauſata ex ipſamet ꝯſtitutione cap. licet, & ideo non eſt mirum ſi tunc electio facta de eo ſic excommunicato, ſit nulla, & poſſit contra eum excipi de tali excommunicatione. & hoc etiam tenet, ibi. d. Ant. in d. cap. licet, in penul. colum. ibi admittetur etiam exceptio permiſſa ex capite iſtius ſtatuti. Et maxime procedit eorum concluſio, quia c. licet, non ſolum excommunicat talem electum a minori parte, ſed etiam eum recipientes. Vnde etiam quia contra formam illius capituli erat primo electus, & electio reperiebatur nulla, non poteſt per acceſſum validari, quia & accedentes tanquam communicantes & recipientes excommunicantur per eandem conſtitutionem. c. licet. Ideo non mirum ſi poteſt contra talem ſic ſe gerentẽ pro papa, excipi quod ſit excommunicatus, quia virtualiter

oppo-

opponitur contra eum quod non eſt canonice electus, ſed ꝯ formam ipſius conſtitutionis in cuius pœnam incidit, & ipſum non eſſe papam. Et ideo nõ mirum etiam ſi ad cognitionem ipſius exceptionis dicitur debere congregari conciliũ, cuius eſt cognitio cum agitur cauſa papatus, vt in c. ſi duo. 79. diſt. Sed non ſic ſimpliciter loquendo eſt vera iſta concluſio in qualibet exceptione excommunicationis aliunde inſurgente. Et ideo non credo quod poſt electionem formiter factam a duabus partibus, poſſet obiici contra papam quod ſit notorie excommunicatus, ſiue quod propterea electio ſit nulla quia facta de excommunicato. Et credo quod. §. cęterum in clem. ne Romani, qui prouidet circa electores, in ſua ratione uirtualiter immo multo magis prouideat in perſona electi quod non poſſit obiici de excommunicatione. Pa-
110 tet † ratio eius quod dicit d. Anton. in d.c. licet. de electo per ſimoniam, cui non poteſt opponi quod ſit electus per ſimoniam, per gloſ. in c. ſi quis pecunia, & tamen cardinales poſſent accuſari de ſimonia, vt in capitulo ſi tranſitus. ſeptuageſimanona diſtinctione. & dicta gloſ. in d. capitulo ſi quis pecunia, & dicit Anton. & Immol. in d. cap. licet, & dictum eſt ſupra, & hoc propter maius periculum quod eſt in perſona electi quam eligentium. Ideo ſecundum quod dicit illa,
111 gl. etiam ſi probata eſſet ſimonia contra cardinales, licet poſſent ipſi puniri, non propterea poſſet papa deponi, de quo alias latius dicetur.

Quarto caſu, quando eſt electus a duabus partibus, & receptus, etiam ſi obiiciantur
112 aliquæ exceptiones iuris naturalis vel diuini, vt puta † quod ſit mulier vel furioſus, quamuis iſtæ inficiant ius poſſidendi, non poterunt opponi ſed bene poterit accuſari, ex quo eſt receptus & poſſeſſor. Licet dominus Anton. ſimpliciter dicat, quod poſſent opponi ſimiles exceptiones, nec aliquid dicat, quid ſi ſit poſſeſſor, tamen ita communiter dicunt docto. in
113 d.c. licet, vt plene ibi per Abbatem. In caſibus † tamen pręmiſſis crederem, vt ſupra proxime dico, & etiam ſi eſſet notorius hæreticus, & teneretur concilium, & concilium a ſe procederet, quod poſſet de illis excipi quantumcumque eſſet receptus, ex quo eſt præciſus ab eccleſia, quia nullo tempore poteſt eſſe papa, & ſufficit quod notorium allegetur, ut alias ſupra dixi per cle. appellanti. Non vt ex ſola oppoſitione exceptionis ſtatim amoueatur, ſed ut concilium cognoſcendo decidat. Et vide quę dicta ſunt ſupra in art. quis congregat concilium circa finem.

De quinto caſu quando per viam accuſationis proceditur, dicetur infra in propria quæſtione.

114 Sextus & vltimus caſus, † videlicet quãdo eſt electus a duabus partibus, & receptus ſed per impreſſionem, dependet ex hoc quod ſi electio per impreſſionem & metum facta tenet, non videtur requirenda concilii congregatio niſi ad cognoſcẽdum de qualitate metus, quia eſt verus papa, ſi non tenet, uidetur requiri congregatio ſaltem ad iudicandum ſuper nullitate electionis, & tunc uidetur tractari cauſa papatus, iuxta c. ſi duo 79. di. de quo articu-
115 lo infra late dicetur. Eſt tamen aduertendũ quod licet † poſt electionem non poſſint opponi exceptiones inhabilitatis inſurgentis ex iure poſitiuo, tamen ante electionem celebratam bene poteſt obiici contra illum quem cardinales vellẽt eligere in papam exceptio inhabilitatis inſurgentis ex iure poſitiuo, vt homicidii, vel quod ſit baſtardus ſiue nothus ſeu mulier, vel exceptio adulterii, vel fornicationis notorię iuxta, c. veſtra de coha. cle. & muli. vel ſimiles, iuxta. c. accedẽs de accuſat. & c. inter dilectos de exceſ. prælat. Iſtam concluſionem ponit Hugo & refert Alex. in c. ſi quis pecunia in gl.
116 1. in prima concluſione. 79. diſ. Et ratio † poteſt aſſignari quia facilius impeditur promouendus quam deijciatur iam promotus. 25. quæſtio. 1. §. vlt. c. ex tenore, ibi glo. de tempor. ord. Tamen in contrarium facit text. in §. ceterum in clem. 2. de ele. vide quod dico ſupra proxima quæſtione, incipit vtrum autem hoc caſu.

117 Nunc ad principale dubium, vtrum electio † papæ facta per impreſſionem ſit nulla uel non, procedendo per contraria, primo uidetur, quod electio te-
118 neat, quia geſta † per metum tenent, ſed ueniunt reſcindenda per actionem quod metus cauſa. ff. & C. quod met. cau. c. Abbas & c. ad audientiam eo. tit. 15. q. 6. authoritatem. ff. de dolo. l. eleganter. C. de inutilibus ſtipulationibus. l. dolo. per Cyn. quod ſi eſt in inferioribus electionibus quod tenent, eo
119 magis in papali propter periculum. Secundo facit † quod electio papalis eſt exempta ab omnibus formulis nec aſtringitur ad aliquas formas. Vnde dicit tex. in c. licet in fi. ꝙ in electione facienda de Romano pontifice ſtatuitur aliquid ſpeciale pluſquam in aliis electionibus intantum quod ſufficit quod valeat iure naturali licet non valeret alias de iure poſitiuo ſecundum Innocent. in capit. quod ſicut de elec. Cum ergo in alijs electionibus geſta per metum teneant, ut dicit card. in d. capit. Abb. ſequitur ꝙ tanto magis in electione papæ debeant tenere, nec debeat dari in ea reſciſſio. item quia deeſt ſupetior ad quem poſſit haberi recurſus, ut in d. c. licet
120 in fi. Metus † autem non tollit naturalẽ conſenſum. l. mulier §. penul. ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. qui vim intulit. ff. eo titu. C. de inutilibus ſtipulationibus. l. dolo, iuncta. l. obligationum ſubſtantia in fi. ff. de act. & obli. & de baptiſmo. ca. maiores. §. ſed obijcitur. 23. quæſtio 4. diſplicet. & 15. q. 1. merito. & c. ſacris, quod metus cauſa, cũ ſimil. Tertio
121 † facit tex. in cap. licet de elec. qui tantum requirit electionẽ fieri a duabus partibus, & vult non poſſe opponi aliquam exceptionem, ergo nec exceptionem quod per metum elegerint. & cum tantum requirat conſenſum duarum partium, etiam ſi metus interuenit eſt ſatisfactum uerbis, quia metus non tollit conſenſum. d. l. mulier. §. penul. ff. quod metus cau-
122 ſa. & d. ca. maiores de baptiſmo. Quarto facit † ꝙ ſufficit ſubſtantialia interuenire in actu vt actus teneat. ff. de confir. tuto. l. naturali. §. ſi quęratur. vnde aditio & repudiatio quæ a ſolo conſenſu dependent, licet per metũ fiant tenent. d. l. ſi mulier. §. metu, & §. ſi coactus, quod metus cauſa. Sic ergo cum tantum requiratur conſenſus duarum partium in electione papæ, ſufficit alterius ſpeciem, videlicet uel liberi vel coacti, interuenire, argumento notatorum per Bar. in l. 1. ff. de verb. obli. vel ſaltem caſus erit omiſſus & remanebit in diſpoſitione iuris. l. commodiſſime. ff. de lib. & poſthu. Igitur ſi nõ dixit tex. c. licet, quod eſſet nulla, ſi conſenſus fuiſſet coactus, ſtandum erit ſicut in alijs actibus, in quibus geſta per metum regulariter tenent de iure d. c. Abbas. c. 1. & ibi glo. per locum a ſpeciali, quod metus cauſa in 6. Quinto inducuntur pro hac parte iura in materia electionis papæ loquẽtia. Et primo tex. in c. ſi quis pecunia 79. diſt. vbi ſub vna determinatione pecunia, humana gratia, & tumultus proferuntur. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. Eodem modo. c. in nomine domini. 23. di. in §. ſi quis contra. Ad idem. cap vbi periculum in §. prçterea vbi licet arctet & inhibeat & pœnam adijciat, tamen vltra non progreditur annullando, argumento notatorum. l. non dubium. C. de. ll. Item eo. ca. §. cæterum, quia ibi loquitur de arctatione iuris & hominis, quæ tamen electionem nullam
123 non reddit Facit † quod ita aduerſatur libertati neceſſitas iuris ſicut & hominis l. libertas in prin. ff. de ſtatu hominũ. Itẽ facit quod in electione papæ multa ſunt ſpecialia introducta inter quæ non eſt quod electio facta per metum ſit nulla, ergo ſtabit ſicut in cæteris electionibus. 2. q. 5. conſueuiſti. & c. inter corporalia de tranſla. præla. Ergo valebit electio. capitulo quod ſicut, ibi Innoc. de elec. capitulo abbas ibi cardi. quod metus cauſa.

124 In contrarium † facit, quia verior videtur opinio quod metus & impſſio in electionibus pręlatorum vitiant electiones ipſo iure. quod probatur per cap. oſius, & c. bonæ el 1. & cap. quiſquis, & c. quod ſicut de elec. & per notata per Inno. Hoſtien. compoſtel. Ioan. An. & alios in dictis iuribus. & per notata. 6. q. 1. ſi quis. per gloſ. & Archi. & in capi. inſinuante qui cle. vel vo. per gloſ. & doc. & 79. di. cap. 1. per Hug. & Archi. Item facit quod dicit Innoc. in d. cap. licet in glo. 1. in uerſi. ſi tamen interueniſſet impreſſio, in addi. Induci etiam poteſt pro iſta parte tex. in c. in nomine domini. 23. di. in §. ꝙ ſi prauorum. & §. quod ſi quis, ibi populari tumultu, & ibi concordia canonica. canonica. n. non eſt ꝙ̃ ſit contra canones, cuiuſmodi eſt quando interuenit metus & coactio. 6. q. 1. ſi quis. Ad idem etiam facit quod electio ſi ſit per metum & impreſſionem, dicitur facta contra libertatem eccleſiaſticam, quia affert impedimentum perſonis eccleſiaſticis. Facit tex. in d. c. quiſquis de elec. Ad idem facit ratio tertia quam adducit Pe. Flandrinenſis. cardi. ſancti Euſtachij in quibuſdam allegationibus de electione Vrbani. 6. factis. qui dicit quod actus qui a ſolo libero conſenſu totale ſuum eſſe recipit, per ſuperadditam violẽtiam vel impreſſionem ipſo iure redditur nullus, ſed electio papæ a ſolo cardinalium arbitrio & libero conſenſu recipit totaliter & perfecte ſuum eſſe completum, ergo per violentiam & impreſſionem ipſo iure redditur nulla. Maior ꝓpoſitio declaratur. nã licet regulariter contractus & ſimiles actus ſi per uiam uel impreſſionem fiant, valeant, ſed debeant retractari per ſuperiorem, ut per totum. ff. & C. quod metus cauſa, & declarat
125 glo. in d. cap. Abbas, quod metus cauſa, hoc ut ipſe dicit † cõtingit propter duas cauſas. Prima eſt quia contractus huiuſmodi non recipiunt perfectionem ex ſolo libero arbitrio, ſed ad promiſſionem quidem neceſſaria eſt executio, quæ eſt promiſſi obſeruatio, ad uenditionem autem donationem & ſimiles contractus traditio rei. ff. quod metus cauſa. l. metũ. §. quod licet, & §. volenti. eo titu. c. ad audientiam. de renun. c. quidam. de conſue. ex literis. de rei uendi. l. quotiens. Et de

hoc

hoc notatur de sponsa duorum.c.tuas in glo.prima. Secūda ratio est quia in istis adiri potest superior qui de metu cognoscat.l.1.ff.quod metus causa.in illis autem qui ex solo libero consensu recipiunt totale, & completum suum esse, hoc nō vendicat sibi locum, illi enim actus si in eis interueniat uis
126 vel metus, sunt ipso iure irriti. Et ratio est,† quia consensus non est, si est vulneratus & infectus per adiunctionem violētiæ.& suum non potest producere effectum in esse. Adducit
127 etiam simile in excommunicatione,quæ† trahit secum totalem suum effectum, & ideo non suspenditur per superuenientem appellationem,quia vel statim trahit secum executionem,vel statim est nulla, de appell.pastoralis, de sentent. excommunic.cum non ab homine.& c. venerabilibus eod. tit.in glos.& post diffinitiuam in 6. Secus in aliis quæ non statim habent suum effectum seu suum completum esse, sed necessaria est executio. Et ista licet teneant, tamen suspenditur eorum executio,& ipsorum effectus per appellationem. Et si iusta reperitur, cassatur eorum effectus, ut ff.ad turpilianum.l.1.de offi.deleg.pastoralis,& de appel.per totum. Item simile,quia actus qui per se sortiuntur totalem effectū suum, ita quod non est necessarium superioris ministerium,nō impediuntur per iuramentum de non agendo. Alij vero actus qui ad consecutionem sui effectus ministerio superioris indigent,per iuramentum de non agendo vel faciendo,effectualiter impediuntur,vt notat plene Ioann.And.in c.dilecto de
128 præbend. & de reg.iur.quod semel,in nouel.in 6.Electio† autem papæ ex solo libero consensu cardinalium eligentium & electi producit effectum completum, nec expectatur superioris confirmatio, quia non est superior ad quem possit haberi recursus in d.c.in nomine Domini, & d.c.licet. Et ex quo cardinales non possunt quærere de meritis personæ electæ,vt d.c.licet,nec de electionis forma,vt in c.cum nobis de elect.nec de meritis personarum eligentium, vt in d. cle. ne Romani,debent saltē de efficacia & veritate electionis quærere. gl.magna.8.q.1.si ergo.& Inno.in c.quod sicut de elect. Ad idem facit, quod in pluribus similibus casibus videmus,
129 in quibus† non sufficit solus consensus naturalis nisi cū qualitate libertatis,patet in matrimonio carnali.de sponsa.cum locum,& c.veniens,& c.requisiuit,&c.gemma.eo.ti.27.q.2. sufficiat.ff.de ritu nupt.l.non cogitur. C.de spons.l.fi.Et procedit argumentum de matrrmonio carnali ad spirituale,vt in c.inter corporalia de transla.prela.Simile etiam videmus in dote,quod requiritur consensus liber. ff.quod metus causa. l. mulier. §.si duos. Simile in ingressu religionis,& sic in matrimonio spirituali.34.q.2.non satis, & quod metus causa.c.1.Item in voto.32.q.1.integritas.17. q.1.non est.de voto. c.licet.Item in testamento,ut C.si quis aliquem testa.prohi. l.1.ff.de testam.l.testamentum.in fi.argum. C.de sacrosanct. eccles.l.1.Item in alienatione rerum ecclesiasticarum.16.q. 1.in canonibus,de iureiuran.peruenit el.1.Item in manumissione.ff.qui & a quibus.l.1.& l.si priuatus.Item in confessione.15.q.6.c.1.31.q.2.Lotharius. ff.de quæstionibus.l.1. §. diuus & de confess.c.fi.post prin.primæ glo.Item in datione iurisdictionis,ut ff.de iudi.l.2.& §.1.& ff.de appell.l.constat. Et in multis aliis similibus casibus qui possunt colligi ex doctoribus in d.c Abbas.quod metus causa,maxime moderniori
130 bus.Item pro ista parte facit quod gesta† per metum non ualent ipso iure quando iura non prouident de beneficio retractandi, vt ff. quibus ad liber. procla. non licet. Simile est in electione papæ, quia deficit superior ad quem possit haberi recursus,vt d. c.licet. Et pro ista in effectu concludit etiam Pet.Flandrinen. Cardin.sancti Eustachij in quodam suo tractatu facto occasione schismatis exorti tempore Vrbani ex rationibus pręmissis. Qui etiam adducit quod inter actus humanos papæ electio est ex libero Cardinalium eligentium, & electi consensu,& inde suum esse completum recipit. Et ratio est quia licet cardinales sint in eligendo ministri,tamē in instanti quo consensus canonice eligentium,& electi inuicem coniunguntur,& Deus dat electo suum locum & plenariam regiminis potestatem in mundo, vt patet Ioan.ult. & Matth.16.& de elect.significasti.de maior.& obed.solitæ. Et propterea alibi dicit tex.quod eius potestas non est ex homine,sed a Deo,de iudi.nouit.de translat. prælat.c. 1.qui filii sint legi.per venerabilem. Et licet a Deo sit omnis potestas, tamen hæc sola est quæ immediate ab eo processit, vt notatur in c.1.de translat.prælat.in c.2.in glos.1. & per Innoc. de foro compet.c.licet.el.1.& Paul.in clem.præsenti de cen.Nefas autem esset dicere quod Deus,qui est summa veritas,summa puritas,summa simplicitas.actui per uim extorto ac a iure diuino, & positiuo damnato suam potestatem daret in mundo, cum qua habet concurrere gratia spiritussancti, ut satis probatur.1.q.1.gratia,& capit.ordine,& capit.sicut,& fere per totam illam quęstionem.57.dist.si quis in ægritudine, de consecra.di.4.solet.de baptis.c. maiores.Adducit etiā pro singulari tex.in d.c.in nomine domini, ponderans & deducens effectum singulorum verborum, ex quibus dicit apparere ibi tex. quod electio est ipso iure nulla, Ad quod facit qđ ponit Bal.in l.1.§.sed & qui domini. C.de latina liber.tollen.
131 vbi colligendo vnum notabile, videlicet quod† non licet illudere populo, inducit contra cardinales qui dicunt coronasse papam fictitie, dicentes per metum fecisse, quia interdum est licitum fingere.l.1.§.fuit.ff.de dolo. Et ibi uidetur velle quod non valeat electio per metum.& si non valet electio, non valet coronatio, quia nō potest quis intrare ad apostolatum nisi sors electiua cadat sup eum, sicut in electione Matthiæ. Quia enim ibi requiritur voluntas, si quis per totam vrbem portaretur a populo & clero coronatus tanq̃ papa, non tamen esset papa, quia electio papæ est potius diuina quam humana, & ideo alias nisi per istud ostium intretur, impossibile est ad papatum peruenire, vt ipse dicit. Licet idem Bal. censuerit electionem Vrbani. 6. validam, & non adeo meticulosam ut inficeretur, in ru. si quis aliquem testa.prohi. Sic etiā dicit Bald.
132 in l.cū te, per illum text. C.de pignori. quod si papa alias† fuit electus sponte a cardinalibus, & postea per metum coronatus, non propterea vitiatur præambula electio, quia licet alias actus subsequens voluntarius purget metum, vt in l.2. C.quod metus causa, tamen subsequens meticulosus non inficit actū principalem præcedentem spontaneum. Quod etiam tenet & sequitur Alex. de Immol. in d.l.2. qui inducit ad quæstionem e conuerso quod si electio fuit nulla per impressionem facta, & coronatio spontanea, per coronationem purgatur metus. Quod an sit simpliciter verum, vide quod dico infra.in 6.sequenti charta, in quæstione quæ incipit item alia q̃stio suppositio &c.

Ex his articulus redditur dubius vtrum electio dicatur nulla vel non. Et si quis vellet replere chartas in hac materia, multę reperiuntur allegationes clarissimorum virorum quæ factæ fuerunt tempore schismatis. Vrbani sexti, quæ sunt inter se contrariæ, de quibus facit mentionem Abb.in c.licet in glo.in verbo exceptione. de elec. Pro nunc
133 tantum† referam succincte aliquas conclusiones Egidij. Prima est,quod sicut in alijs electionibus leuis metus vitiat electionem, vt notatur post glos.& Hostien.in cap.insinuante q̃ cle.vel vo.& in c.si quis.1.q.6.ibi Arch.& in cap.quisquis. de elec.idem erit & in papali electione propter maius periculū, ut in capitulo vbi periculum de elec.in 6.& in c.fundamenta in §.decet.eo ti. & li.& quia plus aduersatur metus in hac electione papali ecclesiasticę libertati, & maior est offensa & culpa inferentium metum, ut patet in ratione.c.quisquis. Ex quo sequitur quod quæcunque minæ laicorum & quicunque metus, quorum terror turbaret seu impediret ecclesiasticam libertatem, quam in electione iura requirunt, siue in tractando siue in deliberando siue in eligendo, vitiarent papalem electionem. Ita Egi.in d.c.quisquis, versi. cum igitur in 7.quæsito, iuncto.14.quæsito. Quod intellige dummodo non esset minæ omnino vanæ siue metus omnino vanus, q̃ diceretur mouisse animum eligentium.l.si quis ab alio.ff.de re iudi.ibi vani timoris nulla est æstimatio. Nam tūc vix crederetur eligentibus dicentibus se timuisse, uel libertatem, in tractando, deliberando, vel eligendo, non habuisse vel perdi
134 disse, nisi haberent alias præsumptiones pro se. Sic ergo† medius timor qui in alijs non sufficeret, sufficit in electionibus, & etiam in papali. Ex quo videtur quod verior sit opinio illorum qui dicunt etiam in inferioribus electionibus, q electio per metū facta sit nulla. Et ita ponitur in d.ca.quisquis.& idē glo.in cap.abbas. quod metus causa.& in capit.bonæ el. 1.de elec. Facit tex.in c.dilectissimi.8.q.2. & in c.in nomine domini.23.dist.& in c.ubi periculum in §.cæterum de elec.in 6.& tenet Anto.in d.c.abbas. Et est ratio quia sunt aliqua in quib. exigitur libera voluntas, & sic non simplex, sed cum qualitate libertatis. & tunc licet coacta voluntas sit voluntas, tamē non est libera, ideo inficit casus in quibus exigitur libera voluntas. Huiusmodi enim est actus electionis, vt in d.cap.quis
135 quis, & c.vbi periculum. Sicut in simili† dicitur de ingressu religionis, vt in cap.1.quod metus causa.& in matrimonio, vt in capitu. cum locum de sponsa. cum simil. Igitur electio per metum facta erit ipso iure nulla. Facit quod notat glo.23.q.5. notificasti, ibi directa voluntas id est libera. Et ita ponit d. Anto.in d.c.Abbas, quicquid dixerit Card.ibi.& in cap.licet de elec. Et cū Ant. sentit Abb. siculus cum modificatione in d.c.licet,& in d.c.quisquis, & d.capit.Abbas.Et facit decisio. 358.incipit item fuit dubitatum de illo, in tit.de renun. allegat.c.in nomine Domini.23.dist.& 77.di.c.1.Inn.& Hostien. in capi.quod sicut.de elec. Licet Innoc. fuerit sibi contrarius, quia in c. quisquis tenet q electio sit nulla, in capi. quod sicut dixit contrarium, quod non sit ipso iure nulla, vt refert Abb. siculus in d.cap. quisquis in glo. Quæ conclusio in papali electione procedit clare quādo metus est illatus electoribus de eligendo certum, quia tunc est cōtra propriam rationem vocabuli.nam eligere est vnum de pluribus voluntarie capere. Vnde non est electio vbi nō est voluntas libera.23.q.5.ad fidem & capitu.vbi periculum.§.cęterum.vbi dicitur q cessat electio ubi amittitur libertas eligendi. Et hoc dicit Abba.in d.c.licet,& in d.c.Abbas.& adducit ad electionem factam de rectore per ciuitatem compulsam a tyranno.de quo per Bar. in trac.de tyranno. Et hanc conclusionem, quod electio papæ per metum facta sit nulla, tenet idem Egi.in consi.97 incipit quæstiones, sequendo opinionem illorum qui hoc cōcluserant in concilio Auinione celebrato per cardinales tempore schismatis.tum quia iura quę generaliter dicunt q electiones per metum factæ sint nullæ, debent habere locum in electione Romani Pontificis,quia non reperitur text.qui ab illa
136 generalitate excipiat hunc casum, tum quia† actus de se irretractabilis,per metum citius redditur infectus, quam ille qui est retractabilis, vt patet ex glo.& tex.in l.generaliter. §. fi.ff. qui & a quibus.tum quia ratio libertatis animorum eligentium obquam aliæ electiones per impressionem redduntur nullæ,multo magis militat in electione papæ. tū qa illa iura reperiuntur confirmata in electione Romani pontificis per c.in nomine Domini.23.di.quæ iura non sunt sublata per.ca. licet de elec.tum quia tex.ipse in prin.aperit se addi ad alia iura.tum quia Hostien. & cæteri doc. dicunt alia iure non esse sublata. Et inde sumpta occasione ponit idem Egi.plures in-
137 tellectus ad verba illius† tex.c.licet,ibi.absque vlla exceptione.quos etiam ponit in dicto cap.licet,concludens illa verba referri ad omnes exceptiones quæ de necessitate requirunt aditum superioris,non ad alias. Vnde omnes exceptiones p quas electio venit irritanda,item omnes exceptiones reddētes electionem ipso iure nullam,quæ tamen dubiæ,& nō claræ seu notoriæ existunt, quia expectant aditum superioris, sunt sublatæ etiam si sint dubiæ in iure,& si concernant personas eligentium uel electi,sed si sint exceptiones concernētes personas eligentium vel electi quæ sint claræ in iure & in facto,poterit excipi.Vnde quando notorie est electio facta p impressionem vel per simoniam, hic non est necessarius aditus superioris, sed authoritate canonis, licet etiam laicis talem expellere. d.c.in nomine Domini. igitur tales obstabūt. In alijs autem exceptionibus quam impressionis alias tamen reddentibus electionem nullam, in facto notoriis & in iure claris,utrum sit necessarius aditus superioris & sit locus prohibitioni exceptionum,licet sit dubium, ibi tamen concludit quod est idem, maxime si sit talis notorietas in qua non debet adiri iudex.& hoc per c.in nomine Domini.Cuius rō fundatur in naturali ratione,quod notorio intruso,cui constat nullum ius competere, non debet obediri ne participet in crimine criminoso. Quę ratio tex.militat in omnibus casibus similib.casui impressionis & simonię in electione, quos casus tex.ille æquiparat exceptioni hęresis notoriæ,in qua sit pertinax & non velit corrigi. Et idem de alijs exceptionibus concernentibus personas eligentium vel electi, quia si certū est quod reddunt electionem nullam notorie,poterunt opponi,secus si sit aliqua dubietas in facto uel in iure.Ita cōcludit ipse Egi.in d. consi.in quo ad longum disputat de quæstionibus contingentibus in electione Vrbani. & ibi vtrum debuerit credi cardinalibus asserentibus eum non electum nec receptum uoluntarie, & an potuerint recedere & alium eligere. Et plura alia dubia ponit in consilio. 99. contingentia post obitum Clementis V.quando cardinales intrantes conclaue iurarunt etiam pro sedando schismate quod electus cederet si aliter prouideri non posset. Et eandem materiam de electione per impressionem facta quod sit nulla, prosequitur idem Egi.per multas chartas in cle.ne Romani de elec.& ibi seriose narrat totum factum schismatis cum subscriptio
138 ne cardinalium. Et ibi etiam quęrit† vtrum tunc via cōcilij fuisset expediens in illa electione Vrbani per impressionem facta. & concludit illam electionem nullam,nec per quoscunque actus consecutiuos potuisse ei aliquod ius quæri. & electionem factam ab illis discedentibus ab Vrbano de Clemente validam. & in simili casu non expedire viam concilij propter inconuenientia plura quæ ad longum deducit, & in primis ne sequatur maius schisma, maxime si concilium vellet iudicare neutri competere ius in pontificatum,& tertium pontificem eligeret. Plures alias persuasiuas rationes ad
139 ducit.& inter cætera quod licet† papa possit in sua causa ius dicere,sicut dicitur de principe.l.1.& 2. C. si aduersus fiscum illud dicit procedere quando non agitur super eius principatu. quia tunc vt priuatus interuenit in causa. ad quod nihil allegat. Item ratione impossibilitatis,quia cum congregari nō possit sine authoritate papæ, principes hoc facere non poterunt. Sed ad ista satis videtur responsum in quæstione quis congregat concilium. Et ad præmissa etiam facit quod ponit idem Egi. in capit.1.de renun.in 6.vbi ponit vtrum papa possit cogi ad renunciandum.& concludit quod non, etiam per concilium generale. Quod facit ad illud quod quæsitum fuit tempore schismatis Vrbani,an illi qui se gerebant pro pontificibus poterant cogi ad cedendum. de quo aliquid dicetur infra. Vbi etiam dicit quod etiam si papa se submiserit determinationi concilij,nihilominus poterit ante sententiam resilire,etiam iam completa inquisitione. nec poterit inuitus iudicari,sed dicendum erit ei vt seipsum iudicet, vt in capit. nunc autem.21.dist.quantumcunque inuentus fuerit insufficiens uel inutilis.de quo ibi per eum in versi.quarto quærit. Et de via cessionis pro sedando schismate inter duos contendentes de papatu,vtrum expediat, vide eundem Egi.per plures chartas, vbi prosequitur etiam alios modos pro sedando schismate per plures etiam tractatus diuersorum doctorum in ca.in fidei de hære.in 6. Quos summatim adduco infra in illa quæstione quando est contentio inter duos de papatu & vnus est uerus papa,& differunt sedare schisma, vtrum etiā papa verus possit deponi.

140 Secunda conclusio erit quando† electores compellū tur eligere aliquem de certo genere personarum vel de certa natione. Et in hac conclusione licet Ab. Siculus in dictis locis voluerit quod talis electio valeat, quia nō adimitur omnino libertas eligendi,sed restringitur, sicut videmus in consuetudine quæ potest restringere libertatem eligendi ad certum genus personarum,ut notatur in capitu. coram.per Ioan.And. de elec.iuncto.c.cum dilectus de consue.& c.abbate de verb.signifi.tamen contrarium tenet præfatus cardi.in dictis allegationibus & Egi.in d.capit.licet. Tū quia non est proprie dare rationem diuersitatis quare magis in vno casu quam in alio, quia iura quæ volunt electiones factas per metum esse nullas, ita militant quando in specie est facta impressio sicut quando in genere, quia verba & ratio æque conueniunt quando est facta impressio de eligēdo aliquem de certo genere personarum,ergo idem quod quādo impressio est indefinita.l. illud cum vulgaribus.ff.ad l.aql. ff.de pac.l.quod dictum cap.translato & c. nam concupiscētiam de consti.Ratio enim quare dicitur electio nulla, est quia per metum aufertur libertas eligendi,quæ ita conuenit in isto sicut in illo casu. Item quia generaliter iura loquuntur & indistincte.19.di.si Romanorum.l.3.ff.de offi.præsi.Itē quia maior videtur ratio prohibitionis quando in specie fit impresśio de certo genere personarum quam quando in genere,vt pote quę est periculosior,ar.63.dist.c.vota,8.q.1. nec nouum,de consecr.d.4.sicut Item quia compellere aliquem ad eligēdum de certo genere personarum,perinde est ac cogere ad eligendum Petrum uel Ioannem, quia vbicunque
141 genus† in aliqua dispositione positū,ex natura rei de qua agitur arctatur ad unam speciem,perinde est postquam ad vnā speciem est descensum ac si a principio species esset in dispositione expressa. Vnde si mādatur prouideri tibi de beneficio quod duxeris acceptandum,si cum aliquod uacat illud acceptas,genus expressum in dispositione,coarctatum est ad istā speciem & est perinde ac si a principio istud beneficium fuisset expressum in impetratione. de concess. præben. quia cunctis in 6.& cle.cum ei quem.de concess.præben. c.cum in multis de rescrip.in 6.Facit.c.si pluribus de præben.eo li. Si ergo si coactio fit de eligendo de certo genere personarum & qui eligitur est de illo genere,perinde est ac si ad eligendum illū nominatim & specifice coactio facta fuisset. Sed coactio facta de eligendo certam personam,reddit electionem nullā, vt in præcedenti conclusione. Igitur eodem modo dicendū est de ista, quando fit coactio de eligendo de certo genere personarum,secundum cardi. Et ad contrarium Abbatis respōdet ipsemet Cardi.in dictis allegationibus, licet fuerit anteq̃ fuisset Abbas,fatendo q consuetudo potest inducere vt electio fiat de certo genere personarum vel vt eligatur vnus ex incertis,sed hoc non est proprie compellere vel impressionē facere, sed magis inefficacem dispositionē seruare. ad quod ratio coarctat quemlibet & astringit.11.q.3. illa propositorū. de consti.c.canonum.1.di.c. consuetudo. Nec sequitur quicquid potest lex vel consuetudo potest princeps,ergo & populus, quia intelligitur habere locum in illis & quo ad ea quæ sunt iurisditionis eius & infra terminos potestatis ipsius. cuiusmodi non est electio, quia in electionibus vanæ voces populi non sunt audiendæ. & magis populus est docendus quā sequendus, c.ad nostram de cōsue. Ad hoc tex.in c.legimus. 93.dist.de consti.ecclesia.96.dist.bene quidem.de rebus eccl. non alie.c.fi.cum simil.Iunctis.c.in nomine Domini.23.di.& c.si quis pecunia.79.di. Et hoc corroborat quod dicit Bald.in
142 d.c.licet de elec. in 2.colu.in fi.cum vult† q licet cardinales indirecte cogi possint vt eligant & concordent, non tamen possunt cogi vt concordent in eum quem vult populus, puta in Martinum vel tuschum, quia hoc modo libertas vulneratur. Tertia conclusio erit quod etiam si metus† inferatur
143

ſub alternatione, puta ut eligatur talis uel talis ex tali natione, ſimiliter electio erit nulla, quia ita per talem ſubalternã impreſſionem aufertur libertas arbitrij in eligendo, ſicut in ſimplici impreſſione, quia licet impreſſio ſubalterna diſtinguat inter genus quod optat, non tamen in propoſito extenuat metum. nec differũt impreſſio ſubalterna & impreſſio [144] in genere, niſi in hoc quod † ſubalterna uidetur denotare maiorem affectionem ad illum quem prius nominat. ff. de vſufruc. l. quotiens. non tamen per hoc reſtringitur facultas ad illum ſolum. Nec obſtat. ff. de leg. tertio. l. cum pater. §. penultimo, & l. peto. §. fratre. & ad trebel. l. hæredes mei. §. fin. & quod notat Barto. in l. ſi cognatis. ff. de rebus dubijs. quia illa non ex verbis ſed ex mente diſponentis in re propria & in habente ordinem affectionis ordinate procedunt, quæ ceſſant in iſto caſu. & ideo ſtandum eſt uerbis. ff. de excerci. l. prima. §. in re igitur dubia. Nec obſtat. ff. de lega. ſecundo. l. ſi ita relictum. §. penul. & de verborum oblig. l. ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quindecim. & l. inter ſtipulantem. §. ſecundo quia loquuntur in diſiunctione ſummarum, nos autem loquimur in diſiunctione rerum, vbi ſecus. ff. de conſtituta pecunia. l. illud. Vnde ex his patet quod electio papæ facta per impreſſionem eſt nulla. Et quia tunc agitur cauſa papatus, erit legitima cauſa congregandi concilium, vt in d. ca. ſi duo. 79. diſt. & ponit Card. in d. cap. licet. in 31. quæſtione. & licet eius opinio ſit quod valeat electio facta per metum, tamen vult quod cognitio huius quæſtionis ſit concilij. Et quod electio ſit nulla, voluit etiam Io. de Imo. contra Card. in d. c. licet, illa ratione quia ſicut matrimonium carnale contractum per metum eſt ipſo iure nullum, vt in c. cum locum. de ſponſal. ita & ſpirituale. Et idem etiam tenet Phpilippus Francus in c. vbi periculum. in §. præterea. de elec. in 6. per text. & gl. ibi in verbo electio. Ad quod etiam adducit glo. ſingularem. 23. q. 5. cap. notificaſti, ſubiungens quod intantum metus reddit electionem nullam quod ſi electio fuit meticuloſa a principio, non poſſent poſtea cardinales conſentire, vel ratificare. Adducit Bald. in c. quiſquis. de elec. & in conſilio poſito in l. prima. C. ſi quis aliquem teſtari prohi. & ſic concordat cum dictis ſupra. Et quod electio papæ per metum facta ſit nulla, ponit idem Bald. in l. fin. §. primo, in vlt. columna, verſ. extra quæritur & ſequenti. C. communia. de lega. Remittit tamen ſe finaliter ad dicta per eum in dic. l. prima. Et ibi conſiderat [145] † quid ſi metus fuit cauſa finalis, & quid quando fuit in circunſtantijs, in d. verſic. extra quæritur. Et quod ſit nulla, vult hodie conſtitutio frequens, edita in concilio Conſtantien. in 39. ſeſſione. Et quod dicitur de electione quod ſit nulla, ſecus eſſet ſi fuiſſet libera, ſed inthronizatio & receptio ſiue coronatio eſſet meticuloſa, quia per hoc non vitiaretur electio, quæ fuit concorditer & ſine metu celebrata, ut dicit Bald. in l. cum te. C. de pignoribus, & ſupra dixi.

[146] **Reſtat reſpondere** reſpondere ad contraria quæ volunt † & inferunt electionem ualere. Et ad primum reſponde quod licet regulariter geſta per metum valeant, tamen ſunt aliqui caſus excepti, inter quos erit iſte quod electio per metũ facta ſit nulla, ut patet ex adductis pro parte contraria, & dicitur in d. c. Abbas, quod metus cauſa. Innocen. in cap. quod ſicut, in gl. magna. de elect. Quinimo licet in aliis requiratur metus qui cadat inconſtantem, tamen in electionibus ſufficit leuis metus, vt ponit Archid. in cap. primo. 1. qõ. 6. & ponunt doct. in capit. inſinuante poſt glo. qui cle. uel vo. & Egi. in d. ca. quiſquis. Ad ſecundum reſponde concedendo in electione papæ non aſtringi cardinales ad aliquam formam, ſed hoc nõ concernit formam quod electio ſit libera, ſed concernit ſubſtãtiam. Quod dicitur quod ſufficit naturalis cõſenſus, & quod metus illum non tollit conceditur, ſed requiritur, quod ſit liber. Quod dicitur quod non eſt ſuperior ad quem poſſit haberi recurſus. facit magis pro, quam contra, ut patet ex adductis pro parte contraria, quia ſi non poteſt adiri ſuperior, nõ poteſt fieri reſciſſio, & propterea erit ratio ſpecialitatis quod ſit nulla. quod dicitur de inferioribus electionibus, contraria opinio eſt vera, quia etiam ſunt nullæ, vt in cap. oſius, & in capitulo cum terra, & capitulo ſacroſancta, & capitulo quiſquis de elec. & dictum eſt in contrariis pro alia parte. Ad tertium quod dicitur quod ſufficit cõſenſus duarum partium. reſponde verum eſſe dummodo ſit liber. quod dicitur quod remouetur omnis exceptio, ergo & iſta. 19. diſtinc. ſi Romanorum, quia qui omne dicit nihil excludit. capitulo quia circa de priuile. cum ſimil. Dico verum, dummodo alias electio ſit canonica, ut dicit Hugo. 19. diſtinctione capitulo primo, Et tunc contra perſonam electi, & formam electionis, quando eſt canonica. nihil poteſt opponi, ſed an electio ſit nulla, vel minus canonice celebrata, bene debet quęri, vt ponit Hoſtienſis. & Ioannes Andreas, & alij in dicto capitulo licet.

Ad quartũ quod ſufficiat ſubſtãtialia interuenire in actu rñdetur quod iſtud eſt unũ de ſubſtantialibus, quia requiritur quod ſit liber conſenſus in electionibus, & ſic cum qualitate libertatis, vt dictum eſt in contrariis. Vnde iura de repudiatione & aditione loquentia, tantum requirunt conſenſum ſicut in cæteris in quibus, datur reſciſſio per actionem quod metus cauſa. Quod dicitur de ommiſſione caſus, facit pro, quia tunc nulla, per iura alias inducta. cap. oſius. ca. quiſquis de elec. cap. in nomine domini. 23. diſt. & cap. ſi quis pecunia. 79. diſt. Quinimmo non eſt ommiſſus ſi bene aduertatur, cum dicit quod non eſt ſuperior ad quem poſſit haberi recurſus, quia hoc non eſt aliud dicere quam, quod deficit executor ad reſciendendum. ergo aliud in electione papali, qa erit nulla etiã ſi aliæ inferiores valerẽt, quia poſſent reſcindi. dicto cap. abbas, quod metus cauſa, & ibi dicta. Ad quintum reſpondetur quod licet quidam dicant. cap. ſi quis pecunia non probare de per ſe, quia non loquitur expreſſe de electione, ſed de inthronizatione facta per pecuniam, gratiam, vel tumultum, abſque canonica & concordi electione cardinalium vel de electione non facta a cardinalibus, ſecundum Cardi. Floren. in d. c. licet in 31. quæſtione, & uult cap. primo 79. diſt. tamen Egi. in dic. cap. licet, dicit. d. cap. ſi quis pecunia & cap. in nomine domini loqui de electione facta a cardinalibus. Et colligitur ex facto nótato. in cap. in nomine domini in gl. 3. ſuper quo facto fundantur ambo capitula, quia. c. in nomine domini a quo dependet. cap. ſi quis pecunia, loquitur de electione benedicti intruſi, quæ facta fuit a carninalibus poſt mortẽ Stephani, ut patet in chronicis Damaſi & in libro aureo hiſtoriali, quæ allegare licet. 20. diſt. de quibus. & de elec. cap. venerabilem. Facit quod alias doctores antiqui inepte allegaſſent ad hoc dicta capitula. & quia, niſi. cap. in nomine domini loqueretur de electione cardinalium nullum dubium haberet, & fruſtra alias de violẽtia & tumultu tam accurate loqueretur. cum ſit certum electionem factã ad papatum per alios quam per cardinales eſſe nullam, nec requirerentur tot qualitates adiectæ in illis iuribus, concordi, canonica, ſine violentia, tumultu, pecunia & cæt. quia qñ non eſſet facta a cardinalibus, etiam ſine illis qualitatibus, eſſet nulla, ut in cap. licet de elect. Et quod electio papæ facta per ſeditiones & conſpirationes ſit nulla, bonus eſt text, [147] in cap. victor. 97. diſt. Nunc ad cap. ſi quis pæcunia, † reſpondet quod illa regula, quando ſub vna determinatione plura ponuntur, debent æqualiter determinari, non procedit quãdo in uno caſu ſubeſt ratio libertatis quæ non ſubeſt in alio. ut dicunt doc. moderni in d. l. iam hoc iure. Vnde licet pecunia, gratia humana, & popularis, uel militaris tumultus equaliter ibi determinentur, non tamen ſubeſt eadem ratio in vno ex dictis caſibus quæ in alio, quia quando electio ſit per tumultum adimitur libertas eligendi, quod eſt directe contra illũ tex. cum dicit ſine cõcordi & canonica electione. canonica enim non poteſt dici electio in qua deficit naturale principium ipſius electionis, videlicet libertas, & puritas cõſenſus, vt dicit Inno. in dicto cap. quod ſicut. de elect. Præterea ſi bene conſideretur tex. in d. cap. ſi quis pecunia, non poteſt induci in oppoſitum, niſi per argumentum a contrario ſenſu, videlicet quod ſicut eſt nulla electio quando pecunia gratia, vel populari tumultu ſine concodi cardinalium conſenſu. eſt facta, ita a cõtrario ſenſu ſequitur quod quando ſit cũ concordi conſenſu, ſit aliqua. Vnde ſicut ſecundũ magis communem opinionem ibi, eſt valida quando per pecuniã, vel humanam gratiam eſt, facta, modo ſit facta concorditer a duabus partibus cardinalium, ita & ſi per metum, vt etiã tumultus & metus æqualiter determinentur, per argumentum a contrario ſenſu. Quod argumentum, a † contrario nõ [148] procedit quando reſultat contrarietas iurium, ut patet in l. prima §. huius rei de offi. eius cui manda. eſt iuri. & in capit. ſignificaſti de foro competen. Item † illa regula, quod æqualiter ſub una determinatione poſita debent æqualiter determinari, procedit niſi ſit diuerſa ratio in altero determinabilium, ſecundum Angelum in §. hinc nobis, in authen. de hæredibus. & fal. & ponit immo. in l. gaius in 3. colum. ff. ſolu. matri. Quod clare procedit in diſpoſitione legis, vt dicit Alen. & moderni in d. l. iam hoc iure. Ad. cap. in nomine domini, dicitur quod non probat quod valeat electio facta per metum. immo potius probat contrarium. Ad. §. præterea reſpõdetur quoſt licet non annullet electionem aliter factam, tamen ſuppleri debet per rationes & alia iura, nec ille text. intendit determinare an electio papæ facta per metum ſit nulla. Ad. §. cęterum in cle. ne Romani, dicitur quod poteſt induci pro, quia loquitur in exceptionibus contra perſonas cardinalium, & ſubdit, iuribus circa eandem electionem alias editis in ſuo robore permanſuris, ergo alię inficientes libertatem eligendi potuerunt opponi. Et licet excommunicatio & interdictum ſit arctatio iuris, tamen non uulnerat directo

recte conſenſum, qui debet eſſe liber in electione, ſicut facit metus. Ad ultimum quod ſunt multa ſpecialia, reſponde quod licet hoc non ſit expreſſe poſitum de electione papæ, includitur tamen a maioritate rationis propter defectum ſuperioris. Item includitur quia ſi eſt ſpeciale in electionibus inferioribus & in matrimonio carnali, ergo & in iſto caſu, qui virtualiter includitur in illis, ex quo non reperitur contrarium ſtatutum in iſto. Ad quod facit capitu. primũ quod metus cauſa. arguendo de perſona electi ad eligentes. Et ex his apparet quid fuerit dicendum. de electione Vrbani, ſuper quo Bal. in ru. C. ſi quis aliquem teſta. prohi. & Car. Cameracen. Egi. & alii plures tantum laborarunt.

[150] **Sed pone in** † propoſito quod cardinales erant in concordia eligendi ſed populus non contentabatur, cui ſuaſum eſt vt faceret rumorem & ſic prę ſumeretur electio impræſſiua, cardinales autem dicunt ſe ſponte elegiſſe. Clarum eſt quod hoc caſu credetur cardinalibus pro validitate electionis exiſtentibus, ex quo ſunt concordes & hoc aſſerunt ſine aliquo metu, & potius tunc præſumetur quod malitioſe populus tumultuatus ſit.

[151] **Sed quid ſi** † econtra cardinales dicunt quod per impreſſionem & diſplicenter elegerũt, Si attendimus, quod diximus ſupra poſt archi. 1. q. 6. capit. primo & quod dicunt doc. in capitulo inſinuante qui cler. vel uo. quod in electionibus ad annullandum ſufficit leuis metus, nec requiritur quod ſit talis qui cadat in virum conſtantem, uidetur dicendum quod electio eſſet nulla & quod eſſet credẽdum cardinalibus ſi cum eorum aſſertione in veritate concorrat tumultus popularis, qui veriſimiliter cauſauit metum. Bal. in dicto capitulo licet. mouet quęſtionem, & uult quod non credatur cardinalibus, niſi appareant alia ſigna veriſimilia, & probabilia, & maxime notoria, quia contra factum proprium non licet venire. niſi factum ſit metus cauſa. per vim facta autem dici non poteſt, quia vis abſoluta nõ cadit in acto verbi ſed facti, vt ponit Ioan. An. in c. ſacris. quod metus cauſa. & uis conditionalis eſt quædam plica voluntatis ad non amatum vel deſideratum, & eſt idem quod metus. Ego dubitarem de dicto Bal. ſi eſſemus antequam papa fuiſſet receptus & adoratus, niſi conſtaret de malitioſa ſuaſione & tumultuatione populari. Ad quæ diffinienda forte requireretur concilii congregatio, cum ipſius electi poteſtate, qui etiam poſſet adminiſtrare per capitulũ in nomine domini. 23. diſtinctione. & uide quod dico infra in ſecunda & tertia charta.

[152] **Sed pone cardinales** in trare † conclaue pro electione facienda, & propter practicas forte factas ante ingreſſum non clauſo cõclaui ſtatim procedere ad electionem, nulloque facto ſcrutinio aut alio tractatu vel modo in eligendo adhbito duas partes conuenire in unum & eligere, an erit valida talis electio. Et videtur quod non, quia non fuit ſeruata forma cap. ubi periculũ. item quia pendente ſcrutinio vota emiſſa nõ reperiũtur. contrarium tamen concludit Egi, in dicto capit. licet. in 16. Char. quia nec ſcrutinium nec ſcrutinii pe ndentia eſt de ſubſtantia vel de forma huius electionis, quia in electione Romani pontificis cardinales non arctantur ad certam formam, nec. capit. quia propter, nec d. cap. licet. & ideo ſi conuenit inter eos vt procedatur ad expediendum nõ aliter ſeruatis interſtitiis temporum cap. vbi periculum, poterunt procedere ad electionem. quod etiam ſentit. Dom. Anto. in d. cap. licet, qui uult quod qualitercunque conſtet de eorum voluntate, ſufficit. Et inducit hoc contra illos de Auinione, qui allegabant contra Vrbanum quod non fuerat capitulariter electus, & dicit quod male allegabant. facit quod diximus ſupra per id quod ponit gloſ. & doctor. in capitulo ſi cui. de electione. in ſexto. Ad quod vide quod dicit Cardin. in clement. ne Romani. in ſeptima quæſtione. de elect. & refert Alexan. in cap. ſi quis pecunia. 79. diſtin. Quod dicit Eg. procedere etiam ſi cardinales ordinaſſent inter ſe procedere per uiam ſcrutnii, quia omnino valeret electio ſecũdum eum. Et ſic iſta non erit ſufficiens cauſa congregandi concilium, etiam ſi talis electio non reperitur facta per inſpirationem, ſed per ingenium, ſecundum quod dicit text in dicto capitulo in nomine domini, dummodo non fuerit celebrata in omnibus contra diſpoſitionem illius text. Si tamen iſto caſu electio ab aliquibus, qui facerent duas partes eſſet ſimoniaca. & per ingenium facta, multo magis ſecundum Egidi. non valeret, per ea quæ dicta ſunt in præcedenti articulo, & in illo an ſimonia per papam commiſſa ſit ſufficiens cauſa congregandi concilium, & per ea quæ in ſequenti quęſtione dicuntur. Pro quo facit ratio propter duo ſpecialia quæ in hac electione concurrunt, & etiam arg. in l. prima C. de dotis promiſ. Et licet caſus in pancto iuris eſſet dubius tamen hodie ſine dubio, propter bullam iulii quę declarat electionem de papa ſimoniace factam eſſe nullam, eſſet nulla. Et licet eius electio præſtiterit cauſam edicto, non ideo minus bene fecit prouidendo vulneri cui cognouit medelã adhibendam. Et ideo iſto caſu eſſet ſufficiens cauſa congregandi concilium. Quod verum intelligo hodie ſiue antequã eſſet receptus & adoratus, ſiue poſt etiam ad amouendum eum a pontificatu. Et licet prouiſio Bullæ ſit bona, tamen ꝓpter malignantes vereor ne ſit multum periculoſa. Sed quia ſupra dictum eſt quod quando papa eſt ſimoniace a cardinalibus electus, eſt ſufficiens cauſa congregandi concilium, ex quo talis exceptio quod eſt electus per ſimoniam non poteſt papæ opponi, ad quid proderit cõgregare concilium? dic vt [153] ſaltem cardinales puniantur. An autem † ex hoc tales committentes ſimoniam poterunt priuari cardinalatu, tex. in §. cæterum in cle. ne Romani videtur velle quod nõ, quia vult non poſſe illis obijci aliquam exceptionem. Sed ille tex. non obſtat, quia loquitur ad finem quod non repellantur ab eligendo. ſed nõ ꝓhibet ne puniatˀ de tali ſimoniaca electione. Imo ꝙ poſſint puniri ponit Ant. & Imo. in d. c. licet, ꝑ gl. in c. ſi tranſitus, & in d. c. ſi quis pecunia. 79. di. qui volunt quod de tali ſimonia poſſint puniri. Et pœna contra ſimoniacos eſt depoſitionis, vt in c. de hoc, & in cap. inſinuatum de ſimo. in c. cum clerici, ibi gl. & doc. de pac. Et hodie bulla Iulii declarat ipſos ipſo iure priuatos. & utinam ſeruaretur, quia tales ſunt cauſa ruinę ſedis apoſtolicæ.

[154] **Sed quid ſi** cardinales † omnes extra conclaue exiſtentes, in ſuis domibus dant uota coram notario & conſentiunt in eundem, an erit papa ex quo concurrunt uota duarum partium, Egi. in 16. char. in dicto capitulo, licet, dicit vtinam caſus non occurrat quia eſſet occaſio magni ſchiſmatis, quia verba ſcribentium ibi ſonant in negatiuam, ſed text. in affirmatiuam, nec reperitur expreſſum per aliquem text. quod ſit neceſſaria communis congregatio niſi prout legitur in capitulo ubi periculum, & in clemen. ne Romani. Poſtea dicit quod capitulũ licet, procedit ubi non eſt factum conclaue, vel ſi eſt factum nullus eſt ingreſſus. Concludit tamen ſalua determinatione eccleſiæ, quod talis non erit papa per. §. ſtatuimus in dicto capitulo licet, ibi plena concordia, & ibi niſi maior concordia interceſſerit. & per iura in 6. & clem. quæ ſunt noua, & quia unus poſſet alios trahere ad uotum ſuum ratione aliqua, iuxta. l. ſi in tres. ff. de arbit. & propter periculum & conſuetudinem communiter ſeruatam. ſentit tamẽ quod hoc caſu deberet congregari concilium, vt ſaltem declararetur vtrum vale[155]ret talis electio. Car. tamen in clemen. † ne Romani. in prin. in 7. q. vult quod ſi omnes cardinales ante ingreſſum conclauis per inſpirationem eſſent concordes & eligeret etiam nõ expectatis abſentibus infra decem dies, teneret electio. & idẽ dicit ſi non omnes, ſed duæ partes elegiſſent. Et quod teneat electio nõ expectatis decẽ diebus, tenent gl. & doct. in c. ubi periculum. de elec. in ſexto, ſed quod ante ingreſſum cõclauis gl. non dicit. ſed bene Card. in clemen. ne Romani in d. 7. quæſito. in fine, & ſequitur Alexand. in capitulo ſi quis pecunia. 79. diſtinctione.

[156] **Et ad materiam** electionis † papæ per impreſſionem factæ vide plures quæſtiones quas examinat idem Egid. in d. cap. licet, concernentes ſchiſma exortum tempore Vrbani ſexti, videlicet quæ & quales minæ faciant iuſtum metum in electione papę. de quo per eum in cap. quiſquis. de electione. Item poſito quod acclamatio popularis comminatoria inducat iuſtum metum, & quod talis acclamatio ante ingreſſum cõclauis Romæ conſtituti, & cardinalibus pro duabus partibus gallicanis exiſtentibus facta fuerit prius de Romano uel Italico, ſed in fine in puncto electionis celebrandæ facta fuerit de Romano, & tamen non fuerit electus Romanus, ſed Italicus, an cenſenda ſit nihilominus electio impreſſiua? Et concludit quod ſic, dicit tamen finaliter eſſe dubium & cogitandum. [157] Item alia quæſtio. vtrum † ſubſiſtente iuſta cauſa timoris, de iure præſumi debeat electores quib. inferebatur metus, paſſos & ſecutos fuiſſe illum metum? Et licet aliqui dicant ꝙ ſic ſi proteſtati fuerint in actu uel ante actum & non aliter, argumen. de offic. deleg. paſtoralis, quod metus cauſa. capit. primo, de appel. ſi iuſtus, ipſe tamen concludit contrarium, quia ut proteſtatio ſit neceſſaria, oportet quod ſit expreſſe cautum in iure, quia caſus in quibus iura requirunt proteſtationem ſunt ſpeciales, & quia negligentia proteſtandi debet obeſſe negligenti & non alijs.

Quod autem in electione papæ nulla fiat impreſſio, non tantum reſpicit cardinales, ſed totam Chriſtianitatem, quia eſt fauor publicus. l. prima. §. finali. ff. de iuſtitia & iure. & ideo culpa priuatorum non obeſt. prima diſtinctio. ius publicum. de arbit. cap. cum tempore. de foro competen. ſi diligenti, cum ſimilibus.

158 Item alia quæstio. supposito † quod cardinales ante metus illationem fuissent deliberati ad non eligendum italicum, & postea metu de Italico eligendo vrgente, mutassent volūtatem & italicum elegissent, cum animo tamen & intentione quod electus verus papa esset, id tamen non facturi metu huiusmodi non illato, nūquid nihilominus erit talis electio impressiua, & sic ipso iure nulla? Et concludit quod sic. & dicit pro hoc esse casum in d.c. quisquis. de elect. Ex quo videretur quod etiam isto casu esset congregandum concilium, ex quo agitur causa papatus, iuxta d.c. si duo. 79. dist. & omni casu quo præsupponitur electio nulla, & in hoc est discordia.

159 Item alia quæstio. pone † q cardinales facta electione per impressionem, eadem die prandio solum intermedio, & eadem impressione durante ac in eodem conclaui adhuc clauso, instantibus aliquibus eorum qui erant de natione electi, & inferentium metum ipsam electionem renouarunt, nunquid hoc iuuare potest aut ad nouam electionem inducendam aut ad præcedentis electionis purgationem faciendam? Et concludit quod non iuuabit quominus electio omnino sit nulla, per notata in c. 1. quod metus cau. & in l. 2. C. eo. per Cy. & Bar. Et adducit in proposito pulchrum tex. in l. prima. ad fin. C. de rapt. virg. & in l. 3. §. si quis volentem. ff. de libero homine exhi. arg. de rescrip. statutum. §. si quid autem. de cēsi. exigit, ad fin. in 6. & cle. nolentes. §. quod si secus. de here. Per quæ iura concludit quod secunda electio uidetur ascribenda præcedenti timori, quia contra eorum volūtatem & libertatem facta videtur & præsumitur. pro hoc. C. de procu. l. quicunque, & authen. ibi posita, & quæ ibi per Cy. Item alia

160 quæstio. supposito † quod post electionem impresiuam cardinales electū receperint & installauerint, & coronauerint, ac eidem vt papæ obediuerint, in loco tamen impresionis, & durante potestate laicali impresionem causante, & sic durante causa impresionis eiusdem, vtrum per præmissa purgatum fuerit vitium in electione commissum, Et concludit quod prædicta quatuor, videlicet receptio, installatio, coronatio & obedientia, tanquam eidem metui subiacentia, nec operantur præcedentis electionis confirmationem, nec etiā inducūt nouam electionem, nec nouæ electionis effectum, per nota præsertim per Cy. & Bar. in l. secunda. C. quod metus causa. Et istam dicit esse opinionem Ioan. de Ligna. in 3. tractatu edito in materia illius schismatis. Licet aliqui pro intruso scripserint. inter quos est Bal. in rubr. C. si quis aliquem testari prohi. de quo etiam ponit Bal. in l. fi. §. primo. communia de leg. qui aliter videtur sentire in l. 1. §. sed & qui domini. C. de lati. liber. tollen. si ponimus qd ibi loquatur de eadē electione Vrbani. Martinus de Laude in trac. de cardinalib. q 88. referendo Bal. in c. quisquis. de electio. dicit quod si cardinales per metum elegerint aliquem in papam, nō possent postea consentire in talem per metum electum, nec possent cardinales in hoc dispensare. & hoc vt tollatur omnis occasio violandæ libertatis. Et istud est verius. Alex. de Imo. in l. 2. C. quod metus causa, ponens quæstionem transit cum Bald. in d. rub. 14. col. videlicet quod metus impresionis in electione, purgatur per spontaneam coronationem. Sed hoc intelligitur in spontanea coronatione, & non quando electio, receptio, installatio, & coronatio facta fuit in eodem loco impresionis, & durante eadem causa, & potentia metus, sicut ponitur quæstio. Quæ conclusio non videtur vera si est verū quod Bal. dicit in d. cap. quisquis, quod cardinales qui per metum elegissent non possent postea in ipsum consentire, nec in hoc possent dispensare, vt tollatur occasio violandæ libertatis. quod etiam concluditur infra in proxima sequenti quæstione. Adde quæ dicta sunt supra in principali articulo an electio facta per impressionem sit nulla.

Item alia quæstio.

161 Quid † si prædicta quatuor, videlicet receptio, installatio, coronatio, & quod præstita fuerit obedientia, libere emanassent? Et concludit quod sit idem, quia electio requirit saltem consensum & voluntatem eligentium secūdum omnes, sed ex prædictis actibus voluntas huiusmodi non infertur. nam nō nouam electionem facere sed iam factam exequi intendebant. Adducit notata. de acqui. posses. l. 3. in prin. in gl. 3. in fi. et argumentum. ff. de condi. ob causam. l. 3. §. subtilius. et ff. de acquirenda hæreditate. l. is qui putat. Et quia in requirentibus examinationem et deliberationem, consequentis dispositio antecedentis dispositionem non inducit, ut notat Stephanus in clemen. summus, de sententia excommun. & not. gl. et Bartol. ff. de procura. l. si quis cum procuratorio nomine.

162 §. fin. Et patientia † seu approbatio tacita in inferioribus á papa, non dat ius in beneficio, licet secus sit in papa, ut notat Henricus, de præben. dilecto. Et præsertim cū ingressus fuit vitiosus, ut not. per Host. Io. And. et Henricum in capit. ex ore. de iis quæ fiunt a mat. parte cap. Et pro hoc facit quod dicit Bal. in l. fi. in prin. C. communia. de lega. quod si in electione pontificis est defectus in materia substātiali vel forma essentiali in origine, & effectus & consensus tacitus in obseruatione, non conualescit propter nullitatem. Allegat. capitulū innotuit de elec. Et ibi respondet ad l. prima. C. de supel. leg. De quo, & per eum in consilio schismatis in 14. columna. Et ista cōclusio videtur mihi difficilis, & libenter voluissem eundem Egidi. uidere in suo nouo tractatu in 34. quæstione. principali, quo se remittit, dicens quod ibi plenius examinat istam quæstionem. Et contrarium concluditur supra cum allego Alexand. de Immol. in l. secunda. C. quod motus causa. post Bal. in d. rub. C. si quis aliquem testari prohi. cum uult metum purgari per spontaneam coronationem. Quæ conclusio uidetur securior pro sedando siue euitando schismate. licet contraria forte de iure videatur uerior, quam communiter tenent doc. in dicta l. secunda vt refert Martinus in electione Vrbani ibi quia si electio a principio fuerit nulla pp impressionem, licet per installationem & coronationem spontaneam purgetur metus ut ex nūc, non tamen videtur validare præambulam electionem nullam, quia per installationem & coronationem non fit noua electio, quæ videtur requiri in proposito post metum purgatum, maxime cum in papa non requiratur post electionem aliqua confirmatio nec installatio de necessitate, ut in capitulo in nomine domini. 23. dist. & dicitur in capitulo licet de electio. Et hoc vide-

163 tur Bal. velle † in d. l. prima C. de la. liber. tollen. d. §. sed & q domini. Et istam conclusionem videtur tenere clarius in prima l. secunda. C. de iis qui propter metum iudicis non appellauerunt. Et ex hoc infertur unum quod dicunt doc. in dicta l. secunda. C. quod metus causa, † quod licet alias sit verum

164 quod actus accessorius siue consecutiuus ad principale qui est spontaneus, purget præambulum metum in principali, tamen illud intelligitur quia illud principale erat rescindendum per actionem quod metus causa, quæ censetur sublata per spontaneum subsequentem consensum, sed secus erit quando illud principale fuisset nullum, ut in proposito, & in calibus specialibus, in quibus gesta per metum non tenent ipso iure, de quibus in capitulo Abbas, quod me. cau. per regulam, non firmatur. in sexto, & ideo non purgatur retro, sed ut ex nunc. quod nota.

165 Item alia quæstio, vtrum post † electionem, receptionem, installationem coronationem, & obediētiam impressiuas, cardinales egressi de loco meticuloso & constituti in loco libero, possint propria authoritate & absque causæ cognitione ab obedientia intrusi se subtrahere. Et concludit qd sic. & reputat pro casu, clarum tex. in cap. in nomine domini. §. si quis contra. 23. distin. & clariorem in præallegato. cap. si quis pecunia. 79. distin. & clarissimum. tertia. quæstio prima. § patet. versic. vnde supra, & maxime si impressio & intrusio sint notoriæ, & sic non obstet quod opponi posset de. §. item Balaham. secunda quæstio. 7. Verum in ista conclusione existimo cogitandum, ex quo ante declarationem nullitatis electionis non videtur qō rationabiliter possit recedi ab obedientia. Facit quod dicitur in cap. constitutus. de appel. & cap. cum non liceat. de pscri. Et considerandum maxime esse si non omnes cardinales essent concordes. de hoc tamen latius alibi dicendum. Et prædictæ conclusiones pro maiori parte videntur extractæ ex conclusionibus factis in allegationibus cardi. sancti Eustachii tempore illius schismatis. Nec mirandum est, quia ambo secuti sunt partes domini Clementis, cum ambo essent ultramontani, & Egidius esset Auinionen. archiepiscopus.

166 Item alia quæstio. Supposito eo quod † in vacatione Gregorii X I. contigit, videlicet quod anno a natiuitate domini. 1378. die. 17. mensis Martii obiit in Vrbe Dominus Gregorius papa. 11. relictis, 23. cardinalibus superstitibus, quorum. 16. erant tunc præsentes in urbe, videlicet. 12. non italici, duo italici & duo Romani. & 7. erant absentes, quorum sex Auinione commorabantur, septimus autem videlicet dominus Ambianen. erat in Tuscia, illuc missus per Gregorium modicum ante eius obitum. dicti autem. 16. præsentes, die septima mensis aprilis tunc proxime sequentis conclaue intrarunt, & die proxime sequenti causante metu mortis per populum Romanum illato Bartho. Baren. archiepiscopum elegerunt, & postea simulatque commode potuerunt reduxerunt se ad locum liberum videlicet ad ciuitatem fundanā 12. de electoribus antedictis una cum prædicto domino cardinale Ambianens. omnes videlicet non italici, & præsentibus tribus de aliis cardinalibus electoribus, scilicet duobus italicis, & uno Romano, & audientib. & intelligentib. sed non consentientib. absentibus. tñ & irrequisitis aliis septem cardinalibus, scilicet vno Romano de electoribus qui erat cardinalis sanct Petri, & remanserat in vrbe ægrotus, & prædictis sex & aliis cardinalibus qui Auinione morabantur, dominum Clementē papam VII. elegerunt, quæritur vtrum ex contemptu prædictorum cardinalium absentium talis electio ruat. Et concludit quod non, quia licuit cardinalib. præsentibus de loco impressiuo ad locum liberum pro eligendo transire, in præallegato. §. quod si prauorum. nec enim ex huiusmodi transitu puniri aut grauari debuerunt. ff. de riuis l. seruius. §. si quis riuum. C. de adul. l. grachus. 23. quæst. quarta qui peccat. 28. quæstio. prima. de viduis. de dona. per tuas. Et dicit casum decisum esse per dict. §. quod si prauorum, iuncto. capitulo. vbi periculum. §. primo de elect. in 6. Non

167 enim ius † iam formatum & quæsitum alicui ex facto alterius iniurioso alicui auferri debet, de regu. iur. indultum, & regula factum legitime in 6. ff. de itinere actuque priuato. l. prima in fi. & utrobique concordant. C. de inoffi. testa. l. si qs in suo. Nec contemptus cardinalis sancti Petri obfuerit, quia venire non poterat. capitulo quia propter. §. primo. de elec. & quia contemptus vnius non nocet in ista electione. Nec nocere potuit non consensus, seu dissensus, vel contradictio trium præsentium, quia consentientes faciebant duas partes. de 16. electoribus, maxime quia dominus Ambianen. superueniens numerum auxit, vt dicto capitulo vbi periculum. §. sane, versic. si vero. Et hoc uidentur tenere doc. in d. capitulo vbi periculum. §. primo in gl. 10. diebus. de quo etiam uide infra in quæstione quot debeant esse præsentes, in concilio vt possit dici concilium. Et utrum sit credendum

168 Cardinalibus asserentibus se per metum electionem fecisse, remittit se ad suum nouum tractatum. quæst. 8. & ad dicta in dicto capitulo vbi periculum in 6. De quo uide Bal. in rub. C. si quis aliquem testa. prohi. & in cap. licet de elec. & quod supra diximus. Item alia quæstio & conclusio, quod si electus a duabus partibus minus canonice, fuerit receptus a duabus partibus per uiolentiam & impressionem, & tale vitiū adhuc duret, vel cardinales suæ libertati dederit & simul atque potuerunt reclamarint, & de prædictis appareat euidenter, ei potest per Christi fideles contradici, immo potest talis per cardinales & alios Christi fideles clericos & laicos, a papatu repelli per d. c. in nomine domini. §. quod si quis, & §. quisquis, & d. cap. si quis pecunia, versic. liceat que cardinalibus. Quæ iura loquuntur etiam de inthronizato. Sed ista conclusio non procedit sine dubio antequam sit declaratū electionem & receptionē a duab. partibus per impresionē

169 esse factam, quia † capit. si quis pecunia & c. in nomine domini loquūtur de inthronizato populari vel militari tumultu, & non de inthronizato a cardinalibus & maxime a duabus partibus, maxime quia potest dubitari de impressione, quando tertia pars non consentit. Erit tamen isto casu congregandum concilium. Item alia quæstio. quid si electus † a

170 duabus partibus pure & alias rite atque canonice, in possessionem papatus per violentiam se intrudit, vel cardinales ad se recipiendum & sibi obediendum per impressionem inducit, cum forte vellent spiritu diabolico ducti ab eius canonica electione per pœnitentiam resilire, utrum ex tali violentia vel impressione perdiderit ius quod per electionem acquisiuerat, & propterea minus ei debeat obediri, Et concludit qd non, videlicet qd nō perdidit ius quod per electionē aqsiuerat, qa p electionē fuit verus papa & nullis ↄstōnib. positiuis ligari potuit. cap. significasti. & c. innotuit de elec. & c. proposuit de concel. præben. l. princeps legibus. ff. de legibus Et quia constitutiones quæ puniunt illos qui sibi ius dicunt, sunt mere iuris positiui. l. extat. ff. quod metus causa, C. de iudic. l. nullus. C. vnde vi, si quis in tantā, & l. vltima. de præbēdis, cum qui. in sexto. Et quia edictum quod metus causa. refertur solum ad metum aduersus bonos mores illatum, non ad illum metum quem magistratus recte intulit, ut, in l. 3. quod met. causa. Et ex his & aliis etiam cōcludit quod non propterea est ei minus obediendum.

171 Item alia quæstio. quid † si cardinales elegissent hæreticum vel per impressionem, & credentes propter iuris ignorantiam electionem canonicam omnes vel saltem duæ partes sic electum, ad papatum sponte recepissent & forte ei per annum sponte obedissent tanquam papæ, postea ad cor reducti reuolutis libris & consultis peritis reperissent electionem nullam, & propterea inter se ↄstituissent ab eius obedientia recedere & alium in papam elegissent & illi obedirent tanquam papæ, utrum primus sic a cardinalibus derelictus hoc non obstante sit habendus pro papa ab vniuersali ecclesia, Et concludit quod sic, quia iuris ignorantia non excusat cardinales, ut in capitulo ignorantia. de regulis iur. in sexto & quia propriam turpitudinem allegarent, & quia proprium factum impugnarent. & quia text. in capitulo licet, electum & receptum absque ulla exceptione mandat haberi pro Romano pōtifice, contra quem tex. cardinales non possunt dispensare, cum illo ligentur, vt in cle. ne Romani. Item qa iura habent quod electus & cōfirmatus in pacifica possessione constitutus, ante examinationem suæ causæ & diffinitionem non debet eiici a sua possessione. 8. q. 4. nonne, cum cōcordan. A quib. iuribus licet reperiatur recessum quo ad electum in papam, dū eius inthronizatio extitit vitiose attenta, ut per violentiam & impressionem, & dum cardinales q obediunt non constituunt duas partes, vt dicit intelligendū. d. c. in nomine Domini, & c. si quis pecunia. & §. patet, ne cōtrarientur concilio generali in d. c. licet, non tñ reperitur recessum in casu in quo inthronizatus, & receptus est a duab. partib. pure & libere. & ideo non dicit extendendum ad istū casum iura prædicta. Et istam conclusionem ponit salua determinatione sedis apostolicæ & Romanæ ecclesiæ ne facultas detur malis cardinalibus calumniandi et generādi schis-

172 ma & scandala in ecclesia Dei. Saluo † tamen secundū quosdam nisi incontinenti, hoc est post modicum tempus pœnituissent & variassent, & factum esset notorium eis, arg. de pæ-

173 di 1. diuortium. & ff. de diuor. l. si pœnituerit. Modicum † autem tempus arbitratur illud infra quod posset deliberari super facto & super iure. quod dicit posse, esse quandoq. vnius quandoque duorum quandoque trium mensium secūdum qualitatem facti & casus contingentis et secundum arbitriū boni uiri, argumento. c. de causis. de of. dele. Nihil enim fieri uel deliberari potest nisi cum tempore. 50. dist. ponderet. de testi. præterea. et de elec. commissa in 6. Licet enim forte causa non sit sufficiens ad hoc ut per receptionem, & obedientiam videatur causari noua electio vel purgari vitium præcedens, tamen posset esse casus. cap. licet, quia præsumitur cessare vitium ex libera receptione & obedientia dominorum

174 cardinalium. Cum enim † præsumptio tollatur fortiori præsumptione. ff. de in integ. resti. l. diuus. ponit Inno. in c. innotuit. de eo qui fur. or. recepit, si domini cardinales statim fecerint diligentiam de ueritate inquirenda, & statim ea reperta ab eo tanquam intruso recesserunt, apparet quod non existimarunt purgatum vitium, sed si diu cum eo remanserūt, colligitur quo ad eos omnes præsumptio bona propter longam moram. & ideo damnatur uariatio & inconstantia in eis, et præsumitur quod totum a malo fonte procedat. Relinquit tamen hoc ultimum indecisum, sicut & præmissam principalem quæstionem. Ponitque idem esse de electo per simoniam, retinendo vt credo suam opinionem, quæ est quod electio papæ facta per simoniam sit nulla, ut supra retuli, Ex supradictis uidetur et per §. item Symmachus. 2. q 7. quod antequam sit cognitum per concilium de hæresi, non erit spoliandus sua obedientia nec amouēdus a papatu. De quo uide quæ dicuntur in cap. licet de ele. et supra de exceptionib. quæ possunt obijci contra papam.

Nunc redeundo ad prosequendum principalem quæstionem ex quibus causis debeat congregari cōcilium, pone quod imminet necessitas reformandi ecclesiam in capite et in membris propter varios excessus qui continuo committuntur, et papa non curat congregare concilium requisitusque detrectat et negligit, quid faciendum? Dic ut supra dictum est quando est ↄtrauersia īter duos de papatu, qd ex quo reqsitus nō vult uel negligit, alij, ut cardinales & successiue ad quos deuoluitur, congregabunt, quia hoc ipso quod ipse non vult vel cōtemnit, facit se participem & suspectum, ex quo ecclesia indiget reformatione. Quia ut dicit tex. in cap. error. 83. distin-

175 ctio. error † cui non resistitur approbatur, & negligere arguere per reuersos cum possis, nihil aliud est quam fouere. nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare. & tex. in capit. quid prodest, & in cap. cōsentire eadem distinctione. & in capitulo qui consentit. 11. quæ. tertia. non potest suo errore non pollui qui alieno consentit Vnde quantumcunque papa bene uult, si negligit corrigere ecclesiam indigentem reformatione requisitus, vel fingit, uel detrectat, & propterea requisitus quod congreget concilium contemnit, alii conngregabunt, ut supradictum est. Quia hoc ipso quod contemnit, facit se suspectum de fide. Nam pertinacia † in delicto non caret scrupulo hæreticæ prauitatis, ut dicit textus in capitulo grauem de pœnis.

Ad idem est quod dicitur in capitulo si papa in glo. 40. distinctione &

176 doc. in capitulo proposuit. de concel. præben. Et facit quod dicit Abb. in capitulo quæsiuit de diuor. quod si vir non desistit ab insolentia inducendi vxorem ad peccandum, est sufficiens causa separandi quo ad thorum, quia est suspicio cuiusdam infidelitatis. ratione cuius fit regulariter separatio. allegat. capitulū idolatria. 28. quæst. prima. An autem hodie, cum nihil boni videmus & ad superos astrea recessit, indigeremus concilio pro reformatione, nihil dico, Deus scit.

Et intellige quando esset requisitus ex causa necessaria, & non malitiose ad pessundandam ecclesiam, vt principes facere conantur qui nullam reuerentiam habent ecclesiæ Romanæ nisi ad emungendum ab ea ius decimandi & priuilegia & iurapatronatus & pragmaticas, & monarchias & nominationes. & vtinam quiescerent, & non continue amplia rent, ita vt iam ipsis videantur data & non ecclesiasticis bona ecclesiastica, quæ vsurpant pro arbitrio, & dant in prædam militibus suis.

Sed addendo ad ea quæ in fine tertij libri dicta sunt, quæro † an possit congregari concilium per commissarios papæ. Dic quod sic si est ad hoc datum mandatum. 1.q.7.c.conuenientib. & in c.hoc nequaquam in suprascrip 7.q.1.63.dist.Adrianus. & in c.septuaginta.16.dist.& c.2.17.dist.& ibi gl. & in c.quod translationem. de of.leg.in gl.& c. in ea sinodo.100.distinc. Et patet in bulla Martini V. qui misit quatuor commissarios ad congregandū concilium Senis, quibus dedit facultatem congregandi, celebrandi, transferendi, & dissoluendi. & quoscunque prælatos ad concilium conuocandi.

Cardin, Iacobatij, de concilij, Liber Quintus.

S V M M A R I V M.

Quales debeant esse interfuturi concilio. Art. I.

Vidimus ex quibus causis possit & debeat ꝯgregari concilium, nunc videamus quales † debent esse personæ in concilio congregādæ. Et primo dic quod debent esse iusti & sapientes. vnde os iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudicium. Os. n. † sumitur hic non pro ore corporis, quia eius actus non est meditari, sed pro ore animæ, quod est intellectus eius, accipiens ab ore veritatis & per meditationem traiiciens in memoriā. Meditatur igitur os, id est intellectus iusti sapientiam, & exin de lingua eius loquitur iudicium, hoc est rectitudinem iudicii, quod ex sapientia sumit. Vnde inquit Iacobus apostolus in 3. cap. suæ epistolæ. hęc est pudica, pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia, iudicans sine simulatione. de quorum expositione B. Th. in 2.2.q.45.artic.6. ad tertium. Inde Constantinus imperator Agathoni papæ scribens pro concilio celebrando dicit. hortamur vestram paternam beatitudinem per pręsentem nostram piam sacrā dirigere viros utiles & modestos notitiam habentes totius a Deo inspiratæ doctrinæ, & peritiam irrepręhensibilem habētes dogmatum, induentes personam vestræ apostolicæ sedis vt legitur in prin gestorum in concilio Agathonis. Et vide in c.conuenientibus.1.q.7. vbi dicit. non oportet nos qui episcopi sumus indigere doctrina, sed aliorum esse doctores, malorum doctorum mala est doctrina, ecclesia de malis doctoribus sacerdotes non recipit. Et ideo debent esse sapientes, qa vt inquit Arist. duo sunt † opera sapientis, quorum vnum est non mentiri de quibus nouit. alterum vero mentientē manifestare posse. Et Prouerb. primo cap. sapientia † foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, & in foribus portarum vrbis profert verba sua &c.

Vnde & beatus Amb. in epistola ad Simplicianum de Sapiente dicit. Sapiens † non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur. vbi enim sapientia ibi virtus animi, ibi constantia & fortitudo. sapiens semper idem est animo, non minuitur non augetur rerum mutationibus, nec ut paruulus fluctuat ut circunferatur omni uento doctrinæ, sed manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide. sapiens igitur defectus rerum ignorat & varium animum nescit, sed fulget sicut sol iustitię, qui in regno patris sui fulget. Ideo autem debēt esse iusti, quia lux oritur iusto & rectis corde letitia, psal. 96. Et Ambro. in lib. officiorum inquit. talis † debet esse consiliarius qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax, nihil fabulosum, nihil simulatum, quod vitam eius & mores refellat, nihil improbatum aut maliuolum quod auerrat consulentes: Quia omnis qui nocet non est sapiens, vt. 6. quæst. prima sapiens. Vnde & ecclesiastici. 25. quam speciosum caniciei iudicium, & pręsbiteris cognoscere consilium. quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus & consilium. corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei. Vbi glo. inquit. audiant presbiteri & ecclesiarum præpositi, quia non licet eis ignorare legis scientiam & sapientiam. Et ideo etiam aliud † est quod requiritur, quod sint tales qui habeant rerum experientiam, quia quandoque experientia supplet illiteraturam. vt dicit specu in tit. de iudice delegato. §.8. versic. item quod est illiteratus. Vnde in promouendo non sufficit scientia nisi quis habeat experientiam. C. de præp. agentium in rebus. l. penul. li. 12. & de elec. cum in cunctis. de suppl. negli. prælat. capitulo secundo lib. 6. 39. distinct. capitulo Petrus. Sic & experto dicitur esse credendum capit. fin. de frigi. & malefi l. prima ff. de uentre inspi. l. certi. C. de iudic. & ff. si messor falsum modum dixerit. l. prima & per totum, & capitulo proposuisti. de proba. Ideo experientiam habere debent, quia ipsa est rerum magistra. l. secunda. §. nouissime. ff. de ori. iu. l. legatis. §. ornatricibus. de lega. tertio capit. vbi periculum cum simil. de elec. in 6. Sic intelligo quod dicitur quod creditur bono † doctori asserenti in certa curia esse in causis certam consuetudinem, dicitur in l. prima. C. si mulier secundo nupt. & in l. de quibus, maxime per modernos papienses. ff. de legibus. quia intelligo in docto & experto in eadem curia doctore, propter eius practicam & experientiam illius curiæ, tunc enim non tam dicitur probari consuetudo per expertum & famosum doctorem quam probari quidam stylus. Quo casu non est absonum stare dicto experti & excellentissimi doctoris. Facit quod dicit collectarius in capitulo primo. de sponsa. Vnde & ecclesiastici. 34. vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enarrabit intellectum. & qui non est expertus, pauca cognoscit. Requiritur etiam, quod sint docti, iuxta illud quod supra dictum est de Constantino. Ad Agathonem pro sexta synodo congreganda. Inde & Augustinum in quarto libro de doctrina Christiana. debet diuinarum scripturarum tractator & doctor, defensor uere fidei ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere, atque in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quid agitur quid expectare debeant intimare. Vnde & Beda de templo Salomonis loquēs dicit. frustra sibi officium doctoris vsurpat, qui dilectionē catholicę fidei ignorat, neque sanctuarium domino, sed ruinam sibi ædificant qui docere alios regulam quam ipsi non didicere conantur. Sic & Cicero libro secundo Rheto. peritia † dicendi in tribus consistit, natura, doctina & usu. natura ingenio, doctrina scientia, vsu assiduitate. hæc sunt enim quæ non solum in oratore sed in uno quoque homine artifice expetuntur, ut aliquid efficiat.

Et adde quod cum doctrina requiritur bonitas & vitę sanctimonia. Vnde Ambro. lib. secundo officiorum. quis in cœno fontem requirat, quis e turbida aqua potum petat, itaq. vbi luxuria est, vbi intemperantia, ubi vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum existimet, quis non despiciat morum colluuionem, quis vtilem alienę causæ iudicet, quē videt inutilem uitæ suæ. Et iterum quomodo eum potes iudicare consilio superiorem, quem vides moribus inferiorē, supra me debet esse, cui me cōmittere paro. an uero idoneū eū putabo qui mihi det consilium qui non dat sibi, & mihi eū vacare credā q nō vacat sibi. Et iterū. in acquirendis consiliis plurimum adiungit uitæ probitas, virtutum prerogatiua, beneuolētię usus, frugalitatis gratia, unde seneca epistola. 45. quod sentimus loquamur, quod loquimur sentimus, concordet sermo cum vita, ille enim promissum suū impleuit qui cum videas illum & cum audias, idem est. Sic & Augu. super Ioannē. doctrina per malos est palmes in sæpe, botrus inter spinas, caute lege, ne dū q̄ris fructū laceres manū, & cū audis bona dicētē, ne imiteris mala facientē, sic & Ambro. super Psal. beati immaculati. ante vita q̄ doctrina quærenda est, vita bona † sine doctrina gratiam habet, doctrina sine vita integritatem non habet. Et Ioā. Chryso. li. de compunctione cordis. docere & non facere, non solum lucri nihil sed & damni plurimum affert, grandis. n. cōdemnatio est componenti quidem sermonem suum, vitam vero suam atque opera negligenti. Et iterum idem Chrysost. super illud Math. quæcunque dixerint vobis facite, inquit. doctrinam accipiamus non mores, apibus herbæ non sunt necessariæ sed flores, sic & vos flores doctrinæ colligite, & conuersationes relinquite. Et generaliter quæ sint requisita in personis habētibus in concilio dare vocem, vide beatum Greg. in 15. c. sui pastoralis, & transumptiue Gratianum in c. sic rector. 43. dis. & vide eund. Grego. in registro. li. 1. c. 24. & vide in c. oportet. 8. q. 1. & in §. oportet. 36. distin. vsq; ad fi. illius dist. Et adde qđ supra dictum est de episcopis, in illo articulo qūo debeant sedere existentes in concilio. Item requiritur ꝙ habeant zelū religionis christianæ, iuxta illud psal. 68. zelus domus tuæ comedit me. Debent igitur habere zelum ad reformationem ecclesiæ. Vnde vide in proposito quod dicitur in c. dudum, & in cap. ecclesia. el 2. de elec. & Io. An. in c. in Genesi. eo. ti. Adde etiam quod dicit Bal. ibidem in c. 1. in 3. col. vers. sed cōtra primum, ꝙ concilium est congregatio multorum & maximorum virorum, nō tamen debet aliquis loqui nisi prius cōcessa licentia. Ita dicit ipse ibi circa fi. in ver. vlt. no.

S V M M A R I V M.

De exordio concilij. Artic. II.

Vidimus de qualitatibus personarū in concilio congregandarum, nunc videndum est quod debeat esse exordiū tenendum in ingressu concilij. Et dicendum † est quod primo præmissa solemni processione omniū prelatorum debet celebrari missa de Spiritusancto, quia si hoc est seruandum per inferiora capitula quando se congregant pro electione prælati, vt ponit Inno. & alii in c. cum nobis olim. de elec. & in c. cum ecclesia sutrina de causa posses. & propric. & in c. cum terra. de elec. & Io. de Lignano in c. quia propter. eo. ti. multo magis in concilio generali vbi maius est periculum, exēplo saluatoris, dicentis, cum venerit ille spiritus veritatis ille docebit vos omnem veritatem, ut patet Ioā. 16. Ita dicit Do. in suo tractatulo de conci. q. 5. & Petrus de monte in suo tractatu de concilio. q. 4. Ad quod facit, quod duo † potissime necessaria sunt ad rite & bene celebrandum concilium, videlicet, primum illuminatio veritatis in diffiniendis & agendis in concilio, secundum est unanimitas patrum congregatorum in sinodo in concludendis, ut omnium sit vna mens & vna sententia & vnus sensus. Vtrunque istorum attribuitur spiritui sancto. de primo patet per illud Io. 14. spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis. De secundo patet ex illo ad Ro. 8. ipse. n. spiritus testimonium reddit spiritui nostro ꝙ simus filii Dei. ubi gl. spiritussanctus cōis est patri & filio amborumque unio, per quam fit societas & unitas, qua efficimur unum corpus unici filii Dei, unitas. n. nos compaginat quā fecit charitas quæ non est nisi a spiritusancto. Item debet cantari hymnus, veni creator spiritus, exemplo apostolorum qui orando accipere meruerunt spiritumsanctum, ut patet act. 1. & 2. c. & 24. q. 1. audiuimus, & ibi notatur. Item debēt † ante diem quo inchoandum est concilium indici rogationes in ciuitate ubi concilium celebratur, & in omnibus collegiatis ecclesiis eiusdem ciuitatis debet saltem semel in hebdomada collegialiter missa de spiritu sancto celebrari, in qua tam celebranti quam interessentibus & audientibus uere pœnitentibus & confessis datur certa indulgentia, uidelicet sacerdotibus missas celebrantibus annus, & interessentibus. 40. dies de indulgentia. sicut reperitur factū in gestis in concil. Constantien. Debentque prelati & oēs alii Christi fideles uacare feruentius orationib. ieiunijs, eleemosinis, & aliis piis operib. pro imploranda diuina gratia, ut quę in concilio gerenda erunt, fœlicem exitū consequi mereantur. Item † leguntur letanię & antiphonę & aliæ deuotæ orationes. Item per unum † ex patribus de concilio debet fieri

sermo conueniens gerendis in concilio. Et post missam spiritussancti solenniter celebratam in loco concilii debet haberi per aliquem prælatum aliquis sermo conueniens celebrationi ipsius concilii sicut factum fuit in Basilien. concilio, licet non fuerit ratum. vbi celebrata missa per philibertum episcopum Constantien. habitus fuit sermon per Iulianum cardinalē sancti angeli, qui erat in concilio presidens in pontificalibus sedens super cathedram ad hoc deputatam, astantibus prelatis in pontificali habitu cum mitris planis in capitibus suis, assumpto per eum Themate mundamini qui fertis uasa domini Isa. 52. capitulo Et in concilio Constantien. celebrata missa per Iordanum episcopum Albanen. cadinalem de vrsinis. cantatis letaniis, & alijs deuotis orationibus porrectis ad Deum, habitus est sermo per papam Io. 23. qui assumpsit pro Themate, veritatem diligite Zachariæ. 8. cap. Exemplum huius habemus a saluatore nostro Iesu Christo qui congregatis discipulis semper predicabat, ut patet Matt. 5. cap. & aperiens os suum docebat eos dicens. Item & a Beato Petro Act. 15. Item ab apostolo Paulo qui prædicauit maioribus natu ecclesiæ Ephesinæ. ut patet act. 20. capitulo. Et adde quod antequam prima sessio celebretur † indicitur omnibus conciliariis triduanum ieiunium. ad quod tenentur ex precepto, & solui non debet. vt dicit Gulielmus in rationali diui. offi. in rub. de aliis ieiunijs. in uersi. generalis quoque. facit text. in capitulo quoniam. 18. distinct. ibi dum synodus agitur super canonicis, & euangelicis negotiis, oportet congregatos epos in meditatione, & solicitudine fieri custodiendorū diuinorū & uiuificorū domini mādatorum. Item quādo papa cum prælatis debet intrare ꝯcil. dēt associari cū sacra pompa & clero ad locum concilii. Et missa ista solemnis non solet semper in omnibus sessionibus cantari sicut in prima, sed papa audita missa priuata vadit ad concilium cū pluuiali rubeo & mitra preciosa. Et facta oratione per eum ante altare ascendit ad sedem, & facta reuerentia per cardinales cum cappis laneis, duo seniores diaconi cardinales accipiunt dalmaticas, & unus eorum stolam & manipulum, quia est cantaturus, euangelium, & subdiaconus etiam paratur. deinde accedunt ad pontificem & imponunt illi sandalia, & dicuntur psalmi, quam dilecta &c. & interim alii prælati accipiunt paramenta sibi conuenientia omnes rubei coloris. Et facto aliquanto silentio, diaconus cardinalis a dextris surgens, alta voce præfatur orate. & mox tam pontifex super faldistorium sibi paratum quam alii sine mitra in terra genuflexi orant versi ad altare. Surgens deinde pontifex solus, aliis prostratis permanentibus, absolute dicit hanc † orationem in competenti tono. Ad sumus domine sancte spiritus, ad sumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter congregati, ueni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur & ostende quid efficere debeamus vt te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. esto solus suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo patre & eius filio nomen possides gloriosum. non nos patiaris perturbatores esse iustitiæ, qui summam diligis ęquitatem, non in sinistrum nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio munerum vel personæ corrumpat, sed iunge nos tibi efficaciter solito tuę gratiæ dono, ut simus in te unum & in nullo deuiemus a uero, quatenus in nomine tuo specialiter collecti, sic in cunctis teneamus cū moderamine pietatis iustitiam, vt hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro ꝓ bene gestis consequamur prę mia sempiterna. Et est oratio qua in singulis congregationibus vtuntur auditores & referendarii. Qua finita omnes rn̄dent amen. Et deinde Diaconus a sinistris surgens, dicit erigite uos. Et omnes surgunt. deinde † cantores cantant antiphonam exaudi nos domine, quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine. Et postea iterum diaconus a dextris versus ad patres dicit, orate. & similiter omnes procumbunt, & aliquantulum orant secrete. deinde surgens diaconus a sinistris, dicit erigite vos. & omnes surgunt, & pontifex † omnibus stantibus detecto capite dicit hanc orationem absolute, mentes nostras, quæ sumus Domine Paracletus, qui a te procedit illuminet, & inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritussancti Deus per omnia secula seculorum, amen.

Qua finita, iterum omnes genuflectunt. & tunc fit litania, quæ per duos ex cantatoribus pronunciatur & omnes respondent. Et post uersum illum † ut donum apostolicum &c. surgens pontifex cum mitra benedicit synodum, dicens, faciendo crucem, ut hanc synodum & omnes gradus ecclesiasticos bene † dicere digneris. & omnes respondent te rogamus audi

di nos. Iterum Dicit, ut hanc synodum & omnes gradus ecclesiasticos benedicere & regere digneris, & omnes respondent te rogamus audi nos. Iterum tertio vt hanc synodum, & omnes gradus ecclesiasticos benedicere regere & cōseruare digneris, & respondetur te rogamus audi nos. Et procūbente iterum pontifice litania perficitur. Deinde surgunt omnes, & pōtifex sine mitra versus ad altare, dicit, oremus. & diaconus a dextris flectamus genua, & diaconus a sinistri 13 leuate, & pōtifex da quæsimus ecclesię tuæ misericors Deus, ut sancto spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur, per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuū, qui tecum uiuit & regnat in unitate eiusdem spiritussancti Deus per omnia secula seculorum amen. Tunc diaconus petit benedictionem pro euangelio. & imponitur incensum a pontifice more solito, & cantatur euangelium competens rei de qua agitur, cum luminaribus & cerimoniis consuetis. Et in fine pontifex osculatur librum & incensatur more cōsueto. & presbyter cardinalis paratus cum pluuiali seruit papæ de libro & nauicula incensi, acsi pontifex celebraret. Finito euangelio omnes sedent. & pontifex patres hortatur verbis conuenientibus ad faciendum decreta, assignās rationes 14 cur ita sit faciendum. Deinde † surgens sine Mitra, incipit hymnum veni creator spiritus, & omnes genuflectunt, & ipse etiam postquam incœperit genuflectit, procumbens super faldistorium quousq; primus versus perficiatur. Deinde omnes surgunt capitibus detectis, cantatores, & patres si uolunt, prosequuntur hyminum, in fine pontifex dicitq; emitte spiritum tuum & creabuntur, & omnes respondent & renouabis faciem terræ. Et pontifex, Oremus. Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione, docuisti, Da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in vnitate spiritussancti Deus per omnia secula seculorum amen. Et demum duo cantores dicunt benedicamus Domino, & alii respondent Deo gratias. Quibus finitis, diaconus legit decreta facienda & rogat patres an placeant. qui incipiendo a summo pontifice, respondent placent vel non placent. Et protonotarii apostolici & clerici camerę atque tabelliones alii rogati, decreta notant & in publicam formam redigunt, de quibus fit bulla sigillo apostolico munita. Ita repperi ordinatum in libro cerimoniali, vbi dicitur ita fuisse seruatum in concilio Constantiensi. Etsi in Basilien. propter multitudinem defuit in sanctos episcopos reuerentia, & super abundauit temeritas atque arrogantia, cum non pluris fieret optimi cuiusque antistitis sentētia quam minimi canonici, ut ibi dicitur.

15 In prædictis cerimoniis † non esset inconueniens, si pręponeretur edictum quod nullus admitteretur in concilio ad dandum uocem nisi esset confessus, & si esset episcopus vel præsbyiter nisi antea celebrasset, si esset diaconus vel alius, nisi de manu pręsbiteri recepisset deuote eucharistiæ sacramentum, præterquam si esset de personis, quæ inuitæ essent tractæ ad concilium, ne de male gestis reciperent commodum. Pro hoc facit quod & in inferioribus collegiis, maxime apud regulares, ita fieri consueuit, ergo multo magis in isto. vnde quia est consuetudo laudabilis, seruanda est capitulo fin. de consuetu. Forma autem 16 iuramenti est, iuro eum eligere quem vtiliorem credam, nec illi de uocem quem sciuero ut eligatur procurasse. Itē facit tex. in capitulo audiuimus. 24. quæstione prima, quia cum non habitet in cordibus eorum qui semetipsos a compage corporis Christi se abrumpūt nō descendit in tales grā spiritussancti, qui non nisi super congregatos in unum descē dit, vt ibi. & glos. in capitulo cum ecclesia de causa posses. proprie. Et propterea abiiciuntur excommunicati & hæretici a conciliis, ut ibi dicitur & dictum est supra. Et si indicitur 17 triduanum ieiunium, tacite iudicitur confessio, quia † primū ieiunium est abstinere a peccatis, vt dicitur in rub. de obseruā. ieiuni. debent igitur primo se mundare a peccatis. ita dicit text. & ibi doc. in capitulo habeatur. 17. distinctione. Per sacramentum eucharistię sumptū, quis efficitur vnum corpus cum Christo. de consecra. distinctione secunda capitulo in Christo pater. Et hoc sacramentum pietatis est & signum vnitatis & uinculum Charitatis. de consecra. distinctione secunda cap. hoc est sacramentum, & cap. quia passus. & 23. q. 4. ipsa pietas.

Alium ordinem per omnia fere similem vide positum in ultimo capitulo in gestorum concilii Constantien. de ordine autē tenendo in conciliis prouincialibus, vide omnino Gregorium in suo pastorali. & de ordine tenendo in concilio synodali vide pauinum in tractatu, visitationum, in secunda parte quæstione prima.

S V M M A R I V M.

1 *Prælati existentes in concilio quomodo se gerere debeant. & numero 4. 6. 7. & 8.*
Ex verbis c. in loco v. q. iiij. nu. 2.
Contrafacientes quomodo puniantur. nu. 3.
5 *Societas dissoluitur propter socium rixosum.*
Et contra rixosos plura constituuntur de iure. ibid.
7 *Timor & pusillanimitas debet abesse ab his qui in concilio sunt.*
Timiditas apud sapientem esse non debet. ibid.
9 *Publica vtilitas est præferenda priuatæ.*
10 *Publica vtilitas est quod aliquis conuertatur ad fidem Christi.*
Propriæ vtilitati plus intendens quam publicæ, non amat Christum. ibid.
11 *Consilium velox sequitur pœnitentia.*
Et consilio. sunt maxime contraria festinantia, & ira. ibid.
Et consiliarij insipientes duo, delectatio, & tristitia. ibid.
12 *Causa, quæ prima in concilio proponi debeat.*

Quomodo existentes in concilio se gerere debeant.
Artic. III.

1 Vlterius quæro † quō se gerere dēant prelati existentes in concilio, & a quibus debeant cauere. Dic quod debet inter eos cessare omnis simultas & omne odium, ut in cap. habeatur. 18. di. item debēt cessare indiscretæ uoces, strepitus, & tumultus, fabulæ vanæ, risus ac obstinatæ disceptantium tumultuosæ voces, ne obstrepētiū turba confundat iudiciorum silentia, & ne contentiosæ voces sensus audientium pertubent. ita dicit textum. Toletani concilii in cap. in loco. 5. q. 4. & inseritur in gestis cōcilii Constantien. & est primum cap. vndecimi Toletani cō 2 cilii, sic inquiens. in loco † benedictionis considentes domini sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, & quod deterius est obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. si quis enim, vt apostolus ait, putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum. huius vana est religio. cultum enim suum iustitia perdit quando silentium perit, & iudicium obstrepentium turba confundit, dicēte propheta, erit cultus iustitiæ silentium. debet ergo quicquid aut considentium consultationibus agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborū relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec iudicū 3 vigorem tumultu eneruent. quicunque ergo † in conuentu concilii hæc quæ præmissa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu, aut contumeliis, uel risibus concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cū omni dedecore de consessione abstractus a cōi cætu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat. Vn̄ dicit tex. in c. irreligiosa. de consecr. dist. 3. irreligiosa est consuetudo per quam qui debent diuina officia attendere, saltationibus turpibus inuigilant, & cantica mala canentes religiosorum officia perturbant. Et uide pulchrum tex. qui conuenit in proposito, in c. decet. de immu. eccl. in 6. qui est text. Gregorij XI. in concilio Lugdunen. ubi plura connumerantur quib. instruimur qualiter debeamus nos gerere in ecclesiis. Sicut dicitur ꝙ turbans officium diuinum, de iure ciuili punitur pœna capitis, ut in l. si quis in hoc genus, & authē. ibi posita, de epi. & cle. sed de iure canonico debet eiici de ecclesia. gl. & doc. in c. dilectis. de app. Sic ēt in d. concilio Toletano. dicitur ꝙ ne iudicum vigorem tumultu eneruent debēt eiici extra concilium. Imo, ut dicunt ibi Arch. & alii, si talis tumultuosus non vult exire, debet per vim eiici foras, arg. c. ueniens. de sent. excom. & cap. cum uoluntate. §. si qui vero. 4 Debet etiam in † conciliis cessare omnis malitia & prauitas & affectio. Vnde Basilius in prin. 8. synodi inquit. commonemus uos fratres vt cum multo pudore & reuerentia conueniatis ad hanc sanctam synodum, nullam vitiosam motionem vel affectum ferentes, nec ad contentiosam voluntatē respicientes. Adde tex. in c. si quis a vero. 3. q. 4. & vide tex. in c. iudicet. 3. q. 7. Vnde isti contentiosi & inquieti eiiciuntur de concilio, vt in d. c. in loco, & dicitur in gl. fi. per doc. in c. ex te 5 nore. de temp. ord. Sic iura socium † rixosum compellunt ad dissoluendum societatem. l. si conuenerit. ff. pro socio. Sic & verbosus aduocatus potest aduocatura priuari. gl. sing. in l. ex ea. ff. de postu. & Lud. in singularibus in verbo aduocatus. Et ꝙ contentiosus monachus arbitrio superioris sit puniendus, vide tex. in c. si quis monachus. 90. dist. Et propter rixas & cōtentiones alimenta alias in domo præstanda præstantur extra domum, dicitur in l. sicut. ff. de operis liber. authent. cui relictum. C. de indicta viduitate. Bal. in l. prima. C. de legatis. lege penultima. ff. ubi pupillus educari debeat. lege gaio. §. pri-

§. primo. ff. de alimen. & ciba. leg. ibi bar. cum concor. Tales enim contumeliosi & contentiosi puniuntur per præsidentem, ut in capit. dilectus. de pœnis. Immo & sunt expellendi a communitate, ut l. omne. §. fin. & ibi notatur. ff. de re mili. Facit tex. in l. fin. ff. de offic. procura. cęsaris. Et ideo constitutio dicti concilii Toletani in dicto capitulo in loco. 5. q. 4. dicit tales eiiciendos cum dedecore a concilio & cœtu aliorum, & ultra etiam excommunicantur tribus diebus. Et simile in cap. neminem, 45. dist. & in cap. ex literis de constit. vbi quis ad tempus communione priuatur. Vnde & veritas, Matth. 5. præcipit nihil per contentionem agere. 16. q. 6. cap. consuetudo. Vnde Beatus Grægo. dicit nihil agendum cum forali strepitu in cap. 2. de præscrip. Vnde præsumitur contra illum qui per clamorem est electus, nec tenet huiusmodi electio. ita fuit statutum in concilio sardicen. vt in cap. osius. de elec. Quandiu enim aliquis in contentionibus & perturbationibus est, non rectæ iudicat, ut in cap. illa præpositorum, cum seq. 11. q. 3. Et contra similes irrisores & detractores vide text. in cap. ex merito. 6. q. 1. Item existentes † in concilio 6 non debent conspirare ad dectructionem sicut legitur factū per iudęos contra apostolos act. 5. cap. sed ad dignitatem, & authoritatem apostolicam conseruandam, non ad inquietationem & perturbationem bonorum operum, sicut legitur congregatum conci. act. 6. cap. contra beatum Stephanum, sed ad pacem & quietem fidelium. Item debent dicere veritatem postposito omni timore, quia qui non libere veritatē pronunciat proditor est veritatis. 11. quæ. 3. nolite. nec debet quis timere magis hominem quam Deum, ut in cap. quisqs. 11. q. 3. Non tamen ad gloriam & ostentationem, iuxta illud prophetæ. non sedi cum cōcilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Nihil etiam vendicet odium, nihil fauor vsurpet, nihil præmium euerrat, ut in c. cum æterni. de re iudi. in 6. & in cap. quatuor. 11. q. 3. inde tex. in cap. habetur. 18. dist. uult quod debeant cessare simultates. Et inde etiam beatus Grego. in registro lib. primo cap. primo. inquit. a quo concilio procul absint odia, facinorum nutrimenta, atque inuidia interna tabescat, & nimis execrabilis animorum discordia, sacerdotes suos concordia Deo placita, & charitas recognoscat. hæc igitur omnia cum maturitate & tranquillitate gerite. ut dignissime possit episcopale concilium ap̄pbari, Et rursus idem Gregorius in cap. secundo eodem lib. ad Iustinum prætorem Siciliæ. vnde per omnipotentem dominum rogo in cuius tremendo iudicio nostrorum actuum posituri rationes summus, ut eius respectum, semper gloria vestra ante oculos habeat, & nunquam quomodolibet, ex inter vos vel parua dissensio ꝓueniat, admittat. nulla vos lucra ad iniustitiam pertrahant, nullius vel minæ, vel amicitiæ a rectitudinis itinere deflectant. Ab existentibus igitur 7 † in concilio quam longissime abessedebet pusillanimitas, & timor. Vnde cassiodorus super illud psalmistæ dulcis, & rectus dominus, inquit. cum audis quod dominus tuus dulcis est, attende quid diligas, cum audis quod rectus, attende quid timeas, ut amore & timore Dei excitatus, legem eius custodias. Inde ait Lactantius in l. secunda diuinarum institutionum, timiditas in sapiente esse non debet. & Ioan. Chryso. in sermone de Ioan. Baptista, facile deuiat a iustitia qui in causis non Deum sed hominem pertimescit. Et uide in proposito tex. in cap. graue satis, & in c. quicunq; & in c. nemo, & c. quisquis. 11. q. 3. Contra autem istos qui se subtrahunt ab operibus bonis quæ possunt vel debent facere, clamat psalmista. Deum non inuocauerunt, illic tripidauerunt timore vbi non erat timor. Trepidiauerunt igitur non posse opera spiritualia perficere, ideo offenderunt, trepidiauerunt corporalia bona posse amittere, ideo perdiderunt, trepidauerunt corpora mortalia posse amittere, ideo aberrauerunt. Debēt 8 etiam iis studere † quæ pertinent ad honorem & decorem domus Dei, pacis & unitatis fidei Christianæ. Tales sunt de quibus Isaias cap. 60. omnes. isti congregati sunt tibi, hoc est ad ea quę pro te agenda sunt in concilio. Non debent esse desides siue negligentes, quia vt inquit Salustius in Cateli. vbi socordiæ aut ignauiæ te tradideris, nequaquā Deos implroes irati enim infestique sunt. Et Cic. in 2. li. offic. contēnuntur ij q̄ nec sibi nec alteri prosunt, vt dicitur, in quib. nullus labor nulla industria nulla cura est. Debet in eis esse solicitudo, & solertia communis boni & publicæ non priuatæ vtilitaris. vnde, secundo Macca. quarto communem vtilitatem apud te considera. Et cicero in lib. de ami. mihi autem non minori curæ est qualis respublica post mortem meam futura sint quam. hodie. Sic Leo. papa. ad Theodosium imperatorem inquit. unde error secundæ Ephesinę synodi originem traxit dum priuatę causæ religionis exercentur obtētu, cōmissum est impietate paucorum quod uniuersam ecclesiam vulnerat. Vnde tex. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui operis 9 nun. cum cōcordan. in gl. dicit quod † vtilitas publica est præferenda priuatæ. & in c. bonæ. de postula. pręla. & 7. q. 1. capit scias. ubi tex. dicit. nam plurimorum vtilitas unius utilitati, uel uoluntati pręferenda est. Et subdit. non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas qui hoc negant causa vtilitatis, vel necessitatis fieri posse, quotiēs communis necessitas aut utilitas persuaserit. Et tex. in c. gaudemus, qui fil. sint legit. di- 10 cit quod publica † vtilitas est quod aliquis conuertatur ad fidem Christi. unde tex. 8. q. prima in scripturis, dicit quod qui plus intendit vtilitati proprię quam cōmuni non amat Christum. Nec vt in fi. pręcedentis arti. dictum est, debet quis loqui nisi prius obtenta licentia. qua impetrata debent insuper cum maturitate proponere, non pręcipitanter & leuiter. vn 11 de Seneca li. de beneficiis, uelox † consilium sequitur pœnitētia. Et Laertius Diogenes de uita & moribus Philo. consilio maxime dicebat Bias contraria sunt, festinantia, & ira. Et idē Seneca in prouer. sunt enim duo contraria consilio, festinatio & ira. Et uide tex. Ambrosij in c. ira. cum seq. & Gregorii in c. summopere. 11. q. 3. Nulla tristitia aut delectatione moueri eos oportet. Vnde commentator 6. ethi. duo sunt consiliarii insipientes, delectatio, & tristitia, & multos præcipitāt. Idem Aug. homilia. 1. corda sequentium delectationem indebitam, & fugientium tristitiam debitam, sæpius seducunt.

12 Congregato concilio quæ † est prima causa quę ꝓponi dēat? Dic quod olim in concilio Toletan. 17. in 3. ca. fuit statutum quod in primis tribus diebus in initio concilii non ageretur nisi tantum de fide ac demum de aliis rebus spiritnalibus, nullo secularium interposito. Verba autē illius concilii sunt ista. trium dierum spatiis percurrente ieiunio, de ministerio sanctæ trinitatis vel aliis spiritualibus rebus, siue pro morib. sacerdotum corrigendis, nullo secularium assistente in sinodo, habeatur collatio, ita nempe ut dum de scripturis sacris cū diuino timore per triduum habita fuerit altercatio, eiusdem sanctę trinitatis iuuamine cętera negocia peragantur.

S V M M A R I V M.

1 *Vota in concilio quomodo sint scrutanda.*
Et vnus pro alio respondet.
Et sinodus pro omnibus, respondet, facta propositione per maiorem vel alium ad hoc electum, & istum modum probat auctor. num. 4. & alium numero 6.
2 *Responsio potest etiam fieri facto, puta per ballotas albas vel nigras, quod quomodo procedat. ibid.*
3 *Taciturnitas habetur pro consensu vbi non requirit ur expressus consensus.*
5 *Cap. bene quidem 96. dist. intellectus.*
7 *Subscriptionis forma per episcopos in concilio, & per inferiores. nu. 8. & per legatos papæ. nu. 9.*

Quomodo sit procedendum in concilio.
Articulus IIII.

Viso qualiter existentes in concilio se debeant habere, vi 1 deamus qualiter sit procedendum in concilijs, & † qualiter scrutanda vota. Et videtur dicendum quod sint scrutanda vota singulorum, & quod singulariter debeant dare votum & singulariter respondere. Ad hoc facit tex. in c. Osius. de electio. & 17. dist. §. hinc etiam. 96. dist. in cap. bene quidem. prima quæst. 7. conuenientibus. de pact. cap. primo. 22. quæst. 4. 6. actio quarta. 26. quæst. 6. si iubet. & cap. Aurelius. 24. quæstio. secunda. sane præfertur, & cap. sequenti. 35. quæstio. 9. ꝙ quis commisit, ubi bonus text. Et idem sæpius videtur factū in pluribus antiquis conciliis. Et ita olim procedebatur per uota & subscriptiones singulorum, ut d. c. quod quis. & patet in prima, & aliis subsequentibus actionibus concilii Calcedonen. ubi episcopi subscripserunt damnationi Euthicis. & aliquando vnus pro alio. Et potest etiam pro omnib. simul sinodus respondere, vt factum nouissime videtur in concil. Constantien. in prima sessione, vers. quia vero. vbi ad schedulam officialium deputatorum in concilio cardinalis alta voce interrogans sciscitatus est vtrum omnia & singula in supradicta schedula contenta ipsi sinodo placerent. omnesq; & singuli prælati in sinodo existentes, concordes nemine discrepante, responderunt, placent. Et istum ordinem ponit Ant. de But. in ca. 1. de pac. qui dicit quod vnus nomine omnium interrogat quando ius vel constitutio fit ab vniuersitate uel populo, facta propositione vtrum ei placeat, & populus respondet placet. & tunc erit lex. Et ait quod debet fieri propositio per maiorem de uniuersitate, uel per alium ad hoc electum. Allegat l. 1. ff. de legibus, vbi dicit ad literam dari hanc formam, & c. Osius. de elec. & ibi doct. ponunt istum 2 ordinem. Dicit tamen Cardinalis in d. c. osius. & Ioā. de Imo. ibidem ꝙ sufficit quod facto fiat responsio, puta per positionem partiti ad balottas albas, vel nigras. allegat Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Sed ibi Io. de Ligna. vult quod nō suffi-

ſufficiat reſpondere facto, ſed quod requirantur verba, ſicut fuit factum in illo. c. oſius. ipſe tamen cardi. & Immo. ibi tenent contrarium, quod etiam ſufficiat quod facto reſpondetur ſine verbis. Quinimmo plus uoluit Card. in ca. primo. de obliga, ad ratioci. quod etiam ſufficit ſi taceant, quia cenſentur conſentire, quia vbicunque non requiritur expreſſus cō- 3 ſenſus, tunc taciturnitas habetur pro conſenſu, maxime in re concupiſcibili & meritoria.

Et idem etiam uult Abba. in d. cap. oſius in primo notabili, vbi dicit quod in cōcilio generali vnus ex prælatis, proponit totam materiam conſtitutionis faciendæ, & interrogat concilium vtrum velit ſic ſtatuere, & ſi concilium acquieſcat, habetur illud pro ſtatuto. & idem dicit ſeruari in vniuerſitatibus ſecularibus. Qui etiam poſt Bar. in d. l. omnes populi, dat aliam practicam, ut proponatur materia in confuſo, hoc eſt ut vnus proponat placeat prouidere ſuper tali materia. poſtmodum aſſurgant conſultores, dantes ſuper illa materia varia conſilia ſtatuendi, & illud conſilium quod obtinebitur in uniuerſitate, erit lex ſiue ſtatutum uniuerſitatis. Primus tamen † modus, quod uno proponente factum 4 ſynodus reſpondeat, placet. Et iſte modus ſeruatus eſt in concilio lateranen. præſenti, & ſcrutata ſunt etiam uota omniū poſtea ſingulariter. Et etiam antiquitus ſic aliquando fuit obſeruatum. & pluries ſic reperitur factum in concilio Martini, vt legitur in geſtis ipſius concilii. & eodem modo in cōcilio Sardicenin. cap. ſecundo de elec. & in concilio Aphricano ut in cap. primo de pac. & ſæpius in concilio Calcedonē. vt patet in ſecunda cognitione in cap. credimus. vbi in fine dicitur reuerendi epiſcopi clamauerunt hęc catholica fides huic omnes credimus, in hac baptizati ſumus, in hac baptizamus &c. Et in eadem ſecunda cognitione poſt epiſtolā Leonis dicitur, quod poſt lectionem epiſtolę Leonis reuerēdi epiſcopi clamauerunt. hæc patrum fides. hęc apoſtolorū fides, &c. omnes ita credimus, orthodoxi ita credimus &c. Et ſepiſſime legitur in dicto concilio Calcedonenſ. & in communi pro omnibus reſponſum, & ſæpius in particulari, quiſque dando per ſe votum ſuum. Et de hoc etiam videtur tex. in d. cap. actione. 22. q. 4. Item uidetur text. in cap. unico de 5 obliga. ad ratio. Et ſimiliter tex. † in cap. bene quidem, poteſt intelligi, quod omnes ſimul reſponderint, & poteſt intelligi quod ſingulariter. Similiter omnia fere iura ſuperius allegata, dum dicunt ſancta ſynodus dixit, vel vniuerſi dixerunt, poſſunt intelligi quod omnes ſimul vel omnes ſeparatim dixerunt. Et pro hoc facit quod ponunt doc. in cap. quia propter. de elec. vbi poſt factum ſcrutinium interrogatur ſi placet quod publicentur uota, & omnes ſimul reſpondent quod ſic. Item poſſunt etiam duo reſpondere nomine omnium, vt eſt tex. in cap. petimus. 11. q. prima. Et ſimiliter unus pro omnibus, ut ponit Hugo in cap. bene quidem. 96. di. Et ſic etiam videmus quod publicatis uotis & facta collatione votorum vnus eligit prelatum nomine omnium in dicto capitul. quia propter. de elec. ibi gl. & doct. & in c. cauſam quæ eodem titulo. Et hoc conuenientius videtur, vt euitet tumultus, & res recipiat faciliorē exitum. l. item ſi unus. ff. de arbitris, & bene tex. in capitulo cum ab uno. de re iudicata in ſexto.

6 Sed forte etiam poſt † interrogationem q̃d quilibet ſubſcriberet, ſicut olim fiebat, eſſet conuenientiſſimus ordo, quia in ſubſcribendo quis magis accurrate procedit, & veriſimiliter uult intelligere quid ſubſcribat. Facit quod dicitur in l. etiam in glo. C. quod cum eo, & in capitulo ſi quis presbyterorum. poſt glo. de rebus eccle. non alienan. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verbo. ob. & in l. diuus. §. Item ſenatus. ff. de falſis, & capit. inter dilectos de fide inſtru. & in l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. & in l. fi. C. plus valere quod agitur, cum ſimilib. Et ita pro maiori parte in omnibus actionibus in quatuor principalioribus conciliis fuit proceſſum ſubſcribendo determinationibus in concilio factis per ipſos epiſcopos. ali- 7 quando ſcribendo nomine proprio ſub iſta forma. Baſilius, epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ iudicans ſubſcripſi, aliquando iuuenialis epiſcopus Ieroſolymorum diffiniens ſubſcripſi. & aliquando tanquam alterius locum tenendo, vt Quintilius epiſcopus Eraclee tenens locum Anaſtaſij ſanctiſſimi epiſcopi Theſſalonicen. diffiniens ſubſcripſi. Aliquando Maletius epiſcopus Lariſanæ, ſecundæ eccleſiæ faciens ſermonem tā pro Dorino epō apameorū q̃ pro me diffiniēs ſubſcripſi. aliqū Syluanus epſ Cordub. ſubſcripſi, & ego Herclius epſ ꝓ eo ſubſcripſi qa erat infirmus. Aliqū Venātius epſ Hierapolitanæ ciuitatis, ſubſcripſi, ſubſcripſi vero ꝑ notariū Meū Theodoſiū. Et aliqū, vt reperi in Calced. ꝯcilio in fine. primæ actionis Elias Epiſcopus Adrianopolita. diffiniēs ꝑ Romanū epm Meroenſem, eo ꝙ neſciam literas, ſubſcripſi. & ibidem iterū Cauinas epſ ciuitatis Phaunæ diffiniens ſubſcripſi, per epiſcopum Dionyſium, propterea quod literas ignorē. Sed iſti forte ignorabant literas latinas. quod enim eſſent penitus literarum ignari, non eſt veriſimile, cum ſit contra iura, quæ volunt epiſcopum eſſe literarum, vt in ca. cum in cunctis. & in c. congregato. de elec. cum ſimil. 36. diſt. qui eccleſiaſticis, & §. ecce. in fi. & 51. diſt. c. fi. cum ſi. Aliquando ibidem Eulogius presbiter hortatu Vranij epiſcopi ciuitatis hymeriorum Syriæ diffiniens ſubſcripſi. Item Caloſirius epiſcopus Arſconitæ per Eliam primum diaconem meum ſubſcripſi. Aliquādo Longinus agens vices Dorothei epiſcopi Neoceſarię diffiniēs ſubſcripſi. Item aliqū Atticus epiſcopus Nicopolis quę eſt in Metropoli veteris Epiri, decernens cum ſanctis patribus ac diffiniens ſubſcripſi, Aliquando ſimpliciter Aurelius epiſcopus ciuitatis. N. his geſtis ſubſcripſi, non adijciendo iu- 8 dicans. Similiter inferiores † epiſcopis non reperiuntur adijcere verbum iudicans, vel diffiniens, ſed tantum dicere ego talis presbyter archimandrita vel monachus ſubſcripſi. In 9 geſtis autem † octaui concilii legati papæ vſi ſunt hac ſubſcriptione, videlicet ego donatus Dei gratia epiſcopus ſanctæ Hoſtien. eccleſiæ, locum obtinens domini mei Adriani ſummi pontificis, & vniuerſalis papæ, omnia quæ ſuperius leguntur, huic ſanctę & vniuerſali ſinodo præſidens, vſque ad voluntatem eiuſdem eximii præſulis, promulgaui, & manu ꝓpria ſubſcripſi. Eadem forma vſi ſunt ſecundus & tertius legatus, videlicet Stephanus Nepeſinæ eccleſiæ epiſcopus &c. Martinus Ro. eccleſiæ diaconus &c. Eadē item forma in Calcedonen. ſinodo quando depoſitus eſt Dioſcorus conſentiētibus omnibus de concilio, vſus eſt Paſchaſius legatus papę, cum dixit in eum ſententiam, narrans quomodo Leo papa ipſum depoſuiſſet & damnaſſet, & ſubiungens, ſancta hæc ſinodus, quę placent canonicis regulis, ſuper memorato Dioſcoro decernere non moretur. Et tunc Anatholius epiſcopus Conſtantino. & quilibet de concilio ſententiam dedit, dicendo eum alienum iudicio omnis ſacerdotalis ſiue epiſcopalis miniſterij. Idem reperitur in ſubſcriptione Martini papæ, ſic videlicet. Martinus ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ vrbis Romæ epiſcopus huic diffinitioni confirmationis orthodoxæ fidei & damnationi Sergii, Conſtantini, Pyrri, & Pali ſtatuens ſubſcripſi. Et ſic Maximus ſanctæ Aquileien. eccleſiæ pręſul, confirmando damnando, & ſtatuendo vna cum 103. epiſcopis ſe ſubſcripſit, quilibet in eadem forma. Simili modo legimus factas ſubſcriptiones in cōcilio cui Gregorius papa iunior circa tempora Leonis, & Conſtantini iunioris imperatoris Romæ præſedit, videlicet Gregorius ſanctę catholicæ & apoſtolicæ eccl. vrbis Romę epiſcopus huic conſtituto a vobis promulgato ſubſcripſi, Angelus epiſcopus Ferentinen. huic conſtituto a vobis promulgato ſubſcripſi. & ſimiliter ſubſcripſerunt epiſcopi. 21. presbiteri. 24. diaconi. 4. Similiter in ſinodo Symmachi papæ tempore Theodorici regis, in 6. actione. 218. epiſcopis in concilio exiſtentibus, prędidente Symmacho ſubſcriptum eſt. Symmacus epiſcopus ſanctæ catholicæ eccleſiæ vrbis Romæ huic conſtituto a vobis inſpirante domino peracto ſubſcripſi. Eulalius epiſcopus Syracuſanæ &c. ſimiliter omnes ſubſcripſerunt. Similiter in concilio Papiæ celebrato per Bonifacium papam contra clericos concubinarios fuerunt factę ſimiles ſubſcriptiones. Idem legitur in 6. ca. Aphricani concilii ubi Gennadius dixit, quia vobis ſunt dicta, propria debemus ſubſcriptione roborare, & ab omnib. epiſcopis dictum eſt fiat, fiat. Sic etiā vicarii epiſcopi ſenioris Romæ in cōcluſione octauę uniuerſalis concilii dixerunt. quoniam prouidentia Dei in proſperum finem omnia deuenerūt negocia eccleſiæ, oportet nos in ſcriptis manu propria hęc roborare, ſecundum ſinodicam conſequentiam.

S V M M A R I V M.

1 *Impedientes congregari concilium, & impedientes euntes ad concilium quomodo puniendi.*
2 *Capitul. quoniam. 18. diſtinctione declaratur per auctorem alias quam per doctores.*
Et in illis verbis, vel vj. num. 3. & num. 5.
4 *Principes impedientes congregari concilium qua pœna puniuntur:*
6 *Impedientes concilia, habendi ſunt pro hoſtibus publicis.*
Et poſſunt puniri a papa
Et tales efficiuntur de foro eccleſiæ.
Et dicuntur committere crimen læſę maieſtatis.
Et merentur illas pęnas, quas mœrerentur qui fouerent delicta illa pro quibus congregaretur concilium.
Et vocato impedito tenentur ad intereſſe actione in factum, ex edicto de eo per quem factum. nu. 7.
8 *Impedientes venientes ad concilium tenentur pœna impoſita in Bulla cœnæ Domini, contra impedientes venientes ad ſedem apoſtolicam pro ſuis cauſis & negotijs.*
Et omnibus diebus feſtiuis mandantur, pulſatis campanis & candelis accenſis, denunciari.
Et non poſſunt abſolui niſi a papa præterquam in mortis articulo.

De

De pœnis impedientium concilium. Artic. V.

1 Sed quæro qualiter † puniri debent impedientes cōgregare concilium vel impedientes eūtes ad concilium? Text. in cap. placuit el. 1. in fine de conſecrat. diſt. 3. nullam imponit pœnam, ſed tantum prohibet impediri idē concilii. Vnde gl. ibi remittit ad c. quoniā quidem. 18. diſt. vbi dom. dicit quod eſt pœna arbitraria ex quo a iure non exprimitur. c. de cauſis de offic. delega. & ita dicit tenere Ioann. de Deo. Sed Hugo & Archid. dicunt imponendam pœnam. c. placuit & cap. ſi epiſcopus. 18. diſtinc. quia ibi ſunt ſtatutę canonicæ pœnæ ſicut loquitur tex. in d. cap. quo- 2 niam. Sed mihi videtur, quod non bene referatur Archi. nec bene conſideretur tex. in d. c. quoniam per do. quia ille text. habet duas partes, prima eſt qualiter puniantur principes ſeculares impedientes, & dicit quod communione priuentur, alia pars eſt quod ſi quis archiepiſcopus hoc neglexerit agere abſque neceſſitate vel vi, canonicis pœnis ſubiaceat. Vnde loquitur de archiepiſcopis negligentibus, ipſe tamen Archidiacon. habet relationem ad pœnas canonicas. Quod patet dum allegat. c. ſicut olim. de accuſat. in fi. vbi eſt impoſita pœna ſuſpenſionis contra negligentes, & ſimiliter text. in c. ſi quis epiſcoporum. 18. diſt. dicit communione priuetur, & loquitur in negligentibus ire ad concilium. Vnde Archidia. non loquitur de impedientibus congregare concilium vel impedientibus euntes ad concilium ne vadāt. Et ſi habeatur 3 conſideratio ad illa † verba vel vi. poſita in text. c. quoniam, quaſi velit quod metropolitanus per vim impediat congregari concilium, & quod in metropolitano & perſonis eccleſiaſticis ſit alia pœna quam in principibus ſecularibus, & ſic ſaluetur quod refert Do. & Alex. ibi poſt eum, dico, quod nō loquitur ille tex. de archiepiſcopo impediente per vim concilium, ſed imo cum dicit ſi quis metropolitanus hoc neglexerit agere abſque neceſſitate, vel vi, intelligo textum de vi illata ipſi archiepiſcopo, vt excuſetur, alias non. Quod oſtendūt verba ſequentia. ſ. ſeu aliqua rationabili occaſione, ſubiaceat canonicis pœnis. Et in metropolitano quidem negligente proprie eſt pœna ſuſpenſionis ab executione officii, vt vult ille tex. & doc. omnes ibi in d. capitu. ſicut olim. In im- 4 pedientibus autem ſi † ſunt principes ſeculares, eſt ibi tex. in d. cap. quoniam. quod communione priuantur. Vbi gl. ſupplet principes poſſe excommunicari etiam a ſacerdotibus. 96. di. duo ſunt. 11. quæſtio 3. capit. ſi autem vobis. In talibus. n. ſubſunt principes epiſcopis, vt in cap. omnes de maio. & obe. In alijs autē ſi ſunt notoria, & talis princeps ſeu imperator poſt monitionem canonicam ſe non emendauerit, excommunicabitur. 63. di. Valentinianus. Et vbi eſſet nimis ſeuerus & iniurioſus, tūc papa vicarius ſummi regis cognoſcet etiam de non notorijs, etiam ſi ſine infamia inquireret. & ſi ſit accuſator, admittet accuſationem ſecundum Innoc. in c. 1. de offi. 5 ordi. Et licet ille tex. in d. c. † qm̄, videatur loqui in concilijs ꝓuincialibus, idem tū multo magis erit in generalibus conci- 6 lijs. Vnde cardi. ibi dicit ꝙ tales † impedientes concilia ſunt habendi pro hoſtibus publicis, & ſi ſunt perſonæ priuatæ, tenentur lege Iulia de vi publica. quaſi impdientes legatos oratores vel comites. Sicut qui impedit venientes pro ſuis cauſis Romam, tenetur lege Iulia de vi publica, vt ff. ad l. Iuliam de vi publi. l. lege Iulia de vi publica cauetur. etiam ſi impediens ſit in magiſtratu, vt ibi. Et tales poſſunt puniri a papa, qa in eū peccant, q venientib. ad ꝯcilia ſecuritatē ꝓmittit. & ideo impedientes efficiuntur de foro eccleſiæ c. cum ſit de foro compet. cap. non minus cum ſeq. de immun. eccl. Imo tales dicuntur commitmittere crimen læſæ maieſtatis allegat. l. 1. ff. ad l. Iul. maieſta. Et quia tales impedientes concilia peccant aduerſus rempublicam, ideo tenentur læſæ maieſtatis, vt. d. l. 1. Quinimo tales videntur ſubijci illis pœnis quibus ſubijciuntur impediētes omnia illa bona opera propter quæ concilium congregaretur. & ideo ſi concilium pro ſedanda hæreſi congregaretur, tenebuntur tanquam fautores hęreſis, cap. ſi aduerſus, & cap. excommunicamus de hære. Similiter ſi pro tollendo ſchiſmate, habendi eſſent ſchiſmatici. Et ſi ꝓ reformatione eccleſię in capite vel in membris, merētur pœnas eorum qui fouerent ſimilia delicta pro quibus conciliū congregari deberet. 23. q. 3. qui poteſt 83. di. error. Item adde ꝙ licet ſint prædictæ pœnæ impoſitæ & quæ infra dicuntur, nō propter hoc credo ꝙ euitent alias pœnas a iure proditas. 7 Et ideo ſi † vocatus ad concilium impediatur per tertium, ille tenebitur vocato ad intereſſe actione in factum ex edicto. ff. de eo per quem factum eſt. & ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat. Et maxime tenentur crimine læſæ maieſtatis quando impediunt cōuocando homines ad ſeditionē, vt d. l. 1. cum enim tunc lædant maieſtatem papæ, tenentur pœna legis Iuliæ maieſtatis. l. eadem. ff. eo. titu. Facit quod dicitur in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſ. & in capit. ad apoſtolicæ de re iudi. in 6. vbi probatur quod etiam tales ſacrilegium cō- mittunt. Et ideo etiam ſi eſſet imperator, ſi monitus a talib. turbationibus non deſiſteret, poſſet imperio priuari, vt d. cap. 8 ad apoſtolicæ, Sed tu adde † quod tales impedientes tenentur ēt pœna impoſita in bulla cœnæ Domini de impedientibus venientes ad ſedem apoſtolicam pro ſuis cauſis & negotijs. Ita dicitur in concilio Conſtantien. in 15. ſeſſione in c. quod incipit ſacroſancta ſynodus. vbi per concilium etiam excommunicantur & anathematizantur omnes huiuſmodi impedientes cuiuſcunque dignitatis ſtatus graduſue fuerint etiam ſi pontificali, imperiali, regali, vel alia quacunque eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate. Item terræ ipſorum ſic impedientium dummodo non vltra vnam diœceſim cōtineāt, ſimiliter ciuitates, villę, caſtra, oppida, & quęlibet alia loca in quibus patratores huiuſmodi exceſſum, ſeu eorum receptatores vel ipſis conſentientes fauentes aut dantes auxilium conſilium vel fauorem publice morantur, & loca in quibus perſonæ huiuſmodi detinerentur, ne venire poſſent ad concilium, omnia ſupponuntur eccleſiaſtico interdicto. Et tales impediētes omnibus diebus feſtiuis mandantur pulſatis campanis & candelis accenſis denunciari. nec poſſunt abſolui ab alijs quam a Romano pontifice preterquā in mortis articulo, nec tunc, niſi prius præſtita per eos ſufficienti cautione de parendo mandatis eccleſiæ. Quibus pęnis etiā ſubiiciūtur illi qui auderent uel præſumerent talibus vel eorum alicui impendere beneficium abſolutionis, quibus interdicitur officium prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum, & audientiæ confeſſionū. & vltra ſtatuitur quod nullus in cōcilio exiſtens uel ad ipſum accedens poſſit a quoquam, etiam ſi papali dignitate fulgeat, directe uel indirecte in læſionem vel perturbationem concilij citari ſeu euocari ad alium locum etiam Ro. curiam, aut ne ad concilium veniat qūolibet impediri. decernendo quoſcunque proceſſus cōtinentes cenſuras priuationes inhabilitationes tranſlationes prælatorum & quaſcunque alias pœnas contra præmiſſos conciliares fulminatas, vel in poſterum fulminandas, irritas & inanes. Et idem ēt ſtatuit in quarta ſeſſione concilium Conſtantien. Vnde ex his patet quod iſtas pœnas incurret ēt papa cum ſuis fautoribus ne teneretur concilium, etiam ſi illi eſſent Reges vel Imperator, quando illud per inferiores a papa legitime congregaretur ex cauſis legitimis, concernentibus fidem, & bonum vniuerſalis eccleſiæ. Sed de papa eſſet melius cogitandum.

S V M M A R I V M.

1 *Exiſtentes in concilio an dicto tempore gaudeant fructibus beneficiorum in abſentia.*
Seruientes epiſcopo.
Exiſtentes in ſtudio.
Exiſtentes in ſeruitio papę.
Exiſtentes in ſeruitio legati de latere.
Card. exiſtentes in Curia.
Reſidentes in ſtudio cur. Rom. ſtudentes in ſtudio Vrbis Rom. debent percipere fructus beneficiorum ſuorum in abſentia.
Abſens ratione eccleſiæ particularis percipit fructus beneficij. & numero 3.
4 *Et multo magis exiſtentes in concilio, cum ampliatione vt ibi.*
Fallit numero 5.
Sed an percipiant diſtributiones quotidianas. nu. 6.

An exiſtentes in concilio percipiant fructus ſuorum beneficiorum. Artic. VI.

1 Item quæro vtrum vocati † ad concilium quandiu ſunt in concilio, debeant gaudere priuilegio de percipiēdis fructibus in abſentia? Et videtur quod ſic. 2 Nam percipiunt † fructus qui ſunt in ſeruitio epiſcopi, vt in c. de cætero, & c. dilectus de cle. non reſi. & dantur exiſtentibus in ſtudio, vt in cap. licet de præben. Et ſimiliter de exiſtentib. in ſeruitio papæ vel legati de latere, vt in d. capi. dilectus. ſicut etiam debent percipere cardinales exiſtentes in curia, vt dicit oldra. conſi. 48. incipit ius commune, & dixi ſupra in quæſtione quis præferatur, vtrum cardinalis an Patriarcha in concilio. Sicut etiam reſidentes in ſtudio curiæ Romanæ, vt in cap. cum de diuerſis de priuil. in 6. Et ſtudentes in ſtudio vrbis Romæ, vt in extrauaganti Bonifacij. 8. ſuper qua conſuluit oldra. conſi. 117. vbi conſuluit deberi fructus etiam ſi non fuiſſet facta mentio de ſtatuto quod tenebatur primo facere primam perſonalem reſidentiam. Et idem ſuper indulgentia conſuluit conſ. 322. de quo per do. in c. fi. de reſcrip. in 6. Et abſens † rō- 3 ne eccleſiæ particularis debet percipere fructus, vt dr̄ in ca. ex parte el. 2. & in c. ad audientiam de cle. non reſi. Ioan. And. & do. in c. fi. de conſue. in 6. Ergo multo magis exiſtentes in concilio, cum ſint ibi ꝓ vtilitate eccleſiæ vniuerſalis. Et hoc fuit 4 ſtatutum in concilio Conſtan. in 19. ſeſſione, ubi † fuit ſtatutū quod a die quo iter arripuerint ad eundum ad concilium, & quandiu ibi permanſerint, & poſtquam receſſerint per tantū

tem

tempus quo ad domicilium suum possint reuerti, habeant p cipere fructus suorum beneficiorum cum ea integritate qua eos perciperent si in ipsis beneficiis residerēt. Et similiter alij curiales beneficiati qui de suis beneficiis ad præfatum concilium non accesserunt, alias tamen presentes in curia in eodem concilio laborauerunt, etiam si primam non fecissent 5 personalem residentiam consuetam. Hoc † verum nisi quis propter sua demerita tractus fuisset ad concilium, quia de male gestis non debet reportari præmium. c. sedes cum seq. de rescript. c. postulastis de concel. prebend. cum simil. Quid 6 dicendum de distributionibus, † quotidianis. Attenta ratione tex. in c. vnico de cle. non resi. in. 6. & quæ dicuntur ibi, & in c. licet. de præben. credo quod debeantur, quia coacti, & pro publica vtilitate vocantur ad concilium, sicut etiam uidemus in exititijs, vt ponit Calderin. consilio decimaseptimo in titulo de concess. præbend. & doctor. in dicto capitulo unico, intelligendo si erant ante consueti seruire, & diuinis interesse, ut ibi dicitur.

S V M M A R I V M.

1 *Numerus ad constituendum concilium idest quot esse debeant ad constituendum concilium.*
2 *Vniuersitas quando seipsam congregat sufficiunt duæ partes, si ad vocationem superioris sufficit maior pars vocatorum.*
Et quomodo intelligatur, an de duabus partibus totius collegij, an de duabus partibus vocandorum. nu. 3.
4 *Vocandi qui sint, de quo loco. quando & an sit attendenda consuetudo, & an sint vocandi generaliter vel nominatim remissiue.*
5 *Actus vniuersitatum collegialiter expediendi, debent habere duas partes, expediendi vero a singularibus sunt per modum vniuersitatis congregati debent habere maiorem partem.*
Et intellectus l. quod maior ad municipalem. ff.
6 *Actus collegij non possunt per illos de collegio separati expediri, sed oportet quod sint tanquam collegium congregati.*
Limita. num. 7. & num. 9.
8 *Electione per papam capitulo demandata, debet fieri capitulariter secus si papa alicui conferat præbendam, & mandet illum recipi per capitulum, nam iste actus poterit per particulares etiam non collegialiter expediri.*
10 *Commissio quando censeatur facta vt collegio vel singulariter quomodo cognoscatur.*
11 *Icumenicum concilium, quid significet.*
Et quod dicatur.
Et an requirantur in eo duæ partes episcoporum totius orbis.
Et si intersint plures quam duæ partes an sufficiat quod statuat maior pars illarum duarum partium, vel maior pars præsentium.
Et in istis non connumerantur præsentes non habentes vocem decessiuam. ibidem.
Et an sufficiat maior pars episcoporum totius orbis licet non sint duæ partes. numero 12.
Et quod non requiratur nec maior pars episcoporum totius orbis, nec duæ partes. num. 13.
Episcopatuum tria millia & vltra in toto orbe. ibid.
14 *Concilium nullum reperitur celebratum cum maiori. numero 630. episcoporum.*
Auctoris opinio. num. 15.
15 *Vocati ad concilium per superiorem, non venientes constituunt se contumaces, & concilium remanet in comparentibus tantum licet non sitn duę partes.*
Et in hoc est differentia inter legistas & canonistas. nu. 16.
17 *Papa potest facere concilium cum prælatis vnius prouinciæ tantum, & nihilominus erit Icumenicum.*
19 *Electus a duabus partibus est verus papa, licet absentes potestati sint ne sine illis celebraretur electio.*
Nam contemptus non reddit electionem nullam sed annullandam. ibidem.
Card. in c. ecclesia. el. 2. de elec. parum sibi constans reducitur ad concordiam per auctorem. nu. 19. & nu. 20.
20 *Vocatis si est restrictus terminus a superiore ad actum explicandum, & ipsi se fecerint alienos requiruntur duæ partes, nec sufficit maior pars ad hoc vt actus factus in ter. restricto, valeat.*
Nam substantiæ capitulares consistunt in duabus partibus. ibid.
21 *Vocatis si non est restrictus terminus ad actum explicandum, sed in termino consueto, sufficit, interesse maiorem partem ad hoc vt ille actus valeat. &c.*
Et differunt canonistæ a legistis. nu. 22.
Limita vt non procedat in vocatis ad concilium, quibus siue sit restrictus terminus, siue non, actus axplicatus per præsentes tenet. & numero 23.
24 *Capitulum aut aliud collegium si non est superior qui congreget, ad quem spectabit conuocatio.*
Et requiritur quod sint duę partes ad minus præsentes, et tunc valet quod fit a maiori parte.
Fallit in pluribus casibus. nu. 25.
26 *Concilium si non est superior qui congreget, sufficit quod quicumque de vocatis comparuerint, & illi facient concilium.*
27 *Abbas antiquus reprehenditur.*
28 *Ius vniuersitatis residet in vno.*
Tamen de honestate deberent cogi interesse ad audiendum causas criminales episcoporum ad minus 12.
Limita. numero 29.
30 *Papam non habens pro capite, nec Christum habet.*
31 *Episcopus vt episcopus si in capitulo habeat vnum vel duos canonicos pro sua sententia, obtinebit, licet totum capitulum esset contra illum.*
Tantum valet episcopus vt episcopus quantum totum capitulum. ibid.
Quæ an procedant. num. 32. remissiue.
33 *Legis nulli & legis plane, quod cuiusque vniuers. nomine limitationes.*
34 *Duæ partes licet constituant collegium, & quod fit a maiori parte ipsarum sufficiat, hoc fallit in electione papæ vbi non suffcit maior pars sed requiruntur due partes.*
35 *Mutatio loci concilij si tractetur in concilio, sufficit quod vnus de concilio contradicat ad impediendum electionem noui loci.*
36 *Præsidentes in concilio loco papæ in actu aliquo gerendo debent omnes simul concorditer consentire aliter unius contradictio totum inficit.*

Quot debent esse presentes ad constituentum concilium. Articul. VII.

VLterius quæro quot † debeant esse præsentes in concilio vt possit dici conciliū? Et videtur dicendum quod ad minus debeant esse presentes duæ partes vocandorum episcoporum de vniuerso orbe, videlicet eorum qui volunt & debent & possunt interesse, per notata per doc. in l. nulli, & in l. plane. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. & in l. nominationum. C. de decu. li. 10. & quod dicitur post glo. in cap. bonæ de postu. præla. & cap. 1. de ijs q̄ fiunt a maio. parte capit. per Ioan. Andr. Et ꝙ tunc sit verum valere quod fit a maiori parte illarum duarum partium præsentium. l. quod maior, ibi Bar. ff. ad municipales. & est tex. secundum Bart. in l. omnes populi, in 2. quæstione principali ff. de iusti. & iure. Licet, vt ipse dicit, glo. ibi aliter dicat, vide in l. fi. C. de prædiis decu. li. 10. ibi nec ex tabella decretum recitari sed curialium vel maioris partis curiæ &c. Quasi dicat quod non sufficiat solum esse vocatos nisi veniant, & quod debeant esse duæ partes vocandorum præsentes, secundum quod refert Abb. Siculus in ca. in causis in 4. colum. de elec. 2 Qui videtur velle finaliter † quod tunc requirantur duæ partes quando vniuersitas seipsam congregat, alias si ad vocationem superioris, sufficiat maior pars citatorum. Pro hoc glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iu. & Inno. in capitu. 2. de noui operis nunci. Ad idem. l. 2. ff. de decre. ab ordi. facien. & in l. nominationum. C. de decu. li. 10. Item glo. magna & Archi. in cap. quanto. 63. di. & glo. in c. fi. de arbi. in 6. & Inno. in cap. ecclesia el. 2. de elec. Pro quo tex. in cap. quia propter de elec. Anto. Abb. & Ioan. de Immol. in c. cum inter uniuersas de elec. & glo. Ioan. An. Butrius & Ab. in c. 1. de ijs quæ fiunt a maio. par. c. & idem Anto. & Abb. In c. bonæ el. 2. de postu. præla. & idem Abb. in c. cum omnes de consti. & Abb. & Immol. in c. cum nobis de elec. & Domi. in c. vnico in §. si vero de cle. ægro. in 6. & glo. & Anto. in capit. licet de elec. & glos. penul. ibidem in d. c. licet. & idem decisio Egi. 275. & glos. in c. quanto. 3. q. 2. Et istam dicit esse communem Ioan. De Immol. in cap. humilis de maio. & obe. & Abb. in d. capit. cum omnes. & Immol. in c. 1. de iis quæ fi. a maio. par. cap. Quod & refert ibi Feli. qui ponit alios concordantes in d. c. cum omnes in 33. & 34. colu. in prin. de consti. Et hoc est regulariter 3 simpliciter † verum in vniuersitatibus & collegijs, quod ad hoc vt dicatur collegium posse aliquid facere, debent ad minus duæ partes ipsius collegij esse congregatæ, computatis et absentibus qui fuissent vocandi, per iura prædicta, secūdum Anto. in d. cap. cum inter vniuersas. Et intelligit Ioan. Andr. in d. cap. 1. de iis quæ fiunt a maio. par. capi. car. & alij post eū in locis præallegatis, de duabus partibus vocandorum. & nō quod necessario debeant esse p̄sentes duæ partes totius collegii. Et licet Immol. in d. cap. fi. in hoc discrepet a Ioan. An. Abb. tamen in d. cap. cum inter vniuersas dicit quod maior pars deseruientium sufficit, allegat tex. in c. hoc ius. 10. q. 2. sed quod requiritur ad hoc vt actus non possit impugnari vt oēs desetuientes sint vocati ad capitulum. quod dicit verum nō solum in actibus electionum, sed alijs quibuscunque actibus capitularib. Item quod ad hoc ut actus valeat requiritur vt duæ partes residentium sint præsentes, quia potentiæ capitulares resident in duabus partibus. sufficit tamen maior pars illarum duarum partium residentium. Et sic dicit iura reducenda ad concordiam quæ videntur contraria in c. in causis, 4 & sic seruari in tuscia in vniuersitatibus ciuitatū. Et qui † sint vocandi & de quo loco & quando, & si consuetudo in hoc sit

attenda, & quando nominatim vel generaliter, traditur post gl. in d. cap. cum omnes. vbi omnino vide Bald. in versi. item opponitur, & in d. c. cum inter vniuersas, & d. cap. cum nobis, & ca. coram de elec. & in c. hoc ius. 10. q. 2. in versi. ibidem deseruientiū. & l. 2. C. de cu. li. 10. & l. fi. ff. de decre. decu. & gl. in c. præsentium, de testi. in 6. & in c. fi. de maio. & obe. & in c. cum in ecclesiis de præbē. in 6. & in c. quamuis de offi. ordi. in 6. & in c. bonæ el. 2. & in c. quia propter, & in capit. in genesi de elec. & per Feli. plene. in d. c. cum omnes, in 22. col. 5 cum seq. Et hoc intelligere † oportet in actibus vniuersitatū collegialiter expediendis secundum deci. Egi. supra adductā secus in expediendis a singularibus qui sunt per modum vniuersitatis cōgregati, quia tūc sufficit quod facit maior pars, & habet locum quod dicitur in d. l. quod maior. ff. ad municipal. Et hoc tene menti ad id quod dicitur ꝙ valet factum a maio. parte. Facit quod dicitur in d. c. cum omnes, quando sufficiat quod ratificentur vel dentur vota separatim & nō omnib. uniuersaliter simul congregatis. de quo ibi vide Feli. Quinimo quando agitur de spectantibus ad singulos iure tū collegij, tunc non sufficit maior pars si minor contradicat, vnde maior pars collegii nō posset facere gratiam alicui de redditibus qui proueniunt ad singulos iure collegii, cōtradicente minori parte, vt dicit Abb. in capit. fi. de ijs quæ fiunt a maior. par. cap. Vnde licet sufficiat maior pars capitularium congregatorum ad constituendum capitulum, tamen ad explicandum actum validum non sufficit maior pars congregatorum, contradicente minori parte, cū tractatur de bonis spectantibus ad singulos iure collegij distrahendis, per predicta per Abb. adducta in d. cap. fi. Generaliter aūt in actibus 6 collegij † non sufficit illos de collegio separatim consentire, sed oportet ꝙ sint tanq̄ collegium congregati, vt post glo. dicitur in d. c. cum omnes, quia maturius fit deliberatio per cōgregatos. De quo etiam in c. in genesi de elec. & Bar. in l. omnes populi in 7. col. de iusti. & iu. Butrius in cap. quoniam de iurepatro. Abb. in c. cum ecclesia de causa posses. & proprie. & in cap. gratum de postu. præla. Bal. & Angelus in l. non ambigitur. ff. de ll. Vnde dicit Bald. in l. fi. C. qui bo. cedere pos. ꝙ vbi non est capitulum totum vel maior pars, non potest ibi esse actus capitularis. & ideo non potest procedi contra capitulum quod aliquid fecerit, nisi probetur quod capitulariter deliberato consilio hoc fecerint? vt consuluit Angelus cōsi. 243. incipit visis, per glos. in l. si ex dolo in §. an municeps. ff. de dolo. & in l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. & in l. metum. §. animauertendum. ff. quod metus causa. Et ideo non imputatur delictum vniuersitati tanquam factum ab vniuersitate, si non precedente tractatu & communicato consilio factum est, dicit Abb. in c. dilectus el. 2. de simo. Imo Bartol. in l. aut facta in. §. fi. dicit quod etiam si leuato vexillo & pulsata campana iuerint homines ad aliquid faciendum, non ꝓpter hoc dicitur quod vniuersitas deliquerit. Quod verum intellige in delicto & actu momētaneo, vt est homicidium, quia in actu continuato & successiuo, vt exemplum in rebellione & bello, quem a suis patitur ciuitas perpetrari, videtur vere delictum ciuitatis. Ita dicit Pe. de Ancha. consi. 153. incipit ex narratis. & Ioan. de anania in d. c. dilectus. Et quod 7 dicit actum † collegij debere collegialiter & non separatim expediri, limita nisi sit præstandus consensus in actu qui potest per singulos irritari. Vnde actus qui ratione contemptus potest per contemptos irritari, potest etiam & per singulos separatim vitium purgari dicit Bal. in d. capit. cum omnes in 6. col. de consti. Item intellige quod procedit quando actus qui debet per collegium expediri. consistit in iure & per ipsū agitur de iure efficaciter creando, sed ubi actus consistit in facto ad executionem iuris iam causati, sufficit consensus non collegialiter præstitus. Ita singulariter dicit Inno. in cap. 8 bonę el. 2. de postu. præla. Vnde si † papa mandat capitulo vt aliquem eligat, debet fieri collegialiter, si autem papa alicui præbendam conferat & mandet capitulo ut illum recipiat, poterit si collegium non congregetur, per particulares etiā non collegialiter expediri. quod etiam ponit Bal. in l. sicut. ff. quod cuiuscunq; vniuersi. nomine. & doc. in c. eam te. de 9 rescrip. Item procedunt † præmissa quando fit mentio de collegio per verba denotantia communionem, vt cum scribit capitulo. secus si per verba denotantia singularitatem, vt si scribatur canonicis, quia tunc sufficit consensus singulorū non collegialiter secundum Anto. in d. c. cum omnes, & specu. in titulo de syndi. versiculo porro. & Oldra consil. 100. incipit in executione, ponit Petrus rauennas, cuius sunt præmissa relata, in suo alphabeto aureo, in verbo collegium. Quod est verum secundum eundem spec. vbi supra, nisi fuisset dictum omnes canonici, quia intelligeretur collegialiter. Immol tamen in capitulo quanto de ijs quæ fiunt a pręla. & Abbas in capitulo secundo de coniung. leprosorum, & Domi. in c. ad decimas de resti. spolia in 6. & in c. si canonici de of. ord. in 6. & Bar. in l. rescriptum: ff. de pac. uolunt, vt refert idem Pet. quod ubi indefinite fit mētio de canonicis, videatur scriptum capitulariter. Sed tu omnino uide Bal. in d. cap. cum omnes, in 5. col. ubi bene distinguit quomodo cognoscatur quando commissio cēseatur facta vt collegio, uel singulariter. Et de ista materia vide plura ad saturitatem per Feli. in d. c. cum omnes, in 14. col. cum sex aliis sequentibus. & 11 24. cum seq. Vnde in proposito cum agatur de † icumenico hoc est totius orbis concilio, & sint uocandi omnes episcopi uniuersi orbis ad concilium uniuersale ut dictum est supra in illo articulo qui sint uocandi ad cōcilium, uidetur quod duæ partes episcoporum totius orbis ad minus debeant esse presentes in concilio, ut icumenicum concilium dici possit. Et tunc quod facit maior pars illarum duarum partium præualebit in concilio, ea ratione. nam duæ partes repræsentant totam uniuersitatem tex. in l. nulli. ff. quod cuiusque uniuer. no. & d. l. nominationum. ergo maior pars istarum duarum partiū est maior pars totius vniuersitatis. Et si essent presentes in concilio plures quam duę partes uniuersitatis siue episcoporum uniuersi orbis, tunc nō sufficeret maior pars duarum partium ad ualiditatem actus, sed requireretur maior pars ipsorum presentium, ut dicit Abb. & alii in d. capit. cum omnes, ubi etiam dicit quod in isto numero duarum partiū non essent numerandi illi qui non haberent vocem, ut in clem. quod circa de elec. & ibi cardin. in 12. charta. Vnde Abbates inferiores & alii presbyteri & clerici qui dicuntur non habere uocem decisiuam in concilio, ut dictum est supra in illo articulo qui dant uocem in concilio, non computarentur in numero duarum partium. Et in aliis collegiis non essent uocandi illi qui non consueuissent residere, nisi esset tractandum aliquid arduum & insolitum, ut dicunt docto. in d. capit. cum omnes, & Anton. in dicto capitulo primo in fine de iis quæ fiunt a ma, par. capituli. Immo & uocati a superiore, si comparere nolunt, faciunt se alienos, ita ut non sint computandi in numero capituli siue uniuersitatis seu collegii, nec in numero absētium nec in numero duarum partiū, secundum quod notat Abb. in c. cum nobis in 3. & sequen. 12 notabili de elec. E diuerso † uidetur ꝙ etiam si non sint duæ partes episcoporum totius orbis, dummodo sit maior pars, sufficiat ad hoc ut possit dici concilium icumenicum. Quod uidentur uelle multæ glosæ, ut glo. in d. c. cum omnes, & gl. in c. quia propter de elec. & glo. in capit. fi. de maio. & obe. & tex. in d. c. 1. de iis quæ fiunt a ma. parte ca. in collegijs & alijs uniuersitatib. & idem glo. in cap. cum nobis de elec. idem gl. in c. cum inter uniuersas de elec. idem Abb. in capi. in causis de elec. uidetur tex. in c. hoc ius. 10. q. 2. Nec obstant supra adducta de duabus partibus, quia secundum Guliel. & alanum loquuntur in decurionibus, de quibus non est facienda comparatio ad clericos. Spurii. n. pñt esse decurionib. l. spurii, ff. de decur. sed non clerici, ut in c. 1. de fi. presby. & ita refert card. post Ioann. And. in d. c. 1. de iis quæ fiunt a ma. par. c. Quinimmo Ioan. de Immo. in d. c. fin. & in d. c. 1. dicit quod cōmunis opinio non uidetur iure probari quod in collegiis ecclesiasticis requirantur duę partes præsentes uocandorum, sed quod sufficiat maior pars, & respondet ad c. fin. & ad capitulo hoc ius. 10. q. 3. & capitulo obeuntibus. 63. dicto & ad l. quotiens. C. de legat. lib. 10. Licet finaliter uideatur sentire idem esse in collegiis ecclesiasticis quod in secularibus. & quod in practica seruaretur opinio Ioan. Andre. licet de rigore iuris posset defensari quod sufficiat maior pars quod etiam simpliciter uoluit Compostel. in capit. quia propter de elec. secū 13 dum Archid. in dic. capitulo quanto. Sed imo uidetur † quod ad effectum subsistentię concilii generalis non requirantur nec duę partes nec maior pars omnium episcoporum totius orbis. Patet quia cum infinita concilia reperiantur celebrata nunquam reperitur quod fuerit congregata maior pars episcoporum, quia cum in toto orbe sint ultra tria milia episcoporum, de quibus uide pro magna parte numeratos per Albericum de Rosata in rub. ff. de statu hom. & potest inspici in 14 prouinciali, nunquam tamen † reperitur factum aliquod concilium quod excesserit numerum episcoporum. 630. ut fuit in Calcedunen. ut patet in c. Adrianus. el 2. 63. dist. de concilio congregato tempore Caroli Magni cum. 153. episcopis tantum, & 17. distinct. in §. hinc etiam, ubi 77. episcopi tantū subscripserunt, & patet in cap. sexta synodus 26. dist. ubi enumerantur multa concilia in quibus etiam fuerunt episcopi longe minoris numeri. Et tamen nullus diceret quod illa nō fuerint uera Icumenica concilia, & maxime illa quatuor, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedo. quę ut inquit sæpius Greg. in registro suo, & est tex. in c. sicut 15. di. sunt seruanda sicut quatuor euangelia, ut diximus supra in principio huius tractatus.

In ista † materia pōt sic cōcludi ꝙ aliqn̄ collegiū siue cōciliū est cōgregatū authoritate. superioris. Et tūc non

non venientes vocati ad capitulum ſiue ad concilium, vidẽtur ſe conſtituere alienos & contumaces, vt in c. cum nobis de elec. & ibi doc. 23. q. 4. ca. Guiliſarus. Et tunc tam in collegijs inferioribus quam in concilio generali, collegium ſiue concilium remanet in comparentibus & preſentibus, quãuis non ſint duæ partes & quamuis non ſit maior pars habẽtium intereſſe. Ita Inno. in cap. 2. de noui operis nun. & clarius ibi Ioan. Andr. allegat. cap. quod ſicut, & dicta in cap. cum nobis de elec. Et clarius Abb. in c. in cauſis in 4. colu. de ele. referendo doct. canoniſtas idem tenere in cap. 1. de maio. & obe. & in d. cap. 2. de noui operis nunci. Et idem Abb. in capi. cum inter uniuerſas in penul. colum. de elec. allegat. capitu. quod circa de elec. in cle. & idem videtur dicere in ca. cum nobis in 6. col. de elec. dum ſe remittit ad c. in cauſis. & idem 16 Abb. in c. cum oẽs. de conſti. Et † vtrobiq. tam in d. c. in cauſis, quam in c. cum omnes, refert cõtrarium teneri per legiſtas, vt etiam iſto caſu quando ſit uocatio per ſuperiorem, requiratur quod ſint duæ partes præſentes. Et plus dicit idem Ab. hoc eſſe verum quod uocati præſentes etiam ſi non ſint maior pars, poſſunt actum explicare, ſi modo non venientes fuerint vocati per ſuperiorem, alioquin ſecus in non uocatis, qa in talibus plus operatur contemptus vnius, quam contradictio plurium, ut in cap. bonæ el. 2. de elec. Vnde poſſent agere non uocati de contemptu, & poſſent facere actum retractari. allegat. cap. ſicut. de elec. Sed hoc ultimum licet ſit verum in alijs vniuerſitatibus & collegijs, tamen non credo verum in uocatione facta ad concilium generale per papam. tum ex eo quod citatio ſit generaliter & omnes arctat, ut dictum eſt ſupra in quæſtione quæ ſit forma citationis ad con-17 cilium. tum etiam † quia papa poteſt facere concilium cum prælatis aliquarum prouinciarum ſicut ei videtur, & erit cõcilium generale & icumenicum, ut etiam dixi ſupra de cõcilio quod papa congregare voluerit in ſuo patriarchio, in illa quæſtione an ad concilium ſint uocandi epiſcopi omnes de vniuerſo orbe. tum etiam propter quandam impoſſibilitatem vocãdi ſingulariter & perſonaliter prælatos vniuerſi orbis. Item nec erit verum in electione Romani pontificis, in qua ſecundum Hoſtien. in c. licet de elec. & refert ibidem Egi. in 12. char. uerſi. primo principaliter quæritur, etiam ſi aliqui contempti forent iniuſte, ut quia uidentes impreſſionem inſtare, timẽtes ne fieret impreſſio, aufugiſſent, aut alias propter periculum ad electionem non uenisſent, etiam ſi 18 propter hoc † appellaſſent ne ſine ſe celebraretur electio, nihilominus electus a duabus partibus eſſet uerus papa, non obſtante contemptu illorum abſentium & appellantium, qui contemptus non reddit electionem nullam ſed annullãdam, & in propoſito non eſt ſuperior qui poſſit eam annullare, vt. d. c. licet. De quo aliquid ſup. in quęſtio. an electio papæ per impreſſionem dicatur nulla, inter concluſiones elicitas ex Egidio. & eſt gloſa ordinaria & ibi doct. in c. ubi periculum in uerbo. 10. dierum de elec. in 6. Et intellige ſecundũ eundem Egi. ibi in d. c. licet in verſi. dixi primo in fi. dummodo contempti non ſint in tanto numero quod eligentes nõ faciãt duas partes. Et reſpondet ad. l. ſi in tres. ff. de arbi. quod ibi ſecus propter formam datam compromiſſarijs. Et idem quod Inno. & Abb. tenuit Anto. in c. cum nobis, & Cardi. in d. c. in cauſis, in quæſtione illa diſputata per Bononiem. Licet idem Cardi. in d. c. cum nobis voluerit contrarium, quod vocatione etiã facta a ſuperiore debeant eſſe præſentes duæ 19 partes. Sed idem cardi. † in c. eccleſia el. 2. in 14. q. voluit quod vocati non venientes fecerunt ſe alienos, & quod capitulũ remanſit in præſentibus, quamuis non ſint duę partes. Licet poſtea ſe nõ firmet, cum primo dicat aliud eſſe in collegijs ſecularibus quam in eccleſiaſticis, & vltimo dicat idem eſſe in vtriſque, ſed habendam eſſe conſiderationem an conſtat quod abſentes nolint venire, ut tunc præſentes, quamuis nõ ſint maior pars, faciant collegium, ſed ſi non conſtat quod nolint uenire, ſecus. Et in fine remanet ambiguus, dicens ꝙ tutius eſſet curare ut intereſſent duæ partes, vt vitentur opi-20 niones. Sed pro concordia † poſſet dici quod aut quærimus an ſint vocati ad finem quod non venientes, quibus eſt prę fixus & reſtrictus terminus iuris ad actum explicandum, fecerint ſe alienos & ſint conſtituti in contumacia, taliter ꝙ poſtea valeat actus factus in termino reſtricto per ſuperiorem, aliter non expectato termino iuris. Et tunc non ſufficit quod maior pars ſit præſens, ſed requiruntur duæ partes, qa virtus collegij, & potentiæ capitulares conſiſtunt in duabus partibus, quando agitur de congregando collegium, vt d. l. nulli, & l. plane, & d. l. nominationum. & Inno. in d. c. 2. de noui operis nunci. Et cũ terminus ad actũ explicandũ ſit inductus in fauorem collegii, poteſt collegium reſtringere cauſa ſubſiſtente, vt quando forte eſt procedendũ ad electionem, ſm quod voluit Hoſtien. & refert Abb. in d. cap. cum nobis. Quod, ſcilicet reſtringere terminum, non poſſet fieri per ſuperiorem, ſecundum Innoc. in c. eccleſia el 2. de elec. Licet contrarium videatur velle & male. in d. c. cum nobis, ſecundum d. Anton. & Abb. in d. c. cum nobis, quia etſi conſuetudo dat ei facultatem congregandi, non tamen reſtringendi terminum, qui eſt inductus in fauorem collegii, vt in capi. ſi diligenti, cum vulgaribus, de foro compet. Aut ad finem ex-21 pediendi actum non in termino reſtricto, ſed in termino iuris vel in termino conſueto vel alias deliberato, & formiter a capitulo aſſignato. Et tunc non eſt neceſſe quod ſint prę ſentes duæ partes vt actus valeat, ſed ſufficit maior pars, qa conſtituit non venientes contumaces, non vt poſſit eos punire tanquam contumaces, ſed quo ad hoc vt poteſtas capituli remaneat penes comparentes & præſentes, vt voluit Innoc. in d. c. 2. & in c. 1. de maior. & obed. & Ioann. An. in cap. in cauſis de elect. & dicit. Abb. in d. c. cum nobis in 6. colum. Quod intelligo etiam ſi venientes, & præſentes non eſſent maior pars capituli, vt voluit Inno. in d. c. 1. de maior. & obe. 22 & in c. 2. de noui operis nunt. Cum quo † tranſeunt communiter canoniſtæ, vt refert & ſequitur. Abb. in d. c. in cauſis de elect. & in capit. cum omnes. de conſtitu. Qui in vtroque loco refert legiſtas tenere contrarium, allegat Bar. in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iure. & ponit Bald. in l. magnam. 2. col. C. de contrahen. & commit. ſtipu. Et hæc procedunt in infe-23 rioribus collegijs, ſed in concilio † generali quando vocatio ad concilium ſit authoritate papę, qui poteſt terminum etiã iuris abbreuiare vt ei placet, ut in c. propoſuit de conceſ. præbend. conſtituuntur non uenientes contumaces, & actus a paucis uenientibus poteſt explicari, & facit ut potentia concilij reſideat in uenientibus, & ut non uenientes poſſint mulctari. Facit in propoſito conſtitio frequens in concilio conſtantien. edita, & quæ dicta ſunt ſupra de authoritate concilij quod papa per ſe facit cum aliquibus de certis prouinciis, non citatis omnibus de uniuerſo orbe. & quod dicitur in c. ſignificaſti de elec. & in l. fi. C. de l.

Ad quem autem ſpectet conuocatio in concilio generali, ſatis plene dictum eſt ſupra quod ad papam. 17. diſ. per totum. In aliis collegijs dic, ut dicitur in c. 1. de maior. & obed. in capitulo 2. de noui operis nunt. & cap. irrefragabili. §. cæterum de offic. or-24 dinar. quod aut † non eſt ſuperior per quem congregetur. Et tunc refert an ſimus in aliis collegiis an in concilio generali. Primo caſu dic quod ad congregandum collegium & monendum, & maxime reſtringendo terminum, requiritur ꝙ ſint duæ partes totius collegii ad minus præſentes, & procedunt iura primo loco allegata. l. nulli & l. plane. ff. quod cuiuſque uniuer. no. & l. nominationum cum aliis ſupra allegatis. C. de decu. li. 10. Ita dicit Hoſtienſ. & refert Abb. in d. c. cum nobis, & bene Anton. de Butrio. in cap. licet in penult. colum. de elec. quia potentiæ capitulares conſiſtunt in collegio, & collegium conſiſtit in duabus partibus, dum eſt in cõgregando & in eſſentia, & ualet quod tunc ſit a maiori parte ipſarum duarum partium, ut dictum eſt, etiam reſtringendo 25 terminum. Quod eſt intelligendum † uerum niſi inſtaret finis termini, quia tunc etiam ſi non eſſent duæ partes nec maior pars, ea ratione poſſent præſentes & minor pars procedere ad perficiendum actum, & etiam minor pars poſſet cõuocare maiorem partem, & conſtituere eam contumacem ſi non ueniret. ita Abb. & refert Felin. in d. c. cum omnes de cõſtit. & dicitur in d. cap. cum nobis, & in c. in cauſis de elec. Et idem quando eſſet periculum in mora, uel ſi actus tunc non expediretur non poſſet ulterius expediri, ut in dictis iuribus & in c. cum inter uniuerſas de elect. uel alia neceſſitas reipublicę, quia tunc etiam decuriones & priores ciuitatis poſſent tranſgredi ſtatuta ciuitatis & leges, ut ponit Bartol. in l. cum Nauarchorum C. de nauiculariis lib. 11. Facit quod dicitur in capitulo. fin. 45. diſtinct. & 66. diſt. cap. fi. Secundo caſu quan-26 do † ſummus in concilio generali. ſufficit non ſolum maior pars, ſed quicumque de uocatis comparuerint & fuerint prę ſentes facient, & conſtituent concilium, licet abſentes ſint longe maioris numeri, quia pręſentes uenientẽs repręſentãt abſentes, qui uocati fecerunt ſe alienos a concilio non ueniendo, ut in dicto capitulo cum nobis, & textu. in capitulo Guiliſarius 23. quæſtione quarta. Et idem reperio tenuiſſe milis in quibuſdam ſuis allegationibus, uidelicet quod regula quod debeant eſſe duæ partes uel maior pars præſentes in collegiis, non habet locum in concilijs generalibus, per tex. in capitulo ſexta. 16. diſtinctio. ubi nunquam in conciliis reperitur quod fuerit maior pars epiſcoporum. Immo aliquando ſolum reperiuntur interfuiſſe. 150. epiſcopi, ut patet ibi in d. cap. ſexta, & per alia, iura idem demonſtrantia in capit. Adrianus el. 2. 63. diſtinct. & in §. hinc etiã. 17. diſt. Et idem in effectu Domin. in ſuo tracta. de ſchiſmate in quæſt. 8. & Matheſil. in additionibus ad tractatum inchoatum per Anton. de Butrio. in ſexto capitulo principali in 3. quæſito. Et hoc intelligo quando per papam, vel eius authoritate congregatum eſſet concilium. Si vero ob defectum papæ alius con uocat, tunc reperio quod quidam doctor qui ſcripſit contra concilium piſanum, quem credo fuiſſe Ioan. de ligna. dicit quod iſto vltimo caſu neceſſario debent eſſe præſentes duæ partes vocandorum. Sed hoc videtur impoſſibile in concilio generali, ad quod vocantur omnes epiſcopi de vniuerſo orbe. & ideo dico quod eſt idem quod ſupra dixi, & neſcio conſiderare vnde inſurrexerit iſta differentia quando per papam uel per alium, dummodo legitime cõgregetur. Vnde quod ſupra dictum eſt quando ab alio quam a papa congregatur, intelligo quando concilium ſeipſum congregat formiter & in caſibus a iure permiſſis, vt ſupra retuli in quæſtione, quis congregat concilium quando forte papa detrectaret cõgregare, & ſub eſt cauſa hæreſis, propter quam neceſſario requiritur congregatio concilij, vel quando præfixus eſſet terminus ad concilium celebrandum per ſupradicta. Alioquin eſſet conciliabulum, vt in cap. multis. 17. diſt. Et per hoc patet 27 quod non eſt vera opinio Abbatis antiqui quam refert Ant. de Bu. & opinio Petri quam refert Abb. Siculus in d. capit. cũ nobis, in conciliis generalibus, qui voluerunt quod nunquã poteſtas maioris partis deuoluitur ad minorem niſi in caſu delicti, vt in cap. gratum de poſtu. pręla. Nec erit vera eo caſu quo inſtaret dies quæ conſtituit alios in mora. c. potuit de loca. l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtipulatione. vel aliter immineret periculum, prout communiter imminet in concilijs generalibus, quæ non congregantur niſi propter imminentes neceſſitates & graues cauſas hæreſis, ſchiſmatis uel papatus, & ſimiles. c. 1. 15. diſt. c. ſi duo, & c. ſi quis pecunia. 79. di. Iſtis enim caſibus minor pars dicitur maior & ſanior. debet enim attendi qđ obijcit minor pars quando eſt iuſtius & utilius, vt dicitur in c. 1. de ijs quæ fiunt a maio. par. c. Cum enim alij ſint contumaces, & minor pars curet occurrere periculis, & comparcat, & ſit præſens, ipſa conſtituet conciliũ generale per iura prædicta. Facit quod dicit Ioan. And. in ca. irrefragabili de offi. ordi. quod ſi archiepiſcopi vocant ſubditos ad concilium, & ipſi non veniunt in termino eis aſſignato, conuincuntur de negligentia, & poteſtas deuoluitur ad 28 accedentes etiam numero pauciores. Ius † enim vniuerſitatis reſidet in uno, vt in c. gratum de poſtu. præla. & in c. 1. in gl. de elec. non debet enim nocere diligentibus malitia & negligentia aliorum. Et hoc in propoſito multum notabiliter per plures rationes conſuluit Ludo. Ro. conſi. 366. incipit q̃ritur nunqd. Dicit tñ in propoſito Moder. Are. vbi ſupra vnũ notabile vrbum, quod licet alias in caſibus ſupra propoſitis remaneret concilium etiam in duobus, per dicta in d. capit. cum nobis, tamen de honeſtate deberent conſtringi tor ad comparendum & intereſſendum in concilio quod poſſent audire cauſas criminales epiſcoporum, & ſic quod ad minus eſſent duodecim. 15. q. 7. fœlix. & 2. q. 5. presbyter. Inno. plene 29 in cap. graue de præben. Et hoc † quando in concilio nec eſſet papa nec aliquis habens authoritatem ab eo cum ſpeciali mandato. nam ſi papa eſſet præſens, ipſe ſolus cum vno epiſcopo adueniente tempore ſtatuto faceret concilium, aliorum abſentia non obſtante, quia ipſe eſt caput cõcilij & ſupra concilium, vt in c. ſignificaſti de elec. Et ipſe ſolus poteſt audire cauſas criminales epiſcoporum, & vni ſoli delegare, vt in c. veritatis de dolo & contuma, & in c. cum dilectus de accuſa. ſic in propoſito. Facit quod dicit illa glo, in §. refertur in d. l. aliud, videlicet quod illud quod facit maior pars eorum qui præſunt vniuerſitati & deputati loco totius ciuitatis, valet, vt. d. l. nulli, & l. municeps. ff. ad munici. & d. l. quod maior. quia enim illi præſunt & ſunt deputati loco totius ciuitatis, repræſentant totam vniuerſitatẽ, ſicut qñ duæ vocatorum partes repræſentant vniuerſitatẽ. Vnde a foriori multo magis in papa, qui ſolus præeſt vniuerſali eccleſiæ & eſt caput fidelium. d. c. propoſuit de conceſ. præben. c. ſacroſancta. 22. diſt. ca. cum diuerſis de priuile. in 6. ponit Aug. de ancona. q. 19. ar. 2. & q. 20. per totam quæſtionem. Vnde magiſter Aluarus de planctu eccleſiæ in prima parte ar. 23. dicit 30 quod † qui non vult habere papam pro capite, nec Chriſtum caput habet, nec erit membrum de corpore eius myſtico, ſcilicet catholicæ militantis eccleſiæ. Vnde conſtitutionem factam a papa, dicimus factam ab vniuerſali eccleſia, vt in capitulo pia de exceptio. in 6. In ipſo enim repręſentatur tota eccleſia, & ideo ipſe dicitur eccleſia corporalis. 1. quæſtio 3. ſi quis obiecerit. 7. queſt. 1. ſcire debes. Ad idem eſt quod ponit Hoſtien. in c. poſtulaſtis de conceſ. præben. & in c. ſcriptũ de elec. & refert Fede. de Senis conſi. 1. & Ioan. An. in c. 1. ne ſede vacan. in 6. & in c. a collatione. de appel. eo li. quod ſi epũs 31 † vt epũs in capitulo vnum vel duos canonicos habeat in ſententia ſua eiuſdem voluntatis, obtinebit etiã ſi totũ reſiduũ capituli ſit contra, quia tantum habet epiſcopus vt epiſcopus, quantum totum capitulum, igitur vno vel duobus ad partem epiſcopi accedẽtibus, ibidem dicitur eſſe maior pars. 32 Ita & fortius dicendum in papa. Vtrum † autem dictum Hoſtien. ſit in ſe verum, pro nunc nihil dico, quia Ioann. And. & Domi. in c. a collatione examinant ad longum, & illud reprobant. Sed in propoſito ſufficiat allegaſſe in arg. dictum illud Hoſtien. in d. capit. poſtulaſtis, & tanti viri iudicium, quod cõfert ad propoſitum noſtrum. Et ſic ex pręmiſſis patent plures 33 limitationes ad regulam † l. nulli, & l. plane, quæ vult ꝙ debeant eſſe præſentes duæ partes. Vt primo non procedat in conciliis generalibus, ſecundo vt non habeat locum de iure canonico quando vocatio ſit per ſuperiorem. tertio ſecũdum aliquos, puta cardi. in d. c. eccleſia ſupra allegato, & milis in quibuſdam allegationibus ſuis, qui allegat Inno. in d. c. cum nobis, vt non habeat locum in collegijs eccleſiaſticis ſed laicorum. quarto vt non procedat quãdo eſt periculum in mora. quinto ſimiliter quando non poſſet vlterius actus explicari, quia eſſet in momenro expediendus. ſexto quando ſubeſſet aliqua neceſſitas ſi actus differretur. ſeptimo ut non computentur ii qui non habent vocem. cle. vt ii qui, de ætate & quali. Et ſimiliter qui non ſunt vocandi. & ſimiliter ii qui vocati recurſarunt comparere, vel ſi conſtaret quod nec venire nec intereſſe poſſent nec curarent excuſari, quia ſi peruenit uocatio ad eorum notitiam, eorum contumacia repræſentat eos abſentes & in eo actu extraneos a collegio. Facit quod dicitur in l. properandum. §. cum autem. C. de iudi. in c. prout. de dolo & contu. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. eccleſia el. 2. in verbo ad contemptum de elec. & ponit matheſil. in dictis additionibus in d. cap. 1. in 3. q. Et cum omnes præmiſſæ limitationis conueniant in concilio generali, quia cõgregatio eccleſiaſticorum, quia periculum in mora, quia neceſſitas, & alia ſupra allegata, cõſtat ẽt quare minor pars conſtituat generale concilium per ſupradicta. Adde etiam prędi-34 ctis † quod licet poſtquam duę partes collegii ſunt cõgregatæ dicantur cõſtituere collegium & capitulum, & valeat qđ ſit a maiori parte ipſarum duarum partium, hoc fallit niſi agatur de eligendo papam, quia tunc non ſufficeret maior pars præſentium in capitulo, ſed requiritur quod electio ſit facta a duab. partibus, vt eſt text. in d. c. licet de elec. ibi Ant. & alii. Et ſufficit quod ſint duæ partes præſentium in conclaui, dummodo abſentes fuerint expectati congruo tempore, de quo in c. vbi periculum de elec. in 6. Ita dicit Abb. in d. ca. licet. In inferioribus autem electionibus in quibus caſibus ſint uocandi abſentes, vide Anto in d. cap. licet, & doc. in d. cap. cum omnes de conſti. Poſt congregatum autem concilium quia generale concilium eſt quædam vniuerſitas, ibi enim non ut ſinguli ſed vt vniuerſitas habent diſponere, qa repræſentat vniuerſalem eccleſiam, de conſecra. d. 1. eccleſia, ideo ibidem ſtandum erit iudicio plurimorum. 65. diſt. c. 1. dicit Abb. in cap. 1. in 3. notabili de pac. Item adde quod vbi 35 agitur de † eligendo nouum locum pro concilio inter ipſos epiſcopos in concilio exiſtentes, tunc non ſufficeret maior pars, imo etiam vno tantum contradicente non valeret electio noui loci ſine cauſa, ex quo ſemel cõcilium determinauerat locum. Ita notabiliter per plures rationes cõſuluit Ludo. cõſ. 352. incipit quæritur primo. De quo vide quod latius dico in illa quæſtione vtrum papa poſſit pro libito voluntatis diſſoluere vel transferre concilium & melius in quæſtione quando patres in concilio ſunt diſcordes, quorum ſententia debeat præualere? Dic vt dixi ibi. item vlterius, ubi omnino vide etiam præmiſſa & in quæſtione illam ſequenti. Ad-36 de prædictis † quod præſidentes in concilio generali loco papæ, debent in actu gerendo omnes ſimul concorditer cõſentire, alias contradictio vnius inficit totum, licet alias contradictio minoris partis collegii vel concilij non inficiat actũ, quia ſtandum eſt ſententiæ plurimorum. Ita dicit Abb. Siculus in c. penul. de ſtatu Monach. in 2. colum. & ita dicit debere intelligi tex. 65. d. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Concilium an cognoſcat de cauſis ciuilibus, & criminalibus. & numero 4. & 6.*
Et an cognoſcat de cauſis laicorum. nu. 8.
Opin. auctoris. num. 45, & 46.
2 *Sinodus congregata auctoritate Romani pontificis poteſt epiſcopos priuare.*
Et alia facere ibid.
Et vacante papatu poteſt cenſuras decernere. nu. 3.
Quod an ſit abſolute verum. ibid.
5 *Concilium ſiue ſinodus cognoſcit vltra id ad quod eſt principaliter congregata.*
Et reſponſio auctoris. ibid.
7 *Cauſæ contra epiſcopos requirunt numerum xij epiſcoporum.*
9 *Concilium quod non cognoſcat niſi de cauſis fidei, & alias ſibi commiſſis per papam.*
Non autem de omnibus per argumentum ab abſurdo. num. 11.

Papa

10 *Papa extra terras ecclesiæ non iudicat inter laicos nisi in certis casibus.*
12 *Concilia generalia sumunt auctoritatem a papa.*
Et tantam vim seu iurisdictionem recipit concilium quantum papa illa tribuit.
Et ideo gesta per concilia extra causam fidei, per papam improbantur. ibidem.
13 *Concilium in actu iurisdictionis non est iudex cum papa sed consultor.*
14 *Iurisdictio clauium papa viuente, & præsidente in concilio, an sit penes concilium.*
Et quod sit penes papam multis probatur argumentis, vsque ad numero 21.
vbi respondet ad contraria auctor. & nu. 26.
3 *Potestas summi pontificis a Deo est, non ab homine.*
Nec a concilio num. 29.
Et auctor resp. ad §. hinc etiam 17. dist.
16 *Pasce oues meas, per ista verba quid in Petro collatum sit.*
Et fuerunt Petro tantummodo dicta. num. 19.
17 *Clauis iurisdictionis seu eius effectus in quo consistat.*
18 *Apostoli licet in ordine fuerint æquales Petro, non tamen quo ad iurisdictionem neque quo ad plenitudinem administrationis.*
Et infra nu. 22.
Cap. considerandum, & c. fidelior. 50. di. intellectus.
20 *Papa restringit, & ampliat iurisdictionem episcoporum, & quorumcumque aliorum ecclesiasticorum.*
Et ratio est quia omnes habent potestatem ab eo. ipse vero a solo Deo. ibidem.
Cæteri descensiue ab eo.
23 *Clauis ordinis quid concernat.*
24 *Pontifex licet non possit per clauem iurisdictionis auferre episcopis clauem ordinis, potest tamen suspendere exercitium & subtrahere materiam vt illa non vtantur.*
Et quomodo intelligatur. nu. 25.
27 *Quodcumque ligaueris, per hæc verba dicta Petro quid fuerit denotatum.*
28 *Clauis non est in Petro, & ecclesia separatim, ibi. enim non est separatio sed vnitas.*
29 *§. Hinc etiam 17. dist. in verbo tradidit interpretatio.*
30 *Clauis quid sit.*
31 *Clauis est apud trinitatem auctoritatiue, apud Christum essentialiter ex merito passionis eius, actualiter seu instrumentaliter apud Papam.*
32 *Clauis an sit vna vel plures.*
Et vna essentialiter, plures effectualiter.
Vel duæ, vna potestatis, alia discretionis.
Et per claues designatur potentia, & scientia.
Alias opiniones an sit vna vel plures & quomodo intelligatur. ibid.
Auctoris opinio quod sit vna, licet dicat claues, intelligitur propter diuersos effectus, scilicet claudendi & aperiendi, quod est ligandi, & soluendi. num. 33.
Item propter effectum discernendi, qui est scientia, quæ non sufficeret sine potestate. nu. 34.
35 *Scientia non acquiritur nisi cum labore.*
Auctor respondet ad arg. quod sint duæ claues.
Et infra nu. 36
Quia immo vna tantum, vbi adducit plura argumenta. & respon. numero 39.
37 *Episcopi in negotio hæresis habet duas iurisdictiones, ordinariam & delegatam, & sic duas diuersis respectibus.*
38 *Iura incorporalia possunt esse penes diuersos insolidum.*
40 *Papa non est Petri Vicarius, sed successor, & Christi vicarius.*
Et respondet ad c. Ego Ludouicus 63. dist. vbi appellatur Petri Vicarius respondet auctor.
41 *Vicarius non dat vicarium.*
42 *Papa hæretico hæresi damnata, & pertinaci, qui desinit esse Christi vicarius, penes quem erit tunc clauis iurisdictionis.*
Opinio Gundissalui, episcopi Gaddicen. quam auctor dicit absonam. numero 44.
Auctoris opin. nu. 45.
43 *Clauis iurisdictionis proprie est apud papam, & non apud concilium nisi in casu hæresis, & tunc permissiue.*
45 *Concilium siue præsentia, & auctoritate papæ quam iurisdictionem habeat.*
Iurisdictio ordinaria quæ dicatur & nu. 47. remissiue.
Et non potest dari nisi a principe, lege, vel vniuersitate vel consuetudine. num. 49.
48 *Territorium quomodo capiatur.*
50 *Concilium si habet iudicare de papa, quomodo dicetur habere iurisdictionem si iurisdictio non datur nisi a principe, lege, vel vniuersitate, vel consuetudine. vt supra. num. 49.*
Cum clauis iurisdictionis non sit penes concilium immediate a Deo, sed a papa.
Et quomodo papa submittit se inferioribus. ibid.
51 *Concilium licet iudicet de papa, non tamen iudicat de potestate papæ.*
Et papa hæreticus non est papa, sed priuata persona.
52 *Papam non habere superiorem quomodo intelligatur.*
53 *Concilium legitime congregatum contra papam hæreticum, cognoscet de causis pendente concilio occurrentibus.*
54 *Concilium cum auctoritate papæ ipso absente seu cum eius legato qui præsit concilio quam auctoritatem habeat.*
Dominici. opin. num. 57.
55 *Legati apostolici habent ordinariam iurisdictionem, intelligitur in legatis ad certam prouinciam, & non ad certum actum.*
59 *Episcopi existentes in concilio in cognoscendo sunt ordinarij. in diffiniendo assessores, secundum Butr.*
58 *Concilium prouinciale de quibus causis cognoscit.*
59 *Concilium prouinciale non cognoscit de causis archiepiscoporum diffiniendo sed illas remittit ad superiorem.*
Opinio auctoris num. 60.
61 *Concilium cui præest papa, habet iurisdictionem ordinariam ratione ipsius papæ.*
62 *Concilium prouinciale an possit deponere episcopos.*
63 *Episcopi existentes in concilio prouinciali an sint iudices ordinarij vel assessores remissiue.*
64 *Ordo iudiciarius in processibus in concilio generali, an seruandus sit.*
65 *Concilium an possit vices suas alteri delegare, aliquibus contradicentibus. &c.*
Et an laico in causa papatus, vel eius depositionis. nu. 66.

De iurisditione concilii. Arti. VIII.

1 Sed hic est videndum quam iurisditionem habeat concilium, vtrum † concilium cognoscat de litibus & causis quæ occurrunt tractandæ. Et videtur quod sic. patet ex multis iuribus, ubi apparet in cōcilijs causas ciuiles & criminales esse diffinitas. patet in c. 1. de pac. in c. 1. de iudi. in c. 1. de libel. obla. in c. 1. & ibi Abb. de sponsa. in c. ad sedem 35. q. 5. idem Abb in c. licet de elec. Inno. & alij in c. graue de præben. & de causis criminalibus. 21. di. c. fi. 4. q. 5. c. 1. 21. q. 5. c. si quis a proprio. & in c. Diaconi. 12. q. 2. & in c. si quis clericorum 11. q. 1. Ad idem facit tex. iuncta glo. in c. primates. 2. q.
2 1. vbi glo. dicit † quod synodus authoritate Romani pontificis congregata potest priuare seu damnare episcopos. Et ad idem tex. in capi. nullus. 5. q. 4. & idem text. in c. inter cætera. 10. q. vlti. Et ad idem c. si clerici. 11. qa. 1. ad idem c. presbyteros, & c. Ioannes Chryso. 50. di. ad idem. c. si quis episcopus, & c. certum, & c. episcopos, & c. irritam. 11. q. 3. & in cap. 1. de pac. & c. 1. de iudi. & c. si quis, & c. sicut. de hære. cum simil. Facit ēt ratio, quia si papa congregat concilium, uidetur dare ei omnem potestatem cognoscendi de causis arg. c. pręterea de offi. delega. Item synodus vniuersalis habet authoritatē supremam a Christo immmediate, vt patet in gestis concilij Constantien. Similiter idem videmus in concilio apostolorum act. 1. vbi vacante apostolatu elegerunt duos ex omnibus Barnabam & Mathiam. Vnde patet ex dictis iuribus ꝙ concilium potest iudicare de omnibus causis. nam & cardinalem deposuit, vt in cap. 2. de cle. non resi. Item decernit cēsuras, vt in cap. si quis episcopus, & in c. sicut de hære. cum simil. Quod clare probat tex. in capit. omnibus. 24. q. 1. iuncto cap. notandum. 24. q. 3. quia text. in cap. omnibus vult quod si quis contempserit domum Dei, i. ecclesiam, & episcopos insimul cōciliariter congegatos, sit illis sicut ethnicus, & publicanus, quod est dicere quod debeant illum talem excom
3 municare, ut probat tex. in d. c. notandum. Et quod † concilium generale decernat censuras & excommunicare possit etiam uacante papatu, ponit Abb. in c. 1. in 5. notabili de iud. Et licet dicatur quod concilium prouinciale possit excommunicare & decernere censuras, vt ponit Anton. in c. 1. de iudic. in 5. oppo. allegat Archid. 34. dist. quorundam, & text. 3. q. 3. si quis episcopus, & 12. dist. de ijs in fin. & 18. dist. per totum, illud est verum in concilio cum superiore, hoc est archiepiscopo, sed nos loquimur in concilio generali per se sine papa, nam vbi pręsidet papa non dubitamus. Et ita intelligo textum in capitulo aduersus de immunit. eccles. & alia similia iura,

4 Et quod concilium † possit iudicare de omnibus causis, videtur argui etiam ex practica vniuersalium antiquorum conciliorum, quæ videntur exercuisse reseruata papæ. Et ita sæpius comperimus factum in Calcedonensi. concilio, maxime in 10. actione, vbi audita propositione & querela Bassiani episcopi Ephesi. quod esset passus violentiam & eiectionem ab episcopatu & spoliatus omnibus bonis per Stephanum episcopum, qui opponebat eum non ordinatum, sed sede Ephesina vacante collecta seditiosorum turba in episcopatum intrusum fuisse bassianus ecōtra replicauit se inthronizatum per clerum & populum & confirmatum per imperatorem, & se pacificum possessorem quatuor annorum, & plures ordinasse episcopos, & cum alijs tanquam Ephesi episcopum communicasse. Et interrogante sancto cōcilio Stephanum si confiteretur ipsum fuisse episcopum pacificum possessorē quadriennio, respondit non vt episcopus sed vt tyrannus, & eum eiectum fuisse a sanctis patribus, & a sanctissimo Regiæ ciuitatis Romæ Leone, & a Flauiano Constantinopolitanæ vrbis & ab Alexandrino & Antiocheno patriarchis. Et allegatis hinc inde pluribus violentijs & exceptionibus, tandem synodus Calcedonen. relictis canonibus iudicauit vtrumq; indignum episcopatu, & pręcepit ambobus cessare ab administratione episcopatus donec prouideretur de alio, interim autem ambos remanere in ordine episcopatus & a sanctissima ecclesia pascēdos, quibus decreti sunt annis singulis ducenti solidi, & pronuntiauit bona siue a Stephano siue quocumque alio, Bassiano direpta, post iudiciales probationes ab ijs qui abstulerant vel causa læsionis fuerant, restitui debere. Quæ sententia est actio vndecima eiusdem concilij. Quare autem dicatur prima, secunda, tertia, actio & sic deinceps ponit gl. 16. q. 3. c. prima actione. idem etiam patet in 13. actione de contentione inter Athanasium episcopum Parenorū, & clericos, qui eum propria authoritate expulerant ab episcopatu, qui ter vocatus vt responderet criminibus, quæ ei obijciebantur & se purgaret, tandem vt contumax episcopatu priuatus est, nisi infra octo menses coram Antiochiæ episcopo & eius consilio se purgaret, & eius loco suffectus est Sauianus. Similiter in 7. actione eiusdem Calcedonen. concilii, vbi confirmatur concordia inita inter Maximum Antiochiæ episcopum & Iuuenalem Ierosolymorum episcopum, & vbi post multam cōtentionem determinatum fuit quod sedes Antiochensium habeat duas Phœnicias & Arabiam, sedes autem Ieresolymorum habeat tres palestinas. Idem etiam in fine nonæ actionis, vbi restituit Ibas ad episcopatū quo fuerat priuatus tamquam male de fide sensisse, cognita eius innocentia, quod esset verus Orthodoxus. Ad idem est tex. in c. habeo librum. 16. di. ibi oportebat enim vt synodus
5 vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret, & sic † etiam vltra id ad quod est principaliter congregata statuit. Et ibi loquitur de sexta synodo sub Constantino, & postea sub Iustiniano congregata contra hæreticos qui dicebant vnā operationem & vnam voluntatem esse in Christo, vbi Anathematizati sunt illi hæretici. Nisi dicas quod ille text. loquitur de canonib. concernentibus fidem, & sic circa illud ad quod erat congregatum concilium. Huc accedit quod videmus in concilis prouincialibus cognosci de causis pręlatorum, & ea posse suspendere prælatos, & capitula quæ deliquerunt, vt dicitur in c. graue ibi Pet. de Anchar. in sexto notabili de præben. Immo secūdum quod ipse ibi dicit etiam solus metropolitanus sine concilio prouinciali potest corrigere excessus prælatorum, vt in c. 3. de æta. & quali. & ideo multo mulgis potest concilium generale. Quinimmo, vt dicit ibi idem Petrus de Anch. in nono notabili, solus archiepiscopus potest absoluere a sententia excommunicationis lata per synodum, igitur multo magis concilium generale. Immo & co-
6 ram concilio † accusantur criminaliter vel ciuiliter prælati & alii clerici inferiores, vt est ibi tex. licet contra prælatos diffinitio prohibeatur. Et ibi dicitur post Innoc. Ioann. And. &
7 alios vtrum in † ventilatione causæ contra episcopos, & alios inferiores requiratur numerus taxatus. 12. episcoporum. de quo. 3. q. 8. c. suggero, & 15. q. 7. in summa, & per Abb. in cap. non potest de re iudic. & ibi Felin. & Anton. in c. 1. de iud. Et in dictis locis an concilium condemnat, & an condemnatum absoluit, & an quando delegatus cognoscit causam cōtra personam episcopi, requiratur numerus. 12. episcoporū. de quo Pet. de Anchar. in dicto. c. graue in vlt. q. & ibi etiam Ioann. de Immol. in d. c. graue in 9. colum. Vnde ex his patet in concilio examinari etiam causas ciuiles, & criminales, & sic non causas fidei schismatis & reformationis ecclesiæ tan
8 tum. Quinimmo videtur quod etiam, de causis laicorum cognoscat, vt est text. iuncta glo. secunda in capitulo. de concilijs. 18. distinctione. vbi est regula quod concilium iudicat de omnibus querelis quæ inter diuersos ecclesiæ ordines oriri solent, laici enim etiam de ordine ecclesiæ esse dicuntur, vt in c. duo sunt genera. 12. q. 1. Et licet tex. loquatur in concilijs prouincialibus, fortius potest extendi ad generale concilium, cum eadem sit ratio, item text. in capitulo multis. 17. distinctione, & in capitulo habeatur. & in capitulo propter ecclesiasticas decimaoctaua distinctione vbi dicitur quod omnes controuersiæ debent in concilio sopiri, vt ieiunium offeratur, ad quod etiam laici tenentur, ut in capitulo secundo de obserua. ieiu. Item text. in capitulo non oportet 7. quęstione prima, item text. in capitulo scitote. 6. quæstio. 3. Facit quod concilia sunt inuenta secundum ritum Gentilium, nā Romani in gentilitate omnia in concilijs determinabant, vt in c. 1. §. synodus. 15. dist.

9 E diuerso videtur quod † concilium non possit de omnibus causis vniuersaliter cognoscere, sed tantum de causis pro quibus est congregatum. Quod ꝓbatur primo ex authoritate Leonis papæ, qui scribēs Anathulio episcopo Constantinopolitano eum repræhendit ꝙ induxisset Calcedonen. synodum ad decernendum sedem Constantinopolitanam esse primam post Romanam, cum prius esset Alexandrina, dicens quibus auditis & nunquam antea tentatis ita præueneris excessibus vt sanctam synodū ad extinguendam solum hæresim & ad confirmationem fidei catholicæ studio christianissimi principis congregatam, in occasionem ambitus tui trahas. Et iterum. in totius ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit concilio synodali, vt fratres in fidei tantummodo negocium, conuocatos, ad consentiendum sibi, aut deprauando traducere, aut terrendo compelleret. Ad idem Nicolaus papa in 2. epistola quē scribit Michaeli imperatori, quæ fuit lecta in 4. actione concilij calcedonensis, vt refert cardi. de turre cre. licet illam non reppererim in dicta. 4. actione insertam. Qui inquit. Quod vero strenuum virum Ignatium Patriarcham vestro speciali deposuistis arbitrio, & Sotium de laicali agmine vobis improuide in eius loco surrogastis episcopum, æquanimiter ferre nō possumus, maxime cum horum duorum negocium inuestigari, & nobis renuntiari, nō diffinire mandauerimus. Vnde apparet quod tātum de causis fidei debet concilium se intromittere, & non de alijs, nisi sit per papam ei specialiter concessum. Item respectu laicorum facit quod non est maior authoritas concilij quam papæ. immo exceptis aliquib. casibus est inferior, ut in c. significasti de elec. 4. di. cap. in istis. 35. q. 9. cap. veniam, & dicetur in
10 sua quæstione propria. Sed papa † extra terras ecclesiæ non iudicat de causis mere secularib. inter laicos, nisi in certis causis, ut in c. licet ex suscepto, & capit. fi. de foro compe. & in c. nouit de iudi. & in c. cum sit generale de foro compe. qui filij sint legi. c. tanta, & cap. lator. ergo multo minus generale cō
11 cilium. Item facit ratio, quia si generale † concilium posset audire omnes causas, duraret perpetuo, quia semper sunt litigantes, nec causæ in breui tempore instrui nec consequenter expediri possunt. l. properandum cū materia. C. de iudi. Non enim ante debet recedere quis a concilio quam sint expeditæ causæ propter quas congregatum est concilium, vt in ca. certum. 11. quæst. 3. & tamen si debet per cōstitutionem frequens de decennio in decennium teneri concilium, oportet absolui concilium in breui, saltem ut infra dictum tempus decennij sit aliquanta vacatio & intermissio, sicut vidimus in cōcilio Constantien. quod durauit annis tribus, ab anno. 1414. vsque ad annum. 1417. Item facit quia iudicare de vniuersis causis est proprium sedis apostolicæ. 9. q. 3. episcopus, & in c. cuncta per mundum, & in c. per principalem ea. cau. & q. Sed si conciliū hoc faceret, esset ponere diuisionē inter papam & concilium, & essent duo suprema tribunalia, & ꝯcilium, exercendo reseruata papæ, causaret schisma. contra text. in cap. in apibus. 7. q. 1. Facit quod dicit Bald. de regno in authen. hoc amplius. C. de fideicom. in versi. quæro an filij. & in l. penul. C. de condi. in ser. & in l. si viua matre. C. de bonis
12 maternis. Item generalia † concilia summunt authoritatē a papa, vt 17. di. per totum, & c. significasti de elec. ergo tantū & tantam authoritatem habent quantum & quantam demandatur a papa. Facit quod legitur de Leone papa, qui tantum approbauit gesta concilij Calcedonen. in concernentibus fidem, ut in fine ipsius concilij apparet, vbi approbantur gesta concilij, præterquam quo ad priuilegia per Constantinopolitanam ecclesiam vsurpata. Item patet ab exemplo ex gestis concilij Basilien. quia multa quæ facta reperiuntur cōtra voluntatem papæ, propter contradictionem Eugenij nullam vim habuerunt, nisi quantum postea per eum & successores fuerunt expresse approbata. Vnde tantam vim & iurisditionem recipit concilium quanta tribuitur a papa. Et licet aliqua in eodem concilio Basilien. gesta receperit regnū Franciæ in sua pragmatica, id facit potius de facto quam de iure. & inde est quod nunquam papa pro tempore in concessionibus quarumcunque gratiarum aliquid vult concedere ꝑ quod videatur approbari illa pragmatica. Quapropter vt existimo deberent magis aduertere quomodo soli inter christianos contradicant sedi apostolicæ ne incidant in laqueū. c. denique & quod ibi Archi. dicit. 7. q. 1. Propter quod dicit etiam cardi. de turre cre. in 3. li. in c. 40. in trac. de po. papæ, in fin. illius. c. quod omnia aut sunt falsa aut fuerunt irrita quæ gesta fuerunt in dicto concilio Basilien. Item pro hoc facit quod dicit glo. 1. in c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. quod con
13 cilium † in actu iurisditionis siue exercitio nō est iudex cum papa, sed consultor. Et idem videtur sentire Inno. in d. capit. graue de pręben. vbi dicit quod episcopi in concilio non sūt iudices sed assessores. Facit quod dicitur in capitu. si episcopus

pus. 11. q. 3. & in c. placuit. 2. q. 7. Sic ergo videtur quod concilium non habeat vniuerſalem iuriſditionem cognoſcendi de omnibus cauſis, ſtante in ſede apoſtolica vero, & indubitato pontifice, ſed tātum poſſit ſe intromittere de ijs ad quorum determinationem & diffinitionem extitit congregatū de voluntate papæ. Et iſtam opinionem ponit & ſequitur cardinal. de Turræcremat. in dicto tractat. de poteſta. papæ in tertio libro capitulo 38.

Pro huius quæſtionis deciſione, duxi prius referre quædam dicti Egidii de Bellamera in propoſito fere ad verbum, quia pauci illa habēt, & ſunt pulchra in iſta materia aliquibus additis. Vnde cum quæritur vtrum 14 †penes concilium generale ſit clauis iuriſditionis præſertim papa viuente & præſidente, Egid. conſilio 99. in 16. quæſtio. dicit quod ſi ſummas concilium ſeorſum a papa, & ſecluſa cauſa hæreſis in papa, clauis iuriſdictionis non eſt penes cōcilium niſi inquantum archiepiſcopi, & epiſcopi ſibi iuriſditiones, & territoria inuicem communicarent, quia non faciunt aliquod corpus iuris, nec tanquam facientes tale corpus aliquam iuriſdictionem acquirunt, & præſertim in papā, excepto caſu hereſis, vt in cap. ſi papa. 40. diſt. & in c. nemo. 11. q. 3. Immo papa dat authoritatem concilijs, vt in c. ſignificaſti de elect. 17. diſt. per totum. et propterea Beatus Thom. in ſecunda ſecundæ, q. 11. art. 2. in ſolutione vltimi argum. dicit quod authoritas vniuerſalis eccleſiæ reſidet in Romano pontifice principaliter. Et idem Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 20. artic. 4. q. 3. in cor. artic. dicit quod papa habet plenitudinem poteſtatis ſicut Rex in Regno, ſed epiſcopi aſſumuntur in partem ſollicitudinis, tanquam iudices ſingulis ciuitatibus præpoſiti, & eo. lib. diſt. 18. q. 2. artic. 2. quæſtiuncula. prima ad primum argum. dicit quod Deus contulit Petro clauem ordinis & iuriſdictionis, & ab eo in alios deſcendit qui vtranque habent. Vnde Matth. 16. leguntur claues promiſſę petro, & eidem Ioann. vlt. exhibitæ, ergo dum papa præeſt concilio, ipſe eſt ille qui habet plenitudinem poteſtatis. Confirmatur. Certum eſt Chriſtum Dei vnigenitum, Regem Regum & Dominum Dominantium fuiſſe vnicum totius orbis caput & Dominum, qui vnicum reliquit vicarium, videlicet petrum, inter beatos enim apoſtolos fuit diſcretio poteſtatis, & licet omnes eſſent apoſtoli, Petro tamen a Domino conceſſum eſt, & ipſi inter ſe voluerunt idipſum, vt reliquis omnibus pręeſſet apoſtolis, & principatum teneret, apoſtolatus, qui etiam eandem formam ſuis ſucceſſoribus & reliquis epiſcopis tenendam tradiderunt, dicit text. in c. ſacroſancta. 22. diſt. Ex quo patet Petrum & eius ſucceſſores eſſe caput totius Chriſtianitatis & eccleſię uniuerſalis vel ſaltem vicarium capitis, ſcilicet. Chriſti. Igitur clauis iuriſdictionis, & ſuperioritatis totius orbis eſt penes papam & non in concilio tanquam a papa ſeparato, licet non poſſit dici conciliū generale in quo non præſidet ſummus pontifex vel alius loco ipſius, vt ſupra dictum eſt. pro his etiam faciunt omnia illa iura quæ habent poteſtatem † ſummi pontificis non fuiſſe 15 ab homine ſed a Deo, de tranſlat. prælato. c, penult. & ult. 21. diſt. quamuis. 23. diſt. omnes. Item pro hoc facit quod dicitur in cap. nouit de iudi. Et patet. per iſta uerba paſce oues meas prolata per Chriſtum, quæ ſoli Petro dicta fuerunt tanquam capiti & paſtori, ut patet Ioann. ult. de elect. ſignificaſti. §. 1. de maior. & obed. ſolitæ. §. nobis olim, & in Petro ſucceſſoribus, ut ibi & notatur. 16. diſtinct. quæcumque ligaueris. 24. q. prima, cap. quodcumque & plene probat text. in d. c. ſolitæ. §. nos autem. ibi nobis enim in Beato Petro commiſſæ ſunt oues, & iterum in dicto §. ibi. quod Dominus dixit ad petrū, & in petro dixit ad ſucceſſores ipſius quodcumque ligaueris &c. Idem dicit Innoc. 4. ſacro approbante concilio in c. ad apoſtolicæ de re iudi. in 6. in §. nos itaque, ibi cum Ieſu Chriſti uices teneamus in terris nobiſque in Beati petri perſona ſit dictum quodcunque ligaueris &c. Ad idem eſt clem. paſtoralis in §. nos tam eo. tit. Et per hoc dicit Egid. concludendum quod per prædicta † uerba, uidelicet paſce oues meas, in 16 Petrū ſunt tranſlatæ claues, alias ſi diceremus eas eſſe æqualiter penes alium, quomodo eſſent penes Petrum. Immo ſequeretur Chriſtum non reliquiſſe vnicum uicarium, ſed plures, & per conſequens non unum caput ſed plura, quod eſſet monſtruoſum. de offic. ordi. quoniam. C. de poſthum. hæredibus inſtit. l. 3. & eſſet contra c. quodcumque 24. q. 1. & omnia iura tam diuina quam humana ponentia unitatem capitis. 17 Clauis † autem iuriſdictionis ſeu eius effectus conſiſtit in diſcernendo & diffiniendo, in diſcernendo uidelicet inter lepram, & lepram, ſanguinem, & ſanguinem per quæ denotantur crimina utriuſque fori, ſingula ſingulis referendo, inter cauſam, & cauſam, quod forum utrumque concernit, ut uideatur quid iuris, ut in capitulo per uenerabilem. §. penultimo qui filii ſint legitimi. & eſt cognitio ueritatis iuſtitię partem tangentis. Igitur iſta clauis non eſt pęnes concilium generale, alias oporteret dicere quod non eſſet pęnes pontificem. quod dicere eſſet hæreticum, cum illa verba paſce oues meas dicta fuerint in ſingulari, & ſimiliter illa quodcunque ligaueris &c. Et ideo dato quod apoſtoli parem acceperint poteſtatem, non tamen poteſt negari quin Beatus Petrus illam principaliter receperit. de quo latius dicemus in illo articulo de ſuperioritate papæ ad concilium. ad quod notata per Innocen. in capitu. quod ſuper his de voto, & de foro compe. licet ex ſuſcepto, & in extrauagāti vnam ſanctam. Item facit quod dicitur in c. in nouo. 21. di. per Archi. vbi licet alias diſputetur an apoſtoli fuerint epiſcopi, tamen certum eſt quod fuerunt presbyteri ſecundum communem opinionem per illa verba, hæc quotienſcunq; feceritis &c. quæ ſunt in canone miſſæ, vt notatur de cōſecr. diſt. 2. cap. in Chriſto ſemel & per Archi. 75. di. in c. quod die. Epiſcopi autem ſucceſſerunt loco apoſtolorum. 21. di. in no-18 uo, & in c. eccleſiæ. 35. di. Vnde licet quo † ad ordinem Beatus Paulus & alij apoſtoli fuerint æquales Beato Petro, nō tamē quo ad iuriſditionem nec quo ad plenitudinem adminiſtrationis. cap. Beati Petrus. 2. q. 7. notat glo. in d. cap. in nouo. 21. diſt. & ibi Archi. poſt lau. Igitur ſicut apoſtoli fuerunt ſubiecti Beato Petro tanquam capiti non autem æquales in iuriſditione, ita concilium eſt papa inferius, ut in c. ſignificaſti de elec. Præſidentes autem in concilio non poſſunt dici maiores apoſtolis. Igitur cum clauis iuriſditionis debeat eſſe in maiori & in capite, non poterit dici quod ſit in concilio generali, vt a papa ſeparato, in quo ſunt epiſcopi, qui ſine papa repræſentent apoſtolos ſine Petro qui erat caput. Cum ergo concilium non ſit caput, iuriſditio nulla poteſt eſſe in concilio ſed in papa tantum qui eſt caput. Facit in propoſito quod dicit quod Beatus Petrus ante paſſionem fuit vna cum alijs apoſtolis creatus apoſtolus, vt in d. c. in nouo, poſt paſſionem autē & reſurrectionem fuit creatus paſtor per illa verba pa-19 ſce oues meas &c. de elec. ſignificaſti. Et ſic † debet intelligi 50. di. c. conſiderandum, & c. fidelior. Quod patet, quia in authoritatibus adductis in d. cap. in nouo. 21. di. vtebatur verbis futuri temporis, ſcilicet dabo tibi &c. & poſt paſſionem dicit paſce &c. Et hæc verba paſce &c. fuerunt dicta Beato Petro, non autem alijs apoſtolis, quia dixiſſet paſcite in plurali. Per illa autem verba dedit ei claues, vt in d. c. ſignificaſti de elec. & in c. ſolitæ. §. nobis de maio. & obe. Et per illa verba non recepit ordinem, quia iam fuerat ordinatus cum aliis apoſtolis pari conſortio in cœna Domini ante paſſionem, vt dictum eſt. Ergo clare patet clauem iuriſditionis ſic tranſlatā in Petrum, & de Petro in ſucceſſores, quod non in apoſtolos & ſic ſucceſſores. i. epiſcopos, & conſequenter nec in concilium generale. Ad idem facit quod Chriſtus ante reſurrectionem elegit Petrum apoſtolorum principem, ſed diſtulit confirmationem vſque poſt reſurrectionem, vt diſcipuli q̄bus præeſſe debuit præberent aſſenſum in typum electionis faciendæ, vt dicit Archi. in d. c. in nouo. cum nullis inuitis detur eps̄, argu. c. nullus 61. di. Sic ergo, aut iſta clauis iuriſditionis fuerat a Chriſto tranſlata in Petrum, & ſumus in claro. aut volumus dicere quod non, quod eſſet nefas dicere. & tūc habebit eam ex electione apoſtolorum, argu. cap. cum ab eccleſiarum de offi. ordi. per Inno. & per eundem in c. cum ſatis de offi. Archi. Vnde dato quod clauis iuriſditionis fuiſſet penes apoſtolos aliquo tempore, tamen electo Beato Petro in principem per alios apoſtolos, dicta clauis quæ tunc fuit in ipſum tranſlata non potuit remanere penes apoſtolos. ſicut in ſimili dicitur in §. ſed quod principi inſti de iure natu. gen. & ciuili, & in l. 2. §. nouiſſime & §. poſt originem. ff. de origi. iuris. Item vlterius facit quod vnum eſt caput noſtrum Chriſtus, vna fides, vnum baptiſma de exceſ. præla. frequens. §. fi. in cle. & ſic Chriſti vicarius vnus, eſt caput in terris, tam temporalium quam ſpiritualium, quia Chriſti, cuius eſt vicarius, eſt terra & plenitudo eius, de deci. c. tua. & omnia cōmiſit Beato Petro, alias non dimiſiſſet vicarium perfectum, qui tamen opus imperfectum nō nouit de baptiſ. c. maiores §. ſed adhuc. Igitur iſtam clauem conceſſit Beato Petrro & ſucceſſoribus eius, & non concilio. Ipſe enim Beatus Petrus princeps apoſtolorum a domino conſtitutus eſt, vt ab ipſo velut a quodam capite in membra dona Dei diffunderētur, & velut a fonte in riuos ſpiritualis vigor deſcenderet. 19. di. capi. ita Dominus. Si igitur iuriſditio ab eo vt vero capite & ſucceſſoribus eius deriuatur, neceſſe eſt concludere in eo clauem exiſtere iuriſditionis & ſucceſſoribus eius, alias ab eo in alios deriuari non poſſet argu. 1. q. 7. Daibertum, & de 20 iurepatro. quod autem. cum ſimil. Sed † clarum eſt quod Romanus pontifex, aliorum tam epiſcoporum quam quorumcunque aliorum eccleſiaſticorum iuriſditionem & poteſtatem reſtringit & ampliat, quam reſtrictionem facere poteſt ex eo quod minores prælati omnes poteſtatem habent ab eo, & ipſe a ſolo Deo. 21. diſt. quamuis. Et hoc poteſt ratione

prin-

principatus & iuriſdictionis quam habet ſuper omnes, vt per Inno. in cap. cum ex eo. de pœni. & remiſ. & Hoſtienſ. & Ioan. And. ibi. Et hoc etiam tenuit Guiliel. de Mon. in ſacramentali. in tit. de claue ordinis, dicens ꝙ clauem iuriſdictionis ſolus & inſolidum & immediate, & pleniſſime Petrus a Deo habuit & eius ſucceſſores apoſtolici, cæteri vero apoſtoli & prælati mediate & particulariter ſiue deſcē ſiue a Petro. 21. diſt. in nouo. 19. diſt. ita dominus. & 24. q. 1. loquitur. Idem etiam tenet in ti. de claue iuriſdictionis, in verſ. nono quis habet, dicens quod claues habet Chriſtus. 11. quæſt. 3. nemo, el primo. & tota trinitas, quia inſeparabilia ſunt eius opera ad extra, de conſecra. diſt. 4. cap. fin. Et conſequenter ſolus papa diuina & ordinaria Chriſti inſtitutione. d. c. loquitur, & c. ita dominus. Ipſe enim ſolus papa habet plenitudinem poteſtatis, vt in cap. ad honorem. de autho. & vſu pallij. Sed ipſe poſtea committit cuilibet partem ſuam certam, videlicet epiſcopis & alijs ſecūdum quod in corpore eccleſiæ multa ſunt membra. 86. diſt. in ſingulis. in quæ ab ipſo tanquam a capite ordinaria iuriſdictio deriuatur, vt d. c. ita dominus. Ex quib. patet quod clauis iuriſdictionis non poteſt eſſe penes conci-21 lium. Nec obſtat ſi dicatur † quod illa verba quodcunque ligaueris ſuper terram &c. de quibus Mat. 16. dicta fuerint a Chriſto Petro & aliis apoſtolis, qui pari conſortio poteſtatem acceperunt cum Petro, vt in c. in nouo. 21. diſt. & in c. loquitur. 24. q. 1. Et ex quo epiſcopi ſucceſſerunt loco apoſtolorum, vt d. c. in nouo, & 35. diſt. eccleſiæ, & de ſacra vnctione. c. vnico. §. penult. & concilium non eſt aliud quam quædam congregatio generalis epiſcoporum, & ſuperiorum & inferiorū prælatorum in vnum congregatorum, ſi apoſtoli & conſequenter epiſcopi parem poteſtatem acceperunt cum Petro, & cōſequenter cū papa, videtur quod ſimiliter clauis iuriſdictionis ſit penes concilium generale, in quo ſunt epiſcopi qui in parte conſtituunt generale concilium, quod non eſt aliud quam quoddam corpus imaginarium, quod comprehendit omnia ſua membra. ff. de fideiuſ. l. mortuo. de reg. iur. l. hæreditas. c. Romana. §. in vniuerſitatem. de ſentent. excom. in 6. & de reſcrip. cap. eam te. Quia reſpondetur quod cæteri apo-22 ſtoli † pari conſortio poteſtatem acceperunt quo ad clauem ordinis, non quo ad clauem iuriſdictionis. & ita dicit gloſ. & Arch. & communiter doct. in d. cap. in nouo, & 24. q. 1. quodcunque, & 2. quæſt. 7. cap. puto. & Guliel. de claue iuriſdictionis, in prin. Nam etiam ſacerdotes poteſtatem ligandi & ſoluendi habent ratione ordinis, ſi alias habent debitam materiam, vt in c. 1. de ſumma trini. qui ſucceſſerunt loco lxxij. diſcipulorum ab apoſtolis electorum, vt d. c. in nouo, in fine. Et iſta clauis ordinis proprie concernit forum conſcientiæ inter Deum & hominem, & principaliter collata eſt Petro per illa verba quodcunque ligaueris &c. 24. q. 2. capitu. legatur. 24 Quinimo licet per † clauem iuriſdictionis Romanus pontifex non poſſet tam epiſcopis quam presbiteris auferre clauē ordinis, poteſt tamen exercitium ſuſpendere materiam quę ſubtrahere vt ea non vtantur, non tamen propter defectum clauis, ſed propter defectum debitæ materiæ in quam ualeāt ipſam exercere. de ord. ab epiſcopo qui renun. epiſ. ca. 1. cum ibi notatis, de renunc. ad ſupplicationem. & per no. per Innocen. in c. 1. de ſchiſma. & per Gul. in tit. de charactere, cum ſimilibus in ſacramentali, & per modernos in clementina in pleriſque. de electione. Et pro diffinitione ſi dubium inter lepram, cauſam & cauſam, ſanguinem, & ſanguinem fuerit exortum, ad ſedem apoſtolicam in qua clauis iuriſdictionis exiſtit debet haberi recurſus, cuius ſententiam qui ſuperbiēs contempſerit obſeruare, mori præcipitur, vt in capitulo per venerabilem. §. finali qui. filij ſint legit. Facit quod ponit Beatus Tho. in 4. ſenten. diſt. 18. Vnde in propoſito concilium vt certum corpus ſeparatum a papa, vel ſaltem in eodem concilio præſidente, etſi haberet clauem ordinis, non tamē materiam in quam illam exerceat, niſi inquantum prælatis eſt 25 per papam conceſſa. Quod intellige † non de poteſtate conficiendi, quæ concernit corpus Chriſti verum. Sed loquor quo ad ſubditos in quos eſt clauis huiuſmodi exercēda, quos habent prælati qui ſunt ex concilio ex conceſſione papæ. & clauis iuriſdictionis omnino a papa ut capite eſt in alios quoſcunque eccleſiaſticam poteſtatem habentes deriuata. ergo nec clauis iuriſdictionis eſt penes concilium nec exercitiū clauis ordinis quo ad materiam, niſi inquantum eſt a papa eis materia conceſſa. Ita dicit Egidius in dicto conſilio nonageſimonono.

26 Nec etiam obſtat † quod ſcribit Auguſ. ſuper Ioan. uidelicet quod quando eccleſia excommunicat, ligatur excommunicatus in cœlo, et cum reconciliat eccleſia, et in cœlo ſoluitur reconciliatus, ſi ergo hoc in eccleſia fit, Petrus qn̄ claues accepit, eccleſ. ſanctam ſignificauit. Verba ſunt tex. 24. q. 1. c. quodcūque. Ex quibus probabiliter videtur argui quod claues fuerunt datę eccleſiæ, & quod ipſa eccleſia ſancta ligat & ſoluit, Cum autem eccleſia ſit una & indiuiſibilis. 24. q. prima. cap. loquitur. quæ eſt domini inconſutilis tunica deſuper contexta, ut in cap. quoniam uetus ea. cau. & q. vnicaque columba ſcribitur in canticis, ut in extrauaganti Bonifacii. I. vnam ſanctam in princ. & 24. q. prima. d. capit. loquitur. qui eſt tex. notabilis in propoſito, videtur quod in concilio generali per quod repręſentatur eccleſia ſit clauis iuriſditionis etiam ſeorſum a papa. immo & authoritate conciliorum videtur ſedes apoſtolica ſupremam habere poteſtatem. 17. diſt. §. hinc etiam, ibi deinde conciliorum venerandorum authoritas ſingularem in eccleſia tradidit poteſtatem. Quia reſpondetur concedendo quod quando papa excommunicat eccleſia ligat, quando facit claue non errante, nam eccleſia militans potius declarat talem ligatum vel abſolutum penes eccleſiam triumphantem, de ſenten. excomm. a nobis el ſecundo. cum enim ſit ſpiritualis poteſtas qua eccleſiaſticus iudex dignos recipere & indignos excludere debet a regno, ut ſcribitur in extrauaganti Ioan. 22. quę incipit quia quorundam, & per Guliel. in tit. de claue ordinis poſt princ. papa exccommunicando reputat illum. indignum, & eodem modo reputatur apud eccleſiam triumphantem, & cenſetur a regno excluſius. Faciunt quæ dicuntur in cap. fundamenta in princ. de elec. in 6. & in d. cap. quodcunque, arch. intelligit per eccleſiam authoritatem. Vnde cum ille iam ante ligatus eſſet apud eccleſiam triumphantem, circa illum nihil operatur clauis, cum iam ante ligatus eſſet. 1. q. 1. ut euidenter notatur. 20. diſt. §. 2. & per glo. in d. cap. quodcunque. Et quem eccleſia militans abſoluit, penes triumphantem ita eſſe declarat, non enim presbyter aut papa dimittit peccata ſed Chriſtus, de pœnit. diſt. 1. cap. verbum. & de conſecra. diſt. 4. nemo. & hoc expreſ-27 ſe dicit tex. in d. cap. quodcunque, 24. q. 1. nunc ergo † quod Petrus eccleſiam ſignificauit, quando fuerunt ei dicta illa varba a ſaluatore noſtro, quodcunque ligaueris &c. fuit vt vnitas denotaretur. Et pro hoc facit extrauagans Bonifacii. 8. vnam ſanctam. & exponit archi. ibi verbum ſignificauit. id eſt ſub ſigno & nomine eccleſiæ recepit. Non tamen loquitur ibi de claue iuriſditionis, quia illa fuit principaliter in in Petro & ſucceſſoribus ut in capite & principe. Et ſi dicatur quia fuit in Petro, & eſt ac fuit in ſucceſſoribus, bene eſt in eccleſia, tanquam Chriſti Vicarius ſit in eccleſia, & eccleſia ſit in ipſo, cui eſt matrimonialiter copulata. ſeptima. quæſt. prima cap. ſcire, de teſta, requiſiſti. §. ſi vero. non ex hoc ſequi-28 tur † clauem iuriſditionis eſſe in eccleſia & in papa ſeparatim cum ibi non ſit ſeparatio ſed unitas. 34. q. 1. cap. loquitur, de ſumma trin. capit. primo §. una, ſed eſt penes Roman. pontificem eccleſiæ ſanctæ caput ſeu vicarium Ieſu Chriſti capitis. immo intantum eſt clauis iuriſditionis in papa, quod animæ ſunt ei ſubiectę, vt notat Inno. de ſacra. non iteran. cap. primo in prin. Nec eſt verum, † quod papa habeat poteſtatē 29 a concilio, quia habuit a Deo immediate, vt ſupra ſæpius dictum eſt. Nec obſtat. §. hinc etiam ſupra in contrarium adductus, quia Beatus Petrus habuerat ante & principaliter iuriſditionem a Deo, ut dicit ibi glo. in verbo iuſſione. vel exponitur ibi tradidit id eſt traditam eſſe oſtendit ſecundum Ioan. de Fan. & Archi. ibi. & Archi. poſt Ioannem de Fantu. in cap. in nouo in glo. in 21. di. Et propterea Henricus Boich. in 30 cap. tanta. de exceſ. præla. dicit quod clauis non † eſt aliud q̄ authoritas ſiue poteſtas paſcendi, regendi, & diſponendi gregem domini diuerſimode, quæ primo fuit promiſſa, ut ibi tibi dabo claues, ſcđo fuit data & tradita, ut ibi, paſce oues meas. tertio fuit realis executio demandata, ut ibi, accipite ſpiritum ſanctum. euntes in uniuerſum orbem &c. prout iſta deducuntur per compoſtel. & alios doctores in cap. tranſlato. de conſti. Et in huiuſmodi clauibus collaits Petro a Chriſto notatur ſcientia, & poteſtas, dicitur in ſumma. 20. di. §. 1. Et huius promiſſio & datio fuit directa Petro, & in perſona eius ſucceſſoribus ipſius, & ita vniuerſali eccleſiæ. Nam Chriſtus dixit vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi, & tamen bene ſciebat Chriſtus quod Petrus non duraret in carne uſque ad finem ſeculi. Data eſt igitur hæc poteſtas Petro vni primo, vt capiti eccleſiæ, & ut unitas denotaretur prout iſta patent. 24. q. 1. loquitur. cum ſimil. Et de iſta materia vide quę dico infra in illo articulo, vtrum ſede vacante poſſit concilium exercere reſeruata papæ, & in alio, vtrum ſede uacante poſſit creare cardinales, & In illo quæ, ſnīa debeat pręualere, papæ an concilii, & latius in illo, quis ſit ma-31 ior, papa an concilium. Et ideo dicit Guliel. † in ſuo ſacr̄ali ꝙ clauis eſt apud trinitatem authoratiue, & eſſentialiter apud Chriſtum ex merito paſſionis eius, & apud papam actualiter 32 ſeu inſtrāliter. Et aliqui dubitant vtrū, † ſit vna, ut il i tanta eſt clauis Petri. d. c. tāta. de exce. p̄l. vel plures, ut ibi tibi dabo claues &c. Vnde dr̄ ꝙ eſt una eſſentialiter ſed plures effectua

liter. Sicut & in ſimili dubitatur in l. tertia. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ. vtrum ſit unum vel plura dominia. De quo etiam in l. prima & ſecunda. ff. ſi ager vectig. & in l. domini prędiorum. C. de fundis patri, lib. 11. & in l. licet. C. de acquirenda. poſſeſ. Alii dicunt quod ſunt duæ, videlicet una poteſtatis, alia diſcretionis. De quo vide per Hēricum in dicto capitulo tanta, & Guliel. in ſuo ſacramentali. Et hoc ponit Hugo ſuper illud Matth. 16. dum dicit per claues deſignari potentiam & ſcientiam. & idem Ioan. 20. & ibi etiam idem gl. interlinearis. Et vide late doc. in d. cap. tanta, & 24. q. prima cap. maner. & bonam glo. in uerbo claues. 22. diſtinct. §. ſecūdo. & Innocen. in quanto de conſue. Et vide ſanctum Tho. in quarto ſententen. diſtin. 18. quæſt. 1. art. primo. & diſt. 19. q. prima arti. ſecundo & doc. in cap. vt conſtitueretur. 51. diſt. & Ant. in c. 1. §. vna, ver. nota ex litera, de ſum. tri. & doct. in capit. noua quædam. de pę. & remiſ. Et peccata ſeu inter dictis locis comperies quod aliqui dicunt plures eſſe claues, quarum altera eſt ſcientia diſcernendi inter lepram, & lepram, alia ligandi & ſoluendi. vt 20. diſtinct §. ſecundo. & de pæni. & remiſ. cap. noua, ibi claues in plurali. & de ſumma trin. in cap. firmiter, §. una vero. Et ſecundum hoc unus haberet unam clauem ſine altera, videlicet ſcientiam ſine poteſtate, uel poteſtatem ſine ſcientia. Item alii dicunt quod una eſt clauis ſpiritualium, alia temporalium, per cap. per venerabilem. §. pe. qui filii ſint legi. Alii quod una eſt clauis examinādi diffiniēdi & cenſuras decernendi, alia confeſſionē audiendi & reconciliandi, de quo per Hoſt. in ſum. ti. de pœ. & re. & hoc in parte proſequitur Io. c. 22. in extraua. qa quorundā. Alii

33 & forte verius dicūt † quod eſt una clauis. & ꝓ hoc ille tex. in c. tāta eſt clauis. Et licet poſtea dicat claues, intelligitur dici ꝓpter diuerſos effectus, ſ. claudendi & aperiendi. Et hæc eſt clauis ligandi & ſoluendi. & ſic claudit oſtium regni cœleſtis indigno, non tamen errando, & aperit digno. Alius † effe-

34 ctus eſt ſuper hoc diſcernere & diſcutere, quod eſt ſcientię quę non ſufficeret ſine poteſtate, vt. d. §. 2. 20. diſtin. & tenet Guliel. de Monte Laudu. in tit. de claue iuriſditionis. Et ſic cum quis poſſit habere clauem ſine ſcientia & ſcientiam ſine claue, clare patet, ſcientiam diſcernendi non eſſe clauem quia non ſufficit ſcientia ad diffiniendum ſine claue, ut d. §. 2. 20. diſt. Ex quo patet quod ad doctores vel magiſtros alicuius ſtudii vel uniuerſitatis non pertinet declarare papā ſchiſmaticum vel hæreticum, quia licet habeant ſcientiam non tamen habent clauem. Scientia igitut non eſt clauis ſed bene dirigit habentem clauem vt diſcrete vtatur claue. Vnde ſicut in clauigero clauis materialis requiritur diſcretio oſtium claudendi & aperiendi, ſic ſcientia eſt opportuna ad dirigendum clauigerum clauis ſpiritualis, quia qui bene diſcernit inter leprā & lepram bene ligat & bene ſoluit. Et quod ſit clauis ſine ſcientia, patet quia in ordinatione eſt clauis ordinis, vt in d. c. firmiter. §. una. de ſumma tri. & clauis iuriſditionis in confirmatione vel alias in canonica promotione de elec. capit. noſti. & cap. tranſmiſſam, & cap. dudum el. ſecundo. §. tandem. Et per hanc confirmationem electionem vel aliam promotionem, vel otdinis collationem non confertur ſcientia, ur de æta. & quali. cum ſit. 39. diſt. capit. Petrus, de renun. cap. niſi. §. pro defectu. Non enim acqui-

35 ritur † ſcientia niſi cum labore, in authen. de queſtore. §. hæc omnia. de ędil. edic. l. pręcipiunt. 16. q. 1. capit. ſic uiue. Et ex

36 his patet quod † ſit vna clauis, & ſic quod non obſtat quod dicitur quod vna clauis pōteſt eſſe penes papam, alia penes concilium, ſicut penes eundem poſſunt eſſe diuerſę iuriſdi-

37 tiones diuerſis reſpectibus, ut patet in epiſcopo qui habet † ordinariam, & delegatam in negocio hæreſis, vt in cap. ad abolendam. §. penul. de hær. & aliquando eadem perſona poteſt duplici iuriſditione vti, vt in cap. cum ex officii de præſcrip. & ibi doc. Ergo multo fortius diuerſæ claues poſſunt eſſe penes diuerſos. nam ubi duo iura concurrunt in eadem perſona, idem eſt ac ſi concurrerent in diuerſis perſonis. l. cum quidam. C. de admini. tutorum. notatur in l. reſcriptum. §. fin. & in l. ſi plures. ff. de pac. facit quod dicitur in cap. a collatione. de appell. in 6. vt ſeparatorum ſeparata ſit ratio, argu. l. in cōmodato. §. penul. ff. commodati. ſicut etiam una iuriſditio poteſt eſſe penes vnum. & alia ordinaria penes alium, ut in cap. ſane el ſecundo de offi. delega.

Sed tamen adhuc idem videtur dicendū etiam ſi ſit vna iuriſditio clauis. Nam eadem ordinaria iuriſditio poteſt eſſe

38 penes diuerſos de offic. conſul. l. una, quia iura, † incorporalia poſſunt eſſe penes diuerſos in ſolidum l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruitus vendicetur. l. prima. §. fin. & l. eadem. §. cato, & l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. oblig. non mirum igitur ſi iuriſditio quæ eſt quid incorporale. Facit quod dicit Inno. in cap. cum noſtris. de conceſ. pręben. Vnde non mirū ſi iſta iuriſditio ſit penes papam & conciliū, & ſic penes duos in ſolidum. Item quandoque in diuerſis perſonis permanent duæ iuriſdictiones, vna maior altera minor, vt patet in delegata & ordinaria. d. cap. ſane. & quandoque etiam æquales, vt patet in ordinarijs, & inquiſitoribus in negocio hæreſis procedentibus, ut in cap. ut officium, & cap. per hoc. de hęret. in ſexto. Et eadem iuriſdictio æqualis eſt penes diuerſos, ut patet in diuerſis delegatis. de off. deleg. prudētiam. §. primo. & co. tit. c. cum plures. in ſexto. & in l. prima. §. ſi plures. ff. de exerc. & ibi per Bar. Vnde videtur quod ſiue ſint duę claues, vna ſupior, alia inferior, vel ambæ omnino æquales, ſiue ſit vna non videtur abſurdum dicere unam penes papā & aliam penes concilium æqualem, uel minorem, ſuperiorem aut inferiorem, aut eandem eſſe penes utrunque, vide-

39 licet papam & concilium. Sed † ad hoc reſpōdetur quod pręmiſſa non habent locum in claue ſupremæ iuriſdictionis, quia ſuprema iuriſdictio eſt penes vnum ſolum, & unicum caput. clauis enim iuriſdictionis ſupremæ data fuit a Deo in Petro etiam ſucceſſoribus, ut dictum eſt, tanquam vicariis

40 Ieſu Chriſti. ideo Romanus † Pontifex non eſt beati Petri vicarius, ſed ſucceſſor, & Chriſti vicarius, de iureiuran. clemē. Romani, in princip. Et licet alibi nominetur vicarius Petri, ut 63. diſtin. ego Ludouicus. 1. q. 1. c. non quales, & prima q. 7. cap. quotiens, illud eſt ex impropria loquutione, vel expone,

41 id eſt vicariam gerens quam geſſit Beatus Petrus, quia † vicarius non dat uicarium, vt in capitulo cleros. de off. vicarii. & ita dicit glo. in dicta clemē. Romani ſuper verbo vicarium.

42 Sed quid dicendum quando papa † eſt lapſus in hæreſim dānatam & eſt pertinax, quia tunc deſinit eſſe vicarius Chriſti, ex quo eſt hæreticus & incorrigibilis, ut dicitur in capitulo in fidei. de hære. in ſexto. & in d. cap. ſi papa. 40. diſtinctio. penes quem erit tunc clauis iuriſdictionis, an forſan penes concilium, quod agit ad depoſitionem papæ, Egi. in d. conſil. 99. dicit quod erit apud concilium ex ordinatione prædeceſſorum concilio aſſiſtente, & quod non videtur hoc abſonum, quod attenta ſanctitate patrum maxime in primitiua eccleſia Dei, interpoſita ordinatione hoc fuerit factum. ad hoc adducit. c. canones, & cap. ſicut cum multis ſimil. 15. diſt. & cap. ſi ille 50. diſt. & cap. cum Marthæ. de celebr. miſ. Sic enim prędeceſſor in caſu hæreſis damnat ſucceſſorem. & ſucceſſor ēt in caſu hæreſis eſt iudex prædeceſſoris, ut in cap. achatius, & cap. maiores. 24. qō. 1. pro hoc eſt quod notat Archidiaco. in cap. Anaſtaſius. 19. diſt. nam uiſum eſt in iis quę ſunt fidei, potius concilio quam uni perſonę ſe committere. Et ſic uidetur hæc poteſtas deſcendiſſe a poteſtate uicariatus Petri, ꝙ concilium in caſu hęreſis repręhendat & damnet papam, & ſic non immediate a Deo ſicut eſt clauis Petri. Et hoc uidetur etiam de mente iurium & gl. uidelicet tex. in d. c. ſi papa, & in §. hinc etiam. 17. diſt. et c. nunc autem. 21. diſt. et in cap. ſignificaſti, & ibi remiſſiue per Io. And. de elect. Et ſic vide-

43 tur quod † clauis iuriſdictionis proprie ſit apud papam & nō apud concilium niſi in caſu hæreſis, & tunc permiſſiue. Et ex his videtur quod non poſſit concil. ſe intromittere de aliqb. aliis cauſis ab hæreſi niſi inq̄tū eſſet ei a papa data authoritas. Et hoc tenet Egi. in cle. dudū in 4. not. de ſepul. & videtur eſſe mens glo. & Innoc. in capit. ex geſtis de cle. non reſi. Ad præmiſſa vide oīno qđ late dicitur infra in illo articulo

44 uter ſit maior, papa an concilium. Nunc ad principalem † q̄ſtionem Gundiſal. epiſcopus Gaddicen. in quodam ſuo paruo tractatu, præſupponendo primo plenitudinem poteſtatis eſſe in eccleſia vniuerſali vt in quodam principali fundamēto & conſequenter in concilio, ſequendo opinionem cardi. zabarella in repe. c. licet de elec. quā dicit tenere Theologos, maxime Alex. de ales in 4. ſentē. & Aug. de Ancona in trac. de poteſtate eccleſiæ, & Franciſcum de Maırone in 4. ſentendi. 20. finaliter remanet dubius, dicens quod aut papa cōgregat concilium & præeſt concilio, & tunc ipſe ſolus habet iuriſditionem ordinariam, & prælati in concilio ſunt aſſeſſores, ſed cum mortuo papa vel deiecto uel contra papam hæreticum uel propter ſchiſma concilium eſt congregatū, tunc concilium dicitur habere iuriſditionem ordinariam, primo quia non eſt ibi principalis præſidens, ſecundo quia iſtis caſibus videtur eſſe plena poteſtas pęnes concilium. Dicit tamen quod quamdiu papa præeſt concilio etiam cōgregato contra eum in cauſa hæreſis vel ſchiſmatis, antequam ſit declaratus, concilium dicitur habere iuriſditionem delegatam quantum ad illam cauſam, ſi autem ponimus papā depoſitum, concilium dicitur habere ordinariam. Et ſic iſta eius opinio vult ꝙ iuriſditio concilij fundetur ex ſententia ipſius concilij, quod videtur abſonum.

45 Quid dicendum? Ego dicerem † quod iſte articulus depēdet ab alio, videlicet quam iuriſdictionē habeat concil. an ordinariā, vel delegatā. & iſto art. examinato habetur reſpōſio ad principalem quęſtionem, utrum concilium poſſit cognoſcere de omnibus cauſis & quomodo. Et in iſto articulo primo poteſt conſiderari concilium de per ſe ſine authoritate vel præſentia papę. Et in caſu in quo ſubſiſtit ſine præſentia & authoritate papæ, uel quia papa recuſauit requiſitus congregare, quia debebat forte congregari contra eum vel quia eſt cauſa fidei & contra papam notorium hæreticum, ut in capit. ſi papa. 40. diſt. & cap. in fidei per doc. de hære. in 6. cum ſim. vel quia agitur cauſa papatus eo quod eſt dubium quis ſit verus papa, ut in cap. primo. de renun. in 6. per doc. & quod dicitur in cap. licet, de ęlec. uel quia tractandum eſt de bono uniuerſalis eccleſiæ, ut in cap. primo ibi glo. 15. diſtinct. quæ cauſa ſi omitteretur nec determinaretur, ſcandalizatur eccleſia, iuxta glo. in dicto capitulo ſi papa, & papa non uult vt fiat concilium, & generaliter in omnibus caſibus in quibus concilium poteſt iudicare de papa. de quibus dicemus, infra dico quod concilium habet ordinariam iuriſditionem, quia illam habet hoc caſu a lege uel principe. dicto capitu. ſi papa. 40. diſt. & cap. ſi quis pecunia. 71. diſtinctione cum ſupra allegatis. quia his caſibus non poteſt quicquam papa diſponere ſine concilio & contraria ſententia concilii iſtis caſibus præualet voluntati papæ ut dictis iuribus, & dicam in illa quæſtione, quæ ſententia præualeat, utrum papæ an concilii quando ſunt contrarię. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ ille tantum dicitur habere iuriſditionem ordinariam qui illam habet a lege vel a principe cum territorio, ut uoluit Iaco. Butriga. & bal. in l. more maiorem, & in l. & quia. ff. de iuriſditione omnium iudi. unde quia concilium non habet territoriū cohærens iuriſditioni. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. ſignific. conſequenter non dicitur habere iuriſditionem ordinariam. quia concluſio Bal. non eſt vera. Nam epiſcopus de iure codicis erat ordinarius iudex, & tamen eodem iure codicis non habebat territorium. allegat. l. epiſcopale. C. de epiſcop. audien. licet hodie habeat territorium. ut in capit. cum contingat de foro competen. Et licet glo. in l. ſi quis ex conſenſu, & Bal. ibi & in dicta. l. epiſcopale, referant quoſdam hoc dixiſſe, tamen illud non ſequuntur ibi Paulus de Caſtro & Sali. Sed videtur illud eſſe contra. tex. in cap. ſcitote. 6. q. 3. vbi diu ante capitul. cum contingat habebant epiſcopi territoria. Tamen quod dicitur quod ad eſſe iuriſditionis ordinariæ non requiratur connexio territorii, patet per plura exēpla quæ ponit gloſ. in dicto c. cum contingat, vide licet in domino ſuper familiam, in magiſtro ſuper diſcipulos. C. ne fin. pro pa. authen. habita. vbi glo. dicit quod doctor poteſt delegare, ergo ordinarius. l. a iudice. C. de iudi. & iudices chartularii habent iuriſditionem non reſtrictam ad certas perſonas, & non hn̄t territoriū, & ſunt iudices ordinarii. l. fi. C. vbi & apud quem. Et ſic nō ſaluatur qđ dixit Bal. qđ quando eſt iuriſditio ordinaria & uniuerſalis requiritur territorium, ut dixit In d. l. & quia Et ideo de eſſentia iuriſditionis ordinarię non eſt quod cohæreat territorio, ut uult Bar. & alii in l. 1. ff. de iuriditione omnium iudicum. Sed ſi committatur cum territorio, bene eſt ordinaria. l. 1. §. cum urbem ff. de offio. præfec. urbis. l. fin. C. vbi & apud quem. Sed ſecundū eum ſi ſine territorio indeterminate non reſpectu certi territorii uel certarum perſonarum committatur, talis indefinita iuriſditio data a lege vel principe, etiam erit ordinaria. l. 1. ff. de iudi. & d. l. fin. Allegat quod dicitur de archiacono in dicto cap. cum contingat. & quod dicitur de vicariis generalisbus epiſcoporum, qui faciūt idem tribunal cum epiſcopo, ut in capitulo primo. de offic. vica. in 6. & in capitulo ſecundo. de conſue. eo. lib. & cap. Romana. de appel. eod. lib. & quod dicitur de arbitris qui eliguntur ad cognoſcendum de cauſa ſuſpitionis, ut in capit. cum ſpeciali de appell. & in capitulo legitima eo. tit. in 6. & in capit. iudex. de offi. delega. eo. lib. l. fi. C. de iuri omnium iudic. & in l. fi. C. de conſti. pecu.

46 Igitur cum † concilium habeat iuriſditionem a lege mortua 40. diſt. ſi papa, vel a papa qui dat ordinariam, cum ſit lex animata in terris, ut in authen. de conſuli. in fi. dicitur habere iuriſditionem ordinariam, cum habeat iuriſditionem in omnes indefinite.

Sed certe ſi bene conſideretur, male repręhenditur Bal. quia licet dicat qđ iuriſditio ordinaria dicatur illa cui cohæret territorium, nō tamen dixit quod non ſit dare ordinariam iuriſditionem ſine territorio. De quo etiam vide Bal. in c. paſtoralis. de reſc. in fin. primæ colum. vbi uult quod licet aliqui uoluerint iuriſditionem delegatorum ſibi mutuo deferentium, & hābentium cognoſcere cuius ſit iuriſditio eſſe ordinariam, ipſe tamen ibi dicit tales iudices eſſe analogos, & magis accedere ad naturam delegatorum.

47 Et quando † dicatur quis habere iuriſditionē ordinariā vel delegatā pro nunc remitto ad dicta doctorum in dicta. l. fin. C. vbi & apud quem, & in dicta l. more, & l. & quia, ff. de iuriſditione omnium iudicum & in ſpecu. de iuriſditione omnium iudicum in principio. & per Bald. in capitulo primo §. fin. in tertia colum. de pace iura, fir. vbi dicit quod iuriſdicio orinaria eſt ſupra territorium, ſicut nebula ſupra paludem ex qua generatur per actiuam potētiam ſolis. & per eundem Bal. in l. ſi plures, in 6. colum. C. de condi. inſertis. & per. lapum allegatione octuageſimaoctaua. Et quomodo † capiatur & dica-

48 tur territorium, vide feli. in capitulo rodulphus. in 18. columna de reſcriptis. Et vtrum poteſtas, & authoritas fori pœnitentialis ſit limitata ad territorim ſicut fori contentioſi, Cardina. in clemen. dudum. §. ſtatuimus. de ſepult. in quarta & quinta quæſtione. Hoſtienſ. in ſumma de pœnit. & re. §. cui confitendum. gl. decimaſexta quæſtione prima capitulo primo. dicitur in capitulo omnis. de pœ. & remiſ. Et ubi dicitur quod datur per legem, principem, vel ſtatutum, hoc eſt intelligendum vt per Bald. in l. prima ff. de officio. conſul. in quarta columna & eſt deci. 361. incipit item fuit dubitatum

49 quæ eſt in titulu de officio. vicar, vbi † dicitur quod nullus poteſt dare iuriſditionem ordinariam niſi princeps, vel lex, vel uniuerſitas, vel conſuetudo. Vnde ſaltem iſto reſpectu, quia ab vniuerſitate epiſcoporum concilium recipit iuriditionem, ex quo cum adeſt cauſa neceſſario congregandi concilium, & papa detrectat, & omnes ad quos ſit deuolutio ſunt negligentes, concilium poteſt a ſeipſo congregari, vt diximus ſupra in quæſtione quis congreget concilium, illa vniuerſitas ſimul iuncta ipſorum epiſcoporum dicenda eſt habere ordinariam iuriſditionem, vt in capitulo nunc autem, vigeſimaprima diſtinctione & in §. item Symmachus. ſecunda queſtio. ſeptima. Et iſto vno caſu habebunt locum iura primo loco adducta. quantumcūque & tunc viſibiliter concilium dicatur corpus acephalum id eſt ſine capite, vt in capitulo ſubmittitur. 21. diſtin. licet oīs vniuerſitas debeat habere caput, vt per Inn. in cap. cum non ignores de cle. non reſi. & Do. in d. c. ſubmittitur. quia tūc & uerius caput dr̄ Chriſtus, vt in c. vnico de ſacra vnc. & in c. 1. de ſchiſma. in 6. Et de ordinaria iuriſditione vide late per canoniſtas poſt Inn. & Hoſtien. maxime per dominū Anto. de Butrio & alios moderniores in ca. cum cauſam de appel. per Lanfrancū & Hoſtien. in ſumma de offi. ordi. Sed hic incidit

50 vna difficultas, ſi † conciliū haberet iudicare de papa, qūo poſſet dici ꝙ habeat ordinariā iuriſdictionem velut ſibi a principe lege vel conſuetudine datā? maxime tenendo vt ſupra diximus poſt Egidium in conſ. 99. ꝙ clauis iuriſditionis non eſt penes concilium immediate a Deo, ſed mediate, & permiſſiue a Romanis pontificibus, & ſic quod ipſemet papa dedit ordinariam iuriſdictionem concilio iudicandi de ſe, & quod ſubmiſit papalem dignitatem inferioribus, videlicet epiſcopis in concilio exiſtentibus.

51 Poteſt dici quod quantumcunque † concilium iudicet de papa, vt de priuata perſona, non tamen iudicat de poteſtate & dignitate pontificali, quia ſi papa eſt hæreticus, non eſt papa ſed perſona priuata, quia ilico amiſit dignitatem pontificalem. & ſi dubitatur vter duorum ſit verus papa, non iudicatur de perſona papæ, quia ignoratur quis ſit verus papa, ſed diſcernitur vter illorum ſit papa. & antequam decernatur neuter, poteſt dici papa, ſed ſunt & vterque ipſorum eſt, vt priuata perſona, quia etiam poſſet contingere quod neuter eſſet papa. Et

52 ſic non obſtant iura dicentia † papam non habere ſuperiorem, vt in capitulo licet. de elect. & quod ſolius Dei iudicio papa iudicatur, ut in capitulo nemo, & in capitulo aliorum. nona quæſtione tertia, quia illa iura loquuntur in vero & indubitato papa, & ad hoc faciunt illa quæ dicūtur in illa quęſtione an papa poſſit ſe ſubmittere iudicio alicuius. Sed adhuc obſtat quia videtur quod iſtis caſibus non poſſit dici cōcilium habere iuriſdictionem ordinariam, argumentum eorum quæ dicuntur in capitulo ſtatutum. de hæret. in ſexto. & capitulo cum cauſam. de appellationibus. cum ſimilibus.

53 Sed dic quod eo caſu quo † eſt congregatum legitime concilium contra papam hæreticum, vel ſuper cauſa papatus, etiam cognoſcet vniuerſaliter de alijs cauſis inferiorum vniuerſaliter pendente concilio occurrentibus.

54 Secundo poteſt † conſiderari concilium cum authoritate papæ ipſo abſente, ſeu cum legato eius qui præeſt concilio. Et tunc tantam authoritatem habebit concilium quanta erit demandata a papa ipſi legato cum concilio, & habebit delegatam. Et hoc videtur voluiſſe Ioann. de Imola in capitulo graue. in quarto quæſito in materia conciliorum extra gloſ. de præbendis. Et hoc intelligit in perſona ipſius legati. ſed de aliis, dicit idem quod dicitur de prouinciali concilio. vt infra dicetur.

55 Nec obſtat ſi dicatur, quod ſedis † apoſtolicæ legatus dicitur habere ordinariam iuriſdictionem, vt in capitulo ſecundo. de offic. lega. in ſexto, cum ſimilibus, quia illud intelligitur

tur in legatis ad certam prouinciam, & non ad certum actũ. ut hic. illi enim habent ordinariam, ratione territorij. dicto capitulo ſecundo. & capitulo finali. eodem tit. in antiquis, & cap. 1. de loca. ubi patet quod poſſunt edere ſtatuta, ut in c. fi. de of. lega. & Fel. in c. ſuper literis. in 22. colum. in princip. de reſcrip. Allegat Martinum de Laude in trac. conciliorum. & ad eum ſe remittit in 24. q. incipit quæro an congregari in concilio, quam quæſtionem non habeo in meo libro. Sed ꝙ videatur habere delegatam, bene faciunt quæ leguntur in actionibus concilii Calcedonen. vbi præfuerunt legati nomine papæ, & illa tantum fuerunt approbata quæ concernebant fidem. Anto. de Butrio in d. c. graue, videtur † velle ꝙ 56 in cognoſcendo epiſcopi exiſtẽtes in concilio ſint ordinarij ſed in diffiniendo ſint aſſeſſores. Finaliter tamen de opinionibus primo recitatis dicit, tene quam vis, nec ſe firmat. Do-57 mi. in conſi. 65. incipit diſcutiam, in 4. colum. dicit, † quod licet cõcilium dicatur habere iuriſditionem ordinariam iuxta notata per Innocen. in cap. graue, tamen illud eſt ex accidenti id eſt quando coadunatur concilium, ſicut dicimus in legato quod habet ordinariam. de offi. lega. cap. 1. lib. 6. & eſt ex accidenti quando creatur a papa, de offi. lega. c. 1. Abbas ibi in d. cap. graue dicit quod in iſta materia Inno. & cæteri ibi in d. cap. graue tranſierunt ſicut muſcipula inter prunas. Moder. Aret. dicit quod concilium integraliter conſideratum & concretum cum perſona papæ vel eius legati, dicitur habere iuſditionem ordinariam, quia illam habet a lege vel a papa. Et iſtam etiam tenet Ioan. de Immo. in d. capitu. graue, extra glo. in 3. quæſtione, quæ poſſunt expediri in concilio, & dicit quod ſi illius loco papæ præeſt in concilio, tunc 58 idem eſt † dicendum quod dicitur de concilio prouinciali, quod poteſt cognoſcere de cauſis quæ vertuntur inter epiſcopos & clericos. 2. q. 6. placuit. 11. q. 3. ſi epiſcopus, forte cum 4. ſequen. Item poterit cognoſcere de omnibus cauſis clericorum, dummodo factum ſit notorium, vel ſi res non patitur dilationem, vel in breui poteſt liquidari. ipſe tamen archiepiſcopus qui præeſt concilio uel qui habet poteſtatem diffiniendi, debebit hoc facere de conſilio, & aſſenſu aliorum de concilio, vel maioris partis, de tempo. ordi. ſi archiſcopus. & de accuſa. capit. ſicut olim. De cauſis † autem Archiepiſcopo-59 rum non cognoſcet prouinciale concilium diffiniendo, ſed ſuperioris iudicio reſeruantur, ut in d. capit. graue in uerbo metropolitani & cæt. Et iſta dicit vera in cauſis ciuilibus, ſed in criminalibus poteſt concilium audire cauſas inferiorum epiſcopis & diffinire. 16. q. 6. capitulo primo & ſecundo Et iſto ſecundo alio modo poſſunt intelligi iura primo loco adducta. Quod intelligo quando concilium reperitur ſimpliciter congregatum & non ob cauſam fidei tantum, quia tunc procederent iura ſecundo loco adducta ſed cãs criminales epiſcoporum poterit concilium prouinciale audire, ſed nõ diffinire ſine licentia papæ. tertia quæſtione ſexta quamuis liceat, & cap. multum ſtupeo, & cap. dudum, & c. accuſatus & tertia. quæſt. 8. cap. primo. & de iudi. cap. 1. Et eſt ratio, quia iſta cauſa eſt de reſeruatis principi. ut in cap. quod tranſlationem de offi. lega. in glo. & in cap. inter corporalia. de tranſlatio. prælato. Facit text. & quod ibi dicitur in capit. ſi Abbatem de elec. in 6. Et hoc quod dicit Immo. de concilio prouinciali, eſt idem in effectu cum eo quod dicit Ioan. Andre. in dicto capitulo graue. Immo Innocen. ibi etiam uult quod epiſcopi in concilio prouinciali de per ſe ſine concilio ſunt vt iudices ordinarii in omnibus cauſis clericorum quæ ad concilium referuntur 6. quæſt. tertia ſcitote. 18. diſtinct. cap. 60 primo & ſecundo. Mihi † placet opinio illorum qui volunt quod tunc concilium in cognoſcendo habeat ordinariam, ſed in diffiniendo delegatam, argumen. eorum quæ ponuntur in clemen. auditor. de reſcript. & quod dixi ſupra de geſtis in concilio Calcedonenſ. & procedunt tertio modo iura primo loco adducta, quod papa habuerit rata geſta & diffinita per concilium, alioquin ſecus, per iura ſecundo loco adducta.

61 Aliquando conſideratur † concilium vt cui præeſt papa. Et dico quod papa eſt ordinarius cunctorum & totius orbis, ut in capit. cuncta per mundum, & cap. per principalẽ. 9. q. 3. Et iſto modo conſiderato concilio, dicitur habere ordinariam ratione ipſius papæ, qui eſt caput concilii & habet poteſtatem a Deo, in authen. quomodo opor. Epiſcopos, in princi. Et iſto modo concilium habebit cognitionem omnium cauſarum. Sed conſiderando alios prelatos in cõcilio exiſtentes, ſimul cum papa ſeparatim a papa tunc dico concilium nullam habere iuriſditionem, ſed prelati tunc potius dicuntur conſultores, quia ſolus papa eſt qui habet plenitudinem poteſtatis. cap. propoſuit de conceſ. præben. Et hoc voluit Immo. in d. cap. graue, & Innocen. ibi & glo. in c. ad apoſtolicæ. de re iudicata in 6. cum aliis ſupra allegatis, & ponit Martinus Lauden. in trac. concilii quæſtio. 4. Et ſic procedunt ſecundo modo iura ſecundo loco adducta. Et ex hoc patet quod non erit vera opinio Abb. in capitulo conſenſus de rebus eccleſiæ non alie. qui voluit quod concilium habet iuriſditionem, ſi intellexit quando concilium eſt ſine papa vel eius legato, nec agitur contra papam hæreticum vel de cauſa papatus

62 An autem concilium poſſit deponere epiſcopos, & quot perſonæ requirantur in depoſitione epiſcopi & an omnes debeant eſſe concordes, & quot requirantur in depoſitione presbyteri & quot in depoſitione diaconi & ſubdiaconi, loquendo de concilio prouinciali, & 63 vtrum † ſint aſſeſſores epiſcopi ibi exiſtentes, vel iudices ordinarij, & vtrum Metropolitanus poſſit deponere & remouere epiſcopum ab epiſcopatu & in monaſterium detrudere, vel pronunciare amouendum, de omnibus vide late per Abbatem & alios in capitulo ſecundo, incipit non poteſt, de re iudicata. doct. decimaquinta quæſtione ſeptima, in ſumma, & in capitulo graue, ibi Petrus de Ancha. de præben. Et ad premiſſa adde quæ dicta fuerunt ſupra in quæſtione vtrum eodem tempore ſit clauis iuriſdictionis penes concilium & papam, quia ſatis conferunt propoſito noſtro. & quæ dicam infra in quæſt. vtrum concilium poſſit concedere iura principis, & in illo alio articulo vtrum diffinitio, vel conſtitutio conciliaris ſit edenda ſub nomine papæ, uel concilii, & in quæſtione infra poſita, vtrum concilium ſede vacante poſſit diſponere contra iura poſitiua & illa tollere. Et ex his patet quando concilium poterit excommunicare, & cenſuras decernere. Et ſimiliter patet quod concilium poteſt conſtituere & ſtatuere de ſeruis clericorum ſine authoritate alicuius principis, quia ſunt ſub iuriſdictione temporali eccleſię, de quo Doct. in cap. eccleſiarum ſeruos 12. q. 2.

64 An autem † tunc in concilio generali quo ad proceſſum cauſarum ſit ſeruandus ordo iudiciarius, Ioan. Andr. in d. capitu. graue dicit quod ſic. & refert Martinus Lauden. in tract. de principibus, in quęſtione 482. Quinimo non poſſet concilium omittere ſolennitatem iuris poſitiui nec ſupplere defectus. Pro hoc quod dicitur in clement. ne Romani. de electione. & in cap. ſignificaſti, eodem titulo, & in dicta quæſtione utrum ſede vacante poſſit concilium diſponere contra iura poſitiua, & in alia infra, vtrum concilium poſſit tollere conſtitutionem papæ, &c.

65 Sed quæro vtrum † concilium poſſit vices ſuas alteri delegare aliquibus de concilio contradicentibus? Et dicendum quod ſic, quia iuriſdictio competit concilio & vniuerſitati non ut ſingulis, ſufficit ergo maiorem partem concilij in hoc conſentire, de conſtit. capitu. cum omnes, & de ijs quæ fiunt a maio. par. ca. capitulo primo. & l. quod maior. ff. ad municipa. cum ſimilibus & dixi in quæſtione ex quibus perſonis & quot conſtituitur conci-66 cilium. Vtrum autem poterit concilium committere laico vices ſuas, eo caſu quo agitur de cauſa papatus, uel ad papæ depoſitionem? Dico quod non, per notata in capitulo decernimus. de iudi. tum quia laicus non poteſt tractare de cauſis ſpiritualibus, ut ibi, & cap. ſacroſancta & capitulo maſſana. de electione. tum quia inferior a papa non poteſt habilitare laicos ad tractandum cauſas ſpirituales, niſi eſſet data poteſtas concilio a papa, per notata in dicto capitu. decernimus, & capitulo quanto. de conſuetu. tum quia quando agitur ad depoſitionem, eſt cauſa criminalis, ut dicto capitulo decernimus. nec concilium poteſt derogare iuri poſitiuo, vt in clementina ne Romani, ibi gloſa. & dicitur infra in quæſtione prædicta vtrum cõcilium poſſit tollere conſtitutionẽ papę.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus ad concilium an habeat ius reuocandi domum.*
Quid in ciuilibus, & quid in criminalibus nu. 3.
Et quid in concilio prouinciali, vel epiſcopali, vel generali. ibid.
Auctoris opin. de mente doctorum.
Petri de Anch. opin. num. 4.

An vocatus ad concilium habeat ius reuocandi domum. Art. IX.

1 Item quero an eo caſu † quo quis eſt uocatus ad concilium habeat ius reuocandi domum? Dicit Anton. in dicto capitulo graue, quod ſi eſt uocatus quis ſuper aliquo crimine, tenetur reſpondere nec habet ius reuocandi domum, ſed in aliis cauſis, pro quibus non eſt quis uocatus, habebit ius reuocandi domum. Et hoc inducit ad intellectum. cap. primi. de iudi. dicens quod ideo fuerat Quouultdeus ibi interrogatus, quia habebat ius reuocandi domum, quia non fuerat ſpecialiter vocatus pro illo negocio. ad quod eſt tex. in c. fin. de dila. Innocẽ. in d. cap. graue, dicit quod in concilio omnes tenentur reſpondere de ſingulis querelis ac ſi citati eſſent. 18. diſ. c. propter eccleſiaſticas, & capitu. quoniam quidem. Et in hac opinione fuit Pet. de Peruſio in d. cap. graue, ſecundum quod refert ibi Ioan. de Immo. Qui tunc reſpondet ad. cap. 1. de iudic. quod ibi fuit facta interrogario ne poſſet poſtea conciliũ recuſari, ſed in criminali ſecus, quia habebunt ius reuocandi domum niſi ſint citati, & in citatione expreſſe ſint crimina ſuper quibus vocantur. quinta quæſtione ſecunda capit. vlt. Et quod dicitur quod in ciuilibus tenetur quis reſpondere, refert quoſdam intelligere de concilio prouinciali vel epiſcopali, ſed ſecus in generali, quia in illo cuilibet competit, ius reuocandi domum, argumen. cap. fin. de dila. & capi. fin. de foro competen. ipſe tamen concludit contrarium, ſcilicet idem eſſe in generali quod in prouinciali. allegat. ſecunda quęſtione ſeptima §. item ſymmachus. Martinus lauden. in trac. de principibus. q. 502. tenet ſimpliciter, referendo Inno. in dicto capitulo. graue, quod competat ius reuocandi domum.

Concludendo tu † dic ſecundum Ioan. And. & fuit mens ipſius Inno. & Hoſtien. quod ſiue generale ſiue particulare concilium pro aliquibus ſpecialibus negociis emergentibus conuocetur, in aliis, ſiue criminalia ſiue ciuilia ſint, competit ius reuocãdi domum, ut in d. cap. fi. de foro compet. & cap. fin. de dila. Si uero non pro ſpecialibus cauſis ſed indiſtincte & generaliter fieret conuocatio, ſiue ſit generale ſiue prouinciale vel ſinodale concilium, nõ habet locum ius reuocandi domũ, ſi agatur de ciuilibus d. cap. propter eccleſiaſticas, & capitu. quoniam quidem, & voluit glo. ſecunda in capitulo primo de iudi. in uerbo interrogatus, ibi quia omnes cauſę tunc in ſinodo tractabantur. In criminalibus autem competit, quia in illis non tenetur quiſpiam reſpondere niſi ad hoc ſpecialiter ſit citatus, expreſſis etiam criminibus ſuper quibus accuſatur. quinta q. ſecunda capitulo fin. Et idem in effectu tenet Ioan. de Immo. in dicto cap. graue. Super quo uide Abb. in cap. ſecundo de dila. & eundem in d. cap. 1. in verſic. alia ſolu. de iudi. Qui in effectu concordant in pręmiſſis. Et idem etiam Alexan. in cap. de conciliis. 18. diſt. in fin. Petr. de An-3 cha. † in dicto capitulo graue, videtur velle in penul. colum. quod ſi exiſtentes in concilio accuſentur. ſemper tenentur reſpondere, quia concilia principaliter celebrantur pro reformatione morum, ut in cap. in ſingulis. de ſtatu monach. Sed dictum eius poſſet eſſe uerum quãdo epiſcopus accuſaretur de aliquo crimine notorio & ſcandaloſo ſubditis eius, de quo epiſcopus impeteretur a ſubditis, ſed ſecus eſſet ſi ageretur de aliquo crimine de quo ſpecialiter & a certa perſona impeteretur ad deponendum ab epiſcopatu, & non veniſſet paratus quia non fuiſſet ab illa perſona ad concilium citatis. Pro quo facit illud quod dicunt ibi doc. quod ideo conclium cognoſcit de criminibus non ſeruata forma. capituli qualiter & quando. de accuſa. quia concilium agit ſuper reformatione morum & ex officio, & qa modico tempore ſunt moraturi. Vide Pet. de Ancha. ibi in dicto capitulo graue, in primo quæſito.

SVMMARIVM.

1 *Concilium an poſſit ſe conſtituere iudicem, & ſe conſtituere generale concilium.*
Vna fallen. de mente Fel. num. 5.
Quam auct. non probat. num. 6.
2 *Concilium iudicat an crimen obiectum papæ, ſpectet ad eiuſdem cognitionem & iuriſdictionem.*
3 *Qualitas certa ubi dat iuriſdictionem non habenti, ſi de dicta qualitate dubitatur, ipſe cognoſcit de ea an ſit vera vel non, ſummarie, vt poſſit poſtea procedere ad deciſionem cauſæ.*
Et ido ſi dubitatur an papa ſit hæreticus cognoſcit concilium, non quod ſit ſupra papam, ſed tanquam præparans ſibi fundamentum iuriſdictionis cognoſcit an papa ſit hæreticus vel non. ibid.
4 *Iudex datus ſuper notorio, cognoſcit an ſit notorium.*

Articulus X.

1 Conſequenter quæro vtrum † concilium poſſit pronuntiare ſe iudicem, & ſe conſtituere generale concilium, Et dicendum eſt quod quando concilium eſt legitime congregatum, & papa requiſitus detrectat interponere authoritatem, ſicut poteſt ipſummet concilium authorizari in facto proprio, vt dictum eſt ſupra in illa quæſtione quis congregat concilium, ita poterit pronunciare ſe iudicem competentem, & ſe conſtituere concilium, & in ſe eſſe iuriſditionem. Ita dicit Petrus de Monte in ſuo libello de papa. 17. col. ibi ſexto quæro quot perſonæ, & refert Feli. in c. ſuper literis in 18. col. de reſcrip. Et hoc ẽt ponit Do. in trac. ſchiſmatis q. 8. & ita fuit practicatũ in concilio Conſt. in 1. c. tertiæ ſeſsionis, & aliquid diximus ſupra in prædicta quæſtione quis congregat concilium. Quinimo plus voluit Felin. in dicto capit. ſuper literis, quod 2 concilium † eſt iudex in cognoſcendo an crimen obiectum papæ ſit tale quod eius iuriſdictio & cognitio ſpectet ad concilium, per prædicta, & quia iudex cauſæ præparantis eſt etiã iudex cauſæ præparatæ. l. ordinarij, in verbo, ab eodem iudice. C. de rei vend. l. minor. in fi. prin. ff. de mino. Quod & dicũt in ſimili doct. in capit. primo. § notoria. de cenſi. in ſexto. Super quo adducit plura ſimilia Card. poſt lapum, in ſexta quæſtione, in clement. præſenti. de cenſi. Et quod dicitur in capit. primo. de offic. deleg. in ſexto poſt glo. & poſt glo. in cap. accuſatus. de hæret. in ſexto. & in clement. ſecunda. de iudic. Et plura per quæ poteſt iudicari de connexis. & Bald. in capit. ſi pro debilitate. de offic. deleg. l. ſecunda. & ibi Angel. de iuriſdict. omnium iudic. Et quod ponit Ludo. conſil. 332. incipit quo ad primum. vbi ait quod licet papa ex decreto concilii Conſtantien. non poſſit derogare ſtatutis illius concilij niſi ex magna cauſa, rationabili, & euidenti, tamen ad papã ſpectat hoc arbitrari. Ad quod facit quod ponit Alexand. in ſumma 15. diſtinctio. char. 18. reprehendendo Abbatem, qui pro fundamento quod concilium cognoſcat de aliis cauſis quam ſolius hæreſis contra papam, aſſumit quod etiam cognoſcit de cauſa papæ cum dubitatur an ſit hæreticus, vel non, & ſic quod non ſit bona ratio quod ideo concilium cognoſcat de cauſa hæreſis, quia papa cum eſt hæreticus deſinit eſſe papa, vt in cap. achatius. & c. audiuimus. 24. quęſtio. prima. Quia reſpondet Alexand. quod iſta qualitas quod papa ſit hæreticus dat iuriſdictionem concilio ad cognoſcẽdum 3 de ea, quia vbi † certa qualitas dat iuriſdictionem non habenti, ſi de dicta qualitate dubitetur, ille cognoſcit de ea an ſit vera uel non, ſummatim uſque ad finem, vt poſſit poſtea procedere ad deciſionem ipſius cauſæ, cap. ſi clericus laicum, & ibi communiter doctores. de foro competen. maxime Ant. & ipſemet Abb. ibi, & Bart. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. publ. ideo non mirum quando dubitatur an papa ſit hæreticus, ſi cognoſcat concilium, non tanquam habens iuriſdictionem ſupra papam, ſed tanquã præparans fundamentum iuriſdictionis quam ſibi prætendit competere, cognoſcit an papa ſit hæreticus vel non. Et in hoc ſecundum eum fuit deceptus Abbas in ſuo fundamento. Facit etiam quod dicitur poſt Innoc. per Ioan. An. & alios in dicto cap. Romana. §. notoria, ſupra allegato. de cenſi. in ſexto. quod vbi data 4 † eſt aliquo caſu poteſtas iudici procedendi ſuper notoriis, ſi dubitetur vtrum quippiam ſit notorium, ipſemet iudex hoc cognoſcet. Et de hoc vide bonam glo. in capitulo primo de offic. deleg. in ſexto. quæ dicit de conſeruatoribus, quod ſi ſit dubium vtrum exceſſus ſit notorius, & conſequenter an ſit eorum iuriſdictio, cognitio erit ipſorummet cõſeruatorum, qui ſummarie examinabunt. Et illam gloſam commendat etiam Abb. in capitulo ſi clericus laicum, in ſexta columna 5 de foro competenti. Et hoc † in fine intelligit Fely. dummodo conſtet prius de negligentia cardinalium in congregatione concilii, per id quod dicit Card. in capitulo licet. de electione, & in conſilio 150. incipit ſæpe quæſitum. quia iſta congregatio concilii ſpectat ad cardinales, & ipſis negligentibus ad imperatorem, & eo negligente prælati conueniunt petendo licentiam ab aſſerto papa, & ea etiam non obtenta diſcedere poterunt ſecundum Petrum de monte, vt ipſe dicit. 6 Sed iſta † reſtrictio non conuenit ad quæſtionẽ, quia nos non quærimus quomodo ſit congregandum cõcilium, ſed poſtquam eſt legitime ꝯgregatum, an poſſit pronunciare ſe cõpetentem iudicem, & iudicare quod crimen obiectum papę eſt tale quod eius cognitio ſpectat ad concilium. Tamen pro iſta concluſione, quod concilium hoc cognoſcere habeat, tenet Egid. in cap. licet. de electi. vbi vult quod ſi capiatur ille qui dicitur papa in pertinacẽ hæreſim lapſus, an fuerit pertinax, erit cognitio ipſius concilii, ſimiliter quando eſt dubium vtrum quod papæ impingitur ſit uera hæreſis, quia non reperitur damnatum ante iudicium contra papam, cõcilium met habebit cognoſcere vtrum illud tale ſit hæreticum. Et de hoc ſupra dixi in artic. an papa poſſit accuſari de hæreſi, vel ſimonia.

SVMMARIVM.

1 *Concilium generale an poſſit recuſari vt ſuſpectum.*
Et quid ſi celebretur ſine papa. num. 4. & 9. 12.
Et ſi cum papa. num. 10.
2 *Papa nulli ſuſpectus eſt, niſi cauſa ſit eius propria.*
Et in Papam veriſimiliter non cadit ſuſpitio ibid. & nu. 10.
3 *Concilium prouinciale poteſt recuſari vt ſuſpectum.*

Immo tota vniuersitas. nu. 5.
Et omnes doctores ciuitatis. ibid.
Dummodo ex iusta causa, ibid.
6 *Capite consilij suspecto, vel maioribus de consilio, an possit totum recusari & declaratio. num. 8.*
Et quid in maioribus concilii prouincialis. ibid.
Et intellectus. Abb. ibid.
7 *Ordinarius an allegetur suspectus propter suspitionem assessoris quando ordinarius arctatur pronunciare de consilio assessoris.*
11 *Gl. in c. 1. de iudic. in verb. interogatus intellectus.*
Concilium generale quod non possit recusari. limita. nu. 12. & 13.
14 *Concilium licet possit errare, non sequitur quod possit recusari.*
15 *Concilium licet non possit recusari, possunt, tamen recusari aliqui suspecti, vt remoueantur donec causa tractatur.*
16 *Concil. licet non possit recusari possunt tamen præsidentes absente papa.*
16 *Concilia inferiora quando, & vtrum possint reuocari remissiue.*

Articulus XI.

1 An autem concilium generale † possit recusari, vt suspectū, doc. post gl. in cap. 1. de iudi. dicunt ꝙ non. & maxime vt dicit ibi Abb. quando ibi præest papa, qui est ordinarius ordinariorum. 9. q. 3. cuncta per mundum, & in c. per principalem.
2 & idem Ant. de But. ibi, quia † papa nulli suspectus est, nisi sit causa propria, vt not in c. cum venissent. de iud. Idem etiam Card. Flor. ibi, quia tota ecclesia non potest errare. 24. q. 1. arecta. Et idem ibi Ioā. de Imo. quia in papam verisimiliter non cadit suspitio. Idem etiam dicit Lanfrancus in c. postremo.
3 in 8. q. de appel. Prouinciale † tamen bene potest recusari, ut dicunt doc. in c. licet ex suscepto de foro compet. & gl. & docto. in c in singulis. de statu mona. & Lanfran. in d. c. postre-
4 mo. Et ex his infero † ex quo doc. ibi loquuntur de cōcilio cui papa præest, ꝙ quantumcunque Abb. ibi loquatur per dictionem maxime, quæ est implicatiua, ut in l. etiam. C. de eo qui pro tutore, nihilominus si consideramus concilium sine papa ipsum poterit recusari vt suspectum, sicut dicitur de concilio prouinciali ibidem in d. c. 1. & in cap. in singulis. de statu mona. Et hoc voluit Catal. in allegationibus factis ad confutandum monitorium decretum per Basilienses contra Eugenium in 18. char. Et ex hoc etiam apparet ꝙ gl. in d. c. 1. relata ad text. ibi, qui loquitur in sinodo non generali secundū d. Abb. ibi, non sit vera, & ita communiter reprobatur a doctoribus ibi. Licet saluari possit dicendo ꝙ loquuta fuerit de concilio generali, ut ibi dicit Abb. & in c. licet ex suscepto in 3. notabili. de foro compe. In inferioribus conciliis igitur nō
5 est vera gl. quia imo † tota vniuersitas potest recusari, vt in c. licet. in fi. de foro comp. & in cl. pastoralis. in §. notorium, ibi Pisanaque ciuitas. de re iud. 3. q. 5. quia suspecti. & in Specu. ti. de requisitione consilii. 4. col. ubi dicit quod quis potest recusare suspectos omnes Doctores ciuitatis. & Alb. in 2. parte statutorum. q. 100. & Abbas in d. cap. licet. Et intelligo verū quando ex iusta causa fit recusatio, alias præsumeretur fieri in fraudem, vt dicit Bal. in l. hoc modo. ff. de cond. & demō. & ad idem est quod dicit Cald. cons. 6. in ti. de appell. Eo ipso enim quod caput sinodi est suspectum, & tota sinodus est suspecta, dicit Bal. in l. prima. in 2. colum. C. si rector prouinciæ.
6 & quando † maiores de cōcilio sunt suspecti vel etiam caput, vel Metropolitanus, est suspecta sinodus siue concilium totum. 3. q. 5. quia suspecti, & de procu. c. consulti, secundū Vincen. & Hostien. & refert Ant. in d. c. 1. Qui dicit ꝙ si principale caput, vt metropolitanus, non est suspectum, forent tamē alii maiores suspecti, esset relinquendum arbitrio iudicis, ut ponderaretur qualitas personæ an esset multum constans caput, quod de facili non moueretur ad dicta aliorum, ut per hoc non posset recusari, alias sic. Quod intelligit. dic. Abb. in d. capit. 1. secus. quando remotis suspectis remaneret sinodus in perfecto numero qui requiritur secundum qualitatē causæ, quia propter suspitionem quorundam non poterit tota sinodus recusari, arg. c. fi. de procu. & cap. dilecto, de testib. & reg. utile. in 6. & quod notatur in c. gratum. de postul. prælat. & in l. sicut. ff. quod uniusque uniuersi. no. cum ius aliorū recusatorum remaneat in non recusatis, ut in dictis iuribus. Quod etiam dicit. d. Ant. in d. c. 1. procedere quando teneremus ꝙ assistentes capiti in concilio essent simplices consultores, quia tunc habenda esset ratio vtrum caput esset multū constans. Sed quia in concilio prouinciali sunt assessores, vel conindices, sine quorum consensu non iudicat archiepiscopus, iuxta no. per Inno. de præben. graue. & 15. q. 7. episcopus, & gl. in c. licet. de of. ord. & per Host. de libel. obla. cap. 1. ista de causa poterit archiepiscopus alias non suspectus recusari propter suspitionem aliorum de concilio, quod est notabi-
7 le. & inducit ad quæstionem an † quando ordinarius arctatur ad pronunciandum secundum consilium assessoris, si assessor est suspectus, possit ipse ordinarius allegari suspectus de quo per eum & Abb. Siculum ibi.

Et per hoc patet quod non sit uera opinio illorum qui simpliciter voluerunt quod synodus non possit recusari, illa ratione quia ex quo ex diuersis diœcesibus confluunt episcopi, videtur impossibile quod omnes sint concordes, sed secus in ciuitate quæ est corpus mixtum. d. c. licet, & §. notorium. respōdendo ad. cap. quia suspecti. 3. q. 5. quod illud concilium fuit ibi principaliter cōtra Ioan. Chryso. Quia immo tantum adducitur ibi in exemplum, & bene probat ille text. quod synodus potest recusari cum loquitur de Athanasio episcopo parenorum, qui vocatus ad synodum recusauerat ireeo q̄d inimicus esset qui iudicabat, quam excusationem admisit Calcedonen. synodus. Quinimo dicit Bald. in l. 1. C. si rector prouinciæ, quod propter caput suspectum potest totum colle-
8 gium recusari. Quod ultimum † est intelligendū quando vniuersitas subesset ei, per notata per Ioan. An. in addi. specul. in titulo. de iudice delegato. §. fin. versic. item quod ex pluribus quem omnino vide, & quando illud caput esset ita potens, quod illi uniuersitas non auderet contradicere secundum bal. in d. cap. 1. de iudi, & refert ibi Feli. Sic etiam si unum de vniuersitate habeo suspectum. potero petere illum remoueri quamuis alii possit ferre iustam sententiam, secundū Abb. in cap. causam quæ. de offi. delega. quod inducit ad scholarem debentem intrare examen, & habentem aliquem ex doctoribus suspectum, & dicit se credere quod potest petere ipsum remoueri. quod & ponit lanfrancus in c. cū speciali in 8. quęsito in prin. de appel. Et sic limito quod idem Abb. dixit in d. cap. primo & retuli supra, videlicet quando remotis suspectis remanet concilium perfectum, tunc non possit recusari, debent tamen illi qui essent suspecti si petatur remoueri quādiu examinabitur causa illius qui habet iustam causam
9 suspitionis, per prædicta. Et ex his infertur † quod etiam conciliū generale in quo papa non est præsens, poterit recusari suspectum sicut alia concilia prouincialia. & facit ratio quia habetur ad quē tunc possit haberi recursus, s. ad papā, loque-
10 do qñ est vnus indubitatus papa. Sed secus † erit qñ in illo pręest papa, ex quo tunc non est dare superiorem ad quem possit haberi recursus, ut in cap. licet. de elec. & in §. patet. 3. q. 1. & ex quo tūc episcopi in ꝯcilio existētes sunt tanq̄ assistētes & conciliarii, de præben. graue per Innocen. & quia papa non pōt recusari suspectus, ut dicit Abb. post Hosti. & alios in c. querelam in gl. prima. de elec. Ideo. tunc concilium nō potest recusari. Et hoc credo verum, licet doc. in d. c. primo transeant sub silentio in concilio generali in quo papa non præest, Et credo † quod glo. ibi male reprehendatur, quæ dicit quod concilium non potest recusari. quia proprie eius intentio fuit loqui, de concilio generali papa pręsente, quia il-
11 le text. est ex concilio Africano. Item patet quia in text. ibi videbatur agi de episcopatu per illa verba, nam adimi ei episcopatum &c. quem adimere non poterat conciliū prouinciale, quod licet possit cognoscere de causis criminalibus episcopi, non tamen potest alias diffinire. vt tertia quæstione 6. quamuis, & dicitur in dicto capitulo graue. de præben. Et multo minus vbi agitur de adimendo episcopatum vt ibi in capitulo inter corporalia de transla. præla. & capit. quod translationem de offic. leg. in gl. de quo latissime per Butrium in d. cap. primo de iudici. in quinta oppositione.

12 Limito etiam † prædicta nisi concilium esset legitime congregatum contra papam quia esset hęreticus, vel quia ageretur de causa papatus. quia tunc non poterit concilium recusari. tum quia concilium non potest errare, quia ecclesia nō errat, quæ nihil aliud est quam concilium, quia Christus orauit pro ecclesia sua, ut in capitulo maiores. de bap. 24. quæst. prima. a recta, & capitulo pudenda. Tum etiam quia si tunc posset recusari, esset aperire viam impeditiuam concilii contra papam, saltem protractiue, quia illico recusaretur concilium suspectum argumen. capituli nonnulli. de rescript. & capituli ex tenore eodem tit. & l. properandum. C. de iudic. cum simil. tum etiam quia tunc concilium est supra papam vt per abbatem & alios post eum in capitulo significasti. de elec. & nullum tunc habet superiorem nisi Deum, a quo immediate dicitur habere potestatem, ut in gestis concilii constantien. in quarta sessione & dicetur infra in illo artic. quis sit maior vtrum concilium an papa. Tum etiam quia tunc
13 nō est superior ad quem possit haberi recursus. Et sic † restringo docto. in dicto capitulo. 1. de iudic. qui uolunt quod concilium generale non posit recusari, quia intelligo quando in illo pręest, papa, vel quando est legitime congregatum contra papam.

Et si dicatur quod concilium non est proprie ecclesia nisi repræsentatiue, quia ecclesia uniuersalis constituitur ex collectione omnium fidelium, ut in capitulo ecclesia. de consecr. distinctio 1. Et quod de illa vniuersali dicitur quod non potest errare quia

quia potest fides remanere in uno, sicut fuit in Beata Virgine in passione domini, & sicut collegium remanet in uno, ut in cap. osius. de elec. & in cap. gratum de postu. pręla. Et quod isto modo intelligitur quod ecclesia non potest errare quia Christus orauit pro ea, & non de concilio generali. quod potest errare, vt 36. q. 2. cap. placuit. & ibi glo. ea. cau. & q. de puellis. & ea. cau. & q. cap. 1. iuncto. cap. fin. pręcedentis. quæs. scilicet. cap. de raptoribus. glo. & ibi archi. 20. dist. capit. 1. & patet in concilio Ariminen. quod est perpetuo damnatum. 15. dist. cap. sancta in princ. & 24. q. 1. aduocauit, ubi imperator cassauit gesta concilii, & late prosequitur Abb. in capit. significasti. de elec. Respondetur quod ex quo quando concilium iudicat contra papam iudicat super concernente hæresim, non videtur quod possit errare tam faciliter quam in
14 aliis non notoriis, & si † potest errare, non sequitur quod propterea possit recusari ut suspectum, ut in simili patet in matrimonio in cap. tenor, & cap. lator, & cap. consanguinei. de reiu. cum simil. Item quando agitur causa contra papam hæreticum per concilium, tunc clauis iurisditionis est solum penes concilium. ut uoluit Egi. consi. 99. & dixi, supra, cum referendo in illo arti. an clauis iurisditionis sit penes concilium. & ideo merito non debet posse recusari & per alias rationes supra tactas, & quia tunc non habet superiorem, nec hoc casu reperiuntur iura disponentia quod sit procedendū ad electionem arbitrorum, ut in cap. cum speciali. de appel.
15 & in cap. legitima eo. tit. in 6. cum concordan. Crederem † tamen si papa aliquos, de concilio iuste haberet suspectos, q̄d illi possent & deberent quandiu eius causa tractaretur remoueri, per dicta supra cum retuli Abb. in cap. causam quæ. de offi. delega. quia hoc non esset recusare concilium, ex quo remanet subsistentia concilij, per ea quæ ponit Abb. in d. cap. 1. de iudic. & supra retuli. Adde tamen prædictis quod licet
16 † concilium non possit recusari vt suspectum, tamen præsidentes in concilio bene possunt recusari ut suspecti, ut ponit Abb. Siculus in cap. pen. in glo. super verbo & appellatione de statu monach. Quod intellige quando in concilio nō pręsidet papa qui non potest recusari, ut dictum est supra. De
17 alias † autem inferioribus vtrum & quando posint recusari, & quomodo, vide doc. in c. cum speciali. de appel. in l. apertissimi. C. de iudi. & ibi in princ. vide remissiue Alberi. & in d. capitulo quia suspecti. 3. quæst. quinta. & summistas in titulo de appellatio. & capitulo secundo requiris eodem titulo. & in capit. legitima eo. titu. in 6. & capit. iudex. de offi. delega. eod. lib. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Concilium an possit adiri per uiam querelæ.*
Et quid in concilio generali.
Et quid in prouinciali.
Et quid si præest papa in conc. generali.
Et quid si in eo non præest papa.

Articulus. XII.

1 Vlterius hic quæro vtrum, † concilium possit adiri per viam querelæ? Non reperio istum articulum tactum a doctoribus, sed tantum Brixien, in uerbo concilium, dicit quod sic. pro quo dicit esse tex. in cap. generalis in fi. 54. dist. Sed ille tex. hoc non probat, quia est tex. Gelasij, & uerba diriguntur in eum cum dicit si super hac re cuiusquā verax nos querela pulsauerint. vnde nihil loquitur de concilio. Quinimmo prima facie videtur dicendum quod non, sicut videmus in metropolitano, qui non potest adiri per viam querelæ, ut in cap. pastoralis. de offic. ord. & 9. q. 3. quasi per totum, & cap. Romana. de foro competen. in 6. Domi. in cap. de conciliis. 18. dist. loquēdo in cōcilio prouinciali, dicit quod potest adiri per viā querelæ, & ibi est tex. de hoc. Vnde idem videtur dicendum de concilio generali, quod si præsupponamus in eo papam præsidere, nulli dubium est. cap. grauis. de resti. spolia. capit. tum ex literis cum uulgaribus. de resti. in integ. 9. q. 3. conquestus de foro compet. conquestus, de ferris conquestus, cum infinitis similibus, Si ibidem non præest papa sed legatus nomine papæ, videtur idem per cap. primum. de offi. lega. vbi legatus potest adiri per uiam quęrele. & maxime si tenemus concilium cui pręest legatus habere eandem iurisditionem quam habet concilium prouinciale, ut in cap. graue & ibi Ioan. de Immo. de præbend. & diximus supra. Sicut ergo potest adiri per viam quærelæ concilium prouinciale, pariformiter, & multo magis concilium generale. Si autem loquimur eo casu quo potest esse, & est concilium sine papa, quia forte contra eum fuit legitime congregatum, eodem modo videtur dicendum, cum tunc repræsentet vniuersalem ecclesiam, ut supra diximus in illo articu. quam iurisdionem habeat concilium.

SVMMARIVM.

1 *Concilij intitulatio quomodo facienda sit.*
Et an debeat apponi locus.
Et an dici debeat in concilio generali.
Et an loci locus particularis.

Articulus XIII.

1 Sed quęro quomodo gesta concilij quæ † mandantur literis, intitulantur? vtrum sufficiat ponere gesta in tali generali concilio, an sit necesse quod exprimatur locus in quo celebratur concilium? Card. in procœ. cle. in 3. col. dicitur sentire ꝙ non. Et idem tenet Fel. in c. 1. in 4. col. de sponsa. pro quo allegat gl. in c. vbi periculū. de elec. in 6. Sed certe si bene inspiciat, nec Car. nec glo. hoc dicit, sed ꝙ debet exprimi ꝙ gesta sint in concilio generali, quia papa celebrat generale concil. 17. dist. per totum. Et ideo quando ibi dicitur in eo quod dicit in Vienen. concilio, congruētius fuisset dictū in generali concilio, non per hoc dicitur ꝙ non debeat poni locus. Quinimo ostendit Car. contrarium, cum sumit argumentum ꝙ locus dēt exprimi in instrumento. & clarius probat gl. in d. c. vbi periculum, ubi ad uerbum concilio, addit scilicet generali, & edito Lugduni. Et hoc dico verum quia opus est scire ubi fuerit editum gñale concilium, sicut videmus in concilio generali Vienens. &c. Non tamen credo ꝙ sit opus exprimere locū loci, sed quo ad Lateranen. propter notorietatem episcopatus papæ sufficit expressio loci generalis, in alijs autem antiquis inuenitur expressus etiā locus particularis, vtpote in quibus interdum vltra hoc ꝙ est positus locus ciuitatis, etiam reperitur positus locus ecclesię in qua fuit celebratum generale concilium.

SVMMARIVM.

1 *Acta concilij sub cuius nomine dictari debeant, an papa vel concilij.*
Aliquando sub nomine papæ & concilij. nu. 2.
Aliquando nomine concilij tantum. num. 3.
Aliquando sub nominę papæ tantum. num. 4.
Aliquando nomine papæ per approbationem papę ad constitutionem concilij. numero 5.
Aliquando per relationem constitutionis conciliaris, & noui iuris editionem nomine papæ, & approbationem concilii. num. 6.
7 *Constitutio concilii, quod sub nomine papę edi debeat arg.*
Et ratio est quia constitutio sumit robur a confirmante. nu. 8.
9 *Confirmans quando dicatur dare remissiue.*
10 *Excommunicatio lata per inferiorem approbata a papa, dicitur papalis excommunicatio quo ad absolutionem.*
11 *Papa confirmans beneficium manuale datum Monacho, ex certa scientia ille monachus non poterit amoueri ad nutum Abbatis.*
12 *Res denenominatur a digniori.*
Abbatis distinctio quando constitutio debeat edi nomine papę, & quando nomine concilii. nu. 13. quam auctor reprobat. nu. 14.
15 *Papa concilio communicat auctoritatem et ideo constitutio edita in concilio per quandam communicationem ita attribuitur concilio, sicut papę.*
Comprobatio auctoris ex gestis plurimorum conciliorum. nu. 16.
Et respondet auctor ad contrarium. nu. 17.
Distinctio an papa sit pręsens vel non. num. 18.
19 *Concilium vbi papa est pręsens nihil potest statuere sine auctoritate papę.*
Et vbi papa est pręsens ei ascribuntur acta concilii. ibid.
Fallit, nisi papa aliter voluerit fieri. nu. 20.
Vbi vero papa non est pręsens acta dictantur sub nomine concilii & transmittuntur per papam approbanda. nu. 21.
21 *Papa an concilium debeat pręferri in ordine scripturę, in subscribendo.*
23 *Papæ subscriptio ad acta in concilio licet videatur aliquando postposita, fuit ex humilitate, vel in principio nascentis ecclesię, vel quia sibi sic placuit.*
24 *Concilium dicitur facere id quod facit papa in concilio, & maxime absente papa.*
25 *Concilium licet in pluribus casibus subscripscripserit sub nomine vniuersali, hoc fuit ex humanitate, & tollerantia papę, & ad maiorem firmitatem.*
Et quod fit per concilium fit virtualiter per papam. ibid. in fine.
26 *Papa confirmat constitutionem concilii quod est signum superioritatis.*

Articulus XIIII.

1 Sed hic quæro qualiter debeat edi constitutio in concilio † vtrum sub nominæ papæ qui ibi pręest, an sub nomine concilij, & sub cuius nomine dictari debeāt acta concili. In hoc iura varie reperiuntur loqui, quia aliq̄n
2 editur nomine papæ & concilii. nam aliquando † dicitur sacro approbante concilio, vt in c. sacro. de sen. excom. & in sua prascrip. capit. ad apostolicæ. de re iud. in 6. & in clementina ad nostrum. de hær. in clement. prima. de magist. in clementina prima, de vsuris. in clementina attendens. de statu monach. & de elect. lib. sexto. in capitulo vbi periculum in versiculo hoc sacro. vbi hoc not. Domini. quod in edenda constitutione conciliari papa est ille qui principaliter statuit, &

concilium se habet approbatiue. Dicit etiam Hostien. in ca. qualiter de elec. & refert Fel. in capitulo primo in tertia ampliatione. de consti. & in capitulo primo in fin. de treu. & pa. & in cap primo in fin. prin. de pac. Item dicitur aliquando sacri concilii approbatoine statuimus, ut in c. pro humani. de homi. in 6. & in clem. prima de hære. Aliquando hoc sacro concilio attestante; ut in clem. quia contingit. de religi. domi. Aliquando sicut statuimus in concilio, & in cap. cum tu de vsur. Aliquando cum sancto concilio deliberatione præhabita, ut in cap. ad apostolicæ de re iud. in 6. Aliquando suadente concilio, ut in cap. fin. de bap. Aliquando de concilio fratrum nostrorum & sacri approbatione concilii, ut patet in cap. licet. de elec. Aliquando sacri authoritate concilii prohibemus, ut cap. nimis. de iureiur. aliquando, decernente nobiscum sancta synodo, ut in cap. scelus. 2. q. 1. Aliquando. de consilio concilii in d cap. ad apostlicę. de re iudi. in 6.

3 Aliquando apparet † constitutio edita nomine concilii tantum, ut in exemplis infra positis. Nam aliquando dicitur cōmune totius concilii anathema prolatum est. ut in capit. de laicis. 12. q. 2. Aliqñ placuit sancto concilio ut in c. de iis, & in c. placuit. 12. dist. Aliquando sancta synodus dixit, vel sancta synodus respondit, ut in cap. bene quidem. 96. dist. Aliquando placuit huic sancto concilio. vt in cap. fin. 30. dist. & in capit. quamquam. 23. dist. Vel ab uniuersis episcopis dictum est satis placet. eadem distinctio. capitulo. illud. Aliquando statuit hęc sancta synodus, ut in cap. quidam monachi. 16. q. 11. Vel placuit omnibus in sancta synodo, ut in cap. primo. ead. cau. & quęst. & in cap. primo. de iud. Aliquando uniuersi de sinodo dixerunt, ut in cap. primo. de pac. Aliquando ad interrogationem si omnibus placet statuite, synodus respondit placet, ut cap. osius. de elec. & d. cap. bene quidem. Et sic de multis similibus, ubi in persona concilii gesta loquuntur ut in cap. quoniam, & in capit. interdixit. 32. dist. & in cap. diffinit. 17. q. 4. 45. dist. cap. de iudæis 47. dist. cap. quoniam multi. vbi dicitur iuste censuit sancta & magna synodus. Ad idē cap. 3. de rebus eccle, non alie. & in cap. primo de obliga. ad ratioci. de officio. custo. c. fi. de successionib. ab intest. c. 2. 22. q. 5. decreuit. 12. q. 2. apostolicos. 21. q. 2. si qs iā trāslatus, & 11.

4 q. 3. c. unio, cum multis similibus. Aliquando sub † nomine papæ tantum, ut patet pro maiori parte in omnibus iuribus editis in concilio generali, ut in cap. nonnulli. de rescrip. in cap. ne pro defectu cum duobus sequen. de elec. in cap. cum sit. de ęta. & quali. in capit. quoniam contra. de prob. in cap. vt debitus, cum duobus sequen. de appe. in cap. nulla. de concess. præben. cap. de multa. de præben. cum seq. in cap. in aliquibus, cum duobus sequen. de deci. in cap. sed nec, & capit. sententiam sanguinis, ne clerici vel mona. & in cap. non debet. de consan. & affi. Et in multis aliis similibus in 6. ut in capit. primo. & cap. vbi periculum cum multis aliis sequen. de elec. & cap. primo. de re iudi. & aliis pluribus. & idem in cle-

5 mentinis. Aliquando apparet † edita constitutio nomine papæ per approbationem papę ad constitutionem concilii, ut in cap. in Lateranen de præben. in cap. aduersus. de immun.

6 eccle. iuncto. cap. non minus eod. tit. Aliquando per † relationem constitutionis conciliaris & noui iuris editionem nomine papæ & approbationem concilii, ut est tex. 16. q. prima cap. in canonibus iuncta suprascrip. vbi symmachus papa statuit ex authoritate gangrensis concilii & synodus approbauit, ut patet ibi in fi. illius tex. ibi in fi. illius tex. ubi uniuersa synodus surgens acclamauit, ut ita fiat rogamus, dictum est octies exaudi Christe, symmacho papæ uita sit dictū est duodecies. Sicut reperitur aliquando acclamatum imperatoribus in concilio Martini & in Calcedonen. & Agathonis.

Quid dicendum Petrus cardi. Cameracen. in trac. de po. eccle. & pa. uide-

7 tur † velle quod sub nomine papę, a quo omnis, virtus & authoritas concilii procedit, & quod poterit addi sacro approbante concilio, sicut in aliis concilijs antiquitus obseruabatur allegat capitulū damnamus. de summa tri. in §. nos autem, & in cap. unico. de summa trini. in 6. & in cle. prima eodem. tit. & clem. ad nostrum de hære. & cle. 1. de usur. Vnde simpliciter dicendum videtur prima facie quod omnis constitutio quæcunque sit facta in concilio debeat edi nomine

8 papæ, quia constitutio sumit robur a confirmante, non a cōcedente. ad hoc tex. in c. si apostolicę. de præben. in 6. omnia enim nostra facimus quibus nostram authoritatem impartimur dicit imperator in l. prima C. de ueteri iure enucle. Ad idem facit quod dicit Bal. in l. ex placito. 4. colum. C. de rerū permuta. quod statuta spoletana confirmata per papam, dicuntur statuta papalia. Facit quod dicitur in l. more, maxime per Iasonem, ff. de iuri. omnium iudicum. in glos. ubi po-

9 nitur materia quando † confirmans dicatur dare. & in l. si certarum. §. fin ff. de testamen. milita. Facit glos. in capitulo

10 ex frequentibus. de institut. quæ uult quod † excommunicatio lata per inferiorem, approbata a papa dicitur papalis excommunicatio quo ad absolutionem. Vide quod dicitur in Specu. in titu. de sententia in §. ut autem in 8. colum. versic. quid si papa. Facit quod dicit Inno. & alii, in c. 1. de confir. vtil. vel inuti. & tex. in c. si apostolicæ sedis legatus, de præben. in 6. & gl. 8. q. 1. in summa. Sic tutor datus filio emancipato a patre in testamento & a prætore confirmatus, non di testamentarius sed datiuus, dicit gl. in §. si. insti. de tutelis. Et optime facit illud quod ponit doc. in c. ad audientiam, & in capit. porrecta, & in c. examinata de confir. uti. vel inutil. & Feli. in c. per tuas de maio. & obe. & Milis in uerbo beneficium manuale, & remissiue idem Fel. in c. constitutus de rescrip. quod

11 si papa † confirmat beneficium manuale datū monacho, & hoc ex certa scientia, non poterit amoueri ad nutum abbatis, quia sumit uires a potestate & authoritate confirmantis qui ex certa scientia potest & facit ipsum perpetuum & eius naturam mutat. Vnde cum concilia sumant omne robur a papa, ut in c. significasti de elec. nec possunt haberi aliqua concilia rata sine papæ authoritate, ut patet. 17. distin. per totū, & statuta concilii confirmentur auctoritate & constitutione papæ, vt in c. bene quidem. 96. di. in uersi. ... & canones, editi ab aliis pontificibus non confirmentur per concilium sed per papam, ut in c. qualiter & quando el 2. de accus. quia inferior non confirmat gesta superioris, ut in c. 1. & 2. de confirma. utili uel inutili, & solus papa a præsente concilio deponat imperatorem, ut in capit. ad apostolicæ de re iudi. notat. Aretin. in d. c. qualiter & quando, videtur quod omnia edita in

12 concilio debeant denominari a papa. Ad idē facit quod res denominatur a digniori glo. in c. 1. in verbo fratribus de ten. in 6. & in c. 1. de offi. leg. in 6. Facit quod dicitur, in c. ... biis de consecr. ecclesiæ uel altaris, & in c. unico eod. tit. in 6.

13 & in c. si is cui de præben. in 6. Abbas in c. osius in 3. notabili de elect. in c. j. de pac. in ult. notabili dicit quod debet lex vel constitutio edi sub nomine concilii & non nomine papæ tūm qui a ibi tex. nullam facit mentionem de papa qui ibi præsidebat. Dicit tamen quod quando materia legis originatur a papa, licet cōcilium approbet, tamen lex edenda est nomine papæ a quo sumpsit uigorem & originem, nam & sine concilio papa potest legem condere, c. cuncta per mundum. 9. q. 3. glo. in c. ad apostolicæ de re iud. in 6. Quando autem materia legis a concilio originatur, tunc nomine concilii est lex edenda. nam in concilio interest papa ut caput, pro hoc c. osius de elec. & 1. q. 7. conuenientib. Quinimo dicit quod maioris roboris est constitutio totius ecclesiæ quam solius papæ tantum allegat c. cum dilecti de elect. & quod notat archid. 18. dis. in summa. Sed de hoc infra latius dicetur in loco suo. Idem etiam replicat Abb. in c. consensus de rebus eccle. nō alien. & idem ibi Alexan. qui dicit quod vbi aliquid statuit papa ad motū seu suasionem cōcilii, illud adscribitur concilio & non papæ, secus si papa sit principalis promotor. quia tunc adscribitur papæ & non concilio, ut in c. licet de electi. & in c. aduersus de immuni. eccle. & in d. c. ad apostolicæ de re iud. in 6. iunctis supra scrip. Sed si recte aduertatur ista dist.

14 † nihil est, quia semper papa uel alius præest cōcilio, & a capite debet regulari & ei attribui quod fit per concilium, argumentum §. religiosum institutio. de rerum diui. et l. cum in diuersis ibi Bar. ff. de religio. et sumpt. fu. 13. q. secunda, in ecclesiastico ibi glo. & vt dictum est supra res denominatur a digniori. Bald. tamen, in l. 2. C. de manumissis. vindicta, dicit quod nō est uis utrum pronunciantes sententiam in concilio dicant nos cōcilii uel nos archiepiscopus de cōsensu cōcilii nostræ ecclesiæ, et allegat archi. 17. di. c. generalia. Et loquitur in concilio prouinciali, dicens quod a tali constitutione siue sententia poterit solus archiepiscopus sine concilio absoluere, et eius suffraganeus suū subditum, quia est sententia iuris, per c. nuper de sent. excom. ubi idem dominet late

15 Alex. in fi. Immol. tamen in c. 1. de pac. uult quod constitut. edita in concilio ita attribuitur etiam concilio per quandā communicationem sicut et papæ, quia papa communicat concilio authoritatem. Et idem notat ibi Anto. de Butri. qui dicit quod licet papa ibi sit sicut caput, tamen potestas legis condendæ non dependet ab ipso solo sed etiam a concilio.

16 Et hoc videtur probari ex gestis plurimorum conciliorum, in quibus apparet quod sub communi nomine papæ et concilii sunt edita, et gesta. Patet ex gestis Calcedonensis, concilii in depositione Dioscori, quia postquam Dioscorus tertio monitus noluit comparere, tunc Pascasius legatus, Leonis papæ ad synodum dixit, volumus edicere a uestra sancti qua pœna dignus sit sinodus dixit quæ placita sunt canonibus fiant. Pascasius dixit iubet reuerentia uestra ut ultione canonica contra eum utamur consentitis, an aliud placet, sancta synodus dixit etiam consentimus, nullus dissentit, totius synodi voluntas est. Vnde Iulianus episcopus hipponen. dixit ad legatos Leo-

Leonis. pętimus vestram sanctitatem, in eo quod magis inter cæteros eminetis, habentes locum sanctissimi Papæ Leonis, iustam in contumacem promulgate vindictam. ac regulis insitam contra eum ferte sententiam. omnes enim nos & sancta synodus concors efficitur sententię vestrę sanctitatis. Paschasius dixit, quod placet beatitudini vestræ vnanimiter proferatur, & maximus Antiochenus episcopus dixit quod videtur sanctitati vestræ censendum, in hoc concordes efficimur simul. Et post hoc legati apostolici pronunciauerunt sententiam in Dioscorum, & postea Anatholius episcopus Constantinopoli, & omnes de concilio sententiam dederūt dicendo eum alienum iudico sacerdotalis siue episcopalis dignitatis. Ex his apparet quod legati apostolici in concilio, qui primo loco existunt primo proferunt sententiam si synodus iubet, & post illos omnes alij secundum ordinem, & ex vnitate voluntatis & concordia dependet vigor sentētię & sic ita constitutio & decretatio tribuitur concilio sicut legatis papæ, & sub nomine omnium concorditer editur. Nec

17 obstat † quod legitur act. 15. c. vbi Iacobus qui erat episcopus Ierosolymitanus etiam præsente Petro protulit sententiam, dicens, ego iudico non inquietari eos &c. & epistola ibidem scripta sumit exordium ab apostolis & concilio, dicens apostoli & seniores fratres ijs qui sunt Antiochię &c. & iterū placuit nobis simul collectis in unum eligere, &c. & iterum sequitur visum est spirituisancto & nobis nihil vltra imponere, & nihil dicitur sub nomine Petri qui erat præsens. Quia respondetur quod ita fuit ibi non contradicente sed volente Petro, & quia actus originabatur ab ipso concilio, vel & aliter quod ibi non fuit aliqua constitutio edita, sed quædam ordinatio facta pro tunc per omnes apostolos, & ideo ab illis sub nomine omnium alijs intimata. Vel potest aliter re-

18 sponderi vt infra in fine huius articuli dicetur. Vnde potest dici quod quando papa est pręsens, tunc acta concilij debēt dictari sub nomine papæ qui est caput concilii, vt in c. osius & c. significasti de elec. 1. q. 7. c. cōuenientib. ipse enim est vniuersalis concilii præsidens, vt patet in suprascrip. in capitu. si quis. 35. q. 2. & 2. q. 7. cum pastoris. 25. q. vlt. c. si quis dogma. 35. q. 9. c. quod quis. c. 1. in suprascrip. de simo. cap. in nomine Domini. 23. dist. Quinimmo concilium petit a papa ut constitutionem faciat. 12. q. 2. c. ecclesiarum seruos. Et concilium

19 debet consentire iustis statutis, vt est tex. 12. q. 2. si episcopus. Et ubi papa † est præsens, concilium nihil potest statuere sine authoritatę papæ, vt est tex. in c. bene quidem in versic. quod si cuiuslibet. 94 dist. Vnde dicit sanctus Thom. contra impugnantes religionem in 4. c. in antepenult. colum. quod sancti patres in concilio congregati nihil statuere possunt sine authoritate papæ. Et vbi papa est præsens, ei ascribūtur acta concilii, argum. c. ij qui de præben. in 6. quod ponit Alex. in c. Anastasius circa fi. 19. dist. Habito autem consensu concilii dicitur sacro approbante concilio, ut ostendunt iura supra primo loco allegata. Et istam conclusionem postea positam repperi per Petr. Cardin. Cameracen. in tractat. de pot. ecclés. & pa. in 2. q. tertię patris, uersic. secundo quęritur, & bene p-

20 bat tex. iuncta glo. in c. ex gestis de ele. non resi. Nisi papa † aliter fieri uoluerit, uidelicet quod sub nomine utriusque, uidelicet suo & cōcilii, decretum edatur. Ad quod facit gestum in concilio, Martini ubi subscribendo dānationi Sergii, Constantini Pyrhi & Pauli processit per uiam subscriptionis, subscribendo uidelicet Martinus sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ urbis Romæ episcopus huic diffinitioni confirmationis orthodoxæ fidei & damnationi Sergij, Constantini Phyrri & Pauli statuens subscripsi, & sic etiam Maximus sanctæ Aquileien. ecclesiæ episcopus, confirmando, damnando & statuendo una cum 3. episcopis se subscript, quilibet in eadem forma. Sic in concilio cui pręfuit Gregorius iunior tempore Constantini iunioris imparatoris Romæ. uidelicet Gregorius sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ urbis Romæ episcopus huic constituto a nobis promulgato subscripsi, & omnes pariformiter subscripserunt. Et idem in Symmacho qui tempore Theodorici regis in synodo per eū habita cum 218. episcopis præsidens in 6. actione dixit, sanctorum patrū statuta firmantes expressis sententiis sancimus &c. & Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ dixit, quod si aliq hæc transgressi fuerint & talia præsumpserint, quod consedissent manifestate. Cumque surrexissent & paulo post iterum super his vobis videtur pari adiuratione dixerunt, si quis hæc hodie in hac synodo prohibita infringere præsumpserit, si clericus fuerit gradu proprio careat, si monachus vel laicus communione priuetur. Et infra dum resedissent facto silentio vniuersa synodus dixit. quisquis clericorum aut monachorum vel laicorum tam maioris ordinis quam inferioris post hanc formam a nobis prolatam his decretis cōtraire præsumpserit, statutis canonicis velut schismaticus p-cellatur. & suscripserunt. Symmachus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ huic constituto a nobis inspirāte domino peracto subscripsi. Similiter episcopus Mediolanen. & alij sub eadem forma subscripserunt. Et iterum in eadem. 6. actione quando dicit aliqua statuta renouanda, subscripsit, & alij omnes pariformiter subscripserunt. Similiter in concilio Aphricano. c. 6. & in concilio papiæ hābito per Bonifacium & his similibus fuit, quia ita voluerunt illi pontifices ex humilitate procedere.

21 Sed vbi papa non esset † præsens in concilio, tunc acta dictabuntur sub nomine concilij, & postea transmittentur per papam approbanda. & ita procedunt iura secundo loco adducta. Et ita videtur fuisse factum in concilio Calcedonē. celebrato absente papa. Et ita respondet p̄fatus Cardi. ad iura quæ dicunt concilium diffinit, quod loquuntur vel quando dicitur papa a fide deuius pertinaciter, vel vbi papa non fuerat pręsens sed alias authoritatem præstabat, sicut in cōcilio contra symmachum in §. hinc etiam.

22 17. di. Et ex his † patet quis debeat præferri in ordine scripturæ, vtrum papa an concilium. Quia videtur quod papa, vbi papa in concilio præfuit, alioquin concilium, quia cōfirmatio sequitur editionem constitutionis, ut per totū. de confir. vtili uel inutili & d. l. 1. C. de ve. iure enucle. Quicquid videatur Brix. dubitasse in repertorio in verbo papa, & pro papa allegat de consecra. di. 2. cap. in quibus, in suprascrip. vbi dicitur Leo episcopus & sancta synodus. Et allegat ad idem epistolam Athanasi ad Marcum Papam, & epistolam Stephani archiepiscopi ad Damasum papā, & epistolam Aurelij Carthaginen. episcopi ad Innocentium papam, & tex. de consecra. dis. 2. ego Berengarius, & de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. capit. cum haberet. 11. q. 3. Theugualdum. Et vbi quando

23 que † papa postponitur, dicit hoc factum ex humilitate papę. allegat. 12. q. 2. dilectissimus. 97. di. victor. Facit quod dicit tex. de Beato Greg. in capi. si quis super his. 2. q. 7. & quod dicitur in capit. nihil. de præscrip. Et ista uidetur fuisse mens præfati cardi. Cameracen. quod ubi hoc factum reperitur sub nomine cōcilii, illud processerit ex humilitate papæ. Et de Brixiē. in dicto verbo papa, facit mentionem Feli. in postilla ad monarchiam Petri de monte circa fi. in versi. his expeditis, quādo examinat quæstionem quis sit maior, utrum papa an cōcilium. Et ad præmissa facit tex. in c. noli, & in c. ego. 9. di. Et ideo si aliquando in cōcilio ubi papa præfuit reperiatur lex edita sub nomine concilij & non papæ, vel illud fuit in principio nascentis ecclesiæ, vel ex humilitate papæ, uel quia sic ei placuit edi nomine concilij sequuta approbatione ipsius papæ. Ad præmissa facit tex. in c. quamuis, iuncto. cap. proui-

24 da de elec. in 6. ubi probatur quod † concilium dicitur facere id quod facit papa in concilio. quod etiam probat text. in c. non minus, iuncto. c. aduersus de immu. eccle Et maxime hoc procedit quando concilium tenetur in absentia papæ, & constitutio mittitur cōfirmanda ad papam, & videtur q̄ constitutio originatur a concilio & sub nomine cōcilij, edēda papa approbante. & ideo merito uidetur præponendum nomen concilij tanquam necessarium, ex quo gestum a papa, uidelicet confirmatio, necessario debet sequi, ixta notata in cap. examinata, & in c. venerabilis de confir. vtil. vel inutil. & in c. inter dilectos de fide instru. Et si dicatur quod cum agitur de reformatione in capite & in membris, necessario deberet edi sub nomine concilij. Respondet præfatus cardi. quod non est alius qui possit authoritatem præstare quam ipsemet papa, quia non est dare superiorem. & titu. C. ne quis in sua causa ius sibi dicat, non habet locum in papa. vt in ca. si papa. 40. di. & dicitur in cap. cum venissent de iudi. & ideo si aliter hoc casu factum reperitur, etiam non de necessitate sed ex humilitate processit. Egidius tamen in cle. dudum de

25 sepul. in prin. in 4. notabili dicit quod licet † concilium generale possit instare apud papam ut constitutionem faciat uel approbet vel gratam & ratam habeat, tamen concilium nō debet constitutionem facere & dicit hoc colligi ex illo tex. cle. a contrario sensu. Quod intelligit nisi in casibus in quib. concilium iudicate potest de papa, vt in causa hæresis, vt in capitu. in fidei de hære. in 6. & in causa papatus. 79. di. si duo, & similibus. Et hoc intelligo quando concilium vellet sine authoritate papæ uel contra eius uoluntatē aliquid statuere de non concernentibus fidem. Facit quod dicitur in glos. in cap. in istis. 4. dist. Et ratio est, quia concilia sumunt robur ab authoritate papę cap. significasti de elec. Et cum ista opinione Egidij videtur esse glos. & do. in d. c. ubi periculum, & glo. & Inno. in d. c. ex gestis, quia solus papa habet potestatem authorizandi & statuendi & non concilium, vt refert Abbas Siculus ibi. Non obstat quod legitur actu. 1. ubi electio Matthię ad apostolatum fuit facta ab omnibus apostolis & ascribitur apostolis cum dicitur statuerunt duos, & non dicitur, quod petrus statuit. Similiter act. 6. cum dicitur q̄ apostoli conuocantes multitudinem discipulorum dixerunt non

est

eſt bonum derelinquere nos uerbum Dei, & ſubiungitur cō ſtituamus ſuper hoc opus, & deinde & impoſuerunt eis ma nus, & non dr̄ ꝙ Petrus impoſuit. Ad idem act. 8. vbi dicitur ꝙ miſerunt Petrū & Ioannem. Ad idē actuum. 15. vbi Iaco- bus iudicauit, & epiſtola dicitur facta non nomine Petri ſed apoſtolorum & ſeniorum fratrum. Ad idem act. 21. quando Paulo fuit iniunctum a congregatione ſeniorum ut ſe con- formaret in ceremonijs legis moſaicæ, actio ibi notatur cō- munis cum ſubditur hoc ergo fac quod dicimus. & in omni bus prædictis capitulis, videlicet in 1. 6. 15. & 21. apoſtoli erāt conciliariter congregati. Iſtis enim reſpondetur quod licet ſub nomine vniuerſali fuerit decretatū, non tamen ex hoc ſequitur quod conſtitutio debeat edi nomine concilij. ſicut quando dr̄ placuit ſancto concilio, nō ex illo innuitur quod conſtitutio ſub nomine concilii debeat edi de neceſſitate, ſed potuit ſi aliqn̄ ſecus contigit, ex humanitate & tolerātia papæ fieri ad maiorem firmitatem, quia quod fit per conci- lium, virtualiter fit per papam qui illi præeſt. Vnde dicit Ho ſtien. in c. qualiter el. 2. de accuſa. ꝙ concilium non confir- 26 mat conſtitutiones. ſed approbat, ſed papa † eſt qui cōfirmat, quia confirmatio eſt actus ſuperioritatis, vt ponit Bal. in l. fi. C. de. ll. & cardi. in cap. ſignificaſti in 10. contrario de elec. & Feli. in c. 1. de treu. & pa.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio facta in vno concilio, & renouata in alio, a quo denominanda an a priore, an a ſequenti.*
2 *Innouans non dicitur aliquid de nouo facere ſed vetus conſeruare.*
Fallit ſi illud fuiſſet penitus caſſum. ibid.
3 *Conſtitutio aliquando tribuitur duobus pontificibus, intellige, quando ſe- cundus aliquid addit.*
4 *Subſcriptiones de quibus hic, an faciant conſtitutionem papæ, an con cilij. &c.*

Articulus. XV.

Vlterius quia contingit interdum quod conſtitu tio renouatur in alio concilio, quæ 1 ro † a quo congruentius denominabitur, a primo re concilio an a ſequenti, Fel. in c. 1. de pac. dicit quod congruentius de- nominatur a ſecundo. allegat glo. in verbo concilio in capi. ubi periculum de elec. in 6. Sed illa gloſ. non ita ſimpliciter loquit̄, ſed dicit quod ex quo illa cōſtitutio fuerat reuocata per Adrianum & Ioannem, potius ſumit vigorem ex reno- uatione Celeſtini quinti & ex approbatione Bonifacij. Qui- 2 nimo cōtra hoc videtur tex. in c. quia intentionis, de priuile. & in proœ. 6. & in cap. 1. de præb. eo. li. vbi dicitur quod † qui innouat nihil de nouo facit ſed vetus conſeruat. idem tex. in cap. ex parte de priuile. Vnde Abbas in d. c. quia intentionis, diſtinguit ꝙ vbi ius antiquum eſſet penitus ſublatum tunc dicitur de nouo dari, alias ſecus quando non eſſet ſublatū. Et ſic concordat cum glo. in verbo concilio, quæ dicit ꝙ cōſti- tutio illa erat penitus reuocata, & merito ſumit robur. ab in nouatione. Et pro hoc facit tex. in argu. in c. 1. de poſtu. præla. vbi Innouans poſtulationem caſſatam, dicitur de nouo po- ſtulare. Pro Felino facit quod dicit tex. & ibi doc. in verbo cum adijcit in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obli. vbi cū additur vel detrahitur primæ diſpoſitioni dicitur creari no- ua diſpoſitio. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. Sed hoc parum fa cit, quia nos loquimur in nuda innouatione & nō cum adii citur primæ. Ad quod facit tex. in capitu. non minus. iuncto ca. aduerſus de immuni. eccle. Poſſet ſaluari quod dicit Feli. eo caſu quo prima conſtitutio vel non ſeruabatur, iuxta. ca. 3 1. de treu. & pa. vel fuerat abolita per contrarium vſum. In- terdum † tamen idem canon attribuitur duobus pontificib. vt 12. q. 1. in c. neceſſaria. Quod intelligit Feli. in d. c. 1. de pac. 4 qn̄ ſecūdus aliquid addidit. allegat. l. fi. ff. de operibus publi. Item adde prædictis ꝙ vbi papa dicit † ſtatuimus de conſen- ſu concilii, vel nobiſcum decernente concilio, iuxta c. ſcelus 2. q. 1. & capit. nimis de iure iuran. cum ſimil. tunc illa eſt po tius conſtitutio concilij quam papæ, ſecundum allegat Ar- chi. 17. di. in princi. ponit Feli. in c. 1. de pac. & in c. eam te. 25. col. de reſcrip. vbi videtur magis dicere ꝙ ſit potius vtriuſq;, quod mihi placet per notata in d. c. graue. de preben. Itē adde ꝙ per iſta verba ſacro approbante concilio dicitur conſtitu tio conciliaris, ſecundum Domi. in conſi. 44. quod intellige per quandam communicationem, ſecundum Anto. in c. 1. de pac. & Immol. ibidē. Si tamen diſpoſitio continet aliquot capitula in quibus non eſt replicata iſta clauſula, tunc in illis alijs capitulis non dicetur diſpoſitio conciliaris ſed papalis, ut ipſe dicit in d. conſil. nec dicetur tunc papa facere contra concilium reuocando conſtitutionem in illis alijs capitulis vt dicit ibidem do. Item adde prædictis quod per iſta verba in conſtitutione poſita, videlicet ſacro approbante cōcilio, non probatur quod conſtitutio fuerit edita in concilio, ſed quod fuerit poſtea approbata per concilium, dicit Ioann. Mona. Ioan. Andr. & Domi. in capitu. vbi periculum de ele in 6. Ita refert & dicit eſſe ſingulare Feli. in capitulo 1. in 4. colum. de ſponſa. Sed ſi bene aduertatur, Dominicus hoc nō dicit, ſed quod concilium ſe habet approbantiue in conſti- tutionibus conciliaribus, & quod papa principaliter ſtatuat, bene probat Ioan. An. Dic vt dixi in quæſtione præcedenti qualiter debet edi conſtitutio in concilio.

SVMMARIVM.

1 *Papa an poſſit tollere ſtatuta concilij.*
Et communis eſt quod ſic. num. 6.
Et quomodo intelligen. num. 10. 11. & 12.
2 *Papa debet inſtituta patrum vſque ad animam & ſanguinem tueri.*
Et quomodo intelligen. num. 24. 25. & 26.
3 *Auctoritas Rom. pontificis ſemper excepta intelligitur in ſtatutis con- ciliaribus.*
4 *Par in parem non habet imperium.*
5 *Papa interdum interpretatiue, interdum limitatiue, interdum diſpen- ſatiue interdum penitus tollendo conſtitutiones conciliares procedit.*
Et non tantum hęc facit papa, ſed tollit & damnat concilia. num. 8. & po nit exempla.
7 *Concilium non confirmat ſed approbat conſtitutionem papæ.*
8 *Concilia per papam reprobata.*
Diſtinctio auctoris an, & quæ ſtatuta concilij poſſint per papam tolli, numero 9.
10 *Papa non poteſt tollere ſtatuta concilij in his quæ pertinent ad articulos fidei, poteſt tamen in his quæ ſunt quaſi iuris poſitiui, vt in exemplis, numero 12.*
Papam non diſpenſare contra quatuor Euangelia quomodo intelligen- dum. ibidem.
Fallit interpretando. nu. 11.
Dummodo interpretatio non contineat aliam fidem, ſed eandem magis ex poſitam. num. 14.
13 *Papa poteſt reſtituere quos concilium damnauit.*
15 *Oportet verbum importat honeſtatem.*
16 *Canonum genera in quibus papa diſpenſat, & in quibus non ex mente Sanct. Thom.*
17 *Papa an poſſit tollere ſtat. concilij in his quæ licet ſint de iure diuino non tamen ſunt circa articulos fidei Sancti Thomæ opin. nu. 18.*
19 *Pręcepta moralia, & iudicialia, quę manſerint integra & quæ non. & in quibus papa diſpenſet.*
Et quomodo intelligen.
20 *Eſſentialia ſacramentorum & accidentalia quæ, et quæ poſſint per papam immutari. & num. 21.*
Et de forma ſacramentorum quæ poſſit per papam immutari, & quæ non. numero 22.
24 *Forma ab apoſtolis data in conſecratione epiſcoporum an papa vel conci lium ſede vacante poſſet mutare.*
In formis ſacramentorum videtur varietas inter Theologos et canoniſtas. numero 24.
25 *Cap. contra ſtatuta. 25. q. 1. intellectus.*
26 *Appellantes ad futurum concilium declarantur hæretici.*
27 *Decretum concilij Conſtantien. locale tantum.*
Et non ligat Papam. num. 28.
29 *Conſ. Ludouici 380. declaratur.*
30 *Papa contra ſtatuta concilij diſpenſat cum difficultate, & magna ſubſi- ſtente cauſa.*

Articulus. XVI.

1 Succeſsiue vtrum † papa poſſit tollere ſtatuta conci lij. Videtur quod non. Et pro hoc eſt tex. in cap. ſicut. 16. diſtin. vbi dicit tex. quod ſtatuta concilij ſunt ſuſcipienda & ueneranda ſicut quatuor euāgelia, ſed contra quatuor euangelia papa non poteſt diſpenſare, vt dicit gloſ. & doc. in c. propoſuit de conceſ. præben. 25. q. 1. c. ſunt quidā. 19. diſt. capitu. ita domiuus. §. hoc autem. ergo nec contra ſta tuta concilii. Et conſiderandum eſt quod verba illius tex. ſūt verba Beati Greg. qui erat papa. ſicut autem ipſe debebat ve nerari talia ſtatuta concilii, ſic & ſucceſſores. Nec obſtat ꝙ tex. d. c. ſicut, loquitur de 4. conciliis principalioribus, quia tex. ſequens, qui incipit ſancta Romana eccleſia, poſtquam locutus eſt ſimiliter de dictis quatuor conciliis, poſtea ſub- iungit. ſed & ſi qua ſunt concilia a ſanctis patribus inſtituta, poſt illorum. 4. authoritatem cuſtodienda & recipienda de- cernimus. Et ad idem videtur tex. in c. contra ſtatuta. 25. q. 1. ubi dicit text. quod contra decreta patrum condere aliquid vel mutare nec huius quidem ſedis poteſt authoritas. Et hoc videtur velle glo. in c. legimus. 93. di. & fuit diffinitum in con cilio Conſtantien. & quod concilium habet immediate po- teſtatem a Deo, & quod quilibet etiam papa tenetur obedi- re præceptis & ordinationibus cōcilij in quinta ſeſſione Cō 2 ſtantien. Ad idem ſunt plura iura. 25. q. 1. vbi dicitur † quod papa debet inſtituta patrum vſque ad animarum & ſangui- nem tueri in c. ſunt quidam. & alia ſimilia in c. ſequen. & c. vio-

violatores. & c. prima ſalus, & c. quæ ad perpetuam, & c. nul- li fas, & c. a ſanctis, & fere per totam illam quæſtionem, & 20. diſt. cap. decretales, & c. de libellis. 4. diſt. capitu. in iſtis. 16. di. capi. ſancta octo. 19. di. §. ex hoc autem. Ad idem eſt authori- tas Leonis papæ ad Martianum imperatorem, qui ſcribens de canonibus Nicenæ ſynodi dicit quod nulla poſſunt im p- babilitate conuelli, nulla nouitate violari. Et ſubdit. in quo opere auxiliante Chriſto fideliter exequēdo neceſſe eſt me perſeuerantem exhibere famulatum, quoniam diſpenſatio mihi credita eſt, & ad meum tendit reatum, ſi paternarum regulæ ſanctionū quæ ſpiritu Dei ſpirante ſunt conditæ, me, quod abſit, conniuente violentur. Et quod non poſſit papa tollere ſtatuta concilij, conſuluit in effectu ludo. conſi. 380. vbi vult quod papa non potuerit prouidere de dignitate ele ctiua contra conſtitutionem concilij volentis eo caſu eccle ſiæ prouideri per viam electionis. Ad quod facit quod ponit Archi. poſt glo. 15. diſt. c. ſicut, videlicet quod papa nō poteſt reuocare ſtatuta concilij contra ſalutem & ſtatum vniuer- ſalis eccleſiæ.

3 Sed in contrarium, quod imo papa † poſſit tollere ſtatu ta conciliorum, eſt text. in c. ſignificaſti de elec, vbi dicitur quod in ſtatutis conciliorum ſemper excipitur authoritas Romani pontificis, cum concilia ſumant robur ab authoritate papæ & Romanæ eccleſiæ. Et licet tex. loqua tur de Romana eccleſia, tamen in papa idem dicit tex. in ca. bene quidem circa fi. 96. di. Et hoc dicit glo. in c. vbi periculū in verbo ꝯcilio generali, de elec. in 6. vbi dicitur quod Adria nus papa & poſtea Ioannes. 21. licet non fuerit æquum po- tuerunt reuocare illam cōſtitutionem editam in concilio videlicet cap. vbi periculum, etiam ſine requiſitione conci- lii. Idem ibi Ioan. And. Domi. & glo. in d. cap. ſicut. 15. diſtin. Ad idem eſt tex. in c. cū in cunctis, iuncto. c. innotuit de elec. vbi patet quod licet diſpoſitio. d. c. cum in cunctis, fuerit edi ta in concilio generali & concerneret decorem eccleſiæ, ni- 4 hilominus papa in d. c. innotuit dicit quod † quia par in parē non habet imperium, ſucceſſor non potuit ligari nec arcta- tur ad obſeruantiam illius. c. ſi nollit. Ad idem capitu 2. iun- cto. c. propoſuit de conceſ. præben. & cap. 2. eo ti. in 6. Ad idē c. nonnulli de reſcrip. iuncto c. ſtatutum eo ti. in 6. ubi reuoca tur factum in concilio. Ad idem cap. ſtatuimus, iuncto capi. conſtitutionem de ſent. excom. in 6. vbi declaratur geſtum in concilio per ſolum papam. Ad idem tex. in c. vt circa iun- cto. c. qui contra de elec. in 6. vbi reſtringitur a papa conſtitu tio conciliaris. Ad idem. c. licet canon iuncto c. ſtatutum eo tit. & li. Ad idem c. ne pro defectu de elec. iuncto c. quanquā eo ti. in 6. Ad idem d. cap. licet canon, iuncto. c. cum ex eo & cap. commiſſa de elec. eo ti. & li. Quæ conſtitutio conciliaris fuit poſtea reuocata per Bonifacium. 8. per extrauagantem piæ ſolicitudinis, ut vide deci. dominorum. 199. incipit item licet. Ad idem c. ſubdiaconus & ſequen. & c. epiſcopus. 77. di. quæ etſi ſunt iura concilij, etiam tolluntur per cle. generalē de æta. & quali. Ad idem tex, in capitu. ideo, iunctis duobus. §. immediatis. 25. q. 1. capit. regulæ. 29. diſt. 1. q. 7. c. neceſſaria, 5 & c. requiris, ea. cau. & q. Et multa his ſimilia † reperiuntur in iure, in quib. interdum interpretatiue, interdum limitatiue, interdum diſpenſatiue & interdum tollendo penitus cōſti- 6 tutiones conciliares, iura procedunt. Vnde quod papa † poſſit tollere conſtitutionem conciliarem ſine alio concilio, tenēt communiter doc. in capit. ſignificaſti de elec. vbi Ioan. An. & alii poſt eum volunt quod poſſit illas immutare ſine cōſen- ſu concilij, & tollere & limitare. & idem doc. in d. cap. vbi pe riculum eo titu. in 6. maxime Domi. in glo. ſuper verbo cō- cilio. Similiter dicitur quod ſolus papa confirmat conſtitu- tiones concilij non e contra concilium conſtitutionem pa- pæ, quia confirmatio eſt actus ſuperioritatis, vt dicit cardi. in cap. ſignificaſti. in 10. contrario de elec. ponit Feli. in c. 1. in fin. de treu. & pa. & in capi. 1. in 3. ampliatione de conſti. Bald. in 7 l. 1. C. de. ll. Vnde concilium † non confirmat ſed tantum ap- probat cōſtitutionem papæ, vt ibi dicitur. Et quod poſſit tol- lere ſtatuta concilij præterquam in concernentibus fidem ponit Feli. in d. 3. ampliatione. Pro hoc facit quia, quod plus 8 eſt, non ſolum tollit † & limitat conſtitutiones conciliares ſed damnat concilia, vt patet in concilio ariminen. in quo, vt dicit Hiero. in dialogo aduerſus Luciferianos, ſub nomi- ne vnitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt. quæ omnia per Da- maſum papam condemnato Liberio annullata ſunt. Vnde Aug. vocat illud concilium latrocinium. De cuius concilij damnatione tex. in c. ſancta in §. in primis 15. diſt. Sic eſt etiā de concilio Epheſino ſecūdo, quod annullauit Leo papa in Calcedonen. concilio. Sic uidemus de concilio Aquiſgranē. ut in c. placuit 36. q. 2. quod a Hiero. improbatur in c. tria ea. cā & q. Sic & de concilio Conſtantinopolitano 330. epōrum tpe Cōſtantini de imaginibus Dei & ſanctorū tollendis, qđ poſtea Stephanus papa Romæ reprobauit. quod ponit Vincē tius hiſtorialis lib. 24. c. 174. vbi etiam de alijs ſimilibus conci- lijs reprobatis in eodem li. diffuſe ponit, de quibus etiam po- nit diffuſe cardinal. de Turræcrem. in tractat. de poteſtate pa pæ libro 3. capit. 62. Licet ad iſta poſſet reſponderi quod illa concilia ſic reprobata, fuerunt concilia ſine ſedis apoſtoli- cæ authoritate congregata.

9 Et pro concluſione huius † quæſtionis dic ꝙ in ſtatutis conciliorum dupliciter aliqua continentur, quia quędam ſunt quæ con- cernunt ius diuinum circa fidem, ſicut in Nicena ſynodo cō tra Arium ſtatutum fuit quod filius eſſet æqualis & conſub- ſtantialis patri. & ſicut in concilio conſtantinopolitano de- terminatum eſt ſpiritum ſanctum eſſe verum Deum, & ſic de aliis, vt patet. 15. di. c. 1. Et talia ſic determinata non poteſt 10 papa tollere vel contrarium ſtatuere, quia † non poteſt tolle- re ſtatuta concilii in ijs q̄ pertinent ad articulos fidei. Et ſic in telligitur quod dictum eſt quod debent ſtatuta quatuor con ciliorum ſeruari ſicut quatuor euangelia, & quod papa non diſpenſat contra quatuor concilio principalia, vt in d. cap. ſi cut. 15. diſt. ibi glo. Et ita intelligitur quod dicitur quod papa debet requirere & ſtatuere cum conſilio epiſcoporum, ut in c. Anaſtaſius 19. diſ. ibi glo. Quod qualiter intelligatur, vide quod latius dico infra proxima quæſtione. Et hoc vult ſanc. Thom. in ſecunda ſecundæ. q. 1. artic. ult. & idem ſanctus in quolibeto 4. arti. 13. Et ſic intelligitur quod dicitur quod pa pa non diſpenſat contra quatuor concilia, nec contra dictū apoſtoli nec contra quatuor euangelia, vt eſt glo. in cap. pro poſuit de conceſ. præbend. & in c. poſt translationem de re- nun. in glo. & glo. in capitulo literas. de reſti. ſpoliat. & gloſ. in capitulo quæ ad perpetuam, & gloſ. in capitulo ſunt qui- dam. 25. quæſtione 1. & gloſ. in cap. cum ad monaſterium de ſtatu regula. & glo. in cap. ex multis. 1. q. 3. ponit Hoſtienſ. in ſumma in tit. de diſpenſat. in §. 1. uerſic. alicuius quod etiam 11 ponit Abb. in c. quod translationem de offi. leg. Et in c. ma- iores de baptiſ. & in d. c. poſt translationem eſt caſus † quod etiam contra vnum ex quatuor conciliis principaliorib. di- ſponit interpretando. Sic videmus etiam interpretari cōtra verba euangelii, ut quod in ore duorum vel trium ſtet om- ne verbum, vt in c. in omni de teſtib. & tamē in depoſitione cardinalis requirit maiorem numerum vt 2. q. 5. c. 1. & 2. Et ſi contra euangelium, eodem modo contra illa quatuor con- cilia quę ſunt ſeruanda ſicut quatuor libri euangelii. Quod intelligendum eſt præterquam in iis quę ſunt de articulis fi- dei, quia in præmiſſis caſibus non diſponitur de articulis fi- de & ita dicunt doct. in d. c. poſt translationem, quia in aliis quam in articulis fidei dicit ibi Ioann. Aud. & refert Pet. de Anchar. eſt ſupra omnia concilia per d. c. ſignificaſti, & in il lis anima eius manica eius. & quia iſta quatuor concilia re- præſentant omnes fideles, ut dicit Alex. in c. in nomine do- mini 23. diſ. in 2. colum. utrum etiam in iis quæ concernunt articulos fidei poſſit papa interpretari & modificare ſine cō- cilio generali, uide quod late pono infra in quęſtione utrum papa in cauſa fidei teneatur ſemper congregare concilium.

12 Quædam vero † continentur in ipſis ſtatutis cō- ciliorum tanquam inſtituta iu- ris pontiui, puta de ætate & qualitate ordinandorum, ut ex 6. ſynodo in cap. ſubdiaconis. 77. diſt. ex Carthaginenſi. concil. in c. placuit ea. di. ex Agathen. cōcilio, in c. epiſcopus ea diſt. ex concilio Toletano in cap in veteri, ea. di. quæ omnia ſunt ſublata per clementem in cle. generalem de æta. & quali. Et de gradibus impedientibus matrimonium & his ſimilia cō- cernētia reformationem morum, correctionem & punitio nem criminum. Et iſta proprie dicuntur ſtatuta cōciliorum, quia quoad illa quæ ſunt fidei, potius concilium declarat il la quæ implicite erant in ſacra ſcriptura, quam de nouo ali- quid inſtituat. Et iſto ſecundo modo intelligitur quod com- muniter dicunt doctores, uidelicet quod papa poteſt tollere ſtatuta concilii. Ad hoc quod dicitur in c. in iſtis 4. di. 34. diſt. c. fraternitatis. 82 di. c. presbiter 9. q. 3. aliorum ibi gl. Pro quo uide quod dico infra in proxima quæſtione, & dicit Domi. in cap. in iſtis circa finem. 4. di. & in c. ſicut in fi. 15. di Sic dicitur 13 quod † papa poteſt reſtituere quos concilium damnauit, ut in cap. conuenientibus. 1. q. 7. quia a papa concilia capiunt ro. bur, ut d. ca. ſignificaſti. & non poſſunt congregari ſine papa. 17. di. per totum. & poſt congregationem confirmat ſtatuta & diffinita in concilio, ut in d. c. bene quidem. 96. di. & in c. 1. 25. q. 1. Et ponit ſanctus Tho. in quæſtionibus de potentia. q. 10. ar. 4. vel & melius materia 10. q. 4. in reſpon. ad 13. argu. ubi dicit quod ſicut poſterior ſynodus poteſtatem habet interp̄- tandi ſymbolum a priori ſynodo conditum, ac ponendi ali- qua ad eius explanationem, ita & Romanus pōtifex hoc ſua authoritate poteſt, a quo ſententia ſynodi confirmatur & ad 14 ipſum a ſynodo appellatur, Ex quo † innuitur quod ad papā etiam pertinet in ijs quæ ſunt in quatuor concilijs ſtatuta cir ca-

ca fidem, declarare dubia quæ emergere contingeret, dummodo declaratio ſiue interpretatio ſiue explanatio non cōtineat aliam fidem, ſed eandem magis expoſitam. Et ita voluit idem ſanctus Th. in ſecunda ſecundæ. quæſt. 1. art. 10. in reſpon. ad ſecundum argu. & hoc ideo quia Romani pontificis authoritate congregantur & in eis ſtatuta confirmantur. Quod & patet ex geſtis Calcedonen. concilij, ubi nuncij apoſtolici ad ſubſcriptionem & confirmationem requirebant. Vnde in 6. actione dicit. in omnibus ſynodis apocriſarii apoſtolici decreti ſententias, primo propter ſummam authoritatem eiuſdem ſedis confirmabant, quia alias nullum robur habebant. 25. q. 1. capitu. 1. & ibi gloſ. cum dicit quod uerbum

15 †oportet, importat honeſtatem & non neceſſitatem ibi, qa ſtatuta concilii concernentia ea quæ ſunt iuris poſitiui, nō ex neceſſitate ſed de honeſtate, papa tenetur ſeruare. Et hāc diſtinctionem ponit Domi. in d c. ſicut. 15. diſt. Hanc etiam diſtinctionem etiam poſuit ſanctus Tho. in tractatu contra impugnantes religionem in c. 4 in penul. colum. Vbi etiam inquit. nec tñ papa qñ aliquid aliter facit quam a ſanctis patribus ſtatutum ſit, contra eorum ſtatuta facit, quia ſeruatur intentio ſtatuentium etiam ſi non ſeruantur uerba ſtatutorum, quæ non poſſunt in omnibus caſibus & in omnibus tēporibus obſeruari ſeruata intētione ſtatuentiū, quæ eſt utilitas eccleſiæ, ſicut & in omni iure poſitiuio accidit. Et idē ſan-

16 ctus in quolibeto. 4. ar. 13. dicit quod eſt unū genus † canonū q inſtituti ſunt iure diuino, ſicut ptinentes ad articulos fidei ad ſubſtantiā ſacramentorū, aut manifeſtā habentes connexionē ad legē diuinā ſiue naturalē. & in talibus papa diſpenſare nō pōt, qa iſti habent efficaciā ex inſtitutione diuina. Secundū genus canonū eſt eorū quos inſtituerūt patres de iure poſitiuo. licet. n. canones a ſanctis patrib. unanimiter inſtituti, dicantur ꝯditi a ſpiritu ſancto, non tñ oēs dicuntur ptinere ad legē naturæ uel legē diuinā, ſed ad ius humanum ſiue poſitiuū. & in hoc genere canonū Romanus pōtifex pōt diſpenſare, a quocunq; ſint ꝯditi etiā ſi ab apoſtolis. Ita. n. refert Cardi. in 3. lib. cap. 54. licet uerba doctoris. S. non ita per oīa habeant. Et hoc uidētur ſentire oēs illæ gloſæ ſ. allegatæ, maxime gl. in uerbo durū in d. c. poſt tranſlationē. & Abb. & alij ī d. c. ꝓpoſuit, & in c. ſignificaſti de ele. Et hoc ēt ponit D. in ꝯſ. 44. incipit dñs noſter papa. ubi uoluit ꝙ Martinus papa quintus potuerit de nouo concedere exēptiones conceſſas per Gregorium. 12. quæ fuerant in concilio reuocatæ. Et præallegatam diſtinctionem poſuit etiam Aug. de Ancona in trac, de pot. papæ q. 10. arti. 8. Et hoc eſt clarum quod in iis quæ concernunt mores, correctionem, & punitionem criminum, papa poteſt tollere ſtatuta concilii. Verum quia, ſunt aliqua quæ licet non ſint de iure poſitiuo ſed de iure diuino, tamen non concernunt directe articulos fidei, vtrum in talibus poſsit papa tollere ſtatuta concilii. Et in iſtis eſt conſiderandum ſecundum caſuum exigentiam, vtrum in totum tollat, vel limitet, vel declaret, vel diſpenſet, & vtrum cauſa ſubſiſtente, vel nuda voluntate. Exemplum in decimis, vt traditur in c. a nobis de deci. in monacho quod poſſit habere proprium, vt in d. c. cum ad monaſterium de ſtat. mon. Et in matrimonio in gradibus diuina lege prohibitis vt in c. literas de reſtit. ſpoliat. poſt gl. Et quod quis poſsit habere duas vxores, vt in c. vlt. de tranſact. vt fuit in aliquibus patriarchis tempore veteris legis. dicitur in cap. gaudemus de diuor. Item in matrimonio non conſummato, vt in. c. ex publico de conuer. coniuga. Super Bigamia, ut in c. lector. 34. di. & in cap. 1. poſt glo. de bigamis. & in iuramento de uoto, vt in c. quanto. poſt glo. de iureiuran. & in cap. 1. de uoto. Contra apoſtolum, in c. ſunt quidam. 25. q. 1. Contra vniuerſalem ſtatum eccleſię, in c. quæ ad perpetuam in glo. ea. cauſa & q. & d. gloſ. in cap. propoſuit de conceſ. præbend. & gloſ. in d. ca. literas. Item ex aliqua magna cauſa quod monialis, uel monachus contrahat matrimonium, ut d. c. cum ad monaſterium. & aliquos ſimiles caſus uide per Specul. in tit. de diſpenſat. in §. nūc breuiter, uerſiculo penultimo. & ſic de aliis ſimilibus in quibus poteſt interdum aliquomodo uti poteſtate papali, maxime interpretando & declarando, ut in capitulo licet ex quadam de teſti. 34. diſt. capitulo lector. 77. diſt. c. placuit, & c. ſubdiaconus. c. nec licuit. 17. diſt. ibi gl. & in c. ſancta 15. diſt. cum ſimilib. etiam ubi res concernit uniuerſalem eccleſiam, ut in terminis, c. non debet de conſan. & affini. & circa hęc non inſiſto, quia ſicut poterit circa ea diſpenſare, ita circa diſpoſita de illis poterit modificare uel declarare ſtatuta conciliaria.

18 & propterea conſiderari poteſt una generalis doctrina quam ponit ſanctus Tho. in dicto articulo 13. quolibeti. 4. ubi dicit, quod papa habet plenitudinem poteſtatis in eccleſia, ita ꝙ circa omnia quę ſunt inſtituta per eccleſiam uel eccleſię prę latos papa diſpenſat, quia hæc dicuntur eſſe iuris poſitiui, circa ea uero quæ ſunt iuris diuini uel naturalis non diſpenſat quia habent efficaciam ex inſtitutione diuina. & ultra inferius dicit quod in iis ſolis quæ ſunt de lege naturæ (.i. præceptis moralibus, & articulis fidei & ſacramentis nouæ legis non diſpenſat, quia hoc non eſſet poſſe pro veritate, ſed contra veritatem. Et idem in effectu ſentit Petrus de Pal. in

19 trac. de po. eccle. ar. 5. Et circa præcepta † moralia cōſiderare oportet quod illa manſerunt integra, iuxta illud Math. 5. nō veni ſoluere legem ſed adimplere. non ſic de iudicialibus & cerimonialibus, vt in ca. tranſlato de conſti. & in epiſtola ad

20 gala. fere per totum. Et circa ſacramenta † attendere oportet quod eſſentialia ſacramentorum, ſicut eſt materia & forma, ſunt de iure diuino, ſed accidentalia, vt ſunt ritus & cerimoniæ, ſunt de iure poſitiuo, ſicut & alia quæ adhibentur circa ſacramenta vel uſum eorum, ſicut vaſa, veſtes, tempora & ſimilia de quibus. de conſecra. di. 1. per totum. Et ſic attendēdum eſt quomodo dicatur quod non diſpenſat contra præcepta moralia nec contra ſacramenta nouæ legis. Dicit tñ Hug. & Lau. & refert Archi. in capitulo porro. 66. diſt. quod papa poteſt immutare formam traditam ab apoſtolis circa ordinationem epiſcoporum, vt uidelidet poſſit vnus vel cum ſocio alio conſecrate epiſcopum licet ad minus ex ordinatione apoſtolorum non a paucioribus quam tribus debeat epiſcopus ordinari Et idem dicit Archi. poſſe cōcilium ſede vacante. quod pro nunc de concilio. ſede vacante non ita ſimpliciter affirmo. Et vlterius dicunt quod eccleſia poteſt omnem formam immutare præter panis & vini in miſſa & baptiſmi, de conſecra. diſt. 2. capitu. liquido. Sed in iſta

21 † materia epiſcopus Brixien. antea Torcellanus in trac. quando papa poſſit diſpenſare contra ius diuinum, dicit in reſpō. ad 14. argu, quod eſſentialia ſacramentorum ſunt de iure diuino, ut eſt materia & forma, & in aliquibus miniſter, & circa iſta papa non diſpenſat nec immutat, accidentalia autem ſunt de iure poſitiuo, vt ſunt ritus & cerimoniæ, & circa iſta certo modo diſpenſat & mutat. Vnde dicit idem epiſcopus & idem Pe. de Pa. vbi ſupra, quicquid dixerit Archi in d. cap. porro ꝙ quicquid eſt de ſubſtantia ſacramentorū, eſt de iure diuino & immuntabile ꝑ papā, & ꝙ ī hoc ꝯueniūt doctores. allegat Henricū in 5. quolibeto. q. 36. Idē tñ qd Archi. tenet Do. in d. c. porro. Et idem uidetur tenere Inno. Ioan. Andr. & Ant. de Butrio in c. fi. de ſacra. nō reiterandis. vbi dicūt ꝙ de ritu apoſtolorum reperitur in epiſtola ad Titum ꝙ tantum imponebant manus ordinandis & orationem fundebāt nec erat alia forma, ſed ab eccleſia poſtea ſtatutæ ſunt aliæ formę q̄ ſunt de neceſſitate ſeruandę, & ideo papa & eccleſia in talibus formis, poteſt ſtatuere & conſtitutiones facere non contrarias conſtitutionibus Dei. poſſent concordari dicen-

22 do, quod † quando epiſcopus improbat Archi. in d. cap. porro intelligit. de formis ſacramentorum inuentis a lege Dei, & tales formę tanquam de ſubſtantia ſacramenti ſunt immutabiles a papa, & quod dixit archid. quod papa poteſt mutare formas ſacramentorum præter baptiſmi & euchariſtiæ, intellexit. de formis ab eccleſia inuentis. & hęc conueniunt ad id quod dicunt doc. in d. capit. fin. Aduertendum tamen

23 † eſt quod archid. ibi dicit de forma data ab apoſtolis in conſecratione epiſcopi, quod debent adeſſe ad minus tres epiſcopi, & tamen dicit quod papa vel concilium ſede vacante poſſet illam formam immutare, & ſic loquitur de forma data a lege & iure diuino, per quod videtur quod concordia ſup. data non quadret. Vnde Auguſt. de Ancona. q. 58. art. 3. dicit quod in formis ſacramentorum non cadit diſpenſatio, ſed illis debet vti eccleſia quibus ipſe Chriſtus immediate uſus eſt vel apoſtoli qui ab ipſo acceperunut, vnde videtur eſſe cōtra archi. Dicit tamen in eadem. q. ar. 5. quod bene poteſt diſpenſari in ritu ſacramentorum, unde in formis ſacramentorum. videt̄ varietas inter theologos & canoniſtas, ſed de hoc

24 dic ut dico in fine ſequentis quęſtionis quæ adde hic. Non obſtat. c. ſacroſancta. 15. di. ibi ſed & ſi qua ſunt concilia a ſanctis patribus inſtituta poſt illorum quatuor authoritatem, cuſtodienda decernimus. quia intelligitur vbi concilia concernerent articulos fidei, vel ſi acciperetur dictum de aliis in quibus papa diſpenſet, intelligitur de inferiorib. quod ipſi debent ea cuſtodire. Item & circa quatuor concilia dicit Augu. de Ancona in trac. de po. pa. q. 60. ar. 8. quod licet papa cōtra illa non diſpenſet in iis quæ ſpectant ad explicationem fidei, tamen in iis quæ ſpectant ad ordinationem & diſpenſationem ſtatus fidelium, pro illo tempore, currentis, bene diſpenſat. Et ibi reſpondet ad cap. contra ſtatuta, quod vel loquitur de humilitat, quia ſicut Chriſtus ſacramenta, q̄ eccleſiæ mandauit ſeruanda primum ſuſcepit, idē dicēdū in papa non neceſſitate obſequendi ſed humilitate & authoritate, imperandi. vel ſecūdo reſpondet vt infra proxime dico. Sic

25 † ca. contra ſtatuta. 25. quęſtione prima, cum dicit nec huius ſedis poteſt authoritas, intelligitur de ſtatutis patrum, concernentibus ea quę ſunt fidei. Ad hoc bene tex. in cap. ſi quis præcſt. 16. q. 3. Ad illud quod dicitur de concilio Conſtantien.

tien. reſpondetur quod illud non fuit factum in generali concilio, nondum enim erant ex tribus obedientiis omnes in eadem ſententia. Imo patres aliorum obedientiarum reclamauerunt quando illud ſtatutum fuit per patres obedientiæ Ioannis. 23. & ideo ſtante dubio caſu ſchiſmatis non potuit poni pro authentico decreto. Ita dicit cardi. de turræ cre. in trac. de po. pa. li. 2. c. 99. in prin. & reperio quod eū refert ſupradictus epiſcopus Brixien. in quodam ſuo trac. in quæſtione vtrum papa poſſit diſpenſare contra ius diuinū in reſpō. ad primum & vſque ad quartum argu. Et ſi dicatur de Martino quinto & Eugenio quod ſteterunt illi decreto. Reſpondet epiſcopus prædictus quod ſi hoc fecerunt ex ſua humilitate, nō potuerunt præiudicare ſucceſſoribus, allegat 2. q. 7. nos ſi incompetenter, & quod fecit Symmachus in. §. hinc etiam 17. diſt. & Sixtus. 2. q. 4. mādaſtis. pro quo eſt tex. in capit. innouit de elec. De quo vide quod dico infra in illo arti. vtrum papa poſſit transferre & diſſoluere concilium ꝓ libito voluntatis, vbi teneo contra Roſellum. ibi vide rationes contra dictam conſtitutionem frequens, quæ adde hic. Et plus dixit idem epiſcopus, quaſi præſcius eorum quæ nūc occurrunt, ꝙ niſi illa decreta verbis vel clara intelligentia moderentur, aut vt melius loquar, prout iacent reuocentur, in futuro poterunt ſcandalum generare. Quod hodie vide-

26 mus, & propterea excitentur qui aures habent, vt ſicut † innouarunt bullam Pij, per quam declarantur hæretici appellantes ad futurum concilium, ita quod pluris refert procurent declarari non validum dictum decretum, & tanq̄ de facto

27 factum reuocari & annullari. Repugnat † enim decretum illud dictis multorum ſanctorum patrum, qui ponunt papam vniuerſalis eccleſiæ caput & principem. repugnat quia videtur tollere Monarchiam eccleſiæ quæ eſt in vno capite, de qua diximus in illa quæſtione vtrum papa poſſit cardinales creare ſine conſenſu cardinalium. Illud decretum in aliquibus vult papam tenere principatū, deinde vult eū ſubeſſe cōcilio, quantumcunque iura & ſancti patres & antiqua concilia velint papam dare authoritatem & robur concilijs. Illud decretum deponit papam a papatu & ſua ſuperioritate & præeminentia, ēt ſi conciliū non ſit congregatum ꝯ eū. Ex quo uidetur patere quod ſolummodo fuit editum vt haberet locum iu illo concilio Conſtantienſi ad tollendum ſchiſma, quia tūc in eccleſia non erat vnus indubitatus papa, ſed tres quorum quilibet gerebat ſe pro papa, cum nullus remāſerit nec iudicatus fuerit verus papa. propterea magis fuit locale & particulare illius concilij Conſtantienſis ad ſedandum ſchiſma quam vniuerſale. Verba ſunt dubia, quæ præſtant occaſionem congregandi conciliabula & generandi ſchiſma. Quid magis ſcandaloſum in eccleſia, an ꝙ admittatur & toleretur appellatio ad futurum concilium, quod intelligitur in quo præeſt papa vel alius eius nomine, quod facere fuit & recte interdictum ad comprimendum temerarios, an tolerare ſtatutum quod papa teneatur obedire concilio etiā circa reformationem eccleſiæ. audebit quiuis fraterculus congregare conciliabulum, & aſſerere papam ei ſubeſſe. Et quod decretum illud fuerit tantum locale, oſtendit verbum in ipſius decreti principio cum dicitur quod ipſi ſynodo in ſpiritu ſancto congregatę quilibet etiam ſi papalis dignitatis exiſtat obedire tenetur. ergo de illa tantum ſynodo Conſtantien. loquitur. Idem etiam oſtendit confirmatio facta per Martinum, cum inſtantia & proteſtationibus petita ab oratoribus regis poloniæ & ducis lituaniæ ante diſſolutionem ſiue in ipſa diſſolutione concilii in 45. ſeſſione. vbi papa decreta in materiis fidei cōciliariter facta, approbat & ratificat & non aliter nec aliomodo, fecitque illud iterato dici per fiſcalem aduocatum conſiſtorii. Ex quo oſtendit ꝙ noluit ratificare illud decretum quod tantum erat factum per partem obedientiæ Ioannis. 23. & non per alios, & ſic nō conciliariter, & non erat de materia fidei. Multa poſſent ad-

28 duci † quare illud decretum non liget papam. vnde vide infra in dicta quæſtione vtrum papa poſſit diſſoluere conciliū

29 ſua nuda voluntate. Et per hæc patet reſponſio † ad conſiliū ludo. 380. qui fuerat Baſilien. quod concilium non fuit receptum ſiue eius decreta non fuerunt recepta pluſquam repetiebantur ſtatuta. Vide tamen cardi. de turre cre. in dicto trac. in lib. ſecundo capitulo 99. & capitulo ſequen. ubi ponūtur improbationes illius decreti, tam in concilio Conſtantien. quam poſtea in concilio Baſilien. repilogati. Deleatur igitur de libro illud decretum, vt dixit dictus epiſcopus, ne parua ſcintilla ſerpendo ſi non ſtatim opprimatur incendat

30 totū orbem. c. reſecandæ 24. q. 3. Adde tñ † ꝑdictis ꝙ licet papa diſpenſet ꝯ ſtatuta ꝑ cōciliū, tñ hoc facit nō ita de facili, ſed cū magna difficultate & cā ſubſiſtēte, vt eſt tex. in c. poſt tranſlationem circa fi. de renunt. & dico aliquid in illa quæſtione vtrum ſufficiant clauſulę generales ad tollendum ſtatuta concilij. Vtrum autem dicatur conſtitutio conciliaris ex eo ſolo quod in ea dicitur ſacro approbante concilio, domin. in d. conſi. 44. dicit quod ſic, quia omnia noſtra facimus quibus authoritatem impartimur, vt in l. 1. C. de veteri iure enucle. & cap. ſi apoſtolicæ de præbend. in 6. Quod intelligo per quandam communicationem, vt dicit Anton. & Immo. in c. 1. de pac. & non quod magis proprie & principaliter attribuatur authoritati & poteſtati conciliari quam papæ, vt ſupra dixi in q. qualiter debeat edi conſtitutio in concilio, & in proxima ſupra quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Concilium an poſſit tollere conſtitutionem papæ.*
2 *Concilium recipit poteſtatem a papa, eſt inferius papa iure ſubordinationis, &c.*
3 *Concilium generale ſede vacante an poſſit tollere iura poſitiua, vel contra illa diſponere, quod ſic.*
Quod non num. 4.
Limit. auctor remiſſiue. num. 5.
Et intellectus c. porro. 66. diſt. per auctorem. num. 6.
7 *Sententia papæ, & concilij ſi contrariantur, potius ſtandum eſt ſententiæ papæ.*
8 *Concilium etiam volente papa non poteſt eius voluntatem reſtringere.*
Quia eius poteſtas a Deo eſt.
Fallit. numero 9.
10 *Cardinales ſede vacante an poſſint diſpenſare contra conſtitutiones papę vel eis addere, aut minuere.*
11 *Capitulum dicitur ſucceſſor epiſcopi.*
12 *Arch. in c. porro 66. diſt. reprehenditur per card.*
13 *Conſecratio epiſcopi, cum tribus epiſcopis an ſit de forma, & an papa ſolus poſſit conſecrare.*
Et an iſtam formam papa poſſit immutare. num. 14
15 *Papa in cauſa fidei an ſemper teneatur congregare concilium.*
16 *Factum a papa dicitur factum a ſede apoſtolica.*
17 *Papa an ſine concilio poſſit determinare quæſtionem fidei.*
18 *Idem committere iudicio vnius periculoſum eſt.*
19 *Papam non permittit Deus errare in deciſione eorum quæ ad fidem pertinent.*
Quod intellige vt ſupra. num. 18. in fine.
20 *Papa errare non poteſt conſiderata prouidentia Dei qui eccleſiam ſuam ſpiritu ſancto dirigit vt non erret. & Ideo in his quæ ad fidem pertinent errare non poteſt.*
21 *Differentia inter ſententiam papæ & opin.*
Et an ſtandum ſit potius ſententiæ papæ quam totius concilij. num. 22.
23 *Papa an poſſit, contra omnes clericos, tollere canonem ſi quis ſuadente.*
Et an poſſit ſibi eligere ſucceſſorem. nu. 24.
Et an concilium poſſit facere talem conſtitutionem. nu. 35.
25 *Epiſcopi eccleſiæ orientalis an pecent matrimonium contrahendo.*
26 *Lex principis quantumcunque dura ſeruanda eſt. & intellectus huius reg. per auctorem. ibi.*
27 *Articuli fidei ſumuntur ſtricte, large, & largiſſime.*
Et in quibus procedat poteſtas papæ. nu. 28. & nu. 31. & 32.
29 *Falſa ſunt reſpuenda, vera tenenda, dubia tandiu ſunt credenda donec aliud doceat ratio, vel contrarium præcipiat ſanctæ Romanæ matris eccleſię auctoritas.*
30 *Papam poſſe addere ſupra illa quę ſunt fidei dupliciter intelligitur.*
33 *Tibi dabo claues regni cælorum, per hęc verba. quid intelligamus datum. &c.*
34 *Papa an poſſit etiam vni laico, committere cauſam fidei.*

Articulus XVII.

1 Vlterius quæro † vtrum conciliū poſſit tollere conſtitutionem papæ, Gloſ. & ibi doct. in clemen. 2. in uerbo inferior de elect. dicunt quod non, nec directe nec indirecte, vt in ca. venientes de iureiur.

2 ſecundum Pe. de Anchar. in d. clem. ne Romani. Et ratio † eſt quia poteſtas cōcilij recipit vigorem a poteſtate papæ, ut in c. ſignificaſti de elect. & in c. cuncta per mundum. 8. q. 3. Aliquando enim poteſtas a ſuperiore non recipitur, ſed eſt inferior quis per quādam ſubordinationem, vt quod ab inferiore appelletur ad ſuperiorē, puta ab epiſcopo ad archiepiſcopum, qui habent iuriſdictiones diſtinctas, quia licet epiſcopus ſit inferior, nō tamen recipit poteſtatem ab archiepiſcopo, vt in c. paſtoralis in princ. de offic. ordin. & dicit cardinal. d. clem. 2. Sed concilium non ſolum dicitur inferius papa iure ipſius ſubordinationis, ſed etiam quia recipit poteſtatem a papa, & ideo non poteſt tollere legem papę, quinimo nec poteſt confirmare conſtitutionem papę, vt dicit Hoſtien. in cap. qualiter de elect. quia confirmatio eſt actus ſuperioritatis, ut dicit Bald. in l. fi. uerſic. ulterius notat. C. de ll. ponit Fel. in c. 1. in fi. de treu. & pa. & in c. 1. in 3. ampliatione de conſtit. Et ad hoc & ad præcedentem quæſtionem faciunt ea quę ponūtur in illa quæſtione utrum papa ſit maior concilio. Dicit tamen Archid. in c. porro. 66. diſt. quod concilium generale

3 ſede vacante poteſt diſponere contra iura poſitiua & illa tollere.

lere. Et idem ponit Do. de sancto Gemin. in consi. 65. incipit discutiam, vbi dicit quod licet sede apostolica repleta concilium generale sit inferioris papa præterquam causa hæresis. quadragesima distinct. si papa, tamen quando sedes apostolica vacat, concilium generale habet potestatem disponēdi sicut papa etiam cōtra ius commune editum a papa. allegat Archi. in d. c. porro. & ibi consuluit quod valuerit confirmatio facta per concilium de cōcessione facta per Benedictum papam Chartusiensibus. Item quod concilium possit disponere contra legem papæ, ponunt Inno. Ioan. And. & Anto. in c. fi. de sacra. non reiteran. vbi idem dicere videntur. Facit in simili, quia sicut capitulum sede vacan. reuocat constitutionem episcopi, ut ponit Fede. de Senis consi. 16. pariformiter videretur dicendum de concilio ad papam. licet secus sit in cardinalibus, qui recipiūt facultatem condendi legem a papa, vt videtur in d. cle. ne Romani. Quinimo Archi. plus videtur velle quod sede vacante vniuersalis ecclesia siue concilium potest mutare formam traditam in cōsecrandis episcopis ab apostolis, videlicet quod vbi ordinauerunt apostoli neminem consecrandum in epm nisi ad minus cum trib. episcopis, exemplo Iacobi qui fuit ordinatus a Petro Iacobo & Ioanne, ecclesia & concilium posset istam formam mutare, & statuere quod vnus aut duo episcopi possent ordinare episcopum, quia vt ipse dicit, potest ecclesia vniuersalis mutare omnem formam sacramētalem præter formam panis & vini & baptismi. Et cum c. porro sit tex. Anacleti papæ, videtur quod concilium possit tollere statutum apostolorum confirmatū authoritate papæ. Et tamen vult idem Archi. ꝙ papa si hodie vellet ordinare epm, non posset solus nec cum vno episcopo consecrare illa forma durante. Et sic videtur quod maior sit potestas concilij quam papæ. Et idem refert & sequitur ibi Do. in d. c. porro. Vnde videtur quod conciliū possit tollere constitutionem papæ & apostolorum. Et fuit ista originalis opinio lau. ibi. Item quod non nisi cum tribus episcopis fiat consecratio, est tex. concilij Toletani in c. episcopus. 23. di. Ad idem tex. Lucii papæ in c. si archiepiscopus de tempo. ordi. Et sic concilium tollit constitutionem apostolorum per concilium & plures Romanos pontifices comprobatam. Ad idem tex. in c. episcopi, qui est Niceni concilij & tex. in cap. comprouinciales, qui est tex. Anitij papæ, 64. di. De isto articulo vide etiam quæ dicta sunt supra in proxima quæstione, de quo etiam infra. [4] Tex. tamen † probat cōtrariū, quod concilium sede vacan. non possit tollere constitutionē papæ, in c. 1. de libel. obla. vbi concilium ad hoc vt posset reclamanti canonice rn̄dere petijt ut ipse seruaret legem canonicam. Et ille tex. facit pro glo. illa in verbo inferior in d. cle. ne Romani, quę idem vult, uidelicet quod concilium non possit etiam sede vacan. tollere cōstitutionem papæ. Et hoc mihi placet, quia cōcilium debet seruare canones antiquos, vt in c. in nona. 16. q. 7. Imo potest ad obseruandum cogi per papam, vt probatur ex text. c. si quis. 25. q. 2. Item concilium tenetur cōsentire iustis statutis, vt in c. si episcopus in fi. 12. q. 2. Et istam opinionem disputando per plures chartas tenuit [5] Barbatius in cle. ne Romani de elec. Istud tamen limita † vt pono infra in illa quæstione vtrum concilium sede vacante [6] possit disponere contra iura positiua. Et quod † dicitur in ca. porro, intelligo quod illud quod immutatur sede vacan. approbetur tacite vel expresse postmodum per papam cū concilio, quia semper in iis quæ statuuntur in concilijs intelligitur excepta authoritas papæ, vt in c. significasti. de elec. & dicit Aug. de anco. in trac. de po. pa. q. 60. ar. 8. in respon. ad secūdum argu. Ad consilium Dominici potest responderi quod ipse ibi loquitur in cōfirmatione facta per concilium, & nō de tollenda constitutione papæ. Et quod possit contra ius ꝯmune, intelligo similiter quia illud est postea expresse vel tacite approbatum per papam. confirmare autem quod est ꝯcessum a papa non iure superioritatis sed per modum executionis, fieri potest etiam per inferiorem. Et pro ista opinione facit quod dicit glo. in capitu. in istis. 4. di. & glo. in c. nemo. [7] 9. q. 3. vbi dicitur ꝙ potius † standum est sententiæ papæ q̃ cōcilii si cōtrariantur. & in glo. in c. quodcunq; 24. q. 1. De qua quæstione dicemus infra latius. Non enim potest concilium restringere voluntatem papæ sine eius consensu, Ioan. And. [8] in capit. nouit de iudi. Imo nec † eo consentiente, vt dicit idē Ioan. An. in c. ecclesia de cōsti. & notatur. 21. di. in §. nūc aūt quia eius potestas est a Deo, ut in §. hinc etiam. 17. distinct. & in c. sacrosancta. 22. di. Et ideo dicitur quod non pōt pręscribi contra eius supremam potestatem, quia esset præscribere ꝯ Deum, non recognoscendo vicarium eius in superiorem, vt dicit in c. ꝙ translationem de offi. lega. in c. bonæ de postul. pręla Bald. in l. 1. C. de emancipa. libe. & in l. 2. C. de serui. & aqua. Et idem intelligo non solum si concilium expresse abrogare vellet constitutionem papę, sed etiam si non abrogādo expresse, facere uellet constitutionem contrariam constitutioni papę, non posset, vt probat illa glosa in dicta cle. secunda [9] Et est † ue rum ubi non tractatur de causa fidei. quia causam fidei papa debet determinare cum consilio concilij, vt dicit glo. in c. Anastasius, & ponit ibi domin. 19. dist. & idē domin. in c. sicut. 15. dist. Et sic intelligo glo. 96. dist. in cap. le[10]gimus. De cardinalibus autem † vtrum sede vacante possint dispensare contra cōstitutiones papæ vel addere aut minuere, dic quod non. Et hoc ponit archie. Flor. in 3. parte tit. 22. c. 2. §. collegium cardinalium, post Aug. de Anco. Et ibi quam iurisdictionem habent cardinales sede vacante. Ad illud qđ dicitur de capitulo, quod reuocat constitutionem episcopi, [11] respondetur † quod ideo est quia capitulum est successor episcopi, vt in c. 3. de supplen. negli. præla. in cap. & ita respondet Barbatius in d. clem. ne Romani in 6. colum. in notabilibus. [12] Non obstat quod † dicit Archi. in d. c. porro, quia eius opinio est reprobata per Cardinal. & per Alexand. ibi inquātum voluit quod papa non posset consecrare episcopum solus, uel cum vno episcopo forma illa durante, quia immo contrarium est veritas, quia vt dicit Cardina. ibi, illa forma non est meri iuris diuini, & cum papa consecrat solus vel cum uno, tacite dispensat, vt dicitur in cap. diuersis fallacijs de cleric. coniugat. & in c. veniens de filijs presbyt. cum simil. Et istam [13] opinionem † sequitur Alexan. in c. archiepiscopus. 66. dist. dicens quod per illa verba formam dantibus, posita ibi in text. c. porro, hoc inductum est pro forma, quia si non esset c. porro non haberetur pro forma. Et quod non sit de forma quod adsint tres episcopi, sed potius ex quadam reuerentia ipsius sacramenti, probat multis rationibus Cardinal. in d. c. porro, quem postea refert Alex. in d. c. archiepiscopus. Illud autem quod traditum est nobis ab apostolis, est potius quidam ritus quam de forma vel substantia. Et idem dicunt Innoc. Ioann. Anto. in c. si. de sacra. non reite. quo ad ordinem presbyteratus, dicentes formas adinuentas per ecclesiam, quia ab apostolis tantum habemus quod manus imponebant & orationē fundebat sup eos, vt in epistola ad Titum. vnde si nō fuissēt aliæ formæ ab ecclesia statutæ, sufficeret dicere sis presbyter. Sed Egid. Bellamera in c. presbyteri 68. dist. dicit quod regulariter omnia illa de quibus non cōstat utrum sint de substantia vel non, inuenitur tamen in iure quod debent fieri, talia dicūtur esse de substantia nisi inueniatur in iure expressum quod non sint de substantia. Notat Rayn. in summa tit. de ætate ordin. §. quid si aliqua. & Rostre. eo. ti. §. vnctionem autem, & Hostiens. in summa de sacra vnctione. §. a quo versic. consimilium. Ad quod vide quæ dicta sunt supra in [14] proxime præcedenti artic. Sed quicquid sit, † siue hoc sit de forma & substantia siue non omnes doct. volunt & ipsemet Archid. in d. c. porro, quod papa potest immutare istam formam quod adsint tres episcopi. & idem de aliis formis in presbyteratu dicunt doct. in d. c. de sacram. non reite. Dispensat ergo papa in istis sacramentalibus præterquam in forma sacramenti panis & vini & baptismi, ut dicit ibi Archidiacon. Sed quicquid sit, ex dicto archi. sequitur, siue sit ex forma ecclesiæ, & constitutionum summorum pontificū siue ab apostolis, quod concilium potest reuocare tales constitutiones sede uacante. Sed ad dictum Archid. respondeo, vt supra dixi, quod si concilium sede uacante aliquid immutat ex aliqua causa de constitutionibus pontificalibus, in illa immutatione intelligitur excepta authoritas successoris in papatu & sic dependet ex uoluntate papæ an sit rata uel non. Vnde quod facit concilium, est potius reuocatio per modum consilii quam alicuius authoritatis. Si tamen contingeret casus ineuitabilis necessitatis ecclesiæ cui aliter non posset prouideri, puta quia non reperirentur episcopi, dicerē eo casu posse concilium reuocare constitutionem papalem, de quo dic ut infra proxima q.

[15] Et per hoc transitur ad aliam quæstionem, utrum papa in causa fidei teneatur semper cōgregare concilium episcoporum. Text. in c. maiores de bap. probat quod non, ubi dicitur maiores causæ ut causæ fidei referuntur ad sedem Petri. Idem dicit tex. in cap. quotiens, 24. q. 1. & text. in c. omnes. 22. dist. ubi dicit text. quod Romana ecclesia dicitur magistra fidei, & ad eam recurrit Hieronymus in c. hęc est fides 25. q. 1. Facit text. in c. nec licuit. 17. di. & c. sicut. 23. q. 4. & ponit sanctus. Thom. in secunda secundę. q. 1. art. 10. Vnde Dominus noster Iesus Christus lucæ. 22. dixit ego pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliqn̄ cōuersus confirma fratres tuos. Vna enim debet esse fides totius ecclesię, iuxta apostolum primæ ad cor. 1. & text. in c. loquitur. 24. q. 1. Constat autem quod dicitur de sede apostolica [16] idem intelligi de papa, quia † id quod facit papa, dicitur facere sedes apostolica & e contra, ut ponit Ioann. And. in c. si abbatē de ele. in 6. & Card. in cle. quia contingit de relig. dom. in 5. quæsito. Et quod hoc possit papa sine concilio, uoluit gl. in c. quod translationē de offic. leg. Et bene prosequitur, & tenet

net Augu. de Anco. in trac. de po. pa. q. 10. ar. 1. & 2. vbi ponit quod ad papam spectat determinare quid est hæresis. & in 3. quod ad papam spectat aliquid addere vel diminuere ad ea quæ sunt fidei. Sed in contrarium facit tex. in c. habeo librū. 16. di. & text. in c. sicut. 15. di. & d. cap. anastasius. 19. di. & act. 15. vbi in contentione an conuersi deberent circuncidi, uocati sunt apostoli & congregatum concilium, & non fuit delata quæstio Petro nec conclusa per eum tantum, sed per ipsum cum aliis. Ad hoc est etiam quod dicit Archi. 12. di. cap. non decet. ubi referendo beatum Bernar. dicit quod papa non est dominus episcoporū sed vnus de episcopis. ergo ipse cum episcopis hoc facere debet. Ad quod facit † quod [17] quatuor concilia principaliora quę concernunt fidem & sūt seruanda sicut euangelium, vt in c. sicut. 15. di. repræsentant omnes fideles, vt dicit Alex. in c. in nomine Domini. 23. dist. in 2. col. Vnde videtur quod sine concilio papa de fide determinare non possit. Et hanc opinionem quod papa sine concilio non possit, simpliciter tenuit Barba. in d. c. quod translationem. Et respondet ad c. hæc est fides. 24. q. 1. & ad c. in istis. 4. dist. & ad cap. aliorum. 9. q. 3. quod illa iura non loquuntur quando papa uellet decidere articulum fidei. & ad cap. maiores, quod causa fidei referenda est papæ scilicet tanquam capiti & non ut per ipsum solum decidenda, Pro eo facit qa quod non est a papa inuentum, non debet ad eum spectare determinare, sed illa quæ sunt fidei non sunt a papa inuenta ut patet. 1. Petri. 1. quod non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, ergo. Item facit illud. 1. ethi. vnusquisq; bene iudicat de iis quę nouit, & horum est bonus iudex, sed plures sunt in ecclesia magistri & doctores qui melius sciunt illa quæ sūt fidei quam papa, ergo ad eos magis spectat, & sic ad concilium. Item fides est communis omnibus fidelibus, & cum agitur de fide, causa vniuscuiusque fidelis agitur, ergo ad omnes fideles spectat determinare quæ sunt fidei. Ad hoc tex. in c. ubinam legistis. 96. di.

Circa hoc dicendum est quod interdum potest occurere dubium maximum circa fidem. [18] & tunc debet congregari concilium, quia † ut dicit Domi. in d. ca. Anastasius, committere fidem nostram iudicio vnius, est valde periculosum. Quod maxime est uerum quando dubium esset maximum apud papam cum cardinalib. Et hoc ponit Alex. in d. c. Anastasius, & 15. di. in prin. Quod etiam intelligit quādo papa vellet statuere circa fidem, contra illud quod esset alias statutum in conciliis, quia tunc deberet conuocare concilium, ut dixi supra in præcedenti quæstione, & idem Alex. ponit. 15. di. c. sicut, & Abb. Siculus in d. capi. maiores de bap. quod & sentit Augu. de Ancona in trac. de po. pa. q. 60. ar. 8. Alioquin quando nō occureret maximum dubium, etiam causas fidei potest solus papa uel cum cardina[19]libus decidere, ut est tex. in d. c. maiores. Deus † enim non permittit papam errare in decisione eorum quæ ad fidem pertinent, ut legitur in chronicis de Leone papa. Pro hoc glo. 24. q. 1. cap. quodcunque. text. 24. q. 1. in sede, & c. hæc est fides, & c. quoniam uetus. Et licet glo. in c. a recta. 24. q. 1. uideatur innuere contrarium, intelligit sanctus Tho. in quoli. 9. ar. vlti. secundum quod refert Brixien. in quibusdam responsionib. factis contra panor. in illa parte ibi ulterius idem reuerendi[20]simus & c. circa fi. quod intelligitur † considerata persona ipsius papæ secundum se, sed considerata prouidentia Dei qui ecclesiam suam spiritusancto dirigit ut nō erret, sicut dominus promisit Ioan. 16. quod spiritus adueniens doceret omnē ueritatem, certum est quod iudicium papæ in iis quæ ad fidē pertinent errare nō potest. Vnde & Caiphas quamuis nequā, [21] tamen quia pontifex legitur prophetasse. Et ibi infert † ex dicto sancti Thomæ quod magna est differentia inter opinionem papæ & sententiam papæ, quia opinio quæ est de ijs quę pertinent ad personam papæ potest errare, sed in iis quæ pertinent ad sententiam papæ, quod est ratione officii publici, non permittitur assistente spiritusancto errare, quia potius operabitur quod sententiam feret contra illud quod opinabatur, sicut euenit in caipha, qui non intelligebat quod ex morte Christi deberet saluari genus humanum. Sicut legit etiam de Liberio papa, qui deprauatus Arianorum perfidia, quibus fauebat in gratiam Constantij imperatoris, progressus in cōcilium ea intentione ut pro Arianis sententiam ferret, subito a Deo percussus graui dysenteria expirauit, sicut beatus Hilarius ei prædixerat, & sic nō permisit spūs sanctus quod ueritati fidei contradiceret. Facit quod dicitur Ioann. undecimo, hoc non dixit a semetipso, sed ex suo officio cum esset pontifex anni illius. Et probatur hoc ex illo tex. capitu. hęc est fides, ibi si apostolatus tui iudicio comprobatur. Vnde uoluit idem Brix. quod si contrariatur sententia papę sententię concilii, potius sit standū sentētię concilij, pro hoc gl. in capitulo in istis. 4. dist. & glo. in c. quodcunque. 24. quęst. 1. Quid de hoc sentiam dicam postea, quia illę glos. concludunt contrarium, sed glo. in c. legimus. 93. dist. & glo. in cap. nemo. 9. q. 3. bene dicunt quod sit standum potius sententiæ concilii. Et quia ista conclusio videtur, directe contraria textui, & ijs q̃ ibi dn̄r in c. si papa. 40. di. ubi qn̄ papa est hr̄ticus, potest accusari & declarari depositus, quod si in his staretur sententiæ eius potius q̃ totius concilij, fieri non posset, quia sem[22]per se tueretur ex sua sententia, ideo do. in d. † c. in istis. 4. dist. dicit quod si papa uellet aliquid statuere contra fidem quod certitudinaliter appareret contra fidem, tunc staretur senrētiæ concilii, quia isto casu concilium habet iurisditionem in papam. allegat. d. c. si papa. Quinimmo Hoc casu quo certitudinaliter esset contra fidem, etiam si vellet statuere cum cōsensu episcoporum de cōcilio, non posset. vt in c. quæ ad perpetuam 25. q. 1. & dicit Alexand. in d. c. in istis. Et idem dicit quod præualeret sententia concilij quando vellet aliquid statuere contra vniuersalem statum ecclesię, iuxta notata in c. nulli de sentent. excommu. & per Anton. in cap. quanto de [23] consue. Vnde non posset tollere contra omnes clericos canonem si quis suadente. 17. q. 4. quia esset statuere contra uniuersalem statum ecclesiæ. Sed de hoc, quia est mere de iure positiuo, esset melius cogitandum, sed secus de priuilegio fori, quia illud bene est de iure diuino, ut est glo. in c. si imperator. 96. dist. & ponit cardinal, in repet. c. perpendimus, & re[24]fert Alex. in d. c. in istis. Et idem dicit † si vellet statuere, quod possit eligere sibi successorem, quia præferretur sententia cōcilij, ut in §. his omnibus. 8. q. 1. in glos. vel si vellet deponere omnes episcopos de mundo, vt dicit glo. in cap. per principalem. 9. q. 3. Si vero vellet aliud statuere, tunc etiam si non conueniret consuetudini regionis, concilium posset contradice[25]re, sicut patet † de continentia in ecclesia orientali non recepta ab episcopis, quia non peccant matrimonium contrahēdo, ut in c. cum olim de cle. coniuga. 31. di. c. Nicena. Sed ista intelligo simpliciter in casu illo. c. Nicena, in quo noluerunt illi de ecclesia orientali renuntiare iuri suo, cum ageretur de ipsorum pręiudicio, nam etiam si contra consuetudinem regionis papa ex causa statueret, dicerem præferendam sententiam papæ sententię concilij per c. ad nostram de consuet. & ea quæ ponuntur in c. fi. de sponsa. duorum. Dicit tamen domin. quod si papa resisteret expresse contradicendo, deberet seruari sententia papæ etiam eo casu quo esset contra con[26]suetudinem regionis, quia lex † principis quantumcunque dura, seruanda est. l. prospexit. ff. qui & a quibus, & c. in memoria. 19. dist. & maxime statuendo in iis quæ pro animaduersione criminum sunt edita, quia in his reuocat statuta concilii, vt dictum est supra, nisi reuocando statueret quod esset irrationabile omnino vel impossibile. 4. di. c. erit autem, & ultra dictam glos. in d. c. in istis. 4. dis. quæ uult sn̄iam papæ pręferri sententiæ totius concilij, adde aliam glos in c. quodcumque. 24. q. 1. & aliam in c. nemo. 9. q. 3. in contrarium vide glos. in cap. legimus. 93. dis. Sed de ista quæstione alibi latius dicam. Sed ad quęstionem vtrum debeat cum concilio in prædictis statuere. adde quod dicit Archid. Domin. Alex. in cap. canones. 15. distin. & Ioann. And. & Anton. de Butrio. & Ioann. de Ana. post Alanum & Vincen. in c. cum Christus de hære. in illo artic. an papa possit facere nouos articulos fidei, ubi di[27]cunt quod articuli † fidei sumuntur stricte, large & largissime. Articuli stricte sumpti sunt omnes qui continentur in symbolo credo in Deum & c. quos fideles explicite scire tenētur, & circa hos papa nihil potest disponere vel ordinare, Largo autem modo sumitur articulus cum ultra contenta in symbolo comprehēdit diffinitiones factas per Romanos pontifices vel per concilia, quale est tres personas esse æquales, & alia plura, ut 15. di. c. 2. & 3. Et quo ad hos articulos creditur sufficere quod laici eos implicite credant, sed a clericis habentibus curam animarum, qui habent alios docere, & a prędatis debent sciri explicite. & in istis papa disponere non potest quatenus respiciunt fidem sine concilio, ex quo sunt iam determinata per concilia. 15. dis. c. sicut. 19. di. §. hoc aūt. [28] Largissime † uero sumitur articulus secundum quod respicit omnem ueram sententiam circa fidem nōdum diffinitam, & de qua ante diffinitionem licet dubitare sicut licuit ante diffinitionem de iam diffinitis. 24. q. 3. dixit apostolus. Quæ Specul. in tit. de legato §. nunc breuiter, uersic. 2. uocat articularia fidei, & refert Anton. in d. c. cum Christus. & in istis procedit potestas papę, & ad ipsum spectat talia determinare, ut in d. c. maiores de bap. & in c. hęc est fides. 24. q. 1. & hoc figuratum fuit in Moyse, qui fuit rector hebręorum sicut papa rector Christianorum, & cui reseruabantur quęstiones emergentes de lege determinandę, iuxta illud exodi. 18. esto tu populo in iis quę ad Deum pertinent, ut ostendas eis cerimonias & ritum colendi. Vnde Aug. ego non crederem euangelio si nō crederem ecclesiæ. Et cyrillus in lib. Thesau. ut membra maneamus in capite, in nostro apostolico Thro

no

ho Romanorum pontificum maneamus, a quo nostrum est quærere quid credere & quid tenere debeamus. Vnde augu. de Ancona in trac. de potestate papæ. q. 10. arti. 3. referendo Beatum Augu. in lib. de vera religione. c. 16. dicit ꝙ in ijs 29 quæ sunt fidei talis regula est seruanda, ꝙ falsa † & damnata semper sunt respunenda, vera vero & approbata semp sunt tenenda, dubia autem tradiu sunt credenda quamdiu aliud doceat ratio vel contrarium præcipiat sanctæ matris eccle- 30 siæ authoritas. Vnde dicit quod papam posse † addere supra illa quæ sunt fidei, dupliciter potest contingere, vel quantū ad dubiorum determinationem & interpretationem, vel quantum ad occultorum & implicitorum explicationem. & vtroque modo papa potest aliquid addere supra illa quæ sunt fidei. Adducit tex. 24. quæst. 1. capi. quotiens, & 14. distin. 31 c. sicut quædam. Et hoc modo intelligo quod † dicitur quod papa potest solus facere nouos articulos fidei, videlicet quod est verum secundum vnam acceptionem articuli, id est de tali quod credi oportet cum prius hoc non oporteret. Sed secus si accipiatur stricte, vt dictum est, quia quod hoc modo est articulus, semper fuit articulus. & ideo constitutio de illo disponens, semper trahitur ad præterita, ut dicitur in d. ca. cum Christus, & in capit. cum tu. de vsur. Et sic intelligo etiā sanctum Thomam in secunda secundæ. q. 1. ar. 10. Et eundē. S. in quęstionib. de potentia Dei. quæs. 10. ar. 10. vel & melius 32 materia. 10. quæst. 4. in respons. ad 13. argu. videlicet † quod papa possit solus nouos articulos facere declarando vel addendo, sed secus tollendo aliquid de articulis iam firmatis. Et si dicatur quod etiam Athanasius composuit symbolum, & tamen non erat papa, ergo videtur quod possit multo magis hoc fieri per papam. Respondet idem sanctus quod Athana. non fecit hoc per modum symboli, sed potius per modum cuiusdam doctrinæ, quæ quia integram fidei veritatem continebat, authoritate pontificum est recepta ut quasi regula fidei habeatur. Non obstat quod dicitur quod non debet spectare ad papam quia non est a papa inuentum. quia respondetur quod sicut per homines Deo ordinante sunt nobis data diuina eloquia, ita & per homines dubia ipsius fidei declarantur. Ad illud quod dicitur quod vnusquisque bene iudicat quæ bene nouit, dicendum est sicut dicitur. 20. di. c. decretales, quod aliud est causis terminum imponere, aliud scri- 33 pturas sacras diligēter exponere. Vnde in † quæstionibus insurgentib. circa fidem non solū est necessaria scientia sed ēt potestas, iuxta illud, tibi dabo claues regni cœlorū. in altera dans ei scientiam discernendi inter leprā & lepram, in alera dans potestatem eiiciendi aliquos ab ecclesia uel in eam recipiendi. Ideo conueniens est vt per papam cum aliquibus doctoribus & magistris ei adiunctis, dubia circa fidem decidantur. Ad illud de c. vbinam legistis, dicitur quod aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat ad adipiscēdam uitam beatam quæ non est nisi æterna, aliud est scire q̄madmodum hoc ipsum & piis opituletur & contra impios defendatur, quia primum pertinet communiter ad omnes fideles, secundum vero ad summum pontificem & alios maiores de ecclesia. Et ita respondet Augu. de Ancona, qui hoc posuit in dicto trac. de po. pa. quæstio 10. ar. primo. Sed uide- 34 tur etiā obstare † quod papa potest etiam uni laico committere causam fidei, ut in capitu. in synodo, ibi bellamera post glo. 63. distin. Sed dic quod aut est causa fidei, in qua non reuocatur in dubium an sit hæresis, sed potius dubitatur de facto quam de iure, uidelicet an per istum sit commissa hæresis. Et talem causam potest papa committere laico. facit glo. in §. uerum. 32. distin. Aut dubitatur de iure, uidelicet an sit hæresis uel non. & non debet papa committere laico, quia scandalizaret ecclesiam, quod ei nō permittitur. Vide Alex. in d. c. in synodo.

35 Vtrum autem concilium † possit facere constitutionem quod papa possit sibi eligere successorem, uide in illa quæstione utrum concilium possit sede uacante disponere contra iura positiua, & post q̄stionem utrum concilium possit immutare constitutionem papæ. Et ad istam quæstionem adde quæ dicta fuerunt supra in illo arti. ex quibus causis debet congregari concilium.

SVMMARIVM.

1 *Statuta concilii an dicantur statuta hominum.*
An Dei. & num. 4.
Et an dicantur ius diuinum vel humanum. ibi.
2 *Ius diuinum magis stringit quam humanum.*
3 *Lex canonica. in parte dicitur diuina, in parte positiua.*
5 *Lex humana quando ex contrauentione non liget ad peccatum remissiue.*

Articulus XVIII.

1 Sed hic quæro vtrum † statuta concilii dicantur statuta hominum, Abb. Siculus in capitulo licet ex quadam in penul. notabili de testi. ex illo tex. dicit quod statuta concilii dicuntur statuta hominum non Dei. & sic quantumcunq; dicantur a Deo promulgari p ora principum, vt in c. quo iure 8. dist. & spiritussanctus præsumatur loqui per os eorum qui sunt in concilio generali, vt in c. si ille. 50. dis. & tex. in c. violatores. 25 d. 1. non propterea dicuntur ius diuinum sed humanum. Pro hoc bonus text. in c. non debet de consans. & affi. ius enim editum a pręsidentibus in ecclesia militanti, non dicitur diuinum sed humanū 2 tex. 1. dist. in prin. Ius † tamen diuinum magis stringit quam humanum, vt in c. literas de restit. spoliat. quia præcepta Dei sunt præcepta iuris naturalis quę sunt de necessitate salutis, sed statuta homana sunt de ijs quæ non sunt per se de necessitate salutis, sed solum ex institutione humana, & ideo possūt esse aliqua impedimenta propter quæ aliqui ad obseruanda huiusmodi statuta non teneantur, vt dicit Archid. post San. Thom. in cap. utinam. 76. distinct. de quo per doct. in c. nam concupiscentiam de constit. Idem tamen Abb. in c. 1. de iura. calum. dicit legem † canonicam in parte dici diuinam & 3 in parte positiuam, allegat. c. qualiter el 2. de accusat. & c. nimis de iureiuran. quia habito respectu ad causam efficientē immediatam, dicitur humana, sed respectu causæ efficientis quia diuinitus per ora principum promulgata, dicitur diui- 4 na. d. c. quo iure. 8. di. l. fi. C. de præscript. longi temporis. Dicerem † quod si constitutio conciliaris disponit circa articulos fidei, tunc dicitur ius diuinum, vt in c. sicut, 15. dist. si circa concernentia moralem philosophiam, dicitur ius humanum. Ad hoc quod dicit Calder. in proœm. Gregoriano, potest etiam dici humana respectu causæ efficientis, licet etiā contineat in se aliquid concernens legem diuinam, & sic probat text. in præallegato. c. non debet de consan. & affi. & ad hoc faciunt ea quæ dicta sunt in illo art. vtrum papa tol- 5 lat statuta concilii. Quando † autem lex humana ex contrauentione non liget ad peccatum mortale. vide Fel. in c. quoniam contra de probat. in vlt. notabili.

SVMMARIVM.

1 *Papa quando tollit statuta concilij, vel contra illa dispensat, vtrum sufficiant clausulæ generales ad tollenda statuta concilij.*
2 *Constitutio conciliaris censetur habere clausulam derogatoriam ad postea concedenda.*
Immo etiam aliæ. num. 10.
Anctoris præmissa multa, in quibus agitur an per clausulas generales tollatur constitutio. nu. 3. & 4.
5 *Papa procedendo per viam constitutionis vel legis per clausulas generales tollit statuta conciliaria sicut alia.*
Limita duobus modis. nu. 6. & 7.
Quid si procedit per viam priuilegii. nu. 8.
9 *Differentia inter constitutionem conciliarem, & ius commune. & numero 23.*
Opinio auctoris. num. 11.
Vbi approbat opinio. Archidiacon. in capitulo primo de constit. in 6. & numero 12.
12 *Rescriptum, certis casibus non valet non facta mentione iuris contra quod impetratur.*
13 *Constitutio conciliaris si habet clausulam derogatorium ad postea concedenda vel decretum irritans, vel formam ad futura concedenda, non tollitur per clausulas generales, immo nec speciales, nisi fiat mentio in indiuiduo limita. nu. 22.*
Et quid si apponatur clausula motu proprio ex certa scientia & de plenitudine. potestatis. num. 26.
Et idem si non habet clausulam derogatoriam quia ad eam tollendam nō sufficit clausula generalis, sed debet fieri mentio de concilio generali. numero 14.
Licet non in indiuiduo. ibi.
Et ponit auctor exempla.
15 *Testamentum inter liberos non tollitur per secundum habens clausulam generalem, cassans & irritans, sed requiritur specialis mentio.*
16 *Innoc. in c. ex parte de capel. monach. intellectus.*
Et alius num. 17.
Et alius. nu. 18.
Et alius. nu. 20.
19 *Obreptio ad hoc vt euitetur, oportet facere mentionem de iure in rescripto emanante contra ius.*
Non autem vt euitetur subreptio. ibi.
21 *Constitutio conciliaris an tollatur per clausulam generalem non obst.*
24 *Papa si, sacro approbante concilio reuocet omnes concessiones siue exemptiones a prædecessore factas, cum clausula quod non intendit alias concedere nisi sub certa forma, si concedat sine illa forma, an dicatur facere contra constitutionem concilii.*
25 *Ecclesie Romana. non priuilegiat aliquem contra se.*

Articulus XIX.

Vlterius quia dictum est quod papa tollit statuta ꝯcilii & cōtra illa dispensat, vt in c. primo. & ibi doc. de constitu. in 6. ubi ex sola editione secundæ constitutionis vel legis reuocatur prima, quia papa censetur scire iura & habere ea in scrinio pectoris sui, quid si prima † constitutio est conciliaris, vtrum sufficiant clausulæ generales ad tollendum statuta concilii. Arch. in capitul. 1. de consti. in 6. dicit quod non, quia quando aliquid impetratur contra concilium generale uel concilium Lateranense, debet de eo fieri mentio aliter quam p clausulas generales, & pro hoc est tex. in cap. ex parte, & in cap. fin. de capel. mona & in cap. eam te. de æta. & quali. & in cap. nonnulli. de re- 3 scrip. & ratio assignatur, quia constitutio conciliaris censetur habere tacitam clausulam derogatoriam ad postea concedenda. Facit text. in capit. vnico. de exces. pręla. in 6. & ꝙ dicitur in l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. tertio, & in l. fi. C. si contra ius vel utili. pu. Et de isto dicto Arch. facit mentionem Ioan. And. in d. c. vnico. de exces. præla. in 6. Ad idem facit etiam de eo mentionem Bal. in l. humanum. C. de legibus. Idem Ludo. in l. si uero. §. de viro in 23. fallentia. ff. solu. matri. & Ioan. de Ana. in capit. cum in diœcesi in vlt. colum. de vsur. & Aluarottus in c. primo post prin. in tit. constitutiones feudales, & Oldra. consil 326. incipit quod articuli dati, & consi. 328. ad idem primo Et Ludo. consi. 436. in 7. columñ. ibi sexta principalis ratio, & Vitalis in clausulis suis fol. 5. & Benedictus consi. 157. fuit dispensatum. De quibus etiam meminit Felin. in d. cap. nonnulli. 6. colum. ubi assignat rationem, quia fit multorum authoritate. & fuit ratio Ludo. in d. consi. Ad quod. l. dubium. C. de repu. & cap. prudentiam. de offi. delega. Item illa ratio quę assignatur quod constitutio conciliaris habet tacitam clausulam derogatoriam ad postea ꝯcedēda vt dictū est virtualr est, Inn. & Hos. in cap. penul. de cap. mona. secundum iura quæ in fine allegat Inno. Et licet ante videatur dicere quod non sit differentia inter constitutionem conciliarem & alias non conciliares, expresse tamen Felin. in d. cap. nonnulli, videtur aliquo modo impugnare dictum Archi. primo propter Inno. in d. c. pen. qui dixit quod quantum ad faciendam mentionem, non est diffenrentia inter constitutiones concillii & alias alterius iuris, secundo quia Archid. non uidetur sentire illud ad quod allegatur. tertio quia iure non probatur. quarto qa si hoc esset verum, non oportuisset in d. capitulo nonnulli. ponere clausulam derogatoriam ad rescripta per quod dicit quod etsi specialiter hoc fuit factum ibi in d. cap. nonnulli. & in certis aliis iuribus, secus tamen est in aliis constitutionibus concilii. Dicit nihilominus finaliter quod non esset tutum discedere a dicto Archi.

3 Quid dicendum? Dico † aduertendum quod ista est materia multū sparsa in iure quia aliquando agitur quando secundum rescriptum tollat primum habens clasulam derogatoriam ad postea concedenda per clausulas generales, & est materia. capituli primi de rescrip. Et de rescripto ad lites est materia. capituli cæterum, & capituli pastoralis eo tit. De literis ad beneficia in capitulo eam te & capitulo capitulum. de rescrip. in cap. tibi qui. eo. tit. in 6. & in cap. si propter, & cap. duobus. eo. tit. & lib. cap. ex parte el. primo de offi. deleg. & cap. ei cui & in cap. quodam. de præben. in 6. cum simi. Aliquando agitur quando priuilegium habens clausulam derogatoriam tollatur a rescripto, ut in cap. cum ordinem. de rescrip. & in cap. primo eod. tit. & 25. quæst. secunda in summa. Aliquando in vltimis voluntatibus, ut in d. l. si quis in principio testamenti. Ioan. An. in regula quod semel, in mercuria. & Ang. consi. 213. & generaliter in contractibus & ultimis voluntatibus domi. in d. cap. primo de consti. in 6. Aliquando. de rescripto ad ius commune, ut d. cap. nonnulli. & in cap. primo de consti. in 6. & l. fin. C. si ꝯtra ius uel vti. pu. Aliquando. de rescripto ad indulgentiam. de quo per archi. in summa. 25. q. 6. Aliquando de constitutione ad ius commune, ut in cap. cum dilectus, & in cap. cum ad hoc. de cleri. non resi. & in c. 1. de exces. pręla. in 6. Aliquando de iure ad ius, ut in cap. 1. de const. in 6. & l. sed & posteriores. ff. de ll. & l. nō dubium. C. eo. tit. Aliquando de priuilegio ad ius commune. & uide multa quæ allegat Ioan. And. in rub. de priui. & post eum doc. in c. 1. de exces. pręla. in 6. & in specu. de instru. edi. §. nunc autem vers. & scias. & in tit. de rescrip. præsentatione §. ratione, ver. item quod est contra. Aliqñ de priuilegio ad priuilegium, ut in cap. veniens. de rescr. & in cle. 1. de sepul. Et multa alia consilia. de similibus, vt Calde. cons. 2. de priui. card. cons. 52. Federi. consi. 234. & card. cons. 142. Pau. de Cast. cons. 53. & cōsil. 312. & card. cons. 137. Ludo. consi. 327. & 436. card. consil. 104. & Fede. cons. 47.

4 Istis omissis solum tangendo † casum vtrum per clausulas generals tollatur constitutio concilii generalis. Credo considerandum per quē modū papa ꝓcedat, qa si ꝓcedit per uiam cōstitutionis uel legis, satis erit generalis clausula non obstante quacunque constitutione in contrarium faciente, sicut in tollendo alia iura quæ 5 non essent cōciliaria. Et hoc per id quod dicit Bal. in l. humanum. C. de legibus. & quod dicit Abb. in dicto capitulo nonnulli. & domi. in capitulo ut officium, in §. denique. de hære. in 6. & Immol. in clementina prima in ultimo notabili. de sepul. & dicit glo. in uerbo noscatur in cap. primo de consti. in 6. & Paulus de Castro in l. fi. C. si contra ius uel uti. pu. Nec Archid. loquitur quando constitutio conciliaris tollatur per secundam constitutionem, sed quando aliqud impetratur contra constitutionem concilii generalis. Et isto uno modo potest intelligi dictum Innocen. in dicto cap. ex parte, cum uult quod non sit differentia in faciendo mentionem inter constitutionem conciliarem & aliud ius scriptum. Et hoc 6 † etiam limito vt procedat secundum quod ponit Paulus de Castro in d. l. fin. nisi lex præcedens haberet clausulam derogatoriam ad sequentem, quia tunc non ualeret lex sequens nisi faceret specialem mentionem illius, seruata, certa forma 7 vt ponit Bal. & alii in l. humanum. C. de ll. Secundo † etiam limito nisi prima constitutio esset facta in priuilegium alicuius personæ. l. 2. §. legatis. §. de iudi. quia istis duobus casibus deberet fieri specialis mentio. Ad hoc est quod dicitur post glo. in cap. graue de offi. ord. & in §. si qua vero. C. de Iustiniano. C. confirmando.

8 Si autem procedit per viam † priuilegii vel rescripti, in hoc videtur differentia ex dicto Arch. quia si ius commune non habet clausulam derogatoriam ad sequentia, tollitur per clausulas generales. l. fin. C. si contra ius vel utili. pu. cap. si apostolica de præben. in 6. Sed secus uidetur in constitutione conciliari, quia ex quo est edita a plurib. videtur facta cum maiori maturitate, & propterea videtur habere clausulam derogatoriam ad sequentia, & non tolli per clausulam generalem non obstantiarum, per dictum Archi. sicut non tollerentur iura quæ specifice haberent clausulam derogatoriam ad sequentia, ut in d. c. 1. de exces. præl. in 6. in d. c. cum dilectus, & in cap. cum ad hoc. de cle. nō resi. 9 Vnde Archi. in hoc † videtur facere differentiam inter constitutionem conciliarem & ius commune, quia nisi ius commune habeat clausulam derotoriam ad sequentia, & in eo id specialiter caueatur, ut in exemplo. dicti capituli primi & cap. cum dilectus, & cap. cum ad hoc, non habet eundem effectum quem habet constitutio conciliaris, quæ licet non habeat aliter clausulam derogatoriam, nec specifice id in ea caueatur, continet tacite in se clausulam derogatoriam. & ideo simpliciter posita continet maius robur, quia difficilius ei derogatur, & non sufficit clausula generalis non obstante quacunque lege in contrarium faciente. Sed certe si recte inspiciamus iura quæ allegantur pro constitutione conciliari, non probant quod constitutiones conciliares videantur habere maiorem efficaciam vel maius robur quam alia iu- 10 ra, quia † quælibet lex vel canon censetur habere clausulam derogatoriā, ut in l. nec damnosa, & in l. rescripta. C. de precibus impera. offe. & in l. fi. C. si contra ius vel uti. pu. Et quo ad id quod dicitur in d. c. ex parte & aliis iuribus quod quia non est facta mentio de constitutione cōciliari, rescriptum censetur surreptitium, nō dicitur quod contrariū sit in aliis, iuribus non conciliabus.

11 Reuera difficile est iudicatu quidnam sit tenēdum. Et ideo † cōsiderando dictum Archi. & iura, dicerem sic. Et primo quo ad dictū Archid. dico contra Felinum quod imo Archid. hoc clare sentit quod ad derogandum constitutioni conciliari in rescripto vel priuilegio, non sufficit generalis mentio per clausu- 12 lam non obstante &c. dicit enim Archidiac. quod certi † sunt casus in quibus non valet rescriptum nisi fiat mentio de iure contra quod impetratur, vt in c. nonnulli. de rescript. in cap. eam te. de æta. & qualit. in capitulo cum dilectus, & in capitulo cum ad hoc. de cle. non resid. Quod specialiter intelligi potest quando impetratur contra concilium generale, vt de rescrip. nonnulli. vel Lateranense, vt in capitulo penultimo & vltimo, de capel. monacho. Et subiungit idem dicendum de quolibet iure in quo istud specialiter continetur. & idem quando iuris ordo peruertitur, vt in capitulo causam quæ de rescript. Et per eadem verba replicat istud dictum Domi. in capitulo primo, in septima opinione. de excessib. prælatorū. in sexto. Nunc ergo in proposito ex dicto Archidiaco. satis colligitur mens eius quod quando rescriptum vult tollere constitutionem conciliarem etiam non habentem clausulam derogatoriam ad postea concedenda, requiritur quod faciat mentionem de constitutione conciliari, & non sufficiunt clausulæ generales. & æquiparat constitutionem conciliarem in hoc alijs iuribus habentibus clausulam insertam quod de eis debeat fieri mentio, quæ est clausula derogatoria ad postea concedenda.

Et sic dictum Archri. est satis clatum in se. & si hoc non sentiret, nō fuisset adhoc allegatus a tot doctoribus quos supra retuli. In hoc tamen fateor quod aliqua iurium quę allegat, possunt in aliquo retorqueri contra eum, ut cap. nonnulli. de rescrip. quod est constitutio conciliaris, & ibi dicitur quod non ualeat rescriptum contra illum tex. nisi in eo fuerit facta expressa mentio de illo iure conciliari. In hoc nulla resultat maior specialitas in constitutione conciliari quam in aliis iuribus, quia ubi in aliis iuribus est apposita clausula quod non ualeat rescriptum, vel priuilegium nisi fecerit expressam mentionem de illo iure, non valebit rescriptum contrarium habens tantum clausulam generalem non obstante, ut in hoc potest poni exemplum in dicto capitulo primo de exce. prælа. in 6. Ad idem l. 1. C, si nuptię ex rescripto, petantur. & in l, ratas. C. de rescindenda vendi. Et in l. prima C. de naturalibus liberis. & satis bene text. in l. humanum in fine. C. de legibus. & in l. secunda C. de summa trinita. in quibus exemplis idem est quod in constitutione conciliari, quia non sufficeret clausula generalis non obstante aliqua constitutione in contrarium faciente, sicut nec in terminis. dicto capitulo nonnulli.

13 Nunc ergo ad conclusionem quæstionis dico quod interdum constitutio† cōcilii generalis habet clausulam derogatoriam ad postea cōcedenda uel decretum irritans, vel formam ad futura concedenda. & isto casu non solum non sufficit clausula generalis non obstante aliqua lege, sed nec sufficit specialis puta dicēdo nō obstāte aliqua lege conciliari, sed requiritur indiuidua mentio, ut in dicto capitulo nonnulli, quia debet dici non obstante constitutione in concilio generali edita ne quis possit trahi vltra duas dietas. Et in hoc non facio differētiam inter constitutionem conciliarem & pontificalem. Et ita seruat stylus curiæ cum in literis apponit clausulam non obstantibus constitutionibus de vna vel duabus dietis dummodo non ultra tres in concilio generali. dicto capitulo nō nulli, & per Bonifacium. capitulo statutum eodem titu. editis. Vnde consuetudo ostendit quod ita sit necessaria indiuidualis mentio de constitutione Bonifacii sicut de constitutione cōcilii generalis. Et idem seruatur de constitutione generali in concilio Viennen. in clemen. prima de regularibus & de extrauaganti Martini quinti idem disponentis, quia indiuidualiter vtrique derogatur. habet enim dicta clemen. decretum irritans, quod sapit clausulam derogatoriam ad postea concedenda. cap. si eo tempore de elec. in 6. cum similibus. Item etiam derogatur in indiuiduo concilio Viennē. in clementina contingit. de religi. domi. quia habet certā formam committēdi hospitalia. Et hoc etiam modo potest intelligi dictum Inno in dicto cap. ex parte. de capel. mona. cum uult quod non sit differentia inter ius commune & cōstitutionem conciliarem quo ad faciendam mentionem.

14 Aliquando constitutio† conciliaris non habet aliquam clausulam derogatoriam ad postea concedenda. Et tunc dico ēt non sufficere fieri mentionem ad derogandum per generales clausulas, videlicet non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis in contrarium &c. vel non obstāte aliqua lege in contrarium faciente, sed debet fieri specialis mentio de concilio generali, ita quod dicatur non obstāte aliqua lege uel constitutione etiam in concilio generali edita in contrarium disponēte. Nec requiro quod faciat nominatim indiuidualem mentionem de continentia vel de canone, sicut in præcedenti casu, vbi dicitur de vna uel duabus dietis &c. fit mentio de concilio generali & cōcilio Viēnen. in indiuiduo, sed sufficit specialis, scilicet non obstante aliqua constitutione cōciliari in contrarium edita. Ita intelligo. cap. ex parte, & cap. fin. de capel. mona. & ca. eam te de æta. & qualita. Et ita intelligo dictum Archi. in d. c. 1. de consti. in 6. Et ita videtur velle Io. An. in c. 1. de excel. pla. in 6. in distinctione, dum dicit in primo membro distinctionis aut non nominatim sed per æquipollentiam nominis. quasi dicat quod æquipollet dicere non obstante tali lege vel nō obstante aliqua lege conciliari, quia ex quo exprimitur ꝙ cōstitutio est conciliaris. satis vr̄ specialis mentio facta de illa. maxime cum idem Ioan. An. referat verba Archi. in ultima opinione, videlicet de constitutione conciliari, extendendo. c. ex parte. & c. fin. ad omnem casum quo impetraretur ꝯ concilium generale. Et bene probant illa iura. d. ca. eam te & d. c. penul. & fi. vbi ostenditur ꝙ nulla mentio erat facta de constitutione conciliari. c. 2. de statu monac. Vnde nec generaliter. & sic nullo modo poterat papa instrui. & ideo tanquam surreptitie impetratum non valebat, quod secus fuisset, si potuisset papa instrui per generalem clausulam non obstante constitutione concilii generalis in contrarium edita. tunc enim tanquam eo certificato per æquipollētia verba, cessasset surreptio. Et idem vr̄ sentire Domi. in effectu, cū refert distinctionem Io. An. in d. c. 1. de excel. præla. in 6. & idē Paulus de Cast. in d. l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. in 3. col. cū all. Io. And. Pro hoc facit ꝙ qn̄ fit testm̄ inter liberos, illud tacite dr̄ continere clausulam derogatoriā ad alia subsequentia, vt

15 in auth. hoc inter liberos. C. de testa. Ita† ꝙ per subsequens testamentum non censetur reuocatū primum nisi in secundo fiat specialis mentio de primo, vt ponit Pau. de Cast. & Cor. in d. auth hoc inter liberos. & Soc. in l. si mihi & tibi. §. in lega. de leg 1. & Clar. in cons. 163. in 7. colu. nec sufficit cl̄a gn̄alis cassans & & reuocans omne aliud testm̄ &c. Pariformiter dicendum vr̄ in ꝯstōne conciliari, quæ vt dictum est habet in se tacitā cl̄am derogatoriā ad sequentia rescripta, ꝙ non sufficiat cl̄a gn̄alis nō obstātib. legib. & ꝯstōnib. apostolicis nisi dicat̄ non obstāte aliqua lege ēt si sit conciliaris. Licet ꝙ dr̄ de testō sit diuersa materia, de qua in l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. 3. & in regula mercuriali, quod semel, ut supra dixi. Et ista clausula non obstan. quando fit mentio in ea de concilio virtualiter, quia non est omnino generalis & uaga, sed derogatiua constitutionis conciliaris contrarium disponentis, videtur includere in se potius specialem mentionem quam generalem. Et ideo Archid. in dicto suo & eū sequentes, dicunt esse idem in constitutione conciliari quod in iure in quo specialiter id cauetur quod debeat illi derogari vt tollatur, iuxta d. cap. primum. de excel. præla. & d. l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto pe. & d. l. ratas. C. de rescin. ven. cū aliis supra allegatis, æquiparando istos duos casus, & in eis similiter ponendo clausulam generalem derogatoriam legi, dicēdo specialiter non obstante. l. prima si nuptiæ ex rescripto petantur. vel & melius, quia illa mentio esset plus quam specialis & quasi indiuidua secundum Bar. in d. l. fi. dicendo nō obstante lege Theodosiana in contrarium disponente. Videtur

16 alio modo† posse intelligi dictum Innocen. in d. c. ex parte, quod non sit differentia in faciendo mentionem constitutionis conciliaris vel alterius iuris, quia ita debet fieri mētio specialis alterius iuris habentis clausulam derogatoriam sicut constitutionis conciliaris. & ista per æquipollētia verba erit specialis mentio & non generalis, quia per illam potest princeps instrui qui concedit rescriptum. Et isto modo intelligo etiam Bal. in d. l. fi. C. si contra ius vel uti. pub. & hoc clare ponit Paulus de Castro in d. l. fi. in 3. col. & idem Paulus in consil. 53. in prin. Nec credo ꝙ sit necesse ut expresse nominetur lex, ut dixi in primo exemplo, quia illa videtur quædam spe-

17 cialissima & indiuidua mentio, quę non requiritur secundū Paulum de Castro. Verum est quod Salice. in dicta l. finali. dat alium intellectum ad d. capit. ex parte, ut intelligatur & habeat locum non tantum in constitutione cōciliari, sed in quocunque iure, quia intelligit illum tex. quando illud contra quod rescribitur foret statutum pro salute eorum ad quorum petitionem nunc rescribitur contrarium, quia requiritur tunc specialis derogatio, ad hoc quod illud ius tollatur. & ita erit in alio iure communi sicut in constitutione concilia-

18 ri. Similiter Ant.† de Bu dat aliū intel. in d. c. ex parte, non ponendo dr̄iam inter constitutionem conciliarem, & alia iura, uidelicet quod ius commune quantum ad tollendum uitiū p̄sumptæ falsitatis & obreptionis semper censeatur habere clausulam derogatoriā ad rescripta. Vnde dicit quod ut ex-

19 cusentur literæ a vitio falsi vel† obrepti necesse est facere mē tionem de iure in rescripto emanante contra ius, sed vt excusentur a vitio surreptionis non. Et ita intelligit illum tex. in d. cap. ex parte, allegat Inno. in c. cum dilecta. de rescript.

20 Sed Innocen. & Card. in d. capit. ex parte dant alium† intellectum, quod ibi papa non ponit pro constanti, sed loquitur dubitatiue per verbum credimus. Quicquid dicatur, ille tex. & alia iura conciliaria probant bene intellectum Arch. in d. c. primo. de consti. in 6. Et de intellectu etiam illius tex. vide eūdem Fel. in d. c. nonnulli. in 6. char, in vers. sed contra, & in 8. char. 2. colum. Et per hoc patet quando gratia censeatur surreptitia cum non facit specialem mentionem de constitutione conciliari de quo etiam vide Milis in verbo gratia, vbi licet a principio dicat gratiam simpliciter surreptitiam, postea videtur concludere contrarium, cum allegat Innocentium in d. c. ex parte, & Ioan. And. in d. c. nonnulli. & Anto. in d. cap. ex parte. Sed ad concordandum dic ut supra dictū

21 est. Aliquando ponitur† generalis clausula non obstan. Et in hoc Bar. in d. l. fi. ponit triplicem modum derogandi legi, qa aliquando dicitur aliquo in contrarium non obstante, uel non obstan. aliqua lege. Quod in his casibus non sufficit, qa est nimis vaga. sed opus est quod dicatur non obstante quacunque lege quæ in contrarium loqueretur. Nec esset necesse specificare siue exprimere legem, quia illa esset indiuidualis. Sed Paulus de Castro dicit idem si dicatur non obstante quacunque lege, quia subintelligitur, scilicet contrarium disponente. Vnde per istam clausulam non obstante quacunque lege in contrarium disponente vel per illam nō obstante quacunque lege, tollitur lex contraria, & satis est facta mentio ad illam tollendam, quantumcunque q̄libet, lex dicatur habere clausulam derogatoriam generaliter, secundum. l. nec damnosa. C. de precibus impera offe. Et ideo bene Bal. in d. l. fi. dicit quod aliquando lex prohibet impetrari in specie aliquod rescriptū in contrarium, & requiritur specialis mentio siue specialis clausula non obstante, quæ habet vim specialis expressionis, ut in exemplis proxime supra positis. Aliquando prohibetur rescriptum generaliter per viā regulæ. l. nec dānosa. & tunc sufficit generalis derogatio siue generalis clausula non obstante, siue generalis mentio. Quod intelligo modo non sit multum incerta & uaga, vt in primo exemplo Bart. videlicet non obstante aliquo in contrarium faciente, nulla facta mentione de lege. Et his casibus quando clausula est generalis non obstante aliqua lege nunquam censetur derogatum constitutioni conciliari, licet bene censeatur derogatum aliis legibus non habentibus clausulam derogariā ad postea concedenda. & in hoc est differētia inter alia iura & constitutiones conciliares. Et hoc modo non potest habere locum dictum Inno in d. cap. ex parte, qa imo est differētia inter alia iura & iura conciliaria in faciendo mentionem, quia ista vltima mentio per clausulas generales sufficit quo ad alia iura, quę non sufficit quo ad ius conciliare. Et hoc probant iura ibi in d. cap. ex parte per Inno. in fine adducta, videlicet. cap. eam te. de æta. & qualit. & c. nonnulli. de rescrip. Et sic intelligitur Archi. & qui eum referūt

22 in d. c. 1. de consti. in 6. Istud tamen† posset limitari, secundū Aretinum in cap. at si clerici in §. de adulteriis. de iudi. & refert Feli. ibi, nisi constitutio conciliaris impersonaliter permitteret facultatem dispensandi, quia tunc sufficeret clausula generalis sicut in aliis iuribus absque expressione concilii, & sic restringitur dictum Arch. Et ratio est, quia ex quo a concilio permittitur facultas dispensandi, papa redditur falior ad dispensandum contra concilium, & facilius eliditur p clausulas generales constitutio ꝯcilii, quæ licet in dubio dicatur habere clausulam derogatoriam ad cōcedenda. cessat tamen tunc hæc ratio, quia ipsa constitutio dat facultatem dispensandi, & tollere videtur clausulam derogatoriā ad concedenda, ex quo ex se habilitat ad concedenda. faciunt quæ dicuntur in c. cognoscētes & in c. fi. de consti. Et ideo isto casu sufficeret clausula generalis non obstante quacunque contraria constitutione vel lege, absque eo quod adderetur conciliari, quia sicut tollerentur aliæ leges ꝯrię ita & ꝯciliaris & hoc alio modo posset intelligi verū dictū Inno. in d. c. ex parte. Et istam limitationem existimo veram in proposito & notandam. Et per hęc sit expeditus iste articulus vtrum concilium tollatur per clausulas generales. & uide quo ad istam vltimam limitationem quod dico infra in 2. proxima quęstione. Item adde prædictis quod non obstat quod dicitur, quod dispositio habens tacitam clausullam derogatoriam tollitur per clausulas generales, per dicta Bal. in humanum in secundo quæsito, in uersic. aduertatis. & Bar. in l. fin. in princ. ff. de lega. 2. quos refert Felin. in d. c. nonnullu. in 16. col. in 3. fallentia, quia non loquuntur† in dero-

23 gatione constitutionis per rescriptum, sed in derogatione ꝯstitutionis per aliam constitutionem siue statuti vel reformationis per statutum vel reformationem, ad quod vt dictum est sufficit generalis derogatio, ut dicit ibi Bald. & non est differentia eo casu inter constitutionem conciliarem & ius commune, ut dictum est. Quod autem dicit Bar. in d. l. fi. ibi non fuit nec tacita nec expressa voluntas testatoris, ut ipse dicit in l. fi. quis in principio testamenti. de legat. tertio & refert Felin. in dicta tertia fallentia item ibi Bartol. loquitur in priuata dispositione priuati hominis, qui debet apertius legem dicere, ut l. veteribus. ff. de pactis, & dicit Bald. in dicta l. humanum.

24 Sed pone quod papa sacro† approbante ꝯcilio reuocet omnes exemptiones concessas a prædecessore, addendo quod non intendit nouas concedere sine certa forma, vtrum si papa postea illas concedit sine illa forma, dicatur facere contra constitutionem concilii. Istam quęstionem determinat Dominicus consil. 44. incipit dominus noster papa. & ibi concludit quod non dicitur facere contra constitutionem concilii, quia licet quo ad eam partem in qua reuocantur exemptiones dicatur constitutio conciliaris, non tn̄ quo ad illā in qua dat formā postea concedendis, quia clausula sacro approbante concilio in prima parte posita, nō debet referri ad sequētē dantē formā cōcedēdis, qa alioquin videretur papa

25 se subiicere concilio ꝙ nō p̄sumitur quia ecclesia† Romana nō priuilegiat aliquem ꝯ se, ut in c. cum instantia. de censi.

26 Vtrum autē si in rescripto apponatur clausula † motus proprii, & ex certa scientia & plenitudine potestatis, iuncta cum clausula non obstant. dicatur derogatum cōstitutioni conciliari non habēti clausulam derogatoriam ad postea concedenda, dicerem, quod sic. maxime addita clausula, quæ communiter apponitur, non obstantibus constitutionibus per quas gratia posset impediri vel differri, per ea quæ ponuntur per doc. post lapum in cap. quamuis. de rescrip. in 6. & ponit milis in uerbo motus proprius. quod & sentit Felin. in d. c nonnulli in 4. fallentia primæ regulæ. & 4. fallentia secundę regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, legatus, vel alius inferior a papa, an dispenset contra conciliū. quod non, nu. 3. quod sic, nu. 5. & quomodo, n. 22. & limitationes, nu. 23. 24. 27. 28. & 30 sublim. nu. 25.*

2 *Episcopus in quibus dispensat, & in quibus non, remissiue, & nu. 12.*

4 *Episcopus vel legatus non potest constituere, vt minor triginta annis possit eligi in episcopum.*

Vel quod quis possit habere duo beneficia curata, contra concil. generale.

6 *Episcopus dispensando non dicitur facere contra concilium, sed exequi concilium.*

7 *Episcopus dispensat contra constit. conciliarem, quantumque constitutio non det facultatem dispensandi, ex quo non prohibet, etsi delictum sit inferius adulterio.*

8 *Episcopus in criminibus maioribus adulterio non dispensat, nisi expresse ei sit indultum. Fallit, nu. 9. & 10.*

11 *Crimina maiora adulterio quæ dicantur, remissiue.*

13 *Episcopus ex causa potest facere constitutionem contra ius canonicum.*

14 *Episcopus non dispensat cum filio, vt succedat immediate patri in beneficio nisi subsistente aliqua ecclesiæ vtilitate.*

Et nisi sit ex legitimo matrimonio natus, & nu. 24.

15 *Verba enunciatiua impersonaliter prolata in dubio referuntur ad eum ad quem illud factum spectat de iure.*

16 *Constitutio conciliaris quando concedit facultatem dispensandi operatur duos effectus.*

17 *Clausula generalis non obstan. non sufficit ad tollendam constit. concilij.*

18 *Approbante concilio, vel in concilio, si istę clausulæ sint in constitutione, non tamen dicitur constitutio conciliaris.*

An sit verum ibidem.

19 *Cap. nuper, de sent. excom. intellectus. & nu. 21.*

20 *Episcopi non possunt dispensare nisi ubi est concessa dispensatio.*

Nec contra iura per ipsosmet condita licet possint illa tollere, vel limitare, ibidem.

25 *Necessitas ineuitabilis & magna & periculum in mora facit quod quis potest propria auctoritate facere quod alias non posset.*

Maxime si superioris non est copia. limita, nu. 26.

29 *Papæ proponenti in præsentia concilij nemo contradicit, secus alijs. sed non approbatur per auctorem, ibid.*

31 *Episcopus an possit facere aliquam constitutionem sinodalem, pręter modum inductum a constitutione conciliari, vt in exemplis per auctorē, ibi.*

32 *Consuetudo licet in casu possit introduci contra ius scriptum, non tamen potest contra ius conciliare.*

Etiam quod consuetudo esset rationabilis ibidem.

33 *Consuetudo nutritiua peccati non ualet.*

Nec inducens aliquid contra concilia generalia summorum Pontif. n. 35.

34 *Cap. 2. de concess. præb. non habet locum in hospitalibus.*

Articulus XX.

1 Sed vtrum episcopus† uel legatus vel alius inferior ipso papa, dispensat contra concilium generale. ista est materia de qua in c. at si clerici in §. de adulteriis. de iudi. per glo. quę tenet quod non & doc. in c. dilectus el. 1. de præben. & idem glo. & doc. in c. cum dilectus. de electio. & in cle. 1. in uerbo eligatur. de elec. de tempo. ord. c. dilectus, ibi Inn. de fili. presby. in c. fi. & in c. 1. eo. tit. Io. de Ana in c. cum in diœcesi. de vsu. Archi. 15. dist. sicut. 27. q. 1. Virgines. 56. dist. in summa. per Ludo. remissiue in consi. 325 inci. quod ad primū. late per Io. An. in c. 1. in gl pe. de suppl. negli. præla. in 6. in nouella. & per Spec. in ti. de dispensatione, in §.

2 nunc. de eporū, ver. verū vt tanta opi. varietas Et vbi† imprimit ponit reg. in qb. eps̄ dispēsat & in qb. non, postq̄ posuit infinitos casus in qb. pōt & in qb. nō, dat reg. ꝙ in adulterio, & in ijs q̄ sunt illo minora pōt eps̄ dispēsare nisi reperiat̄ phibitū, in maiorib. adulterio nunq̄ pōt dispēsare nisi inueniatur expresse concessum. Sed ista est reg. gn̄alis, in proposito aūt nr̄o vtrū dispēset ꝯ ꝯstitutionē conciliarē videndū est. Et br̄ pceden-

3 do per ꝯclusiones, in §. de adult. Ant. de But dicit† ꝙ eps̄ non dispēsat ꝯ ꝯstō. conciliarē, quod maxime vr̄ procedere si cōstitutio contineat canonē latę snīę vel inhabilitatem vel aliquam pœnam. Et idem tenet. d. Ant. de But. in c. nōnulli de rescr. videlicet ꝙ in illo c. eps̄ non dispensat per d. gl. in d. c. dilecti. de elec. & idem dicit in c. de multa. de pręben. ꝙ in illo non dispensat quia est constitutio conciliaris. Pro quo vide tex. in cle. 2. iuncta supra scrip. de elec. & idem Io. And. in c. fi.

4 de offi. primice. post Hostien. Vnde non posset legatus, † vel eps̄ statuere quod minor 30. annis possit eligi in episcopum,

uel quod quis possit habere duo beneficia curata contra cōcilium generale. Et idem tenet Ab. in c. dilectus. de filiis presby. etiam in legato de latere, scilicet ꝙ non dispenset ꝯ concilium nec contra canonem concilii. Vnde nō dispensat cōtra concilium Pictauien. cum filijs sacerdotum ꝙ possint ꝓmoueri vt succedāt in ecclesia paterna immediate, siue sint filii sacerdotis in sacerdotio geniti siue ante sacerdotium, vt dicit Abbas in d. ca. dilectus, & in c. fi. de filiis presby. & late Domi. post Archi. 56. dist. in summa. etiam si sit legatus & adsint merita personæ cum qua petitur dispensari, nisi alias subesset necessitas siue vtilitas ecclesię, vt dicit Do. ibi in summa, & Abbas post alios in dicto c. fi. & dicto c. dilectus.

5 Sed† contra Ioan. An. & Anto. de Butrio tenet Ab. in d. §. de adulteriis, qui dicit quod vbicunque constitutio conciliaris concedit facultatem dispensandi, episcopus semper poterit contra illam dispensare arg. cap. nuper de senten. excom. nisi fuerit dictum quod tantum per papam possit dispensari. & ratio est quia cum in constitutione conciliari semper intelligatur excepta authoritas papę, vt in c. significasti de elec. oportet intelligere quod videa-
6 tur concessa inferiori a papa. Adducit etiam † quod dispēsando non dicitur episcopus facere contra cōcilium, sed potius exequi voluntatem concilii. Facit quod dicit glos. in verbo tolli in cle. ne Romani de elec. quod bene potest adiuuari ꝯstitutio pœnam adiiciendo. & idem ponit Ioan. An. in d. ca. finali. de filiis pręsbytero. quod sentit glo. in cap. quisquis de elec. & glo. in c. postulasti de cle. excom. minis. & in c. in quibusdam de pœnis. & Abbas Siculus in omnibus dictis locis, qui allegat ad hoc Innocen. in capit. dilectus de temporibus ordi. Item quod dispensatio respectu personæ dispensantis est fauorabilis quia sæpius est necessaria, vt in c. vt constitueretur, & in c. domino sancto. 50. dist. & 1. q. 7. exigunt, & cap. dispensationes. Secus tamen si concilium non indulgeret facultatem dispensandi sed generaliter statueret, tūc. n. episcopus non posset. Et ita dicit loqui iura per d. Ant. allegata. & intelligit prædicta etiam si constitutio concilij cōtineret canonem latę sententiæ, ex quo ipsamet constitutio indulget dispensationem. Sed hoc est potius limitare, & declarare opinionem Io. An. & Ant. de But. quam contrariari. Et hoc idē ponit Abb. in c. quisquis in gl. fiat. quam recitat pro vltima. de ele. Et intelligit etiam si constitutio conciliaris concedēs dispensationem, non dixit per quem, quia cum de papa non dubitetur, oportet intelligere inferiorib. a papa concedi. Vide dictam glo. in d. c. quisquis. quæ ex alio mouetur, quare in casu illo episcopus etiam dispenset, quia erat casus inferior
7 adulterio. Ex quo infertur † vnum, ꝙ quantumcūque constitutio conciliaris non daret facultatem dispensandi, ex quo non vetat, si delictum est inferius adulterio, episcopus dispēsabit etiam contra talem constitutionem conciliarem, vt infra dicetur. Illud tamen quod dicit Abbas, quod quando cōstitutio cōciliaris impersonaliter loquitur de facultate dispēsandi, episcopus potest dispensare, prima facie videtur durū, quia in omni constitutione prohibitiua videtur reseruata facultas dispensandi quamuis in illa nihil dicatur de dispensatione, quia intelligitur scilicet per eum qui habet alias facultatem dispensandi, quia semper videtur reseruata potestas superioris, & exceptum istud ius speciale. c. uenientes cū concordan. in gl. adductis. de iureiuran. cap. dudum. de præben. in 6. cum simil. Sed de hoc dicendum est vt latius infra dico referendo opinionem Aretini, & opinionem Felini contra-
8 riam Aretino. Aliquando tamen † constitutio concilii loquitur generaliter, nec permittendo nec vetando dispensationem. Et tūc dicit Abbas in d. §. de adulteriis quod in adulterio & aliis inferioribus criminibus dispensabit episcopus nisi reperiatur ei prohibitum, in aliis autem maioribus criminibus regulariter non poterit dispensare nisi expresse uideatur ei indulta facultas dispensandi. Et ita intelligit Archidiacon. decimaquinta distinctione, sicut. & dicit communiter hoc teneri. adducit text. in capitulo dilectus. de tempo. ordinandorum. Et ratio huius est quia dispensatio vulnerat ius superioris & illud tollit. 23. quæstione quarta, capitulo displicet. prima quæstione septima. §. nisi rigor. in glos. contra notata, in clementina secūda. de electione. & capitulo cum inferior. de maioritate & obedientia. Quod non procedit si-
9 ne dubio ut supra dixi & infra dicetur. Quod etiam † limita verum excepta excommunicatione, in qua quamuis sit conciliaris constitutio quæ nec uetat nec permittit, poterit episcopus dispensare, dicit Milis in uerbo, dispensare non potest episcopus, referendo Anton. de Butrio in dicto §. de adulteriis, in penultima columna, in versiculo conclude &c.

10 Posset forte † addi alia limitatio nisi ex consuetudine pręscripta aliter per episcopum factum reperiretur, ut in capitulo finali. de consuetud. quia consuetudo facit dispensationem valere quæ alias non valeret ar. de cele. miss. cap. pernitiosus, dicit specu. in tit. de dispensatione. §. nunc de episcoporum,
11 uersic. uerum ut tanta &c. Quæ autem dicantur † maiora crimina adulterio, vide doc. ibi in d. §. de adulteriis post gl. Vbi autem esset constitutio conciliaris non disponens circa crimina & nec permitteret nec vetaret dispensationem, per istam distinctionem non deciditur. Vnde sequendo opinionem Anto. & Ioan. de Lignano in di. §. de Adulteriis. etiam dico quod non poterit dispensare contra concilium generale, & hoc ponunt domini de rota in deci. 5. incipit item in religioso. de iurepa. Et idem videtur sentire Innocen. in capit. dilectus. de tempo. ordi. qui tantum dat ei facultatem di-
12 spensandi in casibus a iure permissis. & ibi ponit omnes casus permissos & prohibitos episcopo. De quo in specu. in tit. de dispensatione, in §. nunc de episcoporum per totum. Et idem quod non possit dispensare, tenet Card. in clemen. prima de elec, qui dicit quod nec legatus de latere poterit dispensare contra illam clemen. quæ est constitutio conciliaris. Et idem quod domini de rota tenent Immo. & Abb. in d. clem. prima. & videtur idem tenere glo. ibi in uerbo eligatur. Quinimmo nec per viam vnionis episcopus poterit contra illā constitutionem dispensare, ut sentit Petrus de Anchar. post Paulum de lazariis ibi in d. clem. Et tenet etiam Andreas Si-
13 culus ibi idem quod domini de Rota supra, licet † alias episcopus ex causa posset facere constitutionem contra ius canonicum. allegat Bal. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure & Dominos de Rota deci. 155. & Abb. in capit. at si clerici in §. de Adulteriis. de iudi. Et quod nec legatus de latere dispenset, tenet Immo in cap. officii. de elec. refert & sequitur Lanfrancus in cap. nullus. de elec. in 6. Et ibi uide vtrum saltem cum tacite professo dispenset episcopus ad prælaturam sui ordinis subsistente causa, quia cap. nullus requirit expressam professionem ut quis possit eligi, ibi vide. Et idem tenet Abba. in cap. dilectus. de filiis presbi. Vnde non † dispensat quod
14 filius succedat immediate patri in ecclesia eius nisi ex aliqua causa concernente vtilitatem ipsius ecclesiæ, ut dicit ibi ipse post Hostien. & nisi talis sit filius, qui ex legitimo matrimonio sit natus, alias secus. De quo dic ut plene per eum in cap. fin. de filiis presbi. & ut supra dictum est. Aretinus tamen dicto. §. de adulteriis, sequendo opinionem. d. Anto. dicit corroborando illam quod verba † enunciata impersonaliter in dubio referuntur ad eum ad quem illud factum spectat de iure, ut in l. si seruus la tertia §. qui Margaritam, & ibi notat. ff. de lega. prima. & in authen. quando. C. de consti. pecu. Et quod sumitur ex regula. in cap. primo de rescript. videlicet quod verba priuilegii vel legis si possunt aliquid operari, debent reduci ad ius commune inquantum fieri potest, vt in cap. cum dilectus. de consue. Vnde dicit quod hoc casu quan-
16 do constitu† conciliaris concedit facultatem dispensandi, operabitur duos effectus, primo quod licet non sufficiat clausula generalis ad tollendam constitutionem conciliarem, ut dicit Archi. in cap. primo de consti. in 6. & Bald. in l. humanum. C. de ll. & dixi supra proxima secunda quæstione, isto casu sufficiet generalis. & alius effectus erit quod papa erit facilior ad derogandum & dispensandum contra constitutionem conciliarem. vide quod dixi supra dicta proxima quæstione. Sed dominus Felin. in dicto. §. de adulteriis, sequendo opinionem abbatis impugnat quod dicit Aretinus, primo per text. in cap. in quibusdam. de pœnis, ibi, nisi cum eis fuerit dispensatum, & dicit glo. ibi per episcopum, & tamen illa constitutio est constitutio cōciliaris, & per tex. in c. quiquis. de elec. ibi nisi cum ipso fuerit dispensatum, & glo. dicit ibi scilicet per episcopum, & dicit ibi Abb. nota ꝙ episcopus dispensat contra constitutionem conciliarē, & ita dictum Archi. in d. capitulo primo & Bal. in dicta. l. humanum, ipse non habet pro vero. Sed ego dico quod illud est verissimum, ut dico supra in penul. præcedenti. quæstione. Et ex ibi dictis patet responsio ad cap. non nulli. de rescrip. arguit quod ipse arguit hic a speciali ad generalem dictum Archi. quia ut supra colligitur ex dictis meis, non potest argui a speciali ex illo tex. & aliis similibus iuribus, quia illa non solum requirunt mentionem generalem sed specialem & quasi indiuiduam. Et ideo remanet conclusio Arch. vera, quod
17 in omnibus † constitutionibus conciliaribus non sufficiat ad illas tollendas clausula generalis non obst. sicut in aliis iuribus, quia constitutio conciliaris tacite continet in se clausulam derogatoriam ad concedenda. Et licet non placeat ista ultima ratio eius, tamen per text. & glo. quas allegat cōtra Aretinum pro opinione Abb. placet mihi eius opinio ꝙ quantumcunque impersonaliter constitutio conciliaris det facultatem dispensandi, nihilominus etiam episcopus poterit dispensare. & hoc per notata in capitulo nuper de sententia excommunicationis ibi glosa. quia censetur concessa facultas dispensandi inferi a statuente. lege, dics cautioni.

ni. §. duas. ff. de dam. infec. & d. cap. nuper. & hoc expresse dicit glo. in cap. quisquis. de elec. in uerbo fiat. Item placet mihi simpliciter quod dicit Aretinus, quod ubi ex constitutione conciliari est permissa aliis dispensatio, si papa dispensat cōtra illam, sufficit clausula generalis ad tollendum illam. unde satis erit si dicatur non obstante aliqua lege in contrarium disponente. nec erit necesse facere mentionem de cōciliari, quia ex quo concilium habet clausulam permissiuā dispensandi, cessat tunc ratio dicendi quod constitutio conciliaris continet clausulam derogatoriam ad postea concedenda, ex quo habet clausulam permissiuam ad dispensationes faciendas. Vnde eo casu non potest dici habere clausulam derogatoriam, sed magis permissiuam. Et hanc limitationem ad dictum Archi. in cap. 1. de consti. in 6. pono in supradicta proxima quęstione circa finem. Contra opinionē. Abbatis quam sequitur Feli. in d. §. de adulteriis, & cum opinione Aretini simpliciter trāsit Decius. in d. §. de adulteriis, Et respondet ad cap. in quibusdam de pœnis, & ca. quisquis, iura allegata in contrarium, quod non sunt conciliaria nam
18 licet † dicatur talis in concilio, vel talis approbante concilio, non propterea dicitur constitutio conciliaris, ut declarat Abb. in cap. primo. de sponsa. in 5. notabili, & in cap. primo de pac. in ultimo notabili. & remittit se ad dicta per eum in cap. primo. de iudi. Sed hęc responsio non placet, quia nec Abb. hoc dicit in dictis locis, & d. cap. in quibusdam & cap. quisquis. sunt conciliaria, ut patet in suprascript. & patet in pluribus iuribus conciliaribus contrarium eius quod ipse dicit. Sed contra opinionem Abbatis & rationem supra assignatam dum allegatur per me can. nuper. de senten. excom. quod ex quo non est reseruata per concilium potestas dispēsandi, censetur concessa inferiori & sic episcopo, quantumcūque impersonaliter concilium loquatur, facit quod dicit Cardi. in cap. dilectus de tempo. ordi. vbi dicit quod tex. in d.
19 cap. nuper. de sentent. excommu. dum vult quod quando conditor canonis non reseruat sibi absolutionem, videtur aliis concedere facultatem relaxandi, loquitur in absolutione ab excūicatione, & nō hēt locū in dispēsatione q̃a dispensatio est iuris communis relaxatio, vt in glos. §. nisi rigor. 1. q. 7. & in specu. tit. 2. §. dispensatio in prin. & Anto. in cap. per venerabilem qui filii sint legi. idem & card. in d. cap. dilectus in 2. q. & ponit Ludo. in con. 325. incipit quo ad primum. Et ideo semper intelligitur prohibita nisi reperiatur permissa. absolutio autem ab excommunicatione, fit secundum ius, ideo intelligitur permissa nisi reperiatur prohibita. Pro quo etiam facit glo. in cap. cupientes in § cæterum, in verbo suspensos. de elec. in 6 ubi non uult quod cap. nuper. habeat locum in dispensatione, sed tantum in excommunicatione. De quo tamen ultimo ibi plenius per Do. & doc. in clemen. 1. de here. post glo. & per Abb. in cap. 2. de solu. & in ca. tam literis. de testi. unde dicit Archi. in cap. licet. canon super verbo carere, quod superstitiosa & inutilis est obiectio de capit. nuper, quia non loquitur in dispensatione, quæ vulnerat ius commune. Et ibi referendo opinionem Innocen. cum illo
20 transit † quod episcopi non possunt dispensare nisi vbi est a iure concessa dispensatio, & quod non possunt dispensare etiā contra iura condita a papa. Et ibi plus dicit, quod nec episcopi possunt dispensare contra iura per ipsosmet condita nec contra approbatas consuetudines, licet illa possint alias tollere vel limitare. de quo ibi latius per eum. Sed ad hoc respōdetur quod dictum Cardi. & Archi. intelligitur quando constitutio non concedit dispensationem, cuius contrarium est in proposito, quia quando constitutio conciliaris concedit dispensationem, ita habebit locum in dispensatione illud quod dicitur in cap. nuper, sicut in absolutione ab excommunicatione. & ita uoluit Inno. & refert idem Card. in dicto capitulo dilectus. de tempo. ordi. Item contra illud ꝙ dicit Cardi. tenet specu. in tit. de dispensa. versic. 23. & refert Ioan. de Immo. in c. post translationē de renunc. secundum quod ponit Andreas Barbatius in cap. quod translationem. de offic. lega. qui pro hoc adducit glo. in capit. postulasti. de
21 cle. excommu. minis. quæ † extendit. cap. nuper. ad dispensationem, & glo. in cap. præterea. de usur. & in cap. at si clerici. in §. de adulteriis. de iudi. & in cap. de simoniacæ. de simo. & idem glo. in d. cap. nuper, & glo. & Inno in d. cap. dilectus. & idem glo. in d. cap. quod translationem. de offic. lega. Et per
22 hoc infertur quod legatus de latere † possit dispensare cōtra concilium. quod & voluit glo secundum eum in cap. quæ de causa. secunda quęstione quinta. & in capitulo mandata. de præsump. Sed illæ glos. non dicunt aliquid de constitutione concilii. sed quod ipse dicit intelligo simpliciter verum quando concilium concedit dispensationem, quia si poterit episcopus, multo magis legatus de latere. Sed ubi conciliū nō cōcedit neq; prohibet expresse dispensationē etiam legato de latere, gl. communiter tenent ꝙ non possit dispensare contra conciliarem constitutionem. Hoc voluit gl. in c. dilectus, el primo. de pręben. iuncto. cap. 2. de conces. pręben. & gl. in c. pe. de filiis presb. & glo. in c. cum dilecti. de electio. & gl. in clemen. prima. de electio. Quod & tenet Abb. in d. cap. cum dilecti. de elect. qui allegat tex. in capit. post translationem. de renun. ubi papa reddit se difficilem in dispensando contra concilium. Et idem Ab in c. dilectus. de filiis presb. & domi. in summa. 56. dist. Ad idem etiam ipse Abb. in d. ca. post translationem. allegat Spec. in ti. de legato & in ti. de dispensatione in §. & consequenter, vers. & generaliter. & idē Spec. in eo. ti. de legato. §. nunc tractemus, uers. de illo. Et hoc etiam est potius declarare & limitare opinionem Ioan. An. in d. c. fi. & Anto in d. §. de adulteriis, quam contrariari. Adde etiam quod dicit Bal. in trac. schismatis in rubrica si quis aliquem testa. prohi. quod cardinales non possunt dispensare nec suspendere constitutiones concilii, quia non habent iurisdictionem talem & tantam, per quam, si haberent possent perturbare vniuersalem statum ecclesię. unde non possunt dissoluere illud quod pro totius mundi vtilitate sancitum est, & sacro concilio illudere. allegat text. in clemen. ne Romani. Et idem refert Andreas Siculus in cap. translato in penult. colum. de consti. Et ex hoc colligitur vnum notabile, quod quo ad hoc minus potest collegium cardinalium q̃ episcopus. ratio quia si mortuo papa debent vacare acceleratæ electioni futuri pontificis, vt in d. clemen. ne Romani, si loquimur uiuente papa, sine eo, non erit collegium perfectū. & sic vnus cardinalis episcopus plus poterit ī episcopatu suo quam collegium cardinalium, & poterit solus plus quam cū collegio. Sed ista illatio non uidetur bona, quia collegium est etiam antequam intrent conclaue, & collegium cardinalium dicitur etiam sine papa, quia est collegium siue capitulum uniuersalis ecclesiæ, vt dicit Bal. in l. penult. C. de bonis quæ liberis, circa medium. Vide quod dicit Alex in capitulo in sinodo. 13. distin. Et ideo bona est ratio quam assignat Bal. in d. rub. C. si quis aliquem testari prohibuerit. Adde tamen pręmissis multa bona dicta Ioannis Milis, circa facultatem episcopi in dispensando, quæ ponit in uerbo dispensatio, in versi. dispensare non potest legatus, cum 22. versiculis sequētibus, quorum maior pars concernit casus contra constitutiones conciliares.

23 Limita tamen prædicta † in legato de latere, nisi hoc faceret de expresso & speciali mandato papę, quia tunc valeret eius constitutio etiam si esset contra concilium, quia, ut dicit d. Ant. in d. cap. penult. de filiis presbi. in sexto. illud quod facit legatus de latere ex speciali commissione papę, non tam factum legati quam papę dicitur. secus si ex generali. Allegat gl. in c. literis. de rescr. facit tex. in c. si apostolicæ. de præben. in 6. & dicunt docto. in cap. quod translationem. de offi. leg.

24 Limita etiam † secundo omnia prędicta quod illud quod dicitur quod episcopus, uel legatus non potest dispensare contra concilium, est uerum nisi ex magna causa necessitatis, uel utilitatis. Ita limitat Abb. Siculus in dicto §. de adulteriis. & idem Abba. in c. cum dilectus. de electione. qui allegat ad hoc decisio. Rotæ. 255. alias 253. incipit item in religioso. & est in tit. de iurepat. quinta. Allegat. prima quęstio septima. capitul. tali, & capitul. exigunt, & capitu. exposuisti. de prębendis. & Ioann. de Ligna. qui dicit ita seruari. Et idem Abb. in d. cap. dilectus, & c. fin. de filiis presbi. & ibi cæteri docto. qui dicunt vt tactum est, quod licet alias episcopus non dispenset quod filius sacerdotis succedat in ecclesia paterna, illud est verum nisi vbi subesset necessitas uel vtilitas ecclesiæ. & sic ex aliqua magna causa necessaria poterit dispensare. Eandem limitationem posuit etiam Bal. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure qui vult ꝙ ex magna causa episcopus possit statuere contra canones. Quam etiam limitationem ponit Milis in verbo dispensare potest episcopus. allegat dic. decisionem, ad quam etiam se remittit ad cognoscendum, quæ sunt magnæ causę. Eandem etiam limitationem ponit Spec. in tit. de dispensatione, in §. nunc de episcoporum, uer. utrum autem cum illegitimis. vbi dicit quod licet alias episcopus non possit dispensare cum illegitimis, tamen ex magna causa poterit dispensare vt promoueantur ad ordines sacros & ad beneficia minora simplicia. Eandem etiam limitationem post dictam decis. posuit Ludo. cons. 325. incipit quo ad primum, in 3. col. Qui intelligit hoc ubi oriretur aliqua vrgens causa de nouo, & incognita uerisimiliter concilio tempore editæ constitutionis, argumen. l. si hominem. ff. mandati. Per quod dicit Abba. multum limitari prædicta. adducit in simili quod notat Innocen. in cap. quod super iis, de voto. Et istam limitationē ponit Pon anus in singulari suo quod incipit sed an possit episcopus, & Felin cap. 1. in 8. fallentia de constitu. & in d. §.
25 de adulteriis. Quam † limitatio. intelligit verā ubi de facili su

perior consuli non posset, alias secus, per l. diui fratres. ff. de pœnis, & per l. diuus pius claudio. ff. de falsis. ubi enim superior non potest adiri de facili, & imminet magna necessitas, ineuitabilis & periculum est in mora, potest etiam propria authoritate quis venire contra iuramentum proprium, ut dicit Inno. in cap. uenerabilem de elec. & Bal. in l. non dubiū C. de legibus. pro quo facit tex. in cap. 1. de clerico ægo. in 6. vbi ratione distantiæ locorum conceditur episcopo indigenti coadiutorē, sibi assumerere unum vel duos de consensu, & consilio sui capituli vel maioris partis, absq; hoc quod veniat ad sedem apostolicam, ad quam alias venire teneretur, ut ibi dicit tex. & hoc pp dispendia & necessitates, Et ad idē text. in c. 1. in fi. ne sede vacan. in 6. vbi si ep̄s, esset ī remotis, nō expectatur eius cōsilium qđ alias reqrit & expectat. Hāc ēt conclusionem, quod episcopus dispenset qn̄ de facili non potest adiri superior & periculum est in mora, sentit Aretinus in d. §. de adulteriis. in 4. colum. allegat in argumentum quæ habentur in cap. nihil. de elec. & quæ ponunt doc. post Inno. in cap. licet ex succepto de foro competen. Sed contra istam limitationem adduco Ioan. An. & Petrum de Ancha. in cap. 1. de ætate & quali. in 6. & Domi. ibi qui impugnantes archi. ibi & in cap. licet canon de elec. in 6. uolunt quod episcopus etiam ex magna necessaria & vtili causa, & etiam cū causæ cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatib. curatis propter concilium generale. c. cum in cunctis, in §. inferiora. de elect. Cum qua opinione etiam transit ibi Philippus, & cum Ioan. And. ibi, vt refert ipsemet Archid. in dictis locis, dicit referendo Hostiens. pro opinione sua, ꝙ licet idem quod ipse sentiat Hostiē. in c. cum dilectus. de elect. tamen dicit ꝙ in contrarium est curia Romana, & quod sic pronūciauit Bonifacius papa in facto electionis episcopi Eduen. Sed licet pro opinione Archid. multa possent adduci quæ ipse ponit in d. c. licet canon. & cum eo sit Host. in d. cap. cum dilectus & Benedictus Capra in d. c. 1. de ætate & quali. in 6. tamen contra Arch. est communis opinio, vt dicit Domi. in d. cap. licet. in gl. in verbo carere. quæ etiam est contra Archi. contra quem est etiam Ioan. Mo. in c. cupiētes. in §. denique. eo. tit. & li. de elec. & etiam Benedictus in d. c. licet canon transit contra eum, & dicit oppositam opinionē esse communem, & cum ista sunt communiter doc. in d. ca. cum dilectus. Vnde ista opinio aperte destruit istam limitationem. nisi dicamus ꝙ aliud sit quando imminet magna & ineuitabilis necessitas, & periculum est in mora, & ad istum casum restringatur ista secunda limitatio, quod est directe ꝯ opinionem aliorum supra allegatorum, ut constat per eorū exempla. Vnde posset dici quod ideo in casu Archid. nō conceditur dispensatio etiam ex magna necessaria & utili causa, quia concilium generale prohibet episcopis, & punit contrafacientes, ut patet circa finem. d. c. cum in cunctis. de ele-
26 ctio & ideo non† conuenit huic limitationi, quæ est quando concilium vel permittit dispensare, uel quando loquitur impersonaliter nec vetando nec permittendo dispensationem nec imponendo aliquam pœnam, quia vbi imponit pœnam restringuntur dictæ limitationes, vt patet infra prox. restric.

27 **Limita** † etiam & tertio nisi canon concilij esset canō pœnitentialis, quia cum pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt in cap. Deus, qui. de pœni. & remis. & in c. mensurā, & ibi gl. de pœni. dist. 1. poterit episcopus in tali canone dispēsare, ut in cap. quem pœnitet de pœnit. dist. 1. & dicunt doct. post gl. in d. §. de adulteriis. Quod intelligo nisi casus de se esset reseruatus papę, per notata in ca. quod translationem. de off. leg. & in d. §. de adulteriis. Et qui sint isti casus pœnitentiales reseruati papæ, habetur in c. 2. de pœni. & remis. in 6. & per Hostiensem in summa de pœnitentia, & remissione. in §. secundo.

28 **Aliam & quartam** † limitationem videtur ponere Felin. in capitulo primo. de sponsa. nisi constitutio conciliaris non originaretur principaliter a concilio sed a papa, approbante cōcilio, quia tunc episcopus poterit dispensare, vt sunt illæ quæ in suprascriptione haberent nomen papæ. quia dicit quod maioris ponderis, & maturitatis sunt illæ quæ originantur a concilio, vt sunt illæ in quibus dicitur, ex concilio tali, & his similia. & hoc propter concursum multarum opinionum in idē. allegat. l. tertia. C. de fideicomm. & capitulū de quibus. 20. distinctione. & capitulū prudentiam. de officio delegati. Quia
29 in propositis† per. vnum de concilio, datur cuilibet libera facultas contradicendi. 31. distinctione, capitulo Nicena. quod secus videtur in propositis per papam in præsentia concilij, in quibus non videtur affuisse tanta maturitas. tum propter reuerentiam papæ, cui cæteri pro parte assistunt, iuxta, capitul. primum in verbo humani moris est. decimasexta quæstione secunda. & quod notant Innocentius. & Baldus in capitulo quod super his. de maioritate. & obedien. tum quia data discrepantia inter papam & alios, præualet papæ sententia vbi de fide non agitur secundum glo. in cap. in istis. 4. dist. & c. ex multis. 4. q. 3. gl. 24. q. 1. c. quodcunque. 15. di. sicut. Sed istæ rationes videntur ridiculæ, quia vel præsupponunt existentes in concilio papa præsente non habere libera vota vel quod sint tot bestiæ quot episcopi. Item contrariantur etiam depositioni multorum iurium, & glosarum de quib. feci mētionem in illa q. qualiter debeant edi constitutiones in concilio. in quibus apparet ꝙ eduntur approbante concilio, & tamen episcopus in illis non dispensat. Et ideo ipse nō firmat pedem, & contrarium allegat glo. & quod ibi notat Abb. in clemen. 1. in uerbo eligatur de elect. &

30 **Alias insuper** duas limitationes† collige supra in secundo membro distinctionis. Restringe tū dictas limitationes nisi canon concilii pœnam indiceret quę nō posset imponi nisi per papam, exemplum in depositione episcopi 3. q. 6. c. quamuis, & in cap. multum, & c. dudum. tūc. n. sicut solus papa potest deponere, ita videtur conueniens quod solus papa possit dispensare. Ita dicit Hostien. & declarat Anto. de Butrio in ult. col. in cap. 2. de bigamis. quod & ponit Aretinus in d. §. de adulteriis in 3. col. Quod videtur verum quando quis non potest imponere pœnam ex defectu potestatis secus si ex priuilegio personæ, quia tunc vr quod possit dispensare ob cessantem rationem. Anto. de Butrio quia tali casu qui non potest condemnare potest absoluere, vt est tex. Bar. & Bal. in l. si. C. ubi senatores vel clarissimi. ne illud quod inductum est in fauorem, retorqueatur in odium. Ita dicit decius in d. §. de adulteriis in 4. col. Restringe etiam similiter dictas limitationes nisi essemus in casibus papæ tantum reseruatis, iuxta notata in c. quod translationē de of. leg. & in c. sicut vnire de excel. præla. & in specu. in ti. de dispe. in §. nūc breuiter. quia in his se non intromittit alius. inferior nisi ex speciali comissione papæ, ut d. c. quod translationem, & per dicta in 3. limitatione, quod & ponit Io. And. in d. c. 1. de supplen. negli prælat. in 6. & specu. in d. versi. verū vt tanta &c. Amplia omnia supradicta habere locum in cōstitutione concilii facta etiam papa proponente, ut uult illa glo. in uerbo eligatur in cle. 1. iuncta suprascrip. de elec. & in cle. ne Romani iuncta suprascrip. eo. ti. An autem episcopus
31 †possit facere aliquam constitutionem synodalem declaratiuam circa probationes vel numerum testium præter modum inductum a constitutione conciliari, ut puta quod per vnum testem de uisu & duos de auditu vel fama, uel per 4. testes singulares, vel confessionem extraiudicialem coram quocunque presbitero, possit cōuinci quis de prauitate vsuraria, vel circa cautionem pręstandam tollendo vel mutando de qua fit mentio in concilio lugdunen, in c. quanquam de vsu in 6. vel dando certam formam, vt ꝙ testitutio vsurarum non possit fieri nisi per manus episcopi, & his similia, vide quæ ponit Ioan. de Ana. in c. cum in diœcesi de usuris, &
32 vide Bal. in l. eos. C. de usuris. Et ex premissis elici potest† vna conclusio, ꝙ in casu in quo consuetudo potest introduci cōtra ius scriptum, vt traditur in cap. fi. de consue. & in cap. consuetudinis. 11. dist. & in l. de quibus. ff. de legibus & in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. & in cap. consuetudo. 1. dist. & in c. leges. 4. di. cum sim. non ita de facili peterit introduci ꝯ ius cōciliare, quantūcunq; esset consuetudo in se rationabilis, quia si esset irrationabilis nullo modo valeret, ut dicitur in locis supra allegatis, nec valeret, contra concilium generale. de quo in c. quia in oīb. de vsur. & in terminis cle. 1. de usur. quod dicit Bal. in ti. de pace cōstan. in §. nos Romanorū in 8. col. ver. vnde non valet, nec etiam de usuris minimis, vt in
33 l. eos ibi doc. C. de usuris. Et hoc† est generale ꝙ nunq̄ valet consuetudo qn̄ est nutritiua peccati, nedum qn̄ est ꝯ concilium, ut in c. ex parte. de consue. Et ideo forte non ualeret cōsuetudo contra concilium generale de quo in c. 2. de cōcess. præben. Sicut dudum quęrebatur in rota vtrum esset bona materia quę deducebatur per fratrem Ierosolymitanum ꝙ in præceptoriis & prioratibus illius religionis ex consuetudine erat introductum quod non habebat locum conciliū generale de quo in capitulo secundo de conces. præben. Et videbatur dicendum quod non, quia quod in beneficiis non habeat locum deuolutio contra concilium generale, non posset introduci consuetudo, quia concilium habet clausulam derogatoriam ad postea concedenda, & videtur continere tacitum decretum irritans, ex quo videtur prohiberi consuetudo, iuxta dictū Archi. in c. cum de beneficio depbe. in 6. & qa talis cōsuetudo vr̄ irrationabilis, qa illud decretū est factū ad obuiādū vacationib. beneficiorū & ꝯ negligētes sicut & in c. ne pro defectu de elec. & ideo vt ibi dr̄ in d. c. 2. verum est quod in casu proposito bona videbatur materia
34 ex alio capite, videlicet quia † in hospitalibus non habet locum cap. 2. de conces. præben. vt uoluit Calde. in consil. 1. de suppelen. negli. præla. & Felin. in cap. de quarta de præscript. & isti appellantur hospitalarii, & eorum præceptoriæ, Balliuatus, pricratus, & beneficia sunt quędam administrationes. Vnde ista saltem ratione in istis posset introduci consuetudo contra cōncilium generale, quia proprie non sunt beneficia ut loquitur concilium, & sunt manualia. Sed hoc non tollit deuolutionem, vt in clemen. 1. de supplen. negli. pręla. Adde prædictis quod Ioan. And. in cap. cum laicis, & in cap. nonnulli de rebus eccle. non alie. & Bal. in tit. de pace Constan. in 4. colum. in verbo nos Romanorum, uolunt simplici-
35 ter † quod nihil valet consuetudo aliquid inducens contra concilia generalia summorum pontificum. Et idem refert & sequitur Iason in l. de quibus in 18. col. ff. de legibus.

SVMMARIVM.

1 *Concilium an possit limitare constitutionem papæ.*
2 *Concilium vnum an possit limitare, vel tollere constitutionem alterius concilij.*

Articulus. XXI.

1 **Sed vlterius** quæro vtrum possit† concilium limitatare constitutionem papæ. Tex. videtur sentire ꝙ sic in c. presbiter. 82. dist. ubi modificat canones apostolorum. de quibus in cap. presbiter. 81. di. ergo a pari & papæ. probat tex. in cap. de libellis. 20. dist, vbi primo ponit canones conciliares, postea pontificum, postea sanctorū Patrum. Sed de hoc dic ut dixi supra tertia proxima quæstione. Non obstant ista iura, quia intelliguntur de constitutionibus editis in conciliis in quibus papa præfuit. vel quas papa
2 approbauit. vnde dic ut ibi dixi. Vtrum autem vnum† concilium possit confirmare vel limitare vel in totum reuocare constitutionem alterius concilij, text. & doc. in c. quoniam quidem. 18. dist. dicunt quod sic. Et in dubio dicit ibi gl. quod nisi de primo decreto siue prima constitutione primi concilii, sit facta mentio in secundo, statur primo, dummodo sit solennis & potioris authoritatis. Quinimmo plus uoluit gl. 25. q. 2. in summa, quod etiam simpliciter in dubio videtur standum primo. Sed glo. in cap. Domino sancto. 50. dist. & in cap. in canonicis. 19. dist. dicunt illud procedere quando illa decreta essent particularia, secus autē si generalia, quia tunc standum est posteriori. Quod declarans ibi Alex. in d. c. qn̄, dicit quod si sunt decreta particularia. ut potc edita in conciliis prouincialibus quæ sunt in corporata in uolumine decretorum, tunc eligere debemus quod est potioris authoritatis, & illi standum est, si autem sunt generalia concilia, cū illa sint æqualis athoritatis, standum est Vltimo, de quo vide quæ latius dicuntur in illa. q. quando est diuersitas inter diuersa concilia vel inter patres. cui sit standum. Et utrum & quando una constitutio reuocet aliam & an debeat fieri mētio de prima in secunda, & quid in statutis & quid in rescriptis & quid in priuilegiis & testamentis, vide post glo. in d. c. quoniam, & doc. in cap. 1. de consti. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Concilium an possit statuere vt papa possit sibi eligere successorem.*
2 *Papa potest tractare cum cardinalibus de electione futuri pontificis, non autem eligere.*
3 *Papa an possit statuere quod sibi & alijs pontificibus liceat eligere successorem, remissiue.*

Articulus XXII.

1 **Vlterius quæro** vtrum concilium† possit statuere quod papa possit sibi eligere successorem. Videtur quod sic, quia Petrus elegit clemētem sibi successorem. vt. 8. q. 1. si Petrus. dic contra, vt ponit Bal. in in cap. licet in ultima. quęst. de elec. & tenet glo. in §. his omnibus. 8. q. 1. quæ loquitur in papa. & arch. 79. dist. si transitus & Abbas in cap. accipimus. de pac. Licet Brix. teneat contra in verbo an papa. De exemplo quod dicitur de Beato Petro dic vt per Alexan. in d. cap. si Petrus. Et hoc adde infra in quæstione vtrum concilium sede uacante possit disponere contra iura positiua, versic. vtrum autem. Et pro opinione Bald. bene facit quod ponit Alex. in c. in nomine domini. 23. di. in 2. col. in prin. in notabili in quo tradit quod conuenientius, p electionē ꝑcedit ad creādū papām q̄ per successionē vel p sortes, vt de omni gēte possit esse vnus papa & ab omni gēte approbari. Et ibi respondet ad factum Moysi & Aharon circa sacerdotium, & ad electionem Matthiæ. de quo supra in quæstione an duobus contendētibus de papatu, admittatur
2 iudicium sortis. Tractare† tamen bene potest papa cum cardinalibus. de electione futuri successoris, non autem eligere. Vide Doct. in d. c. si transitus. 79. dist. Et vtrum conueniētius per prædecessores daretur successor quam per electionē cardinalium, et an per sortē sicut in electione Matthiæ, uide qđ multum ample per plures quæstiones dicit Card. S. Sixti in
3 c. in nomine Domini. 23. dist. Et vtrum† papa posset statuere ꝙ liceat sibi et aliis pontificibus eligere successorem, vide doc. in cap. licet, et in cle. 2. de elec.

Cardin. Iacobatij, de concilio, Liber Sextus.

SVMMARIVM.

1 *Papa quod habuerit auctoritatem a concilijs argumenta.*
2 *Papa quod habuerit auctoritatem immediate a Christo, & non a concilijs argumenta, & confirmatio auctoris, nu. 6.*
3 *§. Hinc etiam 17. dist. in illo verbo tradidit expositio, idest traditam esse ostendit.*
4 *Omnis potestas a Deo quomodo intelligatur.*
5 *Tibi dabo claues dessignant electionem.*
Pasce oues meas designant confirmationem. ibid.
7 *Concilia non dicuntur dare auctoritatem papæ effectiue siue causaliter, sed tantummodo exequutiue & declaratiue, & declarat per exempla, ibidem.*
8 *Potestas qua quis absoluitur vel ligatur in anima in foro poli, non debet dependere ab illis qui eadem potestate ligantur, vel soluuntur.*
9 *Concilia non possunt restringere potestatem papæ, etiam ipso volente quia eius potestas a Deo est immediate.*

Articulus PRIMVS.

Lterius quæro vtrum papa, habeat authoritatē a conciliis generalibus. Tex. in §. hinc etiā 17. distinct. videtur innuere quod sic, cum dicit conciliorum venerandorum authoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem. Ad idem videtur text. in c. dudum 3. q. 6. ibi quoniam sanctam Romanam ecclesiam primam omnium ecclesiarum esse uoluerunt. & text. in capit. in nouo. 21. dist. ibi ipsumque principem suum esse voluerunt. vbi videtur quod ab apostolis data fuerit Petro potestas. Sed in
2 contrarium† facit tex. in cap. sacrosancta. 22. dist. vbi dicitur quod Romana ecclesia non ab Apostolis sed a Christo saluatore nostro primatum obtinuit. & text. in cap. quamuis. 21. dist. ubi dicitur quod nullis synodicis constitutis Romana ecclesia cæteris ecclesiis est prælata. Ad idem tex. in cap. omnes. 22. dist. vbi dicitur quod Christus solus fundauit Romanam ecclesiam. Ad idem in cap. aliorum. 9. q. 3. vbi dicitur ꝙ ecclesiæ Romanæ omnes subiiciuntur. Et dicit glo in d. cap. dudum. & in d. §. hinc etiam quod principaliter ecclesia Romana sumpsit robur & habuit authoritatem a Christo sed secundario a conciliis. Quod & videtur voluisse Ioan. And. in cap. significasti super glo. in uerbo authoritas. de elec. & in cap. nouit. de iudi. Nec est verum quod ab apostolis Petrus primatum acceperit, sed a Deo, vt sæpius dictum est. & est tex. in cap. rogamus. 24. q. 1. & tex. in cap. decretis circa fi. 21. dist. Quæ iura probāt Petrum electum a Domino in summum sacerdotem supra alios apostolos. vnde dicit Chrysosuper illud Ioannis vltim. pasce oues meas. pæteriens autem Dominus alios, Petro loquitur, eximius enim apostolorum erat Petrus & os discipulorum & vertex collegii. Et ideo videtur quod præallegata iura non sint inter se contraria, ut
3 †dicit Archi. in d. §. hinc etiam, & exponit, tradidit. id est traditam esse ostendit quasi uelit quod concilia declarauerunt a Christo ecclesiæ datam authoritatem, & ita allegat tenere Ioan. de Fan. ibi. quod & cardin. in d. §. hinc etiam Quinimmo secundum eundem Archi. tex. ibi probat, ex eo quod dicit iussione Domini, quod iussio domini primo dedit authoritatem ecclesiæ. & sic sentit idem quod glo. in d. § hinc etiā, & gl. in d. c. dudū. Sed quod potestas papæ sit a Deo simpliciter non a conciliis. notat Domi. in d. cap. quamuis. 21. dist. & Abb. in cap. 1. de transla. præla. & idem Ant. de Butrio & Cardi. Florent. ibidem. Qui respondet ad illud quod dicitur ad
4 Ro. 13. quod omnis potestas est a Deo, & refert ibi Hostiens. quod intelligitur largo modo. & hoc modo dicitur potestas imperatoris esse a Deo, sed non immediate, sicut potestas papę. de quo videndum quod dicitur in c. nouit. de iud. & in c. per venerabilem qui filii sint legi. glo. tamen in d. cap. primo dicit quod imperator habet potestatem a populo. & est tex. insti. de iu. na. in §. sed quod principi, allegato in glos. Et ista potestas data fuit papæ secundum Inno. ibi in d. cap. 1. per illa uerba tu es petrus &c. & tibi dabo claues regni cœlorum Matt. 16. Et per hoc data fuit Petro potestas ligandi & soluendi. 21. dist. cap. in nouo, & cap. quamuis. Aliqui tamen dicūt datam potestatem per illa verba, Ioan. vlti. pasce oues meas. Tancredus in cap. significasti de elec. & refert ibi Ioan. And.
5 dicit † quod per illa verba tibi dabo claues fuit electus, & p illa pasce oues meas fuit confirmatus. De hoc dic vt dicitur in cap. translato de consti. & de ista materia alibi ad plenum dicetur in illa quæstione utrum papa sit maior concilio.

6 **Sed quoad** principalem † quæstionem utrum potestas papæ sit data a cōciliis an sit a Deo immediate, placet mihi opinio quod sit a Deo immediate, & hoc videtur clarum per dicta iura supra allegata, & vbi reperitur quod concilia aliquid disponant in fauorem, authoritatis papę illud est magis per uiam cuiusdam declarationis, siue demonstrationis, & replicationis, siue commemorationis, & exequutionis potestatis a Deo datę per supradicta uerba, & ideo quod nullam papa a conciliis, receperit potestatem. Et placet expositio Ioan. de Fan. in d. § hinc etiam, dum dicit tradidit. id est traditam esse ostendit, secundum quod refert ibi Archi. Et hoc ostendit Nicolaus papa qui scribens Michaeli imperatori dicit, ista ergo priuilegia huic sanctæ ecclesiæ a Christo sunt donata. a synodis nō sunt donata. sed solummodo celebrata & uenerata, per quæ non tam honor quam onus nobis incumbit. item in eadem epistola dicit proinde aduertendum est quod non Nicena non denique vlla sinodus quodquam Romanæ ecclesiæ contulit priuilegium, quæ in Petro nouerat eam totius iura potestatis plenius meruisse, & cunctarum Ghristi ouium regimen accepisse, sicut Beatus præsul Bonifacius attestatur, vniuersis episcopis per Thessaliam constitutis scribens. Vn-
7 de † ex his dicendum est quod concilia effectiue siue causaliter non dicuntur dare authoritatem sedi apostolicæ, sed tantum executiue, & declaratiue, executiue quidem per actus qui sonant potius in pari quam in agere, & ex quibus nulla vis dispositiua resultat. Vnde Agatho papa in suggestione quam sextæ synodo misit, ita scripsit. Beati Petri authoritatem vt pote apostolorum omnium principis semper omnis catholica Christi ecclesia & uniuersales synodi fideliter amplectentes in cunctis sequutæ sunt. Declaratiue vero dicuntur dedisse, quia maxime per uniuersalia concilia declaratū est Christiano populo quanta sit eminētia apostolicæ sedis. vnde in concilio Constantinopolitano scribitur veneramur secundum scripturas, & canonum diffinitiones sanctissimū antiquæ Romę episcopum, primum esse & maximum, episcoporum. Quinimmo nec ab vniuersali ecclesia hæc papalis potestas pendere dici potest, quia † absonum est potestatē
8 qua quis absoluitur vel ligatur in anima in foro poli, dependere immediate ab illo uel illis qui eadem potestate ligātur vel soluuntur, cum ergo papalis potestas Petro & successoribus eius data extendat se ad soluendum & ligandum omnes de militanti ecclesia, impossibile est ab aliquibus de ecclesia, immo nec a tota ecclesia potestatem clauium Petro
9 collatam causāliter dependere. Et ex hoc infertur † secundū eundem Ioan. de Fan. in d. capit. dudum, quod concilia non possunt restringere potestatem papę, ex quo a conciliis illam non habuit. quod & sequitur Alexan. in d. cap. dudum. Quinimmo nec cum consensu papæ, possunt concilia restringere eius potestatem, vt dicitur in cap. nunc autem. 21. disti. & ponit Ioan. And. in cap. ecclesia. de const. quia eius potestas est a Deo immediate, dicit Brix. in suo reper. in verbo concilium non potest Facit cap. nouit de iudi. ibi quia potestas nostra non est ex homine sed ex Deo. & text. in cap. per venerabilem. qui filii sint legi. ibi constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum. Et faciunt quæ dicuntur in illo artic. de promissione facta in conclaui de non creandis cardinalibus, & quod dicitur infra, an papa possit se submittere alterius iurisditioni. Et si bene consideretur, de hoc quod papa non receperit authoritatem aliquam a conciliis, videtur tex. in dicto cap. significasti de elec. cum dicit quod in omnibus concilijs censetur excepta authoritas papæ & ibi cum omnia concicilia per ecclesiæ Romanæ authoritatem & facta sint & robur acceperint, & bene text. in capitulo bene quidem circa fin. 96. distinctione.

S V M M A R I V M.

1 *Papæ an concilij sententia sequenda sit, si adinuicem contrariantur.*
Et argumenta quod sententiæ concilij.
Secundum arg. nu. 4. Tertium, nu. 5. Quartum, num. 6. Quintum, num. 9. 11. 14. 23. 26. 27. 28. 29. 30. 32. 34. 35. 38. 40. 41. ad quę resp. nu. 97 cum pluribus sequen.
2 *Rectius est iudicium quod plurimorum sententijs roboratur.*
Et per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. ibidem.
Et plus vident oculi quam oculus. ibid.
Et melius est regi communitatem a pluribus sapientibus virtuosis quam ab vno, ibidem.
3 *Regimen Aristocraticum est naturale, & æquiparatur Monarchico.*
Et incipit corrumpi quando sapientes ex continua administratione reip. diuites effecti, voluptatibus vacantes, iudicium peruertunt, & pauperes opprimunt.
7 *Facta per concilium dicuntur facta per Spiritumsanctum qui errare non potest.*
Et vbi est Spiritussanctus ibi est veritas.
8 *Fides ecclesiæ non est in sapientia hominum, sed in virtute Dei, & nu. 16*
10 *Turpis est pars quæ non congruit vniuerso.*
12 *Apostoli significantur per Montes & prędicatores.*
13 *Petrus quando claues accepit ecclesiam sanctam significauit.*
15 *Christus dicit se orasse pro Petro vt non deficeret fides eius, quomodo intelligendum.*
17 *Fidem qui perdit non habet vltra quod perdat.*
18 *Petrus licet Christum negauerit, tamen quia eum pœnituit, & fleuit amare, retinuit fidem.*
Et post negationem factus est fidelior, ibidem.
Et maiorem gratiam reperit quam amisit, ibidem.
19 *Confirmare, per illud vebum dictum Petro, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. arguitur quod fides in apostolis non defecerit, quia confirmatio præsupponit permanentiam in fide.*
20 *Dubius in fide dicitur infidelis, quomodo intelligendum.*
21 *Fidem in Beata Virgine sola permansisse tempore mortis Christi, Et nihilominus fuisse etiam in Apostolis quomodo intelligendum.*
22 *Raptam cum raptore non posse contrahere matrimonium quomodo procedat, &c.*
23 *Papa contra vniuersalem statum ecclesiæ aliquid statuere non potest.*
24 *Immo nec si in aliquo decoloraretur status ecclesiæ. nu. 31.*
Et an possit tollere priuilegium Canonis si quis suadente. 17. quæstione quarta.
Et an Priuilegium fori, & an deponere omnes episcopos. & ratio, nu. 51.
Et an subijcere clericos foro seculari. ibid.
Et plura alia quę papa non potest facere contra uniuersalem statum ecclesiæ, nu. 25. remissiue.
25 *Papa an possit etiam vnum episcopum deponere sine causa.*
26 *Concilij prouincialis sententia præualet sententiæ archiepiscopi.*
31 *Concilium repræsentat ecclesiam vniuersalem.*
33 *Papa mortuo ecclesiam dici sine capite non multum distat ab hęresi.*
36 *Papam neminem mortalium iudicare quomodo intelligendum.*
37 *Papa qui dicitur sumus Pontifex quomodo intelligendum.*
39 *Quatuor concilia obseruari debere sicut equatuor Euangelia, vnde eliciatur.*
42 *Papæ an concilij sequenda sit sententia si ad inuicem contrariantur argumenta quod papæ, & num. 43. per totum nu. 46.*
Et distinctio, de iudicio discretiuo, & de iudicio voluntatis iuncto cum plenitudine potestatis, nu. 61. & 66. 70.
44 *Cap. 17. Deuteron. expositio.*
45 *Papæ sententiæ standum est etiam si totus mundus contra illum sentiret.*
46 *Factum papæ pręualet facto omnium episcoporum.*
47 *Papæ an concilij sequenda sententia vbi contrariantur. auct. opi.*
Concilij sententiæ standum est si papa vellet aliquid contra eam statuere. ibidem.
48 *Papa non dispensat contra quatuor principaliora concilia quæ continent normam fidei.*
Nec omnibus episcopis consentientibus potest contra articulos fidei statuere, num. 49.
50 *Concilij sententiæ standum est quando papa turbaret vniuersalem statum ecclesiæ & concilium resisteret.*
52 *Concilij sententiæ standum est quando papa vellet aliquid quod esset contra ius Diuinum, vel naturale, vel quid tale quod esset peccatum lege naturali. vel diuina.*
Fallit si fiat vt euitetur maius malum, vt in exemplo, num. 53.
55 *Papæ sententia prefertur in eo quod est peccatum de iure positiuo.*
Quia ipse est supra ius & non ligatur legibus iuris positiui.
In dubio præfertur sententia concilij, nu. 55. & fallit nu. 56.
57 *Schisma est quando ecclesiæ dissentiunt ab ecclesia Rom.*
Et non dicitur ecclesia in qua est schisma.
Et quando dissensio est in vniuersali ecclesia, remanet veritas in ecclesia specialiter Petro commissa, nu. 58.
59 *Concilij sententia præfertur sententiæ papæ in tribus casibus. hæresis, schismatis, & ubi agitur principaliter de bono vniuersalis ecclesiæ non secundario.*
60 *Contradictio vnius, causa subsistente rationabili attenditur, contra vniuersitatem.*
61 *Gl. in c. nemo. 9. q. 3. intellectus.*
63 *Vnus Deus in superioribus, ita vnus Dei Vicarius in terris.*
64 *Vnius priuati solius auctoritas tam multis & bonis rationibus potest esse munita, vt præferatur plurimorum sententijs.*
65 *Fidem, possibile est remanere in vno solo.*
67 *Papa in his quæ sunt fidei, & iam sunt semel approbata, subijcitur iudicio concilij.*
68 *Et non potest determinare contra illa quæ alias circa fidem in concilijs determinata sunt.*
Et si contrarium velit potest accusari tanquam hæreticus.
69 *Gl. in c. sicut 15. dist. intellectus.*
71 *Fidem committere arbitrio vnius solius periculosum est.*
Et committere causam fidei arbitrio illius quem ecclesia potest iudicare hæreticum, periculosum, nu. 78.
Fidei causa nondum decisa, licet referatur ad sedem apostolicam fallit tamen

men vbi esset maximum dubium circa fidem, quia tunc papa non debet decidere, sed conuocare concilium generale,
73 *Concilia in quibus erratum est seriatim ponuntur.*
Et quod concilium possit errare, quomodo intelligendum. numero sequent. & sequent.
77 *Inferiores etiam a papa possunt se intromittere super articulis fidei, declarando ea rudibus.*
78 *Papa solus an possit decidere aliquam difficultatem ortam super articulis fidei non decisis, vel sit congregandum concilium.*
Et rationem assignat, vsque ad num. 83. in quibus arguit quod non & respon. ad argum.
79 *Dic ecclesię horum verborum sensus.*
80 *Cap. mulier el ij. 33. q. 5. vbi episcopus dicitur Vicarius Dei quomodo intelligendum.*
81 *Verbum præcepta, & uerbum.*
Decreta denotat iurisdictionem contentiosam.
82 *Cap. maiores de baptismo intellectus.*
83 *Verbum oportet, aliquando necessitatem aliquando honestatem importat. &c.*
84 *Papę sententia, an concilij præferatur quando est dubium an aliquid sit peccatum lege Dei, an vero contra ius naturale.*
85 *Papæ vel superiori mandanti aliquid, quod sit peccatum, an sit obediendum.*
Et distinguit. num. 86.
Et quid si quod præcipitur, est dubium an sit peccatum vel non. num. 87.
Et quid si quod præcipitur, est de se iustum & illi cui præcipitur videtur iniustum. num. 88.
89 *Discordantibus papa & patribus de concilio in aliquo quod sit iuris positiui, cuius sententiæ standum.*
Et distinguit auctor. nu. 90.
In condendo legem nouam quæ non habeat qualitates legis.
Et declarat. num. 91.
Aut quæ habeat qualitates legis. num. 92.
Et ampliat. num. 93.
Aut quę tollat ius antiquum. num. 94.
Et quid si papa de plenitudine potestatis aliquid velit. num. 96.
95 *Papa restituit quos concilium damnat.*
97 *Consilium plurium magis quam vnius, quando sit sequendum.*
98 *Plurium regimen an sit melius, quam vnius. multitudo principatuum est mala. ibidem.*
99 *Papam non posse errare probatur, & respondet ad contraria auctor.*
100 *Ecclesiam non posse errare quomodo intelligendum. & nu. 148.*
101 *Ecclesia etiam spetialis non præsumitur errare nisi probetur.*
102 *Orbem esse maiorem vrbe quomodo intelligendum.*
103 *Papæ sententia præsumitur ratione fulcita.*
104 *Capitulum non sumit uires ab auctoritate episcopi, sed a iure communi, sed concilium a papa.*
Actuum xv. declaratur. num. 105.
106 *Sententiam concilij esse munitam spiritusancto quomodo intelligendum. &c.*
107 *Membra a capite non dissentire conuenientius est quam econtra.*
Et dignius est caput quam residuum corporis. ibi.
108 *Capite sepulto locus fit religiosus licet membra sint alibi.*
109 *Totum præualet parti quomodo intelligendum.*
110 *Potestas Petro, a Christo fuit data non solum significatiue, & figuraliter, sed vere principaliter, & fundamentaliter.*
Et probatur. num. 112.
111 *Vna ecclesia, vnum & non plura capita debet habere.*
Christus principale fundamentum. num. 113.
114 *Ecclesia a Christo in Petro principaliter fundata, & successoribus, deinde in Apostolis, & successiue in episcopis qui loco succedunt Apostolorum.*
115 *Petrus caput, apostoli corpus appellantur.*
116 *Fundamenta eius in montibus sanctis, horum verborum expositio. & numero 119.*
117 *Leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. horum verborum expositio.*
118 *Cap. 2. ad Ephesios interpretatio.*
119 *Fundamentum Christi in summo est, non in immo, vt in corporali fabrica.*
120 *Petrus & successores idem Tribunal habent cum Christo. & omnia possunt quę Christus claue non errante.*
121 *Vicarius episcopi eandem habet iurisdictionem cum episcopo.*
122 *Apostoli fuerunt pares Petro in ordine, non autem in iurisdictione.*
Sic & papa cum episcopis.
123 *Dignitates omnes ecclesiæ a Rom. ecclesia instituuntur.*
124 *Capit. in nouo 21. distinct. & c. sacrosancta 22. distinctio. intellectus. & numero 125.*
126 *§. Hinc etiam 17. dist. intellectus.*
127 *Hamus quid significet.*
128 *Moyses & Aaron pares in consecratione, sed Moyses maior in administratione.*
129 *Potestas concessa ecclesiæ quomodo intellig.*
130 *Potestas tota papa existente catholico, non est in ecclesia vniuersali, & sede Petri non vacante.*
Quia duo illam insolidom possiderent.
131 *Fundamentum in ecclesia vnicum Christus & est idem quod Petri ex demandatione Christi.*
Et quod vnum sit fundamentum. ibid. remissiue.
Et non tamen duo capita, sed vnicę ecclesiæ vnum corpus, & vnum caput. ibidem.
132 *Summam potestatem fuisse datam ecclesiæ vniuersali, & non Petro tamquam capiti sequeretur absurdum.*
133 *Cap. 20. Ioannis quod est Audiuimus 24. q. 1. declaratur, & datur intellectus, quod loquitur de potestate ordinis.*
Et declarantur illa verba pro omnibus, & præ omnibus.
Augustini Homelia declarartur. num. 134.
134 *Claues fuerunt datæ Petro, non vt ipse solus potestatem haberet, sed in eo omnibus prælatis, & futuris successoribus per deriuationem ab eo in eos.*
135 *Sacerdotes succedunt loco apostolorum quod ad sacramentorum dispensatinem.*
136 *Cap. sicut sancti. xv. dist. intellectus & declaratio.*
137 *Concilij sententiam præferri sententiæ papæ quanndo adinuicem contrariantur qnomodo intelligendum. & nu. 145.*
138 *Archieoiscopi ad papam non est bona similitudo.*
139 *Cap. Actuum 8. declaratio.*
140 *Missio duplex, vna quæ fit per auctoritatem, alia quę fit consulendo, & suadendo. &c.*
141 *Basilien. concilium. non fuit verum concilium.*
142 *Concernentibus articulos fidei, iam per ecclesiam confirmatos & declaratos quilibet etiam pontificalis dignitatis tenetur obedire.*
143 *Clemens electus successor a petro quare coactus fuerit renuntiare. & quomodo intelligendum.*
144 *Resistentia de facto non arguit maioritatem in resistente.*
146 *Concilium quando proprie dicatur.*
147 *Christum caput esse ecclesiæ qnomodo intelligendum.*
148 *Concilia summunt robur a papa, immo ab illo confirmantur ut ab aliis custodiantur.*
Et in conciliis semper excipitur auctoritas Rom. eccles.
149 *Cap. act. xv. intellectus. & num. seq. & num. 153.*
150 *Concilium non repræsentat ecclesiam, quando concilium dissentit a papa catholico & ibi assignatur ratio.*
151 *Capituli 18. Matth. in illis verbis dic ecclesię expositio. & alibi remissiue.*
152 *Concilium quod aliquando iudicet papam quomodo intelligendum.*
154 *Petrus multa fieri permisit ex humilitate.*
155 *Concilium representans ecclesiam vniuersalem an possit errare, & quomodo intelligendum.*
156 *Error non omnis est damnabilis aut obuius sanctitati.*
157 *Epistolę africam concilii intellectus.*
158 *Cap. puto. 2. q. 7. intellectus vbi declaratur illud, quando Paulus restitit in faciem Petri.*
159 *Papa si vt haberet plures episcopos qui adhererent suæ sententiæ, plures titulares creauerit, uel de nouo plures episcopatus erexerit, an possint per concilium excludi.*

Articulus II.

1 **Consequenter** quæro quæ † sententia debeat p̄ferri, vtrum papæ an concilii, si inuicem contrariantur? Et videtur prima facie quod stetur
2 sententiæ concilii. Primo † quia rectius est iudicium qđ piurimorum sententiis roboratur c. prudentiam de offi. dele. & 64. di. c. extra conscientiam. & dicit tex. in l. vltima ad finem. C. de fideicom. quod per ampliores homines perfectissima veritas reuelat̄. & Ari. in politicis dicit quod plus vident oculi quam oculus. & tex. in capitu. de quibus. 20. di. dicit seniores prouincię congregate & eos interrogate, facilius nanque inuenitur quod a pluribus senioribus quæritur. Accedit maxime consideratio conditionis personarum quæ interueniunt in concilio, quia interueniunt episcopi, qui tenent vicē apostolorum. c. in nouo. 21. dist. item multi prædicatores qui habent consuetudinem euangelizandi populo. similiter excellentes doctores, qui occulta sacræ scripturæ mysteria elucidant instar prophetarum. & alij viri excellentiores totius orbis, quibus verisimiter conuenit illud apostoli. 1. ad corin. 12. vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alii q̄dem per spiritum datur sermo sapientię, alii vero scientię secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu. Et hi spiritusancto ducuntur, ut in cap. violatores. 25. quæst. 1. ex quo dicit apostolus. 1. ad corin. 14. spiritus autem est qui loqtur mysteria. Accedit quod dicit aristo. in politicis quod ubi sunt homines liberi pollentes ingenio & uirtute, melius est regi communitatem a pluribus sapientibus uirtuosis quam ab vno. tum quia in tali regimine iudicium est magis liberū

a pas

a paſſionibus timoris, concupiſcentiæ, inuidiæ, amoris uel odij. tum quia in iudicio plurium melius cognoſcitur quid [3] ſit iuſtum aut iniuſtum, bonum aut malum. & propterea † regimen ariſtocraticum, hoc eſt plurium ſapientum, eſt naturale, intantum ut fere concurrat cum regimine monarchico, hoc eſt vnius. cum impoſſibile ſit quod vnus p ſe omnia videat, ordinet, diffiniat, & exequatur. Quinimo vt dicit idẽ philoſophus regimen ariſtocratium tunc corrumpitur & deſinit eſſe rectum, quando ſapientes ex ſucceſſu temporis cõtinua adminiſtratione reipublicæ diuites effecti, voluptatib. & ſolatijs vacantes peruertũt ſæpe iudicium & pauperes opprimunt. Hoc autem cum non poſſit contingere in concilio generali, eo magis videtur excellentius hoc conciliare ariſtocraticum regimen & conſequẽter præferri monarchich. Accedit quod dicit ſanctus Bernardus, quod lepra proprii conſilii eo pernitioſior eſt quo magis occulta, & quanto magis ea quis abundat tanto ſibi ſanior eſſe videtur. Hæc illorum eſt qui zelum Dei habent ſed non ſecundum ſcientiam, ſequentes errorem ſuum, & ſic obſtinati in eo ut nullis velint cõſiliis acquieſcere. hi ſunt vnitatis diuiſores, inimici pacis, charitatis expertes, vnitatem timentes, placentes ſibi & magni in oculis ſuis. quæ maior ſuperbia quam vt unus homo toti congregationi iudicium ſuum præferat tanquam ipſe ſolus habeat iudicium Dei, idolatriæ ſcelus eſt nolle acquieſcere & quaſi peccatum idolatrandi. Secũdo pro hoc eſt tex. [4] iuncta glo. in c. legimus. 93. di. vbi dicitur quod orbis maior eſt vrbe. & ibi glo. infert quod ſententia & ſtatutum concilij præfertur ſententiæ papæ. Ad idem glo. in cap. nemo, in verbo ab omni clero. 9. q. 3. & gl. in c. ſicut. 15. diſt. Tertio proba [5] tur a ſimili in † epiſcopo & capitulo quia ſicut ſe habet capitulum cum epiſcopo ſic ſe habet concilium cum papa, qui eſt caput concilij, vt ſæpius dictum eſt. c. ita dñs. 19. diſt. & ca. rogamus 24. q. 1. ſicut epiſcopus eſt caput capituli, vt in capit. nouit de iis quæ fiunt a præla. ſine con. c. Sed ſic eſt quod ſententia epiſcopi non eſt maior ſententia capituli etiam ſi habeat ſecum aliquos de capitulo, dummodo non faciant maiorem partem, vt notatur in capitu. poſtulaſtis de conceſ. p̃ben. & in cap. a collatione & ibi Ioan. And. de appel. in 6. ergo & a pari diſcordante concilio, ſententia papæ non debet [6] præualere ſed concilij. Quarto pro iſta parte facit illud act. 15. cum orta eſt contentio vtrum adhuc oporteret vti circũciſione. vbi apoſtoli cũ Petro & ſenioribus ad tollendam ſeditionem congregati in concilio loquutus eſt Petrus, ac deinde Iacobus, ex cuius ſententia poſtea dicitur tunc placuit apoſtolis & ſenioribus cũ omni eccleſia eligere viros ex eis &c. ac demum fratribus antiochiæ ſyriæ & ciliciæ ſcribẽtes de iis quæ ſtatuerant, dixerunt viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis &c. Ex quibus apparent duo primum quod non ex ſentẽtia Petri, ſed potius Iacobi concilium ſtatuit, & ſic ſententia concilij non ſub nomine Petri præualuit. Quinimo Iacobus protulit determinationem dubij & nõ Petrus. & licet in ſententia non eſſent diſcordes Petrus & Iacobus, tamen magis determinatio dubij proceſſit a Iacobo quam a Petro. & concluſio fuit a concilio & non a Petro. vnde fuit magis ſententia concilij & ex voluntate concilij quam Petri, quantumcunque eſſet caput, & ſi concilium contradixiſſet, forte non fuiſſet ſententia Petri obſeruata. Vnde videtur illorum exẽplo quod ſententia concilij debeat præferri ſententiæ papæ. [7] Item infertur † ſecundo ex illo quod quicquid fit per cõciliũ dicitur fieri per ſpiritum ſanctum, cum dicitur viſum eſt ſpiritui ſancto &c. Ex quo ſequitur quod concilium non poteſt [8] errare, quia vbi eſt ſpiritus ſanctus, ibi veritas. Et † fides eccleſiæ non eſt in ſapientia hominum ſed in virtutæ Dei, vt dicitur. 1. ad corin. cap. 2. Papa autem ex quo quotidie errat, ſequr quod concilii ſententia ſpirituſancto munita debeat præ [9] ferri. Quinto demonſtratur † quadam naturali ratione. Nam quemadmodum naturalis capitis operationes nullæ ſunt ſolutis aut ſeparatis vel reſilientibus ſiue impeditis omnibus alijs membris, vt in c. cum non liceat de præſcrip. ſic in myſtico corpore eccleſiæ non debet poſſe papa caput eccleſiæ diſponere membris alijs omnibus reſilientibus, ſicut nec e contra, quia vt dicit tex. in cap. illi offerunt 1. quæſt. 1. fruſtra truncato capite fidei, quis cætera membra habere ſe iactat. concilium autem vt vnum corpus myſticum, quod repræſentat eccleſiam, compræhendit papam qui eſt caput, & etiã compræhendit membra hoc eſt prælatos & alios, ergo videtur maior authoritas concilij, caput & totum corpus repræſentantis, quam partis ſcilicet capitis repręſentati, quia partes per ſe nõ habent plus authoritatis ſuo toto integrali vel maiori parte integrali, argumento. l. quod maior. ff. ad muni [10] cipales. Inde † dicit tex. in c. quæ contra. 8. diſt. & in capit. fi. de ſponſa. duorum, quod turpis eſt pars quę ſuo non congruit uniuerſo. Sexto facit quod † Chriſtus uidetur eccleſiam conſtituiſſe nõ in ſolo Petro, quem apoſtoli uidentur conſtituiſſe principem. 21. diſt. capit. in nouo, ſed in omnibus apoſtolis, [12] iuxta † illud pſal. 86. fundamenta eius in montibus ſanctis, p montes ſignificans apoſtolos & prędicatores, quibus tota huius eccleſię cura commiſſa videtur, ut in d. ca. fundamenta de elec. in 6. & in cap. ita Dominus. 19. diſt. & in cap. 1. de reliquijs & vene. ſanc. eo. li. Pro hoc eſt quod dicitur Ioan. 20. c. ibi. accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Quæ verba omnibus ſimul congregatis dicta fuerunt, ut oſtenderet quod parem omnibus tribuerit poteſtatem, ut dicit text. in c. loquitur. 24. q. 1. Ad idem tex. in c. in nouo. 21. diſt. ibi ceteri uero apoſtoli cum eodem, pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt. Ergo eccleſia non eſt in ſolo Petro. Quia ergo eccleſia fuit conſtituta non in ſolo Petro, qa Chriſtus fundauit eccleſiam ſuper Petrum non tanquã in ſe vnũ ſed in perſona Petri nomine totius eccleſię, vt in ipſo uno ſignificatiue & figuratiue una ſignificaretur eccleſia. 24. q. 1. c. quodcunque, & ſic ex hoc denotaretur una eccleſia nõ plures. 24. q. 1. cap. loquitur, potius dicendum eſt ipſam in omnibus apoſtolis conſtitutam fuiſſe, licet in Petro ut in uno figuratiue, quę erat tamẽ in omnibus apoſtolis principaliter ſubſtantialiter & effectiue, iuxta illud Aug. ſuper Ioannem ho[13]milia 50. Petrus † quando claues accepit eccleſiam ſanctam ſignificauit. Ex quo videtur quod ſubſtantialiter & effectiue poteſtas clauiũ principaliter ſit in eccleſia, & in Petro ſignificatiue. Vnde ſequitur quod maior eſt ſententia concilij q̃ [14] papę. Septimo † facit tex. in c. ſicut ſancti. 15. diſt. cum dicit de concilijs generalibus, dum vniuerſali ſunt conſtituta cõſenſu, ſe, & non illa deſtruit quiſqs prẹſumit abſoluere quos ligant aut religare quos abſoluunt. Et pro hoc facit quod ſtatutum fuit in concilio Aphricano, uidelicet ut in omni periculo eccleſię deberet conuocari concilium, & non dimiſit iſta pericula decidenda ſummo pontifici ſoli. ut probatur in concilio Calcedonen. in 62. capit. dum dicit in hoc enim & alijs fidem tangentibus ſtatutum eſt vt ad concilium recurratur. Vnde ſequitur quod maior eſt ſententia concilij, quia de cauſa fidei tanquam grauiſſima iudicat & non ſolus papa & in cauſa hęreſis & ſchiſmatis recurrendum eſt ad concilium. 15. diſt. cap. ſicut. 19. di. Anaſtaſius, ibi Archi. qui dicit quod periculoſum eſt cauſam fidei unius hominis iudicio committere. Ad quod facit quod papa ſolus qui eſt homo poteſt peccare in cap. achatius. 24. q. 1. & 21. di. cap. nunc autem, & d. capit. Anaſtaſius. Sed concilium, i. eccleſia & collectio fidelium, non poteſt errare. 24. q. 2. a recta, & de bap. ca. [15] maiores, & in capitu. quodcunque. 24. q. 1. quia Chriſtus † redemptor noſter orauit pro eccleſia ne deficeret fides eius. 21. di. cap. 1. in fi. dum dixit ego pro te oraui Petre ne deficiat fides tua. Quę authoritas debet intelligi non de fide perſonali ipſius Petri, quia aliquando errauit, tum quando Chriſtum negauit, tum quãdo Paulus reſtitit ei ad faciem, vt in §. item Paulus. 2. q. 7. & in cap. Paulus ea. cau. & q. Vnde illa authoritas debet intelligi de fide eccleſię pro qua Chriſtus orauit, [16] ut dicit glo. in cap. a recta. 24. q. 1. fides † enim eccleſię non eſt in papientia hominum ſed in uirtute Dei, ut 1. ad corin. capit. 2. Et quod concilium errare non poſſit, tenet Ioan. An. poſt Hoſtien. in cap. a nobis de ſen. excom. Nec obſtat quod dicitur quod & apoſtoli omnes errarunt, & fides remanſit tantũ in Beata Virgine, & ideo quod cõcilium errare poteſt. Quia reſpondetur quod quando apoſtoli errauerunt, non erant ɔciliariter congregati, vnde non erat concilium. & ſi fuiſſent congregari conciliariter, poſſet probabiliter argui quod fides non in ſola beata virgine remanſerit. quod dicere forte nõ eſſet alienum a fide, cum Chriſtus rogauerit pro diſcipulis vt ſeruarentur a malo, vt patet Ioan. 17. quomodo autem [17] fuiſſent ſeruati a malo ſi fidem perdidiſſent, quam qui perdit, non habet vltra quod perdat. Similiter lucæ. 22. cum dicit ſimon ecce Satanas expetiuit vos vt cribaret ſicut triticũ, ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliqñ conuerſus cõfirma fratres tuos. Ex qua authoritate elicitur [18] quod licet † Petrus negauerit tunc Chriſtum tamen quia ilico pœnituit & foras exiuit flendo amare, ex tunc fidem retinuit. Ad quod facit quod dicit tex. Ambro. 50. di. in cap. fidelior, quod Petrus poſt negationem factus eſt fidelior, & quia fidem ſe perdidiſſe defleuit ideo maiorẽ gratiam reperit q̃ amiſit, & ideo cõmittitur ei confirmare fratres ſuos. Ex quo [19] patet quod nec fratres eius coapoſtoli fidem omnino amiſerunt, quia confirmatio præſupponit permanentiam in fide, vt in c. 1. ante fi. de ſacra vnctione. & ideo non dixit conuerte fratres tuos ſed confirma, quia perſiſtebant in fide, ſed non ita conſtantes ſicut Petrus poſt negationem. Quod patet quia poſtquam Chriſtus reſpexit Petrum, recordatus eſt Petrus verbi Ieſu & exiuit & fleuit amare, firmiorem fidem per conuerſionem retinens. Et ſi dicatur quod ſi erant dubij in fide, ſatis dicebantur infideles, vt in cap. 1. de hęret. Reſpo-

[10] detur quod † non erant inconſtantes, & dubij per quandam pertinaciam, ſed per quandam cogitationem, & dubitationem ex primis motibus forte propter eius mortem, propter quod nõ defecerant a fide, & hoc modo dubius in fide non dicitur infidelis, ſecundum Ioan. And. & alios in d. c. 1. Idem patet ex eo quod Chriſtus commendauit matrem ſuam beato Ioanni euangeliſtæ in cruce, vt patet Ioann. 19. videretur autem temerarium dicere quod Chriſtus commendauerit matrem fideliſſimam homini infideli. immo contrariũ oſtẽditur, cum euangeliſta dicit cum vidiſſet Ieſus diſcipulum ſtantem quem diligebat, quomodo diligebat ſi erat infidelis, quod verbum ut in pluribus quãdo loquitur ſcriptura de Ioanne, repetitur. item communiter aſſeritur de ſancto Ioãne quod perſeuerauerit ſemper in innocentia abſque culpa mortali, conſtat autem quod non permanſiſſet innocens ſi in ſola beata Virgine remanſiſſet fides, quia non poteſt dici innocens is cui deficit fides, qa impoſſibile eſt ſine fide placere Deo, vt dicit apoſtolus ad hebræ. 11. item patet quia poſt reſurrectionem cum nunciatum fuiſſet apoſtolis quod dominus reſurrexiſſet cucurrerunt ad ſepulchrum, quomodo ſi non credidiſſent ita cucurriſſent. Similiter Matth. 28. cum apparuiſſet Mariæ Magdalenę & alteri Mariæ dixit, nolite timere, ite & nunciate fratribus meis vt eant in Galileam, ibi me videbunt, & ſimiliter Ioann. 20. vade ad fratres meos & dic eis aſcẽdo ad patrem meum &c. Si fuiſſent infideles, quo modo vocaſſet eos fratres ſuos? Et ſi dicatur quod Mar. 16. dicitur quod cum Maria Magdalenæ nunciaſſet Apoſtolis de reſurrectione Chriſti & quod eum vidiſſet, illi non crediderunt, immo vt dicitur Lucæ. 24. verba mulerum viſa ſunt ſicut deliramenta ante apoſtolos & non crediderunt illis. Facilis eſt reſponſio quod non tenebantur credere mulieribus in re tam ardua, non quod non haberent fidem quod dominus eſſet reſurrecturus, bene autem crediderunt Petro, cui credere tenebantur, & ad quem ex officio pertinebat docere. Vnde Lucæ. 24. dicitur quod duo ex diſcipulis cũ redirent de Emaus inuenerunt congregatos. 11. & eos qui cum ipſis erãt dicentes quod ſurrexit Dominus vere & apparuit Simoni vnde cum non credidiſſent mulieribus, cõfirmauit eos Petrus, & recte uerificatum eſt verbum Chriſti & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Item cum multi alii eſſent qui crediderant in Chriſtũ qui fuerant ab eo ſanati, vt de ſamaritana Ioann. 4. de centurione Matth. 8. de Chananæa Matth. 15. de regulo Ioann. 4. de cęco illuminato Mar. 10. & Lucæ. 18. & Ioann. 9. & de alijs pluribus Matth. 14. & Ioann. 11. quorum aliqui abſentes non habuerunt infra illud triduum notitiam paſſionis Chriſti, dicemus ne illos perdidiſſe fidẽ, quo modo eriam centurio alius dixit in paſſione vere homo iſte filius Dei erat, confitendo humanitatem, & diuinitatem in unitate eiuſdem perſonæ? Sed quia ut plurimum dicitur, ꝙ in ſola beata Virgine in paſſione Chriſti remanſit fides, ut dicit ſanctus Tho. in 3. ſent. diſt. 3. q. 1. art, 2. quæſtiuncula. 2. ad primum argum. & ponit Guliel. Durandi in rationali diuinorum officiorum in quinta feria hebdomadę palmarum, & archiep. Florentin. qui hoc ponit multum aſſertiue in 4. parte ſummæ ti. 15. cap. 41. in §. 1. poſſet concordari dicendo quod [21] † in beata Vergine ſemper mãſit firmiſſima fides ſine aliqua dubitatione, quæ ſonat infirmitatem fidei, ſed tantum fuit in ea dnbitatio admirationis dum conſiderabat eum quem tam digne genuerat ſic ignominioſe tractari, & quod in apoſtolis fuerit aliqualis titillatio & primus motus dubitationis cui non aſſentiebat ratio, in qua verificatur quod Chriſtus dixerat quod Satan cribraret eos. Similiter non obſtat quod [22] habetur. 36. q. fi. cum dicitur † quod rapta non poſſit contrahere matrimonium cum raptore, quæ fuit conſtitutio conciliaris, & tamen contrarium voluit Hieron. in capitulo tria, & Ambro. in capitulo denique ead. cauſa. & q. Quia reſpondetur quod illi ſtatuto fuit derogatum, vt in cap. accedẽs de rap. & idem erat de iure ciuili quod erat ſtatutũ in concilio, vt in l. 1. C. de raptu Virgi. Ex hoc autem quod fuit illi ſtatuto derogatum, non propterea ſequitur quod dicatur cõcilium errare, nam ſtatuta interdum variantur ſecundum qualitatẽ temporum, ut in c. non debet de conſan. & affi. Et interdum reuocatur ab vno. concilio ex aliqua cauſa quod ſtatutum fuit in alio concilio, vt patet in cap. vbi periculum de elect. in 6. nec per hoc conuincitur errare, ſicut & papa variat, & reuocat cõſtitutionem prædeceſſorum & aliquando ſuã. Octa[23]uo † faciunt pro iſta parte omnia illa quę adducuntur pro parte cõcilii in illa qõne, quam Petrus de Monte appellat mare magnum & procelloſum, utrum concilium ſit ſupra papam quam infra ampliſſime pono, & de qua latiſſime per Alex. 15. diſtinctione in ſumma. & tex. in d. c. ſicut. 15. di. vbi vult ſtatuta concilii ſeruari ſicut quatuor euangelia. & tex. in c. ſancta Romana ea. di. q dicit ɔcilia alia ſi qua ſint vltra illa principaliora, etiam recipenda & cuſtodienda, ergo & a papa, ergo ſententia concilij præferenda eſt ſententiæ papæ. Ad idẽ tex. in c. cõtra ſtatuta. 25. q. 1. qui dicit nec huius ſedis authoritas poteſt immutare decreta patrum, ergo maior eſt ſententia patrum quam papæ. Similiter tex. in c. manet, & capi. me[24]mor. 24. q. 1. In quibus iuribus videtur probari quod contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ papa non poteſt aliquid facere, ſicut in ſimili dicitur quod non poſſet tollere priuilegium canonis ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. vt dicit Ioan. An. & doc. in cap. nulli de ſenten. excom. & cardi. in repeti. c. perpendimus eo. ti. tn. & Anto. de Butrio in c. quanto de conſue. Sed de priuilegio canonis ſi qs ſuadente poteſt dubitari, vt alias dictum eſt, quia illud clerici habuerunt ab eccleſia, vt vide pulchre Inno. qui connumerat priuilegia conceſſa eccleſiæ in capit. nouerint de ſenten. excom. Sed de priuilegio fori ꝙ non poſſit tollere, dicitur in d. c. nulli. & eſt glo. in c. ſi imperator. 96. di. & dicit Alex. in c. in iſtis. 4. di. de quo vide etiam infra. Nec deponere omnes epiſcopos, vt glo. 9. q. 3. capit. per principalem. Nec ſubijcere clericos iuriſditioni iudicis ſecularis, vt ponit Ab. in capi. 2. de maio. & obe. Allegatur glo. in c. ſi imperator. 96. diſt. ponunt legiſtę maxime Moderni. in l. eſt receptum. ff. de iuri. omnium iudi. Et facit bene tex. iuncta glo. in eap. quanquam de cenſi. in 6. Et de iſta quæſtione [25] an poſſit deponere omnes epiſcopos, & an poſſit deponere vnum ſolum epiſcopum ſine cauſa, vide quod latiſſime examinat Barbatius per plures chartas in c. quod tranſlationem de offi. lega. & multa his ſimilia quæ contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ papa non poteſt facere, vt in cap. propoſuiſti ibi doc. poſt glo. de conceſ. præben. Ergo videtur quod omnium epiſcoporum ſentenita præferatur ſententiæ papæ. maxime [26] cum iudicent de papa vt in vulgari. c. ſi papa. Nono facit † ad hoc argu. de concilio prouinciali ad archiepiſcoporum. Qua ratione. n. iudicat concilium prouinciale de archiepiſcopo, & præualet prouincialis concilij ſententia ſententię archiepiſcopi, vt in c. ſicut poſt glo. 2. q. 7. & in c. multis. 17. diſt. & in ca. ſi quis clericus. 11. q. 1. eadem ratione ſententia generalis concilii dicenda eſt maior & prẹferenda ſententiæ papæ De[27]cimo pro hoc † facit exemplum apoſtolorum act. 8. & de ſacra vnctione. capi. 1. cum dicitur cum audiſſent apoſtoli qui erant Ieroſolymis quod recepit ſamaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Ex quo videt̃ quod apoſtoli qui repræſentabant eccleſiam & mittebant Petrum, erãt maiores Petro & eorum ſententia præualebat, ergo & ſententia eccleſiæ id eſt concilii in quo repræſentatur eccleſia, [28] debet præferri ſententiæ papæ ſolius. Vndecimo facit † quia hoc videtur deciſum in concilio Conſtantien. in quinta ſeſſione vbi dicitur quod concilium habet poteſtatẽ a Deo immediate cui quilibet etiam papalis dignitatis tenetur obedire. Si ergo papa tenetur obedire concilio, ſententia concilij [29] præualet ſententiæ papæ. Duodecimo facit † quia vt legitur in chronicis beatorum Clementis Lini & Cleti, Petrus elegerat Clementem in ſuum ſucceſſorem in papatu, ſed poſtea concilium generale conſiderans hoc non conuenire ut quis poſſit ſibi eligere ſucceſſorem, ſpreta electione facta per Petrum, elegit Linum, poſtea Cletum, & deinde iterum aſſumptus fuit Clemens. Ex quo conſtat quod ſententia concilii præfuit ſententiæ Beati Petri. Et ſic videtur quod ſententia concilii debet præferri ſententiæ papæ. Facit quod dicitur in gloſ. in ca. ſi Petrus. 8. q. 1. & in § his omnibus ea. cau. & q. & in c. ſi tranſitus. 79. di. & Ab. in c. accepimus de pac. & in cle. ne Romani de elec. per doc. & legitur in epiſtola eiuſdẽ Cle[30]mentis ad Iacobum apoſtolum. Decimotertio facit † quia ſi cõcilium generale poteſt reſiſtere papę turbanti ſtatum vniuerſalis eccleſiæ, vt dicit Anto. de Butrio in c. quanto de cõſue. dum vult quod requiratur conſilium cleri, & quod ſine concilio non poſſit papa tollere dictum eanonem ſi quis ſuadente, ſupplendo ad dicta Innoc. ibi, videtur ex hoc quod ſi concilium ſentiat vnum, puta ſi dicat quod ex eo quod facit papa turbatur ſtatus vniuerſalis eccleſię, & papa dicat contrarium, prẹferenda ſit ſententia concilii, ex quo poteſt papę [31] reſiſtere. 25. q. 1. c. quę ad perpetuam. maxime † cum conciliũ repræſentet eccleſiam vniuerſalem, vt dicunt doc. in cap. ſignificaſti de elec. & vide bonam gl. in §. niſi rigor. 1. q. 7. Quę plus voluit, quod non ſolum quando turbatur ſtatus vniuerſalis eccleſię non poteſt per papam diſpenſari, ſed etiam ſi in aliquo decoloratur ſtatus eccleſię non poterit per eum diſpenſari. quod & poſuit Archi. in c. ſunt quidam. 25. q. 1. Igitur ſententia cõcilii ſentientis contra papam & dicentis decolorari vel turbari ſtatum eccleſię, ſemper debebit prẹferri, ex quo tunc poteſt illi reſiſtere. Et maxime hoc videretur verum, quando cum ſententia concilii concurreret aliquod capitulum alterius papę prẹdeceſſoris, quia contrarium fuiſſet alias ſtatutum eius quod hodie papa ſentiret, & ſic tunc concurreret cum ſententia concilii etiam ſententia papę, & poſſet dici ſententia vniuerſalis eccleſiæ, ſcilicet capitis, & mem-

32 membrorum. Decimoquarto†pro ista parte facit quia clarū est quod caput ecclesiæ est Christus vt patet ad colo. cap.1. ibi omnia p ipsum & in ipso creata sunt. & ipse est caput corporis ecclesiæ. Et ibi supplet glos. interlinearis quia unita est Christo gratia & natura ut capiti. Et dicit ibi Aug. caput ecclesiæ. i. corporis, quia ita se habet ad ecclesiam. sicut caput ad corpus. Et iterum apostolus in eodem. 1, cap. adimpleo ea quæ desunt passionū Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Ecce appellat ecclesiam corpus Christi, sal tem mysticum, & si ecclesia corpus Christi mysticū est, oportet quod Christus sit eius caput. Et idem apostolus ad Ephe. 4. veritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iūcturam subministrationis &c. Et ibi supplet glo. corpus, i. ecclesia, cum de illa loqueretur apostolus, quod patet ex præcedentibus, cum dicit & ipse dedit quosdam quidē apostolos. quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationē corporis Christi donec occurramus omnes in vnitatem fidei &c. Et ibi supplet glos. Nicolai in ædificationē corporis Christi, scilicet mystici quod est ecclesia. Et iterum ad ephe. c. 1. clarius idem apostolus dicit, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam quæ est corpus ipsius. Ad idem apostolus. 1. ad Corint. 12. ibi sicut enim corpus vnum est & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus. Vbi glos. exponit ita, & Christus caput & corpus dicitur propter inestabilem unitatem capitis, & membrorū. Est ergo caput ecclesiæ, & erit usq; ad cōsummationem seculi, ut patet Matth. ult. cap. ecce ego vobiscū sum omnib. diebus vsque ad cōsummationem seculi; Quod
33 est uerum, †quia si solus papa esset immediatum caput ecclesiæ, mortuo papa ecclesia remaneret sine capite, quod dicere non est longum ab hæresi, ut dicit glo. in capit. 1. de schisma. in 6. in uerbo sede uacante, allegat cap. 1. & 2. 22. dis. Et quod Christus etiam sit caput ecclesiæ secundum quod homo, ponit sanctus Tho. in 3. par. q. 8. arti. 1. & in tertio sent. di. 13. q. 2. artic. 1. & 2. tex. in c. 1. de uoto lib. 6. & extrauagans Bonifacij, incipit unam sanctam, & apostolus ad Ephe. 5. cap. quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesię. Et rursus. sed sicut ecclesia subiacta est Deo in Christo, ita & mulieres uiris & cæt. Et iterum sicut Christus fouet ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius Si ergo Christus est caput ecclesiæ, & sic concilii, quod representatiue dicitur ecclesia, sequitur quod iudicium cōcilii est iudicium infallibilis ueritatis, quia ubi Christus ibi ueritas, iuxta illud Ioan. 14. ego sum uia ueritas & uita. Et consequenter uidetur quod iudicium & sententia cōcilii debeat præferri iudicio & sententiæ papæ, tanquam iudicium ueritatis, cū papa possit errare. Quod autem concilium dicatur ecclesia, probatur act. 15. ubi dicitur placuit apostolis & senioribus, & omni ecclesię, & tamen ibi non erat tota omnino ecclesia, & ponunt doct. in capit. significasti de electio. Decimoquinto,
34 pro ista parte facit illud Matth. 18. cum Christus uolens soluere apostolis quæstionem de superio ritate dixit, si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te audiuerit, lucratus eris fratrem tuum. si autē te nō audiuerit, adhibe tecum adhuc unum uel duos & c. quod si non audiuerit eos dic ecclesię, si autem ecclesiam non audiuerit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. & non dixit dic Petro, & ultimum iudicium reseruat ecclesiæ tāquam iudiciū supremū, ergo maius est iudiciū ecclesiæ quam papę. Quod maxime patet, quia illa uerba dirigebantur Petro, si ergo uoluit Petrum recurrere ad iudicium ecclesiæ in eo quod dixit dic ecclesiæ, sequitur quod iudicium ecclesiæ sit superius. Quod & clarius patet, quia illi authoritati etiam persona papę est supposita, ut dicitur in capitulo si papa quadragesima distinctione & in capitulo nouit. de iudic. Ergo quo ad eū intelligere oportet dicta uerba dic ecclesiæ. s. uniuersali, quæ cum nō possit tota congregari, oportet intelligere de ecclesia repræsentatiue, & sic de concilio. Et sic patet quod expositio glo. Nicolai ibi cum exponit dic ecclesiæ, i. prelato non potest uerificari in persona papę, qui est superior omnibus & non habet prelatum superiorem, ut in c. licet de elec. Vnde necessario oportet intelligere de ecclesia. i. de concilio. Et consequenter sententia siue iudicium concilii. debet
35 preferri iudicio papę. Decimosexto facit†quod conciliū aliqñ iudicat papam, ut in c. si papa 49. di. c. Anastasius 19. di. cū concor. ergo maius est iudicium concilii, & dēt præferri sen-
36 tentię & iudicio papę. Nec obst. tex. ibi dum dicit q† nullus mortalium eū iudicat, quia rñdetur q loquitur singulariter, hoc est q nulla singularis psona potest eum iudicare, & non loquitur de concilio. Et similiter dicitur ad c. nemo & c. facta. 9. q. 3. Confirmatur hoc naturali ratione. papa. n. dicitur caput concilii. in corpore autem humano caput est ordinatum ad directionem & gubernationem membrorū, nec debent membra recedere a capite. i. ab obedientia capitis, & tñ si caput in corpore humano efficiatur languidum seu infirmum, licitum est membris illud ligare & cauterizare, ne totum corpus languor inuadat si nō fuerit in capite curatum. c. ecce autem. 24. q. 3. ita etiam si papa efficeretur furiosus, & habēs ensem in manu exiret palatium, & quos sibi obuiā reperiret occideret, vtique liceret subditis inferioribus eum capere & ligare. Si igitur papa sentiret aliquid quod non expediret honesto, quare concilii sententia non deberet præferri iudicio papę, quamuis concilium sit inferius papa, Non
37 obstat quod dicitur†summus pontifex, quia ut dicit Bernardus in libro de consideratione ad Eugenium, papa est summus non consummatiue, sed cōparatiue, non comparatione meritorum, sed ministrorum, est. n. summus inter ministros, & summus pontifex respectu aliorum pontificum. De-
38 cimoseptimo†facit quod legitur act. 15. iuncto eo quod dicitur ad gala. 2. Nam in concilio tertio habito cum apostolis in d. ca. 15. cum exorta esset questio de obseruatione legalium, & an gentiles tenerentur ad obseruandum circuncisionem Paulo & Barnaba asserentibus quod non, fuit determinatū gentiles non teneri ad obseruationem legalium, sed quod abstinerent a contaminationibus simulachrorum & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Et ita fuit determinatum in illo concilio, ut patet ibi, tunc placuit &c. Et in d. c. 2. ad gala. Paulus restitit Petro ad faciem, quia dabat occasionem vt alii fideles non obseruarent decretum dicti concilii tertii de quo in d. c. 15. act. reddens causam resistentię, quia reprehensibilis erat, eo quod non ambularet ad ueritatem euangelii, ex quo habetur quod decretum concilii debet seruari sicut euangelium, & quod debet preferri authoritati & sententię papę. Quod patet quia non reperiebatur saltem expresse contineri in euangelio id super quo Paulus reprehendebat Petrum. Facit quod dicitur in c. sicut. 15. dist. vbi dicitur quod
39 †illa quatuor concilia debent venerari ut quatuor euangelia. Et forte quod illud dictum Gregorii posset dici sumptū ex illo uerbo apostoli in d. c. 2. nisi essent uerba quæ sequuntur in d. c. sicut, illa uidelicet, quia in his uelut in quadrato lapide fidei structura consurgit. Patet igitur potius seruandū quod est in concilio decretum quam quod per papam in contrarium attentaret, & sententiam concilii preferendam esse
40 sententię papę. Decimoctauo facit† quod legitur actuum 10. & 11. ca. ubi apparet quod tempore apostolorum in tanta ueneratione erat concilium & congregatio apostolorum & seniorum quod putabatur nō licere etiam ipsi Petro quicquam ardui facere absque aliorum apostolorum & seniorum deliberatione. Et propterea cū Petrus baptizasset Cornelium qui erat gentilis, ut legitur act. 10. quia cum eo comederat, qñ fuit reuersus ubi erat congregatio apostolorum, obiecerunt ei quod introisset ad uiros preputium habentes & manducasset cum illis, & Petrus fuit coactus se coram illis excusare, & ostendere quod illud fecerat ex reuelatione diuina. Ex quo patet quod concilium iudicabat de Petro, & quod Petrus tenebatur ad obseruationem decretorum per concilium. & sic quod maior est sententia concilii & preferenda
41 sententię papę. Decimonono facit†quia si preferimus sententiam papę sententię concilij, cum concilium representet ecclesiam uniuersalem, sequeretur quod ecclesia uniuersalis posset errare, cum tamen Christus orauerit pro ea quod non deficeret fides eius, nec potest errare, ut in cap. a recta. 24. q. 1. ibi gl. Et sic sequeretur quod articulus & unam sanctam catholicam ecclesiam, non esset uerus, quia si errat, non esset sancta. Et quod iudicium ecclesię preferatur iudicio papę, ostēdit epistola directa per concilium Aphricanum papę Celestino. ubi inter alia dicitur. Deprecamur ut deinceps ad uestras aures hinc uenientes non facile admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra uelitis recipere, quia hoc etiam in Niceno concilio diffinitum esse facile animaduertet uenerabilitas tua. Nam si de inferioribus clericis uel laicis uidetur ibi præcaueri, quanto magis hoc de episcopis uoluit obseruari, ne in sua prouincia communione suspensi a tua sanctitate temere, uel festinato preproperę uel indebite uideantur communioni restituti? presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refugia sicut te dignū est repellat sanctitas tua, qa & nulla patrū diffinitione hoc ecclesię derogatū est Aphricanę, & decreta Nicena siue inferioris gradus clericos siue epos ipsos suis metropolitanis apertissime ɔmiserūt. Prudētissime. n. iustissimeq; uiderūt quęcunque negocia in suis locis ubi orta sunt finienda, nec prouinciæ alicuius gratiam spiritussancti defuturam, qua equitas a Christi sacerdotibus & prudenter uideatur & constantissime teneat. Maxime quod unicuiq; concessum est si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ prouinciæ vel etiam vniuersale prouocare, nisi forte quisquam est qui credat vni cuilibet posset Deum nostrum examinis inspirare iustitiam, innumerabilibus congregatis in Nicenum conciliū sacerdotibus denegasse. Nam vt atiqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, in nulla inuenimus patrum synodo institutum, quia illud quod pridem per eundem coepiscopum nostrum Faustinum tamquam ex parte Niceni concilij exinde transmisistis, in concilijs verioribus quæ accipiuntur Niceæ. a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ & a venerabili Attico Constantinopolitano episcopo ex authentico missis, quæ etiam ante hac per Innocētium presbyterum & Marcellinum subdiaconum per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori vestro a nobis transmissa sunt, tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere ne famosum typum seculi in ecclesiam Christi quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem domini videre cupiētib. præfert, videamur inducere Finis epistolæ, & alia manu, dominus noster sanctitatem vestram æuo longiore orantem pro nobis custodiat domine frater &c. Ex huius epistolæ serie patet quod iudicium ecclesiæ siue concilij præfertur iudicio papæ, quia non est credibile quod vnicuilibet Deus inspiret examinis iustitiam, & deneget innumerabilibus sacerdotibus in concilio congregatis, & frustra ecclesia & concilia congregarentur, si papæ iudicium deberet præferri, & concilia ei in sententijs subderentur. & pro hoc facit, quia vt aliquid dicatur factum ab episcopo & capitulo, requiritur quod maior pars capituli concurrat cum episcopo, vt de ijs quæ fiunt a maio. parte c. per totum. sicvt aliquid dicatur factum a papa & cōcilio, debet interuenire maior pars cōcilii, alias parum vel nihil esset de authoritate conciliorum. Et hoc uidetur sentire glos. in c. nemo. 9. q. 3. Et pro ista parte uidetur text. in c. puto. 2. q. 7. vbi dicit quod vnius episcopi vel vnius prouinciæ authoritas non potest tollere quod per vniuersæ ecclesiæ stat. firmatum est, & paulo ante dicitur q Petrus a Paulo fuerit reprehensus. Ita q tex. ille loquitur de quocunq; episcopo etiam Romanę ecclesiæ, & sic de papa. Et sic sentētia concilii maior est quam papę.

42 In contrarium facit†quod si concilia sumunt robur a papa, vt in capitulo significasti de elect. & in c. bene quidem 96. dist. & dicit sanctus Tho. in secunda secundæ. q. 1. artic. 10. & probant omnia illa iura 16. & 17. di. sequitur quod omne iudicium concilii descēdit ex authoritate papę, ergo standum est potius sententiæ papę cuius est principalior authoritas, quam concilii, quod ab eo authoritatem recipit. Facit. c. volentes de offic. legat. c. super questionum. §. porro de legato c. si a subdelegato eod. tit. in
43 6. cum concordant. in regula accessorium in 6. Item† q preferatur sententia papę, facit illud deutero. 17. quod habetur in c. per venerabilem qui filii sint legi. cum dicit dominus, si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter causam & causam, sanguinem & sanguinem &c. uade ad locum quem elegerit dominus, veniesque ad sacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit in illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quicquid tibi dixerint, qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo il-
44 le. Quam †authoritatem exponendo tex. in d. c. per uenerabilem, dicit locum esse Romam, & sacerdotes leuitici generis esse cardinales. Iudex vero & sacerdos super eos est papa, qui ostenditur per dictam authoritatem habere supremum iudicium quando discordant sacerdotes, & sic quod statur iudicio papę discordantibus patribus ab eius iudicio. Nec obstat quod illa authoritas loquitur quando difficultas oritur ex iudicio minorum iudicum, a quibus recurritur ad maiores sacerdotes leuitici generis, item quod loquitur quando sententia sacerdotum concurrit cum sententia iudicis summi sacerdotis, & non quando discordat, ut in proposito. Quia respondetur satis esse quod ex illo text. innuitur quod sit supremus sacerdos ad quem etiam discordantibus sacerdotib. leuitici generis, & sic prelatis cardinalibus, debet haberi recursus, cuius iudicio stari debet. Et ad hoc facit illud quod dictum fuit Moysi, ut constitueret iudices in populo, qui quicquid magni esset referrent ad Moysen. Ad idem tex. iuncta glos. cap. nemo. 8. q. 3. vbi dicitur nemo iudicabit primam sedem neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neq; a populo iudex iudicabitur. Et ibi
45 glo. dicit†quod si totus mundus in aliquo negocio sentiret ɔ papam, standum esset potius sententiæ papæ. 24. q. 1. capit. hæc est fides. Ad idem faciūt omnia illa motiua & rationes quæ inducuntur pro papa in illo arti. vter sit maior vtrum papa an concilium. Et hoc tenet glo. in c. in istis. 4. di. & uidetur sentire gl. in c. quodcunque. 24. q. 1. Facit c. enimuero. 19. dist. & de summa trini. cap. 1. in fi. & de bap. cap. maiores. Et hanc eandem opinionem tenet Alex. in d. cap. in istis. Quam etiam tenet Ioan. An. in cap. significasti, & refert ibi Abb. Siculus, de elec. Et eandem tenet ibi Abb. quando papa moueretur melioribus rationibus & authoritatibus quam concilium. Quia concilium potest errare, sicut dicitur errasse sup matrimonio contrahendo inter raptorem & raptam. vnde dictum Hieronymi fuit prælatum statuto concilii. 36. q. 2. c. tria, iuncto. c. placuit. Et pro ista parte do bonum tex. in c. dudum. 3. q. 6. vbi apostoli constituerunt supremam potestatē esse in papa, nec quicquam præter scientiam Romani pontificis decerni debere etiam circa concilia. Ex quo sequitur q apostoli qui constituebant cōcilium, vt patet act. 6. & 15. voluerunt Romani pontificis sententiam præferri sententiæ ɔ-
46 cilii. Et hoc firmat tex. in c. fi. 10. di. ubi† factum papæ præualet facto omnium episcoporum. Et istam uidetur tenere Io. An. in c. licet de consti. in 6. Et eandem ponit Milis in uerbo papa est maior concilio. Idem & Hostien. in c. proposuit de conces. præben. & glo. in c. contra morem. 100. di. 8. q. 3. capi. nonne. 11. di. c. nolite. Facit tex. in c. non decet. 12. di. Hanc ēt dicit communiter teneri a doctoribus do. de Sancto Gemi. in d. c. in istis, uidelicet potius standum sentētiæ papæ quam cōcilii. Et hanc partem tenuit Archi. Flo. in 2. parte summæ, in titu. 3. de superbia, in c. 11. uersi. schisma autem. Hanc etiā tenet Feli. in c. 1. de pac.

47 Quid dicendum in ista materia? Doctores cōsiderant aliquos†casus. Primum si sumus in causa fidei, & papa vult aliquid statuere ɔ fidem, standum est potius sententiæ concilii. Quod & ponit Archi. ubi supra. & omnes in d. c. proposuit & Cardi. in cap. significasti in io. contrario de elec. & Feli. in ca. 1. de pac. & in cap. 1. in 3. ampliatione de consti. & spec. in titu. de dispensa. §. 1. uersi. alicuius etiam. & glo. in c. ex multis. 1. quæst. 3. & in
48 c. quodcunque. 24. q. 1. Quia† papa non dispensat contra quatuor principaliora concilia, quæ continent normam fidei vt in c. sicut. 15. di. & ibi glo. & Archi. & in c. post translatio-
49 nem de renun. & in c. Anastasius. 19. di. Imo etiam †omnib. episcopis consentientibus non posset papa contra articulos fidei statuere, ut in ca. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. Et quod non dispenset contra quatuor concilia, uide glo. in §. nisi rigor. 1. q. 7. & glos. in c. proposuit de conces. præben. Nec contra dictum apostoli. 25. q. 1. sunt quidam. & glo. in §. his omnibus. 8. quæst. 1. Quod intelligit gl. in d. c. proposuit, in iis quæ concernunt fidem. pro hoc. 11. q. 3. c. si is qui præest. & tenet Abb. ibi in d. cap. proposuit. In istis quando papa vult hoc facere, debet præualere sententia concilii sententiæ papæ. Alius ca-
50 sus est quando papa† sentiret unum per quod turbaretur status vniuersalis ecclesiæ & cōcilium contradiceret ne turbaretur ecclesia uniuersalis. Et standum esset etiam isto casu potius sententiæ concilii quam papę. Allegant. cap. sunt quidam. 25. q. 1. Non enim debet ei pareri quando ex eius mandato multa mala oriri possunt, ut notat Inno. in d. c. inquisi-
51 tionis. Quia ipse† papa summe curare debet vt salus vniuersalis ecclesiæ salua sit. 25. q. 1. quę ad perpetuam, & c. contra statuta, & ca. si ea. 25. q. 2. Et ista est causa quare papa non pōt deponere omnes episcopos. 9. q. 3. c. per principalem. Nec tollere priuilegium canonis si quis suadente. 17. q. 4. ut dicit Do. in d. capit. in istis, & doc in c. nulli de sen. excom. Sed quo ad hoc priuilegium, ut supra dictum est, dubitat Alexan. quia est mere iuris positiui. licet dicat aliud de priuilegio fori, qđ est concessum clericis de iure diuino, ut dicit glo. in c. si imperator. 96. di. & declarat cardi. in c. perpendimus in repe. de sen. excom. Et in hoc potest poni aliud exemplum. de quo vide Abb. Siculum in c. 2. de maio. & obe. Similiter quādo uellet statuere quod possit sibi eligere successorem, quia nō ualeret. 8. q. 1. §. his omnib. Quia istud esset mutare statum uniuersalis ecclesię secundum Domi. ibi in ca. in istis. Similiter quando decoloraretur status uniuersalis ecclesię. quia præualeret sententia concilii sententię papę, quando papa tale quid sentiret. glos. in §. nisi rigor. 1. q. 7. quę allegat. c. & si illa
52 ea. cau. & q. Similiter quando† papa uellet aliquid quod esset contra ius diuinum uel naturale, uel uellet tale quid quod esset peccatum lege naturali uel diuina, tunc sententia concilii contrarium sentientis præferretur sententiæ papę, ut notant. doc. in d. c. proposuit de conces. prębend. Et hoc quia papa nō dicitur posse statuere q̄ inducerent peccatū, & ideo non posset statuere quod liceret adulterari, quia est contra præceptum legis diuinę exo. 20. non mechaberis &c. ad hoc text. in cap. et si Christus de iureiuran. Posset tamen aliquando ut euitetur maius malum permitti aliquid quod est prohibitum lege diuina vel naturali, puta lege diuina prohibitū est homicidium, ut patet exo. eodem 20. cae. ibi non occides & tamen lex positiua pluries permittit & mandat hominē

occidi,

occidi, vt in c. cum homo, & in c. cum homicidium 23. q. 5. 53 Et ratio est tunc quia lex est & non homo qui occidit, quando mandatur occidi qui dignus est morte. l. palam. ff. de ritu nup. & c. homicidas ea. cau. & q. Et tunc non est proprie homicidium, vt d. c. si homicidium. c. qui malos ea. cau. & q. Secus si non esset dignus morte, quia non valeret tunc mandatum. C. vt nemo priuatus. l. 2. & C. de ijs qui ad ecclesias confu. l. si seruus. Sic etiam si lex vel papa vetaret sine causa ne filio præstarentur alimenta, non valeret mandatum, sed cum causa sic, vt si esset hostis ciuitatis. l. minime. ff. de religi. & 54 sump. fu. Si vero illud † quod præcipitur esset tale quid quod esset peccatum lege positiua, tunc semper præferretur sententia papæ, qui est supra ius & non ligatur legibus iuris positiui. d. cap. proposuit. l. digna uox, & l. princeps legibus. C. & ff. de ll. cum simil. & archie. in d. versic. schisma autem. Si vero es-55 set tale † quid quod esset dubium an esset contra fidem, uel esset peccatum lege Dei vel naturæ, & sententia concilij aduersaretur sententiæ papæ. tunc si esset solus papa in sua sententia & concilium generale in alia, adhuc præferretur sen-56 tentia concilii sententiæ papæ. Sed secus si cum † papa cõcurreret sententia cõcilii patriarchii eius, videlicet concilii prouincialis Romani, & sedes apostolica siue Romana ecclesia, hoc est papa cum cardinalibus, & suo prouinciali concilio, sentiret contrarium eius quod sentiret concilium generale, quia tunc præferretur sententia papæ, ex quo papa non est solus siue cum paucis in sua sententia sed cum sententia Romanæ ecclesiæ. 24. q. 1. c. quoniam vetus. Quod debet intelligi de fide eius. i. ecclesiæ ei specialiter commissæ. capit. hæc est fides. 24. q. 1. & cap. a recta ca. cau. & q. Et pro hac conclu-57 sione allegat glo. in c. quodcumque 24. q. 1. Nã quando † aliæ ecclesię dissentiunt ab ecclesia Romana, tunc dicitur schisma, & ecclesia nullo modo põt dici ecclesia in qua est schisma. c. pudenda in fine. 24. q. 1. Sed cum oporteat semper esse ecclesiam, quia non deficit eius fides, ut in d. c. a recta, sequitur quod illa erit vera ecclesia in qua apostolicæ sedis sententia sit, quę hominum malicia extingui non potest d. cap. 58 pudenda, & capit. omnes in fin. 22. distinct. Quia ex quo † est dissẽsio in vniuersali, remanet veritas in ecclesia specialiter Petro commissa, videlicet in ecclesia Romana. d. c. pudenda & c. omnes, & de hoc sanctus Tho. in secunda secundę. q. 1. art. 10. Ex quibus elicit conclusionẽ quod si iudicandus est vnus episcopus, illum papa iudicat non synodus prouincialis. 7. q. 1. c. quamuis. item si est dissensio inter archiepiscopos vel in ecclesia de causis fidei, sedes apostolica iudicat, & si est dissensio inter vniuersalem & Romanam ecclesiam in qua præest papa, attenditur iudicium sedis apostolicę & Romanę ecclesię, nisi uniuersalis ecclesia siue generale concilium habuisset aliquãdo iudicium sedis apostolicę a quo nunc ipsa sedes apostolica discreparet, quia tunc pręferretur sententia ecclesię vniuersalis siue concilii generalis quod habuit alias decisionem una cum papa & sede apostolica. item si esset contẽtio inter episcopos vel concilium & illuc conuenientes, tũc sententia sedis apostolicę attenderetur & illorum qui cum ea sentirent, & non aliorum qui ab ea discreparent. Et finali-59 ter † concludit quod in tribus tantum casibus subiicitur iudicium & sententia papę iudicio & sententię concilii, videlicet in casu hęresis, schismatis, & vbi agitur de bono vniuersalis ecclesię principaliter & non secundario, & ita dicit fuisse statutum tempore suo in concilio Constantiensi. Sed si bene aduertatur ista doctrina videtur aliqualiter diminuta, tum quia posset occurrere casus qui concerneret bonũ uniuersalis ecclesię, & ex contraria illius decisione non turbaretur status vniuersalis ecclesię, ut exemplum in ca. Nicena 31. dist. ubi solus Pafnutius contradixit Nicenę synodo uolẽti statuere quod episcopi, presbiteri, diaconi, & subdiaconi, cum uxoribus quas ante consecrationem duxerant non dor-60 mirent, & pręualuit eius sententia. Et ibi glo. sumit † argumẽtum quod unus potest contradicere toti uniuersitati si allegat rationabilem causam, ut in c. 1. de iis quę fi. a ma. par. c. Tum quia posset esse casus in quo esset dubium utrũ concerneret bonum uniuersalis ecclesię. quod posset dependere ex futuro euentu, & non turbaretur status uniuersalis ecclesię ex illius decisione, ut exemplum si papa uellet alienare aliquod dominium temperale ecclesię per quod diminueretur multum dominium ecclesię forte ad habendum pecunias pro sustinendo Bello cuius euentus est dubius, & dubiũ utrum sit iustum bellum uel iniustum, certe ex huiusmodi alienatione posset sequi bonum & malum ecclesię Romanę non tamen sequeretur scandalum in uniuersali ecclesia.

61 Vnde potest addi prædictis, quod aut loquimur in iudicio discretiuo aut in iudicio uoluntatis iuncto cum plenitudine potestatis ipsius papę. Si loquimur de iudicio discretiuo, tunc si summus in causa fidei alias per concilia diffinita, dicendum est ut dictum fuit supra quod illius sententia præponitur quæ innititur decisioni alias factæ in illis quatuor conciliis principalibus, quæ sunt tenenda vt quatuor euangelia, vt in cap. sicut 15. distin. Et si papa solus inniteretur decisioni alias factæ, licet totum concilium teneret contrarium, sequenda esset 62 sententia papæ, vt 24. q. 1. c. hæc fides. Et in hunc sensum intelligenda est glo. in c. nemo. 9. q. 3. quæ vult quod si totus orbis sentiret contra papam, standum esset sententiæ papæ. Et pro hoc facit quod principatus datus fuit Petro, cui terreni simul & cœlestis imperii iura Deus commisit, vt in c. oẽs. 22. distin. Et bonus tex. 21. di. in c. 1. in fi. & 7. q. 1. c. mutationes. 80. di. capit. in illis in fi. & 22. di. §. prima ergo sedes. 2. q. 7. puto. 21. di. c. in nouo c. considerandum. 50. di. capitu. sacrosancta. 12. dist. Et Chryso. super illud Lucæ. 22. ego pro te rogaui Petre &c. dicit, omissis alijs venit ad Petrum cæteris prælatũ. Item Aug. super illud Petrus ambulabat sup aquas ait, dicit primo apostolo. i. Petro. in ordine apostolorum firmo & præcipuo. Idem tex. in cap. fundamenta in prin. de elec. in 6. Archi. 22. di. cap. sacrosancta. & tex. in capit. cum beatissimus, 24. q. 1. Et bonus tex. in capit. ita dominus. 18. distin. ibi vt in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus om-63 ne diffunderet. Et sicut in superioribus est vnus Deus, ut in c. 1. & c. damnamus, de summa trini. ita & in terris debet esse unus Dei vicarius cui alij omnes inferiores pareant, sicut & in cœlis diuersi angelorum ordines parent. 89. di. c. ad hoc. Et ideo Deus vnam ecclesiam constituit non plures. c. loquitur. 24. q. 1. vt vnus esset Dei vicarius & ecclesiæ sponsus & non plures. quia ecclesia militans similis est triumphanti, teste Ioanne in apoca. c. 21. & dicit glo. in cle. ad nostram de hæ-64 re. Item vnus solus priuatus qui moueretur melioribus rationibus & authoritatibus noui & veteris testamenti, deberet præferri omnibus aliis, etiam sententiæ papę, vt dicit Abb. Siculus in c. significasti in 2. colum. de elec. & maxime vbi illius iudicium confirmatum reperitur per alia concilia. Nam & 65 † possibile esset quod fides Christi remaneret in vno solo, sicut & ius uniuersitatis in vno solo remanet, ut in ca. gratum de postula. præla. sicut & remansit fides post passionem Christi tantum in beata virgine, nam omnes alii scandalizati sũt & tamen quia Christus ante passionem orauerat pro Petro ut non deficeret fides eius, non dicitur defecisse si remansit in vno solo, nec dicitur errare si veritas remanet in vno solo. Vnde dicit gl. in c. quamuis. 21. di. quod vbi sunt boni ibi est ecclesia Romana. & ita dicit Abb. in dicto capitulo significasti in secunda & tertia columna. Si ergo hoc contingere potest in vna priuata persona, quanto magis in papa? qui est caput ecclesiæ, Christi vicarius, & qui habet potestatis plenitudinem, & cui verisimiliter magis assistit spiritus sanctus, ex quo assumpsit eum in uicarium. Quod si in priuato & in papa solo potest hoc contingere ut sententia eius præferatur sententiæ cõcilii propter meliores rationes & authoritates noui & veteris testamenti, quanto magis quando papa & eius sententia concordat cum cõciliis generalibus, cũ tunc non sit tantum sententia papæ sed etiam concilii, maxime loquendo de conciliis principalioribus concernentib. fidem. & multo magis esset verum, si papa ita vellet de pleni-66 tudine potestatis. Si autem sententia † concilii in causa fidei concurreret cũ eo quod alias fuisset determinatum in conciliis, maxime in quatuor principalioribus conciliis, & esset approbatum iam per sedem apostolicã, tunc præferretur sententia cõcilii sententiæ papæ, quamtumcunque papa etiam 67 ex plenitudine potestatis vellet contrarium, quia in iis quæ sunt fidei iam semel approbata, papa subiicitur iudicio concilii, ut in capitu. Anastasius. 19. dist. & in cap. si papa. 40. di. & c. sicut & ca. sancta. 15. di. cum simil. Licet enim papa habeat plenitudinem potestatis, tamen illam debet sic commensurare ut clauis non aberret, vt dicit Inno. in c. quanto de consue. & in c. cum ad monasterium de statu mona. & in cap. ad 68 apostolicæ de re iudi. in 6. Quinimo ex quo aliqua pertinentium ad fidem sunt in conciliis determinata, si contrarium velit papa determinare, non potest. Imo posset accusari tanquam hæreticus si contrarium pertinaciter assereret. 40. dist. c. si papa. Quinimo Do. in c. habeo librum. 16. di. dicit propter uerbum oportet ibi positum, quod importat necessitatem, vt in cap. cum ab vno de re iudi. in 6. quod papa sine concilio non promulgat canones fidei. & multo minus reuocat decretuta concilii generalis disponẽtis circa fidem, ut dicit idem 69 Domi. post hugo. in c. sancta octo 16. di. Et dicit ibi esse casũ pro glo. in c. sicut 15. di. quod papa non reuocat statuta concilii circa fidem sine consensu concilii. De quo vltimo dic vt dictum est supra in loco suo proprio, in illo arti. vtrũ in cau-70 sis papa semper teneatur congregare concilium. Si uero loquimur in ca. fidei superi articulo emergenti nondum diffinito, & loquimur in iudicio discretiuo, in dubio videretur regu-

regulariter potius standum iudicio vniuersalis concilii contra papam solum contrarium sentientem. Quod videtur velle glo. in d. c. Anastasius. Pro hoc tex. in c. sicut in fi. 15. di. c. cõtra statuta, & c. sunt quidam. 25. q. 1. Vnde dicit archi. in d. c. 71 Anastasius, quod periculosum esset fidem nostram committere arbitrio vnius hominis, & idem dicit & sequitur dom. ibi in d. c. Anasiastus Quia in iis quæ concernunt fidem papa debet stare iudicio concilii, ut in d. cap. sicut. 15. dist. Hinc sumpta occasione dominus Cardinal. & Alex. in d. c. Anasta-72 sius, dicunt † quod licet alias causæ fidei nondum decisæ referantur ad sedem apostolicam. 24. q. 1. c. quotiens, & sic ad papam, ut in cap. sacrosancta. 22. di. & in c. maiores de bap. & in c. hæc est fides. 24. q. 1. ubi papa solus corrigit errores circa fidem, tamen vbi esset maximum dubium circa fidem ita quod papa cum cardinalibus dubitaret, tunc non deberet papa sine concilio decidere, sed conuocare concilium uniuersale episcoporum, & ita dicit intelligit glos. in d. cap. Anastasius. Similiter quãdo papa uellet alias statuere vel decidere cõtra alias statuta per ecclesiam circa fidem, tunc debet conuocare concilium, quod & ponit idem Abb. in d. c. maiores. Et isto modo potest intelligi quod sententia concilii præfertur sententiæ papæ. Et in simili casu dubio facta fuit congregatio in Ierusalem super circuncisione, ut legitur act. 15. Nec per hoc innuitur quod concilium sit supra papam, uel quod minuatur potestas papę, qa tunc eius potestas includitur in concilio, quia tota potestas est apud ecclesiã, sed papa est caput totius corporis ecclesię. Alioquin si dubium circa fidem non esset magnum, papa posset illud decidere sine concilio, & cum nusquam reperiatur nec in ueteri nec in nouo testamẽto quod concilium sit supra papam non errantem, etiam in causa fidei, uel quod concilium necessario sit uocãdum, uel quod papa teneatur sequi eius iudicium, si papa etiam in factis fidei moueretur melioribus rationibus & authoritatib. & diffinitionibus quam concilium, standum esset sententiæ papæ, ut per Abb. in capit. significasti de electio. Quia conci-73 lium † potest errare, ut patet in concilio Ariminensi & Ephesino secundo. Patet etiam in Aphricana synodo celebrata tempore Cypriani, de qua facit mentionem August. in lib. 7. de unico baptismo. Et in aliis multis, ut in concilio Aquileien. quod recusauit recipere fidem in concilio Constantinopolitano canonice traditam, ut dicit Vincentius in historiali. capitulo 21. & capitulo 26. & in concilio Aquisgranen. in capitulo placuit. 36. quæstio. 2. iuncto capitulo tria, eadem causa & q. & ibi glo. & tenet glos. & Archi. in capit. 1. 20. dist. in uerbo illorum.

74 Nec obstat si † dicatur quod ecclesia non potest errare, ut in c. a recta. 24. q. 1. quia intelligitur de ecclesia uniuersali ut de consecrat. dist. 1. ecclesia. Sed concilium representatiue dicitur ecclesia, in concilio enim uere non est uniuersalis ecclesia, ut dicit Abb. in dictis locis. Vel posset dici quod concilium non potest errare quando eius gesta alias per uniuersalem ecclesiam uel saltẽ per Romanam ecclesiam aliquando fuissent recepta. Conceditur tamen quod in dubio concilium & ecclesia specialis non pręsumitur errare, ut dicit Ioann. And. in cap. a nobis in uerbo ecclesiæ de sentent. excomunic. & quod sit necessario probandus error, maxime de ecclesia Romana, quo errore probato reuocatur eius sententia, ut in c. cum olim de do. & contu. ut dicit idem Ioan. An. in d. c. a nobis. de quo in capit. 75 tum ex literis de in integ. restit. Tamen † illud quod dicitur, quod ecclesia non potest errare, intelligitur de ecclesia uniuersali & generali, quæ simul congregata non potest errare ut in dicto capitulo a recta, & dicit Ioann. And. in dicto capitulo a nobis, & in capitulo significasti de electio. Si uero 76 † cum papa concurreret sententia siue iudicium sedis apostolicæ, hoc est cardinalium & concilii prouincialis ipsius papæ, tunc etiam si dubium circa fidem emergens esset arduum, & maximum, præferretur sententia papæ. Vbi autem dubium non esset arduum & maximum, & totũ concilium sentiret contra papam, nec appareret quis fundaretur melioribus authoritatibus, tunc licet sententia concilii uideretur præferenda per dictum Archi. in d. c. Anastasius, quia iudicium discretionis præsumitur eminẽtius, & uerius in pluribus quam in uno, ut in cap. prudentiam cum cõcor. de officio. delegat. cum non magis præsumatur unus habere spiritum ueritatis quam omnes alii simul in Dei nomine cõgregati, & in unum iudicium concurrentes, tamen si papa nollet assentire decisioni ipsius concilii, concilium nõ posset statuere contra uoluntatem & sententiam papę qa deficeret ptãs in concilio, quod sumit robur a papa. Et ideo de plenitudine potestatis papa posset impedire concilium ne statatum de super promulgaret. Et hoc uidetur sentire Cardi. de turræ cre. in 3. lib. c. 64. in secunda colum. Quid autem tunc esset faciendum & obseruandum circa dictum dubiũ emergens, hoc non reperio decisum. sed crederem quod qui teneret & obseruaret vnam vel aliam partem nõ propterea esset damnatus si in ea obseruatione & opinione moreretur antequam decisio esset firmata per ecclesiam cum papa, per id quod in simili ponit Abb. in ru. de schisma. in fi. & Archi. Flo. in secunda parte summæ, in ti. 3 de superbia in c. 11. ver. sed quid cum duo. vbi disputando dicit quod tempore schismatis Vrbani & Clementis non erant in peccato qui adhærebant vni vel alteri parti, propter dubium quis esset verus papa. Ad hoc facit in argu. l. regula, & l. 2. ff. de iuris & facti igno. & c. ad apostolicæ de cle. excom. vel interdic. minis. & 77 cap. vt animarum de consti. in 6. Barbatius tamen † in c. quod translationem in 11. colum. dicit quod licet etiam inferiori a papa se intromittere super articulis fidei, declarando rudibus, in c. 1. 80. di. Sicut & capitula ecclesiarum sede vacante procedere possunt contra hęreticos & declarare eos errasse in fide & illos punire, vt in c. ad abolendam de hære. Tamen 78 si † oriretur aliqua difficultas super articulis fidei non decisis licet glo. in d. c. quod translationem, simpliciter dicat quod talis causa sit referenda ad papam qui solus potest nouos articulos non decisos facere, & nihil dicat de concilio, tamen ipse dicit quod solus papa sine concilio non potest decidere causam fidei, & ideo oporteret congregare conciliũ. Primo hoc probat per tex. in cap. habeo librum. 16. di. vbi tex. utitur verbo oportet, quod importat necessitatem, vt in capit. cum ab vno de re iudi. in 6. Item per tex. in c. sicut. 15. dist. Item quia uidetur absurdum & periculosum committere causam fidei arbitrio illius quem ecclesia potest iudicare hæreticum, ut in c. si papa. 40. di. Et quia orbis maior est vrbe, ut in cap. legimus. 93. di. Et per glo. quæ dicit hoc formaliter in d. capitulo 79 Anastasius. 19. di. Et dicit † quod illud quod dicitur in euangelio dic ecclesiæ, vt in capitu. nouit de iudi. fortius erit dicendum ecclesiæ. i. papę & concilio quando agitur causa fidei, quia papa & cõcilium reprę̃sentant ecclesiam vniuersalem, quę errare non potest, ut dicit. glosa in capitulo maiores de bap. Nec per hoc diminuitur potestas papæ, nã & ipse includitur in concilio tanquam princeps & caput. Item ad idem est quod dicit beatus Bernardus quem refert Archi. in cap. non decet. 12. di. quod papa non est dominus episcoporum sed est vnus ex episcopis. ergo papa cum episcopis debet decidere causã 80 fidei, & sic cum concilio generali Ad hoc cap. † mulier el. 2. 33. q. 5. vbi episcopus dicitur vicarius Dei. quod est intelligẽdum in parte, non in totum, sicut dicitur in sacerdote, vt dicit ibi glo. & probatur in c. inter. de pęni. dist. 3. ideo episcopi habẽt interesse cum papa in causa fidei. Adducit authoritatem euangelii quod vos qui sequuti estis me sedebitis iudicantes duodecim tribus Israel. sicut ergo Christus iudicabit cum discipulis, ita & papa cum episcopis qui successerunt eorum loco, ut in c. in nouo. 21. di. Adducit etiam quod dixit dñs Petro & super hanc Petram ædificabo ecclesiam mean, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, designans, quod potestas sit in ecclesia, & cõsequenter quod ecclesia sit illa quę habeat decidere causas fidei vna cum papa ecclesię capite. Item adducit illud act. 15. vbi in illo concilio Petrus primo locutus est tanquam principalis, ac post Iacobus, qui vsus est uerbo, udico, & placuit ceteris quod non fieret circuncisio, & scripserunt ad eos qui erant Antiochię sub ista conceptione vrborum, placuit nobis collectis in vnum &c. Ex quo elicit quod si solus Petrus potuisset illum articulum fidei decidere. apostoli qui erant pleni spiritusancto nullatenus se in-81 tromisissent. Ad idem † est quod Paulus pręcipiebat seruari pręcepta apostolorum & seniorum. verbum autem pręcepta sonat in iurisditionem cõtentiosam c. eam te de rescrip. Et similiter act. 16. cum Paulus & Timotheus transirent per ciuitates, monebant cõuersos ut custodirent dogmata quę erant decreta ab apostolis & senioribus qui erant Ierosolymis. uerbum autem decreta importat iurisditionem contentiosam. l. 1. §. 1. in uerb. uel cognoscens decreuit. ff. de consti. prin. di. 4. in fi. §. hęc etsi legibus, uersi. decretum uero necessitatem facit. Ergo ut iudices apostoli & seniores iudicarunt causam fidei. Ad idem adducit quod legitur act. 20. ubi Paulus dixit maioribus natu Ephesiorum. attendite uobis & vniuerso gregi in quo uos spiritusanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo. Vnde nõ ad solum papam sed ad eum cum concilio spectat decisio causę fidei. Non obstat c. maiores de bap. ubi dicitur quod causa fidei referẽda est papę, quia intelligitur ut capiti. Non obstat 82 cap. † hęc est fides. 24. q. 1. & quod uoluit glo. in cap. in istis 4. di. & capit. aliorum. 9. q. 3. ubi dicitur quod solus papa potest cõfutare errores fidei. quia non loquuntur quando papa uellet decidere articulum fidei secundum eum. Sed ista modi-83 cum obstant, quia † ad primum respondet glos. in d. cap. cum ab uno, quod uerbum oportet non semper importat necessitatem sed aliquando honestatem. 25. q. 1. cap. primo. Ad c. si-

sicut, dicitur quod loquitur de articulis fidei iam decisis. Ad alias authoritates, quæ innuunt quod cum concilio papa debeat hoc facere, respondetur quod non negant quin solus papa hoc possit, maxime cum collegio cardinalium, in quibus repræsentatur specialis ecclesia, videlicet ecclesia Romana, vt supra aliquando dictum est. Et ipsemet in fine non videtur negare quin papa cum cardinalibus hoc possit. Et ideo papa solus poterit etiam articulum fidei non decisum de nouo facere, vt late dicitur in cap.1.15.dist. per Alexand. & dixi supra.

84 **Aut agitur** non †de causa fidei, sed de dubio an aliquid esset peccatum lege Dei uel cōtra ius naturale, & tunc illius sententia præfertur quæ confor-
85 matur legi diuinę & legi naturali. Et quando †papa vel alius superior mandat aliquid quod est peccatum, vtrum sit illi obediendum, materia est in capit. ad aures de tempor. ordin. & in cap. non semper cum tribus sequent. & in capit. qui resistit. 11.q.3. & in capit. non decet. 12.dist. & per Hostien. in summa de maior. & obed. in §. & ad quid ad fin. versic. ad huius, & in cap. literas per doct. de restit. spoliat. Et in proposito lo-
86 quendo † quando papa præciperet aliquid extraiudicialiter quod de se euidenter esset peccatum, dicēdum est quod obediendum est Deo magis quam ei, & vide bonas rationes quare tunc non sit obediendum papæ per Alex in capi. sit domi
87 nus. 11.q.3. Sed si esset dubium an †quod pręcipitur sit peccatum vel non, dicendum est quod si is cui præcipitur habet conscientiam quod sit peccatum & iniustum quod præcipitur, debet deponere conscientiam, alioquin si non potest illam deponere nec se conformare cum conscientia papę, debet sequi conscientiam suam propriam., ut in c. per tuas de simo. & tolerare patienter si papa eum puniat, vt in d.c. literas & in capit. inquisitioni de sentent. excommunicat. Quan
88 do † autem illud quod præcipitur est de se iustum licet cui præcipitur videatur iniustum, & quando aliquid præcipitur per viam iudicii & sententiæ quid dicendum, dic ut per siculum in d.c. ad aures, & doc. in locis supra allegatis. Et ex his apparet quando hoc casu pręfertur sententia concilii, quia quando præcipitur aliquid euidenter iniustum per papam, præfertur sententia concilii iustum sentientis, sed si esset dubium vtrum esset iustum vel non, præfertur sententia papæ, quę etiam præfertur omni casu quo concilium vellet aliqd apparenter iniustum. & papa illud quod esset iustum. Et similiter vbi cum senttentia papæ concurrit sentētia patriarchii eius siue prouincialis concilii, ut dictum est supra. Et vbi appareret quod papa melius sentiret cæteris omnibus, præfertur sententia papę, sicut in simili fuit in c. Nicena. 31. distin. in Pafnutio confessore, qui contradixit vniuerso concilio, & pręualuit eius sententia.

89 **Aut agitur de** materia † in qua est differentia inter papam & patres cōcilii, quæ est iuris positiui. Et tunc aut est differentia super condendo ius
90 nouum, & tunc si lex †quam papa uult edere non habet qualitates legis, de quibus in capitulo erit autem lex. 4. distinct. nec conuenit religioni nec disciplinę nec consuetudini patrię nec loco & tempori. pręfertur sententia concilii contradicentis editioni talis legis, & possunt episcopi in concilio existentes contradicere, quia non conuenit lex consuetudini regionis; nec habet suas qualitates. Ita uult glos. & domin. ibi in d.c. in istis. 4. dist. sicut fuit factum in ecclesia oriētali, quę non recepit legem de continentia seruanda, ex quo non peccant episcopi & alii in sacris constituti qui matrimonio utuntur, ut in cap. cum olim de cle. coniuga. & in dicto
91 capitulo Nicena. Quod est †verum quando papa non cōtradiceret sed taceret, quia si expresse contradiceret episcopis, seruanda esset sententia papæ, ex quo sumus in iis quę sunt iuris positiui, quia lex principis quantumcumque sit dura, seruanda est. l. prospexit. ff. qui & a quibus. 19. dist. cap. in memoria, & maxime si uellet statuere in iis quę tendunt in animaduersionem criminum, cum in iis papa possit uenire etiā contra iam statuta per concilium, ut dicit Archi. in capiulo sicut decimaquinta distinctio. in principio & ita dicit dom. in dicto capitulo in istis, & cardinal. Alexand. ibi in fin. Si au
92 tem lex siue constitutio habet qualitates legis, quia honesta, iusta, rationabilis, iuxta naturam & consuetudinem patrię, loco & tempori conueniens, utilis & necessaria, tunc pręfertur sententia papę, quia præeminet uniuersis ut pręlatus magister & princeps, & potestatis habet plenitudinem, secunda quęstione sexta capitulo decreto. & de authoritate & usu pallii capitulo ad honorem. Et quia lex habet suas qualitates, ab omnibus custodienda est. duodecima distinctione capitulo secundo. Et hoc tenet Hugo & Archie. in dicto capitulo in istis. Et ubi subditi nollent acceptare rationabilem cōstitutionē, posset eos ad hoc cōpellere, & ita dicit factum Archiep. in capitulo. de liguribus. 23. quęstione quinta & refert

93 cardi. de turre cremata. in d. cap. 64. Quinimo etiam †si constitutio non haberet suas qualitates, quia non conueniret consuetudini, regionis & esset dura, si papa de plenitudine potestatis uellet eā seruari, possent subditi compelli ad obseruandum, ut dictum est d.l. prospexit,

94 **Aut agitur** †de iure antiquo tollendo. Et tunc si cōcilium vult quod lex tollatur & papa contradicit, stādum est sententiæ papę dicto capitulo in istis 8. quæst. 2. cap. illud, & c. dilectissimi, glo. in capi. ueniam. 35. q. 9. & 24. q. 1. hęc est fides. Sed si papa uellet tollere constitutionem factam a concilio, quod posset, ut dictum fuit supra in articulo proprio, si concilium contradiceret quia quod papa uellet facere, esset irrationabile uel impossibile, & lex edenda per eum non haberet qualitates requisitas, standum esset sententiæ siue contradictioni ipsius concilii. Ita dicit Domi. in dicto cap. in istis in fi. Quod intelligo uerum quando esset omnino impossibilis, quia impossibilium nulla est obligatio. Sed si non esset impossibilis, sed alias dura, & papa uellet omnino tollere antiquam constitutionem a concilio editam & nouam edere, forte sibi fauorabilem & Romanis pontificibus pro tempore, & de nuda uoluntate & potestatis plenitudine ista statueret, crederem seruandum esse sententiam papæ. Et ita vult expresse gl. quam doctores sequuntur in cap. vbi periculum, in verbo concilio generali de elec. in
95 6. Facit †tex. in capit. conuenientibus. 1. q. 7. vbi papa restituit quos cōcilium damnauit. Et ex hoc apparet quod posset poni exemplum quod si papa vellet, solus posset tollere constitutionem frequens in concilio Constantien. editam. Aliquan-
96 do, & tertio, papa †aliquid vult de plenitudine potestatis & procedit dispensando, & concilium contradicit. Et hoc casu prefertur sententia papę in iis in quibus potest dispensare, nā non potest concilium restringere potestatem pape sine eius consensu, vt dicit Ioan. An. in c. nouit de iudi. Imo nec cum eius consensu, quia potestas eius est a Deo, vt in §. hinc etiam 17. di. & in c. sacrosancta. 22. di. Ita dicit Ioan. An. in c. ecclesia de cōsti. Et ideo dispensando prefertur sententia papę. Facit text. in capit. veniam. 35. q. 9. & vide quę dicta fuerunt in illo articulo utrum papa reuocet constitutiones conciliares. Et predicta procedunt quando cōcurrit diuersitas iudicii conciliorum & illum qui est uerus & catholicus papa, quia si esset hereticus uel non habitus pro uero papa, & in controuersia papatus, tunc sine dubio sententia concilii semper preferet, ut in c. si duo. 79. di. & in d.c. si papa. 40. dist.

97 **Restat** respondere †ad contraria, ad quę ex predicta distinctione apparet responsio. Ad primum, quod rectius est cōsilium quod plurimorum sententiis roboratur, respondetur illud esse uerum nisi aliquis probabilioribus & melioribus rationibus moueretur in contrarium, quia tunc illius solius sententia & non plurium pręferretur, ut dictum est supra. Pro hoc tex. in l. 1. in uersi. sed neque. C. de ueteri iure enucle. & tex. in c. 1. de iis quę fiunt a maio. par. cap. & in c. Nicena. 31. di. Sepe. n. Deus reuelat aliqua paruulis quę abscondit sapientibus, ut in ca. esto subiectus. 95. di. Et ita respondet
98 Ab. Siculus in capi. 1. de consti. in ultima col. Ad illud †quod dicitur de aristocratia & regimine plurimorū quod sit melius, negatur hoc, quia finis regiminis est pax, pax autem & unitas fortius melius conseruatur per unum quam per multos. Ita dicit s. Tho. in opusc. 20. scilicet de regimine principum, a capit. 2. usque ad 8. & 1. contra gen. c. 42. Item philosophus. 12. metaphy. dicit quod multitudo principatuum est mala. & refert Abb. Siculus in cap. nouit in 3. colu. de iudi. Et idē sanctus Thomas in quarto sen. di. 20. ar. 4. questiuncula. 3. ubi agit de indulgentiis, dicit quod papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis sicut rex in regno, penes quem tota potestas residet. Et quod ista potestatis plenitudo melius residat in persona unius quam plurium, probat tex. in cap. legimus. 93. dist. ubi ponitur quare fuit institutum ut unus pre-
99 esset omnibus. Ad id quod dicitur †quod papa potest errare, respondetur quod non est uerisimile quod Deus hoc permittat. Pro hoc glo. in capitu. quodcunque. 24. q. 1. & in c. in sede ea. cau. & q. Et licet glo. in c. a recta. ea. cau. & q. dicat papam posse errare, intelligitur secundum se & considerata persona, & non tanquam uicarius Dei, cui dat scientiam intellectus, iuxta illud sapien. 10. iustum deduxit dominus p uias rectas, & dedit illi scientiam sanctorum. Et ita respondet Brixien. in quibusdam suis allegationibus confutantibus legationes abbatis factas in concilio Basilen. Item etiam cōcilium potest errare, vt dictum est supra de concilio Armi-
100 nensi & aliis. Et ad id †quod dicitur quod ecclesia non potest errare, ut in cap. a recta. 24. q. 1. respondetur, ut sæpius supra in proposito dictum est, illud esse uerum de ecclesia uniuersali hoc est de collectione omnium fidelium, de consecra. di. ecclesia, quia Deus non permitteret quod omnes fideles errarent in fide. Nam & remansit fides in beata Virgine aliis de

deficientibus post passionem, ut ostenderetur quod non posset deficere fides pro qua Christus orauit cum dixit Petro & ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua, ut dicit glos. in d. capitulo a recta. & 21. dis. capitulo primo. Et non intelligitur de ecclesia representatiue sicut est concilium quod repræsentat ecclesiam uniuersalem, non quod in eo sit vniuersalis ecclesia quia impossibile est omnes simul fideles congregari. Ita dicit Abb. in dicto capitulo significasti. de elec. & dicit Ioan. Andre. in capit. a nobis, in uerbo ecclesia de sententia.
101 excommunicat. Qui dicit ꝙ etiam ꝑ ecclesia speciali præsumitur quod non erret nisi error probetur. allegat. de frigidis. cap. fraternitatis. & maxime loquendo de ecclesia, speciali hoc est de Romana ecclesia, pro qua in dubio semper præsumitur, de reliq. & vene. sanc. capitulo primo Facta tamen fide de errore, bene eius sententia reuocatur, ut capitulo. cum olim. de dolo & contu. secundum Ioan. And. ibi. ad hoc cap. tum ex literis. de in integ. resti. Item & si dicatur quod ecclesia non potest errare in iis quæ sunt fidei, non sequitur quod sententia concilii generaliter in omnib. debeat præferri sententiæ papæ maxime in iis quæ sunt iuris positiui, quæstio, autem de qua agitur est absolute posita quæ sententia præferatur, utrum papæ an concilii. vnde posito quod in articulis fidei præferatur sententia concilii nō ita erit in aliis, vt patet
102 ex supradictis. Ad secundum †quod orbis maior est urbe, dicitur quod non obstat, quia papa præest orbi & urbi, orbi generaliter, vrbi specialiter. Ita domi. in capitulo nemo. nona
103 quæstione. tertia Ad dictum sancti Bernardi respondetur ꝙ non præsupponimus sententiam papę superbam & irratio-
104 nabilem, sed ratione fulcitam. Ad tertium de † episcopo & capitulo, respondetur quod similitudo non est bona, quia capitulum habet authoritatem a iure communi & nō sumit robur ab authoritate episcopi, sicut concilium sumit robur ab authoritate papæ, ut in dicto capitulo significasti. de elec. item episcopus non potest solus actum exercere sine
105 capitulo, sicut papa potest solus sine concilio. Ad quartum ex act. 15. respondetur quod licet pręualuerit sentētia Iacobi & illam concilium sequutum sit, non tamen Petrus contradixit sententiæ Iacobi, sed illam potius approbauit. ex quo apparet quod non potest induci in proposito quæstionis nostræ quando sententia papæ contradicit sententiæ concilii. Et quod † dicitur quod sententia concilii tanquam munita
106 spiritusancto debeat præferri, respondetur illud verum quando cum concilio papa & omnes sunt concordes, sicut ibi fuit, quia vbi sunt plures concordes congregati in nomine domini, dominus in medio eorum est Matth. 18. Sed vbi sententia papę discordat a sententia concilii, non dicitur ꝙ sententia cōcilii, sit sententia spiritussancti. Ad quintum re-
107 spondetur quod licet † sub nomine concilii comprehendat caput, non sequitur ꝙ sine capite dignior sit sententia concilii. & conuenientius est ꝙ membra non dissentiant a capite quam e contra in c. cum non liceat. de præscr. & c. nō decet. 12. dist. Et dignius est caput q̃ residuū corporis sine capite, qa
108 †locus efficitur religiosus vbi caput est humatum licet mēbra sint alibi sepulta, ut in l. cum in diuersis. ff. de reli. & sum. fune. insti. de rerum diuisi. §. religiosum. Ibi. glo. Ad illud ꝙ
109 dr̄ ꝙ debet totū †præualere parti, & sic concilium totū papę qui est pars concilii, respondetur quod illud debet intelligi qn̄ illud totū est unitum ipsi parti, sed ubi discrepat caput. i. papa a concilio, tunc non est concursus totalis. cum ptās papę non sit a concilio sed a Deo. ut in c. nouit de iud. sed bene potestas & uoluntas concilii dependet a papa. vt 17. di. per totum, qua cessante, concilium nihil potest. Ad sextum respō
110 detur quod potestas †principaliter data fuit Petro non solū significatiue uel figuratiue, sed vere principaliter & fundamentaliter. Christus. n. cōstituēs vnā ecclesiā, vnū voluit esse caput & principē. 24. q. 1. loquit, & 21. di. c. 1. vbi ꝓbat ꝙ Christus Petrū ecclesię pręfecit ut conseruaret vnitatem. Et sicut apud apostolum unum est corpus, unus spiritus, & una spes vocationis nostrę, & unus dominus, una fides, unum baptisma & c. vt est tex. 24. q. 1. d. c. loqutur, ita unus est Dei vicarius in terris & una ecclesia & unum corpus mysticum. 3. q. 4. engeltrudam. Et ut Christus vnitatē manifastaret, vnitatis eiusdē originē ab uno incipientē sua authoritate disposuit. Et licet apostolis oīb. post resurrectionē, suā parem potesttatē tribuat dicens sicut misit me pater & ego mitto vos, tamen ad unū loquutus, sup unū ædificat ecclesiā, ut dicit tex. in d. c. lo
111 quit. ideo quia †ecclesia una, unū & nō plura capita debet hr̄e ꝙ est papa 9. q. 3. aliorum. & ideo Petrus solus designatus est caput ecclesiæ, ut in c. rogamus. 24. quæst. 1. Et ideo Petrus dictus est cephas quod interpretatur Petrus, hoc est lapis, vt legitur Io. c. 1. Est igitur Christus principale ecclesię fundamētum, qui eandem primo fundanit in Petro & de Petro in suc
112 cessoribus. Et quod †fundamentum ecclesiæ fuerit in Petro probatur, quia si ecclesia non fuisset fundata in Petro solum

sed super totam ecclesiam vniuersalem, sequeretur quod ipsa ecclesia esset fundamentum suiipsius quod dicere est ab-
113 sonum. Quod †aūt Christus sit principale fundamētum, demonstrat Apostolus primo ad Corin. 3. & 1. q. 1. cap. cum Paulus, ibi fundamentum aliud nemo potest ponere pręter id, quod positum est quod est Christus Iesus. c. ueniens. de presb. non baptis. & c. fundamenta. de elect. in sexto. Quod autem
114 Christus primo †& principaliter fundauerit ecclesiam in Petro & successoribus, probat tex. in cap. primo. de homic. in 6. & aliis iuribus infra proxime adducendis. & in cap. cum beatissimus. 24. q. 1. ubi dicitur quod Petrus a Domino principatum accepit. Quod autem post Petrum in apostolis & successiue in aliis episcopis, dicit tex. 21. distin. cap. 1. ibi simpliciter uero maiorum & minorum sacerdotum in nouo testamento discretio ab ipso Christo sumpsit exordium, qui 12. apostolos tanquam maiores sacerdotes, & 72. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum uero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei prę omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & a se Petra, ei Petri nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est. & ut ipse cęteros confirmaret, subiunxit dicens, ego pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Et quod principaliter in Christo, & de Christo primum in Petro & successoribus, deinde in apostolis, & successiue ac consequenter in episcopis qui succedunt loco apostolorum, ut in cap. ecclesiæ principes. 35. dis. probat tex. in cap. ita dominus. 19. dist. ibi sed huius muneris sacramentum ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, & ab ipso quasi quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet.
115 Appellat †ergo Petrum caput & apostolos corpus. Et ibi. hūc enim in consortium indiuiduę unitatis assumptum, id quod ipse erat dominus uoluit nominari dicendo tu es Petrus & c. ut ęterni templi ędificatio mirabili munere gratię Dei, in Petri soliditate consisteret. Ad idem per omnia tex. in c. funda-
116 menta, in princ. de elec. in 6. Et si dicatur quod † tex. ibi referendo psalmum 86. scilicet fundamenta eius in montibus sanctis, dicit per montes apostolos, & prędicatores ecclesię insinuari quibus tota huius ędificii fabrica confidenter innititur. sicque uidetur inferri quod non in una persona Petri fundamentum collocatum sit, sed in omnibus apostolis, & prędicatoribus, & sic in ecclesia uniuersali, cum psalmus iuxta vulgatam editionem dicat fundamenta eius & nō fundamentum & in montibus sanctis, & non in monte sancto,
117 sicut & alibi dicitur, leuaui † oculos meos ad montes vnde veniet auxilium mihi ad montes scilicet spirituales id est ad sanctos dicit gl. & archidiach. in capitulo sacrosancta. vigesimasecunda distinctione Dic dicendum quod non obstat, quia illud intelligitur secundario post Petrum. id est quod apostoli post Petrum fuerunt secundaria fundamenta. Et ideo Petrus dicitur. primus qui ordinatus fuit sacerdos & primus conuertit populum ad fidem, & alii omnes ab eo habuerunt confirmationem & potestatem prædicandi & conuertendi populum. ut dicit domi. in dicto capitulo in nouo. Quinimmo tanta fuit differentia inter Petrum & alios apostolos, quanta est hodie inter papam & alios episcopos, ut dicit Domin. in capitulo sacrosancta, 22. distinctione.

181 **Ad id** quod adducitur †ex 2. c. ad Ephe. scilicet dum dicit superædicati super fundamentum apostolorū & prophetarū, similiter rn̄detur vt sup. videlicet ꝙ intelligit secūdario. Qđ ostēdūt verba sequentia, ipso summo angulari lapide Christo Iesu in quo oīs ædificatio cōstructa crescit vbi dicit Augu. ne apostoli vel prophetæ in quibus fundata est ciuitas se tenerent in se, in Christo totum innititur primo
119 fundamento, quod fundamentum †in summo est & non in imo ut in corporali fabrica. Igitur fundata est ecclesia primo in Christo, & postea in apostolis cum Petro, sed principaliter in Petro. & ideo fundamenta eius in montibus sanctis, videlicet in apostolis, prædicatoribus & doctoribus ecclesiæ, inter quos est primus Petrus, cui datus fuit principatus. Et ideo in Christo principaliori fundamento, & post Christum in Petro principaliter eiusdem Christi vicario & successore, vt ab ipso capite electo dona sua in corpus omne, videlicet aliorum apostolorum, prædicatorum & doctorum, diffunderet, vt in dicto capitulo fundamēta de electione in 6. Papa enim qui vices Dei tenet in terris, ut in capitulo 1. vt ecclesiastica beneficia, & in capitulo ad apostolicę de re iudi. in sexto, a Deo potestatem sumpsit, ut in capit. nouit de iudi. quia Christus potestatem dimisit Petro vicario suo & ꝑ ipsum successoribus eius, ut in cap. quanto de transla. præla. & in cap. licet
120 eo ti. & cap. solitæ de maio. & obe. Et consequenter †cum Petrus & successores idem tribunal habeant cū Christo, & sic eandē iurisditionem, qa omnia possunt quæ Christus claue

non errante, vt dicit Hostien. in d. cap. quanto. de transf. præla. & Innoc. in cap. quanto. de iureiuran. & refert Abb. in ca. proposuit. de concess. præbend. merito principaliter in Petro ecclesiæ fundamentum a Christo constitutum est. Sic & vi-
121 carius † episcopi eandem iurisdictionem & tribunal habere dicitur cum episcopo, & in iurisditione maxime, cæteris aliis
122 præponitur, vt in cap. 1. de of. vica. in 6. Fuerunt ergo † apostoli æquales in ordine, non tamen in iurisditione cum Petro, in quo principaliter ecclesia in omnibus a Christo fundata est. Sic papa etsi in ordine parem habet potestatem cum episcopis, solus tamen habet iurisditionem in omnes, & a nemine iudicatur, vt in cap. nemo. 9. q. 3. cum sequen. & solus cæteris aliis in omnibus præpositus est. & ei tantum dominus verba dirigit & caput designat. d. c. loquitur. 24. qō. 1. & in extraganti vnam sanctam, ibi glo. pauini. Et hoc bene probat ille tex. in d. c. fundamenta, & tex. in d. c. sacrosancta. ubi dicitur, quod non ab apostolis sed a saluatore Christo Petrus primatum obtinuit. Quod ostendunt verba Domini, Io. vlt. Simon Ioannis amas me? Et cum Petrus respondisset, ter dixit illi pasce oues meas. quæ verba ad Petrum tantum dicta sunt. Et quod Christus dixit ad Petrum, in Petro dixit ad successores ipsius, dicit tex. in capit. solitæ. de maioritate & obedien. Et Petro tantum dictum fuit tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, Matth. 16. petra autem erat Christus. & ita exponit gl. Nicolai. Et sic primum fundamentum est Christus prima quæstio. prima. cum Paulus. qui & ecclesiam postea fundauit in Petro principaliter, vt dictum est, relinquens in Petro ecclesię fundamentum. Vnde dicit
123 text. 22. distinctione, capitulo primo. quod omnes † dignitates ecclesię a Romana ecclesia instituūtur, illam vero solus dominus ipse fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui Petro æternæ uitæ clauigero, terreni simul & cœlestis imperii iura commisit. Ad idem bonus tex. in extraua-
124 ganti vnam sanctam. Non obstat quod dicitur in capitulo in nouo. 21. distinctione, & in capitulo sacrosancta. 22. distinctione. quod cęteri apostoli pari consortio cum Petro honorem & potestatem acceperunt. & in capitulo loquitur. 24. q. prima, ibi hoc erant utique cęteri apostoli quod Petrus fuit pari consortio præditi potestatis & honoris. Quia debet intelligi in ordine nō in administratione & iurisdictione. uel pōt dici ꝙ ante passionem discipuli erant sub Christo & nō sub Petro, & ideo cum Petro erant tunc in pari cōsortio, sed post pasʃionē fuerūt sub Petro, & ei deferebāt. Vnde in pentecoste primum sermonem fecit Petrus, vt legitur act. 2. Et hoc vult gl. Arch. & Domi. in d. c. in nouo. Non obstat quod
125 † dicitur in c. in nouo, & apostoli ipsum in principem habere voluerunt, quasi non a Christo, sed ab apostolis principatum acceperit. Quia respondetur quod similiter intelligitur secundario, quia primo a Christo principatum acceperat, vt dicit Archi. in cap. sacrosancta. 22. dist. & dicit ibi clare text.
126 Similiter dicitur quod a sinodis Romana ecclesia accepit potestatem. 17. dist. §. hinc etiam, vers. deinde. Quia debet intelligi secundario, non principaliter, vt dicit ibi. gl. in verbo, potestatem, & Arch. in d. c. in nouo, in prin. & ibi Ioan. de Fa. Vel debet intelligi declaratiue non collatiue. 3. q. 6. ca. dudū. Petrus enim in administratione, & iurisdictione fuit maior omnibus apostolis. 80. dist. c. in illis. quod probat tex. 24. q. 1. c. est aliud. Vbi Beatus Ambro. dicit quod est aliud piscandi genus, quo genere solum Petrum Dominus piscari iubet, dicens, mitte hamum & eum piscem qui primo ascendet tol-
127 le. Intelligens per † hamum iurisditionem in qua Petrus præfuit aliis apostolis, quia hamo. i. ferro putridæ carnes abscinduntur. Ita dicit ibi glo. & 82. distinc. cap. plurimos. Item soli Petro Luc. 5. dicitur quod ducat in altum, cum aliis dictum fuerit quod laxent retia, quia ipse solus Petrus debet ducere in altum, scilicet disputationum, vt 24. q. prima. cap. non turbatur. quia ei soli reseruantur maiores causæ, de bapt. maiores, & 17. distin. cap. multis. 24. quęst. prima. cap. quotiens. Sic
128 † Moyses & Aharon fuerunt pares in consecratione, sed in administratione Moyses fuit maior. 22. distinctio. capitulo sa-
129 crosancta. Vnde cum dicitur † quod potestas fuit concessa toti ecclesiæ, debet intelligi sub Petro, & non principaliter etiam ecclesiæ, quia est vna potestas & non duæ, & est insolidum in papa. sed in aliis tanquam vocatis in partem solicitudinis, nisi quando papa esset hæreticus, cum tunc perdat dignitatem ipso iure, & nō sit papa. Et potestas ista tunc in hoc casu contra eum remanet in ecclesia, vt in cap. si papa. 40. distinctione. & in cap. in fidei, ibi doct. de hære. in sexto. Quod enim extra ecclesiam non possint haberi claues ecclesiæ, est bonus tex. in cap. audiuimus. 24. quæstione prima. Alioquin
130 ista † potestas tota non est in ecclesia vniuersali, papa existente catholico & sede Petri non vacante, alias duo insolidum istam potestatē possiderent, quod est impossibile, & esset ponere in ecclesia duo principia, quod similiter est inconue-

niens, ut 24. quæstione vlti. capitulo quidam. §. cerdoniani.
131 Non ob. † q dr quod ecclesia hēt plura fundamēta, quarū quod nū vnicum est fundamentum in ecclesia. i. Christus. quod Christi fundamentum idem est quod Petri ex demandatione Christi, qui ascēsurus ad patrem ne eccl. sine Pastore deseret Petro curam ecclesiæ commisit, vt sue stabilitate fidei cæteros in Christiana religione firmaret, ut dicit tex. in d. cap. primo de Homi. in 6. Idem tex. in cap. primo. 22. distin. ibi, illam vero solus ipse fundauit & super Petram fidei mox nascentis erexit, qui Beato Petro æternę uitæ clauigero terreni simul & cœlestis iura imperii commisit. Idem tex. in ca. ita dominus. 19. dist. ibi hunc enim in consortiū indiuiduę vnitatis assumptum id quod ipse erat dominus voluit nominari, dicendo tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratię Dei in Petri soliditate consisteret. Nec per hoc dicuntur plura principia vel plura capita, ut clare ostendit extrauagan. Bonifacii vnam sanctam: ibi igitur ecclesiæ vnius & unicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita quasi monstrum Christus uidelicet & Christi vicarius Petrus petrique successor, dicente domino ipsi Petro pasce oues meas &c. Et ibi 5. argumenta ostendit vnitatem præsidentis. Ad quod vide quod dico infra in quæstione quis sit maior vtrum papa an concilium in 5. motiuo pro parte papæ. ubi late vtrum sit unum vel plura fundamenta. Et bene in proposito text. in c.
132 loquitur. 24. q. 1. Præterea si diceres summam potestatem datam ecclesiæ vniuersali & non Petro tanquam capiti, & eam esse apud concilium ipsam repræsentans, sequeretur quod dissoluto concilio, quod etiam raro teneri consueuit, cessaret totius fidei & ecclesiæ fundamentum. & cum ardua quotidie dirimenda occurrant, non esset qui diffinire posset, cū ad totam ecclesiam vniuersalem aditus sit impossibilis, qa impossibilis est congregatio omnium fidelium orbis, & ecclesię collectio per concilium non est facilis. Ideo dicendū est quod potestas omnimoda etiam maiorum causarum sit in Petro, & consequenter in papa & sede apostolica d. capit.
133 maiores. & dicto cap. multis. Ad authoritatem † Ioan. 20. respondetur sicut supra dictum est quod illa authoritas respicit dignitatem ordinis, in qua omnes apostoli cum Petro fuerunt pares, ut dictum est dicto cap. in nouo. Et ideo ad illum tex. in cap. audiuimus. 24. quæst. 1. cum tex ibi dicit quod Petrus pro omnibus & præ omnibus accepit potestatem, dicit glo. pro omnibus dictum ad denotandum vnitatem, qa vna est ecclesia, & est illa quæ capiti est unita, vt in cap. loquitur. 24. q. 1. præ omnib. dicit gl. dictum ad denotandum prælationem & præeminentiam. Et bene etiam ostendit ibi tex. quod quo ad ea quæ erant ordinis dederit parem authoritatem apostolis, cum dicit, vnde cum omnibus discipulis parem ligandi atque soluendi potestatem dominus daret, Petro pro omnibus & præ omnibus &c. Vnde hæc paritas tantum est in potestate absoluendi & ligandi & in illa etiā præeminentia quędam Petro data est, & idem videtur sentire glo. in cap. Rogamus ead. cau. & q. & diximus aliqū supra, & non in iurisditione & administratione, vt dictum est, quia illa tantum, Petro conuenit cui ambæ claues datæ sunt, & ordinis & coertionis siue administrationis. Non obstant ver-
134 ba homiliæ † sancti August. cum dicit quod Petrus quando claues accepit ecclesiam sanctam significauit, c. quodcunque 24. q. 1. Quia uerum est quod significauit ecclesiam in unitate ideo enim dabantur vni quia una est ecclesia, ut dicto ca. loquitur. 24. q. 1. Nō tamen figuratiue & significatiue, sed qa pro omnibus & præ omnibus verba ad eum dicta sunt, vt d. c. audiuimus. 24. q. 1. significauit ecclesiā pp quā dabat eā potestas clauiū, quia si non significasset ecclesiā in quā potestatē clauiū exercere debebat, frustratoria fuisset ptās ei data nisi fuissent in quos deberet potestas exerceri. Et ideo intelligitur passiue, argum. eorum quę ponuntur in l. prima. ff. de iuribus omnium iudi. & l. secunda. §. post originem. versicu. post hæc. ff. de origine iuris. de qua authoritate latius dicetur infra in illo articulo quis sit maior vtrum papa an concilium. Item intelligitur † quod datæ fuerunt claues Petro non ut ipse solus illam potestatem haberet, quia si petro tantum datæ fuissent claues, iam non esset in ecclesia qui absoluere posset, nec aliqua reconciliatio hodie fieret in ecclesia. Ideo datæ fuerunt in eo omnibus prælatis & futuris successoribus in ecclesia per deriuationem ab eo in eos. Ideo dicit Ambros. quod in beato Petro omnes nos sacerdotes claues accepimus. Et hoc ipsum est Petrum cum claues accepit ecclesiam sanctam significasse, ut dicto capitulo quodcunque vigesima quarta quæstione prima. Vnde dicit ibi Archidiaconus si hoc tantum Petro dictum est, ut eius personam non transgrediatur, non facit hoc ecclesia, id est eius authoritas. Et ideo pro omnibus apostolis, quia omnes apostoli receperunt potestatem ordinis sicut & Petrus & parem Petro,

tro, ut d. cap. audiuimus, & in cap. loquitur ead. cau. & quæst. & d. cap. in nouo. Et pro hoc est illud Ioan. 20. & cum hæc dixisset insufflauit & dixit eis, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt &c. Et illud Matthæ. 18. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cœlo. Ideo pro omnibus apostolis, quia & pro aliis prælatis, & cæteris episcopis qui succedunt loco apostolorum. in cap. ecclesię principes. 35. dist. & in cap. uidentes. 12. quæst. prima
135 Et pro sacerdotibus vniuersalis ecclesiæ, ut in cap. primo de summa triuit. & in capit. absit. 11. quæst. tertia. quia etiam † sacerdotes succedunt loco apostolorum quo ad sacramentorum dispensationem, ut vide glo. & concordantes in d. cap. videntes. Ideo etiam datæ sunt ei claues præ omnibus, quia præpositus est in administratione & iurisditione. ista igitur potestas iurisditionalis data est ei vni quia vnum voluit Christus pastorem & vicarium qui eius vices teneret in terris, ut in c. 1. cum concordan. de homi. in 6. Et istā solutionē sentit Ioann. Andreas. in capitulo ad liberandam in sexta columna de Iudæis.

Et per hoc solutum est sextum argumentū cui solutioni adde quæ dico in illo articu. Vtrum concilium possit cognoscere de omnibus litibus & controuersiis ocurrentibus in concilio sine papa, & quam iurisditionem habet concilium, & latissime vide ad plenum omnia examinata in illo articu. quis sit maior utrum papa an concilium. Et non obstat illud Ioā. 20. capitulo & in capitulo audiuimus. vigesimaquarta questio ne prima nec nota. Innocen. in dicto capitulo nouerit, quia loquuntur de potestate ordinis, ut patet ex uerbis ipsiusmet Innocen. qui connumerat priuilegia concessa ecclesiæ. Ad
136 septimum de capitulo sicut sancti respondetur quod loquitur in causa fidei. item illa authoritas loquitur de cōciliis cū authoritate papę. & sic non est ad propositum in quo loquimur quando contrariatur sententia concilii sententiæ papæ: item interdum solus papa reuocat etiam constitutiones conciliares, vt diximus supra in quæstione propria. Similiter ad illud de concilio Aphricano quod in omni periculo ecclesiæ debeat conuocari concilium, respondetur quod non sequitur ergo sententia concilii debet præualere sententiæ papæ, nec quod papa non possit diffinire quæ in concilio diffiniuntur pręter causas fidei, ut supra dictum est. Et licet concilium iudicet de causa fidei, & papa etiam iudicat de causis fidei, ut in dicto capitulo maiores. de baptis. & supra dictum est.

Ad illud quod papa potest errare, & quod periculosum est committere causam fidei iudicio vnius, patet responsio ex distinctione supra data, quia interdum reuelatur minori quod maior nescit, ut in capitulo esto. nonagesimaquinta. distinctione & in capitulo si habes. vigesimaquarta quæstione tertia Et papa si moueatur melioribus rationibus etiam in causa fidei quæ non reperitur decisa, debet præferri, ut supra dictum est.

Et quod dicitur ecclesiam non posse errare dictum est supra illud intelligi de ecclesia vniuersali, cum concilia sæpius reperiantur errasse. 36 quæstione secunda capitulo tria, iuncto. capitulo placuit. Et licet illi capitulo fuerit derogatum, non sequitur qđ concilium non errauerit. Et plura alia concilia reperiuntur errasse, ut supra dictum est. item hoc magis fortificat responsionem, quia capitu. accedens. de rapto. est constitutio papalis, & capitul. placuit fuit constitutio conciliaris. ergo solus papa reuocauit constitutionem conciliarem. & sic pręfertur
137 sententia papę sententię concilii Ad octauum † respondetur quod illa iura non probant quod quando sententia papæ contrariatur sententię concilii, debeat præferri sententia concilii, quia in ills iuribus, & statutis conciliaribus interuenit etiam sententia papę, quia edita sunt per concilia cum authoritate papę, & sic ibi concurrit sententia papę cum sententia concilii iam terminata. & ideo non possunt per solum papam tolli nisi cum distinctione su-
138 pra posita. Ad nonum † respondetur quod non est bona similitudo, quia archiepiscopus si iudicatur a concilio prouinciali, potest habere recursum ad superiorem, uidelicet legatum uel papam. quod non est in papa, qui non habet superiorem, ut in capitulo licet. de electione. cum similibus. Facit quod dicimus in articulo submissionis. capitulo nos si incompetēter. secunda questione septima. & in l. est receptum. ff. de iu-
139 risditione omnium iudicum. Ad decimum ex act. 8. † respondetur quod non sequitur, apostoli miserunt Petrum & Ioannem ergo erant maiores Petro. Quia enim tunc incipiebat publicari fides, & gentes opere & exemplo inducebantur ad credendum, miserunt Ioannem & Petrum propter uitę sanctitatē & miraculorū ptātem. nā ad Petri umbram sanabantur infirmi, vt legitur Actuū 5. & Petrus exemplo Christi se humiliauit vt induceret illos ad fidem. Vel aliter † responde-
140 tur ꝙ vna est missio quę fit per authoritatem, sicut quando papa mittit legatum, & rex balliuū. Alia quę fit consulendo & suadendo. & ista potest fieri ab inferiore de superiore. & talis fuit illa missio Petri, sicut si de consilio consiliariorum regis mitteretur rex aliquo pro salute populi. Et isto modo respondet Archiep. Flo. in illo art. quis sit maior vtrum papa an concilium, imo in illo articulo de potestate iurisditionis in ecclesia, in tertio. li. ti. 23. c. 3. §. 7. Ad vndecimum respon-
141 detur † quod illa ordinatio illorum conciliorum non reperitur approbata nisi in ijs quę concernunt fidem, & concilium Basilien. non fuit verum concilium, vt sæpius dictum est. Et ideo non potuerunt statuere tale quid, per quod restringeretur potestas papæ penes quem est plenitudo potestatis, vt in c. cum ex eo. de pœni. & re. & in c. proposuit. de concess. præ-
142 ben. Vel † debet intelligi quod quilibet etiam pontificalis dignitatis tenetur obedire in iis, quæ concernunt articulos fidei iam per ecclesiam & concilia declaratos, vt in cap. sicut
143 15. dist. Ad duodecimum † respondetur quod omnia fuerunt facta de voluntate Petri, & Clemens renunciauit pontificatui. ergo si non renunciasset, vt dicit ibi gl. in c. Petrus. 8. qō. 1. sequitur quod sententia Petri præualuisset. & sic illud non fuit factum per concilium, sed quia sic voluit Clemens. Itē illud potest dici habitum fuisse pro bono & receptum ad tollendum malum exemplum ne quis eligeret sibi ex testamēto successorem, non ad impugnandum sentētiam Petri. Ad
144 tertiumdecimum respondetur † quod ex resistentia non denotatur maioritas nisi de facto, ex resistētia autem facti quis non dicitur maior de iure, imo potius innuitur contrarium, quia resistentia proprie est inferioris contra superiorem, vt in c. qui resistit. 11. q. 3. & gl. in verbo obedientiam, in c. ad aures. de temp. ord. Sicut cum quis resistit iudici volēti eum de facto spoliare, vt dicitur in l. iuste possidet. ff. de acqui. pos. C vnde vi. l. prima, in fi. & gl. penul. in cap. ex literis. de offic. de-
145 leg. cum similib. Ad quartumdecimum, † respōdetur quod licet Christus sit caput ecclesiæ & consequenter concilii, nō sequitur quod sententia concilii dissentientis a papa sit præponenda, quia non est concilium nisi authoritate papæ con-
146 gregatum, vt dicunt iura. 17. dist. per totum. tunc † ergo est cōcilium quando papa est cum concilio, & Christus est caput.
147 Item quando † dicitur quod Christus est caput ecclesiæ, intelligitur de ecclesia vniuersali. Et licet etiam sit caput concilii, non tamen sequitur quod concilium habeat immediate authoritatem a Christo & quod sententia concilii sit infallibilis & præponenda sententiæ papæ sicut sententia Christi.
148 sed † imo concilia sumunt robur a papa, vt in d. c. significasti & in d. 17. distin. per totum. Imo & confirmantur a papa ut ab aliis custodiantur. 25. q. 1. cap. primo. Et semper in conciliis excipitur authoritas Romanæ ecclesiæ, vt in c. ideo permittente 25. q. 1. Et licet Christus dicatur caput ecclesiæ vniuersalis, non sequitur ergo iudicium concilii est iudicium infallibilis veritatis, quia vt supra dictum est, concilia sæpe errauerunt. Et illa authoritas quod ecclesia non potest errare, intelligitur de ecclesia vniuersali, & non de repræsentante, ut dicitur in dicto capitulo significasti per Siculum. Et illa autho-
149 ritas † ex ac. decimumquintum intelligitur de ecclesia repręsentata per apostolos & seniores, & alios ibi congregatos, & non de vniuersali. Nec sequitur si etiam sub nomine ecclesiæ veniat concilium, ꝙ iudicium concili debeat præponi iu-
150 dicio papæ. tum quia † vbi est dissensio cum capite, conciliū non repręsentat ecclesiam, quādo caput est catholicum, qa non est concilium sine capite, vt in c. multis cum concordā. 17. distinc. Tum quia ibi act. 15. Petrus fuit in concordia cum aliis apostolis & senioribus. & ideo non potest inferri quod sicut ibi sententia concilii fuit approbata, similiter debeat præponi sententia concilii sentententiæ papæ discordantis a concilio, quia si Petrus discordasset & non assensisset sententiæ concilii, non præualuisset ibi sententia concilii. Ad quin-
151 tumdecimum † ex Mat. 18. respondetur quod illa authoritas dic ecclesiæ, intelligitur de prælato vbi agitur de inferiori a papa & ita omnes exponunt vbique & in capitulo nouit de iudic. Et conceditur quod quando papa non est hæreticus, illa authoritas non conuenit personę papę nec potest in eo habere locum, ut sępius dictum est, & dicit Hostiens. in capitulo proposuit de concessio. prębend. Quod ideo est quia papa est superior ipsa ecclesia repręsentata, & ideo per illud potius probatur quod sententia papę debet pręferri sententię concilii. Et de intellectu illius authoritatis, late in illo articulo quis sit maior vtrum papa an concilium. Ad sextum-
152 decimum † dicendum quod loquitur in causa fidei quando papa est hęreticus & amisit dignitatem pontificalem.

Ad illud ꝙ quādo caput est languidum & discrepat a mēbris licet illud cauterizare, rñdetur ꝙ modicum facit ad propositū, quia illud intelligi debet quando indigeret cauterizatione, & esset talis ęgritudo per quam totum corpus destrueretur si illud non fieret, hoc autē non contingit in papa nisi tantū in casu hæresis. licet enim alias committat tale per quod scandalizatur ecclesia, non est tale delictū in papa propter quod possit deponi. nec tale quid ꝓpter quod possit ab eo recedi, ut supra dictum est, sed magis esset ei resistendum de facto. Et quando sententia papæ non est fundata in aliqua ratione, dictum est in supradicta distinctione, in iis quæ sunt fidei præferendam esse sententiam concilii iudicio discretiuo. at nos non loquimur quando papa est hæreticus vel scandalosus vniuersali ecclesiæ, sed quādo est catholicus, & eius sententia differt a sententia conci-
153 lii. Ad decimumseptimum † de controuersia super obseruatione legalium ex act. 15. & ad gal. 2. respondetur quod in eo in quo Paulus reprehendebat Petrum, bene dicitur quod Petrus non ambulabat ad veritatem euangelii virtualiter, quia discrepabat a nouo testamento, licet expresse illud nō contineret euangelium. & ideo ex illo non infertur quod debeat præferri sententia concilii sententiæ papæ, sed magis ꝙ sit resistendum sententiæ papæ scandalizantis ecclesiam. Ad
154 decimumoctauum † respondetur quod Petrus sæpe ex humilitate consentiebat & permittebat aliqua fieri per conciliū, sicut quando fuit missus a concilio, ut legitur act. cap. 8. & in cap. vnico. de sacra unctione, & dictum est supra in respon. ad. 10. contrarium. Sæpe enim Petrus communicabat cæteris apostolis quod potuisset solus facere, ut patet act. capitulo tertio. Item respondetur quod licet Petrus propria voluntate uoluerit se purgare, non per hoc notatur quod maior sit sententia concilii, sicut patet in Leone papa. ut est tex.
155 in cap. auditum. 2. q. 4. Ad decimumnonum † respondetur ꝙ si loquimur in iudicio authoritatis siue potestatis iurisditionis, ex quo isto iudicio nullum reperitur maius, ut in cap. patet. 8. q. 3. papa præferendo se in authoritate huius iudicii omnibus aliis fidelib qui siue sint congregati siue non eius sunt oues, quia in illa potestate data Petro pasce oues meas, non est distinctū inter has uel illas, ut in extrauagāti vnā sanctā & in cap. solitæ de maio. & obed. non per hoc præfert se vniuersali ecclesiæ, quæ est corpus cum capite suo, sed bene pręfert se uniuersali ecclesiæ prout vniuersalis ecclesia nominat corpus vniuersitatis fidelium subditorum ipsi Christi vicario. Tum quia si loquimur de iudicio discretionis, si etiam papa in aliquo casu vel aliqua materia præfert iudicium suum iudicio aliorum existentium in concilio, non per hoc existimat vniuersalem ecclesiam posse damnabiliter errare. Tū quia quando papa catholicus discrepat a concilio, non dicitur concilium repræsentare vniuersalem ecclesiam, ex quo non est perfectum concilium sine capite, vt 17. dist. multis. Tum etiam quia licet vniuersalis ecclesia non possit errare, ut in cap. pudenda, & in cap a recta. 24. q. 1. non sic est in cōcilio, quod reperitur pluries errasse, ut de Ephesino secundo &
156 Ariminēsi supra dictum est. Tum etiam quia † non omnis error est dānabilis aut obuius sanctitati, cum ecclesia in multis fallat & fallatur, vt in cap. a nobis el. secundo de sentent. excommun. & tamen hoc non derogat sanctitati militantis ecclesiæ. & sic non peccat in articulum fidei & unam sanctā
157 catholicam ecclesiam. Ad epistolam † concilii Aphricani respondetur quod potius illa innuit contrarium, quod sententia papæ præferatur, cum concilium supplicat papæ. Et cum infertur quod non est verisimile quod Deus magis vnicuilibet inspiret iustitiam quam omnibus sacerdotibus in concilio congregatis, satis responsum est supra in solutione ad primum contrarium &c. Ad capitulum puto secunda quæst. se-
158 ptima respondetur † quod per argumen. a contrario concludi contrarium in aliis quam in articulo fidei. Nam cum arguit quod Petrus qui tenebat principatum apostolatus fuit reprahensus a Paulo, & quod sententia pauli fuit prælata, & sic quod Petri, quia erat unus etsi summus, sententia fuit correcta. sicque multo minus vnius episcopi vel prouincialis concilii sentētia debet pręferri iudicio concilii vniuersalis. respondetur quod correctio Petri facta per Paulum, fuit super articulo fidei, quia agebatur de obseruatione legalium. & ideo etiam in hoc potuisset sententia concilii vniuersalis, præferri sententiæ ipsius Petri, vt supra actum est. in aliis autem quæ non sunt fidei secus, quia Petrus habebat principatum. Et sic argumentum illud Augu. ab exemplo pauli qui reprædendit Petrum, conuenit tantum in articulo fidei, in quo vel unius episcopi, etiam si Romanę ecclesiæ, vel vnius prouincialis concilii iudicium non erit præferendum iudicio vniuersalis concilii, nec posset contra illud quod iam, per uniuersale concilium statutum, & firmatum esset, contrarium disponere, & maxime quia quia text. loquitur in articulo iam firmato per conciliū vniuersale. In aliis autem cum exemplum de Petro & Paulo nō conueniat, videlicet in iis quæ nō essent de articulis fidei, cū tex. dicit vel vnius episcopi authoritati, non potest intelligi de episcopo Romanæ ecclesiæ, & sic de papa, sed de aliis inferioribus episcopis. Et hæc expositio conuenit rubro ibi posi-
159 to per Gratianum. Sed pone quod papa † in fraudem facit aliquos episcopos titulares ad hoc, vt vel stetur sententiæ suæ, vel eo casu quo esset propter hæresim abiiciendus vt impediat concilium. Dic quod isti tales episcopi poterunt per cōcilium excludi, argumē. ff. de eo quod certo lo. l. non vtique. & gl. 40. dist. si papa. Et idem esset si de nouo erigeret plures ecclesias cathedrales, quas eo casu quo tractaretur de hæresi papæ, forte non posset erigere ante absolutam quæstionem, arg. l. de statu. ff. de testa. & gl. in §. fin. instit. quibus est permis. facere testamentum. l. prima, in prin. ff. de leg. tertio. Faciunt quæ dicuntur in cap. inter dilectos. de excel. prælat. & in cap. accedens. de accusat.

SVMMARIVM.

1 *Conciliis pluribus discordantibus vel etiam patrbius concilii, cui parti sit adhærendum.*
Et quid in conciliis generalibus, & quid in particularibus. nu. 7.
2 *Præualet id quod a maiori parte sit.*
3 *Conciliorum sententiæ si sunt contrarię, standum est illi, cuius antiquior et potior extat auctoritas.*
Et quomodo intelligatur potior & antiquior. ibid.
4 *Canon ille tenendus est quem sedes Apost. approbauit.*
Et cæteris paribus standum est illi qui melioribus & efficacioribus rationibus innititur. ibid. & nu. 6.
5 *Grauitas personarum æquipollet ampliori numero ex aduerso consistenti.*
8 *Concilia generalia si discordant in materia fidei, quod absit, standum est antiquioris sententiæ, siue sententiæ prioris si tamen illud habuerit requisita de quibus ibid.*
9 *Fides est simplex & incommutabilis.*
10 *Spiritus postulat, ista verba quomodo intelligantur.*
11 *Concilium Ephesinum primum, & secundum contraria, concordata per calcedonense.*
12 *Concilia declarare dicuntur alia concilia.*
13 *Concilia si discordant circa ea quæ sunt iuris positiui, cui magis standum.*
14 *Priora sæpe a posterioribus emendantur. modis de quibus ibid.*
15 *Clerici fornicari dispositio moderata.*
16 *Concilium vniuersale, & prouinciale si discordent in materia fidei, cui standum.*
Et quid si discordent in alia materia quam fidei num. 17.
18 *Canon generalis non extenditur ad res vel loca, in quibus specialiter est prouisum.*
19 *Concilia prauincialia, siue particularia si discordent inter se, cui standum.*
Et qnid in celebratis in diuersis prouinciis, in materia fidei discordantib.
Et in celebratis in eadem prouincia. num. 22.
Et quid si non apparet quod sit prius quod posterius. nu. 23.
Et quid si sententiæ sunt contrariæ, & vna recipitur a pluribus, alia a grauioribus cui standum. num. 24.
Et quid quando prima est generalis secunda specialis uel econtra.
Et quando secunda tollat primam, & quando limitet.
Et quid quando sunt a diuersis vel ab eodem.
Et quid quando adsunt clausulæ derogatoriæ, vel non.
Et quid quo ad statuta contraria. ibid.
20 *Raptorem post peractam pænitentiam posse matrimonio copulari cum rapta ex concilio Melden. contra Aquisgran.*
21 *Causas fidei quis possit diffinire.*
25 *Patribus in concilio diuersas sententias habentibus cui standum sit.*
Et standum illi quæ habet affinitatem, cum aliae diffinitis in sacra pagina. ibidem.
In conciliis generalibus non semper attenditur maior pars numero, sed sanior. ibidem.
26 *Maioritas numeri in conciliis attenditur quando concurrit sanioritas.*
Sed an sufficiat maioritas numeri, & an illi semper stetur. nu. 27. & num. 42. & in dubio maior numero præsumitur sanior. numero 44. Auctoris opinio. num. 45.
Vbi pro & contra remissiue.
Compostel. opinio. aut agitur de gerendo actum, aut de impediendo ne actus fiat. nu. 27.
28 *Reprehenditur Dom. in c. Nicena. 31. dist.*
29 *Cap. Nicena 31. dist. plures intellectus.*
30 *Continentia suaderi, imperari autem non potest.*
31 *Vniuersitas si faciat statutum derogans iuri singularum personarum requiritur consensus omnium, nec sufficit consensus maioris partis.*
32 *Maior pars vniuersitatis an possit imponere onus grauans singulos de vniuersitate.*
Et distinguitur, an ex causa necessaria, vel voluntaria. ibid.
33 *Contradictio vnius impedit relaxationem banni, vel pænę.*
Et ibi plura similia.

Et vnus cum iustitia potest impedire vniuersos. num. 35.
34 *Contemptus potest agere de contemptu. ad retractandum actum, & illius solius contradictio hoc operatur ratione contemptus.*
36 *Factum a maiori parte quod valet fallentias remissiue vide ibid.*
Et quod valeat etiam in conciliis vniuersalibus. num. 39. Alias fall. vide numero 40.
37 *Inn. in c. in nostra de iniuriis declaratur.*
38 *Cap. 1. de his quę fiunt a maiori par. c. intellectus. & ad gl. ibi in uerbo constitutum. num. seq.*
41 *Papa mandante electionem fieri concorditer, an uno contradicente dicatur satisfactum mandato.*
43 *Gl. in c. ecclesia. el 2. de electione intellectus.*
46 *In electione papę an attenditur numerus personarum, an auctoritas & ratio in fine.*
47 *Numerus personarum, & auctoritas copulatiue an requirantur in aliis actibus capitularibus præterquam in electione.*
Et quid in terris ecclesiæ & quid in terris imperii num. 49. & quid de iure ciuili. num. 50.
48 *Gl. in c. nunc quæritur 63. dist. 2. in c. ea noscitur, de electione intellectus.*
51 *Eligendi potestas data patribus, pro futuro concilio, intelligitur, de prima electione.*
52 *Maior pars quomodo intelligatur si actus veniat explicandus per corpora nationum, vel officiorum vel collegiorum.*
53 *Nationes Christianæ quæ congregantur in conciliis, non congregantuur tamquam corpora diuersa, sed tamquam oues vnius pastoris Christi.*
54 *Actus quando detur celebrari a duobus collegiis non sufficit vnum collegium, cum minori parte alterius, sed requiritur maior pars ulteriusque collegii. &c.*
55 *Episcopus & capitulum si habeant aliquid, expedire, non sufficit episcopus, nisi cum eo concurrat maior pars capituli, quia veniunt vt duo corpora separata.*
Et limitatio ibid.
Et quando conueniant vt vnum vel vt duo corpora. num. 57.
Et reprobatur Host. in c. postulasti de conces. præbend. nu. 56.
58 *Vota si essent ita diuisa in varias partes, quod non posset dignosci maioritas numeri, nec sanioritatis, nec authoritatis. cui esset standum.*
59 *Consilium aliquorum requirens, per viam consilii, non tenetur illud sequi.*
Et ideo si papa sit præsens in concilio non posset occurrere casus de quo sup. numero 58. Quia episcopi in concilio cui præest papa sunt consultores. Fallit. numero 61.
60 *Papa in concilio præsens potest minorem partem præferre maiori, nec actus vitiatur.*
Et non tenetur sequi maiorem partem. ibid.
61 *Papa in concilio præsens si vota sint diuisa in duas partes, præualet sententia cui papa adhęret, licet sit minor pars.*
Fallit si ageretur de causa fidei, vel contra papam. ibid.

Articulus III.

1 **Vlterius quæro** si est † contrarietas inter diuersa concilia, vel patres in concilio existentes sunt discordes inter se, cui parti sit adhęrendū. Et videtur quod standum erit maiori parti, quia existentes
2 in concilio sunt ibi ut vniuersitas, ideo præualet † quod fit a maiori parte, ut in cap. primo. de iis quæ fiunt a maio. par. c. l. quod maior. ff. ad munic. l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iuris. 65. distin. cap. primo 2. & 3. Ita dicit Abb. Sicu. in cap. 1. tertio notabili de pactis.
3 **Latius potest** dici quod interdum † sententię sunt contrariæ in diuersis conciliis generalibus, & tunc illius concilii debet teneri sententia, cuius antiquior & potior extat authoritas. 51. dist. cap. domino sancto in fi. Et intelligo potiorem dignitate & authoritate, & non quod tantum sit antiquior tempore, quia tunc sententia recentioris concilii esset seruanda secundum Hugonem ibi & refert ibi etiam domi. Facit quod in simili uicit tex. in cap. in canonicis. 19. dist. ubi dicitur quod in canonibus illa
4 sententia & ille † canon tenendus est quem sedes apostolica approbauit. & si aliqui canones sint qui sunt recepti ab omnibus ecclesiis, pręponantur illis quos quidā non receperunt eis uero qui ab omnib. non recipiuntur, præponans eos quos plures grauioresque recipiunt. Quod intellige dummodo æquali rationi innitantur, alias autem standum foret illis q meliori & efficatiori rationis inhærerent. etiam si essent minoris authoritatis vel a paucioribus recepti secundum Hug. in d. cap. in canonicis. l. 1. §. sed quia. C. de veteri iure enucle. capitulo primo. de iis quæ fiunt a maiori parte capituli. Facit quod dicitur quod electionibus non tantum maioritas numeri requiritur sed & sanioritas, vt in capitulo quia propter
5 cum similibus. de electione. Vnde fit quod † grauitas personarum æquipollet ampliori numero ex aduerso consistenti. Vnde dicit Hugo io d. cap. in canonicis, quod si papa statuit contra statuta alicuius concilii vel papę vel Augustini uel alterius, præualet eius constitutio, argu. 18. dist. quoniam quidem, præterquam si statueret contra aticulos fidei vel ꝯ præceptum alterutrius testamētorum vel contra generalem statum ecclesiæ. contra quæ papa statuere non potest nisi declarando, ut in cap. sunt quidam. 25. q. 1. Diximus supra quando papa possit tollere constitutiones cōciliares, ibi vide vtrū declarando. Vnde Leo papa ostenedens in similibus non attendendam tantum numerositatem sed potius authoritatē. scribens Anatholio episcopo dicit. nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis. & 18. episcopis quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparere se audeat vel præferre cum tanto diuinitus priuilegio Nicena sit synodus consecrata, ut siue per pauciores siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus authoritate sit vacuum quicquid
6 ab illorum fuerit constitutione diuersum. Vnde patet † quod non sufficit quod sit maior numerus, nisi sit potior & dignior authoritate & melioribus innitatur rationibus. Et idem sentit idem Leo scribens episcopis in Calcedonen. synodo congregatis. Idem etiam Nicolaus papa in epistola ad Michaelē Imperatorem, ut habetur in 8. synodo contra sotium & suos qui arguebant depositionem Ignatii factam cum episcopis, quot fuissent in Niceno concilio. Respondet enim. nos quidem non numerosum tantum sanctorum episcoporum collegium Niceni vel calcedonen. concilii, cæterorumque sanctorum patrum synodicas constitutiones sequimur, sed eorum liberales veneramur iustas & diuinitus inspiratas sentētias, & non tantum pro suorum multitudine obseruantur a nobis, quia reuera multi in personis. fuere, sed in validissimis sententiis eos perpendimus plures.
7 **Vnde sequendo** † dicta Card. & Alexan. post eum in d. ca. domino sancto, quę in effectu eadem sunt, quæ ponit idem Card. in tract. de po. pa. li. 3. c. 63. & idē ipse Card. in d. c. Domino sancto dicendū est ꝙ aut loquimur in conciliis vl̃ibus aut in particularibus siue prouincialibus. Si de vniuersalibus, tunc aut inter sę & considerandum est an discordia inter illa sit in materia fidei, an in aliis statutis positiuis pertinentibus ad bonum regimen ecclesię & ecclesiasticam disciplinam. Primo casu in
8 † materia fidei si discordia inueniretur inter concilia vniuersalia, ꝙ non credimus, stādū esset sententię antiquioris siue prioris cōcilii, dum tñ fuerit vniuersale, plenarium & Romani pontificis approbatione fulcitum & roboratum. Cum tale concilium in fide, stante diuina assistentia errare non possit, quia Christus orauit pro ecclesia, vt supra dictū est ex lu. 22. cap. & c. a recta & cap. pudenda. 24. q. 1. iuxta illud saluatoris quodcunque petieritis patrem &c. cui præmittitur si duo ex uobis consenserint super terram &c. iterum vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum, ut in cap. audiuimus ead. causa & q. & iuxta illud Matth. vlti. ego autem vobiscum sum vsque ad con-
9 summatione seculi. Et cū fides sit simplex & in commutabilis, ut ait Augu. & Leo papa, non potest sequens concilium priori in veritate aduersari, nisi alterum ipsorum a veritate fidei deuiaret. quia a vero non nisi falsum dissonat. Aut ergo controuersia uera non est, ꝙ magis credēdū est, aut aliquod illorū catholicū non est ꝙ magis de posteriori pręsumendū esset, ex quo primū totius ecclesiæ acceptatione approbatū esset ꝙ si in eo statuta vera non fuissent, nullatenus Deus permisisset approbari, quia vniuersalis ecclesia non potest errare, vt dictum est, quia a spiritusancto fulciri & moueri ad po-
10 stulandum censetur, iuxta illud † apostoli spiritus postulat id est postulate facit, & spiritus impetrat, vt d. cap. audiuimus. & text. in cap. uiolatores. 25. q. 1. ibi & a sancto spiritu
11 instinctu cuius ac dono dictati sunt &c. Ad quod † patet exēplum de concilio Ephesino primo, in quo Nestorii impietas est reprobata, cuius concilii gesta approbata fuerunt, ut in capitulo sicut. 15. distin. & in cap. sancta octo 16. distin. & de Ephesino secundo, quod diffiniuit contraria & fuit reprobatum per concilium Calcedonen. Vnde sanctus Tho. in 4. cō-
12 tra. gen. capit. 25. dicit quod † cum dicitur in Calcedonen. cōcilio quod patres apud Constantinonpolim congregati doctrinam Nicenæ synodi roborauerunt, non est intelligendū per modum additionis, quasi aliquid minus esset inferentes, sed ꝑ modū declarationis, ea quæ de spiritu sancto dicta sunt contra eos qui eum dominum respuere tentauerunt, scripturarum testimoniis roborantes. vnde & beatus Hilarius lib. 5. de synodis in defensione synodi Calcedonensis, contra quosdam criminantes eandem synodum quia aliqua videbatur addidisse quæ non erant in Niceno concilio, ita dicit. nesciētes regulam & consuetudinem conciliorum sic noua posterioribus, conciliis prout necessitas emergentium hæresim exegit sanxisse decreta, ut tamen illæsa permaneant quæ dudum antiquioribus conciliis contra veteres hæreticos fuerunt promulgata. nam si post Niceni concilii statuta nihil amplius liceret recipere, qua authoritate spi-

situm sanctum vnius gloriȩ cum patre auderemus asserere; quod ibi constat omnino tacitum fuisse. Si vero concilia 13 reperiuntur dissonantia & contraria circa ea quæ sunt iuris positiui, circa regimen humanȩ vitæ aut disciplinam ecclesiasticam, magis standum videtur posterioribus. l. non est nouum. ff. de legibus. capitulo primo de cognat. spirit. quia eorum materia est variabilis. c. nō debet de consang. & affi. sæpe enim priora suplentur moderantur & corriguntur. Vnde 14 Augu. in lib. secundo de baptis. † contra donatistas dicit. sępe priora a posteriorib. emendantur, cum aliquo rerum experimento aperitur qđ clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typo sacrilege superbiæ, sine ulla īflata ceruice arrogantiæ, sine vlla contentione liuidæ inuidiæ, sed cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana. In talibus ergo non habet locum antiquitas. quoniã aliqua superioribus temporibus erant conuenientia, quę nostris valde inconuenientia forent & dispendiosa. Sicut patet 15 † in canonibus apostolorum circa dispositionem de clerico fornicario cuius pœna erat depositionis, hodie autem est mitigata per Gangren. concilium, vt 82. dist. capit. presbyter. Similiter de concilio Niceno. vbi sedes Alexandrina habebar primum locum post Romanam ecclesiam, & per concilium constantinopolitanum sextum, sedes constantinopolitana est præposita Alexandrinæ, ut in capitulo renouantes, 22. distin. dicitur, & in capitulo antiqua. de priuile. Si vero lo16 quimur † de vniuersalibus conciliis in comparatione ad prouincialia siue particularia, tunc si discordia est inter generale conciliū & prouinciale, & est discordia in materia fidei semper, pręferenda est sententia concilii generalis, siue illud sit prius siue posterius, ut in capitulo summittitur 21. distin. & ponit sanctus Augustinus in libro secundo de bapti. contra donatistas, ibi, & ipsa concilia quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum cōciliorū authorati quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere. Et infra loquendo de Cypriano inquit. si autem concilium eius attenditur, huic est vniuersę ecclesiæ posterius cōcilium præponendum, cuius se membrum esse gaudebat. nam, & concilia posteriora prioribus apud posteros sunt præponenda, & vniuersum partibus semper optimo iure 17 præponitur. Si vero † discordia inter generale concilium, & prouinciale sit in alia materia quam fidei, ut quia in iis quę spectant ad disciplinam ecclesiasticam, dicendum est quod in loco suo standum est sententiæ siue statutis concilii prouincialis si sit antiquitus quã illud concilium generale, nisi in canonibus concilii generalis posterioris contineatur clausula derogatoria prioribus localibus, dum tamen statuta p̄18 uincialia sint rationabilia. Et ratio est quia, † canon generalis non extenditur ad res vel loca in quibus specialiter, est prouisum. l. sanctio legum. ff. de pœnis. capitulo primo. de consti. in 6 Si tamen statuta concilii prouincialis fierent post concilium generale, non valent quatenus sunt contraria statutis in concilio generali, per id quod habetur in capitulo quod super iis. de maiorita. & obedien & capitulo cum omnes de constitutionib.

19 Si vero loquimur de † conciliis prouincialibus siue particularibus inter se tunc aut loquimur de celebratis in diuersis prouinciis aut de celebratis in eadē prouintia successiue. Et primo casu in materia fidei illud est pręferendum quod authoritati sacræ scripturę aut sanctorum patrum innititur. probatur 20 ex capitulo placuit cum glo. 36. quæst. secunda. † vbi statur determinationi concilii melden. dicentis quod raptor potest post peractam pœnitentiam sibi matrimonialiter copulare puellam raptam, & non concilii Aquisgranen. dicentis contrarium. Et hoc quia sententia concilii Melden. conformis, est sententię diuinę legis, ut patet in capitulo tria eadem causa & quæstione. ubi sententiæ Hiero. ideo præfertur, quia roboratur authoritate diuinæ legis & authoritate Melden. concilii ut dicit ibi glo in capitulo si autem, eadem causa & quęstione. secundum Alexan. in dicto capitulo domino sancto. Sed ista iura modicum faciunt in proposito nostro, quia loquimur in ꝯciliis prouincialib. & particularib. ꝯcilia aūt illa fuerunt generalia circa concernentia disciplinam ecclesiasticā quo casu illud concilium debet præferri quod iuuatur authoritate veteris vel noui testamenti ut in capitulo de libellis, ibi glo. 20. distinctione quæ allegat, dictum capitu. tria, & capitul. placuit. 36. quæstione secunda. Et quod illa fuerint concilia generalia, apparet quia quando doctores dicunt ꝙ generalia concilia aliquando errauerunt, adducunt iura pręd21 icta, in capitulo significasti de electione Præterea causas fidei † nullus potest diffinire nisi sedes apostolia. aliquando sine, aliquando cum conciliis generalibus quando dubium esset maximum. ut patet in capitulo maiores de bap. & vigesima quarta quæstione prima quoties nam istud est de reseruatis principi, vt uide glo. & docto. in capitulo quod translationem. de offic. legata. Et ideo non videtur ista bona distinctio quando inter concilia particularia est discordia in articulis fidei, sed probant illa iura potius quod quãdo est discordia inter generalia, & agitur de iis, quæ concernunt ecclesiasticam disciplinam, illius sententia præfertur quæ innititur decisioni sacrę scripturæ. quod & uoluit illa glo. in dicto capitulo de libellis. vigesima distinctione Et istam conclusionem ipsemet Alexand. ponit in sequenti membro, cū dicit si vero discordia sententiarum sit circa alia, puta regimen vitę & disciplinæ ecclesiasticæ, sit ista conclusio sexta, quod vtriusque concilii sententia habebit vigorem in loco siue prouincia sua licet sint contrarię, dum tamen non sint contra ius naturale aut diuinum, & sic illius erit tenenda sententia quæ innititur authoritati iuris diuini & sacrarum scripturarum allegat capitu. illud. 12. distinct.

22 Si autem sententiæ sint † conciliorum eiusdem prouinciæ, tunc sententiæ posterioris concilii est standum, quia secunda constitutio tollit primam capitulo primo de constitutio. in sexto l. sed & posteriores. ff. de legibus. & in capitulo cum in, & in capitulo cum omnes. de constit. ponit Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo non obstantibus. Si autē 23 non † apparet quod sit prius vel posterius aut pręstantioris authoritatis, illa sententia erit sequenda quæ est maioris pietatis & misericordiæ. nona distinctione, capitulo sana, secun24 dum eundem Alexand. Posset † addi & alius casus quando sententiæ sunt contrariæ, & vna recipitur a pluribus & alia a grauioribus. Et tunc dicit tex in capitulo in canonicis, æqualis tamen authoritatis eas habendas puta, de pluribus legib. & constitutionibus contrariis loquens. Et quando secunda tollat primam & quando limitet, & quid quando prima est generalis secunda vero specialis vel econtra, vide Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo non obstantibus. & doct. maxime domi. in capitulo primo. de constitu. in sexto. Et ibi quid de extrauaganti ad ius, & quid quando sunt a diuersis, vel ab eodem, & quid quando adsunt clausulæ derogatoriæ vel non, & in capitulo primo, de excessib. prælato. in sexto, in l. fin. C. si contra ius, vel vtili. publi. Et quid quo ad statuta contraria, ibi Domi. & de statutis Bar. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & Domi. ibi in dicto capitulo primo. Cyn. in l. secunda. C. de testam. tutæ. Bar. in l gallus. in §. quidam recte, in fi. ff. de lib. & posthu. & Domi. in cap. primo, de iureiur. in 6. & in plurib. aliis locis.

25 Interdum † sententiæ sunt diuersæ inter patres in ꝯcilio existentes. Et tunc dicendum est ꝙ aut materia super qua est controuersia inter patres, habet cōcomitantiam vel affinitatem cum alias diffinitis in sacra pagina. & illorum sententia est pręferēda quæ innititur authoritati sacrarum scripturarum & canonum, quantumcunq; alia pars esset maior numero, quia non est sanior, nec semp̄ in conciliis generalibus attendi debet maioritas numeri. Et hoc probat ille tex. in d. capitulo domino sancto, per argu. a minori. 50. dist. facit quod dicitur in capit. 1. de iis quæ fiunt a maio. par. cap. & cap. quia propter. & in cap. ecclesia el secūdo de elec. & bonus tex. in proposito in capitu. Nicena. 31. di. Et patet exemplum de Ariminen. cōcilio. vbi cum inter patres numero. 830. fuisset dissensio, & maior pars esset in errore, ut patet ex historiis, non fuisset consultum stare decisioni maioris partis. Vnde & Damasus papa scribens episcopis p̄ illyricum constitutis dicit. nec enim præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum, quando constat nec Romanum episcopum, cuius ante omnia decebat expectare decretum, nec Vincentium, qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custodiuit, nec alios talibus præbuisse assensum. Et idem patet in concilio Ephesino secūdo, & pluribus aliis conciliis quę errauerunt, in quibus maior 26 pars declinabat a vero. Et per hoc † patet quod in actibus cōciliaribus attenditur maioritas numeri, quando cum maioritate numeri concurrit sanioritas. esset enim valde absonū, quod vbi appareret euidens ratio veritatis, staretur multitudini contrarium asserenti. nec semper arguendum est a multitudine. & ideo Ioannes Chrysostomus arguens iudæos qui conuenerant vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant, ait, a veritate se nudos professi sunt, qui se multitudine armauerant. Et ideo vbi non esset nisi solus numerus, si ex contrario appareret de euidenti ratione veritatis, illa attenderetur. Et licet Ioan. And. in dicto capitulo ecclesia el secundo in materia electionis voluerit quod requiratur maioritas & sanioritas, quicquid dixerit gl. in dicto capitulo in canonicis, quæ voluit quod in electionibus semper numerus præiudicet, licet maior sit dignitas & maius meritum ex parte altera, tamen sola sanioritas non sufficit sine maioritate numeri in electione secun. Io. An. Et sic erit diffe-

rentia

rentia in hoc quo ad concilia. Archi. in capitulo Nicena 31. dinstinctione allegat pro & contra, & quod sufficiat solum maioritas numeri, allegat capitulū primū secundū & tertiū distinctio. 65. Sed quod non semper stetur maiori parti, allegat dictū capitulū Nicena, & cap. ecclesia el secundo. de electio. Et soluit dicendo quod licet regulariter stetur maiori patti in omni dispositione vel ordinatione vniuersitatis, in authoritatibus sanctorum. in datione tutoris, in remissione facienda a creditoribus & similibus, intelligendo maiorem partem eam quæ maiori ratione & pietate ducitur. vt 19. di. sana, & 40. dist. multi. in fin. tamen in dubio præsumitur plurib. 61. dist. nullus. nisi specialiter probetur contrarium, in capi. dudum. & capitulo congregato. de elec. Et sic videtur velle quod illa dicatur maior pars, quæ maiori ratione & pietate ducitur. & hãc dicit fuisse opinionem Tancredi & Philipi in capitulo primo de iis quæ fi. maio. parte capituli.

Et hanc opinionem tenet Compostel. in d. cap. ecclesia, secūdum 27 quod refert Domi. in dicto capitulo Nicena. Qui finaliter dicit † quod si agitur non de gerendo actu sed de impediendo ne actus fiat per vniuersitatem, tunc quantum ad impediēdum sufficit contradictio minoris partis, immo vnius solius magis rationabilem causam assignantis quam assignet maior pars, vt dicit esse casum in dicto capitulo Nicena. & in dicto capitulo primo. de iis quæ fiunt a maiori par. capituli Si autem agitur de actu gerendo ad finem vt valeat, tunc sequendo glo in capitulo cum omnes de consti. distinguit ꝙ aut spectat ad plures vult singulos, & tunc requiritur omniū consensus. ff. de serui. rusti. prędi. profundum. Aut spectat ad plures non tamen vt collegium, sicut contingit in pluribus patronis vnius ecclesiæ. & tunc requiritur maior pars non respectu omnium habentium ius, sed respectu aliorum partium quæ essent minores, vt notant docto. in capitulo quoniam. de iurepatr. & in capitulo ecclesia de elec. Aut spectat ad plures ut collegium. & tunc requiritur maior & sanior pars, ut patet in d. capitulo. ecclesia el secundo. Fallit in electione papæ, ubi duæ partes requiruntur, ut in capitulo licet, de electione.

28 Sed si recte consideretur † istud quod dicit domi. quod quando agitur non de gerendo. actu, tunc contradictio unius cum ratione sufficit, nihil est, quia nunquã est dare contradictionem in tractandis in col29 legio quin agatur de gerendo aliquo actu. & propterea doc. in capitulo cum olim † de cler. coniug. dant alios intellectus ad capitulū Nicena, quod ad istud propositum allegat ipse. 30 Et inter cætera dicunt quod ideo papa etiam cū maiori parte concilii non potuit indicere continentiam ecclesiæ orientali, ipsa reluctante, quia continentia, est res quę potest suaderi, imperari autem non. 30. quæst. prima capitulo integritas, Nam erat inducere vitam valde arctiorem & strictiorem ipsis clericis promotis, contra notata in capitulo gesta. 74. di. & regula quod omnes tangit. in sexto. de regu. iuris. Et ideo bene dicit text. in dicto capitulo cum, olim quod ecclesia orientalis non admisit votum continentię, quia noluerunt, renunciare iuri suo, nec se obligare illi voto neque expresse neque tacite approbare legem illam Niceni concilii de qua in dicto capitulo Nicena. & capitulo aliter. 31. distinctione. Pro hoc facit quod dicit Domi. in capitulo ab exordio. 35. distinctione. quod licet clericis iam promotis non possit superior indicere asperiorem vitam eis inuitis, vt habetur in cap. proposuisti. 82. distinctione & regula quod omnes, tamen si indicit statum asperiorem redeundo ad statum antiquum a quo erant collapsi, non requiritur consensus omniū, vnde sequtur quod in capitulo Nicena vbi non erat redire ad statum antiquum, ex quo uolebãt indicere vitam asperiorem requirebatur consensus omnium. Et vide in proposito quod notatur per Inno. in capitulo super eo de regularibus. & dictū Anto. Ioan. de Immo. & Abb. sicu. post Hostien. in capitulo cum dilecti. quod metus causa. & Archid. in capitulo gesta. 74. distinctione & lapum allegatione. 85. in prima colum.

31 Et ideo ubicunque vniuersitas † uult facere statutum derogans iuri singularum personarum, requiritur consensus omnium & non sufficit consensus maioris partis. Et ita consuluit Ange. 32 in consi. 270. incipit visis & examinatis. de quo dicetur infra. Et facit ad quæstionem utrum † maior pars vniuersitatis possit p̄ impositionem oneris grauare singulos de uniuersitate, de quo per Bar. Immo. & Ludo. in l. quarta. §. actor. ff. de re iu dist. & i glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iu. & Bal. in l. secunda C. quę sit lon. con. & in l. etiam. C. de execu. rei iudi. Et videtur concludi si sit ex causa necessaria. quod possit, secus si ex causa voluntaria de quo vide Felin. in cap. cum dilecta in 43. colum. de rescrip. Similiter quando fieret actus in fauorē personarum non imminente necessitate, sed ex sola voluntate secundū. Io. An. in cap. vnico de rerum perm. in 6. & gl. In. Host. Io. An. Ant. & Io. de Immo. in cap. cum omnes de cōs. & idem Ioann. And. in regula quod omnes in 6. Ex quo in33 fert. d. Ant. in d. cap. cum omnes, quod † contradictio vnius impedit relaxationem banni, vel pœnæ, quia tales & similes actus non sunt necessitatis. Inde etiam Inno. in c. humilis, in 2. col. de maio. & obed. dicit quod non valet transactio capituli nisi omnes consentiant, cum sit actus voluntarius, nisi euidenter tenderet in vtilitatem ecclesiæ. Inde etiam Compostel. quem refert & sequitur ibi Abb. siculus, in 2. colum. in cap. cum Vintoniensis. de elect. dicit quod vbi agitur de admittendo ad vocem in capitulo vnum extraneum, vnus solus impedit voluntatem aliorum. Item † cōtradictio vnius 34 tunc impedit quando est cum contemptu, quia tunc plus operatur contradictio illius contempti quam prouisio plurium, vt in cap. bonæ, el 2. de elect. Nam contemptus potest agere de contemptu ad retractandum actum, vt in ca. quod sicut. de elec. ponit Ioan. de Imo. in ca. 1. in pri. notabili de iis quæ fiunt a ma. per capit. Fateor tamen quod vbicunque minor pars in actibus collegialib. fundaretur ratione, posset impedire decretum maioris partis. Et hoc not. Anto. in d. cap. 1. & idem Ioan. de Imola ponendo exceptionem ad regulam quando factum a maiori parte valeat, quia facilius actus gerendus impeditur a minori parte quam efficiatur, vt aliquid statuatur. Et ideo quando minor pars allegat rationabilem causam cur aliquid non debeat fieri, impedit ne actus fiat, vt dicunt doc. in d. c. 1. vnde dicit Bal. in c. fi. de præsump. † quod 35 vnus cum iustitia potest impedire vniuersos. allegat Archid. in c. episcopum. 61. dist. Et idem quod dicit Archidia. dicit & Domi. in d. cap. Nicena. Et quod dicitur ꝙ factum a maiori parte valet, intellige quando agitur de actu gerēdo nouiter, sed secus si agatur de actu gesto refirmãdo, puta si forte semel concilium elegisset aliquem in certum casum, & eo deficiente electio expirasset, & postea iterum vellet eundem reeligere, quia tunc non posset etiam vno tantum de concilio contradicente. Ita notabiliter ponit Ludo. cons. 352. incipit quæritur in 3. colum. Sicut dicitur quod in refirmando officialē requiritur omnium consensus, & vno de vniuersitate contradicente impeditur actus, ut in authen. de defenso. ciui. ad fi. & ponit Abb. & Lanfrancus in cap. constitutus. de appel. & Iason in l. iurisgentium. §. fin. ff. de pac. post Angelum & Ludo. in rubr. de arbitris. Sic erit in proposito quod si semel concilium elegisset & decretasset, in faciendo contrarium requireretur concursus voluntatis omnium, & vnus contradicēs, 36 actum impediret, vt dicit Ludo. in d. cons. 352. De † quo etiã per Feli. in cap. cum omnes. de consti. & ibi vide fallentias ad dictam regulam quod factū a maiori parte valeat. Sed huic vltimæ conclusioni videtur obstare quod dicit Abbas. quod etiam si agatur ad destructionem eius quod fecit vniuersitas valet quod fit a maiori parte, qui etiam dicit quod iura quæ allegantur quando de eo quod factum est concorditer nemine discrepante dicitur quod non possit cōtrarium statui nisi pariter omnes consentiant, nullo modo probant id ad quod allegantur, aut quod loquuntur in casibus specialibus. & dicit quod tex. in præallegato authentico, continet casum specialem. Et licet Abb. & Ludo. fuerint eiusdem voluntatis cōtra Eugenium, tamen in hoc fuerunt directe contrarii, quia Abbas vult quod maior pars concilii potuerit reeligere locū in Auinione, non obstante quod Auinionenses cessassent in solutione septuaginta millium aureorum promissorum pro galeis, ex quo ex causa distulerant, vt decretaret concilium de decima eis danda pro securitate recuperationis dictorū 70. millium, & quia non longa fuerat eorum contumacia. Sed Ludouicus vult quod nullo modo maior pars concilii, nec omnes vno tantum cōtradicente, potuerit reeligere eū-locum in Auinione, sed quod debuisset procedi ad electionem alterius loci, sicut fuerat comminatū in decreto prius facto in euentum cessationis, in solutione dictorum septuaginta millium. Imo quod minor pars potuisset eligere aliū locum etiam cōtradicente maiori parte, quia fecisset se alienam, & ius fuisset deuolutum ad minorem partem, imo etiã ad unum contradictorem, vt posset alium locum eligere. Quid dicendum in casu ipsorum? Mihi placet opinio Ludouici non obstantibus per Abb. quia credo quod concilium in illo casu non potuisset procedere iterum ad reeligendum locum pro concilio in Auinione, contradicente minori parte ipsius concili, cui erat ius quæsitum eligendi alium locum simul atque cessatum fuit in solutione, uirtute ipsius decreti. 37 Et ad dictum Innocentii, † in capitulo in nostra, de iniuriis respondet ipsemet Ludouicus quod intelligitur quando minor pars non contradicit. cum maior pars contrarium sta38 tuit. Ad capitulum primum, de iis quę fiunt a maio. par. capituli dicitur quod verus est sensus quem ponit Abbas, uidelicet ꝙ quamtuncunq; aliquid sit factum, vel statutum uni-

uerſaliter ab omnibus de vniuerſitate concorditer, nihilominus ſi maior pars vniuerſitatis poſtea ſtatuat contrarium ualet. quia refertur ad omnes quod fit a maiori parte, ut in l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. Quæ† regula etiam vendicat [39] ſibi locum in conciliis vniuerſalibus, ut valeat quicquid fit a maiori parte, vt dicit ipſe Abb. & probatur ex ſtatuto Niceni concilii in capitu. ſanc. 65. diſt. etiam ſi tendat ad prẹiudicium aliquorum, in quorum fauorem erat in prima vnanimi ordinatione. Et in hoc ſit ut ipſe dicit maledicta illa glo. credo eum hoc dicere. de glo. in verbo conſtitutum in d. capit. primo. quæ videtur velle cõtrarium. Sed pro illa glo. allegat Lud. Bal. in l. ueterem. C. de autho. prẹſtan. qui tenet contrarium. Sed ipſemet Abb. in dicta gl. in verbo conſtitutum. dicit quod illa glo. non loquitur ita generaliter ſicut ſolet allegari. ſed reſtringit ſe ad caſum quo ſtatutum cõcernit prẹiudicium abſentium. Et in hoc dicit eam notandam quod in prẹiudicium abſentium nõ poſſunt prẹſentes aliquid ſtatuere, licet duẹ partes eſſent præſentes, Et ſic ipſemet ſentit, quod maior pars in præiudicium aliorum non ſufficit. nam & vacare abſenntes eſſet ſuperfluum, niſi eorum præſentia poſſet impedire ſtatutum in contrarium. & in hoc, videlicet in iure quæſito minori parti, & in præiudicio ipſius, & in vtilitate vniuerſalis eccleſię, fundat ſe Ludouicus, & etiam qui agitur de reeligẽdo locum quem nõ poterant reeligere per illum text. in authen. de defenſo. ciui. §. fin. Item & quia ſchedula quẹ fuerat confecta cum uinionenſibus fuit ad concordandum patres diſſidentes, quorum aliqui nolebant venire ad decretationem loci, & aliqui contra, & propterea in ſchedula dictum eſt quod niſi Auinionenſes infra certum tempus ſoluiſſent pro galeis mittendis in græciam dicta. 70. milia, concilium deberet procedere ad nouam electionem loci, ex quo fuerat quẹſitum ius illis uolebant eligere nouum locum. Quinimmo ipſe idem Abb. inter cẹtera fundans ſe ſuper iure quẹſito Auinionenſibus, quibus fuerat intimatũ quod concilium elegerat locum in Auinione, & Auinionẽſes acceptauerant, & ad multa ſe parauerant, uult quod propterea non poterat concilium illam loci electionem reuocare, ſeu illos ad tam anguſtum tempus aſtringere ad ſoluendum tantam quantitatem pecuniarum ſine quacunque cõpetenti cautela. Allegat Bart. in l. qui abſenti. ff. de acquirẽda poſſeſſione. & doc. in capitulo primo de conceſſi. prẹben. Et propterea verior videtur opinio Ludo. in illo caſu. quam etiam repilogat Petrus de Monte. in reſponſionibus factis, per eum ad Abb. in 20. char. in uer. multum deuote &c.

[40] Sed† quicquid ſit, ex his poſſunt colligi plures limitationes ad regulam ꝙ factum a maiori parte teneat. Et primo quando agitur de iure finito renouando in alterius præiudicium. d. §. fin. Item quando agitur de negociis multum arduis, quia non ſufficerent duę partes præſentes in præiudicium alterius partis abſentis, vt dicunt omnes in dicto capitulo primo. Item ſi agatur de compromittendo in aliquem, poteſtatem eligendi, quia non poſſunt reliqui de collegio etiam uno tantum cõtradicente quia non poſſunt ius ſingulorum deteriorare eis inuitis, dicit Abbas. in capitulo cum Vinionienſis, in primo notabili circa fin. de elec. & dicitur in capitulo licet eo. tit. Item quando aliquid concorditer nemine diſcrepãte eſt ſtatutum, non reuocatur ad alicus præiudicium niſi uel cauſa ſubſiſtente ſi hoc fit a maiori parte, ut in d. cap. primo. Et innuit Abb. vult quod ſi omnes deberent eſſe prẹſentes & concordes. ſequeretur inconueniens quod ſi ſubeſſet aliqua vrgentiſſima cauſa non poſſet ob contradictionem vnius ſolius aliquid ſtatui, & per indirectum auferretur poteſtas ſtatuendi, cum tamen quotidie ſtatuta varientur humana, ut in capitulo non debet. de conſangu. & affi. Item fallit quando ageretur de ponendo ſupernumerarium pœnitentiarium ꝑ cardinales ſede vacante, quia tunc requiritur quod fiat nemine diſcrepante, ut in clementina ne Romani. §. eo tamen. iũcta gloſ. de elect. in verbo cẹtus. Et ibi vide doc. quid ſi papa [41] †mandat electionem celebrari concorditer, & unus contradicit, an ſit ſatisfactum mandato. Et ibi uide Barbatium in primo notabili quando dicatur quid factum concorditer. Item ſi electo vltramontano vnus contradicat, non poterit adminiſtrare vt electus in concordia, ut in cap. nihil de elec & glo. in cap. cupientes. §. ad hẹc, In verbo concordem eod. tit. in 6. Vide Cardinalem & Barbatium ibi in d. clemen. ne Romani in §. eo tamen. de elec. Idem reſtringitur dicta regula ubi ſubeſt neceſſitas vel utilitas ſtatuendi, alioquin ceſſante neceſſitate vel vtilitate, oportet quod omnes conſentiãt vt voluit gloſ. Innoc. & Abb. in d. c. cum omnes. de conſtit. & Abb. in dicto capitulo cum vintonienſis, & uno contradicente iſto caſu non poteſt collegium nuda voluntate aliquid ſtatuere, ut dicto capitulo cum omnes. Item quando vniuerſitas, vellet aliquid ſtatuere contrarium iuri communi, vt dicit Bald. in dicta. l. vetere. C. de autho. præſtan. & dicitur in c. humilis ſecundum vnum intellectũ. de maiori. & obed. & ponit Ludo. in d. conſ. 352. Idem etiam quando vellet ſtatuere ad reuocationem eius quod erat ordinatum in honorem & vtilitatem eccleſiæ, quia tunc maior pars non poteſt contradicente minori, vt ponit Innoc. in c. accedentibus. de priuile. dicitur in d. c. cum omnes. & Lud. in d. conſ. 352. Item fallit dicta regula quando requiritur iudicium plurium per viam conſilij, quia cum requirens non teneatur illud ſequi, vt in c. cum in veteri. de elect. & Bar. in l. prima. §. ſi plures. ff. de exercitoria, poteſt minorem partem præferre maiori nec actus vitiatur, ponunt doc. poſt Io. An. in c. nec epiſcopi. de temp. ordinã. & Angelus & Imo. in l. ad principem. ff. de appel. & Angelus in l. maiorem. ff. de pac. & Ioan. And. in regula nullus ex conſilio. de reg. iu. in 6. & Bal. in l. prima, in 6. q. ff. de of. conſu. refert Fel. in 11. fallentia, in d. c. cum omnes. Ex qua fallentia infertur vnum, ꝙ cum exiſtentes in concilio ſint conſultores reſpectu papæ, vt dicitur in c. graue. de præbẽ. quicquid faciat papa etiam cum minori parte illorum, præualebit maiori parti aliorum. De quo vide quod dictum eſt in illa quæſtione quæ ſententia præualeat, vtrum papæ an concilij. Alias fallentias ad dictam regulam vide per Feli. d. c. cum omnes, quæ non ita conueniunt ad caſum concilij. Item adde quod quando ageretur de actu gerendo in concilio per præſidentes loco papæ, tunc nõ ſufficeret quod fieret a maiori parte præſidentiũ. quinimo hoc caſu contradictio vnius ex prẹſidentibus inficit totum, licet alias ſit ſecus in contradictione minoris partis totius concilij ſiue capituli, in quibus ſtandum eſt diſpoſitioni plurimorum. Ita dicit Abb. in c. in ſingulis, in glo. in verbo in iſtis de ſtatu regularium. allegat ita intelligi tex. 65. diſtinct. capit. 1. Item dictam regulam intellige veram eſſe niſi maior pars eſſet priuata propter delictum ſuum, quia tunc poteſtas totius vniuerſitatis reſidet in non delinquentibus. capitulo bonæ, & capitulo cum nobis, cum ſimilibus, eodem titulo & capitulo gratum. de poſtul. præla, dicit Abb. Siculus. in dicto capitulo primo, in glo. in verbo rationabiliter, de ijs quæ fiunt a maio. par. ca. Et ad præmiſſa faciunt quæ dicta fuerunt in illo articulo quot perſonæ debeant eſſe præſentes, ut faciant concilium, ibi vide.

[42] Quod autem in† electionibus non ſolum ſit conſiderandus numerus ſed etiam habenda ſit conſideratio ad authoritatem, uidelicet quod ſit ſanior pars, tenet glo. in cap. eccleſia el. 2. de elec. Imo quod ſola ſanioritas ꝑponderet numero, niſi in numero eſſet magnus exceſſus, & quod ſufficiat ſanioritas ſola in electionib. etiam ſi non ſit maior pars, tenet Compoſtel. in d. cap. eccleſia, & Inno. in c. ſcriptum, & in c. quia propter de elec. Sed cõtrarium, quod requiratur ad validitatem electionis concurſus maioris & ſanioris partis capituli, tenent pe. Abb. antiquus, Egidi Hoſtien. & Ioan. An. in d. c. eccleſia. Vnde ſi vna pars ſit maior reſpectu numeri & alia ſit maior reſpectu ſanioritatis, & inter iſtas duas diſcordes electiones non detur exceſſus, ſed quædam æqualitas, ita quod una pars eligentiũ non excedat in duplo alteram partem iuxta. c. ſi quando de elec. in 6. & ſanioritas non ſit tanta quod appareat excedere numerum, tunc neutra illarum debebit confirmari ſecundum glo. & Abbatem Siculum. in d. c. eccleſia el. 2. de elec. Et fuit opinio Hoſtien. ibi & Vincentii, ut refert Ioan. Andr. [43] Sed bene conſiderando glo. †in d. cap. eccleſia non ponit iſtũ caſum, licet ad hoc eam alleget Abb. Siculus ibi, quia non loquitur quando ex vna parte eſt numerus & ex alia ſanioritas, ſed quando numerus & ſanioritas ſimul hincinde ſunt æquales, & in utraque concurrit idem numerus & eadem ſanioritas. quo caſu clarum eſt quod propter concurſum neutra poterit confirmari. l. duo ſunt Titii. ff. de teſta. tute. ff. de vſufru. l. quotiens. Aſſignat gloſ. rationem, quia nulla dicitur facta a maiori parte, ut in ca. cumana, & in c. eccleſia el. 1. & in c. in geneſi. de elec. Sed Vicentius & Hoſten. ſimpliciter dicunt quod quando ab una parte eſt ſolum numerus ab alia ſanioritas, neutra poterit confirmari. non prima, quia nõ eſt facta a ſaniori, non ſecunda quia non eſt facta a maiori parte. [44] In dubio autem† illa pars quæ eſt maior numero præſumitur ſanior, ut in c. de quibus. 20. di. & in c. dudum el. 1. de ele. poſſit d. Ant. in c. ea noſcitur, de iis quę fiunt a præla. & Albe. in l. 1. uerſi. ſed neque. C. de ueteri iure enucle. Et ex his ſequitur unum, quod dictum Archi. & Domi. in d. cap. Nicena, & doctorum in d. cap. 1. & Bal. in d. cap. fi. de præſump. uidelicet ubi uolunt quod qñ minor pars allegat rationabilem cauſam etiam unus ſolus impedit expeditionem actus, non habebit locum in electionibus, quia in illis ſufficit quod ſit maior pars, & contradictio minoris non ſufficit ſi maior pars excedat in numero in duplo, q̃uis minor ſit ſanior, ut dicit tex. in d. capit. ſi qñ de elec. in 6. Quia intantum iura præſumunt pro

pro exceſſu in magno numero quod non admittunt probationem in contrarium, niſi velimus ſaniorem partem intelligi, nõ reſpectu ſanioris iudicij ſed tantum dignitatis, zeli, & meriti perſonarum, ut notat Abb. in c. dudum in 3. notabili. de elec. tunc. n. ſic capiendo, etiam in electionibus eſſet vera opinio prædictorum in d. ca. Nicena, & Bal. & aliorum in d. capitu. fi. Item ſequitur aliud ex proxime dictis, quod quamtumcunque minor pars ſit ſanior & excedat in ſanioritate, ut quia in maiori parte nulla datur ſanioritas, non propterea poterit confirmari electio minoris partis, quia nõ concurrunt duo, uidelicet exceſſus in numero & ſanioritas, quæ duo requiruntur in electionibus copulatiue. & ſic ſanioritas nihil operatur ubi non eſt maior pars, niſi ad impediendum confirmationem electionis factam a maiori parte. Vnde concluſiuæ† dicendum eſt prout dicunt doc. in d. capi. eccleſia el. 2. quod aut numerus multum excedit. & tunc ſufficit numerus, nec habetur reſpectus zeli, & meriti, & authoritatis, vt in d. c. ſi quando. Aut numerus non in tantum excedit. & tunc ſi authoritas & meritũ alterius partis non multum excedũt, debet prẹferri numerus, quia ille modicus exceſſus non ſufficit ad hoc vt numerus confutetur, argu. cap. etſi quæſtiones. de ſimo. Aut authoritas & meritum multũ excedunt. & tunc electio maioris partis non debet confirmari, nec etiam electio ſanioris partis, quia non concurrunt illa duo copulatiue, ſecundum quod communiter volunt doc. [45]

[46] in d. c. eccleſia. In† electione autem papæ non requiritur iſta ſanioritas, quia nec in c. licet, nec in cap. ubi periculum in 6. nec in cle. ne Romani. de elec. aliquid dicitur de ſanioritate. Imo inquantum illa iura volunt quod non poſſit eligentib. opponi aliqua exceptio excõmunicationis ſuſpenſionis uel interdicti, ſecundum quod dicit illa cle. circa fi. contrarium inuitur. Et hoc clarius oſtendit tex. in d. c. licet, in ver. ex hoc tamen, dum dicit quod non vult præiudicare ex hoc aliis eccleſijs in quibus maior & ſanior numerus requiritur. Et rõ poteſt eſſe in electione papæ, quia debet fieri a duabus partibus, ut in d. c. licet. vnde propter exceſſum numeri non habetur reſpectus ad ſanioritatem.

[47] Vtrum autem †in aliis actibus capitularib. quã in electionibus requirantur iſta duo copulatiue. gloſ. in l. ubi abſunt. ff. de tuto. & cura. datis ab iis. tenet quod non, imo quod dignitas & authoritas præferatur numero. & idem Bar. in l. pomponius. ff. de re iudi. In contrarium faciunt omnia illa iura quæ volunt quod in actibus collegialibus factum a maiori parte valet, vt in l. nulli. ff. quod cuiuſque vni. no. l. quod maior. ad munici. & l. nominationum C. de decuri. li. 10. Immol. in capi. 1. de ijs quæ fiunt a maior. par. c. uult qđ nõ ſolũ ſufficiat maioritas numeri, ſed etiam debeat concurrere authoritas & ſanioritas. & idem Immol. in l. Pomponius, in 4. colum. ff. de re iudi. & damnat conſuetudines & ſtatuta quæ contrarium diſponunt etiam ſi ſint iuramento firmata. Et idem indiſtincte uoluit Abb. Siculus in omnibus vniuerſitatibus in c. eccleſia el. 1. de elec. dicens eſſe caſum in d. cap. 1. de ijs quæ fiunt a maio. par. cap. Et ex hoc uidetur dicendum quod in quibuſcunque vniuerſitatibus eccleſiaſticis debet illa duo copulatiue interuenire, uidelicet maior numerus & ſanioritas, in quibuſcunque actibus capitularibus uel uniuerſitatis, per d. c. 1. Et ita intel- [48] ligitur† glo. in §. nunc quæritur. 63. di. & in d. c. ea noſcitur, & ibi doc. & Abb. Siculus in c. quia propter. de elec. Et in uni- [49] uerſitatibus ſecularibus idem dicendum uidetur † ſi ſumus in terris eccleſiæ per d. c. 1. ſed in terris imperii ſufficit maioritas numeri ſine ſanioritate per notata in d. l. nominationũ & aliis iuribus ſupra allegatis. Albe. tamen in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc. eccle. dicit uidiſſe obſeruari quod attenditur maioritas numeri ſine ſanioritate. & loquitur in uniuerſitate eccleſiaſtica. Sed contra illud eſt text. in c. præſentium poſt prin. de teſti. in 6. & tex. in d. c. 1. Et ſi dica- [50] tur quod† idem uideretur dicendum de iure ciuili, quia ubi defecit ius ciuile ſuper ſanioritate, ſuppleuit canonicum, & propterea debet ſeruari in utroque foro, ut in c. ſi in adiutorium. 10. di. & in c. 1. de noui operis nũ. Reſpondetur quod illud procederet ubi in illa ſpecie ius ciuile nihil diſponeret, ſecus in propoſito ubi ſpecifice in caſu reperitur diſpoſitio iuris ciuilis. Pro quo eſt tex. in c. 1. & ibi Inno. de rebus eccleſiæ non alie. in 6. licet loquatur in caſu conuerſo, in quo ius ciuile requirit maiorem ſolennitatẽ, dicendo quod authen. hoc ius porrectum non ſeruatur quo ad maiorem ſolennita- [51] tem in alienatione rei eccleſiaſticę. Vnum† tamen ſcias circa locum eligendum quod quãdo patribus data eſt poteſtas eligendi locum pro futuro concilio, intelligitur de prima electione, nec poterunt uariare ulterius. Pro quo eſt tex. in l. boues. § hoc ſermone. ff. de uerbo. ſigni. refert Feli. in c. innouamus de treu. & pa. Et omnia præmiſſa adde ad ea quæ dicta fuerunt in quæſtione quot debeant eſſe præſentes in concilio, & quæ dicuntur in quæſtione vtrum vnum concilium poſſit confirmare, vel limitare, vel reuocare, conſtitutionem alterius.

[52] Sed hic pone †quod actus explicandus ſit per corpora nationum, uel officiorum, vel collegiorum vtrum dicetur maior, & ſanior pars illa in qua reperientur plures voces non habito reſpectu niſi a capita nationum coniunctim, an erit habendus reſpectus ad maiorem partem cuiuslibet nationis vt dicatur haberi vox illis nationis, ita quod ſi ſunt decem collegia vel nationes, ſex dicãtur facere maiorem partem, & ab illis ſex collegiis ſint vota maioris partis cuiuslibet collegii, & non coniungantur vota minoris partis alicuius collegij cũ votis maioris partis alterius collegii, vel nationis. Iſtam quæſtionem mouet & examinat. Abb. Sicul. in c. ſcriptum in 8. notabili. de elect. Et dicit quod licet alias vbi diuerſa corpora coniunguntur in vnum ad aliquem actum explicandum non vt diuerſæ vniuerſitates, ſed vt faciant vnum corpus, computentur voces per capita & nõ ſecundum corpora, vt ibi in d. cap. ſcriptum, ſecus tamen eſt quando diuerſa corpora conuenirent ad aliquem actum explicandum, tamquam corpora diuerſa, non vt faciant unum corpus, quia tunc ad validitatem actus nõ ſufficit maior pars ſingulorum, ſed oportet vt conueniat maior pars ipſorũ corporum, ut ſi ſunt tria corpora, conueniat ſaltem maiors pars duorum corporum, allegat ad hoc text. iuncta glo. in cap. paſtoralis in primo reſponſo. de reſcrip. Et ideo Ioann. And. ibi dicit quod ſi electio ſpectaret ad certum prẹlatum pro tertia parte, & ad capitulum pro alia tertia parte, & ad clerum ciuitatis pro alia tertia parte, non ſufficit ad validitatẽ electionis quod electus habeat totum clerum & minorem partem capituli, licet ipſi ſint plures numero, quia tunc non concurrit niſi vna vox, quia clerus totus non habet niſi unã uocem, capitulum uero aliam, ſed non poteſt dici capitulum ubi nõ eſt maior pars, ut in allegato. c. 1. de iis quæ fi. a maior. par. c. Item ſi prælatus & maior pars capituli eligerent unum, & clerus cum reliqua parte capituli eligerẽt alium, ualeret electio facta a ꝑlato, & a maiori parte capituli, licet in numero perſonarum ipſi eſſent pauciores aliis, quia ut dictum eſt tũc habetur reſpectus ad corpora & non ad capita perſonarum. Adde abbatem In d. cap. paſtoralis de reſcript. in fin. princ. Et pro his uide d. Anton. in d. cap. ſcriptum, in 5. colum. & Ioan. de Immola in ſecunda colum. & eundem Anton. in capit. 1. de paroch. & eundem Abbatem in capit. poſtulaſti de conceſ. præbend. Cardin. autem Alexand. 15. diſt. cap. 1. circa fi- [53] nem, non admittit quod dicit Abbas, quia† in concilio non congregantur nationes ex Chriſtianis tamquam diuerſa corpora nationũ, ſed cõgregantur omnes tamquam oues unius paſtoris Chriſti, apud quem non eſt diſtinctio græci, & latini, ideo debet attendi maior pars reſpectu totius, & ſinguli a paſtore ſuo & patrefamilias uidentur in conſideratione habendi, allegat in ſimili quod dicunt legiſtæ in l. fi. C. de impuber. & aliis ſubſti. per. l. Lucius. §. Titius teſtamento. de legat. 2. Dicit tamen quod ſi eſſet conſuetudo explicandi uota in conciliis per nationes, ut in Conſtantien. & Piſano & aliis factum eſt, tunc opinio Abb. eſſet uera. Et adducit gloſ. in cap. unico ne ſede uacante in 6. & Salicet. in l. quoniam. C. de appellat. Tu adde quod ad propoſitum dicit Bald. in l. ſi ad ſcribatum [54] ad fi. C. de appell. qđ quando actus † debet expediri a duobus collegiis non ſufficit unum collegium cum minori parte alterius, ſed requiritur maior pars utriuſque, & minor pars nõ reputatur membrum collegii, ergo actus expeditus ab uno collegio & minori parte alterius, nõ cenſetur factus ab utroque collegio. Allegat notata in cap. a collatione de appell. in 6. per Ioann. And. cum reprobat opinionem Hoſtienſ. in d. c. poſtulaſti de conceſ. præben. quod & ponit Feder. in conſil. 1. Ad idem ſimiliter Abbas Siculus in conſ. 57. incipit ex infraſcriptis literis, in primo uolum. in 8. colum. dicit quod ſi papa mandat epiſcopo Senenſi ut aliquid expediat cum conſulib. non ſufficit quod epiſcopus cum conſulibus faciat maiorem partem, ſed requiritur ipſe & maior pars conſulum, per illum tex. in d. c. paſtoralis de reſcript. Ad quod etiam uide Felin. in c. cum omnes in 19. colum. de conſtit. ubi dicit quod ex uariis coniecturis diſcernetur. & ex ſubiecta materia quando conueniant ut diuerſa corpora, & quando ut unum corpus, & idem Abb. in d. c. ſcriptum. Et pro hoc facit glo. & Ioann. And. in c. 1. ne ſede uacan. in 6. & in cap. a collatione de appe. [55] in 6. ubi dicitur † quod ſi epiſcopus & capitulum habent aliquid agere, non ualet actus niſi cum epiſcopo, quia ueniunt ut duo corpora ſeparata. Et in hoc reprobatur opinio Hoſti. [56] †in d. capit. poſtulaſti de conceſ. præbend. Et idem dicit Abb. Siculus in d. c. poſtulaſti. & ſentit Ioann. And. & doct. in capitulo ſtatutum. de electio. in 6. ubi limitat prẹmiſſa niſi ubi cõuenirent duo corpora in unum ut facerent in illo actu unum corpus, quia tũc ſtaretur iudicio maioris partis perſonarum.

Et

Et hoc sentit Bar. in l. fi. ff. de collegiis illicitis. Et de ista materia potest inspici quod dicitur in trac. de beneficio Ioann. de sylua in 2. par. q. 17. vbi adducuntur aliqua similia. & quæ ponit Feli. in d. capitu. pastoralis in fi. versi. ubi duo corpora. Et dudum in quadam causa papien. capellaniæ ubi erāt patroni descēdentes a diuersis, & ab una parte tres ab alia quatuor, quamtumcunque vnus vltra illos tres qui faciebāt medietatem haberet vnum ex illis quatuor, ex quo alii tres remanentes non consenserant in eundem ab aliis præsentatum, sed in alium, domini non habuerunt respectum ad illū unum, ex quo non fuerat maior pars illorum quatuor concurrens cum illis tribus alterius partis, sed canonizarunt gratificationem presentati a tribus ex quatuor. Et inter alia etiā allegabatur cardi. in cle. plures de iurepa. & Rochus in trac. de iurepa. in 2. q. ad fi. in versi. ipse vel is a quo &c. Verū est, ꝙ licet cā fuerit sic votata, non tamen fuit pronunciatum propter alia quæ in causa occurrerunt. Sed si bene aduertatur, conclusio dominorū non transit sine dubio quando iuspatronatus orignaretur ab vna persona, quia tunc ex quo agitur de vna voce originaliter q̄ propter plures a diuersis filijs descendentes diuiditur in plures, illi plures non videntur conuenire ut plura corpora sed confunduntur in vnum. Et quod allegat Rochus in versi. ipse uel is a quo, quod hoc dicat cardi. in cle. plures de iurepa. male videtur allegare, quia cardi. loquitur quando iuspa. originatur a pluribus & non ab vno tantum. Et si bene aduertatur, cum cardinalis ponit exēplū de decē habentibus vnam vocem & duobus habentib. aliā, sentit ꝙ presentatio facta a minori parte de decem cum vno ex illis duobus, non valeat, Et considerandum est quod quia sumus in patronis laicis qui præsentant vt singuli, valet præsentatio facta a maiori parte comparatione minorum, vt in c. quoniam, de iurepa. & in c. ecclesia de elec. aliquin si requireretur maior pars ab vtroque latere, tunc non diceret̄ facta præsentatio a maiori parte, sed ab vtraque parte, & sic habere ambas voces & non maiorem partem. Et hoc videt̄ sentire Ioan. de sylua in d. 17. q. in fin. & videtur feder. consi. 1. cū respondet ad contraria, approbare quæstionem siue exemplum positum in iure patronatus.

57 Quomodo † autem cognoscatur quando conueniant vt facientes vnum corpus vel diuersa corpora, dicit Abb. in d. c. scriptum, ꝙ ex variis circunstantijs poterit depræhendi. Nam si dantur voces in vnum, non potest dici quod cōueniant nisi tanquam in vnum corpus. & idem Ab. in d. c. pastoralis. Item discernitur ex verbis statuti & materiæ subiectæ, ut ponit idem Abb. in c. pastoralis. Sed decius ibi uidetur impugnare abbatem cum vult ꝙ quando duo corpora conueniunt ut separata, requiritur maior pars amborum, sed quando vt faciant vnum corpus, sufficit maior pars omnium simul iunctorū. quia ut ipse dicit idē videtur in vna conclusione quod in alia, per rationem Ababatis, volentis quod a maiori parte totum corpus representetur. Sed iudicio meo ipse non bene concepit mentem & rationem Ab. quæ fuit quod illud quod fit a maiori numero personarum vtriusque collegii simul, non dicitur factum a duobus collegiis separatis, quia non est maior pars numeri vtriusque collegii de per se, sed ab vno ex cōfusione & vnione amborum, sicut patet ad sensum, ut ipse Abbas dicit. Et ex his patet quomodo numeranda sint uota in cōciliis. Vbi autem materia super qua est controuersia non esset clara & euidens, ut oppositum per rationem & authoritatem sacræ scripturæ & sanctorum patrum diffinitionē manifeste ostendatur falsum, sed habet probabilem rationem ad vtranque partem, tunc regulariter statur maiori parti. quæ in dubio p̄sumitur sanior, vt dictum est, & dicitur in d. capitulo scriptum. vbi enim est maior pars, ibi præsumitur esse ecclesia, vt 56. di. c. apostolica. Et ideo in Toletano concilio dicitur ordinatum quod cum quælibet synodus agitur, aut pacifice inter pontifices quicquam diffinitur, si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiunt, aut commoniti plurium sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore & confusione abscedant, aut excommunicationis annuæ luant pœnam.

58 Sed quid si contingeret difficultas † quod vota essēt in plures & varias partes diuisa, & non posset dari maioritas numeri in una plusquam in alia nec rationis nec authoritatis? Tunc diceremus attendendam esse distinctionem quam ponunt doc. maxime Ioan. de Immol. in cle. ne Romani in 2. columna de elec. & Mathesil. in suo tracta. quando sunt variæ opiniones doctorum, quæ sit tenenda. Ex qua distinctione possunt elici aliquæ conclusiones in proposito. Sed vt cessaret ista varietas, vluerūt & obseruarunt antiq patres vt ueritas dilucidaretur in conciliis, in intimatione concilii exprimere materiā sup qua foret disceptandū, mandando vt ep̄i prius in suis prouincialib. conciliis deliberarēt, & quid fuisset uisum patribus in prouincialibus conciliis cōgregatis, per nuncios ad uniuersale concilium mittendos explicarent. Quod patet. ex anthoritate Augus. contra donatis. qui dicit, non enim potuit res ista tot altercantium nebulis inuoluta ad plenarii concilii illustrationem confirmationēque deduci, nisi prius diutius per orbis terrarū regiones multis hinc atque hinc disputationibus, & collationibus episcoporum pertractata esset. Et hoc ultimum † posset contingere quando papa non esset præsens in concilio, quamuis eius authoritate fuisset congregatum, sed si papa sit præsens, uidetur impossibile quod iste casus occurrat, nisi esset casus de articulo fidei nondum deciso, in aliis autem non uidetur, ꝙ possit occurrere. Et ratio est quia episcopi in concilio ubi præest papa, sunt sicut consultores, ut dicitur in cap. graue de prębend. & glos. in c. ad apostolicæ de re iud. in 6. & diximus supra. Et quando requiritur iudicium plurium per uiam consilii, tunc requirens consilium non tenetur illud sequi, ut in c. cum in ueteri, ibi docto. de elec. & in cum olim de arbit. Bar. plene in l. 1. §. si plures. ff. de exerci. cum concor. Nam potest minorem partem præferre maiori, nec actus uitiatur. secundum Ioann. And. & alios in cap. nec episcopi. de tempo. ordinan. post Innocen. Quem sequuntur Immola & Angelus in l. ad principem. ff. de appellatio. & Angelus in l. maiorem. ff. de pact. & Ioan. And. in c. nullus ex consilio. de regul. iur. in 6. & Bald. in l. 1. in 6. quæstio. ff. de officio consu. Et hoc uerum est nisi requirens teneretur sequi consilium ex statuto uel consuetudine, quia tunc non sufficeret minor pars, sed requireretur necessario ꝙ haberet maiorem partem, vt dicitur in dictis locis. Sed hoc non reperitur statutum in iure ꝙ papa teneat̄ de necessitate sequi uocem maioris partis episcoporum in concilio consulentium, si uotum eius concurreret cum alia parte minori. Propterea videtur quod vbi præest papa, contingentibus istis diuersitatibus & difficultatibus, quia vota essent diuisa in plures partes, illa pars esset teneda quam papa vellet.

61 Sed si non essent † diuisa vota nisi in duas partes, & res esset secundum vtranque partem dubia, & papa esset cum minori parte, vtrum deberet præualere pars minor propter authoritatem papæ? quasi minor pars tunc dicatur sanior, & quia papa requirens uota habet episcopos in concilio tanq̄ consultores. In hoc existimo si non ageretur de causa fidei neque de causa contra papam, ꝙ illa pars pręualeret in quā papa inclinaret, quia si hoc est quando solus papa vult unum, & totum concilium aliud, quod papa præfertur secundum dicta supra in proxima quæstione, multo magis quando cum aliqua parte concilii papa sentiret, debet præferri eius voluntas siue iudicium. Et ad hoc facit quod uoluit Hostien. in c. postulasti. de concess. præbend. quod quādo episcopus in actu explicando cum consilio capituli habet interesse ut episcopus, tantam uocem habet ipse solus quantam uniuersum capitulum, & quod si cum episcopo est unus solus canonicus, eius sententia debet præualere. Et licet eius opinio ibi communiter reprobetur, tamen esset uera in persona papæ respectu concilii, hoc est quod non solum tanta est uox papæ, sed quod etiam præponderat uoci uniuersalis concilii, nisi ut supra dictum est in causis fidei, & de hoc dictum est supra in quęstione quæ sententia pręferatur utrum papæ an concilii. Nō obstat si dicatur quod episcopi qui sunt in concilio sunt tamquam participes officii, ex quo uidetur, quod tunc quando actus est explicandus cum eo qui est particeps officii, si dicitur quod cum illius consilio fiat, tunc consilium capitur pro consensu, ut in cap. uenerabili iuncta glos. de offic. delegat. & ideo quod de necessitate papa teneatur sequi uota maioris partis episcoporum existentium in cōcilio. Quia respondetur quod episcopi existentes in concilio non sunt participes authoritatis, sed ut dictum est tanquam consultores, quia omnis authoritas concilii dependet ab authoritate papæ, & a papa eius gesta confirmantur, vt decima septima distinctione per totum, & capitulo significasti de electio. & dictum est supra.

S V M M A R I V M.

1 *Congregato concilio iam, & sede vacante, quam auctoritatem habebit concilium.*
Et quod possit omnia quæ papa. argum. num. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 11. 13. 14. 19. resp. ad primum. num. 42.
3 *Eccesia vniuersalis representatur, per concilium, sede vacante. & numero 9.*
Et mortuo papa, ecclesia non dicitur esse sine capite. quia eius caput est Christus.
4 *Papa licet moriatur tamen sedes apost. non moritur.*
5 *Concilium constantien. sede vacante confirmauit Archiepiscopos, dedit indulgentias, dispensauit super irregularitate, & exercuit reseruata Papæ.*
Quod dicitur de indulgentijs declaratur. nu. 44.

Ele-

7 *Electoribus papæ mortuis pontificalis auctoritas residet in congregatione fidelium.*
8 *Vacante imperio succedit papa.*
10 *Facta in concilijs dicuntur facta suggestione, & instinctu spiritussancti.*
Et spiritussanctus loquitur per ora eorum qui sunt in concilio. ibid.
11 *Papa mortuo card. & clerici, & laici Deum timentes, qui nihil aliud sunt quam concilium, excommunicant intrusum in papatum.*
12 *Pœna nulla maior in ecclesia quam Anathematizatio.*
15 *Dic ecclesiæ verba, exponuntur.*
Et quomodo intelligantur in papa. num. seq.
Et melius declarat auctor resp. ad contra. num. 18.
17 *Duplici iure quis aliquando potest fungi, neque absurdum est hoc.*
19 *Concilium Deposuit cardinalem.*
Et restituit episcopos. num. 21.
20 *Episcopus recusans respondere in concilio ipso facto est depositus.*
22 *Ecclesia est nomen iurisdictionis.*
Et non perdit suam iurisdictionem per mortem papę. ibid.
Et quomodo intelligatur. num. 74.
23 *Ecclesia habet senatum.*
Et quomodo intelligendum. nu. 76.
24 *Papa non potest sibi successorem eligere.*
25 *Legati de latere iurisdictio non expirat mortuo papa.*
26 *Papa mortuo card. succedunt in iurisdictione.*
27 *Concilium dicitur ordinarius iudex ordinariorum.*
28 *Concilium sede vacante quod non possit omnia quæ papa. arg. & respondet ad contraria. nu. 32.*
Et iterum quod non possit omnia quæ papa. nu. 44.
Solutio ponitur. nu. 47.
29 *Sede vacante officia conquiescunt, plures iurisdictiones suspenduntur.*
30 *Administrantes omnes debent a papa & eius successoribus deriuari.*
31 *Concilij robur deriuatur a papa.*
33 *Claues datæ fuerunt Petro non tantum figuratiue, sed principaliter, & fundamentaliter.*
34 *Cap. omnis 24. q. 1. declaratur.*
35 *Potestas quę est in ecclesia, est descensiue in prælatis ecclesiæ a Petro.*
Et alio etiam modo exponitur. num. seq.
Et alio numero 37.
36 *Sicut misit me pater & ego mitto vos istorum uerborum expositio.*
38 *Cap. quodcunque 24. q. 1. intellectus.*
Et dictum Ang. ibid.
39 *Ecclesiæ vniuersali datæ sunt claues, non in omnibus membris eius, sed in aliquibus tantum.*
Et plenitudo potestatis data est illi in vno membro tantum. quod est caput in corpore.
Et est Rom. Pontifex.
40 *Ecclesia dicitur facere quod eius ministri faciunt, secundum instituta.*
41 *Caput vtitur vna voce cum membris licet ea quæ dicuntur ad diuersa referantur,*
Quædam soli capiti.
Quædam solis membris.
Quædam capiti & membris.
Et eorum quæ membris conueniunt.
Quædam præteritis.
Quædam præsentibus.
Quædam futuris.
Quædam perfectis.
Quædam imperfectis.
Et nihilom. in tanta diuersitate vna vox est.
43 *Claues quomodo datæ sint Petro. remissiue.*
45 *Ecclesiam habere vtrumque gladium quomodo intelligendum.*
Ouile non debet pascere, sed pasci, nec occupare officium pastoris.
47 *Concilium sede vacante an possit omnia quæ papa potest. Auctoris opinio.*
48 *Sede vacante potestas Vicarij Christi non transit in concilium.*
49 *In necessitatibus vnum membrum vtitur officio alterius & non aliter.*
50 *Capitulum in casu necessitatis fungitur vice episcopi.*
51 *Card. sede vacante propter hæresim papæ vel schisma inueteratum, possint exercere reseruata papæ.*
Et cum duabus limitationibus. ibid.
Et resp. ad c. vbi periculum. de elect. in 6.
Et datur vnus intellectus. num. 53.
Super quibus dubitat auctor. num. 52.
Et refert opin. Ioann. Gerson. & illi respondet. nu. 54.
55 *Concilium quod non possit omnia quæ papa sede vacante tenet auctor.*
Et respondet ad contraria a num. 2.
Vsque ad num. 19.
56 *Capitulum quod succedat in administratione quomodo intelligatur.*
Et plures fallentias vide remissiue. nu. 57.
58 *Concilij constant. gestorum non esse multum curandum. Nisi in his quæ approbauit Martinus V.*
Et quid de indulgentijs in eo concilio datis. num. 59.
60 *Concilium sede vacante an possit dare indulgentias & quas.*
Abbas in clem. 2. de pen. & remiss. damnatur.
Et infra. num. 61.
Et concludit auctor quod concilium non possit dare plenarias indulgentias. num. 62.
63 *Bal. in l. non ambigitur. ff. de legibus declaratur.*
64 *Concilium quo casu possit sibi ipsi auctoritatem interponere.*
65 *Concilio datam esse potestatem sede vacante a spiritusancto non reperitur. &c.*
66 *Extensio de vno casu ad alium non fit in materia iurisdictionali.*
67 *Matth. 18. c. declaratur.*
68 *Cap. 1. de cler. non resid. declaratio.*
69 *Cap. si duo 79. dist. declaratio.*
70 *Actuum c. 1. declaratur.*
71 *Actuum c. 14. declaratur.*
72 *Cap. si transitus 79. dist. intellectus.*
73 *Cap. 1. de schismat. in 6. intellectus.*
75 *Collegium cardin. non habet facultatem condendi legem, & respondet ad contraria.*
77 *Collegium cardin. eligit papam, & papa viuens non potest.*
Et quomodo intelligendum.
78 *Bart. in l. vbi absunt reprobatur.*
79 *Ordinarij possunt exercere omnia quæ potest papa vbi est schisma, ergo.*
Et concilium quomodo intelligendum.
80 *Reseruatis principi nec ciuitas nec inferior potest manus apponere.*
Nec principi reseruata possunt quæri consuetudine.

Articulus IIII.

1 Sed † pone quod congregato concilio vacet sedes apostolica, vtrum, cōcilium possit omnia facere quæ poterat papa, vel quam potestatem habeat. Et vi- 2 detur quod † omnia quę papa poterat possit concilium. nam concilium generale repræsentat vniuersalem ecclesiam, vt in cap. sicut in fi. 15. dist. ponit Abb. in c. significasti de elec. & in concilio Constantien. in pluribus principiis plurium sessionum. & Alex. in c. 1. 15. distin. Sed vniuersali ecclesiæ data est potestas clauium cum data est Petro, ut in c. quodcunq;. 24. q. 1. vbi dicitur quod quando Petrus accepit claues, ecclesiam sanctam significauit. Ergo videt̄ quod ecclesia vniuersalis sic synodaliter congregata, possit sede uacante omnia administrare ad quæ potestas clauium se extendit, quia cum potestas data Petro & per Petrum consequenter ecclesiæ, p papam exerceatur & explicetur, uacante sede, uidetur penitus residere tale exercitium in ecclesia, quæ poterit istū habitum potestatis reducere in exercitium & in operationē. 3 Secundo † ecclesia uniuersalis repræsentatur per concilium, & mortuo papa non dicitur remanere ecclesia sine capite, quia caput eius est Christus. Si ergo Christus ascensurus in cęlum dimisit pastorem quem sciebat moriturum, non est verisimile quod voluerit ecclesiam sine potestate exercēdi necessaria & contingentia in ecclesia dimittere cum autem non dixerit ad quem possit haberi recursus in reseruatis papæ mortuo papa, videtur necessario dicendum quod dicta potestas remaneat in vniuersali ecclesia, & consequenter in concilio. Pro quo facit glos. in capitulo 1. de schisma. in 6. in verbo vacante. & bene tex. in cap. si gratiose de rescrip. in 6. 4 vbi licet † papa moriatur, tamen sedes apostolica non morit̄, per quam designatur dignitas pontificalis secundum lapum ibi. Si ergo dignitas non moritur, necessarium est penes aliquem illius executionem existere, & in nullo cōuenientius q̄ penes concilium. Sicut in simili de episcopo fit deuolutio administrationis ad capitulum. c. ijs quæ, & c. cum olim de maio. & obe. gl. in c. 2. ne præla. vices suas, cum simil. Tertio 5 facit † quod ita videmus obseruatum in aliquibus concilijs. Canstantien. enim concilium sede vacan. cōfirmauit archiepiscopum Lugdunensem, dedit etiam indulgentias & dispēsauit super irregularitate. & sic exercuit reseruata papę, vt in ca. quod translationem de offi. legati, Et idem dicendum de concilio senensi, quod dedit indulgentias. Quod & refert gerson in 11. consideratione in trac. de po. eccle. Quarto fa- 6 cit † quod Cardi. in trac. vnionis in 1. q. dicit quod penes uniuersalem ecclesiam uacāte papatu consistit uniuersale regimen, eo quod est congregatio fidelium. ut in ca. ecclesia de consecra. di. 1. c. debitum de biga c. fundamenta de elec. in 6. 7 Dicit etiam Bal in l. non ambigitur. ff. de legibus quod † mortuis electoribus papæ pontificalis authoritas residet in congregatione fidelium, quia catholica ecclesia est ipsa fideliū collectio. & ibi in præcedenti quæstione uult quod mortuo imperatore succederet populus Romanus si non esset papa. Si igitur penes ecclesiam uniuersalem, ergo & penes cōcilium, quia ecclesia uniuersalis repræsentatur per generale concilium, quo congregato consistit potestas penes ipsius concilii potiorem partem, ergo concilium succedit in regimine & administratione uniuersalis ecclesiæ. Quod uidetur uelle paulinus in trac. ne sede uacan. in præludiis, in uersic. 8 præmitto sexto in 2. col. Sed quod † uacante imperio succe-

dat

dat papa, est extrauagans Ioan. 22. quæ incipit si fratrum & coepiscoporum. quę fuit solenniter glosata per egidium Bel
9 lamera post zenzelinum. Quinto† facit quod concilium generale habet potestatem immediate a Christo, ut patet in concilio Constantien. in quinta sessione. & q concilium repsentat uniuersalem ecclesiā, qd intelligitur sede uacante uel quasi. Quæ sic coadunata, tanquam habens omnem pontificalem dignitatem potest sibi ipsi authoritatem interponere, quia tunc apud eam residet omnis potestas papæ. nec dicetur tūc acephala siue cōcilium acephalum, cum eius caput sit Christus ex quo sedes vacat. Ergo si pontificalis potestas est tunc in concilio, sequitur quod omnia poterunt per concilium expediri quæ per papam possent si sedes non vacaret. alioqn sequeretur quod mortuo papa ecclesia remaneret sine pastore aliquo in terris, quod non est præsumendum, vt dixi sup. Et possent contingere multa grauissima in quibus oporteret vti plenitudine potestatis, & de papa non posset ita de proximo prouideri quod non est dicendum, quia Christus omnia bene disposuit tanquam bonus paterfamilias secundum In-
10 nocen. in cap. pro humani. de homi. in sexto. Sexto facit† q ista quæ fiunt a conciliis, dicuntur fieri suggestione & instinctu spiritussancti, vt in c. si quis diaconus. in princ. & c. si ille. 50. dist. & tex. in c. violatores. 25. q. 1. Et dicit Bal. in trac. schismatis, in princ. quod spiritussanctus loquitur per ora eorum qui sunt in concilio, per d. cap. si ille. 50. dist. & probatur act. 15. ibi visum est spiritui sancto & nobis. & in pluribus sessionibus in concilio Constantien. dicitur sancta sinodus in spiritusancto legitime congregata. Præsumitur enim ibi interuenire spiritussanctus, iuxta illud, ubi duo uel tres congregati fuerint &c. c. audiuimus. 24. q. prima. dicit Alexā. in c. illa. 12. dist. Ex quibus patet quod si recipit potestatem a spiritusancto & a Christo qui est tunc caput ipsius concilij, & sic est quod ubi inhabitat spiritussanctus & Christus, ibi est omnis potestas, iuxta illud Matt. 28. data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, quia omnis potestas est a Deo. 23. q. prima. cap. quid culpatur, & Apost. ad Ro. 13. sequitur quod uacante sede omnis potestas remanet in concilio, cuius caput est Christus, & in quo concilio habitat spiritussanctus. Septimo
11 † adducitur tex. in c. si quis pecunia 79. distin. vbi patet quod mortuo papa, cardinales & alii clerici & laici Deum timentes, qui vt supra sæpius dictum est, nihil aliud sunt quam concilium, quod ex cardinalibus & aliis prælatis ac clericis Deū timentibus constat, excommunicant inuasorem, & intrusum in papatum. & sic collectio clericorum hoc est conciliū
12 exercet iurisdictionem vacante sede Romana. Et maior† pęna non est in ecclesia quam anathematizatio, vt in ca. corripiantur. 24. q. 3. ergo cum possint maiora, possunt & minora,
13 de deci. ex parte. el 3. Item facit † text. in cle. ne Romani. vbi cardinales prohibentur vacante papatu aliquid exercere de spectantibus ad papam, & de concilio nihil dicitur, ergo cōcilium poterit sede vacante omnia exercere. arg. l. cum præ-
14 tor. ff. de iudi. & c. nonne. de præsumptio. Octauo† adducitur authoritas Christi apud Matthe. 18. si peccauerit in te frater
15 tuus &c. & si non audierit eos dic † ecclesiæ de qua in ca. nouit. de iudi. & in cap. si peccauerit. 2. q. 1. in qua authoritate designatur data potestas ecclesiæ exercendi iurisditionem, qa frustra diceretur ecclesiæ, si ecclesia non reciperet iurisditionem & coertionem. Et si restringeretur ista authoritas exponendo dic ecclesiæ. i. prælato, vt in c. nouit. de iudic. & sic restringendo ad prælatum tantum, sequeretur quod ubi non esset prælatus cui diceretur, non esset locus illi authoritati. & sic fuisset Christus diminute loquutus, & non prouidisset in omni casu, quod dicere est hæreticū. Item sequeretur quod in papa, qui non habet superiorem, authoritas illa esset frustratoria, cuius contrarium dicunt doc. post glo. in c. si papa. 40. dist. & Hostien. in c. proposuit. de conces. præben. qui dicit
16 quod † in papa illa authoritas intelligitur dic ecclesiæ hoc est oret ecclesia Deum pro eo. Ergo vere intelligitur illa authoritas de ecclesia vniuersali, & consequenter de concilio repræsentante ecclesiam vniuersalem. Item cum Christus loqueretur Petro, nō est verisimile quod voluerit vt diceret sibiipsi. nisi saluando uellemus dicere quod quando dicebat si peccauerit in te, loqueretur tanquam Petro & non tanquā prælato, & cum diceret dic ecclesię tunc etiam loqueret ei
17 tanquam prælato & superiori. cum non sit absurdum † quod quis fungatur duplici iure, iuxta no. in l. si consul. ff. de adop. Sed per hoc non efficeretur quin sequeretur quod illa authoritas in papa, qui non habet superiorem, esset superflua. Quinimo rectius videtur intelligenda proprie de concilio, propter difficultatem & impossibilitatem congregandi ecclesiā vniuersalem. Si igitur proprie intelligitur de concilio, sequitur quod concilium possit exercere etiam ea quæ sunt pontificalis dignitatis, quia posset illa authoritas exerceri contra episcopos, archiepiscopos & alios maiores, quorum depositio spectat ad solum papam, ut in capit. quod translationem. de offic. legat. & in capit. primo. de translatio. prælato.
18 Et si dicat† q tunc illud dic ecclesiæ, intelligeret de ecclesia simul cū papa q est ppositus ecclesiæ, ut in c. ita dns. 19. di. & in cap. sacrosancta. 22. dist. & cuius est authoritas & potestas deponēdi epos, sequeret q tūc mortuo papa ista authoritas nō haberet locū neq; posset exerceri respectu totius uniuersalis ecclesiæ, q̃ñcunq; immineret casus, & periculū esset in mora si expectaretur creatio noui pontificis. quod dicere est absurdum, cūe sint de magistris. cap. ex ore de priui. & l. 3.
19 cum simil. C. de condi. inser. Nono† adducuntur iura. primo tex. in c. ex gestis de cle. non resi. vbi concilium deposuit cardinalem quod est proprium papę, vt in c. 1. de schisma. Item concilium potest deponere episcopos & excommunicare 19. q. 2. c. si. incipit si quis eps. 9. q. 2. c. nullum in fi. cum seq. 11. q. 3. c. si quis episcopus, & c. certum & 18. di. si quis autem. Itē
20 episcopus † qui recusat iudicium concilij generalis & recusat ibi respondere, ipso facto est depositus, vt in cap. quisquis. 4. q. 5. Item papa existens in concilio generali sententiam prius a toto concilio latam promulgat & exequitur. 12. q. 2.
21 de laicis. Item concilium† etiam episcopos depositos in synodo, restituit, vt in c. certum, & c. irritam, & c. episcopus. 11. q. 3. Et tamen ista sunt de reseruatis papę, vt in c. 1. & 2. de transla. præla. & c. quod translationem ibi glo. de offi. lega. & c. sicut vnire ibi glo. de excef. præla. & c. maiores de bap. Itē tex. in c. si duo. 79. di. vbi quando est dubium quis sit papa, tunc iudicium est concilij, vt dicit ibi gl. & sic concilium est iudex in casu dubio. ergo multo magis quando nullus est papa, potest exercere iudicium & esse iudex in rebus concernentibus pontificalem dignitatem & potestatem eius. Imo & potest induci etiam a minori, quia si iudicat de eius dignitate, hoc est de papatu, iudicado quis sit papa, multo magis de iis quæ ad papam spectant. Item pro hoc tex. in c. si transitus. 78. dist. ubi olim concilium eligebat papam & prouidebat de papatu. multo magis ergo de spectantibus ad papam se poterit intromittere. Item facit quod legitur act. 1. ubi patet quod uacante episcopatu iudæ proditoris, omnes apostoli & discipuli simul tractauerunt de successore, & elegerunt duos ex omnibus, scilicet Barnabam & Matthiam, & cecidit sors super Matthiam. Si ergo Petrus qui erat plenus spiritusancto passus est ut omnes prouiderent in communi, præsumendum est quod hæc potestas erat penes concilium apostolorum. Et licet tunc non essent episcopatus sicut hodie distincti, ut in c. olim. 95. dist. & dicitur in c. cum causam de proba. bene tamen habebant episcopatus in cura. 1. q. 1. Christus. unde dicitur act. 1. de iuda, & episcopatum eius accipiat alter. Item facit quod apostoli euntes per mundum ordinabant presbyteros per singulas ecclesias act. 14. prope fin. Et per presbyteros uniuersalis ecclesia gubernabatur, ut in d. ca. olim 95. di. Et per ecclesiam fuit ordinatum ut ex presbyteris eligerentur qui essent supra alios & appellarentur episcopi, ut d. c. olim, & c. legimus. 93. di. Ergo etiam sine papa ecclesia sola utebatur ista potestate promouendi episcopos. igitur dicendum est quod sede uacante possit ista & his similia, licet alias papę reseruata. Vlterius pro ista parte adducitur tex. in cap. unico de schisma. in 6. ubi sede uacante prohibetur collegio sedis apostolicæ admittere illos cardinales per Bonifa. 8. priuatos ad futuram electionem ergo si hoc non fuisset prohibitum collegium potuisset. & nullus dubitat quod illud erat de arduis, iuxta. c. 2. de cle. non resi. Ad idem facit quod mortuo papa collegium potest quicquid potest papa uiuens, qa
22 † ecclesia est nomen iurisditionis. Sed ecclesia non perdit iurisditionem suam per mortem papæ capitu. si gratiose de rescrip. in 6. ergo quicquid iurisditionis erat in papa uiuēte erit in collegio, & multo magis in concilio, in quo sunt etiā cardinales. Imo ut dicit Andreas Siculus in c. 1. translato in penul. col. de consti. collegium poterit etiam facere legem uniuersalem, per tex. 16. q. 1. c. ecclesia habet senatum, iuncto. c. Cō-
23 stantinus 96. di. ubi patet quod† ecclesia habet senatum, sed senatus habebat facultatem condēdi legem uniuersalem, ut in §. senatus consultum inst. de iure naturali. gentium & ciuili. ergo & senatus apostolicus, hoc est collegium cardinalium. igitur a pari & fortiori ipsum concilium. Sed Andreas nō firmat pedem in eo quod dicit de lege uniuersali, & non est sine dubio. & pro nūc de collegio sine papa non uidetur uerum. Sed si est dubium de cardinalibus tantum, non uidetur dubitandum in concilio, ubi sunt cardinales & episcopi. Item
24 facit quod papa† non potest sibi successorem eligere. 8. q. 1. c. si Petrus, & ca. Moyses. sed collegium cardinalium potest papam eligere, ergo saltem quantum ad hoc potest aliquid quod non potest papa uiuens. Item mortuo papa collegium cardinalium fungitur uice metropolitani, ut in c. in nomine domini. 23. dist. quod debet exponi. i. uice papę, qui etiam di metropolitanus, ut in ca. sua de offi. uica. nec alius tunc pot esse

esse metropolitanus Romanæ ecclesiæ. Item facit quod si iu
25 risditio† legati de latere non expirat mortuo papa, ut in c. 2. de offi. lega. in 6. minus in collegio cardinalium quod non minorem iurisditionem habet quam legatus, quia non duraret iurisditio legati si collegium apostolicum non censeretur. & si hæc dicuntur in collegio cardinalium, multo magis in concilio generali tunc congregato, in quo cardinales interueniunt & sunt eius pars. l. quæ de tota. ff. de rei vend. Et
26 q† mortuo papa cardinales succedant in iurisditione, tenet Bar. in l. vbi absunt. ff. de tuto. & cura. datis ab iis. de quo uidēdum in illo arti. quando papa efficitur inutilis uel est captus vel demens &c. Et si cardinales, multo magis concilium. Accedit quod ubi est schisma in ecclesia & ꝯtentio inter duos de papatu, tunc dicitur sedes quasi vacare, vt dicitur in capit. vnico de schisma. in 6. Et si eo tempore ordinarij exercent reseruata papæ, licite faciunt & valent gesta. Hoc expresse consuluit Petrus de Ancha. in consi. 410. incipit uiso & diligenter inspecto. & idem Petrus ponit in trac. schismatis circa fi. Igitur si hoc faciunt valide ordinarii, multo magis con
27 cilium, in quo resident omnes ordinarii, ita † quod potest dici ordinarius ordinariorum. Et istam partem videtur velle Felinus in ca. querelam circa fi. de iureiu. cum allegat Pe. de Monte in sua Monarchia, quod concilium licite potest se intromittere de spectantib. ad papā si in expectanda successione noui pontificis imminet magna necessitas.

28 Sed† quod concilium non habeat facultatem exercendi ea quæ spectant ad papam sede vacāte facit quod mortuo papa dicitur sedes uacare, vt in cle. ne Romani de elec. cum simil. de quo vide quæ infra ponuntur in propria quæstione. & si vacat, sequitur quod non possit quis exercere papalem potestatem, ex quo non reperitur statutum quod sede vacante ad aliquem deuoluatur ista potestas pontificalis. Et accedit dispositio illius cle. quæ vult q
29 ad cardinales non deuoluitur, & habet† q officia conquiescunt & plures iurisditiones suspenduntur. Item pro hoc facit illud Ioan. 15. sine me nihil potestis facere. quod adducit per Augu. de Ancona in trac. de po. pa. q. 3. arti. 9. Item patet quia exercitium istius potestatis fuit commissum Petro tanquam capiti a quo hæc potestas in alios diffunderetur, ut in capi. ita dn̄s. 19. dist. & in cap. loquitur. 24. q. 1. & in capitu. fun-
30 damenta de elec. in 6. Ex quo† patet quod omnes administrātes debent a Petro & sic a papa eius successore deriuari. cum vero ecclesia uniuersalis mortuo papa remaneat ut corpus sine capite a quo habet procedere eius authoritas & a quo debet diffundi ista potestas, sequitur q illo mortuo penes conciliū nulla remanet iurisditio siue potestas administrandi ea q̃ nō reperiūtur cōmissa nec demandata & maxime quę sunt reseruata in signum priuilegij singularis ipsi Ro
31 mano pontifici. Item † quia omne robur concilij, deriuatur a papa, ut in cap. significasti de elec. quo mortuo videtur tūc remanere concilium sine robore, vt ibi iuncta dicta cle. ne Romani. Et istam partem, quod concilium sede vacante nō possit exercere reseruata papæ, nec succedat in eius uicariatu, ponit. Abb. Siculus in cle. ne Romani super glo. in verbo
32 non consonam de elec. Nō obstat † quod dicitur quod Petro fuerunt datę claues figuratiue, quia ecclesiam significauit, vt in cap. quodcunque. 24. q. 1. Quia, vt supra dictum est in illo articu. cuius sententiæ sit standum vtrum papæ an concilij, & plenius dicetur in illo articulo quis sit maior vtrum pa
33 pa an concilium, non tantum † figuratiue sed uere principaliter & fundamentaliter datæ fuerunt claues Petro. Et cum dicitur quod cum Petrus claues accepit ecclesiam sanctam significauit, intelligitur quod non accepit pro persona sua tantum sed etiam successorum & pro omnibus aliis prelatis futuris per deriuationem ab eo in eos. Et ideo dicit glo. sup illud Matth. 16. quodcunq; ligaueris, quod habet claues omnis ecclesia in episcopis & presbyteris. & hoc dicit Ioan. An.
34 in cap. ad liberandam, in 6. colum. de iudæis. Sed obstat† tex. in cap. omnibus. 24. q. 1. qui dicit q ista domus Dei per quam designatur ecclesia, etiam accepit claues, ergo non tantum pro successoribus sed vniuersaliter pro omnibus. Non reperio aliquem qui illum tex. alleget in hoc, nec aliquid de hoc ibi dicit Archi. Sed potest responderi quod Petrus recepit claues pro se & successoribus & etiam pro uniuersali ecclesia descensiue ab eo, ut ab ipso quasi quodam capite Deus dona sua uelut in corpus omne diffunderet, vt dicit tex. in capitulo ita dominus. 19. distin. & in capit. fundamenta de elec.
35 in 6. Et sic q potestas † quæ est in ecclesia sit descensiue in p̄latis ecclesiæ a Petro. & sic intelligitur eclesia recepisse claues eo q episcopi & alii prælati uniuersalis ecclesię & consequenter concilium illam potestatem recipiant a papa, & nō q omnimoda potestas sit in ecclesia sicut in papa, & non q principaliter & authoritatiue sicut Petro claues ei datę cēseantur. Ad quod facit ille tex. in c. in nouo, dum dicit q autem spernit eos, eum a quo missi sunt & cuius fungūtur legatione spernit, & ipse indubitanter spernetur a domino. Secū-
36 do potest intelligi quod ecclesia receperit claues ex illo Ioan. 20. sicut misit me pater & ego mitto uos, hæc cum dixisset insufflauit, & dixit eis, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, vt in cap. audiuimus, & in cap. loquitur. 24. q. 1. Et illa verba sunt respectu ordinis, in quo Apostoli & consequenter alij episcopi fuerunt pares, Petro, ut d. c. loquitur, & dicitur in
37 d. c. in nouo. 21. di. Vel tertio † dicendum est prout dico infra in proxima quæstione circa finem, & latius in quęstione illa quis sit maior utrum papa an concilium, vbi disputatur utrū cōcilium habeat iurisditionem coercitiuam, & etiam decla-
38 ratur illa authoritas Augustini. Non obstat si dicatur † quod successores pontifices & futuri prælati & sacerdotes non soli representant uniuersalem ecclesiam, ut est text. in c. ecclesia de consecrat. dist. 1. quia ecclesia consistit in uniuersitate omnium fidelium, & ideo non uerificatur dictum August. in d. c. quodcumque, qui dicit quod ecclesiam significauit. Quia respondetur quod propter unitatem ipsorum membrorum in ipso corpore ecclesię, ipsum corpus ecclesię, dicitur sępe recipere, habere, & exercere, siue operari quæ officialia eius membra uel aliquod etiam unum membrorum, recipit, habet, aut operatur, licet illud tale conuenire nō possit toti uniuersitati membrorum, nec ueraciter dici possit de ea, nisi per figuram synecdochen, denominādo totum a parte. Vnde in simili est illud apostoli primæ ad Corin. 10. sedit populus māducare, quod exponit glos. i. quidam de populo, totū pro par-
39 te ponendo. Vnde dicendum † est quod uniuersali ecclesię datę sunt claues non in omnibus membris eius sed in aliquib. membris eius tantum, & plenitudo potestatis data est illi in uno membro tantum, scilicet principali, quod est caput in corpore, quod est Romanus pontifex. Vnde Ambros. in li. de pœnitentia dicit quod ius ligandi & soluendi solis sacerdotibus est permissum, quod & dicit text. in c. 1. in §. una uero. de summa trin. & fi. cathol. & facit tex. in cap. noua de pœnit. & remis. Et idem Ambros. ubi sup. ius ligandi & soluendi habet ecclesia quę ueros habet sacerdotes. Vnde Archid. in cap. ec-
40 clesiæ charitas de consecrat. dist. 4. dicit. ecclesia † dicitur facere quod eius ministri faciunt secundum instituta, puta paruulos baptismo offerre, baptizare & peccata dimittere. Pro hoc facit glo. Psal. decimiseptimi. quę est August. quæ dicit, attende regulam unitatis capitis, & corporis, quasi enim una per-
41 sona est caput & corpus, ideoq; † una uoce utitur caput cum membris, licet ea quę dicuntur ad diuersa referantur, quędā enim soli capiti cōueniunt, quędam solis membris, quędam capiti & membris, item quæ membris conueniunt, quædam præteritis, quędam pręsentibus quędam futuris, quędam perfectis quędam imperfectis conueniunt, & tamen in tanta diuersitate una uox est, & quasi una persona loqui uidetur. Vn-
42 de respondendo ad primum † motiuum in contrarium, dicitur quod claues datę sunt soli Petro & in eo successorib. eius. Vnde dicit Beatus Cyril. Christus plenissimam potestatem Petro & eius successoribus commisit, & nulli alii quam Petro quod suum est plenum, sed ei soli dedit, alii, enim in partem sollicitudinis sunt vocati, vt in c. decreto. 2. quæst. 6. & c.
43 ad honorem de author. & vsu pal. Et hoc † quomodo claues datæ sint Petro, latius quam alibi examinabo in illa. q. quis sit
44 maior vtrum papa an concilium. Et quod conciliū non † succedat in reseruatis papę, facit quod dicit Cardin. in clement. ne Romani. §. irritum, in versic. quarto quæro, vbi dicit quod licet mortuo papa potestas dandi indulgentias remaneat penes Romanam ecclesiam, quę mori non potest, nec vnquam potest esse nulla, vt in capi. pudenda. 24. quæstio. 1. non tamen in exercitio. Vnde infert cardinal. ibi quod exercitium talis potestatis interim dormitat, seu quod est sine executione. Si
45 cut † dicitur in simili quod ecclesia habet vtrumq; gladium, sed temporalem non in exercitio, ut infra in propria quæstione dicetur. Ex quo sequitur quod nec etiam cardinales sede vacante possunt dare indulgentias, ut in dicta clementina. ne Romani, ponit Brix. in repertorio in verbo indulgētia. Quod intelligo ultra indulgentias centum dierum eis ex consuetudine concessas. quia sede vacante non credo eos priuatos priuilegiis illis competentibus alias ex tolerantia pontificū, vel alias de iure communi, ratione dignitatis cardinalatus, sed quando, vellent concedere maiores, vel plenarias, & de hoc vide infra in solutione ad tertium contrarium, & in ultimo motiuo contra concilium infra cum refero Ioannem Gerson. Vnde patet quod dato quod ista potestas remaneret Penes concilium tamquam repræsentans Romanam & uniuersalem ecclesiā in habitu, tamen non in exercitio. pro quo facit quod cum ecclesia militans habeat unum caput instar ecclesiæ triumphantis, ut dicit illa glos. in capit. ad nostram de heret. & in capit. ad hoc. 99. distinctio. quę habet unum caput.

put.i. Deū qui omnia gubernat, & omnia administrat, sic & ecclesia militans habet unum caput scilicet papam, qui oīa administrat & sine quo potestas papalis exerceri non debet. Præterea ouile debet esse distinctum a pastore, ecclesia autē est loco ouilis, & papa loco veri pastoris scilicet Christi, cuius locum tenet in terris, ut in c. vnico ut eccle. bene. & cap. quanto de transla. præla. & c. ad apostolicæ de re iudi. in 6. 46 & c. pro humani de homi. in 6. Non ergo † debet ouile pascere sed pasci, nec occupare officium pastoris. Pro hoc. c. in sancta. 2. q. 7. Pro hoc etiā facit quod vicariatus fuit datus solum Petro & successoribus, ut supra gl. in verbo cōsonam in cle. ne Romani de elec. Ad hoc. c. licet de transla. præla. & in ca. ubi periculum. §. cæterum de elec. in 6. & ca. fundamenta in §. ipsa quoque, de elec. eodem li. Si secus diceremus, sequeretur absurdum quod non esset necesse eligere papam, ex quo penes omnes alios, & sic concilium, resideret Petri potestas. & ita in simili dicit glo. de collegio cardinalium in d. cle. ne Romani, & Immol. ibi post alios.

47 **Pro solutione** † huius dubii dicit cardi. de turre cre. in trac. de po. Pa. in 3. li. in 41. c. quod concilium uniuersale cōgregatum sede apostolica vacante, ante creationē Romani pontificis possit & valeat exequi omnia quæ necessario occurrerent pro regimine & tuitione ecclesiæ vbi per dispositionem iuris non posset prouideri, & quæ sine magno dispendio prorogari non possent vsque ad creationem futuri pontificis. Abb. † in cle. ne Roma- 48 ni dicit quod sede vacante vicarij Christi potestas non transit in concilium. Postea atguit ex. capit. quodcunque. 24. q. 1. Ait tamen glo. ibi facere pro prima opinione. & de hoc esse cogitandum. Tamen idem quod cardinalis concludit Abb. qui dicit se non uidisse alicuius authoritatem super isto dubio. & vult quod isto casu sede vacante cōcilium erit administrator necessarius non voluntarius. Pro quo facit quod sicut in † necessitate unum membrum vtitur officio alterius 49 & non aliter, ut in c. ad hæc, & c. singula. 88. di. ita & totū corpus hoc est concilium necessitate in stante debet fungi officio capitis quod est papa, ut in c. rogamus. 24. quæst. 1. & in c. sacrosancta. 22. distin. & in capit. ita dominus. 19. di. Ita vide- 50 mus in † capitulo ꝙ in casu necessitatis fungitur vice episcopi qui est caput, vt in c. nouit, & c. quamto de iis quę fiunt a prēla. ad idem in c. fi. de supplen. negli. præla. in 6. Et istam ꝯclusionem etiam sequitur Pet. de monte in monar. in q. an in aliquo casu concilium sit supra papm, in 6. conclusione, & ponit Feli. in d. capitulo querelam de iureiuran. Et pro ista parte facit tex. in capit. ubi periculum in §. ijdem quoque de elec. in 6. vbi licet cardinales nihil possint sede vacante exercere de reseruatis principi, vt in §. irritum in cle. ne Romani tamen vbi subesset necessitas pro defensione terrarum ecclesiæ uel ubi aliquod grande & imminens periculum occurreret, tunc possent se intromitttere si omnes essent concordes per verbum, ibi, omnibus & singulis. & ita dicit ibi glosa. Ex quo idem uideretur dicendum in concilio, quod si omnes de concilio essent concordes quando imminet necessitas ꝓ regimine ecclesiæ, possent se intromittere. Et pro ista parte facit quod multum ample per plura motiua ponit pe. de ancha. in allegationibus factis pro concilio pisano in 6. q. ubi q̄- 51 rit † vtrum cardinales vacāte sede propter hæresim papę vel schisma inueteratum possint exercere reseruata papę. Et ibi dicit quod licet non sit ista materia clare decisa per textus, tamen ipse sentit quod iurisditio deuoluatur ad cardinales cum duabus limitationibus, uidelicet in casu quo subest necessitas & vtilitas ecclesiæ, secundo quando cardinales adhibent omnem curam ad extirpādū hæreses & schisma. Et ad c. vbi periculum, & cle. ne Romani, respōdet quod ibi est sermo in casu quo uacatio sedis est modico tpe duratura, sed in extirpando schismate & hæresi, quæ non ita de facili extirpantur, diu sedes vacat. & iō succedunt cardinales in administrando reseruata papę cum illis duabus restrictionib. Et ibi ponit quod possunt constituere vnum vicarium generalem in temporalibus & spiritualibus. Item constituere rectores & præsides in terris ecclesiæ. item confirmare electionem prælatorum & conferre beneficia reseruata papæ. Quæ 52 omnia † non habeo ita simpliciter pro ueris, ut dixi supra, & infra in pluribus sequentibus quęstionibus. & maxime supra in illo arti. quid quando papa efficitur furiosus vel inutilis. Et cum. d. clemen. velit quod quando imminet periculū grande tunc possint se intromittere, dummodo omnes sint concordes, uidetur dicendum idem requiri in concilio, ut dictum est. Vnde primo antequam concilium apponeret manum ad ea quæ sunt reseruata papę, prius esset facienda discussio an casus imminens indigeret propter periculum, celeri remedio, & an in hoc omnes essent concordes. postea autem quando discuteretur de modo prouidendi illi necessitati, forte nō esset necesse quod omnes concordarent, sed sufficeret maior pars, sicut in aliis actibus. hoc esset satis conueniens propter difficultatem concordandi omnes in concilio existentes. Et ex hoc colligerentur duo, primo intellectus illius text. in §. iidem quoque, quod non requireretur, quod cardinales omnes essēt cōcordes in deliberatione de modo prouidendi, sed sufficeret maior pars, & quod text. ille cum dicit vel nisi aliquid tam grande, & tam euidens periculum immineret quod omnibus & singulis cardinalibus præsentibus concorditer uideretur illi celeriter occurrendum, intelligatur quod omnes & singuli haberent esse concordes, quod illi casui occurrenti propter imminens periculum esset necessarium prouidere non expectata creatione futuri pontificis, propter periculum in mora, & quod non requireretur ꝙ essent concordes in modo prouidendi, sed satis esset quod fieret per maiorem partem. Et hoc conuenit rationi illius text. qui prouidet acceleratæ prouisioni futuri pontificis, quia in modo prouidēdi posset esse discordia, sicut in simili dicit gl. in uerbo non consonam, in fin. cum allegat. capitulū quia diuersitatem, in clem. ne Romani de electio. ob quā discordiam non posset prouideri imminenti periculo, & esset causa dilationis futurę electionis, & facilius possunt cardinales concordari in isto articulo quod casus imminens sit periculosus & indigens accelerata prouisione quam in modo prouidendi. Et hoc credo verum, cum etiam conueniat uerbis illius text. quæ uidentur sonare quod unanimis concordia sit in deliberando, si casus imminens sit talis cui sit celeriter prouidendum ante electionem futuri pontificis. Et similiter dico in casu clem. ne Romani. §. irritum, cum datur facultas eligendi siue surrogandi pœnitentiarios sede uacante, quia sufficeret maior pars in eligendo personam pęnitētiarii postquam esset deliberatum prius cōcorditer necessariā esse surrogationem nullo discrepante. Et idem uidetur dicere cardi. in §. irritum in 8. quęsito. Et notandum est hoc, quia ibi doctores nihil enucleant nec hoc tangunt. Et si illud est determinatum in cardinalibus sede vacante quando non est concilium congregatum, idem uidetur dicendum in concilio congregato, ad quod spectat prouidere in occurrentib. tempore uacationis sedis, quod uidetur succedere in locum cardinalium in prouidendo necessitatibus imminentibus ec- 53 clesię, sede uacante. Et ex hoc sequitur aliud † ꝙ ille tex. in d. §. iidē quoque non hēt locum qn̄ congregatum reperiretur concilium tempore uacationis sedis. Quinimo eo casu posset satisfieri utriq; casui, ꝙ cardinales se non intromitterent nisi a cceleratæ electioni futuri pontificis, & conciliū prouideret imminenti necessitati ecclesiæ. Licet in hoc vltimo sit plus dubietatis, quia cardinales sunt pars concilii cum quibus uidetur prouidendum imminenti necessitati ecclesiæ. Et hoc considera, quia nihil dicunt ibi doctores de concilio, nec etiam cardinalis nec Abbas sed tantum quod conciliū potest se impedire si necessitas magna urget nec aliter potest prouideri, nec potest expectari creatio futuri pontificis. Nec dicunt si in hoc omnes de concilio habeant esse concordes, ut vult ille tex. in cardinalibus in d. §. ijdem quoque. Et ideo idem uidetur dicendum in concilio quod in cardinalibus, cum non sit dare rationem diuersitatis bonam. Ioan- 54 nes gerson † cancellarius parisien. in tracta. de potestate eccle. in 11. consideratione dicit. cum quærimus vtrum papa mortuo uel eiecto possit concilium exercere omnia quę potest papa, primo dico quod potest constituere sibi papā unū modo solito per electionem cardinalium, uel alio modo per compromissum uel per uiam spiritus sancti. item dico ꝙ pōt multa alia, sicut practicatum est in concilio Constantię. in diuersis sententiis & decretis respicientibus iurisditionē coactiuam, ut in vocatione & depositione papæ. Sed quo ad hoc potest responderi quod illud fuit propter schisma inueteratum quod sapiebat hæresim. Idem dicit practicatum in excōicando. inter dicendo & absoluendo & relaxationibus interdicti, ut fuit in causa tridentina & argentina. Dicit tamen quod circa gerenda sunt aliqua quę non possunt exerceri nisi per suppositum determinatum. Vnde distinguendo dicit, quod aut illa sunt talia qualia nullus potest exercere nisi sit papa, nec per commissionem, nec aliter, uel sunt talia quæ committi possunt per aliquem uel aliquos per quos hęc exerceri nō possent, sed alius capax est, ponit exēplū de curato nō sacerdote, qui pōt cōmittere simplici sacerdote, nō hn̄ti plebem aliquam quod in cura sua celebret missam, audiat confessiones, absoluat & ministret eucharistiam, & sic de reliqs spectantibus ad sacerdotium, poterit igitur, similiter concilium committere sacerdotibus ut agant talia, quę nec concilium per se nec illi sacerdotes sine commissione uel licentia concilii posset exequi saltem licite. Quo autem ad primum membrum an sint talia quæ nullus possit exercere nisi sit papa, dicit ex communiori doctorum sententia quod quo ad ea quæ sunt ordinis, nulla sunt talia, quia potestas ordinis est æqualis omnibus sacerdotibus, comprehendendo more apostoli episcopatum sub sacerdotio, nō. n. videtur inquit quod sit aliquis actus ordinis in quē possit papalis authoritas, quin in illum possit de facto potestas episcopalis. Circa illa autem quæ sunt iurisditionis, dicit quod concilium in defectum papæ possit illa exercere, ut in subiiciendo episcopo tales populos quales voluerit ꝓ sacramentorum licita & rata ministratione. Et ita dicit practicatum in eodem concilio circa samaritas, legatos eis dando, qui licite possent omnia quæ sūt ordinis & spiritualis iurisditionis. Et subiungit quo ad indulgentias, quod cum hæc potestas respiciat claues quo ad forum pœnitentiæ, si hæc potestas non fuerit per superiorem quo ad vsum limitata, cum conueniat cuilibet episcopo, poterit etiam dare indulgentias, & cum concilium habeat curam communitatis ecclesię, ei conuenit sicut papę. De quo dic ut supra conclusum est & infra dicetur.

55 **Restat** respondere † ad contraria. Ad primum satis dictum est supra. Ad secundum dicitur fatendo ꝙ ex ista conclusione satis est prouisum ecclesię. Et cum dicitur quod mortuo episcopo fit deuolutio administrationis ad capitulum. respondetur negando assumptum in ijs in quibus est administratio solius episcopi, quia fructus reseruantū successori, ut in capitulo quia sæpe de elec. in 6. Et si beneficiorum collatio spectat ad solum episcopum sine capitulo, mortuo episcopo capitulum se non intromittit, ut in capit. 56 1. ne sede vacan. in 6. Item regula † affirmatiua quod succedat capitulum in administratione tanquam legitimus, & necessarius administrator, intelligitur salua in prohibitis ratihabitione successoris eligendi, & promouendi, ac in necessitate ineuitabili, & euidenti utilitate ecclesiæ, & bonorum eius, attenta etiam distantia locorum & diuturnitatis vacationis vel quasi, vere vel ficte, & aliis pensatis quę in dispensationibus & aliis similibus attendi cōsueuere, saluis quoque priuilegiis consuetudine vel præscriptione, & nisi sedes apostolica aut prælatus impeditus aliter duceret proui- 57 dendum. sunt † enim multæ fallentię ad dictam regulam, vt uide in trac. ne sede vacante per pauinum. Et ideo ex illa regula non potest formari contrarium, quia sicut concilium dicitur necessarius administraror, & non uoluntarius, ita & capitulum respectu episcopi, & ideo non potest allegari pro contrario. Et ad id quod dicitur quod non est verisimile quod Christus dimiserit ecclesiam sine administratore. ēt respondeo per omnia sicut dicit illa glos. in uerbo non consonam in cle. ne Romani de ele. Ad tertium, quod ita fuerit 58 seruatum in aliquibus conciliis, respondetur. Et primo † quo ad conciliū constantiense dicitur quod id quod factum fuit tunc, cum factum fuerit tantum per vnam obedientiam, scilicet Ioan. 23. quæ apud alias duas obedientias. s. Gregorij & benedicti non credebatur facere concilium vniuersale siue ecclesiam catholicam reprę sentare, non est multum curandum, sicut nec alia multa decreta quę ibi facta fuerunt. Et ideo quando Martinus quintus approbauit gesta illius cōcilii, tantum approbauit in iis quę concernebant fidem. Itē 59 † & datur quo ad indulgentias alia rn̄sio quod indulgētię ꝯcesse in illo cōcilio nō fuerunt plenarię, quę reseruantur Romano pontifici, vt in c. cum ex eo de pęni. & remis. & gl. in cle. 2. eo ti. in verbo pœna. probatur in ca. ad liberandam de iudę. & Oldra. consi. 271. incipit quęstio talis est. & dicitur in d. c. quod translationem de offi. lega. ponit. s. Tho. in 4. sen. di. 60 20. ar. 4. quęstiuncula 3. Concilium † autem bene potest dare suffragia orationum & indulgentias sicut alii prelati, vt in c. quod autem, & in c. cum ex eo de pęni. & remis. Quinimo dicitur quod concilium generale potest etiam dare indulgētias plenarius per dicta Inno in c. quod autem de pœni & remis. Et idem dicit d. Abb. in cle. 2. de pęni. & remis. & Feli. in sermone de indulgētia plenaria simpliciter transit cum Ab- 61 bate Siculo. Sed eius † opinio non uidetur vera, & contrariū sentit Car. de turre cre. in trac. de po. pa. in 3. li. in c. 43. & Ioā. An. in cap. ad liberandam de iudę. in 6. colum. Et quod non sit uera opinio Abbatis, apparet ex iis quę dixi in illa quęstio- 62 ne vtrum concilium habeat iurisditionem cognoscendi de litib. & causis. & de hoc forte infra latius dicam. Et ista † opinio placet, uidelicet quod concilium non possit dare plenarias indulgentias, nō obstante opinione Ioan. gerson & Ab. Felini & Pauini. quos saluo tantum in alijs iudulgentiis non plenariis iuxta. c. cum ex eo de pœni. & remis. Ad id quod dicitur de ꝯcilio Basiliē. respondetur ꝙ in illo ꝯcilio multa ꝑsumptuose in totius ecclesiæ ꝑturbationē facta sunt. Ad illud de concilio senensi, sup quo se fundat ēt Ab. in d. sermone maximum, respondetur ꝙ illud fuit de mente & voluntate Martini papæ & sub bulla eiusdem. & ita refert cardi. in d. c. 43. in fi. se etiam audiuisse sępius Basileæ ex bonæ memorię domino Paduano, qui fuerat vnus de præsidentibus in di- 63 cto senensi concilio. Ad quartum negatur assumptum. † & quod dicit Bal. in d. l. non ambigitur, intelligitur quo ad electionem de papa mortuis electoribus. & est quæstio quam s. examinauimus vtrum electio deuoluatur ad concilium an ad clerum Romanum, vide ibi dicta. Ad quintum responde- 64 tur quod † ex hoc quod concilium potest aliquo casu sibi ipsi authoritatem interponere forte contra papam hereticum, non sequitur quod omnis pontificalis potestas remaneat in concilio nisi respectu cognitionis causę hæresis contra papā ut in c. si papa 40. di. c. fraternitatis de hære. & in c. in fidei eo. ti. in 6. Ad illud quod possent contingere uacante papatu aliqua grauissima &c. respondetur quod estj prouisum per supradictam conclusionem, quia cōcilium tūc est necessarius administrator, vt supra dictum est. Ad sextum respondetur 65 quod motiuum non concludit, quia dato † quod inhabitet spiritussanctus concilium, non sequitur quod aliam potestatem recipiat quam a spiritusācto datam, non reperitur aūt quod data sit potestas pontificalis concilio sede vacante. Itē authoritas, Matthæi. 28. loquitur in Christo, ideo non sequitur quod eadem potestas sit in concilio. Sicut dicimus de papa ad concilium, quia maior est authoritas papę quam concilii, & quantumcunque papa præsit, non tamen concilium recipit ipsius potestatem omnimodam. Item & concilia sæpius errarunt, vt supra alias dictum fuit. Ad septimum de c. si quis pecunia, respondetur quod si illo casu quo aliquis est notorius intrusus in papatū, conceditur concilio eiectio illius, non sequitur quod vacante sede omnis pontificalis potestas 66 sit in concilio, quia non fit † extensio de vno casu ad alios in materia iurisditionali. l. magistratibus. l. eum qui, & l. fi. ff. de iuri. omnium iudi. Vel respondetur quod illud fit illo casu ex ui facultatis concessæ ex illo textu. Et istam vltimam solutionem ponit cardi. in cle. ne Romani in §. irritum in 2. oppo. Sed prima plus placet. Ad cle. ne Romani respōdetur de regula brocardica quod casus omissus habetur pro omisso. l. commodissime de libe. & posthu. Ad octauum de authori- 67 tate. † Matthæi. 18. respondetur quod ex illa non sequitur ꝙ potestas pontificalis remanet in concilio. Item mortuo papa etiam illa authoritas potest ꝑ prelatos in ecclesia vniuersali existētes exerceri, & quo ad episcopos & archiepiscopos quando esset periculum in mora & casus non reciperet tēporis dilationem, est satis prouisum per suprascriptam con- 68 clusionem. Ad nonum, & primo † ad capit. 2. de cle. non resi. respōdetur quod illud fuit factum a concilio presidente papa. Et ad iura ibidem allegata, dicitur quod loquuntur de ꝯcilio cum papa uel de eius mandato uoluntate uel ratifica- 69 tione. Ad † c. si duo, dicitur quod si habet cognitionem in aliquo casu, non sequitur ergo omnem potestatis plenitudinē. patet in cardinalibus in cap. licet de elec. qui eligunt papam tamen sede vacante non possunt se intromittere de spectan- 70 tibus ad papam. d. cle. ne Romani. Ad illud † quod legit act. 1. respondetur quod in illlo concilio fuit etiam Petrus, & ipse tanquam principalis proposuit negocium, & fecit hoc ad maiorem firmitatem & propter ecclesię nouitatem. Nā & postea ipse solus prouidet de episcopatibus, vt in c. in illis. 17. di. & apostoli receperunt predicandi potestatem ab eo vt eum in superiorem recognoscerēt, licet dn̄s misisset omnes, vt dicit Archid in capitu. ita dominus. 19. di. Potest enim papa exercere aliqua maxime ardua cum concilio, vt d. cap. ex gestis, & in ca. ad apostolicę de re iudi. in 6. cum simil. Ad il- 71 lud ex act. 14. c. quod apostoli euntes per mundum ordinabant presbyteros per quos vniuersalis ecclesia gubernabat, & quod per ecclesiam fuit ordinatum vt ex presbyteris eligerentur qui essent supra alios & episcopi appellarentur ut in allegato cap. olim. 95. di. Respondetur quod totum fiebat authoritate Petri. & ideo non sequitur ꝙ vacante sede, sola 72 ecclesia posit illud facere. Ad c. † si transitus, datur responsio quod loquitur secundum illa tempora secundum quę interueniebat uniuersus clerus in electione papę, vt in cap. in nomine domini. 23. distin. & c. obeuntibus, cum pluribus similibus ibidem. 63. di. Vel quod illi religiosi vocabantur ad cōsensum prestandum electioni factę & non faciendę, vt sic ꝯcordet cum d. c. in nomine Domini. Item ex hoc non sequitur quod concilium succedat in omnibus casibus papę reseruatis sede vacaute. Ad illud † ex capitulo primo de schisma- 73 tis in 6. & ad plura motiua quę sequuntur, dic ut per glo. & doc. ibi in uerbo uacante. Ac illud quod ecclesia † est nomen iu- 74 risditionis, & quod ipsa nō perdit iurisditionem mortuo papa, conceditur ꝙ nō perdit omnimodam iurisditionem, sed differt exercitiū administrationis vsq; ad creationē alterius futuri pontificis. Ad illud † ꝙ collegium cardinaliū habet fa- 75 cultatem cōdendi legem vniuersalem, quod dixit Andręas Siculus, dic ꝙ opinio contraria est verior, q̄ ponit ibidem. d. Anto. in d. c. translato. Nec obstat ꝙ † ecclesia dicitur habere senatum, quia hoc sonat ꝙ cardinales cum papa faciunt senatum. & papa solus in foro canonico potest facere legem vniuer-

vniuersalem, quia ipse solus in hoc habuit potestatem a Deo de transl. prælat. c. 1. & qui filii sint legi. c. per venerabilem. Quo autẽ ad laicos principes, senatus & populus Romanus. l. non ambigitur. ff. de ll. secundum d. Anton. in d. cap. translato, & decium ibidem. 77 Ad illud quod † collegium eligit papã, quod non potest papa viuens, respondetur quod illud quod facit collegium facit non sua propria authoritate sed papæ, & concilii, vt in cap. licet. de elect. & c. ubi periculũ eo. ti. in 6. & c. in nomine domini. 23. di. Et ita his vltimis motiuis respõdet Augustinus de Ancona. q. 3. artic. 9. in tract. de pot. papę. 78 Ad † opinionem Bar. in l. vbi absunt, respondetur quod illa est reprobata, ut ibi dicit Alex. de Immola. Non omitto quod illud quod dicit Petrus de Anchar. consil. 410. incipit viso, ꝙ sequitur Alexandrinus in c. per venerabilem, in §. quod aũt, q filii sint legitim 21. & 26. char. videlicet † quod ubi est schisma in ecclesia ordinarii possunt exercere omnia quæ sunt papæ reseruata. 79 Et idem dicit de cardinalib. maxime in iis quæ concernunt bonum animæ, & sic quod sede vacante, & cardinales & alii ordinarii hoc possunt, ex quo videretur idem dicendum de concilio. Sed dic quod illud dictum forte non procedit ita simpliciter & sine dubio, sed in casu qui concerneret periculum animæ, & quod idem est de concilio. Et eorum dictum intellige, vt supra dixi quando imminet necessitas & res non recepit temporis dilationem. Et ibi dispensans astringebat dispensatos ad petendam confirmationem a papa vero, cessante schismate. Item ibi Alexander papa confirmauit omnia illa, igitur si non confirmasset, forte non valuissent, nisi ad illos excusandum a pęna. l. furti. §. qui iussu. ff. de infamibus in glo. ff. de aqua plu. arcen. l. quamquam in princ. de reb. eorum. l. sed si pecunia. §. 1. ff. quod falso tuto. & auct. l. interdum. l. & generaliter. ff. de noxalibus. bonus text. in l. fi. C. de magistratibus conueniendis, iuncta glos. text. cum glos. in c. 1. 27. dist. & c. diaconi. 28. dist. accedit quod † videmus in 80 istis reseruatis principi nec ciuitatem nec aliquem inferiorẽ posse manum apponere. l. 1. §. de qua. ff. de postulando, ponitur in c. cum te de re iudic. post Innoc. l. fi. C. de iis qui veniam ætat. impetrauerunt. in auth. quib. mod. natu. effi. legi. §. quoniam. de quo per doc. in c. quod translationem de offic. lega. Nec talia principi reseruata possunt quæri consuetudine, ca. bonæ el. 2. de postu. prælat. per doct. de præscript. cap. cum nobis post glo. & post Bart. in l. testamenti factio. ff. de testam. & in auth. sed hodie. C. de natalibus restit. Et si sic, ergo non obstat consilium Petri de Anchar.

SVMMARIVM.

1. *Concilium simpliciter loquendo. idest etiam sede non vacante, an possit facere quæ ad solum papam pertinent.*
   Argum. quod sic. num. 2.
2. *Translatio episcopi, de ecclesia ad ecclesiam potest fieri de licentia concilij.*
   Concilium imponit pœnam presbytero fornicario.
   Deponit cardinalem.
   Deposuit Patriarcham Constantinopolitanum quod excommunicauerat Leonem papam.
   Deposuit plures episcopos & restituit.
   Facit statuta generalia de electione papæ.
   Et de salute animarum.
   Transfert iurisdictionem in papam etiam priuatiue quo ad alios episcopos. &c.
   Cognoscit de depositione papæ.
   Decernit censuras.
   Concedit Pedagia, Guidagia, & Salinaria, quæ non nisi a principibus conceduntur. ibidem.
3. *Concilium viuente papa non potest exercere ea quæ papæ reseruata sunt.*
   Et ibi respondet ad contraria allegata per totum. num. 2.
4. *Cap. episcopus de loco.*
   Et c. mutatationes.
   Et c. ex gestis de cler. non resi. 7. q. 1. intellectus.
   Et c. Ioannes in princ. & in §. Asclepuis. 50. dist.
5. *Gl. in c. clerici de cler. excomm. ministr. probatur ratione.*
6. *Duo insolidum eandem rem possidere non possunt.*
7. *Papa dicitur sponsus ecclesiæ.*
   Et quomodo intelligendum. num. 13.
   Vir sicut caput est mulieris, sic papa ecclesiæ.
   Sponsus sicut præest sponsæ, ita papa præest ecclesiæ vniuersali.
   Sponsus eodem tempore non potest esse nisi vnicus.
   Ecclesia incorupta est & pudica, unam domum nouit, unius cubiculi castitatem casto pudore custodit.
8. *Papa solus vocatus in plenitudinem potestatis, cæteri ecclesiæ prælati in partem sollicitudinis.*
9. *Papa quomodo dicatur habere plenitudinem potestatis remissiue.*
10. *Papa ita gubernat generalem ecclesiam & gregem Dominicum, sicut vir bona vxoris.*
11. *Potestas eodem tempore non potest esse penes gubernatorẽ & gubernatũ.*
   Quia sequeretur unum absurdum. num. seq.
14. *Cap. super quibusdam de verb. signif. et ibi Abb. declar.*
15. *Auctoritas debet præcedere actum.*
16. *Cap. in omnibus 24. q. 2. intellectus.*
17. *Papa habet iurisdictionem temporalem in habitu, & exercitium est translatum per ecclesiam in imperatorem.*
   Et declaratur quando etiam papa habeat exercitium. nu. 18.
19. *Ecclesia vtrum habeat vtrumque gladium, & exercitium eius quando vult.*
20. *Concilium viuente papa indubitato non potest, ea quæ sunt papæ reseruata.*
   Et quæ sint enumerat auctor. ibid.
21. *Ecclesia est nomen iurisdictionis.*
   Et quomodo intelligendum.
22. *Papa vero & indubitato existente ponit auctor ad quæ sit necessaria concilij congregatio.*
23. *Cap. sicut excellentiam. 23. q. 4. intellectus.*

Articulus V.

1 Quæro consequenter † vtrum cõciliũ possit absoluere dispensare & alia facere quę ad solum papam pertinent, simpliciter 2 loquendo etiam sede non vacante. Et videtur † dicendum ꝙ sic. Et de hoc videtur tex. in capit. episcopus de loco. 7. q. 1. vbi episcopus de licentia concilij potest transferri de ecclesia ad ecclesiam. Et tamen translatio episcoporum est de reseruatis papæ, vt in cap. quod translationem de offic. legat. & in cap. 1. & c. quanto de translat. prælat. Ad idem videtur tex. in cap. presbyter. 82. dist. vbi imponitur pœna depositionis presbytero fornicario. Item deponit cardinalem, vt in c. 2. de clerico. non resi. Item deposuit patriarcham Alexandrinum, qui fuit ausus excommunicare Leonem Papam. item plures reperiũtur episcopi depositi & restituti a concilio, vt in capitulo Ioãnes. 50. dist. & cap. si quis episcopus 11. q. 3. capit. nullus episcopus. 5. q. 4. & 2. q. 2. capit. scelus. Item facit statuta generalia de electione papæ & de salute animarum. c. in nomine domini. 23. dist. & cap. ex multis. 1. q. 3. & c. virgines. 20. q. 4. c. visis. 16. q. 2. Item dedit primatum ecclesiæ Romanę. 17. d. §. hinc etiam. c. dudum. 3. q. 6. cap. aliorum. 9. q. 3. Transfert quoque in papã iurisdictionem etiam priuatiue ad alios episcopos. d. cap. dudum, & cap. quamuis. 3. q. 6. c. sacrosancta. 22. dist. de pęnit. & remiss. c. cum ex eo. Et cognoscit de depositione papæ, ut in c. nunc autem. 21. di. & cap. si papa. 40. dist. Item concilium decernit censuras. ut in cap. si quis episcopus & cap. sicut de hæretic. Et multa his similia reperiuntur per concilia gesta quæ sunt papę reseruata. de quibus etiam vide supra proxima quęstione in nono contrario. Et hoc tenet Ioann. Gerson cancellarius parisien. in tract. de potest. eccles. in 11. consideratione. qui dicit quod sæpius fuit practicatum in concilio Constant. de diuersis sententiis & decretis respicientibus exercitium iurisdictionis coercitiuæ, sicut in vocatione & depositione papæ, sicut in excommunicatione & interdicto, relaxatione, & absolutione factum fuit in causa Tridentina & Argentina, in quibus omnibus introducitur sancta synodus loquens decernens & diffiniens, sicut inuenitur in primis conciliis tempore apostolorum & aliorum quod concilium loquebatur & non papa etiam dũ uiuebat, ut legitur act. 15. & c. 6. ita dicit ipse in dicta 11. consideratione. Et ista conclusio etiam uidetur approbari per text. in cap. super quibusdam de uerbor. sig. ibi uel Lateranen. concilii largitione concessa. Quem in hoc dicit esse singularem Abb. Siculus ibi. ubi patet quod concilium generale concedit pedagia Guidagia & Salinaria, quæ non nisi a principibus conceduntur, ut ibi & in capitulo innouamus de censi.

3 Sed tu tene † quod contrarium est veritas, quia non potest concilium viuente papa se intromittere de reseruatis papæ. Et pro hoc est glo. ab omnibus approbata, quam allegat pro singulari Petrus de monte in ultima quæstione & ultima conclusione suæ monarchiæ papæ, quę est in capit. 2. de cler. excommunicato. mini. Non obstat 4 text. in d. capit. † episcopus de loco, quia secundum hugonem ibi debet intelligi de sinodo congregata authoritate papæ. Et ibi refert Domin. post Archidiacon. & Ioann. de Fan. quod illud debet intelligi factum cum authoritate papæ, & quod cõcilium a se non posset. Et ita debet intelligi capitulũ mutationes. 7. quęstio. 1. ubi si interuenit concilium, interuenit cũ authoritate sedis apostolicę. Et de hoc est text. quod si debet fieri per concilium, tunc debet fieri cum authoritate papæ; in capitulo sicut alterius circa fin. eadem causa. & quęstio. Et ita etiam potest intelligi text. in capitulo ex gestis de cler. non resi. ubi in concilio fuit priuatus cardinalis, quia illud fuit factum authoritate papæ, qui quando uult potest exercere ardua cum concilio, ut dicit ibi Innocent. & text. in capitulo ad apostolicę de re iudic. in 6. Et eo modo potest responderi ad

ad c. Ioannes. in prin. & in §. asclepius. 50. dist. & in §. pe. & fi. qui tex. est palea. Ad alia autem iura supra allegata, & ad illud quod concilium dedit primatum ecclesiæ Romanæ, dictum est in quæstione vtrum papa & Romana ecclesia sumpsit robur a cõciliis. Et quod cognoscat de causa papæ, supra & infra dicitur, quando, videlicet in causa hæresis, ut d. cap. si 5 papa, & in cap. in fidei. de hære. in 6. Et ista opinio illius † gl. in c. clerici, de cleri. excom. mi. probatur ratione, quia si conciliũ posset exercere reseruata principi, iam esset ponere duo principia siue duo capita in ecclesia, quod est directe contra multa iura, vt in c. loquitur. c. audiuimus. c. alienus. c. omni-6 bus. 24. q. 1. cap. quoniam. de of. ord. Pro quo † facit quod duo insolidum eandem rem possidere non possunt. l. tertia. §. si duobus vehiculum. ff. commodati. Sed papa verus & vnicus est insolidum in quasi possessione exercendi, & concedendi ista similia in signum superioritatis reseruata. d. c. quod translationem. de offi. lega. in gl. & dicto cap. primo. de translat. præla. cum similibus. ergo non potest esse penes concilium 7 eodem tempore. Accedit quod papa † dicitur sponsus ecclesiæ. 97. dist. cap. ecclesiæ meæ, & cap. quoniam. de immun. eccle. in sexto. Et sicut vir caput est mulieris, vt in cap. cum caput. 33. quæst. 5 & sicut vxor est subdita viro, vt in capit. hæc imago, & in cap. mulier. ea. cau. & qõ. sic & ecclesiæ caput est papa, ut in ca. aliorum. 9. q. 3. Sicut & Petrus datus fuit caput ecclesiæ, vt in c. rogamus. 24. q. 1. Ipsi enim datus est principatus, vt in cap. ita dominus. 19. dist. cum simil. & in eo successoribus, ut d. cap. ita dominus, & in cap. fundamenta. de elec. in 6. & in cap. sacrosancta. 22. dist. Et sicut sponsus præest spõsæ, ut d. cap. mulier. & cap. hęc imago, ita papa præest ecclesiæ uniuersali, ut in cap. significasti. de elec. Et sponsus eodem tempore non potest esse nisi vnicus. & sponsa Christi ecclesia incorrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem in casto pudore custodit, vt dicit tex. in c. loq-8 tur. 24. quæst. prima. Et solus † papa vocatus est in plenitudinem potestatis. cæteri alii in ecclesia prælati vocati sunt in partem solicitudinis, vt in cap. decreto, & cap. sequen. secũda quæstione sexta, & in capitulo ad honorem. de authori. & 9 usu pal. Et quomodo † papa dicatur habere plenitudinem potestatis, & episcopi assumpti in partem solicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi, propter quod soli fratres ab eo appellanrur, vide S. Tho. in 4. senten. distin. 20. artic. 4. 10 quæstiuncula 3. Item sicut † vir administrat bona vxoris & gubernat vxorem, vt in l. si ego. ff. de iure dotium. c. per vestras de dona. inter virum & vxo. l. doce Ancillam C. de rei vendi. cum simil. sic papa gubernat vniuersalem ecclesiam & gregem dominicum, quia Petro & successorib. in eius persona dictum est pasce oues meas, non distinguendo inter has & illas, vt patet Io. vlt. c. & in c. solitę de ma. & obe. & in extraua. vnam sanctam. Ipse enim est vicarius Christi successor Petri, rector ecclesiæ uniuersalis & dominici gregis director, vt dicit tex. in capitulo vbi periculum in §. cæterum de elec. in 6. Et multa his similia vide infra in quęstione vtrum papa ligetur voto suo & iuramento, & alia quęstione quis sit maior vt-11 rum papa an concilium. Non ergo † potest esse eadem potestas eodem tempore penes superiorem ac gubernatorem & gubernatum, alioquin esset dare confusionem, & dicere ecclesiam militantem non esse ad instar triumphantis quæ habet vnum caput quod omnia gubernat, vt glos. & ibi doc. in 12 cle. ad nostrum de hære. Et si eadem † esset in ecclesia vniuersali siue in concilio potestas, iam non esset in papa potestatis plenitudo, nec esset superior cõcilio, sicut videbimus in quęstione. propria, contra tex. in d. capit. significasti. Nec esset ecclesiæ vnum caput & Monarcha, contra illud quod dicit S. Tho. in prima parte. q. 103. arti. 3. & multitudo principum mala est, & principatus optimus est ubi vnus principatur, ut dicit philo sophus. 2. poli. & refert Abb. Siculus in capitulo nouit. de iudi. Et contra tex. in capitulo in apibus. 7. quęstio. prima. & capitulo quoniam. de offi. ord. & in c. loquitur. 24. q. 1. Item non esset tam necessaria & acceleranda electio pontificis si concilium posset omnia administrare, sicut in simili de collegio cardinalium dicit glo. & doc. in cle. ne Romani in uerbo consonam. de elec.

13 Et si dicatur quod papa † non est sponsus ecclesię sed Christus, ut est text. in d. cap. loquitur in fi. 24. q. 1. dicendum est secundum. S. Thom. in trac. contra impug. relig. quod sponsus ecclesiæ proprie Christus est, de quo dicitur. Ioann. capitulo tertio, qui habet sponsam sponsus est. ipse enim. de ecclesia suo nomine filios generat, alii autem dicuntur sponsi sicut ministri sponsi, exterius cooperantes prædicationis verbo, aut dispensatione sacramentorum ad generationem filiorum spiritualium, quos quidem non sibi sed Christo generant. Qui quidem ministri in tantum sponsi dicuntur inquantum uicem veri sponsi in tota ecclesia gerunt, qui vniuersalis ecclesię spõsus dicitur. Sic & rector dicitur sponsus suæ ecclesiæ, & ecclesia vxor rectoris, ut in cap. sicut 21. q. 2. Et tota ciuitas & diœcesis dicitur vxor episcopi, ut in c. sicut alterius. 7. q. 1. unde dicit Hostien. in cap. ad apostolicæ. de deci. in princ. quod tota ciuitas & diœcesis censetur vna parochia episcopi, & quilibet potest ab eo sacramenta recipere sicut a parochiano & speciali rectore, ut in cap. officium. de offic. archipres. & 50. di. cap. in capite. Et ipse dicitur sponsus, & in signum despõsationis portat anulum, & ecclesia eo mortuo dicitur viduata, ut in cap. ne pro defectu, & in cap. quia propter. de elec. Et uide domi. & card. & Alexan. post eos in d. c. sicut alterius. 7. q. 1. Et vide Aug. de Ancona in trac. de pote. papæ. q. 19. artic. 1. qui idem dicit quod S. Tho. vbi supra. & 14 Feli. in cap. 1. de consti Et ad text. in cap. super † quibusdam. & Abbatem ibi, responde quod intelligitur quando concilium fuit legitime congregatum authoritate papę, vel cui præfuit papa. Et ita notat ibi Abbas quod si ipse papa qui habet iura suprema sibi reseruata cõcedit illa solus, multo magis eo existente in concilio concedet cum concilio. quod sumit robur ab authoritate ipsius papæ. d. c. significasti. de elec. Ad quod facit quod ibi in d. cap. super quibusdam. est sermo de concilio lateranen. in quo præfuit Alexander, secundum glos. fin. in clemen. unica. de immunit. eccle. & idem si fuit Innocentius tertius, ut ibi dicitur. Vbi autem non præesset papa nec eius authoritate essent concessa pedagia non credo quod posset solum concilium illa concedere. nõ repit̃ iure cautũ tum quia ut dicit S. Th. in trac. contra impug. relig. refert & seq. Car. S. Sixti in trac. de pot. papæ. q. 56. existentes. in concilio non possunt aliquid statuere sine authoritate papæ. quod & ponderat Feli. in capit. primo. in 4. col. de sponsa. 15 Authoritas † autem debet præcedere actum. in l. obligari in §. tutor. ff. de autho. tutorum. & Bar. in l. si quis mihi. in §. iussum. ff. de acqui ren. heredi. Innocen. & alii in cap. cum consuetudinis. de consuet. Sed videtur obstare † text. in capitulo 16 omnibus. 24. quæst. prima vbi dicit text. quod ecclesia etiam claues accepit, ergo videtur quod pariformiter possit uti plenitudine potestatis sicut Petrus. Sed ad hoc respondetur per id quod subiicit idem tex. videlicet ac potestatem ligandi & soluendi, quod soluit contrariu m, hoc enim est dicere in ijs quę sunt ordinis, in quibus apostoli fuerunt pares Petro, ut in cap. in nouo. 21. di. & sæpius supra dictum est. Sicut etiam dictum fuit respondendo ad authoritatem Aug. cum dicit quod quando Petrus claues accepit ecclesiam significauit vt in capitulo quodcunque. 24. quæst. prima, quod intelligitur eum accepisse pro se & successoribus & aliis futuris prælatis, quia alias sede vacante non esset qui posset absoluere, & expirasset potestas cum Petro de quo late videndum in quæstione quis sit maior, vtrum papa an concilium. posset etiã dari alia solutio. Si enim volumus tenere quod omnis potestas sit data ecclesiæ etiam respectu potestatis iurisditionalis, posset dici quod talis potestas data censetur ecclesię in habitu, sed quod quo ad actum & exercitium ipsius, viuente papa indubitato, sit tantum penes papam, qui solus tunc dicitur habere plenitudinem potestatis. Facit quod dicitur in cap. causam quæ. qui filii sint legi. & in cap. nouit. de iudi. 17 vbi patet quod licet † papa habeat iurisditionem temporalẽ in habitu, tamen exercitium ipsius iurisditionis est translatũ per ecclesiam in imperatorem. ideo non potest papa imperatore viuente exire in actum iurisditionis temporalis, & ꝙ habet in habitu deducere in exercitium, quia Christus dixit Petro qui exemerat gladium & percusserat malchum, ut gla-18 dium mitteret in vaginam, ut legitur Ioan. 18. cap. Nisi † casu aliter ex aliqua magna causa & ardua, quia tunc bene poterit eam in exercitium deducere ex authoritate Dei, ut in ca. pro humani. de homi. in 6. & tex. ibique notatur, in capitulo per venerabilem. qui filii sint legi. Posset enim ex aliqua magna causa priuare aliquẽ principem secularem. sicut est text. de rege Franciæ in c. alius. 15. q. 6. Item & mortuo imperatore ecclesia bene poterit deducere ad actum huiusmodi iurisdictionem quam habet in habitu ut in capitulo licet ex suscepto, de foro competenti. Et intellige sane in terris imperii, quia in terris ecclesiæ semper potest exercere temporalem iurisditionem, ut in capitulo si duobus. de appel. & ibi nota-19 tur. De hoc tamen utrum † ecclesia habeat vtrunque gladium & exercitium eius quando uult, vide infra in proprio loco in penultima quęstione. Et ex hoc patet quod viuente papa ecclesia non potest exercere quę sunt papæ reseruata. sed bene mortuo papa & necessitate subsistente, ut dictũ est in quæstione precedenti. Et pro hoc facit bene text. in capitulo, per uenerabilem, qui filii sint legi. ibi, is vero super eos sacerdos siue iudex existit cui dominus inquit in Petro, quodcunque ligaueris super terram erit ligatum in cœlis, eius vicarius qui est sacerdos in æternum s̃m ordinem melchisadech, constitutus a Deo iudex uiuorum & mortuorum

rum. vbi apparet quod papa est iudex super omnes alios prælatos & cardinales, quos dicit sacerdotes leuitici generis. Vnde patet ex præmissis 20 †quod uiuente indubitato papa nō poterit cōcilium de reseruatis papæ se intromittere, quia illud exercitium iurisditionis est solum in papa, vt in terminis canonis si quis suadente. 17. q.4. Nec dispensare in secundo, & tertio gradu consanguinitatis, nec cū irregularibus, vt vult illa gl. in dicto cap. clerici. de cle. excomm. minist. Nec poterit pallium dare archiepiscopis quod sumitur de corpore B. Petri, & in cap. significasti. de elect. & sic de similib. reseruatis papæ. Et sic non poterit se intromittere de creandis cardinalibus, quia est de arduis, vt dicitur in cap. super eo, post Io. Mo. de hære. in 6. & in d. ca. ex gestis. quia etiam creare cardinales est potestatis papę. Sunt enim in papa aliqua per modum potestatis, & aliqua per modum iurisditionis, ut dicit Imo. in clemen. ne Romani, in prin. de elect. Idem videmus in collegio cardinalium, quod licet habeat facultatem eligē di & creandi papam, tamen non potest nec sede vacāte creare cardinales, ut est gl. & ibi omnes doct. in d. clement. ne Romani, in uerbo potestatis. de elec. licet sit minus quam creare papam. Et hanc conclusionem ponit simpliciter Aug. de Ancona in q. 3. art. 9. in tract. de pote. pa. Et ibi respondet ad 21 aliqua contraria, maxime †ad illud quod ecclesia est nomen iurisdictionis, sed ecclesia nunquam perdit iurisdictionem per mortem papæ, ergo quicquid iurisdictionis erat in papa, eo mortuo est in ecclesia. Quia respondet quod ecclesia non perdit iurisditionem, sed bene perdit ad tempus dictę iurisdictionis actualem administrationem, quia actualis administratio non fit nisi per papam, mortuo igitur papa cessat illa actualis administratio usque ad creationem alterius. Et pro hoc facit quod ponit Alexand. 15. distinct. in summa. quęst. 35. ubi ponit minus preiudicii esse quod exercitium iurisdictionis differatur usque ad creationem noui pōtificis quam quod eius suprema potestas ad aliquem deuoluatur. Et pro ista conclusione idem Augusti. adducit illud Ioan. decimoquinto, cum Christus dixit Apostolis suis sine me nihil potestis facere. & uide quæ dico latius infra in proxima quæstione. & hæc adde ad dicta in illa quæstione de quibus causis & litibus possit cognoscere concilium. ubi inter cętera dicitur quod ex quo concilium sumit authoritatem a papa, tantum pōt q̄tum fuerit ei cōcessum a papa, qn̄ est unus indubitatus, & verus papa in ecclesia q p̄est uel cuius authoritate cōmissarius in ipso concilio pręest. Et si dicatur ergo ad †quid prode- 22 rit congregatio concilii quando est indubitatus papa, frustratoria enim uidetur determinatio, capit. illa. 12. distinctio. ubi dicitur q saluberrima est commendata authoritas conciliorum in ecclesia, si omnia dependent a voluntate papę. Est dicendum quod est saluberrima authoritas cōciliorum, quia cum maiori maturitate censentur edita eius statuta, qa rectum est iudicium quod plurimorum sententiis roboratur. Item ideo saluberrima quia concorditer cum papa indubitato, & sic interueniente spiritu sancto statuuntur conciliorum decreta, ut in capitulo si quis diaconus, & in capitu. si ille. 50. distinct. & act. 15. ibi uisum est spiritui sancto. & iuxta illud si duo uel tres congregati fuerint in nomine meo &c. vt in c. audiuimus. 14. quæst. prima. item est saluberrima conciliorum congregatio, quia si papa uellet aliquid minus honestum, posset per concilium prouideri per illa remedia quę dicta sunt supra quando est incorrigibilis, videlicet resistendo & alia faciendo ibi dicta. item est saluberrima quia iudicium multorum potest trahere sententiam papæ male sentientis ad veritatem a multis aperiendam, argumen. notatorum in capitulo quoniam. de iurepatro. Non obstat si dicatur quod concilium reuocat sede uacante ea, quæ sunt iuris positiui, ut uult Archidiaco. in capitulo porro. 66. distinctio. Quia respondetur vt dictum est in illa quæstione utrum concilium possit reuocare constitutionem papalem. dic ut ibi, quia declaratur dictum Archid. ibi, & vide quod statim se- 23 quitur. Non obstat tex. †in capitulo sicut excellentiam. 23. q. quarta ubi concilium promouet aliquem ad episcopatum, quia ibi illud fuit factum authoritate papæ.

SVMMARIVM.

1 *Concilium sede vacante an posit disponere contra iura positiua, & illa tollere.*
Et tenet auctor quod non.
Et limitat ibid.
Et iterum limitat. nu. 2.
3 *Concilium an posit facere constitutionem quod papa posit sibi eligere successorem.*
Et determinat auctor quod non.
4 *Nec potest in suo regno determinare in vita sua quis debeat esse Rex post mortem suam.*
5 *Concilium non potest conferre beneficia. fallit. ibid.*
Et roboratur conclusio ista.
Et infra numero 7.
Et distinguit auctor si papa verus existat in ecclesia, vel non.
6 *Cardinale sede vacante, nec ipsorum collegium se intromittunt de episcopatibus & aliis quæ sunt papę reseruata.*

Articulus VI.

Diximus quod concilium sede uacante non se intromittit de reseruatis papæ, quęro utrum 1 †concilium sede uacante possit disponere contra iura positiua & illa tollere. istam quæstionem examinaui in illo artic. utrum concilium possit tollere constitutionem papæ. dic ut ibi dixi. Quibus adde quod notat Abb. Siculus in dicta clementina ne Romani. qui notat illam glosam pro singulari in uerbo inferiorem, ad hoc, videlicet quod non possit concilium sede vacante nec tollere nec contradicere, vel aliter violare constitutionem papæ. Quod limitat nisi in iis in quibus concilium esset supra papam, quia tunc habet potestatē a Deo, quod quando sit, allegat. 19. distinctione. Anastasius & capit. si papa 40. dist. Adde etiam quod posset bene adiuuare legem papæ adiiciendo pœnam, ut dicit glos. in dicta clementina in uerbo tolli, & ponit Ioann. And. in capitulo fina. 2 de offic. Archipresbyteri. item †adde quod illud quod ponit glos. in verbo inferiorem, quod concilium non possit sede uacante violare constitutionem papalem, limitarem nisi esset aliqua magna & urgens causa quæ non reciperet aliquam tēporis dilationem, ita quod non posset expectari creatio noui pontificis, quia tunc posset concilium venire contra constitutionem papæ. Hanc limitationem colligo ex iis quæ dixi in illa quæstione utrum legatus, & episcopus, dispensent contra concilium generale, ubi multa ad propositum allegata, uide.

3 Vtrum autem concilium posset facere constitutionem quod papa posset sibi eligere successorem, quod non, ponit Bald. in capitulo licet. de elect. & refert Barbatius in clementina. ne Romani de elect. & ibi quia de cardinalibus etiam cum papa, ibi uide eum in principio. nona columna. & uide istam quæstionem latius infra 3. sequenti. q. incipit sed hic ulterius quæro, de quo etiam supra post quæstionē utrum nnum cōcilium possit limitare, & tollere constitutionem alterius cōcilii. Rex †tamen potest determinare in regno suo in uita sua quis erit rex post mortē suam, ut dicit Bald. in proœmio Gregoriano, & refert Barbatius in d. cle. ne Romani in 9. col. Vide omnino supra post illam quæstionem utrum unum concilium possit confirmare, vel limitate alterius constitutionem.

5 Et ista faciunt †ad quæstionem utrum conciliū possit conferre beneficia, & cōcluditur quod non, nisi præsidente papa. de qua quęstione uide per plura motiua & columnas in tract. de beneficio domini Ioann. de Syluagalli in secunda parte et in 2. quæstio. et uide quæ dicta sunt in quæstione utrum concilium possit exercere reseruata papę. Vnde si loquimur papa uero in ecclesia existente, clarum est quod hæc potestas conferendi maiores dignitates, vt episcopatus, Abbatias et similes, pertinet ad solū papam, ut dicitur post glo. in cap. quanquam de elec. in sexto, & in capitulo, in illis octuagesima distinctione, ubi patet, quod solus Petrus prouidebat de maioribus dignitatibus, ad idem 22. distinctione capitulo primo, De aliis inferioribus beneficiis potestas prouidendi fuit data episcopis, ut in capitulo omnes basilicæ, decimasexta quæstione. septima, & decima, quæstio prima capitulo regenda. Si loquimur sede vacante, sicut capitulum quod repræsentat ecclesiam cathedralem, ut capitulo relatum, de testament. el secundo, non succedit in potestate conferendi beneficia spectantia ad collationem, solius episcopi, ut in c. unico ne sede uacante, in sexto, & di- 6 citur, in capitulo cum olim de maio. & obedien. & sicut †vacante sede non intromittunt se cardinales nec ipsorum collegium de episcopatib. & aliis quæ sunt reseruata papę, ut in clemen. ne Romani de elect. & in capitulo ubi periculum eodem titulo, in sexto, ita nec concilium qnod repræsentat ecclesiam, sede uacante se intromittit de episcopatibus & aliis 7 dignitatibus, & dicunt Docto. quod non †potest dici plenum concilium nec plena ecclesia sine papa decimaseptima distinctione capitulo multis & capitulo significasti. de electio. quia non potest concilium sine papa infringere antiquas ordinationes nec iura & præeminentias papæ uiolare, capitulo quæ ad perpetuam, et capitulo nulli, vigesimaquinta, quæstione, prima gl. in uerbo inferiorem, in dicta clemen. ne Romani. dixi supra in quæstione utrum concilium possit tollere constitutionem papalem. et aliquid supra proxima quæstione. Faciunt quæ dicuntur, in capitulo per venerabilem qui filii sint legit. & in capitulo licet. de elect. Et est generaliter verum in omnibus quæ voluntarie geruntur per concilium, quod sede uacante & sine uero papa non potest, sicut nec capitulum sede uacante sine episcopo, ut dicitur in capitulo unico. de maiorit. & obedient. in 6. & in clement. 1. de hæret. ita dicit Abb. in tract. de beneficio, in d. 2. quęstione secundæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Concilium sede vacante ex causa necessaria, vt in exemplis per auctorem, an possit creare cardinales.*
Et mittere legatum inuitum. nu. 13. & 14.
Et quod ex causa necessitatis possit. numero 7. & numero 10. 18. 20. & sequent.
Quem casum non posse contingere dicit auctor. num. 23.
2 *Cardinales sede vacante non possunt creare aliquem cardinalem. licet possint eligere papam.*
3 *Cardinales sede vacante non tenent locum capitis, sed tantum vicem Curiæ.*
4 *Lex non debet adaptari ad vnum casum tantum, sed debet esse generalis.*
5 *Cardinales sede vacante quemadmodum non possunt creare aliquem cardinalem de nouo, ita nec iam cardinalem possunt creare legatum inuitum, bene tamen volentem. & nu. 12.*
6 *Cardinales non possunt reuocare legatum a papa creatum.*
Et limitatur. ibidem. & nu. 15.
8 *Necessitas non habet legem.*
Et ubi est necessitas ibi cessat lex.
9 *Necessitatis causa, iuris dispositio ommittitur, siue suspenditur.*
Et ratione necessitatis fit dispensatio.
10 *Concilium sede vacante potest intrusum in papatum anathematizare, & hoc propter necessitatem quia non est ad quem possit recurri, ita ex necessitate dicendum quod possit creare cardinales.*
11 *Concilium duobus contendentibus de papatu cognoscit cuius sit pontificatus. ergo potest creare cardinales.*
16 *Clem. ne Romani de elec. & c. vbi periculum. §. ijdem quoque. de elec. in 6. intellectus. & nu. 17.*
19 *Sacerdos in causa necessitatis potest etiam non parochianum suum absoluere ab omni peccato, & ab omni sententia.*
Et quo modo hoc sibi liceat. nu. 24.
Et tali casu posset etiam hoc facere laicus. ibid.
Quod an sit verum, ibid. remissiue. & nu. 25.
Hoc nihilominus verum est quod in casu necessitatis potest confiteri laico.
Et idem de baptismo in casu necessitatis quod possit a quocumque dari etiā a muliere.
21 *Concilium, viuente papa an possit creare cardinalem.*
Et ibi vide plures casus positos per auctorem.
Et vide limitationem. num. 22.
27 *Clauis iurisdictionis etiam fuit data Apostolis, sed mediante persona Petri. Quia principaliter Petro.*
Et successoribus. quod declar. num. 37.
Et ideo concilium potest facere ea de quibus ibi per Auctorem.
Concilium iudicat de papa.
Deposuit cardinalem, & propterea dicitur quod potest creare.
Deposuit Patriarcham Alexandrinum. excommunicat. & hæc quomodo intelligenda. num. 42.
27 *Apostoli receperunt potestatem immediate a Deo.*
Et probatur multipliciter.
Sed quomodo intelligendum. num. 28.
Vbi Auctor respondet per quamdam distinctionem, & eam postea reprobat. nu. 29.
Et melius & magis particulariter respondet. nu. 30.
31 *Matth. 18. c. ibi quodcumque alligaueritis. declar.*
32 *Gl. ordinaria Matth. 16. capit. super verbo quodcumque ligaueritis declaratur. & num. 33.*
34 *Ioann. 20. c. declar. ibi sicut misit me pater. nu. seq.*
Duplex potestas. ordinis & iurisdictionis. ibid.
35 *Lucas c. 6. q. & 10. declar. in eo quod dicitur quod Christus misit discipulos, an dederit eis aliquam potestatem iurisdictionis.*
36 *Septuaginta duo discipuli missi a Christo an fuerint facti sacerdotes sicut Apostoli.*
37 *Cap. in nouo 21. dist. declaratur.*
38 *Potestas data Apostolis est sepluplex.*
39 *Ioannes c. 15. vos dixi amicos, illorum verborum declaratio.*
Psalmus 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus. expositio. ibid.
40 *Apostoli septimam potestatem iurisdictionis sententiandi, quomodo habuerint.*
41 *Hamus quid significet, & illa verba alind piscandi genus.*
43 *Hugonis opinio. in cap. nullus, 79. distinctio. restringitur. cuius opinio. est periculosa.*
Et ideo magis adhæret. auctor quod non sit dare casum necessitatis, quod concilium possit creare cardinales.

Articulus VII.

1 Sed pone quod sede †vacante immineat magna & ardua necessitas, quæ forte fert secum ineuitabile periculum & non recipit negocium temporis dilationem, cui concilium non potest prouidere nisi per creationem vnius vel duorum cardinaliū mittendorum ad aliquas partes longinquas, vel pone quod concilium est congregatum contra voluntatem papę, quia erat necessitas congregandi & ipse detrectabat, & concilium indiget aliquibus cardinalibus, utrum his casibus concilium poterit creare cardinales. Istam quęstionem non reperio ab 2 aliquo positam. Bene habemus †vt supra dixi quod sede vacā te non possunt cardinales creare aliquem cardinalem, ut notat glo. in verbo potestatis, & doc. ibi in clemen. ne Romani quę improbat opinionem Hugonis in c. nullus. 79. dist. quā refert Hostien. in cap. licet. de elec. quod etiam ponit collectarius & Ioan. de Ligna. in d. c. licet. de elec. Et Andreas Siculus in c. translato in penul. col. de consti. vbi improbat dicta Bar. in l. ubi absunt. ff. de tutu. & cura. datis ab iis, inquantum voluit quod sede vacante appelletur ad collegium cardinalium, & similiter etiam improbat opinionem Hug. in d. c. nullus. ibidem, videlicet in d. c. translato. de consti. & vide glos. in uerbo vacante de schisma. in 6. Et ad rationem per quam Hugo mouebatur, quod ex quo possunt papam eligere, multo magis cardinales, respondet Guliel. qui tenuit contra Hugonem, quod datur instantia, quia capitulum sede vacante eligit episcopum, & non confert beneficia ad solius episcopi collationem spectantia. capitulo illa, ne sede vacā te. & capitulo unico eodem titulo in 6. Vnde licet vacet sedes, non dicitur propterea ecclesia acephala, quia vt sępius dictum est Christus est caput. Nec tenent †locum capitis ipsi cardinales, ut uoluit ibi glo. in d. capitulo nullus, & in dicto. capitulo vnico de schisma. in 6. & in clemen. secunda. in verbo. non consonam. de elec. sed tantum vicem curiæ. l. nominationum. C. de decurio. secundum Lau. & arch. & domi. ibi Nec succedunt nisi in iis quę tendunt ad accelerandam papæ electionem. Nam quod sedes vacet, & interim nullus sit q possit exercere q̄ sunt supremæ iurisditionis, non inconuenit quia facilius & citius potest papa creari quam conciliū congregari, ut in simili dicit. Alexand. 15. dist. in 35. q. Et omnis potestas suprema fuit in Petro & successorib. tm̄, nec legitur aliteri data, ut d. c. ita dominus, & c. innouo sæpius alleg.

4 Et licet contingat casus quod concilium reperiatur congregatum, lex non †debet esse posita vt tantum adaptetur ad unum casum sed debet esse generalis. l. iura, & l. ex iis. ff. de legibus. Vndo si concilium non succedit papæ mortuo generaliter in suprema potestate, similiter nec in creatione cardinaliū, quæ est de supremis, ut dicitur in d. clemen. ne Romani, & in capitulo ex gestis. de cler. non resi. & in capitulo super eo de hære. in 6. Et si non succedit concilium in quo etiam inter sunt cardinales suo iure, minus uidetur quod succedat in casu particulari quando est congregatum sine papa & quando dicitur casus necessitatis inst antis, quia est defectus in potestate prima quęst. 7. daibertum. Accedit quod si sede vacante colle- 5 gium †cardinalium processitate ecclesiæ vellet creare, aliquem cardinalem, uel creare aliquem iam cardinalem legatum, & cogere ut iret in legationem, non posset eo inuito, qa hoc, scilicet cogere cardinalem, est de pertinentibus ad papā quę non possunt exerceri nisi per papam, qui habet potestatem super cardinales. ut dicit Paulus & cardi. & alii in d. cle. ne Romani. licet bene possent cardinales creare legatū uolē tem, ut ibi dicitur. De quo supra dixi in illo articu. quid si papa esset factus inutilis & furiosus, &c. & ibi uide opiniones de 6 hoc. Similiter videmus quod †collegium cardinalium non posset reuocare legatum a papa creatum, ut dicit Ioan. And in addi. ad spe. in tit. de legato. §. finitur, versic. sed nunquid, nisi ex magna causa, ut dicit Hostien. in cap. tum ex literis in princ. de resti. in integ. De quo vide in dicta clemen. ne Romani. per doc. & dixi in eadem quæstione quid quando papa esset effectus inutilis, demens, vel furiosus &c. A pari videtur idem dicendum in concilio, quia eadem ratio militat in eo, quia sunt reseruata papæ.

7 Sed in casu proposito videretur †dicendū propter necessitatē imminentem & periculosam ecclesiæ quæ non reciperet dilationem & cui aliter prouideri non posset, quod imo concilium hoc possit facere, quia necessitas non habet legem de consecratio. distinctione prima capitulo sicut non alii 48. distinctione capitulo quoniam. de consuetud. capit. quanto, & prima. quęstione. prima. remissionē. in authentica ut ii qui oblig. se perhibent habere res mino. §. si vero tantum, ibi glosa capitulo, quod non est licitum. regulis iuris capitulo tertio. de furtis. capitulo pastoralis ibi glosa. de offi-

cio ordinarij. & bonus textus in capitulo etsi illa. prima quę
8 stione septima, cum multis concordantibus. Cessat enim † lex ubi necessitas imminet. ff. de excusatio. tutorum. l. non solum. §. finali. ff. de officio proconsulis. lege, aliquando. ff. ex quibus causis maio. l. sed & si per prætorem. §. fi. ff. de offi. eius cui mandata est iuri. l. prima. C. de operis libert. l. prima, ibi glo. in verbo consul. C. de testament. l. cum antiquitas. ff. de manu. testam. l. qui potuerunt. l. secunda. §. quod diximus.
9 ff. si quis cau. cum similibus. Necessitatis † enim causa iuris dispositio omittitur siue suspenditur. l. casus ibi Bald. C. de test. Et ratione necessitatis fit dispensatio, ait Inno. in cap. eam te. de æta. & quali. gl. in c. exposuisti, de præbend. & ibi Host. qui vult q episcopus dispensat contra concilium generale ex cā necessitatis. Et ad hoc in proposito possent infinita adduci.
10 Item † facit ad hoc, q si potest anathematizare intrusum in papatum in c. si quis pecunia. 79. distin. quod & ponit Lau. & Card. in d. cle. ne Romani. de elec. quæ pœna est maior pęna quam habet ecclesia, vt in c. corripiantur. 24. qō. 3. & hoc pp necessitatem, quia non est tunc papa ad quem possit haberi recursus, vt in §. patet. 3. q. 1. poterit a simili ī necessitate crea
11 re cardinalem vnum uel duos. Item dicimus † quādo est schisma & contentio inter duos de pontificatu, quod concilium cognoscit cuius sit pontificatus, & hoc propter necessitatē, quia non est alius superior, vt in c. si duo. 79. dist. Sed hoc est de maioribus causis & supremis, vt dicitur in c. vbi periculū. de elec. in 6. Ergo & ex vrgenti & aliter ineuitabili necessita
12 te poterit creare cardinalem. Ad idem † adduco Gundisal. de villa Diego, in trac. de potestate cardinalium. in 6. q. versi. vlterius, qui in illa quæstione utrum sede vacāte collegium cardinalium posit aliquem cardinalem creare legatū & cōpellere, dicit quod licet alias pars negatiua sit uera quam ponunt Paul. & Car. in d. clem. ne Romani, tamen vbi occurreret casus instantis necessitatis de occurrendo rebus Romanæ ecclesiæ qui differri non posset, & consuli non posset negocio commode per alium quam per cardinalem, tunc pos
13 set compelli. Ad idem † adduco. §. iidem quoque in d. cap. ubi periculum. & §. irritum in d. clemen. ne Romani. ubi propter imminens periculum conceditur cardinalibus exercere re
14 seruata papæ. † Ad idem etiam adduco conclusionem suprapositam, in illa quæstione vtrum sede vacante conciliū possit exercere reseruata papæ. ubi similiter est conclusio abbatis Siculi, & Petri de Monte, & Card. de Turrecre. quod propter instantem necessitatem illud concedatur concilio qđ alias non posset cessante necessitate. Pro quo ille text. in cap.
15 etsi illa. prima quæst. septima. Ad idem † adduco Hostien. in cap. tum ex literis. de in integrum resti. & Specu. in titu. de legato. §. finitur, versiculo sed nunquid. ubi concludunt quod ex magna, & euidenti causa collegium cardinalium possit reuocare legatum de latere missum per papam de consilio eorum, quia sępius etiam minor reuocat factum superioris, ut in c. accedens. 50. dist. & hoc ex magna & euidenti causa.
16 & licet Ioan. An. † in addit. ibi uideatur dicere quod hodie sit secus propter. d. clemen. ne Romani, non videtur verum, qa imo clementina in casu necessitatis permittit aliqua cardinalibus sede vacante, quæ prohibuit alias simpliciter, sicut & in §. iidem quoque. cap. ubi periculum. de elect. in 6. Et licet Pet. de Ancha. restringat. §. iidem quoque ibi dicendo quod habet locum in casu suo, uidelicet in necessitate pro defensione ecclesiæ, tamen ille tex. in uersiculo. uel nisi aliquid tā grande, uidetur ampliare pręcedens dictum, videlicet si esset necessitas pro defensione ecclesię, ad aliud grande & im
17 minens periculum. Pręterea. §. † iidem quoque loquitur in cardinalibus tantum sede vacante, & nō in cardinalib. cum concilio vt in quæst. proposita.

18 Ad idem adduco † consilium Petri de Anch. 310. incipit uiso & diligenter. qui dicit quod ubi est schisma in ecclesia, in iis maxime quæ concernunt bonum animę possunt ordinarii, & collegium cardinalium exercere reseruata papę, & hoc propter necessitatem & periculum animarum. quod dictum refert, & sequitur Alexandrinus in capitulo per uenerabilem in §. quod autem. in uigesimaseptima charta, qui filii sint legiti. Ad idem est quod dicit idem Pet. de Ancharano in tractat. schismatis pro concilio Pisano. in sexta quęstione. in fine. vbi concedit ratione schismatis cardinales posse deputare administratorem siue uicarium in papatu qui exerceat reser uata papę. Et si ista sunt uera in cardinalibus, multo magis in concilio, quod est maius, cum ibi etiam intersint cardinales. & aliquando iudicat de papa, nec in dicto capitulo ubi pe periculum, nec in dicta clemen. ne Romani, aliquid reperi
19 tur sede uacante prohibitum concilio.

Ad idē in simili adduco qđ uidemus sacerdotem qui habet limitatam iurisditionem tam quo ad personas, quia non potest absoluere aliquem nisi sit parochianus e.ui; vt in cap. omnis vtriusque sexus. de peni. & remiss. §. ecce. 16. q. 1. & cap. placuit. de pœni. dist. 6. quam etiam quo ad casus quoniam multi sunt casus reseruati a quibus ipse regulariter absoluere non potest, in articulo necessitatis possit absoluere omnes homines & ab omnibus peccatis & ab omnibus sententiis, vt dicitur in ca. a nobis, & in c. sacris. de senten. ex commu. & in capit. prudentiam. in §. sexta. de offic. delegat. & in cap. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. Quinimo secundum glo. in d. c. a nobis eo casu poterit etiam laicus absoluere, & tamen non habet claues, ut in cap. 1. de summa. trinit. & in cap. noua. de pœni. & remiss. cum simil. Et uide glo. notabilem & doc. in d. §. præterea. ubi habetur quod laicus potest illum de quo ibi in confessione audire, non tamen absoluere. Sed de hoc vide doc. in dictis. locis. satis est quod necessitas facit vt liceat confiteri laico. Sic dicimus in baptismo q in mortis articulo a quocunque etiam muliere dari potest, ut in d. ca. in de summa trini. 1. q. 1. c. quod quidam de consecra. dist. 4. a quodam, & cap. Romanus. & 24. q. 1. cap. subdiaconus. §. sed illud. Et vide plures casus concessos laico tempore necessitatis in cap. quanto. de consue. Sic videtur dicendum
20 † in proposito quod propter instantem necessitatē ecclesiæ cui aliter prouideri non potest & negocium dilationem non recipit, sede vacan. concilium possit creare cardinalem vnū vel duos secundū necessitatem, & maxime, si ad tollendum omnem dubietatem postea illorum creatio confirmaretur
21 per futurum papam. Sed quando † est superstes indubitatus papa, quantumcunque ipse retraxerit se a congregatione concilii, & propterea pro necessitate ecclesię fuerit concilium congregatum forte ipso casu, etiam si alias in casu necessitatis liceret, nullo modo liceret concilio creare cardinalem, quia tacite videretur spoliare papam potestate sua, argumentorum quæ ponuntur in cap. querelam. de elec. & in c. consultationib. de iurepatro. & in c. a. de in integ. rest. cum simil. Facit quod dicitur in c. si diligenti. de rescrip. si tamen esset causa tam grauis quam illa propter quam esset congregatum concilium contra papam qui detrectabat ipsum congregare ut puta si forte papa suspectus esset de hæresi, & posset celeriter non prouideretur inficere totum orbem tali hæresi, & non posset aliter prouideri quam per promotionem alicuius in cardinalem qui posset sua authoritate, potentia, & scientia extinguere talem heresim, & huic promotioni papa nollet aliquo pacto assentire & res nō reciperet temporis dilationem forte posset concilium isto casu, ex quo iam esset congregatum & papa detrectando faceret se suspectum, & causa esset tam grauis, quantumcunque viueret papa indubitatus, procedere ad creatione vnius vel duorum cardinalium pro ratione necessitatis in ecclesia. tunc enim concilium suppleret potius vices papę, quā papam spoliaret, ex quo immineret ecclesiæ periculum & res esset tempore peritura, argum. tex. in cap. si episcopus. de supplen. negli. prela. in 6. Sic etiam cardinales non dicuntur spoliare papam congregando concilium ex quo ipse detrectat, licet congregatio concilii sit de reseruatis papæ, ut in cap. post translationem. in glo. de offic. lega. & 16. dist. per totum, & supra dixi. Idem etiam dicerem quando esset contentio inter duos. de papatu, nec appareret quis esset verus, papa, ut in d. cap. si duo. 79. dist. tūc enim concilium si necessitas occurrit, ut supra dictum est, etiam poterit creare cardinales his & similibus casibus, quia vltima necessitas facit alias licitum quod de se non est licitū 26. quæst. 6. capitulo ultimo. de consecra. distinctione quinta. sicut non aliud. de offi. consul. l. prima. glo. in l. prima. C. de operis lib. ff. de offic. proconsu. l. aliquando. ff. ad legem cor. de sica. l. furem. 81. distinct. capitulo si diaconus. de consecra. distinctione quarta si qui, & capitulo. paptismi, cum multis
22 similibus supra allegatis. Deberet † tamen expectari postea confirmatio per futurum verum pontificem. Sic videmus quod necessitas cogit episcopum transferri ut in capitulo nisi cum pridem. de renunciat. & in capitulo. mutationes, 7. q. 1. item est iusta causa dispensandi, de præben. exposuisti. Inno. de æta. & quali. cam te. 10. q. 3. vnio. Et Dauid comedit panes propositionis ex necessitate, quod non licebat nisi sacerdotibus. & apostolos per sata spicas vellentes sabbatho contra legem, Christus Innocentes vocauit. 25. quest. 1. §. his ita. de consecra. dist. 5. discipulos. Contigentia tamen † casus
23 sede vacāte videtur impossibilis. in tam modico enim tempore vacationis sedis imminere non potest tanta necessitas. cui per celerem electionem papæ non potest prouideri, vel per alium modum quam per creationem noui cardinalis. Et conclusio in se præterea videtur periculosa, quia multa possent confingi alicuius magni contemplatione, qui posset exponere ecclesiā periculo. ideo non videtur bona. Et ut obstare q si est verū q claues fuerūt datę Petro tm respū administrationis & iurisditionis & nō omnib. apostolis, & cō-

se-

sequenter nec ecclesiæ uniuersali, ut supra dictum est, videtē quod ob deficientem iurisditionem concilium nihil posset etiam subsistente quacunque necessitate. ad hoc quod dicitur in l. vltima. C. si a non compe. iud. & in c. at si clerici in prin. de iudi. & c. ad audientiam. de consuet. & 2. qō. 1. in primis. cum simil. quia deficiente claue non potest aliquid. Nō
24 obstat quod † supra dicitur de præsbitero qui absoluit in casibus reseruatis subsistente necessitate per dicta in c. a nobis. & c. sacris. supra allegatis, quia aliud est quando quis habet potestatem limitatam, aliud quando nullam. Nam præsbiteris data est potestas ministrandi sacramenta, audiendi confessiones, absoluendi & similia, ut in c. 1. de sum. tri. & c. omnis. & c. noua cum similib. de pęni. & remis. Sed quidā casus sunt qui reseruantur papę in prærogatiuam superioritatis ex institutione ecclesiæ & pontificum, non quod sit defectus in psona ipsius presbyteri immo antiquitus idem erat presbiter quod episcopus. 21. dist. cleros. 93. di. legimus. doc. post Inno. in c. 1. & 2. de pæculio cle. 95. dis. olim. cum similib. & Petrus apostolus dicit se presbiterum in d. c. legimus. 93. dist. Igitur non est mirum ex quo presbiter habet executionem ordinis licet in aliquibus solum in haitu, si postea subsistente necessitate deducatur ad actum. Sic in simili dicitur quod vnus episcopus demādat & comittit alteri episcopo ea quæ sunt ordinis episcopalis, quia per talem commissionem nihil ei de nouo tribuit, qm̄ eps̄ cui cōmittitur, ante talē cōmissionē habebat omnia quę ministerium consecrationis desiderat, sed non poterat exercere in aliena diœcesi quia nō licet mittere falcem in messem alienam. 6. q. 3. scriptum. cap. venerabilem. de elec. Ita dicit glo. in cap. aqua in fi. de consecra. eccle. vel alta. & glos. in c. quanto. de consue. Facit quod dicitur in cap. nouit. de offic. lega. post glo. & in cle. 1. de foro compe.
25 Sed secus † vbi est omni modus defectus in persona, sicut videmus in laico qui in casu necessitatis licet posit audire ɔfessionem, tamen propter defectum clauis ordinis non potest absoluere, ut dicitur in d. capi. pastoralis §. præterea, post glo. de offic. ordi. & uide gl. in ca. placuit. el 1. 16. q. 1. Sic uidetē dicendum in proposito ex quo clauis iurisditionis tantum dicitur data Petro, & in hoc apostoli non fuerunt pares Petro sed tantum in ordine, vt dicitur in c. in nouo. 21. di. quod cōsequenter clauis ista iurisditionis non sit in ecclesia & consequenter nec in cōcilio. & si nullo modo ecclesia habet istius iurisditionis administrationem, uidetur quod mortuo papa etiam subsistente necessitate quacunque non potest exercere istam iurisditionem, nec consequenter creare cardinales, quod est iurisditionis uoluntariæ. d. c. quanto, & c. aqua, & c. nouit. & l. 2. ff. de offic. procōsu. Et hoc uidetur uoluisse Aug. de Ancona q. 20. ar. 5. in respon. ad quæsitum, cum dicit. unde Christus eligendo Petrum pastorem ecclesiæ, dedit ei singularem potestatem clauium, vt dicit iurisditionem, quādo dixit tibi dabo claues, sed potestatem clauium, vt importat ordinis consecrationem tradidit ei simul cum alijs, quando dixit accipite spiritumsanctum. Dixi aliqua referendo dicta Aegi. in illa quæstione vtrum concilium posit cognoscere de omnibus litibus. & aliquid in alia quæstione quæ sententia debeat præualere, vtrum papæ an concilii. & dicetur inf. in q. quis sit maior vtrum papa an concilium. Sed ad hoc po
26 test responderi quod imo † & clauis iurisditionis etiam fuit data apostolis, sed mediante persona Petri, quia principaliter Petro & successoribus, & descensiue per Petrum apostolis & per successores aliis Archiepiscopis, episcopis, & prælatis ecclesiæ. Et hoc voluit Archiepisc. Floren. in summa sua, in tertia par. in ti. 23. c. 5. §. 3. incipit septima, in 4. col. & Card. de Turrecre. in 2. li. c. 54. & pluribus sequen. Alioquin sequeretur quod hodie episcopi qui successerunt loco apostolorū vt in capitulo in nouo. 21. distinct. nullam haberent iurisditionem, cuius contrarium apparet in capitulo cum episcopus, & per totum, de offi. ordin. in sexto. Item si diceremus, quod concilium & ecclesia non habet clauem iurisditionis, concilium non posset iudicare de papa, cuius contrariū apparet in dicto capit. si duo. & cap. si quis pecunia. 79. distinct. Sic legimus concilium deposuisse cardinalem, vt in cap. ex gestis. de cler. non resid. & si potest deponere poterit creare, quia eius est instituere cuius est destituere, ut in capitu. cum ex iniuncto. de hæret. Similiter concilium deposuit patriarcham Alexandrinum, quia præsumpserat excommunicare papam Leonem. Multos similiter legimus episcopos depositos & restitutos per concilium, vt in capitulo Ioannes. 50. distinctione. 11. quæstio. 3. cap. si quis episcopus. quinta quæstio. quarta, capitulo nullus episcopus. Item concilium excommunicat, & sic exercet censuram ecclesiasticam, ut in capitulo si quis episcopus. & in capit. sicut. de hęret. Et text. in capitulo sicut. 15. distinctione. dicit quod se & non concilia destruit qui præsumpserit absoluere quos concilium ligauit uel ligare quos absoluit. & apostoli elegerūt Matthiā in episcopum post domini resurrectionem, ut legitur act. primo & in cap. cleros in princ. 21. dist. & quod Matthias fuerit electus in episcopum, patet ex authoritate scripturæ & episcopatum eius accipiat alter, vt dicitur in psal. 108. loquēdo de iuda. Et sic de multis his similibus. De quo etiam vide plura adducta in illo articulo utrum conciliū cognoscat de om
27 nibus causis & litibus. His accedit, † quod apostoli receperūt potestatem immediate a Deo ex authoritate Matt. 18. quod cunque alligaueritis, super terram erit ligatum & in cœlis. ubi glos. interlinearis supplendo dicit vinculo anathematis Et glo. Beati Hiero. ibi dicit potestatem tribuit apostolis, vt sciant cum a talibus condemnantur humanā sententiam diuina sententia roborari. Quod videtur probari ratione nā nulli dubium est quod apostoli & alii Christi discipuli omnē potestatem iurisditionis quam habuerunt non receperunt immediate a Petro sed a Christo, quia Christus est qui loquitur apostolis dicto capitulo 18 & Ioan. 20. & lucæ. 6. vbi beatus Ambro. dicit quod ad propagandum salutis humanę auxilium per terrarū orbem satores fidei misit. Et simile habetur lucę. 10. de. 72. discipulis, quia apparent immediate missi a Christo. & lucæ. cap. 9. similiter Matth. 16. cum dominus loquitur ad Petrum dicens & tibi dabo claues regni cœlorum & quodcunq; ligaueris super terram & c. dicit ibi gl. ordinaria super uerbo quodcunque, habent quidem eandem iudiciariam potestatem apostoli quibus post resurrectionem ait accipite spiritumsanctum quorum remiseritis. & c. Et sic declarat illud Ioan. 20. intelligi etiam de iudicaria potestate. Et bene etiam probatur matth. vlt. cum dicit. data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra euntes ergo docete omnes gētes baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et inter cæteramandata erat illud quod dictū fuerat matth. 18. si peccauerit in te frater tuus & c. & si ecclesiā non audiuerit sit tibi sicut ethnicus. & sequitur incontinēti, amen dico uobis quæcunque alligaueritis, & c. Vnde beatus Ciryl. super illud lucæ. 10. rogatæ & c. dicit, postquam dixit rogate dominum messis, hoc fecit per seipsum, ita quod per seipsum misit eos, sed ipsa missio vt uidetur fuit collatio potestatis, ergo.

Et multum videtur facere tex. in d. ca. in nouo. 21. dist. vbi postquam dixit quod Petro datæ sunt claues, subiungit, cæteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt. Noto illa duo verba honorem & potestatem, quæ videntur innuere iurisditionem. & ex quo continuatiue postquam dixit de verbis dictis Petro refert de apostolis, videtur loqui de eadem potestate quæ data fuerat Petro, sed Petro data est utraque clauis ordinis & iurisditionis, ergo & apostolis. Idem text. in c. loquitur. 24. q. 1. vbi postquam dixit hoc erant vtique cæteri apostoli quod Petrus fuit, subdit pari consortio prędi ti & honoris & potestatis. Noto primo quod dicit quod apostoli idē fuerunt quod Petrus in authoritate. si idem, ergo habuerunt vtranque clauem ordinis & iurisditionis. Quod autem potestas idem sit quod iurisditio, probatur in l. 1. ff. de offi. procon. & lega. & in l. 1. iuncta. glo. ff, de tutelis. licet aliquando possit esse potestas sine iurisditione, ut notat card. in clemen. ne Romani in §. irritum in primo notabili. de elect. Quod autem honor importet exercitium iurisditionis, est tex. & ibi ponūt Innocen. & Ioan. And. & Petrus Sanson, secundum quod refert Albericus de Rosata in verbo honor in suo dictionario, in cap. licet causam. de proba. quod videtur denotari, quia sicut episcopi qui successerunt loco apostolorum habent ordinariā iurisdictionem in suis dięcesib. ut p totum. de off. ordi. ita videtur quod etiam apostoli habuerint iurisditionem coercitiuam, & sic non solum claues ordinis sed etiam iurisditionis. Et licet glo. in d. cap. loquitur, & in d. c. in nouo dicat quod omnes apostoli fuerunt pares in ordine sed secus in administrationis plenitudine, non dicit tamen quod Petrus solus haberit administrationem, sed quod Petrus fuit prælatus in exercitio administrationis. Facit text. in cap. quamuis. 21. dist. & tex. in cap. ita dominus. 19. dist. & in cap. fundamenta. de elec. in 6. & optimus. text. in cap. in illis. 80. dist. Item nō reperitur quod Petrus dederit potestatem apostolis sed Christus, vt dicit tex. in capitu. noua. de pęni. & remi. Ex quo sequitur quod omnis potestas concillii censetur haberi a Christo immediate & non a papa. Et istam opinionem tenuit cardi. Floren. in tracta. schismatis. 45. quæstione per notata per Innocen. in capitulo quanto. de iureiuran. & in capitulo. quod super iis. de voto.

28 Sed ad hoc † potest sic responderi secundum. S. Tho. in primo sen. dist. 12. quod cum dicitur aliquis habere potestatem immediate ab aliquo alio, potest intelligi duplici modo, vel quantum

 ad

ad immediationem virtutis, vel quantum ad immediationē suppositorum agentium a quibus habetur talis potestas. primo modo dicitur quod omnis virtus, authoritas, potestas, & iurisditio q̄ est in papa siue in alio quocunq; p̄lato, est a Christo immediate. hoc patet, quoniā a nullo alio pōt talis potestas conferri, nisi per potestatem existentem in Christo siue collatam a Christo, sicut nulla causa secunda potest agere, nisi per virtutem causæ primæ. Si loquimur secundo modo de immediatione, quæ est ex parte suppositorum agentium siue potestatem conferentium, quomodo tunc quis dicitur a Christo immediate potestatem aliquam suscipere quando inter accipientem potestatem & ipsum Christum conferentem non est aliquod medium, scilicet suppositum suscipiēs a Christo, & conferens ipsam potestatem alteri, dicimus ꝙ solus Petrus immediate a Christo potestatē iurisditionis accepit, cui soli dictum est pasce oues meas, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et sic cęteri apostoli mediante Petro a Christo potestatem acceperunt & non immediate a Christo. Vnde beatus Leo in sermone tertio dicit. magnum & mirabile dilectissimi huic viro consortium potentię suæ tribuit diuina dignatio vt si quid commune cum eo voluit cæteris esse principibus, videlicet apostolis, nunquid nisi per ipsum dedit scilicet Petrum quicquid aliis non negauit. Sed primo modo, videlicet quantum ad immediationē virtutis, omnes apostoli possunt dici habuisse potestatem iurisditionis a Christo, quia ab eo proficiscitur omnis potestas ecclesiæ. Et hoc modo potest etiam dici omnibus prȩlatis ecclesięimmediate data potestas iurisditionis a Christo. pro hoc cap. 1. §. vna vero, de summa trinit. quia omnis potestas est a Deo, ut in
29 c. quid culpatur. 23. q. 1. Sed ista responsio, per istam distinctionem sic generaliter non satisfacit, quia non tollit contraria, per quæ apparet quod etiam loquēdo de immediatione quę est ex parte suppositorum agentium, nō probatur quod a Petro cæteri apostoli potestatem receperint sed potius contrarium quod imo immediate a Christo. Vnde posito quod eo modo loquendo de immediatione suppositi agentis, sit verū dicere Petro principaliter datam esse clauem iurisditionis, quia inter Christum & Petrum nullo medio potestas data reperitur, non tamen probatur quod postea potestas data fuerit apostolis mediante Petro, & quod a Petro postea apostoli receperint potestatem iurisditionis. Nec respondetur ad authoritates supra in contrarium adductas, per quas apparet contrarium, quod imo potestas iurisditionis videatur data immediate a Christo apostolis sicut & Petro. Et ꝓbatur hoc a simili. ex hoc enim quod data est potestas clauiū Petro, non sequitur quod successores in papatu dicantur recepisse potestatem a Petro siue a Deo, mediante Petro, quia imo potestas papæ est immediate a Deo, vt in c. nouit. de iud. quia data est dignitati, executio autem personę. Quod patet, quia papa nō dicitur vicarius Petri sed Dei, ut in cap. 1. ut eccle. bene. & bo
30 nus tex. in c. 1. de homi. in 6. Vnde magis firmiter & † particulariter respondetur. & primo ad authoritatem Matth. 18. dicitur quod uidetur ꝓprie loqui de potestate iurisditionali ex contextura uerborum, cum prius dicat dic ecclesiæ, & deinde si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quæ authoritas loquitur de potestate iurisditionali, q̄a ut dicit ibi gl. Nicolai super, dic ecclesiæ, tunc sunt inducendi testes ad facti probationem. & ibi sit tibi sicut ethnicus & publicanus, dicit etiam gl. Nicolai. i. separetur ab aliis fidelibus per excommunicationem & censuras. & post dicta uerba ethnicus & publicanus, subiungit immediate. amen dico uobis quęcunque alligaueritis &c. Vnde apparet quod de eadem potestate iurisditionali loquitur de qua prius loqu-
31 tus est. Vnde ad † prędictam authoritatem Mat. 18. respondetur quod per dictam authoritatem non habetur quod sit tūc data actu aliqua iurisditio, sed bene promissa uel insinuata danda in futurum eis & successoribus, quia ante passionem, Christus non dedit aliquam potestatem discipulis, quia tunc Christus per se regebat. Sicut nec fuit tunc data Petro, sed tātum promissa Matth. 16. uidelicet tibi dabo claues & cæt. Et quodcunque ligaueris & cæt. Et ita dicit Archiepiscopus Florentinus in summa, in tertia parte, in uigesimotertio titulo, in capitulo quinto, uersiculo quantum ad quintam. Et ad authoritatem beati Hieronimi ibi cum dicit quod potestatem tribuit apostolis, respondetur quod exponi debet, id est tribuere promisit. loquutus est enim Hieronymus. more scripturę de potestate promissa ac si data fuisset.

Sed istud non soluit contrarium, quia illud Ioan. uigesimo accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittun-
32 tur eis & c. fuit post passionem. Et glosa. † ordinaria Matthe. capitulo decimosexto. super uerbo, quodcunque, dicit per illa uerba datam apostolis potestatem iudiciariam, ut sup. dixi. & est ex authoritate Hiero. cuius verba sunt ista, videlicet habent quidem eandem iudiciariam potestatem alii apostoli quib. post resurrectionem ait dominus accipite spiritum sanctum quorum remiseritis &c. quæ sunt verba Ioa. 20. que fuerunt prolata post resurrectionem. Et subiungit gl. habet etiam omnis ecclesia in presbiteris & episcopis, sed & Petrus specialiter accipit vt omnes intelligant quod quicunque ab unitate fidei & societate eius se separauerit, nec a peccato solui nec cœlum potest ingredi. Videtur difficile cōtrarium, & non reperio aliquem qui de illa glo. faciat mentio-
33 nem, Sed ego responderem † quod cum glo. dicit quod apostoli habēt eandem iudiciariam potestatem quam dominus promisit Petro in illo tex. Matth. 16. per illa verba & tibi dabo claues &c. & quodcunque ligaueris &c. tantum intelligitur de iudiciaria potestate discernendi inter lepram & lepram id est discernendi inter peccata, & sic de potestate ordinis & non de iudicaria fori contentiosi, tum quia illa authoritas, Matthe. 18. loquitur de potestate ligandi & soluendi a peccatis. Tum etiam quia glo. vlterius postea se magis declarat, cū dicit homo cum reconciliatur ecclesiæ per iudicium sacerdotis. Et iterum infra. vt enim in homine post febris purgationem debilitas quædam remanet, quæ febris non est a qua non cito purgatur, sic in homine post criminum remissionem pro qua iudicium ecclesiæ subiit, ipsius peccati debilitas remanet. Et sic apparet ꝙ loquitur de iudiciaria potestate discernendi inter peccata. Facit quod dicitur in cap. per venerabilem. qui filii sint legi. Et ideo. S. Tho. respondens ad il-
34 lam authoritatem Ioan. † 20. dicit in. 4. sent. dist. 19. ar. 3. Ad absolutionem peccatorum requiritur duplex potestas, s. ordinis. & iurisdōnis prima quidē potestas est in oib. sacerdotibus equaliter non autem secunda, & ideo dictum domini Ioan. 20. quo dedit apostolis communiter potestatem dimittendi peccata, intelligitur de potestate quæ sequitur ordinē Vnde & sacerdotibus quando ordinantur illa verba dicuntur. Et si dicatur quod non possit intelligi de potestate ordinis, quia illam habuerant in cœna domini cum facti sunt sacerdotes. respondet. S. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. artic. 3. ꝙ dominus dedit discipulis suis sacerdotalem potestatem quātum ad principalem actum ante passionem quando dixit accipite, & manducate vnde subiungit hoc facite in mei commemorationem. sed post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem quantum ad actum secundarium qui est ligare & soluere. Potest etiam intelligi dictum domini quantum ad ostensionem seu vsum dictæ potestatis, secundum illum modum loquendi scripturæ quo consueuit dicere rem fieri cum innotescit secundum Petrū de Palude. & refert Archid. Flo. in summa in 3. par. in tit. 23. cap. 5. in §. 2. Sed expositio sancti Thomæ videtur magis consona dictis sanctorum secun-
35 dum d. archie. Ad alias authoritates. † ex lucæ. 6. 9. & 10. respondetur quod non dicitur cum Christus misit discipulos ꝙ dederit eis aliquam potestatem iuriditionis, sed ea de quibus loquebatur, ut prædicare & infirmos curare. erant potius ad bonum animæ & ratione ordinis quam contentiosæ iurisditionis, & missio erat ad euangelizandum & instruendum in fide, iuxta illud Ioannis. 20. sicut misit me pater & ego mitto uos. vbi glo. Nicolai supplet misit me. scilicet ad ueritatem fidei docendum in iudęa, & ego mitto vos ad hanc veritatē
36 publicandam per totum mundum. Quinimo nec † legitur ꝙ 72. discipuli etiam a Christo missi, ut patet Lucæ. 10. fuerint facti sacerdotes per Christum sicut apostoli, qui in cœna ultimo, cum dixit, hoc facite in mei commemorationem fa cit eos sacerdotes, ut patet lucę. 22. & dicit Archie. ubi supra. Et licet tex. in cap. in nouo. 21. distinct. dicat quod. 72. discipuli teneant locum sacerdotum, non sequitur ex hoc quod fuerint facti sacerdotes a Christo nisi in figuram, ut sicut discipuli illi erant sub apostolis, ita presbiteri sub episcopis. Ad
37 tex. in cap. in nouo † respondetur quod licet glo. ibi, & in ca. loquitur. 24. q. 1. respondeat. ꝙ a Petro se paritate quo ad ordinem. & archie. Flo. vbi supra in 2. §. dicat quod quam uis eandem potestatem & æqualem in conficiendo habuerint omnes apostoli & episcopi & sacerdotes, tamen quantū ad potestatem ligandi & soluendi, plenitudinem habuit Petrus potestatis & iurisditionis. & dicat sic intelligi. cap. in nouo. & idem in §. tertio dicat quod ait Anacletus. 21. di. in nouo, videlicet quod cęteri apostoli cum eodem Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt, intelligendum quantum ad potestatem consecrationis non quantum ad administrationem seu iurisditionem, nihilominus secundum inductionem supra factam ponderādo verba, honore, & potestatem, & intelligēdo ea importare iurisditionem & exercitium iurisditionis, nonest bona responsio glosarum. Vnde potest dari alia responsio quod apostoli fuerint pares in consortio in honore & potestate, quia sicut Petrus recepit claues ordinis & iurisditionis sic & apostolis datæ fuerunt claues ordinis, & iurisditionis, sed apostolis iurisditionis di-

scernendi inter lepram & lepram in foro animę, & in hoc dicuntur pares. verum aliter fuerunt in Petro & aliter in apostolis, quia in Petro immediate a Christo qui recepit tanquā caput plenitudinem potestatis, apostoli vero mediante Petro receperunt potestatē iurisditionis, tanq̄ in partem solicitudinis asciti, vt in ca. decreto. 2. quæst. 7. & in c. ad honorem. de autho. & usu pal. Et per hoc erit responsio quod sicut hodie episcopi habent iurisditionē ordinariā qui sunt loco apostolorum, vt in c. ecclesiæ. 35. di. & d. c. in nouo, sic intelligendum est de apostolis, quod ipsi eo modo habuerunt potestatem iurisditionis respectu Petri, quo nunc episcopi respectu papę, quia papa habet potestatis plenitudinem, episcopi vero sunt in partem solicitudinis vocati. Vnde archie. Flo. in sua
38 summa. in 3. par. in tit. 23. c. 5. §. 1. dicit † ꝙ principatus seu potestas data apostolis est septuplex. primo potestas baptizādi. secundo potestas prædicandi & temporalia accipiendi. tertio potestas sacerdotalis cōficiendi, soluēdi, & ligandi. quarto potestas pontificalis confirmandi & ordinandi, quinto potestas miracula operandi. sexto potestas recte cōuersandi.
39 septimo potestas iurisditionis sententiandi. vnde psal. † . 138. dicitur. de apostolis, nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. vnde Ioan. 15. vos dixi amicos. & apostolus ad Ro. 8. dicit ꝙ primitias spiritus acceperunt. & sicut fuerūt priores tp̄e, dicit glo. ita potiores copia gratiæ. Nimis autem. i. valde honorati sunt a Christo & ecclesia, constituti iudices seculi. lumina mundi, pastores primi ecclesiarum, nimis ēt. i. valde confortatus. i. roboratus & firmatus est principatus eorū. i. potestas. excedit enim omnem principatum terrenum. Et circa septimam † potestatem
40 iurisditionis notādum est quod apostoli facti episcopi habebant potestatem. excommunicandi fideles manifeste peccātes, quod facientes tradebant eos satanæ vexandos corporaliter, vt fecit Paul. apostolus erga illum Corinthium qui nouerca abutebatur. 1. ad Cor. 5. Istam tamen potestatem quæ ad iurisditionem pertinet recognoscebant apostoli se habere sub Petro. Ideo dicit archiep. vbi supra in 7. potestate in d. tit. 23. in §. 3. in prin. quod potestatem iurisditionis iudicandi & sententiandi in foro pœnitentiæ, & foro contentioso etsi apostoli omnes habuerunt a Christo, ita tamen ut essent sub Petro, ipse autem Petrus immediate a Christo accepit omnem plenitudinem iurisditionis. Et sic omnis eius successor id est papa plenitudinem potestatis habet a Christo. cap. no-
41 uit. de iudi. alii autem episcopi & prælati in partę habent & omnes a papa. Vnde Ambrosius dicit est aliud † piscandi genus quo genere solum Petrum dominus piscari iubet, dicēs mitte hamum & eum piscem qui primum ascenderit tolle eum. 24. q. prima. est & aliud. vbi glo. dicit per hamum intelligimus iurisditionem, quia Petrus præfuit aliis, quia hamo. id est. ferro resecantur carnes puridę. 82. dist. c. plurimos. & ideo solus Petrus piscatur hoc piscandi genere, ipse enim potestatem ligandi atque soluendi prę aliis habet. De his plenius dicam in illo articulo quis sit maior vtrum papa an cōcilium. vbi omnino videndum est latius, quia ibi inferuntur plures alię pulchrę difficultates. Ad illud quod dicitur quod
42 concilium reperitur deposuisse cardinalem & patriarcham & episcopos, dicendum est illud fuisse vel quia interfuit papa & deposuit cum consilio concilii. vel fuit factum authoritate papę, vide quod dixi in illo articulo vtrum concilium cognoscat de omnibus causis & litibus. Sed adhuc posset dari alia solutio ad hęc, videlicet quod quamuis nullam apostoli recepissent iurisditionem & consequenter nec concilium nec alius quam Petrus, tn̄ in proposito ista iurisditio & authoritas illo casu imminentis necessitatis data fuit per papā per. d. §. iidem quoque. & consequenter ratione instantis necessitatis cui aliter prouideri non potest, collegium sede vacante poterit creare vnum uel duos cardinales. Et ita posset restringi opinio Hugonis in cap. nullus. 79. di. Sed ut dictum est, conclusio Hugonis videtur periculosa, & magis tenendum est contrarium, quia stantib. aliis cardinalibus satis posset per illos prouideri, & non videtur possibile quod sit dare casum cui non possit aliter prouideri, propterea conclusio & dubium, de impossibili videtur.

S V M M A R I V M.

1 *Concilium an possit statuere quod papa eligat sibi successorem.*
2 *Gl. in §. his omnibus. 8. q. 1. loquitur in papa.*
3 *Papa cum cardinalibus possunt edere constitutionem circa formam eligendi papam, non tamen quod papa possit sibi eligere successorem. & redditur ratio. ibid.*
Nec Moyses etiam hoc fecit. ibid.
Papa nihilominus potest dare alij licentiam sibi eligendi successorem. numero 4.
Sed an possit cum auctoritate concili. ibid.
4 *Indulgere aliquando aliis possumus, quæ nobis reseruare non licet.*

Articulus VIII.

1 Sed hic vlterius quęro † vtrum concilium possit statuere quod papa possit sibi eligere successorem? Bal. in c. licet. in vlt. q arguit primo quod non. allegat glo. 8.
2 q. 1. §. his omnibus. Sed † illa glo. loquitur de papa. postea allegat alios contra, per cap, Adrianus. 63. dist. Tandem cōcludit quod si concilium vellet facere statutum generale de quocunque papa, non posset. Et idem videtur velle si papa vna cum cardinalibus hoc vellet facere quod nō posset, quia ius eligendi non est apertum eis ante obitum. sicut nec electores imperii vna cum imperatore possunt mutare formā pro statu imperij generaliter constitutam. Doc. communiter in
3 clemen. ne Romani. de elect. dicunt quod licet † papa cum cardinalibus possit edere constitutionem circa formam eligendi futurum pontificem, vt ibi, & in ca. vbi periculum. de elec. tamen non potest papa facere constitutionem generalem quod liceat papæ eligere sibi successorē, quia nec Moyses hoc fecit, vt in c. Moyses. 8. qō. 1. Et ratio huius est q̄a aliud est potestatem cardinalium restringere circa electionē, aliud sibi in posterum rescribere & per constitutionem sibi reser-
4 uare. quod non licet, quia † aliquando aliis indulgere possumus quæ nobis reseruare non licet, cle. si vna. de reb. eccl. nō alie. secundum Pe. in d. clem. Et Abb. in c. accepimus. de pac. dicit ꝙ licet papa possit potestatem dare alteri eligendi sibi successorem. 7. q. 1. petisti, tamen non potest ipse facere generalem constitutionem de eligendo per seipsum sibi successorem. Quod autem de eligendo sibi successorem cum authoritate concilii statuere possit, faciunt in argm̄ omnia illa iura, quæ loquuntur de forma eligendi Romanum pontificem, q̄ sunt edita approbante concilio. Sic videretur in proposito, maxime cum ecclesia etiam circa sacramentalia, quod plus est, possit aliquid immutare siue addere, vt dicitur in ca. vnico. de sacra vnc. & dictum est supra. Propter inconueniēs placet ꝙ dicit Bal. nec debet trahi in exemplum quod facit Petrus. 8. q. 1. si Petrus, dicit Card. in d. cle. ne Romani. Vide in d. c. accepimus. de pact. & supra in pen. q. prȩced. vbi vide oīno.

S V M M A R I V M.

1 *Papa exauthorato per concilium, quod fuerat congregatum contra papam ad quem spectabit electio noui pontificis, ad concilium an ad cardinales.*
Et quod ad concilium. ibid.
Et assignatur ratio. & num. 12.
Cum limitatione. num. 13.
Et assignatur ratio. num. 14.
Sed cum interuentu cardinalium, ne propter dubium emergens cardinales viderentur priuati iure eligendi, & deuolueretur ad Romanos.
2 *Papæ electio, papa priuato per concilium quod fuerat congregatum contra papam quod spectet ad cardinales. & num. 5. & 9. & num. 15. remissiue. & num. 16. & Abb. num. 17. resp. ad Conr.*
Auctoris opinio nu. 20.
Et nullo iure cautum reperitur, quod pontificis electio spectet ad concilium. numero 22.
Et nihilominus ponuntur argumen. pro vtraque parte, & quod spectet ad card. & ad concilium.
Et Ioann. Gerson opinio. quod spectat ad concilium. nu. 4. & Ioan. de Imo. numero 8.
Quem auctor saluat. ibid.
3 *Mors ciuilis operatur omnem modum quem mors naturalis. & dispositum in morte naturali habet locum in morte ciuili.*
6 *Capit. si duo. 79. distinctio. in illis verbis vniuersitatis consensus declaratur. numero 21.*
7 *Cardinales habent multa specialia in eligendo papam, tam ratione ipsorum quam in fauorem electionis.*
10 *Verbum, vacat, quomodo intelligatur.*
11 *Verbum mortis, de qua morte intelligendum.*
Et differt, an simus in his in quibus est facienda stricta interpretatio, an in fauorabilibus. ibid.
Mors ciuilis nunquam æquiparatur naturali, nisi vbi a iure exprimitur.
14 *Cap. susceptum de rescriptis intellectus.*
17 *Extensionis materia remissiue.*
18 *Cap. si transitus. 79. di. declaratur.*
19 *Cap. ubi periculum. de electio. in sexto. & clementina. ne Romani de electio. non disponunt ad quem spectet electio sed prouident de modo electionis.*
23 *Auctoris expositio. num. 25.*
24 *Cap. licet. de elect. & c. 1. 79. dist. disponunt quomodo vacante.*
Ecclesia cardin. habeant procedere ad electionem, nec ponit aliquem vacationis modum.
Auctoris expositio. num. seq.
26 *Concilium an possit prouidere in casu de quo in constit. frequens.*
Et auctor dicit quod illa constitutio non seruatur.
27 *Martini electio in concilio constantien. quare fuerit facta.*

Articulus IX.

1 Vlterius quæro si in † concilio congregato contra papam reperitur papa exauctoratus & depositus per concilium, & debet fieri electio noui pontificis, ad quem spectabit electio, vtrum ad concilium an ad cardinales. Abb. Siculus mouet quæstionem in cap. licet in quarta colum. de elect. & ibi tenet quod ad concilium. Rationem assignat, quia iura quæ dicūt electionem spectare ad cardinales, loquuntur quando vacat papatus vel per mortem uel per renunciationem. Sed quando vacat per priuationem uel quia concilium decreuit in discordia duorum nullum esse papam, tunc spectat ad cōcilium, quia hoc videntur velle iura antiqua in cap. si duo. 79. dist. quæ iura in hoc casu non reperiuntur correcta. Dicit tamen fuisse super hoc disceptatum in concilio Constantien. & Pisano, & quod ad euitandam discordiam fuit obtentum pro illa uice quod concilium transferret potestatem suam in collegium cardinalium. & ita cardinales elegerunt ex authoritate propria, & concilii. Petrus car. Cameracen. in trac. de po. eccles. & pōti. mouet quæstionem in 12. propositione. Et ibi videtur concludere quod licet alias regulariter spectet ad cardinales electio papæ sede vacante, tamen attento statu schismatis tūc currentis tempore Vrbani, cōcilium interuenire debebat in electione papæ, & quod collegium cardinalium non debebat totaliter excludi ab huiusmodi electione propter dubiū quod poterat oriri. tum quia non est clarum quod per concilium possent illo iure eis concesso priuari. tum quia si aliquo casu cardinales essent priuati iure eligendi, remanet dubiū ad quos deuolueretur ius eligendi, quia aliqui magni doctores tenerent quod rediret ad Romanos, tanquam ad eos qui hanc potestatem eligendi in electores papę transtulissent, vt ipse ponit in 9. 10. 11. & 12. conclusione. Concludit tamen ad sedandum scandala quod concilium deberet cōcordare cū cardinalibus, ne daretur facultas malignādi & alia schismata generandi. Et sic car. cameracen. habuit spiritum prophe-
2 ticum, quia ita secutum est. Sed idem abbas † mouet quæstionem in cap. ad petititionem in 3. notabili. de accus. Et ibi nihil determinat, sed motiuum eius tēdit ad hoc quod spectet ad collegium cardinalium per illum textum. vbi in inferioribus collegiis si aliquis priuatur, electio reuertitur ad collegium & non ad priuantem. Et ibi ponit quod si aliquis prælatus vel abbas priuaretur in curia Romana, beneficium vacaret in curia. allegat gl. quæ est in verbo mori, in clem. prima, vt lite penden. Sed tu vide in hoc decisionem. 33. in antiquis in ti. de præben. Verum idem Abbas. primo pro parte concilii, quod valeat electio facta per concilium. allegat. c. susceptum. de rescrip. in 6. vbi prouisio facta in casu mortis nō includit alium casum uacationis, maxime quando venit correctiue ad ius antiquum, quia non debet extendi iuris correctio ex similitudine rationis. Bar. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. regula, quæ contra, cum similibus, in sexto. Vnde quia iura antiqua non prouiderūt huic casui, remanebit electio apud concilium, secundum quod iura antiqua voluerunt potestatem eligendi consistere penes concilium generale, vt in cap. si transitus. 79. dist. & in capit. sacrosancta. 22. dist. vbi tex. notat quod apostoli de nouo elegerunt Petrū in pontificem & in suum caput, & hanc formam suis successoribus & reliquis episcopis tenendam tradiderunt. vnde episcopi qui succedunt loco apostolorum, vt in ca. ecclesiæ. 35. dist. & 12. q. 1. videntes, & 93. dist. legimus, & in cap. in nouo. 21. distin. habebunt eligere papam ex ordinatione apostolorum. nam concilium consistit ex ipsis episcopis, vt supra dictum est in quæstione qui debeant interesse in concil. Qđ. n. nō reperitur innouatū, quare stare prohibet. l. præcipimus. C. de appe. Itē adducit tex. si duo. 79. dis. & in d. c. si quis pecunia, ea. dist. in quibus iura vtuntur uerbis conuenientibus concilio. Item probat quia vacante sede potestas eligēdi residet in habitu & in actu penes concilium, ergo potest concilium eligere etiam in casu cardinalibus concesso. & maxime, quia casus iste non fuit præuisus per papam cum dedit cardinalib. potestatem eligendi, non enim cogitauit papa de casu quo concilium esset cōgregatum tempore electionis, & iura nō trahuntur ad casum non cogitatum. l. si hominem. ff. mandati, & c. olim. de re iudi. Concludit tamen pro parte cardinalium, & sic quod electio spectet ad cardinales per text. in clemen. ne Romani, iuncta gl. in uerbo, moriente. de electione, & quia illa dispositio fuit inducta ad celerē prouisionem futuri pontificis, quæ ratio militat isto casu, quia difficilior foret prouisio per concilium ratione multitudinis quæ parit discordiam, ut in c. nos ad fidem. 96. distinctio. & in capitulo Adrianus, el primo. 63. distinctio. Item per theoricam Dyni in l. ex ea. §. insulam. ff. de verborum obligationibus, quam refert Baldus in lege, Deo nobis. C. de episcopis & clericis.

3 quod ubi mors ciuilis operatur omnem modū quem mors naturalis, dispositum in morte naturali habet locum in ciuili. quæ est per priuationem. Pro hoc d. l. Deo nobis. de epis. & cle. & l. intercidit. ff. de condit. & demonstr. & in l. actione. §. publicationem. ff. pro socio. De quo per Ioan. Andr. in capit. cum sis. de conuersi. coniuga. qui licet non approbet dictam theoricam, tñ illam dicit idem Abbas probari per d. cle. ne Romani in gl. e. Ioan. An. ibi. Et pro hoc tex. in ca. in nomine domini. 23. di. qui non fundat se in vacatione per mortem, sed tantum narratiue prosequitur illum modum vacationis. Ad idem arguit ex iuribus volentibus ex identitate rationis fieri extensionem etiam in pœnalibus. l. 2. ff. ad turpil. c. si postquam de elec. in 6. Vide dom. in c. 1. de tempo. ordina. in 6. & doc. in cle. 1. de elec. Item ex ratione, quia inferiora collegia eligunt in omni casu vacationis, ut d. c. ad petitionem, ergo idem in proposito. Et cum hæc ultima opinione per rationes proxime dictas transit & concordat cum opinione sua quā tenuit in cap. ad petitionem. de accusat. Et sic videtis quod Abbas in hoc fuit sibiipsi contrarius. Cancellarius Parisien.
4 † Ioannes Gerson in tractatu de po. eccle. in 11. consideratione dicit ut supra tactum est quod mortuo papa vel electo, cōcilium poterit sibi constituere vnum papam modo solito p electionem cardinalium vel alio modo per compromissum vel per uiam spiritus sancti. si probabiliter speraretur ita pos-
5 se fieri quod omnes concordarent in unum, vel forte per expectationem diuini miraculi, sicut fuit in matthia. Et cōcludit non esse dubium quin mortuo vel electo papa concilii posset sibi facere vnum caput. Istam tamen ultimam opinionem Abbatis, quod electio spectet ad cardinales, tenet Aretinus in dicto capitulo ad petitionem. de accusa. ex theorica supra allegata quæ traditur in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verborum obligat. & Bal. in l. Deo nobis. C. de episco. & cler. Et hanc opinionem etiam sequitur dominus Gundisal. villadiego in trac. de card. in quinto quæsito principali in 6. col. per illam glo. in verbo moriente in dic. clemen. ne Romani.
6 Et respondet ad capitu. si duo † quod in quantum dicit vniuersitatis consensus, non loquitur de concilio generali sed de collegio Cardinalium, alias cum tex. ille fundet se in electione facta in discordia, sequeretur quod cardinales haberent debilius ius in electione papæ quam alii inferiores in eligendo prælatum suum, quia cardinales propter electionē factam in discordia essent priuati iure eligēdi, & inferiora col-
7 legia non, cum tamen in electione papæ multa sint specialia inducta in fauorem eligentium & electionis, ut patet in d. cap. licet. de elec. & in d. clem ne Romani. Dominus Ioā. de Imola in dicto capit. licet, videtur tacite sentire, quod
8 electio spectet ad concilium, dum in ultimo notabili improbando opinionem d. Antonij, qui volūt quod ex eo qd papa non habet superiorem, etiam non habebit superiorem qui cognoscat de iuribus electionis, & innitendo opinioni Cardinalis, tenet contrarium, quod immo ad concilium spectat cognitio & debebit super hoc congregari concilium per d. cap. si duo. & ita dicit practicatum in concilio in facto schismatico. Nisi saluemus Immo. dicendo quod eius dictum solum loquatur respectu congregationis concilii & iudicii faciendi super discordi electione, & non quod ad concilium spectet electio in euentum annulationis vtriusque electionis. Et profecto in illo casu videtur vera opinio Ioan. de Imo. qa ratio quæ assignatur per Antonium non est sufficiens uidelicet quia papa non habet superiorem. quia illud vendicat sibi locum in indubitato papa, sed quando sunt duo qui se gerunt pro papa, quia vterque posset esse male electus, & sic posset esse quod neuter haberet ius, tunc non habet locum qd non habeat superiorem qa vterq; hēt supiorē concil. in ar. illo. Et iō tunc cognoscit concilium ut alias dictū est per d. c. si duo. 79. dist. Pro prima opinione in fauorem cardinalium
9 contra concilium, aliqui adducunt glo. in cap. primo in verbo prædecessor de renun. in 6. quæ dicit quod cessit eius dictus prædecessisse, & tamen renunciauerat. unde quo ad effectum ita dicitur mortuus qui est depositus respectu dignitatis amissæ, sicut ille q in rei veritate est mortuus naturaliter. Ad idem glo. in cap. si propter tua debita de rescripti. in 6. in
10 verbo † vacarent. Et in ista opinione fuit Ioan. de Ana. & Felin. in dicto capitulo ad petitionem. qui dicunt quod illa gl. in uerbo predecessor decidit casum pro cardinalibus, Et q sub verbo uacationis includatur omnis modus, est glo. in uerbo uacationibus in cap. cupientes in princ. de elec. in 6. & in capitulo quia sæpe. de præben. eo. lib. Sed tex. in capitulo susceptum de rescrip. in 6. in verbo, mortis, probat quod
11 in iis in quibus est facienda stricta interpretatio priuatus. cedens & similes non venirent sub uerbo decedētis vel morientis, ut declarat gl. in c. quamuis el 2. de præben. in 6. In aliis vero fauorabilibus forte venirent sub nomine decedentis priuatus & cedens, per ca que habentur in l. sed si mors in princ. ff. de

de donat. inter vi. & vxo. licet glos. sentiat contrarium in loco allegato, allegans. 16. q. 1. c. placuit el. 2. secundum Aretinum in d. c. petitionem. Facit pro concilio † dec. 46. fastoli. quę
12 vult quod si mandatur prouideri de præbenda cedente vel decedente tali, non veniat modus priuationis, & refert. Fel. in
13 cap. in nostra in 37. corolario. Sed illud limita † nisi etiam esset clausula siue alio quouis modo, qa veniret etiam modus pri-
14 uationis, vt dicit lapus allegatione. 77. in 4. q. Et ratio † qnare non veniat quando non est adiuncta clausula siue alio quouis modo, est quia nunquam mors ciuilis æquiparatur naturali nisi vbi a iure exprimitur, ut dicit glos. in d. cap. placuit, & Ioan. And. in d. c. susceptum. Ad idem facit quod si aliquis deliquit in alterius diœcesi, potest puniri ratione delicti ibi cōmissi per illum in cuius diœcesi deliquit, ut in c. fi. cum simil. de foro compet. & dicit gl. in cap. placuit el. 1. 16. q. 1. quæ vult quod vterque iudex poterit illum punire. Ergo a pari si concilium est quod illum deponit, satis videtur quod in eius manibus vacet, quia ratione delicti est effectus superior. item facit quod si concilium habet facultatem priuandi & destituendi eiusdem concilii debet esse facultas instituendi. capit. 1. & 2. de capel. monac. c. cum ex iniuncto de hære. Item ratio ad obuiandum periculo diuturnę vacationis, vt in d. cap. vbi periculum, & in d. clem. ne Romani, quando cōcilium reperitur congregatum, videtur cessare, quia non expectat temporis dilationem, & ideo ex illa ratione non plus conuenit quod cardinales eligant quam concilium. istam opinionem pro cōcilio. tenet Barbatius in c. quod translationem in 32. colum. de offic. leg. & in 33. colum. quia de iure antiquo electio papę spectabat ad concilium, per c. si transitus. 79. dist. & quia apostoli elegerunt Petrum in pontificem & suum caput. 22. dis. cap. 2. & quia hanc formam tradiderunt successoribus tenendā. Et sic episcopi qui sunt apostolorum successores, vt in cap. videntes. 12. q. 1. & in c. in nouo. 21. di. & in c. ecclesiæ. 35. distin. & in c. legimus. 93. di. habent eligere papam ex ordinatione apostolorum, quia ex ipsis constituitur concilium. Et dicit esse casum in d. c. si duo 79. dist. vbi duobus contendentibus de papatu, illis depositis electio spectat ad concilium & cardinales & sic non ad solos cardinales. Sed ista ratio eius est nimis generalis, quia ita habet locum quando papatus vacaret per mortem vel resignationem sicut quando vacaret per depositionem priuationem siue ex authoritationem. Mouetur etiā per illam authoritatem euangelii, si peccauerit in te frater tuus & c. dic ecclesiæ, non dixit dic collegio cardinalium, & sic ecclesia est illa quæ habet eligere, papa deposito vel renūciāte, ut ipse dicit. Et sic vult plus quod concilium habeat eligere etiam quando papatus vacaret per renunciationem, & sic quod cardinales habeant eligere tantum in casu mortis sicut loquitur clem. ne Romani, cuius casum dicit non trahēdum ad alios casus & sic mortis ciuilis, & quod glos. ibi in verbo moriente non bene loquitur quando vult extendere casum mortis naturalis ad cessionē & sic ad mortem ciuilem.
15 † idem tamen Barbatius in clem. ne Romani. in §. eo autem, examinans, hunc articulum. & arguens ad partes per plures columnas, uidetur tenere quod electio spectet ad cardinales, & respondet ad motiua in contrarium adducta. licet in fine dicat adhęreo tamen decisioni sanctę Romanæ ecclesię. Videe eum quia multa adducit quæ confirmant opinionem pro
16 cardinalibus. Glo. tamen † in d. c. si duo super verbo contra fas ad terminos illius text. expresse dicit quod quando vtriusque electio est damnata, non propterea cardinales erunt priuati iure eligendi, & sic expresse vult quod etiam eo casu quo vacat papatus cassatione electionis, ad cardinales spectet electio alterius pontificis. Quamtumcumque eadem glos. voluerit quod iudicare utrum electio vnius, uel alterius sit bona, non spectet ad cardinales, quia essent iudices in causa propria, sed ad concilium. Et sic licet concilium casset utranque electionem tamen electio futuri pontificis spectabit ad cardinales & non ad concilium secundum glos. ibi. Abbas qui
17 † concludit pro cardinatibus respondet ad contraria per eum primo loco adducta. & primo ad materiam capituli susceptum dicit quod procedat in ambitiosis & odiosis, sed concessio facta cardinalibus de eligendo papam est fauorabilis, licet afferat pręiudicium concilio, quia attenditur ad id quod principaliter intendit ut iudicetur constitutio fauorabilis, uel odiosa, allegat notata in l. exceptionem. ff. de conditio. in debiti, & glo. in c. sciant in cap. statutum, & in capitu. fin. de elect. in 6. Adde Bal. in l. illud. C. de sacrosanct. eccle. qui not. post gl. ꝙ quantumcunq; lex prohibeat extensionem, tamen ubi subest eadem ratio debet fieri extensio, non obstante prohibitione legis, nisi per aliam legem esset determinatum contrarium in casu illo. assignat rationem, quia tunc non tā dicitur extensio quam inclusio in iure. allegat glo. in capitu. primo de tempo. ordi. in 6. Et vide eundem in l. ijs solis. C. de reuocandis dona.. Vbi autem lex aponeret pœnam, semper

diceretur constitutio pœnalis, vt ibi per Bal. Et quoad materiam. cap. susceptum, quod sit odiosa, vide Domi. ibi & Feli. in c. in nostra in 37. corola. & Bal. in capi. cum accessissent de consti. Et non obstat quod inducatur legum correctio, quia ius abrogatiuum nō debet extendi ad correctionem alterius iuris per idenitatem rationis. sed ius derogatiuum bene extenditur, quia ut ipse dicit potius declaratur mens constituentis ex identitate rationis, per d. glo. in d. capitulo 1. Bald. tamen in d. l. illud, dicit quod non obstat tex. in l. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt. ubi casus cassatos non possumus extendere nec ampliare ad alios casus, quia aut agimus de fauore, & fiet extensio, secus si de odio, vt ibi per eum. Vide tñ
18 † plene de ista materia extensionis per Domi. in d. cap. 1. Item respondet ad c. si duo, quia debet intelligi ꝙ aut loquatur antequā potestas esset translata in cardinales, aut quod loquatur de collegio cardinalium. nam & ipsi faciunt uniuersitatē uel collegium, ut in d. cle. ne Romani. Ad illud quod vacante sede potestas residet in habitu & actu in concilio. respondet quod concilium non debet se impedire de pertinentib. ad papam nisi ubi necessitas urget. Item non potest tollere constitutionem papalem, vt dicitur in ca. significasti de elec.
19 Ad c. si transitus, † respondet quod religiosi vocantur ad cōsensum electionis factæ & non faciendæ. Vnde debet reduci ad terminos. cap. in nomine Domini. 23. distin. Mihi videtur
20 † quod ista quæstio non meruit ita disputari, & quod illi patres in illo concilio quæsiuerunt nodum in scirpo. nam præsupposito etiam quod. c. duo loqueretur in electione discordi facta per cardinales, nō reperio iure cautum quod electio tunc debeat deuolui ad concilium. Licet enim glo. ibi velit quod eo casu quo agitur de electione quę dicitur facta cōtra fas, iudex erit concilium, non tamē cardinales essent priuati iure eligendi vt dicit ibi glo. Et si essent priuati, non reperio quod ad concilium fieret deuolutio, quia potius electio deberet fieri secundum ordinem datum in capitu. in nomine domini. 23. di. Facit quod diximus in illa quæstione supra, qñ essent mortui omnes cardinales ad quem tunc deuolueretur electio papę, quia conuenientius ad clerum Romanum
21 vt ibi dictum est. Imo recte † intuenti sensus illius tex. in d. c. si duo, est quod duo erant de facto intrusi temetitate concertantium, non enim dicitur quod duo seruato ordine in eligendo fuerit in discordia electi sed intrusi temeritate cōcertantium. & ideo subiungit text. nullum ex eis futurum sacerdotem permittimus. Et ideo non dicit quod debeat congregari concilium ad iudicandum vel ad eligendum futurum sacerdotem, sed tex. considerat intrusionem & temeritatem amborum. ideoque decernit neutrum ex intrusis habēdum pro papa, sed alium eligendum. Vnde subiungit tex. sed illū solum in sede apostolica permansurum censemus, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium & vniuersitatis consensus elegerit. Et sic est sensus quod nullus qui fuerit temeritate concertantium intrusus habeatur pro papa, sed qui erit electus formiter quod denotant illa verba quem diuinum iudicium & vniuersitatis consensus elegerit. & sic quod ex electione acquiratur papatus & non ex intrusione tumultuaria. Et bene ostendūt uerba gratiani ibi quæ immediate sequuntur, dum declarat quod ille text. non debet intelligi de apostatico per apostasiam ordinato a cardinalibus & religiosis clericis & inthronizato. Nec reperitur
22 † aliquis tex. in iure qui uelit quod ad concilium spectet electio papæ. Quinimo tex. in c. in nomine Domini. 23. di. secūdum illa tempora, secundum quę admittebantur etiam Abbates & alij religiosi, dicit quod electio spectet ad cardinales, qui habēt vocare uocandos ad electionem. & sic nihil de cōcilio. Et similiter nec in c. si transitus 79. di. aliquid dr̄ de concilio, sed tātum de electione quæ fieret per ecclesiastici ordinis personas. quod intelligitur de iis ad quos alias spectat. Et ubi vult religiosos uocari ad consensum præstandum in electione, intelligitur de iam facta, & non quod prestent cōsensum electioni faciendæ, & sic reducitur ad terminos. capi. in nomine Domini. 23. di. Et iura quæ adducuntur quod loquātur in casu mortis uel cesionis, male adducuntur, quia text.
23 in capitulo ubi periculum & cle. ne Romani, non disponunt ad quem spectet electio, sed tantum prouident de modo electionis & occurrentibus sede vacante. & præsupponunt illa iura quod ad cardinales ante spectabat electio quomodocū que sede uacāte. Et ideo male allegantur illa iura qđ loquantur tantum in casu quo per cessum uel decessum spectat ele-
24 ctio ad cardinales. Quinimo tex in c. † licet de elec. nullum modum uacationis ponit, & disponit quomodo vacante ecclesia cardinales habeant procedere ad electionem, & tex. in cap. in nomine Domini 23. dist. narrat factum, non quod disponat vt tantum qñ sedes uacat per obitum dēat procedi ad electionem. Quod patet, quia si aliter interpretaremur illū tex. sequeretur vnum quod quomodocunque aliter contin-

ge-

geret vacatio ſedis, etiam ſi per reſignationem uel alio quocunque modo, nō prouidiſſet quod pcedi deberet ad aliquā electionem. & ſic fuiſſet prouiſum eccleſiæ vt tātum ageret de eligendo papam quando per obitum ſedes vacaret, & ſi aliomodo vacaret non poſſet procedi ad aliquam electionē. & ſic ſedes deberet remanere perpetuo vacans, cum tamen intentio conditoris illius capituli fuerit prouidere omni caſu ſedi vacanti. Similiter tex. in capit. 1. 79. diſt. qui prouidet de electione papæ facienda per cardinales, non ponit aliquē modum vacationis, ſicut nec. capitu. licet. Ergo videtur prouiſum in quacunque vacatione ſedis & quomodocunq; vacet papatus, quia vbi nullus modus vacationis exprimitur, tunc omnis modus comprehenditur ſecundum lapum allegatione. 6. in ſecunda colum. deciſ. 1. in titu. de reſcrip. & gl. in verbo vocationibus. in capitul. cupientes. in prin. de elec. in 6. & Domi. in dicto capitulo ſuſceptum in penul. colum. & ponit Feli. in d. capitulo in noſtra. in 32. & 37. corolario. Poſ 25 ſet tamen attentari ſecundum † vnam expoſitionem quam pluries ſupra feci ad capit. ſi quis pecunia. 79. diſtin. quod per illud probetur quod vbi non eſt facta concors electio & cardinales ſunt taliter diſcordes vt non poſſit inter eos conuenire, ſuccedit concilium in electione papæ, quia vt alias exponendo dixi illa verba illius text. liceat cardinalibus & alijs clericis & laicis Deum timentibus eijcere inuaſorem, exponi poſſunt id eſt concilio, quod conſtat ex cardinalibus & alijs clericis & laicis Deum timentibus. Qui text. ſic intellectus aperte probat quod concilium eo caſu quo aliquis papa pellitur a papatu, debet poſtea eligere alium papam per illa verba, extra vrbem congregati in loco in quo eis placuerit electionem faciant. Sed ad illum text. eſt reſpōſio quod cum tex. dicit quod ſi intra urbem nequeunt electionem perficere in loco extra vrbē congregati in quo eis placuerit electionem perficiāt, intelligitur de iis quorū eſt electio, videlicet de cardinalib. & aliis clericis, quia ius eligendi non pōt cadere in laicū. c. ſacroſancta, & c. maſſana de elec. Vñ apparet ꝙ verus eſt intellectus gloſ. datus ad illum tex. liceat clericis & laicis eum anathematizare & expellere, videlicet quod debent referri ſingula ſingulis, videlicet cardinalibus & clericis anathematizare, quia eſt proprium eccleſiaſticorum qui habent claues, vt in capitulo quāto de conſuetu. & laicis expellere humano auxilio a ſede apoſtolica. Et per hoc apparet ꝙ non eſt vera opinio Alexan. ibi circa fin. qui voluit quod etiā laicus anathematizet authoritate illius canonis. quia laicus non habet claues neque ipſarum executionē, vt in capitulo 1. de ſumma trini. & dictum eſt ſupra, & dicitur in capitulo noua de pœni. & remiſ. & in capit. ſicut. de hære. cum ſimilibus. 96. diſt. cap. bene quidem. Et dicit glo. in verbo mortis. in capit. paſtoralis de offic. ordin. quod licet in caſu neceſſitatis laicus poſſit audire confeſſionem, non tamen poterit abſol- 26 uere quia non habet claues. Vno tamen caſu † vult conſtitutio frequens quod concilium poſſit prouidere de papa quando electio fuit alias celebrata per metum & cardinales denuo ad electionem proceſſiſſent, quia tunc datur ibi facultas concilio prouidendi de papa. Quod forte non ſeruaretur, quia conſtitutio illa non fuit per Martinum confirmata, ut alibi dico, & non ſeruatur maxime in fine ſui. ſed de hoc alibi latius dicitur. Et ad prædicta omnino vide quæſtionem quam ſupra pona, quid ſi papa efficiatur furioſus uel demens uel inutilis vtrum & per quem debeat prouideri de coadiutore vtrum per cardinales an per cōcilium. Nec obſtat quod 27 in † concilio Conſtantienſi fuerit electio celebrata de Martino quinto non ſolum per dardinales ſed etiam per prælatos nationum, quia reſpondetur quod ideo ita fuit illa ellectio celebrata quia ſic fuerat ordinatum in eodem concilio in 40. ſeſſione. Et ibi aſſignatur ratio ꝑpter illud ſchiſma quod ita fuerat antiquatum & tunc extinctum, & quia omnes qui geſſerant ſe pro pontificibus fuerant in eodem concilio priuati, vt paret ex verbis ipſius concilii ibi cum dicitur. & ne attento ſtatu eccleſiæ in poſterum ſuper dicta electione vlla retractio vlluſue ſcrupulus in mentibus hominum reſideat, ſed ex illa ſequatur vnio certa & perfecta fidelium, de expreſſo cōſenſu & voluntate concordi cardinalium ſtatuit quod hac vice duntaxat ad eligendum ſummum ponti. vna cum cardinalibus ſex prælati de qualibet natione adiungantur. Et ſic ibi potius innuitur contrarium, cum dicit pro ea vice duntaxat. quod bis replicat, ſcilicet in principio & in fine, qa alioquin ſpectabat ad cardinales. Et ratio potuit eſſe quia tēpore ſchiſmatis multi erant creati cardinales de vnaquaq; obedientia. Et hanc opinionem, quod non pertineat ad concilium ſed ad cardinales, repperi tenere Ioannem de Syluagalli in trac. de bendficio in ſecunda parte. q. 22. Et iſtam dico veriſſimam.

S V M M A R I V M.

1 *Papa in depoſitione Regis, cardinalis, vel imperatoris, de neceſſitate an teneatur congregare concilium.*
Et communis eſt quod poſſit. nu. 2.
3 *Papa an poſſit vnum epiſcopum inuitum transferre.*
4 *Papa an poſſit omnes epiſcopos deponere vel etiam vnum tantum ſine cauſa. remiſſiue.*
Et communis eſt quod ſine cauſa non poſſit. ibid.
Bal. tamen tenet contrarium & aſſignat rationem. nu. 5.

Articulus. X.

1 Sed pone quod papa † vult facere aliquid arduū puta deponere regem, vel cardinales, vel imperatorem, vtrum de neceſſitate tenebitur ꝯgregare concilium? Dicendum eſt quod non. In rege tex. 15. quæſt. 6. alius. in cardinalibus in c. 1. de ſchiſma. in 6. In imperatore tex. in c. ad apoſtolicæ. de re iud. in 6. Bar. & Bal. in l. fi. C. de legibus, & in l. reſcripta. C. de precibus impe. offe. & tex. in c. duo ſunt quippe. 96. diſt. Et in patriarcha Conſtantinopolitano tex. in c. qua traditione. 22. diſt. Et ex hoc patet ꝙ licet concilium debeat congregari propter grauia & magna occurrentia in eccleſia vniuerſali vt diximus ſupra, tamen vbi non tractatur cauſa fidei quæ non poſſit decidi per eum, pōt ſi vult etiam illa ardua expedire non congregato concilio. Sed contra pręmiſſa eſt quod dicit Milis in verbo papa non poteſt imperatorem. vbi dicit quod papa non poteſt deponere imperatorem, licet poſſit deponētibus conſentire. allegat gl. 15. q. 6. alius. Et idem dicit de rege Franciæ. allegat Archi. ibi in d. c. alius. Quinimo plus ibi vult Milis, quod imperator poſſit bene depōere papam, ſi papa ad hoc ſe illi ſubijciat de conſenſu cardinalium. Sed de hoc dic vt dico infra in quæſtione an papa poſſit ſe ſubiicere alicuius iudicio. Inno. Ioan. An. & alii in capi. ad apoſtolicæ de re iudi. in 6. communiter 2 tenēt † quod papa etiam ſine concilio poteſt deponere imperatorem, debet tamen deponi ex magna & ardua & non leui cauſa. Et videtur velle Bald. in l. non ambigitur. ff. de. ll. & doc. poſt gloſ. in c. 1. ſi de inueſti. feudi inter dominum & vaſallum lis oriatur. Et. Bal. in l. fi. C. de. ll. dicit quod oportet ꝙ cā ſit grauis & notoria ex qua turbaretur vniuerſalis ſtatus chriſtianitatis vel eccleſię.

3 Sed vtrum papa poſſit transferre † vnum epm inuitum? Dicit Barbatius in capit. quod tranſlationem. de offic. lega. quod ipſe vidit conſtitutionem editā in concilio Conſtantien. quod papa non pſsit epm inuitum transferre ſine conſenſu maioris partis cardinalium. de quo ibi vide, & in c. niſi. de renun. & c. 1. & 2. de tranſla. præla. Et 4 ibi † etiam late per eum an papa poſſet deponere omnes epos vel vnum etiam ſine cauſa. de quo ibi late per eum, & p Ab. in c. fi. de ꝯfir. vti. vel inut. & p eūdē Barb. in trac. de ꝑſtātia cardinalium. de quo etiam vide late decium in d. c. fi. Et communis videtur opinio quod ſine cauſa non poſsit inuitum transferre per Ioann. Andr. in regu. quod ob gratiam. in Mercu. & Abb. in capit. fin. de poſtul. præla. vbi dicit ita fuiſſe ſtatutum in concilio Piſano preſidente Alexandro. & idem Abb. in c. conſtitutus de religi. domi. dicit quod idem fuit ſtatutum in concilio Conſtantien. Et idem tenet & ſequitur Ludouicus in conſi. 345. incipit circa primum. qui refert ita ſtatutum in concilio Conſtantien. & in concilio Piſano. Et idem dicit Brixien. in repertorio ſuo in uerbo papa an poſsit. & idem Feli. 5 in c. quæ in eccleſiarum. in 27. col. de conſti. Bal. tamen in † l. reſcripta. de precibus impera. offe. voluit contrarium, quia beneficia ſunt manualia papæ. Et pro eo facit ꝙ in eo ſemp præſumitur cauſa, vt d. c. quæ in eccleſiarum. & glo. in ca. per principalem. 9. q. 3. quæ vult quod poſsit papa ſine cauſa vnū epiſcopum priuare ſed non omnes, quia turbaretur ſtatus eccleſiæ. Sed ſi bene conſideretur, illa gloſ. non dicit quod ſine cauſa ſecundum Cardi. imo etiam in beneficijs quicquid papa facit debet facere cum iuſtitia, cardi. conſilio 142. Materia eſt multum examinata in diuerſis locis, vide remiſsiones in locis præallegatis. Si non obſtarent ſtatuta in dictis concilijs, forte aliter eſſet tenendum in tranſlatione quam in priuatione, quia per primam non ex toto ſeparatur ab eccleſia. Vide Milis in uerbo prælatus non transfertur. qui aliud dicit de iure aliud de æquitate.

S V M M A R I V M.

1 *Papa mortuo ad quem remaneat poteſtas.*
2 *Plenitudo poteſtatis remanet in eccleſia vniuerſali multipliciter.*
3 *Papa mortuo poteſtas papalis remanet in ordinatione diuina.*
4 *Papa mortuo poteſtas papalis rematet in ſede apoſt.*
5 *Papa mortuo, plenitudo poteſtatis non dicitur extincta, ſed uacare, ſiue adminiſtratore iuris vel ſacti carere.*
Et eſt penes Chriſtum. num. 8.
6 *Papa mortuo, poteſtas papalis remanet in eccleſia habitualiter, & in potentia.*
Nec propterea eſt minus plene prouiſum eccleſiæ propter breue tempus quo

quæ poteſt vacare adminiſtratio plenitudinis poteſtatis, inter mortem, et ſucceſſoris electionem. ibid.
Cardinalis de Turrecrem. opin. nu. 7.

Articulus XI.

Vlterius quia diximus quod ſede vacan. conciliū non exercet reſeruata papæ, quæro 1 † mortuo papa penes quem remaneat poteſtas, & ſi apud eccleſiam vniuerſalem quæ nunquam moritur, ut in cap. turbatur. 2. quæſtione. 4. iuxta illud Matth. 28. ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, quare penes concilium nō ſit exercitium plenitudinis poteſtatis, cum non poſſit perpetuo eſſe penes papam qui moritur, & concilium repreſen- 2 tet eccleſiam vniuerſalem vt ſæpius dictum eſt. Ad quod † dicendum quod plenitudo poteſtatis manet in eccleſia uniuerſali multipliciter, & primo conſiderato paſtore & capite principali. ſ. Chriſto qui eam fundauit, vt in c. 1. & 2. diſtinc. 22. cap. fundamenta. cum ſimil. de elect. in 6. clem. Romani de iureiuran. Ipſe enim eſt ſummus ſacerdos & caput principale eccleſię quæ eſt corpus eius & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet, vt dicitur ad Ephe. 1. cap. vbi gloſ. dicit ideo dicitur omnia in omnibus quia omnia ab ipſo ſunt, quia mēbra nihil conferunt, ſed ipſe omnia membris, quia eius virtute ſunt quod ſunt. Licet enim deficiat vicarius, non deficit principalis de cuius poteſtate dicitur Danielis. ſeptimo. poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur. & regnum eius quod non corrumpetur, & Dauid Pſalmo 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. qui panem & vinum obtulit, vt patet Geneſis decimo quatro. Sic & Chriſtus in ſacrificio Euchariſtiæ panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum cōſecrauit, cuius ſimi- 3 litudinem præmiſit Melchiſedech. Item † dicitur poteſtas papalis mortuo papa manere in ordinatione diuina, ſicut dicit̄ quod dignitas epiſcopalis manet in aliqua eccleſia etiā mortuo epiſcopo. Pro hoc cap. quoniam Abbas. de of. dele. quod intelligitur donec ſedes apoſtolica quæ inſtituit epiſcopatū ī tali eccleſia, vult quod talis dignitas maneat in illa eccleſia, alioquin ſi ſedes apoſtolica, reuocaret diſpoſitionem illam, iam dignitas epiſcopalis non diceretur eſſe vlterius in præfata eccleſia. ſicut patet de ciuitate quæ priuata eſt dignitate epiſcopali, vt in c. ita nos. 25. q. 2. Et facit quod dicitur in cap. 4 primo. de priuile. & in clemē. 1. de pęnis. Item dicitur † ꝙ poteſtas papalis etiam mortuo papa manet in ſede apoſtolica, vt in cap. ſi gratioſe. de reſcrip. in ſexto. vbi dicitur quia ſedes apoſtolica nunquam moritur. Vnde dicit ibi Archid. & Ioā. Mo. quod licet habens papatum vel dignitatem imperialem ſit corruptibilis, tamen imperium, & dignitas papatus ſemper ſunt, vt in auth. quomodo opor. epiſcopos. §. licentiam, 5 colum. 9. & d. c. ſi gratioſe. Vnde † mortuo papa non dicitur extincta plenitudo poteſtatis, nec exiſtere, ſed vacare, ſiue adminiſtratore iuris vel facti carere, de conceſ. præben. ca. cum noſtris. Vnde beatus Leo in ſermone conſecrationis ſuæ dicit quod in ſede Petri uiuit poteſtas, & excellit authoritas. 6 Item dicitur manere † poteſtas papalis etiam papa mortuo in eccleſia habitualiter & in potentia, quia in eccleſia ſemper manet poteſtas ad eligendum perſonam quæ ſuccedit in tali dignitate, & exercetur aliquibus caſibus in quibus neceſſitas aſtringit ad illa exercenda, ut uiſum eſt ſupra in quæſtione utrum ſede vacante concilium poſſit aliqua de reſeruatis papæ exercere. Ad hoc cap. ſi duo. 79. diſtin. Dicitur etiam manere ſuprema poteſtas quo ad actualem eius adminiſtrationem. Et tunc videtur dicendum quod quo ad plenam adminiſtrationē plenitudinis poteſtatis, papa mortuo, tale exercitium non manet in eccleſia, vt in c. 1. de ſchiſma. in ſexto, & in clemen. ne Romani. de elect. & diximus ſupra. vnde dicitur tunc ſedes vacare, ideſt carere adminiſtratore. Nec pro- 7 pter † hoc quod nullus ſuccedit papæ in plenitudine adminiſtrationis poteſtatis eius ſequitur quod non ſit ſufficienter prouiſum eccleſiæ, quoniam nullum detrimentum patitur eccleſia ſi per paucos dies vacet adminiſtratio plenitudinis illius poteſtatis. maxime cum per cardinales, & alios prælatos & epiſcopos vniuerſalis eccleſiæ qui ſunt vocati in partem ſolicitudinis in aliis neceſſariis, prouideri poſſit eccleſiæ in iis quæ non expectant temporis dilationem, maxime animam concernentibus. Nec ſi diceremus quod ſede vacāte plenitudo poteſtatis manet in eccleſia vniuerſali, magis eſſet prouiſum quam dicendo quod remanet reſeruanda futuro ſucceſſori, quia vbi concilium non reperiretur congregatum, deberet expectari eius congregatio, quæ eſſet longior & pernicioſior expectatio quam electio ſucceſſoris modico tempore duratura, ut in capitulo ubi periculum, de electione, in ſexto.

Et ſi dicatur quod poſſet remanere in collegio cardinalium quod eſt collegium apoſtolicum. Reſpondetur quod nec ſic eſſet melius prouiſum, quia cardinales ſede vacante debent incumbere acceleratæ prouiſioni ſucceſſoris, ut d. capit. vbi periculum, & d. clem. ne Romani, nec tunc poſsunt vacare expeditioni eorū quę ſunt papæ reſeruata. Item poſset eſſe cauſa inducendi ad malignādum & differendam futuram electionem. Item hoc dictis de cauſis eis eſt prohibitum, vt d. cle. ne Romani, & in §. iidem quoque. d. cap. vbi periculum. Et ſi dicatur a ſimili ſecundum Ariſt. 3. poli. cap. 8. quod regimen ciuitatis debet conſiſtere ſecundum ordinatam politiam apud valentiorem partem ipſius ciuitatis. Reſpondetur quod hic non agitur de regimine vnius ciuitatis, ſed vniuerſalis eccleſiæ & omnium caholicorum ideo non eſt bona ſimilitudo & argumētatio a parte ad totū, quia ratio diuerſa, quia poteſtas ciuilis oritur a ciuibus, & a populo, poteſtas autem papæ eſt a Deo, ut in capit. nouit. de iudic. ad hoc gloſ. in cap. 1. de translatat. prælat. Item communitas ciuitatis bene eſt capax poteſtatis, & regiminis ciuilis, ſed vniuerſalis eccleſia non eſt in omnibus ſuis membris capax poteſtatis eccleſiaſticę, quia aliqui Reges, aliqui imperatores & principes, aliqui cardinales & patriarchæ &c. quorum aliqui non ſunt capaces adminiſtrationis dictæ poteſta- 7 tis. Vnde Cardinalis † de Turrecrem. in tract. de pot. papę. lib. 1. c. 72. dicit quod aliquando diuerſitas fidelium in corpore eccleſiæ accipitur per reſpectum ad perfectionem, quæ maxime attenditur ſecundum charitatem, iuxta, illud apoſtoli ad colo. c. 3. ſuper omnia charitatem habere quæ eſt vinculum perfectionis, prout quidam, aliis ſunt perfectiores. aliquando per reſpectum ad actionem. Et hæc eſt diſtinctio officiorum, nam officium ab efficiendo, una mutata litera, dicitur ſecundum Iſidorum in lib. etymo. efficere autem a quo ſumitur nomen officii, importat actionem tēdentem in aliud, & ideo officia proprie dicuntur actus qui referuntur ad alios. unde in diuerſis officijs eſſe dicuntur qui ad diuerſas actiones deputati ſunt. Aliquando accipitur per reſpectum pulchritudinis eccleſię, & ſecūdum hoc accipitur differentia graduum, prout ſcilicet in eodem ſtatu uel officio unus eſt alio ſuperior in officio, unde apoſtolus prim. ad Corinth. 12. dicit diuiſiones gratiarum ſunt. gl. gratias hic appellat gradus, & ordines qui ſunt in officio eccleſię. iſta autem diuerſitas non reperitur in 8 ciuitate, igitur. Et ſi dicatur † ergo mortuo papa eccleſia perdit iuriſdictionem, dic quod licet ad tempus perdat actualē adminiſtrationem iuriſditionis, non tamen extinguitur quia eſt penes Chriſtum, ut dicitur in capitulo primo, de ſchiſma. & dicit Archiep. Flor. in 3. par. ſum. tit. 22. c. 2. §. 3. Adde quæ dico infra in 3. ſequenti quæſtione, vbi ponitur vtrum conciliū habeat iura reſeruata principi. & ſupra in quęſtione vtrū ſede vacante poſſit omnia quę poterat facere papa, cum duabus aliis ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Cōcilium diſſolutum, an poſſit vlterius determinare id quod ſibi dum erat congregatum fuerat commiſſum determinandum.*
Et dicitur quod non. nu. 2.
Acta tamen facta in concilio faciunt fidem coram alijs iudicibus. numero 3.
2 *Arbitrorum poteſtas extinguitur per illorum mortem.*
Et idem mortuo, vel reuocato iudice.

Articulus XII.

1 Sed pone † quod ſede vacante remittitur aliqd determinādum iudicio vel voluntati ipſius concilii quod ante determinationem diſſolui- tur, vtrum poterit vlterius per cōcilium determinari vel declarari, Domi. in conſi. 65. in 4. col. incipit diſcutiam, dicit ꝙ non, quia arbitrium determinandi remiſſum concilio extin- 2 guitur, ſicut † per mortem & extinctionem arbitrorum extinguitur poteſtas arbitralis, de offi. delega. cap. uno delegatorū. l. item ſi vnus. §. item ſi plures. ff. de arbi. Et idem eſſet ſi referretur ad concilium tāquam iudicem, quia mortuo vel reuocato iudice ordinario accidentali, ſicut eſt legatus, re integra expirat eius iuriſditio, vt in capit. 3. & fi. de offic. lega. in 6. Ita & cōcilio diſſoluto expirat eius iuriſditio, & officium. Quod 3 † mihi placet quo ad hoc quod non poſſit cauſam diffinire, actitata tamen coram concilio facerent fidem coram alijs iudicibus, & non dicerentur extincta ſicut actitata coram alijs iudicibus, iuxta. l. 2. C. de edendo, & cap. quoniam cōtra. de proba. & cap. fi. eo ti. & l. cum lite. & l. cum apud. ff. iudicatum ſolui, & in cle. ſępe de verbo. ſigni. & capitu. cauſam quæ de teſti. & c. inter dilectos cum ſimil. de fide inſtru.

S V M M A R I V M.

1 *Concilium in caſu quo poteſt de cauſa papæ cognoſcere, ſi papam abſoluerit ac poterit condemnare illos qui papam vexarunt.*
Argum. quod ſic. num. 2.

Et

Et quod ratione connexitatis causæ.num.3.
Sed intelligendum in eadem sententia non autem ex interuallo.num.4.

Articulus. XIII.

1 Sed hic quæro ponet quod concilium cognouit de causa papę & absoluit ipsum, vtrum poterit condemnare eos qui indebite eum vexarunt, Et intellige eo casu quo concilium potuit cognoscere de cā papę uel quando papa permisit ex humanitate, ut supra dictum est.alioquin nullus iudicat de papa, vt 17.dist.§.hinc ēt, 21.di.c.nunc autem,& 40.dist.cap.si papa, & 9.q.3. nemo. cū 2 pluribus capitulis sequen. Tex.in § hinc etiam†.17. di.inquātum refert concilium restituisse calumniantes siue accusantes symmachum,probat quod sic imo plus quod non solum possit illos iudicare,sed illos restituere.Ad idem est quod legitur de Damaso, qui accusatus de ad ulterio & facta synodo purgatus est a 44.episcopis,qui etiam damnarunt concordium & Calixtum Diacones accusatores eius, & proiecerūt 3 eos de ecclesia.Dic secundum Alex. †ibi in d. §. hinc etiam, quod tales poterit concilium condemnare ratione connexitatis causæ.per tex.in l.1.C.de calumniatoribus.Et idem dicit de testibus falsum deponentibus. cap.ad aures.de pœnis. 4 Dicit † tamen hoc fieri debere in eadem sententia in qua absoluitur papa, vt ipso officio mercenario iudicis.i.concilij condemnentur.facit quod dicitur in c.pręterea de offic. delega.Alias autem si non in eadem sententia sed ex interuallo,non concilium, sed papa solus uel cum concilio vel alius eorum iudex competens poterit eos punire, per ea quę dicit glo.quam doc.sequuntur in d.l.1.C.de calum. Quod autem dicitur de restitutione & recuperatione prioris dignitatis, illud fuit ex misericordia,ut dicit ibi tex.quia schismaticus rediens ad vnionem priorem,non recuperat priorem dignitatem, ut notat ibi Domi.& dicitur in capit.quia diligentia de elec.Et illud fuit ex quadam concordia & de voluntate papę.vnde non tam fuerunt restituti per concilium quam per papam.Et ideo ibi Egidius dicit quod quando aliqui calumniose discedunt ab obedientia papę facientes schisma, vt postea concordetur negocium & restituatur obedientia papæ, pro pace ecclesiæ in melius reformanda, expedit quod dispēsatiue & misericorditer restituantur. Vbi dicit Alex. quod multo magis illud expediret fieri dum ageretur de pace ecclesiæ in facto contendentium de papatu.Facit quod dicitur in cap.in nostra.de iniurijs,& in l.venia.C.de in ius vocando, & in c.quamto.de iureiuran.cum simil.de bonis hinc inde restituendis facta pace.

SVMMARIVM.

1 *Papa an possit se subijcere iudicio concilij, vel imperatoris, vel alterius.&c.*
Et quando agitur de titulo papatus quod possit.ibid.
Et licet sit quæstio de vicariatu, vtrum sit penes vnum vel alium,non tamen dicitur subijci dignitas vicariatus, sed persona tantum.nu.2.
Et maxime si iurasset.num. 9.vel esset casus irreparabilis puta schisma. ibidem.
3 *Plenitudo potestatis absolute considerata est a Deo, sed in hoc vel illo est per cooperationem humanam, scilicet per consensum eligentium, & electi.*
4 *Plenitudo potestatis non potest subijci.*
Et quomodo intelligendum.ibid.
Et non per modum iurisdictionis.num.5.
6 *Papa retinendo vicariatum, non potest a se abdicare potestatem Vicariatus.*
7 *Lex pen. ff.de pact. quæ allegatur quod nemo potest sibi legem imponere a qua non liceat recedere.*
Imo nec sibi imperare l.pen. ff.de arbitris.
Harum duarum legum ad hoc propositum,declaratio.
8 *Papa subijcitur legi naturæ.*
Et ideo si renunciauerit, & recusat seruare,cum non habeat superiorem nihilominus non cessat obligatio iuris naturalis qua se astrinxit,& debitor esset seruare.nu.seq.
11 *Legis qui fundos.C.de omni agr.deserto.declaratio.*
12 *Papa renunciando papatui, quod teneatur requirere consensum cardinalium.*
Et quomodo intelligendum.
Contrarium probat auctor.nu.13.
Et pulchram argum.nu.17.18.
14 *Papæ dispositiones non alligantur hominum consensu,immo nec concilij generalis.*
Et consensus cardinalium non requiritur nisi quando tractatur de eorum præiudicio.num.15.
16 *Titulus papatus sic inhæret papæ quod nullus alius in hoc participat.*
Et dicitur habere Papatum nomine suo non nomine ecclesiæ.ibid.
19 *Iustitia omnis creatura est subiecta.*
20 *Submissio admittitur etiam in eo qui non recognoscit superiorem.*
21 *Ioannes de Ann.reprehenditur.*
22 *Papa potest in se prorogare iurisdictionem iudicis secularis potius ex humilitate quam ex debito.*
Quod an sit verum ibid.remissiue.
Et quod non possit,nisi in casu conscientiæ.ibid.
23 *Papa si impetiretur de heresi, & esset paratus corrigi posset permittere imperatori.*
Et sic laico vt caperet informationes.
24 *Papam posse se sub mittere argum.*
Et ratio quia habet plenitudinem potestatis quod non potest clericus in iudicialibus sine licentia sui prælati.
25 *Papam non posse se submittere iudicio,nec concilij,nec aliorum,nec supra se iudicem constituere argum.decem.*
Et alia 11.remissiue.num.29.
Et c. nos si in competenter & alia iura contraria intelliguntur ex quadam decentia,non autem de necessitate.nu.26.
27 *Legatus de latere non potest se subijcere iudicio alicuius infra papam,nisi in iudicio animæ.*
28 *Cap.nos si incompetenter.2.q.7.tres intellectus.& num.seq. & num.41. & num.47.& num.57.*
30 *Cap.Adrianus cum seq. 63.dist.intellectus.*
31 *Card.inhærent sedi Apost.sicut stellæ in firmamento cœli.*
32 *Card.residentes in Curia non mouentur nisi motu papæ.*
Card. vero legati nutu papæ.
Et quicquid faciunt præsumuntur facere nutu papæ.
33 *Collegium cardinalium dicitur senatus papæ.*
Et propter quod sine eis, papa non possit se alicui subijcere.
Et circa hoc dictum Innoc.cum dist.num.seq.
35 *Imperator licet sit iudex in causa propria.*
Et non recognoscat superiorem,tamen potest se submittere iudicio alicuius tacite vel expresse.
Et hęc submissio fit vel per viam compromissi, vel prorogationis,vel expressi,vel taciti consensus.num.36.
Vbi patet quod superiores iudices submittunt se inferioribus.
Et talis submissio parum operatur,quia si contingat aliquo casu appellari, causa nihilominus reuertitur ad manus superioris. num. 38. quod procedit in papa,sed an idem in habentibus superiores.ibid.
37 *Angelus in l.est receptum.ff.de iurisd.omn.iud.reprehenditur.*
39 *Papa potest se submittere alicui in foro pœnitentiali. & ibi assignatur ratio.& num.52.*
Non autem in foro seculari.nu.seq.
Et quid in foro ecclesiastico.& dicitur quod non quando tractatur de persona papæ iudicanda.num.42.
Fallit.nu.43.44.& 45.
Si vero non tractatur de persona papæ sed de iuribus concernentibus ius alicuius particularis ecclesiæ.num.46.
Et quod papa non possit se alteri subijcere.nu.47,
Et ratio assignatur in papa & imperatore.nu.48.
Opin.Milis.nu.49.
Alterius doct.nu.50.Egid.nu.51.et 52.
41 *Papa potest committere laico causam spiritualem, maxime tamquam exequutori.*
53 *Legis est receptum.de iurisd.omn.iud.*
Et legis ille a quo.§.tempestiuum.ff.ad Treb.declar.
54 *Imperator in causa propria quod possit se submittere alicui quomodo intelligendum.*
55 *Papa non potest se submittere iudicio alicuius si agatur de titulo papatus inter duos.*
Et ratio assignatur.ibid.
Et si esset contentio de papatu inter duos quo casu, & quomodo posset se submittere.num.56.
57 *Papa an possit se submittere iudicio alicuius conclusiones. xiij. usque ad numero 70.*

Articulus XIIII.

1 Sed hic quæro vtrum papa† posit se submittere iudicio concilii uel imperatoris aut alterius, Et quod papa posit se subiicere quando agitur de titulo papatus, videtur quod sic per, l.est receptum ff.de iuri.omnium iudi. & notata in cap. in synodo.63.dist.& ca.nos si incompetenter.2.q.7. & in cap.mandastis.2.q.4.Ad hoc ca.sane el.2.de offic.delega.& c.magnæ.de voto,& capit.omnis de pœni.& remis.per glo.in c.innotuit de elec. & c. cum inferior de maio.& obe.Pro hoc.est glo.in c.venio.3.q.9.& glo.in 2 verbo apostolicam in cap.in synodo.63.di.Secundo facit†qa quamuis sit quęstio de vicariatu Christi an sit apud vnū vel alium, non per hoc subiicitur dignitas vicariatus sed persona. Nec enim est quæstio de vicariatu Christi absolute an sit, vel talis potestas relicta seu commissa fuerit, sed an apud talem personam existat.Facit quod notat Ioan.An.in capit.1. 3 de renun. in 6. vbi dicit†quod plenitudo potestatis absolute considerata est a Deo,sed est in hoc vel illo per cooperationem humanam.s.per consensum eligentium & electi. Vnde de

potest renuntiare papatui ex iusta causa, & in vtilitatem reipublicæ & pro exoneratione conscientiæ suę.Quare ergo occurrente eadem causa vel maiori nō poterit se subijcere nō dico simpliciter hominibus,sed veritati vt videatur veritas an apud eum existat papatus,& maxime si ageretur ad sedādum schisma.24.q.1. in summa,& in capit.didicimus.ea.cau. 4 & quęst.per gl.Nec obstat si†quis diceret quod plenitudo potestatis non potest subiici,vt in capit.bonæ el.2.per Innoc.de postula.pręla. & in cap.cum nobis de pręscrip.per Ber.& doc. facit quod habetur in c. volumus.16.quęst.4. Quia respondetur quod sic subijciendo se veritati,non subijcitur per modū iurisditionis. Facit quod notat Ioan.An.in c.1.de renun.in 6. in quæstione quid si sit quæstio ꝙ cardinales referunt papā renuntiasse,& ipse contendit de contrario.Et ibi dicit illo casu papam esse iudicem & habere cognitionem per modum iurisditionis. Vnde oportet dicere hanc submissionem non esse ꝑ modum iurisditionis, sed quadam naturali obligatione, qua etiam astringitur Romanus pontifex.dist.1.ius naturale,& capit.ius gentium,& capitu.si homo,27.q.1.& 19.q.2. 5 duę sunt.facit quod dicitur in ca. 1.de proba.Et ꝙ†talis submissio non possit fieri per modum iurisditionis constat, quia aut ista iurisditio dicitur ordinaria, & est ei subalternata.ca. decreto.2.q.6.cap.ad honorem de autho.& vsu pal.aut delegata,& est eadem,licet aliter apud delegatum aliter apud delegantem.Primum probatur in c.dudum.de præben.in 6.se- 6 cundum in l.more.ff.de iuri.omnium iudi.Non enim†potest papa retinendo vicariatum,a se abdicare potestatem vicariatus.facit quod in simili ponit Inno. in c.in causis.de elec.& in c.cum super. de offic.delega.tex.in l.†legatus.ff.de offi.pręsi. Et si dicatur si sumus in simplici submissione quodam iure 7 naturali,tunc uidetur frustratoria,quia†non poterit sibi legē imponere a qua nō liceat recedere.l.penul.ff.de pac.imo nec sibi imperare,vt in l,penul.ff.de arbi. Potest responderi illud verum esse in nuda dispositione,sed vbi transit in conuentionem tenetur seruare.l.sicut.ff.de act.& obliga. facit.l.fi.C.de pac.inter empto.& vendi.& quod notatur per Ioan.And.in c.ex literis de consti.& quod dicitur in c.1.de proba. Ad idem cap.noli.23.quęst.1.vbi hosti fides est seruanda.imo graue est fidem fallere dicit tex.in l.1. ff.de consti.pecu.& in c.eā te.de iureiu.facit tex.in capi.ignorantes.22.quæst.4.& c.venerabilem.de elec.Et maxime quando conuentiones sunt publicę, eo magis sunt seruandæ.de pac.l. conuentionum.Papa enim 8 †subijcitur legi naturę.faciunt quæ ponuntur.25.q.1.capitu. quæ ad perpetuam,& capit.quidam,cum pluribus similibus capitulis illius quęstionis,quia & lege & exemplo tenetur subiectos in illa dirigere. 24.q.1.c.manet & c.officij. Sequitur ergo quod si voluntarie se subiecit,tenetur implere.Ad hoc quod notatur in l.digna vox. C.de ll.& Bal.in l.qui se patris. C.vnde liberi.& quod notat glo.in cap.non liceat.12.q.2.Probatur.63.di.cap.inter nos. vbi ponitur de facto papæ & impe 9 ratoris quę debent mutuo seruari. Quod†maxime videtur minus dubitabile si iurasset se velle stare iudicio alicuius,vel si casus aliter esset irreparabilis,puta propter schisma.de quo iuramento alibi latius attingemus.Et facit quod dicit Anto- 10 nius de Butrio in cap.1.de consti. Sed adhuc†videtur obstare,quia si recusat seruare postquam se submisit, nullum videtur remedium,quia quantumcunque ex hoc peccet, nisi simus in casu hæresis nullus poterit esse executor siue corrector siue superior.40.dis.si papa.9.q.3.aliorum.cap.proposuit de conces.præben.Ad hoc respondetur quod non esset verisimile quod vellet ecclesiæ vniuersali illudere.Quod si cessaret perseuerantia huiusmodi voluntatis,licet non sit dare superiorem,non popterea cessaret obligatio iuris naturalis qua se astrinxit & debitor existit seruare.d.capit.1.de proba.Facit quod dicitur in cap.cum ad monasterium de sta.regula.& in c.quæ in ecclesiarum.de consti.& c.quia plerique de immuni.eccle.& c.per venerabilem qui filii sint legi.& in cap.1. de 11 schisma. Et si dicatur quod†potest reuocare obligationem, vt in l.qui fundos.C.de omni agro deserto.cum simil. Respōdetur quod ibi est sermo de priuilegio concesso subditis, qđ potest reuocare, ut ponitur in c.nouit de iudi. Et hoc verum ex iusta causa, vt in capi.suggestum de deci.cum simil.secus si ex iniusta & voluntaria causa.Et hoc quando per modum donationis, quia donationem non debet reuocare sine iusta causa.c.non enim.22.q.2.secus si per modum commissionis, vt notat Bald.in l. q se patris.C.vnde liberi.Et si dicatur quod 12 †ex quo agitur de honore sedis apostolicæ, videtur necessarius consensus cardinalium, qui cum eo participant in honore,ut in cap.fundamenta de elec.in 6.quia sunt fratres & pars corporis,ut in c.per uenerabilem in §.verum. qui filij sint legi.Similiter si dicatur quod ex quo agitur de præiudicio subditorum,requiritur etiam eorum cōsensus, sicut in simili dicit Inno.in c.auditis de præscrip. ubi dicit quod interest subditorum ne mutent dominos. Et idem Inno.in capi.quanto de iureiu.ubi quando tractatur de præiudicio populi.requirēdus est ipsius consensus vel maioris partis regni ab ipso Rege Facit quod dicitur in c.fi.de rescrip.& in ca.dilecti de maio. & obe.& 96.dist.Constantinus,& in c.intellecto.de iureiu.& in consi.Pauli de castro.72.incipit quia frustra. Respondetur quod præmissa arguunt quod non de necessitate sed ex quadam decentia interueniat illorum cōsensus vel consilium. Facit quod ponit Inno.in c.fi.de maio.& obe.vbi in uia volūtaria requiri debet consensus vniuersitatis,secus in via necessaria.Ad hoc.c.edoceri de rescrip.facit quod dicitur in cap.1. ne sede vacan.in 6.Item respondetur quod illa procedunt in illis qui sunt astricti iure positiuo. sed Romanus pontifex est solutus legibus,vt in c.proposuit de conces.præben.Item nō reperitur aliqua constitutio iuris diuini quæ astringat Romanum pontificem ad requirendum consensum cardinalium, igitur videtur data libera facultas.2.quæst.6. cōsuluisti & de transla.præla.cap.inter corporalia.Facit quod dicit Archi.in cap.ubi periculum de elec.in 6.ubi dicit quod si quam potestatem habent cardinales habēt ab homine non a Deo. si igitur a iure positiuo requiratur consensus uel consilium, hoc non dependet a maiori quam sit Romanus pontifex. qui nō ligatur iure positiuo,vt in d.cap.proposuit.Item contrarium 13 videtur verum, quia in agendis per Romanum pontificem nec consensus nec consilium caldinalium de necessitate requiritur,vt ponitur in capit.ad apostolicæ de re iudi. in 6.vbi glo.Inno.& doc.& Archi.in capi. quamuis.de offic ordi.su ꝑ uerbo consilio.eo.li.Et probatur per capi.significasti de elec. 14 ubi dispositiones†papę non alligantur hominum consensu, imo nec concilii generalis,quia si sententia concilii generalis contrarietur sententiæ papæ,sententia papæ est præferenda,ut ibi dicit Ioan. And. de quo latius dicitur supra in loco proprio.Vnde ut dicit Bellamera in c. in synodo 63.distinct. 15 cōsensus †cardinalium non requiritur de necessitate nisi qn̄ tractatur de eorum præiudicio,quia nō sunt proprie sicut canonici cum episcopo suo.& idem dicit in capi.nullus el. 2.in fi.79.dist.quia respectu ecclesię particularis Romanæ canonici sancti Petri & ecclesię Lateranen.sunt proprie canonici, respectu autem uniuersalis ecclesiæ concilium generale est capitulum papæ. Dicit tamē quod cardinales sunt assumpti consultores ipsius papæ,non tamen quod faciant unum collegium cum papa respectu uniuersalis ecclesię,nec respectu particularis Romanæ ecclesiæ dicuntur cardinales collegiū. 16 & idem refert Alex.in d.c.in synodo. Item titulus†papatus sic inhæret papæ quod nullus alius in hoc participat, ut in c. factus est Cornelius.7.q.1.Et nomine suo & non nomine ecclesię dicitur habere papatum,ut plene constat in ca.ex parte de arbi.& c.cum super de causa posses.& propri. notat Archi.in cap. ubi periculum,in glos. magna.de elec.in 6.& Ioā. An.in cle.ne Romani eo.ti.Nec in hoc titulo aliquis ex subditis potest sibi uendicare aliquid iuris, cum sit unicus qui habet plenitudinem potestatis, ut in cap.decreto 2. q.6.& capi. 17 ad honorem de autho. & usu pal. Item si papa†se submittit pro ueritate manifestanda an ipse sit uerus papa, nullum sit præiudiciū uicariatui Christi sed personæ submittentis, quia non quæritur de uicariatu, sed an sit apud talem, & sic de præiudicio ipsius personæ & non dignitatis. Ad hoc. c.penul.de re iudi.& quod notat Inn.in cap.dilectus el. 2.de præben.ubi ponitur quod si inferatur quæstio instituto uel confirmato super beneficio, non uocatur conferens, confirmans, siue instituens,quia est translatum plenum ius in institutum c.penul. de præben.& c.fi.de conces. præben.Sed electio papæ non expectat aliam confirmationem, ut in cap.in nomine Domini. 23.distin.& capit.licet de elec.igitur non debet requiri alius consensus cardinalium. Similiter defensio tituli spectat ad electum siue prouisum,non ad eligentes uel prouidentes.c. cum inter de elec. Et frequenter tales prouisi se submittunt iudicio alicuius.c.nisi essent.de præben.cap. constitutus & c. super eo de transac.Facit quod notat Inno. in cap. dilecti de maio. & obe.cum ponit distinctionem quando agitur de re uel de persona.& quod notat idem Inno.in c.cum ecclesiastico.& in capit.cum ex officij de prescrip. Et si agatur de quasi communi, cum sit popularis defensio,ut in ca.dudū.el 2.de elec.& c.super ijs. de accusa.adhuc non omnes subditi contradicentes admittuntur.

18 Et quod papa †cum agitur de papatu posit se subijcere,facit ultra adducta text.in cap.ex parte.de uerbo sig. & capi.nos si incompetenter. §.item cum Balaham.& §.item symmachus.2.quæst.7.& c.nunc autem.21.dist.Cum enim cardinales tantum præstent consiliū in gerendis per papam,ut in c.fundamenta de elec.in 6 graue est quod astringatur papa ad illorum cōsensum.Nec obstat 96.dist.cap.ubinam legistis,quia ibi non dicit requiri consensum imperatoris.item ibi loquitur de fide. Item facit alia rō, quia

19 quia†quando est dubium quis sit verus papa, ad comperiendam veritatem nulla melior via quam uia iustitię, cui omnis creatura est subiecta.l.iustitia.§.iuris præcepta ff.de iustitia & iure. Hæc autem uia potest practicari per uiam submissionis & est facilior, igitur illa amplectenda, cle.1.de sum.tri. C.de appel.l.ampliorem.ff.de auro & argen.lega.l.pediculis.§.la-
20 beo. Pręterea quod†admittitatur submissio in eo qui non recognoscit superiorem, est tex.ibi in verbo subiicere potuit in c.per uenerabilem qui filii sint legi. Et per illam literam dicit, Hostien. quod licet nec laicus possit se subiicere alterius iurisditioni sine consensu proprii iudicis, illud est verum in feudalibus, vt notat in summa de arbi.in §.de qua re, sub. §. impeditur, versic.sed nunquid uasallus. secus in aliis per illū tex. Ad hoc facit quod dicitur in cap.1.de iudi.& in capit. penul.de foro compe. Et istam partem affirmatiuam tenuit gl. in c.in synodo in uerbo apostolicam. 63.dist. & glos.in c.nemo.9.q.3.& hugo & Ioan.de Fan.& do.in c.nos si incompetē-
21 ter. Et respondent†quod Ioan.And.male soluit in c.ecclesia de consti.quia eius solutio non conuenit uerbis illius tex.in verbo terminentur, & in verbo diffinitum. Et eandem etiā sentit glo.in proę.sexti in uerbo seruus. Et ibi do.in 7.colum.
22 dicit quod†papa potest in se prorogare iurisditionem iudicis secularis, potius tamen ex humilitate quam ex debito.& idē Archi.in c.si quis super his 2.q.7.idem Hostien. Ioan.And.& Ioan.de Ana.in c.cum ex iniuncto.de hære. Et istam videtur tenere Alex.in d.c.in synodo.63.dist.licet tandem remaneat dubius utrum possit se submittere alicuius laici iudicio, & se remittit ad dicta in cap.inferior.21.di. Et ibi videtur simpliciter trāsire in partem negatiuam, quod non possit se alteri subijcere nisi in casu conscientiæ. Et in d.ca.in synodo, dicit ꝙ longe minus videtur quod possit se subijcere imperatori qn̄ agitur de causa hæresis, quia tunc habetur pro priuato & nō pro papa, ut dicitur in c.si papa.40.dist.& sicut priuatus clericus non potest se subiicere laico, ut cap.si diligenti, & capi.significasti.de foro compe.ita nec tali casu papa, in quo habe-
23 tur pro priuato. Dicit†tamen quod si tractaretur de hęresi papæ & esset paratus corrigi, tunc posset hoc committere imperatori & sic laico, & etiā posset permittere vt caperet informationes de heresi sua. allegat ad hoc ibi Bellamerā in 6.&
24 7.col. Item pro ista†parte affirmatiua facit tex.in d.ca.si quis super his.2.q.7.& tex.in d.cap.cum ex iniuncto, cum allegat exemplum de Christo qui se submisit iudicio iudæorum cū dixit quis ex uobis arguet me de peccato, Et idem Pe.de Perusio ibi in d.c.cum ex iniuncto. ubi dicit quod ex quo papa habet plenitudinē potestatis, potest se submittere iudicio alterius quod non potest clericus in iudicialibus sine licentia sui prælati, ut in c.significasti de fo. compe. Et facit ēt pro ista parte tex.in c.ad apostolicæ de re iudi.in 6. ibi parati eramus uocare reges, pręlatos, & principes, tam ecclesiasticos q̄ seculares. Et tex.in c.1.de renun.in 6.quia si potest renūciare, multo magis se submittere.

25 **Sed in** contrarium, †quod Papa non possit se submittere iudicio nec concilii nec aliorum, nec constituere aliquem iudicem supra se qui iudicialiter & authoritatiue possit personam ipsius iudicare siue per modū commissionis siue submissionis, facit primo ꝙ electio summorū pontificum Deo est reseruata.79.dist.c.electionem. Secundo quia in terris non est superior qui papam eiiciat. ut in c.licet de elec.in fi. Tertio quia potestas papæ est a Deo & non ab homine, de iudi.ca.nouit. Quarto quia per talem declarationē non potest constitui titulus in papatu, quia licet in inferioribus beneficiis prouideri possit officio superioris, in papatu tamen nullo modo d.c.licet in fi. de elec. Quinto quia ꝑ istā viam papa uideretur sibi eligere successorem, patiendo alteri dari papatum, quod esse non potest.8.quæst. 1.§.his omnibus cum glo.& 79.dist. si transitus. Sexto quia non posset papa cum bona conscientia consentire quod papatus daretur alteri non vero papæ, quod posset euenire. & tale peccatum non esset committendum etiam pro sedatione schismatis. 13.di.fere per totum. Septimo quia etiā se submittendo, ab alio iudicari non potest.21.di.d.c.nunc autem.ubi fuit necesse quod papa ferret sentētiam in seipsum. Octauo quia de iure communi est clarum quod papa non potest se submittere, nec ab aliqo iudice iudicari quacunque authoritate fungatur.9.q.3.c.nemo, & ca.aliorum. Nono quia quędam sunt quę impediunt submissionem, vt in cap.si diligenti, & cap.significasti de foro compe. quæ ad hunc casum singulariter adaptari possunt. Decimo facit exemplum Alexandri tertij, q expresse refutauit talem submissionem, & postea edidit tex. in capitulo licet de elec. in concilio Lateranen. ubi diffinit quod circa dubia electionis papæ non habetur superior. Nō
26 obstat. dictum † c. nos si incompetenter, & alia iura concordantia supra allegata, quia ibi est sermo de quadam decentia non autem de necessitate, iuxta notata in l.digna vox. C. de legibus. Et ide ibi Archidiac.post Vincentium exponit iudicio.i.discretione. Et addendo ad glo.dicit quod quidam dicunt per.l.est receptum.ff.de iurisdict. omnium.iudic. quod ille qui est supra omne forum, vt est papa, potest se subiicere iudici seculari, quia ipse potest destruere forum, condere, & diminuere quod dicit Vincentius non tenendum in capit.ecclesia de constit.& quod, vt supra dictum est, tex.in cap.nos si incompetenter debet exponi iudicio.i, discretione. Ee ita ipse
27 transit plus etiam dicens post Vincentium†quod legatus de latere non potest se subiicere alicui infra papam nisi in iudicio animæ, quod est exceptum, ut in cap.ne pro dilatione de pœnit.& remiss.& hoc ponit Vincentius in capit.uolentes.de off.legat. Et cum istis transit Egidius Bellamera. Hanc autem conclusionem etiam ponit Martinus de Laudę.in tract.concilii. in 3. q. & remittit se ad dicta per eum in tracta. de principibus in q.368. Hāc etiam conclusionē tenuit Ioann. And. in c.ecclesia de constit.& Abb. eum refert & sequitur in cap. significasti.in 5.colum.de foro compet. Et respondet ad cap. nos si incompetenter.2.q.8.& c.mandastis.& cap.auditum.2. q.4.quod loquuntur de submissione ex humilitate, vt ostendunt verba.d.capit.auditum in fin.dum dicit, hoc autem facientes non legem præscribo cæteris qua id facere cogātur. Et idem ponit Aluarus de planctu ecclesiæ.lib.1.artic.32. Et Abb. pro ista parte assignat rationem, quia cum non agatur de bono papæ sed Dei, ex hoc irrogaret iniuria Deo si Vicarius eius iudicaretur a laico puta imperatore, & ait quod nō potest renunciare illi priuilegio, & quod in cap.nos si incompetenter sumitur Iudicium pro discretione, & quod illud. c. narrat factum, sed de iure fieri non potest. Et eandem opinionem tenent Anton. Abb.Imol.& Domin.in d.capit.ecclesia, & Ioann. And.in cap.ad nostram de consuet.& cardin.in cap.
28 significasti.in 2 oppos.de foro comp. Et ad†cap. nos si incompetenter, vltra supra dicta illis tribus modis, videlicet quod factum narrat.& quod iudicium sumitur pro discretione, & ꝙ ex nimia humilitate papa subiecit se iudicio imperatoris, respondet ipse quod papa subiecit se sponte volēs recipere correctionem tamquam monitionem, non quod fecerit illum suum iudicem. Et idem tenet Archid.in d.cap. nos si incompetenter.& idem tenent Anton. Imol.& Domin. in d.capit.significasti. Et idem Abb.in capit. at si clerici in 13.colum.de iudic. qui dicit hoc notandum contra illos qui ruditer allegant illum text.in cap. nos si incompetenter. & idem ipse tenet in capit.P.& G.penult.colum.de offic.delegat. Et ad.l.est receptum, respondet Imol.in d c.ecclesia, quod ibi poterat superior prorogare iurisditionem inferioris, quod non est in casu isto in quo clericus non potest prorogare iurisdictionem laici. Sed melius potest responderi, quod d.l.est receptū, loquitur in magistratibus. qui quamtumcumque sint de superioribus tamen ipsi habent superiorem a quo possunt iudicari. sed papa nullum habet superiorem nisi Deum, ut in capit.nemo. 9.q.3.& in c.licet.in fi. de elect. Pro hoc facit quod dicit Beatus Thom.in quarto sentent. distinctio.19. quæstione prima. articulo 3. quæstiuncula. tertia.ad tertium, ubi probat quod quis non potest dare alicui potestatem quod eum excommunicet. Et eum refert.cardinal. de Turrecrem. in suo tractatu. de potestate papæ.quæstio.25. Et latius idem Cardinal. ponē-
29 do quæstionem refert in cap.104 in 2.lib. vbi † per 11. motiua probat papam non posse se submittere iudicio alicuius. Et respondet secundum Vincentium.& Archiepiscop. ad capitulū nos si incompetenter, quod iudicium sumitur pro discretione, ita quod ad discretionem illorum dicebat papa se uelle omnia illa emendare, non aūt dixit, ꝙ iurisdictione illorū emendaret. item licet dicat quod imperator mittat nuncios qui inquirant & examinent quæ iudicata erant, non tamen dicit quod illorum authoritate reuocarentur. ipse tamen respondet quod aut se submittit inquantum homo ex sua humilitate, non quod constituat sibi superiorem, & potest. & hoc uoluit etiam Aluarus in tracta. de planctu ecclesiæ. aut se submittit alicui vt possit iudicare de persona & dignitate eius & eum deponere, & non potest. bene tamen posset in aliquibus causis in quibus haberet cum aliquo controuersiā super aliquibus iuribus ad eum vt personam priuatam pertinentibus ad tollendum controuesiam, se ex benignitate
30 submittere secundum eum. Ad capitulū Adrianus † cum capitulo sequenti.63.distinctione respondetur quodquantumcunque papa dederit potestatem Carolo in electione Romani pōtificis, & Leo Ottoni, nō per hoc sequitur quod se subiecerit iudicio Imperatoris, sicut nec hodie subiicitur cardinalibus licet ipsi habeant potestatem eligendi papam, ut in d.cap.vbi periculum.cum similibus de elec.in 6. Et ex ista ratione, quia Cardinales habent ius eligendi etiam respondetur quod satis ex tali submissione dicitur tractari de cardinalium præiudicio, & quod ideo requiri deberet ipsorum consensus.& quia sunt pars corporis papę, ut in d.c.1. de offi.leg.

in 6. & quia faciunt collegium cum papa, quia in administratione rerum uniuersalis ecclesię congregantur vt papæ consulant & eum in gerendis dirigant, licet forte respectu particularis ecclesiæ Romanæ non dicantur facere collegium se-
31 cundum Alexan. in d.cap.in synodo, Sunt enim†cardinales inhærentes sedi apostolicę sicut stellę in firmamento cœli dicit Bal.in l. cum multa. C.de bonis quę libe. Et, ut supra ēt relatum est, plus dicit idem Bal.in c. bonæ.el primo de postu-
32 la.præla.quod cardinales residentes in curia æquiparātur stellis fixis, quæ non mouentur nisi mortu orbis, sicut & cardinales non mouentur nisi motu papæ, & cardinales legati æquiparantur constellationibus siue planetis, qui mouentur motu proprio nutu Dei, sicut & legati nutu papę. Et quicquid faciunt pręsumitur facere nutu, papę, ut in cap.primo de postula.præla. Ideo dicuntur facere collegium cum papa, & appellatur sacrum collegium, ut dicit Alexan.in d.cap.in sinodo. Facit quod dicit Ioan.de Ana.post Hostien.in capitul.ad liberandam de iudæis.& in clemen.ne Romani de electio. & in capitu.1.in verbo sede vacante in glo.de schisma.in 6. Et hoc respectu dicitur supremum collegium ecclesiæ Ro-
33 manæ. Et collegium†reueren. dominorum cardinalum potest disci senatus papæ, licet non per omnia habeant potestatem antiquorum senatorum vt ponit Ab. in c.cum te. de re iudi.& dicitur in c.ecclesia.16.q.1. Imo in aliquib. lōge plus habent quam antiqui senatores Ro. qa eligunt papam, vt in c.in nomine domini.23.d. senatores aūt non eligebāt Impatorē qa eligebatur ab exercitu, & populus, obediēdo admittebat, ut in c.legimus. 93.dis. unde ex his non videtur quod papa sine consilio cardinalium possit se subiicere alicui. In-
34 nocentius tamen in†cap. ex parte.de uerbo.sign.dicit quod quando agitur cum papa de rebus vel iuribus, tunc sic est procedendum, quia papa contra aliū vel alius contra eū mouet quęstionem super aliquibus rebus vel iuribus, eligendi sunt arbitri pro utroque, ut iudicium procedat sine suspitione.argu.11.quæst.prima.si clericus.3.q.5.quia suspecti. Et licet hoc sit honestum, tamen non negat quin alicui posset causam delegare, sicut imperator facit causas suas & imperii sui tractari per procuratores suos qui ab eo sunt dati iudices, licet sint iudices ordinarii. C. vbi causæ fisca.per totum C.si aduersus fiscum.l.1.& 2. Et ita dicit seruari de consuetudine, quia papa similes suas causas delegat aliis. Pro quo bene facit tex.in cap.ad apostolicę de re iud.in 6. Si autem papę aliquis vellet crimē obiicere, tunc dicit quod de hoc nullus potest cognoscere.9.q.3.cap.facta. nisi de hæresi.ut in ca. si papa 40 distin. Item quando de potestate uel de sententiis eius agitur, nullus nisi ipse solus cognoscit. 9. q.3. capitu.isti sunt.cap.nemo & ca.sequen. Et sic videtur quod Cardin. de Turrecrem.habuerit eundem spiritum in effectu cum Inno. Et idem sentit Angelus in l.est receptum.ff.de iuri.omnium
35 iudicum.& idem Bal. & Paulus de Castro.ibi. Et idem quod †dicitur de papa uidetur dicendum de imperatore, qui licet sint iudices in causa propria, & possint de causa propria per seipsos iudicare, ut in l.& hoc tiberius.ff.de hęredi.insti.& in l.proxime. ff. de iis quæ in testamento delentur.& doc.in l.1. C.ne quis in sua causa.& in cap.cum venissent de iud. Et idē videtur in ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, ut per Bal.in l.1.ad fin. C.de sententiis quę sine cer. quantita.& Bar.in l.si alius.§. bellissime.ff.quod vi aut clam. Et est tex.in c.nouit.de iudi. vbi Rex francorum qui non cognoscit superiorem iudicat de causa propria. quod est verum secundum siculum ibi inter subditos, nihilominus etiam tales non recognoscentes superiorem poterunt se submittere iurisditioni & iudicio alicuius tacite vel expresse, ut dicunt doc in d.l. est receptum. Quod ut dicit ibi Bal. fecit imperator tempore quo fuit facta pax constātiæ. Allegat ad idem Cy.& odofredicens quod nou propterea præiudicauit successori per l.prouidēdum.C.de decu.li. 10. Et hæc submisio†fieri poterit vel
36 per uiam compromissi vel per uiā prorogationis, vel expressi consensus in aliquem, vel etiam taciti consensus. Vnde ut
37 dicit†ibi Angelus in d.l. est receptum, si sunt duo domini vnius castri qui habeant insolidum iurisditionem, si vnus derelinquat, tacite videtur se submittere iurisditioni alterius cōdomini. Cuius opinio in hoc non est vera, quia par in parem non habet imperium secundum Paul. de castro ibi, & contrarium tenent Bart.& Bal.in l.fi.ff.de re.diui.& Bart.in l.inter tutores.ff.de admi.tuto.& refer Alex.de Imol.in d.l.est receptum. Et ex hoc patet quod etiam alij superiores iudices possunt se submittere iurisditioni inferioris. Vnde archiepiscopus posset se submittere iurisditioni sui suffraganei. Facit bene quod dicitur post glo penul.in c.cum inferior de maio.& obe. & quæstio quam ibi ponunt doc. ubi aliquo respectu archiepiscopus potest subesse Archidiano. Quæ submisio
38 si bene†consideretur secundum Albericum in d.l.est receptum, est nullius momenti & parui effectus, quia si contingeret appellari a sentētia, omnino causa reuerteretur ad manus superioris. Quæ consideratio est uera in papa, sed in alijs habentibus superiores, forte non procedit, quia per talem submisionem ipse superior efficitur inferior illius, & non appellaretur ad eum sed ad alios superiores. & sic in illa causa si appellaretur, non appellaretur ab episcopo suffraganeo ad archiepiscopum sed ad patriarcham uel ad legatum uel ad papam. Et ratio est quia nullus appellat ad seipsum, ut patet in diffinitione appellationis, ut probatur in rubri.de appel.& in specu.de appel. Et ideo non uidetur bona consideratio Alberici, qui voluit restringere tex.in d.l. est receptum, dicendo quod loquatur quādo maior submittit se iurisditioni minoris qui non sit eius subditus, quia ille tex.debet intelligi indistincte in inferiori a papa In papa autem non potest habere effectum, quia non habet superiorem nisi Deum, ut in d. cap.aliorum.9.q.3. Et in eo si nollet seruare sententiam, est verum ꝙ submisio eius esset nullius effectus.& hoc probat tex.in c.mandastis, & c.auditum. 2.q.4.

39 **Vnde** in papa†aut loquimur de submisione in foro pęnitentiali.& dicendum est ꝙ talis submisio fieri poterit, vt est gl.in c.nemo 9.q.3.& gl.in c.sane de offi.deleg.& dicunt doc.in c. omnis de pœ.& remis. Et ratio est qa tunc confessor tenet locum Dei, & non a subdito iudicatur eius causa, sed a Deo. item ut dicitur infra in 13.conclusione tunc papa non subiicitur inquamtum papa sed vt priuata ꝑ-
40 sona. Aut†loquimur in foro iudiciali seculari.& nullo modo poterit se subiicere, qa faceret iniuriam Deo, ut supra dictum est, cū nō solū nō posit seipsum sed nec clericos subijcere iudicibus secularibus, sic ꝙ laici iudicarent omnes clericos generaliter, quia clerici hoc priuilegium habent a Deo, & turbaretur uniuersalis status ecclesiæ, ut notatur per cardi.in c.perpendimus de sen. excom. & Ab.in c.2.de maio. & obe.& in c.proposuit de conces.præben.& in c. literas de re. sti.spolia.& in d.ca.ecclesia de consti.& in d.c.at si clerici 14. col.de iudi.Inn.in d.c.2.Ludo.in l.si uero in § de uiro.ff.solu. matrimo. Quia ea q̄ sunt de iure diuino, papa non pōt tollere 25.q.1.cap.sunt quædam. bona glo.in c.si imperator.96.di.
41 & in c.q̄q̄.de censi.in 6. Causam autē†spiritualem potest bene committere laico, maxime si committat tanq̄ executori, ut uide in c.decernimus de iudi. Non obstat.c.nos si incōpetenter, quia responsum est supra quod ibi papa non submisit se iudicio imperatoris, sed sensit si quid minus bene reperiretur per eum in subditos gestum ꝙ facta inquisitione diligenti per missos ab imperatore, ipse esset paratus illa per se emendare, & non quod imperator iudicaret de rebus gestis per papam. & est potius quædam spontanea oblatio, ad demonstrādum quod nihil reperiretur quod male gestum per eum dici posset. Et eodem modo est tex in d. capit.ad apostolicæ de re iudicata in 6. Et hanc conclusionem etiam ponit Ioan.de Ligna.in d. ca. ecclesia. dicens quod cum papa sit vicarius Dei, non potest diminuere potestatem sibi a Deo tra-
42 ditā. Aut loquimur in foro ecclesiastico. tūc aut de persona papę iudicanda. & similiter non potest se submittere alicuius iurisditioni, quia extra casum heresis non potest ab aliquo iudicari, ut in d. cap.si papa.40.dist. dicit Innocen. in dicto capitulo ex parte, & docto.in capitulo in fidei. de hæredi.in 6. Et est conclusio sancti Thomę in quarto senten. dist. 19.& Alberti Magni, & Bonauenturæ & Ricardi de media villa, vt refert Alexan.in d.cap.nos si incompetenter. vbi ꝓbat hanc conclusionem pluribus rationibus. Fallit†nisi papa
43 se subiicere vellet alicuius iudicio ex quadam humilitate, ut de hoc est tex.quē ita intelligit domi.ibi & Arch.post Hugonem in cap.si quis. 2.q.7.& est tex. Beati grego. qui ex sua humanitate ut plurimum de se loquendo loquebatur in singulari, ut patet in cap.nihil. de pręscrip. Vel intelligo illum text.non quod subiecerit se iudicio alicuius qui cum haberet iudicare, cum non posset ut supra dictum est, sed suę propriæ correctioni & emēdationi. Quod concipio ex uerbis illius tex.cum dicit veniat ad sedem apostolicam, cum tamē ipse esset caput sedis apostolicę. & ibi ante confesionē Beati Petri & ibi sententiam suam. quasi dicat sententiam Beati Petri & sic iudicium Dei, cuius odicio tantum papa est suppositus, ut in cap.aliorum, cum pręcedenti. & seq.9. q.3. Et sic proprie loquitur tex.in d.cap.ad apostolicæ, quia ibi papa dixit se paratum congregare principes, & quod si in aquo Rex fuerat lesus per ecclesiam, ecclesia parata erat de consilio concilii ei satisfacere. Non dicit quod concilium vel prin-
44 cipes iudicare deberent, sed ipsamet ecclesia. Item†fallit nisi vellet se purgare ad conuincendum malitiam æmulorum & ad ostendendam ex superabundanti sua humanitate se Innocentem, non tamen quod subiiceret se alicuius iudicio & ita procedit capitu.mandastis. & capitulum auditum. 2.
45 q.4. Item fallit†vbi esset contentio inter duos de titulo papatus, vel vbi esset schisma tale quod nō posset discerni quis

esset verus papa, quia forte ita antiquatum quod saperet heresim contra fouentes, sicut fuit tempore Gregorii. 12. & Benedicti. 13. & Ioannis. 23. vel quando ageretur de titulo papatus contra illum qui nunquam fuisset receptus pro papa, vel quādo in actu electionis insurrexisset dubium quis esset verus papa. Quia his & similibus casibus quando agitur contra dubitatum papam. quibus casibus est iudicium concilij, vt in capit. si duo. 79. di. tūc poterit fieri submissio concilio generali, quia non est proprie submissio papæ nec papalis dignitatis. Facit quod dicitur per doctor. in cap. cum super de causa posses. & proprie, & quod dico infra ponendo modos quibus tollitur schisma, & quod ponit Cardin. in cap. licet de elect. & in consil. 105 incipit quæsitum. Aut loquimur † quando tractatur

46 non de persona papæ sed de aliquibus iuribus concernentib. interesse alicuius particularis ecclesiæ vel alterius personæ, vel bonorum eius & sic de simil. Et tunc poterit se submittere iudicio concilii, vt est text. in c. ad apostolicę de re iudic. in 6. intelligendo alio modo quod principes & concilium congregandi deberent esse iudices. Item in similibus casibus poterit causam alteri delegare, vt dicit glos. & ibi doct. in capit. nullam. 2. q. 4. in l. bene a zenone, quæ loquitur in imperatore. C. de quadrien. præscrip. & glos. in capitulo cum dilecta. in verbo procuratricem circa fi. de confirmat. vtili vel inutili. & Abbas in cap. si quis contra clericum de foro compet. & Ludou. consilio 509. incipit circa propositam, & Innocent. in dicto capitulo ex parte de verborum significat. facit quod dicitur in c. cum venissent de iudic.

47 Et ad prædicta † (quod papa non possit se subijcere alteri (faciunt illa quę dicūtur infra in illo articulo an papa ligetur capitulis conclauis iuratis & votatis. Nec videtur sufficienter responsum ad capitulum nos si incompetenter, dicēdo quod sumitur iudicium pro discretione, vel quod narrat factum ex humanitate, quia verba text. ibi legitimo terminentur examine, & ibi indiscussum vel indefinitum remaneat, ostendunt quod text. loquatur de uero iudicio, & ita ibi Domin. ponderat illum text. & videntur dicere moderni in dicto capitulo ecclesia, & in dicta l. est receptū. Sed adhuc datur responsio quod illa uerba non respiciunt iudicium imperatoris cui papa ibi se subiicit, sed referuntur ad illum qui pro informatione transmittitur, qui debet diligenter rem examinare, vt vera possit fieri relatio. Similiter capitulū primū de renunciat. non obstat, quia per renunciationem papa remanet sine papatu, & ideo tunc non agitur de præiudicando dignitati pontificatus, sicut ex submissione papæ. Vnde pro confirmatione prædictorum Bal. in d. l. est receptum dicit allegando text. ad hoc in capit. per venerabilem. qui filii sint legit. & l. apud consiliū, & quod

48 vtrobique habetur. C. de manu. uindic. quod ideo † imperator siue papa non potest se subiicere inferiori nisi in foro penitentiæ, quia cum possit in propria causa iudicare, submittendo se derogaret suæ iurisditioni, quod non potest facere, argum. l. sed & si seruum. §. si quis iudex. ff. de arbit. quia ex quo per seipsum potest actum explicare non potest salua dignitate, & honestate sui imperij alteri se submittere, argument. l. quia ratio. ff. de condit. institut. Allegat Innocent. Odofred. Cyn. & Thom. de For. Ad quod facit, quod potestas papæ non est ab homine sed Deo, vt in capitulo nouit. de iudic. & ideo cum tractatur de eius iurisdictione, persona, vel dignitate, merito non debet dici posse se subijcere, quia eius electionem & iudicium Deus sibi reseruauit, ut in capitulo aliorum. nona quæstione tertia, & capitulo facta, eadem causa & q. & in cap. eiectionem. 79. dist.

49 Sed Milis † in verbo papa non potest imperatorē in fin. videtur velle simpliciter si papa subiiciat se imperatori de consensu cardinalium, quod possit per imperatorem deponi, allegat ad hoc glo. in cap. in synodo. 63. distin. Sed postea se non firmat, cum remittit se ad Archid. in d. c. nos si incompetenter. post gl. primam ibi. Quidam

50 doctor † qui edidit repertorium ad Felinum, dicit quod papa potest bene se subiicere concilio generali per illam glos. in c. nemo. 9. q. 3. & glos. in d. cap. nos si incompetenter. quas dicit ita intelligendas, cum dicūt quod papa potest se subiicere, intelligitur, s. generali concilio. Ad quod etiam allegat gl. in c. Anastasius 19. dist. quæ cum dicit quod cōcilium generale est maius papa, dicit ꝙ debet intelligi quando papa se submisit concilio generali & non aliter. Sed istius opinio est diuinatiua ad illas gl. ideo tene cum dis. supra posita. Hinc sumpta occasione virtualiter respondendo ad adducta in contrarium, decius in d. c. ecclesia de constit. dicit ꝙ verior opinio in puncto iuris est ꝙ papa possit se submittere, sed opinio cōis est in contrarium. Sed tu dic in omnibus ut supra dictum est, & responde ad motiua eius quæ supra sunt posita prout etiam supra est responsum. Egidius autem † Bellamera in capitulo in fidei de hæretic. in sexto dicit quod papa non potest supra se aliquem iudicem constituere qui iudicialiter seu authoritatiue possit personam ipsius iudicare, & hoc siue per modum commissionis siue per modum submissionis hoc facere velit. quia stante ptāte papali & vicariatu Christi penes eū. si diceremus eū hr̄e superiorē, īplicaret ɔ̄dictionē qa si verus papa est Christi vicarius, de necessitate infertur, ergo sup. oēs & etiam supra concilium capit. significasti de elec. Facit capit. nemo iudicabit, & cap. quincunque cum seq. 9. q. 3. Sic ergo superior qui personam eius iudicare habeat, esse non potest, quia sic esset illi inferior, & sic esset contradictio. Item iudicium fertur in inuitum. l. inter stipulantem § 1. de verbo. obli. Et in iudicio quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. & ex isto contractu nascitur obligatio. l. omnem. ff. de iudi. quæ de necessitate astringit, insti. de obli. prin. Sed sub hac conditione si uelit nulla contrahitur obligatio. ff. de act. & obli. l. sub hac. Et ideo sententia debet habere necessariam executionem ne sit delusoria ff. de mino. l. minorem. 25. annis cui fidei commissum, & ff. de iudi. l. si prætor, & de rei vendi. l. qui restituere. & Ne vis fiat ei. l. 3. in prin. Sed papa nō posset aliquam commissionem uel submissionem facere quin eam reuocare posset. ff. de iudi. l. iudicium soluitur. ff. de lega. 3. l. si quis in prin. testa. quia sibi ipsi imperare non posset. ff. de arbi. l. penul. Itē nec huiusmodi commissarius siue compromissarius posset in ui commissionis uel submissionis papam inuitum coarctare vel contra eum sententiam executioni demādare, quia nullus homo potest uerum Christi uicariū, solius Dei iudicio reseruatum, iudicare. d. cap. nemo, & capi. aliorum. 9. q. 3. & capit. nunc autem. 21. di. Ad hoc facit quod hoc priuilegium sedis apostolicæ non est inductum solum in fauorem personę sed in fauorem etiam ecclesiæ & principaliter. & sic per papam renunciari non potest. d. cap. si diligenti, & capitu. significasti de foro compe. 12. q. 2. cap. non li-

52 ceat. Et quod papa non † possit se submittere iudicio alterius tenet Ioannes de ligna. post Vin. in d. cap. ecclesia de consti. ut supra dictum est exponēdo text. vt supra, videlicet iudicio id est discretione. Ad quod inducit quia cū sit dominus omnium, a nullo potest iudicari. 9. q. 3. ca. cuncta per mundum, nisi in foro pęnitentię cum tunc sacerdos fungatur vice Dei. Ita dicit Ioan. de ligna. in d. cap. ecclesia. Si enim in se iurisditionem non habet, non potest in alium transferre, regula ne-

53 mo potest. Nec obstat † quod dicitur quod iudex vnus potest se submitte iurisditioni & iudicio alterius, ut in l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad trebellianum, & in l. est receptum de iuri. omnium iudi. Quia illa submissio fit authoritate legis in inferiore a principe authoritatem publicam approbantis, ꝙ legis authoritas non potest habere locum in papa, quia est s̄. omnem legem, cap. proposuit cum similibus. de conces. pręben. nec per legem suam vel prędecessoris eius vel alicuius alterius astringi potest. c. fi. de rescrip. l. non potest. ff. de. ll. Et

54 licet † Iaco. Butrio. & Bal. in d. l. est receptum, dicant quod imperator in causa propria potest se submittere, nō loquuntur de submissione iudiciali quoad personam ipsius imperatoris. Quod patet, quia ipsimet volunt quod submissio quam fecit imperator tempore quo facta fuit pax constantiæ, non p̄iudicat successori. l. prouidendū. C. de decu. 6. li. 10. Facit quod dicitur in cap. per venerabilem. §. verum, qui filii sint legi. Similiter nō obstat quod imperator dat iudicem in causa quā habet cum subdito, & deputat procuratorem fisci & procuratorem Cæsaris qui cognoscunt de causis quæ uertuntur inter fiscum uel Cæsarem & subditos ipsius imperatoris. quia licet ex ordinatione imperatoris tales sententiæ contra cameram fiscalem uel Cæsaris mandent̄ executioni, sicut mādarentur contra priuatum, tamen personam imperatoris p̄sonaliter non astringunt, quia sicut imperator non pōt astringere se per seipsum, ita nec per alium. Item non obstat quod contractus initus per principem cum priuato de iure tenet & principem astringit, vt dicitur in d. l. digna. uox. C. de legibus, & in capitu. 1. de proba. Quia superioritas non arguitur ex contractu, quia ita potest maior sicut minor contrahere, cum contractus sint iuris gentium, ut in l. ex hoc iure. ff. de

55 iusti. & iure. Nec poterit se † submittere si agatur de titulo papatus inter duos, quia hęc iurisditio cognoscēdi de causa papatus nō est penes papam. C. ne quis in sua causa in rubro & nigro. sed est penes concilium generale, vt patet ex ijs quæ dicuntur in cap. si papa. 40. dist. & in capit. licet de elec. & 79. dist. capitu. si duo. Igitur non poterit istam iurisditionem in alium tranferre, argu. d. cap. significasti de foro compe. Et licet ista ratio non militet in papa qui potest cognoscere de causa propria, vt in cap. cum venissent de iudi. & d. l. 1. C. ne quis in causa propria. & C. si aduersus fiscum. l. 1. & 2. sicut dicimus & de episcopo in causa suę ecclesiæ secundum Barto. in d. l. 1. tamen uidetur uera ubi ageretur de causa hæresis ꝯ papam, quia propter heresim si sit pertinax, habetur tāquam priuatus, & perdidit ius papatus, vt sæpius dictum est, & dicetur

tur in illo articulo an papa possit accusari de hæresi & an pos-

56 sit deponi per concilium. Si tamen † esset contētio inter duos de papatu, posset etiam verus papa consentientibus illis quorum interest pro maiori scandalo vitando & pro pace procuranda acunione facienda se submittere discretioni aliquarū personarum iuratarum, dummodo & alius cōpetitor idem

57 faceret. Et sic potest † intelligi alio modo capi. nos si incompetenter secunda quæstione septima secundum egi. in dicto capitulo in fidei. Quod intelligo non quod tales haberent, exercere aliquam iurisditionem vel superioritatem in verū papam, per ea quæ dicta sunt supra, sed quod tractarēt vnionem & intrusum inducerent ad præstandum obedientiam vero papæ. Facit quod dicitur in capitulo nisi essent de præben. in capitulo cum pridem. de pac. & in capit. dilectus el secundo de Simo.

Et ex istis dominus Cardinalis pampilonē. posuit ad huc decimatertia conclusiones infrascriptas, quas refert Egi. in dicto capitulo in fidei quarum aliquæ licet videantur pręsupponere aliqua contraria præmissis, ut patet de secunda & septima, tamen illas intelligere oportet secundum præmissam distinctionem.

58 Prima igitur † conclusio est quod contentio de titulo papatus non est principaliter cōtentio Romanæ ecclesiæ vel sedis apostolicæ, sed propria & personalis ipsius qui contendit & dicit se papam. probatur per l. papinianus. §. si ex causa. ff. de inoffic. testament. & per l. si hæres. ff. ad legem falci. & l. ratio. C. de hæredi. vel act. vendi. per notata per Innocen. & Hostien. in capit. cum super. de causa posses. & proprie. & capitulo. in literis. de restitutione spoliatorum & capitulo dilectus el secundo de prębendis. & capitulo ex literis. de proba. capitulo ex parte. de arbi. capitulo quia. V. de iudiciis. capitulo si gratiose de rescriptis in sexto.

59 Secunda conclusio † est quod contentio super falsitate, vel veritate criminū impositorum papæ indubitato, non est Romanę ecclesiæ vel sedis apostolicę sed propria & personalis ipsius papæ. Probatur in capitulo nos si incōpetenter. secūda quæstione septima & §. item Hieronymus & §. item simmachus eadem. causa & quæst. & in capitulo mandastis. secunda quæstione quarta.

60 Tertia conclusio † est quod sententia declaratoria lata contra eū qui dicit se papam & de papatus titulo contendit, non cedit in infamiam uel dispendium Romanæ ecclesiæ, uel sedis apostolicæ. sed sententia declaratoria lata contra papam indubitatum cedit in infamiam Romanæ ecclesiæ uel sedis apostolicæ propter iacturam eiusdem, Primum probantur quia non fuerat contractum vinculum spirituale inter eum qui succubuit & Romanam ecclesiam. Secūdum probatur, quia tunc fuerat contractum vinculum spirituale inter eū qui succubuit & Romanā ecclesiā, ut in capitulo inter corporalia de translatione prælatorum Nam status eius non reuocabatur in dubium, & ignominia sponsi transit ad sponsam & econtra. Non autem quando uinculum non fuit cōtractum propter carentiam tituli canonici, sicut apparet ex sentētia declaratoria sup statu lata, quæ facit ius quo ad omnes, ut in l. ingenuum. ff. de statu hominum & ut ibi dicitur ab omnibus habetur pro ueritate. Probatur quod dixi de ignominia in l. prima, ff. rerum amo. & l. prima in fine. ff. de iniuriis. & in l. aduersus. ff. de crimi. expila. hære.

61 Quarta † conclusio est quod interest Romanę ecclesię tam pro honore quam pro utilitate & libertate ipsius ecclesiæ ꝙ feratur sententia declaratoria super statu cōtendentis de titulo papatus, uidelicet vt maneat in possessione pacifica si canonice est electus, vel ut ab omni possessione eiiciatur si sit intrusus. probatur per capitulū in nomine domini uigesimatertia distinctione, & quod e contra interest Romanæ ecclesię tam pro honore quam pro libertate ipsius ecclesiæ ne sententia declaratoria feratur contra papam super criminibus ei impositis nisi esset hæresis per capitulū. Anastasius decimanona distinctione iuncto dicto capitulo mandastis. secunda quęstione quarta Probatur etiam quia primo casu sententia ferretur contra eum qui esset intrusus, & non papa. secundo casu manifeste ferretur contra papam verum & indubitatum, qui etiam post sententiam maneret papa licet diffamatus.

62 Quinta conclusio † est quod ad officium papæ non pertinet contendere de titulo papatus, sed ad personam ipsius papæ cui mouetur quęstio de titulo papatus, pertinet contendere de papatu non nomine papatus, vel Romanæ ecclesiæ, sed nomine proprio ipsius se papam esse contendentis. item quod ad officium papæ pertinet contendere de iurib. papatus & iura papalia tueri. Vtrunque autem est necessitatis. Probatur in l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empto. & in l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. iuncta. l. fin. ff. quod falso tutore autho.

63 Sexta conclusio † est quod vbi duo contendūt de titulo papatus & vnus est verus papa alter falsus, sed non potest discerni verus a falso propter magnos errores intercedentes argumen. l. primæ, ff. de eo qui pro ruto. in principio, prout fuit tempore schismatis benedicti, Ioannis & Gregorij, ex necessitate salutis & vinculo iuris humani atque positiui debent se submittere inquisitioni veritatis & declarationi finaliter in uim iustitiæ, vt cognoscatur & discernatur verus a falso. Et hanc submissionem auidius cupere debet qui de iure suo confidentius agit exemplo illius quod legitur tertio, reg. tertio, & dicitur in cap. afferte de præsump. de illa muliere quæ feruentius petebat superstitem infantem consocię dari. item pastor debet eripere oues de manibus luporum.

64 Septima † conclusio est quod sicut papa indubitatus tenetur ex debito salutis & ex bono iustitiæ ne lędatur, vel iacturam subeat inferior se ueritati & iustitiæ ministrandæ submittere, capitulo cum uenissent. de iudic. capitulo cum nobis de præscription. & cap. cum ad audientiam. de confirma. vtili, vel inutili capitulo cum dilecta. l. bene a zenone circa medium, & ibi glos. C. de quadrien. præscriptio. & l. est receptum. & ibi glo. ff. de iurisdictione omnium iudicum, ita papa dubitatus & is qui dicit se papam & de titulo papatus contendit, ex debito salutis & iustitiæ ac unionis se submittit iustitiæ. Probatur ex æquiparatione quę fit articulorum fidei & status vniuersalis ecclesię, ut notat Archi. in capitulo sicut sancti. decimaquinta distinctione. Constat autem quod vbi est quęstio de articulis fidei, papa indubitatus subiicitur iustitię, ut in capitulo Anastasius. decimanona distinctione. Ergo & vbi est quęstio de totali statu uniuersalis ecclesię subiicitur iustitię papa dubitatus, cum etiam si esset papa indubitatus necessario subiiceretur. ne sit melioris conditionis dubitatus quam indubitatus, argumen. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligationibus.

65 Octaua † conclusio est quod papa dubitatus & is qui dicit se papam, quando de papatu contendunt subiiciuntur iustitię, vt priuatę personę, & ut seruetur ęqualitas in exhibitione iustitię & discussione veritatis, nullus reputatur papa tempore examinationis ipsius ueritatis. totali ecclesia. licet etiam tunc temporis nihil innouaretur super eo quod diceretur quod ante adheserunt cardinales vni quam alteri, argum. c. 1. ut lite pendente.

Sed quando papa dubitatus, vel indubitatus contendit super iuribus papalibus, vel iuribus priuatis cum sibi subditis non referentibus ei quęstionem status, tunc subiicitur iustitię, ut papa, & sic non ut priuata persona, sed ut publica & principalis persona & caput ecclesię, vt dicto capitulo cum uenissent. cum similibus. Pro quo est quod notat Innocentius & Hostiens. in capitulo in literis de restitutio spoliator. ubi quæritur de subditis in beneficio quod per intrusionem possidetur non referentibus quæstionem dominij super titulo pro quo. l. prima, & per totum. ff. quod falso tutore authore.

66 Nona conclusio est quod concilium generale in negocio schismatis quādo de titulo papatus inter duos contenditur, est iudex competens, ut discernat pręcedente debita inquisitione verum papam a falso, ut notat. glosa in capituli si duo. 79. distinctione quam sequitur Archi. argumen. capituli si quis episcopus el primo 6. quæstio quarta quod intelligit quando non est suspectum. Quod probatur per d. capitulum si quis episcopus. nam quando synodus prouincialis est suspecta propter diuisionem episcoporū in cōdemnatione uel absolutione vnius ex episcopis illius prouinciæ, tunc habetur recursus ad metropolitanum alterius prouincię & aliquos ex suffraganeis, ut pariter residentes causam huius episcopi diffiniant. Suspectum ergo merito dicitur quando omnes episcopi orbis essent adhęrentes duobus contendentibus de papatu. nam sicut unum caput ex duobus esset suspectum ad causam decidendum, quia in propria causa iudicaret, ita & omnes episcopi ei adhærentes & pro papa eum reputans sunt suspecti capitulo insinuante, & ibi notatur, de offic. deleg. cap. accedens el. 2. ut lite non contesta. l. vnica. C. si quacunque prædi-

po. ibi cum sua suorumque domo iurisditionem eius euitare. 67 Decima conclusio † est quod vbi concilium generale propter adhæsionem est suspectum vtrique parti, non propterea deberet veritas manere occulta & iniustitia nõ iustitia ministrari. Nam licet non sit dare superiorem qui ad oculum monstrari posit, vt in cap. licet de elect. & licet concilium generale sit suspectum, non propterea bonum iustitiæ est supprimendum, ex quo posset aliquo modo iustitia ministrari, sicut esset si ex consensu ambarum partium certi numero pari deputarentur, vt in capitu. iudices. 11. quęstio. prima. Tunc enim verum esset dicere qđ verus papa eos deputasset, ex quo ipsi ambo quorũ vnus est verus & alius falsus, eos deputasset, & sic ualeret. l. prima, §. verbis edicti. ff. quod falso tutore aucto. Vel si ex consensu amborum quorum principaliter interest essent electi iudices competentes propter necessitatem imminentem, quæ legi non subiicitur. l. secunda, in principio, ff. ad legem Corneliam, de Iac. Nam propter hoc dubium & obstaculum quod uertitur in contentione duorum de titulo papatus contendentium tollendum per tramitem rectitudinis, eligenda est uia quæ tamen non sit præceptis euangelicis contraria nec decretis sanctorum patrum aduersa, vt in capitulo sicut quondam. decima 68 quarta distinctione. Vndecima † conclusio est quod iudices deputati per papam indubitatum, vel etiam dubitatum qui in uim iustitiæ se submisit, non procedunt aliqua sua propria auctoritate & iurisdictione etiam si per se haberent iurisdictionem ordinariam, sed solum procedunt ex auctoritate ipsius papę deputantis eos, & sic non erunt superiores papa nec papa eis inferior, vt in l. etsi præter. ff. de off. eius cui manda. est iurisdictio. & gl. sentit in d. l. bene a zenone. dum allegat dictam l. etsi præter. Et sic non obstat nona quæstio. tertia nemo, & capit. aliorum. Imo & ipse papa censetur sententiare per seipsum quod sententiatur per tales auctoritate eius deputatos, argumen. l. item. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vni. not. & l. vna. in fi. ff. de offic. præfec. præto. Nec obstat. capitulum nunc autem. 21. distin. quia vel ibi non fuit facta submissio, vel si facta fuit ipsi iudices noluerunt vti ipsa submissione qua poterant, nec uti sua auctoritate ordinaria, qua non poterant per dictum capitulum nemo. Duodeci-69 ma † conclusio est quod duobus cõtendentibus de titulo papatus quorum quilibet suos habet adherentes, submissio quæ fieret non esset propter adhærentes submittenti sed propter competitorem & eius adhærentes qui dicunt eum non papam sed intrusum. Vnde vterque eorum reputatur ab altero persona priuata & occupatrix sedis apostolicæ. & hac consideratione vterque eorum reputat submissionem factam per competitorem esse factam per intrusum, & sic per priuatam personam iustitiæ suppositam, quę potest se subiicere iurisdictioni alterius. l. prima, ff. de iudic. l. si qui ex con-70 sensu. C. de episco. audien. Decimatertia conclusio † est quod papa dubitatus qui de titulo papatus contendit, submittendo se iudicio humano, censetur se submittere quemadmodum se submittit papa indubitatus confessori suo in foro pęnitentiali. Nam tenetur parere & ligabit eum sententia illius, vt notatur in dicto capitulo nemo nona quęstio. tertia. Nam licet papa se submittat, effectus tamen submissionis concernit papam non ut papam sed ut hominem priuatum, quia papa non habet superiorem sed vt homo, argumen. capituli si gratiose. de rescript. in sexto. Et sic submissio ista fit per papam, attamen effectus submissionis cõcernit papam non vt papam, sed ut personam priuatam dicentem apud se esse papatum. Eodem modo quando papa alicui concedit ut ipsi concedenti det indulgẽtiam plenariam. nam concessio est papalis, sed executio concessionis terminatur in eum vt hominem priuatum secũdum cardinalem pampilonen.

LIBRI VI. FINIS.

Cardin. Iacobatij, de concilio, Liber septimus.

SVMMARIVM.

1 *Papa si promisit cardinalibus in capitulis conclauis, infra biennium congregare concilium, quod sit elapsum, an cardinales possint propter negligentiam papę congregare, & papam citare. Et argum. quod sic vsque ad num. 8. per totum. Et quod dicti cardinales non potuerint congregare. numero 9. 10.*

Et respon. ad contraria. nu. 13. 14. 15. 16. 24.

Et quid si papa congregauit concilium et pronunciauit concilium per cardinales congregatum nullum.

Et declarauit eos schismaticos.

Infra numero 2.

Et quid si mortuo papa tales cardinales sic declarati, vel int interesse nouæ electioni.

Infra numero 3.

Et quid si papa, sic declaratis illis Cardinalibus schismaticis, an potuerit alios creare sine concilio concilij tunc congregati.

Infra num. 4.

Septem dubia declar. per auctorem.

Infra num. 5.

6 *Promissio iurata non admittit more purgationem.*

Et ibi plures effectus iuramenti.

7 *Negligens facere aliquem actum si per eius negligentiam potestas sit deuoluta ad alium, ille non potest se vlterius in illo actu intromittere.*

8 *Præuentionis vnus effectus.*

11 *Cardinales sine papa capite non constituunt collegium.*

Nec possunt ut singuli congregare concilium. ibid.

12 *Contemptus vnius plus operatur quam contradictio plurium.*

41 *Cap. nunc autem 21. dist. intellectus.*

15 *Papa cum congregat concilium, per alios congregatum fit irritum.*

16 *Concilium non potest imponere legem papæ.*

Et constitutio frequens, in concil. constant. non fuit edita cum papa, nec aliquando confirmata. ibid.

Et illius constitutionis declar.

Infra numero 18.

17 *Papæ protestas in Sansone representatur.*

18 *Consilium vel præceptum ante sit. remissiue.*

19 *Dies interpellat pro homine huius regulæ declar.*

Infra. num. 22. & 25.

20 *Negligentia negligentiæ compensatur.*

21 *Mora quibus casibus purgari possit.*

Et infra num. 38,

Et ibi declar. Ang.

22 *Difficultas in expeditione actus excusat.*

23 *Impedimenta excusant.*

26 *Moræ purgatio semper admittitur de æquitate Canonica in foro conscientiali.*

Et infra numero 37.

27 *Papa si tenebatur infra tempus congregare concilium etiam per iuramentum, & non congrogauerit in tempore, an si postea indixerit censeatur se absoluisse & secum dispensasse.*

Et infra num. 40.

28 *Iuramento multæ insunt conditiones.*

29 *In papa semper presumitur iusta causa.*

30 *Quicquic excusat a mora, excusat a periurio.*

31 *Princeps tollendo exceptionem dilatoriam non dicitur tollere ius.*

32 *Papa licet non possit tollere vim iuramenti quando aliquid ex eo, alteri quęritur potest tamen concedere dilationem super ipsius obseruantia.*

33 *Princeps potest tollere etiam sine causa ea quæ sunt iure ciuili inducta.*

34 *Renunciatio licet regulariter non valeat nisi sit admissa per superiorem valet tamen renunciatio papæ & ipsemet illam admittit, quia non habet alium superiorem.*

Et idem in quolibet non recognoscente superiorem.

Infra num. seq.

36 *Iuramentum impedit purgationem moræ.*

Et quomodo intelligendum.

Et facta exequtione a lege vel ab homine impeditur purgatio morę, declarat. ibid.

39 *Moræ purgatio non admittitur post requisitionem.*

Et quomodo intelligatur.

41 *Papæ creditur si alleget impedimentum aliquod sibi obstitisse, et illud impedimentum relinquitur eius arbitrio, cum non habeat superiorem qui possit arbitrari.*

42 *Antonius in c. 1. de const. declar.*

43 *Negligentia papæ per neminem suppletur.*

44 *Papa apponens manus ad aliquod negotium ita dicitur illud ad se aduocare quod gesta ger alium sunt nulla.*

45 *Cap. tibi qui de rescript. in 6. & c. si clericus. de præb. co. li. & c. capitulum de rescaip. declar.*

46 *Tempus adiectum quando non inducit tacitam renunciationem, lapsus termini non inducit priuationem nec deuoluit ius ad alium.*

47 *Citatio inducit præuentionem iurisdictionis.*

Et quomodo intelligendum.

Infra num. 48.

49 *Appellatio quod locus non sit tutus ad conueniendum, vel ad comparendum, redit processum postea factum nullum.*

50 *Papa non astringitur iure positiuo.*

51 *Negligentia papę, alios posse congregare concilium. nullibi iure cautum reperitur, licet ex malitia & dolo sic.*

52 *Metus quomodo probetur.*

Præ-

53 *Prelatus criminosus, & hæreticus, est euitandus, & ab eo in quinque casibus ante sententiam potest recedi. num. 54.*

Contrarium probatur.

Infra num. 56.

55 *Prelatus qui amisit gratiam papę uel alias ab eo contemnitur potest a suis subditis euitari.*

57 *Papa ex nullo crimine dicitur suspensus ipso iure a papatu, nisi in casu hæresis.*

58 *Cardinales discedentes ab obedientia papæ ante sententiam, dicuntur schismatici.*

Fallit in duobus casibus. ibid.

59 *A Papa non est recedendum, nec ei obedientia subtrahenda, propter hæresim ocultam.*

Et ratio assignatur. num. seq.

61 *Papa si paratus est corrigi et fatetur suum errorem non deponitur, etiam propter hæresim.*

62 *Ioanni, Gregorio, & Benedicto, qui eodem tempore contendebant de papatu, & erant schismatici, an potuerint cardinales illis subtrahere obedientiam.*

63 *Cap. cum secundum de her. in 6. intellectus.*

64 *Notorium delictum non requirit declaratoriam.*

65 *Papæ schismatico notorio an sit subtrahenda obedientia. & quid in dubio & numero 67.*

66 *Timor vel ignorantia, non excusant a discessu.*

Fallit. num. 68.

69 *Lex fi. ff. de colleg. illic. limit.*

70 *Quilibet tenetur scire quæ ad eius officium spectant, nec illum excusat ignorantia.*

72 *Superior per inferiorem aliquando arguitur.*

22 *Rebelles qui sint.*

Et infra num. 74. & 75.

73 *Transfuga quis dicatur.*

75 *Proditor quis dicatur.*

76 *Rebellis, huius verbi etimologia.*

77 *Scientia sola de machinationibus contra principem facit quem teneri de maleficio.*

79 *Statutum loquens de Rebelle non habet locum in inobediente quia inobedientia non concernit statum principis.*

Contumax & rebellis differunt. ibid.

79 *Confugiẽs ad locum tutum non dicitur rebellis, et fuga sola non facit quem rebellem. ibid.*

80 *Schisma & hæresis differunt.*

80 *Apostata an intelligatur schismaticus & apostata quis dicatur.*

82 *Schisma temporis spatio labitur in propriam & veram hæresim.*

83 *Schismatici dicuntur qui subesse renuunt summo pontifici.*

Et infra num. 86.

84 *Hæreses, & schismata orta sunt quia sacerdoti Dei non est obtemperatum.*

85 *Vestis inconsutilis domini designat vnitatem ecclesiæ.*

87 *Schismatis diffinitio per Ioannem de Anan.*

Et aliæ. ibidem.

87 *Romæ laudes, & Rom. eccl. prærogatiuæ.*

89 *Processus papæ nullo iuris ordine seruato fabricatus tenet.*

Et in eo non requiritur citatio, ad sententiam. ibi.

90 *Notorium licet iudici non constet vt tale, nihilom. valet sententia super eo sine citatione.*

Et comprobatur.

Infra num. 91. & 95.

92 *Iudex qui iurauit seruare in omnibus causis ordinem iudiciarum non tenetur in casu notorio.*

93 *Notorium non indiget probatione, sed sufficit illud allegare.*

Et proponere aliquid in contrarium.

Infra num. 97.

94 *Notorium quid sit.*

96 *Papa licet possit ferre sententiam in absentem non tamen contra non omnino citatum, vel citatum ad locum non tutum.*

98 *Papa an possit procedere contra aliquem sine citatione.*

99 *Capit. cum olim, & cap. quanto, de translat. prælat. declar.*

101 *Locus iudicij debet esse tutus.*

102 *Citatio ad locum manifeste non tutum absque eo quod appelletur vel excipiatur est ipso iure nulla.*

Infra num. 107.

102 *Locus non tutus quis dicatur.*

103 *Odium citantis in citatum uel ciuitatis ad quam citatur redit citationem nullam.*

103 *Metus iustus quid sit & stante tali metu quis non tenetur comparere, etiã sub saluo conductu.*

Et maxime vbi agitur causa capitalis. ibid.

Amplia num. 105.

106 *Appellatio admittitur in absentia vbi non est tutus accessus ad iudicem. &c.*

105 *Citatio ad locum non tutum arctat citatum quando locus non est tutus ratione delicti ipsius citati.*

109 *Citatio etiam super notorio debet fieri quando certum est quòd in dicto facto notorio competit defensio citato.*

110 *Sententia iudicis retractatur quando fundat se super notorio & non est notorium.*

111 *Papæ verbis naratiuis volentis priuare aliquem iure suo quem priuare non potest sine culpa non creditur & quomodo intelligendum.*

Et infra. num. 135.

112 *Notorium debet probari etiam si parte absente procedatur tanquam super notorio.*

113 *Antonius de Butrio in cap. vestra 2. quæst. 1. reprehenditur.*

114 *Iudex non dicitur scire aliquid, vt iudex quando sciat aliquid notorium in alio loco quam in sua prouincia, vel loco sui iudicij.*

115 *Probatio in præiudicium partis non potest recipi nisi ipsa parte citata.*

116 *Papæ assertioni in præiudicium alterius non creditur nisi in his in quib. habet supremam potestatem.*

117 *Papa si dicat aliquem ipso iure priuatum beneficio & mandet illud alteri conferri eo quod sibi constiterit de certo eius crimine non admittitur probatio in contrarium.*

Et quomodo intelligatur. ibidem.

118 *Notorium licet non admittat probationem in contrarium nihilominus admittitur probatio excusationis legitimæ.*

119 *Notorij probatio est modici præiudicij, & ideo fit parte non citata, sed probatio ipsius facti quod notorium dicitur, non potest fieri parte non citata.*

120 *Defensio non potest tolli per legem humanam.*

121 *Clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non tollit defectus naturales.*

Nec suplet in his quæ non dependent a potestate papæ.

Et istæ duæ clausulæ æquipollent inter se.

Et infra num. seq.

123 *Processus factus a Papa de plenitudine potestatis, & ex certa scientia non valet contra non citatum, etiam subditum.*

124 *Citatio in sententia declaratoria super censuris non requiritur & quomodo intelligatur ibid.*

125 *Notorium quando est excusabile in quacunque materia requirit citationem.*

126 *Inexcusabile factum quod sit.*

127 *Præterita ex sequentibus declarantur.*

128 *Notorium facti continui quod sit.*

129 *Notorium potest esse permanens licet actus in se non sit permanens.*

Et exempla ibidem.

130 *Continuum quod dicatur.*

131 *Notorium facti permanentis non indiget probatione, sed sufficit quod allegetur secus in notorio iuris, vel facti transeuntis, quia ista requirunt probationem.*

132 *Papa in ordine iudiciario non subijcitur regulis.*

133 *Citatio per edictum valet sine personali apprehensione quando constat nullam competere defensionem, & factum esse inexcusabile.*

Et infra num. seq.

136 *A Papa non habetur recursus nisi ad ipsum papam.*

137 *Charitas non est ambitiosa & reliqua verba Pauli prima ad Corint. 13 delcarantur.*

138 *Concilium est iudex inter duos contendentes de papatu, & hoc casu ecclesia dicitur quasi vacare.*

139 *Concilij postquam est congregatum caput est Christus.*

140 *Concilium est iudex in causa schismatis in ecclesia.*

141 *Concilium non potest esse iudex, quando sumus in vero, & indubitato papa, quando non est congregatum auctoritate papę.*

143 *Cardinales declarati schismatici, in casu proposito per auctorem, an sint admittendi in conclaui.*

Et infra num. 159. & 163.

Cautella pro cardinalibus sic declaratis.

Et infra num. 161. & 165.

Et an illos admittentes sint excommunicati ibid.

Et infra num. 145.

143 *Collegium cardinalium sede vacante, an possit restituere depositum per papam.*

Et an hoc sit verum.

Et infra num. seq. remissiue.

144 *Lex non pro priuato commodo sed pro publica vtilitate fit.*

145 *Card. non succedunt papę in iurisdictionalibus.*

146 *Punitiones sequutæ eos, qui cum schismaticis participarunt.*

147 *Schismaticis declaratis obstat exceptio hæresis in electione pontificis.*

148 *Hæresis an possit papæ opponi, ad hoc vt repellatur ab electione.*

Et an postquam est electus possit contra eum excipi de hæres. numero 149. remissiue.

150 *Hæresis exceptio non dicitur exceptio, sed esse nullum.*

Vnde hæreticus electus in papam non est papa. ibid.

151 *Excommunicatus proprie non dicitur hæreticus.*

152 *Exceptiones quæ nam possint opponi electoribus, & electo.*

Et differunt inter se.

153 *Sententia principis habetur per lege.*

Articulus I.

SEd quia diximus supra quid sede vacante cōcilium possit, 1 pone, † aliqui cardinales discesserūt a papa indubitato & adhæserūt Regi Franciæ qui tunc defendebat quendam inimicum & rebellem papæ cui papa mouerat bellum, & asserentes papā esse ꝯtumeliosum & intolerabilem cardinalibus, sæuum & tyrannum, iuxta consiliū Ludou. 523. concilium congregari curauerunt, asserentes ꝙ papa in capitulis conclauis promiserat cardinalib. infra biēnium post assumptionem suam congregare cōcilium, & elapsum erat fere septenniū, & ꝙ ideo ipse una cum alijs cardinalibus qui cum eo erant, fuerat negligens & contumax, cū præsertim adesse necessitas cōgregandi pro ineunda pace inter Christianos principes, & pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris pp aliqua notoria crimina scandalizātia ecclesiā deinde ipsi citarunt papam ad concilium. Ipse autē papa ut ostenderet se non detrectare cōciliū obtulit separatum ad illud congregandum, & statim illud indixit per vniuersum orbem. Præfati aūt cardinales uocati ad concilium congregatum per papam, recusauerūt uenire. quinimo moniti & iussi ut desisterent a cōgregatione concilij per eos nulliter congregati non destiterunt, allegantes non esse sibi tutum accessum ad concilium congregatū per papam, & concilium esse a se recte congregatum, eo ꝙ ex negligentia pa- 2 pæ congregatio ad eos deuoluta fuerat. Papa his † auditis processit contra illos & declarauit eos schismaticos, & concilium per eos congregatum esse conciliabulum, & processit ad creandū nouos cardinales sine requisitione patrum qui 3 erant in concilio. Rebus sic se habentibus moritur † papa, ueniunt q; cardinales schismatici & petūt se admitti ad electionem futuri pontificis. Cardinales qui erant in concilio papę dicunt ꝙ non possunt eos recipere nec debent, nec etiā possunt illos restituere, declarati schismatici econtra allegant processum factum per papam cōtra ipsos esse nullum, cum ipsi nihil unquam commisissent nec machinati fuissent contra papam. Item ꝙ cum uoluissent comparere, nō patuit eis tutus accessus, quinimo cum parati essent ad iter ut comparerent, & nihil aliud expectarent quam saluum conductum, nullo dato eis respōso, statim ex abrupto fuerat processum contra illos ad declarationem, quod aiebant potius factū ex odio, quia quęsierant reformationem in ecclesia, quam iuri 4 dice, subiungentes † ꝙ stante congregatione duplicati concilij papa non potuerat creare nouos cardinales sine requisitione consilii concilij, & quod imo sic creati cardinales non 5 erant admittendi in conclaue. Modo ex his de multis † dubitatur. Primo vtrum isti cardinales potuerint sic conuocare concilium. Secundo vtrum potuerint legitime recedere ab obedientia papæ, maxime cum allegarent metum eo quod papa consueuit incarcerare cardinales, & si non, tertio vtrū dicēdi sint schimatici. Quarto posito quod processus factus per papam contra illos fundatus fuerit super notoria subtractione obedientię & congregatione conciliabuli vtrum possit dici nulliter & iniuste processum per papam stantibus pręmissis, quod nullo iuris ordine seruato fuerunt excommunicati & declarati schismatici, & quia non fuerunt personaliter citati, & quia causæ & notorietas narratæ in processu negantur. Quinto quis de his cognoscere debeat an concilum per papam congregatum, an alterum per dict. cardinales congregatum, an ambo simul adunata, maxime cum dicti cardi. si non admittuntur, procedere uelint ad electionem cum suo concilio, quod si fieret, apertum esset schisma, quia in utroque concilio assumeretur a diuersis cardinalib. vnus in pontificem, an sit expectandus futurus papa. Sexto vtrum præfati cardinales schismatici debeant admitti in conclaue in creatione futuri pōtificis ne oriatur schisma de nouo. Septimo vtrum cardinales creati per papam durante concilio dicantur veri cardinales & sint admittendi in conclaue, maxime eo quod creati fuerunt sine requisitione concilii & in discordia aliquorum cardinalium.

Et quo ad primum vis depēdet ab illo utrū papa & alii cardinales, fuerint in tali negligentia quod fuerit deuoluta ista potestas ad eos, quia ut supra dictum est in illo articulo ad quem spectet congregatio concilii quando sumus in uno indubitato papa tunc clarum est quod sine eo non potest congregari cōcilium, alias est conciliabulum & acephalum, & conuēticulum non concilium, ut. 17. di. per totum. maxime in cap. nullus. & hoc quando ipse uellet. Sed si nollet & differret maliciose, cum tamen esset necessaria causa congregandi, tunc succedut cardinales omnes uel maior pars, si omnes non cōcordant. & si maior pars negligit potest minor pars collegii, ut in c. si quis pecunia. 79. dist. & cap. in nomine domini. 23. dis & diximus supra in quęstione propria. Et maxime vbi est præfixus terminus ad actum explicandum, sicut est in proposito in quo fuit datum biennium. & sic alii uidentur se fecisse alienos, vnde actus poterit explicari per minorem partē collegii præsentem & minor pars poterit conuocare maiorem vt dicitur in cap. in causis, & in cap. cum nobis. de elec. & dicit Abb. in cap. cum omnes. de consti. Et maxime loquendo in generali cōcilio, in quo etiam minor pars congregat maiorem, ut dixi in illo articulo. quot debent esse præsentes in concilio Imo & quilibet catholicus qn̄ oēs essent in negligentia, ut ibi dictum fuit, & in illa quæstione ad quem spectet cōgregare concilium. & quod omnes fuerint in negligentia, videlicet papa & alii cardinales, est quod ipsi allegāt, quia dies interpellat pro homine, ut in l. magnam. C. de contrahenda & committen. stipu. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig. l. 2. C. de iure emphiteo. c. potuit. de locato. l. & post tres. ff. si quis cautio. & in l. celsus. ff. de stipv. seruo. & l. insulam. ff. de verbo. obl. cum sim. Cum ergo non solum biennium sed septennium reperiatur lapsum, constat de notabili negligentia c. 1. §. notoria. de censi. in 6. ex quo apparet quod per adiectionem diei non requirebatur alia requisitio papæ, ut ipse congregaret si uolebat, ut ipso recusante & similiter aliis cardinalibus ipsi succederent. per dicta iura. Et maxime cum 6 esset † ꝓmissio iurata, quę nō admittit moræ purgationem. ponit specu. in tit. de aduocato. §. 1. ver. sed nunquid is qui iurauit. & Anto. in cap. breui. de iureiu. facit quod dicitur in l. nam & postea. §. si is. ff. eodem. Et multum bene Ange. in repet. l. insulam. ff. de verborum obligationibus. in 5. columna in uersiculo sexto fallit, asignat rationem quia facta est executio irretractabilis, ut in l. si quis maior. C. de trans. Et eadē ad literam sunt verba Bald. in d. l. mgnam in eodem versic. sexto fallit. C. de contrahen. & committi. stipu. Et latius Ioā. de Imo. in l. insulam in 7. char. ff. de verbo. obli. quia iuramētum habet vim clausulæ rato manēte pacto & vim alterius clausulæ si non valet quod ago vt ago, ut ibi late per eum. & Alexan. de Imo. in d. l. insulam. in 20. colum. versic. duodecimo fallit. Nec poterat secum super tali iurameato vel uoto dispensare vel se absoluere, ut ponit. d. Anto. in capitulo primo de consti. de quo dicetur latius infra. Quod videtur indubitanter verum quando iuramentum est directum ad vtilitatem tertii cum quo contraxit. facit quod dicunt doc. in c. primo de probatio. quod papa ligatur ex contractu suo inito cum alio l. digna uox. C. de ll. & l. cæsar. ff. de publica. Item facit quod omnino papa ad hoc erat obligatus ex dictamine constitutionis frequens editæ in concilio constantien. & ex promisione iurata ante & post assumptionē. Facit quod dicitur post glo. in verbo pacta. in clementina dudum. de sepultu. & in capitulo constitutus. de resc ri. & quod funiculus duplex. &c. & capitulo primo de treu. & pa. & materia. ca. cum accessissent de consti. Nec satisfit si dicatur quod licet lapsū esset biennium, non tamen sublata erat facultas congregandi, quia etiam post biennium poterat papa congregare concilium, cum esset ad duo obligatus, scilicet ad congregandum concilium & infra biennium, si autem non fecit infra biennium non erat sublatum quin omnino post biennium teneretur, argumentum. cap. cum dilecti de do. & contu. & cap. bonę. de elect. & cap. constitutus. de appel. & in l. celsus. §. sed ipse. ff. de arbi. & cap. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. Et si ad huc poterat, non videtur taliter contracta negligentia quod priuatiue esset deuoluta potestas ad alios Cardinales, & quin si ipse hodie velit, congregare possit & moram purgare si velit, cum quando vult possit concilia congregare, transferre, mutare, & dissoluere pro libito volūtatis, ut in c. nec licuit. & in cap. nullus. 17. distin. & diximus supra. Vnde cum papa possit dispositus nunc habita oportunitate ad congregandum, videtur quod hoc facere possit. Quia respondet quod ex quo facta deuolutione deducta est res ad actum intimationis, non videtur quod possit se de congregatione noua intromitere, sed bene quod teneatur intimato & congregato authoritatem interponere, sicut fecit symmachus, ut in §. hinc etiam. 17. distinctione & patet in gestis symmachi. c. 9. & dicit Anto. in d. trac. schismatis. Item facit quod dicitur in cap. 2. de conces. præben. & in c. primo. de supplen. neglig. 7 præla. in 6. & cap. 1. ne sede vacan. eo. lib. vbi postquam † est deuoluta potestas ad alium, non est facultas negligenti se vlterius intromittendi. Item obstat constitutio frequens, quæ prohibet loci mutationem sine causa. Item si sic posset postquam est ei intimatum concilium, illud dissoluere vel alibi conuocare, frustra fieret concilorum conuocatio, quando fieret per inferiores contra papam, quia nunquam posset Romanus pontifex etiam hæreticus condemnari, quia citatus per concilium, confugeret ad flebile dissolutionis remediū. Et ex his quo ad primum, videtur quod d. cadi. potuerint indicere & intimare congregationem concilii, & quod post talem intimationem non licuerit papę postquam fuit præuentus, se intromitere nisi in pręstando authoritatem l. si qs postea, & l. ubi acceptum. ff. de iudi. l. penul. ff. de iuris. omniū iudicum Non obstat etiam si dicatur quod ex quo papa ipse volebat congregare concilium & iam citauerat omnes. ipsi debebant abstinere, eo quod papa apposuerat manum, argumento eorum quæ dicuntur in c. ut nostrum. de appel. & ꝙ dicitur in l. secunda. C. de rela. maxime cum tenere concilia generalia sit capitis, hoc est Romani pontificis, ut habetur. dist. 17. per totum. Quia responderi potest quod hoc bene staret nisi præcessisset requisitio ex parte ipsorum cardinaliū 8 per † præuentionem autem fit ut non possit vlterius mutari concilium, iuxta dictam constitutio. frequens. Et in hoc an erat mutandum, debebat esse iudex concilium congregatū vt dicit. d. Anton. in d. trac. schisma. & supra retuli. Et presumitur ex quo concilium congregabatur contra eum, qđ ad illud intimauerit ipse animo protrahendi & diffugiendi. Facit quod dicit Bal. in c. olim in 4. char. de rescrip. ubi videtur velle quod isto casu quando concilium congregatur contra papam, non requiritur eius authoritas, quia non est uerisimile quod effectualiter teneret concilium. Item possunt etiam dicere cardinales quod locus per papam deputatus non est eis tutus, qui non solum debet esse tutus eis sed etiam eorum procuratoribus & aduocatis. nec sufficit si sit tutus procuratoribus nisi sit tutus etiam ipsis cardinalibus vt ponunt doc. maxime Anto. & alii moderni in cap. ex parte. de appe ad hoc tex. & ibi dicta in cle. pastoralis. de re iudi. Pro præmissis. facit quod voluit Milis in quibusdam allegationibus suis ad intellectum. cap. frequens contra Eugenium quod non potuerit mutare vel transferre concilium propter tria, quia in concilio erat proposita causa hæresis & reformationis ecclesiæ in capite & in membris & pacificationis principum Christianorum, quæ omnia sunt in isto edicto. Sed quo ad 9 istud † primum dubium credo contrarium verum, & præsupono qđ nos sumus in uno indubitato papa & pacifico possessore papatus, qui secundum quod iura uolunt, congregat concilia, & congregata disiungit, & disiuncta congregat. 25. q. 2. §. si ergo. dicit Catal. in allegationibus factis contra monitorium Bbsilien. decretum contra Eugenium. Ipse est qui potest resoluere & absoluere quod concilium male damnauit. 8. q. 3. capit. cuncta. per mundum. Et facta papæ excusantur quamuis uideantur iniusta. 16. dist. cap. primo. Et licet papa faciat quod nobis videtur iniustum, nihilominus est iustum. 23. q. 4. §. de Tyriis. Item considero quod sumus in casu in quo non est congregatum concilium, sed tantum indictum, sine scitu & authoritate papæ. Et in quo post Indictionem concilii factā quam primum papa cognouit illos cardinales affectare concilium, ante aduentum diei concilii per cardinales indicti ipse tanquam caput & ad quem spectabat uerum concilium congregare, publicauit ipsum tenendum in laterano, & principibus catholicis intimauit. 10 His sic præsuppositis dico † quod non licuit cardinalibus indicere concilium & multo minus indictum prosequi postquam papa apposuerat manum. tum quia nullibi in iure reperitur quod congregatio concilii facta vnquam fuerit a cardinalibus, cum hoc sit de reseruatis principi, ut in cap. quod translationem. de offi. lega. ibi glos. Et cardinales prohibentur etiam sede vacante exercere aliqua de reseruatis principi, vt in clemen. ne Romani. § irritum. de elect. Et quamuis possint ea quæ ad celerē pontificis prouisionem tendunt, ut capit. ubi periculum. §. iidem quoque. de elec. in 6. sicut supplent communiter. doc. ad paragraphum irritum, & ponit card. in c. licet. de elec. hoc non conuenit in proposito, quia hi domini non ideo intimauerunt concilium vt posset celerius Romanę ecclesię prouideri de pontifice, quia extabat indubitatus pontifex, nullaque ineuitabilis necessitas hoc 11 fieri ex abrupto cogebat. Tum quia † ipsi non constituebant collegium cardinalium, quia non solum erant sine capite sed nec erant duæ partes totius collegii, immo nec dimidia, sed minima pars collegii, nec fuerunt collegialiter congregati, quia aliqui eorum erant absentes. Vnde dicit Bal. in cap. olim ex literis. de rescrip. quod cardinales non possunt vt singuli congregare concilium, & idē refert Martinus Lauden. in secundo suo trac. de cardinalibus. Nullius etiam termini præfixi collegio cardinalium ad explicandū actum qui alio tempore expediri non posset instabat finis, non ibi collegii locus, nulla aliorum de collegio ad concilium congregandum requisitio, nullum erat mora periculū vniuersali ecclesiæ allatura, non maior tunc quam prius Romanę ecclesię necessitas erat. Vnde ut studeam breuitatis pro his hic censeantur adducta omnia illa iura quæ adducūtur in illo articulo quot personæ requirūtur ad cōstituendū concilium uniuersale. Item vbi doctores uolunt facultatem congregandi concilium deuolui ad cardinales ob negligentiam vel denegationem vel detrectationem papæ nūquam dicūt deuolutionē fieri ad singulares de collegio cardinaliū. Nec etiam de episcopis vel presbiteris vel diaconis cardinalibus sed tantum de collegio loquuntur, ut late omnia applicata sunt in illo articulo ad quem spectet congregare concilium, quę similter breuitatis causa quatenus ad propositum faciunt hic censeantur repetita. Nulli ibi aderant authoritate papę ad celebrandum concilium fulfulti, contra ea quæ habentur. 17. dist. per to. & in §. porro. 3. distinct. Nulla facta 12 est scrutatio votorum collegarum, cum tamen in his plus sit contemptus unius q̃ contradictio plurium c. bonæ. el. 2. de 13 elec. Nec quispiam, † obiiciat aliquando factum in antiquis concilis, ut quando a seipsis patres cōgregati contra Marcelinum papam, de ipsius causa consultarunt. 21. dist. ca. nunc autem, Nec quod ita factum fuit in Constantien. concilio, & ꝙ sine papæ authoritate aliqn̄ p Cardinales, aliqn̄ per patriarchas vel imperatorē, vel ꝑlatos, reges, seu principes, & ꝑ quēlibet catholicū datur facultas cōcilii cōgregandi, ubi ecclesię urget necessitas, sicut in cardinaliū edicto allegat. Quia facilis est responsio ꝙ ꝯ notoriū idolatrā, sicut fuerat Marcellinus, q̃uis papā unicū & pacificū possessorē, et sine ipsius authoritate cōgregari potuit cōciliū ꝑ alios si fuit in negligētia, cōgregādi intra tp̄s, intra ꝙ potuisset cōgregare. Facit ꝙ dr̄ in c. Romana. §. notoria. de cē. in 6. & ꝙ dicit Bal. in l. 1. in 7. q. C. qui admitti. & ad aliud propositum idē Bal. in l. emācipata. C. qui admitti. quia contra hęreticum notorium qui non est papa & qui non habet facultatem authorandi, congregatio requiritur solum ad eum declarandum, ut dictum fuit in illo arti. ad quem spectet congregatio concilii in uers. sed pone. & latius infra in quęst. utrum papa deponatur propter hæresim. Et sic intelligo doc. volentes quod quando cōgregandum est concilium contra papam, si agitur ad eum exauthorandum non requiritur eius authoritas in congregādo, ut vult Bal. in capit. olim de rescrip. & Egi. in cle. dudum de sepul. & Alexand. 17. distinctio. capitulū synodum. & Catal. in quibusdam allegationibus pro eugenio contra monitorium per Basilienses decretum. Quia intelligo in papa notorie hæretico, in quo secundum aliquos concurrere debet etiam negligenia, quam incurrit simulat que incidit in hęresim & non congregat. Sed in proposito non obijcitur papæ notoria hęresis. Quinimo aliqui uoluerunt etiam in notorio hæretico quod nisi sit prius requisitus nō dicatur negligere, & quod non dicatur negligens in congregando anteq̃ sciamus an uelit corrigere se & reuocare errorē suum. Et iō in casu nostro nulla commissa est negligentia. Vnde non vr̄ conuenienter dici eū non esse requirendū, quod uidetur voluisse Alex. in c. si papa. 40. di. & car. de turre cre. in c. 8. de con 14 ci. Et sic intelligo & respondeo † ad c. nunc autem quia Marcelli-

cellinus publice thurificauerat idolis, & sic erat idolatra notorius. & propterea illi sine eius requisitione seipsos cōgregauerant. Et secundum illos qui uolunt quod concurrat negligentia, forte ꝙ Marcellinus fuerat requisitus & negligens, & non procurauerat congregari concilium intra tempus intra quod potuisset congregari, capit. primo, §. notoria, ibi Doctor. de censi. in sexto, licet hoc vltimum sit diuinare ad illum text. Item intelligitur ille tex. quod post congregatum concilium ibi papa interposuit auctoritem suam, quam censetur interponere simulatque scit causam suam agitari & tacet. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. secundo. Nec obstat quod dicitur de concilio Constantien. tum quia illud fuit cōgregatum auctoritate Io. 23. a principio. tum quia erat schisma. & aliquid detrectauerant congregare concilium; & sic poterat congregari per alios, vt dictum fuit alias per capitulum si duo. 79. distinct. Quod intelligitur in pluribus contendentibus de papatu quorum nullus est possessor saltem integræ obedientiæ, quia sic secundo modo possunt intelligi prędicti doctores volentes nō requiri auctoritatem papæ quando agitur contra eū ad eū exauctorandūq̄ uoluit, Anch. in responsionibus factis in concilio pisano ad oratores Regis Franciæ. Vnde multo magis quando sunt a principio duo contendentes de papatu & neuter eorum possessor, vt proprie loquitur. dicto capitulo si duo. Et sic non est bona allegatio de concilio cōstantien. vbi fuerat schisma inueteratum. & plures contendentes de papatu, & negligentes in concordando circa congregationem concilij, ut satis dictum fuit in illo articulo ad quem spectet concilij conuocatio. Et per hoc patet non obstare quod in edicto intimationis & requisitionis allegatur quod quando agitur de congregando concilio pro reformatione capitis non pertinet concilij congregatio ad papam. Quia ex præmissis apparet hoc esse notorie falsum & contra text. in dicto §. hinc etiam. & contradicta doctorum, quæ pro maiori parte loquuntur in casu notoriæ hæresis, qui nō est casus noster, in quo quamuis in edicto imperatoris uel regis allegetur causa hæresis, illa allegatur quo ad alios in diuersis mundi partibus. & tunc omnino ad papam esset recurrendum & requirendum vt congregaret cōcilium, ut in capitulo vbi nam legistis. & in capitu. nos ad fidem. 96. distinctio. & patet in gestis conciliorum, & in capit. Adrianus. el primo, cum similibus. 63. distinctio. & omnes dicunt. Quinimo etiam si esset congregandum in casu hæresis non notoriæ contra papam, similiter esset requirendum, vt congregaret. & ad eum pertinet, vt dicunt doctor. & dixi in articulo ad quem spectet congregatio concilij, vbi etiam in notorio hæretico secundum aliquos dixi quod omnino debet fieri requisitio. Et in illo cui simpliciter obijciebatur hæresis. est text. in §. hinc etiam 17. distinctio. & in §. item symmachus. 2. quæstio. 7. nam & symmacho fuit obiecta hæresis secundum quod dicit Butrius in suo tractatu chismatis, & dicunt doctor. in dicto §. hinc etiam. Et si dicatur quod satis fuit requisitus, quia dies interpellat pro homine vt ipsi allegant respondeo ut infra. Et si pręsupponimus in dicto §. hinc etiam concilium congregatum a seipso & interpositam auctoritatem a papa, idem est effectus quod etiam vbi agitur de hæresi occulta, requiritur in concilio vt subsistere possit quod papæ auctoritas interueniat. Minus etiam est bona allegatio concilij Basilien. quia illud cœpit exordium ab auctoritate papæ. & postea post obitum Martini, Eugenius illi adhæsit, vt patet in gestis illius concilij. Quinimo allegare illud concilium est contra cardinales, quia postquam papa Eugenius illud quæsiuit dissoluere & illud transtulit, fuit effectum conciliabulum, ut sæpius dixi supra referendo cardinalem de turre cre. & archie. flo. hoc dicentes. Et ponit Catal. in dictis allegationibus. Et licet multi tunc scripserint contrarium, maxime Abbas, tamen moti sunt eo quod concilium erat congregatū, & iā Eugenius citatus, & processus inchoatus contra eum, & sic erat fundata iurisdictio concilij. & super istas rationes se fundant, quod non est in casu nostro, in quo nondum est congregatum aliquod concilium.

[15] Et postquam papa † indicit concilium, illud quod cardinales egerunt fit irritum, cum ad eos nō spectet ubi papa ipse vult congregare, quia ipse est caput, & nullus potest ei dicere cur ita facis. 83. distinct. nemo. Et in eo semper præsumitur causa. capit. quę in ecclesiarum. de constit. Et eius potestas est a Deo. 21. distinctio. quamuis. 22. distinctio. omnes & in capit.

[16] nouit de iudi. Nec similiter nituntur bono † fundamento cū allegant cōstitutionem frequens editā in concilio Constantien. quia ipsi sciunt, vel scire debent quod papa non ligatur illa constitutione conciliari, quia ut uidebimus in loco proprio ipse est supra concilium. c. significasti de elec. ipse tollit, mutat, & reformat constitutiones conciliares, ut ibi dr̄, & diximus s̄. in proprio loco. Nec potuit illud conciliū imponere legē papę, ut d. §. hinc ēt. nec illa constitutio reperit̄ edita cū papa nec aliquando confirmata, ideo non ligatur illa. Et si poneremus concilium sine papa, quia tunc erat sedes vacās vel quasi vacans propter schismata, & diceremus tunc concilium habuisse potestatem a Christo, qui solus proprie dicitur & nullus alius caput ecclesiæ, ad Ephe. cap. 1. 24. q. 1. cap. loquitur. glo. in capit. vnico. de schisma. in sexto. & prima quæstione 1. cum paulus, adhuc non potuisset edere constitutionem per quam papa ligaretur, quia par in parem nō habet imperium, ut in capitulo innotuit. de electione. Ipse enim est Dei uicarius. 79. distinctione si quis. & a Deo habet plenitudinem potestatis. 82. distinctione capitulo proposuisti. Et ut dicit Bal. in l. rescripta. C. de precibus imperat. offer. maior. est papę potestas, quam sanctorum, ut in cap. de libellis. 20. distinctione. Et si uelit concilium dissoluere vel mutare vel transferre, si sit catholicus non prohibetur, ut fuit conclusū per clarissimos iuris interpretes de translatione facta per eugenium de concilio Basilien. Item dicta cōstitutio in nullo conuenit in casu nostro, quia non prohibet ne papa mutet locum & transferat concilium, si bene ponderentur illius verba, quæ solum loquuntur de loco alias ante in præcedenti concilio assignato pro futuro concilio celebrando, & iste non est casus noster. Item dicta constitutio dat papæ facultatem mutandi locum de consensu duarum partium cardinalium, quod seruatum fuit, quia de consensu fratrum indixit papa concilium. & nullibi in dicta constiotutione est data facultas inferiori a papa indicere conciliū. Et maxime dēt considerari in proposito quod nec in casu negligentiæ, ut quis possit supplere & concilium indicere statuitur aliquid, quia constitutio considerauit, quod si quando est unus indubitatus papa daretur facultas inferiori indicendi concilium, id esset causa creandi schismatis, cum tamen mens cōstitionis fuerit tollere schisma, ut in d. §. si uero. Et bene est ponderandum quod cum constitutio vellit concilium teneri de decennio in decennium & locum assignari in concilio, nihil tamen statuit quid si in dicto tempore papa nollet

[17] tenere uel non teneret concilium, & † hoc ideo quia noluit apponere manus ad fortia, & ad ligandū Sansonem, in quo papæ potestas representabatur secundum Isidorum iudi. 13. vel secundū Grego. & uerius, iudicum. 16. Quia vbi est vnus indubitatus papa, eius potestatem restringere vel per uiam deuolutionis in alium transferre, non poterat. cap. significasti cum materia. de elec. Et cum dicit nullatenus, prorogetur cum impersonaliter loquatur, compręhendit ipsummet cōcilium, & magis est consilii quam pręcepti. nec vltra procedit de uoluendo in alium ius cōgregandi. Facit † quod dicit. S. Tho. in secunda secundæ. quęst. 186. articulo. nono quem allegant Abbas & alii moderni in capit. nam concupiscentiam de consti. ubi discutiunt quando constitutio vel lex sit consilii vel præcepti. Et quod sequitur in §. si vero in d. constitutione totum concernit casum quo est schisma & quęstio inter plures de papatu. quo casu est iudicium concilii, ut in cap. si duo. 79 distinctione sępius allegato. Et in hoc ita reperio responsum oratoribus Regis Franciæ a deputatis in concilio Florentino cum oratores peterent dari tertium locum pro tertio concilio celebrando fundantes se super cōstitutionem frequēs in § si uero. Et similiter non est casus noster, quia illa constitutio loquit̄ de concilio congregato non mutando. At in casu nostro nullum est congregatum concilium, sed tantummodo hinc inde indictum, & per papam authoritatiue, ut. 17. dist. per totum. quod a cardinalibus fieri non poterat etiam si papa denegasset congregare conciliū ex quo non omnes erāt concordes, & maior pars, immo fere omnes erant cum papa. & si aliter fuisset, etiam non potuissent nisi per uiam denunciationis & monitionis, ut diximus in arti. de modo citandi ad concilium, quia non agitur in casu schimatis vel contra papam notorie hęreticum. Et si patet quod Milis in præmissis non cōtrariatur, quia loquens in concilio iam congregato ex illis tribus causis & cum authoritate papæ, dicit quod propter scandalum nō potest mutari. Et per hoc etiam patet quod non obstat quod dicitur ꝙ concilium habet cognoscere an sua sit iurisditio, ut Feli. ponit in capitulo super literis de arb. sicut iudex eligit arbitros ad cognoscendum de causa suspitionis. ut in capit. cum speciali. de appell. quia adhuc non est concilium. Quod autem

[19] dicitur in intimatione † quod dies interpellat pro homine, & quod dicitur negligens quando in die pręfixa non congregauit, ut est glo. in uerbo negligentiam in clem. quia contingit de religi. domi. Dico esse verum, sed non liberat hominē ab obligatione, ut in l. si mandato. §. paulus. & ibi Bart. ff. mādati. vnde dato, quod cesserit dies biennij, non liberabatur ab obligatione cōcilii congregandi, ad quod congregandū tenebat̄ vigore capitulorū & p̄ cōstitutionē frequēs, & ꝙ nō fecerat. ī. bienniū, poterat facere ēt post bieniū, nec erat subtr

[20] cta ei facultas. Et quia † ipsi ēt fuerūt negligentes, compensanda est hinc inde negligentia, l. si ambo. ibi doc. ff. de compensa. Facit quod dicit Bar. in l. si duo. §. fi. ff. de consti. pec. & dominus Mathesil. in notabilibus suis, nota. 51. & Pau. de castro, Alexan. de Imo. & refert Iason in 8. notabili in l. si quis maior. C. de transac. & ideo congregare remant papę. c. in pari. de reg. iur. in 6. facit quod dicitur in cap. cum ecclesiasticę & cap. dilecti. de excep. ipsi enim prætendentes ad se factam deuolutionem congregandi, non plus temporis habere poterant quam eis papa statuerat clem. 1. ibi doctores, de supplē. negli. præla. Facit quod dicitur in cap. 2. de conces. præbend. & in cap. statutum. de præben. in 6. & Ioan. And. in regula cōtra eū in mercu. de reg. iur. in 6. & in c. ne pro defectu. de elec. Vnde cum iam præterisset tempus duplicatum, non minus ipsi ad quos deuolutio facta fuisset fuissent negligentes quā papa. Et licet dies interpellet pro homine ad actum expediendum, non reperio ꝙ propterea causet, deuolutionem expediendi actum in alios in stipulatione non comprehensos. Et si causaret, vt dixi, vtique ista mora ita per ipsos fuisset contracta, qui tāto tempore tacuissent, sicut per papam, nec potuissent procedere ad congregandū concilium nisi prius. requisito papa vt congregaret, & nisi de nouo papam morosum redidissent. Facit, quod ponit Bar. in l. item illa in ver

[21] sic. quæro quid erit. ff. de constit. pecu. Et quod dicitur in ca. significante. de pigno. Et vbi non interesset alicuius particulariter, in extraiudicialibus semper admittitur purgatio moræ, ex quo non fit ius alterius deterius, ut dicit Immo. in l. insulam. ff. de verbo. obligatio. Item in obligationibus in quibus post moram non succedit obligatio ad aliud, semper admittitur purgatio morę l. si seruus. §. sequitur. l. interdum. §. fi. ff. de verbo. obliga. ita Bartholomæus. de Sali. in semel mora in 4. Char. ff. solu. matr. Item vbicunque dies est variabilis ad voluntatem promittentis, semper admittitur purgatio moræ, quia quandiu variare potest non dicitur sic in mora, vt purgari non possit. Ergo in proposito licet papa promisisset infra biennium congregare concilium, cum esset in potestate eius diem ex causa differre. quia ista sunt de eius suprema potestate, ut in d. c. ꝙ translationem, sine interpellatione non dicitur mora contracta. l. ita stipulatus, uersic. quod si ab initio. ff. de verbo. oblig. ponit Imo. in d. l. insulam. ff. de verbo. obl. Et ꝙ dies esset variabilis, dicitur in q. vtrum papa possit contrauenire suę promissioni, & in illa utrum possit concilium transferre. Item quo ad alios cardinales quib. nulla reperitur præfixa dies, non potest dici quod sine requisitione dicantur fuisse negligentes, cum dies non constituat eos in

[22] mora. Item † nunquam dicitur quis in mora quantumcunque dies eum interpellauerit, quando est difficultas in expeditione actus. l. si uehenda. §. penult. ff. ad leg. rho. de Iac. l. prima, §. frater. ff. de collat. bonorum. l. mora. ibi glo. & flo. ff. de

[23] vsuris. & in l. quod te. ff. si cert. petat. impedimenta † enim excusant. capitu. ex ratione de appellationibus. & capit. commissa de electione, in sexto, cum similibus. An autem fuerint domino nostro impedimenta & difficultates, qui fuit semper occupatus in recuperandis bonis ecclesię, notorium

[24] est. Similiter non obstat † quod obligatio fuit facta cardinalibus, & sic tertio, & sic obligatur ex contractu suo, ut in cap. primo, de prob. Quia hic non est aliqua stipulatio per quam quęratur alquid cuiquam singulariter; sed quædam capitulatio quę non arctat papam nisi ex concedenti pro bono regiminis ecclesiæ. Et si esset singulariter quæsita actio, faceret contra eos, quia non potuissent deuenire ad agendum & cōsequenter ad concilium congregandum sine aliis cardinalibus, qui non fuerunt in negligentia & nisi petita venia, vult glo. approbata in l. bene a Zenone. C. de quadrienij præscrip. Facit quod dicitur in glos. in l. 4. C. de obsequijs patro. præstan. quod subditus non potest superiori litem mouere ni-

[25] si prius illo requisito. Item † ad excusandum a mala fide & a peccato dies apposita non impedit purgationem morę, & ad causandum malam fidem & peccatum dies non interpellat pro homine, ponit Hostien. in summa de pręscript. & refert Abbas in capitulo finali, de pręscriptio. ponunt legistę in l. si ex legati causa. ff. de verborum obligationibus. Ad idem facit quod ubi lex mandat aliquid fieri, intelligitur si fuerit petitum, vt dicit Paulus de Castro in l uniuersa. C. de precibus imperato. offe. Et quis non incurrit pœnam si sit adiectum tempus si non fuit requisitus, vt ponit Pau. de Castro in consilio 116. incipit videtur. & ibi dicit quod non dicitur in mora. Item facit quod in capitulis factis tempore Gregorij XII. erat appositus mensis, & tamen Doct. scribentes contra eum fundantes se in mora, dicunt quod fuit re-

[26] quisitus. uide Petrum de An char. consilio 282. Item semper † admittitur purgatio morę ex ęquitate canonica in foro conscientiali, ut in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligatio. ponit Bald. in consilio 114. in fi. in quinto volum. incipit super primo puncto. Quinimo recte intuenti hic non conuenit quærere, utrum admitatur purgatio mo-

[27] ræ, sed potius vtrum † papa ex non congregatione concilii in tempore inciderit in periurium, & si sic, vtrum simulatque postea indixit, censeatur se absoluisse, vel secum dispensasse.

Et profecto articulus in se non uidetur magnæ difficultatis, quia si fuit iusta causa propter quam distulit, excusatur a periturio, ut in capit. per-

[28] uenit. de iureiuran. In † iuramento. enim multę subintelligūtur conditiones, uidelicet re in eodem statu manente, item facultas, item commoditas & aliæ his similes. de quo in ca. quemadmodum. de iureiurando. Ad hoc quod dicitur per bald. in l. fi. C. de non numer. pecu. & d. l. si vehenda. §. 1. versic. idem iuris. ff. ad. l. rho. de iac. cap. quærelam. de iureiuran. cap. significante. de pigno. & Inno. in capit. super iis. de accu. de eo qui iurauit soluere & non potuit. Et si in inferiore stat̄ iuramento eius si dicat se fuisse impeditum ut uult deci. 303.

[29] in anti. multo magis in papa. in quo † semper præsumitur iusta causa ex quo ita distulit, ut in d. cap. quæ in ecclesiarum cum materia. de const. & Cy. & alii in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. & maxime quia quęlibet leuis & minima causa excusat a dolo. l. igitur. §. potest. ff. de libe. cau. l. plagii la, secūda. C. ad l. Fauiam. de plagi. & in dubio non debet pręsumi, quod uoluerit incurrere periuriū. Et posito quod nulla subesset causa, dico quod sicut in iuramento pręstito in conuētione & pacto ab inferiore intelligitur excepta authoritas, superioris, uidelicet nisi superior aliter duxerit faciendum, vt in capitulo venientes & ibi doc. de iureiuran. & in l. imperatores in princip. ff. ad municipa. glo. & doc. in cap. constitutus. de rescrip. glo. in cap. de forma. 22 quęst. ult. & sicut iussus iudicis excusat a mora, ut notantur in l. si. ff. de lege commis. secundum Bald. in cap. fin. de se ques. posses. & fruc. & cō-

[30] sequenter excusat a periurio, quia † quicquid excusat a mora excusat a periurio, ut in cap. breui. de iureiuran. Barto. & doc. in l. quod te. ff. si cert. pet. & l. labeo. in fin. ff. de iureiurando. quod autem iussus iudicis excuset a periurio, ponit Hostien. in summa in titu. de iureiuran. §. quot species, ver. item, si iuro, ita multo magis videtur in proposito quod papa nō sit periurus ex quo ipsemet potest arbitrari an infra dictum tp̄s fuerit tenendū vel non, quia per hoc nō fiebat non dr̄et congregare nec capitula auferebantur sed in hoc differebātur. Facit quod dicitur in l. quotiens. de precib. impera. offe.

[31] † & in cap. ex parte tua. de offic. delega, quia princeps tollendo exceptionem dilatoriam, non dicitur tollere ius. Pro hoc facit quod licet iuramentum auferat facultatem purgandi moram, vt allegata. l. si quis maior. C. de transa. & dixi supra nō est verum in foro pœnitentiali, quia non efficitur peiurus qui iurauit soluere ad tempus. & souit post. glo. in capit. apud misericordem. 32. quęst. prima. Ludou. in singularib. in

[32] verbo iuramentum. Vnde † licet non possit papa tollere iuramentum per quod alteri aliquid quæreretur, tamen quando non tollit vim iuramenti, sed dilationem aliquam concedit super ipsius obseruantia, potest, quia differens non dicit̄ transgressor. hoc expresse ponit domi. in cap. secundo de renun. & refert felin. in cap. constitutus in 14. colum. in versic. generaliter. de rescrip. Multo magis ergo in proposito, ex quo est iuratum in materia qua nihil quæritur alteri & in qua agitur de iis, quæ sunt principi reseruata, quo casu ex quo sumus in materia in qua est excepta papæ authoritas, semper poterit dispensare etiam sine causa, ut dicit domi. in d. cap. secundo de renunc. allegat Ioan. An. in cap. quanto. de iureiuran. & dicit felin. in d. cap. constitutus. ubi supra. & in 13. colum. versic. limita secundo. Et hoc in persona alterius, multo magis videtur uoluisse in persona sua ne incurrat periurium. facit etiam quod dicitur † quod princeps potest tollere bona quę

[33] sunt quęsita ex temporis cursu, hoc est ex præscriptione, qa iste modus acquirendi est iure ciuili inductus, ut insti. de vsu cap. in princ. & ideo princeps potest illa tollere etiā sine causa, ut dicit Angelus in l. Lucius. ff. de euic. & Bald. in l. fin. C. sententiam rescindi non posse. & dicit. Felin. in cap. quę in ecclesiarum, in versic. quarta declaratio. de consti. Sic ex dilatione istius congregationis ex quo nullum pręiudicium est gn̄atū congregationi concilii, nō dr̄ incurrisse periurium, quia credendū est ꝙ noluerit incurrere, & ꝙ secum tacite dispensauerit. Nec dicat aliquis ex quo agitur de facto eius proprio ꝙ non possit vti sua authoritate pontificali in seipsum, quia istud esset diminuere authoritatem papæ, qua dr̄ esse supra ius in iis quę cōcernunt personā eius, ut notatur in c. proposuit. de cōces. præben. Et hoc ostendit aperte tex. in c.

[34] 1. de renun. in 6. nam licet non valeat renunciatio nisi sit admissa per superiorem, ut in c. admonet, & c. ꝙ in dubiis. de renun. tamen ualet renuntiatio papæ, & ipsemet illam admittit, quia non est alius superior vt in cap. licet. de elect. Si autem esset uerum quod non posset in personam suam exercere

cere authoritatem in concernentibus personam eius non va
leret resignatio. Quinimo ipse solus est qui seipsum iudicat
& ꝗ authorizatur in facto proprio, vt in §. hinc etiam. 17. di.
& in c. nunc autem. 21. di. & in c. cum venissent, ubi de hoc,
35 de iudi. & dicitur in l. 1. ff. de offi. procu. cæsa. Quinimo† non
solum papa sed quilibet alius qui non habet superiorem, si
aliquid iurauit in materia dispensabili potest seipsum absol-
uere & secum dispensare, ut ponit pe. de ancha. in c. venera-
bilem. de elec. & dicit Feli. in c. 1. 17. colu. de consti. de quo la-
tius dictum est in arti. proprio. Et dispensare uidetur hoc ip-
so quod habet notitiam iuramenti & certã scientiam actus,
ut dicitur in d. cap. cõstitutus & in l. quidam consulebat. ff. de
re iudi. quando actum contrarium facit. Pro quo sunt duo
vltima consilia Oldradi cum rationibus eius. & dicitur in c.
2. de schisma. & in cap. diuersis fallacijs de cle. coniuga. Non
36 obstat † quod dicitur quod vbi est iuratum non admittitur
purgatio moræ quia est facta executio a lege. quod & ponit
Bart. in l. qui ob rem. ff. de condi. inde. & clarius in l. si insulã.
ff. de verbo. obli. in uersi. ulti. in materia. Quia licet sit uerum
ꝙ quando est facta executio a lege uel homine non admitti-
tur purgatio morę, non tamen est illa ratio quando interue-
nit iuramentum quod non admittitur quia est facta execu-
tio a lege, quia cum hodie in quocunque contractu simplici-
ter apponatur iuramentum, sequeretur quod in terminis. ca.
potuit. de loca. post biennium non admitteretur purgatio,
quod est falsum. Et ideo dico quod non admittitur purgatio
moræ, non ex vi executionis factæ a lege, vt voluit Angelus
in d. l. si insulam, sed ex vi ipsius iuramẽti quod importat va
liditatem actus omni meliori modo. prout in l. cum pater in
§. filius matrem. ff. de lega. 2. Vnde pro executione obligatio
nis iuramentũ quod operatur executionem actus omni me
liori modo quo potest, purgationem moræ impedit, cum sit
perinde ac si ille qui se obligauit, se astrinxisset quod mora es
set impurgabilis. iuxta. l. sancimus ibi nisi pacti. C. de fideius.
37 Et† hoc cessat ex æquitate canonica in foro pœnitentiali, in
quo semper admittitur purgatio moræ, ut late ponit Alex.
de Imol. in d. l. si in suam in 20. colum. in uersi. 12. fallit. ponit
Bal. in l. qui crimen. 11. q. C. qui accusa. non pos. & Moderni
in l. si quis maior C. de transac. Sicutin simili etiam dicimus
de pœna in foro pœnitentiali, quæ non potest exigi, vt dicit
Abb. in cap. suam de pœnis. Et ratio rationis est quia corre-
cto & pœnitenti nunquam denegatur venia. de pœni. dist. 1.
in prin. & per totum. dicitur in regula peccati venia de regu.
iu. in 6. Et ecclesia nunquam claudit gremium redeunti, vt
38 in cap. super eo de hære. Nec est† uerum quod per lapsum di
ei in contractu ubi est appositum iuramentum dicatur facta
executio a lege, nec respectu facti siue obligationis nec respe
ctu pœnę in contractu stipulatæ, quia licet quis incurreret
periurium ex lapsu diei, non tamen sequit̃ quod sit facta exe-
cutio obligationis uel pœnę si esset adiecta. Et hoc esse verũ
ostendit expresse Bar. in d. l. si insulam in uersi. ulti. in mate-
ria. ubi distinguẽdo primo ponit quod aut est facta executio
a lege vel ab homine, & non admittitur purgatio morę, aut
non est facta executio, & tunc aut est appositum iuramentũ,
& non admittitur purgatio &c. Ex quo apparet quod diuer-
sum est quando est facta executio a lege & quando est apposi
tum iuramentum. ergo non est vera ratio ꝙ ubi est iuramen
tum, per lapsum diei dicatur facta executio a lege. nisi intel-
ligatur Angelus respectu incursi periurii. quod ut dictum est
non videtur voluisse incurrere ex dilatione. Pro facto. n. pa-
pę semper præsumitur, ut in c. non nos. 40. di. & dicit Bald. in
l. rescripta. C. de preci. impera. offe. Accedit etiam quod dicit
Angelus, Bal. & Imol. in d. l. si insulam, quod etiam post exe-
cutionem legis admittitur purgatio moræ quãdo mora nõ
tendit ad damnum alicuius nec ius stipulãtis factum est de-
terius, ut in l. mancipiorum. ff. de optione lega. sicut est in ,p-
39 posito. Et si dicatur† quod post requisitionem non admittitur
moræ purgatio. capit. fi. de loca. cap. cum Bertoldus de re iu-
di. & cap. ex tuæ de cle. non resi. & sic propter preuentionem
in intimando quæ sapit & habet vim requisitionis papa non
potuit vlterius indicere concilium, quia ista facultas deuo-
luta fuerat ad cardinales priuatiue, iuxta. capit. nulla de con
cess. preben. & quod notat Car. in cle. si de beneficio. de præ-
ben. & quod dr̃ in cle. 1. de supplen. negli. prela. & in cap. licet
eo titu. & in c. ne pro defectu de elec. cum simil. Respondeo,
quamuis quo ad hoc satisfsit supra responsum, ꝙ ista deuolu
tio etiam si fuisset facta non esset facta priuatiue, cum simus
in reseruatis principi in signum supremæ potestatis, in quib.
nullibi reperitur iure cautum ꝙ habeat locum deuolutio
maxime priuatiue. Facit quod dicitur in c. quod translatio
nem de offi. lega. Item in vim capitulorum non est cautum
ꝙ lapso biennio potestas deuoluatur ad cardinales. Vñ non
põt causari prætensa deuolutio per negligentiam nisi vel p
constitutionem frequens, quę nõ obstat vt supra deductum

est, vel quia essemus in casu necessariæ congregationis & pa
pa detrectaret congregare, quod non est in proposito, quasi-
mulatque fuerat per eos sine authoritate papæ indictum, qd
facere non præmissa aliqua alia humili requisitione non po
terant, iuxta notata in capit. 1. de supplen. negli præla. & doc.
in c. propter. 18. dist. papa ipse indixit reuocando indictum
per eos. Quod potuit, quia istud est proprie authoritatis papę
quia nullum est ratum concilium sine eius authoritate, vt
patet per totam. decimasseptima distinct. & maxime ubi est
indubitatus papa vna cum collegio cardinalium. Ideo val-
de mirum est cur ista attententur contra religionem. Et quis
dubitat postquam papa nunquam ante fuerat requisitus, &
nunc quamprimum facta est ei intimatio statim ipse conci-
lium indixit, quod ei nulla mora ascribi potest, & quod satis
ostendit habuisse semper animum tenendi concilium habi-
40 ta opportunitate. Et posito quod† fuisset per dominum no-
strum contracta mora, ex quo poterat super obligatione in
conclaui facta etiam cum iuramento secum dispensare,
& facere se absolui, maxime subsistente aliqua causa saltem
in prorogatione termini, vt istam quæstionem alibi ad ple-
num examinauimus, quæ est multum diffusa, & in qua etiã
reuocatur in dubium vtrum ipsæ promissiones in conclaui
factæ ligent, ipso irrequisito, & in contumacia non aliter
quam per eorum interpellationem non constituto, non po-
terant ita ex abrupto ad proponendum edictum statuendo
diem & locum concilii procedere, & stante dicto impedimẽ
to non currebat tempus biennii c. dilecto de verb. signif. & c.
quia diuersitatem de concess. præben. Nec poterat dici moro
sus, vt in d. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad le. Rho. de iac. cum
41 aliis supra allegatis. Et vtrum dicatur† legitime impeditus &
negligens, est relinquendum arbitrio ipsiusmet papę, qui po
test dicere ius in causa propria, vt in capitulo cum venissent
de iudic. Cum enim arbitrium esset boni viri, ut in l. conti-
nuus. ff. de verb. obligat. §. cum ita, & cardinal. in clem. 1. in
§. fina. in 3. q. de concess. præbend. & glos. in capit. si clericus.
de præbend. in 6. quia non est superior qui habeat arbitrari,
vt in c. licet. de elect. vtrum impedimentum fuerit iustũ, vel
non erit etiam arbitrij eius. cum iudex, & bonus vir arbitre-
tur utrum sit impedimentum legitimum, ut in capitulo
quia propter. §. illud de elect. per doct. & glos. in capitulo pe-
nult. de elect. in 6. in glo. 2. in cuius locum ipsemet successit
vt bonus est tex. in cap. nunc autem in fin. 21. distinctio. & fa
cit §. hinc etiam. 17. dist. Et maxime in proposito in quo sunt
causæ notoriæ bellorum & recuperationis ciuitatum eccle-
42 siæ, vt fecit. Et pro† nunc respondetur ad id quod dicit. Anto.
in d. cap. 1. de const. quod ipse loquitur in alio casu, uidelicet
in iuramento præstito pro sedando schismate, quo casu pos
set illud tolerari, quia tunc non seruans iuramentum est nu
tritor schismatis, & absolutio esset quędam destructio quæ
tunc non est impendenda, ut in capit. legatur. 24. questio. 2.
facit quod ponit Innoc. in capit. Romana de sentent. excom
munic. in 6. item non loquitur quando absolutio fit ex cau-
sa, uel non ad finem penitus liberandi sed tantum diem pro
telãdi, quæ omnia in absolutione in casu proposito sunt ma
xime consideranda. item in casu Antonii de Butrio ignora-
batur vtrum Gregorius. 12. an Benedictus. 13. an Ioannes. 23.
esset verus papa, & ideo non poterant se absoluere. 24. q. 1. c.
quicunque. Nos autem summus in uno indubitato papa, &
possessore, de quo in loco ,pprio alibi latius diximus. Et pa-
cãt mihi pdicti patres, in ista incriminatione nõ ostendit zelũ
bonum, ita ex abrupto absque aliqua reuerentia. S. domini
nostri & aliorum patrum & sine aliqua requisitione statim a
seipsis statuendo locum, & forte non tutum S. domino no-
stro & aliis patribus, & tempus ac si pontificatus esset ad eos
deuolutus. Sed posito quod ista facultas congregandi esset
ad eos deuoluta per lapsum termini non per hoc erat sublã
ta papę facultas cõgregandi, & propterea si ante cõgregatio
nem actualiter factam ipse indixit concilium, & seruat quod
promisit licet non in tempore, debet cardinales conquiesce
re ab ulteriori concilii prosecutione. Primum probatur ex ijs
quæ notant doct. in capit. statutum de præben. in 6. ubi licet
per illum text. post mensem esset deuoluta facultas ad ordi-
narios conferendi beneficia in Romana curia vacantia, si ta
men papa post mensem conferret uel executores uigore lite
rarum per quas grauatur ordinarius conferrent teneret col-
latio, quia per talem deuolutionem non est adempta papæ
facultas conferendi, & valebit eius collatio si præuenerit or
43 dinarium, ut ibi. Et ad† idem facit quod notat. Antonius
in capitulo secundo. de concessione præbendæ vbi dicit
quod nullus supplet negligentiam papæ nisi in casu d. capi-
tuli statutum. Et cum hęc deuolutio fieri non posset ni-
si eius, vel legis authoritate, nulli dubium quod penes eum
eadem uel maior remansit potestas, ut in cap. dudum. de pre
ben. in 6. Secundum probatur ex notatis per doc in capit. sic.

cor

ter dilectos. de exces. præla. & per id quod dicitur in capit.
vt nostrum. de appel. & quod dicit Ludouic. in consil. 335.
incipit circa primum, & Pet. de Ancha cons. 54. videlicet ꝙ
44 per appositionem manus papæ censetur taliter ad eum ad-
uocatum negocium quod quicquid fit per alium est nullũ,
& maxime quãdo appositio manus papę fit ante perfectum
negotium, quia tunc quicquid sequitur, est omnino nullum
maxime vbi est decretum irritans, ut est text. in capit. si eo tẽ
pore de elec. in 6. & est bona deci. 394. incipit item si lite pen
dente. & est. 10. in tit. vt lite penden. & alia fastoli. 4. eodem. ti
45 tu. Nec obstat† si dicatur quod ex negligentia dicitur perdi-
disse facultatem congregandi, maxime quia fuit multũ no-
tabilis per lapsum tanti temporis, argumen. text. in cap. tibi
qui. de rescrip. in 6. & cap. si clericus. de præben. eo. lib. & in
cap. capitulum. de rescrip. Quia respondetur quod illa iura
loquuntur in formulis datis in gratiis quibus est præfixus ter
minus, & nihilominus secundum opinionem gl. in dicto c. si
clericus, quandiu præbenda non est alteri collata, negligens
potest illam petere, argumen. cap. si tibi absenti. Sic uidetur
in proposito quod antequam sit congregatum concilium,
papa etiam si fuisset negligens potuerit ipse indicere conci-
46 lium quia adhuc res erat integra, licet, tẽpus quod sibi præ-
fixerat esset elapsum. Potest dari alia† solutio quod quando-
cunque ex temporis lapsu inducitur quædam tacita renun-
ciatio, tunc lapsus termini inducit priuationem, & causa sit
ius deuolutiuum in alium, ut in gratia in qua assignatur tẽ-
pus mensis ad acceptandum, vt in clementina prima. de con
cess. præben & dicit domi. d. cap. tibi qui, inducitur priuatio
& deuolutio. Item exemplum in tempore dato ad petendũ
bonorum possessionem, cuius lapsus inducit priuationem
ulterius petendi & operatur ius deuolutiuum, ut ponit Bald.
in l prima. C. qui admitti in septima quęstione, versic. si vis.
saluare. & idem in iure conferendi iuxta cap. nulla, & capit.
quia diuersitatem. de conces. præben. Secus vbi tempus non
inducit. tacitam renuntiationem, ut in l. prima & ibi Bald.
C. de. rest. in integ. & l. si ego. ff. de neg. gestis.

57 Sed obstat quod † per solam citacionem dici-
tur iurisditio præuenta, vt in
l. si quis postea, ibi Angelus, ff. de iudi. & in capitulo penulti-
mo. de foro competenti. & l, ubi acceptum. ff. de iudi. Facit
quod dicitur in capitu. relatum & capitulo gratum. de offic.
deleg. & quę dicuntur in capitulo ex tenore. de rescriptis. cũ
ergo ipsi præuenerint in intimando cõcilium, videtur quod
intimatio postea per papam facta non possit eos impedire
quominus possint in loco & tempore per eos statuto conci-
lium tenere. Quinimo videtur quod ista secunda intima
tio facta per papam, sit facta ad diffugiendum concilium tũ
quia indictum est per papam in loco eis non tuto ut dicunt
tum ex longitudine temporis statuti ad illud tenendum, cũ
48 in dubio dilationes sint abbreuiandæ. l. prima. C. de dilat.
capitulo significauerunt. de testi. capit. frequens. de restitut.
spoliatorum. in. sexto. Sed respondetur quod tunc præuen-
tio per citationem fundat iurisdictionem cum citatio est
ualida, secus si est nulla. ut dicit Archidiac. in capitulo non
ita secunda quęstione sexta. sed cum non potuerint inti-
mare nisi prius facta requisitione, vt supra dictum est eorum
intimatio non fundat iurisdiionem, item. præuentio habet
locum in pari iurisditione, vt in l. si plurib. ff. de lega. primo
& in l. prima ff. de offi. consu. sed iurisditio papę non habet,
parem. tertia quęstione prima. §. patet & dicto capitu. licet.
Igitur cum isti soli sine requisitione aliorum collegarum
nullam habuerint facultatem intimãdi di ut ctũ est, nullam
iurisditionem fundauit prædicta eorum pręuentio. Item ẽt
tunc demum habet locum pręuentio quando alius non fuit
impeditus quominus præueniret in exercitio iurisditionis,
vt Bart. notabiliter in l. si maritus. ff. de adult. & Ludo. in sin-
gularibus in verbo iurisditio, incipit vbi sunt duo. Item ubi
princeps vult actum explicare, non habet locum præuentio
inter eum & inferiorem, quia apponendo manus aduocat
ad se omne negocium. d. cap. vt nostrum. de appel. maxime
re existente integra, quia nondum est concilium congrega-
tum. Ad id quod dicitur assignationem longioris temporis
facere præsumi factum ad diffugiendum. respondetur quod
si consideratur assignatio breuis per cardinales facta, videli-
cet duorum mensium, apparebit quod non erat sufficiens ad
tenendum generale concilium uniuersi orbis, quia intra
duos menses non poterat deduci ad notitiam omnium
suffraganeorum per prouincias existentium. & ipsi non
habebant authoritatem patrum ad congregandum con-
cilium, etiam si ad eos fuisset deuoluta facultas, eo quod
volebãt reformare caput totius ecclesię, cuius rei iudicium
est totius ecclesiæ, ut in capitulo nemo. nona quæstione ter
tia iuncto capitulo si papa. quadragesima distinctione.
Et ideo tempus statutum per papam fuit conueniens ad con

cilium vniuersale congregandum. in quem effectum misit
multos egregios viros ad omnes principes christianos & præ
latos ecclesiæ vt intersint. Quod non fecerunt ipsi, qui tãtum
edictum posuerunt, cum eorum non esset potestas citãdi tã-
tum per edictum ad concilium, vt late dictum est supra, in
forma citationis seruãda. maxime quia vocatio eorum erat
quædam requisitio & non citatio, cum nõ sint superiores, vt
in c. cum nobis ibi doc. de elec. & supra dictum est. Ad id au-
tem quod dicitur locum non esse tutum, non oportet aliter
respondere, quia locus concilii debet esse tutus, & debet con
ueniri de loco tuto, iuxta notata in cle. pastoralis. in §. noto-
rium. de re iud. & in c. accedens. el secundo. vt li. non contes.
49 Et si† quia non assignatur locus tutus, appelletur, omnis pro-
cessus postea factus erit nullus, ut dicit d. Anto. in capit. licet.
de elec. in sexta colum. & facit clem. pastoralis. de re iud. ubi
videtur tex. Quod nota pro monitorio facto cardinalibus. ut
debeant personaliter comparere, ipsis petentibus sibi assigna
ri locum tutum & ob non assignationem appellantibus. sed
his respndetur quod oblatus est saluusconductus iuxta d. c.
accedens, ut lit. non contest. & vt non possint allegare quod
non teneantur se credere saluo conductui, ut d. c. accedens,
oblata est fideiussio regum. Item cum ipsi fuerint in causa ut
solitæ eorum residentiæ locus non sit eis tutus, ipsis est im-
putandum. l. si mulier. ff. quod metus cau. & dicetur infra in
quæstione an valuerit processus contra eos factus. Item inte
rim non debent ipsi se intromittere de tenendo concilio do-
nec fuerit deliberatum de loco.

50 Item † ad illud quod dicitur quod ex lapsu tẽporis facta
est deuolutio ad cardinales priuatiue, quia post la-
psum termini papa fuit priuatus facultate vlterius congre-
gandi. respondeo quod illa iura quæ allegantur in sua mate-
ria loquuntur in iure positiuo, quo papa nõ astringitur sicut
in simili dicit Feli. de ca. fi. de insti. & de c. per vestras. de iure
patro. quod illa regula est data a iure positiuo cui papa nõ su
biicitur. ita dicit in cap. 1. 17. colum. de consti. Sic in proposito
illa iura quæ allegantur causare deuolutionem, sunt de iure
positiuo, uidelicet quod si collatio non fiat infra sex menses
sit ille priuatus, & deuoluatur ad proximum superiorem in
d. cap. nulla. de conces. præben. ideo papa non subiicitur illis.
Quod & tenet ibi Anto. dum dicit quod nullus supplet ne
51 gligentiam papę. Item datur alia solutio contra† quam non
potest replicari, videlicet quod nullibi reperitur iure cautũ
si papa non congregat concilium, quod propter eius negligẽ
tiam deuoluatur facultas cõgregandi ad cardinales, nec ad
hoc tendunt doct. in hac materia loquentes. quia si hoc esset
iam transierunt tot tempora quod non fuit tentum aliquod
concilium quod ad quemlibet catholicum esset facta deuo
lutio concilii congregandi, nec esset opus facere vim in obli
gatione facta per papam de congregando infra biennium.
Et hoc ostendunt omnia iura in materia loquentia circa cõ-
gregationem concilii, maxime. 17. distinctio. in quibus nun-
quam dicitur quod ob negligentiam papæ alius possit con-
gregare concilium. Sed doct. qui uoluerunt deuolutionem
fieri ad cardinales quando non congregat papa, loquuntur
quãdo papa hoc facere detrectat malitiose, & requisitus nõ
vult congregare, & est necessitas congregandi, nõ quod cau
setur ad eos deuolutio ex papæ negligentia quæ depræhenda
tur ex decursu alicuius temporis, sed potius ex papę malitia,
& dolo, quę arguuntur ex indicijs, cum post factas debitas re.
quisitiones ipse cessat vel non vult congregare. Et licet do-
lus probetur ex perspicuis indiciis. l. dolum. C. de dolo, tamẽ
qui illum allegat debet ipsum probare, quia in dubio non
p̃sumitur quis dolosus, vt in l. quotiens. §. qui dolo. ff. de do-
lo. dicitur in c. 2. post gl. de renun. in 6. Et cõiecturæ per quas
probatur debent esse indubitatæ, ita quod animum iudicis
reddant certum secundum Spec. in tit. de expensis. §. fi. vers.
tu autem. Et quęlibet etiam leuis causa excusat a dolo, ut in
l. plagii. la secunda. C. de plagiariis. Si dicatur quod constitu-
tio frequens considerat negligentiam, responde ut supra di-
ctum est. Ad secundum dubium an licite recesserint ab obe
dientia papę pręfati cardinales ostendit metus qui iuste cau-
sat absentiam & fugã, exemplo Christi qui fugit a facie He-
rodis, & Pauli qui a fratribus per murũ demissus est in spor-
ta. septima quęstio. prima, aduersitas, & ca. si iustus. de appell.
& ff. & C. quod metus causa per to. & l. interpositas. C. de trã-
sac. Et excusat si est metus carceris. l. qui in carcere. ff. quod
52 metus cau. qui allegatur in edicto eorum. Vbi enim† proba-
tur potentia alicuius & mala eius consuetudo, est probatus
metus. Bar. in l. prima. ff. quod ui aut clam. l. de pupillo. §. ipsi
prętori. ff. de noui operis nun. unde recte quis fugit a facie uẽ
turę irę. Quod maxime eos excusat, quia quęrebant ut con-
cilium contra caput congregaretur. 7. q. 1. aduersitas.

Item quando prælatus est simoniacus, notorius fornica-
tor, vel non seruat canones, potest ab eo recedi &

ei

ei obedientia subtrahi.c nulli.19.di.& 16.q.vlt.sane.24.dist. nullus.32.dist.nullus. 81. dist.c.si qui.el.1. & in papa est text. 19.dist.Anastasius. Si ergo papa est schismaticus, vel hæreticus, nullus debet ei reuerentiam exhibere, quia in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.83.dist.nemo.ergo similiter in notorio criminoso incorrigibili & per quem scandalizatur ecclesia.ad id est exemplum de Ioanne. 12. a quo cardinales non quia hæreticus sed quia lubricus, & venator, & incorrigibilis erat recesserunt, & ipsum mediante Ottone imperatore deposuerunt, & Leonem ei surrogauerunt. Item potest resiliri ab obedientia eius qui confingit schisma vel hæresim absq; eo quod illa prædicet 24.q.1.c.2.in glos. quia cum excommunicatis & similibus nec verbo, vel salutatione, vel in cibo est participandum. 24. q. 1.omnis & c. miramur.11. q.3.excommunicatos.de except.capit.ab excommunicato.de sentent. excommunicat.quod in dubiis cum simil. Vnde dicitur numeri.16. recedite a tabernaculis hominum impiorum & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne inuoluuamini in peccatis ipsorum.30.q.1.omnes.1.q.1.si quis. Sic etiam reperitur factum in Symmacho a quo omnes clerici hoc est cardinales recesserunt propter crimina ei obiecta, vt in §. hinc etiam 17.di. Nec obstare videtur quod illi recedentes, ex misericordia fuerunt ad sua officia & beneficia restituti. Quia potest responderi quod illud fuit eo, quod symmacho obiecerant erat falsum, & de facto symmachum papatu spoliauerant. vt in §.item symmachus.2. q.7. idem legimus de Liberio, a quo tamquam ab hæretico cardinales se separarunt.facit 6. quæstio.vltima sane.

53 **Et quod a prælato** †criminoso & hęretico sit recedendum, patet p multa iura 1.q.1.si quis 24.q.1.omnis & c.quæ dignior.24.q.2.sane de elect.cap.quia diligentia, de hæret.capit.excommunicamus.§.credentes.& 24.q.3 clericis, & quæstio.1.c.1.& 1.q.1. non oportet & c.non liceat. Et qui enim peccat & qui peccãti consentit, vterque damnatur. 24.q.3.qui aliorum.11.q.3.ita corporis, & c.qui consentit.83.dist.quid enim. Vnde gl. 2.q.1. notum, vult quod tribus modis quis cõsentit, scilicet cooperando, non corrigendo, non defendendo. Et quo ad simoniacos in ordine notorie & notorios fornicatores, quod ab eis sit recedendum patet in §.verum.32.dist.& in c. si quis a simoniacis.1.q.1.Et a prælato notorie criminoso crimine inducente suspensionem ipso iure quo ad se & quo ad alios, quod possit recedi ponit Anton.in capit.uestra de coha.cler.& mu.& Domin.In capit.sicut sacerdotes.2.q.7.& idem Innocent. in dicto cap. vestra.& Hostien.& Ioann. And.in cap.per tuas el 2.de simon.& in cap.1.de schisma. Abb.& Moderni in capit. cum non liceat.de præscript.& ibi glo. Et glo.in d.cap.sicut. 54 sacerdotes.2.q.7.ponit 5. casus quibus potest recedi a prælatis ante sententiam, videlicet si sunt hæretici vel excommunicati, uel non seruantes canones, vel simoniaci, vel notorii fornicatores, ad quod facit quod replicant doct. in capitulo ex tenore & in capit.fin.de temp.ordin.& in cap.sciscitatus. maxime per Abb.de rescript. Et idem quod glo. in c.nonne. 8.q.4.refert.glo.in d.c non liceat & glo.in c.nullus.32.dist.& glo.in summa.8.q.4.Et bene facit illud quod examinat San. Tho.in secũda secundæ.q.12.artic.2. vbi ponit quod propter apostasiam principis licite ab eo recedunt subditi, & respondet ad plura exempla in contrarium adducta. Sic & a prælato non seruante canones licitum est subditis eius recedere, quando facit illud ex contemptu vel quia non credit illis canonibus.ut dicitur in d.cap.non liceat.& idem Abb.in capit. ego.N.de iureiuran. Et posset deponi, ut ponit Imola. in clement.1.de æta.& qualit.de quo per Archid.in capit.quicumque.81.dist. Ad quod adde Imol.in capitulo 1.de constitu.in fin.ibi utrum tunc requiratur monitio, & uide Alex. in l.ita stipulatus.ff. de uerborum obligat.in 5.colum. Similiter, & 55 prælatus qui amisit gratiam papæ, potest euitari a suis subditis secundum Abb.in capit.veniens de pręscript.& ibi ponit alios casus in quibus licet subditis recedere ab obedientia prælati. Et vide eum in dicto capitulo ego. N. de iureiuran. vbi ponit quod ex solo contemptu deponitur. quarta distinctione. §.hęc etsi legibus.glosa in capitulo generali de elect. in sexto. Si crederet autem quod papa non haberet potestatem condendi canones, esset hęreticus ut ibi.

Ex his videtur quod si propter crimen notoriũ, videlicet vltra hæresim schisma vel Apostasiam licet recedere ab obedientia papę, multo magis hoc licebit in crimine in quo reperitur incorrigibilis, & per quod scandalizatur ecclesia, quod parum differret ab hæresi propter contumaciam, ut dicit illa glo.in d.cap.si papa quæ crimina notoria & scandalizantia allegantur in cardinalium edicto. Ad quod facit quod prælatus remouetur propter scãdalum ab ecclesia, ut in c.nisi cum pridem.de renun. Archid.7.q.1.c.sugpestum. Abb.in c.1.de elect.

56 **Sed † in** contrarium, quod non sit recedendum a pręlato criminoso ante sententiam in eum latã, facit text. in capitulo nonne & ibi bona glo.in summa.8.q.3 15.quęst.vltima sciscitantibus 6.quęs.2.si tantum, & cap.placuit, & maxime ratione scandali vitandi. Vnde & dñs noster Iesus Christus Iudæ corpus suum tradidit, de consecr.dist.2. c.non prohibeat & c.sequen.ne generaretur scandalum contra Iudam. Item facit quod omnia illa iura quæ sonant licite recedi a prælato in certis casibus de quibus in iuribus supra allegatis, loquuntur in inferioribus prælatis a papa, in quib. est alia ratio. nam ab illis receditur quando sunt criminosi in omnibus criminibus inducentibus ipso iure suspensionẽ quo ad se & quo ad alios, vt dicitur in d.capit.vestra de coha. cle.& muli.& cap.1.de schisma.& in cap.cum non liceat de 57 præscrip.& Do.2.q.7.sacerdotes. Hoc † autem nullo modo accidit in papa, qui ex nullo crimine est suspensus ipso iure a papatu nisi in casu hæresis, vt in dicto capitulo si papa sæpius allegato 40.distin.

Quid dicendum? Dic quod a papa nõ est recedendum nec ei obedientia subtrahenda nisi in casu quo incidisset notorie in hęresim iam damnatam, ut in terminis.c.1.de sum.tri.& in simil. & monitus non resipiscit, quia tunc non expectatur alia sententia nisi declaratoria, ut in c.cum secundũ de hære.in 6.Et ideo quia est priuatus ipso iure pontificatu, est minor quolibet catholico, ut dicit glo.in cap.Achatius el.1.24.q.1.& tunc potest & debet discedi ab eius obedientia quia non est papa. Ita glos.1.in cap. Anastasius.19.dist.quam omnes sequuntur, Archi.Dominicus, Egidius & Alex.ibi, & Feli.in cap.si quando de rescrip. Non obstat quod dicit Abb.in capit.inquisitioni de sen.excõ. vbi defendit cardinales q discesserãt ab obedientia Gregorii & benedicti, & dicit ꝙ reuocati nõ tenebantur cmoparere qa turbatus fuisset status ecclesiæ. & præsumebantur mala futura & ꝙ impediret conciliũ. Quod & posuit Egi.cons.97.& in cle.ne Romani. & refero s̃. in quæstione principali an Simonia per papam commissa sit sufficiens causa congregandi conciliũ in art. an possit obijci ꝯ electionẽ papæ ꝙ sit meticulose facta. Et de illo schismate inueterato & electione loci ciuitatis saonę facit mẽtionẽ Ant.de bu. in c.qđ ad cõsultationẽ de re iudi.q fuit vnus de missis ad ꝯcordandũ de loco, cuius loci electionẽ prius adprobauit Gregorius, postea autem pęnituit ut ibi dicitur. Hoc autẽ quod turbaretur status ecclesię & præsumantur mala futura & impeditum iri concilium, non est in casu nostro, in quo ex eorũ comparitione non imminet aliquod periculum, nec mala futura timeri possunt, sed potius ex eorum absentia, per quã fit schisma, & quia papa indixit concilium nec ab eis adhuc est congregatum. Inde etiam dicit Ioan.de Fan.in §.itẽ symmachus.2.q.7.quod cardinales qui discesserunt ante sententiam ab obedientia papæ Vrbani. 6.fuerunt schismatici. Et idem dicit Domi.in d.cap. Anastasius, etiam de cardinalibus qui discesserunt ab obedientia Gregorij.12.s.quod cardinales qui ante sententiam discesserunt fuerunt schismatici. Et idem replicat Ioan.de Ana.in ru. de schis. qui dicit illos fuisse puniendos tanquam schismaticos. allegat tex.17.distin.§.hinc etiam. & subiungit referendo Domi.ibi, quod uerbum ante tempus ibi positum potest referri non ad tempus sententiæ depositionis, sed quod intelligitur ante tempus.s.a iure permissum. Et sic quod ubi non expectatur aliqua sententia cõdemnatoria, ut est quando est notorius hæreticus de hæresi iam damnata, liceat recedere non expectata sententia, sicut quis potest a superiore recedere quando est a iure notorie suspensus, iuxta ea quæ plene notantur per omnes in cap.tua & in c.vestra de coha. cle.& mulie.secundum Ioan.de Ana. & supra satis dixi. Sed quo ad Greg.12.fuit alius casus, qa fuerat tũc schisma inueteratum & promissio iurata. & ideo Pe. de Ancha.in consi.65. incipit pro declaratione, & idem Pe. de Ancha. in responsione facta ad oratores Regis Franciæ in 5.char.in versi.per prædicta videtur responsum, multum defendit illos cardinales. Sed in cardinalibus qui discesserunt ab Vrbano videtur uerum quod dicit Ioan.de Fan. quod nõ potuerunt discedere, ex quo nondum erat declaratum vtrũ illa electio fuisset nulla, super qua multæ fuerũt doctorum opiniones. & ideo stante dubietate nõ poterant recedere ab eius obedientia, & committere schisma eligendo clementẽ. 2.quęst.7.sicut sacerdotes & 8.q.4.nonne.ubi de hoc. Quinimo idem Domi.in §.hinc etiam.17.dist.dicit inducendo illum tex.quod cardinales qui recesserunt a ciuitatem lucana antequam Gregorius.12.fuisset depositus a concilio Pisano, quod fuit anno.1408. fuerunt schismatici, quia non licet recedere ab obedientia ante tempus etiam si papa dicatur hę-58 reticus. Egi.in † §.hinc ẽt.17.dist.dicit qđ cardinales discedentes ante sententiam ab obedientia papæ sunt schismatici.& po-

ponit duos casus in quibus licet discedere, uidelicet in casu hæresis, quæ impingebatur simmacho, & in casu scandali, quando propter crimen scandalizaretur ecclesia. Sed in hoc vltimo dicit aduertendum, quia in alio casu quam hæresis non potest ferri sententia p quemcunq. de mundo cõtra papam.9.q.3.c.nemo, & 40.dist.c.si papa. Et ideo ipse exemplificat ibi de hæresi dicat enim papa quicquid vult quod nõ placeat, non tamen poterit accusari nec damnari de aliquo nisi inciderit in hæresim, vt in cap.si papa.40.di.poterit tamen cum eo seruari forma tradita ab Hostien. in c. proposuit. de concess.præben. Ita dicit Egi.in d.c.Anastasius, & dicunt do. 59 in d.cap.proposuit. Et oportet intelligere quod hæresis † quæ symmacho obiiciebatur erat occulta, & ideo ipsi recedentes fuerunt schismatici, quia symmachus fuit absolutus, sed clerici, hoc est cardinales, ex gratia fuerunt restituti. Et ideo dicit idem Egi.in d. capit.Anastasius, & refert Alex.quod quando hæresis esset occulta, non esset recedendum a papa nec ei subtrahenda obedientia, & similiter in quocumque alio crimine quamtumcumque graui, & notorio, sed tunc potius debebit moneri papa per concilium. Et assignat Egi.rationẽ 60 † in c.Anastasius. propter inconueniens quod sequeretur, qa alias semper esset in posse subditorum contra prælatum confingere hæresim, & dicere eum incidisse in hæresim damnatam, quod esset scandalosum, de quo est tex.in §.hinc etiam 17.dis. Congregato tamen concilio bene posset accusari de hæresi occulta iam damnata, quæ posset probari, ut uoluit Archid.Ioann.And.& alij in d.c.in fidei de hęret.in 6.& dixi supra, & illa probata tunc poterit subtrahi obedientia ab eo, immo & damnari de tali hęresi si conuincitur, & pertinaciter persistit in suo errore. vt in cap.si papa 40.dist.& cap.dixit 24.q.3.& diximus supra. Et isto modo possunt defendi cardinales, qui discesserant a ciuitate Lucana subtrahendo obedientiam Gregorio. 12. ante depositionem, quia constabat eis quod Gregorius erat schismaticus & confingebat multas causas vt non congregaretur concilium, & schisma tolleretur. Vnde quamtumcumque ante non esset lata sententia, quia forte videbant quod cocilio iam constabat de eius malitia, potuerunt licite recedere, sicut dico quando iam probata est hæresis occulta, quia simulatque est conuictus, res est effecta tam clara vt propter notorietatem hæresis appareat, quod desiit esse papa. Et hoc videtur etiam velle Dom. in d. §.hinc etiam, ubi saluando cardinales dicit posse responderi ad illum text.in d. §.hinc etiam, quod tempus ibi positum non refertur ad sententiam sed intelligitur ante tempus a iure permissum, & ius permittit discedere si superior est notorie a iure suspensus allegat capit.tua. de coha.cler. & mulie. 61 & quod ipse dixit in cap.Nerui.13.dist. Vbi autem † confiteretur suum errorem & paratus esset corrigi, tunc non deponeretur, ut dicitur in cap.nunc autem.21.dist.& ponit Egi. in c. electionem.79.dist.& Aluarus de planctu ecclesiæ in lib.1.artic.5.& dicitur in c.in fidei de hęr.in 6.& Alex.in d.c.si papa in prima oppositione. Ad quod facit quod dicit Bald.in l.rescripta. C. de preci.impe.offe. vbi dicit quod papa a nemine cogitur etiam si dicatur hęreticus, allegat capitulum qua traditione.22.distin. Quinimmo plus vult Egi.in d.c.Anastasius, quod in duobus schismaticis gerentibus se pro papa nõ debet eis subtrahi obedientia, & ponit exemplum in schismate tempore Gregorij.12.& benedicti.13.qui vt tolleretur schisma in ecclesia recusabat viam cessionis, & omni conatu firmabat potestatem suam in papatu, & per omnem viã qua poterat impediebat viam cessionis, propter quod clerus & populus, & cardinales obedientię eius, et Reges Francię, et Castellę cum prælatis, & populis, suorum Regnorum subtraxerunt se ab eius obedientia, & tenuerunt eum inclusum in suo Auinionen.palatio. Dicit tamen finaliter esse cogitandum per id quod ipse dixit in c.vnico de iniu.in 6.& remittit se ad dicta in capit.in fidei de hæret.in 6. & ad consilium.99. In quib. locis vt supra retuli vr̃ voluisse contrariũ, & ꝙ non posset cogi ad viã cessionis ꝯ id quod s̃.retuli de concil. Pet. de Anch.65.ꝯ Gregoriũ. 12.qui vult ꝙ cardinales potuerũt ei subtrahere obedientiam & ire ad locum Saonę. Quod ẽt 62 posuit Cataldinus in suis allegationib.factis pro Io. 23. cõtra Gregorium.12.in 10.char.vers.sed hic occurrit. Et idẽ † ẽt, uidelicet ꝙ cardinales potuerint illis subtrahere obedientiam ponit cardinal.in suo tract.posito in cap.licet.de elect.in versic.alium & octauum modum. Et Pet.de Anch. in responsione ad oratores Regis Fran.vult ꝙ ex quo Ioannes, Gregorius & benedictus erant schismatici, erant declarati per senten-63 tiam sacrorum canonum nec requirebatur alia sentẽtia hominis etiam declaratoria. Et respondet ad ca.† cum secundũ de hęret.in 6.quod debet intelligi cum in bonis est facienda executio. secus cum in pœnam afficit personam. nam tunc debeo a persona simulatque lata est sñia recedere, quia non reqrit̃ executio facti sicut in bonis. Et dicit ꝙ hoc voluit tex. in c.didicimus & c.omnis & c. quæ dignior 24.q.1.quia quã primum probatum fuerit eos esse schismaticos, talib. denegatur omnis audientia.cap.in nomine Domini.23.dis. Et ista faciunt ad ea quę in papa hęretico infra dicentur in q.vtrum possit per concilium deponi. Et ad prędicta adde Abb. in ca. cum non ab homine de iudi.in 7.col.& doc.in c.peruenit de appel.& Feli. in cap.Rodulphus de rescrip. dum dicunt quod 64 quando delictum est notorium, non requiritur declaratoria 65 & ibi vide Do.in d.ca.cum secundum. Et ex præmissis † patet si tenemus opinionem Petri de Ancha.& Catal.& Cardi. ꝙ etiam a papa schismatico licet recedere & illi obedientiam subtrahere, non solum quando est notorie schismaticus sed etiam quando est dubium quis duorum sit verus papa & per eos nutritur schisma, propter scandalum in fide. quia tunc schisma quod nutritur antiquatum transit in hęręsim, vt supra diximus. Et hoc etiam ad longum posuit Pe.de Ancha.in trac. de schismate in 7.q.vbi probat quod mixtura cardinalium creatorum a non vero papa nõ facit quominus possint se retrahere & se inuicem coniungere ad congregandum ꝯcilium ut compellantur ad sedandum schisma.

Nunc ergo redeundo ad propositum, vtrum licuerit ipsis cardinalibus discedere & se subtrahere ab obedientia papæ, ex quo non erat casus notoriæ hęresis uel schismatis vt supra? Et dicendum est ꝙ non. Ad quod facit illud Iudæ apostoli.hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Inde & Bernar.sic est inquit omnis qui ab vnitate recedit, nec dubites quin ab eo recesserit spiritus vitæ. Ad hoc tex.in capi.quemadmodum 23. quæst.7.cardinales enim sunt pars corporis papæ, vt in capit. siquis cum militibus.6. q.1.& l.quisquis.C.ad l.iul.maies.glo. in cap.penul. de offic.lega.& in capit.felicis de pœ.ibi Archi. & Ioan An.Ideo non debent a capite discedere, quia omnia membra caput sequuntur, Zacharię.13.de consecra.dist.3.celebritatem. Facit authen.de eccle.titu.in prin.de præscrip.cũ non liceat.de ijs quæ fiunt a præla.nouit. 12. dist.non decet. Et qui non habet papam pro capite non est vnum membrũ de corpore mystico ecclesiæ nec Christum qui est caput ha-66 bet pro capite. Et a † discessu nullus excusatur ignorantia uel timore. 20.distinct.capi.si decreta.12.q.2.qui & humanis. vbi de hoc notatur.& 16.dist.quod dicitis. Nec quisquam a papę obedientia recedẽs excusatur propter multitudinem etiam si totus mundus discederet, vt in c.multi in fin.2. q.1.ibi non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. Ita dicit Aluarus de planctu eccle.26.ar.primi libri. Vnde patet quod a papæ 67 obedientia nullo modo est recedendum, & maxime vbi est vnicus indubitatus papa vt in proposito, quia ante sententiã non est ab eo recedendum etiam si esset hæreticus occulte, vt est tex. in d. §. hinc etiam.ubi clerici qui recesserant ante sententiam ab obedientia Symmachi restituuntur ex misericordia ad officia ecclesiastica. Et hoc idem probatur per glo in summa.24 quęst.1.& in cap.Achatius ea.cau. & q.& 11.q. 3.cap.cui.& de elec.cap.nihil. Sed vtrum isti cardinales dicantur obedientiam subtraxisse, ex quo huc vsque tantum recesserunt & concilium intimarunt papę, & vt dicunt cum reuerentia vt superiori, si nõ procedunt aliter ad vlteriora in hoc 68 est vis. Existimo distinguendum † quod aut recesserunt timore ducti non animo subtrahendi obedientiam papæ. & clarũ est quod tunc excusantur per iura primo loco allegata, & licite ac sine pœna potuissent recedere a curia, quia qui ex timore facit non dicitur facere. 22.quæst.6. §.ex his.57.dist.ca. 1.de pœni.di.7.nullus.ff.de regu.iu.qui ex timore. Nõ obstat quod dictum est quod nullus excusatur ignorantia vel timore, quia ibi est sermo de discedẽtib. ab vnitate ecclesiæ delinquendo & committendo in canones. Similiter non iudicarẽ eos posse dici subtraxisse obedientiam si discessissent ad indicendum cõcilii congregationem. tum quia excusarentur propter promissionem eis in conclaui factam. tum etiam qa illi qui coniurant de re licita vel vt sint magis securi, non dicuntur subtrahęre obedientiam. Ita Inno.in capi.1.de schis-69 ma.& refert Ioan.de Ana.in ru.eo.ti. Et sic limito † quod dicitur in l.fin. ff.de collegijs illicitis, videlicet quod subditi non possunt inter se inire fœdus. Dicit tamen Inno. quod in dubio semper pręsumitur contra coniurantes.11.q.1.cap.si qui clerici. Faciunt quæ dicuntur in c. coniurationum. 11.quæst. 1.cum 4.sequen.cap. Et etiam eos excusarem quantumcunque ad eos non spectaret conuocare concilium, si modo id credebant sibi licere ratione negligentię vt ostendunt in suo edicto.quia quantumcunq; teneantur scire canones & ignorantia eos non excuset, ut late doc.in capit.cum in cunctis de elec.& in cle.1.de æta.& quali.licet per hoc peccassent, quia ex officio suo tenentur scire canones, vt.38.dist.cap.nulli, & cap.quæ ipsis, & capit.omnes.& dicitur per car.maxime in d. 70 cle.1.nam & † quilibet tenetur indagare quæ ad eius spectant officium, vt dicitur in c.innotuit de ele.& in cle. 1.de cõsan.

&

& affi. per card. & maxime in arduis, vt ibi dicitur quia pręſumitur ſciens nec excuſat ignorantia, non tamen dicerentur ſubtraxiſſe obedientiā, quia ille dr̄ ſubtrahere obediētiā, q facit ſigna ſubtractionis obediētiæ, neceſſario inferētia ſubtractionem obedientiæ, vt in cap. quæcumque ibi dom. 30. diſtinctione. Sed aduertendum eſt quod diſcretio eſt mater virtutum, ut in c. 1. de offic. cuſto. & ratio eſt anima legis. l. cum ratio. ff. de bonis damnat. c. ex eo de elect. in 6. Vnde bene conſiderando iſti non renuunt velle papam pro ſuperiore. Qua propter non proprie dicūtur inobedientes, ut patet in capit. grauem. de exceſſ. prælat. Facit quod plene dicit Domin. poſt glo. 4. q. 1. in ſum. Item etiam facit quod ponit Bar. in l. hoſtes in penult. q. ff. de capti. & quamuis petant concilium congregari & dicant papam reformandū, non ob hoc ſubtrahitur obedientia, quia 71 † & ſuperior per inferiorem aliquando arguitur, vt patet in §. item cum Balaham. 2. q. 7. & in cap. cum petrus & c. petrus eadem cauſa & q. Item paulus reprehendit petrum, vt in c. teſtes. §. item Paulus, & in c. paulus, & in c. puto. eadem cauſa. & q. Sed multum facit contra cardinales quod ſi timore ducti diuertebant & bono zelo ducebantur nō debebāt confugere ad Regem Francię, qui tunc erat apertus hoſtis papæ, ex quo videntur incidiſſe in extrauagātē q rebel. ſint principi, vt in l. 2. C. de deſertorib. li. 12. & 72 in l. amiſſione. §. qui deficiūt. ff. de c. dimi. ſed etiam qui quomodocumque aliquid machinantur contra honorem principis. Similiter ſi quis non obediat principi in concernentib. proſperitatem imperii etiam ſi ſit rebellio contra perſonam ipſius principis & non contra imperium, omni caſu dicitur rebellis, vt eſt text. in d. extrauaganti qui ſint rebelles, ibi cō tra noſtrum honorem aliquid machinantur, & ibi Bart. Vel 73 ſaltem † erunt transfugæ, quia qui mutando locum recedit de terris ſubiectis principi & vadit ad hoſtes rebellando, uocatur transfuga, vt ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. transfugę, & de captiuis, & poſtlimi. reuer. l. poſtlimini. §. transfuga. & de re milit. l. proditores. & ponit Bartol. in verb. tenore in dicti extrauaganti qui ſint rebelles. Et rebellis 74 † largo modo dicitur omnis inobediens, ſiue ſit in non obediendo quo ad cauſam, ſiue impediendo delegati iuriſdictionem. capitulo ſi quando & capit. ſignificaſti. de offic. deleg. ſiue impediendo exequentes eius mandata iniuſte, & violenter. c. ex literis eod. tit. Vnde Dom. cap. fi. 38. diſt. dicit quod ille dicitur rebelliter viuere qui ſcienter & contumaciter recuſat facere id ad quod de iure arctatur quod inducit ad ſtatutta. Bartol. tamen in dicti extrauaganti vult comprehendi omnes qui cum eſſent ſubditi expreſſe rebellant principi, transfugiendo, & conuertendo ſe ad hoſtes: per l. proditores. ff. de re milit. Et in verbo rebellando dicit, quod dicitur de officialibus intelligitur de iis qui principaliter & directe ſunt pro principe, vt legati & uicarii principis, non autem Reges vel ciuitates quæ ab eo habent iuriſdictionem. Et ſi eſt rebellio contra rectores per Romanā eccleſiam poſitos in Italia, erit locus conſtituoni extrauagantis, vnde ipſi qui contra terras eccleſiæ ſe armaruni, ſatis compræhenduntur. Et ſic erit rebellis etiam ille qui non pa tet iudici ipſius principis, vt dicitur in dicto capit. ſane de offi. deleg. & in d. extrauaganti qui ſint rebelles. Et bene faciūt dicta Cypriani ad Rogatianum, quæ refero in ſequenti quæſito. Et quod rebellis dicatur ille etiam qui non paret iudici bonus eſt text. in c. ea quæ in §. 1. de ſtatu monac. ibi contumaces & rebelles, & in capitulo ſecundo. de nou. oper. nunciatio. nam rebelles dicuntur illi omnes qui ſunt in proterua & notoria inobedientia, vt notat Angelus. in l. 2. §. fi. ff. de iudi. allegat. glo. in l. ſi certarum. § fin. in glo. fin. ff. de teſtam. militis, quæ modicum facit, loquitur enim in legato qui reſeruauit ſibi primam vacaturam & excommunicauit rebelles, vnde non declarat gl. quis dicatur rebellis, ſed potius ibi ponit rebelles pro contradictoribus. Vnde bene Bald. in l. ſi vero in §. quid ergo, vbi legit eandem glo. in d. l. ſi certarum. dicit quod verbum rebellis eſt vocabulum generale ꝓ quolibet ſubdito contradicente facto & authoritati ſuperioris, il 75 le † autem qui non eſt ſubditus dicitur proditor, allegat cle paſtoralis de re iudic. Attenta tamen vocabul. etymologia. proprie ille videtur dici rebellis qui poſt factam pacem iterum redit ad bellum, dicitur enim rebellio ſecūdum deciū in d. c. ſane cl. 2. de offic. deleg. quaſi belli iteratio. Sed iſta alluſio vocabuli non proprie conuenit ſecundum, ꝙ capitur communiter a Bar. & aliis, qui volūt hoc ipſo ꝙ ſubditus eſt infidelis principi & adhæret hoſti dicitur rebellis, & uerbum rebellādo exponit ibi Bar. i. reſiſtendo & non obediendo. Et iſto vocabulo nunquam vtebantur antiqui legum conditores ſecundum qđ dicit Bar. in d. extrauaganti in uerbo rebel-76 lis, ſed eſt nouum uocabulum. Vnde potius † videtur dicēdū ꝙ rebellis dicatur quaſi reus belli & quaſi cauſa belli & contra quem moueri dēt bellum, cuius appellatione non cōpręhendūtur exititij, vt dicit Bal. conſi. 67. in 2. volu. incipit dominus papa. Nec dicitur rebellis niſi fuerit cōdemnatus, nec ſufficeret ſola confeſſio delicti, vt dicit Paul. de caſtro conſil. 30. incipit omiſſo ordine in fin. uerbis. Et quod rebellio nō dicatur quaſi iteratio belli, probant plura iura. tex. in capi. fi. de præben. & in cle. 1. in uerbo rebelli. & in uerbo inobedientes & rebelles, de iureiu. & tex. 38. diſt. cap. vl. & tex. in capit. ubi periculum. §. porro de elec. in 6 De quo in clauſula contradictores & rebelles, per Albericum in l. fi. C. de edicto diui adri. tollen. verſ. ſi autem aliquis contradictor. Aduertendum eſt quod clarum eſſet ſi cardinales confugiſſent ad regem vt facerent circa bellum conditionem papę deteriorem, tunc eorum inobedientia cum adhęſione facta Regi, feciſſet eos rebelles, quia eſſent inobedientes papæ in concernentibus proſperitatem papæ, & eſſent ſchiſmatici licet non ſtrictiſſime. 77 Facit † quod dicit Bar. in l. 2. §. occiſorum. ff. ad ſil la. vbi ſola ſcientia de machinationibus factis contra principem vel rē publicā cui quis ſubeſt, facit eum teneri de maleficio. l. quiſquis. C. ad. l. Iuliam maieſ. Sed ſi confugiſſent ad terras Regis ut eſſent magis tuti, tunc non dicerem eos rebelles, quia magna eſt dr̄ia inter inobediētes & rebelles. quod ponit text. & ibi doc. in c. intra quatuor de maio. & obe. & probat tex. in d. cle. 1. ibi inobedientes & rebelles, quæ ponit vt diuerſa. ponit Feli. in cap. ſi quis in 4. col. de maio. & obe. quia inobedientia non cōcernit ſtatum principis, ideo non eſt proprie rebellio. 78 Et ideo † ſtatutum loquens de rebellione, non habet locum in inobediente ſecundum Anto. & Ab. in c. ſane. el. 2. de offi. delega. ſecundum quod refert Feli. in d. cap. ſi quis. Et Abb. in d. c. ſane & Anto. ponunt differentiam inter contumacem & rebellem, quia rebellio eſt cum aliquali reſiſtentia, quod non requiritur in inobediente, vt dicitur ibidem in d. capitu. ſane el. 2. de offi. delega. per Moder. & in d. cap. intra quatuor Vnde conſideratis circunſtantijs poſſet probabiliter dici ipſos non ſubtraxiſſe obedientiam. quod maxime uidentur oſtēdere in ſuo edicto, ubi omnia referunt ad s. d. n. Non enim 79 † confugiens ad locum tutum poteſt dici rebellis. l. pręſenti. C. de ijs qui ad eccleſias confugiunt. ca. inter alia de immuni. eccle. Vnde ex ſola fuga niſi aliud appareret, ex quo minæ ꝓceſſerant & timor iuſtus ineraт, non iudicarem eos ſubtraxiſſe obedientiam. Et hoc tenet Aug. de Anco. in li. de po. pa. q. 25. ar. 1. in reſponſione ad ſecōdum argu. vbi dicit quod multi reſiſtunt præceptis Dei & vicarij eius vel ex amore male inflammāte vt aliquod temporale commodum cōſequantur, uel ex timore male humiliante ne ſuper eos aliqua pericula & incommoda inducantur, qui tamen ſchiſmatici non dicūtur, quia nec ab vnitate membrorum eccleſiæ nec ab vnitate capitis ſę diuidere ex animo intendunt. & iſta diuiſio ſatis habetur per Aug. in li. de quæſtionibus euangeliorum. Si tamen verum eſt quod aliqui ex eis etiam armati poſt conflictū rauenę cum exercitu gallorum progreſſi ſunt ad occupandum ciuitates eccleſiæ & quod mouerunt bellum contra rectores in dictis ciuitatibus & caſtellanos per Romanā eccleſiam ibidem poſitos, tūc per dicta Bar. in d. verbo rebellando, uidentur non poſſe excuſari ab aperta rebellione. Qn̄ autem hæc ſubtractio obedientiæ, fiat, vide quod late dico infra in proprio arti.

Et ex his reſpondetur ad tertium dubium quod non videntur dicendi ſchiſmatici, quia nullam ſciſſuram in eccleſia fecerunt. Vnde Aug. cōtra fauſtum po-80 nendo differentiam † inter ſchiſma & hæreſim dicit. ſchiſma eſt eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo cęteri ſolo congregationis delectari diſſidio. inde Iſidorus in libro etymologiarum dicit nomen ſchiſmatis a ſciſſura animorum dictum eſſe. Sciſſio autem vnitati opponitur. vnde peccatum ſchiſmatis dicitur quod directe & per ſe opponit unitati, dicit Beatus Thomas in ſecunda ſecundæ. quæſt. 39. articu. 1. Idem etiam dicit glo. in cap. quia diligentia. de elec. eſt enim vocabulum græcum, vt ibi, & dicit tex. in cap. ſchiſma viceſimaquarta quęſtione. 1. Schiſma ſiquidem ipſum quod nomen græcum eſt ſciſſuram ſonat, ſed in unitate ſciſſura eſſe non poteſt. non ergo vnitati communicat qui ſchiſmaticis communicat, partes ſibi fecerunt & ab eo quod vnū eſt ſemetipſos ſegregantes ſpiritum non habent. Cum ergo per diſceſſum ipſorum cardinalium adhuc nulla reperiatur illicita diuiſio per inobedientiam ab unitate eccleſiæ, ſequitur qđ adhuc prædicti cardinales non poſſunt dici ſchiſmatici. Aduertendum tamen eſt quod quando quis ſe principaliter ſcindit a papa & ab eccleſiæ unitate nihil aliud contra fidei articulos aſſeuerans, tunc talis licet poſſit dici ſchiſmaticus etiam ſtricte ſumpto nomine ſchiſmatis, tamen a principio hæreticus non dicetur, quia ex eo ſolo quod ab eccleſia vel a pontifice ſe ſeparat non uidetur aliquid contra fidei articulos dicere uel aſſerere ut in hæreſim ꝓlabatur. poteſt enim uelle eſſe diuiſus & tamen eccleſiam unicā confiteri. Et

Et in hoc eſt differentia inter ſchiſma & hæreſim, quia hæreſis eſt q̄ dicit peruerſum dogma, ſed qui ſe ab vnitate ſcindit adhuc peruerſum dogma non tenet, quia non obſtante diſceſſu eſſę poteſt quod credat vnicam apoſtolicam eccleſiā. Vnde Bal. in capit. licet. de electione dicit, quod hæreticus, non credit in eccleſia triumphanti, ſchiſmaticus vero nō credit in eccleſia militanti, ſed qui credit & tamen per ſuperbiā intumeſcit. ut tyrannus, vel per ignauiam, vt aſinus, vel per maliciam vt vulpes, hic non eſt hæreticus, allegat capit. generali. de electio. Poſſet tamen aliquo modo dici ſchiſmati-81 cus. Vnde † prouerbiorum. 6 per hominem apoſtatam gloſa interlinearis intelligit ſchiſmaticum, ibi homo apoſtata, uir inutilis gradirur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat, huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito contereтur nec habebit, vltra, medicinam, ſex ſunt quæ odit dominus, & ſeptimū deteſtatur anima eius, oculos ſublimes linguam mendacem, manus effundentes ſanguinem innoxium, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordiam. &c.

82 Sed aduertendum † eſt quod quia ſchiſmatici ſui ſchiſmatis uerbis aut perſeuerantia cauſas quærunt, quę nullę eſſe poſſunt niſi prophanæ & ab eccleſia condemnatæ, ideo poſtea temporis ſpatio ſchſma in propriam, & veram hæreſim labitur, quia non poteſt ſuam ſciſſuram verbis aut factis defendere niſi dicat vel quod ſalus extra eccleſiam poſſit eſſe, quæ concluſio ab eccleſia eſt pro hęretica iam damnata. 24. q. 1. capit. quoniam vetus circa fi. vel quod poſſunt eſſe duę vniuerſales eccleſię, contra articulum & vnam ſanctam catholicam eccleſiam. Vnde vereor ſi poſt intimatum concilium per S. Dominum noſtrum, ad quem hoc ſpectat, ſe non ſubiecerint voluntati eius, & a ſuis cœptis non deſtiterint volendo a ſe ipſis concilium tenere & antipapam erigere, quod tunc erūt vere & proprie ſchiſmatici, quia tunc quicquid fecerunt, ambitioſe factum eſſe oſtenderent. Vnde apoſtolus ad coloſcenſes ſecundo inquit, inflatus ſenſu carnis ſuæ & nō tenēs caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſub miniſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei. Hoc autem caput eſt ipſe Chriſtus. cuius vicē in eccleſia gerit ſummus pontifex, & ideo ſchiſmatici dicuntur † qui ſubeſſe renuunt ſummo pōtifici & qui membris eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſant. Ita beatus Thomas in ſecunda ſecundæ. q. 39. art. 1. in corpore articuli. Et q nō habet papam pro capite non habet Chriſtum pro capite, vt in capitulo nolite. 11. diſt. & 12. di. quis neſciat. viceſimaquarta quæſtione 1. quicumque 92. diſtinct. qui cathedram. 1. q. 1. in eccleſia. de pœn. di. 3. ſi quis autem. de ſpon. duorum c. vlt. dicit Aluarus de planctu eccl. in li. 1. art. 24.

Quinimmo licet Hoſtienſ. in rub de ſchiſma. dixerit illos qui ſe diuiſerunt a capite ſi aliud caput ſibi non conſtituant potius dici acephalos, & malos, quam ſchiſmaticos, 18. q. 2. Abbatibus, & referunt alii doct. in rub. & in c. 1. eod. tit. tamen Cardinal. ibi dicit quod immo ex quo nullum ſupra ſe agnoſcunt. & conſequenter a Romana eccleſia dicuntur diuiſi. tales dicūtur ſchiſmatici. Et licet Ioan. de Ana. voluerit ſaluare Hoſtienſ. in eo qui non recognoſcit caput epiſcopi ſed caput eccleſiæ Romanæ in propoſito non tuetur cardinales, quia ipſi ſeparāt ſe a papa qui repræſentat eccleſiam, & cōſequenter ſunt ſchiſmatici. Vnde Auguſt. de Anco. in lib. de pot. papæ. q. 25. artic. 1. in fin. dicit quod ſchiſmaticus is eſt qui ſponte & ex animo per manifeſtam rebellionem ſe ſubtrahit ab vnitate eccleſiæ tam capitis quam membrorum. Et idem Augu. in 26. q. ar. 1. in fi. dicit quod non ſufficit in eccleſia ſeruare congregationem, uel unitatem membrorum ſine unitate capitis, immo hoc ipſo quod tyranni vniunt ſibi membra eccleſię & diuidunt ipſa ab unitate & obedientia capitis cui ſimul cum eis deberent ſubiici, ſchiſmatici ſunt. Vnde Cyprianus 84 † in Epiſtola ad papam Cornelium dicit, neque aliunde hæreſes obortæ ſunt aut nata ſunt ſchiſmata. niſi inde ꝙ ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur.

Et ſi agerent ad creandum antipapam, tunc eſſēt ſtrictiſſime ſchiſmatici cum ad mixta hæreſi, quia ex quo niterentur ſibi conſtituere aliud caput in eccleſia peccarent in illum articulum fidei, & vnam ſanctam catholicam & Apoſtolicam eccleſiā, quia illam ſcindere quęrerent, ut uide Ioann. And. & Abb. poſt eum in cap. at ſi clerici in 15. colum. in prin. de iudi. Ve-85 ſtis. n. † domini quæ fuit inconſutilis remanſit indiuiſa ut per eam deſignaretur vnitas eccleſię. 16. q. vl. c. ſicut Domini vestimentum. ponit glo. in d. capitu. quia diligentia, & dicit idem Aug. in pręallegata. 25. q. in prin. & ideo nō fuit ſciſſa ſed ſorte data, vt patet Ioan. 19. Et hoc eſt quod dicit tex. in cap. inter hæreſim. 24. quæſt. 3. dum dicit quod a principio ſchiſma diuerſum ab hęreſi eſſe poteſt, cæterum nullum ſchiſma eſt niſi ſibi aliquam hęreſim confingat vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur. Vnde Cyprianus in epiſtola ad rogatianum inquit hæc ſunt initia hæreticorum & ortus atque conatus ſchiſmaticorum male cogitantium ut ſibi placeant, præpoſitum ſuperbo tumore contemnant, ſic de eccleſia receditur, ſic altare prophanum foris collocatur, ſic cōtra pacem Chriſti & ordinationem atque unitatem rebellatur. Et quod illi 86 qui renuunt ſubeſſe Romano pontifici, qui caput eſt vniuerſalis eccleſiæ, dicantur ſchiſmatici, eſt tex. in ca. non vos. 23, quæſt. 5. & 24. q. 1. hęc eſt fides, & cap. quoniam vetus. 12. diſt. præceptis. Inde etiam cum. 10. tribus relicto rege ſuo a tribu Iuda & beniamim ſciſſæ ſunt alium ſibi regem conſtituentes, dn̄s dedit illas in perditionem, vt legitur in 3. regum, & eſt tex. in capi. denique. 7. quęſt. 1. Et cum uir quidam Dei ad eos miſſus eſſet qui futuram punitionem prædiceret, panem apud illos edere prohibitus eſt, quod cum non cuſtodiſſet, diuina ſententia inde rediens a Leone deuoratus eſt. 1. q. 1. c. ſi quis inquit. 7. q. 1. denique. Inde etiam Core, Dathan, & Abirom, cū complicibus quia Moyſi duci iſrael & Aharon ſummo ſacerdoti obedire noluerunt tanquam ſchiſmaticos terra uiuos deglutiuit legitur numeri. 16. & in cap. licet de elec. & cap. non afferamus. 24. q. 1. De quo uide epiſtolam Cypriani ad Magnum, vnde tranſumptiue eſt. d. ca. denique. Nec obſtat tex in d. cap. denique. 7. q. 1. in fi. vbi dicit Core, Dathan, & Abirom, non commiſiſſe ſchiſma. Quia in vtroque loco ſupplet, videlicet tale quale Nouatiani. qui nouam eccleſiam conſtituerant.

Et non ſolum ſchiſmatici cenſentur quia ſubiectione Romani pontificis faciunt ſe alienos & ſubeſſe recuſant, ſed & qui membris eccleſiæ Romano pontifici ſubiectis communicare recuſant. 24. q. 1. 87 ſchiſma, Quod patet ex † diffinitione poſita per Ioan. de Ana. in ru. de ſchiſma. cum ſchiſma nihil ſit aliud quam illicita diſceſſio eorū inter quos vnitas eſſe debet, ſeu illicitus ab vnitate vel uniuerſitate diſceſſus. Et hanc etiam diffinitionem poſuit raymundus in ſumma in tit. de ſchiſma. Vel breuius eſt illicitus ab vniuerſitate vel vnitate diſceſſus. Datur & alia diffinitio. quę fuit Hoſtien. quod eſt illicita diuiſio ꝑ inobedientiam ab vnitate eccleſiæ facta. 24. q. 1. aduocauit. Et iſta vltima conuenit reſpectu inobedientiæ & diuiſionis a capite. Vnde patet ex ꝓmiſſis quod niſi præfati cardinales acquieſcant indictioni concilii factæ per papam vna cum collegio Reuerē. Cardi. ipſi oſtendent velle apoſtatare ab eccleſia Romana ſeque diuidere ab ipſius vnitate. Et ſi recte conſiderēt tex. in capit. vnico de ſciſma. in 6. fuit longe minor reatus & culpa in Petro & Iacobo de columna, qui nihilominus fuerunt declarati ſchiſmatici, quam ipſorum eccleſiam impugnantium, ſi ipſi non deſiſterent & niterentur creare antipapam. nam in propoſito omnia quę circa conuocationem cōcilij nunc fiunt per papam, fiunt cum ſacro collegio cardinalium. & ideo bene aduertant ne quicquam contra attentando, faciāt ſe alienos & ſchiſmaticos, cum ex his appareat nullam apud eos eſſe tenendi concilij ſine capite uero authoritatem, ſic que ſeipſos uniuerſalis eccleſiæ hoſtes, non tenentes ipſius unitatem, ſe conſtituerent. 24. q. 1. alienus. Immo. & Barbaris peiores forent. 1. q. 1. nonne. 24. q. 1. nō afferamus 88 Ipſi enim ſciunt Romanam † eccleſiam a Domino ipſo primatum obtinuiſſe. 22. diſt. ca. ſacroſancta. Ad quam Petri ſematum ex antiochia iubente domino tranſlata eſt. 24. q. 1. rogades ex antiochia iubente domino tranſlata eſt. 24. q. 1. rogamus. Quæ caput eſt omnium eccleſiarum. l. 4. & 5. C. de ſumma trini. Quę principatum obtinet nationum. 2. q. 7. Beati Petrus. & bonus tex. in cap. quamuis. 21. di. Quam principes apoſtolorum omnibus aliis urbibus in uniuerſo mundo tam ſua præſentia quam uenerando triumpho prætulerunt, eamque glorioſo ſanguine Martyrij Chriſto Domino conſecrarunt, una die paſſi ut pro merito ad Chriſtum pariter peruenirēt, in uno loco ne pro gloria alteri Roma deeſſet, ſub uno perſecutore ut pro parili uirtute æqualis crudelitas utrunque ꝑſtringeret uiceſimaſecunda diſtinctione capi. ſacroſancta. c. fundamenta de electione in ſexto & d. capit. beati. Quam in hāc gloriam prouexerunt ut ſit gens ſancta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis & regia, per ſacram Beati Petri ſedem caput totius orbis effecta, ut in dicto c. fundamenta. de electione in ſexto Cur autem muneris eccleſiaſtici ſacramentum Dominus in Beato Petro apoſtolorum omniū ſummo principaliter collocauit niſi ut ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua uelut in corpus omne diffunderet? d. cap. fundamenta, & dicto cap. ſacroſancta, & ne quiſquam ab ipſius Petri & pauli ſocietatis vnitate ſeipſum ſeparare auderet. 24. q. 1. quicunque.

que. Postquam igitur papa cum sacro cardinalium cœtu in hac sacratissima ciuitate cõcilium indixit, si quid vltra attentauerint. d. cardinales, euidenter ostendent se velle ponere sedem ad aquilonem & fieri similes altissimo, eritque eorum conuentus non concilium sed conciliabulum & Satanæ cõuenticulũ, & ipsi veri schismatici. decimaseptima distinctione cap. multis. Et istis adde illa quæ dicuntur infra in illo articulo vtrum papa possit accusari quod sit schismaticus.

Nunc quo ad quartum videt, cum simus in vno indubitato papa & pcessus sit fundatus super notorietate delicti, quod sine aliqua obseruatione terminorum papa potuerit procedere ad declarandũ eos schismaticos. [89] Et primo quia in processu qui fit † per papã non est opus seruare ordinem iuris. tex. & ibi doc. in cap. in causis de re iudi. item tex. in l. 1. in verbo destruit & in verbo de plano. ff. de constitu. princi. Præterea in processu principis nõ requiritur citatio dummodo iusta causa subsit, dicit Bal. in l. 2. in prin. C. quomodo & quando iu. per notata in l. is qui reip. causa abest. post gl. ff. ex qui. cau. maio. Et valet sententia principis parte non citata, dicit Bald. in l. ne causas. C. de appel. Et maxime vbi papa procederet de plenitudine potestatis, vt voluit Innocen. Hostien. & Imol. in cap. in nostra de procura- [90] to. quia valebit processus parte absente. Secundo quia † in facto notorio, vt uoluit Calde. in repe. c. vestra de coha. cleri. & muli. in 8. char. referendo Innocentium, & Hostien. in capit. tua. eo. titulo. licet non constet iudici vt iudici de notorio. si alias factum est notorium, tenet eius sententia irreuocabiliter quamuis non sint factæ probationes super notorio. cum igitur in proposito agatur de facto notorio, multo minus requiritur citatio. Item dicit Bal. in rub. qui feudum dare pos. & in procemio in vsibus feu. quod papa debet fauore vniuersalis ecclesię id est Romanæ ferre sententiẽ contra tenentes bona Romanæ ecclesię ipsis non citatis de plenitudine potestatis. quod ponunt doc. in ca. olim de re iudi. & videmus in die Iouis sancta quando legitur bulla cœnę Domini, vbi om- [91] nes excommunicantur. Et quod sine † citatione & aliqua ꝓbatione super notorio posit procedi, tex. est clarus in cap. bonę el primo. de elec. & ibi Abbas in tertio & quinto notabili. Et de ordine iuris super notorio est tex. in capi. ad nostram el. [92] 3. de iureiu. vbi † etiam si aliquis iurauit seruare in omnibus causis ordinem iudiciarium, non tenetur seruare in notorijs Ad idem glo. in l. ictus fustium. ff. de ijs qui notant. infa. & gl. in l. 1. C. qui & aduersus quos. Specu. in ti. de expensis. §. fi. in fi. Oldra. consi. 18. versi. ad quartum. secunda quæstione. 1. manifesta, ibi Domi. & glos. in cap. cum olim de re iudi. & Bal. in l. cum fratrem. C. ad silla. & idem in l. postquam liti in 4. colu. C. de pac. Ioan. An. in c. 1. de litis contesta. in 6. & tex. cum gl. cap. super eo de testi. cogen. Et Inno. in c. cum in tua, qui matri. accusa. pos. & post Inno. doc. communiter in capit. vestra de coha. cleri. & muli. Inno. in cap. ex parte de verb. sig. car. in c. ueniens in 4. oppo. de fi. presby. do. in capit. fi. de re iudi. in 6. [93] cum simil. Notorium † enim non indiget probatione, sed sufficit allegare & proponere illud, vt in cle. appellanti in gl. de appel. cap. 2. ibi Ioan. An. ut lite non contes. Bal. in d. l. 1. C. qui & aduersus quos. l. si uero. §. qui pro rei qualitate. ff. q satisda. cogan. l. emptorem. ff. de actio. empti. lapus allegatione. 1. No- [94] torium siquidem est illud † quod ante oculos situm est, vel est ueritas in mentibus hominum ita radicata quod euelli uel eradicari non potest, & in reliquijs permanet. Itẽ eius termini, conscientiam iudicis non fallunt nec fallere possunt, dici Bal. in l. ciues. C. de appel. Et ubi est notorium ibi non est disputare sed disputatum esse dicit Bal. in l. 1. C. quomo. & quã. iu. Et ideo sufficit illud allegare nec est necesse excipere uel probare, ut ibi dicit, & in d. l. ciues post glo. & in authen. qui semel. C. quomo. & quan. iu. Et maxime in proposito ubi ipsemet papa dicit & affirmat sibi constare de notorio. Ex quo Abbas in d. cap. ad nostram. dat iudici pro cautela ut pronunciet crimem notorium, quia etiam si non esser notorium ualebit processus ordine non seruato, ex quo procedit tanquã super notorio. allegat cle. pastoralis, & ibi etiam hoc ponit in primo nota. de re iudi. & glo. in uerbo declarato. ibi. Facit quod notat Inno. in c. tua de coha. cle. & muli. De citatione [95] † quod non requiratur, habetur in ca. cum olim. de re iudi. & in cap. bonę el. 1. ibique notat Abb. de elec. & in l. 2. §. quod si de frumentaria. ff. de administra. re. ad ciui. pertinen. & in d. l. ictus fustium. & utrobique per Bar. Et Inno. in cap. quanto. de transla. præla. & in capit. cum sit Romana in §. fi. de appel. Et apostolus excommunicauit corinthium absentem & non citatum, ut dicit text. in d. cap. cum sit Romana de appella. Et ubi constat absenti nullam competere defensionem, in notorio non requiritur citatio. quod dicunt doc. in locis pręalegatis, & car. in d. cap. cum olim, & in cap. proposuit de appel & in cap. repræhensibilis in prin. & in glo. 3. eo. ti. Et sic procedit quod dixit Inno. in d. c. quanto. & idem Inn. in capitulo ex insinuatione de appel. & Archi. in cap. quæ lotharius. 2. q. 1. & tex. in cap. venerabilem. de elec. & in c. bonæ el 1. eo. tit. vt dicit Abbas Sicu. in d. cap. cum olim. in 7. col. de re iudi. & doc. omnes maxime car. in d. c. vestra.

[96] Sed ad hoc respõdent. d. cardinales declarati quod licet alias † papa & imperator etiam in delictis grauioribus possint ferre sententiam in absentem, vt ponit ange. in l. reos. C. de accusa. tamen nõ possunt ferre sententiam contra omnino non citatum vel contra citatum ad locum notorie non tutum, dicit Angelus in l. si accusatorib. C. de accusa. & idem Ange. in l. princeps legibus. ff. de. ll. Dicuntque non esse verum quod dicit Bal in l. nec causas. C. de appel. quinimo ipsemet Bal. dicit cõtrarium in l. fi. C. de. ll. & Ange. in d. l. princeps legibus. & legistæ communiter in l. si qs arbitratu. ff. de verbo. obli. per Modernos. & canonistæ in ca. 1. de causa posses. & propri. & tex. & glo. in l. is qui reipublicę causa abest, loquitur in priuilegio & non in sententia, vt dicitur in d. l. si quis arbitratu. Item dicunt dicti declarati schismatici & excommunicati quod quo ad censuras non potest omitti citatio etiam in notorio, vt not. Ange. in d. cap. vestra in 38. colu. & duabus seq. & doc. communiter maxime Abb. in 7. colum. in cap. cum sit Romana de appel. & idem Abb. in consi. 33. incipit iudex in 1. volu. & idem Abb. in d. capi. cum sit in fi. de appel. Et saltem videtur debere præcedere vna monitio seu citatio ad audiendum sententiam, vt sic limitetur tex. in capit. sacro, qui requirit trinam. de sen. excom. vt dicit Do. in cap. 1. in 4. col. de offic. delega. in 6. & dicitur in capit. 1. de iudi. maxime per Feli. & Abb. in 20. colum. ibi. Et ratio huius est, quia excommunicatio fertur etiam propter contumaciam 11. quæst. 3. episcopi. ponit Alexand. in d. capitulo cum sit. Et quod dicitur quod apostolus excommunicauit corinthium absentem & irrequisitum, supplet glos. Anto & doc. ibi quod non fuit requisitus per edictum peremptorium, qa non requiritur edictum peremptorium necessario, sed bene antea fuerat admonitus. Vel dicendum est eum tunc nõ fuisse requisitum, sed antea sic per apollinarem apostoli discipu- [97] lum. Item etiam † generaliter in notorio non debet omitti citatio, quia nullum est maleficium tam notorium vt nõ possit habere excusationes siue circunstantias occultas excusantes secundum Ioan. An. & Anto. in c. 2. de dila. & glo. in cap. bonę el. 1. de elec. & in cap. cum dilectis. de purga. cano. & dicit Inno. in d. capi. vestra, & in ca. tua de coha. cle. & mulie. & Milis multum notabiliter in verbo notoriũ an excuset. Ad idem est quod dicitur in cap. porro, de diuor. in glo. & in cap. 1. de causa posses. & proprie. & in dicto capitu. ad nostram. & glo. in l. fi. ibi Bal. C. de legibus. & tex. in clemen. pastoralis de re iudicata, ubi annullatur processus ex defectu citationis quantumcunqe processum esset tanquam super notorio. Quinimo plus probat ille tex. quod quantumcunque imperator interlocutus fuisset esse notoria super quibus procedebat, nihilominus annulatus fuit processus ex defectu citationis. Et sic contra dictum Abbatis in dicto capitulo ad nostram, de quo supra. Nihil enim est tam indubitatum quin recipiat quandam solicitam dubitationem, vt in authen. de tabellionibus, circa medium cõstitutionis. Et Deus omnipotens noluit punire peccata sodomorum quæ erant manifesta & notoria sine citatione. dixit enim descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, ut in capitulo Deus omnipotens. 2. quæst. 1. & in capitu. qualiter & quãdo, de accusa. & Gene. 18. vbi notat Nico. hoc dici non quia Deus indigeat tali inuestigatione, sed vt doceãtur per hoc iudices non sententiare donec diligenter veritatem inquisiuerint. Et hoc replicat glos. magna in extrauagãtirem non nouam, quæ vult quod licet in notoriis non sit iuris ordo vsquequaque seruandus, tamen in citando & sentẽtiando omitti non potest. allegat dictum capitulum ad nostram de iureiuran. & 2. quęst. 1. in primis. & de diuor. ca. porro. Et per istud Genesis. 18. vbi dicit quod factum erat notorium, & tamen Deus prius voluit probare quam iudicare. Probat etiam a simili. confitens præsens, qui habetur pro citato, per confessionem facit factum notorium, capi. fi. de cohabi. cleri. & mulie. & tamen remanent in eum partes iudicis in sententiando vel præceptum dando licet non in cognoscendo. ff. ad le. aquil. proinde. ff. de iudi. l. si debitori. Et illa [98] † glosa late disputat in illa extrauaganti an papa possit procedere contra aliquem sine citatione. & subtili disputatione concludit quod non. Ad idem adducit illud Gene. quarto vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quod & ponit Archi. secunda quæstione prima, capitulo quę lotharius. vbi vult quod quando proceditur contra certam personam semper in notoriis requitur citatio, & ita dicit seruare curiam. Et idem sentit Calde. in d. capit. vestra. in nona charta. ubi ait quod quando proceditur contra certam personam etiam in notorijs requiritur citatio licet forte secus qñ procedi-

ceditur contra aliquam ũniuersitatem, tunc enim vt ait tenet sententia in notoriis etiam sine citatione propter periculum, & ita sæpius seruat curia. Et de hoc latius. doc. in capitulo cum olim. de re iudi. & Bart. in l. ictus fustium. ff. de infami. & in dicto capitulo vestra maxime cardinalis. Qui respõdet [99] † ad capitulum cum olim, & ad dictum capitulum quanto de translatio. prelato. quod ibi constabat iudici nullam defensionem posse competere. quo casu etiam Abbas in dicto capitulo bonę el primo in quinto notabili uult non requiri citationem, Et de his in consilio Aretini. 165. & sparsim in pluribus locis per doc. Ad idem est quod similiter legitur de adam genesis tertio, cuius peccatum antequam Deus puniret vocauit eum & audiuit defensionem eius, Pro hoc etiã facit quod ex quo istud allegatum notorium erat excusabile, nõ poterat in eo procedi sine citatione ipsorum cardinalium. hoc aperte ponit Areti. in dicto consi. 165. in tertio articulo secundo dubii. ponit Areti. in dicto capitulo vestra in 12. quęsito quod etiam intelligit Aretinus non solum in sententia dispositiua sed etiam in sentẽtia declaratoria, de quo dicetur j. Quinimo etiam si fuissent citati, non tenebantur comparere propter locum eis notorie non tutum, quia ut dicit ipsemet papa in clementina pastoralis. de re iudi. desiperet qui saperet huiusmodi citationes arctare citatum. & ib. hoc bene ponit glo. in uerbo notorio. & Car. & imo. & doc. in cap. ex parte el primo de appella, Nolentes enim accedere ad ecclesiam timentes ibi impressionem in actu electionis possunt petere a capitulo vt statuatur locus tutus & idoneus in quo timeri non possit, & si secus fiat, potest appellari & erit casus in quo etiam extra ciuitatem & extra ecclesiam celebrari poterit electio, & in quo maior pars tenetur ire ad minorem vel saltem in loco tuto diem præfigere. Ita dicit Abbas in capitulo bone el primo in secundo notabili. de elec. Et satis est ad iustificandam appellationem si probetur quod uerisimiliter timebatur impressio, nec oportet quod probetur impressionem fuisse sequutam, ut dicit ibidem Abba. post glo. in dicto capitulo bonæ. Vnde cum esset in proposito impressionis timor realis circa actus conciliares gerendos contra papam & personalis, non potest dici quod tenerentur mittere procuratorem iuxta tex. & dicta in capi. quia propter. de elec. & dicit glo. in uerbo metuebant & Abbas ibidem in dicto capitulo bonæ, quod & ponit alia glosa, [100] ibi in uerbu secure. Locus † enim iudicii debet esse tutus. ca. cum dilecta de confirma. uti. vel inuti. capitulo venerabilib. §. secus de senten. excommu. in sexto capitulo accepimus de fide instru. capit. cum personæ de priuile. in 6. gl. in c. horramur. tertia quęstione nona glo. penul. in clementina appellanti. de appel. & Ludo. in l. si uero. §. de uiro. 11. fallen. ff. solu. matrimo. Anton. in capit. uestra. 37. colum. de coha. cleri. & mulie. Et ut dicit Card. ibi in dicto capitulo ex parte, quia quãdo quis est citatus & locus non est tutus propter guerras statim poterit appellare coram honestis viris, & ita intelligit Hostien. ibi etiam absque eo quod aliter excipiat vel de nullitate agat ob locum non tutum. Et est utilius, quia facilius iustificatur appellatio quam deducatur nullitas principaliter & quam probetur exceptio. Et dicit ibi Innoce. Anto. & Car. & Imo. in verbo libere, supple. id est prius non opposita exceptione. Et dicit Imo. curiam de stilo ita seruare vt concedat literas in causa appellationis interpositæ propter locum non tutum etiam si de exceptione opposita non appareat. quasi non sit necesse exceptionem opponere antequam appelletur. & ita tenet Ioan. Mona. in cap. concertationi. de apappel. in 6. Quinimmo † ex quo quis citatur ad locum manifeste non tutum, etiam absque eo quod appelletur vel excipiatur citatio est ipso iure nulla, ut dicta clementina pastoralis. in §. notorium. Bar. & Imo. in l. de ætate. ff. ad trebel. & Ant. [101] in dicto capitulo vestra. 38. colum. Sicut & citatio notoriæ nulla non arctat citatum, in cap. querelam. de procu. in l. q̃situm. ff. de re iudi. & dicit Innocen. in cap. pręterea. de dila. Et quod non sit necessaria exceptio, ponit etiam Bar. in l. fi. in 3. col. ff. de in integ. resti. allegat. l. sciendum. ff. de lega. primo quæ nihil facit. & Oldra. in consi. 43. incipit queritur. &. Abbas & alii. in capitu. secundo de dilat. & glo. in verbo notorio [102] in dicta clem. pastoralis. in §. notorium. & dicitur locus † non tutus non solum habita consideraaione ad locum in quo ꝓceditur sed etam ad locum per quem debet accessus haberi puta guerrarum, ut dicit Anto. de Bu. in cap. accedens. el secundo ut lite non contes. Et idem ratione personæ ad quam debet iri, ut dicunt doc. in capitulo si iustus. de appell. ponit Imo. in dicta clemen. pastoralis in notabilibus. ponit exemplum Bar. in dicta. l. fin. de crudelitate. tyranni, de seditionib. ciuitatum, de seductoribus. Nec sufficit quod sit tutus procuratori si causa est grauis vel si quis citatus est ut personaliter conpareat. Nec etiam sufficit si sit tutus ei & non procuratoribus, si causa non est talis naturę vt in ea cogatur interesse personaliter, quia nullus tenetur. interesse personaliter si nolit, vt in l. fi. de procura. & in capitu. primo de iudi. in 6. & dicit Hostien Bal. Imol. & Abbas in d. cap. ex parte. & refert ibi Alex. Idem Imol. & Alex. in d. l. de ætate ff, ad. trebel. & bene glo. in verbo fautoribus in cle. 1. de foro [103] compe. Quinimo plus † probat ille tex. in d. cle. in §. notoriũ, quod ex hoc solo quod citans hẽt odio citatum, dr̃ citatus nõ tutus, & si nec excipiat nec appellet. citatio erit nulla. Similiter si ciuitas ad quam citatur prosequitur odio citatum. Similiter si citans habet grandem exercitum qui potest offendere citatum, dicitur talis citatus ad locum non tutum, vt in d. §. notorium. & glosa ibi quæ allegat specu. de citatione. §. 1. versi. item quod citatio. Quis enim in proposito dixisset eis vt compareretnt, si locus non tutus, si persona terribilis, si magnus exercitus? nonne quemlibet etiam cõstantem hæc terrerent, certe plusquam iustus est metus. d. cap. si iustus. Vnde [104] dicit Bal. in c. 1. qui feu. dare pos. in 7. colum. quod † metus est infirmitas voluntatis, consilij vulnus, animæ tristitia, voluntarii & inuoluntarij permixtio, & res libertati cõtraria. Imo etiam si offeratur saluusconductus non tenetur quis se committere sub saluoconductu, vt dicit ibidem Ioan. de Immo. in d. cle. pastoralis. & tex. & doc. in d. capitu. accedens. & glos. in uerbo secure in cap. statutum. §. cum uero de rescrip. in 6. & glo. in d. capi. ex parte, & ibi doc. & Imol. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. maxime vbi agitur causa capitalis, ut d. §. non omnis. Angelus in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. & de materia latissime per Angelum in disputatione bononien. & Sal. in l. reos. C. de accusa. & in l. cum indulgentia. C. de sententiam pas. & doc. post Bar. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & Alberi. in 4. parte statutorum. q. 39. incipit quero etiam aliam quæstionem. & in addi. ad maleficia Angeli in verbo fama publica. Vnde Gibellinus etiã cũ saluo conductu non erit tutus ubi regunt Guelphi vel e contra, dicit glo. in uerbo non audens in d. c. statutum, in §. cum vero. Imo ẽt [105] si culpa † citati sit effectum vt locus non sit ei tutus, non propter hoc tenetur comparere, quia magis inspicitur iustitia vel veritas quam delinquentis fauor. de excep. c. cum inter. ff. de mino. l. Papinianus exuli, de concel. ꝑben. c. quia diuersitatem. Ita dicit Archi. & Ioan. An. & do. ni. in d §. cum uero. [106] Et † ubi oportet appellare, quia non datur accessus tutus ad iudicem, admittitur appellatio in absentia. d. cap. si iustus. Et extra locum actus exercetur quando in loco non est tutum, vt in cle. quamuis de fo. cõpe. in c. statuimus de offic. delega. in 6. Et ideo papa approbauit coronationem factã de henrico imperatore extra vrbem pp timorem regis roberti, dicit Paulus de liazarijs in d. c. statuimus. Et ꝙ non tenerentur cõparere facit ad propositum consilium Bellameræ. 16. incipit factum est tale. ubi consuluit ꝙ episcopus auinionen. citatus a papa ut sequeretur eũ Genuam, non tenebatur ire, quia nõ [107] erat illi tutum. Quinimo † quando citatio est nulla siue notorie iniusta, licet alias notorium regulariter nõ releuet ab ordine saltem illud proponendi, ut. d. glo. in d. cle. appellanti. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adul. tamẽ releuat hoc casu propter notoriam iniustitiam uel nullitatẽ citationis, etiam resultantem quia facta est ad locum non tutum. Ita dicit Butrius & Imol. in cap. 2. de dila. & idem. Bu. in d. c. uestra in vl. colum. de coha. cle. & mulie. Et bene Feli. in c. cum ordinem in 16. colu. de rescrip. ubi respondet ad diuersitatem notoriæ suspitionis iudicis & citationis ad locũ non tutum. ad quam diuersitatem respondet etiam Alex. in [108] d. ca. ex parte. Et si dicatur † quod citatio arctabat ipsos schismaticos etiam ad locum non tutum propter eorum demerita & notoriam subtractionem obedientiæ, quia illa regula ꝙ citatio ad locum non tutum non arctat citatum, non habet locum quando locus non est alicui tutus ratione delicti ipsius citati, ne delicta remaneant impunita secundum Bald. in l. omnes. in ul. col. C. de epis. & cle. Respondent præfati declarati schismatici ꝙ nondum ipsi erant declarati delinquẽtes, nec ante cognitionem delicti debebant citari ad locum non tutum, quia eorum delictum nõ erat notorium per sententiam uel confessionem uel facti euidentiam, ut dicit glo. in capitu. ex parte el. 1. de uerbo. sig. & ponit Imol. in d. cle. pastoralis in prin. in quinto notabili, qui uult quod iudex ut possit procedere super notorio debet ante omnia per sententiã interlocutoriã declarare illud esse notorium. Non enim fuerant reperti inflagranti crimine notorii facinoris ut posset ꝯ eos absentes nõ legitime citatos procedi ad sententiã, ut dicitur in cap. quanto de transla. præla. & ponit Inno. in c. cum olim de re iudicia. & Hostien. in c. statuimus de off. dele. in 6. & refert Imol. in d. cle. pastoralis in §. cęterum in 2. oppositio- [109] ne. Vbi autem † non est certum ꝙ in facto notorio non competat defensio absenti, semꝑ debet fieri citatio, ut dicit Abb. & Felinus in 10. columm. capitu. cum olim de re iudi. & idem Abb. in consilio 68. incipit quamquam. Quinimo licet papa se

se fundauerit super notorio eorum delicto, non per hoc ꝙ quod non erat notorium fuit factum notorium. Et ideo quã 110 do superior in sententia fundat se super notorio, & non est notorium, eius sententia retractatur. ut dicit specu. in tit. de notorio. §. primo. ppst prin. ponit. Paul. Car. & Imo., in dicta clementina pastoralis, ubi videtur tex. de hoc. Et vt præiudicet sententia interloqutoria super notorio a qua non est appellatum tanquam contra ius litigatoris, oportet declarari qualiter sit notorium an iuris vel præsumptionis vel facti an actus continui an transeuntis an interpollati cum aliter procedatur in uno quam alio, ut in capitulo vestra & in capitulo tua. de coha. clericorum. per Innocen. & Hostien. & in specu. in tit. de notorio. §. primo. & fin. Ita dicunt præfati doctores. in dicta clementina pastoralis. Iuxta quod etiam dicit Anto. in d. capitulo vestra in 48. col. quod quando procedit iudex tanquam super notorio aliter non seruato iuris ordine, si illud in rei veritate non est notorium processus erit nullus. Quinimmo. glo. illa notabilis in dicta extrauaganti rem non nouam, mouet quæstionem in uersiculo. item quæro secundo. aliquis per papam est citatus, & subest causa depositionis, sed de ea non constat confessione vel alia probatio, deponitur, an depositus possit de iure petere rescindi dictam sententiam. & ibi per plures notabiles rationes concludit quod talis sententia debet rescindi. Et ibi etiam respõdet ad id quod posset obiici quod papæ potuisset constare, se 111 creto. quod non sufficit. Præterea non est † credendum verbis narratiuis papæ volentis aliquem priuare non posset nisi probata culpa, ut dicit Abb. sicu. in clementina prima, in fi. de proba. per tex. in capitulo primo de feudo sine culpa non amittendo. vbi dicit. Bald. quod quando agitur contra aliquem qui ratione culpæ venit priuandus, semper necessaria est declaratio culpæ. Nec dicendi sunt declarati schismatici esse notorie culpabiles & notorie subtraxisse obedientiam, cum enim a principio se receperint Florentiam, ambignum erat an uellent subtrahere obediẽtiam necne. Quando aũt factum super quo dicitur resultare notorium est dubiũ, semper debent super illo recipi testes. ff. qui satisda. congan. l. si vero. §. qui pro rei. ponit Inno. & Hostien. in dicto capitulo tua. de coha. cle. & muli. refert. Cald. in repe. c. vestra. & dom in c. manifesta in fi. 2. q. 1. & dicitur in c. si peccauerit. §. fi. & c. 112 Deus omnipotens. §. si qñ. 2. q. 1. Quinimmo etiã si parte absẽte proceditur tanquam super notorio debet probari factum notorium, ut uoluit Anto. in d. cap. vestra. in versic. vbi autẽ proceditur in absentem. & probat tex. in l. hæc autem. §. primo ff. ex quibus cau. ma. Si enim nõ constat iudici vt iudici de notorio vel ipse ignorat notoriũ, processus erit nullus nõ facta prius probatione super notorio, ut ponit Petrus & Cy. Bal. & Angelus in l. ea quidem. C. de accusa. & Angelus in repe. l. si vacantia. C. de bonis vacan. Et licet Anto. in † dicto ca 113 pitulo vestra in fi. voluerit quando iudex procedit per inquisitionem ex officio, quod credatur iudici asserenti notorium factum, per ea quæ dicuntur. in capitulo qualiter & quando de accusa. tamen contraria sententia videtur verior, quam ponit. Salic. in d. l. ea quidem in quinta. quæstione per glo. in 114 cap. ad nostram. de iureiu. quæ uult quod siue iudex ignoret notorium siue sciat notorum in alio loco quam in sua prouincia uel loco sui iudicii, non præsumitur cognitum iudici ut iudici, & ideo semper debet probari. ponit Bal. in authen. qui semel. C. Quomodo & quando iudex. & Areti. con. 165. Quis autem sciebat vtrum cardinales recepissent se florentiam magis timore ducti, quam ut aliquid contra papã machinarentur. Hoc enim erat in eorum animo, & ideo probat iuramento proprio, ut in cap. si uero de senten. excommuni. & in ca. statutum. §. cum uero de rescrip. in 6. & in c. ut circa de elec. eo. li. cum concordan. in glo. d. c. si vero. Accedit qđ ubi papa attestatur vel narrat aliquid non a se vel coram se gestum, tunc illud attestatur de quo recepit fidem ab alio, q̃ 115 non videtur sufficiens ad probandum aliquid gestum in pręiudicium alterius. probatio enim in† pręiudicium partis nõ potest recipi contra partem nisi ipsa citata, ut in cap. secundo. de testi. Ideo non plene standum videtur tali assertioni, quia talem defensionem non potest tollere papa, ut in clemen. pastoralis de re iudi. Ita dicunt moderniores. in c. cum a nobis de testi. & fuit opinio Cald. & d. Anto. in cap. post cessionem de probat. & in cap. fi. de succes. ab intesta. ponit Ioã. And. in regula non licet. in mercu. Quinimmo Abbas in dicto capitulo cum a nobis, videtur uoluisse quod nisi † simus 116 in iis in quibus papa habet supremam potestatem, vt in beneficialibus & spiritualibus, ut in clementina prima ut lite pendẽ. in pręiudicium alterius non creditur assertioni papæ per ea quæ ponuntur in cap. Deus omnipotens. 2. quęst. 1. & quę dicuntur in cap. in omni negocio. de testi. Quicquid sit illud non negatur a doctoribus, ꝙ in iis quæ sunt in præiudicium tertii, non creditur papæ ad plenam probationẽ si narrat factum super quo se non fundat nec a se vel coram se factum attestatur, ut late dicunt glo. & doc. in d. cle. 1. de proba. & car. consi. 98. incipit papa uniuit, & Abbas in c. dudum circa medi. de priui. quamuis enim ex illa attestatione præsumptio resultet, nõ tamen plena probatio, cum in illo facto 117 decipi ab alio potuerit. Et licet si papa † dicat sibi constitisse de certo crimine alicuius, & propterea illum ipso iure priuatum beneficio quod mandat alteri conferri, non possit probari contrarium, quod uidelicet de iure non inducitur priuatio ipso iure quia non reperitur a iure expressum, ut uoluit pe. de Ancha. in consi. 338. incipiente ultra alia. quasi tunc papa declarauerit factum dubium iuris, bene tamen admittetur quis ad probandum contrarium factum, uidelicet crimẽ non per illum sed per alium fuisse commissum, ut dicitur in d. cle. & in d. c. cum a nobis. & Abb. in d. cap. dudum de priui le. & in d. cle. 1. Vnde præfati declarati dicunt se uelle ostendere causam discessus & timoris, & ꝙ a iure non denegatur 118 eis. Et quantumcũque papa † asserat esse notorium quod nulla possit tergiuersatione celari, & doctores, maxime Innoc. in d. cap. uestra, & Bal. in d. l. ea quidem, & Ange. in d. l. si uacãtia, & car. & Abb. in d. c. cum olim de re iudi. uoluerint quando notorium non potest inficiatione fieri dubium, puta quia est notum omnibus, quod tunc ferri possit sententia parte non citata. capit. euidentia. de accusa. tamen ut ipsimet uolunt si eo casu pars non citata velit probare se habere excusationem legitimam, debet admitti, & probata excusatione sententia erit nulla. Et plus voluit nobaliter † milis in verbo 119 notoriũ. id est ipsa qualitas notorii, quod licet ipsa qualitas notorii possit probari parte absente, ut uoluit dñs Anton. in dicto capitulo uestra in secunda colum. etiam ipsa non citata secundum eundem Antoni. ibi. in 46. colum. versicu. nunquid in notoriis, quia talis probatio est modici præiudicii, quia fit ad finem vt iudex possit tanquam in notorio procedere ordine non seruato tamen probatio ipsius facti ꝙ notorium dicitur non potest ad finem condemnandi diffinitiue fieri nõ uocata parte, quia ut ipse milis dicit, hoc nullo iure caueret nec aliquis doctor hoc dicit. & si qui dicerent male dicerent, quia diabolicum esset dicere quod ubi necessaria est probatio, illa possit fieri parte non uocata etiam ad 120 pęnam capitalem, quia hoc † esset tolere defensionem, quæ non potest per legem humanam auferri per d. clemen. pastoralis de re iudi. quod etiam replicat idem Milis in uerbo notorium quotienscunque. Sẽper enim vbi potest cõpetere defensio etiam in notorijs necessaria est citatio, vt in c. cum sit Romana in fi. de appellat. & ibi Abb. in pe. notabili. & idem Abb in c. 1. in 2. colum. de causa possess. & proprie, & in cap. bonæ el. 1. in 4. colum. de electio. & in c. cum olim in 6. & sequen. colum. de re iudic. & in capit. causam quæ in 1. colum. ad fi. de rescript. & in consil. 68. incipit quamquam in 2. uol. & in d. c. vestra prope fin. de cohab. cle. & mulie. Et probatio quod factum sit notorium, requiritur, vt late dicit card. in d. c. vestra in 2. quæsito. glo. et doc. in cap. bonæ el 1. de electio. Nec refragatur quod papa narret quod eorum delictum ita erat notoriũ quod nulla poterat inficiatione celari, et quod propterea nulla requirebatur ꝓbatio nec citatio, ut in cap. euidentia de accusat. et in cap. cum dilectis de purga. cano. et in c. de manifesta, 2. q. 1. c. si de coha. cle. et mulie. capit. ad apostolicæ. §. et vt ad presens de re iudi. in 6. et dixi supra proxime. Quia quantumcunque sit talis notorietas quæ nõ possit tergiuersatione celari, omnino secundum aliquos citatio requiritur, ut dicit glo. in d. cap. cum dilectis allegat. 24. q. 3. de illicita, et Anton. ibi. Tamen sine dubio illud est verum postquam constat esse notorium quod tergiuersatione non potest celari, at hic de notorietate tantum ex assertione constat de qua qa aliter nõ ꝯstat requirit̃ probatio, ut s̃. dictũ ẽ.

Nec similiter refragatur quod papa loquatur de plenitudine potestatis et suppleat defectus, quia text. in d. clem. pastoralis in §. cęterum, uult ꝙ nõ sufficiat ista suppletio de potestatis plenitudine cõtra eũ, qui non fuerat citatus, vel citatus ad locum non tutum, uel cui poterat competere defensio et non fuit auditus. Nam 121 clausula † ex certa scientia et de potestatis plenitudine non tollit defectus naturales, ut Bald. in l. 2. C. de serui. et in cap. intra quatuor de maior. et obed. Et generaliter in iis quæ nõ dependent a potestate papæ, non supplet clausula ex certa scientia vel de potestatis plenitudine, vt in pluribus locis replicat Abb. vt in c. quæ in ecclesiarum de consti. vl. colũ. & in c. cum a nobis. 2. colum. de testi. & in cle. 1. de proba. & in ca. cum inter de excep. Et licet deci. 230. (incipit papa, quæ est in ti. de confir. vti. vel inuti.) velit quod papa ex certa scientia confirmando gesta per legatum & supplendo omnes defectus, videatur suppleuisse omnem solennitatem, videlicet partis vocationem & alia solennia, necnon substantialia, videlicet potestatem legati & veritatem causarum, non ꝯtrarietur

tur prædictis, quia licet suppleat defectum citationis illo casu, est quia illud dependet a mera potestate papę. qa loquitur in unione facta per legatum de ecclesia sine dismembratione, quia beneficia sunt ei manualia, & vnit & dismembrat etiam parte non uocata, ut in clementina prima vt lit. penden. iuncto capitulo illa ne sede vacan. & in capitulo sicut de exces. præla. Facit quod dicitur in dicto capitu. cum olim de re iudi. quando rescriptum est gratiosum, in quo non re-122 quiritur uocatio partis, ut ibi dicitur. Et quod dicitur ex † certa scientia, idem est quod de plenitudine potestatis æquipollet enim clausula ex certa scientia & clausula de plenitudine potestatis, ut dicit Abb. in cap. cum inter de excep. & in cap. cum olim de re iudi. & Bal. in l. eos. C. de appe. gl. in c. ad hæc de rescrip. Sic ergo dicta clausula non potuit auferre defen-123 sionem dictis declaratis. Nec processus † papę ex certa scientia & de plenitudine potestatis valet contra non citatum etiã subditum, ut dicit Abb. in d. cap. cum olim. & in cap. primo. in 2. colum. de causa posses. & propri. per d. clemen. pastoralis. & Bal. in l. fi. C. de ll. & in proœmio feudorum. 12. colum. Quod & ponit Aretinus in d. consil. 165. quod est notabile consilium in simili materia, cui subscripserunt multi clarissimi doct. ut dicit Felin. in d. c. cum olim in 12. colum. quod semper allegatur in materia, & vidi postea ad illud consiliũ haberi recursum per dominum Ioannem de Campegio, & dominum Iasonem in quadam simili causa illorum de Ballionibus de perusio. Quod verum est etiam si procedat tamquam super notorio, quia vt dicit Abb. in dicto consilio 68. in fine. & in consilio 33. in primo volumine per capitulum consuluit de appellatio. multa dicuntur notoria quæ in veritate non sunt notoria.

Nec obstat quod dicit. Egid. in deci. 411. quod denunciatio non requirit partis citationem per capit. venerabilem in versiculo obiectioni ergo. de electio. Quem text. refert allegatum per Gregorium. XI. indutum pontificalib. in capella, Iacobo de Cesena aduocato suo fiscali ad corroborationem processuum tunc per eũ publice factorum in die veneris sancta contra Florentinos, excommunicando personas, ac ciuitates, & loca supponendo interdicto ecclesiastico. Qui etiam vt dicit Egid. allegabat aliud, videlicet quod super notorio procedebat, & aliud allegat Egid. quod causa suberat per capitulũ Romana. §. penultimo. & c. dilecto de sentent. excommunic. in 6, Et in cõclusione dicit coadiuuare potest plenitudo potestatis etiam sine iniustitia cum vera notorietas supponitur. Ex quo apparet quod loquitur non in sola notorietate asserta sed in uera notorietate & causa iusta de quibus constabat, & sic in casu vbi erat notorium inexcusabile. Et sic intelligit illam decisionem Felinus in d. cap. cum olim in 12. colum. Et sic intelligitur d. Anton. in d. c. vestra, dum uult quod in declaratoria cum proceditur super notorio, non requiratur citatio, qui allegat capit. repræhensibilis de appellat. vbi Hostien. & Ioan. 124 And. dicunt † quod in sententia declaratoria super censuris non requiritur citatio, quia debet intelligi quando est notorium in excusabile. Et ita procedit text. in c. venerabilem de elect. & ita intelligit Abb. qui hoc dicit in capit. peruenit. de appellat. cum remittit se ad limitationem quam ipse ponit 125 in d. c. vestra circa fin. Vnde quando notorium est † excusabile, siue simus in censuris siue non, siue in condemnatoria siue in declaratotia, requiritur semper citatio. Et Ita etiam cõcludit Aretinus in d. consil. 165. in 11. colum. & Felinus in c. Rodulphus circa fi. in ver. intellige secũdo de rescrip. allegat Abbatem in simili in c. accepta de resti. spoliat. Et ita dicit intelligi Car. in c. extirpãdæ in 7. col. de præb. & Imo. post Guli. 126 in cle. præsenti de cẽsi. In excusabile aũt † factum dr̃ blasphemia, transitus sine papę licentia ad aliam ecclesiam. & his similia, post quorum notoriam perpetrationem non conuenit excusatio, vt dicitur in d. c. tua. Quod non erat in proposito, quia non erat notorium cur dicti declarati se continuissent Florentiæ. Item in casu illo potest responderi ad decisionem illam, quod procedebatur contra occupantes vel detinentes iniuste res & bona Romanæ ecclesiæ, & qui procurauerant ciuitates ecclesię ab ea deficere, & iniustum bellũ contra ecclesiam mouerant. quo casu, vt dicit Hostien. in d. c. cum olim & refert Abb. ibi in pen. col. potest ferri in absentem sententia non dato libello nec lite contestata. Et quod ea de causa fuerint interdicti Florentini, testatur platina in uita ipsius Gregorii. Sic etiam Spoletani qui de facto occupabant certam terram, fuerunt excommunicati ab Vrbano. qđ & sequitur Bal. in proœ. feudorum in 12. columna & Ludo. in singulari. 678. & in l. 1. C. de hæredi. insti. & Marianus Sozzinus in ru. de dila.

Sed ad præmissa replicant præfati nouiter electi cardinales quod bene & formiter fuerunt declarati quia prius moniti & lapso termino non resipiscentes declarati, ut cõstat per bullas monitoriales & declaratorias. aiuntque uera fuisse omnia quæ in illis narrantur, & falsum esse quod allegant, se non fuisse citatos, cum ex sequentibus ea 127 uera fuisse, clarissime demostretur. ex † sequentib. enim etiã pręterita declarantur, ut in capitu. per bellicam. 34. quæst. 2. 33. quęst. 1. requisisti. l. si qui. C. de adul. capi. scribam ibi glosa de pręsump. Nam origo Rebellionis contra Dominum nostrum ex nulla processit probabili causa, sed ex nuda ipsorũ voluntate. cum enim debuissent cum cum alijs cardinalibus sequi Bononiam proficiscentem ad comprimendos hostes ecclesię, ipsi Florentiæ se continuerunt, quo tempore nulla adhuc suberat causa suspitionis aut timoris. quod non ad aliud fecerunt quam ad papam inuoluendum tunc in mortis articulo constitutum & retrahendum eum ab incœpto. & ut rem illi difficiliorem facerent, discedentes de Florentia sequuti sunt partes inimicorum eius, & concilium ex abrupto intimarunt, nullo modo prius ipso ut illud congregaret requisito. illudque Pisis postmodum tenere tentarunt, monendo & citando sanctitatẽ eius, & pertinaciter asserendo illud esse uerum concilium quamuis sine uoluntate papæ & collegii cardinalium fuisset congregatum. Ex quibus liquido ostenditur notoria subtractio obedientiæ, sicut & ex perseuerantia in tenendo concilio, & procedendo contra papã usque in præsentem diem. unde apparet illud esse notorium facti continui. Nam ut dicit Spec. & Cald. & refert Anton in cap. uestra & sequitur Card. ibi, notorium facti continui est, cum quis persequitur dominum suum cui promiserat fidelitatem, ut in cap. uenerabilem. de elect. & c. grauem. de ex-128 ces. præla. Et licet Anto. in c. uestra, uideatur impugnare hoc exemplum, quia actus iuramenti non est continuus, & factũ persequutionis non semper potest esse nisi in aptitudine, tamen in proposito cum adhuc stet concilium, non potest esse quin dicatur notorium facti continui, quia quamuis factum persequutionis non semper sit in esse actuali, tamen in proposito cum usque ad finem vitæ ipsius papæ durauerit ipsa persecutio & tenuerint conciliabulum, & adhuc non cessent pertinaciter asserere ipsum esse verum concilium & legitime congregatum, est notorium facti continui non solum aptitudine sed in actu continuo. Est enim istud aliud genus persequutionis quam armorum tantum, quæ non sem-129 per sunt in actu sicut hoc. Accedit † quod dicit Bald. in l. cum fratrem. C. de iis quibus vt indignis, quod bene potest esse notorium permanens licet actus alias in se non sit permanens. Pro hoc est quod dicit Ioann. And. & refert Anton. in penul. char. in d. cap. vestra. Et si hoc non esset notorium facti continui, posset etiam obijci exemplo quod ponit Anton. quod turris asinellorum est in porta Rauennati, quod ipse dicit esse notorium facti continui, & tamen non semper erit porta Rauennas nec turris asinellorum, etsi continuo stat turris, & porta, & tale notorium per seipsum conseruatur. Sic & persequutio continuo stetit, & stat conciliabulum, & licet nõ sit perpetuo mansurum nec singulis horis fiant sessiones, tamẽ per seipsum conseruatur, & ita potest dici actus continuus persequutio ista continuata, quæ non tantum est in mente subditi continuo a persequutione non desistentis, sed etiam est in actu locus concilii, sicut est turris asinellorum. Facit 130 † præterea quod illud etiam dicitur continuum quod non semper se exhibet oculis hominum, vt in l. si quis ita legauerit & ibi Bart. ff. de condit. & demonst. l. ex facto. §. rerum. ff. de hæredit. instit. l. 1. § quotidiana. ff. de aqua quotid. & ęstiua. Similiter posset obijci exemplo communiter posito a doctorib. in d. c. vestra, videlicet quod clericus detinetur in carceribus, vt in c. dilectis de appellat. quando carceres publice se exhibent oculis omnium, vel quod clericus in aliqua ecclesia facit residẽtiam, licet enim nõ semper in ecclesia moretur, tamen est notorium facti continui secundum dominum Anton. ibi in d. c. vestra. Et sic papa in suo monitorio attestatur delictum eorum fuisse notorium facti permanentis 131 quod nulla poterat tergiuersatione celari. Ex quo † patet ꝙ papa potuerit iudicare de eo quod erat ei notum vt notoriũ, licet notorium non fuerit aliter in actis probatum & allegatum, vt est text. & ibi notat Aba. in 4. notabili in c. dudum el 1. de electio. cum tale notorium facti permanentis non indigeat ꝓbatione sed sufficit quod allegetur, solum enim istud est illud quod releuat ab onere probãdi, sed secus in notorio iuris vel notorio actus transeuntis, quæ requirunt probationes, ut dicitur in d. c. manifesta. 2. q. 1. & d. c. sicut de re iudi. & dicit Abb. in d. c. dudũ. Item allegant ꝙ paulo ante cũ moratẽtur Florentię nec adhuc aperuissent animum suum, Papa benigne interpellauit eos vt conferrent se Bononiam propter ea quæ occurrebant cũ ipsorum & aliorum collegarum consilio agenda. Vnde etiam si alia non fuisset facta monitio poterat contra eos procedi tamquam super notorio sine alia citatione, sicut fecit Paulus q excõmunicauit corinthiũ, ut

supra dictum est in dicto capitulo cum sit Romana, in fine, & ibi glos. de appellation. Et præterea postquam ex Florentia discesserunt & ad inimicos papæ se contulerunt fuit contra eos iuridice processum per plura monitoria & nuncios, & breuia, competenti termino ad comparēdum eis assignato. in quibus promissa est illis sub fide pontificia & securitas & venia si redissent. Ex quo non solum tanquam super notorio sed super occulto processus factus, dici posset validus, tanquam seruata omni via recta & valida, maxime cum papa 132 † in ordine iudiciario non subiiciatur regulis donati, vt dicitur in cap. in causis. de re iud. Et si dicatur ꝙ monitoria affixa fuerunt tantum in vrbe per edictum. & ꝙ quia agebatur ad censuras debuissent personaliter citari, per notata per Innocen. in c. si aduersarius de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. & in c. ad petitionem. de accus. & deci. 1. in ti. de feriis. & deci. 13. de sen. excom. in antiquis, & decis. 7. de sen. excommun. in nouis etiam in facto notorio, & in c. cum sit Romana, in fi. 133 ibi. Abb. de appel. & Abb. in cons. 33. in 1. volum. Respondetur primo quod factum erat notoriū & inexcusabile, & nulla poterat tergiuersatione celari. & constabat nullam posse competere defensionem, quia post requisitionem factā per Datarium, arripuerant fugam ad Regem Franciæ & papam ad conciliabulum citauerant. in tali autem casu valet citatio per edictum, ut dicit Abbas met in dic. con. 33. in finalibus uerbis, & dicitur in d. c. cum sit Romana. Imo videtur ꝙ eo casu non fuisset necessaria citatio, per id quod dicit Abb. in cap. cum olim. de re iud. & in c. 2. de causa pos. & proprie. & in cap. primo, & cap. ad nostrā, el. 3. de iureiu. & in c. cau-134 sam quæ. de rescrip. Et si dicatur † quod in excommunicatione, vt supra dictum est, omnino requiritur personalis citatio etiam si constet non competere defensionem, vt patet in simili per illud Gene. 18. & 3. & 4. c. Respondetur ꝙ ex quo cōstat nullam competere defensionem, & factum est tam notorium vt non possit aliquo modo negari, sufficit citatio per edictum, & non requiritur hoc casu personalis, quamuis agatur ad censuras sicut non requiritur in declaratoria iuris excommunicationis incursæ, ut dicit Abb. in c. peruenit. el primo. & in cap. repræhensibilis. de appel. & Fel. in ca. cum olim. in 8. col. & dictum est supra. Et hoc uult illa decis. Egi. 411. & maxime in proposito est clarum, quia præcessit monitio quātumcunque simpliciter ad comparendum, ut uult Abb. in cap. 1. de iud. in 20. colum. Vnde suffecit monitorium per edictum ut comparerent, ad declarandum, ex quo antea fuerāt requisiti per Datariū, vt uenirent Bononiam ad papam vbi erant alii collegæ. Item allegatur notitia monitorii ante fulminationem censurarum, quod sufficit ad sententiam etiā si citatio sit per edictum postea secuta. Ita dicit deci. xi. in ti. de dolo & contu. incipit item si de speciali. & alia. 16. circa fi. eo. ti. Item etiam dicitur quod fuerunt citati in loco vbi tenebantur residere, iuxta notata in c. ex tuæ de. cle. non resi. Itē allegatur quod non erat locus tutus nuncio ad citandū Mediolani propter inimicitias & potentiam ipsorum ibi & inimicorum papæ. propter quod tales citationes per edictum papæ arctant perinde ac si psonaliter fuissent citati, vt vult extrauagans rem non nouam, & dicitur in cle. 1. de iudi. Et maxime quia ipsi fuerunt causa quod citatio non potuit peruenire ad eos, per hoc ꝙ iuerunt mediolanum. vnde haberi debebantur pro citatis, ut dicitur in cle. 2. ut lite penden. Item maxime in papa citatio per edictum arctat citatum, ut dicitur in d. clem. 1. de iud. Moderni in cap. quoniam frequenter. §. porro, ut lite non contest. Ad illud quod asserunt quod nō tenebantur comparere ad locum nō tutum, replicant electi cardinales quod cum a principio fuerint requisiti nulla suberat excusatio loci non tuti. ipsi enim debebant Bononiæ cōparere, & non diuertere ad Regem Franciæ. & si postea citantur Romæ quæ est cōmunis patria vt in l. Roma. ad municipal. & quæ est refugium omnium oppressorum, ut in ca. ad Romanam, el 2. 2. q. 6. non iuste allegant locum non tutum. ipsi enim fuerunt qui fecerunt sibi locum non tutum Romæ rebellando contra papam. ideo non possunt allegare locum non tutum. Baldus, in l. omnes. la secunda. C. de episcopis & clericis. Facit quod dicunt Doctor in l. si mulier. ff. quod metus causa. & in l. si fundum. §. si imperator. ff. locati.

Non obstat quod dictum est supra aliquem non esse citandum ad locum non tutum, quantumcunque locus non sit tutus culpa eius, ut dicit Archid. Ioan. And. & Do. in d. §. cum uero, in c. statutum. de rescriptis. in sexto. Quia ad hoc respondet Bald. in dicta l. omnes, quod intelligitur de culpa aliunde proueniente quam ex delicto de quo inquiritur, ut puta ratione partialitatis. Alioquin si citatio fieri non posset & posset allegari locus non tutus, sic etiam potuissent allegare Iacob. & Petrus de Columna in ca. unico, de schisma. in 6. & iniuste fuissent damnati, cuius contrarium ibi patet. Sic & de Federico quo ad processum contra eum factum, de quo in ca. ad apostolicæ de re iudc. in 6. Quod autem † dicitur quod non 135 sic creditur verbis narratiuis papæ ad faciendum, aliquem criminosum, ut non possit probari contrarium respondent electi cardinales quod quicquid per papam narratum est, est de gestis cum eo & contra eum & quæ sunt notoria. Vnde non oportet considerare an standum sit uerbis narratiuis de iis quæ notoria sunt ex se per facti euidentiam. dicto capitulo euidentia & capitulo de manifesta. Item in huiusmodi eorum priuatione papa processit potius tanquam iudex instigante procuratore fiscali. ideo non est impugnanda ex uerbis narratiuis bulla priuationis, cum ab eius sententia non appelletur, ut in capitulo cuncta per mundum nona quæsti. tertia Et in eo quod ipse pronunciauit, ipse solus adiri potest ut in capitulo tum ex literis & ibi doc. de in integrum. restit. Ipse enim est iudex etiam in causa propria, ut dicitur in cap. 136 cum venissent de iudic. Et ab eo † non nisi ad ipsummet habetur recursus, ut dicitur in cap. si quando de rescrip. & dictū est in illo articulo vtrum possit appellari a papa ad conciliū Et ubi est aliquid factum ex certa scientia & de plenitudine potestatis, potest aliter non pręcedente causæ congnitione priuare aliquem iure suo, maxime in iis quę sunt in plena potestate eius & contra personas ei subditas. Ideo merito licet propter scandalum vniuersalis ecclesiæ non posset simul omnes episcopos priuare, ut in capitulo per principalem. 9. quæst. tertia tamē unum vel duos uel tres sicut est in ꝓposito priuare potest nulla causa allegata, ut ponitur in capit. quod translationem per Barba. de offi, lega· quia semper in principe, etiam si non appareat, præsumitur causa subesse, ut dicit in capitulo quæ in ecclesiarum de consti. de quo dictum est aliquid supra in quæstione ꝓpria. Vnde pius. secundus in epistola quinta quia priuauerat Deiterum Maguntinum episcopum sine citatione, excusat, & tuetur suum processum per multa exempla, & per causas tunc in priuatione non allegatas ut refert Felin. in dicto capitulo cum olim. Ad illud quod allegatur quod papa erat contumeliosus & intolerabilis, respondetur quod hoc non excusat eorum rebellionem & cōtumaciam, tum quia non plus erat eis intolerabilis quam cęteris aliis cardinalibus, & tamen cæteri alii cardinales etiā antiqui sequuti sunt eum. Ex quo non parua præsumptio est contra eos quod voluerint ponere sedem ad aquilonem, & fieri similes ei, contra tex. in capitulo quoniam vetus. 34. quęstione prima fatiscat inuidia Romani, culminis, recedat ambitio cum successore piscatoris. Vnde Petrus. Ra. super illud 137 † apostoli primo ad Corin. 13. Charitas non est ambitiosa, dicit quod ambitio est simia charitatis. charitas enim patiens est pro æternis, ambitio autē patitur omnia pro caducis, charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus, charitas omnia suffert pro veritate, Ambitio pro uanitate. Ita dicit Ioan. And. in vltim. quæstione in mercu. qui refert Plinium secundum ad Vespasianum commendādo Catonem dicere quod Cato erat ambitionis Hostis & Vale. lib. secundo cap. ult. de Catone dicit quod eius domus erat ambitioni clausa. Oris. enim gladio facta pastoris ferienda non sunt. secunda quæstione septima oues. Et persecutionis tempore patientia necessaria est septima quæstione. prima suggestum. non enim militem militię desertorem fieri oportet. l. desertorem. ff. de re mili. Et domino auxilium familia fere debet & armis, & manu & clamoribus & corporis obiectu. l. cum dominus. ff. ad Silla. Item Petrus Andreas relictis retibus sequuti sunt dominum, ut patet Marci. 1.

Sed ad hoc respondent dicti declarati ꝙ ipsi nulla cupiditate vel ambitione ducti præmissa fecerunt, sed ut aliquādo in tot annorum curiculis fieret vt par erat concilium ita reformarentur mores in curia prolapsi vt aliquando discerneretur lolium a tritico, vt laxata malorum fræna comprimerentur, tot manifesti ausus in posterum exularent, status ecclesiasticus in Dei honore & timore cōtineretur. Ad hoc allegant quod sępius dudum antequam ipsi discederent petitum fuit vt concilium cōgregaretur, & quod cum uidissent rem negligi & esse in omnibus pro ratione voluntatem, ipsi concilium captata oportunitate indixerunt, ad quos erat ut verisimiliter credebant facta deuolutio congregādi, locumque elegerunt in italia satis commodum & vbi alia cōcilia tenta fuerunt videlicet Pisas. Et licet papa postea apud Lateranum concilium congregari procurasset, eis non erat tutū illo. venire, & propter exercitum papæ, & eius potentiam non poterat esse libera facultas, pro veritate loquendi, & quod non pōt dici conciliu m ubi non est omnimoda libertas. & quod ideo continuauerant in dictum a se concilium & distulerant adhærere Lateranensi. Allegant etiam arte acceleratam contra se sententiam, sic ut cum venirent ad comparendum, præuenti fuerint in condemnatione. Allegant

legant certa breuia ex quibus aperte constat de iusto metu. Allegant appellationem interpositam, & quod non fuerat assignatus locus tutus. Allegant capitulum conclauis, & ꝙ postquam cessauit metus cupiunt & petunt discuti quorum causa sit melior, electorum ne an declaratorum cardinaliū & quod fuerit verum, & ꝙ adulterinum concilium.

Econtra electi cardinales replicant causam ipsorum apparuisse notorie iniustam, quia si ad bonum finem vt prætendunt hoc faciebant non debebant adhærere inimicis papæ, & cum armis eorum proficisci contra terras ecclesię vt fecerunt. & quod ciuitas, Pisana erat sub ditione florentinorum qui tunc adhærebant inimicis. papę & quod post indictum concilium a papa nunquam petierunt decerni locum pro concilio omnibus tutū, nec obtulerunt dissoluere illud quod ipsi indixerant, sed sēper processerunt in suo conciliabulo ad faciendum decreta ad imponendum decimas & alias diuersa onera clericis, ad sequestrandum & occupandum beneficia curialium & maxime cardinalium sequentium partes papæ, procurando in totum auferri obedientiam a papa quod non conuenit iis, qui bono zelo ducuntur, & quod hoc nō erat reformare sed deformare & schisma in ecclesia procurare, quod maxime offenderunt cum papam nulla causa allegata administratione pontificatus suspendere sunt ausi, cum tamen ex sola causa heresis hoc tantum in concilio legitime congregato licitū fuisset. Quę omnia ex sola pasione se fecisse ostenderūt, ut papa non fieret compus voti sui & opprimeretur a suis inimicis, quibus ipsi adhæserunt. & ideo quod ipsi legitime sunt declarati schismatici & quod conuentus per eos habitus, fuit conciliabulum. Quęstio facti est, detegatur ueritas & soluat Apollo, hoc vnum certum est, quod non habent excusationem continuando etiam hodię conciliabulum & se de reseruatis papę intromittendo.

Quinti dubij solutio dependet ex duobus. primo utrum concilium congregatum per cardinales declaratos schismaticos fuerit verum concilium, & de hoc ad plenum dictum est supra vbi dictum est quod non præmissa papæ requisitione nō potuerunt congregare concilium, & postquam papa concilium indixerat, debebant cessare ab ulteriori prosequutione concilii. Quod maxime apparet, quia iam papa declarauerat illud esse conuenticulum satanæ & non concilium. Et cautius fecissent præfati declarati, si postquam papa post eorum intimationem concilium indixerat, procurassent vniri cōcilium authoritate papæ, & petiissent locum tutum pro concilio, & non fuisset schima. Secundo vtrum ex quo sedes apost. uacat, sit concilii iudicare an card. declarati sint bene declarati & an electi sint bñ electi. Et quoad hoc vr̃ prima 138 facie dicendum quod sic. Primo † quia cōcilium est iudex inter duos de papatu contendentes quo casu dicitur ecclesia quasi vacare, ut dicitur in capitulo si duo. 79. di. Et si est iudex inter duos contendentes de papatu, multo magis inter cardinales contendentes de electione futuri pontificis & inter se dissidentes.

Secundo quia ex quo sedes uacat, supremum iudicium est ipsius concilii, quia non datur maius quam in uniuersali ecclesia, quę per concilium reprę sentatur, ut dicitur in capitulo significasti. de electione, & supra sæpius dictum est. Cum ergo agatur de re graui inter personas graues & ecclesiast. & de re spirituali cuius iudicium non potest esse iudicis temporalis etiam supremi, ut in capitulo cum ad uerum, & in capitulo bene quidem, & capitulo satis euidenter, & capitulo duo sunt genera, & capitulo si imperator, & fere per totam distinctionem 96. dist. sequitur necessario quod non sit iudicium alterius, quam concilii generalis.

Tertio facit quod sicut dixi in præcedentibus secundum aliquos conciliū subsistente aliqua necessaria causa posset creare unum vel duos cardinales. ergo potest etiam iudicare inter cardinales contendentes de suo statu, quia cuius est insti tuere est & destituere. capitulo cum ex iniuncto. de hereti. capitulo cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuile. capitulo primo & secundo de capel. mona. cum similibus. Et concilium deposuit cardinalem, ut in uulgari capitulo ex gestis. de clericis non resi. Quarto facit quod istud concilium Lateranense fuit principaliter congregatum propter dictos cardinales declaratos q concilium indixerant, & hoc authoritate papę, cuius etiam authoritate de consilio concilii seu eo approbante fuit sententia lata contra tales tanquam schismaticos, ex quo sequitur quod mortuo papa omnis potestas cognoscēdi de dicta causa sit eiusdem concilii, sicut si cardinales comparuissent uiuente papa, & petiissent discuti iterum de huiusmodi gestis, per sanctitatem eius, papa cum concilio hoc facere potuisset sicut sępius fuit cognitum in Niceno, Constantinopolitano, & Calcedonensi conciliis. de Ario & dioscoro. Quod autem post congregatum concilium sit eius potestas cognoscendi, uidetur innuere d. Anto. in d. trac. schismatis, dum dicit quod loci & temporis vbi congregari debeat concilium cognitio, est ipsius concilii postquam est congregatum. l. ædiles. ff. de ędil. edic. & l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & 139 l. terminato. C. de fruc & lit. expen. Idem dicit † Goffred. de monte abbas sancti honorati in suo opusculo quod morte præuentus reliquit imperfectum, ubi uult quod post congregatum concilium, caput concilii est Christus. Et ideo quod concilium ex se sine papa subsistit, etiam si contingat papā mori morte ciuili vel naturali. allegat Ioan. And. in clemen. ne Romani in glo. in verbo non consonam. Ad idem facit 140 quod concilium † est iudex in causa schismatis in ecclesia, ut patet in pluribus electionibus factis in concilio de schismaticis pontificibus. & ultimate de tribus pontificibus in constantien. concilio depositis. Ad idem quoque facit quod bulla indictionis concilii sonat quod proceditur ad congregandum concilium pro totali extirpatione schismatum & hæresum. sequitur ergo quod conciliium ad hoc congregatum, habeat facultatem cognoscendi an ueniant admittendi pro sedando schismate.

Ediuerso videtur quod concilium non possit se intromittere. Tū qa istud est de reseruatis papæ quæ sunt prohibita concilio sede uacante, ut diximus supra in quæstione propria. Tum quia quod iam fuerat declaratum per papam cum concilio, non potest concilium sine papa reuocare vt diximus sup. in quæstio. vtrum concilium possit reuocare constitutionem papę. Sed in concilio Lateranen. papa cū cōcilio declarauit dictos cardinales schismaticos & cum electis cardinalibus omnia gessit, declarando concilium Pisanum esse conciliabulum. quod pisis indixerant cardinales declarati & tenere curarūt, postea uero Mediolanum & deinde lugdunum transtulerūt. Igitur si loquimur de concilio Lateranen. per papam tento, non potest esse iudex, quia non potest solum reuocare quod cum papa decreuerat. Facit quod dicitur in clementina ne Romani, in uerbo inferior. de electione & in capitulo veniētes de iureiurando & quod in simili dicitur de pluribus iudicibus in capitulo prudentiam. de offi. deleg. & capitulo cum causa eodem titulo & in l. sicuti. ff. de arbi. facit etiam. capitulum si episcopus. duodecima quęstione secunda in fine. Et semel concilium Lateranen. functum est officio iudicandi contra schismaticos. l. iudex postquam. ff. de re iudic. & capitulo in literis. de officio delegati. Et ubi deest iurisditio quis non iudicat. l. si. C. si a non compe. iudi. cap. at si clerici cum similibus de iudicijs.

Minus autem habebit facultatem iudicandi cōcilium declaratorum, quod fuit iudicatum conciliabulum & Satanę conuenticulum, ut in capitulo audiuimus. 24. quęstione prima. Item nec unum nec alterum, quia utrunque esset iudex in causa propria, capitulo ne quis in sua cau. iudi. uel sibi ius dicat, in rubro & nigro. Nec simul iuncta ista duo concilia, quia vtrunque tueretur partem suam. Item si uerum concilium procedat cum conciliabulo, nulliter procedit. capitulo cum super Abbatia. de offic. delegat. Pro hoc est quod dicitur in capitulo fin. de procu. & capitulo nobis. de Simon. capitulo super quęstionum. §. si vero. de offic. delegat. Et dum scienter admittitur aliquis inhabilis ad exercendum actum ad quem admittentes non possunt habilitare, actus fit nullus. dicto capitulo fin. & in cap. massana, & in capitulo illa. de electione. Et propter vnū animal morbosum rescinditur venditio plurium. l. cum eiusdem generis. ff. de ędil. edic. Et multa similia possunt adduci de quibus per regulam utile per inutile non vitiatur. Et sic uidetur qđ nec ista duo cōcilia simul iūcta possint de his iudicare. Accedit quod cum sint declarati schismatici & hęretici, tales abiiciendi & non admittendi sunt in concilium, ut in capitulo didicimus. vigesimaquarta quæstione prima. & dictum ex supra in loco suo. Et cum talibus, non est communicandum. ut in c. aduocauit. & cap. omnis eadem causa & quęstione.

Quid tenendum, videtur prima facie dicendum sicut diximus supra quando est contentio inter duos de potificatu & uterque est in quasi possessione obedientiæ partis suæ, quod uterque potest congregare obedientiam suam in uno loco & insimul se vnire & concilium celebrare pro tollēdo schismate, de quo late dixi in illa quæstione. ad quem spectet congregatio concilii. Et ibi respondetur ad illud quomodo non obstat quod dicitur quod non est participandum cum schismaticis. Sed credo contrarium verum, quia ille casus est diuersus ab isto, quia ille est casus inter duos, qui gerebant

bant ſe pro pontificibus & ignorabatur vter eſſet verus papa nos autem loquimur in controuerſia quæ eſt inter cardinales quorum tantum vna pars eſt declarata ſchiſmatica, item inter concilium per indubitatum papam indictum & concilium quod per uerum papam fuit declaratum conciliabulũ. 141 Vnde ex præmiſſis† videtur concludendum quod concilium non poterit eſſe iudex, ſed debebit expectari creatio futuri pontificis. Facit quod in ſimili dicitur poſt Archi. in cap. in fidei de hære. in ſexto, quod de hęreſi papæ mortui cognoſcit ſucceſſor. Sic in propoſito de iis quæ geſſit prędeceſſor, ſit iudex ſucceſſor. de quo etiam per Albericum in l. prima C. de ſacroſanc. eccle. Ad hoc etiam tex. & ibi dicta in capitulo tũ ex literis de integr. reſtitution. Et pro hoc videtur text. in capitulo primo de ſchiſma in 6. ubi papa requirit de geſtis per ſe contra ſchiſmaticos quod habeat conſenſus Romani põtificis, & ſic ſucceſſoris. Et ad contraria eſt facilis reſponſio. & bulla intimationis concilii non dat facultatem cognoſcẽdi de ſchiſmaticis damnatis per papam, nec illos redintegrãdi. & ille tex. in d. capit. 1. de ſchiſma. in 6. uidetur factus pro iſto & ſequenti dubio.

142 Vnde intrando †ſextum dubium videtur quod iſti declarati non ſint admittendi in conclaue. Primo per illum tex. in d. cap. 1. de ſchiſma. in 6. vbi Iacobus & Petrus de Columna propter verba ſchiſmatica, ac blaſphema, & maledica in papam, fuerunt declarati ſchiſmatici. & ibi papa excommunicauit omnes perſonas ẽt ſi eſſent cardinales qui eoſdem Iacobum & Petrum pro cardinalibus tenerent, aut ad cardinalatum ſeu ad dandum vocem in electione futuri pontificis admitterent, uel eis in hoc fauorem præſtarent. a qua excommunicatione voluit tales non poſſe abſolui ſine expreſſa licentia Romani pontificis, nec etiam per collegium cardinalium ſede vacan. Ex quibus patet quod tales declarati ad nullum actum poſſunt admitti, & admittentes ſunt excommunicati. Niſi diceremus illũ tex. continere particularem deciſionem contra illos tantum & non facere ius, quaſi ſi papa in illo caſu non declaraſſet illos ſchiſmaticos non admittendos, potuiſſent ſede vacante 143 admitti. pro quo facit quod not. ibi Domi. qui dicit, †nota argumentum quod collegium cardinalium ſede vacan. poteſt reſtituere depoſitum per papam. Sed hoc uidetur contra id quod dicitur in prooemio Gregoriano, & quod dicitur in capitulo primo de conſtitution. ex quo illa conſtitutio eſt inſerta in corpore iuris. Nam non debet intelligi tex. quod cõ-144 tineat ius ſpeciale & particulare, quia non †pro priuato commodo ſed pro communi utilitate fit lex, vt in capitu. erit autem. 4. diſtinctione Et non fuiſſet inſerta in volumine ſexti ſi non ligaret vniuerſaliter, ut infra latius dico. Et Do. ibi non firmat notabile, ſed remittit ſe ad cle. 2. de electione ubi doc. dicunt contrarium. Vnde poſito quod ſit uerior opinio Inno. de qua in c. cum te. de re iudi. videlicet quod collegium cardinalium reſtituit famæ, de quo in dicta cle. ne Romani, & in l prima in §. de qua. cum concordan. ff. de poſtulando, tamen iſto caſu nõ poſſet reſtituere cardinales declaratos ſchiſmaticos. ut in dicto capitulo primo de ſchiſma. in 6. Tum qa hoc tunc non competit eis iure proprio viuente etiam papa. ergo non poterit collegium ſede vacante reſtituere, vt voluit Anto. & refert Imol. in d. cle. ne Romani, & idem Imo. 145 in dicto capitulo cum te. Ergo† minus poterit tanquam iure deuoluto ſede vacante, quia non ſuccedunt in iuriſditionalibus papæ. vt dicta clementina ſecunda. Tum etiam quia ſumus in infamia inflicta per ſententiã papæ, quam inferior nõ poteſt relaxare, quia inferior &c. ut in dicta cle. ne Romani in prin. Tum etiam quia hoc eſt prohibitum per dict. capitu. primum de ſchiſma. in 6. & quia non ſuccedunt ſede vacante in ijs quę ſunt reſeruata papæ, etiam ſi text. ibi in dicto capitulo primo de ſchiſma. non prohibuiſſet illos ſchiſmaticos recipi & ad electionem futuri pontificis admitti, omnino non ſucceſſiſſent in exercitio adminiſtrationis papalis, nec potuiſſet ipſorum cardinalium collegium illos declaratos ſchiſmaticos reſtituere, vt dicit gloſa in verbo ſede vacãte in dicto capitulo primo. Et per illum tex. in dicto capitulo primo videtur abſoluta ſexta quæſtio, videlicet quod dicti cardinales non ſunt admittendi in conclaue etiam cum ꝓ-146 teſtatione, propter prohibitionem illius tex. Et quia non †eſt communicandum cum ſchiſmaticis, vt dicit tex. in capitulo quæ dignior. uigeſimaquarta quæſtione prima & dixit dominus per Moyſen, ſeparamini a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorum. Deinde q ſe a Core, Dathan & Abiron non ſepararunt, pœnas ſtatim pro impia conuerſatione perſoluerũt, dicit tex. in capitulo didicimus ea. cau. & quæſt. Et tex. in cap. omnis ea. cau. & quęſt. dicit quod qui dixerit eis aue, communicat operibus eorum malis. Et ibi legitur de Ioanne quod fugit Balnea in quibus cherintus ſe lauerat, referente Beato Policarpo. Excutienduſque eſt pedum puluis, ne fatiſcentibus perfidiæ ſterilis ſiccitatibus tanquam humi aridæ arenoſæque, mentis veſtigium polluatur. dicto capitulo quæ dignior. Et homo Dei, qui ſecundum gloſa ordi. tertio regum decimatertio fuit Gad Propheta, iuſſus ne panem ederet & vinum biberet apud ſchiſmaticos, quia non ſeruauit, ſed apud eos pranſus eſt, ſtatim diuina cenſura percuſſus eſt, quia inde rediens morſu Leonis in itinere necatus eſt. 7. quæſtione prima capitulo denique, & prima quęſtione pri-147 ma ſi quis inquit. Prętereat† quia declaratis hęreticis & ſchiſmaticis obſtat exceptio notorię hęreſis in electione pontificis, quicquid dixerit cardi. in dicta clementina ne Romani in §. cæterum. qui allegat lau. & zenzeli. idem tenere. & dicit ꝙ cum talis exceptio non obſtet electo, videlicet papæ, qui de hæreſi tantum poteſt accuſari, vt dicto capitu. ſi papa, & non contra eum de ea excipi, vt vult Innocen. in capitulo licet de electione, ſimiliter non obſtabit electoribus. & idem Imo. ibi tertia conlumna Et idem refert Alexand. in capitulo ſi duo 79. diſtinctione qui allegat Ioann. Andr. in capitulo vbi periculum in princip. de electione Et pro eis facit gloſa in verbo cæterum, quæ dicit quod per illum text. in dicta clemen. §. cæterum, approbatur opinio Conpoſtel in capitulo licet, & Ioannis in capitulo ſi quis apoſtolicę. 78. diſtinctione etiã quo ad actum electionis faciendæ, videlicet quod non poſſit obijci aliqua exceptio electoribus. Sed mihi videtur ꝙ Cardi. 148 in hoc multum† erret, cum dicit de papa quod contra eum non poteſt excipi de hęreſi vt ab electione repellatur. Et Inn. quem allegat hoc nõ dicit, ſed loquens in terminis illius tex. in capitulo licet, dicit quod poſtquam papa eſt electus a duabus partibus non obſtat exceptio hæreſis ſed magis debet accuſari per dict. capitul. ſi papa. Et ideo idem cardinalis cautius eſt locutus in dicto capitu. licet. ubi loquitur de exceptione opponenda poſtquam eſt electus. ſed ante electionem ꝙ poſſit opponi de hæreſi ad hoc vt nõ eligatur quia hæreticus, non uidetur doctoribus dubitandum in dicto capitulo licet quin obiectu exceptionis hæreſis repellatur ab electione paſ-149 ſiua. Sed dubium †eſt an poſtquam eſt electus poſſit contra eum excipi de hæreſi. & in iſto caſu etiam videtur verior opinio quod obſtet exceptio hæreſis, maxime ſi ſit notoria, ad effectum vt impediatur receptio. Et de hoc latiſsime dico in illo arti. ad quem ſpectet congregare concilium, in uerſiculo ſed quid ſi papa eſt electus a duabus partibus. dic ut ibi. Et ad glo. in uerbo cęterum, reſpondetur quod nõ loquitur in exceptione hæreſis, ſed in terminis illius cle. uidelicet excommunicationis ſuſpenſionis uel interdicti. Et bene loquit Bal. 150 in dicto capitulo licet, dum dicit †quod cum obijcitur de hæreſi, proprie non eſt exceptio, ſed nullum eſſe. Et ideo cũ gl. ibi ad tex. nulla exceptione, ſupplet niſi de hæreſi, non bene ponit caſum exceptionis, qa opponere de hæreſi non eſt excipere ſed nullum eſſe ſecũdum Bal. ibi. quaſi dicat quod hęreticus electus in papam non eſt papa. Præterea ex alio capite non eſt bona ratio cardi. in dicto §. cæterum, quia non eſt uerum dicere quod ſi exceptio non obſtat electo non obſtabit electoribus, quia cle. quo ad perſonas eligentium loquitur de exceptione excommunicationis, vel ſuſpenſionis, uel interdicti, uidelicet quod illius pretextu non repellantur ab eligendo papam. & ita loquitur gloſ. ibi in dicto. §. cæterum 151 in fi. ſupra allegata. Et vt dicit ibi† cardi. excommunicatus proprie non dicitur hęreticus, quia inijciens manus violentas in clericum excommunicatum eſt excommunicatus, ſed inijciens manus in clericum hæreticum non eſt excommunicatus, ut dicitur in capitulo ſi vere per Inno. de ſententiæ excommunicationis. Sed tex. in dicto capitulo licet quãdo dicit electum a duabus partibus cardinalium cõcotditer eſſe verum papam abſque vlla exceptione, loquitur ſimpliciter uon reſtringendo ſe ad caſus aliquos exceptionis. Et ideo non uidetur bona ratio cardinalis, quod ſi exceptio non obſtat electo nec electoribus, quia aliter loquuntur iura in excipiendo quo ad electum, aliter excipiendo quo ad eligẽtes. 152 Et multę† poſſunt eſſe exceptiones ſi recte conſideretur obſtantes eligentibus quæ non obſtabunt electo, ſicut in exemplo, electori poſſet obiici exceptio quod non habet vocem, quia priuatus eſt cardinalatu, iuxta c. 1. de ſchiſma. in 6. vel qa non põt ſe gerere pro cardinali, eo ꝙ nõ fuit publicatus, nec admiſſus ad illũ ordinẽ iuxta bullam Eugenij, & ſic de ſimilibus, quę non poſſunt obijci electo in papam. Sicut & in aliis inferioribus electionibus poteſt obijci electoribus exceptio quod non habẽt vocem in capitulo quia non ſunt in ſacris, iuxta cle vt ij qui. de ęta. & qualitate. electo autem quod non ſit in ſacris exceptio non obſtabit ad impugnandum electionem de perſona eius factam, quia ſufficit quod faciat ſe promoueri infra annum a die receptionis, vt dicitur in dicto cle. ut ij qui. Item pro hoc facit quia poſito quod nulla poſſit obijci exceptio contra electores, tamẽ non negant iure quin exce-

exceptio conſurgens ex ipſa conſtitutione obiici poſſit, vt eſt tex. & ibi doc. de electione in cap. licet. Et ideo poterit cõtra eos obiici exceptio excommunicationis & ſchiſmatis inſurgentis ex diſpoſitione ipſius cap. primi de ſchiſma. in 6. Sicut dicitur in d. cap. licet, de exceptione excommunicationis inſurgentis ex illo tex. quod poteſt obiici papæ cõtra formam illius tex. electo & eum recipientibus, licet ibi tex. prohibeat obiici poſſe exceptionẽ aliquam alicuius defectus notorii, puta excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti & ſimiles, contra electum in papam.

Et ſi dicatur quod iſtud eſſet verũ ſi ille text. in dicto capitulo primo faceret ius, ad hoc eſt reſponſum ſupra quod tex. in dicto ca. 1. facit ius, quia non debet intelligi continere ius ſpeciale, ſed 153 uniuerſale. Et pro hoc† quod, ſententia principis habetur pro lege, ut in cap. in cauſis. de re iudi. intantum quod, vt dicit Angelus. in l. 1. ff. de feriis, & in l. item ueniunt. §. cæterum ff. de petit. hæredi. imperator reſcribendo, ſententiando vel epiſtolam tranſmittendo intelligitur ius condere. quod licet limitent moderni. in cap. paſtoralis. de fide inſtru. dicendo ꝙ facit ius ſicut aliæ extrauagãtes, & idem ibi car. tamen illud eſt verum niſi illa ſententia ſit in corpore iuris clauſula, quia tunc facit ius ſicut alię leges. Ita dicit. Barr. & doc. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Ex quo ſequitur quod licet ſententia ſit contra aliquem, facit tamen ius quo ad omnes. Quinimmo quantumcunque ſententia concernat certas, perſonas, nihilominus ſi eſt inſerta in corpore iuris, inducit legem generalem & ligat omnes. Ita dicit Hoſtien. in capitulo cum ſuper de ſepult. & ſequitur Ioan. And. & Anto. ibi & refert & ſequitur Felin. poſt Domi. in cap. 1. in 7. colum. de conſti. Quinimmo plus dico, quod ſi recte inſpiciantur & conſiderentur verba illius tex. clare ex illo tex. colligitur quod papa voluit in poſterum generaliter omnes ligare, ita vt decreto quod particulariter fecit contra Petrum. & Iacobum, in ſimilibus in poſterum ligarentur oẽs. patet per text. ibi in fine dum dicit ibi vt dictorum malitia non inueniat ſucceſſorem. & ibi & punitæ tranſgreſſionis, exemplar retrahat alios ab offenſa. & ſtatuimus & decernimus ut ipſa inuiolabiliter obſeruentur, quod ſimiles ſucceſſus & culpæ, pœnis ſimilibus in poſterum puniantur. Quæ omnia arguunt papam voluiſſe facere de dicta ſententia legem generalem. quod colligitur ex iis quæ dicit glo. in verbo perpetuo in cap. ut circa de elec. in 6. & ibi 154 Do. & Bal. in l. 3. ff. de. ll. Item ille tex. in d c. 1. † videtur decidere quod per concilium nihil fieri poſſit ſede uacante circa reſtitutionem ipſorum cardinalium vel abſolutionem receptatorum ſeu fautorum ipſorum. Quod patet ex tex. ibi, abſq; expreſſa licentia Romani pontificis non poſſit abſolui. Et cum ille textus loquatur de electione futuri pontificis, intelligitur ſede uacante, ergo cum uult non poſſe abſolui ſine expreſſa licentia Romani pontificis, intelligit de ſucceſſore in pontificatu. Ergo uidetur decidere ille tex. quod circa tales declaratos ſchiſmaticos ſede uacante nihil poſſit fieri, ſed debeat expectari electio futuri pontificis. Et ſic in propoſito uidetur dicendum quod ſede uacante concilium non debet facere iudicium de præfatis cardinalibus declaratis, & quod non debet admitti conclaue ad electionem futuri pontificis, ſed debet expectari electio futuri pontificis, qui uel ſolus uel cum conſilio concilii deliberet ſuper tollendo dicto ſchiſ-155 mate, & de cardinalibus declaratis. Sed uidetur †quod contra illum tex. poſſet obiici quod ideo nõ potuerunt dicti Petrus & Iacobus admitti in conclaue in electione pontificis quia illud fuerat prohibitum per papam. Vnde ſi non prohibuiſſet expreſſe, ſicut non fuit prohibitum in ſententia ꝯtra iſtos lata, uidetur quod debuiſſent admitti per argum. a contrario. l. 1. §. huius rei. ff. de iuri. omniũ iud. ergo uidetur quod & iſti debeant admitti. Sed ad hoc patet reſponſio ex iis quæ ſupra dixi, quod ille tex. continet ius. Item ex argumento ſũpto ex illa glo. ibi in uerbo ſede uacante, quę facit ſimile argumentum in cardinalibus, videlicet quod ſi ibi nõ fuiſſent prohibiti, potuiſſent Petrum & Iacobum declaratos ſchiſmaticos admittere. Et tamen ibi glo. concludit contrarium cõtra Hugo. Ioan. & Hoſtien. in locis ibi allegatis, quos etiam reprobat in clementina ſecunda, in uerbo, non conſonam, & in uerbo poteſtatis. de electione, cum qua tranſeunt, ibi doctor.

Et aduertendum eſt quod cardinales declarati ibi, ſcilicet Petrus & Iacobus, etiam allegabant ſæuitiam Bonifacii 8. qui fuit perſecutor Columnẽſium & Gibellinorum, & quod nullibi erat eis locus tutus. ita, vt Sarra colũnenſis cum diu in nemorib. latuiſſet, & inde in manus piratarum incidiſſet, remigio ad-156 motus multas calamitates perpeſſus ſit quãquam ſic exiliũ pati mallet quam ſæuitiam Bonifacii experiri, ut legitur in Platina in uita ipſius Bonifacii, & tamen præfati Petrus & Iacobus cardinales nunquam fuerunt admiſſi in conclaue, nec inter cardinales recepti ſede vacante nec poſtea aſſumpto Benedicto. 11. ad pontificatum. Qui licet receperit eos in gratiam & reſtituerit eis bona, non tamen cardinalatum, & cõmuniter tenent doc. per extraua. eiuſdem Benedicti incipiẽtem, dudum bonæ memoriæ, quamuis nonnulli per eandem extraua. uelint ipſos fuiſſe ab eo. benedicto etiam ad cardinalatum reſtitutos. Vnde ex præmiſſis patet quod nec conciliũ Lateranenſ. nec conciliabulum poterit de his cognoſcere, nec aliquis ex dictis cardinalibus declaratis deberent admitti in conclaue in electione futuri põt. ſed deberet expectari creatio futuri pont. cuius erit cum cõſilio fratrum vel concilii diſcutere quid fieri expediat. Sed obſtat prẹmiſſis quod Clemens in illorum cardinalium reſtitutione prohibuit illũ tex. allegari. & mandauit deleri. de li. 6. infra menſem ſub pęna excommunicationis latæ ſententię. Cuius Extrauagantis tenor eſt ut infra ſequitur.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

In ſupremæ dignitatis ſpecula diuina prouidente clementia conſtituti, attendentes nobis incumbere æquum ab iniquo ac iuſtũ ab iniuſto diſcernere, corrigenda corrigere, ac deformata in melius reformare, & quæcunque ſunt deuia iuxta traditam nobis deſuper poteſtatem & gratiam, ad uiam reducere veritatis, curis continuis angimur & ſædulis vigiliis excitamur ad ea ſemper inſpicere & ad efficacem operam adhibere quæ ſibi inuicem miſericordia & ueritas obuient, iuſtitia & pax amplexentur ſe, honorque Dei, cultus iuſtitiæ, æquitatis debitum, reformatio eccleſię & tranquilitas fidelium ſubſequantur, a domo domini cũctis iniquitatibus & iniuſtitiis procul pulſis. Ex certis igitur iuſtis, veris, legitimis ac rationabilibus cauſis, quas ex certa ſcientia, ad honorem eccleſiæ reſpectum habentes, non duximus præſentibus exprimendas, ſed ſubſilentio præ-157 terimus, conſtitutionem illam† quæ incipit Ad Succidẽdos redacta in corpus canonis lib. 6. ſub tit. de ſchiſmaticis, omnẽque aliam conſtitutionem decretalem, vel canonem, ſentẽtiam, uel proceſſum ſimiles ſententias, cum prædicta conſtitutione, Ad Succidendos continentes, omnemque ipſarũ conſtitutionem decretalium aut canonum, ſententiarum, & proceſſuum quorumcunque. verbo vel literis, inſcriptis, & ſine ſcriptis in uita vel in morte ſecrete vel publice, quomodocũque qualitercunque qñcunq; ubicunque & ex quibuſcũque cauſis coloribus vel titulis editorum, effectum vel efficaciam, omniaque ſubſecuta quomodolibet ex eiſdem ſeu poſt ipſos, & dictorum ſubſecutorum omnem efficaciã & effectũ de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia tollimus reuocamus caſſamus annullamus & uiribus vacuamus, ac nullius oĩno fore vel fuiſſe decernimus roboris uel momenti. Decernentes conſtõnes decretales canones ſententias proceſſus prædictos & quemlibet ſeu quamlibet eorundem, omniaque ſubſecuta quomodolibet ex ipſis, & nos ipſos & prædictorum ſubſecutorum quomodocunque omnem efficaciam effectum pro reuocatis annullatis & vacuatis ac nullis hri & nullius eſſe uel fuiſſe roboris vel momenti. Et quicquid illis contra quos dictus canon cõſtitutio vel decretalis eſt edita ſupradicta, vel quæuis alia cõſtitutio, ſententia, proceſſus vel canon eiuſdem cum dicta conſtitutione ſubſtantiæ formę tenoris vel ſenſus, eoſdemque vel ſimiles articulos continens. cum eadem abſtulit, vel ademit inhibuit vel interdixit, ipſis pleniſsime reddimus, damus, cõcedimus, largimur, & relaxamus, ac in integrum reſtituimus ex certa ſcientia in omnibus & ſingulis eorundem. quos omnes articu. pro expreſſe nominatis & nominatim & ſingulariter ac ſpecialiter expreſsis haberi uolumus tanquam nobis notis plenarie, ac ſingulariter & ſigillatim cognitis, de eiuſdem plenitudine poteſtatis interdicentes expreſſe omnibus Chriſti fidelibus ne conſtitutione prædicta vel decretali ſeu quauis alia ſententia proceſſu vel canone ſimilis ſubſtantię, ſenſus, articulorum, materiæ atque formæ, uti audeant quomodolibet in iudicio vel in ſcholis, idque expreſſe ſub excõmunicationis pęna pręcipimus, quam contrarium faciẽtes incurrere volumus ipſo facto. Mandamus quoque conſtitutionem prędictã Ad Succidendos & omnem aliam conſtitutionem, decretalem, ſententiam, uel proceſſum, aut canonem ſub quacunque forma verborum, exiſtant, eorundem cum dicta conſtitutione. Ad ſuccidendos ſubſtantiæ, tenoris, ſenſus, articulorum, & formę, de libris, & voluminib. infra unius menſis, ſpatium poſt præſentis conſtitutionis notitiã penitus aboleri, nec cõſcribi vlterius in eiſdẽ, ac ꝓinde hẽant quo ad omnia ac ſi nunq̃ eædẽ conſtitutiones decreta-

les sententiæ, processus, & canones huiusmodi editi, promulgati, seu conscripti fuissent. Omnes autem cuiuscunq; dignitatis, conditionis, & ordinis, præeminentię aut status existāt, ecclesiastici vel mundani, qui contra supradicta vel ipsorū aliquod quomodolibet agere uel omittere, seu uenire præsumpserint, excommunicationis sententia, authoritate præsentium esse decernimus innodatos, a qua nullatenus nisi p sedem apostolicam ab soluantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis, vacuationis, constitutionis, redditionis, dationis, concessionis, largitionis relaxationis, restitutionis, interdicti & mandati infringere. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datū Lugduni tertio nonas Februarij, pontificatus nostri anno primo. Vnde per hoc videtur quod ille tex. non possit ad hoc al-

158 legari, nisi diceremus † quod illa constitutio clementis in ea parte qua mandauit illum tex. cap. Ad succidendos non allegari & aboleri de corpore iuris, non fuit recepta, cum vt vidimus adhuc hodie reperiatur in uolumine sexti. & militat eius ratio, q̄ adhuc potest allegari. c. nouit de iudi. Quinimo si bene inspiciatur, ista extrauagans clementis satis aperte probat quod dictum capitu. facit ius Quid dicendum. Dico

159 quod † omnino non essent admittendi per alias rationes supra allegatas. & quia illa reuocatoria non est nota, sed fuit ad partem concessa illis de domo, & nō reperitur inserta in corpore iuris nec quod fuerit recepta cum nondum dictum ca. ad succidendos reperiatur deletum de volumine sexti. & cōtinue allegetur & commentetur a doctoribus. Et Martinus papa qui successit licet non immediate post in papatum, qui fuit ex eadem domo de columna, noluit illum text. de libris deleri. Et decretalis benedicti quæ euacuat illum text. ca. Ad succidendos, quę est inserta inter alias extrauagantes, corrigit solūm illum tex. inquantum concernit personas illas cōtra quas fuerat editus. inquantum autem concernit vniuersitatem, decisio eius ligat omnes, & allegari † potest sicut ratio

160 iuris correcti. allegari potest, ut dicitur post glo. in cap. nouit de iud. Vnde licet habuerint gratiam dantes causam edicto nō per hoc erit reuocatum edictum quo ad decisionem quo ad alios. Et doc. maxime dominicus & Philippus dicunt tex. d. c. 1. in parte reuocatum, sed posito ꝙ esset reuocatus, & in totum correctus. tamen recte allegatur decisionis, ratio, ut. d. cap. nouit. glo. in capit. fuerunt. 7. dist. l. 1. C. de latina liber. tollen. glos. in 1. constitu. codi. glo. & Bart. in l. 1. ff. de coniungen. cum emanci. lib. & in l. 2. C. de ueteri iure enucle. Ad vi-

161 tandum † autē schisma si declarati nollent acquiescere creationi noui pontificis priusquam restituerētur, possent alii cardinales eis promittere & vouere quod quicunque ex eis erit papa ipsos restituet. Quod fieri posset pro euitando tāto ma-

162 lo, quia † ex causa iura aliquando inuitum & non petentem absoluunt ab excommunicatione, vt dicitur per Abb. in capit. ab excommunicato de rescrip. & quia multa tolerantur ad euitandum scandalum, vt supra diximus. de quo per Feli. in cap. 2. de prescrip. tex. & glo. in capit. lator de cle. excom. minis. & in c. 2. de tempo. ordi. facit quod dico in artic. quando est schisma inter duos contendentes de pontificatu, qui sunt modi tollendi schisma. An autem si nec sic cōtentarentur, possent alii cardinales eos admittere & restituere, quasi ex imminenti & euidēti necessitate hoc eis liceat, iux. §. ijdē quoque. in cap. vbi periculum. de elect. in 6. saltem cum consilio concilii. credo quod non, per rationem. d. c. 1. quod hoc eis prohibet, quæ ratio potest allegari. Tū etiā quia sicut cardinales non possūnt creare alios cardinales sede vacante, ut in glo. in verbo potestatis in cle. 2. de elec. ita a pari nec depositum restituere, ut ibi dicitur. Tum quia non sumus in terminis. §. iidem quoque. qui loquitur tantū in casu suo in defensione ecclesiæ, & cum imminet grande periculum, secundum Petr. de Ancha. ibi, & cum etiam requiritur consensus omnium nemine discrepante, vt vult glos. ibi. Sed adhuc

163 † posset instari, quia in terminis dicti capituli primi, non erat periculum ne oriretur schisma ob pontificatum sicut in proposito, quia cum per schismaticos in eorum conciliabulo sit papa suspensus ab administratione, nisi admittantur & uniantur cum aliis, ipsi procedent ad electionem pontificis cum dicto suo conciliabulo, & sic reperientur in ecclesia duo electi, & sic apertum schisma, de quo non poterat dubitari in terminis illius. capituli primi. Item posset allegari bulla per quam indictum est concilium quę dicit quod papa congregare intendit concilium etiam pro sedando schismate. si ergo concilium lateranense ad hoc est congregatum, poterit ante creationem futuri pontificis determinare, an isti fuerint male declarati, & an sint in electione admittendi necne. maxime cum allegent suam quasi possessionem, qua spoliarentur si prius non discu-

teretur de eorum iure. 3. quæstio. prima per totum. Sed facilis est ad præmissa responsio, quia si in casu illo ubi nō adeo illi cardinales deliquerant, tex. ille prohibuit ne admitterentur ad electionem futuri pontificis, multo magis videntur excludendi in casu nostro. Et sic uidetur quod ille text. magis militet in proposito a maioritate rationis. authen. multo magis cum simil. C. de sacrosanc. eccle. Nec ratio euitandi futuri schismatis & antiqui sedandi debet esse causa admissionis ad electionem. Tum quia ibi in tex. dicti capituli primi hoc non disponitur, cum idem casus contingere poterat in terminis illis, quia ex non admissione illorum potuisset oriri maius schisma & antiquum non sedari. & nihilominus statutum fuit ne admitterentur ad electionem. Tum etiam quia si aliter diceremus, reportarent schismatici commodū de sua malitia, contra iura vulgaria capitulo sedes. capitulo ex tenore. capitulo plerumque cum simil. de rescrip. Non obstat quod pro sedando schismate multa reperiuntur aliquādo tolerata & iura permittunt, quia illud fuit vt plurimum inter contendentes de papatu uel ratione fidei, & non in separantibus se ab obedientia papæ ut in proposito. Item ista ratio sedandi schismatis non videtur militare in proposito, nam eorum admissio in cōclaue etiam posset esse causa maioris schismatis, quia quilibet vellet illum eligere qui esset magis accommodus parti eius. Ad illud quod dicitur quod

164 spoliarentur † quasi possessione, respondetur quod per sentētiam in eos latam tanquam schismaticos dicuntur omni iure priuati, & sic nullam retinuerunt possessionē. & est de casibus in quibus spoliatis non datur restitutio. 3. quæstione prima in glos. summę.

165 Sed remanet † adhuc ambiguum quod nā erit remedium aperto schismati ex non admisione dictorum declaratorum in conclaue, eo quod eligerent sibi pontificem nitentes potentia regis Franciæ, qui etiam subtraheret obedientiam Romanę ecclesiæ. Dicerem si ex hoc sequeretur concordia, ꝙ forte cum potestatione, isto casu tantum possent admitti ad hoc est quod dicunt doc. in capitulo cum dilectus de cōsue. & in capitulo illa, de elec. & in capitulo cum ecclesia sutrina de causa posses. & proprie. Et ita in simili in schismate Ioannis vigesimotertii & Benedicti, & Gregorij reperio tentum ab aliquibus doctoribus. Et si sic nollent acquiescere, dicerē ipsos coercendos per principes seculares, quibus hoc casu data est potestas ab ecclesia. ut quod non ualent sacerdotes efficere per doctrinę sermonem, hoc potestas impetret per disciplinæ terrorem, & qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt, principum rigore conterantur, ipsamq; disciplinam quam ecclesię authoritas exercere non pręualet ceruicibus superborum potestas principalis imponat, vt dicit tex. qui ad hoc est notabilis in capitulo principes. vigesimatertia quęstione quinta. Et ad hoc bene facit quod dicit Alberi. in l. prima C. de hære. ubi auxilio principum secularium sunt sedata multa schismata. & glosa cum doc. in §. porro in uerbo compellantur in dicta cle. ne Romani de electione. & in dicto capitulo ubi periculum §. pręterea. ubi per laicos cōpelluntur cardinales. Et si non possent sic coerceri, forte quod facta protestatione occulte coram notario & testib. & non aliter possent admitti, iuxta notata in capitulo cum M. de consti. & l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nun. & in l. pacta nouissima post Bal. C. de pac.

Ad septimum dubium uidetur prima facie dicēdum prætactos cardinales creatos congregato concilio non esse veros cardinales ex pluribus. Primo quia pendente concilio ita debet fieri iudicium de persona papę sicut de aliis, ex quo agitur de reformatione in capite & in membris, quę est una de causis ob quas cōgregantur cōcilia, ut diximus supra in quęstione ex quibus causis congregant̄ ꝯcilia, & patet in gestis concilii Constantien. ergo pendente iudicio non potest procedere ad creationem cardinalium. Facit quod dicitur in capitulo ex literis de iure-pa. & in capitulo cumana de elec. & in capitulo secundo de

166 in integrum restitutione vbi † pendente lite quis non potest procedere ad electionem, uel saltem aliqui non possunt eligi. Pro hoc est quod dicit specu. in ti. de inquisitione. in §. nunc videndum, vers. quid si in quisitio. ubi vult quod q̄ñ est facta commissio inquisitionis in capite & in membris, interea non potest aliquis de illo collegio promoueri. 81. distin. capitulo tantis Daniel. de accusa. capitulo omnipotens. de testi. capitu. fin. de simo. capitulo accusatum cum simil. Vnde

167 † etsi pendente iudicio non potest quis priuari vsu iuris sui, ut in capitulo. sępe de appel. nec illius exercitio, vt ibi & in l. 1. §. integer. ff. nihil innouari pen. appell. cū simil. tamen saltem respectu promouendorum videtur aliter dicendū, maxime in proposito, quia est congregatum concilium ad generaliter reformandū in capite & in membris. Vnde merito vide-

tur quod caput tunc non possit membra promouere. quia iste est alius casus quam in quo loquuntur doc. in dictis locis. Et hoc maxime in proposito. tū quia exitus iudicii concilii posset esse contrarius huic creationi factę per papā, pręsertim sine consilio vel consensu cardinalium, secundum notata in capitulo super eo. de hęre. per Ioan. Mo. Tum etiā quia si posset creare cardinales pendente iudicio concilii, posset facere iudicium concilii frustratorium, quia crearet forte tot cardinales quod cum eis posset omnia pro uoluntate

168 sua expedire. Ad idem † facit quod videmus pendente iudicio suspicionis contra iudicem, ipsum super sedere in cognitione causæ principalis, ut in l. apertissimi. C. de iudici. in capitulo cum speciali. de appel. in capitulo iudex de offi. delegat. in 6. Ad idem quoque facit, ultra hoc quod iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. cum simili. & quod concilium met congregatum habet cognitionem etiam de capitulis in conclaui inter cardinales celebratis, inter quæ erat illud quod vsque ad certum numerum & de consensu ipsorum cardinalium crearentur quod faceret contra promissionem per eum factam, contra ea quæ ponuntur in capitulo primo. de proba. & in l. cœsar. ff. de publica. Item si papa posset congregato concilio cardinales crare, illuderetur iudicio concilii, & frustratoria esset congregatio & fieret contra. l. est receptum. ff. de iuri. omnium iudicum & cap. nos si incompetenter. secunda. q. 7. Sicut enim inter instituentem & institutum, inter dātem & recipientem debet esse differentia, ut in cap. fi. de insti. vn

169 de prætor † seipsum tutorem dare non potest. l. prætor. ff. de tuto. & cura. datis ab iis, sic & inter iudicandum, & iudicantē, ex tali enim tacita submisione videtur papa sibi interdixisse creationem cardinalium concilio durante. Facit quod dicitur in cap. fi. de matri. contracto contra inter. eccle. & in

170 c. 2. de in integ. rest. Et licet inferius † dicamus quod papa pōt creare cardinales non obstante iuramento per eum in conclaui pręstito. non obstat, quia non intelligitur post congregatum concilium pro informatione in capite & in membris Ad quod facit illud quod alias dictum est post dictū anto. ꝙ licet alias concilium sine papæ authoritate non subsistat, ut. 17. disti. per to. tamen postquam est congregatum eius authoritate, recipit in se omnem iurisditionem. Pro hoc est quod dicit felin. in cap. super literis. de rescrip. quod conciliū postquam est congregatum, recipit iurisditionem cognoscendi an crimen quod obiicitur papę sit tale propter quod sit con-

171 tra eum procedendum, quia † iudex causę præparantis est iudex causæ præparatę, l. ordinarii. C. de rei uendi.

Iste articulus est mihi valde difficilis & si quęrimus quid conueniat, non dubito quod laudabile fuisset non creare, ut in simili ponit Oldra. in cōs. 62. incipit & circa. hęc. Sed si † uoluit nō attēto q̄d

172 decurit, uidetur quod potuerit ex plenitudine potestatis suæ quę non est subiecta regulis iuris, ut in sępius allegato capit. proposuit, & cap. primo. ut eccle. bene. & clementina, prima ut lite pen. cum simil. Item quia diximus quod posset concilium trāsferre & dissoluere, & quod existentes in concilio dicuntur consultores siue assessores, ut dicitur in cap. graue de præben. Item quod potest tollere concilii statuta & decreta quæ concernunt bonos mores. Item quia modus creādi cardinales no est de iure diuino. Cōtra † ex alio capite videtur ꝙ

173 non potuerit, quia licet eius potestatis plenitudo non sit subiecta nexibus iuris, debet tamen esse regulata ne generet scandalum in ecclesia. quod contigeret in proposito, quia si illuderetur concilio per quod repręsentatur uniuersalis ecclesia, nulli dubium quod omnes patres & alii catholici scādalizarentur, expectantes reformationem, & uidentes dissolutionem honesti. Et contra statum vniuersalis ecclesiæ papa non dispensat. cap. sunt quidam. 25. q. prima dicto capitulo proposuit in glo. Et maxime si ista fuit vna de causis propter quas congregatum est concilium, quia tentabat creare cardinales ultra numerum & contra modum factæ promissionis, & antequam esset de ista causa in concilio cognitum non expectato iudicio concilii creauit. istos nouos cardinales, et si papa tale quid facit per quod scandalizatur vniuersalis ecclesia, congregatur concilium contra eum, & potest ei resisti, ut supra diximus, & dicitur in sępius allegato. cap. si papa. 40. distin. Facit quod dicitur post Innocen. in capit. inquisitionis de sen ten. excommu. & in cap. quanto. de cosue Et si dicatur quod tempore exorti schismatis Vrbani ac deinde Gregorii, Benedicti, & Ioannis, fuerūt hincinde plures creati anticardinales qui remanserunt cardinales, & sic ecclesia quasi vacante. vt dicitur in cap. primo de schisma in 6. ergo multo magis in proposito, ubi habetur vnus indubitatus papa & ecclesia non uacat. Respondetur illud fuisse propter omnium quasi possessionem pontificatus in sua obediētia. & ad sedandum schisma eos toleratos fuisse. item illi fuerant creati ante indictum & congregatum Constantien. Cōcillū. & non reperitur quod durante concilio aliqui fuerint spreto concilio creati cardinales. Item etiam dato quod patres in concilio existentes dicantur consultores, si tamen in electione non fuit requisitum eorum consilium, electio siue promotio ipsorum non debuit valere, ut est tex. & ibi dicitur materia in c. cū in ueteri. de elec. & bar. in l. 1. §. si plures. ff. de exerci. & in c. cum olim. de Arbi.

174 In isto articulo crederem sic † dicendum quod aut concilium directe congregatum est contra papam cui obiicitur tale quid propter quod non est papa & de facto venit a papatu amouendus tanquā intrusus, ut quia dicitur quod est hæreticus & schismaticus, vel tale quid quod infert eum non esse papam, iuxta ea quæ ponuntur in cap. licet de elect. & tunc crederem quod non posset creare cardinales sine cōsilio concilii & aliorum cardinalium, & ratio est, quia his casibus vulneratur eius potestas. Facit quod dicitur in dicto capitulo si papa, & quia hoc ipso quod desiit esse papa cessauit potestas pontificatus, Et licet illud tale quid fuerit forte occultum, & pendete iudicio non uideretur quis spoliandus sua quasi possessione, iuxta notata in capitulo secundo de in integ. resti. & in cap. consultationibus. de iurepatro. & ca. cumana. de elec. l. lite ordinata C. de libera. cau. & ut lite. pen. per to. tamen ex quo conciliū reperitur principaliter congregatum propter illud quod impedit papam vti plenitudine suę potestatis, & ex quo creatio cardinalium debet fieri cum consilio aliorum cardinalium ut dictum est supra, & dicitur in cap. super eo de hære. in sexto post Ioan. Mo. & quia quando papa creat cardinales sine uolutate aliorum cardinalium illud facit ex suæ potestatis plenitudine, ut dicetur infra in quæstione de iuramento præstito in conclaui de non creando vltra certum numerū cardinales, merito dicetur non valere creatio nouorum cardinalium sine voto aliorum & ipsis inconsultis, quia tunc proprie, ut dicit in simili Bald. in capit. olim de rescrip. est intrusus & de facto amouendus & extrudendus. Et ita in simili videntur concludere doc. in d. cap. licet de elec. quando cōtra papæ electionem obiicitur exceptio hæresis uel iuris naturalis, puta quod sit fœmina vel furiosus, & similia. Et ad hoc

175 ēt † facit ꝙ dicit Oldr. in cons. 22. & 23. de duob. imperatoribus electis eodem tempore & administrantibus, quod non valent priuilegia per eos concessa diuersis personis, secus si eidem, quia omnino unus ex eis remansurus est uerus imperator. De quo etiam per Bal. in rub. decretalium. & ibi etiā quid de duobus contendentibus de papatu & concedentibus mihi vnum & idem castrum. Et ideo non obstant dicta quod lite pendente quis non debet priuari sua quasi possessione, quia hoc ipso quod effectus est hęreticus, priuauit seipsum sua quasi possessione. & si fuit mulier. nunquam habuit veram quasi possessionem, ut in cap. noua. de pœniten. & re-

176 mis. & qui facit † aliquid lege permittente non spoliat, ut diximus supra in illo articulo quis cōgregat concilium in versicu. sed pone quod inter duos in 3. chart. ibi non obstat. &c. Aut opponitur tale quid quod non directe vulnerat plenitudinem potestatis eius, ut quia dicitur quod est ebriosus, intolerabilis vendens episcopatus, fornicator, & his similia. Et tunc si queritur quid decet, dico quod non deberet creare cardinales sine consensu cardinalium & consilio coocilii, ꝓpter turbationem ipsius concillii repræsentantis statum vniuersalis ecclesię, quod quia est congregatum pro reformatione etiam capitis videns sibi adimi potestatem & illudi siue contemni, & creari cardinales ipso spreto, turbaretur propter quod potest de facto obuiari potestati papæ propter scādalum, ut fuit dictum in quæstione an quādo papa est incorrigibilis posit deponi, & de remediis contra papam incorrigibilem. Nam & papæ venienti contra vniuersalem statum ecclesiæ, potest resisti, quantumcunque non agat alias contra fidem, ut dicit Abbas post Innocen. in capitulo quanto de consuetudine.

Aut sumus in casu in quo papa de facto creauit cardinales sine consilio concilii. Et tunc si concilium principaliter est congregatum per papam propter aliquod grande factum quod imminet in ecclesia, valebit creatio cardinalium sine concilio. Ratio est quia papa non est subditus concilio, immo ab eo concilium sumit robur, ut sępius allegato capitulo significasti, de electione nec per congregationem cōcilii est diminuta eius pontificalis potestas sed potius aucta. Facit quod dicitur in capitulo dudum in glo. tertia quęstione sexta & in glo. in §. hinc etiam. 17. dist.

177 Aut est principaliter † congregatum contra papam ob causas prædictas, ui delicet quia vendit episcopatus aut propter quippiam simile Et tunc si creasset cardinales, ꝓ pecunia ab

eis recepta & sic per Simoniam, quia concilium est congregatum ad extirpandam simoniam & ad sedandum scandalum vniuersalis ecclesiæ, & cauendum ne similes promotiones fiant, forte quod isto casu non valeret creatio ipsorum per simoniam facta, non quidem ex defectu potestatis sed ex defectu modi & subiecti, quia modus est simoniacus, & subiectum, hoc est persona, est simoniacum, iura autem uolũt quod simoniacus per simoniam receptus, efficiatur inhabilis & non recipiat titulum dignitatis siue beneficij. Quod enim efficiatur inhabilis, not. Compostel. Ioann. And. & Ant. in ca. penult. de elect. & Abb. in cap. de simoniacæ. de simon. Et ꝙ non acquirat titulum, dicitur in glos. in cap. nisi essent. de renunt. & Anton. ibi in princ. d. c. nisi, & doc. in capit. cum pridem de pact. & Ioann. And. in cap. per tuas. de simon. & dicitur in cap. veniens. & in cap. Matthæus. de simon. in capit. super hoc. de renun. & 1. q. 1. c. ordinationes, & constitutio Martini in concilio Constantien. in 43. sessione. quæ vltra hoc, ꝙ vult ex talibus electionibus confirmationibus siue prouisionibus simoniacis non quæri aliquod ius, excommunicat ẽt dantes & recipiẽtes quoscumque etiam si essent cardinales. Vnde posito quod illa constitutio non liget successores, vt in cap. innotuit de elect. & in clem. ne Romani in princ. tamen bene ligantur cardinales. Faciunt etiam ad præmissa illa quæ ponit Abb. in sua repetit. cap. extirpandę in §. qui vero, de pręben. cum vult quod papa vendendo episcopatus illaqueetur crimine simoniæ, & non valeat promotio. De quibus feci mentionem in illo arti. an ex hoc quod papa passim committit simoniam, habeatur sufficiens causa congregandi concilium, ubi etiam dico, quod congregatio cõcilij erit facienda ad finem saltem puniendi cardinales qui simoniacas electiones faciunt. Sic in proposito etiam dato quod papa non illaquearetur, non tamen cardinales euitabunt pęnã saltem quominus concilium quod ad hoc est congregatum illos amoueat ab officio & dignitate cardinalatus. Et licet ego dixerim contrarium quando cum concilio non concur-

178 rit volũtas papę, tamen in proposito illa opinio erit uera simpliciter, quod concilium etiam contra uoluntatem papę priuabit istos tales cardinales sic per simoniã assumptos ad cardinalatum, tum quia isto casu iudicium papæ est suspectum, quia agitur de reuocãdo creationem per eum simoniace factam, tum quia concilium quod est congregatum pro reformatione, in hoc est iudex. Item etiam quia huiusmodi simoniaca creatio durante concilio, sine concilij ad extirpãdam simoniam, congregati consilio facta, non nisi per concilium

179 retractari potest, quia nõ est dare alium superiorem, & si † papa concilio existente in esse posset omnia pro libito uoluntatis, frustra fieret discussio an possit transferre, vel dissoluere concilium. Item frustra diceretur papam non posse facere legem quod ipse nõ ligetur peccato, & frustra diceretur quod possit resisti papæ aliquid facienti propter quod scandalizatur ecclesia, vt dictum est.

Aut creatio cardinalium non fuit simoniaca. Et tunc si non est scandalosa vniuersali ecclesię, vt puta in tam excessiuo numero quod dignitas cardinalatus fieret ludibrio, argum. c. legimus. 93. dist. quia forte excederet numerum 72. iuxta illud Lucæ. 10. cap. designauit & alios 72. per quos representantur presbyteri, ut dicit glos. credo, quod valeret talis promotio quamuis reperiretur facta sine consilio concilii vel reclamante concilio, quia creare cardinales est potestatis pontificalis & non concilii, ut dictum est in illa. q. utrum sede vacan. concilium possit creare

180 cardinales. Nec † per congregationem concilii suspensa siue diminuta est potestas papæ ut in c. nunc autem. 21. dis. & in §. hinc etiam. 17. dis. & quod dictum est in illa. q. quæ sentẽtia præualeat, papæ ne an concilij.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales schismatici restituti, nunquid recuperent dignitates, beneficia, & bona in alios translata.*
Arg. quod non. ibidem. & num. 6.
Et an recuperabunt locum in collegio. num. 13.
Et cautella quod apponatur clausula, quod restituantur perinde ac si nunquam in schisma incidissent. nu. 14.
2 *Ius tertij nunquam in aliqua dispositione dicitur tolli, vel ei derogari.*
3 *Bannitus restitutus ad bona, non recuperat bona per fiscum alienata.*
Et princeps remittendo pęnam, in dubio non videtur remitteee pęnam parti debitam. ibid.
Et princeps non censetur tollere ius tertij. ibid.
Nisi restitutio esset plenissima. num. 6.
Et exemplifica vt. ibid.
4 *Differentia inter restitutionem per viam dispensationis, vel per viam restitutionis.*
5 *Differentia vtrum bona sint translata in alium facto hominis, & sic ex collatione papæ, vel vigore sententiæ condemnatoriæ, puta quod sint talia quæ ipso facto post condemnationem debent alteri applicari.*
Et ponit exempla. ibid. auctor.
7 *Princeps non censetur velle tollere ius tertij & si auferat, dicitur denegata iustitia, & ablatum ius de facto, non de iure.*
Et licet non possit tollere, & tamen auferat, & bona fuerint alienata titulo oneroso, potest ille cui bona auferuntur habere regressum contra fiscum. num. 8. & nu. 21.
9 *Priuatus beneficio & degradatus restitutus non recuperat beneficia nisi sit facta plenissima restitutio vt supra. num. 6. & num. 14.*
10 *Cautella vt omnia bona intelligantur restituta.*
11 *Princeps ratione pacis potest auferre bona vnius & dare alteri.*
Et donare res priuatorum. ibid.
Et remittere iniurias, & damna illata priuatis. ibi.
12 *Princeps ratione publicæ vtilitatis si aliquem restituat potest restituere etiam ad bona in alium translata.*
Quando aliter pax haberi non possit. ibid.
15 *Hæreticus si solum reconciliatur non recuperat bona, sed si reconciliatur & restituitur plene recuperat.*
16 *Hæreticus reuersus an afficiatur habilis ad beneficia.*
Distinctio auctoris. ibid.
17 *Restitutus nunquam recuperat fructus perceptos ab alio.*
Et est communis ibid.
Licet distinguat auctor an restituatur per viam gratiæ vel iustitiæ. ibid. & num. 19.
18 *Restituto per viam iustitiæ pinguius succurritur a iure.*
Et ratio assignatur. num. 20.

Articulus II.

1 Sed pone quod cardinales schismatici † restituãtur. vtrum recuperabũt etiam beneficia & dignitates & bona in alios trãslata? Videtur dicendum ꝙ non per text. & d. in l. fi. C. de sentent. pas. & in c. quamuis de rescri. in 6. Ioan. An. in regula sine culpa in Mer. Host. & alij in c. ex tuæ post glo. de cle. non resi. Quia vt dicit dom. in § hinc etiam. 27. dis. cardinales schismatici redeuntes ad vnionem non recuperant dignitatem priorem nisi de misericordia, remittit se ad c. quia diligentia de elect. Et ad hoc faciunt multa bona dicta Felin. in c. super eo de offic. de

2 leg. vbi † nũquam in dispositione censetur tolli ius tertii nec ei derogari. Sed ibi in multis dictis ius tertii non erat acquisitum ex priuatione restituti ad gratiam, quo casu non habet locum quod dicitur in capit. quamuis de rescript. in 6. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. vt ponit Petrus de Ancharan. in consil. 209. incipit probata tanti viri. Quia quando est ius quæsitum tertio ex condemnatione, ibi restitutio facilius derogat iuri tertii quam quando restitutio est gratiosa, vt sentit ibi Pet. de Anch. Sed bene facit qđ per d. iura. c. quamuis de rescript. in 6. & c. ex multiplici de deci. cum si. dixit. Domin. Ant. in c. at si clerici in §. de adult. in 4. col. post Io. de Ligna. de iudic. quod si sit dispensatum cũ aliquo cuius beneficia fuerant per priuationem impetrata, nõ valet dispẽsatio in præiudicium impetrantis cui saltem fuerat quęsitũ ius ad rem, per c. dudũ. de electio. & ibi ponit hoc Io. And. & c. vt constitueretur. 50. di. Et quod dixit Card. in d.

3 c. quia diligentia, videlicet ꝙ † restitutus ex banno ad bona, nõ recuperat bona ꝑ fiscũ alienata, sentit Abb. in cap. ex tuę circa fi. de cle. nõ resi. & in c. intra quatuor de maio. & obed. & in c. 1. de paro. doc. in l. fi. C. de sent. pass. & in d. §. & quid si tm̃. Sic & Bar. & in l. 2. ff. de in ius voc. post gl. dicit ꝙ princeps remittendo pœnam, in dubio non videtur remittere pœnam parti debitam, & refert Felin. in capit. super eo de offic. deleg. vbi allegat plures concordant. in quibus non censetur princeps tollere ius tertii. Et sic videtur ex his quod dicti schismatici non recuperarent beneficia in alios translata.

4 Sed videtur † esse dicendum quod si eorum restitutio non fit per viam dispensationis sed per viam restitutions, & si translatio, & ius aliis quæsitum trahit originem, & causam simpliciter a condemnatione ipsorum tantum, et non a nouo pacto, vel contractu inito cum fisco, tunc per talem restitutionem recuperabunt etiam bona in alios translata ac si omnia eorum bona in alios translata adhuc essent penes fiscum. Ita Bald. in l. Gallus in §. et quid si tantum. de liber. et posthu. et ibi moderniores, et Petrus de Ancharan. in dicto capitulo quamuis. in secunda columna, versic. et concludo ex prædictis, et con. 409. incipit probata tãti uiri sæuitia. et Bald. in l. si pater. ff. de adop. et egid. deci. 743. et 744. et refert Felin. in capitulo intra quatuor. de maioritate, et obedientia, et in capitulo. super eo. in secunda columna. de officio. delegat. Et sic uideretur quod dicti Cardinales recuperarent officia et beneficia etiam in alios translata.

5 Sed dic contrarium, † quia præcedens dictum non intelligitur de bonis et beneficiis in alium translatis facto hominis, et sic ex collatione facta per papam, sed qñ sunt in alios translata uigore ipsius sententiæ condemnatorię, puta si sint bona quæ ipso facto ꝙ aliquis est condemnatus, deberent alteri applicari, ut in exemplo statuti quod bo-

bona homicidæ applicentur parti. quo casu facta condemnatione bona sunt effecta statim ipsius partis ex actu ipsius sententię. ponit Angelus in l. pater filium. ff. de adop. & Alexan. in dicto. §. & quid si tantum. Licet etiam hoc casu contrariũ tenuerit idem Alexan. in consilio 313. incipit nec arguendi, in sexta columna, in secundo volumine. & Bal. in dicto §. & quid si tantum in penultima columna, & refert Iason ibi in secũda limitatione in sextadecima columna. Quod videtur intelligendum nisi quando ratio condemnationis concerneret non solum papam sed etiam alium immediatum dominum, vt puta vicarium aliquem ecclesiæ, quia si subditi rebellassent a domino mediato & immediato, vt puta si in Papam commisissent crimen lęsæ maiestatis & cõtra suum dominum etiam rebellassent, & papa postea restitueret tales subditos & rebelles, non per hoc restitutio extenderetur ad iura concernentia ipsum vicarium qui in illos habebat superioritatem & iurisditionem omnimodam post Papam. Ita notabiliter consuluit Pe. de Ancha. consilio 161. ubi etiam concludit quod per talem restitutionem si aliqui erant mortui & sunt restituti quo ad honores, statum, famam, & bona in casu quo esset eis utilis talis restitutio uel necessaria, non propterea conualidarentur illorum testamenta, sed illis succederent uenientes ab intestato propter defectum extremi a quo, ut l. qui ex liberis. ff. de secundum tabul. facit. l. bonorũ

6 ff. rem ratam haberi. Vnde uidetur dicendum † quod pręfati Cardinales non recuperabunt beneficia. ponit Abb. in capitulo quia diligentia. in fi. de electione. & omnes in dicto §. & quid si tantum, & in d. l. fi. & dicto capitulo quamuis. Nisi vbi restitutio esset plenissima, puta si per principem restituerẽtur in integrum non obstante aliqua cõdemnatione quam vellet haberi pro non facta & de ea non posse obijci, cum inhibitione & decreto annullatiuo ut fuit in restitutione facta a Clemente dominis columnensibus Petro & Iacobo. quia tunc omnia recuperarent etiam in alios translata. Ita dicunt Moderni in dicto. §. & quid si tantum. & Egi. & card. Floren. in d. capit. quia diligentia in tertia quæstione. Qui

7 videtur intelligere quod per hoc non aufertur ius tertio, sed tantum de facto denegabitur iustitia propter inhibitionem aliter iudicandi, sed non de iure. Vnde licet talis restitutio directe non ualeat, ualebit tamen per indirectum quia a magistratib. non reddetur ius secundum Sozzinum in d. §. & qd si tantum in gl. in 2. limitatione. allegat in simili Bar. in cõs. 187. incipit domini priores, & Abbatem in cap. ecclesia sanctæ Marię de consti. in repeti.

8 Isto ergo casu † si bona fuissent in alium translata titulo oneroso, posset ipse tertius habere regressum contra fiscum per. l. 1. & 2. C. de quadrien. præscrip. secundum Ioan. de Imol. in d. cap. quia diligentia de elec. ponit Feli. in c. fi. de consti. Et quod plenissima restitutio sufficiat. innuit Io. Andr. & domi. in dicto capitulo quamuis. ubi

9 dicũt † quod licet restitutio illius qui fuit priuatus beneficio & degradatus non trahatur ad beneficia, illud uerum est nisi esset plene restitutus. Multo magis in proposito quando esset plenissima restitutio. Pro hoc est consilium Abbatis. 192. incipit in quæstione hæredum. qui vult quod restitutus per Papam etiam ad bona confiscata, recuperabit res emphyteoticas etiam alteri cõcessas. & idem Egi. in d. deci. 743. & 744.

10 Ad obuiandum autem † omnibus dubietatibus posset fieri restitutio etiam ad omnia in alios translata. Quod princeps ex causa facere potest secundum Bart. in l. quæcunque. C. de fide instru. li. 10. & ponit Feli. in d. cap. intra quatuor. & Bal. in ti. de pace constan. in 12. column. in uerbo priuilegia omnia.

11 Quia † ratione pacis potest princeps auferre bona unius & dare alteri. ut in l. Lucius. ff. de euic. & in l. item si uerberatum. §. 1. ff. de rei vendi. & dicitur in capit. quæ in ecclesiarum. de consti. & Bal. & Angelus in l. bene a Zenone. C. de quadri. ꝑscrip. ubi pro pace habenda potest donare res priuatorum. Item princeps ratione pacis & propter publicam utilitatem potest remittere iniurias & damna illata priuatis, ut late dicitur maxime per modernos in l. venia. C. de in ius vocan. & canonistæ in c. in nostra de iniu. & in capit. quanto. de iureiu. & Bal. Angelus & Moderni in l. conuentionum. ff. de pac. & per Franciscum de Platea in trac. restitutionum in ru. de restitutione bellantium in §. 74. & remissiue per Balencinum in d.

12 cap. quanto. vnde † ratione publicæ vtilitatis princeps poterit restituere etiam quo ad bona in alios translata. Ita dicit Abb. in cap. 1. in primo nota. de paroch. ponit Areti. in d. §. & quid si tantum. allegat extrauag. de pace Constan. in uerbo priuilegia. refert & sequitur ibidem Sozzinus cum modificatione quando aliter pax haberi non potuisset. de quo plene per Modernos in d. l. uenia. Ad hoc facit quod dicit Alex. consi. 94. in 5. uol. incipit visis & sæpius recensitis, videlicet ꝙ princeps pro habenda pace sui territorij potest castrum sub-

13 diti dare alteri. Et ex † pręmissis apparet utrum prædicti Cardinales recuperabũt locum in collegio, quia licet alias Bar. in l. 2. ff. de decu. in prin. & in l. 1. C. de iis qui in exilium dati li. 10. dicat quod nõ, & quod fuit practicatum tempore Romei de Pepulis in quibusdam doctoribus expulsis, qui postea licet fuerint restituti per legatum non tamen recuperarunt locũ in collegio ab alijs occupatum, quod ponit etiam Feli. in d. capit. super eo de offic. delega. qui uidetur etiam uelle quod locus non recuperetur etiam si restitutio fuerit plenissima, quasi locus fuerit acquisitus doctori ex condemnatione & sentẽtia, tamen si recte consideretur ratio innuit contrariũ. ad consilio Petri de Ancha. 409. quod ipse allegat. quia quando acquisitum est ex condemnatione, facilius restitutio derogat iuri tertio quæsito ex sententia, & restitutus quis censetur etiam ad bona in alium trãslata. & ideo etiam quo ad locum debet illud intelligi, nisi sit per principem facta ple-

14 nissima restitutio ut dictum est. & maxime † si posita esset ẽt clausula quod redintegraret eos perinde ac si nunquam in crimen schismatis incidissent. quod potest Papa fingere, ut in cle. 1. in gl. de immu. eccle. ad quod bonum est consi. calde. 12. in ti. de rescrip. & Abbatis 84. in 1. vol. in 4. colu. & 3. Sed quo ad istam clausulam tantum calde. vult quod licet persona habilitetur ut ex tunc, non tamen præiudicat iuri tertio quæsito. & idem videtur sentire Car. Ana. & Areti. in ca. ad petitionem de accusa. qui non loquuntur in casu plenissimæ restitutionis. Et eodem modo intelligo Bal. in c. constitutus in 2. colum. de rescrip. & Abb. in c. ex tuæ ad fi. de cle. non resi. cum uolunt quod clericus depositus & restitutus ad pristinum statum, non recuperet beneficia in alium collata, qa intelligitur nisi esset plenissima restitutio. Dominus Ioan de

15 Ligna. in d. cap. quia diligentia. loquendo in hęretico † reuerso dicit secundum Ioan. & Vin. quod recuperat iurapatronatus, nisi prius contra ipsum lata fuisset sententia secundum Bar. per tex. 1. quæstio. 7. c. maximum. Quod improbat ibi Io. de Ligna. quia in hęretico non est opus sententia cum sit priuatus a lege, vt in c. cum secundum de hære. Vnde dicit ꝙ aut bona sunt alij concessa. & tunc dato quod redeat, illa nõ recuperat. capit. quamuis de rescrip. in 6. Si non sunt aliis cõcessa, tunc debet ponderari modus restitutionis, quia si solũ reconciliatur, nihil de bonis recuperat, sed si reconciliatur

16 & restituitur plene, tũc recuperat bona. Vtrum autem † hoc casu efficiatur habilis ad beneficia, est considerandum per quem restituitur, quia remanet infamis infamia iuris, quæ non tollitur nisi per principem. unde si ab inferiore restituitur, erit inhabilis. Si a principipe, aut solum reconciliatur, & idem. aut plene restituitur. & tunc secus, quia si per principem plene restituitur, tunc quo ad omnia per principem potestatem habentem restitutus intelligitur cõsiderata forma gratiæ, quod sit plenissima & quo ad bona & personam resti-

17 tuti, ut supra dictum est. Et addet † quod quantumcunque aliquis fuerit restitutus per principem, nullo tamen casu de mũdo recuperabit fructus perceptos ab alio. Tex. est in authen. idem de nestorianis. C. de hære. quem tex. ad hoc reputãt singularem Angelus, Imol Raphael. Alex. & Areti. in d. §. & qd si tantum. & Bal. in cap. domino guerram ti. hic finitur lex. in vsibus feu. & in l. 1. C. de hæredi. insti. & in l. nam ad ea. C. de ll. & in l. fi in 9. colum. C. de sententiam pas. & Angelus in authen. ut cum de appella. cognoscitur, in §. si quis de parentibus. Bal. consi. 359. in fi. incipit proponitur in 1. volu. Et est cõmunis opinio secundum Iasonem in d. §. & quid si tantum. ubi ad hoc allegat plures concordantes, licet ipse fuerit in contraria opinione post Nellũ de sancto Geminiano in trac. bannitorum in prima parte tertij temporis. q. 7. per plures rationes per eum assignatas ibi in d. §. & quid si tantum. Cuius opinionem credo veram in casu quo restitutio fieret per viã iustitiæ, iuxta. l. 1. §. fi. ff. de quęstio. & non per viam gratię, qa tunc non solum talis restitutio tolleret iura alteri quęsita & in alium translata ex illo actu aduersus quem concederetur restitutio, ut in l. quud si minor. §. Sceuola. ff. de mino. & dicit Raphael. in d. §. & quid sit tantũ & ponit Nellus in d. trac. bannitorũ in prima parte tertij temporis in 11. q. in fi. & est bonus tex. in l. si ex causa in prin. ff. de mino. & melior text. in l. in causæ la. 1. in §. interdum. ff. eo ti. sed etiam isto casu fieret

18 restitutio fructuum medio tempore perceptorum, quia † ei q restituitur per uiam iustitiæ, pinguius succurritur a iure, ut d. §. Sceuola. & restitutio per uiam iustitiæ, tantum restituit quantum abstulit id aduersus quod petitur restitutio, ut in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procura. Et de hoc est bonus tex. in l. qđ si minor in §. restitutio. ff. de mino. quem adde ad tex. in l. uideamus la. secunda in §. in Fauiana. ff. de usur. super quo se fundat Iason. cum tenet cõtrarium in d. §. & quid si tantum. Et de hoc est bona glo. in cap. super causa in uerbo beneficia. 2. q. 4. & alia in cap. clericus victum. 91. di. & glo. fi. in c. pastoralis de appella. quæ omnes allegant tex. in l. penul.

19 ff. de re mili. & volunt † qñ quis restituitur per uiam iustitiæ ꝙ recuperet omnes fructus medij tẽporis. Et hoc uoluit Alexã. de

de Immol. in consilio 142. incipit viso processu, in vltima colum. in 5. volum. Et si dicatur quod bona fides debet excusare eum in quem bona sunt translata & qui fructus percepit bona fide ab illo qui iniuste fuerat damnatus, sicut illũ qui consecutus est ex persona illius qui iuste fuerat condemnatus, iux. l. certum. C. de rei vendic. & cap. grauis. de rest. spoliat. cum sim. Respõdetur quod licet bona fides illũ excuset in vno casu sicut in alio, tamen fiscus qui iniuste in aliũ transtulit non debet excusari, & in defectum fisci is in quem res translata reperitur quamuis fuerit ignorans, non excusatur. Casus est multum notabilis in d. l. in causæ la 1. in § interdũ, versic. pomponius quoque. ff. de mino. iuncta l. quod si mi-
20 nor. §. restitutio. ff. eo. tit. Et huius † ratio potest assignari, quia talis restitutio quæ innititur iustitiæ fit a lege licet iudicis ministerio, quæ non sinit aliquem sine sua culpa priuari, vel deijci a gradu suo, vt in capit. satis peruersum. 56. distin. cum
21 sim. Et is in † quem bona reperiuntur translata per fiscum, poterit agere contra fiscum si titulo oneroso in eum translata reperiantur per fiscum, iux. l. 1. & 2. C. de quadri. pręscrip. ponit Ioan. de Immo. in d. cap. quia diligentia, & refert Felin. in d. cap. intra quatuor.

SUMMARIUM.

Cardinales ex gratia restituti aduersus schisma an teneantur abiurare illud schisma, quod non. ibidem.
Imo non debent recipi ad vnitatem ecclesiæ nisi prius abiurato schismate ibidem.
Forma abiurationis ibidem. remissiue.
Et forma talis abiurationis debet mitti ad ecclesias scandalizatas. numero 2.
Et talis abiuratio debet fieri in publico non in oculto. num. 3.
Excommunicati cauent de parendo mandatis ecclesiæ. nu. 4.
5 *Absolutio ab excommunicatione schismatis an possit peti per procuratorem.*
6 *Solennitas quando schismaticus recipitur ad vnitatem. remissiue.*

Articulus III.

1 An autem tales Cardinales sic ex gratia † restituti teneantur abiurare schisma, Abbas in d. cap. quia diligentia. dicit quod sic, sicut & hęreticus, iuxta capit. si qui voluerint. 1. quæst. 7. & in cap. ego Berengarius de consecra. distinc. 2. & in c. conuenientibus 1. quæst. 7. & quod dicitur in cap. ad abolendam. de hære. & cap. super eo. & cap. accusatus. eod. titu. in 6. Imo dicit Abb. ibi quod non debent recipi ad vnitatem ecclesię nisi prius abiurato schismate. & de forma abiurationis ponitur in d. capit. ego berengarius. & d. cap. conuenientibus, & cap. si qui voluerint, & in cap. quotiens eadem causa. 1. & quęstio. 7. qui text. etiam loquitur in schismatico. Quinimo illa iura requirũt quod per propriam scripturam fiat huiusmodi abiuratio & quod manu propria
2 subscribatur. Et amplius † si ex schismate vel heresi eius qui abiurat schisma vel heresim fuissent multę ecclesię scandalizatę, deberet copia illius abiurationis ad omnes illas transmitti, ut quę male fuissent ędificatæ de peruerso, gauderent & ędificarentur de conuerso, vt dicit text. in d. c. ego Berengarius. in fi. & ponit Gundisal. de vila diego in tract. de here.
3 in 24. quęst. Et debet fieri talis † abiuratio non in occulto, sed in publico, quia notoria crimina & orbem scãdalizantia publica pœnitentia tolli debent, ut in cap. in capite. 50. dist. & in c. fi. 26. quęst. 6. & glo. ibi in sum. Et ita fecit Berengarius, qui coram. 113. episcopis heresim Romę abiurauit, ut patet in d. c. ego Berengarius. in fi. Imo & tex. iunc. glo. in d. c. si qui voluerint, exigit cautionem de parendo mandatis ecclesię
4 & eius statuta obseruando. Facit † quod dicitur de absolutione danda excommunicatis, a quibus recipitur cautio de parendo mandatis Ecclesię, vt in cap. ex tenore, & in cap. cum desideres, & in c. nuper, & cap. per tuas de sent. excom. An au-
5 tem † talis absolutio possit per procuratorem peti, dicitur in d. cap. cum desideres. per doct. Et in proposito si considerentur iura superius allegata, uidetur quod hoc personaliter facere deberent. & maxime per tex. in d. capit. in capite. 50. dist. In excommunicato tamen curia seruat contrarium, quia absoluit per procuratorem habentem ad hoc mandatum, vt
6 est decis. 24. in titu. de sent. excom. in anti. Et de † solennitate seruanda quando recipitur ad vnitatem schismaticus, vide plene in pontificali. in 4. li. in titu. de ordine recipiendi hæreticum, vel schismaticum.

SUMMARIUM.

1 *Schismaticus uolens redire ad vnitatem, an sit restituendus ad priora. Quod sic ibidem. & si restituatur quomodo intelligendum. nu. 5.*
2 *Hæreticus relapsus non est recipiendus schismaticus vero semper ibid.*
3 *Ob scandalum euitandum detrahendum est seueritate.*
4 *Incidens semel in schisma non potest amplius promoueri.*
Nec auditur nollens abiurare, talis enim non potest amplius ministrare sacramenta. ibidem.
Licet ex gratia possit cum talibus dispensari per papam. ibidem.
6 *Homo paratus redire post peractam pœnitentiam efficitur nouus homo. Quomodo intelligendum.*

Articulus IIII.

1 Sed an † si schismatici volunt redire ad unitatem, sint restituendi ad priora? Tex. in §. hinc etiã. 17. dist. ostendit quod sic, cum dicit quod cum schismaticis qui discesserant a Symmacho papa est misericorditer agendum, & eos esse restituendos ex misericordia ad officia ecclesiastica. Quod est clarum ubi agitur pro pace ecclesiæ, quia ut tollatur schisma & scissura ecclesiæ, debent restitui. & ita dicit ibi Alex. & tex. in §. illud de clericis. ea. di. Et aliquando schismaticus potest cogi ad unionem, vt. 23. quæst. 6. cap. schisma-
2 tici. Vnde Augu. de Anco. in trac. de po. pa. dicit quod † licet alias hæreticus relapsus non debeat recipi ab ecclesia, tamen schismatici redeuntes ad vnitatem semper sunt recipiendi. Et diuus Augu. in epistola. 50. ad Bonifacium commitem in penul. char. inquit. Verum in huiusmodi causis ubi per graues dissensionũ scissuras non huius aut illius hominis est pe-
3 riculum, sed populorum strages iacẽt, detrahendum † est aliquid seueritati ut maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. habeant ergo isti de pręterito detestabili errore sicut Petrus habuit de mendaci timore amarum dolorem, & ueniant ad ecclesiam Christi veram, hoc est matrem catholicam, sint in illa clerici, sint episcopi utiliter, qui contra illã fuerunt hostiliter. non inuidemus. imo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in uiis aut sepibus inuenimus, intrare cogimus. etsi nondum quibusdam persuademus, quod non res eorum sed ipsos quærimus. Apostolus Petrus quando saluatorem negauit & fleuit & apostolus mansit, nondum acceperat promissum spiritumsanctum. sed multo magis isti cum non acceperunt, qui a corporis compage diuisi, quod solum corpus uiuificat spiritussanctus, extra ecclesiam & contra ecclesiam ecclesię sacramenta tenuerunt, & tanquam ciuili bello nostris, contra nos erectis signis armisque pugnauerunt. Veniant, fiat pax in virtute Ierusalẽ, quæ uirtus charitas est, cui sanctæ ciuitati dictum est, fiat pax in uirtute tua & abundantia in turribus tuis. non se extollant aduersus maternam sollicitudinem, quam pro ipsis & pro tantis populis quos decipiunt uel decipiebant colligendis, & habuit & habet. non superbiant quod sic eos suscepit. non referant ad elationis suę malũ quod facit ipsa propter pacis bonum. sic multitudinibus per schismata & hæreses pereuntibus subuenire consueuit. Sic ergo ex his colligitur quod pro pace ecclesiæ sunt restituendi. alias autem cessante causa non sunt restituẽ-
4 di, quia incidens † semel in schisma, non potest amplius promoueri, ut in cap. nos consuetudinem. 12. dist. & 1. q. 7. cap. cõuenientibus, cum sequen. notat Abbas in capi. quia diligẽtia de elec. Nec tuetur eum quod paratus sit abiurare schisma, quia postquam semel incidit in notorium schisma, non põt amplius administrare sacramenta, ut in c. dilectus & c. fi. de tempo. ordi. Potest tamen semper ex gratia cum eis per solũ papam dispensari quando schisma est contractũ quia discesserunt ab obedientia veri Papæ, & nõ per alium inferiorem, ut dicitur in d. cap. quia diligentia in prima oppositione per
5 abb. Non obstat † quod dicit Aug. de Anco. quod schismatici semper sunt recipiendi quando sunt parati abiurare schisma, quia intelligo quantum ad unitatem cum ecclesia & superiore, & non quod sint restituendi semper ad priores dignitates, honores, & loca. Ad quod facit quod dicit idẽ Abb. in d. oppo. referendo Hostien. ibi quod illud quod dicitur quod
6 † postquam quis est paratus redire post peractam pœnitentiam efficitur nouus homo, vt cap. ferrum. 50. dist. debet intelligi quod quo ad Deum pęnitens non despicitur, vt in c. quemadmodum de iureiur. secus quo ad ecclesiam militantem, quia ex quo semel efficitur inhabilis, non recipitur ab ea vlterius sine dispensatione ad administrandum, per text. ibi in d. c. quia diligentia & ca. quia circa. de biga. & d. c. dilectus. & cap. fi. & c. post translationem de renun.

SUMMARIUM.

1 *Papa qui in conclaui aliquid iurauit vel uouit si non obseruet an efficiatur periurus.*
Et an possit seipsum absoluere. numero. 9. & 29. & numero 39. 40. & numero 102. & 114.
Et an possit compelli ad obseruationem. nu. 2. & nu. 8.
Et alia argum. num. 101.
Et quod non possit cogi. num. 102.
Periurus simpliciter est infamis.
Et est infamia facti quæ deletur per pœnitentiam. ibid.
4 *Periurium quãdo inducat infamiam.*
5 *Notorietas & scandalum auget peccatum.*
6 *Periurus an ipso iure priuetur, an debeat declarari.*
Distingue in habente superiorem, & non habente ibid.
Quod an procedat. num. 7.

Pa-

10 *Papa vel episcopus an possit sibi remittere pœnitentiam iniunctam a sacerdote.*
11 *Iuramentum est de iure diuino, & illud tenemur obseruare. & num. 91.*
Et est de præceptis primæ tabulæ. num. 12.
Comites iuramenti. num. 13.
In quibus non potest dispensari. num. 92.
15 *Votum obseruandum, & maxime quando concurrit cum iuramento.*
Et tunc papa non potest sine causa absoluere. nu. 43.
15 *Votum semper principaliter præstatur Deo. num. 91.*
16 *Iurans non accipere episcopatum, an teneatur iuramentum obseruare.*
17 *Pertinax in periurio videtur male sentire de fide.*
18 *Dignitatem quam quis habet non recognoscens illam dehonestare non reformidat.*
19 *Funiculus triplex difficilius rumpitur. & num. 43.*
20 *Papa contraueniens iuramento vel voto, dicitur magis peccare aliis.*
Et ideo in futuro iudicio magis punietur. ibid.
21 *Papa & imperator ligantur suo contractu, & ideo licet Deus illis leges subiecerit, non tamen illis subiecit contractus & conuentiones.*
Et ita ligantur suo nontractu ut de plenitudine etiam potestatis non possit contrauenire. num. 22.
Et hoc quia potentius est ius naturale quam principatus. num. 23.
Et licet non ligentur lege legis, tamen ligantur lege conuentionis et contractus. num. 24.
25 *Imperator obligatur ex suo contractu.*
Et ratio ibidem.
26 *Princeps non potest tollere ea quæ habent subsistentiam a iure naturali. & simile. num. 58.*
27 *Imperator non potest supprimere ius quæsitum alteri.*
28 *Papa licet reuocet omnes concessiones super rebus ecclesiasticis, non tamen intelligitur reuocasse contractum censualem ab eo concessum*
30 *Dispensatus super voto sine causa non est tutus quo ad Deum.*
31 *Papa licet male faciat non obseruando in sua persona quæ habentur in c. omnis vtriusque sexus de pęn. & remiss. Nunquid habebit locum contra illum pœna in d. c. inserta.*
Et papa tenetur confiteri sed non tenetur obseruare prædictam constitutionem. c. omnis vtriusque. nu. 33.
32 *Confessio vbi fuerit instituta.*
Et an papa peccet non obseruando constitutionem. c. omnis vtriusque. de pę. & remiss. num. 33.
34 *Papa non potest dispensare quod quis saluetur sine confessione, sed bene potest tempus ad confitendum differre.*
35 *Papa non potest sine causa remittere obligationem Deo quęsitam cum iuramento.*
Sed causa semper præsumitur. nu. 39.
Nec potest commutare votum quando licite, & honeste seruari potest. numero 37.
Et quomodo intelligendum. num. 38.
36 *Papa ex condecenti tenetur obseruare ius naturale insurgens ex lege, non tamen arctatur ad pœnas illius legis.*
41 *Episcopus receptans furem contra suam constitutionem hoc disponentem incidit in excommunicationem.*
Episcopus. n. ligatur suis constitutionibus ibidem.
42 *Deus obligatur ex promissione & pacto. & num. 68.*
44 *Absolutio a voto vel iuramento quando fit cum causa, debet fieri cum causæ cognitione, & parte citata.*
Et in inferiore a papa clarum est, & an in papa. ibid.
Maxime si per votum vel iuramentum esset ius quæsitum tertio. num. 45.
46 *Iuramentum quando est licitum & obligatorium alteri, non debet relaxari nisi vocata parte, secus si est illicitum, vel metu, aut dolo extortum. numero 47.*
48 *Papa an possit ardua facere sine consilio cardinalium, & sic creare cardinales. & num. 81. & 117.*
Et an valeat consuetudo quod possit talia expedire. nu. 87.
49 *Regimen mixtum cum consiliis optimatum melius est quam Monarchia, & principatus vnius.*
Contra sanctum Thom. num. 50.
Et plura argum. num. 51.
52 *Aduocati & conciliarij Dominorum non debent facere ea in quib. est arduum dubium sine dominorum consilio.*
53 *Ecclesia militans est fundata ad instar triumphantis.*
Et in militanti, a Christo in Petro est institutus status papalis, & status cardinalium loco Apostolorum, qui sunt assistentes. episcopi vero ministrantes.
54 *Statuum distinctio a Christo est.*
Et illam non debet papa confundere. ibid.
55 *Card. sunt pars corporis papę. & cum fit iniuria card. ecclesia dicitur subijci periculis.*
56 *Papa non potest dispensare contra stat. conciliorum, et proprium iuramentum, solus, sed cum consilio cardinalium.*
Et assignatur ratio. num. 57.
58 *Ius naturale est potentius quam principatus.*
59 *Testamentum fauorabilius est, quam priuilegium principis, & ideo eius priuilegium non rumpit testamentum.*
60 *Principis verbum debet esse firmius, quam aliorum.*
61 *Papa non potest reuocare feudum Vasallo sine culpa.*
62 *Princeps an obligetur subdito ex contractu ciuiliter, & naturaliter, an naturaliter tantum.*
Et an princeps vtatur iure communi, vel iure proprio. ibid.
63 *Successor non debet infringere capitula prędecessoris nisi ex parte subditorum interuenerit dolus.*
64 *Deus licet papæ subegerit canones, & imperatori non tamen leges contractus, & obligationes.*
65 *Imperator licet sit dominus legum non tamen est Dominus morum.*
Et princeps licet sit solutus legibus non tamen est solutus dictamine rationis. ibidem.
66 *Imperator licet reuocet leges per quas concessit aliquod priuilegium ecclesiæ, tamen priuilegia durant.*
Et ratio est quia priuilegium concessum non subdito non tenet tanquam lex sed tamquam contractus. ibid.
Et est irreuocabilis.
67 *Papa licet sit supra ius positiuum, non tamen est supra ius naturale gentium.*
69 *Papa ligatur sua promissione & maxime quando fuisset geminata.*
70 *Delicta recipiunt augumentum propter reiterationem.*
71 *Lex mutatur ratione temporis.*
72 *Contractus initus cum ciuitate habet vim legis quo ad ciues.*
Et quæ consensu duorum perficiuntur non possunt tolli consensu vnius. ibidem.
73 *Papa faciendo capitula cum card. videtur quasi contrahere, & illa conuentio est irreuocabilis.*
Et si interuenerit iuramentum non petitur absol. nu. 75.
74 *Priuilegium concessum subdito transiens in uim contractus non potest reuocari.*
76 *Papa non potest tollere statuta concilij contra salutem & statum vniuersalis ecclesiæ.*
Et maxime ex sua voluntate, & sine aliqua causa. ibid.
Et maxime vbi sumus in his quæ non concernunt mere ius positiuum, sed in his quæ habent iura legis, & obligationis naturalis virtute iuramenti. ibidem.
77 *Priuilegium dispensandi cum nato ex adulterio, non intelligitur de nato ex duplicato adulterio.*
Sic nec dispensatio cum spurio, valet, si tacitæ sunt qualitates quod erat natus ex adulterio & incestu. num. 58.
Et plura exempla de actibus geminatis. ibid.
78 *Constitutio contra ius naturale per quam dominia transferuntur de vno in alium non est seruanda, etiam in foro iudiciali.*
79 *Papam non posse dispensare contra vniuersalem statum elccesiæ.*
Quomodo intelligendum.
83 *Papæ omnia licent.*
Et quomodo intelligendum.
Et papæ quæ licita sint. nu. 84.
Et si liceant non sine causa, & causa sumitur ex qualitate negotii personæ, loci, & temporis.
85 *Papa nihil, vel parum potest facere sine consilio cardinalium cum sint vnum corpus cum eo.*
Et multa concessa per pontifices sine consensu cardinalium reuocata per successores. ibid.
86 *Papa aliquid faciens sine consensu cardinalium non dicitur facere cum bona conscientia.*
87 *Consuetudo an possit inducere quod papa possit explicare ardua, sine cardinalibus.*
88 *Card. dicuntur coadiutores papæ, fratres, collaterales, vocati in partem sollicitudinis, & pars corporis papæ.*
89 *Princeps licet sit legibus solutus, tamen perfitetur se legibus viuere, siue ab eo, siue ab alio conditis.*
90 *Papa licet sit dominus beneficiorum intelligitur tamen, modo non faciat iniustitiam.*
Et si de plenitudine potestatis aufert alicui beneficium debet ei prouidere de æquiualenti. nu. 91.
92 *Deo displicet infidelis, et stulta promissio nihilominus quod voueris redde.*
93 *Infidelitas incurritur ex inobseruantia voti.*
Et non obseruare votum est frangere fidem Deo.
94 *Papa licet dicatur habere plenitudinem potestatis intelligitur cum consilio cardinalium, & maxime in arduis sed an sit verum, & quomodo. num. 164.*
Et plenitudo potestatis intelligitur cum claue discretionis. nu. 95.
96 *Ius ciuile licet non possit tollere ius naturale, vel diuinum, potest tamen illud modificare. & interpretari causa suadente.*
97 *Papa non dicitur tollere ius tertii cum ad tempus tollit.*
98 *Papa licet possit tollere contractus iuris ciuilis, tamen non facit quin mihi iustitia reddatur.*
99 *Papa validat contractum nullum.*
Et quomodo intelligendum.
100 *Causa non præsumitur in principe in contractibus.*
102 *Papa quod non posit cogi ad obseruationem capitulorum in conclaui initorum & iuratorum, & quod possit seipsum absoluere. argum.*

Pa-

103 Papa per assumptionem ad papatum sanctificatur, & postquam est translatus ad papatum non potest quæri de eo, quod fecit ante translationem.
104 Seruus post manumissionem non potest conueniri, actione negotiorum gestorum de his quæ in seruitute gessit.
105 Mutatione officij aliquid est illicitum quod alias erat licitum.
Et mutatione conditionis & status variatur dispositio, ibid.
Et mutatione status ciuitatis tollitur effectus sententiæ prius latæ ibid.
106 Ingressus religionis absoluit a iuramento, & voto. & nu. 115.
107 Auctoritas superioris intelligitur excepta etiam in iuramento.
108 Cardinales sede vacante nullam recipiunt iurisdictionem, & infra numero 112.
Sed tantummodo possunt explicare ea quæ faciunt ad celerem electionem summi Pontificis.
Et hoc propter imminens periculum ex tarditate, vel quia claues datæ sunt Petro tantum, & successoribus immediate a Christo, ibidem.
109 Papa est Petri successor, & vicarius Iesu Christi gerens vices Dei in terris non puri hominis.
110 Bart. in l. vbi absunt. ff. de tutor. & curat. dat. ab his reprehenditur.
111 Glo. in c. nullus. 79. dist. reprobatur.
113 Cardinales si succederent papæ, ipso mortuo non esset necessarium papam eligere.
114 Iurans in materia dispensabili non habens superiorem potest ipsemet secum dispensare.
116 Iuramentum debet habere discretionis iudicium.
118 Papa solus potest deponere imperatorem & reges, & quoscunque alios, & si aliquando interuenit concilium, facit de honestate, vel approbando, non authorizando.
Et papa non vtitur bacculo, sicut alij episcopi, quia non habet coarctatam potestatem quæ designatur per curuitatem baculi, nu. 119.
120 Papa solus potest legem generalem facere sine cardinalibus quod est de arduis.
121 Clausula de fratrum nostrorum consilio qua vtitur papa, emanat magis de honestate quam de necessitate.
122 Papa non cogitur petere consilium a cardinalibus.
123 Papa solus habet iurisdictionem vniuersalem, & est summus, & qui omnia potest.
Et solus tenet locum Dei in terris, nu. seq.
Et factum ab eo dicitur factum a Deo, nu. 125.
125 Papa gerit vices Dei super Angelos bonos & malos, & est maior illis, iurisdictione, sacramentorum administratione, cognitione & pręmio.
127 Sponsus ecclesiæ proprie loquendo est Christus, alij vero dicuntur sponsi in quantum vicem ueri sponsi obtinent, & ideo papa qui vicem ueri sponsi obtinet, ecclesiæ sponsus dicitur.
128 Christus, Papa, episcopus, & sacerdos, computantur vt unus sponsus.
129 Reges, & principes Christiani, & omnes fideles, tenentur esse subiecti Romano Pontifici.
Et papa est ordinarius omnium, num. 130.
Et ei subesse est de necessitate salutis. 131.
Et de eius potestate plura, num. 132. & nu. 133. remis. & 139.
134 Papa non debet uti plenitudine potestatis, & maxime contra uniuersalem statum ecclesiæ sine magna causa & alijs manifesta.
Et cum eo non est disputandum de potentia. sed de scientia sic. nu. 135.
Et an plenitudine potestatis possit indifferenter vti, nu 136. remiss.
Et an per clausulas generales, non obstan. censeatur uelle illa uti.
Et quid in dubio, ibidem.
137 Papa non potest renunciare suæ potestati, nec alium sibi parem, uel superiorem constituere, sine voluntate Dei cuius iudicio est suppositus.
Et quod aliquem eximat a sua potestate, continet repugnantiam ad plenitudinem potestatis. nu. 144.
Et incideret in errorem Manicheorum. nu. 146.
138 Cap. nos si incompetenter. secunda quæstio. 7. & cap. mandastis. & capituli auditum. 2. q. 4. declaratio.
140 Papam non astringi ad obseruationem capitulorum in conclaui factorum & ratio ibidem, & nu. 147.
Etiam si fuerint iurata incontinenti post assumptionem, num. 148.
Fallit ratione schismatis inter duos contendentes de papatu, ibid.
141 Conditiones quæ sunt contra substantiam actus uitiant actum.
142 Papa non potest aliquem priuilegiare, contra seipsum.
143 Præscriptio contra summam potestatem papæ non ualet.
145 Papa quo ad ea quæ sunt iuris positiui potest facere quod facta habeantur pro infectis quomodo intelligendum.
149 Papa iurans renunciare papatui ad libitum Cardinalium non ligatur, & ratio, ibidem.
Et quomodo intelligendum, ibid.
Et iurans non creare cardinales, quia in hoc iuramento debet stari dicto & conscientiæ eius, an voluerit se ligare, nu. 159.
150 Iuramenta quæ sunt præstita pro consuetudine seruanda, quando sunt contra sanctorum patrū instituta, non iuramenta sed periuria dicuntur.
Et maxime uno dissentiente, etiam si maior pars consentiat. ibid.
151 Papæ potestas eo existente papa est indiminuibilis.
152 Cardinalium certus numerus non est a iure præfixus, sed est arbitrio papæ.
153 Cardinales 236. tempore Pontiani papæ.
154 Inferior non potest apponere manus suo futuro Domino, vt grauetur eius libera potestas.
155 Iuramentum recipit interpretationem secundum intentionem iurantis.
Et maxime in foro conscientiæ. ibid.
156 Iuramentum non supplet veritatem consensus.
Et alios effectus vide. ibid.
157 Metus non purgatur per solutionem, quando solutio fit incontinenti post metum.
158 Promissum ob reuerentiam non tenet.
Et ob magnam reuerentiam præsumitur mens confusa. ibid.
160 Mens præsumitur alterata, ratione magni gaudij.
161 Fraus præsumitur ex celeritate actus.
Exempla de teste, & de iudice. ibid.
Et propter festinationem quis non præsumitur deliberasse. nu. 162.
163 Votum indeliberatum non valet.
164 Insolita cautela inducit suspitionem.
165 Iuramentum quando dicatur contra bonos mores vel quando sit de facili relaxandum.
166 Iuramentum præstitum ante electionem videtur continere simoniam.
Et quid si sit præstitum ante & post.
167 Iuramentum quando possit dispensari per papam. & num. 169.
168 In omni iuramento intelligitur esse exclusum omne id quod non est licitum.
Et non extenditur nisi ad ea quę legitime fiunt. ibid.
170 Commutare iuramentum, non dicitur frangere.
171 Iuramento, semper inest clausula, re in eodem statu manente & intelligitur excepta papalis auctoritas. nu. 174.
Et non præsumitur quis iurare vel uouere contra seipsum. num. 175. & saluo honore meo. nu. 184.
172 Absoluere seipsum quando quis possit. & num. 174.
173 In facto proprio quis potest esse iudex in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.
174 Princeps an possit legitimare proprium filium remissiue.
176 Promissiones non debent sic accipi vt contineant falsum.
177 Iurans non reuocare testamentum nihilominus valebit si reuocat.
178 Actus factus contra iuramentum in contractibus pluries valet.
179 Papa renuntiat papatu in suis met manibus.
180 Papa dum est papa non potest facere quin ipse solus sit iudex omnium.
181 Votum & iuramentum æquiparantur.
182 Iuramentum non dat robur actui, quando actus prohibetur.
183 Lex mortua sepius annullat iuramentum, ergo multo magis lex viua.
185 Potestas papæ licet non possit diminui an saltem possit arctari, restringi, siue limitari.
186 Renutiare iuri suo quilibet potest, quare non verificetur in papa.
187 Plenitudo potestatis quid sit.
188 Liberum aliquid esse quot modis dicatur.
189 Papatus est quid indiuisibile, & ideo papa non potest illum a se pro parte abdicare.
190 Papa non potest facere statutum per quod ipse ligetur.
191 Papa non potest suam supremam potestatem alicui prælato concedere illam a se abdicando.
192 Electores imperij non possunt mutare formam electionis, imperatoris sic nec cardinales, papæ.
193 Papa vel princeps non potest concedere Regalia in præiudicium successorum.
195 Iuramentum quod est maioris boni impeditiuum non est obligatorium.
Nec debet esse vinculum iniquitatis. ibid.
196 Papa si non obseruat iuramentum præsumendum est quod faciat ex causa rationabili.
197 Papa iurans obseruare ea quæ non tendunt in deminutionem pontificalis dignitatis, tenetur illa obseruare, ex decentia. illa autem ad quæ tenetur ex sua pontificali dignitate tenetur ex necessitate. ibid.
Et quæ sint ista. num. 202.
198 Papa tenetur ex decentia ad ea quæ sunt legis cano. sed de necessitate ad ea quę sunt iuris diuini.
199 Papa an possit alienare res ecclesiæ sine causa.
Et Rex Regni. ibid.
Et an papa possit priuare vnum prælatum episcopatu, & dare alteri. numero 200.
201 Statutum vel constitutio continens idem quod ius commune, non censetur sublata per contrariam legem propter duo vincula.
203 Papa sicut non potest clericos subijcere laicis, sic nec seipsum.
204 Papa prætextu cuiusuis iuramenti præstiti super re honesta, & licita ante assumptionem papatus vel post incontinenti, non ligatur. & num. 212. & 214.
205 Iurans per uim, etiam id ad quod tenetur, non tamen ligatur illo iuramento, vel saltem debet absolui.
Et quomodo intelligendum. nu. 206.
207 Arch. in c. non est. in fine. 22. q. 1. declar.
208 Cap. si vero de iureiur. vbi seruandum iuramentum quod seruari potest sine interitu salutis æternæ. declar.
209 Deus recipit iuramentum prout ex corde procedit.

210 Iurans in genere non obseruare statuta vel consuetudines ecclesiæ, non obstante iuramento potest supplicare.
Et talia iuramenta interpretantur secundum intentionem iurantis ibid.
211 Iuramentum & votum paribus passibus ambulant.
213 Sede vacante nihil debet innouari in præiudicium ecclesiæ.
215 Prælatus qui iurauit non contrauenire contractui, ratione damni potest petere restitutionem in integrum.
216 Iuramentum contra libertatem ecclesiasticam præstitum non tenet.
217 Periurus quod incurrat infamiam & dicatur bestia.
Et quomodo intelligendum.
218 Votum debet habere tres Comites deliberationem, propositum, & promissionem.
Et tunc dicitur fieri Deo. nu. 261.
219 Iuramentum quod sit de iure diuino & de præceptis primæ tabulæ. Quomodo intelligendum.
220 Iuramentum & votum præstari Deo.
Et quomodo intelligendum.
221 Iuramenti vel voti transgressor non dicitur ille qui in melius mutat, vel qui ex iusta causa deserit.
Et si est melius quod eligitur auctoritate superioris quam quod iuratur.
222 Scandalum passiuum non est curandum quando papa deserit iuramentum ex causa.
Nam vtilius est scandalum nasci, quam veritatem relinqui.
223 Papa non ligatur constitutione conciliari, etiam si centies dicta constitutio fuisset reepilogata. nu. 233. & nu. 255.
224 Papæ sententiæ standum est si papa contradicat concilio.
225 Papa cum concilio potest imponere legem successori.
226 Gl. in c. legimus 93. dist. reprobatur.
227 A Sententia concilij appellatur ad papam.
228 Cap. sicut 15. dist. intellectus.
229 Vbi duo copulatiue requiruntur ad effectum alicuius dispositionis requiritur concursus copulatorum.
230 Cap. sancta Romana. 15. dist. declar.
231 Cap. confidimus & c. quæ ad perpetuam & c. sunt quidam. & cap. contra 25. q. 1. declarantur.
232 Papa non potest facere. id per quod decoloratur vniuersalis status ecclesiæ.
Eo quomodo intelligendum. & nu. 257.
234 Constitutio conciliaris iurata non tollitur per simplicem reuocationem.
Et quomodo intelligendum.
235 Vinculorum multiplicatio, si fiat in eodem actu, & instanti, reputantur pro vno, saltem in deliberando.
236 Iuramentum ligare intelligitur quando debito modo est iuratum.
237 Iuramentum non potest inducere, quod nec consuetudo.
238 Concilij constantien. auctoritas vnde prouenerit.
239 Concilia licet sint a principio legitime congregata, tamen indigent confirmatione pontificis. & num. 241.
240 Ephesina sinodus. in quo errauerit.
241 Concilium Melden. & Aquisgranen. in quo errauerit.
242 Papam ligari suo contractu.
Et quomodo intelligendum. & num. 243.
Et an papa in casu auctoris possit dici contraxisse. nu. 245.
244 Celeritas actus inducit suspicionem.
246 Princeps ratione nouæ causæ potest infringere contractum a se gestum.
247 Prohibitio legis est potentior quam simplex prohibitio. quomodo intelligendum.
248 Pacta seruabo, ista verba.
Et quomodo intelligantur.
249 Pactum a iure communi remotum seruandum non est.
250 Differentia inter absoluentem, & absolutum.
Et quomodo intelligendum.
251 Papa licet ardua non possit explicare sine consilio cardinalium vel concilii. hoc intelligitur ex decenti non de necessitate, & alio modo. numero 259.
252 Electio Matthiæ per sortem.
Et quomodo sit intelligenda.
253 Papa de necessitate habere assistentes sed non tenetur de necessitate sequi eorum consilia, quemadmodum nec petrus apostolorum.
254 Plenitudo potestatis aliter est in papa & aliter in ecclesia, & quomodo.
256 Papa ex causa superuenienti potest venire contra suam promissionem, maxime in pertinentibus ad eius potestatem.
258 Statuta Marchionis concessa quare fuerint reuocata.
260 Consuetudo contra papæ potestatem nihil operatur sicut nec præscriptio.
262 Restringere potestatem ratione contradictionis plus est, quam renuntiare Papatui.
263 Plenitudo potestatis est in solo papa sine cardinalibus.
Et qui illi detrahit incidit in hæresim. ibid.
264 Plenitudo potestatis est data papæ in persona beati petri.
Et non potest esse in multitudine, vel communitate, sed in vno tantum. ibidem.
265 Romanæ ecclesiæ nomine, vel sedis Apostolicæ intelligitur de papa sine cardinalibus.
266 Papa ratione ordinis, & iurisdictionis potest solus creare cardinales.
267 Multitudo principatuum quare sit mala.
268 Potestas data papæ ad ædificationem non ad destructionem.
Et quomodo intelligendum.
269 Vtile per inutile quando vitiatur. & quando non.
270 Papa tenetur seruare iuramentum vbi subest causa maioris boni.
271 Cardinalatus siue sit, siue non sit de iure diuino, tamen papa non tenetur sequi de necessitate consilium cardinalium.
272 Multa erant in veteri testamento de iure diuino quæ hodie non sunt.
273 Cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi intell. in vers. sane.
274 Iudicialia an sit sublata ita quod illorum obseruatio inducat peccatum.
275 Deuteronomium c. 17. declaratur.
276 Alexand. & Abb. in capit. per venerabilem. qui filij sint legitimi reprehenduntur.
277 Papa promittens aliquid facere cum consilio cardinalium, an teneatur obseruare.
Exemplo Bonifacij octaui.
278 Papa dispensat contra pręscriptionem.
279 Cursus temporis cuius initij memoria hominum non est in contrarium, operatur in his quæ sunt reseruata principi, quomodo intelligendum.
280 Cardinalium subscriptio licet ponatur in alienationibus, tamen hoc non est de necessitate.
281 Præscriptio contra plenitudinem potestatis non currit.
Etiam in fauorem cardinalium ad hoc ut papa non possit sine illorum consilio ardua expedire.
Et ratio assignatur, ibid.
282 Cardinales esse partem corporis papæ quomodo intelligendum.
283 Papa licet sit solutus legibus tamen legibus debet uiuere quomodo intelligendum.
284 Cap. fundamenta. de elect. in 6. duo notabilia colliguntur.
285 Ex Cap. ad Apostolicæ. de re iud. in uerbo deliberatione declaratur.
286 Bal. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. declaratur.
287 Eleemosina non est putanda talis si fit de illicite acquisitis.
288 Licitum de se, aliquando si deducatur ad pactum fit illicitum.
289 Mala electio cardinalium ipsis imputatur.
290 Vitia non transeunt in successorem in dignitate.
291 Tirannis non cadit in papam, & eadem est ratio in imperatore.
292 Papa cauere debet ne utatur plenitudine potestatis sine rationabili causa.
293 Papa si utatur plenitudine, potestatis contra iuramentum uel uotum peccat mortaliter quomodo intelligendum, usque in fi.
294 Iuramentum præstitum calore iracundiæ non ligat.
295 Iuramentum turpiter iuratum, & turpiter receptum, licet possit seruari sine interitu salutis æternæ potest relaxari per superiorem, absque eo quod recipiens cogatur illud relaxare.

Articulus V.

1 Quæro deinde vtrum papa † qui iurauit aliqua in conclaui & uouit, quæ non seruauit, possit dici periurus, & taliter quod non possit se absoluere & quod possit compelli ad seruandum iuramētum, exemplum si iurasset, & uouisset quod teneret concilium intra biennium, & quod non crearet cardinales sine consensu omnium donec esset reductus numerus ad 24. cum commemoratione constitutionis frequens in concilio. Constantien. edite. & si nolit an possit ei subtrahi obediētia. Egi. in c. 2 † primo de iniu. in 6. videtur tenere quod teneatur ad obseruationem & quod compelli possit. & exemplificando de iuramento præstito in conclaui per Benedictum 13. dicit quod ipse erat notorie periurus & per consequens infamis. alleg. l. si quis maior. C. de trāsac. Adducit Guliel. de Monte Lau. & Bar. ff. de iis qui no. infa. l. Lucius. & Iaco. But. in dicta l. si quis maior. Licet Petrus de Bellapertica, & Bal. remissius locuti fuerint secundum eum, & hoc secundum ll. Sed secundum canones Goffre. in sum. de iureiuran. §. quæritur an periurus 3 uersic. sed hęc omnia, tenet † periurum simpliciter esse infamem. Sed Ioan. & Arch. in hoc uariant. 6. quęst. 1. quicunque. De quo per Henricum Boich. in cap. cum dilectus in 3. distinctione de ordi. cogni. ubi dicit quod talis infamia est infamia facti quæ deletur per pœnitentiam. sed in infamia iuris ipse 4 Henricus aliter distinguit. Egidius tamen † in dicto capitu. 1. ex notatis in diuersis locis colligit conclusionem infrascriptam, quod si iuramentum fuit solenniter præstitum & erat de futuro eiusque violatio cedit in graue prędiudicium tertij, tunc talis uiolatio reddit ipsum periurum infamem. & hoc maxime uerum est si violatio est notoria & ex ea magnum 5 scandalum oritur, quia † notorietas & scandalū augent peccatum, & pœnam peccati, vt patet ex iis quę notantur in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. & l. aut facta in fi. ff. de pęnis de tempo. ordi. cap. quæsitum, & de præscrip. c. nihil. Infames autem, a dignitatib. exclusi sunt. l. 2. C. de digni. li. 12. & regula infamibus in 6. & notata per Innoc. in capit. per inquisitionē de elec. & quod notatur de fideiussor. peruenit. & de iureiu. sicut nostris. Deierans enim dicitur belua. 22. q. 2. c. homines. 6 Et si dicas talem non esse ipso † iure priuatum sed priuandū, iuxta

iuxta ea quæ dicuntur in capit. querelam de iureiu. Egi. dicit
hoc esse uerum in inferiore, qui habet superiorem qui eum
priuare potest, sed in Principe superiore carente cessat illud
suffragiū iuris positiui. & ideo oportet ꝙ semper remaneat
impunitus, quod est absurdum, vel ꝙ de facto habeatur pro
priuato. Et eodem modo videtur ꝙ posset responderi ad c.
7 nonne 9. q. 4. Fatetur† tamen idem Egi. ꝙ ista non sunt secu-
ra nec credit ea vera. Argumētatiue autem dicit posse indu
ci ꝙ magis debeat puniri Papa in pari delicto quam alius.
super quo se remittit ad c. cum quidam. de iureiur. Ad idem
est quod dicitur per glo. in c. præsul. 2. q. 5. & in c. alius. 9. q. 3.
Item inducit illud quod solet dici, ꝙ in mortali peccato cō-
stituti non debent, saltem dum in peccato perseuerant, pro-
moueri ad ecclesiasticas dignitates. imo etiam tunc promo-
ti, ab eis repelli debent. Facit quod dicitur in ca. sicut nostris.
de iureiur. & de cle. excom. minis. ca. si celebrat. Vide tamen
Inno. & doc. in c. inter dilectos de exces. præla. & in cap. acce
dens. de accus. & in c. ex tenore & c. quæsitum. de temp. ordi.
8 Istam opinionem ꝙ† papa obligetur ad obseruandum iura-
mentum, tenet Ant. de But. in c. 1. de consti. qui uoluit etiam
quod non possit creare cardinales contra iuramentum & vo
tum proprium, ea ratione quia papa astringitur suo voto &
iuramento nec ab illis potest se absoluere. notatur 15. q. 6.
authoritatem. de voto. c. non est. notat gl. in c. quanto. de iu-
reiur. & ibi doct. & Inno. in c. cum inter. de renun. Et Ant. in
d. c. 1. dicit contra, Gregorium XII. qui in conclaui ante papa
tum iurauerat & vouerat renunciare papatui pro sedando
schismate quod durauerat. 30. annis, & hoc publicauerat per
vniuersum orbem, ꝙ erat astrictus ad obseruationem iura-
menti & uoti, & etiam quia iurauerat & uouerat non crea-
re cardinales, & tamen contra iuramentum & votum crea-
uerat quatuor cardinales, inter quos vnus fuit Gabriel de Cō
9 dulmariis, qui postea fuit Eugenius IIII. Et idem, ꝙ non pos-
sit seipsum absoluere ponit Abb. Siculus in d. c. 1. Ad hoc fa-
cit quod dicunt doc. post Arch. & Io. An. in c. fi. de pœni. & re
10 mis. in 6. ubi uolunt ꝙ non potest papa † vel episcopus sibi re
mittere pœnitentiam ei iniunctam a sacerdote. Ad idem est
quod ponit Io. de Imo. in d. ca. 1. qui dicit ꝙ licet princeps &
papa non ligentur suis legibus positiuis, vt in l. princeps legi-
bus. ff. de legib. & not. in c. non dubium. de sen. excom. tamē
ligantur lege diuina & naturali. c. quæ contra mores. 8. dist.
11 25. q. 1. c. sunt quidam & c. non licet. 10. dist. Quod autem † ser-
uare iuramentum sit de iure diuino, ponitur Matt. 5. & in c.
etsi Christus. de iureiur. redde Deo iuramenta tua. Tenemur
enim iuramenta seruare, quia hoc concernit religionem &
diuini cultus reuerentiam, & eorum trāsgressio mortale pec
catum inducit. 22. q. 2. c. primum, & c. animaduertendū. Vn-
12 de dicitur Leui. 19. non periurabis in nomine meo. Et est † de
præceptis primæ tabulæ, quæ sunt indispensabilia. 22. q. 4. ca.
necesse. & infra dicitur, & declarat S. Th. in prima secundæ.
q. 100. ar. 8. Et est ut præceptum, vt in c. etsi Christus de iureiu.
Nec tuetur authoritas iurantis, ut patet in c. si is qui. 11. q. 3.
13 Et maxime † qa hoc iuramentum habet illos tres Comites,
veritatem, iudicium, & iusticiam, vt in c. animaduertendum.
22. q. 2. vnde debet illud seruare, quia obligatur lege diuina.
14 Et idem in voto † vt patet Psal. 75. uouete & reddite domino
Deo vestro. & num. 30. si quis uirorum uotum domino uoue
rit aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum ver-
bum suum, & p totum c. Et hoc maxime ponderandum est
quando concurrunt iuramentum & uotum, quia licet iura-
mentum prestetur aliquando principaliter parti, & tunc pos
sit remitti per partem ita quod non indiget qui iurauit alia
absolutione, quamuis iurans principaliter obligetur Deo, vt
dicitur in c. 1. de iureiur. & Bart. in l. Labeo. ff. de iureiur. votū
15 tamen semper principaliter præstatur Deo, vt dicit S. Tho.
in secunda secundæ: q. 88. artic. 5. imo soli Deo, ut ibi dicitur.
Nec ob. si dicatur ꝙ est maius bonum creare cardinales pro
pter vrgentes ecclesiæ neccessitates, quia ex quo iurauit tene
tur seruare iuramentum, nam potest cum minori bono sal-
uari, & iuramentū seruari pōt sine dispendio salutis æternæ.
16 c. debitores. de iur. Sicut dicimus † in illo qui iurauit nō assu-
mere episcopatum. 85. dist. cap. Florentinum. Item facit ꝙ ge
neratur scandalum ex non obseruatione iuramenti apud
Christianos. Vnde, secundum quod supra diximus, ab aliqui
bus tentum est quod ex hoc potest deponi per illam glos. in
c. si papa. 40. dist. uideretur enim effici infamis, si alias non es
set legibus solutus quia papa. 6. q. 1. infamis. 22. q. 5. si quis. Et
tales non possunt ecclesias regere, regula infamibus. in 6. ca.
17 querelam, de iureiu. Et ex † quo quis est pertinax in periurio,
videtur male sentire de fide 38. dist. cap. fin. Et hoc fuit dictū
contra Gregorium XII. & Benedictum XIII. qui non serua-
bant iuramentum. Imo quia fama erat Gregorium dixisse se
non adstringi ad obseruandum illud iuramētum, dicebatur
ꝙ propterea poterat contra eum procedi tanquam contra

hęreticum, quia dicebat permissum quod lege diuina erat p-
hibitum. 24. q. 3. capi. hæresis & cap. quidam & quod habetur
in cle. 1. §. sane. de vsur. & cle. ad nostrum de hęre. & 30. dist. p
to. Item facit quod tenetur illud seruare propter constitutio
nem frequens, & constitutionem cum summo pontifici, su-
pra allegatas, quę iura quia non repugnant canonibus & sūt
per patres in concilio edita, seruanda videntur. 25. quæst. 1. c.
confidimus, & cap. quę ad perpetuam, & capi. sunt quidam,
& c. contra. Facit. cap. sancta octo. 16. distin. Nec obstat si dica
tur quod illa iura intelliguntur quo ad ea quæ sunt fidei, vt
dicit glos. in d. cap. quæ ad perpetuam. Quia concernit deco
rem vniuersalis ecclesiæ. posset enim deformari collegium
Cardinalium per promotionem imperitorum & adolescen-
tulorum, si pro libito papa posset promouere contra volun-
18 tem cardinalium, vt uidimus nostris temporibus. quia † qui
dignitatem quam habet non cognoscit, illam dehonestare
non reformidat. Ideo senes assumi debēt. Ad quod facit tex.
in cap. fi. 84. distin. & tex. in capitulo 1. de renun. Secus autem
facere videtur contra tex. & ibi dicta. 1. quæst. 7. c. etsi illa. 24.
q. 1. memor. Facit quod dicit Inno. in c. quanto de consue. &
quod dicit specu. in ti. de dispensa. §. nunc breuiter, versic. 12.
vbi status. Vnde Hostien. in c. 2. de cle. non resi. voluit quod
solus papa sine consilio cardinalium nō possit deponere car
dinalem. de quo per Ioan. An. in cap. 1. de supplen. negli. præ
la. & in capi. clerici de vita & ho. cle. per doc. & Mart. de Lau.
in trac. Cardi. uers. 33. & doc. ibi in d. cap. 2. Ergo pariformiter
nec reuocare constitutionem quæ tangit omnes cardinales
quo ad creationem ipsorum. Facit quod dicitur in cap. inqui
sitioni de sen. excom. & in ca. cum ad monasterium de statu
regu. & quod infra latius dicetur. & quod dicit Aug. ad Ianua
rium, saluberrimam esse authoritatem decretorum conci-
liarium, reformationem ecclesiæ in capite & in membris cō
cernentium. ad quod Archi. in cap. porro. 68. distin. & glos. in
c. per principalem. 9. q. 3. Item facit quod constitutio frequēs
& similiter alia de creandis cardinalibus ad certum nume-
rum, fuit edita in concilio Constantien. & nunc in capitulis
iterum replicata & iurata. Ex quo uidetur quod sit maioris
authoritatis, iuxta gl. in cle. dudum in uerbo pacta. de sepul.
& quod dicitur in simili in c. licet de iureiu. in 6. post glo. Fu-
19 niculus † enim triplex difficilius rumpitur, ut in ca. 1. de treu.
& pa. & in authen. itaque. C. communia de succes. Facit etiā
quod dicitur in capi. cum nō deceat de elec. eo. li. ubi dicitur
quod constitutio iurata non censetur sublata. & in cap. q̄uis
de pac. eo. li. Ideo uidetur quod non posint de facili tolli, &
quod nō debeat illis sine graui causa derogari. Quod fortius
apparet, quia in eodem cōcilio Constantien. fuit diffinitum
quod ipsa synodus hēt immediate authoritatem a Christo,
& quod ei quilibet cuiuscunque status, etiā si papalis autho-
ritatis & dignitatis sit, tenetur obedire in ijs quę pertinent ad
reformationem Ecclesiæ in capite & in membris, ut patet in
4. sessione. & sic Papa tenetur obedire & stare determinatio-
ni illius concilii, tam circa modum celebrandi quam circa
modum creandi cardinales, & maxime quia gesta illius con-
cilij fuerunt per Martinum quintum in concilio illo appro-
bata. Vnde tenetur illa sequi. Ad hoc tex. & ibi dicta in capit.
sicut. 15. dist. & in cap. Anastasius. 19. dist. & tex. in capi. sancta
octo. 16. dist. Et si dicatur quod illa iura sonantia quod Papa
tenetur venerari & obseruare concilia, intelliguntur de con
cilijs circa fidem, & quod Martinus quintus in sua confirma
tione tantum confirmauit gesta concilij Constantien. in ma
teria fidei & non in alijs, vt patet in 45. & vlti. sessione illius
concilij. Respondetur quod illud decretum dicti concilij tā-
git fidem quod potestas illius concilij fuit immediate a Deo,
& quod quilibet etiā si sit papalis dignitatis tenetur illi obe-
dire circa reformationem &c. & circa reformationem in ca
pite est decretum de non creandis cardinalibus & constitu-
tio frequens. sequitur igitur quod papa teneatur illis obedire
quasi sint a Deo disposita, quia quicquid est causa causæ est
causa causati. l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. Et maxime
eo quod per iuramentum & votum se obligauit Deo & car-
dinalibus, quia lege diuina & naturali ipse ligatur, ut supra
20 dictum est & infra latius dicetur. Et si † cōtrauenirét, grauius
alijs peccaret, cum sit in maiori dignitate, ut in capitu. cum
quidam de iureiu. Facit quod notatur per Ioan. An. in capit.
magnæ post prin. de voto. Et ideo in futuro iudicio plus cæte-
ris puniretur. Vnde glo. in capit. præsul. 2. q. 5. dicit quod sicut
papa super omnes pręeminet sine comparatione, ita si male
se habet sine comparatione tanquam diabolus damnabitur
secundum Ioan. de Imol. in d. cap. 1. de consti. & glo. in capi.
aliorum. 9. quæst. 3. Qui Ioan. de Imol. adducit de pœni. dist. 1.
21 post prin. Inde etiam dicitur † quod papa & imperator ligan-
tur suo contractu, vt in c. 1. de proba. quia ligantur iure natu
rali. d. cap. 1. & l. cęsar de publica. & l. digna vox C. de ll. Et li-
cet Deus subiecerit leges principi, non tamen subiecit cōtra
ctus

ctus nec conuentiones, dicit Bal. in c. 1. de natura feudi. & di
citur in capit. 1. de probat. Et licet non sit subiectus regulis ar
ctatiuis, vt dicit Bald. in l. 2. in 11. colum. C. de seruit. & aqua,
tamen bene subiectus est obligationibus, conuentionibus,
& pactis, vt probat idem text. & ibi Bald. in c. 1. de natura feu
di. Et ibi ipse inducit ad comitem papię qđ non posset per im
peratorem priuari sine ipsius culpa. Inde etiam Bald. in l. qui
se patris. C. vnde liberi, voluit si imperator concedit alicui
feudum recepta pecunia, & vtitur verbo indulgemus, quod
non sit donatio sed venditio, & ideo quod non possit reuoca
ri. Et idem dicit paulus de Castro in l. digna vox. C. de ll. & in
l. 1. §. si qua vero. C. de iustini. C. Confir. Imo plus, Paulus de
22 Castro in d. l. digna vox, vult † quod intantum ligatur prin-
ceps ex contractu vt nec etiam de plenitudine potestatis pos
sit contrauenire, quid enim magis contrarium fidei huma-
næ quam ea quæ inter eos placuerint non seruare, vt in l. 1.
ff. de pac. vbi Bal. refert Aristotelem admonuisse Alexandrū
vt promissa obseruaret, & quod alias malus finis sequeretur.
Quinimmo Cynus in d. l. digna vox, & refert Bald. & moder
ni in d. l. 1. dixit quod etiam Deus obligatur ex sua promissio
ne. Ad quod vide Bar. in l. 1. §. non fuit, in fi. ff. de dolo. pacta
enim sunt de iure gentium, quod est immutabile. l. ex hoc
iure. ff. de iustit. & iure. & §. sed naturalia instit. de iure natu.
gent. & ci. Princeps enim licet sit solutus lege positiua, non
tamen est solutus a dictamine legis naturalis nec a lege na-
turæ, quia est animal rationale Politicum dicit Bal. in l. 2. C.
de seruit. & aqua. Immo & capitula facta per imperatorem
cum subditis. debent seruari & non debent infringi etiam p
successores, vt dicit Bal. in d. l. digna vox. & d. c. 1. Et pacta ini
ta per Federicum imperatorē, & ciuitates Lombardiæ sunt
seruanda per successores, vt in c. 1. de pace constant. ibi Bald.
& in d. c. 1. Tales enim contractus qui fiunt cum principe ha
bent naturam bonæ fidei contra dominum, dicit Bald. in c.
2. §. si quis vero de pace constantie. Et dicit Bald. in c. 1. in §.
23 fi. qui feu. da. pos. quod rationes & † naturales constitutiones
ligant etiam principē, quia potentius est ius naturale quam
principatus. Et hoc facit ad id quod dixit Egid. in consi. 12. &
refert Felin. in c. ad audientiam de prescript. quod papa liga-
tur iure positiuo prohibente alienationem bonorum eccle
się, vt in c. non liceat papæ. 12. q. 2. & in iis quæ concernunt
substantiam cōtractus proper rōnem naturalem. De quo vi-
de in c. sine exceptione, 12. q. 2. per Laur. de rodulphis in 31.
q. quia in illo casu rō Egidii non multū placet, quia est nimis
larga, cum omnis lex ratione consistat. 1. di. capitulo consue-
24 tudo l. cum ratio. ff. de bonis dam. Et quamuis princeps † non
ligetur lege legis, ligatur tamen lege conuentionis & contra
ctus, dicit Bald. in l. 1. ff. de constit. princi. Inde etiam cardin.
in d. cap. 1. de probat. dicit quod pacta inita per imperatorē
cum subditis suis, sunt seruanda per successores imperii nec
possunt reuocari. Ita dicit ipse in 2. notabili, & dicit esse ad
hoc singularem text. in d. cap. 1. de probatio. Et idem dicit in
alio habente potestatem legis condendæ, vt in papa. allegat,
quod dicit Bart. in l. ciuitas. ff. si certum petat. & in l. Cæsar.
ff. de publica. & text. in l. penult. C. de donat. inter vir. & vxo.
25 Si autem † non obligaretur ex suo contractu, tunc non esset
contractus vltro citroque obligatorius, & per indirectum in
terdiceretur principi commertium hominum, quia nullus
vellet cum eo contrahere, vt dicit Bal. in l. princeps legibus.
ff. de ll. & late dicitur in d. c. 1. de probat. Habet enim subsistē
26 tiam † a iure naturali, quod per principem reuocari non po-
test, vt in l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. & Innocent. in capit.
quæ in ecclesiarum de constitut. Idem ponit Cyn. in l. digna
vox. C. de ll. & clarius Bald. in consil. 271 in 1. volum. incipit
casus, & in d. l. digna vox. Ad item etiam sunt notabilissima
consilia. Bal. in i. volum. videlicet. 456. cum duobus sequent.
27 & maxime in sequentibus, vbi dicit, † quod imperator non
potest mutare statutum nec minuere honorem veterum va
sallorum nec supprimere dignitatem non vacantem, quæ
non est in abstracto, sed est in substantia, sine causa, quia ius
quæsitum alteri non potest supprimere, sed de iure sibi aper-
to bene potest disponere pro libito voluntatis, vt in capit. 1.
qui successores teneantur, collat. 10. Et princeps licet. de per-
petuo possit facere corruptibile, non tamen in præiudicium
alterius licet sit dominus mundi, vt ipse dicit in immediate
sequenti. consilio. Ad quæ quando princeps obligetur, adde
quę pulchre ponit Iason in l. ex imperfecto. C. de testament.
& Bal. in c. 1. de natura feudi. Et bene facit consil. cardin. 147.
28 ubi licet † papa reuocet omnes concessiones de rebus eccle-
siasticis, tamen non intelligitur reuocasse contractum cen-
sualem ab eo concessum, quia non ut papa sed tamquam pri
uatus censetur gessisse.

29 Et dicit idem Ioann. de Imol. in d. cap. 1. de con-
stitut. quod intantum † papa astrin-
gitur suo voto & iuramento quod non potest seipsum absol
uere propter id quod notatur. 15. q. 6. authoritatem, & cap. fi.
de instit. quia inter absoluentem & absolutum debet esse di
stinctio personarum. Ad hoc facit quod dicitur in d. c. fin. de
institut. & in c. per nostras. de iurepat. Nemo enim imperare
sibi neque se prohibere potest, vt dicitur in l. penultima. ff. de
30 arbit. Facit † quod notatur in c. sane. de offic. delegat. & in c.
non est. de voto. vbi sine causa dispensatus super voto dici-
tur nō tutus quo ad Deum, quia ibi iudicabitur eo teste quo
iudice, vt dicit ibi glo. allegat. 9. q. 3. aliorum. Vnde secundū
dom. Anton. subiectus erit papa determinationi. cap. omnis
vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. quia licet non astringa-
tur lege positiua, astringitur tamen mente legis, & naturali
ęquitate determinante aliquid circa peccatum, allegat ad
hoc Ioann. And. in c. significasti. in verbo iurisdictioni de fo.
compe. Qui hoc ibi aperte dicit, quod cum sit homo qui pec
care potest habet se submittere pœnitentiario, quia cum nō
habeat superiorem ad quem possit recurrere, habet se per se
ipsum alteri submittere, quia secundum legis diuinæ verita
tem cui est subiectus necesse habet pœnitere, ideo astringi-
tur ad obseruationem mentis. dicti. c. omnis quo ad Deum.
Quod & ponit & sequitur Anton. de Butrio. & domin. in c.
1. de constit. unde non poterit nec se per seipsum absoluere,
31 nec per alium facere se absolui. Dicit tamen † Ioann. de
Imol. in d. c. 1. quod licet male faciat non seruādo in sua per-
sona id quod habetur in d. c. omnis vtriusque sexus. forte per
hoc non habebit locum contra eum pœna ibi inserta, cum
ipse non sit subiectus iuri positiuo, vt in c. proposuit. de con-
ces. præben. & sic quod non astringatur lege canonica sed le
ge diuina & naturali. & ideo quod male faciat propter natu
ralem & diuinam legem quam in se continet. d. cap. omnis.
32 Quod clarius † tenet & prosequitur Andreas Sicu. in d. c. 1. de
constitut. illa potissimum ratione quia siue confessio fuerit
instituta in paradiso, cum dixit dominus adæ, adam vbi es,
& fecit eum confiteri peccatum suum, & papa ligatur lege
diuina, siue fuerit introducta per traditionem ecclesię uni-
uersalis, vt vult glos. singularis de pęnit. dist. 5. in summa, &
papa ligabitur constitutione tangente statum vniuersalis ec
clesiæ. Inde Abb. in d. capit. significasti. in 7. columna dicit
quod constitutio papæ fundata super ius diuinum, astringit
papam quo ad mentē, licet non quo ad verba & pœnas quæ
adduntur vltra ius diuinum. Et Astexanus in summa. libro
33 5. tit. 10. art. 5. dicit quod papa † tenetur confiteri sed quod nō
tenetur seruare constitutionem. capituli omnis. Dicit tamē
domin. in capitulo iniustum. 10. distinctione quod papa pec-
cat non seruādo illum canonem, & hoc ex quadam naturali
ratione, quæ ita astringit papam sicut alios. Quod intelligit
dominus Anton. in d. cap. omnis in 1. q. ex quadam decentia
ęquitatis & non ex necessitate. Quod intelligo respectu tem
poris, & pœnarum & aliorum in d. capit. inductorum per cō
cilium generale ibi, & non respectu confessionis, quia tene-
34 bitur confiteri & pęnitere de commissis. Vnde licet papa pos
sit dispensare quod aliquis diutius differat cōfessionē quam
ab ecclesia institutum sit, non tamen poterit dispensare, ꝙ
quis saluetur sine confessione, vt dicit San. Thom. in quarto.
sententia. distinctio. 17. quæstione tertia articulo primo quæ
stiuncula. 5. refert & sequitur Cardinal. Sancti Syxti in trac.
de potestate papæ quæstio. 46. Et dominus Abb. in cap. quan
35 to in 3. colum. de iureiuran. dicit quod † papa non potest sine
causa remittere obligationem Deo quæsitam per iuramen-
tum, vt 24. quæstio. 1. manet 23. q. 4. si is qui. Ex quo infert ꝙ
si papa non potest absoluere alium a iuramento in honorē
Dei facto, multo fortius nec seipsum, argument. capit. fin. de
instit. & capit. per nostras. de iurepatron. & quod notat. Ioan.
And. in cap. significasti. de foro compet. Facit in simili quod
nec episcopus potest seipsum absoluere a iuramento, ut in
c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. De quo per Archidiac.
& Ioann. And. in cap. 2. de constituio. in 6. & in regula cui li-
cet. in Mercur. & Ioann. Calder. in c. de illis in 7. q. de sponsal.
per Cyn. & Bald. in authent. quibuscumque modis. C. de sa-
crosanct. eccles. & in l. cum ipse. C. de contrahen. emptio. &
Bal. in l. digna vox. C. de ll. & Petrus de Ancharan. in repeti-
tio. capitulo canonum in 12. quæstione de constitutio. & in
36 d. c. 2. co. ti. in 6. Et ex † eorum dictis, maxime Abbatis, sequi-
tur si loquimur in iure naturali insurgente ex lege, quod li-
cet ex condecenti teneatur papa ad obseruationem, tamen
non arctatur pęnis illius legis, sed si in iure naturali insurgen
te ex promissione propria ipsius papę, tenetur de necessitate
ad obseruationem. Facit quod dicitur in d. c. 1. de probat. Et
sic ēt quia ligaretur proprio voto quo ad Deum, ideo ita ipse
teneretur obseruare sicut quilibet alius catholicus. facit qđ
dr̄ in c. magnæ. de voto. Pro hoc ēt facit gl. in c. quāto in ver-
37 bo absolui circa fi. de iureiur. † quę vult qđ quādo uotum, &
iuramentum honeste & licite seruari possunt, papa sine cau-
sa cōmutare non pōt. Facit quod dicitur in c. etsi Christus de
iure-

iureiu.& quod dicitur in cap. 2.de sponsa.& in specu.in ti.de lega.in §.nunc ostendendum, versi.hoc quoque.& dicit Ab.
38 in cap.cum inter de renun. Quod intelligitur † nisi esset iuramentum ad vtilitatem alicuius priuati. tunc enim tale iuramentum videtur habere implicitam conditionem, nisi per illum priuatum remittatur,& ex quo agitur de illius vtilitate tantum, potest per illum priuatum remitti.facit quod dicitur maxime per Anto.in cap.sicut. de sponsa. Istam etiam
39 †conclusionem quod papa teneatur obseruare votum & iuramentum nec possit seipsum absoluere, tenet Abb.in capi. quanto, de iureiu.quia si non potest alium sine causa ab soluere, fortius nec seipsum. Dicit tamen quod in dubio præsumitur causa quo ad ecclesiam militantem, ut in cap.non est de uoto.& per legistas in l.fi. C.si contra ius uel vti.pu. Ad idē est quod dicitur in cap.quæ in ecclesiarum de consti.& idem replicat Abb.referendo ad idem d. Anto.in capit. cum inter de renun. Idem videtur tenere Petrus de Ancha. sed in casu Gregorii.12.tantum, in regula accessorium in 82.colum.de regu.iu.Et idem Petrus de Ancha.in consi.65.incipit pro declaratione.vbi refert de Regulo q redijt carthaginem ne iusiurandum uiolaret, ostendēdo etiam apud infideles iuramē
40 tum esse seruandum. Et idem, †quod non possit seipsum absoluere, posuit idem Abb.in cap.proposuit de concess.præbē. Facit quod in simili dicitur de episcopo & alijs inferioribus a papa qui in votis a se emissis non possunt se absoluere, ut ponit Abb.in capit.magnæ de voto.quia non potest quis authorizari in facto proprio.l.1.ff.de auth. tuto. & in cle. 2.de rebus eccle.non alie.& idem Abb.in capi.at si clerici.in §. de adulterijs in 4.colum. de iudi. ubi dicit quod si episcopus fecisset constitutionem iuratam nō posset ea stante contra ipsam dispensare, cum non possit seipsum a iuramento absoluere, quia inter iudicantem & iudicatum debet esse differē-
41 tia.4.quęst.4.cap.nullus. Episcopus† enim ligatur suis constitutionibus, ponit Bal.in authen. quibuscunque. C.de sacrosanc.eccle. & in locis supra allegatis. Vnde si receptat furem incidit in excommunicationē vigore constitutionis suę hoc disponentis, ut ponit Bal.in §. ad hæc in 5.colum.de pace iura.fir. De hoc, quando episcopus ligetur sua constitutione, vltra allegata plene in d.capit. 2.de consti.in 6.post Archi.dicitur late per Bertachinum. in trac.de episcopo in 2.parte li.4. quęst.16.& Bal. in d.§.ad hęc. Et Deus seruat uotum, vt patet psal.11.uota mea reddam in conspectu timentium eum.Facit
42 pro ista† parte quod dicit Bal.in l.1.in prin.ff.de pac.dum allegat magistrum sen. quod etiam ipse Deus obligatur ex promissione & ex pacto. Pro quo facit quod legitur gene. 9. ibi, ecce ego statuam pactum meum uobiscum. & nequam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij arcunque meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Ad idem facit quod legit gene.17.& exodi.34.inibo pactum uidentibus cunctis.& leuitici 26.& numeri.18.& 25. & deute.7.& 2.reg.23. & 2. parali.6.Et Isaię.55.feriam vobiscum pactum sempiternum. Et Iere.31.feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum. & iterum.33. si irritum fieri pōt pactum meum cum die,& pactum meum cum nocte.ut nō sit dies neq; nox, & pactum meum irritum esse poterit cum seruo meo Dauid? Et ezechi. 16.iuraui tibi & ingressus sum pactum tecum ait dominus Deus & iterū.34.faciam cum eis pactum pacis & cessare faciam bestias pessimas de terra. Et malachiæ. 2.misi ad uos mandatū istud ut esset pactum meū cum leui dicit dominus exercituum, pactum fuit cum eo vitæ & pacis. Et de iuramento legitur gene. 22. per memetipsum iuraui.Et exo.33.uade in terram quam iuraui.Abraham Isacc & Iacob.Et deute.29.sicut iurauit patribus tuis.& 31.introduces eos in terram quam daturum se patribus eorum iurauit Dominus.& 1.regum.3.iurauit domui Heli quod nō expietur iniquitas. Et psal.88.semel iuraui in sancto meo.& ibidem sicut iurasti Dauid in ueritate tua. & 94.quibus iuraui in ira mea. & 109.iurauit dn̄s & non pœnitebit eū & 131. iurauit dominus Dauid veritatem.Et Isaię 45.in memetipso iuraui.& iterū.54.& 62.Et Iere.22.& 44.& 51.& Lu.1.Pro hoc
43 etiam facit† quod si papa nō potest sine causa absoluere a iuramento nec a voto de per se,ut de iuramento in cap. quanto de iureiu.& de voto in c.non est, & cap.magnæ de vo.multo fortius quando concurrunt uotum & iuramentum debet teneri ad obseruandum,quia sicut dictum est triplex funiculus difficilius rumpitur.cap.1.de treu.& pa.l.si adulterium cū
44 incestu.ff.de adul.cum simil. Quinimo vbi† ex causa fit absolutio, hoc fieri debet causa cognita & parte uocata, ut ponit Inno. in ca. ad aures quod metus causa.& Abb.in c.1.penul. colum.de iureiu. specu.in ti. delegato.§.nunc ostendendum, versi.24.& sequenti. Quod sine dubio est verum in inferiore a Papa, sed in Papa forte sufficit quod sciat causam, quia forte poterit absoluere absque alia discussione ipsius causæ, per ea que ponuntur in cap. veniens de filiis presby.& in l.quidā consulebat.ff.de re iudi.& maxime cum in papa semper præsumat causa, vt.d.c.quæ in ecclesiarum, & supra dictum est.
45 Si tamen† uotum & iuramentum essent in fauorem tertij & sic esset quæsitum ius tertio, tunc etiam in papa uideretur requiri causæ cognitio super iustitia causæ & citatio partis, per ea que ponuntur in cap. 1. de causa possess.& c. intra quatuor de maio.& obe.& in cle. pastoralis de re iudi.& l.de vnoquoque.ff.de re iudi. cum simil. Quando† enim iuramentum est
46 licitum & obligatorium alteri, non debet relaxari nisi vocata parte, vt dicitur in d.cap.1.de iureiu.& Oldra consi.186.& 120.& Pe.de Ancha consil.199.incipit prædictis subtiliter.& Pau.de Cas.consil.216.incipit præsupposito. Et si per contrauentionem inciditur in periurium non datur absolutio, ut ponit Fede. in consil. 30.inci.factum tale est. Lud. consi.316. incipit in præsenti consultatione. Anto.& Imol.in c.debitores de iureiu. Bal.in l.1.ad fi. C.si aduersus rem iudi.& in au-
47 then.quod eis.C.de nuptijs.Imo isto† casu quando concernit tertium, cum eo citato si ex causa petitur absolutio, tunc eo casu potest dari absolutio quando iuramentum est illicitum, metu uel dolo extortū, uel de soluendis vsuris vel quippiam simile, ut dicit car.in cle.Romani §. si.quæst.16.&17.de iureiu. & pau.de castro in præallegato consil.216.Vnde si iuramentum est licitum & honestum, sicut videtur esse in proposito, tunc non potest peti absolutio, ut ponit Archi.Ioann. An.& Do.in c.quamuis de pac.in 6.& idem Paul. de Castro in d.consi.216.& Angelus in l.si quis pro eo in prin.ff.de fideiusso.& Ludo.consil. 437.incipit in casu proposito, in versic. quo ad tertium.& idem Paulus in authen.sacramenta puberum. C.si aduersus vendi. Item facit quod† obligatio de non
48 creandis cardinalibus sine consilio aliorum cardinaliū nec vltra numerum, videtur habere dispositionem & originem a iure diuino, licet postea cōsuetudine & humana constitutione uideatur confirmata, ut per Bonifaciū. 8. & plures alios postea in principio assumptionum eorum. Quod autem habuerit ortum a iure diuino, probatur exemplo veteris legis, quia sic fuit regimen synagogæ, quod mixtum videbatur ex monarchia siue regno in persona Moysi, & Aristocratia siue consultoria aliquorum optimatum in septuaginta senioribus.& in spiritualibus erat Aharon summus sacerdos, & postea alij sacerdotes leuitici generis coadiutores, ut legit deute.17.c.Qui ordo sequendus proponitur in ecclesia, ut capit. per venerabilem qui filij sint legi. per quem tex. etiam Abb ibi dicit de iure posse defendi quod papa non possit facere ardua sine consilio cardinalium, quia ista eorum quasi possessio q debeat haberi eorum consilium, est de iure diuino.de quo infra latius dicetur, & late Feli.in rubri.de constitutionibus.Confirmatur hoc, quia Christus ecclesiam suam tanquā sibi dilectissimam instituit optimo regimine gubernandam nam de synagoga, de qua minus uidetur, dixit quid est quod debui vltra facere vineæ meæ & non feci ei, Isa.ca.5. In cuius figura in regina saba cum vidisset sapientiam Salomonis & ordinem domus & ministrorum eius, non remansit spiritus
49 præadmiratione. Clarum† autem est, ut inquit Ari.3.Poli. q melius est illud regimen quod est mixtum & cum consiliis optimatum & procerum, quod Aristocraticum appellatur, quā illud quod est in monarchia & principatu vnius, quod potest faciliter declinare in tyrannidem de quo uide Archi. in c.ius naturale. 1.dist. Est enim monarchia vnius principatus, dicta a monos quod est vnus, & archos quod est princeps quasi vnus princeps, ut dicit glos. in capitu. fundamenta de
50 elec.in 6. Et licet† beatus Tho.in prima parte. quæst.103.ar. 3.velit quod ex sui natura principatus vnius sit melior, tamē saltem consideratis circumstantijs, quia euitatur tyrannis & quia rectum est iudicium quod plurimorum sententijs roboratur.cap.prudentiam de offic.delega.quia in uno solo non reperitur tanta prudentia sicut in pluribus, ut dicitur. 3. Poli.& quia euitatur seditio, dum optimates de principatu participant,& quia in veteri lege sic reperitur institutum, ut supra dictum est, videtur quod ex his Papa debeat exercere ardua cum consilio cardinalium. ergo multo magis vbi est iuratum & votatum quod sine eorum consilio non creabit
51 cardinales. Facit in simili† quod legitur act.6.vbi non solus Petri sed nomine omnium apostolorum in ordinatione diaconorum dictum est cōstituamus uiros boni testimonij &c. & non dixit Petrus constituam. Sic & Iacobus non a solo Petro sed cum apostolis ordinatus est episcopus Ierosolymitanæ ecclesiæ. vt.c.1.§.de episcopis.46.dist. Et in electione Mathiæ, dicitur, statuerunt duos, & non dicitur statuit Petrus. Quę omnia ostendunt papam eorum exemplo debere requirere consilium cardinalium, maxime in proposito stante promissione, iuramento & uoto. Ad quod facit quod ponit Bal.& notat Iason in l.placet per illum text. C.de sacrosanc.eccle.quod princeps debet omnia ponderosa facere nō de

de per se, sed cum consilio procerum suorum, & senato-
52 rum. allegat.l.humanum. C. delegibus. Sicut † econtra aduocati & etiam consiliarij dominorum debent de arduo dubio consulere principem, ut dicit Sali. in l.fi. C.de pactis. Ex quo Iason in d.l.placet inducit quod eodem modo papa nō debet explicare ardua sine consilio cardinalium. & ad hoc adducit.cap.per venerabilem qui filii sint legi.in versi.rationibus igitur.quod adducit Abbas in cap. ex gestis.de cle.nō resi.quod & ponit Paul.de Castro in Rege Poloniæ in consi-
53 lio 72. Accedit quod ecclesia† militans fundata est ad instar triunphantis, ut dicit glo.in clemen.ad nostrum de hære. in Hierarchia autem triunphantis acclesię aliqui sunt superiores assistentes & aliqui inferiores ministrantes, iuxta dictum Danielis.7.Sic igitur in ecclesia militante a Christo institutus est status papalis in Petro, per illud pasce oues meas.cap.solitę.de maio.& obe. & status Cardinalium loco apostolorum vt in cap.in nouo.21.dist.& cap.sacrosancta. 22.di.& probat tex.in cap.oportebat. cum seq.79.dis.iuncto.cap.senatus.16. q.1.& cap.quanquam.2.q.7.qui sunt assistentes.Postea sunt episcopi, ministrantes papæ. Vnde legitur ad ephe. 4.& 1.ad Corin.12. quod vnicuique nostrum data est gratia secundū mensuram donationis Christi.propter quod ascendens in altum, dedit dona hominibus, & ipse dedit quosdam quidem apostolos, alios euangelistas, alios pastores & doctores &c.
54 ex quo constat† a Christo factam esse statuum distinctionem & non per institutionem ipsius ecclesię vel alicuius puri hominis.ideo nec per hominem tolli potest, aut confundi. 25. q.1.sunt quidam. Vnde sequitur quod si papa non seruat officia istorum statuum a Christo institutorum, scilitet quod cū assistentia cardinalium distribuat dignitates officia,& creet alios cardinales, dicitur confundere ordinem hierarchicū ecclesiæ.11 q.1.cap.peruenit. & abutitur potestate sua. quia exercet eam ad destructionem & non ad ædificationē, ut dicitur ibi ad Ephe.4.& 2.ad Corin. 10.& 13. Ad quod etiam facit quod ut dicit Car.Floren.in cap.licet.de elec.in 18.col.in uersic.opponitur ad hoc.aliud est papa aliud ecclesia Romana, quia ecclesia Romana non est in solo papa, sed in papa cum cardinalibus qui sunt pars corporis papæ siue ecclesiæ, quæ constituitur ex papa tanquam ex capite & ex cardinalibus tanquam ex membris.argumen.6.quæst.6.§.uerum, ver
55 sic.quisquis.& de pœnis.cap.felicis.in 6.ubi colligitur† quod ecclesia subiicitur periculis cum fit iniuria alicui cardinali. Et quod cardinales sint pars corporis papę, notat Laudinus, & Card.in clem. vlti.de celebra.mis. Inde etiam Card.in d. c. licet, colligit ex prædictis quod plenitudo potestatis non est in solo papa sed in papa & Ro. ecclesia, vel in papa cum cardinalibus. Aliud enim est sedes apostolica, aliud qui sedet in ea, hoc est papa.Facit.c.si gratiosę. de rescrip.ad quod bonus tex.in cap.si quis super his. 2.q.7.iuncta suprascrip.& 2.quæst. 6.decreto.& ibi etiam dicitur quod plenitudo potestatis est
56 in ecclesia. Vnde dispensare † contra statuta conciliorum,& proprium iuramentum, non uidetur esse proprium ipsius papæ solius, sed cum toto collegio cardinalium. & similiter discernere an sit legitima causa dispensandi.nam vt dicit Bernar.lepra proprii consilii eo pernitiosior est quo magis occulta.alioquin non tam dispensatio quam dissipatio vocari po
57 terit.1.q.7.cap.dispensationes. Ad quod† etiam facit q eligere papam est proprium uniuersalis ecclesię,ut patet Oseę.1. congregabuntur filii Iuda & filii Israel pariter & ponent sibimet caput vnum. in quorum locum propter difficultatem congregandi vl'em eccl.successerunt card.per cōstitutiones conciliares,ut in cap.in nomine domini.23.dist.& 79.per to. de elec.licet.& cle.2.eo.tit.& c. ubi periculū,eo.ti.in 6. Pariformiter uidetur quod cum eorum consensu debeant creari cardinales, stante decreto concilii constantien. ac promissione iuramento & uoto firmata, alioquin videretur per indirectum aufrre eis potestatem eligendi creando contra uolūtatē eorū quoscūque vellet. & posset eligere sibi successorē
58 contra c.primum.8.q.prima Item quod teneatur† ad obseruandum, arguitur ex eo quod dicit glo.in cap.primo.§.si.qui feu.dare poss. quę dicit quod princeps non potest disuestire vasallum feudo sine culpa.quod ideo est ut dicit Bal. ibi, qa bonę & naturales consuetudines ligant principem, quia po
59 tentius est ius naturale quam principatus. Sicut † etiam dicit Bald.in capitulo cum venissent in fin.de iudi. quod principis priuilegium non rumpit testamentum, quia potentius est & fauorabilis testamentum quam priuilegium, allegat Archi.88.disti.c.episcopus. Ad quod etiam facit quod dicit text.in l.1.in uersicul.huius edicti æquitas naturalis est. ff.de pactis. vbi. videtur velle quod seruare pacta sit de iure na-
60 turali id est gentium. Item † quia in ore principum firmior debet esse veritas, iuxta illud quę procedūt ex labiis meis non faciam irrita, ut dicitur psal. octuagesimooctauo. Et idem dixit Bald. quod glos. præallegata. in l. qui se patris in decima colu. C.vnde liberi, videlicet quod non potest princeps reuocare feudum subdito concessum ex conuentione, nisi secundum naturam rei uel precario fuerit concessum, si-
61 ne subditi culpa. Et idem† replicat Bald.in c.primo.de noua forma fidelitatis.ubi dicit quod papa non potest auferre feudum vasallo sine culpa, cum in eo habeat vtile dominium. Inde Cy.in l.digna vox. C.de legibus, dicit quod princeps potest contrahere cum subditis, & tenetur illis de iure gentiū, & ciuili, quia naturalis ratio cooperatur.l.bona fides.ff.depo-
62 siti. Imol.tamen† in capitulo primo.de probationibus, dicit quod princeps non obligatur ex contractu ciuiliter subdito. de quo latius ibi per doc. Ad idem facit quod dicit Bald.in l. ex imperfecto. C. de testamentis, ubi dicit quod aut actus dirigitur in principem ab alio, vt quia alius instituit eum hæredem. & tunc vtitur iure communi nec est solutus legibus. Aut actus confertur a principe in alium, & tunc solutus est iure communi & utitur iure proprio.l.penul.C.de dona.inter virum & uxor. & hoc quo ad principis potentiam, quia quo ad honestatem est secus, quia vtitur iure communi, ut. l. digna.vox. Aut recipit perfectionem ab alio, vt est contractus, & tunc vtitur iure communi & non iure proprio. l.cæsar.ff.de publica. Ex quo patet quod tenebitur semper ad obseruationem promissorum, nec poterit illa reuocare de sua potentia. capitulo primo. de probat. Et ita etiam concludit
63 Angelus in d.l. digna vox. Inde† dicit Bal.in d.l.digna vox, q capitula facta per imperatorem cum subditis non debent infringi per successorem nisi ex parte subditorum interuenisset dolus. Ad hoc adducit glo.in authen.de defen.ciui. §.nulla. & ibi infert ad pacta facta inter imperatorem, & regem Francorum. Et idem in cap.primo. de proba. ad pacta facta inter regem Francorum & regem Angliæ, & ad pacta inita inter imperatorem Federicum & ciuitates Lombardiæ, quę continentur in ti.de pace Constan. Et idem Bald. in l.fi.in fi. C.de transactio. ad pacta inita inter papam & imperatorem cum ciuitatibus quod sunt seruanda nisi interuenerit dolus.
64 Et idem Bald.in capitulo primo de natura feu. dicit † quod licet Deus subegerit papę canones & imperatori leges. non tamen subegit eis obligationes & contractus. vnde obligantur sicut priuati homines. Et arguit contra Celestinum qui de mane uni faciebat gratiam, & de sero auferebat & alteri
65 conferebat. Et idem† Bald. in conclusionibus iuris canonici dicit quod licet imperator sit dominus legum non tamen est dominus morum. idem dicendum in papa. Et idem Baldum in lege secunda. C.de seruit. dicit quod licet princeps sit legibus solutus non tamen est solutus dictamine rationis, quia est animal rationale politicum, & nulla authoritas nec principis nec senatus potest facere quod princeps non sit animal rationale mortale, nec eum absoluere a lege naturę uel a dictamine rationis uel a lege æterna. hinc etiam dicit Bald.in l.& in legatis. C.ad leg.falci.quod Deus, princeps, & ecclesia, utuntur iure communi in casibus a iu-
66 re expressis Ad idem est† quod dicit Card.in cons.147. quod incipit dominus noster, ubi etiam sunt plura ad propositum maxime quod dixit Innoc.in capitu.nouit. de iud. ubi dicit quod licet imperator reuocet leges per quas concessum est priuilegium ecclesiis, tamen priuilegia durant. Et est ratio secundum Card.in dicto consil.quia dispositio legis concedēs priuilegium non subdito, non tenet tanquam lex, l.fin.de iurisd.omnium iudi.cap.ecclesia.de consti.& cap.fin.eodem titulo, in sexto, sed tenet tanquam contractus, uel quasi; & talis est irreuocabilis, capitulo primo, de probationibus. Ad idem est quod dicit Bald.in tit.de pace constan.in §.omnes, videlicet quod omnes contractus qui fiunt cum principe habent naturam bonæfidei. Et in §.patronos, eodem titulo.dicit quod contractus celebratus cum principe habet uim legis quando uitio caret. Facit quod uoluit idem Bald. in l.secunda.C.de libertis & eorum libe. Et idem Bald.capitulo primo, de natura feu. dicit quod Federicus primus qui fecit cōmune papiæ comitem in certis castris, non potest reuocare, ut dictum est supra. Et idem Bal.in capit.primo. §.ad hęc, in 7.col.de pace iura.fir. per gl.ibi. dicit quod si uenditus est lacus Perusinus ad quinquennium, non potest auferri de plenitudine potestatis quin emptores possint agere ad interesse
67 contra commune. Vnde licet papa sit† supra ius positiuum, non tamen est supra ius naturale gentium. & sicut non pōt constitutio disponere quod non fiat iustitia, eodem modo non posset papa uenire ꝯ conuentiones initas cū eo, qa ueniret ꝯ iustitiam & ꝯ rationem naturalem, & ꝯ ius prætorium quod vult pacta seruari.quæ uerba ut dicit Bal.in rub.de consti. fuerunt posita in ore prætoris a Deo. Facit quod dicit Inno.de administratore qui iurauit seruare iustitiam. in cap.j. de consti. Leges enim sunt diuinitus per ora principum promulgatæ.16.q.3.capit.nemo.8.dist.cap.quo iure, 11.q.3.c imperatores.l.fi.in fi. C.de præscr.longi temp. dicit Arch.in c.se-

cundo.de praescrip.in sexto. Vnde dicit Bald. in l. Antiochensium. ff.de priuilegiis creditoris quod princeps debet seruare cõuentiones factas cum subditis, & supra dictum est. Et plus dicit idem Bal.in c. 1.de natura feu. quod imperator vel papa cum tota potestate sua, non potest sine causa priuare regem vel ducem uel marchionem feudatarium, nisi forte in feudatio tenderet ad euersionem imperij vel Papatus, vt dicit idem Bal. in authẽ. omnes peregrini. C. communia de succes. & ponit Lauden. in trac. de principibus, versi. 367. & in d. capit. primo de natura feu. Pacta enim etiam per principem sunt seruanda, & illis astringitur. d. c. 1. de proba. & ca. primo
68 de pac. Et Deus ipse † ligatur ex pacto, ut patet gene. cap. 9. ibi ecce ego statuam pactum vobiscum &c. neque erit deinceps diluuium super terram & ibi arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me & terram &c. cum concordantibus supra allegatis. Et si Deus astringitur pacto, multo magis papa qui iurauit aliquid quod est honestum & lici-
69 tum in sua assumptione. & maxime quando fuisset geminata obligatio & promissio ante pontificatum & post, argum. eorum quae ponuntur in l. fina. C. ad leg. fal. l. antiquae. C. ad velleia. & authen. siue a me eo. ti. & insti. de act. §. de constituta. c. etsi Christus de iureiuran. Et quod dicit Barto. in l. cum sciamus. C. de agricolis & censitis li. 11. & Roma. in l. nuda. ff. de dona. Bal. & Pau. de Cast. in l. publia. ff. depositi. doc. in l. si cautio de fide instrumen. cum simil. Inde † etiam delicta reci-
70 piunt augumentum per reiterationem secundum Innoc. & Bal. in c. nouit. de iudiciis, cum similibus.

Et si dicatur quod aliud est quando per papam aliquid deducitur in pactum & conuentionem cum alio, quia posset concedi ipsum alteri naturaliter obligari & teneri ad obseruandum ut d. cap. primo de proba. & in cap. primo de natura feud. sed in proposito non est celebratus aliquis contractus, sed sunt quaedam capitula in cõclaui inter cardinales inita & postea per papam approbata in vim cuiusdam ordinationis siue cõstitutionis & legis inter eos, quae est reuocabilis ad nutum introducentis. l. omni innouatione. C. de sacrosanc. ecclesiis. l. sancimus. C. de testamen. l. si quis. in principio. de legat. 3. capit. cum olim. de re iudic. Vnde posito quod papa teneatur ex cõdecenti illa seruare, tamen potest illa reuocare ex quo
71 est lex & ordinatio quaedam, sicut † etiam lex mutatur ratione temporis, capitulo non debet cum simil. de consangui. & affi. Ad hoc respondetur ꝙ & potentius est ius potentior prohibitio quae causatur per viam constitutionis, ut ponit Innocen. in capit. quanto. de consue. & Bald. in l. prima. ff. de consti. principum. Facit quod dicit Cy. in l. in vrbe. ff. de statu homi. & ibi Bal. & tex. in l. prima. ff. ad municip. & ibi Barto.
72 Et vide † quod dicit Alexan. in l. ciuitas, circa fi. ff. si cer. pe. de contractu inito cum ciuitate, quod habet uim legis quoad ciues. Vnde licet pactum, uel cõtractus, vel conuentio facta per papam obtineat vim legis, vt l. penultima. C. de donatio. inter uirum & vxorem, tamen est fortius quam lex, quia illud seruare tenetur, & ex quo consensu duorum perficitur, non potest dissensu unius tolli, ut ponit Cy. Bart. & Bald. in l. digna vox. C. de legibus. & d. Ant. in dicto capitulo primo. de consti. Imo potest, legem condendo seipsum ligare, ponit Io. Mo. in capitu. primo, de consti. in sexto. & Bald. in l. secunda. C. de sententiis ex peri. reci. Vnde videtur ꝙ fortius sit uinculum capitulorum istorum quam pacti & conuentionis, ex quo per viam cuiusdam constitutionis facta sunt. Item po-
73 test † responderi quod ista ordinatio facta cum cardinalibus transiuit in uim cuiusdam quasi contractus inter papam, & cardinales, unde efficitur irreuocabilis, ut uoluit Innocent. in capitulo in nostra, de iniu. & in capit. nouit. de iud. & in capit. dilectus. de tempo. ordinan. capitulo, quae in ecclesiarum de constitu. & Spec. in titu. de censibus. §. nunc dicendum. & de instrumen. edi. §. nunc uero. & dic. Anton. in capitulo pri-
74 mo. de constit. Nam priuilegium † concessum subdito transiens in uim contractus non potest reuocari. Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & in l. eos qui. de excusa. munerum. in decimo libro. C. & in l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. facien. & in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccl. Anto. in capitulo cum M. de constitu. Facit quod dicitur in capitulo ad apostolicam, de simo. & quod dicit Bald. in l. qui se patris. C. unde liberi. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in l. nuptae. ff. de sena. & quod dicitur in dicto capitulo nouit. de iudiciis. Pau. de Castro in l. digna uox. C. de legibus. glos. penultima, in capitulo ad apostolicae. de re iudicata. Et Abb. in dicto capitulo nouit post Innocentium & alios ibi, dicit quod si princeps facit priuilegium, uel statutum in non subditum, uidetur facere contractum siue conuentionem cum eo. et ideo si reuocat non nocet illi, sicut non noceret reuocatio contractus, sed cum subdito conuentio non potest reuocari nisi secundum ipsius naturam. l. fundi. C. de fundis patrimonialis,

libro decimo. dicit Baldus in l. qui se patris. Vnde posito quod capitula emanarint per uiam ordinationis, transierint in contractum & sunt irreuocabilia, maxime quoad iuramentum de tenendo concilium infra biennium quod est licitum & honestum pro reformatione ecclesiae.

75 Ad quod ea † quae dicuntur in d. cap. quamuis. de pac. in 6 & Alexan. consil. 42. in pen. colum. in 1. uolu. uidelicet quod a tali iuramento non potest peti absolutio, maxime cũ tale iuramentũ sit appositum super eo ad quod tenebatur uirtute constitutionis frequens in concilio Constantien. editae. ad quam erat astrictus ex quo videtur illam approbasse, quia omnia nostra facimus quibus authoritatem impartimur. l. prima C. de veteri iure enucle. cap. si apostolicae. de praeben. in 6. & ita consuluit Bal. in consilio. 86 in tertia parte. Ex quo videtur quod non posset illam tollere sine concilio. l. omnis res. ff. de regu. iur. Facit quod di-
76 cit archi. in cap. licet. 1. s. dist. post glo. ibi, quod † papa non potest reuocare statuta concilii contra salutem & statum uniuersalis ecclesiae, & quod dicit Innocen. in capitulo inquisitioni, de sententia excommunicationis & in cap. quanto de consuet. Et maxime ex quo vellet venire contra, vt se absolueret a iuramento & uoto, & sic ex propria sua uoluntate sine aliqua causa. Et sic non sumus in casu in quo agitur de iis quae concernunt mere ius positiuum, & in iis quae dependent plene a potestate eius, sed ubi est non solum obligatio in uim legis, videlicet constitutionis conciliaris frequens, per eum approbatae, sed obligatio naturalis uirtute iuramenti per quod obligatur parti, & obligatio facta Deo uirtute voti, & sic iuris diuini. Et sic sunt plura vincula. primo ipsa constitutio frequens, quae habet conformitatem cum antiquis canonibus sanctorum patrum, qui pluries statuerunt tenenda concilia, ut 17. & 18. dist. per totum, & fuit pluries confirmata, secundo promissio ante & post assumptionem replicata, tertio iuramentum, quarto uotum, maxime appositũ ad obseruandum dictae constitutionis.

Vnde si doctores in altero tantum dubitat vt supra diximus de iuramento quod est praestitum parti, ut in ca. quanto, de iureiuran. post gl. & in uoto. in capit. non est de uoto, videtur non dubitarent doctores vbi omnia concurrunt quod non
77 possit † se absoluere. Et facit quod † dicitur quod si alicui, est concessa facultas dispensandi cum nato de adulterio, non poterit dispensare si erit natus ex duplicato adulterio, ut ponit Ioan. And. in addi. ad specul. in tit. qui filii sint legi. in rubr. vers. quaero si natus, & uersic. huic quaestioni. & Oldrad. consilio 247. factum tale est, quidam Rex. & Lud. in l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matr. & consilio. 126. ad fin. ibi quarto probatur. & Abbas in capitulo per uenerabilem. 8. colum. ibi his praesuppositis, qui filii sint legi. Similiter quod dicit Bal. in l. eam quam. C. de fideicommis. in 12. colum. ubi uult quod si est dispensatum cum filio spurio non narratis qualitatibus, quod erat spurius natus ex adulterio & incestu, non valet legitimatio. quod pulchre examinat Alexan. de Imo. in consil. sexagesimo secundo incipit nobis vir in primo uolumine. Et similiter de excommunicato pluribus excommunicationibus, ut dicitur post glo. in capitulo ex parte de offic. ordin. Et de pluribus iuramentis, ut in glo. capituli licet de iureiuran. in 6. Et de reiterata promissione in authent. siue a me. C. ad velleia. Et de pluribus confirmationibus, ut in glo. in uerbo pacta in clementi. dudum, de sepulturis. Sicut etiam si alicui data est facultas dispensandi cum adultero & cum incestuoso, non poterit dispensare cum adultero & incestuoso simul, ubi agitur de praeiudicio tertii. De quo est disputatio Calde. in incipit papa. & ponunt doc. in capitulo at si clerici in §. de adulteriis. de iudiciis & in l. secunda. ff. de verborum obligationibus. & Angelus Aretinus in institu. de act. in §. omnium. & gundisaluus. de Villa diego in trac. de leg. in decima quarta quaestione & Ioan. Andr. in addi. ad specu. in uersicu. huic quaestioni. de quo vide plura in l. secunda, ff. de uerborum obligationibus. in illo articulo quando sub simplici continetur mixtum. Vnde licet quando agitur de praeiudicio partis non dicitur posse tollere ius & dominium rei meum me sine causa, ut in l. item si uerberatum. ff. de rei vendica. & in capitulo quae in ecclesiarum de constituti. per doc. & in l. Lucius ff. de euic. & notabiliter Archid. in capitulo per principalem in principio. nona quaestione tertia. quod pulchre ponit Cardin. consil. 147. in ultima colum. ponens quae dicit Innocent. in capitulo quae in ecclesiarum de constitu. & in capitulo debitores de iureiurando & in capitulo quia plerique de immunit. ecclesia. ubi dicit quod † si princeps sine causa facit con-
78 stitutionem contra ius naturale per quam dominia de uno transferuntur in alium, non est seruanda etiam in foro iudiciali, de quo uide Felin. late in d. cap. quae in ecclesiarum, eodem modo uidetur dicendum quod non possit cõtrauenire

pro arbitrio promissioni factae de tenendo concilium, maxime quia ꝙ fiat concil. videtur concernere bonũ vniuersalis eccl. Vnde non uidetur ꝙ papa possit disponere ꝯ stat. concilii si per talem dispensationem uel reuocationem decoloraretur vniuersalis eccl. stat. ut 1. q. 7. etsi illa. Spec. in ti. de dispẽsatione, in §. nunc breuiter, ver. 12. ubi status. & quod dixi supra. & quod ponit Arch. in c. sicut. 15. dis. Sic intelliguntur gl.
79 quae dicunt ꝙ papa non põt dispensare ꝯ vniuersalem statũ ecclesiae, ut no. in c. literas. de restit. spol. Ita dicit Abb. in c. significasti. de elec. in 3. col. facit ꝙ dicitur in c. sunt quidã. 25.
80 qõ. 1. Item ubi † dicitur ꝙ papa absoluit a iuramento, semper intelligitur claue discretionis praecedente, ut dicit gl. in d. c. q̃to. Cum ergo in proposito nulla sit discretio nec causa dispẽsandi ꝯ dicta capitula, imo cum sit maxima necessitas tenendi concilii, non debet posse secũ sine causa dispensare, nec tollere promissa honesta. Item ꝙ debeat illa seruare nec possit se absoluere, facit ꝙ capitula continent illa quae sunt in se licita & pertinentia ad bonum uniuersalis ecclesiae, puta congregare concilium, & ꝙ non possit creare cardinales ultra numerum 24. iuxta constitutionem conciliarem, nec infeudare res ecclesiae & similia. Cum ergo secundũ aliquos papa non possit ardua expedire sine cardinalibus ut dictum est supra, sicut de principe sine consilio procerum, arg. c. intellecto, de iureiur. dicit Pau. de Cas. in cons. 72. in 6. col. vr̃ ꝙ nec creare cardinales. quod ponit Bal. in c. 1. de natura feu. & ponitur post Io. Mo. in c. super eo, de haer. in 6. ubi dicit ꝙ gesta per papam quae erant ardua, retractata fuerunt quia gesta sine consilio card. Idem Archid. in c. sunt quidam. 25. q. 1. in prin. Host. & Io. An. in c. antiqua. de priui. card. & Imo. in c. ex gestis, de cle. non resi. Et ex hoc dixit Bal. in l. fi. C. de diuer. rescri. ꝙ papa Vrbanus respõdendo oratoribus Perusinis quaerentibus expeditionem pro factis ciuitatis, dixit quod negociũ erat arduũ & ꝙ non poterat in camera expediri, sed erat expediendum in consistorio cum cardinalibus. & ꝙ idem re-
81 spondit Carolus in ciuitate Pisana. Et idem, ꝙ non † possit expedire ardua sine cardinalibus nec deponere nec excõicare cardinales sine consilio cardinalium, tenet Ab. in c. 2. de cle. non resi. Ad quod tex. in c. per venerabilem qui filii sint legi. & ibi Abb. quem tex. etiam ad hoc alleg. Abb. ibi in d. ca. 2. & tex. in d. c. fundamenta, de elec. in 6. & iura quae dicunt de fratrum nostrorum consilio, ut in d. cap. super eo, & cap. primo, de renun. in 6. & in c. ad apostolicae. de re iud. in 6. & in c. 1. de schisma. eo. li. cum. si. Et Bal. in l. cum multa. C. de bo. quae lib.
82 vbi † dicit ꝙ in infeudatione rerum preciosarum debet interuenire consensus card. Idem Io. de Fan. Archi. & Domi. in c. cum redemptor. 12. q. 2. Idem Cat. Alc. in c. non liceat papae, in fi. 12. q. 2. licet in d. c. cum redemptor, ea. cau. & q. aliter dixerit. Ad quod etiam faciunt quae dicit Ab. in c. constitutus. de relig. domi. ubi uult ꝙ sine non possit alienare de bonis ecclesiasticis ut dicitur in d. c. non liceat. & plus etiã dicit, quod non posset priuare aliquem beneficio maxime ep̃atu uel dignitate sine causa. de quo infra late in locis remissiue allegatis. Et quod non possit alienare res ecclesiae Romanae sine consilio cardinalium, ponit Archid. in d. c. non liceat. 12. q. 2. & in c. Adrianus, el 2. 63. dist. & late Fel. in c. ad audientiam. de praescr. & per Abb. in c. dudum. el 2. de elec. & in cons. 41. in 1. uol. & aliquid infra in solutione post adducta in contrariũ. Ad quod multum bene facit quod ponit Henricus Boich. in c. magnae. de uoto. ubi super illo ar. quae liceant, deceant & expediant papae, dicit ꝙ licet Hostien. dixerit oĩa licere papae
83 quae non sunt contra fidem, tamen intelligi debet dummodo non offendant Deum per peccatum mortale. allegat quae dicuntur 40. dist. c. si pap. quia in hoc nulla potestas nulla dignitas nullum priuilegium posset peccatorem excusare. allegat 12. q. 2. non liceat. nulli enim christiano licet peccatum mortale committere. c. fi. de praescript. In his tamen, scilicet
84 in † quibus papa peccat mortaliter sicut & quilibet alius, aut quaeritur quoad transgressionẽ decalogi & omnia alia quorum commissio uel omissio ex lege diuina ueteris aut noui testamenti iudicatur peccatum mortale, & eo casu sunt praemissa uera, aut quaeritur de iis quae ex lege canonica mortalia sunt, & in his omnibus licet ei quicquid libet, ut in c. proposuit, de conces. praeben. & c. fi. de simo. tamen sine sufficienti causa non decet. 11. q. 1. peruenit. l. digna uox. C. de legibus. Quae causa debet sumi ex qualitate negocii. personae, loci & temporis. 19. dist. cap. primo & secundo. iustitiã autem ministrare semper expedit. capitulo primo, de re iud. in sexto. Cessante ergo causa non potest papa contrauenire capitulis iuratis. uide card. duodecima quaestione secunda, dicto capitu-
85 lo non liceat. Inde † dicit Hostien. & Ioann. And. in cap. antiqua. de priuileg. quod papa parum uel nihil facere debet sine consilio cardinalium, cum sint unum corpus cum eo, & quando mittit cardinalem legatum uocatur legatus de latere papae. Et ideo non iurant fidelitatẽ papae sicut alii episco-

pi, ut dicitur in d. c. antiqua. & maxime stante antiquata consuetudine hoc faciendi cum cardinalibus, quae consuetudo dat iurisditionem, ut 1. q. 3. conquestus. de foro compet. cum contingat cum simili. Vnde dicit Ioan. Mo. vt supra dictum est, in dicto capit. super eo, multas collationes de episcopatib. & Abbatiis per Celestinum sine consensu Cardinalium factas fuisse cassatas per Bonifacium successorem, & similiter quod per Benedictum. 11. fuerũt suspensa statuta quae Bonifacius eius praedecessor concesserat Marchianis sine consilio Cardinalium, eo quod tangebant ardua, licet aliqua essent iusta. quae omnia refert Ioan. And. in d. cap. super eo de haere. in 6. & uide Martinum de Laude, in trac. de cardinalibus, uersi. secundo. Et secundum † quod dicit idem Ioan. Mo.
86 & refert Card. in dicto capitulo secundo non praesumitur ꝙ faciat cum bona conscientia si illa faciat sine consilio cardinalium, & debent per successores reuocari. Et non valet consuetudo quod papa possit explicare ardua sine consilio Cardinalium secundum Abbat. in dicto capitulo secundo de quo per Felin. in rub. de consti. Et posito quod papa possit explicare etiam ardua sine cardinalibus & creare cardinales de quo arti. late in locis supra allegatis per doc. & Aberic. in rub. C. de legibus & in locis late etiam positis per Feli. in rub.
87 de consti. vbi ponit an consuetudo vel lex possit hoc introducere, & per Iasonem in l. placet. C. de sacrosan. eccle. tamen nullus negat quin ex quadam honestate & condecẽtia dẽat ardua explicare cum cardinalibus, cum dicantur pars papatus. vnde laeso cardinale dicitur laesus papa, ut dicit Ioan. An. in capitulo foelicis de poenis in 6. Et dicuntur inuiscerati papae. Host. in c. antiqua de pri. Et cardines terrae Io. de Fan. in c.
88 sacrosancta. 22. di. Host. in c. 2. de cle. non resi. Item dñr coadiutores papae in officio papatus, ut in d. cap. per uenerabilem §. rationibus qui filii sint legi. & in cap. fundamenta. de elec. in 6. & fratres, ut in cap. quam graui. de crimi. falsi. & in cap. ad apostolicae. de re iudi. Et uocati in partem solicitudinis. ut in cap. ad honorem. de autho. & usu pal. Et dicuntur collaterales, ut in cap. primo. & 2. de offic. lega. in 6. Et pars corporis 6. q. 1. §. uerum. de quibus plura dicta sunt in arti. de ordine sedendi in concilio qui praeferantur cardinales ne an quatuor patriarchae, vide cardi. in dicto capitulo licet. de elec. Et princeps. licet sit legibus solutus, tamen profitetur se legibus ui-
89 uere, ut insti. quibus mo. teste. infi. in fi. & C. de ll. digna uox, & C. de testamẽ. l. hac consultissima. §. ex imperfecto Bal. de bonis quae liberis. l. cum multa. ff. de legat. 3. l. ex imperfecto & 8. dist. quae contra. & cap. in singulis de statu. mo. & in c. per uenit. 11. q. 1. Papalis. n. ptãs dẽt esse auctrix & cultrix honestatis & iustitiae, ut in c. 1. §. sed diuersum in tit. de alien. feu. siue sint leges ab eo siue ab alio conditae, ut l. nam magistratus.
90 ff. de arbi. Idẽ dicitur quod licet † papa sit dominus beneficiorum & in illis habeat plenitudinem potestatis, ut in cap. 2. de praeben. in 6. & dicantur omnia beneficia esse ei manualia, ut in cle. 1. ut lite penden. ita vt dicatur quod possit aliquem priuare beneficio sine causa, vt ibi notatur, & in c. per principalem. 9. q. 3. tamen illud debet intelligi modo per hoc non faciat in iustitiam, ut dicit Car. in cons. 142. incipit videtur. Imo Abb. in c. constitutus. de relig. domi. vult quod sine causa non possit de quo in d. c. per principalem. 9. q. 3. & in c. fin. de confir. vti. uel inuti. & ibi Decius. & Barbatius in ca. quod translationem de offi. lega. Vnde Bal. in c. 1. in §. ad haec. de
91 pace iura. fir. dicit † quod si papa de plenitudine potestatis auferat alicui beneficium, debet eidem prouidere de alio aequiualenti, refert Fel. in d. c. 1. de probat. Et si hoc est quod debet explicare ardua cum cardinalibus stante maxime antiquata cõsuetudine, & sic vbi nulla interuenit obligatio vel promissio vel pactum, multo magis in proposito uidetur quod debeat teneri etiam de necessitate ex quo interuenit promissio cum iuro. & uoto. Itẽ ꝙ teneatur seruare votũ facit ꝙ uouẽdo quis promitti Deo, ut in c. nõ est de uoto. Et uouere est de iure diuino, iuxta illud psal. 75. vouete & reddite domino Deo uestro, ut dictum est supra. & in cap. magnae. de voto. & ecclesiastae. 5. si q̃d uouisti Deo, ne moreris reddere, displicet.
92 † enim ei infidelis & stulta promissio. sed q̃dcũq; uoueris redde, multoq; melius est nõ uouere q̃ post uotũ ꝓmissa nõ reddere. Si ergo est de iure diui. & ꝯ ius diuinũ nõ põt papa dispẽsare cũ alio, ut in c. sunt qdã. 25. q. 1. & d. c. q̃ in ecclesiarũ. de cõst. & c. etsi Chr̃s & c. q̃to in gl. de iureiu. & d. c. nõ est de uoto, multo minus cũ seipso poterit, ar. d. c. fi. de insti. iuncto. c. per nostras. de iure pa. In iis enim quae sunt de lege naturae & in praeceptis diuinis nõn potest per hominem dispensari, & praesertim in praeceptis primae tabulae quae ordinantur directe ad dilectionem Dei, ut dicit. S. Tho. in secunda secũdae. q. 88. ar. 10. Accedit † ꝙ ex inobseruantia voti dicitur q̃s incurrere infidelitatem, q̃a non obseruare votum est frangere fidem Deo, ut dicit. S. Tho. in secunda secundae. q. 88. art. 3. & 10. & q. 89. argumen. 8. Sed in fidelitate papa arguitur & accusatur

& deponitur a papa, ut in cap. si papa. 40. dist. ergo ex non obseruantia non poterit deponi maxime cōcurrente periurio. Facit quod dicit S. Thomas secunda secundæ q. 89. art. 8. de obligatione iuramenti & uoti. Item facit ad hoc quod
94 licet papa dicatur habere plenitudinem potestatis, tamen debet intelligi modo regulato per consilium cardinalium, ga vt dicit Card. in c. licet. de elec. in repe. cap. perpendimus. de senten. excommu. non debent assentatores Papæ volentes illi complacere, illi suadere quod omnia possit pro libito quasi etiam possit illicita, & sic plurima Deus, quia ex hoc sequuntur multi errores & pericula in ecclesia. Hinc est quod ait chid. referendo Lau. in capitulo sunt quidam. 25. quæst. prima quod papa non potest facere legem generalem in sua uniuersali statu ecclesiæ sine consilio Cardinalium, quod requirit cardinalis. in dicta repet. cap. perpendimus. Et ideo dicit etiam cardi. ibi in dicto cap. perpendimus, quod non possit tollere. cap. si quis suadente, sine consilio cardinalium. vnde propter arduitatem huius facti quod est creare cardinales ut inquit. Bernar. in 4. lib. de consideratione ad euge. quia indicant totum orbem, multo magis ualuit obligatio & promissio & tenetur obseruare. Ad quod facit quod dicit Hosti. in capitulo primo de ele. non resi. quod licet dicatur quod solus papa sine consilio cardinalium possit priuare episcopum ut secunda. quæst. 6. cap. ideo. & 9. q. 3. cap. cuncta, non sic simpliciter dicitur de cardinale, sed maxime fuit reuocatum in dubium virum hoc posset sine consilio cardinalium vel con
95 silio facere. Item † si debet intelligi plenitudo potestatis cum clausa discretionis, ut d. cap. quanto, & supra dictum est unde tur quod capitula sic inita per cardinales quantumcunque existant regulatiua potestatis Papæ, sint propter bonum publicum seruanda. Patet in simili, quia ius ciuile non potest
96 tollere ius naturale nec ius diuinum in §. naturalia. instit. de iure natu. gen. & Cy. & in c. sunt quidam. 25. quæst. prima & dictum est supra. Tamen bene potest illud modificare & interpretari causa suadente, ut patet in l. si unus. C. de testa. & in cap. cum esses eodem. tit. & in l. fin. de fideiuss. & capitu. relatum, & ibi doc. de testa. Facit quod dicit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure & in capitulo cum contingat de iureiuran. & in cap. a nobis post glo. de deci. Nec per hoc dicitur tollere plenitudo potestatis, sed ad tempus suspendi donec sit ne-
97 cessaria. 14. licet dicimus quod papa non uidetur tollere ius tertij sine causa, cum ad tempus tollit, ut dicitur in l. quotiens. C. de precibus impera. offe. Sic ergo dicamus in proposito quod ex causa propter licentiam summorum pontificu lienerit cardinalibus facere dicta capitula in conclaui, & multo magis postquam sunt per papam comprobata. facit quod dicit tex. in cap. secundo. de præbend. in 6. quod licet papa in beneficialibus habeat plenitudinem potestatis, tamen in aliquibus hoc specialius ei conuenit conductio.

98 **Item licet dicatur** quod papa possit tollere cō tractus qui sunt iuris ciuilis scilicet ipsam actionem, ut in l. secunda. ff. de origi. iur. & dicitur in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, non tamen potest facere quin iustitia reddatur, nisi ex causa, ut voluit Innoc. & Abb. & Felin. 36. colum. in cap. quæ in ecclesiarum de consti.
99 Similiter licet † possit ualidare contractum nullum, ut in c. primo de transac. illud est uerum quādo agit tanquam summus pontifex, sed quando se obligat & contrahit tunc obligatur tanquam priuatus & tenetur obseruare, vt dicit Card. in consil. 147. in 2. col. per c. primum de praba. & ideo non poterit promissionem reuocare. Et inducit ad illud quod dixit Bald. in authent. de defenso. ciui. de promissione facta per
100 Federicum Lombardis, quod tenetur obseruare, & in † similibus obligationibus non presumitur causa in principe, quia alias de facili posset reuocare contractus omnes cum cofactos, quod ponit Abb. & Fel. post enim in 40. column. in cap. quæ in ecclesiarum de consti. & idem Felin. in cap. ad audientiam de præscrip. Quod inducit ad illud quod dicit Bal. in capit. 1. de na. feu. de comitatu Papæ quod non possit per federicum reuocari, de quo supra. Et non sine mysterio hoc fuit statutum scilicet quod habeant assumpti ad pontificatum capitula ista iurare.

101 **Item videtur per** locum a minori quod non possit reuocare, quia si papa potest renunciare papatui, ut in c. primo de renun. in 6. multo magis potest se astringere ad certo modo admistrandum pontificatum authen. multo magis. C. de sacros. eccl. Item si est uera opi. supra relata quod papa possit cogi ad renunciādum papatui pro sedando schismate, de qua late infra, eodē modo videtur ꝙ pro pace & vnione redimenda inter papā, & cardinales & bono regimine ecclesiæ, posit cogi ad obseruandū cap tula iurata & uotata quę sunt rationabilia. Et ꝓ ista parte, ꝙ teneatur obseruare quod ante iurauerat possent adduci in argumentū. c. cum adeo. de rescrip. l. si quis postea

ff. de iudi. l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omnium iudic. 16. q. 1. cap. 2. clem. 1. de renun. item de diuort. c. gaudemus, ad fi. 51. dist. c. designata. & capi. ex antiquis 54. dist. ut saltem vitetur scandalum quod in subditis, & in ecclesia generari posset ex inobseruantia uoti & fractione fidei. ratione cuius scandali potest procedi contra papam & accusari in concilio, maxime quando est incorrigibilis, iuxta glo. in c. si papa. 40. dist. & quæ dico infra in quæstione propria. Et licet Abb. in c. cum uenissent. de iudi. loquendo in papa alienante terras ecclesiæ & scandalizante ecclesiam dixerit quod præsumitur causa in papa, tamen ipsemet contrarium posuit in c. quæ in ecclesiarum. de consti. de quo vide Fel. in cap. ad audientiam, de præscrip.

102 **In contrarium quod** papa non ligetur illis capitulis & quod possit seipsum absoluere a iuramento & voto, primo facit quod prælatus non conuenitur post translationem de eo quod ante translationem fecit, ut in cap. si quis iam translatus 21. q. 1.
103 secunda. quia † aliud fingitur hodie quam fuerit heri. 50. dist. cap. ferrum. proprie enim assimilatur ferro quia sicut ferrum de terra tollitur & purgatur & ad meliorem vsum conuertitur, ita & papa per electionem & assumptionem ad papatum sanctificatur, ut in c. non nos. 40. dist. ideo postquam tā statum est, non tenetur de gestis ab eo ante adeptum pon-
104 tificatum. Secundo † facit quod sicut ser uus qui tempore seruitutis poterat conueniri actione negotiorum gestorum, post manumissionem minime conuenitur propter status mutationem, ut in l. cum seruum. ff. de neg. gest. & in l. prima. C. an seruus ex suo facto. sal. in l. is cum glo. ff. de alimen. & ciba. lega. sic videtur dicendum in papa. Tertio facit quod in consilium promisit dum non potuit cardinalis statu papa non posset inquietari, sed soli Deo habeat de uoto & iuramento reddere rationem, cap. cessi Christus, de iureiur. Et dicimus quod per mutationem personæ mutatur status rei, vt in l. vnica. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. & ponit speci. in tit. de ele. con-
105 iuga in uer. ad huius autem. Et ex mutatione uiceueris uel dignitatis dicitur aliquid alicui esse illicitum, quod alias erat licitum. cap. lex continentiæ 31. distinctio. Et mutatione conditionis & status uariatur dispositio. l. cum quis & l. si cum. ff. de nellis. ff. de solu. cap. quemadmodum, de iureiuran. Et mutatione status ciuitatis tollitur effectus sententiæ prius latæ. Bal.
106 in l. cum ex oratione in notabili 3. ff. de excusa. tuto. † Tertio facit quod sicut per ingressum religionis quis absoluitur a iuramento & uoto, ut in cap. scripturæ, de uoto. & per Innocen. in cap. debitores, de iureiur. ita uidetur dicendum in papa quod per adeptionem summi pontificatus censetur absolutus a iuramento & uoto, cum omnis religio cōsistat in pontificatu, & in melius videtur commutatio. Facit quod dicit Bal. in dict. c. debitores. & quod infra dico de commutatio-
107 ne in melius, quod non dicitur esse transgressio. Quarto facit quod in iuramento semper intelligitur excepta authoritas superioris. 25. q. prima. §. his ita. & de iureiur. c. uenientes. & doct. late in cap. constitutus, de rescrip. & in c. Io. And. & Ant. in cap. non est. de uoto. Igitur in tali iuramento. in conclaui emisso potest assumptus in papam, cuius authoritas censeba tur excepta, ex ui iuramenti contrauenire & dispensare. Et illa inferunt de iuramento præstito ante pontificatum. Ad
108 quod etiam quinto † facit quod inueniuntur reperiuntur sede uacante facta, uidentur nulla, quia ab illis celebrata qui nullam habent iurisdictionem. Et hoc per tex. in clemen. ne Romani. §. irritum. de elec. ubi sede vacante cardinales nullam recipiunt iurisdictionem, sed tantum possunt illa explicare, quæ faciunt ad celerem electionem futuri pontificis. Idem voluit gl. in cap. ubi periculum in §. idem quod. in 6. & in glo. in capitulo primo, de schisma. in 6. & tex. in §. cæterum. d. cap. ubi periculum. qui expresse disponit quod similes ordinationes etiam si sint iuratæ non ualeant. Et si dicatur ꝙ minora collegia succedunt in iurisdictione ubi uacante sede episcopali, ut in cap. ijs quæ. & cap. cum olim. de maior. & obedien. & in capit. ad abolendam. de hære. non referi, quia præclusa est uia cardinalibus se immiscendi in iurisdictione pontificali, ad hoc ut uacēt accelerate electioni faciendæ ꝓpter imminens periculum ex tarditate, ut d. §. irritum. facit quod in simili dicitur, in glos. in capit. accusatus, in §. sane, de her. in sexto. Item posset esse alia ratio, quia claues datę sunt Petro tantum & successoribus immediate a Christo, ut in capitulo in nouo 21. dist. Et ipse est qui tenet uices Christi, ut in capitulo ad apostolicę. de re iud. & in capitulo pro humani.
109 de homicid in sexto. Vnde dicit specu. in titu. de legatis. in §. nunc ostendendum, uersiculo 89. quod papa est Petri successor & uicarius Iesu Christi, uicem non puri hominis sed ueri Dei gerens in terris, & in capitulo primo, & secundo. de translat. prælat. & uide tex. in capitulo unico, ut eccles. benefi. & in clement. prima. in princip. de iureiuran. et in cap. ubi periculum.

culum. §. cæterum circa medium de elec. in 6. Igitur non potest talis potestas esse in collegio, quia si in collegium transiret ista potestas papę, sequeretur quod Christus plures successiue constituisset uicarios. ita quod papa mortuo transiret vicaria in collegium, & papa creato extingueretur potestas in collegio, & iterum mortuo papa collegium potestatem resumeret. quod uidetur absonum, argu. l. qui res. §. aream de solu. cum concordan. Ideo in eos non transit aliqua iurisditio. & ut cesset omnis occasio vsurpandi supremam potestatem quę est in papa tantum, ut in capit. quod translationem de offic. lega. & vide Bal. in l. rescripta. C. de precibus impera. offe. cardinales sede vacan. in nullo succedunt in iurisditione papæ. Vnde non possunt facere constitutiones uel ordinationes, ut d. §. irritum & d. §. cæterum. quia facere constitutiones est iurisditionis, vt uoluit glosa in l. 1. ff. do iuri. omnium iudi. & Innoc. in cap. cum accessissent de consti. & in capitu. ecclesia sanctę Mariæ eo. ti. Probatur in l. nulli. C. de sententijs & interlo. omnium iudi. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti.
110 & iu. & c. vt animarum de consti. in 6. Et per hoc † patet quod non videtur uera opinio Bar. in l. ubi absunt. ff. de tuto. & cura. datis ab ijs. qui voluit quod uacante sede papali appellatur ad collegium cardinalium sicut appellaretur ad papam si uiueret, ex quo mortuo papa cardinales non succedunt in iurisditione papę ut ibi est text. & gl. quæ ibi hoc voluit in d. §. irritum, ponendo differrentiam inter collegium cardinaliū & alia inferiora collegia. Et hoc voluit Alexan. de Imol. in
111 d. l. vbi absunt. qui † reprehendit illam glo. c. nullus. 79. distin. quæ uoluit quod vacan. sede, cœtus cardinalium tenet locū papę. quia Imo ecclesia vacan. eius caput & sponsus est Christus, ut uoluit gl. d. clemen. & in cap. primo. de schisma. in 6.
112 Et quod nō † habeant iurisditionem cardinales. adducit Bal. hoc tenentem in trac. schismatis. in 2. colum. versi. suppono & vide car. in cap. licet. in 3. q. de elec. Et maxime hoc procedit quo ad ea quæ sunt principi reseruata; & quo ad creationem cardinalium, quos non possunt ipsi cardinales creare sede uacan. vt late dicitur in d. clemen. 2. de elec. post gl. in uer. potestatis. & in cap. nullus. 79. dist. & dictum est supra in quæ
113 stione propria. Alioquin † si decreremus quod succederent sequeretur absurdum, quod non esset necessarium Papam eligi, ex quo cœtus Cardinalium Christi vicariatū haberet, nec esset expediens propter contrarietatem quæ posset inter eos exoriri. Ita dicit gl. in uerbo non consonam in d. clem. 2. Et maxime in ordinationibus ipsorum in quib. ipsi nullam habent potestatem & concernunt plenitudinem potestatis papæ, de qua non possunt ipsi tractare sine papa. facit quod dicitur in cap. primo. de transla. prælat. & in c. quod translationem de off. leg. Et hoc est clarum quando sedes uacat, & imminet fieri electionem, vt est in quæstione proposita. in alijs autem casibus, uide quæ dico supra in quæstione quid si
114 papa est effectus inutilis, uel furiosus. Sexto facit † quod dicit Petrus de Ancha. in c. uenerabilem. de elec. ubi dicit ꝙ si ille qui iurauit in materia dispensabili non habet superiorē, potest ipsemet secum dispensare. Quod si admittitur in inferiore a papa non recognoscēte superiorem, multo magis admittendum est in papa. & maxime quando ex causa secum dispensat, vt dicit Abb. in d. cap. primo. de consti. & Felin. in cap. constitutus in 8. col. de rescrip. ubi dicit quod papa potest seipsum absoluere. Et idem vult Bal. in l. non dubium in antepenul. col. allegando Inno. C. de legibus. quod dicit esse notatu dignum. Et idem refert Fely. in d. c. primo. 17. colum. uersic. sexta declaratio. qui respondet ad regulam. cap. fin. de instit. & cap. per nostras. de iurepat. Primo quod in hoc potest ꝓuideri quia potest committi alteri absolutio, iuxta glo. in capitulo sane, el secundo. de offi. deleg. & in cap. nemo. 9. q. 3. in glos. & quod dicitur in cap. omnis. de pœni. & remiss. Ad quod facit quod in simili dicitur quod deficiente superiore potest quis sibiipsi ius dicere, ut dicitur post Innocē. in capitulo olim, el primo. de restit. spolia. & bene tex. in capitulo unico, de mili. uasal. qui contumax est. in feu. Secundo quod illa est regula iuris positiui, cui papa non subiicitur. di
115 cto capit. proposuit. de conces. præben. Facit quod † in simili dicitur quod quis absoluitur a uoto per ingressum religionis ut in capit. scripturæ, de uoto, & a iuramento in melius commutando, ut dicit Innocen. in capitulo debitores, in fi. de iureiuran. & glos. in capitolo tua nos, de iureiuran. ubi de hoc,
116 & supra dictum est. Septimo † ad idem facit quod iuramentum debet habere suos comites, ueritatem, iudicium, & iustitiam, ut in cap. animaduertendum. 22. q. secunda. et quæstio. 1. c. et iurabunt. et de iureiu. c. etsi Christus. Vnde debet habere discretionis iudicium et authoritatem. l. 2. ff. de iureiur. Cum ergo cardinales nullam habeant iurisditionem in papam, non possunt recipere ab eo iuramentum nec potest illis obligari, quia deficit authoritas et discretionis iudiciū. sicut in simili dicit Bal. in prooe. Grego. quod clerici non tenentur iurare rectori laico de obediendo ei, quia non possunt se illi obligare capitulo significasti. de foro competenti & cap. at si clerici. de iudi. cum simil. ponit. Archid. in capitu. placita. 15. q. quarta.

117 **Octauo facit † quod** ardua potest papa solus facere sine cardinalibus ut puta creare cardinales secundum magis communem opinionem d. cap. super eo de hęre. in 6. & Ioan. de Ligna. in ca. 2. de cle. non resi. & late in locis infra remissiue positis in responsionibus ad contraria, & in locis supra adductis pro alia parte. & Abbas & moderniores ibi in d. c. 2. post car. qui dicit quod licet Hostien. ibi sub dubio dixerit quod papa non possit facere ardua sine consensu cardinalium, tamen pontifices hoc non admittunt, nec quod ipse, Hostien. dixit iure proba. Immo. & glo ibi voluit quod solus papa possit deponere cardinalem sine illorum consensu. quod & tenuit ibidem idem Abb. & Ioan. de Imo. in cap. dilectus. el 1. col. 1 de præben. Vn
118 de glo. 1. in capit. ad apostolicæ. de iudi. in 6. dicit † quod papa solus potest deponere imperatorem, reges, & quoscūq; alios & de rege Franciæ est tex. in cap. alius. 15. q. 6. & de imperatore ponitur in cap. in istis. 4. dist. & in cap. venerabilem. de ele. Et quod aliquādo reperitur factum cum concilio fuit de honestate, ut dicit ibi glo. vel si interuenit concilium, interuenit approbando non authorizando, secundum glo. & Inno. in d. c. 2. Quia papa est qui habet plenitudinem potestatis. 2. q. 6. decreto. & non subiicitur canonibus nec ab eis authoritatem habet, sed potius, econtra, ut in cap. significasti. de electio. Et ipse omnes iudicat & nullus ipsum 22. dist. omnes. 9. q. 3. nemo. Ratio prædictorum est quia essent restrictiua potestatis papę, contra dicta Innocen. in cap. 2. de transla. pręla.
119 Vnde † dicit. S. Thom. in quarto senten. dist. 24. q. 3. art. 3. ad 8. argumen. quod papa non utitur baculo sicut alij episcopi quia non habet coarctatam potestatem, quæ designatur per curuitatem baculi. Similiter † facere legem generalem quod
120 connumeratur inter ardua, ut in l. humanum. C. de ll. & authen. habita. C. ne filius pro pa. potest papa solus sine cardinalibus, ponit Alberi. in Ru. C. ll. facit quod ponit Archi. in cap. quę ad perpetuam. & in cap. sunt quidam. 25. q. 1. & in capit. quamuis. de offic. ord. in 6. Ad idem facit. l. fin. C. de ll. vbi imperator facit legem generalem sine procerib. suis. ergo multo magis, hoc poterit papa sine cardinalibus. Et propte-
121 rea † Alber. in d. ru. dicit quod illa clausula quæ consueuit apponi in bullis de fratrum nostrorum consilio magis emanat de honestate quam de necessitate. & idem Alberi. in d. l. humanum. Et licet tex. velit quod si quid in publica priuataue causa emerserit necessarium quod nouam formam generalem exposcat, id debere discuti ab omnib. proceribus & patribus conscriptis, & cum omnes consenserint tunc demū in consistorio principis recitari vt uniuersorum cōsensus authoritate principis firmetur &c. debet intelligi de honestate & non de necessitate secundum Bar. Bal. & alios ibi. quod ostendit in sui principio ille tex. dū dicit humanum esse probamus &c. Et idem dicitur in authentica habita. C. ne fili. ꝓ pa. ibi habita deliberatione abbatum, videlicet nō de necessitate sed de honestate. & ponit domi. in d. ca. super eo. de hære.
122 in 6. Pro hoc facit, † quod dicit glo. in capitulo fundamenta. de elec. in 6. in §. decet, in uersic. contigerit, quæ dicit quod papa non cogitur petere consilium cardinalium, quod ostendit ibi tex. qui loquitur euentualiter, uidelicet in quibuscunque contigerit eorum consilia peti. Ad idem facit tex. in cap. saluo. 9. q. 3. ubi dicit quod saluo in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio nullus metropolitanus potest sine consilio prouincialium episcoporum causas tractare. Ergo Romana ecclesia quæ repræsentatur in papa, secundum Bal. in authen. quas actiones. C. de sacrosanc. ecclesia & Archi. in capit. primo de pręscrip. in sexto & in cap. fundamenta de elec. eodē libro. non tenetur requirere consilium aliorum, ergo nec cardinalium.

Item cum sit maior potestas conciliiquam cardinalium, ut in ca. si papa. 40. distinctione. & quęcunque ardua citra pertinentia ad fidem possit sine concilio explicare. nona quęst. tertia cūcta, multo magis poterit sine cardinalibus. Præterea papa so
123 lus † est qui habet uniuersalem iurisditionem, & ipse est summus qui omnia potest, ut dicit glo in cle. ad nostrum de hære. vnde Paulus prima ad corin. 6. dicit, nescitis ꝙ Angelos iudicabimus, quanto magis secularia, ut in c. ꝑ venerabilē qui filii sint legi. Et uide gl. in d. cle. ad nostrū, quæ dicit ecclesiā istā militātem exēplatāesse diuinitus a triumphante. allegat illud exodi 25. in fi. vbi fuit dictum Moysi ꝙ omnia faceret. sicut fuerat ei monstratū in mōte. & illud apocalypsis 21. vidi Ierusalem sanctam descendentem de cœlo sicut ergo in ecclesia triumphanti unus est solus princeps Deus cui omnia obediunt & qui omnia administrat, ita in ista militanti

debet esse unus qui præsit omnibus, scilicet papa, cui omnes obediãt & qui omnia administret. Ad quod illud. 12. Metaphy. multitudo principatuum mala, ponit Abb. in ca. nouit de iudi. in 3. colum. ergo vnus debet esse princeps. facit text. in c. in apibus. 7. q. prima. Ergo papa solus sine cardinalibus. nam potestas data fuit Petro & successoribus principaliter. vt in c. in nouo. 21. di. & c. 1. de transla. præla. & in c. solitę. de maio. & obe. & non cum cardinalibus. Ipsi enim Petro æternę uitę clauigero terreni simul & cœlestis imperii iura commisit dominus, dicit tex. in cap. primo. 22. di. quia Petro fuit dictum pasce oues meas, ut d. c. solitæ. & ei data potestas ligãdi & soluendi. 24. q. 1. quodcunque, & d. cap. solitæ, & cap. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. & ca. per venerabilem qui filii sint legi. & ipse habet discernere inter leprã & lepram. Ergo non habet requirere consiliũ cardinalium de necessitate. Et ipse

124 † est qui solus tenet locum Dei in terris, ut in cap. q̃to. de trãslat. prela. & cap. 1. vt eccle. bene. & est vicarius Iesu Christi, ut in cap. fin. de transla. præla. & in c. inter corporalia eo. tit. & in c. ad apostolicę. de re iudi. in 6. & c. 1. de homi. in ca. vbi

125 periculum in §. cæterum. de elec. eo. lib. Et factum ab eo dicitur factũ a Deo, vt d. ca. q̃to. Nec disputandum est de eius potestate ne lingua transiens super terram ponat os in cœlum. 21. dist. cap. intantum. & Ioan. And. in regula actus legitimi. de regu. iu. Et non solum circa cœlestia, terrestia, & infernalia ipse gerit vices Dei, sed etiam super angelos bonos &

126 malos, † quibus maior est iurisditione, sacramentorum, administratione, cognitione, & præmio. Ita disputando dicit Archie. Floren. in 3. par. sum. tit. 23. cap. 6. & ad idem ibi refert Augustinum de Anco. in trac. de po. pa. Qui allegant Chrysostomum dicere quod homini mortali omnium quæ in cęlo & quæ in terra sunt potestatem commisit Deus, & validiorem cœlo ecclesiam esse monstrauit. Quod & refert Felin. in cap. 1. in 3. colum. de const. qui post. S. Thom. in trac. contra errores græcorum. cap. 66. dicit quod papa est primus & maximus omnium prælatorum. & allegat eundem Th. in d. trac. c. 71. dicentem quod papa in totam ecclesiam Christi uniuersalem prælationem habet. Et Chrisostomum homilia. 85. dicẽtem quod Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magistrum & doctorem ordinauit. Et eundem super act. apos. dicentem quod Petrus a filio super omnes qui filii sunt accepit potestatem, non ut Moyses in una gente, sed in uniuerso orbe. & quod dicere papam nõ habere vniuersalis ecclesię pirmatum est error similis errori dicentium spiritum sanctum a filio non procedere. nam ipse Christus Dei filius ecclesiam suam consecrat, & sibi consignat spiritusancto quasi suo charactere & sigillo, & similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia uniuersalem ecclesiam tanquam fidelis minister Christo subiectam conseruat. Ita beatus Thom. in d. trac. cap. 66.

127 Et refert Felin. quod idem Thom. in trac contra impug. relig. dicit quod spõsus ecclesiæ proprie loquendo est Christus, alii autem dicuntur sponsi sicut ministri sponsi exterius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos quidem non sibi sed Christo generant, qui quidem ministri intantum sponsi dicuntur in quantum vicem veri sponsi obtinent. & ideo papa qui obtinet uicem veri sponsi in tota ecclesia vniuersali, ecclesię sponsus dicitur. Et quãuis episcopus suę diœcesis sponsus sit & presbyter suæ ecclesię, non per hoc sequitur quod sint plures spõsi vnius ecclesiæ. Et ratio est quia sacerdos suo ministerio cooperatur episcopo tanquam principali. & similiter episcopi papæ, & papa Christo. Vnde † Christus, papa epi

128 scopus & sacerdos non computantur nisi unus sponsus ecclesiæ. vt per eundem Thom. in quarta dist. 24. quæst. 3. art. secũdo. quæstiun. 1. ad tertium argu, & 38. q. 1. ar. 2. & dixi supra in quæstione vtrum concilium possit illa facere quæ potest papa. Et scotus in quarto in trac. de perfectione statuum in 9. q. dicit quod papa est uicarius Christi non solum inquantum Christus fuit ecclesię prælatus sed in quantũ fuit totius mundi dominus, & quod iuste de statu & bonis fidelium potest ordinare. Vnde † & Beatus Th. in trac. de regimine prin. dicit

129 quod omnes reges & principes Christiani, & omnes fideles tenentur esse subditi Romano pontifici. Et Innocen. in c. 1. de offic. ordi. dicit quod papa est uicarius summi Regis & præest regibus & imperatori, & quod si quis eorum esset nimis seuerus vel iniuriosus, papa cognosceret etiam de non notoriis, & inquireret si adesset infamia vel si accusaretur.

130 Et idem domi. in certum. 10. dist. Et dicit † Innocen. in capit. cum dilectus. de foro competenti. quod papa est ordinarius omnium. & cap. cum oporteat in glo. magna de accus. quod vniuersi subsunt papæ. Et car. in c. ad hæc. de offic. Archi. di-

131 cit ꝙ papa dr̃ cardo oĩum ecclesiarum. Et Tho. de erroribus grecorũ. c. 72. dicit ꝙ est de necessitate salutis subesse Romano pontifici. quod ẽt dicit extrauagans Bonifacii vnam sanctam, & glo. in c. ad nostram, de hære. in clemẽ. Ergo patet ꝙ ei soli est data suprema potestas nullis vinculis alligata. Vnde eius † potestate multa pulchra dicta ponit Greg. 7. in 2. li.

132 registri in dictatu suo. & inter cætera quod Romanus pontifex iure dicitur uniuersalis, quod solus potest deponere episcopos uel reconciliare, quod illi soli licet pro temporis necessitate nouas leges condere ac nouas plebes congregare, ꝙ solus potest uti imperialibus insignibus, quod solius papę pedes omnes principes deosculantur, quod illius solius nomen in ecclesiis recitatur, quod hoc nomen est unicum in mundo, quod illi licet imperatores deponere, quod illi licet de sede ad sedem necessitate cogente episcopos transmutare, ꝙ nulla sinodus absque præcepto eius debet generalis uocari, quod nullum capitulum nullusq; liber canonicus habetur absque illius authoritate, quod sententia illius a nullo debet retractari, & ipse omnium solus retractare potest, quod ipse a nemine iudicari debet, quod Romanus pontifex si canonice fuerit ordinatus meritis beati Petri indubitanter efficitur sanctus, testante sancto Euodio Papien. episcopo, & multis sanctis patribus astipulantibus, sicut in decretis Beati Symmachi papæ continetur, quod catholicus non habetur qui non concordat cum Romana ecclesia, quod a fidelitate iniquorum subiectos potest absoluere. Ipse enim est qui tenet monarchiam mundi, & habet utrunque gladium, ut dicit decis. unica in ti. qui filii sint legit. Nam & Moyses cuius successor est papa, habuit utrunque gladium, 13. quæstio. secunda admonere. Et dominus noster Iesus Christus utroq; gladio usus est, ut in c. nouit. de iudi. & ibi plene per docto. & in extrauaganti vnam sanctam. & ponit Aluarottus in capitu. primo, episcopum, uel Abb. in vsibus feu. & pono infra late in quæstione propria. Et tanta est eius potestas quod ipse dispensat in omnibus præterquam in articulis fidei. Abb. post alios in capit. proposuit. de conces. præbend. Ipse enim solus est rector uniuersalis ecclesiæ, ut dicit ibi tex. & in c. ubi periculum. §. cæterum. de electione, in sexto. & sanctus Tho. in 2. opus. ca. 65. & 66. Et eius potestas est a Deo, ut ibi. Et a Deo habet ipsius potestatis plenitudinem, ponit Bald. in l. rescripta. C. de precibus impera. offe. ipse est qui dispensat contra apostolum. 34. distinctio. capit. lector. & contra canones apostolo. 82. distinct. presbiter, & contra uetus testamentum in decimis non dandis, de deci. ex parte, & cap. sequen. dicit glos. in dicto capitulo proposuit & ibi doct. ipse contra ius diuinum disponit in particulari, ut in cap. si quis ibi, Feli. colum. secunda, de maio. & obed. interpretatur & limitat ius diuinum, ut in cap. a nobis, de deci. ibi glos. & Feli. in capitu. quæ in ecclesiarum, colum. sexta, uersiculo secunda conclusio, de consti. alias est in 10. columna. Et ibi adducit multas authoritates & multa cumulat quę potest papa. quibus adde Petrum de Anch. in cap. licet. de feriis, & in cap. nulli. de sen ten. excommu. & multum bene in cap. rursus, qui cle. uel uouen. Et quod solus a Deo habeat plenitudinem potestatis, uide tex. in clem. pastoralis, in fi. de re iud. & 2. q. 6. cap. qui se scit. Et sicut ecclesia uniuersalis est unum corpus, ita & unũ caput tantum habet qui est papa, ut dicit glo. in cap. causam quæ, el secundo, qui filii sint legit. Est enim maior sanctis, 20. distinct. de libellis. nam pontificatus aut sanctum suscipit, aut sanctum facit, ut in c. non nos. 40. dist. & multum notabiliter dicit Greg. 7. in registro in 2. li. in dictatu suo, ubi sanctũ Euodium & Symmachum hoc dicentes allegat, ut dixi supra. Item est maior apostolo in potestate, ut in cap. sacrosancta. 22. distinctio. & dicit deci. 1. in ti. de biga. de quo in capit. sunt quidam. 25. quęst. prima, & Abb. in d. cap. proposuit. imo dispensat aliquando & immutat uniuersalem statum ecclesiæ, ut in cap. non debet, de consang. & affi. & 31. distinct. cap. primo & 68. distinc. cap. corepiscopi. licet glo. in capitu. literas, de resti. spol. & in dicto capitulo proposuit dixerit contrarium secundum Io. And. & alios ibi in d. cap. proposuit. Et In effectu dispensat in omnibus non concernentibus fidem secundum Abb. ibi. qui etiam uult quod possit liberare aliquem a uoto absque aliqua commutatione quemadmodũ posset ipse Deus. Et generaliter potest facere oĩa quę potest ipse, Deus claue non errante, ut dicit Hostien. in ca. quanto. de trasla. prela. & Inno. in cap. quanto, de iureiur. cum idem sit consistorium Dei, & uicarii eius secundum eos, & refert Ab. in d. c. ꝓposuit. Et dr̃ legatus Petri, ut in c. in sancta. 2. q. 7. Et eius ptãs & ptãtis plenitudo est libera, ut in cle. 1. vt li. pen. Et qñ uult quod facit, non propria sua sed diuina authoritate facit, ut in c. q̃to. de trãsla. pręla. & in c. inter corpalia post prin. eo. ti. Et intantũ ꝙ dicit d. Ant. in c. fi. 25. col. de cau. pos. ꝙ illa plenitudo ptãtis quã hẽt papa non põt ab alio posside ri, q̃a illã hẽt a Dño. & iõ non põt ab inferiore possideri, q̃a est incapax. & idẽ doc. in c. cum nobis de pręscri. Et ideo est imprǽscriptibilis Abb. in c. bonæ memoriæ. el 2. de postula. pręla. post Innoc. in capitu. cum non liceat. de pręscrip. & in ca.

ca. omnis anima & in c. cum instantia. 2. col. de censi. Et tanta est eius potestas ꝙ potest quicquid vult, vt dicit Ant. in c. cum venissent. de iudi. Et solum Deum habet superiorem & iudicem, vt in c. aliorum. 9. q. 3. & c. facta ea. cau. & q. Et generaliter dicit Hostien. ponendo regulam, & refert Io. And. in d. c. proposuit, quod papa tantam habet potestatem ꝙ quicquid dicat vel agat, accusari, uel damnari non potest ab homine nisi de hæresi. 40. dist. si papa. ponit Spec. in tit. de accusato, ver. 2. & 3. Nec potest ei dici cur ita facis? gl. in c. ad apostolicę. de re iud. in 6. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. & c. aliorum, cum duobus seq. Et ipse est pater patrum & concurrit in iurisditione cum quolibet ordinario, dicit Ioan. Mo. in c. si eo tempore. de elec. in 6. & Bald. in c. 1. qui feu. dare pos. in 1.

133 col. Et de † eius potestatis plenitudine potes videre Aluarot. in c. 1. episcopum uel abbatem. 2. char. post Bal. in d. l. rescripta. & in Spec. in tit. de legato, in §. nunc ostendendum, & in §. nũc breuiter in ti. de dispensa. & aliqua per Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & aliqua in c. 2. & aliqua in c. fi. de ma. & obe. & aliqua in c. si qñ. de rescr. & aliqua ĩ c. nõnulli, eo. ti. & in c. 1. de const. ibi Bal. Vide Ab. in c. ad hęc, de rescr. & Io. An. in c. ex publico, de cõuer. ꝯiuga. & in ca. ubi periculũ. de elect. in 6. & late per Andræam Siculum in cap. fin. in princi.

134 de consti. Dicit tamen † Inno. in c. innotuit. de elec. quod papa non debet vti ista plenitudine potestatis sine causa. & contra uniuersalem statum ecclesiæ nõ debet uti sine causa magna & aliis manifesta, vt ponit idem Inno. in cap. quanto. de consue. & Bal. in l. fi. C. senten. rescin. non pos. Et dicit Bal. ꝙ

135 † non est disputandum cum principe de potentia sed de sciẽtia sic. ita dicit in l. prima. ff. de consti. prin. Et de ista plenitudine potestatis dicitur si libet, licet, dicit Bal. in c. 1. de consti. & uide Abb. in c. primo, ut eccles. bene. Ista enim potestatis plenitudo est supra debitum pastoralis officij, ut ibi dicitur. de qua etiam uide in d. clemen. prima, ut lite pen. in c. proposuit. de conces. præben. c. per uenerabilem. §. rationibus. qui filii sint legi. Ioan. An. in c. primo. de consti. in 6. tex. in clem. pastoralis, in fi. de re iud. 2. q. 6. c. decreto. Bal. in cap. primo. de constitu. & in l. secunda. in 43. q. C. de serui. & aqua. Est enim ista plenitudo potestatis plenitudo arbitrii nullis iuris positi

136 ui subiecta regulis, ut ibi. Et † an indifferenter possit illa uti, Abb. in cap. illa quotidiana, de electione. Et an in dubio per clausulas generales non obstan. censeatur uelle illa uti, Bal. in l. si testamentum. C. de testam. Anto. & Imol. in capit. quę in ecclesiarum. de consti. Alexand. de Imo. in l. quanquam. C. de testamen. mili. & in l. quidam consulebat. ff. de re iud. Pau. de Castro in consi. 280. incipit in facto præsenti. Et in casu dubio utrum censeatur velle illa uti, Abb. in cap. finali. de

137 matri. contracto ꝯt. inter. eccle. Vnde † ex his patet quod potestas papæ quæ est sine cardinalibus, non potest coarctari, nec per cardinales, nec per aliquem aliũ nec per ipsummet nisi a solo Deo a quo illam habet ut supra dictum est. Et sicut alii clerici non possunt etiam paciscendo renunciare priuilegio quod non conueniantur coram non suo iudice si ne licentia sui episcopi, ut in cap. si diligenti & c. significasti. de foro compet. nec priuilegio canonis si quis suadente, ut in cap. contingit. de senten. excomm. eodem modo non potest papa renunciare suæ potestati nec alium sibi parem, vel superiorem constituere sine uoluntate Dei cuius iudicio est suppositus, ut d. c. aliorum. Nec eius potestas potest ab aliquo nec a concilio restringi, ut dicit Ioan. de Fan. in ca. dudum. 3. quæst. 6. & Alexand. ibi. Nec etiam eo cõsentiente, ut dicitur in capitulo nunc autem. 21. distinctione & ponit Ioan. And. in capit. ecclesia, de constit. quia eius potestas est immediate a Deo, ut in cap. sacrosancta. 22. distinctione, & in cap. quamuis. 31. distinctio. Ipse siquidem dicitur Leo. Vnde Rabanus li. 8. capit. primo dicit. Leo quidem fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum, & in Amos leo rugiet, q̃s non timebit? Leo quidem præpositus ecclesiæ intelligitur. Ita Rabanus. Vnde papa dicitur summa potestas nullis capitulis. siue limitationibus subiecta secundum Bal. in proœ. ff. unde nec potest submittere iurisdioni alicuius, quia tenderet in opprobrium papalis status & sedis. Sicut in simili dicit Abb. in c. ecclesia, de constit. quod papa non posset subiicere omnes clericos iudicio seculari, quia hoc priuilegium fori habẽt clerici a Deo, ut notat Innocen. in capitulo secundo, de maioritate, & obedientia, & glo. in capitulo si imperator. 96. distinctione, & glo. in capit. quam. de censi.

138 Nec obstat tex. in cap. nos si incompetenter, secunda quæstione septima, & in capit. mandastis, & cap. auditum, secunda quæstio. quarta. Quia respondet Ioan. And. in dicto capitulo significasti. de foro compe. quod ibi narratur factum ex humanitate, & nõ ꝙ ex necessitate papa se subiecerit. quod ostendunt uerba in fi. dicti capituli auditum, ibi hoc autem faciens non legem præscribo cæteris qua id facere cogantur. Et ex quo non habet superiorem, ut in cap. licet. de elec. ipsemet uoluit se submittere. nec fuit submissio derogatiua pontificalis potestatis, sed ex quadam vrbanitate propria ad ostendendum quod erat insons illorum criminum quę ei obiiciebantur. quod & dicit Alua. de planctu eccle. lib. 1. art. 32. Et ut dicit Abb. in d. c. significasti. ibi in d. iuribus narratur factum & nõ ius, quia de iure hoc fieri non potest, cum redundet in opprobrium Dei cuius est uicarius. allegat eundem Ioan. An. in c. ecclesia. de const. & Archi. in d. c. nos si incompetenter, & de

139 hoc latius diximus in alio loco. Et de † eius potestate vide bonam glo. in uerbo priuamus in cap. ad apostolicę de re iudi. & specu. in loco ubi supra in tit. de accusato in uersi. item papa. ipse. enim non non ligatur aliqua lege positiua. c. ad petitionem de accusa. cum similib. Et potest facere quod facta habeantur pro infectis, ut in cle. 1 in glo. de immu. eccle. Et nõ solũ ipse nõ ligatur sua lege, sed nec qlibet inferior ligatͬ propria lege secundum Archi. & refert Ioan. An. in cap. 2. de constit. in 6. De quo vide ibi. & Bal. in §. ad hęc de pace iura. fir. & Bertachi. in trac. de episcopo parte. 2. lib. 4. q. 16. & idem Bal. in l. 1. §. similiq; modo. C. de latina lib. tollen. ipso enim promissiones factas subditis potest pro libito reuocare secũdum Innocen. in cap. in nostra de iniu. Et contractum cum eo initum siue concessionem per eum factam reuocare potest secundum Bal. in l. 1. ff. de consti. prin. quia de plenitudine potestatis omnia ei licent, etiam si videantur iniusta secũdum Innocen. in cap. quanta de iureiuran. & Bal. in l. cum te sponsę. C. de dona. ante nup. Et quod erat validum potest annullare 16. q. 1. c. de his, & de ijs quę fiunt a pręla. c. cum apostolica. Et de nihil facit aliquid, & de aliquo nihil, de consecra. dis. 2. c. reuera. l. 1. C. de rei vxo. act. in princ. Et quod uiuat legibus non est de necessitate sed de uerbo honestatis, dicit Bal. in l. digna uox. C. de ll. Et disputare de eo quem princeps elegit utrum sit dignus, est sacrilegium. 17. q. 4. cap. sacrilegium. in glo. Et in eo solo est sedes libertatis, & potest pręferre minus æquum magis æquo, secundum Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua. Est enim idem consistorium siue tribunal papę, & Dei, ut in ca. quanto, ibi Inno. & Ioan. An. de transla. pręla. & supra dictum est. unde dicit Bal. quod quando est iuramẽtum quod sapit monopolium vel contra publicum bonum, ut sunt statuta artis quę sunt iurata & sapiũt monopolium non est seruandum. ita dicit ipse in l. si ad excludendam. C. de iureiuran. Similiter quando iuramentum tendit in peiorem exitum. ut est in proposito si bene consideretur, quia uno cõtradicente, etiam vbi esset necessitas ecclesiæ, nihil posset. & tale iuramentum, videtur in seipso naturaliter malum, & ideo non seruandum. l. iuris gentium. §. naturaliter ibi Bald. ff. de pac. & glos. in d. cap. vbi periculum in §. cæterum, in uerbo humana lex.

140 Nono facit † quia si diceremus quod papa teneretur ad obseruantiam capitulorum & non posset se absoluere, sequeretur quædam contradictio, scilicet quod haberet plenitudinem potestatis restrictam & esset papa. Ista autem sunt repugnantia, quod sit papa & nõ habeat liberam potestatis plenitudinem. l. ubi repugnantia. & ff. de regu. iu. Non enim potest quis facere ẽt paciscendo quod tollat sibiipsi libertatem rei proprię re propria existente, ut in l. nemo ff. de pac. Et ubi aufertur domino libera potestas disponendi, de re sua, fit contra bonos mores ut in l. in re mandata C. mandati. & in l. nemo exterus. C. de

141 iudę. & in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. Facit quod dicitur in cap. fi. de condi. appo. quod conditiones, quæ sunt contra substantiam, actus vitiant actum & non tenet conuẽtio, sicut in proposito quod non possit creare cardinales ultra certum numerum nec sine consensu, est contra substantiam plenitudinis potestatis pontificalis, quæ debet esse plena & libera ut in d. clemen. 1. ut lite pẽ. Ad idem facit quod dicit Io. An. in c. cũ instãtia de censi. & referunt Moder. in ca.

142 cũ nobis. de præscrip. vbi dicit † ꝙ papa nõ põt aliquẽ priuilegiare ꝯ̃ sepisum. facit tex in l. competit. C. de præscrip. 30. annorum. Et ideo nõ poterit aliquam particularem personam vel religionem priuilegiare ꝙ nõ possit eũ excõicare, vel ꝙ vocati non teneantur ad eum ire. Et est ratio secundum Abbas Sicu. ibi quia papa qui tenet locum Dei in terris, vt in c. q̃to de transl. præl. & c. 1. ut eccl. bene nõ põt aliquẽ eximere a sua potestate, cum per hoc eximeretur a potestate Dei. Vn-

143 de ꝯ̃ † summã ptãtem papę non ualet præscriptio, ut ponit, Inno. in c. 2. de postula. præla. De quo uide late modernos in c. cum nobis. de præscrip. & quod ponit Bald. in authen. quas

144 actiones in fin. de sacrosanc. eccle. Et † ꝙ eximat aliqua a sua potestate continet repugnantiam ad plenitudinem potestatis eius, sicut in simili dicimus quod Deus non potest facere quod facta non sint facta, quia continet repugnantiam & cõtrarietatem in eodem, quia hoc nihil aliud est dicere, quam quod faciat falsa. Vnde Aug. contra faustum ait quisquis ita

dicit si omnipotens est Deus faciat ut quæ facta sunt nõ fuerint, non uidetur hoc se dicere si omnipotens est faciat vt ea quæ sunt vera falsa sint. Sicut enim non potest fieri quod facta in ueritate non sint facta. ut in l. in bello. §. factæ. ff. de capti. sic in simili impossibile est qđ papa habeat potestatis plenitudinem & illam non habet, quia seipsum illa priuauerit.

145 Et si dicatur quod † papa quo ad ea quæ sunt iurispositiui potest facere ut quæ facta sunt habeantur pro infectis, ut in clementina prima in glo. de immunita. ecclesia. dic hoc non esse uerum quo ad ueritatem, sed quo ad effectum, ut dicit car ibi in dicta clementina prima. Facit quod dicit. S. Thoma. in trac. contra errores græcorum. cap. 68. & 73. dum loquitur de plenitudine potestatis datę per & verba quodcunque ligaueris &c. Vnde si est a Deo non potest ab inferiore minui. cap. cum inferior. de maio. & obed. vnde dicitur actuum. capi. 5. si opus Dei est non poteritis dissoluere illud, igitur si est verus papa, non poterit eius potestatis plenitudo a quoquam nec ab ipsomet minui. Ita dicit Aluarus de planctu eccle. in primo lib. artic. 32. quia enim non habet superiorem, non potest per parem vel inferiorem iudicari, quia eius potestas est a Deo, ut supra dictum est. Et istam conclusionem ponit Au

146 gu. de Anco. q. 61. art. 4. ubi dicit † quod si papa eximeret aliquos a seipso negaret se Dei vicarium & incideret in errorẽ manichæorum ponentium ab alio principio spiritualia, & ab alio temporalia esse producta. seipsum autem negare non potest, sicut in simili dicit apostolus secundo ad Timo. secũdo Deus fidelis permanet. seipsum negare non potest. quod & ponit Ioan. And. in ca. cum instantia de censi. Quod clarũ est quo ad spiritualia, ut vide Felin. in cap. cum non liceat de pręscrip. in fin. Sic uidetur dicendum in proposito quod cũ per ista capitula tollatur plenitudo potestatis pontificalis, non potuerit se obligare. Et ex hoc videtur quod vel iuramẽtum istud præstitum non liget, vel quod debeat relaxari, faciunt quę dicuntur in l. si quis pro eo ff. de fideiusso. & Calde. consi. 8. & 9. de iureiuran. Bal. in l. fin. §. fin. post glo. C. de bonis quæ liberis. & text. & ibi doc. in capit. sicut el primo de

147 iureiuran. Et ibi expresse Abb. Siculus ponit quæstionem † & concludit quo ad ista capitula, quæ faciũt cardinales in conclaui & iurant seruare, quod iuramentum non ligat, tanquã fuerit iuratum in pręiudicium dignitatis pontificalis. Et hoc videtur clare procedere inquantum illa capitula sunt restrictiua pontificalis authoritatis ut est quod nõ possit creare cardinales vltra numerum. quod etiem posuit. Calde consi. ter-

148 tio. vbi † etiam uoluit quod non liget iuramentum præstitũ post assumptionem incontinenti, quia ea quæ in continenti fiunt vidẽtur inesse. lege lecta. ff. si certum petatur & facit in proposito quod dicitur in capitulo primo & capit. Artaldus 8. quæst. 3. Istam etiam conclusionem posuit Petr. de Ancha. tam in regula accessorium de regu. iuris in 6. quam in consil. suo. 282. in fin. incipit in auxilium veritatis, videlicet quod licet ratione schismatis tollendi inter duos contendentes de papatu possint fieri capitula & iuramenta & uota quibus ligarentur, non sic in vno indubitato papa. Et hanc etiã conclusionem tenuit Felin. in cap. primo. de probat. in 4. col. & Alexan. 8. quęst. in summa. & latius Barba. per istas & alias rationes in consil. 1. in primo uolum. Et idem reperio quemdã episcopum scripsisse, qui refert quod sede uacan. per obitum Eugenii ex uoto Cardinalis Bononiens. fuit cessatum a simili capitulatione tanquam nulla. Et idem videtur sentire episcopus Brixien. in quibusdam allegationibus, in quibus, uult quod papa possit creare cardinales non obstan. voto & iurammento pręstitis in conclaui. Et idem in effectu uoluit Martinus de Laude in trac. de cardinalibus, quæst. 33. vbi di-

149 cit, quod si papa ante electionem iurasset in manibus cardinalium se renũciaturum papatui ad bene placitum ipsorũ, tale iuramentum tanquam præstitum contra libertatem vicarii domini nostri Iesu Christi non valeret. Quod, intelligo nisi esset pręstitum, pro sedãdo antiquato schismate, per consi. Petri de Anch. supra allegatum, quod & uoluit Rosel. quem refero in illa. quæst. utrum quando papa est incorrigilis & scandalizat ecclesiam, posit deponi. Accedit etiã ad propositum quod nõ posset cardinalis in electione domini nostri papæ renunciare voci suę dandæ in pręsentia aliorũ cardinalium, ut notat Hostien. & Ioan. And. in cap. nisi cum pridem de renun. & ponit idem Laude. in quæstione sequenti, quia illud est publicum authoritate & utilitate cui renunciari non potest. l. ius publicum. ff. de pac. Ergo multo minus poterit papa renunciare creationi incerti numeri cardinalium, quod esset directe contra eius potestatem, & est publicum authoritate & vtilitate. Immo & necessarium & inseparabile ab eius potestate l. prima & 3. ff. pro socio. l. quis ergo

150 casus. ff. de peculio. Et pro hoc facit bene in proposito tex. in cap. 1. de iis quę fiunt a maio. parte c. ubi dicit quod iuramenta quę sunt præstita pro consuetudine seruanda, quãdo sunt ꝯ sanctorũ patrum instituta non tam iuramenta quã periuria sunt censenda. Ex quo arguitur, quod non iuuantur cardinales prætextu consuetudinis faciendi capitula. sicut dicitur consuetum a tempore Bonifacii citra quia de iure nõ tenent iuramenta super eis præstita sed potius dicenda sunt periuria. Et ita expresse dicit tex. in cap. sicut nostris de iureiurando & pro hoc text. in capitulo primo. de iureiu. in 6. Et maxime non uidentur valere quando est appositum quod uno dissentiente etiam si maior pars consentiat nõ possit illos creare cum tamen etiam si illorum consensus de necessitate esset requirendus, sufficeret consensus maioris partis, in l. quod maior. ff. ad municipal. Illud enim dicitur factum ab omnibus de capitulo quod fit a maiori parte, ut dicit glo. in capitulo non potest. de re iudi. Et quod fit a maiori parte, dicitur factum concorditer, vt dicit glos. final. in capitulo primo de moiorit. & obed. & glo. in capit. ubi periculum. §. iidem quoque de elec. in 6. Facit glo. in cap. in singulis. de statu mona. de quo etiam doc. in dictis locis. & quæ dicũtur in cap. cum omnes de constit. Cum ergo in gerendis per collegium cardinalium sufficiat maior pars, ut probat ille tex. in d. §. iidem quoque, per argumentum a speciali astringere papam quod debeant haberi vota omnium nihil est aliud q̃ tollere ei plenitudinem potestatis, quæ coarctari non potest, ut dicit Petrus de Ancha. in d. consil. 282. in fi. quia est a Deo. ut d. c. ad apostolicæ de re iudi. in 6. & d. c. nouit de iudi. Est

151 enim † potestas papæ indiminuibilis eo existente papa, ut dicitur in trac. de ecclesia qui attribuitur. S. Tho. & incipit quæ est ista quæ processit. Et si bene consideretur allegare cõsuetudinem faciendi similia capitula tempore Bonifacii, facit contra cardinales, ex quo nunquam reperiuntur obseruata.

152 ca. 1. cum materia, treu. & pa. Item † quia non est a iure præfixus certus numerus cardinalium, sed est in arbitrio papę. Imo Albe. de Rosata in ru. ff. de statu homi. dicit quod decẽs esset quod essent. 72. ut iudicent omnes nationes. Imo tex. in clemen. ne Romani, in §. porro. innuit quod cardinales debent esse plures numero licet non sit pręfixus certus numerus. Et plures dixerunt idem quod Albericus, quod ad minus deberent esse 72. & tot dicit esse titulos in urbe quemadmodum tot fuerunt discipuli domini nostri Iesu Christi,

153 & quia tot fuerũt linguæ. Reperitur † etiam quod tp̃e Põtiani papæ qui non ponitur in catalogo fuerunt. 236. cardinales ut habetur in Chronicis & refert Martinus de Laude in trac. de cardinalibus in quæst. secunda quod etiam ponit Cardin. Floren. in d. §. porro in 3. notabili. Erit ergo in arbitrio papæ, vt dicit Martinus, argumen. cap. de causis de offic. delega. & l. prima. §. fi. ff. de iure delibe. & dicit Albericus in d. rub. Ad idem facit quod cardinales sunt subiecti papæ sicut & ceteri omnium nationum, ut in cap. cuncta per mundum. 9. quę. 3.

154 Sed † inferior non potest apponere onus suo futuro domino per quod grauetur eius libera potestas, vt dicitur. 8. q. 3. Artaldus, & ponitur in capit. significasti de elec. l. 1. §. quę onerandæ. ff. de quarum rerum actio non datur. & gl. 8. q. 3. in sum. & dicit Petrus de Ancha. in d. consil. 282. Ergo cardinales nõ possunt facere capitula nec onerare futurum papam. Quinimo secundum opinionem illorum qui uolunt quod cardin. sit de iure positiuo, papa qui est supra ius posset extinguere dignitatem cardinalatus ubi non esset scandalum in uniuersali ecclesia, ut vide quod disputat Barbatius, in trac. de præstãtia cardinalium in prima quæstione principali. Et quantumcunque iuramentum fuerit præstitum post assumptionem, non obest, quia in talibus contractibus decretis & constitutionibus spectatur initium, vt dicit glo. notabilis in cap. du-

155 dum el primo de elec. l. 3. §. scio illud. ff. de mino. cum concordan. Et iuramentum † recipit interpretationem secundũ intentionem iurantis, ut dicit glo. in cap. breui de iureiuran. & probat tex. in cap primo eodem. titu. in 6. Et maxime in foro conscientię, ut dicit Innocen. in capit. ueniens, de iureiurando. & ponit Filip. in dicto capitulo primo. Quinimmo hoc uidetur facere rem magis suspectam, cũ magis propter continuitatem arguatur esse idem actus, ut in l. duos §. duo rei ibi glo. & Bar. ff. de duobus reis. & quod bene dicunt doc. in l. 2. C. quod metus causa. quia non præsumitur nec est veri

156 simile † quod papa spontanee voluerit se obligare, sicut non est verisimile quod ille qui habet iustam defensionem velit soluere. & ideo ista pręstatio iuramenti arguitur magis inuoluntaria quam uoluntaria. Nec iuramentum supplet veritatem consensus, ut dicit Bal. in l. si pecuniam ff. cert. pet. Nec operatur vltra intentionem consensum. l. fin. & ibi Bal. C. de non nume. pecu. Nec addit vinculum religionis vltra consensum secundum Bart. in l. Titia. §. imperator ad fin. ff. de le-

157 gat. secundo. & Oldrad. consi. 120. Et quod † non præsumatur consensisse volũtarie, facit quod ponunt doc. de metu. quãdo eodem tempore quis per metum se obligat & postea incõtinenti soluit, aiunt enim quia durat eadem causa metus quod non dicitur purgatus per solutionem, ut dicitur in d. l. 2. Vnde in propositio quis diceret quod uoluntarie se obligauerit, ex quo ilico post assumptionẽ iurauit, cum tunc adhuc vix haberetur pro papa, & verisimiliter poterat suspicari ꝙ turbaretur eius promotio. Facit quod dicitur in ca. uerum de iureiu. Et q̃nque metus status vel honoris est iustus metus, ut uide bonam glos. in c. cum dilectus quod metus causa. quis .n. in tãta status mutatione & in pręsentia tantorum patrum

158 pręsumeret adesse liberum consensum, Facit † quod dicitur in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & glos. notabilis. 20. q. 3. c. pręsens clericus, quę incipit argumentum & 22. q. 4. capit. vnusquisque in glos. vbi ea quę promittuntur ob reuerẽtiam, non tenent. Ad quod bonus text. in l. penul. ff. de fur. præsumitur enim mens concussa ob magnam reuerentiam. glos. 22. q. 4. §. ex his & non libera, ut ibi. Facit quod dicitur post Inno. in capi. 1. quod metus causa. & quod dicitur in capit. causam matrimonij de offic. delega. & glo. 8. quæst. 1. cap. si ergo. & tex. in cap. licet. ea. cau. & quæst. Et maxime cõsiderandum est quod cum agitur de materia subiecta contractui quæ sit in nostro commertio & quæ per stipulationem acquiratur, si dicitur contractus vltrocitroq; obligatorius, nõ præsumitur meticulosus nec inuolũtarius, quia aliquid datur propter illud quod ex contractu acquirĩt. vnde si quis det pecuniam uel aliud ut assequatur fundum, pręsumitur de facili quod voluntarie voluerit soluere & dare uel obligari, quia acquirit illud quod est in cõmertio nostro, ut de contrahen. emp. per to. Sed in proposito cum papatus nõ detur nec acquiratur aliquo dato, sed ex electione, nõ fit uerisimile quod quis voluerit se obligare sine causa. l. cũ de indebito. §. fi. ff. de proba. cap. si cautio de fide instru. maxime in ijs quæ dependebãt a mera voluntate & arbitrio eius.

159 Vnde vel oportet † dicere quod coactus & timens illud fecerit post pontificatũ vel inconsiderate. & cum agatur de obligatione facta Deo, videlicet iuramento & uoto, stari debet dicto & conscientię eius an intenderit se obligare, quia non præsumitur immemor suæ salutis. 1. quæst. 7. sancimus. capit. significasti ibi glos. de homi. Facit quod dicitur in cap. si vero de sen. excom. el. 2. & in cap. ut circa de elec. in 6. & in cap. vltra tertiam de testi. cum simil. uidelicet quod ea quę dependent ex animo, probantur medio iuramento. Nec debet præsumi hoc promisisse ut acquireret pontificatum, ne præsumamus delictum & simoniam, quod in dubio non præsumitur, ut in l. merito ibi doc. ff. pro socio. l. si post motam. C. de peti. hęre. & Barto. in l. non solum. §. sed reprobari. ff. de noui

160 ope. nunci. Item † ratione magni gaudij mens præsumitur alterata, ut dicit glos. insti. de libertinis in §. serui. Et facit bene tex. in c. cum apud 11. quæst. 3. ubi vult in similibus actibus tumultuosis differri executionem sentẽtię principis ad 30. dies. Et sic respondetur ad id quod dicit Do. in capi. 1. de iureiu. in 6. quia intelligitur quando est iuratum nõ incontinenti post.

161 Et ex † celeritate actus præsumitur fraus dicit tex. in l. si uentri. §. fi. ff. de priuile. credi. Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. in antepe. col. & in l. post contractum. ff. de dona. capitu. 2. de renun. in 6. Facit tex. cum glo. 5. q. 5. §. item labium. ubi testis qui nondum lecto sibi articulo deponit ita esse, præsumitur falsarius. Facit quod dicitur de iudice qui de mane habet processum & in uesperis iudicat, ut in l. prolatam C. de sentẽtiis. & in c. ponderet. 50. dist. quia non pręsumitur uidisse acta. Et consilium sapientis præcipitatum non ualet, ut dicit Ant. in

162 cap. si pro debilitate de offic. delega. Et propter † festinantiam non præsumitur quis deliberasse, ut in capit. tum ex literis de in integ. resti. Et sicut approbatio capitulorum adeo celeriter facta pręsumitur indeliberata, ita & iuramentum & uotum desuper factum. glosa in l. cum patronus. §. si patronum. ff. si quid in frau. patro. & pro eodem actu reputantur. glos. in l. si

163 conuenerit. ff. de pigno. act. Bal. in 1. consti. Codi. Et sicut † nõ ualet uotum indeliberatum, ut voluit glos. in cap. dudum de conuer. coniuga. sic nec iuramentum indeliberatum. l. 2. C. ad leg. iul. maies. & quod habetur in c. sicut el. 1. de iureiu. Et

164 insolita cautela † inducit suspitionem. glo. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. Et in deliberata confessio nõ nocet. cap. ex literis de diuor. Et quis non præsumitur uele diminuere suam dignitatem. sicut non pręsumitur renunciare beneficium multis laboribus acquisitum. cap. super hoc de renũ. l. cum de indebito. ff. de proba. sicut nõ præsumitur quod aliquis sibi ipsi membrum abscideritt. 55. dist. c. fi. & ibi notatur. Quod maxime arguitur ex sequentibus, quia statim quando potuit contrauenit. ex sequentibus. n. præsumimus animum de præterito. l. si ii qui adulterij. C. ad l. Iul. de adul. in authen. ut nulli iudi. §. si quis uero. 34. q. 2. cum per bellicam. c. scribã ibi glo. de præsump.

165 Et ex his apparet quod † tale iuramentum uel non ligat tanquam contra bonos mores, ut in c. non est obligatorium, uel est de facili relaxandum. Faciunt quæ dicuntur in cap. cum contingat de iureiu. & in d. l. si quis pro eo post Bart. ff. de fideiusso. Et quod tale iuramentũ quod tẽdit in pręiudicium dignitatis in inferiore a papa, potius dicatur periurium, est tex. in d. capit. sicut nostris de iureiuran.

166 quando iuramentum † est præstitum ante promotionem qa uidetur continere simoniam, ut in summa. 8. quæst. 3. ibi glo. & Domi. qui allegat Hugo. dicentẽ quod super hoc est quoddam concilium Romanum, & idem dicit in cap. primo de iureiuran. in 6. Sed quando est præstitum ante & post, est tex. in cap. artaldus. 8. q. 3. Et ad hoc facit quod dicit Domi. in d. cap. primo de iureiurando in 6. quod si minister prouincialis ordi. minorum iurauit renunciare infra triennium in manibus capituli prouincialis cum ex constitutionibus ordinis debeant renunciare in manibus generalis vel capituli generalis, tale iuramentum eum non ligat per illum text. in d. ca. primo, Ad idem facit quod ubicunque † causa prohibitionis

167 est de iustitia positiua & mutabili, tunc iuramentum super ea appositum est seruandum, sed potest per papam super ea materia dispensari, si uero causa prohibitionis est de iustitia non positiua sed immutabili, tunc iuramentum super illa appositum est nullum. verba sunt Bal. in l. nõ dubium in antepenul. colum. C. de ll. Cum ergo potestas dignitatis pontificalis sit de iure diuino introducta, ut in cap. nouit de iudi. iuramentum appositum super capitulis restringentibus, & alterantibus in aliquo dignitatem & potestatem pontificalem, erit nullum, tanquam appositum super prohibitione iustitiæ immutabilis, cum ius diuinum sit immutabile. cap. a nobis de decimis & §. sed naturalia insti. de iur. natu. gen. & ci. Et per hoc patet quod non obstat. capit. debitores cum simi. de iureiu. quia illa iuramenta sunt posita super prohibitione de iustitia positiua, quę est mutabilis, ut in cap. non debet de consan. & affi. Et cum episcopus non ligetur suo statuto prohibitiuo, multo magis nec papa, nonit Bald. in l. digna vox. C. de ll. referendo Archid. & Ioan. And. in cap. primo de

168 consti. in 6. Et ideo † cum in omni iuramento intelligatur excludi omne quod non est licitum, ut in cap. ueniens, & in c. quanto de iure. & ibi Anto. & Bart. in l. societatem. in §. arbitrorum. ff. pro socio. & Bald. in l. alias. ff. de iureiuran. & in l. si procurator. ff. de cond. indebiti, nõ extenditut nisi ad ea quæ

169 legitime fiunt, ut dicit gl. 3. in capitulo secundo de arbi. quia non debet esse iniquitatis vinculum, ut in cap. quanto de iureiuran. & 22. quæst. 4. cap. inter cętera. Vnde cum iniquum sit restringere pontificalis dignitatis potestatem, consequenter dicendum est ipsum non ligari tali iuramento tanquam continente quid illicitum. Ad idem facit quod ponit. S. Th. in secunda secundæ. quæst. 89. art. 9. in responsione ad tertiũ argumentum. ubi dicit quod quãdo sub iuramento promittitur aliquid quod est dubiũ vtrũ sit licitũ vel illicitũ vel simpl̃r uel in aliquo casu, tũc episcopus põt dispensare super tali iuramento, quando autem sub iuramento promittitur aliquid quod est manifeste licitum & vtile, tunc non videtur habere locum dispensatio vel commutatio nisi aliquid melius occurrat ad communem vtilitatem faciendum, quod maxime videtur pertinere ad potestatem papę, qui habet curam vniuersalis ecclesiæ. vel etiam absoluta relaxatio, quę etiam ad papam pertinet in omnibus generaliter quæ ad dispensationem rerum ecclesiasticarum pertinent, super quas habet plenitudinem potestatis. Nunc in proposito etiam si esset dubium vtrum sit bonũ quod papa se obligauerit prædictis capitulis, posset forte illis non obstantibus expedire ecclesię vniuersali noua creatio cardinalium, si ergo in dubiis episcopus dispensat multo magis dispensabit papa. Simili-

170 ter potest dici in cõmutatione iuramenti quia qui commutat non dicitur fractor iuramenti, ut in cap. peruenit el secũdo de iureiuran. Quia si sit causa necessaria mittendi legatũ, & adsit vir doctissimus & expertus & tali legationi accommodus, quis diceret quod non posset papa eum creare cardi-

171 nalem etiam reclamantibus cardinalibus, cum semper † in iuramento subintelligatur clausula re in eodem statu manẽte. 22. quæst. 2. ne quis. & cap. quemadmodum de iureiuran. & potest ex causa deferi iuramentum, ut d. cap. quemadmodũ. l. fin. ff. qui satisda. cogan. Et esse uidetur præsumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrariũ, pro eo quod facit papa, ut in cap. quæ in ecclesiarum de consti. Et iniquum est non rumpere legem vbi ęquitas suggerit vt dicit text. iuncta glos. in authen. vt sine prohibitione ma-

172 tres colla. 7. Vnde † si loquimur de iuramento facto in conclaui cum erat cardinalis, non ligat per iura supra adducta. Et ex quo nunc est alia persona, posset seipsum absoluere vt supra diximus allegando Petrum de Ancha. in cap. uenerabilem de elec. in casu quo non est alteratus status ipsius personę. facit quod dicitur in capitulo sicut de iureiuran. ergo multo magis postquam est mutatus, puta si sit factus papa, quia tunc est superior cardinalibus. Vnde non obstat quod dicit

dicit Archi. in cap. non est. 22. q. 1. quod quis non potest seipsum absoluere. & refert Abb. in c. dilecto circa fi. de præben. quia loquitur in inferiore & quãdo non est mutata persona & quando iuramentum habet suos comites. Pro hoc facit tex. & quod ibi dicunt doc. in l. si consul. ff. de adop. & quæ dicuntur in c. cum ex officii de præscrip. & in cap. licet de offic. ordi. ff. de autho. tuto. l. accipientis. de ritu nup. l. 3. de contra- 173 hen. emp. l. fistulas. §. 1. & de offic. præsi. l. 1. In ijs † n. quæ sunt voluntariæ iurisditionis, bene potest quis iudicare in facto proprio, ut dicit glo. in d. l. si consul. De quo late uide in cap. per venerabilem in §. videbatur. in glos. super verbo tanquã prin- 174 ceps & ibi doc. qui filij sint legi. vbi † ponitur vtrum princeps possit legitimare proprium filium, & quando possit authorizare in facto proprio. Et idem etiam dicendum vbi non est alteratus status personæ, vt quando postquam est papa iurauit. quia si iuramentum præstitit ut homo, debet posse se absoluere tanquam is qui tenet vicem Dei, ut in d. c. 1. ut eccle. bene. cum semper in iuramento censeatur excepta papalis 175 authoritas, vt. d. c. venientes de iureiu. Item facit † quod non præsumitur quis iurare vel vouere contra seipsum. vnde si promitto te iuuare contra quascunque personas vel armare currum meum contra quamcunq; personam pro te non intelligitur ista promissio contra meipsum ut dicit Cy. in l. inquisitio. C. de solu. Ideo non presumitur quod papa iurando voluerit per tale iuramentum derogare in alioquo suæ pontificali dignitati. ad hoc l. 1. ff. de sena. & in l. administratores. §. fi. ff. de excusa. tuto. & l. frater a fratre. ff. de condi. indebi. Itẽ vbi illud quod promittitur incipit esse iniquum uel in melius explicabile, semper illa promissio debet rescindi, ut in l. ex facto de vulga. & pupil. & capi. suggestum de deci. Nec sic 176 † debent capi promissiones ut cõtineant sensum captiosum. l. cum aquiliana. ff. de transac. uel ut ius concedentis lędant. l. si domus. ff. de. serui. vrba. prædi. Item posito quod iurauerit & uouerit capitula & quod teneatur ad obseruandum, tamẽ per huiusmodi capitula non est, ei adempta facultas illa reuocandi quando ex aliqua causa aliter ei videbitur. Pro quo facit quod in simili dicitur in l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & quod ponit Ioan. An. in regula quod semel de regu. iu. & quod dicitur per glos. in c. vltima voluntas. 13. q. 2. & Bar. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. Et 177 idem † Ioann. An. in cap. dilecto dę pręben. de illo qui iurauit non reuocare testamentum, & quod si nihilominus reuocat valebit testamentum, quia non potest quis sibi legem adijcere a qua nõ liceat recedere. & si aderit causa, poterit sine metu periurij, quia potest dici temerarium iuramentum, quasi iurauerit non facere melius. nec enim datum est homini tã bene facere quin possit facere melius, vt in c. cum Marthę de cele. mis. Et si hoc in inferiore, quãto magis in papa, Pro hoc bonus tex. in cap. fi. de rescrip. in 6. ubi tex. iuncta glos. penul. quod quantumcunque papa profiteatur reuocando indulgẽtias de percipiendis fructibus in abstinentia quod in posterum non concedet illas, tamen si contra illam protestationẽ de nouo illas concesserit, tenet concessio, quia ut dicit glosa non potuit legem sibi imponere a qua non licuerit ei recedere. l. si quis in principio. ff. de lega. 3, Facit quod dicitur de clausula derogatoria in aliqua constitutione posita, quæ per legem contrariam cum alia clausula illi derogatoria reuocatur. & quod dicitur similiter de priuilegio alicui concesso, quod reuocatur quantumcunque talis reuocatio sit in præiudiciũ illius cui concessum est, ut patet in materia. ca. 1. de ex exces. 178 præla. in 6. & in c. 1. de cũsti. co. li. Et in † cõtractib. sępius uidemus quod actus factus contra iuramentum valet, vt in capi. dilecto cum materia de pręben. Et si dicatur quod ex contrauentione efficitur periurus, ibi respondent doc. quod ante actum contrauentionis non est periurus sed postquam contrauenit, a quo periurio sicut potest inferior absolui, ita & papa. & maxime quia ex contrauentione ipsorum capitulorũ si bene consideretur non aufertur ius alicuius nec præiudicium fit alicui, quia non sunt hincinde obligatoria sed tantum restrictiua potestatis papæ, ex quo tolerabilior est cõtrauentio quam in d. c. fi. Nec obstat quod non habet superiorẽ qui eum absoluat, vt in c. licet de elec. Quia tanto magis vi- 179 detur quod possit seipsum absoluere. sicut † uidemus quod renunciat papatui in suismet manibus, ut in ca. 1. de renum. in 6. & tenet renunciatio, licet alij episcopi non possint renunciare sine eius licentia, vt in capi. nisi cum pridem in fi. de renun. & in cap. inter corporalia de transla. præla. & capit. 1. eo ti. & cap. quod translationem ibi glos. de offic. lega. Ad idem, quod non teneatur ad obseruantiam capitulorum, facit ꝙ omnis Christi actio nostra est instructio. sed cum Christus dedit claues Petro, dedit illi absolute potestatem ligandi & soluendi absq; aliqua restrictione, & dicendo quodcunq: nihil excepit, vt dicit tex. in d. c. solitæ. Imo interrogatus quotiens dimitteretur peccatori, respondit, est ei non solum septies sed septuagissepeties, ponendo finitum pro infinito, ut in capit. quemadmodum de iureiur. Ergo quod non fuit factum per Christum non põt fieri per inferiorem, & sic per cardinales.

Accedit quod cardinales dẽnt eligere idoneũ qui habeat & possit prodesse omnibus fidelibus, sed si papa vno ex cardinalibus contradicẽte non posset venire contra aliquod ex dictis capitulis non esset electus idoneus, ex quo ligata esset eius potestas, quod etiam cederet in exemplum aliarum ecclesiarum contra id quod dicitur in l. si quis aliquid. §. qui abortionis, ibi res pessimi exempli. ff. de pęnis. & l. 1. ff. ad Macedon. l. diuus. ff. 180 de re iudic. & 11. q. 3. c. præcipue. Non enim † potest papa facere quamdiu est papa quod ipse non sit iudex omnium solus, vt in c. cuncta per mundum 9. q. 3. Nec potest a se abijcere suam potestatem, & iurisdictionem per ea quæ notantur in cap. cum venerabilis in glo. hic patet de censi. & in capit. pastoralis in glo. si ita de donar. & dictum est supra. Nec obstat si dicatur quod cardinales verentur ne papa faciat aliquid minus bene, quia debent eligere bonum, nec est verisimile, quod papa velit aliquem grauare vel facere cõtra iustitiam, quia pro eo & eius sanctitate præsumendum est. 40. dist. cap. 1. 11. q. 3. absit 8. q. 3. Lugdunensis. 37. dist. qui de mensa. 7. q. 1. omnis. 23. q. 1. capit. cum beatissimus. Nec præsumitur quod aliud faciat quod Christus cuius est uicarius uel Petrus cuius est successor. 28. q. 1. c. sic enim. Ad idem facit quia si cardinales non possunt disponere de redditibus Camerę apostolicę, ut in c. ubi periculum. §. prouisionis, in uersic. per eum dispositioni futuri pontificis reseruanda de elect. in 6. quod est minus, multo magis non possunt disponere de potestate ipsius papæ & minus illam diminuere, quæ est maioris importantiæ quam ipsi redditus. Et maxime quia ille text. in §. ijdem quoque, mandat quod tantum vacent acceleratæ electioni, nec vult quod possint intendere alijs nisi immineret aliqua vrgens necessitas. Et est text. in §. cœterum, qui vult quod pactiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia siue iuramenti siue alterius cuiuslibet fuerint vinculo firmitatis innexa, sint cassa & irrita, & quod nullus quomodolibet teneatur ad illa obseruanda, & quod nullus ex eorum transgressione notam vereatur fidei non seruatæ. Ex quo apparet non potuisse illa capitula per cardinales ordinari, & neminẽ ad ea obseruandum teneri, & sic minus papam obligari, nec per viam constitutionis nec per viam pacti nec per uiam obligationis nec per viam iuramẽti, vel cuiuslibet alterius vinculi per quamuis dictionem significati. Hoc autem idem est dicere quod nullo modo, secundum Archid. Ioann. And. & Domin. in c. indemnitatibus. §. si qua vero de elect. in 6. glos. in clem. grauis de sentent. excommunic. & in c. pastoralis. §. penult. de cle. ægro. & de sepul. cap. 1. ad fi. & de hæret. cap. ut officium. §. compescendi. Et similiter cum ibi dicitur siue cuiuslibet alterius fuerint firmitatis vinculo innexa, tanta abũdantia & pinguẽdo verborum ponitur ad maiorem expressionem, glo. in clem. 1. in verbo alia quæuis de iudic. & glos. 181 in clem. ne Romani de electio Et cõsequenter nec per uiam voti, quamuis votum & iuramentum æquiparentur, vt in c. 1. de voto. Quinimmo non solum non obligatur tali voto, iuramento, sed etiam meretur non obseruando, propter uerba in d. §. cæterum posita, scilicet sed non indignæ laudis titulum mereatur, cum lex etiam humana testetur Deo magis transgressiones huiusmodi quam iurisiurãdi obseruationes acceptas. Facit. l. si quis inquilinos. ff. de legat. 1. l. iuris gen- 182 tium. §. & generaliter. ff. de pact. Et considerandum est quod ille text. prohibet actum & iuramentum, unde iuramentum non dat robur actui, iuxta posita per Bald. in l. non dubium in antepenult. colum. C. de ll. & per Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. & l. cum lex. eod. tit. & l. is cui bonis. ff. de verbo. obligatio. & l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Vnde ibi in d. §. cæterum, est text. clarus quod huiusmodi capitula quamtumcumque iurata non arctant, & maxime cum cardinales sede vacan. nihil possint ordinare vel statuere nisi ad accelerandam papæ electionem, ut in d. §. iidem quoque. 183 Ad quod facit quod & lex mortua sępius annullat iuramentum, ut in regula non est obligatorium, cum simil. de regul. iur. & in l. fi. si quis cau. & in l. adigere. in fi. ff. de iurepatr. quo casu ut dicit ibi glo. lex obtinet uicem apostolici, ergo multo magis & lex uiua. l. 1. ff. de constitut. princ. Quod maxime etiam procedit in proposito, quia lex canonica est quę prohibet iuramentũ, ne dicatur non posse prohiberi ꝑ laicos iurm c. 1. de iureiur. in 6. c. ecclesia de constit. c. fi. de foro compet. in 6. Vnde patet ꝙ papa nõ tenetur seruare tale iurm, nec potest dici periurus nec requiritur absolutio. Et certe licet ille tex. uideatur loqui de conuentionib. circa cõcernentia actũ electionis ut libera, non ex affectione, uel simoniaca sint, tamen ex quo tam generaliter loquitur, uidetur etiam uoluisse ꝙ non possint cardinales facere similes ordinationes, cũ

etiam

184 etiam virtualiter sint impeditiuæ electionis liberæ. Imo † & in quolibet iuramento intelligitur clausula saluo honore meo, ut in cap. ego N. ibi glos. de iureiu. Si autem in inferiore hoc verum est, quod non arctetur ad obseruandum iuramentum contra honorem suum uel ecclesiæ suæ, multo magis erit uerum in papa, cui quicquid detrahitur, dętrahitur 185 sanctę sedi apostolicæ. Nõ obstat si quis † dicat quod licet potestas papę non possit diminui, tamen eius vsus potest arctari & restringi siuæ limitari. sicut in simili dicitur quod princeps non potest tollere ea quæ sunt iuris naturalis, ut in §. sed naturalia insti. de iure natu. gen. & ci. & in §. fi. insti. de legi. agna. tute. & in §. minus insti. de hæredi. quæ ab intes. deferun. & in cap. sunt quidam. 25. quęst. 1. & uoluit Cardi. in repeti. c. perpendimus de sen. excom. tamẽ bene potest limitare illud qđ est iuris naturalis, insti. de libertinis in prin. & capitulo non debet de consan. & affi. & in l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. ponit Inno. & Abb. in c. quæ in ecclesiarum de consti. Bar. in proœ. ff. colum. 3. Bal. in l. 2. in fi. C. de preci. impera. offe. & in authen. ad hęc. C. de vsu. Albericus in 1. par. statutorum. q. 7. potest enim ex causa aliquando dispensare contra illud. Et 186 iõ † nõ ob. ꝙ ipse sibi ipsi potest limitare & coarctare suã potestatem, cum quilibet possit renuntiare iuri suo. c. ad apostolicam de regula. Quia respondetur ꝙ in casu nostro nõ potest limitari ista eius potestas ratione perplexitatis & contradictionis resultantis, quia potestas de qua agimus est principium agendi, sicut colligitur ex philosopho. 9. metaphysi. vbi agit de potentia actiua. Vnde implicat contradictionem ꝙ habeat potestatem plenam & non possit exire in actũ si adsit debita materia, quia tunc posset & nõ posset. sicut in eodem tempore quis nõ potest esse sanctus & peccator. 1. q. 1. c. sicut Christus. uel dignus & indignus. 74. dist. ca. 2. vel legitimus & illegitimus, de clandes. despon. capitulo fin. liber & seruus ff. de libe. cau. l. duobus. & dicit lex, ridiculum esset eandem fœminam vt nuptam & non nuptam admitti. ff. de condi. & demon. l. filia. Et maxime quia ista plenitudo potestatis in papa est potestas iurisditionis, quia secundum potestatem ordinis æqualis est alijs episcopis, vt in c. in nouo. 21. dist. ibi gl. & in capit. loquitur. 24. quęst. 1. Dispensare autem in iuramentis & creare cardinales est iurisditionis. Si ergo nõ potest illam in exercitium deducere sine alterius consensu, non erit plena, quia non esset libera. Bar. in l. inter bonorum. ff. de adminis. tuto. & l. creditor. §. Lucius in fin. ff. mandati. Vnde dicit 187 Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua in 6. colu. in versi. item † nota ꝙ si papa, ꝙ plenitudo ptãtis est arbitrij plenitudo nulli necessi- 188 tati subiecta, nullisq; iuris publici regulis limitata. Et † trib. modis dicitur aliquid liberũ. primo quod non cogitur ff. de arbi. l. 3. §. 1. Secundo modo quod non corrigitur. ff. de lega. 3. l. fideicommisa. §. quamquã. Tertio mõ quod æqua lege libertatis fertur. ff. de arbi. l. item si vnus. § si in duos & §. principaliter, & l. penul. & ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. Et subiũgit quod in principe est sedes libertatis, & potest præferre magis ęquo minus æquum, & magis bono minus bonum. Inde dicit idem Bal. in cap. 1. qui feu. dare pos. in 1. colum. quod habens liberam administrationem non tenetur alterius con- 189 silium ruminare. Item pro † hac parte facit quod papa non potest a se abdicare papatum pro parte, quia est quid indiuisibile. l. imperator la. 2. ff. de statu homi. Et ista est vna de rationibus allegatis per Ange. in authen. de monachis. § fin. in illo arti. an donatio facta per Constantinum valuerit. Et ad idem est quod ponit Bal. in pręludijs feudorum in 3. char. in illa quęstione vtrum donatio per imperatorem facta de castro imperij valeat, dum improbat opinionem illorum qui dixerunt quod potest imperator minuere imperium per res & non per quotas, quia est falsum, quia imperium est ad similitudinẽ corporis, humani, a quo si abscinditur membrũ, iam non est vlterius corpus & idem ipse Bal. in l. 1. C. de nouo 190 codice compo. Vnde dicit Domi. in c. 1. de renun. in 6. quod papa non potest facere statutũ per quod ipse ligetur, quia nemo potest sibi ipsi imperare. l. penultima. ff. de arbi. ponit Bal. in l. digna vox. C. de. ll. & refert & ponit Bertachinus in trac. de epo in 2. parte li. 4. in 16. quæst. qui allegat concordantes. Ideo non poterit a se abdicare papalem potestatem, contra officij sui debitum minuẽs honorem papalis maiestatis, submittendo se capitulis, argu. eorum quæ habentur in authen. de hæredi. & fal. §. 1. ponit Bal. in l. digna vox. C. de. ll. Facit ẽt quod dicit Bar. in l. prohibere. §. planc. ff. quod ui aut clam. & Bal. in l. 1. in 4. colum. ff. de offic. præfec. vrb. & ea quæ ponit Bal. in l. 1. C. de nouo. C. componen. & quod dicitur in ca. intellecto de iureiu. & in præludiis feudorum, quando dicĩt quod imperator non potest minuere imperium. Et quod dicitur post Bar. in proœ. ff. de donatione Constantini. & Feli. in capitu. ad audientiam de pręscrip. & paul. de cas. consi. 72. 191 quod papa † non potest suam supremam potestatem alicui ꝑlato concedere abdicando illam a se. Facit tex. in capitu. dudum de prebend. in 6. ibi penes nos maior uel eadem remansit potestas &c. Cum igitur capitula ista pro parte abdicent potestatem papæ, non ualent. Facit etiam in proposito quod 192 ponit Bald. in cap. licet in fi. de elect. ubi uult quod sicut † electores imperii non possunt mutare formam electionis futuri imperatoris, ita non possunt cardinales mutare formam electionis futuri pontificis, a pari igitur non potuerunt facere ista capitula restrictiua, & ligantia futurum pontificem. Vnde dicit Bald. quod omnes ecclesiæ mundi & omnes clerici non possunt auferre papatum papæ, allegat Archid. in c. lex. 2. dist. Inde dicit Bald. in tit. de pace constant. in uerbo 193 amplius, quod † non potest princeps concedere alicui regalia in præiudicium successorum. Immo secundum quod uoluit Pau. de Cast. consil. 72. incipit quia frustra in 9. columna uersic. circa tertium, ipsemet princeps potest per seipsum reuocare male gesta per eum, sicut in simili dicitur in c. si quis presbyterorum de rebus eccle. non alie. & dictum Bal. approbat Felin. & decius in d. c. 1. de probat. Vnde si papa teneretur seruare uotum, & iuramentum, sequeretur quod pro parte esset subiectus cardinalibus & eorum ordinationi, quod est contra id quod in simili dicitur in l. si pater & in l. si duobus. ff. de libe. cau. ubi non potest quis esse pro parte seruus & pro parte liber. Ad idem. l. ideoque & l. libertas. ff. de manumiss. testam. Ad idem glo. in c. fi. de clan. despon. vbi non potest qs esse ꝑ parte legitimus, vt supra dictum est. Ad idem est quod ponit Ioann. And. in addi. ad Specul. in tit. de natis ex libero vetre. vbi dicit quod si pater emancipat filium hoc pacto ut habeat vsumfructum in bonis quærendis, valebit emancipatio sed non talis reseruatio vsusfructus. Sic dicendum est in proposito, reiiciantur capitula & tenebit electio, & recipiet liberam potestatis plenitudinem. d. c. fin. de condit. appo. debet enim papa cum sit vnicus & indubitatus habere plenam & liberam potestatem vt Petrus & alii successores, debet si quidem esse papa nomine & re. Ita dicit Bald. in tract. schis- 194 matis in tit. si quis aliquem testari. prohi. Item pro ista † parte facit quod si papa in agendis teneretur habere consensum cardinalium, sequeretur inconueniens maximum, nam dicit Bald. in l. fina. in §. necessitate. C. de bonis quæ liber. quod vbicumque consensus præstatur ab eo qui habet officium a publico, talis consensus dicitur authoritas, huiusmodi autẽ sunt cardinales, vt in c. per venerabilem qui filii sint legit. sequitur igitur quod si eorum consensus haberet vim authoritatis & dicerentur præstare authoritatem, essent duo authorizantes & duo capita in eodem corpore, & quoddam monstrum contra c. in plerisque. §. prohibemus de offic. ordin. & contra articulum fidei & vnam sanctam catholicam ecclesiam. Ad hoc. 7. q. 1. factus, & bona glos. in verbo succederet in c. non autem, ea. cau. & q. Ad idem facit quod dicit. d. Anton. in c. translato in vlt. colum. de constit. quod potestas cõdendi legem vniuersalem spectat ad solum papam in foro ecclesiastico, quia solus habet hanc potestatem a Deo, vt in c. 1. de translat. prælat. & in c. per venerabilem qui filii sint legit. Et cardinales nullo modo hoc possunt etiam sede vacante, ut in clem. ne Romani. §. 1. de elect. ergo multo minus facere possunt capitula & ordinationes quæ concernunt vni- 195 uersalem statum ecclesiæ. Ad idem facit † quod iuramentũ quod est maioris boni impeditiuum non est obligatorium declarat Pet. de Palude in 3. sentent. dist. 39. q. 1. artic. 3. Quia iuramentum non debet essę vinculum iniquitatis, ut in cap. quanto de iureiur. Istud autem potest esse maioris boni impeditiuum, quia posset esse maius bonum creare cardinales quam non creare vltra numerum iuratum, quia forte fieret creatio de uiris qui essent ecclesię utilissimi & necessarij. Ergo uel hoc iuramento non ligetur, uel secum dispenset. Ad idem facit quod dicitur in c. 3. de iureiur. & in c. 1. & in c. magnæ. de uoto, uidelicet quod licet uotum & iuramentum ẽt 196 iustum cõmutare in melius. Ad præmissa † etiam facit quod istud iuramentum est in foro conscientię, quia in foro iudiciali non habet superiorem qui eum iudicet, ut in c. licet. de elect. & in §. pater. 3. q. 1. Intantum quod dicit Hugo de sacramentis. in 2. par. quod potestas summi pontificis cum deuiat, a solo Deo iudicari potest a quo instituta est. facit. capit. si papa. 40. dist. & cap. nunc autem. 21. distinct. & §. uerum 17. dist. & plura sunt iura sæpius allegata. 9. quæstio. 3. Sed pro papa pręsumendum est in dubio 11. q. 3. cap. absit. Ergo si in foro conscientię non seruat iuramentum, pręsumendum est, quod ex causa rationabili illud faciat, ad hoc quo dicitur in c. quæ in ecclesiarum de cõstitutio. Ergo a nobis non est iudicandus aut arguendus.

197 Ex istis redditur quęstio non parum difficilis. Prima facie † autem uideretur distinguendum inter capitula, & dicẽdum quod loquẽdo ex quadam condecentia, si non subest aliqua apparens legitima causa non seruandi, & sunt capitula quæ non tendunt

dunt

dunt in diminutionem pontificalis dignitatis tenetur ea obseruare, ut puta quia iurauit tenere cōcilium infra bienniū, & similia, tenetur ex quadam condecentia id facere, non de necessitate, quia de tempore tenendi concilii non reperitur a iure diuino statutum, & constitutio frequens non ligat eū, ut alibi latius dico, & ad hoc facit illud quod dictum est supra per Henricum Boich. in c. magnæ. de uoto, sicut nec ius commune. Sed si iurasset illa ad quæ tenetur & obligatur ex sua pontificali dignitate & per constitutiones conciliares, & per quæ contrarium faciendo offenderet creatorem, ut puta quod non infeudaret & alienaret maiorem partem rerum, & ciuitatum ecclesiæ Romanę, & quod nō uenderet episcopatus & alias dignitates, nec faceret illa per quæ scandalizaretur ecclesia & similia, tunc uidetur dicendum quod ad ista obseruanda teneretur de necessitate, maxime in prohibitis iure diuino. 35. quęstione nona. capitulo quod quis. & 12. quęstione secunda capitulo non liceat. Quamuis etiam quo ad hoc quod non possit infeudare terras ecclesiæ, contrarium tenuerit Alexand. de Imol. in consili o 224. incipit in re in sexto uolumine.

198 Vnde in ijs † quæ sunt legis canonicę saltem ex decentia, sed in concernentibus legem diuinam ex necessitate obligatur. Vnde dicit Bal. in l. penult. C. de bonis quæ liber. quod papa non potest concedere magna feuda sine consensu cardinalium, de quo etiam Bald. in proœm. feudorum, & Aluarottus in c. 1. episcopum uel Abbatem. Facit quod dicit Archid. & Dom. in d. c. non liceat, ꝙ papa non potest alienare bona ecclesię sine causa, & si secus facit, peccat, & reuocanda est alienatio. Et idem Archid. & Dom. in c. 1. 12. dist. allegantes Sanctum Bernard. ad Eugen.
199 quod papa est administrator & nō dominus rerum ecclesię, dicunt ꝙ non pōt sine cā detrahere proprietatē rei ecclesiæ nec prohibito voluntatis alienare bona ecclesiastica. Et ita intelligit glo. in c. cum venissent de iudic. quę dicit quod res ecclesiæ Romanæ sunt ꝓprie papę, s. ad rōnabiliter dispēsandū & nō ad dissipādū ꝑ libito volūtatis. Pro quo vide quę ponit Felin. in capit. ad audientiam de præscript. & quæ ponit Pau. de Cast. in consi. 72. incipit quia frustra, quod non potest rex alienare iura regni sine consensu procerum, & si alienaret, posset ipsemet alienationem reuocare per capitulū. si qs presbyterorum de rebus eccles. non alien. & l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. eccles. Immo secundum Felinum in d. c. ad audientiam si non cessaret alienare res ecclesiæ in suos, & scandalizaret ecclesiam, ex hoc posset congregari conciliū, & deponi. Et licet alias in principe præsumatur causa, vt in c. quæ in ecclesiarum de constitut. etiam in casu alienationis rerum Romanæ ecclesiæ, secundum quod dicit Abb. in cap. cum venissent de iudic. tamen ipse contrarium dicit esse uerum prout ipsemet Abbas dixit in d. c. quæ in ecclesiarum, ꝙ eo casu non præsumitur causa. & quod dixit quod præsumatur causa in d. c. cum venissent, credit dixisse causa blandiendi papæ. Ad quod faciunt quæ dicta sunt supra pro prima par
200 te. Quinimmo † nec potest auferre iura & bona vnius ecclesię sine causa etiam dando alteri, vt dicit glos. 22. di. c. 1. & gl. & ibi late domin. 10. dist. c. 1. Vnde licet possit priuare vnum prælatum episcopatu & dare alteri, & auferre titulum & totum corpus vnius ecclesiæ & dare alteri, & vnire vnam ecclesiam alteri, & concedere priuilegia vnius alteri, non tamen auferre bona vnius, & dare alteri, nec partem episcopatus unius diuidere sine causa, & dare alteri, vt dicit ibi dom. Ex causa tamen potest, vt in c. præcipimus. 16. q. 1. & glos. in
201 d. c. 1. 10. dist. cum concordant. Facit quod † in simili dicitur de statuto vel constitutione continente idem quod ius commune edito ab habente potestatem legis condendę, quod non tollitur ita faciliter nec censetur sublatum per legem contrariam, ut dicitur late per Alexand. de Imol. in l. prima. ff. ad legem Falcidiam & Anton. in c. primo. de rescrip. & domin. in capitulo primo. de constit. in 6. propter aliud uinculum adiectum, licet alias sit secus, quia frustra precibus implorat & c. l. 1. C. de thesauris li. 10. & l. 1. ff. ad municip. Similiter facit ad illud quando quis promittit, iurat, vel uouet, id ad quod alias tenetur, ut ponit. d. Abb. in c. clericus in ult. q. de iureiur. & quod dicitur in c. licet. & c. per tuas de uoto. Similiter quod dicitur in c. ut super. de rebus eccl. de eo qui iurat non alienare bona mensę.

202 Si † autem sunt capitula quæ tendunt id diminutionem status pontificalis, ut ꝙ nō possit creare cardinales ultra numerum uigintiquatuor sine consensu omnium cardinaliū, non obligant tamquam diminutiua pontificalis dignitatis, ut supra dictum est, nec sunt seruanda, cum periura & temeraria censeantur, ut dicit gl. in c. intellecto. de iureiur.

Ad idem est quod dicit Bal. in l. prohibere. §. plane. ff. qđ ui aut clam. ubi dicit quod iurisdictiones supremæ sunt sacrum sacrorum, & ideo non sunt in Marsupio principis. Et quod dicit idem Bal. in cap. 1. quę sunt regalia, iuncto eo quod idem dicit in ti. de pace Cōstan. in versi. amplius, quod princeps non concedit regalia in præiudicium successorum. & ponit Feli. in c. 1. in uersi. quarto declara. de proba. & idem ibi decius. Per quod reprobatur quod dicit Raphael Cumanus in consi. 142. qui consuluit pro illis de Malatesta de Arimino quod per concessionem vicariatus acquisiuerant facultatem fabricandi sal, sicut & alia
203 regalia. Et sic papa nō † pōt subijcere clericos laicis & disponere quod laici iudicent clericos cum clerici habeant hoc priuilegium a Deo & quia turbaret vniuersalis status ecclesiæ, ut dicit Abb. in c. 2. de maio. & obe. & in cap. proposuit in 4. col. de concess. præben. & in c. literas in 5. colum. de resti. spolia. & Ludo. in l. si uero in §. de viro. ff. solu. matri. & in singulari. 414. & referunt Moderni in l. est receptum. ff. de iuri. omnium iudi. pro quo allegatur glo. in capit. si imperator, in uerbo discuti. 96. dist. ad quod facit quod dicit Pe. de Ancha. post alios in capi. nulli de senten. excom. de priuilegio canonis si quis suadente, ꝙ a clericis tolli non potest, multo minus poterit seipsum & suam potestatem a se abdicare. Facit quod dicitur in cap. ecclesia de consti & d. l. est receptum. & quod dicit in illo articulo papa posse se subijcere iurisditioni alterius. Et nunquam valet donatio principis quando est expropriatiua dignitatis & supremæ iurisditioni eius, vt in d. l. prima per Bal. C. de nouo C. compo. & in dicto consilio. Pau. de castro. 72.

204 Vnde † videretur in proposito dicendū quod aliqua tenerentur obseruare aliqua non. Sed præmissis non obstantibus credo simpliciter quod quęcunque sint capitula & quantumcunque honesta & licita, prętextu talis iuramenti & voti prętiti ante assumptionem & post incontinenti, non ligant illum. Et hoc quia quantumcunque quod iurat sit de se licitum, tamen modus iurandi est prohibitus. Et ideo nō astringitur virtute iuramenti. Ad hoc est quod notabiliter dicit Ioan. An. in capit. ad no-
205 stram el. 3. de iureiu. vbi vult † quod quantumcunque illud quod alteri iuratur sit de se licitum & ad illud quis teneatur, tamen si per vim extorquetur si iurans non seruaret non incurreret periurium. Et idem voluit Ludo. in singularibus suis in uerbo iuramentum, incipit iuramentum aliquis, ut assignat rationem quia infertur iniuria illi a quo extorquetur. capitulo legebatur de maio. & obe. & quia debet superior quantum potest auferre occasionem periurij. l. 1. C. de indic. vidui. l. 1. cum simil. C. si aduersus vendi. uel saltem debet a tali iuramento absolui secundum doc. in d. cap. ad nostram. Quod procedit
206 † quando iuramentum non est præcise per metum extortū, sed contra consilium & desiderium iurantis. Et est similis in iuramento quod fuit extortum ab archiepiscopo Neapolitano in promotione eius per capitulum, ut ibi dicit Anto. post Ioann. Andr. Et bene facit ad propositum. 84. consilium Do. de s. gemi quod est notabile consilium ubi agitur de similib. iuramentis, quod consilium incipit in nomine indiuiduæ tri-
207 nitatis quia illud dubium & c. Sed obstat † quod dicit Archi. in cap. non est in fi. 22. quæst. 1. vbi dicit quod cum aliquid iuratur in casu non licito, si tamē quod iuratur est licitum, seruandum est. allegat tex. 22. quæst. 4. c. si aliquid. Sed potest respondeti quod ipse loquitur in iuramento absolute voluntario, sed in proposito loquimur in iuramēto inuoluntario & extorto propter reuerentiam & quasi per metum & extorto tempore illico timore perdendi pontificatum & in turbatione promotionis siue factę siue faciendæ. Sed ista responsio non videtur bona, quia omne iuramentum dolo vel vi præstitum quod potest seruari sine interitu salutis æternę est ser-
208 uandum, ut dicitur in capit. si vero de iureiu. & ponit deci. 401. incipit item si agenti. & est deci. 16. in titu. de resti. spolia. Sed ad hoc respondetur quod ubi iuramentum extortum, uel metum uel dolum uel fraudem extortum, quia turpiter est receptum ecclesia absoluit ex se, nec est necesse quod aliter moneatur ille cui fuit præstitum ad relaxandum. Item contraueniens tali iuramento, in quo non fuit animus obligandi non peccat mortaliter, vt ponit Ab. in d. c. si uero, nec peccat petendo absolutionem, quia facit iure permittente, ut uoluit Oldra. consi. 120. & refert Milis in uerbo iuramentum semper. Alioquin iuramenta dolo uel fraude præstita essent seruanda contra authen. sacramenta puberum. C. si aduersus uendi. & cap. cum contingat de iureiu. Et daretur materia committendi fraudem, contra. l. cum ij. §. si cum lis st.
209 de transac. & c. plerunque cum simi. de rescrip. Verum est quod ecclesia quæ non iudicat de occultis, ut in c. 1. ut eccl. bene. in foro iudiciali vult tale iuramentum seruari, ne det materiam deierandi. Sed quia in dubio talia iuramenta promissoria per uim uel metum extorta non præsumuntur uoluntaria, ut dicitur in d. cap. si uero in fi. per Abb. & in c. ueri-
co.

co. titu. propterea ex se ecclesia a tali iuramento absoluit. In foro autem conscientiæ si tempore iuramenti prętiti in rei veritate nō fuit animus obligandi, quia Deus interrogat cor & non manum, vt in c. si quid inuenisti. 14. quęst. 5. & respicit voluntatem & non opus, sed lex econtra, vt in capit. si quis non iratus. 15. q. 1. ideo quo ad Deum tunc non ligatur iuramento nec indiget absolutione, quia Deus recipit iuramentum prout ex corde procedit, vt in cap. humanę aures. 22. q. 5. dicit Abb. Sicul. in d. c. si vero. circa fina. Nunc ergo in proposito quia non est verisimile quod papa qui habet liberam potestatis plenitudinem voluerit seipsum ligare, maxime cōsiderato tempore præstiti iuramenti, scilicet illico post ipsam promotionem in tanta status mutatione, in qua temporis angustia non fuit facultas maturius deliberandi, ut in l. 1. ff. de exerci. in princ. & in capitulo ponderet. 50. distinctio. non possumus nisi inuoluntarium iudicare iuramentum, & minus honeste extortum, & cum papa non sit subiectus iudicio alicuius, ut in capitluo aliorum, & in cap. facta. 9. q. 3. merito stari debet eius conscientiæ, & excusari debet si capitula non seruat, tamquam iuramentum & uotum fuerit in deliberate factum. Accedit quod quia capitula sunt in genere iurata, non arctant ad illa quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, ut in capit. 1. de iureiu. in 6. ergo nec ad ista quę sunt contra potestatem papæ. Item etiam si non essent contra libertatem, videtur quod contraueniēdo non incidat in periurinm, & sufficit quod faciat se absolui in foro conscientiæ a suo confessore, cui se submittere potest, iuxta capit. omnis de pœnit. & remiss. Et pro hoc adduco deci. primam in ti-
210 tulo de iureiur. quæ † vult quod ubi quis iurat in genere seruare consuetudines & statuta ecclesię, non obstante iuramēto poterit sine metu periurii cum causa & sine causa supplicare papæ contra ea, quia non est uerisimile quod voluerit se intantum arctare quod nunquam contra illa statuta impetraret, iuramenta autem huiusmodi sunt interpretanda secundum intentionem iurantis, allegat. d. capit. humanæ au-
211 res. 22. q. 5. Et quod † dicitur de iuramento, dicendum est, & de uoto, quia paribus passibus ambulant, ut notatur in cap. 1. & in cap. debitores de iureiur. & in capit. licet & in cap. magnæ de uoto, & dicit Abb. in d. capit. si uero in 2. columna facit quod dicit Petrus de Ancharan. in cap. rursus. qui cleric. uel uouen. Imo tanto minus astringit votum quanto etiam in foro iudiciali uotum per metum extortum non ligat, ut in capitulo 1. quod metus causa, & ponit in fi. uerbis Abb. in dicto capitulo si uero.

212 Et maxime † posset venire contra capitula quando subesset aliqua necessitas vel spiritualis vtilitas, quo casu quilibet etiam inferior potest venire contra proprium iuramentum, vt dicit Innoc. in cap. venerabilem de elect. dicitur in cap. 2. & cap. quanto de iureiur. & Philippus in capit. 1. de iureiuran. in 6. Et si loquimur de iuramento prętito ante assumptionem, non est dubitandū, qa quod fecit vt cardinalis, potest vt papa reuocare, sicut qui fecit aliquid tamquam canonicus potest reuocare factus episcopus, vt dicit Bald. quod est text. in d. c. sicut nostris de iureiur. Et ideo talia capitula iurata in cardinalatu, nō astringūt postea in papam assumptum, vt dicit Abb. & Calder. in consil. 3. de iureiur. & ponit Fel. in cap. 1. de probat. & dictum est supra. Facit quod dicitur in c. a collatione de appellat. in 6. & quod dicitur in l. si is qui. §. fi. ff. de exceptio. rei iudic. Sicut & translatus non conuenitur de eo quod fecit ante translationem. 21. q. 2. c. si quis iam translatus. Item & quia non valuerunt huismodi capitula ratione defectus potestatis cardinalium qui ea ordinarunt, quia ipsi non succedunt in potestate pontificali, nec possunt talibus intendere quia debent vacare acceleratæ electioni, prout diximus supra per cap. ubi periculum. §. cæterum de elect. in 6. & cle. ne Romani eod. tit. &
213 per alias rationes supra in hoc adductas. Et quia sede † vacante nihil innouari debet in præiudicium ecclesię, quia nō est qui ius pontificalis dignitatis tueatur, vt dicitur in text. in c. 1. ne sede vacante 12. q. 2. si qua de rebus. Facit text. & ibi dicta in cap. cum omnes, de constit. & per alias rationes supra
214 adductas, ne bis idem replicetur. Si vero loquimur † post assumptionem, censetur etiam turpiter exactum ratione proximitatis assumptionis, & cuiusdam contiguitatis, ut dicit Cald. in d. consil. 3. & non voluntarie præstitum. Ad hoc est bonus tex. in cap. cum venissent de instit. in versiculo ipse vero timens, & glos. ibi in verbo ab iurasse. Facit quod dicitur post gl. in c. dudum de conuer. coniuga. & in iuramento tex. & ibi dicta in d. c. sicut de iureiur. Et facit ēt qđ dr̄ in c. literaturam, de uoto, quia videtur promissio indeliberata, ut supra dictum est. Et facit quod dicunt doct. in l. 2. C. quod met. ca. quod eadem causa metus præsumitur durare in solutione quæ fuit in promissione quando incontinenti fit solutio. itē quia tale iuramentum videtur inualidum ratione ambitionis, & turpitudinis, vt in simili dicit Domin. in d. consilio 84. circa princi. Et maxime ostenditur iuramentum inualidum & inuoluntarium, quia descendit ab actu ex sua origine nullo defectu potestatis statuentium & a iure reprobato. & ideo non ligat, ut bene consuluit Calde. in consi. 9. in titu. de iureiu. Et maxime quia reprobatus est ratione publicę vtilitatis, ut patet in d. §. cæterum. pro quo etiam glo. & Bal. in l. fi. §. fi. C. de bonis quæ libe. Et ex alijs rationibus supra pro ista parte adductis. Quibus adde quod tale iuramentum non solum videtur continere diminutionem potestatis pontificalis sed diminutionem status totius ecclesię. qui magis decoratur ex assumptione plurium dignissimorum virorum, & magis a pluribus defenditur & potentior efficitur ecclesia. ex quo videtur quod talis promissio magis sit damnosa quā vtilis ecclesiæ vniuersali. Et ideo tale iuramentum non sit seruandū per supradicta. Ad quod facit glos. & quod ibi dicunt Doc. in
215 capit. 1. de in integ. resti. in 6. de † prælato qui iurauit non contrauenire cōtractui, quod ratione damni potest omnino petere restitutionem in integrum aduersus contractum nō obstante iuramento. Et simile est quod dicitur in capitu. si quis presbyterorum & c. ut nostrum de rebus eccle. non alie. Et ratio adducta per Ab. in d. c. cum venissent, in prelato qui antequam sit administrator ecclesię non potest per suum iuramentum vinculare se, & obligare ad non administrandum, quia quemadmodum non potest sponte a se abdicare titulum prelaturæ, c. quod in dubijs & cap. veniens de renun. l. legatus. ff. de offic. presi. ita non potest titulo remanente obligare se ad fideliter non administrandum iura ecclesię. Facit text. in c. peruenit el. 1. de iureiu. vbi iuramentum non potest astringere prælatum quominus posit repetere bona eccle-
216 się. Et iuramentum † quod cōtra libertatem ecclesiasticam est præstitum, non tenet. ita summant illum tex. Doc. in d. c. sicut nostris. de iureiu. Et hoc maxime esset verum vbi proprie non contraueniret iuramento sed differret, puta si illud quod promiserat infra biennium tenere concilium, distulisset ad aliud tempus. quia nō dicitur voti transgressor qui aliquo modo distulit implere, si postea implet, ut in c. nō est. de uoto. de quo dixi supra in quęstione de cardinalibus vtrum licite discesserint & sint schismatici. Et istam opinionem ꝙ papa non ligetur istis capitulis conclauis, tenet Alexan. de Imol. in consilio 224. incipit. in re tam graui, sequendo opinionem Barbatij in suo consilio primo, in subscriptione ad illud consilium primum. & est consilium Alex. in 6. volum. consiliorum eius.

217 Restat nunc respondere ad contraria. Et primo ad † illud Egi. quod incurratur per iuriū & infamia & quod deierans dicatur bestia. responde quod illud est uerum quando iuramentum habet suos comites, videlicet ueritatem iudicium & iustitiam, vt in capit. animaduertendum 22. quæst. 2. & ca. cau. q. 1. c. & iurabunt. & de iure iu. cap. etsi Christus. In isto autem iuramento deficiūt duo vltima, uidelicet iudicium. i. discretio secundum glo. in d. c. etsi Christus, quam intelligo necessariam tam ex parte recipientis quā iurantis, quæ. n. discretio suadet vt in assumptione exigatur tale iuramētum & incontinenti quasi indeliberate & inuoluntarie? Et iustitia, quia non conuenit quod potestas pontificalis sit coarctata nuda voluntate inferioris. cle. ne Romani in prin. de elec. & c. cum inferior. de maio. & obe.
218 Similiter † autem & votum debet habere tres comites, vt dicit. S. Tho. in 4. sen. dist. 38. q. 1. ar. 1. quæstiuncula. 1. in corpore. & in secunda secundæ. q. 88. ar. 1. & referunt Doctores nostri in cap. literaturam de vo. videlicet deliberationem, propositum, & promissionem. Quomodo vero potest dici cum deliberatione & ex ꝓposito factum quod in actu assumptionis, ubi non fuit maturius deliberandi facultas, factum est, & quod vt uerisimile est ab inuito extorquetur? Faciunt quæ dicuntur in c. ponderet. 50. dist. & in l. fin. C. de iure delibe. & authen. offeratur. C. de litis contes. & d. l. 1. ff. de exerci. Et nō potest negari quin exactio talis iuramenti sit præter omnem honestatem ratione exigentium & temporis & actus, & quin sapiat quandam cupiditatem, ambitionem, & inciuilitatem & quin sit turpiter exactum. Et sic respondetur ad secūdum
219 quo † dicitur quod iuramentum est de iure diuino quo papa ligatur, & quod est de pręceptis primæ tabulæ quę sunt indispensabilia. Quia respondetur quod non sequitur quod debeat propterea iuramentum seruari in omni casu. alioquin ille qui iurat quod est illicitum, teneretur obseruare de iure diuino, contra ea quæ ponuntur 22. q. 4. in malis. & fere per totam quæstionem illam. & in regula in malis de regu. iu. in 6. Nec posset papa absoluere a iuramento fidelitatis subditos principis, contra tex. in c. nos sanctorum. 15. q. 6. & in capi. ad
220 apostolicę. de re iudi. in 6. Et si dicatur † quod iuramentum & votū prętantur Deo, & ideo nullus potest dispensare. respondetur quod ad fidelitatem Deo debitam non pertinet quod ho-

homo faciat id quod est malum, uel inutile, vel maioris boni impeditiuum, & ideo cum dispensatur super tali voto vel iuramento, talis dispensatio non impedit fidelitatem Deo debitam. Quod probatur ex text. in c. non est. de voto & glo. 221 in d. cap. tua nos. de iureiur. quia † non dicitur voti vel iuramenti transgressor, qui ex iusta causa illud deserit. l. fin. ff. qui satisdare cogant. Et ubi melius est quod eligitur quam illud quod iuratur, si deseritur iuramentum superioris authoritate, non dicitur quis transgressor dicit Petr. de Palu. in 4. sent. dist. 39. q. 3. artic. 4. Et idem. Sanct. Thomas. in secunda secundę. q. 89. artic. 6. dicit quod dispensatio quæ fit in iuramento non se extendit ad hoc quod aliquid contra iuramētum fiat quia hoc est impossibile, cum obseruantia iuramenti cadat sub diuino præcepto, quod est indispensabile, sed dispensatio ad hoc tendit ut id quod sub iuramento cadebat non cadat sub iuramento, tamquam non existens debita materia iuramenti. Et idem dicendum in voto, ut ponit. d. Thom. in secūda secundę. q. 88. artic. 10. in solutione secundi argumēti. Ad 222 illud de scandalo respondetur † quod cum papa deserit iuramentum ex causa, tale scandalum passiuum non est curandum, ex quo non oritur ex male gestis papæ, vt dicit. S. Tho. in secunda secundæ. q. 43. artic. 7. & 8. quia tunc videtur esse ex malicia sicut scandalum Phariseorum, de quibus Matth. 15. vtilius autem scadalum nasci permittitur quam veritas relinquatur, vt dicit text. in c. qui scandalizauerit. de regu. iu. Et per premissa patet responsio ad illud quod vltimo loco dicitur, quod ratione scandali potest accusari in concilio, quia non est scandalum, immo scandalum magis oritur ex astrictione papæ quæ surgit ex dictis capitulis, & est scandalum passiuum, de quo non est curandum, vt supra dictum est. Ad id quod dicitur de Gregorio, & benedicto, respōdetur quod ipsi iurarunt illud quod erat licitum & nō impeditiuum maioris boni, quia tendebat ad sedandum schisma.

223 Non obstat constitutio frequens, quia respondetur quod † papa non ligatur constitutione conciliari, quia est supra concilium, vt in c. signifi casti. de electio. & examinabitur in proprio loco. Quod maxime patet, quia ipse est qui tribuit authoritatem & robur concilijs, vt dicit ibi text. Et cum potestas statuendi depēdeat a iurisdictione, vt in l. omnes populi. de iusti. & iur. in capit. cum omnes de constitut. & minor non habeat iurisdictionem in maiorem. l. nam magistratus de arbit. nec par in parem, vt in cap. innotuit. de elect. nec minoris nec paris decretum maiorem aut parem ligat. Cum ergo concilium tantum in materia fidei, & nō in materia reformationis iurisdictionem aut superioritatem habeat in papam, ipse non tenetur ab obseruantiam nec constitutionis frequens nec alterius de nō creādis cardinalibus. Hoc probatur per §. hinc etiam. 17. dist. ubi cum Symmachus accusaretur, concilium cognouit de causa fidei, de aliis vero criminibus totam eius causam Dei iudicio reseruauit. Ad idem tex. in §. patet. 3. q. 1. & in c. licet. de elec. in fi. vbi dicitur quod ipse non habet superiorem. Et multa sunt iura quæ uolunt quod excepta causa fidei papa a nemine iudicatur, ut in cap. si papa. 40. distin. & 9. q. 3. per to. Immo 224 † standum est sententiæ papæ, si papa contradicat concilio, vt supra dictum est, & dicemus latius alibi. Vnde Sanct. Tho. in tract. contra impug. reli. & in quæstionibus de po. Dei. q. 10. art. 4. ad 13. arg. dicit ex gestis Calced. cōcilii hrī qđ gesta cōcilii dēnt cōfirmari a Romano pontifice ergo a Romano pōtifice sumunt robur. Pro † quo facit tex. in cap. cum in cunctis 225 iuncto. c. innotuit. de elect. ubi probatur quod papa etiam cū concilio non potest legem imponere successori. Nam decretum. c. cum in cunctis fuit factum in concilio Leteranen. & quod plus est concernit decorem ecclesiæ, & tamen papa arguit in d. ca. innotuit quod ad eius obseruantiam non arctatur. ad idem est cap. 2. de concel. præben. iuncto. c. proposuit. eod. titulo & cap. 2. eod. tit. in 6. Et cap. nonnulli. de rescrip. factum in concilio reuocatur per cap. statutum eod. tit. in 6. & a solo papa. Et dicit Ioann. And. in cap. vbi periculum. de elec. in 6. in glo. super verbo concilio, quod quia cōstitutio illa tā vtilis approbatione tanti concilij fuerat edita non fuit ęquū absque requisitione concilij reuocare, de plenitudine tamē 226 potestatis papa illud potuit. Et sic † patet ꝙ gl. in c. legimus. 93. dist. super uerbo maior. cum uoluit ꝙ statuta concilij præiudicant statuto papæ si cōtradicant, male loquitur, quia potius est e cōuerso ꝙ stat. papæ preiudicat stat. concilij qñ sunt contraria gl. 24. q. 1. c. quodcūq; super verbo ecclesiam. 25. q. 1. c. sunt quidam in fi. gl. Immo si recte inspiciatur. d. gl. in c. legimus, quæ tantum dicit ibi haberi argumentum ꝙ stat. concilii præualent, potius sentit contrariū. cum se remittit ad id quod dixit in cap. nemo. 9. q. 3. vbi dicit ꝙ nemo iudicat papam, & si totus mundus esset contra papam, standū esset ma- 227 gis sententię papę. Ad † quod facit tex. in c. cuncta per mundū. 9. q. 3. vbi a snīa concilii appellatur ad papā, ergo papa est superior concilio in iurisditione. l. 1. ff. quis & a quo appel. & ff. de appel. l. imperatores. Pro hoc etiam tex. in c. constitutionem, quod est Gregorij. 9. iuncto. c. statuimus de sen. excom. in 6. quod restringitur per. d. cap. constitutionem. Non obstat 228 † tex. in c. sicut. 15. dist. vbi. S. Grego. papa dicit se venerari cōcilia sicut quatuor euangelia. Quia respondetur quod loquitur de quatuor concilijs principalioribus, videlicet Niceno, Constantinopolitano, ephesino, & Calcedonen. quę pro fide Christi defensanda celebrata fuerunt & de fide tractant & disponunt, quia in causa fidei papa debet concilij sententiam sequi, vt ibi notatur, & in c. Anastasius. 19. dist. quod patet dū in ratione eius tex. dicit quia in his velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit. Et quamq̃ idem text. subdat & cuiuslibet vitæ communis atquæ actionis norma cōsistit, non propterea sequitur quod omnia decreta in quibus consistit simpliciter norma vitæ. & actionis edita per concilium, sequi debeat papa, sed illa tantum in quibus consistit fidei structura & consistit norma communis vitæ & actionis. Cū 229 enim † lex duo copulatiue ad effectum alicuius dispositionis exigit, ibi vt dispositio locum habeat requiritur copulatorū veritas & concursus. ff. de diuor. l. quod ait lex. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. Vnde vt papa teneatur sequi & uenerari concilium, requiritur quod illud disponat de fide et de norma communis actionis & vitæ, quia in omni statuto & decreto fidei consistit communis actionis & vitę norma. & illud fuit dictum ad ostendendum dignitatem & excellentiā illorum quatuor conciliorum. Similiter dum tex. subdit cū vniuersali sint consensu constituta, non intendit ꝙ in omni materia decretum quodlibet vniuersali consensu constitutum, sit papæ venerandum & sequendum, sed quod in causis fidei sint veneranda quia sunt vniuersali consensu constituta. Et ratio rationis est, quia facilius potest errare vnus solus etiam papa in causa fidei, vt in c. Achatius. 24. q. 1. & in ca. Anastasius. 19. dist. quam vbi est vniuersalis ecclesia, vt in ca. 230 a recta. 24. q. 1. Nec † obstat quod dicit tex. di. 15. c. sancta Romana, ibi sed & si qua sunt concilia a sanctis patribus instituta post istorum quatuor authoritatem etiam custodienda & recipienda decernimus, quia illud verbum cōcilia, intelligitur scilicet similia expressis, videlicet prędictis quatuor, quæ de fide loquuntur. Facit quod dicitur in l. ita pudor. C. de adul. & in l. ob ęs. C. de prædijs mino. Item ille tex. si bene inspiciatur, cum mandat recipere & custodire, videtur probare quod ad hoc ut decreta in concilio edita seruentur & recipiantur, debet interuenire papæ authoritas. Nec contrariatur text. in d. c. sicut in fi. dum dicit se & nō illa destruit quisquis præsumpserit absoluere quos ligant, aut ligare quos absoluunt, vt sic sit argumentum quod papa non possit destruere statuta concilij. quia respondet glo. ibi quod illud intelligitur in articulis fidei, quia in alijs concilium non potest papæ legem imponere. 35. quæst. 9. veniam. 17. dist. §. hinc etiam. & c. signifi- 231 casti de elec. Ad iura adducta † in contrarium, videlicet. cap. confidimus & c. quæ ad perpetuam & cap. sunt quidam & c. contra. 25. q. 1. respondet tex. ea. cau. & q. in §. his ita, quod sancta Romana ecclesia canonibus non alligatur sed illis authoritatem impartitur, & quod in capitulis conciliorum cum aliquid obseruandum decernitur, statim subinfertur nisi authoritas Romanæ ecclesiæ aliter imperauerit, vel saluo tñ in omnibus iure sanctæ Romanæ ecclesiæ, vel salua tamen in omnibus apostolica authoritate. Ita dicit ibi tex. in dicto. §. his ita respondetur. cum enim papa dispensat non destruit. Vnde. S. Tho. in prima secundæ. q. 96. ar. 5. ad tertium argu. dicit quod principes subduntur legi propria voluntate quo ad vim directiuam legis, non autem quo ad vim coactiuam. Et in trac. contra impug. religi. exponendo illud. 25. q. 1. cap. cōtra statuta patrum condere aliquid vel mutare nec huius q̄dem sedis potest authoritas, dicit quod hoc verum est in illis quæ statuta patrum determinauerunt esse de iure diuino, sicut sunt articuli fidei qui determinati sunt per concilia. sed illa quæ sancti patres determinauerunt esse de iure positiuo, relicta sunt sub dispositione papę ut possit ea mutare vel dispensare secundum oportunitates temporum & negocium. Sancti enim Patres in concilijs nihil statuere potuissent nisi authoritate Romani pontificis interueniente, sine qua etiā nec concilium congregari potest. Et hoc in effectu vult glos. in d. capi. sunt quidam, cum dicit quod papa dispensat cōtra generale statutum ecclesię sed non contra articulos fidei. Facit quod dicit glos. in verbo aliorum in c. de libellis. 20. dist. vbi vult quod in decisionibus causarum non debet iudicari secundum scripta Hieronymi vel Augustini, omissis canonibus. Et glo. sequens vult quod in decisionibus causarum sint magis sequendę authoritates Doctorum legum vel canonū qui nituntur authoritate canonum uel legum q̃ doctorum ecclesiæ. quod intelligit verum illa glo. sequens nisi authoritas doctorum ecclesię nitatur. authoritate noui, vel veteris

testa-

testamenti. Et illam glo. allegat pro singulari Ludo. in singularibus suis, in verbo authoritas. Et cum his concordat glos. in c. post translationem de renun. ubi uult quod papa dispensat contra quatuor concilia & contra apostolum dummo- 232 do nihil statuat cōtra fidem. Ad illud quod dicitur † quod cōcernit decorem ecclesiæ & quod aliter faciendo ipsa decoloratur & scandalizatur. Responde secundum Sanct. Thom. in prædicto tracta. contra impug. religi. quod quando papa aliquid aliud facit quam a sanctis patribus sit statutum, non facit contra statuta patrum, quia seruatur intentio statuentiū quæ est vtilitas ecclesiæ, sicut in omni iure positiuo accidit, derogatur enim statutis pręcedentibus per statuta sequentia. l. sed & posteriores. ff. de ll. Ad idem cap. non debet de cōsan. & affi. & Gregorius dispensat contra statuta conciliorū in gradibus prohibitis in matrimonio, ut in c. quædam. 35. q. 3. Et hoc dispensare non est violare canones siue scandalizare uel mutare statum ecclesiæ, sed potius obseruare, nec est abiicere canones uniuersalis ecclesię siue contemnere, sed pro tempore moderari, prout utilitas & necessitas ex poscit, ad hoc tex. in capitulo Basilicas de consecratio distinctio. 1. Ad papam enim spectat interpretari decreta concilii, capitulo non licuit. 17. distinct. cap. nonnulli. de sentent. excomm. & hoc uult glo. in dicto capitulo non licuit. Et in concilio cōstantiensi. declaratum est supremam potestatem in ecclesia esse in Romano pontifice, & dictum est supra in illo arti. an 233 possit papa tollere statuta concilii. Nec obstat qđ dr̄ ꝙ qa dicta constitutio fuit pluries repilogata est maioris authoritatis. quia etiam si centies fuisset repilogata, satis est quod papa non ligatur cōstitutione conciliari, vt dictum est. Et quod di- 234 citur † quod constitutio iurata non censetur sublata per simplicem reuocationem sicut nec constitutio confirmata, ut in d. glos. in verbo pacta. Respondetur quod hoc intelligitur respectu inferiorum, & non in papa qui est supra ius. & cōceditur quod constitutio frequens non censetur sublata, sed dicitur quod non ligat papam q̃tumcumq; iurata & sæpius repilogata & uotata. Et est simile ac si papa iurasset & vouisset seruare canones, cum tamen sit supra canones, nec ligetur iure positiuo, vt in d. capit. proposuit. quia non prohiberetur illos transgredi ex causa. l. fin. ff. qui satisda. cogant. l. si ex falsis. C. de transact. Et conuenit quæstio de episcopo quam ponit 235 Ioan. And. in regula quod alicui. Et bene considerando licet adsit multiplicatio vinculorum, quia tamen in eodem actu, & eodem instanti fit hæc multiplicatio, ipsa reputantur pro uno saltem, in deliberando, quia enim non habent interuallum temporis confirmatio votum, & iuramentum, non ita arctant dicit glos. in dicta l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. Anton. in capitulo fina. de consuetud. & Bald. in prima constitutio. C. Et licet funiculus duplex difficilius rumpatur, nō tamen dicitur quod non rumpatur, ergo rumpitur, & maxime vbi subest causa.

236 Ad id quod dicitur quod † cum simpliciter sit dubium inter Doct. vtrum papa possit ardua explicare sine cardinalibus, multo magis erit dubium vbi est adiectum iuramentum & uotum. Respondetur quod hoc argumentum procederet quando debito modo esset iuratum & votatum, quod non est in proposito, ex quo iuramentum fuit extortum in assumptione, ut supra dictum est. Ad præmissa etiam facit quod ex quo consuetudo non potest introduci per quam papa priuetur potestate explicandi ardua sine consilio cardinalium, & sic quod non possit creare cardinales sine eorum cōsensu, vt est communis opinio, vt refert Barb. in trac. de prestantia cardinaliū in 2. q. in qua licet ipse teneat contrarium, tamen in suis cō- 237 siliis postea reuocat illam opinionem, pariformiter † non potest iuramento ligari, quia quod non facit consuetudo, nec iuramentum, ut in c. 1. de iureiur. in 6. Et ad præmissa etiam conueniūt oīa illa iura quæ volunt ꝙ actus factus ꝯ iurm teneat, vt saltem si non seruatur iurm vel votum, ualeat quod fit in contrarium, ut dicitur in c. dilecto. de præben. & in regula quod semel in Mercur. & in l. si quis in principio testī. ff. delega. 3. in c. ultima uoluntas. 13. q. 2. & gl. in c. cum Marthæ de celebra. mis. in cap. si inter. de sponsat. cum simil. & in Spe. de instru. edi. §. compendiose, uersic. sed quid si. Vnde saltem posset dici ꝙ ex non obseruatione ad summum incurreret periurium, sed creatio cardinalium non posset retractari per dicta iura. & hoc qñ ligasset tale iuramentum, sed ut di- 238 co non obligat per supradicta. Non obstat quod dr̄ ꝙ † synodus haberet immediate authoritatē a Christo cui debet parere quilibet cuiuscumq; status etiā si papalis &c. Quia rñdetur ꝙ illud potuit tolerati in cōcilio constantien propter schisma quod tūc uigebat, quia ignorabatur quis esset uerus papa, & ideo conciliū nō poterat recipere authoritatē a papa, quia tūc cōciliū erat supra eos qui pro Papa se gerebāt, eo ꝙ agebatur de cā papatus & cōtra schismaticos & nutritores antiquati schismatis, vt in c. si duo. 79. dist. Et si bene consideretur, illud decretum videtur speciale de illa synodo tātum, cum dicit hęc sancta synodus & c. alioquin concilium sumit authoritatem a papa, vt patet. 17. dist. per to. & in capit. bene quidem. 96. dist. vbi dicitur quod sedes apostolica statutis synodalibus tribuit firmitatem. Vnde. S. Tho. vt supra dictum est, in 10. q. de po. Dei, dicit hoc apparere ex decretis synodi Calcedonen. in 6. actione. vbi Apocrisarij apostolici authoritate eiusdem sedis confirmabant & subscribebant vt decreta robur obtinerent. Quod etiam patet in fine eiusdem concilij. ubi papa approbat illam synodum quo ad gesta circa fidem, & noluit approbare quod statutū erat de primatu sedis Cōstantinopolitanæ post primam, cum tunc nondum esset facta prima post Romanam sicut hodie, ut in capi. antiqua de priui. & in c. sacrosancta iuncto. c. sequ. 22. dist. Idem patet in gestis Nicenæ synodi, quæ ipsa misit ad papam pro approbatione. Vnde tex. in c. significasti de elec. & notat. Abb. Sicu. in c. super quibusdam de verbo. signi. dicit quod concilia omnia per Romanæ ecclesiæ authoritatem facta sunt & robur acceperunt, & in eorum statutis Romanę ecclesiæ patenter excipitur authoritas. facit tex. in cap. dudum. 3. q. 6. Item pōt responderi ad illud decretum Cōstantien. quod non fuit decretum vniuersalis concilij sed solum a patribus obedientiæ Ioannis. 23. vt patet in gestis illius concilij. Imo Ioannes post fugam conquestus est quod quædam ordinauerant cōtra au- 229 thoritatem sedis apostolicæ. Et quod dicitur † de confirmatione Martini in pertinentibus ad fidem, intelligitur de confirmatione in ijs quæ statuta fuerant postquam conciliū erat plene congregatum, & non vnius obedientię tantum. Et si dicatur quod illud decretum est repilogatum in cōcilio Basilien. respondetur quod ob id non est tanquam decretum vniuersale existimandum, quia quantumcunque a principio authoritate Martini fuerit. d. synodus congregata, tamen qa in multis errauit, non est de illa curandum. Quod patet quia postea Eugenius non simpliciter omnia decreta & gesta illius synodi confirmauit. Nec sequitur fuit legitime congregata, ergo omnia eius gesta & decreta sūt firma quasi a papa 240 emanantia: quod patet ex. 2. Ephesina † synodo vniuersali, quæ fuit legitime congregata authoritate Leonis papæ & ꝑ causis fidei, & tamen errauit in fide de duabus voluntatib. & operationibus in Christo. unde uehementer reprehenditur 241 ab eodem Leone papa. Et similiter in † concilio melden. & Aquisgramen. ut in c. si autem, & in §. hac authoritate iuncto. c. placuit. 36. qō. 2. ubi decretum fuerat non posse raptam contrahere cum raptore, quod authoritate Hieronymi fuit confutatum. Vnde non sufficit concilium fuisse legitime cōgregatum a papa, sed etiam requiritur ꝙ decreta in eo edita sint per papam approbata & ab ecclesia recepta. Et quod decretis concilij papa possit derogare, ponit Ludo consi. 332. incipit quo ad primum in fi. Et ibi quod hoc potest ex causa euidenti iusta & rationabili, & quod eius est arbitrari quādo sit iusta & rationabilis. allegat gl. in c. cum illorum. in §. quod si claustrales, ver. mutilationem membri, & ver. effusionē san- 242 guinis de sen. excom. Nō obstat † quod dicitur de papa quod ligatur suo contractu. l. cæsar. ff. de. publica. & in capit. primo supra allegato, & alijs in eodem proposito adductis. Quia respondetur quod ista ordinatio cardinalium si fuit facta per viam constitutionis, licet tunc transeat in quasi contractū, tamen ex causa potest reuocari per principem. voluit Innoc. in c. in nostra de iniu. & dicitur in c. nouit de iudi. & in cap. dilectus de tempo. ordi. & in c. 1. & ca. cum omnes de consti. & Cardi. plene in repeti. capi. perpendimus de sen. excom. & in consi. 147. incipit dñs noster papa. & lapus allegatione. 100. q̄ incipit an statutum in vl. col. & Ioan. An. in addi. specu. in tit. de censi. §. nunc dicendum, versi. quid si vniuersitas. d. Anto. in capit. 1. de consti. Imol. post alios. & d. Anto. in 11. & penul. col. in c. quę in ecclesiarum de consti. & Anto. in capit. cum M. 7. colum. eo. ti. & Bal. in l. qui se patris in 11. colum. C. vnde liberi, & in l. si cum mihi. ff. de dolo. Archi. in c. quicunq; 11. q. 1. Inno. in c. nuper de testi. & Domi. in c. licet in prin. penul. col. de elec. in 6. Anto. in c. in nostra de iniu. Cardi. in cle. 1. §. porro. in 3. q. vbi ponit de donatione Constantini de iureiu. 243 Et quod supra † dicitur in contrarium quod efficitur irreuocabilis, intelligitur respectu non subditorum. & ita loquitur Inno. in d. c. nouit. a quo omnes alij deriuantur idem tenentes. Et in papa semper presumitur causa, vt in capitulo quæ in ecclesiarum ibi doc. de consti. Item respondetur quod talis ordinatio non tenuit ad onerandum futurum papam, nec in hoc habuerunt iurisditionem, vt dictum est per glos. in d. §. irritum in cle. ne Romani de elec. & cap. ubi periculum eo. ti. in 6. & pe. de Ancha. in regula accessorium. Et si dicatur facta per uiam contractus post assumptionem, ad huc non ligat, ut pote contra potestatem ei a Deo datam. Vnde Ioann. An. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ de cōsti. uoluit quod sicut pa-

pa

pa non potest se subiicere iudicio iudicis secularis, quia faceret iniuriam Deo, ita non potest suam papalem potestatem subiicere consensui cardinalium, quod maxime fieret per illud capitulum quod vno contradicente non possit cardinales creare. Item erit nulla† ratione suspitionis insurgentis ex
244 celeritate actus, quia statim post assumptionē requisitus est vt confirmaret, ergo sine causæ cognitione, & non uidetur factum ex certa scientia, vt in c. 1. & 2. & ibi notatur de cōfir. vti. vel inuti. Et eodem modo dico de voto & iuramēto inde liberato, vt supra dictum est in iuribus allegatis. Pro ista parte facit 15. q. 1. non est. & quod dicit Bal. in l. diuus. ff. de in integ. restit. Et forte posset dici meticulosa propter dubium ne cardinales resilirent in continenti ab electione, facit quod dicitur in l. interpositas. C. de transac. amissio. n. enim lucri & dignitatis inducit metum dicitur in cap. Abbas quod metus cau. & in l. non est verisimile. §. si fenerator. ff. quod metus cau. Item potest responderi †aliter quod posito princeps ob-
245 ligetur ex suo contractu, tamen hic non est proprie contractus, quia non est ultrocitroque obligatorius, ut in l. Labeo. ff. de verbor. signifi. Immo ex talibus capitulis resultat quodadam dedecus & ignominia papæ, quia cardinales fiunt ei pares, & aliquomodo superiores, ex quo bene deprehenditur, quod non uoluntarie confirmauerit iurauerit, & vouerit: Nec potuerunt cardinales hoc ab eo extorquere, cum post assumptionem essent inferiores. c. cum inferior de maior. & obed. & ca. innotuit de electio. l. nam magistratus. ff. de arbit.
246 Quinimmo † posito quod obligaretur, tamen ratione nouæ causæ potest princeps infringere contractum a se gestum. ut dicit Bal. in l. fi. ff. de sena. & Imol. & d. Anton. in c. cum M. in 4. colum. de constit. Hinc dicunt Doc. in c. quanto. de iureiu. quod licet princeps faciendo pacem cum hostibus non possit remittere damna data subditis sine consensu subditorum tamen illud est verum nisi agatur de bono pûblico, puta si non posset aliter haberi pax, & expediret populo pacem fieri, quia etiam sic præiudicat subditis, cum tunc utiliter geratur eorum negocium. Quod etiam ponunt doct. in cap. in nostra de iniu. & legistæ in l. venia. C. de in ius uocan. & in summa Angel. in uerbo bellum, in Pisanella eodem uerbo, & Franciscus de Platea. in tractat. restitutionum in §. 74. & summa Baptistina in uerbo bellum, & Rosarius eodem uerbo, & remissiue per Balencinum in dctio capitulo quanto. de iureiur. Vnde quod plus est, licet princeps non possit auferre dominium rei meę sine causa, tamen cum causa poterit quando agitur de bono publico. l. item si uerberatum. ff. de rei uendi. & l. uenditor. §. constat. ff. communia prędiorū. & in l. Lucius. ff. de euic. & late dicitur in c. quæ in ecclesiarū. de constit. Et sic patet quod etiam si concedatur papam huiusmodi ordinationibus ligari, tamen ratione publicæ vtilitatis & necessitatis poterit contrauenire illis capitulis, publica autem vtilitas & necessitas posset oriri ex multis, puta qa indiget persona digna quam mittat legatum de latere, & sic de similibus. Et per hoc respondetur ad omnia illa quę sunt adducta ad corroborationem quod princeps ligatur ex contractu, & quod non potest reuocare infeudationes & similia,
247 Non obstat† quod dicitur quod potentior est prohibitio quę fit per viam legis, vel constitutionis quam quæ fit simpliciter, quia illud est verum respectu inferiorum, qui constitutione & lege magis ligantur quam simplici prohibitione, secus in papa qui est supra legem, ut in l. digna vox. C. de ll. cum si.
248 Ad id autem †quod dicitur quod Deus posuit in ore principis illud verbum pacta seruabo satis ex prædictis est responsum, quia intelligitur quando pacta sunt licita, & licito modo contracta, & non quasi per extortionem. Vnde etiam dici potest quod Deus posuit in ore prætoris, gesta per metum rata non habebo, vt dicit Bald. in tit. de controuersia inuestitu. in prin. in vsibus feu. Itē respondetur ꝙ ista proprie non sunt pacta sed quædam ordinationes iuratę & votatę vt dictum est, & nullam continent stipulationem, & sunt de iis quæ concernunt pontificalem potestatem, & vbi subest causa etiam pacta rescinduntur. Vn
249 de dicit † tex. ff. de pa. l. iurisgentium in §. & generaliter quod quotiens pactum a iure communi remotum est, seruari hoc non oportet, & sit interposita de iis pro quib. pacisci nō licet seruanda non est, sed omnino rescindenda, nec iusiurandū de hoc exactum seruare oportet. Et tex. in §. sed si fraudandi iūcto. §. præceden. dicit quod pactum fraudandi cā factū, est iniquum aut superuacuum. Et ex pacto interdū actio nascitur vel tollitur quotiēs lege vel senatusconsulto adiuuatur.
250 l. legitima ibi glo. ff. eod. tit. Ad illud quod † dicitur ꝙ debet esse differentia inter absoluentem & absolutum, rn̄sum est supra ex adductis pro ista parte negatiua. Vbi datur rn̄sio per Felin. in d. c. 1. de constit. Et sic etiam cum dicitur ꝙ quis non authorizatur in facto proprio, respōdetur ꝙ est verum in inferiore sed secus in papa, vt in c. cum venissent. de iudic.

Quod autem dicitur quod quando iuramentum seu votum est in fauorem tertij, requiritur causæ cognitio etiam in papa super iustitia causæ, non obstat quia intelligitur de licito obligatorio iuramento quod non est in casu nostro, vt dictum est. Item intelligitur in iuramento præstito per inferiorem & inferiori, quia propter ius tertio quæsitum requiritur illius citatio, vt d. capitu. 1. de causa posses. & cle. pastoralis. de re iudi. Nos autem sumus in papa qui iurauit inferiori, & qui non potest accusari ab aliquo nec habet superiorem coram quo possit cognosci, vt in cap. licet de elec. nisi tantum in causa hæresis, vt d. capi. si papa. 40. di. & supra sæpius dictū est. De quo vide in Specu. in ti. de accusato, in versi. item papa & imperator. Nō obstat
251 etiā quod dicitur † de statu aristocratico & de ecclesia triumphanti ad cuius instar debet esse ista militans, & quod Petrus non solus sed nomine omnium dixit constituamus viros boni testimonij super hoc opus. Qua conceditur quod ita etiā cum consilio cardinalium debent ardua ex quodam honestate explicari, sed non propterea dicitur quod Mosi potestas vel Petri sine consultoribus esse non possit. Et si in actu requiritur consilium, non sequitur quod sit de necessitate sequendum, vt in c. cum in veteri cum concordan. de elec. Nec per hoc quod papa ex causa creat cōtra illa capitula cardinales, tollitur status aristocraticus. Nec legitur in veteri testamento quod per capitula Moses a consultorib. vel Petrus ab apostolis uel uiris boni testimonij fuerit aliquando astrictus ad certum modum gubernandi ecclesiam, & quod nihil posset facere etiam uno tantum consilio. Item negatur quod regimen mixtum sit melius. imo ut dicit Abb. Sicu. in capit. nouit in 3. colu. & 12. metaphy. multitudo principatum mala est. Item. 70. seniores qui erant sub Moyse iudicabant causas minores, sicut sub papa episcopi & alij inferiores de ecclesia, ut in c. cleros & cap in nouo cum duobus sequen. 21. dist. Quod autem dicitur quod principatus aristocraticus sit melior monarchico, contrarium probat tex. in cap. legimus 93. dist. ubi redditur ratio cur fuerit institutum ut unus preesset omnibus, & supra ostenditur, & dicetur latius in quæstione
252 an papa sit maior concilio. Ad id quod dicitur de selectione Matthiæ dicit Pe. de Palude in trac. suo de eccles. po. quod solus Petrus hoc facere poterat. Si ergo cum alijs fecit admittendo eos ad sortem, uel cum ipsis instituendo diaconos septem, hoc fecit dans exemplum successoribus suis, quod solus non haberet potestatem sine alijs. unde aliquando nominantur apostoli, aliquando Petrus, ut appareat quod eorum consilio faciebat, & non quod ad hoc necessitaretur. Et bene est tex. in capit. in illis. 80. dist. ubi dicitur ꝙ Petrus in ciuitatibus in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atque primi legis doctores erant præcepit poni episcoporum primates & patriarchas. Et ponderandum est quod dicit, poni præcepit, quia per hoc tollitur quod dicitur in cap. præceden. quod apostoli & successores potuerūt intelligi tum enim
253 præcepto Petri & successorem. Ad illud de institutione itatus assistentium, dicendum est necessarium esse aliquos assistere papæ a quibus accipiat consilia, ut sunt cardinales qui successerunt apostolis. Sed sicut Petrus non tenebatur de necessitate sequi apostolorum consilia, ita nec papa qui potest etiam ab alijs quam a cardinalibus accipere consilium, ut 12. quæst. 2. ecclesiasticis, & 16. q. 1. cap. in parochia. & 1. q. 7. cap.
254 cōuenientibus. Quod autem † dicitur quod plenitudo potestatis est in tota ecclesia, unde dispensare contra tales ordinationes non potest solus papa sine cardinalibus. respondetur quod plenitudo potestatis aliter & aliter est in ecclesia & in papa, quia principaliter in papa, ut late dico in arti. an papa sit maior concilio. Item non sequitur, quia in tali dispensatione non requiritur potestatis plenitudo. item quia tales ordinationes non ligant, ut dictum est per §. ceterum, & alia ad hoc adducta, & non est necessarium quod absolutio a iuramento vel voto, fiat ex plenitudine potestatis. Nec est verum dicere ꝙ plenitudo potestatis nō sit in solo papa, vt patet in c. ad honorē de auctho. & vsu pal. Qui patet ex c. quis. 21. di. ubi dr̄ ꝙ Romana ecclesia non synodicis institutis plata est ceteris alias, sed voce Dei dicentis ad Petrum tu es Petrus &c. certū est autē ꝙ tunc Petrus nondū erat eps Romanus vocatus ergo plata est alijs quia ille ꝙ fuit eius pastor platus est alijs. & sic ponitur ecclesia ꝓ prælato. Facit illud Matth. 18. si te non audierit dic ecclesiæ, vbi gl. i. prælato. de quo in c. nouit de iudi. & de hoc dicetur aliquid †. Et ꝙ sit in solo papa ista plenitudo potestatis, tex. est formalis in c. le. pastoralis in fi. de re iudi. in cap. quam diu in arti. an papa sit maior concilio. Non obstat
255 quod dicitur † ꝙ dictum iuramentum fuit appositum super eo ad quod tenebatur virtute constitutionis conciliaris, & ꝙ propterea non pōt absolui nec tolli sine concilio, quia ut supra dictū est papa non est suppositus illi constitutioni frequens, & solus pōt tollere constitutiones conciliares. nec requi-

quiritur absolutio ubi non est iuramenti obligatio c. quanto. de iureiran. Et ut dictum est non dicitur uoti transgressor qui illud implere differt. vel in melius commutat, ut in cap. scripturę, & c. non est de uoto. & cap. peruenit. el secundo de iureiuran. Nec in ea parte ubi uno tantum contradicēte impeditur creare cardinales roboratur iuramentum aliqua cō
256 ciliari constitutione. Et ex causa † superuenienti omnino potest uenire contra suam promissionem, maxime in illis pertinentibus ad potestatem eius quę non proprie transferuntur vel communicantur, nec ex promissione alteri acquiritur aliquid, sed tantum restringitur papę potestas, vt est promissio de non creando cardinales vel de tenendo conciliū. Ad hoc est quod dicit. Bal. in l. fi. ff. de senato. & Imo. post Anto. in quarta colum. in cap. cum. M. de consti. & quod diximus supra post dictum Inno. quod ponunt. Abb. & alii in cap. nouit de iudi. Facit quod dicitur in cap. fin. de dona. & in cap. ad apostolicam. de simo. in cap. fi. de rescrip. in 6. & in ca. primo de conces. præben. eodem. li. Ad illud quod dicitur quod nō
257 potest dispensare contra statutum concilii quando illud reuocando decoloratur uniuersalis status ecclesiæ. Rn̄detur ꝙ non tollitur statutum concilii detenendo concilio nec reuocatur, nec ex non obseruatione promissionis & absolutione a iuramento decoloratur status uniuersalis ecclesiæ, ex quo promissio fuit illicite extorta. immo conforme est uniuersali ecclesiæ quod ab illicitis promissis & iuramentis quis absoluatur. cap. debitores, & cap. peruenit, & cap. si uero de iure iuran. Non obstat quod pro reformatione nostris temporib. maxima est necessitas tenendi concilium, quia posset respōdere. papa. uolo tenere concilium, sed si astringar ad certum tempus & extorqueatur obligatio in congruo tempore nō teneor ex tali promissione & obligatione capitulorum, quā uis tenear ob necessitatem imminentem, cui prouidere spectat ad papam ex sua libera potestate. ut patet per tot. 17. dis.
258 Et multa † sunt quę reuocantur quantumcunque sint iusta, quia non sunt bene ministrata, sicut dicitur de statutis concessis Marchianis, quę fuerant Inconsultis cardinalibus cōcessa, vt ponit Ioan. An. in d. cap. super eo. de hęre. in 6. & in simili patet. prima quæst. prima per totum. & q. 4. ea. causa. Ad
259 illud † quod dicitur quod papa debet explicare ardua cum cardinalibus, respondetur quod communis opinio est in cōtrarium. Glo. est singularis quam ibi no. Abb. in clemen. ne Romani. de elec. Facit. c. conquestus, & cap. ipsi, & cap. cūcta per mundum. 9. q. 3. & quę dicit Archi. in cap. quę ad perpetuam. & in cap. sunt quidam. 25. q. 1. & in cap. quamuis. de offic. ord. in 6. & Albericus. in rub. & in l. humanum. C. de ll. & in authen. habita. C. ne filius. pro parte. & Geminianus in c. super eo. de hære. in 6. & in cap. 1. de schisma. eo. lib. Et Abb. in cap. 2. de cle. non resi. vbi uult quod non valeat consuetudo quod papa non possit creare cardinales sine consensu cardinalium. consuluit Pau. de Castro cons. 280. incipit in facto pręsenti. in penul. col. & do. Anto. in cap. sane. de cler. coniuga. & Egi. in cap. non liceat papæ 12. q. 2. in 21. colum. Et ista est communis opinio, vt patet etiam in aliis locis supra in 8. motiuo adductis, & ex aliis infra plenissime allegatis. Et cū
260 † dicitur quod cardinales sunt in quasi possessione sic faciendi & quod de hoc est consuetudo antiqua, respondetur quod consuetudo contra papæ potestatem nihil operatur. c. quanto cum materia. de cōsue. Sicut nec præsciptio, ut ponit Bal. in authen. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. Item ista quasi possessio non acquiritur ex actu liberalitatis & decentiæ, iuxta posita in l. si certis annis. ff. de pac. de quo vtrum obstet temporis cursus, infra plenius dico. Sic etiam dicitur de imperatore quod solus sine suis baronibus potest exercere ardua, ut dicit Hugo in cap. leges. 4. distinctione. & refert Do-
261 mi. in d. cap. super eo Non obstat quod dicitur † quod votū fit Deo, & est de iure diuino, & non potest ei contraueniri. qa illud est verum quando votum habet sua concomitantia, ꝑ quæ aliquis ligetur, ut supra dictum est. Quod nō est in proposito, quia videt̄ potius extortum quam ultro emissum. & Deus iudicat papam. 9. q. 3. facta. Ad ultimum dum † dicitur
262 quop si potest renuntiare pontificatui, multo magis se astringere potest ad certa capitula. respondetur quod plus est restrigere pontificalem dignitatem ratione contradictionis & perplexitatis quam in totum cedere pontificatui. Item dubitat in mente sua vtrum uoluerit se astringere. Item adest modus qui irritat actuum quantumcunque de se licitum, quia ante, & incontinenti post assumptionem iuramentum & uotum extortum est.
263 Ad authoritatem Car. d. in † d. c. licet, dico ꝙ non est vera, quia imo plenitudo potestatis est in solo papa sine cardinalibus, ut dixi supra ponderando. cap. quamuis. 21. distin. & illud Matt. 18. & tex. in d. clemen. pastoralis in fi. de re iudi. Ad ꝙ facit ꝙ dicunt doc. elēate ntia Cyril. & Chry. ꝙ alię potestates sunt

ab hominibus, ideo detrahere potestati aliorum est iniustitia, sed qui detrahit potestati papæ quæ a Deo est in euangelio & scripturis sanctis posita, in hæresim labitur. 22. dis. cap. omnes dum etiam aliter interpretatur scripturas quam spiritus sanctus efflagitat. 24. q. 3. c. quidam in fi. Et si dicatur ꝙ
264 quando Petrus claues accepit ecclesiam significauit, vt videtur sonare tex. Aug. in c. quodcunq; ea. cau. q. 1. & Aug. in sermone de apostolis dicit ꝙ Petrus ecclesiæ personā gessit. & dico infra in quæstione an papa sit maior concilio. & sic quod quæ dicuntur de Petro, intelliguntur de ecclesia habēte potestatem. quæ quia non pōt esse semper congregata, loco eius sunt cardinales. & sic ꝙ claues sunt in papa cū cardilibus. Respondetur quod tex. in d. cle. pastoralis, tollit contrarium, quæ vult ꝙ plenitudo potestatis est data papæ in persona beati Petri. Item respondetur quod claues non possunt dici datę congregationi. quia aut essent datę toti simul cōgregatę vel concilio ipsam repręsentanti. & tunc non posset absolui vel ligari nisi ab ecclesia congregata uel cōcilio. aut essent datæ singularibus de ecclesia, & tūc sequeretur ꝙ pueris & mulieribus essent datæ claues. Oportet ergo dicere ꝙ accepit ecclesia claues vel Petrus ꝓ ecclesia, inquantū non accepit vt ipse solus claues exerceret. sed etiam alii eius successores qui futuri erāt in ecclesia & ut ad alios prelatos per Petrum potestas clauium deriuaretur, ut dicit. S. Thom. in 4. senten. 24. q. 3. art. 2. quæstiun. 3. ad primum arg. & in dis. 4. contra gen. cap. 76. Quapropter ista potestas non potest esse in multitudine vel communitate sed in vno tantum. Vnde dicit Inuo. in cap. cum accessissent de constit. quod cum uniuersitas habet rectorem, iurisditio non non est penes uniuersitatem sed penes rectorem Et Beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus vt refert idem Sanctus Th. in opus. contra errores gre. dicit. ut membra maneamus in capite nostro apostolico thromo Romanorum pontificum, a quo nostrum est quærere quid credere & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus, quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, & soluere, & ligare loco illus qui ipsum ędificauit, & nulli alii quod suū est plenum sed ei soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu Christo obediunt. Et ideo Romana ecclesia representatur in papa, secundum Archi. in c. 2. de præscrip. in 6. & in c. fundamenta. de elec. eo. lib. & Bal. in authen. quas actiones. C. de sa-
265 crosan. eccl. Vnde cum fit † mentio de Romana ecclesia, vel de sede apostolica, etiam potest intelligi de papa sine cardinalibus. Pro hoc est. cap. sacrosancta Romana ecclesia. non ab apostolis, sed ab ipso saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro apostolo dixit, tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. 22. dist. ad idem text. in cap. ad Romanam ecclesiam. el primo. & 2 2. q. 6. Et non dubium est quod taliter appellans intelligitur appellare ad papam, vt patet in cap. per principalem. 9. q. 3. ad idem in capit. cuncta per mundum, ea cau. & q. & probatur in cap. nemo, iuncto principio. cap. sequentis. ea. cau. & q. Vnde beatus Bernardus & Eugenium inquit, de toto mundo appellatur ad te. Et in concilio Constantinopolitano dicitur. si quæstio ueniat in concilium de Romana ecclesia, nō liceat dicere sententiam contra summos senioris urbis Romæ episcopos. Et idem Ber. ad Eugenium dicit. cæteri in partem solicitudinis uocati sunt tu vero in plenitudinem potestatis. Conceditur ergo ꝙ sedes apostolica & Romana ecclesia accipitur pro tota congregatione cleri cum cardinalibus & papa tanquam cum præsidente, in quo priuilegia sedis & ecclesiæ Romanę quo ad primatum & potestatis plenitudinem totaliter resident. Vnde tex. in cle. 1. de iureiur. dicit quod Romanæ ecclesiæ caput est Christus, & Romanus pontifex eius vicarius. & clarius tex. in clemen. pastoralis, de re iud. Et quod solus pa-
266 pa possit † creare cardinales, bene facit ꝙ omnis potestas ecclesiastica aut est ordinis aut iurisditionis, ut dicit S. Tho. in d. c. 76. quarti, contra gen. dicitur in c. transmissam. de elect. & in c. aqua. de consec. eccle. uel alta. facit quod dicitur in c. fin. de elec. Si loquimur de potestate ordinis, nulli dubium est quod solus papa potest quoscunque vel episcopos uel presbyteros vel diaconos ordinare. text. est in c. in nouo. 21. dist. & in d. cap. quanto. de consuet. Si de potestate iurisditionis, vt est dare administrationem, est tex. in c. quia diuersitatem, in parte decisa, de conces. præben. ubi dicitur quia diuersitatem corporum sæpe sequitur diuersitas animorum, ideo po-
267 testas iurisditionis a principio fuit uni collata. quasi dicat † ꝙ multitudo potestatum est mala ratione contrarietatis quæ sequitur ex uarietate animorū, & ideo unus datus fuit princeps in omnibus papa. Et hoc in effectu dicit idem Th. in d. c. 76. in 4. contra gen. pro hoc etiam facit quod potestas data fuit Petro in singulari, ut ubi dicit̄ tibi dabo claues &c. Mat. 16. & pasce oues meas &c. Io. vlt. & q̄d cunque ligaueris &c.

Matt. 16. & c. solitæ. de maio. & obe. & c. quodcunque. 24. q. 1. Et ideo innuit tex. in d. c. in nouo. 21. distin. ꝙ solus acceperit potestatem iurisdictionis ligandi & soluendi, sed cæteri apostoli pari consortio potestatem acceperunt ordinis, vt dicit ibi gl. ad idem. 24. q. 1. c. loquitur. Vnde Petrus primus accepit potestatem iurisditionis, licet simul fuerint ordinati sacerdotes. Et si primus accepit iurisditionem, in hoc non erant pares. 2. q. 7. c. puto. nā si alij apostoli accepissent simul potestatem a Christo immediate sicut Petrus, tunc non vnus primus accepisset nec ab vno profecta esset in plures tanquā a capite, contra. d. c. loquitur. 24. q. 1. & c. ita dominus. 19. dis. Ergo potestas Petri descendit in alios. pro quo bonus text. in c. fundamenta. de elec. in 6. Pro hoc ēt faciunt infinitę authoritates in quibus ostēditur ꝙ in singulari nominatur Petrus. Vnde S. Tho. in opusculo contra errores Græcorum. c. 66. referendo Cyrillū patriarcham Alexan. dicit ꝙ sicut Christus accepit a patre plenissimam potestatem, ita & Petro & eius successoribus plenissime commisit, & nulli alij q̄ Petro quod suum est plenum, sed ei soli dedit, vt paulo ante tactum est. Et plures authoritates similes colligūtur ex relatione ipsius sancti in dicto primo opusculo contra errores Græcorum. c. 64. 65. 66. 67. & 68. Et in fine refert Chrysost. dicentem ex persona filij loquentem, pasce oues meas. i. loco mei præpositus esto fratrum. Et idem Sanctus in 4. contra gen. dicit ꝙ soli Petro dixit tibi dabo claues regni cœlorum, vt ostenderet ꝙ potestas clauium erat per eum ad alios deriuanda. Vnde ex premissis patet ꝙ in solo papa est potestatis plenitudo. pro quo ille tex. notabilis in d. cle. pastoralis, de re iud. in fi. ubi dicitur ꝙ Christus dedit plenitudinem potestatis Rom. pont. in persona beati Petri & tex. in parte decisa in d. c. quia diuersitatem. Et in persona beati Petri dictum est & successorib. eius pasce oues meas, vt dicit tex. in cap. solitæ, de maiorit. & obedien. Et de hoc latius dicetur in artic. an Papa sit supra concilium. Quæ potestatis plenitudo potest quicquid uult, vt dicit Bald. in cap. 1. de constit. & est supra debitum officii pontificalis, vt dicit tex. in c. 1. vt eccl. bene. Vnde miror quo modo aliqui velint ꝙ per capitula possit potestas pontificalis astringi.

268 Et si dicatur † potestatem datam papæ ad ædificationem non ad destructionem, iuxta apostolum 2. ad Corin. vlt. non sic intelligitur ꝙ solum possit ea quæ ad ædificationem tendunt, sed ꝙ potestas ei data est ad finem ut ædificet, sicut dicimus ꝙ homini datus est intellectus & liberum arbitrium ad bene operandum siue vt bene operetur, & tñ nō est necesse ꝙ quicquid agit per intellectum & liberum arbitrium sit opus bonum. Sed dicat mihi qui vult papam astringi ad obseruandum iuramentum & votum, quæ honestas patitur & quæ est ædificatio ꝙ papa etiam si sit necesse & ecclesiæ expediens non possit creare cardinales uno tantum contradicente? Ista non est ædificatio, sed vera destructio & cōtra iuris dispositionem, quæ vult ꝙ factum a maiori parte teneat, ut de iis, quæ fiunt a ma. par. ca. per to. Et si recte inspiciatur, inter illa capitula conclauis sunt aliqua quę directe tendunt contra potestatem pontificalem, & ad utilitatem particularem ipsorum cardinalium, ut patet in capitulis reseruationum & regressuum & similium.

269 Et si † dicatur quod saltem teneatur infra biennium tenere cōcilium quia sapit publicum bonum & non debet vtile per inutile vitiari. Respondetur uerum esse quod utile quod est separabile ab inutili non debet uitiari per inutile, nisi illud vtile causetur ab inutili, quia tunc etiam utile uitiatur. ff. de uerb. oblig. l. 1. §. si quis ita. & C. de fideiusso. l. cum lex. & C. de legib. l. non dubium. Ita ponit Iac. de Are. ut refert Cy. in l. scimus. C. de donat. & refert Io. An. in regula utile in Mercu. Ita est in proposito, quia licet tenere concilium infra biennium sit in se utile tamen causatur ab inutili, hoc est ab illicita promissione facta in conclaui & in assumptione papæ & statim post, quæ est improbata, ut in c. sicut nostris, de iureiur. & in cap. Artal

270 dus. 8. q. 3. & supra dictum est. Et si bene † aduertatur, doct. tenentes ꝙ papa tenetur ad obseruationem iuramēti & ꝙ nō potest creare cardinales contra iuramentum, non loquūtur simpliciter sed in casu Gregorij, & Benedicti, qui quicquid iurauerant, fecerant pro sedando schismate, quod aliter nō poterat sedari. & ideo in casu illo tenebantur ad obseruationem iuramenti, sed secus vbi non subest aliqua causa maioris boni si exigitur ante vel in ipsa promotione iuramētum.

271 Non obstat tex. in c. per uenerabilem qui filii sint legit. Et ad id quod ibi dicitur de sacerdotibus leuitici generis ꝙ sunt fratres papæ qui ei in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt, ex quo papa de iure diuino tenetur exercere ardua cum eis, vt uidetur velle ibi sumere argum. Abb. Sicu. & Alex. Respondeo non solere dici ex illa authoritate quod de iure diuino cardinales sint coadiutores papæ in executione officii papalis. Et si tenemus quod dicit Abb. & Alexā. quod cardinalatus sit de iure diuino ex illa authoritate, Deute. 17. de quo uide quod supra dixi in ꝓprio articulo, adhuc ex illa non sequitur quod papa solus non possit ardua explicare sine eis si eorum consensum uel consilium habere noluerit. Imo uersiculus immediate sequens, scilicet is uero sup eos ostendit contrarium, cum dicit quod tantum successori Petri dictum est quodcunque ligaueris &c. & sic papæ soli qui reputatur iudex. cum sacerdotibus leuitici generis. ille enim uersiculus is uero super eos, exponit quod supra dixerat, & ad iudicem, ut dicit ibi Ioan. And. Vnde ex illo tex. non habetur ꝙ solus iudex sine sacerdotibus leuitici generis nō possit iudicare ardua. Item potest dici ꝙ illud erat præceptum iudiciale, ut ibi patet, ideo non obligat in nouo testamento nisi ex noua institutione, quapropter nūc nō est de iure diuino.

272 Multa enim † erant in ueteri testamento de iure diuino, quæ modo non sunt in nouo testamento, ut cerimonialia & iudicialia. ut est clarum apud Theologos. Et in primis apud S. Th. in prima secundæ. q. 104. ar. 3. & ad hoc est glo. Nicolai de Lira, Exo. 21.

273 Non obstat quod dicitur eo. † c. in uersic. sane, ꝙ ex vi vocabuli Deuteronomium comprobatur, ut qđ in ueteri lege decernitur in nouo testamento debeat obseruari. Quia intelligo in hunc sensum quod illud quod fuit statutum quod in arduis recurratur ad sacerdotes leuitici generis & iudicem qui fuerit illo tempore, debet obseruari in nouo testamento, hoc est quod in arduis debet recurri ad papam tanquam ad supremum iudicem & ad cardinales tanquam sacerdotes leuitici generis in executione officii papæ coadiutores, non quod ipsi soli iudicent, uel quod papa non possit iudicare sine illis.

274 item † potest aliter respondei quod iudicialia non sunt sublata taliter quod illorum obseruatio obliget ad peccatum, sed tantum quia non obligant in lege noua. ut dicit Nicolaus de Lira. in d. c. 21. si tamen seruarentur tanquam ex lege ueteri obligatoria, esset mortiferum,

275 ut dicit ibi Nicolaus. Quod autem papa † arguit ibi ex ui uocabuli Deuteronomium, quod secunda lex interpretatur & euangelium significat, ut dicit glo. beati Hiero. Deuteron. 1. non uidetur ita accipiendum quod sicut tempore ueteris legis ex ui illius tex. Deuteron. 17. in arduis recurrendum erat ad sacerdotes leuitici generis & iudicem pro tempore existētem ita necessario faciendum sit in nouo testamento, sic ut illius præcepti omissio obliget ad peccatum taliter quod aliter fieri non possit nisi omitteretur ex cōtemptu. Nec ex hoc habetur, quod iudex leuitici generis haberet de necessitate cum sacerdotibus iudicare. Quinimo glo. Nicolai in d. ca. 17. dicit quod interdum utrumque officium, sacerdotis & iudicis, concurrebat in eadem persona, sicut fuit in Heli summo sacerdote, ut patet 1. Reg. 1. & 4. Et quod etiam poterant diuisim causas decidere, quia in spiritualibus causis habebatur recursus ad summum sacerdotem & in temporalibus ad iudicem. Et subiungit quod hinc inoleuit consuetudo quod ab inferioribus iudicibus ecclesiasticis appellatur ad papā, & ab inferioribus iudicibus secularibus ad regem seu imperatorem.

276 Et ex hoc † colligitur quod non sit uera conclusio quam ponit Abb. & sequitur Alexand. in d. cap. per uenerabilem, quod est de iure diuino quod papa non possit explicare ardua sine cardinalibus, quia hoc non sequitur necessario ex illo tex. Et propterea Ioan. An. ibi in uerbo fratres nostri, intelligendo illum tex. loqui in cardinalibus, dicit quod decet papam omnia illis communicare. quod uerbum decet importat honestatem, ut in capitulo cum non deceat, & in capitulo fundamenta. de electione, in sexto. Vnde cum ille text. in dicto capitulo per uenerabilem dat normam, dicendum est quod illam dat subditis, non papæ, qui nec seipsum, nec successorem potest ligare. capitulo innotuit. de elect. & clemen. ne Romani, eodem tit. Seruare tamen debet illā de honestate ad euitandum peccatum & scandalum, non ex necessitate.

Et quo ad id quod dicit Ioann. Mona. de collationibus episcopatuum & abbatiarum quod fuerunt reuocatæ in dubium, & aliquæ earum cassatæ, Ioan. And. ibi in d. cap. super eo, miratur quod fuerunt cassatæ illæ promotiones. Verum non mirum, quia eadem potestate cassare poterat illas successor qua prædecessor concesserat. d. c. innotuit, & cle. ne Romani. de elec. cum si. Ad hoc facit quod dicit Io. And. in c. cum ex eo, de pe. & remis. allegando Inno. ꝙ papa potuit inferioribus prælatis restringere potestatem dandi indulgentias, quia

277 hęc potestas ipsorum ab eo est. Similiter non obstaret † si allægaretur promissio facta a Bonifacio Octauo, a quo similia capitula inchoarunt & postea per multos pontifices replicata sunt in principio assumptionis, s. quod papa promittit secum consilio cardinalium recturum ecclesiam, quia ꝑ hoc non potuerunt ligari successores. d. c. innotuit. Et ex proprio iuramento non potest suam plenitudinem potestatis restringere, quin ꝯfaciendo ualeat quod facit per supradicta pro ista

ista parte, cum nō propterea quia sunt facta per multos post Bonifacium plus ligent successores quam facerent capitula in corpore iuris clausa, quibus non ligatur, ut in allegato cap. proposuit, facit quod dicitur in c. fi. in fi. de rescrip. in 6.

278 Nec suffragari † potest temporis longitudo, quia vt diximus contra præscriptionem papa dispensat, quia est ius quod acquiritur ex dispositione a iure communi causata. d. cap. quæ in ecclesiarum. de consti. Facit quod dicit Bal. in l. 2. in 6. col. versic. sexto. quęro. C. de serui. & aqua, videlicet quod contra plenitudinem potestatis papæ non potest præscribi. 16. quæ-

279 stio. quarta. volumus. Et si dicatur quod † tempus cuius initij memoria hominum non est in contrarium, operatur in istis quę sunt reseruata principi vt etiam ex cursu tanti temporis per inferiorem possint acquiri, vt dicitur in d. c. per venerabilem versic. videbatur, qui filii sint legi. & in cap. super quibusdā, de verb. signi. & ponit Bart. in l. infamē. ff. de publi. iudi. & in l. 1. ff. de aqua. plu. arcen. & dicitur in cap. cum nobis. de præscrip. Primo respondetur quod si considerentur tēpora non fuit hoc seruatum per tempus cuius initii non sit memoria in contrarium. quia non multo post secuta sunt tempora Vrbani. 6. sub quo incœpit schisma quod durauit vltra. 40. annos, quibus non currit præscriptio, vt dicitur in c. 1. de præscrip. postea creato Martino & eo mortuo successit illi Eugenius, & ab illo tempore citra nunquam fuit tentū concilium. Vnde si capitula a tempore Bonifacii habebant quod teneretur concilium intra biennium, patet quod non fuerunt in obseruantia, & tempore meo non vidi aliquem ex summis pontificibus qui illa seruauerit sed bene contrauenerunt. Vnde non potest allegari talis pręscriptio. Ad ꝙ

280 facit † quod dicit Pau. de Cas. cons. 280. incipit in facto præsenti, quod licet alias in casibus alienationum interuenire consueuerit subscriptio cardinaliū, quod habet concomitātiam cum dispositione iuris. 12. q. 2. cum redemptor. 35. q. 9. c. quis, & notatur in cap. cum a nobis. de testit. tamen papa ad hoc non astringitur si non uult, sicut nec tenetur alia expedire de consilio fratrum cardinalium si non uult, ut ibi dicitur & in cap. non liceat papę, ea. causa. & q. quia non potest ei dici cur ita facis, vt dicit glo. in cap. quanto. de transla. pręla. &

281 ibi allegat plures concordantes. Item secundo † respondetur quod contra plenitudinem potestatis papæ quia illam habet a Deo non cadit aliqua præscriptio etiam per tempus cuius initii non extat memoria, ut ponit Inno. in cap. bonæ. el secūdo. de postu. præla. & Archi. in cap. uolumus. 16. q. 4. & Abb. in cap. omnis anima. de censi. & in capit. cum instantia ad fi. eod. tit. & in cap. ad audientiam in fi. & in cap. cum nobis. de præscrip. & in cap. uouit. 10. colum. de iudi. & in cap. fi. in 1. notabili. de consti. & in c. cum contingat. 1. colum. de foro competent. & idem Anto. ibidem in versic. dic. quædam in 11. colum. Bal. in authen. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. & melius in repe. l. 1. in 10. colum. versic. quid ergo dicemus C. de emancipa. libe. & in l. fi. post prin. ff. de iustitia. & iure & idem Abb. in cap. primo ad fi. ut lite pen. & idem Bal. in d. l. 2. C. de serui. & aqua. Et in propriis terminis quod cardinales non possunt prescribere quod papa non possit exercere ardua sine requisitione & consensu ipsorum, ponit idem Abb. in ca. ex gestis. de cler. non resi. Et ratio est, quia esset præscribere contra supremam potestatem quam habet, a Deo & in effectu esset præscribere cōtra Deum, quasi præscribens nollet eius vicarium in superiorem. Et idem Pau. de Castro in dicto consilio. 280. in antepenul. colum. & uide do. in cap. sacrosancta. in 2. colum. 22. dist. Et quod non possit præscribi contra supremam potestatem, vide Imo. in cap. quanto. de consuet. & in cap. primo post. Butri. de consti. Non obstant in cōtrarium adducta de. cap. per venerabilem & cap. super quibusdam. quia non loquuntur in plenitudine potestatis, sed in iis quæ competunt papæ ratione cuiusdam specialis prærogatiuæ, non in signū supremę potestatis. ut vide Abb. in d. capitulo cum nobis. & Areti. in l. more in quarta. colum. versic. tu dic. ff. de acqui. hæredi. De quo per Felin. qui allegat istos & plures alios concordan. in d. cap. cum nobis, & in rub. de constitutionib.

282 Non obstat quod † dicitur quod cardinales sunt pars corporis papę, qa illud intelligitur respectu læsionis, quia si læditur cardinalis videtur lædi in honore etiam papa, iuxta. c. Fœlicis. de pœnis. Item intelligitur per similitudinem. inquantum non in potestate sed in executione potestatis exercet aliqua per ipsos tanquam pro immediate ei adhærentes, & pro quanto papa eos admittit secum ad curam & regimen ecclesiæ, quę cura commissa fuit soli Petro, vt dictum est, & dicit Grægo. super illud Ioan. 21. ascendit Petrus & traxit re-

283 te &c. Quod autem dicitur † quod licet sit solutus legibus tñ debet viuere secundum leges hoc intelligitur ex quadam decentia, ne alioquin eius leges, ipsummet ligent, contra. l. digna vox. C. de. ll. & l. princeps legibus. ff. eo. tit. Item non reperiuntur leges nec canones qui velint quod papa in agēdis circa concernentia dicta capitula, teneatur habere consensum cardinalium de necessitate, & iura ostendūt quod papa in arduis non astringitur habere consensum cardiualiū sed solum eorum consilium requirere, ut patet in cap. primo. de renun, in 6. & in cap. super eo de hære. eo. lib. & in clem. 1. in versic. nos pręmissis. de iureiur. & in cle. pastoralis. in fi. de re iudi. & in c. 1. de schisma. eo. li. 6. Et clare † ꝓbat tex. in c. fundamēta, de elec. in 6. dū dicit ꝙ decet cardinales q̄ papę in exe-

284 cutione officii sacerdotalis coadiutores assistunt hr̄e libera cōsilia, Ex quo tex. duo colligūtur. primū ꝙ cardinales sunt coadiutores ī executione & nō in deliberatione, s̄m ꝙ eorū est ꝯsulere & nō ꝯsētire vel deliberare. Et idē ꝓbat tex. ī d. c.

285 ꝑ venerabilē q̄ filii sint legi. Nec obstat † tex. in c. ad apostolicæ. de re iud. dū dicit cū fratrib. nr̄is & sancto cōcilio deliberatione p̄habita diligenti, quasi velit ꝙ cardinales nō solum in executione sed ī deliberatione assistāt. Tū q̄a illud verbū deliberatione p̄habita refert̄ ad ꝑsonā ipsius papę loquentis tm̄. tū ēt q̄a nō negat̄ quin si papa velit deliberare cū cardina-

286 lib. possit, sed dr̄ ꝙ nō astringit̄ de necessitate. Ad illud † ꝙ dr̄ ꝑ Bal. in l. cū multa. C. de bo. q̄ lib. ꝙ papa cū uult infeudare ꝑciosa, ut esset magna ciuitas, debet hr̄e cōsensum cardinalium qui sunt capl̄m vl̄is ecclesiæ. & sequitur Aluarotus in c. 1. in prin. in ti. ep̄m vel Abbatē. in usi. feu. Rn̄det̄ ꝙ si bn̄ ī spiciat̄, Bal. ibi uult ꝙ possit qn̄ subest necessitas ēt iniuste vēdere & alienare, mō nō faciat aīo ditādi consanguineos nec sit ꝯ stat. ecclesiæ Romanæ, q̄a tūc successor rescindit. Et licet in fi. dicat qn̄ sunt bona p̄ciosa, vt esset magna ciuitas, ꝙ debet interuenire cōsensus cardinaliū, loquit̄ qn̄ uellet papa de plenitudine ptātis vēdere sine consensu cardinalium. Item pōt dici ꝙ dictū Bal. qn̄ alr̄ sētiret nō esset verū & ꝯrium ponit Pau. de Ca. cōs. 280. incipit in p̄nti. nec Archi. in d. c. cū redēptor. 12. q. 2. quē Bal. allegat, dicit ꝯrium, nec iura q̄ loquūtur de cardinalib. dn̄t de cōsensu cardinaliū sed tm̄ de cōsilio fratrum nostrorum. Vel s. eius dictum est uerum, intelligendo ipsum qn̄ verisil̄r turbaretur status ecclesię ex huiusmodi alienatione s̄m Inno. & alios in cap. inquisitioni de sentē. excom. adhuc in casu proposito non tenebitur papa seruare virtute capitulorum iuramentum vel uotum, quia est turpi-

287 ter extortum, ut supra dictum est. Sicut dicitur de † eleæmosyna quod non est putāda eleæmosyna si pe illicite acquisitis fit, ut in ca. non est putanda. 1. q. 1. Et sicut si pro consequēda iustitia aliquid promittitur, ut in l. 2. ff. de condi. ob turpē causam. l. quod euitandi. C. eodem. Vel si ex stipulatione per uim extorta exacta esset pecunia, ut in l. ex ea stipulatione. ff. eo. & plura possent adduci exempla in simili, ut in l. prima ff. de concus. & in l. non licet. ff. de contrahen. emptio. sicut si promittitur pro beneficio consequendo. Et aliquando quod

288 † de se est licitum si deducatur in pactum fit illicitum, ut in ca. fi. de pac. Et ratione modi & temporis multa de se licita fiunt illicita, ut in capitulo primo. 41. distin. ibi Archi. facit quod dicitur de iuramento præstito de seruandis statutis. in cap. primo de iureiuran. in 6. Vnde dato quod capitula in se contineant illa quæ de se sunt licita, tamen ratione temporis promissionis & promittentis sunt illicita, vt dicto capitulo sicut nostris de iureiuran. & 8. quæst. tertia Artaldus, cum similibus facit quod dicitur. in cap. primo. 41. dist. in ca. scien-

289 dum. 29. dist. Non obstat quod † dicitur de tyrannide & quod malum gubernium plurimorum pontificum pręstat occasionem capitulandi. quia respondetur quod non tam illis pōtificibus quam cardinalibus hoc imputādum est propter eorum malas electiones. Nec hoc excusat, quia † vitia non tran-

290 seunt in successorem in dignitate, ut in capitulo cura de iurepatro. Nec conuenit propter prædecessores astringere successores. argumen. eorum quæ ponuntur in. c. fi. ne præla. vi. su. & quæ dicuntur in regula non debet de regu. iu. in 6. Nec de facili potest causari tyrānis in pontifice, qui non potest ex-

291 cedere dies Petri, nec ei datur carnis successio. nec in † papā cadit tyrannis, quia proprie tyrannus est ille qui vult vsurpare iura principis, ut in l. sacri affatus, & ibi Bal. de diuer. rescr. Et eadem ratio est in imperatore quæ in papa. unde nec imperator posset sine proceribus aliquid arduum facere, cuius contrarium constat esse uerum, ut in l. prima. ff. de constitu. princip. & probat text. & ibi Bald. qui dicit quod princeps in l. humanum. C. de legibus. loquitur ex humanitate. Et per ista sit expeditus iste articulus, quem non reperies alibi ita examinatum.

292 Aduertendum tamen est ad unum † quod ēt dicit Ale. 8. q. 3. in sum. ꝙ licet als papa per huiusmodi capitula nō possit restringere suam pōtificalem potestatem sicut nec imperator minuere ptātem imperrii, cauere tñ debet papa ne utatur plenitudine ptātis, sine rationabili causa, quia ut inquit Bernard. ad Eugen. vbi ne-

necessitas urget excusabilis est dispensatio, ubi utilitas prouocat, dispensatio laudabilis est. Requiritur igitur causa rōnabilis, necessitas & utilitas. Vnde idem Bernard. quomodo non indecens tibi uoluntate pro ratione uti, & quia non est ad quem appelleris, potestatem exercere & negligere rationem. Et idem, qūo permissio papæ licitum facere ualuit qđ malum fuit. Et tex. Hila. papæ in c. nulli fas. 25. q. 1. dicit. nulli fas sine status sui periculo, uel diuinas constitutiones, uel apostolicæ sedis decreta temerare, quia nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talis transgressionum culpa respiciet. Et idem Bernar. ad Robertum ostendens eū non esse tutum quo ad Deum cum quo sine rationabili causa papa utitur dispensando plenitudine potestatis, inquit, quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutione apostolica, cuius conscientiam diuina tenet ligatam sententia. tolle occasiones, remoue blandimenta, adulationibus claude aures, te interroga de te, quia tute melius nosti q̄ alius. attende cor tuum, discute intentionem, consule ueritatem, tua tibi conscientia respondeat. Facit quod dicitur in gl. in cap. non est. 293 de uoto. Imo † ex hoc vult Alex. ibi in sum. quod si papa sine causa utatur plenitudine potestatis contra huiusmodi uotū & iuramentum, peccet mortaliter. alle. tex. in c. cum ad monasterium in fi. de sta. regu. & gl. in d. c. non est, & gl. in c. sunt quidam. 25. q. 1. Sed ibi loquuntur respectu dispensati quod non sit tutus quo ad Deum. in casu proposito autem crederem distinguendum. Quia si tenemus papam non astringi ad obseruandum dicta capitula ut supra dictum est, tunc dicerem prout Abbas summat tex. in c. quanto, de iureiur. quod aut papa scienter iurauit illicitum & non indiget absolutione, maxime si gessit in animo illud non seruare, ut ibi, nisi ad cautelam, vt uult tex. iuncta gl. in c. cum quidam, & in c. uerum, de iureiur. Quod est uerū in foro iudiciali, in quo in dubio creditur habuisse animum obligandi. alioquin nec absolutio ad cautelam requireretur quo ad Deum si non habuit animum obligandi, ut in c. si uero, el 2. & ibi Abb Sicu. pe. & vlt. col. de iureiur. Esset tñ pœnitentia iniungenda, eo ꝙ iurasset illicitum, ut vult Abb. in c. sicut nostris, de iureiur. & tex. in d. c. quanto. An aūt illud transgrediēs peccet mortaliter, dicerē ꝙ ex quo istud iurm̄ est illicitum, quia turpiter receptum & turpiter iuratum, item quia posset vergere in præiudicium publicæ vtilitatis & esse contra honorem & in restrictionem dignitatis pontificalis, sicut esset istud ꝙ non possit dare epatus non excedentes ualorem ducentorū sine uotis card. per balottas, quod capitulum satis vr̄ reipsa illicitū. item sicut esset istud ꝙ uno ꝯdicente non possit nec ualeat creatio cardinalium, quod est ꝯ oīa iura, q̄ uolunt ualere factum a maiori parte, in talib. non peccat mortaliter ꝯueniēdo. Et hoc vr̄ uelle Abb. in d. c. sicut nostris, & in c. 2. de iureiur. & maxime in proposito ubi vr̄ fuisse iuratum indeliberate. 294 Facit † quod dr̄ ꝙ qñ est præstitum iurm̄ ex calore iracundiæ non ligat, ut in c. sicut ex literis de iureiur. Et maxime si non habuit animum se obligandi, quia non peccat non seruando, quia Deus cor interrogat. 24. q. 1. si quem. & dicit Ab. 295 in c. si uero, el 2. pe. & ul. col. de iureiu. Si aūt † habuisset aīum obligandi pp mixturam aliquorum capitulorum quæ non sunt directe illicita nec ꝯ dignitatem pontificalē, qa tamen turpiter iuratum est & turpiter iurm̄ receptum, quantumcūque possit seruari sine interitu salutis æternæ, pōt ab illo absolui recta uia, absque eo ꝙ cogatur illud recipiens relaxare. Ita dicit Abb. in c. 2. & in c. uerum. de iureiur. Aut ignorāter iurauit illicitum qa credebat licitum. & deberet illud seruare si aliquo licito modo est obseruabile. Et multo magis idē dicendum est si de se est licitum & scienter iurauit. Et istis casibus si utendo plenitudine ptātis contraueniret, forte peccaret mortaliter & procederet quod dicit Alex. ibi in summa. Deberet tamen absolui, & posset seipsum absoluere tanq̄ a iuro turpiter recepto, ut dr̄ in c. si uero. el 2. de iureiur. & in c. uerum, eo. ti. & d. c. 2. eo. ti. Et ista sint dicta salua semper determinatione sanctæ matris ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Papa creans cardinales nulla subsistente legitima causa, & tales, per quorum creationem ecclesia non honoretur, an mortaliter peccet, & an tales erunt ueri Card.*
Et quod peccet. nu. 2.
Vsque ad num. 12. per totum.
Quod non peccet immo quod possit creare. nu. 13.
2 *Dispensatio omnis debet esse cum causa. & sine causa dispensans peccat. ibidem.*
Et sine causa dicitur dissipatio. num. 3.
Et dispensatio inordinata potest reuocari per successorem. ibid.
Et quomodo intelligendum. nu. 15.
3 *Dispensatio est nulla, si dispensatus alleget causam falsam.*
4 *Absolutio non cadit in nondum ligatum.*
Et absolutio non datur non pænitenti, vel volenti peccatum committere, vel volenti in errore perseuerare. ibid.
Et quomodo intelligendum. num. 20.
5 *Impunitatem sibi promittens committit in spiritumsanctum.*
6 *Papa licet non ligetur capitulis licitis vel illicitis, tamen si promouet indignum, indignitate requirente dispensationem, committit indignum vniuersali ecclesia.*
7 *Papa non dispensat contra generalem statum ecclesiæ, licet non sint de his quæ concernunt fidem, vel de his ex quibus decoloretur status ecclesiæ.*
8 *Timor scandali licet quis nullum patiatur defectum facit illum impromouibilem.*
9 *Inhabilis inhabilitate accidentali quis dicatur, & inhabilis, inhabilitate naturali.*
Et an tales promoueri possint ad Card. ibid.
10 *Papa tenetur promouere habiles ad Cardinalatum.*
Et non potest vti potestate sua ad perniciem ecclesiæ. ibid.
11 *Facultas data alicui de prouidendo de certis beneficijs intelligitur data de prouidendo personis qualificatis & idoneis.*
Et magis idonus. Quomodo intelligatur. num. 31.
Et ista facultas semper intelligitur data seruatis seruandis, & iuris ordine seruato. ibidem.
12 *Dispensatio sine causa etiam si sit papalis non facit dispensatum tutum quo ad Deum.*
13 *Papæ facultates & potentia.*
14 *Papæ omnia licent preter peccatum sed an intelligatur de peccato legis diuinæ an etiam de peccato legis positiuæ. ibid.*
16 *Papa est supra ius, & contraueniendo legibus & dispensando contra ius positiuum non peccat.*
Nec ligatur iure communi.
17 *Prohibitio de promouendo illegitimo vel minori est de iure positiuo.*
De illegitimis dummodo non sint paternæ incontinentiæ imitatores. nu. 19.
18 *Papæ plures enumerantur fuisse illegitimi.*
22 *Papa carnalitate ductus si promoueret plures inhabiles, & incapaces, & Ro. ecclesiæ inutiles, ad cardinalatum, an præberet iustam causam congregandi concilium.*

Articulus VI.

1 Sed moueo hic ad propositum unam qōnē. papa vult † promouere unum uel plures ad cardinalatum non subsistente aliqua iusta causa, & promouendi non sunt personę ex quibus ecclesia honoretur, quinimo indigent dispensatione super irregularitate ratione criminis uel illegitimitatis, uel ætatis, & forte in una & eadem persona concurrunt plures defectus in quibus necessaria est dispensatio, utrum isto casu papa promouendo & dispensando peccet mortaliter, & an possit seipsum absoluere a iuramento & uoto ante facto ad effectum ut illos promoueat, & utrum tales sic promoti erunt ueri cardinales. Et vr̄ prima 2 facie † dicendum ꝙ papa peccet, & ꝙ nō ualeat talis promotio. Hoc primo probatur, quia oīs dispensatio debet esse cū causa, ut in c. innotuit. de elec. 1. q. ult. c. dispensationes, & c. talia & c. exigunt, alias non ualet. Imo peccat qui sine causa dispensat, vt dicit Innocentium in capitulo diuersis fallacijs, de cler. coniug. & in capitulo, veniens, de filiis presbytero. dicit Pau. de Ca. in cons. 117. incipit notandum, in 2. col. Et si 3 causa † quæ allegatur est falsa, dispensatio est ipso iure nulla, vt consuluit Oldr. cons. 256. incipit Clemens eps. Ad idē qđ dr̄ in c. 2. de fi. presb. li. 6. ad hoc. l. 1. ff. de natalib. resti. Et vbi non est cā uel necessitas uel non expedit dispensari si dispensatur, non dicitur dispensatio sed dissipatio, dicit Io. An. in c. nisi cū pridem in §. personæ, in uerbo, discretionis, de renūc. Et ubi dispensatio est inordinata, si facta fuerit pōt reuocari per successorem, dicit Inno. in d. c. diuersis fallaciis, alleg. 81. dist. quicunque, & 51. dis. c. quē in aliquo. Nec debet papa uti ptāte absoluta sine cā Bal. in l. fi. in 1. col. ver. dicit Inno. C. de 4 quadri. præscr. Inno. & Io. An. in d. c. innotuit. de elec. † Itē vr̄ ꝙ in proposito non conueniat nec aliquid operetur absolutio, quia quærit absolui ante peccatum commissum, ex quo vult absolui a iuro & voto vt possit promouere inhabilē, ꝙ non esset absolui, sed peccandi licētiam recipere, absolutio aūt non cadit in nondum ligatum, ut dicit Inno. in c. venerabilib. de sen. excom. in 6. Et non pœnitenti non datur absolutio, vt in c. Romana, ibi Inno. de sen. excom. in 6. & 24. q. 2. c. legatur. ubi dicit tex. ꝙ non est auditum sub isto cęlo nec legitur oīno ꝙ detur venia alicui uolenti peccatū committere vel volenti in errore durare. vnde Dantes Florent.

Assoluer non si può chi non si pente. &c.

5 Quinimo hoc † vr̄ esse peccare in Spiritumsanctum, qa contendit abijcere & remouere illud quod posset impedire electionem peccati. nam ueniēdo ꝯ votum & iurm̄, vt promouendo indignū, mouetur ad peccatū, & occurrit ei diuina seueritas puniēs illud peccatū, & ipse illā abijcit studiose, pmittēs sibi impunitatē vt peccet liberius. & sic nō est remissibile neq; ĩ hoc seculo neq; ĩ futuro, vt dicit tex. ĩ c. qualis. 25. di. de pę. dis. 1. c. si sacerdos. §. potest. Vnde dicit gl. ibi ꝙ nec Christus

stus, pro talibus in passione orauit, sed pro eis qui ignoranter crucifigebant eum, dicens pater ignosce illis, quia nesciūt qđ faciunt. Item facit quia dato † quod capitula siue illicita siue 6 licita non ligent papam tamen ipse promouēdo indignum indignitate requirente dispensationem non solum scandalizat ecclesiam quia contrauenit uoto & iuramento, sed qa agit, tale quid, quod etiam si non iurasset nec uouisset, apud prelatos doctos, & clericos & laicos etiam idiotas, & quoscūque catholicos reputatur indignum vniuersali ecclesię, quā non debet scandalizare, ut in c. si papa. 40. dis. Sicut nec papa 7 † dispensat contra generalem statum ecclesię, ut dicitur in c. sunt quidam. 25. q. 1. post. Inno. in c. cum dilectus de tempo. ord. 8. q. 1. §. his omnibus. etiam si dispensatio non sit in iis, quę fidem concernunt si ex dispensatione decoloraretur status ecclesię, 1. q. 7. c. etsi illa. dicit Anto. in cap. cum ad monasterium. de sta. mo. sicut videretur in proposito si poneretur illegitimus in numero patrum in quorum collegio vr̄ abhominabile ꝙ recipiantur illegitimi, quos nunquam admisit. 8 Vnde vr̄ ꝙ † talis promotio non valeat & possit per cardinales impugnari & per successorem reuocari, quia timor scandali reddit aliquem impromouibilem ēt si alia esset promouibilis & nullum pateretur defectum. tex. cum gl. in ca. cum olim. de cler. cōiuga. Inno. in ru. de consue. tex. in c. cū teneamur. de præben. quanto magis in proposito ubi sumus in persona de se omnino inhabili, ad promouendum. Vnde posito 9 quod papa † non veniret arguendus si sola carnalitate ductus promoueret plures consanguineos contra ordinē capitulorum, ēt si promoueret inhabilem inhabilitate accidētali qa non esset doctor ut requirerent capitula, tñ qñ ductus nuda carnalitate, promouet inhabilē naturali inhabilitate, qa minorē annis. qa spurium vel aliquo crimine irretitū qđ deijceret promotum, iuxta, c. fi. de tem. ord. cum sim. & qualem ecclesia Romana & dignitas cardinalatus non consueuit habere nec recipere, & talem qui non possit esse in aliquo vtilis ecclesiæ, nulli dubium ꝙ scandalizatur collegium cardinaliū ac curiales & alii catholici. Et propterea talis promotio sit nulla. maxime quia ut dicit Bald, in l. tutor petitus in §. 1. in princ. ff. de excusa. tut. qñ papa pmouet cōsanguineos ad dignitates p̄sumit facere ĩstinctu carnis & sanguinis, nō instinctu spūsancti. Facit ꝙ dicit An. & Abb. de elec. c. licet in 6. col. qñ opponit ꝯ papā exceptio q̄ iure naturali inficit pro 10 mouēdū. potissimū qa ēt si nō iurasset nec uouisset, teneret pmouere habiles & nō inhabiles. Si ergo iurauit & uouit nō pmouere aliquē ultra numerū & in numero nisi sit doctor, licet posset ex aliqua vtili cā ipsi ecclesiæ eo casu vltra numerū & doctū, licet, nō doctorē pmouere, vt conclusum est in p̄cedēti qōne, nō vr̄ ꝙ valeat pmotio si vltra p̄missa requiritur dispēsatio circa psonam, qa non vr̄ ꝙ possit dispensando non tm̄ aduersus capitula, sed vtēdo iure spāli, & dispensando ꝯ canones & decre. S. Patrū, venire ꝯ capl'a. licet. n. alias vbi in persona pmouēdi nō requirit dispēsatio admitti dēat ꝙ possit contrauenire iuro & voto, non sic qñ dispensat ꝯ capitula, & ultra ꝯ canones cōciliares. & sanctorū Patrū, qa sic 11 vtitur ptāte sua ad perniciem ecclesię. Facit ꝙ † dr̄ de facultate prouidendi de certis bñficijs alicui data, ꝙ intelligit de puidendo personis qualificatis & non cū quib. necessaria est dispēsatio, vt dr̄ per Petrū. de Anch. in cle. literas. de præben. & doc. in c. cū de bñcio de præb. ĩ 6. Et semp in similib. intelligitur clausula reseruatis seruandis, ad hoc c. pastoralis. de priui. dr̄ p Feli. in c. cū ecclastica. de excep. & ĩ c. ĩ nr̄a de rescrip. Et sp ĩtelligit cōcessio seruato iuris ordine, ut in c. cām q̄, & ibi multa similia, de rescr. & in c. 1. ĩ 7. q. & 11. co. p Feli. eo. tit. p doc. in c. fi. de postu. p̄la. in c. pastoralis. de priui. l. si qñ. C. de inoffi. test. cōs. An. de Bu. 19. in 7. col. Et sp data facultate eligēdi intelligit de psona idonea, ut in c. si p debilitate. de off. dele. de const. c. ex pte in gl. ul. c. is cui in gl. 2. de ele. in 6. & in c. cām. eo. tit. in anti. Bal. in auth. habita penu. col. C. ne filius pro pr̄e. l. ut gragatim. ff. de mune. & honori. Et si aliter diceremus in pposito, multę specilitates & prohibitiones cōcurrerēt circa idē ꝯ not. in l. 1. C. de dotis promis. & esset dispēsatio in plurib. ꝯ votū, ꝯ iurm̄, ꝯ pmisionē factā cardinalib. sup inhabilitate psonę sine cā aliqua, ꝯ canones tā cōciliares q̄ papales & SS. Patrū, ut in c. cū in cūctis & in c. innotuit. de elec. & de æta. & quali. per totū. cle. gñalē. eo. tit. c. si gēs Anglorū. 56. di. ꝙ multū detestat̄ illegitime natos. c. fi. de filiis p̄sby. cū sim. Et cū papa nō posit alienare bona ecclesiæ sine peccato. vbi nō subest legitima cā, ut ponit Arch. 12. q. 2. nō licat, multo minus poterit alienare psonas idoneas & utiles ecclesiæ, post ponēdo illas, & pmouēdo psonas inhabiles. Fa 12 cit ꝙ dicitur † in glo. in c. non est. de vo. ꝙ quando dispensatio est sine causa etiā si sit papalis, dispensatus non est tutus quo ad Deum, facit quod notat gl. in cap. dudum de ele. & Inno. & Ioan. Mona. in c. cum inter. P. de renun. notatur in capit. quanto. de iureiur. Et papa ita illaqueatur peccato sicut & cęteri, quia non habet potestatem peccandi. 42. dist. c. 1. & c. cū adeo. de rescrip. & c. significauit. de offi. ord. Hinc est ꝙ mandato iniusto papæ non est parendum, ut in ca. si quando ibi doc. de rescrip. c. non semper. c. si dominus. & c. Iulianus. 21. q. 3. Et si dicatur quod papa habet plenitudinem potestatis, dicitur quod non debet illa uti nisi ex causa, vt dicit Innoc. in cap. Innotuit. de elec. & idem ibi Ioan. And. & Bal. in l. fin. in prima colum. in uersic. dicit Inno. de quadrien. præscrip. vt dictum est.

13 Sed præmissis † non obstantibus credo, qđ creatio huiusmodi cardinaliū valeat. Primo per dicta in pręcedenti arti. quia plenitudo potestatis papę est a Deo, ur in clem, pastoralis. in fin. de re iud. Et potest de sua potestate absoluta quicquid vult & mutare quadrata rotundis excepta violatione fidei dicit Hostien. in c. proposuit. de conces. præben. & Anto. in c. cū uenissent. in uer. opponitur. de iud. Et eius authoritas volat sup aera, ut dicit ibi Ioan. An. Et tantam potestatem habet quod quamuis faciat & dicat quicquid sibi placuerit accusari non potest neq; dānari ab homine, nisi sit hęreticus, ut dicit Hostien. in c. proposuit. de conces. præben. Ipse. enim habet cœleste arbitrium. l. 1. C. de summa trin. Et de nihilo facit aliquid, de concesec. di. 2. c re uera. Et facit ut quod factum est habeatur pro infecto. cle. 1. de immuni. eccle. Immutat naturas rerum & est ei pro ratione voluntas. nec potest ei dici cur ita facis, ut dicit glo. in c. quanto. de transla. præla. & ibi dicunt doc. ꝙ habet idem consistorium siue tribunal cum Christo. & idem in ca. quanto de consue. Et propterea contraueniendo capitulis & dispensando cum personis cum quibus vult valebit quod ab eo fiet, ex quo potestatem habet quam nec ipsemet nec aliquis de mūdo potest ei auferre, vel restringere, ut dictum est late in præcedenti quęstione. Sic ergo de potestate papæ nō est dubitandum, vt per Hostien. & doc. in cap. magnæ. de vo. & glo. in verbo. ecclesiam in cle. ad nostrum. de hære. & Inno. & doc. in c. quod super iis. de vo. & in c. licet. de foro compe. & S. Tho. in trac. contra impugnan. religi. & in li. 4, contra gen. c. 76. & idem sanctus contra errores grecorum. c. 66. & 14 in extraua. vnam sanctam. Quia † omnia ei licent præter peccatum, ut dicit Hostien. in d. c. magnę. Quod etiam restringit ibi Ioan. An. ad peccatum quod esset contra legem diuinā, secus si ex contrauentione legis positiuę. Cum ergo in proposito creare cardinalem illegitimum minorem uel criminosum non sit contra legem diuinam sequitur quod papa vtēdo potestate sibi data nemini facit iniuriam, & in his solum Deum expectat iudicem, vt in d. c. aliorum. Et dispensando super illegitimitate, poterit & ualebit promotio. Non obstat 15 quod dicitur quod in dispensatione requiritur causa, quia illud est verū in inferiore a papa, qui non dispensat non præmissa causæ cognitione, ut in d. c. veniens. de fi. presbyt. Sed in papa non requiritur causæ cognitio, & semper in principe prēsumitur causa, vt in c. quæ in ecclesiarum de const. Et in principe sola uolūtas est pro ratione, ut in §, sed quod prin 16 cipi insti. de iure natu. gen. & ci. Et ex † quo est supra ius, ut in l. princeps legibus. ff. de. ll. & c. proposuit. de concel. præben. contraueniendo legibus & dispensando contra ius positiuū non peccat, quia non ligatur iure communi. d. capit. proposuit. & l. digna vox, & l. princeps legibus cum sim. Prohibitio 17 autem † de illegitimo & minori est de iure positiuo, ut in ca. cum in cunctis de elec. & c. fi. de fi. presby. & ca. innotuit. de elec. & de æta. & qual. per to. & non de iure diuino. Et ideo dispensando non peccat etiam si sine causa fiat. & ita dicit Inno. in c. cum ad monasterium. de sta. mona. Et licet Abb. in d. c. non est. de vo. non approbet illud dictum Inno. in dispensatione quæ fieret super pluralitate incompatibilium, iuxta d. de multa, quia bona ecclesię dicuntur Dei, ut in c. cum ex eo. de elec. in 6. tamen in iis in quibus nihil communicat ius diuinum, non uidetur dicere contra Inn. Et ita etiam restringo Cardi. in c. dudum. el 2. in §. insuper in 6. q. de elec. Quini 18 mo † reperitur quod plures illegitimi fuerunt summi pontifices. Vnde dicit tex. in cap. Osius. 56. dist. qui est text. damasi papæ, quod Osius papa fuit filius stephani subdiaconi, & Bonifacius filius Iocundi presbyteri, & Fœlix filius Fœlicis presbyteri. & Agapitus filius Gorgiani presbiteri. & Theodorus papa filius Theodori episcopi, & Siluerius papa filius Siluerii epī, & Deusdedit filius Iocūdi presbyteri, & Fœlix III. filius Fœlicis presbyteri. & Gelasius filius Valerij epī. & q̄ plures Alii de sacerdotibus nati fuerunt summi pontifices. Et licet Archi. Domi. & alii ibi scribentes conentur illū tex. reducere ad concordiā, dicendo ꝙ illi fuerūt geniti ante sacerdotium vel in legitimo matrimonio, ut in ecclesia orientali, vel legitimati per subsequens matrimonium ante ordinationem parentum. videtur quod talis expositio sit cōtra intētū illius distinctionis, ĩ qua ponit̄ ꝙ filii p̄sbiterorū nō sunt p- 19 mouēdi. & ibi subiūgit ꝙ si nō sunt paternæ ĩcōtinētiæ imi-

tatores sed morum honestas eos commendabiles fecerit, possunt promoueri, vt in exemplo plurium summorum pontificum in d. ca. Osius. & in tex. sequenti subiungitur ꝙ vndecumque homines nascantur si parentum vitia non sectantur non sunt eiiciendi. Sed posito ꝙ dicta expositio sit vera quo ad summos pontifices connumeratos in d. cap. Osius, vt etiam sentit idem Gratianus in c. cenomanensem. in §. cum ergo, ea. dist. tamen in aliis inferioribus a summis pontificibus quod fuerint promoti dispensatiue ab ecclesia, patet in cap. apostolica. ea. dist. & in d. c. innotuit. de elec. & in pluribus de filijs presb. quia vbi in eis sunt aliæ virtutes, iuste cum eis ecclesia dispensat. Nam & dominus noster Iesus Christus non solum de alienigenis, sicut fuit de Ruth, sed etiam de adulterinis commixtionibus, vt de Bersabeæ, nasci dignatus est, vt dicit tex. in c. dominus noster, ea. di. Imo vt dicit Chrysostomus super Mat. in c. nunquam. ea. 56. dist. magis resplendet ille qui natus est ex parentibus a virtutibus prorsus alienis q̃ ipse qui fuerit Dei virtute mirabilis. Et si papa cum dispensat contra capitula dispensat cum talibus, tunc vr̃ ꝙ dispensatio sit cum causa, propter promoti virtutes, & cessat quod dictum est. Sed si esset talis qui esset paternæ incontinentiæ imitator, & persona omnino illiterata, & in quem paterna flagitia hæreditaria successione descendissent, puta si esset & ipse adulter notorius retinendo alterius vxorem, qa tales sunt Deo abhominabiles, forte cum eis dispensando papa peccaret, & dispensatus non esset tutus quo ad Deum, licet quo ad militantem ecclesiam exceptione tutus esset, vt dicit illa gl. in d. c. non est, quia tunc scandalizaretur ecclesia & decoloraretur status ecclesiæ. 1. q. 7. c. etsi illa. & ita procedunt supra adducta de scãdalo & turbatione status ecclesiæ Alioquin promouendo vnum suum consanguineum qui non esset talis, licet alias esset illegitimus vel minor, si in eo plures splenderent virtutes, valeret promotio, & non peccaret, ut dictum est.

20 Non obstat †quod dr̃ ꝙ non datur absolutio uolẽti peccatum committere, quia nõ absoluit se de futuro committendo sed de præterito, videlicet a iuramento & voto prestitis in capitulis. qua absolutione facta non dicitur venire vlterius contra votum & iuramentũ, nec indiget vlteriori absolutione uel licentia in promouendo. Item quod dicitur ꝙ peccatum in spiritum sanctũ non remittitur, illud intelligitur de impœnitentia finali & desperatione, ut dicit glo. in d. §. potest. Ad illud quod dicitur ꝙ in data facultate dispensandi siue prouidẽdi alicui intelligitur in persona alias idonea, non obstat, quia per capitula nulla datur papæ facultas sed potius restringitur, vt dictum est in præcedenti quæstione. Ad illud quod dicitur ꝙ non põt alienare bona ecclesiæ sine peccato. rñd. ꝙ non est verum ꝙ nõ promouendo aliquas personas babiles censetur illas alienare, quia non omnibus potest dari dignitas cardinalatus. & satis est ꝙ dignitas detur idoneis, nec arctatur dare magis idoneis, ut dicitur in d. c. cum in cunctis. Bart. in l. cum quidam. de leg. 2. & dicitur in c. constitutus de appel. Tamen Adria-
21 nus papa in quarto sen. in q. vtrum male dispensans beneficia teneatur ad restitutionem ecclesiæ, char. 36. vult ꝙ conferens beneficium minus digno postposito digniori, peccet. Pro quo facit tex. in c. 1. vt eccle. bene. Verum dic vt per doc. in d. c. cũ in cunctis, & in d. c. cõstitutus. & in c. licet ergo. ibi gl. mag. 8. q. 1. ubi vr̃ cõis conclusio ꝙ licet peccet eligendo minus idoneum si põt habere magis idoneum, tamen si nõ eligit magis idoneum, modo eligat alias idoneũ tenebit electio. ibi uide quomodo intelligatur magis idoneus. & quid
22 si sit de eadem vel alia ecclesia. Credo †tamen ꝙ quando papa sola carnalitate ductus promoueret plures qui essent incapaces & Ro. eccl. inutiles, propter periculum quod imminet vniuersali ecclesiæ ex malis promotionibus quod esset sufficiens causa petendi congregari concilium. & quod si detrectaret, posset per seipsum congregari per dicta supra in quæstione propria, quia tunc uideretur facere se alienum & suspectum de fide, ut sæpius dictum est supra.

SVMMARIVM.

1 *Principes an possint præfigere terminum papæ, vel duobus contendentib. de papatu, intra quod congregent concilium.*
Et quod non possint hoc facere. num. 2. vsque. ad num. 18.
Et quod possint requirere. numero 19. vsque ad numero 26. opinio. auctoris. num. 70.
3 *Cæsar Augustus, nec omnis clerus, nec omnis populus potest iudicare, vel arctare papam.*
Quia inferior non potest arctare superiorem.
4 *Duobus contendentibus de papatu, impossibile est congregari concilium, nisi concurrat consensus vtriusque.*
5 *Papa non debet cogi ad cedendum.*
Nam si hoc modo cederet diceretur cessisse per metum. num. 7.
Secus in inferiore. ibid.
6 *Malitiis hominum est obuiandum.*
8 *Papæ culpas nemo potest arguere, nec hoc casu aliud faciendum, quam orare Deum pro eo.*
Nec potest accusari vel damnari nisi pro hæresi. & nu. 6.
Papæ anima in ipsius manibus est ibid.
9 *Papæ non debet subtrahi obedientia sine concilio, cum sit quid magnum, & arduum.*
10 *Papæ obediendum, & in eo quod est dubium, dummodo conscientia vinci possit.*
Non autem quando certum est illud esse mortale.
Et idem vbi insurgit peccatum ex lege diuina, secus si ex humana vel canonica. num. 12.
11 *Ecclesia triumphans nunquam fallit, nec fallitur.*
Papa potest dispensare etiam cõtra Apostolum, sine sibi et tamen lesione, et dummodo ex dispensatione non nutriatur peccatum. ibid.
14 *Papa potest contra legem canonicam dispensare indistincte, non tamen sine causa, nam tunc possit seipsum onerare, licet alios exoneraret.*
15 *Papæ etiam schismatico, vel hæretico est obediendum donec fuerit talis declaratus.*
16 *Schismaticus dicitur ille qui scienter ab obedientia ecclesiæ diuisus est, & schisma inueteratum est hæresis.*
Non tamen est talis qui indirecte ab ecclesia diuisus est. exemplum de eo qui diuisus non est sed procurat diuisionem.
17 *Papæ obediendum licet per quemcumque iudicem temporalem ei sit subtracta obedientia.*
18 *Metus non excusat, si quis dicat se metu subtraxisse obedientiam.*
Metus amissionis temporalium non excusat, quin incurratur maius malum, scilicet dannatio propter peccatum. ibid.
Metus perditionis temporalium quando imminet perditio animæ non dicitur iustus metus. ibid.
19 *Princeps etiam non recognoscens superiorem ligatur iure gentium.*
Et non potest in totum tollere iustitiam subditis. nu. seq.
Et declaratur. ibid.
20 *Subditus quo casu superiori bellum indicit.*
21 *Papa sicut potest alijs bellum indicere ita sibi potest indici ex causis de quibus per auctorem.*
Et in talibus si papa excommunicaret, & ferret sententias contra inobedientes, sententiæ essent nullæ. num. 22.
23 *Intruso per violentiam in papatum potest bellum indici.*
24 *Papa debet magis diligere salutem omnium sibi commissarum, quam suam personalem præsidentiam.*
25 *Papæ non est in aliquo obediendum contra Deum.*
26 *Duo contendentes de papatu an possint cogi ad eligendum arbitros remissiue.*
27 *Subtractio obedientiæ a papa, est periculosa, & omnis alia via per prius tentanda est.*
28 *Corpori cuilibet mistico, & cuilibet statui, & ordini conuenit habere vnum caput.*
29 *Triceps qualibet lex siue ordinatio præsumitur iusta & ex causa rationabili facta.*
Et non admittitur probatio in contrarium. nu. 30.
Intantum quod si constaret de contrario adhuc esset ei obediendum. numero 31.
Princeps enim solum Deum habet vltorem. ibid.
Et hæc multo magis in papa dicenda sunt. nu. 32.
33 *Multiplicatio principum, est in destructionem politiæ, & malum subditorum.*
34 *Papa vnus a Christo ecclesiæ militanti datus est.*
35 *Ego Rozaui pro petre & ex. expositio illorum verborum.*
36 *Pasce oues meas illorum verborum declar.*
37 *Tibi dabo claues, huius verbi expositio.*
38 *Nauis turbari non potest in qua præsit is, in quo firmamentum est ecclesiæ. & c.*
39 *Rete designat veritatis inquisitionem. & ideo omnes apostolis [illegible].*
Hamus autem soli Petro conuenit.
40 *Episcopalis ordo non recipit magis & minus, iurisdictio vero & administratione, in qua Petrus fuit maior alijs apostolis.*
41 *Terram accepisse ab alijs a postolis potestatem, intelligitur de eorum voluntate consequente, & acceptante præcedentem Dei ordinationem.*
42 *Petrus et Paulus licet meritis dicantur pares, tamen prælatione impares.*
43 *Paulus reprehendit Petrum, non officio ecclesiasticæ dignitatis, sed vitæ puritate, & sanctitate conuersationis.*
44 *Ego vobiscum sum, vsque ad consumationem seculi.*
Quomodo intelligendum.
45 *Septies, verbum, quomodo intelligendum.*
46 *Deuteronom. c. 17. declar.*
47 *Sacerdotis imperio nolens obedire, morte moriatur sacerdotis verbo quid intelligendum.*
48 *Papæ potestas per Diuum Bernardum ad Eug. Papam.*
Et Agath. & Symmachi. nu. 49.
Et ideo eius decreta ab omnibus in concusse tenenda. ibid.
49 *Potestas omnis a Deo est. Sed papæ singularius, & magis immediate.*
50 *Papæ omnes principes subijciuntur, quia habet in toto terrarum orbe tem-*

poralium & spiritualium vniuersalem iurisdictionem, licet temporalium non recipiat nisi in certis territorijs.
Et error est aliter credere. nu. 51. & 52.
53 *Princeps qui superiorem non habet solutus est ab omni lege, quamtum ad vim coactiuam, non directiuam, nam debet voluntarius non coactus eam implere.*
Dummodo nihil struat contra ius naturale, quod in nouo, & veteri testamento continetur. ibid.
54 *Claues ecclesiæ non possunt esse extra ecclesiam.*
55 *Papa accusatus de hæresi, & papatu spoliatus, ante sententiam, restituitur.*
Non autem aclamatus, namque illa acclamatio & impressio populi facit quod non requiratur sententia. nu. 56.
57 *Romana ecclesia vices suas alijs ecclesiis impartita est, vt sint vocatę in partem solicitudinis, non in potestatis plenitudinem.*
58 *Sedis constantinopolitanæ erectio.*
Et vbi fuerit constituta prima post Romanam. ibid.
59 *Papa religiones & ordines nouos instituit, & destituit.*
En dispensat quatuor concilia, & contra verba euangelij non contra mentem. ibidem.
Et solius papæ opinio præualet opinioni totius mundi, præterquam in materia fidei. num. 60.
61 *Sententia inferioris contra superiorem quamuis ex iusta causa procedat, est nulla ipso iure.*
62 *Marcellinus idolatra, a nemine fuit iudicatus, sed in eummet fuit remissa sententia.*
63 *Papa licet non possit ab homine puniri non tamen euitat humanam vltionem.*
64 *Papæ obedientia non potest subtrahi, nullo alio iuris adminiculo addito.*
Quia nemo debet inniti prudentiæ suæ. ibid.
65 *Nicolaus primus præfuit anno 858. cui uix vllus comparandus preter Beatum Gregor.*
66 *Agatho Papa prefuit anno 678. & miraculis claruit, & martirio coronatus est.*
67 *Stephanus. V. presuit anno 885. & eius meritis Galli de Normandia tiumpharunt.*
68 *Canones ceperunt condi tempore apostolorum, et a tempore Clementis primi qui successit Petro.*
69 *Sancti putres & conditores canonum, non voluntate humana, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt.*
70 *Papam solum et indubitatum nemo potest cogere, neque illi terminum præfigere ad congregandmm concilium.*
Fallit ibid. quo casu posset etiam sibi subtrahi obedientia.
Et idem in duobus contendentibus ex quo vnus est verus papa. num. 72
71 *Papæ quando possit subtrahi obedientia. remissiue.*

Articulus VII.

1 Sed quid si aliqui †principes velint præfigere terminum papę, vel duob. de papatu cotendentibus intra quem congregent cõcilium, uel cedant vel inter se concordent ad hoc ut sequatur unio, cum comminatione, quod nisi intra terminum prædictum fecerint, ipsi se subtrahent ab obedientia, an dicti principes hoc facere poterunt. Et est quæstio Egidii, quam pro maiori parte infero propter illius diligentiam in recitando aliorum opiniones, aliquibus additis quæ conferunt ad pręmissa & ad ea quæ infra dicentur licet pro magna parte ex pręmissis pateat ad eam solutio, & plura dicantur in articulo an papa sit maior concilio, vltra ea quæ in decisione huius articuli hic per egidium dicuntur.

2 Videtur autem †quod principes hoc facere nõ possint, Primo ratione deficiẽtis potestatis, quia si aliqui principes vel Reges aliquam potestatem ad hoc haberent, eandem vel similem etiam cęteri Reges haberent. Alio autem vel aliis dissentientibus potior est conditio prohibentis seu non consentientis, argum. ff. de serpi. rustic. prædi. l. per fundum, de communi diuidun. l. sabinus, de aqua pluuia. arcen. l. in concedendo. C. de auth. præstan. l. fin. de procurat. capitulo primo. de iudic. capitulo causam quæ de maioritate & obedientia capitulo intra quatuor & capitulo humilis. Quod maxime uerum est quando agitur. de congregatione concilii per eos ad quos non spectat congregarę ut late dictum est in propria quæstione capitulo cum ad uerum 96. distinctione & capitulo ubi nam legistis ead. dis. Ergo &c.

3 Secundo facit † quod Cęsar Augustus nec omnis clerus nec Reges nec populi possunt iudicare seu arctare uerum papam 9. q. 3. nemo iudicabit. Nec de spiritualibus præsertim de ordinatione sedis apostolicæ se intromittere, ut in c. bene quidẽ. 96. dis. Inferior enim non potest arctare superiorem. ff. de arbit. l. pen. ff. ad Treb. l. ille a quo. §. tempestiuum. 21. dis. inferior. & de maior. & obed. cum inferior, cum similibus. Sed de necessitate salutis oportet credere omnes reges subesse Romano pontifici, maxime in spiritualibus, ut in extrauanti bo-
4 nifacii vnam sanctam, & capitu. solitæ. de maio. & obed. ergo. Tertio facit impossibilitas & contrarietas. nam non potest perueniri ad concordandum seu ad congregandum cõcilium nisi concurrat consensus vtriusque contendentium & si discordant impossibile est hoc fieri. ergo. l. impossibiliũ. cum uulg. de reg. iu. Sed ista ratio procedit inter duos contẽdentes tantum, & non cum est vnus indubitatus papa. Istis, & pluribus aliis rationibus ponit hanc conclusionem Egid. in d. cap. in fidei. in 7. par. de heret. in 6. vbi impugnat viam cessionis pro benedictio. 13. pro quo plures doctissimi viri scripserunt, inter quos fuit episcopus Pampilonen. qui propter suas allegationes factus fuit cardinalis, ut ipse dicit, & latius, in cap. vnico. de iudi. in 6. ubi ponit ad longum seriem ipsius schismatis. & quomodo post requisitionem benedicti per Carolum Regem francorum ut acceptaret viam cessionis, omnes cardinales illam amplexi sunt exceptio isto cardinale pampilonen. vnde Rex Franciæ subtraxit obedientiam
5 Benedicto. Et quod ad cedendum non debeant cogi ponit Bal. in capitulo pastoralis. de rescrip. & latissime idẽ egidius. consi. 99. Et utrum ad hoc potuerint compelli, dixi supra, & latius infra. Multi tamen scripserunt in contrarium, & hos sequuti fuerunt in concilio regis parisiis, adeo ut ipse dicit ꝙ de anno domini. 1398. facta fuit subtractio obedientiæ generalis eidem benedicto, eo quod noluerat acceptare viã ces-
6 sionis. Quarto facit quod †si diceretur principes posse comminando subtrahere obedientiam, ex hoc daretur occasio contra papam continuo rebellandi, hæreses & errores plurimos in sede apostolica inducendi & sedem contẽnendi ac uilipendendi, contra ea quæ ponuntur in cap. ad Romanam 2. q. 6. & in cap cuncta per mundum & in c. per principalem. cum multis aliis 9. q. 3. Huiuscemodi autem maliciis obuiãdum est. l. in fundo. ff. de rei uendi. & de diuort. cap. quanto.
7 Quinto facit †quod si papa requisitus nollet cedere. si ad hoc compelleretur, faceret hoc per metum, & sic videretur renũciatio ipso iure nulla, sicut dicitur de electione per metum facta quod sit ipso iure nulla, ut supra satis plene ostendimus licet secus esset in renunciatione inferioris a papa, ut ponit innocen. in cap. super hoc de renun. & dicitur in cap. Abbas, quod metus cau. Et etiam ex hoc posset propter uulgi opiniones sequi nouum schisma. Et ista ratio procedit quando cõ-
8 pelleretur ad cedendum. Sexto †facit tex. 40. dist. si papa, vbi patet quod nullus potest arguere culpas papæ quantumcumque magnas. Et quod quantumcunque sit culpabilis, non est aliud remedium quã orare ad Deum pro eo, ut dicit Hostien. in cap. proposuit de conces. præben. ipse enim est supra ius & supra omnia concilia, ut in cap. significasti, de elec. Et ut dicit ibi Hostien. papa suiipsius tantam habet potestatem ꝙ quicquid faciat & dicat accusari non potest neque damnari ab homine nisi pro hæresi, ut d. cap. si papa Et cum eo seruatur illud dununciationis euangelicę si sit impœnitens dic ecclesię. id est orari debet ad Deum pro eo. alias si imperator & totus clerus & populus simul conueniant non poterunt, eum iudicare, quia anima eius est in manibus ipsius & ei iudicium terribilius imminet, ut dicit Hostien. in d. cap. propo-
9 suit. Septimo Facit †quia quod totam ecclesiam respicit. absque totius ecclesię examinatione & consilio expediri nõ debet. C. de autho. præstan. l. prima in fi. & ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. de natalibus restituendis. l. ult. de maiorit. & obe. intra quatuor, & cap. humilis. Subtrahere autem obedientiam Romano pontifici est quiddam magnum & arduum statum totius ecclesie respiciens. ergo non debet posse sine concilio obedientia & subtrahi. facit. capitulũ cum omnes de consti. & regula quod omnes in sexto.

10 Octouo facit † quod papa in subditos habet plenitudinem potestatis, ex quo sequitur quod si papa aliquid facit vel præcepit, obediendum est ei etiam si sit dubium, dummodo conscientia uinci possit, ut dicit Hostien. in d. cap. proposuit. Qui sic intelligit. 23. q. 1. quid culpatur. & quod legitur & notatur in cap. si quando de rescrip. Fatetur tamen quod si certum sit ꝙ illud quod præcipit est mortale, recognoscendus est papa cœlestis id est Christus. 11. q. 3. Iulianus. & cap. qui resistit, cũ
11 multis capitulis ibi. Quia † ecclesia triumphans nunquam fallit nec fallitur. ideo si conscientia tua tibi dictet quod nõ obedias non recedas ab ea, sed excommunicationem sustineas patienter. de sententia excommunicat. a nobis el secundo & in capitulo inquisitioni. etiam si erronea sit nisi possis deponere errorem. capit. per tuas. el secundo de simon. Vbi
12 cunque †ergo peccatum mortale insurgit ex lege diuina nõ debet obediri, vbi vero ex lege humana siue canonica, semper est obediendum de constit. capitu. fin. Et sic intelligitur quod dicitur qđ papa est supra ius intelligitur enim de iure

positiuo de consuetu. cap. fin. nam qui potest instituere potest destituere. 12.q.1.recte. & de elec. innotuit. §. multa. Et pa- 13 tet ex iis quæ notantur de preben. cap. extirpandæ. §.1. & plenius de tempo. ord. ad aures. §.1. secundum Hostien. Nec mirum, quia dispensare potest etiam contra apostolum, sine læsione tamen fidei. 34. dist. lector. & cap. presbyter. & cap. seq. 78. dist. & cap. presbyter. 82. dist. & contra uetus testamentū quo ad decimas, ut in cap. 1. de uo. & in iuramento. 15. quæst. 6. cap. 2. de rescrip. cap. constitutus. Non potest tamen contra vniuersalem statum ecclesię dispensare. 24. q. 1. memor sum & ca. si ea destruerem. 25. q. 2. Quod intelligo in fidei subuersionem, alias hoc ei non aufero, & si uelit mutare quadrata rotundis. quid enim si uellet facere statutum quod omnes clerici de mundo contraherent, quod non prohibet lex diuina. Nec potest dispensare vt monachus habeat proprium. de quo dic ut nota. in cap. cum ad monasterium. §. fi. de sta. mona. & tene quod in omnibus potest dispensare dummodo non sit contra fidem, & dummodo per dispensationem eius euidenter non nutriatur peccatum mortale nec inducatur subuersio fidei nec periculum animarum. nā in talibus nullam habet pœnitus contra Deum potestatem. Sic intelligo. 14 25. q. 1. sunt quidam. 15. dist. sicut. Ergo † contra legem canonicam potest dispensare indistincte, nec est peccatum mortale euidenter. Et iunge quod notatur de resti. spolia. cap. literas. Tamen si sine causa hoc faciat quamuis aliquos exoneret, in aliquibus tamen se potest onerare. Et iunge quod notatur de uo. magnę. §.1. secundum eundem Hostiens. Nunc ergo si papa aliquid præcipit quod non continet peccatum mortale, & sibi obediri mandat, si nondum amisit ius papatus, quia nondum est depositus nec renūciauit, est ei obediēdum. Sicut dicimus de prelato homicida vel irregulari, qui iuste tenet dignitatem, & per consequens iuste ei obeditur quousque renunciet vel deponatur, vt notatur per Innocen. in capitulo cum nostris. de conces. preben. prope fin. primæ 15 gl. Nono † facit quod papæ etiam schismatico vel hæretico est obediendum donec fuerit monitus saltem bis & donec fuerit per sententiam ecclesię in generali concilio congregatę declaratus talis, facit quod dicit apostolus ad titum. 3. hominem hęreticum post primam & secundam admonitionem deuita, sciens, quod subuersus est, qui eiusmodi est. Faciunt quæ dicuntur in cap. 2. de hęre. & quod dicitur de papa quod de hęresi potest iudicari per concilium generale in cap. si papa. 40. dist. & cap. in fidei de hære. in 6. Decimo facit 16 quod † vnionē ecclesię impedire vel ad prorogationē schismatis tendere, non facit aliquem verum schismaticum. Nā schisma est nomen græcum, & non sonat aliud quam quandam diuisionem, ut notatur per Hostien. in summa de schisma. §. 1. & 2. sed certum est quod esse potest quod verus papa uniat se ecclesiæ quantum potest, & nihilominus vnionē ecclesiæ impediat & prorogationem schismatis tendat per uias indirectas. & tamen talis diuisus ab ecclesia dici nō potest, quia cum uniat se ecclesiæ quantum potest, dicitur vnitus ecclesiæ tanquam caput & sponsus. Licet enim ille qui ab obedientia ecclesiæ scienter diuisus est dicatur proprie schismaticus, & si schisma sit inueteratum sit hæresis, tamen secus est in schismatico indirecte id est in illo qui non est ab ecclesia diuisus, sed ei vnitus licet causet diuisionem. Nam primo casu quando quis ab ecclesię obedientia est diuisus, magis est propinquis peccāti in illum articulum credo vnā sanctam ecclesiam catholicam. nec potest opinionem suæ diuisionis saluare nisi aliquem, errorem sibi confinget per quem defendat hanc diuisionem sibi licere, & ideo si diu perseueret in schismate, ex hoc pręsumitur contra ipsum, vt habetur. 24. q. 3. inter hęresim. Sed in illo qui diuisus non est sed 17 procurat diuisionem, cessat ratio. Vndecimo † facit quod vero papæ est obediendum in licitis & honestis nō obstāte quacunque subtractione obedientiæ factę per quemcunq; principem temporalem vel per quoscunque prelatos obedientię eius. igitur ista subtractio de iure est nullius effectus, patet enim quod per subtractionem obedientiæ, papa non desinit esse papa, ex quo subtrahens obedientiam non habet potestatem deponendi. 9. q. 3. nemo. Nec metus † subtrahenti illatus 18 tollit culpam, licet eam attenuet. cap. sacris. quod metus causa. Nec metus perditionis beneficiorum vel temporalitatis, comminatus censetur iustus. nam non est iustum incurrere maius malum, puta animæ damnationem per peccatum, ad euitandum minus malum, videlicet perditionem temporalium, iuxta aliud euāgelicum, quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Facit. 12. qō. prima præcipimus. & C. de sacrosanc. eccle. l. sancimus. Quod autem propter inobedientiam homo peccet mortaliter, patet qa ista ste iusta causa excōicadi, de ma. & obed. si quis. cum gl. quod fieri non debet nisi pro pecca- 19 to mortali. 11. q. 3. nemo episcoporum. In contrarium † quod imo possit requiri cum comminatione, & per subtractionē obedientiæ, facit ꝙ etiam princeps non recognoscens superiorem, iure gentium quo bella indicuntur ligatus est, adeo 20 † ꝙ si alicui etiam subdito suo magnam iniustitiam notorie inferat, nec a subdito requisitus sufficienter satisfacere velit, subditus potest indicere ei bellum. Ad hoc sunt ea quæ ponuntur per doct. in l. hostes. ff. de capti. & postli. re. & quod dicit Innocen. in capit. olim. el. 1. de restit. spol. ubi quando quis non potest rem suam qua est spoliatus recuperare & non habet superiorem, potest bellum indicere pro ea recuperanda. allegatur qui filii sint legi. per venerabilem. §. 1. vers. fin. & de reg. iu. c. quod non est licitum. Non enim potest princeps in totum tollere iustitiam subditi sui, quia hoc esset contra ius naturale gentium, quod per principem tolli non potest, ut ponit Innoc. & alii in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Et prædicta habent locum etiam in principe spirituali qui est papa, & sic ex iusta causa potest indici bellum papæ. Facit quod dicitur in c. dominus noster. 23. q. 2. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Et hoc maxime uidetur uerum in temporalib. saltem, præter casus a iure expressos in auth. quomodo opor. epis. in prin. colla. 1. dist. 10. quoniam idem. 96. dist. c. cum ad verum. 21 Ratio † ista naturalis ita habet locum in principe spirituali sicut in temporali. sicut enim papa potest aliis indicere bellum, ut ponit Bar. in d. l. hostes. ff. de capti. & per Inno. de foro comp. licet, & in cap. quod super iis, de vo. & Lignanus in tract. de bello. & dicitur in cap. 1. de treu. & pa. ita econtra ei potest indici, quia contrariorum eadem est disciplina, iura vulgaria. Imo uidetur maior ratio in eo propter maiorem dignitatem. C. de epis. & cle. l. presbyteri. Facit quod dicitur in c. cum quidam, de iureiur. & in ca. homo christianus. 40. dist. Alias sequeretur inconueniens, ꝙ si papa occuparet maiorem partem Regni Francorum & sæpius requisitus nollet restituere, rex non posset ui armorum recuperare, quod uidetur absonū. Similiter si papa efficeretur hæreticus notorius, & quæreret subuertere fidem catholicam & statum ecclesię discolorare, ac in Regnum uel Imperium mutare, aut possessiones ecclesiarum & uasa & uestes cum quib. debet in ecclesia deseruiri sine rationabili causa occupare, & bona quorūcunque prælatorū sibi appropriare, & statum uniuersalis ecclesiæ peruetere & conturbare, & debite requisitus a talibus abstinere nollet, quare non posset ei bellum indici si aliter prouideri non posset, saltem negando, resistendo, defendendo, & obediētiā subtrahēdo. Ita dicit Egi. in c. 1. de iniu. in 6. qa si hoc pp tpalia licet, multo magis pp spūalia q̄ sunt pciosiora. C. de sacros. eccl. l. sancimus. 12. q. 1. præcipimus. Cū. n. mandata papæ super his sint iniusta & sine Dei offensa & læsione propriæ conscientiæ nō possit ei obediri, sequitur ꝙ Deo est obediendum. 25. q. 1. c. sunt quidam. & c. ult. §. fi. & quod no. lo. 5. dist. in prin. & dictum est sup. per c. Iulianus, & ca. qui resistit. 11. q. 3. cum si. Facit quod dicitur in c. fi. de præscrip. & c. fi. de 22 consue. Quinimo plus † dicit Egi. in d. c. 1. de iniu. in 6. ꝙ si papa propter hoc ferret sententias & censuras in non obedientes, sententiæ tales non ligarent, tanq̄ errorem iuris manifeste continentes. arg. de sen. excom. per tuas. c. solet. eo. ti. in 6. & ff. quæ sententiæ sine appella. rescin. l. prima. Sicut enim principale præceptum de iure non ualet ita nec quæcunque sententia uel pœna ipsum corroborans valere debet. C. de legibus. l. non dubium. ff. de pact. l. si unus. §. illud. de fide instrumen. cap. inter dilectos. §. cum igitur, cum similibus. Ad 23 † hoc facit quod intruso per uiolentiam in papatum potest bellum indici non solum defensiuum, sed etiam iauasiuum pro expulsione ipsius a papatu absque spe audientiæ uel restitutionis ipsius, ut 23. dist. cap. in nomine domini, in fi. 79. dist si quis pecunia. tertia quæstio prima. §. patet. Et est ratio quia non est superior qui de hoc tunc possit iustitiam facere, ut dictis iuribus, & cap. licet. de elect. Et ex ista ratione dicit ibidē idem Egi. ꝙ si papa faceret unam magnam iniustitiam uni principi temporali & ipse debite requisitus nollet emendare, posset ille princeps offensus per uiam facti suam iustitiā a papa inuito exigere mouendo & faciādo ei bellum, cum papa non habeat superiorem ad quem possit haberi recursus. Et hoc si sit notorium, quia in casu dubio aliter uideretur es- 24 se dicendum. Confirmantur † prædicta, quia ratione scandali uitandi, puta nutriendi schismatis, si non esset dare alium modum concordiæ, uidetur quod teneretur cedere per notata per Innocentium in capit. nisi cum pridem in §. propter malitiam, de renunc. Nam episcopus assumptus est pro hominibus non econtra. debet enim salutem spiritualem ouium sibi commissarum plusquam suam personalem præsidentiam diligere, quia bonus pastor ponit animam, id est uitam suam pro ouibus suis. Item probatur quia quando papa mandat aliquid ex quo uehementer præsumitur tur-

turbandus status ecclesiæ, vel alia mala ventura, ei obediri non debet, quia tunc ei obediendo quis peccaret, dicit In- 25 noc. in c. inquisitioni de sent. excommunic. Et † ibi plus dicit Hostiens. quod non est obediendum papæ in aliquo contra Deum, quod colligit ex iis quę dicuntur in capit. proposuit. §. fi. de conces. præben. & de voto. c. magnę. §. 1. & ibi Ioann. And. Sed sic est quod quando esset cōtentio inter duos de papatu, non posset expectari nisi magnum scandalum in ecclesia & schisma diu duraturum, & multas hæreses pariturum, & si esset vnus verus papa qui esset criminosus notorius, & incorribilis ac perseuerans continue in crimine notorio scādalizante vniuersalem ecclesiam, ex quo tunc tali non esset obediendum, vt patet ex iis quæ dicuntur in cap. vestra, & c. quæsitum de coha. cleri. & mulie. & c. quæsitum de tempor. ordinan. & dicitur in c. si papa. 40. dist. uidetur quod possent principes postquam subest causa hūc & illos requirere & terminum pręfigere sub comminatione, & obedientiam subtrahere. Facit quod dicitur in cap. Anastasius. 19. dist. De quo 26 † quando ista subtractio fieri possit latius dicitur supra. Bald. tamen in cap. pastoralis. de rescript. videtur velle quando est quęstio inter duos de papatu & est schisma, quod possint cogi per principes seculares ad eligendum arbitros, & istam etiam inter alias ponit cardinalis in c. licet. de elect.

Quid dicendum? Istam quęstionem ad longum examinat Egi. in cā schismatis tempore benedicti in c. 1. de iniu. in 6. & ibi respōdet ad rationes pro prima parte adductas. Et postquam narrauit originem schismatis, & schedulam conclauis in electione ipsius benedicti, inserit etiam literas Caroli Regis Frāciæ iustificantis subtractionem obedientiæ ab ipso Benedicto, & consideratis prædictis, tandem nihil decidit, sed rema- 27 net ambiguus. Quia autem omnis subtractio obedientiæ a Romano pontifice est valde perniciosa, & schismatis ac hæresum generatiua, propterea pro decisione huius quæstionis an & quando possit fieri ista subtractio, præmitto vnam conclusionem quæ fuit eiusdem Egidii in d. c. in fidei de hæreti. in 6. Et hoc ad ostendendum quod non debent cardinales, vel principes seculares subtrahere obediētiam Romano pontifici tam facile, sed omni conatu tenendas esse potius quascumque alias vias quam subtractionis. Quæ conclusio multa continet ad ostendendum primatum & monarchiam papę, quæ pro maiori parte tractantur in illo articulo, quis sit 28 maior, papa an concilium, vbi latius de hoc. Igitur † conclusio sit ista quod omni lege, naturali etiam brutis insita. diuina & humana, conuenit cuilibet corpori mystico, statui, & ordini vnum præesse caput, ducem videlicet ac rectorem, cuius ducatu & regimine cætera ducantur membra & illius subiiciantur obediētiæ & ditioni, quod & inanimata corpora appetūt suo modo. Cum enim plures præsident vni mystico corpori seu politiæ, difficilis admodum, ne dicam impossibilis, est congrua illius duratio, membris talis corporis naturali vitio vix in vnum conuenientibus & consentientibus sed ad diuersa tendentibus. Vnde coactus fuit Ari. in 12. Metaphy. confiteri necessario esse vnum supremum ens aliorū entium causatiuum & directiuum, dicens, entia nolunt male disponi, vnus ergo princeps. Cœlestia etiam corpora ab vno reguntur & mouentur primo mobili, & inferiora nō aliter bene disponuntur. Vnde Hieronym. ad rusticum monachum, in apibus unus est princeps, grues vnam sequuntur ordine literato. 7. q. 1. in apibus. Sic & Imperator unicus est in politia humana, cui obedire oportet. Cum enim respu. Romanorum prius sub regimine populi, & deinde senatus diu fuisset, uisum, tandem est eam aliter non posse commode gubernari quam regimen illius uni soli in totum committēdo. ff. de origin. iur. l. unica, ibi regimentis reipublicę ad imperatores perpetuo translatis. Et merito quia ut ait Ari. in politicis impossibile est diu esse ciuitatem sine principe, cui cæteri de populo obediant, & ipsius legibus teneantur astricti, cuius omne placitum & uoluntas animo aliquid statuendi elicita, legis habet uigorem, quam transgredi nulli licet. ff. de constitutio. princ. l. una & l. prima ff. de ll. & C. eod. titulo l. leges.

29 Præsumitur etiam omni pſumptione iuris & de iure, ꝯtra quam non admittitur probatio in contrarium, omnem legem siue ordinationem eius iustam esse & ex causa rationabili factam, & quamtumcumque sit dura seruanda est. l. prospexit. ff. qui & a quibus, & hoc ex ui authoritatis condentis, melius enim fuit sic statui quam iustitiam legis conditæ in dubium reuocari, quia alias nunquam aliquid certum, uel securum statueretur, & sic nūquam populus certa lege regeretur, ex quo uenirent plura scandala. Inde dicitur deut. 17. non obediens principi morte morietur & auferes malum de medio Israel, malū uidelicet ꝯtētionis, iurgii, inobdiētię & subuersionis.

30 Et intantum † vni principi obediendum est, quod licet dicatur ꝙ non possit rem vnius sine causa dare alteri. l. item si verberatum. ff. de rei vendi. l. Lucius. ff. de euic. Inno. & alij in capit. quæ in ecclesiarum de consti. tamē semper pręsumitur in eo causa iusta, intantum quod non admittitur probatio in contrarium, dicunt doc. in l. rescripta. C. de preci. impera. offe. & in dictis locis. Quinimo 31 † si constaret de non causa, tamē omnino parendum esset ei & obseruanda eius dispositio propter pręsumptionem violētam quæ pro principe facit, ut ponit Bar. in proœ. ff. & in l. 2. §. siquis a principe. ff. ne quid in loco publico. & dicitur in d. l. rescripta. Et huic sentētię consonat lex diuina, quę vult nō auferri per principem rem alicuius sine causa, vt patet ezechie. 46. ibi & non accipiet princeps, & tamen si faciat est ei obediendum & tenet ac valet inter subditos ita gestum, nec licet ei resistere, ut habetur 1. reg. 8. ibi hoc ius regis erit, usq; in finem. Deum enim solum habebit ultorem, ut contigit in 32 saule. Si igitur tanta † est potestas secularis principis ut uni soli subdantur omnes & ut ei etiā de iure diuino resistere non liceat sine pœna peccati mortalis, vt enim inquit apostolus ad Ro. 13. qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, quanto magis in ecclesia militante decet esse vnum caput & rectorem membrorum & suppositorū ecclesiæ sanctæ Dei, sub cuius capitis ducatu & pręsidentia oues ei commissæ pascantur. Ista enim ecclesia militans est ad instar supernæ ecclesiæ triumphantis, ut Ioan in spiritu uidit apoca. 21. ibi & ego Ioannes uidi sanctam ciuitatem Ierusalem descendentem de cęlo, id est ad instar illius quę vnum solum Deum habet pręsidentem. Et Moysi iusso a domino arcam construere per quā designatur militans ecclesia, dictum est fac secundum exemplar quod tibi in monte, id est in cœlo, monstratum est exo. 25. ad quod. 89. dist. c. ad hoc. Igitur ex diuina dispōne vnum solum debuit habere rectorem & præsidētem. cui necesse est omnes alios obedire. Et in hac ratione fundatur extrauagās 33 vnam sanctam. Multiplicatio † enim principum non est nisi ad destructionem politiæ cuiuscunque & in malum subditorum. unde prouer. 28. propter peccata terræ multi principes eius. Vt enim docet S. Tho. in secunda secundę. q. 104. arti. 1. sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita etiam operationes humanæ procedunt ex voluntate humana. oportuit autem in rebus naturalibus vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiā naturalis virtutis diuinitus superioribus collatæ. vnde etiam oportet in rebus humanis vt superiores moueant inferiores 34 ex vi authoritatis diuinitus ordinatæ. Vnde † datus est a Christo vnus præsidens seu princeps ecclesię militanti, q fuit beatus Petrus, cui ab ipso Christo datus est principatus & potestas super alios apostolos & super totam uniuersalem ecclesiam militantem, & non solum potestas sed etiam plenitudo potestatis, cui nunquam licuit nec licebit in aliquo contraire. Vnde in figura dictum fuit Iacob. gene. 27. seruiant tibi populi & adorent te tribus, & esto dominus fratrum tuorū. Et sic cum oēs apostolos Christus fratres esse uoluerit Matth. 35 23. hunc super alios voluit habere principatum. Vnde † Cyril. super illud lucę. 22. ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua dicit. omissis cæteris venit ad Petrum vt eum ostēderet cunctis prælatum quem confirmare cæteros voluit, cum ipsum cæterorum principem deputaret, hoc enim decebat eum qui robur erat & Petra ecclesiæ. Et subdit & hoc intelligendum teneas non solum de apostolis sed de omnibus qui 36 vsque ad finem seculi futuri sunt fideles. Et † Chryso. super illud Ioan. vl. pasce agnos meos, dicit. eximius enim apostolorum erant Petrus, & dux discipulorum & vertex collegij. Et 37 † rabanus super illud Matth. 16. tibi dabo claues &c. dicit. qui regem cœlorum maiori præ cęteris deuotione confessus est merito præ cęteris collatis clauib. regni cęlestis donatus est. corpori enim suo mystico, id est fidelium vniuersali ecclesię vnum solum caput deputare decreuit. Et ideo glosa ibidem ait. specialiter Petro potestatem ligandi & soluendi concessit, vt nos ad vnionem inuitaret, ideo enim eum principem apostolorum constituit, vt ecclesia vnum principalem Christi haberet vicarium, ad quem diuersa membra ecclesiæ recurrerent si forte inter se dissentirent. Et ad hoc dicta Beatorum Leonis & Cypriani de quibus. 24. q. 1. c. cum beatissimus & c. loquitur. Plenitudinem autem huius potestatis quam alibi textus nominat supremam potestatem extra de regula c. licet, ponit, vt supra etiam dictum est, cyrillus in libro thesaurorum dicens, nulli alii quam Petro Christus quod suum 38 est plenum, sed ei soli dedit. Et ambro. † etsi alijs imperatur vt laxent retia, soli tamen Petro dictum est duc in altum. & ideo non turbatur nauis quę Petrum habet, quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is in quo firmamen- 39 tum ecclesię est. de quo. 24. quæst. 1. non turbatur. Et glo. † 24. quæst.

q. 1. cap. est aliud, super illud Matth. 17. vade ad mare & mitte hamum & eum piscem &c. dicit. hamo id est ferro putridæ carnes resecantur, vnde quia Petrus habet potestatem ligandi & soluendi præ alijs, ideo solus piscatur hoc piscandi genere, & ideo ei soli dictum est mitte hamum, sed quia per rete intelligitur inquisitio veritatis, mittere retia oībus apo-
40 stolis est concessum. Nec obstat præmissis † quod ait Anacletus papa, & habetur. 21. di. in nouo, uidelicet quod cæteri apostoli cum Petro pari consortio honorem & potestatem acceperunt. & hoc idem ait Cyprianus papa. 24. q. 1. cap. loquitur. Item nec quod Petrus illam quam habuit præeminentiam super alios & cunctam ecclesiam accepit a voluntate & cōsensu aliorum apostolorum, vt in prędic. ca. in nouo. ex quo videtur quod vetantibus illis vel hodie episcopis, qui in locū apostolorū successerunt, vt ibi habetur, illa solueretur. Quia dicendum est quod de pari potestate ibi dicitur, intelligendum esse quantum ad ordinem & dignitatem episcopalem, quę non recipit magis & minus, non de potestate iurisditionis vel administrationis, in qua fuit maior Petrus. Et ita dicunt glo. in utroque. cap. & pro contrario allegant dictum Augustini in li. de baptismo quod habetur. 2. quæst. septima puto. & decretum Beati Clementis quod inter apostolos nō fuit par institutio, sed unus præfuit omnibus. 80. dist. in illis,
41 & ibi gl. distinguens vt supra. Ad illud † autem quod Petrus accepit potestatem ab alijs apostolis & de eorum voluntate fuit eis prelatus, dicendum est quod hoc uoluerunt uolūtate consequēte & acceptante pręcedentē Dei ordinationē non uoluntate præcedente, & causante dictam potestatem Et hanc solutionem expresse ponit tex. Anacleti. qui habetur. 22. dist. cap. sacrosancta, vltra medium ubi sic habetur. inter beatos apostolos quędam fuit discretio potestatis, & licet omnes essent apostoli, Petro tamen a Domino concessum est, & ipsi inter se uoluerunt idipsum, ut reliquis omnibus, præesset apostolis. Istam. enim potestatem a Christo & non ab apostolis emanasse, expressius ponit ille. tex. in prin. & ca. omnes. eadem dist. Et potestatis huius emanatio probatur ex
42 supr ascriptis. Nec obstat † etiam paritas quam uidetur inducere Beatus. Ambr. inter Petrum & Paulū, dicens. inter illos quis cui præponatur incertum est, puto enim illos æquales esse meritis qui æquales in passionæ fuerunt, vt habetur 2. q. 7. beati. Quia dictio meritis soluit contrarium, nam prælatione impares fuerunt. Vnde Hiero † super epistolam ad gala. &
43 est ea. causa. & q. c. Paulus, el secundo, ait. Paulus Petrum reprahendit, quod non auderet nisi se non imparem sciret. & sequitur, hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ & sanctitate conuersationis intelligitur solus enim Petrus inter apostolos primatum gerebat. hęc illæ. Hanc autem Petri potestatem in ordine, dignitate, iurisditione, & administratione, licet non in cumulo meritorum, miraculorum ac puritatis & sanctitatis, transfundit Christus in omnes & singulos veros & canonice intrantes Petri successores & uniuersalis ecclesiæ summos pontifices Christi vicarios. & quod Petro quo ad hoc dictum est, dictum fuit in persona eius successoribus ipsius, in quos solos est deriuata potestas ecclesiæ, dicente Domino Ioan. 10. fiet vnum ouile & vnus pastor, qui eandem quam Petrus in iurisditione & ordine ad regimen huius ouilis habebit potestatem. Absonum
44 † enim esset dicere quod Christus ecclesiam suam, quam sanguine suo sibi in sponsam copulauerat, & cuius membris & suppositis, id est fidelibus suis ex quibus ipsa constituitur. promiserat illud quod habetur Matth. vlt. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, solam & absque regimine dimiserit, cum illud non possit intelligi solum de apostolis & discipulis ibi præsentibus, qui non erant usque ad consummationem seculi in hac præsenti uita permansuri. Item dixit omnibus diebus, non particulariter uestris. & ita necessario intelligendum est de omnibus fidelibus eius qui ecclesiam constituerunt & qui in ea omnibus diebus usque ad consummationem seculi erunt. immo tunc omnes erunt tales, quia fiet unum ouile & unus pastor. Et ideo par est potestas quo ad hoc successorum Petri, licet non merita paria. Et istam considerationem habuit tex. in capitulo primo, de homic. in 6. & Innocen. in capitulo ad apostolicæ, de re iudicata, in ultima glos. non enim, ut ipse cum reuerentia loquendo dicit, uideretur dominus fuisse discretus si post mortem Petri humanam naturam a se creatam sine regimine unius personæ reliquisset. Et adde illud quod ipse notat, de foro competen. capitulo licet, el primo, in glo. magna. Ridiculum enim esset aliter opinari. imo eua cuaretur fides & sacramenta ecclesiæ sine quibus non est salus, si post Petrum non remansisset habens ad hoc potestatem. q̄ de alio dici nō pōt q̄ de eius successore q̄fungit vice illius cui succedit. nec de plurib. hoc pōt dici, q̄a Christus unico suo ouili vnicum decreuit pastorem, & cuilibet politiæ vnicus

debetur præsidens, vt supra dictum est. Hæc autem ecclesiæ fides quę non est alia quam fides Petri deficere non poterit, dicente domino lucæ 22. ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua &c. per illud tua, intelligens eam fidem quam cunctis fidelibus usque ad mundi cōsummationem futura erat, & ponens singulare pro plurali, & temporale pro quasi perpetuo vel saltem æqualis cum hoc seculo durationis. Sic
45 † etiam in ista materia posuit finitum pro infinito Matth. 18. dicens non solum septies &c. quod exponitur id est totiens quotiens. Cum enim Christus ita suam ædificauerit ecclesiam ut portæ inferi non valeant prævalere aduersus eam, vt habetur Matth. 16 necesse fuit claues ligandi atque soluendi sine quib. ecclesia non staret remanere post Petrum, aliter portæ
46 inferi aduersus eam prævalerent. Et hæc potestas data Petri successoribus, tradita fuit sub figura deute. 17. vbi sic ait dominus populo Israel. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam, & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris uerba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus, venietque ad sacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eo qui iudicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eo-
47 rum, nec declinabis ad dexteram uel sinistram. qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Nota quod dicit sacerdotis imperio. in hoc enim exprimitur figura potestatis traditæ summo sacerdoti qui pro tempore præest in ecclesia. Et glo. ibi ait Christus sacerdos in æternum secundum ordinem melchisedec, vicarios sibi constituit quibus ait qui vos audit me audit & qui vos spernit me spernit, iure ergo damnationis sustinet sententiam, qui contemnit diuinitatis potentiam. De prædicta authoritate plenius habetur in cap. per
48 venerabilem qui filii sint legi. Et Ber. ad Eugen. papam inquit. age indagemus adhuc diligentius quis sis, gerens pro tempore personam in Dei ecclesia. quis es? sacerdos magnus, summus pontifex, tu princeps episcoporum, tu hæres apostolorum. Et infra potestate Petrus, vnctione Christus. tu es cui claues traditæ. cui oues creditæ sunt. sunt quidem & alii cœli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrunque præ cæteris nomen hereditasti. habent illi sibi assignatos greges singuli singulos, tibi vniuersi crediti, non vni vnus. nec modo ouium, sed & pastorum tu pastor es unus. Et infra. ergo iuxta canones tuos alii in partem solicitudinis tu in plenitudinem potestatis vocatus es. aliorū potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. nonne si causa extiterit tu episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere & tradere Satanæ potes? stat ergo inconcussum priuilegium tuum tibi, tam in datis clauibus quam in ouibus cōmendatis. Et subdit. cum quisque cæterorum habeat suam,
49 tibi una commissa est grandissima nauis, facta ex omnib. ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Ad idem † sunt decreta Agathonis & Symmachi summorum pontificum de quibus 19. dist. sic omnes & 40. dist. non nos. & iura hæc innumera in quibus narratur cuiuslibet summorum pontificum decreta esse inconcusse tenenda, tanquam diuina ipsius Petri voce firmata. Licet † enim omnis potestas sit a Deo, vt habetur ad Romanos. 13. potestas tamen papæ singularius & magis immediate est a Deo quam alia quæcunque, quia sicut Deus generaliter est in omnibus rebus creatis per essentiam præsentiam & potentiam, in suis autem fidelibus speciali quodam modo per gratiam & charitatem, sic licet in electione omnium potestatem Deus operetur, quodam tamen singulari modo operatur in electione summi pontificis. & ab illo deriuatur omnis alia potestas & status qui est in ecclesia. quantum ad dationem iurisditionis non ordinis, vt late prosequitur Augu. de Anco. in li. de eccle. po. quæst. 1. ar. 5. in corpore eiusdem. quinimo. 1. 2. 3. & 4. ar. eiusdem quæstionis. Et quæst.
50 † 45. & 46. prosequitur qualiter omnes principes ei subijciantur saltem quantum ad mandatorum ipsius obseruantiam, imo secundum quod habet in toto orbe terrarum spiritualiū & temporalium vniuersalem iurisditionem, licet administrationem immediatam temporalium non recipiat nisi in certis territoriis, vices. n. illius gerit in terris solus qui Deus fuit verus naturalis & vniuersalis dūs & Rex noster. & qui existens in hoc mundo fecit hæredem vniuersorum, & quod ante prius dictum fuerat per prophetam, Deus iudicium tuum Regi da &c. & illud postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ psal. 2. & 71. Et ille est verus intelectus illius tex. ita dicit Inno. in capi.
51 licet ex suscepto in glo. magna de fo. compe. Plus dicit † præfatus

fatus doctor Aug. in prooemio dicti libri in forma, error est vt puto pertinaci mente non credere Romanum pontificē vniuersalis ecclesiæ esse pastorem, Petri successorem & Christi legitimum vicarium, supraque spiritualia & temporalia vniuersalem non habere primatum. Et subdit. in quem errorem multi labuntur ex dictæ potestatis ignorantia, quæ cum sit infinita, eo quod magnus dominus & magna virtus eius & magnitudinis eius non est finis, omnis creatus intellectus in eius perscrutatione inuenitur deficere. Hęc ille. quem præsertim in eo quod de temporalibus dicit non prosequor, quia hic non agitur de hoc. & quod de infinitate dixit, hyperbolice dixit per respectum ad quamcunque aliam creatam potē-
52 tiam. Petrus † et de Palude in trac. de iurisditione ecclesiasticæ potestatis in quarto arti. principali, vbi late prosequitur de potestate papæ, ponit tres conclusiones de hoc. vnam videlicet quod potestas papæ est a solo Christo & immediate. secundam quod nō est ab ecclesia aliqualiter. tertiam quod ab ipso & sub ipso est, & emanet oīs iurisditio ecclesiastica & tp̄alis. Quæ ipse multum diffuse probat authoritatibus & rationibus multis. Ex cuius potestatis plenitudine supra Dei ecclesiam & eius quoscunque status singulares potest statuta vniuersalia & perpetua seu particularia localia & personalia. condere ac statuere, & ea prout ei visum fuerit reuocare, cum nec sua. ff. de. ll. l. princeps, nec suorum prædecessorum, quia par in in parem non habet imperium, nec totius ecclesiæ, quia inferior est ipso, lege ligetur, vt apparet per iura cō-
53 munia. Quoniam † vt dicit Beatus Tho. in prima secundę. q. 96. art. 5. in respon. ad tertium argu. princeps qui superiorem non habet solutus est ab omni lege sua & alterius, saltē quo ad vim coactiuam, nam quantum ad vim directiuam princeps non est solutus a lege, sed debet voluntarius non coactus eam implere. tamen eam mutare potest & circa eam dispensare & de nouo statuere totiens quotiens. Quod verum est dummodo nihil statuat contra ius naturale, quod in nouo & veteri testamento continetur, quia legem Dei & superioris infringere non potest. Et si diceret se aliquid posse contra legem & præsertim articulos fidei, erraret & tunc deficeret omnis potestas eius, quia pręcisus esset ab ecclesia. & per hoc desineret esse caput illius, dicente domino deute. 17. nō poteris alterius gentis hominem facere regem qui nō sit frater tuus. frater autem noster esse desineret, & per consequēs
54 Rex & caput, si in fide erraret. quia † extra ecclesiam non pos-
55 sunt esse claues ecclesię, nec potest esse caput qui non est de corpore, cum caput sit pars corporis. Et licet † per hæresim abscinderetur a corpore ecclesiæ eoipso quo ad Deum & ecclesiam triumphantem, tamen quo ad militantem, quę non iudicat de occultis & humanum requirit declaratorium iudicium, ante sententiam toleraretur, adeo quod etiam accusatus de heresi si ante sententiam spoliaretur vel ei obedientia subtraheretur, esset restituendus. 2. quęstione 7. nos si incompetenter, versiculo item symmachus. ad quod capitulū nonne. 8. quæstione quarta. Et sic tali casu non esset sibi ipsi papa, sed nobis sic, propter tolerantiam & communem errorem quo creditur & teneri debet vt papa ante iudicium in eum latum per concilium generale, ad quod pertinet. & in casu illo esset synodus maior papa, & orbis vrbe. 40. distinctione si papa. & notatur. 15. distinctione sicut sancti. & 19. distinctinctione Anastasius. & nonna quæstione tertia. memo. vigesima quarta quæstione prima quodcunque. & 25. quæst. prima sunt quidam. cum simil.

56 **Nec † per Paulo** ante dicta, scilicet de nō discessu a papa ante sententiā, discessus a papa qui per populi acclamationem fuisset creatus papa, restitutionem requirit, quia acclamatio populi & impressio notoria faciunt quod non requiratur sententia, sed de facto expelli debet vt de facto per violentiam se ingressit. 79. dist. si quis pecunia, ibi liceat cardinalibus. & infra ibi a sede apostolia pellere. & 16. quæst. 7. sane Quod prosequitur Gratianus. 3. q. 1. §. patet. vbi arguit quod speciale est in intruso in sedem apostolicam, quod non restituitur licet quilibet alius violentus & prædo sit restituendus. Et de intellectu illius. c. si quis pecunia & d. §. patet. vide ad plenum supra in arti. an sit sufficiens causa si papa passim committat simoniam congregandi concilium. & in illo. sed quæro vlterius pone quod obijcitur contra papam aliquis defectus ratione cuius dicitur quod non sit verus papa &c. vtrum ex hoc debebit congregari cōcilium. & ad propositum in illa quæstione ad quē spectet congregare concilium, in versiculo secundo casu, qn̄ sunt duo vel plures contendentes de papatu &c.

57 **Alias autem † claue non** errante est ei obtemperandum, & singuli inferiores ordinationi eius resistere non possunt, cum eius potestas & Romanę ecclesiæ a nullo quam ab ipso Christo immediate processerit vigesimaprima distin. quamuis &

dist. 22. cap. primo & cap. sacrosancta & alii omnes status ecclesiastici & cunctę aliæ. inferiores ecclesię a papa sunt instituti & ordinationem acceperunt. Licet enim Christus creādo apostolos & discipulos creauerit statum episcoporum & curatorum qui in eorum locum succedunt, 22. dist. in nouo, tamen papa & prædecessores eius instituerunt ecclesias cathedrales, ciuitates diœceses & territoria distinguendo, & dignitates cathedrales erigendo, de nouo, & illis de personis idoneis prouidendo. Et ita non solum instituerunt personas in ecclesiis, sed ipsas cathedrales sedes & præsidentiam in illis ac honorē & iurisditionem eis competituram, & ita cæteri inferiores prælati hæc omnia a papa immediate acceperunt, prout confitetur Clemens. 80. dist. cap. in illis, & seq. Et Grego. inquit. sancta Ro. ecclesia ita uices suas impertiuit aliis ecclesiis ut in partem essent vocatæ solicitudinis nō in plenitudinem potestatis. Et Iulius papa, ipsa ecclesia, quę prima est ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas ut in partem &c. secunda quæst. 6. de decreto, & c. qui se scit, & disti. 29. ita dominus, ibi vt ab illo quasi a quodam capite &c. extra de usu pal. ad honorem. Et quemadmodum status istos statuit Romana ecclesia & ordinem inter eos dedit, ita cum ei uidetur illos destituit & reuocat & ordinem mutat, sicut apparet de sede Alexandrina quæ erat secunda post Romanam & nunc est tertia, & de constantinopolitana quæ nō erat inter sedes apostolicas patriarchales, & nunc est prima inter eas. 22. dist. sacrosancta & capi. qua traditione, & cap. re-
58 nouantes. Et si dicatur † quod erectio sedis constantinopolitanæ fuit facta per synodum in Constantinopoli celebrata, hoc esse non potest, quia licet factum fuerit in synodo non tamen authoritate synodi, sed authoritate papæ ad supplicationem imperatoris & prælatorum in synodo constitutorū, ut apparet in dicto cap. renouantes, ibi petimus, Quinimmo adde quod in Calcedonen. concilio Leo papa hanc translationem præter eius scientiam & uoluntatem factam expresse improbauit, vt patet in gestis ipsius concilii. licet in sexta synodo Constantinopolitana, de qua in cap. renouantes. 22. dist. postea statutum fuerit quod esset prima post Romanam de quo etiam vide Card. de Turræcrem. in quæstione, quam
59 iurisditionem habet concilium. Præterea † deponit ipsos episcopos & restituit. 3. q. 6. accusatus. & 2. q. 6. ideo. diuidit vnū episcopatum in duos & duos in unum vnit. 16. quęst. prima præcipimus, & cæt. & temporis qualitas eximit episcopos, & Abbates a potestate suorum ordinariorum, & etiam cæteros clericos inferiores. 16. q. 1. frater noster. de priui. si papa in 6. & notatur in cap. 1. de transla. episcopi. & in ca. antiqua de priuil. Religiones & ordines nouos instituit & destituit. c. fi. de relig. do. in cap. vno eo. tit. in 6. Imo etiam dispensat contra apostolum, non tamen in ijs quę articulos fidei concernunt. & contra generale statutum ecclesiæ, ut apparet in ca. non debet de consan. & affi. & notatur in cap. sunt quidam. 25. q. 1. ubi plene de hoc. Et Innocen. ca. post translationem in fin. de renun. ponit quod dispensat contra quatuor concilia & contra euangelii verba sed non contra mētem. & per Hostien. in summa de rescrip. §. quas vires, versic. si sit destructiuum. & per spec. in tit. de dispensa. §. nunc breuiter dicendum. & per Archi. in præallegato. ca. sunt quidam. Licet forsan. fatendū esset quod ubi vellet vniuersalem statum ecclesiæ turbare non posset, prout notatur. 9. q. 3. per principalem & in d. cap. sicut sancti. & per Innocen. in cap. inquisitioni. in
60 glo. fin. de senten. excommu. Et ex ista † superioritate & præeminentia quam habet super omnes ecclesias ac ministros, & supposita ipsarum, infertur necessario quod non potest ex quacunque causa crimine vel delicto per quemcunque hominem iudicari, quantumcunque sit grauissimi scādali causa, quia cunctos iudicat, ipse vero a nemine iudicatur. 40. di. si papa, neque enim ab augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo, cunctorum iudex papa iudicatur 9. q. 3. nemo & cap. aliorum & cap. cuncta per mūdum. Vnde sicut dicit gl. in d. c. nemo, & 4. dist. in istis, & d. c. sicut sancti. & c. qđcunq;. 24. q. 1. si totus mūdus esset in opi. ꝯ papā opinio solius papæ pręualeret contra totum mūdum nisi in materia fidei, quia tunc esset pręcisus ab ecclesia, ut supra dixi.
61 Et hoc † ratione humana & diuina nititur quod superior per inferiorem iudicari non possit 21. dist. cap. inferior cum seq. Vnde inferioris in superiorem sententia quātumcunque sit iusta & a vera causa procedat nulla est ipso iure. nec de causa vel ueritate ordinationis inferioris contra superiorem in-
62 quiritur, ut eadem dist. cap. fin. Sed quod † plus est licet in causa fidei papa superiorem habeat, totam, scilicet ecclesiam, vt superius est dictum, tamen cōuicto Marcellino papa per propriam confessionem de idolatria, nullus in eum ausus est ferre sententiam, sed eimet remiserunt sententiam, dicētes tuo ore iudica causam tuā. ea. dist. c. nunc autem. eo quod prima sedes, ut superior & a qua aliæ processerunt, a nemine iudicari

dicari potest. vnde Isaiæ. 10. nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea &c. vbi multa ponuntur ad propositum nostrum materialia exempla. Sed licet nō †possit ab homine puniri, nō ob hoc euitabit diuinam vltionem, sed quāto alijs superior est tāto grauius punietur. 9. q. 3. aliorum. 40. distinc. non nos & capitulo homo christianus 25. quæstione prima nulli fas. Quinimo glosa in præallegato cap. aliorum, dicit quod debet sine venia puniri. quod intelligitur dictum ob difficultatem dationis veniæ & quia maxime ei infligentur pęnæ, quoniam iudicium durissimum fiet ijs qui præsunt sapientię. sexto. Ad quod est glosa super illud psalma. 50. tibi soli peccaui &c.

64 Ex †præmissis igitur infertur quod nō potest qs subtrahere obedientiam ex solo solo sensu, nullo iuris adminiculo suffultus. Quia nōn debet quis inniti prudentiæ suæ, vt in ca. ne innitaris de consti. quæ sunt uerba hiero. Et de ista superioritate papæ uide quod dico in arti. quis sit maior, papa an concilium. Et contra cōtrariantes canonibus, vide verba text. Beati Clementis. 37. dist. relatum. & tex. iuncta glos. in cap. violatores. 25. quæst. 1. vbi sunt uerba Damasi papæ. 4. qui incœpit præsidere anno domini. 1371. in concilio generali & tex. in cap. nulli fas 19. dist. ubi sunt plura verba Beati Grego. & idem Grego. in ca. institutionis & in cap. ecclesiasticis, & in cap. ecclesiæ, & in capit. imperiali. 25. quęst. 2. Et verba sancti Hilarij. 25. q. 1. nulli. de cuius authoritate vide in c. sancta Romana. §. iam nunc. 15. dist. Et Aug. in li. de doc. chistiana de quo. 19. di. in canonicis. Ad idem etiam verba Adriani primi, q prę fuit anno domini 771. in concilio generali Romę celebrato anno. 774. ubi etiam de regibus & principibus secularibus fit mentio. 25. q. 1. generali. 65 Ad idem †quoque verba Nicolai primi in concilio generali, qui præfuit anno. 858. & fuit vir sanctissimus, cui post beatum Gregorium vix vllus comparandus est, 25. q. 2. cap. si quis dogmata. Et idem Nicolaus clero Cōstantinopolitano. 20. dist. cap. decreta. Et idem Nicolaus scribens episcopis Gallicanæ ecclesiæ 19. dist. capit. si Romanorum. Et idem scribens Michaeli imperatori & Igmaro archiepiscopo in c, scit sancta & c. ridiculum. 12. dist. Ad idem sunt verba beati Hiero. quæ habentur. 24. q. 1. hæc est fides, & idem Hiero. scribens ad Lucianum 12. di. capit. illud. Ad idem verba beatissimi Leonis papæ. 61. distin. statuimus. Et plenius. 19. distin. ca. 1. vbi in fi. sunt notabilia verba Nicolai. 66 Ad idem †verba Agathonis, qui præfuit anno. 678. & miraculis claruit & martyrio coronatus est. 19. dist. c. 2. 67 Ad idem verba Stephani †quinti, cuius meritis galli eo tempore de Normannis triumpharunt anno. domini. 885. 19. dist. cap. enimuero. Ad idem verba in concilio melden. vt in c. 1. de consti. Ad idem verba gelasij papę, qui præfuit anno. 494. vt habetur 25. distin. c. sancta Romana. Hęc dicta sint vt discant, tacere ignari canonnum, arbitrātes, quod canones & decretales vt loquuntur, fuerint & ab eo tempore authoritatem receperint, quo tyrannis curiæ Romanæ aliena vsurpare, vendicare, & suis non contenta finibus, quos paritas dignitatis & ordinis æquales fecerat, subijcere conata est, vt dicit Egi. in d. c. in fidei. 68 Quinimo †vltra præmissa si attendant Isidorum in procemiali epistola cōciliorum, cœperunt canones condi tempore apostolorum, & a tempore Clementis primi qui Petro successit publicari apud fideles, licet vt ipse ait in 6. etymo. li. ante tempora Syluestri primi & Constantini imperatoris nō daretur facultas generalia concilia celebrandi, vt patet. 15. distin. cap. canones, & 16. dist. capitulo placuit. §. item primus. 69 Attendant igitur prædicti †canonum impugnatores verba & decreta sanctorum patrum, qui vt inquit beatus Petrus apostolus nō voluntate humana sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt. 2. pe. 1. Et ex hac inspiratione spiritussancti & potestate data Petro per Christum per illud Matth. 16. tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & post quodcunque ligaueris sup terram &c. & per illud Ioan. vl. pasce. oues meas, data est omnibus Petri successoribis potestas cōdendi canones, ita vt quod per eos ordinatum fuerit perinde habeatur ac si a Beati Petri ore emanasset. quin potius ac si a Christo ipso, qui solus Romanam fundauit ecclesiam & talē dedit vicarijs suis in alios potestatem, quam qui auferre vel diminuere conatur pertinaciter contrarium asserendo, fidem violat & in hæresim labitur, vt patet ex verbis sanctorum doctorum ecclesiæ & aliorū patrum, quorum infinitæ sunt authoritates. 19. di. sic omnes, cum pluribus cap. illius dist. & 22. di. per to. & maxime tex. in c. sacrosancta ea. di. & 24. quæst. 1. c. manet, & c. quodcunque. & c. cum beatissimus & cap. hæc est fides & capi. si Petrus cum multis alijs ea. cau. & quæst. Ad idem de transla. præla. capit. 1. de elec. fundamenta in 6. Et iō glo. 24. q. 3. in cap. ille qui, dicit quod sexto modo dicitur hæreticus qui vult auferre priuilegium Ro. ecclesiæ. 22. dist. oēs. & septimo qui transgreditur pręcepta sedis apostolicæ. Ad idem glo. 25. quæst. prima, violatores. & 19. distinct. nulli fas. & Ioan. And. in capit. generali, in glos. in uerbo inhibemus. de electione, in sexto. Tales enim veniunt contra articulum fidei unam sanctam ecclesiam. pro quo. 23. distinct. capitulo quanquam. Ista autem sint inserta, quę fere ad uerbum sunt Egidii in dicto capitulo in fidei, de heret. in sexto. & dicto capitulo unico, de iniur. ad ostendendum quod subtrahere se obedientiæ Romani pontificis nihil aliud est quam se a fide se parare & a Christo qui caput est ecclesiæ se subtrahere. Et quia pauci sunt qui opera Egidii habeant, ideo pono fere ad uerbum eius dicta aliquibus additis.

70 Quid dicendum? Vt tactū †est supra in quæstione ad quem spectet cōgregare cōcilium, aliter dicendum est in vno indubitato papa & aliter in duobus contendibus de papatu & fouentibus schisma. qa si sit vnus indubitatus papa & papatus possessor, nullus princeps poterit eum compellere neque terminum aliquem ei prefigere ad congregandum cōcilium, neq; obedientiam illi subtrahere per rationes & iura proxime adducta, sed si causa esset necessaria pro vniuersali ecclesia & in causa heresis contra eum, bene possent principes eum requirere & apud eum instare vt congreget concilium, sed non statim obedientiam subtrahere, & ipso detrectante & diffugiente, per viam deuolutionis alijs negligentibus congregare concilium, & alias per omnem aliam viam procurare vt ab alijs congregetur, vt dictum fuit in supradicta quæstione. Et de ista materia quando possit subtrahi obedientia Romano pontifici, remitto ad ea quæ dixi supra de cardinalibus q discesserunt a Iulio. 2. & concilium ei intimarunt. Vbi quando possit a papa vel inferioribus discedi propria authoritate, colligo ex dictis doc. in cap. Anastasius. 19. dist. & in cap. sacerdotes el. 1. 2. quæst. 7. & in cap. nerui. 13. di. maxime Domi. & post Ioan. An. in c. vestra de coha. cle. & mulie. & per Hostiē. in c. per tuas de simo. & doc. in c. constitutus de appel. 24. q. 1. cap. 1. & in cap. 1. de schisma. in c. cum non liceat de prescrip. & 8. q. 4. nonne. & ibi bona glos. in summa. ea. cau. & q. ibi vide. Et alia circa prefixionem termini ad congregandum cōcilium quæstio fuit tractata supra per plura dubia quādo est vnus indubitatus papa. 72 Sed †quando sunt plures contendentes de papatu, etiā in supradictis ad plenum colligitur quod ex quo vnus ex contendentibus est verus papa licet incertus, & in papa vero est suprema potestas, non poterit aliquis princeps eis præfigere aliquem terminum nec subtrahere obedientiam sub comminatione, nisi cesserint vel concordauerint. Poterunt tamen induci ad sedandum schisma per alia remedia quæ pono infra in quæstio. quando sunt duo vel plures contendentes de papatu & nō curant sedare schisma, vtrum possint per concilium deponi. Et si requisiti nolunt cōgregare concilium, & tentatis omnibus remedijs non curāt vel negligunt vel nolunt sedare schisma, tūc poterit eis subtrahi obedientia, & per eos ad quos esset facta deuolutio cōgregari concilium, & subtrahi obedientia ita ab illo qui est verus papa qui non curat tollere schisma sicut ab illo qui cōtendit de papatu & occupat. De quo dic vt ibi. & in questione vtrum ad tollendum schisma possit etiam verus papa cogi ad cedendum.

Cardin, Iacobatij, de concilio, Liber Octauus.

SVMMARIVM.

1 Papa an possit accusari de hæresi vel simonia, quod non possit accusari num. 1. per arg. ab absurdo. nu. 3.
Et an possit accusari de omni hæresi. nu. 36.
Et quæ sit hæresis damnata. num. 37.
2 Papa non habet superiorem, & vbi non est iudex non datur iudicium.
Sed an possit dici iudex concilium prouinciale vel generale, vel aliqui cardinalium vel prælatorum, vel principes temp. vel de commissione papæ. nu. 6.
3 Sententia contra ius litigatoris lata quamtumcumque iniusta, per transitum in rem iudicatam valet.
4 Papa existente hæretico sedes dicitur quasi vacare.
5 Officium camerariatus sede vacante non expirat.
Tamen non se intromittit de his quæ papæ sunt reseruata.
7 Papa de directo non potest accusari de hæresi ad effectum vt deponatur, sed ad effectum finalis deliberationis, quia tunc papa hęreticus poterit in generali concilio, per eum, vel de eius mandato, congregato, accusari.
8 Papa an sit hęreticus in concilio discutitur.
9 Concilium potest iudicare de pada sed non damnare,

sed

sed an possit se subijcere iurisdictioni concilij sua auctoritate celebrati. ibidem.
10 Papa non potest iudicialiter accusari in concilio, sed tantum extraiudicialiter.
Et rationes. ibid.
Et opin. Egidij. nu. 11. & nu. 13. tenet quod possit accusari, & idem tenet de simonia.
12 Constitutio facta in concilio cum papa, licet ab eisdem possit reuocari, nō tamen a solo concilio.
14 Papa quod neque de amonia neque de alio crimine accusari, possit, & ratio. ibidem.
Quod improbat auctor. ibid.
15 Contumacia est hæresis.
Et Contumax, dicitur infidelis.
16 Papa an possit accusari de simonia adulterio, vel alio, præterquam de heresi Vgonis opinio. Ioann. de ficto. opinio. numero 17. Ioann. Ioann. opinio. & numero 18.
19 Hæresim sapit, & error est, credere quod non sit peccatum, quod per ecclesiam damnatur.
20 Papa si non sit a fide deuius, de nullo crimine potest accusari. Limita trib. modis. ibid.
De mente Egid.
Et quarto modo. nu. 21. & nu. 25.
Tamen Egid. est sibi contrarius. ibid.
22 Gl. in c. si quis pecunia 79. dist. limit.
23 Duo contendentes de papatu si sint admoniti vt cederent, vt alius eligeretur pro sedando schismate, & cessaret diuisio, & scandalum in ecclesia cui non posset aliter prouideri, an possent accusari in concilio quod scandalizarent ecclesia, si nollent cedere, quod an sit verum. nu. 24.
26 Papa cum non habeat iudicem supra se, non potest accusari de aliquo crimine. coram concilio, nisi de hæresi licet sit oculta dummodo probari possit. num. 27.
Et nisi nutriret schisma inueteratum. num. 28.
29 Cap. nemo. 9. q. 3. loquitur in papa fideli & catholico.
30 Papa tribus casibus se submittit.
Quartus casus ponitur. nu. 31.
32 Hæresis papæ iam mortui cognitio, pertinet ad successorem.
Quod an sit verum. ibid. & nu. 34.
Et accusans subscribit ad pœnam tallionis.
33 Vindicta Dei iudicio reseruatur, cum timetur scandalum.
35 Par in parem non habet imperium.
Et quomodo intelligendum.
36 Papa non potest conueniri nisi impetrata venia ab ipso.
37 Hæresis damnata quæ dicatur, & dicitur tribus modis. ibidem. & numero sequenti.
38 Scripturæ sacræ & canonicæ quæ dicantur.
39 Hæresis non damnata quæ dicatur.
40 Idolatrici actus, vel hæreticales qui dicantur.
41 Papa de heresi que non esset directe contra articulos fidei, licet alias damnata, an possit accusari, & an concilium sit iudex, & quomodo.
42 Papa potest accusari simpliciter in concilio, sed non damnari simpliciter a concilio.
Et an ex hoc sequatur quod concilium sit iudex & superior papa. ibidem.

Articulus PRIMVS.

1 DIximus ex quibus causis possit p viā exceptionis contra papā congregari concilium, quęro nunc vtrum possit accusari. Et primo †vtrum possit accusari de herefi vel simonia. Et iste articulus habet dependentiam ab illo ex quibus causis possit papa a concilio deponi, de quo latius infra dicetur. verū quia plures sunt casus in quibus licet possit accusari non tamen deponi, & aliqui in quibus non potest accusari nec deponi, primo pro nunc videndum est vtrum possit accusari de istis duobus. Et primo de hæresi. Videtur 2 aūt quod nō. †nam loquendo de accusatione iudiciali & ad finem deponendi & de canonice electo, iste non habet superiorem, vt vult tex. in d. c. licet in fi. sed vbi nō est iudex non datur iudicium, vt in cap. forus de verbo. sig. in §. in omni igi 3 tur. Præterea †clarum est quod valet sententia quantumcūque iniusta contra ius litigatoris lata, per transitum in rem iudicatam, vt in c. cum inter de re iudi. Si igitur diceremus quod papa posset de hæresi accusari, posset contingere quod falso accusatus deponeretur. & sic verus papa a papatu eijceretur, cum tamen non habeat superiorem nisi solum Deum, vt in c. nemo & in c. aliorum cum pluribus sequē. 9. q. 3. Nec 4 obstat †si quis attentaret posse dici quod ex quo est hęreticus est segregatus ab ecclesia, vt in capi. 2. 4. q. 1. & de here. per to. Quia tunc sedes dicitur vacare vel quasi vacare, sede autem quasi vacante non est superior ad quem possit haberi recursus, & sede uacante cardinales se nō intromittunt nisi de iis 5 quæ spectāt ad celerem electionis expeditionem, & †Camerarius, cuius officium non expirat, de iis se non intromittit, ut in cle. ne Romani de elec. Facit quod dicitur in ca. vnico post gl. de schisma. in 6, Nec alius potest dici succedere in iurisditione nisi collegiū, sicut in iurisditione prælati dicimus succedere capitulum, ut in c. penul. & fi. de supplen. negli. prę la. in 6. de maio. & obe. cum olim. & cap. 1. eo. ti. in 6. & capit. 1. de insti. in 6 & cap. unico ne sede vacan. eo. li. cum simil. Nec 6 †obstat si dicatur quod hoc casu concilium habet potestatē. quia videtur contra tex. in d. cap. licet. Et si loquimur de concilio prouinciali Romano, ecclesia Romana vacante nullus in iurisditione succedit, ut d. cle. ne Romani. & sic nullus poterit concilium conuocare. et si non uacat, papa est, et solus præest, et solus concilim conuocare potest. Si loquimur de uniuersali concilio, hoc etiā nullus potest authoritatiue cōuocare nisi papa, q uniuersalis dominus est, ut diximus supra et patet 17. dist. per to. Nec potest dici quod aliqui cardinaliū uel prælatorum possent conuocare, quia par in parem & c. c. innotuit de ele. Nec principes temporales hoc facere possūt ut in d. cle. ne Romani in prin. Et si hoc facerent ex commissione ipsius papę hæretici, iam ipsum approbarēt in papam, argu. cap. quod autem de iure pa. Et si suasu alicuius, forte imperatoris uel regis uel plati, ipsa uniuersalis ecclesia se in eodem loco per modū generalis concilii congregaret, non per hoc haberet potestatem generalem, sed solum singuli in singulos suos subditos. 9. q. 3. c. per singulas. Sola enim Romana ecclesia habet potestatem de omnibus iudicandi. 9. q. 3. ipsi sunt c. cuncta per mundum, & ca per principalem. de priui. antiqua. de autho. et usu pal. ad honorem. Nec alius quam papa eam dare potest, ut in capi. quod translationem de offi. lega. Et ideo solus papa canonizat sanctos, eo quod sunt ab omnibus honorandi, ut notatur in ru. de reli. et uene. sanc. Facit. 24. q. 1. hęc est fides, et c. quodcunque.

7 Et †ex his Egi. ponit conclusionem quod de directo papa non potest iudicialiter accusari de hæresi ad finem condemnandi eum & pœnam infligendi, sed si accusatio capiatur pro extraiudiciali examinatione, ad effectum finalis deliberationis tendente, tunc papa qui dicitur in pertinacem hęresim lapsus, poterit de ista hæresi in generali concilio per eum, vel de eius, aut dominorum cardinalium seu cuiuslibet alterius mandato vel rogatu congregato, accusari. Et hanc opinionem reperio approbatam in certis allegationibus factis in fauorem Eugenii quarti, incipiunt etsi plurimi, quas credo fuisse, Brixiensis. Et ita intelligitur quod dicitur quod concilium cognoscit de hæresi papæ, ut fuit obseruatum tempore Clementis Quinti, ut ponit Abb. in rub. de hęre. & specu. in tit. de accusato versic. item papa. Marti. Lauden. in trac. concilii in prima quæstione. & dixi supra & infra late dicam & dicitur in cap. si papa, & in 8 dicto capitulo in fidei. de hæreti. in 6. uidelicet †quod in concilio discutitur an sit hæreticus & pertinax, & cum per concilium declaratur talis, est ab eo discendendum & alius eligendus. Et sic intelligitur tex. in d. cap. licet, & iura per quę dicitur quod papa potest accusari de hęresi. 79. distin. si duo in glo. & notata in c. in fidei de hæret. in 6. & Hostien. in summa de accusat. §. quis accusari potest & quod legitur & not. 93. dist. legimus, & 4. dist. in istis, & 15. dist. sicut in fi. 19. distin. Anastasius, & 24. q. 1. pudenda. & 2. q. 4. mandastis & quæ scripsit Archid. in d. c. Anastasius. Et sic potest intelligi quod dicit Innoc. in c. ex parte el 1. de uerbor. significat. cum dicit q si aliquis uult aliquod crimen obijcere papæ, de hoc nullus cognoscere potest nisi agatur de hęresi, & Cardinal. Florent. ibidem, & Hostiens. & Ioann, And. in capit. proposuit. de cō 9 cess. præben. Ad †quod facit illa glo. 2, quæstio. 7. in capitulo sicut laudabile, quæ vult quod concilium iudicare potest de papa sed non damnare, & sic poterit de hæresi in concilio accusari. An autem possit se subiicere iurisdictioni concilii, uide supra late in loco proprio. Et per hoc etiam dicit Egid. q si papa subiiciat se quo ad hoc iurisdictioni concilii generalis authoritate ipsius congregati, poterit per concilium iudicari, argum. notatorum. 40. dis. si papa. 2. quæstio. septima nos si incompetēter & dicto capitulo mandastis. ff. iurisdictio. omnium iudic. l. est receptum & 11. q. 1. si clericus, & argum. eius quod scripsit Hugo. 73. dis. in synodo. & Archidiac. in d. 10 cap. in fidei, & ibi communiter per doct. Intelligendo tamen iuxta preallegatam distinctionem quando extraiudicialiter & non per viam iudicij ordinarie proceditur. alioquin dicit idem Egi. veram esse opinionem illorum qui tenent contrarium, per notata in d. c. nos si incompetenter. & per ea quæ leguntur & notantur in §. hinc etiam. 17. dist. & c. nunc autem 21. di. iunctis notatis. 24. q. 1. c. 1. ea potissimum ratione, quia aut hoc fieret per modum cōmissionis & hoc non, quia non habet iurisditionem in seipsum. aut p modum verbalis simplicis commissionis, & hoc et non qa nō pōt sic renunciare priuilegio suæ dignitatis, de foro compe. si diligenti, & ca. cū

tem-

tempore de arbi. Et sic ex his videtur quod papa non potest iudicialiter accusari in concilio sed tantum extraiudicialiter. & idem concludit per omnia in simonia, semper sequẽs suam opinionem quod possit papa de simonia accusari. Ipse 11 tamen Egi.† in d.c. licet in 32. char. ponendo quæstionem vtrum elect a duabus partibus & receptus, qui prætextu cuiuscunque criminis in eum obiecti vel exceptionis vel contradictionis a papatus administratione impediri non potest, possit accusari in concilio generali de aliquo crimine vel defectu maxime notorio quod reddat papalem electionem nullam ipso iure, & vtrum de hoc in concilio conuictus vel cõfessus possit per concilium deponi seu declarari intrusus, & ordinari de deiectione ipsius, ipse remittendo se ad prędicta dicit quod licet quo ad iudicialem examinationem, discussionem, ordinationem, ac finalem deiectionem, videat hoc posse fieri in concilio, tamẽ de veritate ipse est valde dubius. nam licet vniuersale concilium vniuersalem ecclesiam repræsentet, tamen supra vel vltra vniuersalem ecclesiam nihil habet nec potest, & tamen illud vniuersale concilium arctat vniuersalem ecclesiam ad habendum talem pro papa ẽt si papa non sit. igitur non potest eum non habere pro papa, seu ordinare de eo non habẽdo pro papa, nec examinare vel distinguere an sit vel debeat haberi pro papa. & si debet eũ habere pro papa, igitur pro superiore, igitur non potest in eũ iurisditionem exercere. 21. distinctione inferior. de maio. & obe. cum inferior. Item talis examinatio discussio vel ordinatio absque authoritate superioris fieri non potest, & tamẽ dicit tex. in d.c. licet quod non potest ad superiorem haberi recursus. hoc casu ergo cessabit ratio constitutionis, ca. licet, & consequenter constitutio super falsa & erronea ratione dice-12 tur fundata. Item† non obstat si dicatur quod quia fuit edita in concilio generali, non debet includere ipsum concilium l. inquisitio de solu. & ideo per cõcilium edita per conciliũ tolli põt, de regu. iu. omnis res. Quia respondetur ꝙ facta fuit in concilio cum papa. Ideo licet possit per concilium cum papa reuocari, tamen a solo concilio nõ poterit, vt notat Archi. in c. ubi periculum de elec. in 6. & paul. in cle. ne Romani eo. ti. nec est uerum concilium illud in quo papa nõ residet. nec eius authoritate celebratur. Et forte dici posset speciale esse in hæresi propter periculum in fide catholica, in alijs. n. vitijs non tantum uersatur periculum. Et sic uidetur uelle Egi. quod speciale sit in hęresi, & sentire contrarium eius qđ supra dixit. Et uidetur seipsum confundere, in quãtum uult quo ad iudicialem examinationem hoc posse fieri in concilio, cum tamen supra dixerit penitus contrarium. Per quæ ꝯcluditur quod quo ad iudicialem examinationem non possit, sed secus quo ad extraiudicialem, ut supra dictum, est etiã quo ad totalem depositionem & electionem alterius papæ. Vnde uere potest dici sicut ipsemet dicit quod in ista materia fuit dubius. nisi dicamus quod in primo casu loquitur qñ est indubitatus papa, & quod tũc non possit accusari iudicialiter, sed secus quando est dubium utrum sit uerus papa, & ꝙ tunc posit accusari. Et loquitur sub dubio, & maxime quia similiter uidetur innuere contrarium eius quod simpliciter conclusit in simonia, in qua idem uoluit quod in causa hære-13 sis. Ipse† tamen Egidius in. c. si papa. 40. dist. in suo remissorio super dictionibus, in uersi. item quæro an papa possit istum casum excludere, uidelicet quod nec de hæresi posit accusari, dicit quod de facto bene potest excludere uolentem eũ accusare de hæresi, sed non de iure, quia sic doceret hæresim. Item si papa esset hæreticus publice, & de hoc non posset accusari, confunderetur tota ecclesia & periclitaretur generalis status ecclesiæ. 15. distin. sicut 25. quæst. 1. sunt quidam. Similiter idẽ Egi. in dicto suo remissorio in d.c. si papa, in uersi. primum dubium, refert opinionem Archi. in c. in fidei de hęre. in 6. ubi tenet quod papa posit accusari de hæresi etiam si hęresis huiusmodi sit occulta, dummodo probari posit. & istam dicit esse communiorem & eam sequitur. In qua opinione refert concordare glo. in d. ca. si papa, & Ioan. de ficto & Ioan. Ioannis in d.c. si papa, qui dicunt ibi esse casum. Sed ipse Egi. dicit quod tex. ille non loquitur expresse de accusatione, sed bene sequitur opinionem Archi. tanq̃ communiorẽ, & remittit se latius ad dicta sua in d. ca. in fidei in 2. q. & in 14 cle. dudũ in 4. nota. de sepul. Et idem† concludit ipse Egi. in simonia ibidem in dicto remissorio, scilicet quod posit de illa accusari, in d. ca. si papa, in uers. sed nũquid de simonia, & in uers. quintũ dubiũ. In quibus locis refert aliquos dicere ꝙ papa nec de simonia nec de alio crimine põt accurari etiam si sit notorium, quia quod canon non excipit nec nos excipere debemus. & quia si papa est hęreticus, non sibi soli nocet, sed toti mundo, præsertim quia simplices & idiotę facile sequerentur illam hæresim, cum crederent non esse hæresim. sed in crimine siomoniæ, furti, fornicationis & similibus criminib. sibi soli uidetur nocere, cũ omnes sciant ꝙ nulli licet fornicari furari uel simoniã committere & huiusmodi. Et tamen ipse concludit & tenet contrarium, videlicet quod de quolibet crimine notorio papa possit accusari & condemnari si admonitus non vult cessare, qui enim publice furatur, publice fornicatur, publice committit simoniam, publice habet concubinam, publice eam cognoscit in ecclesia iuxta, vel supra altare, & admonitus non vult cessare, non accusabitur, non eijcietur, non condemnabitur, nonne sic scandalizare ecclesiam est tamquam hæresim committere. Item 15 considerat Egid.† quod contumacia est hæresis. 81. distinct. si qui presbyteri, & contumax dicitur infidelis. 8. dist. nullus. Vnde dicit idem esse in quocumque alio crimine notorio, quod est in hæresi. Et respondet ad tex. in d.c. si papa. quod loquitur de hæresi gratia exempli non quod non posset de alijs criminibus notorijs accusari. Dicit tamen quod forte in eo posset esse differentia inter hæresim & alia crimina notoria, quod de crimine hæresis papa potest accusari si hæresim publice prædicat & non vult desistere, quamuis tale crimen nõ sit notorium, sed de alio crimine non potest accusari nisi sit notorium, ergo de occulto crimine non potest accusari. Et sic si recte inspiciamus, vix intelligitur quid sibi velit Egid. in d. capit. si papa in suo remissorio, in dicto uersic. sed numquid de simonia, quia videtur dicere inter se contraria, dum ponit papam hæreticum publice hæresim prædicantem nõ esse notorium hæreticum sed occultum, & sic quod illud qđ sit publice est occultum, præterea conclusio quę hic ex dictis eius nõ est in simplici crimine simoniæ & aliorum, sed in crimine per quod scandalizatur ecclesia, qui casus est diuersus a casu hæresis, qui simpliciter. Ponitur, videlicet quod papa hæreticus potest accusari, ut infra latius ostendetur. Vnde ipse 16 †Egid. in d. cap. si papa, in uersi. quintum dubium, ponendo quæstionem utrum papa de crimine quam de hæresi, puta de simonia vel adulterio, possit accusari, refert opiniones quorundam antiquorum. Et primo Hugonis, qui generalius loquens recitata opinione quæ habet quod nõ, siue sit crimen notorium siue occultũ, finaliter dicit se credere quod idem sit de quolibet alio crimine quã de hæresi, videlicet ꝙ papa possit de tali accusari & damnari si admonitus nõ uult cessare, ita quod sit incorrigibilis. Et sic Hugo cum duabus modificationibus vult quod papa possit accusari scilicet si crimen sit notorium & si papa sit incorrigibilis. Secundo refert 17 †opinionem Ioannis de Ficto, qui concordat cum Hugone, nisi quod addit tertiam modificationem, scilicet si crimen illud ecclesiam scandalizaret. Et dicit quod hanc limitationem sequitur Ioann. Theutonicus in glos. Tertio refert opi-18 nionem Ioann. Ioannis qui addit aliam limitationem, videlicet si scandalum illud versatur circa fidem catholicam, vt ta si qa papa in crimine simoniæ notorie peccat & incorrigibiliter perseuerat, ortum est circa fidem scandalum in ecclesia quod plures sunt qui tenent quod conferre ordines & beneficia per simoniam aut venalitatem non est peccatũ, quia papa notorie hoc facit, & in hoc incorrigibiliter perseuerat, dicunt enim forte quod si peccatum esset, papa hoc non faceret præsertim tam publice, vel saltem super hoc admonitus se emendaret, cum de papa non debeamus præsumere nisi 19 bonum, vt in cap. non nos. 40. dist. Tunc enim† esset periculum status ecclesiæ, quia per hoc ad hæresim deueniret, credere enim non esse peccatum quod per ecclesiam reputatur esse malum, & damnatum. & quod per ecclesiam prohibetur & punitur tamquam peccatum, sicut credere quod usura non sit peccatum, error est & hæresim sapit, vt patet in clement. ex graui. §. sane de vsu. in ratione sui, quæ generalis est. 20 Quarto† tandem Egid. innixus authoritatibus prædictis ponit primo regulam quod papa si non sit a fide deuius de nullo crimine accusari potest, sumendo eam ex tex. d.c. si papa. Sed ait quod talis regula fallit concurrentibus tribus limitationibus, videlicet si crimen est notorium & papa incorrigibilis & per hoc scandalizatur ecclesia circa fidem catholicam. Et cum tot graues doctores, Hugo, Ioannes de Ficto, Ioann. Glosator, Ioann. Ioannis, hoc sentiant, nec Bartholomeus, nec Petrus nec quicumque alij Glosatores contradicant, & ista opinio habeat in se magnam equitatem & rationem, dicit quod non præsumit discedere ab eorum opinionibus. Vn-21 de sequendo tres primos doctores dicit posse teneri, quod fallit et dicta regula dũ est huiusmodi crimen notorium in quo papa incorrigibiliter perseueret & ex quo ecclesia scandalizatur & subuertitur vel peruertitur status ecclesiæ, ut puta si papa ad ordines, & beneficia per venalitatem, & simoniam indistincte promoueret, & propterea multi episcopi, & electores præsentatores alijque collatores malum eius exemplum imitantes attentarent similia, sicque ecclesia pro magna parte regeretur per intrusos, ex quo sequeretur magna subuersio status ecclesiæ, & ideo de hoc accusari posset, quia non debet permitti aliquid facere per quod gene-

generalis status ecclesiæ deformetur. uigesimaquinta quęst. 1. sunt quidam.

22 **Idem etiam** †tenet in simonia Abb. Siculus in cap. significasti in 4. colum. de elec. qui limitando glo. in d.c. si quis pecunia intelligit dummodo non sit talis simonia quæ induceret peccatum notorium & scandalizaret alios & in ea esset incorrigibilis per notara in cap. si papa 40. dist. Et idem dicit Abb. in quolibet alio crimine scãdalizante ecclesiam de quo esset incorrigibilis, scilicet quod potest accusari. Et ita dicit quod ipse semper tenuit in d. c. significasti in 3. colum. quod si papa est notorio crimine inuolutus & scandalizat alios & est incorrigibilis, potest puniri vt hæreticus. allegat. d. glo. in d. cap. si papa, quam dicit ab omnibus communiter approbatã. Imo plus idem Egi. in § hinc etiam. 17. dist. dicit ibi esse tex. quod quando papę impingiñt crimen per quod scandalizatur ecclesia, tunc episcopi de diuersis prouincijs debet congregari in concilio ad prouidendum & curandum vt tollatur scandalum ecclesiæ & vt corrigantur quę fuerint corrigenda. Item quod tunc episcoporum cõgregatio poterit fieri authoritate principis secularis, si forte papa hoc negligit & episcopi hoc per se facere nõ curant vel non audent vel non possunt. Ex quo apparet quod ẽt ratione criminis notorij per quod scandalizatur ecclesia, debet congregari conciliũ etiam si non interuenerint alia præmissa. Quod ut credo uoluit intelligere quando requisitus & 23 monitus vt desistat, est incorrigibilis. Quinimo† idem Egi. dicit in cap. si papa. 40. dist. in uers. sextum dubium, quod quando papa qui cõtenderet cum alio de papatu esset admonitus vt pro sedando schismate cederet iuri suo ut tertius eligerẽt ad hoc vt ambobus cedẽtibus cessaret diuisio & scandalum in ecclesia cui per aliam viam non posset prouideri, si admoniti cedere nollent, possent ex hoc accusari in concilio, quia scandalizarent & peruerterent bonum statum & vnitatem ecclesiæ. & induci ad schisma quod fuit tempore Benedicti. 13. & Bonifacij noni. Ex quo apparet quod erit legitima causa congregandi concilium. de quo aliquid diximus supra in arti. ad quem spectet congregare concilium. Et per hoc considera vnum quod ipse videtur velle, quod quando sunt duo cõtendentes de papatu possunt admoneri vt cedant, & si nolunt, ratione scandali possunt in concilio accusari tanquam 24 nutritores schismatis. Ipse† tamen Egi. in capit. 1. de renun. in 6. in uers. quarto queritur, vbi esset vnus papa qui etiam esset factus hereticus, concludit quod nõ potest cogi ad cedendũ etiam si se submisisset, concilio & ante sententiam pœnituisset, sed si de hæresi constaret, posset declarari si esset pertinax ipsum amisisse papatum, iuxta. capi. cum secundum de here. in sexto. de quo supra aliqd diximus & infra latius dicemus. 25 Et ex his† apparet quod Egi. voluit aliud esse in crimine heresis, quia in illo sequendo communiorem opinionem vult ꝙ possit papa accusari siue sit notorius hæreticus siue occultus dummodo possit probari secundum opinionem Archi. & sequentium in d.c. in fidei ut supra retuli, sed quod in crimine simoniæ & alijs criminibus non possit accusari papa nisi concurrentibus saltem illis tribus modificationibus videlicet quod crimen sit notorium, & papa incorigibilis, & quod scãdalizetur ecclesia circa fidem catholicam. Vnde hic sentit contrarium eius quod supra dixit in d.c. licet & d. ca. si papa, cum de simonia idem quod de hęresi sentire videbatur, quia nũc idem sentit de simonia quod de alijs criminibus, sed de hæresi aliter q̃ de alijs criminibus. Quæ uarietas insurgit propter paucitatem iurium de ista materia loquentium. Istam opinionem quam dicit Egi. communiorem in papa hęretico, scilicet ꝙ ꝓpter hęresim possit accusari, post Archi. tenet Ioã. An. in nouella, Petrus de Ancha. Dominicus, Philippus 26 & alij scribentes in d.c. in fidei. Collectarius† in c. olim de accusa. primo arguendo quod non possit accusari, dicit ꝙ papa cum non habeat iudicem supra se nõ potest accusari simpliciter loquendo, nec imperator qui non habet superiorem nisi ratione peccati coram papa. sed de hæresi dicit allegando Hugo. posse papam accusari conuocato cõcilio generali, qđ non iudicabit eum, quia eo ipso quod apparebit ipsum esse hæreticum priuatus erit omni iure & priuilegio. 8. di. quo iure. Refert postea opinionem Ioan. & Lauren. qued conciliũ est iudex competens ad condemnandum papam de hæresi. de quo infra dicemus. Et sic vult ꝙ possit coram concilio accusari, & idem Archi. & Domi. & Moder. in d.c. si papa. & eãdem tenent communiter doc. in c. proposuit, maxime Abb. de conces. præben. & idem Abb. in c. cum venissent in 3. col. de iudi. & in capitu. significasti. 2. colum. de electio. & est cõmunis omnium opinio in d. cap. si papa & capi. proposuit de conces. præben. in d. c. in fidei. & istã opin. sequitur cardi. de turre cre. de potestate papę circa fi. & idem etiam Egi. in d.c. in fidei & latius in cle. 2. de sepul. & est, vt tactum est, communis opinio scribentium in d. capi. si papa & in d.c. in fidei. q̃ ẽt tenet aluarus de planctu eccle. li. 1. art. 5. Quod intelligit 27 † in hæresi etiã si sit occulta dummodo probari posit, vt in l. eos. C. de appell. quia tunc secundum veritatem tale crimen dicitur manifestum, secundum quod legitur & notatur. 11. q. 3. eorum. Cum etiam dicatur quãdoque occultum & secretum quod quinque sciunt, vt legitur & notatur de pœnit. d. 2. §. econtra, versic. filii namque. ut dicit Archid. & refert Io. And. in d. cap. in fidei, vbi etiam dicunt quod isto casu iudex erit concilium, & idem Egi. ibi in d.c. si papa, vers. secundum dubium, & in d.c. in fidei in 2. q.

28 **Et idem † esset** de papa nutriente schisma inueteratum, quia tunc potest procedi contra eum sicut contra papam hæreticum, nam fouens schisma inueteratum potest dici hęreticus, quia facit contra illum articulum fidei vnam sanctam catholicam ecclesiam vt notatur in clem. ad nostrum de hæret. 7. quæstio. 1. capit. 1. non autem in glos. magna, secundum Pet. de Monte in sua Monar. in quæstione an & quando concilium sit supra papã qui assignat rationem quia schismaticus intendit sibi constituere ecclesiam, & uniuersalem eclesiam impugnare. c. inter hæresim. 24. q. 3. & ibi glo. ponit. S. Thom. in secunda secundę. q. 39. artic. 1. Nutrire autem schisma & persistere, non paratus corrigi, dicitur ille qui quantũ in se est schisma euellere non curat. cap. 2. in fin. de summa trinit. in clem. 1. §. porro in verbo pertinaciter eod. tit. in glo. & 24. q. 1. cap. schisma, cũ duobus sequent. & capit. pudenda. Pro quo facit quod ponit Cardinal. in clement. ad nostrum. §. cum autem de hæretic. 29 Nec obstat.† cap. nemo. 9. q. 3. quia ille text. loquitur in papa fideli & catholico. Dicit tamen idem Egid. in d. cap. si papa, ꝙ postquam probatum est crimen hæresis contra papam concilium non debet ipsum condemnare, sed ipsemet seipsum per d.c. nunc autem. 21. dist. Quod intelligit verum qnando ipsemet vellet seipsum condemnare & concilium consentiret, sed secus si concilium non consentiret. Et ita videtur velle idem Egid. in d. cap. in fidei de hæreti. in 6. vide Abb. in d. c. proposuit. de conces. præben.

30 **Sed † an propter** simoniam & alia crimina notoria papa possit accusari, est valde ambiguum. de quo in d.c. si papa, & dicemus infra in loco suo. Archiepiscopus Florent. in 2. par. sum. in tit. 3, de superbia. c. 11. vers. schisma aũt dicit ꝙ papa non põt iudicari a quoq̃, quia nemo iudicat primam sedem, vt in c. nemo cum 4. seq. 9. q. 3. nisi in tribus casibus. Primo in foro pœnitentiæ, quia tunc iudicatur a confessore, qui tenet locum Dei in terris. Secundo cum se sua sponte submittit iudicio ecclesiæ, concilii vel alterius, sicut accidit in symmacho papa, & Leone, ut 2. q. 4. auditum 2. q. 7. nos si incompetenter. Tertio in crimine hæresis per. d.c. si papa. Et hoc verum est si se non vellet emendare, nam vbi se emendaret, nec tunc deponeretur propter quoddam decretum factũ in concilio Const. Addit 31 † & quartum casum scilicet in casu schismatis, quod dicit intelligendum in schismate dubio, videlicet cum est dubium quis sit verus papa, quia duo sunt pontifices creati & ignoratur vter sit verus papa. Et finaliter concludit quod pro nullo peccato possit papa deponi excepta causa infidelitatis. Sed de his infra latius dicetur.

32 **Sed † pro nunc** loquendo in casu hæresis dic ꝙ si tractaretur de hæresi, quæ impingeretur papæ iam defuncto qui accusaretur, tunc eius cognitio spectaret ad successorem, vt dicit Egid. & doctor. in c. in fidei, de heretic. in 6. & in cap. 1. 24. q. 1. nec esset opus cõgregare concilium isto casu. Sed collectarius in d. cap. olim tenet quod successor siue concilium erit iudex competens, qa post eius mortem cessat principatus. Quinimmo isto casu ex quo agitur de damnanda memoria, non admittetur via denuntiationis delicti vel quærelæ, sed debebit fieri inscriptio ad pœnam talionis, ut puniatur ea pœna si deficiat in probãdo qua punitus fuisset ille si superuiueret & condẽnatus fuisset. Ita Lau. & Ioann. & alii. 24. q. 2. c. sane in glo. & doct. maxime Egid. in c. filii vel in prin. de hær. in 6. Et vide omnino q̃ allegat Alb. de Ros. vtrum cognitio sit successoris an concilij in rub. C. de hæreti. qui dicit hoc contigisse tempore Clementis V. coram quo impugnabatur de hæresi memoria Bonifacij. VIII. procurante Rege Franciæ, existentibus accusatorib. dominis Gulielmo Nogareno & Gulielmo Plasiano. Et tunc fuit magna concertatio vtrum papa an cõcilium haberet cognoscere, qa Dom. Ricardus de Senis diaconus cardinalis S. Eustachij defendebat memoriam papæ Bonifacij, & allegabat quod Clemens non poterat cognoscere, quia par in parem non habet imperium. ut in capitulo innotuit cum similibus de electio. & propter scandalum quod sequi 33 poterat propter multos per eum promotos. & vbi † timetur scandalum tunc uindicta Dei iudicio reseruatur quarta distinctione capitulo denique. prima quæstio. 7. c. quotiens. 23. q. 4.

q.4. non potest & c. ipsa & not. Hugo in d. c. deniq. Et si uiuente Bonifacio conciliū cognouisset, ut 17. dis. c. hinc etiam, cū simil. multo fortius eo defuncto, quia grauius delinquitur in defunctum quam in viuentem, arg. ff. de sepul. violato. l. qui sepulchra. Et ultra allegabatur ita seruatum fuisse in hæresi Nestorij in prima Ephesina synodo damnata. deinde in Calcedonen. 15. dist. cap. sancta Romana. C. de hęre. l. damnato, & l. quicunque in prin. Et quod idem fecerat Alexander. 3. q. congregauit concilium Lateranen. vt in ca. 1. de schisma. Et ex his & quibusdam alijs rationibus ibi per eū adductis fuit materia valde difficultata. Et ista eadē refert Petrus de monte in sua monar. in quæstione vtrum papa sit maior concilio an econtra in 2. char. & secunda ꝯclusione, nulla facta mentione de Alberico super dicta ru. 34 Quorum † vterque concludit premissis non obstantibus seruatum fuisse contrarium, uidelicet quod successor cognoscat & quod non sit opus cōgregare concilium, per dictum archidiaconi in d. cap. in fidei de hęre. in 6. 35 Pro † cuius opinione facit quod post obitum eius de cuius memoria tractatur, non conuenit dicere quod par in parem nō habet imperium, quia illo defuncto cessauit in eo dignitas pontificalis. c. si gratiose cum simil. de rescrip. in 6. Et ad alia potest facile responderi & communiter Ioann. An. & alij post Archi. tenēt quod coram successore, & quod non sit necesse congregare concilium sed quando fuit damnata memoria Formosi fuit congregatum concilium, vt legitur in Platina de vitis ponti. Et hic adde quæ dixi in ar. quid 36 quando papa efficitur inutilis vel furiosus. De papa † autem nō defuncto utrum possit accusari de omni hæresi, dic quod si est heresis damnata per ecclesiam, & talis forte quæ directe est contra articulos fidei, clare tunc procedunt prędicta quod de tali hæresi stricte sumpta potest accusari, sed si est heręsis quę nō sit declarata, sed forte articulus dubius & quē papa negat esse hæreticum, tūc non poterit accusari donec per ecclesiam, id est per concilium generale fuerit declaratū qđ articulus ille sit hæreticus, vt ponit Hugo Archi. & Alex. in d. c. si papa, in uerbo deuius. & refert Egi. in versi. tertium dubium. Sed postquam erit declaratum per concilium, si nō desistat poterit accusari. Ita Alex. in d. c. si papa. Adde tamen vnum dictum Anto. in cap. cum venissent de iudi. in penul. colum. quod eo casu quo quis vult conuenire papam, nō poterit contra eum agere sine eius permissione & nisi petita venia. Sed ego intelligo dictum Anto. in aliis causis in quibus esset agendum contra papam quas ipse alii committeret, & non in causa heręsis.

37 Sed hic quæritur quæ illa heręsis dānata. Circa hoc cōsiderandum est primo quod tribus modis dicitur hæresis damnata secundum Egi. in cap. Anastasius. 19. di. Primo cum sacra scriptura eam specialiter vel generaliter damnat, vt. 24. q. 3. cap. quidam. & de 38 hære. excommmunicamus. Dicuntur † autem sacræ seu canonicæ scripturæ vetus & nouum testamentum, & concilia generalia per Romanam ecclesiam approbata, & opuscula sanctorum patrum & doctorū ecclesiæ approbata a Romana ecclesia & recepta, vt 15. dist. sicut enim & c. sicut Romana. & 16. di. per to. præsertim c. sancta octo, & cap. prima autē. Et etiam decretales epistolę seu cōstitutiones Romanorum pontificum, vt. 19. di. per to. & pręsertim. cap. in memoriam. cap. nulli. capi. in canonicis & capit. ita dominus. Secūdo mō dicitur hæresis damnata quando est patenter contraria doctrinę seu determinationi alicuius sanctę seu canonicæ scripturæ, in ijs quę pertinent ad sacram scripturam & fidem catholicam, vel ad saluationem animarum, vel ad potestatem seu authoritatem ecclesiæ, aut ad ueritatem & approbationem sacrarum seu canonicarum scripturarum per ecclesiā receptarum & approbatarum. Exemplum de ijs quæ spectāt ad fidem catholicam, vt si qs pertinaciter aliquid assereret ꝯ articulos fidei & contra sacramenta ecclesiæ aut circa pertinentia ad illa per sacras seu canonicas scripturas determinata, vt in c. damnamus de summa trini. Exemplum de ijs quæ tangunt saluationem animarum, vt si quis pertinaciter assereret non esse peccatū qđ per scripturā sacrā seu canonicam determinatur esse peccatū, ut puta vsurā non esse peccatū, vt in cle. 1. §. sane de vsu. Exemplum de ijs quæ pertinent ad ecclesię potestatem vel authoritatem, vt si qs potestatē ligādi vel soluēdi datam a Christo ecclesiæ & Petro & apostolis & in persona Petri & aliorū apostolorum eorū successorib. Romanis pōtificibus, episcopis & sacerdotibus pertinaciter negaret, aut pertinaciter assereret Petro & in persona Petri successorib. eius Romanis pontificib. nō fuisse concessum a Christo uicariatū generalē ac principatū vniuersalē sup oēs catholicos, maxime in spiritualibus, vt in extrauaganti Bonifacij. 8. vnam sanctam. similiter si quis negaret Romanū pontificē virtute ꝑdictę potestatis ei datę a Christo posse decretales vel statuta Edere, vel teneret decretales vel statuta Romanorū pōtificū inter scripturas sacras canonicas vel authoritatiuas nō annumerādas. c. nulli fas. 18. di. Exēplū de ijs quæ pertinent ad veritatem & approbationem sacrarum & canonicum scripturarum, vt si quis pertinaciter assereret, ꝙ scripturis quæ continentur in canone Bibliæ veteris vel noui testamenti, aut in concilijs per ecclesiam receptis, & approbatis, aut in decretalibus, decretis, epistolis, vel canonib. Romanorum pontificum, aut in opusculis quatuor doctorū ecclesiæ & aliorum sanctorum patrum ab ecclesia receptis, aut aliquibus eorundem, non debet fides adhiberi, ut 15. & 16. d. cap. prima autem & tribus seq. Quod intellige de dictis eorum non correctis, quia talibus non est standum. item intellige nisi dicta sint inter se contraria, quia tunc liceret eligere quod placeret. de quo in c. ne innitaris. de constit. item dicitur hæresis damnata quando eius damnatio vel reprobatio patenter & clare potest inferri ex ijs quæ per sacram scripturam seu canonicam sunt determinata expresse, licet uerba scripturæ sacrę seu canonicæ casum talem expresse nō tāgant, quia damnans aliquid tamquam erroneum, etiam dānare uidetur, quæ per consequentiam necessariam sequuntur ex illo. C. de legibus. l. non dubium. & ff. de reg. iur. cum quid. 39 Hæresis autem non damnata est illa super cuius damnatione vel reprobatione ecclesia seu sacra vel canonica scriptura nihil expresse disposuit nec super veritate illi contraria aliquid ordinauit seu determinauit, & cuius reprobatio ex dictis ordinatis dispositis seu determinatis per scripturā sacrā patenter & clare inferri nō potest, & cuius determinatio est adeo dubia quod sententiæ authoritate ecclesiæ catholicæ super hoc ferendæ reseruatur, secundum Egid. in d. c. Anastasius, 19. dist. Et quod dicitur de hæresi, dicitur de idolatria, ut in c. nunc autem 21. distinc. & semper præsumitur contra aliquem qui facit actus hæreticales vel idolatricos, & ex illis po 40 test induci ad se purgandum. Dicuntur † autem actus hæreticales vel idolatrici qui sunt cōtrarii vel oppositi actibus quibus solet fieri professio fidei & religionis Christianę & cultus diuini, sicut est genuflexio coram sacramēto altaris & ingressus templi & similia. Et in hoc multum valet vsus hominū talia signa accipientium. Vnde si quis exhibet talia in honorem Machometi vel idolorum, aut si oppositis factis detestatur sacramentum altaris & templum Dei & sacras imagnes, & similia facit, haberi debet de hęresi, vel idolatria suspectus & hoc secundum quod causæ plus vel minus aggrauarent, vt dicit Ioan. Gerson in tract. de auferibilitate papæ ab ecclesia in 18. consideratione.

41 Et in hæresi † quæ non esset directe contra articulos fidei licet alias dānata, quamuis præfati docto. veluerint eū posse accusari, maxime quando est notoria hæresis, & uoluerint in d. c. in fidei quod concilium sit iudex, tamen limitando intelligo in exequendo in casu quo se non corrigeret, ut infra dico, non ꝙ concilium sit iudex in condemnando, quia propter hæresim est a iure condemnatus, sed partes concilii sunt in declarando eum hæreticum quando ipse non vult in seipsum sententiam ferre, vt in d. c. nunc autem. 21. distin. & d. §. hinc etiam 42 17. dist. Accusari † igitur potest simpliciter sed non damnari simpliciter a concilio, vt infra latius dico in articu. an possit deponi. Et si dicatur, si potest accusari in concilio concilium est iudex & superior. Respondetur quod hoc casu potest intelligi quod sit iudex sicut quilibet alius princeps potentissimus, ut puta imperator, qui via facti comprimit & deiicit hęreticum qui desiit esse papa popter hæresim, ut dicitur in d. c. si papa. Et hoc modo legimus plures pontifices eiectos per imperatores. de quo vide quæ infra latius dico in arti. ex quibus causis possit papa deponi. Et ibi uide quomodo per uiam cuiusdam ordinationis, declarando papam depositum, quia confessum, uel conuictum de hæresi, possit per concilium procedi. & quo ad hoc potest dici quod concilium plus possit in causa papę hęretici quam quicumque princeps, nam & concilium est iudex inter duos contendentes de papatu, ut in d. cap. si duo, non autem imperator uel alius princeps. d. § hinc etiam. & 96. dist. c. bene quidem, cum pluribus sequent. quia non possunt se quoquo modo intromittere de papa, ut in cap. futuram. 12. q. 1. & d. §. hinc etiam. nec de rebus spiritualibus. c. fi. de rebus eccles. non alie. & c. sacrosancta. & c. massana de elect. cum simil.

S V M M A R I V M.

1 *Papa qui se corrgit ab errore, & paret mandatis ecclesiæ an retinebit papatum.*
Et distinguitur inter hęresim iam damnatam, vel non damnatam. numero 2. & nu. 8.
Et quid si hæresis est iam damnata & papa pertinax. nu. 10.
3 *Papa paratus corrigi non deponitur immo nec quicumque alius paratus corrigi damnatur. nu. 5.*
4 *Cap. dixit Apostolus 24. q. 3. intellectus. & nu. 7.*

6 *Papa licet dicatur habere iura in scrinio pectoris, tamen fallit eum sæpe iurium obliuio.*
Et illud intelligitur præsumptiue, vel iuris interpretatione. ibid.
7 *Papam accusare malum & periculosum est, quia accusatori posset malum accidere.*
9 *Cap. excommunicamus. el 2. §. si qui autem. de hęreticis, an habeat locum in papa, vt si sit deprehensus in hęresi iam damnata, & corrigat se non sit audiendus, & non retineat statum suum, sed detrudatur ad peragendam pœnitentiam.*
10 *Papa qui incidit in hæresim iam damnatam & est pertinax, nec vult emēdari, est deponendus.*
11 *Pertinax dicitur ille qui coram inquisitore persistit in suo errore.*
Et talis dicitur, licet post tempus gratiæ rediret.
13 *Deprehensus in hęresi quando quis dicatur.*
14 *Denunciatio Papæ, ratione hęresis quomodo fiat.*
15 *Admonens debet esse talis cuius admonitio debeat mouere animum admoniti.*
Et debet etiam attendi forma admonitionis. ibid.
16 *Denunciatio vnica an sufficiat contra papam in casu hæresis.*
17 *Papa quando accusatur de hæresi debet accusari in concilio.*
Sed si accusetur de alio crimine quam de hæresi, de quo tamen possit accusari tunc concilium an possit ferre sententiam, ibid.
18 *Papa si ferrat contra se sententiam non dicitur proprie sententia, sed ordinatio.*
19 *Denunciatio euangelica an fieri debeat quando peccatum proximi est ita occultum, vt nullo modo probari possit.*
20 *Papa si peccauerit & probari possit non habet locum in eo illud. Dic ecclesiæ, nisi in casu hæresis.*
21 *Hæreticus iam est proprio iudicio condemnatus.*
Et perdit ipso iure omnem potestatem, ibid.
22 *Papa an possit accusari de simonia, & alijs criminibus in quibus sit incorrigibilis.*
23 *Gl. in c. si quis pecunia, 79. dist. declaratur.*
Et limitatur per aliam Gl. in c. si papa. 40. dist. nu. 24.
25 *Papa pro notorio crimine in quo est incorrigibilis, & scandalizat ecclesiam, potest puniri tanquam hæreticus.*
Et licet pro alijs criminibus non possit deponi, potest tamen reformari, numero 33.
Et talis dicitur turbare uniuersalem statum ecclesiæ, nu. 26.
Et an pro tali crimine possit deponi. nu. 29.
Et Auctoris opinio, nu. 30.
27 *Concilium contra Ioan. xij. fuit congregatum ad eum deponendum propter incorrigibilitatem.*
28 *Papæ non est obediendum quando præcipit aliqua propter quæ sunt ventura scandala, vel mala in ecclesia.*
31 *Cap. illud sane. 24. q. 3. intellectus.*
32 *Papam non habere superiorem quomodo intelligendum.*

Articulus II.

1 Sed † pone quod Papa postquam est accusatus de hæresi cōfiteatur errorem suum & reddat se corrigibilem & paratum ad mandatum ecclesiæ reuocare errorem, an tunc indistin2 cte poterit retinere papatum sublata accusatione? Et † dicendum est quod si hæresis in quam papa dicitur lapsus non est per ecclesiam damnata, tunc debet expectari tempus sentētiæ ferendæ, vt 17. dist. § hinc etiam, & 8. q. 3. nonne. Et tunc post sententiam latam per quam damnabitur hæresis, si papa se corrigeret, dicendo postquam video hanc opinionem quam tenui tanquam erroneam & hæreticam per ecclesiā fuisse damnatam, paratus sum corrigi & illam reuoco, sufficeret etiam ad retinendum statum suum, ut ponit glos. & doct. in cap. nunc autem. 21. distinctione. Si autem hæresis in quam lapsus est, erat damnata per ecclesiam, tunc si ante admonitionem, de qua in cap. dixit Apostolus. 24. quæstio. tertia. & ad rit. 3. & ante depræhensionem in ipsa hæresi, de qua in cap. excommunicamus, el secundo. §. si qui autem. de hære. ipsum pœnituerit & se correctum reddiderit, sufficiet ēt ad retinendum statum suum per d. ca. dixit apostolus, & §. si qui autem. Et in hoc ēt casu procedit gl. in d. c. nunc autem, 3 secundum Egi. ibi. qui dicit ꝙ † si papa paratus est corrigi nō deponetur, quia tunc talis opinio occulta vel dictum occultum ante publicationem censetur magis ex animi leuitate, aut sacrarum literarum obliuione aut mala attentione quā ex infidelitate ortum. pro quo facit text. in c. ut officium, de 4 hæret. in 6. Et licet Archid. † in d. c. nunc autem, voluerit ꝙ c. dixit apostolus intelligatur in ignorante sacram scripturā & non intelligente id quod tenet esse hæreticum, & propterea quod ille text. non excuset papam qui habet iura in scrinio pectoris. c. 1. de consti. & ideo ꝙ ille tex. non loquatur in papa, in qua opinione fuit etiam Lau. secundū ꝙ refert Do. in d. c. nūc autem, qui ēt dicunt ꝙ factum cum Marcellino, in d. cap. nunc autem, processit ex dispensatione, tamen non videtur verum, & contrarium innuit ibi gl. & gl. in d. c. dixit 5 Apostolus. & Egid. & Domi. ibi in d. c. nunc autem. qui † dicit quod qualitercunque quis lapsus sit in hæresim si paratus est corrigi non debet vt hæreticus damnari. allegat. 50. dist. presbyteros in fi. & 1. q. 7. maximum. 17. dist. nec licut. Facit tex. in c. schisma. 24. q. prima, post prin. quod & ponit idem Egid. in cap. electionem. 79. dist. Et idem etiam Aluar. de planctu eccle. li. 1. ar. 5. & dicit gl. in d. c. si papa, referendo Hugonem idem tenentem, allegatque tex. in cap. aperte. 24. q. 1. & c. ait. 6 Nec obstat † quod papa dicitur habere iura in scrinio pectoris secundum Egi. quia sæpe fallit eum iurium obliuio. 23. distin. præterea. 30. q. 1. c. 1. & q. 4. quod autem. Et quia illud intelligitur præsumptiue vel propter iuris interpretationem, vt in cap. 1. de consti. in 6. Et quia frequenter homines maioris scientiæ quia plus de se præsumunt & quia plus sciunt & possunt defendere opiniones suas, efficiuntur pertinaciores & facilius incidunt in errores. Et aduertendum est quod Domi. ibi simpliciter vult quod qualitercunque commissa sit heręsis in papa, si paratus est corrigi, non debet vt hęreticus damnari. Quod etiam videtur voluisse Hugo & Ioan. de Ficto. & Io. Ioannis, secundum ꝙ refert Egi. in c. si papa. 40. dis. Qui etiam volunt quod poterit retinere statum suum sublata accusatione de hæresi contra eum. Vnde † dicit Gul. de Pō7 telemo, & refert Egi. in c. filij. de hæret. in 6. in quinto quæsito quod malum & periculosum est papam accusare, quia inde posset accidere accusatori malum. allegat. 24. quæst. 1. capi. primo. Sed illud intelligo referri ad factum, & non ad ius, quia de bono opere non debet quis lapidari. Sed Egi. ibi in d. capit. nunc autem intelligit si se correxit ante admonitionē & depræhēsionem, & sic dicit debere intelligi cap. dixit Apostolus. quod & sequitur Alex. ibi in d. c. nunc autem. Si vero 8 papa † incidit in hęresim iam damnatam & in illa fuit deprehensus & postea vult corrigi & redire, dicit Egi. ibi quod debet admitti ad condignam pœnitentiam peragendam, quia ecclesia nunquam claudit gremium redeunti, vt in cap. super eo, de hæret. in 6. sed non sufficit ad hoc vt recuperet statum suum videlicet papatum, quem per huiusmodi lapsum in hęresim iam amiserat, sed detrudetur in perpetuum car9 cerem ad pœnitentiam peragendam. & sic dicit † quod recte loquitur. c. excommunicamus, el secundo. §. si qui autē, cum notatis ibi in glo. de hęret. Qui debet intelligi etiam in papa & addi ad alios duos modos quos posuit ibi gl. & Host. in verbo depręhensi, quia iste modus non est minoris authoritatis quam alij qui sumuntur expresse ex verbis apostoli ad ti. 3. in fine transumptiue in d. c. dixit Apostolus. 24. q. tertia. Quinimo idem Egi. in d. cap. nunc autem. § sed quę res, vers. quarto dico, dicit quod si papa inciderit in hęresim iam dānatam, & correctus seu admonitus fuerit, vt de tali errore se corrigat & ipse talem correctionem, seu admonitionem cōtēnēs se nō correxerit sed in eodem errore perseuerauerit, censetur peruersus hęreticus proprio iudicio iam damnatus. & sic tanquam pertinax hęreticus est censendus, & per consequens si postea ad gremium ecclesiæ redire voluerit, non est ei restituendus status suus. sed ad pœnitentiam peragendam est in perpetuum carcerem conijciendus, quia tunc censetur in huiusmodi hęresi sufficienter depręhensus, & habet locum. d. §. si qui autem. c. excommunicamus. Et sic videtur intelligere quod supra dixit, uidelicet quod postquam est deprehensus in hęresi, non recuperat papatum, sed debet detrudi in carcerem si uoluerit redire & se corrigere. ut intelligatur in illo qui ante fuerat admonitus & ipse talē admonitionem contempsit. Et idem uidetur uelle idem Egi. in c. si papa, in uers. tertio dico in fi. vbi vult ꝙ si accusatus papa de hęresi & per suam confessionem, vel alias legitime in concilio conuictus fuerit, poterit per concilium tanquam simplex homo iam propter hęresim potestate papali priuatus declarari hęreticus, & iudicari & damnari, & in carcerem perpetuum detrudi ad peragendam pœnitentiam. 24. qō. 1. cap. primo. & d. ca. excommunicamus. §. si qui autem. Quod intelligit etiam si dicat uelle pœnitere & se corrigere & errorem suum reuocare, & petat se per concilium ad pœnitentiam admitti, quia talis conuictus uel confessus admittetur ad pœnitentiam, sed papatum non recuperabit. imo per concilium ad carcerem perpetuum condemnabitur pro pęnitentia peragenda, vt d. cap. excommunicamus, in §. si qui autem. & uide ad hoc Ioan. de Ana. in dicto cap. excommunicamus. in princip. & tex. & doct. ibidem. Si autem papa † inci10 dit in hęresim damnatam & confessus uel conuictus, adhuc pertinax non uult corrigi nec emendari, tunc deponendus est & puniendus ut quilibet alius hęreticus, iut dicto capitulo excommunicamus & dicto capitu. dixit Apostolus. quia in causa fidei nō reperitur aliquid specialiter dispositum in papa quo minus puniat sicut de alijs clericis est dispositum. ex quo enim est hæreticus depræhensus & damnatus, non cē-

fetur papa, sed vt priuata persona, vt d.c. si papa 40. distinct. & cap. Achatius ibi glo. 24. q. 1. faciunt quæ dicuntur in capi. Anastasius. 19. dist. & ponit Alex. in d. cap. nunc autem. Et pro præmissa distinctione facit quod ponit Car. in clementi. ad nostrum in §. nunc autem in 2. quæsito. de hære. & Ioan. de Imo. ibidem clarius. Qui dicunt quod † dicitur esse perti-
11 nax quãdo coram inquisitore persistit in suo errore, & quod licet postea vel propter probationes vel quia videt se conuictum velit mutare propositum, & redire, & confiteri veritatem, nihilominus omnino habetur pro hæretico & tanquam hęreticus puniri debet, videlicet quo ad pœnam perpetui carceris, vt dicit ibi Ioan. de Imo. Et uirtualiter hoc idē videntur velle doc. maxime Ioan. de Ana. in cap. ad abolendam. de hęre. & in cap. ut commissi co. tit. in 6. & præsertim Lanfrancus. qui dicit tex. in ca. nunc autem, qui loquitur in
12 papa, habere locum in aliis episcopis & clericis. Qui † etiam vr̃ velle q semper ante sñiam recuperet statum suum redeūdo. de quo ibi latius per doc. post Archi. qui considerant pertinacem qñ post tp̃s gratię rediret. Et de inferioribus aliquid Decius in c. at si clerici. 20. col. de iudi. Imo plus vr̃ q qñ est hæreticus & damnatus & incorrigibilis, non solū dr̃ minor quolibet Christiano, vt dictis iurib. sed deberet acrius & grauius puniri, quia quanto fuit in maiori dignitate tãto grauius est peccatum eius. Facit q dr̃ in c. homo Christianus. 40. dist. & quod ponitur post glo. in c. cum quidam de iureiu. Depræ-
13 hensus † au tem in heresi tunc dicetur qñ publice deprehensus fuit ita q notorium est hoc est qñ notorietas facti tales deprehensos. id est manifestos esse denotat, ut si papa in publico sermone facto ad clerū vel populum aut in publico cōsistorio errorem suum huiusmodi publice prædicaret aut defenderet secundum Egi. in d.c. nunc autem post glo. & Host. in d.c. excommunicamus. §. si qui autem, in uerbo deprehēsi. Facit quod dicit in c. euidentia, de accusa. & quæ ponit Bar. in l. 4. ff. de fur. & q dicit in c. uestra. de coha. cle. & muli. Vel alio modo si de hoc fuit per sententiam condemnatus, quia sententia facit notoriū. l. emptorem in prin. ff. de act. empt. Vel etiam alio & tertio modo quando in iudicio est confessus vel conuictus de hæresi, per ea quæ ponit Innocen. in capitulo cum speciali in §. porro. de appel. & in capitu. tua. de coha. & cle. & muli. & in c. quoniam & in capit. constitutus. de fi. presby. secundum Card. Alexan. in d. cap. nunc autem. Pro quo ad præmissa vide omnia quę dicuntur in arti. ex qui-
14 bus causis possit papa deponi, & inuenies bene examinatum intellectum. d.c. nunc autem. Et uide Alexan. ibi qui vltra dicit quod ad procedendum contra papam hęreticum non requiritur trina monitio. nam cum per uiam denuntiationis euangelicæ procedatur contra ipsum papam hęreticum, vt uult glo. in d.c. si papa. & Hostien. in c. proposuit. de concef. præben. post glo. in c. si papa 40. dist. & doc. in c. nouit. de iud. & doc. in c. licet. de accusa. in c. Magnæ. de vo. & quæ dicuntur in clem. nolentes, de hęre. sufficit q fiat denuntiatio euãgelica in priuato, iuxta formam. c. si peccauerit. 2. q. 1. uidelicet primo inter denuntiantem solum & papam. secundo adhibito per denuntiantem uno alio conteste vel duobus. & postea denuntietur ecclesiæ. i. concilio generali. ad quod in isto casu hæresis, spectat iudicare papam. Et ultra addit referendo Cardi. sancti Sixti, hoc ibi dicentem per illum rex. in d.c. nūc autem, quod si sumus in casu in quo notorie constat de hæresi papæ, concilium conuocabit seipsum, quia prælati confluent ad concilium, & alius alium vocabit. Vel etiam quando dubitaretur de hęresi papæ, potest inuitari vt conuocet concilium, quod si noluerit conuocare conuocabunt prælati seipsos vt dictum est. Et quilibet Christianus poterit hãc denunciationem euangelicam facere papæ secundum Abbat. Sicu. & Anto. de But. in c. nouit. de iudi. & Hostien. & Io. An. in c. proposuit. de concef. prębe n. Vbi enim agitur de fide, omnes sumus in Christo fratres & proximi. c. ad mensam 11. q. 3. & glo. in c. si papa. 40. dist. Ideo quilibet poterit ẽt contra papam vti denuntiatione euangelica in causa hæresis, vt in dictis locis, & etiam ponit Ioan. An. Anto. & alii in c. licet de accusa. & Ioan. An. in c. magnæ. de vo. & Ludo. in consil. 523. incipit quęstio discutienda. Faciunt quę dicta sunt supra in arti. quis congregat concilium. Verumtamen & Egi. in d.
15 cap. nunc autem, videtur velle † quod ille qui vult admonitione euangelica vti, debet esse talis cuius admonitio debeat mouere animum ipsius admoniti, & quem admonitus rationabiliter debeat audire & eius admonitionē ponderare. Si enim admonens esset fatuus aut simplex vel ignarus, & admonitus esset magnus prælatus & magnus doctor, certe talis admonitio modicum operaretur, & maxime vbi monēs nullam rationem adduceret. Item quod debet etiam attendi ad formam admonitionis, quia debet admonitio continere declarationem erroris de cuius correctione agitur, & sententiam seu determinationem quam ecclesia tenet, & exo-
rare de correctione erroris, & de scientia seu determinatione ecclesiæ amplectenda. Et in hoc casu aliqui dñt quod admonens debet esse superior vel talis cuius interest & in quo ec-
16 clesia reputari potest. Et quod † dictum est supra quod sufficit in casu hæresis contra papam vnica denuntiatio, Egi. distinguendo dicit in d.c. nunc autem, quod aut quærimus an sufficiat vnica admonitio ad eum deuitandum, & dicit quod sic per glo. in d.c. dixit Apostolus. Aut quæritur vtrum sufficiat ad hoc quod admonitus & non acquiescens admonitioni, pertinax & verus hæreticus ac in hæresi deprehensus censeatur, & tunc non sufficit vnica nisi sit alias hæreticus notorius vel condemnatus. Ad quod facit quod dicit Apostolus ad Tit. 3. circa fin. ibi hæreticum hominem post primam & secundã admonitionem deuita. & transumptiue in cap. dixit Apostolus. 24. q. 3. & c. quæ dignior in fi. & 23. q. 5. non vos. Cum autem triplex sit admonitio euangelica, prima quam admonens facit inter se & admonitum solum. secunda quam quis facit adhibito vno uel duobus testibus, postquam primæ admonitioni non acquieuit. tertia qua post duas priores spretas dicendum est ecclesiæ, ut in c. si peccauerit. 2. q. 1. & in cap. nouit. de iudi. primis duabus denuntiationibus papa subiicitur sicut quilibet alius. Circa tertiam autem considerandum est quod si loquimur de criminibus & casibus in quibus papa potest accusari potest fieri contra cum quod dicatur ecclesiæ, i. concilio, quia sicut potest accusari poterit quod est mitius, denuntiari. Si autem loquimur in casibus in quibus papa nō potest accusari, tunc etiam non poterit denunciari ecclesiæ, i. concilio, secundum Egi. in c. si papa. 40. dist. Et eo casu quo nō potest accusari nec denuntiari concilio, tunc authoritas dic ecclesiæ intelligitur. s. orando Deum pro emendatione ipsius, secundum Hostien. Ioan. And. & alios in d.c. proposuit. de cōcef. præben. Dicit † etiam Egi. q quando accusatur
17 papa de heresi, debet fieri in concilio g̃nali, quia nullus mortaliū pōt se de hoc intromittere nisi ecclesia vl̃is, quæ ad hoc expediendum debet vocari. C. de autho. præstan. l. vl. & regula q oēs in 6. quę vl̃is ecclesia repræsentatur in concilio g̃nali tantummodo. Sed si papa non accusaretur de hæresi sed de alio crimine de quo accusari posset, tunc concilium non potest ferre sñiam iudicialem ꝯ eum quia nullus est supra verū Christi vicarium. nec concilium generale habet huiusmodi potestatem, quia papa est supra concilium, ut in cap. proposuit de concef. præben. & in c. significasti, de ele. cum autem non accusatur de hæresi remanet verus papa & verus Christi vicarius cum sua plenissima ptãte, qua nullum crimen eum
18 priuat nisi sola hęresis. Posset tamen † ipse papa ferre contra se sñiam, quę non proprie dicit potest sñia sed ordinatio, quia in se vel supra se iurisditionem non habet. Erit ergo quędã extraiudicialis ordinatio, ad quam ordinationem faciendã ipse erit naturaliter obligatus. facit quod dr̃ in c. nūc aūt. 23. dist. Si aūt hoc nolit facere, tunc concilium generale per modū ordinationis procedet quantum ad hoc sicut spiritussanctus eidem suggeret, & ipse papa ordinationi concilii stare tenebitur. & ad hoc propria sponsione se obligare debebit. Et si hoc fecerit, bene erit, sed si hoc sponte facere noluerit, tunc deliberabit & ordinabit concilium quid vlterius faciendum sit, & vtrum ac qualiter suæ ordinationes mandandæ sint executioni. Ita dicit ipse Egidius in d.c. si papa, in versic. quarto dico. Quod qualiter procedere possit, latius infra dicemus, in quęstione quid agendum qñ papa est incorrigibilis.

19 Adde tñ circa id † q dr̃ de denūtiatione euangelica qñ peccatum proximi est ita occultum vt probari nullo modo possit, q licet gl. in c. si peccauerit. 2. q. 1. & in ca. nerui. 13. di. dicat tunc non habere locū denunciationē euangelicam, tñ beatus Tho. in 4. sen. di. 19. q. 2. arti. 3. tenet ꝯriū. quod & cōiter sequuntur doc. Vnde dicit Alc. in d.c. nerui. q si delictum est omnino occultum ita q nullomodo probari pōt, tūc erit locus primę admonitioni inter te & ipsum solum, & secundæ adhibito tecum uno vel duobus testibus, inter quos stabit secreta. non tñ fiet tertia admonitio hoc est dic ecclesię, cū nō possit deficiente probatione peccatum siue crimen probari. & per hoc nec ecclesia posset contra cum procedere & ipse diffamaretur. Vnde isto respectu idem iudicamus in papa quod & in quocunq; alio proximo inferiore, quia cum in duabus primis monitionib. possit cum papa procedi, in hoc autem melioris con-
20 isto casu idem erit sicut in aliis. ditionis est papa, q etiam si crimen pōt probari præterquam in causa hæresis non potest dici ecclesię, vt dicunt Doc. post Hostien. in capitulo proposuit. de concef. præben. & Egidius cap. Anastasius. 19. dist. & præterquam in casibus in quib. potest accusari secundum Egi. in d.c. nunc aūt, & supra proxime retuli & infra dico in sequentibus. Et de huiusmodi denunciatione euangelica ultra dicta, vide Doc. in c. nouit de iudi. & in c. si peccauerit. 2. q. 1. & in specu. in tit. de denuntiatione. &

& adde Gabriel Biel in depositione missę in lectione. 74. Ex quo videtur inferri quod in casibus in quibus potest accusari in illis etiam potest concilium congregari, & erit sufficiēs causa congregandi concilium. Et licet non semper ad deponendum, tamen saltem ad corrigendum siue reformandum per modos quos infra dicam quando papa est criminosus & incorrigibilis. Adde etiam pręmissis quod dicit idem egi. in cap. 1. in versiç. quarto quæritur. de renun. in 6. quod si papa fiat hæreticus, non propterea potest cogi ad cedendum etiã per concilium generale. quod an sit simpliciter verum, infra latius dico. Et adducit rationem quia nec in casu hæresis papa ab aliquo iudicatur. adducit. c. nemo. 9. q. 3. & hoc quia statim cum fuit pertinax hæreticus nec corrigi paratus, ipso facto desiit esse papa. unde nō deponitur papa sed potius tanq̃ persona priuata is qui dudum erat papa declaratur amisisse papatum, & depontur quatenus de facto occupat regimen ecclesiæ. Quæ quidem depositio ad factum refertur, ar. c. cū secundum. de hære. in 6. & in l. sicuti. §. sed si q̃ratur, ff. si serui tus vendi. Hęreticus ienim pertinax est totaliter pręcisus a corpore ecclesię. 24. quæstione. 1. alienus, nec potest participare in aliquo virtutibus corporis. Facit tex. 24. q. 1. c. quoniam vetus. & patet leui. 20. c. in prin. vbi ipse Deus, hæreticos condemnat & executionem pręcipit fieri. & apostolus ad Titū
21 c. ul. dicit † quod hæreticus iam est proprio iudio condemnatus. concordat. c. ad apostolicæ de re iudi. & facit. 24. q. 3. dixit apostolus. Item si uir efficitur hæreticus, ipso iure perdit omnem potestatem & administrationem ac eius quod habet in uxore. 28. q. 1. si infidelis. ipso iure dico videlicet diuino ut ibi patet. & de diuor. c. quanto. Igitur & per has leges quæ etiam papam ligãt ipse etiam perdit omnem potestatem & administrationem ecclesiæ ipso facto, & depositus est. Facit quod dicitur in capitulo licet. de electio. & infra in articu. ex quibus causis possit papa deponi. & vtrum possit cogi ad cedendum infra dicetur. Et hæc quo ad crimen hęresis.

22 Restat † videndum an & in simonia & aliis criminibus in quibus papa reperitur in corrigibilis & monitus modo quo supra non vult desistere, possit accusari, & non facio differentiam inter crimen simoniæ & alia capitalia crimina notorie commissa & ecclesiam scandalizantia. Licet Egi. ut patet ex premissis, aliquãdo uoluerit simpliciter quod de simonia possit accusa-
23 ri. Et † respondet ad glo. in c. si quis pecunia. 79. dist. quę vult quod papa non possit accusari de simonia quia stricte & proprie simonia non est hæresis, quod illa gl. debet intelligi quãdo simonia esset occulta, quia de delicto occulto papa nō accusatur, cum pręsumatur pro eo, ut in cap. 1. 40 dist. in gl. quę in hoc ponit differentiam inter hæresim. & alia crimina, qa dę occulta hęresi potest accusari, vt etiam dixi supra, sed nō de alio crimine occulto. sed secus cū simonia est notoria & scandalizat ecclesiam, & illam deduxit in consuetudinē & sic est in corrigibilis. Vnde dicit quod † glo. in d.c. si quis pecu-
24 nia, quæ loquitur in simonia quod papa non possit accusari debet limitari per aliam glo. in d. cap. si papa, quę uult quando est incorrigibilis in delicto notorio scandalizate ecclesiã quod possit accusari. Immo glo ponēdo exemplum in simonia & adulterio limitat seipsam: Et idem etiam replicauit Abb. in d.c. significasti. de ele. & all. illã gl. pro singulari in d. c. si papa, quam dicit communiter approbari. & ita dicit limitari debere dicta Hostien. & Ioan. An. in cap. proposuit. de concef. præben. Et idem dicit in quolibet alio crimine scan-
25 dalizante ecclesiam. Et plus † in dicto capitulo significasti dicit quod si papa est in notorio crimine & scandalizat alios & est incorrigibilis, potest puniri tanquam hæreticus per. d. glo. in d.c. si papa. & idem abbas in cap. quotiens. de simo. & in cap. cum venissent in 3. col. de iudi. & idem Petrus de Ancha. in trac. scismatis. in 4. quæsito. Et idem Abb. in cap. sicut el secundo de iureiuran. ubi uult quod ex eo quod papa est incorrigibilis, & ecclesia non habet quod faciat contra eū, imperator posset contra personam eius indicere bellum sed non contra ecclesiam. de quo remittit ad cap. in nomine domini. 23. dist. & in cap. princeps & in cap. regum. 23. q. 5. & ca. nec licuit. 17. dist. & in cap. non uos. & in cap. de liguri b. 23. q. 5. & glo. in cap. tua. de deci. Idem voluit Ludo. Pontanus in concilio. 523. incipit quæstio discutienda. Et cum illa gl. in c. si papa uidetur transire Domini. ibi circa fi. cum eam refert Eandem etiam tenet dominus Mathesil. in additionibus factis ad tractatum schismatis domini Antonii de Butrio in 5. char. cum respondet ad obiecta. vbi dicit eam communiter teneri a doctoribus, & quod adeo sibi placet authoritas illius glo. q concilium generale posset illam approbare & de ea facere vnum canonem siue textum, cuius determinationi standum esset quia errare non potest. 24. q. 1. a recta. & notant doc. in c. a nobis el. 2. de sen. excom. & Hostien. & Ioan. And. in capitu. ult. de præscrip. Et ultra rationes positas per illam
26 glo. ipse iuuando eam addit aliam rationem. nam papa † qui perseuerat in notorio graui crimine ex quo multum scãdalizatur ecclesia, dicitur turbare vniuersalē statum ecclesiæ & in subuersione & periculo grauissimo ponere populum. ergo nō debet sustineri, sed propter hoc deponi. 24. q. 1. memor. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. Et adducit alias rationes, quibus dicit probari opinionem illius glo. esse veram, & respondet ad id quod notat Hostien. in c. proposuit de concef. præben. q illud dictum Hostien. non est simpliciter verum, sed restringitur ad crimina ex quibus non multum scandalizatur ecclesia. Idem etiam tenuit Petrus Cardinalis Cameracen. in quodam suo trac. de po. eccle. & pa. qui incipit Christi nomine inuocato &c. in 9. char. qui dicit hoc fuisse practicatum in concilio generali in depositione Iohannis. 23. in concilio Constantien. cuius determinationi contradicere non licet secundum eum. Idem videtur tenere Dominus Catal. de Boncompagnis in quodam trac. ad
27 Ioann. 23. incipit rei sub expresione in 10. char. vbi dicit q sic fuit congregatum concilium contra Ioan. 12. ad deponē dum eum, non propter hæresim sed propter incorrigibilitatem quia uenator & lubricus erat. Et idē dicit Guliel. OcKã in li. contra errores Ioannis. 22. in vl. c. Qui Ioannes 12. quia uenator & lubricus erat & publice fœminas tenebat, præsidio imperatoris de papatu destitutus & communi uoto Leo papa electus, ut legitur in chronicis in vita ipsius. Ad idem Abb. allegat Cardinal. in tract. schismatis in versiculo quintus modus. Et idem voluit Antonius de butrio in quibusdam dubijs in tractatu schismatis circa fi. cum ponit intellectum. c. si papa. Item hoc idem tenuerunt per dictam glo. doc. magistri & vniuersitas Cracouien. in quibusdam allegationibus directis episcopo cracouiē. contra Eugenium. Illam etiam glos. allegat & sequitur idem Abb. in c. proposuit in penul. col. de concef. præben. limitans quod dicit ibi Hostien. quod intelligitur quãdo delictum est occultum & non quando est notorium. & dicit quod illam glo. sequitur totus mundus. Idem etiam dicit Ioan. Milis in quibusdam suis reportatis ad intellectū constitutionis frequens in quarta quæstione dicens illam glos. ueram & esse magnæ authoritatis & quod nullus eam reprobat. Et dicit duo quæ ponit glosa sunt addenda ad dictum Innocentij & Ioannes Andr.
28 in capitulo inquisitioni de sen. excom. qui † voluerunt quod non sit obediēdum papæ quãdo aliquid præcipit ex quo sunt vētura mala & turbatio status ecclesię, videlicet quod illud factum sit notorium & papa incorrigibilis. Et in effectu etiã tenet Feli. in cap. nihil. de præscripti. dum dicit quod ratione scandali potest papa deponi. per illam glo. in d. cap. si papa. Idem Alex. 17. dist. in sum. qui plus dicit quod ratione scãdali si per cardinales esset concilium conuocatum & papa vocatus ut iret & corrigeret se, si neq; ire neq; authorit. cōcilio prestare vellet vel se corrigere recusaret, tanquam suspectus de hęresi posset deponi. Licet ipsemet aliter videatur velle post Card. de Turræcrem. in cap. si papa. 49. dist. Et idem videtur velle Domi. in dicto cap. si papa, dum uult quod contumax qui uiuit in delictis cum rebellatione & obstinatione perseuerando & recusando bona agere & se nolendo corrigere, potest dici hereticus. 28. dist. cap. fi. & inducit ad decisionem eorum quę facta fuerunt in concilio sequendo glo. illã in d. cap. si papa. Idem etiam milis in repertorio in uerb. papa nemini in fi. Idem etiam Bal. in cap. olim. de rescrip. qui dicit quod papa potest deponi propter notorium enorme crimen & inducit quod allegabatur periurium contra Gregorium. 12. Vnde magis late loquitur, & allegat ad idem hugonem in cap. si duo. 79. dist. Idem etiam sequuti fuerunt plures Parisienses, ut fuit gerson cancellarius Parisien. qui dicit quod dicta glo. non tantum habet authoritatem ab uno glosatore vel homine sed a Christo immediate. & expresse ita dicit in 22. dist. in 23. ar. contra Petrum de Luna. Quam conclusionē quomodo fundet non intelligo. & propter illam glo. fuit generatum magnum scandalum in ecclesia tempore Eugenij

29 Sed † contra glo. sunt multi præstantissimi doctores, ut Petrus de Palude, Aug. de Ancona, Archiepiscopus Floren. Ioan. de Imo. Petr. de Monte. Cataldinus de Boncompagnis in quodam alio suo tractatu pro Eugenio, & quidam alii quos referram infra cum aliquibus rationibus in illa quæstione utrum papa propter crimen de quo est incorrigibilis possit deponi, vbi ponuntur hincinde rationes ad longum. Pro quibus, scilicet quod non possit accusari, videtur casus in capitulo oues, secunda q. 7. Item quod dicit Hostien. in c. non debet in prin. de consan. & affi. quod non mordetur papa sine peccato, ut in c. secundo. de maledicis, & in c. contracto. §. verum de cogna. spiri. & 6. quæst. prima c. ex merito. & cap. deteriores. Ex quo videtur quod non ita de facili pro quocūq; delicto possit morderi & accusari. Alios idē tenētes nō curo hic referre.

30 Crederem † tamen posse teneri saluo saniori iudicio ꝙ papa posset accusari de crimine pp qđ scandalizatur status vniuersalis ecclesiæ concurrentibus illis, quæ supra retuli post Egid. videlicet quod crimen sit notorium, quod sæpius admonitus, quod sit generatum magnum scandalum in ecclesia vniuersali, circa fidem, & ꝙ sit incorrigibilis. Et quod possit accusari, facit quod vt scandalum tollatur episcopus remouetur ab ecclesia, vt ponit Inno. in capit. cum pridem. de renun. Facit quod dico in illa quæstione an papa pro vnione 31 vniuersalis ecclesiæ possit cogi ad cedendum. Ad idem † illud quod dicitur in cap. illud sane. 24. q. 3. quod allegat illud euangelicum si oculus tuus scandalizat te &c. Et gl. supplendo ad tex. dicit intelligi de penitus incorrigibili. Ad idem facit quod propter delictum notorium & incorrigibilitatē facile generatur in mentibus hominum scandalum, qui dicere possunt vbi est Deus clericorum. c. magnæ, de uo. Item facit quod dicunt Doct. post Inno. in cap. inquisitioni, de sen. excom. circa fi. quod vbi ex notorie iniusto præcepto verisimiliter præsumeretur statum ecclesiæ perturbatum iri, vel alia mala esse ventura, non deberet illi obediri, vt in simili dicitur in l. prohibitum. C. de iure fisci, li. 10. & post Innocen. dicitur in cap. si quando, de rescript. & dicit Dinus in regula quod quis, de reg. iu. in 6. Facit quod dico de remedijs tenendis quando papa est incorrigibilis. Item omnes illæ rationes quæ ponuntur in quæstione illa vtrum papa possit deponi, quia vendit passim beneficia & scandalizat ecclesiam & est incorrigibilis quæ ponuntur ad partem affirmatiuam. Item facit quod non licet papæ turbare vniuersalem statum ecclesiæ. 8. q. 1. apostolica. c. literas, de resti. spol. 9. q. 3. c. per principalem. c. proposuit. de conces. præbend. Igitur si est pertinax 32 in turbādo poterit accusari. Illud † enim quod dicitur quod papa non habet superiorem a quo possit iudicari, non uidetur dictum in casu quo est adeo criminosus & incorrigibilis & scandalosus quod propter eum periclitaretur ecclesia, qa hoc videtur illi concessum in fauorem ecclesiæ vniuersalis, ideo nō debet redundare in noxam. & propterea dico quod potest talis papa accusari. Non propterea tamen dico quod possit deponi, quia quid de hoc sentiam, dicam infra in loco suo. & hoc videtur voluisse Alex. in cap. sinodum. 17. dist. in secunda colum. Ad hoc tenendum moueor, quia alioquin posset hæresis suscitari, contra quas potius prouideri debet ne oriantur, vt in c. maiores. 24. qō. 1. & de hære. per to. Nam vt dicit tex. in cap. resecandæ. 24. qō. 3. Arius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, eius flamma totum orbem populata est. Et ideo scabiosa Ouis a caulis repellenda est, ne tota massa putrescat, vt ibidem di- 33 cit tex. & in cap. corripiantur ea. cau. & q. Item moueor a simili. Metropolitanus enim a prouinciali concilio non iudicatur cuius ipse est caput, vt in cap. graue ibi doc. de præben. & tamen potest ab eodem reformari. hoc probat tex. iuncta suprascrip. 2. q. 7. sicut. el secundo. & 9. q. 3. si autem & capitu. saluo. Item glo. in d. cap. si papa, non dicit quod pro crimine notorio de quo est incorrigibilis possit deponi, sed ꝙ potest accusari. Et licet effectualiter videatur in ratione sua idem voluisse, cum allegat quod contumacia sit hæresis, tamē nō loquitur de depositione. Et quo ad illos qui tenent quod tantum de hæresi possit accusari, vt fuit Catald. & multi ponunt in cap. si papa, & in dicto cap. si quis pecunia, intelligo quod loquuntur de accusatione ad deponendum non ad corrigendum. Et isto modo etiam intelligit & restringit glo. Alexan. in cap. sinodum. 17. dist. Item, sicut supra dictum est, interdū congregatur concilium pro reformatione, licet non possit contra papam procedi, vt saltem prouideatur indemnitati ecclesiæ prout spiritussanctus ordinabit. quod diuersimode fieri posset puniendo uel impediendo participes sceleris. pro quo vide quod dico supra in artic. ex quibus causis possit cōgregari concilium, in versic. item quarto congregari potest concilium. Ex hoc videtur quod glo. in d. capit. si papa cum dicit quod via denunciationis in papa erit inutilis, licet vera sit eo respectu quia non habet superiorem qui eum corrigat, tamen ex congregatione cōcilij absque ipsius papę coactione poterit esse per indirectū causa correctionis. Et ideo talis accusatio non tam erit accusatio quam quædam canonica intimatio, sicut in simili dicit Abb. in capit. 1. quarta colum. de iureiur. uel potius quædam publica & generalis denunciatio canonica, iuxta illud quod ponit Specu. in titu. de denun. §. 2. ver. canonica. ex quo ex tali accusatione non potest sequi sententia contra accusatum. Et propter periculum accusatoris potest dici quod accusator non tam accusator q̃ denuntiator siue promotor existimandus est, iuxta nota in c. cum dilectus, de calum. Et licet concilium non sit iudex supra papam quo ad corrigendum & deponendum ipsum papam, erit tamen iudex contra alios & prouidebit indemnitati ecclesiæ per indirectum, argumen. tex. in l. Papinianus. §. quarta autem, versic. cum igitur. ff. de inoffi. testamen. ubi licet pater non possit filium fraudare quarta, dando seruis libertatem illam minuit. Faciunt quæ infra in proxima quæstione dicuntur. Et forte isto modo posset denunciari concilio, etiam si non esset tale scandalum quod esset contra fidem. &c.

SVMMARIVM.

1 *Papa accusato incorrigibili, an aliud faciendum, quam orandum ad Deum pro eo.*
Et ponit auctor tria remedia.
Primo charitatiua admonitio. nu. 2.
Secundo duota oratio ad Deum, vt illum illuminet et emendet vel tollat de medio. nu. 3.
Tertio, si præmissa non sufficiant illi resistere in faciem per Dominos Cardinales. nu. 4.
Quarto. nu. 8. Quinto. num. 9. Sexto. nu. 10. Septimo. nu. 14.
5 *Papa vbi tractatur de periculo mundi si vult vti rationibus, debet compesci armis.*
6 *Papa propter insufficientiam an sit deponendus.*
Et dicitur insufficiens si dilapidat bona, vel viuit incontinenter. nu. 7.
Negligentia, & remissio in papa æquiparatur delicto. ibid.
Et iudici aliquid extraiudicialiter de facto facienti de facto est resistendum. ibid.
7 *Papæ præcipienti aliquid illicitum, potest resisti.*
10 *Papa nollente congregare concilium ad quos spectet illius congregatio.*
Et talis congregatio fit ad tria. nu. 11. 12.
13 *Voluntas pro ratione sufficit in papa.*
14 *Deus quandoque permittit regnare malos, in vltionem peccati.*

Articulus III.

1 Sed si papa accusatus esset omnino incorrigibilis quid erit faciendum? Hoc casu si attendimus Hostien. in d. c. proposuit, dicendū erit ecclesiæ, hoc est orandus erit Deus vt eum emendet, nō tamen aliquid fieri poterit, quia nemo iudicat primam sedem, sed solius Dei iudicio reseruatur, ut in cap. nemo, & in cap. aliorum. 9. q. 3. Tu dic quod dantur 2 diuersa remedia a doctoribus. Primum † erit humilis admonitio & fraterna charitatiua correctio, quæ etiam habet locum in papa, ut dictum est supra, & dicitur in c. nouit. de iud. & in d. cap. proposuit, & in dicto cap. si papa, & 2. quæstio. prima, si peccauerit. & fiet ista admonitio humiliter, tam per dominos cardinales, quam alios notabiles prelatos & doctos religiosos, commemorando etiam quod ipse debet esse exemplum sanctitatis & adducendo aliqua de sacra scriptura, iuxta illud quod dixit Dominus apostolis, Matthei 18. & illud 3 Gregorij in cap. præcipue. 11. q. 3. & similia. Secundum † remedium erit deuota oratio ad Deum, vt illum illuminet & emendet uel tollat de medio secundum Beatum Thomam in 4. dist. 19. q. 2. ar. 2. quæstiuncula. 3. ad secundum argumen. quia multum valet deprecatio iusti assidua. Iacobi 5. Et infinita sunt exēpla in veteri lege, vt de Niniuitis & assiduis orationib. Moysi. Et si possibile est vniuersi fideles pro hoc orēt, ut dici possit exaudita est oratio tua. Vnde Beatus Tho. in li. primo, de regimine principum. c. 6. dicit ꝙ si omnino cōtra tirannum non potest auxilium humanum haberi, recurrendum est ad regem omnium Deum, qui est adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Et hoc remedio adiuta est ecclesia contra Anastasium 2. qui cum esset impœnitens, Deus ad orationes iustorum sustulit eū de medio, cum enim uetrem exonerare vellet, emisit intestina. 19. distinct. Anastasius. ibi glo. Sic & Hilarius contra Liberium orando præualuit. Ter- 4 tium † remedium ubi præmissa non sufficerent, erit illi resistere in faciem per dominos cardinales, mala eius opera exprobrando, ac rationibus conuincendo & se opponendo, sicut Paulus restitit Petro, quia non ambulabat ad ueritatem Euangelij, ut in capitulo testes, in §. Paulus. secunda quæstio. septima. Et sicut subditi resistunt prælato, ut in §. item cum Balaham. ca. cau. & quæst. Et sicut exemplificat Pe. de Palu. si papa thesaurum ecclesię aut illius patrimonium parentibus suis dare uellet, aut ecclesiam sancti Petri destruere, & palatia ędificare, uel aliquid huiusmodi facere, quod non est verisimile posse contingere, non esset ei permittendum, sed resistendum & non obediendum, sine tamen ipsius depositione. Similiter si uellet omnes episcopos deponere, uel aliqd contra uniuersalem statum ecclesiæ attentare aut similia ex quibus turbaretur uniuersalis status ecclesiæ. glo. in capitulo per principalem. nona quæstione tertia. Innocen. in capit. quanto. de consuet. & in capitulo inquisitioni, de senten. ex com. Et hoc modo dicunt Innocen. Hostien. & Arch. ꝙ non esset papa sustinendus, hoc est permittēdus hoc facere, sed ei 5 set ei cum humilitate & reuerentia resistendum. Et ideo † dicit

cit Bal. in c. olim. de rescrip. quod si papa non uult vti rationibus ubi tractatur de periculo mundi, debet compesci armis. C. de iudæ. l. nullus. Et dicit referendo Archi. quod volētes dirigere virgam tortuosam plicant per contrariū, & hoc non potest fieri nisi igne, & per ignem humiliatur illa virga sicut panis in igne positus. Vnde subiungit vtendum esse primo verbis, ut in cap. nouit. de iudi. deinde herbis, tertio lapidibus, & ubi non sufficit virtutis ingenium ibi valeat armorum præsidium & tutela. Et dicit etiam Petrus de Monte ꝙ si papa totum thesaurum ecclesię, qui est distribuendus pauperibus. 12. q. 2. aurum. glo. in clem. ne Romani. de elec. parētibus aut propinquis suis daret, seu patrimonium ecclesiæ indebite alienaret, non esset permittendus sed esset ei resistendum, non tamen ad eius depositionem procedi posset. Facit glo. in c. 1. de renun. in 6. quæ sonat quod papa propter insufficientiam non est deponendus. & probatur in cap. si papa. 40. 6 dist. dum † loquitur de papa negligente & remisso, quod est damnatissimum in papa secundum Alexan. & æquiparatur delicto. allegat. capitulo finali. de supplen. negli. prælato. secundum eum in summa. decimaquinta distinctione. vbi ista omnia ponit. Facit quod in. simili dicimus quod iudicibus facientibus aliquid de facto extraiudicialiter, licet de facto armata manu eis resistere, l. prohibitum. C. de iure fisci lib. 10. notat. Inno. in capitu. si quando, de offic. delega. Bald. in l. vt uim in 7. q. ff. de iusti. & iu. Cy. in l. 1. C. vnde ui in fin. & Bal. in d. l. 1. C. eo. in 14. col. glo. in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de regu. iu. & doc. in regula, quod qui mandato. de reg. iur. in 6. & Alex. de Imo. in consi. 142. in 2. uol. incipit post redditū. Et Bar. in trac. qui sint rebelles, verbo rebellando. facit tex. in cap. fi. de consti. in 6. & late Felin. in d. c. si quando. Sicut ēt 7 † potest resisti quando præcipitur aliquid illicitum, ut patet in cap. Iulianus & in cap. qui resistit. 11. q. 3. Pro hoc facit ꝙ dicit Card. in clemen. 1. in fin. de celebra. mis. & Abb. in cap. conquerente. de resti. spolia. Constat autem quod prælatus dicitur insufficiens quando dilapidat bona ecclesiæ, vt habetur in cap. 2. §. fi. de statu. mona. Idem si uiuit incontinenter, ut in cap. grandi. de supplenda negl. præla. in 6. Ergo secundū illam glo. in d. c. 1. si propter insufficientiam non est deponendus, est ei tamen resistendum. Quartum erit † remedium 8 quod dat Bal. in cap. dilectus. colum. 3. de appel. ut per confessorem reprehēdatur papa de erroribus suis neq; absoluatur nisi se emendet & prouideat ecclesię suæ. Sed istud forte remedium si papa esset iracundus, non esset bonum pro con 9 fessore. Quintum † remedium, est quia ut dicit, S. Tho. in secunda secundę. q. 100. ar. 1. ad. 7. ar. & in 4. sen. dist. 25. q. 3. ar. 3. ad 2. arg. papa potest incurrere simoniam sicut quilibet alius homo non acceptare ea quæ male & contra reuerentiam & legem Dei gesta essent per eum, ut non acceptare pro motiones prouisiones & collationes beneficiorum manifeste simoniacas. qnoniam sic promoti non per Christum qui est ostium, sed aliunde ecclesiam intrare prēsumpserunt, qui nō pastores ecclesiarum, sed fures & latrones arbitrandi sunt, iuxta illud Ioan. 10. amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. & Grego. talium ordinationes iudicat falsas. 1. q. 1. ordinationes. Istud tamen remedium est particulare, scilicet cō 10 tra simoniam committentes tantum. Sextum † remedium est conuocare concilium generale, quæ conuocatio esset facienda per cardinales vbi ipse papa nollet illud congregare aut illis negligentibus per alios, vt puta secundum aliquos primum per patriarchas 18. dist. si episcopus, postea illis negligentibus per imperatorem. deinde in eius defectum ipsimet prælati congregabunt seipsos & facient concilium, ut de his late dictum est supra. Et ista congregatio non erit ad deponēdum papam, quia secundum quod supra diximus talem potestatem concilium habere non posset secundum Card. de Turręcrem. & Alexan. in summa. 15. dist. & Petrum de Monte in q. 8. in trac. concilii, ubi ponit ista remedia ad obuiandū incorrigibilitati papæ, & allegat Petrum de Palu. idem dicentem. Idem Card. de Turræcrem. in trac. de po. pa. li. 2. ca. 106. in 5. remedio. vbi ponit omnia ista remedia quæ de uerbo ad 11 verbum habuit Alex. ab eo. Qui † dicunt quod ista congregatio fiet ad tria, cum maiori solennitate & authoritate, faciendum, videlicet primo ad admonendum & exortandum papam de correctione sua, denunciando ei qualiter pernicioso vitæ suę exemplo uniuersam ecclesiam scandalizat & cōturbat. quæ exhortatio sic a tota ecclesia facta non dubiū quin magnæ virtutis & efficatię esset ad eius animum in bonum commouendum. Hoc remedio usum videtur concilium cōgregatum contra Marcellinum de quo in capitulo nunc autem. 21. di. Qui cum audiret patres congregatos sciscitantes si res ita se haberet sicut fama ad eos deduxerat quod idolis thurificasset, ille cum omni humilitate confessus est reatum suum adiiciens se paratum obedire, & ea facere quæ illi vo- 12 luissent imponere. Secundum † quod concilium facere deberet, vbi primum non sufficeret, est, deuotissimis precibus, & ieiuniis & operibus bonis aures diuinę clementiæ pulsare vt dignetur ecclesię suæ misereri & eius pontificem aut illuminare & corrigere, aut eidem ecclesiæ suæ vt expedire nouit prouidere. si enim iuxta illud Matth. 18. duobus in nomine domini congregatis fiet quicquid petierint, quāto magis credendum est vbi sunt tot patres vniuersalem ecclesiam reprę sentantes & unanimes pro subleuatione ecclesię, quod exaudientur, Et si priora ex aliquibus causis nobis occultis nō sufficerent, tunc concilium sic coadunatum inuocabit Barchiū seculare, ut puta imperatoris uel aliorum principum, ad prouidendum de modo & forma resistendi malis quæ papa facere tentaret, ne ecclesia periclitaretur. Pro hoc. 79. dist. si quis pecunia. 63. dist. Adrianus. el secundo & cap. in synodo. Vnde tali pontifici uolenti destruere ecclesiā debent omnes Christiani resistere. 24. quæstione prima cap. memor. 43. dist. capi. sit rector. septima quæstione prima. §. cum uero. Et ex his apparet ad quid prodest congregatio concilii quando papa est criminosus licet non possit deponi. De qua congregatione supra pluries diximus.

Et ad istud sextum remedium facit quod dicit Cardi. in 23. notabili. capit. solitæ. de maio. & obed. cum notat differentiam inter pontificiam authoritatem, scilicet iudicariam ad discernendum & iudicandum, & regiam potestatem, scilicet executoriam ad perficiendum. & ideo ad. hoc designandum pontifex vngitur in capite, sed rex in armo, ut de sacra vnc. capit. vnico. §. vnde in veteri. Et allegat ad propositum Hostiens. ibi in d. cap. unico dicentem quod in multis locis secularis gladius factus est sacerdotalis, iudicans clericos & ecclesiastica, sicut laicos & temporalia. & quod spiritualis interdum etiam ex leui causa mouet guerras & nutrit, & sic factus est militaris, contra iura. cap. de treu. & pa. de uoto. ex multa. §. de clericis. 23. questione octaua. in sum. & sex. capitu. sequentibus. Et dicit quod non deficiet pestis ista donec quisq; suis terminis sit contentus de sepul. capitulo primo super quæ dicit, quod esset salubre condere constitutionem specialem. Ex quibus ipse cardinalis dicit sæpe dixisse quod esset necessarium quod in. concilio generali fierent constitutiones ita regulantes potestatem papę quod non absorberetur potestas aliorum prælatorum, per quod ecclesiasticus ordo confunditur, de offi. ord. pastoralis. in gl. 1. in fi. Et refert se idem dixisse in tractatu schismatis, videlicet ubi tractat de unione ecclesiæ facienda. in 8. modo. Et dicit se multum super hoc institisse apud nonnullos qui ibant ad concilium Pisanum. sub 13 iungens qđ sperabatur aliqua bona conclusio. Et inter cætera dicit quod deberet statui per concilium quod tales constitutiones non possent reuocari nec interpretari nisi p aliud concilium, ad hoc vt daretur occasio conuocandi conciliū quæ conuocatio fuerat omissa per c. an. s. a tpe conci. Vienē. ex quo multæ deformitates inualuerant inter catholicos q̃ non inualuissent uel fuissent sublatę si fuissent concilia debitis temporibus celebrata. & quod etiam super hoc esset de tempore statuendum. Et sic sentit quod quando papa absorbet potestatem aliorum prelatorum, debet congregari concilium. Credo quod si cardinalis vidisset ista tempora quibus etiam præsidente concilio passim annihilatur iurisditio prelatorū longe magis admiratus & turbatus fuisset. sed quis est qui possit facere constitutiones regulantes supremam potestatem, papæ quæ est a Deo, ut in clem. pastoralis. in fi. de re iudica. Cui nihil resistit, nam omnem legem positiuam superat, & sufficit in papa pro ratione voluntas. Bald. in cap. primo. de constit. & in l. secunda. C. de serui. & aqua. & prouidere spectet ad Deum.

Septimum remedium vbi occulto Dei iudicio omnia p̄cedentia non hn̄ent locū, esset ad tempus patiēter tolerare ꝙ diuina iustitia tolerat, quia non est verisimile quod talis diu a Deo toleraretur. sicut exemplum de Ioan. 12. experientia nos docet. vnde psal. 36. inimici domini mox ut honorificati fuerint & exaltati deficientes sicut fumus deficient. Huiusmodi autem patientiæ habendæ causa posset assignari, quoniam ut inquit grego. lib. vigesimoquinto moralium p qualitatibus subditorum disponuntur acta regentium, ut sępe pro malo gregis etiam boni delinquat vita pastoris, quia secundum meritum plebium disponuntur corda regētium 14 Vnde † idem grego. in capitulo ex merito. 6. quæstione prima ait. ex merito plebis nonnunquam episcopi deprauātur, & secundum merita aut demerita populorum disponitur a iusto iudice vita prelatorum. Vnde in vltionem peccati populorum Deus quandoque permittit regnare malos, secūdū illud. Oseæ. 13. dabo vobis regē in furore meo. & Iob. 34. dicitur qui regnare facit hominem hypocritam propter pec-

cata populi. Et idem dicit Hiero. in capitulo audacter 8. quęstio. prima. Merito ergo tolerandum esset. tum quia forte tale malum in capite, in ecclesia meritis subditorum eueniret. tum quia ut dicit Augu. non est magnum tolerare eum qui a domino toleratur. Nec etiam timenda videtur ex huiusmodi tolerantia periclitatio totius ecclesię vniuersalis, sicut aliqui arguunt per illam glo. in cap. si papa. quia non est verisimile quod ob turpem vitam seu mores vnius summi pontificis ipsa uniuersalis ecclesia, cum qua Christus pollicitus est se futurum tanquam protectorem fortem vsque ad consummationem seculi, debeat omnino perire.

S V M M A R I V M.

1 *Papa quando dicatur scandalizare ecclesiam ad hoc vt propter ipsius incorrigibilitatem possit in concilio accusari.*
2 *Ecclesia continet bonos simul cum malis.*
3 *Ecclesia aliquando capitur pro præsidentibus in ea.*
Aliquando pro potioribus, siue sint clerici siue laici. num. 4.
5 *Concilium dicitur ecclesia, licet in eo vere non sit tota ecclesia, sed repræsentatiue.*
6 *Notorium facti quod sit.*
7 *Papa potest accusari de crimine notorio quod vix potest esse. Quod quomodo sit intelligendum. ibid.*
8 *Papa quando dicatur incorrigibilis.*
Et incorrigibilitas quibus & quot modis accipiatur. ibid.
9 *Papa quando dicatur sua incorrigibilitate scandalizare vniuersalem statum ecclesiæ.*

Articulus IIII.

1 Sed quia † vt dictum est quando scandalizatur ecclesia in causa fidei propter delictum notorium & incorrigibilitatem papæ posset in concilio accusari, quæro quãdo dicatur scandalizari ecclesia, hoc enim mihi semper fuit dubium. Abb. in cap. proposuit. de concess. præben. dicit quod uix potest esse delictum notorium in papa per quod non scandalizetur ecclesia, iuxta illud prophetæ. si is qui est unctus peccauerit faciet populum delinquere scilicet propter malum exemplum, ut in cap. magnæ. de voto. Sed per hoc non est mihi satisfactum, quia si præsupponimus delictum notorium vniuersali ecclesiæ, tunc uerum erit quod dicit abbas, sed hoc uidetur impossibile si capimus vniuersalem ecclesiam pro collectione fidelium ut in cap. ecclesia de consecra. dist. 1. quia quo ad minores artifices & illos qui nunquam congruerunt papam quomodo scandalizabuntur qui notitiam non habent nec habere curant, Et semper erit maior pars illorum quam eorum qui scandali-2 zabuntur de delictis papæ, propter ipsorum propria delicta & forte maiora. Et ecclesia † continet bonos simul cum malis. 23. q. 4. hæc autem, & cap. quidam cum bonorum. Facit. ꝙ ipse dixit in cap. significasti. de elec. quod ecclesia quæ non errat est in omnibus fidelibus orbis. Et sic intelligendo in ꝓposito, nunquam casus occurreret quod per delictum papæ scandalizaretur ecclesia. Non reperio aliquem qui tangat istam difficultatem, nec aliquis quod viderim declarat super illam glo. in capit. si papa. Ego autem saluo meliori iudicio, credo. d. glo. intelligendam. de crimine quod deductum est in notorietatem apud præsidentes & prelatos ecclesiarũ pro maiori parte & apud maiores & potiores in ecclesia etiã si sint laici. Et per hoc apparet non esse uerum quod dixit Abbas, quod vix potest esse crimen notorium quin scandalizetur ecclesia, quia posset esse notorium in palatio uel in vrbe vel terris ecclesiæ immediate subiectis, ex quo nõ esset scandalum vniuersalis ecclesię, quia vltramontani, & alii non scandalizarentur etiam si audirent papam criminosum, qa 3 non crederẽt non videntes. Quod autem † ecclesia capiatur aliquando pro præsidentibus in ea, probat illud Matth. 18. ubi dicitur si peccauerit &c. dic ecclesiæ. ubi glo. Chryso. exponit ecclesiæ. id est iis qui presunt. Ad idem glo. 2. quæst. prima si peccauerit &c. exponit ecclesię id est sacerdoti. Simili-4 ter quod † pro maioribus siue potiorib. capiatur siue sint clerici siue laici, probat illud. tertio. regum. 8. vbi dicitur cõuertit Rex faciem suam & bene dixit omni ecclesiæ Israel. ubi ecclesia non accipitur pro uniuerso Israel, cum totus populus non fuerit ibi presens, sed vt ex principio capituli colligitur, pro maioribus natu & principibus tribuũ qui tunc erant ibi congregati. Ad idem est quod dicitur primo Paralipom. 29. in principio locutusque est Dauid Rex ad omnem ecclesiam. & tamen soli primates illuc conuenerant. Et idem ad Ephe. tertio. ibi ut innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam. ubi glo. exponit. id est per apostolos 5 in ecclesia prædicantes Facit † quod idem Abbas dicit in dicto capitulo significasti. de electione, quod concilium dicitur ecclesia, licet in ueritate in eo non sit tota ecclesia sed representatiue in quo concilio interueniunt habentes vocẽ decisiuam vt cardinales, archiepiscopi. episcopi, patres, abbates, & similes. de quibus supra dictum est vbi etiam potest interesse imperator & Reges. Vnde tunc satis dicitur scandalizari ecclesia quando delictum est deductum in notorietatem pro maiori parte eorum qui possunt in conciliis generalibus interesse. Facit illud act. 15. placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis. ubi glo. supplet ꝑter apostolos & seniores. Et sic de aliis vltra episcopos ut sunt inferiores his, qui aliquando reperiuntur interfuisse conciliis. Et tunc cum res siue crimen deductum est in notorietatem apud presidentes & prælatos, & alios potiores pro maiori parte, si affert scandalum, quia est delictum horrendum & graue, verum erit quod dicit Abbas, quod uix potest esse crimen notorium in papa quod non scandalizet ecclesiam. & sufficit quod pro maiori parte præsidẽtes scandalizentur, quia tunc uidetur quod ecclesia scandalizetur. sicut in simili dicimus factum esse ab ecclesia quod est factum a maiori parte capituli ipsius ecclesiæ, vt in capitulo primo. & per totum. de ijs quæ fiunt a maio. par. Et sic dicitur factum a concilio quod est factum a maiori parte concilii, vt diximus supra, in articulo quot constituant ge-6 nerale concilium. Et notorium † facti dicimus quod commissum esse non dubitatur a populo uel maiori parte populi. non enim exigitur totius populi notitia, sed sufficit notitia maioris partis secundum Vin. & refert Cald. & Ant. in c. vestra, de coha. cleri. & muli. Et ex his apparet quod dico ꝙ papa potest accusari propter delictum notorium, quia uix potest contingere simili casus, videlicet quod delictum sit notorium & papa incorrigibilis & perseuerans & scandalo-7 sus in ecclesia circa fidem. Tum quia † ad effectum notorietatis debet esse tale delictum quod non in occulto committatur, nec quod unico uel bino uel trino actu fuerit cõmissum. nam vt dicit Bal. in auth. quod locum, in vlt. quęs. C. de colla. notorium dicitur quod omnes continuo uel sæpe uident uel uidere possunt. & ponit Vbertus & refert Ant. in repetitione. cap. vestra. de cohabita. cle. & muli. Et idem Bald. in l. cum fratrem. C. ad silleia. dicit ꝙ notorium est quod de sui natura omnes sciunt uel eos scire est verisimile, & proprie dicitur in facto permanente. Bart. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Et maxime in proposito in quo requiritur perseuerantia & incorrigibilitas & scandalum circa fidem. non uidetur autem posse contingere ꝙ ex delicto, & peccato commisso per papam ipse inducatur ad credendum licitum esse peccare. Sed quando dicatur incorrigibi-8 lis, uide omnino Doct. in ca. cum non ab homine, maxime Abb. de iud. Pro ista opinione reperio Augustinum de Ancona. in tract. de po. pa. q. 5, art. 4. in respon. ad tertium argum. ubi dicit ꝙ aliquem esse incorrigibilem dupliciter intelligi potest. primo per ipsius criminis, uel peccati continuationẽ, quia monitus non desistit. secundo modo per ipsius criminis pertinacem defensionem, ut quia defendit aliquod crimen quo est inuolutus, puta simoniam uel adulterium, non esse peccatum. Et hoc secundo modo dicitur papa incorrigibilis & scandalizans ecclesiam, & de tali crimine posse deponi quia talis incorrigibilitas æquipollet hæresi. Et hanc opinionem reperio approbatam in quibusdam allegationibus factis pro Eugenio, incipiunt etsi plurimi circa finẽ. secundæ principalis questionis. cuius authorem credo fuisse Petrum 9 de Monte episcopom Brixiensem. Qui dicit † quod tunc papa dicitur per suam incorrigibilitatem scandalizare ecclesiam uniuersalem quando est incorrigibilis in defendendo suum peccatum, puta si diceret adulterium simoniam, uel aliud peccatum simile iure diuino prohibitum, & damnatum non esse peccatum. ad hoc tex. in cle. 1. de usu. Quia talis incorrigibilitas æquipollet hæresi, & deberet de tali pertinacia seipsum damnare sicut dicitur de hæresi. quod si postponeret requisitus, posset ab eo subtrahi obediẽtia secundum modos supra datos in duabus præcedentibus quæstionibus, & infra in artic. incipiente nunc successiue quæro, papa uendit episcopatus & beneficia passim & notorie & est incorrigibilis & scandalizat ecclesiam &c.

S V M M A R I V M.

1 *Papa an possit accusari schismatis.*
Et quid sit schisma. & nu. 20.
Et de schismate largo modo, & strictissime. ibid.
2 *Schisma & hæresis quomodo differant.*
3 *Schismaticus & hæreticus vnde dicantur.*
4 *Hæreticus quot modis dicatur.*
5 *Schisma proprie sumptum via est ad hæresim.*
Et schisma quod diu durauit incidit in hæresim. num. 21.
Et de hoc papa potest accusari. nu. 22.
6 *Hæresis dicitur quasi s elisis, ab eligo.*

Schisma

7 *Schisma capitur generaliter, minus generaliter, & stricte.*
Et vniuscuiuslibet exemplum. ibidem.
Abbas quadrupliciter. num. 9.
8 *Vnitas ecclesiæ in duobus attenditur.*
10 *Schisma potest esse sine hæresi.*
11 *Schisma cum hæresi, opin. illorum qui dicunt non posse esse schisma sine hæresi. num. 12.*
Et quomodo intelligendum. ibid.
Et quo casu possit papa accusari, videlicet de schismate.
13 *Papa potest accusari de schismate quod habet inclusam hæresim. Sed an de eo quod non habet inclusam hæresim. nu. 14.*
15 *Papa licet sit caput ecclesiæ potest tamen fieri schismaticus, & quomodo & se subtrahendo ab vniuersali ecclesia incidit in schisma. nu. 17.*
16 *Papa quomodo potest se separare a corpore ecclesiæ, & collegio sacerdotum.*
18 *Ecclesia est apud Deum quomodo intelligendum.*
19 *Papa inquantum est caput ecclesię potest esse a se diuisus, sed inquantum homo non.*
23 *Ignorantia iuris & ignorantia facti excusant.*
24 *Factum de longinquo & intricatum excusat.*
Et quomodo intelligendum. num. 25.
26 *In dubijs cui adherendum quatuor documenta.*
27 *Glo. 24. q. 1. c. in summa & gl. in cap. didicimus. la 2. eadem causa. & quæstio. intellectus.*
28 *Abb. & Petrus de Anch. contrarij.*
Et Abb. seipsum limitat. num. seq.

Articulus V.

1 Amplius quæro vtrum † papa possit accusari schismatis. Et aduertendum est quod schisma dicitur a scissura, quia per schisma fit in vnitate scissura. Et Bal. in c. pastoralis. de rescr. dicit quod est vnum monstrum in natura sicut quando vnũ corpus habet duo capita. Potest autem multipliciter considerari, quia vt dicit text. in c. inter hæresim. 24. q. 3. inter hæ-2 resim † & schisma hoc interest, quod hæresis peruersum dogma habet, schisma post episcopalem discessionem ab ecclesia pariter separat, tamen nullum est schisma nisi sibi aliquã heresim confingat vt recte ab ecclesia recessisse videatur. vnde distinguitur inter schisma & hæresim sicut inter genus & speciem, & inter dispositionem & habitum. Quapropter omnis hæreticus est schismaticus sed non conuertitur, vt dicit ibi glo. & gl. fin. in cap. non afferamus, ea. cau. q. prima. Et vt dicit Astexanus in 2. par. in titu. de pace, art. 6. hæresis proprie opponitur fidei, schisma vero vnitati ecclesiastice charitatis, & ideo sunt diuersa vitia. Et idem dicit S. Thom. quem omnino vide, in secunda secundæ. q. 39. ar. primo. Et Archiepis. Floren. in secunda par. sum. in titu. 3. c. 11. incipit schisma autem ex superbia, cum sequenti uers. Vnde Aug. in li. quæstionum euangeliorum dicit quod malum catholicum facit morum & vitæ prauitas, hereticum facit fidei diuersitas, sed 3 schismaticum facit disrupta societas. Quod † & refert Augu. de Anco. in tract. de po. pa. q. 25. ar. 2. & ibi uide vnde dicatur schismaticus & vnde hæreticus. De qua differentia vide etiã late per Egid. in capit. in fidei. de heret. in 6. & Summistas in locis proprijs. Vnde hæretici proprie dicuntur zizania. sicut enim zizania cum frumento non habent communem radicem, sic nec hæretici communem fidem cum veris catholicis habent. mali catholici autem uera credentes, & non ut credunt viuentes dici debent palea, & schismatici dici debẽt aristæ, quia aristæ & palea communem radicem habent cũ frumento. Ita Aug. de Anco. ubi supra. & ibi uide ar. 4. de grauitate criminis. & glos. in capitulo afferamus. 24. quæstione 4 prima. Quot autem † modis dicatur quis hæreticus, uide bo. glosa. in capitulo illi qui. 24. quæstione tertia. Adde quod id quod dicitur de differentia inter schisma & heresim, sicut inter dispositionem & habitum, intelligitur capiendo nomen schismatis largo modo & generaliter, non autem capiendo proprie prout dicit recessum cum pertinacia ab obedientia ecclesię. quantumcunque enim simul concurrat cum hæresi, distat tamen semper specie ab ea, cum sint peccata specie distincta, quod nõ est de dispositione & habitu, genere & spe-5 cie. licet schisma † etiam proprie sumptũ via sit ad heresim, quoniam schismaticus diu esse non potest nisi sibi aliquam heresim confingat in defensionem dissensionis suę. Ita dicit Card. de Turrecrem. in prima par. libro quarto de potest. papę. capitulo quarto. improbando glo. & doct. in dicto capitulo inter heresim. Et uide Alberi. in rubri. C. de heret. ubi dicit 6 quod heresis † dicitur diuisio sicut schisma, & dicitur quasi elesis ab eligo eligis quia aliam a fide eligit opinio. allegat Apostolum ad Galatas: Si Angelus de celo vobis aliud euangelizauerit anathema sit. Vide tamen Abbatem in capitulo 7 firmissime in fi. de here. & ibi vide unde dicitur. Vnde † capi potest schisma generaliter, minus generaliter. & stricte. Generaliter quidem capiendo schisma ponit diuisionẽ animorum, siue licitam, siue illitam, ab unitate siue vniuersitate. Et ita potest sonare in bonum sicut in malum iuxta illud Ioan. 9. ubi Iudæis uario modo interpretantibus miraculum factum per Christum de ceco nato, dicitur quod schisma erat inter eos. Sed hic non loquimur hoc modo de schismate. si enim aliquis discedat vel se diuidat illicite ab aliqua particulari hominum cõgregatione, licet largo modo interueniat schisma, non tamen illud per quod quis uidetur discedere ab uniuersitate unionis ecclesiæ. Minus generaliter capitur pro quacunqua illicita diuisione. & hoc modo capitur. 1. ad Corin. 1. idipsum dicatis omnes & nõ sint in uobis schismata. Et sic dicit Ray. in sum. in tit. de schisma. quod est illicita discessio inter eos inter quos unitas esse debet. vel est illicitus ab uniuersitate seu unitate discessus. Vtrum autem hoc modo capiendo schisma, papa possit accusari schismatis si ꝑ hoc scandalizatur vniuersalis ecclesia & est incorrigibilis, dicerem idem quod diximus in præcedenti articulo quando accusatur de crimine notorio scandalizante ecclesiam uniuersalem circa fidem, de quo est incorrigibilis, qa iste casus 8 comprehenditur in illo. Vnde † Beatus Th. in secũda secundę q. 39. ar. 1. dicit quod ecclesię unitas in duobus attenditur, scilicet connexione seu communicatione membrorũ adinuicem & in ordine omnium membrorum ad vnũ caput. De qua unitate Leo papa in 3. sermone ordinationis suę. dicit. licet vniuersa ecclesia Dei distincta & ordinata sit gradibus, ut ex diuersis membris sacrati corporis subsistat integritas. nos tamen omnes sicut Apostolus inquit in Christo Iesu vnũ sumus, nec quisquam ab alterius ita est diuisus officio, ut nõ ad connexionem pertineat capitis cuiuslibet humilitas portionis. Schisma autem stricte sumptum, secundum Beatum Tho. super illud. 1. ad Corin. 1. non sint in uobis schismata, est quando vel propter diuersam fidei confessionem vel propter diuersas sententias de agendis, homines vnius collegii se in diuersas separant partes, secundum illud Isaiæ 22. scissuras ciuitatis Dauid videbis quia multiplicatæ sunt. Vnde Hostien. in summa dicit quod schisma est illicita diuisio per inobedientiam ab vnitate ecclesię facta. Anto. in ru. de schisma. dicit quod schisma strictissime sumptum intendit hæresim, pro eo quod omnis schismaticus intendit sibi ecclesiam constituere & uniuersalem impugnare, quę una est. 25. q. 1. loquitur. unde peccat in articulum fidei, & vnam sanctam 9 catholicam ecclesiam. Abb. in rub. & Anto. † cap. primo. eo. tit. dicunt schisma quadrupliciter sumi. Et largissime quidẽ omnes constituti in peccato mortali dicuntur schismatici. 24. q. 4. dixit. 13. q. 1. apostolicę. 1. q. 1. sacerdotes. Large dicũtur excommunicati. 11. q. 3. cum excommunicato & ca. seq. Ex quibus aliqui peccant, aliqui non. licet sine peccato non debeat excommunicatio ferri, de resti. spo. literas. de sentent. excommu. inquisitioni. Hi tamen sunt a Deo & ab ecclesia seu cœtu fidelium diuisi, sed constituti in peccato tantum, a Deo & non ab ecclesia. sunt enim existentes in peccato adhuc in communione ecclesię. Item excommunicati possunt dici strictius diuisi, quia facilius reconciliantur peccatores q̃ excommunicati. ut in cap. cum desideres & cap. a nobis. de senten. excommu. & c. omnis. de pœni. & remis. His duobus modis capiendo clarum est quod papa non posset accusari. vt supra dictum est. Stricte dicuntur scismatici qui coniurationes faciunt contra episcopum proprium. Et isti non sunt suspensi, sed suspendendi, secundum Inno. & Hostien. & Anto. in rubrica. Item magis stricte schismatici dicũtur qui proprium episcopum eiiciunt de sede episcopali, eam sibi occupantes & presbiteros suos facientes & etiam constitutiones. septima quæstione prima scire. 25. q. 3. inter hæresim. Et etiã hi casus non conueniunt in papa. Sed strictissime schismatici sunt illi qui diuidunt se ab vnitate Romanæ ecclesiæ, constituendo sibi ecclesiam & ordinando clericos & sacerdotes & faciendo sibi constitutiones. septima quęstione prima Nouatianus 24. q. prima loquitur. 24. quæst. tertia inter hæresim 10 Vnde Abb. in capitulo at si clerici in 15. colum. de iudi. dicit quod aut aliquis credit ecclesiam esse penes alterum tantũ, quando aliqui se gerunt pro summis pontificibus, & potest 11 esse schisma sine heresi. allegat glo. singularem. 23. quæst. prima. §. 1. Aut † credit ecclesiam posse consistere penes duos in solidum, & est schisma cum heresi. Et idem ipse replicat. in 12 rub. de schisma. de quo aliquid infra clarius dicitur. Glo. † tamen. 24. quæst. prima. in summa. dicit quod schisma non potest esse sine hæresi nisi in summo pontifice si duo crearẽtur & quilibet contenderet ecclesiam apud se esse & idem Milis in uerbo schisma. Quod credo intelligi de schismate strictissime sumpto. & idem Abb. in capitulo firmissme. de hæret. Capiendo autem isto & ultimo modo vtrum papa pos-

sit accusari schismatis, videtur quod non, quia non potest seipsum separare ab unitate ecclesiæ, quia nullus potest a seipso separari. Vnde cum papa sit caput ipsius ecclesiæ, secundum quod dicit Hostien. & sanctus Tho. in opusculo contra 13 errores græcorum. c. 66. non potest in eum cadere huiusmodi schisma, loquendo in uno vero & indubitato papa. Item in eum in quo & apud quem est ecclesia, sicut est papa. 24. q. 1. loquitur, & cap. didicimus, non cadit schisma. immo per separationem ab eo incurritur schisma secundum illud Cypriani in cap. scrie. 7. q. j. Quid dicendum † Clarum est quod si loquimur de schismate quod habet inclusam hæresim, non dubitandum est quod papa potest accusari, 40. distin. cap. si papa. quando enim papa persistit in schismate, vel fouet illud longo tempore, tunc non tam dicitur schismaticus quam hæreticus, ut uult illa glo. in cap. inter hæresim, 24. q. 3. & ponit sanctus Tho. in secunda secundæ. q. 36. art. 1. ponit & sequitur Petrus de Monte in quæstione an papa sit maior concilio 14 in 2. conclusione in 3. char. in sua monarchia. Sed † dubium est quando non habet hæresim inclusam, in quod non uīr papa 15 posse incidere, cū ipse sit caput eccl. ut dictū est. Sed † dic ꝙ q̃tumcūque ipse sit caput eccl. pōt fieri schismaticus, primo hoc probatur in duobus contendentibus de papatu quorum vterque se credit verum papam. nam hi sunt schismatici & non hæretici, ut uult glo. in summa in versi. qui ergo, in fine ipsius. 24. q. 1. Item si duobus contendentibus etiam ille qui esset verus papa, licet apud aliquos dubius, esset pertinaciter negligens ad procurandum vnionem ecclesiæ & nollet facere quod in se esset pro unione ecclesię redintegranda, talis videretur nutritor & fautor schismatis, & argueretur schismaticus, ut fuit dictū de Benedicto. 13. & Gregorio. 12. Item pro16 batur sic, papa † potest separare se sine aliqua rationabili causa, sed ex sua pura uoluntate a corpe ecclesię & collegio sacerdotum, per non obseruantiam eorum quæ vniuersalis ecclesia, ex traditione apostolorum obseruat, vndecima distinctione capitulo ecclesiarum. aut per non obseruantiam eorum quæ per uniuersalia concilia apostolicæ sedis authoritate sunt vniuersaliter ordinata, maxime ad cultum diuinum, quia forte non uult seruare illud quod uniuersalis ritus ecclesiasticorum seruat, puta quia non uult celebrare in vestibus sacris, aut locis sacratis, aut cum luminaribus, aut signare se signo crucis, sicut reliqui sacerdotes faciunt, & similia; quę sunt generaliter ordinata ad perpetuam vtilitatē. contra. cap. quæ ad perpetuam & cap. uiolatores & cap. sunt quidam &. cap. contra statuta. 25. q. 1. Ergo videtur quod papa in talibus diuidendo se ab obseruantia vniuersalis ecclesiæ cum pertinacia, possit in schisma incidere. Ita dicit Card. de Turræcrem. in prima parte quarti li. de po. pa. ca. 11. Qui re17 spondet † ad contraria supra allegata, quod non tantum cōmittit schisma qui se subtrahit ab obedientia papę, sed qui se subtrahit ab obedientia capitis principalis ipsius ecclesiæ hoc est Christi. unde papa bene potest se separare per inobedientiam a capite, hoc est Christo, & ab institutione apostolicę sedis, inquantum se diuidit ab obseruantia eorum quæ sancti patres in sede apostolica ad communem ecclesię vtilitatem constituerunt. & ideo dicitur quod papa potest incidere in schisma se subtrahendo ab vniuersali ecclesia. Ad id 18 † autem quod dicitur quod apud eum est ecclesia, dicit verum esse quando ipse manet subiectus capiti Christo cuius est vicarius, recognoscendo suam potestatem dependere ab eo, & obseruantiis vniuersalis ecclesiæ ipsius Christi sponsæ se conformando.

19 Item hoc clarius posuit etiam Egi. in d. c. in fidei. de hæret. vbi referendo dicta cuiusdam fratris Sancii de mulieriis magistri in theologia, dicit posibile esse ut papa sit schismaticus. Antecedens patet, quia papa habet libertatem talia faciendi & peiora. Consequens probatur, quia vt dicit Sanctus Tho. in secunda secundę. q. 39. ar. 1. in corpore art. schismatici dicuntur qui subesse renuunt summo pontifici & qui mēbris ecclesiæ ei subiectis communicare recusant ergo ab opposito etiam schismatici dicuntur qui subsunt antisummo pontifici vt bono capiti & eius membris tanquam catholicis communicant. In quo casu uerus papa esset diuisus a se inquantum est caput ecclesiæ, non autem esset diuisus a se inquantum est homo. Et per hoc respondeutr ad argument. quod ideo papa non pōt esse schismaticus, quia non pōt esse a se ipso diuisus. Et hoc etiam ponit expresse Petrus de Anc. in trac. de schismate in prima quæstione in tertia char. ponēdo exemplum in papa qui aliquid attētaret contra quatuor euangelia & contra decreta quatuor conciliorū. Et allegat in exemplum quæ dicuntur in capitulo quanto de consuet. per Innocen. & in capitulo sunt quidam. 25. quæst. prima. & capitulo sicut. 15. dist. & prima quæst. septima capitulo etsi illa. & quod notatur. de senten. excommu. nulli. Cum ut ipse dicit sint multa in quib. non habet potestatem, ut in Spec. in titu. de dispensa. in §. nunc breuiter per totum illum. §. quia ex talibus redditur suspectus de hæresi, vt in cap. Anastasius. 19. dist. & 5. q. 1. quidam, ibi Archid. in verbo errare. quia dicitur tunc errare cum aliquid statuit contra articulos fidei, vel contra statum vniuersalis ecclesiæ.

20 Vnde cum quæritur † vtrum ipse possit accusari de schismate, considerandum est quod si capimus schisma largo modo, non sonat in hæresim. & in illo dicendum est prout diximus de alio crimine notorio scandalizante ecclesiam de quo est incorrigibilis. vbi volui ꝙ si sit tale scandalum etiam circa fidem, potest accusari, licet non deponi. Si vero capimus schisma strictissime, tunc aut vult constituere aliam ecclesiam omnino se diuidendo ab ecclesia Romana. & isto modo fit schismaticus schismate quod sonat in hæresim, vt potest poni exemplum secundum quod supra proxime diximus, & sicut faciunt græci. quia tunc est hereticus, & venit contra illum articulum fidei, & vnam sanctam catholicam ecclesiam, vt dicit Abb in rub. de schisma. & Ant. de But. in cap. primo, eodem titu. & idem Abb. in capit. at si clerici, in principio, in 15. columna, de iudi. Et isto modo procedunt quæ dicuntur quod schisma non est sine hæresi, vt in dicto capitulo inter hæresim. Et isto modo dicit Hiero. nullum esse schisma quod non aliquam hæresim confingat, vt recte ab ecclesia uideatur recessisse. Et isto modo poterit accusari, quia hæreticus, dicto cap. si papa. Si vero nō constituit aliam ecclesiam imo credit totam ecclesiam esse apud se, vt contingere posset quando duo vel plures contendunt de papatu, nam tunc quilibet eorum credit vnitatem ecclesię & illam esse apud se, nec impugnant Romanam ecclesiam. & tales sunt schismatici & non heretici, ut dicit Abb. in dicta rubr. & Anto. in dicto capitulo primo. isto casu vtrum possit accusari de schismate, dico quod si est schisma inueteratum, istud transit in hæresim, quia tales videntur inducere nouum ritum prorsus diuersum a ritu antiquo populi Christiani, videlicet nutriendi infantes excrescentes ad duo capita velut monstrum, hoc est ad duos summos pontifices, & ad duo collegia cardinalium, cum non possit esse nisi vnus. 7. qō. 1. factus est Cornelius. & Ioan. 10. factum est vnum ouile & vnus pastor. ponit glo. in clemen. ad nostrum. de heret. Et cum res inueterascit, possunt credere christiani ꝙ papa non sit verus Dei vicarius & ꝙ non gerat vicem Iesu Christi in terris, & parit derisum & vilipenduntur censurę, nam vnus excommunicat & interdicit fauentes alteri & alius e contra. & propter huiuscemodi contrarietates sequuntur multi errores, maxime ex promotionibus episcoporum & aliorum prelatorum. Ita dicit Mathesil. in additione ad tract. schismatis, Anto. de Butr. in 7. argumento pro parte affirmatiua. Et idem in responsione ad obiecta. ubi dicit ꝙ quando schisma est inueteratum est hæresis, & venit contra articulum, & vnam sanctam catholicam ecclesiam. Nec vt ipse dicit tuetur eos quod non credunt posse esse duas ecclesias, uel duos pontifices & duo collegia cardinalium, sed credunt esse vnum licet sit hæsitatio de subiecto, id est an sit hoc uel illud. quia hoc est illudere legi diuinæ, ex quo tam longo tempore talem perplexitatem passi sunt, & diuisionem nutritam fouere dicuntur, ut fixis altius radicibus plus durare possit. Vnde propter prauā intentionem cum opere subsequuto sunt puniendi sicut hæretici, vtpote qui de facto non minus diuidunt ecclesiam, q̃ si docerent posse esse plures eccles. ar. c. nuper. & c. fi. de biga. 21 idem etiam † dicit Goffre. in tit. de schisma. in summa, scilicet quod schisma radicatum, est hæresis. idem etiam Raymundus de penna forti, quod schisma quod diu durauit incidit in hæresim. in titu. de schisma. idem etiam Hostiens. in summa, eodem ti. in §. unde dicatur. Et idem Astexanus in tertia parte, in tit. de pace, artic sexto. idem etiam Petrus de Ancha. in tract. de schismate, in prima & secunda quæst. ubi non solum ipsos dicit esse schismaticos, sed etiam omnes illis adhęrentes ratione tam inueterati schismatis. Et idem Petrus de Anc. in responsione facta in concilio ad oratores Regis in tertia char. allegat notata. 24. q. prima non afferamus, & ea. cau. quæst. tertia. inter hæresim. similiter tex. 24. quæst. prima, ubi sana. & capitulo in nomine domini. 23. dist. imo idem Pet. de Ancharan, in d. tract. dicit tales in hæresim, uel saltem in suspitionem hęresis incidisse. Et ad præmissa de inueterato schismate, per illum tex. in capitulo in nomine domini. 23. distinct. dicit tales Antichristos, inuasores, & destructores, christianitatis nuncupari. tex. est Hiero. in dicto capit. inter hęresim & ibi dicitur. 24. quæstione tertia. & Aug. in li. contra Cresconium grammaticum, quem inf. latius refero.

22 Nunc ergo si schisma est inueteratum, ex quo transit in hęresim, poterit accusari ut hæreticus. d. c. si papa. & ita legit factū tē pore

pore schismatis Gregorii. 12. & benedicti 13. & Ioannis. 23. q in concilio Constantien. fuerunt priuati tanquam nutritores antiquati schismatis, licet Gregorius præueniendo cesserit. Et ita quod posint etiam tanquam suspecti de hæresi accusari, ponit Petrus de Ancha. de eis in d. trac. schismatis in 2. q. vbi dicit ꝙ hanc conclusionem vidit approbatam sub sigillis collegiorum omnium magistrorum thologię & doctorū iuris canonici & ciuilis ciuitatis bononien. & vniuersitatis parisiensis. Et idem, ꝙ possit papa accusari de tali schismate, ponit Egi. in c. si papa in versi. sextum dubium 40. dist. Et hoc modo potest limitari quod dicit Abb. in d. c. at si clerici, videlicet nisi esset schisma inueteratum. Et similiter dico quod poterit accusari tanquam schismaticus si se papam contenderet credendo ecclesiam posse habere duos Romanos pontifices, quia esset hæreticus, & necessario crederet duas ecclesias, cōtra illud & vnam sanctam catholicam ecclesiam. Ita dicit. d. Anto. in d. capitu. 1. de schisma. & Abb. in d. capitulo at si clerici. vbi dicit sic intelligi glosa 7. quęst. 1. non autem. Sed si non esset schisma inueteratum, & requisitus faceret quicquid posset ad tollendum schisma, & esset paratus facere omnia quæ per sacrum incumenicum concilium ordinarentur pro sedando schismate, tunc non crederem eum posse accusari, maxime si non fuisset author exorti schismatis. Facit quod dicitur quod schismatici redeuntes semper sunt recipiendi, sed non hæreticus postquam est relapsus, vt dicit Aug. de Anco. in d. trac. de po. pa. q. 25. ar. 4. Sed si detrectaret sedare schisma uel in hoc esset remissus seu negligens, credo arguendo a minori ꝙ posset accusari per illam glos. in d. c. si papa, ut dictum est supra, propter scandalizationē vniuersalis ecclesiæ. Imo contra talem schismaticum potest imperator indicere bellum, vt ponit Abb. Sicu. in c. sicut el. 2. de iureiu. & idem Pe. de Ancha. in regula accessoriū in 82. colu. 23 in fin. de regu. iu. Sed contra illud † quod dictum est supra, ꝙ quando schisma est inueteratum, transit in hæresim & de eo potest accusari, facit etiam quod dicit Ab. in ru. de schisma. in fi. vbi quando quęstio est dubia de pontificatu & maxime ex facto intricato & diuturno, exemplificando in schismate Ioan. Gregorij, & Benedicti, dicit quod tunc tales non esent excommunicati & euitarent excommunicationem & peccatum, argu. l. regula & l. 2. ff. de iuris & facti igno. & capit. ad apostolicæ de cle. excom. minis. & cap. vt animarum de constit. in 6. & idem refert ibi Ioannes de Ana. Hoc idem per plures rationes ponit Archie. Flo. in 2. par. summæ in ti. 3. de superbia. capit. 11. §. sed quid cum duo. tum ex ignorantia facti. tum ex ignorantia iuris, quia dubitabatur apud peritissimos an in electione Vrbani. 6. fuisset talis metus qui caderet in cōstantem virum, & vtrum fuisset purgatus. Et ibi ponit de Iacob qui cognouit Liam nō vxorem pro Rachele vxore sua. Ponit quoque quando ignorantia facti uel iuris excusat. & dicit quod illi qui habuerunt notitiam & peritiam facti & iuris in illo schismate, fuerūt uere schismatici. & illi q nō ex cōsciētia quia sic credebant adhęrebant nunc vni nūc alteri solum ducti cupiditate rerum temporalium, non excusabantur a peccato. Et ibi multum ad longum refert totam seriē 24 illius schismatis. Adde ꝙ idem † in simili ponit Bal. in l. magnam in prin. C. de contra. & cōmit. stipu. & Bart. in l. si quis delegauerit. ff. de nouationibus. & in l. si cui de lega. 1. & Dy. in regula imputare de regu. iu. in 6. videlicet quod vbi est factum de longinquo & intricatum, quis excusatur. Vnde dicit Bal in l. cum status. C. de ordi. cogni. quod tēpore schismatis quis potest esse neutralis. Et idem Bal. in cap. cum contingat circa fi. de rescrip. dicit quod quando ratio est obscura, neutri est parendum, & nō cogitur quis pręstare pręcipitem obedientiam nec gratificari accipitri via. allegat capi. domino guerram, hic finitur lex. & inducit pro regibus qui sunt indifferentes tēpore schismatis. Et idem videtur velle Abb. in capitulo firmissime de hære. in dicente se papam & alium antipapam. Cuius dicta dicerem posse intelligi in duobus, nouiter in discordia assumptis, quorum uterque credit se papā uel intelligi in persona illius qui post inueteratum schisma nouiter assumitur in papā ex vna parte, qui nouus nō fouet schisma & propter factum intricatum credit illum fuisse uerum papam in cuius locum ipse successit, sed facit quantum est in se ad sedandum schisma, & non in illis qui diu steterūt in schismate. uel loquitur respectu ad hærentium & subditorum qui propter factum intricatum credunt papam suū esse uerum & indubitatum papam, ut dicit Abbas in d. capit. firmissime de hęre. Et ita intelligo quod dicit Egi. in cle. dudū in prin. de sepul. & Ioan. de Ana. in ru. de schisma. Qualiter 25 autem † etiam in istis admittatur excusatio, dicit Car. de turre Cre. cuius dicta mihi placent, in 1. par. 4. li. cap. 14. de po. pa. ubi ponit quinq; ueras propositiones quas optime probat. & respondet ad illos qui similiter uolunt tales adhęrentes & subditos excusari, uide cum omnino. Et etiam uide omnino Archie. Florent. in dicto versiculo sed quid cum duo. vbi similiter in fin. ad propositum elicit plures alias conclusiones cancellarii Parisiensis approbatas per doctores totius vniuersitatis. & ibi etiam de sententijs & censuris quæ fulminatę fuerant ab vtraque parte contra alteram, dicit quod non 26 erant curandæ tanquam a non suo iudice fulminatę. Et † ibi præterea recitat quatuor documenta eiusdem doctoris. Primum est quod inter homines eiusdem obedientiæ expedit adhęrere sententijs latis a suo superiore credito. Et hoc primum placet ei, quia alias sequerentur multa inconuenientia & confusio magna. Secundum documentum est de casibus reseruatis papæ, de dispensationibus & alijs in foro conscientiæ vel iudiciali, quod possunt homines secundū credulitatem suæ partis tenere & seipsos qetare, neutrales autē possunt recurrere ad ordinarios suos. sed hoc vltimū de neutralibus non placet archiepiscopo. Tertium documentum, quod similiter ei non placet, est quod ad quācumque ecclesiam quis venerit, illius morem seruabit si nō vult cuiquam esse grauis nec quenquam sibi, iuxta illud Ambro. de ieiunio 12. distinctione capitulo illa. Quod improbat ratione vnitatis iurisditionis, quæ debet esse in vno vel vero vel pręsumpto pon. a quo in alios deriuetur 24. quæst. 1. capit. loquitur. Quartum documentum est quod vbi homo nihil in se sentit carnale vel tenebrosum trahens eum ad tenendum istam partem vel illam, non debet sibi seruare scrupulos. Quæ omnia intelligit in dubio schismate & non in euidenti & eo qđ clare a non passionatis facile percipitur. allegat illud Pelagii. vigesimaquarta quęstione prima capitulo schisma. Et 27 ad pręmissa facit quod dicit Modernus Aret. Qui allegando glos. 24. q. prima in summa, & glos. 2. ea. cau. & quęst. capitu. didicimus, quæ voluerunt quod duobus contendentibus de papatu neuter sit schismaticus, dicit quod est contra text. in capitulo primo de schisma. vbi Guido, & Octauianus qui cōtendebant cum Alexandro de pontificatu fuerunt schismatici, & Alexander non. Ideo dicit quod illæ glo. debent intelligi qñ quilibet de pontificatu contendens ex probabili dubio mouetur ad se prætendendum papam, tunc enim quilibet excusatur a schismate. l. 1. §. cæterum, vbi bonus text. ff. de ven. inspi. l. de ętate. §. ex causa. ff. de interro. act. l. quid si fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædi. edic & videtur text. in l. penul. ff. de adul. Et etiam si ambo nullum ius haberent in papatu, probabiliter tamen arbitraretur alter eorū ꝙ esset papa, in nullo delicto taliter ius papatus prosequens deberet iudicari. Et ad d. c. 1. respondet ꝙ ibi Alexander erat verus papa & octauianus & Guido iniuste se opponebant, & ideo illi qui iniuste se opponebant sunt iudicati schismatici, quia nō erat in eis aliquod probabile dubium quod aliquis ipsorum posset esse papa, quia constabat quod Alexander erat verus papa. Et idem allegat de symmacho. de quo 17. di. §. hinc etiā Voluit tamen finaliter ꝙ tunc non excusentur quando moniti non curant, & timentes ne deponantur protrahunt. Vide cum late de hoc, & iunge quod infra dico utrum papa possit deponi propter schisma. Alioquin non esset verum qđ dicit Abb. quia schisma inueteratum transit in hæresim, vt omnes volunt, & tex. & ibi Doct. in d. c. inter hæresim. Quod & ponit sanctus Aug. contra Cresconium grammaticum dicens, inter schisma & hæresim magis eam distinctionem approbo qua dicitur schisma esse recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate dissensio, nec enim fieri potest, nisi diuersum aliquid sequantur qui faciūt, hæresis etiam est schisma inueteratum. Quinimmo Petrus de Ancharan. multum exacte discutiendo istum articulum in prima quæst. tractatus de schismate, cōcludit tunc fuisse verū schisma & ambos fuisse schismaticos proprie. Et ibi rñdet ad gl. in summa. 24. q. 1 & ad rōnem de excusatione varietatis opinionum, ꝙ nulla pōt esse excusatio vbi plura dantur capita, nec excusat si credatur quod verum est in fide allegat tex. in c. aduocauit 24. q. 1. & ait ꝙ nec glos. loquitur in schismate inueterato. Et per hoc patet quomodo debeat intelligi dictum Abbatis. Item alio modo intelligit glos. quando duo de recenti sunt creati & probabiliter dubitatur vter eorum sit papa. Vnde pa28 tet ꝙ debet Abb. intelligi vt infra. Immo idem Petrus de Ancharan. est de directo contra dictum Abb. etiam respectu adherentium, nam per particularia consilia peritissimorum virorum qui in illo schismate fuerunt multum contrarii, ut patet ex Bal. in l. 1. C. si quis aliquem testari. prohi. eos non excusat, ex quo duo inspiciebantur capita in ecclesia, contra illum articulum, & vnam sanctam catholicam & apostolicā ecclesiam, & quia istud iudicium erat concilii uniuersalis siue icumenici, & ita ēt in schismate inueterato qs nō excusa29 tur. Seipsum † limitat Abb. in c. quia diligentia. de ele. & dicit tpe dicti schismatis fuisse rñsum ad illam gl. in sum. 24. q. 1. ut dixi supra. Et ad ista adde quæ dñr supra in quæstione utrum cardinales qui discesserūt a Iulio ꝓprie dicant schismatici.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Romani si admitterēt papam schismaticum, an deberent priuari priuilegijs & immunitatibus.*
2 *Priuilegia ecclesiæ Rom. remiss.*
3 *Schismatici plures enumerantur, qui humano auxilio de sede fuerunt expulsi.*
4 *Crux contra schismaticos prędicanda.*
Et eis personaliter opponendum. nu. 6.
5 *Schismatum numerus & schismata plura.*
7 *Ecclesia sequitur veritatem ideo præualet in perpetuum, & licet fluctuet tamen perire non potest.*
8 *Papa an possit transferre sedem de Roma ad alium locum. & num. 15.*
Et Ludouicus Dux Bauariæ gerens se pro imperatore fecit legem, vt non liceret dictam sedem transferre.
Nihilominus aliquando fuit translata, per Clementem V. vltramontes. numero 10.
Et lex Bauari non valuit, quia fuit Tirannus. ibid.
9 *Petrus post 11. annum post passionem Domini, sedit Antiochię. annis. 7.*
11 *Papa licet dicatur Romanus pontifex tamen sonat in plenitudinem vniuersalis ecclesię.*
13 *Translatio facta per Clemente V. Auinion. non fuit proprie translatio sed papa dicitur tunc non fecisse residentiam Romę.*
16 *Petrus representat ecclesiam, non ecclesia petrum.*
Et ecclesia Romana fundata est in Petro non econtra. ibid.
17 *Ecclesia dicitur ex collectione catholicorum, non ex parietibus et muris.*
18 *Ecclesia est vbi caput eius est.*
Et ibi sunt limina Apostolorum vbi est papa. ibid.
19 *Romana ecclesia idest materialis an sit caput, & quando intelligendum, de materiali.*
Et quando de papa ibidem.
20 *Papa propter incursum hostium vel aliam probabilem causam, potest relicta Roma se transferre ad alium locum relicta Roma.*
Quod an sit verum ibid.
Nam papa debet se opponere Romam impugnantib. vsq; ad mortem, exemplo Leonis, qui congregauit populum contra saracenos inuadentes portum Romanum. num. 21. & 22. & nu. 25.
23 *Cap. nos qui & c. loca. 40. dist. intellectus.*
24 *Papa sine causa discedente de Roma, & trahente moram, & sedem alio, et eius absentia scandalum generante, an sit causa congregandi concilium si uocatus non redeat.*
25 *Vado Romam iterum Crucifigi, per ista verba iussus est Petrus, transferre sedem de Antiochia Romam.*

Articulus VI.

1 Consequenter quęro † hic quid si Romani admitterēt papam schismaticum, utrum Roma posset piuari omnibus priuilegijs & immunitatibus p Romanos pontifices concessis vel saltem ab eis suspēdi? Hanc quæstionem ponit Alber. in l. iubemus. C. de sacrosanc. eccles. & dicit eam occurrisse de facto tempore Ioannis 22. quia tunc populus Romanus recepit Ludouicum de Bauaria qui se gerebat pro Imperatore contra processus domini papæ, & idem populus ac clerus Rom. elegerunt in antipapam quendam fratrem Petrum de Corbario ordinis mino-
2 rum, a quo multi cardinales creati sunt. Vbi † etiam connumerat varia priuilegia ecclesiæ Romanæ.

De quo schismate multa scribit Ioannes Aluarus in suo tractatu de planctu ecclesię. & de Ioann. 22. qui ex his commotus voluit priuare vrbem Romam omnibus priuilegijs saltem ad tempus. Et habito consilio cum doctissimis viris, maxime cum Oldrado, fuit responsum ꝙ non licebat nec decebat nec expediebat. Et hęc probat per bonas rationes, & sunt de verbo ad verbum consilium Oldradi. 62. incipit & circa. Et ibi concludit expediens esse quod prędicetur crux contra tales tamquam schismaticos potius quam Ro-
3 ma priuetur priuilegiis suis. Et ibi dicit † ꝙ licet similis pestis fuerit multotiens in vrbe, nusquam reperitur quod per processus & ademptionem priuilegiorum cessauerit, sed semp similes schismatici in sedem intrusi fuerunt humano auxilio expulsi. Et adducit multa exempla. primum de Leone, & Adriano, quando Carolus cępit desiderium, vicit Longobardos, & ecclesiam restituit. 23. q. 8. hortatu. & 63. di. Adrianus. el 2. Item de Leonę ab verbe expulso & creato benedicto, qui ab Othone postea captus, missus est exul in saxoniā. 63. di. in synodo. Item de Ioann. 12. qui expulsus fuit per crescentium Patritium, quo fugato per Othonem tertium creatus fuit Gregorius. V. qui erat de genere Othonis. Et postea reuerso Crescentio, Gregorius expulsus est, & creatus Ioannes episcopus placentinus quem Nicolaum quintum nuncuparunt, qui per Othonem vna cum Crescentio captus membratim laceratus fuit. Omnia ista etiam refert Catal. in tract. facto pro Ioann. 23. contra Gregorium. 12. ponens etiā de Guidone, & Octauiano, qui iniuste cathedrā occuparunt fuit autem Octauianus vocatus victor, & vixit annis. 9. mensibus. 7. in cathedra. cui successit Guido, qui uocatus fuit paschalis. Quorum facta damnantur. de schisma. cap. 1. Similiter de Octauiano contra papam Alexandrum ponunt doc. de elec. quia diligentia. Similiter de Roberto, & Vualdemario schismaticis, vt in c. a nobis de sacra. non iterā. Item Federicus primus contra Innocentium. 3. schisma mouit, & similiter Otho quem Innoc. excommunicauerat. Idem fecit Federicus. 3. cōtra Greggorium. 9. qui per Innocentium. 4. fuit in concilio Lugdunen. depositus, vt in capitulo ad apostoli-
4 cæ de re iudi. in 6. Vltimate † ponit de ladislao rege & ecclesiæ feudatario, qui schismaticus aduersus Ioā. 23. insurgebat. Et contra eum multa adducit quæ accepit ex eodem Oldrado in d. consi. 62. & concludit quod contra eum erat crux p̄dicanda & indulgentiæ concedendæ. 23. quæst. 8. c. omni ti-
5 more. Et si quis † voluerit habere notitiam omnium schismatum in veteri & nouo testamento, videat Ioan. Gerson cancellarium parisien. qui in prima parte sui trac. omnia connumerat. Et uide Cardi. de Turre Cre. qui enumerat. 22. schismata quæ fuerunt in ecclesia in trac. schismatis. c. 9. Habeo etiam trac. doctissimi viri cuius nomen ignoro, in quo enu-
6 merātur. 23. schismata. Nec quia finis † belli dubius est, omitti debet quin etiam personaliter opponatur. 24. quęst. 1. memor. & 23. quæst. 8. omni timore. & ibi promittit̄ salus æterna mouentibus pro fide bellum. & in ca. omnium. 23. quæst.
7 5. Et quia ecclesia † ueritatem sequitur, semper vincit & præualet in perpetuum. 3. Esdræ. 3. & 4. & 8. dis. cap. consuetudo. Est enim fundata super solidam Petram. & ideo ruere non potest. 24. quæst. 1. cap. loquitur. Et licet nauicula Petri possit fluctuare, tamen non potest perire. 24. quęstio. prima. non turbatur. Nam vera religio casui subiacere non potest, vt in epistola inter claras. Et schismatici licet inter vitia ferueant, incrementa tamen habere non possunt. 7. quæst. 1. nouatianus, Idem etiam ponit quod ipse Oldradus Ioannes de Ana. & sequit̄ in ru. de schisma. Et huius exemplo allegat idem fuisse factum per Eugenium quartum anno Domini. 1445. qui hortatus est Delphinum vt faceret bellum contra Basilien.

8 Et ad † præmissa facit quod dicitur quod papa non potest mutare sedem suā de Roma ad alium locum, quia mandato Domini sedes de antiochia translata fuit Romam. 24. quæst. prima capitulo rogamus. & sic esset cōtra pręceptum domini. Et hoc tenet Archi. in d. cap. rogamus & in c. fundamenta de elec. in 6. & dicitur in cap. ego N. de iureiu. per Abb. facit tex. in cap. mutationes. 7. quæst. 1. & idem Ab. in c. per venerabilem qui filii
9 sint legit. Et idem † etiam tenuit Ockam in 1. par. li. 5. capit. 21. qui dicit quod 11. anni fluxerant a passione Domini quādo sedes fuit translata Romam. septem enim annis sedit Petrus antiochię, & 4. annis ante tenuit cathedram absque appropriatione alicuius ecclesię. & ideo ecclesia antiochena illis, 7. annis habuit principatum super alias ecclesias. Et Albe-
10 ricus † in l. glorisissimo in prin. C. de summa trini. ubi dicit ꝙ aliquando de facto fuit translata, vt patet in clemente quinto qui transtulit eam vltra montes & ibi permansit longo tēpore. propterea Ludouicus dux Bauarię, postea se gerens pro imperatore, fecit legem quod non liceret transferre sedem de Roma. Sed iste Bauarus fuit tyrannus non imperator, vt tactum est supra, ideo non potuit valere lex eius. & alioqui non valuisset quia posuisset falcem in messem alienam, vt dicit Petrus de Monte. in 1. quæst. suę monar. ad hoc. c. venerabilem de elec. Facit quod dicitur in ca. cum ad verum. 96. dist. & in c. ecclesia de consti. Et de istius tyrannide etiam po-
11 nit Aluarus de planctu eccle. in prin. operis. Qui etiā † dicit ibidem in 31. arti. quod licet papa non possit transferre sedē de Roma in aliam ciuitatem propter translationem factam mandato Domini de antiochia, vbi sederat Petrus annis septem, in vrbem Romam d. ca. rogamus. 24. q. 1. quia non est discipulus super magistrum. 24. quæst. 1. cū beatissimus. nec seruus maior domino suo Ioan. 13. & maiori potestati semp est obediendum. 11. q. 3. qui resistit, & cap. si is qui præest, ob hoc tamen papa non cogitur stare Romæ. & hoc probat pluribus rationibus. Nec a Romana ciuitate vel sede iurisditionem recipit sed a Deo. 22. dist. c. 1. 21. dist. c. in nouo, & capit. quamuis. Nec vocatur papa Romanus sed vniuersalis ecclesię, quæ est sponsa eius sicut Christi. Large tamen appellatur papa Romanus, vt in capit. ego. N. de iureiu. & in authen. de ecclesias. ti. in prin. §. 1. colla. 9. ibi sanctissimum senioris Romæ papam. & 97. di. Victor in prin. 22. di. c. vl. Et quandoq; dicitur Romanus pontifex. c. 1. de consti. in 6. Et quantumcun-
12 que † habeat specialem episcopatum Romę & specialem ac determinatam dioecesim sicut alius quisq; præsul, in qua ēt facit suum vicariū, qui est vicarius episcopi Romani & non papæ, vt in c. sua de offic. vica. vbi hoc, tn̄ est papa uniuersalis eccle-

ecclesiæ. quia licet dicatur Romanus pontifex, sonat tamen in plenitudinem potestatis vniuersalis ecclesię, ut in cap. ad honorem de autho. & usu pal. 2, q. 6. si quis putauerit, & c. qui scit. Et qđ dicatur Romanæ & uniuersalis ecclesię pontifex est tex. in c. in nomine Domini. 23. dist. in prin. Verum tn̄ sanctus Grego. scribens Alexandrino patriarchæ qui eum uniuersalis ecclesiæ papam appellauerat, ex humilitate rescripsit. peto nō faciat mihi hoc ultra dulcissima sanctitas uestra, quia uobis subtrahitur qđ alteri plusq̄ rō exigit præbetur. 99. dist. capi. ecce. Sic etiam ex humilitate loquitur in singulari, ut in cap. nihil de pręscrip. De hoc tamen utrum dicatur uniuersalis ecclesię uel Romanæ ecclesiæ papa & quomodo, uide quod dico infra in arti. an papa sit maior concilio. Et quo
13 † ad id quod dicit Alberi. de Clemente 5. ꝙ de facto transtulit sedem ultra montes, respondetur ꝙ non fuit proprie translatio, quia sedes Romana non fuit priuata sua prioritate & constituta siue facta prima sedes Auinionem. sed tantum dicitur non fecisse residentiam in ecclesia Romana. Vnde legitur in uita Gregorii. 11. quod cum argueret quēdam prælatū quare nō resideret in ecclesia sua, ille respōdit & tu pater sancte quare non resides in ecclesia, tua, loquens de Romana ecclesia, qua de re e Gallia ad urbem redijt, & curiam ad urbē reduxit. ex quo habetur ꝙ licet traheret morā in Gallia, non tamen ob id dicebatur sede Romanas translata Auinionē.
14 Ego tamen † non credo simpliciter uerum quod dicit Aluarus, quod licet non possit sedes Romana alio transferri, non tamen propterea cogitur papa stare Romę, quando pontifices uellent perpetuo stare absentes & trahere moram alibi q̄ in urbe. tum ad periculum schismatis uitandum, ut dictū est de Bauaro supra, cuius tempore propter papę diutinam absentiam causatum est schisma. tum quia uirtualiter & p indirectum esset transferre sedem, quod fieri non potest, ut dictum est. Item quia & quilibet episcopus & archiepiscopus tenetur residere in ecclesia sua, ut in cap. ex tuæ, & capit. qualiter de cleri. non resi. Et cardinalis ob non residentiam in ecclesia & parochia sua, quia quinquennio fuerat absens, a concilio deponitur, ut in c. ex gestis co. ti. A pari & papa in patriarchio suo. ad hoc est quod dicitur in d. epistola inter
15 claras in uersi. uictor. Et quod non † possit sedes transferri de Roma ponit Pe. de Monte in sua monar. in fine primæ quæstionis. qui dicit ꝙ si propter aliquā rebellionem populi Romani uel incursus hostiū aut aliquā probabilē causam papa vellet se personaliter cum curia sua ad alium locum transferre, hoc posset, & vbi ipse esset diceretur esse Romana ecclesia saltē potestatiue. Quod ultimū uoluit Aluarus, de plāctu eccle. in 30. ar. qui adducit ad hoc. 24. q. prima, cap. quod-
16 cunque. Et ecclesiam † Petrus reprecentat non ecclesia Petrum, ut ibi. Et papa succesor est Christi, non ecclesia, ut in capit. primo, de homi. in 6. Vnde vacante papatu non succedit ecclesia. clemen. ne Romani, de elect. Et ecclesia Romana fundata est in Petro, non econtra. 19. distinc. ita dominus. & cap. fundamenta. de electio. in sexto. Petrus autem a petra Christo super quam fundata est ecclesia dictus est, non Chri-
17 stus a Petro d. c. ita dominus. Ecclesia † enim non dicitur de parietibus uel muris sed est collectio catholicorum, de consecratio. dist. in prima. c. ecclesia. Et ecclesia est corpus Christi mysticum. 23. quæst. quinta. de liguribus, & quęst. 7 quemad-
18 modum. Vnde † talis ecclesia est ubi est caput eius scilicet papa. ad hoc quod dicitur in cap. ego N. post Innocen. de iureiuran. quod ibi sunt limina apostolorum ubi papa. Et ad prę-
missa facit gl. in cap. quamuis, 21. distinct. ubi dicit quod ubi
19 sunt boni ibi est ecclesia. Ad idem † Oldra. in d. consi. 62. & Albericus in dicta l. iubemus. vbi videntur sentire contrarium, quod proprie intelligatur de ecclesia in vrbe propter adiectionem Romana. nam licet vniuersalis ecclesia vnica sit & indiuisibilis, 24. qō. prima, loquitur, tamen volunt ubi sermo est de Romana, quod distinguatur inter illam & alias, & ꝙ sit sermo de ecclesia materiali quę est in urbe, quę est caput omnium aliarum. 12. distinct. pręceptis. 3. q. 6. dudum. 22. distinct. c. sacrosancta. d. c. Beati, & c. rogamus & c. quamuis, & sunt iura infinita quæ semper de Romana loquūtur allegāt in simili. c. cum clerici de verbor. significat. Sed hoc quod ipsi dicunt, quod Romana ecclesia materialis sit caput, potest cōcedi cum agitur de materiali eccęlesia, per dicta iura, prout poterat intelligi in casu illo vbi erat quæstio an possint ab vrbe auferri omnia priuilegia. Vbi autem non conuenit materiæ subiectæ quod Romana ecclesia accipiatur pro materiali, tunc secus, vt patet in exemplo, ad Romanam ecclesiā omnes oppressi confugiunt & appellant, vt in cap. ad Romanam. 2. q. 6. Et cum dicitur quod ecclesia Romana nūquam errauit sed semper immaculata permansit domino concedente & beato Petro Apostolo, & c. vt in c. hæc est fides. 24. q. 1. & c. cum beatissimus, & quod ecclesia Romana a nullo potest vocari in iudicium, vt in c. qua traditione. 22. dis. & in capit. nemo. 16. quæstione 3. cum similib. non potest intelligi de ecclesia materiali nec de muris & parietibus ecclesię, sed de papa in quo repræsentatur vniuersalis ecclesia, ut di-
20 ctum est. Sed quo † ad id quod dicit Petr. de Monte quod papa propter incursum hostium & aliam probabilem causam potest relicta Roma se transferre ad alium locum cum sua curia, reprobat Felin. in postilla quadam in d. loco ad Petrū
21 de monte. Qui dicit quod hoc ipse non admittit, cum papa non debeat deserere ecclesiam suam propter timorem mortis secundum admonitionem tactam in c. per venerabilem qui filii sint legit. ibi vado Romam iterum crucifigi, & ideo dicit quod papa propter periculum mortis non potest deserere ecclesiam suam, & ideo nō potest sedem transferre, quod & tenet cardinal. de Turrecrem. in d. c. rogamus. 24. q. 1. Qui-
22 nimmo † debet curare omni conatu ecclesiam suam pacatam reddere & vrbem Romam principum auxilio a rebellione comprimere. Facit quod dicitur in clementina prima. de foro compet.

Istam eandem rationem inter alias per d. capit. per venerabilem adducit Oldra. in d. consil. 62. & Albericus. in d. l. iubemus ad probandum quod papa non potest priuare ecclesiam Romanam nec Romam priuilegijs suis nec illam deserere nec sedem transferre, ad quod faciunt omnia illa iura per d. Oldrad. & Albericum adducta. Debet enim pro ecclesia contra schismaticos se opponere etiam vsque ad mortem, vt in cap. omnis. 23. q. 8. & eadem causa. n. 5. omnium, & bonus text. 7. q. 1. capit. aduersitas in §. cum vero. Vnde Leo Papa cum audisset saracenos in portum Romanum furtiue venturos, præcepit cōgregari populum & egressus personaliter Romam, descendere ad littus maris decreuit. 23. q. 8. capit. igitur. Potest dici quod illud quod dicit Pet. de Monte intelligitur quando papa non potest resistere, nec assequi suum iustum intentum, nec ex eius discessu generatur scandalum, hoc est quod possit tunc ad tempus ab urbe discedere cum curia non animo deserēdi Romam. ad hoc tex. in c. temporis qualitas. 7. q. 1. & d. cap. aduersitas eadem causa & q. & aliter non posset sine peccato
23 morari extra Romam. Nec † obstat tex. in c. nos. qui, & ca. nō loca. 40. dist. quia sonant quod non locus hominem sed homo locum sanctificat, ut in cap. multi ead. dist. Similiter nō obstat tex. in c. nouit. 12. dist. nec tex. in c. legimus. 93. distinc. quia in alijs terminis loquuntur, nec probant quod papa nō teneatur stare Romę. Et licet probent loca non commendare hominem, & posse episcopum in alijs locis sanctum esse, non tamen sonant episcopum extra proprium episcopatum residere posse, cum in eo residere teneatur, vt 7. q. 1. peruenit. & in c. qualiter & in c. ex tuæ de cle. non resid. Immo si sine
24 † causa extra propriam sedem Romanam traheret moram, & eius absentia scandalum pareret, & uocatus ad suam ecclesiam redire nollet, esset fortassis sufficiens causa congregandi concilium ad prouidendum indemnitati ecclesiæ, & ad obuiandum scandalo, quia sine causa, ex sola sua libidine stando extra vrbem, peccat mortaliter, vt Bal. cōsulendo dixit Gregorio. 11. vt legitur apud volateranum in vita Gregorii. Quod autem dicitur per cap. per uenerabilem, intelligitur cum agitur de salute vniuersalis ecclesiæ, quia forte fides impugnatur. tunc enim vt dicit ille text. in dicto capitulo aduersitas. in §. cum vero 7. quæstio. prima. necesse est vt ex aduerso accedat, & in die belli seipsum murum opponat pro domo Dei.

Adde etiam quod dicit Archiepiscop. Flor. 3. parte summę titu. 23. cap. 5. §. septima & ultima potestas, in 3. colum. quod ex quo iubente domino tranflata est sedes apostolica Romam, ut dicit text. in cap. rogamus 24. quæst. prima. non potest a papa transferri. Dictus autem Domini iussus fuit quando dictum
25 est Petro uado Romam iterum crucifigi, ut probat tex. in capit. per venerabilem qui filii sint legi. ubi videtur plus probari quod Petrus fugiens volebat sedem mutare, christus autē voluit ipsum martirij corona ecclesiam Romanam consecrare, & ibi sedem apostolicam finaliter permanere. Et sic probat quod potius papa debet mortem sustinere quam sedem pro quocunque periculo etiam mortis deserere. Facit tex. in c. fundamenta de elect. Vnde electio sedis in urbe fuit a Deo & non a Petro, ut in capit. sacrosancta. 22. distinctio. & ideo vt tactum est non potest ab aliquo mutari vel transferri ex quacumque causa. Sicut nec summo sacerdoti licuit tēplum facere alibi, qua propter peccauit Eliachim in ægypto templum faciens simile Ierosolymitano, vt refert Iosephus. Vnde dicit Archi. ubi supra quod sine assensu generalis concilii super hoc specialiter conuocati & Dei reuelatione super hoc inuocata non esset translatio hæc facienda, quia nō nisi contraria Dei iussione mutandum est quod semel iussit, cū nec propter transgressionem nec propter captiuitatem po-

populi Dei per. 70. annos licuerit locum templi quem domi nus elegerat immutare. Nec est simile de mutatione sedis ex antiochia, quia Petrus elegerat antiochiam motu proprio. Nec etiam est simile de mutatione sedis imperialis, qa eius potestas est a populo. insti. de iure na. gen. & ci. §. sed quod principi. Et quod non possit transferri, concludunt doc. in dicto capitulo fundamenta. vide Ioann. Andr. in data sexti in mercurialibus.

SUMMARIUM.

1 *Romana ecclesia an semper habuerit principatum, & ibi plures rationes pro vtraque parte l*

Articulus VII.

1 Sed hic† quæro vtrum ecclesia Romana semper habuerit principatum? Et videtur quod nō. quia post ascensionem domini fuit subiecta alteri ecclesiæ, nec habuit primo principatum a concilis nec a collegio apostolorum, sed tantum a Beato Petro per translationem de antiochia, vt in ca. rogamus. 24. q. 1. Item ecclesia Ierosolymitana videtur habuisse primatum, quia post passionē Domini Petrus mansit Ierosolymis quatuor annis. & sic illo tempore Iurusalem habuit primatum. postea fuit Petrus Antiochiæ annis septem. vnde tunc vt videtur ecclesiæ antiochenæ subiecta erat eccle. Romana. Sed dic quod ecclesia Romana habet principatum a Deo & nō ab apostolis, vt est tex. in cap. sacrosancta. 22. dist. Et ad id quod dicitur de Ierosolymitana, dic quod ibi nullam sedem Petrus elegit, sed primo antiochiæ, postea autem iubente domino transtulit primatum Romam, tāquam is qui primatum tenebat inter apostolos, vt in d. c. sacrosancta, & in cap. mutationes. 7. q. 1. Ita dicit OKam in li. 5. primæ par. capit. 21. ibi vide eum, qui plura adducit. Et pro hoc est tex. in c. quamuis. 21. dist. & 22. dist. c. omnes. & in cap. ad Romanam, & in cap. decreto iuncto. c. sequen. 2. q. 6. c. dudum. 3. quæst. 6. c. nemo 9. q. 3. & cap. cuncta per mundum. c. rogamus 24. q. 1. cum multis simil. Et vide Archie. Flo. in 3. par. sum. tit. 23. cap. 5. §. septima & vltima potestas &c. & infra in arti. an papa sit maior concilio. Et ad hoc etiam est extrauagans Bonifacij 8. incipit sacrosancta Romana ecclesia quæ disponente domino super alias ordinarie obtinet principatum.

SUMMARIUM.

1 *Papa an possit accusari de Apostasia.*
2 *Apostasia triplex.*
Et describitur apostata. ibid.
3 *Apostasia perfidiæ, qua receditur a fide, papa potest accusari.*
Et talis punitur vt hæreticus.
Et potest accusari, & damnari post mortem, dummodo fiat intra quinquennium. ibid.
Quod an sit verum. nu. 4.
5 *Capit. si quis pecunia. 79. distinct. intellectus duplex. & numero 7. & numero 10. & 14.*
6 *Apostaticus non solum dicitur ille qui deuiat a fide, sed etiam qui se intrudit in papatum per violentiam, & illum occupat.*
8 *Cap. in nomine domini 23. dist. intellec.*
9 *Electio facta per alios quam per Cardinales est nulla, ex defectu potestatis.*
10 *In dubio verba debent detineri in sensu proprio.*
11 *Extractum non debet extendi plusquam principale a quo extractum est.*
12 *Cap. si quis pecunia 79. dist. ibi humana gratia, exponitur.*
13 *Simonia commissa in electione papali dicitur hæresis.*

Articulus VIII.

1 Quæro† hic vlterius vtrū poterit papa accusari de apostasia. Et primo videtur dicendum quod nō, quia nullibi reperitur iure cautum quod papa possit de hoc hoc accusari. Quinimo tex. in c. si quis pecunia 79. dist. qui vult eiici omni conatu apostaticum, intelligit de intruso sine canonica & concordi electione. ex quo videtur quod papa qñ est in quasi possessione pacifica papatus, non possit
2 accusari de apostasia. Sed tu† concludendo dic secundum Inno. & glo. in c. 1. de apostatis, quod triplex est apostasia. vna est irregularitatis scilicet cum quis a statu sumptæ religionis recedit. de qua in cap. fi. de apostatis. & notatur de tēpo. ordi. c. ex parte. Et ista fit multis modis, vt dimitttendo tonsuram vel coronam, accipiendo vxorem, abiiciendo vestē religionis uel clericalem, redeundo ad seculum. 20. q. 3. ca. 1. 2. & 3. 27. q. 1. omnes. & in capitu. 1. de apostatis. Vnde dicitur prouer. 6. homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquit, prauo corde machinatur malum, & omni tēpore iurgia seminat. Secunda apostasia est inobedientiæ, scilicet quando quis transgreditur p̄ceptum prælati uel sacris canonibus non obedit. 3. q. 4. alieni. de maio. & obe. si quis. Et intellige quod non obedit non quia non credit esse obediendum, alioquin esset hæreticus & schismaticus. 19. di. nulli. & ponit Abb. in c. ego. N. de iureiu. & diximus supra in arti. vtrum cardinales potuerint subtrahere obedientiam papæ. Istis duobus modis dic quod papa non potest accusari, quia non habet superiorem coram
3 quo possit accusari, vt in c. licet de elec. Tertia† est apostasia perfidiæ, quādo quis recedit a fide, ut. 2. q. 7. non potest. Et isto ultimo casu potest accusari tanquam infidelis. 19. dist. Anastasius, & d. c. si papa. & de ista apostasia loquit totus titulus. C. de apostatis, secundum Bar. ibi. Facit quod dicit Hostien. & refert Ioan. de Ana. in c. 1. de aposta. quod isti puniuntur ut hæretici, quia sunt uere hæretici, eo quod recesserunt a fide. & habent locum iura de hæreticis loquentia. Et ad hoc est bonus tex. in l. fi. C. de apostatis. Item sicut hæreticus, pōt etiam apostata a fide, accusari post mortem & eius memoria damnari, dummodo fiat intra quinquenniū, ut in l. 2. C. eo. Vbi dicit Bar. quod iura sonantia quod hæreticus potest dānari post mortem, debēt intelligi modo intra quinquenniū de hæresi cognoscatur. quod dicit menti tenendum propter inquisitores qui publicant bona, ait tamen quod nescit quid
4 obseruent. Tu† uide dicta in c. 2. de præscrip. in 6. secundum Ioannem de Anania. ubi uidetur quod etiam post quinquennium. quod tene menti, quia Salic. idem uult quod Bar. in d. l. prima. C. de apostatis. Facit quod dicitur supra ex quibus causis potest congregari concilium. ubi dicitur quod quando opponitur exceptio iuris diuini uel naturalis per q̄ causatur inhabilitas & impeditur ius possidendi, illa potest obijci, puta quo ad exceptionem iuris diuini quod est hæreticus, iudæus, paganus quo ad exceptionem uero iuris naturalis, quod est infans, furiosus, mulier, & similes. Ex quo patet quod si potest talis exceptio opponi electo nondum recepto & præsidente concilio electo & recepto, vt uolui in quæstione utrum ratione simoniæ per papam commissę, qa uendit ordines & beneficia, habeatur sufficiens causa ad congregandum concilium. & in quæstione quis congregat concilium, uidetur quod etiam de talibus poterit accusari, quia tales exceptiones inficiunt electionem & dicunt illum non esse papam, & tunc tractatur causa papatus, ut in cap. si duo. 79. dist. & iudex est concilium, ut ibi. Vnde uidetur dicēdum quod sicut accusatur de hęresi, ita etiam accusari potest, quod est iudęus & seruat ritus iudęorum, vel quod est paganus, & consequenter de apostasia & perfidia, & similiter quod est furiosus uel mulier, quia ista vulnerant titulum papatus. Nec
5 †obstat. c. si quis pecunia, quod uidetur velle quod non debeat accusari, sed eijci omni conatu. Quia ad illum tex. respōde quod loquitur in illo qui propria temeritate se intrusit in pontificatum sine aliqua cardinalium electione. talis enim debet eijci non accusari ex quo notorie est intrusus. Facit c. in nomine Domini. 23. distinct. & expresse dicit tex. in §. patet. 3. q. prima, qui text. manifestat quod cap. si quis pecunia, loquitur eo tantum casu quo sedes apostolica per uiolentiā occupatur. Vnde non potest ille text. induci ad probandum quod electio papę per simoniā facta sit nulla, quia requirit ēt uiolentam occupationem. quod nota ad opinionem Egid. quam supra retuli in illo articulo an papa illaqueetur crimi
6 ne simoniæ uendendo beneficia. Et ex isto† tex. cap. si quis pecunia colligitur unnm quod non solum apostaticus dicitur ille qui deuiat a fide & alijs modis supra expressis, sed etiā dicitur apostaticus ille qui se intrudit in papatum & per uiolentiam illum occupat, quia ut dicit tex. in § patet, non inuenitur iudex qui illum apostaticum possit excludere. Ex tali enim intrusione arguitur quod male sentiat de fide. & ideo iura appellant eum apostaticum. Et ita uidetur uelle Ioann. de Anania. in ru. de. aposta. dum allegat tex. illum in capitulo, si quis pecunia.

7 Et de† intellectu illius text. dicit ibi Egi. quod aliq intelligunt illum loqui de electione facta per alios quam per cardinales, & quod in electione facta a cardinalibus non vendicat sibi locum sicut nec ca. in nomine Domini, secundum eos a quo extrahitur, licet in eo plura omittantur de illo tex. ca. in nomine Domini & plura addantur, & quod loquitur de electione facta sine concordi & canonica electione cardinalium. Et istum intellectum firmant ex notatis per Hugo. in glos. 1. ibi circa prin. ibi & loquitur hic de eo qui per simoniam electus est ab illis qui nō habent potestatem eligendi, non a cardinalibus. Sed Egi. dicit nunquam sibi placuisse istum intellectum, quia sequeretur quod illa verba, pecunia, vel gratia humana, vel populari tumultu, superfluerēt, uel saltem deberet addi dictio maxime.
8 Item quia. †c. in nomine Domini, a quo reuera aliquibus additis est extractum. cap. si quis pecunia, loquitur etiam de electione a cardinalib. celebrata. Item quia illa verba pecunia, gratia humana, populari seu militari tumultu, ibi ponuntur valde studiose, & in d. capit. in nomine Domini fit ualde studiose mentio de simoniaca hæresi & de venalitate, ibi circa prin.

prin. & in versi. nouit, & in versi. nimirum pręcauentes, & in §. quod si prauorum, ibi pura atque sincera & gratuita. item ibi in §. quod si quis, valde studiose ponuntur illa uerba per seditionem pręsumptionem aut quodlibet ingenium. Vnde
9 non† est uerisimile quod uerba ibi posita careant effectu. de priui. si papa, & l. si quando de lega. 1. Et quia si per alios quā per cardinales fuisset facta electio, fuisset nulla ex defectu potestatis. cap. licet de elec. Nec conuenit per suppletionem di-
10 ctionis maxime saluare tex. sed† magis in dubio debent verba retineri in sensu proprio. l. 1. §. is qui nauem de exerci. Itē propter illa verba in tex. posita sine cōcordi & canonica electione, quę verba cum sint copulata coniuncta & qualificata, non debent diuisim uel simpliciter absque aliqua qualitate recipi seu ponderari. facit glo. in versi. pacta in cle. dudū de sepul. Nō enim dicit tex. simpliciter absque electione cardinaliū, sed loquitur coniunctim de electione cardinalium qualificata per illa duo verba concordi & canonica. & ideo consequenter talis inthronizatus est apostaticus quia absq; canonica & cōcordi electione cardinalium inthronizatus. Item quia. d. c. si quis pecunia est extractum ex illo capitu. in nomine Domini. & quia non apparet per quem alium sit extractum, creditur quod p Gratianum. & quia illa uerba absquę concordi. & canonica electione cardinalium non fuerunt posita in d. cap. in nomine Domini, credi debet quod p gratianum fuerint addita, vt. capitulū istud sic extractum, & in hac distinctione collocatum faceret ad materiam ipsius
11 distinctionis. Vnde cum extractum plusquam principale a quo extractum est extendi non debeat seu restringi, quia debet illud continere saltem in effectu, vt patet ex ijs quę ponuntur in c. ul. de fide instru. debet intelligi eo modo quo intelligitur illud. c. a quo extrahitur. Et ideo dicta verba absq; concordi & canonica electione cardinalium, non debēt sic interpretari vt casus & intellectus d. cap. in nomine Domini immutetur, sed secundum illud interpretari, & sic de electione facta a cardinalibus. Et per hoc dicit esse responsum ad illud quod posset opponi quod si intelligeretur de electione facta per cardinales non faceret ad materiam distinctionis. quia imo reuera satis facit, quia loquitur de utraque, uidelicet de facta a cardinalibus & de facta per non cardinales. Et
12 ex hoc† infert quod illud uerbum in tex. positum, scilicet gratia humana, intelligitur de gratia ad extra deducta per pactū uel cōuentionem dando uel recipiendo uel promissione alicuius pecuniæ uel rei temporalis, uel fauoris uel seruitii tēporalis. Vnde dicit intelligi de illa humana gratia quæ alias electionem uitiaret, iuxta notata in cap. fi. de simo. & capit. penul. de elec. & maxime quia quo ad hoc non reperitur aliquid specialiter statutum in electione papæ. & quia illa uerba humana gratia non sunt in capitu. in nomine Domini, sed sunt addita per gratianum in d. c. si quis pecunia. Et ex p̄missis infert illud quod sæpius dixit, quod electio papæ facta per simoniam est nulla. Et per hoc idem Egi. in cap. in nomine Domini. 23. dist. in uersi. secundo quæritur in prædicto. §. quod si quis, quęrit utrum uerbum electus in illo ver. positū intelligatur de electione facta a cardinalibus. refertque aliquos dixisse quod non, quia electo a cardinalib. si habet duas partes nulla potest opponi exceptio per. c. licet. Sed ipse dicit quod debet intelligi generaliter, videlicet siue per cardinales siue per alios fuerit celebrata electio. sed si per cardinales sit celebrata, tunc si per seditionem, impressionem, aut per siomoniam contra decretum illius text. erit nulla. & quod tenentes contra decipiuntur quia adhuc non emanauerat. c. licet de elec. Sed si per alios quam per cardinales fuisset celebrata, tunc omni casu esset nulla, etiā si impressio, & simo-
13 nia cessassent. Et ex istis† videtur quod etiam ille qui est electus a duabus partibus cardinalium per simoniam dicatur apostaticus, & quod iuxta omnia iura alias supra relata quæ appellant simoniam hæresim, stricte & proprie diceretur hęresis illa simonia quæ esset commissa in electione papali, ex quo, vt supra dictum est, apostatæ a fide, puniuntur vt hæretici, quia vere sunt hæretici. Nisi tunc diceremus quod illud verbum apostaticus ibi in text. positum fuerit ad exaggerationem & detestationem criminis, non quod proprie dicatur apostata, quia uere non errat in fide. Item facit text. ibi dum dicit non apostolicus sed apostaticus habeatur. non dicit quod vere sit apostaticus. Et similibus uerbis utitur tex. in cap. primo eadem dist. 79. Sed Gratianus in §. hoc autem, vo
14 cat apostaticum per apostasiam electum. Et sic† uidetur quod ille tex. cap. si quis pecunia non loquatur de apostatico proprie, sed quod ita in detestationem vocet. sed in §. patet 3. q. 1. simpliciter appellat apostaticus. Sed quicquid sit quia opinio Egidij non tenetur, sed glo. ibi, si sequamur alium intellectum erit apostaticus ille qui erit ordinatus a non cardinalibus, qui uere videtur suspectus de hæresi, maxime hodie p tex. in cap. licet de elec. Et de isto intellectu Egidij vide quod late dico in art. vtrum cadat simonia in papam, & utrum valeat electio facta per simoniam. Et uide omnino illum text. in §. patet. 3. quæst. prima. ubi simpliciter appellat apostaticū illum qui violenter occupat papatum. & ille. §. in uersi. illi ergo, multum probat opinionem Egidij, quia loquitur alternatiue. Sed coniungendo cum fine, videtur quod non sucfficiat sola simonia, nisi interuenerit uiolenta occupatio. Et de intellectu illius tex. etiam dicitur infra in quæstione an papa sit maior cōcilio. & supra in quæstione vacante sede ad quē spectet electio papæ, ad conciliumne an ad cardinales quando est priuatus. & in quęstione an cum papa passim committit simoniam sit congregandum concilium. & alia quæstione de papa quando esset factus furiosus uel inutilis. & alia q̄stione de defectibus papæ in electione ex quibus potest congregari concilium.

SUMMARIUM.

1 *Papa an possit accusari de defectibus insurgentibus ex iure positiuo.*
Et postquam est in quasi possessione papatus quod non possit accusari. numero 2.

Articulus IX.

1 Sed hic consequenter† quæro vtrum papa possit accusari quod sit laicus vel quod habeat vxorem & sic de similibus defectibus insurgentibus ex iure positiuo. Et dic quod non, quia & Petrus erat coniugatus quando fuit constitutus pontifex, vt dicit Abb. in capi. licet de elec. nisi ratione scandali in ecclesia generari, & quando nollet ordi
2 nari, quia† postquam est in quasi possessione pontificatus, nō pōtest ei opponi aliqua exceptio nec de aliquo accusari per quod deducatur impedimentum consurgens ex iure positiuo, quoniā ex quo ipse est papa formiter electus & in possessione papatus, est supra ius & non ligatur iure positiuo. c. proposuit cum materia de conces. præben. nisi ut dixi esset scandalum exortum & adesse incorrigibilitas. Et ideo in similib. casibus erit dicendum sicut dictum est de alijs criminibus in genere, quando est incorrigibilis & scandalizatur vniuersalis ecclesia. Et de istis exceptionibus quod sit laicus vel vxoratus dictum est supra. de quo plene per doc. in dicto capitulo licet & in capit. vbi periculum in §. cæterum de electio. in 6. & in cle. ne Romani eo. titu. & post glosam in capit. si quis pecunia. 79. dist.

Cardin. Iacobatij, de concilio, Liber Nonus.

SUMMARIUM.

1 *Papa ex quibus causis possit deponi.*
2 *Papa notorius hæreticus de hæresi damnata, & qui monitus non curat desistere, non indiget depositione sed tantum declaratione.*
Et talis non damnatur per concilium, sed ipso facto fuit damnatus per os Apostoli, & est præcisus ab ecclesia. num. 3.
Et si monitus non desistat, sed maneat incorrigibilis an sit degradandus & curiæ seculari tradendus. nu. 4.
5 *Cap. eiectionem 79. dist. intellect. & nu. 18.*
6 *Papa hæriticus & incorribilis, an volens redire ad gremium ecclesiæ sit audiendus & an recuperabit statum suum.*
Sed si non sit incorrigibilis admittetur ad peragendam pœnitentiam, non tamen recuperabit statum suum. nu. 7.
Declara vt num. 12. 13. 15. 16.
8 *Deprehensus in hæresi, quis dicatur.*
9 *Sententia facit notorium.*
10 *Confessus & conuictus in iudicio de hæresi si paratus est corrigi, an debeat vt hæreticus damnari.*
Et quomodo debeat intelligi. nu. 12.
11 *Cap. Dixit Apostolus 24. q. 4. intellectus.*
14 *Obliuio sæpe fallit.*
17 *Ocultum & secretum dicitur quod quinque sciunt.*
18 *Concilium posse condemnare papam.*
Et Quomodo intelligendum.
19 *Cardinales an possint papam hæreticum deponere.*
20 *Marcellini sententia in seipsum, & illius exequutio.*
21 *Papa potest esse iudex in causa propria etiam contra seipsum pronunciando. &c.*
Sed an tali casu dicatur iudex vel arbitrator. ibid.
22 *Iudex potest quis esse in causa propria vbi non requiritur ordo iuris.*
23 *Lex 1. C. ne quis in sua iudic. non habet locum in papa.*
24 *Teipsum iudica, quæ sunt verba concilij ad Cęlestinum, quomodo intelligenda.*

Et quare ei sic fue dictum. nu. 26. & num. 29.
25 Cap. Nunc autem. 21. distin. intellec.
Videlicet quo casu concilium possit ferre sententiam contra papam.
27 Marcellinus papa, si erat notorius idolatra, & fuit restitutus, qua ratione retinuit statuum, idest pontificatum.
28 Dependentia ab animo alicuius, eius medio iuramento probantur.
30 Papam posse iudicari a concilio in causa hæresis per capit. si papa 40. distinctio.
Et quod Marcellino fuit dictum tuo te ore iudica, reducuntur ad concordiam.
Et soluuntur contraria. nu. 31.
32 Papa existens papa nullo casu reperitur posse damnari. & nu. 35.
33 Marcellini non fuit depositio, sed potius renunciatio, quia nemo deponit seipsum.
34 Prælatus hereticus quamdiu non est deductum in notorium quod sit hæreticus, facit actum validum.
Et quidquid acquirit, ecclesiæ acquirit. ibid.
36 Concilium potest declarare papam notorium hereticum, & de heresi conuictum, ex qua sententia sequitur eius priuatio a papatu.
Et talis sententia concilij dicitur magis declaratiua potestatis abdicatę, quam inductiua depositionis. num. 39.
Et an talis sententia possit ferri & quomodo. nu. 40.
37 Cap. si papa 40. dist. declar.
39 Simmachus ideo fuit immunis ab impetitionib. quib. oppugnabatur, quia de facto turrificauerat idolis.
Et sententia simmachi, non fuit iudicialis sed habuit vim extraiudicialis ordinationis. num. 44.
41 Par in parem non habet imperium reg. declar.
Et ibi opinio. illorum qui uolunt quod concilium iudicet papam in causa hæresis.
Quod quomodo procedat. ibid.
Et quomodo intelligatur opin. illorum qui volunt papam non posse iudicari in concilio. nu. 42.
Et quomodo intelligatur quod ratione pęnarum inflictarum concilium iudicat papam. num. 45.
43 Cap. Nunc autem 22. q. 1. intellectus.
46 Papa lapsus in heresim nondum damnatam & est in papatu, an possit iudicari per concilium.
47 Papam posse iudicari de hæresi.
Quomodo intelligendum.
48 Hæresis quando dicatur notoria.
49 Cap. sane profertur. versiculo item Romanorum 24. quæstione secunda. intellectus.
50 Tempus quod datur hæreticis ad penitendum.
51 Hæresis, & schisma strictissime sumptum æquiparantur. & nu. 58.
Et papa deponitur tam pro vno quam pro alio. num. 63. 64.
52 Duobus contendentibus de papatu, credentibus papatum ad se pertinere, non dicitur schisma strictissime sumptum.
53 Schisma strictissime sumptum quando dicatur.
54 Hereticus vnde dicatur.
Et schismaticus vnde. ibid.
55 Forma scribendi schismaticis per papam.
56 Cap. denique 7. q. 1. exempla contra schismaticos.
57 Baptizatus a schismatico non est baptizatus.
Quomodo intelligatur.
58 Intrusus in papatum nullo errore ductus dicitur schismaticus, & Apostaticus, & Anathematizatus.
Et an contendentes cum tali de papatu, etiam quod non esset verus papa diceretur schismaticus. nu. 60.
Sed intrusus in papatum iusto errore, an dicatur schismaticus. & numero 61.
62 Papa propter schisma largo modo, an iudicetur per concilium.
65 Schisma duobus modis sumptum non dicitur heresis, tertio modo sic.
66 Papa omnino inutilis ad pontificatum regendum an sit deponendus.

Articulus PRIMVS.

1
Vnc successiue quæro ex quibus causis possit papa deponi. Et primo de hæresi proprie loquendo. Quæ autem sit huiusmodi hæresis, vide glo. & doc. in c. firmissime de hære. & glo. & doct. in §. quia vero. 24. quæstio. 3. Sic enim depositus legitur Alchimus summus sacerdos quia coinquinatus fuerat sacrificiis Gētilium. 2. macca. 14. c. 2 Super quo† dic quod aut papa est notorius hæreticus de damnata hæresi, que quando sit diximus supra, & monitus nō curat desistere, & tūc nō indiget depositione, sed tm̄ declarōne ipsū esse a iure priuatū, ut dicit Mod. Aret. q ita intelligit. c. Achatius nō 24. q. 1. ubi Achatius diffitebatur errorem suum, uel erat ita notorius, quod non erat aliqua defensio. c. olim de re iudic. Vnde tunc declarabitur incurrisse pœnas a iure inflictas cap. cum secundum de hæret. in 6. 3 Et idem† ponit Egid. in capitulo electionem 79. dist. qui dicit quod talis sic notorius & monitus & incorrigibilis non damnatur per concilium, sed ipso facto fuit damnatus diuinitus per os apostoli, & est precisus ab ecclesia, vt in d. c. Achatius, & desijt esse caput ipsius ecclesiæ. Vnde dicit ꝙ tunc concilium gnāle hēt super his inquirere veritatē, & si repperierit eū hæreticū notoriū inemēdatū, hēt curare quod tota ecclesia recedat ab eo tamquam ab ecclesia reprobato & eiecto, & potest præcipere quod nullus participet cum eo, vt dicit Hugo in c. Anastasius 19. dist. Et ultra habet curare ne gregem domini inficiat, ut perpetuo inuitetur ad pœnitentiam peragendam, ut in c. excommunicamus. §. si qui 4 autem de hære. uel si in † errore adhuc pertinaciter perseueret, forsan finaliter ex ordinatione cōcilij debebit degradari & tradi curiæ seculari, iuxta notata in c. cū nō ab homine de 5 iudi. & in c. degradatio de pœnis in 6. Et respondet † laudando intellectum ad illum tex. c. electionem. 79. di. Idem Egi. dū vult ille tex. quod electionem summorū pontificum dñs sibi reseruauit, quod non preterea concilium isto eū eijcit, sed iam electū declarat, ex quo desierat esse papa, quia iā nō datus nō exuitur. c. frequens de testi. spolia. in 6. Et iō dicit ꝙ in nullo casu imaginabili & ex nulla causa possibili quantūcunque magna papa quandiu est uerus papa potest per quēcunque deponi uel eijci. Hanc etiam conclusionem reperio per omnia positam in quibusdam allegationibus factis pro Eugenio quæ incipiunt etsi plurimi, cuius authorem ignoro, credo autem quod sint Petri de monte. Et probat per verba tex. d. c. nunc autem. 21. dist. in pluribus partibus, & c. nemo. 9. q. 3. & authoritate sancti Tho. in 4. senten. dist. 19. in quæst. de fraterna correctione. Ad quod facit quod dicit Bald. in l. rescripta. C. de precibus imperat. offe. ubi dicit quod papa a nemine cogitur etiam si dicatur hæreticus, allegat. 22. dist. c. qua traditione. Et facit quod ponit Albericus de Rosate in rubri. de hæret. in illa questione utrum hereticus possit capi propria authoritate. Subiungit tamen idem Egi. quod de uero papa false de heresi accusato cognoscit concilium ut absoluatur, vel purgetur si reperitur innocens. pro quo adduco tex. in §. hinc etiam. dist. 17. ubi ita reperitur factum in Symmacho. Sed si per falsos testes probetur nocens cum sit innocens & catholicus, si feratur sententia condemnatoria per concilium ex falsis probationibus, talis sententia tanquam erronea non transibit in rem iudicatam nec habebit uim depositionis, licet forsan pro ueritate habeatur, l. pen. ff. de iusti. & iu. l. ingenuum. ff. de statu homi. l. res iudicata. ff. de regul. iur. allegat simile de matrimonio in cap. literas. de resti. spoliat. Et c. lator & cap. consanguinei. de re iudi. dicit quod si papa in conspectu concilii perseueret in errore, non est uerisimile quod concilium generale debeat errare in fide, sed si ipse confiteatur fidem catholicam, & neget se in heresim lapsum & non sit notorium. tunc concilium non poterit pcedere vlterius contra ipsum, quia tunc nō agitur de dubio super fide propter quod concilium debeat se intromittere, sed solum obiicitur ei crimen præteritum in quo non perseuerat & de quo non scandalizatur ecclesia, quia non est notorium sed dubium, in quo casu concilium nō habet authoritatem iudicandi secundum eum.

6 Ponit vero † idem Egid. in capit. nunc autem 21. dis. quod si papa inciderit in hæresim iam damnatam, & correctus seu admonitus contemnat admonitionem & se non corrigat, tunc censetur subuersus, & in semetipso damnatus & tamquam pertinax hæreticus, & si postea voluerit redire ad gremium ecclesię, isto casu non erit audiendus nec recuperabit statum suū, sed detrudendus erit in perpetuum carcerem ad pœnitentiam peragendam, & habebit locum quod dicitur in cap. excommunicamus el. 2. §. si qui autem de hæretic. Et isto uno modo dicitur papa depræhensus in notoria hæresi, & hoc ex uerbis apostoli ad titum. 3. transsumptiue, cap. dixit Aposto- 7 lus. 24. q. 3. Et similiter† si papa inciderit in hęresim iam damnatam & fuerit in ea depræhensus, sed non sit pertinax & incorrigibilis & velit corrigi & redire, dēt admitti ad peragendam condignam pœnitētiam, quia ecclesia non claudit gremium redeunti, & sed non recuperabit statum suum seu papatum, sed conniicietur in perpetuos carceres ad peragendū perpetuam pœnitentiam. Et isto etiam casu habet locum d. §. si qui autem, quamtumcumque non loquatur in papa. 8 Dicitur† autem quis deprehensus in hæresi secundum Host. & gl. in d. c. excommunicamus el. 3. §. si qui autem in glos. in uerbo deprahensi, quando publice deprahensus fuit, ita quod notorium est, hoc est quādo notorietas facti talem deprahensum. i. manifestum esse denotat, vt si papa in publico sermone facto ad clerum & populum aut in publico consistorio errorem suum publice prædicet seu defendat. capitulo accusatus de heretic. in 6. capit. euidentia de accusat. & d. capit. excommunicamus. & quod ponit Bart. in l. 4. ff. de fur. Item

Item dicitur deprehensus in hæresi quando de hoc fuit per sententiam condemnatus forte antequam esset papa, & in 9 sua opinione factus papa persistit, quia† sententia facit notorium l. emptorem in princip. ff. de actio. empti. & Hostiens. in d. cap. excommunicamus. Ex quo apparet quod non solū condemnatio sed etiam notorietas facit ne incidens in hæresim iam damnatam possit post pęnitētiam recuperare statum suum. item apparet quod solus lapsus in hæresim iam damnatam cum notorietate sequuta, absque alia sententia seu declaratione sufficit in papa ad hoc vt ipse dignitatem pontificalem amittat ipso facto irrecuperabiliter. Et ex hoc patet responsio ad cap. nemo. 9. q. 3. quia videlicet a iure diuino & per solum lapsum & nequitiam huiusmodi iudicatus est, vt 24. q. 1. c. 1. & c. dixit Apostolus eadem cau. q. 3. Et idem per omnia ponit Alex. in d. cap. nunc autem, qui addit etiam quando in iudicio est confessus, vel conuictus de hæresi vt tunc dicatur deprehensus per ea quæ notat Innoc. in c. cum speciali in §. porro de appel. & in c. vestra. de coha. cle. & mulie. & in c. quoniam & in c. constitutus de filijs presby. Sed vi- 10 detur, quod quamtumcumque quis sit confessus uel conuictus de crimine hęresis in iudicio, si paratus est corrigi nō debeat vt hæreticus damnari, vt in c. presbyteros. in fi. 50. dist. & 1. q. 7. maximum, & 17. dist. nec licuit, & dicit do. post glos. in d. c. nunc autem. Qui improbat opinionem illorum qui voluerunt quod illud quod fuit factum cū Marcellino fuit 11 ex dispēsatione, quia, c.† dixit Apostolus, loquitur in illo qui committit hęresim ignoranter, seu qui non intelligit illud quod credit esse de se hæreticum, & ait quod non fuit ex dispensatione, sed quia confessus fuit paratus corrigi. Et sic uī, 12 † ꝙ q̄tūc ūq; quis sit deprahensus in hæresi si sit paratus corrigi non debet vt hæreticus damnari & retinebit statum dignitatis pontificalis, vt dixi supra in art. an papa possit accusari de hæresi in versic. sed pone, nisi hoc sit post admonitionem, quia si se non correxit ante, sed postquam cōfessus vel conuictus est de crimine est paratus corrigi, licet tunc nō debeat vt hæreticus damnari, illud debet intelligi esse verum respectu pœnarum impositarum a iure contra hæreticos, uidelicet ultimi supplicii & aliarum de quibus post glo. in cap. excommunicamus in prin. Et sic fuit in Marcellino, quia nō fuit declaratus incidisse in pœnas contra hæreticos a iure inflictas, sed vt dicit glo. etiam ex alio fuit in eo ita factum. scilicet quia metu mortis thurificauerat idolis. Sed quo ad hoc quod retineat statum suum non parcitur ei, quia non poterit retinere pontificatum. Et hoc voluit glosa, in capitulo excommunicamus el. secūdo in uerbo deprahensi de hære. & dicitur infra.

13 Aut† papa incidit in hæresim iam damnatam, & ante admonitionem de qua loquitur tex. in capit. dixit apostolus. 24. quest. 3. & ante deprahensionem de qua loquitur. cap. excommunicamus. §. si qui autem. ipsum pœnitet & se correctum reddit. & hoc sufficit etiam quantū ad retentionem status sui, quia non poterit deponi per d. ca. dixit apostolus, & d. §. si qui autem. Et sic intelligitur glos. in dicto capitulo nunc autem, & in c. si papa. 40. distin. Quæ dicunt quod papa paratus corrigi non deponetur, quia tunc talis opinio occulta vel dictum occultum ante publicationem eius reuocatum, censetur magis ex indeliberatione, uel animi leuitate, vel obliuione sacrarum scripturarum, uel inconsideratione, vel mala attentione quam ex infidelitate pcessisse secūdum eundem Egi. Qui in hoc reprehendit Lau. & Archi. in d. cap. dixit, qui voluerunt quod non habeat locum in papa, cum loquatur ille tex. de non intelligentibus sacram scripturam, & non in papa qui prę cęteris debet scire 14 sacram scripturam. Quia sępe† fallit obliuio, vt dicitur in c. licet de consti. in 6. 23. dist. cap. præterea. 30. q. 1. c. 1. & q. 4. qđ autem. & quia uidetur inconueniens & crudele, quod conceditur alijs inferioribus se corrigentibus denegare summo pastori. Et ex his uidetur velle Egi. quod illę glos. loquantur in hæretico occulto. Sed si bene aduertatur, relatæ ad tex. loquuntur non solum de occulto sed etiam de illo quem constat in hęresim damnatam incidisse. Quinimo glos. in d. cap. nunc autem, loquitur expresse in illo qui est confessus se incidisse in hæresim. Vnde potest dici quod licet loquantur de illo quem constat incidisse in hęresim, & est manifestus hæreticus per confessionem, tamen quia statim facta confessione pœnitet & paratus est corrigi, euitat pœnas contra hęreticos inflictas, ut dictum est. Non sic de notorio & incorrigibili hęretico, quia talis respectu notorietatis non euitat aliquas pœnas, vt in d. cap. excommunicamus in §. damnati. Et ad præmissa facit quod dicitur in capit. vestra de coha. cle. & mulie. Et isto modo vt credo etiam loquitur Egidius. Aut 15 papa incidit† in hęresim nondum damnatam per ecclesiam & tunc debet expectari tempus sententiæ ferendæ per concilium, ut patet. 17. dis. §. hinc etiam. & 8. q. 4. nonne. Et si fuerit declaratum illud quod papa tenebat, esse hæresim, & statim post sententiam papa dicat postquam video hanc opinionē quam tenui esse erroneam & hæreticam & per ecclesiā nūc damnatam, illam reuoco & paratus sum corrigi, etiam isto casu procederet glos. quod non posset deponi. & ratio est q̄a nō constabat ei an sua opinio erat bona. & ideo magis ascribitur fatuitati. nec potest dici hęreticus, nec incorrigibilis, & 16 retinebit pontificatum. Aut opponitur hæresis occulta damnata, quæ tamen probari potest, vt in l. eos. C. de appel. & accusatus de illa conuincitur. Et similiter dic quod deponetur siue declarabitur priuatus, ex quo sententiam expectauit & fuit pertinax & factum est notorium, & ipse notorius hęreticus. Et tunc etiam detrudetur in carcerem ad agendam pœnitentiam, sicut dictum est quando est deprehensus & vult corrigi. Et ita vult Archi. Ioan. Andr. & alij in cap. in fidei de hære. in 6. quia licet talis hęresis sit occulta, ex quo poterat pbari dicitur manifesta, secundum illud quod legitur & nota- 17 tur in cap. eorum. 11. q. 3. dicitur enim occultum seu secretū quod quinque sciunt, de pœni. dist. 2. §. contra, uersi. filia nanque, secundum Archi. in d. c. in fidei de hære. in 6. & idem Archi. in c. si papa 40. dist. Et iudex erit concilium. quod deponet de facto papam a pontificatu, siue declarabit eum hæreticum & priuatum pontificatu, secundum notata in d. capi. excommunicamus. & postea illum amouebit, quia habita cognitione criminis & eo conuicto, satis est a iure priuatus, ut d. cap. excommunicamus & d. cap. dixit apostolus. 24. q. 3. 18 & voluit Archi. in d. c. in fidei. Et sic ex hoc† pur videtur velle quod concilium condemnet papam. nisi dicamus quod intellexerit quod concilium iudicare poterit factum, videlicet an inciderit in heresim vel non, sed non condemnare ptinaciam papę. Sed hoc similiter videtur una chimera. s. n. post declarationem pōt concilium mandare ipsum detrudi in carcerem, satis condemnat. nisi dicamus quod postquam est declaratum factum, quia tunc non est vlterius papa sed desijt esse, incarcerat illum ut priuatam personam. Et sic vno modo restringetur tex. in capit. electionem. 79. distinctione. 19 Hugo† tamen in c. in synodo. 63. dist. voluit quod cardinales poterunt papam deponere. Sed dic quod contrarium est verum, quia non cardinalium erit iudicium in papam sed concilij, vt dicit Archi. & alij post eum in d. capit. in fidei, & Hostien. Ioan. An. & alij in capi. proposuit de conces. præben. & Innoc. in cap. ex parte de verb. sig. Vbi autem est ferenda sententia super crimine, si papa uoluerit in seipsum illam ferre, erit mos illi gerendus, ut fecit Marcellinus in capitu. nunc 20 autem. 21. dist. Qui† vt legitur in gestis Romanorum pontifi. & refert ibi Egid. in d. cap. nūc autem, cum thurificasset idolis, sicut ibi dicitur congregato concilio Romæ in cōspectu omnium confessus est errorem suum, dicens se paratum facere quicquid illi imponerent, qui dixerunt collige causam tuam in sinu tuo, & ore tuo te iudica. & statim tulit sententiam in se & seipsum deposuit dicens, ego Marcellinus ob scelus idolatriæ quod infœlix commisi iudico me deponendum & anathematizo etiam quicunque tradiderit corpus meum sepulturæ, & statim pergens ad Diocletianum ultro confessus est se esse Christianum, & capitalem suscepit sentētiam, cuius corpus per 30. dies iacuit inhumatum, postea autem Beatus Petrus apparuit Marcello, qui ei in papatum successerat, & præcepit ei vt corpus Marcellini sepeliret iuxta se & sepeliuit illud secus pedes beati Petri secundum Hugo, & refert Egid. Archid. & Domin. in d. capit. nunc autem. Et istam practicam & formam condemnandi seipsum, ponit etiam Anto. de Butrio in c. venissent in 2. colum. de iudi. 21 Ex quibus† apparet quod ipsemet papa habet in seipsum sententiam ferre & non concilium, & sic potest quis esse iudex in causa propria etiam in pronuntiando contra seipsum. de quo in d. cap. cum venissent, & per Innoc. & alios in d. cap. ex parte de verbor. signif. Sed glo. ibi dicit in d. c. nunc autem ꝙ iudex hic improprie dicitur. i. arbitrator. Et sic videtur velle ꝙ ipsemet Marcellinus tamquam arbitrator tulerit contra se iudicium cum quis possit esse arbitrator in causa propria, 22 ut in c. quintauallis de iureiur. Vel secundum† Hugo. ibi in d. c. nunc aūt, quis potest esse iudex in causa propria in qua non requiritur ordo iuris, & ita dicit fuisse factum ibi. Vnde dicit Dom. quod hoc potest intelligi factum ex eo ꝙ eo existente coram cōcilio confessus est crimen suum, & sic notorie constitit, in causa notoria autem bene potest quis esse iudex in causa propria, quia tunc quis potius videtur esse executor eius quod ius disponit quam iudex, ut ponit Inno. in c. ex par. el. 1. de verb. signif. & ita erit pro illo d. Inno. casus in dicto capitulo nunc autem. Sed potest dici † quod in papa non habet locum tex. in l. prima. C. ne quis in sua causa, quia bene potest esse iudex in causa propria, ut dicitur in dicto capitulo cum uenissent de iudic. & ibi hoc dicit Abb. in tertia columna, & in dicto capitulo ex parte, & diximus supra in

in arti. ad quem spectet congregare concilium. Dicit tamen Domi. in d. cap. nunc autem, quod ibi non dicitur quod iudicialiter in seipsum sententiam dicat, sed quod quis dicitur in seipsum sententiam ferre quando confitetur se commisisse delictum depositione dignum, allegat 11.q.3. placuit, & 6. di. capit. sed pensandum, versic. & necessaria. Vnde exponit tex.
24 † tibi teipsum indica. i. considera qualiter puniendus es. Et ex hoc infertur quod quamuis concilium cognoscat de qualitate delicti vtrum sit hęresis vel non, tamen non poterit sententiam ferre. facit quod dicitur in cap. cum contingat de rescrip. & erit vna fallentia ad illam regulam quod iudex de qua re cognoscit de ea iudicare debet. l. de qua re. ff. de iudi.
25 & cap. cū ecclesia de cau. pos. & proprie. Item ex hoc † infertur aliud, quod non sit verum quod ille tex. probet quod nullus potest contra papam ferre sentētiam & quod ipsemet habet seipsum condemnare. imo & contra papam hæreticum potest ferri sententia per concilium, & est iudex conciliū ipsum. Et hoc etiam tenet ipsemet Domi. ibi in d. cap. nunc autem. & probat tex. in §. hinc etiam. 17. dist. vbi concilium dedit sententiam absolutoriam p Symmacho. & similiter tex. in §. item symmachus. 2.q.7. & glo. Hugonis in capitulo si papa. Et idem tenet ipse Do. in d. c. si papa & Archi. ibi. & idem videtur velle Innō. car. & alij in d. cap. ex parte de verbo. sig. & idem Archi. & Ioan. An. & alij in d. cap. in fidei de hære. in 6. Et Hostien. in capit. proposuit de concess. pręben. dum dicit quod papa non potest iudicari a quoquam nisi in casu hæresis. Et idem & clarius Abb. Sicu. in d. capit. proposuit. & in casu hęresis in capit. cum venissent in 3. colum. de iudicijs. licet aliud uideatur sentire in alijs criminibus diuersis ab hæresi, quia in illis debet seipsum condemnare. allegat Arch. in d. c. nunc autem. 21. dist. Et idem Petrus de Monte in sua monar. in quæstione an papa sit maior concilio in 2. char. & 2. conclusione. allegat specu. in tit. de accusato, vers. item papa. & Hostien. in summa de accusa. in §. quis accusari potest, versi. excipitur. & glos. 15. dist. cap. sicut. & glo. 25.q.1. cap. sunt quidam. 19. dist. Anastasius & ibi glo. & 21. dist. cap. nunc autem. Sed iste tex. inducitur contra. Responde autem quod nō obstat. d. cap. nunc autem, quia vltra iam dicta datur alia respōsio quæ fuit Hugonis, & ponit idem Domi. in capit. si papa in prima oppo. 40. dist. ponendo prius aliorum solutionem, per quam approbatur illorum opinio qui tenent cōcilium posse ferre sententiam contra papam, quod quamuis ibi noluerint condemnare, tamē poterant si voluissent. Sed quia hæc non congruit illi tex. ideo transit cum illa Hugonis, uidelicet quod non potuerunt nec debuerunt. quia enim ibi sponte confessus est errorem suum, non debuit deponi, quia tunc demum est deponendus quando pertinaciter perseuerat in errore suo & conatur illū approbare. 24. quest. 3. dixit apostolus, sed si paratus est corrigi, tunc deponendus non est secundum eum. Vel dic vt supra dixi, quod licet sit a iure depositus propter hæresim, non tamen est puniendus pœnis cōtra hæreticos a iure inflictis. quod credo verius, ex quo est conui-
26 ctus vel cōfessus de hæresi. Posset † dari alia solutio quod idolatria Marcellini fuerat notoria, quia non poterat in templo thurificare, siue grana thuris super prunas ponere, quin esset notorium, argu. capit. decet de immuni. eccle. & l. sacra. ff. de rerum diui. Sed quia coactus id fecerat secundum alium intellectum gl. ibi, propterea quia hoc latebat in mente ipsius an metu id fecerat, & paratus erat corrigi, fuit ei dictum tuo te ore iudica. bene facit text. in dicto capitulo dixit apostolus. 24. questione 3.

27 Petrus † autem de Monte in d. 2. conclusione dicit ibi processum fuisse cum Marcellino ex dispensatione. uel quod ibi Marcellinus paratus erat corrigi, ecclesia autem non claudit gremium redeunti, vt in cap. super eo de hære. in 6. Sed huic repugnat quod licet recipi debuisset correctus, non tamen debuisset retinere pontificatum, ut supra dictum est. Ideo ipse dat aliam & tertiam solutionem, quod ibi Marcellinus nō fuerat hęreticus, licet idolis thurificasset, quia hoc non fecerat voluntarie sed coactus, sed quia latebat in animo eius an metu ductus thurifi-
28 casset, ideo ei dictum fuit tuo te ore iudica. quod † enim depēdet ab animo alicuius probatur medio iuramento ipsius, vt in c. si vero el. 2. de sen. excom. poterat siquidem facto ostendisse vnum & corde aliud gessisse, sicut exitus ostendit. Verum hæc solutio non uidetur posse stare, quia ille tex. c. nūc autem, dicit quod coactus a paganis thurificauerat. Item ille text. tendit ad ostendendum quod illi qui sunt inferioris gradus non iudicant superiores, ut patet in sui principio. Itē factum quod thurificasset erat notorium nec erat reccurrendum ad animum. Item quod dicitur quod cum eo fuit dispēsatum, est diuinare. & hoc quod fuit ei dictum quod seipsum iudicaret, ostendit quod non fuit cum eo dispensatum, sed potius fuit solicitatus vt seipsum quia non habebat superio-
29 rem condemnaret. Vnde † videtur verior solutio quod quis coactus thurificauerat, concilium noluit eum condemnare
30 & reliquit eum suo arbitrio. Sed tunc obstat † quod principale intentum illius tex. est quod non potuerit a concilio iudicari, vt patet in prin. & in fin. cum loquitur de Sixto. Et certe hoc contrarium multum stringit contra opinionem Archi. & aliorum qui volunt quod cōcilium iudicat de papa in cā hęresis, quia uidetur quod non possit etiam in causa hęresis condemnare papam, sed quod seipsum habeat iudicare. & ad hoc facit tex. in c. eiectionem. 79. dist. & alia iura. 9. quæst. 3. quæ simpliciter loquuntur. Tex. tamen in capit. si papa. 40. dist. ibi nisi deprehendatur a fide deuius, ostendit quod in cā fidei papa potest condemnari. nisi dicamus quod verba quæ sequuntur intelliguntur orando pro eo, vt voluit Hostien. in cap. proposuit de conces. præben. Sed ad contrarium potest
31 responderi vt infra dico. Item † recte intuenti ex præmissis solutione Hugonis quam sequitur Domi. in d. capit. si papa, & in d. cap. nunc autem & alij de quibus supra, infertur unum quod uidetur cōtrariari ei quod ipse dixit, uidelicet quod papa possit damnari & deponi per concilium, & quod concilium possit ferre sententiam contra papam. uidetur enim quod illud tantum habeat locum, quando papa qui lapsus est in heresim est incorrigibilis, alioquin quando est paratus corrigi non debet nec potest per cōcilium damnari secundū eum. Ex quo sequitur quod ex quo papa incorrigibilis in hęresi si desijt esse papa, non uidetur a concilio damnari sed a iure damnatus. 24. quæst. 1. cap. achatius. & 19. dist. c. Anastasius.
32 Et ideo uidetur † concordare cum opinione illorum qui voluerunt quod nō sit dare casum quo papa existens papa possit per aliquem, nec per cōcilium quidem, damnari, ut refert Egi. in d. cap. eiectionem. 79. dist. & dixi supra. Quam opinionem etiam reperio tenere Petrum de Palude in trac. de po. pa. quem nunc non habeo apud me. qui volunt quod quamdiu manet papa cum sit maior concilio generali & sit uicarius Dei, etiam pro hęresi non potest a concilio nec a toto orbe deponi, sed si sit notorie hæreticus & nolit se corrigere, desinit esse papa, & non est necessaria nec potest fieri aliqua depositio, cum sit depositus ipso iure & priuatus, ut in d. cap. si papa, & d. capit. Achatius. sed tunc Domini Cardinales ab ipso recedere debent & alium eligere. Quo casu synodus vel successor potest eum, cum non sit papa, de facto deponere & eijcere. Et isto modo dicunt procedere iura in d. §. item Symmachus, & §. hinc etiā. 17. dist. & glo. in d. ca. si papa. Et istam
33 opinionem reperio † tentā ab aliquibus præterquam ab Egi. qui dicunt quod in ca. nunc autem, ex quo Marcellinus erat adhuc papa, quia post confessionem erat paratus corrigi, & coactus thurificauerat, licet ipse iudicauerit seipsum deponendum, illud fuit magis quędam renuntiatio quam depositio, cum nullus seipsum deponere possit. Facit quod dicitur in c. fi. de insti. & glosa ordinaria in uerbo ex ore in d. c. nunc
34 autem. Ad quod † facit quod prælatus hæreticus quamdiu non est in notorium deductum quod sit hereticus, quicquid facit valet 24. quæst. 1. in summa. facit quod dicitur in l. Barbarius. ff. de offi. præto. & c. ad probandum de re iudi. Item prælatum hæreticum acquiritur ecclesiæ, vt dicit glo. in cap. 1. de schisma. Sed hoc non procedit, quia nos loquimur in notorio hæretico sicut erat Marcellinus. Item si a concilio generali posset papa pro hæresi deponi, sequeretur inconueniens quod ipse qui est vicarius Christi & supremus in ecclesia militante iudicaretur ab inferiore contra notata in capi.
35 cum inferior de maio. & obe. Et pro † certo ista videtur vera opinio, quia quamdiu manet papa nō potest ab aliquo iudicari, quoniam non habet maiorem in mundo supra se, vt d. c. nemo. 9. q. 3. Et tenendo istam opinionem, plane procedit tex. in dicto capitu. nunc autem, quod ideo Marcellinus non fuit a concilio iudicatus quia concilium non habet potestatem iudicandi papam quātumcunque hæreticum nec deponendi eum a papatu, sed ipso iure censetur depositus pro-
36 pter hæresim de qua est conuictus. Poterit † tamen cōcilium ipsum declarare notorium hæreticum vel de hæresi conuictum, ex qua sententia sequitur effectus, ipsum ex sententia apostoli esse priuatum papatu propter heresim, Ad quod facit quod dicit Archi. 3. q. 6. accusatus. vbi dicit quod licet nō possit archiepiscopus deponere episcopum, poterit tamen declarare ipsum esse priuatum. facit 2. quæst. 6. c. biduum. Et
37 istam opinionem † in effectu habuit Petrus de Monte in d. 2. conclusione. qui dicit quod sententia concilij ferenda cōtra papam hæreticum magis est declaratiua potestatis iam ab ipso papa abdicatæ quam inductiua depositionis vel abdicationis, quia ex quo papa est hæreticus desijt esse papa & caput ecclesiæ, iuxta illud deute. 17. non poteris alterius gentis regem facere qui nō sit de fratribus tuis. Item quia extra ecclesiam non possunt haberi claues ecclesiæ, vt dicit notabiliter tex. in c. audiuimus. 24. q. 1. pro quo etiam facit quod nota-

notatur post gl. in c. fi. de ordi. ab epis. qui renū. epis. Et sic pōt intelligi quod dicit Abb. in c. graue, in vlt. notabili, de præben. quod sicut metropolitanus non potest puniri per concilium prouinciale quia ipse est caput, ita nec papa per concilium generale cuius ipse est caput. Et per hæc potest respon-
38 deri ad † cap. si papa dum ponit exceptionem nisi fuerit a fide deuius. non enim sonat ille text. quod tunc concilium eum iudicabit, sed quod vel declarabit eum priuatum vel declarabit ipsum commisisse hæresim nō aliter declarando eum priuatum. vel quod quia paratus est corrigi suo ore habet seipsum iudicare. Et probatur conclusio ista vltima per d. §. hinc etiam. 17. dist. iuncto §. item cum Balaham. 2. ques. 7. in
39 uer. item Symmachus, quia vt ibi † patet impingebatur Symmacho hęresis, & tamen illi de concilio non fuerunt ausi eū condemnare. & quod fuit factum in vers. item Symmachus fuit de facto, & propterea fuit restitutus. Sed obstat, quia in d. §. hinc etiam, dicitur quod pronunciauit Symmachum immunem ab oppositionibus quibus impetebatur, impingebatur autem ei hæresis. & sic dedit concilium absolutoriam. videtur autem quod sicut potest concilium pronūciare absoluendo, ita possit etiam condemnando. Sed responde tur quod illa absolutio non fuit in forma sententiæ, sed declarationis, & cuiusdam ordinationis, quia se purgauerat.
40 Sed pro certo salua † correctione sanctæ matris ecclesiæ mihi videtur quod istud sit facere vim in verbis & non in re, qa ex isto intellectu videretur sequi vnum magnum inconueniens, quod papa esset hæreticus & non posset propter hęresim a papatu amoueri si ipse nollet in seipsum sententiā ferre, cum tamen tunc ipse dicatur minor quolibet catholico. c. homo christianus. 40. dist. & glo. in d. capit. Achatius. Vnde Mod. Aret. dicit quod aut papa labitur in hæresim iam damnatam scienter & voluntarie, & tunc est priuatus ipso iure. per d. c. Achatius & 19. dist. c. Anastasius. & tunc etiam si vellet pœnitere, non euitat pœnas depositionis. nec tunc erit iudex suæ causæ, quia dignitatem perdidit, nec ex pœnitentia tollitur pœna quam ipso iure incurrit. l. qui ea mente. ff. de furt. nec ad concilium spectat papam eligere ipso deposito. Ita dicit in 3. char. de conciliis. Vnde posset dici quod aut loquimur in sententia depositionis per quam pronuntiatur papa depositus quia in hæresim damnatam lapsus est. quæ licet sit tantum declaratoria delicti per papam commissi, virtualiter tamen continet damnationem contra personam, vt dicitur in l. viro atq; vxore. ff. solu. matrim. & in l. quid tamen §. si arbiter. ff. de arbit. Et isto casu potest saluari dictum illorum qui volunt quod non posit hanc sententiam aliquis de mundo ferre contra papā, sed quod ipsemet debeat seipsum damnare. Et ita procedit. d. c. nunc autem, & procedit glo. in c. sicut laudabile. 2. q. 7. quæ dicit quod concilium potest iudicare de papa sed non damnare. Si autem conuictus, vel cōfessus hęresim, nolit se emendare nec ferre sententiam in seipsum, crederem quod concilium posit declarare eum esse lapsum in hęresim & priuatum papatu, quia postquam est confessus & incorrigibilis & de hæresi conuictus, est effectus notorius hæreticus, & desijt esse papa. 24. qō. 1. Achatius. Et tunc concilium non dicitur iudicare papam, sed priuatum
41 papatu, & vt personam priuatam eum iudicat. † Nec obstat ꝙ par in parem &c. quia vt dicit ibi gl. hoc ipso quod est hæreticus est minor quolibet catholico. 12. q. 1. scimus. & lex factum notat. l. palam. §. fi. ff. de ritu nup. Imo damnatur, vt diabolus. 2. q. 4. præsul in gl. vnde virtualiter est magis sententia executionis, quam pronunciationis, quia modicum refert hoc casu vtrum concilium prouideat vt cardinales ab eo recedant & alium eligant & ipsum tradant curię seculari, an pronuntiet & exequatur, quia exequendo plus facit in effectu quam pronuntiando. Et hoc in effectu videtur velle Egi. in §. hinc etiam. 17. dis. dum dicit quod contra papam nō potest ferri sententia nisi in casu hęresis &c. Et isto vno modo procedit opinio illorum qui volunt quod concilium iudicat de papa in causa hęresis. & hoc uidetur uelle glo. in c. præsul. 2. qō. 5. & probat ille tex. in §. hinc etiam. 17. dist. & in §. item Symmachus. 2. q. 7. quia Symmacho obijciebatur hæresis, & concilium pronunciauit illum immunem & liberum, ut di-
42 cūt doct. post Arch. in c. in fidei, de hęre. in 6. Nec obstat † ꝙ in illo tex. dicitur cuius causam totam Dei iudicio reseruamus, quia per illa verba ostēditur quod si papa est hęreticus, non potest a quoquam iudicari q̃diu manet papa, sed Dei iudicio reseruatur, ut in c. nunc aūt. 21. dis. in fi. & in ca. si papa. 40. dist. & in c. nemo & c. aliorum. 9. q. 3. Et ita potest intelligi quod notat Abb. in vlt. not. in ca. graue, de pręben. uidelicet quod papa non potest puniri a concilio cum sit supra concilium, sicut nec Archiepiscopus a concilio prouinciali quia ipse est caput eius, sed debet denunciari superiori, vt ibi dicit tex. sic papa quandiu manet in papatu si sit incorrigibilis & criminosus, eius punitio reseruatur Deo. d. capitu. aliorum.

43 Et sic † potest responderi ad cap. nunc autem quod loquitur in papa hæretico, non corrigibili. sed potius pœnitente. sed si papa est confessus seu conuictus pertinax & incorrigibilis, tunc bene potest concilium eum deponere, quia tunc vere desiit esse papa & non habet locum ratio illius tex. quod inferior non iudicat superiorem ad quod principaliter est factus ille tex. cum adducit exemplum de Marcellino. & Six-
44 to. Et hoc videtur velle tex. in d. cap. si papa in dicto. versicu. nisi depræhendatur a fide deuius. Et idem in effectu, quod quandiu manet papa etiam si sit hæreticus, non iudicatur a quoquam sed in seipsum sententiam fert. uult Egi. in dicto cap. si papa, in versi. 4. dico. ubi dicit quod si ferat in se sententiam non erit iudicialis nec habebit vim rei iudicatæ, quia in se iurisditionem non habet, sed habebit vim cuiusdam ordinationis extraiudicialis, & si ipse nollet sententiā ferre, tunc concilium similiter per modum cuiusdam ordinationis procederet ad amouendum eum a papatu. Si uero esset confessus hæresim damnatam & esset paratus corrigi, tunc procederet quod dicitur quod non iudicarur a quoquam de mundo sed suo se ore iudicare debet. quod si non uult & est pertinax & corrigibilis, vel si dicit se paratum corrigi sed non in tempore quia diu fuit pertinax, tunc nulla requiritur sententia, ex quo confitetur se in hæresim lapsum, & in confessum nullę sunt partes iudicis nisi in exequendo, ut in cap. nos in quenquam. 2. quæst. prima. Sed ex quo expectauit donec depræhenderetur in hæresi damnata, & pertinax non uult resipiscere nec seipsum suo ore damnare, detrudēdus est in carcerem perpetuum ad peragendam pœnitentiam, vt dicit illa glo. in verbo depręhensi, & non punitur pœnis a iure inflictis contra hæreticos de quibus cap. excommunicamus. de
45 hęre. Aut loquimur † in sententia declaratoria incursus pœnarum contra hæreticos inflictarum iuxta notata in capit. cum secundum, & cum post suam damnatam hæresim est incorrigibilis. Et hoc modo concilium poterit iudicare, quia non proprie papam deponit vel condemnat sed magis declarat depositum vel condemnatum a iure & ore apostoli ad titum. 3. Et isto alio modo procedit opinio illorum qui volunt quod concilium in causa hæresis iudicat & deponit papam.
46 Si vero † papa lapsus est in hęresim nondum damnatam, & est in papatu quia nondum iudicatum est per concilium de crimine, tunc nullus eum iudicat nec potest ferre in eum sententiam, quia non habet superiorem. cap. licet. de elect. Et cum ipse sit caput concilii non iudicatur a concilio, ut in capitulo significasti. de electione. & procedit quod dicit Abbas in dicto capitulo graue in ultimo not. Sed si postquam concilium cognouit de crimine & declarauit esse hæresim non resipiscit, tunc dicet illi teipsum tuo ore iudica. quod si facere noluerit, concilium eum declarabit hæreticum & de-
47 positum ut supra dictum est. Et quod † dicitur quod de hæresi papa deponitur & iudicatur, intellige de stricta hæresi, puta si erraret in articulis fidei, vel in aliquo alio quod saperet hęresim alias ab ecclesia damnatam, & nō de hæresi largo modo sumpto vocabulo, vt est simonia. Ita tenent omnes & dicit Domi. in cap. si papa. 40. dist. & glo. in cap. si quis pecunia
48 79. dist. Quando † autem dicatur hæresis notoria, & utrum ad procedendum contra papam & ut dicatur depræhensus debeat una uel plures monitiones procedere, vide quæ dicta sunt supra in arti. utrum papa possit accusari de hæresi vel simonia. & in quæstione siue versic. sed pone quod postquam papa est accusatus. &c. Quæ omnia ibi dicta adde hic pro pleniori huius materia expeditione. & maxime in quęstione quæ incipit sed pone quod postquam papa est accusatus de
49 hæresi fatetur errorem &c. quæ omnino vide. Sed adhuc † ꝯ papa apparet quod papa possit damnari non solum de hæresi sed etiam de aliis criminibus, vt videtur tex. in cap. sane profertur, in versi. item Romanorum. 24. quæst. 2. vbi dioscorus papa anathematizatur quamuis non fuisset hæreticus. Sed dic quod ibi est sermo de patri archa constantinopolitano, qui appellatur etiam papa. & ita dicit gl. & do. ibi in c. si papa 40. dist. Quæ vltra etiam opponit de cap. non liceat. 12. quæstione. 2. ubi papa videtur iudicare de successore. Sed dic quod non uidetur proprie iudicare de successore qui prohibet alienare res ecclesię, ut dicit ibi gl. & doc. qui videntur velle ex hoc quod non posit papa damnari.

50 Quo autem † tempore hęreticus posit pęnitere vt euitet pœnas, vide, doc. in cap. ad abolendam & in cap. excommicamus. el. 1. in princ. & c. penul. post glo. fi. ibi. de hæreti. & in ca. vt commissi de hære. in 6. & 8. dic. c. quo iure, & 21. di. c. nunc autem. l. manichæos. C. de hęre. l. si quis. C. de epi. & cle. Vide etiam in trac. Ioann. de Ligna. in capitulo hæreticis seu credentibus & pertinacibus. & Gundi. de uilla Diego in 20. quæsito. & Hostiens. in summa. de hære. & cardi. in clement. ad nostrum eodem titulo.

51 Item † adde quod eadem quę dicta ſunt de hęreſi, dicenda etiam ſunt de ſchiſmate ſtrictiſsime ſumpto, quod habet admixtam hæreſim, quia ita poterit papa deponi propter tale ſchiſma, quod in effectu eſt hæreſis, ut propter hæreſim. 24. quæſt. prima achatius. prima quæſtione prima ſi quis inquit. 19. diſtin. Anaſtaſius. Schiſma enim ſtrictiſsime ſumptū videtur hære- 52 ſis, quia raro poteſt eſſe ſchiſma ſine hæreſi. Sed quādo † duo contendunt de papatu & uterque credit pontificatum ad ſe ſpectare, vt dicit glo. 24. q. 1. in ſumma, & Abb. in ca. quia diligentia. de elec. & Card. in cap. licet in 24. quęſito eodem titulo, tunc non erit ſchiſma ſtrictiſsime ſumptum, ſed ſchiſ- 53 ma ſine hæreſi, ut ibi per eos. Tunc † autem eſt ſchiſma ſtrictiſsime ſumptum, quod dicitur hæreſis, cum quis venit contra articulum fidei vnam ſanctam catholicam eccleſiam, conſtituendo ſibi aliam eccleſiam, & diuidendo ſe ab eccleſia Romana, ut fecerunt græci. & tunc proprie etiam ſchiſmaticus dicitur hæreticus, ut dicit Abb. in rub. de ſchiſma. ad hoc. 24. q. 3. inter hæreſim. & Abb. de iudi. cap. at ſi clerici. §. de adulteriis, in uer. item dubitatur. & ita eſt ipſo iure papatu priuatus pp ſchiſma quod habet in ſe hęreſim ſicut pp hęreſim d. capi. Achatius. Ita dicit Catal. in dictis allegationibus factis pro Ioan. 23. in 5. char. verſic. circa primum. quia ſchiſmaticus venit contra articulum fidei & vnam ſanctam catholicam eccleſiam. 24. q. prima aduocauit, cum 4. capitulis ſequen. & præcedentibus, & fere per totam diſtinctionem illam. Et idem tenet Hoſtien. in tit. de ſchiſma. §. ſecundo in fin. Idem quoque dicit Bal. & refert Barbatius in capit. olim de reſcrip. quod obſtinatus ſchiſmaticus eſt hęreticus. Vnde 54 ſicul hereticus dicitur ab electione. 24. q. 3. hæreſis, quia contempta doctrina Chriſtiana vel apoſtolorum vel Romanæ ecclecæ eligit ſibi aliquam nouam & falſam credulitatem, contra quos dicit Apoſtolus ad Gala. primo. ſi etiam angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizamus vobis, anathema ſit, ſic etiā ſchiſmaticus dicitur ſciſſus & ſeparatus ab eccleſia, & ſchiſma dicitur ſciſſura, ut in capitulo ſchiſma. 24. quęſtio. prima. Et merito, quia ut dicit Cyprianus in epiſto. ad Cornelium papam, non aliunde nata ſunt ſchiſmata niſi inde quod ſacerdoti Dei non obtēperatur nec vnus in eccleſia ſacerdos & iudex vice Chriſti cogitatur

55 Inde eſt † quod quando ſcribit papa ſchiſmaticis non vtitur verbo ſalutationis consuetę benedictionis, ſed dicit ſpiritūm conſilii ſanioris ſecundum Ioan. And. in proœ. decre. per c. admonere. 33 quęſtio. 2. niſi aliter fieret ad captandum beniuolentiam, vt fecit Gregorius 12. ſcribens fautoribus Benedicti, ſecundum quod dicit ibi dictus Anto. Vnde non tuetur ſchiſmaticum quod eundem Deum colit, vt eſt tex. in capit denique. ſeptima quæſtione prima, nam ut dicit ibi text. Core. Datham, & Abiron cum ſacerdote Aharon & Moyſe eūdem Deum nouerant, pari lege & religione viuentes unum & verum Dnum qui colendus atque inuocandus erat inuocabant, & tamen quia loci ſui miniſterium trangreſsi, contra Aharon ſacerdotem ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt diuinitus percuſsi ſunt, & thuribula eorum iuſsu Domini conflata & in ſignum perpetuum altari affixa ſunt. qa 56 vnitas non capit diuiſionem. 24. q. 1. loquitur. Et vide † illum tex. in d. capit. denique qui ponit plura exempla ueteris legis cōtra ſchiſmaticos, & eſt tex. Cypriani martyris. Quem vide omnino in epi. ad Magnū, & ꝯ Nouatianū. vbi oñdit baptizatos a Nouatiano ſchiſmatico eſſe male baptizatos, tāquam ab eo baptizatos q nō eſt, ī eccl. qa q in eccl. nō eſt diligi aut ablui aut lauachro purgari a Chriſto non pōt. Vnde qui dicit apud Nouatianum baptizari & ſanctificari aliquem poſſe, prius oſtendat & doceat Nouatianum in eccleſia eſſe aut eccleſię pręſidere. Et eſt pulchra epiſtola cōtra ſchiſmaticos, 57 quę oſtendit eccleſię vnitatem. Sed † quod dicit baptizatum a ſchiſmatico non eſſe baptizatum, oportet intelligere quādo non fuit baptizatus in forma eccleſię, quia alias eſſet vere baptizatus, ut in c. aliud, & c. nullus & cap. quomodo de conſecr. di. 4. & 1. q. 1. in c. dedit, & c. ſicut vrgeri. Vide quę dicuntur in §. verum. 32. di. maxime per domi. & partem eiuſdem epiſtolę Cypriani vide in c. ſi quis inquit. 1. q. 1. & quę dicūtur in cap. ſacramenta & c. ſicut ficti. ea. cau. & q. Et hoc fuit de ſchiſmaticis obſeruatum in concilio conſtantien. in quo ad ſedandum antiquatum ſchiſma omnes tres fuerunt depoſiti a pontificatu. videlicet Ioannes. 23. Benedictus. 13. & Gregorius. 12. Et ibidem in d. concilio fuit ſtatutum in conſtitutione frequens quod papa non ſolum pro hæreſi. ſed etiam pro ſchiſmate poſsit a concilio iudicari. Quod & refert Archie. Flo. in 3. parte ſummę in tit. 24. c. 2. §. notat Abb. ſiculus 58 ad fi. Pro † quo facit quod hæreticus & ſchiſmaticus æquipārantur, vt eſt tex. & ibi ponunt doc. in c. firmiſſime. de hære. & bene probat tex. in c. 1. de ſchiſma. cum appellat ſchiſmaticos hæreſi archas. Hoc etiam ponit & tenet Mateſil. in ſuis addi. ad trac. Anto. de Butrio in verſic. reſtat modo reſpondere ad obiect. Idem etiam Cardin. in cap. licet in penul. col. in fine verſiculi quarto quæro. Idem quoque Pet. de Ancha. in trac. ſchiſmatis in quarto quæſito circa fi. Et idem in effectu in reſponſione facta in concilio ad oratores regis Franciæ. in 5. char. in verſi. per prædicta, dum ponit intellectum ad ca. cum ſecundum. de hæret. in 6. dicens quod cum illi fuerint ſchiſmatici, & ſint condemnati per ſacros canones, non eſt neceſſaria alia ſentētia declaratoria hominis. & quod c. cum ſecundum. de hæreti. in ſexto. debet intelligi cum in bonis facienda eſt executio, ſecus cum in pœnam afficit perſonam, quod nota.

59 Sed Moder. Aret. altius † exoriendo iſtum paſſum quādo poſſit propter ſchiſma papa deponi, tandem in effectu ponendo illa, quę dicta ſunt ſupra, maxime in artic. vtrum papa poſſit de ſchiſmate accuſari, concludit quod aut aliquis intrudit ſe in apoſtolatum temerarie nullo iuſto ductus errore. & tunc talis intruſus in papatum ſic temerarie, dicendus eſt ſchiſmaticus & apoſtaticus, & ipſo iure anathematizatus, ut in capit. in nomine domini 23. diſt. coniuncto. cap. licet. de electi. & 79. diſt. cap. ſi quis. probat tex. & ibi ponit Card. in dicto cap. primo de ſchiſma. Et talis eiiciendus eſt omni conatu. ut in dicto capitulo. ſi quis pecunia. 79. diſt. & dicto cap. licet. Ille autem papa qui cum tali ſic temerarie intruſo contenderet de papatu, ex eo ſolo quod litigaret & contenderet de papatu non eſſet cenſendus ſchiſmaticus, ut in cap. 1. de ſchiſma.

60 Quod † intelligo etiam ſi non conſtaret clare quod iſte contendens cum temerarie intruſo ſit verus papa, quia ſi de hoc conſtaret, tunc poſtquam electio reperitur canonice facta, ſi ſuperueniat bellica tempeſtas & qualiſcunque hominum conatus qui malignitatis ſtudio impediant ne is qui eſt verus papa in ſede apoſtolica inthonizari poſſit, omnino verus papa au thoritatem habet regendi eccleſiam Romanam & adminiſtrandi, ut in c. in nomine dñi. 23. diſt. Si † uero in- 61 truſus in cathedram Petri aliquo iuſto errore ducitur qui eū etiam a culpa excuſet, tunc talis non eſt ſchiſmaticus ex hoc ſolo quod contendit de pontificatu. argumen. notatorum in l. fi. ff. de adult. Et idem dicit ſi ſit in ſola culpa & non in dolo quia licet de culpa puniri poſſit, ut dicitur in d. l. fi. tamen nō debebit iudicari ſchiſmaticus. & minus papa verus cū eo contendens, quantumcunque etiam in parte ſciſſa papatum regat. Sed ſi non ſolum ſunt in ſciſſura & papatum in ſchiſmate regunt, vel mundum ſciſſum tenēt, ſed etiam ſchiſma nutriunt nolentes adhibere remedia vel fingentes & procraſtinantes vnionem & ad finem non perducentes, tūc iudicabuntur ſchiſmatici etiam ſi alter ſit verus papa. Et ſi contingat in tali ſciſmate ipſos inueterari iudicabuntur hęretici 24. q. 3. inter hæreſim. Et hoc caſu poterit papa deponi ꝑpter ſchiſma. Quod intelligo in uero papa ſchiſmatico, ſicut dictum eſt ſupra de hęretico. Vnde quando eſt ſchiſma largo 62 modo, prout ſi papa foret mortaliter peccans ſolum, tunc non eſt deponendus nec poſſet per concilium deponi, quia tantum propter hæreſim proprie ſumptam deponitur, vt. 40. diſtin. ſi papa. Sed ſi eſſet ſchiſmaticus ita quod eius ſchiſma prolaberetur in hæreſim ſtricto modo ſumptam, tunc deponendus eſſet, & eadem eſſet pœna ſchiſmatis & hęreſis, quia tunc ſchiſmaticus eſt hęreticus dicit Hoſtienſ. in ſumma in tit. de ſchiſma. §. qua pœna, verſic. nec obſtat & in §. unde dicitur, verſi. differt autem, ponit Ioan. An. in c. firmiſſime. de 63 hęre. Quinimmo † delictum ſchiſmatis grauius videtur omni delicto etiam hæreſis. 24. q. 1. non afferamus in fin. & ex perſeuerantia fit hęreſis. 24. q. 3. inter hęreſim. Facit quod dicitur 24. q. 1. aduocauit. vbi dicitur quod fides non poteſt eſſe in ſchiſmate, qa etſi forte ſchiſmaticus fidem tenet in Deum, tamen erga Dei eccleſiam ſchiſmaticus fidem non tenet. eſt enim vna eccleſia ſpōſa Chriſti pulchra, ſine macula & ſine ruga, ortus cōcluſus, fons ſignatus & puteus aquę uiuæ. vigeſima quarta quæſtione prima capitulo quoniam vetus, & capitulo omnibus. Ipſe enim ſe ſeparat ab unitate ſanctæ Romanę eccleſię, a qua qui ſciſſi ſunt non videntur Chriſto fidem exhibere debitam, a quib. euacuatur paſſio eius atque diſtrahitur d. c. aduocauit. 24. q. prima & cap. loquitur. Et ſic veniunt ſchiſmatici contra articulum & vnam ſanctam eccleſiam & cæt. plures quodammodo eccleſias conſtituere ſatagentes, ut ſi duo de papatu contenderent & eſſet dubiū vter eorum eſſet pontifex, & uterque partem non modicam Chriſtianorū ad ſe trahæret, & in parte Chriſtianorū ſciſſa & ſibi quęſita vterq diu ſtaret & gauderet fouēdo ſciſſuram, tales eccleſiam ſcinderent & in hęreſim ſtricto mō ſumptā inciderent, ut dicit gl. in authen. de priui. do. hæreticis mulie. non pręſtan. ibi ad omnes qui non ſunt membrum. Nam cū hac ſpnoſa vnus ſolus debet reſidere qui ſit vnicus ſucceſſor Petri & vicarius Ieſu Chriſti & eccleſię ſponſus, ſi autem ei

ci duo præſint, conſtituunt in eccleſia duo capita tanquam monſtrum, contra tex. cap per uenerabilem, qui filii ſint legit. de offi ord quoniam in pleriſque. Et uterque eſt ſchiſmaticus. Item ipſam eccleſiam vnicam corrumpere videntur, ei duos vt ita dixerim viros attribuendo & ſeipſos ambos eccleſiæ uiros faciendo. vnde non conſeruant eam pudicam & incorruptam ſed adulteram deſignant, ſicut mulier quæ duos viros habet adultera dicitur, arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale. 7. q. 1. ſicut vir. cap. inter corporalia. de transla. præla. Vnde non dicitur Chriſtus in eorum cordibus habitare. 24. q. 1. audiuimus. nec poſſunt habere Deum Patrē qui eccleſię non habent vnitatem 24. q. prima alienus. Eccleſia enim eſt vnica & incorrupta, vnius cubilis ſanctitatē caſto pudere cuſtodiens. 24. q. 1. loquitur. Vnde † ex premiſſis 64 patet qđ cum ſchiſmaticus ſtrictiſſime ſumptus ſit hęreticus ſicut hæreticus ipſo iure perdit papatum ſic & ſchiſmaticus. quapropter ſicut pro hęreſi deponitur ſiue depoſitus declaratur ſic etiam pro ſchimate. Ad quod facit tex. in d. ca. ſi papa qui non dicit ſimpliciter quod papa tantum pro hære deponatur, ſed dicit quod deponitur cum reperitur deuius a fide. quod intelligere oportet per concilium, quod cognoſcit de cauſa papatus, ut in cap. ſi duo. 79. diſt. Sed ille qui quærit eccleſiam ſcindere dicitur a fide deuiare. 24. q. 1. alienus. & 1. q. 1. teneamus. & 16. q. ſi, cap. ſicut domini. Ergo ſicut hæreticus ſic & ſchiſmaticus perdit dignitatem papatus, & poteſt a papatu amoueri. Et idem quod de ſchiſmaticis ſtrictiſſime erit quando multi erigerent capita cōtra Romanam eccle. facientes nouam ſectam & noua ſtatuta, vt ſunt fratricelli. ſunt enim & ipſi ſchiſmatici, ut uide Abb. in ca. at ſi clerici in 5. char. §. alium caſum de iudi. Et idem uidetur dicendum de papa ſi ipſe eſt paganus, iudęus, uel nō baptizatus nec uolens baptizari, quia ſatis dicitur a fide deuius, nec eſt capax papatus, ut ſupra dictum eſt ex dictis in c. licet de elec. & talis poteſt per concilium iudicari, ſiue ſit iudæus ſiue paganus & amoueri a pontificatu, quia in tali non eſt minor ratio q̃ 65 in hæretico. Et per hoc tollitur † contrarium quod poteſt obijci ex dictis Abbatis poſt Hoſtien. in c. firmiſſime de hær. uidelicet cum dicunt quod proprie hæreſis dicitur ſolum in duobus caſibus. ſcilicet quando quis aliter ſentit de articulis fidei quam ſentit Ro. eccleſia. 24. q. 2. c. hæc eſt fides. & quando quis male ſentit de ſacramentis eccleſiæ, vt in c. ad abolēdam. de hære. in princ. Quia reſpondetur ꝙ ſchiſma capitur multis modis, ſ. large, ſtricte, & ſtrictiſſime. Primis duob. modis ſchiſmaticus non dicitur hęreticus, ſed vltimo modo ſic, nam qui ſe diuidit ab vnitate Ro. eccleſiæ conſtituendo ſibi eccleſiam ac clericos & ſacerdotes ordinando, eſt hæreticus proprie dictus, quia venit contra illum articulum fidei, & vnam ſanctam eccleſiam, vt dicit Abb. in ru. de ſchiſma. Et in dubio appellatione ſchiſmatici intelligit̄ de ſtrictiſſimo modo ſumpto, vt notat Ab. in c. fraternitati, de ſchiſma. Sed 66 quid ſi papa eſt † omnino inutilis & inſufficiens ad pontificatum regendum, vtrum poterit deponi, Domi. dicit ꝙ non in c. ſedulo. 38. di. quia non poteſt pro aliqua cauſa deponi niſi propter hæreſim, vt ipſe ibi dicit. De quo vide quæ dicta fuerunt poſt quæſtionem an ratione ſimoniæ quam papa committit debeat concilium congregari, in quæſtione, ſed quæro vlterius pone &c. & in alia quæſtione, quid autem ſi papa efficiatur furioſus vel demens &c. Idem etiam forte eſſet dicendum de papa idolatra. ſ. ꝙ poſſet ſicut de hęretico dicitur deponi, capiendo idolatriam vt ſonat in hæreſim, ſicut adorare creaturam pro Deo. facit ꝙ dicit S. Tho. in 2. 2. q. 94. ar. 1. & quod dicitur in præall. c. nunc autem. 21. diſ. & quod dicit Domi. in c. deniq; in fi. 7. q. 1. & in c. preſbiteros. 50. diſt. & in c. quæro. 6. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Duobus contendentibus de papatu, quorum vnus eſt verus papa, tamen nutriunt ſchiſma, & eſt inueteratum, an poterit deponi, intruſus, ſicut verus Papa.*
Opinio Auctoris quod verus papa hoc caſu non deponatur. contra Moder. Aret.

Articulus II.

1 Sed † pone eſſe duos contendentes de papatu, & alterū ex eis eſſe verum papam ſed diu ſteterunt in contentione tenētes ſciſſuram inter chriſtianos, quia vtrique paret magna pars chriſtianorum, & nō curant tenere vias per quas tollat̄ ſchiſma & forte nolūt ſed fingunt velle tollere & nō adimplēt, cum dixerimus ꝙ iſto caſu dr̄ ſchiſma tranſire in hæreſim, vtrum ita poterit deponi ille qui eſt verus papa & non curat tollere ſchiſma ſicut ille qui contendit & non eſt verus papa. & videtur dicendum quod nō per ſupradicta, quia verus papa licite quærit ꝙ contendens cum eo eijciatur penitus & ipſe vnicus remaneat, vt in d. c. in nomine Dñi. 23. diſt. & aliquid ſupra dixi. Et cum ipſe nō conſtituat aliam eccleſiam, imo credat Ro. eccleſiam eſſe apud ſe, licet dici poſſet ſchiſmaticus non tamen hęreticus, vt dicit Ab. in ru. de ſchiſma. ad quod facit gl. 24. q. 1. §. 1. quæ eſt prima poſt gl. ſummę. ſed contrarium eſt verum ſecundum Moder. Aret. Quia ex quo ūterq; detrectat quærere vnionem eccleſiæ nec conuocant concilium, forte timentes ne de ſuis ſedibus deponantur, & ſtant in negligētia, gaudētes quilibet in ſua parte ſciſſa, ſunt habendi ſchiſmatici ambo & vterque dēt a papatu amoueri. quia eccleſia unica eſſe debet, & oportet ꝙ habeat ſponſum unum & non plures, & ꝙ in ſua unitate permaneat, & ipſi hanc unionem ſumme quærere deberent & affectare. 24. q. 1. c. loquitur. & pręſertim papa cui primum prę omnib. chriſtianæ religionis onus incumbit 24. q. 1. c. officii. & c. memor ſum. ubi dicit tex. intelligo mihi aliter nō licere q̃ ut omnes conatus meos ei cauſæ in qua vniuerſalis eccleſiæ ſalus infeſtatur impendam. Vnde ſi uias tollendi ſchiſma nō quęrunt, quia hoc caſu pro bono eccleſię ēt verus papa repelli poteſt, vt vult gl. ſing. in c. ſi forte, 63. diſt. grauiſſime peccant. Et ideo ſi moniti non quærunt eccleſiam vnire ſed detrectāt uterq; eorum hoc caſu non ſolum ſchiſmaticus ſed hæreticus eſt dicendus. all. gl. in c. ſi papa. 40. diſt. & ꝙ non ſolū non ſunt diſcipuli veritatis ſed erroris magiſtri, vt in cap. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. nam ſi Chriſtus deſcendit de cœlis ad redimendum gregem ſuum perditum, & mortem ſubiit tpalem, vt in c. 1. de homi. in 6. quanto magis quiſq; in cathedra Petri pręcipue uerus ſummus pontifex curam debet habere gregis Dominici, & ipſum perditum non ſolum redimere renunciando papatui, ſed etiam morti naturali ſe ſubiiciendo. facit tex in c. aduerſitas. §. cum vero. 7. q. 1. Quod etiam ponit Abb. in c. quia diligentia, de elec. quando ſchiſma eſt inueteratum, quia tunc cenſentur hęretici, ex quo ſcindunt eccleſiam nec curant unionem ipſius. facit glo. in §. quia vero, 24. q. 3. & in c. firmiſſime. de hær. & dictum eſt in quæſt. præcedenti, in uer. item adde ꝙ iſta quæ dicta ſunt de hæreſi &c. deberent ergo vel papatui cedere, vel per ſortes litem ipſam de papatu dirimere vt dicit moder. Aret. de quo, an, ſ. per ſortes eſſet hæc contentio dirimenda, dictum eſt ſupra. & fuit opi. Card. in c. licet. de elect. & in conſ. 150. incipit quæſitum. vbi ponuntur etiam alii modi per quos poſſet tolli ſchiſma de eccleſia Dei. & plures alii ponuntur per Gerſon. & alios. uide apud Egi. de Bellamera in c. in fidei de hære. in 6. & alios. ponit Card. de Turrecrem. in 4. li. c. 10. Nam, vt inquit idem moder. Are. quemadmodum fuerunt poſitę ſortes ſuper veſtem Domini inconſutilem ne diuideretur, multo magis poni debent ut ſciſſa redintegretur. Et ſi dicti contendentes iſtam, vel aliam viam redintegrationis & reconciliationis nō amplectuntur, etiam ſi iuſtam habeāt cauſam litigandi dici poſſunt a fide alieni. 24. q. 1. alienus. Et fallunt fraternitatem, & ueritatem fidei perfida præuaricatione corrumpunt. 24. qō. 2 vlt. c. loquitur. Sed certe † quicquid dicat concluſio eius non videtur uera ꝙ etiam verus papa debeat eiici, quia ex quo eſt verus papa nō poteſt ab aliquo iudicari, & habent locum iura. c. nemo. c. aliorum, & c. facta, & alia ſimilia. 9. qō. 3. cum non habeat ſuperiorem, in allegato ſæpius. cap. licet, in fi. de elec. Et faciunt quæ dicuntur in regula vtile, in 6. & in alia regula. c. qui ſcandalizauerit, eo. tit. in anti. Niſi dicamus quod loquitur in illo qui detrectat tollere ſchiſma nec vult congregari concilium, ſed illud fouet, gaudens in ſua parte ſciſſa, ita ꝙ virtualiter eſt cauſa ſciſſuræ & inueterati ſchiſmatis cum tunc poſſit dici hæreticus, vt ſupra dictum eſt. de quo art. clarius vide infra in 15. modo ſedandi ſchiſma.

SVMMARIVM.

1 *Modi ſedandi ſchiſmatis.*
Et num. 2. remiſſiue.
3 *Bigamus non promouetur ad cardinalatum.*
Primus modus ſedandi ſchiſma, num. 4. per concilium generale.
Secundus modus, num. 5.
Et plura exempla ſedati ſchiſmatis inter duos contendentes de papatu, de hunc modum.
Tertius modus num. 6.
Per compromiſſum in arbitros, vel arbitratores.
Et iſta via a quibuſdam impugnatur. ibid.
Et hoc an ſit verum, ibid.
Quartus modus, num. 7. Via recognitionis, quod videlicet Antipapa cognito ſuo errore cedat prætenſa ſuo iuri.
Et exempla quibus hoc modo fuit ſedatum ſchiſma.
Quintus modus, num. 8. via ceſſionis.
9 *Comittere crimen intelligitur, qui id quod emendare poteſt non corrigit.*
Sextus modus, num. 10.
Septimus modus, num. 11.
Quod fiat conſtitutio, quod vno mortuo alius ſuccedat in ius.
Et reſpondetur ad contrarium, quod papa non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem. numero 12.

13 *Papa licet non possit sibi eligere successorem, potest tamen statuere de illius electione.*
Octauus modus numero 14. quod contingente morte alterius, superstes eligatur.
Exemplus sopiti schismatis hoc modo. ibid.
Nonus modus nu. 15. quod fiat constitutio inter duos contendentes, quod altero eorum cedente, vel mortuo, alter pro illa vice eligi non possit. ibidem.
Decimus modus nume. 16. sed iste modus non tollit schisma incontinenti, numero 17.
Sed satis est quod tolletur aliquando. ibid.
Et iste modus non placet auctori. nu. 18.
Vndecimus modus num. 19.
20 *Electio Papę, per cardinales facienda non est de iure diuino, sed positiuo.*
Duodecimus modus num. 21.
Et exempla quibus schisma tali casu sopitum est.
Et istum dicit esse bonum modum auctor. ibid.
Tertiusdecimus modus, num. 22.
Et Exempla, quibus tale schisma sublatum est.
Quartusdecimus modus num. 23.
Et hoc modo multa schismata sopita sunt.
Quintusdecimus modus num. 24.
Et iste modus approbatur, ibidem.
25 *Renunciare non cogitur quis rei in qua credit se ius habere.*
Quomodo intelligendum, ibidem.
26 *Vtilitas publica prefertur priuatæ, & ideo tali causa quis priuatur propria vtilitate.*
27 *Discordia in electis ad episcopatum cuius iudicio remittatur.*
28 *Scandali euitandi gratia multa prohibentur.*
Item multa conceduntur.
29 *Papa debet potius cedere papatui, quam pati quod populus remaneat scissus, vel diuisus.*
30 *Papa potest cedere papatui, sed an possit cogi cedere. & num. 31. 32. 33. & 35. argum. ab absurdo.*
Auctoris opinio nu. 36.
37 *Episcopum propter scandalum debere cedere episcopatui, dato sibi æquali cambio quomodo intelligendum.*
38 *Papatus non recipi cambium.*
39 *Iuri suo quilibet potest renunciare, quando cessio tangit solum personam cedentis.*
40 *Cap. si forte. 63. dist. intellectus.*
41 *Ioan. Cap. decimum, ibi bonus pastor ponit animam suam, &c. declaratur.*
42 *Nemo cogitur dimittere bona sua temporalia, vel spiritualia, propter aliorum scandalum.*
43 *Scandalum quid sit, & vtrum sit peccatum, & cui competat, & quę sint dimittenda propter scandalum.*

Articulus III.

1 Sed quid si pro qualibet parte inueniantur volentes intrare ignem, vt dicitur tempore Gregorij aliquos se obtulisse, dic quod tale iudicium est omnino prohibitum, vt in tit. de purga. vulga. per to. Possent enim ob alia peccata succumbere omnes, eo. tit. cap. 2. Et per hoc Deus tentari videretur, eod. tit. cap. fin. infiniti namque mortales pro fide Christi interfecti sunt pro quibus Deus nullum miraculum ostendit, Vnde dicitur quod hoc est tentare Deum, & ideo prohibi-2 tum. Alios † modos sedandi schisma reperio positos in quibusdam scriptis quæ incipiunt præmissa debita protestatione, quæ credo esse Ioan. de Lignano, quia habent conformitatem cum scriptis eius in cap. licet, in multis fere de verbo ad verbum. quamuis in istis scriptis sint multa quæ non sunt 3 in d. c. licet. Qui Ioan. secundum † quod dicit dominus Nicolaus in cap. at si clerici, de iud. si non fuisset bigamus fuisset factus cardinalis, sed quia papa non dispensat cum bigamis ad cardinalatum, non fuit promotus. Ita etiam refert Mar-4 tinus de Laude in tract. de cardinalibus. q. 77. Et ibi ponitur, quod primus modus erit per concilium generale, quod hoc casu est iudex. 79. dist. cap. si duo. Per istum modum concilij fuit sedatum schisma inter Vrsinum & Damasum, nam Vrsinus de vrbe expulsus, Neapolitanus episcopus constitutus est, & Damasus in pontificatu confirmatus. Item hac via sedatum est schisma quod fuit inter Symmachum & Laurentium, vt in §. hinc etiam. 17. dist. Et sic in concilio Constantien. fuit sedatum schisma, nam priuato Benedicto, & Ioan-5 ne, accedente Gregorio, electus fuit Martinus Quintus. Secundus † modus est vt contendentes de papatu committāt aliquibus potestatem discutiendi iura eorum, vtrum ipsorū aliquis sit verus papa necne, & super hoc pronunciandi, cum cautione quod stabunt eorum sententiæ. Adducitur c. nos si incompetenter. 2. q. 7. & ibi glos. 1. & ff. de iurisdic. om. iud. l. est receptum, & videtur glos. aperta in c. in synodo. 63. dist.

Hoc modo sedatum est schisma inter Bonifacium primum & Eulalium presbyterum vrbis Romæ, quia iussi Imperatoris ambo contendentes vrbem egressi sunt, & facta inquisitioni de veritate electionis amborum, & reperto quod Bonifacius a maiori & saniori parte fuerat electus, in papam susceptus est, & Eulalius reiectus. Aliqui istam viam impugnant, quia isto casu concilium est iudex, vt dictum est supra, & in cap. Anastasius. 19. dist. & 15. distinctione capitulo sicut sancti, ad fi. & supra dictum est quod papa non potest se submittere alterius iudicio. Sed quando est controuersia inter duos pro sedando schismate inueterato aliter uidetur dicendum, 6 dic ut ibi dictum est. Tertius † modus quod isti contendentes compromittant in arbitros vel arbitratores, & cum hoc statuant quod pronuntiatio det titulum & ius alterius habeatur pro translato in illum pro quo fuerit laudatum. Quidam etiam hanc viam inpugnant, quia de titulo beneficii non potest compromitti. capitulo nisi essent. de præben. nec transigi. capit. super eo de transac. Sed alii respondent quod hoc nō habet locum in papa qui est supra ius. c. proposuit. de concess. præbē. & hoc super quo compromittitur est de simoniacis quia prohibitis. prima quæstione tertia. saluator. & de offic. delega. ex parte cum similibus Item super matrimonio spirituali fieri potest compromissum, de elec. capit. cum inter canonicos. de arbi. capit. ex parte. Vnde poterit fieri tale compromissum in laicos ex quo papa non ligatur iure positiuo. & tales arbitri poterunt cogi ad arbitrandum etiam per clausuram in conclaui sicut fit de cardinalibus in capit. ubi periculum. de elec. in 6. Et quod etiam fieri possit in laicos constat, quia eodem modo fuit sedatum quintum schisma per compromissum factum in Theodoricum regem, qui pro 7 symmacho papa sententiam tulit. Quartus modus † est via recognitionis erroris, ut antipapa ductus cōscientia cedat suo prætenso iuri & uerū papam in suum verum pastorem recognoscat. Sic fuit sedatum. 13. schisma, quia Benedictus. 10. qui per violentiam Romanorum intrusus fuerat, conscientia ductus renuntiauit papatui, & electus fuit. Nicolaus Secundus. Item schisma inter Alexandrum secundum, & Cadulum, qui deficiente sibi fauore Henrici imperatoris destitit a prosecutione papatus. Item schisma nouissimum inter Nicolaū Quintum & Amadeum ducem sabaudię, qui fuerat creatus papa in concilio Basilien. & fœlix vocatus, qui cessauit a prosecutione papatus recognoscens in verum pastorem ipsum 8 Nicolaum. Quintus † modus est via cessionis, hoc est vt omnes de papatu contendentes cedant & conueniant omnes cardinales & si qui essent anticardinales & faciant insimul vnam iustam & canonicam electionem. Nec poterit opponi quod aliqui sint anticardinales & inhabiles, ut satis patet ex tex. cap. licet. de elec. & clementina ne Romani eodem titulo vbi tollitur omnis exceptio insurgens ex defectu personarum eligentium. Et hoc in renuntiatione uoluntaria, q̄a papa potest renuntiare papatui, ut est tex. in capitulo primo de renuntiatio. in sexto. Et debet hoc facere pro unione ecclesiæ, ne plus temporalem honorem quam æternam salutē affectare videatur; ut in cap. nisi cum pridem, in §. pro graui de renuntiat. Quæ ratio ita militat in papa sicut in alijs bonis episcopis. bonus enim pastor non solum pontificatum, sed animam suam dat pro ouibus suis, ad hoc quod notat Io. And. in dicto §. pro graui. Non solum enim papa vel papatū prætendens tenetur omne consilium, & opus impendere vt pax & unitas in Dei ecclesia subsequatur & inducta conseruetur, sed & omnis Christicola hæc ipsa summoopere quærere debet, ut omnes simus vnum cor & anima vna in Christo. Mam Christus non habitat in cordibus illorum qui superbiæ singularitatem secuti a corporis Christi compage semetipsos abrumpunt. vigesimaquarta quæstione prima audiuimus. & qui nec vnitatem spiritus nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab ecclesię vinculo separat & Christiani nomen habere non potest. septima quæstione prima nouatianus. Et quia Christus ædificauit ecclesia super unum, vt esset una non plures. vigesimaquarta quastione prima loquitur. Tales igitur eam a sua vnitate scindentes, a fide deuiant & deponi possunt, etiam si alter sit verus papa cum sit a fide deuius. quadragesima distinctio. si papa, secundum eundem 9 Moder. Quia qui † crimina quæ emendare potest non corrigit ipse illa committere intelligitur. vigesimatertia quæstione octaua capitulo præterea. Ad hoc est text. in capitulo error. & in capitulo consentire octuagesimatertia distinctione. & capitulo negligere. secunda quæstione septima. vbi dicitur quod qui potest errori occurrere & non facit. videtur ipsum 10 fouere & nutrire. Sextus modus est, † quod uno ex contendentibus mortuo vel canonice deiecto, collegium ipsius defuncti vel deiecti expectet deiectionem vel mortem alterius vel aliorum contendentium si sunt plures, & tunc ex omnibus collegiis fiat electio summi pontificis. Et utilis erit constitutio

tutio quod interim donec expectatur mors, seu deiectio alterius, collegium defuncti uel deiecti possit administrare, ne per hoc obedientia eius detrimentum patiatur. Septimus 11 † modus erit quod per contendentes fiat vna constitutio q̄ vno mortuo, vel canonice amoto alius contendens superstes possit ius verum, uel prætensum defuncti vel deiecti administrare vel ipso facto acquirat absque vlla electione. Sed 12 huic † videtur obstare quod papa nō potest sibi successorem eligere. 8. quæst. prima, cap. 1. & 2. cum sequentibus. & notat glo. 79. dist. cap. si transitus. Potest dici quod hoc tolerari potest pro vna vice, vt tollatur schisma. Nec papa de plenitudine potestatis agens ligatur illis constitutionibus quanquam factæ sint in concilio. ipse enim constitutionibus concilij derogare potest, vt patet in cap. statutum, de rescrip. in 6. & notat Ioan. And. in capitulo significasti, de electione. & glos. in capitulo ubi periculum in verbo concilio. in sexto. Vel potest dici quod per istam constitutionem nō eligit sibi successorem sed tantum suam obediētiam in administrationem concedit, quod uidetur tolerabile, sicut quando inter duos contendentes vnus cederet ad tollendum schisma, & alius 13 de eius voluntate eligeretur. Ad quod facit quod licet dicatur quod papa non potest sibi eligere successorem, tamen bene potest statuere de electione successoris. 23. distinctio. capitulo in nomine Domini, & capitulo licet, de electione. & capitulo uai periculum, eodem titu. in sexto. & clemen. ne Romani. eodem titulo. Potest enim papa deliberare cum fratribus de successore, vt in capitulo primo, in gl. prima, 8. quæst. 14 prima. & 79. distinct. capitulo si transitus. Octauus † modus erit quod contingente morte alterius ex contendentibus alter superuiuens eligatur. Sic sopitum est schisma inter Siluerium & Vigilium, quia Siluerio in exilio pro fide Christi mortuo, Vigilius est in papam receptus. item inter Fœlicem & Liberium, quia Fœlix martyrio coronatus est: Liberius autem alio nomine vocatus Leo, occupauit pontificatum pluribus annis, quo tādem mala morte mortuo Damasus electus est. 15 Nonus † modus erit quod per contendentes fiat vna constitutio quod post eorum cessionem uel mortem alius ex eis pro hac uice eligi non possit. Huic modo minus obstat quam superiori, quod dictum est de eligendo successorem, quia hic nullus certus eligitur successor, sed coarctatur electio ad vnū de cæteris personis, quod fieri potest non solum per papam, sed etiam per consuetudinem, vt in capitulo cum dilectus, 16 de consuetu. Decimus † modus est, quod vterque de contendentibus cum suo collegio decernat quod se moriente, uel cedente non possint cardinales ad electionem alterius procedere & quod electio sit nulla, sed teneantur, uel adhærere superstiti & eum habere pro papa, uel expectare quod etiā cedat uel decedat, & tunc utrumque collegium conueniat Romam uel in locum uicinum sibi esse non poterunt ad eligendum alium. Et istum modum ponit Cardin. in versiculo 17 sextus modus in dicto capitulo licet. Et quamuis † iste modus non tollat schisma incontinenti, satis est quod schisma tolletur aliquando, & eo citius quo ambo fuerint seniores. & isto casu mortuo altero istorum, quousque alter cedat uel decedat potest ordinari quod primus cardinalis illius collegii uel ipsum totum collegium administret in iis, quæ non possent commode reseruari in tempus successoris. ita dicit Cardin. vbi supra.

18 Sed iste modus mihi non placet, quia per hoc non tollitur schisma, & est deterius quod vnus cardinalis administret papatum, maxime in iis quæ sunt supremæ potestatis, contra tex. capituli. ubi periculum. §. iidem quoque, nisi admitteretur pro sedando schismate aliquo tempore in po-19 sterum. Vndecimus † modus est, ut contendentes de papatu aliquos sibi fidos eligant qui post eorum cessionem soli seclusis omnibus cardinalibus possint papam eligere. Hic modus etiam tolerari potest ut schisma tollatur, quāquam nullus ex contendentibus hoc ambire deberet. Non obstat, q̄ cardinales excludantur, quia papa ex plenitudine potestatis hoc statuere potest saltem pro vna vice & ex causa tam graui ut tollatur schisma. ad hoc. 63. distinctione, capitulo secū-20 do, & capitulo sequen. Nec est absonum † quia non est de iure diuino quod cardinales eligant, sed de iure positiuo. capitulo in nomine Domini. 23. distinctione. Duodecimus 21 † modus est uia reconciliationis cum papa & imperatore, & principibus quorum fauore schisma fouetur. Hoc modo sopitum est schisma inter Alexandrum Secundum, & Cadulum, & schisma inter Alexandrum Tertium, & alios quatuor antipapas. Et iste esset bonus modus hodie tollendi imminens schisma, hoc est ut fieret pax inter sanctissimū Dominum nostrum Iulium Secundum, Pontificem Maximum, & Regem Francorum, quod Deus pro sua bonitate 22 fieri concedat. Tertiusdecimus † modus est per capturam intrusi vel intrusorum. Sic sopitum fuit schisma inter Calixtum secundum, & Burdinum antipapam. nam Calixtus cæpit in Sutrio Burdinum, & schisma sedatum est. Et eodem modo inter Ioannem, 22. & Petrum de Corbario, qui fuit captus & ductus ad Ioannem 22. & cessauit schisma. Quartus-23 decimus † modus est, via armorum adhibita contra intrusos, Et hac via multa schismata sopita sunt, sicut schisma inter Eugenium secundum & aduersarium eius. Item schisma inter Leonem Quintum, & Christophorum. Item schisma inter Leonem Octauum, & Benedictum Quintum, & sic de multis aliis. Alium modum posuit Card. in capitulo licet. de electio. videlicet per iudicium sortis. Sed de hoc vide quod supra dixi in quæstione principali ad quem spectet congregare concilium, in versic. sed hic quæro pone quod ambo. 24 Quintusdecimus † modus est ut cogatur cedere tam papa q̄ antipapa, & quod si nolint subtrahatur eis obedientia. vt sic per indirectum ad vnionem compellantur. quoniam vnionem subterfugientes, sunt digni omni pœna, cum propter ambitionem infinitas animas perdant. Et hanc viam approbas Petr. de Anchar. in suo trac. schismatis in tertia quęstione & in regula accessorium in 77. char. de regu. iu. & ibi ostē dit quod illa verba si & quatenus Benedictus cedat non sunt conditionalia sed modalia. Istam etiam ponit Cardin. in dicto capitulo licet in versi. quintus modus, quia ratione scandali prælatus cogitur cedere. cap. nisi cum pridem. §. propter malitiam. de renun. ibi in verbo cogitur. & quod notatur. septima quęst. prima cap. scias. in glo. fin. & cap. episcopus. de loco, in glo. fin. & ibi per Archi. & per eundem. 58. dist. d. cap. primo & doc. in cap. quæsitum. de rerum permu. & Archi. in cap. sughestum. 7. q. prima. & Abb. in capit. primo de elec. Et Ludo. in consi. 332. in ul. colum. cum concor. vbi dicit quod constitutio Constantiens. de non transferendis episcopis inuitis, intelligitur nisi subsit iusta & rationabilis causa. Et dicit iustam quando fit bono pacis & ratione scandali vitādi. de quo etiam per Felin. in cap. quæ in ecclesiarum in 37. col. versic. per istam declarationem. de consti. Qui licet loquantur in inferioribus videlicet in prælatis, ratione tamen schismatis videtur maior ratio in papa propter vtilitatem vniuersalis ecclesiæ. 7. quæstione prima mutationes, & cap. scias, & 25 cap. sequenti. Nec obstat † quod dicit Inno. in cap. licet. de electio. quod nullus cogitur renuntiare rei in qua se credit ius habere, quia intelligitur sine causa. Facit quod dicitur, in capit. non est de sponsa. & de vo. & in regula sine culpa de reg. iur. in 6. Item aliud est congregare ut quis simpliciter renuntiet aliud vt dimittat unum & accipiat aliud ut dicitur in dicto §. propter malitiam, Si autem papa vel alius prælatus ex causa necessitatis vel utilitatis cogitur cedere, prouidendū est ei unde honeste possit statū suum sustinere. Ita dicit Car. 26 in dicto versi. quintus modus. Quia † vtilitas publica est præferenda priuatæ, & sententia multorum sententiæ vnius. 7. quæstione prima cap. scias. 8. quæstio. prima in scripturis, & ideo propter publicam vtilitatem potest quis, re sua priuari inuitus. l. Lucius. ff. de euic. Vnde & populus potest propter maximam communem vtilitatem & necessitatem regem deponere, vt notat. in l. non ambigitur. ff. de legibus. Istam etiam partem tenere videtur Mathesi. in dictis additionibus ad trac. Anto. de Butrio.

27 Et pro eadem parte † faciunt quę dicuntur in capit. si forte. 63. dist. vbi duobus in discordia electis ad episcopatum. is metropolitani iudicio alteri præferendus est, qui maioribus iuuatur studiis & meritis, ita tamen ut nullis detur inuitis & non petentibus, ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat aut odiat. Et gl. ibi dicit quod si timetur scādalum utriusque electio cassatur, ut 78. distinctione capitulo si duo. Vnde 28 propter scandalum uitandum & ne inuitis detur, episcopus priuatur suo iure quod ei fuerat ex electione quęsitum. Ad quod facit quod dicitur in c. considerauimus. de ele. in gl. fi. & ibi docto. quod propter scandalum uitandum potest licite fieri prohibitio ne quis eligatur in certa ecclesia, licet ipse in nullo deliquerit. Sic uidetur dicendū in proposito ad vitandum scandalū & ne remaneat pontifex a plebe contemptibilis & odibilis. Item confirmatur per illud. 3. Reg. 4. & quod habetur in c. afferte. de præsump. ubi illa mulier maluit filiū 29 proprium dari aduersariæ quā diuidi. Sic in proposito † papa debet potius cedere quā permittere q̄ populus Christianus remaneat scissus & diuisus. Item omnis Christi actio nostra est instructio, filius autē Dei omnipotentis cuius papa est vicarius in terris, pro humani generis redemptione serui formam accipiens se usque ad mortem exinaniuit, vt schisma quod ex inobedientia Protoplasti fuerat exortum inter Deum & homines aboleret multo magis igitur papa pro salute periclitantium animarum ratione schismatis debet posse compelli cedere papatui. Item faciunt omnia illa quæ

fuerunt supra adducta in quinto modo tollendi schismatis Et istam etiam tenuit gerson in trac. schismatis in princip. in in versic. nono notetur. & maxime vbi fuisset iuratum. Sed idem etiam est secluso iuramẽto vbi per cessionem habetur vnio ecclesiæ, & non potest humanius prouideri, & nisi fiat cessio sequitur malum mortiferum animarum. Ad idem facit quod dicitur in cap. primo ibi glo. 8. quæst. prima. & Ale. ibi. vbi Clemens qui fueruat electus successor per Petrum cessit vt euitaretur scandalum quod posset oriri si pontificatus obtineretur per successionem. Tamen † Augu. de Anco. in quarta quæstione per plures articulos ostendit quod papa possit cedere papatui. & idem Archidiacon. Florentin. in tertia parte summæ. titulo vigesimo tertio capitulo quinto. §. quarto. Sed non dicunt quod possit cogi ad cedendum. Sed de hoc quod possit si velit cedere, habemus tex. in dicto capitulo primo. de renuntiatio. in 6. Quod & ponit Ioann. Andre. ibi per plura motiua, quibus vt dicit ibi domi. cum difficultate respondetur.

31 Sed in contrariũ † quod papa etiam vigente schismate non possit cogi ad cedendum, ponit Egi. multum late per plures trac. plurium clarissimorum doctorum in consil. 99. Et idem etiam tenuit Bal. in cap. pastoralis. de rescript. & Egi. in cap. in fidei. de hær. in sexto. Pro qua parte facit quod papa nõ potest ex vlla causa vel crimine deiici nisi cũ est a fide deuius, vt sępius allegato capitulo si papa. 40. distinct. Licet enim electionem summi. pontificis Deus commiserit clericis & religiosis, deiectionem tamen suo duntaxat arbitrio reseruauit. 79. distinctione. in summa. & per Hostien. in summa. §. quis possit in prin. de constit. & per archi. in capitulo in fidei de hæreti. in sexto, & de electione capitulo licet. Vnde pro nullo crimine quantumcunque magno deponi potest, excepta hæresi etiam si foret ecclesiæ inutilis, negligens, & remissus, vt dicit gl. in dicto capitulo primo de renun. in sexto. Sed quo ad id quod dicitur de inutili, contrarium uidetur tenere Archi. & refert ibi domin. in capitulo si papa in fi. 40. distinctione, videlicet quod si papa efficitur inutilis potest deponi. allegat. 15. quæst. sexta. alius, & de re iudica. capitulo. ad apostolicę. Quæ iura loquũtur de rege & imperatore. & in dicto capitulo si papa, similiter glos. ibi loquitur de imperatore in finalibus verbis, videlicet quod pro quocunque peccato de quo est incorrigibilis potest deponi Et ibi addunt Archi. & Domi. nam si est inutilis deponitur. vnde loquitur in imperatore & non in papa. Et de papa contrarium est verum. Quod & tenet illa glo. in uerbo insufficientem de renun. in 6 quia si propter insufficienntiam posset deponi, frustra dubitaretur an eo casu posit renuntiare ex quo inuitus posset deponi. Et hanc partem tenuit Alexan. in d. cap. si papa, & communiter omnes. & dictum est supra in articulo propio quando papa est effectus inutilis vel furiosus, vel est captus a piratis. Et ista insufficientia vt dicit illa glo. potest contingere ex illiteratura, senectute & infirmitate, in quibus casibus posset aliter ꝓuideri per coadiutorem, ut dicitur in capitulo primo de cle. ęgro. in sexto. vide quę dicta sunt supra in quæstione ex quibus causis posit concilium congregari, in dicto uersicul. sed quid si papa efficitur inutilis. Non obstat tex. in dicto capitu, alius, cum concordantib. qa illa iura loquuntur in inferiori a papa secundum illam glo. in dicto capitulo primo in versiculo insufficientem.

32 Secũdo etiam † pro ista parte, quod papa non possit cogi ad cedendum, facit quod ex quo maxime fuit dubitatum an papa volens sponte cedere papatui posit, ut patet ex dictis Ioan. And. in dicto cap. 1. & diximus supra. quod refert Augustinus de Ancona, & Archic. Flo. propter quod emanauit ille tex. in dicto c. 1. frustra videretur dubitandũ an posset renuntiare, ex quo ꝓꝑ schisma posset cogi, & ex quo in illo tex. non dicitur quod aliquo casu etiam inuitus posit cogi, non videtur quod posimus ex nostro sensu hoc præsupponere.

33 Tertio facit † quod in dubio nunquam potest quis cogi renuntiare iuri suo, vt patet per totum in titu. quod metus causa & in cap. super hoc de renun. l. nec emere. C. de iure deliber. & in l. prima C. de episcopali audien. l. cum. de indebito. ff. de proba. cum similibus. Igitur qui uult dicere quod papa potest compelli ad resignandum papatum, ostendat iura hoc dicentia. l. ab ea parte. ff. de probat. Faciunt quæ dicuntur in l. prima. C. ad l. Corneliam de Sicariis. & quę dicuntur in l. ancillæ. C. de fur.

34 Quarto facit † quod ex quo papa est maior concilio, vt infra dicetur capitulo signicasti. de electio, quia concilium sine eius authoritate non consistit capitulo nec licuit. capitulo regula. capitulo multis cum aliis. decimaseptima distinctione. in tantum quod etiam in iis quæ ad articulos fidei spectant dicitur esse supra concilium. glosa. decimaquinta distinctione capitulo sicut. cum & ipse solus generalia concilia interpretetur, & abroget. dicto capitulo nec licuit. & ibi notatur. & 9. quæstione tertia. nemo. vbi dicitur standũ esse sententię papæ etiam si totus mundus sentiret contrarium. facit tex. in capitulo statutum de rescrip. in 6. & capitulo constitutionem & capitulo statutum de sen. excommun. eo. li. & de electione cle. ne Romani §. sane. & Ioan. Andr. in dicto capitulo significasti, non ligatur constitutionibus conciliaribus. Item si de hoc esset constitutio pontificalis non ligaret successorem. l. digna vox. C. de. ll. sicut nec seipsum ligare potest. l. si quis in principio. ff. de lega. 3. Nec ligatur decretis sanctorum patrum, cum ipse eandem potestatem habeat quam habuit Petrus apostolorum princeps. Vnde & cõtra ꝑcepta apostoli dispensat, vt notatur per Hostien in summa de cõsti. §. quis possit. & de resti. spolia. literas. facit quod dicitur in capitulo de libellis. 20. distinctione. Vnde non videtur quod possit alicuius constitutionis authoritate cogi ad cedendum. Facit quod dicitur. 12. quæstio. secunda capitulo non liceat. & per Ioan. And. in capitulo cum ad monasteriũ de sta. mona. Quinimo non est superior qui posit eum cogere. neque enim ad Augusto, neque ab omni clero, neque a cuncto populo iudicabitur, ut in capitulo nemo. 9. quæstione tertia & in capitu. cuncta per mundum, & in capitulo per principalem ea. cau. & quæstione. nisi in causa hæresis vt dictum est. d. capit. si papa. vel nisi se submittat, vt in capit. nos si incompetenter. 2. quæst. 7. Sed de hoc dic vt dictum est in

35 ꝓpria quæstione. Item facit † quod si esset verum papam posse cogi. ad cedẽdum, possent sequi magna mala, quia si vero papę daretur contradictor apostaticus de facto, posset ex hoc verus papa cogi ad cedendum vt schisma tolleretur. & sic esset dare vel aperire viam frauibus contra notata in ca. ex tenore cum vulga. de rescrip. facit quod dicitur in l. penul. ff. de cõsti. prin. Item pro hoc facit quod licet multa fuerint schismata in ecclesia, nũquam legitur aliquod sedatum per coactionem cedendi.

36 Quid † dicendum? Si loqmur in casu in quo verus papa fouet schisma cum schismatico, nec requisitus vult prouidere, & maxime vbi essemus in schismate inueterato, isto casu ex quo tenet ecclesiam in scissura, quia requisitus gaudet tenendo ecclesiam scissam & nõ vult dare ordinem quod sedetur, uidetur tale schisma sapere hęresim, ex qua potest deponi vt supra dictum est. Et si potest deponi, multo magis poterit cogi ad cedendum. Vbi vero esset schisma quod nõ uideretur imputandum alteri ex contendentibus de papatu, vt puta si ille q est verus papa offerret se paratum ad sedandum schisma, & alter detrectaret omnes alios modos per quos posset schisma sedari, & malitiose dicere se paratum cedere modo alter cedat, & ille qui nollet cedere esset uerus papa, & amplecteretur omnes alios modos pro vnione facienda, & esset periculum si cederet ne intrusus remaneret in papatu propter eius potentiam, si tunc nollet cedere ille qui est uerus papa, crederem per rationes supra ꝓ ista parte adductas, quod non posset cogi, ex quo ipse est uerus papa, & alius potentia & iniuste fouet schisma, ad hoc ut uerus papa cedat papatui. nam iura sonant quod ille quem cõstat esse intrusum debet eijci omni conatu, ut in capitulo si quis pecunia 79. distinctione. & in capitulo in nomine Domini. 23. distinctione. ubi patet quod propter alicuius impressionem non debet dimitti quo minus uerus papa administret pontificatum. Sicut etiã fuit factum tempore Symmachi qui contendebat cum Laurẽtio, quia fuit cognitum per concilium de eius iure, ut patet in dicto §. hinc etiam. 17. distinctione. & non fuit coactus cedere. Et si dicatur quod si alius schismaticus est in sua potentia & non potest eijci, nec sententia concilij imponeret finẽ schismati nisi uerus papa cederet. Respõdeo ex uerbis Beati Cypriani qui in epistola de schismate inter Nouatianum, & Cornelium, ut refert Car. de Turre Cre. in 1. par. li. quarto. capitulo 13. dicit. Quid ergo quia honorem cathedræ sacerdotalis Nouatianus vsurpat, nunquid idcirco nos cathedræ renuntiare debemus? & quia Nouatianus altare collocare & sacrificia offerre contra fas nititur, ab altari & sacrificijs cessare nos oportet, ne paria & similia cũ illo celebrare, uideamur. uanũ prorsus & stultum est ut quia Nouatianus extra ecclesiam uendicat sibi ueritatis imaginem, ecclesia relinquat ueritatem. Sic ergo nec scandalum debet esse causa deferendę ueritatis, ut in regula qui scandalizauerit de regu. iuris cum materia. Nec propter malitiam eorum qui scandala concitant sunt dimittẽda temporalia, quia hoc noceret bono cõmuni, ut dicit. S. Tho. in secunda secũdæ. q. 43. ar. ul. ergo multo minus quis potest compelli cedere dignitati. Vnde ait tex. 7. quæstione prima quam perculosum sit in rebus diuins ut quis cedat iuri suo, & potestati, scriptura sacra declarat &c. Si

Si autem loquimur in casu quo existente schismate in ecclesia plures assumerentur ad pontificatum in diuersis obedientijs, sicut fuit tempore Gregorij. 12. & Benedicti. 13. & quo ante assumptionem ad pontificatum quilibet iurasset & vouisset in conclaui si opus foret pro vnione ecclesiæ & omnium obedientiarum, & tollendo schismate cedere, credo salua veritate & determinatione ecclesiæ quod quilibet posset cõpelli ad cedendum. Ratio est quia nullus potest dici verus papa. tum propter dubium. tum quia sunt nutritores schismatis & hæretici. Et ita intelligo illos qui tẽpore illius schismatis consuluerunt quod possent compelli. quod & videtur voluisse Ant. de Bu. in capitulo primo de consti. Et isto vno modo teneri potest quod papa qui iurauit & vouit aliquid tẽpore assumptionis, tenetur illud obseruare & potest astringi ad obseruandum, videlicet quando est iuratum pro sedãdo schismate, & obseruantia iuramenti habet sedare schisma. de quo, scilicet quando papa teneatur obseruare capitula conclauis quæ iurauit & vouit, dictum est supra latius. Et nonnulli ex illis qui tenuerunt quod Benedictus non tenebatur obseruare iuramentum nec poterat cogi ad cedendũ, vt euitarent obseruationem iuramenti & promissionis fundabant se in schedula conclauis, dicentes eam conditionatã & nõ necessario astringentem ad cedendum, vt potest videri late in dicto consi. 99. ipsius Egi. & in dicto capit. primo de iniu. in 6. & in dicto capit. in fidei de here. eo li. Et ex his patet quod si verus papa non potest cogi ad cedendum papatui ꝓ sedando schismate, vbi ipse non est in culpa, nec detrectat illud sedare per omnem viam possibilem, multo minus poterit in casu quo est vnus verus papa & nullum schisma, pro quocunque magno scandalo cogi ad cedendum, quia vt dicit veritas Matth. 18. væ homini illi quem scandalum venit. & paulo ante expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. vnde non debet

37 scandalum imputari vero papæ. Non obstat quod dicitur ꝙ propter vitandum scandalum episcopus debet cedere dato æquali cambio, vt in dicto capitulo nisi cum pridem. §. pro graui. Quia vt dictum est loquitur in inferioribus prælatis a papa, quibus potest compensari de melioribus ecclesijs. Nec

38 est verum † quod ratione maioris vtilitatis & grauitatis causę debeat habere locum in papa. tum quia in papatu non est dare cambium. tum quia non est dare superiorem, vt in cap. licet de elec. tum quia in papa subest ratio in contrarium ꝓpter perniciosum exemplum quod sequi potest, quia parabitur via qua Romanus pontifex inuitus ex cõfictis causis cõpellatur cedere. Cõfingetur enim aliqua hæresis in eum uel minus canonica electio opponetur, sicque erigetur apostaticus aliquis, qui tandem inducetur ad cedendum vt uerus pa-

39 pa cedere cogatur. Proinde † Archi. in capit. quam periculosum. 7. quæstione prima dicit quod ubi cessio tangit solum personam cedentis, quilibet potest iuri suo renuntiare, vt in capitulo ad apostolicam & capit. statuimus de regula. & 2. questione quarta mandastis. sed vbi cessio tangit non solũ personam cedentis sed etiam alios, tũc non potest nisi ex iusta causa & superiore ratum habente. Facit quod dicitur in capitulo si diligenti & in capitu. significasti de foro compe. & in l. ius publicum. ff. de pac. Potest & alio modo responderi ad d. §. pro graui, quod ibi non dicitur quod compellatur, sed quod licet episcopo petere cessionẽ. Et licet. §. pręcedens videlicet. §. propter maliciam, uideatur uelle quod potest cogi, non tamen dicit quod cogatur cedere, sed quod propter plebis maliciam cogitur ab ipsius regimine declinare. unde potest plebem per alium regere. Facit. 7. quæst. prima capit. aduersitas. §. hoc tunc. & capit. si. ea. causa & quæst. Non ob-

40 stat † capit. si forte. 63. distinc. potest enim responderi ut supra quod loquitur in inferioribus a papa. Item quod loquitur de electo non confirmato, nos autem in uero papa & possessore. clarum est autem quod facilius impeditur promouendus quam iam promotus. capit. accedens de accusa. cap. inter dilectos de exces. prela. Facit quod dicitur in cap. quemadmo-

41 dum de iureiu. Ad illud † quod dicitur Ioann. 10. quod bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. respondetur ꝙ illud est uerum non cedendo sed pugnando pro ouibus suis, quia pastor qui uidet lupum uenientem & relinquit oues, est arguendus, ut in capitulo aduersitas. 7. q. 1. & 8. questione prima sunt in ecclesia. & in dicto capit. nisi cum pridem in §. propter maliciam. Item Christus pro salute ouium suarum, scilicet humani generis, licet se humiliauerit usque ad mortem, non tamen cessit dignitati suę. Item Christus pro salute humani generis se humiliauit usque ad mortem sua sponte & uoluntate & non coactus. unde dicitur Isa. capitulo 53. oblatus enim est quia ipse uoluit. Vnde posito quod ex hoc posset sumi exemplum quod papa posset si uellet cedere, nõ tamen sumitur quod debeat cogi. Ad illud Salomonis affer te gladium &c. respõdetur quod mulier illa non coacta sed sponte petiit proprium filium dari alteri mulieri & non di-

42 uidi cum uideret filij diuisionem imminere. Non obstat † qđ dictum est supra in 5. modo quod error cui non resistitur approbatur. quia non dicitur quod quis compellatur cedere iuri suo. Quinimo secundum Sanctum. Tho. in secunda secũdæ. quæst. 43. ar. 7. & 8. quis non tenetur dimittere bona spiritualia imo nec temporalia propter aliquorum scandalum. quia dicitur scandalum pharisæorum, quod est contemnendum, ut docet nos ueritas Matth. 15. Item patet exemplo Sancti Thomæ archiepiscopi cantuariensis, qui non obstante scandalo Regis Angelię perstitit in repetitione rerum ecclesię. Et præmissa intelligo de scandalo passiuo non de scandalo actiuo. quia nihil est cum scandalo actiuo faciendum, dicit tex. in cap. nihil de prescrip. & Sanctus Tho. in d. 7. ar. in

43 responsione ad primum arg. Quid † autem sit scandalum & utrum sit peccatum & quibus competat & quę sint dimittẽda propter scandalum, uide Sãctum Tho. in 4. sen. dist. 38. q. 2. & Ioan. An. in d. cap. nisi in penul. & ante penul. colum. de renun. & alios ibi. Nic. de. Lira. Matth. 17. circa fi. in uerbo liberi. & doc. post glo. in c. qui scandalizauerit de regu. iu. in anti. & in c. sane de tempo. ordi.

Quid autem si papa nihil fecit propter quod posset deponi, tamen si renuntiaret extingueret maximum scandalum, vtrum debeat renuntiare? Allegatur Imo. in cap. nisi cum pridem in 16. colum. de renuntia. quem non habeo in dicto. capitu. nisi, sed quid sit respondendum, ex dictis doctorum ibi, & ex supradictis, satis patet.

SVMMARIVM.

1 Duobus contendentibus de papatu quo tempore multi hinc inde processus fabricati sunt, & multæ priuationes sequutæ.
Omnia reseruantur successori, & nu. 2.
Et quid de duobus contendentibus de imperio, nu. 3.
4 Gesta per papam intrusum, qui conniuentibus occulis fuit toleratus, an valebunt.

Articulus IIII.

1 Sed pone † quod duobus contendentibus de papatu fiant ab eis diuersi ꝓcessus & priuationes, & quod deinde sedato schismate confirmentur gesta eorum, sicut fuit factum in concilio Constãtien. de gestis per Gregorium XII. quid faciendum erit de dignitatibus ademptis vigore talium priuationum, ad hoc est bonum consilium Dominici de S. Gemi. 88. incipit Innocentius papa. Et vide Mathesil. in additionibus ad tract. domini Anto. de But. in penul. char. vbi omnia videtur reseruare determinationi successoris in pontificatu.

2 Sed quid si alter ex schismaticis contendentibus de papatu, in sua obedientia priuat vnum prælatum sua ecclesia vel aliqua commenda quia defecit ab eo, & prouidet alteri, vtrum valeat priuatio, & vtrum gesta per talem in sua obedientia teneãt. Vide Domi. loquentem de Gregorio tempore quo erat Caietæ & Caieta erat sub eius obedientia. & vide eum in consil. 8. incipit super præmissorum. qui concludit ibi ꝙ sic.

3 Sed quia † dixi de duobus contendentibus de papatu, quæro quid de duobus contendentib. de imperio, vt quia duo sunt simul electi imperatores & contẽdunt de imperio, & vterque dat priuilegia & gerit se pro imperatore, vtrum valeant. De hoc ponit Ioan. And. in addi. ad Spec. de rescr. præsen. in §. fi. & Bald. in proę. decre. & Card. in cle. 1. in §. porro. de iureiur. & late Albe. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscrip. Et vide Oldr. cons. 12. & 23.

4 Quid autem si † tempore schismatis vnus ex ijs qui se gerunt pro vero pontifice in sua obedientia priuet aliquem cardinalem abbatia & alteri conferat, & causa desuper committatur ad instantiam cardinalis contra prouisum in generali concilio, & postea concilium velit esse valida gesta omnia per ipsum pontificem pro sedando schismate, vtrum cardinalis poterit recuperare abbatiam. Vide Domi. in consi. 8. incipit quidam, vbi concludit quod non. Item vtrum gesta per papam intrusum valebunt, si conniuentibus oculis fuit toleratus, Bal. in cap. nihil. de electione. dicit quod non; pro quo est text. in capitulo si quis pecunia. 79. distinct.

SVMMARIVM.

1 Papa casu quo cogitur cedere Papatui pro vnitate ecclesiæ, an hoc poterit facere per procuratorem, & nu. 2.
Imo etiam sub conditione, nu. 3.
4 Reuocatio procuratoris quando valeat.
5 Papa licet non recognoscat conciliũ pro superiore, tamen eius procurator cedet coram concilio, non vt concilium admittat cessionem, sed vt illi constet de voluntate resignantis.

Articulus V.

Sed quia dicitur quod papa debet pro vnione ecclesiæ renunciare papatui, an facere poterit per procuratorem, Et dicendum est quod sic per text. in dicto capitulo primo de renuntiatio. in sexto qui tex. absolute dicit papam posse renuntiare. & regula est, ꝙ pōt qs per aliū qđ pōt facere ꝑ seipm in rła pōt. de re. iu. in 6. Sicut & in matrimonio carnali, vt in capitu. fin. de procu. in sexto. Nec hoc, scilicet quod papa resignet per procuratorem pontificali aut alteri cuilibet dignitati vel beneficio, reperitur prohibitum. Nec potest assignari ratio cur papa hoc minus possit quam alii. Et poterit papa † unum vel plures ꝓcuratores constituere in solidum uel coniunctim. & clericum vel laicum. de procura. cap. primo in 6. & notat glos. in clem. cum illusio. de renun. Immo maxime videtur procedere in papa, qui iuri positiuo non subiicitur. de conces. præbē. cap. proposuit. Poterit in super procuratorem absentem vel præsentem, simpliciter vel sub conditione & vsque ad diem & in perpetuum constituere. ff. de procu. l. 1. & l. item, cum l. sequenti. insti. mandati, §. mandatum. & l. prima. ff. mandati. Et ita fuit seruatum in concilio Constantien. vbi Gregorius. 12. cessit papatui per procuratorem, videlicet Carolum Malatestam, in 14. sessione. Et istud quod de conditione dicitur, multas amputauit dubitationes tempore eiusdem Gregorii. Nam si papa constituat procuratorem ad sponte cedendum sub conditione quatenus alius tuuc existens anti papa, vel alii antipapæ simili modo sponte & libere cedant per se, vel procuratorem idoneum, timeri nō poterit de fraude vel violentia quicunque constituatur procurator, etiam si vnus ex contendentibus per alium cum hac conditione fieret procurator. quia si fieret cessio contra formam mādati, omnino nihil valeret, vt de rescrip. c. cum dilecta. de offic. delega. cap. cum olim. Abbas. C. de procu. l; si procurator, & l. diligenter. ff. mandati. & de restitu. spolia capitulo. Pisanis, cum simil. & tenent doc. in d. clemen. prima. in glo. in verbo libere de renun. Nec obstat si dicatur † quod alter posset decipere alium si post reuocaret procuratorem suum, & hoc celaret, quia non ualeret in præiudicium alterius, vt notatur l. prima in glo. ff. de contrahen. emp. & Bal. in l. mandatum. C. mandati. & dicitur in d. clemen. 1. & cap. ex parte decani de rescrip. & Ioan. And. in cap. quoniam Abbas. de offi. delega. vide quę dicuntur in cap. quamuis de procu. in 6. Et maxime in extraiudicialibus, ut ponit Milis in uerbo procuratoris mandatum. Sed de remediis ad euitandum suspitionem deceptionis, late infra in quęstione sed quia dictum est. Item non obstat † si dicatur quod papa ex quo non habet superiorem, non habet renunciare in manibus alterius, vt dicit Ioan. And. & alij post eum in capitulo primo, de renunc. in sexto, per verbum libere ibi positum, nec in manib. cardinalium nec in manibus concilij. Quia respondetur quod si loquimur in sedando schismate tunc concilium est iudex: & coram concilio procurator cedet & valebit cessio, non vt concilium admittat talem cessionem, sed vt constet concilio de expressione & declaratione voluntatis resignantis, & cardinales poterunt procedere ad alterius electionem. Et hoc probatur in dicto cap. primo. & idem si fieret cessio coram cardinalibus, vt ibi.

SUMMARIUM.

1 *Procurator constitutus ad renunciandum si reuocetur, nec intimetur his cum quibus habet agere & renunciet, an valebit renunciatio.*
Quid in inferioribus, & quid in papa. ibid.

Articulus VI.

Sed quid si papa † cōstituat procuratorem ad renūciandum, deinde ipsum reuocet nec de reuocatione ipsum certificet aut illos cum quibus habet renunciare, deinde procurator renunciat, an renunciatio valebit? In inferioribus a papa clarum est quod valebit per tex. in d. clem. cum illusio, de renun. Sed in papa aliud videtur, quia non ligatur iure positiuo. c. proposuit, de conces. præben. quod nota. Et hoc est verum indubie in vno indubitato papa papatus possessore, sed in duobus nutrientibus schisma aliter tenerem per dicta supra, quia in nutrientibus schisma non est dare verum papam, qui dicatur esse supra ius.

SUMMARIUM.

1 *Papa si post renunciationem, quando agitur per Card. de electione Papæ dicat se non renunciasse, quid agendum.*
2 *Renunciatio aut est notoria, aut non.*
Et hoc casu cognitio esset concilij & congregaretur per clerum, vel populum Romanum. nu. 3.

Articulus VII.

Sed quid si papa post renunciationem, dum cardinales procedunt ad alterius electionem neget se cessisse, quid agendum? Dic quod si † cessio est notoria, nihil ei prodesset nec faceret rem dubiam, vt ponit Ioan. de Imola & Domi. in dicto cap. primo, de renunciatio. in sexto. per notata per Innocen. in capitu. ex parte, el primo, de verborum significatione. Ad quod facit quod ponit Ioan. And. in capitulo vbi periculum, in verbo, decem diebus, de electione, in 6. Si autem cessio non esset notoria, dicit Ioan. And. in dicto capitulo primo non esse verisimile quod Deus permittat talem casum euenire. Et si † contingeret, dicit quod iudicium esset concilij, & quod esset congregandum per clerum & populum Romanum. 65. distinct. capitulo si forte. Domi. autem dicit quod esset standum concilio generali, sed non dicit per quem cōgregaretur. De quo dic vt dictum est supra in quæstione propria, & vide quod dicitur in c. licet. de elec.

SUMMARIUM.

1 *Papa mortuo in alia ciuitate, quam vbi erat residentia, cardinales ibi debent conuenire pro noua electione.*
Nunquid sit idem si fiat renunciatio per procuratorem, an sit facienda electio vbi est facta renunciatio, ibid.
2 *Mors ciuilis, & naturalis æquiparantur quotiescunque producunt eundem effectum.*
3 *Glo. pen. in cap. susceptum de rescriptis, in 6. quæ dicit quod mors ciuilis nunquam æquiparatur morti naturali, & econtra nisi in casibus a iure expressis declaratur.*
4 *Beneficium ibi dicitur vacare, vbi quis illud cedit, siue vbi quis priuatur.*

Articulus VIII.

Consequenter ad prædicta quæro quid si papa existente in vna ciuitate cū sua curia fiat renunciatio in alia ciuitate per procuratorem, vbi debebit fieri electio successoris, an in loco vbi est facta cessio. Nam si † moritur papa in alia ciuitate quam vbi curia residebat ibi fieri debet electio. cap. vbi periculum. §. porro de elec. in 6 & in cle. ne Romani in glo. cod. tit. constat autem quod vbi est facta cessio per procuratorem, ibi vacat ecclesia & nō in loco vbi moratur ille cuius nomine facta est cessio per procuratorem. vt est glo. 1. in cle. prima. vt lite pen. in verbo collatio. & notat Archi. in cap. 2. de præben. in 6. Per cessionem. enim fingitur quodammodo mortuus quo ad illam dignitatem. 7. q. 1. §. ecce in quibus. Acquiparantur † enim mors ciuilis & naturalis quādocūque eundem effectum producunt mors naturalis, & ciuilis, vt dicit Bar. in l. ex ea parte. §. penu. ff. de verb. oblig. Et pro hac parte vide expresse glo. in clem. ne Romani in vers. moriente. de elect. Facit quod dicitur per Card. in clemen. fin. in 14. quæstio. de procu. & Ludo. consil. 374. & deci. 376. in nouis in tit. de procu. incipit item fuit dubitatum vtrum clementina. Sed in † contrium aperte videtur quod notatur in c. susceptum. de rescrip. in 6. in glo. pen. vbi dicitur quod mors ciuilis nunquam æquiparatur naturali, nisi in casibus a iure expressis. & sic dispositio. cap. vbi periculum non debet habere locum in morte ciuili. Et propter ea vtile esset quod per ipsos cōtendentes de papatu ante cessionem hoc terminaretur ad tollendum omne dubium. Sed si hoc non esset factum, omnino crederem vacationem inducta in loco in quo renuntiatio esset facta per procuratorem Et ita fuit in Gregorio. 12. cuius procurator cessit in concilio & concilium, admisit cessionem. Ad quod facit † etiam quod ibi vacat beneficium vbi fit depositio siue ubi quis priuatur, & non in loco beneficij vel vbi persona moratur, ut est deci. in tit. de præben. incipit nota. Et sic fuit etiam in eodem concilio Constantien. seruatum, in quo fuit priuatus Ioannes. 23. & Gregorius per procuratorem cessit. & deinde Martinus in papam electus est. Non obstat quod dicitur in dicto capitulo susceptum. quia illud est verum nisi sit eadem ratio de vno casu & alio, ut dicit dicta decisio. item fuit dubitatum vtrum clemen. in tit. de procu. in nouis. & dicto d. capitulo susceptum.

SUMMARIUM.

1 *Electionis facienda, post renunciationem plurium contendentium de papatu modus.*
2 *Cardinalibus in electione Papæ, nulla opponitur exceptio, ad eos excludendum ab electione.*
3 *Inhabilis admissus ad electionem Pontificis non vitiat electionem.*

Articulus IX.

Sed tunc quæro qualiter post renuntiationem contendentium de papatu, fie-

ri debet electio, Dic quod ipsimet ante cessionem habilitare poterunt & dare voces in electione futuri pontificis illis qui prætendunt se cardinales in aliis obedientiis, & illi cum protestatione poterunt admittere hanc habilitationem, & tunc eligetur alter ex contendētib. vel alius tertius per utrunque collegium cardinalium secundum car. in d. c. licet. uer. quartus modus. Vbi plus † dicit quod ex quo uterque habetur pro papa utrūque collegium hēt ius in electione, maxime quia in electione papæ non admittuntur exceptiones contra cardinales ad excludendum eos ab electione, quæ tamē admittuntur in aliis casibus, ut in clemen. ne Romani. & hoc ad sedandum schisma & vt celerius prouideat̄ de futuro pontifice vero. Et per † admissionem inhabilis in electionem pontificis, non vitiatur electio, ut in dicta clement. ne Romani. maxime si fiat cum protestatione, argumen. capit. cum ecclesia sutrina. de causa pos. & proprie.

SUMMARIUM.

1 *Papa constituens procuratorem ad renunciandum, nunquid possit astringi ad illum non reuocandum.*
Et an possit astringi ad iurandum.
Et an tenebitur illud iuramentum seruare, ex quo potest, sine interitu salutis æternæ. ibid.
2 *Actus factus contra iuramentum an valeat, remissiue.*

Articulus X.

Sed vtrum poterit sic astringi in constitutione procuratoris ut nō possit illum reuocare? Bart. in alijs quam in papa loquendo dicit quod non, in l. cum precario. ff. de preca. quia hoc pendet a voluntate constituentis. Sicut dicimus in testamento. nā facere non possumus quin nobis liceat voluntatem nostrā mutare, vt in l. si quis, in principio testamenti. ff. de legat. tertio. Posset tamen astringi iuramento quod non reuocaret. & astringeretur ad obseruandum iuramentum, quia valet tale iuramentum, ex quo potest seruari sine interitu salutis æternæ. Et ita dicit Ioan. An. in regula quod semel, de regu. iu. in sexto. in Mercu. in testamentis, quod si aliquis facit testamentum & iurat se illud non reuocaturum, tale iuramētum ualet. sed si non obstante iuramento reuocet, valet reuocatio, sed est periurus. Et ita videtur in proposito per ea q̄ dicuntur in d. cle. 1. de renunc. & est bona glo. in capitulo. vltima voluntas. 13. quæstione secunda. Et est † videnda illa materia de qua in capitulo dilecto de pręben. an & quando actus factus contra iuramentum teneat, quæ est materia brocardica.

SUMMARIUM.

1 *Cedens papatui per procuratorem quomodo sibi prospicere possit, ne per alium cedere debentem decipiatur.*
Vide plures formas renunciandi vsque ad num. 3. per totum.
2 *Saluoconductui inimici, quis non tenetur credere.*
3 *Renunciatio conditionalis an possit reuocari, antequam purificetur conditio.*
4 *Schismata quæ & quot fuerint in ecclesia Dei, remiss.*
5 *Papa accusatus de apostasia, & conuictus an possit deponi, remiss.*
Et de qua apostasia intelligendum, ibid.
6 *Papa accusatus & conuictus quod sit mulier deponitur per concilium.*
In mulierem non cadunt claues ecclesiæ, ibid.
Item non cadit iudicium, quod est officium virile, & non posset seipsam suo se ore iudicare. ibid.
7 *Papa infante electo, diceretur fatua electio, nisi a Spiritusancto procederet.*

Articulus XI.

Sed quia † dictum est quod volens cedere papatui potest cedere per procuratorem, quid agendum est ut in cessione facienda vitetur omnis deceptio, & in primis ne si vnus prius resignat alius dicat postea se nolle resignare? Dicit Mathesil. in d. trac. in versiculo ad octauum, quod possunt conuenire in unum locum qui sit communis uel neutralis amici, habitis literis saluicōductus, uel obsidibus competentibus. & ꝙ cum agatur de se humiliando siue de resignando hincinde papatu, & nō de ipso acquirendo, non videtur habenda tanta suspicio, & videtur † cessare quod dicitur in capitulo accedens vt lite nō contest. quod non tenetur quis se credere saluo conductui inimici. Et ipsis conuenientibus poterit res expediri. Primo si ad interrogationē tertii an ambo renūtient prætenso iuri ambo respondeant ita. hoc enim sufficeret. l. prima §. si quis ita ff. de verborum obligationibus & insti. de duobus reis. §. 1. Item possent ambo simul respondere scripto. l. prima §. fi. & l. seq. ff. de pac. Item posset vnus primo incipere & renūtiare conditionaliter, dicendo si talis exaduerso renunciabit papatui ergo renuncio, vel ecōtra. Nec obstat † si dicatur quod renuntiatio conditioanlis posset reuocari antequam purificaretur conditio. Respondetur enim quod hoc periculum cessaret si ambo eodem momento & in eodem loco vel modico temporis interuallo renuntiarent, sic quod essent tam propinqui quod non posset unus cum alio loqui quin alius ex aduerso intelligeret. Item si renuntiatio fieret in diuersis locis eiusdem ciuitatis, posset renuncians remanere in conditione de præterito, dicendo si talis renunciauit papatui pure uel sub conditione si ego renunciabo iuri quod habeo in papatum nec reuocauerit talem suam renunciationem, ego renuntio. Si enim reperiretur ista conditio de præterito falsa secunda renuntiatio haberetur pro non facta. l. cum ad præsens. ff. si certum pet. & l. cum in secundo. ff. de in iusto testa. Item ad maiorem cautelam is qui prior renuntiauit poterit renuutiare sub conditione de præterito, scilicet si alter renūtiauit iuri suo. Nec obstat si dicatur quod hic potest esse periculum ne exprimēs verba apta ad renūtiandum nō habeat animum ad renunciandum. Quia respondetur quod similiter huic periculo potest de facili prouideri, scilicet quod secundus renuntiet sub conditione de præterito si alter renūtiauit nec reuocat dictam suam renuntiationem, & si talis renuntiatio fuit vera & non simulata nec ulla præcessit protestatio contraria. Item posset in renuntiatione conditionali vel pura renuntians expresse vti his verbis reuocando omnē protestationē subquacunq; verborum forma si quā aliquo tpe ꝓpinquo vel remoto appareret me fecisse per quā aīus renuntiandi abesse videretur & præsens renuntiatio impediretur l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. tertio l. pacta nouissima. C. de pac. Similiter etiam via cessionis esset plana si fieret per procuratorem ab vtroq; constitutum, vel si vnus faceret per se & alter per procuratorem. nam per conditiones de præterito tolli possent omnia pericula, quia si post q̄ unus renuntiasset timeret ne procurator esset reuocatus, vteretur hac forma verborum si talis procurator non est reuocatus & habet sufficiens mandatum ad renunciandum &c. ut d. l. cum ad præsens. ff. si certum pet. Ita dicit Mathesil. de de quo etiam aliquid supra in quæstione quæ incipit, sed quia dicitur quod papa.

Quæ autem † & quot fuerint schismata in ecclesia Dei, vide omnia connumerata per Card. de Turræcremata in prima part. lib. quarto. de ecclesia capitulo nono, & per Gergon in trac. schismatis, in quæstione quot fuerunt schismata in veteri & nouo testamēto.

Vtrum † autem papa accusatus de apostasia possit per concilium deponi postquam est conuictus, dic quod loquendo de apostasia quæ ꝓprie cadit in papam, videlicet de apostasia perfidię, ut secunda quæstione septima. capitulo non potest, & 17. dist. ca. Anastasius, de ista est dicendum per omnia sicut dictum est supra in casu hæresis.

Quid autem si reperiatur quod est mulier & accusatus est & conuictus, credo ꝙ poterit per concilium deponi. Tum quia in mulierem non cadunt claues ecclesię, ut in c. noua de pœ. & re. nec cadit in eam ius hn̄di seu possidēdi pontificatum, ut dicitur in c. licet de elec. Tum etiam quia non cadit in eam officium iudicandi, quod est officium virile. tertia quæstione septima. §. tria. l. secunda ff. de regu. iur. dicitur in capitulo dilecti. de arbi. vnde non poterit in se papam sententiam ferre nec suo ore seipsam iudicare. & cessat quod dicitur in capit. nunc autem 21. dist. Item ratione scandali in uniuersali ecclesia. de quo dicendum est ut infra in proxima quæstione. Ideo poterit per concilium damnari & amoueri & declarari nō fuisse capax pontificatus, iuxta notata in c. licet. de elec.

Sed † quid si esset infans, Ista potest dici fatua inuestigatio, quia cum ætas illa etiam quod videt ignoret nec habeat consensum, vt in l. quamuis la. 1. §. infans. ff. de acqui. pos. & discretione careat, ut in ca. ex eo de elec. in 6. non est verisimile quod cardinales facerent tam indiscretam electionem, nisi miraculose a spiritusancto procederet, vt dicit Anto. in capitulo licet. de elec. & Bald. ibidem dicit de hermaphrodito, muto & surdo. Et propterea non oportet de hoc quærere.

SUMMARIUM.

1 *Papa si vendat episcopatus, & monitus non desistat, ex quo scandalizatur vniuersalis ecclesia, an poterit deponi per concilium. arg. quod sic nu. 2. 4. 5. 6. 10. 11. 13. 18. 25. 27. 33. 34. 40. 42. 47. 48. 54. 57. 59. 62. 64. 65. 67. 68. 69. Arg. quod non. nu. 86. vsque ad num. 99. Auct. opin. nu. 100. vsque ad num. 149. resp. ad contr. nu. 150.*
3 *Clericus pro simplici homicidio non debet tradi curiæ seculari, tamen secus si concurrat alia qualitas.*
4 *Cautio priuata licet non probet per se, tamen probat cum alijs adminiculis.*

7 Multitudo & grauitas criminum facit quem de fide suspectum.
8 Hæresis præsumptio inducitur ex leuibus indicijs.
9 Papa non solum delinquens sed etiam negligens, & remissus in docendo quæ ad salutem pertinent debet deponi.
Enumerantur plura delicta nominatim ex quibus papa deponi potest. numero 62.
10 Contumacia dicitur hæresis, & qualibet contumacia est digna excommunicatione qua non est maior pœna in ecclesia.
Et contumax dicitur infidelis. ibidem.
12 Inobedientia est peccatum Ariolandi, idolatriæ, & paganitatis.
14 Misericors non dicitur qui vni parcit, & alios in discrimen adducit.
15 Federicus Imperator propter obstinationem fuit a papa depositus.
16 Exommunicatus propter suspitionem hæresis si per annum in excommunicatione perseuerat punitur vt hæreticus.
Excommunicatus vero ex alia causa etiam post annum non damnatur vt hæreticus.
Licet habeatur suspectus. num. 108.
17 Prælati sunt positi tamquam signum ad sagitam. & num. 33.
19 Potestas secularis coercet, quos non potest ecclesia corrigere.
Et quibus non potest prodesse correctio, non parcat abscisio. numero 20.
21 Scandali ratione etiam superior potest deponi.
22 Scandalizans etiam sine praua intentione punitur. Exemplum in Petro. ibid. & nu. 23.
24 Ecclesia de necessitate, est concilium, quia impossibile est quod vniuersalis ecclesia congregetur.
26 Scandalum est tales personas supra se positas habere, quas vltra modum vitiosas esse constat.
28 Ethnicus vnde dicatur & quare.
29 Scandalizare aliquem quid sit.
30 Prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.
31 Matth. 18. si peccauerit & cetera. An ista verba conueniant Papæ sicut & alijs.
33 Papæ non potest dici cur ita facis.
Quomodo intelligendum.
35 Scandali vitandi causa promouendus non promouetur.
Et ratione vitandi scandali præcepta iuris relaxantur. ibidem. & numero 36.
37 Episcopus exercens vsuras, homicida falsarius, & incorrigibilis deponitur.
38 Coniugatus si eligatur in papam, et vxor nollit ingredi monasterium tenetur renunciare, & reddere debitum, ne reddens debitum scandalizet ecclesiam.
39 Papa non posset tollere in totum canonem si quis suadente.
Et si cassasset deberet cassationem reuocare, propter scandalum.
40 Capit. si papa 40. distinctione. declaratur & numero 73. & numero 97. & num. 144. 165.
41 Collegium exercet iurisdictionem in singularem personam de collegio.
43 Papæ si præcipiat aliquid intollerabile & per quod scandalizetur status ecclesiæ non est obediendum.
44 Ratione scandali licet papæ resistere.
45 Mens rescribentis talis præsumitur qualis esse debet.
46 Faciens contra legem non debet gaudere beneficio legis.
49 Odio habere Deum est grauius peccatum quam infidelitatis aut hæresis.
50 Papa si sit hæreticus occultus licet non possit deponi quia ecclesia non iudicat de occultis, tamen potest accusari.
51 Incorrigibilitas non solum in faciendo sed etiam in ommittendo punibilis. etc.
52 Papa etiam de lege naturæ ob delictum notorium de quo est incorrigibilis, & scandalizat ecclesiam debet deponi.
Item inspecta lege can. ibid.
Quod an sit verum. num. 112.
55 Ecclesia debet posse eijcere sponsum scandalosum & male viuentem.
56 Vxor vbi non potest cohabitare cum viro sine contumelia creatoris, non est uiro subiecta.
58 Depositio, est quædam exauthoratio.
60 Salis infatuati expositio.
61 Ego sum vitis vera.
Horum verborum intellectus. ibid.
63 Caput ecclesiæ verum est Christus.
65 Exempla & cronicæ vbi non adsunt authoritates deseruiunt.
66 Pontifices plures priuati ob aliud crimen quam hæresis
68 Gl. in cap. si papa 40. distin. intellectus. per totum numerum. & num. 73. & num. 107.
Et ibi glo. reprehenditur quæ ponit duos casus dissimiles, saluatur. numero 129. 132.
70 Exceptio firmat regulam in omnibus casibus non exceptuatis. & istius regulæ intellectus.
71 Crimen commissionis est grauius quam ommissionis.
Et ideo non est bonum arg. de uno ad aliud. ibid.
72 Exceptio firmat regulam in his, quæ alias comprehenderentur sub regula.
74 Argum. a contrario sensu validum in iure & quomodo intelligendum. numero seq. et nu. 98.
76 Papam nemo iudicat, & omnia iura hoc dicentia declarantur. & nu. 77. 78. 76. & 80.
81 Pœna commensuratur delicto, & ex grauitate pœnæ, arguitur grauitas delicti.
82 Mutatio qualitatis personæ, cui commissa est potestas. facit præsumi mutatam mentem committentis.
83 Pontifex non dicitur talis qui abutitur pontificali auctoritate.
84 Cardinales authoritate Dei possunt papam deponere.
85 Papa alienans res ecclesiæ non præsumitur facere cum causa, licet in principe causa præsumatur.
86 Papæ facta a Deo tantum iudicantur.
87 Cap. suggestum. decla.
88 Hæresis casus, & alterius criminis longe differunt.
89 Capit. & iura dicentia papam non iudicari nisi a Deo loquuntur per dictiones taxatiuas, & vniuersales.
90 Iudicium concilij est iudicium Dei.
Quomodo intelligendum.
91 Papam a nemine iudicari, & non habere superiorem, iura hoc probantia. &c.
92 Dic ecclesiæ, istud dictum non habet locum in papa. & nu. 93. 95. & 96. remissiue.
Et melius. num. 116. & 123. 126.
94 Papam esse subiectum legi euangelicæ. sicut quemlibet alium, quomodo intelligendum.
96 Papam peccantem grauius puniendum.
Quomodo intelligendum.
99 Dictum licet sit speciale, quando ratio est generalis generaliter debet intelligi.
101 Responsio doctoris per verbum credo, æquipollet responsioni per verbum affirmo.
Et doctor varians debet erubescere. ibid.
Et dicens se credere, minus dicit, quam qui dicitur affirmans.
102 Gl. in c. si papa 40. dist. reprehenditur.
Et tolluntur, omnia fundamenta quibus illa gl. innititur. & nu. 105.
103 Hereticus non dicitur qui transgreditur præceptum ecclesię Ro. licet peccet sed. bene qui dicit Romanam ecclesiam non esse caput, nec posse condere canones.
104 Incorrigibilitas, est heresis, quando negatur potestas clauium.
106 Archidiac. in capit. si papa. circa finem glo. 40. distinct. reprehenditur, & declaratur.
109 Papa habet potestatem immediate a Deo secundario a concilijs iussu Dei, quam concilium non potest sibi aufferre.
Et Imperator habet exercitium Gladij temporalis a papa iussu Dei, quod papa sibi non potest tollere. ibid.
110 Archa Domini cum reduceretur de Gabaha in Ierusalem, Ozas, & inclinatio arcequid significauerint.
111 Maria soror Aharon, eo quod murmurasset in Moysem lepra percussa interijt.
113 Papa deponi non debet vbi est dare remedium sine depositione.
114 Scandali vitandi ratione sæpius receditur a regulis iuris.
115 Tormenta non sunt facile adhibenda sed instandum vt accusator probet quod intendit.
117 Homines dissoluere non possunt quod a Deo est.
118 Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.
Quomodo intelligendum.
119 Sit tibi sicut ethnicus & publicanus istorum verborum intell.
120 Correctio duplex, inquantum respicit actum iustitiæ, & actum charitatis.
Et harum differentia. nu. 125.
121 Papa licet sit frater noster conformitate naturæ, tamen est caput & princeps totius vniuersalis ecclesiæ.
Et ideo ista fraternitas non conuenit eius personæ sicut aliis numero 124.
122 Dignitatis excellentia prohibet quem accusari.
127 Prælati licet a subditis sint corripiēdi nō tamē est eis pena infligēda.
128 Orare Deum pro papa placet auctori. sed non vt eum tollat de medio & ratio. ibidem.
130 Papa si sit incorrigibilis & persistit in crimine, & dicit illud non esse crimen quod tamen sit damnatum ab ecclesia, tunc non punitur de illo crimine, sed de assertione & hæresi.
131 Paria sunt a fide exorbitare, & alios exemplo vel verbo a fide deijcere.
Quod non est simpliciter intelligendum. nu. 134.
133 Crimen de quo quis est incorrigibilis, licet habeat causam successiuam, non propterea ille est hereticus. Nisi asserat illud crimen non esse peccatum. ibidem.
135 Imperatorem vel Regem posse cōgere papam ad respondendum quid sentiat de fide.
Quomodo intelligendum.
136 Reuocare alios ab errore non curans seipsum errare demonstret.
137 Papa licet non ligetur penis canonum ligatur tamen dictamine rationis.
Et

Et declarat. num. seq.
139 Papa quando generatur scandalum, in vniuersali ecclesia an possit deponi.
140 Concilium prouinciale licet cognoscat de delictis archiepiscopi, non tamen potest ipsum punire.
141 Hæreticum esse plus est, quam esse a fide deuium. & quis dicatur a fide Deuius. ibidem.
142 Papa licet sit criminosus et incorrigibilis et scandalizet ecclesiam etiam circa fidem, non tamen prædicet vel aliter quid asserat contra fidem, nō potest deponi.
Et ratio. ibidem.
143 Agere contra generalem statum ecclesiæ, & contra statum ecclesiæ differunt.
145 Responsio quæ non probatur lege non valet.
146 Cor Regis in manu Dei est.
Et potest quo vult illud inclinare.
147 Princeps secularis quo casu possit violentiam gladij papæ repellere per gladium suum.
Et non possit dici agere contra papam. ibid.
148 Constantinus Papa oculis priuatus, & depositus.
Et benedictus 9. cum alijs duobus contendetibus de papatu, deponitur per Henricum Imperatorem, & Clemens ij. creatur Roma. ecclesiæ præsul. ibidem.
Sed hoc non fuit resistere vt conuenit papæ scandalizanti ecclesiam, sed inferre vim quod est prohibitum. num. 149.
150 Imperfecta plura non faciunt vnum perfectum.
151 Papam posse cogi pro sedando schismate cedere papatui.
Quomodo intelligendum.
152 Cap. cum non ab homine declar.
153 Violans canones, dicitur committere, in spiritumsanctum quomodo intelligendum.
154 Incorrigibilitas facit suspectum de hæresi.
155 Verba Petri ad clementem.
156 Contumacia dicitur hæresis.
Quomodo intelligendum.
157 Argum. quod quemamodum Paulus restitit Petro, ita sit resistendum papæ an valeat.
158 Præceptum correctionis fraternæ qualiter intelligendum.
Et quod non habeat locum in papa, per totum numerum.
159 Cap. nisi cum pridem §. pro graui. de renun.
Quomodo intelligendum.
160 Arg. de corpore mistico ad corpus materiale.
Quomodo intelligendum.
161 Scandali vitandi ratione iuris præcepta relaxantur.
Quomodo intelligendum.
162 Papa habens vxorem an teneatur cedere papatui, vel reddere debitum vxori.
Et an electio de vxorato retractetur vel vxor priuetur iure petendi debitum. nu. 163.
164 Scandali vitandi ratione cassatur vtraque electio, etiam si vna sit bonam.
Quomodo inlelligendum.
165 Priuilegium quod quis non possit ab alio iudicari nisi a Deo, intelligitur datum dignitati, & non personę, & ideo non debet priuari dum est in dignitate.
166 Argumen. a sufficienti partium enumeratione in papa, & eius depositione an valeat.
167 Odio habere Deum, esse maius peccatum hæresi.
Quomodo intelligendum.
168 Hæresis est morbus contagiosus.
169 Papam ratione naturali dictante, debere deponi.
Quomodo intelligendum. & nu. 171.
170 Homicidium licet sit de se malum, tamen aliquando interpretatur nutu Dei factum.
171 Petrus negauit Christum, & fidelior factus est.
172 Contrariorum eadem est disciplina, huius regulæ intellectus, & declaratio.
173 Argumentum. de matrimonio carnali ad spirituale quomodo procedat. & numero 176.
174 Matrimonium spirituale, inter prælatū & ecclesiam respicit bonum publicum, & commune.
Matrimonium autem carnale respicit bonum priuatum. num. 175.
177 Papa non ressignat pontificatum, nisi ex aliqua causa saltem intrinseca. &c.
Et nemo præsumitur tam fatuus vt renuntiet beneficio multis laboribus acquisito, ibidem.
178 Verbum, libere, intelligitur sine alicuius consensu.
179 Vxor potest dimittere uirum si eam scandalizat.
Quomodo intelligendum.
180 Papæ non indicitur purgatio, inferioribus sic, ratione scandali.
Et si purgatio aliqua fuit facta per papam, fuit sponte, non necessitate aliqua. ibidem.
181 Cap. si quis super his. 2. q. 7. intellectus.
182 Epistolæ Clementis ad Iacobum, siue adsit verbum deponaris, siue puniaris. intellectus.
183 Papæ scandalizanti ecclesiam, prouidetur resistendo, absque eo quod deponatur.
184 Ecclesia militans parificatur ecclesiæ triumphanti.
185 Christus quando mandat abscindi membra ratione scandali, non mandat abscindi caput.
186 Papa licet sit caput ecclesiæ, propter eius malos mores, non sit membrum putridum.
187 Leg. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. intellectus.
188 Destituere, eiusdem est, cuius est destituere.
189 Exemplis vtimur vbi auctoritates deficiunt.
Quomodo intelligendum.
Non est exemplis iudicanudm. ibid.
Et argumentum ab exemplis chronicarum non est omnino solidum. numero 90.
191 Ioannes 12. de facto fuit depositus, & ideo postea restitutus.
Et plura de isto Ioanne 12. ibid.
192 Papæ potest resisti ergo potest deponi non valet consequentia.
193 Christus non fuit subiectus Pilato, vel Cæsari, nisi quantum ipse uoluit.
194 Appellatio Pauli, non arguit quod Cesar esset eius iudex, sed potius illius a quo Paulus fuerit iniuria affectus.
195 Sacerdotium Iudeorum licet sit abolitum, ipsi non sunt deleti, propter eos qui in fine mundi credituri sunt.
196 Episcopi an a Deo tantum, sint iudicandi sicut papa.
197 Cap. accusatio. el 1. 2. q. 7. intellectus.
198 Iudicium Diuinum. i. ecclesiasticum interpretatur.
199 Cap. cito turpem. 1. q. 1. intellectus.
200 Arg. de archiepiscopo ad papam non est validum.
201 Concilium potest cognoscere, sed non iudicare de causa archiepiscopi, sic concilium de papa. iaid.
202 Leg. si cum Cornelius de solut. & capit. nequis 22. quæstione 2. intellectus. & num. 203.
Auctoris reepilogatio. nu. 204.
205 Incorrigibilitas interdum colligitur, non solum ex verbis expressis & directis, sed tacitis & indirectis.
Et ponit auctor exemplum. ibid.
206 Concilium an possit dare alios casus præter heresis, in quibus possit iudicare de papa.
Et Gerson ponit sex casus.

Articulus XII

1 Nunc successiue quæro, papa † vendit Episcopatus, & beneficia passim & notorie, & monitus non vult desistere & est incorrigibilis, & sic scandalizat vniuersalem ecclesiā, vtrum ex hoc posset deponi in concilio, quia ut supra vidistis conclusi quod ista est sufficiens causa congregandi concilium, & accusandi eum de huiusmodi simonia in concilio ea accusatione ut dixi, quæ potius habet vim cuiusdam publicæ denunciationis. Et videtur primo dicendum quod 2 sic, nam cum gl. in cap. si quis pecunia. 79. dis. dubitet vtrum papa possit accusari de Simonia non notoria vbi non est incorrigibilis & vbi nō scandalizatur ecclesia, & hoc propter grauitatem criminis, de quo possunt bene inspici quæ dicta sunt supra in artic. vtrum ob hoc quod papa est Simoniacus possit concilium congregari, videtur omnino tenendū, quod possit accusari, & deponi propter incorrigibilitatem 3 notorietatem & scandalum quod facit in ecclesia Dei. Facit quod † dicitur per Abb. in cap. at si clerici in princ. in 15. col. & in capit. cum non ab homine per alios de iudic. uidelicet quod licet pro simplici homicidio clericus non debeat tradi curiæ seculari, tamen si cum homicidio concurrat alia qualitas, puta qđ interfectus erat presbyter, vel pater vel qđ fuit per assassinos interfectus & sic de similibus, debet tradi curiæ seculari. Et similiter text. & ibi dicta in l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. Facit illud vulgare, quæ nō prosunt singula, multa iuuant, & per Bart. in l. prima. §. item Cornelio. ff. de quæstionibus. & in l. 1. C. qui numero tutelarum. Vnde licet † cautio priuata non probet per se, probat tamē cum alijs adminiculis, vt in l. instrumenta. C. de probat. Item si glo. in c. si papa, vult pro quocumque crimine de quo est incorrigibilis, eū posse accusari & deponi quia contumacia facit hæresim, quāto magis pro crimine simoniæ, quod est grauissimum & appellatur Simoniaca hæresis, ut in c. patet. 1. q. 7. & plurib. iurib. vbi supra allegatis, cum qua cōcurrit notorietas delicti incorribilitas & scandalum in vniuersali ecclesia. Facit quod ponit Abb. in d. c. at si clerici in 15. colum. ꝙ licet depositus ratione alicuius delicti nō debeat statim tradi curiæ seculari, ut in c. cū nō ab hoīe eo. ti. tn̄ si cū crimine cōcurrit incorrigibilitas, aliud erit, qa tradet curiæ seculari, vt ibi dr̄. facit ad idē qđ dr̄ de data facultate dispēsādi cū ince
stuo-

suoso & cum adultero, qđ nō poterit dispensari quando in eadem persona concurrunt ambo defectus. uide Anton. in cap. at si clerici in §. de adul. de iudi. circa fi. Et multa similia possent adduci sub illo brocardico quando sub simplici cōtineatur mixtum, & quod funiculus duplex difficilius rumpitur, ut in cap. 1. de treu. & pa. Secundo facit quod si ut supra †dictum est ad sedandum schisma uerus papa secundum aliquos potest cogi ad cedēdum uel saltem conuenit quod cedat, multo magis ubi cum scandalo uniuersalis ecclesiæ cōcurrit crimem attrocissimum in eius persona, & incorrigibilitas per quam uidetur præ se ferre quandam infidelitatem, ut dicit dicta glos. in d. capit. si papa. 40. dist. debet posse cogi & deponi. Tertio †facit in argu. tex. in ca. cum non ab homine in fi. de iudi. qui dicit quod quando clericus est incorrigibilis & uenit in profundum malorum & contemnit, quia ecclesia non habet ultra quid faciat, ne possit esse ultra perditio plurimorum per secularem comprimendus est potestatē &c. Ex quo hr̄ quod incorrigibilis est perditio aliorum, ut & in simili est tex. in c. si papa dum dicit innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehennæ cum ipso uapulaturus. Item dicitur positus in profundo malorū, ex quo uidetur similis hæretico. Facit quod dicitur in capit. fertur. 1. q. 1. & bene tex. in c. nulli 19. di. & in cap. uiolatores. 25. q. 1. ubi tales uiolatores canonum dicuntur blasphemare spiritum sanctum. Et propter †multitudinem & grauitatē criminum de quibus quis est incorrigibilis, efficitur de fide suspectus, ut. 38. dist. c. fi. & 81. dist. c. si quis sunt. & est text. in cap. fi. de pœnis. facit tex. in c. ad apostolicæ de re iudi. in 6. Et si monitus est incorrigibilis & pertinax, uidetur quod possit cōtra eum procedi propter scandalum causatum in uniuersali ecclesia, ne sit pditio animarum multarum. Facit quod †etiam leuia indicia siue signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hæreticum. ita Inno. in capitulo sicut. el 1. de simo. Et Archi. in c. ut officium de hære. in 6. dicit quod nihil est quod magis faciat aliquem hęreticum quam error & pertinacia, ut cle. 1. de usu. in fin. & in cle. 1. §. porro de sum. tri. 24. quæst. 3. dixit apostolus, ibi Archi. Ad hoc est quod legitur in epistola Beati Clementis successoris Petri ad Iacobum fratrem Domini. qui referens uerba per Beatum Petrum sibi dicta in sui promotione ad summum apostolatum sic inquit. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & teipsum decipies & eos qui te audiunt. non enim poteris quæ ad salutē pertinent plenius singulis distinguere, & ex eo fiet ut & tu tanquam qui non docueris quę ad salutem pertinent deponaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Ex qua †authoritate uidetur probari quod non solum quando delinquit & scandalizat ecclesiam possit papa deponi, sed etiam quādo est negligens & remissus in docendo quæ ad salutem pertinent, ne discipuli per ignorantiam pereant. Et de ista authoritate Beati Clementis sæpius facit mentionem Ludo. Ro. in trac. qui incipit dixerit forte quispiam. & in sermone qui incipit in Dei omnipotentis. ubi dicit quod illa epistola Beati Clementis non est obscuræ notitiæ, quia habetur formaliter in eo uolumine quod nuncupamus librū conciliorum Isidori, & ex ea sumpsit Gratianus multa decreta, ut in ca. si inimicus 93. dist. & in ca. te quidē, & c. sicut. 11. q. 1. Quarto facit †quod contumacia dicitur hæresis & qui monitus ut desistat a criminib. non uult corrigi dicitur Ariolari & committere peccatum idolatriæ, ut in c. si qui presbyteri. 81. di. Et quęlibet contumacia quantumcunq; minima digna est excommunicatione, ut dicit gl. in c. duo sunt quippe. 96. dist. quam dicit in hoc singularem Abb. in c. 1. de iudi. & tamen non est maior pœna in ecclesia Dei ipsa excōmunicatione, ut in ca. corripiantur. 24. q. 3. & dici deci. 34. incipit item si quos. & est 11. in ti. de sen. excom. Ergo multo magis imputatur delictū contumaciæ qđ consurgit occasione delicti notorij de quo quis est incorrigibilis & scādalizatur ecclesia Dei. & nō immerito dicitur talis hereticus, quia est cōtumacia in Deum. & ideo etiam contumax dicitur infidelis. 38. dist. nullus. Et isto modo arguit illa gl. in d. c. si papa 40. dist. quæ hoc tenuit. Quinto †ostenditur. nam si papa stat in crimine notorio scādalizante totam ecclesiam & monitus non uult desistere, incidit in suspitionem hæresis. Hoc probatur in c. nullus 38. distinctione ubi dicitur quod qui rebelliter uiuit & discere atque bona agere recusat magis diaboli quam Christi mēbrum esse ostēditur, & potius infidelis quam fidelis esse monstratur. Ad idem. †capitulo si qui sunt 81. distinctione ubi dicitur quod inobedientia est peccatum Ariolandi & idolatriæ & paganitatis. Ad idem. octaua quæstione prima sciendum. ubi dicitur. Ariolandi peccatū inobedientia esse monstratur, sola enim est quę fidei meritum possidet obedientia, sine qua quisq; infidelis ostenditur etiam si fidelis esse uideatur. Et de hoc ꝙ qs ex tali repugnātia & contemptu mandatorū ecclesię dicatur incurrere suspitionē hæresis est tex. in dicto cap. fi. de pęnis, & dicit S. Thom. in 4. senten. distinc. 21. q. 1. artic. 1. quæstiuncula. 1. in corpore, & hæresis est species infidelitatis, vt dicit idem Thom. in secunda secundæ. quæst. 11. artic. 1. Sexto †ad idem est text. in c. nouit. de iudic. & in c. sed illud. 45. dist. & in cap. omnibus. 23. q. 1. In quibus iuribus patet quod est ethnicus & publicanus & sic infidelis ille qui monitus ab ecclesia non acquiescit, nec recipit correctionē & emendationem criminis. Et dicit ille text. in d. cap. sed illud, quod† non est misericordia vni parcere, & omnes indiscrete in discrimen adducere, quia ex vno peccatore populus polluitur, sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur. Quæ maxime videntur vera in papa, quia præest vniuersis fidelibus & debet esse exemplar bonorum morum. Facit text. in procem. clem. in §. quia expedit enim vt vnus moriatur pro populo ne tota gens pereat. Vnde dicit tex. in cap. sicut. 2. quæst. 7. ne totum quod absit corpus morbus inuadat si non fuerit languor in capite curatus. Et text. 7. quæstio. 1. cap. quamuis, dicit ne languescente pastore grex quod absit insidiatoris dētibus laniandus exponatur. Ad quod facit †ꝙ Federicus Imperator propter obstinationem in delictis, qui more aspidis surdæ aures obturauerat, & ob suam incorrigibilitatem tamquam de hęresi suspectus, a papa deponitur in cap. ad apostolicæ de re iudic. Et ibi dicit glo. quod si talis suspectus de hæresi propter suam pertinaciam & incorrigibilitatem, in delictis per annō sic perseuerat & se emēdat nec se purgat, punitur ut hæreticus, ut in capitulo excommunicamus el 1. § qui autem de hæret. Et idem †etiam dicit glos. in d. capitu. fi. de pen. in eo qui propter suspitionem hæresis excommunicatus, per annum in excommunicatione perseuerat, ad hoc cap. cum contumacia. de hær. in 6. Accedit quod vita pastoris debet esse exempto subiectis. 2. quæstio. 7. capit. cum pastoris. Et ne propter malos mores eius vita despiciatur, nam cum eius præsidet vita despicitur, eiusdem etiam iussio contemnitur. 3. quæstione. 7. capit. infames. § fin. Et ne qui positus est vt aliorum errores corrigat, dicatur præcæteris errorum magister. 2. quæstio. 7. cap. nos si incompetenter. nam quod a pręlatis agitur, facile trahitur a subditis in exemplum capit. magnæ de vot. nam† sunt positi tamquam signū ad sagittam, de accusat. c. qualiter & quando. Ideo tot mortibus capita digna sunt quot ad subditos suos perditionis exēpla transmittunt 11. quæstio. 3. capitu. præcipue. Et quis eum quem paulo ante iacentem uiderat ueneretur Antistitem, 61. dist. capit. non negamus. Et magna erit in omnibus confusio si quod requiritur in membris non reperitur in capite eadem dist. miramur. Irreprehensibiles, enim esse conuenit quos pręesse necesse est corrigendis. c. in sacerdotibus. 61. distinc. quia capite vulnerato, facile singula membra corporis debilitantur. 6. quæst. 1. capit. sunt plurimi. §. verum. Et vulnerato pastore quis curandis ouibus adhibebit medicinam, aut quomodo populum orationis clypeo tueatur qui iaculis hostium semper se feriendum exponit, aut qualem fructum de se producturus est cuius graui peste radix infecta est. 1. q. 3. c. fertur, sine causa enim conatur quis ramos incidere si uenenosam radicem non quærit euellere, de pœnit. dist. 3. capit. quia radix. Et nemo in ecclesia amplius nocet quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet, delinquentem namque hunc redarguere nullus pręsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. 83. dist. capit. nemo quippe, qui enim positus est ad gubernationem populorum non debet fieri ruina multorum 11. quæstio. 3. capit. ita corporis. Septimo† facit quod Petro scandalizante Gentiles in obseruatione legalium Paulus publice eum repræhendit vt 2. quæstione 7. Paulus el 2. Multo magis igitur papa potest corrigi & repræhendi, si scandalizat ecclesiam, & si potest reprehendi ne inutilis sit reprehensio ubi ille non acquiescit, sed est incorrigibilis nec desinit pertinaciter in delictis perseuerare & ecclesiam scandalizare, debet posse deponi, ut in cap. nec licuit. 17. distinct. Et etiam per potestatem secularē cum ecclesia non habet ultra quid faciat, debet posse coerceri ne sit aliorum perditio, ut dicit ibi tex. nam malos quos non potest ecclesia corrigere, debet secularis potestas coercere capitulo incestuosi 24. quæstio. 5. facit text. in cap. cum non ab homine de iudic. Et hoc valde bene ostendit text. in cap. illud sanæ 24. quæst. 3. tum allegat illud euangelij Matthæi capitu. 5. si oculus tuus dexter scandalizat te erue eū, & proijce abs te. &c. inquiēs melius esse occulum, pedem, vel dexteram manum a compage corporis auferri, & his in seculo membris carere, quam cum ipsis, in æterna supplicia ire, intelligens per membra compage corporis coniuncta corpus misticum ecclesię, in quo si sunt mali debent ab ecclesia eiici. Et subiungit nam superflue extra ecclesiam positis resistimus, si ab ijs, qui intus sunt in eis, quos decipiunt uulneramur, quibus †igitur prodesse non poterit correctio non pareat

reat abscisio. Et si textum euangelij deducimus in eum sensum videtur notandum quod primo ponit de oculo tamquam de excellentiori membro, quod est in capite, & sic videtur quod etiam caput ecclesiæ id est papa vbi per illud scādalizatur vniuersalis ecclesia a compage corporis auferendum sit ratione scandali & periculi perditionis aliorum. Facit illud Matth. 6. lucerna corporis tui est oculus tuus si fuerit oculus tuus simplex totum corpus tuum lucidum erit, si autem oculus tuus nequam erit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Et licet ibi intelligatur de oculo interiori munditiæ cordis, tamen ponitur oculus pro nobiliori & principaliori membro corporis, per quod illuminatur vel obtenebratur totum corpus. Sic autem & per papam perseuerantem in criminibus & incorrigibilem & ecclesiam vniuersalem scandalizantem etiam subditi obtenebrantur, & cateruatim innumerabiles populi cum eo ducūtur in gehennam, ut in c. si papa. 40. dist. Vnde ne totum corpus putrescat abscindi ab hoc corpore debet, dicit text. in capit. sed illud. 45. dist. & in c. ecce autem. 24. quæstio. 3. Et ne totum corpus languor inuadat si non fuerit in capite curatus. 2. q. 7. c. sicut, & ne positus ad gubernationem populorū efficiatur ruina multorum, vt dicit text. in d. c. ita corporis. 11. q. 3. Addo† ꝙ ratione scandali etiam superior potest deponi, per illud quod dicitur Matth. 18. in illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. quis putas est maior in regno cętorum, & aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit, Amen dico vobis nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non intrabitis &c. qui autem scandalizauerit vnum ex pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Et deinde replicat si manus tua aut pes tuus scandalizat te &c. & postea subiicit vide te ne contemnatis unum ex his pusillis, dico enim vobis quod Angeli eorum semper in cœlis vident faciem patris mei. Et interposita postea parabola de oue quæ perierat, subiungit doctrinā de correctione fraterna, si peccauerit in te frater tuus &c. Ex quo apparet quod Christus voluerit quemlibet scandalizantem vel peccantem in fratrem subditum esse correctioni ecclesię, & quod etiam intellexerit de Petro, quia erat cū aliis discipulis. Et clarius quia †cum dixisset discipulis de sua passione futura in Ierusalem, petrus cœpit contradicere dicens absit a te domine hoc, qui conuersus dixit Petro vade post me Satana, scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ Dei sunt sed hominum, & tamen antea in 16. c. illi dictum fuerat tu es Petrus & tibi dabo claues regni cœlorum, unde erat iā ei concessa vel promissa authoritas præsidentię. Et quamuis Petrus non dixerit illud peruersa intētione sed potius ex quadam charitate, nihilominus ex huiusmodi scandalo sequutum videtur peccatum vel saltem correctio Petri, vnde nominatus fuit Satanas & dictum est ei ꝙ non saperet quæ Dei sunt sed hominum. Vnde† si ratione scandali in pusillū etiam non malo animo præstiti expedit demergi in profundum maris, multo magis hoc habebit locum in scandalizāte vniuersalem ecclesiam. Et notādum est quod primo uult illum corrigi fraterna correctione, postea deferri ecclesię, postea demergi in profundum maris, quæ pœna erat de cōsuetudine palestinorum, unde si scandalizanti siue ex inaduertentia pœna imponitur, quanto magis notorio criminoso incorrigibili, & scandalizanti ecclesiam imponenda est. Et notādum est quod verba dicta sunt Petro & apostolis qui de dignitate contendebant secundum gl. ord. ibi. Ex quo sequitur quod etiam papam compræhendit de pontificatu contendentem. Imo ēt sequitur ꝙ si pp contentionem dignitatis generatur scandalum in ecclesia, & est incorrigibilis, debet amoueri. Quod patet ex continuatione & connexitate parabolarum de scandalo, non solum in committendo sed etiam in omittendo, nam primo dicit de scandalizante etiā unum ex pusillis, secundo de parabola ouis deperditæ, quod est scandalum pastoris negligentis, tertio de parabola peccātis in fratrem. Quæ omnia dicta sunt discipulis, & consequēter prælatis ecclesiæ, qui in illorum locum succedunt, & Petro & consequenter papę. Item dicta †sunt in pœnam etiam iurisdictionis contentiosę quod ostendit cum dicit dic ecclesiæ, quę ecclesia de necessitate est concilium, quia impossibile est quod vniuersalis ecclesia congregetur. Vnde habetur quod propter scandalum quis debet mori quando monitus est incorrigibilis, quia autem ecclesia militans non imponit pœnam sanguinis succedit depositio loco pœnæ mortis, ut dicitur in cap. cum non ab homine de iudic. & in cap. ad audientiam de Cri. fal. Octauo † facit quod sicut potest ratione magni scandali episcopus ab ecclesia amoueri & cogi ad cedendum in publicam vtilitatem, ut in cap. nisi cum pridem. §. per graui de renunt. a pari videtur idem dicendum in papa ex quo per eum scandalizatur uniuersalis ecclesia, quia eadem ratio est de toto ad totum quæ de parte ad partem, ut in l. quæ de tota. ff. de rei vendic. cum simil. Immo maior ratio videtur in proposito ratione maioris scandali vniuersalis ecclesiæ. facit quod dicitur in capitulo bonæ. de postulat. prælat. & in c. licet. de regula.

Nec obstat si dicat quod papa iudicatur a Deo, vt in cap facta. 9. q. 3. Quia etiam Deus reseruauit sibi iudicium de episcopis, vt est tex. in ca. oues. 6. q. prima. Imo ut dicit ibi tex. Deus elegit eos vt essent oculi sui. Vnde propheta ait, qui tetigerit vos tanget pupillam oculi mei Zacha. 2. cap. & ponit Hugo & Domi. in d. capit. oues. Ad quod faciunt illa quæ dicta sunt in arti. vtrum papa possit cogi ad cedendum papatui facit etiam quod dicit text. in cap. de ijs 50. dist. quod scandalum populo Dei est tales personas supra se positas habere quas vltra modum uitiosas esse constat. Et alibi dicit tex. quod nihil magis abhominabile esse potest populo christiano quam fidem Christi in membris quęri si illa in capite ecclesię non reperiatur. nam & totius familiæ domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore non inuenitur in capite. 61. dist. cap. miramur. Non †ad idem facit illud euangelij Matth. 18. si peccauerit in te frater tuus &c. quod si te non audiuerit dic ecclesiæ, & si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, ut 2. q. 1. cap. si peccauerit. & capit. sed illud. 45. dist. & c. nouit. de iudi. & c. quemadmodum de iureiu. & 24. q. 1. cap. omnibus. Per quæ verba estenditur quod ille quod ille qui est incorrigibiles & nō audit ecclesiam & correctionem est hæreticus. Et ita exponit glos. in d. cap. omnibus. uel ethnicus. i. gentilis secundum glos. in d. c. quemadmodum. & glos. ibi Matth. 18. & late† Ab. in d. cap. nouit. ubi ponit quare dicatur ethnicus & unde. Et licet Hostien. in c. proposuit de conces. prebē. dixerit quod in papa illud dic ecclesię, intelligendum est de ecclesia triumphante, quasi illa sola iudicet papam vt in ca. nemo. & cap. aliorum & in cap. facta. 9. q. 3. vel si de ecclesia militāti accipitur dictum, quod intelligatur dic ecclesię scilicet ut ore Deum pro eo, tamen non videtur fundari aliqua probabili ratione cur alio modo interpretatur in papa & alio modo in alijs. tum quia eadem authoritas non debet diuerso iuri censeri capit. cum in tua. de deci. c. quia circa de priui. 12. quæst. 2. cognouimus. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & l. in testamento. C. de testa. mili. cum simil. Tum ēt quia generaliter prolatum. l. de precio. ff. de publiciana. & c. ut circa de elec. in 6. Tum etiam quia dominus uerba illa dixit Petro simul cum alijs apostolis, cum dixit qui. n. scandalizauerit vnum de pusilllis istis expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris Vnde gl. ordi. ibi dicit. etsi hoc generaliter dicitur ꝯ omnes, tamen hic specialiter contra apostolos. Et subiungit. quicunque ergo speciem sanctitatis habens uerbo uel exemplo cęteros destruit, melius esset ei ut eum sub exteriori habitu ad mortem terrena acta constringerent quam sacra officia cæteris in culpa imitabilem ostenderent, quia si solus caderet, tolerabilior eum pœna cruciaret. Et glos. †Nicolai ibi dicit scandalizare aliquem est facere eum ruere in mortale peccatum ex dicto uel facto suo malo. Huiusmodi autem est papa qui ex notorio delicto scandalizat ecclesiam & est incorrigibilis. igitur & in eo sicut in cæteris habet locum prędicta authoritas, nec aliter interpretanda est in eo quam in alijs, cum ita subijciatur papa doctrinæ euangelicę sicut alij, ut in capitu. sunt quidam. 25. q. 1. Posset etiam intelligi authoritas Hostien. cum peccatum est occultum & non scandalizatur ecclesia. Quinimo magis uidetur habere locum in papa quā in cæteris, quia sicut grauius suo exemplo scandalizat subditos sic est grauius puniendus. Vnde dicit †tex. in c. pręcipue. 11. quæst. 3. referendo uerba Beati Gregorij. quod prælati tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditiones exēpla transmittunt, vnde necesse est ut tanto se cautius a culpa custodiant quanto per praua quæ faciunt non soli moriunt. Facit †in proposito quod illa authoritas Matth. 18. uidelicet si peccauerit in te frater tuus &c. ita conuenit in papa sicut in alijs proximis. Nam & papa frater noster est, cum unus pater. s. Deus, & vna mater. s. ecclesia omnib. fidelibus sit. ergo sequitur quod & ad ipsum se extendat dicta authoritas simpliciter sicut ad alios. & qa sub nomine fratris quilibet christianus intelligitur, ut 11. q. 3. cap. ad mensam. & glos. in d. ca. si papa. 40. dist. Non obstat si †dicatur quod papę non potest dici cur ita facis? quia illud est uerum per coertionem pęnalem, sed bene per fraternam correctionem, quę ad omnes se extendit, ut declarat. S. Thomas in secunda secundæ. q. 33. ar. 4. Decimo † facit quod ualidum est argumentum a corpore mystico ecclesiæ uniuersalis ad corpus materiale hominis, ut in ca. illud sane. 24. q. 3. & ponunt doc. in c. cum non liceat de præscrip. & c. non decet. 12. dist. Sed sic est quod ratione scandali in corpore materiali quis deponitur ab administratio-

tio-

tione ecclesię & ab offic. sacerdotali, ut in cap. presbyterum cum duobus sequentibus de cle. ægro. & in ca. 1. de corpore uitiatis. ergo a pari, imo multo magis debet amoueri papa qui scandalizat ecclesiam vniuersalem. Facit bene in argu. tex. in c. ecce 24. q. 3. 34 Vndecimo † facit quod multa sunt quę ad vitādū scandalum fiunt & multa quæ omittuntur vt vide tex. & gl. in capit. cum ex iniuncto de no. ope. nun. glos. in capit. cum quis. 23. q. 4. & Roma. in l. si vero in §. de viro in 7. fallen. ff. solu. ma. 35 Intantum † quod alias promouendus ad vitandum scandalum non promouetur, vt in c. cū teneamur, & c. cum non ignores de præben. & c. 3. de iu pa. & in ca. cum olim de cle. coniuga. Et pro scandalo vitando ecclesia tolerauit episcopos in aliorum locum de facto surragatos, vt in capit. hæc quippe. 3. quæst. 6. Et ut supra dixi potest remoueri episcopus ab ecclesia ad uitandum scandalum, ut in d. §. pro graui, in c. nisi cum pridem de renun. & Archi. in cap. suggestum. 7. q. 1. & Abb. in capitu. 1. de elec. Et multas remissiones ostendentes quod ratione pacis inducendæ & sedandi scandali præcepta iuris relaxantur, ponit Ludo. consi. 332. incipit quoad primum in fi. & Feli in cap. nihil de præscrip. Et licet 36 † alias lite pendente quis non debeat priuari sua quasi possessione iuris eligendi vel pręsentandi, ut dicitur in ca. cumana de electio & in capitulo 2. de in integ. resti. tamen ad vitandum scandalum prohibetur eligere, vt dicit Abb. in d. c. 2. allegat. l. ęquissimum. ff. de vsufru. Et præmissa dicuntur in casibus ubi scandalum non inducitur in uniuerso sed in particularibus locis & rebus, item ubi scandalum non directa generatur in animis sed in corpore. in casu autē quo papa notorius criminosus scandalizat vniuersalem ecclesiam generatur scandalum in animis, quia per hoc inducuntur subditi ad credendum quod ipse non comitteret illa si esset peccatum ea committere. 11. quæst. 3. præcipue. cap. qualiter & qñ de accusa. quales. n. inquit Plato sunt principes tales solent fieri ciues. & idem dicit Cicero in suis familiarib. & Boetius in 1. de consolatione. Vnde quanto anima est preciosior corpore, eo grauius est scandalum uniuersale in papa quam in alijs inferioribus. c. solitæ de maio. & obe. c. præcipimus. 12. q. 1. c. si habes. 24. q. 1. c. sedulo. 29. dist. Item eo grauius est quo vniuersalis ca. si papa. 40. dist. ibi innumerabiles secus populos &c. 37 Si igitur episcopus † ex eo quod usuras exercet, non desistens deponitur, ut in c. episcopus. 47. dist. & idem si homicidium commiserit, vt in c. si quis homicidium. 50. dist. & idem si capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ut in capit. si quis episcopus ea. dist. & ibidem quando ipse est incorrigibilis, ut in ca. 1. ubi glos. & in c. tantis Daniel. 81. dist. & sic de similibus ex quib. non scandlizatur ecclesia uniuersalis, q̃to magis uidetur dicendū in papa rōne uniuersalis scādali, quia est notorius criminosus & incorrigibilis, quod debeat posse deponi, & quod 38 uera est glos. in d. c. si papa. Accedit † quod dicit glos. in cap. si quis pecunia 79. dist. ꝙ si coniugatus eligitur in papam valet electio, sed si vxor non potest induci ad vouendum continētiam, oportebit eum renuntiare papatui & reddere debitum vxori. Et hoc quia si uellet tenere papatum & reddere debitum uxori, ex hoc multum scandalizaretur ecclesia propter malum exemplum quod daret cardinalibus & alijs. ca. licet de elec. Et secundū quod dicit Mathesil. in addi. ad trac. Ant. de Bu. in 3. char. si eo casu papa nollet renuntiare, posset propterea deponi a papatu per concilium, quod est ualde notandum ad illā glos. 39 Et ita † dicit ꝙ posset saluari quod ponit Io. An. in ca. nulli de sen. excom. dum vult ꝙ papa non posset in totum tollere canonem si quis suadente, sine concilio generali, quia potest intelligi quādo totus clerus ex hoc multum scandalizaretur. & tūc si cassasset illum tex. deberet cassationem reuocare ut cessaret tale scandalū per tex. in d. ca. cū ex iniuncto & d. §. ꝓ graui. Accedit qđ ponit Feli. in d. c. 2. de ꝑscrip. in 3. colu. ꝙ ratione scandali euitandi si reperiunt duo electi ad pontificatū, conciliū pōt vtranq; electionem cassare per glos. quam dicit singularem, 63. dis. in c. fi. quæ est gl. fi. dum allegat. c. si duo. 79. dist. Quæ glo. secundum eum intelligitur etiam si altera electio tenebat, alias nihil operaretur consideratio scandali. Et hæc glo. ut dicit Feli. in d. cap. 2. non fuit gustata nec a Baldo nec a Saliceto qui scripserunt super 40 schismate Vrbani. Duodecimo † facit. d. c. si papa. 40. di. a quo dependet oīs ista machina. per quē tex. dicūt Doc. in c. in fidei de hære. in 6. quod papa pōt deponi tm̄ pro causa fidei stricte sumptæ. Qui tex. si bene inspiciatur non dicit ꝙ papa nō possit deponi nisi tātum pro crimine hæresis stricte sumptę, sed tantū dicit ꝙ non possit papa iudicari nisi deprehendatur a fide deuius. Sed ita est ꝙ a fide dicit deuiare ille qui subuertit vniuersalem statum ecclesiæ. probatur in capitulo si ea. 25. q. 2. & melior tex. in capitulo generali. 25. q. 1. & in c. violatores ea cau. & q. Papa enim cēsetur positus, non ad destructionem, sed ad constructionem, ut dicit tex. in cap. memor 24. quæstio. 1. & dicitur. 2. ad Corint. 10. & 13. Ergo & eo quod papa criminosus notorius scandalizat vniuersalem ecclesiā ipse potest deponi. Facit quod legitur Ioann. 15. si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet & colligent eum. & in ignem mittent & ardebit, & notant doct. in cap. ad abolendam. §. 1. de hæret. nam si pastor efficitur Lupus rapax, oues non tenentur eum audire, quia est mercenarius & non pastor, vt legitur Ioann. 10. Et considerādum est quod text. in d. c. si papa, tantum loquitur per dictionem denotantem singularitatem personæ & nō uniuersitatem personarum, quia dicit huius culpas isthic redarguere pręsumit mortalium nullus. Vnde etsi nullus mortalium pręsumit eū redarguere, non sequitur si est notorius criminosus & incorrigibilis & scādalizans ecclesiam quod concilium nō possit 41 eum redarguere & deponere. Quod † maxime apparet, quia nō inconuenit quod collegium exerceat iurisdictionem in singularem personam de collegio, vt in cap. irrefragabili. §. excessus de offic. ordin. & capit. dilecta de excess. prælat. l. fin. cum simil. C. de iurisdict. omnium iudic. 42 Tertiodecimo † facit quod plus est facto aliquid agere quam verbo, ut in cap. dilecti. de appella. l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædili edic. l. de qui 43 bus in fin. ff. de ll. Sed quamuis † regulariter sit papæ obediendum, tamen si aliquid graue & intolerabile præcipiat per qđ scandalizaretur vniuersalis ecclesia, non est ei obediendum sed resistendum. Ita dicit Innoc. quem omnes sequuntur in capit. inquisitioni. de sentent. excommunicatio. & Abb. in capit. si quando. de rescript. & in capit. cum teneamur de prębend. & in capit. ex parte de verborum signific. & Cardinal. consilio 150. in 6. quæsito, incipit sæpe quæsitum, & idem in c. licet. de elect. & in gl. in capit. literas. de restit. spoliat. & glos. in capit. per principalem. 9. quæst. 3. Facit illud Apostoli, quod ponitur 45. distinctio. in capitu. sed illud, peccantem coram omnibus argue. Et quod Paulus restitit Petro in faciē ad Gala. 2. de quo 2. quæstio. 7. capit. Paulus el secundo. Non enim potest papa aliquid facere vel mandare per quod turbaretur vel destrueretur vniuersalis status ecclesiæ, ut in capit quæ ad perpetuam ibi glos. & in cap. sunt quidam ibi Archidiac. in fin. 25. quæstio. 1. & in effectu idem etiam ponit Innoc. & alii post eum in capit. quanto. de consuetud. Intantū quod Abb. Sicul. in d. c. inquisitioni, dicit quod cardinales q̃ discesserant a Gregorio 12. non tenebantur citati comparere, ratione scandali quod imminebat. 44 Ergo cum † ratione scandali liceat resistere papæ & ei non obedire, a pari quando papa est notorius criminosus & incorrigibilis & scandalizans vniuersalem ecclesiam poterit ratione scandali deponi. Paria enim sunt aliquem esse depositum a papatu, & esse papam sine obedientia, argum. l. in lege. ff. de contrahenda empt. & l. Rutilia. ff. eod. & in capit. cum super. concess. præb. cum simil. Et paria sunt aliquid non esse & inutiliter esse, ut in capit. inter corporalia de translat. prælat. Non obstat si di45 catur † quod licet possit ei resisti tamen ipse non potest iudicari quia nemo iudicat primam sedem, & quod facta papæ a domino iudicantur. capit. nemo & cap. aliorum & capit. facta. 9. quęstio. 3. & dicto capit. si papa. Quia illud priuilegium quod non possit ab alio iudicari, non videtur habere locum in casu quo scandalizatur ab eo ecclesia vniuersalis, argum. capi. suggestum de deci. vbi priuilegium non habet locum quando inde scandalum resultaret. Et ista videtur mens illorum iurium, quia talis pręsumitur mens rescribentis qualis esse debet, dici Bald. in l. ex facto in princ. ff. de vulgar. & pu46 pill. Non enim † est verisimile quod voluerint eum qui committit in legem gaudere beneficio legis. C. de iure deli. l. scimus. §. si vero. ff. quod metus cau. l. isti quidem. & capit. frustra. de vsu. Facit quod dicitur de priuilegio in cap. priuilegiū. 11. quęstio. 3. Nec uidetur quod voluerint illa iura priuilegiare personam papæ in scandalum & pręiudicium vniuersalis ecclesiæ, cum magis videatur habenda ratio ecclesiæ uniuersalis quam papę, argum. capit. si gratiose de rescript. in 6. & quod dicitur in cap. ne aliqui in glos. fina. de priuileg. eod. lib. & in capitulo fina. de rescript. etiam in sexto. Quartodeci47 mo † facit illud quod dicit Abb. in capitulo proposuit. de concessio. præben. vbi ait quod dictum Hostiens. quo in papa exponit illud euangelicum dic ecclesiæ, de ecclesia triumphante, non habet locum in crimine scandaloso notorio, & quod idem dictum intelligitur in delicto occulto, & ideo si papa scandalizat vniuersalem ecclesiam poterit de hoc accusari, & deponi, ex quo est notorius criminosus, & 48 scandalizat ecclesiam. Quintodecimo † probatur arguendo a sufficienti partium enumeratione, ut l. patre furioso ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iu. l. cum ij. §. si prætor. ff. de transac. cum simil. Aut enim ponimus papam notorium criminosum non posse deponi quantumcunque incorrigibilem & scandalizantem ecclesiam eo respectu quia non habet superiorem, ut in c. licet de elec. & in d. c. si papa. ubi dicitur quod

quod a nemine iudicatur, & in §. patet. 3. q. 1. & in cap. nemo cum seq. 9. q. 3. Et hoc videtur cessare, quia qua ratione concilium iudicat de papa in vno casu, vt in casu hæresis, de quo est text. in c. si papa, eadem ratione uidetur quod poterit esse superior ad iudicandum de eo in alio casu, quia non reperitur in sacra scriptura quod Deus dederit maiorem potestatē ecclesię in causis fidei quam in alijs. imo vsus est verbis generalibus, videlicet quęcunque alligaueritis &c. Matth. 18. Facit illud quod legitur ad gala. 2. & act. 11. in prin. & in c. Paulus el. 2. & c. testes. §. item Paulus. 2. q. 7. Si enim Paulus potuit eum repræhendere, multo magis ecclesia. & maxime quando casus est inferior hæresi, vt in proposito, argumen. ca. cū in cunctis de elec. cum similibus. regula cui licet de regu. iu. 49 in 6. Quod ostenditur ratione, quia † aut uolumus papam tātum in casu hęresis posse deponi ratione grauitatis peccati. Et hoc nō potest procedere, quia habere Deum odio est grauius peccatū quam sit hæresis uel infidelitas, vt ponit S. Th. in secunda secundę. q. 34. arti. 2. Aut ratione maioris scandali in ecclesia quasi papa hæreticus plus scandalizet ecclesiā quam si aliter delinquat. Et hoc etiam non procedit, quia Doc. omnes in dicto cap. si papa. 40. dist. & in c. in fidei de hære. in 6. uolunt quod etiam de occulta hæresi possit papa ac50 cusari. & tamen nulli dubium † quod si papa est occultus hęreticus & viuit exterius tanquam bonus catholicus, ecclesia non scandalizatur, quia ecclesia non iudicat de occultis, vt in c. sicut el. 2. de simo. c. a nobis el. 2. de sen. excom. 2. quæst. 5. consuluisti. not. in c. 2. de offic. ordin. Sed quando est notorius criminosus & incorrigibilis & intolerabilis, tunc bene generatur scandalum, ut in c. qualiter el. 2. de accusa. Aut po51 nimus † eum non posse deponi quia non reperitur statutum quod ratione incorrigibilitatis & scandali in ecclesia possit deponi. Et similiter non uidetur procedere, quia si loquimur in ueteri lege, reperimus quosdam ratione scandali & incorrigibilitatis non solum in committēdo sed etiam in omittendo fuisse a Deo punitos, ut patet de heli summo sacerdote, qui quamuis in se bonus esset, quia tamen filiorum excessus efficaciter nō corripuit, & in se pariter & in ipsis animaduersionis diuinæ vindinctam excepit, dum filijs eius in bello peremptis ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit. c. licet heli de simo. & c. legant. 37. distin. Quinimo ut innuit gl. Nicolai. 1. reg. 8. hęc negligentia heli & non nulla etiam forte Samuelis fuit occasio ut terminaretur regimen per iudices, & reges instituerentur. Ex quo patet quod a papa ratione solius negligentię quæ scandalizat populum debet auferri dominium & regimen administrationis pontificatus. Ad quod facit ratio tex. in d. cap. si papa, cum dicit quod qñ papa est negligens & remissus in suis operibus, officit sibi & oībus, & innumerabiles populos secum ducit in gehēnam. merito igitur videtur amouendus ab administratione pon52 tificatus quem nescit gubernare. Si † autem inspicimus legē naturę, ratio naturalis dictat quod ob scandalum in ecclesia & delictum notorium de quo est incorrigibilis debeat & ipse papa deponi sicut quilibet alius. imo tanto magis quāto maiori præfulget dignitate, ut in c. cum quidam de iureiu. & in c. homo christianus. 40. dist. Imo ex quo propter eius delictum ponitur in periculo uniuersalis ecclesia, melius est ut ipse abijciatur & amoueatur quam ut tota gens pereat, iuxta illud Ioann. 11. expedit uobis ut vnus moriatur pro populo &c. Si attendimus legem canonicam, & illa quando quis est incorrigibilis de delicto vult eum deponi, ut in cap. cum non ab homine de iudi. cum simil. quod licet non loquatur præcise in papa, tamen a simili arguimus eandem in diuersis personis conclusionem quando lex non reperitur quę ca53 sum decidat, vt in c. translato. de const. cum simil. Ergo † sicut rō legis arguit vnum inferiorem deponendum, a pari & superiorem, in quo maior subest ratio, propter excellentiam dignitatis quæ dehonestatur in illius persona, & ex cuius trāsgressione maius generatur scandalum in vniuersali ecclesia, cum sit positus tanquam signum ad sagittam, vt in c. magnæ de vo. in c. qualiter & quando de accusa. Vnde suo exēplo inducit alios ad malum faciendum, iuxta illud apostoli. ad gala. c. 2. si tu cum iudæus sis gentiliter viuis & non iudaice, quomodo gētes cogi iudaizare? vbi gl. supplet ad verbū cogis, non docentis imperio sed conuersationis exemplo. 54 Sexto decimo † facit quod contrariorum eadem est disciplina, l. 1. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iu. l. sciendum. §. fin. ff. qui satisda. cogan. 8. q. 1. sciendum, ibi Archi. & eadem iuris dispositio, vt in l. 1. ff. solu. matri. & l. penul. C. de solu. & l. fin. C de fruc. & litis ex pen. Et vna ac eadem res non debet diuerso iure censeri. duodecima quæstione secunda capitulo cognouimus. & de deci. capitulo in tua. de priui. quia circa. & in l. eum qui. §. fi. ff. de vsucapi. Sed inter papam & vniuersalem ecclesiam contractum est matrimonium, ergo non debent ad imparia iudicari, capitulo gaudemus de duor. clarū est autem ꝙ papa potest renūtiare papatui quando uidet se inhabilem ad gubernandum papatum, vt in capitu. 1. de re55 nun. in 6. igitur † & ecclesia debet posse abiicere sponsum criminosum & male uiuentem, & scandalosum ipsi ecclesiæ. Facit tex. & quæ ibi dicuntur in cap. quanto & in d. cap. gau56 demus de diuor. Vbi enim † uxor non potest uiro cohabitare sine contumelia creatoris, non est seruit uti subiecta secundum apostolum. ut in cap. si infidelis. 28. quæstio. 1. Sic igitur, & ecclesia habens sponsum eam scandalizantem debet pos57 se eum a se abiicere & repudiare. Decimoseptimo † faciunt iura volentia papam criminosum teneri ad se purgandum, ut in cap. mādastis. 2. q. 4. de sixto. & in c. auditum eadem causa & q. de Leone. Et de Damaso in capit. nos si incompetenter. §. item Hieronymus. 2. quęst. 7. & legitur in eius uita, qui de adulterio accusatus, in synodo cum. 42. episcopis se purgauit, Concordius autem & Calixtus eius accusatores damnati sunt. Et de symmacho eadem causa & quæst. & capit. §. item Symmachus. Indicitur enim purgatio ubi quis infamatus est de aliquo crimine scandaloso, ut in c. inter solicitudines de purga. canon. Constat autem quod cum quis in purgatione deficit, debet deponi, ut in capit. cum P. Manconella, & in dicto capit. inter solicitudines, & capit. cum dilectis de purgat. canon. Ergo sequitur quod & papa ratione criminis de quo est incorrigibilis & ex quo ecclesia scandalizatur possit deponi

Confirmatur hoc per tex. in capit. si quis super his. 2. quæstione 7. ubi est text. Cregor. qui dicit. si quis nos redarguere uel extra authoritatem nos facere contenderit, ueniat ad sedem apostolicam quamtenus ibi unus ex uobis sententiam susci58 piat suam. Patet † autem ex uerbis huius text. dum dicit extra authoritatem &c. intelligi depositionem, quæ non est aliud quam quædam exauthoratio, ut est text. in cap. degradatio de pœnit. lib. 6. Facit tex. in l. 2. ff. de ijs qui notantur infa. De59 cimooctauo † facit authoritas Petri qui in epistola Beati Clementis ad Iacobum inquit Clementi, si enim mundanis curis fueris occupatus, & teipsum decipies, & eos qui te audiunt, non enim poteris ea quæ ad salutē pertinent plenius singulis quibusque distinguere, & ex eo fiet ut tu tamquam qui non docueris quę ad salutem hominum pertinent deponaris. Ex quo patet quod possit deponi pro alio quam crimi60 ne hæresis. Hoc idem confirmatur † ex illa authoritate Matth. 5. de sale infatuato, quam declarat Hiero. & refert Gratianus. 2. quæstio. 7. non omnes. ubi dicitur in persona Beati Petri & discipulorum sal. i. stulti. prælati insipidi in prædicando & fatui in delinquendo ad nihilum prodest nisi ut proiiciatur foras id est deponatur, & conculcetur a porcis id est a demonibus, qui dominantur malis prælatis quasi pecori suo, ut dicit ibi glo. allegat text. 24. quæstio. 1. §. his authoritatib. 61 Idem etiam confirmatur † per illud Ioann. 15. ad omnes apostolos inter quos erat & Petrus, ego sum uitis uera &c. omnem palmitem in me non ferentem fructum, scilicet per traditionem doctrinæ, tollet eū, & infra, si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eum & in ignem mittēt & ardebit &c. Igitur si insipidus pręlatus eiicitur foras id est deponitur, & palmes ut erat Petrus & cōsequenter quis eius successor non ferens fructum mittendus est in ignem ut ardeat, consequenter & papa incorrigibilis, & insipidus & non ferens fructum erit deponendus. 62 Decimonono † facit quod tota ecclesia militans est vnū corpus ordinatum per Christum. iuxta illud ad Roma. 12. multi unum corpus summus in Christo. Istius autem corporis caput est papa, ut dicit Sanctus Thom. in 3. par. quæstio. 8. artic. 6. & text. in capit. sacrosancta. 23. distinctio. & cap. cum beatissimus. 24. quęst. 1. Vbi ergo caput scandalizat uniuersalem ecclesiam, si non posset deponi sequeretur quod non fuisset sufficienter prouisum corpori ecclesiæ, ne ipsum capite languescente pereat, quia cum caput dolet cætera membra lāguent. Cum ergo Christus non defecerit in necessariis ecclesiæ militanti, sequitur quod per ecclesiam papa illam scandalizans deponi possit.

Quod etiam demostratur quadam naturali ratione, quia quamuis caput in corpore humano sit ordinatum ad directionem & gubernationem membrorū nec membra debeāt recedere a capite, tamen si caput in corpore humano efficiatur languidum licitum est membris illud ligare & cauterizare, ne totū corpus languor inuadat si dolor non fuerit in capite curatus, ut in cap. ecce autem. 24. quæst. 3. Sic etiam si papa efficeret furiosus, & habens ensem in manu exiret palatium & occideret omnes sibi obuios, vtique tunc liceret subditis eum capere & ligare. alioquin si poneremus papam homicidam, nullam præ se ferentem religionem, persequentem bonos, tyrannidem exercentem, venena ministrātem, religiosos & cardinales trucidan-

dantem, altaria & res sacras spoliantem,cum iudæis conuersantem,beneficia episcopatus & ecclesiarum bona vendentem,& quæcumque crimina citra hæresim committentem, & incorribigilem , & notorie ista committentem , si non posset deponi nec esset dare remedium cõtra talem papam, nihil aliud esset quam ponere ecclesiam Dei in discrimine , & dicere quod Christus non perfecte & sufficienter prouiderit ecclesię suæ. Vnde dicit Innoc.in cap.quod super de vo. quod Christus non fuisset diligens paterfamilias nisi vicario suo quẽ in terra dimittebat plenam potestatem super oẽs dimisisset.Facit quod dicitur per eundem in capit.ad apostolicæ de re iudic.& in capit.pro humani de homic.in 6.vbi est bonus text.Dicere autem quod Christus non perfecte prouiderit ecclesię suæ,est hęreticum , cum Dei perfecta sint opera deute.32.Nec dicendum est quod ecclesiam suam in aliquo dereliquerit,ut dicit in simili gl.in uerbo uacante in c.1. de schisma. in 6.Et si Deus ecclesiam suam utpote sponsam sibi dilectissimam instituit & ordinauit optimo regimine gubernandam, & si de synagoga de qua minus uidetur dixit Dominus quid ultra debui facere uineæ meæ, & non feci ei,ut dicitur Isa.5.quãto magis uidetur dicendum quod prouiderit ecclesiæ suę, & quod non dimiserit eam in casu tanti scandali sine remedio ? quam dimisisset derelictam si contra talem papam notorie talia committentem, & incorribi-

63 lem non posset procedi ad depositionem. Accedit†quod uerum caput ecclesię est Christus,ut in cap.unico de sacra unc. & dicit glo.in clement.ne Romani de elect.nam ecclesia est corpus Christi,ut dicit apostolus in plerisque locis,& text.in capit.schisma in fi.& in capit.aduocauit.24.quæstio. 1.Vige-

64 simo†facit quod nihil tam naturale est quam unumquodq; eodem genere dissoluere quo colligatum est.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.Et omnis res per quascumque causas nascitur,per easdem dissoluitur.c.1.de reg.iu.Sed sic est quod dignitas papatus acquiritur per electionem a cardinalibus, ut in c.licet.de elect.& in c.ubi periculum eo.tit.in 6.c.in nomine Domini.23.dist.& clem.2.de elect. Ergo sicut suadentib. meritis fuit in arbitrio cardinalium decernere ipsum eligendum,ita suadentibus demeritis & incorrigibilitate debet in eorundem Card.arbitrio esse decernere ipsum deponendũ, quia eius est destituere cuius est instituere.c.cum ex iniũcto de hæret.18.q.2.c. Abbas. Et eius est absoluece cuius est ligare,ut in c.inferior ibi gl.21.dist.& c.cum inferior ibi gl.de maior.& obed. Accedit quod dicit.S. Thom.in li.de regi.princ. quod si ad ius alicuius communitatis pertitinet sibi prouidere de rege,ab eadem rex institutus si fuerit in tyrannum conuersus poterit destitui. Et si nolumus hoc spectare ad cardinales,saltem spectet ad concilium cum cardinalibus q sunt pars concilij. Nec est absonum quod collegium exerceat iurisdictionem in singularem de collegio,ut in cap.irrefragabili.§.excessus de offic.ordin. & in c.dilecta.de exces.prelat.& l. fi.C. de iurisd.omnium iudi. Et sic quod concilium exerceat iurisdictionem in papam tamquam vnum de concilio,declarando ipsum subuersum & proprio iudicio condemnatum .

65 Vigesimoprimo†facit quod deficientibus authoritatibus recurrimus etiam ad exempla & chronicas, ut dicitur in c.in-

66 ter dilectos.de fide instru.& in c.de quibus.20.dist.Sed in†gestis antiquarum historiarum reperiuntur plures Romani põtifices priuati ob aliud quam hæresim, ut fuit Christophorus, qui malis artibus pontificatum adeptus, de illo deiectus est. Et in ueteri testamẽto Alchimus,qui pontificatum sibi usurpauerat,ut patet 2.macca. 14.ibi glos. Nicolai. Item Benedictus quintus,& Benedictus nonus,Gregorius.6.Ioannes.12.& multi alii,& in concilio Constantien.Ioannes.23.& Benedictus.13.& Gregorius.12.& nouissime in Basilien. Eugenius quartus , qui omnes non ex causa hæresis , sed aliis de causis reperiuntur depositi. Sic & in ueteri lege rex Salomon priuauit Abiathar pontificatu eo quod secutus fuerat partes Ado-

67 niæ contra eum,ut legitur.3.regum.2.Vigesimosecundo†facit quod omne quod debemus papę pro uitanda morte corporali , debemus ei pro uitanda morte spirituali , sed in casu quo papa iniuste & sine causa quacunque uellet proximum interficere, quilibet tenetur & potest de iure papam impedire . Ergo ubi papa notorie scandalizat ecclesiã potest ab alio impediri.& si aliter impediri non potest. quia est incorrigibi-

68 lis,debet posse deponi.Vigesimotertio†pro ista parte adducitur illud Ioann.19.non haberes potestatem aduersus me ullam &c. Vnde colligitur quod pilatus qui gerebat uices imperatoris, habuit iurisdictionem coactiuam in Christum ut hominem mortalem, sed papa non est magis exemptus a iurisdictione Imperatoris quam fuerit Christus, ergo & ipse subiectus est, iurisdictioni Imperatoris, ergo poterit ab eo deponi.Confirmatur per text.in cap. Constantinus 96.distinct. ubi patet quod principatus fuit datus papa a Constantino, ergo erat ipso papa superior .

Ad idem facit ꝙ Petrus & Paulus fuerunt æqualiter subditi imperatori.sed Paulus appellauit ad cæsarem, vt legitur actuum. 25.c.ergo etiã Petrus fuit illi in iurisdictione subiectus. ergo & successores qui non sunt magis exempti quam Petrus. Item in ueteri testamento potestas summi sacerdotis fuit a Deo instituta,vt patet exo. 28.& 29. & tamen hoc non obstante abiathar qui erat summus sacerdos,fuit, vt paulo ante diximus,depositus per Salomonem eo quod conspirauerat cum Adonia. Ergo a pari videt quod papa possit iudicari ab imperatore de alijs criminibus quam heresis,ex quo ei subest in iurisditione coactiua.Et de hoc videtur tex. in c.nos si incompetenter.2.q.7.

69 Vigesimoquarto† etiam pro ista parte adducitur authoritas illius glo.in d.cap.si papa quæ hoc vult. Et licet dicat quando est incorrigibilis eum posse accusari & nihil dicat de depositione, tamen in se bene intellecta etiam secundum rationes quas allegat sentit quod ex accusatione possit deponi.Et ita multi Doc.intelligunt illam glos.quos infra refero.& est cõmuniter approbata. Nec obstat quod aliqui voluerunt improbare glos. in ratione sui quod ideo papa potest deponi quando est notorius criminosus & scandalizans ecclesiam quia est in contumacia, quæ contumacia est heresis secundũ illam gl.cum secundum eos contumacia proprie non sit hæresis stricte & proprie sumpta,secundum quod loquitur tex. d.c.si papa & hic uidetur quod ratio super qua se fundat glo. non sit bona, & consequenter conclusio glos.falsa. Quia respondetur quod illa glos. ponit duos casus in quibus papa potest accusari. primus est in hæresi stricte sumpta,prout est in articulis fidei & in aliis damnatis ab ecclesia. secundus est non in casu hæresis proprie & stricte sed largo modo sumpta cũ qualitate scandali,alias glos. non deceret ponere duos casus sed vnum, quia secundus comprehenderetur in primo,

70 quod non intendit illa glos. Non obstat† etiam quod tex.in dicto capit. si papa, primo ponit regulam generalem quod papa a nemine potest iudicari, & deinde ponit exceptionem præterquam in casu hæresis, quasi exceptio firmet regulam in omnibus aliis casibus non exceptis. l.quæsitum. §. denique ibi Bar.ff.de fundo instruc. l.nam quod liquide.in fi.ff.de penu lega.l.legata inutiliter,ibi Bar.ff.de lega.1.& Bal.in l.i.C. de posthu.hæredi.insti.& Bar.in l.generali.§.vxori.ff.de vsufruc.lega.& glos.in ru.de regu.iu.in 6.32.q.7.capit.dominus. de coniu.lepro.c. 2 .in fi. cum simil. Quia illud est verum in casibus dissimilibus ab exceptis, sed secus in similibus.Abb. in c.cum dilecta de confir.vti.vel inuti.& in c.iurauit de proba.& in capitulo ad audientiam de cle.non resi.& Bal.in capitulo post translationem de renun. Sed iste casus incorrigibilitatis est similis hæresi, saltem largo modo vt dictum est. ergo non comprehenditur in regula sed sub exceptione illius tex. Et idem videtur dicendum de similibus criminibus quę largo modo dicuntur hæreses, vt est simonia, contumacia,inobedientia & auaritia,quæ dicitur idolorum seruitus, & similia,si in his notorie delinquit & est incorrigibilis & scãdalizat ecclesiam. Accedit etiam quod tex.in d.cap.si papa, cum ponit regulam loquitur in papa quando est negligens fraternæ salutis, inutilis & remissus in operibus suis,& a bono taciturnus. Ex quo apparet quod regula non est generalis nec conuenit in papa committente delictum notorium scandalosum & de quo sit incorrigibilis, sed tãtum quando est delictum in omittendo & in negligentia consistens. Gra-

71 uius† aũt est crimen cõmissionis ꝙ omissionis.l.si mora.ff.in matri.ibi glos.16. quæst.3.placuit in gl. & gl.16.q.6.si episcopum.l.iubemus.§.iconomus.C.de sacro sanc.eccle.& in regula delictum cum simil.de regu. iu.in 6. Et ideo non valet argumentum a dilecto omissionis ad dilectum commissionis,ut dictis iuribus.& ponit Bar.in l.licet.§.fin.ff.de peculio. tex.in l.argentarius.§. cum autem ibi Bal.ff.de eden.& ita dicit Abb. Sicu.intelligendum illum tex.d.cap.si papa.Item ex-

72 ceptio† solum firmat regulam in ijs quæ alias comprehenderentur sub regula, sed secus in ijs quæ non comprehenderentur. Bar.in d.l.quæsitum in §.denique.& Ludo.consi. 259.incipit in casu proposito.& clarius glosa in d.ru.de regu. iu.in 6.Sicut si diceretur omnis homo currit excepto equo titij,& si diceretur omnes libri sunt mei excepta domo, secundum Bar.in l.in ijs.ff.de.ll. Hic enim proprie non est exceptio, quia id quod sequitur dictionem exceptiuam non comprehenditur sub eo a quo fit exceptio. Vnde in ꝓpositio vt exceptio posita in d.c.si papa conueniat regulæ ibi positę,requiritur quod sit hæresis quam incurreret ex negligentia & remissione,ut in exemplo,quia non vult ministrare sacramenta,nõ vult confiteri nec celebrare, quia fortassis credit hæc esse superflua & minime necessaria. ex his.n. posset papa accusari & deponi. secus si ea in quibus est negligens & remissus non concernant fidem,quia non poterit ab aliquo accusari. Et hic uidetur intellectus illius text. dicti capituli si papa. Et si dica-

dicatur ergo quando esset a fide deuius in committendo & non in negligendo non posset accusari vel deponi. Dico ꝙ non sequitur,quia non est facta regula generalis in illo text. de quocunque genere criminis siue in committendo siue in omittendo, & propterea non potest dici quod exceptio firmet regulam in aliis quæ non continentur in regula, & sic in hæresi quam incurreret committendo. Quinimmo dico ꝙ potius probatur cõtrarium,hoc est quod in aliis ab iis quæ consistunt in omittendo, quodcunque erit crimen commissionis siue sit hęresis siue non,poterit de eo accusari quando erit incorrigibilis & scandalizans ecclesiam, quia in isto ca-

73 su non loquitur tex.in d.cap.si papa. Vnde†subtilius considerãdo intellectum illius tex. inuenitur quod potest induci ꝑ glo.ibi, quia ille tex.est pro eo quod concludit ibi glo. Et inducitur hoc modo.primo ponderando verba illa innumerabiles populos cateruatim secum ducit. ex quibus patet quod loquitur in crimine notorio & scandalizante ecclesiam. Itẽ ponderando illa uerba si suæ & fraternæ salutis negligens depręhenditur &c.ex quibus colligitur quod sit incurrgibilis. Vnde tex.ille loquitur & ponit regulam in crimine notorio de quo scandalizatur eccl. & de quo est incorrigibilis, licet solum ponat regulam de crimine quod consistit in omitten-

74 do & in negligentia. Deinde ostendendo†quod ille tex. probat sensum glo.hoc modo,ualidum est argumentum a contrario sensu in iure.25.dist. cap.qualis.45.dist.cap.disciplina. gl.in c.cum apostolica.de iis q̃ fiunt a pręla.l.1. §.huius rei cũ vulgaribus.ff.de officio eius cui man.est iuris.Sic ergo.in crimine negligẽtiæ & quando est inutilis & remissus in suis operibus & a bono taciturnus,nullus mortalium eum redarguere potest quia minus delinquit. Et considero uerba illa quod tunc magis officit sibi,licet & omnibus consequenter. nam ex quo sibi magis,videtur magis excusandus, & censendum quod nullus eum accusare possit, cum non præsumatur, ꝙ quis seipsum lædere uelit. Vnde videtur magis redarguendus de ignauia & pusillamitate quam de malitia . Sequitur ergo a contrario quando non est criminosus negliendo sed committendo scelera & crimina per quæ scandalizatur ecclesia & est incorrigibilis,qđ possit accusari & deponi,etiam

75 si sint crimina quæ non contineant hæresim. Nec ob.† si dicatur quod argumentum a contrario non est validum quãdo resultat contrarietas in iure, ut 3.q.6. cap. non liceat. & in c.significasti cum similibus de foro compet. Quia respondetur quod nullibi reperitur ista contrarietas in iure,quod si papa committit aliquod crimen graue & est incorrigibilis, non possit accusari.

76 Et si † dicatur quod in contrarium sunt multa iura simpliciter dicẽtia quod nemo iudicat papam,ut in cap. aliorum. 9. quęst. 2. & in c.nunc autem.21.dist.& in §.hinc etiam. 17. dist.& in c. facta in c.ipsi canones. & cap. cuncta per mundum . eadem cau.& q.ergo non debet sumi illud argumentum a contrario sensu . Respondetur quod illa iura , quæ dicunt papam a Deo tantum iudicandum , magis intelligi videntur in foro poli quam in foro iudiciali. quod patet quia etiam dicimus in episcopo quod est a Deo iudicandus, ut in cap.accusatio.

77 el primo 2.q.7. Item † responsio alia habetur ex supradictis, quia ut dictum est quando committit in ecclesiam & eam scandalizat, non debet gaudere illo priuilegio, per notata in c.suggestũ. facit quod dicitur in ca.quia frustra.de usu.Item

78 † responderi potest quod sicut illa iura generaliter loquentia admittunt exceptionem in casu hæresis,ut in cap. si papa licet in illis non fiat de hoc mentio,ita & exceptionem in casu quando papa est notorius criminosus in committendo , & scandalizat eccleam.Item tertio potest responderi quod

79 illa iura loquuntur per dictiones distributiuas nemo,nullus& similes. Vnde ex eis habetur quod a nulla speciali persona cuiuscunque potestatis potest papa iudicari,quia hæc est natura distributiui.ut æquiparetur speciali numerationi, ut ponit Bal.in l.stichum.§.1.ff.de verbo.oblig. & in l.sicut in annos. ff.quibus mo.vsusfruc.ami.& l.huiusmodi. §. pen. ff.de lega.1.Et est ratio, quia nõ est maior potestas quam potestas ipsius,quia non habet superiorem,ut in d.cap.licet. de elec. Et nullus hominum est maior eo, nec Augustus , nec reges &c. ut in dicto capitulo nemo.9.quæstio.3. Sed per hoc non excluditur concilium,quod repræsentat ecclesiam uniuersalem. Vnde licet nullus possit ipsum iudicare, poterit tamen concilium.

80 Item †4.potest responderi quod iura prędicta non militant in concilio generali,quia iudicium uniuersalis ecclesię dr̃ iudicium Dei,prout dicitur Act.15.Et per hoc respondetur iuribus quæ dicunt quod facta papæ iudicantur a Deo,vt in c.facta.9.q. 3.& d.c.nunc autem.21.dist.quia iudicium cõcilii dicitur iudicium Dei. Pro hoc facit quod fuit declaratum in concilio Constan.in 4.sessione, quod generale concilium potestatem habet immediate a Deo. Addo etiã unam rationem, nam quod si papa committit simoniam & scandalizat ecclesiam & de hoc est incorrigibilis, possit deponi,probo sic.pœna†commensuratur delicto,& ex grauitate pœnæ arguitur grauitas delicti.cap.fœlicis.de pœnis in 6.

81 de.pęni.dist.1.c.mensuram.Tunc sic.propter delictum idolatrię papa deponi potest,ut in cap.nunc autem.21.dist. sed sic est quod maius est delictum simoniæ quam idolatriæ.Probatur quia maior imponitur pœna ueteri lege simoniacis quã idolatris.hoc probat tex.in c.cito turpem 1.q.1. Ergo cũ posset pro idolatria deponi,multo magis poterit pro simonia .

Ad idem facit a simili quod idem iudiciũ debet esse de papa respectu generalis cõcilii quod est de archiepiscopo respectu prouincialis concilii.Sed si archiepiscopus qui est caput delinquat iudicatur ꝑ concilium prouinciale, vt est tex.in c.sicut.el 2.2.q.septima . Et si archiepiscopus proferat sententiam iniustam retractat a concilio,ut in c.primates.2.qõ.1. ergo a pari idem dicendũ videtur in papa,quod quantumcunque sit supra concilium, quando est criminosus iudicari potest a concilio. & facit qđ

82 dicitur.17.dist.cap.multis. Vltimo facit†quod per mutationem qualitatis personæ cui cõmissa est potestas videtur etiã mutata mens committentis,sicut dicitur de procuratore ꝙ censetur reuocatus hoc ipso quod est effectus unus ribaldus Domino.l.si cũ Cornelius.ff.de solu. c. quemadmodum . de iureiur. Et in quacunque facultate damnata subintelligitur clausula re in eodem statu.manente. Pro hoc bonus tex.22. q.2.c.ne qs. vbi dicitur quod si is qui commendauit alicui gladium repetat illum furens,non debet tunc illi reddi ne vel se vel alium occidat.Ita in proposito potestas data papę,quando effectus est simoniacus & incorrigibilis, videtur ab illo reuocata & non esse illi parendum . Accedit quod deficiente superiore licet vnicuique ius sibi dicere 1. dist.c.ius gentium Inno.in c.olim.el 1.de resti.spo. c.1.de mili.vasal.qui contumax est in usu. feu. vbi uasallus potest depredare dominum in defectum iustitiæ.Et in defectum magistratus, reuertimur ad ius pristinum ante constitutos magistratus, quo tempore

83 licebat vnicuique ius sibi dicere. Dato†ergo quod papa etiã in casu incorrigibilitatis non habeat superiorem , tamen si criminibus suis induceret ecclesiam in perditionem nec posset aliter corrigi liceret iure naturali illum expellere . quia non dicitur pontifex qui abutitur pontificiali potestate, nec videtur voluntate Dei constitutus ex quo est malus & incorrigibilis. Facit tex.in c.audacter.8.q.1.vbi Hiero.adducit exẽplum de saule,qui licet fuisset electus a Domino,tamen quia preuaricatus fuerat iam non habebat eum pro rege, sed dixit contra populum fecerunt sibi regem & non per me,principem & non per cõsilium meum.Sic in proposito si electus in papã sit criminosus & incorrigibilis , iam apparet electionem non esse secundum Dei uoluntatem factam , & quod eligentes errarunt eligendo talem. igitur tanquam sal infatuatum quod ad nihilum valet vltra nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus,eiiciatur & deponatur . Cum ista opinione , quod propter simoniam vel aliud crimen de quo est incorrigibilis & propter quod scandalizatur ecclesia possit per concilium deponi, sunt vltra dictam glo.in d.ca.si papa, omnes illi Doc.quos supra retuli in artic.an papa possit accusari de simonia,in versi.restat dicendum. Vbi refero Abbatem hoc in pluribus locis tenentem.& Petrum de Ancha. & Ludouicum Pontanum in pluribus locis , & maxime in sermone habito per eum in præsentia Ducis Sabaudiæ,incipit in Dei omnipotentis.& Dominicum.& Mathesil. & Petrum Cardi.Cameracen. & Cataldinum de Bonc ompagnis & uniuersiatem Cracouien. & Ioannem Milis , & Felinum. & Alexandrinum & Baldum & Gersonẽ. Quibus adde Ioã. de Imo. in c.proposuit in 11.col.super glo.in verbo dispensare de conces.præben.& Bal.in c.olim.de rescrip.in duobus lo-

84 cis. Nam†primo in 4.col.referendo Hugonem dicit quod cardinales possunt authoritate Dei deponere papam , & tamen non sunt maiores papa.allegat Hugo 63.dist.cap.in synodo. & cap.si papa.40.dist. Postea in vl. col. allegat Hugutionem in c.si duo.79.di.ad hoc quod papa potest remoueri propter notorium crimen enorme. Et infert ad schisma quod tunc vigebat dicens,tene menti,& de facto est, quia dicitur quod quidam ex eis est notorie periurus .de elec. venerabilem,& sic sentit ꝙ ob notorium periurium papa possit deponi.Qui omnes dicunt glo. in d.c.si papa communiter approbatam . Et istam opinionem videtur tenere glos. in capitulo si forte . 63.dist. que allegando gl.in cap.si duo.79. dist. dicit quod ratione scandali vitandi si reperiuntur duæ electiones de diuersis personis factæ ad papatum,potest concilium vtrãque cassare . Et debet intelligi ꝙ altera tenebat, alias ibi nihil opera-

85 retur consideratio scandali. Et idem†videtur tenere felin.in capitulo ad audientiam de præscrip. allegando abbatem in

c.cum veniſſent, de iud. qui etiam dicit ꝙ cum papa alienat res eccleſiæ, non præſumitur in eo cauſa, licet alias in principe ſemper præſumatur cauſa, vt in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitutionib.

[86] **Sed in contrarium** † faciunt omnia illa iura quæ dicunt quod facta papæ tantum a Deo iudicantur, vt in d.c.ſi papa & in d.cap. facta.9.q.3. & c.aliorum ea.cau. & q.vbi tex.dicit aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit iudicio. & qui Dei iudicio reſeruatur, ab humano iudicio iudicari non poteſt, vt in c.quorundam.23.diſt. Ad idem.c.cuncta per mundum eadem cau.& q.& alijs pluribus. Quod dicit glo.in cap. ſi quis pecunia.79.diſt.& tex.17.diſt.§.hic etiam.& in d.cap. nunc autem.21.diſt.cum ſimil. Nec reſponſiones datæ ſupra [87] ad dicta iura videntur ſatisfacere. Et quo ad primam † de capit.ſuggeſtum, ibi eſt longe diuerſa materia, quia loquitur in priuilegio conceſſo loco & perſonis, quod reuocatur ceſſante cauſa ipſius, & quod amittitur in multis caſibus, vt ibi gl. & doct.& in c.tuarum. de priuile. Sed in propoſito ſumus in præeminentia dignitatis acquiſita cum dignitate perdēda, & non in aliquo priuilegio per ſuperiorem conceſſo, quod de facili amittitur & reuocatur per ſuperiorem. Item ibi eſt ſermo de priuilegio conceſſo a ſuperiore inferiori, hic nos ſumus in reuocanda dignitate ſuperioris ab inferiore, quod eſt [88] penitus contrarium. Ad ſecundam † reſponſionem dicitur quod eſt magna ratio diuerſitatis inter caſum hæreſis & alterius criminis, quia in primo caſu deſinit eſſe papa quamprimum eſt hęreticus, & efficitur minor quolibet catholico, vt in c. Achatius.24 qō.1.ideo non tam damnatur quam declaratur damnatus, vt dicitur in d.cap.ſi papa, & ſupra ſæpius dictum eſt. In alijs autem criminibus requiritur depoſitio & deiectio, quę a nullo hominum fieri poteſt, quia eam ſibi dominus reſeruauit, vt c.eiectionem.79.diſt. Item quo ad alia crimina nullibi reperitur hoc ſtatutum quod poſſit papa amoueri ſicut in hæreſi, vt in d.cap.ſi papa. ideo eſt longe diuerſa [89] ratio de vno & alio. Ad tertiam reſponſionem † dicitur ꝙ iura non tantum per dictiones diſtributiuas loquuntur, ſed ēt per vniuerſales. Quod patet primo in d.c.nemo.9.q.3. dum dicit quod neque ab Auguſto neque ab omni clero, quod glo. ibi exponit.i.concilio, nec a regibus nec a populo iudex iudicabitur. & ſic nec a concilio poteſt iudicari. Et ſimiliter in c. nunc autem.21.diſt.& in §.hinc etiam.17.diſtinc. agitabatur cauſa in concilio, & reſpondetur ꝙ non eſt concilij de papa iudicare. Item tex.clare probat in d.c.eiectionem. vbi dicit ꝙ licet electionem papæ Deus conceſſerit bonis. ſacerdotibus & ſpiritualibus populis, tamen eiectionem ipſius ſibi reſeruauit. & ſic nec boni ſacerdotes nec ſpirituales populi ex quibus conſiſtit concilium poſſunt illum deponere. Et cum dr̄ ꝙ nemo, nullus, & ſimilia diſtributiua non poſſunt conuenire niſi ſingularibus perſonis. reſpondetur quod illud non eſt verum ſimpliciter, quia quando illis nominibus adiungitur dictio collectiua, vt puta populus uel clerus &c. tunc non diſtributiue & ſingulariter ſed collectiue ſimul & communiter ſumuntur, iuxta illud ad Hebræ.3.& Moyſes quidem fidelis erat in omni domo eius.i.in tota domo.i.ſinagoga Iudæorum. Ad idem eſt illud.3.Regum 8. conuertitque rex faciem ſuam & benedixit omni eccleſiæ Iſrael. Item illud 1.Parali. 29. præcepit autem Dauid vniuerſæ eccleſiæ benedicite domino Deo noſtro, & benedixit omnis eccleſia domino Deo patrum ſuorum. Et illud Matt.2. turbata eſt omnis Ieroſolyma. De quibus diſtributiuis & collectiuis per Bar. in l.hoc articulo & ibi Bal. Ang.& Imo.ff.de hær.inſti. & Bar.in l.qui filiabus.§.1.ff.de leg.1.& Bal.in l.fi.C.de impub.& alijs ſubſtit. Item ꝙ non obſtante ꝙ aliqua iura loquuntur diſtributiue, intelligatur etiam ꝙ de papa nullus etiā clerus, populus, vel concilium iudicat, probat tex.in d.c.ſi papa. vbi dicitur quod papa a nemine poteſt iudicari niſi depręhendatur a fide deuius. ſi enim caperemus a nemine ſingulariter tantum, uidelicet ab illo vel illo, vt puta a Petro uel Ioanne ſingulariter, tunc ſequeretur quod fuiſſet dubitatum an vnus tantū poſſet papam a fide deuium iudicare, & quod non fuiſſet dubitatum an a concilio poſſet iudicari. hoc autem eſt falſum, vt patet ibi in d.c.ſi papa poſt gl.& in c.nunc autem.21.diſt. Ad [90] quartam reſponſionem † cum dicitur quod iudicium concilij eſt iudicium Dei, dicitur quod aliquem iudicari Dei iudicio poteſt intelligi duobus modis. vno modo immediate ab ipſo Deo ſine alicuius hominis miniſterio. & de iſto iudicio loquuntur iura præallegata quod ſolus Deus iudicat papam. & iſto modo iudicium concilii non eſt iudicium Dei. Alio modo mediate, vt eſt iudicium poteſtatis a Deo alicui datæ. Et ſic conuenit etiam ſimplici ſacerdoti, ut eſt text. in §. ſed quem, de pœni.diſt.3. quia quem ſacerdos iudicat, Deus dicitur iudicare, cuius perſonam gerit. & text.in capitu.nemo. vndecima quæſt.3. vbi dicitur nemo contemnat eccleſiaſtica vincula, non enim homo eſt qui ligat, ſed Chriſtus qui hanc poteſtatem dedit. Et hoc modo iſtud dicitur iudicium Dei per homines. & ſic iudicium concilii dici poteſt iudicium Dei.

Et de iſto iudicio mediato ex ptāte a Deo data nō loquūtur illa iura. quod oſtēdit ille tex. in capit. eiectionem [91] 79.diſtinct. Secundo † pro iſta parte facit tex.in capit.eiectionem.79.diſtinct. & 9.quæſtio.tertia.nemo, cum pluribus ſequen. alio modo inductis, cum dicunt quod nemo papam iudicat. & cap.ſi papa.40.diſt.& ſecunda quæſtio ſeptima.oues. & 6. quæſtio.prima.oues.& 21.diſtin.c.nunc autem. & 17.diſtinct.§.hinc etiam.& 21.diſt. cap.intantum. & c.licet.de electio.& in extrauaganti Bonifacii vnam ſanctam. Et ideo ꝙ papa quantumcunque notorius criminoſus & incorrigibilis & ſcandalizans eccleſiam non poſſit deponi, arguunt omnia illa iura, dum volunt quod papa a nemine iudicatur. & iura quæ volunt quod non habet ſuperiorem, vt in d.ca.licet, de electione.& in §.patet.tertia quæſtio.prima. Quia ſi non habet ſuperiorem non habet qui eum iudicet, cum inferior nō iudicet ſuperiorem, vt in capitulo cum inferior, de maior.& obed.& cap.inferior.21.diſtinctio. Facit text. in capitulo bene quidem, & in capitulo vbinam & cap.denique.& capitu. ſatis euidenter, & melior tex.in capitulo quis dubitet. 96.diſtinct. Inferior enim non poteſt iudicare ſuperiore niſi ſe ſubmiſerit, vt 2.quęſtio.ſeptima, nos ſi im competenter.& in l.eſt receptum.ff.de iuriſ.omnium iudicum. An autem papa poſſit ſe ſubmittere alterius iuriſditioni ut poſsit etiam deponi dicitur late ſupra. & videtur quod non poſſit per notata Io. And.in cap.eccleſia, de conſtit.& in cap.ſignificaſti ibi Abb. de foro competen. Et faciunt etiam pro iſta parte omnes rationes & authoritates quas adducit Card. de Turręcre.in articulo quod Romanus potifex extra caſum hæreſis non habet iudicem ſuperiorem in terris. qui arti.eſt in ſecundo lib. cap.93. Et ad hoc facit tex.in cap.graue.& quod ibi notat Abba.in vlt.nota.de præben. ubi dicitur quod quia Metropolitanus eſt caput concilii prouincialis non poteſt iudicari ſiue puniri ab ipſo prouinciali concilio, ſed denuntiatur & relinquitur iudicio ſuperioris, vt dicit ibi text. A pari arguit ibi Abba. ꝙ papa non poteſt puniri per concilium generale, quia ipſe eſt caput eius in c.ſignificaſti, de elec. relinquitur ergo iudicio ſuperioris ſui, hoc eſt Dei, ut d.c.aliorum.9.qō.3. Tertio faciunt pro iſta parte omnia iura & rationes quæ infra adducuntur ad probandum papam maiorem concilio. Quarto [92] † facit illud quod dicit Hoſtien.in cap. propoſuit, de conceſs. præben. uidelicet quod illud Euangelicum Mat.18. dic eccleſiæ non habet locum in papa. Et idem ſimpliciter videntur velle Archid.& do.in d.cap.ſi papa.40.diſtin. ſupplētes enim ad glo.dicentem quod non poteſt denunciari crimen ipſius papæ, dicunt ꝙ ideo eſt quia non habet ſuperiorem. Et idem Hoſtien.in cap.magnæ, de uo.& in ca.per tuas, de ſimo. & in c.licet, de accuſ.ſecundum dom.in d.c.ſi papa. Et idem dicit [39] gl.in c.ſi peccauerit.2.q.1. Et per hoc patet † quod non obſtat quod dicitur in 9.& 14. motiuis ſupra pro parte oppoſita adductis, quia ex quo illa authoritas dic eccleſiæ intelligitur.i. prælato ſecundum gl.Nico.ibi, & ponunt doct.in c.nouit de iudi. non pōt intelligi in papa, quia non habet prælatū ſupra ſe. nec per inferiores eſt arguendus. facit illud Apoſt.1. ad Timo.5.& tranſumptiue.2.q.7.Paulus, ſeniorem ne increpaueris. & illud.3.q.6.non liceat, & illud Exo.19. omnis qui mon- [94] tem tetigerit lapidabitur. Non obſtat † quod dicitur ꝙ ita ſit ſubiectus papa legi euangelicæ ſicut quilibet alius chriſtianus, quia illud eſt uerum in iis quæ ei conueniunt, ſed illud dic eccleſiæ non conuenit in perſona papæ, qui non habet cui delictum eius deferatur. ſicut ſi diceremus quod præceptum honora patrem tuum & matrem, non conuenit in eo qui caret patre & matre. Non obſtat † ꝙ uerba illa dirigātur [95] Petro, quia diriguntur ei tanquam capiti eccleſiæ & apoſtolis ſimul. Item oportet ea intelligere in Petro ſecundum ea quæ poſſunt perſonæ eius conuenire, ut eſt prima pars illius pręcepti, ſed ſecus de illa dic eccleſiæ, quæ ei non poteſt cōuenire paſſiue ſed tanquam capiti eccleſiæ & iudici. Non ob- [96] ſtat † quod dicitur quod imo quia ſicut grauius ſuo exēplo ſcandalizat ſubditos ita grauius eſt puniendus. quia reſpondetur uerum eſſe quod grauius eſt puniendus, ſed non ab homine, ſed a Deo, ut dicto cap.nemo, & capitulo aliorum. & capitulo facta. Quinimo, ut dicit glo.in d.capit.aliorum eſt puniendus ſine venia ſicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus eſt, vt de pœni.diſt.2. capitulo principium. idem ēt dicit gl.in c.pręſul. 2.q.5. Et de iſta authoritate dic eccleſiæ uide quod late examinatur in articu. an papa [97] ſit maior concilio. Quinto † pro iſta parte facit textuſmet in dicto capitulo ſi papa. ubi uult papam tantum in crimine hęreſis poſſe damnari, & ponit iſtam tantum exceptionem ad regulam quod papa a nemine damnatur, ergo ſtat firma regula quod nec pro crimine de quo eſſet incorrigibi- [98] lis & ſcandalizaretur eccleſia. Nec obſtāt † in contrarium ſupra adducta arguendo a cōtrario. quia dictum argumētum a contrario eſt ſumptum ex illis verbis remiſſus, inutilis, & taciturnus quæ ſunt in princ. tex. ex quibus recte intelligendo illum tex. ne reſultet contrarietas ad iura ſimpliciter volentia papā a nemine iudicari, non debet ſumi regula a qua deriuetur exceptio ibidē poſita, niſi quādo eſt a fide deuius, & ſic non debet intelligi tex.tantum in criminibus quę conſiſtunt in omittendo. Sed debet ſumi regula in illo tex. ex illis verbis, huius culpam iſtic redarguere preſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus, a nemine eſt iudicandus, quę verba complectuntur etiam crimina quę ſunt in cōmittendo. Et ab iſta regula ſequitur exceptio niſi deprælendatur a fide deuius, alioqn ſequeretur inepta exceptio ad caſum hæreſis quæ committeretur in negligendo, & non eſſet perfecta exceptio, ſed potius exceptionis reſtrictio, cum tamen exceptio illa niſi ſit a fide deuius. cumprætendat hæreſim ſimpliciter ſiue in committendo ſiue in omittendo. Et licet tex.in prin. loquatur in papa qui culpatur de negligentia, tamen ratio ex qua ſumitur regula & exceptio eſt genera- [99] lior. & ideo † quantumcunque dictum ſit ſpeciale, ex quo ratio eſt generalior. debet generaliter intelligi tex.in l.regula, ibi Bar.ff.de iuris.& fac.igno.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2. ad hoc tex.& glo.in l.generaliter.ff.de in ius vocan. Facit tex.in l.fi. C.de sē paſ. ibi quod eſt maxime abſurdū eodē tempore nec in patris nec in ſua quenquam fuiſſe poteſtate. Quæ ratio conuenit in captis ab hoſtibus, & reuerſis iure poſt liminii, vt in §.ſi ab hoſtibus. inſtitutio quibus modis. iu.patriæ poteſt. ſoluitur.

[100] **Quid dicendum?** In hoc † artic. ut magis eluceſceret ueritas, viſum eſt ad utranque partem arguere. Porro non poſſum non mirari de iis qui fuerunt in illa opinione quod papa ratione notorii criminis de quo eſt incorrigibilis, & per quod ſcandali- [101] zat̄ eccleſia poſſit deponi, nitētes ſenſu vnius gloſæ q̄ loquit̄ titubādo ꝑ verbū credo & licet rn̄.doc.ꝑ verbū credo, æq̄ polleat rn̄ſioni ꝑ verbū affirmo.ſi qs filio.§.irritū & ibi Bal.ff.de iniu.rup.& irri.te. & ſi variat ſit erubeſcēdū, ut in l.eos. C.de modo mulctarum.& Bal.in l.de tutela.C.dei n integ.reſtit. mi.tamē minus dicit qui dicit ſe credere quam qui affirmat. Barto.in l.Marcellus.§.1.ff.rerum amo.l.inter omnes. §.recte.ff.de fur. Et maxime ad idem eſt quod ponit Calde.in cōſil.4.de confeſ.& refert Domi. in cap. primo. de confeſ.in 6. Facit quod dicitur in l.mutus.ff.de procu.& in l.ſi duo.ff.de arbit.poſt glo.ibi. Et gloſator ipſe dixit contrarium in cap.ſi quis.79.diſt. ſcilicet quod tantum in caſu hæreſis ſtricte ſupre papa poteſt accuſari. Et cum uelint papam eſſe ſupra omnes canones & leges, ut in cap.propoſuit de conceſ. præben. & ſolutum omnibus legibus, vt l.princeps.& l.digna vox.ff. & C.de ll. ipſum conantur ligare authoritate vnius gloſellę, [102] cum tamen nec illius rationes concludant. Fundatur † enim gloſa 1. in text.38.di. cap.nullus. ubi dicitur quod qui rebelliter viuit & diſcere atque agere bona recuſat potius diaboli q̄ Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potius infidelis eſſe q̄ fidelis monſtratur. Secundo fundatur tex.c.ſi qui pſbiteri. 81. diſt. ubi dicitur quod peccatum paganitatis incurrit qui ſedi apoſtolicę obedire contemnit & quaſi ſcelus idolatriæ eſt nolle acquieſcere. Qualiter autem hoc debeat intelligi, glo.in d.cap. ſi qui presbiteri ibi in uerbo contemnit, remit- [103] titu.ad cap.nulli fas.19.diſt.& ad.c.omnes.22.diſt. Et in † d.c. nulli fas. declarans omnia huiuſmodi iura, dicit quod qui aſſerit Romanā eccleſiam nō eſſe caput nec poſse condere canones, eſt hæreticus, ſed ſi quis aliter tranſgreditur eius mandatum non eſt hæreticus, licet peccet eodem modo gl.in c. generali uerbo inhibemus. de elec.in 6. Coniugendo ergo omnes gloſas ſimul & intelligendo vnam per aliam, ita demum criminoſus qui facit contra canones & eſt pertinax & incorrgibilis incurrit crimen hęreſis, ſi dicit Romanam eccleſiam non eſse caput nec poſse condere canones, alias ſecus, licet peccet. Et ad hoc fere per totum ſunt omnia illa iu- [104] ra.25.q.1. Item certum eſt † quod contumacia & incorrigibilitas de ſe non eſt hereſis. niſi qn̄ negatur poteſtas clauium vt dictum eſt, & pręſertim non eſt hæreſis ſtricte ſumpta id eſt contra articulos fidei. propter quam ſolam poteſt papa deponi, & non propter hæreſim large ſumptam, ut dicit.d.glo. in d.c.ſi quis pecunia.79.diſt.& glo.15.diſt.c.ſicut ſancti.& in ca. Anaſtaſius.19.diſt. Tex.autem in dicto cap.omnes.22.di. ad quem remittit glo.prædicta in d.cap. ſi qui presbiteri, dicit quod qui Romanę eccleſię priuilegium ab ipſo omnium ſummo eccleſiarum capite traditum auferre conat̄ hic procul dubio in hæreſim labitur & eſt hæreticus dicendus. Omnia igitur huiuſmodi iura loquuntur de inferioribus a papa qui agunt contra canones & contra ſedem apoſtolicam. Prę- [105] terea † ſi attendatur ratio illius glo.in d.c.ſi papa quę ſolum fundatur ſuper contumacia, videtur quod etiam de crimine nondum notorio & de quo non ſcandalizatur eccleſia poſſet papa accuſari, dum tamen ſit incorrigibilis, & iura quę allegat indiſtincte loquuntur ſiue crimen ſit notorium ſiue non, ſiue exinde ſcandalizetur eccleſia ſiue non. cuius contratium tenet eadem gloſa. dicens quod propter hæreſim occultam poteſt accuſari non autem propter aliud crimen occultum. Nec obſtat † quod dicit Archi.in dicto cap.ſi [106] papa circa fi.glo. qui videtur velle quod ſi eſſet criminoſus & incorrigibilis & ſcandalizans eccleſiam, videretur docere hæreſim, quia illa verba Archi.non ſunt poſita ſuper quæſtione illa gloſę, utrum pro crimine notorio de quo eſt incorrigibilis & ſcandalizatur eccleſia poſſit deponi, ſed ſuper penultima quæſtione gloſæ, in uer.item nunquid papa poſſet ſtatuere quod non poſſit accuſari de hæreſi. & ad reſpōſionem gloſæ quod non, quia ex hoc periclitaretur tota eccleſia, ſupplet Archi. nam ſic doceret hæreſim, unde videretur ſubuertere vniuerſalem ſtatum eccleſię. Alioquin dictum Archidiaconi nō eſſet uerū ſi intelligeremus ipſum qđ inquātum papa eſſet criminoſus & incorribilis videretur docere hæreſim. nec illa uerba Archi. conuenirent ad illam partem gloſ. in uerſ.item nunquid, ſupra poſitam, quia criminoſus qui nihil ſtatuit & nihil prędicat & nihil ſtudet, non poteſt dici docere hæreſim. Et ex his † patet reſponſio ad.24.motiuum in [107] contrarium, quia non eſt verum dicere quod crimen notorium iunctum cum incorrigibilitate & ſcandalo eccleſię, ſit caſus ſimilis hæreſi de qua loquitur exceptio dicto capitulo ſi papa. quia licet peccet talis incorrigibilis criminoſus non tamen eſt hæreticus, ut dictum eſt. Et licet glo. ponat duos caſus, tamen ſecūdus eſt omnino diſſimilis a primo nec fundatur iuribus quę allegat. Et ſi eſſet uera concluſio in ſecundo caſu, quod quando cum crimine, quod largo modo hæreſim ſapit, interuenit qualitas ſcandali, ex hoc poſſet papa deponi, idem diceremus in ſimonia, quę largo modo appellatur hæreſis, ut ſupra dixi, & patet in pluribus iuribus. prima quæſtione prima. idem quoque eſſet de auaritia, quæ dicitur idolorum ſeruitus, ut in capit.ſaluator. prima quæſtione tertia. & ca.idolatria.28.q.prima. idem & de inobedientia, vt in d.cap.ſi qui præsbiteri.81.diſt.& his ſimilibus. Et tamen glo. in dicto. capitulo.ſi quis pecunia.79.diſtin.ctio. non uult propter ſimoniam poſse papam accuſari, ſicut nec aliæ gloſæ. ſupra allegatæ.

Et per hoc patet, quod bona eſt etiam ratio illorum qui improbantes gloſ. in dicto cap.ſi papa, dicunt quod ratio gloſ. non eſt bona dum dicit quod contumacia eſt hęreſis, quia nō eſt uerum quod ſit hereſis proprie. de qua tex.in d.cap.ſi papa uult poſſe papam accuſāri, & de qua doc. loquuntur in cap. in fidei. de hęre.in 6. Comprobatur quia papa non poteſt accuſari, & minus deponi, de hęreſi non damnata per eccleſiā, ſed ſolum de damnata & vera hęreſi vt dicit Hugo. Archi. Egi. Alexan.& alii in dicto cap.ſi papa. Sed ſimpliciter capiēdo aliquem criminoſum contumacem, & incorrigibilem & ſcandalizantem eccleſiam, non dicimus eum incidere in hęreſim damnatam, ſi non credit quod illa contumacia & incorrigibilitas illius criminis nō ſit peccatum, & quod per eccleſiam non potuerit decerni eſſe peccatum, ut dicit illa glo. & Doct. in cap. generali in uerbo inhibemus. de electi. in 6. [108] Quod probatur per tex.in cap.cum contumacia. de hære.in 6. ubi uult quod ob contumaciam excommunicatus & per Annum pertinaciter in excommunicatione perſiſtens, tunc demum poteſt condemnari vt hęreticus quando ex excommunicatus ex cauſa hæreſis, ſi ergo contumax ex alia cauſa eſt excommunicatus, etiam poſt annum non damnatur, vt hæreticus, licet alias habeatur ſuſpectus de hæreſi, vt eſt tex.& ibi glo.in c.fi. de pœnis. poſſetq; ex hoc indici purgatio in qua ſi deficeret locus eſſet tex.in cap.excommunicamus. el.1.§.credentes. de hære. Vnde hæc ſuſpitio eſſet probabilis, & non violenta, ut dicit Car.in d.cap.ſi.poſt Innoc. Quapropter ſola contumacia & incorrigibilitas non dicitur vera hęreſis. & ideo non poteſt papa ex tali delicto de quo eſt incorribilis deponi, & maxime quia hoc nullo iure cauetur. c.illa, ne ſede uacan. c.is qui. de ſen.excom.in 6.l.illam. C.de colla.

[109] **Item** ꝙ † iſta concluſio ſit vera, oſtendit̄ aliis rationib. vltra p̄miſsas. Clarū eſt in primis ꝙ papa nō hēt ptātē a cōcilio ſed a Deo, vel ſaltē principaliter a Deo, & ſecūdario a cōciliis, iuſſu & authoritate Dei, ut eſt tex.in §. hinc ēt. 17.diſt.& ibi gl. ergo nō debet eſse in ptāte cōcilii ſeu eccleſiæ hanc authoritatem ab eo auferre uel tollere, & ꝯn̄r nec [110] eum deponere ſiue exauthorare. Facit † quod in ſimili dicimus papam habere duplicem gladium, & ſpiritualem & tēporalem, ſpiritualem in habitu & exercitio, ſed temporalem in

in solo habitu. Exercitium autem est commissum imperatori etiam iussu Dei secundum quod notatur. capitulo nouit, de iudi. ex quo sequitur quod papa non potest tollere exercitium iurisdictionis temporalis ab imperatore, quod exercitium in eum contulit iussu Dei, vt notant doc. in dicto capitulo nouit. Hoc idem probatur exemplo Dauid, qui cum homicidium & adulterium commisisset, non est a Deo damnatus, nec ilico depositus sed missus est propheta nathan qui illum argueret, ut habetur. 3 quæstione 7. §. item cum Dauid,

110 Item & clarius ostenditur † exemplo. nam legitur. 2. reg. 6. ꝙ cum arca Domini reduceretur de Gabaha in Ierusalem, a bobus recalcitrantibus, arca inclinata est, cui cum oza leuita manū adhibere t ut eam erigeret, a Domino percussus interijt. per arcam prælati intelliguntur, per Ozam subditi, ꝑ inclinationem arcę casus intelligitur prælatorum, per illum qui manum adhibuit intelliguntur repræhendentes uel accusantes vitam doctorum, qui a domino percussi intereunt. ita dicit tex. 2. quæstione 7. capitulo plerunque. §. de his, versiculo item legitur. Si autem hoc de inferioribus papa dicit,

111 multo magis idem dicendum est de papa, Vnde & in † papa idem clarius ostenditur nam legitur in exodo quod Maria soror Aharon quę prima post transitum maris rubri sumpto tympano hymnum cantare meruit, postea murmurans in Moysen eo quod æthiopissam duxerat vxorem, a Domino lepra percussa est. Per Mariam autem synagoga intelligitur quæ in Moysen. i. in Christū murmurauit, quia ęthiopissam. i. ecclesiam de gentibus sibi copulauit, quos lepra perfidię & erroris sordidos fecit ea. cau. & quęstione. §. de his. versiculo item obijcitur. & §. his ita. versiculo Moyses. Synagoga autē congregatio dicitur, vt dicit Archi. in capitulo ecclesia de consecra. distinctione prima. & Ioann. de Anan. in capitulo iudæi de iudæis. & Ioann. Andr. in capitulo fundamenta in prin. de elec. in sexto, cui non licuit iudicare de Christo, igitur nec concilio licet de papa iudicare. Et pro hoc facit tex. in capitulo oues. secunda quæstione septima. vbi dicitur ꝙ oues suum pastorem nec reprehendere nisi a fide deuiauerit nec accusare possunt. Quod optime cōpetit papæ. ipse enim est pastor omnium, & concilium generale est ouile, iuxta illud Ioan. 10. erit vnum ouile & vnus pastor. Ad idem. 6. quæstione prima. oues. & text. in capitulo nolite. 21. distinctione.

112 Confirmatur † hoc, quia si ratione alicuius criminis de quo sit incorrigibilis papa posset deponi, frustra a doctoribus prodita essent diuersa remedia quibus prouideri debeat quando papa est notorius criminosus & incorrigibilis & scandalizans ecclesiam, vt dixi supra, vbi recitaui septem remedia data a doctoribus, post illam quęstionem an papa possit accusari de crimine notorio de quo est incorrigibilis. Et ubi

113 † est dare remedium sine depositione non debet procedi ad deponendum, argu. l. & si quis. §. diuus. ff. de religi. & sump. fune. Bald. in l. nemo martyres. C. de sacrosan. eccle. & maxime ad cuitandum scandalum quod posset ex priuatione oriri. possent enim inde nasci schismata, quæ vt plurimum in

114 simili casu sunt exorta. ratione † autem vitandi scandali receditur sæpius a regulis iuris, vt dicit Ludo. in l. si vero. §. de viro in 7. fallen. ff. solu. matri. Ad hoc glo. in capitulo latores de cle. excom. minis. c. cum ex iniuncto de noui operis num. Et maius esset scandalum schismatis quam sit ex hoc quod papa est criminosus & incorrigibilis. Vnde ī simili dicit tex. in l. prima & in l. maritus. ff. de quęstioni. non esset a quæstionibus incohandum & tex. in l. de minore in §. tormenta eo. tit. dicit quod in excutienda veritate plurimum vox ipsa & cognitionis subtilis diligentia confert, & considerare oportet cuius existimationis quisque in ciuitate sua sit, & non ili-

115 co ad tormenta procedere. Qua propter † in simili vbi est dare aliud remedium, semper iura volunt per tutiorem viam procedi. Sic etiam tex. in l. vnius in §. in ea. eo. tit. dicit. tormē ta non facile adhibenda sunt, sed instandum accusatori est ut quod intendit probet. Vnde in proposito ex quo prodita sunt alia remedia contra papam notorium criminosum, & incorrigibilem, non debet deueniri ad depositionem, maxime cum nullibi reperiamus cautū quod ex dicta causa possit papa deponi. Erubescimus aūt sine lege loqui. l. illam cum simil. C. de colla. Nec ex proprio sensu debemus procedere ad aliquem condemnandum, maxime cum tex. dicat in capitulo ne innitaris prudentiæ tuę de consti. quod prudentiæ suæ innititur qui in ijs quæ ei agenda dicendaue videntur iudicium suū patrum decretis præponit. sicut proprie est in proposito, cum sentientes papam deponendum dicant directę contra illa iura in capitulo nemo & in capitulo aliorum & in capitulo facta & capitulo ipsi, nonna quæstione tertia. ubi patet ꝙ papa non pōt ab aliquo hoīe iudicari sed a solo Deo. Nā ipse vicē veri Dei gerit in terris, vt in ca. quanto de transla. pręla. Et hēt cęleste arbitriū c. 1. in fi. de summa trini. & idē cōsistoriū siue tribunal cū Christo, vt ibi dicunt Doc.

116 **Non obstat** quod dicitur quod papa est subiectus correctioni euangelicæ sicut & cæteri, quia patet responsio quod licet sit subiectus, non tamen quo ad depositionem, etiam si illa verba dic ecclesiæ intelligerentur id est concilio. Quamuis enim posset concilium cōgregari eo respectu ad resistendum, & prouidēdum per alios modos, nō tamen per depositionem, quia in hoc non subest concilio nisi in casu hæresis, vt supra dictum est. Pro quo facit ratio, quia potestas papę est a Deo. sacerdotium enim fuit translatum de Aharon in Christum & a Christo in Petrum, vt notatur in cap. translato. de constit. & probatur. 21. dist. in nouo, & ideo dicitur tenere caput & principium apostolatus 22. dist. sacrosancta. Et quod sit a Deo est tex. in cap. nouit. de iudic. & in §. hinc etiam 17. dist. quia a solo Deo iudicatur, ut

117 ibi. Quod † autem a Deo est homines non possunt dissoluere, ne forte videantur Deo repugnare, ut habetur actuum. 5. Ergo sequitur quod non potest ob quodcumque crimen a quoquam deponi, præterquam in casu hæresis per d. c. si papa, & est bona glos. in capit. 1. de renunt. in 6. in verbo insufficientē, & sic nec a concilio, quod & probat text. in d. capit. sacrosancta. 22. dist. Subijcitur ego correctioni euangelicæ, sed nō propterea depositioni. Facit quod in simili dicitur quod cui commissa est correctio non poterit deponere. 50. dist. cap. contumaces, de statu monachorum. capitulo ea quæ. §. quod si Abbas. ff. de officio præsidis. l. legatus. glo. in c. quęrenti de uer-

118 bo. sign. Non obstat quod † dicitur ꝙ vna & eadem res non debet diuerso iure censeri, & quod ita est frater papa sicut cęteri. quia respōdetur quod est ob diuersitatem rationis. Quia enim est omnium superior nec est cui facta eius deferantur sed tantum Deo reseruantur, vt in cap. facta. 9. q. 3. ideo propter diuersitatem rationis in subiecto non est absonum ꝙ

119 una & eadem res diuerso iure censeatur. Nec obstat ꝙ † uerba illa fuerint directa Petro simul cum alijs, quia hoc potius facit pro, nam si sunt dicta Petro, sunt illi dicta tamquam capiti cui competit alios corrigere & non corrigi, vt 2. q. 7. capitulo maiorum, & cap. oues cum simil. Et considerandum est quod dicitur in singulari sit tibi sicut ethnicus & publicanus non enim dicitur sit vobis sicut ethnicus & publicanus. sed dicitur sit tibi quasi capiti & superiori ad quem spectat correctio. Et sic intelligendo potius faceret pro papa quam contra. Ad quod facit quod dicit. S. Thom. in secunda secundæ. q. 11. articu. 4. quod dominus paulo inferius ibi non dico tibi septies & c. loquitur Petro de peccato in eum commisso, qđ est semper dimittendum ut fratri redeunti parcatur, non autem de peccato in Deum vel in proximum commisso, quod non est nostri arbitrij dimittere secundum Hiero. sed in hoc est a lege modus statutus, secundum quod congruit honori, Dei, & vtilitati proximorum.

120 **Sed si uolumus præmissa** verba, Petro directa, impsonaliter capi in quocumque fideli, ut capiuntur in d. c. nouit de iudic. & 2. q. 1. si peccauerit, & ut communiter intelliguntur, tunc uerba illa dic ecclesiæ, & alia sit tibi sicut ethnicus & publicanus nō pñt cōuenire in ꝑsona superioris respū inferioris in foro iudiciali, qa inferior nō iudicat supiorē c. inferior. 21. dist. & c. cum inferior. de maior. & obed. cum sim. Vnde dicit Archi. in d. c. si peccauerit, & refert Abb. in d. cap nouit, ꝙ authoritas illa euangelica inquantum concernit actum iustitiæ nō pertinet ad subditos respectus prælati, sed bene inquantum est actus charitatis. idem & latius ponit. S. Thom. in secunda secundę. q. 33. articu. 3. vbi dicit quod una est correctio quæ est actus charitatis, quæ specialiter tēdit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem admonitionem, & hęc pertinet ad quemlibet charitatem habētem, siue sit subditus siue prælatus. 24. q. 3. c. tam sacerdos, alia est correctio quæ est actus iusticiæ per quam intenditur bonū commune fratris, sed etiam interdum ꝑ punitionem, ut alii a peccato timentes desistant, & talis pertinet ad solos prælatos, qui non solum habent admonere, sed etiam corrigere puniendo. Idem etiam & clarius ponit Nicolaus de Lira. Matth. 19. vbi etiam dicit quod ibi in illa authoritate saluator loquitur de correctione quæ est actus charitatis quę conuenit cuicunque fideli, & nō de illa quæ est actus iustitiæ, & tendit ad pœnam temporalem.

121 **Hoc idem † posuit in** effectu Cardinal. de Turrecrem. in 2. lib. de eccle, capitulo nonnagesimaoctauo vbi dicit quod licet papa sit frater noster conformitate naturæ & fidei religione, est tamen princeps & caput totius vniuersalis ecclesię. Vnde licet inquantum est frater, ad eum se extendat prædicta authoritas in ea parte in qua tangitur simplex fraterna correctio, quæ est actus charitatis, inquantum tamen est princeps & caput supremam habens iurisditionem in ecclesia, non se extendit ad eum dicta authoritas in ea parte in qua contra

contra non suscipentem fraternam correctionem iubetur fieri denuntiationem. Ad quod adducit Alber. Magnum in 4 sentent. dist. 19. & S. Thomam ibidem. qui dicit quod si non est superior est recurrendum ad Deum orando ut eum emē-

122 det aut de medio tollat. Et ad † idem adducit quod quidam accusari non possunt propter excellentiam dignitatis, vt papa, qui non potest accusari nisi de crimine hæresis vt legitur in gestis Bonifacii martyris, & est ille tex. in c. si papa. 40. dist.

123 Et ideo verum † est quod dicit Hostien, in d. cap. proposuit. de conces. præben. & dixi supra in 4. argumen. quod illud dic ecclesiæ non cōuenit in papa in actu iustitiæ & iudiciali. Et hoc uī tenere Abb. in dicto c. ca. nouit. ubi repræhendendo gl. in dicto cap. si papa, quæ uoluit quod denuntiatio euangelica in papa non habeat locū nisi de tali crimine de quo possit accusari quia alias esset inutilis, ipse dicit se credere quod dēat fieri hæc denuntiatio si sit tale crimen de quo non possit accusari, saltem in secreto & in præsentia aliquorum testium, licet postea non posit fieri talis denuntiatio superiori, quia fortasse corrigeretur per talem admonitionem, & sic denūtians lucraretur animam eius. allegat in simili tex. in clem. secunda §. notarii de hære. ubi notarii admonent inquisitores hereticæ priuitatis in secreto quando excedunt in suo officio. Quinimmo idem S. Thom. in secunda secundæ. quæst. 33. articu. septimo dicit quod si peccatum est publicum tūc est publice arguendum, quia non tantum est adhibendum remediū ei qui peccauit vt melior fiat sed etiam aliis in quorū notitiā deuenit vt non scandalizētur, iuxta illud apostoli primę ad Timo. 5. peccantem coram omnibus argue vt cæteri timorem habeant. quod intelligitur de peccatis publicis vt Augu. dicit. in lib. de verbis Domini. Et idem in effectu dicit Nicolaus de Lira in uerbo vade & corripe.

124 **Vnde † sequitur** solutio ad contrarium supra signatum quod ita sit papa subiectus illi dispositioni euangelicæ & ita dicatur frater sicut quilibet alius. nam aliter conuenit in eius persona qui superiorem non habet quam in aliis inferioribus. Et ad idem est Ioannes in summa confessorum lib. 3. tit. 9. §. 9. & ad idem Petrus de Palude & Augu. de Ancona, ut refert Card. vbi supra. Et quod illa verba dic ecclesia intelligantur id est publice argue, sentit Fœlix papa in epistola responsiua ad Athanasium & episcopos ægiptiorū, thebaidorum, & libicorum in alexandrina synodo congregatos, cum dicit & si eos non audierit. dic ecclesiæ. id est accusa eum publice & non prius.

125 Differentiam † autem inter admonitionem charitatiuam siue euangelicam & iudicialem siue iustitiæ & in quibus conueniant, ponit Abb. in dicto cap. nouit. & Specu. in tit. de denuntiatione in §. secundo, versiculo. ut autem. & summa angelica in verbo denuntiatio. Et de prædicta authoritate dic ecclesia in papa vide quæ dicuntur late infra in articulo. an papa sit maior concilio. Et vide pulchra dubia examinata ꝑ Cardinalem de Turræcremata in dicto capitulo si peccauerit. secunda quæstione prima circa materiam istius denuntiationis euangelicæ.

Ad idem, quod papa non posit deponi ob crimen de quo sit incorrigibilis, facit illud quod legitur 1. reg. 24. & 26. ubi dicitur quod licet saul esset factus indignus regno propter notorias suas iniquisitates de quibus erat incorrigibilis & scandalizabantur subditi, & pluries esset datus in manus Dauid quem ipse persequebatur, nunquam tamen Dauid uoluit insurgere in eum, Quinimmo appellabat eum Dominum suum & Christum Domini, dicens nisi diminus percusserit eum aut dies, eius venerit ut moriatur, aut descendens in prælium perierit propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum, qa Christus Domini est. Vnde reliquit eum iudicio Dei. Quod

126 † conuenit ad illud quod dicit Hostien. quod illud dic ecclesiæ in papa intelligitur. scilicet vt oret Deum pro eo, vel ut eum de medio tollat. Eius enim facta Dei iudicio reseruantur, ut in capit. facta. 9. quæst. 3. Dicant ergo subditi papę vt Dauid dixit sauli. iudicet Dominus inter me & te, & liberet me de manu tua & de oī angustia. Facit etiā quod dicitur in capitulo nunc autem. 21. distin. ubi licet Marcellinus scandalizasset ecclesiam, non tamen depositus est ob notorium & scandalosum crimen. Item quamuis Petrus prius dixisset & si omnes scandalizati fuerint in te. ego nunquam scandalizabor, ut patet Matth. 26. & postea Christum negasset, non tamen reperitur depositus. Sed ad illud respondet quod neuter ipsorum fuit incorrigibilis, quia si fuissent incorrigibiles potuissent deponi, quia erat crimen hæresis, ut in dicto capi. si papa. & præter hoc Petrus secundum quosdam nondum tunc Constitutus erat pontifex. Et ideo illi tex. non conueniunt in proposito dubio. Exemplo aut Dauid potest responderi ad illud quod dicitur de Petro notorie scandalizante ecclesiam & inducente gentiles ad iudaizandum, vt dicitur ad gala. secundo & secunda quæstione 7. quod Paulus restitit illi in faciem. respondetur enim quod hoc facit pro, quia non dicitur ibi quod Paulus conuocato concilio apostolorum & aliorum Petrum cogentem gentiles iudaizare deposuerit, sed quod illi restiterit in faciem. Ratio autem vt dicit Petrus. de Monte in sua Monar. quæst. 8. cur eum non deposuerint, fuit quia cū illi spiritussancto ducerentur sciebant, se nō posse quod a Christo institutum fuerat quouis modo immutare. Et ideo vbicunque papa tale crimen committit propter quod ipse non fit alienus ab ecclesia, sicut est omne crimen aliud ab hęresi, non potest etiam a toto mundo deponi. Potest tamen exemplo Pauli papæ turbanti ecclesiam resisti & obuiari ne contaminet seu scandalizet eam.

227 **Item † pro ista parte** facit authoritas. S. Tho. in quarto sentent. di. 19. q. 2. arti. 2. quæstiun. 3. ad. 1. argu. ubi ait quod quamuis prælati sint a subditis corrigendi non tamen est eis pœna infligēda, sed recurrendum est ad superiorem denuntiando, vel si non habet superiorem recurrendum est ad Deum, qui eum emendet uel de medio subtrahat. Sed papa non habet superiorem, ergo quo ad eum si est incorrigibilis nullū est aliud remedium quam recurrere ad Deum. Hoc autem recurrere ad Deum vt eum emendet vel ut prouideat ecclesiæ suæ prout nouit magis expedire placet mihi. nam ut Dominus dicit Luc. 18. oportet semper orare & non deficere. & Marc. 13. dicit, vigilitate & orate quia nescitis quādo tempus sit. Et Iacobus in sua epistola. capit. quinto dicit. infirmatur aliquis in vobis, inducat presbiteros ecclesię & orent super eum. & post pauca. orate pro inuicem vt saluemini, multum enim

228 valet deprecatio iusti assidua. Sed nunquam † placuit quod dicitur orandum vt Deus eum de medio tollat, quia istud est contra institutum ecclesiæ, quæ orat pro persecutoribus, & hæreticis, & infidelibus, ut patet in collectis feriæ sextę in parasceue. unde Matt. 5. dicitur orate pro persequētibus uos. item ibidem diligite inimicos vestros. & Lu. 6. orate pro calūniantibus vos. & Dominus in cruce dixit dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. Item hoc videtur impossibile in ecclesia uniuersali quod omnes orent ut tollat eum de medio propter distantiam locorū & ignorantiam incorrigibilitatis papæ. & sic ecclesia esset diuisa in orando, quia una pars illorum qui ignorarent orarent vt conseruaret eum, ut patet in collecta pro pontifice. item intra sacreta missę cum dicitur in primis quę tibi offerrimus pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum una cum famulo tuo papa nostro. Item quia contingere posset ut breui corrigeretur, iuxta illud Ioā 11. nonne duodecim sunt horæ diei, ergo euenire posset ut post correctionem quis oraret vt Deus tolleret eum de medio, quod esset orare ut tolleret de medio, iustum, quod non est orandum.

Et quod quia incorrigibilis papa non posit deponi, tenet Augu. de Anco. in tra. de po. pa. q. 5. ar. 4. Eandem etiam tenet S. Tho. ut retigimus in 4. senten. dist. 29. in fine. 2. quæstionis. Idem etiam Archie. Floren. in 3. par. sum. in ti. 23. c. 5. ver. vtrum papa posit deponi. & idem Archie. eo li. ti. 24. c. 2. versi. nota. Abb. de Sicilia. & idem Archie. 2. par. sum. in tit. 3. de superbia in c. 1. in ver. scisma aūt. Idem quoq; tenuit Martinus de Laude in tract. de cardinalibus. q. 77. Idem etiam tenuit Pe. de Palude, ut refert idem Archiepiscopus. in ambobus locis primo adductis

129 Dicit tamen Augu. de Anco. † quod posset saluari illa glos. in dicto capitulo si papa, intelligendo eam loqui quando crimen quod committit de quo est incorrigibilis & quod de se est peccatum, ipse credit & dicit pertinaciter non esse peccatum. Tunc enim proprie esset hæresis. facit tex. in clementi. prima. de vsu. & supra dixi. In hūc ēt sensum accipit illam gl. vt videlicet intelligatur quando illud quod papa committi quod de se est peccatum. ipse facto & verbis defendit non esse peccatum. quia tunc esset hæresis, & esset. locus illi glo. in dicto cap. papa.

Istam etiam, ut supra diximus, tenet Card. de Turræcrem. in 2. lib. de po. pa. c. 98. Quā firmat authoritate Beati Bernardi, qui scribens Innocentio papæ dicit quis faciet mihi iustitiam de uobis, si haberem iudicem ad quem vos trahere possem, iam nunc ostenderem vobis, ut parturiens loquor, quid mereamini extat quidem tribunal Christi, sed absit ut ad illud appellem vos & c. Et ad idem allegat alios plures idem tenentes, & ut Ioan. in summa confessorum lib. 3. tit. 9. §. 9. & Albertum Magnum in 4. sen. dist. 19. Et idem videtur replicare in trac. schismatis. c. 13. col. 2 Et idem videtur uelle Imo. in cle. ne Romani. 17. col. de elec. idem etiam ponit per multas rationes idem Card. de Turræcrema. in d. cap. si papa. & respondet ad plura obiecta.

Istam eandem opinionem tenet Pet. de Monte in suo tract. 130 concilij. q. 8. Istam etiam tenet † Moder. Aret. & in effectu videtur idem velle quod Aug. de Anc. videlicet ꝙ ex delicto quantumcunq; grauissimo etiã notorio & scandaloso, si nõ sapit hęresim stricto modo sumptam, papa deponi vel accusari non debet per dict. c. si papa 40. dist. & cap. nemo & capi. aliorum. 9. q. 3. & cap. sane. 24. q. 2. si uero nõ solum in tali crimine est & persistit sed ipsum non esse crimen verbo defendit, quod tamen iure diuino vel naturali damnatum sit, non dico iure positiuo, quia huic iuri posset derogare. cum ipse non sit ei subditus, ut in allegato sæpius cap. proposuit. de cõcess. præben. tunc non de ipso crimine sed de hac assertione & hæresi damnari poterit, quia talis assertio hęresis est. ut capit. penul. & fi. 30. dist. & dixi supra ad intellectum glo. in dicto ca. si papa, Subiungit tamẽ Moder. prædictus idem se credere si peccatum habet causam successiuam vel reiterabilẽ, & papa sæpius monitus semper tale peccatum reiterat, vel in ipso successiue, spernens tales monitiones, persistit pertinaciter, & vniuersam ecclesiam scandalizat. cum enim tunc videatur asserere ipsum peccatum non esse crimen, siue delictum, quia mendacia & assertiones ita operationibus & factis fiunt sicut verbis, vt de appel. cap. dilecti. de accusa. inquisitionis. §. nec ad petitionem in verbo asserunt. & ff. de ędili. edic. l. si tamen. §. ei qui. & 22. q. 6. c. cauete, isto casu quia forte propter tale peccatum facit populos a fide deficere, videtur tanquam hęreticus, non recipiẽs admonitiones, accusandus esse & deponendus, quia † par est a fide exorbitare & alios 131 exemplo vel verbo a fide deiicere. 2. q. 7. cap. quis ex vobis alias. cap. Paulus. facit de pœnis. cap. fi. & de præsum. cap. literas. Hoc enim casu ut ipse dicit non solum sibi nocet sed toti mundo, præsertim quia idiotæ & simplices facile imitarentur sic enarrantem & talia committentem peccata. Et subiũgit quod hoc casu potest ab imperatore interrogari si vult talem vitam sequi. vel de fide super hoc interrogari potest, vt. 25. quęst. prima. satagendum, & si perseuerat in crimine poterit vt hæreticus iudicari. adducit. cap. cum contumacia de hære. in 6. Et ideo inquit, tempore sacrilegi schismatis papa qui iurauerat & vouerat ad redintegrandum vnionem renunciare papatui, quia sępe monitus implere iuramentum non curauit, sed spreuit & diu in sua obstinatione stetit a concilio Constantien. & prius in Pisano pro hæretico est damnatus, quia monitionibus factis de ipso adimplendo & ipso in peccato persistente. de hæresi suspectus erat tanquam nõ crederet id esse peccatum quod erat, ideo merito extitit depositus & damnatus. Vnde post effusionem multorum verborũ cõcludendo dicit quod pro nullo crimine papa accusatur siue deponitur nisi pro hæresi strictæ sumpta vel pro notorio crimine uniuersalem ecclesiam scandalizante, in quo papa monitus vt desistat perseuerat, vel ipsum reiterando continuat. quia tunc de hæresi est suspectus, videlicet quod non credat Deum esse criminum vltorem, siue esse aliam vitam. 132 & sic est suspectus in articulis fidei. Et hoc modo † dicit posse verificari glo. in d. ca. si papa, quia tex. ibi non dicit quod pro sola hæresi possit iudicari, sed cum deprehenditur a fide alienus. Item papa sic peccando & pertinaciter perseuerando in crime perturbat statum vniuersalis ecclesiæ & in subuersione & grauissimo periculo ponit, igitur sustineri non debet. 24. quæst. prima. cap. memor sum. & 25. quæst. prima. quæ ad perpetuam, & ca. cau. q. 2. si ea. alias videretur ei licere ecclesiam destruere, quod papę non licet. 2. ad Corin. 13. dum dicitur ibi secundum potestatem quæ data est mihi ad ædificationem & non in destructionem. Sed certe si bene considerẽtur verba præcedentia Moder. Aret. ipse videtur sibiipsi contrariari. nã in principio uult quod pro quocũque delicto grauissimo notorio & scandaloso in quo persistit si nõ defendat ipsum non esse peccatum, non possit deponi, & postea uult quod si delictum habet causam successiuam & reiterabilem & monitus non desistit, possit deponi. Ista autẽ sunt contraria, quia si est delictum de quo scandalizatur ecclesia & in quo persistit, non potest non esse successiuum & non momẽtaneum. nisi dicatur quod in principio loquitur in delicto vnico actu commisso de quo non pœnitet, super quo nõ formatur quęstio eius, nec loquitur glo. in d. cap. si papa, quia nõ loquitur nisi quando persistit & est incorrigibilis. Item cum adducit de priuatione papæ quia iurauerat cedere, ibi fuit actus momentaneus & in illo concludit quod fuit depositus, Sed si bene aduertatur, causa depositionis non fuit inobseruantia iuramenti tantum, quia actus illius inobseruantiæ nõ erat hæresis, sed fuit quia fouebat schisma antiquatum, & detractabat vnionem ecclesię, ex quo committebat in articulum fidei. & unam sanctam catholicam ecclesiam. Item protulerat verba hęretica & quę nutriebant schisma, & ideo fuit depositus. Item dubium erat in illo schismate apud doctissimos viros quis ipsorum esset verus papa, iuxta. capitu. si duo septuagesimanona distinctione. & ideo illa allegatio non conuenit. Item si diceremus ꝙ ex eo ꝙ crimen de quo quis est incorrigibilis habet causam successiuam ipse est hæreticus, multi essent hæretici, quia multi sunt perseuerantes in crimine & idem delictum sæpius iterantes. qui tamen nõ dicuntur hæretici, nec quod sint iure probari potest. & iura quæ allegat non tendunt ad hoc quod talis dicatur hæreti- 133 cus. Vnde quantumcunque † sit crimen habens causam successiuam & reiterabilem & de quo quis sit incorrigibilis, nõ facit eum hæreticum nisi pertinaciter asserat illud non esse peccatum, vt si quis assereret ꝙ iurare semper & indifferenter est peccatum, ut in c. excommunicamus, el primo. §. adijcimus in fi. de hære. & propter hanc causam olim fuerunt dãnati humiliati, ut hæretici, vt notat glo. in cap. olim. el 1. de resti. spol. Item si quis teneret portare calciamenta in pedibus esse peccatum propter verba Christi Lu. 10. esset hæreticus, vt in cap. quidam, in fi. 24. q. 3. Item qui dicunt homines non posse saluari nisi proprijs renunciauerint, ut in d. ca. quidam. & sic de multis aliis exemplis quæ ibi ponuntur & in clem. 134 ad nostrum, de hære. & bene tex. in c. fin. 30. distin. Nec est † ita simpliciter intelligendum quod sit par a fide exorbitare, & alios exemplo vel uerbo a fide deijcere, ut dicit tex. in dic. §. item Paulus. 2. qõ. 7. quia intelligitur quando exemplum & verbum quod alios inducit ad hęresim, est in se hęreticum, & non quando exemplum uel uerbum de se non est hæreticum, sicut in casu nostro. Et hoc ostendit tex. in d. c. si papa. q loquitur in crimine notorio & scandaloso propter quod innumerabiles populos cateruatim secum ducit in gehennã, & tñ text. ibi dicit quod propter hoc nullus mortalium eius culpam potest redarguere nisi sit a fide deuius. Concedita- 135 men † secundum aliquos forte posset quod si papa propter suam pertinaciam in notorio delicto scandalizaret ecclesiã & sępius monitus ab eo desistere nollet, sed obstinatius illud committeret, ita quod appareret eum venisse in profundũ malorum, & nunquam pœnitentiam acturum, & delictum esset cõtra ius naturale, seu diuinum, & requisitus vt saltem consulens subditis declaret se non credere crimen quod cõmittit non esse peccatum, sed credere se sic faciendo peccare, & fragilitate quadam illud cõmittere hoc declarare nollet, vel requisitus vt declaret an illud committere sit peccatum necne, cum hoc declarare ad eum spectet, vt in ca. hęc est fides. 24. qõ. 1. vt sic deprehenderetur an in hoc male sentiret de fide, hoc etiam declarare nollet, quia tunc faceret se suspectum de hęresi, posset contra eum procedi, non tamen ilico deponi, ar. c. grauem, de pœnis, & cap. ad apostolicæ, de re iud. in 6. & eius quod dicunt Doct. in cap. proposuit, de concess. præben. maxime Imo. Vnde posset ex hoc congregari cõcilium vt dictum est, & moneri per concilium vt responderet quid sentiret de fide quam habet in authoritate ecclesię. Pro hoc est. 25. q. 1. c. satagendum. vbi rex cogit papam respõdere quid sentiat de fide. Et si sic etiam non corrigeret se, & nollet super hoc etiam pluries requisitus respondere, tunc quia eo magis faceret se suspectum de hæresi posset ei indici purgatio debita seruato eo quod dicitur in c. 1. 2. q. 1. & purgari posset iuxta formam. c. omnib. 2. q. 5. & ca. inter sollicitudines, de purga. cano. Et hoc fieri non est absonum, ut patet in Sixto & Leone. c. mandastis & c. auditum. 2. qõ. 4. & ostendit ille tex. in d. ca. satagendum, qui vult quod debet respondere ut tollatur omnis suspitio. ubi autem non respondetur, suboritur maior suspitio, ideo est indicenda purgatio. Imo ille tex. insinuat quod in hoc casu sacræ scripturæ innuunt papam esse subditum imperatori, uel regi, ut cogatur respondere. unde eo non respondente licebit in eum uti superioritate ad hoc ut se purget. Et si sic adhuc esset pertinax & incorrigibilis & detrectaret purgationẽ, liceret ei resistere, & possent adhiberi omnia alia remedia supra posita ad eum reducendum. Et si adhuc esset pertinax & esset causa generandi scandalum in uniuersali ecclesia circa ea quæ concernunt fidẽ, tunc forte posset procedi contra eum iuxta formã generalis concilii. c. excõicamus, el 1. de hęr. quia ex quo generaret scãdalum circa fidẽ, & desineret illi obuiare, esset uehemẽs pręsumptio hęresis proprie dictę, qa non caret scrupulo societatis occultę qui manifesto facinori desinit obuiare, ut in c. er- 136 ror. 83. dist. Vnde † dicit text. in c. 2. de hęre. ꝙ qui alios cum potest ab errore non reuocat seipsum errare demonstrat. ad idem. 23. q. 3. c. qui potest, cum si. Et hoc modo posset admitti ꝙ dicit Lud. in cõs. 523. inci. qõ discutiẽda, in 5. col. ꝙ posset excõicari, & si in excõicatione ꝑsisteret per annũ, forte tunc tanq̃ hęreticus posset deponi per illũ tex. in c. cũ contumacia. de hęr. in 6. & d. c. excõicamus. el 1. in §. qui aũt, ibi glo & Doc. eo. ti. in anti. quia ex quo eius delictũ notoriũ cũ incorrigibilitate gñat hr̃ses in eccl. vl̃i & nõ curat, uel defendit delictũ iure nat. & diuino dãnatũ, dicẽdo illud non esse delictũ satis uidetur a fide deuius. Tunc enim nõ tam deponeretur pro

pro crimine notorio scandalizante ecclesiam quam pro hæresi quæ redundat ex pertinacia in excommunicatione in eum fulminata ob suspitionem hęresis qua deprehenditur verus hęreticus pręsumptione iuris & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, ut in c. is qui, de sponsa. 137 in glo. Et si dicatur quod papa † non ligatur illis iuribus quę pręsumunt & statuunt talem haberi pro hęretico, nec datur in illis facultas excommunicandi superiores ab inferiori & maxime papam. Respondetur quod licet papa non ligetur pœnis illis iuribus inductis, cum sit supra ius, ut in d. cap. proposuit & l. princeps legibus. ff. de legib. ligatur tamen dictamine naturalis rationis illorum iurium, iuxta notata in c. 1. de proba. & in l. Cæsar. ff. de publi. & l. digna vox. C. de legib. & præter hoc in proposito est præsumptio hæresis ex contemptu & pertinacia in delicto & censuris & ex denegatione responsionis. facit tex. in c. 2. de confess. in 6. Et concilium tunc efficitur iudex, quia est causa hęresis. Et ex quo concilium est tunc supra eum, poterit procedere ad censuras contra eum. Et hoc maxime in proposito suadet denegatio purgationis, & tolerantia scandali, circa fidem, cum tamen ad eum spectet ponere animam pro ouibus suis, vt in cap. aduersitas. 7. q. 1. & in c. sit rector. 40. dist. & gerere curam & custodiam dominici gregis, & solicitis studijs animarum saluti subditorũ inuigilare & ipsorum animas Deo lucrifacere, vt in cap. 1. de homic. in 6. & ad eum spectat hæreses extirpare & non fouere, 138 ut in clem. ad nostrum. de hæret. Et si † dicatur ꝙ si non ligatur pœnis inductis per illum tex. ergo non debet posse deponi. dicendum est quod illa pœna non tam est inducta per illum tex. quam etiam per legem diuinam, ut in plurib. cap. 24. q. 1. & ea. cau. qõ. 3. Vnde dicit Apost. ad Tit. 3. hæreticum hominem post primam & secundam admonitionem deuita, sciens quod subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cũ sit proprio iudicio condemnatus. Item ille tex. est constitutio conciliaris disponens circa ea quæ sunt in fauorem fidei. facit quod dicitur post Io. And. in cap. nulli, de sent. excom. & post glo. in cap. si imperator. 96. dist. & Card. in cap. perpẽdimus, de sentẽ. excom. & quod dicitur quod in ijs quæ sunt fidei papa non dispensat contra quatuor concilia, ut in cap. sunt quidam. 25. q. 1. Bene etiam facit tex. in clem. 1. de vsu. Et bonus est tex. in ca. fin. 30. dist. ubi est text. quod si quis nõ pro abstinentia sed pro execratione escarum abstinet a carne, debet requiri ut degustet, si autem spernit & degustare nõ vult debet tanquam de hæresi suspectus deponi. & est constitutio 139 conciliaris. Et istam † opinionem, ꝙ possit deponi quando generatur scandalum in ecclesia circa fidem tenuit etiam Egi. in d. capit. si papa. Qui dicit istam fuisse opinionem Ioannis Teuthonici, quæ est gl. ibi, & Bartholomæi & Ioannis de Ioãnis. Sed car. cum quo transit Alex. in d. cap. si papa, videtur tenere simpliciter etiam si sit notorium delictum de quo sit incorrigibilis & per quod scandalizetur ecclesia etiam circa fidem, quod non possit propterea a quoquam deponi, quia nõ habet superiorem qui possit eum deponere, vt in d. cap. licet. de elec. & cap. hinc etiã 17. dist. & c. nunc autem. 21. dist. & d. c. si papa. & 3. q. 1. in §. patet. & 79. distin. eiectionem. & 9. q. 3. nemo. c. aliorum. & ca. facta, cum simil. Pro quo etiam facit quod videmus concilium prouinciale ita fieri contra archiepiscopum sicut contra alios prælatos, sed non potest concilium prouinciale punire archiepiscopum, vt in cap. graue. de præben. & in c. fi. de sta. mona. sed debet denuntiari superiori, vt ibi. a pari idem videtur dicendum in papa, quod nõ pos- 140 sit pro quocunque crimine puniri per concilium. Vnde † dicit ibi Petrus de Ancha. in 8. notabili. ideo statutum est in archiepiscopo vt licet cognoscat conciliũ prouinciale de eius delictis non possit illum propterea punire, ne per consequẽtiam videretur concessum papam per concilium generale puniri. Et pro certo si bene consideretur, ista vltima opinio est verior in puncto iuris. & pro ea est casus in d. capit. si papa. qui tex. solum vult papam a concilio iudicari in casu hæresis stricte sumptę. & hoc prob. ille text. dũ dicit a fide deuius, 141 quia intelligit de hæresi in articulis fidei. Licet aliqui † in ea parte allegent pro se in contrarium illũ tex ut fuit mathesil. quasi minus sit esse a fide deuium quam esse hæreticum, cũ sit penitus contrarium, nam sunt multę hęreses quę non sũt stricte & directe contra articulos fidei de quibus in symbolo. Fateor tamen quod etiam dicitur a fide deuius qui incidit in aliquam heresim ab ecclesia damnatam. Et de illa potest intelligi quod ubi supra dicit Augu. de Anco. quod si papa diceret & assereret illud quod de se est peccatũ lege diuina, nõ esse peccatum, & de illo alias iudicatum fuisset quod tenere illud non esse peccatum est hæreticum, & hoc non obstante ipse assereret cõtrarium, posset accusari & deponi, quia est a fide Romanæ ecclesię deuius qui in illas damnatas hæreses incidit. facit quod dicitur in d. capit. sunt quidam & in c. contra statuta. 25. q. 1. & in c. achatius 24. q. 1. & in cap. Anastasius. 19. dist. & in d. cle. 1. de vsu. Licet Augu. de Anco. simpliciter dicat quod si assereret illud non esse peccatum quod lege diuina est peccatum, posset tanquam hæreticus deponi, non considerando an alias iudicatum sit illam assertionem esse hæreticam.

142 Et ista vltima opinio videlicet quod † etiã si esset notorius criminosus & incorrigibilis & scandalizaret ecclesiam etiam circa fidem suo exemplo vitioso non prædicando aliter vel asserendo contra fidem, non possit deponi, est etiam tutior, qa si potest papæ turbanti vniuersalem statum ecclesiæ de facto resisti, vt supra dictum est, & si non est ei parendum quando præcipit aliquid iniustum per quod turbaretur status vniuersalis ecclesiæ, vt in cap. per principalem. 9. q. 3. in glo. & d. cap. nulli, post Io. And. & in cap. quæ ad perpetuam, in glo. & in cap. sunt quidam per Arch. 25. qõ. 1. & per Abb. Sicul. in c. 2. de maio. & obed. non est opus uenire ad depositionem, satis est enim quod non est ei obediendum cum præcipit aliquid iniustum vel quod continet hęresim, vel ex quo vehementer præsumitur turbatum iri statum ecclesiæ, uel alia mala esse ventura, ut notat Innocen. Hostien. Ioann. And. & Anto. in cap. inquisitioni, de senten. excommun. & idem Innocen. in cap. quanto, de consuet. Et quando turbaretur status vniuersalis ecclesiæ, idem dicit glos. in cap. per principalem 9. q. 3. facit ꝙ dicit Fel. in c. ad audientiam, de præscr. Sic etiam non uidetur ei obediendum quando vniuersaliter dispensat contra generale statutum ecclesiæ, ut gl. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. & Archi. in c. si papa. 40. dist & 15. dist. sicut. & glos. in §. his omnibus. 8. quæst. 1. Licet sit secus si non vniuersaliter sed particulariter facit contra statutum ecclesiæ, ut 143 dicit Archi. 25. q. 1. c. sunt quidam. Et aduertendum † est quod aliud est facere contra generale statutum ecclesiæ, ut loquitur glos. in d. c. quę ad perpetuam, aliud contra statum ecclesiæ, vt loquiur Archi. in d. c. sunt quidam. 25. q. 1. vbi decoloratur status vniuersalis ecclesię. De quo etiã Milis in uerbo papæ non est obediendum. Facit quod dicitur in capitulo Iulianus cum seq. & c. non semper & capit. qui restit. 11. q. 3. Et procedit hoc quod est ei resistendum & nõ obediendum maxime in concernentibus fidem. Et tunc satis est quod ista uia potest prouideri, & tanquam tutior est amplectenda, qa per istam viam non potest oriri aliquod schisma in ecclesia, sicut quando procederetur ad depositionem. Item posset cõtingere quod etiam omnibus modis supra tactis requisitus esset incorrigibilis & turbaret vniuersalem statum ecclesie circa fidem, & tamẽ ipse non esset hęreticus. & tamen ut sępius dictum est non potest de alio damnari, quia in alijs non habet superiorem. quãdo autem est hæreticus est minor quolibet Christiano & est ipso facto exutus papatu, vt dicitur in 144 dicto capitulo si papa. Quinimo † si recte consideretur, text. in dicto capitulo si papa non probat quod propter heresim, seu quia factus a fide deuius, papa possit deponi, sed tantum quod potest redargui & ecclesia orare debet pro eo. Licet ꝑ alia iura hoc probetur, ut in capitulo Achatius. 24 quæst. prima & dicitur in dicto capitulo nunc autem. 21. dist. & in dicto capitulo si papa, & in capit. in fidei de hære. in 6. & supra late dixi quando papa est ipso facto exutus papatu propter hæresim & quando non. Ex quo infertur quod cum etiam in casu hęresis iura & doc. dubitent vtrum concilium possit papam deponere, cũ aliqui velint quod debeat seipsum deponere & in seipsum sententiam ferre. aliqui autem quod ipse ex hoc sit ipso facto exutus titulo papatus, & quod tantum expectetur sententia declaratoria ferenda per concilium, vt examinant Doc. in dicto capitu. in fidei, & in dicto cap. si papa. & in dicto cap. nunc autem, & in dicto. §. hinc etiam. 17. dist. & dictum est supra in quęstione utrum papa propter hæresim possit a concilio deponi, & non ob aliud dubitent nisi quia eiectio & damnatio papæ Dei iudicio reseruatur, ut in cap. eiectionem. 79. dist. & cap. nemo aliorum & cap. facta cum aliis simil. quia non habet superiorem, ut in d. cap. licet. de elec. cum. concordan. & in hoc videntur concordare doc. omnes post Hostien. in capitu. proposuit. de conces. præben. cum volunt papam non posse damnari pro aliquo crimine pręterquam pro hæresi, excepto Cardinale Floren. quem ibi refert Imo. & excepto Abb. Sicu. qui uolunt quod etiam pro quocunque crimine notorio scandalizante ecclesiam possit damnari, de quibus dictum est satis supra, sequitur quod pro quocunque alio crimine quantumcunq; notorio & scãdaloso etiam circa fidem, nisi alias clare depræhendatur a fide deuius & hæreticus, nullo modo potest deponi, cum nullibi de iure reperiatur quod aliquod allud crimen notet, & iudicet eum, & exuat ipsum titulo papatus nisi sola hæresis proprie sumpta. Et si nulla veteris vel noui testamenti aut sacrorum canonum de hoc reperitur authoritas, fatuum est hoc confingere ex proprio sensu sola authoritate vnius glo-

145 sellæ contra tex. in l. illam. C. de col. Et imperator, dicit in au then. detriente & semisse. §. consideremus, quod cum aliqd non lege agit erubescit, & ibi glos. dicit non valere responsionem quæ lege non probatur.

146 Istam etiam † opinionem habuit frater Ioannes Parisinus doctor in tractatu de potestate papæ in quæstione vtrū sit repræhensibile iudicare de factis papæ. vbi dicit quod etiā si papa suo ipsius nouo & iniurioso sensu assereret aliquem hæreticum qui teneret aliquid de quo sunt opiniones, nihilominus esset cū patientia tolerandus quantum fieri posset sine præiudicio iustitiæ & ueritatis, iuxta illud Matth. 5. quicunque angariauerit te mille passus vade cum illo & alia duo, & quod deberet ad Deū haberi recursus, quia cor regis in manu Dei est, & potest quo uult illud inclinare. † Si tamē

147 esset reipu. periculum ex mora, puta si traheret populum ad malam opinionem, vel si esset periculum rebellionis eo ꝙ indebite commoueret populum per abusum spiritualis gladii, in hoc casu ecclesia deberet moueri cōtra appam & agere in ipsum, & princeps posset violentiam gladii papæ, repellere per gladium suum, cum moderamine. Nec in hoc ageret contra papam sed contra hostem suum & contra hostem reipublicæ, sicut Aioth hebræus qui Eglon regem Moab interfecit eo quod graui seruitute populum Dei præmebat, nō est reputatus interfecisse rectorem sed malum hominem & hostem, hoc enim agere ut ipse dicit non est contra ecclesiā

148 agere sed pro ecclesia, quia sic † etiam cōmendabiliter populus zelo fidei commotus Constantinum papam qui erat ecclesiæ in scandalum oculis priuauit & deposuit. Sic & Henricus imperator Romam veniēs Benedictum nonum & alios duos qui contentionibus suis scandalizabant ecclesiam, imperiali & canonica censura deposuit, & Clementem II. Romanæ ecclesię presulem constituit, vt dicit legi in chronicis

149 Romanorum. Mihi placet dictum † quod papæ scandalizanti ecclesiam uniuersalem & incorrigili potest resisti & non deponi nec iudicari, quia non habet superiorem. sed nō placet exemplū per eū positū si papa asserat aliquē hæreticum qui teneret aliquid de quo sunt opiniones & si papa teneret hæreticum esse asserere regem Franciæ non esse subiectum. tum quia hoc iudicare ubi sunt opiniones est proprium papæ, vt in capit. maiores de Bap. tum quia ex hoc non dicitur generari scandalum in ecclesia nec in hoc papa committit quippiam cur debeat corrigi vel deponi. Similiter non placet exēplum de rege Moab, & de Constantino papa & de Benedicto nono, quia non conuenit dicto, nam illud non est resistere, sed vim inferre, ut in l. ut uim. ff. de iustit. & iur. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. aquil, clemen. prima. de homi. cap. significasti. el. 2. de homi. & ibi doc.

150 Restat nunc respondere † ad adducta in contrariū. Et ad primum, cum dicitur quod si glo. dubitauit in sola simonia, multo magis cum aliis qualitatibus, respondetur ꝙ consequentia non est bona, si qualitates inhærentes non sunt tales quod propter omnes simul vel earū aliquam posset alias deponi. Ad hoc tex. in d. l. prima. C. qui numero tutelarum. ubi plura imperfecta non faciunt unum perfectum, quia ex pluribus diuersis nunquam resultat vnum integrale ff. de solu. l. ubi fideiussor. In iis enim quæ sunt diuersi generis & formæ, in quibus termini sunt distincti, non habet locum regula quę non prosunt singula, ut dicit ibi Bald. nam oīa simul iuncta non tendunt ad perficiēdum vnum totum hoc est ad faciendum papam hæreticum, quia omnia simul non ostendunt eum hęreticum, & ideo sicut singula nō prosunt ita nec simul iuncta. dicit Bar. in d. l. prima. §. idem Cornelio. ff. de quæstionibus, & Angelus insti. de excusa. tuto. in §. itē tria. Sic etiam habens plures gradus quorum nullus sufficit ad præcedentiam. non præcedet virtute omnium, ut Ludo. consil. 333. incipit quo ad primum. & Feli. in ru. de maio. & obe. in 2. col. Faciunt ad hoc quæ ponuntur a doctoribus. de singularitate testium in cap. licet ex quadam. de testi. & in c. cum dilectus. & in c bonæ. el 1. de elec. & in ca. licet. de proba. & cap. qualiter & quando de accusa. & in l. ob carmē ff. de testi. & in l. testium. ff. eo, & in l. data opera. C. qui accus. non pos. & in l. admonendi. ff. de iureiu. cum concordan. Ad illud quod pro qualificato delicto clericus traditur curiæ seculari. respondetur quod nihil facit, quia iura adducta loquūtur in personis quæ subiectæ sunt dispositioni legali imponēti pœnam depositionis & degradationis & traditionis curiæ seculari. non autem loquimur in papa, qui non ligatur legibus & q pro nullo crimine deponit excepta hæresi ut sępius dictum est & iō qualitates aggrauātes delictum nisi sapiant hæresim eum non ligant. facit quod dicitur in l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad trebel. & in l. nam magistratus. ff. de arbit c. innotuit. de electio. cum simil. Ad secundum respondetur

151 † quod non obstat quod dicitur quod si papa potest cogi cedere papatui pro sedando scandalo schismatis, multo magis vbi ipse est notorius criminosus & incorrigibilis & scandalizans ecclesiam, quia illa conclusio non uendicat sibi locum in uero papa quem constat esse uerum papā, ut supra dictū est. Item illa conclusio intelligitur quando fouet schisma inueteratum quod sapit hæresim. ideo eo casu posset etiam deponi, ut dictum est. Sed nos sumus in casu vbi delicta non sapiunt hęresim proprie. Non obstat tertio, † quod dicitur dec.

152 cum non ab homine, quia propter hoc quod est incorrigibis licet possit esse perditio plurimorum, non tamen reperitur iure cautū quod possit deponi. Imo directe in ꝯrium est tex. in d. cap. si papa. vbi licet sit remissus & negligens, ex quo posset sequi perditio multorum, tamen dicit ibi tex. quod a nemine iudicatur nisi sit a fide deuius. Ad id quod dicitur quod positus in profundo malorum est similis hęreretico. respondetur quod sufficit quod non sit hæreticus. Quod autem † di

153 citur quod uiolans canones dicitur committere in spiritum sanctum, conceditur quod peccat, sed non dicitur hæreticus nisi crederet canones non esse seruandos, & non potuisset disponi hoc esse peccatum, ut dicitur in glo. in cap. generali. de elec. in 6. & in cap. generali & c. omnia. 24. q. 1. & d. cap. si qui

154 81. distin. in fi. Ad illud quod † dicitur quod propter incorrigibilitatem efficitur suspectus de hęresi. respondetur quod ex sola suspitione non potest deponi. & licet esset suspectus posset esse quod in se non esset hæreticus. Et tex. in capit. excommunicamus. el primo, circa principium de hęre. non uult aliquem ex suspitione hæresis damnari, sed prius purgari & deinde excommunicari. & idem tex. in dicto capitul. fi. de pœnis. ergo nec deponi.

Et si dicatur ergo si non potest deponi, statim, poterit cōtra eum procedi vt tandem deponatur. respondetur quod papa non potest cogi ad se purgandum de quocunque crimine, ut patet in cap. mandastis & melius in cap. auditum 2. q. 4. Ad authoritatem Clementis † referentis monitionem

155 Beati Petri respondetur quod non dicit quod debeat deponi a concilio, sed potius loquutus est Petrus spiritualiter. cū enim esset spiritusancto plenus, commonens dixit illa uerba videlicet tanquam qui non docueris quæ ad salutē pertinent deponaris. s. a Deo & non ab homine, cui papa non est subditus, ut in cap nemo & in cap. facta. 9. q. 3. Et quod ita loqueretur Beatus Petrus, patet ex eius verbis, dum dicit. si enim mundanis curis fueris occupatus &c. Item non est loquutus per modum decernentis & statuētis, sed per modum instruētis & admonentis. Item illud verbum deponaris potest referri ad factum. quasi dicat ne per violentiam abiiciaris de facto. Et ista est uera solutio, licet Ludouicus semper dixerit illam authoritatem notandam literis aureis contra papam. Ad quod uide etiam quod dicitur in responsione ad 18. arg.

156 Ad Quartum † quod contumacia dicitur hæresis. respondetur quod hoc est largo modo & non proprie. Et ob talem hęresim papa non potest deponi, sed solum ob proprie & stricte sumptam, vt dictum est supra in intellectu. cap. si papa. & ex

157 ibi & supra dictis patet responsio. Ad Quintum † sextum & septimum respondetur quod non sequitur quod ibi dicitur quod sicut Paulus restitit Petro ita & papa potest corrigi & potest ei resisti ab ecclesia, & ne sit inutilis resistentia, debet propterea posse deponi. Non sequitur dico, tum quia hoc nō repitur factum in Petro. tum etiam quia papa a nemine iudicatur. d. ca. si papa. Ad illud de imperatore in 6. argum. facilis est respōsio. est enim disproportio de papa ad imperatorē qa papa non habet superiorem, ut in cap. licet. de elec. imperator autem sic, ut in clem. pastoralis. de re iudi. & in cap. ad apostolicæ eo. tit. in 6. & c. si imperator. 96. distin. Ad ea quæ dicūtur de oculo eruendo a compage corporis propter scandalum, & de scandalizante unum de pusillis & oue perdita. respondetur quod non inferunt necessario quod illæ authoritates conueniant in proposito, nec quod papa propter scandalum debeat deponi a concilio. & sunt magis intelligendę quo ad bonum animarum & in foro poli q̄ in foro fori.

158 De præcepto † correctionis fraternæ qualiter intelligatur & utrum conueniat in papa, dicendum sicut supra dictum est, & sicut dicit Hostien. in dicto capitulo propo suit quem sequuntur communiter doc. qui uult quod illud dic ecclesię non conueniat in papa nisi per modum orandi ad Deum pro eo. Sed formalius respondendo dico quod illa authoritas non fuit dicta Petro peccanti in alium, sed quando alius peccasset in Petrum. & consequenter cum aliquis scandalizat fratrem dicendum est post monitionem prælato, & consequenter papæ tanquam supræmo prælato ecclesiæ. sed quando econuerso papa peccat in fratrem, illa authoritas nihil facit, maxime quādo scandalizatur ecclesia, quia ex quo tunc ecclesia est læsa, non posset habere locum illa

illa authoritas. sequeretur. n. quod ecclesia diceret ecclesiæ, & sic esset iudex in causa propria. Similiter si papa peccat in fratrem, non potest habere locum illa authoritas. nam si volumus intelligere quod illud dic ecclesiæ intelligatur de cōcilio, tunc resultat magnum inconueniens, quod si inferior a papa scandalizat fratrem. i. proximum, ob hoc sit congregandum concilium. hoc autem est impossibile, cum quotidie sint in ecclesia uniuersali mille qui scandalizant proximum. Et propterea oportet intelligere dic ecclesiæ hoc est prelato & superiori habenti superioritatem, potētiam, & iurisditionem. Item similiter dicendum est quod non conueniat in papa, quia si pro quolibet scandalo illato vni personę particulari per papam esset cōgregandum concilium, papa esset deterioris conditionis quam quilibet priuatus. & semp oporteret quod conciliū teneretur, quia quotidie aliquæ particulares personę scandalizantur de papa propter multitudinem negociorum quę habet papa exequi in subditos. Item glo. & Doc. in d. capitulo si papa tenentes illam opinionem, volunt quod quando papa scandalizat ecclesiam possit a cōcilio deponi siue accusari, & non loquuntur quando scandalizat vnum pusillum. vnde in quācunque partem vertamus illam authoritatem, vera est opinio Hostien. quod illa authoritas non habet locum contra papam. Imo si bene inspiciatē, illa fuit principaliter dicta in fauorem Petri cui verba dirigebantur, videlicet quod si aliquis eum scandalizaret, primo eum corriperet, & si nō desisteret diceret ecclesiæ, hoc est ꝯcilio, hoc est omnibus alijs prelatis & principibus christianis & catholicis vt sibi subuenirent. ad quod tenentur. capitulo cum ad verum. 96. dis. & in capitulo principes. 23. q. 5. Et ideo dicendum est quod illa authoritas dic ecclesię est intelligenda id est superiori prælato quem papa non habet supra se, iō

159 non conuenit in eum. Ad octauum † respōdetur quod non obstat, quia text. in §. pro graui loquitur in episcopo, cuius amotio non est ita periculosa, & in eo qui habet superiorem. Non obstat etiam quod dicitur in capit. oues 6. q. 1. quod episcopi sunt iudicandi a Deo sicut & papa. quia exponitur ibi tex. a Deo id est ab ecclesia. 11. q. 1. §. item Constantinus. & 2. quæst. 7. cap. accusatio. ponit Domi. in d. cap. oues. Ad nonū

160 contrarium patet ex supradictis responsio. Ad decimum † argumentum a corpore mystico ad corpus materiale seu naturale hominis respondetur quod illud argumētum procedit respectu separationis & condecentię, non respectu dignitatis, subsistentiæ, & finis, quia non eodem fine terminatur corpus mysticum quo naturale. Vnde sicut non licet separare membra a capite naturali quia corpus extingueretur, ita nō decet separare membra a capite mystico. Non sic autem est respectu dignitatis, subsistētię, & finis, quia non eodem fine uel dignitate terminantur, quia sine capite hoc est pastore sine papa potest stare corpus mysticum quod est ecclesia, ut patet quando sedes uacat, ut in cle. 2. de elec. licet tūc caput sit Christus, ut dicitur in capitulo primo de schisma. in 6. hoc autem non est in corpore naturali, quod nullo modo potest subsistere siue capite, & desinit separato capite. Item secūdo respondetur quod ratione scandali non separatur corpus naturale a capite, sicut per depositionem papæ fieret, quia separaretur a corpore mystico. Item dicitur quod ista non est bona argumentatio a corpore naturali ad mysticum, quia cōcluderet quando inferret depositionem totius corporis mystici, vt sicut deponitur corpus naturale ita deponeretur corpus mysticū, sed non infert nisi depositionem personæ papę. Et iō congruentius argueretur a capite mystico inferiori ad caput mysticum superius, hoc est quod sicut depōitur rector ab ordine uel administratione ecclesiæ ratione scandali, ita & papa. hoc autem non pōt procedere ob disproportionem capitis ad caput, quia non eodē mō iudicatur superior quo inferior, vt in cap. oues. 6. q. 1. facit quod dicitur in capit. cum inferior de maio. & obe. cum simil. Item datur diuersitas inter corpus naturale & mysticum, vt vide quod dicit in fine

161 responsionis ad. 19. argumen. Ad vndecimum † inquantum dicitur ꝙ ratione sedandi scandali iuris pręcepta relaxantur & maxime si est scandalum circa animam, & ꝙ papa quo est cæteris sublimior eo grauius & vniuersalius est scandalum ab eo datū, & ꝙ ob multa delicta & maxime rōne incorrigibilitatis epus deponitur, conceditur ꝙ ista aggrauant delictū in papa, sed iura nō dicunt papā ob hæc deponendū. Ad id quod dicitur de glos. in c. si quis pecunia. respondet ꝙ non

162 dr̄ ꝙ pp hoc possit deponi. Vn̄ dicit † Mathesil. ꝙ si papa reperitur habere uxorē, tenebit reddere debitū si mulier nō potest induci ad seruādā cōtinentiā, vel cedet papatui & cū ea habitabit. nō dicit quod cogetur cedere & quod propterea deponetur. Quinimo Anto. in cap. licet in 7. colu. de elec. in vers. q̄ro quot testes, dicit ꝙ si nō poterit induci vxor ad cōꝯtinentiā seruandā reddet debitū & erit papa. nec hoc ꝯrriatur substantiæ papatus, quia & Petrus habuit vxorem, & hodie presbyteri græci habent vxores, vt in cap. olim. de cleri.

163 coniuga. facit quod dicitur. 27. q. 2. agathosa. Quinimmo † aliq voluerunt qd̄ electio facta de papa quantumcumque notorio vxorato, non retractetur sed quod vxor priuetur suo iure petendi debitum, de quo vide Alex. in d. cap. si quis pecunia circa fin. vnde satis est in proposito quod non cogitur ce

164 dere, nec ex hoc potest deponi, Ad illud † quod quando in discordia electi sunt duo ad pontificatum, ad vitandum scandalum vtraq; electio cassatur etiam si altera sit bona. Respōdetur quod hoc intelligitur ante admissionem, & receptionem ad pontificatum, quo casu facilius ratione scandali vitandi quis non admittitur, ut in d cap. nisi. de renuntia. quam postquam est receptus & in pacifica possessione pōtificatus. Facit regula vulgaris cap. quemadmodum de iureiur. uidelicet quod turpius eiicitur quam non admittitur hospes, & dictum fuit supra in q. an quando papa committit Simoniam possit contra eum de ea excipi, & in q. an quando passim cōmittit Simoniam possit congregari concilium. Item non dicit illa glosa quod etiam si cōstaret alteram esse bonam, utraque deberet cassari, sed fuit additio ex opinione Abbatis, & Felini qui dixerunt sic illam debere intelligi. Quod non credo verum esse quando constaret alteram esse bonam, quia sic esset amouere verum papam a pōtificatu, quod vt sæpius dictum est nemini licet per cap. facta, & alia concord. 9. q. 3. sæpius adducta. Et posset intelligi gl. quando nondum esset cognitum vter eorum sit verus papa, & quando tanta est incertitudo vtra electio sit bona, ut non possit sine magni scādali periculo erui veritas, & non postquam cōstaret alteram electionem esse bonam. Et hoc ostendit ex tex. quem allegat uidelicet. c. si duo 79. dist. qui loquitur de duobus qui temeritate concertantium contra fas fuerūt ordinati, & sic ubi neutrius erat bona electio. Item ille text. in capit. si forte, loquitur in inferioribus prælatis a papa, licet glos. alleget concordantem illum text. c. si duo, in hoc quod uult utramque electionem debere cassari, & text. in d. c. si forte, uult ꝙ ex duobus in discordia electis archiepiscopus possit alterum præferre qui maioribus meritis iuuatur, ita tamen ut nullus detur inuitis & non petētibus in episcopū, ne plebs illum odiat. &c. Et ideo ex scandalo glo. sumit argum. quod utraque electio cassabitur quia non stabitur propter scandalum iudicio archiepiscopi. Hoc tamen de stando iudicio archiepiscopi hodie est correctum per text. in cap. quia propter. de elect. dicit glo. 9. q. 3. in sum. & domin. ibi & in d. cap. si forte. Et ideo nō uidetur Abb. bene ponderare illam glos. dum trahit eam ad electionem de duobus ad summum pontificatum in discordia factam, & dicit quod utraque cassari debeat etiam si altera esset bona. Et uidetur quod d. glo. non fuerit male gustata a doctoribus, contra Felin. in d. c. 2. de præscript. quia non fuit mens illius glo. nec ibi ad hoc ab aliquo fuit declarata, loqui in duobus in discordia ad papatum electis. Ad Duodecimum cum dicitur quod capit. si papa, loquitur quando est deuius a fide, & ꝙ satis dicitur deuius a fide q subuertit statū ecclesiæ, respondetur ꝙ illa iura quæ allegantur non probāt hoc, sed tantum loquuntur de subuersoribus canonum qui appellantur præuaricatores fidei, & blasphemi Spiritussancti, quod nō est in casu nostro. item cap. si papa, loquitur quādo est a fide deuius proprie, hoc est quando errat in articulis fidei, & ita loquuntur Doct. in d. c. in fidei de hæreti. in 6. Ad Tertiumdecimum cum dicit per nota. pro Innoc. quod papę turbanti uniuersalem statum ecclesiæ non est obediendum, & quod paria sunt non esse & esse sine obedientia. Rn̄detur non esse uerum ꝙ sint paria in proposito, quia nō est obediēdum illi sed resistendum, in eo tantum in quo turbat uniuersalem statum ecclesiæ, sed in alijs est ei obediendum. Et ita intelligitur not. Innoc. & aliorum in d. c. inquisitioni. & in d. cap. sunt quidam, cum aliis ibi allegatis. Ad illud quod dici-

165 tur de c. suggestum est alis responsum. Et quod † dicitur ꝙ non est verisimile quod iura voluerint priuilegiare illum q committit in legem, respondeo ꝙ priuilegium quod nō possit ab aliquo iudicari nisi a Deo, datum est a Deo dignitati & non personæ, & ideo non potest illo priuari quandiu est in dignitate papali. Facit quod dicitur in c. si diligenti & c. significasti. de foro compet. cum simil. Quo ad quartumdecimum de dicto Abbatis, quomodo intelligatur dictum Hostiens. di

166 ctum est supra. Ad Quintumdecimum, † a sufficienti partium enumeratione sumptum, respondetur quod ex omnibus illis & aliis rationibus non potest ratione scandali papa deponi. propter indecentiam, & periculum futuri schismatis, & quia nullo iure reperitur cautum hoc fieri posse. & qa a solo Deo iudicatur, & alijs rationibus supra pro ista parte adductis. Non obstat ratio prima, videlicet quod qua ratione iudicat concilium in causa hæresis, eadem ratione debet iudicare in alijs, quia respondetur quod in causa hæresis ratio est quia tunc papa est minor quolibet catholico, vt dicitur

citur ind.cap.si papa, & in glos.in capitulo presul.2.q.4.& in ca.aliorum 9.q.3.& dicitur in c.in fidei de here.in 6. Ad illud quod non reperitur data maior ptãs concilio iudicandi in cã fidei quam in alijs. respondetur quod etiam non reperitur in sacra scriptura quod data fuerit facultas concilio iudicandi de papa preterquam in causa fidei. imo potius contrarium,
167 ut in d.c.si papa. Ad illud † quod maius est peccatum odio habere Deum quam hæresis. respondetur quod qui odio habet Deum, non ita est scandalosus ecclesię sicut hæreticus, qui ut dicit tex. habent caudas colligatas, vt in capitulo excommunicamus de hære. Et sophismatibus suis & arte diabolica sæpe opprimunt ecclesiasticos, vt dicit tex.in c.transferũt. 24.q.3. Item hęreticus est separatus ab ecclesia & a fide, vt in cap. de illis ibi glos.23.q.3. quod non est in illo qui odio habet Deum & ideo qui non est fidelis non potest esse caput fidelium. Facit quod dicitur in capitulo illud sane.ca.cau.& q.& est bonus text.in c. nemo quippe.83.dist. & 11.q.3.capit. præcipue. & de vo.c.magnæ. Ideo non absurde dicitur quod talis tanquam ab ecclesia præcisus a concilio iudicatur. Itẽ
168 † quia hæresis est morbus contagiosus, vt in ca. resecandę & capitulo corripiantur & capitu.ecce. 24. q.3. Non sic autẽ est de eo qui odit Deum, qui sibi ipsi nocet & non inficit alios. Vnde Iudas odio redemptorem habuit cum eum vendidit, & mox laqueo se suspendit, vt in c. qui studet.1.q.1. Ad illud quod arguitur de Heli. respondetur quod ipse fuit punitus a Deo, cuius etiam iudicio crimen papę reseruatur, vt in dicto capitulo facta.9.q.3. Et ad hoc potest latius responderi per id quod dicetur infra de Abiathar in responsione ad vigesimũ tertium argu. quia Deus voluit quod regimen transferretur in reges ppter peccatũ filiorum Heli & ipsius Heli. Ad illud
169 quod † dicitur de ratione naturali quod dictet papam debere deponi, & quod melius sit ipsum abijci quam totam gentem perire. respondetur quod ex crimine scandaloso papæ non perit vniuersalis ecclesia, quæ nunquam potest errare & pro qua Christus orauit, ut in cap. a recta 24.q.1.& capitu-
170 lo maiores de bap. Item non semper † pro quocunque crimine debet quis scandalizari nec iudicari, sicut dicimus de homicidio Sansonis. licet.n.alias homicidium sit de se malum, tamẽ interpretamur illud fuisse nutu Dei factum. Ad quod facit quod dicit tex.in cap.absit.11.q.3.& in c.in scripturis.96. dist. quod non est quicquam sinistrum de sacerdotibus arbitrandum. multo minus igit de papa. unde nisi appareret hæreticus, non est ilico procedendum contra eum, nec præsu-
171 mendum malum de eo. nam † & Petrus negauit Christum & pœnitentia ductus fidelior factus est, ut in ca.fidelior.50.dis. Et quo ad rationem naturalem illa magis dictat non esse deponendum ne deterius inde contingat. & hoc ostendunt rõnes inductæ pro ista parte, quæ sunt fundatæ in ratione naturali & authoritatibus sacræ scripturæ. & authoritas illa quæ loquitur de Christo verificabatur quia nisi fuisset mortuus, non fuisset redemptio generis humani vniuersalis quod nõ potest conuenire in proposito, quia per delictum papæ non potest perire vniuersa gens. Ad id quod dicitur de iure positiuo, respondetur quod illud quod adducitur loquitur in inferioribus. & papa non astringitur illo. Ad decimumsextum
172 † quod est difficile motiuum, respondetur quod in proposito non est paritas de uno casu ad alium, videlicet de cessione quę fit voluntarie, ad depositionẽ quæ fit coacte. & ideo dicere quod licet papa possit cedere ecclesię, ecclesia non potest eum deponere, non est iudicare papam & ecclesiam ad imparia, sed si diceretur quod papa deponit vniuersalem ecclesiam & ecclesia non deponit papam, tũc iudicarentur ad imparia. Et hoc non potest esse, quia papa non potest vniuersalem ecclesiam destruere, vt dicitur in c.cum quidam.25.q.1. & quod dicit Inno.in c.inquisitioni. de sen.excom. & Ioann. An.in cap.nulli eo. tit. Sed secundum quid hoc non esset absurdum, ratione superioritatis, quia papa est supra cõcilium, ut in capitulo significasti de elec. & est caput & rector vniuersalis ecclesiæ, ut in c.nouit de iudi.& in c.ubi periculum. §.cæterum de elec.in 6.2.q.6.omnes, cum cap.sequenti. & c. ad Romanam el.2. Et glos.7.q.1.c.non autem. vbi dicit quod qui dicit posse esse duos papas vel papam non esse caput ecclesiæ, errat contra illum articulum fidei, & vnam sanctam catholicam ecclesiam &c. Nec obstat quod dicitur quod nõ debet eadem res diuerso iure censeri, quia ex diuersis rationibus potest vna & eadem res diuerso iure censeri, ut dicitur in d.c.cum in tua. Et similiter non obstat quod dicitur quod cõtrariorum eadem est iuris dispositio. respondetur.n. quod illud est verum quando est eadem ratio, sed si est diuersa rõ, tunc non est eadem iuris dispositio sed contraria.l.fi. ff.de calum.l.fi.§.fi.ff.de lega.3. ponit Dy.in l.prima.ff.solu.matri. & Angelus insti.de ijs quis sunt sui vel alie.iu.in prin. Et si dica-
173 tur † arguendo a matrimonio carnali ad spirituale, vt in cap. inter corporalia de transla. præla. quod licet etiã mulier sit subdita viro, ut 33.q.5.c.hæc imago & c.mulierẽ, tñ non iudicatur ad imparia cum viro, vt in d.c.gaudemus de diuor. unde sicut non potest mulier dimittere virum excepta causa fornicationis, vt in c.2.de diuor. ita nec vir vxorem. ut in c. ex parte de sponsa.32.q.1.in coniugio, & quæst.5.si vxorem, & cap.præceptum, quia quicquid viris præcipitur, hoc redundat ad fœminas, vt in cap.præcepit.32.quæst.5. igitur eodem modo dicendum est in matrimonio spirituali, quod sicut papa potest cedere pontificatui, & dimittere ecclesiam, ita & ecclesia propter crimina pontificis potest dimittere eum, ad quod facit quod quando vir scãdalizat vxorem, vxor potest dimittere virum, vt in cap.de illa & in c. quanto de diuor. Respondetur quod nõ est in omnibus par ratio de matrimonio spirituali & matrimonio carnali, quia difficilius dissoluitur matrimonium carnale quam spirituale. quia carnale dissoluitur authoritate Dei, sed spirituale, authoritate papæ, vt
174 dicitur in d.cap.inter corporalia. Vnde licet matrimonium spirituale dissoluatur consensu, & cessione, non potest solo consensu & cessione dissolui carnale, ut in dictis iuribus & c. super eo de eo qui cog. consang. vxo. su. cap. porro. de diuor. & l.consensu.C.de repu.& diuor. & Facit vna ratio quam adducit Ioan. And.in cap.1.de renunt.in 6. vbi dicit quod cum arguitur a matrimonio spirituali ad carnale, transitur in sacramentum ecclesiæ, propter quod ex consensu sequitur indissolubile vinculum, quod non est in spirituali coniugio. Cuius dicti rationem assignat quia spirituale coniugium inter prælatum & ecclesiam respicit bonum publicum & commune, si igitur insufficiens vel inhabilis cedere non posset, sequeretur malum reipub. & quanto maior est prælatus, eo maius bonum reipublicæ respicit, & tanto maius esset malũ item quia quod ex charitate institutum est contra charitatẽ militaret, nam si præsidens inutiliter non posset resignare, hoc ad malum & confusionem ecclesiæ & damnum animę
175 præsidentis redundaret. Carnale autem coniugium respicit priuatum bonum, & si confunderetur ipsius dissolutio, forte ipsi viro esset bonum quia meliorem acciperet uxorem, sed sequeretur ex hoc vniuersale malum, quia cum communiter plus ducat homines concupiscentia quam ratio, multi vxores dimitterent nec sic de prole haberetur cura vt nũc.
176 Et hoc ultimum dicit text.in d.l.consensu. Vnde ex præmissis patet magnam esse differentiam inter matrimonium carnale & spirituale, & nõ procedere argumentum de uno ad aliud respectu dissolutionis.

Cum dicitur igitur quod non debent papa, & ecclesia ad imparia iudicari, & quod sicut papa potest dimittere ecclesiam ita & ecclesia papam sicut dicitur de viro & vxore, respondetur φ non est dare casum quo papa cedat pontificatui, & dimittat vniuersalem ecclesiam ratione defectus in ecclesia, quia illa semper est immaculata & sine ruga, vt in cap. omnib. 24. q.1. loquendo de ecclesia non repræsentatiue, vt est concilium quod potest errare, sed de ea quæ non potest errare, ut dicit Abb.in c.significasti.de electio.& ratione cuius papa recipit potestatem a Christo, vt in cap. quodcumque.24. quæstio.1. Sed si cedit, hoc contingit ex defectu in propria persona ipsiusmet papæ, vel quia sentit se insufficientem vel inhabilem ad gubernandum eam, sicut si uir separetur ab uxore, quia esset frigidus, ut in capit.fraternitatis de frigi.& malef. Vnde non minus potest dici papa repudiari ab ecclesia quam ipse repudiare eam. Et ideo non conuenit dicere quod iudicetur ad imparia eo quod papa cedit ecclesiæ, & ecclesia nõ dimittit papam, quia non est defectus in ecclesia, sicut in uiro, & uxore, nam sicut vir propter adulterium per eum commissum repudiatur, sic & uxor propter adulterium per eam commissum repudiatur, & sicut vir repudiatur quia est frigidus, sic & mulier repudiatur quia est arcta, ut dicto capitulo fraternitatis. Quod autem ecclesia repudiet papam, hoc fieri non potest nisi causa fornicationis spiritualis, quia papa fit hæreticus. dicto capitulo si papa. sicut enim consummato matrimonio carnali non potest dimitti coniunx nisi causa fornicationis, ita nec ecclesia potest dimittere papam, nisi propter fornicationem spiritualem. idest hæresim.
177 Sed prædictis † obstat φ si papa sine aliqua causa ex nuda sua uoluntate cederet, cessarent prædicta & viderentur omnino ad imparia iudicari. Sed ad hoc indẽt φ sm iura hoc nõ pot cõtingere quod quis resignet sine aliqua causa saltẽ intrinseca. Imo præsumunt quod nullus sponte sine magna causa renuntiet beneficio multis laboribus acquisito, ut in ca.super hoc de renun. Et nullus præsumitur tam fatuus ut uelit iactare suum.l.cum de indebito.ff.de proba.& iura non fundantur super non verisimili, ut est tex.in d.cap.super hoc, & in c. quia uerisimile de præsump. Sed videtur obstare tex.in capitulo primo de renũ.in 6.cum dicit libere & glos.iuncto tex. ibi cum dicit maxime. quasi etiã si non adsit insufficientia, possit

178 possit si velit resignare. Sed quo † ad verbum libere respondetur quod intelligitur sine alicuius cõsensu, vt ibi. quo ad verbum autem maxime dicitur quod nõ excludit alias causas.
179 Quo † ad id quod dicitur quod vxor potest dimittere virum si eam scandalizat, respondetur quod iura adducta loquuntur in scandalo quod prouenit ex hæresi & infidelitate viri, quo casu etiam papa scandalizans ecclesiam per hæresim & infidelitatem dimittitur ab ecclesia, vt dicto capitulo si pa-
180 pa. Ad Decimumseptimum † respondetur quod inferioribus indicitur purgatio ratione scandali, vt d. cap.inter solicitudines, sed non est qui possit papæ indicere purgationem, quia non habet superiorem qui possit eum cogere ad se purgandum. Et purgatio papæ de qua in iuribus allegatis, fuit facta sponte & non necessitate aliqua. Et hoc probat ille tex.in d. cap.auditum in fi.2.q.4.& ideo ex illis iuribus infertur quod
181 non possit deponi ob aliquod crimen. Ad text. † in cap.si quis super ijs. respondet ibi Archi. quod ibi Gregorius vel loquitur ex humilitate vel culpabatur de hæresi. Sed Do. ibi dicit quod non fuit causa hęresis, & quod Gregorius scripsit ex humilitate, & idem dicit ibi Hugo secundum eum. Facit quod dicitur in cap. nihil.de pręscript. vbi dicitur de Gregorio φ loquebatur in singulari, licet esset papa, ex humilitate. Facit ad prædicta text.in cap. Petrus.2. quęstio. 7. vbi dicitur quod Petrus quęrimonię factę contra eum cur ad gentes intrasset, non ex potestate officii, qua potuisset dicere oues pastorem suum non accusent nec repręhendant, sed ex authoritate diuinæ virtutis qua Gentiles acceperant spiritum sanctum respondit. Et ibi Gratianus dicit, cum ergo Petrus potuerit ex officio repellere querelas sed noluit, non hoc exemplo prælati coguntur suscipere repręhensiones subditorum. Ad De-
182 cimumoctauum † de epistola Beati Clementis ad Iacobum, respondetur quod aliqui text. habent loco verbi deponaris uerbum puniaris. Sed vtcunque sit, debet intelligi a Deo cuius iudicio papa est reseruatus, ut in capitulo facta. 9. q. 3. Et quod ita intelligatur dephræhenditur ex capit. eiectionem. 79.dist. qui est text. Anacleti, qui successit statim post Clemẽtem. Item cum dicitur deponaris, intelligitur in casu in quo potest deponi, vt in casu hæresis, quod potest deprænhendi ex verbis ibi, tamquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, quod est dicere si non docueris quæ ad salutem pertinent sed hęreses & errores. Ad quod adde quod dictum est supra in responsione ad tertium argumentum.
183 Ad decimumnonum † respondetur quod satis est prouisum per alia remedia quando papa scandalizat ecclesiam ut supra dictum est, & maxime per viam resistentię, absque eo φ deponatur, alioquin idem possemus dicere in quocumq; delicto papæ, quod Christus minus sufficiẽter prouiderit ecclesiæ suæ, ex quo non reliquit iudicem qui papam corrigeret, & in eum iurisdictionem haberet, cum tamen uoluerit suũ vicarium omnibus esse superiorem, & vt quicquid uoluerit soluere vel ligare possit super terram, ut in c.quodcumque. 24.q.1.& c.nouit.de iudic.cum simil. Sicut enim in ordine totius vniuersi quo ad esse naturæ in genere mobilium & mouentium nõ est processus in infinitum nec ordinis retrogradatio, sed deuenitur ad vnum, quod sic omnia mouet, quod a nullo alio mouetur in genere illo. ut dicit Aristot. sic uidetur dicendum in ordine vniuersalis ecclesię quo ad esse disciplinæ quod sit deueniendum ad vnum, cuius sit omnes corrigere & iudicare, & qui a nemine iudicetur, qui est papa. Pro
184 hoc † est bona glo.in clem. ad nostrum de hęretic. quę parificat, ecclesiam militantem ecclesiæ triumphanti, ut sicut in triumphanti unus summus est princeps Deus, sic & in militanti unus præsit princeps uidelicet papa, cui omnes alii obediant necesse est, ut patet in extrauaganti unam sanctã. Nec præscindendus est a corpore ecclesię, sicut nec caput naturale a corpore naturali, quia ab illo pendet sensus, motus, &
185 uirtus corporis, & sine eo corpus nõ uiuit. Hinc est quod Christus Matthæi.18. inter membra ratione scandali abscindenda non nominat caput, sed membra illa cum quorum abscissione stat uita, sensus, & motus corporis. a papa autem pẽdet post Deum salus uniuersitatis fidelium, ut in allegato. cap.si
186 papa.40.di. Et q̃tumcũq; papa † sit caput ecclesię, nõ efficitur malis moribus membrum putridum, quia non potest totum corpus uniuersalis ecclesię inficere, non permittente hoc spiritusancto, quo ecclesiæ corpus, & uiuit, & uegetatur. & a quo salus eius principaliter dependet, quia Christus est pollicitus se semper cum corpore suo mansurum, dicens ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi, Matth.ult. Et pro ista ecclesia Christus rogauit, ut in capit. a recta. 24. q.1.& ideo languescente capite membra non inficiũtur. Ad quod adde quod dictum est in responsione ad decimum arg.
187 Ad uigesimum contrarium respondetur quod regula illa habet locum in ijs quorum dissolutio dependet a potestate cõtrahentis, sicut est in contractibus, qui solo cõsensu conficiũtur, & contrario consensu dissoluuntur. l.sicut C. de act. & obli.l.1. C.quando liceat ab emp.rece. Sed in ijs quorum dissolutio non dependet a potestate partis, non potest quid eodem modo dissolui quo colligatum est. vt est in proposito, quia postquam quis electus est in papam, non habet vltra aliquem in superiorem, sed ipse est omnium supremus, vt in sæpe allegato, cap.licet. Et ideo quamuis matrimonium carnale contrahatur nudo consensu, non dissoluitur nudo cõsensu, quia non dependet a coniugibus dissoluere quod Dei voluntate coniunctum est. quos enim Deus coniunxit homo non separat. c.quos Deus.33.q.2.& rationem assignat glo.in capitulo qua propter.27.q.2. Sic dicẽdum est & in matrimonio spirituali. Et idem videmus in ordinibus & in baptismo, quia sacramenta semel habita nunquam amittuntur.1.q.1. quod quidam. Ad idem facit tex.in capitulo licet & cap.magnę de vo.& qđ dicitur in c. statuimus de regula. & in c.2.de transla.pręla. Et istas & similes fallentias ponunt glo.& doc.
188 in d.cap.1.de regu.iu. Ad illud † quod eius est destituere cuius est instituere. respõdetur quod illud procedit in subiectis dispositioni iuris communis, vt dicit Ab.in d.c.cum ex iniuncto. papa autem est supra ius, ut sæpe allegato. cap. proposuit de concel.præben. Item cardinales non proprie instituunt papam, sicut nec canonici qui eligũt episcopum possunt deponere eum, quia hoc spectat tantum ad papam, vt in c.1.& 2.de transla.pręla.& c.quod translationem de offic.lega. Ad quod dicit. S.Tho.de rege, respondetur quod habet superiorem cum efficitur tyrannus, ideo potest amoueri. facit quod dicitur in l.si cum Cornelius. ff. de solu. Sed non est dare superiorem papæ, vt sępius dictum est, ideo est Dei iudicio relinquendus. c.facta.9.q.3.& capit.nemo.cum simil. Ad vige-
189 simumprimum † de exemplis maiorum respondetur quod licet multi reperiantur depositi, illi aut non erant indubitati pontifices aut de facto & non legitime fuerunt depositi. Non enim est per exempla iudicandum, vt in cap.de quibus ibi bona glo.de hoc.20.dist.l.nemo.C.de sen.& interlo.omnium iudi.l.sed licet. ff. de offi.præsi.cap.cum ex iniuncto de hære.c.magnæ in verb.trahitur in exemplum de vo.c.ex merito.6.q.1.l.de quibus ibi glo.ff.de.ll.nisi quo ad Deum & pro euitando peccato, vt dicit glo.in authen. vt omnes obe.iudi. §.1.colla.5. Vbi enim est ratio non attenduntur exempla, vt dicit tex.in c.sana 9.dist. Propterea dicit Cardi.in c.venerabilem de elec. quod licet multa ingenia laborauerint inuestigando initium monarchiæ terrestris & de monarchia prodierint multi libri, nulla tamen disputatio potest esse minus
190 utilis. Et ideo † argumentum ab exemplis chronicarum nõ est omnino solidum, quia multæ impressiones & violentiæ
191 fuerunt factę ab imperatoribus contra pontifices. Ad id † qđ dicitur de Ioanne 12. qui legitur congregato concilio depositus, & suffectus Leo. respondetur quod constat hoc etiam de facto actum fuisse. vnde & postea restitutus fuit congregata synodo Romæ, vbi & Leo & omnia eius gesta damnata sũt, vt patet apud Vincen.historialem li.25.c.86. non multo post autem in adulterio depręhensus cõfossus interijt. Alij dicũt eum nutu Dei perijsse, vtpote qui tantum Dei iudicio deponendus reseruabatur. Sunt etiam qui dicant eum malis artibus pontificatum occupasse. fuerunt enim gesta illorum tẽporum negligentia scriptorum non parum confusa, ut legitur in eius vita apud historicos. Et de similibus exemplis vide Car.de turre cre.in 2.li.c.103. Item potest dari alia respõsio quod in casu nostro non deficit ius, quia habemus iura φ papa a nemine potest iudicari nisi fiat a fide deuius, ut in d.c.
192 si papa. Ad vigesimumsecundum † respondetur quod non ualet consequentia, potest aliqua ex causa resisti papæ ergo potest deponi. quia resisti semper potest quando præciperet aliquid quod esset peccatum lege diuina, vt in c. Iulianus & cap.qui resistit.11.q.3.& tamen non potest deponi nisi in ca-
193 su heresis, ut in d.c.si papa. Ad vigesimumtertium † respondetur quod Christus nõ fuit subiectus iurisditioni pilati uel cæsaris nisi inquantum ipse voluit. vnde Isaiæ 52. dicitur oblatus est quia ipse voluit. Ad id quod dicitur de Constantino, respondetur quod text. nihil dicit de papa quod subijciatur imperatori. Imo ibi potius dicitur contrarium in dicto capitulo Constantinus. nam potestas papæ est a Deo, vt in c.in no-
194 uo.21.dist.cum concordan. Ad illud † de Paulo respondetur quod ex hoc quod appellauit ad cæsarem, non designatur φ cæsar esset eius iudex sed potius illius a quo fuerat iniuria effectus, & tanquam actor voluit sequi forum rei. capitulo cũ sit de foro compe. cum simil. Ad illud de Abiathar respondetur quod illud fuit factum Dei voluntate, qui hoc futurũ prædixerat, ut legitur ibidem.3.reg. ca.2. ubi dicit textusmet illud factum vt impleretur sermo Domini quem loquutus est super domum Heli in Silo. Et ibi supplet gl. Nico. scilicet
195 quod eijceretur a sacerdotio, vt habetur.1.reg.2. Item vt † dicit ibi glo. Abiathar sacerdotio expulsus non tamen occisus

significat iudæos, quorum sacerdotium licet sit abolitum, ipsi tamen propter eos qui in fine mundi ex eis credituri sunt deleti non sunt. Ad vigesimumquartum de glos. in c. si papa [196] est supra responsum. Ad illud † quod dicitur quod & episcopi sunt tantum a Deo iudicandi sicut papa, & nihilominus sæpius reperiuntur & in concilijs & a pontificibus depositi ergo c. nemo & seq. sonantia quod nemo iudicat papam intelliguntur in foro conscientię. respondetur quod non obstat. [197] Et primo † quo ad text. in cap. accusatio cum dicit quod episcopi a Deo iudicantur. respondetur quod ibi per iudicium Dei intelligitur iudiciũ ecclesiæ, & perinde est dicere quod iudicantur a Deo atque dicere quod iudicantur ab ecclesia, [198] vt † in c. quod suspecti. 3. q. 5. ibi iudicia diuina id est ecclesiastica. Et si dicatur quare non sic exponi debet in iuribus quæ loquuntur de papa, respondetur tum quia nõ habet superiorem. tum etiam quia iura clare dicunt quod in foro iudiciali non iudicatur a quoquam sed Dei iudicio reseruatur, vt [199] in cap. nunc autem 21. dist. cum simil. Ad illud † quod arguit de capitulo cito turpen ex grauitate pœnę, respondetur duobus modis. primo quod illud de quo ibi fit in detestationem criminis, non quod maius sit delictum simoniæ quam idolatriæ. Et hoc patet ex eodem tex. ubi appellatur crimen inexpiabile, & tamen in hoc seculo quodlibet peccatum mortale est remissibile & expiabile. de pœni. dist. 7. nemo. Et reperitur in veteri testamẽto sæpius maximas pœnas inflictas fuisse pro minori delicto, ut patet de murmuratione populi nu. 14. & de anania & eius vxore act. 5. & 12. q. 1. dilectissimis. & sic de similibus. Vel secũdo respondetur quod ibi tex. loquitur in simonia quæ est ꝓprie hæresis, quia Giezi voluit emere gratiam spiritus sancti pecunia, & ideo errauit in fide cõmittendo in ijs quæ sunt prohibita quia simoniaca, vt in ca. ex parte de offic. delega. & supra dictum est in arti. vtrum electio papæ per simoniam facta teneat, & an papa illaqueetur [200] crimine simoniæ. Ad argumentum † a simili de archiepiscopo qui iudicatur a concilio prouinciali. respondetur quod non est omnino simile de archiepiscopo & papa, quia a concilio prouinciali potest recurri ad papam, & archiepiscopus habet superiorem, vt in cap. quanuis. c. multum & c. dudum cum sequen. 3. q. 6. & tex. de archiepiscopo in capit. graue de prębẽ. Sed secus in papa, vt in §. patet. 3. q. 1. & c. licet de elec. Item responderi potest alio modo quod ibi in d. ca. sicut fuit iudicatum ex commissione & authoritate papę, vt dicit ibi [201] Hugo. & refert Do. Vel tertio, † ut dicit ibi glo. concilium potest cognoscere sed non iudicare de causa archiepiscopi. Et ideo sumitur ibi per glos. argumentum quod concilium generale potest cognoscere de causa papæ sed non iudicare. Et idem uidetur sentire glos. in cap. mandastis. 2. q. 4. Licet in cã hæresis sit glos. in contrarium. cap. nemo. 9. q. 3. & dicit Inn. in capit. ex parte de verbo. sig. & Archi. & alij in c. in fidei de hęre. in 6. & dicitur in loco suo. Item quarto respondetur ꝙ concilium aut iudicat de persona archiepisopi ad effectum admonendi ipsum archiepiscopum ut se corrigat & emendet, & uia cuiusdam denuntiationis vt ipso post modum se non emendante causa deferatur ad papam. & hoc modo poterit, & procedit quod dicitur in d. c. sicut. Aut ad finem iudicandi personam archiepiscopi. & nullo modo potest, vt in d. c. graue, & sentit ibi Alex. in d. cap. sicut. Et non obstat nec procedit argumentum a simili ab archiepiscopo ad papam per pręmissa. Quando autem possit appellari ab archiepiscopo ad concilium prouinciale, vide ibi in d. cap. sicut & in ca. multis 17. dist. & in cap. primates. 2. q. 1. Et ibi tradunt doc. ꝙ nec episcopus potest damnari per primates nisi ex cõmissione papæ, vt dicit ibi Do. tex. tamen ibi probat contrarium qñ rite proceditur per primates, alias retractatur de facto eorũ sententia per synodum. vide ibi glosa & Doc. Ad vltimum [202] † respondetur quod lex si cum Cornelius & c. ne quis, loquũtur quando facultas reuocandi actum dependet a nuda voluntate agentis, ut est in Domino constituente procuratorẽ, qui potest illum reuocare, vt dicitur in c. mandato de procu. [203] & in c. 2. eo. ti. in 6. Ad illud † de. c. ne quis, respondetur quod procedit in eo qui habet facultatem retinendi gladium, sed in proposito non est in posse concilij retinere facultatem supremam pontificis quam non habet. non negatur tñ quin per viam monitionis & alia remedia supra dicta possit ei resisti, sed non deponi. Nec concludit in proposito illud quod subijcitur, quod vbi deficiũt magistratus redimus ad ius primæuum naturale, quia istud si militaret in papa, ita haberet locum quando esset corrigibilis sicut quando esset incorrigibilis, quia nunquam habet superiorem, vt in cap. licet de elec. & eius causæ reseruantur Dei iudicio, vt in ca. aliorũ. 9. q. 3. cum simil. Et quo ad id quod dicitur de saule, etiam ipse fuit punitus Dei iudicio, vt patet. 1. reg. 31. & non depositus.

[204] Et ex his † apparet absoluta quæstio ista. Ex quibus concluditur quod papa pro crimine quocumque etiam notorio & scandalizante ecclesiam & de quo est incorrigibilis modo non sit crimẽ hæresis non potest deponi. Et ultra prædictos doctores supra pro ista parte adductos, alios idem tenentes adducit Cardi. de Turrecrem. in 2. lib. capit. 93. in fi. uidelicet Hugonem de sancto Victore, dictum Albertum, Alexandrum de Ales, Bonauenturam, Petrum de Tarentasio, Innocentium quintum in quarto, dictum Vlricum in summa, Ricardum de media villa in quarto, Petrum de Palude, patriarcham Ierosolymitanum, Herueum & Alexandrum de Alpidio in tract. de eccles. pot. item Innocen. Hostien. Ioannem And. Guidonem, Archidiaconum. Qui omnes volunt papam verum & indubitatum extra casum hæresis strictissime sumptæ nullum in terris iudicem habere superiorem, sed tantum Deum in cœlis cuius vices ipse gerit in terris, Et si bene aduertatur, ista cõmunis omnium scribẽtium opinio, quicquid dixerit Decius in quodam suo consilio nouiter impressio numero 151. incipiente maximi ponderis. Et quod ista sit cõmunis, vltra alios supra adductos tam theologos quam canonistas etiam ostendunt omnes pręcipui doctores canonistæ, cum dicunt quod papa non potest ab aliquo iudicari nisi pro hæresi, ut uoluerunt maxime Innoc. in cap. ex parte de uerbor. significatio. Ioann. And. Anton. & Cardin. & idem Ioann. And. post Host. & Anton. de Butr. Card. & alii. in cap. proposuit. de concess. præbend. Et Aliqui idem replicant in capit. licet. de elect. & in capitu. in fidei. de hæretic. in 6. Et licet non ponant istam quæstionem in forma, uidelicet quid quando papa est incorrigibilis de crimine notorio scandalizante ecclesiam, tamen recte intuenti hoc uolunt, ex quo excludunt omnes alios casus & tantum casum hæresis ponunt in quo possit procedi cõ[205]tra eum. Adde † tamẽ unum quod incorrigibilitas interdum colligitur ex uerbis non directe & expresse sonantibus incorrigibilitatem, sed solum tacite & per indirectum. Hoc consuluit Cardin. consil. 53. incipit proponebatur casus, ubi dicit quod clericus quidã poterat dici incorrigibilis ex eo ꝙ confitendo se uoluisse dare castrum sancti Angeli uni colũnensi qui cum uiris armatis ingrediens faceret tumultum, dixit quod res habuisset effectum si non fuisset uilitas animi unius illorum qui fuerant requisiti, & obiurgabat reuelatorem de uilitate animi, nam per hęc uerba ostendebat se non pœnitere, ergo erat incorrigibilis. Et illud dictum refert Felinus in capituto Rodulphus in 27. columna uersiculo limita primo.

[206] Vtrum † autem sint alij casus in quibus concilium possit iudicare de papa ultra hęresim. schisma, Idolatriam, & similes causam fidei concernentes, uide Gerson in tract. de Auferi. pa. ab eccles. in 19. consideratione ubi ponit sex alios casus, de quibus dictum est supra ubi agitur de exceptio. quæ opponuntur contra papam, uel ibi de quibus potest accusari. Et ex his apparet quid dicendum si papa passim committit usuram, & permittit alios publice eam exercere & approbat cõtractus usurarios ex quo scandalizatur ecclesia, patet enim quod non potest statim per concilium deponi sed debet prius moneri, si autẽ non desistat nec reuocet similes contractus, poterit interrogari an credat quod exercere usuram & facere similes contractus usurarios sit peccatum nec ne. Et si teneret uel assereret non esse peccatum, & posse fieri similes contractus sine peccato, tunc ex quo & lege diuina & humana usura est interdicta poterit tamquam hęreticus & de fide male sentiẽs iudicari, ut probat tex. in clem. 1. de usu. qui est conciliaris. Et idem possumus dicere in similibus casibus, in quib. post monitionem & perseuerantiam sentiret illud quod generat, & est peccatum non esse peccatum, quod posset procedi cõtra eum tamquam de hæresi suspectum ut supra dictum est, & posset ut pertinax damnari ex quo non resipiscit.

S V M M A R I V M.

1 *Testes quot sufficiant contra papam.*
Et dicendum, quod duo, & in hoc est deterioris conditionis, quod ansit ue rum. ibidem.
2 *Cap. præsul. 2. q. 5. intellectus, & ibi gl. reprobatur.*
Et de varijs intellectibus d. c. præsul. ibid. remiss.

Articulus XIII.

Sed quia dictum est quando, & ex qua causa. possit papa deponi, quæro [1] † quot testes sufficiant contra papam? Gl. in cap. præsul. 2. q. 5. dicit quod duo. & ad hoc consueuit allegari singularis. Et subiungit eadem gl. in hoc papam esse deterioris conditionis, quia ipse sine cõparatione creatus est maior alijs & ideo sine spe uenię condemnandus est ut diabolus, de pœnitent. dist. 2. principium. Sed in contrarium. facit text. ibi. quia si in con-

condemnatione cardinalium requiruntur aliquando. 72. aliquando. 64. aliquando 27. ad minus, multo magis videretur idem dicendum in papa, arg. eorum quæ ponuntur in c. fœlicis, de pœnis. & cle. 1. eo. ti. Et ex ista ratione per illum tex. dixit Aug. de Anc. in tract. de po. pa. q. 5. ar. 5. quod tex. in ca. præsul habet locum etiam in papa quicquid dicat gl. ibi quã dicit procedere in casu quo papa impeteretur de hæresi quæ esset ita aperta & manifesta ꝙ non posset aliqua tergiuersatione celari. Et cum eo transit etiam Fel. in c. per tuas. de ma. & obe. Quibus non assentior, cum ille tex. patiatur varios intellectus, quos ibi & in d. c. per tuas ponunt Doc. & supra retuli in quæstione qui præferantur in concilio, cardinales ne an patriarchæ. tum etiam quia restrictio quę datur ad gl. nõ videtur bona, quia si hæresis est notoria, non indiget testib. ad conuincendum papam aliter, quia sufficit notorio, ꝙ allegetur, vt dicit gl. reputata singula, in cle. appellanti. de appel. & doc. in c. 2. in gl. 1. ut lite non contes. Vnde cum dominus dixerit Matth. 18. quod in ore duorum uel trium stat omne verbum, & Ioan. 8. ꝙ duorum hominum testimonium verũ est, de quo in c. in omni negocio, de testi. & j. Ioan. 5. tres sunt qui testimonium dant in cœlo &c. testimonium duorũ, uel trium omni exceptione maiorum contra quancunq; personam, plenum est, alioquin nunquam posset conuinci papa de hæresi, si tot testes requirerentur. Vtrum autem gesta per papam depositum ante declarationem teneant, Bald. in cap. olim, de rescr. circa finem videtur dicere quod gesta ante tenent. Vnde dicit quod aut papa est intrusus. & nullæ eius promissiones tenent. C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. Aut est extrusus id est ex post facto remotus. & tunc ualent quæcunque fecit antequam priuaretur. ff. de mino. l. Emilius. Ista est materia. l. Barbarius. ff. de offi. prætο. et cap. ad probandum. de re iud. cum similibus.

Cardin. Iacobaij, de concilio, Liber Decimus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellari an possit a papa ad concilium.*
Et argumenta quod possit, nume. 2. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 16. 17. 19. 20. 22. 24. 27. 28. 30. 31. 32. 33. & num. 34.
Quod non possit argumenta, num. 35. 38. 39. 40. 42. 45. 46. 49. 54. 55. 56. & num. 66.
Et respondet ad contraria supra adducta, nu. 70. vsque ad num. 90.
3 *Appellatio est de minori ad maiorem prouocatio.*
5 *Appellatio est prioris sententiæ impugnatio, & reformatio.*
9 *Papam quo ad remedium appellationis esse minorem concilio argumentum.*
12 *Appellare non licet a pręcepto Dei.*
Nec a canonibus editis in concilio, ibid.
14 *Restitutio datur etiam contra sententiam Papæ.*
15 *Error velatus facilius inuestigatur a multis quam a paucis.*
16 *Appellare non licet ab illo iudicio quod est vltimum & supremnm.*
18 *Orbis maior est vrbe.*
19 *Dic ecclesiæ istius auctoritatis declaratio.*
20 *Papa siue princeps non potest tollere ea quæ sunt iuris naturalis.*
21 *Appellatio est quædam defensio.*
Et defensio est de iure naturali. ibid.
Appellatio est clamor ab inferiore, ad superiorem, nu. 32.
23 *Capitulo Anastasius. 19. distinctione, & cap. cum aliquis, 24. quæstio. 3. declarantur.*
24 *Potestas ecclesiæ, in concilio & tota ecclesia non moritur, in hoc vel illo papa sic.*
25 *Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Istorum verborum expositio, & intellectus.*
26 *Qui potest maius, multo magis quod est minus.*
27 *Bonum commune præfertur priuato.*
Et quod prodest pluribus præfertur ei quod prodest paucioribus. ibid.
28 *Communitas excommunicari non potest.*
29 *Appellatio datur ab omni deuio & obliquo ad rectum & regulatum.*
32 *Iudicia humana sunt variabilia.*
35 *Appellatur de qualibet mundi parte ad sedem apostolicam.*
36 *Appellatio a papa deficit in substantialibus.*
37 *Appellatio interposita de pari ad parem per errorem tolleratur.*
Non tamen a maiori ad minorem. ibid.
Licet error interuenerit.
38 *Appellans, in causa appellationis, eximitur a iurisdictione eius a quo appellat.*
39 *Appellare non licet ab eo, a cuius obedientia non licet recedere.*
41 *Electio quid sit.*
43 *Inferior non tollit legem superioris, & maxime si inferior recipit potestatem ab illo superiori, ibid.*
44 *Appellatio est de iure positiuo, & introducta priuilegio iuris positiui.*
Iustitiæ redditio est de iure naturali, ibid.
45 *Ordo rerum naturalium in regimine naturali, a nemine potest immutari nisi a Deo.*
Et ordo iudiciarius in regimine moralium, a nemine immutatur nisi a papa qui vicem Dei gerit in terris.
46 *Appellare non licet ab eo, ad quem omnes oppressi aprellant.*
Appellare non licet ab aliquo ad ipsummet. ibid.
47 *Petrus pro omnibus claues recepit distributiue, & collectiue.*
48 *Factum a papa dicitur factum a sede apostolica, & econtra.*
50 *Pasce oues meas, exponitur.*
51 *Appellatio a vicario, eadem est cum appellatione ab episcopo, sic appellatio a papa qui est Christi vicarius, eadem cum appellatione a Christo.*
52 *Appellare a papa ad Deum, an possit cum idem sit consistorium Dei, & Papæ.*
53 *Hierarchia inferior conuenit superiori.*
54 *Appellatio impedit causæ cognitionem.*
57 *Appellationis remedium est de iure positiuo.*
Et papa per suum rescriptum potest illud tollere. ibid.
58 *Appellari a concilio ad papam tribus casibus potest.*
59 *Appellatio a papa male informato, admittitur ad eundem bene informatum ad hoc vt corrigat errorem suum.*
Et ista non est proprie appellatio, sed largo modo, nu. 60.
61 *Appellare a papa hęretico, vel qui sententiam hęreticalem tulit, vel hæretice dogmatizat, an liceat.*
62 *Appellatio ad hoc vt suspndat, oportet quod sit valida.*
63 *Appellatio nihil valet, si sententia transiuit in rem iudicatam.*
64 *Papæ omnem ereaturam subesse credendum de necessitate salutis.*
65 *Pij constitutio innouata per Iulium II. contra appellantes a papa ad concilium, num. 65.*
66 *Appellare licere dicentes a papa ad futurum concilium, hęreticum.*
Rationes plures, ibid. & nu. 67.
Imo nec si papa in hæresim laberetur esset ad futurum concilium appellandum, sed monendus primo, num. 68.
69 *Papa non potest habere summi capitis dignitatem, si non tenet fidei vnitatem.*
71 *Deum non derelinquere suos fideles quomodo intelligendum.*
72 *Iustitia humana in hoc seculo nunquam bene discutitur, sed in futuro.*
73 *Appellans non consideratur an erret vel non, sed habetur respectus ad maioritatem & superioritatem.*
74 *Appellatio non interponitur a concilio ad papam, quando est legitime congregatum cum præsidet Papa.*
Et ratio, ibidem.
75 *Argumentum de episcopo ad capitulum, non procedit, de papa ad concilium.*
76 *Argumentum de Archiepiscopo ad papam non valet.*
77 *Concilij iudicium non est maius quam papæ.*
78 *Papa licet pro peragendis congreget concilium, non tamen sequitur quod sit inferior.*
79 *Concilium tunc dicitur supremum, cum papa est in eo.*
80 *Appellare a concilio ad papam licet, sed non econtra.*
81 *Petrus licet reprehensus fuerit a Paulo, non tamen a Petro appellabatur ad Paulum, nam Paulus erat inferior Petro in administratione.*
82 *Dic ecclesiæ, ista auctoritas non habet locum in papa.*
83 *Appellare, licet non possit ab aliquo propter eius dignitatem, non tamen tolluntur defensiones, nam competunt alia remedia. videlicet supplicationis.*
84 *Concilij appellatione intelligitur de concilio auctoritate papæ congregato, & cui papa præest.*
85 *Concilium habere auctoritatem iudicandi papam nullibi cautum reperitur. etiam in causa fidei per uiam appellationis.*
86 *Appellare a sententia papæ non est commune bonum.*
87 *Appellare non licere ab obliquo ad rectum quomodo intelligendum.*
88 *Papa maior est Apostolo.*
89 *Cap. ad apostolicæ. de sent. & re iud. in 6. intellectus.*
90 *Constantien. concilij intellectus.*

Articulus PRIMVS.

[1] Vlterius † quia clarum est, quod a concilio recte appellatur ad papam, vt est text. in cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. & in cap. sicut excellentiam 23. q. 4. & 2. quęs. 6. cap. ad Romanam, quæro vtrum etiam a papa possit appellari ad concilium, videtur quod iste articulus hodie superflue examinetur, vt patebit ex infra dicendis, sed ad ostẽdendum, quod absque aliqua declaratione non licebat ad concilium appellare, arguam ad vtranque partem. Nec ab re hoc fiet, ad ostendendum quod qui declaratoriam ediderunt non nudam uoluntatem sed veritatem secuti sunt. Et erit vtile ad excitandum ingenia, sicut in simili facit Io. An. in cap. primo, de renun. in 6. vbi examinat ad longum vtrum

papa

papa posset renuntiare papatui seclusa illa constitutione c. 1. de renuntia. in sexto. Et videretur dicendum quod sic. Pri- 2 mo† quia concilium videtur esse maioris authoritatis quam papa solus. Quod probatur, quia in concilio generali non solum interest papa sed omnes prælati orbis. ut in cap. 1. & per to. 17. di. & per concilium repræsentatur tota ecclesia vniuersalis, ut patet act. 15. & 15. dis. cap. sicut in fi. & supra sæpius dictum est. item in concilio Constantiensi. fuit declaratum quod quilibet etiam si sit papalis dignitatis tenetur obedire concilio. Sed nulli dubium est quin tota ecclesia simul iūcta cum capite suo, sit maioris authoritatis quam solus papa. igitur. Probatur assumptum, quia potestas clauium fuit data toti ecclesiæ, ita quod per papam exerceretur tanquam per caput ecclesiæ, vt in cap. manet 24. quæstio. 1. & in capit. ita dominus 19. dist. cum sim. Et quod sit maioris authoritatis probatur, quia constitutio totius concilii in quo papa præest est maioris authoritatis quam solius papæ, vt in cap. 1. & ibi Ar- 3 chi. 20. dist. Sed† sic est quod appellatio est de minori ad maiorem prouocatio, vt patet ex diffinitione ipsius, data per Abb. in rub. de appell. & per summistas in tit. de appella. & 2. q. 6. anteriorum cum simil. igitur. Alioquin si aliter diceretur, videretur quod Deus deseruisset fideles, quia non esset qui eos appellantes releuaret, quod est contra illud quod di- 4 citur ad hebrę. 13. Secundo quia † solus papa potest errare & esse hęreticus, ut 40. dis. si papa. & insufficiens ad regimen papatus, ut in c. 1. de renun. in 6. Sed ecclesia vniuersalis non potest errare, ut in cap. a recta. 24. quæstio. 1. & in cap. maiores. de bapt. Ideo conueniens est ab eo qui potest errare appella- 5 ri possit ad eum qui non errat, quia† appellatio est prioris sententiæ impugnatio & reformatio, ut patet in dicta diffinitio- 6 ne. igitur. Tertio † faciunt pro ista parte omnia illa motiua quæ adducuntur contra papam in artic. an concilium sit su- 7 pra papam. Quarto † adducitur illud quod fuit statutum in concilio Calcedonen. quod ab electa synodo nō appelletur. & in toletano concilio, ut a sñia sinodi non appelletur. Quin- 8 to† arguitur a simili, sicut enim idem est cōsistorium episcopi & capituli in quo episcopus vt prælatus præsidet, pariformiter videtur idem consistoriū concilii & papæ in quo papa præsidet. Sed sic est quod de gestis in capitulo in quo episcopus vt prælatus prefuit non appellatur ad episcopum, ut in 9 cap. a collatione. de appel. & cap. 2. de consuet. Ergo de gestis in concilio in quo papa præfuit, non erit appellandum ad papam, & si non ad papam, ergo quoad remedium appellationis papa est minor concilio. ergo debet posse appellari a sententia papæ ad concilium, quia non est dare alium superiorem. d. c. si papa. 40. dist. facit text. in cap. licet. in fi. de elect. & 10 §. patet 3. q. 1. Sexto sic† sicut ab archiepiscopo appellatur ad synodum prouincialem in quo archiepiscopus præsidet, ita si appellatur a papa qui pręest concilio generali, appellandū est ad concilium. Quod autem ab archiepiscopo appelletur ad concilium prouinciale, ostendit text. iuncta glo. in capit. multis. 17. dist. & text. iuncta glo. in cap. sicut. 2. quæst. 7. & est text. bonus in cap. primates. 2. q. 1. in fin. vbi si primates male condemnant episcopum, eorum sententia retractatur per synodum, & glo. in dicto capit. a collatione. Quod autem idē dicendum sit de papa, ostenditur a simili sicut supra proxime dictum est.

Ad quod facit quod act. 25. Paulus quantumcūque haberet potestatem ligandi, & soluendi pari consortio cum Petro, vt in capitu. loquitur. 24. q. 1. & cap. in nouo. 21. dist. tamen cum Festus quęsisset ex eo an vellet remitti Ierosolymam & ibi iudicare &c. respondit ad tribunal Cæsaris sto, & iterum Cæsarem appello. Si igitur Paulus appellauit ad Cæsarem, cur non eodem modo li- 11 cet appellare ad concilium. Septimo† quia a sententia concilii non potest appellari, unde in concilio Aphricano Carthaginen. vbi prefuit Augustinus, patres scribentes Celestino papę, dixerunt non recipiendas appellationes a concilio, quia 12 ita statutum fuerat in concilio Niceno. Quod† corroboratur quia a Dei precepto non appellatur, sed canones editi in cōciliis a sanctis patribus, sunt editi instinctu spiritussancti, vt est text. in capitu. violatores. 25. q. 1. & text. in c. maiores. 24. q. 1. Imo tex. in c. contra statuta. 25. q. 1. dicit contra statuta patrum aliquid cōdere vel mutare nec huius quidem sedis potest authoritas &c. & est text. Zozimi papæ, ergo si ab eorum constitutionibus non licet appellare, consequenter nec a cōciliis appellare licebit. Et si a concilio non licet appellare, sequitur, quod sit maius, merito igitur si a papa sit appellan- 13 dum, appellari poterit ad concilium. Octauo† concilia dederunt authoritatem sedi apostolicę saltem secundario, ut dicit text. iuncta glo. in §. hinc etiam. 17. dist. & glos. 3. quęstio. 6. dudum, & dixi plene supra in propria quęstione, unde sequitur quod concilium sit maioris authoritatis quam papa, alias non potuisset dare ptātem, quia nemo dat quod nō hēt, ut in c. daibertum. 2. q. 7. & c. quod autem de iurepa. Ad hoc tex. & glos. in c. inferior. 21. dist. & c. cum inferior de maio. & obe. Ergo videtur quod a papa ad concilium legitime appel- 14 letur. Nono probatur † per tex. in capitulo tum ex literis de integ. resti. ubi contra sententiam papæ datur restitutio in integrum. & ibi dicitur non negamus sententiam Romanæ sedis posse in melius commutari. Ad idem tex. in c. sententia. 35. q. 9. & c. veriam ea. cau. & q. & c. cum olim de re iudi. Ergo si tanquam erronea & male lata commutatur, potest retractari. Sed hoc non potest ab aliquo melius fieri quam a 15 concilio. tum † quia velatus error facilius inuestigatur a multis quam a paucis, & sic facilius in concilio generali. c. de quibus. 20. distin. cap. prudentiam de offic. delega. C. de fideicō. l. fi. & C. de ingenuis & manumis. l. 2. tum etiam quia papa in rebus arduis in quibus dubitat, congregat generale concilium & illi se submittit, ut in c. de eo. 50. dist. c. bene quidem. 35. q. 5. in capit. ad sedem. Item papa dum efficaciori modo vult aliquid constituere contra vitia, curat vt omnes in concilio existentes sententias subscriptionesq; proprias accomodent 35. quæst. 6. cap. quod quis. Similiter cum contra delinquentes non habet vltra quid faciat, pro potiori remedio huiusmodi congregare ecclesiam aduersus eosdem. 11. q. 3. præcipue ad fi. Videmus n. quod etiam quando papa non citata parte nulliter & de facto procedit & facit iniustitiam, quod minus recte sit retractatur, disputat glos. in extrauaganti rem non nouam. & faciunt quæ dicuntur per Abb. in cle. 1. in fi. de proba. & Ludo. consilio 350. & quæ dicuntur in capitulo cum 16 olim de re iudi. Decimo † probatur sic. non licet appellare ab illo iudicio quod est vltimū & supremum, quasi examinans omnia alia. sed iudicium concilij est huiusmodi, vt patet per Augu. in epistola ad Glorium & Eleusium & Felicem grammaticum. Et si ab eo non appellatur, bene ad ipsum tanquam supremum prouocatur. est enim gradatim appellandum, vt in cap. dilecti de appel. Super quo vide quod dico in responsione ad vigesimum contrarium, in arti. an papa sit maior concilio. ubi respondetur ad authoritatem Augustini. Vndeci- 17 mo † pro hoc adducitur tex. in c. 1. in §. solent. ff. quando appellan. sit. ubi licet præses sit de ordine, tamen si appellatur ab ordine, appellatur ad præsidem. a pari licet papa sit præsidens concilio, si ab eo appelletur, poterit ad concilium appellari. vide glosa in d. capit. a collatione de appel. Duodecimo 18 † probatur per tex. in c. legimus 93. dist. ubi Hiero. dicit quod orbis est maior vrbe. & ibi glos. colligit argumentum quod statutum concilij præiudicat statuto papæ si sibi inuicem contradicant. Si ergo concilium est maioris authoritatis quam papa solus, merito ab eo appellari poterit ad concilium. 2. quæst. 6. anteriorum. Quod etiam probatur ex authoritate apostoli ad gala. 2. & transsumptiue in cap. Paulus. el 2. q. 7. ubi dicit tex. quod Paulus reprehendit Petrum quia inducebat suo exemplo alios ad iudaizandum. nam cum primo comederet cum gentibus, & non discerneret inter cibos sicut discernebant iudæi, postea cum venissent antiochiam quidam a Iacobo iudei, subtrahebat se a gentibus & discernebat inter cibos sicut faciebant iudęi. & ideo Paulus eum reprehendit. Et subiungit ibi tex. quod hoc Paulus non fecisset si se parem Petro non cognouisset. Et ad idem tex. in §. ite Paulus ea. cau. & q. Vnde quod vni conceditur, bene debet cōcedi vniuersali ecclesiæ. posset. n. contingere casus in quo papa turbaret uel confunderet vniuersalis ecclesiæ statum. quo casu si ab eo nō posset appellari, posset ecclesiam & omnia subuertere. quod nō est dicendū, cum in arduis maxime concernentibus statum vniuersalis ecclesiæ debeat recurri ad concilium sicut in causis fidei, vt in c. Anastasius & quod ibi dicitur. 19. dist. & in cap. sicut. 15. dist. Et facit quod dicitur Act. 15. ubi cum fuisset dubitatum an conuersi ad finem deberent circuncidi, missum est non ad Petrum tantum, sed ad eum cum tota ecclesia, quę erat Ierosolymis, & omnes communi consilio declararunt non esse necessariam circuncisionem. Ergo cum opus erat recurrebatur ad concilium etiam inter illos qui erant pleni spiritusancto, & infirmari de potestate papę, id est Petri, & ecclesiæ. unde merito dicendum est si ab eo contingat appellari quod appelletur ad concilium. 19 Tertiodecimo † pro ista parte facit illa authoritas euangelica Matth. 18. & in cap. nouit de iudi. & 2. q. 1. c. si peccauerit. vbi postquam in fraterna correctione quis non vult audire, dicitur quod si te non audierit dic ecclesiæ. Quæ authoritas etiam habet locum in papa, vt dicitur in glos. capit. si papa 40. dist. & Doc. in ca. proposuit de concess. præben. Sed nullus est melior modus dicendi ecclesiæ, quam per viam appellationis, ergo a papa appellatur ad concilium, attento maxime quod iudicat de papa iuxta. d. cap. si papa. Quartodecimo 20 † adducitur quod ea quę sunt iuris naturalis princeps siue papa non potest tollere. cle. pastoralis de re iudi. c. quæ in ecclesiarum cum materia de consti. §. sed naturalia insti. de iure na-

21 na. gen. & ci. Sed sic† est quod appelatio est quædam defensio vt in c. cum inter. de excep. & in capitulo significauerunt eo tit. Defensio autem est de iure naturali. l. & vim. ff. de iusti. & iu. l. sententiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem. aquil. & capit. significasti de homi. & d. cle. pastoralis. Si autem diceremus quod non licet a papa appellare ad concilium, esset tollere defensionem, quia ad nullum alium potest a papa appellari quia nullum habet superiorem, vt in cap. licet de elec. & d. 22 § patet. 3. q. 1. Quintodecimo † hoc videtur decidere Augu. in epistola ad Glorium & Eleusium. vbi inter cætera contra quosdam donatistas qui fuerāt reprobati & quidam Cecilianus episcopus absolutus per sententiā Melchiadis tunc Romanæ vrbis episcopi, & quorundam aliorum collegarum ab imperatore ad donatistarum preces deputatorum, sic inqt. Quod si diceretur malos & peruersos fuisse iudices, q̄ vox est omnium malorum litigatorum cum fuerint etiam manifestissima veritate superari &c. Et subdit. ecce putemus illos episcopus qui Romæ iudicarunt non bonos iudices fuisse, restabat adhuc plenarium vniuersalis ecclesiæ cōcilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, vt si male indicasse conuicti essent, eorum sententię soluerentur. Ex qua authoritate infertur quod a sententia Romani pontificis uel quam ecclesia tulisset cum summo pontifice, potest haberi recursus ad concilium, & per ipsum concilium sententia papæ reprobari potest, si conuincitur iniusta. Facit 23 †quod legitur & notatur in ca. Anastasius. 19. distinctione & in capitulo cum aliquis. 24. quęst. 3. Et si dicatur quod in casu prædicto papa cognouit ad instantiam imperatoris & tāquā ex delegatione eius, vnde fuit postea appellatum ad imperatorem. Respondetur quod ex quo imperator scripsit papę de pertinentibus ad ipsiusmet papę iurisditionem, potius videtur iurisditionem eius excitasse quam potestatem delegasse, vt dicitur in c. licet de offic. ordi. & ideo ibi Aug. in d. epistola in 2. col, appelat illud iudicium ecclesiasticum. Nec obstat quod fuit appellatum ad imperatorem, quia de facto illud processit, nec Augu. hoc ibi approbat. Et in istis concilijs multum valet consuetudo & authoritas sanctorum. Nam vt dicit idē Aug. in li. de fide christiana, & est tex. in c. catholica. 11. dist. catholica ecclesia per orbem diffusa tribus modis p̄batur existere. quicquid enim in ea tenetur, aut authoritas est scripturarum, aut traditio vniuersalis, aut certe propria & particularis institutio, sed authoritate tota constringitur, vniuersali traditione maiorum nihilominus tota. Ad idem tex. eiusdem Aug. in cap. omnia. 27. dist. Sextodecimo 24 † facit quod concilium habet superioritatem etiam contra papam, vt d. c. si papa. 40. dist. & in c. Anastasius. 19. di. & dicit glos. in cap. sicut 15. dist. Et in concilio Constantien. dicitur quod quilibet etiam papatus dignitate præfulgens tenetur concilio obedire, quod conuincitur ratione, quia potestas ecclesiæ in isto vel illo papa moritur, sed in concilio & in tota ecclesia non moritur. pro hoc. cap. si gratiose de rescrip. in 6. Et si dicatur quod c. si papa cum alijs concordan. supra adductis loquuntur in causis fidei, in quibus concilium est supra papam, & merito tunc admitti posset in tali causa quod a papa appellaretur ad concilium, vt voluit Abb. Sicu. in allegationibus incipien. quoniam veritas &c. in decima ratione. Posset responderi quod hęc specialitas quod tantum in causa fidei concilium sit supra papam, non probatur iure diuino. Non enim legitur quod in causis fidei Deus dederit ecclesiæ vel concilijs maiorem potestatem quam in alijs causis, 25 vel quam papæ. nam Christus† in trāslatione potestatis vsus est uerbis generalibus, & ante passionem Mat. 16. cum dixit Petro, tu es Petrus & super hanc Petram ędificabo ecclesiā meam. quod est dicere super istum articulum fidei quem confessus es, respondendo me esse Christum filium Dei viui, ædificabo ecclesiam meam, vt notat glo. in capit. ita Dominus. 19. dist. Et post resurrectionem cum Christus fecit Petrum principem, vt notatur in c. considerandum, & in ca. fidelior 50. dist. & in c. in nouo. 21. di, dixit pasce oues meas Ioann. vl. Similiter & ante passionem generaliter loquendo dedit eis potestatem, vt habetur Matthęi. 18. dū dixit apostolis si peccauerit in te frater tuus &c. & postea subiunxit Amen dico vobis quodcunque ligaueritis super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueritis super terram erit solutū & in cęlis. Et post resurrectionem cum eandem potestatem recensuit, insufflauit primo in apostolos & dicit accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, vt habetur Ioan. 20. & cap. significasti. de elec. Demum in assumptione cum dedit omibus exercitium dixit ite & prædicate euangelium omni creaturæ Matth. vul. & Marci. vl. in Pentecoste vero per missionem spiritussancti omnia confirmauit. Vnde ex præmissis apparet quod generaliter fuit data potestas non plus Petro quam ecclesiæ, vel apostolis, vel econtra, nec magis in causis fidei quam in alijs. Cum ergo ecclesia vsa sit hac potestate in causa fidei etiam supra papā, sequit̄ quod & in omnibus alijs arduis vbi papa iudicio vni- 26 uersali erraret, vti potest, q̄a† qui potest maius, videlicet in causis fidei, multo magis quod minus est. capit. ex parte el. 2. cum simil. de deci. Si ergo concilium repręsentans vniuersalem ecclesiam, ut sępius dictum est, iudicat de papa in causa fidei, vt in in dicto capitulo si papa & dicitur in ca. in fidei de hære. in 6. post. Archi. sequitur quod potestatem recipit a Deo, a quo est omnis potestas. 23. quęst. 2. capitulo quid culpatur. facit illud euangelicum non haberes potestatem aduersus me vllam nisi tibi datum esset desuper. Ergo sequitur quod concilium habens potestatem vel quod vtitur ista potestate in papam est superior ex præmissa authoritate Christi. & consequenter a papa ad concilium appellari potest. Facit quod dicitur in ca. cum inferior de maio. & obe. Decimoseptimo 27 †facit quod secundum Augu. bonum commune præfertur cuilibet bono priuato. ca. bonæ el. 1. de postu. præla. c. licet de regula. 7. q. 1. scias. dicitur in l. 1. ff. solu. matri. Sic etiam illud quod prodest pluribus, præfertur ei quod prodest paucioribus. l. actione. §. labeo ibi glo. ff. pro socio. l. vnica in fi. C. de cadu. tollen. vbi imperator dicit communem subditorum vtilitatem præferendam suę proprię vtilitati. & in authen. de non alie. §. quia vero verisimile. in fi. Sed sic est quod generale cōcilium repræsentat bonum commune, quia ad commune totius ecclesiæ bonum congregatur. igitur papa cum sit persona priuata merito subesse debet authoritati & potestati cōcilij, & consequenter debet posse ab eo ad concilium appellari, quia alioquin posset omnia subuertere si repræhensorē 28 qui ausus eius comprimeret nō haberet. Decimooctauo† ad idem facit quod communitas errare non potest. vnde & ecclesia quę per concilium repręsentatur, errare non potest, vt in cap. a recta. 24. q. 1. cap. maiores de bap. Vnde dicitur quod communitas excommunicari non ptest. c. Romana. §. in vni- 29 uersitatem de sen. excō. in 6. Papa† vero errare potest sed ab omni deuio & obliquo appellari potest ad rectum & regulatum. igitur a papa ad concilium potest appellari. Et est motiuum Aug. de Anco. in trac. de po. pa. q. 6. ar. 6. Decimonono 30 †facit quod act. 25. Paulus appellauit ad cæsarem, & sic maior ad minorem. igitur fortius licet a papa appellare ad con- 31 cilium. Vigesimo† facit quod si non liceret appellare a papa ad concilium, viderentur fideles Christi a Deo derelicti, eo quod non esset qui eos ab oppressionibus releuaret, contra illud ad hebræ. 13. non te deseram neque derelinquam. & q̄d dicit glos. in uerbo uacante in capitu. unico de schisma. in 6. 32 Vigesimo† primo facit quod iudicia humana sunt uariabilia c. non debet de consang. & affi. & papa plerunque decipitur & eius iudicium offuscatur. esset ergo inconueniens esse fideles sine rectore. 2. q. 6. liceat. Ad hoc Apost. Iacobus. c. 5. ecce merces operariorum uestrorum &c. clamat ad me &c. Sed appellatio non est aliud quam clamor ab inferiore ad supe- 33 riorem. igitur. Vigesimosecundo† de hoc uidetur tex. in c. ad apostolicæ de re iudi. in sexto, ubi papa dicit quod erat paratus conuocare concilium & de concilii consilio satisfacere imperatori ac reuocare sententiam si quam contra eum iniuste tulisset. Ecce quod in reuocatione sententiæ papæ adi- tur concilium. ergo a papa appellatur ad concilium. Et pro 34 †ista parte facit quod dicitur in ultima sessione concilij Cōstantien. ubi oratores Regis Poloniæ & Ducis Lithuaniæ petierunt a papa & concilio ut antequam concilium dissolueretur damnaretur libellus fratris Ioannis Falkenberg, qui continebat diuersos errores & hæreses, subiungentes quod alioquin appellabant ad futurum cōcilium. Et papa tunc approbauit omnia gesta per illud concilium & conclusa in materia fidei. Ex quo uidetur quod si talis appellatio non ualeret non fuisset admissa protestatio de appellando ad futurum concilium, sed potius impugnata, cum in eodem concilio iam presideret Martinus papa Paulo ante creatus.

35 In contrarium †quod a papa ad concilium nō possit appellari, primo uidetur text. in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. ubi dicit text. Romana ecclesia fas habet iudicandi de omnibus, neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio. Vnde si de ea non licet iudicare, nec per uiam appellationis. & ideo subiungit tex. siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus &c. Ad idem tex. in capitulo ipsi 36 sunt ea. cau. & q. Quinimo impossibile† est ab eo appellare, quia non est dare ad quem, nec substantialia appellationis possent aliquo modo seruari, quia appellatio nō potest fieri nisi ad superiorem. ff. de mino. l. prefecti. §. fi. & ff. de appel. l. imperatores. & patet ex diffinitione appellationis quam ponit Hostien. in sum. in tit. de appel. §. 1. Cum ergo papa sit supra omnes & nullum supra se habeat, d. c. cūcta, & c. nemo, 37 patet ab eo appellari non posse. Vnde† licet tolerari possit appellatio a pari ad parē interposita errore interueniente, l.

prima

prima.§.penul.ff.de appel.emissa tamen a maiori ad minorē non tenet etiam si error interuenerit, ut ibi. Imo nec ualet consuetudo quod talis appellatio teneat, quia interposita contra substantiam appellationis, ut in c.non putamus. de consue.in 6. Cum igitur ut tactum est ipse sit supremus omniũ, fidelium & infidelium, ut ponit Innoc.in cap.quod super ijs de uo.& dicit in extrauaganti unam sanctam, ab eo appellari non potest. Accedit quod regulare est ut a sententia imperatoris uel principis non appelletur.l.1.ff.a quibus appel.non licet. Ab illo enim qui non habet superiorem non licet appellare, ut.2.q.6.anteriorum.& glosa in summa ea.cau.& q. Sed huiusmodi est papa, ut sæpe allegato.capit.licet in fin.de elec. sicut enim imperator est dominus in temporalib.& in eis ab eo nullo modo licet appellare, pariformiter nec a papa qui est dominus in spiritualibus, ut in c.solitæ de maio.& obe.licet appellare. Quinimo nec a sententia Regis non recognoscentis superiorem licet appellare, ut per Cy. in l.fi. C. de dona.inter ui.& uxo. Nec a rege recognoscente superiorē Bal.in l.1.ff.de offic.præfec. præto. & in ru. ff.in 3. col. Nec a senatu.l.1.in prin.§.1.ff.a quibus appel. nõ licet. Similiter nec a sententia prefecti prætorio licet appellare, ut in l. a proconsulibus.C.de appellat.& in l.prima. C.de offi.prefec.preto.de quo videndum in Spec.in ti.de appel. in §. videndum testat. Ex quo videtur quod nec a sententia cardinalis possit appellari, cum equiparetur prefecto prætorio, vt in l.prima, ibi gl. ff.de offic.prefec.præto.& in cap.secundo.de offi.legat. Quod aliqui intelligunt quando reperitur ei causa commissa appellatione remota. alioquin secus per notata in cap. Rainutius. & cap.Rainaldus, de testa.& Bal.in d.l.prima.& Spec.in ti.de legato §.superest, vers.illud autem. Sed quicquid sit, saltem a cœtu siue collegio cardinalium non appellatur, sicut nec a sententia senatorum. vt in d.l.prima.ff.a quibus appel non licet. quia ecclesia senatum habet.16.q.1.ecclesia. Secundo fa-

38 cit † quod qui appellat ab aliquo, in causa appellationis eximitur a iurisditione eius a quo appellat.c.proposuit.c.cũ teneamur & cap.ad hęc, de appel. Sed nullus christianus aliquo casu est exemptus a iurisditione papę, quia quando Christus dixit Petro pasce oues meas, non distinxit inter oues, nec aliquas excepit, vt in cap.solitę.de maio.& obed.& in extraua-

39 ganti vnam sanctam. Tertio facit † quod ab illo non licet appellare a cuius obedientia non licet recedere, quia appellans recedit ad obedientia illius a quo appellat. & ideo dicitur quod ab obedientia non licet appellare, vt in capitulo ad nostram el.primo, de appel. sed nulli christiano licet recedere ab obedientia papę, vt in cap.pręceptis.12.dist. Ergo nulli christiano

40 licet a papa appellare. Quarto † concilium fit ex multis personis, vt per illas proponantur diuersæ vię ex quibus ille qui pręest concilio posit vnam prę aliis eligere. nam secundum

41 damas. electio † est multis prçexistentibus vnum prę altero eligere.& apud Arist.3. Ethi. electio est determinatio consilii. Sine papa ergo uel eius authoritate in concilio nulla potest fieri electio de iis quę proponuntur. ideo dicitur.17.dist. quod authoritas congregandorum conciliorum penes apostolicam sedem residet, quia absque Romani pontificis authoritate concilium nec authoritatem nec firmitatem hẽt. Ergo a papa ad concilium non licet appellare, quia esset appellare ab eodem ad ipsummet contra notata in capit.a collatione, de appel.in 6.cap.si a subdelegato, de off.deleg.eo.li. & late doc.in c.super quæstionum.§.si vero, de offic.delegat. Accedit quod nullibi legitur a concilio introductum quod liceat ad ipsum a papa appellare, vel quod tali appellationi aliquod priuilegium dederit. Igitur talis appellatio est frustratoria & nullum habet effectum nec suspensiuum nec deuolutiuum, nec reuocarentur ea quę fierent contra per modum nullitatis vel iniustitię. nec est dare aliud remedium, nam deest superior & efficacia appellationis. facit quod ponit Collectarius.in capit.quę multotiens, de reg.iu.de appellatione emissa a papa ad Deum, & quod dicitur infra in proximo cõ-

42 trario. Quinto † appellatio debet fieri a minori ad maiorem, & non a maiori ad minorem. uel de pari ad parem, nisi ut supra dictum est, ut in cap.anteriorum. §.illo.2.q.6. Siue ergo dicamus prout est veritas quod papa sit maior concilio, vt in d.ca.significasti, de elect.siue dicamus quod sit par, quia par in parem non habet imperium.c.innotuit.de elect.nunquã appellare licebit a papa ad concil. Et pro ista parte faciunt omnia illa motiua quę habent quod papa sit maior cõcilio, & quod a sententia papę non licet appellare, & † quod inferior

43 nõ tollit legem superioris, vt in cle.ne Romani.de elec. quæ fuit edita in conci.vbi Io. An. dicit illud maxime esse verum ubi inferior ab illo superiore recipit potestatẽ. Et idem dicit esse de concilio per c.significasti, de elec. & 3.q.9. cap.cuncta per mundum. & capit.nemo, & capit.sancta & capitulo ipsi. cum pluribus aliis in dicta quęst. Nec obstat si dicatur quod illa iura sunt familiare testimonium ab ipsismet pontificibus.

quia hoc dicere est sacrilegium, ut patet in capitulo licet et suscepto.de fo.compe. & in capitulo nulli fas.19.distin. constat enim nunquam hoc fuisse reuocatum in dubium, licet

44 post illa iura multa fuerunt celebrata concilia. Idem etiam si contenderetur quod concilium sit superius papa, quia appellatio est de iure positiuo & iuris positiui priuilegio introducta, licet reditio iustitiæ sit de iure naturali.c.le.pastoralis de re iudi. & Inno.in capitulo quæ in ecclesiarum de constit. nam quando tollitur appellatio, quæ fiunt contra appellationem non reuocantur tãquam attentata & innouata, sed per modum iniustitiæ, vt ibi notatur. Facit quod ponitur de clausula appellatione remota & illius effectu in capitulo ut debitus & capitu. pastoralis de appell. Vnde cum totum ius positiuum sit submissum Romano pontifici, nam ipse est supra illud, vt in sepius allegato. capitulo proposuit de concess. præben. sequitur quod non poterit sibi ipsi legem dicere a qua non liceat recedere, sicut nec legislator dixisse. Igitur sequitur quod appellatio quatenus est de iure positiuo ab eo fieri non possit, & si fieret priuilegia iuris positiui non haberet.

45 Sexto † facit quod ordinem rerum naturalium in regimine naturali nullus potest immutare nisi Deus, & in regimine morali ordinem iudiciarium nemo potest immutare nisi papa qui gerit vicem Dei in terra sicut quod dicitur in capitulo fin. de hære. in 6. vbi inferior a papa non potest committere causam summariè nec alterare ordinem iudiciarium. Sed sic est quod ordo iudiciarius qui vertitur inter homines præsupponit authoritatem papæ ad concilium in conuocando & authoritatem tribuendo & modum appellationis vnius ad alterum ordinando. Ergo sequitur quod ridiculosa esset appellatio ad concilium, cum ordinem iudiciarium in regimine ecclesiæ, concilium immutare non possit absque authoritate papæ. Ergo

46 a papa ad ipsum non licet appellare. Septimo † non licet appellare ab illo ad quem est ab omnibus si oppressi fuerint appellandum, quia non licet eidem in eadem causa appellare ab aliquo ad ipsummet. Sed omnis oppressus appellat ad papam.2.q.6.quisquis.capitulo omnis & capitulo ad Romanã. Ergo nulli qualitercunque oppresso licet appellare ad concilium a papa, ad quem omnes oppressi appellant. & hic est bonus tex.in capitulo ideo cl.1.2.quæstione.6. vbi tex. dicit quod ideo sedi apostolicæ priuilegia sunt concessa tam de congregandis concilijs & iudicijs ac restitutionibus episcoporum quam de summis ecclesiarum negocijs, vt ab ea omnes oppressi auxilium & iniuste damnati restitutionem sumant. Facit quod in Romano pontifice est suprema potestas.11.distinc.capit.nolite, & 2.q.6 decreto. & capitulo quis scit. Et tex.in capitulo dudum.3.quæst.6.ubi dicitur decretum a sanctis apostolis eorumque successoribus in antiquis statutis non licere præter conscientiam Romani pontificis concilia celebrare vel episcopum damnare, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primam omnium ecclesiarum esse voluerunt. ex quo sequitur quod apostoli qui constituebant concilium, vt patet act.6.& 15. voluerunt quod papa haberet supremam potestatem, & idem innuit tex.in capitulo in nouo.21. dist. dicens quod ipsi voluerunt Petrum esse suum principem. Deinde subiungit idem tex. in capitulo dudum. & sicut Beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita & hæc ecclesia eius nomine consecrata domino instituente prima sit, & caput cæterarum. Et sequitur & ad eam quasi ad matrem atque apicem omnes maiores ecclesiæ causæ, & iudicia episcoporum recurrant & iuxta eius sententiam terminum sumant, nec extra Romanum quicquam ex his decerni debere pontificem. Ergo solus Romanus pontifex omnes alios iudicat nec ab aliquo iudicatur, vt in capitulo nemo & capitulo aliorum & cap.facta.9.quæst.3.ubi dicitur

47 quod de eius persona iudicare est solius Dei. Si enim Petrus pro omnibus claues recepit, vt in capit.audiuimus.24.quæst. 1. sequitur quod omnibus est superior. Et intellige distributiue & collectiue, vt ponit Egid. consi. 99. Non enim accepit authoritatem a concilijs sed a Deo, concilia autem ab eo receperunt. d.capitulo significasti & capit. regula & capit. nec licuit.17.dist. Ad idem.c.futuram 12.q.1. Idem in cap.si papa. 40.dist. Idem in capit. nunc autem.21.dist. Idem in §. verum. 17.distin. Et bene tex. in cap.patet.9.q.3.ubi dicitur. sedis apostolicæ, cuius authoritate maius nõ est, iudicium a nemine est retractandum neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio, sententiamque illius constituerunt canones non oportere dissolui. Si autem eius iudicium non potest dissolui, sequitur quod non potest ab eo appellari, quod est remedium retractatiuum. Ergo a sententia papæ ad concilium non potest appellari. tum quia a tali sententia non appellatur. tum quia deest concilio potestas de ea iudicandi. Nec dicat quia illa loquunt in Romana ecclesia quæ consistat & ex cardinalib. & alijs platis, vt patet in c.ad apostolicę re

re iudi.in 6.& capitulo fundamenta. §.ne autem de elec.eo. lib. & capitulo antiqua de priui. & capitulo sacrosancta.22. distinctione cum similibus, aliud autem est apostolica sedes aliud Romanus pontifex, vt probatur in capitulo enimuero & capitulo nulli fas.19.distinctione & capitulo si gratiose de rescrip.in 6. Tum quia tex. in capitulo dudum & in capitulo aliorum & in capitulo facta & capitulo futuram & capitulo si papa & §.uerum, & capitulo nunc autem clare loquũ-

48 tur de Romano pontifice. Tum † quia illud quod facit papa dicitur facere sedes apostolica & econtra, vt dicit Ioan. An. in capitulo si abbatem de electione in 6.& ponit cardi.Florẽ. in clem. quia contingit in 5.quæstione de religi.do. Sic ergo patet quod si admitteretur appellatio a papa ad concilium, nihil aliud esset quã ponere, licere appellare a capite ad mẽbra, quia papa est caput vniuersalis ecclesiæ, ut in capitulo rogamus.24.quæstione prima, & cęteri episcopi & alij existentes in concilio dicũtur membra, ut in capitulo ita Dominus

49 19.distinctione & in dicto capitulo fundamenta. Octauo † sicut episcopi & vicarij idẽ est tribunal, ut in capitulo primo de offic.vica.in 6.& in capitulo secundo de consuetu.eodem modo Christi & papæ qui est eius vicarius.capitulo vbi periculum.§.cæterum de electione in sexto, & capitulo apostolicę.§.nos itaque de sententia & re iudi.in 6.& capitulo primo de homi.eo li. & in capitulo quanto & capitulo licet de

50 transla.præla.cum similibus. Vnde † Chryso.super illud Ioannis vl.pasce oues meas dicit. id est loco mei præpositus esto, & caput fratrum tuorum, ut ipsi loco mei te assumentes vbique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & cõfir-

51 ment. unde sicut † idem est appellare a uicario episcopi quod appellare ab episcopo. dicto capitu. secundo, sic appellare a vicario Christi, idem est quod appellare a Christo. Item nihil aliud esset dicere quam quod tribunal Christi sit inferius tribunali concilij. hoc autem esset hæreticum dicere. capitulo primo de summa trini. ergo. Facit quod papa vicem Dei gerit in terris, vt in capitulo vnico vt eccle.benefi. ergo ad Deũ & non ad alium esset appellandum, cum non constet quod

52 aliud tribunal ordinauerit. Imo fortius † dicit Hostien. & Io. An. quod a papa ad Deum non posset appellari quia idẽ est consistorium Dei & papæ. & ipse vicem Dei tenet indicãdo, claue tamen non errante, vt in capitu. quanto de transla.prę la. Item si posset appellari ad concilium, duo dicerentur esse generales uicarij Christi, quod asserere esset hæreticũ dicit Hostien.& Ioan.An.in capitulo per venerabilem.§.rationibus, qui filij sint legi. sicut ponere duo principia est hęreticũ

53 24.q.fi.c.penul vers. cerdoniani. Ne † igitur hæreticus videaris hęc sit tua fides quod sicut Deus est immutabilis, de sum. tri. c.1.sic vnus est vicarius eius in terris generalis qui præest omnib. sicq; inferior hierarchia conuenit superiori, dicit Ioann. An.in d. §.rationibus. Facit glos.in cle.ad nostrum de hære. Pręterea Petro dictum est pasce oues meas.in quo plenitudo vicariatus fuit ei concessa, quam non legimus datam conci

4 lio. Nono † ab eo ad quem omnes causæ etiam fidei sunt deferendæ, non est etiam in causa fidei appellandum, quia per appellationem impeditur causarum cognitio, vt per totum ff.nil nouari appel.pend.& potius recedi dicitur ab eo & impediri ne causæ ad eum deferantur, vt in capitulo eum qui de dolo & contu.in 6. Ad papam autem deuoluuntur omnes causæ etiã fidei, vt in capitulo maiores de bap.24.quæst. prima capit. quotiens.17.dist. multis.3.q.6.dudum, & in cap. 1.de transla.præla. Ergo a papa non licet appellare ad conci-

55 lium. Decimo † clarum est quod a concilio appellatur ad papã, vt in cap.cuncta per mundum 9.q.3. Et papa iudicat de concilio & reuocat eius gesta, ut late dixi in quęstione vtrum papa possit tollere constitutiones conciliares.& ponit Alexan. in ru.de appel.in 13.col. Ergo a papa qui est iudex appellationis a concilio nõ potest appellari ad concilium.d.c.anteriorum.§.illo. secunda quæstione sexta. Vnde Sanctus Thom. in quæstionibus de po.quæstione decima.articulo quarto ad 13.argumen.dicit quod sola Rom.pontificis authoritate synodus congregari potest, & ab eo sententia synodi cõfirmatur & ad ipsum a synodo appellatur. quę omnia patent in ge-

56 stis Calcedonẽ.concilij. Vndecimo † facit quod nullus appellat a sententia papæ, vt in cap.1. de transla.præla.& in cap.sicut vnire, de excess.pręla.& vtrobiq; glos.unde uersus, transfert & mutat appellat nullus ab ipso. Si ergo ab ipso nullus appellat, sequitur quod ad concilium a papa non possit appella-

57 ri. Accedit † quod remedium appellationis est iuris positiui. l.1.C.de sen.præfec.prçto. cui papa non subijcitur, ut in cap. proposuit de conces.prçben.l.digna uox.C.de legi.& ideo dicitur quod papa potest per suum rescriptum tollere remedium appellationis ut dicunt Doc. in capitulo primo de rescrip.& in ru.de appel. & moderni in capitulo cum inter de

58 excep. Ex his & alijs † rationib. Doc. moderni, maxime Alex. in ru.de appel. tenent quod nullo modo licet appellare a papa

ad concilium. Et hoc idẽ tenet Car.de Turręcre.in 3.li.ca.47. pręterquam in tribus casibus, videlicet in casu hæresis. similiter in casu in quo ex facto papæ decoloratur seu immutatur status uniuersalis ecclesię, vel quando ex eius prçcepto vehementer præsumitur secuturum scandalum in uniuersali ecclesia. quo casu licebit appellare, saltem ut cõcilium resistat papæ ne confundat Dei ecclesiam per notata per Inno in capitulo quanto de consue. Et ex hoc dicit in casu suo, videlicet quando papa priuaret episcopum sine aliqua causa, sed solum nuda voluntate, quod posset appellari ad concilium qa hoc casu nõ iudicat papa, sed potius ei resistitur. de quo arti. vtrum sine causa papa posit amouere & deponere episcopum, vide late Barbatium in capitulo quod translationem, de offi.lega. Tertio casu quando papa consentit quod appellatio deferatur ad concilium cui se submittit ex quo ipse est præsens, per capitulo nos si incompetenter, cum concordan. secunda quęstione septima Dicit † tamen quod bene Admit-

59 teretur appellatio a papa male informatio ad eundem bene informatum, ad hoc vt corrigeret errorem suum. Facit text. in cap.ad apostolicę.de re iudi.in 6. vbi papa dicit se paratum reuocare gesta contra imperatorem si in aliquo eum læsisset & imperator dicit, non erubescimus si quid melius etiã horum quæ ipsi prius diximus adinueniamus hoc sancire & cõpetentem prioribus imponere correctionem, ut in authent. de nup.in princ.colla.quarta Ad idem.capitulo tum ex literis de restit.in integrum. Et istud † non proprie erit appellatio

60 quia non suspendit iudicatum nec deuoluit causam ad superiorem, sed est apellatio large sumpto vocabulo, quia per eã puocatur ipsemet papa vt diligẽtius negocium examinet

61 Okã in lib.6.primę partis.cap.17.cum pluribus sequentibus tenet quod a papa hæretico vel qui sententiam hæreticalem tulisset vel publice hęresim dogmatizaret, liceret appellare ad concilium. Augustinus de Anco.quæst.6. artic.6. tenet quod non licet appellare nisi eo casu quo esset hæreticus, quia tũc posset haberi recursus ab eo ad concilium. Et idem in effectu tenet Gerson. lib.tertio in trac. an liceat in causis fidei a summo pontifice appellare seu eius iudicium declinare. & ad hoc alleg. constitutionẽ Martini Quinti in concilio Constantien.editam anno primo pontificatus eius, videlicet nulli fas est a Romano pontifice Christi vicario in terris appellare &c. Idem Egi. in consi.99.in 18.quæst.quartæ partis, qui refert plures idem tenentes. Quod & sensit.S. Thom.in secunda secundæ.quęst.69.artic.2.& 4.qui dicit quod tales præsumuntur appellare causa moræ afferendæ & ne sententia iusta contra eos proferatur, ideo eorum appellatio non tenet sed puniendi sunt secundum eum.

Quinimo idem Egi. in dicto cons. dicit quod cauere debent sibi tales qui dicunt quod a papa possit appellari ad concilium, qa videntur in ecclesia Dei ponere duo capita, minus, a quo appelletur, & maius ad quod appelletur, & sic errarent in illo arti. vnam sanctam &c. prout plene hęc materia deducitur

62 in lib.de ecclesiastica potestate secundum eum. Vnde † concludit quod talis appellatio ẽt præcedens non suspendit supremam potestatem papę, quia ex quo non potest appellari. nõ poterit operari aliquem effectum. regula nõ præstat in 6. qa iura quę dicunt per appellationẽ causari suspensionẽ loquũtur qñ appellatio tenet.c.pastoralis de appel. c.nõ solum eo.

63 ti.in 6.c.per tuas.de sen. excõ. Vnde si † snĩa transiuit in rẽ iud nihil operatur appellatio.ff.a quibus appel. non licet l.1. §.fi c. quo ad consultationem de re.iud.& l.1.& 2.C.quorum appel non reci.& 2.q.6.§.sunt ẽt quorum. Nec appellantes iuuã-

64 tur aliqualiter per talem appellationem. Plus † adhuc dicit Egi.ibi in d.cons.quęst.20.ait enim quod si tales dogmatizãtes, quod possit a papa appellari ad concilium, & quod sententia papę propter talem appellationem non sit timẽda nec debeat seruari, hoc pertinaciter assererent, essent habendi de fide suspecti, quia determinatum est per ecclesiam quod credere omnem creaturam subesse Romano pontifici in spiritualibus est de necessitate salutis, ut in extrauagãti quę incipit vnã sanctam &c. Sed credere a papa ad concilium appellari posse est credere illum ad quem appellatur esse superiorem papa. Igitur sic etiam credere sententiam papę non ligare propter appellationem interpositam ab eo in iis quæ ad papam pertinent in spiritualibus, est contra legem diuinam & male sentire de potestate papę, & maxime in mere positiuis vndecima quæstione prima capitulo quicunque. Et cum tales separent se ab vnitate ecclesię, dicunrut schismatici. schisma autẽ sonat in hæresim.24.quæst.prima.schisma.& q.3. c. inter hæresim. Immo ex eo solo quod subiici renuunt Romano pontifici sunt schismatici. ut plene prosequitur, S.Thom. in secunda secundæ.q.39.ar.1. Et propterea Barba.in c.super questionũ.in §.si vero in 6.colum.dicit quod disputare vtrũ a sententia papæ possit ad concilium appellari, esset pone-

re os in cœlum, & quod stat determationi pontificali factæ Mantuæ vna cum cardinalibus per Pium secundum, quod a sententia papæ non licet appellare ad concilium futurum, de qua etiam meminit Alex. in rubr. de appel. 12. columna. Et istam opinionem, quod non liceat nec possit appellari a sententia papę ad cōcilium, tenet Martinus de Laudo in tracta. de principib. qō. 266 allegat Albericum. idem tenentem in l. prima. ff. de off. pręfec. pręto. & Angel. in l. prima. ff. de feriis. Et hodie illa constitutio Pii est innouata per Iulium Secundum, qui declarauit schismaticos appellantes a papa ad futurum concilium vltra pœnas per pium inflictas.

Tenor autem Bullæ Iulii sequitur & est talis.

65 **Iulius episcopus** † seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Suscepti regiminis nos cura solicitat vt eorum malitiis & audaciæ quorum sceleris cęcitas & damnandæ ambitionis improbitas animos occupantes, discordiarū satore ac schismatū inuentore & alumno, humani generis inimico procurāte eos in illam temeritatem impellunt, vt quæ sibi a iure interdicta & a sanctis patribus, etiam in cōgregatione fidelium pro huius sanctæ sedis dignitate, & ecclesię vnitate seruandis, ad schismatis occasionem tollendam, quo in Dei ecclesia perniciosior morbus inueniri vix potest, spiritu sancto cooperante, non minus prouide & salubriter, quam necessarie decreta & statuta esse nouerint, damnata audacia, & exquisitis artibus & fraudibus attentare temere conētur, & eis contrauenire contendant, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione & declaratione, nunc vero extensione, & nouarum pœnarum adiectione, prout salubriter expedire conspicimus, solicitis studiis obuiare curemus. Sane licet olim fœlicis recordationis Pius papa Secundus prædecessor noster de fratrum suorum, sanctæ Romanę ecclesiæ cardinalium, cunctorumque prelatorum, ac diuini, & humani iuris interpretum, curiam Romanam sequentium in dieta, seu congregatione Mantuana existētium approbatione, matura prius & graui præmissa discussione & de eorundem congregatorum vnanimi consilio & assensu, ac ex certa scientia, prouocationes ad futurum concilium efficacissimis, & palpabilibus rationibus tanquam erroneas, & detestabiles damnauerit, ac sub excommunicationis latę sententię & interdicti pœnis pręceperit, ne qua persona cuiuslibet dignitatis siue etiam vniuersitas, aut collegium, quo uis quæsito colore ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis quibuscunq; suis ac successorum suorum appellationem huiusmodi interponere auderet, & contrafacientes una cum fautorib. suis & consilium auxiliumue pręstantibus, siue hi tabelliones essent, siue testes, siue aduocati, siue alii quicunque, non solum pœnis & censuris prędictis, sed etiam iis quę lęsę maiestatis, & hereticę prauitatis reis imponuntur obnoxios esse statuerit, Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogati ac generale consilium & commune Venetiarum, omnesque, & singuli patritii & ciues communis eiusdem, una cum prouisoribus, potestatibus, commissariis, & reliquis officialibus suis, quorū authoritate industria, consilio, opera, aut fauore ciuitates, oppida, castra, arces ad nos & sanctam Romanam ecclesiam legitime pertinentes occupatę fuerant, aut detinebantur, de fratrum nostrorum consilio a nobis requisiti & moniti ut intra certum terminum sub pœnis tunc expressis, nos, & sanctam apostolicam sedem plene, & omni ex parte in concessa sibi authoritate & libertate, cum obedientia recognoscerent, & redintegrarent, ac Rauennam, Ceruiam, Ariminum, Fauentiam, Sarsinam ciuitates cum oppidis, castris, terris, & districtu ipsarum, cumque Cesenaten. Forliuien. ac Imolen. territorii, castris, oppidis, terris, & locis quę occupabant integre & expedite nobis & dictę Romanę ecclesię, cuius iuris esse noscebantur relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent quominus illorum ciues, & habitatores ad pię matris suę Romanę ecclesię obedientiam reuerterētur, omnes eorum fautores ab auxilii in talibus præstatione deterrendo, ita quod requisitioni, monitioni, & mandato nostro huiusmodi non parentes, maioris excōmunicationis sententia de simili consilio eo ipso innodati censerētur, a qua prætérq̃ in mortis articulo constituti per alium quam per Romanum pontificem, etiam prætextu cuiuscunque facultatis cuicumque pro tēpore concessæ absolui non possent, quam quidem excommunicationis sententiam in huiusmodi non paritionis euentum iteratis etiam vicibus aggrauauimus, paternis monitis & salutaribus iussis obsequi, prout debebant indebite recusantes, ceu qui iuri proprio diffidunt & superioris mādata contumaciter obaudiunt, vt quæ minus iuste vsurparunt indebite etiam cum animarum suarum detrimento retineant, ad prohibitum atque damnatum remedium confugientes a requisitione, monitione, & mandato, ac sententijs censuris & pœnis prædictis nulla constitutionis pij prædecessoris hoc expresse vetantis habita ratione, ad futurum concilium temere vt accepimus prouocarunt, prout etiam perditionis filii quondam Ioannes Bentiuolus, & eius nati cum eos a tirannica oppressione dilectæ ciuitatis nostræ Bononię expellere decreuissemus damnabiliter fecisse dicuntur, videlicet ad futurum concilium prædictum appellasse & prouocasse, Nos igitur quam detestanda sit eorum peruersitas attendentes, qui proprijs innixi, commodis, & nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta patrum, & superiorū iussa spernentes, inconsutilem Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere cōtendunt, & ecclesiæ vnitatem diuidere, prædictæ sanctæ sedis apostolicæ principatū tollere, & contra tot sanctorum patrum, & sacrorum conciliorum decreta temere, & damnabiliter magna audacia venire non erubescunt, & contrafacere non verentur, asserentes inter cętera, consulentes, persuadentes, determinantes, seu determinationi huiusmodi interessentes sola consilii præstatione, seu persuasione, deliberatione, aut determinatione, quod aliquibus casibus a Romano pontifice, seu eius sententia, vel decreto ad futurum concilium generale appellari possit, dicta Pij prędecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione & illius interpositione, uel scripturæ compositione se immiscuerint, ne de cętero tali assertione se excusare, ac tale quid in posterum pręsumere impune valeant, opportunam tam immani, & periculoso morbo medelam adhibere volentes, hac generali & in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra sciētia, & potestatis plenitudine, de venerabilium fratrum nostrorū sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio promulgata, sancimus, constitutionem Pij prędecessoris prędictam, tam citra quam vltra montes, & in vltramontanis partibus quo ad omnes tam ecclesiasticas quam seculares personas, etiam regali dignitate, ac cardinalatus honore fulgentes, capitula, uniuersitates, communitates, & collegia congregationes, & sinodos, ac parlamenta valuisse, valere, & perpetuo valituram declaramus, cum suppletione solennitatis cuiuslibet ēt publicationis omissæ, cuius in illa edenda uel publicanda defectus prætendi posset, quæ iuxta illā fieri requirebatur eamque ex præterito, nunc & in posterum inuiolabiliter obseruari mandamus, ipsius violatores cuiuscunque dignitatis existant pęnis & censuris in eadem expressis, quocunq; tempore subiacere statuentes, contraria cōsuetudine seu potius corruptela non obstante, decernentes & declarantes vltra pœnas impositas, quas ipso facto dictos violatores & contrauenientes incurrere volumus, ipsos & eorum quemlibet pro veris & indubitatis schismaticis, & inconsutilis tunicæ domini nostri Iesu Christi violatoribus, & dissipatoribus, ac de catholica fide male sentientibus habendos & reputādos, pœnisque canonicis & legalibus contra tales impositis subiacere, & cum Dathan & Abiron partem & damnationem habere. ipsasque etiam pœnas, & earum quamlibet omnes illos incurrere uolumus, cuiuscunque conditionis existant, & gradus, prærogatiua fulgeant, qui in senatu, consiliis, parlamentis congregationibus etiam sinodalibus & prouincialibus, vel alias quomodolibet tacite, uel expresse uoce, uel scripto, per se, vel alium, cuiuscunque timoris uel reuerentiæ uelamine, vel prætensa excusatione, & superioris mandato non obstantibus, decreuerint, consuluerint, seu deliberauerint, vel aliorum dicta approbauerint, consilium aut uocem dederint, ut ad futurum vniuersale concilium a nobis, uel successoribus nostris Romanis pontificibus contra prædictam constitutionem appellare liceat possit uel debeat, dictas pœnas ad ipsos & eorum quemlibet contrauenientem in præmissis tenore pręsentium extendentes, & locum habere declarantes omni ambiguitate cessante. Et nihilominus prouocationes, & appellationes tam per Leonardum Ducem, rogatos, consilium, & commune Venetiarum factas huiusmodi, quam per quoscunque alios prædictos pro tempore faciendas, & inde secuta quæcunque, vtpote contra Pij prędictam ac pæsentem constitutiones attentatas nullas pro ut sunt & inualidas nulliusque roboris uel momenti fuisse, & pro tempore fore authoritate, scientia, & potestate similibus statuimus, decernimus. declaramus, ac pro potiori cautela cassamus & annullamus. Et ultra supradictas pœnas quas contra constitutionis huiusmodi uiolatores in suo robore permanere decernimus, loca quęcunque ad quæ violatores ipsos declinare, & in quibus scienter stare permitti contigerit, ecclesiastico supponimus interdicto, decernentes illud quandiu ipsi uiolatores inibi scienter steterint, ut præ-

fertur, & per triduum post eorum inde discessum firmiter obseruari. ac præsentes literas in quinterno cancellariæ etiam descri bi mandamus, non obstantib. præmissis, ac constitutionib. & ordinationib. apostolicis cęterisq. cōtrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hac paginam nostræ sanctionis declarationis, mandati, statuti, decreti, voluntatis, extensionis, cassationis, annullationis & suppositionis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimoquingentesimonono Kalenda Iulii, pontificatus nostri anno sexto. Ia. Quæstemberg. Sigismundus.

66 **Et quod sit** hæreticum † dicere simpliciter quod a papa liceat appellare ad concilium, ostenditur, quia quicunque priuilegium Romanę ecclesiæ a Christo traditum auferre conatur, est hæreticus, ut text. in c. omnes. 20. dist. Sed dicens & tenens quod liceat appellare a papa ad concilium, aufert priuilegium Romanæ ecclesię a Christo traditum, ergo hoc dicens est hæreticus. Quod autē auferat siue auferre conetur priuilegium Romanę ecclesiæ patet quia conatur auferre priuilegium capitis & principalitatis quod est in papa, ut in cap. rogamus. 24. q. 1. & in ca. non decet. 12. dist. & cap. præceptis ea. dist. cum simi. Item conatur auferre priuilegium plenitudinis potestatis quę est in solo Romano pontifice, ut in cap. decreto. & cap. qui se scit. 2. q. 6. & in cap. ad honorem. de autho. & usu pal. & cap. proposuit. de conces. præben. Item conatur auferre priuilegium superioritatis papæ ad concilium, quia papa dat robur conciliis, ut in cap. significasti. de elec. Item conatur auferre priuilegium q̃ a nullo iudicatur nisi a Deo, ut in cap. nemo & cap. aliorum. & c. facta. 9. quæst. 2. & c. si papa. 40. dist. & §. hinc etiam. 17. di.

67 cum simil. Et per istum † modum argumētandi Archie. Flo. in 3. par. sum. ti. 24. capit. 2. §. quoniam quidam, tenuit esse hęreticum dicere quod a papa possit appellari ad futurum cōcilium. & idem dicit quod nec ad successorem. Et respōdet quod licet papa posset errare & posset fieri hæreticus, tamē a nullo hominum potest per modum iudicij condemnari.

68 Quinimo † etiam si in hæresim papa laberet notorie, adhuc tamen non esset a papa appellandum ad concilium, sed primo monendus esset a cardinalibus, qui si uellet se corrigere eum iudicare non deberent, sed ipsemet ab errore desistens seipsum deberet punire, sicut alias supra dictum est de Marcellino in cap. nunc autem. 21. distin. Sed si pertinaciter vellet in hæresi persistere, tunc esset ipso facto a papatu deiectus. 23. q. 1. audiuimus, & minor quolibet catholico, vt dicit

69 glo. 24. q. 1. in prin. non † enim potest habere summi capitis dignitatem si fidei non tenuerit vnitatem, vt 24. q. 1. d. c. audiuimus. & cap. alienus. Ergo voluit quod nullo casu possit appellari a papa recepto ad cōcilium, nec a papa ad successorē, & quod aliter tenere ex prædictis sit hæreticum. Et hæc opinio placet, quia tendit maxime ad euitandum contemptum sedis apostolicæ & scandalum quod inde posset oriri. Et hāc opinionem tenet Collectarius in cap. quæ multotiens. de re gul. iur. Et idem Egid. in d. consil. 99. qui refert quendam Guielmum benedicti eandem tenere & probare duplici ratione. Primo quia non solum est hęreticus qui tenet contra catholicam fidem, siue articulos fidei pertinaciter, sed etiam ille qui peruersum dogma pertinaciter dogmatizat, vel falsas vel nouas opiniones gignit, & sequitur. 24. q. 3. c. hæreticus. & cap. inter hæresim. & cle. vnica. §. fi. de vsu. Vnde August. contra manichęos, qui in ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque quid sapiunt, si correcti vt sanum sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera documēta emēdare nolunt, sed defensare persistunt. hæretici sunt. c. qui in ecclesia. 24. q. 2. sed tales hoc pertinaciter dogmatizantes dicuntur peruersum dogma & pestifera & mortifera documēta dogmatizare, quia contra dispositionem legis diuinæ, & positiuę, vt supra ostensum est. Igitur. &c. Secundo ostendit ratione quam supra posui, quia conantur auferre priuilegiū principalitatis Romanæ ecclesiæ, & incidunt in extrauag. Vnam sanctam. Pro hoc 23. di. c. omnes. glo. in c. 1. 24. q. 1. & in c. didicimus eadem causa & q. & glo. in verbo ecclesię in cle. ad nostrum. de hæret. Ad quod etiam allegat sanctum Thomam in secunda secundæ q. 11. art. 2.

70 **Restat nunc respondere** ad contraria. Et ad primum negatur assumptum, quia licet in concilio præsit papa, tamē quando appellatur a papa ad concilium, tunc concilium iudicat sine papa, & vbi concilium est sine papa, nō dicitur maius immo inferius papa. Ad constitutionē Constantiensem, dicitur quod non potuit subiicere papam concilio, ut supra

71 dictum fuit. Nec obstat quod Deus non derelinquit fideles suos, quia verum est quod non ita derelinquit quin eos per preces & orationes exaudiat & cor præsidentis quandoq; immutet, non autem per viam contradictionis siue appellationis, vt ibi gene. 43. Deus autem meus omnipotēs faciat eum

72 vobis placabilem. &c. Nec † humana iustitia in hoc seculo semper bene discutitur sed in futuro, ut in capitulo a nobis

37 de sentent. excommunication. Ad secundum, † quod quilibet potest errare, dicitur quod ita potest errare concilium sicut papa, ut supra in alijs dictum est capit. placuit. & ca. tria. 36. quæst. 2. Et in materia appellationis non consideratur an quis potest errare vel non, sed habetur respectus ad maioritatem & superioritatem, quia ad quem appellatur, ostenditur superior, vt in dicto capitulo anteriorum. 2 quæst. 6. & §. illo. Quo ad tertium, respondetur illis contrarijs in quæstione sua

74 propria. Ad quartum † conceditur quod non appellatur a cōcilio quando est legitimę congregatum cum præside papa, quia si appellaretur ab eo appellaretur a papa, & ad ipsummet, quia non est dare alium superiorem, vt in cap. l. licet. de elec. & d. c. aliorum & c. nemo. & c. facta. 9. quęs. 3. Et appellatio ab eodem ad seipsum non admittitur. d. capit. non putamus. de consuet. in 6. & cap. 1. de offic. uica. eod. lib. & dicitur in d. cap. super quæstionum, in §. si vero. de offic. delega. & in d. §. illo. Et cum concilia dicunt non appellari a concilio, intelligitur in quo præest papa, unde in 6. actione eiusdem Calcedonen. concilii dicitur quod in omnibus synodis apocrisarij apostolici decretas sententias primo propter authoritatē sedis apostolicæ confirmabant, & alias nullum robur habebant. Vnde in cōcilio Antiocheno dicitur quod perfectum concilium dicitur in quo interfuit archiepiscopus, & perfecta synodus & plenaria est in qua etiam episcopus Metropolitanus interfuit, igitur & concilium vniuersale tunc erit perfectum & plenarium quando in eo papa interuenit. Præterea etsi a concilio non appellatur, etiam a papa non appellatur, nec sequitur si a concilio non pppellatur sicut nec a senatu, ut in l. prima. ff. a quibus appella. non li. quod a papa ad ipsum sit appellādum, sicut nec ab Imperatore ad senatum.

75 Ad quintum † respondetur quod non est idem iudicium de episcopo & capitulo, quod de papa & concilio, quia papa nō habet superiorem sicut episcopus, nec consequentia ibi posi

76 ta est bona. Ad sextum † datur similis responsio quod non est eadem ratio de archiepiscopo qui habet superiorem, & de papa qui nullum habet superiorem. Item quod dicitur de Paulo qui appellauit ad Cæsarem, nihil facit ad hoc quod a

77 papa debeat appellari ad concilium. Ad septimum † datur eadem responsio quæ supra ad quartum. Nec est verum quod maius sit iudicium concilij quam papę, vt dixi supra in quęstione cuius sententia pręferatur papę ne an concilij, & ponitur in propria quęstione de superioritate papę ad concilium Et a papæ authoritate concilia summunt robur, ut in capitulo significasti sępius allegato. de elect. Nec est bona consequentia, sicut nec esset si diceretur a pręfecto pretorio non appellatur, ergo debet ab Imperatore appellari ad pręfectū pretorio, vel ad senatum. Ad octauum responsio patet in quęstione an concilium sit supra papam. Ad nonum dicitur

78 † quod licet a sentētia papę possit supplicari, & peti restitutio in integrū & possit in melius reformari, non tamen dicitur quod per concilium, immo iura ibi allegata innuunt quod per papam, & quod omnis retractatio fit eius authoritate. Facit quod dicitur in capitulo qualiter. & quando de accusatio. & quod dicitur supra in 11. motiuo pro parte negatiua.

Et licet papa congreget sępius pro peragendis concilium, non ex hoc sequitur quod sit inferior, vel quod ab eo

79 sit appellandum ad concilium. Ad decimum † respondetur, quod non dicitur iudicium concilii supremum eo quod a papa seu ijs a quibus appellare licet, ad ipsum appelletur, sed quia in concilio pręest papa, & tunc est supremum propter supremam papę potestatem, & ita loquitur Augustin. Ad

80 † vndecimum respondetur quod probat in simili quod a cōcilio appelletur ad papam & non econuerso. Et hoc est uerum, ut ponit Alexander in rubrica de appellatio. columna decimatertia. Faciunt quę dicuntur in capitulo postulastis. de concessio. prębend. & in capitulo irrefragabili. §. primo.

81 de officio. ordinarij. Ad duodecimum † dictum est supra in quęstione quando papa derogat constitutioni concilij. Et licet Paulus reprehenderit Petrum, non sequitur quod a Petro debuerit appellari ad Paulum, & dictum est quando possit resisti superiori, vnde oues pastorem non reprehendant nisi fiat a fide deuius, ut in capitulo oues. secunda quęstione septima. & in capitulo oues sexta quęstione prima. Paulus enim erat inferior Petro in administratione. ut in capitulo in nouo. uigesimaprima distinctione. & ideo non poterat ab eo Petrus iudicari, ut in capitulo in sancta secunda quęstione septima. sed impediri ne iudaizaret. Fa-

cit quod dixi de remediis tenendis contra papam scandalizantem ecclesiam.

Et similiter ad illud act. decimūquintū respondetur, quod si recurrerunt ad ecclesiam, etiam recurrerunt ad Petrum qui præerat ecclesiæ, & hoc non negatur quando appellatur ad concilium, cui papa præest, ab inferioribus. Ad tertiūdecimū, rñdet ut sæpius dictū est ꝙ illa authoritas dic ecclię, nō 82 habet locum in papa, vt late dicunt doct. post Host. in c. pro- 83 posuit, de concel. pręben. Ad quartumdecimum † respondetur quod ista ratio militat contra omnes a quibus appellare non licet, & ideo non concludit. Item si propter alicuius dignitatem ab eo non licet appellare, propter hoc non sequitur quod tollatur defensio, quia sunt alia remedia, ut supplicatio, vt in auth. quæ supplicatio. C. de preci. impera. offe. & d. c. tum ex literis. & alia supra deducta in art. quando papa est incorrigibilis. Item ex hoc motiuo non infertur ꝙ sit appel- 84 landum a papa ad concilium. Ad quintumdecimum † respōdetur quod authoritas August. cum dicit quod restabat adhuc plenarium ecclesię uniuersalis concilium, intelligitur de concilio authoritate papę congregato & cui papa pręest, 85 vt 17 distin. per to. Ad sextumdecimum † quod sicut ecclesia vsa est superioritate contra papam in causa fidei sic in aliis videtur vendicasse superioritatem. respondetur quod nullibi reperitur etiam in causa fidei quod concilium per viam appellationis receperit potestatem iudicandi de papa. nec hoc dicitur in c. si papa. 40. dist. Item quod potestas fuerit data generaliter omnibus apostolis, non obstat, quia principalius Petro, vt in c. omnes, & c. sacrosancta. 22. dist. & in cap. ita domi nus. 19. dist. & in c. rogamus, & in c. loquitur. 24. q. 1. & in cap. fundamenta, de electio. in sexto, cum simil. Ad decimumse- 86 ptimum respondetur ꝙ licet commune bonum præferatur priuato, tamen negatur quod hoc sit commune bonum ꝙ a sententia papæ appelletur ad concilium. Vnde Augu. super illud Genes. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona, dicit omnia a Deo producta bona quidem erant in se, sed valde bona propter ordinem quem adinuicem retinent. Cum ergo totius ecclesiastici ordinis dux & caput sit ipse papa, sicut per appellationem tolleretur talis ordo, ita tolleretur tale bonum, quia cum bonum exercitus non sit nisi propter bonum ducis, & bonum ecclęsiæ non nisi propter bonum papæ, maius bonum est bonum ducis quam totius exercitus, & bonum papæ maius quam totius ecclesiæ. Ita respondet Augu. de Anco. in d. quæst. 6. ar. 6. Ad decimumoctauū, 87 † quod ab omni deuio & obliquo appellari potest ad rectum respōdetur hoc esse verū, modo rectum sit superius obliquo, quia appellatio est ad superiorem prouocatio, vt dicitur in rub. de appellat. sed concilium non est superior papa, igitur. Item errare potest concilium sicut & papa. & ideo non plus dicitur rectum vel obliquum iudicium concilii quam papę. Et si dicatur quod quando papa esset hæreticus, eius iudiciū esset deuium & obliquum, ut in cap. si papa. 40. dist. & concilium de eo tunc iudicat, vt in d. c. si papa. & doct. in cap. in fidei, de hereti. in 6. Respondetur quod non per viam appellationis iudicialis, sed cuiusdam prouocationis vt se emendet, sicut dicitur quod appellatio extraiudicialis est quædā prouocatio ad causam, vt in c. cum sit Romana, de appella. & c. bonæ, eo. tit. & clem. causam, de elect. & si se non emendet, datur concilio iudicium declarandi eum talem, & papatu propter hæresim priuatum ipso iure, sicut alias supra dictū. 88 Ad decimumnonum † respondetur, quod non ualet consequentia. Item papa maior est apostolo, ut in cap. sunt quidā. 89 20. q. prima, c. proposuit post gl. de concel. pręben. Ad uigesimum responsum est in solutione primi argumenti. Et ad vigesimumprimum respondetur, vt ad secundum. Ad uigesimumsecundū de c. ad apostolicę, respondetur quod ibi non dicitur quod a sententia papæ appelletur ad concilium, sed quod ipsemet papa erat paratus reuocare suam sententiam de consilio concilii, hoc modo quo & per viam supplicationis reuocat papa suam sententiam, ut in cap. tum ex literis, 90 de restit. in integ. Ad vltimum, quod † reperitur factum in cōcilio Cōstantien. in ul. sessione, posset responderi ꝙ illud fuit potius quædam protestatio de facto q̃ appellatio, & non directe contra papam, sed potius contra conciliū. & ideo illud non fuit discussum quia iam concilium erat dissolutum, & dicta Missa Spiritussancti cum Litaniis & aliis ceremoniis, & dictum existentib. in concilio Domini ite in pace, & per eos responsum amen. Item vt dictum est Martinus contrarium statuit in eodem concilio.

SVMMARIVM.

1 *Appellari a concilio ad papam an possit.*
Argum. quod sic per totum numerum. & num. 2.
Arguit quod non possit. & num. 8.
3 *Appellare non licet a sententia senatus, & quod concilium est quidam senatus,*
4 *Appellare non licet a sententia concilij ad papam, quando in concilio papa præfuit, & eius auctoritate fuerat congregatum.*
5 *Appellare non licet a sententia concilij ad papam quando est legitime congregatum.*
Et eius auctoritate, sed contra ipsum papam.
6 *Appellare a concilio ad papam potest si sit congregatum sine papa.*
Et quomodo procedat, ibid.
7 *Appellare licet a concilio ad papam quando est legitime congregatum de eius voluntate, licet in illo non præsit.*

Articulus II.

1 Vlterius quæro † vtrum a cōcilio debeat appellari ad papam, & circa hoc tex. est ꝙ sic in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. Tum quia papa est supra concilium, vt in c. significasti, de elec. & sæpe dictum est. Tum quia ipse confirmat gesta concilii. 25. q. 1. c. confidimus, & ab eo concilia authoritatem accipiunt, ut in §. his ita. 25. qō. 1. c. significasti, de elec. & c. bene quidem. 96. dist. illa interpretatur & tollit. d. c. significasti. 23. q. 5. de ligurib. 17. dist. c. nec licuit. & sup. in sua qō, dictum est. Ipse etiam restituit depositos a concilio. c. conuenientib. 1. q. 7. & d. c. cuncta per mundū. & ipse confirmauit concil. Arela- 2 tense. c. de obseruatione, iuncta suprascrip. dis. 3. Sed in † 9riū facit gl. in l. nemo martyres, in verbo, reuoluere. C. de sū. tri. quæ vult ꝙ a snīa concilii non licet appellare. Et illam gl. no. Pau. de Cas. in l. si quis. C. de preci. impera. offe. Sed rñde ꝙ ibi est sermo de concilio cui papa pręfuit vel alius eius noīe loqtur. n. de iis quæ erant circa fidē disposita per concil. Calced. ꝙ fuit tentum authoritate Leonis papæ. & iō a tali snīa & decreto in causa fidei ibi sancito nō licet appellare, cū sit quasi ius naturale sm quod dicit ibi gl. Nō tñ ibi dr̄ simplr ꝙ in nullo casu liceat a concilio appellare. Vñ concluditur ꝙ a snīa concilii licet ad papam appellare. Et istā conclus. ponit Alc. 3 in ru. de appel. in 13. col. Sed huic † conclusioni vr̄ obstare ꝙ sicut a snīa senatus non pōt appellari, ut in l. 1. ff. a quib. appel. non licet, ita nec a sententia concilii ꝙ est quidam senatus. 4 Sed ad hoc † rñdetur ꝙ aut præsupponimus concil. legitime congregatum authoritate papę cui ipse pręest. & nullo mō pōt appellari, quia tunc actus attribuitur papæ, vt in c. ad apostolicæ, de re iudi. in 6. & papa non habet superiorem ad quē liceat appellare, vt in c. licet. de elec. Est. n. necesse ꝙ appellō fiat a minori ad maiorem, ut in l. præfecti. ff. de mino. & in §. illo. 2. q. 6. Et est adeo de substantia appellationis ꝙ nullo modo pōt tolli, ut in c. non putamus, de consue. in 6. & l. 1. §. pe. & ibi Ang. ff. de appel. & idem Ang. in l. 1. in prin. ff. a quib. ap. 5 non licet. Aut presupponimus † concilium legitime congregatum non præsidente papa. Et tunc si est in casu in quo est congregatum 9 papam, vt puta in causa hęresis papæ, vel qa est contentio de papatu, dicā a sententia concilii nō appellari, quia ex quo illo casu concil. hēt superioritatē in ecclesia, 6 qa non est aliquis eo superior, ex quo papa non habetur, ipsum iudicat de papatu, vt in c. si papa. 40. dis. & in c. si duo. 79. dis. Ideo ab eo non pōt appellari. Aut loquimur eo casu quo concil. est congregatum sine papa. & tunc ex quo nō est bonum concil. nec ratum seu ualidum. 17. dis. per to. poterit appellari ab eo, non tanq̃ ab eo qui habeat aliq̃ iurisditionem, quia non entis nullæ sunt partes, sed tanq̃ ab eo qui de facto ꝓcedit reclamabitur ad papā, ut rescindat male gesta ipsius concilii, uel melius ut declaret nulla esse gesta ꝑ tale conci- 7 liabulum & illud dissoluat, ut in c. multis. 17. dist. Vbi aūt cōcilium est legitime congregatum de uoluntate papę, licet in illo papa non præsit, semper poterit ab eo ad papam appellari. d. c. cuncta per mundum. 9. qō. 3. & dictum est sup. Item & iis a quibus propter eorum dignitatem non licet appellare, vt a sententia præfecti prætorio, vt in l. 1. ff. de off. pręfec. pręt. & senatus & similium, tamen omnino licet supplicare, ut in l. unica. C. de senten. præfec. prætori. & in l. si quis. & authentica. quę supplicatio. C. de precibus imperatori offerendis. Et eo casu supplicabitur non ad eundem prætorem vel eius officiales, sed ad imperatorem tanquam eo superiorem, vt dicit Pau. de Cas. in dicta authen. quę supplicatio in prin. per tex. in d. l. unica. C. de senten. præfec. præto. Et in hoc differt a papa, qui non recognoscit superiorem, quia non tantum non appellatur ab eo, sed si supplicatur, ad eundem met papam est supplicandum, vt in ca. auditis & in c. tum ex literis de in integ. resti. & eam supplicationem non tenetur admittere si nolit, vt dicit Bal. in l. fi. C. de ll.

SVMMARIVM.

1 *Appellare an liceat a papa ad Cardinales.*
2 *Papa comparatur card. tamquam cęlum ad terarm.*
3 *Appellatio sede vacante interposita an deuoluat ad cardinales. Bart.*

4 *Bart. in l. vbi absunt ff. de tut. & curat. dat. ab his. reprehenditur.*
5 *Appellare a papa. ad futurum successorem non licet.*
Et ratio. ibidem.

Articulus III.

1 An autem liceat appellare † a papa, ad cardinales, quæstio videtur resoluta ex premissis quod non, quia de substantia appellationis, vt dictum est, quod fiat a minori ad maiorem prouocatio. dicta l. prima. §. penul. ff. de appel. & d. §. illo. 2. quæstio. 6. Sed cardinales subsunt papæ & a papa deponuntur, vt in cap. primo, de schisma. in 6. igitur. Istam quæ- 2 stionem † mouet Aug. de Ancona q. 6. art. 5. Et ibi concludit quod papa comparatur ad cardinales sicut cœlum ad terrā, & quod non licet a papa ad eos appellare. Bar. tamen in l. vbi absunt. ff. de tuto. & curat. datis ab ijs, videtur innuere contrarium, dum vult quod si appellatur a potestate, appellandum sit ad ordinem decurionum vbi in ciuitate non est iudex appellationis, & quod vacante episcopatu succedat capitulum, & vacante papatu succedant cardinales in iurisditio- 3 ne. & quod si † vacante sede esset ad papam appellatum, talis appellatio deuolueretur ad cardinales, quasi cardinales habeant eandem iurisditionem quam habet papa. Per quod videtur, dicendum quod vbi a papa appellatur & sic eius iurisditio suspenditur, appellandum sit ad cardinales penes quos 4 remanet iurisditio pontificalis. Sed dic quod † illud quod dicit ibi Bar. de cardinalibus non est verum, & est contra text. in cap. vbi periculum, in §. iidem quoque, de elect. in 6. & in clem. ne Romani, de elect. Et per dicta iura doctores impugnant opinionem Bar. ibi in d. l. vbi absunt. & vide ibi Alex. de Imol. & dic vt de his dixi in illa quæstione quid quando papa esset factus furiosus vel omnino inutilis. An autem li- 5 ceat appellare ad papam successorem, idem August. quærit in dicta 6. q. in 4. artic. Et ibi concludit quod cum non minor sed maior & perfectior sit papa viuēs, quia est in actu, quam futurus, qui est solum in potentia, non tenet talis appellatio, sicut supra dictum est idem tenere Archiepi. Floren. in tertia par. ti. 24. c. 2. §. quoniam quidam.

SVMMARIVM.

1 *Appellare a papa ad Deum, an liceat.*
Et quod non liceat ordine iudiciario. Sed via supplicationis, & orationis petendo. nu. 2.
Et talis appellans dicitur incidere in hæresim, si sententia papæ fuisset iusta. numero 6.
3 *Appellans a papa ad Deum dicitur appellare contra Deum.*
Et ratio. ibid. vsque ad fin.
4 *Appellare ad Christum iudicem, est appellare contra iudicem.*
5 *Appellans temere punitur.*
7 *Appellare a sententia papæ ad Deum non licet. si appellans innititur appellationi & supplicationi, secus si simpliciter recurrat ad Deum exprimendo dolorem suum.*

Articulus IIII.

1 Sed an erit legitima appellatio si appelletur a papa ad Deum. Istam quęstionem mouet idem August. de Ancona in dicta sexta quæstione per tres articulos, videlicet, primum, secundum, 2 & tertium. Et ibi † concludit ꝙ a papa non potest appellari ac Deū ordine iudiciario, sed bene via supplicationis, & orationis petendo vt Deus immutet cor iudicis de iniustitia ad iustitiam & de malo ad bonum. Sicut in simili legitur de Iacob Gen. 43. cum dixit Deus autem meus omnipotēs faciat vobis eum placabilem, & remittat vobiscum hunc fratrem 3 vestrum & eum quem tenet in vinculis. Quinimo † dicit ꝙ talis appellatio non est admittenda, tum quia appellans subterfugit iudicium a Deo institutum & ordinem diuinæ iustitię. Imo etiam talis sic appellans a papa ad Deum, dicitur appellare contra Deum, quia vult subterfugere ordinationem diuinam, & resistit diuinę voluntati, quæ ordinauit vt homo iudicet in præsenti seculo. Vnde glo. super illud Apost. 1. ad Corint. 4. mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die, dicit duo esse genera iudiciorum. vnum humanum, quo homo iudicat hominem in pręsenti uita, quod Apostolus appellat diem hominis. aliud diuinum, quo iudicabit Deus in fine seculi, quod apostolus appellat diem Dei. Vnde talis sic appellans refugit ordinationem diuinā. ideo dicitur appellare contra Deum. Tum etiam quia talis appellatio repugnat determinationi temporis, quia Deus præfixit diem determinatam in qua omnes iudicandos per ipsum, oportet præsentari ante tribunal ipsius vt recipiat vnusq́q; prout gessit in corpore, sicut dicit Apost. 2 ad Corin. quinto. Cum ergo appellatio sit remedium iuris, quicunque in hac vita vult appellare ad Deum, vult via iuris ante diem iudicii qui erit post hanc vitam procedere in iudicio, & vult via 4 iuris præuenire diem iudicii a iudice ordinatum. Vnde appellare ad Christum iudicem est appellare contra iudicem. Vide August. de Anco. vbi supra in 1. 2. & 3. articulo. Adde etiam quod merito non est admittenda appellatio a papa ad Deum, quia sapit præsumptionem & temeritatem in appellante, quia præsumit de Deo tamquam de homine siue iudicio hominis. & præsumit de seipso, quia præsupponit certam suam iustitiam, secundum apostolum autem ad Roman. 10. quærentes suam iustitiā statuere iustitiæ Dei non sunt subie- 5 cti. Et temere appellans punitur. l. eos. §. ne temere. C. de appel. Bald. in l. 2. C. de epis. au. Bar. in l. ab executore. C. quorum appel. non reci. Item talis appellans committit in legē, quia prohibitum est appellare a papa. d. l. 1. ff. a quibus appell. non licet, & in legem committens nō vtitur legis beneficio. l. nō dubium. C. de ll. capitulo quia frustra. de vsu. Quinimmo talis committentis in legem peccat mortaliter & incurrit pœ- 6 nam. vt in c. si quis. de maior. & obed. Imo † Collectarius in c. quæ multotiens. de reg. iur. dicit quod appelās a papa ad Deū dicitur incidere in hæresim, quando sententia papæ fuisset iusta. Alexand. in c. non decet 12. dist. simpliciter referendo collec. dicit quod appellans a papa ad Christum est hæreticus, 7 qa virtualiter negat papam esse Vicarium Christi. Sed tu † uide ibi colle. qui multa ponit in d. c. quæ multotiens. Et distinguit quod aut sententia papæ est iusta aut iniusta, & aut iniustitia illa est contra ius positiuum, & tunc etiam incideretur in hæresim, quia in talibus qui tangunt claues & papæ potestatem, maxime vbi sacra scriptura esset aperta, de qua non licet dubitare, sunt infideles, vt in c. apit. 1. de hæret. in 6. Aut sententia papę est contra Deum vel legem euangelii vel naturę, & tunc si appellans innititur appellationi vel supplicationi, esset magis erroneum, quia Deus precibus non virib. humanis superatur, de pœnit. dist. 1. c. importuna & seq. si autem non innititur appellationi vel supplicationi, sed recurrit simpliciter ad Deum exprimendo dolorem, & affectum mentis suę & referendo in Deum, tunc non noceret sed iuuaret. Videtur tamen concludere quod ad hoc vt dicatur incidere in hæresim, requiritur quod perseueret & sit pertinax in sua appellatione vel supplicatione per clement. primam. Et ibi etiam ponit an liceat supplicare ad Deum a sententia papę. Et concludit quod non, loquendo de supplicatione iuris. ibi vide eum.

SVMMARIVM.

1 *Duobus contendentibus de papatu in concilio, an poterunt appellare a sententia concilij.*

Articulus V.

1 Sed quid † Si sit controuersia inter duos de papatu in concilio, vtrum poterunt appellare a sentētia concilij? Dicerem quod non, quia non poterunt ad seipsos appellare, quia non est alius superior ipso concilio isto casu, & appellatio debet fieri ad maiorem, ut sępius dictum est c. 2. de consuet. in 6. Et istam opinionem reperi tentam in quibusdam reportatis factis tempore schismatis quorum authorem ignoro. uide quod dico supra in quæstione utrum a concilio possit appellari ad papam.

SVMMARIVM.

1 *Papa indubitatus an possit prolibito suo dissoluere concilium, vel alio transferre.*
Et argum. quod non vsque ad num. 17.
Et argum. quod sic vsque ad num. 27.
Auctoris opinio. & distinctiones plures. numero 28. Vsque in finem articuli.
2 *Variatio omnis prohibita est.*
Et præsumitur contra variantem. ibid.
3 *Approbatum semel non potest amplius reprobari.*
4 *Princeps si aliquid cœperit, non debet relinquere imperfectum.*
5 *Papa quare non possit sibi eligere successorem.*
6 *Papa non potest tollere priuilegium clericis quod non possint conueniri coram iudice laico.*
7 *Concilij sententia in causa fidei est maior sententia papæ.*
8 *Legatus licet durante ligatione non possit conueniri, tamen si rem aliquam emerit, & possidere cœperit, etiam durante legatione conuenietur.*
9 *Concilium postquam est congregatum, cum auctoritate papę, auctoritates confunduntur.*
Et remanet forma concilij.
10 *Constitutionis frequens dispositio.*
11 *Concilia inuenta sunt ad instruendos Christianos, & docendos populos, disciplinas, & mores ne in hæresim dilabantur.*
12 *Concilium postquam est congregatum est vnum corpus cum papa.*
13 *Concilium est iudex, vbi tractatur causa fidei, schismatis extirpandi, vel reformationis in capite.*
14 *Arg. quod qui potest instituere potest destituere, quo casu valeat.*

15 *Papa non potest facere constitutionem quod non accusetur de hæresi.*
16 *Maior pars vniuersitatis non potest statuere contra id quo ab omnib. prius fuerat determinatum.*
17 *Decretum papæ cum concilio, non debet posse sine concilio reuocari.*
18 *Condere eiusdem est cuius destruere.*
19 *Concilium generale congregare spectat ad papam.*
20 *Papa est supra omnia concilia generalia & concilia ab ipso sumunt auctoritatem & confirmantur.*
21 *Concilij dubium refertur ad sedem Apostolicam.*
22 *Verbum erit quomodo intelligendum.*
23 *Papa concilia non rite celebrata sine alicuius consensu cassat, & damnat, & restituit quos concilia damnarunt.*
24 *Concilia quæ præsentiam papæ non habuerunt vigorem suum amiserunt.*
25 *Verbum perdiderunt præsupponit habitum.*
26 *Sententia papæ præfertur sententiæ concilij.*
27 *Eugenius licet obligasset se non annihilare concilium Basilien. nihilom. illud transtulit, & potuit hoc facere.*
28 *Papa potest transferre concilium congregatum ex causa quam solus papa posset sine concilio expedire.*
Dummodo bona ratione moueatur. ibid.
29 *Prorogans non dicitur aliquid immutare.*
30 *Moræ non est annumerandum quod differtur optima ratione.*
31 *Morosus non dicitur qui iusta causa impeditus non soluit.*
32 *Causæ ex quibus concilium etiam inuitis patribus posset transferri.*
33 *Publicæ vtilitatis gratia rescinditur sine omnium consensu quod ab omnibus fuerat ordinatum.*
34 *Constitutio frequens edita in concilio Constant. fuit edita apostol. sede vacante, nec in ea interuenit. auctoritas papæ, nec reperitur approbata per papam.*
Et talis constitutio est lex positiua. nu. 38.
Et errant qui illam ex tollunt & allegant contra papam. nu. 39.
35 *Concilium Constãtiense, fuit approbatum per Martinum in his quæ fidem concernebant.*
36 *Episcopus propria lege vel statuto non potest se ligare.*
37 *Papa disponit contra statuta concilij, & contra illa dispensat, licet concernant statum vniuersalis ecclesiæ in his quæ sunt de iure positiuo.*
40 *Papa si vellet prouidere ipse his propter quæ concilium fuerat congregatum, potest etiam sine causa concilium transferre.*
Et quomodo intelligendum.
Et dat exemplum. auctor. nu. 42.
41 *Princeps aliquid faciens etiam in præiudicium tertij in dubio præsumitur facere cum causa.*
43 *Papa non potest concilium transferre, quando causa propter quam est congregatum non dependet solum ab ipso, nec ipse solus potest expedire, nec dissoluere ante finitam causam.*
Exempla si tractetur causa contra papam vel causa papatus.
Secus si ipse prouidisset causæ, necessitati imminenti ecclesiæ, numero 60. & 63.
44 *Papa potest transferre concilium siue dissoluere si sit congregatum ad hæresim iam damnatam extirpandam.*
45 *Sententia papæ quando concurrit cum decisione alias facta in concilio, præualet sententiæ concilij.*
46 *Disputandum cum hæreticis, quando hoc vellent facere vt docerentur, & ad reprobandam eorum hæreticam intentionem.*
47 *Papa si videat in concilio non esse Patres ita doctos vt possint contra perfidiam hæreticorum disputare, potest dissoluere vel differre concilium in aliud tempus, etiam resistentibus patribus.*
Sed nulla subsistente causa inuitis patribus non potest dissoluere. numero 48.
49 *Princeps licet non præsumatur velle tollere ius tertij, tollit tamen friuolas exceptiones, & concedit dilationem.*
50 *Clausula dummodo non sit alteri ius quæsitum quomodo intelligenda.*
51 *Voluntas papæ, in his quæ sunt de iure positiuo, circa correctionem morum, est pro ratione.*
52 *Papa potest dicere sic volo sic iubeo in his quæ concernunt moralem filosofiam.*
Dummodo non præcipiat aliquid quod sit peccatum. ibid.
53 *Matrimonium licet sit de iure naturali, & diuino nihilom. papa in eo dispensat, & personas inhabiles habilitat.*
54 *Papa an possit dissoluere, vel differe concilium, quando ex dissolutione vel dilatione discoloraretur status vniuersalis ecclesiæ vel ex causa graui & numero 57.*
Secus si ex causa leui, & friuola, nu. 58. & 59.
55 *Papa an possit tollere constitutiones conciliares.*
56 *Cap. sicut 15. dist. intellectus.*
61 *Concilium si non potest transferri vel differri, multominus dissolui.*
62 *Papa, finita causa propter quam concilium est congregatum, potest illud dissoluere.*
64 *Concilium debet durare vsque ad finem causæ propter quam est congregatum. &c.*

Articulus VI.

1 Successiue quæro † vtrum papa possit pro libito uoluntatis concilium dissoluere vel ad alium locum transferre & loquor de indubitato papa. Et videtur 2 † prima facie dicendum quod non, quia omnis variatio prohibita est, ut in clem. cum illustris, de renunc. & ibi dicit car. quod præsumitur in dubio contra variantem quod velit deuiare a veritate, facit quod dicitur in cap. 1. ut eccle. bene. & regula quod semel cum concor. in sexto. Item dicit text. vndecima quæstione tertia certum, & decimaoctaua distinctione, si quis autem, quod si quis ante finitas agendorum examinationes a synodo abire præsumpserit debet excommunicari. Quod enim semel 3 approbatum reperitur, non potest amplius reprobari. glo. 4. dicto cap. in istis. 8. q. 2. cap. dilectissimi. 32. q. 5. cap. horrendus ff. qui satisda. cogan. l. ab arbitro 4. q. 3. cap. si & ibi Archi. de elec. cum vintoniensis. & quod notat Innocen. in cap. cum venerabilis de excep. Videtur enim quod semel approbauit transisse in contractum cum patribus in concilio congregatis. & ideo non posse reuocari. l. digna vox. C. de. ll. c. 1. de probat. Sicut non possum reprobare mores quos semel approbaui. c. veniens. de fi. presbi. facit quod notatur in c. de illis, de eo. tit. A pari videtur dicendum, quod nec ipse papa locum immutet, ne ei dicatur patere legem quam tu ipse tuleris. c. cum omnes. de constitut. Indecens enim omnino probatur prius soluere militiæ cingulum quam cedat victori aduersitas 4 præliorum, ut in c. 1. de renun. Et magis † delinquit qui interruptam causam dimittit quam qui nunquam ad causam peruenit, vt in authen. de litigi. §. omnem coll. 8. & dicit tex. in l. 1. C. de emen. codi. instit. quod nihil magis improprium est principi quam ab eo cœptum imperfectum relinqui. præterea vbi ex aliquo surgit decoloratio status uniuersalis ecclesiæ, papa illud facere debet. 8. q. 1. apostolica. 9. q. 3. cap. per principalem in glo. Nec in illo potest dispensare, ut dicit Archi. in cap. sunt quidam. 24. q. prima allegat. 1. q. 7. ca. est illa. ubi idem Archi. & fuit dictum Ioannis in §. nisi rigor eadem 5 cau. & q. Et ista † est ratio quare non potest sibi eligere successorem, quia turbaret bonum vniuersalis ecclesiæ, ut dicit gl. 8. q. 1. §. his omnibus. & idem vult glo. 1. q. 3. cap. ex multis. Et eadem ratione non dispensat contra quatuor principalia concilia, quia tangunt generalem statum ecclesiæ, ut in c. sicut. 15. di. Hoc autem contingit ex dissolutione concilii, quia cũ omnes catholici expectent reformationem in ecclesia, si re infecta uiderent concilium dissolui, omnes turbarentur. inde dicit Inno. in c. inquisitioni, de sent. excom. quod papa non põt præcipere id ex quo vehementer præsumeretur turbandus status ecclesiæ. idem dicunt doct. in c. quanto, de consuet. & 6 gl. in c. proposuit. de concess. præben. Et inde † dicitur quod nõ potest papa tollere clericis priuilegium, quod sub iudice seculari non possint conueniri, vt dicit Flo. in repe. cap. perpendimus, de sent. excom. & doc. in c. nulli, eo. ti. quia illud priuilegium habent a Deo, ut in c. si imperator. 96. dist. & turbaretur status uniuersalis ecclesiæ secundum Flo. in d. c. perpedimus. & idem Doc. in d. c. nulli, de priuilegio canonis si quis suadente. 17. q. 4. Facit text. in c. cum teneamur. de præben. ubi dicit papa se sustinere æquo aio si sua mandata non exequantur inferiores quæ scandalum essent allatura. facit quod dicitur in cap. si quando, de rescript. Et sic ratione scandali uidetur quod non possit concilium transferre. Si enim aliter diceremus, haberet papa potestatem exponendi periculo uniuersalem ecclesiam, quia posset se ad unum locum suæ voluntati accommodum transferre, in quo patres concilij iusto metu ductos compelleret ad sibi placita quamuis iniqua statuendum. quod esse nõ debet, sicut nec potest statuere quod ipse de hæresi non possit accusari, quia periclitaretur status vniuersalis ecclesiæ, vt dicit glos. in capitulo si papa. 40. dist. 7 Item in † causis fidei maior est sententia concilij quam papæ, in c. Anastasius ibi gl. 19. di. & in d. c. sicut. 15. dis. & dicitur in d. capit. si papa, & supra diximus in propria quæstione. Ergo non debet esse in potestate papæ concilium dissoluere, maxime quia ut plurimum concilia celebrantur ad extirpationem hæresum, vt patet in quatuor principalioribus concilijs, sicut patet in capitulo sexta §. 1. cum sequentibus. 16. di. Item si esset in facultate papæ pro libito voluntatis dissoluere uel transferre concilium, nunquam posset contra eum aliquid fieri nisi pro velle eius, quia quando uideret concilium declinare in aliquam sententiam quæ ei non placeret, illico dissoluendo concilium impediret. Et frustratoria esset sententia per conciliorũ congregatio, quæ quam maxime necessaria est. 12. dist. c. illa, & præsertim contra papam cum deuiat a fide, quia nullum habet superiorem, ut allegato. c. si papa. 40. 8 distinct. Item facit quod † si ipse posset dissoluere concilium pro libito uoluntatis, tunc respectu personæ papæ non esset uerũ quod iudicii redditur in inuitũ, § text. & ibi. dicta. l. inter stipulantẽ. ff. de uerb. obli. facit bene tex. in l. si legationis. ff. de iudi. ubi licet alias legatus durare legatione nõ possit conueniri tñ si seruum uel rem aliam emerit uel ex aliqua cau-

sa possidere cœperit, poterit etiam durante legatione conueniri. Et assignat tex. rationem, quia aliter daretur potestas legatis sub hac specie res alienas domum auferendi. Sic in proposito licet alias papa non possit ab aliquo certo loco conueniri, propter delictum, tamen ex quo scandalizaretur ecclesia videtur dicendum quod possit certo loco conueniri, & quod non sit in potestate eius locum iudicii mutare, sed quod debeat inuitus cogi subire iudicium. Item facit illud 9 † quod dixi supra in illo artic. ad quem spectat congregatio concilij. vbi dixi quod non uidetur conueniens quod iudicaturus & iudicans concurrant, & qđ actio & passio q̃ sunt incompassibiles. vbi etiam dico quod postquam concilium est congregatum, & papę authoritas interuenit, authoritas papæ postea confunditur cum concilio & remanet forma cõcilii, & authoritas papæ congregantis finitur facta congregatione, saltem vt non possit illud dissoluere, & concilium cognoscit de facto ipsius papæ. sicut in simili dicitur de iudice recusato, quod non potest iuste cognoscere, & tamen si delegat alteri añ recusationem ille põt cognoscere, & quicquid facit subdelegatus facit authoritate delegati, vt in cap. iudex de off. deleg. in 6. Facit quod dicitur in c. suspitionis. & c. super quæstionum, in princ. de off. deleg. & in simili quod dicitur in cap. si a subdelegato, eod. tit. in 6. Et si hoc est, sequitur necessario quod papa postquam concilium est congregatũ non potest vlterius illud transferre sine voluntate concilii. Et sic fuit seruatum in concilio Constantien. vbi cum concilium fuisset semel congregatum præsidente Ioann. 23. quantumcũque postea fugam arripuerit, omnino omnis potestas 10 remansit in concilio & priuauit eum iuridice. Et in dicto † cõcilio fuit edita constitutio frequens, quæ aperte disponit ꝙ postquam deputatus est locus pro futuro concilio, papa non possit illum mutare sine euidenti necessitate, & de consilio fratrum. quod si est antequam concilium est congregatum, quanto magis postquam est congregatum censendum est, 11 quod non posit dissolui. Item facit † quod concilia sunt inuẽta ad instruendos christianos & ad docendum populos disciplinas & mores, ne christicolæ in hæresim dilabantur, vt 15. dist. cap. primo. Sed si quando expedit habere concilium propter pullulationes hæresum, vel scandala in ecclesia Dei insurgentia papa posset concilium dissoluere re imperfecta existente, tunc remaneret res in ambiguo, & concilio iuste contradicente, remaneret confusio in mentibus hominum, & scandalizaretur vniuersalis ecclesia. Et ideo vt ista cessent dicamus non esse in facultate papæ dissoluere concilium sine voluntate concilii. Facit quod paulo ante adduximus ex Innocen. in cap. inquisitioni, de sent. excom. & quod dicitur in cap. ad monasterium, de sta. mona. & in cap. sunt quidam. 25. 12 quæst. 1. Accedit † quod postquam concilium est congregatum, est vnum corpus cum papa. Et ideo sicut quæ spectant ad vniuersum corpus non possunt per particulare membrũ ministrari aliis membris reluctantibus, vt in capitu. singula. 89. distinc. sic videtur quod non posit solus papa, qui est caput, sine prælatis, qui sunt membra. Item facit quod quando iudicium deberet fieri per concilium de papa, si papa posset dissoluere concilium, vel illud transferre, esset in potestate rei positum in quo loco deberet conueniri. quod est absurdum, vt dicit text. in l. non vtique. ff. de eo quod certo loco. Item quando in concilio est tractandum de papa, non conuenit quod cognitio fiat in loco quem papa voluerit sed potius econtra, cum naturali quoque iuri conueniat quos res exegerit iudicialibus ad iudicium vocari sententiis, non ipsos iudices, quod dici etiam iniustum est, ad subiectos deduci, vt in l. iubemus in §. omnes, de episcopis & clericis, & in l. secunda. §. si præses. ff. quis ordo in bonorum pos. seruetur. 13 Item facit † quod ubi tractatur causa fidei uel schismatis extirpandi uel reformationis in capite, sinodus est iudex, vt in capit. Anastasius ibi gl. 19. dist. & in capitulo sicut ibi glo. 15. distinctio. & in dicto capitulo si papa. 40. distinctio. cum aliis similibus. Vnde in eius potestate est locum iudicii eligere ubi causa debeat agitari. sicut & episcopus eligit locum iudicii in sua diœcesi, vt in capitulo cum episcopus, de officio ordinarii, in sexto. igitur & loci mutatio in sinodi potestate esse debet. capitulo statuimus, de offi. deleg. in sexto. Nec obst. 14 si dicatur † quod si papa potest concilium conuocare, ut 17. distinct. per totum. ergo & dissoluere, sicut qui potest instituere potest & destituere, vt in capitulo cum ex iniuncto, de here. Quia respondetur quo ubi inter conuocationem & dissolutionem est ratio diuersa non est verum dicere, quod si potest cõuocare potest & dissoluere. nam & episcopus sacerdotibus atque ministris solus honorem dare potest, sed solus auferre non potest. 15. quæstione septima. episcopus. optime tex. in capit. sexta actione, ca. cau. & quæst. Pro hoc etiam facit quod si papa posset sua authoritate dissoluere concilium. similiter posset prohibere ne unquam celebrarentur concilia vniuersalia, imo hoc per indirectum sequeretur, quia per dissolutiones non tenerentur. Sed non potest facere quod cõcilia non teneantur in causis necessariis, puta fidei & similib. 19. distinct. cap. Anastasius. quia eius potestas est ad ædificationem non ad destructionem, vt inquit Apostolus ad Eph. 4. & 2. ad Corin. 10. destructio autem sequeretur ex prohibitione celebrationis conciliorum, quia esset in euersionem fidei, ruinam ecclesiæ & perturbationem populi christiani. nã tot posset dissolutiones facere quod nunquam concilia tenerentur, maxime quando esset congregandum concilium cõtra eum, quia forte esset hæreticus. ideo non est dicendũ ꝙ possit illud pro libito dissoluere, & maxime quia possent cõtingere casus in quibus ex dissolutione concilii destrueretur status ecclesiæ, vt si per dissolutionem sequeretur malũ vniuersalis ecclesiæ, cum concilium esset congregatum pro bono ecclesiæ vniuersalis. puta si hæretici nollent conuerti nisi per concilium, si papa dissolueret tale concilium, remaneret hæresis quæ alias tolleretur per concilium. hoc autẽ non 15 potest facere, sicut † non potest facere statutũ quod ipse non accusetur de hæresi, & quod illud quod est peccatum nõ sit peccatum, vt dicitur. 40. dist. cap. si papa. Et quod papa non possit concilium congregatum dissoluere uel transferre, tenuit Ludo. Pontanus in quodam sermonæ Colonię per eum habito qui incipit illustrissime & gloriosissime princeps. Et idem etiam tenuit Pet. de Ancha. in cons. 66. incipit pro declaratione. vbi dicit quod Gregorius tenebatur ire ad locum Saonæ postquam semel illum locum elegerat pro concilio. & maxime dicit Abbas post inchoatum processum contra papam. Hoc idem videtur tenere Cataldinus de Boncompagnis in trac. edito contra Basilien. concilium ad impugnandum monitorium per concilium decretum cõtra Eugeniũ, inquantum dicit quod Eugenius ratione ægritudinis potuisset transferre Ferrariam, ex quo videbatur necessaria præsentia papæ in concilio ad sedandum errores græcorum in fide. Videtur ergo quod nisi fuisset vrgentissima causa ægritudinis non potuisset transferre concilium. Item facit quod postquam est facta semel electio loci concilii, & in concilio decretatus locus, sicut vno contradicente non posset seipsam sinodus transferre ita nec a solo papa sine patrum consilio. Primum probatur per tex. singularem, in auth. de defenso. ciui. ad fi. ubi si vniuersitas ad reeligendum magistratum ciuitatis cuius officium expirauerat procedere uelit, uno solo cõtradicente non potest. Et ita limitatur. l. quod maior. ff. ad municip. & c. 1. de ijs, quæ fi. a ma. par. ca. De quo per Abb. & Lanfrancum in c. constitutus, de appel. & Ias. in l. iurisgentiũ in §. fi. de pac. & Fel. in c. cum omnes, de consti. in 16. colum. 16 Item facit ꝙ maior pars vniuersitatis minore contradicẽte non potest aliquid statuere in præiudicium minoris cui quęsitum est ius ex aliqua ordinatione præcedente constitutionem ipsam, vt est tex. in c. cum omnes, de constit. notat Bal. in l. veterem. C. de autho. pręstan. vbi dicit quod maior pars vniuersitatis non potest statuere contra id quod prius ordinatum fuit ab omnibus. Vnde ex quo semel electio loci fuit decretata, rescindi non potest sine omnium consensu nisi ex causa publicæ vtilitatis. Pro hoc est tex. notabilis in l. quod semel ordo. ff. de decre. ab ordin. faci. canonizata. 25. qõ. 2. c. institutionis, & cap. cum piæ. 6. q. 4. c. quod bene. Secundum 17 probatur, quia decretatum per papam cum concilio, non uidetur sine concilio posse reuocari, ut dicit gl. in capit. ubi periculũ, de elec. in 6. in vers. concilio. Et his & pluribus alijs rationibus consuluit Ludo. in cons. 352. incipit quæritur, ꝙ sinodus Basilien. non poterat se transferre Auinionem.

In contrarium quod imo papa posit dissoluere & transferre concilium, facit pri 18 mo † regula generalis quod eius est tollere cuius est condere, vt in l. fin. C. de legibus & eius est destituere cuius est instituere, ut in capitulo cum ex iniuncto, de hære. in fine. & eius est absoluere cuius est ligare. capit. cum inferior ibi glo. de maioritate, & obedien. & capitulo inferior. 21. distinct. & omnis res per quascunque causas nascitur per easdem dissoluitur. capit. primo, de reg. iuris. C. quando liceat ab emp. disce. l. prima, & nihil tam naturale est quam eodem genere vnumquodque dissoluere quo colligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iu. C. de act. & obli. l. sicut, & de baptis. c. maiores. Sed sic est ꝙ ad papam spectat concilii congregatio, ergo ad eundem spectat illius dissollutio siue translatio. item facit ꝙ 19 † ad papam spectat noua editio simboli & congregare generalem sinodum & omnia alia facere quæ ad vniuersalem ecclesiam pertinent, ut dicit S. Thomas in secunda secundę. quæstio prima, art. 10. & late per Alexand. in capitulo canones. 15. dis. vbi late quomodo illud intelligatur. & diximus supra in quæstione propria. Ergo multo magis & eiusdem con 20 cilii dissolutio ad eum spectat. item papa est super omnia cõcilia generalia, & concilia ab ipso sumunt authoritatem

& ab eo confirmantur. 25. q. 1. c. 1. 17. diſ. cap. 1. & c. regula & c. concilia & 21. diſt. cap. in nouo & 96. diſt. cap. bene quidem, & c. ſignificaſti. de electio. Ergo in eius poteſtate ſimiliter eſſe debet auferre concilio poteſtatem, & illud diſſoluere, & transferre, ad hoc bene facit tex. in cap. in ſancta. 2. q. 7. Item pro hoc facit illud Matth. 16. & c. ſolitæ. de maior. & obed. & c. ad apoſtolicæ de re iudi. in 6. vbi Chriſtus dixit Petro quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Ergo concilium ſoluere vel transferre eſt in poteſtate papæ, cuius eſt ſoluere & ligare. Item facit† qđ quotiens aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt rationem, ad apoſtolicam ſedem pro recipienda ratione conueniant, vt dicit text. in c. nec licuit. 17. diſt. Sed huiuſmodi eſt papa in quo repræſentatur ſedes apoſtolica, & maxime congregato cõcilio, vt dicit Cardin. in clem. quia contingit. de relig. Dom. in quinto quæſito, & Ioann. And. in c. ſi Abbatem de elec. in 6. Ergo.

21

22 Ad idem† facit text. 17. diſt. c. regula. vbi dicit, nec vllum ratum eſt aut erit concilium quod non fuerit authoritate papæ fulcitum, quod verbum erit, ſi loquimur de eodem concilio referri debet ad ſucceſſum in concilio, quaſi deficiente in eo papæ authoritate non ſit concilium. Item papa, vt potè totius eccleſiæ iudex, poteſt cõcilia nõ rite celebrata authoritate ſua ſine alicuius alterius conſenſu caſſare, vt in c. cuncta per mundum el. 2. 9. q. 3. vbi inquit tex. quorumlibet ſentẽtijs ligata, pontificum ſedes Beati Petri ius habet diſſoluendi, vt potè quæ de omni eccleſia ius habet iudicandi, & in c. præcedenti, incipit etiam cuncta, inquit, ſed nec illa præterimus quod apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præcedente, & ſoluendi quos ſynodus inique damnauerat & damnandi nulla exiſtente ſynodo quos oportuit habet facultatem. Sic videmus quod papa reſtituit quos concilium damnauerat, vt in cap. conuenientibus. 1. quæſtio. 7. & 50. diſ. c. Ioannes. §. Aſclepius & §. final.

23

24 Ad† idem facit tex. in c. concilia. 17. diſt. vbi dicit quod concilia valitudinem perdiderunt quia præſentiam papæ non habẽt. Vnde videtur dicere de concilio quod fuit in eſſe & poſtea deficit in eo poteſtas papæ, quod deſinit eſſe concilium. Et licet ibi glo. dicat quod perditur etiam illud quod numquam eſt habitum, quaſi ideo concilia dicantur perdidiſſe valitudinẽ quia præſentiã papæ non habent tñ congruentius videtur intelligi text. de concilijs in quibus papa præfuit, ſed quia in progreſſu concilii deſiit papæ præſentia concilium perdidit valitudinem, verbum† enim perdiderunt præſupponit habitum. l. nam etſi ſub cõditione. §. rumpendo. ff. de iniuſto rup. & irri. teſta. cap. ad diſſoluendum de deſponſat. impu. Quod probatur, quia papa eſt caput vniuerſalis eccleſię, ut in capit. ſacroſancta. 22. diſtin. & in cap. rogamus. 24. q. 1. & c. loquitur eadem cauſa. & q. Remoto autem capite a membris neceſſe eſt corpus & ſic concilium diſſolui, quia ſimulatque papa ſe ſeparata concilio, concilium & patres in eo remanentes dicuntur Acephali, & ſic monſtrum. c. per venerabilem qui filii ſint legi. eſt enim Acephalum concilium ſine præſentia papæ, vt in c. ſubmittitur. 21. diſt. Ergo poteſt† quandocunq; vult illud diſſoluere, præſentiam ſuam a concilio ſeparando & contradicendo ipſi concilio. Et hoc videtur verum etiam ſi totum concilium cõtradiceret, quia ſententia papę præfertur ſententiæ concilij. c. in iſtis ibi glo. 4. diſtinctione, & capitulo nemo. 9. quæſt. 3. & dictum eſt ſupra in quęſtione propria, cenſetur enim in omnibus ſtatutis concilii excepta authoritas papæ, ut in c. ſignificaſti. de elect. & glo. in c. ubi periculum de elect. in 6. & in §. his ita. 25. q. 1. Ergo ſolus tãquam caput poteſt concilium diſſoluere & transferre. Et quod hoc poſſit, ponit Alex. in rub. de appellat. alleg. gl. hoc dicẽtẽ in c. vbi periculum in verb. concilio de elect. in 6. & in c. licet, in fi. de elect. & in c. bene quidem. 96. diſt. Et idem Alex. in ſumma. 15. di. in ultima charta, vbi vult ſubſiſtente cauſa, & modo non turbetur ſtatus eccleſię, poſſe concilium per papam transferri & diſſolui. Et idem Cardinal. de Turecrem. lib. 3. c. 67. idem etiam tenet Archiep. florent. in ſecunda parte ſum. tit. 3. §. 11. verſic. ſchiſma autem. idem† quoque dicit fuiſſe tẽtum tempore Eugenij 4. Andreas ſiculus in capit. tranſlato. in 3. colum. de conſtit. qui dicit quod licet Eugenius ſe obligaſſet non annihilare concilium Baſilien. nihilominus fuit per eum tranſlatum, quod dicit potuiſſe fieri per dicta per eum in dicto capitulo tranſlato. vbi dicit quod poteſtas condendi legem fuit in Chriſto, & a Chriſto, tranſlata eſt in Petrum, & conſequenter in eccleſiam.

25

26

27

Quid dicendum? Mihi videtur quod non reperiantur doct. qui bene dilucident quæſtionem, propterea arbitror diſtinguendum ꝙ aut papa procedit prorogando tempus vel mutando locum per modum translationis concilij iam congregati, aut prorogando tempus concilii tenendi nõ congregati, ſed intimati, vel mutando locum, aut diſſoluendo concilium iam congregatum.

28 Primo† caſu, quo loquimur de congregato, aut concilium eſt congregatum ex cauſa quam ſolus papa poſſet ſine concilio expedire. Et tunc ſi papa mouetur bona ratione & ceſſat omnis dolus & prorogatio ſeu translatio nõ eſt allatura periculum circa ſtatum eccleſiæ & circa fidem, dico quod ſine dubio papa ſolus poterit etiam renitentibus patribus concilium prorogare, quia prorogans† nihil dicitur immutare. l. ſed & ſi manente. ff. de precario. Barto. in l. 3. ff. de damn. infec. Bald. in l. ſi conſtante. C. de donat. ante nupt. glo. in clem. ne Romani, ibi Pet. de Anchar. de elect. Innoc. in c. 1. & c. requiſiſti. de appellat. Vnde dicit iureconſultus† non omne quod differendi cauſa optima ratione fit, moræ eſt annumerandum. l. ſciendum. ff. de vſuris. Si enim contingeret caſus in quo difficile eſſet papę intereſſe concilio & non conſideret quod res in ſua abſentia eſſet bonum exitum habitura, vt puta ſi ei ſuperueniret infirmitas, ſicut allegabatur in Eugenio contra Baſil. conquerentes quod conaretur concilium transferre, tunc certe non eſſet quod poſſet papę imputari ſi concilium prorogaret, nõ† enim dicitur feciſse moram qui iuſta cauſa impeditus non ſoluit. l. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſuris. Pro hoc eſt regula. non eſt in mora de regul. iur. in 6. & l. nihil intereſt & l. nulla. ff. eod. tit. Facit text. in l. 2. & quod ibi dicitur. ff. ſi quis cau. & in l. quæſitum. ff. de re iudic. & c. ex ratione cum materia de appell. & cap. ex tranſmiſſa de præſcript. cum ſimil. Quinimmo hoc caſu quo eſset legitimum impedimentum vel ſubeſset rationabilis cauſa, non ſolum prorogare, ſed transferre atque diſsoluere poſset cõcilium etiam contradicentibus patribus. Si enim† contingeret quod ad eorum hominum impietatem ſynodus eſset deuoluta quorũ ſtudia priuata ad euerſionem fidei, pacis, & vnitatis eccleſiæ tenderent, vt dicit Leo Papa de ſecunda ſynodo Epheſina, vel ſi papa videret quod multitudo inferiorum machinatione ſeditioſa contempto iudicio epiſcoporum, qui dicuntur patres & columnę eccleſiæ in clem. multorum de pœn. Hierarchicum ordinem confundere moliretur, vel ſi videret ſynodum in tyrannidem conuerſam, uel quod aliqui in concilio nouis auſibus pertinaci animoſitate conarentur vſurpare iura Apoſtolici principatus, vel ſynodum fauorabilem eccleſiæ hoſtibus, vel ſi ſynodus gloriæ ſuæ augendæ cauſa affectaret perpetuitatem, vel ſi locus concilii deſineret eſſet tutus propter potentiam principis ipſius loci, vel ſi aliqui conciliares malicioſe id agerent vt adueniente Romani pontificis deceſsu ad eos futuri pon. electio deuolueretur, certe his, & ſimilibus caſibus ſemper papa poterit etiam patribus inuitis non ſolum concilium prorogare vel transferre, ſed ipſum diſſoluere. Et hoc† probat ille text. qui in contrarium eſt adductus in l. quod ſemel ordo. ff. de decre. ab ordi. faci. vbi ſubſiſtente cauſa publicę vtilitatis permittitur ſine omnium cõſenſu reſcindi illud quod prius ab omnibus fuerat ſtatutum. Non obſtat conſtitutio frequens† in concilio conſtantienſi editaquę vult hoc non poſse fieri ſine conſillo fratrum. Tum qa illa fuit edita apoſtolica ſede vacan. nec interuenit authoritas papæ, nec reperitur approbata per papã, cum tamẽ omnia ſtatuta conciliorum expectent approbationem papæ, ut in c. concilia. 17. diſt. & in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & c. ſignificaſti. de elect. 3. q. 6. dudum. & 2. quęſtione 6. ideo 25. quęſtione 1. capitulo 1.

29

30

31

32

33

34

35 Licet† enim Martinus approbauerit geſta concilij Cõſtãtien. hoc fuit in ijs quæ fidem concernebant, vt patet in 45. ſeſſione, & non aliter, vt ibi patet. Item poſito quod ſpecifice approbaſset, non valuiſset in prę iudicium ſucceſsorum, qa par in parem non habet imperium, vt in c. innotuit. de elec. & in clem. ne Romani. de elect. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. Quinimmo nec ſibimet potuiſſet legem imponere a qua non licuiſset ſibi recedere. l. ſi quis in principio. ff. de legat. 3. Nec propria lex principis ligat ipſummet principem, vt dicitur in l. digna uox. C. de legibus, & in l. princeps legibus. ff. de ll. & c. nulli. de ſent. excõm. Nemo. n. põt ſibiipſi imperare. l. pen. ff. de arbi. Et minus potuit ligari lege cõcilij, cum ipſe eſſet ſ. cõciliũ. d. c. ſignificaſti. c. cũ inferior. de ma. & obe. & 21. di. inferior. Et de hoc eſt caſus in d. c. innotuit. ubi papa refert ſtat. papę & cõcilij, & dicit ꝙ nõ ligat ſucceſsorẽ papę. Et ad hoc† facit qđ Ioann. And. in regula cui licet. de re. iur. in 6. in mercu. de epo qui directe proprra lege uel ſtatuto non põt ſe ligare. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Treb. text. in l. ex imperfecto. ff. de teſta. Quinimo etiam ſi cõſtitutio fuerit edita pro bono uniuerſalis eccleſię, papa ſubſiſtente cauſa poteſt contra illam diſpenſare, ut in c. ſunt quidam. 25. quęſtione 1.

36

37 Nam† & contra ſtatuta concilij papa diſponit, vt in c. non debet de conſan. & affi. & diximus ſupra in propria quæſtione. Item quamuis dicta conſtitutio reſpiciat ſtatum vniuerſalis eccleſiæ, nihilominus papa contra tales diſpenſat, ut in cap. ſunt quidam. 25. q. 1. Et maxime in propoſita conſtitutione, quia illa quæ in ea ſtatuuntur concernunt ſtatum vniuerſalis eccleſiæ in ijs quæ procedunt a iure poſitiuo. in quibus papa poteſt diſpenſare, vt patet. 78. diſt. per to. quia poteſt diſpẽſare in omnibus quę non ſunt contra fidem, vt notat Ioan. An. poſt Hoſtien. in capitulo propoſuit de conceſ. præben. dũ tamen non foueat peccatum quod ſit contra legem diuinã. ſecus ſi eſſet ex contrauentione legis canonicę vel humanę, vt in dicto capitulo propoſuit & in capitulo cum ad monaſterium de ſta. regula. Et talis† eſt conſtitutio frequens, quæ eſt lex poſitiua. vnde merito papa poteſt contra eam diſpenſare pro libito voluntatis & ſine cauſa quia in his ſolus motus proprius papæ habetur pro cauſa, vt in c. cum noſtris. §. nos vero de conceſ. præben. Vnde dictam conſtitutionem tollere poterit, vt infra proxime dicam. Et ꝓpterea ipſemet Martinus qui interfuit concilio Conſtantien. vt potè q fuit in eo creatus papa, non obſtante dicta conſtitutione frequẽs dedit prę ſidentibus ſuis in concilio ſenen. poteſtatem tranſferendi concilium etiam nulla facta mentione de conſenſu concilij. Similiter etiam & Eugenius eius ſucceſſor illa non obſtante concilium tranſtulit. & facere potuit, quia vt dictũ eſt non potuit ligari a prædeceſſore. & quia etiam in concernentibus ſtatum vniuerſalis eccleſię in ijs quę ſunt iuris poſitiui papa poteſt diſponere, ut patet. 78. diſtin. per to. cum ſit ſupra ius poſitiuum, ut in capitulo propoſuit de conceſ. præben. etiam ſi concernerent peccatum quod procederet a lege poſitiua & humana. quia tales leges tollere poteſt ſecundum Ioan. And. poſt Hoſtien. in dicto capitulo propoſuit & in capitu. cum ad monaſterium de ſta. mona. & 6. diſtinctione per to. & Hoſt. in c. 1. de treu. & pa. Et† ex hoc patet quantum errant illi qui ita illam conſtitutionem frequens extollunt & allegant contra papam ac ſi eſſet euangelium, cum tamen papa quotidie diſpenſet contra conciliares conſtitutiones, ut in capitulo ubi periculum in gloſ. in verb. concilio de elec. in 6. & in capitulo ad apoſtolicę de re iudi. co. lib. ibi Ioan. An. & in ca. fi. de conſue. co. li. Si uero† papa ſine aliqua rationabili cauſa concilium iam congregatum transferre uel mutare vellet, tunc ſi ipſe vellet prouidere & ante mutationem prouideret ijs propter quę concilium eſſet congregatum, crederem ſimiliter quod poſſet illud trãſferre & diſſoluere, quia papa poteſt moueri ex aliqua cauſa alijs incognita. & ideo† dicitur quod in principe quando aliquid facit etiam quod ſit in præiudicium tertij, ſemper in dubio præſumitur cauſa, vt in l. item ſi verberatum. ff. de rei vendi. & in l. Lucius. ff. de euic. & c. quæ in eccleſiarum de conſti. Et hoc quando poſſet prouidere cauſæ congregationis concilij, & prouidiſſet ante mutationem, & mutatio fieret ſine ſcandalo uniuerſalis eccleſiæ. tunc enim ex quo ſatisfactum eſſet cauſæ propter quam concilium eſſet congregatum, & ceſſaret ratio tenendi concilij, merito poſſet diſſolui c. cum ceſſante cum vulgarib. de appel. Hoc enim fieri poſse videmus exemplo Petri, q apoſtolicam ſedem olim penes antiochiã exiſtentem iubente domino Romam traſtulit. 24. q. 1. capit. rogamus. 7. quęſtione prima capitulo mutationes. & cauſa ipſius tranſlationis aſsignatur in capitulo beati. 2. q. 7. & in cap. quamuis. 21. diſ. & in capitu. ſacroſancta. 22. diſtin. & in cap. fundamenta de elec. in 6.

38

39

40

41

42

43 Aut† cauſa propter quam eſt congregatũ cõcilium non dependet ſolum a papa nec ab ipſo ſolo poteſt expediri, puta ſi ſit concilium congregatum cauſa fidei, & ad diffiniendum aliquas magnas cauſas, & difficultates in fide, in quib. neceſsaria eſt concilij congregatio, iuxta. capitulũ maiores de bap. vt puta pro extirpãda hæreſi quę ſcandalizat uniuerſalem eccleſiã, & de qua eſt dubium utrum ſit uere hæreſis. uel ſi ſit congregatum contra papam qui dicit̃ hæreticus uel ſchiſmaticus, iuxta. cap. ſi papa. 40. diſt. uel ſi ſit congregatum pro cauſa papatus, eo quod duo contendunt de papatu, & controuerſia eſt exorta in ipſa electione, ſicut fuit tempore Vrbani. in quibus caſibus eſt neceſsaria diffinitio conciliaris, ut in capitu. ſi duo. 79. diſtinct. & c. Anaſtaſius. 19. diſt. & d. c. ſi papa. Et iſtis caſibus dicerem quod papa non poſset pro libito uoluntatis ſine conſenſu concilij ipſum transferre nec diſsoluere ante expeditam cauſam, quia cum hæc determinatio principalis dubij ſpectet ad cõciliũ, ſimiliter ad cõciliũ ſpectat determinare locum. l. ædiles la. 1. §. ſciendũ. ff. de ędilitio edic. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & l. terminato. C. de fruc. & litiũ expen. c. ꝓterea de of. delega. facit qđ dr̃ ĩ c. ſup literis de reſcrip. Ad idẽ eſt qđ dr̃ in l. iuſtiſſime. ff. de ædilitio edic. & l. ad rem mobilẽ & l. ad legatũ. ff. de ꝑcu. Alioquin ſi eſset papæ facultas ipſum transferendi & diſſoluendi, poſſet per indirectum contra. l. hoc modo. ff. de condi. & demonſtra & cap. quanto de priui. & regulam cum quid. de reg. iur. in 6. Item quia iſta diſſolutio eſſet cõtra bonum vniuerſalis eccleſiæ. ad hoc gl. 8. quęſt. prima. §. his. & prima. quæſt. 3. cap. ex multis. Vnde ante finitam diſputationem de fide & hęreſi papę. nõ poſſet papa illud diſſoluere nec transferre, maxime inchoato proceſſu, quia tunc agitur de bono uniuerſalis eccleſiæ. ideo ſolus papa non poteſt diſponere ſine concilio, ut dicit Inno. & d. Anto. in cap. quanto. de conſue. & idem inno. in c. inquiſitioni. de ſenten. excommun. Et hoc niſi ſuperueniſſet aliqua noua cauſa notoria & legitima argumen. cap. cum ceſsante cum ſimilibus de appel. Si autem in concilio† non tractatur cuſa papatus nec de hęreſi contra papam, ſed eſt congregatũ concilium ad extirpandum hęreſim iam per eccleſiam dãnatam, tunc non eſt neceſſaria authoritas concilii ad finem ut iterum damnetur talis hæreſis, quia ſufficit antiqua damnatio etiam quo ad eos qui nouiter in illam laberentur. 24. quæſt. 1. cap. primo 2. & 3. ubi dicit Gelaſius. Achatius non eſt factus inuentor noui erroris ſed veteris imitator, atque ideo non erat neceſſarium ut aduerſus eum noua ſententia prodiret, ſed antiqua tantummodo reuocaretur, factus ſum itaque executor veteris conſtituti non promulgator noui &c. & ideo maiores noſtri præcauerunt vt quod ſemel ſynodus pro fidei communione & veritate catholica promulgaſſet, non ſinerent nouis poſtea retractationibus mutilari, ne prauis occaſio præberetur quę medicinaliter fuerant conſtituta pulſandi. Quinimo. 25. q. 1. c. nulli, dicitur quod nulli fas eſt ſine ſtatus ſui periculo diuinas conſtitutiones vel apoſtolicę ſedis decreta temerare. Et dicit tex. in cap. 1. eadem. cau. & q. quod vniuſcuiuſque ſynodi conſtitutum quod vniuerſalis eccleſiæ probauit aſſenſus, nulla ſedes magis exequi debet quam prima. Et ideo† ſi papa hoc caſu vellet ne de ſuper fieret noua diſputatio concilium diſſoluere, poſſet etiam inuitis patribus. quia ex quo ſententia papæ concurreret cum deciſione concilii alias facta, præualeret ſententia papæ ipſi concilio, ut diximus ſupra in quęſtione propria, & dicitur in c. in iſtis. 4. diſt. Vnde dicit tex. in l. nemo. C. de ſumma. trin. quod iniuriam facit ſynodo ſiquis ſemel iudicata & rectę diſpoſita reuoluere & publice diſputare cõtendit. Dicit tamen ſi hæretici iterum vellent ſe ſubiicere concilio & reuerti aliter non reuerſuri niſi per manus concilii, papa inuitis patribus de concilio non poſſet antę hæreticorum correctionem diſſoluere concilium quia ſi correcti uolunt redire ſunt admittendi. 23. quæſt. prima. capitu. 1. glo. 1. in cap. maiores. 24. quęſt. 1. & uult. S. Thom. in ſecunda ſecundæ. quęſt. 11. art, 4. imo ſi correcti & emendati venire uolunt, admittendi. ſunt in concilio generali, ut in c. cõuenientib. 1. q. 7. Idem† etiam dicit quod ſi hæretici uellent ſe ſubiicere diſputationi & determinationi concilii, non tamen temere de fide diſputantes, ſed ut docerẽtur velut ipſis oñderent eorũ errores, vel ad reprobãdum prauam hæreticorum opinionem, poſſet tunc concilium cum ipſis ſubire certamen & iterum atque iterũ cum ipſis diſputare. Nam illis de concilio licet ad confuſioſionem hęreticorum de fide publice diſputare. l. quicunque. C. de epiſ. & cler. & d. l. nemo. C. de ſumma. tri. & glo. in cap. nos ad fidem. 96. diſt. & in c. quis neſciat. de ſum. tri. & idem tenet. S. Thom. in ſecunda ſecundæ. quæſt. 10. art. 7. Nec hoc caſu liceret papæ diſſoluere concilium. & hoc exemplo Syluestri. qui cum. 12. ſcribis iudæorum publice de fide diſputauit, vt refert Vincen. hiſto. lib. 14. cap. primo. & lib. 26. cap. primo. Item refert idem vincentius quod 26. annis poſt damnatam hæreſim Arii in concilio Niceno, Athanaſius iterum cum Ario diſputauit & eum conuicit. Et idem lib. 21. ca. 25. refert quod ſynodus Calcedonen. iterum Neſtorium anathematizauit. quem antea Epheſina ſynodus damnauerat. Et idem de Euthice damnato & conuicto in ſynodo Conſtantinopolitana, qui antea damnatus fuerat in Nicena. Sed hoc quod dicit Moder. Aret. non admitterem ita ſimpliciter. qa† ſi papa videret quod in concilio non eſſent epiſcopi talis literaturæ ut poſſent confundere & ſuperare hæreticos, & ꝙ ex diſputatione poſſet potius augeri hæreſis quam extingui, crederem quod papa etiam reſiſtentibus patribus poſſet cõcilium differre in aliud tẽpus donec congregaret peritos, & idoneos qui eſſent ſufficientes ad conuincendum hæreticos argu. l. fi. C. de compenſa. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. Idem dicerem de trãslatione, quia ſi papa videret locum nõ vſquequaque liberum ad votandum pro patribus concilii propter potentiam domini loci qui faueret hęreticis tunc poſſet concilium transferre in alium locum. Non obſtat, quod voluit Petrus de Ancharan. in conſil. 15. incipit pro dęclaratione. in quo uoluit quod poſtquam Gregorius papa elęgerat locum ſaonæ pro concilio ad ſedandum ſchiſma, licet allegaretur locus non vſquequaquę tutus papę, nihilominus

44

45

46

47

minus tenebatur ire ad locum illum propter bonum quod expectabatur ex illo concilio. vbi debebant omnes cedere, & unus papa eligi. & sic prohibebatur trāslatio, quia in casu illo concilium tendebat ad sedandum schisma contra illos, qui gerebant se pro pontificibus & longo tempore fouerant schisma, & concilium non timebat aliquam impressionem, sed Gregorius detrectabat & allegabat multas executiones vt non induceretur ad cedendum sicut iurauerat, quod apparuit in concilio Constatien. in quo omnes fuerunt depositi & creatus Martinus. Sed in casu nostro est totum contrarium, quia loquimur quando locus non est tutus concilio simul cum vero pontifice unito ad sedandum hæresim, & locus est fauorabilis hæreticis. & propterea non obstant. Si 48 autem † uellet dissoluere in totū nulla subsistente causa, non potest patribus contradicentibus. Vnde licet possit concedi quod posset aliquo modo illud differre, non tamen quod posset in totum tollere. Faciunt in argumentum ea quæ ponuntur in l. quotiens. C. de precibus impera. offe. & cap. ex parte. el 2. de offi. delega. & cap. pastoralis. de appell. ubi licet † prin 49 ceps nunquam censeatur tollere ius alterius, ut cap. ex multiplici de deci. l. 2. §. si quis a principe & §. merito. ff. ne quid in loco publico, cum sim. tamen bene concedit dilationem & tollit friuolas exceptiones. ut in cap. ex parte. el primo de offic. delega. & appellationes, ut in cap. pastoralis. de appel. nec per hoc dicitur tollere ius alterius. Ad idem est quod dicitur quando fit mentio per papam de iure quæsito conseruando quod intelligitur de perpetuo mansuro & puro & non de tēporali & conditionato, ut voluit Ludo. consi. 256. incipit ap- 50 probo. & Calde. consi. 8. de rescri. Sicut etiam † dicitur de clausula dummodo nō sit alteri ius quæsitum, quod intelligitur de iure in re vel ad rem considerabili & non de quæsito ex sola acceptatione. de quo per Feli. in c. causam quę de rescrip. & in cap. super literis. 12. col. eo. tit. & in c. cum Bertoldus de re iudi. & Egi. deci. 157.

51 Interdum † autem reperitur intimatum concilium ꝑ bono uniuersalis ecclesię, nō tamen pro causa fidei sed forte pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris, vel pro pace componenda inter principes Christianos, uel pro pace ecclesiæ, ut in ca. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. Et tunc si loquimur ante congregatum concilium, papa poterit ex nuda voluntate sua differre in aliud tp̄s conciliū, si talis dilatio non est allatura scandalum in uniuersali ecclesia circa fidem. Ratio est in iis quia sunt iuris positiui circa correctionem morum, in papa est pro ratione voluntas, ut in l. digna vox. C. de. ll. & l. princeps 52 legibus ff. de. ll. & cap. proposuit. de conces. præben. & in † iis quæ concernunt moralem philosophiam papa potest dicere sic uolo & sic iubeo, dummodo non præcipiat aliquid qđ sit peccatum, ut dicitur in cap. ad aures. de tempo. ordi. & in cap. Iulianus. 11. quæst. 3. quia est supra ius, ut dicto. cap. proposuit. Et ideo dicitur quod motus proprius ipsius est omnium optimus artifex, omnem habens virtutem & omnia prospi- 53 ciens. Ita † ut aliquando ea quæ sunt iuris naturalis & diuini & uoluat & reuoluat, sicut patet in matrimonio, quod est de iure naturali, & diuino ut in cap. primo de uo. in 6. in quo etiam personas inhabiles habilitat. ut in cap. is, qui de sponſ. & cap. non debet. de consan. & affi. & dicitur in cap. cum ad monasterium de sta. regu. & in c. 2. & in cap. ex publico. de cōuer. coniuga. De hoc per Guliel. de Monte Lau. & Doctoin. clementina si rogamus. de sentent. excommu. & dicitur in dicto capitulo proposuit.

Et hoc intelligo verum dummodo non dolose differat ut impediat reformationem, ut si forte pluries prorogasset, & procrastinando continue differret malitiose vt nunquam concilium teneret, & longior dilatio esset allatura scādalum in ecclesia, qa tunc ex quo tendit ad nocendum, non esset audiendus. l. in fundo. ff. de rei uend. Et tunc forte ex quo concilium esset indictum, posset per seipsum congregari & congregatum per seipsum teneri vel per eos ad quos deuoluitur procuratio cōgregationis, requisito papa ut authoritatem interponat. alioquin vt fit contra incorrigibilem & turbantem bonum uniuersalis ecclesię posset ei resisti per modos traditos supra quādo papa est incorrigibilis, per ea quæ ponuntur in uulgari. capit. si papa. Quinimmo plus voluit ꝙ ex quo † in concilio 54 Constantien. statutum est vt teneatur concilium de decennio in decennium pro reformatione ecclesiæ vniuersalis, quæ in schismata & hæreses prolabitur si non reformatur, & ex quo hoc statutum concernit bonum vl̄is ecclesiæ & eo non seruato status ecclesiæ, discoloratur, quia notorium est ꝙ in aliquib. partib. clerici incedunt in habitu seculari magis cōuenieti satrapis & militib. q̄ regularib. personis, & intēdunt venationibus & aucupationibus magis q̄ diuinis officijs, vnde si non reformantur discoloratur status vniuersalis ecclesiæ, quod papa solus illud statutum Constantien. non possit tollere. Et allegat magistrum senten. in primo l. di. 42. dicentem quod illud quod dicitur Deum posse omnia, intelligitur præter ea sola quibus Dei dignitas læderetur & eius excellentiæ derogaretur, quia illud non est posse sed non posse. Et idem videtur dicendum in papa q tenet uicem Dei in terris, ut in capit. primo de transla. præla. cum simil. Dicit tamen quod super loco & abbreuiatione uel prolongatione temporis forte posset dispensare non obstan. dicta constitutione frequens, quia in uno uel duobus etiam concernentibus statum vniuersalis ecclesiæ, dummodo is non discoloretur, papa potest dispensare, ut notat Archi. in d. cap. sunt quidam. 25. q. 1. Facit quod dicit glos. in ca. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. quod licet possit deponere vnum vel duos episcopos, non tamen omnes totius orbis. Ex quibus videtur innuere quod non posset in totum dictam constitutionem tollere. unde in proposito uidetur similiter dicendum quod non possit in totum concilium dissoluere, licet possit differre & transferre. Ergo multo magis quando concilium nondum est congregatum, bonum vniuersalis ecclesiæ, dummodo non fieret in fraudem, 55 vt dictum est. Quod autem † dicit Moder. Aret. quod papa non posset in totum tollere constitutionem frequens, pro nunc non admitto imo credo contrarium esse verum, per dicta in illo arti. vtrum papa possit tollere constitutiones conciliares, ubi late examino, & per dicta supra proxime in ista quæstione. Quod & tenet Cardi. de turrecre. in trac. de po. 56 pa. li. 3. cap. 66. ubi respondet ad id quod obijcitur de c. sicut 15. dist. quod loquitur in ijs quæ de fide, quia circa articulos fidei & sacramenta, per dicta quatuor concilia diffinita sit. Et si Moder. Aret. vidisset, vt hodie fit, prelatos uacare venationibus & incedere cum vestibus laicalibus & sotualib. velutatis, forte subticuisset exemplum de clericis. Si autem pa- 57 pa † vult transferre vel differre post congregatum concilium & postquam incepta est reformatio in capite & in membris & contra voluntatem concilij, tunc aut subest apertissime causa grauis & legitima, & potest transferre & prorogare, ut supra dictum est. Nam & ex causa dispensat in gradibus diuina lege prohibitis, vt dicit Ioan. An. in c. per venerabilem qui filij sint legi. & refert Abb. in c. literas de resti. spolia. Et in alijs quæ sunt iuris diuini, vt in capitulo ex publico de cōuer. coniuga. in capit. cum ad monasterium de statu mona. Et contra dictum apostoli, vt in dicto capitulo proposuit de concess. preben. & in capitulo sunt quidam. 25. q. 1. Item differt tempus a concilio statutum ex causa, vt in capitulo licet canon. iuncto. c. cum ex eo de elec. in 6. Item ex causa facit mutationes sedium, ut in capi. mutationes 7. q. 1. & c. nisi cū pridem de renun. Et sanctorum loca ex causa transmutant, vt de consecra. dist. 1. c. tribus ex causis. Et monasteria de loco ad locum transfert. 16. q. 7. cap. si quis vult. Et electio ex cā transfertur ad alium locum celebranda, vt in c. bonæ de ele. 23. dist. c. in nomine Domini. Et ratione non tuti loci transfertur iudicium cle. 1. de fo. compe. & capit. statuimus de off. delega. in 6. Facit quod dicitur in cap. ex parte de appel. cum simil. Et multa his similia fiunt. Et credo quod non solum semel sed bis vel ter posset prorogare & transferre causa vera 58 seu necessaria subsistente. Aut nulla subsistente † causa graui, sed ex leui & friuola causa vult concilium transferre vel differre. Et tunc hoc aut in nullum redundat scandalum in ecclesia, nec prorogatio uel mutatio affert aliquod præiudicium, quia forte res uel causa ob quam erat facta concilij congregatio, est in eo statu ut possit expectare decretum concilij. Et poterit prorogare & mutare, quia ad eum spectat, ut vult glos. in c. ubi periculum de ele. in 6. & c. significasti eo. ti. & supra dixi. Quia papa solus habet plenitudinem potestatis, vt in c. decreto cum sequen. 2. quæst. 6. capit. ad honorem de autho. & vsu. pal. & in cle. 1. ut lite penden. quæ nullis iuris vinculis subiecta est, ut d. capitulo proposuit. Et sicut pastor habet potestatem transferendi gregem suum prout gregi pascendo cognouerit expedire, ita & papa qui est pastor vniuersalis ecclesiæ, ut in cap. solitæ de maio. & obe. poterit transferre concilium, per quod repræsentatur vniuersalis Christi 59 grex & vniuersalis ecclesia, vt sæpius dictum est. Aut † prorogatio seu translatio est allatura præiudicium siue scandalum in vniuersali ecclesia, quia forte imminet periculum maxime stragis inter christianos, ex qua infideles efficerentur potentiores ad persundandum christianos, uel quia malus modus uiuendi ita inualuit apud clericos quod nisi celeriter prouideatur, sequetur scandalum in laicis & forte periculum in ecclesia circa fidem, uel quia cœptum est procedi in aliquibus pro reformatione in capite. Et his & similibus casibus eo quod papa non potest neque transferre concilium nisi de consensu concilij, & si faceret non esset ea a concilio obediendum. 1. q. 7. cap. et si illa. Et hoc tenet Alexan. 15. dist. in fun. circa

circa fi. ponens exeplum quando papa malitiose vellet transferre concilium in locum in quo ipse haberet potentiam, & patribus non esset libertas uotandi. tunc enim esset illudere ecclsię & spirituisancto, qui ad subueniendum laboranti ecclesiæ concilium adinuenit. facit actuū. 5. 6. & 15. capitu- 60 lo. Et prædicta † intelligo nisi papa per seipsum prouidisset causæ illi propter quam congregatum erat concilium, puta si ipsemet reduxisset clericos ad rectam normam viuendi, vel pacem composuisset inter principes Christianos & seipsum reformasset, nec tantum distulisset quod pertinacia ipsius ei obesse posset sicut dictum est in artic. quando est incorrigibilis, puta si non expectasset vsque ad talem pertinaciam quod haberetur suspectus de fide & permisisset prius formari processum, quia tunc quando consuluisset indemnitati ecclesiæ per seipsum, ex quo haberetur id propter quod congregatum esset concilium, satis posset concilium non solum prorogari & transferri sed etiam dissolui. 11. quæst. tertia capitulo certum. & 18. distinctio. capitulo si quis autem. nisi superuenisset concilio durante alia cā de nouo quæ indigeret conciliari decisione, argum. capituli pastoralis. de excep. & capituli insinuante. de offic. delega. ff. de interroga. act. l. de ætate. §. ex causa. facit quod dicitur in l. prima & secunda. C. de ord. cogni. & capituli tuam eod. titu. Alioquin si expectasset formationem processus. tanquam contra suspectum de fide propter eius pertinaciam in delicto, quia forte assereret tale quid quod lege diuina esset prohibitum, puta committere vsuram non esse peccatum, non posset tunc transferre concilium per dicta ibi supra per Alexan.

61 Aut loquimur † in dissolutione concilii, Et dic quod in omnibus illis casibus in quibus dictum est non posse concilium differri nec transferri, in omnibus illis non poterit dissolui, quia si de quo minus &c. authen. multo magis. C. de sacrosanc. eccl. Finita autem 62 causa propter quam concilium est congregatum, semper in potestate papæ est illud dissoluere & remittere patres de concilio in pace, ut legitur factum in conilio Constantien. in 45. sessione. Ad papam enim ad quem tanquam caput, spectat congregatio, ut sæpius dictum est, spectat & dissolutio. l. iudicium. soluitur. ff. de iudi. dicta. glo. in cap. vbi periculum. de elec. & ca. significasti. eodem. titu. Item † posset absoluere cō- 63 cilium quando ipse solus per seipsum plene prouidisset omnibus propter quę cōcilium esset congregatum. l. iudex post quam. ff. de re. iudi. cap. in literis. de offic. delega. cum similibus. Item posset dissoluere concilium vbi videret ex continuatione concilij oriri discordiam & scissuram in ecclesia, nec per prorogationem uel translationem aliter prouideri posset. Et generaliter subsistente causa apertissime legitima & utili seu necessaria, semper papa poterit dossoluere concilium. Si autem nulla subesset causa dissolutionis nec finem accepissēt in concilio deducta propter quæ concilium esset congregatum non posset illud dissoluere, ne congregatio fieret ludibrio & riculosa & nullum bonum exitum afferēs. dicto capitulo si quis autem. 18. distinctione & de consecra. distinctione prima. omnes. el secundo. & de pœni. distinctione tertia capitulo incassum. & dicto capitulo certum. vndecima quęstione tertia. facit quod dicitur in capitulo primo. de iudici. Et hoc etiam modo procedit quod dicit Moder. Aretinus in locis supra allegatis. Et ex istis apparent solutiones ad contraria.

64 Et ex his quoque colligitur † quanto tempore debet durare concilium, quia debet durare vsque ad finem & determinationem causæ propter quam est congregatum per iura proxime adducta, & quia princeps nihil debet imperfectum dimittere. l. prima. C. de iusti. codi. Quia nihil censetur actum cum aliquid restat agendum. l. fin. C. de ijs. quibus vt indig. septima quęstione prima nihil. 38. distinctio. cap. quæ ipsis. Et imperfectum opus nō nouit Deus, ut in capi. maiores. §. sed adhuc de bap. & bene text. in cap. vbi periculum ibi donec eadem prouisio subsequatur. de elec. in sexto. vbi nisi finita electione non dissoluitur conclaue. Magis enim deliquit qui interruptam causam dimisit quam qui nunquam ad causam peruenit, ut in authentico. de litigi. §. omnem colla. 8. Et melius est non incipere quam ab incæptis turpiter desistere. l. inter omnes C. de prædiis mino. Et quod quis non cogitur incipere, postquam incœpit cogitur consummare, l. 3. §. primo. ff. de arbi. l. in commodato. §. sicut. ff. de commoda. l. si fideicommissum. ff. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Concilium quod sit supra papam. & num.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64.

Articulus VII.

1 Deinde quæritur an † concilium sit supra papā Et videtur dicendum quod sic, quia concilium deponit papam pertinacem. 40. dis. si papa. ponit Ioan. An. post Archi. in c. in fidei de hære. in 6. Idem Archi. post Hugo. in capit. nunc autem super glo. sed videt. 21. dist. Ad hoc. capit. Anastasius. 19. dist. & c. Achatius. 24. q. 1. & c. si duo 79. dist. in quibus iuribus concilium iudicat papam. Facit quod notat Hostien. in summa de accusa. §. quis 2 accusari potest. vers. excipitur vnum. Secundo † facit quod concilium cognoscit de causa papæ. 2. q. 4. c. mandastis. imo & imperator cognoscit de causa papæ ea. cau. q. 7. cap. nos si incompetenter igitur papa subijcitur concilio. Idem in casu schismatis, vt d. c. si duo. 79. dist. & bo. glos. in c. si forte. 63. dist. quæ allegando d. c. si duo, vult quod ratione scandali sit vtraque electio de duobus facta cassanda. quod intelligit per concilium iungendo glos. in d. c. si duo quæ dicit quod concilium est iudex quando duo contra fas reperiuntur electi. 2. q. 7. nos si incompetenter. § item Symmachus. & 21. distin. c. nunc autem. 17. dist. §. hinc etiam. 2. q. 4. c. auditum 2. q. 7. c. si quis super his cum simil. in quibus concilium iudicat de papa, quod non faceret si non esset maius. Et. 2. q. 7. capitulo sicut inquit. vbi dicit glos. quod concilium iudicat de papa, & maxime in causa fidei, vt in c. si papa. 40. dist. Et ostendit tex. act. 12 cum esset orta quæstio de legalium obseruatione, in qua omnes apostoli conciliariter iudicarunt & non solus Petrus. Non obstat tex. 24. q. 1. c. quotiens & de bap. maiores. qa licet dicat causas fidei ad Petrum referendas, nō per hoc excludit concilium generale sed inferiores, vt in simili facit tex. 28. q. 2. cap. nullum. vbi dicit text. quod ad abbatem spectat tota potestas monasterij, & tamen per hoc non excluditur potestas superioris id est episcopi, sed inferiorum id est monachorum. Ad idem faciunt illa quæ ponuntur infra in 3 33. contrario. Tertio † facit quod orbis est maior vrbe. 93. dis. c. legimus. ubi glos. sumit argumentum quod sententia concilii præferenda est sententiæ papæ. Igitur maius est cōciliū, 4 quod repręsentat totum orbem, ipso papa. Quarto † probat glos. in c. sicut. 15. dist. & glos. in c. prosuit de conces. præben. & glo. in c. sunt quidam. 25. q. 1. vbi glo. videntur velle quod papa in ijs quæ concernunt vniuersalem ecclesiam non dispensat nec ea tollit. Ergo maior est vniuersalis ecclesia, & consequenter concilium quod repræsentat uniuersalem ecclesiam, vt est tex. in cap. si quis presbyter. 2. quæstione quarta. & in capitulo significasti per Abb. de elect. Et ponderanda sunt uerba tex. in d. capit. sicut cum dicit quia in his uelut in quadrato lapide sanctæ fidei structura cōsurgit, & cuiuslibet uitę atque actionis norma consistit. quę uerba non solū concernunt uenerationem conciliorum in causa fidei, sed etiam in omnibus concernentibus salutem animarum, & sunt uerba sancti Gregorij. Ex quibus uerbis innuitur quod papa debet uenerari concilium non solum in ijs quæ cōcernunt fidem sed etiam in ijs quæ concernunt salutem animarum. Vnde ex textu met uidetur innui quod maius sit concilium quam papa. Nec uidetur quod possit dari ratio aliqua diuersitatis quare si papa est caput ecclesię uniuersalis possit iudicari a concilio in causa fidei magis quam in alijs cōcernentibus reformationem & normam uiuendi, nam quādo Christus prefecit Petrum cęteris apostolis, 24. q. 1. cum beatissimus, & infra late ostenditur, non apparet fecisse hanc exceptionem quod in causa fidei esset inferior. Igitur aut sit superior quo ad omnia, aut sit superior quando seruat rectam 5 normam uiuendi. Quinto † probatur. quia uidetur quod papa recipiat potestatem ab homine, hoc est ab electione cardinalium, ut in c. licet de elec. & in cap. in nomine Domini. 23. dist. cum simil. Sed concilia recipiunt eam a Deo, ut patet in concilio Constantien. in primo capit. quartæ sessionis. Ad hoc tex. in cap. uiolatores. 25. q. 1. & 24. q. 1. c. maiores. & tex. in c. si quis diaconus. 50. dist. ubi dicit qđ gesta a sanctis patribus in cōcilio, censentur decreta instinctu spiritussancti. Ad idem facit quod dicitur de Rege Franciæ quod confirmat electionem papæ, vt in c. Adrianus el. 2. 63. dis. confirmare autem est proprium superioris, ut in c. nihil cum simil. de elec. Bal. in l. fi. C. de. ll. Hostien. in capit. 1 de locato in uerbo cōfirmatam. Si autem hoc est in rege Franciæ, multo magis idē dicendum est de concilio quod est maius, argu. authen. multo magis. C. de episcopis & cle. Accedit ad idem tex. in d. ca. sicut. 15. dist. ubi papa sequitur statuta concilij, & illa quæ per illa statuta sunt dicit se amplecti, & quæ respuunt respuere. subiungens quia dum uniuersali sunt constituta consensu, se & non illa destruit quisquis pręsumit absoluere quos ligant aut religare quos absoluunt. Ergo papa tenetur seruare statuta concilij nec est solutus legibus cōcilij ergo est minor concilio, quia superior non ligatur statuto inferioris. ca. cum

cum inferior, cum uulgaribus, de maio.& obe. Et probatur. act.15.& infra in 10.motiuo latius dico. & ille tex. sumitur ex primo.li.regis. Grego.cap.24 Item tex.papę Zozimi in c.contra decreta. 25.quæstio. 1.dicit contra decreta.patrum condere aliquid uel mutare,nec huius quidem sedis potest authoritas. unde ibi videtur text.qđ concilia & eorum decreta sunt maioris authoritatis quam papa. Ad idem tex. in capi.confidimus, ibi uniuscuiusque synodi constitutum nullam magis exequi sedem prę cæteris oportere quam primam.& tex. in cap.ideo & tex. in cap. quæ ad perpetuam, & in ca.prima. & ca.a sanctis.ead.cau.& q.in quibus patet quod etiam papa debet seruare statuta a sancti patribus edita. Et de pluribus iuribus his similibus infra. in 26. oppositione & maxime quia aliud & maior est sedes apostolica quam papa.qui habet seruare eius decreta.facit.cap.si gratiose.de rescrip.in 6. Sexto fa

6 cit authoritas†Ioan.Mo.in cap.super eo de hære.in 6.ubi vult quod papa non possit aliqua ardua ex se facere sine consensu cardinalium. & propterea multa fuerunt cassata per Bonifacium quæ fuerant facta per Celestinum prædecessorem eius,quæ fuerant facta sine consensu cardinalium. Ergo authoritas papæ quæ subiicitur consensui Car. quia minus libera quam ipsius concilii videtur inferior ipso concilio. Septi-

7 mo † facit ratio, quia omne totum qualibet sua parte maius est.sed papa est pars concilii,nam papa tripliciter dicitur caput.primo videlicet ecclesiæ uniuersalis,ex quo dicitur summus pontifex.secundo respectu ecclesiæ Romanę,ex quo appellatur Romanus pontifex.tertio est caput concilii, ut in capitulo significasti, de electione, sicut caput est pars corporis Igitur totum concilium est maius papa,& consequenter totius concilii authoritas est maior authoritate papæ.Vnde dicit sanctus Hieronymus scribens ad Euandrum. in cap.legimus.93.dist.si authoritas quæritur,orbis maior est urbe. Quapropter glo.ibi sumit argumentum quod statutum concilii, præiudicat statuto papę. Quod pulchre ostendit Gregorius, in 4.lib.regist.epistola.92.circa medium,scribens Ioanni episcopo Constantinopolitano, & dicens.certe Petrus apostolorum primus membrū sanctæ & uniuersalis ecclesiæ est, Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularum sunt plebium, capita & tamen sub uno capite omnes membra sunt ecclesię,atque ut cuncta breui cingulo locutionis astringam sancti ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia,omnes hi perficientes corpus Domini in membris sunt ecclesię constituti.Accedit quod ecclesia Romana,quę repręsentatur p papam,est una de particularibus ecclesiis uniuersalis ecclesię,ut in dicto cap.legimus, & in cap.quamuis. 21.distinctione.Vnde tex.in cap.nouatianus.7.quæ.prima.dicit quod vna est ecclesia per totum mūdum in multa membra diuisa.Ad idem.24 q.1.cap.loquitur.& in cap.quę dignior dicit,quæ dignior domus apostolice predicationis ingressu quam sancta Romana ecclesia,Sic & Romanus pontifex licet sit singularis & eminētior in ecclesia,tamen de vniuersali ecclesia, est ut concludit glo.in cap. ecce.99.dist.Item est vniuersalis ecclesiæ membrum,quamuis dignius,ut in cap. significasti.de elec.Plurimum enim interest inter dicere papam esse maiorem in eclesia,vel maiorem ecclesia. nam in primo dicto est comparatio partis ad alias partes ecclesiæ.in secundo autem est comparatio ad totum corpus. ita etiam uidetur dicendū quo ad clauium potestatem in Beato Petro apostolo, in quo Christus eam principaliter collocauit, nam uerbum illud principaliter refertur ad alios apostolos prout singulariter, considerantur, & concluditur quod Petrus est maior quolibet eorum. sed non sequitur ergo omnibus maxime consideratis vt sunt congregatio fidelium , quę est ipsum totum corpus. Ad quod etiam facit quod dicitur infra.27. cōtrario.

8 Octauo facit†quod legitur act.primo 6.8.15.& 21.ubi in omnibus gestis apostolorum licet essent conciliariter congregati,nunquam aliquid gestum fuit nomine Petri quamuis ipse fuerit præsens. Vnde & Iacobus nō a solo Petro sed cum apostolis ordinatus est episcopus.66 distinc. cap. primo.§.de episcopis. & in electione matthię non solus Petrus sed omnes fuerunt, ut legitur act. primo & in capi. non statim, & in capit.non exemplo. 26.q.2. vnde etiam non dicitur statuit Petrus sed statuerunt.quę omnia arguunt concilium fuisse supra Petrum. Sicut in simili videmus quod quando aliquid fit in concilio authoritate papæ, ascribitur papę,ut in cap.primo & in capit.non satis.de simo.& in capit.ad apostolicæ de re iud.in 6.& in cap.vbi periculum.de elec.eod.lib.cum similibus multis. Similiter cum congregato cætu fidelium ageretur de legalibus veteris testamenti seruandis vel nō, quę erat quæstio tangens fidem Iacobus episcopus Ierosolimitanus tulit sententiam dicens, ego iudico, ut patet act.15. quod nō fecisset Petro præsente, si Petrus habuisset primatum . Et sic etiam factum est cum elegerunt viros boni testimonii qui diaconorum officium exercerent, vt scribitur act, 6.capit.& 93.distin.capit diaconi. & 21.distinctione. capitu. decreto. Quinimo,quod plus est, concilium misit Petrum & Ioannē act.8.ad quod tex.in cap. 1.de sa.unct. Et considerandum est quod duo sunt missi. si autem Petrus fuisset maior non fuisset missus,& sub nomine eius omnia fuissent conscripta,cuius contrarium ibi apparet. Ad quod facit illud Ioan.13.cap. non est seruus maior domino suo neque apostolus maior eo qui misit illum. Nec dicatur quod missus fuerint consultiue sicut quis mittitur ad bellum.quia copula &,ostendit quod cum pari potestate Petrus & Ioannes fuerunt missi.Similiter in diuisione possessionum nō solus Petrus fuit,ut patet Act. 4.& 12.quæstione.1.cap. dilectissimis.Quinimo in dicto cap. 15.vbi Iacobus iudicauit,dicitur,visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra uobis imponere. Ex quo ostenditur quod illud quod fit per concilium fit instinctu spiritussancti. Et q spiritussanctus presit concilio,facit tex.in capitulo uiolatores.25.quæstione.1.& 50.dist.cap. si quis Diaconus.& 25.q.2. capit.igitur. Et pro ista parte faciunt siue hoc confirmāt omnia illa iura quæ dicunt quod synodus statuit,quæ sunt relata supra in quæstione, sub cuius nomine sit edenda constitu-

9 tio in concilio. Nono facit†quod papa potest errare sicut quilibet alia priuata persona, vnde dicitur ad hebræ.5.omnis pōtifex circundatus est infirmitate id est pronitate peccandi sicut & Petrus errauit, vt patet ad Gala.2. & quod dicitur in c.Paulus el.2.secunda.quæstione 7.& §. item Paulus eadem causa & q.Sed concilium,hoc est ecclesia per concilium repsentata, non potest errare, ut in cap.a recta. 24.q.1.ipsa enim firmam & stabilem veritatem continet.unde dicitur.ad timo.3. hæc autem scribo vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari quæ est ecclesia Dei uiui columna & firmamentum ueritatis. Facit quod id quod Christus dixit Petro. Lu.22.& transsumptiue capit.maiores de bap.ego pro te oraui vt non deficiat fides tua,non fuit dictum de fide personali Petri,qui defecit in fide quando eum negauit,sed de fide uniuersalis ecclesiæ.unde & Matth. 16. dicitur & portæ inferi non præualebunt aduersus eam scilicet ecclesiam,& nō dicitur non præualebunt aduersus te.Et idem manifeste ostēditur ex matrimonio spirituali inter Christum & ecclesiam. Vnde apostolus ad eph. 5.dicit.nemo unquam carnē suam odio habuit sed nutrit & fouet eam , sicut & Christus ecclesiam,quia membra sumus corporis eius, de carne eius,& de ossibus eius. propter hoc relinquet homo patrem & matrē & adhærebit vxori suę,& erunt duo in carne vna.sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Cristo & in ecclesia.Ex quo patet perpetua unio ecclesiæ cum Christo,qui cū non erret,nec ipsa potest errare.Vnde dicit glos.in dicto capitulo a recta 24 quæst.1.quod cum dicitur quod ecclesia nō potest errare non intelligitur de papa quia potest errare,ité quia nomine ecclesię non uenit vnum solum,sed multa membra differentia uirtute & operatione. quod patet ad ephe.4. ad colo.1. ad Ro.12.primæ ad corin. 12. & 1.ad timo,3. item Matth.16.& 18.Vnde dicitur de ecclesia quod est congregatio fidelium,de consecr.dist.1. capi.ecclesia.quę per concilium repræsentatur ut in ca.significasti ibi Abb.de elec.& ultima bulla Martini in concilio Constantien.adepta est. n.ecclesia perpetuam & inestabilem firmitatem cum dictum illi fuit super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Si autem posset errare, non esset firma & portę inferi præualerent aduersus eam.nā portæ inferi sunt vitia & hæreses secūdum Hiero. Et ista vniuersalis ecclesia est de qua dicitur quod nō potest errare, Romana autem ecclesia bene possit errare, ut dicit Ioan. An.in c.a nobis el.2.de senten.excom.facit quod dicitur in capitulo pudenda.24.q.1. Alioquin si ecclesia posset errare, desineret esse ipsa, quod autem est impossibile,quod patet ex symbolo, ibi, & vnam sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam. cum enim ipsa regatur a spiritu sancto qui non potest errare,consequenter nec ipsa.Quod autem regatur a spiritu sancto,patet Ioan. 14.ego rogabo patrem meum & aliū paraclitum dabit vobis spiritum veritatis. Item, paraclitus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia & suggeret uobis omnia quęcunque dixero vobis. Item Ioan.16. adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem uenerit ille spiritus ueritatis,docebit vos omnem ueritatem.Et quod sit perpetuo mansurus spiritus ueritatis in ecclesia,cōstat quia ubi supra Ioan.14. Dominus dicit, ego rogabo patrem & alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum veritatis,quem mundus non potest capere,quia nō uidet nec scit eum, uos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit & in uobis erit. Hoc autem de apostolis solum dictum intelligi non potest,quia ipsi non manserunt in hoc modo in æternum. Vnde pro ecclesia dictum intelligi oportet.

10 Decimo†facit quod una est fidelium uniuersalis ecclesia extra

extra quā nullus oīno saluatur, in qua Christus est sacerdos & sacrificium, vt dicit tex.in capit. firmiter in §.una de sum. tri. Vnde inquantum papa sicut nec quiuis alius non saluatur extra ecclesiam uniuersalem, patet quod uniuersalis ecclesia est maior & dignior papa & quocunque alio mēbro ipsius ecclesiæ , arguendo a dignitate saluatoris ad dignitatē saluati & sic inferioris, sicut argui potest a dignitate creatoris ad dignitatem creaturæ , quæ minor est dignitate ipsius creatoris.Nec dicatur hoc intelligi,ut quidam confinxerūt, de primitiua ecclesia quæ tota erat spiritualis, & non de moderna, in qua est pompa vanitatum & temporalium ambitio,& fere in totū abiectus cultus diuinus, adiicientes a multo iam tempore spiritualem ecclesiam defecisse, & carnalē regnare. cum Christus dixerit se cum illa mansurum vsque ad consummationem seculi,ut paret Matth.vl.quia vt dicit tex.in c.pudenda.24.q.1.& ibi Archi. nulla hominum malitia, etiam si ab ecclesia toleretur, ualet ecclesiam extinguere. Et tex.ibi clare probat cum dicit,quod si nullo modo recte potest dici ecclesia in qua schisma est, restat ut,quoniam ecclesia nulla esse non potest,ea sit quam in apostolicę sedis per successores episcoporum radice constitutam,nullorum hominum malitia , etiam si nota excludi non possit,sed pro temporis ratione toleranda iudicetur,ullo modo valeat extinguere . Et quod dicitur de ecclesia uniuersali debet dici de concilio generali in spiritu sancto legitime congregato & ecclesiam uniuersalem repræsentante, attento quod pręeminentia & honor qui debentur repræsentato, debentur repręsentanti illius vices gerenti.97.distinctione. capitulo nobilissimus.& de offic.delega.capitulo cum olim el.2.ibi glo. 2.quæst.5.capitulo habet in fi.& 93.distinct. capitulo si.in fi. 2.quæst.7.capitulo accusatio glos.in capitulo cum voluntate de sen.excom.cum simil. Quod autem per concilium repsentetur vniuersalis ęcclesia , satis supra pluries dictum est. Et habetur in concilio Constantien.in decreto quartæ sessionis,cuius uerba sunt,quod ipsa synodus in Spiritusancto cōgregata legitime generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militātem repræsentans,potestatem a Christo immediate habet. Et hoc etiam probatur act.15.ubi dicitur placuit apostolis & senioribus cum omni eccclesia &c.& tamē clarum est quod ibi non erat vniuersalis ecclesia, & acta illius concilij etiam attribuuntur spiritui sancto cum dicitur placuit spiritui sancto & nobis &c. & dixi supra in 8.contrario. Quod autem concilium habeat potestatem a Christo, probatur Matth. 18.transsumptiue in cap.audiuimus 24.q.1. & in capitulo de quibus.20.distinctione vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorū sum. Quod & declarat Calcedonen. concilium in 10.actione cū dicit. si n. Dominus duobus simul episcopis promisit se interesse , quanto magis pluribus ? Idem probatur ex gestis in octaua synodo, ubi patres concilij damnantes dixerunt, fotium resistentem & inobedientem, huic uniuersali synodo repulimus & anathematizauimus atq; a tota catholica & apostolica ecclesia fecimus alienum,per datam nobis ptestatem in Spiritusancto a primo & magno pontifice nostro & Deo liberatore & saluatore cunctorum,Item quia Christus dixit apostolis simul congregatis quæcunque ligaueritis super terram Matth.18.in quorum locum succedunt episcopi simul in concilio congregati.capitulo in nouo 21.distinctione capitulo ecclesiæ. 35. distinctione Item probatur ex illo Ioan.20.accipite Spiritumsanctum.Item ex illo deute.17.de quo in capitulo per uenerabilem qui filij sint legi.si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris &c. venies ad sacerdotes leuitici generis, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.ubi glo. interli. dicit hoc quoque in ecclesia seruandum esse.Per eum autem locum in ecclesia, aptissime intelligitur locus concilij, & per eum qui pręest loco præsidentes in concilio. Item in epistola vniuersalis synodi Constantinopolitanæ posita in ultima actione ipsius synodi dicitur. quis enim nesciat quod in medio huius sanctæ ac vniuersalis synodi fuit Christus ac Dominus noster q dicit, ubi sunt duo uel tres in nomine meo ibi sum in medio eorū &c.Item psal.81. dicitur. Deus stetit in synagoga deorum id est prælatorum & iudicum, in medio autem Deos deijudicat,id est iudices & prelatos cōciliariter congregatos. Quod autem dij vocentur prælati , insinuant sequentia uerba ego dixi dij estis & filij excelsi omnes, dirigens uerba sacerdotib. Vnde psalmo.104. uocantur Christi Domini, cum dicit nolite tangere Christos id est unctos meos. Ad idem tex.in ca. futuram & capit. scimus 12.q.1.Idem tex.in c.cum ex iniuncto de hæreticis, ibi dijs non detrahes.& in dicto.cap.futurā, dij enim vocati estis, & ideo non potestis ab hominibus iudicari. Hoc idem quod Spiritussanctus sit in concilio ostendit etiam Isidorus in li. conciliorum in gestis tertiæ synodi toletanæ, ubi ponens uerba Celestini papæ dicit.ualde necessarium esse perspexi vestram in vnum conuenisse multitudinem,habens sententiæ diuinæ fidem quæ dicit, vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo &c. credo enim beatam sanctæ trinitatis diuinitatem interesse huic sacro concilio, & ideo tanquam ante conspectum Dei in medio vestrum fidem meam protuli. Et celestinus papa in epistola ad synodum Ephesinam dicit. spiritussancti præsentiam indicat congregatio sacerdotum , nec ibi putandum est deesse trinitatem quæ sanctificat concilium & sanctum reddit. Cū ergo papa subiiciatur spirituisancto & legi diuinæ, ut in cap. sunt quidam.26.quæstione prima,sequitur quod subiiciatur concilio cuius potestas est a spiritu sancto. Vndecimo facit

11 †quod licet Petrus apostolus primus papa appropinquante tempore suæ passionis sibi eligisset in sede apostolica successorem Clementem, concilium generale apostolorum ecclesiam vniuersalem repræsentans,considerans hoc ad bonam politiam ecclesiæ non conueuire,electionem per Petrum de persona Clementis factā per modum reformationis reprobauit, & Linum & postea Cletum Petri successores in administratione papatus ordinauit,ut patet in chronicis, hoc quoque vniuersalis ecclesia approbauit & tolerauit, qđ non fecisset si concil. generale non esset supra papam, Nec obstat.cap. si Petrus 8.quæst. prima quoniam verba illius tex. intellecta secundum glos. non faciunt contra . Nec obstat quod dicit ibi glo.de Clemente quod renunciauit.quoniam ideo renūciauit quoniam cōcilium apostolorum electionem per Petrum factam tanquam non conuenientem statui ecclesiæ, reprobauit,& deinde Linum in Romanum pontificem elegit.quod non fecisset si supra Petrum potestatem non habuisset quia qua ratione non habuisset potestatem reprobandi dictam electionem eadem non habuisset potestatem eligendi Linum & deinde Cletum. Non obstat quod aliqui dicunt in dicto capitulo si Petrus quod ecclesia tunc non erat cōgregata,quoniam quod tunc publice non congregaretur, erat propter metum infidelium ut patet actu.12.ubi dicitur quod oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Ex quo apparet quod bene congregabatur, licet non publice,pro hoc tex.in cap.sexta.16.dist. Duodecimo facit†quod

12 dicit Beatus Gregorius in registro li.4.ca.92. scribens episcopo Constantinopolitano circa fin.vbi post allegatam authoritatem illam euangelii si peccauerit in te frater tuus &c. Matth.18,dicit.ego itaque per responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota ecclesia peccatur corripere studui,nunc per me scribo, quicquid facere humiliter debui nō omisi, sed si in mea correptione despiciar, restat vt ecclesiam debeam adhibere. Ecce quod ipsemet papa denunciat ecclesiæ,ergo ad eam tanquam ad maiorem recurrere, velle ostendit. Ad idem est tex.in cap pręcipue. 12.q.3.qui est tex.Nicolai papę qui monens Lotharium regem vt communionem Gualdrade pellicis eius excōmunicatæ vitet, inquit cæterum præcaue ne quando nobis secundum domini præceptum duos aut tres testes adhibeamus,immo uero hoc sanctę ecclesiæ dicamus , & quod non optamus de cætero fias cunctis,sicut Ethnicus & publicanus. Ad idem multum clare tex.in cap.ecce.99. dist.sumptus ex septimo lib.registri.ca. 30. vbi Gregorius scribēs Eulogio patriarchæ Alexandrino ostendit se minorem ecclesia vnsuersali,& quod in solo papa repræsentatur vniuersalis ecclesia. Et ad propositum ibi dicit,vobis subtrahitur quod alteri plusquam ratio exigit, prębetur. Et subiungit. nec honorem esse deputo in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco, meus nanque honor est honor vniuersalis ecclesiæ. Et infra. si enim uniuersalem me papā vestra sanctitas dicit , negat se hoc esse quod me fatetur vniuersum. Ad idem est Gregorius in lib 4. registri.cap.79.scribens Mauritio Augusto . Idem etiam eodem lib. cap.80.in epistola ad Eulogium episcopum Alexandrinum & Anastasium episcopum Antiochenum. Idem quoq; eo lib.cap.92.in epistola ad Ioannem episcopum Constantinopolitanum . Tertiodecimo†facit quod legitur in conci

13 lio.8.Constantinopolitano ubi dicitur quod si synodus vniuersalis fuerit congregata & facta fuerit etiam de sancta Romana ecclesia quæuis ambiguitas & ꝯtrouersia,oportet venerabiliter & cum conuenienti reuerentia de proposita quęstione sciscitari,& solutionem accipere.& proficere aut profectum facere, non tamen sententiam audacter dare contra summos senioris Romę ponti. ex quo patet quod synodus vniuersalis aduersus Romanum pontificem posit sententiā ferre, dummodo cum conuenienti reuerentia & non audacter. Ergo patet quod synodus quę iudicat papam est superior. Et ad hoc est tex.in cap.si papa iuncta glo.40.distin.& in cap.si duo cum glo.& in cap.si quis pecunia.79.dist. Quarto-

14 decimo † facit quod in concilio Constantien. Martinus approbante eodem concilio condēnans articulum illum non esse de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supe-

superiorem inter alias ecclesias, dicit erroneum articulum si per Romanam ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summipontificis super alias ecclesias particulares. Ex quo apparet quod concilium legitime congregatum est supra omnes ecclesias & rectores illarum, & consequenter supra papam. Quintodecimo† facit quod legitur actu. 15. vbi cum

15 quæstio fieret super obseruatione legalium inter apostolos in concilio, tunc Petrus volens dare votum surgens ait &c. Ex quo patet quod Petrus in signum reuerentiæ, assurexit, quia asurgere est signum exhibitionis reuerentiæ, vt dicit gl 94. dist. in summa. Ex quo uidetur quod concilium apostolorum fuerit supetius Petro. Ad idem facit secunda quæstione septima. capitulo. Petrus, & act. 11. ubi Petrus accusatus quod iuisset ad uiros præputium habentes & manducasset cum illis, in conspectu apostolorum ecclesiam repręsentantium se purgauit. Vnde dicit ibi tex. in d. c. Petrus, quod non ex potestate officii sui, qua dicere potuisset oues pastorem suum nō accusent, sed ex authoritate diuinę uirtutis qua gentiles acceperant spiritumsanctum respondit quasi dicat se excusauit virtute diuinæ authoritatis, quæ est si peccauerit in te frater tuus. &c. Et non daclinauit iudicium prætextu plenitudinis pastoralis officii. licet ibi gratianus aliter exponat, & forte minus bene. Ad idē facit quod papa dicitur minister Christi & ecclesiæ sponsę eius, ut in cap. quodcunque. 24. quæstio, prima. Si ergo ecclesia est domina, sequitur quod sit maior ministro suo. Ad quod est illud quod legitur Lucæ 22. maior est qui recumbit quam qui ministrat. cum ergo papa sit minister & ecclesia sit illa quæ recumbit, sequitur quod ecclesia est maior papa, & consequenter concilium, Et facit magis ibi tex. nam cum esset orta contētio quis eorum esset maior, non fuit tūc designatus maior Petrus, & frustra fuisset orta talis discordia si Petrus fuisset maior cæteris apostolis. Ad idem est quod Matth. 23. dicitur omnes vos fratres estis, & patrem nolite uocare super terram, unus est enim pater vester qui in cœlis est. nec uocemini magistri quia magister vester vnus est Christus, qui maior est vestrum erit minister vester &c. Ecce quod noluit alium esse præpositum quam Christū, sed uoluit omnes esse æquales. Et consideranda sunt illa verba, quia dicta fuerunt ad repræhensionem ambitionis scribarum & pharisæorum qui uolebant habere primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. Vnde Christus vt dicit ibi glo. ordi. duplici ratione ab his cauere iubet, ne eorum simulatione seducamur, & ne emulatione inflammemur. propterea nō vult aliquem ex discipulis suis vocari rabbi, quia vnus est omnibus illis magister Christus, sed uult vt omnes uocentur fratres, quasi in materia generatiua scandali omnes æqualiter habeant subire iudicium, & ut qui primatum ambit etiam si sit maior fiat minister aliorum. ac si dixisset quod ceteri alii iudicium de illo facerent & ipse tāquam minister iudicium subiret. Inde est vt dicit glo. Nicolai ibi ꝙ papa se nominat seruum seruorum Dei. Sextodecimo† facit

16 quod hilarius papa cum congregato concilio constitutionē contra vitia edidisset, voluit, ut deinceps illa tenacius custodiretur, synodus sententiam & propriam subscriptionem accōmodaret ut synodali iudicio aditus clauderetur illicitus. Ita dicit tex. in ca. quod quis. 35. quæst. nona. Ex quo apparet quod papamet dicit iudicium synodi potentius & firmius quam suum, tanquam supremi tribunalis. Decimoseptimo

17 † sunt plures authoritates sacræ scripturæ. Et primo Matth. 18. veritas dixit Petro, si peccauerit in te frater tuus &c. Deinde sequitur dic ecclesię, & si ecclesiam nō audierit sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. In qua authoritate præcipitur Petro vt dicat ecclesiæ, ergo ecclesia est maior Petro, & consequenter ꝯcilium. Ad quod facit quod Albertus Magnus, illud dic ecclesiæ, exponit, id est prælato vel synodo. Et Ioan. Chryso. inquit dic ecclesię id est iis qui president ecclesiæ vt maiorem erubescentiam patiatur. vel dic ecclesiæ id est concilio quod representat ecclesiam secundum Archi. in capit. præcipue. 11. quæstione tertia. ad quod facit quod concilium iurisditionem exercet nomine ecclesiæ excommunicando, diffiniendo, vel statuendo, ut in cap. certum. vndecima. quæstione tertia. & in cap. osius. de elec. & in capi. primo. de sponsa. & in cap. si quis episcopus. de hærat. & in cap. primo. de iudi. Ex quo apparet quod sit bona expositio glo. in cap. in nouo vigesimaprima distinctione & illorum qui voluerunt ꝙ solus Petrus receperit potestatem iurisditionalem, alii vero apostoli parem potestatem in ordine, quia contrarium innunt verba saluatoris cum dicit, dic ecclesia. quæ verba aperte sapiunt iurisditionem cōtentiosam, nam pries monuit vt inter se & ipsum solum corriperet, & deinde ad hiberet vnū vel duos, ut in ore duorum &c. insinuans quod per testimonium duorum est postea conuincendus coram ecclesia. Et ex verbis, quæ subsequuntur, videlicet si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, apparet ꝙ est iudicium uniuersale, quia neminem excepit a iudicio ecclesiæ, sed voluit iudicium ecclesiæ esse supremum. Et cum uerba dirigatur in Petrum & loquatur per verbum frater, apparet quod nec papam excepit, quia & ipse dicitur frater. Vide in capit. ecce ibi Doc. 99. distin. & patet Lucę. 22. & ibi vos omnes fratres estis. act. 1. viri fratres. & ipse dicit pater noster &c. Et hoc tenuit glos. in ca. nemo. 9. q. 3. quæ dicit quod cum papa peccat potest eius peccatum ecclesiæ denuntiari. & idem in cap. si papa. 40 dist. Et hoc uidetur clarum, nam in Constantien. cōcilio ita fuit tentum, quia iudicauit de papa. unde aliter dicere esset arguere illud concilium de heresi. Accedit quod ut ostenderetur illa authoritas dic ecclesię intelligenda etiam de papa. & de prelatis singulariter, sicut uidentur velle glos. subijcitur, amen dico uobis quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo. unde manifeste apparet illud dictum oībus apostolis, per quos tunc vniuersalis ecclesiæ repræsentabatur. Et hoc sentit S. Tho. in secunda secundæ. q. 33. ar. 4. Et quod ita debeat intelligi dicta authoritas etiam in papa, ostendit Greg. li. 4. regis. in epistola. 92. in fi. directa contra Constantinopolitanum episcopum qui se uocabat vniuersalem episcopum. Dicit enim de seipso sic. & nos quidem in quos talis tantaque per ausum nepharium culpa committitur, seruamus quod ueritas præcepit, dicens si peccauerit in te frater tuus &c. ego itaque p responsales meos semel & bis uerbis humilibus hoc quod in tota ecclesia peccatur corripere studui, nunc per memetipsum scribo, quicquid humiliter facere debui non omisi. sed si in mea correptione despiciar restat ut ecclesiā debeā adhibere. Ecce quod ecclesia est supremum tribunal in terris, cum papa pro iustitia ministranda ad illam recurrat, sicut & in defectum papalis authoritatis recurritur ad concilij authoritatem. Et circa medium dictæ epistolæ hoc ostendens dicit Petrus apostolorum primus, membrum sanctæ & vniuersalis ecclesiæ est, Paulus, Andræas, Ioannes quid aliud quam singularium sunt plebium capita? Et tamen sub vno capite omnes membra sunt ecclesię. atque ut cuncta breui cingulo locutionis astringam, sancti ante legē, sancti sub lege, sancti sub gratia omnes hi perficientes corpus Domini in membris sunt ecclesiæ constituti. Per quod ostēditur quod caput ecclesię est Christus & papa membrū ecclesiæ. ex quo patet ecclesiam esse maiorem papa. Fortius etiam per dicta uerba ostēditur quod nusquam reperitur dictum quod post iudicium ecclesiæ remaneat iudicium Petri uel papę, sic ꝙ a iudicio ecclesiæ sit ad papam recurrendum sicut econuerso. Et clarius ostenditur, quia cū dicit ꝙ si ecclesiā nō audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, ostēdit ꝙ nō est aliud superius iudiciū ad qđ post ecclesiam possit recurri, alioquin dixisset ꝙ si ecclesiam non audierit recurre ad papam. & iō quia iudicium papæ non est supra ecclesiā sit dixit post habitum autem recursum ad ecclesiam tibi sicut ethnicus & publicanus. non enim statim post iudicium ecclesiæ esset habēdus ut puplicanus si posset adhuc recurri ad iudiciū alterius.

18 Decimooctauo† facit quod uerba dicta Petro quæ denotant præeminentiam, pro maiori parte toti etiā ecclesiæ seu eius nomine dicta fuere, vt patet Matth. vl. data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos &c. Quæ uerba non soli Petro sed omnibus dicta sunt. Et iterum ibi. d. c. vl. loquens omnibus apostolis simul congregatis, dixit ego vobiscum sum vsq; ad cōsummationem seculi. quæ verba secundū Origenē nunquā Christus dixit nisi apostolis simul congregatis. & dixt uobiscum sum, & non dixit Petro tantū tecū sum. Itē Ioan. 20. insufflauit & dixit eis, accipite Spiritum sanctū quorū remiseritis peccata &c. Et quorū retinueritis retenta sūt. Quæ verba dicta fuerunt a Christo omnibus apostolis. Item vt supra tactum est, quod dicitur Lu. 22. ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua, intelligitur de fide ecclesiæ, quia ecclesia in fide nunq̄ deficiet, & non de fide Petri, qui defecit in fide. Et hoc esse verum ostendit Ioann. 17. cū dixit pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Et infra. non pro eis autē rogo tantū, sed pro eis qui crедituri sunt per verbum eorum in me &c. Item Mar. 3. dicitur quod dedit apostolis potestatē curandi infirmitates & eijciendi demones. & Lu. 10. reuersi a prædicatione septuaginta dixerūt, ēt dęmonia subijciuntur nobis. Item Ioann. 20. volens Christus post resurrectionem confirmare potestatem datam ecclesię in personis apostolorum, dixit sicut misit me pater & ego mitto vos accipite Spiritum sanctum. ubi non dixit mitto te Petre, sed mitto uos. & hoc cum cadē potestate qua miserat eum pater. Vnde Leo papa in quodam sermone de apostolis, tranctans illud Matth. 16. tibi dabo claues, dicit. transiuit in alios apostolos ius istius potestatis, & ad omnes ecclesię principes decreti huius constitutio cōmeauit, Petro enim

enim hoc ideo singulariter creditur, quia cunctis ecclesiæ rectorib. Petri forma præponitur, item Matth. 10. dicitur apostolis, infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate 24. q. 1. audiuimus. Vnde cum dominus dederit omnibus discipulis parem potestatem, Petro pro omnibus claues regni cœlorum se daturum promisit, dicens tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcūque ligaueris. &c. Qua propter per Petrum demonstratur vnitas ecclesiæ, a qua qui fuerit alienus execrare potest, consecrare non potest, nec excommunicationis vel reconciliationis potestatem habet. Vnde vere dicitur quod Petrus significat vnitatem, & quod pro omnibus claues accepit, & quod omnes eas acceperunt in Petro, & quod Petro dantur, vt vnitas significetur, sicut dicit Cyprianus papa in cap. loquitur 24. q. 1. Ad idem August. in sermone in uigilia Apostolorom Petri & Pauli. de eo quod scriptum est Ioann. vlt. Simon Ioannis diligis me plus his, dicit. per singula dicebat Dominus Iesus Petro dicenti amo te, pasce agnos meos, ouiculas meas, in vno Petro figurabatur vnitas omnium pastorum, sed bonorum qui sciāt oues Christi pascere Christo non sibi. Vnde & tex. eius. August. in capit. quodcunque. eadem causa. & q. dicit. Petrus quando claues accepit, ecclesiam sanctam significauit. Et idem in sermone. 10. super Ioann. loquendo de potestate ligandi & soluendi dicit, hoc Petrus pro omnibus tamquam personam gerens ipsius vnitatis accepit. Et iterum idem in lib. de Agone Christiano. cap. 30. dicit. non sine causa inter omnes apostolos ecclesiæ catholicæ personam sustinet Petrus, huic enim ecclesię claues regni cœlorum datæ sunt, & cum ei dicitur, ad omnes dicitur, amas me, pasce oues meas. Et subijcitur in sequēti. capit. nec eos audiamus qui negant ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere, itaque miseri dum in Petro Petram non intelligunt, & nolunt credere datas ecclesiæ claues regni cœlorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Et idem in sermone apostolorum Petri & Pauli dicit Petrus totius ecclesię gerebat personam, propterea audire meruit tibi dabo claues regni cœlorum, has enim claues non ipse vt homo unus, sed vnitas ecclesiæ accepit. Et subiungit. hinc ergo Petri excellētia prædicatur, quia ipsius vnitatis, & vniuersalis ecclesiæ figuram gessit quando ei dictum est, tibi dabo claues regni cęlorum, quod omnibus traditum est. Et idem in 1. lib. de Doc. chris. cap. 18. dicit has igitur claues dedit ecclesiæ suæ vt quæ solueret in terra essent soluta in cœlo, & quæ ligaret in terra essent ligata & in cœlo. Et idem in psal. 108. dicit. sunt enim quædam quæ ad apostolum Petrum proprie pertinere videntur, nec tamen illustrem habent intellectum nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse ꝑsonam. Idem. lib. 2. quæstionum noui, & veteris testamenti. q. 79. ad idem text. in cap. nouerit. de sentent. excommunic. qui dicit quod priuilegium ligandi, & soluendi dedit Christus Petro in persona ecclesię. Et iterum act. 20. attendite uobis, & vniuerso gregi in quo uos Spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei quam acquisiuit Christus sanguine suo. Item & actuum. 15. vbi dicitur placuit apostolis, & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis & mittere in antiochiam. Ex quib. omnibus authoritatibus designatur quod non solius Petri sed uniuersalis ecclesiæ est pręeminentia. Nec dicat aliquis quod præmissæ authoritates respectu fundamenti iurisdictionis intelliguntur de ecclesia uniuersali, & non de concilio, quia de concilio Christus non fecit mentionem, nam licet fundamentum iurisditionis sit in ecclesia vniuersali, tamen quia impossibilis est illius congregatio, quia oēs fideles non possunt congregari, ideo ecclesia vniuersalis exercet iurisdictionem suam per concilium. per quod ipsa vniuersalis ecclesia repræsentatur, ut alias dictum

19 est & patet act. 15. Decimonono† facit tex. in c. quæ dignior 14. q. 1. ubi Ambrosius dicit quod nulla est dignior domus apostolicæ prędicationis quam sancta ecclesia, ergo est dignior domo ipsius papę, & consequenter concilium illam representas, ut dictum est, est dignius. ad quod idem Ambro. in epistola. 79. vbi, vt vult Cardinal. de Turręcrem. in li. 3. de ecclesia. c. 45. referens epistolam Beati Damasi papę directam iudicibus deputatis à capuen. synodo in causa Bonosi episcopi, sic dicit eum dixisse, accepi literas vestras quibus vel pro veritate vel pro modestia nostram sententiam sciscitari uoluistis, sed cum huiusmodi fuerit concilii capuani iudicium, vt finitimi Bonoso ac eius accusatoribus iudices tribuerentur, aduertimus quod nobis iudicandi forma competere nō posset. nam si integra hodie esset synodus, recte de ijs quę cō pręhendit uestrorum scriptorum series decerneremus. uestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium sententiam ferre de omnibus. Et subiungit, neque contra sentētiam uestram tentandum est aliquid. Et infra, & ideo primum est ut ii iudicent quibus iudicandi facultas est data, uos enim totius concilii uice decernitis, nos quasi ex synodi authoritate iudicare non conuenit. &c. Ex his aurem innuitur papam non posse intromittere se de causa per synodū delegata, quam si esset superior posset quandocunque vellet ad se aduocare & committere, vt in cap. vt nostrum de appellat. Ergo patet quod synodus est maior papa. Ad quod rursus idem Ambros. in quadam prefatione dedicationis maioris altaris ecclesię Mediolanens. vbi dicit. per Christum dominum nostrum qui eminentiam potestatis acceptæ ecclesiæ contulit, quam pro honore suscepto reginam constituit & sponsam, cuius sublimitati vniuersa subiacent &c. Ex quo arguitur quod si eminentiam potestatis acceptæ contulit ecclesiæ, omnia eius potestati subijciens, necessario sequitur quod in eandem transtulerit supremam præeminentiam. Et ad idem Ambros. in lib. de dignitate sacerdotali. 1. 2. circa finem ita dicit, sic a Domino dicitur Petre amas me, & ille tu scis Domine ꝙ amo te, & cum tertio fuisset interrogatus repetitum est a Domino tertio, pasce oues meas, quas oues non solum tūc Beatus Petrus suscepit, sed nobiscum eas accepit & cum illo nos eas accepimus omnes. Et iterum ideo dicitur ecclesia apostolica quia per apostolos gubernata & administrata. ipsi enim ecclesiæ ordinatores, ipsi dispensatores, ipsi pastores, ipsi doctores, ipsi princeps, ipsi pontifices, ipsi Reges, ipsi Duces, & ipsi sunt duodecim fundamenta ecclesiæ de quibus loquitur Io. Apoca. 21. Et idem supet Lucam dicit. magna Christi gratia qui omnia sua vocabula donauit dicis discipulis suis. Ego sum, inquit, lux mundi, & id tamen de quo ipse gloriatur discipulis nomen indulsit, dicens uos estis lux mundi. ait ego sum panis viuus, & nos omnes vnus panis sumus. dixit se vitem veram, & alibi dixit plātaui te uitem fructuosam, Petra est Christus, & iam discipulo suo huiusmodi gratiam non negat ut sit ipse Petrus, & vt de Petra habeat soliditatem cōstantiæ & fidei firmitatem. Et ideo idem in dicto li. de dig. sacer. inquit Christus saluator noster ecclesiæ suę potestatem absoluendi & ligandi tradidit. Ecce ex his patet authoritatem ligandi & soluendi datam vniuersali ecclesiæ. Inde & Paulus apostolus actuū. 20. ad vniuersalis ecclesię sacerdotes, dicit attendite vobis & vniuerso gregi. in quo vos spiritussanctus posuit episcopos vt regatis ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo. &c. quæ uerba ponuntur. 92. distin. capitulo legimus.

20 Vigesimo† ad idē sunt plures aliæ authoritates Aug. ultra re citatas, vt patet in epistola eiusdē. 162. ad Gloriū Eleusiū, & Felicē grammaticum. vbi dicit. ecce putemus illos episcopos qui Romæ iudicarunt non bonos iudices fuisse, restabat adhuc plenarium uniuersalis ecclesiæ iudicium, ubi etiā cum ipsis iudicibus causa poterat agitari, ut si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur, scilicet ꝑ uniuersale concilium. Vnde patet quod concilium habeat potestatem ligandi & soluendi, & sententias episcoporū qui Romę iudicant, retractandi. Item idē Aug. suꝑ illud act. 10. surge & manduca. inter cętera dicit. animalia illa gentes sunt q̄ immundæ erant, erroribus, & superstitionib & concupiscentijs, anteq̄ ueniret Christus, ipso aūt adueniente, peccatis mūdæ factę sunt. unde post remissionem peccatorum, quare nō recipiantur in corpus Christi, quod ecclesia Dei est, cuius Petrus gestabat personam. in multis enim locis appares quod Petrus personā gestat ecclesię, & ecclesia corpus est Christi, recipiat in se in escan suā iā mundatas gentes, quibus peccata dimissa sunt. Item idem Aug. li. 6. de bap. ꝯ dona. c. 39. Eugenius ab Amme clera dixit, & hoc idē ego censeo hęreticos baptizandos esse. cui Aug. respondet, sed hoc nō censet ecclesia cui Deus iam in plenario etiam concilio reuelauit. Item idē in 1. li. de Doc. chris. c. 16. & 18. dicit. est ecclesia corpus Christi sicut apostolica doctrina cōmendat, quæ etiā coniunx eius dicitur. Et paucis interpositis sequitur. has igitur claues dedit ecclesiæ ut quæcunq; solueret in terra, soluta essent in cœlo, quæ ligaret in terra, ligata essent in cœlo. Item & idem super Ioan. ca. 21. de ecclesia sic dicit, cuius ecclesiæ apostolus Petrus propter apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. quod enim ad ipsum ꝓprie pertinet natura unus homo erat, sed quando ei dictum est tibi dabo calues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris &c. vniuersam significauit ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationib. velut imbribus, fulminibus, tempostatibusq; quatitur & nō cadit, quoniam fundata est super petram, vnde & Petrus nomē accepit &c. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id est potestatem ligandi & soluendi. Item idem in li. de fide ad Petrū dicit nunq̄ indicta esset peccanti pro peccato deprecatio, si depræcanti non esset remissio concedenda, sed pœnitentia peccatorum tunc prodest si eam in ecclesia catholica gerat, cui Deus in ꝑsona Petri ligandi soluendiq; tribuit ptātē, dicens quodcunq; ligaueris &c. Qđ aūt Petrus nomine ecclesiæ claues receperit habetur in tex. c. 1. de summa tri. circa fi. & in cap. a nobis. de sen. excom. & in c. noua quædā de pœni.

&

& remiſ. vbi patet quod apoſtolis omnibus datæ ſunt claues, & corũ ſucceſſoribus. Item idem Auguſ. lib. 2. de bap. contra dona. & tranſſumptiue in c. qs neſciat. 9. di. dicit, ꝙ licet ꝑ cõcilia reprę hendi ſi quid in ſcripturis, vel dictis epiſcoporum forte a veritate deuiatum eſt. Et vltra ſequitur in text. quod non fuit poſitum in d. capit. quis neſciat, & ipſa concilia quę per ſingulas regiones vel prouincias fiunt pleniariorum conciliorũ authoritati q̃ fiũt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagib. cedere dẽt & c. cũ aliquo experimẽto rerũ aperit qđ clauſum erat, & cognoſcit qđ latebat, ſine vllo typo ſacrilegæ ſuperbię, ſine vlla inflata ceruice arogãtię ſine vlla cõtẽtione liuidæ inuidię cũ ſancta humilitate, cũ pace catholica, cũ charitate Chriſtiana. item idem ad Ianuariũ & tranſſumptiue in cap. illa 12. diſtinct. illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi vel ab ipſis apoſtolis, vel ex plenarijs conciliis, quorum eſt in eccleſia ſaluberrima authoritas commendata atque ſtatuta retineri. & c. Item idem Augu. in lib. quæſtionum noui & veteris teſtamenti. q. 75. inquit. dicunt ergo exactores didrachorum ad Petrum, magiſter veſter non ſoluit didrachma? quo dicto magiſtrum vt pro omnibus diſcipulis ſolueret conuenerunt, ſaluator autem cum pro ſe, & & Petro dari iubet, pro omnibus exoluiſſe videtur, quia ſicut in ſaluatore erant omnes cauſæ magiſierii, ita & poſt ſaluatorem in Petro omnes continentur, ipſum enim conſtituit caput eorũ ut paſtor eſſet gregis Dñici, nam inter cęteradicit diſcipulis ſuis vigilate & orate ne nitretis in tentationem, & Petro dicit ecce Satanas expoſtulauit ut uos ventilet ſicut triticũ, ego aũt rogaui ꝓ te ut nõ deficiat fides tua, & tu tãdem cõuerſus cõfirma fratres tuos. qd ambigitur, ꝓ Petro rogabat & ꝓ Iacobo & ꝓ Ioãne nõ rogabat? ut cæteros taceã manifeſtũ eſt in Petro oẽs cõtineri, q͂a & in alio loco dicit, ego ꝓ iis rogo quos dediſti mihi pater, & volo, vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum. Ex quo apparet declarari ꝑ præmiſſa, quod pro omnibus rogabat. pro quo tex. in c. decretis, 21. diſt. & de pœnit, diſt. 1. cap. Petrus. Item idem Aug. lib. 2. de Bap. contra dona. loquendo de ſe & de Cypriano inquit, nec nos ipſi tale aliqd auderemus aſſerere niſi uniuerſalis eccleſiæ concordiſſima authoritate firmati, cui & ipſe ſine dubio cederet, ſi iam illo tempore quæſtionis huius veritas declarata per plenarium concilium ſolidaretur. Ecce quod Auguſt. & Cyprianus cedunt concilio. Et idem Aug. de mori ec. dicit quod in re dubia valet authoritas eccleſiæ. Item idem Auguſtin. ſuper epiſtolam Ioann. Homilia, 10. dicit. vbi fit remiſſio peccatorum ibi eſt eccleſia, quouiam illi datæ ſunt cleues regni cęlorum vt quæ ſoluerentur in terris eſſent ſoluta & in cœlis, & quæ ligarenrur in terris eſſent ligata & in cœlis. Item idem Aug. in ſermone. 13. ſuper Matth. inquit. euangelium quod recitatum eſt de apoſtolo Petro qui ambulans ſuper aquas timendo titubauit, & diffiniendo merſus, confitendo rurſus emerſit, admonet nos intelligere, mare, præſens ſeculum eſſe, Petrum vero apoſtolum eccleſiæ unicæ typum, ipſe enim Petrus in apoſtolorum orgine primns, in Chriſti amore promptiſſimus, ſæpe vnus reſpondit pro omnibus. ipſe deniq; Domino requerenti quemnam hominem dicerent eum eſſe, & opiniones varias hominnm diſcipulis reſpondentibus, rurſuſque Domino interroganti, & dicenti vos autem quem me eſſe dicitis, reſpondit Petrus tu es Chriſtus filius Dei uiui, vnus pro multis dedit reſponſum, vnitas in multis. Et iteum infra Simon quippe antea vocabatur, hoc autem nomen ei, vt Petrus appellaretur a Domino impoſitum eſt, & hoc vt ea figura ſignificaret eccleſiam.

21 Vigeſimoprimo † ad idem adducũtur authoritates aliæ Hierony. Et primo Hyeronymus in in quadam epiſtola de ſeptem gradibus eccleſiæ loquens de ordine epiſcopali ait. de hoc officio amplius diſputare nõ poſſum, quoniam quicquid in clericis conſecratum eſt, prędixi epiſcopum ſolum habere, manifeſtum eſt in illis partes, & membra virtutum, in epiſcopo plenitudinẽ diuinitatis corporaliter nabitare, atque ita eſt vt in epiſcopis Deum, in preſbyteris apoſtolos recognoſcas. Et infra. omnem enim poteſtatem Deus diſcipulis dedit, & Moyſem Deum dici voluit Pharaonis. Ex quo ſequitur quod ſi Deus dedit omnem poteſtatem diſcipulis & apoſtolis congregatis quorum vices repræſentant epiſcopi in concilio congregati, etiã eſt data ſupra papam, q͂a qui omne dicit, nihil exclucit. c. quia circa de priui. cum ſimil. Vnde & apoſtolus loquens de Chriſto ad hebræ. 2. inquit. in hoc quod ei omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei. Item gloſ. eiuſ. Hieron. ſuper illud quodcumque ligaueris inquit. habent quidem eandem iudiciariam poteſtatem alii apoſtoli, quibus poſt reſurrectionẽ dominus ait, accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis & c. habet etiam & omnis eccleſia in epiſcopis, presbyteris, & clericis ſed ideo Perrus ſpecialiter accipit, ut omnes intelligant quod quicumque ab unitate fidei, & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec a peccatis ſolui nec cœlum poteſt ingredi. Ad idem Hieronym. in cap. omnibus. 24. q. 1. vbi dicit, quę domus claues accepit ac poteſtatem ligandi & ſoluendi, hãc domum ſi quis corrigentem, corripientemque contempſerit, ſit tibi inquit tamquam ethnicus & publicanus. Ecce ꝙ apud eccleſiam eſt poteſtas iudiciaria ligandi & ſoluendi. Et ex verbis Hieronym. ſatis aperte innuitur non eſſe verum, ꝙ iuriſditio eccleſiaſtica ſit in eccleſia tamquam theſaurus in area, & quod Petrus receperit claues vt aperiret arcam quãdo ei videretur, quaſi exercitium poteſtatis ſit conceſſum ſoli Petro, ſed poteſtas in habitu conceſſa eccleſię, quia illa verba hanc domum ſi quis corrigentem, corripientemque cõtempſerit, ſit tibi tamquam ethnicus & publicanus, oſtẽdũt eccleſiam habere exercitium Clauium, quando vult illis uti. Et per hoc videtur quod non ſit vera opinio Petri de Palude in tract. de pot. papæ. q. 8. artic. 2. qui uoluit quod alij apoſtoli non immediate a Chriſto ſed a Petro receperint poteſtatem iuriſdictonalem. Idem probatur per tex. iuncto eo quod dicit Hoſtien. ibi in fi. & in capit. noua. de pęnit. & remiſ. vbi enim text. dicit claues regni celorum datas apoſtolis, Hoſtienſ. ponit duas, claues, uidelicet alteram fori cõtentioſi & alteram fori pęnitentialis, & ſic vtramque datam apoſtolis, & ſic e. iã iuriſdictionalem, Quod etiam uidetur uoluiſſe ſcotus in 4. ſent. cum dicit quod duplex eſt forum in eccleſia, aliud ſecretum, aliud publicum. Quod, uidelicet quod apoſtoli habuerint clauem iuriſditionis immediate a Chriſto, clarius probatur per illud Matthæi ultimo. nam Chriſtus dixit diſcipulis ſuis euntes in mundum uniuerſum prædicate euangelium omni creaturę baptizantes eos. & c. in quo datur intelligi data poteſtas etiam de aliis ſacramentis, cum baptiſmus ſit ianua ſacramentorum. capit. veniens. de presby. non bap. & dicit gl. 77. diſt. cap. quicumque. & glo. Matth. 18. & text. in c. 2. de cogna. ſpiri. in 6. quorum ſacramentorum miniſtratio ad iuriſdictionem pertinere uidetur, nam prædicare & ſacramẽta conferre in aliena parochia ſine licentia nemo poteſt, ut per to. de paro. item glo. & doct. in cap. nouit. de offic. legat. ſaltem uoluntariæ iuriſditionis, ut ibi. Facit quod dicitur in c. aqua de conſecr. eccleſ. uel alta. & in capit. quanto. de conſuet. Facit quoque quod Paulus excommunicauit Corinthiũ ut in cap. per principalem. §. ult. 9. q. 3. & c. cum ſit Romana. de appell. & c. audiuimns. 24. q. 1. Ad quod etiam Ambroſ. ſuper illud Lucæ. 6. c. Chriſtus elegit. 12. ex diſcipulis quos apoſtolos nominauit. ubi exponendo addit, quos ad propagandum auxilium ſalutis humanę per terrarum orbem ſatores fidei Chriſtianę deſtinaret. Quę omnia bene & decenter fieri non poterant ſine aliqua iuriſditione & poteſtate. Vnde uidemus quod concilium nomine eccleſiæ exercet iuriſdictionem tam excommunicando quam alias diffiniendo, & ſtatuendo. c. certum & c. ſi quis epiſcopus. 11. q. 3. & in c. ſi quis epiſcopus. de hęretic. & in c. Oſius. de elect. & in c. 1. de iudic. Vnde etam Paulus Apoſtolus perambulans Syriam & Ciciliam mandabat ſeruari pręcepta Apoſtolorum & ſeniorum ut legitur act. 15. Quod uerbum pręceptum ſonat iuriſdictionem contentioſam, ut in authent. de hęredi. & fal. §. ſi quis uero cap. in iis. de uerbor. ſignific. c. quiſquis. 14. q. 1. Item ponderandum eſt uerbum ſeniorum, quia non ſolum mãdabat ſeruari pręcepta apoſtolorum, ſed, & ſeniorum aliorum, & presbyterorum. Sic etiam act. eod. c. dicitur uiſum eſt apoſtolis & ſenioribus & toti eccleſię. Similiter act. 16. dicitur ꝙ Paulus & Timotheus tranſeuntes per ciuitates tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta per apoſtolos & ſeniores, uerbum autem decretum ſapit iuriſdictionem contentioſam, ut notatur in c. fi. de tempor. ordin. & in c. 1. de iudic. 4. diſ. §. hęc. etſi. Ad idem facit quod habetur matth. 19. dum dñs dicit diſcipulis ſuis amen dico uobis qđ uos, q͂ ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes. 12. iudicantes. 12. tribus Iſrael, unde apparet eis data poteſtas iudicandi in hac eccleſia militanti. Quaptopter non immerito ipſi apoſtoli canones ſalubres de directione uniuerſalis eccleſię cõdiderunt, ut 1. q. 7. c. ipſi apoſtoli. & 25. q. 1. c. ſunt quidam, 16. di. c. ſexaginta & c. canones. Sic & uniuerſales ſynodi, ut 31. diſtinctio. Nicena & 17. diſtinctio. capitulo habeo librum.

Ad quod etiam optime tex. Lucæ. 22. ubi Chriſtus ait apoſtolis. ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, hoc eſt regnum in eccleſia mea. Hoc uidetur ſentire glo. Nicolai ibi. dicit enim hoc poſſe intelligi dupliciter. primo de regno militantis eccleſię, cuius regimen Chriſtus tradidit apoſtolis, et ſecundo de regno triumphantis eccleſiæ, ad quod erant apoſtoli aſſumendi poſt laborem uitę pręſentis. Conſtat autem datam eſſe eccleſię omnimodam iuriſdictionem. c. nouit. de iudic. et cap. eam quam. qui filii ſint legit. ſunt enim iura terreni et cęleſtis imperii eccleſię demandata, ut in capitulo 1. 12. diſtinctione. Et ſuper illud Matth. 16. et quodcumque ligaueris & c. dicit glo. hñt quidem eandem iudiciariã ptãtem alij apoſtoli quibus poſt reſurrectionem ait, accipite Spiritũ ſanctum quorum. & c. hẽt etiam oĩs eccleſia in presbyteris & ẽpis, ſed ideo Petrus ſpecialiter accepit vt oẽs intelligant, ꝙ quicumque ab vnitate fidei & ſocietate eius ſe ſeparauerit, nec a peccatis ſolui nec cœlum poteſt ingredi. Et ꝙ dicta authoritas intelligatur de ptãte iuriſdictionis contentioſę per cẽſuram eccleſiaſticam, patet ex gl. interlineari quæ Matth. 18. ad illud, quæcumque alligaueritis, addit vinculo Anathematis. Et ex gl. B. Hier. ibidem. vbi ait. ptãtem tribuit apoſtolis, vt ſciant qui a talibus condẽnantur humanã ſnĩam diuina ſnĩa roborari. Et bene depræhenditur cũ ibidem poſt uerba ſi eccleſiam nõ audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, ſubiungitur quæcunq; alligaueritis, ad oſtendendum ꝙ per illa verba data fuit apoſtolis ptãs excõicandi, quod eſt iuriſdictionis cõtentioſæ, vt in c. quanto in gl. 1. de conſuet. & & in c. aqua. de conſecrat. eccl. vel alta. & in c. nouit. de offic. legat. ſicut legitur factũ per Apoſtolum qui excõicauit Corinthiũ, vt dicitur in c. cum ſit Romana. de appell.

22 Vigeſimoſecundo † facit ꝙ maioritas alicuius poteſt conſiderari multis modis, vt in c. his omnibus. 21. diſt. & in c. cum inferior. de maior. & obed. & late dixi s̃. in q. de ordine ſedendi in concilio. Sed in propoſito vr̃ dicendum ꝙ ſi loquimur de maioritate ptãtis clauium, per præmiſſa vr̃ ꝙ claues a Chriſto datæ ſint eccleſiæ, & ꝙ potius reſideat iſta ptãs in eccleſia q̃ in Petro ſolo. Quod ẽt vltra prædicta ſatis innuitur ex præfatione eccleſię in ſolennitate apoſtolorum, videlicet vt gregẽ tuũ paſtor æterne non deſeras ſed per beatos apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, vt ijſdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contuliſti pręeſſe paſtores. & c. Vnde colligitur quod omnes apoſtoli erant paſtores, & quod paſtura fidei ad omnes pertinebat. itẽ quod omnes erant vicarii operis Chriſti, & conſequenter hodie omnes epiſcopi qui in eorum locum ſucceſſerunt. cap. eccleſiæ princeps. 35. diſt. & in c. videntes. 12. q. 1. Et quod ẽpi dicantur Chriſti vicarij, eſt tex. 33. q. 5. capitulo mulier. el 2. in fin. Pro his faciunt illa iura quæ volunt cęteros apoſtolos parem cũ Petro poteſtatem accepiſſe, vt in c. in. nouo. 21. diſt. & in c. loquitur & c. audiuimus. 24. q. 1. Ex quo infertur poteſtatem nõ ſolum datam eſſe omnibus in concreto & ſic eccleſiæ, ſed ẽt ſingulis & per ſingulos exercendam. Quod probatur per apoſtolum ad Gala. 2. vbi loquendo de apoſtolis ait, mihi nihil contulerunt. Ex quo colligit gloſ. quod Paulus non fuit illis inferior. & tamen Petrus erat inter illos. item declarat ibi idẽ Apoſtolus cum ſubiungit, cum vidiſſent quod creditum eſt mihi euangelium pręputii, ſicut & Petro circunciſionis, ubi glo. interli. ad verbum creditum eſt mihi, addit ita principaliter ſicut Petro. item idem declarat Apoſtolus cum dicit, dexteras dederunt mihi & Barnabę ſocietatis, ubi licet inter eos eſſet Petrus, non nominatur maior, ſed ſocius, ſi autem Petrus fuiſſet ſuperior cęteris apoſtolis, cum maiori reuerentia fuiſſet de illo loquutus. Quod etiam apoſtolus demonſtrauit cum reſtitit ei in faciem dicens, cum autem veniſſet Petrus Antiochiam in faciem ei reſtiti quia reprehenſibilis erat, ibidem ad Gala. 2. Ad hoc text. in capitu. Paulus. 2. q. 7. vbi dicitur quod Paulus Petrum repræhendit, quod non feciſſet ſi ſe imparem cognouiſſet. Et act. 11. reprẹhenditur Petrus ab ijs qui ex circunciſione erant quod intraſſet ad viros prępucium habentes & manducaſſet cum illis, vt in capitulo Petrus 2. quęſtio. 7. Similiter cum intraſſet ad Cornelium repræhenſus fuit a fratribus qui erant in iudæa, ut c. teſtes, §. fi. eadem cauſa, & quęſtio. Vnde patet quod apoſtoli erant pares in poteſtate. Et ſi Petrus ponitur fuiſſe primus, ut alicubi uidetur innui, fuit primus in ſocietate, non in ſuperioritate. ideo dicĩ quod Petrus erat primus, & quod claues recepit prę omnibus & pro omnibus, ut dicit tex. in d. cap. audiuimus. 24. q. 1. & ponit gratianus. 21. diſt. in ſumma. in fin. ipſe enim quia fuit prępoſitus cęteris apoſtolis, ut dicit text. in d. capit. in nouo, & caput fuit eccleſię, ut in capitulo rogamus. eadem cauſa & q. non pro ſe tantum, ſed pro tota eccleſia claues recepit. unde text. in capitulo ita dominus. 19. diſtin. dicit quod ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſaluator humani generis inſtituit ut ueritas quæ antea legis & prophetarum pręconio continebatur, per apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum eſt in omnem terſam exiuit ſonus eorum & in fines orbis terræ uerba eorum, ſed huius muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium apoſtolorum officium voluit pertinere, ut in beatiſſimo Petro apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo quaſi a quodam capite dona ſua uelut in corpus omne diffunderet. Et paulo poſt ſubiungit, hanc etiam eccleſiam ea firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas poſſet appetere, nec portę inferi contra illam pręualere. Ex quibus uerbis patet quod non Petro tãtum, ſed Petro vt capiti pro vniuerſali eccleſia datę ſunt claues. Quod & clarius probat text. in capit. fundamenta in princip. de elect. in 6. vbi recitatis in parte illis verbis d. c. ita dominus. ſubiũgit. hunc enim in conſortium diuinæ vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat Dominus voluit nominari, dicendo tu es Petrus. & c. Vnde probat ille text. verba tu es Petrus, dicta fuiſſe ei, vt in conſortium indiuiduę vnitatis aſſumpto, hoc eſt vnitati vniuerſalis eccleſiæ. Quod etiam oſtendit text. in cap. loquitur. 24. q. 1. vbi dicitur loquitur dominus ad Petrum, ego dico tibi quod tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, ſuper vnum ędificat eccleſiam, & quamuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat, ſicut me miſit pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſanctum, tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit, hoc vtique erant cęteri apoſtoli quod Petrus fuit, pari conſortio prędìti honoris & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitut vt eccleſia Chriſti vna mõſtretur. & c. Ecce ibi text. quod verba dicta Petro dicta ſunt pro omnib. ſed ideo vni vt eccleſię vnitas deſignaretur. Et hoc late ponit Ioan. And. in c. ad liberandam. de iudæ. Et de hoc videtur text. in cap. noua quædam. de pœnit. & remiſ. ubi dicitur quod claues regni cœlorum commiſit apoſtolis, ergo non magis Petro quam alijs. Vnde patet, quod in eccleſia eſt fundamentaliter poteſtas clauium. Ad idem etiam text. in c. quamuis. 21. diſt. vbi dicitur quod quamuis vniuerſæ per orbem catholicę & apoſtolicę conſtitutæ eccleſię vnus thalamus Chriſti ſit, tamen ſancta Rom. eccleſia catholica & apoſtolica nullis ſynodicis cõſtitutis cęteris eccleſijs prelata eſt, ſed euangelica voce Domini, & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit, tu es inquiens Petrus & ſuper hanc petram. & c. Et ſic pondera text. quod verba tu es Petrus dicta ſunt pro uniuerſis eccleſijs, ſed Romana eccleſia prælata eſt cęteris, ut ſic per illa verba denotetur vnitas eccleſię, & principalitas Romanę eccleſiæ, Et ſic poſſunt intelligi iura quæ ſonant quod per uerba directa ad petram tu es Petrus. & c. ipſe prẹlatus ſit omnibhs, ut in cap. ſacroſancta. 22. diſt. & in capit. fidelior. 50. diſt. cum ſimil. videlicet intelligendo quod etiam dicta fuerunt pro omnibus, & uniuerſali eccleſię data fuit poteſtas, & ipſe Petrus. deſignatus caput ipſius uniuerſalis eccleſię. Si. n. hęc verba dicta fuiſſent tantum pro Petro, & ei tantum data poteſtas, non diceret eccleſia in ſymbolo & vnam ſanctã catholicam & apoſtolicam eccleſiam, ſed potius vnum ſanctum Petrum apoſtolicum Chriſti vicarium, & c. cuius contrarium non ſine myſterio de eccleſia vniuerſali ſimpliciter dicitur. Et ſic redeundo ad propoſitum ſi conſideramus maioritatem poteſtatis clauium, nõ videtur quod ſit maior poteſtas papæ quam concilij, ſed potius econtra. Si uero conſideramus maioritatem dignitatis, adhuc uidetur dignior eccleſia vniuerſalis quam papa. quod colligitur ex dictis Auguſtini ſuper ſymbolum, & ideo de eccleſia fuit dictum non de Petro, ego pro te rogaui vt non deficiat fides. tua. Quod (ut ſupra dictum eſt) intelligitur de fide eccleſię, quia eccleſia nunquam deficit, nec poteſt errare, ut in c. a recta 24. q. 1. & dicit archi. in cap. ita dominus. 19. diſt. in glo. & non intelligitur de fide Petri, qui in fide defecit, ut legitur Matth. 26. & in c. fidelior. 50. diſtin. Nec dicatur dictum fuiſſe pro Petro perſonaliter reſpectu finis, quia non perſeuerauit in errore, ſed conuerſus fuit, cum dicatur quod rogauerat ut non deficeret fides eius, unde eo mortuo non erat defectura, & in aliis pluribus pontificibus defecit, quia mortui defecerunt in fide. Vnde non pro papa, in quo poteſt deficere fides, ſed pro eccleſia dictum fuiſſe oſtenditur. & hoc etiam confirmat ſupradicta, quia ſicut iſta uerba, ego pro te rogaui petre, licet ſint directa in Petrum, tamẽ pro eccleſia dicta intelligimus, ita & illa de quibus ſupra tu es Peteus. & c. Similiter nec de ſucceſſoribus Petri, quia etiam multi Roman. pontifices a ſide defecerunt. capitulo nunc autem. 21. diſt. de quo dictum eſt ſupra in nono contrario. et quod ſit dignior eccleſia probat ille text. in capitulo. quę dignior. 24. quęſtione prima ſupraallegatus. Item dicitur dignior quia eccleſia eſt corpus Chriſti, quam diligit ſuper omnem creaturam, iuxta doctrinam apoſtoli ad Ephe. 5.

Si intelligamus de maioritate ſtabilitatis, et durationis, non poteſt intelligi maior papa ipſa eccleſia ſiue cõcilio eccleſiam reprę ſentante, quia eccleſia ſemper eſt duratura et ſtabilis, ut in c. pudenda. 24. q. 1. et in c. hęc eſt fides ea. ca. et q. papa autẽ põt multis modis deficere, uel morte, ut in c. ſi gratioſe de reſcr. in 6. uel renũtiatione, ut in c. 1. de ren. eo. li. et aliis multis modis, ut s̃. in ꝓgreſſu dictũ fuit. Si loquimur de maioritate meritorũ, nõ põt dici ꝙ papa ſit maior, q͂a eccleſia eſt ſine macula et ſine ruga. 24. q. 1. c. omnib. et Chriſti ſponſa incorrupta et pudica, quę adulterari non poteſt ut in capitu. loquitur 24.

quæstione prima. Nec dicatur quod papa sit maior ratione assistentiæ Spiritussancti, & Christi regentis ecclesiam, nec permittentis eam errare in ijs, quæ sunt fidei, & ad salutem necessaria. quia de ecclesia dictum est & non de papa, ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi Matth. vlt. vbi dicit glo. Nico. ex hoc patet quod fides catholica nō deficiet vsque ad finem seculi. unde Origenes super illud ad Roma. 15. inquit quod nulli unquam apostolorum nulliue fidelium singulariter voluit Christus dicere quod multitudini ecclesiarum pluraliter dixit, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, nunquam dixit ego tecum sum. Ex quo patet quod non intelligitur de assistentia eo modo quo communiter Deus est cum omnibus siue in omnibus creaturis, cum specialiter hoc verbum dictum fuerit apostolis omnibus pro ecclesia. Vnde Matth. vigesimoquarto. nō præteribit generatio hæc donec omnia fiant. & ibidem, cœlum & terra transibūt, verba autem mea non præteribunt. Vigesimotertio facit quod ecclesia fundata est in Christo, quia petra erat Christus. prima. ad Corin. 10. Vnde a petra hoc est a Christo Petrus nomen accepit, & non a Petro petra. vigesimaprima distinctione capitulo primo circa finē. de consecrat. distinct. secunda reuera sicut non a Christiano dictus est Christus sed Christianus a Christo. ideo dixit super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Vnde fundamētum ecclesiæ est Christus preter quod nemo aliud potest ponere. prima quæstione prima cum Paulus. Ad quod Gregorius in epistola octuagesimasecunda in quarto lib. regis. vbi dicit. certe Petrus Apostolorum primus, membrum sanctæ & uniuersalis ecclesię, est Paulus & Andreas. Ioannes quid aliud sunt quam singularium plebium capita, & tamē sub uno capite omnes membra sunt ecclesiæ. Ex quo patet quod Christus est caput & fundamuntum ecclesiæ. Et Apostolus ad Ephe. primo. omnia subiecit sub pedib. eius & ipsū dedit caput super omnem ecclesiam quę est corpus ipsius. Cum ergo Christus super se petram ecclesiam fundauerit, subiungendo & portæ inferi non præualebunt aduersus eā significauit quod eo ipso quod ędificata esset, habitura esset uirtutem intrinsecam & potestatem se in suo esse conseruandi & aduersantibus resistendi. quod Augustinus notat in sermone. primo super psal. 103. vbi exponens illud, q fundasti terram super stabilitatem suam dicit, & sic stabilitas & firmitas sua in hęret ei intrinsece. & sic non per dependentiam a papa. Sic etiam dicitur perfecta & terribilis vt castrorum acies ordinata, non esset autem terribilis & perfecta si ad se conseruandum non haberet a seipsa virtutem, sed haberet ab extrinseco subsidium quærere. Et ex hoc sequitur quod ecclesia claues ex se sine papa exercere possit, cum ecclesia sit sine papa, sed non papa sine ecclesia, & ecclesia habeat potestatem intrinsecam, seipsam conseruandi. Sic etiā dicitur quod ecclesia quę fundatur in Christo claues recepit a Christo, & nō solus Petrus. Vnde Raba. super illud quodcūque ligaueris inquit. hæc autem ligandi atque soluendi potestas quanuis soli Petro data videatur, a Domino tamen & cęteris apostolis datur, necnon, & nunc, episcopis, presbiteris, & omni ecclesiæ, sed ideo Petrus specialiter claues regni cælorum & principatū iudiciariæ potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes, intelligentes intelligant, quod quicunque ab unitate fidei vel societate ipsius quoquomodo semet ipsos segregant, tales, nec a vinculis peccatorum absolui nec Ianuam possunt cœlestis regni ingredi. Ad idem Remigius ibidem. huiusmodi ligandi & soluendi potestas quanuis soli Petro donata videatur, verumtamen cæteris apostolis datur necnon, episcopis, curatis, & toti ecclesiæ. Item & Origenes homilia. 11. super Hiere. ait. omnes imitatores Christi petræ sunt, & petra est ille qui docuit.

Vnde ex præmissis authoritatib. in 17. 18. 19. 20. 21. 22. motiuis apparet quod non obstat si dicatur quod Christus claues ecclesiasticæ potestatis & discretionis dederit soli Petro, vt dicitur Matth. 16. & tibi dabo claues & c. & in dicto capitulo in nouo, & dicto capitulo loquitur & capitu. aliorum. nona quæstio. tertia. quasi sequatur, si ipse accepit claues supra omnes, quod a nemine possit iudicari, quia inferior non iudicat superiorem capitulo cum inferior de maio. & obe. nec parem. capitulo innotuit. de elect. Nam ut patet ex pręmissis authoritatibus, non soli Petro data fuit potestas. nec per illa verba tibi dabo claues fuit data aliqua potestas, sed promissa, quæ verba fuerunt ei dicta tanquam gerenti typum siue figuram ecclesiæ, ut patet in præmissis authoritatib. Ad quod est etiā authoritas Leonis papæ in sermone de apostolis. ubi dicit q ius huius potestatis & decreti constitutio, ad omnes principes ecclesię commeauit, sed non frustra vni conceditur qđ omnibus intimetur. Ecce quod omnibus datæ sunt claues. Ad idem text. in capitulo noua de pœni. & remis. vbi dicitur quod licet beata virgo fuerit excellentior apostolis, tamen non ei, sed istis Christus tradidit claues regni cœlorum. Vnde apparet quod illa promissio per uerba tibi dabo claues, fuit facta Petro nomine omnium apostolorum & consequenter ecclesiæ, & quod confessio Petri fuit nomine omnium, quæ secundum Rabanum fuit causa dandi potestatem. quæ ut congrua sit responsio ad interrogata, ita oportet intelligi. Quod patet per illud Mat. 16. dixit illis, uos autem quem me esse dicitis. Vnde & exitus demonstrauit quando omnibus apostolis dixit amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram & c. Et sic sunt omnibus datæ simul & non Petro pro omnibus, sed tantum præmissæ pro omnibus, & postea omnibus simul datæ. Sed quæcunque harum opinionum vera sit, siue quod sunt Petro datæ pro omnibus, siue quod tamen omnibus, satis est quod ecclesiæ uniuersali datæ reperiuntur claues & iurisditio. Ex quo innuitur ecclesiam uniuersalem & consequenter concilium illam repræsentans, esse supra papam, & quod ipsa potestas clauium & plenitudo potestatis est in ipsa vniuersali ecclesia tanquam in fundamento, sed in papa tanquam in capite ipsius vniuersalis ecclesiæ, siue in papa tanquam in principali instrumento per quod hæc potestas explicatur, præcedente claue discretionis vt dicit gl. in cap. ad apostolicæ, de re iud. in sexto, & Innocē. in capitulo quod super ijs, de voto. & melius in capitulo quāto de iureiurando. Ad idem facit quod si dicta verba tibi dabo claues, dicta fuissent soli Petro, frustra postea fuisset orta contentio inter apostolos de maioritate, quæ ter orta post hæc verba reperitur, vt patet Matthei 18. & 20. & Lucæ 22. etiam in vltima cœna. non enim toties de maioritate contendissent si per verba illa tu es Petrus, aut illa Ioan. primo, tu vocaberis cephas. intellexissent Petrum cōstitutum principem super se ipsos, aut ei soli traditam potestatem principaliter ad regendum ecclesiam. Vnde necessario oportet dicere quod verba dicta per Christum Petro, & responsio Petri sint dicta pro omnibus, & consequenter quod in ecclesia sit hæc potestas. Vigesimoquarto † idem probatur per argumentū ab absurdo, Clemen. cum sit. de magistris. nam posito quod papa per sua mala opera subuerteret statum uniuersalis ecclesiæ, & ipsam ecclesiam & populum christianū notorie scandalizaret, si concilium generale non haberet potestatem compescendi eum, esset in potestate unius dissipare, & destruere ecclesiam & non esset remedium, quod est maxime absurdum, non enim est verisimile quod Christus voluerit dimittere ecclesiam in tali casu sine remedio. Sicut in simili dicitur quod quando Christus dedit claues Petro licet nullam fecerit mentionem de successoribus, tamen sub nomine Petri etiam comprehendit successores, cum non sit uerisimile quod mortuo Petro voluerit ecclesiam remanere sine successore, sicut dicitur post glo. in verbo desereret, in capitulo pro humani, de homic. in sexto. Adducitur in simili exemplum si rex peregrinaturus dimisisset reginam gubernatricem, & quia non conuenit honori reginę discurrere in singulis diebus per uniuersum regnum dimisisset vnum ministrum generalem qui nomine regis & reginæ administraret, et ne verisimile si talis minister male administrādo destrueret regnum, quod rex noluerit reginam posse illum amouere & punire, & alium bonum ministrum deputare, certe nō, argumento, l. si hominem. ff. mandati. Hoc corroboratur, quia ecclesia dicitur regina, iuxta illud psalm. 44. astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Vigesimoquinto † ad idem facit decretum Constantien. concilii in quarta sessione. ubi declarauit quod sinodus ipsa in Spiritusancto congregata legitime, generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscunque status etiam si papalis existat obedire tenetur in iis, quæ pertinent ad extirpationem schismatis & reformationem generalem ecclesiæ Dei, in capite & in membris. Item in quinta sessione idem replicando subiungit quod quicunque cuiuscunque conditionis, status, dignitatis, etiam si papalis, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus, aut præceptis huius sacræ sinodi, & cuiuscunque alterius concilii generalis legitime congregati super præmissis, seu ad ea pertinentibus factis, uel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit condignæ pœnitentiæ subiiciatur, & debite puniatur. Ecce quod concilium est supra papam, quia habet potestatem immediate a Christo, quia papa tenetur ei obedire, & quia concilium potest exercere iurisdictionem contentiosam in eum.

Et considera bene illa verba & cuiuscunque alterius concilii generalis, quia per hoc tollitur contrarium quod tantum de concilio Constan. dictum fuerit, propter aliquorum schisma, ob quod nō poterat deprehendi quis aliquis esset

esset verus papa, & ideo quilibet cuiuscunque etiam papalis dignitatis subijci debebat. nam & de aliis conciliis legitime congregatis idem dictum apparet per dicta verba cuiuscunque alterius concilii generalis. Et quod generaliter accipiatur potestas pro iurisditione ostendit illud Ioan. 19. nescis q habeo potestatem dimittere te & c. Corroboratur hoc per gl. 15. distinctio sicut quę vult quod papa non potest destruere statuta concilij. & per glo. in cap. Anastasius. 19. distinctio. quę dicit quod papa est inferior concilio in concernentibus fidem. Ad idem glo. in dicto cap. sunt quidam. 25. quæst. prima, quæ dicit quod papa subiicitur concilio in ijs quæ sunt fidei & concernunt bonum vniuersalis ecclesiæ. Et contrariū faciendo status ecclesiæ decoloraretur & c. ad hoc text. in c. etsi illa. 1. q. 7. Ad idem dicitur in c. in istis. quarta distinctio. quod sententia concilii pręfertur sententiæ papæ, quia orbis maior est urbe, vt in c. legimus. 93. distinct. Et ad idem glo. in cap. si papa. 40. distinct. cum vult quod concilium iudicet papam quando scandalizat vniuersalem ecclesiam. Vigesimo 26 sexto † facit quod papa est propter ecclesiam sicut pastor propter gregem, iuxta illud. 2. ad Corint. 10. potestatem dedit nobis in ædificationem, non in destructionem, & non econuerso. Accedit quod glo. interlinearis super illud 2. ad Corin. 13. vt non pręsens durius agam secundum potestatem quā Dominus dedit mihi in ædificationem & non in destructionē, supplet qui aliter agunt non habent potestatem a Deo. ergo & c. Consequentia patet, quia semper deterius est gratia melioris secundum Aristote. in politicis. Vigesimoseptimo 27 † facit quod ecclesia dicitur esse corpus quoddam & singuli fideles membra illius. Vnde dicit Apostolus ad Roman. 12. multi vnum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra. & Ioan. 15. ego sum uitis & uos palmites. Tunc sic papa est membrum ecclesiæ & non totum corpus, ergo sequitū quod vniuersalis ecclesia, quæ est ipsum corpus ecclesiæ sit amplioris uirtutis, & potestatis quam ipse papa. Consequentia patet, quoniam membrum cum dicat particularitatem, minoris est uirtutis & perfectionis ipso toto corpore. Et hoc motiuum conuenit cum septimo præcedēti ad illius corroborationem. Præterea non sufficienter esset prouisum corpori si membrum quod efficitur putridum & totū corpus inficit, non posset abscindi. capitulo resecandæ. 24. q. tertia, cum tamen Dei perfecta sint opera Deuteronom. 32. 28 Vigesimooctauo † facit quod qui dicit se habere potestatem super alios & concessionem potestatis sibi demandatam illud docere debet, capitulo cum in iure, de offic. delegat. maxime in iis quæ sunt suprema & non consueuerunt concedi. capitulo quod translationem, de offi. leg. & in capitulo quod super iis, de fide instru. Sed non legitur quod Petrus acceperit claues super ecclesiam uniuersalem, nec per consequens super cōcilium illam repræsentans, sed super singularia mēbra ecclesię secundum opinionem theologorum, & probatur in capitulo quamis. 21. distinctio, ergo sequitur quod papa 29 non est supra concilium. Vigesimonono † facit quod ecclesia uniuersalis dicitur mater omnium fidelium. unde Eccles. 24. dicitur mater pulchrę dilectionis. Et ad Gal. 4. illa autem quæ sursum est Ierusalem libera est quæ est mater nostra. glo. interli. ibi exponit, id est credentium. Et Prouerb. 1. dicitur ne dimittas legem matris tuę, id est ecclesiæ. ad hoc capitulo cum de diuersis, de priuileg. in sexto, tertia quæstio. sexta, capitulo dudum. & secunda quæstio. sexta, ad Romanam. Item ad hoc text. in capitulo fundamenta, in versiculo ne autem ipsa mater ecclesia in congregatione & pastura fidelium & c. de electione, in sexto, & in capitulo alma mater. de senten. excommu. in 6. & 16. quęstio. prima, capitulo uos autem. & 12. distinctio. capitulo non decet. Et in capitulo finali, de foro competen. ubi Romana ecclesia dicitur mater & magistra omnium ecclesiarum. Tunc sic papa dicitur filius ecclesię. quod patet quia nullus est pater matris suæ. unde & Matth. 23. dicitur quod unus est pater qui in cœlis est. Sic autem & in terris vna est ecclesia quæ est mater omnium fidelium & consequenter papę. probat tex. in cap. qui abstulit. 12. quęstio. secunda, ubi Anacletus papa dicit mater uero nostra ecclesia est. Sequitur ergo quod papa tanquam filius subsit ecclesię tanquam matri, & quod ecclesia sit maior excellentia dignitatis & superioritatis filio suo papa. vnde Bernar. in libro quarto, de considera. in fine dicit consideres ante omniam sanctam Romanam ecclesiam cui Deo authore præes matrem esse non dominam, & te non Dominum episcoporum se vnum ex eis. quod exponit Archid. 12. distinct. capitulo primo. & Domini. ibi & est bonus tex. in capit. esto subiectus. 96. distinct. Facit capitulum mutationes. septima quęstione prima ibi non propria cuiusque uoluntate aut dominatione. Et eadem verba ponuntur in effectu in dicto capitulo esto subiectus & in capitulo predicator, 16. quęstione prima. Facit quod dicitur Luc. 22. reges gentium dominantur eis & qui potestatem habent super eos beneficij uocantur. & infertur, vos autem non sic. Ex quo patet quod Apostolis interdictus est dominatus. Et sic papa non dicitur Dominus. facit quod dicitur in cap. 2. de dona. & dicto capitulo non decet. 12. distinctio. Ad idem August. in sermone Petri & Pauli, incipit filioli, dicit. mater nostra pariēdo non discernit ætates, ipsa genuit Petrum, ipsa parturiuit & Paulum vt ex lupo fieret agnus. Ecce quod ecclesia est mater & Petrus ab ea genitus, ergo maior est ecclesia Petro, & consequenter maius concilium illam repræsentas Petro ab ea genito. Tri-30 gesimo † ad idem facit quod ecclesia vniuersalis dicitur domina, iuxta illud threnorum. 1. domina gentium. 79. dist. ca. oportebat. ponit Ioan. de Ana. in rubrica de schisma. Sed maior est potestas in domino quam in seruo. ergo maior est potestas ecclesiæ vniuersalis quæ est domina quam papæ, quia papa & alij prælati non sunt Domini, sed ministri & dispensatores secundum Apostolum 1. ad Corint. 4. ad hoc quod le-31 gitur in capitu. secundo. de donatio. Trigesimoprimo † facit quod ecclesia dicitur esse regina, iuxta illud psal. 44. astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Tunc sic. potestas est in ecclesia sicut Regina, in papa autem non sicut in rege, quia regimen papæ respectu ecclesiæ non videtur regale sed politicum, iuxta illud Matt. 20. capitu. scitis quod principes gentium dominantur in eis, & qui maiores sunt potestatem exercent in eas. non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Ergo sequitur quod potestas in vniuersali ecclesia tanquam in regina est maior quam potestas papæ. Trigesimosecundo 32 facit quod vbi maior est sapientia & charitas ibi videtur esse superioritas, sed in ecclesia est maior sapientia & charitas q̃ in aliqua alia creatura, siue sit papa siue alia quæcunque persona, quia ecclesia non potest errare, ut in cap. a recta. 24. quęstione prima, sicut potest papa, ut in capit. si papa. 40. distinct. igitur maior est ecclesia siue concilium quam papa. Trigesi-33 motertio † probatur ex eo quod concilium iudicat de papa. vnde Christus loquēdo ad omnes apostolos inquit, uos estis sal terræ & c. quod si sal euanuerit ad nihilum valet vltra nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Ex qua authoritate Hiero. ad Heliodorum, & transumptiue, secunda quęstione septima non omnes episcopi, dicit. non est facile stare in loco Petri & Pauli, scilicet tenere locum iam cum Christo regnantium, infatuatum sal ad nihilum prodest nisi vt proiiciatur foras & conculcetur a porcis, id est deponatur & ibi loquitur de omnibus prælatis, nec excipitur papa. & gl. in capitulo sicut inquit. secunda quæstione septima. innuit, quod ubicunque reperitur papam posse iudicari de hęresi, si non dicitur per quem, debet intelligi per concilium generale. & ita intelligunt Doct. in capitulo si papa. 40. distinctione. & in capitulo in fidei de hęre. in sexto. & glo. in capitulo nūc autem. 21. distinct. & glo. in cap. si duo. 79. distinctione. cum ergo concilium iudicet papam, sequitur quod sit maior ipso. Et si dicatur quod illa iura loquuntur in causa fidei. respōdetur quod non reperitur quod in causa fidei, Deus dederit maiorem potestatem ecclesię quam in aliis causis, quia quādo dedit potestatem usus est uerbis generalibus quęcunque alligaueritis & c. Quinimo suadet ratio quod si potest procedere in causa fidei ubi est maius periculum, multo magis in aliis causis minoribus, quia cui conceditur maius, uidetur cōcedi & illud quod est minus. capitulo ex parte, de decim. ad idem faciunt illa quę dicta sunt supra in secūdo motiuo. Tri-34 gesimoquarto † facit quod ecclesia Dei dicitur sponsa, ut patet Apostol. 21. uidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo tāquam sponsam ornatam viro suo & in capitulo loquitur, in fi. & in capit. omnibus. 24. quæstione prima. papa autem non est sponsus sed paranymphus spōsæ, ut dicit Bernardus de considera. ad Euge. sic & Apostolus secundæ ad Corint. 11. ubi glo. Nico. super illud, despondi. n. uos & c. dicit. fuerat enim apostolus paranymphus matrimonii inter Corinthios & Christum per ueram fidem. Cum ergo maior sit authoritas in sponsa quam in paranymho sponsæ, sequitur quod in ecclesia sit maior authoritas quam in papa.

Quinimmo dicit text. in clement. prima, de summa trinita. quod est unica & immaculata ac uirgo sancta mater ecclesia coniunx Christi, clarum est autem quod plus est coniux, quam uicarius, sicut est papa, siue locumtenens vt in capitulo quanto & in capitulo licet, de translatio. pręlat. cum 35 similibus. Trigesimoquinto † facit quod dicit Apostol. ad Rom. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit & c. ut in capitu. secundo, de cēsi. de qua vniuersitate nec papę anima excipitur, ergo & papæ anima potestati alterius subdita est. sed nulli pōt esse subdita q̃ vniuersali ecclesiæ, sequitur ergo q ecclesia sit maior ipso papa. Ad quod facit il-

la authoritas Hiero.in capitulo legimus. 63. distinctio. cum dicit quod orbis maior est vrbe, ostendens ecclesiam Romanam esse de corpore ecclesiæ vniuersalis. ad hoc bene text. iuncta glo. in cap. ecce. 98. distinctione sequitur ergo quod ecclesia uniuersalis sit maior eccle. Romana, & quod in ipsa vniuersali tanquam in fundamento sit potestas ecclesiastica principaliter, si autem uniuersalis est maior, ergo & concilium iam præsentans. & sic concilium est maius papa. Accedit quod dicit Ioan, An.in capitulo a nobis. el secundo. de senten.excommun. quod ecclesia Romana potest errare sed non ecclesia, uniuersalis & consequenter nec concilium ꝙ illam repræsentat Accedit etiam quod fuerunt aliæ ecclesiæ ante Romanam. fuit enim ecclesia Ierosolimitana quæ fuit metropolis Iacobi fratris Domini. 66. distinctione capitulo porro. Item & Antiochena recta a Petro, in qua primum discipuli appellati sunt Christiani. Trigesimosexto † Ad idem facit tex.in capitulo bene quidem. 96. distinctione vbi Symmachus papa in concilio præsidens cum tractaretur de validitate certæ scripturæ Basilij de electione Romani pontificis quam nullus antistes Romanæ ecclesiæ subscripserat, iussit eam deferri in medium vt ex ipsa electione congnosceretur cuiusmodi posset habere substantiam, addens nolle se disputare de eo, de quo statim poterat iudicare concilium. Ex quo videtur innui concilium esse maioris authoritatis quam papa Ad idem & fortior est tex.in capitulo quod quis 35. quæstio. 9. vbi papa petit subscriptionem synodi ut synodali iudicio auditus claudatur illicitus. Et quod papa fateatur sanctã synodum iudicare posse super eo quod abusum continet & diminutionem ecclesiasticæ libertatis, probatur. secunda q. septima §. item Symmachus. & 27. distinctione. §. hinc etiam vbi patet causam Simmachi papę delatam esse ad cõcilium tam cum ageret de restitutione papatus, quo se spoliatum affirmabat, quam cum se oppressum asseret. & sic maius est tribunal concilii quam papæ, ergo maius est concilium quã papa. Idem etiam in cap. nunc autem. 21. distin. Ad idem quoque tex.in cap. concilia. 17. dist. ubi dicitur quod authoritas papæ tradita est a conciliis. ergo concilium est supra papam, quia superiora agunt in inferiora, nõ econtra. Ad idem tex. in capitulo vrbes 80. di. & in capitulo prouinciæ & in capit. nulli. 99. dist. vbi patet quod apostoli simul cum sancto Petro diuiserunt prouincias per orbemr & posuerunt primates ad quos episcoporum negocia & maiores causæ post apostolicã sedem referẽtur. ergo cœtus apostolorum erat maior Petro iurisditione. & consequenter concilium maius papa. Ad idẽ tex.in capitulo quilibet. 8. quęst. vltima. & 2. dist. in summa. Ad idem tex.in cap. requiritis. prima quęstione septima vbi dicit papa se non posse decreta a conciliis tollere siue illis cõtraire. Ad idem tex.in capitulo primę sedis. 99. di. vbi concilium aphricanum diffiniuit ut primę sedis episcopus non appellaretur summus sacerdos neque princeps sacerdotum. ergo concilum est maius primæ sedis episcopo, hoc est papa Ad idem adducitur tex.in cap. quamuis. 21. di. alias inductus aliomodo nũc ponderando. vbi dicit tex. quod quamuis vniuersę ecclesię Christi sit unus thalamus, tamen sancta Romana ecclesia catholica & apostolica cæteris prælata est 24. quęstio. prima. c. omnibus. vnde patet quod uniuersæ ecclesiæ includendo Romanam est vnus Christi thalamus, qui Christi thalamus est uniuersalis ecclesia & consequenter cõcilium Ergo concilium tanquam continens Romanam ecclesiam est maius, & ecclesia Romana tanquam contenta est maior, Ad idem tex.in cap. puto. 2. q. 7. vbi bene probat text. dicens cum Petrus a Paulo licet esset posterior corrigatur, quanto facilius & fortius quod per uniuersæ ecclesiæ statuta firmatũ est. vel unius episcopi authoritati vel unius prouinciæ, concilio pręferendum est. Ex quo tex. apparet vt consequentia valeat ꝙ cum de Petro a Paulo correcto loquitur, intelligi debet illa authoritas non solum de aliis inferioribus episcopis quod eorum concilium non sit pręferendum iudicio vniuersæ ecclesiæ, sed etiam de episcopo Romanæ ecclesiæ, & sic de de papa. ergo concilium est maius papę; Et de pluribus similibus iurib. vide in 4. 5. & 14. oppositione. Ad idem facit tex. in c. quamuis. 3. q. 6. ubi patet quod a cętu apostolorũ quem synodus generalis repræsentat diffinitum est vt non nisi per Romanum pontificem diffiniantur episcoporum accusationes. ergo patet maius esse concilium papa, cum decreta concilii dederint papę sublimitantem & præeminentiam. Ad idem in simili etiam tex.in cap. dudum ea. cau. & quęst. ubi a sanctis apostolis statutum fuit non oportere absque scientia Romani pontificis concilia celebrare, vnde concilium quod cœtum apostolorum repręsentat, maius est papa, quia transtulit præeminentiam in papam, quam non reperitur a se abdicasse. ut est tex. optimus. in ca. quisquis. 4. q. 5. Ad idem tex. in c. si quis. 2. quæst. 7. vbi Beatus Gregorius dicit. si quis super hoc nos arguere voluerit vel extra authoritatem facere nos contenderit, veniat ad sedem apostolicam vt ibi ante confessionem Beati Petri mecum iuste decernet, quatenus vnus ex nobis suscipiat sententiam suam. vnde patet quod papa habet iudicem superiorem sedem apostolicam, ergo multo magis concilium. Item ad idem tex.in capitulo manet. & in capit. memor. 24. q. prima. vbi probatur quod contra vniuersalem statum ecclesiæ papa nõ potest aliquid facere, quia tunc eius iudicium non procedit ex equitate. Item ad idem facit glo. in cap. proposuit. de concel. preben. vbi dicit quod papa non potest immutare vniuersalem statum eccl. Ad idem gl. in c. literas de resti. spolia. ubi dicit quod papa non dispensat cõtra quatuor concilia. & glo. in cap. cum ad monasterium. de statu regula. Ad idem. prima. quæst. septima. cap. erit illa. & 25. quęst. prima. cap. quæ ad perpetuam, & cap sunt quidam. vbi papa non dispensat contra vniuersalem statum ecclesiæ Ad idem tex. facit sancta. 12. dist. vbi dicitur quod Romana ecclesia habet diuersas cõsuetudines quas seruare debemus si illis nõ obstant canonica instituta. inter quæ sunt conciliaria igitur. Ad idem tex.in cap. illud & cap. ridiculum eadem distinctione ubi dicitur quod ridiculum est & abominabile dedecus vt traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus infringi patiamur. ergo papa qui tenetur ad obseruantiam illorum non est maior Trigesimoseptimo † valeat argumen. dictamine rationis naturalis, ut in l. cum ratio. de bonis dam & quando lex deficit ratio pro lege habetur. Vnde seneca li. vis omnia tibi subiicere te subiicias rationi. dicit glo. in cap. ex eo de electio. in 6. est enim anima legis, quia lex est omne quod ratione consistit. prima dist. cap. consuetudo. Et deficiente lege allegatur ratio naturalis l. in summa. §. item varus. ff. de aqua plu. arcen. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. Sed ratio naturalis suadet quod maior sit ecclesia vniuersalis in qua multi sunt catholici & sancti viri quam papa, vnde licet papa sit supra legem. l. digna vox. C. de legibus tamen & viri sancti qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto capitulo licet de regularibus. Et magis sequendum est quod melius a Spiritusancto reuelatum est 8. dist. cap. frustra. Ista autem ratio naturalis quod maior sit ecclesia vniuersalis & consequenter concilium illam repræsentans, sumitur ex multis primo quia rectius est consilium ꝙ plurimorum sententiis roboratur. l. vlt. C. de fideicom. capi. prudentiam. de offi. delega. Secundo quia ecclesia vniuersalis bene subsistit sine papa, quia illius caput semper est Christus, vt dictum est supra, ponit glo. post Hostien. in ca. primo. de schisma. in 6. sed papa sine vniuersali ecclesia nihil esset, argumen. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iu. Tertio quia non præsumitur potestate & iurisditione, nisi qui illam prædedit ostendat. vt in cap. cum iure. de offi. delega. & maxime in suprema, ut in cap. quod translationem de offic. legat. Quarto quia hoc suadet ratio, propter inconuenientia quæ sequi possent si dictum vnius preferretur vniuerso orbi, quia possent esse malus & destruere ecclesiam. Vnde si non esset aliquis superior qui malum papam haberet corrigere, iam non esset sufficienter prouisum ecclesiæ, ꝯ illud Isaiæ 5. quid est quod vltra debui facere vineæ meæ & non feci eis quasi dicat nihil. Et multæ his similes adduci possent rationes, maxime quia vniuersalis ecclesia comprænsiue nõ est in papa solo, sed bene papa est in vniuersali ecclesia, de consecra. dist. prima cap. catholica. 38. Trigesimooctauo † ostenditur quia Christus post resurrectionem suam uolens confirmare potestatem datam ecclesiæ in personis apostolorũ, dixit sicut misit me pater & ego mitto vos accipite Spiritumsanctum &c. Vbi non dixit mitto te Petrum, sed ego mitto uos, s. cum eadem potestate qua pater me misit. Vnde suam potestatem ad ecclesiam ad regimenque ecclesiæ transmisit. pro hoc tex. 24. quæst. prima cap. loquitur. ubi dicitur quod parem potestatem tribuit apostolis, & quod hoc erant apostoli quod Petrus fuit pari consortio præditi honoris & potestatis, sed vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab uno, scilicet Petro incipientem sua authoritate disposuit. ex quo patet quod non solus Petrus potestatem accepit, sed ipsa ecclesia, & consequenter concilium. Trigesimonono † facit quod concilium exercet iurisditionem circa ea quæ sunt de suprema potestate nã deponit cardinales, ut in capitulo primo. de clericis non resi. iudicat & deponit episcopos. secunda quæst. prima. cap. scelus 4. quæst. 5. cap. quisquis. vbi ad concilium defertur causa episcopi. Item facit statuta generalia de electione papæ & de salute animarum. cap. in nomine domini. 23. dist. cap. ex multis. prima quæst. 3. cap. virgines, 20. quæst. quarta. ca. vilis 16. q. 2. Item dedit primatũ ecclesiæ Romanæ. 17 di. c. hinc etiã 3. q. 6. c. dudum. 9. q. 3. aliorum. Transfert in papam iurisditionem etiam priuatiue ad alios episcopos, patet in c. quamuis 3. q. 6. ibi facit ab apostolis eorumq; successoribus multorũ consensu episcoporum diffinitum est & d. ca. dudum ea. cau. & q. & c. sacrosancta. 22. dist. & cap. cum ex eo de pœnit. & re.

re. Item iudicat de persona papę, ut dictum est in primo motiuo per iura ibi allegata. Quadragesimo † facit quod papa sequitur ordinata per concilia, vt patet in capitulo nolite. 11. dist. & in cap. requiritis. prima. quæst. septima. & in cap priuilegia. 25. quęst. secunda & in cap. contra ea, cau. quæst. prima iuncto. cap. sicut. 15. dist. Et bonus est tex.in cap. confidimus. 25. quæst. prima. ibi vniuscuiusq; sinodi constitutũ quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus nullam magis exequi sedem quam primam, Si ergo tenetur exequi & sequi statuta concilii, sequitur quod maius est concilium papa. Quadragesimoprimo † adducitur quod omes apostoli fuerunt fundamenta ecclesię apoca. 21. vbi murus ciuitatis, id est ecclesiæ habet duodecim fundamenta, & in ipsis sunt nomina. 12. apostolorum, ad hoc etiam c. fundamenta. de elec. in 6. Et eis, vt sepius dictum est, damnadata est cura populorum, per illud Matth. vlt. euntes docete omnes gentes &c. & Ioan. 20 quorum remiseritis peccata &c. Illis etiam traditę sunt claues Matth. 18. & supra dictum est. Et eis commissum est docere vita exemplari Matth. 5. sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Et inter apostolos nõ semper Petrus ponitur primus, vt patet in epistola Pauli ad Gala. secunda. ibi & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi Iacobus & Cephas & Ioãnes qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabę societatis. Vnde patet quod tam ratone fundamẽti quã ratione potestatis & ordinis cognominandi non ostẽditur quod magis sit tribuendus primatus Petro quam cæteris apostolis. & idem consequenter videtur dicendum in papa. vnde ex hoc magis potest argui quod concilium sit supra papa quam econtra, sicut uidemus quod collegium habet potestatem supra singulos de collegio. capitulo dilecta. de concess. præla. l. fi. C. de iuri. omnium. iudicum. facit quod dicitur in capitulo irrefragabili in §. excessus. de offic. ordinar. Quadrasimosecundo † ostenditur. quia sententia Romani pontificis examinatur. in conciliis vniuersalib. Patet primo in despositione Dioscori facta per Leonem papam. quæ fuit examinata in concilio Calcedonen. secundo in depositione Pyrrhi & sergii facta per Martinum papam in synodo Romana, quæ fuit examinata in synodo Constantinopolitana. tertio in depositione Fotii Constantinopolitani facta per Nicolaum & Adrianum Romanos pontifices, quę fuit examinata in octaua synodo. Ergo uidetur quod cõcilium sit supra papam. Quadragesimotertio † facit quod in gestis octauę synodi legitur quod Zacharias episcopus contra sententias Nicolai & Adriani summorum pontificum dixit quod canon princeps est, & quod contra illum agẽtes nihil faciunt quod decet, cum vero extra hunc quispiam facit, siue papa Nicolaus siue alius, non acquiescimus. Ergo uidetur quod concilium est supra papam, cum disponat extra canonem non acquiescendum sententię papæ. Quadragesimoquarto † facit autho. Matthe. vigesimo. Mar. decimo. cũ Christus dixit apostolis, scitis quod principes gentium dominantur eis, & qui maiores sunt protestatem exercent in eas, non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior esse, sit vester minister, & quicunque voluerit inter vos primus fieri sit vester seruus, unde patet quod inter apostolos fuit prohibitus primatus ne essent ad instar principum secularium. Et sic eos reliquit sub directione spiritussancti, qui est in sancta ecclesia in unum congregata, & sic in concilio. Et ideo dicitur capitulo loquitur. vigesimaquarta quæstione prima. & in capitulo in nouo. vigesimaprima distinctione quod Apostoli omnes hoc idem erant quod Petrus pari consortio præditi honoris & potestatis. ergo papa non potest esse maior concilio, cum sit par existentib. in concilio. Quadragesimoquinto facit tex. in capitulo de quibus. vigesima distinctione vbi datur ordo in solutione alicuius quæstionis ut primũ recurratur ad scripta noui vel ueteris testamenti, secũdo ad canones apostolorum vel conciliorum, tertio ad decreta summorum pontificum. Ex quo patet ꝙ canones cõciliorũ præferunt decretalib. pontificũ. Quadragesimosexto † facit quod si concilia nõ essent maioris authoritatis quam papa, & si papa posset tollerę concilia esset frustratoria congregatio conciliorum quia frustra a concilio expectaretur alicuius canonis uel decreti euentus, qui nihil operaretur, dicit Ioan. in regula, nullus ex consilio, in mercu. in tertia oppositio. de regu. iur. in sexto, Quadragesimoseptimo † adducitur quod ille potius debet dici maior inter apostolos qui successit immediate Christo in ecclesia quã ipse rexit, quia ille est dignior qui magis adhæret primo, vt in capitulo de Constãtinopolitana vigesimasecunda distinctione, sed militantem ecclesiam Christus rexit in uita mortali in Hierosolimitana & in illa successit ei Iacobus Alphei. & sic Iacobus dicitur potius successor Christi quam Petrus. & si excludimus Petrum ergo & successores. & si successores ergo quod dicitur quod papa non habet maiorem supra se, ut in capitulo licet. de ele ctio. non est verum. si aũt hẽt superiorem, nullus melior quã concilium, ergo concilium est maius. Quadragesimooctauo † facit quod dicit sanctus Tho. in li. de regimine prin. quod si ad ius alicuius communitatis pertineat sibi prouidere de Rege, & ab eadem Rex institutus, fuerit in tyrannum conuersus, poterit destitui & refrenari eius potestas, postquã tyranni ce abutitur potestate Regia. vnde in simili cum ad communitatem ecclesiæ specter per cardinales ius eligendi papam, ergo ad eandem spectat eum corrigere & punire vbi ipse efficeretur tyrannus & incorrigibilis. Facit quod dicitur quod eius est destituere cuius est instituere, vt in capitulo primo & secundo de cappel. mona. & in capitulo cum & plantare in §. in ecclesijs de priui. & in capitulo cum ex iniuncto de hære. in glos. fi. Sed si sic est, papa habet iudicem superiorem in terris, hoc est ecclesiam, & sic concilium. Quadragesimonono † facit regula si vinco vincentem te, vinco te. capitulo authoritate de conces. præben. in 6. sed imperator iudicatur a concilio & est suppositus concilio, vt ipsemet dicit in l. prima C. de summa trini. & in authen. de eccle. ti. in prin. & est text. in capitulo ad apostolicæ de re iudi. in 6. ipse autem iudicat & habet potestatem in papam, ergo multo magis cõcilium iudicat papam. Quod autem imperator habeat potestatem in papam & sit iudex eius, probatur, quia papa nõ est magis exemptus iurisditione imperatoris quam fuerit Christus inquantum homo mortalis. sed Christus inquantum homo fuit subiectus imperatori, vt patet Ioan. 19. cum dixit Pilato, nõ haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper. ergo multo magis papa qui est Christi vicarius. d. capitulo ad apostolicæ & in capitulo licet de trãsla. pręla. & in capitulo primo de homi. in 6. cum simil. quia minor est uicarius illo cuius vices gerit, vt patet de offic. vica. ꝑ to. Itẽ papa habet potestatem ab imperatore. & imperator dedit papæ priuilegium principalitatis. 96. distinctione capitulo Constantinus. Item & Petrus & cæteri apostoli fuerunt subiecti imperatori, quia in hoc erant pares Petrus & alij apostoli. sed Paulus tanquam subiectus appellauit ad imperatorem, vt patet act. 25. Item sicut in nouo testamento potestas summi sacerdotis dependet immediate a Deo, vt in capitulo nouit de iudi. sic & in veteri testamento ꝑeminentia summi sacerdoris fuit instituta a Deo, vt patet exo. 28. Sed non obstante prædicta eminentia summus sacerdos in veteri lege potuit ab homine iudicari & deponi, vt patet de Abiathar qui erat verus & legitimus summus sacerdos, & tamen fuit eiectus de summo sacerdotio per Salomonem, non propter hæresim, sed quia conspirauerat cum Adonia, vt patet. 3. reg. 1. & secundo capitulo. ergo a pari idem dicendum est in nouo testamento de papa. Et si papa iudicatur ab imperatore, & imperator iudicatur a concilio, multo magis concilium iudicabit papam. authen. multo magis. C. de sacrosan. eccle. ergo concilium est maius papa & imperatore, & iudicabit de papa sicut de imperatore. Accedit quod quicunque soluit alicui tributum non videtur eo maior esse, sed magis subesse ei cui soluit tributum, sicut dans decimas minor est recipiente, vt dicit Apostolus ad Hebręos 7. facit. capitulo fina. de causa. pos. & proprie. & capitulo cum Apostolus. de censi. & l. prima & 2. de censi. li. 11. per Siculum. consi. 98. Sed papa soluit tributum imperatori 11. quæstione prima si tributum. vbi dicit papa quod si imperator petat tributum nõ negamus. Ergo papa est minor imperatore, & consequenter ꝯcilio quod iudicat de imperatore, vt dictum est. Quinquagesimo † facit quod Petrus licet fuerit vicarius Christi, vt in capitulo ita Dominus. 19. distinctione & in capitulo in nouo. vigesimaprima distinctione & in capitulo inter corporalia de transla. præla. papa tamen dicitur vicarius Petri, vt in capitulo ego Ludouicus. 63. distinctione & tex. in capitulo memor. 24. quæstione prima & prima quæstione septima quotiens. & 1. q. 1. non quales. & legitur in legenda Ioan. papæ & martyris, vbi similiter vocatur vicarius Beati Petri. Sed vicarius non potest facere vicarium, vt in capitulo clericos de offic. vica. Ergo papa ex suo vicariatu tanquam nullo respectiue ad Christum non consequitur primatum supra ecclesiam, maxime cum etiam Petrus hunc primatum habuerit ab apostolis & sic ab vniuersali ecclesia, vt in capitulo in nouo. vigesimaprima distinctione & in capitulo sacrosancta. 22. dist. & in capit. dudum. 3. quęst. 6. Quinquagesimoprimo † probatur ista maioritas concilij ex authoritate euangelica Matthei vl. vbi dicitur ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Sed si plenitudo potestatis esset in papa, nõ diceretur esse nobiscum vsq; ad consummationẽ seculi, qa papa est mortalis, & sic in eo plenitudo potestatis non põt esse perpetua. Ergo dicendum est ꝙ sit in ecclesia vniuersali q̃ nunq̃ moritur. c. turbatur. 1. q. 4. nam vt dicit Aristo. 2. poli c. 8. regimen ciuitatis consistere debet apud valentiorẽ partẽ ipsius ciuitatis secundum ordinatam politiam. Ergo etiã re gi-

gimen ecclesiæ debet esse apud vniuersalem ecclesiam tanquam ualentiorem partem, potiusquã apud papam, qui potest decipi, vt in cap. præterea. 23. dist. & potest peccare & errare, vt in cap. a recta. 24. q. 1. & moritur, vt in c. vbi periculum & in clem. ne Romani, cum simil. de elec. Cuius contrarium est in ecclesia vniuersali, ut in d. c. a recta & dicto cap. loquitur, quia illa non potest esse nulla, vt in cap. pudenda. 24. q. 1. & gl. in cap. ita dominus. 19. dist. Et si dicatur quod potestas papæ adhæret ecclesiæ intrinsece, & quod ecclesiæ ad papam est essentialis ordo, non quidem ad hunc uel illum papam personaliter accipiendo, sed generaliter, videlicet nomine papæ intelligẽdo illam supremam potestatem quæ in papa residet, quia cum de ratione ecclesię sit esse corpus vnum & ordinatum, ordo autem sit per respectum ad aliqđ principium, hoc intelligi non potest nisi per illud primum papa intelligatur, qui est primus in ecclesia, & per respectũ ad quem omnes alii ministri dicuntur esse ordinati siue habere ordinem. Vnde quamuis, quando moritur papa tunc sit dare tempus in quo ecclesia est sine persona papæ, eo tamen tempore uerum est dicere quod in ecclesia est dignitas papalis, quamuis enim persona eligatur quæ habeat illam dignitatem, non tamen dignitas illa de nouo instituitur in ecclesia. Multum enim interest vtrum in aliqua ciuitate de nouo instituatnr dignitas episcopalis & pręficiatur in ea episcopus, an dignitas quæ iã ab antiquo ibidem creata erat & per mortem vacauerit, conferat alicui. nam per mortem episcopi non dicitur ciuitas, aut ecclesia perdere dignitatem episcopalem. Sic igitur dicendum est de ecclesia respectu papæ, quod est vnius ad alterum ordo essentialis, ita ꝙ alterum sine altero intelligi aut esse non potest. Quia ad hoc dici põt ꝙ ipsa obiectio trahit solutionem secum, quia facit differentiam inter papam, & dignitatem papalem siue inter sedem Romanam & sedentem, quorum alterum dicit in ecclesia semper manere, alterum vero non semper sed quandoq;. Vnde conceditur quod suprema potestas quam Christus ecclesiæ suæ concessit ad se tuendam & regendam & cuius iudicio & dispositioni omnes acquiescere tenentur, semper in ecclesia manet nec est assignare aliquod tempus in quo absque huiusmodi potestate intelligatur stare. & si per dignitatẽ papæ aut Romanam sedem intelligitur hæc suprema potestas, non est dubium hanc in ecclesia semper permanere, sed hęc suprema potestas cuius dicitur esse ordo essentialis ad ecclesiam, vt patet ex Canti. 6. ubi dicitur quod est terribilis vt castrorum acies ordinata, hoc respectu non est solum in papa sed in ecclesia. nam papa mortuo ecclesia manet ordinata, quia de ea omni tempore dicitur, quod est terribilis, vt castrorum acies ordinata, Nec potest dici qđ tunc solum cõpetat ei ordinatio habitualiter, videlicet habito respectu ad papam futurum, quia non solum potentialiter vel habitualiter, sed actualiter est ordinata, cum eo tempore de ipsa dicatᷣ quod est corpus vnicum, & spõsa Christi, & paruo tp̃e suum perdit ordinem & decorem. Cum ergo hæc suprema potestas intelligatur esse in ecclesia & in papa, alia tamen & alia habitudine, equidem inter hanc potestatem & ecclesiam videtur esse habitudo necessaria, quia impossibile est unum ab altero separari, præsupposita uidelicet ordinatione. unde uidentur se habere sicut subiectum & proprium eius. sed inter hanc potestatem & personam papæ non necessaria habitudo, sed contingens esse dicitur, cum hæc potestas possit esse sine papa, vt sede vacante, & persona papæ etiam absq; illa, vt est antequam eligatur, uel cũ esset depositus a papatu. Ergo cum possint ab inuicem separari, sequitur ꝙ quandiu manet papa, non necessario, sed contingenter dicitur hæc potestas ei inesse. Ex quo apparet qđ hæc potestas primo & principaliter est in ecclesia, secundario uero in papa. nam quandocunque aliqua uirtus siue proprietas inest duobus ita ꝙ uni necessario & alteri contingenter, principaliter inest illi cui competit necessario potiusquam illi cui competit contingenter, sicut dicimus de calore ignis, qui ei necessario inest, aquæ aũt & aliis contingenter. Sic etiam uidemus esse de ipsa summa potestate quæ competit ecclesię & papæ, quia ecclesiæ inest habitudine necessaria & intrinseca, papæ autem extrinseca & contingenti. ex quo .n. ipsa suprema potestas potest esse sine papa, sequitur ꝙ ad papam est contingens siue extrinseca habitudo. Et si sic est, maior est ecclesia, & consequenter concilium quam papa, cum Christus ecclesiã fundauerit super se petram, & dederit illi uirtutem & potestatem qua seipsam in suo esse posit conseruare, & regere, & aduersantibus siue conantibus ad eius destructionem resistere & se tueri, cum dixerit quod portæ inferi non præualebũt aduersus eam. ac si dixisset quod eoipso ꝙ ædificata est, hẽt in se virtutem & potestatem intrinsecam aduersantibus resistendi & se in suo esse conseruandi, sicut cuilibet cræaturę Deus dedit propriam virtutem intrinsecam qua posit se in suo esse conseruare & regere, & aduersantibus siue conantibus ad destructionem resistere. Vnde August. super psal. 103. exponens illud qui fundasti terram super stabilitatem suam, dicit. & sic stabilitas & firmitas eius inhæret ei intrinsece, quã stabilitatem siue fundamentum super quod ecclesia est fundata, dixit esse Christum, iuxta illud primæ ad Corint. 3. & 1. q. 1. cum Paulus.

52 Quinquagesimosecundo † facit quod papa repræsentat ecclesiam Romanam, ut in cap. quamuis. 21. dist. & cap. sacrosancta. 22 distin. quatuor enim modis accipitur ecclesia Romana, aliquando pro papa, aliquando pro iurisditione temporali, aliquando pro ecclesia cathedrali Lateranen. aliquando pro ecclesia S. Petri, ut dicit Bald. in auth. quas actiones. C. de sacros. eccle. archid. in cap. 2. de præscrip. in 6 & in c. fundamenta, de elec. co. li. Sed Romana ecclesia non est vniuersalis, sed de uniuerso, ut dicit tex. Grego. in c. ecce, iuncta gl. 99. distin. Igitur uniuersalis ecclesia maior est papa, & consequenter concilium illam repræsentans.

53 Quinquagesimotertio † facit tex. in cap. Constantinus. 96. distin. vbi dicitur quod Constantinus contulit Romano pontifici, ut omnes in toto orbe Romano pontifices, uel sacerdotes, ita hunc habeant sicut iudices Regem. Ex quo patet quod primatus papæ emanauit a Constantino imperatore, sed imperator est suppositus concilio, ut est tex. in l. prima. C. de su. trin. & in authen. de eccle. ti. in princ. Ergo multo magis erit subiectus papa ipsi concilio. Ad idem facit quod dictum est supra in 49. contrario de tributo.

54 Quinquagesimoquarto facit quod multa sunt quæ ostendunt præeminentiam in ecclesia. patet ex dicto August. contra epist. Manichæi, quam uocant fundamenti, in 5. cap. ubi dicit. ego euangelio non crederem nisi me catholicæ ecclesiæ commoneret authoritas, quod probatur ex dicto Christi Mar. 1. pœnitentiam agite, & credite euangelio, i. euangelizantibus. Ex quo dicto sequitur quod maior est authoritas ecclesiæ quam euangelii, cum tamen euangelium sit præstantissimum inter omnia diuina scripta. Et si dicatur quod authoritas ecclesiæ consurgit ex euangelio & est idem quod euangelium, respondeo ꝙ differunt, sicut appellatione noui testamenti non uenit liber quatuor euangeliorum, nec scripta apostolorum, ut notat Domi. in cap. de quibus. 20. dist. Item ad ecclesiam spectat declarare sensum reuelationum & canonum Bibliæ & verborum, vt in exemplo euangelii, si manus tua uel pes tuus scandalizat te abscinde eum & proiice abs te. Item similiter si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei sinistram. Item Math. 11. cæci uident, claudi ambulant &c. Quæ si tantum considerentur verba, non uidentur vera nec verisimilia. Item uidemus quod quicunque doctores ecclesiæ, etiam sancti & pontifices, in quibuscunque suis opusculis semper se submittunt iudicio ecclesiæ, & profitetur se potuisse in suis scriptis errare, ut patet in plurib. epistolis Aug. ad Vincentium Donatistam. item in epist. 7. ad Marcellinum. ubi de seipso dicit. uos autem qui me multum diligitis, si talem asseritis, ut me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea meipso iudice superamini, quoniam non mihi placet cum a charissimis meis talis esse existimor qualis non sum, profecto enim non me, sed pro me alium sub meo nomine diligunt, si non quod sum, sed quod non sum diligunt. Et post pauca. hoc potius de hominibus Dei qui spiritusancto acti locuti sunt credendũ est. Et circa principiũ. vnde si aliquid vel incautius vel indoctius a me positum est, quod non solum ab aliis qui videre id possunt merito reprehendatur, verum etiam a meipso, quia & ego saltem postea videre debeo si proficio, nec mirandum est nec dolendum &c. Secus autem est in ecclesia & authoribus sacræ scripturæ, qui expresse asserunt suis doctrinis infallibiliter esse credendum, quod patet per apostolum in multis locis, vt ad Gala. primo si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Et Augustin. in epistola 165. oportet te apostolicæ sententiæ memorem fieri, qui ait, licet nos, aut angelus de cœlo vobis euangelizauerit preter id quod euangelizauimus vobis, anathema sit. quæ sunt uerba apostoli ibidem ad Galatas primo. ad hoc undecima questione tertia. si is qui præsit. uigesimaquarta quæstione tertia. capitulo cum ergo. Et primæ ad Timot. sexto, si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini Nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens & cæt. Item Prouerb. trigesimo. ne addas quicquam verbis Dei ne arguaris & inueniaris mendax. Et Apocalipsis vigesimo secundo, si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ & cætera.

Vnde Augustinus. in epistola 56. ad Dioscorum, circa finem, dicit,

dicit. sed ille fidei imperator clementissimus & per conuentus celeberrimos populorum atque gentium, sedesque ipsas apostoloru m arce authoritatis muniuit ecclesiã, & per pauciores pie doctos & vere spirituales viros copiosissimis apparatibus etiam inuictissime rationis armauit. Ecce patet ex istis quod maior est authoritas ecclesiæ quam papæ. Accedit quod ecclesia dicitur coniuncta Christo & untia spiritualiter sicut vir vxori, qui sunt duo in carne vna. Vnde apostolus secundo ad Cori. 11. loquens de ecclesia dicit. despondi enim vos uni uiro virginem castam exhibere Christo. Quapropter tex. appellat ecclesiam coniugem Christi in clemen. prima. de summa. trin. & ad Ephe. 5. nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrem & matrem &c. Quę desponsatio & unio perpetuo est duratura & inseparabilis. Vnde dr̃ Oseæ 2. & sponsabo te mihi in ęternũ & in fide, & scies quod ego dominus. Cũ igitur ecclesia sit in Christo & Christus in ecclesia, & non sit sic dictum de papa, vel alia singulari persona, sequitur quod quando loquimur de eccles. vniuersali, virtualiter loquimur de Christo, & quod sicut Christus est maior, ita & ecclesia quæ est de corpore Christi. Et ostenditur hęc præeminentia ex ratione coniunctionis & dilectionis a Deo quia plus dilecta est ecclesia possit post passionem Christi, quam fuerit synagoga tempore suo. quod patet ex mysterio redemptionis actualiter exhibitę fidelium multiplicatione sanctorum multitudine & ampliatione diuini cultus. Sed synagogam intantum dilexit ꝙ nũquam eam deseruit. multo minus igitur ecclesia, quæ maiori dilectione Christo est annexa, ab eo deseritur. Et de synagoga. dicitur Isa. 49. dixit Sion, dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. nunquid obliuisci potest mulier infantem suum vt nõ misereatur filii vestri sui, & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. ecce in manibus meis descripsi te, muri tui corã oculis meis semper, & cætera quæ sequuntur, quæ etiam ecclesia conueniunt. Et infinitæ sunt authoritates de dilectione & coniunctione Christi ad ecclesiã. Accedit huic præeminentiæ quod dicit apostol. ad Ephe. 3. quod per ecclesiam innotescit multiformis sapientia Dei principibus & potestatibus in cœlestibus. Si autem ecclesia tantæ est authoritatis quod ei tribuitur docere beatorum angelorum agmina, sequitur quod nullus viator possit asserere standum esse suæ diffinitioni potiusquam ecclesię, & sic nec papa. Ad idem est quod dicit Apostolus primæ ad Corin. 6. nescitis quod Angelos iudicabimus, ad quod tex. in c. per uenerabilem qui filii sint legi. Si autem iudicat angelos, ergo & papam.

55 Quinquagesimoquinto † facit tex. in cap. per venerabilem qui filii sint leg. vbi dicitur quod in veteri testamento quando aliquod difficile & ambiguum iudiciũ erat faciendum, recurrendum erat ad sacerdotes leuitici generis, in quorum locum successerũt hodie episcopi & cardinales, vt dicit ibi tex. Ex ipsis autem episcopis constat est concilium, ut in cap. primo & secundo 15. dist. & dictum est supra in quęst. qui habeant vocem decisiuam in conciliũ spectat diffinire causas difficiles, & consequenter causas tangentes personam papę. ergo maius est concilium quam papa. Confirmatur hoc ex pluribus, nam episcopi hodie sunt loco apostolorum, ut in cap. ecclesiæ. 35. dist. cap. in nouo. 21. dist. sed apostolis data fuit potestas sup̃mi iudicii, ergo hodie episcopis, & consequenter concilio. Quod autem data fuerit potestas supremi iudicii apostolis, probatur ex multis. Tum ex plenaria potestate eis concessa a Christo Ioan. 20. sicut misit me pater & ego mito vos &c. accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quorum retinueritis retenta sunt. Data est ergo potestas discipulis cognoscẽdi & iudicandi, nam cui datur potestas puniendi & indulgendi seu remittendi, datur consequenter potestas cognoscendi tanquam quoddam pręambulum. l. oratio. ff. de sponsa. & l. illud. ff. de acquirenda. hære. Nec dicatur ꝙ illa authoritas tantum habet locum in foro conscientiæ. nam Matth. 18. paulo antequam dicatur amen dico vobis quæcũque alligaueritis super terram, &c. præmittitur si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, si autem te non audierit adhibe tecum vnum vel duos, quod si eos non audierit dic ecclesię, Quæ autem fiunt in foro conscientiæ, fiunt tantum in secreto, & non adhibentur duo vel tres, nec dicitur ecclesiæ militanti tanquam habenti iudiciariam potestatem. Igitur loquitur etiam in foro contentioso & iudiciali. Item patet ex commissa specialiter discipulis actione, vt legitur Matth. 14. & Mar. 7. Luc. 9. & Ioan. 6. quando Christus pauit turbas per manus discipulorum, qui distribuerunt populo panem refectionis ad demonstrandum quod ad discipulos pertineret diuidere & distribuere panem sacræ scripturę. Et quod ille sit sensus illorum verborum, patet Matth. 14. cum dicitur vespere autem sancto successerunt ad Iesum discipulis eius dicentes, desertus est locus, & iam hora pręteriit, dimitte turbas vt eũtes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, non habent necesse ire, date illis uos manducare. Vnde ad discipulos pertinet dare cibum vitę nec est necesse ad alios ire ac si dictum esset quod post iudicium discipulorum non est aliud quærendum. Idem etiam probatur Ioan. vl. cum dominus dixit Petro pro omnibus pasce agnos meos, secundum Ambro. in sermone de sacerdotibus & Augustinum de Agone christiano. & dictum est supra in 11. motiuo. Quod & ecclesia ostendit in præfatione de apostolis dicens. vt gregem tuum pastor ęternę non deseras, sed per Beatos apostolos tuos cõtinua protectione custodias, vt eiisdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contulisti pręesse pastores, vt dictum est in vigesimosecundo motiuo. Idem ostendit Petrus primę epistolæ canonicę, capitu. quinto pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactę sed spontanee. Et apostolus. prima ad Corint. quarto. sic nos existimet homo ministros Christi & dispẽsatores mysteriorum Dei. Quod & dicit tex in cap. primo de summa trinit. cum dicit quod sacramentum corporis Christi nemo potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundũ claues ecclesię quas concessit apostolis eorumque successoribus Iesus Christus. Item patet ex ipsorum apostolorum vocatione, cum dicitur Matt. quarto & Mar. primo. venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. de quo fuerat prophetatum Iere. 19. ecce ego mittam pastores multos dicit dominus & piscabuntur eos. Item patet eorum pręeminentia ex missione ipsorum ad prædicandum regnum cœlorum gẽtibus docendum viam quia sit ambulandum, vt patet Lucæ 10. post hæc autẽ designauit & alios. 72. discipulos & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse vẽturus, & dixit illis, messis quidem multa sed operarii pauci. Similiter Ioan. 20. sicut me misit pater & ego mitto vos. Item apostolus secundę ad Corin. 5. inquit. pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. Vnde patet quod immediate a Christo data est apostolis ista authoritas, & ostenditur quędam unio & connexitas inter Christum mittentẽ & apostolos nuncios siue missos. Vnde Matt. 10 ꝗ recipit vos me recepit & ꝗ me recepit, recepit eum qui me misit, ut in cap. in nouo. 21. dist. Item Io. 13. amẽ amen dico vobis qui accipit si quem misero me accipit, & qui accipit me accipit eum qui me misit. Et rursus Lucæ. 10. qui uos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit spernit eum qui misit me. Item eorũ authoritas patet per illud Mar. vlt. euntes in mundum vniuersum prędicate euangelium omni creaturę, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit cõdemnabitur. Et Matth. vltimo euntes docete omnes gentes baptizãtes qui filii & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui vobis. Ex quibus patet quod discipuli habuerũt authoritatem docẽdi omnes uniuersaliter, non solũ in iis quę pertinent ad conuersionem, sed etiam quantum ad omnia quę pertinent ad legem Dei. Vnde ad eos spectabat authoritas instruendi, dirigendi, informandi, diffiniendi, & determinandi. Vnde tex. Aug. in cap. in quorum vices. 68. dis. dicit quod patres missi sunt apostoli, pro quibus nati sunt episcopi, iuxta illud psalmi. 44. pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. Quapropter omnes episcopi simul accepti, habẽt iurisditionem super omnem terram. Quod & ostendit Apost. ad colos. primo dicens mysterium quod absconditum fuit a seculis, & generationibus, nũc autem manifestatum est sanctis eius, ꝗbus voluit Deus notas facere diuitias glorię mysterii huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes glorię, quem nos annunciamus corripientes & docentes omnem hominem, in omni sapientia vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. Vnde ad apostolos & consequenter ad episcopos qui successerunt in eorum locum, ut dicto capitulo quorum, & capitulo ecclesiæ trigesimaquinta distinctione & capitulo in nouo. vigesimaprima distinctione & capitulo si quis. secunda quæstione quarta vbi patet quod episcopi in ecclesia gerunt vices discipulorum Christi, pertinet corripere & docere omnem hominem in omni sapiẽtia. Et quo patet quod nec papa excipitur a correctione episcoporum in concilio congregatorum, & quod standum est determinationi concilii per uniuersum orbem. Quod corroboratur ex dicto sancti Thomę in secunda secundę quęstione. 77. articulo primo in respon. ad secundum argumentum, vbi dicit quod in doctrina Apostolorum continetur pręceptum de solutione decimarum.

Ex quo colligitur illorum pręeminentia & superiritas, cum papa nõ possit facere cõstitutionẽ per ꝗ tollatur præceptum de solutio-

tione decimarum, vt in cap. a nobis ibi glos. & doct. de deci. Accedit quod dicitur Mat. 5. & 2. q. 7. c. non omnes. vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur, ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominib. Cum ergo sal communiter in sacra scriptura sumatur pro discretione seu sapientia, vnde in cathechizatione dicitur accipe sal sapientiæ, & Apostolus ad Colos. 4. dicit sermo vester semper in gratia sale sit conditus, intelligitur quod sal, id est discretio in agendis præeminebat in discipulis Christi, & sicut sal est condimentum ciborum, ita discipuli Christi sunt condimentum discretionis & sapientię totius orbis pręseruatiuum ab omni corruptione falsæ doctrinæ, ac tribuẽs sanitatis saporem doctrinis insulsis, vt possint esse omnibus fidelibus nutrimentum & refectio salutaris. Inde est ꝙ Lucæ 14. dicitur. bonum est sal, si autem sal euanuerit in quo condietur, nec in terram nec in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Vnde considerandum est quantæ dignitatis & præeminentiæ sit iudicium discretionis in apostolis supra aliorum doctrinam, cum discretio siue sapientia ipsorum dicatur sale condita, aliorum vero terræ comparetur & sterquilinio. Et paulo post in Mat. sequitur vos estis lux mundi, non intelligendo de Luce corporali i. sed de Luce sapientiæ. Ex quo clare apparet quod suprema authoritas instruendi, illuminandi, dirigendi, & informandi omnes fideles erat in discipulis & apostolis, & consequenter in episcopis, qui tenent eorum locum in ecclesia & consequenter in concilio, ut est tex. clarus Cornelii papæ in concilio triburien. in cap. si quis presbiter, secunda quæstione quarta. ubi papa connumerat secum aliis episcopis vicem discipulorum Christi in ecclesia gerentibus. Vnde non tam ad papalem dignitatem quam episcopalem respicit, ut intelligamus quod in omnibus, & singulis dubiis & quæstionibus religionis Christianę ab omnibus fidelibus standum est eorum discretioni, declarationi, & diffinitioni. Et considerandum est quod ipsi non dicũtur in seipsis lucidi, sed lux mundi in abstracto. ex quo sequitur impossibile esse eos obtenebrari per aliquam ignorantiam culpabilem. illud enim quod est lucidum potest obscurari, sed lux ipsa nunquam potest obscurari. Sic ergo cum apostoli dicantur lux mundi quæ non potest per aliquam ignorantiæ cæcitatem obtenebrari, & ab eis non nisi ueritas descendat, sequitur a simili quod & episcopi in concilio simul congregati, qui ut sæpius dictum est sunt loco apostolorũ, in sua communi sententia nõ permittũtur e Deo errare & eorum sententia debet prævalere aliorum omnium iudicio, & est maior quocumque alio iudicio speciali & in concreto. Similiter ad hoc est alia authoritas Ioann. 15. ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferẽtem fructum, scilicet per doctrinæ traditionem, tollet eũ. Et paulo post sequitur, si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet & c. Quæ uerba Petro cum apostolis directa, comprahendunt etiam successores Petri, qui aliquando propter malum regimen sunt mittendi foras. Cũ igitur pontifices sint aliquãdo mittendi foras, & hoc nõ possit fieri congruentius quam per concilium, quia nullus alius quamtumcumq; eminens potentatus potest in eum iurisditionem exercere, sequitur quod hoc est soli concilio reseruatum. & consequenter concilium est maius papa.

Accedit quod non omnibus datum est omnia nosse ut patet Matthæ. 19. vbi cum Christus dixisset non licere vniuersaliter dare libellum repudii, discipulis super hoc replicantib. dixit non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Quod intelligendum est quantum ad mysterium regni cœlorum, quod nosse datum est discipulis, ut patet matth. 13. & Mar. 3. & Lu. 8. vbi cum Christus dixisset parabolam de eo qui exiit seminare semen suum, sciscitantibus discipulis quare in parabolis loqueretur turbis respondit quia vobis datum est nosse mysterium Dei, illis autem non est datum, qui enim habet dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet etiam quod videtur habere auferetur ab eo. Ex quo sequitur quod apostolis data est authoritas cognoscendi, diffiniendi, & declarandi quæstiones, & nemo putare debet sua intelligentia posse consequi notitiam mysterii, Dei. sed quibus specialiter datum est ut fuerunt discipuli. Vnde Apostolus primæ ad corinthios secunda. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei, quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui in ipso est, ita & quæ sunt Dei nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nos autem spiritum non huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non in doctis humanę sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes, animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. spiritualis autem iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur, quis enim cognouit sensum Domini, aut qs instruxit eum? nos autem sensum Christi habemus. Item ad idem secundæ ad corinthios tertio. fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est, q & idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera sed spiritu. Itẽ eiusdem epistolæ capitulo decimo. in carne autem ambulãtes non secũdum carnem militamus, nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruẽtes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam cum impleta fuerit vestra obedientia. Ecce quomodo apostolis data est potestas destruendi consilia & vlciscendi omnem inobedientiam. Ex quo patet quod propter eorum præeminentiã & authoritatem, ipsorum iudicium præferri debuit cuicunque alteri iudicio. Nam & idẽ Apostolus dicit primæ ad corinthios tertio. vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secũdum suum laborem, Dei enim sumus adiutores. ex quo sequitur quod collegium apostorum accepit immediate potestatem a Deo, cum etiam fuerint eius coadiutores igitur & cõciliũ quod ex episcopis constat, vt sępius dictum est, habet potestatem immediate a Deo supra omnem creaturam. Item idem, scilicet quod supremum iudicium datũ fuerit ecclesia in persona apostolorum in quorum locum succedunt episcopi, ostendit Paulus ad Ephesios. 4. cum dicit solicitis seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vnum corpus & vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. vnus Dominus, una fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium. Postea subiungit. vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et post pauca subiungit. & ipse dedit quosdam quidẽ apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in edificationem corporis Christi donec occuramus omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ecce quomodo demonstratur quod data est ecclesiæ potestas & iurisditio suprema. Vnde glos. Nicolai in verbo & ipse quidem dicit. hic consequenter ponitur dictę distinctionis cõditio. sicut enim diuersis membris ecclesiæ data est ad mensuram gratia plus & minus, ita constituta sunt in diuersis gradibus & officijs, sicut in corpore naturali distincta mẽbra habent distincta officia. & hoc est quod dicitur & ipse dedit quosdam quidem apostolos scilicet duodecim ad ordinandum ecclesiam & regendum. quosdam autem prophetas ad futura prædicẽdum, ut patet actuum vndecimo & decimotertio. Et glo. Ambrosij super illum tex. quosdam autẽ prophetas dicit. in nouo testamento prophetæ dicuntur explanatores scripturarum. Et idem Ambro. super illud, alios vero euangelistas dicit, qui & Diaconi, quia etsi non sacerdotes, tamen euangelizare possunt. Et super illud alios autem pastores, & doctores, dicit Nico. pastores quidem ad curam animarum, doctores vero ad informandnm in moribus populum, & hoc ex officio sibi iniuncto siue ex commissione. Et super illud ad consummationem sanctorum, dicit idem Nico, i. perfectionem fidelium in moribus & fide. Et super illud, in ædificationem corporis Christi, dicit idem Nico. scilicet mystici, quod est ecclesia, in qua apostolis succedunt episcopi, prophetis, autẽ habentes gratiam scripturarũ sanctarum obscura interpretãdi. euangelistis Archidiaconi & diaconi, pastoribus, per quos intelliguntur septuaginta discipuli, sacerdotes curati, doctoribus autem quicunque exercentes debite actum docendi seu prædicandi. Cum vero subiungitur donec occurramus, ait glo. Nico. hic cõsequenter ostẽditur dictæ distinctionis duratio. s. vsque ad iudicium. Et aduertendum est quod ista commissio quam tangit apostolus cum dicit ascendens in altum & c. est vltima facta per Christum. & videtur eadem cum illa Matth. capitulo vl. ubi datur facultas docendi omnes gentes per vniuersum orbem. sed hic magis specifice exprimitur quibus data fuerit commissio, scilicet episcopis & aliis supra dictis. Nec potest dici quod intelligatur tantum de apostolis & euangelistis qui tũc erant, quia illi mortui sunt, ii, autem de quibus loquitur durabunt usque ad consummationem seculi. Vnde oportet intelligere de illis & de iis qui in illorũ locum succedunt. Et ex hoc quod ista fuit vltima commissio, habetur quod per illam authoritatem pasce oues meas Ioan. vltimo nõ potest intelligi data potestas solum Petro & successoribus, ita quod iudicium vnius præferri debeat iudicio omnium aliorum de corpore ecclesiæ simul in concilio generali congregatorũ, quia illos quos ad opus ministerii & ædificationem ecclesiæ instituit vltimate, voluit durare in ministerio vsque ad consummationem seculi.

56 Quinquagesimosexto † pro ista parte facit authoritas Bernar. ad Eugenium papam in lib. 4. de considera. ubi dicit. erras si ut summam ita & solam institutam a Deo vestram apostolicam dignitatem existimas, si hoc sentis dissentis ab eo qui ait non est potestas nisi a Deo ad Rom. 13. & infra denique idem ait, omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, non ait sublimiori tanquam in vno sed sublimioribus tanquam in multis. nõ ergo tua sola potestas a Deo, sunt & mediocres, sunt & inferiores. Ex quo patet ꝙ non soluspapa est superior, & quod ista superioritas non est in vno tantum sed in multis, & consequenter in concilio. Quod demonstratur ex eo quod cum Petrus esset Antiochię & in obseruatione legalium cogeret non imperio, sed facto gẽtes iudaizare, ex eo quod ipse Petrus q prius cũ gentib. edebat non obseruando ritum iudæorum, postea cum venissent quidam a Iacobo iudæi se subtrahebat a gentibus comedendo cum iudæis & discernendo inter cibos, timens ne ij qui ex circuncisione erãt scandalizarentur & subtraherentur, a fide Christi, in quam simulationem etiã cęteri iudęi & Barnabas ducebantur, hoc faciebat Petrus quia ei erat datum officium ad prædicandum iudęis, Paulo autem ad prædicandum gentibus, & propterea Paulus videns quod ex simulatione Petri multi ex iudæis & gentilibus scandalizabantur, credentes talem abstinentiam a cibis in lege prohibitis esse necessariam ad salutem, restitit Petro in faciem, ut legĩt ad Gal. secundo. & ponitur in capitulo Paulus Petrum, & in §. item Paulus. secunda quęstione septima. Sed quia ante publicationem euangelii legalia licet essent mortua tamen non mortifera, licitum erat conuersis de iudaismo illa seruare. & ideo Petrus peccauit, si peccasse dici potest, magis in modo faciendi quam facto ipso, quia in hoc nimiam diligentiam, adhibebat ne iudæos offenderet, ut dicit ibi Nicolaus de Lira & refert Card. d Turręcrem. in dicto. cap. Paulus. secunda quęst. 7. Si igitur soli Paulo licuit reprehendere Petrum, credendum est quod multo magis omnibus apostolis simul cõciliariter congregatis hoc licuisset, & consequẽter a pari idẽ uidetur dicendum de concilio erga papam, scilicet quod habet superioritatem in eum & potestatem reprehendendi ipsum quando dignus est reprehensione. Et considerandum est quod actu. 15. decisio quæstionis de seruandis legalibus fuit facta per totum cõcilium apostolorum, licet Petrus proposuerit, quia erat causa fidei, & sic videtur dicendum concilium superius papa.

Sed videtur obstare quod gratianus in dicto cap. paulus referẽdo verba Hierony. dicit quod Paulus sentiebat se non imparem Petro, subiungens hoc de puritate vitę & sanctitate conuersationis non de officio ecclesiasticæ dignitatis intelligi, & sic præsupponit quod quo ad officium dignitatis pontificalis Petrus erat maior. Sed in hoc reprehendit gratianum ulricus, argentinen. in lib. 6. sui operis, cap. 23. ubi dicit expositionem gratiani non consonare uerbis tex. quia redarguere coram omnibus, spectat ad officiũ ecclesiasticæ dignitatis, illi enim peccantem coram omnibus arguunt ut cæteri timorem habeant iuxta sententiam Pauli j. ad Timo. 5. & ponit tex. 45. distin. capi. sed illud. Et pro sua opinione adducit authoritatẽ Ambro. in epistola. 79. cum refert epistolam beati Damasi de qua facio mentionem & illam adduco supra in 19. cõtrario. Sed adhuc uidetur obstare quod dicitur act. 15. ubi Petrus dicit viri fratres uos scitis quod ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verba euangelii, & credere. & subiungit, & nihil discrenit inter nos & illos fide purificans corda illorum. Verum nec hoc repugnat, quia cum hoc quod Petrus prædicauerat gentibus, stat quod & Paulus prædicaret eisdem, & ꝙ Petrus qui remanserat Ierosolymis prædicabat iudæis tũc fidem Christi. & licet Petrus subtraheret se a gẽtib. ne recederent a fide, iudęi conuersi videntes eũ conuersantem cum illis qui non discernebant inter cibos, & qui erant incircuncisi, tamen ipse sentiebat abolita esse legalia & prędicandam esse fidem Christi etiam gentilibus. Vnde dicit Hiero. ad Augustinum ut ponit ibi glo. ad gala. 2. Petrus aũt fuit huius decreti author legem post euãgelium non esse seruandam, qui post visionem Lintei, ad Cornelium intrauit & cum gentibus comedit, qui etiam quęstionem de hac re soluit, vt patet actu. 15. Qua solutione per Petrum proposita, Iacobus & cæteri apostoli iudicarunt non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, & vt cessaret discordia inter eos & iudæos qui dicebant ipsos non posse saluos fieri nisi circunciderentur & obseruarent legalia, apostoli decreuerunt non imponi quidem iugum circũcisionis gentilibns sed quod abstinerent ab ijs quæ fuissent immolata idolis & a fornicatione & suffocato & sanguine. quia si comedissent immolata idolis, facile potuissent suspicari iudęi quod uellent ad idolatriam reuerti. & quia etiam ab esu suffocati & sanguinis iudæi abhorrebant, ideo ꝑpter amicabilem societatem fuit scriptum gentilibus ut abstinerent ad tempus a talibus. fornicationem vero gentiles communiter non credebant esse peccatum, ideo necessariũ fuit eam prohibere.

57 Quinquagesimoseptimo † facit quod dicit Hiero. & transsumptiue Gratianus 24. q. 1. in c. omnibus. puto me non temere dicere alios ita esse in domo Dei vt etiam ipsi sint eadem domus Dei quæ dicitur ædificari super Petrã quæ vnica columba appellatur. Et post pauca. quæ domus claues accepit atque potestatem soluendi & ligandi, hanc domum si quis corrigentem corripiẽtemque contempserit, tibi inquit sit sicut ethnicus & publicanus. Ex qb. verbis colligitur quod episcopi simul conciliariter congregati ita dicuntur esse in domo Dei vt ipsi proprie sint domus Dei. hoc est quod ipsi sint vniuersalis ecclesia & illam repræsentent quod & probat tex. in c. si quis. 2. quæst. 4. qui est tex. Cornelij in concilio. quæ ecclesia dicitur ædificata super firmam Petram. & hanc ecclesiam, id est episcopos conciliariter cõgregatos, si quis corrigentem corripientemque contempserit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus idest, ut supplet ibi glo. hæreticus. A qua authoritate nec papa uidetur exemptus, cum non minus quam quiuis alius catholicus sub dominico præcepto includatur & ad illius obseruãtiam astringatur, vt dicit tex. in capitulo sunt quidam. 25 q. 1. Et aduertendum est quod urbanus papa. 24. q. 3. capitulo notandum, intelligit per illa verba sit tibi sicut ethnicus & publicanus, Dominum iussisse ut frater qui corripitur ab ecclesia & nõ obedit excommunicetur. Ex quo videtur quod contra contemnentem concilium poterit concilium ferre excommunicationem etiã si sit papa, ex quo non ostenditur exemptus ab illa authoritate. ad quod facit quod dictum est in articu. quando papa est incorrigibilis vtrum possit concilium ipsũ deponere.

58 Quinquagesimooctauo † facit illud isa. 22. dum de clauibus ecclesiæ inquit. & dabo tibi clauẽ domus Dauid, i. scientiam scripturarum, super humerum eius. ubi dicit glo. domum Dauid vocat domum Domini in qua erat aurea clauis. Et deinde sequitur & aperiet. s. sacram scripturam, vnde aperuit illis sensum vt intelligerent scripturam. & non erit qui claudat, & claudet, & nõ erit qui aperiat. & figam illum paxillum in loco fideli. i. iuxta glos. inter li. in ecclesia ubi ꝯuentus fidelium. Item Iob. 12. cap. si destruxerit nemo est qui ædificet, si incluserit hominẽ nullus est qui aperiat. quod autem prædicta uerba intelligi debeant de clauibus concessis ecclesiæ uniuersali, determinauit octaua synodus Constãtinopolitana ad fi. ubi dictas authoritates applicat uniuersali ecclesiæ & synodis generalibus. Ex qua authoritate datur intelligi quod supra vniuersalem ecclesiam non est dare maius tribunal. nã si secus esset, sine dubio quod ipsa ligaret, potestas quę maior esset soluere posset, quod per prędictam ꝓpheticam scripturam expresse negatur. Vnde uniuersalis synodus maior est papa. Quinimo dicit tex. 26. di. sancta, quod Romanus pontifex vsque ad vnum apicem decreta octo cõciliorum immutilata seruare, & pari honore & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & statuerunt omnibus modis sequi & prædicare, & quæcunque condemnauerunt ore & corde cõdemnare profitet.

59 Quinquagesimonono † adducitur canon Constantinopolitanę synodi octauę cuius partem refert Gratianus in capitulo diffinimus. 22. distin. In quo canone sic dicitur. si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romana ecclesia quęuis ambiguitas & controuersia, oportet uenerabiliter & cũ cõuenienti reuerentia de proposita quęstione sciscitari & solutionem accipere & aut proficere aut profectum facere, non tamen audacter sententiam dicere contra senioris Romæ summos pontifices. Vnde apparet quod vniuersale conciliũ dũmodo hoc non faciat audacter sed cũ cõuenienti reuerẽtia possit aduersus Roma. pontificem sententiam proferre si fuerit accusatus. Ergo concilium, vt pote quod iudicat, est superius papa, qui iudicatur.

60 Sexagesimo † facit quod ẽt si ponamus papam maiorem concilio quando papa est bonus, & uiuit secundum quod conuenit summo pontifici, quia tũc non indiget reformatione, & uere tunc dicitur nullum habere superiorem, vt in ca. licet de elec. & in §. patet. 3. quæst. prima, & sic frustratoria esset concilij potestas, & authoritas quo ad eum, tamen quando est criminosus, & malus dispensator rerum spititualium, quia indiget reformatione tunc merito dicendum est concilium maius. Ad quod facit qđ dicit Bernardus, in secundo lib. de consideratio. paulo ante medium, dicẽs. quod habuit Petrus hoc dedit, solicitudinẽ. s. super ecclesias, nunquid dominationem, audi ipsum, non dominantes ait in clero sed forma facti gregis. 85. di. c. esto. 16. q. 1. c. prædicator. Et vlterius post allegatum illud euangelij Reges gentium dominantur eis, & c. vos autem non sic, infert. planum quod apostolis interdictus est dominatus, i. ergo tu,

&

& tibi vsurpare aude aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum, plane ab alterutro prohiberis, si vtrumq; similiter habere voles, perdes vtrumque. Ecce quod qui gradum summi apostolatus tenet, si non ministrare velit solicite sed dominari vtrumque perdere dicitur. apostolatum scilicet & dominatum. Merito igitur tunc concilium debet dici maius. Vnde text. 11. q. 3. ipse ligandi & capitulo plerumque, dicit. ipse ligandi soluendi quod potestate se priuat qui hanc pro suis voluptatibus, & non subditorum moribus exercet.

61 Sexagesimoprimo† facit quod Moyses fuit maior Aharon in potestate, nam potestate ipsius Moysi Aharō in sacerdotem electus est, iuxta illud exodi. 28. applica quoque tibi Aharon fratrem tuum cum filiis suis vt sacerdotio fungantur mihi. 21. dist. §. 1. in princ. 71. dis. c. 1. uersic. & Moysi. Sed Moyses qui fuit ductor populi Israel litici videtur Imperatorem repræsentare, vt dicit Beatus August. Aharon autem fuit summus pontifex representat papam. Videtur ergo quod potestas Imperatoris sit maior potestate papę. sed sic est quod concilium iudicat de Imperatore. vt supra sæpius dictum est, & clem. pastoralis. de re iudic. cap. & ad apostolicæ. eod. tit. in 6. igitur concilium est maius papa.

62 Sexagesimosecundo,† facit quod illa potestas non est vniuersaliter maior omni alia ad cuius iudicium non defertur omuis appellatio. Sed a sententia lata a iudice seculari appellatur ad imperatorem non ad papã cap. si duobus. §. denique. ff. de appellat. cum simil. igitur papa non est vniuersaliter superior, sed concilium quod iudicat de papa & imperatore, vt probat text. in d. cap. ad apostolicæ. de re iudic. in 6.

63 Sexagesimotertio† quorum est idem immediatum principium, neutrum ab altero dependet. Huiusmodi autem sunt papa & imperator, ut probatur in cap. cum ad uerum. 96. dist. Igitur papa non est supra imperatorem, & consequenter nec supra concilium quod iudicat de imperatore.

64 Et postremo† pro ista parte possunt adduci omnia illa motiua quæ afferuntur pro parte imperatoris in quęstione q̃ sit maior potestas papæ an imperatoris? & in illa an papa habeat utrumque gladium, & an potestas imperialis depēdeat a sacerdotali, item 19. rationes quod multis authoritatibus suffultas videre poteris in Monar. Mod. Aret. in princ. & quæ dicuntur in cap. nouit. de iudic. & qui filij sint legit. capit. causam quæ. el 2. & cap. per venerabilem. & quæ dicuntur super extrauagan. vnam sanctam. & Barto. in l. 1. ff. de requirē. reis. item glo. & docto. 33. q. 2. inter hæc. & in eadem Monarchia d. Mod. in prosequutione eiusdē quæstionis a versic. ne prolixius vsque in finem. Quæ omnia motiua quia militāt etiam contra concilium, non duxi adducenda.

SVMMARIVM.

65 *Concilium esse supra papam pluribus auctoritatibus confirmatur.*
66 *Cap. Petrus. 2. q. 6. intellectus*
Et Capit. Beati eadem causa. & q.
Et c. fidelior. 50. dist.
Et c. est aliud. 24. q. 1.
Cap. puto. 2. quæst. 7.
Cap. in ist. 80. distinct.
Capit. non decet. 12. distinct.
Cap. præceptis. ead. dist.
Cap. quis nesciat 11. distinct
Capit. Beatiss. 24. quæst. 1.
Cap. si Petrus. eadem causa. & q. 12. Cap. Antiqua. de priuileg.
67 *Leges instituuntur cum promulgantur firmantur autem cum moribus vtentium comprobantur.*
68 *Concilium licet non possit tollere in totum plenitudinem potestatis papæ potest tamen vsum limitare in ædificationem ecclesię.*
Abbatis opin. in tribus tantum casibus. num. 69.
70 *Concilij maioritas quatuor ex causis probatur.*
Item ex habitudine quadruplicis causæ. finalis, efficientis, formalis, & materialis, num. 71.

65 Ex his† & alijs moti plures doctores tam theologi quam iuristę tempore Eugenij 4. tenuerunt pro concilio Basilien. quod concilium esset maius papa, dicentes, quod id quod Sanctus Thomas & Bonauētura dicunt de superioritate papæ, intelligitur in comparatione ad alios singulares fideles uel ad singulares & particulares ecclesias, non in ordine ad generale concilium quod rep̃sentat vniuersalem ecclesiam, & ponentes papam esse caput ministeriale aliarum ecclesiarum respectu Romanæ ecclesiæ, eo quod ratione ministerij Petro commissi, ipse habet præeminentiam & superioritatem circa ipsas ecclesias particulares, non quod quo ad vniuersalem ecclesiam dicatur caput ministeriale. Et ad iura quę dicunt Romanam ecclesiam cęteris ecclesijs esse prælatam, respondent hoc intelligendũ esse de cęteris ecclesiis particulariter consideratis & ab eadē Romana ecclesia distinctis, & quod sic intelligitur capitulo quamuis 21. dist. & c. considerandum. 59. dis. & c. ii qui. §. sed exempla eadem distinct. ibi totius ecclesiæ, exponendo id est

66 omnium particularium ecclesiarum. idem ad cap. Petrus. 2. quæstio. 7. ibi regni potestatem acceperat, scilicet quo ad particulares ecclesias, non quo ad corpus vniuersalis ecclesiæ q̃ est corpus mysticum cuius caput est Christus. Et quod nō acceperit potestatem vniuersalis ecclesiæ, probāt per tex. Gregorij. in c. ecce, 99. dist. eodem modo respondent ad capit. fidelior. 56. dis. dicentes quod verba illius referuntur ad gubernium particularium ecclesiarum. Similiter ad capit. Beati. 2. q. 7. dicitur quod verba illius debent referri ad principatum particularium ecclesiarum in toto orbe constitutarum, non autem ad vniuersalem ecclesiam quæ est corpus mysticum ecclesiæ, supra quod dicunt ecclesiam Romanam nullum vnquam habuisse principatum. idem etiam dicitur ad c. est aliud. 23. q. 1. quod illius verba sunt referenda ad piscaturam omnium ecclesiarum aliarum, quibus ecclesia Romana fuit prælata, non ad piscaturam vniuersalem ecclesiæ prout est corpus mysticum. Similiter ad cap. puto. 2. q. 7. cum dicit quod potestas Petri sit firmata per statuta vniuersalis ecclesiæ, respondetur quod facit cōtra. Nec ex hoc sequitur quod Petrus sit caput vniuersalis ecclesiæ quæ est corpus mysticũ, quia caput eius est Christus. Sic & ad cap. in istis. 80. dis. cum dicit quod vnus apostolorum præfuit omnibus, dicunt debere referre ad ministerium particularium ecclesiarum, nō ad vniuersalem ecclesiam prout est corpus mysticum. Sic ad. c. non decet. 12. distinct. cum dicit ecclesiam Roman. esse matrem, dicunt debere intelligi scilicet aliarum ecclesiarum ab ea distinctarum, & non vniuersalis ecclesiæ quæ est corpus mysticum. Sic & ad cap. præceptis. 12. distinct. & ad capit. quis nesciat 11. distin. & cap. cum beatissimus. 24. q. 1. & cap. si Petrus eadem causa. & cap. antiqua. de priuileg. & idem respondetur ad omnia iura quæ innuũt papam & Romanam ecclesiam esse caput. Et isto modo semper intelligit Abbas in omnibus suis allegationibus. Item & alia ratione, quia papa non est perfectior vniuersali ecclesia, & cum sit unus, & Romana ecclesia vna de isto corpore, non potest illius esse caput, quia nemo sui ipsius potest esse caput. Eandem cōclusionem tenuit cardinalis Cameracen. in tract. de potestate ecclesiast. dicens quod ecclesia habet obedire Petro & eius uicario tamquam capiti suo in ijs quæ pertinent ad ecclesiæ ædificationem & non ipsius ecclesiæ destructionem, secundum apostolum. 2. ad Corinth. 10. ideo licet vbi papa utitur potestate sua in ædificationem ecclesiæ multa specialia priuilegia habeat, illa non habet in destructionem ecclesiæ. 25. quæstio. 2. c. si ea. Vnde concludit quod tam de iure humano quam diuino papa potest ab vniuersali ecclesia & concilio generali ipsam reprę̨sentante in multis casibus iudicari, & condemnari, scilicet in casibus ecclesię destructionem tãgentibus. istam etiam opinionem tenuit Ioann. Gerson cancellarius. Parisien. in tracta. de potestate ecclesiastica in pluribus considerationibus. ubi uult quod concilium generale potest exercere authoritatiuam iurisdictionem in papam sicut lex quędam diuina & indeuiabilis ad reducēdum ipsum & corrigendum & compescendum ne noceat uel ecclesiæ, vel sibimet tamquam phreneticus. sicut dicit Aristot. 5. poli. quod ad totam communitatem spectat principis correctio, uel reprehensio & etiam destitutio si se non emendat. unde inquit quod rationabiliter procedet limitando plenitudinē papalis potestatis, non quidem illam tollendo vel diminuēdo in se uel suis partibus, sed in vsu suo uirtuoso licito & expedienti pro tota ecclesia, accipiendo iudicium uirtuosum huius potestatis in suo prout ecclesia & concilium illam repræsentās iudicabit. Et idem doctor in omnibus fere illis cōsiderationib. p̃fert authoritatē cōcilii authoritati papę, p̃sertim in quarta ꝯsideratione. ubi dicit ꝙ ptās ecclesiastica coactiua in foro exterior q̃ ualet exerceri in aliũ, data fuit a Christo ecclesiæ ꝑ illud Matth. 13. cũ dictũ est Petro uice omniũ si peccauerit in te frater tuus. &c. Suꝑ quam authoritatē dicit fundari iurisdōne ecclesiæ excōicādi & interdicēdi, sicut fecit Apostolus excōicando Corinthiũ, & ostēdit scribēs ad titũ. 3. hæreticũ hominē post primã & secũdã admonitionē deuita, & primę Corint. 5. si is q̃ noīatur inter vos &c. & sequ. tur cũ hmōi nec cibũ sumere. in qua authoritate Matth. 18. dicit omnē Christianũ vocari fratrē, & ꝯñr ēt papã subiici nec excipi dr̃e cũ dr̃ dic ecclīæ, intelligēdo id est papæ, cum Christus loqueretur Petro, q̃ nō dixisset sibiipsi. Et si nō hr̃et ecclesia talē ptātē in papã, frustra dixisset Christus dic ecclesię, q̃a potuisset impune nō audiri ꝯ illud qđ sequitur si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus. &c. unde dicit quod licet ecclesia non habeat hanc iurisditionem coactiuam ut sparsim considerata, nisi in quodam materiali siue potentiali, tñ cōgregatio & unitio quæ fit in concilio generali dat ei formam, sicut potest poni exemplũ in alijs cōitatibus. Sicut ēt dicit Au. ꝙ claues datę ecclesię sunt datę unitati, nec hoc impedit vt ipse dicit quin claues dicãtur datę Petro tanquã monarchæ & successoribus eius. tamē principalius ecclesiæ, tum ratione indeuiabilitatis, quia portę inferi non pręualebunt aduersus eam nec deficiet fides eius, non sic autem in papa. tum ratione regularitatis, quia habet regularem vsum potestatis papalis, non sic econuerso. tum ratione multiplicitatis, quoniam ecclesia continet quamlibet potestatem ecclesiasticam etiam papalem, non sic in papa, præsertim in extensione. tum ratione obligabilitatis, quoniam ecclesia pōt cōdere leges obligantes & regulantes etiam ipsum papam tam quo ad personam quam respectu vsus potestatis, non sic aũt econtra papa potest iudicare totam ecclesiam vel vsum potestatis eius limitare. imo si papa cōdat leges vel canones,

67 obseruabitur quod dicit Aug. leges† instituuntur cum promulgantur, firmantur autem cum moribus vtentium approbantur. Et idem doctor in 7. consideratione dicit quod quærere an papalis authoritas, sit maior ecclesiastica vel ecōuerso, est idem quod petere vtrum totũ sit maius sua partę vel an pars sit maior suo toto, considerando ecclesiam in suis partibus essentialibus & permanentibus, sicut sunt papatus, cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, sacerdotium, &c. Similiter idem Doctor in 8. & 10. consideratione dicit concilium habere potestatem supra papam etiã ad deponendum eum. Idem in 11. & 12. consideratione. vbi dicit quod potestas generalis concilij legitime cōgregati dicitur maior in amplitudine vel extensione, maior in infallabili directione, maior in morum reformatione in capite & in membris, maior in coercitiua potestate, maior in causarũ fidei difficilium vltima diffinitione, maior denique quia copiosior, amplectitur enim virtualiter omnem potestatem & omne politicum regimē papale, imperiale, regale, aristocraticum, & democraticum. Idem etiam sentit idem doctor in trac. de auferibilitate papæ ab ecclesia in antepenul. & pen. considera. dum vult papam in pluribus casibus ibi per eum notatis posse per cōcilium deponi. Item etiam ponit pluries idem doctor in sermone pro viagio Regis Romanorum, maxime in 3. parte. vbi dicit concilium sic esse supra papam & alium quemlibet de ecclesia, quod ipsum papam potest deponere etiam pro crimine alio quam hęresi, & pro crimine simoniæ & alio quocunque scandalizante ecclesiam. Item

68 †etiam dicit quod licet concilium non possit tollere plenitudinem potestatis papæ, nihilominus potest vsum potestatis illius certis legibus & statutis limitare in ædificationem ecclesiæ. Et idem tenet. d. Gerson in sermone qui incipit pro spiritu. ubi dicit quod constitutio frequens in concilio Constantien. edita, in hoc habenda est pro lege, & quod conciliũ potest pro quocũque crimine de quo scandalizaretur ecclesia deponere papam. & ita dicit fuisse practicatum in Ioanne 23. qui fuerat etiam conuictus quod esset notorie simoniacus. Et idem replicat in sermone qui incipit factę sunt. & cōcludit quod nec. S. Thomas & bonauentura qui tribuunt supremam potestatem & plenitudinem potestatis ipsi papæ, contrariantur in hoc, quia ipsi illud dicũt in comparatione ad fideles singulares & particulares ecclesias, sed si posuissēt cōcomparationem ad authoritatem ecclesiæ conciliariter cōgregatæ, subiecissent papam & vsum potestatis eius ecclesiæ tanquam eius matri. Item quod concilium sit supra papam videtur tenere Ocham in 6. libr. primæ partis, licet videatur loqui de papa hæretico. Istam etiam partem quod conciliũ sit supra papam tenuit Nicolaus de Cusa, postea cardinalis sancti Petri ad vincula in trac. de cōcordantia canonica, ma

69 xime in 2. li. c. vl: quod est. 34. Idem† etiam tenuit Abb. in ca. significasti de elec restringendo tamen ad tres casus, videlicet ad casum hęresis, item ad casum concernentem statum vniuersalis ecclesiæ, & ad casum incorrigibilitatis scandalizantis vniuersalem ecclesiam. Idem etiam tenuit Abb. in c. quanto in 3. col. de consue. & idem Abb. in cap. proposuit de concess. præben. in casu hæresis, & ubi est incorrigibilis & scãdalizatur ecclesia. Et idem Abb. tam in locis præallegatis q̃ in c. osius de elec. vbique voluit quod ista potestas clauium fuerit data ecclesiæ fundamentaliter vniuersaliter & in concreto cum papa, sed data papę tanquam capiti & ecclesię tãquam corpori per tex. in c. ita dominus. 19. dis. principaliter, & in c. loquitur 24. q. 1. & in cap. in nouo. 21. dist. Item in casu hæresis istam communiter sequuntur Doc. in cap. in fidei de hære. in 6. & in c. si papa. 40. dist. & in c. proposuit de concess. præben. Et istam tenet Imol. in cap. cum inferior de maio. & idem Imol. in cap. quanto de transla. prælato. Hanc eandem opinionem, quod concilium sit supra papam, tenuit vniuersitas studij Cracouien. in quibusdam allegationibus directis episcopo cracouien. d. studij cancellario. Istam quoq; opinionem tenet Cardinalis Floren. qui etiam voluit quod plenitudo potestatis principalius sit in ecclesia & in concilio, licet etiam in papa tanquam in ministro ipsius vniuersalis ecclesiæ, per quem explicatur præcedente claue discretionis. Ita vult ipse in repeti. capituli licet in 18. colum. in vers. oppo. ad hoc, cum quæstione sequenti quæ est 45. de elec. Istam etiã opinionem tenet Lud. Romanus in tribus vltimis consilijs. idem & in consilio 421. incipit circa propositum. & idem in trac. de potestate vniuersalis ecclesiæ incipit dixit forte quispiam. & idem virtualiter in consil. 180. incipit quæstio. cum vult collationem papę contra statutum concilij Basilien. nō valere. Et idem videtur sentire in consi. 332. in fi. incipit quo ad primum. Istam etiam tenet quidam episcopus Gaddicē. in quibusdam allegationibus contra Eugenium in cōcilio. Basilien. ubi approbat dicta Gersonis & improbat Petrum de Palu. Et in casu hæresis siue in ijs quæ ad fidem spectant & salutem & generalem statum ecclesię, dicit quod generale concilium potest imponere legem papæ, & quod papa nō possit in istis casibus destruere siue reuocare statuta concilij. Et ad istud propositum allegat Hugonem & Arch. glosa. & Domi. in ca. sicut. 13. dist. per quem tex. ibi & cuiuslibet vitæ communis atque actionis norma consistit, vult quod papa teneatur necessario approbare statuta conciliorũ respicientia fidē & normam informationis vitæ christianę. & ad hoc allegat. tex. in c. habeo librum. 16. dis. qui loquitur per verbũ oportet, quod importat necessitatem. & tex. in c. illa. 12. dist. In alijs autem concernentibus correctionem morum & punitionem criminum posset contra statuta concilij disponere. Et ita concordat plures glo. in c. aliorum. 9. q. 3. & in c. in istis. 4. dist. & in capit. ubi periculum de elec. in 6. Et ad idem allegat Hugonem & Dominicum in capit. sancta. 15. distin. & eundem Hugonem & Archi. in § hoc autem. 19. dis. Quæ inducit contra Eugenium ad ostendendum quod non poterat dissoluere, concilium, & quod tenebatur parere decreto frequens in concilio constantien. edito, & approbationi domini Martini de concilio celebrando in septennium & de non mutando loco & non prorogando tempore. Et ad idem allegat Archi. 25. q. 1. cap. sunt quidam. Refert etiam ad idē Anto. de Butrio in trac. schismatis & mathesil. in additionib. ad illum, ponere. 7. casus quibus papa est infra concilium & potest a concilio deponi. primus est vbi est probabile dubiũ iuris vel facti vter ex duobus sit verus papa. secundus in criminibus hæresis & alijs concernentibus fidem. tertius in materia nutriente schisma inueteratum. quartus in crimine scandalizante ecclesiã. quintus vbi contingeret turbari vniuersalem statum ecclesiæ. sextus vbi papa reperitur a fide deuius. septimus ubi induceretur nouus ritus prorsus diuersus a ritu antiquo in quo nutritus est populus christianus. Et ad idem adducit Petrum de Ancha. & Petrum Paulum de Ancona in suis tractatibus.

Istam eandem conclusionem etiam tenuit vniuersa synodus Basilien. quam per plures rationes & authoritates sacræ scripturę reperio fuisse examinatam cum commissarij domini Eugenij papę petierunt se admitti in concilium vt præsidētes vigore Bullę eiusdem Eugenij, quibus concilium respondit de rigore non esse admittendos vt præsidentes, sed de honestate & pro honore papę admiserunt cardinalem sanctæ Crucis & cardinalē

70 sancti Angeli cum certis conditionibus. Hanc† autem maioritatem ꝓbabat ipsa synodus quadruplici ratione. Primo ex dignitate. secũdo ex authoritate qua generalia concilia vsa fuere a principio quo celebrata fuerunt. tertio ex decretis & gestis concilij Constantien. quarto ex decretis & gestis in eodem concilio Basilien. Ex dignitate quidem probat, quia ecclesia est mansura vsque ad finem seculi Matth. vlti. Item q̃a est sponsa Christi, vt ad ephe. 5. & apoca. 21. Item quia Christus non permittit illam errare Lu. vigesimosecundo Item quia ei assistit. d. capitulo vl. Matth. Item quia ædificauit eã super se firmam Petram, & voluit quod portæ inferi non pręualerent aduersus eam, tanquam in seipsa receperit potestatem seipsam in suo esse conseruandi & aduersantibus resistendi. Et quod in seipsa virtutem intrinsecam contineat, voluit Aug. in sermone primo super psal. 103. quia nemo potest ponere aliud fundamentum ecclesię pręter id quod positum est quod est Iesus Christus 1, ad corin. 3. & 1. quæstione prima cum Paulus. Et virtualiter ad ostendendum qualiter ista potestas sit in papa, adducit illa quæ dicta sunt in 51. motiuo, videlicet quod potestas papæ adhæret ecclesiæ intrinsece, & quod ecclesiæ ad papam est quidam essentialis ordo, non ad hunc vel illum papam singulariter accipiendo sed generaliter intelligendo nomine papæ illam supremam potestatem que residet in papa, & sic vnius ad alterum est quædam habitudo essentialis, sic vt alterum sine altero intelligi aut esse non possit, quia hoc facit differentiam inter papã & dignitatē papalē, q̃ semꝑ manet in ecclesia, papa vero qñq; deficit. nam suprema potestas quã Christus ꝯcessit ecclesiæ suæ ad se tuendum & regendum, & cuius iudicio omnes tenentur

nentur acquiescere, semper manet in ecclesia, nam & mortuo papa ecclesia semper manet ordinata, quia de ea pro omni tempore dicitur quod est terribilis vt castrorum acies ordinata. & non solum potentialiter vel habitualiter sed actualiter, sed ad personam papæ non est necessaria habitudo, sed contingens, quia hæc suprema potestas potest esse sine papa ut sede vacante, uel antequam eligatur, vel si deponatur a papatu, cum ergo possint abinuicem separari, sequitur quod hæc potestas primo & principaliter sit in ecclesia & secundario in papa. nam quandocunque aliqua virtus siue proprietas inest duobus ita quod vni necessario & alteri contingenter, principaliter inest illi cui competit necessario, vt superius diximus. Sic ergo patet quod ad hanc dignitatem siue supremam potestatem, inest ecclesiæ habitudo necessaria & intrinseca, personæ autem papæ extrinseca & contingens. Item ex dignitate etiam probatur, quia potestas clauium principaliter data est ecclesiæ, vt supra in 18. & 19. oppo. dixi. Quod uidetur etiam probari ex text. euangelii. nam Matth. 16. Christus dixit Petro tu es Petrus, & tibi dabo claues regni cœlorum. &c. & deinde. c. 17. in fi. mandauit Christus Petro ut solueret staterem pro se & pro eo. Vnde quia ex his videbatur constituere eum capitaneum super alios, statim continuatiue additur. c. 18. in princ. in illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicêtes quisnam maior est in regno cœlorum, ex quo patet quod proprie loquitur Euangelista de superioritate. Et tunc quibusdam interiectis Christus in eodem capit. subiungit si peccauerit in te frater tuus. &c. & additur quod si non audierit dic ecclesiæ, si aũt ecclesiam nõ audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, amê dico vobis quęcumque alligaueritis super terram erunt ligata. &c. Ex qua authoritate dicebant quatuor notari. primum quod claues regni cœlorum de quibus supra dixerat tibi dabo, sunt ecclesiæ concessæ, quod patet quia cum eadem verba sub quibus facta fuerat promissio hic exprimantur, nec in toto canone sacrę bibliæ reperiatur locus expressior in quo legatur quod potestas clauium sit data vel concessa a Christo Petro aut ecclesiæ, sub eisdem verbis quibus promissa fuerit Petro, est exhibita ecclesię. Secundo notatur quod concessio hęc est in omni stabili firmitate patet ex verbo amen, quod in datione præmittitur, quod notat iuramenti siue assertionis veritatem. Tertio quod in his verbis intelligitur concessa potestas ecclesiæ non limitate & in certis casibus sed in omni plenitudine, patet ex signis uniuersalibus quęcumque alligaueritis, & quodcumque solueritis. Vnde si ex illo verbo quęcunque ligaueris super terram notatur in papa plenitudo potestatis, notabitur etiam plenitudo potestatis in ecclesia ex hoc quod dicitur discipulis quęcumque alligaueritis, vt ad quęcumque se extendit potestas papæ se etiam extendat potestas ecclesiæ, nec a potestate papæ excedatur potestas ecclesiæ, alias non compereret ei verbum quæcumque alligaueritis. Quarto colligitur quod iudicium ecclesiæ sit maius, quia huic iudicio etiam submittit ipsum Petrum cum dixit dic ecclesiæ, nusquam autem reperitur quod iudicium ecclesiæ remiserit ad Petrum, sicut econtra in hoc loco. & si iudicium Petri fuisset maius, dixisset, ꝙ si ecclesiam non audierit dic Petro, quod non dixit, sed sit tibi sicut ethnicus & publicanus. item ex dicta authoritate denotatur infallibilis assistentia Spiritus sancti cum insufflauit, & dixit accipite Spiritum sanctum. item & libera potestatis executio, quia sine aliqua limitatione dixit quorum remiseritis peccata &c. quæ non apparent sic dicta Petro cum concessa est ei potestas. Item colligitur pręeminentia in ecclesia ratione permanentię & stabilitatis perpetuę, cum non sit assignare diem aut horam uel momentum in quo deficiat hęc potestas ecclesię, & est duratura usque ad cõsummationem seculi, ut in capit. pudenda. 24. questio. 1. non sic in papa, cum non semper viuat & possit priuari. Ex quo constat quod potestas inest ecclesię necessario & intrinsece, non sic autem papę, omne autem permanens & continuum prefertur variabili & temporali. Item quia in ecclesia est omnis cognitio ueritatis, specialiter quę necessaria est ad salutem, iuxta illud Ioann. 16. cum venerit ille spiritus ueritatis, docebit vos omnem veritatem. & primę ad Timo. 3. scias quomodo te oporteat in domo Dei conuersari quę est ecclesia Dei uiui columna & firmamentum veritatis. quę duo uerba, videlicet colũna & firmamentum, denotant manifeste inobliquitatem iudicii, papa autem sępe indiget ab alijs edoceri etiam de ueritatibus necessarijs ad salutem, per ecclesiam uero innotescit multiformis sapientia Dei non solum hominibus sed principatibus. & potestatibus. in cœlestibus. secundum aposto. ad ephe. tertio. Habet ergo se authoritas ecclesię vt mensura, & regula actionum papę, quia rectum est iudex sui & obliqui, & omne quod obliquabile est & deficere ac errare potest, regulari & ordinari debet per aliquid inobliquabile & indeficiens.

71 Itẽ † ex habitudine quadruplicis causæ probatur hęc maioritas, videlicet causæ finalis, efficientis, formalis & materialis. Primo ex habitudine finis. Licet enim omnium quę sunt a Deo cõstituta ipse sit vltimus & principalis finis tamen constat etiã in his quædam ordinari ad suos proprios fines. clarum est autem quod inter hæc duo, scilicet esse alterius finem & ordinari in aliud tanquam in finem, primum potius cõuenit ecclesiæ quam papæ. id. n. finis dicitur alterius ad cuius bene esse alterum ordinatur, ecclesia autem nõ ordinatur ad bene esse papę, sed econuerso papa omnes actiones suas ordinare debet ad bene esse ecclesiæ. vnde tunc actiones papę sunt bene ordinatæ quando ex ipsis prouenit bonum ecclesiæ, male vero quando ab hoc fine deficiunt siue eidem contrariãtur. Hoc autem videtur dicere apostolus prime ad corin. 3. omnia enim vestra sunt, siue Paulus siue apollo siue cephas, siue mundus siue vita siue mors, siue presentia siue futura, omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, non puri hominis, & ideo non in homine gloriamur sed in Christo cuius sumus creatione & recreatione. Hoc autem ideo videtur dicere apostolus vt sicut hęc nobis sunt propter nos cõcessa sũt & subiecta, ita nos Christo subijciamur. Vnde manifeste apparet quod cephas potius est ecclesię, & ad eam ordinatur tanquam ad finem & ipsius iudicio subijcitur quam ecõuerso. Ita ẽt dicit Apost. 2. ad Cor. 10 & 13. & ad Eph. 4. quod ptãs est a Christo in ædificationẽ eccl. ita qđ ędificatio aut bene esse ecclesię est finis potestatis concessæ. quicquid enim in ecclesia iubetur & statuitur, si innititur ueritati & tendit in ædificationem ecclesię dicitur fieri bene, si autem vtrunque vel alterum eorum deficit, cum deuiet a sua regula directiua, non dicitur recte fieri. Vnde si papa fundat intentionem suam super falsum aut mẽdacium, iuxta authoritatem apostoli videtur potestas illi non suffragari, sed deficere. Et ponderandum est quod non dicit non debemus aut nõ licet nobis aduersus veritatem dicere, sed dicit non enim possumus aliquid contra ueritatem. dicit etiam quod potestas data est a Christo in ędificationem ecclesię. vnde apparet quod ecclesia siue bonum ipsius sit finis potestatis concessę. Et ex hoc sequitur secundo quod ecclesia se habet in ratione efficientis saltem principalis, sicut anima cum sit finis corporis, se habet ad omnes operationes & motus eius in ratione principalis efficientis. Cum ergo huic corpori quod est ecclesia multæ competant operationes quæ habent exerceri per mẽbra eius ad finem siue bene esse huius corporis, & ipsius uirtute, sequitur quod ipsum corpus se habet ad ipsas operationes in ratione principalis agentis, membra uero eius ut minus principalia siue instrumenta, sicut potentię animę dicũtur esse quasi quędam instrumenta ad operationes eius. Papa igitur licet sit nobilissimum ipsius ecclesię membrum, quia tamen in ipsius corporis virtute & fide, & ad eius finem operari habet, non ei competit respectu ecclesiæ habitudo principalis agentis sed habitudo minus principalis agentis, aut instrumenti. Quod autem habet se ad aliud in ratione principalis agentis prefertur ei quod se habet in ratione agentis secundarii siue instrumenti. Cum igitur potestas instrumenti siue agentis minus principalis non sit maior quam potestas principalis agentis, sequitur quod sicut plenitudo potestatis est in papa, ita a fortiori sit in ecclesia. & quod licet papa sit principale organum operationis ecclesię, etiam absque eo, uel ipso inuito ecclesia possit exercere suã iudicialem potestatem, cum etiam nullo papa existente illã exerceat, & quia sunt alia organa per quæ operari possit. Tertio probatur hoc idem ex habitudine causæ formalis, quia omne iudicium quod se habet inconcusse & inobliquabiliter ad rectitudinem veritatis siue legis, est forma illius iudicij quod potest ab huiusmodi rectitudine declinare. sic autẽ est de iudicio ecclesiæ respectu actionum papę, quia ecclesia nunquam deuiat nec potest deuiare a recta fide, papa vero frequenter. igitur.. Quarto probatur idem ex ratione causæ materialis siue subiecti. papa enim & omnia alia membra inferiora sunt subiectum siue materia iudicij ecclesiæ, quia ecclesia potest omnia membra & etiam ipsum papam iudicare, deponere, suspendere perpetuo, uel ad tempus. papa autẽ respectu ecclesiæ hoc non potest, nec enim potest statuere, aut etiã præcipere quod nullus in ecclesia oret, laudet Deũ, vel baptizet, & sic de aliis. Cum ergo ecclesia possit papã priuare siue suspendere ab actionibus quæ ei inquantum talis est competunt, constat, quod papa se habet vt subiectum siue materia super quam exercere potest ecclesia iudiciũ, non autem econuerso. Materia autem habet rationem inferioritatis, ut notum est, ergo sequitur quod ipse est inferior ecclesia. Quod autem ecclesia propria authoritate in summos põtifices exercuerit crebro depositionis, & suspensionis iudicium, patet ex antiquis historiis. Secundo modo fundatur hæc

hæc maioritas in authoritate qua generalia concilia vsa fuere in suis diffinitionibus in quibus dicitur aliquid diffinitum vniuersali consensu, communiter enim dicitur sacra synodus vel sanctum concilium, statuit, diffiniuit, declarat, anathematizat, aut placet vel placuit sanctæ Synodo vel per similia verba. Similiter in subscriptionibus episcoporum dicitur. ego. N. episcopus diffiniens, vel iudicans vel statuens, subscripsi, & idem in subscriptionibus legatorum. Et ita reperitur factum in quattuor principalioribus concilijs, quę ut dicit Gregor. custodire oportet sicut quatuor euangelia. Et in plurib. patet quod papa petit diffiniri a patribus in concilio existentibus. 35. quæstio. 9. quod quis, & in pluribus his similibus supra allegatis. Ex quibus concluditur quod concilium generale sit supra papam. Tertio & quarto fundatur in gestis concilij Constantien. in quo dicunt statutum, quod concilium sit supra papam. Et ex his breuiter collectis concludunt concilium esse supra papam, Et ad capit. significasti de elect. quod videtur clauis in ista materia pro papa, potest responderi quod non obstat ille tex. vbi dicitur quod cõcilia nõ possunt præfigere legem ecclesiæ Romanæ, & quod omnia concilia per ecclesiæ Romanæ authoritatem, & facta sunt & robur acceperunt, & quod in eorum statutis Romanæ ecclesiæ excipitur authoritas. Quia conceditur quod concilia non possunt præfigere legem Romanæ ecclesiæ, & quod sumunt robur ab ea, quia Romana ecclesia est caput cunctarum ecclesiarum, dicente domino tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, vt dicit text. in cap. quamuis. 21. dist. 3. quæst. 6. capit. ad Romanam el 1. & 2. 34. quæstio. 1. rogamus. glos. in capit. 1. de translatio. prælat. Immo etiam caput & cardo. 22. distinct. capit. sacrosancta in fi. Immo & tutrix. cap. 1. ibi Ioann. And. de immun. eccles. in 6. Immo etiam mater & magistra omnium aliarum, ut in c. fin. de for. compet. cap. fundamenta. de electio. in 6. 11. distin. capit. non decet. 2. quæst. 6. cap. ad Romanam el. 2. de sum. trinit. capit. damnamus in fi. de priuileg. antiqua, & in capit. fœlicis. de pœnis. in 6. Immo omnes ecclesiæ pertinent ad Romanam ecclesiam. capit. si papa de priuileg in 6. Nec valent statuta cõciliaria si non habuerint robur ab ecclesia Romana, vt in capit. bene quidam circa fin. 96. distin. Sed ex his non sequitur quod papa sit maior concilio, quia aliud est papa sit maior concilio, quia aliud papa, aliud sedes apostolica siue Romana ecclesia. c. si gratiose de rescript. in 6. Sic etiam respondetur ad cap. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. cum dicit quod sedes apostolica sine vlla synodo præcedente facultatem habet & soluendi quos inique synodus damnauerat & damnandi nulla existẽte synodo quos oportuit, & hoc propter ipsius sedis principatum. quia respondetur quod loquitur de sede apostolica & non de papa. Et per istum modum respondetur ad multa iura quæ adducuntur pro papa, vt est tex. in capit. quodcumque 24. quæstio. 1. & capit. quamuis. 21. dist. & cap. nemo. & cap. aliorum 9. q. 3. & capit. ad Romanam el 1. & 2. 2. q. 6. Quę vt apparet, loquuntur non de papa sed de Romana ecclesia, sicut & cap. sacrosancta. 22. dist. & 17. dist. cap. synodum. c. regula. c. huic c. nec licuit cum si. adductis supra, quæ etiam loquuntur de Romana ecclesia & non de persona papæ.

SVMMARIVM.

72 *Papam esse supra concilium.*
Argumenta. & num. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 126. 127. 128. 129. 130. 131. & 132.
80 *Euangelium præputij & circuncisionis quid sit.*
81 *Petrum præcedere Paulum administrationi arg.*
82 *Paulus an a Christo immediate ad prædicandũ fuerit missus an a Petro.*
83 *Paulus 14. annis post passionem Christi contulit se Ierosolimam cum Petro.*
84 *Petrum non assumpsisse sibi aliquam potestatem supra cæteros Apostolos.*
Quomodo intelligendum.
85 *Cap. Matth. 20. & Lucæ. 22. intellectus. & num. 87.*
86 *Cap. Ioh. vlt. intellectus.*
88 *Petro principaliter datæ claues. & nu. 93. 95.*
89 *Primatus Petri, multæ auctoritates.*
90 *Cap. 13. Ioannis declaratio.*
91 *Principatus quod datus fuerit Petro. & num. 92.*
94 *Petrus fuit caput, pastor, & princeps Apostolorum, & vniuersalis ecclesiæ.*
96 *Petrus quando accepit claues quod ecclesiam significauerit, quomodo intelligendum. & num. 97. 98. & 99. 100. 101.*
Et respondet ad contraria auctor. nu. 102. 103.
104 *Verba quæcumque alligaueritis, quomodo intelligatur dicta.*
105 *Potestas data Apostolis circa octo consistebat. & num. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112.*
113 *Princeps quando concedit duo priuilegia secundum intelligitur saluo primo & saluo iure alterius.*
Potestas an fuerit data vel promissa.
114 *Petro & Apostolis per illa uerba Matth. 16. & 18. cap. & nu. 124.*
115 *Potestas ordinis & potestas iurisdictionis quę sint in Petro, quando & per quæ verba fuerit sibi data.*
116 *Pontificatus quando Petro fuerit datus. & num. 117.*
Et respondet auctor ad contrarium. nu. 118.
Et quando executio. num. 119.
120 *Collatio ordinis episcopalis tenet, etiam si ordinatus non sit sacerdos.*
121 *Pontificatus quare potius Petro quam Iohanni qui erat virgo fuerit datus.*
122 *Petrus quare prius prępositus fuerit alijs, postmodum fuerit sibi data executio tempore passionis.*
123 *Cap. Matth. 12. & Luc. 11. declaratio.*
125 *Verba & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. De quo dicta intelligantur.*
133 *Papa qualis esse debeat.*
Papam esse maiorem concilio Auctoritates plures per totum numerum.

72 In contrarium tamen quod immo papa, sit supra concilium, facit quod non potest subsistere concilium sine papa, unde dicit text. in cap. multis. 17. distinctio. quod qui celebrat concilium sine Romano pontifice, non concilium sed conuenticulum siue. conciliabulum celebrat. Et intantum est hoc uerũ quod etiã si papa sit impetitus, nihilominus ipsemet hẽt dare authoritatem cõcilio, ut est tex. in c. concilia in §. hinc etiam. 17. di. ibi suggesserunt ipsum qui dicebatur impetitus debere synodum conuocare, & supra diximus. Sed clarum est maioris esse authoritatis & pręeminentiæ qui dat esse rei quam sit res ipsa. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exigendum. l. adeo §. cum quis. ff. de acquir. rerum domin. & instit. de rerum diuis. §. cum ex aliena. Ergo sequitur quod Romanus pontifex est maior concilio, vnde dicit glo. in capit. sicut. 15. distin. quod concilium non potest imponere aliquam legem papę. Ad idem facit quod confirmare est proprium superioris. l. fina. ibi Bald. C. de ll. & in l. non ambigitur. ff. eod. & Hostien. in cap. 1. de locato, in verbo confirmatam. Sed papa confirmat gesta conciliorum non econtra, vt probat text. in cap. sicut. & in capit. sancta octo. 15. dist. & in c. sexta synodus. 16. dist. & late disputat Cardin. de Turrecrem. in d. cap. sacrosancta, & confirmat confirmatione authoritatiua, ut in dictis iuribus. Sequitur ergo quod papa est superior concilio, ut probat etiam glo. in cap. frater noster. 17. q. 4. quæ dicit confirmationem authoritatiuam dare rei confirmatæ vt non possit retractari sine confirmantis consensu vel licentia, & glos. in c. quis nesciat. 11. distin. in verbo authoritate. text. cum supra script. de consecrat. dis. 3. cap. de obseruatione, & Leo confirmauit gesta concilij Calcedonen. 73 Secundo † facit illud quod dicitur Lu. 5. & tex. in c. non turbatur. 24. quæst. 1. ibi etsi alijs apostolis imperatur vt laxent retia sua soli tamen Petro dicitur duc in altum, per quod designatur maioritas in Petro respectu aliorum apostolorum, & consequenter in papa respectu aliorum prælatorum, & concilii. Vnde & text. in capitulo est aliud eadem causa. & quæstio. dicit est aliud piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari dominus iubet, dicens mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & glo. ibi per hamum intelligit iurisdictionem qua Petrus præfuit alijs, ad quod tex. in cap. in illis. 80. dist. & de hoc per Felin. in cap. translato. in 7. colum in fi. de constit. Vnde disputare de eius maioritate, & potestate est instar sacrilegii. 18. q. 4. cap. si quis. Item dicitur ponere os in cœlum. ut in c. in tantum. 21. di. 74 Tertio † pro ista parte faciunt omnia illa motiua quæ supra adducta sunt pro sententia papæ in articu. quæ sententia debeat præualere, papæ an concilii. 75 Quarto † facit motiuum ab authoritate cessante. si enim concilii authoritas tandiu durat quaudiu illi præest papa, vel alius eius nomine, & eius authoritas cessat cessante præsidentia veri papę vel alterius nomine eius, sequitur ꝙ concilium nullam hẽt authoritatem sine papa, ut in c. regula. 16. dist. cum sim. & in c. significasti. de elect. Si autem concilium dissoluatur ex se de facto, non propterea deficit authoritas pontificis, quia papa cum eadem potestate remanet quam habebat ante dissolutum conciliũ. Sequitur igitur ꝙ concilij potestas tãquam temporalis & dependens, minor sit quam potestas papę tam quam perpetua & principalis, et consequenter quod maior sit papa quam concilium, cum concilium non sit sine papa, sed bene papa sine concilio, quia solus papa sine concilio facit et edit canones uniuersales. ut in c. 1. cum sim. de const. in 6. item conciliares reuocat, modificat, et contra eos dispensat, ut dicitur post glo. in c. proposuit. de concess. præbend. & glos. in uerbo concilio in capitulo ubi periculum. de elect. in sexto, et dictum est supra in proprio articulo. Non sic autem concilium contra cõstitutionem pontificales, ergo.

Quin-

76 Quinto† faciunt multa iura, quæ licet ab aliquib. in ista materia respuantur, istud tamen nihil aliud est quam negare fidem negando decreta sanctorum patrum, vt in c. generali & in capit. omnia cum pluribus alijs. 25. quæst. 1. Vnde cum iura de his loquentia tanquam Spiritussancti instinctu dicta respui non possit sine blasphemia Spiritussancti, illis stare oportet, vt in capitulo violatores. 25. q. 1. Igitur pro ista maioritate papę ad concilium facit text. 9. q. 3. capit. cuncta per mundum, & 2. q. 6. c. placuit & capit. ad Romanam. vbi dicitur quod a sententia papæ non appellatur ad aliquem. sequitur ergo quod papa in terris non habet superiorem. Et plus dicitur in d. capit. cuncta per mundum, quod papa absoluit quos synodus ligat. Et glos. ibi intelligit de synodo vniuersali & generali. Ad idem & fortior tex. in ca. ipsi sunt. 9. q. 3. vbi dicitur ꝙ appellationes totius ecclesiæ deferuntur ad papā. Sed vt sæpius dictum est cōcilium est tota ecclesia repræsentatiue, ergo a concilio ad papam appellatur & ibi dicitur ꝙ nunquam prorsus appellatur a sententia papæ. Sequitur igitur cum sit appellandum ab inferiore ad superiorem, vt in l. 2. ibi Bart. ff. de appel. capit. 2. de consue. in 6. cum simil. quod concilium sit inferius papa, & ex quo nunquam prorsus a sententia papę appellatur, quod papa non habeat superiorē. Et in d. quæst. 3. & in cap. licet in fin. de elec. in capit. patet. 3. q. prima. sunt plura iura hoc demonstrantia. nam in cap. nemo dicitur nemo iudicabit primam sedem, neque enim ab Augusto neque ab omni clero iudex iudicabitur. & sic nec a concilio, per quod repæsentatur vniuersalis clerus. Et in ca. aliorum dicitur. quicquid vbique fidelium est illi submittit, dum totius corporis caput esse designatur. Et in d. ca. licet de elec. dicit quod in Romana ecclesia aliquid speciale statuitur quia non potest haberi recursus ad superiorem. ergo sequitur quod concilium non potest esse supra papam, cuius causa solius Dei iudicio reseruatur vt dicit tex. in d. c. aliorum. Et in capitulo significasti de elec. dicitur clare quod concilia habent authoritatem a papa & non papa a cōcilijs. Item ad hoc facit tex. in c. osius. 6. quæstione 4. qui dicit quod cōcilia præstant reuerentiam ecclesiæ Romanæ & papæ. Et stari debet de gestis per concilium determinationi ipsius papæ, & quod probauerit vel improbauerit sequendum est. Sic glos. in capitulo quodcunque 24. q. 1. dicit quod sententia Romanę sedis præferenda est sententiæ totius ecclesiæ. Hęc autem sententiæ Ro. sedis non potest intelligi de cōcilio sed de sententia papę cuius ore sententia profertur. quod probat text. in c. maiores de bap. in prin. iuncto etiam eo quo declarat ꝯcilium Toletanum Inno. 3. ibi. Ex quo etiam arguitur quod papa est superior, cum declaret conciliū illud. ecclesia enim Romana habet prærogatiuam & excellentiam sup omnes alias ecclesias, vt. 9. q. 3. per to. 11. dist. cap. quis nesciat. Et omnium mater est & magistra, de sum. tri. ca. 2. 12. di. c. 1. & 2. 22. dist. omnes. Et est caput & dña aliarum ecclesiarum, vt in c. fundamenta de elect. in 6. dicit Hostien. in c. per venerabilē qui filij sint legi. & text. in proœ. 6. in prin. 2. q. 7. beati. Et est omnium mater & Regina, vt in epistola, inter claras. C. de sum. tri. Et fundata non ab apostolis, sed a Deo capit. sacrosancta. 22. dist. ponit Ana. in ru. de schisma. in vl. col. Et omnes appressi ad eam velut ad matrem appellant. c. ad Romanam el. 1. & 2. 2. q. 6. Est vnum caput, vna origo, vna mater copiosæ fœcunditatis. adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. cap. loquitur. 24. q. 1. quæ vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula & ruga & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquę viuę, & paradisus cum fructu pomorum. 24. q. 1. cap. omnibus. Sic tex. in ca. quamuis. 21. dis. ubi dicitur quod Rom. ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris ecclesijs prælata est, sed voce euangelica domini & saluatoris nostri primatum obtinuit. & ibi Pelagius papa loquitur vniuersis orthodoxis. Ecce quod synodica constituta subsunt iudicio Ro. ec. & papę. idem probat tex. in c. sacrosancta. 22. dist. Et quod sub nomine Ro. eccl. etiam papa solus intelligatur quando est catholicus, probat tex. iuncta glo. in uerbo pontificalis in c. præceptis. 12. dist. dicit Car. in cle quia contingit in 5. q. in fi. de religio domi. & Ioan. An. in c. si abbatem de elec. in 6. Nec contrariatur tex. in c. si gratiose de rescrip. in 6. quia non loquor de papa contemplando personam, sed dignitatem. Vnde ꝯsiderata dignitate papali etiam sub nomine sedis aposto. venit papa. & in terminis illius tex. idem esset si dictum fuisset ad beneplacitum. pōtificalis dignitatis & sedis apost. Et hoc videtur velle Domi. ibi in 3. col. in vers. nunquid concessio. & clarius post glos. in verbo sedis apostolicæ ibidem. & probat tex. in c. loquitur. 24. q. 1. cum mixtim loquitur, aliquando de Petro aliquando de ecclesia simul. & ponit vnum caput vniuersalis ecclesiæ. Vnde Marsilius de Padua qui dixerat Christum nullum caput dimisisse ecclesiæ. condemnatus est per sedem aposto. vt patet in extrauaganti Ioann. 22. quæ incipit licet iuxta doctrinam apostoli. Ex quo etiam sequitur quod si est caput, & concilium quod cōstat ex episcopis membra, patet de maioritate papæ ad cōcilium. Et quod ipse sit caput text. est in c. rogamus. 24. q. 1. ponendo papam successorem Petri apostoli, vt vult text. in cap. 1. de homi. in 6. & in cap. quanto. & c. licet de translat. prælat. idem etiam clare probat tex. iuncta gl. in c. 1. 22. di. qui plus probat quod est hæreticum negare papam esse caput vniuersalis eccl. Hoc etiam dicit tex. in cap. decretis. 21. distinct. vbi dicit ꝙ Christus Petrum in summum sacerdotem elegit dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & a se petra Petri nomen ei imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & ut ipse cęteros confirmaret subiūxit dicens, ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ad idem glo. in clem. ad nostrum de hæretic. quæ vult quod qui pertinaciter asserit papam non esse caput vniuersalis ecclesiæ, est hæreticus. Hoc idem ponit Sanctus Thomas in tractatu cōtra errores Græcorum capit. 65. 66. & 67. vbi dicit quod dicere papam non habere primatum vniuersalis ecclesiæ est error similis errori dicentium Spiritumsanctum a filio nō procedere. Et idem Thom. in tract. contra impug. reli. c. 4. & aliquid in tertia parte. q. 8. artic. 6. Et quod papa sit supremus, & habeat supremam potestatem & iurisdictionem, tam in fideles quam in infideles, ponunt communiter doctores omnes post innocen. in c. quod super ijs de vo. & ibi oēs dicūt potestatem papæ datam a Deo. Ad quæ etiam faciunt quæ dicuntur in c. nouit. de iudic. in cap. causam quæ post glos. qui filii sint legit. & in cap. solitæ, de maioritate & obedientia, & in capit. si duobus post glo. de appellat. & c. licet. ex suscepto de foro compet. & Cardin. in c. venerabilem. de elec. cū concordantibus, in quibus tractatur quod papa habet vtrunque gladium & superioritatem super omnes, de quo articulo infra in fine ponitur.

Et hanc superioritatem bene ostēdit Beda Matth. 28. cū dicit loquens de Christo, affuit quondam confortaturus suo Spiritu ecclesiam cum ab infidelibus præmeretur, & ad publicum venire ac dilatari prohiberetur, adest eidē, & nūc cum inclinato ad fidem culmine Regali terror quieuit persecutionis, & omnis mundi sublimitas apostolicis est subdita vestigiis &c. Ad hoc faciunt omnia iura quæ loquuntur de primatu & superioritate Petri. De quo infra in proximo motiuo plura dicuntur, quę omnia vendicant sibi locum in papa, quia dicta de Petro dicta censentur de successoribus eius. c. solitæ. de maiorit. et obedient. capit. per venerabilem qui filii sint legitimi. c. ad apostolicę. de re iudic. in 6. capit. 1. de homicid. eod. lib. Vnde Bonifacius in extrauaganti vnam sanctam dicit, porro subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus esse de necessitate salutis. Et idem etiam clarius probat text. in c. quis nesciat 11. dist. cum ponit quod illud quod a principe apostolorum Petro traditum est Romanæ ecclesiæ, custodiri ab omnibus debet, cum sit manifestum nullum instituisse ecclesias nisi eos quos uenerabilis apostolus Petrus aut successores eius constituerūt sacerdotes &c. Et subdit, oportet eos sequi quod Romana custodit ecclesia, a qua principium eos accepisse non dubium est, ne dum sermonibus peregrinis student, caput institutionum videantur amittere. Sic tex. in cap. nolite ea. 11. distinc. vbi dicit nolite variis & extraneis doctrinis abduci, instituta apostolorum & apostolicorum virorum canonesque habentis, his fruimini. Et subdit, indignum est quenquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam Beati Petri sedem & sequi viderit & docere, multum. n. conuenit vt totum corpus ecclesiæ in hac sibi obseruatione concordet, quę inde authoritatem habet, vbi dominus ecclesię totius posuit principatum. Ecce quod text. sonat quod pontifices Rom. pręsunt omnibus fidelib. & quod totum corpus ecclesię in illorum obseruatione concors esse debet, & sic ponit maioritatē papę ad concilium. Ad idem c. cum Beatissimus Petrus. 24. q. 1.

Nec obstat si dicatur quod Christus est caput ecclesię, ut dicit tęx. in c. unico. de sacra unct. & clem. 1. in princip. de iureiur. Quia respondetur quod Christus est immediatum caput ecclesię, sed papa mediāte Christo a quo principatum recepit quia Christus ascensurus in cœlum tanquam bonus paterfamilias & dominus, ne ecclesiam sine capite relinqueret, decreuit Petrum et successores eius pastores & principes ecclesiæ. Et hoc sentit glos. in clem. ad nostrum in uerbo ecclesię de hęre. probat text. in clem. 1. in princ. de iureiur. Et ideo bene loquitur tex. in extrauagāti unā sanctā cū dicit, igitur ecclesię unius et unicę unū corpus et unū caput, nō duo capita

ta quasi monstrum, Christus uidelicet Christique uicarius Petrus Petrique successor. Ad quod uide quæ late dicta sunt in articulo quæ sententia præferatur, papæ ne an concilij, in responsione ad. 6. argumen. in versicu. non obstat quod dicitur quod ecclesia haberet plura fundamenta. Et hoc clare demonstrat tex. in c. 1. de homi. in 6. Et. S. Tho. in 4. cōtra genti. c. 76. vbi sic inquit. si autem quis dicat quod vnum caput & vnus pastor est Christus qui est vnus, vnius ecclesiæ sponsus non sufficienter respondet. manifestum est enim ꝙ omnia sacramenta Christus ipse perficit. ipse enim est qui baptizat Ioan. 1. ipse est qui peccata dimittit, ibidem. Ioan. 1. ipse est verus sacerdos q se obtulit in ara crucis, & cuius virtute corpus eius in altari quotidie consecratur, de summa tri. c. 1. §. vna. de conse. dist. 2. cap. quia corpus. sed quia corporaliter non erat cum omnibus fidelibus permansurus, elegit ministros per quos prædicta fidelibus ministraret. oportuit igitur vt alicui curam ecclesiæ committeret. ideo dixit Petro & pasce oues meas Io. vl. tu aliquando conuersus confirma fratres tuos Lu. 22. Adde quæ dico infra de petra an accipiatur pro Christo an pro Petro, & ibi dicitur de Christo in secūdo & tertio fundamento. Ad idem est tex. qui hoc in indiuiduo probat in capitulo bene quidem. 96. dist. Vnde Hiero. de obitu siue ortu sanctorum noui testa. dicit. Petrus in Christo ecclesię firmamentum, Cephas corporis Christi princeps & caput est. Et in d. capitulo bene quidem, dicit tex. quod si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra suos terminos concilio habito quicquid sine metropolitani sui authoritate tractauerint, irritum esse debere sancti patres sanxerunt, quanto magis quod in apostolica sede, nūc extante præsule, qui merito Beati Petri apostoli per vniuersum orbem primatum obtinens sacerdotij statutis synodalibus consueuit tribuere firmitatem &c. Ecce quod tex. ibi dicit quod papa habet primatum in vniuersali ecclesia & dat firmitatem concilijs, ergo concilia sunt eo inferiora. Sic & tex. 3. q. 6. dudum, qui dicit tam de Romana ecclesia quam de papa quod obtinet primatum, & quod eius tantum authoritate concilia celebrari debent. & sic loquitur indifferenter de Romana ecclesia & de papa. Et de primatu papæ, hoc est quod sit caput & prelatus vniuersalis ecclesiæ, ponit. S. Thomas in trac. contra errores græcorum. c. 65. & 66. de primatu autem Ro. ecclesiæ, hoc est quod sit mater cunctarum ecclesiarum, est tex. in c. non dece. 12. distin. Et quod ad papam spectet conciliorum congregatio & sine eius authoritate nequeant congregari, dictum est supra, & probatur per to. 17. distin. Et quod negas Romanam ecclesiam esse caput aliarum hæreticus sit censendus, dicit gl. in c. nulli. 19. dist. & glos. in c. hęc est fides. 24. q. 1. & tex. 22. dist. c. 1. Ex quibus colligitur quod maior est papa ipso concilio. Et de ista maioritate & principalitate papę & plenitudine potestatis eius, vide plura bona dicta quæ sunt ad propositum adducta per Feli. in capit canonum circa prin. de consti. Et de primatu Petri vide infra in 8. motiuo latius & in 13.

77 Sexto† facit quod solus papa tenet locum Dei in terris, cuius authoritate nullius authoritas seu potestas maior est. & sibi in beati Petri persona dictum est quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terrā erit solutum & in cęlis, vt Matth. 16. & 24. q. 1. c. quodcunque. & in c. per venerabilem qui filij sint legi. cap. ad apostolicę de re iud. in 6. c. solitæ de maio. & obe. Et quod teneat vices Dei est tex. in capitulo ad apostolicæ de re iudi. in 6. & in c. 1. de homi. eo. li. & in c. vt nostrum. vt eccle. bene. & in cle. 1. de magist. & in capitulo quanto de transla. præla. Et Ab. in cap. omnis de censi. in 2. nota. dicit ꝙ non potest præscribi contra supremam potestatem papæ, q a sicut non potest præscribi contra Deum ita nec contra eius vicarium, quia papa tenet vicem & locum veri Dei in terris. Item & ipsius papæ potestas est a Deo, ut dicit tex. in cap. nouit de iudi. & bona glos. in cle. ne Romani de elec. Item papa est eius vicarius qui est sacerdos in æternum secundum ordinem melchisedec, constitutus a Deo iudex uiuorum & mortuorum. ut in d. c. per uenerabilem. Ipse non puri hominis sed ueri Dei uicem gerit in terris. c. quanto de transla. p̄lato. Ipse Christi uicarius & Petri successor dicitur. c. licet de transla. prelato. Intantum quod dicit Hostien. in d. c. quanto & Abb. in c. licet in 4. col. de elec. & in c. uenerabilem eo. ti. quod papæ & Dei est idem consistorium. Vnde Aug. super illud psal. 49. Deus Deorum locutus est & uocauit terram, de Christo loquens dicit. deinde quadragesimo scilicet ascēsionis die cōmendauit sancto Petro ecclesiam. i. uocatam terram a solis ortu usque ad occasum, ne haberent excusationem qui uolunt in schismate deperire. Ipse quoque dispensat cum bigamo, & sic contra dictum apostoli. 2. ad timo. 1. Similiter dispensat in iuramento & uoto. & euangelium interpretatur & illi addit. secunda quæstione 4. capit. pręsul, & de testi. c. in omni. Nec, ut supra tactum est, ab homine sed a Deo potestatem recipit, vt in c. sacrosancta. 22. dist. & cap. nouit de iudi. Et dummodo contra fidē non veniat, contra quā nulla est dispensatio, potest dicere & facere quicquid ei placet, vt dicit Hostien. in dicto capitulo super eo, de biga. Et ad ostendendum papæ primatum & super omnia potestatem dicitur corporalis in orbe Deus. Vide ad saturitatem Barbatium in capit. fi. de consti. Si ergo papa tenet vicem veri Dei in terris, sequitur quod sicut contra Deum quis exercere nō potest aliquam iurisditionem ita nec contra papam, quia sicut Deus & dominus noster Iesus Christus in mūdo existēs princeps omniū erat nec cuiquam subditus, iuxta illud psal. omnia subiecisti sub pedibus eius, & dicit glos. in capit. magnum 11. q. 1. ita & papa dicitur esse princeps & dominus omnium & nemini subiectus. Ipse enim habet vtrunq; gladiū. gl. in capit. omnes. 22. distin. vnde & recte dicitur imperator. 12. q. 1. capitulo futuram. Nec obstat si dicatur quod Christus iussit solui tributum Cæsari, vt dicit tex. in capitulo magnū. 11. quæst. 1. & Matthæi. 22. & mar. 12. Quia illud non ex debito sed ne scandalizarentur alij factum est, vt dicit glos. in dicto capitulo magnum. & tex. 28. quæst. 1. cap. iam nunc. Istud autem non dicitur de concilio, scilicet quod gerat locū Dei in terris. Et licet concilium dicatur congregatum in spiritusancto, quia in medio congregatorum in nomine Domini, est dominus. cap. audiuimus 24. q. 1. non propterea dicitur ꝙ concilium non subsit papæ, sicut dicitur de papa quod omnium princeps est, & nemini subiectus. ergo sequitur quod papa est supra concilium. Ad quod facit quod dicit sanctus Thomas in tractatu contra errores græcorum cap. 67. sicut Christus accepit a patre sceptrum super omnem principatū & potestatem, & super omne quod est, vt ei cuncta curuent, plenissimam potestatem, sic & Petro & eius successorib. plenissime commisit, & etiam nulli alij quam Petro quod suū est plenum, sed ipsi soli dedit. Et multæ aliæ ad propositum notabiles authoritates adducuntur ibidem per sanctū Thomam etiam in duobus præcedentibus & duobus sequentibus capitulis, quas non refero. Non obstat si dicatur ꝙ alibi papa dicitur Petri vicarius, vt in c. ego Ludouicus. 63. dist. & 1. q. 1. c. non quales. & 1. q. 7. quotiens el. 1. Quia est impropria loquutio vel exponitur. i. gerēs vicariam quam gessit Petrus, quia vicarius non dat vicarium cap. clericos de offi. vica. Ita dicit glo. & Ioan. de Imol. in cle. 1. in prin. de iureiu. Septimo

78 † Facit quod sicut in inferioribus ecclesijs videmus archiepiscopos in prouincijs & episcopos in ciuitatibus habere superioritatem in suos, vt. 9. q. 2. capit. per singulas. 6. quæst. 3. cap. scitote, & in cap. episcopus 80. dist. ita a pari debet esse vnus superior qui præsit in uniuerso, argu. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. alioquin ecclesia vniuersalis esset acephala, quod nō est dicendum, cum Christus in omnibus prouiderit ecclesiæ suę, iuxta illud Isa. capitulo 5. quid vltra debui facere vineæ meæ & non feci ei? quasi diceret nihil reliqui quod non fecerim ecclesię meæ. Vnde verisimile est quod tanquam bonus paterfamilias ascensurus in cœlum reliquerit vnum qui ecclesiæ præesset. hoc probat tex. in capitulo 1. de homi. in 6. & dicit glos. in cap. 1. de schisma. in 6. Iste autem superior ecclesię vniuersalis alius esse non potest quam papa, cui data est suprema potestas, vt in cle. pastoralis de re iudi. & in capitulo proposuit de conces. præben. glos. in cle. ad nostrum de hęreti. cum simil. Igitur papa qui est superior totius vniuersalis ecclesiæ, ut in extrauaganti unam sanctam, dicendus est supra concilium, quod ecclesiam repræsentat. Pro hoc facit q̄d scribit Beatus Gregorius ad Mauritium impera. in 4. li. regis. capit. 76. dicens. ecce Petrus claues regni cœlestis accepit, potestas ei ligandi & soluendi tribuitur, cura ei totius ecclesiæ & principatus committitur, & tamen apostolus uniuersalis non uocatur.

79 Octauo† facit, & hic ostendemus superioritatem Petri etiam ad alios apostolos, quod si diceremus ecclesiam repręsentatiue siue conciliū esse maiorem, & quod pōtificalis potestas ac dignitas detur ab ecclesia, sequeretur quod & ecclesia repręsentatiue, hoc est cōcilium, posset tollere papalem dignitatem, quia eius est tollere cuius est condere l. prima C. de legibus cum similibus. Hoc autem est falsum, quia ecclesia nō potest aliquid facere per quod destruatur eius vnitas, cum sit a Deo instituta, ut uigesimaquarta quæstione prima loquitur. & Ioannis decimo erit unū ouile & unus pastor. glo. in dicta clemen. ad nostrum de hæreti. & in dicta extrauaganti unam sanctam. in capitulo primo in §. una de summa trinitate. Sequitur ergo quod ista dignitas papalis non ab ecclesia sed a Deo Petro & successorib. data est, ut dictū est supra, dicente domino pasce oues meas & quodcunque ligaueris super terram &c. Vt dicto ca. nouit de iudi. & cap. solitæ de maioritate. & obedientia. Hoc autem clare ostendit tex. in capit. ita Dominus. 19. distintione vbi dicit quod euangelici muneris sacramentum ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit ut

in

in betissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocalet, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Et post pauca. hunc enim in consortium diuinæ vnitatis assumptum. id quod ipse erat dominus voluit nominari, dicendo tu es Petro & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. Ad quod etiam idem Leo. in sermone secundo. de natiuitatę apostolorum Petri & Pauli inquit propter quod dicitur Beato Petro apostolo, tibi dabo claues regni cœlorum, & quęcunque ligaueris super terram erunt ligata & cœlis. transiuit quidem in apostolos alios ius istius potestatis, sed non frustra vni commendatur quod omnibus intimetur, Petro enim singulariter hoc creditur, quia cunctis ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. Ecce quod Perus est summus & caput totius corporis vniuersalis ecclesię, & consequenter quilibet Petri successor vt ab ipso quasi a quodam capite dona domini in corpus omne ecclesiæ diffundãtur. ad idem tex. in capitulo loquitur an te. fin. 24. quæst. prima. & in capitulo fundamenta. de elec. in sexto. Vnde Sanct. Thom. in quarto sententia, distinctione vigesimaquarta quęstio. tertia, articulo secundo. quæstiun. 3. ad primum argumentum. dicit quod quamuis omnibus apostolis data sit communiter potestas ligandi & soluendi, tamen ut in hac potestate ordo aliquis significaretur, primo soli Petro data est, ut ostẽdatur quod ab eo in alios debet ista potestas descendere. Et idem S. Thomas in 4. contra gen. ca. 76. dicit quod dominus soli Petro promisit tibi dabo claues regni cœlorum, vt ostẽderetur quod potestas clauium erat per eum ad alios deriuanda ad conseruãdam ecclesię unitatem. Si ergo est caput totius corporis ecclesiæ ulis, multo magis partis repræsentantis istud corpus, & sic concilii & si ut caput diffundit dona & authoritatem in corpus, ergo est maior concilio quod ab eo sumit aurhoritatem, vt 17. disti. per to. & capitulo significasti. de elec. Vnde Leo papa in sermone. 3. de anniuersario suæ assumptionis die, ait de Petro ut cum multa solus acceperit, nihil in quẽquam sine eius participatione transiuerit. Et sequitur. de toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & uniuersarum gentium vocationi & omnibus apostolis cunctisque ecclesię patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tñ regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. magnum & mirabile dilectissimi huic uiro consortium potentię suæ tribuit diuina dignatio, & si quid commune cęteris esse uoluit principibus, nunquã nisi per ipsum dedit, quicquid aliis non negauit. Et de ista præeminentia, & plenitudine potestatis papę uide dicta Egidii quę pono supra in q̄stione, sed ultra prædicta quæro pone quod aliqui principes volunt præfigere terminum papę. vel in illa uter duorum contendentium de papatu debeat congregare concilium &c. Item etiam ad hoc faciunt illa quę dicta fuerunt de potestate clauium, quæ principaliter & proprie datæ sunt Petro & successoribus & non tantum significatiue & figuraliter, in quæstione vtrum concilium cognoscat de litibus & caussis quæ occurrunt. & in alio arti. quę sententia præualere debeat, papęne an concilii. & alio articu. vtrum sede vacan. possit concilium exercere reseruata papæ. & in alio vtrum concilium sede uacante possit creare cardinales. Et quod Petro principaliter non tantum figuratiue datæ sint claues, ostendunt verba Matth. 16. & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris sup̱ terram erit ligatum & in cœlis &c. vbi non dicit vobis in plurali. Nec obstat quod Matth. 18. quando datę fuerunt claues, omnibus apostolis dicitur, dico enim vobis quæcunque alligaueritis super terram &c. quia ex hoc non sequitur quod Petro datæ fuerint significatiue & figuraliter tantum, & non effectualiter proprie & principaliter. Quinimmo & Matth. 18. cum dominus dando apostolis potestatem clauium dicit, dico enim uobis, loquitur etiam Petro. Vnde aut uolumus intelligere per illa uerba datam omnibus in concreto simul & collegialiter, & non aliter, explicandam istam potestatem clauium, & hoc non potest stare, quia sic non recepisset quilibet singulariter potestatem ligandi & soluendi sine aliis, quod contrariaretur euanglio Io. 20. cũ dominus dicit sicut misit me pater & ego mitto vos, hæc cum dixisset insufflauit & dixit eis, accipite Spiritũsanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quorũ retinueritis retenta sunt, vbi licet loquatur in plurali, dat illis potestatem singulariter cum dicit ego mitto vos, ut exitus demonstrauit. non enim eos simul sed separatim ad prædicãdum veritatem per uniuersum orbem misit, iuxta illud Marci vlt. euntes in mundum vniuersum prędicate euangelium omni creaturæ. & in fin. illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis, si ergo non in concreto & collegialiter tantum exercenda data fuit ista potestas clauium, ex quo Petrus erat etiam unus de illis quibus loquebatur dominus, sequitur quod Petro non tantum figuratiue & significatiue, sed et effectualiter & proprie ac principaliter & vere data fuerit potestas siue promissa sicut cæteris aliis. quinimmo sequitur q̄ huiusmodi potostas non fuerit data exercẽda sine papa in cõcilio. Et ex quo non in concreto tantũ data est apostolis, consequenter nec ecclesiæ vniuersali, quia alioquin si uniuersali ecclesiæ esset hoc modo data, sequeretur quod etiam laicis, & pueris & mulieribus esset data, quia sunt de isto corpore vniuersalis ecclesiæ, ut in capitulo ecclesia. de consecr. dist. 1. quibus clarum est non competere potestatem ligandi & soluendi. Aut singulariter & particulariter cuilibet datam dicimus. & tunc sequitur quod quilibet apostolorum potuisset iudicare de Petro, & consequenter quilibet episcopus de cõcilio posset iudicare de papa, cum non plus authoritatis datum sit in concreto & collegialiter quam singulariter per dicta verba. Hoc autem est omnino absurdum quod unus solus episcopus iudicet papam, ut in c. in tantum. 21. dist. Si autem singuli de concilio non iudicant de papa, sequitur quod nec concilium siue in concilto coadunati. Ergo per illam authoritatem concilium nullam authoritatem vel superioritatem iudicandi de papa recepit, immo potius contrarium, qa principaliter data fuit ibi potestas Petro ut infra ostenditur, & supradictum est, Et si diceremus quod quia singulariter & particulariter data est, unus non poterat iudicare de alio, qa par in parem non habet imperium, ut cap. innotuit. de elec. cum simili. sequeretur quod nec papa posset iudicare de episcopo. cũ ipsi representent apostolos & illis successerint, vt. 35. dist. cap. ecclesiæ, cum similib. Et sic nec Petrus inter apostolos potuisset iudicare si erant paris authoritatis & præeminentiæ. Hoc autem est falsum, quia papa promouet & deponit quotidie episcopos, ut in cap. per principalem. 9. q. 3. & in cap. primo. de translatio. prælato. in cap. nisi cum pridem. de renuntiatione. Abb. in capitulo fi. de confir. vti. vel inuti. & Petrus fuit caput apostolorum & maior cęteris apostolis. gl. 24. q. 1. cap. loquitur in verbo pari. tex. 3. q. 6. cap. dudum. 22. dist. cap. 2. vbi dicit tex. quod inter apostolos distinctio potestatis fuit & quod a domino concessum est Petro, vt præesset cæteris apostolis & esset cephas &c. Inde Augu. in sermone 5. Apostolorum Petri & Pauli dicit hic est quoque Beatus Petrus in illa cęlestium discipulorum schola pręcipuus. Et infra. interpres legis, assertor gratiæ, destructor synagogę, ecclesiæ reparator, & iõ solus inter apostolos meruit audire, amen dico tibi quod tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et iterum in sermone 4. eorundem apostolorum. ex piscatore fecit dominus apostolorum principem Et in 2. sermone eorundem apostolorum inquit. quis enim non audit quod primus Apostolus Petrus sedenti ad speciosam portam &c. Ad idem glo. in cap. in illis. 81. disti. Sic. 2. q. 7. ca. Paulus. §. hoc non de offi. de celebra. mis. cap. cum Marthę. de maio. & obe. solitę cum siml. Immo text. in d. §. hoc non de officio, dicit q̄ paritas inter Petrum & Paulum denotatur ex puritatæ vitę & sanctitate cõuersationis. solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. Et intantum fuit maior, quod ut dicit Ricardus Radulphus archiepiscopus Armachanus in summa de quęstionibus Armenorum lib. 7. c. 6. & c. 7. Petrus potuit in omnibus aliis quo ad multa ligare, & cohibere ordinis potestatem, ita vt alii illam potestatem ordinis non vbique exercerent, nec in quascũque personas, nec quantum vellent aut possent ex ordinis potestate, sic q̄ peccatum inobedientiæ comisissent, si Petro non obediuissent in licitis & vtilibus ad salutem. Oportet igitur intelligere potestatem datam Petro, & consequenter successoribus eius, principaliter & singulariter & cum apostolis, & consequenter illorum successoribus. hoc est episcopis, ubi voluerit collegialiter exerçendam, & datam apostolis siue illorum successoribus hoc est, episcopis collegialiter, cum capite siue de ipsius consensu etiam singulariter exercendam, & datam vniuersali ecclesiæ, & consequenter concilio, pe Petri & Apostolorum successores simul cõciliariter exercendã. Sic que cessat q̄ de pueris & mulieribus dicitur quib. non est data potestas, 1. §. vna in fi. de summa. tri. Et q̄ proprie & principaliter vere & effectualiter datæ fuerint claues Petro ostendit dominus Ioan. vl. cum præsentibus apostolis dirigens verba in Petrum dixit, Simon Ioannis diligis me &c. pasce oues meas. non dixit pascite. Ex quo liquet q̄ Petrus fuit factus pastor & gubernator vniuersalis ecclesię. pastoris enim cura est non tantum pascere oues, sed etiam gubernare, ut in capitu quanuis. de regu. iur. Et pascere contingit temporaliter & spiritualiter, ut in cap. inter cætera, de offic. ordin. vnde & dauidi fuit dictum. primo parali. 11. tibi enim dixit dominus Deus tuus, tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. Idem. 2. regum. 5. Vnde non tantum recepit potestatem ligandi & soluendi, & sic ordinis, sed etiam iurisditionis, administrationis, & superioritatis in oẽs, quia nemini repe-

reperitur dictum, pasce oues meas nisi Petro, & soli Petro reperitur dictum, & ego dico tibi quod tu es Petrus & super hanc petram &c. Matt. 16. & ei soli dictum est tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, & ei a Christo petra Petri nomen impositum est. 21. dist. ca. 1. Et quod dictum est coniunctim Petro cum apostolis, dictum videtur de dimittẽdis peccatis, quia Io. 20. dicitur quorum remiseritis peccata &c. Et Matth. 18. ubi dicitur quæcunque alligaueritis super terram &c. oportet intelligere datam parem potestatem, paritate consortij, sed nõ omnibus æque principaliter, quia principaliter data est Petro tanquam capiti, vt dicit tex. in cap. in nouo. 21. dist. & d. c. 1. 22. dist. & d. cap. dudum. 3. q. 6. & 2. q. 7. puta. & 24. qõ. 1. c. loquitur. uel data est par potestas respectu ordinis & consecrationis, sed secus respectu administrationis, vt dicit gl. in d. c. in nouo. & gl. in c. in illis, in fi. 80. dist. & gl. in d. ca. loquitur. Quod patet vltra authoritates adductas, quia in eo. cap. 18. Mat. supra & incontinenti ante, verba diriguntur in Petrum cum dicitur si peccauerit in te frater tuus & cæt. & cum sequitur, quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei, usque septies &c. Ex quo patet q̄ principaliter loquebatur Petro tanquam capiti. Item potest dici quod fuerint pares, secundum quod dicit tex. in cap. Paulus. 2. quæst. 7. §. hoc non de officio ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ & sanctitate conuersationis intelligitur, qa solus Petrus inter apostolos primatum gerebat. Et sic ille textus probat illud quod dicunt illæ gl. supra allegatæ, quod Petrus præcellebat in administratione. Ad idem tex in §. item Paulus. 2. q. 7. ibi item Paulus Petrum tepræhendit qui princeps apostolorum erat. Hoc etiam probatur per text. in cap. beati. ea. cau. & q. cum loquens de beato Petro & Paulo dicit quod fuerunt pares meritis. Hoc idem probat tex. in cap. Petrus. ca. qõ. ubi dicitur quod quærimoniæ contra Petrum factæ quod ad gentes intrasset, ipse non respondit ex potestate officii, quia ex potestate officij, & sic ex administratione quam ipse habebat, potuisset cęteris dicere, oues pastorem suum non accusent. Sed vlterius inuestigando de ista paritate inter Petrum & Paulum & principalitate Petri ad alios apostolos, licet gl. in d. cap. Paulus. ubi dicit tex. q̄ Paulus Petrum reprehendere non auderet nisi se non imparem sciret, suppleat scilicet meritis, non tamen administratione, non videtur bona responsio, quia licet Paulus sciret se esse in charitate, & multa merita habere, non tamen constat quod sciret se esse parem beato Petro in meritis. imo probabile est quod tanquam vere humilis reputauerit beatum Petrum se præcellere in sanctitate. nec legitur habuisse reuelationem quod non esset impar beato Petro. nec ad hoc quod quis reprehendat alterum requiritur paritas meritorum. vnde tex. Aug. ibi videtur velle quod fuerit par Beato Petro potestate & in omnib. Et idem ipse Aug. in ser. 3. apostolorum Petri & Pauli inquit. ergo beati Petrus & Paulus eminent super vniuersos apostolos, et peculiari quadam prærogatiua præcellunt, uerum inter ipsos quis cui præponatur incertum est. puto enim illos æquales esse meritis qui æquales sunt passione, et simili eos fidei deuotione uixisse quos simul uidemus ad martyrii gloriam peruenisse. non enim sine causa putemus factum quod vna die vno in loco tyranni vnius tolerauerũt sententiam. una die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent, uno in loco, ne alteri Roma deesset, sub uno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrunque constringeret. dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute &c. Ecce quod idem Aug. dicit incertum esse vter alteri præponatur. Et ad idem per eadem verba est tex. Ambros. in c. beati. 2. q. 7. Vnde ipse Paulus apost. ad Gal. 2. ait. mihi autem qui videbantur esse aliquid nihil contulerunt. Dicit qui uidebantur esse aliquid, id est principales apostoli, nihil contulerunt, scilicet in notitia euangelii, sed econtra, scilicet cõtuli eis. Ita exponit Nico. Et subditur magis exprimendo, cũ vidissent q̄ creditum est mihi euangelium pręputii sicut & Petro circuncisionis, qui. n. operatus est Petro in apostolatu circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi Iacob. & Cephas, i. Petrus & Ioannes qui uidebantur columnæ esse, dexteras dederũt mihi & Barnabæ societatis. Si igĩ qui operatus est Petro in apostolatu operatus est & Paulo, hoc est Christus, sequitur q̄ Paulus huiusmodi officium non suscepit a Petro. Vbi gl. Aug. hoc amplius exprimens inquit. illi qui videbantur esse aliquid, s. Petrus & alii qui fuerunt cum Domino, nihil contulerunt, i. addiderunt mihi, in quo apparet q̄ non sum inferior illis, quia ita a domino pfectus sum, ut nihil esset q̄ in collatione perfectioni adderent. Ecce q̄ Paulus non fuit

80 inferior Petro nec aliis. Et consequẽter ad hanc intentionẽ subiungit gl. Nico. cum uidissent q̄ creditum est mihi euangelium præputii, id est officium apostolatus ad prædicandũ euang. gentibus, sicut & Petro circuncisionis, id est officium apostolatus ad prædicandum iudæis. qui enim operatus est Petro &c. ab eodem enim vterque vocatus est ad fidem & ad apostolatũ. Ecce quod æque principaliter missus fuit paulus atque Petrus, & non a Petro aut apostolorum aliquo sed a Christo immediate. Et bene quadrat quod sequitur, cum autem venisset cephas antiochiam in faciem ei restiti quia reprehensibilis erat. ubi supplet glo. quod non auderet nisi se non imparem sentiret, sicut dicit tex. in dicto capitulo Paulus. Item in prin. eiusdem secundi capit. super illud ascendi autem secundum reuelationem & contuli cum illis euanlium quod prædico in gentibus, glo. Augu. ait. iam enim ab ipsis prædicabatur quando per reuelationem Christi ipsum verbum eorum Paulus accepit, & per uerbum hoc, etsi non per eos, cum accepisset a Deo illud credidit Paulus. vnde & contulit cum illis euangelium & dexteras accepit, quia idẽ verbum cum eis, etsi non per eos habuit. Ecce quod Paulus fuit par officio & dignitate ipsi Petro, non inferior, licet Petrus fuerit ætate senior & tempore prior pastor. Rursus etiã ad Gala. primo. super illud neque p̱ hominem sed per Iesum Christum & Deum Patrem, glo. eius. Augu. dicit non per hominem mortalem sed per eum iam Iesum suscitatum, qui non vt homo homines paulatim, sed totum simul per spiritum docuit, ut per hoc sit maior, per quod videbatur minor. cæteri. n. apostoli videbanṫ esse maiores q̱a priores, iste minimus q̱a nouissimus, sed ĩde apparet dignior, q̱a priores ꝯstituti sunt p̱ Christũ adhuc ex parte hominẽ. i. mortalem, nouissimus vero Paulus p̱ Christũ iã totum Deũ. i. est ex oĩ parte immortalẽ & vt Deũ patrẽ qui hoc fecit per filiũ aperiret, dixit non per hominem sed per Iesum Christum & Deum patrẽ qui suscitauit eum a mortuis. & ita dignius cõstituit me per immortalem Christum quam alios per mortalem. Et paulo post eo. primo capit. ad Gala. subiungit. notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, q̄ non est secundum hominem, neque ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Ecce quod neque Petrus neque alius Apostolus aut homo quisquam elegit, misit, aut instituit Pualum ministrum euangelii, vnde patet Paulum non esse minorem Petro etiam iurisditione. ipse enim excommunicauit Corinthium, vt in capitulo cum sit Romana. §. fi. de appel. & primo ad Tim. primo asserit se quosdam tradidisse Satanę. Et primo ad Corin. quinto. dicit. ego quidem absens corpore præsens autem spiritu, iam iudicaui tanquam pręsens eum qui sic operatus est. item 2. ad Corin. 12. dicit se raptum vsque ad tertium cęlum & audisse arcana verba quæ nõ licet homini loqui. Ad quod tex. 23. quæstione secunda fatendum Et Paulo circunfulsit lux, & vocatus ac factus est vas electionis, vt patet actuum. 9. 22. & 26. capitulo quod non legitur de Petro nec de aliis apostolis. Et multa possent notari quæ magis conueniunt Paulo q̄ aliis apostolis. Et idem quod dicitur de Paulo, videtur dicendum etiam de aliis apostolis, scilicet quod Petrus in eos nullam iurisditionem vel potestatem coactiuam recepit immediate a Deo. Quinimo cum nullibi legatur beatum Petrum assumpsisse sibi aliquam authoritatem supra reliquos Apostolos, sed contrarium, quę enim gessit, ut plurimum ex communi apostolorũ deliberatione gessisse dicit, vt patet actuũ 15. sequitur quod nullam possumus dicere potestatem coactiuam uel iurisditionalem ei datam in apostolos. Quinimo videtur innui contrarium ex præcepto Christi. vt patet Matthæ. 23. ne vocemini Rabbi, vnus est enim magister vester Christus, omnes autem vos fratres estis. Item Matth. 20. scitis quod principes gentium dominantur eis & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter uos. Item Marci. 10. Iesus vocans apostolos ait illis. scitis quod ii qui videntur principari gentibus dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum, non ita est autem in vobis. Itẽ Lu. vigesimosecundo Rege gentium dominantur eis, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem non sic. Item si qua potestas data fuisset Beato Petro a Christo super alios apostolos, hoc maxime fuisset per illa verba Ioann. vltimo, pasce oues meas, sed non constat quod per illa uerba data fuerit aliqua potestas siue principatus super alios apostolos, ergo principatum super alios Apostolos non accepit a Christo. Maior patet. minor probatur, quia spiritualiter pascere oues non contingit nisi tripliciter, scilicet salutari doctrina, & vita exemplari & disciplina siue correctione regulari. sed quilibet istorum modorum pascendi oues Christi communis fuit omnibus apostolis, vniuersi enim apostoli omnes oues Christi doctrina pascere debuerunt, ut patet Matthæ. vltimo, euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & Spirituisancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. & Marc. ultimo euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturę. Omnes ẽt de-

debuerunt pascere vita exemplari, Christo eis dicente Matthæ. 5. vos estis lux mundi, & sequitur sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrū qui in cœlis est. De modo pascendi correctione & disciplina regulari habetur Ioan. 20. ubi Christus dixit omnibus apostolis quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Item videtur quod Christus nullum apostolorū ceteris apostolis præposuit & ꝙ quantum ad dignitatem sacerdotalem essentialem vel quātum ad aliam potestatem nullus fuit aliis superior. Hoc ostēditur Lucæ. 22. nam Christus tribuens apostolis potestatem eucharistiæ consecrandæ dixit eis hoc est corpus meum qđ pro uobis datur, hoc facite in mei commemorationem, idest hoc faciendi potestatem habete, proferendo tamen ea verba consimilia quando actum hunc exercere debetis, videlicet hoc est enim corpus meum. Nec dicta fuerunt dicta verba plus ad petrum quam ad alios. Idem videtur dicendum de potestate clauium, nam Ioan. 20. post quam dixit apostolis sicut misit me pater & ego mitto vos, insufflauit & dixit eis, accipite Spiritumsanctum quorum remiseritis peccata &c. Non dixit mitto te & tu mitte alios. nec dixit accipe Spiritumsanctū & tu aliis trade. nec dixit insufflauit & dixit ei, sed eis, vnde semper loquutus est in plurali vt ostenderet ꝙ omnes erant ęquales.

81 Sed prædictis † non obstantibus dicendum, est quod Petrus præcellat in administratione & iurisditione. Et ad tex. in dicto c. Paulus respondetur quod textusmet respondet quod illa paritas non intelligitur de officio ecclesiasticę dignitatis, sed de puritate vitæ &c. Item gl. Hierony. super illum tex. ad Gala. secundo dicit Paulus in Petro nō potuit reprehendere quod ipse fecit, nec arguere simulationem cuius & ipse reus erat, sed fuit hęc repræhensio dispensatoria, non vera. nec Petrus peccauit, nec Paulus procacicer arguit dicitur autem fuisse dispensatoria hoc est ꝑꝑ aliud facta quam propter illud quod Petrus faciebat. scilicet vt per hoc scirent gentes non esse iudaizandū videntes Petrum repræhendi in huiusmodi. Augustinus tamen videtur velle quod fuerit vera reprehensio. Sed potest dici vera secundum Alexan. in dicto capitu. Paulus id est verum esse quod Paulus Petrum repræhendit & quod erat dignus repræhensione, non propter factum Petri, sed propter id quod inde sequebatur, & ut dicit Aug. in glo. ipse Petrus exemplum maioribus præbuit vt non dedignentur etiam a minoribus corrigi. Ita dicit ibi Alexand adducit. tex. in capi. Petrus potestatem secunda quęstio. septima Et dicit ibi Cardinal. sancti Sixti in dicto capitulo Paulus, quod Petrus non peccauit, quia licet legalia ante publicationem euangelii essent abolita & mortua, non tamen erāt mortifera. & quod iō Petrus fuit redargutus. qa nimiam diligentiā adhibebat ne iudæos offenderet ex quo seq̄bat̄ ꝙ gētiles credebant necessarium esse obseruare legalia seruando in cibis ritum iudęorum, vt dixi supra. Ex quibus ostenditur quod talis repræhensio nō fuit ex authoritate & superioritate, sed quod Paulus tanquam minor repræhendit Petrum maiorem. Vnde vt dicit ipse cardi. sancti Sixti, Petrus audito periculo gentiū acquieuit ræpræhensioni. Pauli, præbens exemplum maioribus vt non dedignentur corrigi a posterioribus sicubi reperiuntur aberare. & allegat ad hoc Aug. Ad illud Aug. in sermone. 3. Apos. respondetur quod nonobstat, quia licet dicat incertum esse quis cui præferatur, tamen dicit eos esse ęquales meritis martyrii, non iurisditione & administratione, vt infra clarius dicetur. Et de ista repręhensione Pauli in Petrum vide quod dicitur supra in 56. motiuo contra papam. & infra in ūsione ad illud. Item ad illud quod dicit. Apo. ad Galat. secundo. respondetur quod intentio Pauli cum dicit mihi enim qui videbantur aliquid esse nihil cōtulerunt, fuit ostendere quod ipse quātum ad doctrinam non fuit inferior Petro neque reliquis apostolis, nec fuit primo missus ad prædicandum a Petro, quia antea prædicauit tanquam immediate missus a Christo nō ꝑpea tñ sequitur ꝙ in aliis non fuerit inferior Petro. Vnde conceditur ꝙ officium prędicandi siue apostolatus Paulus nō suscepit a Petro sed a Christo. sed ex hoc nō sequitur ꝙ ipse non fuerit inferior Petro. Sicut si quis habuit potestatem prædicandi a prædecessoribus papæ & non a papa hodierno, non sequitur quod hodiernus papa non sit superior illo vel quod non sit prælatus eius, quia officium fuit ei datum a prędecessore. Ad authoritatem Augu. ibi respondetur ꝙ sm Augu. Petrus & alii apostoli qui fuerūt cum domino nihil contulerunt. i. addiderunt paulo quantū ad doctrinam euangelicam. & ꝙ ideo in doctrina non fuit inferior Petro nec aliis apostolis, quia ita a domino fuit perfectus factus in doctrina ꝙ doctrinę eius nihil addere potuerunt. Vnde inferioritas quam negat Aug. in Paulo, intelligitur de inferioritate doctrinę euangelicæ de qua loquitur ibi Paulus. & ideo dicit quod ęque principaliter fuit missus Paulus sicut Petrus ad prędicandum. & hoc intendit tex. apostoli ad gala. 1. in prin. Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem &c. Et sic intelligitur etiam glos. ambro. quod tunc apostolus non fuerat missus neque ab Anania neque ab aliquo puro homine sed a Deo.

82 Sed obstat his † quod non solum Paulus fuit missus immediate ad prędicandum a Christo, sed etiam omnes alij apostoli habuerunt potestatem prędicandi immediate a Christo, ut patet mar. vlti. & Matth. 10. & vlt. & Lu. 6. 9. & 10. & latius infra dico Igitur nihil ex hoc ostenditur speciale in Paulo plusquam in alijs apostolis, propter quod ipse debuerit dicere neque ab hominibus ne per hominem. sicut nec ex eo quod glosa quod dicit apparuit dignior alijs qa priores constituti fuerunt per Christum adhuc ex parte hominem mortalē, & ipse nouissimus per Christum iam totum hominem immortalem. Item ipse dicit in secundo capitulo quod ij qui videbantur aliquid esse nihil sibi contulerunt. qui autem nihil dicit nihil includit. ergo nihil etiam respectu potestatis & apostolatus. Quod magis ostenditur, cum subiungit, qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi. quasi dicat eadem potestas data est mihi in apostolatu, quę data fuit Petro. Sed ad hoc potest responderi quod de Paulo magis videbatur quod missus fuisset ab aliquo homine ad prędicandum, puta ab Anania, a quo fuerat baptizatus & hoc propterea quia iam Christus ascenderat in cęlum, & Paulus non fuerat cū alijs apostolis quando illis data fuit potestas prędicandi, qa conuersio Pauli fuit post ascensionem domini, ut patet act. 9. & ad gala. 1. & act. 22. & ideo merito fuit dicendum nō ab hominibus neque per hominem sed per Iesum Christū &c. Vnde vbicunque a sanctis dicitur quod Paulus fuit par Petro, ut dicit Augu. in capitulo Paulus, & ambro. in capitulo beati. 2. quęstione septima, non debet intelligi quod fuerit par per omnia, sed quantum ad doctrinam & authoritatem prędicandi a Christo datam, sicut & Petro, & quo ad merita et in passione, et quia ita fuerat institutus apostolus a Christo immediate sicut Petrus et alij. secundo quia ita erat instructus a Deo in euangelio sicut ipse Petrus.

83 Vnde † ad gala. 2. dicit quod post. 14. annos a passione Christi ascendit Ierosolymam et contulit cum Petro et alijs cum eo existentibus euangelium quod prędicabat in gentibus. et ostendit quod de his apostoli nihil correxerunt uel supleuerunt, et ꝙ cum in societatem susceperunt tanq̄ uerū apostolū. Ideo ut dicit ibi gl. ordin. non fuit inferior alijs sed ita perfectus sicut alij, non tñ dicit Paulus ꝙ non habuerit aliquid authoritatis a Petro. vnde in his erat æqualis alijs apostolis. Item secūdum ꝙ dicit. S. Tho. ad gala. 2. in lec. 2. Paulus fuit par Petro in executione authoritatis non in authoritate regiminis. Conceditur tamen secundum ꝙ dicit idem sanctus 2. ad corinth. 12. in 3. lec. ꝙ Paulus in sex fuit excellētior alijs apostolis. primo quantū ad specialem electionem qua a domino electus est, ut patet act. 9. vas electionis &c. Secundo quantum ad secretorum Dei cognitionem, quia in d. ca. 12. dicit se raptum in tertium cœlum &c. Tertio quantū ad malorum perpessionem, vt patet 2. ad corin. 11. Quarto quantum ad uirginalem integritatę, vt patet. 1. ad corin. 7. volo omnes esse sicut meipsum. Quinto quantū ad bonorum operationem, quia abūdantius omnibus laborauit. 1. ad corint. 15. Sexto quantum ad maximam scientiam in qua emicuit, & in pluribus alijs similibus. non quo ad prælationē & potestatē iurisditionalē fori contentiosi siue administrationis & gubernij pastoralis seu pontificalis. Et ita etiam respondetur ad illud ad gala. 1. notum vobis facio &c. Quia ꝑ illud declaratur parilitas eius cum Petro quo ad potestatem euangelizandi datam immediate a Christo. Vnde Hiero. in epistola ad Augu. quæ incipit tres simul, ait. deniq; tantæ authoritatis Petrus fuit vt Paulus epistola sua scripserit, deinde post annos tres veni Ierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum diebus. 15. Rursusque in consequentibus post annos. 14. ascendi iterum Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito, ascendi autem secundum reuelationem, & exposui eis euangeliū quod prædico in gentibus, ostendens ꝙ non habuisse securitatē euangelij prędicandi nisi Petri & cęterorum apostolorum qui cū ipso erant fuisset sententia roboratum.

84 Ad illud † quod dicitur quod non inuenitur in scriptura Petrum assumpsisse sibi aliquam potestatem, supra cæteros apostolos sed magis ipsū seruasse cum eis æqualitatem. potest responderi sicut respōdet ocham in quarto libr. primi trac. tertiæ par. capitulo penul. quod multa fecerunt apostoli quæ non reperiuntur in biblia, quorum tamen multa per scripturas discipulorum apostolorum ad nos peruenerunt. nec ex hoc quod legitur aliquādo ipsum seruasse æqualitatem cum alijs potest inferri qđ nūquā fuerit vsus sua authoritate seu potestate. Sed potest & aliter responderi, quod si recte inspiciatur & in actibus apostolorum ostendit superioritatem supra alios, quod patet, quia primus semper faciebat verba, ut patet Act. pimo. Item faciebat miracula ipsis præsentibus, vt patet Act. 3. 5. & 15. Similiter ad vmbram Petri sanabantur infirmi. dicto ca. quinto. & ideo dicit ibi glo. hoc factum fuisse ad ostendendū quod erat principalis Apostolus. Item potest responderi ꝙ ideo non fuit vsus superioritate, quia non occurrit necessitas vtendi. Et quod apostoli non leguntur sibi assumpsisse aliquam pręeminentiam iurisditionalem nec aliquam maioritatem ostendisse, hoc potuit cōtingere inter apostolos, qui erant pleni spiritusancto, quia qui Spiritu Dei aguntur non sunt sub lege. cap. licet de regula.

85 Ad authoritates † euangeliorum Matth. 20. & Luc. 22. de contentione inter apostolos quis eorum esset maior, & de illo matth. 23. nolite vocari rabbi. Respondetur quod illa uerba intelligenda sunt pro tempore illo pro quo dicta fuerunt a Christo cum dicta fuerint eo tempore quo nondum Petrus factus erat prælatus omnium, nec exaltatus super reliquos apostolos, cum tunc solus Christus esset prælatus omnium. Potest & secundo modo responderi quod Christus non intendebat imponere eis ęqualitatem excludentem superioritatem prælationis saltē pro tempore futuro, sed ipsos ad humilitatem exortans, imponebat eis omnem æqualitatem excludentem omnem superioritatem superbæ asperæ iniustæ & tyrannicæ potestatis sicut sapiens ecclesiastici. 32. rectori superioritatem concedit & quandam æqualitatem iniungit, cum dicit. rectorem, te posuerūt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Sic & Christus exemplo suo qui maior existens se minorem exhibuit, suadet non solum æqualitatem maiori, sed etiam minoritatem quandam, ut patet Lu. 22. qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor est sicut ministrator. nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat, Nec illud Matth. 23. omnes vos fratres estis, obstat, cum & inter fratres detur maioritas, vt legitur de ruben Gene. 49. Vnde per præmissas authoritates nō tollitur potestas prælationis.

86 Ad illud † Ioan vlti. respondetur quod per prędicta verba pasce oues meas, Petrus recepit secundum communem opinionem potestatem clauium super alios Apostolos, Ioan. 20. per illa uerba quorum remiseritis &c. data est potestas ordinis Petro simul cum aliis apostolis. Vnde quod dicitur quod spiritualiter pascere oues intelligere oportet uita exemplari, doctrina salutari, & disciplina siue coertione regulari conceditur, sed apostolis data fuit talis potestas pascēdi in furo conscientię tantum & coertione spirituali ligādo vel soluendo sibi subditos quo ad peccata, sed quo ad coertionem iudicialem sibi subditorum ipsi receperūt tantum ꝑ deriuationem a Petro, ut supra dictum est per cap. ita domi-nus. 19. dist. cum concordan. Sed authoritatiue & via superioritatis soli Petro concessa fuit coertio, quia solus electus siue designatus fuit pontifex secundum communiorem, per illa verba tu es Petrus. secundum tancredum in cap. significasti de elec. & ibi ponit card. de quo in cap. translato. de const. sed per verba pasce oues meas, data est ei potestas executiue administrationis, siue secundum communiorem opin. tunc factus est pontifex, administrator, & gubernator ecclesiæ, & cōcessa est ei potestatis plenitudo in omnes de ecclesia. Et cum fuerit indefinita locutio, & potestas pascendi etiam competat tanquam superiori, igitur data est non solum pastura doctrinæ salutaris, vitæ exemplaris & coertionis regularis, sed etiam superioritatis & gubernii quæ requiruntur in pascere debente.

87 Ad illud Lu. 22. † cum Christus tribuit potestatem conficiendi eucharistiam. c. 1. §. vna de sum. tri. respondetur quod potestas cōficiendi corpus Christi omnibus apostolis quos Christus ante passionem suam elegit data fuit immediata a Christo. quia ipse eos sacerdotes ordinauerat. & quantum ad hanc potestatem omnes apostoli erant pares, quemmodum omnes sacerdotes nunc in hoc sunt pares papæ, licet ex causa papa possit hoc officium conficiendi eucharistiam ipsis sacerdotibus interdicere & executionem huius potestatis prohibere. Sic pōt r̄nderi ad illud ꝙ dicitur Ioan. 20. sicut misit me pater &c. ꝙ ideo dominus nō dixit Petro mitto te & tu mitte alios quia tunc Petrus nō adhuc erat factus pontifex, nec factus prælatus secundum communiorem sententiam, sed postea ibi vlti. quando dixit ei dominus pasce oues meas, dedit ei potestatem mittendi alios. Vel & melius respondetur quod illa missio fuit respectu clauium fori pœnitentialis, in quo omnes erant æquales, ut supra sępius dictum. est. Et ꝙ maior in administratione fuerit Petrus Paulo, tenent doc. Anto. Cardinalis & cœteri in c. super eo de biga.

88 Nunc † redeundo ad principalem questionē ꝙ principaliter dæte sunt claues Petro, probat text. in capitulo legatur. 24. q. 2. ibi cū loquitur de Christo dicens. & qui hoc tantū faciendi solus habuit potestatem beato Petro a postolo principaliter mandauit, quodcunque ligaueris super terram &c. Et hoc est quod dicit tex. in capit. audiuimus. 24 quæstione prima. quod cum omnibus discipulis parem ligandi atque soluendi potestatē dominus daret, Petro pro omnibus & præ omnibus claues regni cœlorum se daturum promisit, dicens tibi dabo claues regni cœlorum. Et idem sonat text. in capitulo decretis in fi. 21. distinctione cum dicit quod dominus Petrum quasi in summum sacerdotem elegit dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & a se petra Petri nomen ei imposuit. Et hoc probat bene tex. in capitu. in illis 80. distin. iuncta glos. dum text. dicit in fi. quoniam nec inter apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus. ubi glos. declarat quod præfuit quo ad administrationē, sed quo ad consecrationem par fuit institutio. Et ista prælatio in Petro ex multis apparuit, quia in omnibus actibus præponitur, vnde Matth. 10. numerando apostolos dicitur. nomina autē apostolorum hæc sunt, primus Simon qui dicitur Petrus, & Andræas frater eius &c. In quo loco liquet quod nō de prioritate vocationis loquitur, cum Andræas frater eius prius sequutus fuerit Iesum quam Petrus, vt patet Ioan. 1. Vnde manifeste intelligitur de primatu apostolicæ dignitatis. Et dionysius in li. de eccle. hierar. capit. 5. in vlti. perticula, & in lib. de diui. nomi. capit. 3. vocat Petrum supremum, vel vt habet alia litera verticalem. i. capitalem seu capitaneum, discipulorum.

89 Et de † isto primatu Petri vide tex. in capitulo mutationes. 7. quęstione prima & 22. dist. cap. sacrosancta. 24. q. 1. rogamus & capitu. cum beatissimus, & capit. loquitur ante fi. 3. q 6. dudum. & 23. q. 8. in sum. 2. q. 7. Petrus. & alia plura in 5. & 6. motiuo ad hoc adducuntur. Ad idem authoritas Leonis in sermone. 2. de natiuitate apostolorum Petri & Pauli, cum dicit. at vbi quid habeat discipulorum sensus exigit, ille primus est in domini cōfessione qui primus est in apostolica dignitate &c. Et ualde bene examinat ocham in 6. lib. primæ par. capitulo 16. & idem latius in 4. li. tertiæ. par. per to. li. Vnde & beatus dionysius in epistola ad Timotheum, si tamen eius est, inquit. adueniente consummatione eorum cū separarentur abinuicem, Paulus dixit Petro pax tecum fundamentum ecclesiarum & pastor omnium agnorum Christi, & econuerso Petrus Paulo respondit vade in pace prædicator bonorum, mediator & dux salutis iustorum. Ex quo patet quod Petrus fuit caput & fundamentum ecclesiarum. Hoc idem ostendit tex. Matth. 17. in fi. vbi Christus iussit Petrum soluere staterem siue didrachma pro se & Petro, quod non fecit pro alijs. Voluit autem dominus dari tributum pro se & Petro, quia iam fecerat eū capitaneum super alios apostolos in præcedenti. capit. Et glos. in capit. est & aliud 24. quæst. prima dicit quod per hamum designatur iurisditio quia Petrus præfuit alijs. & hamo. i. ferro abscinduntur vulnera q̄ fomentorum non sentiunt medicinam, vt in c. quia aliquanti. 82. dist. & 24. q. 3. c. resecandæ. quod spectat proprie ad præpositos & gubernatores. Et si dicatur quod per præcedentia nō fuerit factus pontifex, quia quādiu dominus prefuit apostolis nullū alium præposuit illis, & sic ꝙ gl. Nicolai nō sit vera. Respondetur ꝙ etsi nondum per verba in ca. præcedenti Petrus factus fuerat pontifex & capitaneus supra alios apostolos effectualiter, tamen fuerat destinatus futurus pontifex ꝑ illa verba tu es Petrus &c. Et dabo tibi claues &c. Item multa his similia leguntur de Petro per quæ ostenditur quod ipse fuit caput aliorum apostolorum. Solus enim iussus est ambulare ad dominum super mare. per quod datur intelligi ꝙ totum mundum per mare designatum, sub sua ditione obtineret. Vnde Bernardus in li. 2. de considera. ad euge. c. 6. dicit accipe aliud quod nihilominus prærogatiuā confirmat tibi. discipuli nauigabant & dominus apparebat in littore, sciēs Petrus ꝙ dominus esset, in mare se misit & sic uenit ad ipsū, alijs nauigijs peruenientibus, quid istud est? nempe signū singularis pontificij Petri, per quod non nauem vnam ūt cæteri quisq; suam, sed seculum ipsum suscepit gubernandū. mare enim seculum est, naues ecclesiæ. inde est ꝙ altera vice instar domini gradiēs super aquas vnicum se Christi vicarium designauit, qui non uni populo sed cunctis præesse deberet. siquidē aquæ multæ populi multi. itaq; cum quisq; cęterorū habeat suam, tibi una commissa est grandissima nauis facta ex oibus, ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Et Petro etiam dictum est simon dormis? Non potuisti una hora vigilare mecum? Vt ostenderetur quod ipse prę cæteri haberet vigilare. Item super illud Lu. 22. facta est contentio inter eos quis ipsorum uideretur esse maior, dicit Grego. videtur hæc contentio habuisse motiuum, quia cum dominus ab hominibus transmigraret, oportebat aliquem eorum fier principem aliorum, quasi domini uices gerentem Item Petro ostensum fuit linteum de cœlo submissum vbi erant

quadrupedia & reptilia & volatilia, & ei soli dictum est de omnibus illis animalib. occide & manduca, ut legitur Act. 10. & 11. Sic & Ioan vl. Petrus traxit rete plenum magnis piscibus. Et in omnibus actibus apostolorum legitur Petrum tanquam apostolorum capitaneum præfuisse etiã post ascensionem domini, & semper primum fecisse uerba. Vnde Act. primo. exurgens Petrus dixit oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, vbi Chryso. dicit. Petrus vt inflammatus & sicut ille cui a Domino commissum erat ouile, & vt princeps, semper incœpit sermonem. Sic & capitulo secundo & decimoquinto. Et multa his similia eliciuntur ex summa Ricardi Radulphi Archiepiscopi archamani in 7. li. de quæstionibus Armenorum. Item & Lucæ 22, dixit dominus Simoni Petro ecce Satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Super quod inquit Chrysostom. quod tunc Petrus a Christo obtinuit quod essat antistes mundi.

91 **Ad quod etiam** Leo papa in sermone de natiuitate Petri & Pauli inquit. dominus autem instante passione sua quę discipulorum suorũ erat turbatura constantiam, Simoni inquit, Simon ecce Satanas expostulauit vt uos cribaret sicut triticum, ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua, ita & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos ne intrent in tentationem. cõmune erat omnibus apostolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniã diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere & tamen specialis a Domino Petri cura suscipitur & pro Petri fide proprie supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus si mens principis victa non fuerit. in Petro igitur omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium vt firmitas quę per Christum Petro tribuitur, per Petrum aposto lis conferatur. nam & post resurrectionem suam Dominus. Sanctus Petrus Aposto. post regni claues ad trinam ęterni amoris professionem mystica insinuatione ter dixit, pasce oues meas &c. quod & nunc proculdubio facit & mandatum domini pius pastor exequitur, confirmans nos exortationibus, & pro nobis orarę non cessans ut nulla tentatione superemur.

90 **Item super illud** Ioannis 13. venite ergo ad Simonem Petrum glosa interlinearis dicit, non post alios sed prius ad principem apostolorum, ideo expauescit quod Deus lauet pedes homini. Item Lu. 12. solus Petrus pro omnibus interrogat dicens Domine an ad nos dicis hãc parabolam an ad omnes. Item Matth. 19. interrogat ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te qd ergo erit nobis, vbi Chrysosto. qui claues regni cœlorum acceperat, de iis quę ibi sunt iam confidit & pro uniuerso terrarum orbe interrogat. Idem probat tex. in cap. quamuis. 21. distinct. & tex. 24. quæst. prima. cap. cum beatissimus. Et cum aliis discipulis dominus iussit laxare retia sua. soli Petro dictum est duc in altum Lu. 5. Et quia ad ipsum spectabat gubernare Cymbam & nauiculam ecclesię non immerito hodie ecclesia in breuibus vtitur nauicula. facit tex. in cap. non turbatur. 24. q. 1. Vnde & Theophi. super illud. Luc. 22. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos sic inquit, quasi dicat postquam me negato plorauеris, & sic pœnitueris, corrobora cæteros, cum te principem apostolorum deputauerim, hoc enim decet te qui meum robur es & petra ecclesiæ. Et sequitur hoc autem intelligendum est non solum de apostolis qui tunc erant vt roborarentur a Petro. sed & de omnibus qui usque ad finem mundi futuri sunt fidelibus. Et Augu. super illud Ioan. 13. venit ad Simonem Petrum dicit. quis enim nesciat primum aposto. esse Beatissimum Petrum. Et vt supra dictum est, Hiero. de obitu siue ortu sanctorum noui testamenti. dicit Petrus in Christo ecclesiæ firmamentum Cephas corporis Christi princeps & caput est. Et ut supra etiã dictum est, Augu. in quæstionibus noui & veteris testamenti. quando respondet questioni cur saluator tantum pro se & Petro iusserit solui didrachma, dicit. saluator cum pro se & Petro dari iubet didrachma pro omnibus exoluisse videtur quia sicut in saluatore erant omnes causæ magisterij, ita & post saluatorem in Petro omnes continentur. ipsum enim cõstituit caput eorũ vt pastor esset gregis dominici. Et idem Augu. in quodam sermone de passione Domini assignans rationem quare dominus permiserit quod Petrus eum negaret, dicit ideo diuinæ prouidentiæ secretum ita temperauit atque permisit vt primus ipse laberetur & rueret in peccatum, quo ergo peccantes duriorem sentẽtiam proprii casus intuitu temperaret. quantum igitur diuini muneris erga salutem hominum, quantum curę, quantum solicitudinis impendatur, aduerte, totius corporis morbum in ipso capite curat ecclesiæ, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in ipsa confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamẽto, in Petro scilicet illo qui dixerat etiam si me oporteat mori non te negabo. hic est Petrus qui diuina reuelatione primus omnium veritatem meruit confiteri, dicens tu es Christus filius Dei viui. Et ad idem est tex. in cap. considerandum & in cap. fidelior. 50. distin. Item Chrysosto. super actus Apost. Petrus a filio super omnes quæ filii est potestatem accepit non ut Moyses in gente vna, sed in uniuerso orbe. Et idem Chrisosto, super illud Ioan. 21. pasce agnos meos &c. dicit. eximius enim apostolorũ erat Petrus & os discipulorum & vertex collegij, unde & negatione deleta committit ei prælationem fratrum, & negationem quidem ei non exprobrat, sed dicit si diligis me pręside fratribus. Et idem Chriso. sup illud Lucę. 24. & apparuit Simoni dicit. primo digniori & fideliori omnibus apparuit. Vnde & in catalogo apostolorum semper & vbiq; ponitur primus Matthæi. 10. Lucæ. 6. Actuum. 1. Et Cyrillus Alexandrinus in libro Thesaurorum inquit. cui scilicet Petro omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam Domino Iesu obediũt. Et quod principatus datus fuerit Petro suadet rõ naturalis, quia cõueniens erat quod remaneret unus cui alij haberent obedire, quia si omnes fuissent pares, orta contentione inter aliquos, nõ fuisset qui controuersię finem imponeret, fieri potuisset diuisio, quæ fuisset causa desolationis, iuxta illud Matth. 12. & Lu. 11. omne regnum in se diuisum desolabitur. 25. q. 2. capitulo si ea. Vnde dicit glo. in capitulo loquitur. 24. quæstione prima. quod ubi pluralitas ibi diuisio allegat. de pœniten. distinctione secunda. capitulo quando. adam. Et quia duo capita in eodem corpore monstrum designant. capitulo quoniam. de offi. ordi. Et ideo dicit tex. in l. secũda. §. nouissime. ff. de orig. iu. & in l. 3. §. apparet igitur. ff. de administrat. tutor. quod commodius regnum regitur per vnum quam per plures. Ad hoc illud. 12. Metaphy. entia nolũt male disponi, nec bona pluralitas principatuum, unus ergo princeps. Sicut ergo vnicus est dominus cœlestis totius mundi, iuxta illud domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. cap. tua nobis dedeci. & sicut in ecclesia triumphanti vnus Deus præest, sic & in militanti quæ ad instar illius exemplata est Apoca. 21. & bona glo. in clemenit. ad nostrum de hæret. & in extrauaganti vnam sanctam. Vnde & bonus paterfamilias vnum de filiis præponere consueuit tanquam primogenitum cui cæteri obedire tenatur, sicut legitur gene. 27. de Iacob, cui Isaac dedit primogenituram & dixit esto dominus fratrũ tuorũ &c.

92 Et ad ista † de principalitate Petri & ecclesiæ Romanæ adde quæ dicta fuerunt supra in quinto motiuo & infra in 13. Ad quod ostendendum adde etiam quod cum principatuum alius sit monarchicus, alius aristocraticus, alius politicus, & monarchicus sit omnium pręstantissimus, & ex monarchicis ille qui per electionem cõstituitur sit præstantior illo qui est ex successione, cum in successione, varia quæ reipublicæ obesse possunt euenire consueuerint, vt collegitur ex dictis Aristot. primo. poli. cap. 9. & lib. secundo cap. 8. & lib. 3. cap. secundo & 8. & lib. 7. cap. 9. & huiusmodi sit papatus, sequitur quod nobilior principatus est papatus quam aristocraticus vel politicus. si autem præter voluntatem subiectorum ad propriam utilitatem tenderet principatus, esset intemperatus, ut. 3. poli. c. 5. & sic tria principatuum genera præfatis aduersantia orirentur. scilicet tyrannis, Oligarchia & democratia. Igitur papa qui est monarca dignior est & pręstantior concilio sine præsidentia papæ. Et pro ista vnitate pontificali facit illud Ioan. 17. & in cap. secundo de summa tri. & Ioan. 10. fiet unum ouile &c. Et quod dicit tex. in cap. loquitur. 24. quæstione prima. Vnde tex. in cap. factus est cornelius & cap. non autem cum glo. septima quęstione prima. & glo. in cle. ad nostrum de hæretic. dicunt esse hæreticum aliter sentire quam unum debere esse summum pontificem in ecclesia.

93 Et † quod specialius & principalius datæ fuerint claues Petro clare ex verbis euangelii depræhenditur. Super quo considerandum est quod Matth. 16. quando Christus dixit Petro & tibi dabo claues regni cœlorum &c. ante Christus loquebatur cum omnibus apostolis interrogando quem dicunt homines esse filium hominis, & aliquibus respondentibus Ioãnem Baptistam, aliquibus etiam, aliis Hieremiam, rursus Iesus petiuit ex eis, vos autem quem me esse dicitis, & tunc q̃a solus Petrus respondit confitendo eum esse filium Dei viui, Iesus dixit & ego dico tibi quod tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum & quodcunque ligaueris super terram &c. Ex quo apparet quod ex quo tantum Petro in illo loco propter confessionem per eum factam specialiter dixit se daturum claues & non cœteris apostolis, oportet dicere quod in isto loco vbi soli Petro promisit se daturum claues, illę vel erant alię claues quas daturus erat soli Petro ab illis, quas dedit ei & apostolis vel specialius, & principalius dedit ei quam cæteris. Qua propter cum Matth. 18. dicit amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram, &c. Ex quo omnibus loquitur, & omnibus apostolis dedit claues, sequitur quod non loquatur de illis clauibus quas promisit dare Petro seorsum ab aliis apostolis, & specialius, & principalius quia si uoluisset easdem claues quas Petro tantum promiserat, in d. c. 16. dare oĩbus, ex quo ibi locutus fuerat cum omnibus, & oẽs interrogauerat non tam specifice dixisset, quasi negando se illas aliis daturum, & tibi dico Petre, quasi separando personam Petri a cæteris apostolis propter responsionem per Petrum factam, sed dixisset, & vobis dico me daturum vobis claues. &c. Nec est verisimile quod Christus, in Petrum specialiter verba direxisset si non uoluisset aliquid specialiter de clauibus dare Petro præ cæteris. Vnde similiter non est verisimile quod impleuerit promissionem Petro factam quando simul cum discipulis dedit claues. in 18. cap. quas promiserat ei soli se daturum, cum & illa fuerint verba promissionis dicta omnibus indistincte. Vnde magis videtur eam adimpleuisse quando post resurrectionem Ioan. vlt. dixit ei bis pasce agnos meos & semel pasce oues meas, cum ad maiorem expressionem ter interrogatus respondisset tu scis domine quod amo te, vt not. Abb. in capit. significasti, in 3. notabili, de electione, & in capitulo translato, de constit. quæ verba fuerunt dicta tantum Petro & denotant superioritatem & gubernium. vel secundum quod infra dico per illa verba. ca. 16. designatus fuerat pontifex & claues promissæ, quæ effectualiter & cum executione seu exercitio exhibitæ fuerunt per illud pasce oues meas. Vel & in idem redit, ante passionem fuit ei promissus pontificatus, & post passionem per dicta verba, pasce oues meas, factus est papa, pastor & princeps vniuersalis ecclesiæ. & hoc sentit gl. in c. considerandum. 50 dist. Et hoc clarius ponit gl. in cap. in nouo. 21. dis. Quæ primo arguendo dicit quod per illa verba tu es Petrus & tibi dabo claues Matth. 16. fuit datus Petro pontificatus, sed per d. c. considerandum. & c. fidelior. 50. distin. respondet quod ante passionem fuit apostolus, sed post passionẽ pastor creatus per illa verba si diligis me pasce oues meas, & quod illa verba tibi dabo claues sonant promissionem & non dationem. Domin. in d. capit. in nouo, dicit quod Petrus fuit electus in principem ante resurrectionem sed cõfirmatus post resurrectionem, ut discipuli quibus præesse debebat præberent assensum electioni faciendæ, cum nemo inuitis episcopus detur, ut in capitulo nullus. 61. dist. ad quod facit ibi tex. ipsumque principem suum esse uoluerunt. Sed ista ratio dominici est friuola, quia non concludit an fuerit ante vel post passionem factus pastor, & ęque bene apostoli potuissent cõsentire electioni si ante passionem Christus Petrum elegisset in pastorem sicut post. Doctor. communiter uolũt quod per verba Matth. 16. dicta ante passionem fuerit promissus Petro pontificatus, & quod postea Ioann. ult. per uerba pasce oues meas factus sit pastor pontifex & princeps. Et facit ratio, quia non est uerisimile quod Christus quamdiu conuersabatur inter homines, cum ipse esset pastor & princeps & caput, uoluerit ponere aliũ principem & facere duo capita, quod, fuisset monstruosum, ut in c. quoniam. de off. ordin. Sed obstat ꝙ pluries papa ad oñdendũ ptãtem pontificalem & primatum allegat authoritatem de qua Matth. 16. tu es Petrus, ut in c. in nouo. 21. dis. & c. sacrosancta. 22. dis. & in c. rogamus & in c. loquitur. 24. q. 1. & in c. per uenerabilem qui filii sint legit. & in cap. ad apostolicæ de re iud. in 6. & in c. fundamenta de ele. eo. li. cum multis si. unde põtest dici sm Car. de Turrecrem. in d. c. in nouo ꝙ ante passionem Petrus fuit Apostolus, sed post factus fuit pastor princeps et pontifex ratione iam dicta. Sed hoc non obstat, quia et per illam authoritatem tu es Petrus. &c. data fuit potestas ligãdi et soluendi, per quam ostenditur superioritas apostolatus, cũ hæc uerba sint principaliter in petrum tanquam caput apostolorum directa. Et si recte consideretur quãdo papa allegat aliquam authoritatem ad ostendendam præeminentiam iurisditionis, sępius allegat illam aliam authoritatem Ioann. ult. pasce oues meas, ut in cap significasti. de elect. & in c. solitæ. de maio. et obed. per quod ostenditur quod solus habuit præminentiam iurisdictionis. Abbas tamen in c. trãslato. de constit. uult ꝙ Christus contulerit omnibus apostolis hanc potestatem per illa uerba accipite Spiritum sanctum quorũ remiseritis peccata etc. Ioann. 20. et ad ostendendũ ꝙ eã tradebat Petro ut capiti dixerit ei seorsum pasce oues meas Io. ult. et ꝙ in ascensione potestatem prius promissam et traditam dando executionem confirmauerit cum dixit ite et prędicauerit euãgelium omni creaturæ Matth. ult. et ꝙ in festo pentecostes per missionem Spiritussancti quæ prius tradiderat cõfirmauerit. Ex quibus infert idem Abb. ꝙ potestas nõ fuit data soli Petro, & sic solum papæ, sed omnibus apostolis repræsentantibus totam ecclesiam, ita quod hæc potestas est penes totam ecclesiam vniuersalem, sed debet explicari per papam tãquam per caput. Sed non aduertit quod illa uerba pasce oues meas fuerunt dicta tantum Petro. cum ergo ipsemet in dicto capitulo significasti in 3. nota. fateatur per hæc verba, pasce oues meas, datum Petro pontificatum, sequitur quod hæc potestas data est Petro non solum vt per ipsum tãquam caput explicanda, sed etiam ei soli principaliter & vt ab eo deriuanda in alios. vide quod dicitur in decimoquarto motiuo. Vnde ex his posset dici salua determinatione Ro. ecclesiæ quod claues promissæ & deinde datæ Petro plus authoritas præeminentiæ, gubernij & superioritatis continebant quam quæ datæ aut promissæ fuerunt Petro simul cum apostolis, quibus tantum claues ligandi & soluendi ꝓmissæ aut datæ sunt, Petro autem claues ligandi & soluendi & superioritatis pręeminentiæ & gubernij, quia sine huiusmodi præeminentia superioritate & gubernio non potuisset Petrus bene pascere agnos & oues id est fideles & credentes. Vnde dicit ibi glosa pascere oues est credentes ne deficiant confortare, terrena subsidia si necesse est subditis prouidere, exempla virtutum præbere, aduersarijs obsistere, peccantes corrigere. Vnde ex his patet quod Petro specialius prius & principalius data est potestas clauium quam cæteris apostolis, & ꝙ ipse designatus est superior & caput aliorum. & ad hoc bene facit illa authoritas beati Gregorij posita supra in fine. septimi motiui. Et non sine mysterio sed ad maiorem expressionem & demonstrationem ter interrogauit Dominus, petre amas me, & ter Petrus respondit tu scis domine quod amo te, & ter illi dixit dominus pasce agnos meos. Et aduertendum est quod in prima interrogatione addidit plus his, dicendo simon Ioannis diligis me plus his? Ac si dixisset, his non do claues quas do tibi, nec his committere volo pasturam ouium mearum sed tibi. Ex quibus bene demonstratur quod pascere & gubernare & iurisditionem exercere soli Petro datum fuit per hæc verba Ioan. vlti. Quare autẽ in primis duabus responsionibus dixerit pasce agnos meos & in vltima pasce oues meas, dicit ibi glosa Nico. hoc factum eo quod fidelium tres sunt gradus, videlicet incipiẽtium, proficientium & perfectorum. & illi quidem qui sunt in duobus primis gradibus dicuntur agni, illi autem qui sunt in tertio oues dicuntur.

Et notandum est q̃d cõmisit Petro Pasturã omnium graduũ personarum & fidelium, ex quo patet quod super omnes data fuit illi iurisditio. Ad quod facit quod illa verba pasce oues meas sunt imperatiua, vt. 12. quæst. 2. capitulo secundo & Ioan. 21. Vnde apparet quod erat factus pontifex cum ei dominus imperauit pascere oues hoc est fideles, eos monendo & docendo, vt in l. inter claras in prin. C. de sum. trini. ibi ad apostolorũ primum domino iubente pręceptum est. Vnde Hiero. in li. primo contra Iouinianum dicit. super Petrum fundatur ecclesia, licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex ęquo super eos ecclesię fortitudo solide t, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Et per hæc facilis est responsio ad capitulũ noua de pœni. & remis. & capitulo primo, §. una de sum. trini. & capitulo, nec quisquam vigesimaquarta quæstione secunda. quæ iura dicunt apostolis datam potestatem ligandi & soluendi. Quia cõceditur, sed principaliter Petro. item data est eis potestas ligandi & soluendi, non autem gubernandi & præfecturæ, nisi descensiue a Petro in eos voluntate Petri, & hoc probat tex. in c. ita dominus. 19. dis. & c. fundamenta de elec. in 6. Consequenter autẽ idem dicendum est in papa ꝙ ab eo descendit hæc potestas in archiepiscopos ẽpos & alio ꝑlatos vt in c. decreto. 2. q. 6. & in c. seq. ea. cau. & q. Et Leo papa in epistola ad ẽpm thessalonicen. ubi dicit. uices. n. nostras ita tuæ credimus charitati ut in partem sis uocatus solicitudinis non in plenitudinem potestatis. Sic etiam & in presbyteros ut de pœni. dis. 1. c. quem pœnitet. & 11. q. 3. c. absit. & in c. 1. §. una de sum. tri.

94 Sit † ergo conclusio ꝙ Petrus fuit caput & pastor & princeps apostolorũ & uniuersalis ecclesię, ut s̃ ostẽsum est. Itẽ ꝙ Petro principaliter datæ sunt claues tanq̃ capiti & apostolis secundario tanquam membris quia papa uocatus est in plenitudinem potestatis, & alij inferiores in partem solicitudinis, ut in capitulo ad honorem. de autho. & usu. pal. & secunda quæstione sexta. decreto. Ita dicit Brix. in sua monar. in princ. in 2. char. & supra satis est probatum. & reprobata est opinio Cardin. in cap. licet de elec. & infra dicetur. Item quod Petro datę sunt claues ligandi & soluendi ordinis & administrationis iurisditionis & gubernij, apostolis autem datæ sunt claues ligandi & soluendi et iurisdictionis, sed iurisdictionis descendentis a Petro, ut d. cap. ita dominus. 19. dis. et d. c. fundamenta ponit Sanc. Tho. in 4. sen. di. 18. quæ-

quæstione. 2. art. 2. quæstiun. 1. ad. 1. argumen. & idem S. Tho. distinctio. 24. quæstione tertia, articulo secundo. quæstiun. tertia. Ad primum argument. Et pariformiter potestas iurisditionis omnium prælatorum deriuatur a papa. Istam conclusionem posuit. S. Thom. in 4. contra gen. c. 71. Et eandem late prosequitur Card. de Turræcrem. in trac. de pot. pa. lib. 2. cap. 54. Et per hoc patet quod male dicit Petrus de Monte. in sua. Monar. in fi. 3. char. datas esse Matth. 18. claues iurisditionis apostolis, quia sic uideretur q habuissent eas a Christo principaliter. Itē Petro & apostolis pariter datæ sunt claues ordinis & paris potentiæ, d. ca. in nouo. 21. dist. sed principaliter Petro tanquam capiti, qui sua potestate regiminis hanc potestatem in apostolis ordinare posset, & quo ad personas & loca coarctare, ut supra dictum est, & ponit Archie. Flor. in 3. parte sum. ti. 23. c. 4. §. 7. de potestate. iurisditionis. Item Petro datæ sunt claues non solum vt figuranti & repræsentanti ecclesiam, ut in cap. quodcunque. 24. q. 1. sed etiam vere effectualiter & pprie vt pastori & principaliori capiti apostolorum & ecclesiæ. Ponit Leo in sermone. 2. de natiuitate apostolorum Petri & Pauli, cum dicit. propter quod dicitur Beato Petro Apostolo tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcunque ligaueris super terram erunt ligata & in cœlis. transiuit quidem in Apostolos alios ius istius potestatis, sed non frustra vni commendatur quod omnibus intimetur, Petro enim singulariter hoc creditur quia cunctis ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. manet ergo Petri priuilegium vbicunque ex ipsius fertur æquitate iudicium, nec nimia est vel seueritas vel remissio, ubi nihil erit ligatum nihil solutum nisi qnod Petrus aut ligauerit aut soluerit. Ecce q singulariter & effectiue datæ sunt claues Petro. Item † claues

95 sunt datæ a Petro non solum personaliter sed pro eo & successoribus, quia quod dominus dixit ad Petrum, dixit & in Petro ad successores ipsius, ut in cap. solitæ. de maio. & obed. & in capitulo per venerabilem in versic. is vero. qui fitii sint legi. & in cap. ad apostolicæ in versic. nos vero. de re iudi. in 6. Istam conclusionem ponit Moder. Aret. vbi supra quia non tantum pro persona sua potestatem recepit, ne eo extincto talis potestas extingueretur, sed etiam pro ecclesia, quæ erit perpetua. 24. quæstione prima. pudenda. & probatur dicta authoritate Leonis & ex supra deductis. ipse enim Petrus solus potestatem suscepit nomine ecclesię, quia ecclesia est in papa & papa in ecclesia. 6. quæstione prima ca. scire. sic ergo & pro successoribus.

96 **Ad † id autem quod** dicitur q Petrus quando claues accepit ecclesiam sanctam significauit, textusmet. respondet in dicto cap. quodcunque. vigesimaquarta quæstione prima. quod non soli Petro datæ sunt sed ecclesiæ uniuersali, hoc est cæteris primatibus. episcopis & sacerdotibus qui futuri erant in ecclesia, alioquin tantum Petrus & successores consequenter eius Romani pontifices potestatem ligandi & soluendi recepissent, quod est contra tex. ibi. unde exponit ibi Archi. verbum significauit id est sub signo & nomine ecclesiæ accepit, non vt minister sed vt caput. Et non ei soli data est potestas sed omnibus de ecclesia secundum ritum ecclesiæ consecratis. Facit tex. in cap. primo. §. vna. de sum. tri. Inde Aug. in sermone primo apostolorum Petri & Pauli dicit per singula. n. dicebat Dominus Iesus Petro dicenti amo te, pasce agnos meos, pasce ouiculas meas, in uno Petro significabatur vnitas omnium pastorum, sed bonorum qui sciant oues Christi pascere, Christo non sibi. hoc autem est dicere quod omnes alii prælati habent hanc potestatem per deriuationem a Petro in eos, vt uide Ioann. And. in capit. ad liberandam in 6. colum. de iudæ. & in dicto capitulo ita Dominus. & Hieron. & glo. super illud Matth. 16. & quodcunque. ligaueris &c. ibi datæ sunt claues omni ecclesiæ in episcopis & presbiteris. Et

97 istam † conclusionem, † quod hoc modo claues dicantur datę ecclesiæ, vide latissime examinatam per nouem chartas & nouem capitula, uidelicet. cap. 70. vsque ad 80. per Car. de Turręcrem. in secundo lib. Locutus est autem Dominus vni vt ecclesię vnitatem designaret. Et hoc ostendit. tex. in capi. omnibus. 24. q. prima. cum dicit quod ecclesia vnica columba appellatur quæ est sponsę pulchra sine macula & ruga, & ortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuę & paradisus cum fructu pomorum. Vnde exordium ab uni tate proficiscitur vt ecclesia Christi una mōstretur, quam vnam ecclesiam Spiritussanctus ex persona Christi designauit, dicens vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genetrici suæ. Hanc ecclesiæ vnitatem & Paulus Apostolus docet & sacramentum vnitatis ostendit dicens, unum corpus & unus spiritus & vna spes vocationis nostrę, vnus Dominus una fides, vnum baptisma. unus Deus. Et infra. episcopatus vnus est cuius singularis in solidum pars tenetur, & ecclesia vna est quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, & Domini Luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit. unū tamen est quod vbique diffunditur nec unitas corporis separatur, ramos suos p uniuersum orbem copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos, ramos latius expandit. unum tamen caput est vna origo & una mater copiosæ fœcunditatis. adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica. hęc tex. in cap. loquitur. 24. quęst. prima. Et quod dixit Dominus Petro & successoribus, & cæteris de ecclesia, dixit quibus ligandi & soluendi potestatem dedit & quę sunt ordinum & consecrationis ministrandi & peccata dimittendi, sicut & Petro, nam impossibile fuisset per unum uniuerso orbi ministrari sacramenta. Verum ex hoc non sequitur omnibus de ecclesia datam esse parem potestatem regendi, administrandi, & iurisditionem exercendi, sed solum illam esse Petro datam per illa verba pasce agnos meos & pasce oues meas, quod proprie est exercere iurisditionem & in illosq; præfecturam & superioritatem recipere.

98 **Vnde Petrus** † significauit seu figurauit futuram ex hoc corpore ecclesiam prælatorum, & sacerdotum qui ministraturi erant omnibus fidelib. sacramenta. & sic significauit ecclesiam, id est omnes catholicos quorum aliqui erant ministraturi sacramenta & ordines, & aliq suscepturi, ut laici, & mulieres. Sicq; verba quodcunque ligaueris super terram, diuersimode intelligenda recipimus quo ad prælatos & sacerdotes actiue, & respectu plebis passiue. Item respectu Petri & aliorū apostolorum & consequenter episcoporum & sacerdotum diuersimode, qa respectu exercitii seu administrationis iurisditionis, regiminis, pręeminētię, supioritatis & plenitudinis potestatis, illud solum personæ Petri & consequenter successoribus eius conueniebat, cum ipse solus futurus esset pastor, adquem spectat gubernium & administratio & potestatis plenitudo, cæteri vero agni & oues respectu ipsius. Vnde quia unus erat pastor necesse erant vt unus in alios haberet pręeminentiam & potestatis plenitudinem, alioquin si ut minister ecclesiam significasset, potestas censeretur data ecclesię coniunctim, & sic apostoli vt singuli nullam habuissent potestatem. nam ministro nihil quęritur. l. qui absenti. ff. de acq. pos. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. facit quod dicitur in clem. religiosus. de procu. Et quod datur collegio, non quæritur singulis. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. canonizata. 12. q. secūda c. qui manumittit. Respectu autem exercitii ordinis & sacramentalium, & Petro & aliis Apostolis & consequenter prelatis & sacerdotibus in ecclesia futuris conueniebat. Vnde quia verba sunt intelligēda secundum subiectam materiam, seu secundum subiectum de quo dicuntur. l. ex militari. ff. de mili. testa. l. si vno. ff. locati. l. plenum. §. equitii. ff. de usu & habita. cum simili. licet dicta Petro censeantur dicta ecclesię per Petrum reprę sentatę, tamen diuersimode secūdum diuersitatem subiectorum, hoc est aliter Petro & ali-

99 ter Apostolis & aliis discipulis. Item † ecclesiam sanctam significauit & repræsentauit non similitudine aut identitate naturæ, sicut dicitur filius similis Patri iuxta illud ad Herbæ. primo. cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, idest patris secundum glo. nec similiter similitudine aut conuenientia alicuius proprietatis, sicut genesis. 20. capit. in multis Abraham significauit Christum & Sara ecclesiam. & sicut dicit Augu. super illud psal. 103. potabunt omnes Bestiæ agri. id est gentes quæ figura Bestiarum intelliguntur, & sicut arca Noe figurauit ecclesiam, vt in extrauagāti vnam sanctā. Nec figurauit sicut quis dicitur figurare siue repræsentare illum cuius virtute seu authoritate aliqd facit, sicut ministri in ecclesia dicuntur repræsentare Christū cuius authoritate funguntur, iuxta illud secunda ad Corin. 5. pro Christo legatione fungimur, de pęniten. distinctione tertia capitulo scelerator. §. fin. sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in ecclesia gerit. Et sic dicitur quod papę & Christi idem est consistorium capitulo quanto. de transla. præla. per Hostien. & episcopi & vicarii idem tribunal. cap. primo. de offic. vica. in 6. Nō ergo potest dici quod hoc modo ecclesiam significauerit, quia Petrus non ab ecclesia sed a Christo immediate potestatem accepit, ut in cap. nouit. de iudi. & c. sacrosancta. 22. dist. Nec significauit vel repręsentauit tanq̃ pcurator, quia sic nihil authoritatis vel potestatis, p se recepisset, cum tn̄ præ omnibus & pro omnibus receperit claues, vt in c. audiuimus. 24. q. 1. & c. decretis in fi. 21. dist. Nec significauit sicut dicitur quippiam figurare illud cuius veritatem nō habet sed similitudinem solam, sicut agnus pascalis & manna fuerunt figura corporis Christi. 1. ad Corin. 10. quia cum figura distinguatur hoc modo cōtra veritatem, sicut vmbra contra corpus, sequeretur quod Petrus non vere sed figuraliter claues recepisset. Sed, vt dicit Cad. in d. lib. capit. 75. ecclesiam sanctam significauit, ut in quam deriuandæ erant claues, sicut cum quis stipulatur pro se & descendentibus, quia sic recipiens dicitur figurare omnes descendentes. placet dictum, ut supra sæpius conclusum est. sed istud exemplum nō placet, quia qui stipulatur pro se & successoribus, primo censetur stipulari pro se & sibi quæri, secundo pro successorib. & post mortem. & sic Petro viuente nullus habuisset clauiū exercitium, iuxta l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & posthum. ibi per Bar. & in l. operas, de operis liber. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & in l. gaius, post Bal. ff. solu. matrim. & in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de iureiurand. Nec rursus significauit ecclesiam sicut quis dicitur figurare, seu repræsentare illum in cuius honore & dignitate succedit, sicut in simili dicuntur episcopi gerere figuram apostolorum, & presbiteri, 72. discipulorum, ut in cap. in nouo. 21. dist. & in capitu. decretis. 21. dist. & glo. Lucæ. 10. Quasi successor eadem persona cum predecessore designetur, ut iu cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. in glo. Hoc enim modo Petrus potius designasset & significasset Christum cuius vices gessit in terris, ut in capitu. primo, de homic. in sexto, quam ecclesiam. unde Ber. ad Euge. tu potestate Petrus, unctione Christus. Nec significauit ecclesiam repræsentatiue eo modo quo princeps prouinciam, rex regnum, caput corpus, episcopus ecclesiam. Hoc modo quod facit papa dicitur facere ecclesia, ut in cap. pia, de excep. in 6. & 9. Ethi. quod facit rector ciuitatis dicitur tota ciuitas facere. & nomine senioris vnde cęteri pendent tota domus intelligitur. Nec eo modo quo consilium ciuitatis dicitur reprę sentare populum, & senatus populum Romanum, ut in rub. quæ sit longa consuetudo. & capitulum ecclesiæ repræsentat episcopum sede vacante. c. cum olim. & capitu. iis quæ, de maio. & obedien. & collegium cardinalium papam, vt in clem. ne Romani. de electio. & cap. in nomine Domi-

100 ni. 23. distinct. Vnde † dicendum est quod ecclesiam significauit per quandam demonstrationem siue designationem vniuersalis ecclesiæ, quia significare nihil aliud est quam declarare, & manifestare, ut in l. ius pluribus. ff. de iusti. & iu. Manifestauit ergo deriuatione potestatis ab eo in ecclesiam, cuius ipse datus erat princeps & gubernator & quę fundanda erat super firmam petram Christū, & stabilitate fidei eius & successorum, ipsam solidandam & firmandam, ut in cap. primo de homi. in sexto. & in cap. fidelior. 50. distinct. Istam autem manifestationem ecclesię opportuit fieri, quia quo ad potestatem clauium ligandi, & soluendi solus Petrus non poterat perpetuo exercere illam, quia non erat perpetuo in mundo mansurus. unde significauit etiam successores. Et ideo dicit bene tex. in cap. solitæ, de maio. & obed. quod id quod dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius quodcunque ligaueris &c. Item quia impossibile erat vni & soli Petro uniuersam ecclesiam sine auxilio aliorum gubernare, ideo significauit ecclesiam episcoporum & sacerdotū, qui erant rite ordinandi secundum claues ecclesię, ei & apostolis concessas, ut in c. primo, in §. una de sum. trin. & quib. distinguendæ erant diœceses per Petrum ne se mutuo in administrando impedirent, ut in cap. in illis. 80. dist. & qui successiue usque ad finem seculi per deriuationem ab eo & eius successoribus erant potestatem recepturi, ut in cap. ita domi nus. 19. distin. quia prę omnibus & pro omnibus claues accepit, ut in 21. dist. in sum. & 24. quęst. prima. audiuimus. Vnde supplet glo. ecclesiam sanctam. significauit, uidelicet in episcopis & presbiteris. Et hoc clare demonstrat text. in cap. in nouo. 21. distin. in fi. cum dicit. uidentes autem apostoli messem multam. i. cōuertendos ad fidem multos, operarios aūt. i. episcopos & pastores paucos, ab eis electi sunt 72. discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loco

101 sunt constituti in ecclesia. Item † intelligo etiam quod ecclesiam sanctam significauit, i. omnes catholicos uniuersalis ecclesię. licet hoc non placeat Car. in d. 75. cap. eo quod ut credo habuit respectum tantum ad potestatem clauium datam in administrationem. & sic cœpit ecclesiam pro principalioribus & sic pro episcopis & presbiteris tantum, & nō pro omnibus membris ecclesiæ, quia esset derisorium, sicut ipse dicit. Et uerū est si restringamus uerba Aug. ecclesiam sanctā significauit, ad potestatem clauium ministrandam & exercendam, quia hoc non potest fieri per mulieres, uel pueros, uel laicos, qui non sunt ordinati, quia licet uirgo Maria dignior & excellentior fuerit apostolis, non ei sed illis claues regni cęlorum dominus commisit, vt in cap. noua. de pęnitē. & remis. Sed intelligendo indefinite & vniuersaliter sicut sonant verba August. oportet intelligere de ecclesia hoc est de omnium catholicorum collectione, vt in cap. ecclesia, de consecr. dis. 1. Et sic credo debere intelligi, quia quando Petrus accepit claues, etiam ei dictum est quodcunque ligaueris super terram &c. Mat. 16. vnde ecclesiam sanctam significauit etiam respectu ligandorum & soluendorum, in quos claues ecclesiæ exercęri debent. Et si bene ponderentur verba Aug. etiam de omnibus fidelibus collectiue loquitur. vnde consideratis uerbis Aug. trassumptiue positis. 24. q. prima. cap. quodcunque, si hoc Petro tantum dictum est non hoc facit ecclesia. si autem & in ecclesia fit &c. pondero verbum in ecclesia. Non dicit per ecclesiam. nam natura dictionis in iniunctæ cum ablatiuo denotat intrinsecitatem. l. 1. §. in publico. ff. de flumi. l. 1. § 1. ff. de noui ope. nun. & etiam includit. ff. de condi. & demon. l. si in annos. ff. de usur. l. 1. §. 1. Item ēt aggregat, vt in c. parsimoniam ibi Arch. 41. dis. vnde cum dicit in ecclesia, aggregat omnem ecclesiam. Et sequitur. si autem in ecclesia fit, vtique quæ in terra ligantur & in cęlo, & quæ in terra soluuntur soluta sunt & in cęlo, quia cum excōmunicat ecclesia in terra, in cęlo ligatur excommunicatus, cum reconciliat ecclesia, & in cœlo soluitur reconciliatus. Ecce quod non loquitur tantum de excommunicantibus, & absoluentibus, sed etiam de excommunicatis & absolutis, & sic etiam de aliis quam episcopis & presbyteris. Et subiungit clarius. si ergo hoc in ecclesia fit, Petrus quando claues accepit ecclesiam sanctam significauit, si ergo in persona Petri significati sunt in ecclesia boni, & in Iudæ persona significati sunt mali in ecclesia. Ecce quod iterum non sine mysterio loquitur per dictionem in ecclesia. Item dicit significari bonos & malos indefinite. & sic tam laicos & clericos quam episcopos & sacerdotes, quia indefinita æquipollet vniuersali. cap. quia circa, de priuil. 19. dist. cap. si Romanorū. Alioquin si sub nomine Iudæ venirent solum episcopi & presbyteri, tantum malos episcopos & presbyteros significaret, cum tamen sub nomine Iudæ omnes mali etiam non presbyteri uel episcopi significentur, vt in c. quid ergo, in fi. 13.

102 q. 4. & in cap. si forte. 17. q. 4. Obstat † tamen prædictis quod in d. cap. in nouo, dicitur quod ab apostolis electi sunt. 72. discipuli, ergo uidetur quod non per deriuationem a Petro. Sed solue quod principaliter a Petro, qui fecit episcopos, ut 66. distinct. c. porro. qui gerunt typum apostolorum, ut ibi dicit tex. deinde ab episcopis facti sunt sacerdotes, qui gerunt typum discipulorum, ut ibi tex. Sed tex. clarius. 21. distinct. in sum. in fi. dicit quod Christus duodecim apostolos tanquam maiores sacerdotes & 72. discipulos tanquam minores sacerdotes instituit, Petrum uero quasi in summum sacerdotem elegit. vnde & Lucæ 10. dicitur designauit Dominus

103 alios 72. Sed uidetur † obstare tex. in dicto capitulo omnibus 24. quæstione prima, vbi dicitur quod ecclesia etiam accepit claues ligandi & soluendi, cum dicit quod domus Dei hoc est ecclesia etiam claues accepit. & sic videtur quod ecclesia in concreto receperit potestatem ligandi & soluendi. Et nota dictionem etiam, quasi dicat non solum Petrus sed & vniuersalis ecclesia sicque & concilium separatim a Petro. Sed ad hoc respondetur quod intelligitur de ecclesia simul cum papa ipsius ecclesiæ capite, quia alioquin discordante vero Christi vicario non erit ecclesia sine eo, quia nō erit vnitas, vt in dicto capitulo loquitur & dicto capitulo omnibus. Vel intelligitur quod ecclesia recepit claues ad exercendum & ministrandum de consensu & voluntate capitis. i. papæ, alioquin istam potestatem duo insolidum possiderent, & esset ponere duos principatus in ecclesia, & cessaret quod dictum est quod est vnica & indiuisibilis, vt dicto capitulo loquitur & capitulo audiuimus ea. cau. & quæstione. Item respondetur q est in ecclesia vnita Petro sed principaliter in Petro, vt dictum est. Et per hoc dicit Augu. de Anco. quæstione 20. arti. 3. quod solus Petrus singulariter dicitur habere claues tribus modis, videlicet per immediatam commissionem, p immediatam deriuationem & per vniuersalem administrationem. per immediatam commissionem, quia soli Petro cuius successor est papa claues sunt commissæ, per immediatā deriuationem, quia potestas clauium ab eo tanquam a capite in omnes prælatos ecclesiæ deriuari debet. unde allegat Chryso. Matth. 16. dicentem quod quamuis soluendi & ligādi potestas soli Petro a domino data uideatur, omnibus tamen apostolis data est, & nunc datur omnibus episcopis & presbyteris. Ideo tamen Petrus principaliter claues regni cęlorū & principatum iudiciariæ potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant quod quicunque ab unitate fidei uel societate Petri quolibet modo semetipsos segregant, tales nec a uinculis peccatorum absolui nec Ianuam possunt regni cœlestis ingredi. & sunt uerba rabani super Matth. & ponit Gratianus. 24. q. 1. c. quicunque Per uniuersalem aūt administrationem quia solus ipse in tota ecclesia uniuersaliter Christi uicarius existit. Vnde gl. super illud tibi dabo claues &c. Dicit q ideo Christus Petrum principē apostolorum constituit. ut ecclesia unū principalem & uniuersalem suum uicarium haberet ad quem diuersa membra recurrerent si forte abinuicem dissentirent, quia si diuersa capita essent in ecclesia unitatis uinculum rumperetur. Vnde Damas. super illud Lu. 9. faciamus hic tria tabernacula in-

quit. non te dominus tabernaculorum ; sed vniuersalis ecclesiæ constructorem constituit.

104 Quod autem dicta verba †quæcunque alligaueritis, & cæt. Alio modo in Petro quam in aliis apostolis intelligere oporteat, videlicet quod in Petro per illa verba fuerit facta promissio non solum potestatis ordinis, sed etiam superioritatis guberniі, iurisdictionis, & administrationis, in ceteris autem apostolis tantum potestatis ligandi & soluendi in foro conscientiæ, patet, quia vt dicit Petrus de Palu. in tract. de pot. eccles. circa †octo consistebat potestas data apostolis. & circa sex quidem alii apostoli receperūt immediate a domino sicut & Petrus, circa alia autem duo receperunt eam per deriuationem a Petro, & sic mediante persona Petri. vnde in dictis sex alii apostoli receperunt immediate potestatē a Christo sicut & Petrus. Quod etiā ponit Archiep. Floren. in tertia par. sum. tit. 23. cap. 5. prime potestas fuit faciendi miracula. nam ut patet Matth. 10. & Lu. 9. Dominus dedit apostolis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & vt curarent omnem languorem & omnem infirmitatē. Quam potestatem licet non habuerint a Petro, habuerunt tamen eam sub Petro & minorem Petro. vnde in illius vsu omnes deferebant Petro. & primum miraculum post missionem Spiritussancti factum est per Petrum, ut patet Act. 3. cum dixit claudo quod habeo hoc tibi do in nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Vnde etiam de Petro legitur quod per vmbram eius sanabantur infirmi, ut legitur 106 Act. 5. Secundo consistebat †potestas data Apostolis circa officium prędicandi. De qua potestate ut dicit Alexan. in capi. ita dominus. 19. dist. dupliciter loqui possumus, quia aut pro tempore ante passionem aut pro tempore post passionem & resurrectionē Christi. Si loquimur de prædicatione ante passionem Christi, sit conclusio quod apostoli habuerunt hanc potestatem immediate a Christo & nō a Petro, ut patet Matthęi 10 in viam gentium ne abieritis &c. euntes autem prædicate dicentes quod appropinquauit regnum cœlorum. Et hoc patet etiam Lu. 6. 9. 10. & Matth. vlt. Patet etiam ratione quia illo tempore Petrus licet futurus esset pastor ecclesię, nullam tamen super apostolos authoritatis eminentiam aut prælationem habebat ratione cuius cæteris apostolis aliquid potestatis aut authoritatis conferre posset, cum tūc ipse Christus rector magister & dominus omnes per se gubernaret. si vero loquimur post passionem Christi, iuxta illud Matth. vl. euntes docete omnes gentes &c. & Marci. vlt. euntes prædicate euangelium omni creaturæ &c. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante & sermonem confirmate sequentibus signis &c. Quia tunc constitutus erat Petrus pastor vniuersalis ecclesię, præfuit illis. Vnde quamuis Christus ante passionem per se eos regeret, nec apostoli subessent regimini Petri nec in prædicando nec in aliis, tamen postquam petrus factus est pastor ecclesię præfuit omnibus etiam in officio prædicandi, vt si orta fuit dissensio inter apostolos etiam in officio prædicādi, esset superior qui eos instrueret & corriget, vt patet Act. 15. cum enim orta esset contētio contra paulum & Barnabam, statuerunt qui accusabātur & qui accusabant ascendere Ierorosolymam ad Aposto. & presbyteros, cunque illuc peruenissent, surrexerunt quidā de secta pharisæorum dicentes oportere circuncidi gentiles & præcipere eis seruare legem Moysi, conueneruntque apostoli & seniores videre de verbo hoc. cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit uiri fratres vos scitis quod ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangelii & credere. vbi glo. Raba. super verbum per os meum dicit. non alterius ex apostolis, quasi d. q primus prædicaui gentibus, primus ab eis iugum legis excutiam. Ex quo patet quod Petrus erat primus in officio prædicandi, & ubicunque Petrus, erat in prædicando omnes alii ei deferebant vnde in pentecoste ipse fecit primum sermonē, ut patet Act. secundo. Et tex. 21. dist. in nouo, dicit quod Petrus fuit primus qui a domino potestatem ligandi atque soluendi accepit & quod primus ad fidem populum suę prædicationis virtute adduxit. Vnde quia omnis cura totius ecclesiæ soli Petro demandata fuit cum dictum est ei pasce oues meas. ex tūc nullus nisi authoritate Petri habuit oues pascere nec regere. oportet ergo quod Petrus susceperit curam vocādi alios in partem solicitudinis, ordinandi de successorib. in apostolatu, de diaconibus, officialibus & prędicatoribus. vnde dicit. Act. 6. considerate ex vobis viros boni testimonij &c. & ipsi elegerunt Stephanum. &c. Sicut etiam & Moyses cōstituit sub se principes. & quamuis per se posset eligere, dedit tamen electionem populo dicens, date ex uobis viros sapientes, ut patet deutero. 1. Sic enim & quilibet sapiens princeps mittens exercitum contra hostes, dat unum principalē ducem & capitaneum ad cuius imperium alii habeant obedire vt, gene. 26. abimelech rex gerarę habuit ducem militum phicol & Gene. 39. pharao rex ægypti habuit principem exercitus potiphar. Sic legitur de saul & Dauid & aliis. Vnde quia ecclesia est terribilis ut castrorum acies ordinata, & apostoli fuerunt cœlestis aulæ milites, belli triumphales duces habentes arma spiritualia & specialiter gladium spiritus ꝙ est verbum Dei, debuerunt habere suum capitaneum scilicet Petrum a quo in acie ordinarentur. Vnde ab ipso facta est ordinatio & diuisio prædicatorum licet de consilio & assensu aliorum, & diuisio prouinciarum est a diuisione ab eo facta, ut in cap. in illis. 80 dist. Ideo oportet quod in tota ecclesia omnis electio vel institutio ad aliquam prælaturam vel victoriam, a Petro vel eius successore ꝓcedat. Dicit etiā Petrus de Palu. vbi supra quod posset etiam dici quod post pentecostē alii apostoli habuerunt potestatem siue authoritatem prædicandi omnes a Petro & nō immediate a Christo, ad seruandam in omnibus ecclesiæ vnitatem. dicitur autem Christus post resurrectionem eos misisse ad docendum & prędicandum dando eis os & sapientiam, & sermonem confirmando sequentibus signis, quæ sibi retinuit, non dando eis per se authoritatem sed per Petrum, cui totum populum ouium commisit, dicens pasce oues meas pasce agnos 107 meos. Tertio †receperunt potestatem apostoli immediate a Christo, vt dicit idem Petrus, quo ad potestatem merendi temporalia ab illis quibus spiritualia seminarent, quia & hanc Christus omnibus apostolis dedit per seipsum immediate a principio, dicens Matth. 10. dignus est operarius cibo suo. vnde. 1. ad Corin. 9. dicitur, si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est si nos carnalia uestra metamus? quasi dicat non. et postea subdit, dominus ordinauit. ijs qui euāgelium annunciant de euangelio uiuere. Sed hanc potestatem seruientem potestati prędicandi, & baptizandi, sicut & illam post pentecosten, acceperunt alii a Petro ne quis mitteret falcem suam in messem alienam spiritualiter uel corporaliter, vnde eius fuit vnicuique suam metropolim & diœcesim assignare. sicut enim Iosue diuisit terram in funiculo distributionis quam dn̄s, nō ipse dedit, ita ēt in eccl. quā Christus suo sanguine acquisiuit Petrus loco Christi apostolis diuisit, & distribuit portiones eorum, Ideo dicit Apostolus ad Gala. 2. Iacobus Cephas, & Ioannes. qui uidebantur columnæ esse, dextras dederūt mihi, & Barnabę societatis. Vnde apparet quod illa prima diuisio prædicatorum facta est per Petrum. Nominantur autem ibi Iacobus, & Ioannes tanquam principales, quia erant tanquam principales consiliarii & coadiutores Petri. Quod autem Iacobus præponatur ibi, est quia in Ierusalem ubi facta fuit illa ordinatio, Iacobus pręerat speciali- 108 ter. Quarto †receperunt apostoli immediate a Christo potestatem baptizandi ante passionem. vnde dicitur Ioan. 4. quāuis Christus non baptizaret sed discipuli eius qui non p̄sumpsissent baptizare nisi a Christo autho[ri]tatem habuissent. vnde Ioan. 1. dixerunt pharisęi Ioanni quid ergo baptizas si tu non es Christus neque elias neque propheta, ac si dixissent non deberes. Vtrum autem discipuli tunc baptizarent baptismo Christi in Spiritusancto, Chryso. Ioann. 4. dicit quod non. Augu. autem dicit quod baptizabant in Spiritusancto, nō tamen visibiliter sicut post missionem Spiritussancti. De hoc tamen vide quod dicitur de consecra. dist. 4. cap. quando ab hierosolymis, & ca. sequen. Item post resurrectionem data est apostolis potestas & authoritas baptizandi omnes vbique, vt patet Matth. vl. docete omnes gentes baptizantes eos quod dictum fuit non solum Petro sed undecim discipulis. Vt tamen vnitas ecclesię conseruaretur & a capite Petro omnis hierarchicus actus originaretur, noluit Christus ut baptizarent nisi ex Petri commissione & ordinatione, sed ideo is immediate mandat baptizare ut ab eo non a Petro crederetur baptismus habere uirtutem, & ut eos doceret veram formam baptizandi. Quinto † Apostoli receperunt immediate 109 a Christo potestatē sacerdotalem conficiendi corpus & sanguinem Christi in die cœnæ domini per illa verba Lu. vigesimo secundo. hoc facite in mei commemorationem. Et æquipollentia verba dicuntur cum fit sacerdos. quod enim dicitur hoc facite, id est potestatem accipite hoc faciendi, æquipollet ei quod dicitur accipite potestatem celebrandi. Simpliciter autem hoc facite, id est corpus & sanguinem meum conficite. quod non potest conficere nisi verus sacerdos, ut in capitulo primo. §. vna. de summa trinita. & in capitulo erat. nonagesimaquinta distinctione. & ideo tunc fecit eos sacerdotes.

Et illud verbum hoc facite magis est uerbum potestatem conferentis quā præcipientis, quasi dicat hoc facite id est faciendi potestatem accipite. Quā p̄tātē faciendi statim acceperunt, sed nō statim 110 exercuerūt, q̄a nō celebrauerūt ante pētecostē. Sexto †ap̄li receperūt immediate a Dn̄o potestatē ligādi & soluēdi in foro conscientiæ simul & semel & æqualiter. Hoc autem quādo fuerit variæ fuerunt opiniones nam nonnulli asserunt eos recepisse per illa verba Matth. 18. quæcumque alligaueritis super terrā &c. quidam autem volunt illa fuisse tantum uerba promissionis de futuro & non collationis potestatis de præsenti, quia ante cœnam Domini non fuerunt facti sacredotes, non sacerdos autem non potest habere claues ordinis nec potestatem ligandi & soluendi in foro conscientiæ, quia solis sacerdotibus credita est potestas ligandi & soluendi, de pœnit. dist. 1. capit. quem pœnitet & cap. noua. de pęni. & re. & simile etiam verbū promissiuū fuit dictum Petro matth. 16. s. quodcumque ligaueris super terram. &c. alii vero tenēt quod hæc potestas fuerit eis data in cęna cum facti fuerūt sacerdotes per illa uerba hoc facite, exponendo ut supra dictū est, hoc est faciendi potestatē accipite, alii denique uolunt ꝙ post resurrectionem cum eis dictū est Ioan. 20. accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Sed probabilior est opinio illorum qui dicunt datam potestatem in cæna Domini: quia post resurrectionem quando fuit dictum accipite Spiritum sanctum, Dominus loquebatur præsentibus, & cōsequēter ex quo Thomas vnus de duodecim erat absens non habuisset potestatem ligandi & soluendi, cum tamen omnib. apostolis data fuerit potestas ligandi & soluendi in foro conscientię, ut d. c. in nouo. 21. di. & in d. c. j. §. vna de sum. trini. in qua potestate ligandi & soluendi in foro conscientiæ fuerūt Petrus, & omnes alii apostoli pares, ut in cap. loquitur. 24. q. 1. & d. c. in nouo. & tantam potestatem quo ad soluendum, in foro conscientiæ habuerunt alii apostoli quantam Petrus. Vnde dicit. d. Anton in capit. noua. de pęnit. & remiss. quod theologi tenēt quod exceptis casibus reseruatis papæ uel episcopo, tantam potestatem habet quilibet sacerdos in absoluendo quantam papa, vel episcopus, licet, ut supra dictum est post archiepiscopum armachanum, posset ex causa aliquo modo papa istam potestatem absoluendi etiam in foro conscientiæ restringere, sicut videmus fieri in casibus quos si- 111 bi papa reseruat. Septima † potestas data apostolis, fuit potestas pontificalis. Et istam potestatem pontificalem solus Petrus immediate recepit a Christo, quia solus immediate factus fuit a Christo episcopus, cęteri vero mediante Petro, vel ab eo solo vel cum alijs. Hoc probat tex. in cap. porro. 66. dis. vbi patet quod Iacobus Alphæi creatus est archiepiscopus Ierosolymitanus a Petro Iacobo & Ioanne. Ex quo patet ꝙ non omnes apostoli simul cum Petro ordinati sunt ep̄i, quia semel consecratus episcopus non potest iterum consecrari, vt in capit. 1. 68. distinct. Sicut enim Moyses tātum Aharon, creauit pontificem a quo postea alii processerunt, ita Christus tantum Petrum creauit, siue hoc fuerit vt infra dico quando Matth. 16. dixit & ego dico tibi quod tu es Petrus & cęt. siue in cęna quando fecit omnes apostolos sacerdotes tunc fecerit Petrum sacerdotem & episcopum, siue hoc fuerit factum Ioann. vlt. quando dominus ei dixit pasce oues meas, quia enim Christus propter excellentiam potestatis seu potestatem excellentiæ poterat conferre. effectum sacramentorum, & characterem, & gratiam sine collatione sacramenti exterioris. idest alicuius rei sensibilis, sicut dedit apostolis omnes ordines in vltima cęna sine contractu alicuius instrumenti & sine forma consueta, ita dicendo Petro pasce oues meas dedit ei potestatem & characterē episcopalem, vt dicit Archie. Florent. in 3. par. sum. tit. 23. c. 5. §. 2. postea post missionem Spiritussancti siue ipsa prima die dominica post siue alia Petrus solus episcopus fecit Ioannem episcopum, postea Petrus & Ioānes fecerunt Iacobum Zebedęi, quibus tribus consecratis Petrus ordinauit quod deinceps non ordinaretur episcopus nisi a tribus, & ad ostendēdum formam huius sacramenti ipse cum prædictis duobus ordinauit. d. Iacobum Alphæi, ut dicitur in dicto capitulo porro. Ita dicit Petrus de Palu. in dicto tracta. in 2. articulo. & Alex. 15. distin. in sum. in 5. char. An autem sit de forma substantiali, quod episcopus consecretur a tribus episcopis, ita ꝙ aliter non dicatur consecratus nec characterem recipere, late exeminat Alexan. in cap. Archiepiscopus, 66. dist. et Card. S. Sixti, in capit. porro ead. distin. Quomodo autem stent hæc duo simul, quod oēs apostoli fuerint a Christo facti episcopi, & Iacobus Alphęi fuerit a Petro Ioanne et Iacobo Zebedæi consecratus, cum sacramenta non iterentur, ut per tot. de sacra. non iteran. ponit glo. et doct. in d. c. porro. 66. dist. Communiter tamen tenetur, quod sit de substantia, in cap. 1. de sacra unct. et c. si archiepiscopus, et seq. de tempo. ordin. et in d. c. porro, et 68. di. §. quod autem.

Non obstat si dicatur quod sicut Petrus simul cum aliis apostolis factus est sacerdos in cęna domini, ut supra dictum est, sic etiam debuerunt simul fieri episcopi. Respondetur enim quod ista ratio non procedit, quia Petrus in quātum sacerdos non fuit maior alijs, nam omnes sacerdotes sunt pares, vt in c. loquitur 24. q. 1. vbi text. dicit quod dominus post resurrectionem suam omnibus apostolis parem tribuit potestatem quod intelligitur de potestate ligandi & soluendi in foro cōscientiæ, vt notat Anton. de Butrio. in c. noua. de pœnit. & remis. & hoc fuit quādo dixit quorum remiseritis peccata. &c. Ioann. 20. Et hoc ideo est quia sacerdoti non datur potestas iurisdictionis, & si non habet curam animarum nec subditos, non eget iurisditione, sed in episcopis secus est, quia non potest esse episcopus sine plebe vt in clemen. in plerisque de elect. unde episcopis datur iurisditio. Qui licet sint pares respectu ordinis, non tamen respectu iurisdictionis, quia maior dicitur iurisdictio patriarchæ quam iurisdictio archiepiscopi. & maior iurisdictio archiepiscopi quam episcopi, per hoc quod dicitur in c. in illis 80. di. Vnde Petrus licet nō fuerit sacerdos maior alijs, fuit tamen maior episcopus, non ꝙ habuerit aliam vel maiorem potestatem sacramenta ministrandi, sed quia habuit maiorem potestatem iudicandi, superintendens toti mundo.

Et per hoc respondetur ad id quod dicit Augustin. in lib. de quæstionibus vete. & no. testam. cum dicit quod Christus omnes apostolos fecit episcopos sed differenter, videlicet Petrum per se. & alios per Petrum. Et ista est verior conclusio, quia solus Petrus factus est pastor, & ei soli dictum est pasce oues meas, & soli Petro data est plenitudo potestatis, alij autem vocati sunt in partem solicitudinis. secunda quæstione sexta, capitulo decreto. 3. quæstio. 6. capit. multum. 2. q. 6. qui se scit, & de author. & vsu pal. c. ad decorem. Et vbi reperitur aliter factū, episcopus ponitur pro simplici sacerdote, ut in illo ac. 20. posuit uos episcopos. i. presbyteros, ut dicit ibi beda in glo. quod etiam probatur. 93. dist. legimus. Sic cum dicitur act. 1. episcopatū eius accipiat alter. i. presbiteratum siue sacerdotium. ita dicit Archiep. Flor. in d. tit. 23. c. 5. §. 2. Vel episcopatum eius accipiat alter. i. apostolatum, secundum Petrum de Palude in d. trac. in fi. septimæ 112 conclusionis. Octaua † potestas fuit iurisdictionis contentiosæ, administrationis & gubernii. quæ data est Petro immediate a Christo, cæteris vero apostolis a Petro seu a Christo mediante Petro. patet per illa verba pasce oues meas Ioan. ult. quæ ponuntur transsumptiue in c. significasti. de elec. & c. solitæ. de maiorit. & obed. quę sunt uerba dantis iurisditionem & administrationem, quia nō datur pastor vniuersi sine iurisditione nec sine administratione, unde dicitur, ꝙ sententia pastoris siue iusta siue iniusta timenda est. c. sn̄ia. & c. timenda. 11. q. 4. patet per illud. 1. parali. 11. tibi enim dixit dominus Deus tuus, tu pasces populū meum Israel, & tu eris princeps super eum. & 2. regum. 5. ad idem 16. q. 1. prædicator, & 95. dist. c. esto subiectus. Vnde illa uerba Matth. 16. ego dico tibi ꝙ tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiā meā, & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis. &c. quia sunt futuri tp̄is, si dicantur verba promissionis & non executionis siue collationis potestatis, nō pōt negari quin sint maioris excellentiæ, ut dcit Abb. in capitulo translato. de constitutio. & Ioann. de Ligna. in capitulo significasti. de ele. & demonstratiua maioris authoritatis ei dandæ quam verba dicta apostolis Matth. 18. vbi dicitur amen dico uobis quæcumque alligaueritis super terram &c. tum quia non dixit alijs apostolis se daturum illis claues, tum etiam quia cum Christus alloqueretur omnes discipulos dicendo quem dicunt homines esse filium hominis, & postea vos autem quem me esse dicitis, solus Petrus respondit tu es Christus filius Dei viui. propter quod Christus respondit beatus es Simon bariona. & c. & ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcumque ligaueris super terram. & c. Ecce quod semper loquitur ad maiorem demonstrationem in singulari, & soli Petro, cum tamen omnes discipuli essent præsentes, uidelicet dicendo beatus es, item tu es, Petrus. & tibi dabo claues, & quodcumque ligaueris & cæt. nemini autem apostolorum umquam dixit Beatus es, et Matthæ. 18. cum loqueretur omnibus, & omnibus uel promitteret dare uel tūc cōferret potestatem ligandi & soluendi, non dixit & uobis dabo claues regni cœlorum nec beati estis, sed tantum quę alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo. cum tā soli Petro dixerit quodcunq; ligaueris sup terram erit ligatum & in cœlis, & quodcūq; solueris super terram erit solutum & in cœlis, & sic in numero plurali in cęlis cum tamen discipulis dixerit in cęlo in singulari. Vnde origenes super illud. 18. Matth. dicit. non dixit in cœlis sicut Petro sed in cœlo, quia non fuerunt tantę perfectionis sicut Petrus, loquendo

non

non de perfectione virtutis personalis sed de perfectione potestatis. Vnde dando summum episcopatum Petro dedit illi claues in cœlo visibili & inuisibili, & sic in cœlis, cæteris autem dedit claues in foro conscientiæ, quod est in cœlo inuisibili, non autem in foro exteriori, quod est in cœlo visibili. & sic in vno cœlo tantum, vt dicit Petrus de Palude in dicto trac. in 7. conclusione & 2. oppositione, & 2. arti. in octaua cōclusione. Item Petro dixit beatus es Simon Bariona & tu es Petrus, non tanquam interrogans sed affirmans, ad ostendēdum amplitudinem & præeminentiam dignitatis personæ & officij. Ac si dixisset, tu eris primus pastor & gubernator ecclesiæ, & tu es Petrus a petra hoc est a me Christo super quē fundata est ecclesia, & tu es Petrus hoc est firmus confessor nominis mei, & ego super hanc petram hoc est super hoc firmamentum, iuxta illud. 2. regum. 22. dominus petra mea & robur meum & saluator meus. petra. i. firmamētum, hoc est super me firmum & immobile ac indeficiens ecclesiæ firmamentum ędificabo ecclesiam meam. Et subiungit & tibi dabo claues regni cœlorum, quod est dicere fundata ecclesia eris vniuersalis eius gubernator habens claues aperiendi & claudendi, per traditionem enim clauium significatur traditio rerum sub custodia clauium contentarum, vt in l. clauibus. ff. de contrahen. emp. l. 3. ff. de acquiren. pos. Item nomine clauium designatur scientia & potestas, in ca. decreta les. 20 di. Item dicit claues vt compræhendatur clauis & ordinis & iurisditionis & omini moda potestas administrādi. Et subiungit & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis. quasi dicat postquam es Petrus & pastor & habens claues, quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis. Et signanter ponitur dictio & quæ copulat præcedentia ff. de lega. l. 2. ea. tamē adiectio. l. hæredi. §. gaio. ff. de fundo instruc. Item & declarat, vt in capitulo prudentiam circa fi. de offic. delega. Ioan. An. in capitulo accusatus de hære. in 6. Vnde cōiungendo & declarando pręcedentia, dicit. quodcūque ligaueris vel solueris in terra erit ligatum vel solutum in cœlis, ad demonstrandum potentiam plenitudinis potestatis. Et consideranda est contextura verborū, quia primo ponit confessionem quam fecit Petrus dicendo tu es Christus filius Dei viui, secundo ponit retributionem præeminentiam & demonstrationem amplitudinis dignitatis & potestatis, dicendo beatus es & dicendo tu es Petrus, acsi expresse dixisset nullus alius erit maior te. & est figura q̄ appellatur antonomasia, sicut cum dicitur poeta, intelligi de virgilio, & cum dicitur propheta intelligitur de Dauid. ac si dixisset tu es ille qui habebit omnimodam superioritatem & iurisditionē, administrationem & plenitudinem potestatis. Deinde subiungitur & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ecce cum loquitur de fundanda ecclesia, loquitur contemporaliter & simultaneæ de potestate Petri. quando autem loquitur alijs apostolis & dat eis potestatem ligandi & soluendi, nihil loquitur de præeminentia in ecclesia, vt ostendat quod non dabat illis immediate administrationem nec aliquam iurisditionem sicut Petro. Vnde quod subijcit & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis &c. Intelligitur in vtroque foro, videlicet in foro conscientiæ & in foro iudiciali, & de utraque potestate, uidelicet ordinis & administrationis. Non sic quando loquutus est apostolis Matth. 18. quibus nunquam dixit uobis dabo claues regni cœlorum, sed tantum dixit quæcunque alligaueritis &c. Quod tantum de potestate ligandi & soluendi in foro conscientiæ intelligitur, cum nec per præcedentia nec per sequētia uerba appareat quod intenderit aliquid di foro contentioso & iurisditionali, sed tantum de foro conscientiæ. Quinimo uerba præcedentia ibi in dicto 18. capitulo ostendunt quod loquebatur de potestatę ligandi & soluēdi in foro conscientiæ tātum, cum dicit si autem peccauerit in te frater tuus corripe ipsum inter te & eum solum. ecce ꝙ loquitur in foro conscientiæ & de denuntiatione euangelica, iuxta ea quæ ponuntur in ca. nouit de iudi. 2. q. 1. si peccauerit & capitulo cum ex iniuncto. de hęre. Cōfirmatur

113 † hoc, quia quando princeps concedit duo priuilegia, unum prius aliud posterius, secundum semper intelligitur saluo primo & saluo iure alterius. l. nec auus. C. de emanci. libe. Facit qđ dicitur in capitulo ueniens de priui. & in capitulo primo de rescrip. Cum ergo promissio facta apostolis in communi Matth. 18. sequuta sit promissionem factam Petro, Matth. 16. sequitur quod intelligitur concessa apostolis potestas sine p̄iudicio prius concessæ Petro, aliter non potest intelligi de clauibus iurisditionis sine detrimento Petri. Vnde oportet intelligere de potestate ordinis maxime cū non dixerit apostolis se daturū claues absolute & simpliciter non distinguēdo inter has uel illas sicut dixerat Petro. Vnde siue uerba dicta Petro Matth. 16. & similiter verba dicta apostolis Matth. 18 fuerint uerba p̄missionis siue collationis potestatis, oportet intelligere in Petro de vtraque potestate, ordinis & iurisditionis, in apostolis autem de potestate ordinis tantum, vt tollatur omnis contrarietas, & ne videatur dominus supremam administrationem & potestatis plenitudinem, quæ nō conuenit nisi vni dedisse pluribus. Inde est quod ecclesia solum Petrum depingit cum clauibus. & de solo Petro in eius oratione dicitur Deus qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus animas ligandi atque soluendi &c. Et soli Petro dicitur tu es pastor ouium princeps apostolorum, tibi traditæ sunt claues Regni cœlorum &c. Et ex hoc patet quod illud qđ voluit Petrus de monte in sua monar. in prin. in fi. 3. char. quod potestas iurisditionis & ordinis data fuerit apostolis p illud Matth. 18. non est verum simpliciter loquendo, quia tantum data est potestas ordinis. potestatem autem iurisditionis habuerunt per deriuationem a Petro, vt supra dictum est. Nec obstat quod tex. in capitulo noua de pœni. dicit claues in plurali, quia dicitur respectu effectus ligandi & soluendi. quod patet ex ijs quæ infra dico vbi pono an sit vna vel plures claues.

114 Vtrum † autem potestas fuerit data an promissa per illa verba Matth. 16. & apostolis Matth. 18. Doc. in capitulo translato de consti. & in capitulo significasti de elec. communiter videntur dicere quod tunc fuerit promissa & postea data, secundum aliquos in cœna quando fecit eos sacerdotes cum dixit, hoc facite id est potestatem faciendi accipite. quia si non erant sacerdotes, non poterant accipere potestatem ligandi & soluendi, vt in dicto capitulo primo in §. vna de summa trini. & de peni tent. dist. 1. capitulo quem pœnitet. nam sic etiam olim sacerdotes iudicabant inter lepram & lepram. capitulo per venerabilem qui filij sint legi. & Matthæi. 8. capitulo vade & ostende te sacerdoti, & Lu. 17. ite & ostendite vos sacerdotibus. Accedit quod quia in passione omnes apostoli peccarunt mortaliter Christum derelinquendo, omnes indigebant absolutione, & Petrus plus alijs quia ter eum negauerat. ideo Christus defecisset eis in necessarijs si non dedisset alicui potestatem absoluendi. Tancredus & Ioannes de ligna. dicūt quod per illa verba Matth. 16. potestas clauium fuit promissa. & ꝙ tunc Petrus fuit electus & per illa Ioan. vlt. pasce oues meas confirmatus. refert Cardin. in dicto capitulo significasti. Ista autem, quod data fuerit potestas per illud Matth. 16. probāt plura iura, in quibus allegatur illa authoritas Matth. ad ostendendum potestatem pontificalem, vt est in capitulo in nouo. 21. dist. & in capitulo sacrosancta. 22. dist. in capitulo loquitur. 24. q. 1. quæstione prima in capit. rogamus ea. cau. quest. 2. in capitulo quodcunque ea. cau. q. 1. cap. ad apostolicæ de re iudi. in 6. & in capit. solitæ de maio. & obedientia. Et clare videtur probare tex. 20. dist. in sum. ibi vnde Christus dicturus Petro quodcunque ligaueris super terram &c. prius dedit ei claues regni cœlorum. Ecce quod præsupponit datas esse, nō promissas. & tunc posset exponi dabo id est datas esse ostendo. ad hoc tex. in cap. ponderet. 50. distinct. & ita exponit Albe. in dictionario in verbo dabo. i. do. Aliqui autem volunt quod potestas fuerit data per illa verba Ioan. 20. accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quorum retinueritis retenta sunt. Sed his contradicit qđ sequitur ibi Thomas vnus de duodecim non erat cum eis qn venit Iesus. ex quo sequitur quod quod quia Thomas fuerat absens, illa verba non fuerunt ei dicta, & consequenter ipse non accepisset potestatem ligandi & soluendi. Aliqui autem volunt quod per dicta verba Ioann. 20. Christus dederit eis spiritum sanctum insufflando, nō tamen aliquam nouā potestatem ligādi & soluendi, sed quod declarauerit vsum potestatis in cœna eis datæ. vnde non dixit remitte & remittite & remittentur, sicut in cœna dixit hoc facite, sed dixit quorum remiseritis scilicet p potestatem quam habetis. sed quia perdiderant Spiritum sanctum quem in baptismo receperant dedit eis de nouo Spiritum sanctum vt digne absoluerent. In Petro autem communiter omnes dicunt Matth. 16. fuisse verba promissionis. & de hoc est tex. in capitulo audiuimus. 24. quæstione prima quæ fuerunt impleta post resurrectionem Ioan. vl. per verba pasce oues meas. Communissima omnium videtur illa quod tunc data fuerit Petro potestas pontificatus quando ei dixit dominus pasce oues meas, & quod tunc effectualiter fuerunt claues traditæ, vt dicitur in capitulo translato, de constitutionibus. & dicto capitulo licet ex suscepto in glos. magna de fo. comperen. & ibi Abba. & in capit. significasti de elect. & in ca. in nouo. 21. distin. probat tex. & glo. ibi in c. considerandum. 50. dist. & text. in c. fidelior. 50. distin. Idem sentit Hiero. qui super illud Matth. 16. vade post me Satana dicit hanc potestatem et ecclesiæ ædificationem sibi per Petrum in futuro promissam non prę senti datam esse. Item Chryso. super illud Lu. 22. facta est contentio dicit, credenda erat Petro populorum innumera multitudo.

titudo. ergo tunc non fuit data nec credita. Ad idē facit tex. & quæ ibi dicuntur in capitulo solitę de maio. & obe. & extrauagans vnam sanctam. Et hoc videtur ponere Innoc. & Hostien. in capitulo licet ex suscepto de fo. compe. & Archi. in capitulo vbi periculum in glos. magna in fin. de elec. in 6. & hoc etiam communiter tenent theologi. Ad quod Cardi. de Turræcre. in li secundo, in capitulo 72. & Archie. Flo. in 3. parte sum. ti. 23. capitulo 4. §. 4. & felinus qui allegat cōcordantes in capitulo translato in octaua column. in principio. de constitutionibus. Vide Cardinal. ibi & in capitulo significasti. de electione. Et vide supra vbi dicitur quod claues principaliter fuerunt datę Petro.

115 Vnde † in Petro duplex fuit potestas, vna ordinis alia administrationis, promissio potestatis ordinis facta fuit per verba tibi dabo claues, promissio autem potestatis administrationis per illa verba super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et primam recepit ante secundam, quia primam cum alijs apostolis quando Christus dixit ei cum alijs, accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis &c. Ioannis. 20. quia potestas retinendi vel remittendi peccata est potestas ligandi & soluendi, secundam vero quando dixit ei Dominus, pasce oues meas. Et licet hęc secūda data fuerit post potestatem ligandi & soluendi, an tunc esset sacerdos vel non, non refert, quia ista potestas pontificalis potest esse sine illa ordinis, quia quilibet electus in pontificem licet non sit sacerdos est verus papa. 23. distin. capitulo in nomine Domini. Vnde per illa verba & super hanc petrā ędificabo ecclesiam meam &c. Fuit pontificatus promissus.

116 Posset † tamen, licet sit contra sententiam omnium, quia multum conuenit cum verbis euangelij non improbabiliter dici, salua determinatione communi, a qua non recedo ne puter velle inniti proprio sensui, quod Petro fuerit datus pontificatus cum Matth. 16. dictum est ei, ego dico tibi quod tu es Petrus, idest quod tu es firmus in fide sicut petra, ut dicit tex. in authen. de defenso. ciui. in prin. & ibi notatur, & in capitulo non firmatur 24. q. 1. & ponit Archi. in capitulo fundamenta de elec. in 6. Vnde Aug. in sermone uigiliæ apostolorum Petri & pauli dicit. veracem Petrum petra fecerat, petra enim erat Christus. quia. n. firmiter asseruit Dominum filium Dei, audire meruit & ego dico tibi quod super hāc petram ædificabo ecclesiam meam, cuius tu eris rector, pontifex & administrator, quia a petra idest Christo tu diceris Petrus. 21. distinctione capitulo decretis, et glos. in capitulo ita dominus. 19. distinctione et ibi Archi. sicut a Christo dicitur christianus. Et de persona Petri petra etiam dici potest, sicut dicit tex. in capitulo fidelior. 50. dist. cum huius ecclesię ædificium in Christo petra erectum in Petri soliditate cōsistat et gubernetur, ut dicit tex. in capitulo ita dominus. 19. dis. et tex. in capitulo fundamenta de electione in 6. et bonus tex. in dicto capitulo fidelior, & in capitulo primo, de homi. in 6. Et quod Petrus per dicta uerba factus fuerit pontifex, probat clare tex. in capitulo in nouo 21. distinctione, et est tex. Anacleti, qui fuit apostolorum discipulus & papa ante clementem, ut patet ex histo. eccle. libro secundo. capitulo 14. et in capitulo sacrosancta eiusdem Anacleti 22. distinctione ibi ab ipso saluatore nostro primatum obtinuit sicut beato Petro apostolo dixit tu es Petrus &c. Et clarius in dicto capitulo in nouo, ibi a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo in ecclesia Christi pontificatus datus est, dicente domino ad eum tu es inquit. Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et si bene aduertatur, non respondet glos. ibi ad illum text. capitulo in nouo. & solutio quam dat Petrus de Palude in trac. de potestate collata Petro & apostolis in quinta conclusione cum dicit exponi debere datus pōtificatus id est promissus, impropriat literam quæ est clara, cum dicit quod per dicta verba tu es Petrus, Matth. 16. fuit datus pontificatus. Et si bene aduertatur, text. in dicto capitulo considerandum non obstat, quia verum est quod præferre disposuerat committendo pontificatus executionem, qa sciebat quod ante cōmissionem executionis pontificatus, se negaret. Et hoc confirmat tex. in capitulo fidelior quod sequitur ibi denique propter soliditatem deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait dominus tu es Petrus &c. Vbi innuit ꝙ tunc factus fuerit pōtifex.

117 Amplius † quod tunc Petro datus fuerit pontificatus, innuit ibi Chrisosto. cum dicit hic erigit cum pastorem. Extorquerentur autem similiter verba hæc si exponerentur erigit id est erigere promittit, sicut dicit Petrus de Palude in loco præallegato. Et idem Chryso. Lucæ. 22. quando facta est contentio, dicit quod creditę erat Petro claues regni cœlorum. clarum est autem quod illud fuit ante passionem. Et hoc probant omnia illa iura in quibus papa volens ostendere potestatem sibi datam in p̄sona beati Petri allegat illud Matth. 16. quæ si essent verba p̄missionis de futuro tantum, nō bene allegarentur, vt in capitulo ad apostolicæ de re iudi. in sexto. & vigesimaquarta quæstione secunda. legatur cum similibus. Sic etiam Moyses consecrauit Aharon pontificem & filios eius in simplices sacerdotes, & sic ab Aharon in alios postea deriuatus est pontificatus. Vnde dicit tex. in dicto capitulo in nouo quod post Christum a Petro cœpit sacerdotalis ordo. quod exponitur id est pontificalis, sicut exponitur in simili tex. in capitulo solennitates de consecra. distinctio. prima. Vnde Petro a Christo primo pontificatus datus est & a Petro alijs, vt supra dictum est. Quapropter idem fuit dicere tu es Petrus, quod dicere tu es pontifex, rector, præses, ductor, gubernator, & administrator huius ecclesiæ. Et licet per dicta verba fuerit factus pontifex, tamen exercitium huius iurisditionis pontificalis & potestatis & gubernij erat futurum cum super se petrā id est Christū fundata foret ecclesia. & ideo post passionem & resurrectionem, quia medio tempore Petrus Christum negauerat, dicitur iterum ei ter, Ioannis vltimo. petre amas me sicut ter eū negauerat, & post Petri responsionem tu scis domine quod amo te, ilico dixit dominus pasce oues meas. ac si dixisset ministra iam & guberna pontificatum alias tibi datum, qa iam ecclesia fundata est, & consummata sunt omnia in passione mea, & guberna populos. & sic tūc demandata est executio. Et hoc demonstrant illa verba Matth. sextodecimo. ædificabo ecclesiam meam, antequam enim esset ædificata non poterat gubernari. & tibi dabo claues, videlicet quādo eccclesia erit fundata, & tūc quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis &c. Ante passionem autem pōtifex & gubernator erat Christus, vt inquit Apostolus ad Hebræos 4. habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei teneamus spei nostræ confessionē. & ad Hebræos quinto. sic & Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret. & ad Hebræos. 9. Christus assistens pōtifex futurorum bonorum &c. Quinimo ipse est princeps pastorum. primæ Petri. 5. & pastor ecclesię capitulo testes. §. ecce, secunda quęstione septima. capitulo in scripturis octaua quæstione prima Et ideo non conueniebat dare alteri administrationem pontificatus quem tunc per se administrabat. Vnde licet per dicta uerba Petrus fuerit factus pontifex, non tamen Christo viuente administrauit.

118 Et si dicatur † ergo fuissent duo pontifices eodem tempore, vnus administrans Christus, & alius sine administratione Petrus. respōdetur non esse absonum quod Christus qui fundabat ecclesiam certus de sua passione futura, ne relinqueret post mortem & ascensionem suam ecclesiam sine capite & pastore, eligeret primum pontificem qui post eum administraret & iurisditionē exerceret. Ad quod facit quod videtur illo exēplo postea Petrus putasse sibi licere eligere clemētem in suū successorem, vt in capitulo si Petrus, octaua quæstione prima. Et satis suadet ratio quod quando Petrus confessus est Christum esse filium Dei tunc Christus dederit ei pontificatum, & promiserit se daturum ei potestatem maiorem quā cæteris, dicendo & tibi dabo claues regni cęlorum. ac si dixisset tibi soli dabo omnem potestatis plenitudinem clauium, tam iurisditionis quam ordinis, alijs vero apostolis potestatem ordinis tantum designatam per illa verba Matthæ. decimooctauo, quæcunque allegaueritis &c. Et sic potest intelligi text. uigesimaquarta quæstione prima. capitulo audiuimus, & doctores qui dicunt illa uerba Matthæi. 16. tibi dabo claues fuisse verba promissionis executionis omnimodę potestatis pontificalis, non quod per præambula verba, & ego dico tibi quod tu es Petrus, nihil tunc fuerit Petro concessū, quia cum sint verba prę̄sentis temporis, denotant designationem & traditionem dignitatis tempore prolationis uerborum. l. cum ad præsens. ff. si cer. petatur. Et sic posset pro concordia dici quod tunc tempore illorum verborum fecerit eum pontificem. Et hoc ostendunt omnia iura loquentia de principatu dato Petro, quæ allegant semper illa uerba Matthæ. sextodecimo tu es Petrus & super hanc petram &c. Vt in capitulo ita dominus. 19. distinctione & in capitu. in nouo vigesimaprima distinctione & capitulo sacrosancta vigesimasecunda distinctione & capit. rogamus vigesimaquarta quæstione prima Et cum loquuntur de executione, allegant illud Ioannis vltimo pasce oues meas, vt in capitulo in scripturis octaua quæstione prima in cap. solitæ de maioritate & obedientia, & in extrauaganti vnam sanctam, & in epistola inter claras cū similibus.

119 Vnde † videtur quod tūc creauerit Petrum summum pontificem quando dixit tu es Petrus, & executionem commiserit quando dixit pasce oues meas, & quod in cęna factus fuerit sacerdos cum alijs apostolis, quib. data est potestas ordinis Matthæ. decimooctauo, & executio potestatis ordinis post passionē, Ioanis vigesimo. cū dominus insuflauit dicens accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata. &c. quam potestatem ordinis etiā. Petrus simul cum aliis pari consortio recepit. d. cap. in nouo

21. distinctione & in hoc dicuntur fuisse pares, quod intelligitur in executione authoritatis non in authoritate regiminis, ut dicit S. Thom. ad Gala. 2. lec. 3. Facit etiam text. in cap. loquitur. 24. q. 1. Et per istum intellectum concordantur omnia, quia illi qui dicunt quod per illa verba Matth. 16. fuerit promissus pontificatus, verum dicunt respectu plenitudinis potestatis & executionis & perfectionis, sed respectu designationis creationis & electionis, in papam non dicitur promissus sed datus pontificatus, & verba ibi hoc sonant, quorum aliqua sunt præsentis temporis, vt illa tu es Petrus, aliqua futuri, vt illa ædificabo ecclesiam & tibi dabo claues, &c. Quādo autem fuerit Petrus consecratus in episcopum Alex. 15. distin. in sum. videtur velle ꝙ per illa verba Ioann. vlt. pasce oues meas, & quod tunc fuerit factus episcopus. Vnde secundum eum resultat quod primo in cœna simul cum aliis apostolis factus fuerit sacerdos, & postea Ioan. vlt. creatus & cōsecratus in episcopum. Sed posset attentari, salua Roma. ecclesiæ determinatione, quod Matth. 16. cū dictum est ei beatus es Simon Bar iona & ego dico tibi quod tu es Petrus, tūc per dicta, verba propter confessionem per eum factam dominus fecerit eum beatū & summū & pontificem eundem tūc consecrando, & quod tunc propter excellentiam potestatis quam in sacramentis habuit Christus rem sacramenti sine sacramento cōtulerit dicendo tu es Petrus: Et quia Christus primo dixit Petro beatus es, non immerito ex hoc etiam, & cæteri Romani pontifices dicuntur beatissimi patres. Et maxime ostendit hoc vis, & vehementia verborum, & ego dico tibi. ac si dixisset ego Deus tuus quem tu confessus es, dico tibi quod tu es Petrus, quod est dicere facio te summum caput, principalem patrem seu pastorem & supremū episcopum, per quæ videtur, quia Dei perfecta sunt opera, tunc fuisse consecratus a domino in episcopum, & per hoc factum beatum. Et quod eodē tempore fuerit creatus, & ordinatus, & consecreatus in episcopū, innuunt illa iura. c. in nouo. & c. sacrosancta, & tex. in c. decretales. 20. distin. & clarius text. in capit. quodcunque. 24. quæstione 1. & cap. loquitur, ibi super vnum ædificat ecclesiam, & capitulo rogamus, & eadem cā

120 quæstione 2. cap. 2. Nec est† absonum, quia tenet collatio ordinis episcopalis etiam si ordinatus non sit sacerdos, vt tenēt magis communiter Doc. in c. unico. de cle. per sal. promo. tenendo quod episcopatus sit ordo, licet non recipiat episcopalis ordinis executionem antequam fiat sacerdos, ut in capitulo ex literis. de exces. prælat. & dicunt doctores in dicto capitulo vnico. Vnde cum Christus executionem dignitatis pontificalis differret vsque ad ędificationem ecclesiæ quam super se petram 1. ad Corinth. 10. de consecrat. distinct. 2. reuera & capitulo in calice, & de pœnit. distinctione. 3. in salicibus, erat fundaturus, quod fuit in passione eius perfectum, et conseruaturus in Petri soliditate. cap. ita dominus. 19. distinctione, & c. fidelior. 50. di. nō fuit absonum quod Petrus creatus, et consecratus fuerit episcopus et papa per verba tu es Petrus Matth. 16. et postea factus sacerdos in cęna cum alijs apostolis, et quod demandata fuerit ei pastoralis officii executio Ioann. ult. per verba pasce oues meas, et hoc proprie sonant verba. Vel potius posset dici quod creatio electio siue designatio eius in pontificem facta fuerit Matth. 16. quando dominus dixit ei tu es Petrus, consecratio autem in cęna in qua omnes fuerunt facti sacerdotes. Quia enim vnus solus erat pontifex verisimile est in tanta sacramentorum ordinatione etiam Petrum fuisse ordinatum, id est consecratum in episcopum, cum alibi non legantur verba designantia consecrationem, et uerba Ioann. ult. sonant magis executionē, cū dicit imperatiue pasce oues meas, quod pascere spectat ad eum qui iam est factus et consecratus in episcopum. Et notādum est quod Matth. 16. prius Christus uocauit Petrum Simonem et postea mutauit ei nomen, dixit enim beatus es Simon Ber iona et ego dico tibi quod tu es Petrus, ac si dixisset non es ulterius Simon, sed mutato nomine quia factus es pontifex uocaris Petrus. Ex quo dicit glo. in procęm. 6. quod hac ratione, quia fuit mutatum nomen Petro etiam hodie mutatur nomen pontificibus cum asumuntur ad pontificatum. Quapropter dicitur quod Roman. pontifex uicem Petri gerit, ut in c. per uenerabilem qui filij sint legit. unde Matthæus in euangelio sæpius dicit Simon qui dicitur Petrus, ut patet in quarto et 10. capitulo quasi dicat, olim Simon nunc tempore scripturæ euangelii dicitur Petrus, quod exponit Beda in dicto quarto capitulo id est agnoscens. agnoscere autem proprie est adire. l. puberem. C. de iure deli. quasi pontificatum capiens. Item Petrus latine et grecę idem significat quod cephas syriace, ita dicit glo. super illud Matthæi 10. primus Simon qui dicitur Petrus. Idem gl. super illud Marc. 3. & imposuit Simoni nomen Petrus, & ibi subiungit quod Deus voluit Petrum prius alio nomine vocari vt ex mutatione nominis viuacitas sacramenti notaretur. Vnde & glo. Hieron. ibi dicit, de obedientia ascendit ad agnitionem. Et Ioann. 1. gl. Nicolai dicit quod nomen Simon interpretatur obediens, ideo dicitur transire de obedientia ad agnitionem quia vt dictum est Petrus dicitur agnoscēs. Vnde ibidem super illud tu vocaberis cephas, dicit glo. interli. nondum ponit nomen sed præsignat. quasi dicat quod erat futurus Capitaneus, & euangelista, ibi dicit quod cephas interpretatur Petrus. Vnde de Simone hoc est obediente factus est Cephas seu Petrus. i. agnoscens, & fundamentum, & fidei soliditas, quod fuit Matth. 16. cum dictum est ei, ego dico tibi quod tu es Petrus. Et hoc designat glo. Nicolai super illud tu vocaberis Cephas Ioann. 1. quæ plus dicit quod mutatio nominis a Deo facta, semper facta est ex aliqua gratia speciali quam a Deo consecutus est ille cuius nomen mutatum est, ut patet gene. 32. ubi Iacob vocatus est Israel, & de Abraham gene. 17. Vnde primo fuit Simon obediens, postea Cephas seu Petrus. i. agnoscens quando datus est ei pontificatus. agnouit enim plenitudinem potestatis in vniuersali ecclesia, hoc est adiuit seu suscepit pontificatum, sicut proprie agnoscere hæreditatem est adire hæreditatem, ut in d. l. puberem de iure deliber. Beda tamen, & refert Alexand. de Ales, super illud Ioann. 1. uult quod Petrus non dicatur agnoscens quia agnouerit messiam, cum Andræas frater eius ante ei dixerit inuenimus messiam. Et Aug. Ioann. vlt. dicit Petrum dictum esse a petra sed non negat Augu. quin etiam interpretetur agnoscens, potest enim idem vocabulum plures habere significatus. Et aduertendum est quod Ioann. 1. dictum est Simon Ioānis tu vocaberis Cephas, quod interpretatur ibi euangelista Petrum, propter quod considerandum est quod dicit vocaberis In futuro cephas, quod factum agnoscimus Matth. 16. cum dominus dixit ei tu es Petrus. Et sic patet quod tunc fecit eum primum, & consequenter pontificem. Quod videtur innuere August. super illud Ioann. 1. cum dicit. magnum quod mutauit ei nomen & fecit de Simone Petrum, Petrus autem a petra, petra vero ecclesia, ergo in Petri nomine figurata est ecclesia, & consequenter caput & pastor ecclesiæ designatus est secundum August. Vnde primus tenuit episcopatum Ierosolymis, exercendo quæ episcopalis ordinis esse iudicātur, ut legitur. 1. 2. & 3. act. post hoc fuit episcopus Antiochiæ, vt legitur ad Gala. 2. deinde Romæ, vbi ipse scripsit primam epistolā, vt patet ex fine eius cum dicit salutat vos ecclesia quæ est in Babylone. quæ accipitur pro Roma secūdum Bedam & Hier. & dicit glo. ibi. Licet reppererim quod quidam Marsilius de Padua, quem credo fuisse illum damnatum, voluit Petrum non præfuisse Romæ, quod falsum est, vt ostendit Hironym. in lib. de vi. illus. & probat tex. in capit. hæc est fides. 24. q. 1. & nullus eorum qui scribunt de vitis pō-

121 tificum hoc negat. Quare† autem potius Petro quam Ioanni qui erat virgo datus fuerit pontificatus & primatus ecclesiæ, ponit Hieron. in lib. 1. contra Iouinianum. ubi etiam ponit de primatu Petri. Sed quia communiter tenetur quod dicta verba Matth. 16. fuerint promissionis, & quia medio tempore intercessit negatio per Petrum facta ex quo posset forte argui se reddidisse indignum pontificatu, tutius videtur tenendum quod per illud Ioann. 21. pasce oues meas factus fuerit pontifex, licet & ad hoc quod medio tempore negauit Christum, &c. idem possemus dicere de alijs apostolis, q ante passionem in cœna fuerāt ordinati sacerdotes, scilicet quod reddidisset se indignos. Et ex his apparet clare quomodo papa est maior concilio, quia si vt dictum est dignitas episcopalis est immediate a Petro, & iurisdictio episcopalis descendit a Petro, ut in capitu. ita dominus. 19. distinctio. quod etiam ultra allegatos dicit Pau. de Cast. consil. 280. incipit in facto præsenti. Episcopi autem qui sunt in concilio non habent aliam iurisdictionem quam descēsiue a papa, sequitur ergo quod concilium quod consistit ex ipsis episcopis, sit minus papa. l. solent cum simil. ff. de offic. procon. capit. dudum

122 de præben. in 6. Quare autem Petrum tunc præposuerit, & pontificatus executionem usque post passionem demandare distulerit, vide text. in cap. considerandum & in capit. fidelior. 50. distinct. Item quia non erat conueniens quod quandiu Christus per se ecclesiam regebat, alium præponeret, & duo insolidum pōtificatum gubernarent, cū non nisi unus possit esse papa, ut 7. q. 1. capit. factus est Cornelius. & Ioann. 10. erit unum ouile & vnus pastor. glos. in clem. ad nostrum de hęre. probat tex. 79. dist. cap. si duo. Nec est absonum quod cum ante passionem in pontificem elegerit, cum, & petrus ante mortem sibi Clementem in successorem elegerit. 8. q. 1. si Petrus vt supra dixi.

123 **Non obstat** † præmissis illud Matth. 12. & Lu. 11. ipsi iudices vestri erunt, quod dixit Christus Iudęis de apostolis, & illud Psalm. 44. pro patribus tuis nati sunt tibi filii, cōstitues eos principes super omnem terram, ut sic immediate videatur data iurisdictio apostolis a Christo. Quia illud intelligitur de iudicio vniuersali in quo constituti sunt iudices totius mundi ad iudicandum simul cum Christo sicut assessores, iuxta illud Matth. 19. cum sederit filius hominis &c. Vel secundum glos. Nicolai ibi constitues eos principes scilicet in spiritualibus, quia cōstituti sunt episcopi per diuersas orbis partes. Quod factum fuit per Petrum, ut in cap. in illis. 80. dist. Papæ autem potestas est a Deo immediate, vt supra dictum est. cap. nouit. de iudi. 7. quæst. 1. capit. remoto Nam sacerdotium fuit trāslatum de Aharon, in Christum & a Christo in Petrum, ut notatur in cap. trāslato. de consti. & probatur in d. cap. in nouo. 21. dist. Igitur quia potestas papę est immediate a Deo, & dignitas episcopalis a Petro, item quia Petrus constitutus est princeps & caput uniuersalis ecclesię, vt in c. loquitur. 24. q. 1. c. sacrosancta. 22. di. & in c. in nouo. 21. di. & supra dictum est, & hoc tam a Christo quam etiam ab ipsismet apostolis. cap. in nouo. & d. cap. sacrosancta. sequitur quod postquam apostoli semel transtulerunt primatum in Petrum, etiam si ei datus non fuisset a Christo iam non posset ecclesia ab eo ultra dictum primatū auferre, ut in §. sed quod principi, instit. de iure natura. gen. & ciui. tum etiam quia omnis iurisdictio episcopalis deriuatur a Petro & a Romanis pontificibus Petri successoribus. ut supra clare ostensum est, negari non potest quin papa sit maior episcopis ex quibus consistit concilium, omne enim agens inquantum agens nobilius est passo, inquit. Sanct. Thom. in 1. par. quęstio. 79. artic. 2. ad 3. argument. Vnde dicit Bernar. ad eugenium in li. 2. de considerat. post medium. age indagemus diligentius qui sis, quam geras pro tempore personam in ecclesia Dei. quis es, sacerdos magnus, summus pontifex, tu princeps episcoporum, tu hæres apostolorum. tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine melchisedec, dignitate Aharon, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem, & alii cęli ianitores & gregū pastores; sed tu tanto gloriosius quanto & differentius utrunque præcæteris nomen hæreditasti. habent illi sibi asignatos greges singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus, nec modo ouium sed & pastorum tu unus omnium pastor &c.

Sed præmissis (videlicet quæ dicta sunt de tempore pontificatus Petri) videtur obstare quod si ex designatione & mutatione nominis arguere uolumus Matth. 16. datum pontificatum, obstat quod Io. vlti. quando dixit ei Christus pasce oues meas non uocauit eum Petrum, sed vocauit eum Simonem Ioannis. ex quo videtur quod non erat adhuc pontifex factus, quia non vacauit eum Petrum. Item secundo obstat illud Marci. 3. & imposuit Simoni nomen Petrus, & tamen illud fuit in prima vocatione. & sic videtur quod dominus diu antequam Matth. 16. dixerit tu es Petrus mutauerat ei nomen. Sed ad hoc posset responderi quod ut supra dictum est & in ueteri & in nouo testamento nominis mutatio facta a Deo, semper designauit aliquam specialem gratiam quam quis consequebatur, & ideo non sine mysterio Ioan. ultimo etiam cognomine alio Petrum nominauit dominus, sed ad ostendendum gratiam quam consequuturus erat de administrando pontificatu cuius executio nondum fuerat ei demandata. Ad quod sciendum est quod Ioannes interpretatur in quo est gratia siue gratia domini, vt dicit beda super illud Marc. tertio, & Ioannem fratrem Iacobi. ut igitur ostenderet dominus quomodo demnabat ei executionem & plenitudinem potestatis pōtificatus, vocauit eum simonem Ioannis. Sicut enim primo quando designauerat & elegerat eum in pontificem appellauerat eum Petrum, id est agnoscentem, sic & modo vocat eum Simonem Ioannis id est obedientem domini gratia pascere debentem oues, hoc est uniuersalem ecclesiam. ac si dixisset obediens gratia domini pasce oues meas. Nec cōueniebat tunc vocare eum Petrum, quia cum nomen Pe- esset ei datum loco proprii nominis, illi non poterat conuenire cognomen Ioannis, quia non erat verum dicere quod esset Petru Ioannis, quia post nomen pontificatus superinductum non dedit ei aliquod cognomen neque parentis neque familię, & proprerea semper in bullis papalibus post nomen pontificatus sub sequitur seruus seruorum Dei, vt exempli gratia Iulius episcopus seruus seruorum Dei. Vnde ideo non nominauit eum sub nomine pontificatus, quia non erat conueniens quod ille a quo receperat pontificatum & a quo debebat accipere omnem potestatem iurisditionis & ordinis, & executionem regiminis & administrationis, plenitudinis potestatis, vocaret eum nomine pontificatus & reuerentiæ siue superioritatis, cum enim esset Christi vicarius, licet papa, erat ipso inferior, & vocare papam sub nomine pontificatus, est proprium inferioris, & subditi, & non superioris.

Non obstat illud mar. 3. quia non dicitur ibi quando dominus imposuerit Simoni nomen Petrus, nec dicitur quod in actu vocationis mutauerit ei nomen. Et licet ibidem mar. 3. etiam Ioanni & Iacobo mutauerit nomina & imposuerit eis nomina Boanerges quod est filij tonitrui, non obstat, quia nusquam reperitur hoc dictum in traditione alicuius dignitatis vel præeminentiæ si-

124 cut in Petro. Et ad† confirmandum quod tunc Petrus factus fuerit papa Matth. 16. per illa verba tu es Petrus, do vnam rationem cui cum difficultate potest responderi. Clarum est quod omnes probant primatum Petri inter cætera ex hoc quod Petro primo dictum fuit quodcunque ligaueris super terram, vt in capit. rogamus. 24. q. 1. & in capitulo sacrosancta. 22. dist. & in cap. solitæ de maio. & obedien. Ex quo ait. S. Tho. in 4. sen. distin. 24. q. 3. arti. 2. quæstiun. 3. ad 1. argu. quod quamuis omnibus apostolis data sit communiter potestas ligandi & soluendi, tamen vt in hac potestate aliquis ordo significaretur primo soli Petro data est, vt ostendatur quod ab eo in alios debet ista potestas descendere. Si autem diceremus tunc non fuisse ei datum pontificatum, & omnia illa verba fuisse tantum verba promissionis, sicut & quando dixit omnibus apostolis Matthæ. 18. quæcunque alligaueritis &c. Quæ ēt dicuntur fuisse verba promissionis, sequeretur quod non esset verum potestatem fuisse prius datam Petro singulariter quam alijs apostolis. imo sequeretur quod prius data fuisset omnibus apostolis simul quam soli Petro, quia prius fuerunt dicta illa uerba accipite Spiritum sanctū quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Ioann. 20 q̄ fuerunt verba dispositiua & datiua potestatis & dicta omnibus apostolis simul absente Thoma solo, quam verba dicta Petro pasce oues meas Ioann. vl. Et sic non prius fuisset data potestas Petro tanquan capiti sed simul cum apostolis. Et sic illa argumentatio a prioritate nō esset bona, quia non esset verum quod prius fuisset data potestas Petro quam alijs apostolis. Vnde videtur vera conclusio quod per illa verba tu es Petrus fuerit designatus, electus, creatus, & factus pontifex & papa, sed claues pontificatus non fuerunt ei tunc datæ sed tātum promissæ, cum tunc ipsemet Christus administraret, quod probat text. ibi cum sequitur & tibi dabo claues regni cœlorum, quasi dicat suis loco & tempore dabo exercitium administrationis pontificalis potestatis, licet vt dixi communiter teneatur quod fuerint verba promissionis, & quod deinde consecratus fuerit in episcopum cum cęteris alijs apostolis in cœna, ubi data est ei potestas ordinis simul cum alijs apostolis & postea huius potestatis executio Ioannis. 20. sed apostoli fuerunt tantum ordinati sacerdotes, sed Petrus cōsecratus episcopus in cœna, quia non legitur quod aliquis alius apostolus a Petro factus fuerit a Christo episcopus immediate, sed mediante Petro. quod probat text. in capit. porro. 66. dist. & ponit Petrus de Palu. in dicto trac. postea autē data est plenitudo potestatis in iurisditionalibus gaberniū, præfectura, administratio, & exercitium vsus & executio omnimodæ potestatis tam iurisditionis quam ordinis Ioan. vl. per illud pasce oues meas. Pro quo etiam cōsiderandum est quod ibi Matth. 16. Christus cum dixit beatus es Simon bar Iona, nō dixit eris. & subiungit q̄a caro & sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui est in cœlis. quod est dicere caro & sanguis nō reuelauit tibi hanc veritatem quod sum Christus filius Dei, caro & sanguinis non reuelauit tibi quod esses pontifex & vniuersalis pastor ecclesiæ, sed pater meus q̄ est in cęlis, quia a Deo veniunt inspirationes rerum spiritualium, & a Deo datur pontificalis dignitas, vt in capitulo nouit de iudi. & non secundum carnem, nobilitatem sanguinis siue potentiam, vt in capitulo venerabilis de præben. Et deinde subiungit. & ego dico tibi quod tu es Petrus. Et si dicatur quod si dicta verba tu es Petrus sunt tributiua & datiua siue designatiua pontificatus, sequeretur quod statim potuisset administrare & exercere iurisditionem, quia cum papa est electus statim potest administrare, vt 23. dist. cap. in nomine Domini, & dicitur in capit. licet de elec. sicut & quilibet alius episcopus electus & confirmatus potest ea quæ sūt iurisditionis sed non ordinis. capitulo transmissam de elec. responsum est supra quod non erat conueniens quamdiu Christus per se præerat & administrabat ut daretur alius q̄ similiter pręesset & administraret. Item etiam potest respōderi quod dominus sciebat Petrum se negaturum & sic nō esse mansurum omnino firmum in fide, & postea ipsum pœnitentiam acturum & in fide firmum mansurū, & ideo non fuit ante passionem ei demandata omnimoda potestas & exercitium, quia potuisset ei dici quod per negationem perdidisset pōtificatum. ad hoc est quod dicitur de Marcellino & sixto in c. nunc autem. 21. dis. Nec est absonum ꝙ interdū quis habeat dignitatem sine administratione, vt in l. decurionibus ibi glosa C. de silen. lib. 12. Et propterea etsi fuit dilata pote-

potestas administrandi, cū dictū est indefinite, & tibi dabo claues, quas claues dominus nec dedit nec dixit se itē daturum aliis, licet fuerit eis data potestas ligandi & soluendi, Petro soli, vt principali datæ sunt claues gubernandæ, & non alijs. Sed videtur his obstare text. in capitulo fidelior. 50. distinct. ubi dicitur fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit atque ideo maiorem gratiam repperit quam amisit, tamquam enim bonus pastor tuendum gregē accepit. Ex quo apparet quod post negationem factus fuerit pontifex, cum post negationem tuēdum gregem acceperit, & sic non ante passionem, tunc videlicet quando dixit ei dominus tu es Petrus Matth. 16. Sed si bene inspiciatur, ille tex. magis facit pro, quam contra, quia non sine mysterio dicit maiorem gratiam repperit quam amisit tamquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit. nam ex hoc sequitur ex quo eum appellat pastorem, quod ante erat pastor quam negaret, & quod erat pastor sine exercitio, quia ante nō erat ei datum gubernare & tueri gregem, sed postquam negauit repperit maiorem gratiam, quia demandata est ei omnis administratio tuendi & pascēdi gregem dominicum, per illud Ioann. vltim. pasce oues meas. Et hoc ostendunt verba quæ sequuntur in text. videlicet vt qui sibi infirmus fuerat fieret omnibus firmamētum. Infirmus pastor fuerat Christum negando, ideo post reuersionem factus firmamentum, gubernādum & tuendum gregem suscepit & sic executionem po-
125 testatis pontificalis. Et † deinde subiungit & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quod nonnulli intelligūt dictum de Petro, ut innuit tex. in cap. fidelior. 50. distin. & est text. Ambros. in lib. 1. homiliarum. Et probat tex. in cap. quoniam vetus. 24. q. 1. et Hieron. super illud Matth. 16. dicit in commen. tu mihi dixisti tu es Christus filius Dei uiui, & ego dico tibi sermone non casso & nullum opus habente, sed dico tibi quia meum dixisse, fecisse est, quod tu es Petrus, sicut enim apostolis donauit vt lumen mundi appellarentur, &c. a domino sortiri sunt vocabula, ita & Simoni qui credebat in petram Christum, petræ largitus est nomen, ac secundum metaphoram petrę dicitur recte ei ędificabo ecclesiam meā super te. Item & beatus maximus in sermone apostolorum Petri & Pauli qui incipit gloriosissimos Christianę fidei principes dicit. hic est Petrus cui Christus dominus communionem nominis libenter indulsit. vt enim sicut apostolus Paulus edocuit, petra est Christus, ita per Christum Petrus factus est perra dicente domino tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Item theophilus super illud Lu. uigesimasecundo. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos dicit, hoc enim decet te qui meum robur es & petra ecclesiæ. Item leo in sermone 3. ordinationis suæ ad illud Matth. 16. & ego dico tibi dicit. idest quia ego sum inuiolabilis petra, ego lapis angularis qui facio utroque unum ego fundamentum preter quod nemo potest ponere aliud, tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Item Augus. in 5. sermone apostolorum Petri & Pauli dicit, Petrus audire meruit amen dico tibi quod tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam, dignus quidē qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, Clauis ad regnum. Et orige. super illud Matth. 16. vide quantam potestatem habeat petra super quam ædificatur ecclesia, vt etiam iudicia eius maneant firma quasi Deo iudicante per eam. Item Au. in lib. retract. c. 2. dicit. dixit in quodam loco de apostolo Petro quod in illo tanquam in petra ædificata sit ecclesia, verum postea dicit se alibi nomine petræ Christum intellexisse, & tandem defert iudicium lectori vtra sententiarum sit probabilior. Ex his Ricardus archiepūs armachanus in summa de quæstionibus armenorum lib. 7. cap. 11. dicit quod illa uerba super hanc petram, si bene attendatur textura uerborum intelligūtur de Petro. Et istam opinionem sequutus est Card. de Turrecrem. in 2. lib. capit. 19. Quod repugnat aliquibus supradictis, cum dictum est quod petra erat Christus qui in sua passione sanguine proprio ecclesiam fundauit, quod etiam dicitur in epistola Athanasij & aliorum episcoporum in concilio Alexandrino congregatorum ad fœlicem papā, ibi, & sicut in Christo Christiani sic & in petra idest Christo renouantur ecclesiæ, tu es sicut diuinum veraciter testatur eloquium Petrus. & super fundamentum tuum ecclesiæ columnæ id est episcopi qui ecclesiam sustinere & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claues regni cœlorum commisit. &c. Sed mihi videtur quod si attendatur textura verborum, proprie intelligitur de Christo, qa dicit & ego dico tibi quod tu es Perrus & super hāc petram, non dicit super te petram ædificabo ecclesiam meam, alioquin frustra diceretur Petrus a Christo petra, vt dicit ibi glo. ordin. tu es Petrus a me petra, ita tamen vt mihi retineam dignitatem fundamenti. Et Grego. in epistola ad syracusanum episcopum, quis nesciat sanctam ecclesiam in apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine vt Petrus a petra vocaretur. Item apostolus. 1. ad Corinth. 10. dicit. petra autem erat Christus. de pœnit. dist. 3. in salicibus. de consecrat. dist. 2. cap. reuera. & capit. in calice. Et August. in sermone. 13. de ver. do. super illud Matthæ. 14. de Christo ambulante super aquas maris inquit tunc ei dominus, ait beatus es Simon Bar iona quia non reuelauit tibi caro & sanguis sed pater meus qui est in cœlis, deinde addidit & ego dico tibi, tamquam diceretur quia tu dixisti mihi tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi quod tu es Petrus, Simon quippe ante uocabatur. hoc autem nomen ei ut Petrus appellaretur a Domino impositum est, & hoc vt ea figura significaret ecclesiam, quia enim Christus petra, Petrus populus Christiauus, petra enim principale nomen est, ideo Petrus a petra, non petra a Petro. quomodo nō a Christiano Christus sed a Christo Christianus vocatur, tu es ergo inquit Petrus, & super hanc petram quam cōfessus es, super hanc petram quam cognouisti dicēs tu es Christus filius Dei viui, ędificabo ecclesiam meam i. super meipsum filium Dei viui ædificabo ecclesiam meam, super me ædificabo te, non me super te. nam volētes homines ædificari super homines dicebant ego quidem sum Pauli, ego autem apollo & cæt. & aliqui qui nolebāt ædificari super Petrum sed super petram dicebant ego autem sum Christi. Et paulo post. idem ergo Petrus a petra cognominatus beatus, ecclesiæ figuram portās, apostolatus principatum tenens &c. Et idem Ioann. vlt. dicit non super Petrum sed super petram Christum ędificatam esse ecclesiam. Et glos. Nicolai Matthæ. 16. super illud & super hand petram, dicit, scilicet quam confessus es. i. super Christū. Et inde est quod Christus dicitur caput & principale fundamentum ecclesię, ut ponit Sanct. Thom. in 3. parte. q. 8. ar. 1. & tex. in cap. 1. de sacra unc. & in clem. 1. de iureiur. unde dicit apostolus primæ ad Corinth. 3. & text. in cap. fi. pe presbyt. non bap. & text. in clem. 1. iuncta glo. de summa trin. & text. 1. quæstio. 1. cum Paulus, quod fundamentum aliud nemo post ponere pręter illud quod positum est quod est Christus Iesus, & dixi supra in 5. argum. pro ista parte, Petrus vero secundarium. Et sic intelliguntur iura quæ innuunt Petrum ecclesię fundamentum, ut in cap. fidelior. 50. dist. & in capit. quoniam vetus. 24. q. 1. Sępius tamen iura dicunt in Petri solidatę firmatam ecclesiam, vt in capitulo ita dominus. 19. distinctione. & in capitulo primo. de homi. in 6. & in capitulo fundamenta. de elect. eod. lib. cum simil. Vnde glos. in clem. 1. & cardin. ibi de summa trin. dicit quod fundamentum sumitur multis modis. Sic in proposito in ecclesia primum fundamentum est Christus, qui super se petram fundauit ecclesiam, deinde fundamentum secundo est in Petro & hodie in papa. Nec potest prætendi fundamentum in ipsamet ecclesia vniuersali, quia esset suiipsius fundamentum, quod dicere esset ridiculum. Et ita dicit Moder. Aret. in sua Monarch. char. 70. Tertio fundamentum ecclesiæ est in Apostolis, iuxta illud psal. 86. fundamenta eius in montibus sanctis. quod glo. exponit. i. in apostolis, & idem text. in capit. fundamenta in prin. de elect. in 6. Et Nicol. super illud 1. ad Corinth. 3. fundamentum enim nemo aliud potest ponere. &c. respondendo ad illud Apoca. 21. ubi dicitur quod 12. apostoli sunt duodecim fundamēta ciuitatis Dei per quam intelligitur ecclesia, dicit, quod fundamentum potest dupliciter capitu. uno modo proprie, quod est illud quod habet stabilitatem & firmitatem ex se, & sic solus Christus est fundamentum ecclesię. vnde Aug. in sermone uigiliæ apostolorum Petri & Pau. veracem Petrum petra fecerat, petra enim erat Christus. alio modo improprie & large scilicet illud quod adhæret primo fundamento iam posito. sicut sunt lapides primarij fundamento inhærentes, & sic apostoli dicuntur ecclesiæ fundamenta, quia primitus adhæserunt Christo. Sic & apostolus primę ad Corint. 3. inquit. ut sapiens architectus fundamentum posui. quod exponens Nicol. dicit, scilicet prima initia fidei vobis annuntiando. Et sequitur, alius autem superædificat. i. alii doctores post me vos docentes docuerunt sequentia. Sic ergo patet quod diuersis respectibus dicitur quis fundamentum ecclesiæ, sed Petrus post Christum singulari quadam prærogatiua primo dicitur ecclesiæ fundamētum propter verba tu es Petrus, a petra dictus. Vnde Augustin. in sermone. 2. apostolorum pe. & pau. loquens de Claudo a Petro curato dicit, audistis frequenter ipsum Petrum a domino petram nuncupatum, sicut ait tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. si ergo Perrus petra est sup quam ędificatur ecclesia, recte prius pedes sanat, ut sicut in ecclesia fidei fundamentū cōtinet ita & in homine membrorū. fuudamenta cōfirmet. Sic & Damasus in sermone de trāsfiguratione dicit. nō te dñs tabernaculorū sed uīis ecclesiæ

siæ constructorem constituit. Et Augu. in sermone cathedrę S. Petri dicit recte ecclesiæ natalem sedis Petri colunt, quam Apostolus pro ecclesiarum salute suscepit, dicente domino tu es Petrus & super hanc petram ędificabo ecclesiam meā. Petrum itaque fundamētum ecclesiæ dominus nominauit, & ideo digne fundamentum hoc ecclesia colit super quod ecclesiastici ędificij altitudo consurgit. Item Augu. sup psal. 86. dicit. vt noueritis quod fundamentum Christus & primū & maximum fundamentum, inquit Apostolus nemo potest aliud ponere præter id quod positum est quod est Christus Iesus, quomodo ergo fundamenta prophetæ aut apostoli? Et quomodo fundamentum Christus Iesus quo vlterius nihil est? Quomodo putamus nisi quemadmodum aperte dicitur sanctus sanctorum, sic figurate fundamentum fundamentorum? Si ergo sacramenta cogites, Christus sanctus sanctorū, si gregem subditum cogites, Christus pastor pastorum, si fabricam cogites, Christus fundamentum fundamentorum. Vnde & ide damasus papa scribens episcopis aphricanis inquit. scitis fratres charissimi firmamentū a Deo fixum & immobile atq; titulum lucidissimū suorum sacerdotum. i. omnium episcoporum apostolicam sedem esse constitutā & verticem ecclesiarum, fuit enim, sicut diuinum veraciter pronunciat verbum, Simon Petrus & super firmamentum eius, ecclesiæ columnæ qui episcopi intelliguntur, vt in cle. 1. de pœ. confirmatæ sunt, & ei claues regni cœlorum commissæ, atque potestas ligandi & soluendi quæ in cœlis sunt & quę in terris promulgata. Ecce describitur primum & secundum firmamentum. Et si accipimus petram pro Petro, tunc magis ostenditur maioritas Petri & cōsequenter papæ ad concilium. Et ad prædicta adde quæ dicuntur infra in responsione ad. 18. contrarium & ad. 20. & ad. 21. in fi. & omnino vide omnia latissime infra in 15. motiuo, vbi alia multa
126 dicunt de ista potestate & principalitate papæ. Nono † quod papa sit supra concilium, apparet, quia potestas quam habēt concilia faciendi constitutiones & decreta, est data illis a papa, vt in capitulo significasti de elec. capitulo bene quidem 86. dis. bona glos. in capitulo domino sancto. 50. distinctione, in verbo conciliorum. Et confirmatio canonum editorum a pontificibus non ad concilium sed ad papam spectat, etiā si in concilio essent editi, ut in capitulo qualiter & quando cl. 2. de accusa. quod ideo est quia superior confirmat, vt in cap. 1. & 2. de confir. vti. vel inuti. & in authen. de defen. ciui. §. interim. ponit Bal. in l. fi. C. de legibus. Et ad papam spectat interpretatio & declaratio decretorum & constitutionum editorum in concilio. 17. distin. capit. nec licuit ibi glo. cap. post translationem de renun. 23. q. 5. de liguribus. Ergo sequitur quod papa ad quem recurritur pro interpretatione, sit maior. l. prima C. de legibus. cap. cum venisśēt de iudi. Deci-
127 mo † facit quod non dubium est quin status ecclesiæ fuerit optime dispositus & ordinatus, quia a Christo fundatus & dispositus, vt ponit. S. Tho. 4. contra gen. cap. 76. & patet. 1. ad corin. 3. & transsumptiue. 1. q. 1. c. cum Paulus. Optimum autem regimen multitudinis est ꝙ unus præsit omnibus, ut inquit aristo. 3. politi. & 22. metaphy. & tex. in l. 2. §. nouissime ff. de origi. iuris. facit. l. si plures. §. apparet igitur. ff. de adminis. tuto. tex. in c. in apibus. 7. q. 1. bene ponit. S. Tho. in 1. li. de regi. prin. capi. 2. cum quatuor alijs sequen. & disputat & tenet Moder. Aret. per plures rationes in ti. de potestate pontificali char. 22. Vnde & aristo. 12. meta. concludens unitatē creatoris, dicit. entia nolunt male disponi, nec bona pluralitas principatuum, unus ergo princeps. quod bene ponit Ioann. de ligna. in trac. de bello in 11. c. Quapropter ezechielis. 34. dominus loquens de ecclesia p prophetā dicit. suscitabo sup eos pastorem unum. & ezech. 37. & pastor unus erit oīum eorum. & in ueteri lege quæ figura fuit nouæ, unus summus sacerdos fuit institutus cui cęteri homines parere deberent. Vnde beatus Ber. in li. 3. de considera. ad euge. de ordine ecclesię inquit. non uilem reputes formam hanc quia in terra est, exemplar habet e cœlo. uiderat, hoc qui dicebat uidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo. Clarum autem est ecclesiam militantem deriuari & esse exēplatam & institutā ad formā cœlestis hierarchiæ, siue subordinatam ecclesiæ triumphanti & cœlesti, vt patet per illud apoca. 21. vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo &c. Sicut enim ibi sunt seraphim & cherubim & cæteri ordines sub vno capite Deo, ita & hic patriarchę & archiepiscopi & reliq sub vno pontifice summo, nec est paruipendendum ꝙ Deum habet authorē & quod de cęlo duxit originem. ad hoc gl. in cle. ad nostrum de hęre. Vnde ad propositum Albertus magnus in li. de missa. dicit hęc adunatio. s. multorum per omnem ordinem graduum ecclesię ad vnum caput, in cœlo refulget, in naturis ostēditur, in operib. exemplificatur, in diuinis legib. pcipitur, & in toto corpore mystico obseruat. in cœlis enin Angeli ad Archāgelos, Archangeli ad principatus, principatus ad ptātes, potestates ad virtutes, virtutes ad dominationes, dominationes ad Thronos, Throni, ad cherubim & cherubim ad seraphim secundum obedientiæ & illuminationis ordinem. adunantur, & ipsa multitudo Angelorum quæ in quolibet est agmine, ad unam personam quæ in quolibet ordine præeminet adunatur &c. Ad idem illud exo. 25. inspice & fac secundū exēplar quod tibi in monte monstratum est. Inde Dionysius de eccle. Hierar. c. 5. dicit. nostra enim Hierarchia a Deo traditis ordinibus sancte disposita, sanctis & cœlestibus Hierarchijs conformis est, ut refert cardin. de Turrecrem. in 2. lib. de eccles. cap. 1. Vnde & Iob. 38. dicitur. nunquid nosti ordinem cœli, & rationem eius pones in terra? vbi Gregor. dicit ordo quidem cęli in terra ponitur, hoc est in militante ecclesia, cum a ttiumphantis ecclesiæ exemplari militans disponitur & formatur. Et bene tex. in capit. fin. 89. distin. In cœlesti autem Hierarchia vnus est præsidens & maior cæteris. scilicet Deus. ergo & in ista mūdiali & terrena Hierarchia unus est præsidens caput & maior omnibus, videlicet. papa. Et ita esse ponit extrauagans vnam sanctam. & ratio est, quia cum ecclesia militans sit vnum corpus mysticum 3. quęstio. 4. engeltrudam. 23. quæstio. 3. pro membris. & quæstio. 4. capitu. sicut excellentiam. & quæstio 5 de liguribus. & cap. relegentes, & quia vna est ecclesia, vna sponsa, vna mater, propter quod dicitur in simbolo & unam sanctam ecclesiam. & canti. 6 & cap. loquitur. 24 quæstio 1. vna est columba mea perfecta mea, vnū debet habere caput. & isto modo arguit text. in d. extrauag. vnam sanctam & glo in cap. causam quæ el. 2. qui filij sint legit, & gl. in c. qui pallus. de consec. dr. 2. & gl. in d. clem. ad nostrum. de hęret. Quæ hoc probat alia naturali ratione, sicut enim operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentijs, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate, oportuit autem in rebus naturalibus vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitus, sic igitur oportet in rebus humanis quod superiores moueant inferiores per suam volūtatem ex vi authoritatis diuinitus ordinatæ, allegat sanctum Thomam in secūdasecundæ. quest. 104. artic. 1. & hoc arguit etiam cardinal. de Turrecrem. in 2. lib. de ecclesia. cap 48. & allegat Cirillum in lib. Thesau. dicētem quod Romano pontifici omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo obediunt. Cum igitur in cœlestibus vnus sit supremus, vt dictum est, consequenter unus etiam est supremus in istis inferioribus qui est papa, cui omnes de necessitate salutis tenētur obedire tamquam capiti & supremo, ut dicit dicta extrauagans & dicta glo. super quo vide Alexand. 93. dist. in sum. & quod dictum est supra in 5. motiuo. Vnde consequenter concilium tamquam membrum istius corporis mistici. inferius & minus est ipso capite hoc est papa. & istud motiuum
128 conuenit cum septimo supra posito. Vndecimo † pro ista parte est text. quod etiam in casu hæresis concilium non habet facultatem condemnādi papam, & si causa papæ deducitur examināda in cōcilio hoc fit de eius voluntate. ut in §. hinc etiam. 17. di. & si etiam papa reperiatur culpabilis, tamen nō potest condemnari a concilio, quia prima sedes non iudicatur a quoquam, sed ei dicitur tuo ore iudica causam tuam, ut in d. cap. nunc autem. & glo. 2. quæstio 4. mandastis. & q. 7. sicut inquit. & tamen papa bene iudicat de concilio, ut patet in capit. placuit. 36. q. 2. iuncto. cap. tria eadem causa. & quæstione. & glos. in cap. de libellis. 20. distin. sicut patet de concilio Ariminen. damnato per Damasum Papam, ut in capitulo sancta Romana ecclesia in §. in primis 15. distin. & de pluribus aliis quæ ponuntur per cardinalem de Turræcrem. in 3. libro de ecclesia. capitulo 58. & in capitulo 62. per totum. Imo gesta conciliorū ad hoc ut subsistant debent per papā confirmari, ut in capitulo bene quidem. 96. dist. & in capitulo placuit. 16. dist. & ponit late idem cardinal. in cap. 34. eodem libro 3. Vnde sequitur necessario quod papa sit maior
129 conciiio. Duodecimo, † ecclesiæ. principatus est monarchicus siue regalis. vnde ecclesia regnum cœlorum dicitur, & Lucæ. 1. dicitur & regni eius non erit finis. Et Isa. 9. dicitur paruulus datus est nobis. &c. deinde sequitur sedebit super solium Dauid & regnum eius idest ecclesiam & secundum glos. Vnde legitur Christum dixisse Petro. Simon petre antequam de naui vocarem te noui te, & super plebem meam principem te constitui. ad quod tex. in capitulo cum beatissimus. 24. quæst. 1. & text. in capit. Petrus 2. quæstio. 7. ibi Petrus potestatem regni acceperat. Vnde patet quod papa potest dici etiam habere regnum. probat. illud Iere. 1. ecce cōstitui te hodie super gentes & regna. &c. quod ad istud propositum inducit Archiep. Floren. in 3. parte tit. 23. capitulo 4. §. 5. Hoc autem optimum genus politiæ regitur per unum, ut dicit Aristot. 3. politicorum. Ergo ecclesię principatus sic instituted

tutus

tutus est vt vnus in eo superior potestate præsideat. Tunc sic. ille principatus videtur omnibus alijs præstantior & nobilior quo inter subditos charitas & pax ac concordia nutritur fouetur & conseruatur. hęc enim quisque princeps tenetur nutrire & conseruare in subditis. Vnde Cassio. in epistolis dicit. decet regalis apicis curam gerentem, gentem sibi commissam custodire concordem, nihil enim est quod sic principem prædicet sicut quietus populus & concors senatus, totaque respublica morum honestate vestita. Ideo Christus princeps pacis super cuius humerum factus est principatus, ascensurus in cœlum inquit Ioannis. 14. pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis, & iterum Ioannis tertiodecimo mandatum nouum do vobis vt diligatis vos inuicē sicut dilexi vos. &c. Cum ergo nullus status reperiatur magis in charitate fundatus quam pontificalis, capitulo sciscitaris. 7. quæstione. 1. ad quod illud Ioānis decimo bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. item cum hoc congruentius fiat cum principatus est penes vnum quam si sit apud plures sequitur ex condecenti quod iste status siue principatus ecclesiæ Monarchicus siue regalis qui est penes papam sit superior quocūq; statu Aristocraticho vel politico, & consequē-

130 ter quod papa sit maior concilio. Tertiodecimo † omnis pastor authoritate regiminis, & potestate iurisdictionis, est superior ipso grege cuius est pastor. 2. q. 7. in sancta. cap. Petrus. & c. oues. Sed Romanus pontifex est pastor vniuersalis ecclesiæ, iuxta illud & super plebem meam principem te cōstitui. & est text. in c. fidelior. 50. dist. & Beda super illud tu vocaberis Cephas inquit. intuitus autem Petrum Christus vidit cordis eius simplicitatem & animi sublimitatem, cuius merito cunctæ præferendus esset ecclesiæ. Item August. in quæstionibus veteris, & noui testa. inquit saluator cum p se & Petro dari iubet Didrachma, pro omnib. soluisse videtur, quia sicut in saluatore erant omnes causæ magisterii, ita, & post saluatorem in Petro omnes continentur, ipsum enim cōstituit caput eorum vt pastor esset gregis dominici. Pro hoc est text. in capit. pro humani de homi. in 6. vnde text. 21. dist. in sum. in fi. dicit quod Christus elegit Petrum in summum sacerdotem. Et glo. super illud Matth. 16. & quodcumque ligaueris. &c. dicit. specialiter potestatem ligandi & soluēdi Christus Petro concessit vt ad vnitatem nos inuitaret, ideo enim eum principem apostolorum constituit, vt ecclesia vnum principalem Christi haberet vicarium ad quem diuersa mēbra ecclesiæ recurrerent si forte inter se dissentirent quod si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vincula rumperentur. Et ad hoc quod Petrus fuerit caput & pastor vniuersalis ecclesiæ & non solum singularium est text. in cap. rogamus. 24. q. 1. & in cap. considerandum. 50. dist. & alia multa iura supra in 5. motiuo adducta & 6. 7. & 8. in quibus agitur de primatu Petri & Romanæ ecclesię, & in sequenti. Et in hoc fuit inter cætera damnata hæresis Ioannis huss in concilio Constantien. qui dicebat quod Petrus non fuerit caput sanctæ ecclesię catholicæ. i. vniuersalis. Nunc ad propositum redeundo si Romanus pontifex est pastor vniuersalis ecclesię sicut, & Petrus, quia quod de Petro dicitur, intelligitur dici & de Roman. pontificibus eius successoribus, vt in cap. solitæ. de maior. & obed in d. cap. 1. de homi. in 6. & c. ad apostolicę. de re iudic. in 6. sequitur quod authoritate & superioritate, & potestate iurisditionis sit maior vniuersali ecclesia & consequenter ipso concilio. Quod autem papa sit pastor uniuersalis ecclesiæ, satis supra pluries ostensum est per illud Ioann. ult. & d. cap. solitæ. Vnde ecclesia orando dicit. Deus omniū fidelium pastor & rector famulum tuum Iulium quem pastorem ecclesiæ tuæ præesse voluisti. &c. & in consecratione Romani pontificis dicit, tribue ei domine cathedram pontificalem ad regendam ecclesiam tuam & plebem tuę sortis

131 intra mundi limites. vniuersam. Quartodecimo † Romanus pontifex habet supremam potestatem & principatum in ecclesia. hoc probat. text. in cap. cum beatissimus. 24. q. 1. tex. in c. nolite. 11. distin. & Ber. in epistola. 1. ad Eugenium. locus in quo stas terra sancta est, locus Petri est, locus principis apostolorum ubi steterunt pedes eius, locus illius est quem constituit Deus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Ad hoc facit text. in capitulo beati Petrus. secūda quæstione. septima. & text. in capitulo fundamenta. de elect. in sexto, ut supra dictum est. Similiter ad idem est quod Romanos pontifex in ecclesia habet plenitudinem potestatis, capitulo proposuit, de concessione prębend. clement. 1. ut lite pendente clem. pastoralis circa finem de re iudi. capit. ad honorem. de authoritate & vsu pallii. Ad idem quoq; est quod Romanus pontifex est generalis Christi uicarius in tota uniuersali ecclesia, ut in capitulo fin. de translatione prelatorum & cap. ad apostolicę cum sim. de re iudi. st. in sexto. & supra dictum est. Ad idem rursus est quod Romanus pontifex est generalis prælatus prælationem in vniuersali ecclesia habens. vnde dicit Chrysostomus sup Matthęū. filius quæ patris est & ipsius filij potestatem Petro vniuersaliter ɔcessit vbique terrarum, homini & mortali omnium q̄ in cœlo sunt dedit authoritatem. ad quod tex. in capitulo ɔsiderandum quinquagesima distinctione cum similibus. Ad quod facit illud Ieremiæ primo ecce cōstitui te ait dominus super gētes & regna ut euellas & destruas & disperdas & dissipes scilicet quo ad vitia, & ædifices & plantes quo ad virtutes. & capitulo solitæ de maioritate & obedientia, & extrauagans quæ incipit super gentes & regna. Sed nullus prælatus est super regna nisi papa, vt supra proximo motiuo. igitur ipse solus est sup omnia. quod etiam ponit sanctus Thomas in opusculo contra errores Græcorum capitulo sexagesimoquinto vsque ad sexagesimumnonum. Ex quibus sequitur quod papa sit superior ipsa vniuersali ecclesia. Vnde sanctus Thomas in dicto opuscu. contra errores Grecorum capitulo 65. dicit. similis est error dicentium Christi vicarium Romanæ ecclesiæ pontificem non habere vniuersalis ecclesiæ primatum, errori dicentium Spiritum sanctum a filio nō procedere. ipse enim Christus Dei filius ecclesiam suam cōsecrat & sibi consignat Spiritusancto quasi suo charactere & sigillo, & similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia vniuersalem ecclesiam tanquā fidelis minister Christo subiectam seruat. Ad idem extrauagans Bonifacij. incipit vnam sanctam, & glos. in clemen. ad nostrū de hæreticis. Et per istum modum argumentandi, plura his similia adduci possent. nam stabilitas & firmitas ecclesiæ non concilio sed Petro & successoribus conseruanda & augenda demandata est, vt in capit. 1. de homi. in sexto & in cap. ita dominus decimanona distinctione, & in dicto cap. fundamenta, & in cap. fidelior cum similibus quinquagesima distinctione. Vnde Gregorius in 4. li. regis. cap. 76. dicit. cunctis euangelium scientibus liquet quod voce dominica sancto & omniū apostolorum principi Petro totius ecclesiæ cura commissa est, ipsi quippe dicitur petre amas me, pasce oues meas, ipsi dicitur ecce Satanas expetiit cribrare vos sicut triticum, & ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. ipsi dicitur tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam & portæ inferi non præualebunt aduersus eā, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et infra. ecce claues regni cœlestis accepit, potestas ei ligandi & soluendi tribuit, cura ei totius ecclesiæ & principatus committitur &c. Et est epistola ad mauritium Augustum, Et ipse dicitur summus pontifex vigesimaprima distinctione. §. 1. clementina si summus de sententia excommunicationis. Item ista maioritas papæ ad concilium confirmat, quia semper in ordine sermonis & scripturæ papa præfertur concilio, ut de consecra. distinc. 2. in quibus, in suprascriptione. & in epistola Athanasii ad Marcum papam. & in epistola Stephani archiepiscopi ad damasum papam. & in epistola Aurelij Carthaginen. episcopi ad Innocentium papam. de consecra. distin. 2. ego Berengarius. probat tex. in cap. cū haberet de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulterium. undecima quæstione tertia. capitulo Theugualdum. Quandoque tamen papa ex humilitate se post ponit. 12. quęstione prima dilectissimi. 77. distinctione. capitulo victor. 16.

132 quæstio prima. capit de decimis. Quintodecimo † multa possent adduci ad ostendendum maioritatem papæ ad concilium ex multis papæ specialiter reseruatis quæ non potest concilium de per se sine papa, vt possunt inspici multa notata per Hostien. in summa in tit. de offic. lega. in §. quid pertinet. & multa in super excerpta ex operibus sancti Thomæ p archiepiscopum Florentinum in tertia parte summę titulo vigesimotertio capit. sexto circa finem. vbi postea etiam ponit casus reseruatos papæ. Item & alia plura excerpta per fratrem Ioannem de Turręcremata postea cardinalem sanctę Marię in transtyberim ex eodem sancto Thoma. Et multa etiam collcta per eundem archiepiscopum in dicto cap. sexto. ubi inter cętera ponit papam maiorem Angelo in iurisditione, in sacramentorum administratione, & aliquo modo in cognitione, & in pręmio. Et circiter sexaginta casus ponit cardi. de Turręcremata in cap. huic sedi. 17. dist. quos cōclusit in 27. versibus. & idem etiam ponit Augu. de Anco. in trac. de po. pa. q. 18. per to. Item dicimus papam maiorē apostolo, ut in capit. sunt quidam. 25. q. 1. glos. in c. proposuit de concess. prȩben. dicit decisio. 426. quæ est in ti. de biga. & Mi. lis in uerbo papa est maior apostolo. Itē est maior. sanctis 22. dist. de libellis. Itē de multis reseruatis papę p Bal. in l. rescripta. C. de preci. impera. offe. p Ioannem An. in c. 2. de immu. eccle. & de iudi. cap. cum uenissent. Item de aliquibus p sanctum Thomam in opus. contra errores Gręcorum capit. 65. cum sex sequentibus. & doc. in cap. quod translationem de offi. leg. & in c. sicut unire. de excess. præla. in c. literas. de resti. spoliat. in c. cū ad monasterium. de statu. mona. & in capi. de illo.

illo. 32. dist. ubi ponitur quod dispensat contra votum continentię solenne ordinis vel professionis religionis de quo vide ibi late domi. Alex. & Car. de Turræcre. latius. Et de multis aliis etiam in cap. proposuit. de conces. pręben. per specu. in tit. de dispensa. §. nunc breuiter. & 25. quęst. 1. ca. sunt quidam. & ad saturitatem vide per tres colum. Andręam Barbatium in capitulo fi. de consti. Habet enim cœleste arbitriū l. 2. C. de su. tri. Et quicquid facit p̄sumit facere vt Deus, dicit Bal. in c. fi. de noua for. fidelita. Vnde Inno. in cap. 1. de const. dicit quod conditori canonis, & vicario creatoris subdita est omnis creatura, & est columen episcoporum & cęterorū quos intellectus potest imaginari, dicit Bal. in procœ. decreta. Ad quod adde quæ dicta sunt supra in 6. motiuo pro ista parte. & in arti. vtrum concilium possit exercere reseruata papæ per quę ostenditur maioritas papæ. Item plura per Augu. de Anco. in d. trac. de potestate papę. quęstione prima, decimaoctaua, decimanona, & vigesimatertia, & a 35. vsque ad 47. & 48. vsque ad 64. Multa etiam ponuntur per Aluarottum in ca. 1. episcopum vel abbatem in vsibus feudorum, & alia in summa Baptistina in verbo papa. & plura in summa Astesana in titu. de papatu. plura etiam per Albericum de Rosata in dictionario in verbo papa. Et multa dicta sunt in quæstione vtrum papa possit se absoluere a voto & iuramento pręstito in conclaui in octauo motiuo pro papa. Et in tantū extenditur eius potestas quod voluit glo. in cap. de illo. 32. di. quod ex plenitudine potestatis quam habet possit in omnibus dispēsare exceptis articulis fidei. Et vide plures casus collectos in verbo papa ī repertorio cardinalis sancti Sixti ad lecturam decreti, ex quibus arguitur maioritas & pręstantia papæ supra concilium. Plura alia motiua induci possent pro papa, sed quia istam partem sequor non curo eam pluribus rationibus corroborare. immo de ista maioritate papæ ad concil. dubitasse vr̄ fuisse superstitiosum, cū nullibi legatur, quod meminerim, ī ueteri lege inferiores sacerdotes & leuitas exercuisse aliquam iurisditionem in summos sacerdotes. & absonum videtur quod supremus & summus pontifex dicatur subesse inferioribus sacerdotibus siue episcopis. sic enim solo nudo nomine esset summus petifex. & insulsa videtur dubitatio an cōcilium sit maius papa simpliciter loquendo, qa sic implicaretur contradictio, quod summus pontifex non sit summus, & congruentius quæreretur an aliquo casu concilium possit iudicare de papa. Vnde videtur quæstio relinquenda nimium curiosis & nouitates affectantib. Qualis † au-

133 tem debeat esse papa vide apud Archiepiscopum Florentinum in tertia parte summæ in titulo. 23. in principio, vbi refert omnia scipta Bernardi ad eugenium cū tribus. §. sequentibus. Et de amplitudine potestatis eiusdem vide per totum illum titulum. 23. ubi in fine ponit. 50. casus in quibus solus papa dispensat. Istam partem, quod papa sit maior concilio, tenet d. Archie. Floren. iu tertia partę summæ titu. vigesimotertio cap. sexto. & Card, de Turræcremata in secundo libro de eccle. c. 80. Istam etiam tenet Petrus de Monte in sua monarchi. in Penul. quæstione, incipit his expeditis. Istam etiam examinat & tenet Barbatius in clementina ne Romani de electione. ubi multa pro corroboratione ponit. & Alexan. in summa. decimaquinta distinctione in septima Char. vbi ponit trigintaduo motiua pro papa. Idem milis in verbo, papa est maior. Istam etiam tenet glosa in uerbo inferiorem in clementina ne Romani de electione. Istam quoque tenet Ioannes And. in capitulo ii qui de præben. in sexto. vbi dicit papam non ligari conciliis. Idem etiam tenet gl. in ver. concilio in capit. vbi periculum. de elec. in sexto. Idem glosa in capitulo sicut. quintadecima distinctione. Et idem late examinat Alexan. ibi in summa decima quinta. distinctione & tenet & concludit papam esse superiorem concilio. & idem tenet domi. in dicto capitulo sicut. præterquam in iis, quæ concernunt fidem & salutem & generalem statum ecclesiæ, quia ex quo potest accusari in concilio, vt in cap. si papa, tunc non erit maior, secus in iis que concernunt punitionem criminum & reformationem siue correctionem morum, quia in his papa est maior concilio. & idem ibi Arch. in in princ. Idem. quod papa sit maior concilio, ponit Anto. de Butrio in capitulo fraternitatis in primo notabili de heret. Idem etiam tenet Domi. consi. quadragesimoquarto incipit dominus noster papa Martinus. Idem Cad. de Turræcrema. in dicto capit. sicut. 15. distinct. Idem etiam tenet Franciscus de Aretio in capitulo qualiter & quando, in tertio notabili. de accus. Et idem tenent communiter omnes doctores post Hostien. in capitulo proposuit de conces. præ. dum dicunt q̄ etiam si totus clerus, popolus, imperator, & totus mundus essent simul, nihil possent contra papam pręterquam in causa fidei. Et idem omnes post archi. in capitulo in fidei. de hære. in 6. Et in hanc sententiam inclinat Moder. Aretin. qui late hanc materiam examinata a char. 65. vsque ad 72. & omnes quį tenent, quod sententia papæ præfertur sententiæ, totius concilii. inclinant in hanc sententiam, quos refero supra in proprio articulo.

Idem virtualiter tenet Ab. Siculus in c. significasti. de eccl. præterquam in certis casibus. & istam Abbat. tenuit magister eius ante ipsum Card. Florenti. in d. c. significasti. cū refert vtra sententia præualeat, papæ an concilii. vbi excipit hæresim, & quādo decoloraretur status uniuersalis ecclesiæ. Sed idem Card. in dicto. capit. licet in sua repetitione videtur velle quod si consideratur persona papę tantum, & non sedes apostolica, maius sit concilium quam papa. Vnde ipse dicit quod aliud est papa, aliud sedes apostolica capitu. si gratiose de rescrip. nam sedes apostolica errare non potest, vigesimaquarta quæstione prima. quodcunque in glo. & cap. a recta, sed papa sic. 19. distinctione ca. Anastasius. & gl. in dicto capitu. a recta. vigesimaquarta quæstione. prima. Et ad illum text. in capitulo significasti de elec, vbi dicitur quod Romana ecclesia dat robur conciliis, respondet q̄ intelligitur de ecclesia Romana proprie & non de papa, sicut cum distinguit inter sedem apostolicam & papam, dicit sedem apostolicam accipiendam pro Romana ecclesia quæ est papa cum cardinalibus & non solus papa, quia ecclesia Romana constituitur ex papa, qui est caput & cardinalibus qui sūt membra, argumen. sexta, quæstione prima, capitulo si quis. de pęnis. capitulo fœlicis in sexto, & maxime in versiculo quis enim. Et quod cardinales sint pars corporis papę allegat laudensem in clementina finali de celebratione missarum. & ibi per eum. & glosa fin. in capitulo penultimo de officio legati in sexto. Et subiungit quod illud quod dicitur quod papa habet plenitudinem potestatis, non debet intelligi quod solus possit omnia, sed intelligitur de papa hoc est ecclesia Romana quæ repræsentatur in papa tanquam in capite & in cardinalibus tanq̄ in membris. Et idem replicat in sequenti quæsito, quod illud quod dicitur quod papa habet plenitudinem potestatis, debet intelligi, non solus, sed tanquam caput uniuersitatis, ita quod ipsa potestas est in ipsa uniuersitate tanquam in fundamento, & in ipso papa tanquam ministro per quem hęc potestas explicatur, ita tamen quod pręcedat clauis discretionis. allegat Innocentium in capitulo q̄d super. de uoto. Et sic cardi. uidetur velle simpliciter quod cōcilium in omnibus sit supra papam, cum vult quod fundamentum potestatis sit in uniuersitate ecclesię & non principalius in papa. Dicit etiam vnum aliud vbi supra, quod illud quod dicitur sedem apostolicam non posse errare, intelligitur de sede apostolica accepta pro tota ecclesia id est cōgregatione fidelium, ut in dicto capitu. a recta. & sic etiam dicit q̄ in casu fidei papa subijcitur concilio, decimanona distin. capitu. Anastasius in gl. vltima, & dicto capitulo sicut sancti in glosa vltima.

134 Istam tamen opinionem, q̄ papa sit maior concilio p̄terquam in casu fidei, tenent Ioan. An. Domi. Anto. & Ioan. de Imol. in dicto capitu. significasti. Et ista uidetur esse communis opinio doctorum ibi, & etiam in dicto capitulo fidei & in dicto capitulo proposuit & 40. distinctione capitulo si papa. Et istam tenet. S. Thomas in quarto senten. distinctione. 19. & in quarto lib. contra genti. capitulo 76. & in trac. contra errores Gręco. in vltimis capitulis. Idem Alex. de ales in 3. senten. & Aluarus de planctu. eccle. in 1. par. & plures alij quos refert car. Alex. in sum. 15. distinctione in octaua char. & ad idem allegat plures glo. idem tenentes. Quam etiam opinionem tenet gundisal. in trac. de hæreticis in 7. quæstione cum tractat ad quem spectat iudicare de hæresi. Hoc etiam videtur velle Athanasius cum alis episcopis Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libiorum in sancta Alexandrina sinodo congregatis. qui scribentes Fœlici papæ inqūt. tu profanarum hæresum & impetitorum atque omnium infestantium depositor, vt princeps, & doctor caputque omnium orthodoxæ doctrinæ & immaculatę fidei existis. Sed illa epistola posset etiam induci pro opinione Cardi. quia illa semper loquitur de sede apostolica. & de papa tanquam primo præsule. ubi inter alia dicitur. scimus enim vt semper vestræ sedis præsules primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt vos uniuersalis ecclesię, & maxime episcoporum qui oculi propter contemplationem, & speculationem vocantur domini curam gerere, ac de reuelatione, & lege nostra assidue cogitare debere. Et sic sæpius replicant recurrendum esse ad sedem Apostolicam tanquam matrem, iuxta statuta Niceni concilij, & cætera. Et ibi loquentes de sede apostolica dicunt. ipsa enim firmamentum a Deo fixum & immobile percepit, ipsa est enim sacer vertex in quo omnes vertuntur & sustentantur & releuantur. Et subiungunt. tu es, sicut diuinum veraciter testatur eloquium, Petrus

& super fundamentum tuum ecclesiæ columnæ, id est episcopi qui ecclesiam sustinere & proprijs humeris portare debent tibi sunt confirmatæ, tibique claues regni cœlorum commisit &c.

SUMMARIUM.

135 *Potestas clauium ecclesiæ vniuersali quæ & qualis data fuerit.*
Et aliqui dixerunt vnam tantum clauem esse in ecclesia, ibid.
Quidam duas. nu. 136.
Vna examinandi & diffiniendi, alia audiendi & soluendi, num. 137.
Item vna quæ se extendit ad ipsum cœlum.
Alia quæ non se extendit ad ipsum cœlum, sed mediante militante ecclesia, num. 138.
139 *Petrus, & Paulus ambo claues acceperunt vnus scientiæ, alij potentiæ.*
140 *Tibi dabo claues, quid intelligen. pro istis clauibus, secundum Nicolaum de Lira.*
Opin. auct. num. 141. & sequen.
Et an concilium habeat clauem ordinis, & potestatem ligandi & soluendi in foro conscientiæ. ibid.
Gerson opi. nu. 143. & comprobatur, nu. 145.
144 *Esse in aliquo aliquid dicitur tripliciter.*
146 *Potestas clauium quomodo sit in eccle a auct. opi.*
Et solutio ad contraria, num. 147.
148 *Verbum dic ecclesiæ quomodo intelligen.*
Et per illa verba non videntur datę claues ecclesiæ vniuersali siue concilio in papam, nu. 154.
149 *Potestatis plenitudinem esse in ecclesia principaliter, & exercitium in papa, an sit verum, & concludit quod non.*
Et confirmat opi. Hieronimi. num. 150.
Et alterius 151. & 163.
152 *Ecclesia non potest capi pro concilio, & nu. seq.*
155 *Potestas clauium ordinis quomodo sit data ecclesię.*
Et quid de potestate clauium fori iurisdictionis inferioris.
Et quid in potestate fori exterioris, nu. 156. & 157.
158 *Potestas siue iurisdictio fori exterioris an fuerit data apostolis immediate a Christo, quod non, nu. 162.*
159 *Claues vniuersali ecclesiæ fuisse datas habet triplicem intellectum.*
Et respondet ad contraria, nu. 160. & 161. 164. 165. & 166.
167 *Pauli excommunicatio in Corinthium quomodo intelligenda.*
Et Io. in Diotresum, nu. 179.
168 *Concilium nullo casu supra papam.*
169 *Dic ecclesiæ, circa istam auctoritatem duæ declarantur difficultates.*
Solutio earum, nu. 170.
Et in quo casu loquatur ista auctoritas, nu. 171. & 176.
Et circa istam auct. nu. 186. remiss.
172 *Verba quæcunque alligaueritis, declarantur, & nu. 173.*
Ex mente Durandi, & opi. Robertiolkot, nu. 174.
Et intellectus auctoris, nu. 175. & 176.
Et an per ista verba, dominus intellexerit solum de dimittendis peccatis, nu. 177. & nu. 178.
180 *Denunciatio euangelica habet plures partes.*
Et primæ parti subijcitur etiam papa. alijs vero non, nu. 181.
Licet secundum alios intellectus etiam in papa possint habere locum. numero 182.
183 *Denunciatio euangelica quomodo habeat locum quando aliquis peccat in papam.*
184 *Papa in denunciatione teneatur præmittere admonitionem.*
Et respondet ad contrarium, nu. 185.

135 Quid dicendum in hac difficultate? Primo videtur inuestigandum vtrum ecclesiæ vniuersali fuerit data aliqua potestas clauium & quæ & qualis. Pro quo primo præsupponendum est vltra dicta in octauo motiuo supra ꝙ aliqui voluerunt vnam tantum esse clauem in ecclesia. s. potestatis, ad cuius iustum exercitium necessaria est scientia. & ideo dicūtur duę propter duos effectus, vt vult gl. 20. dis. in sum. habet enim effectum ligandi & soluendi. pro quo facit tex. in c. tanta, qui loquitur in singulari, de exces. prælato. De hoc vide ꝙ late ponit Albericus in dictionario in verbo claues. & doct. in cap. 1. in §. vna, de sum. trin. & Domi. 20. dist. in sum. Pet. de Ancha. in regula peccatum, in 6. per Host. in summa de pœ. & remis. super rubr. de remis. §. 1. Bald. in l. fin. in fi. C. si a non compe. iudi. Abb. in c. licet, de elec. & S. Tho. in 4. sent. dis. 18. q. 1. & alii theologi, maxime pe Ricardum qui ponit. 30. quæstiones in materia. Et 18. in d. dist. ibi multa dicuntur de claue. & in primis ꝙ sit potestas ligandi & soluendi qua iudex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet a regno. de qua diffinitione habes in extrauaganti Ioan. 22. incipit, quia quorundam. Et istam extrauagantem uide expositam per Archiepis. Florent. in quarta parte summæ, in titu. 12. cap. 4. §. 3. 4. & 5. vbi vide an vna vel plures dicantur cla-136 ues. et ibi vtrum dicatur esse clauis scientiæ. Alii dicunt † esse duas, quod probat text. in dicto §. vna. et text. in capitulo noua. de pœniten. & remis. vnam ponunt fori iudicialis, & contentiosi, alteram fori pœnitentialis voluntarii. vide Anto. de Bu. Card. Flo. in dicto. §. una, Abbas in d. capitu. licet. de elec. in princ. dicit duas esse claues, & per vnam significari potestatem, per aliam discretionem siue scientiam, & quod vna sine reliqua parum valet. allegat quæ ponuntur. 20. dist. §. 1. cum cap. sequen. Rainerius dicit duas esse claues quantū ad effectum & relationem, sed unam in radice quæ est potestas siue iurisditio. effectus clauis est soluere & ligare, claudere & aperire ad instar clauis materialis, Et quod alicubi inuenitur scientia coniuncta potestati, non est quia scientia sit clauis, sed quia necessaria est potestatem habenti scientia. sicut lucerna in tenebit ambulanti. una igitur est in radice & duæ in effectib. Et Hostien. in titulo de remissionib. §. primo dicit duas esse claues. vnam quo ad potestatem spiritualium aliam quo ad potestatem temporalium, vel vnam fori contatiosi, aliā volūtarii pęnitētialis. & sic unā ordinis alterā iu-137 risdōnis. Vñ dicit. una † est examinādi & diffiniēdi in iudicio dubia & per censurā eccesiasticam coercendi, cuius exercitiū committit ecclesia iudicibus suis quamuis non sint sacerdotes, ut in cap. transmissam. de elec. & de æta. & qualita. a multis. alia audiendi & soluendi & coercendi peccatores & recōciliandi sine iudicii strepitu. & hanc non habet nisi sacerdos qui sit proprius, ut in cap. omnis. de pœniten. & remis. Et hoc in effectu dicit. S. Thom. in quarto senten. dist. 19. q. 1. artic. 1. quæstiun. 3. vbi dicit quod duplex est clauis. vna † quę se extē-138 dit ad ipsum cœlum immediate, remouendo impedimenta introitus in cœlum per dimissionem peccati. & hęc vocatur clauis ordinis, & hanc soli sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur populo in iis quæ directa sunt ad Deum. Alia claus est quæ non directe se extendit ad ipsum cœlum, sed mediamente militante ecclesia. per quam aliquis in cœlum vadit dum per eam aliqus excluditur vel admittitur ad consortim ecclesiæ militantis per excommunicationem & absolutionem. & hęc vocatur clauis absolutionis in foro causarum. & ideo hanc etiam non sacerdotes habere possunt, sicut Archidiaconi & clerici & alii qui excommunicare possunt. sed non proprie dicitur clauis cœli sed quædam dispositio ad ipsam. Et idem sanctus ea. dist. 19. quæstione prima artic. 3. quæstiuncu. prima ad primū argument. dicit quod ad absolutionem a peccato requiritur duplex potestas, s. ptās ordinis. & ptās iurisdōnis & prima qdē est æqualiter in oīb. sacerdotibus, data Ioan. 20. non autem secunda, hæc enim modo quodam singulari fuit Petro collata. potestas autem ordinis se extendit ad omnes absoluendos, ita tamen quod vsus illius potestatis esse debet præsupposita potestate Petro 139 collata secundum illius ordinationem. Augu. in † sermone. 3. apostolorum Petri & Pauli dicit. Petro sicut bono dispensatori clauem regni cœlestis dedit dominus, Paulo tanquam, idoneo doctori gētium magisterium ecclesiasticę institutionis iniunxit, scilicet vt quos iste erudierit ad fidem, ille suscipiat ad salutem, vt quorū corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cęlorum, clauem enim quodammodo a Christo scientiæ & Paulus accepit, clauis enim dicenda est qua ad fidem pectorum dura reserantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus tenetur clausum in palam rationabili manifestatione producitur. clauis inquam est quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem mysterii salutaris includit. Ambo igitur claues a domino perceperunt, scientię iste, ille potentiæ. diuitias immortales ille dispēsat, scientiæ thesauros iste largitur, sunt enim thesauri scientiæ, sicut scriptum est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi & c. Ecce ꝙ Aug. duas designat claues alteram scientæ, alteram potentiæ. Vide de materia late docto. in capitulo primo. §. primo de summa trinita. & in dicto capitulo noua. de pœnitent. & remissio. & capitulo tanta. de exces. prælatorum. & Hostiens. in summa in titulo de remis. § primo.

140 Nicolaus de Lira super illud Matth. 16. & tibi dabo claues &c. dicit ꝙ istę claues sunt potestas spiritualis duplex, vna est potestas discernendi peccatum a non peccato, sicut in ueteri lege sacerdotes iudicabant inter lepram & lepram cap. per venerabilē qui filii sint legi. Et quamuis homo non possit hoc bene iudicare sine scientia, tamen scientia proprie non dicitur clauis sed potestas iudicandi per scientiam præhabitam. & ideo licet scientia non sit clauis, tamen exigitur ad debitum vsum huius clauis. Alia clauis est potestas admittendi ad regnum cœlorum vel excludendi secundum verum iudicium præhabitum, quia debent indigni excludi, & digni recipi. Et hoc, quod sint duæ claues, & non vna tantum, videtur probabilius, cum textus euangelii Matthæ. decimo sexto dicat & tibi dabo claues & non dicit clauem in singulari.

141 Nunc † ad propositum, siue sint plures claues siue vna tantū, videndum est vtrum ista potestas clauium data sit ecclesiæ, quo cognito, poterit discerni melius qualis & quanta sit papæ per se & ecclesiæ siue concilii per se authoritas, & consequenter vter iudicandus sit maior, papa an concilium. Et præsuppono vnum quod dicit S. Tho. in 4. sent. dist. 19. qō. 1. ar. 1. quęstiun. 3. ad 3. argum. quod collegium potest habere clauem iurisditionis, non autem ordinis. Ex quo sequitur ꝙ concilium non habet clauem ordinis nec potestatem ligandi & soluendi in foro pœnitentiæ, quia concilium est vniuersale collegium repræsentans omnes de ecclesia vniuersali, vt dicitur in cap. significasti, de elect. Item præsuppono quod de offi. ord. dicunt doct. in c. irrefragabili in §. excessus, quod penes capitulum potest esse cura fori cōtentiosi & iurisditionalis. Quinimmo doct. post Innocen. in cap. cum non ignores, de pręben. volunt ꝙ penes capitulum possit esse non solum cura iurisditionalis, sed etiam cura fori pœnitentialis, & cura animarum ecclesiæ parochialis, non tamen sic quod omnes de capitulo censeantur curati siue intitulati in ecclesia, sed habere exercitium curæ, quia esset monstruosum plures habere vnam ecclesiam, vt dicunt ibi doct. allegant. cap. quoniam, de offi. ordin. 21. q. 2. cap. sicut. quæ cura etiam poterit per singulos de collegio habiles exerceri, & vni cōmitti. de quo etiam per Oldr. cons. 67. Quod videtur contra dictum S. Tho. nec ad esse collegii esset necessarium caput, ut ibi dicitur, de quo vltimo in c. dilecta, de exces. præla. quia vt dicit ibi Inno. etiam si nullus esset prælatus in ecclesia & essent plures sacerdotes habentes curam tanquam collegiū, tunc collegium censeretur prælatus illius ecclesiæ & per collegium possent corrigi excessus singulorum, vt in d. §. excessus. Et sic non est contra dictum sancti Tho. qui loquitur de excercitio ordinis collegialiter exercendi. hoc autem est impossibile quod vnum collegium collegialiter ministret sacramenta ecclesiæ, quia vnum collegium non audit vnum in confessione. c. omnis, de pęni. & remis. nec collegium col-142 legialiter conficit sacramentum eucharistiæ. Nunc † redeundo ad propositum vtrum potestas clauium sit in ecclesia, Petrus de Monte in sua monar. in 3. char. dicit quod putat potestatem clauium datam esse a Deo etiam ecclesiæ militanti cui papa præest tāquam Petri successor & vicarius Iesu Christi, per id quod supra dixerat datam potestatem non solum Petro sed etiam aliis apostolis, vnde dicit quod non negat in corpore ecclesiæ esse potestatem clauium. & per illud Mat. 18. & 2. q. 1. si peccauerit, dic ecclesiæ & c per quod dicit Apostolus habuisse authoritatem nō solum respectu ordinis, sed etiam iurisditionis. allegat tex. in cap. noua, de pœnit. & remis. Et sic sentit ꝙ etiam apostoli & consequenter ecclesia habuerunt potestatem & clauem non solum ordinis, sed ēt omnimodę iurisditionis contentiosę immediate a Deo. Sed istud est falsum, vt supra dictum est & infra clarius dico per tex. in cap ita dominus. 19 dist. & quod dicit S. Th. in 5. senten. dist. 18. q. 2. ar. 2. quęstiun. 1. ad 1. argum. & dist. 19. q. 1. art. 3. q. 1. ad 1. argum. & dist. 24. q. 3. ar. 2. q. 3. etiam ad 1. argum. Item non potest esse uera opinio eius, quia sic ista potestas esset æque principaliter data Petro, licet tanquam capiti ut ipse dicit, & apostolis simul. & sic esset ponere duo principia contraria. quod sapit hęresim, vt in §. Cerdoniani. cap. quidam. 24. q. 3. Esset enim dare duas potestates in ecclesia, quod sapere t hęresim, sicut dicit Abb. in allegationibus quoniam ueritas in 2. ratione defensionis concilij aduersus translationē concilij factam per Eugenium. Item authoritas adducta loquitur de denūntiatione Euangelica, & sic in foro pœnitentiali tantum. ad quem tex. infra latius respondebitur. Cardi. autem Flo. plus voluit, quod ecclesia vniuersalis habeat plenitudinem potestatis. & quod dicitur quod papa habet plenitudinem potestatis, debet intelligi non quod solus habeat, sed tanquam caput uniuersitatis. item quod ipa potestas est in ipsa vniuersitate tanquam in fundamento, & in papa tanquam ministro per quem ista potestas explicatur pręcedente tamen claue discretionis. Ita dicit ipse in capitu. licet in quinta char. & est in tertia char. tract. eius de electione. Adducit ad hoc tex. in cap. ita dominus. 10. distinctione vbi dicitur quod Christus commisit salutem vniuersitatis omnibus Apostolis, ita tamen. quod in Petro principaliter collocauit. Dicit ipse nota quod non dicit totaliter, vt alii excludantur, sed dicit principaliter, vt sic plenitudo potestatis sit in uniuersitate ipsorum & per singulos exerceatur, sed principaliter per Petrum, non tamen ita per Petrum, ut ei extranti standum sit.

Et idem in effectu dicit Abbas Siculus in capitulo significasti in 2. colum. de elec. cum dicit quod licet potestas fuerit data papę & toti ecclesię, papę tamen fuit attributa tā quam capiti, unde dēt moueri corpus ad dispositionem capitis. & allegat. illum tex. in d. cap. ita dominus. Plus etiam voluit idem Abbas allegationibus inicipientibus quoniam veritā in 2. principali dubio decimæ rationis in 4. corroboratione. vbi dicit quod licet Petro prius datius fuerit pontificatus tamen fundamentum iurisditionis totius ecclesiæ est in ecclesia vniuersali. allegat d. tex. in cap. ita dominus. Idem etiā dicit in secunda ratione posita in parte pro concilio Basiliē. Idem quoq; replicat in quæstione an concilium sit supra papam, versiculo descendamus ad aliud membrum. vbi dicit quod iurisditio ecclesiasticæ plenitudinis est in ecclesia vniuersali tanquam in fundamento, & per consequens habet iurisditionem in papam. Idem etiam replicat in eadem. 10. & vltima ratione in uersic. ex hoc magistrorum opinio, cum allegat Card. Flor. vbi dicit ex his apparere quod illud quod dicitur quod papa habet plenitudinem potestatis debet intelligi non solus sed tanquam caput vniuersitatis, ita quod ipsa potestas est in ipsa vniuersitate tanquam in fundamento, sed in papa est tanquā in principali instrumento per quod hæc potestas explicatur, ita tamen quod præcedat clauis discretionis. allegat quod eleganter dicit Inno. in cap. quanto. de iureiu. & quod dicit idem Innocen. in cap. quod super iis. de vo. & glo. in cap. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. Et sępius hoc idem in dicto tractatu replicat. Vnde uult quod istæ claues & potestatis plenitudo sint principaliter, & fundamentaliter in ecclesia vniuersali & consequenter in concilio ut ipse dicit, sed quod istius potestatis exercitium sit principaliter in papa qui cum claue discretionis potest illa vti. Vnde sentit quod in papa solo proprie non sit plenitudo potestatis sed tantum exercitium, quia vt ipse dicit alioquin essent duæ potestates in ecclesia, quod dicere separaret hæresim. nā secundum Cyprianum papam. in cap. loquitur. 33. q. 1. ecclesia æquiparat soli arbori & fonti, alii vero ministri quotquot & quales sint æquiparantur radiis solaribus ramis arboris & riuulis fontis. Si autem pręciditur riuulus a fonte arescit. nec gloriabitur ramus contra arborem, nec radius solaris cōtra lumen solis, nec riuulus contra fontem. Item etiam tenentes claues datas ecclesiæ mouentur authoritate Matt. 18. ibi quod si non audierit eos dic eccl esiæ, & authoritate Aug. & Hiero. in cap. quocunque & cap. omnibus. 24. q. 1. & pluribus aliis authoritatibus quæ dicunt quod Petrus quando claues accepit figurauit ecclesiā, & Act. 15. Et in effectu ille authoritates quæ fuerunt supra adductę ad ostendendum quod concilium sit maius quam papa, quæ supra sæpius fuerunt repetitæ, adducuntur ad hoc propositum. Istam eandem opinionē replicat idem Abbas, per pręmissa. & vltimo adducit. cap. noua. de pœni. & remis. & cap. primo. §. una. de summa trin. Addit & rationem, quia alias mortuo papa non esset qui eius iurisditionem exerceret, non est autem verisimile quod Christus voluerit dimittere acclesiam sine pastore. Allegat. ca. ad apostolicæ. in fi. de re iudi. in 6. & bonus est text. in capitulo primo in princ. de homi. in 6. & glo. in uerbo sede vacante in c. vnico. de schisma. in 6. Et Act. 15. consultatio de seruatione legalium nō fuit ad solum petrum delata sed ad omnes. de ecclesia, & tamen illa consultatio non erat fori pœnitentialis tantum sed etiam fori contentiosi & iurisditionalis. Et in eo. c. 15. Paulus ꝑambulās Syliā & Ciliciā ꝑcipiebat custodire ꝑcepta apostolorum & seniorum. quod verbum præcepta sapit iurisditionem contētiosam. Et Act. 16. Paulus & Thimothæus cum per transirent ciuitates tradebant eis seruanda dogmata quæ erant decreta ab apostolis & senioribus. Nota uerbum decreta, quod sapit iurisditionem, ut in ca. fi. de tempo. ordin. & in capitulo secundo de iudi. & quarta distinctione. §. hęc etsi legibus in fi. Et inducit etiam illud Matthę. 16. & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. per quę verba dicit ꝙ omnis potestas etiam iurisditionalis data ecclesiæ. Vltimo etiam probat, quia si in ecclesia non esset potestas fori contētiosi & iurisditionalis, quomodo posset ecclesia iudicare de papa in casu fidei sicut volunt communiter doc. in capitulo in fidei. de hære. in 6. & archi. 40. dist. capitulo si papa. Et huic vltimo motiuo cum difficultate potest bene responderi. Ger-143 son. in † octauo libro in propositione facta coram Angelicis euntibus ad concilium in quarta considera. in nona veritate, dicit quod congregatio ecclesiæ habet claues ordinis & iurisditionis, & quod claues datæ sunt Petro authoritatiue & exercitatiue, sed toti ecclesię uniuersaliter & susceptiue, vel datę sunt ecclesiæ ut in actu primo & Petro ut in actu secundo. Et in primo lib. in tract. de pote. eccle in quarta consideratione dicit quod claues sunt datæ concilio generali repræsentanti ecclesiam. nam ecclesia vt sparsim considerata non habet illam potestatem nisi in quodam materiali seu potentiali, sed eius congregatio & vnitio quæ fit in concilio generali dat ei formam, sicut in aliis communitatibus exēplū dari pōt. & fundatur predicta potestas ecclesiastica in vni-

tate secundum August. veruntamen hoc non impedit quin claues datæ sint Petro tanquam monarchę & legitimis successoribus eius, sed principalius datæ sunt ecclesiæ. primo ratione inuincibilitatis, quia portæ inferi non prævalebunt aduersus eam nec deficiet fides eius, non sic in papa. secundo ratione regularitatis, quoniam habet regularem usum potestatis papalis, non sic econuerso. tertio ratione multiplicitatis, quoniam ecclesia continet quamlibet potestatem ecclesiasticam etiam papalem, non sic papa presertim in extensione. quarto ratione obligabilitatis, quoniam ecclesia potest condere leges obligantes & regulantes etiam ipsum papam tam quo ad personam quam respectu usus potestatis, papa autem non potest iudicare totam ecclesiam uel usum potestatis eius limitare. Et subiungit. hoc enim dicitur ad reprimendam præsumptionem quorundam summorum pontificum aut eis edulantium. Et idem replicat in secundo lib. in tract. de po. eccles. & de origine legum in epilogo. in 3. cō clusione, quæ est in fine secundi libri. Et idem etiam latere plicat in eodem 2. li. in 11. consideratione. Quinimmo in supradicta. 4. consideratione primi libri dicit ꝙ plenitudo potestatis ecclesiæ & spititualis gladii eius executio super quēlibet Christianū qui est frater noster etiam si papa fuerit, est in ecclesia. & allegat illud Mat. 18. dic ecclesiæ. Aliqui † ma-

144 gistrorum qui fuerunt in concilio Constan. vt refert Card. de Turrecrem. in 2. lib. de eccle. cap. 70. dicunt aliquid posse esse in aliquo tripliciter. vt fuit Card. Cameracen. in tract. de po. eccl. & pa. in 1. c. tertiæ partis, ponendo dubium vtrum plenitudo potestatis ecclesiæ resideat in solo Romano pontifice. Vbi post argumenta ad partem negatiuam refert ꝙ magister Mauritius de praga obtulerat se rn̄surum ad propositam quæstionem ponendo tres conclusiones primam ꝙ plenitudo potestatis ecclesiæ inseparabiliter residet in vniuersitate ecclesiæ catholicæ. secundam quod plenitudo potestatis ecclesiæ residet inseparabiliter in Romano pontifice. tertiam quod plenitudo potestatis ecclesiæ repræsentatiue residet in concilio generali. Ex quibus sequebatur ꝙ pars affirmatiua quæstionis secundum ꝙ simpliciter erat posita esset falsa, ex negatione vnius. Et cum dictus magister Mau. vellet suam intentionem declarare, quidam timentes ne per ipsum & quosdam alios sacræ theologiæ professores in disputationibus impugnarentur nonnulli errores ad concilium delati, conspiratione facta impedierunt disputationem. contra quos dictus cardinalis publice verbo & in scriptis ob reuerentiam fidei protestatus est tanquam contra suspectos de fautoria hæreticæ prauitatis. Vnde ipse soluendo quęstionē dicit primo ꝙ plenitudo ptātis secundum ꝙ iura loquuntur intelligitur de ptāte iurisditionis & non ordinis, secundo ꝙ plenitudo iurisditionis est in solo papa, qui illā administrat, & dispēsat. tertio topice & aliquo modo æquiuoce est in vniuersali ecclesia. Et hæc declarando dicit ut tactum est, quod tripliciter aliquid dicitur esse in aliquo. vno modo tanquā in subiecto, sicut virtus est in anima, & accidens in substantia subiectiue. secundo tanquam in obiecto, sicut effectus dicitur esse in sua causa uel in suo fine, quia in illum tendit tanquam in suum obiectum finale. tertio modo tanquā in exēplo, sicut res visa dicitur in speculo, vel aliqua doctrina in libro, quia ibi est repræsentatiue. Primo modo ut dicit plenitudo potestatis est in papa tanquam in subiecto eam recipiente & ministerialiter eam exercente. secundo modo est in ecclesia tanquam in obiecto causaliter & finaliter continente. tertio modo est in generali concilio, tanquam in exemplo ipsam repręsentante & regulariter dirigente. Primum patet, quia papa proprie loquendo est minister hanc potestatem subiectiue recipiens & administratiue dispensans, iuxta illud Lu. 22. qui præcessor est in vobis fiat sicut ministrator. Secundum patet, quia plenitudo potestatis non causaliter & finaliter propter papam, sed papa & eius potestas propter ecclesiam & ad eam ordinatur sicut ad finem .i. ad eius ędificationem, quia secundum Apostolum. 2. ad Corint. 10. & vlt. hanc potestatem dedit dominus in ędificationem & non in destructionem. Tertium patet quia si papa vteretur ista potestate ad destructionem ecclesię, generale concilium esset in exemplum, uel speculum repręsentans dictam uniuersalē ecclesiam & eius vice & nomine abusus huiusmodi plenitudinis potestatis coercens regulans & dirigens & etiam puniens. Ita dicit dictus Cardinal. Cameracen. cuius uerba refert Cardinalem de Turrecremata. ubi supra, tacito forte eius nomine ne uideretur impugnare cardinalem. Concluditur ergo ex dictis istorum quod potestas clauium & potestatis plenitudo sit in ecclesia & consequenter in concilio illam repræsentante etiam coercitiue respectu papę, & sic ꝙ omnimoda & maior potestas sit in ecclesia q̄ in papa. Istā ēt

145 † opinionem tenet quidam Hispanus qui fuit eps Gaddicē. qui colligit dicta Gersonis, & illa approbat. Et discurrendo allegat multas authoritates, maxime Hostien. qui dicit in c. noua. de pœni. & remis. super uerbum claues, quod una clauis est fori contentiosi iudicialis, de qua in cap. per uenerabilem. §. rationibus qui filii sint legi. & de exces. præla. c. tanta, altera fori voluntarii pœnitentialis, de qua in cap. omnis de pœn. remis. & quod vtraque commissa fuit apostolis. Et ad illud allegat scotum in quarto. senten. dist. 19. Et multum se fundat in authoritate Matth. 18. vbi post verba si peccauerit in te frater tuus, sequitur vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, quę verba dicit intelligenda de concilio generali. Ad idem allegat illud Matthę. vltim. euntes docete omnes gentes baptizantes eos &c. Per quę verba videt̄ dari iurisditio, quia baptismus est ianua omnium sacramentorum. ad sacramenta autem conferendum & prædicandum publice in ecclesia requiritur iurisditio, quia non potest vnus prędicare in parochia alterius, vt de paroch. per to. & in clement. prima. de foro compet. cum siml. Similiter Lu. 6. Christus elegit. 12. quos apostolos nominauit, & eos ad propagandum auxilium salutis humanæ misit, quod similiter sine aliqua iurisditione fieri non poterat. Ad idem allegat rabanum & remigium super illud quodcū que ligaueris &c. Et sanctum Thomam super illud 2 ad Corint. vlt. hæc absens scribo, Innuentem quod apostolus ibi loquitur de correctione coactiua in foro publico exterori. Ergo apostolis omnibus sicut & Paulo data fuit talis potestas iurisditionis fori exterioris. Et ibi conatur respōdere ad duas authoritates Petri de Palude, qui tenet partem contrariam. Hæc autem omnia tollentur per inferius dicenda. Profecto

146 † si quærimus mentem illorum doctorum qui tenent quod maius sit concilium quam papa, quos supra retuli, tendunt ad hoc quod potestas clauium principalius sit in ecclesia q̄ in papa, & sic quod ecclesia & consequenter concilium habeat plenitudinem potestatis, voluntque quod semper quando Christus loquutus est Petro de actibus potestatiuis. ipsum esse locutum de ecclesia. sicut patet de eo quod ei dixit dominus, ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua &c. Luc. 22. vbi licet dicatur pro te & fides tua, tamen intelligitur de ecclesia ei committenda.

Alii in concilio Basilien. contra Eugenium dixerunt potestatis plenitudinē esse in ecclasia non solum sicut in obiecto finali aut in concilio sicut in exemplo, ut supradicti in cōcilio Constantiens. sed sicut in subiecto administrante & exercente, & ita in facto demonstrarunt, omnem papalis potestatis administrationem & exercitium sibi assumentes, & dicentes vniuersali ecclesiæ in omnibus membris eius coniunctim datam esse potestatem clauium in plenitudine & principalius quam papæ. Profecto iste passus est mihi valde difficilis, quia si concludam nullam potestatem clauium datam ecclesiæ, quomodo poterimus dicere quod ecclesia & consequenter concilium iudicet in titulo papatus. vt 79. distinct. ca. si duo, quia sine iurisditione non recte quis iudicat. Item, vt alias dictum est, concilium exercet censuras, ut in cap. si quis episcopus & in capitulo sicut de hęre. 10. quæst. secunda cap. fin. & 11. q. tertia capitulo nullus. & cap. certum, & 18. distinct. capitu. si quis. Hoc autem fieri non potest sine causæ cognitione, vt in c. nemo. 2. q. 1. ponitur per glo. in c. noua de offi. leg. igitur. Item Matth. 18. cum dicitur quæcunque alligaueritis &c. videtur omnino sermo de potestate iurisditionali etiam fori contentiosi, & vniuersaliter data potestas in omnes, & data a Deo immediate. tum quia sunt uerba per Christum immediate directa in omnes apostolos. tum quia uerbum illud alligaueritis, nq̄ designat potestatem ordinis tantum, quia qui peccat in alium, satis est statim alligatus, nec proprie conuenit ei alligari sed absolui. unde magis designat actum iurisditionis & superioritatis, iuxta illud psal. 149. ad alligandos reges eorum in compedibus. & 1. ad Corin. 7. alligatus es vxori &c. Et 26. q. 7. cap. alligant &c. Ibi tales sunt sacerdotes qui omnem iustitiam populo mandant & ipsi nec modicam seruant. Idem ostendit dictio quæcunque quę est uniuersalis. l. metum. §. aduertendum. ff. quod metus causa. ff. de iure fisci l. diuus. & ff. de fundo instruc. l. cum delanionis. §. sabinus. l. quæsitum. §. fin. ff. de lega. 3. Vnde videtur per dicta verba data potestas vniuersaliter etiam iurisditionis contentiosæ & immediate a Deo.

Similiter si dicam potestatem clauium datā ecclesię a Deo simplicter, incidam in errorē ꝙ eadē potestas demandata fuerit plurib. ęq; principaliter s. ecclesiæ & papæ, & sic esset dare duas ptātes supremas in ecclesia, ꝙ saperet hæresim, quia esset ponere duo principia. c. qdā. in §. cerdoniani. 24. q. 3. Sed huic obstat ꝙ dn̄t legistę, nō esse absonū plurib. in solidū curā populi cōpetere. sicut in plurib. tutorib. & curratorib. ff. de admin. tut. l. decreto. § 1. l. fi. de authe. pręstan. l. 1. C. si vnus. ex pluribus. Et pluribus magistratibus competere potest cura populi. ff. ad municipa. l. magistratum Et omnia incorporalia actiue & passiue plurib. debentur & competunt. ff. de verb. obli. l. 2. §. & ideo. ff. fami. ercis. l. hæredes. §. an ea. ff. de regulis iur. l. ea quę. Sed hoc nihil est, quia dicendum est ꝙ adducta loquuntur in inferioribus & iurib. in quib. attendimus rationis identitatem. sed hic loquimur in suprema potestate clauiū in qua datus est unus supremus & princeps, quæ potestas si esset data alteri æque principaliter, iam non esset in uno suprema potestas, sed in uno æque principaliter cū vniuersitate, & sic duo repugnantia, ꝑ quæ nec esset status Monarchicus nec Aristocraticus, & pareret dissensionem. & non esset bene prouisum ecclesiæ, quia reliquisset Christus materiam dissensionis, & esset contra verbū euangelicum Ioan. 14. pacem relinquo vobis, pacem meam do uobis. & Ioan. 16. hæc loquutus sum uobis ut in me pacē habeatis. si dico datam ecclesię potestatē clauium iurisditionis deriuatiue a Petro, remanet absurdum quod ecclesia quę clauium potestatem recepisset a Petro iudicaret de persona Petri & inferior de superiore. contra. cap. inferiot. 21. dist. ca. cum inferior de maio. & obedien. Item illa authoritas Matthæ. 18. repugnat, quia vel oportet quod per illa verba quæcunque alligaueritis intelligatur data facultas iurisditionis contentiosæ ut dictum est, quod videtur sentire glos. interli. ibi cum supplet. s. vinculo anathematis, vel oportet quod illam authoritatem diuersimode exponamus, uidelicet quod in iis quę sunt ordinis simpliciter intelligamus datam apostolis potestatem a Deo immediate, in iis autem quę sunt contentiosę iurisditionis datam descensiue & mediante Petro, & tamen verba non sonant hanc diuersitatem, nec eadem authoritas debet diuerso iure censeri, capitulo cum in tua. de decimis.

147 Pro solutione huius † ambiguitatis considero quod volentes tenere datam ecclesię potestatis plenitudinem, non possunt hoc probare ex vllis verbis Christi directis in discipulos, quia nusquam reperitur quod Christus loqueretur eis per modum tribuentis iurisditionem in foro iurisditionali sed semper in foro pœnitentiali. similiter nusquam cum dedit illis aliquā potestatem loquutus est seorsum a Petro, sed immo semper Petro cum illis existente. Nec reperio aliquam authoritatem sacræ scripturę aut conciliarem, uel pontificalem uel legalem ex qua possit clare haberi, nisi ex quibusdam imaginationibus, datam potestatis plenitudinem alteri quam Petro, aut unquam datam ecclesię sine Petro aliquam potestatem. Et ista diuisio ecclesię a Petro & consequenter a papa ponendo maioritatem potestatis magis in ecclesia quam in Petro, quasi ecclesia sit sine papa & papa sine ecclesia, uidetur quid imaginarium, & plus scandali quam vtilitatis attulisse. Quinimo nusquam repperi dominum fecisse aliquod uerbum specifice de potestate clauium cum apostolis, dirigēdo uerba ad eos sicut quando solum direxit verba in Petrū. De his constat, quia si volunt se fundare in uerbis dictis Mathei 18. ibi nulla fit mentio de clauib. specifice, & verba fuerunt de dimittendis peccatis, & dicta etiam Petro & aliis discipulis præsentibus. quod patet quia dominus dicit si peccauerit in te frater tuus, & tamen non specifice dicit se dare, vel daturum illis claues sicut quando loquutus est Petro, ad ostendendum omnimodam potestatem datam Petro etiam sine aliis apostolis & maiorem illis. Vnde cum dicit si peccauerit in te frater tuus, patet ꝙ loquitur de peccantibus. quod ostendunt verba sequentia cum dicit si te audierit lucratus eris fratrem tuum. ubi supplet gl. Nico. s. cum integritate famæ ad salutem eum reducendo. Ergo tunc loquebatur principaliter Petro, in quem etiam verba dirigebantur, simul cū aliis & in foro pœnitentiali. quod patet ex interrogatione sequenti facta per Petrum, cum dicit domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei, vsque septies. &c. vnde Lucas dicit. c. 17. si peccauerit in te frater tuus increpa illum & si pœnitentiam egerit dimitte illi, &c. Pro hoc est quod ibi Matt. 18. paulo post dicta verba si te audierit &c. subiungitur quæcunque alligaueritis super terram &c. vbi etiā nullum verbum expresse uel indefinite de clauibus, ne per dicta verba si fecisset mentionem de clauibus, dicendo & vobis dabo claues, videretur simpliciter dedisse etiam eis potestatē fori iurisditionis contentiosæ. ideo dixit quæcunque alligaueritis sine mentione clauium explicite. quod intelligendo secundum materiam, de qua loquebatur, comprębendebat tantum claues fori pœnitentialis. Insuper loquebatur omnibus discipulis, vt patet in prin. illius cap. in illa hora accesserunt discipuli ad Iesum &c. & potestatem quam eis dabat siue promittebat, quia s̄m cōiorem sn̄īam erant verba promissionis, quia nondū erāt facti sacerdotes, promittebat oībus singulariter se daturum & nō in concreto, quia alioquin nullus ipsorum habuisset de per se potestatem ligandi, & soluendi, cuius contrarium patet in pluribus locis in actibus apostolorum quando fuerunt dispersi ad prædicandum per prouincias. Et sic ista potestas si fuisset iurisditionalis & clauium in foro contioso & potestas plenaria, sicut dicūt tenētes plenitudinem potestatis esse in ecclesia, fuisset data singulariter omnibus discipulis. & sic hodie quilibet episcopus & sacerdos haberet istam plenitudinem potestatis. Et si communiter omnib. simul in concreto promisisset, cum Petrus esset inter eos nec ipse ex illa authoritate solus potuisset aliquem soluere vel ligare, cum tamen per ipsos secus factum legamus in actibus apostolorum. Et quod illa authoritas fuerit de potestate ligandi & soluendi in foro conscientię tantum, ostendunt verba sequentia in continenti post, tunc accedens Petrus ad eum dixit domine quotiēs peccabit in me frater meus & dimittam ei, vsque septies, dicit illi Iesus non dico tibi usque septies sed usque septuagiesseptics, quæ verba ostendunt sermonem esse in foro cōscientiæ. Et quod promissa fuerit illa potestas ligandi & soluendi singulis, patet cū dicitur peccabit in me, & cum respondetur non dico tibi vsque septies. quę licet sint uerba singulariter in Petrum tantū directa, tamen omnibus censentur dicta. quod etiam cōuincitur ex euangelio Lucæ. capitulo decimoseptimo, ubi licet ad omnes loquatur, tamen singulariter dicit si peccauerit in te frater tuus, increpa illum & dimitte illi &c. Et ad clarius ostendendum quod loquatur foro in poli & non in foro fori subiungit exemplum Petro ideo assimilatum est regnum cęlorum homini regi. & totum illud capitulum loquitur de regno cœlorum. in princ. enim dicitur. nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cęlorum, quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. item si manus tua vel pes tuus scādalizat te abscinde eum & proiice abs te, bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum &c. item bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare quam duos oculos habētem mitti in gehennam ignis. Ecce quod loquitur de dimittendis peccatis in foro conscientiæ tantum. Quod adhuc clarius demonstratur, quia si illa verba quæcunque alligaueritis &c. fuerunt verba promissionis, sicut cōmuniter tenetur, vt dictum est, impleta fuit illa promissio Ioan. 20. vbi dicitur quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Ecce quod loquitur de peccatis remittendis, & non de potestate coactiua & iurisditionali in foro fori, nec de plenitudine potestatis. Et ex hoc apparet quod illud quod dicitur ibi in dicto capitulo decimooctauo, quod si non audierit eos dic ecclesiæ, de qua authoritate fit tam longa disputatio, intelligi debet sicut dicit ibi gl. Nicolai. id est prælato & non de ecclesia vniuersali, quia ex quo est sermo de denuntiatione euangelica & non in foro iudiciali, si peccans non audit, id est si non cessat a scādalizatione, postquam adhibitus est primo vnus & deinde duo vel tres, debet dici prælato vt sic peccantem emendet, & reducat ad pœnitentiam, & propterea glo. interli. ibi supplet vt obiurgatio plurimorum eum corrigat. & alia glo. interli. dicit, hic est authoritas de manifesta vocatione, quasi dicat postquam cum duobus vel tribus non audiris publica eum prælato.

148 Nec contrariatur † quod cum dominus loqueretur Petro qui erat futurus summus prælatorum, voluisset eum remittere ad aliū prælatum. quia licet Matth. 18. verba uideantur principaliter directa in Petrum, cum dominus loquatur in singlari si peccauerit in te, & dic ecclesiæ, & Petrus ad eum dicat quotiens peccabit in me frater meus &c. temen vt apparet. Luc. 17. verba illa fuerunt dicta omnibus apostolis simul, & non magis Petro quam aliis, vt patet ibi & ait ad discipulos suos item ibi attendite vobis &c. & postea sequitur, & dixerunt apostoli domino adauge nobis fidem. Ex quo patet quod verbum illud de dimittendo i fratri fuit dictum omnibus & non Petro tantum, licet principaliter ei tanquam principaliori. Vnde sequitur quod dicta verba recipiunt sensum in persona vniuscuiusque prout cuique competere possunt, sed Petro qui erat futurus summus prælatorū & non habiturus superiorem ad quem abeo posset haberi recursus non poterat conuenire dic ecclesiæ, id est prælato, sicut communiter dicitur in cap. proposuit. de conces. præbend. Et si dicatur ꝙ inter apostolos ēt Petrus, ideo ēt in eo esset verificanda illa authoritas dic ecclesiæ, rn̄detur ꝙ satis verificatur in Petro, si ita publicatur corā multitudine sicut alius. Et si rursus dicat̄, ergo nō est verū ꝙ illud verbū dic ecclesiæ intelligitur. i. prælato. Rn̄det̄ ꝙ nō est absonū ꝙ is q fungitur vice duarum ꝑsonarū fungat̄ vice denūtiātis & ꝑlati. vt in l. si cōsul. ff. de adop. c. a collatione de appel. in 6. & c. pen. de ele. eo. li. Et tunc intelligendū est dic ecclesię. i. prælato. i. tibi qui geris personā prælati corrigendo fratrem peccantēm in te & persuasionib. cōpescendo, redicas ēt excōmunicando, vel dic ecclesiæ implo-

rando auxilium in exequendo, cum frater peccans est incorrigibilis, iuxta capitu. ad apostolicę de re iudi. in 6. Item non est absonum quod eadem lex diuersos habeat intellectus secundum diuersitatem personarum, ut in l. plenum. §. æquitii de usu & habi. cum simi. Vnde si restringimus dictam authoritatem Matth. 15. ad personas peccātes in apostolos quibus verba dirigebātur, illud dic ecclesię pōt intelligi. id est prælato quo ad subiectos prælato, hoc est Petro q erat vel futurus erat eorum prælatus, sed quo ad Petrum, ut non habentem, seu non habiturum superiorem, dic ecclesię debet intelligi, id est multitudini per teipsum excommunicando eum. Sed quia dicta authoritas, est generalis & omnibus fidelibus dicta, illud dic eccclesiæ semper debet intelligi. id est superiori, sed quo ad papam peccantem in alium, illud dic ecclesiæ intelligendum est id est Deo qui solus est superior eius, secundum quod uoluit. Hostien. in capitulo proposuit de concess. præben. & satis est ecclesię dictum quando est dictum illi qui præest ecclesiæ, cui denuntiandus est subiectus, & respectu papæ quando oramus Deum qui est fundator & caput ecclesiæ dicimus ecclesiæ. Nec potest intelligi de ecclesia imaginari, quia tunc nulli dicere. vnde oportet quod intelligatur de rectoribus, gubernatoribus, & superioribus prælatis ipsius ecclesiæ, quorum Petrus erat caput, vt dicto capitulo in nouo.

149 vigesimaprima distinctio. & capitulo rogamus. 24. quastione prima. Ex quo † etiam patet ꝙ falsum dicunt illi qui aiunt authoritatem & potestatis plenitudinem principaliter esse in ecclesia, & exercitium potestatis in papa. quia dato quod prædicta authoritas in qua fundatur eorum opinio intelligeretur de potestate iurisditionis coercitiuæ, adhuc ex ea innuitur contrarium, quia cum inter apostolos tunc esset Petrus eorum caput quando verba fuerunt prolata per Christum, & ita dirigebantur in Petrum sicut in cęteros apostolos, imo principalius in Petrum, vt patet ex sequentibus verbis, quia solus Petrus postea interrogat, domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittā ei vsque septies &c. si intelligeretur dicta authoritas de plenitudine potestatis, sequeretur ꝙ ista plenitudo potestatis fuisset data omnib. sed principalius Petro tanquam capiti & per eum distribuenda, & exercenda etiam per alios ad nutum & voluntatem capitis, videlicet Petri & consequenter exercenda per alios pręlatos ecclesię ad nutum commissionem & uoluntatem papæ. Sed quia dicta authoritas Matthæ. 18. proprie loquitur de demittendis peccatis & potestate ordinis, scilicet ligandi & soluendi, nullo modo ex illa potest sumi argumentum quod data fuerit, aliqua plenitudo potestatis, cum de illa verbum nullum, nec etiam aliqua iurisditio coactiua & iudicialis fori ipsis apostolis, & consequenter nec ipsi ecclesiæ siue aliis prælatis de ecclesia, qui tantum sunt vocati in partem solicitudinis, ut in capitulo decreto cum sequenti. secunda quæstione. 6. Quod etiam apparet, quia ista authoritas non intelligitur, de coactiuæ & iurisditionalis potestatis datione, sed de quadam publicatione ad confusionem peccatoris proximum scandalizantis. Facit multum bene glo. ordi. ibi cum dicit dic ecclesiæ vt detestationi eum habeat, & qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobriis, & ut rubore, sequestrationis emendetur, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Ecce quod nō loquitur nisi in foro pœnitentiali, & non loquitur de ecclesia vniuersali in concreto sed de pręlatis.

150 Et istam † conclusionem ponit Hiero. ibi super illud 18. cap. quæcunque alligaueritis super terram, dicit enim hic ptātem tribuit apostolis, vt sciāt qui a talibus condemnantur, humanam sñiam diuina sententia roborari &c. Prelati ergo vniuersitatum sunt ad quos tanquam ad iudices fideles remittuntur, & nō ipsę uniuersitates. Idē ēt ibidē Chryso. vbi dicit dic ecclesię, i. iis qui ecclesię præsunt. Et S. Tho. super Matth. ibidem dicit, dic ecclesiæ. i. toti multitudini vt confundatur, ut qui noluit sine confusione corripi, cum confusione corripiatur. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriā & gratiam. eccle. 4. vel dic. ecclesiæ, i. iudicib. vt corrigatur, iuxta illud deutero 21. si genuerit homo filium contumacē & proternum qui nō audierit patris ac matris imperium & coercitus obedire contempserit, apprehendēt eum & adducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicii &c. Et idem. S. in 4. senten. dist. 19. q. 2. ar. 2. quæstiun. 3. ad. 2. arg vbi postquam dixit in d. quæstiun. ꝙ pceptū de correptione fraterna se extendit ēt ad prælatos vt corripiantur a subditis, dicit ꝙ q̄uis prælati sint corripiēdia subditis, non tñ eis pęna inflingēda, sed recurrendū ad superiorē denuntiando, vel si prelatus nō habet superiorē recurrēdū est ad Deū qui eū emendet vel de medio subtrahat. Iste aūt q non habet superiorē, est papa, vt in c. licet. de ele. ergo si denūtiandus esset papa, nō esset recurrendū ad aliquem superiorē. Intelligit ergo authoritas de prelato qui hēt superiorem prælatū ad quē possit recurri. Igitur stat expositio dic ecclesiæ i. prælato. Idem sanctus in 4. sen. dist. 19. q. 2. artic. 3. quæstiun. 2. ad 4. argum. dicit dic ecclesiæ posse exponi, i. prælato in iudicio præsidenti. Item Albert Magnus super Matt. ibidem dicit. dic ecclesiæ. i. prælato in conuentu si in sinodo, & si ecclesiam non audierit, vt secundum arbitrium prælati corrigatur, sit tibi tāquam ethnicus & publicanus. Idem

151 virtualiter † sentit archiepiscopus armachanus, qui vult ꝙ etiam ista authoritas dic ecclesiæ non arguat aliquam superioritatem in ecclesia respectu papę, sed quandam maioritatem discretionis, est enim aliqua doctrina ei & aliis, vt vnusquisque iudex ecclesiasticus sciat quem modum punitionis exequi debeat erga quoscunque, qui omnes in fratris nomine importantur, & hoc specialiter in peccato commisso in propriam personam ipsius. Vnde dicit quod per dictam authoritatem summus pontifex delictum in personam suā duntaxat commissum non debet iudicare, sed post monitiones in hoc loco descriptas illud peccatum publicare debet ecclesiæ, vt ex discretione ecclesiæ puniatur, ne vindicare potius quā corrigere videatur, si solus sua authoritate puniat, ex quo nulla potest argui superioritas in ecclesia respectu summi pont. Si enim hæc dicta fuissent propter superioritatem ecclesiæ, frustra & impertinenter postea adiecisset Dñs, amē dico vobis quęcunque alligaueritis super terram &c. ex quo illa doctrina præcedens euidenter ostendit ecclesiam debere ligare, non ipsos apostolos. Et subiungit. constat igitur quod doctrina Christi tendit ad hoc quod Petrus & alii post correctionem vltimam, de ecclesiæ discretione siue consilio fratres delinquentes punire debent, & eos tāquam publicanos & ethnicos, cum quibus iudæis communicare non licebat, iuxta illud Lu. 5. c. quare cum publicanis & peccatorib. manducatis & bibitis, suo ligamento eiicere, ita vt cum ipsis cōicare nullatenus sit licitum cæteris Christianis. & ideo intelligendum est hic potestatem excommunicandi generaliter quoscunque delinquentes, etiam si sint imperatores, aut reges, quoniam vniuersaliter dicitur quæcunque alligaueritis super terram &c. omnibus apostolis fuisse collatam. Ita dicit ipse archiepiscopus armachanus in summa de quæstionibus armenorum, li. 7. c. 9. Ex cuius dictis elicitur quod per illam authoritatem dic ecclesiæ, nulla demonstratur superioritas ecclesiæ in papam, sed potius econtra, propter verba quæ sequuntur, quęcunque alligaueritis &c. etiam concesso quod per dictam authoritatem data sit potestas fori contentiosi exterioris, quia non de ecclesia, i. concilio, sed de prelato in ecclesia existente & habente iurisditionem in denuntiatum loquitur. & sic quod nullæ claues iurisditionales fori contentiosi exterioris, per dictam authoritatem datę censentur ecclesiæ, & si quæ fuissent datę fuissent datæ Petro primo tanquam principaliori, & apostolis singulariter & non vt ecclesiam reprę sentantibus sine Petro. Et profecto si bene considerentur verba, veritas est quod per ea nulla authoritas fori contentiosi data fuit ecclesię siue concilio, quia si data fuisset ecclesiæ vniuersali, non fuisset opus vlterius adiicere si ecclesiam non audiuerit, quia si coertionem haberet ecclesia, non esset ultra procedendum ad punitionem, quia ecclesia tanquam potentissimus iudex posset per se punire, & frustra essent posita verba si ecclesiam non audiuerit sit tibi sicut ethnicus & pablicanus, & quod sequitur quęcunque alligaueritis &c. Item ex quo dominus postquam dixit dic ecclesię, adiecit quod si ecclesiam non audiuerit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, sequitur quod non dederit ecclesiæ potestatem coercendi, & ille in quem peccauit frater nō potest requirere ecclesiam vt illum coerceat, sed tātum debet ipse postea habere illum pro ethnico & publicano. Et nota quod dicit sit tibi sicut ethnicus, quasi dicat habeas eum pro eiecto ab ecclesia. Ex quibus verbis aliqui doc. maxime Barbatius in cap. nouit de iudi. volunt quod ipso iure denuntiatus censeatur excommunicatus. Nec contradicit huic intellectui glo. Nicolai ibi cum dicit sit tibi sicut ethnicus, i. separetur ab aliis fidelibus per excommunicationem & censurā ecclesiasticam, quia ipse intelligit iuxta expositionem per eū datam, uidelicet dic ecclesię, id est prelato, ita quod per prælatum & non per ecclesiam vniuersalem siue concilium cē surę sunt fulminandæ. Et quod sit verum in eadem glos. super uerbum ethnicus &c. post verba per excommunicationem & censuram ecclesiasticam, subiungit statim, & quod talia possint prælati ecclesiæ inferre, subditur, amen dico uobis quęcunque alligaueritis &c. Quinimmo non impropriā do verba, sensus illius authoritatis est, cum loquatur in foro conscientiæ, quod si post adhibitos duos uel tres testes frater non audit, non emendatur, nec confunditur, dic ecclesię, id est dic multitudini, idest dic in publico vt rubore suffusus resipiscere cogatur. & dic ecclesiæ, i. prælato eius, authoritate ipsius eum excommunicatum denuntiando omnibus de ecclesia. &c. Ecclesiæ enim nomine collectio, & multitudo fidelium intelligitur, de consecr. dist. prima. cap. ecclesia. Et dic ecclesiæ, id est prælato eius, denuntiando, vt illum coerceat & excommunicet, vel multitudini vt publice arguatur. Et hoc sentit Fœlix papa in epistola responsiua ad Athanasium & episcopos Aegyptiorum Thebaidorum, & Libiorum in coccilio Alexandrino congregutos, qui exponit & si te non audierit dic ecclesiæ, i. accusa eum publice & non prius. quod est dicere. i. non antequam præcesserit

152 correctio fraterna. Vnde † non potest accipi ecclesia pro concilio. Et hoc ex pluribus ostenditur, quia cum nō semper stet concilium, & quotidie opus sit facere euangelicam istam denunciationem, esset necesse expectare concilium, & sic redderetur frustratoria denūciatio. & idem multo magis sequeretur si acciperetur ecclesia pro ecclesia vniuersali, cuius totalis congregatio est impossibilis. Item ista denunciatio ita conuenit fœminis & laicis sicut ecclesiasticis personis, si ergo laicus uel fœmina haberent denunciare ecclesiæ, oporteret eum interesse concilio propter suum interesse quod in fęmina est omnino absonum. & quod dicitur de fœmina, dici potest de multis similibus, vt sunt monachi, qui non possunt claustrum exire, & sic de aliis. Similiter impossibile aliquando esset istam denuntiationem fieri ecclesiæ uel concilio ex alio capite, quia posset contingere quod esset tanta distantia a loco in quo læsus pauper traheret moram ad locum cōcilii vt ipse nequiret adire concilium ob defectum expensarum in itinere. Accedit quod Deutero. 16. mandabatur vt iudices sederent in portis ciuitatum, vt ad eos facilis esset aditus. facit quod dicitur Zacha. 8. veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. & Prouerb. vlt. nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Vnde propter hęc inconuenientia quæ sequerentur, non potest intelligi dicta authoritas dic ecclesiæ de concilio. Accedit quod concilia generalia sunt humana institutione introducta, vt 16. & 18. dist. per totum si autem dicta authoritas loqueretur de concilio, sequeretur quod concilia fuissent instituta lege di-

153 uina. Et † quod non intelligatur de ecclesia vniuersali siue de concilio, sed de multitudine fidelium, vt peccans rubore suffusus se emendet, vel de prælato habente in peccantem iurisditionem vt eum coerceat uel pro eo oret, patet ex eo ꝙ glo. & Doc. in cap. si peccauerit. secunda q. prima, exponunt dic ecclesiæ. i. sacerdoti qui oret pro ipso & admoneat eum desistere a peccato. Idem ibi Domi. qui allegat tex. 7. quęs. 1. scire. idem ibi Archi. post Lau. Idem ibi Ioan. de Fan. qui ad hoc etiam allegat. c. in omni negocio, de testi. & c. cum ex iniuncto, de hære. ubi traditur de ista denuntiatione euangelica. Et gl. in d. c. in omni, intelligit ꝙ d. authoritas habet locū in omni prælato qui habet aliquam administrationem. & idem glo. in d. cap. cum ex iniuncto. Sed ista glo loquitur de personis habentibus denuntiare, hoc est ad quos spectat ista denunciatio. de quo per S. Tho. in secunda secundæ. q. 33. ar. tertio & communiter doc. ubi supra. Item Io. An. in c. nouit. de iud. exponit dic ecclesiæ. i. prelato. Idem etiam speculator, in ti. de denuntiatione, in §. 2. Qui declarando illa verba euangelii sic dicit. si peccauerit in te, id est contra te uel te sciente frater tuus. i. quilibet Christianus, vt 11. q. 3. capitu. ad mensam, uade & corripe, id est charitatiue argue eum, inter te & ipsum solum, id est secrete. 2. quęstione prima. ca. si peccauerit. si te audierit, lucratus eris fratrem tuū, id est animam uel salutem fratris, eum a peccato retrahēdo. si aūt te nō audierit, adhibe tecum unum uel duos, supple de illis qui hoc sciunt, alias esses proditor criminis, ut in prę alleg. cap. si peccauerit. quod nullus esse debet, de pœnit. dist. 6. placuit. uel tales qui possint prodesse & non obesse, ut vigesimasecūda quæst. quinta hoc videtur. ut in ore duorum, s. tui & alterius, quando vnum adhibes, uel trium, scilicet tui & duorum quos adhibes stet omne verbum, id est probetur charitatiua monitio. quod si non audierit eos. s. cum effectu, quia se non corrigit, dic, i. denuntia ecclesiæ. i. prelato qui est in ecclesia, ut septima quæstione prima, capitulo scire, si autem ecclesiam, id est prælatum seu eius monitionem non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, id est gentilis, vt prima quæstione prima, capitulo nonne, vel alienus a participatione, & publicanus, id est publice peccans. & hoc uerum est si tamen sit ab ecclesia prius expulsus, vt decimaquinta distinct. capitulo sed illud. Inde sanctus Thomas in trac. de correctione fraterna dicit. præceptum de correctione potest pertinere ad omnes, uel ad prælatos. si pertineat ad omnes communiter, tunc ecclesia non uocatur hic congregatio, sed prę latus. si autem pertineat ad prelatos, tunc sensus est dic ecclesiæ id est congregationi fidelium. & tunc peccator debet coram ea excommunicari, ut sit diuisus ab ecclesia per sententiam excōicationis, & donec redeat, debet ab eccl. uitari & haberi sicut ethnicus & pubicanus. vnde Hugo Cardi. super illud Matt. dicit, si priuata persona corripit, sic exponendum est, dic ecclesię id est coram prælato ecclesię eum conuince per testes quos noluit audire corripientes, si uero prælatus corripit, sensus est dic ecclesiæ id est coram ecclesia, seu congregatione fidelium eum excommunica. Et ista est optima & vera expositio. Et quod uerba dic ecclesiæ exponenda sint id est dic prelato, patet ex hoc quod doc. omnes communiter in dicto capit. nouit ita intelligunt. Vtrum autem illa authoritas habeat locum in papa, vide quod pono in articulo vtrum papa possit deponi quando est incorrigibilis in nono motiuo contra papā. & in quarto & quinto motiuo pro papa, in uersiculo non obstat vsque in finem q̄ adde ad dicta hic & in rñsionib. ꝑ papa. de quo per modernos in d. c. nouit. Præterea si bñ cōsideret̄ nullo mō ꝓbat̄ ex dicta authoritate maioritas concilii in papam. tum quia hoc uerba ipsa nullo modo sonant. & dato quod nomen ecclesię, caperetur pro concilio, & quod dicendum esset cionlio, adhuc non haberetur quod concilium esset maius papa. Tum quia non datur per dicta verba aliqua authoritas siue potestas plectendi siue mulctādi, sed tantum dicitur quod si non audierit ecclesiam monentem vel si propter ecclesiam rubore suffusus nō pœnituerit, sit tibi offenso sicut Ethnicus & Publicanus. & sic non datur aliqua coertio. Tum etiā quia dicta authoritas non loquitur de ecclesia repręsentata, sed de ecclesia potius quæ sonat collectionem fidelium, ad deducē dum delictum offendentis in notorietatem. Et si considerentur actiones Christi qui uenerat ad saluandum peccatores, omnes tendunt ad bonum & salutem animæ, & non ad potentiam mundanam, iuxta illud Ioann. 18. Regnum meum non est de hoc mundo &c.

154 Ex præmissis † igitur clare liquet quod per illam authoritatem dic ecclesię non datæ sunt claues aliquæ ecclesiæ vniuersali siue concilio in papam, & quod non meretur allegari ad hoc illa authoritas, sicut nec ad hoc quod concilum sit supra papam, vt communiter allegatur ab iis qui dant authoritatem concilio supra papam. Nunc igitur prosequendo propositū si quærimus an & quæ claues dicendæ sint datæ ecclesię, sciēdū est ꝙ potestas ecclesiast. diuiditur in potestatem ordinis & potestatē iurisditionis. Item potestas ordinis duplicem habet respectum. unus est ad corpus Christi verum quo ad consecrationem eius. alter est ad corpus Christi mysticum seu membra eius. & hoc dupliciter, vel quo ad administrationē corporis Christi veri uel quo ad administrationem vel exhibitionem alterius sacramenti, sicut est ordo, confirmatio, vel pœnitentialis absolutio. Potestas iurisditionis duplex est. vna in foro exteriori. alia in foro conscientiæ interiori. Rursus potestas iurisditionis in foro exteriori dupliciter consideratur. uno modo prout immediate tradita est a Christo secundum legem euangelicam. alio modo prout super addita est ex humana consideratione uel dono per principes seculares aut aliter. Item potestas iurisditionis in foro interiori dupliciter consurgit. uno modo ex hoc quod homo vltro se subiicit tali potestati, sicut cum sponte confitens subiicit se presbytero & ordinandus episcopo. secundo ex authoritate superioris hunc vel illum tali vel tali subiicientis, quod fieri potest nō ad arbitrium illius qui subiicitur. Et hanc distinctionem potestatis ecclesię posuit Gerson in primo libro de potestate ecclesiastica capitulo secundo. Cui non assentio in eo quod ponit potestatem iurisditionis, fori exterioris considerandam vno modo prout immediate traditam a Christo. nec in eo ꝙ ipse dicit in quarto capitulo quod per authoritatem illam Matth. 18. data fuit potestas fori iurisditions exterioris immediate a Christo, quia sicut supra dixi, illa authoritas tantum loquitur de foro pœnitentiali & iurisditionis interioris necessario consequentis ad potestatem ordinis seu ligandi & soluendi in foro pœnitentiali.

155 Vnde † dicimus quod potestas clauium ordinis quo ad administrationem corporis Christi veri, est data ecclesię & est in abdicabilis & inauferribilis, qa quisquis est sacerdos rite cōsecratus, si intendit & tentat cum forma, & materia debitis consecrare consecrat, etiam si sit excommunicatus & irregularis, de gradatus, depositus, simoniacus in ordine, schismaticus. hæreticus, prima quæstione prima capitulo dominus. ponit Ricardus in quarto senten. distinctione decimatertia, quantumcunque enim peccet transgrediendo præceptum, puta quod excommunicatus non celebret, non impeditur effectus consecrationis. Non sic si minister etiam rite ordinatus & habens intentionem consecrandi deficiat in materia uel forma, quia non consecrat.

Et in hac potestate ordinis omnes sacerdotes qui rite sunt ordinati sunt pares. Et istam potestatem dicunt Doctores datam in cœna domini quando fecit apostolos sacerdotes, per ver-

ba hoc facite in mei commemorationem. Poteſtas vero or-
dinis quo ad adminiſtrationem ſacramentorũ ordinis, con-
firmationis, conſecrationis virginum, abbatum, eccleſiarũ,
& inſtitutionem eccleſiarum, non eſt æqualiter in quolibet
ſacerdote, quia ſimplex ſacerdos non poteſt iſta conferre, vt
dicitur in cap. quanto, de conſue. & in cap. aqua, de conſecr.
eccl. vel alta. & ſi de facto id agat, nihil facit, quia neque con
firmat neque ordinat. Epiſcopus vero ſi uolentem ordinari
uel confirmari, qui ſit ſacramẽti ſuſceptiuus puta ſi non ſit
mulier &c. Confirmet uel ordinet etiam ſi epiſcopus ſit ex-
communicatus & irregularis, nihilominus tenebit ordinũ
& huiuſmodi ſacramentorum collatio, vt in capitulo ſecun
dum, 19. diſtinct. & prima quæſtio. prima, capitulo quod qui-
dam. Et in hoc omnes epiſcopi ſunt pares, ab infimo uſque
ad ſupremum, id eſt vſque ad papam. non ſic autem eſt de
ſacerdotibus ſimplicibus, quantumcunque ſupra ordinem
ſacerdotalem non ſit altera poteſtas ordinis neque in epiſco
pis, neque in papa, licet aliter ſit in epiſcopis & papa & aliter
in minoribus ſacerdotibus. ſicut inter apoſtolos, & diſcipu-
los fuit etiam diſtinctio, vt in capit. decretis & in capitulo in
nouo 21. diſtinctione, & magiſter ſententiarum, in quarta di
ſtinctione. 24. capitulo octauo. Vnde quo ad conſecratio-
nem corporis Chriſti veri nulla eſt differentia, quia omnes
ſacerdotes quo ad hoc eandem habent poteſtatem, ſed quo
ad adminiſtrationẽ ſacramẽtorum diſpar eſt poteſtas in epi
ſcopis & ſimplicibus presbiteris. Et iſta poteſtas clauium or-
dinis par data eſt omnibus apoſtolis cum Petro per illud Ioã.
156 vigeſimo. Poteſtas † autem clauium fori iuriſditionis interio
ris, loquendo ſecundum terminos Gerſon. non eſt proprie
coercitiua ſed ſpontanea. Et hæc poteſtas iuriſditionis, quæ
fundatur radicaliter in poteſtate ordinis ſacerdotalis & epi-
ſcopalis, ſi conſideretur ſic generaliter reſpicit, corpus Chri-
ſti miſticum, hoc eſt fideles multipliciter. oportet enim eos
ſecundum tres actus hierarchicos regere. qui actus ſecundũ
Diony. ſunt purgare, illuminare, & perficere. purgate per in-
flictionem pœnæ excommunicationis, vel interdicti. & hoc
ſpectat ad iuriſditionem coercitiuam. quæ purgatio etiam
fit per baptiſmum & ſacramentalem abſolutionem nõ coer
citiue, quia purgatur quis per baptiſmum & abſolutionem
voluntarie. Illuminare eſt per prædicationem & doctrinam,
& perficere per aliorum ſacramentorum miniſtrationem.
Et in huiuſmodi ſacramentorum miniſtratione oportet ꝙ
perſonæ quibus miniſtrantur ſint miniſtranti ſubditæ, vt in
cap. omnis, de pœnit. & remiſ. preterquam in baptiſmo, qđ
eſt ſacramentum neceſſitatis non reiterabile, vt de conſecr.
diſt. quarta, cap. in neceſſitate cum pluribus ſequen. & 30. q.
3. ſuper quibus, etiam ſi ab hæreticis et extra articulum ne-
ceſſitatis conferatur, ca. hi qui. prima q. 1. et cap. dedit baptiſ
mum et cap. quod quidam, ca. cau. et q. de conſec. diſt. quar-
ta, cap. ſi qui, cum ſequentibus. Sic dicimus quod in mortis
articulo ratione inſtantis neceſſitatis quilibet abſoluit ab ex
communicatione et a peccatis, ut in cap. paſtoralis, de offic.
ordin. dummodo ſit talis perſona abſoluens quæ, ſit capax
poteſtatis ligandi et ſoluendi, utputa quia non laicus vel fœ
mina. quia talis licet illo caſu audiat confitentem, propter
defectum clauium non abſoluit, ut dicit ibi glo. et Doct. ſed
confitens quo ad Deum habetur pro abſoluto, de pœnit. di-
ſtin. prima, capit. quem pœnitet. Alias autem in ſacramen-
to pœnitentiæ requiritur de neceſſitate pręcepti et ſacramẽ
ti quod ſit ſubiectus, hoc eſt ꝙ ſit de iuriſditione miniſtran-
tis ſacramentum authoritate legis uel ſuperioris. item ſubie
ctus voluntarie, quia non datur abſolutio nolenti pęnitere,
vt dicto cap. omnis. de pęnit. et remiſ. Vnde et papa qui nulli
ſubeſt quo ad coertionem exterioris fori, ſubeſt tamen con-
feſſori ſuo quo ad hanc iuriſditionem annexam ordini ſa-
cerdotali. Similiter ſubeſt ordinatori ſuo, cum contingit eũ
poſt electionem ordinari ſacerdotem. unde et ab epiſcopo
Hoſtien. conſecratur, qui eſt minor eo. In ſacramento autẽ
confirmationis et ordinis, quibus imprimitur character, ſuf
ficit de neceſſitate ſacramenti non tamen pręcepti ſubie-
ctio voluntaria ſuſcipientis hæc ſacramenta ab illo qui con
ferre poteſt illa, peccat tamen dans atque ſuſcipiens ſi non
adſit ſubiectio per legem uel ſuperiorem ordinata. de quo
in capit. primo poſt Inno. de ſupplen. negli. præla. tex. et doc.
in capitulo eos, de temporib. ordinandorum, in ſexto, dici-
tur in capitulo primo, de eo, qui renunciat epiſcopatui.
Hanc autem poteſtatem clauium iuriſditionis interioris an
nexam ordini ſacro, dicimus immediate a Chriſto, primo
promiſſam apoſtolis per illud Matth. decimooctauo. amen
dico vobis &c. Et poſt reſurrectionem collatam quando do
minus inſufflauit et dixit accipite Spiritumſanctum &c.
Ioan. vigeſimo.

157 Poteſtas autem fori exterioris † quę eſt ptãs
coercitiua, ualet exerceri in alterum etiam inuitum, nam iu
dicium redditur in inuitum. l. prima. & authen. ibi poſita. C.
de litis. conteſta. l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. ff. de verb.
obli.] Et iſta iuriſditio exterior conſiderata de per ſe, genera-
li vocabulo dicitur iuriſditio, hoc eſt poteſtas dicendi ius, vel
iuriſditio quaſi iuris dictio id eſt promulgatio, notificatio, ſi-
ue pronunciatio. Vnde Bar. & alii in l. prima. ff. de iuriſditio-
ne omnium iudicum dicunt. iuriſditio eſt poteſtas de iure pu
blico introducta cum neceſſitate ius dicendi & æquitate ſta
tuendi. de quo in authen. de defenſoribus ciuitatum. §. iuſiu-
randum ibi in glo. Et huius multiplex eſt diuiſio, vt dicitur
per doc. in l. 3. ff. de iuriſditione omnium iudicum. & alia eſt
voluntaria, alia contentioſa, ut in l. prima. ff. de officio procõ
ſulis & c. nouit. de offic. lega. Bald. in l. prima. C. de emancip.
liberorum. Et iſta multum differt ab ea quæ eſt annexa ordi-
dini ſacro. Vnde dicitur in capitulo aqua. de conſec. eccleſi.
vel altaris, & in capitulo quanto. de conſu. quod ea quæ ſunt
iuriſditioqis epiſcopus delegat, non autem ea quæ ſunt ordi-
nis. De huius iuriſiditionis multiplici diuiſione & diffinitio-
ne habetur in ſpecu. de iuriſditione omnium iudicum. &
bona gl. in clemen. quamuis, in uerbo omnimodam de foro
compet. vbi ponit aliam temporalem, aliam eccleſiaſticam,
aliam ſpiritualem, aliam ciuilem, aliam criminalem.

158 Vtrum † autem huiuſmdi fori exterioris iuriſdi
tio data fuerit apoſtolis imme-
diate a Chriſto, hic eſt principalis difficultas, nam Apoſtolus
Paulus uiſus eſt exercere iſtam iurſditionem cum excommu
nicauit Corinthium. primo. ad Corint. quinto & in capitulo
cum ſit Romana in §. fi. de appel. & 33. quæſtione. 3. capitu.
quid crudele. capitulo audi. vndecima quæſtione tertia gl. in
capitulo nouit. de offi. legat. ſecunda quæſtione prima capi-
tulo. de manifeſta. Intantum quod dicit Archid. in capitulo
cum Beatus. 45. diſtinctione, quod apoſtolus tantæ fuit au-
thoritatis & meriti quod quicunque ab illo excommunica-
batur, corporaliter corripiebatur a dęmonio. Et eccleſia iudi
cat de papa capitulo ſi papa. 40. diſtinctione. & de titulo papa
tus. 79. diſtinctione capitulo ſi duo. Et quæ dicta ſunt Petro
aut apoſtolis, trahenda ſunt ad eccleſiam. Vnde Augu. in epi
ſtola. 80. ad Eſycium dicit, verba quæ locutus eſt Chriſtus ad
Apoſtolos, oportet de ſucceſſoribus intelligere, ſicut illud
eritis odio omnibus gẽtibus propter nomen meum. Et illud
eritis mihi teſtes in omnis iudæa & ſamaria & cæt. Et illud
ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. quod
tamen eum vniuerſæ eccleſiæ promiſiſſe quæ aliis morienti
bus, aliis naſcientibus vſque in ſeculi conſummationem fu-
tura eſt quis non intelligat. Et idem augu. pſal. 108. quædam
dicuntur quę etſi ad apoſtolum Petrum proprie pertinere vi
dentur, non tamen habent illuſtrem intellectum niſi cum
referuntur ad eccleſ. Quod ſi iſte ſenſus eſt verus, oportet de
neceſſitate quod verba quæ locutus eſt Chriſtus ad apoſto-
los Matth. 18. quæcunque alligaueritis &c. deſignent poteſta
tem clauium fori exterioris. & ſimiliter illa Ioan. 20. ſicut mi
ſit me pater & ego mitto vos, hæc cum dixiſſet inſufflauit &
dixit eis accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis pec-
cata &c. quia non reperitur alia authoritas directa ad apoſto
los, quæ hoc ita præſeferat ſicut iſte duę. Vnde concluden-
dum videtur neceſſario quod apoſtolis & conſequenter ec-
cleſiæ data fuerit, per illa uerba, poteſtas clauium fori exterio
ris, & ſic quod iſtam poteſtatem habuerit eccleſia immedia
te a Chriſto, & ſicut ſupra dictum eſt uerba in illa authorita
te Matth. 18. maxime hoc oſtendunt, propter dictionem quę
cunque & uerbum alligaueritis, & quia videmus quod ec-
cleſia exerceret cenſuras. Vel ſaltem prout dicit tex. in cap.
audiuimus. 24. q. prima. quando Petrus claues accepit, pro
omnibus, & præ omnibus accepit, ſequitur quod iſte claues
fori iuriſditionalis ſint datæ eccleſiæ, quia ut ſæpius dictum
eſt quando Petrus claues accepit eccleſiam ſanctam ſignifi-
cauit. vnde iſtæ claues iuriſditionales fori exterioris datę
fuerunt coniunctim omnibus apoſtolis per illa verba & tibi
dabo claues regni cęlorũ, & ſic habuerunt iſtas claues imme
diate a Chriſto. Vnde Card. de Turræcr. in 2. lib. cap. 72. dicit
159 ponendo † triplicem intellectum huius quod dicitur quod
vniuerſali eccleſiæ datæ ſunt claues. Vnus eſt quod claues da
tæ ſunt eccleſiæ in ſingulis eius mẽbris diuiſim. & iſte intelle
ctus eſt falſus & damnatus inter errores valdenſium, qui dice
bant ſingulos bonos homines habere poteſtatem clauium
ligandi & ſoluendi. Secundus eſt quod vniuerſali eccleſię in
omnibus membris ſuis coniunctim ſiue ſimul datę ſint cla-
ues. Et iſtum intellectum dicit non ſolum eſſe falſum ſed et
impoſſibilem, eo quod maior pars fidelium eſt incapax cla-
uium quibus fit peccatorum remiſſio, & capaces nõ ſemper
poſſunt eſſe congregati. tertius intellectus eſt quod vniuerſa
li eccleſiæ datę ſint claues nõ in omnibus membris eius ſed
in aliquibus tantũ, & plenitudo poteſtatis data ſit illi in vno
mem-

membro tantum. ſcilicet principali quod eſt caput corporis
eccleſię, i. papa. Et iſtum dicit eſſe verum & catholicum intel
lectum. Vnde reſpondet ad illud quod dicitur claues datas
eccleſiæ, quod propter vnitatem eccleſiæ ſiue propter vnita-
tem membrorum in ipſo corpore eccleſiæ exiſtentium, ip-
ſum corpus eccleſiæ dicitur ſæpe recipere, habere, & exerce-
re, ſiue operari quę officialia membra eius, vel aliquod etiam
vnum eius membrum, recipit, habet, aut operatur, licet il-
lud tale conuenire non poſſit toti vniuerſitati membro-
rum, nec etiam proprie poſſit dicit de ea, ſed tantum per
ſynecdochen denominando totum a parte, & ſic quod
aliquibus membris eccleſiæ conuenit attribuitur toti ec-
cleſiæ, iuxta illud Apoſtoli. primæ ad Corinth. decimo. ſedit
populus manducare. ideſt quidam de populo, & ſic poteſtas
miniſterialis ligandi & ſoluendi a peccatis, quę ſolis ſacerdo
tib. conuenit, dicitur eccleſiæ data, cuius membra ſunt ſacer
dotes. Allegat Archi. de conſec. diſt. 4. cap. eccleſiæ charitas,
qui dicit, quod eccleſia dicitur facere quod eius miniſtri fa-
ciunt ſecundum inſtituta, puta paruulos baptiſmo offerre,
baptizare, peccata dimittere, &c. Vnde ad propoſitum addu
cit illud Aug. in Pſal. 17. attende regulam vnitatis capitis &
corporis, quaſi enim vna perſona eſt caput & corpus, ideoq;
vna voce vtitur caput cum membris, licet ea quæ dicuntur,
ad diuerſa referantur, quædam enim ſoli capiti conueniunt,
quædam capiti & membris, item quæ membris conueniunt
quædam præteritis, quædam præſentibus, quædam futuris,
quædam perfectis, quædam imperfectis cõueniunt, & tamẽ
in tanta diuerſitate vna vox eſt, & quaſi vna perſona loqui
videtur. Sed pro certo iſte intellectus cardinal. licet ſit in ſe
verus, tamen non oſtendit mihi an eccleſia & conſequenter
concilium ſine papa habeat aliquam clauem iuriſdictionis
fori exterioris & quam, & an immediate a Chriſto vel quo-
modo & qua authoritate. Quamuis enim reperiãtur aliqua
per apoſtolos facta poſt aſcenſionem Chriſti in cœlum quę
deſignant iuriſditionem coercitiuam, ut eſt illud quod legi
tur de apoſtolo qui damnauit Corinthium, & ſic poſſet ad-
duci illud 2. ad corinthio. 5. pro Chriſto legatione fungimur,
ubi glo. interli. dicit. ideſt vice Chriſti fuit legatus Dei, & ad
Titum. 3. hæreticum hominem poſt primam & ſecundam
correctionem deuita. & 1. ad corint. 5. ſi is qui frater nomina
tur inter vos eſt fornicator. &c. & poſtea ſequitur, cum hu-
iuſmodi nec cibum ſumere. item adhuc infra quid enim eſt
mihi de ijs qui foris ſunt iudicare, & ſi qua alia ſimilia geſta
ſunt iſta non videntur poſſe allegari ad propoſitum, quia
ſi quam iuriſdictionem exercuerunt apoſtoli, id potuit
eſſe per commiſſionem Petri & per deriuationem a Petro.
Vnde ad oſtendendum iſtam poteſtatem Clauium da-
tam immediate a Chriſto oportet diſcurrere per euange-
lia & opera Chriſti. Et profecto nullæ authoritates pręter
allegatas, ex Matth. decimoſexto. & tibi dabo claues regni
cœlorum. & cæt. & Matth. decimooctauo. Amen dico vo-
bis quęcumque alligaueritis. &c. & poſt reſurrectionem Io.
20. quando dominus inſufflauit dicẽs accipite Spiritum ſan-
ctum quorum remiſeritis peccata. & cæt. & Ioann. 21. paſce
oues meas, poſſunt proprie dici loqui de poteſtate iuriſditio
nis fori contentioſi ſiue exterioris, nam illud Matth. & Mar.
vlt. euntes in mundum &c. ſicut et illud Ioann. 4. loquitur.
de officio prędicandi & baptizandi. et illud Matth. 10. et Lu.
10. et 1. ad corinth. 9. de poteſtate accipiendi uitę neceſſaria
et faciendi miracula, et illud Lu. 10. de eiiciendis demonib.
et illud Matth. 19. ſedebitis et uos iudicantes. etc. de iudicio
uniuerſali in fine mundi poſt reſurrectionem uniuerſalem.
Vnde cum non habeamus aliquam authoritatem euãgelii
per quam appareat data omnibus apoſtolis poteſtas Clauiũ
fori contentioſi, et illæ authoritates quæ hoc ſonant Matth.
16. et Ioann. 21. ſint dictæ Petro tantum, ſequitur quod apo-
ſtoli nullam habuerint immediatę a Deo poteſtatem Cla-
uium fori contentioſi exterioris ſiue coercitiui, et quod ſi
quam reperiantur habuiſſe, illud fuit per deriuationem a Pe
tro. Et hoc probat ille text. in cap. ita dominus. 19. di. ſæpius
allegato cum ſuis concordant. et probat text. in parte deciſa
in cap. quia diuerſitatem. de conceſſ. præben. cum dicit quia
diuerſitatem corporum ſepe ſequitur diuerſitas animorum
ideo poteſtas iuriſditionis a principio fuit in uno collocata.
Vnde oſtendit quod iſta poteſtas iuriſdictionis exterioris nõ
fuit per Chriſtum data eccleſiæ uel alicui corpori, ſed uni tã
tũ. ſ. Petro. Obſtat † tñ ꝙ ſi ꝑ illa uerba paſce oues meas, Petrus
160 quia factus paſtor accepit claues iuriſditionis, uñ ſiľr ꝙ et apo
ſtoli qui ſimiliter fuerunt paſtores, eandem iudiciariam po-
teſtatẽ fori exterioris habuerint. Et ꝙ apoſtoli fuerint paſto-
res cantat eccleſia in præfatione eorum; ut gregẽ tuũ paſtor
æterne non deſeras, ſed per beatos apoſtolos tuos continua
protectione coſtodias, ut iiſdem rectoribus gubernetur ques
operis, tui vicarios eidẽ contuliſti præeſſe paſtores. etc. Ecce
quod apoſtoli ſunt paſtores vniuerſi gregis dominici, ſicut &
Petrus, & oẽs vicarij ſicut Petrus, & hoc immediate vt vide-
tur a Chriſto per id quod dicitur contuliſti præeſſe. Sed ad
hoc poteſt reſponderi quod eccleſia appellat paſtores etiam
quoſcunque rectores ſeu prælatos, vt in ca. ne pro defectu de
elec. & in cle. in plerìſque in gloſ. de elect. Et reſpectu curæ
animarum, vt in capit. ſit rector. 43. diſtinc. Quinimo dico ꝙ
illa verba præfationis ſi bene ponderentur, oſtendunt quod
apoſtoli nullam habuerunt iuriſditionem coertionis exte-
rioris. Ponderandũ eſt. n. quod dicit quos operis tui vicarios,
& non dicit vicarios tuos, ꝗa vnus eſt vicarius Chriſti papa,
qui habet omnem iuriſditionem & ſuperioritatem. ca. fi. de
tranſla. præla. Et in extraua. vnam ſanctam. vicarij appellan-
tur epiſcopi, qui vicarij ſunt Chriſti. 33. q. 5. c. penul. Opus au
tem Chriſti erat ſalus animarum, quia ipſe venit quærere &
ſaluum facere quod perierat. Lu. 19. & ipſe venit in hunc mũ
dum vt peccatores ſaluos faceret. 1. ad timo. 1. Ad quod facit
quod dixi ſupra quod apoſtoli fungebantur legatione vice
Chriſti, qui fuit legatus Dei. 2. ad corin. 5. & epiſcopi eius mi
niſtri. 2. q. 5. habet. Gerunt enim curam ouium ne perdantur.
7. q. 1. c. ſuggeſtum. & paſtores ſunt gregis. 7. q. 1. paſtoralis. 8.
quæſt. 1. in ſcripturis. Debent enim paſcere inſtructionis ver
bo. 43. diſt. epheſus. 8. q. 1. audacter in fi. conuerſationis exẽ-
plo. 11. q. 3. præcipue. euchariſtiæ ſacramento de conſe. diſt. 2.
non prohibent. & temporali ſubſidio. 16. q. 1. capit. nulli epi-
ſcoporum. Item poteſt intelligi quod contulerit eis vt eſſent
paſtores deriuatiue a Petro, qui fecit alios apoſtolos epiſco-
pos, vt 66. diſt. c. porro, & dixit ſupra & poſtea diſtinxit diœ-
ceſes, vt in c. in illis 80. diſt. non quod ipſe Chriſtus fecerit eos
paſtores, quia nullibi hoc reperitur, niſi animarum. Nec ob
161 ſtat † quod capit. noua de pœni. & remiſ. dicit in plurali cla-
ues, tanquam loquens de claue iuriſditionis & ordinis. & ꝗa
indefinite dicit claues. c. ſi. Romanorum. 19. diſt. Et idem re-
ſpondetur ad. capit. 1. in §. ſi vna de ſum. trini. quia tex. loqui
tur de clauibus ſecundum propoſitum noſtrum, videlicet in
foro pœnitentiali, quia loquitur de officio prædicandi & au
diendi confeſſiones & ſic de clauibus ordinis. & hoc ꝯgruit
titulo de pœnitem. & re. & de ſum. trini. Nec poteſt intelligi
de clauibus iuriſditionis exterioris, quia ſic intelligendo nõ
redderetur bona ratio ad text. cum mulieres poſſint habere
iuriſditionem ex conſuetudine vel priuilegio, vt in c. dilecta
de maio. & obe. & in c. dilectus filius de arbi. & gloſ. in d. ca-
pitulo noua. Et ſic dicitur ad §. vna, quod loquitur de claui-
bus ordinis, quæ etiam ſubdiſtinguuntur in plures. & ſic in-
definita reſtringitur ad materiam ſubiectam de conficien-
do corpus Chriſti verum. & illa regula. c. quia circa de priui.
& 19. diſt. ſi Romanorum, quod indefinita æquipolleat vni-
162 uerſali, patiẽ multas limitationes. Et ex † his patet quod apo-
ſtolis non ſunt immediate a Chriſto datæ claues fori cõten-
tioſi exterioris, ſed quas habuerunt, habuerunt a Chriſto me
diante Petro & deriuatiue ab eo tanquam ipſorum capite &
præfecto. Et ideo bene ſupra concluſum eſt quod concilium
ſede vacante nõ poteſt regulariter exercere reſeruata papæ,
cum iuriſditio & poteſtas iſta quæ a Petro deſcendit, ſit re-
ſtringibilis ad voluntatem eius a quo deſcendit. Et ex hoc ſe
quitur ꝙ cum poteſtas clauium apoſtolorum & conſequen
ter eccleſiæ & cõcilij ſit longe minor poteſtate conceſſa Pe-
tro & ſucceſſoribus, papa eſt maior concilio. Et ex his etiam
163 † apparet ꝙ multum errant illi qui ponunt plenitudinem
poteſtatis principaliter & fundamentaliter in eccleſia, quia
ſi dubitatur an apoſtolis data ſit iuriſditio contentioſa ſiue
fori exterioris, vt ſupra ſatis dictum eſt, quomodo poſſunt
ponere plenitudinem poteſtatis in eccleſia quæ per apoſto-
los figuratur, cuius vices hodie gerunt epiſcopi? Vt in cap. in
nouo. 21. diſt. & ca. eccleſię princeps. 35, diſt. Et maxime cum
ſint text. clari quod plenitudo poteſtatis eſt in papa, & ꝙ alij
vocati ſunt in partem ſolicitudinis. 1. q. 2. decreto, & c. ad ho-
norem de autho. & vſu pal. & in cap. propoſuit de conceſ. ꝑ-
ben. & in cle. 1. vt lite penden. & c. 1. ut eccle. benefi. cũ ſimil.
Et tex. in cle. paſtoralis in fi. de re iudi. dicit. nos tam ex ſupe-
rioritate quam ad imperium non eſt dubium nos habere q̃
ex poteſtate in quam vacante imperio imperatori ſuccedi-
mus, & nihilominus ex illius plenitudine poteſtatis quã Chri
ſtus rex regum & dominus dominantium nobis licet imme
ritis in perſona beati Petri conceſſit &c. Ecce quod iſta ple-
nitudo poteſtatis eſt in ſolo papa, quia non dicit in perſona
beati Petri datam ſibi & eccleſiæ, ſed tantum ſibi principali
ter & immediate a Deo. Et adde hic quæ dicuntur parum
ante fi. in quæſtione de capitulis iuratis in conclaui. Et ſi iſta
plenitudo poteſtatis eſſet in eccleſia fundamentaliter, & in
papa tanquam in miniſtro, iſta plenitudo uel eſſet inutilis
quia nunquam poſſet reduci ad actum ſiue executionem ir-
requiſita eccleſia, cum tamen papa quotidie utatur plenitu
dine poteſtatis vbi videt expedire. vel etiam epiſcopi poſſet
vti

vti ista plenitudine potestatis, qui sunt etiam de corpore ecclesiæ. Et si per ecclesiam esset exercenda raro uel nunquam exerceretur, cum raro sint concilia. Et si papa est solum minister posset impediri in eius exercitio, & si esset discordia, cessaret vsus istius plenitudinis.

164 Ad illud† quod dicit Cardi. Flo. quod. cap. ita dominus, non dicit totaliter sed principaliter. respōdet episcopus Torcellanus, postea Brixiē. & uicarius papæ, qui irridendo. d. cardinalem dicit quod distinctio quam ponit Zabarella est phantastica, quia si notentur uerba tex. satis patet uerus eius sensus. ait enim ita dominus huius muneris sacramentum ad omnium apostolorum officium uoluit pertinere ut in beatissimo Petro apostolorū omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet. si ergo inquit dona siue potestates domini diffunduntur in cæteros per beatum Petrum, prius fuerunt in Petro solo antequam deriuarentur ad alios, & sic accepit principaliter a Deo. & si hæc principalitas non erat ut esset maioris potestatis quam singuli uel omnes simul, tunc non erat primus nisi ordine non authoritate, ergo non erat assumptus in consortium indiuiduæ unitatis cum Christo quo ad potestatem, qđ de ipso solo ibidem dicit Leo. Ita dicit ipse in quodam trac. de creatione cardinalium ad pium. 2. pont. max. ubi tractat de potestate data. Petro. Non obstat quod dicitur quod concilium decernit & fulminat censuras, ut in capitulo primo, de pac. & de iudi. c. 1. quia intelligitur de concilio cum papa uel eius legato a quibus recipit authoritatem. si enim sine voluntate papæ celebraretur, esset conciliabulum. si autem de uoluntate papæ esset legitime congregatum & postea diuisum a papa, tunc tantam haberet authoritatem quantam communicare possent prælati inter se in illo existentes si esset alias legitime congregatum. Et ideo prælati qui hoc habent descensiue a papa, sunt causæ cur concilium possit fulminare censuras & non ex propria authoritate concilij, ut late dictum est in quæstione de quib. causis & litibus cognoscat

165 & quam iurisditionem habeat concilium. Ad illud† ꝙ dicta authoritas Matth. 18. utitur uerbo alligaueritis, quod uidetur sonare iurisditionem cōtentiosam. respōdetur quod ex quo dicta authoritas loquitur de foro pœnitentiali, ut patet ex serie totius illius capituli, intelligitur & restringitur uerbum alligaueritis ad subiectam materiam, ut in c. cupientes. §. denique de elec. in 6. & sic ad forum poli siue pœnitentiale. & sic ad alligationem iurisditionalem conuenientem ordini & foro iurisditionis interioris. Et similiter respondetur ad signum uniuersale quæcunq;, ꝙ intelligitur secundū subiectā materiā, ut in l. si ita. ff. de lega. 3. & in authen. de ex-

166 hiben. reis. § optimū. Ad illud ꝙ† peccator iā est alligatus peccato, & ulterius non alligatur sed absoluitur, & ideo dicta authoritas debet intelligi non in foro pęnitentiali & iurisditionis interioris sed in foro cōtentiose exteriori. Respondetur ꝙ imo licet peccator sit alligatus p peccatum, pōt aggrauari & magis alligari propter contumaciam & perseuerantiam in peccato, & pluries alligari secūdum diuersitatem & multiplicationem contumaciæ in peccato & incorrigibilitatē, argu. cum nō ab homine de iudi. Et sacerdos propter pertinaciam in peccato potest pręcipiendo magis illum alligare ad pęnam æternam. 14. q. 1. c. quisquis, & ca. quod pręcipitur. & bene. tex. in c. si sacerdos de offic. ordin.

167 Restat† respondere ad illud quod dicitur de Paulo qui excommunicauit corinthium 1. ad corin. 5. excommunicatio autem est actus iurisditionis contentiosæ, ut in d. c. nouit, & d. c. aqua. & Nicolaus in glo. in d. cap. 5. in uerbo ut tollatur de medio uestrum, supplet per excommunicationem. Verum tex. non dicit quod excommunicauerit sed quod tradiderit eum Satanæ, ubi supplet glos. inter li. ut corporaliter uexet eum diabolus, & sic ille resipiscat. Et glos. ordin. dicit quod Paulus dicitur habuisse hāc potestatem ut dum aliquem a stultitia non posset amouere, diabolo traderet eum uexandum quousque pœnitentiam profitens a malo desisteret. & dicit Archi. in cap. cum beatus. 45. dis. Et sic non est ibi sermo de iurisditione contentiosa, sed dicitur ꝙ illud agebat Paulus spiritualiter. Item posset responderi ꝙ Paulus fuit uocatus post ascensionem domini, & potuit exercere iurisditionem deriuatiue a Petro, non ꝙ immediate fuerit data a Christo apostolis, qa tēpore quo fuit dictum apostolis quæcūq; alligaueritis &c. Et quorum remiseritis peccata &c. Paulus non erat Apostolus. Et ideo frustra quæritur an fuerit data potestas immediate a Christo apostolis, propterea ꝙ Paulus exercuit aliqua quæ erant contentiosæ iurisditionis. Et cum gratia in Paulo abundauerit. 1. ad corin. 15. fuit enim uas electionis, si aliquid specialiter habuisset plusq̄ alij apostoli, non mirum fuisset. Nec ex hoc sequitur ꝙ Paulo fuerit data potestas omnimoda iurisditionis contentiosę & prelationis, imo ipsemet ostendit contrarium ad gala. 1. quando dicit ꝙ mansit cū Petro diebus fere. 15. Di. in 2. c. dicit quod contulit euangelium cum alijs ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset prædicando. Vnde sanct. Thom. ad Gala. 2. in 3. lect. dicit quod apostolus Paulus fuit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis. Quamuis autem istæ solutiones possent tolerari in Paulo, tamen tex. in cap. audi. 11. quæstio. 3. licet primo ponat exemplum apostoli, tamen uidetur innuere quod eadem potestas erat omnibus apostolis. ibi vides ergo quia, & modo non solum per apostolos suos Deus tradidit delinquentes in manus inimicorum. &c. Et Ioannes excommunicauit Diotrephen, dicit text. in §. hinc etiam. 42. dist. & patet. 3. Ioann. 1. Sed etiam quo ad alios apostolos potest similiter responderi quod illud faciebant apostoli authoritate & voluntate Petri, qui fecit eos episcopos, & consequenter extrcebant illam iurisditionem per deriuationem a Petro. Ad illud quod dicitur quod cōcilium & sic inferior cognosceret & vteretur iurisdictione contra illum a quo eius iurisditio descenderet. respondetur quod eo casu quo concilium potest cognoscere de casu papæ, vt de titulo papatus, non dicitur vti iurisditione contra eum a quo illam recepit, quia quando cognoscit, incertum est quis sit papa, & postquam diffiniuit, functum est officio suo, & iam nō cognoscit contra papam. Eo tamen casu quo cognoscit de hæresi papæ, non cognoscit nec iudicat contra papam, quia hoc ipso quod est hæreticus est pręcisus ab ecclesia & a papatu & minor quolibet Christiano, & desiit esse papa, ut dicitur in cap. si papa. 40. dist. & in cap. Achatius. 24. quæstio. 1. & dictum est sæpius. supra. Vnde eo casu omnes volunt concilium esse supra papam. Quæ conclusio si bene attendatur, non bene ponitur, quia si iam non est papa, non potest dici quod concilium iudicet de papa vel quod sit supra papam, licet cognoscat de facto, uidelicet vtrum illud quod oppo-

168 nitur ei sit hæresis. Ex hoc ergo descēdendo ad conclusionē principalis quæstionis dico quod numquam concilium potest esse supra papam. quia si sumus in casu quo sit hæreticus. iam est depositus, si autem sumus in casu quo cognoscitur utrum sit hæreticus an uerus papa, non ex hoc arguitur maioritas, nam quamuis papa deleget alicui causam propriam personam suam concernentem, nō propterea cognoscens de causa dicitur maior papa. 2. quæst. 4. cap. mandastis. & cap. auditum. & 2. quæstio. 7. capit. nos si incompetenter. Si autem eo inuito cognoscit concilium, hoc non potest contingere nisi in casu hęresis & similibus. & illæ authoritates. capit. si duo. 79. distinct. & capit. si papa. 40. distin. sunt Bonifacij papæ. & capit. si quis pecunia. 79. distinct. est Nicolai, papę. & similiter. capit. nunc autē. 21. dist. est eius. Nicolai. Et in casu hæresis etiam tunc si iudicatur hæreticus, concilium non potest ipsum condemnare, vt de hoc est tex. in d. capit. nunc autem. 21. dist. & si absoluitur ab heresi, absolui potest etiam superior ab inferiore in casu hæresis. de quo est tex. in §. hinc etiam. 17. dist. Et istam specialitatem in hęresi ponit Alex. in capitulo inferior. 21. dist. in glo. ibi, dicens ita intelligendam glo. in clem. 1. in uerbo contra eos de hęret. & quod ita limitatur regula quæ habet quod qui non potest condemnare non potest absoluere. & pro eius opinione in papa in materia hæresis sunt illi duo tex. supra allegati, uidelicet capitulū nunc autem, ubi patet quod non potest a concilio condemnari, & d. §. hinc etiam, vbi patet quod potest absolui a concilio in casu hęresis. quia, ut ibi dicitur, symmachus impetebatur de hæresi.

Et sic patet quod ex hoc quod conciliū cognoscit de hæresi, papę, non dicitur maius papa. et cap. si duo 79. distinc. quę loquitur de papa quando est dubius, quia electio dubia, quæstio autem est de indubitatio papa. Item illa iura superius allegata & cap. Anastasius. 19. distinct. loquuntur in papa hæretico, qui statim est depositus, & illa iura sunt canones pontificū, ideo magis ex illis arguitur quod papa sit superior, quia quod facit in hoc concilium, facit authoritate papæ, & ius est illud quod in casu hęresis deponit, & non concilium, & in casu schismatis inueterati & dubietatis ortæ in electione ab ipsomet papa canonum conditore procedit potestas data concilio, & ad hoc faciunt dicta supra in quęstione ex quibus causis possit papa deponi. Nec similiter potest dici maius quia iudicat de titulo papatus, quia tunc non directe iudicat contra personam papę, etiam dato quod contingeret casus quod iudicandum esset contra uerum possessorem, & amouendus esset a papatu, maxime quia per constitutionē freqnens, ambo cōtendentes de papatu, sunt ipso iure suspēsi ab administratione pontificatus. Sicut etiam dicimus de cardinalibus quod eligunt papam & tamen non sunt maiores papa, vt in cap. in nomine domini. 23. dist. & in cap. licet. de

de elect. Sic etiam potest episcopus ex causa modificare pœnitentiam indictam a papa, vt in capitulo tempora. 26. quæstio. 7. ibi glo. & in cap. latorem. 33. q. 2. Sic & procurator generalis ex causa potest inhibere procuratori speciali, ut in l. si hominem. ff. mandati. per quem tex. Abb. Siculus in capit. si quis contra clericum, de foro compet. vult qđ ex causa a delegato episcopi potest appellari ad vicarium eius, & tamen ex hoc vicarius non est maior delegato nec procurator generalis maior speciali, nec episcopus maior papa. Ad quod uide multa cumulata per Felin. in c. 1. in 7. fallen. de constitut. Vnde & procurator Cæsaris, qui cognoscit de causa Cæsaris, vt in l. nec quicquam. ff. de offi. procon. non propterea est maior Cæsare. Fateor tamen quod vbi esset diuersa sentētia papæ & concilii, in causa fidei in dubio valde arduo præfertur sententia concilii quando habet concomitantiam cū alias decisis per alios canones, sicut etiam præferretur sententia papæ quæ per alios canones antea fuisset approbata, vt late dictum est in quæstione propria. Sed ex hoc non sequitur ꝙ concilium sit maius papa, quia frequenter reuelatur minimo quod maior ignorat. capit. esto subiectus. 95. distinct. & si in cap. attendatur sententia maioris partis contra episcopū, non propterea capitulum est maius episcopo. Vnde absolute loquendo dico simpliciter quod papa est maior concilio, & recte considerando dubitare de hoc, est ponere os in cœlum & offuscare lucidum.

169 Duæ tamen declarandæ videntur difficultates circa authoritatem dic ecclesiæ, quia si exponitur dic ecclesiæ id est prælato qui excommunicet & coerceat vel emēdet subditum per censuras, ex ista authoritate Matth. 18. resultat ꝙ tunc data fuerit apostolis siue promissa, & postea data, Ioannis 20. non solum potestas ordinis sed etiam iurisditionis exterioris immediate a Christo, quia vt verba quæ sequuntur, videlicet quæcumque alligaueritis &c. conueniant præcedētibus verbis & illorum expositioni, oportet intelligere alligaueritis per censuras & pœnarum impositionem, quod alligare est iurisditionis ecclesiasticæ fori contentiosi, nam in ferendo censuras & in excommunicando requiritur causæ cognitio. 2. quæstio. 1. cap. nemo, & utrumque est iurisdictionis contentiosæ, vt in cap. nouit. de offic. legat. l. 2. ibi glo. de off. procon. & in cap. quanto ibi glo. de consuet. cum simil. Secūda difficultas est quod cum ista verba dicta fuerint Petro cū alijs apostolis, ut patet Lu. 17. oportet intelligere quod etiam Petrus & consequenter papa subiiciatur huic denuntiationi, hoc est quod si ipse peccat in fratrem, & adhibito uno vel duobus non se emendat, denuntiandus sit ecclesiæ. i. cōcilio, quia non est dare prælatum superiorem qui contra papam possit adiri, ergo videtur adeundum concilium, quia & papa dicitur frater noster, sicut & omnis fidelis, ut ad Hebræ. 2. & 1. ad Corinth. 8. & in 3. epistola Ioann. Item etiam si alius peccet in eum & denuntiandus sit ecclesiæ, i. prelato, sequitur, ꝙ ipsemet sibiipsi habeat denūtiare, quia & ipse dicitur frater. 11. q. 3. c. ad mensam. Ex quo sequitur quod illa authoritas dic ecclesię, quādo papa peccat in alium, cum nullus sit prælatus qui possit eum excommunicare. isto casu intelligatur de concilio, & quod similiter si alius peccet in eum, oporteat

170 adire concilium. Pro solutione† istarum difficultatum, si intelligimus dic ecclesiæ i. multitudini & omnibus de ecclesia passim, tunc cessat prima difficultas. & ista admonitio posset habere locum etiam in papa, quia si fraterne admoneretur, & adhibitis testibus non desisteret a peccato in fratrem commisso, posset, quis denuntiare etiam multis de ecclesia, vt sic saltē rubore suffusus resipisceret & desisteret. Et isto casu deberet restringi quod dicunt Doc. post Hostiens. in c. proposuit de conces. pręben. quod illa authoritas dic ecclesię, intelligitur de dicendo ecclesiæ vt oret Deum pro eo, & quod aliter non potest habere locum in papa. vt dixi supra, & in articu. utrum papa possit deponi qn̄ est incorrigibilis in 4. & 5. motiuo pro papa, cum dr̄ ꝙ ista authoritas, dic ecclesiæ, non hēt locū in papa, quia non hēt superiorem, nam illud est uerum si intelligimus dic ecclesiæ. i. superiori pręlato, sed si intelligimus dic ecclesiæ. i. denuntia & discooperi eum etiam coram multitudine, tunc ista authoritas dic ecclesiæ habebit locum etiam in papa qui peccaret in fratrem. Et sic ut tactū est cessat prima difficultas de qua supra, qa nō seqtur ex p̄fata auctoritate quod data fuerit apostolis aliqua ptās iurisditionalis immediate a Christo, sed quod illam habuerint a Christo mediante Petro seu per deriuationem a Petro, ut supra cōclusum est. Si autem intelligimus dic ecclesię, hoc est pręlato qui excommunicet, tunc difficile est dare solutionē bonā quin ex ea sequatur quod apostolis data fuerit ptās iurisdictionalis fori contentiosi, si bene attenditur textura uerborum, quia post verba dic ecclesię, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, ilico subiūgit amē dico vobis, quæcūq; alligaueritis &c. Ex quibus verbis apparet quod ex illa authoritate dic ecclesiæ. i. prælato qui excommunicet sequitur, demonstratio effectus ipsius. Ac si dixisset dominus, ex tali excommunicatione per prælatos qui vestri typum gerent & in vestrum locum succedent, vt in c. in nouo cum simil. 21. di. qui alligati fuerint in terra per excommunicationem erunt ligati & in cœlis, quia vobis dabitur potestas ligandi & soluendi ea ligatione & solutione, qua vtitur ecclesia in ferendo cēsuras & excommunicando, vt in c. quærenti de uerbo. sig. & sic potestate iurisditionali, & immediate a Christo & nō per deriuationem a Petro. Et conuenit hoc cum opinione glosę interli. ibi, quæ ad illa verba, quæcunq; alligaueritis, supplet. s. vinculo anathematis. quod plus est quam simplex excommunicatio, vt in capit. Engeltrudam. 3. q. 4. & in §. notādum ea. cau. & q. ibi glos. quia anathematizatur quis cum solennitate, ut dicit glos. 11. q. 2. capit. si inimicus, & tex. in capitulo debent. 11. q. 3. quia debent interesse. 12. sacerdotes cum candelis accensis astantes, vt dicit ibi tex. & istud est proprie mucro siue censura episcopalis, ut in c. corripiantur. 24. q. 3. & in

171 ca. visis. 16. q. 2. & sic iurisditione fori exterioris. Adde† quod ista authoritas loquitur de peccato commisso in proximū, & disponit quod ad cōuincendū peccantem debeat adhiberi vnus vel duo testes, ut possit conuinci peccans coram prælato cum testibus. quia ut dicunt doc. in capitulo nouit de iudi. & Specu. ubi supra, & doc. in ca. si peccauerit. 2. q. 1. in ista denuntiatione euangelica peccatum non debet esse omnino occultum, sed debet posse probari ne sequatur infamia proximi, cuius delictum est occultum. potest enim auferri fama alicui etiam uerum dicēdo, cum quis prodit alterius crimen contra ordinem debitum, ut dicit. S. Tho. in secunda secundæ. q. 62. ar. 2. ad 2. argu. Et idem, quod in ista denuntiatione euangelica peccatum non debet esse omnino occultum, ponit Archie. Floren. in 2. par. titu. 9. de acidia in capitu. 7. de omissione fraternæ correctionis. & S. Tho. in secunda secūdę q. 33. per totum. & bene summa pisanella in uerbo correctio secundo, uersi. quo ordine procedendum sit in correctione. & summa syluestrina in titu. de correctione & punitioue, in quinto & sexto uersi. Nunc ergo si d. authoritas loquitur de peccato commisso in proximum & requiruntur testes ad p̄bandum, erit iudicium fori exterioris, cum in hoc uirtualiter interueniat actor, reus, iudex & testes, ut in capit. forus de uerb. sig. Vnde cum difficultate potest responderi ad contrarium, quia si dico quod intelligitur per dicta uerba potestas fori contentiosi, apostolis data siue promissa deriuatiue a Petro, repugnant uerba quæ fuerunt immediate dicta a Christo apostolis. Si dico quod Christus per dicta uerba solum loquitur de potestate ligandi & soluendi in foro conscientiæ, contradicit quod dicitur dic ecclesiæ. i. prælato, & expositioni quam facit glos. interli. in uerbo alligaueritis. s. uinculo anathematis. quod sonat forum contentiosum, in quo requiritur causę cognitio, & in eo iudicium fertur in inuitum. 2. q. 1. c. nemo. & fit iudice sedente pro tribunali. 2. q. 3. §. notandum, uersi. si quis. 3. q. 3. §. spatium, uersi. a iudice. ponunt glos. & doctor. in capitulo nouit de officio. legata. Si dico quod uerba intelliguntur respectu fori interioris, quod dicunt aliqui theologi includitur in potestate ordinis, quæ habet inclusam iurisditionem ligandi & soluendi, ut in c. omnis de pœni. & remis. adhuc repugnant prædictæ expositiones, quæ sonant iurisditionem fori exterioris & contentiosi. Si dico quod ex p̄fata magistrali expositione dic ecclesiæ i. prælato qui excommunicet, non debet sumi argumentum per quod destruatur sensus uerborum quæcunque alligaueritis, qui tantum est in foro pœnitentiali, ut aperte constat ex serie totius capituli. 18. quod totum loquitur quo ad forum poli, siue cœlorum & ecclesiæ triumphantis, sequitur quod mala sit expositio magistrorum & glos. interli. qui nō excusarentur propterea quod darent expositionem uno modo conuenientem literæ si ex illa destrueretur alia determinatio, quę est quod soli Petro immediate data est potestas fori exterioris gubernij & administrationis, & quam habuerunt apostoli habuerunt per deriuationem a Petro sicut hodie episcopi in suis diœcesibus a papa. 19. distinctione capit. ita dominus.

Posset in ista difficultate dici quod Chistus soli Petro immediate dederit supremā plenam & uniuersalem potestatem iurisditionis exterioris gubernij & administrationis, uel p illa uerba Matth. 16. & ego dico tibi quod tu es Petrus &c. Vel & rectius per illa Ioan. ul. pasce oues meas, sicut supra dictum est, & apostolis qui erāt futuri episcopi a Petro ordinandi, ut in ca. porro. 66. dist. qui habebat distinguere dięceses. c. in illis. 80. dis. dederit siue dare promiserit specialiter iurisditionem coercitiuam singulariter exercendam, non distinctam & separatā ab ipsa uniuersali potestate ipsius Petri, sed descendentem ab eadē potestate

teſtate generaliter data Petro & contentam in eadem Petri poteſtate, in nulloque poteſtatem Petri diminuentem ſed per modum adiunctionis & adminiculi ad illam exercendā datam. Nec obſtat quod verba fuerunt dicta etiam Petro inter illos exiſtente, quia poſſunt intelligi in Petro quæcumq; alligaueris tua ſuprema & vniuerſali poteſtate, & in aliis q̄cūq; alligaueritis ptāte ſpāli & coadiuuata a Petri poteſtate, quia verba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ cui diriguntur. l. plenum. §. equitii. ff. de vſu & habi. & l. ex militari. ff. de teſtament. milit. & ſecundum naturam eius ſuper quo proferuntur. l. damni infecti. ff. de damno infecto. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſuris. Bart. in l. 1. C. de nego. geſtis, cum ſimil.

172 Non obſtat † quod verba fuerunt ſimpliciter & perinde prolata ac ſi apoſtoli habuiſſent dictam poteſtatem immediate a Chriſto, cum nihil ſonent de deriuatione eius a Petro. Quia reſpondetur quod cum Chriſtus ante Matth. 16. dediſſet ſiue promiſiſſet dare omnem poteſtatem iuriſdictionis Petro ſoli, dicendo tibi dabo claues. &c. quamuis omnes apoſtoli eſſent præſentes, poſtea generaliter dando ſiue promittendo alijs apoſtolis claues ligandi & ſoluendi, de neceſſitate oportet intelligere ſine diminutione authoritatis conceſſæ Petro hoc factum, pro hoc text. & quæ ibi dicuntur in c. ex parte el 1. de offic. delegat. & cap. quia ſæpe. de præbend. in 6. nunquam enim cenſetur aliquid dari in iniuriam alterius. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publi. l. nec auus. C. de eman. lib. unde uirtualiter etiam dr̄ data per deriuationem ab ipſo Petro, qui ſummus omnium præfectus eis datus fuerat. Et ꝙ Chriſtus illam non immediate dederit, & dicatur haberi a Chriſto quaſi per deriuationem ab ipſa ſuprema vniuerſali poteſtate, Petri deſcendens, probat text. in ſumma. §. 2. 21. di. omnis enim poteſtas a Deo eſt ſiue iubente ſiue ſinente, ut in cap. quid culpatur. 23. q. 1. & quæſt. 4. cap. quæſitum, & ad Roma. c. 13. Sicut etiā papa dat & ponit primates & archiepiſcopos & epiſcopos, & tn̄ non diminuitur poteſtas archiepiſcopi propter epiſcopum, vt in capit. ad reprimendam, cum ſeq. & c. paſtoralis. de offic. ordin. & cap. Romana. de appell. in 6. & c. Romana de offic. ord. eo. li. Et ſicut ēt eſt de epō & archidiacono, itē de vicario gn̄ali & uicario Foraneo, ut dictis iurib. item de ordinario & inquiſitore, quia vna inferior iuriſdictio, nō diminuit ſuperiorem, & quamuis omnes ſint a papa, una continet aliam poteſtate, & a papa deriuantur omnes poteſtates tamquam riuuli, ut in capit. loquitur. 24. q. 1. Et in ſubdelegato reſpectu primi delegantis, ut in capit. ſi a ſubdelegato. de offic. delegat. in 6. & d. cap. Romana. de appell. & c. 1. de offic. vica. eo. lib. & in c. non putamus, de cōſuet. eo. lib. Vnde doct. in cap. 1. 22. diſt. & ponit Sanct. Thom. in primo ſent. di. 12. dicunt quod reſpectu uirtutis omnis poteſtas a Deo eſt, reſpectu vero ſuppoſitorum agentium omnis poteſtas immediate eſt a papa, de quo infra latius. Et iſto

173 modo poſſemus intelligere durandum in 4. ſent. diſt. 19. q. 2. cum dicit quod per dicta uerba quæcumque alligaueritis. &c. fuit data poteſtas iuriſdictionis apoſtolis. qa dicit quod ex eo quod ſubiungitur, ſcilicet ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, habet ortum ſententia excommunicationis, ex ordinatione autem eccleſię eſt quod nullus poſſit abſoluere niſi ſubditum & niſi habeat iuriſditionem. Ipſe tamen in fine quæſtionis concludit contrarium, quod etiam poteſtas iuriſditionis in abſoluendo, & ligando & in foro pœnitentiæ, & contentioſo, quia eſt in eccleſia propter curam & regimen ouiū Chriſti, ꝓn̄r ad ſolū Petrum vel eius ſucceſſores vel ad alios ex ipſorū commiſſione pp poteſtatem vtriuſque clauis Petro datā ſpectet. ſicque quod ij quibus a Petro vel eius ſucceſſore non reperitur data poteſtas, & iuriſditio ligandi, & ſoluendi in ſubditos, non poſsint abſoluere & quod licet per verba quorum remiſeritis peccata nō fuerit facta limitatio de perſonis nec de peccatis, tamen per verba poſtea dicta Petro paſce oues meas, factū eſt quod nullus poſtea poſsit quæ ſunt curæ animarum, ut abſoluere in foro pœnitentiæ, niſi Petrus ſeu eius ſucceſſor, vel ille cui per Petrum vel ſucceſſorem eius commiſſum eſt. Sic ergo vult quod licet per uerba quæcumque alligaueritis ſit data apoſtolis poteſtas & iuriſdictio utriuſque fori tamen per verba paſce oues meas, poſtea factum eſt vt ad eius exercitium requiratur commiſſio Petri uel ſucceſſoris. Et iſta erit vna tertia opinio ad alias ſupra poſitas, quæ mihi non placet, quia non ſit mihi veriſimile, quod Chriſtus primo dederit apoſtolis poteſtatem iuriſdictionis, & poſtea illam reſtrinxerit, nec uerba hoc ſonant.

174 Robertus † Holkot in quarto ſententia. quæſtione ſexta in reſponſione ad ſecundum arg. dicit quod apoſtoli immediate a Deo acceperunt poteſtatem abſoluendi, ſed poteſtatem iuriſdictionis acceperunt. a Petro, licet hoc non legatur. Sed iſtud etiam uidetur irrationabiliter dictum, ſi enim hoc non legitur, quomodo dicitur.

175 Poſſet † dari alia ſolutio quod per dicta verba quęcunque aligaueritis fuerit data apoſtolis poteſtas omnimoda ordinis & iuriſditionis requiſitæ ad exercitium ipſius ordinis, qa alioquin parum fuiſſet dediſſe poteſtatem ordinis ſine poteſtate exercitij. & iſta proprie non dicitur iuriſditio contentioſa, quam poteſt exercere quilibet etiam non ſacerdos, vt Archidiaconus & ſimiles, vt patet de offic. Archidia. cap. ad hæc cum ſimil. quā iuriſditionem ad ordinem requiſitam quilibet ſacerdos & maior ordinatus habet in habitu abſque aliqua demandatione, ita quod hoc ipſo quod datur cura populi tali ordinato, ilico poteſt exercere iuriſditionem in populum abſoluendo & ligando, abſque eo quod detur ei aliter iuriſditio. Et hoc modo dicimus quod apoſtolis data fuit poteſtas ordinis & iuriſditionis in qua fuerunt æquales Petro, Petrus autem cui pleniſſime fuit datum gubernium regimen & prælatio totius ordinis & iuriſditionis, habuit diſtinguere dięceſes & diſtribuere guberniū plebium & populorum, vt in capitulo in illis. 80. diſt. per quam diſtinctionem ij qui erant ordinati & fuerunt præfecti populis & plebibus a Petro, receperunt poteſtatem iuriſditionis contentioſæ tantum. Et ſic dicitur quod apoſtoli per deriuationem a Petro receperunt poteſtatem iuriſditionis, quia cum ei ſoli datum fuiſſet regimen & principatus, & haberet paſcere oues vocando apoſtolos in partem ſolicitudinis & in adiutorium gubernij, præponendo eos diœceſibus & prouincijs ad gubernium & paſcendum plebes cibo ſpirituali, dicitur eis dediſſe & demandaſſe iuriſditionem contentioſam, & illi dicuntur iſtam iuriſditionem fori exterioris recepiſſe per deriuationem a Petro. Ea autem quæ reſpiciebant ordinem, in quo erant pares Petro, & quę erant iuriſditionis interioris requiſitæ ad exercitium ordinis, quia facti fuerant ſacerdotes in cęna domini, poſt diuiſos populos & plebes hoc ipſo poterant adminiſtrare & exercere ſine alia demandatione ipſius Petri. Et ſic dicitur quod apoſtoli habuerunt immediate a Chriſto poteſtatem ordinis & iuriſditionis, & quod in hoc erant æquales Petro. Poterat tamen Petrus ratione præfecturæ & primatus ſui etiam aliquo modo iſtam poteſtatem exercitij ordinis reſtringere, non tamen ordinem abolere, ſicut ſupra dictū eſt. Quod factum eſſe conſpicimus per diuiſionem dięceſum & parochiarum, quia unus epiſcopus etiam ea quæ ſunt ordinis non exercet in alterius dięceſi nec in alienos ſubditos, ut patet in clemen. 1. de foro competen. & patet de audientia confeſſionum in c. omnis vtriuſque ſextus de pęniten. & remiſ. per ea quæ ibi dicuntur de proprio ſacerdote. Vbi per priuilegia papæ datur etiam religioſis mendicantibus quod audire poſſint confeſſiones. & hoc in adiutorium, quia meſſis multa operarij autem pauci, vt dicitur. 21. diſt. in ſumma.

176 Nunc † ergo expoſitionem illam dic eccleſiæ id eſt prælato qui excommunicet, & illam quæcunq; alligaueritis. ſ. uinculo anathematis, intelligere oportet pro tempore quo erant futuri pręlati, quia tunc tempore pro lationis dictę authoritatis ſolus Chriſtus erat pręlatus, & apoſtoli nondum erant ordinati ad ſacerdotium. & ideo dicitur quod illa verba tūc dicta, fuerunt verba promiſſionis. Futuri autem erant prælati poſt Chriſti aſcenſionem & dięceſum diſtributionem. & propterea bene in illo text. cap. in illis, ſubiungitur quoniam nec inter ipſos apoſtolos par fuit inſtitutio ſed vnus prefuit omnibus, & uerba pręmiſſæ authoritatis ſonant etiam tempus futurum, ſi peccauerit & quęcunque alligaueritis. Et ex iſta ſolutione ſequitur unum, quod licet alias omnia verba illius cap. 18. concernant forum pęnitentiale, tamen tenendo pręfatam expoſitionem dic eccleſiæ id eſt prælato qui excommunicet, vt dicit gloſ. Nico. ibi, poſſemus dicere quod per dicta verba quęcunque alligaueritis fuit promiſſa poteſtas ordinis & vtriuſq; iuriſditionis, interioris & exterioris, ſed quod vnam habuerunt immediate a Chriſto, ſcilicet ordinis & conſequenter iuriſditionis interioris, quando in cęna fuerunt facti ſacerdotes. iſtam enim effectualiter ipſemet Chriſtus dedit & exerceri mandauit quando Ioann. 20. dixit quorum remiſeritis peccata. quę uerba proprie concernunt ea quę ſunt ordinis, uidelicet dimiſſionem & retentionem peccatorum. poteſtatem autem iuriſditionis contentioſę illis promiſſam per dicta uerba quęcunque alligaueritis, quę ſunt uerba multum indefinita, exhibuit mediante perſona Petri qui habebat eos facere prelatos, ut 66. diſt. cap. porro & ſic iſtam poteſtatem iuriſditionis contentioſę a Chriſto per illa uerba quęcunque alligaueritis eis promiſſam receperūt per deriuationem a Petro, qui ſolus erat factus paſtor & vniuerſalis prelatus per verba Ioan. vl. paſce oues meas. Et ex

177 hoc ſequitur † quod non eſt vera opinio illorum qui voluerunt quod per illa uerba quęcunque alligaueritis Matth. 18. dominus ſolum loquatur de dimittendis peccatis. Quorum opinio poſſet ſaluari, dicendo quod attenderunt ſolum ad poteſtatem dimittendi peccata reſpectu executionis & totalis poteſtatis recipiendæ immediate a Chriſto, quam receperunt per illa verba quorum remiſeritis peccata, & quo ad poteſtatem iuriſdictionis contentioſæ cuius executionē erant recepturi mediante perſona Petri & poſt aſcenſionem Chriſti non habuerunt reſpectum quia illam non immediate a Chriſto habuerunt ſed per deriuationem a Petro, licet principaliter omnia a Chriſto, ſicut dicimus quod Adam eſt principalis pater noſter, & tamen eſt pater mediantibus proprijs noſtris parentibus. Vnde Sanct. Thom. in 1. ſent. diſtinc. 12. dicit quod dupliciter dicitur aliquid eſſe ab aliquo immediate, vno modo ratione virtutis, & iſto modo dicimus quod omnis virtus, authoritas, poteſtas, & iuriſdictio quæ eſt in papa vel alio quocumque prælato eſt a Chriſto immediate, qa a nullo alio poteſt talis ptās cōferri niſi per ptātē exiſtentē in Chriſto ſiue a Chriſto collatam, ſicut nulla alia cauſa a prima, poteſt agere niſi per virtutem cauſæ primæ. Secundo modo poteſt intelligi ratione ſuppoſiti agētis ſeu quippiam conferentis, & hoc modo dicitur quis a Chriſto ſuſcipere immediate poteſtatem aliquam, quando inter accipientem poteſtatem, & inter ipſum Chriſtum conferentem non eſt aliquod medium ſuppoſitum recipiens a Chriſto, & conferens ipſam poteſtatem alteri. Et iſto modo dicimus quod ſolus Petrus immediate a Chriſto accepit poteſtatem iuriſdictio-

178 nis, & inde alii per deriuationem ab eo. Poſſet † & aliter reſponderi, etiam intelligendo illam authoritatem Matthæ. 18. loqui de dimittendis peccatis & in foro pœnitentiali, & iuriſditione fori interioris requiſita ad ordinem. primo conſiderando quod quia verba quęcumque alligaueritis fuerūt dicta de peccatore poſtquam deductus eſt in notorium peccatum & habitus pro ethnico & publicano, non eſt mirum quod etiam tunc dominus dederit apoſtolis poteſtatem decernendi cenſuras & excommunicandi, quia in caſu quo factum eſt notorium poteſt etiam ſimplex ſacerdos qui nullā habet contentioſam iuriſditionem excommunicare peccatorem, quia eo caſu npn requiritur aliquis ordo iudiciarius, quod probatur per text. in cap. 1. & 2. de offic. ordinar. ponit Barbatius in capit. ſi ſacerdos eo. tit. in 11. colum. in fin. in penult. char. Et iſto modo etiam Paulus excommunicauit Corinthium abſentem & non citatum, vt in capit. cum ſit Romana in §. fin. de appell. Et ſic intelligitur dictum Hoſtien. in capit. olim. de re iud. cum dicit quod papa poteſt ſine aliqua citatione excommunicare tyrannum occupantem notorie terram eccleſiæ, & quod dicit Cardin. in cap. nouit. de offic. legat. quod epiſcopus poteſt ſine aliqua cauſæ cognitione excommunicare impedientem ſuam iuriſdictionem. Vnde poteſt bene intelligi quod excommunicando non. eſt neceſſe vti aliqua iuriſdictione fori contentioſi nec aliqua cauſæ cognitione nec aliquo ordine iudiciario. Et iſto modo propter notorietatem peccantis poteſt dici data poteſtas apoſtolis immediate a Deo etiam alligandi per cenſuras eccleſiaſticas in foro pœnitentiali ſine iuriſditione fori contentioſi exterioris, ſed cum iuriſdictione fori interioris ad corrigendū & emendandū peccantē. quē corrigere, reducere, & ligare, & ſoluere, ſpectat ad ptātē ordinis in quo alij Apoſtoli fuerint pares Petro, ut in d. c. in nouo. 21. diſ. Ad hoc ēt facit qđ dicit Barba. in d. c. ſacerdos circa fi. in illa qōne utrū ſimplex rector curatus poſſit pro maleficio excōicare ſibi ſubditos. Et poſt multa tandem concludit quod licet in excommunicando requiratur cauſæ cognitio, tamen per illum tex. iuncto. c. præceden. poteſt excommunicare, & conſequenter de cauſa cognoſcere. Et ad hoc ponderat text. d. c. ſi ſacerdos, ubi dicitur quod ſi ille cui damnum illatum eſt petierit iuſtitiam, poteſt ſacerdos excommunicare authorem damni quamuis etiam ei confeſſus ſit, quia verba illa intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ in quam diriguntur, ut l. ex militari. ff. de teſtam. milit. & l. plenum. §. equitii. ff. de uſu & habita. ergo cum dicta verba dirigantur in ſacerdotem audientē confeſsiones & iniungentem pœnitentias, intelliguntur de petenda iuſtitia ſecundum qualitatem fori pœnitentialis, & ideo ad hoc vt poſsit congruam pœnitentiam indicere poterit de cauſa cognoſcere, & excommunicare ſi opus eſt, quod probat text. ibi poteſt eum a communione remouere. et per conſequens rector. ſimplex curatus poterit cognoſcendo in foro pœnitentiæ excommunicare ſpecialiter, & generaliter, ſecundum quod congruit materiæ ſubiectæ. Dicit inſuper quod licet ſimplices curati hoc nō faciant, eſt quia epiſcopi omnia ſibi vſurpant, de conſuetudine tamen curati poſſent vti iſta iuriſditione in hoc eis conceſſa per ſacros canones.

Vnde ex hoc poſſumus dicere quod apoſtoli receperunt etiam poteſtatem a Chriſto excommunicandi in foro pœnitentiali pro executione ordinis eo modo quo poteſt quilibet curatus in corrigendo peccantem. Et conuenit bene iſte intellectus ad uerba illus authoritatis, cum dicit quod peccans in fratrem primo debet corripi inter admonentem & ipſum ſolum, deinde debet adhiberi vnus alius vel duo, deinde dici eccleſiæ, & tandem haberi pro ethnico & publicano. quæ omnia ſunt pœnæ fori pœnitentialis, quibus adijcit poteſtatem quæcunque alligaueritis &c. Et ſi dicatur quod expoſitio gloſ. loquitur de anathematizatione quę eſt ſolennis, & competit epiſcopis per iura ſupra allegata. poteſt reſponderi quod gloſ. ibi non habuit reſpectum ad ſolennitatem ſed ad cenſuram, quia tantum ligat excommunicatio quantum anathematizatio, ut in c. ſi inimicus. 11. q. 3. & ibi glo. & capitulo engeltrudam. 4. q. 3. niſi quod anathematizatus abſoluitur cum maiori ſolennitate. 11. q. 3. ca. cum aliquis. & ſæpe iura ponunt vnum pro alio, vt in c. cum non ab homine de iudi. Item gloſ. intellexit de apoſtolis quibus promittebatur poteſtas pro tempore quo erant futuri epiſcopi. & ſic bene congruit ſi loquimur de iuriſdōne exteriori ꝙ eā receperint mediante Petro. Obſtat tamen pręđictis ꝙ tex. in cap. vrbes 80. diſt. dicit quod apoſtoli poſuerunt primates in vrbibus multo tempore ante Chriſti aduētum ad hoc ſtatutis. vnde patet quod nō ſolus Petrus eos poſuit. & conſequēter receperunt iuriſditionem contentioſam non per deriuationem a Petro ſed ab omnibus apoſtolis. Ad quod reſpondetur quod cum Petrus ſolus haberet regimen, adminiſtrationem, & præfecturam, quantumcunque ſecum ad hoc admiſerit apoſtolos, poteſtas omnis a Petro deriuabatur, nō ab apoſtolis aſſiſtentibus tanquam conſultoribus, ſicut omnia quæ geruntur per papam licet de conſilio cardinalium, attribuuntur papæ, vt in c. ad apoſtolicæ cum multis ſimilib.

179 de re iudi. in 6. Ad illud † quod dicitur de Ioanne quod excōmunicauit Diotrephen. reſpondetur quod tex. epiſtolæ Ioānis non dicit quod excommunicauerit, ſed loquitur de poteſtate conceſſa apoſtolo qua tradebat impœnitentes diabolo vexandos corporaliter, vt ſic illis daretur intellectus redeundi ad dominum, ut dicit gloſ. Hugonis. 1. ad corinthios. 5. Vel ſi ponimus quod loquatur de vera excommunicatione, habuit poteſtatem per deriuationem a Petro. vel dicendum vt ſupra dictum eſt.

180 Ad † ſecundam difficultatem dicendum eſt ꝙ denuntiatio euangelica habet plures partes & plura requiſita. Et quo ad primam partem licet habeat loc inter inferiores & ad illam quilibet teneatur, ſecunda quæſtione prima. cap. ſi peccauerit, & in cap. nouit de iudi. & ibi doc. tamen non videtur quod in papa hēat locum, quia Oza legitur percuſſus a domino eo ꝙ arcam tetigit, per quam prælati ſignificantur, vt legitur. 2. regum. 6. & primi paralipomenon. 13. & in c. plerunq;. §. item legitur. 2. quæſt. 7. Quod autem per arcam deſignentur prælati, eſt tex. in d. cap. plerunque. §. his ita. Et exodi 19. dicitur omnis qui tetigerit montem morte morietur. Item Gregorius in paſtorali dicit. admonēdi ſunt ſubditi ne præpoſitorum ſuorum vitam temere iudicent ſi quid eos fortaſſe agere repræhenſibiliter vident. Vnde text. 6. q. 1. dicit. oues paſtorem ſuū non reprehendant, plebs epiſcopum nō accuſet nec vulgus eum arguat, quia nō eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, epiſcopi enim a Deo ſunt iudicandi qui eos ſibi oculos elegit. Et tex. 2. quæſt. 7. cap. oues, dicit. oues quę ſuo paſtori commiſſę ſunt, eum nec repræhendere niſi a fide exorbitauerit nec vllatenus accuſare poſſunt, quia facta paſtorum oris gladio ferienda non ſunt. Et alibi Gregorius dicit. ſanctorum vitam corrigere nō præſumat niſi qui de ſe meliora ſentit. Præſumptuoſum autem eſt quod quis de ſe meliora ſentiat, quia ut dicitur. 1. Ioan. 1. ſi dixerimus quod peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Papa enim dicitur ſanctus, vt in cap. non nos 40. diſt. Sed his non obſtantibus dicendum eſt quod huic parti denuntiationis etiā papa ſubijcitur & omnes fideles, quia procedit ex actu charitatis ſecundum Ricardum. 4. di. 19. quęſtione. 1. articu. 1. Vnde Sāctus Thomas dicit in 4. ſen. diſt. 19. & refert Syluester in ſua ſumma in tit. de correctioue & punitione, verſ. 4. quod correctio quæ eſt actus iuſtitiæ tendens ad bonum commune pertinet ad ſolos prelatos, ſed illa quę dicitur proprie correctio & eſt actus charitatis tendens ad fratris emendationē pertinet ad quemcunque habentem charitatem. Et ſanctus Thom. in ſecunda ſecundæ queſtione. 33. art. 3. dicit quod duplex eſt correctio. vna eſt quę eſt actus charitatis, quæ ſpecialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per ſimplicem admonitionem. talis correctio pertinet ad quemlibet charitatem habentem, ſiue ſit ſubditus ſiue p̄latus. Alia eſt correctio quę eſt actus iuſtitię, per quam intenditur bonum commune, quod non ſolum procuratur per admonitionem fratris ſed etiam interdum per punitionem. & iſta eſt prælatorum. Idem etiam Aſtexanus in ſecundo libr. ſummæ.

mæ. titulo. 67. quæstio 2. vbi dicit quod duplex est correptio. vna est fraterna in qua bonum fratri persuadetur a quocumque, & turpitudo peccati vel pulchritudo boni dimissi ostenditur. Dr aūt fraterna, quia est admonitio fratris, & noie fris intelligitur omnis homo peccator siue inferior siue par siue superior, quia omnes sumus fratres in Christo. Plurib. enim modis dicitur quis frater, scilicet nominis conformitate. itē meriti equalitate, item ordinis dignitate, & iurisdictionis potestate, vt vide doct. in c. ecce. 99. di. Poniturq; potius nomē fratris, quam hominis, vel peccatoris, quia frater est nomen amoris, & charitatis. debet enim hæc correctio fieri ex fraterna charitate. Vnde August. de verbis domini Matthæi sexto. dicit, debemus amando corripere, non nocendi cupiditate, sed studio corrigendi. Et tex. 12. quæstione 2. capitulo fraternitatis, dicit. corrigere, oportere, ex charitate, & non ex furore. Idem tex. in capitulo corripiantur 24. quæstione tertia. Vnde homo & peccator non sine mysterio coniunguntur, sed quia peccator est corripe, quia homo miserere, dicit tex. 23. quæstione quarta duo ista. Et huic fraternæ correctioni omnis fidelis subiicitur, tam respectu superiorum quam inferiorum, & parrum, cuius ratio est secundum durandum de sancto Portiano in 4. sentent. distinct. 19. quæstio. 3. articulo 2. quia ad actum charitatis obligantur omnes qui tenentur habere charitatem, & respectu omnium ad quos tenentur habere charitatem, quia quantum se extendit habitus, tantum, & actus qui procedit ex habitu. sed omnes tenentur ad habendum charitatem ad omnes. siue pares, siue superiores, siue inferiores, amicos, & inimicos, ergo omnes tenētur, & subijciuntur denuntiationi euangelicæ, quo ad istam primam partem correptionis fraterne. Alia autem correptio secundum astexanum est potestatiua, in qua pœna infligenda comminatur vel iam infligitur, ut de peccato ad statum bonum correptus reuertatur, & ista est prælatorum erga subditos. Debet autem correptio ista fraterna quæ fit per inferiores. & subditos corripiendo superiores, & pælatos suos, cum sit actus virtutis, qui debet esse informatus debitis circunstātijs, sic exerceri, vt non præiudicetur honori, & reuerentiæ prælationis. Vnde dicit apostolus primæ ad Timoth. 5. seniorem ne increpaueris sed obsecra vt patrem, & Dionysius redarguit Demophilum monachum eo quod sacerdotem, & se maiorem correxerat irreuerenter, eum percutiens, & ab ecclesia eijciens. In quo excessit nō solum modum correctionis fraternæ inferioris ad superiorem, quia irreuerenter correxit, sed & modum fraternæ correctionis simpliciter. Et qꝫ ista fraterna correctio quo ad istam primam partem habeat locum in papa, omnes tenent in capitulo si papa 40. distinct. & in capitulo proposuit. de concess. præbend. sed non quo ad illam partem dic ecclesiæ. Et ad contraria supra posita facilis est responsio. quia quando prælatus non irreuerenter obiurgatur, mons & arca non tanguntur. Et capitulo oues 2. quæstione 7. soluit omnia, cum dicit quanquam repræhendenda recte videantur. Sed obstat quod illa authoritas dicit si peccauerit in te frater tuus, ergo si peccat in aliū, & in Deum, non habebit locum ista correptio nec erit omnium corripere ista fraterna correptione. Dic secūdum Astexanum in dicto 2. lib. titulo 67. quæstione 4. quod debet intelligi si peccauerit in te scientem, non in te lęsum ita quod amore tui illum corripias. Vel dic quod quicumque peccat in Deum vel in proximum quemcumque, virtualiter peccat & in te, quia Christus est caput nostrum, & quia nos sumus commembra corporis mystici ecclesiæ, unde psalm. 118. particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. &c.

181 Alia † pars correptionis euangelicę est de adhibēdo unum, vel duos testes & de dicendo ecclesiæ. Quod ultimum secūdum glos. Hugo. Cardinal. exponitur dic ecclesiæ id est si priuata persona corripit, coram pręlato ecclesię eum conuince per testes quos prius audire noluit corripiētes, si vero prælatus corripit, dic ecclesię id est coram ecclesia illum excommunica id est coram congregatione fidelium. Et sic exponendo non potest hæc pars habere locum in papa, qui non habet superiorem coram quo inducantur testes, & coram quo possit conuinci, & excommunicari. & procedit opinio Hostiensis & Doctores in dicto capitulo proposuit, qui volunt quod ista pars denuntiationis euangelicæ non habet locum in papa nisi intelligendo, dic ecclesiæ non ut conuincat eum sed vt oret Deum pro eo pro correctione, & emendatione ipsius vel vt tollat eum de medio, quemadmodum supra sæpius dictum est. Et ita voluit Sanctus Thomas in quart. sententia. distinctione decimanona quæstione secunda articulo 2. quæstiuncula tertia ad secundum argument. & dixi alias supra. Et isto respectu adhibere, unum vel duos testes ad finem conuincendi, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum, similiter non habebit locum in papa, quia si nō habet coram quo possit conuinci, superflue ad illum finem adhiberetur vnus vel alter testis in admonitione fraterna. Et hoc nisi in casu hæresis vel fomenti antiquati schismatis & similibus in quibus ipso iure est priuatus papatu vel præcisus ab ecclesia, quia tunc non erit superfluū adhibere vnum vel duos quibus possit conuinci. Et dicta authoritas dic ecclesiæ, si stat concilium, bene intelligitur id est concilio vel multitudini prælatorum in concilio existentiū coram quibus conuincendus est de ipsa hæresi. propter hoc tamen non sequitur quod concilium sit maius papa, vt diffuse satis supra dictum est.

182 Si vero † intelligimus dic ecclesię secundum expositionem glos. interlinearis & glos. ordinarię, id est obiurgatio plurimorum corrigat, & ecclesia detestationi eum habeat, vt qui non potuit pudore saluari saluetur opprobrijs, isto modo intelligendo, vtraque pars videlicet tā de adhibendis testibus quam de dicendo ecclesiæ, bene habebit locum in papa, cum tunc nō remittatur ad ecclesiam tanquam ad iudicem uel superiorem, sed vt rubore & verecundia affectus se emendet. Vtrum autem isto casu habeat in eo locum vltima pars denuntiationis & correctionis, vide licet si autē ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, glos. ordinaria cum subijcit & vt rubore sequestrationis emendetur sit tibi sicut ethnicus & publicanus, videtur velle quod sic, hoc est quod in casu quo papa pudore & opprobrijs non saluaretur, posset vt rubore sequestrationis emendaretur, haberi tanquam ethnicus & publicanus. non discedendo ab eius obedientia sed ab eius priuata conuersatione, ne ex assidua cōuersatione cū eo alii corumpantur, & ne ipse putrescat, vt in cap. resecandæ. 24. q. 3. Si aūt volumus secundum opinionem aliquorum quia uerba directa fuerunt Petro, quod si aliquis peccasset in Petrum uel nunc peccaret in papam, papam debere dicere concilio, ex hoc sumendo argumentū quod cum papa recurrere habeat ad cōcilium tanquam ad supremum tribunal, cōcilium sit supra papam, dico quod ex isto argumento loquendo in casu quo papa peccat in alium, de necessitate sequit̄ quod illa authoritas non habet locum in eo, quia si ponderamus illā authoritatem, ex hoc quod uerba fuerunt directa in Petrum tanq̄ in papam & sic publicam personam & tanquam in priuatā personam Petri & non in Petrum pro omnibus, sequitur similiter quod cum Petro priuatæ personæ fuerit dictum tantum quando aliquis peccaret in eum, non haberet locū quādo ipse Petrus & consequenter papa peccaret in aliū, ex quo in prædicta authoritate ponderare volumus personam & dignitatem tantum ipsius Petri. Imo quod plus est uidetur excepta persona & dignitas Petri quādo ipse peccat in alium, quia quod fauore alicuius &c. l. quod fauore. C. de legibus. regula quod ob gratiam. de regu. iu. in 6. facit quod dicitur in c. petitio in gl. fi. de iureiu. Et præsertim quia Petrus nondū erat factus papa secundum communiorem sentētiam. ergo non potest sumi argumentum quod ipse postquam factus fuit papa & consequenter eius successores teneantur dicere concilio, quia per adeptionem dignitatis authoritas & dispositio cessat. 31. dis. c. lex continentiæ. l. cum quis & l. si cum Cornelius. ff. de solu. ad hoc quę dicuntur in cap. sicut. de iureiu. Veritas tamen est quod uerba fuerunt dicta Petro pro omnibus. quod ostendunt uerba pręcedentia & sequentia illius cap. Nec ex eo quod uerba fuerunt directa in Petrū, possumus dicere quod plus arctant Petrū quam si generaliter fuisset dictū siquis peccauerit in fratrem &c. Et ex his patet

183 † quomodo & quando & in qua parte sit locus denuntiationi euangelicę quando papa peccat in alium. Quomodo aūt sit locus cum alius peccat in papam, dicendum est quod cū ipse sit iudex in causa propria, 23. q. 4. cap. guilisarius, Innoc. in cap. ex parte de verb. sig. doc. communiter in cap. cum uenissent de iudi. & in cap. cum dilecta de confir. vti. uel inuti. illud verbum dic ecclesiæ intelligi potest quod ipse ut caput ecclesiæ corrigat se peccantem. Pro hoc facit quod in casu denuntiationis idem potest esse iudex accusator & testis, vt in cap. licet de simo. Et ita procedit tex. in cap. præcipue. 11. q. 3. & sic intelligit ibi glos. cum colligit argumentum ex illo tex. quod idem potest esse denuntiator & iudex. Et ex hoc videtur quod non sit uerum quod dicit Archi. armachanus quod papa non debet delictum in suam personam commissum iudicare ne uideatur potius uindicare quam corrigere, quem supra retuli, quia imo potest esse iudex in causa sua. nisi armachanus intelligat quod de honestate debet alteri cōmittere. ad hoc quod dicit text. & doc. in ca. ad apostolicæ de re iudi. in 6. Vnde. S. Tho. in 4. senten. dist. 19. & in secunda secundæ. q. 33. dicit quod dicere prælato in iudicio pręsidenti est dicere ecclesiæ. Et per istum modum prælatus ut priuata persona, potest remitti ad seipsum tanquam in iudicio præsidentem, quia bene potest quis fungi vice duarum personarum,

vt in l. si consul. ff. de adop. Et isto modo intelligendo, dicere ecclesię, nihil aliud importat quam exire in actum iudicij puniendo & corrigendo fratrem delinquentem & illū excommunicando absque alia vocatione concilij. & ad hoc multum sunt ponderanda verba, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Vnde vltimum iudicium est papę etiam postquam ecclesia non auditur. Et quod ita debeat intelligi, patet etiā exemplo gestorum beati Petri, qui Ananiam & sapphiram eius vxorem absque hoc quod diceret aliter ecclesiæ, sua ꝓpria authoritate condemnauit, vt patet act. 5. & 23. q. 8. cap. Petrus. non enim est verisimile quod Petrus præsumpsisset transgredi præceptum domini, maxime post receptum spiritum sanctum. Posset etiam intelligi illud verbum, dic ecclesiæ i. concilio quando papa ex aliqua maxima causa, puta ꝯtra imperatorem uel regem aliquem qui in eum & ecclesiā aliquid peccaret, vellet illud congregare, & sic dicere ecclesiæ, secundum quod fecit Inno. in c. ad apostolicæ de re iudi. in 6. non quod ad hoc teneretur sed ad maiorem iustificationem & authoritatem rei & implorādo aliorum auxiliū.

184 Vtrum † autem papa in denuntiatione teneatur præmittere admonitionem, ex exemplo iam dicto vr̄ quod non. nam & Christus denuntiauit iudam ante admonitionē, vt patet Io. 13. & Ioseph accusauit fratres non præcedente monitione, ut patet gene. 37. Sed breuiter dic quod tenetur ad obseruātiam pręcepti euangelici sicut & alij, & ad distinguendum, sicut distinguunt Doc. in alijs, vtrum peccatum sit publicum vel omnino occultum uel aliquo modo probabile, vt dicitur in d. c. nouit. & dicit. S. Tho. in d. dist. 19. in 4. & ibidem durandus & Petrus de Palude. & Astexanus in 2. li. summæ. tit. 67. & idem sanctus in secunda secundæ. quæst. 33. per totum, & Albericus in dictionario in uerbo correctio. & in summa

185 Syluestrina in titu. de correctione & punitione. Non † obstat præmissis quod dicit. S. Grego. in 4. li. regis. cap. 82. in fi. repræhendens Ioannem Constantinopolitanum episcopum. ego itaque per responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota ecclesia peccatur corripere studui, nunc ꝑ me scribo, quicquid humiliter facere debui non omisi. sed si in mea correptione despiciar, restat vt ecclesiam habeam adhibere. Quia intelligitur, vt supra dictum est, de processu ad censuras, & disciplinam ac censuram ecclesiasticam appellat ecclesiam. quod clare apparet. quia non dicit restat vt dicam ecclesiæ sed restat vt ecclesiam debeam adhibere. uel quod voluit sic facere ad maiorem iustificationem. Et quod accipiat ecclesiam pro censura ecclesiastica, cōstat ex gestis eius, quia mandauit responsalibus suis quos miserat Constantinopolim ne communicarent cum eo in diuinis, & nullum congregauit concilium. Vnde idem Grego. in 6. li. regis. c. 194. scribens Mauritio impera. de cyriaco successore dicti Ioannis dicit. eundem fratrem & consacerdotē meū studiose admonere curaui vt si pacem omniumq; concordiam desiderat, a stulti vocabuli se appellatione compescat. Et in epistola sequenti ad eulogium episcopum Alexandrinum & Anastasium episcopum antiochenum, de Cyriaco patriarcha q̄ sequebatur Ioannem in vsurpatione nominis vniuersalis dicit. meus vero diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco missarum solennia celebrare non debet, quia per ꝓfanum vocabulum culpam superbię aut commisit aut seq̄tur, ne si quod absit in tali elatione procedit, ei vanitatē stulti nominis confirmare videamur. eundem vero fratrem admonere studui vt se a tali superstitione corrigat, quia si hāc non correxerit, pacem nullo modo nobiscum habebit. Item in 11. lib. regis. capitulo 45. scribit ad eundem Cyriacum patriarcham dicens. cum ea charitate dignum est studemus vt profanam elationem, quæ animabus semper aduersa est, cordis pede calcantes, peruersi superbique vocabuli scandalū de medio ecclesiæ auferre festinetis, ne a pacis nostræ societate diuisi inueniri possitis. Ecce apparet quod beatus Gregorius non accipit ecclesiam pro concilio sed pro cēsura ecclesiastica, qua vti uolebat.

186 Et de ista † authoritate, dic ecclesiæ videq̄ dico in art. vtrū papa possit deponi si est omnino incorrigibilis. Et plura dubia circa istam. materiam denuntiationis euangelicæ, videlicet an sit conueniens. item an sit actus charitatis. item an cadat sub præcepto. item vtrum pertineat ad omnes an solum ad prælatos. item an subditi teneantur corrigere prælatos suos. item vtrum sit semper facienda an aliquo casu prætermittēda. item an obligati ad correctionem teneantur quærere delinquentes. item an Monachi teneātur exire de claustris ad corrigendos proximos suos. item an talis correctio se extendat ad omnia peccata, parua & magna. item an peccator teneatur corrigere delinquentem. item an de necessitate præcepti debeat præcedere admonitio fraterna secreta ipsam denuntiationē. item an debeat præcedere inductio testium ipsam publicam denuntiationem. item an subditus teneatur obedire pręlato præcipienti ut reuelet culpam alterius fratris, vide apud Cardi. de Turræcremata in capitulo si peccauerit. 2. quęst. 1.

SVMMARIVM.

Quo-

Quomodo intelligendum.
Ad 33.contrarium.ne.250.
Ad 34.contrarium.nu.251
Ad 35.contrarium.num.252.
253 *Ieroſolimitanam, & Antiochenam eccleſiam fuiſſe ante Roman. intellectus.*
Ad 36.contrarium.num.254.
255 *Cap.quod quis declaratio.*
256 *§.Hinc etiam & §. Item ſimmachus declarantur.*
257 *Cap concilia 17.diſt.declar.*
258 *Cap. primæ ſedis 99.diſt.declar.*
259 *Cap.in nomine domini.intellectus.*
261 *Cap.ſi quis el.3.2.q.7.declaratio.*
262 *Gl.in capitulo propoſuit, & in capitulo literas, & in capit. cum admonaſterium & ad capitulum ſunt quidam. & c.quæ ad perpetuam 25. quaſtio.1.declaratio.*
263 *Capit.ſcit ſancta. & capit. illud & capituli rid iculum .diſtinctione. declaratio.*
Ad 37.contrarium.nu.264.
Ad 38.contrarium.num.265.
Ad 39.contrarium.nu.266.
267 *Cap.confidimus. declaratio.*
Ad 41.contrarium. num.268.
269 *Paulus ad Gal.2.declar.*
Ad 42.contrarium.num.270.
Ad 43.contrarium.num.291.
Ad 44.contrarium.num,272.
Ad 45.contrarium.num.273.
274 *Cap.de libellis 20.diſt.declar.*
275 *Cap.de quibus declar.*
Ad 46.contrarium. nu. 226.
Ad 47. contrarium. num.277.
Ad 48.contrarium.num.278.
Ad 49.contrarium.num 279.
280 *Cap. Conſtantinus. declar.*
281 *Papa non ſoluit tributum Imperatori.in ſignum recognitionis domiuij ſed ſolum pro pace & quiete.*
Ad 50.contrarium.num.282.
Ad 51.contrarium.num.283.
284 *Poteſtatis plenitudo cum ſit ſeparabilis a perſona papæ, an propterea non neceſſario ſed contingenter dicatur ei ineſſe.*
Ad 52.contrarium.num.285.
Ad 53.contrarium. num.286.
Ad 54.contrarium.num.287.
288 *Paul.ad Eph.3.declar.*
289 *Paul.1.ad corinth.6.declar.*
Ad 55. contrarium.nu.290.
291 *Cap.per venerabilem.qui fil.ſint leg.declar.*
292 *Pſalm.44.conſtitues eos principes 5.expoſitio.*
293 *Sanctus Thomas. in ſecunda ſecundæ quæſtio 89. articulo primo . declaratur.*
294 *Matth.cap.5.ibi vos eſtis ſal terræ, & Ioan.15. Ego ſum vitis vera. declar.*
295 *Paul.ad Epheſ.4. collatus cum alijs declar.*
Ad 56.contrarium.nu.296.
297 *Paulum reſtitiſſe in faciem Petri. declar.*
Ad 57.contrarium.num.298.
Ad 58.contrarium.num.299.
300 *Iob duodecimo.declar.*
Ad 59.contrarium.nu.301.
Ad 60.contrarium.num.302
Ad 61.contrarium.nu.303.
Ad 62.contrarium. num.304.
Ad 63.contrarium.nu.305.
306 *Papam eſſe caput miniſteriale eccleſiæ, ratione miniſterij Petro commiſſi non autem caput vniuerſalis eccleſiæ eſt opinio cauilloſa & falſa, concluſio. & reſp. contrario.*
Et infra.num.311.& nu.315.
307 *Dictio cæteris capitur diſtributiue & collectiue.*
308 *Eccleſia cum ſit vnum corpus miſticum ex conſequenti habet vnum immeditatum caput homogeneum.*
309 *Papa non ſolum in particulares eccleſias ſed in vniuerſali eccleſia obtinet prælationem.*
Et illum dicere eſſe caput particularium eccleſiarum, & non omnium collectiue eſt truſa.
Et ratio aſſignatur.
Et infra.numero.310.
310 *Eccleſiam debere obedire papæ.*
Quomodo inetelligendum.
313 *Papam non eſſe perfectiorem vniuerſali eccleſia.*
Quomodo intelligendum.
314 *Nemo poteſt eſſe caput ſui ipſius. declaratio. & reſponſio ad male ſentientes.*

187 Reſtat † nunc reſpondere ad contraria. Et ad primum quidem de.c.ſi papa, iam reſponſum eſt quod loquitur in caſu hæreſis, in quo eſt ipſo iure priuatus papatu, quia vt dicitur Ioan.3. qui non credit iam iudicatus eſt. & ad Titum.3. hæreticus dicitur ꝓprio iudicio condemnatus. & iõ nec hæreticus nec ſchiſmaticus aſcribitur catalogo pontifi. vt in capitulo Anaſtaſius.19.di.ibi doc. Vnde & merito dicitur minor quolibet Chriſtiano. gloſ. in ca. Achatius el.1.24.q.1. quia tunc dignitas quæ faciebat eum maiorem, non inhæret perſonę eius, vt dixi ſupra in articu. vtrum papa poſſit de hæreſi accuſari. & in alio vtrum poſſit ob hæreſim deponi. Nec ex hoc quod concilium cognoſcit de cauſa hæreſis papæ, ſequitur quod ſit maius uel ſuperius papa, vt ſupra proxime dictum eſt. Nec ſi vnus papa eſt hęreticus, propterea dignitas pontificalis diminuitur. nec ſequitur ſi unus ex ſuo delicto eſt damnatus & priuatus dignitate quod dignitas in alijs ſucceſſoribus ſit annihilata, quia dignitas nunquam moritur, vt in capitulo quoniam Ab. de offic. delega. 12.q.2.cap.liberti.el.2. & tex. non dicit ibi quod con-
188 cilium iudicet papam. Ad capit. † Anaſtaſius & ad cap. Achatius, eadem datur reſponſio. Et nihilominus illa iura non dicunt quod concilium ſine papa iudicet papam. quinimo ibi gloſ. probat contrarium, cum colligit argumentum quod papa poſſit ligare alium papam. Item ibi dicitur quod papa factus erat veteris conſtituti executor non promulgator noui, vnde nullam fert ſententiam. Nec ibi aliquod concilium ad hoc fuit congregatum, ſed tantum oſtenditur Achatiũ incidiſſe in hæreſim iam damnatam. Nec obſtat quod in capitulo Achatius el 1.ead.ca. & q. dicitur quod Achatius per conniuentiam ſynodalem ſuſceperat ſententiam, & ſic uidetur quod fuerat per conciliũ damnatus. Reſpondeo enim quod non fuerat ibi ſpecifice damnata perſona Achatij, ſed ibi fuerat damnata hæreſis & ſequẽtes illum errorem. quod probat tex. cum dicit quam cum ſuis ſucceſſoribus ſuſceperat author erroris, & non perſona Achatij. quia Achatius nõ fuerat proprij uel noui erroris inuentor, ſed alieno facinori communicauerat. & ideo inciderat in ſententiam quam author erroris per concilium ſuſceperat. Et quia Anaſtaſius cõmunicauit Fotino diacono q communicauerat Achatio, & quia voluit occulte reuocare Achatium, eius errorem defendendo, ideo clerici receſſerunt ab obedientia Anaſtaſij. q tandem lepra percuſſus eſt, ſecundum doc. ibi, uel ut dicit gl. in d.cap. Anaſtaſius, dum aſſellaret emiſit inteſtina. Et iſte eſt uerus intellectus illorum iurium. Ex quibus ſequitur ꝙ communicantes cum communicantibus cum ijs qui communicauerunt cũ inuentore ſiue authore nouæ hæreſis idẽ ſentiendo, ſunt ueri hæretici & incidunt in eundem errorẽ & pęnam quam incurrit primus author ipſius hæreſis. facit quod dicitur in cap. ſuper quibuſdam in prin. de uerbo. ſignifica. & in c. excommunicamus el.2.§.fin. de hæreti. Sic etiam dicimus quod communicãtes cum excommunicato in crimine criminoſo, ligantur eadem maiori excommunicatio-
189 ne. c.ſi concubinę de ſen. excom. Ad cap. † ſi duo, eſt ſupra reſponſum. illud. n. loquitur quando non eſt aliquis certus papa in quo ſit plenitudo poteſtatis, nec eſt præſidens nec maior, & duo ſunt concertantes de papatu & in diſcordia electi. Facit quod dicit Ioã. An. in c.1. de renun. in 6. quod ſi eſſet diſcordia inter cardinales & papam, quia cardinales dicerẽt ipſum renuntiaſſe & papa negaret, quia concilium iudex eſſet. Ad gl. in c.ſi forte.63. diſt. quæ uult quod utraque electio poteſt caſſari ratione ſcandali quando duæ electiones ſunt factæ in diſcordia. & uidetur intelligendum quod altera tenebat, alias nihil uideretur operari conſideratio ſcandali. facit quod dicitur in cap. niſi cum pridem de renun. eſt dicendum quod gloſ. debet intelligi quande uota eligentium ſũt diuiſa & eſt omnimoda paritas. Et quod iſte ſit ſenſus gl. oſtẽdit ultima gloſ. præcedentis. c. quæ ſimiliter allegat d.cap. ſi duo. Item debet intelligi glo. in terminis tex. ſuper quem eſt ſituata, & in terminis tex. quem allegat, uidelicet quod ſcãdalum ortum habuerit, quia duo contra fas temeritate propria contendunt de papatu ut d. c.ſi duo. uel quia inuitis canonicis & plebe in tanta diſcordia eligentium metropolitanus uult gratificari, ut d.c.ſi forte, q text. eſt hodie correctus. uide ibi dominicum.

190 Ad ſecundum de † c. mandaſtis & ca. auditũ 2.q.4. reſpondetur quod in illis iuribus non dicitur quod concilium cognoſcat de cauſa papę eo inuito, ſed quod ſponte ſe purgare uoluerunt, nõ per hoc legem præſcribentes cæteris ſucceſſoribus qua id facere teneantur. Sic reſpondetur ad cap. nos ſi incompetẽter, quod papa uoluit ſe ſubmittere non proprie iudicio contra dictorio ſed examinationi & diſcretioni. & ita exponit ibi domi. iuditio. i. diſcretioni. & alias de intellectu illius tex. ſupra ad plenum dictum eſt. Sic etiam ad tex. in c. ſi quis ſuper his.

his.2.q.7. qui eſt text. Gregor. qui in omnib. actionib. ſuis fuit humilimus, reſpondetur quod ita ex vrbanitate loquitur, vt in cap. ecce.99.diſt. Ad cap. nunc autem & ad §. hinc etiam, eſt ſupra reſponſum quod loquuntur in caſu hæreſis & papa pręſente, & vt ſupra dictum eſt, non ſequitur concilium cognoſcit in cauſa hæreſis papæ, ergo eſt maius papa, quia papa hæreticus eſt minor quolibet Chriſtiano. De illo vtrum papa ſolus cognoſcat cauſas fidei, dictum eſt ſupra in proprio articulo, Ad cap. ſi duo. & ad cap. ſi forte, ſupra proxime reſponſum eſt. Ad illud Act 15. quod non ſolus Petrus iudicicauit, ſed ſimul cum aliis apoſtolis. reſpondetur quod non ſequitur ex hoc quod cciõlium apoſtolorum fuerit maius Petro, nam & papa iudicat ſimul cum concilio, & tamen ex hoc non ſequitur qđ concilium ſit maius. & papa iudicat cum
191 cardinalibus, & tamen cardinales non ſunt maiores papa, iura vulgaria. Ad tertium motiuum, † quod orbis maior eſt vrbe, reſpondetur quod papa etiam eſt dominus orbis, ut in capit. cum. de, diuerſis de priui. in 6. & in cap. nullus.99.diſt. & glo. in cap. fœlicis, de pœnis in 6. Ipſe enim eſt vnicus & vniuerſalis Chriſti vicarius in ſpiritualibus & temporalib. alias eſſet dare duos vniuerſales.. eſſet autem monſtrum ponere duo capita. capitulo. quoniam. de officio. ordina. & hoc eſt expreſſum in extrauaganti unam ſanctam, ad hoc gl. notabilis in cap. non autem.7. quæſt.1. & illud euangelii erit vnum ouile & vnus paſtor Ioan.10. Item reſpondetur quod ibi nõ eſt ſermo de authoritate poteſtatis & iuriſditionis orbis reſpectu eccleſiæ Romanæ, ſed eſt ſermo de authoritate conſuetudinis, quę tanto maioris authoritatis eſſe dicitur quanto generalior eſt ſiue a pluribus obſeruatur, ſicut de canonicis ſcripturis loquitur Augu. in cap. in canonicis.19.diſt. Secundum quam regulam non eſt dubium quin conſuetudo orbis ſit maior conſuetudine vrbis quam nec apoſtolica ſedes ſeruat nec ſeruari mandauit, & ſic non habet ſpeciale adminiculum authoritatis papæ. tunc enim quãdo mandaſſet ſeruari eſſet vt canon, qui ab omnibus ſeruari deberet, ut in cap.1. de conſti. Et quod Hiero. in d.cap. legimus loquatur. de conſuetudine generali, innuit glo. ibi in uerbo maior. quę dicit & ideo ſequenda eſt magis conſuetudo generalis. Et apparet illam fuiſſe intentionem Hiero. quia ibi damnat quandã conſuetudinem quæ erat in vrbe, qua quidam diaconi pręferebatur presbiteris. Item non obſtat quod orbis ſit maior vrbe, quia nec concilium eſt totus orbis ideo nõ ſequitur quod concilium ſit maius papa. & adde quod dicitur infra ad.7. cõtrarium in uerſi. ad illud quod orbis &c. Ad argumentũ ſumptũ p gl. ex illo tex. rñdet ꝙ nõ obſt. gloſę authoritas, q eius cõcluſio nõ eſt ſimpl'r vera. de quo dictũ eſt in ꝓprio ar. ſup. ad longum examinaro. Ad † quartum, quod papa non diſpen-
192 ſat contra ea quæ concernunt vniuerſalem eccleſiam ſecũdum glo. in contrarium allegatas, reſpondetur quod non ſequitur ex hoc eccleſiam repreſentatam & ſic concilium eſſe maius papa, quia eius ptãs nõ eſt ad deſtructionẽ ſed ad ꝯſtructionẽ, vt dr̃ 2. ad Cor.20. & 13. & iõ nõ diſpẽſat ꝯtra illa, q magis eſſet diſſipatio quam diſpenſatio. Ad c. ſicut, vbi innuitur quod papa debet venerari concilia, maior autem eſt is cui præbetur reuerentia quam is a quo exibetur, ut in auth. de defen. ciui. §. quæ igitur in gl. 9.6. diſ. a ſubdiacono. igitur reſpondetur dicendum quod eſt hoc non ſequitur quod cõcilium ſit maius, quia quæ bene ſtatuta ſunt maxime fidem concernentia, papa cuſtodire & venerari tenetur. capitulo ſunt quidam. vigeſimaquinta quæſtione prima cum pluribus ſequen. quia ũt dictum eſt præeſt ad ędificationem. Nec obſtat quod minor debet reuerentiam maiori, quia hoc idẽ, ſcilicet præſtare reuerentiam, debet maior minori, ut in l. nihil. C. de pala. ſacrarum largi. lib. duodecimo. & in capitulo eſto ſubiectus. nonageſimaquinta diſtictione. Quinimo concilium etiam pręſtat reuerentiam papæ & debet enm honorare, ut in caitulo Oſius. ſexta quæſtione quarta. Nec eſt uerum quod non ſit dare rationem diuertſiatis cur concilium magis iudicet de papa in cauſa fidei quam in aliis, quia qui eſt hęreticus eſt minor quolibet Chriſtano, vt dictum eſt. & ſi liceret ei diſſentire ab eccleſia vniuerſali in iis quæ ſtatuta fuerunt in quatuor conciliis principalioribus, de quib. loquitur dict. capitulũ ſicut, quæ concernunt fidem & fuerunt ſæpius per Romanos pontifices cõfirmata. ipſe ſubuertere poſſet fidem quam cuſtodire tenetur, dicto capitulo ſunt quidam. & propterea ipſe ſicut & cęteri tenetur cuſtodire & uenerari ipſa quatuor concilia. Item dicta quatuor concilia tenta fuerunt accedente authoritate Romanorum pontificum. & ideo ſi papa illis contraueniret, contraueniret ſtatutis conciliorum & Romanorum pontificum, & ſic vniuerſalis eccleſiæ. in aliis autem quam in concernentib. fidem, bene poteſt papa tollere ſtatuta concilii, ut late ſupra dixi in propria quæſtione. Nec eſt verum quod concilium ſit maius papa quantumcunque in cauſa fidei ſtandum eſſet potius ſententiæ concilij quam papæ, nec ſemper eſt hoc verum, argumento ſumpto ex cap. maiores, de bapt. maxime quando ſententia papæ concurreret cum iam deciſis articulis, de quo dicendum eſt, vt in art. proprio ſupra examinato.
193 Ad quintum † reſpondetur quod imo poteſtas papæ non eſt ab homine ſed a Deo, vt eſt tex. in c. nouit. de iudi. & gloſ. in clem. ne Romani, de elect. & in cap. omnes.22.diſt. & cap. ſolitæ, de maio. & obe. & Mat.16. tibi dabo claues &c. Vbi Chriſo. dicit. filius Dei vbique terrarum Petro conceſſit poteſtatem, & homini mortali omnium quæ in cęlo ſunt dedit authoritatem, vt poteſtate clauium eccleſiam amplificaret. idẽ etiam probatur ex tex. Io. vlt. c. paſce meas. vbi Chriſoſt. dicit. i. loco mei præpoſitus & caput eſto fratrum tuorum. Item cum ipſe ſit vicarius & locumtenens Chriſti, conſequens neceſſario eſt vt eius poteſtas habeatur a Chriſto. Quod autem ſit vicarius Chriſti, ſupra pluries dictum eſt, & habetur. c. penul. & vlt. de transla. præla. c. ſolitæ, de maio. & obe. c.1. vt eccle. benefi. c. per venerabilem, qui filii ſint legi. c. ad apoſtolicæ, de re iud. in 6 c. primo, de homi. in 6. cle. prima, in prin. de iureiur, cum multis ſimilib. Et quod poteſtas vicarij ſubordinetur ei cuius eſt vicarius, eſt tex. in cap.2. de conſuet. in 6. & de offi. vica. per to. Et non ſequitur ſi papa eligitur quod propterea eius poteſtas ſit ab eligentibus, ſicut uidemus in multis. canonici enim eligunt epiſcopum, vt in cap. ne pro defectu, cum ſimil. de elec. & patroni ſimiliter præſentant rectores, vt per totum ti. de iurepat. & tamen rectores & epiſcopi non recipiunt ab illis poteſtatem. Ad illud de rege Franciæ confirmante &c. reſpondetur ꝙ illud erat ex priuilegio & ſecundum illa tempora, hodie autem ſecus eſt. Nec eſt ſimpliciter verum quod actus confirmationis ſemper denotet ſuperioritatem, maxime extra actum confirmationis, & cum competit ex priuilegio vel conſuetudine. Item confirmatio huiuſmodi nihil iuris tribuit in ſpiritualibus, vt ibi dicitur in d.c. Adrianus.63. diſt. Item poſt electionem poſſunt prætendere reges ex conſuetudine, vel priuilegio debere electionẽ ſibi præſentari, vt in c. cum terra. & in c. cum inter vniuerſas de elec. uel ius nominandi, ut in c. quod ſicut, eo. ti. & tamen ex hoc non arguitur aliqua ſuperioritas, ſicut nec ex iis quæ geruntur per regem aliquid iuris tribuitur, vt vide Compoſtel. Abbatem Anto. Hoſtienſ. card. & alios in d.cap. quod ſicut. & Alex. in cap. imperium.10. diſt. Item confirmatio quæ fit per inferiorem, vt eſt in rege reſpectu papæ, non dicitur confirmatio niſi abuſiue, quia non eſt proprie confirmatio, vt in capitulo primo, de locato. Item ſi rex confirmando dicatur ſuperior reſpectu iurium temporalium, vt ibi dicitur in d. c. Adrianus, ex hoc non arguitur regis ſuperioritas, neque ex hoc infertur ergo concilium eſt maius papa, quia de rege ad concilium non valet argumentum. Item aliam re-
194 ſponſionem vide infra. Quo ad illud † quod papa tenetur ſeruare ſtatuta concilij, conceditur de ſtatutis concernentibus fidem, quia ipſe eſt firmamentum fidei, & debet confirmare fratres in fide, iuxta præceptum Domini Lu. 22. capit. De aliis autem ſtatutis conciliorum concernentibus vitam moralem papa poteſt diſponere, & illa tollere & mutare, vt ſupra ſatis late concluſum eſt in proprio articulo. Ad text. in cap. contra ſtatuta, reſpondetur quod ibi non dicitur concilium eſſe maius papa. & ille tex. ac alia capitula in ea. cau. & q. inquantum decernunt non poſſe aliquid ſtatui contra illa quæ a ſanctis patribus conſtituta ſunt, intelliguntur in cauſa fidei vel in iis quæ ſunt de iure diuino, contra quod papa non ſtatuit nec diſpenſat, vt dicitur in capit. a nobis, de deci. & capit. ſunt quidam.25.q. prima & capitulo cum ad monaſterium de ſtatu monach. & capitulo literas, de reſtit. ſpolia. cum ſimilibus. Quod probat thema. d.25. cauſæ, in qua ſunt adducta iura illius primæ quæſtionis, quod thema eſt de decimis non vſurpandis & ſoluendis. Et quod loquantur in cauſa fidei, maxime ille tex. in capit. contra ſtatuta, quod videtur magis ſtringere, oſtendunt duo textus ſequentes, videlicet. capitul. omne & capitulum prima. ubi dicitur caſſandum quod ab infidelibus uel hęreticis factum fuerit, & cuſtodiendum quod recta fide a ſanctis patribus conſtitutum
195 eſt. Item & † alio modo reſpondetur ad illud de rege, quod confirmat electionem papæ vt in dicto capitulo Adrianus, videlicet quod ille tex. hodie eſt correctus. ut in capitu. cum Adrianus, & ibi dicitur eadem diſt. & illi facultati reſignauit rex Ludouicus, ut patet in cap. ego Ludouicus, eadem diſtinctio.63. Ita dicit Aſtexanus in 6. li. ſummæ, in ti. de papatu. Et huiuſmodi priuilegium receperat a ſede apoſtolica, ex quo
196 arguitur maioritas ipſius ſedis. Ad ſextum † de authoritate Ioann. Mo. utrum opinio eius ſit ſimpliciter uera, ſatis ſupra dictum eſt in articulo utrum papa aſtringatur ad ſeruãdum capitula conclauis. & ut dicit ibi Domi. in dicto capit. ſuper eo, communis opinio eſt contra Ioan. Mon. in quo non eſt ei credẽdum, quia loquebatur in cauſa propria, cum eſſet car.

197 Ad † septimum, quod omne totum est maius qualibet sua parte, respondetur quod illud est verum de totalitate quantitatis dimensiuæ, vel naturalis, quæ sunt eiusdem rationis, sed non de totalitate quantitatis virtualis seu potestatiuæ. potest enim contingere vt una virtus tantum possit quantũ aliæ plures. Vnde licet quod dicitur omne totum esse maius sua parte, sit verum de toto integrali non tamen verum est de toto potentiali, de quo nunc loquimur. Et sic concedendo de toto integrali quod omne totum est maius qualibet sua parte, argumentum nihil facit ad propositum, quoniam nos non loquimur de maioritate quantitatis dimensiuæ vel naturalis, secundum quam non est dubium quod quælibet congregatio est maior suo prælato, sed loquimur de maioritate quantitatis virtualis siue potentialis, secundum quam stat quod vna virtus potestatiua sit maior omnibus aliis inferioribus. Item etiam motiuum non militat, quia datur ad illud instantia, prima quæstione prima. sicut vrgeri. Et primæ ad Corin. 12. dicitur, vos estis corpus Christi & membra de membro. vbi supplet glo. interli. de membro, s. Christo capite & commembro. Sequeretur ergo quod Christus esset inferior ecclesia vniuersali. quod non modo falsum sed hæreticũ est. s. dicere Christum esse minorem perfectione gratia vel potestate ecclesia, cum ab ipso dependeat omnis ecclesiæ potestas, perfectio, & gratia. Item potest negari cõsequentia, quia cum loquamur de potestate iurisditionis, & iurisditio omnis originetur a capite & ab eo sumat robur, ut in c. significasti. de elec. non sequitur quod separato capite maior remaneat iurisditio in membris. immo magis sequitur q̃d in eis nulla vel modica & sine robore remaneat iurisditio. & quod remaneat in capite tanquam digniori. Inde est quod faciendo cõparationẽ de corpore mystico ad corpus naturale, dicit text. in l. cum in diuersis, ff. de relig. & sump. fune. quod cum quis in diuersis locis sepelit, is locus efficitur religiosus vbi caput sepelitur, & non ille ubi sepelitur corpus sine capite. Non valet igitur ista consequentia papa est membrum ecclesię, ergo potestas iurisditionis non potest esse maior in papa quam in toto residuo corporis ecclesię. Quod etiam ostenditur palpabiliter in corpore naturali. quia caput etsi est membrum corporis, nihilominus pręstantius & maius est virtute sensitiua quam totum residuum ipsius corporis, cum in solo capite sit plenitudo omnium sensuum, in aliis autẽ membris est solus sensus tactus, Vnde dicit Ambro. in 6. li. Hexameron. c. 9. quod sicut cœlum eminet aeri terris & mari, quæ velut quædam membra sunt mundi, ita etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere. præstantissimumque esse oĩum tanquam inter elemanta cœlum tanquam arcem inter reliqua vrbis mœnia, & ex illo omnibus membris vigorem prudentiamque deferri. Et ideo dicit tex. 6. q. 1. in §. verum, & c. ex merito, quod capite languescente facilius reliqua membra inficiuntur, quia omnia membra sequuntur caput, ecclesiastici. 10. ad Ephe. 4. & 12. dist. c. non decet. c. cũ nõ liceat de rescri. c. nolite. 11. di. Et qcq̃d pfectionis requirit̃ in mẽbris debet inueniri ĩ capite, dicit. tex. in c. miramur. 61. di. ꝯcludẽdo igitur dicimus quod simpliciter loquendo ecclesia potest dici maior papa perfectione gratiæ & amplitudine virtutum, quia una vetula potest esse perfectior ipso papa, sed secus in potestate iurisditionis, in qua vnus peccator potest esse maior multis iustis. Et hoc ostendit Apostolus ad Rom. 12. dicens quod sicut in uno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alii aliorum membra, sed tamen habentes dona iuxta gratiam datã nobis diuersa, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in administratione, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui pręest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Ecce quod quia in donis Dei differimus, unus in una gratia potest excellere omnes alios de corpore ecclesię. ad illud quod

198 † orbis maior est vrbe, dicendum est quod ille text. in dicto cap. legimus non loquitur de authoritate potestatis siue iurisditionis respectu ecclesię Romanæ siue sedis apostolicæ, sed loquitur de authoritate consuetudinis quę tanto maioris authoritatis esse dicitur quanto generalior est siue quanto a pluribus obseruatur, sicut loquitur sanctus Augu. de scripturis canonicis in capitulo in canonicis decimanona distinctione. Quod autem text. ibi non loquatur de authoritate orbis respectu sedis apostolicæ, patet ex intentione Hierony. ibi loquentis, qui loquitur contra consuetudinem quæ in vrbe Roma regnabat, qua quidam diaconi præferebantur presbiteris, ob quum consuetudinem aliqui diaconi per orbem sumebant occasionem præferendi se presbyteris suis, cum tamen contraria consuetudo esset per orbem. Et istum sensum etiam ostendit glo. ibi cum infert ex verbo maior est, & ideo magis sequenda est consuetudo generalis. Et hoc absolutum fuit supra in responsione ad tertium contrarium.

199 Ad illud † quod dicit Greg. ꝙ Petrus est membrum vniuersalis ecclesiæ, & quod dicitur in d. ca. legimus quod ecclesia Romana quæ repræsentatur per papam est vna de particularibus ecclesiis vniuersalis ecclesiæ. conceditur ꝙ est membrum sed membrum quod est caput omnium membrorũ. & propterea non sequitur quod ecclesia sit maior Petro capite ipsius vniuersalis ecclesiæ. Vnde si loquimur de ecclesia vniuersali respectu capitis Christi, sicut loquitur ibi Grego. tunc per illud probatur intentum nostrum, quia vt supra dictum est Christus licet etiam sit membrũ ecclesiæ, quia per apostolos & alios de ecclesia perficitur corpus Domini, tamen est maior vniuersali ecclesia. & pariformiter Petrus qui prælatus est huic vniuersali ecclesiæ, esse debet maior vniuersali ecclesia. & non sequitur Christus est membrum principalius ecclesiæ cuius corpus perficitur ex omnibus istis mẽbris, ergo ecclesia est maior Christo & consequenter eius vicario & huic ecclesiæ prelato in iurisditione, vt supra probatum est. Quod autem Petrus sit caput vniuersalis ecclesiæ, per multa iura & authoritates etiam supra probatum est.

200 Ad illud quod papa dicitur maior in ecclesia & non maior ecclesia. cõceditur differentia, sed negatur assumptum, quia papa non solum est maior, & principalis in ecclesia vniuersali, sed etiam est maior in iurisditione ecclesia vniuersali, quia principaliter data est ei iurisditio & descensiue siue deriuatiue ab eo aliis, vt supra late dictum est, quia ipse solus habet plenitudinem poteastatis, vt in c. 1. cum concordan. ut eccle. benefi. Ad id quod dicitur Petro esse principaliter datas claues respectu singulorum apostolorum & non omniũ simul, & sic non respectu totius corporis fidelium. dicẽdum est sicut supra dictum est quod imo principaliter in Petro claues collocauit dominus etiam respectu omnium. quinimo claues iurisditionis contentiosę, siue fori exterioris, non solum principaliter in Petro sed in solo Petro collocauit per illud Io. vlt. pasce oues meas, & in aliis mediante persona Petri descensiue, vt etiam supra latissime dictum est. Ad tex. in c. quæ dignior. 24. q. 1. cum dicit ꝙ non est dignior domus q̃ ecclesia, dicendum est ꝙ loquitur de Romana ecclesia, quæ habita comparatione ad alias domos & ecclesias quibus pręponitur, ut in cap. sacrosancta. 32. dist. est dignior aliis. Et non refertur ad papam, qui tanquam vicarius Christi pręest huic ecclesię, vt in cap. rogamus. 24. qõ. 1. & d. cap. sacrosancta. 22. dist. de quo vide etiam infra in responsione ad 19. motiuum.

201 Ad octauum † de gestis apostolorum dicendum est ꝙ quantumcunque reperiantur aliqua gesta communi nomine omnium, non ex hoc sequitur quod concilium sit maius Petro, quia multa in actibus apostolorum fecit Petrus cum aliis ex sua humilitate quę ex potestate officii potuisset solus facere, vt in cap. Petrus. 2. q. 7. Nec est absonum vt gesta concilii etiã attribuantur concilio quantumcunque illi pręsit papa, ut in demus in capitulo primo, de pac. & in capit. primo de sponsa. & dixi supra in art. sub cuius nomine debeant conscribi gesta concilii. Et ex ipsismet authoritatibus actuum colligitur maioritas Petri, quia vt plurimum proponebat tãquam omnium caput. Vnde Act. 1. super illud exurgens Petrus in medio fratrum dixit & c. dicit gl. interli. pastor pro ouibus loquitur. Et glo. Nicolai ibi ad verbum exurgens Petrus, addit tanquam principalis. Vnde quod aliter aliquando factũ est, non fuit ex defectu potestatis sed potius amore pacis & unitatis causa. Vnde beatus Chryso. super actus apostolorum dicit. Petrus vt inflammatus & sicut ille cui a Christo commissum erat ouile, & ut princeps apostolorum, semper incœpit sermonem, uide autem quod Petrus omnia facit communi omnium voluntate, nihil agit principaliter aut quasi dominus. Et infra super illud oportet ergo ex iis qui nobiscũ sunt uiris, dicit. quare ita palam omnibus loquitur, ne contentiosæ res fierent & ad litem deuenirent. & ideo scandala uitabat, quapropter incipiens dixit uiri fratres oportet eligi ex uobis & c. multitudini populi electionem concedit, ut & ipse a contentione liberaretur & aliis honor exhiberetur. Item dicitur quod non Iacobus sed Petrus quæstionem de legalibus diffiniuit tanquam omnium princeps. & hoc uult Sanc. Hieron. in epistola. ad Augus. quę incipit tres simul. ubi dicit Petrum fuisse principem huius decreti. Iacobus uero non diffiniuit, sed diffinitionem factam per Petrum promulgauit, quia ipse erat illius loci episcopus. unde dicit ego iudico. Si enim solus diffinisset, non fuisset conciliaris determinatio, sed quia diffinitio facta erat per Petrum in concilio, Iacob. tanquam promulgator & loci episcopus utitur uerbo, iudico. Vnde Nicolaus de Lira ibi dicit. licet Petrus esset principalis inter apostolos, tamen detulit Iacobo in sua diœcesi ut determinationem dubii proferret-non dicit diffiniret.

202 Ad illud † de misione Petri dicendũ est quod non omnis missio importat superioritatem. nam quædam est missio secundum authoritatis imperium, sicut seruus mittitur a Domino & rex mittit Seneschalcum aut papa legatum, alia missio est secũdum consilium, ut consiliarii vel Senatus dicitur mittere regem ad bellum. Istos duos modos tangit. S. Tho. in prima par. quęst. 43. arti. primo. Alia & tertia missio est secundum authoritatem amoris, sicut quando socii inferiores mittunt nuncium siue oratorẽ ad regem vel ad papam aliquem maiorem inter eos in quem nullam habent authoritatem prælationis sed tantum amoris. Vnde ad contrarium potest responderi quod apostoli non miserunt Petrum authoritatis imperio sed miserunt eum prouidentiæ consilio. suggerentes ei ut ipse iret, ut pote magis aptus, tum ratione authoritatis, tum quia præ cæteris splendebat miraculorum gratia. quapropter talis missio non dicit superioritatẽ auctoritatis in mittente. Vnde dicit Petrus de Mõte in monarchia in 7. Char. quęstionis an papa sit maior concilio, quod cum tũc inciperet fides publicari, magis inducebantur homines ad fidem opere & exemplo quam verbo. idcirco propter vitę sanctitatem & miraculorum potestatem quæ erat in Petro, cum ad eius vmbram sanarentur infirmi Act. 5. missus fuit Petrus, qui exemplo Christi seipsum humiliauit, tenens illud præceptum menti qui maior est inter uos fiat sicut minor. Lu. 22. Vnde dicendum est ad contrarium quod ex quo una cum Petro facta fuit deliberatio, cum dicitur miserũt, intelligitur scilicet eum volentem. secunda quæstione septima cap. si quis & cap. nos si incompetenter. & secunda quęstione quarta. cap. mandastis & cap. auditum. Nec obstat ꝙ dicitur de dictione, &, quia non semper dictio &, dicit paritatem inter coniunctos, vt late de eius natura dicitur per Bar. in l. si is. cui. §. sed vtrum. ff. de reb. dub. Item aliquando ponitur pro etiam, vt notatur in l. si filius qui in potestate. ff. de liber. & posthum. & in l. sæpe. ff. de verborum sign. Et diuersimode. capitur secũdum subiectam materiam, ut. d. l. si is cui Et vidd Anto. de Butrio in cap. vestra. 3. colum. de coha. cle. & mulie. Nec obstat quod dicitur quod Iaco bus iudicauit. Actuum. 15. cap. quia respendetur quod primo Petrus proposuerat & iudicauerat, ut patet ibi surgens Petrus dixit. postea Iacobus concordando cum dictis Petri dixit propter quod ego iudico. vbi addit glo. interli. scilicet concordans cum Petro, ut supra proxime dixi. Vnde fuit iudicium approbatiuũ & consultiuum, sicut, iudicium episcoporum in concilo, ut supra dixi in art. quam iurisditionem habeant prælati in concilio.

203 Ad † Nonum contrarium quod ecclesia non potest errare, conceditur hoc de ecclesia vniuersali ut loquitur tex. in dicto capitu. a recta, sed bene reperitur quod ecclesia particularis & concilium quod repræsentat ecclesiam uniuersalem, potest errare. Vnde dicit Ioan. And. in capitulo a nobis. el secundo de senten. excommu. quod licet ecclesia specialis possit errare, tamen in dubio pro ea pręsumitur donec de errore probetur. capitulo fraternitatis. de frigi. & male. maxime pro ecclesia Romana. capitulo primo. vbi idem dicit gl. de reli. & uene. sanc. cuius. sententia, facta fide de errore reuocatur. ut in capitulo olim. de dolo & contu. Ita dicit Ioan. An. ibi post Hostien in uerbo ecclesiæ. Ad quod Hostien. allegat, & melius, capitulum cum olim. versic. nos igitur. de re iudi. & capit. tum ex literis. de resti. in integ. Et hoc sentit Archi. & alii in capitulo Anastasius. 19. distinct. dum dicit quod potest ostendi ecclesiam fuisse deceptam. Et istud quod ecclesia specialis siue Romana ecclesia possit errare ponit Petrus de Perusio, Anto. de But. & Card. & Abbas in dicto capitulo a nobis. Dominicus tamen in dicto capitulo. Anastasius & Alexand. ibi uidetur velle capiẽdo ecclesiam Romanam pro papa solo quod possit errare, sed capiendo ecclesiam Romanam pro papa cum cardinalibus, licet aliqui possint errare tamen non errat Romna ecclesia. Et hoc uidetur velle gl. in capitulo quodcunque. vigesimaquarta quęstione prima. Sed profecto potest dici quo ad Romanam ecclesiam. hoc est papam cum cardinalibus, quod & illa errare potest si aliquid fuerit ei surreptum, ut dicto capitulo cum olim, alias non est credendum quod Deus permittat eam errare, vt dicit dicta gl. in dicto capitulo quodcunque. & dom. in dicto. c. Anastasius. Immo & concilia reperiuntur sępius errasse. Vnde in concilio Calcedonen. legimus a Leone reprobatum cõcilium Ephesinum secundum. sic & concilium apud aquisgranum, vt in capitulo placuit iuncto capitulo tria. trigesimasexta. quæst. secunda.

Quinimo plus voluit Abbas in dicto capitulo a nobis, & Fel. post Innocent. quod sicut specialis ecclesia ita & uniuersalis, hoc est concilium quod repræsentat ecclesiam uniuersalem, possit errare excommunicando aliquem prælatum qui non erat excommunicandus ex aliqua causa latenti. & pro hoc faciunt plura iura, maxime in censuris & in occultis, de quib. ecclesia non iudicat, vt in capitulo vnico vt eccle. Bene. Et hoc quia eadem est ratio de ecclesia generali & speciali. dicit tamen. dict. Abbas. quod illud quod dicitur quod ecclesia vniuersalis non potest errare, intelligitur in ijs quæ sunt fidei, quia quo ad illa Deus orauit vt non deficiat fides eius Sed ista ratio eodem modo militat in ecclesia Romana, ut est text. in capi. maiores. de bap. quia ipsa est caput istius uniuersalis ecclesiæ, ut in capitulo quamuis vigesimaprima distinctione & in capitulo sacrosa ncta in fin. vigesimasecunda distinctione. Item non sequitur papa potest errare ergo est minor concilio, quia nos non loquimur de maioritate meritorum sanctitatis vel rectitudinis iudicii sed de maioritate & superioritate potestatis & authoritatis, quæ non dependet a rectitudine iudicii vel meritorũ. Item etsi papa errat, quia nõ habet superiorem reseruantur eius errores corrigendi iudicio Dei, ut in capitulo aliorum & in capitu. nemo. cum similibus nona quæst. 3. Quoad alia quę adducũtur pro corroboratione, conceditur quod ecclesia sit firma, & perpetuo mansura, & similia, sed ex hoc non sequitur quod papa non sit maior concilio. nam & dignitas pontificatus erit etiam cum ecclesia perpetua, quia sedes apostolica etiã nunquam moritur, ut in cap. si gratiose de rescripti. Et cum quæritur an papa sit maior concilio intelligitur de papa nõ ut priuata persona sed tanquam publica, & sic respectu dignitatis. Vnde conceditur contrarium, sed intelligitur de ecclesia non tamen repręsentatiue, vt est concilium, quod sępius errauit ut dictum est. Item non sequitur, ecclesia, vel concilium non errat, ergo est maius papa. Ad decimum † contra-

204 rium respondetur verum esse quod nullus saluatur extra ecclesiam, & quod Christus est sacerdos & sacrificium & c. sed papa inquantum est vicarius Christi, dicitur habere eãdem potestatem cum Christo & in se habere totius ecclesię vigorem & potestatem per illa verba Matthæi decimosexto, & ego dico tibi quod tu es Petrus, & illa Ioannis ultimo pasce oues meas. ponit sanctus Thomas in quarto libro contra gẽtiles, capit. 72. & 76. & contra errores græcorum capitulo 65. 66. & 67. & propterea dicitur quod papę, & Christi idem est consistorium, ut dicitur in capitulo quanto, de translatione pręlatorum. Et quod Petrus habuerit eandem potestatem cum Christo, ponit Innocen. in capit. quod super iis, de uoto. tex. in capitulo pro humani, de homi. in sexto, in cap. ad apostolicæ, in fi. de re iud. eodem lib. & supra satis dictum est. vnde ex hoc quod papa est caput ecclesię & habet omnem plenitudinem potestatis in ecclesia, non sequitur ipsum esse extra ecclesiam si omnis virtus ecclesiæ est in eo tanquam in ecclesiæ fundamento. & ideo qui non credit papam Christi vicarium & caput ecclesiæ, dicitur esse extra ecclesiam, extra quam non potest saluari, vt in extrauaganti vnam sanctam. Nec ex hoc quod extra ecclesiam nemo saluatur, sequitur quod caput ecclesiæ hoc est papa sit inferior ecclesia, ex quo ipse est in ecclesia vt rex in regno, qui licet sit in regno tamen est superior regno. Sic ergo non concludit contrarium in papa, cum ipse sit ecclesiæ caput quamdiu est verus papa. nec sequitur ad hoc vt saluetur, oportet, quod sit in ecclesia ergo ecclesia est maior eo, ex quo ipse est firmamentum ec-

205 clesiæ. Ad illud † quod concilium dicitur congregatum in Spiritusancto & Spiritussanctus esse in eo, conceditur de cõcilio legitime congregato. & quod papa subijcitur Spiritui sancto, sed non sequitur ergo subiicitur concilio, quia nos loquimur vt dictum est de maioritate potestatis & non sanctitatis vitæ & meritorum. Item & papa præsumitur quæ agit facere instinctu Dei & Spiritussancti, vt in capitulo non nos. quadragesima distinctione. Nec Deus permittit papam errare in ijs quæ sunt fidei, vt legitur in chronicis de beato Leone, quod non est ob aliud nisi quia Spiritussanctus ei assistit, vt in capitulo violatores vigesimaquinta quęstione prima. facit quod dicit tex. in cap. quoniam vetus & cap. hæc est fides, vigesimaquarta quæstione prima. Vnde statuta papæ & eius sanctiones debent reputari ac si ab ore Dei vel beati Petri essent prolata, vt in capitulo sic omnes, decimanona distinct. Et concilium, vt sit legitimum, oportet quod sit congregatum authoritate papæ, vt decimaseptima distinctione, capitulo multis, cum pluribus aliis, eadem distinctione. Et sic non obstant authoritates, quæ ostendunt, quod episcopi in concilio dicuntur congregati in Spiritusancto, & dicuntur Dij & c. quia idem dicimus in papa.

Nec ex hoc concluditur quod conciliũ sit maius papa, qui dicitur etiam maior apostolo, vt in capitul. sunt quidam ibi glos. 25. quæstione prima, & capitulo debitum, de bigamis ibi docto. & in cap. nuper, & in capitulo super eo ibi Innocen. & capitulo a nobis ibi Doct. eodem titu. & in capitulo proposuit post glosam, de concessione præbendæ. & in capitulo cum ad monasterium, de statu monachorum, cum simi-

similib. in quibus dicitur quod dispensat contra apostolum.
206 Ad vndecimum †de reprobatione electionis Clementis factæ per Petrum, respondetur q̄ variæ possunt dari solutiones. Prima est q̄ Petrus non elegerit proprie Clementem sibi successorem sed q̄ deliberauerit cum fratribus eum relinquere successorem, vt in ca. si transitus. 79. dist. & hoc inquit glo. in c. 1. 8. q. prima, hoc autem non est absonum q̄ papa viuens possit cum cardinalibus tractare de futuro successore idoneo pro ecclesia, vt ponunt Doc. in c. in nomine Domini 23. dist. & in c. licet, cum simil. de elect. Secunda potest dari solutio q̄ ideo tunc sic fuit factum per Petrum, quia pauci tunc erant christiani nec audebant comparere, vt 15. dist. in c. primo. Et hoc videtur sentire Alex in c. Petrus. 8. qō. prima, vbi etiam dat aliam solutionem q̄ illud fecit Petrus instinctu Spiritussancti, sicut legitur de Dauid in glos. in c. Moyses. 8. q. 1. Pro hoc bene facit tex. in c. electionem. 79. dist. qui dicit q̄ Deus electionem summorum pontificum sibi reseruauit, sed electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessit. Ecce q̄ Christus voluit per viam electionis a sacerdotibus & populis creari pontifices, & non a præcessoribus institui successores. vnde instinctu Dei hoc factum fuit. Sicut etiam forma baptizandi in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti tradita a Christo, Matt. vlt. familiari consilio Spiritussancti reperitur in primitiua ecclesia mutata, quia vt patet Act. 2. 10. & 19. baptizabatur in nomine Iesu Christi, quod fuisse factum dicit ibi in 2. c. Nicolaus de Lira, vt nomen Christi redderetur amabile, & venerandum. in quo intelligitur tota trinitas, vt latius dicitur in 4. sent. facit tex. in c. a quodam, de consec. distinctione 4. & gl. in cap. primo, de bap. & tamen per hoc apostoli non dicuntur maiores Christo. Tex. autem gratiani in §. his omnibus in capit. apostolica. 8. q. 1. sentit quod aliud est de sui successoris electione tractare siue deliberare, aliud ex testamento tanquam suæ dignitatis hæredem quærere, nā illud fieri permittitur, hoc autem penitus prohibetur. & quia officium non uitę, sed sanguini cœpit deferri, constitutum est ne quisquam sibi sui officij quęrat successorem sed populi electione quæratur. Item posset dari alia solutio, quod quantumcunq; apostoli reprobassent electionem Clementis factā per Petrum, non sequitur propterea quod apostoli fuerint maiores, quia sępius videmus quod multa facta per prędecessores mutātur per successores ac etiam per concilia secundum exigentiam temporum, vt in cap. non debet, de consang. & affi. & potuit fieri ista mutatio volente & consentiente ipso Clemente. Accedit ad hoc quod, vt supra dictum est, forma baptismi tradita a Christo Matth. vlt. fuit tempore primitiuæ ecclesię alterata, & forma electionis concessa sacerdotibus, & spiritualib. populis ex causa fuit mutata, & concessum vt fieret electio tantum a cardinalibus, vt in c. licet. de elec. & in ca. vbi periculum, eo. tit. in 6. in clem. ne Romani, eo. ti. de quo plene in capitulo quanquam eod. tit. in 6. post glo. ibi. Datur etiam & alia solutio quod ibi Clemens non fuit ab apostolis amotus, sed ipse vltro videns quod hoc esset perniciosum exemplū quod aliquis sibi eligeret successorem, renunciauit papatui, tūc electus fuit Linus deinde Cletus, deinde denuo Clemens. Ita dicit glos. in dicto capitulo si Petrus. 8. quęstione prima. Vnde glos. ibi ponit versum,

Disputat hic mundus quartus fueritue secundus.

Alia etiam solutio est quod nō solus Petrus elegerit sibi Clementem successorem, sed de consensu totius ecclesiæ, uel saltem ipsa ecclesia sciente & tacente. & quia hoc etiam poterat esse perniciosum in ecclesia, quia potuisset esse causa schismatis & captandæ mortis alienæ, fuit postea determinatum vt aliter fieret. Facit quod dicitur in capitulo bonæ, el 2. de elec. & quod dicit Bal. in l. quoniam liberi. C. de testibus. & tex. in capitulo nullus. 79. distinctione. Ad duodecimum
207 †motiuum responsum est supra ad plenum, & est idem motiuum virtualiter cum 17. Quibus late supra respondetur, quod illud restat ut ecclesiam debeam adhibere, intelligitur scilicet per censuras ecclesiasticas, illas fulminando, non q̄ ipse appellaret ecclesiam, hoc est concilium, tanquam maiorem. De quo vide ibi quę dicta sunt in illa authoritate Mat. 18. in fine contrariorum, & dic vt ibi.

208 Ad auctoritatem Gregor. †in capitulo ecce, respondetur quod licet Gregorius ex humilitate noluerit appellari uniuersalis papa, ex hoc non sequitur quod concilium sit maius papa, vt ostendit ratio text. ibi, ex qua apparet quod ideo noluit appellari uniuersalis ne aliis episcopis uideretur subtrahere dignitatem. nec per hoc negauit se esse uniuersalis ecclesiæ papam, quoniam ut dictum est, & dicunt ibi Doctores loquebatur sic ex humilitate, & erat consuetudinis eius, ut in capitulo nihil, de præscriptionibus. De quo vide in capitulo sinodum. decimaseptima distinctione, ubi licet alias papa de se loqui debeat in plurali, alias literæ præsumuntur de stylo falsæ, ut in cap. quanquam de cri. fal. tamen ipse semper de se loquebatur in singulari ut ibi supra. Tamen non est dubium quin papa sit episcopus vniuersalis orbis, ut dicit gl. fin. in cap. fœlicis de pœnis & est ordinarius ordinariorum, ut in cap. cuncta per mundum & in capitulo per principalem. 9. quæstione. tertia. Ad quod vide late in responsione ad trigesimumsextum contrarium, quando respondetur ad cap. primæ sedis & ad cap. ecce. 99. distin. vbi
209 dantur aliæ solutiones. Ad authoritates † Grego. in quarto lib. regis. capit. 76. 80. & 82. respondetur quod in illis locis potius probatur contrarium, quasi si rectè inspiciatur, ibi Grego. non dicit quod non sit vniuersalis papa, sed quod nō vult assumere sibi illud nomen, & quod quantumcunque illud in concilio Calcedonensi fuisset oblatum alisspontificibus, nulli tamen nomen illud assumere voluerunt, nec etiam hodie assumunt sed in literis suis se dicunt seruos seruorum Dei ex humilitate. quantumcunq; possent ut sunt se dicere vniuer-
210 sales episcopos. Ad tertiumdecimum † de eo quod legitur in concilio Constantinopolitano. 8. respondetur quod ibi non dicitur quod concilium habeat facultatem & potestatem ferendi sententiam contra papam iurisditionaliter, sed quod existentes in concilio non debent ilico dare uota contra pōtifices Romanos, sed cum reuerentia diligenter sciscitari de proposita quæstione. Quinimmo etiam si esset ibi sermo de actu cognitionis iurisditionalis, ex dictis verbis innuitur potius cōtrarium, videlicet quod concilium nullam habet authoritatem contra papam. Dicitur enim quod etiam si synodus esset congregata ad tractandum de sancta Romana ecclesia, oporteret controuersiam tractare cum summa reuerentia & ibi sciscitari veritatem & solutionem accipere & profectum facere non, tamen sententiā dare contra summos pontifices. Ecce quod concilium innuit quod non habet facultatem dandi sententiam contra papam, sed quod potest tantum de obiectis cum reuerentia tractare & proficiendo solutionem accipere, non autem sententiam ferre. Vnde colligitur ex illo concilio quod quando orta fuisset aliqua ambiguitas de Romana ecclesia, oportebat de illa tractari cum summa reuerentia & illa disputata, solutionem accipere, nō quod posset ferri aliqua sententia aduersus summos pontifices, nam pontifex Romanus non esset summus si contra eū ex superioritate quis posset ferre sententiam, nec esset reuerentia sed irreuerentia & confusio ac præsumptio si inferiores pontifices ferrent contra summum sententiam. Ad cap. si papa & cap. si duo, responsum est in solutione ad primum & secundum contrarium. Ad tex. in cap. si quis pecunia. datur intellectus in articulo, utrum papa qui committit passim
211 simoniam possit deponi. Ad quartumdecimum †, de verbis Martini Quinti in condemnatione huius articu. non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias, respondetur quod ex illis verbis error est si per Romanam ecclesiam intelligatur vniuersalis ecclesia vel concilium generale, non sequitur quod concilium legitime congregatum sit supra omnes ecclesias nam non est ille sensus ipsius Bullæ, quia intentio Martini est quod si sub nomine Romanæ ecclesiæ Ioannes Vuiclef intellexit vniuersalem ecclesiam, vel concilium generale, illa assertio est erronea.

Et nota quod dicit erronea quia ex illa sic intellecta sequeretur q̄ concilium siue uniuersalis ecclesia tollat primatum Romani pontificis. vnde non damnat illam assertionem tanquam a Ioanne Vuiclef assertiue positam, sed dicit quod si per illā assertionem factam de Romana ecclesia voluit Ioānes Vuiclef intelligere vniuersalem ecclesiam, esset erronea propter illud quod ex tali assertione sequitur, quia tolleret primatū summo pontifici. Et iuxta hunc verum sensum illa Bulla facit magis pro, quam contra, quia præsupponit quod primatus vniuersalis ecclesiæ & concilii est in papa, quia summus pontifex est supra concilii. Duo ergo ex Bulla concluduntur, quia primo damnatur conclusio Ioannis Vuiclef in quantū asserebat non esse de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias, quia immo est suprema & principalis, quia euangelica voce Domini & saluatoris nostri primatum obtinuit. capitulo quamuis, vigesimaprima distinctione, & capitulo sacrosancta, vigesimasecunda distinctione, cum similibus. Secundo dicit esse erroneam assertionem si per Romanam ecclesiam intelligat vniuersalē ecclesiam, vel concilium generale aut pro quanto negaret primatum summi pontificis, super alias ecclesias particulares. quia immo ueritas est quod Romana ecclesia & summus pontifex est caput vniuersalis ecclesiæ & habet superioritatem in illam & alias particulares ecclesias. Et sic illa Bulla Martini clare demonstrat q̄ papa est supra con-

concilium, & consequenter male adducitur in contrarium.
212 Ad quintumdecimum † contrarium ex dictis de Petro Act. 15. respondetur verum esse quod assurgere est actus honoris & ostensionis reuerentiæ, sed non inferioritatis, quia & superiores honorare debent inferiores. vnde dicit tex. in capitulo esto subiectus. 95. distinctione, cur ego te habeam vt principem cum tu me non habeas vt senatorem. Et ibi est tex. q̄ episcopus debet honorare sacerdotes, & superiores inferiores. Ad idem facit. l. 2. C. de off. diuer, iudi. & l. prima. C. de of. pręfec. vrbis. vnde ista reuerentia est ex quadam decentia, nō ex debito. Item ex illo potius arguitur superioritas Petri ad concilium apostolorum, quia semper cum volebat aliquid decernere, primus assurgebat & primus loquebatur. ex quo ostenditur in Petro maioritas supra alios. Facit quod dictum est supra in responsione ad 8. motiuum. & in solutione quar
213 ti cum respondetur ad c. sicut. 15. dist. Ad illud † de c. Petrus, & Act. 11. respondetur q̄ non intelligitur Petrus se purgasse coactus authoritate euangelica Mat. 18. sed ex humilitate, vt etiam legitur factum in c. mandastis & in c. auditum. 2. qō. 4. quia ex debito officii poterat dicere oues pastorem non accusent. quasi dicat, poterat se non purgare & imponere silentium reprehendere volentibus. Ad illud quod dicitur quod papa est minister ecclesiæ, dicendum est quod hoc non probatur in allegato. cap. quodcunque, quia non est verum dicere quod quando Petrus claues recepit illas receperit tanquā minister ecclesiæ, vt supra dictum est, vbi late declaratū est quo modo claues receperit, & quomodo intelligatur q̄ ec-
214 clesiam sanctam significauit. Ad illud Lu. 22. & Matt. 23. respondetur quod licet apostoli tunc non plene cognouerint quis ipsorum post Christi Ascensionem deberet cœteris pręsidere & esse maior. & ideo inter eos orta sit discordia, non sequitur propterea quod Christus non designauerit quis inter eos esset maior futurus. quinimo verba contrarium ostēdunt cum dicitur qui maior est inter vos &c. per hæc enim verba ostendit dominus quod inter eos aliquis debebat esse maior. Et quamuis dicatur qui maior est fiat sicut minister, non propterea dicitur quod sit minister, sed quod fiat sicut si esset minister in humilitate, iuxta illud Ecce. 3. ca. quanto maiores tanto magis te humilia in omnibus. capitulo olim. 95. dist. & c. disciplina. 45. dist. Nec Christus in verbis illis docuit Apostolos ut singuli reputarent se singulis minores inferioritate officii & authoritatis. Vnde Hugo Card. super illud Matt. 23. vos autem nolite vocari rabbi dicit Dominus hic ambitionē quæ fuit causa uitiorum propter quæ arguebat phariseos, extirpat a discipulis suis, sufficit enim causam extirpare, qua cessante cessat effectus. Exponitur autem illud dupliciter, scilicet de ambitione magisterii & usurpatione authoritatis sciendi nō enim dominus honorem, vel nomen inhibet, sed ne quis indebite magisterii nomen per ambitionem usurpet, vel authoritatem scientiæ sibi ascribat. Quinimmo secundum gl. Nico. illud. Lu. 22. quis eorum videretur esse maior, intelligitur, id est aptior ad gubernandū, & præsidēdum aliis loco Christi. & ideo Christus de hoc eos docuit quod ille esset ad hoc aptior qui vere esset humilior per contrarium ad terrenam dominationem. Ex quo ostenditur quod Christus designauerat Petrum præsidem, & primum propter eius supremam humilitatem. Et in verbo ego autem in medio &c. Dicit idem Nico. ex hoc intendit concludere quod ille est aptus ad succedendum sibi in regimine ecclesiæ qui est fundatus in vera humilitate. Et sic videtur quod ostenderit eis Petrum futurum gubernatorem, quem apostoli omnes cognoscebant vere, & supreme humilem. Item glo. interlinearis ibi ad verbum qui maior est, exponēdo addit in virtutibus. & ad verbum fiat sicut minor, addit humili reputatione. Quapropter ex hoc quod aliquis est papa & caput ecclesiæ, non habetur quod sit minor ipsa ecclesia. Vnde glo. Nico. illud Matth. 23. erit minister vester, exponit, id est paratus ad officia humilitatis secundum decētiam sui status, & propter hoc papa vocat se seruum seruorum. Non ergo oportet intelligere quod papa sit inferior aliis. Ex eo etiam quod ibidem Matth. 23. dominus inhibet nobis vocare patrem super terram quia vnus est pater noster in cœlis, & ne vocemur magistri quia vnus est magister Christus, non sequitur quod concilium sit maius papa. illud enim dicitur quia, ut dicit Hugo. Card. vnus est magister authoritate qui docet interius, & vnus pater authoritate, ideo non debet ascribi aliis authoritas sciēdi vel etiam generandi. homo n. magister est in ministerio doctrinæ, quia solus Deus animā illuminat lumine sapientię, sicut homo pater est in ministerio genituræ, solus Deus autem in authoritate naturæ. Vnde dicitur Exodi uigesimo, Non assumes nomen Dei tui in vanum, &c.

Quinimo secundum quod dicit Chrysosto. ibi Lucę 22. Non fuit contentio de principatu terreno sed de spirituali in cœlo. si autem sic est, non meretur allegari in proposito illa authoritas, quia loquimur de maioritate iurisditionis in terris. Vnde glo. Nico. super illud Matthæ. 20. scitis quod principes gentium &c. dicit. quasi dicat maioritas in regno meo non eodē modo acquiritur sicut in regno terreno, quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & potestatem, sed in regno meo contrario modo acquiritur, videlicet per humilitatem, & Hugo Card. super illud Mar. decimo. non ita autem est in uobis, post Chryso. dicit, principes ecclesiæ fiunt vt seruiant minoribus, ut suas vtilitates negligant & illorum procurent. primatum secularem appetere etsi ratio non est, vel causa est, primatum autem ecclesiasticum concupiscere neque ratio est neque causa, quia neque iustum neque utile, qs enim sapiens vltro festinet se subiicere seruituti & tanto periculo, nisi forte qui non credit Dei iudicium neq; timet. Et Idem Hugo super illud Lucæ. vigesimosecundo sed qui maior est in uobis &c. etiam post Chry. dicit. quicunque desiderat primatum cœlestem, sequatur humilitatem terrestrem, quicunque autem desiderauerit primatum in terra inueniet confusionem in cœlo. vnde prouer. 29. dicitur, superbum sequitur humilitas, id est deiectio, & humilem spiritu suscipiet gloria. Quapropter merito dicere possumus positum Romę primatum humilitatis vbi erat caput superbię, & apte illud dicitur. seruierunt tibi Roma prius domini dominorum, seruorum serui nūc tibi sunt dñi. Et quare serui seruorum vide in procœ. decretal. & sexti. Et idem Chryso. primatus fugientem desiderat, desiderantem se horret, vnde eccl. 11. dicitur, si secutus fueris non appræhendes &c. Est enim similis vmbrę humor mūdanus & laus popularis. Vnde versus. si sequeris fugiet sed si fugieris vmbra sequet. sic captata fugit Laus & cōtempta tenetur. Et ex his colligitur quod verba illa loquuntur non de maioritate regni terreni sed cœlestis. quæ p humilitatem acquiritur, vt dicit Nico. super illud Matth. 20. scitis q̄ principes gentium &c. Ad quam authoritatem & illam Mar. 10. similiter respondetur quod Christus non interdicit omnem dominatum siue principatum apostolis sed tātum dominatum quo gentiles & homines mundani vtūtur in subditos. Vnde S. Tho. in postilla. super Matth. dicit quod dominari dupliciter accipitur. vno modo pro præesse, & hoc modo non loquitur Christus in prædicto loco Matth. 20. nec talis dominatus interdicitur apostolis. vnde Christus dixit Petro, super plebem meam principem te constitui, & de apostolis psal. quadragesimoquarto. dicitur cōstitues eos principes super omnem terram. Alio modo vt se habet correlatiue ad seruum, & tunc idem est quod seruiliter aliquem sibi subiicere. & hoc modo sumitur in iam dicto loco, & Marci. 10. principes enim constituti sunt ad hoc vt procurēt bonum subditis. si vero uolunt illos in seruitutem redigere, tunc abutuntur principatu, quia utuntur liberis vt seruis. Et quia hoc ɔsuetum erat apud gentiles & adhuc est apud aliquos, dicit principes gentium dominantur eis. i. in seruitutem redigunt sibi subditos. Et talis primatus interdicitur a Christo apostolis. Vnde Chryso. ibi dicit. principes mundi sunt vt dominentur minoribus suis & eos seruituti subiiciant & expolient, & usque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem & gloriā. principes autem ecclesię fiunt vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis quęcūque acceperunt a Christo, & ut suas utilitates negligant & illorum procurent, & ut mori non recusent pro salute inferiorum. nonagesimaquinta distinctione, capitulo olim. & ad præmissa adde quæ dicentur in respōsio
215 ne ad. 24. contrarium infra. Ad sextumdecimum † contrariū de ca. quod quis. 35. quæst. 9. respondetur quod ibi non dicitur quod iudicium & statutum concilii sit maius iudicio papæ, sed quod vt tenacius custodiretur cōstitutio ibi per papā edita, & ut præcluderetur aditus illicitus uoluit papa illā per subscriptionem concilii corroborari. Ex quo non sequitur q̄ cōcilium sit maius, imo potius innuitur contrarium. ex quo subscribit se ad constitutionem, quia maior est qui constitutionem edit, quam qui subscribit, vt est tex. in §. hinc etiam decimaseptima distinctione, in fi. Hoc autem sæpius factum legitur per Romanos pontifices. & sępius dicitur sacro approbante concilio, vt in clement. dudum de sepul. in clement. ad nostrum de hære. clem. 1. de usu. in clem. 1. de pœnis. & in infinitis similibus. Ex hoc autem non sequitur quod maius sit concilium quam papa. Et ad hoc faciunt quæ dicta sunt in art. sub cuius nomine edi debeat constitutio conciliaris. & quod dicetur in responsione ad trigesimumsextum con-
216 trarium infra. Ad decimumseptimum †, de authoritate illa Matthæ. decimooctauo, dic ecclesię, supra late dictum est in art. vtrum potestas clauium data fuerit ecclesiæ. & ibi plene respondetur. Ad illud quod dicitur quod in concilio Constantiensi fuit seruata illa authoritas, quia iudicauit de papa, vnde aliter dicere esset impugnare illud con-

cilium de hæresi. Respondetur quod concilium Constantię. iudicauit de pluribus qui se gerebant pro pontificibus propter schisma inueteratum quod est heresis, qui casus spectat ad concilium, vt satis supra dictum est per vulgatum, cap. si papa. 40. dist. & quæ dicuntur in c. in fidei, de hære. in 6. cum simil. Et in illo casu quo constat de hæresi, quilibet catholicus est maior papa, cum tunc ipse sit minor quolibet Christiano. ideo non iudicatur proprie de papa, sed de priuata persona. Similiter responsum est ad illam authoritatem quęcūque alligaueritis ibi in artic. vtrum claues datæ sint ecclesiæ.

217 Quo † ad illud quod dicitur ꝙ tunc apostoli repræsentabant vniuersalem ecclesiā, posset teneri contrarium, ex quo tunc apostoli nondum erant prælati fidelium, quia viuente Christo nullam prælationem habuerunt nec aliquam iurisditionem gesserunt. nec adhuc facti erant sacerdotes, quia postea in cœna Domini fuerunt ordinati, vt supra dictum est. Imo nec adhuc fundata erat ecclesia, quia Christus Matth. 10. dixerat se fundaturum ecclesiam super se petram, quod ante passionem factum non fuit. Ideo non poterant apostoli tunc repræsentare ecclesiem, nec constituere concilium vniuersale. potuissent tamen bene repræsentare futuram ecclesiā, vt ipsi significarent & essent signum futuræ ecclesiæ, sicut supra late dictum est de Petro quod quando claues recepit ecclesiam sanctam significauit. Et sic intelligendo, illa authoritas dic ecclesiæ non posset exponi i. concilio, sed potius de prælatis ecclesiæ. De quo vide quod supra late dictum est in vltimo motiuo pro papa, vbi bis, & late, agitur de eadem dif-

218 ficultate. Item ad epistolam † Greg. etiam ibi in fine respondetur, & supra in responsione ad 12. contrarium dictum est. Pro reliquis autem adductis in isto contrario vide responsionem ad 18. immediate sequentem. Ad illud quod Petrus apostolorum primus est membrum ecclesiæ & Paulus, Andræas, Ioannes, & alij apostoli dicuntur singularum plebium capita &c. conceditur ꝙ Petrus est membrum ecclesiæ, sed caput aliorum membrorum, & quod sancti ante legem sub lege & sub gratia perficientes corpus Domini, sunt in membris ecclesiæ constituti, & omnes sunt membra sub vno capite Christo. sed ex hoc non sequitur ꝙ concilium sit maius papa. Vnde considerandum est ꝙ Christus est principale, & originale caput ecclesiæ, sed dimisit Petrum suum vicariū, & caput ecclesiæ, vt dicit Innoc. in ca. ad apostolicæ, circa fi. de re iud in 6. ad quod est tex. in c. rogamus. 24. quęst. prima. Nec motiuum procedit, quia & Christus inquantum caput potest dici esse membrum ecclesiæ. facit quod dictum est supra in simili ꝙ Petrus dicitur fundamentum ecclesiæ, vt in cap. fidelior. 50. dist. & in cap. quoniam vetus. 24. q. 1. cum tamen Christus fundauerit ecclesiam, vt dictum est supra in

219 octauo motiuo pro papa. Ad decimumoctauum † contrariū & ad authoritates in illo adductas, respondetur per ea quæ ad longum examinata sunt in 8. & vltimo motiuo pro papa in arti. de clauibus datis Petro, & in responsione ad authoritatem Aug. in cap. quodcūque. 24. q. 1. & in aliis motiuis pro papa vsq; ad vltimum. & in art. vtrū ecclesię vniuersali fuerit data aliqua potestas clauium. per quæ apparet respōsum ad authoritates multas inductas tam in isto. 18. quam in 19. 20. 21. 22. & 23. contrario.

220 Et nihilominus ad † authoritatem Matth. vlt. data est mihi omnis potestas &c. respondetur quod potestas baptizandi & prædicādi ita fuit data cæteris apostolis sicut Petro. & similiter potestas faciendi miracula, curandi infirmos, eiiciendi demonia, metendi tpalia, ꝯficiendi corpus & sanguinē Christi, & ligandi & soluendi in foro ꝯsciētiæ. in istis. n. Apostoli receperūt immediate ptātem a Christo sicut Petrus, vt s. diffuse dictū est. Verum ex hoc non sequitur quod Petrus fuerit inferior nec qđ Apostoli in oīb. fuerint pares Petro. vñ non ob.

221 illud Matt. vlt. nec similiter illud Io. 20. quando dominus insufflauit, &c. quia fuerunt pares quo ad potestatem ordinis, vt ibi in d. 8. motiuo late dixi. Et quod dicitur ecce ego uobiscum sum usque ad finem seculi, conceditur quod conuenit omnibus apostolis, quia ut dicit ibi glo. Hugonis car. non dicit usque ad consummationem uitæ sed vsque ad consummationem seculi, in quo omnes sequaces eorum commemorat, & ideo non dixit tecum sum, quia Petri persona non erat mansura usque consummationem seculi, sicut nec apostoli, Ideo dicta uerba non possunt conuenire nisi ecclesiæ, cum qua Christus erit vsque ad consummationem seculi, & pro cuius fide ipse rogauit. unde Chryso. dicit, pro omnibus petiit, & allegat illud Ioan. 17. Ex hoc tamen non sequitur ꝙ ecclesia siue concilium sit maius papa quantumcunque ecclesia sit perpetuo mansura, ut in cap. pudenda. 24. q. prima. & ecclesia enim Romana est perpetuo mansura, ut in capit. hæc est fides, ea. cau. & quæst. per quam repræsentatur dignitas pontificalis & sedes apostolica in papa, ut in capitulo si Abbatem ibi Ioan. An. de elec. in 6. & Card. in clemen. quia contingit in 5. q. de religi. dom. nam cum perpetuitate ecclesiæ etiam erit perpetua pontificalis dignitas Romani pontificis. Item verba dicta Petro ego pro te rogaui, non de eccl. tantum sunt intelligenda sed etiam de persona Petri. Vnde ibi glo. ordi. quę fuit Bedæ, ad verbum vt non deficiat fides tua, supplet. no ut non teneris, quasi dicat non rogaui ut nō tenteris, sed ne deficiat fides tua vt post lapsum negationis ad pristinum statum pœnitendo resurgas. vtile est enim sanctis & tentationibus examinari, ut tentati quam fortes fuerint appareat, vel cognita per tentationem sua infirmitate, fortiores fieri discant, & sic cum probati fuerint accipiant coronam vitæ. Et glo. Nico. ad idem verbum ut non deficiat fides tua, addit. scilicet finaliter, non enim rogauit vt Petrus non caderet sed ut in casu non remaneret. Et idem ibi glos. Hugonis. Et ad præmissa bene facit illa authoritas Theophili super illud Lucæ. 22. adducta in supradicto. 8. motiuo. per quam probatur etiam quod dixi de apostolis, qui non erant perpetuo mansuri, intelligi de fidelib. Ad illud Lu. 10. de potestate eiiciendi dæmonia, & Matth. 10. curandi infirmos, supra responsum est. Ad illud Ioan. 20. quod dominus misit apostolos cum pari potestate, respondetur quod hoc intelligitur secundum potestatem eis alias tributam, hoc est quod misit Petrum cum potestate iurisditionis præeminentiæ & plenitudinis potestatis, & apostolos cum potestate ordinis & iurisditionis per deriuationem a Petro, vt late dictum est in d. 8. & ultimo motiuo. Et istam authoritatem tam glo. interlinearis quam Hugo exponit sicut misit me pater, id est ad id ad quod misit me, id est ad passiones Et glo. Nico. dicit. sicut misit me pater ad veritatem fidei docendam in iudæa, & ego mitto vos id est mittam ad hanc veritatem publicandam per totum mundum. Ex qua expositione nulla arguitur maioritas ecclesiæ siue concilii ad Petrum siue ad papā, cum Petro data fuerit non solum potestas sanandi, mundandi leprosos & eiiciendi demonia & publicandi veritatem, sed etiam omnimoda potestas & iurisditionis plenitudinis & præfectura vniuersalis. Ad illud † Leonis dicentis de verbis & tibi

222 dabo claues, quod transiuit in alios apostolos ius istius potestatis & ad omnes ecclesiæ principes decreti huius constitutio commeauit &c. Respondetur quod intelligitur de potestate ligandi & soluendi in foro conscientiæ. in qua licet sit par authoritas respectu ordinis, ut dicit gl. in capitulo sacrosancta. vigesimasecunda distinctione & in capitulo in nouo. vigesimaprima distinctione, & dicitur in capitulo quamquam secunda quęstione septima, secus tamen est in potestate administrationis, ut late dictum est in supradicto. 8. motiuo. Vnde archid in dicto capitulo loquitur ad uerbum pari consortio prædicti honoris & potestatis, exponendo addit. scilicet in ordine & dignitate, secus in administratione qua Petrus præfuit aliis. Veruntamen in hac etiam potestate ordinis Petrus cunctis ecclesiæ rectoribus præponitur. Et sic intelligendo, ꝯfirmatur dictum archiepiscopi Armachani, qui uoluit quod etiam ista potestas data apostolis, scilicet ordinis, potuisset aliquo modo per Petrum restringi. quod etiam posuit Archie. Floren. in 3. par. sum. tit. 23. cap. 4. §. 7. de potestate iurisditionis. & dixi supra in 8. Motiuo pro papa. Et sic intelligitur illa authoritas & tibi dabo claues, de potestate ordinis & iurisditionis, adhuc per illud dictum Leonis probatur quod potestas ista deriuatur a Petro, cum dicat ius illius potestatis transisse in alios apostolos & ad omnes ecclesiæ principes, id est episcopos qui dicuntur principes ecclesiæ, vt 33. dist. cap. ecclesiæ principes, & quod singulariter hoc creditum fuit Petro quia Petri forma cunctis ecclesiæ rectoribus proponitur & ideo non dicit Petrus sed Petri forma ut non intelligatur tantum de persona Petri sed de pontificatu Petri & consequenter etiam de successoribus in papatu. Et sic ista authoritas bene probat illa quæ dicta fuerunt in dicto. 8. motiuo supra. Et sic etiam respondetur ad authoritatem Augu. in sermone vigiliæ apostolorum Pet. & Pau. & ad cap. audiuimus & ad cap. quodcunque & ad cap. loquitur, quod Petrus quando claues accepit ecclesiam significauit, & quod Petrus accepit claues pro omnibus, & quod in eo omnes illas acceperūt. Dicitur enim quod omnes acceperūt claues, sed petrus principaliter, alii autem per deriuationē a Petro quo ad potestatē iurisditionis fori contentiosi, vt dictum est in supradicto 8. motiuo. Et hunc sensum dat archi. post gl. in uerbo parem in d. c. loquitur cū ōdit ꝙ in ptātis plenitudine Petrus omnibus præfuit. allegat. c. perlectis. 25. dist. & c. in illis. 80. di. Vnde licet Petrus designauerit ecclesiæ vnitatem, non ex hoc sequitur ꝙ ecclesia sit maior, si prę & pro cæteris istius Petrus claues accepit. imo sequitur ꝙ Petrus sit caput istius vnitatis & aliquo modo in potestate maior. Non obst. ca. tex. in d. cap. audiuimus & cap. loquitur. 24. q. 1. & ca. in nouo. 21. di. dicunt quod pari consortio honorem & potestatem & parem potestatem ligandi & soluendi apostoli receperunt, tanquam si singulariter sunt pares, eorum vniuersitas sit supra singulos. tum quia ista paritas intelligitur de paritate ordinis vt supra dictum est. tum quia pari consortio hoc est simul & eodem tempore receperunt potestatem, ex quo non sequitur quod non fuerit prius data Petro plenior. Item hęc particula pari consortio potestatem & honorem acceperunt, nō dicit æqualitatem potestatis & honoris sed similitudinem. vnde exponi debet pari consortio id est communi siue simili potestate. ita exponit Archi. in dicto capitu. loquitur. 24. q. 1. Alioquin illa iura dicerent duo contraria, quia in cap. in nouo tex. dicit quod Petrus primus a Domino potestatem accepit & primus ad fidem populum suæ prædicationis virtute, adduxit, & in dicto capitulo audiuimus dicit quod præ omnibus Petrus claues accepit. si autem verum esset quod fuisset omnimoda paritas potestatis, non primus nec præ oībus claues accepisset. Et ad hoc facit quod gl. interli. super illud Leui. 18. cauete ne vobis similiter eueniat cum paria feceritis' exponit paria. id est similia. Et hoc esse uerū ostendit Leo papa in epistola ad Thessalonicen. episcopum. vbi dicit. quoniā inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum par omnium esset electio uni tantum datum est vt ceteris præemineret. Vnde apparet quod illud quod dicitur in capitulo in nouo & in cap. loquitur & cap. audiuimus, pari consortio honoris &c. exponi debet, id est simili honore & potestate. Et ad hoc facit tex. in cap. puto. secunda q. septima. comparans Cyprianum Petro qui licet dicat illos pares quoad Martirij coronam, postea tamen subiungit Petrum principem apostolorum cuilibet episcopo præferendum. Et hoc etiam ostendit text. in ca. sacrosancta. 22. di. ubi dicit. inter beatos Apostolos quædam fuit discretio potestatis, & licet omnes essent apostoli, Petro tamen concessum est a domino, & ipsi inter se voluerunt id ipsum, vt reliquis omnibus præesset apostolis &c. Ad autho-

223 ritatem. † Augu. in cap. quodcunque. 24. quæst. prima. quod quando claues accepit ecclesiam significauit, data fuit ad longum solutio in dict. 8. motiuo vltra præmissa. Et eodem modo respondetur ad alias authoritates Aug. in contrario signitas. Ex quibus etiam apparet quod loquuntur de potestate ordinis ligandi & soluēdi. quod patet in illa, maxime de Agone Christiano, cum subiicit nec eos audiamus qui negant ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Et illud est quod dicit Innocen. in allegato cap. nouerit. de senten. excommu. cum dicit quod priuilegium ligandi & soluendi dedit Christus Petro in persona ecclesiæ. Et quantumcunque in persona Petri designaretur ecclesię vnitas, & quando Petrus claues accepit vnitas ecclesiæ illas acceperit, cum tamē Petrus istius unitatis caput fuerit, ut in d. cap. loquitur, oportet vt dicamus ipsum pręferendum huic vnitati. nam, vt dicit ibi tex. exordium ab unitate proficiscitur. & sicut rami arboris multi sunt sed Robur vnum radice tenaci fundatum, sic & ecclesia Domini Luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit, vnum tamen caput est quod ubiq; diffunditur, nec vnitas corporis separatur, & vnum caput est & una origo & vna mater copiosę fœcunditatis. Vnde Archi. in dicto cap. loquitur, verbū super unum ædificat, exponit hoc est super fidem vnius scilicet Petri ut ecclesię significet vnitatem. Sequitur ergo ꝙ papa tanquam caput istius vnitatis, maior & dignior ea existat, tanquam robur tenaci radice fundatum.

Et per præmissa datur solutio ad plures alias authoritas. Augu. de quibus in contrario, videlicet ad illam in sermone apostolorum Pet. & Pau. cum dicit quod Petrus ecclesiæ figuram gessit, & quod omnibus traditæ sunt claues, scilicet ordinis, sed Petro principaliter, & iurisditionis, per deriuationem a Petro. Et idem dicendum est ad capitulū 18. ex lib. 1. de doc. Chris. s. quod loquitur de potestate ligandi & soluendi. Et ad illud super psal. 108. conceditur quædam esse dicta Petro quæ ut illustrem habeant intellectum referūtur ad ecclesiam, sed ex hoc non sequitur ꝙ ecclesia sit maior. Et ista & quod adducitur ex Act. 20. & 15. soluūtur ex dictis in 8. motiuo pro papa. Et multæ authoritates Hiero. Ambro. & Grego. declarātur inferius in responsionibus ad. 19. 20. & 21. con-

224 traria. Ad decimumnonum † contrarium, & primo ad capit. quæ dignior dum dicit quod nulla est dignior domus apostolicæ prædicationis quam sancta ecclesia. respondetur quod non sequitur ergo est dignior ipso papa qui illi præsidet. item illa comparatio refeertur ad alias domos, & ecclesias quibus præponitur sancta Romana ecclesia ut in capit. sacrosancta. 22. di. & non refertur ad papam. papa enim vt vicarius Christi est paterfamilias ipsius domus Dei, ut in cap. omnibus. 24. quæstione prima. Et cum dicitur quod nulla est dignior domos virtualiter dicitur de papa qui est caput eius ꝙ nullus est dignior ipso qui preest huic domui. & ideo est. s. ipsam domum hoc est ecclesiam, & consequenter supra concilium quod illam repræsentat. Et ista solutio ad d. c. quæ dignior, data est in responsione ad septimum motiuum. Ad autho-

225 ritatem † Ambros. in episto. 79. respondetur quod non dicit ibi Ambro. ꝙ ipse non possit de causa cognoscere & iudicare, sed dicit quod non conuenit. ex quo arguitur ꝙ si vellet, posset. ideo autem non conueniebat, vt ipse testatur, quia ex quo causa erat illis iudicibus Theophilo, & Anysio commissa in concilio, non erat conueniens in iniuriam concilii ꝙ ipse spretis concilii iudicibus aliquid in causa decerneret. vnde dicit nam si integra esset hodie sinodus, recte de iis quę comprehendit vestrorum scriptorum series decerneremus. Ecce quod ostendit quod ipse est supra concilium, ex quo dicit decerneremus, per quod ostendit omnis concilii iudiciū dependere ab eo. Illa tamen epistola videtur tota beati Ambrosij & non Damasi papæ. Ad alias authoritates beati Ambrosij respondetur quod per nullam earum ostēditur quod concilium sit supra papam. Et cum dicit ecclesiam reginā & sponsam quæ eminentiam potestatis accepit & quod uniuersa subiacent eius sublimitati, non proponit ecclesiam sine papa sed cum papa, nec ponit comparationem inter papam & ecclesiam. Ad id vero quod dicit quod non solus Petrus cum ei dictum est pasce oues meas, suscepit eas, sed cū omnibus episcopis uniuersalis ecclesię. respondetur id verū esse, quia episcopi sunt vocati in partem solicitudinis, ut in d. cap. decreto. 2. q. 6. & c. ad honorem, de autho. & usu pal. Et cura pascendi data fuit etiam episcopis. vnde & ipsi pastores appellantur, iuxta illud primę Petri 5. pascite qui est in uobis gregem Dei. Conceditur insuper quod ideo dicatur ecclesia apostolica quia per apostolos gubernata & administrata per deriuationem a Petro, quia a Petro cōsecrati sunt episcopi. 66. distin. c. porro. item gubernata & administrata pari potestate ordinis ligandi & soluendi, ut ipse dicit in pastorali seu li. de dignitate sacerdotali. Ad illud Pauli Act. 20. attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritussanctus posuit episcopos &c. respondetur quod ut patet ex tex. & dicit glos. ordinaria. ibi & tex. in cap. legimus. 93. distinct. episcopus accipitur hic pro presbitero seu simplici sacerdote. & ad literā est sermo de ecclesia Ephesina, & in simili de aliis particularibus ecclesiis. Sensus autem verborum est quod prępositi seu ministri ecclesiarum debent se, & gregem eis commissum custodire ab hęreticis & infidelibus, eo quod ad dirigendum pascendum, & protegendum cōmissam eis ecclesiam sunt instituti. Dicit autem in quo Spiritussanctus posuit vos episcopos, seu presbiteros ad regendum ecclesiā Dei quam acquisiuit sanguine suo, eo quod a Deo est omnis potestas, & ut magis moueat. quam tamen potestatem receperant illi presbiteri Ephesij mediante Petro, seu authoritate eius. Vel & in idem redit, positio illa qua Spiritussanctus dicitur posuisse ministros illos ad regendum ecclesiam Dei, intelligenda est non per modum immediatæ institutionis siue immediate collationis potestatis iurisditionis, sed per modum inspirationis, sicut qui canonica institutione positi sunt in ecclesia prelati siue rectores, dicuntur a Deo siue a Spiritussancto vocati ad regimen ecclesię suę, licet non sint immediate a Deo instituti, sed mediante superiori prelato. vnde glo. super illud ad Hebræos quinto, nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur a Deo tanquam Aharon, dicit, qui recte eligitur, a Deo uocatur. Vel quamuis Spiritus sanctus dicatur posuisse illos presbyt. ad regendū eccle. Dei pro parte illa cui fuerunt prefecti, ex hoc tamē non sequitur quod apud illos esset potestas clauiū in plenitudine sua, sed tantum secundum partem solicititudinis in quam erant vocati. & sic nihil facit. dicta authoritas cōtra primatum Petri.

226 Ad uigesimum † contrarium ex episto. 162. Beati Augu. quæ multum videtur stringere. nam sententia dicta ab episcopis Romæ pronunciata fuerat cum Melchiade papa, & tamen dicit beatus Augu. ad conuincendum accusatores & criminatores Ceciliani quod si allegassent & se perpessos malos iudices, restabat adhuc plenarium uniuersalis ecclesię iudicium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, & si male iudicasse conuicti essent eorum sententia solueretur. Et qua authoritate clare colligitur quod superius & maius est iudicium generalis concilii quam papæ & illorum episcoporum qui cum eo iudicauerunt, ex quo eorum sententia si inuenirentur male iudicasse solueretur per concilium generale. Item colligitur ex eadem authoritate quod a sententia papæ recurritur ad concilium generale, contra illa quæ conclusimus in arti. vtrum a papa appelletur ad concilium.

Non reperio aliquem qui huic contrario respondeat. Potest rñderi primo ꝙ Augu. non dicit ꝙ iudicium cōcilii sit supremum, sed ꝙ restabat adhuc plenariū iudiciū. vnde habuit respectum ad pluralitatem personarū existentium in concilio,

propter quod videtur & recte dicitur plenarium, idest magis
plenum & a pluribus patrib. examinatum & discussum ac
stabilitum. Patet autem quod ista fuerit intentio Aug. quia
sequitur vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari,
ex quo ostendit quod idem iudices in concilio vniuersali ite
rum de causa potuissent tractare cum aliis episcopis in con-
cilio existentibus. Ergo nõ proprie ponit quod iudicium uni
uersalis ecclesię & cõcilii sit maius, sed magis plenum. quod
non est dubium, quia si papa iudicauerat Romę cum. 10. vel
20. aut. 50. episcopis Aphris, si iterum cognouisset de eadem
causa cum eisdem episcopis & aliis pluribus in concilio exi-
stentibus, non dubium quin vltimum iudicium fuisset plena
narium, quia cum multo pluribus episcopis. Preterea nõ du
bitamus quin a sententia papæ licet non possit appellari, pos
sit tamen supplicari. ut in capitulo tum ex literis. de in in-
teg. resti. & quin ipsemet papa uel cui ipse cõmittere volue-
rit, possit sententiam suam reformare, ut in capi. cum olim
de re iudi. vnde Aug. non loquitur de iudicio concilii sine
papa, sed simul cum papa. Item potest dari alia solutio quod
illam causam Ceciliani Imperator ad supplicationem accu
satorum remiserat ad Melchiadem papam vt de ea simul cũ
certis episcopis Aphris ad hoc per imperatorem missis co-
gnosceret, cum quibus papa non ut iudex sed ut arbitrer &
mediator in dicta causa pronunciauit. Quod patet per ver-
ba in eadem epistola, cum paulo ante dicit. & tamen qualis,
ipsius beati Melchiadis ultima est prolata sententia, quam
Innocens, quam integra, quam prouida ac pacifica, qua ne-
que collegas in quibus nihil constiterat de collegio suo au-
sus est remouere, & donato solo, quem totius mali principẽ
inuenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandę optionẽ
liberam fecit cæteris, paratus communicatorias literas mit-
tere etiam iis quos a Maiorino ordinatos esse constaret, ita
vt quibuscunque locis duo essent episcopi quos dissensio ge
minasset, eum confirmari vellet qui fuisset ordinatus prior,
alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur. Ecce
quod papa cum debuisset simpliciter illos criminatores Ce-
ciliani ab ecclesia eiicere, & Cecilianum ab eorum calum-
niis absoluere, studens vnioni & concordię pepercit crimi-
natoribus, & donato accusationis authori & episcopo, quem
loco Ceciliani in eius ecclesia suffecerant. Vnde recte Aug.
postea ad hoc ostendendum subiungit, o virum optimum, o
filium Christianæ pacis & patrem Christianæ plebis, & sub-
dit quod si in excusationem dixissent malos iudices se esse
perpessos, quæ vox est omnium malorum ligatorum etiam
cum fuerint manifestissima veritate superati, potuisset eis iu
stissime dici. ecce putemus qui iudicarunt Romæ non fuisse
bonos iudices, restabat adhuc plenarium ecclesię uniuersalis
iudicium, quod propter multitudinem prælatorum non re
cte potuissent sine causa refugere, nec dicere malum iudi-
cium. Posset etiam dari alia solutio, quod in ecclesia illa erat
magnum schisma, & a donatistis fuerat Cecilianus absens
damnatus & innocens exutus episcopatu. propter quod cau
sa ex sui natura quia concernebat fidem, erat merito in con
cilio tractanda, un in capitulo sicut sancti. 15. distinctione, &
in capitulo maiores de bap. & in capitulo nunc autem. 21.
distin. cum simil. vnde quantumcunque papa iudicasset, po-
terat peti vt etiam per concilium determinaretur. Et sic etiã
respondetur ad aliam sequentem authoritatem Augu. ex 6.
lib. contra dona. quod loquitur de ecclesia vbi præest papa,
227 Ad authoritates Aug. Act. 10. & in li. de doctrina Chrstiana,
& in sermone super Ioannem cum dicit quod Petrus gesta-
bat personam ecclesiæ, satis responsum est supra in 8. moti-
uo pro papa. Et ad id quod dicit quod dominus dedit claues
ecclesiæ vt quæcunque solueret in terra essent soluta & in
cœlo &c. Et quod ecclesia quæ fundatur in Christo accepit
claues regni cœlorum in Petro, id est potestatem ligandi &
soluendi, etiam responsum est ibidem in d. 8. motiuo, quia
hæc omnia, in Petro, ecclesia claues accepit, Petrus propter
apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate per-
sonam ecclesiæ, & ecclesia catholica in Petri persona ligan-
di & soluendi potestatem accepit, sonant unum & idem, sci-
licet quod ecclesia in persona Petri claues recepit ligandi &
soluendi fori pœnitentialis & iurisditionis interioris. sed
clauem iurisditionis contentiosę & exterioris Petrus princi-
paliter & immediate a domino accepit, alii autem per Pe-
trum, quia soli Petro dictum est pasce oues meas. quod intel
ligitur per teipsum principaliter, & quia messis multa, ẽt per
alios a te deputandos, quia quod dictum est & tibi dabo cla-
ues & pasce oues meas, futuris ẽt in ecclesia ẽpis & sacerdoti
bus dictũ est, quorum Petrus signum, nomen, & figuram ge-
rebat. Hoc autem signo, nomine, & figura non tm̃ episcopos
in concilio congregatos designabat, sed etiam suos succes-
sores, summos pontifices, patriarchas, primates, episcopos, &
cæteros catholicos rite ordinatos, vt in dicto §. vna, quibus
data est facultas ligandi & soluendi. Non ergo potest intelli-
gi quod significauerit ecclesiam excluso se, & potestate pro
pria & successorũ suorum, quia ecclesia quæ est corpus Chri
sti mysticum, constat principaliter ex papa tanquam capite
& demum ex alijs tanquam membris. Ex quo liquet ꝙ istæ
authoritates Augu. non concludunt ꝙ concilium receperit
potestatem iurisditionis sine papa nec plenitudinem pote-
statis, præsertim cum prædictæ authoritates loquantur de fa
cultate ligandi, & soluendi, data per illa verba, quodcunque
ligaueris & tibi dabo claues, quæ conuenit solum certo ge-
neri personarum, vt dictum est, s. rite ordinatis. sicque dicere
ꝙ significauit ecclesiam quo ad facultatem ligandi & soluẽ
di actiue, non potest intelligi de vniuersali ecclesia, sed tan-
tum de certo genere personarum in vniuersali ecclesia, seu
collectione fidelium existentium, quibus hoc exercitium cõ
petere potest. Sed hic non videtur proprie sensus verborum
Augu. sed ꝙ Petrus ecclesiam sanctam significauit. i. vniuer-
sos catholicos in hac collectione fidelium existentes, quæ
collectio fidelium ecclesia nuncupatur, vt in ca. ecclesia, de
consec. distinct. prima, in qua aliqui habent soluere & ligare,
& isti sunt summi pont. primates, archiepiscopi, episcopi, &
sacerdotes. & aliqui sunt soluendi & ligandi, vt omnes quot-
quot sunt in hoc corpore mystico ecclesiæ. Et sic non potest
dici ꝙ iuxta dictas authoritates concilium receperit aliquã
potestatem in concreto sine papa, maxime supra iurisditio-
nem, & plenitudinẽ papalis potestatis, aut supra papam, qui
non est exclusus a prędictis authoritatibus. De quo dictum
est plene in d. 8. motiuo. Et licet sint datę claues etiam apo-
stolis, vt d. cap. a nobis. & d. cap. noua. & d. §. vna, intelligeur
ibi etiam dictum est. Nec vsquam reperitur dominum dedis
se illas sine Petro, quem designauerat caput, & cui demanda
uerat principatum, regimen, & administrationem. Et si ali-
ter diceretur, scilicet ꝙ ista administratio data esset pari mo
do apostolis, poneretur cõfusio in ecclesia. nam vt dicit bea
tus Grego. si sua vnicuique episcopo iurisditio non seruatur,
quid aliud agitur nisi vt per nos per quos ecclesiasticus ille
ordo custodiri debuit confundatur, vt in cap. peruenit. 11. q.
228 prima. Ad illud quod dicitur † in libro secundo, de bap. & in
dicto cap. quis nesciat, conceditur quod per concilium po-
test derogari scripturis sanctorum inquantum deuiant a ve
ritate, vt in cap. primo, de sum. trin. in sexto. Hoc autem non
dicitur de concilio contra voluntatem papæ congregato,
quia esset dissidium & non concilium. unde cum hoc fiat cũ
papa, non tam concilio quam papæ tribuitur, qui habet fa-
cultatem legis condendę, ut iuribus vulgaribus. Sic etiam re
spondetur ad c. illa. 12. dist. Et idem respondetur ad alias au-
thoritates, August. in quibus dicit cedendum esse conciliis,
quia illud est propter authoritatem pontificum in conciliis
pręsidentium, & in iis quæ sunt fidei, vt ueneratur illa etiam
Grego. in capitulo sicut. 15. distinctio. Item etiam concedi-
tur claues datas esse ecclesiæ, sed illas & eo modo quo dictũ
est in preallegato octauo motiuo. & etiam late in 15. moti-
uo, similiter pro papa, vbi examino an vna uel plures sint cla
ues ecclesiæ. de quo etiam in quæstione vtrum conciliũ co-
gnoscat de omnibus causis & litibus & quam iurisditionem
229 habeat. Ad vigesimumprimum ex authoritatibus Hieron.
respondetur quod ad idem uirtualiter tendunt cum autho-
ritatibus August. Et primo ad illam quod Christus dedit om
nem potestatem discipulis & apostolis, dicitur quod debet
intelligi de potestate ordinis, quia apostoli non fuerunt pa-
res cum aliis discipulis, vt ostendit tex. in cap. in nouo. 21. di-
stinctio. quia apostoli fuerunt facti episcopi, & ideo hodie in
eorum loco sunt episcopi, 72. vero discipuli asciti sunt cum
messis esset multa & operarii pauci, quorum typum in eccle
sia gerunt presbiteri vt d. c. in nouo. Ecce ꝙ maiores fuerunt
apostoli q̃ ceteri alii discipuli. & hoc dicit text. in c. decretis,
in fi. 21. dist. ubi dicit Christus. 12. apostolos tanq̃ maiores sa-
cerdotes, & 72. discipulos quasi minores sacerdotes instituit.
Si ergo aliqui erant maiores, & aliqui minores, non poterãt
in omnibus esse pares & omnes habere omnem potestatẽ.
Sic igitur quod dicit Hiero. in allegata epistola de septẽ gra-
dibus eccles. Christum dedisse omnem potestatem discipu-
lis, debet intelligi secundum subiectum, hoc est quod dedit
eis omnem potestatem ligandi, & soluendi in foro conscien
tiæ, sicut apostolis, & in hoc erit paritas inter eos. Sed quoad
alia apostoli & consequenter episcopi sunt maiores, ut ipse-
met Hieronym. in eadem epistola ostendit, cum dicit. quo-
niam quicquid in clericis consecratum est, prędixi episco-
pum solum habere, manifestum est in illis partes & mem-
bra virtutum, in episcopo plenitudinem diuinitatis corpo-
raliter habitare, atque ita est ut in episcopis Deum in presby
teris apostolos recognoscas.

Constat igitur ꝙ ex dictis verbis Hiero. oẽm ptãtem Deus discipulis dedit, non põt sumi argumẽ
tum quod fuerint supra Petrum & alios apostolos, & conse-
quenter non valet argumentum data est omnis potestas epi
scopis ergo sunt maiores papa, sicut nec presbyteri maiores
episcopis. vt dictum est. Ad regulam qui omne dicit nihil ex
cludit, respondetur quod est intelligenda secundum subie-
ctam materiam, hoc est de potestate ligandi, & soluendi, &
regula patitur multas restrictiones, de quo. 19. dist. cap. si Ro-
manorum, & in capit. vt circa. de elect. in 6. & in l. si pluribus
post Bartol. de legat. 2. & in regula in generali de reg. iur. in 6.
Et dictio omnis frequenter restringitur vel ratione eius de
quo agitur, vt in l. 2. de ritu nuptiarum, vel ratione adiuncti.
1. quæstio 7. si quis omnem, vel per id quod præcessit. ff. de pe
culio legato. l. seruo manumiss. interdum ex genere relatiui.
ff. de supel. legat. l. cum quidam. interdum ex communi usu
loquendi. l. inter omnes. ff. de furt. interdum ex mente cõtra
hentium. l. tres fratres & l. emptor. §. 1. ff. de pact. & his simili
230 bus. Ad illud Hieron. † Matth. 16. habent quidem eandem iu
diciariam potestatem alij apostoli, respondetur quod debet
intelligi de iudiciaria potestate ligandi, & soluendi in foro
pœnitentiali, quod ostendit cum subiungit, quibus post re-
surrectionem dominus ait, accipite Spiritumsanctum quo-
rum remiseritis peccata. & cęt. quę authoritas Ioannis. 20. est
de dimittẽdis peccatis & non fori iudicialis exterioris. Et cla
rius ostendunt alia sequentia verba cum dicit, ut omnes in-
telligant quod quicumque ab vnitate fidei, & societate eius
se separauerit, nec a peccatis solui nec cœlum potest ingre-
di. Et clarius sequitur, hunc locum quidam non intelligen-
tes, aliquid sibi sumunt de supercilio pharisæorum, vt dam-
nare innoxios vel soluere se noxios putẽt, cum apud Deum
non sententia sacerdotum sed reorum vita quæratur. unde
in leuitico ostendere se sacerdotibus iubentur leprosi. Ecce
quod loquitur de iudiciaria potestate fori pœnitentialis di-
scernendi inter lepram & lepram hoc est peccatum, & pec-
231 catum. Ad capit. † omnibus. 24. quęstione prima, respondi su
pra in præallegato octauo motiuo. Et nihilominus ultra ibi
dicta, cum in tex. dicatur, quod ecclesia est sponsa pulchra si
ne ruga, & macula, ortus conclusus, fons signatus, puteus
aquæ viuæ & paradisus cum fructu pomorum, per hæc solui
tur etiam contrarium, quia si est sponsa quæ recepit claues
ipsa habet sponsum & patremfamilias. ecclesiæ autem spon
sus est Christus, vt dicit. Sanct. Thom. in tract. contra impu-
gnantes religionem, & tex. in capitulo loquitur in fi. 24. quæ
stio. prima. De quo sponso dicitur Ioannis 3. qui habet spon-
sam sponsus est, ipse enim de ecclesia suo nomini filios gene
rat, alii autem qui sponsi dicuntur, sunt ministri sponsi exte
rius cooperantes ad generationem spiritualium filiorum,
quos tamen non sibi sed Christo generãt. Quiquidem mini
stri intantum sponsi dicuntur inquantum vicem veri sponsi
obtinent, & ideo papa qui vicem ueri sponsi obtinet in eccle
sia vniuersali, dicitur vniuersalis ecclesię spõsus sicut episco
pus diœcesis suæ sponsus dicitur. Papa autem cum vicem
Christi gerat in terris, paterfamilias & agricola est, & conse-
quenter maior ipsa sponsa. Sicque ex prædicta authoritate
non sequitur quod concilium sit maius papa, quia etsi eccle
sia sponsa recepit potestatem clauium ligandi, & soluendi,
hoc fuit a sponso Christo & cum eo qui vice sponsi & pari
potestate in terris fungitur. Ipsa igitur ecclesia sine vices ge-
rentis voluntate, quandiu vices Christi gerit, claues exercere
non potest. Et verba quæ sequuntur, si quis hanc domum, sci
licet ecclesiam, corrigentem corripientemque contempse-
rit, sit tibi sicut ethnicus. &c. non denotant magis correctio-
nem iurisdictionalem coactiuam quam fraternam, & ita
possunt intelligi de fraterna sicut de iurisdictionali. Imo ex
quo sumpta sunt ex illa authoritate Matth. 18. magis uiden-
tur intelligenda de correctione fori pœnitentialis, vt late di
ctum est in quæstione utrum potestas clauium, & quæ sit in
ecclesia, vbi agitur de dicta authoritate Matth. 18. post ulti-
mum motiuum pro papa.

Ad authoritatem Host. respõdetur quod etiã apostolis datæ sunt claues fori contentiosi sed descensiue a Petro, seu a
Christo, non immediate, sed mediante Petro. nec huius con
trarium dicit Hostiens. ibi. Et licet text. ibi dicat quod domi
nus dedit claues apostolis, tamen verum est dicere quod do-
minus dedit illas principaliter Petro, & per deriuationem a
232 Petro aliis apostolis. Ad illud Matthæi † vltimo patet ex di-
ctis supra de potestate clauium responsio. Et nihilominus di
cendum est quod non sequitur, si data est potestas baptizan-
di per illam authoritatem apostolis, & consequenter aliorũ
sacramentorum, licet ista illatio non sit necessaria, quod da-
ta fuerit potestas iurisdictionalis, quia hæc non versatur cir-
ca sacramenta ecclesiæ.

Ad illud quod nemo potest in aliena parochia prædicare aut sacramenta mini-
strare, conceditur hoc, sed vt satis dictum est, per dictam au-
thoritatem datum est solum quod est iurisditionis fori inte
rioris, si autem datum est etiam quod est fori exterioris, hoc
fuit non ex vi dictæ authoritatis sed per deriuationem a Pe-
tro, a quo primo distinctæ sunt prouinciæ, c. in illis. 80. distin
ctione, & a pontificibus & conciliorum authoritate, ut in c.
per singulas el primo & secundo. 9. q. 3. & in capit. prouinciæ
99. dist. & parochiæ postea diuisæ secundum tex. in cap. 1. 13.
q. 1. a Dionysio, & in cap. pastoralis de ijs quæ fiunt a prælato
sine con. cap. De Apostolo qui excommunicauit Corinthiũ
alias supra dictum est. Et Paulus qui hoc fecit, non fuit præ-
sens cum Christus dixit illa uerba apostolis Matthæi. 18. &
vlt. ergo hoc fecit vel ex authoritate habita per deriuationẽ,
vel ex speciali prærogatiua qua habebat facultatem traden-
di satanæ enormes peccatores. Ex eo etiam quod Paulus mã
dabat seruari præcepta & dogmata apostolorum, non sequi
tur quod habuerint iurisditionem contentiosam immedia-
te a Christo. Et bene tunc apostoli tradebant præcepta & do
gmata, quia erant dispersi per prouincias. & pręcepta ac do-
gmata seu decreta non necessario iurisditionem contentio
sam important, præsertim cum prædicarẽt fidem Christi de
qua dabant dogmata & docebant plebes. Vnde hæc magis
erant fori poli, & iurisditionis fori interioris quã fori cõten-
tiosi, & si qua erant fori contentiosi, erant descensiue a pote
state Petri, vt sæpius dictum est. Quod cõcilium possit aliquẽ
excommunicare, conceditur, quia recipit potestatem a pa-
pa qui illi pręest vel eius legatis & commissarijs. prima. quæ-
stione. 7. cap. conuenientibus. de hoc tamen vide in arti. vtrũ
233 concilium cognoscat de omnibus litibus. Ad illud Lucę † 22.
respondetur quod congruentius exponitur de regno trium
phantis ecclesię. quod patet ex eo quod subiungitur vt ęda-
tis & bibatis super mensam meam in regno meo, iuxta illud
Ioannis 6. qui manducauerit hunc panem viuet in ęternum.
& Ioannis quarto, qui biberit ex aqua quam ego dabo ei nõ
sitiet in æternum. Et clarius ostenditur ex eo quod sequitur
& sedeatis super Thronos iudicantes. 12. tribus Israel. quod
non potest intelligi de ecclesia militanti. Potest etiam dari
alia solutio, si volumus illud intelligere de ecclesia militan
ti, quod & apostolis & episcopis datum est regimen ecclesię,
iuxta ilud actuum. 20. in quo vos Spiritussanctus posuit epi-
scopos regere ecclesiam Dei. sed hoc regimen habuerũt nõ
principaliter sed p deriuationem a Petro quo ad iurisditio-
nem fori exterioris. Non obstat quod dicit, ego dispono vo-
bis sicut disposuit mihi pater meus regnum, id est regimen,
quia dictio sicut non ponitur similitudinarie, nec semper di-
cit similitudinem, ut ponit Anto. in cap. damnamus de sum-
ma trinitate & in cap. quia V. & cap. nouit de iudi. & in cap.
inquisitionis de accusa. cum similibus, sed ponitur exempli-
ficatiue, vt in l. 1. ff. de rerum diui. Nec simile est. idem. l. nõ
possunt. C. de legibus. l. ad similitudinem. C. de epis. & cleri. l.
quod nerua. ff. depositi. Et sic intelligitur quod fuerunt illis
demandata iura cœlestis & terreni imperij Præterea non ob
stat ille tex. cap. 1. 22. dis. quia non loquitur in genere de om-
nibus apostolis sed tantum de sancto Petro, quia dicit, qui
beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni simul & cœlestis
imperij iura commisit. ubi nihil dicitur de alijs apostolis &
consequenter nec de ecclesia uel concilio. Et sic potius facit
pro, quam contra. Ad illud de glos. habent quidem eandem
iudiciariam potestatẽ apostoli &c. Supra responsum est cir-
ca principium solutionis istius. 21. contrarij. Ad glos. interli.
quæ supplet ad uerba quęcunque alligaueritis scilicet vincu
lo anathemathis, est difficilis responsio, qa ibi Christus om-
nibus apostolis simul est loquutus, & ita principaliter alijs si-
cut Petro. & maxime quia si volumus quod illa authoritas
intelligatur in foro pœnitentiali, non multum conuenit al-
ligare peccatorem, quia hoc ipso quod peccat est ligatus. &
sic videntur sublata illa quæ dicta fuerũt supra, quod illa ver
ba loquuntur in foro pęnitentiali si est verum quod dicit gl.
quod uerbum alligaueritis debet intelligi per viam anathe-
matizationis. Sed dicendum est, vt alias dictum est, quod li-
cet simul datę sint claues p uerba Matth. 18. tamen nõ ęqua
liter sed principaliter Petro. & considerandum est quod illa
uerba dicta sunt etiam Petro cum apostolis. unde ecclesia de
per se sine Petro nunquam legitur recepisse potestatem iu-
risditionis principaliter, sed bene Petrus solus per uerba pa-
sce oues meas. Vnde dicendum est quod principaliter data
est Petro potestas ordinis & iurisditionis, apostolis autem or
dinis simul & iurisditionis fori interioris, & si data est eis po
testas fori contentiosi, hoc fuit p deriuationẽ a Petro in eos.
Non obstat quod dominus loquebatur omnibus apostolis
simul cum Petro, quia si iurisditionẽ receperũt descensiue
a Petro, ueritas est quod quæcunque alligauerint vel solue-
rint in terra erunt ligata & soluta in cœlo. Ad glosam igi-
tur exponentem, illud quæcumque alligaueritis de uinculo
ana-

anathematis. respondetur quod intelligitur vel simul cum Petro, vt possumus ponere exemplum in die Iouis sancta quando papa anathematizat solenniter cum cardinalibus, & episcopis, uel intelligitur singulariter, ideſt quicumq; apostolorum alligauerit vinculo anathematis, & tunc intelligitur Petri voluntate & iuriſdictione eis a Petro conceſſa, ut in cap. ita dominus 19. diſt. quia non reperitur data administratio & plenitudo omnimoda poteſtatis & iuriſdictionis principaliter niſi Petro, per illud paſce oues meas, ſicut ſupra dictū eſt, & plene, in octauo & quintodecimo motiuo pro papa. Vel intelligitur uinculo anathematis id eſt alligationis ex iuriſdictione fori interioris pœnitentialis. Nec obſtat ꝙ hoc ipſo quod quis eſt peccator, eſt alligatus, quia quādo peccatum eſt factum notorium debet coerceri notoria coertione. 2. quæſt. 1. capit. manifeſta. Et ita loquitur authoritas illa matth. 18. poſtquam deductum eſt crimen in notorietatem.

234 Ad vigeſimumſecundum reſponſum eſt in articul. utrum, & quæ claues fuerint datæ eccleſiæ, & in quæſtione quam iuriſditionem habeat concilium, & ſupra in 15. motiuo pro papa. Ad authoritatem, capit. cum paulus. 2. quæſtio. 7. alias eſt reſponſum. Et præterea ex hoc non arguitur quod Paulus eſſet maior, quia licet etiam inferiori reſiſtere ſuperiori quando videt ſuperiorem ſcandalizantem eccleſiam. ſicut ſupra dixi in vno de remedijs tenendis contra papam quando ſcādalizat eccleſiam. Facit quod dicitur in capitu. qui reſiſtit & & in capit. Iulianus. 11. quæſtione. 1. & l. prohibitum. C. de iure fiſci lib. 10. capit. ad aures in glo. de tempor. ordin. & capit. ex literis. de offic. delegat. cum ſimi. Item licite potuit Petro reſiſti, quia errabat nec perpendebat ante repræhenſionem Pauli quomodo ſcandalizabantur Gentiles quos inducebat ad iudaizandum. Et ſecundum Hieronymum fuit repręhenſio diſpenſatoria, nō quod eſſet maior Petro, de quorum paritate & maioritate ſatis ſupra dixi in 8. motiuo pro papa. Ad alias repræhenſiones factas Petro, etiam ſupra reſpondi, & tex. in capitulo Petrus eadem cauſa ſecunda quæſtione ſeptima, reſpondet cum dicit. non ex poteſtate officij qua potuiſſet dicere oues paſtorem ſuum non accuſent nec repræhendant ſed ex authoritate diuinæ virtutis &c. Ad authoritatem ex præfatione eccleſiæ, dixi & reſpondi in vltimo motiuo pro papa in quæſtione de poteſtate clauium data eccleſię. Ad illud Pauli ad Galatas ſecundo nihil mihi contulerunt. &c. dixi in 8. motiuo pro papa in articulo. de maioritate Petri vel Pauli. Quo ad iura capituli in nouo & c. loquitur. & c. audiuimus, quomodo pro omnibus & præ omnib. Petrus claues acceperit dixi in reſponſione ad auctoritatem Auguſtini. de dicto capitulo quodcumque. 24. quæſtione prima. in dicto 8. motiuo. & in ſolutione ad 18. contrarium. Et licet dictum fuerit Petro vt deſignaretur vnitas, non tamen vt deſignaretur ſuperioritas eccleſiæ ad Petrum, & ſic unitas in capite Petro erat maioritas, vt in capitulo rogamus. 24. quęſtione prima, & ſatis ſupra dictum eſt. Ad text. in ca-

235 pitulo quamuis. 21. diſtinctione, conceditur quod uniuerſæ per orbem eccleſiæ ſunt unus thalamus cum Romana eccleſia, & quod Romana eccleſia eſt deſignata caput per uerba tu es Petrus, ſed non ſequitur ex hoc quod vniuerſalis eccleſia ſine Romana, ſit maior Romana eccleſia quæ eſt caput aliarum. Item quamuis verba tu es Petrus dicta eſſent pro omnibus. non ſequitur quod omnes aliæ per orbem eccleſiæ receperint poteſtatem ſine Petro, ſed tūc demum quādo vnitæ ſunt cum Petro, & pro tunc dicitur, & vnam ſanctam catholicam eccleſiam ratione vnitatis fidei, Vnde ex pręmiſſo text. nō ſequitur qđ eccleſia ſit maior Papa. imo ꝯ̄riū innuitur, quia ſi Romana eccleſia eſt p̄lata cæteris, & papa etiam dicitur Rom. eccle. ut dicitur per Ioann. And. in c. ſi abbatem de elect. in ſexto quia Romana eccleſia eſt in papa & papa in Romana eccleſia, ſequitur quod papa ſit maior. Sed ſi recte conſideretur, non bene ſonat dicere quod verba tu es Petrus cenſentur referri ad vniuerſalem eccleſiam ſi tantum intelligatur de iſtis verbis tu es Petrus, quia non poteſt intelligi, ideſt tu es eccleſia, maxime propter uerba quę ſequuntur, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Vnde bene dicit textus in capitulo loquitur uigeſimaquarta quęſtione prima. loquitur Dominus ad Petrum, ego dico tibi quod tu es Petrus. ecce quod illa uerba non deſignant eccleſiam, ſed Petri perſonam. Sed cum dominus ſubiungit, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, quod pro omnibus lopuatur ad Petrum bene poteſt ſtarę. Et hoc demonſtrat ille textus cum poſt prædicta uerba ædificabo eccleſiam meam ſubdit ſuper unum ædificat eccleſiam. Vnde ſi dicatur quod quando dictum eſt Petro tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam, & portę inferi non pręualebunt ad aduerſus eam, & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis &c. Dictum eſt ei pro omnibus ſed principaliter ei, bene poteſt ſtare, vt in capitulo audiuimus. 24. quæſtione. 1. Quapropter non tam verba tu es Petrus quam uerba quodcunque ligaueris ſuper terram, ſunt q̄ deſignant perſonam Petri etiam geſſiſſe typum vniuerſalis eccleſiæ, & propter quæ dicitur quod quando Petrus claues accepit eccleſiam ſignificauit. Et propterea tex. Auguſtini dicit in capitulo quodcunque vigeſimaquarta quæſtione. 1. ꝙ per dicta uerba quodcunque ligaueris, Petrus pro omnibus claues accepit & eccleſiam ſignificauit. quod intelligēdum eſt nō vt miniſter, pica, vel organum, vt alias dictum eſt, ſed demonſtratiue & diſtributiue & etiam de riuatiue in ijs quę ſunt iuriſditionis fori exterioris. Et ideo non ab re dicitur ꝙ ipſe præ omnibus claues accepit id eſt ante vt in l. ſi fideiuſſor. C. qui ſatiſdare cogantur. l. quicunque & l. mancipia. C. de ſeruis fugi. Item præ omnibus id eſt vltra & ſupra & extra omnes alios, ut in rubrica de dote prælega. Vnde ad propoſitum non ſequitur etiam ſi uerba dicta Petro intelligantur dicta pro omnibus, quod propterea Petrus potuerit dici minor, & conſequenter eius ſucceſſores minores alijs de eccleſia ſiue minores ipſa eccleſia ſiue concilio. Ad id quod dicitur quod ſi poteſtas tantum data fuiſſet Petro, non diceretur in ſymbolo & vnam ſanctam catholicā eccleſiam, ſed vnū ſanctum Petrum. reſpondetur quod non negatur quin claues Petro datæ, fuerint datæ etiam eccleſiæ ſed modo quo ſupra ſæpius dictum eſt. & ſub nomine eccleſię etiam Petrus qui eſt caput cōpræhenſus eſt, & ut unitas deſignaret̄, non eſt diuerſificatus Petrus ſiue papa ab eccleſia, quia eſt una, ut in capitulo loquitur vigeſimaquarta quæſtione 1. ſæpius adducto. Ad illud quod dicitur quod pro eccleſia & non pro Petro dictum eſt ego pro te rogaui ut nō deficiat fides tua, Lucæ vigeſimoſecundo. reſpondetur quod imo etiam pro Petro rogauit dominus. unde gloſ. Nicolai, ad verbum, ego pro te rogaui ut non deficiat fides tua, addit ſcilicet finaliter, nō enim rogauit ut Petrus non caderet ſed vt in caſu non remaneret. Et gloſa ordinaria ibi dicit rogaui non ut non tenteris ſed ut non deficiat fides tua, ut poſt lapſum negationis ad priſtinum ſtatum pœnitendo reſurgas. Et gloſa interlinearis dicit. ſicut ego orando te protexi ne deficeres, ſic tu infirmiores fratres exemplo tuæ pęnitentiæ conforta ne de uenia deſperent. & hoc ſentit tex. in cap. decretis in fi. vigeſimaprima diſtinctione. Et poſito etiam quod illud intelligatur de fide eccleſiæ, iuxta illud Ioannis decimoſeptimo, non pro eis autem rogo tantum ſed etiam pro ijs qui credituri ſunt per verbum eorum in me, adhuc non ſequitur quod eccleſia ſit maior ipſo papa. nec ſi aliqui ex pontificibus defecerunt a fide, propterea defecit dignitas papatus in eccleſia. & ſi Petrus defecit a fide, non propterea conuerſus perdidit dignitatem, quia fidelior factus maiorem repperit gratiam quam amiſerat, tanquam enim bonus paſtor tuendum gregem accepit, ut in capitulo fidelior quinquageſima diſtinctione. Quinimo aliqui uoluerunt quod Petrus negando Chriſtum non defecerit a fide, ſed quod ideo negauerit quia nolebat ſeparari ab eo ex amore quē habebat erga ipſum, & ſic quod nō defecerit nec a fide nec ab amore Chriſti. Et ſi dicatur quod negando ſe diſcipulū eius & ſe non noſſe ipſū. defecit a fide, quia negat Chriſtum qui ſe negat eius eſſe diſcipulum, ut dicit Hugo cardinalis ſuper illud Lucę vigeſimoſecundo mulier non noui illum. & gloſ. ordin. ibidem ſuper illud, homo neſcio quid dicis, & Marci quartodecimo ſuper illud at ille negauit. Poteſt reſponderi quod, quicquid ſit de charitate, licet in Petro defecerit confeſſio fidei, nō tamen defecit fides quæ eſt in corde, quia negauit dominum ex timore non ex incredulitate. Et poſito quod intelligatur dominus rogaſſe pro eccleſia, non ex hoc ſequitur quod eccleſia ſiue cōciliū ſit maius. nam & in paſſione cæteri apoſtoli defecerunt a fide, quę ut alias dictum eſt remāſit in ſola beata virgine Dei genitrice, & tamen etiam pro alijs diſcipulis rogauerat, vt patet Ioannis. 17. Vnde etiam ſi intelligatur pro eccleſia rogaſſe ut non deficeret fides eius, pro fide Petri, hoc eſt quam Petrus confeſſus fuerat, rogauit. & propterea dicit rogaui ut nō deficiat fides tua qua confeſſus eſse filium Dei Matth. 16. Et ſic rogauit pro fidelibus quorū non erat defectura fides quā habituri erant de ipſo quod eſt Chriſtus filius Dei vſque ad conſummationem ſeculi. quod oſtendit illud Matth. vl. ego enim uobiſcum ſum uſque ad conſummationē ſeculi. Quinimo per dicta uerba ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua, oſtendit maioritatem Petri, quia dicitur non deficiat fides tua. quia enim alij apoſtoli non ita confeſſi fuerant Chriſtum filium Dei ſicut Petrus, ideo non dixit apoſtolis pro fide veſtra. Et per dicta uerba oſtendit quod fides Petri eſt fides uniuerſalis eccleſię. & ſic oſtendit maioritatē Petri, tanquā illius qui eſt caput & fundamentum fidei. Et ex hoc infertur reſponſio ad cap. pudenda & c. hęc eſt fides. 24. quęſt. prima, quod ſi eccleſia eſt perpetuo duratura, & fides quam confeſ-

ſus eſt Petrus, & quam etiam ipſe martyr moriens habuit, eſt in eccleſia perpetuo duratura, vt dictum eſt ſupra proxime, Et virtualiter eccleſiæ fundamentum eſt ipſa Petri confeſſio, & cū Petri confeſſione eccleſiæ ſtabilitas roboratur. Et non eſt verum quod ratione ſtabilitatis, & durationis eccleſia ſiue concilium debeat præferri. Et ad hoc facit text. in capit. non turbatur. 24. q. 1. vbi dicitur quod turbari non poteſt nauis cui præeſt Petrus in quo firmamentum eccleſię eſt & cui ſoli dictum eſt duc in altum, quid enim tam altum quam altitudinem diuitiarum videre, ideſt ſcire Dei filium & profeſſionem diuinæ generationis aſſumere. Item poteſt dari alia ſolutio, quod etiam dignitas papatus eſt perpetua, vt in cap. ſi gratioſe. de reſcript. vbi dicit Ioann. mo. & archi. quod licet habēs papatum, vel dignitatem ſit corruptibilis, papatus tamen, & imperium & dignitas ſempet manent, ut in auth. quomodo opor. epiſ. in §. licentiam collat. 2. Et ideo corrupto ſubiecto, dignitas papatus non dicitur non exiſtere ſed vacare, hoc eſt adminiſtratore iuris, vel facti carere, de conceſ. præben. capit. cum noſtris. Vnde Leo papa in ſermone. 2. in anniuerſario die ſuæ aſſumptionis dicit quod in ſede Petri viuit poteſtas & excellit authoritas. Ad illud quod eccleſia eſt ſine macula & ſine ruga & incorrupta & pudica reſpōdetur, quod ex hoc non ſequitur quod ſit maior quam papa. nam glorioſa virgo Maria fuit maior apoſtolis, & tamē non illi ſed iſtis claues regni cœlorum traditæ ſunt, ut in c. noua. de pœnit. & remiſ. Facit quod diximus ſupra de parilitate meritorum Petri, & Pauli, & tamen Petrus maior Paulo in adminiſtratione. Et cum text. in capitulo loquitur, & in capitulo omnibus loquitur, de eccleſia, etiam virtualiter loquitur de papa qui eſt in eccleſia. Ad illud quod fides catholica eſt manſura uſque ad finem ſeculi, dictum eſt. quod fides catholica eſt etiam fides Petri qui confeſſus eſt Chriſtum filium Dei viui Matth 16. quæ fides manſura eſt vſque ad conſummationem ſeculi, vt ſupra dictum eſt. Et ſic reſpondetur ad text. & gloſ. Matthę. ultimo. Et cum loquimur de maioritate papæ ad concilium, non intelligimus de papa non catholico ſiue infideli ſed de fideli & catholico, cui etiam gratia Spirituſſancti aſſiſtit. capitulo non nos. quadrageſima diſtinctione. Vnde epilogando dicimus quod ſiue loquamur de maioritate poteſtatis clauium ratione dignitatis ſiue ratione ſtabilitatis, & durationis ſiue ratione meritorum ſiue ratione aſsiſtentiæ Spirituſſancti, non infertur nec probatur quod eccleſia & conſequēter concilium ſit maius papa.

236 Ad vigeſimumtertium † conceditur quod Chriſtus eſt principale eccleſię fundamentum, ſed etiam Petrus dicitur fundamētum, eccleſię ſecundariū, ut in cap. fidelior. 50. diſt. ſed de hoc dic vt late dixi in 5. motiuo pro papa, & latius in 8. circa. fi. Ad authoritatem Greg. quod Petrus erat membrum eccleſiæ uniuerſalis, reſpondetur per ea quæ dicta ſunt in reſponſione ad ſeptimum cōtra-

337 rium. Ad illud apoſtoli † ad ephe. 1. & Augu. ſuper pſal. 103. quod ſtabilitas, & firmitas eccleſię inhæret ei intrinſece, & habet virtutem. & poteſtatem intrinſecam ſe in ſuo eſſe cōſeruandi, reſpondetur quod ex hoc non ſequitur quod ſit maior quam papa, nec quod clauium poteſtas principaliter ſit in ea. quinimmo principalius eſt in papa, nec ex hoc quod principalius eſt in papa deficit eccleſiæ poteſtas ſe in ſuo eſſe conſeruandi & ſacramenta miniſtrandi. Item cū apoſtolus & Augu. loquuntur de eccleſia, loquuntur de eccleſia vnita cū papa catholico & ſic cum capite, & non de ſeparata a capite. Vnde ex dictis authoritatibus non poteſt argui maioritas concilij ad papam, & dicere eccleſiam ſine papa, eſt dicere eccleſiam ſine capite, ſine quo nō eſt perfectio ſenſuum nec recta ſubſiſtentia & adminiſtratio. Ad illud quod ſequitur de clauibus reſponſum eſt in dicto 8. & ultimo motiuo pro papa. Ad authoritatem rabani Matth. 16. reſpondetur quod loquitur de poteſtate ligandi, & ſoluendi ordinis, patet ex verbis qui ſeipſos ab unitate fidei ſeparant, tales a peccatorū uinculis abſolui nō poſſunt. Et idem dico de authoritate Remigii. Ad authoritatem Leonis papæ reſponſum eſt in ſolutione. decimioctaui contrarij. Ad authoritatem abbatis dicendum eſt prout late dictum eſt in octauo motiuo pro papa.

Ad illud de contentione inter apoſtolos reſpondetur quod contentio non fuit de primatu eccleſię, ſed qs eſſet maior in regno cęlorū, vt patet Matt. 18. Vnde dicit ibi gl. Nicol. ꝙ tunc nō fuit contētio quis maior eſſet inter eos, ſed qs maior eſſet in eccleſia militāti p̄ meritū & qs in eccleſia triūphāti per pręmiū. & Chryſo. Lucæ. 22. & refert ibi Hugo Car. dicit vide ꝙ de principatib. terrenis nō cōtendunt, ſed de ſpiritualibus in cœlo, hoc autem infirmitatis erat. ſed nos neq; ad infirmitatem illorum peruenimus. non enim quærimus quis ſit maior in regno cœlorum, ſed quis ſit maior, quis copiſior, quis potentior in regno terræ. Item ſi volumus tenere contentionem uere fuiſſe de præſidentia inter eos, ſiue hæc contentio habuerit ortum ex eo quod audiuerant dominū loquentem de inſtante ſua paſſione, & tunc cœperint inter ſe quærere quis ipſorum eſſet aptior ad tenendum locum Chriſti ſecūdum gl. Nico. ſiue habuerit ortum ex eo quod dominus Matth. 17. ſecum duxerat in montem Petrum Iacobum & Ioannem quaſi aliquid ſecretum illis commiſſurus, ſiue quia dominus Matth. 16. promiſerat Petro ſe daturū illi claues regni cęlorum, ex quo putabant uel Petrū omnibus, uel illos tres cæteris eſſe præferēdos ſecundum Bedam, de quo diſputauerant in via Mar. 9. vnde, gloſ. ordina. ſuper illud lucæ. 9. intrauit autem cogitatio in eos quis ipſorum eſſet maior, dicit. quia viderant Petrum Iacobum & Ioannē in montem ſecrete ductos ſecretumque aliquid eis traditū eſſe, ſed & Petro ſuperius claues regni cęlorum eſſe promiſſas eccleſiamque ſuper eum eſſe ædificandam, rati ſunt uel iſtos tres cæteris uel omnibus apoſtolis Petrum eſſe prælatū. uel quia in tributi ſolutione Petrum ipſi domino parificatū viderant, ipſum cæteris pręferendum arbitrabantur, ſed ſciēdum eſt iſtam quæſtionem & ante tributum & poſt tributū ſolutum eſſe factam. Siue orta fuerit quādo decem indignati ſunt contra duos filios Zebedæi cum petierunt ut ſederēt vnus a dextris & alter a ſiniſtris Chriſti in regno eius, ut dicitur Matthæi. 20. ubi dicit gloſ. ordin. humilis & mitis magiſter nec duos arguit immodicæ cupiditatis nec decem indignationis & liuoris, ſed cōuenienti exemplo docet illos fruſtra immoderata quæſiiſſe & iſtos ſuper eorum deſiderio doluiſſe, cum ad ſumma nō potentia ſed humilitate veniatur. ubi gloſ. Nicolai dicit, indignati ſunt de duobus fratrib. aliquid humanum paſſi, quia adhuc erant carnales ſicut & illi, & ideo indignati ſunt quod excellentiam ſuper alios habere voluerunt. quod etiam videtur velle Chryſo. lucæ. 22. cū dicit, paſſi ſunt aliquid humanum diſcipuli de principatu cōtendentes. & idem ſentit gloſ. ordin. ibi ſuper ver. dixit autē eis, reges gentium & c. dicens. pius magiſter non initæ contētionis arguit, ſed formam humilitatis quam ſequantur deſcribit. q. d. vos more ſecularium per pręlationem peruenire vultis ad regni poſſeſſionem, ſed ad ſumma virtutum non potentia venitur ſed humilitate, poteſt reſponderi negando conſequentiam. quamuis enim orta fuerit inter eos contentio de maioritate, non ſequitur propterea quod Petrus non eſſet præordinatus maior a Chriſto. imo expreſſe ex textu innuitur contrarium, cum dicitur qui maior eſt inter uos. ecce quod præſupponit aliquem inter eos maiorem. Item poteſt dari alia ſolutio magis catholica & conueniens, quod quia ſecundum quod dicit Beda & refert Hugo cardi. in d. c. 22. incertum eſt quæ fuerit cauſa contentionis, utrum ſcilicet ambitio dignitaris an amor humilitatis qua tunc vnus alium præuen. re honore uolebat, potuit eſſe quod inter ſe contenderent de exhibitione reuerentiæ qua quiſque uolebat alium ſibi præferri. quod. etiam ex ijs quę ſequuntur apparet. & gloſ. Nico. ibi dicit quod Chriſtus docuit apoſtolos quod ille eſſet maior & aptior ad præſidendum alijs loco ſui qui uere eſſet humilior. Vnde ea. gloſ. ſuper illud ego autem in medio &c. Dicit. ex hoc intendit concludere quod ille eſt aptus ad ſuccedendum ſibi in regimine eccleſię qui eſt fundatus in uera humilitate. Quapropter cū Petrus fuerit a Chriſto prępoſitus cęteris, ſequitur quod ipſe cęteros apoſtolos in humilitate pręcellebat. Sic ergo dicendum eſt quod contentio non erat quia quiſque deſiderabat pręfici, ſed quia q̄libet alium ſibi præponi cupiebat. Ad quę adde quę dicta ſūt ſupra in reſponſione ad 15. contrarium. Ad vigeſimumquar-

238 tum † reſpondetur quod illud argumentum ab abſurdo nō concludit quod concilium ſit maius papa, ſed quod papa debet habere aliquem ſuperiorem ſupra ſe in illo caſu quo deſtrueret eccleſiam. hoc autem poſſet contingere in alio quā in concilio, puta in collegio cardinalium, quod eo caſu poſſet eum compeſcere. & forte quod propter moram in congregando concilium, hoc congruentius ad eos ſpectaret ad citius cōſulendum indemnitati eccleſię. Facit quod dicitur poſt Innoc. in c. cum inferior de maio. & obe. de epiſcopo delinquente intra fines iuriſditionis archidiaconi, quod poteſt puniri per archidiaconum. Et licet exemplū hoc non uideatur conueniens in papa quo ad punitionem, ſit ſaltem quo ad actum reſiſtendi & eum compeſcendi ne ſubuertat eccleſiam. Item eſt ſolutio quod licet papa ſit ſuperior, tamē ſunt prodita remedia quibus poſſit ei obſiſti ne deſtruat eccleſiā, quę uide poſita in q. quid agendum cum pro qualibet parte contendentium de papatu inueniuntur uolentes intrare ignem. ubi ponuntur modi ſedandi ſchiſma & comprimendi papam ſcandalizantem eccleſiam. Quo ad exemplum de regina, dicendum eſt quod non eſt omnino ſimile. Itē quod exemplis nō iudicamus. l. nemo. C. de ſenten. & interlo. omnium

nium iudic. l. & licet. de offic. præsi. 20. distinc. cap. de quibus cum simil. Item exempla non arctant regulam. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi armat. capitulo coram de elect. Et licet ecclesia dicatur regina, non sequitur ergo est maior papa, q est summus inter omnes & supra omnes. 2. quæst. 6. capit. decreto. & c. qui se scit. Et est supra Reges & imperatores, ut in capit. solitæ. de maior. & obed. capitu. nouit. de iudic. Immo deponit Reges & Imperatores 15. q. 6. alius. capitulo ad apostolicæ. de re iudic. capitu. venerabilem. de elect. Item exemplum est longe diuersum a proposito, quia non est verum q si ponit reginam pro ecclesia & ministrum pro papa, quod papa sit minister sed potius rex & caput ecclesiæ, ut alias dictum est. Item papa est immediate creatus a Deo & eius potestas immediate a Deo, non vt in exemplo minister a regi-

239 na, Ad vigesimumquintum † de decreto Constantien. respõdetur quod illud decretum non fuit approbatum nec per Martinum quintum nec per aliquem põtificem eius successorem. & ideo illi non est standũ nisi papa illud recipiat, quia papa habet approbare gesta & decreta conciliorum, ut in c. significasti. de elect. glo. in verbo concilio in capit. vbi periculum de elect. in 6. Item secundo illud decretum necessario intelligitur vel in casu schismatis quando sunt plures contendentes de papatu vel quando ageretur contra papam de hæresi. Nam aut loquimur de concilio congregato sine authoritate papæ in casu quo est vnus verus papa, & tunc esset conciliabulum, vt 17. dist. cap. fin. & sæpius dictum est. nisi in casu quo tractatur de hęresi papę ut in cap. si papa 40. distin. & dictum est supra in quæst. ad quem spectat congregare cõcilium. Aut loquimur in casu quo concilium est legitime cõgregatum authoritate papæ, & tunc si discordat conciliũ a papa, statur sententiæ papæ nisi in casu fidei, ut dictum est in propria quæstione. Oportet ergo illud intelligere in casu quo concilium legitime a se congregatur. Istud autem est quando contenditur de papatu, ut in capi. si duo. 79. distinct. & quando est schisma inter plures gerentes se pro pontificibus & nutrientes schisma, vt in terminis illius concilii Constantien. & quando agitur de causa hæresis contra papã requisitum, & detrectantem congregare concilium, ut dictũ est in præallegata. q. ad quem spectat congregare concilium. Alias autem quando est vnus verus & indubitatus papa ad cuius mandatum congregatum est concilium, tunc ipse est prima & principalior pars concilii, qui etiam potest illud dissoluere cum vult, nec tunc potest aliquid concilium supra eum. Item illa constitutio fuit particulariter facta pro illo concilio, & non est constitutio generalis, nec concilium potuisset facere constitutionem ligantem papam, vt supra alias dictum est, quia non habet alium superiorem qui eum reformet quam Deum, vt 9. q. 3. c. facta cum ibi concor. Item cum illa constitutio loquitur de inobedientib. statutis illius synodi & cuiuscumq; alterius generalis concilii, dicit super præmissis, scilicet pertinentibus ad illam synodum constantien. nec reperiuntur aliqua cõcilia quæ ligent papalem authoritatem. Ad glosas responde quod aliquæ non. contrariãtur, & aliquibus est responsum supra, & aliquæ non sunt ue-

204 ræ. Ad vigesimumsextum † conceditur quod deterius semper est gratia melioris, vt dicit Aristot. 7. poli. sed non est verum dicere qđ illud qđ est pp aliud sit deterius vñ rex q est pp regnũ siue pp subditos regni, nõ dr deterior subditis. Sic & papa licet sit propter ecclesiam vt pastor pp gregẽ, quia præest ecclesiæ, & pastor gregi non dicitur deterior sed maior, vnde & charta siue membrana fit propter literas, & tamen nõ cedit literis, quia literæ etiam si sint aureæ, cedunt chartis siue membranis, vt in l. qua ratione. §. literę. ff. de acquir. re. domin. & in §. literæ insti, de re. diuin. Item respondetur, & conuenientius, verum esse quod deterius est illud quod est gratia melioris, sed negatur quod papa sit deterior ecclesia, quia licet sit pars, est etiam caput ecclesiæ, nisi sit hæreticus, ut sæpius dictum est. Ad dictum apostoli de data potestate in ędificationem & non in destructionem, respondetur quod hoc non arguit maioritatem uel inferioritatem in destruẽte uel ædificante, sed ostendit ad quid detur potestas a Deo. unde dicit ibi glo. interlinearis, hoc est ut uos in uirtutibus ędificemus & non praua doctrina uel exemplo corrumpamus. Et

241 idem replicat apostolus. 2. ad corinth. 14. Ad vigesimumseptimum † motiuum satis abunde responsum est in responsio-

242 ne ad septimum motiuum. Ad Vigesimumoctauum † in eo quod dr quod Petrus non accepit claues supra ecclesiam uniuersalem sed supra singularia membra ipsius ecclesię, respõdeo istam conclusionem esse falsam, ut patet ex ijs quę dicẽtur in solutione ab vltimum motiuum, & dictum est aliqd s. in motiuis pro superioritate Petri ad ecclesiã s. adductis.

243 Ad vigesimumnonum † motiuum quod ecclesia vniuersalis dicitur mater omnium fidelium, dicendum est quod sicut Deus ęst pater noster quia nos creauit, ita ecclesia dicit mater nostra quia per baptismum nos regenerauit. & hoc respectu omnes christiani dicuntur fratres. 11. q. 3. ca. ad mensam. Ita dicit domi. in d. ca. qui abstulerit. & isto respectu papa potest dici filius ecclesię. Potest etiam ecclesia dici mater omnium ratione pfectionis gratiæ & amplitudinis virtutis, sed non ratione iurisditionis & administrationis, quia isto respectu papa non dicitur filius eius sed caput. 24. quæst. prima ca. rogamus, & cap. loquitur. Ad illud quod dicit Bernardus, qđ & refert Archi. & Domi. in cap. nõ decet, respondetur quod non facit contra, qa licet papa non sit dominus habet tamẽ administrationem & dispensationem rerum ecclesiæ, vt in d. cap. 2. de dona. & dicit Archi. in d. cap. non decet. Item verba Bernardi ostendunt quod papa sit maior ecclesia cum dicit cõsideres sanctam Romanam ecclesiam cui Deo authore præes esse matrem nõ dominam ecclesiarum. ecce quod licet ecclesia Romana sit mater, tamen illi pręest papa. Item secundum quod dicunt doc. in d. cap. non decet, uerba Bernardi tendunt ad monendum eugenium ad humilitatem, sicut primæ Petri. 5. dicitur non quasi dominantes in clero &c. Et in c. olim & in c. esto subiectus. 95. dist. In publicis tamẽ cerimonijs & in apparatu conuenit vt se maiorem subditis exhibeat propter dignitatis authoritatem, vt in c. ecce ergo & c. episcopus in ecclesia. 95. dis. & capit. ad apostolicæ de priui. in 6. Quinimo text. in d. c. nõ decet, ostendit clare quod papa sit maior concilio, quia ibi tex. dicit quod debemus implere uoluntatem matris nostræ quæ est ecclesia vniuersalis cuius caput est Romana ecclesia. papa ergo qui præest Romanæ ecclesiæ præest & vniuersali, bonus tex. in proœ. li. 6. & sic concilio illam repræsentanti. Quod autem papa sit põtifex & caput Romanæ & uniuersalis ecclesiæ, est tex. in c. sacrosancta, & cap. 1. 22. dist. & bene dicit S. Tho. in trac. contra errores gręc. & extrauagans Bonifacij quæ incipit vnam sanctam. & tex. in c. in nomine Domini. 23. dis. & c. rogamus 24. q. 1. Item Romana ecclesia etiam dicitur mater, vt in capitulo ad Romanam. 2. q. 6. & in cap. dudum 3. q. 6. ergo mater etiam vniuersalis. Et sic vno respectu vniuersalis ecclesia dicitur mater & Romana ecclesia suprema mater. d. c. sacrosancta. 22. dist. & bonus text. in cap. fundamenta de elec. in 6. in §. ne autem & in §. qui plura. ca. decreto. & cap. qui se scit. 2. q. 6. & cap. quamuis 21. dist. Ipsa enim Romana ecclesia est omnium aliarum ecclesiarum caput ratione principij institutionis & prælationis, ut omnes dicunt in d. c. non decet, & omnium aliarum ecclesiarum mater & magistra, vt in ca. fi. de fo. compe. Item nõ est dare diuisionem vniuersalis ecclesiæ a Romana ecclesia quæ est caput istius vniuersi, igitur cũ dicitur quod vniuersalis ecclesia est mater, comprehenditur etiam Romana ecclesia & appellatur mater respectu omniũ

244 fidelium. Ad authoritatem Aug. † quod mater ecclesia genuit Petrum & parturiuit Paulum. respondetur quod loquitur respectu productionis & originis in Christo qui ecclesiã fundauit, quę ecclesia constat ex Petro, Paulo, & omnibus alijs apostolis & vniuerso grege christiano. & sic potest etiã ecclesia dici parturisse concilium, quod constat ex prælatis, quia & platos uniuersos parturiuit ecclesia. Vnde istud parturire dicitur respectu istius corporis mystici, cuius a Christo omnes dicimur membra, iuxta illud ad ephe. 5. nemo unq̃ carnem suam odio habuit sed nutrit & fouet eam sicut & Christus ecclesiam, quia mẽbra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius. & 1. ad corin. 6. nescitis quod corpo-

245 ra vestra membra sunt Christi. Ad trigesimum † cum dicitũ quod ecclesia vniuersalis est domina gentium & papa minister & dispensator. respõdeo quod illa authoritas si capimus allegoriam debet intelligi de ecclesia vniuersali cum sponso & non seorsum a sponso, & tunc est domina gentium. Itẽ illa authoritas Ieremiæ loquiẽ de Ierusalem quæ fuerat domina multarum genti um ab ea deuictarum. Et si uolumus capere ut dixi allegoriam, ibi paschasius dicit Lachrimosius plangenda est ecclesia, culpis exigentibus sponsi absentia uiduata. si enim sponsus cum ea esset, non esset lugenda, quia non possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus, sed gaudio gaudent propter vocem sponsi. Et subdit. cum uero matrem. i. ecclesiam a uero sponso uiduatam senserit, nõ solum filios sed & omnes amicos flere conuenit. Ecce quod appellat eam dominam gentium quãdo est cum sponso, & uiduam quando est sine sponso. Item est alia solutio quod & papa dicitur dominus respectu directionis & gubernationis fidelium & ecclesiæ, quæ in ipsis fidelibus consistit, non respectu seruitutis. uide glos. in c. cum de diuersis de priui. & in proœ. 6. & in cap. fi. de fo. compe. Quod autem papa & alij prælati dicantur ministri & dispensatores, hoc est respectu bonorum ecclesiæ quorum est alienatio interdicta, ut in c. 2. de donat. concilio autem est interdicta omnis alienatio bonorum ecclesiæ. Vnde ex hoc nõ sequitur quod sit maius cõciliũ papa imo inferius, quia papa põt dispensare et administrare

strare ecclesiam, quod non potest concilium, vt dictum est supra in quæstione de potestate concilii sede vacante cum

246 duabus sequent. Ad trigesimumprimum † potest responderi vt ad proximum supra. item dicitur quod & papa & quilibet sacerdos dicitur etiam rex. vnde dicitur gens sancta, populus electus, regale sacerdotium. 1. Petri. 2. ad hoc capit. duo sunt. 96. dist. Immo etiam clerici dicuntur Reges vt in capit. duo sunt. genera. 12. q. 2. Immo & sacerdotes dicunt regũ & principum & omnium fidelium patres. 96. distin. c. quis dubitet. Imo papa est supra omnes Reges & Imperatores, & ubi sunt demerita illos deponit. d. capitulo duo. & capitulo venerabilem de elect. & capitulo ad apostolicæ. de re iudic. in 6. &

247 clem. 1. de iureiur. 15. quæst. 6. cap. alius. Ad illud † quod potestas non est in papa sicut in Rege quemadmodum est in ecclesia sicut in regina. respondetur quod imo est maior quia papę potestas continet & imperii & omnium regnorum superioritatem, iuxta illud Hierem. 1. ecce constitui te ait dominus super gentes & regna. &c. vt in c. solitæ. de maior. & obe. & dictum est supra in 14. & sequenti motiuo pro papa. Ad illud Matthę. uigesimo alias supra responsum est quod illud dictum fuit ad ostendendum quod maioritas in regno Christi nõ eodem modo acquiritur quo in regno terreno, quia in regno terreno acquiritur per ambitionẽ, & potestatem, sed in regno Christi contrario modo acquiritur, scilicet per humilitatem, vt dicit ibi glo. Et text. in capit. solitæ. de maior. & obed. respondet Imperatori ad illud primæ Petri. 2. subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tam quam præcellenti. &c. per quam authoritatem videbatur q regalis dignitas deberet præponi sacerdotali, respondet autẽ ibi papa illud dictum ut ad humilitatis meritum prouocaret. Immo glo. super verbum inter solem & Lunam in dicto capi. solitę. vult quod quadragesies septies sit maior dignitas pontificalis dignitate regali, cum terra sit septies maior Luna, per quam dignitas regalis designatur, & sol octies maior terra, per quem dignitas pontificalis desginatur. Et licet ista supputatio non sit bona secundum quod dicunt ibi doctor. & indulgendum sit Bernardo, cum non fuerit calculator, satis est quod dignitas regalis & imperialis illustratur per pontificalem sicut sol illustrat lunam. unde text. in capit. omnes eod. titu. dicit quod omnes principes terræ & cęteros homines episcopis obedire beatus Petrus præcipiebat. Ad trigesi-

248 mumsecundum, † cum dicitur vbi maior est sapientia ibi est maior superioritas, negatur assumptum, quia vt innuit text. in capitulo esto subiectus. nonagesimaquinta distinctio. frequenter reuelatur minimo quod maior ignorat. Item est uerum respectu gratiæ & meriti, non respectu superioritatis, &

249 administrationis. Ad illud quod dr † quod ecclesia nõ põt errare, alias responsum est quod intelligitur de ecclesia vniuersali iuncta cum capite. Item non potest errare in ijs quæ sunt fidei. Item de ecclesia vniuersali. idest de collectione omniũ fidelium, & non de ecclesia illam repræsentante vt est concilium, quia & concilia errarunt. 36. quæstio. 2. capitulo tria, &

250 capitulo placuit. Ad trigesimumtertium, † quod totum tendit ad hoc quod concilium iudicat de papa, etiam in aliis casibus quam in casu hæresis, respondẽdo dicitur primo ad authoritatem euangelii Matth. 5. & text. in d. cap. non omnes, quod non loquuntur de papa sed generaliter de omnib. prælatis, qui debent alios excellere secundum glo. Nicolai ibi in discretione, secũdo in intelligentia & notitia sacrarum scripturarum, tertio in constantia contra oppresores pauperum quoniam ut dicitur Ioann. 10. bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis, quarto in sanctitatis euidẽtia in exemplis dandis, quoniam secundum quod in pastorali dicitur tãtum debet excellere actionem populi actio pręsulis quãtum distat a grege vita pastoris. Et ista habentur ex verbis euangelii, primum ex uerbis uos estis sal terrę, quia sicut sale omnia cibaria condiuntur, ita discretione prelatorum debent dirigi & ordinari omnia opera subditorum, secundum ex uerbis vos estis lux mundi, sicut enim lux est manifestatiua omnium occultorum, sic prelati per intelligentiã sacrę scripturę debent ex officio notificare aliis omnia opera uirtutum, in cuius signum portant mitram in capite, in qua sunt duo cornua quia debent scire duo testamenta. Tertium ex uerbis non potest ciuitas abscondi super montem posita, quia sicut ciuitas super montem posita non potest abscondi, sic bonus prelatus in persecutione non debet se abscondere sed ad defensionem gregis se manifeste ostẽdere, ut ad eum tamquam quoddam fortalium oppresi habeant refugium. Quartum ex verbis luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est, quia de hoc non debent prælati gloriam propriam quærere sed glotiam Dei & ędificationem populi.

Vnde ex premissis patet quod illa authoritas cum uult prelatum insulsum mitti foras & conculcari. i. a prælatione repelli, secundum glos. Nicolai ibi nõ est intelligenda proprie de papa sed de omnibus prælatis. Et licet non excipiatur, papa, tamen oportet vt intelligatur eijciendus ab eo qui habet authoritatem & ex causa ob quam possit eijci. quapropter cum in papa non habeamus alium casum in quo possit deijci a papatu quam casum hæresis, ut in vulgato. c. si papa, si illam authoritatem exponimus de papa, intelligitur quando papa esset hæreticus. Vnde verbum euanuerit ibi in tex. positum, multipliciter sumiẽ & exponitur ab Hugone cardi. nam dictum locum exponens dicit. si sal euanuerit. i. si doctor uel prædicator errauerit aut in tribulatione defecerit, per quem populus infirmus confirmabitur? Item si euanuerit p inanem gloriam. item si euanuerit timore male humiliante vel amore male inflammante. itẽ euanuerit errãdo a veritate vt hæretici. Clarum est autem quod hoc vltimo modo habet dicta authoritas locũ in papa quo ad remotionem eius a prælatura, aliis autem non habet locum in papa, sed in aliquibus posset bene habere locum in alijs prælatis. Item respondetur quod posito quod cõcilium cognoscat de causa papæ, ex hoc non sequitur quod concilium sit maius papa, ut dictum est supra in responsione ad secundum motiuum. potest enim etiam inferior cognoscere de causa superioris, ut patet in cap. cum inferior de maio. & obe. de archidiacono ad episcopum, & in cap. 1. ne sede vacan. in 6. & in cap. si episcopus de supplen. negli. præla. eo. lib. de quo etiam in cap. cum in cunctis. §. clerici sane in glos. fi. de elec. Item de pcuratore fisci, ut in l. proxime ff. de ijs quæ in testa. delen. Ad illud quod dicitur quod non reperiẽ quod in causa fidei dominus dederit maiorem potestatem ecclesiæ quam in alijs causis. respondetur quod etiam non reperitur quod in aliquo casu dederit ecclesiæ potestatem in papã. & de casu hæresis est capit. si papa, qui est tex. Bonifacij martyris. & in casu hæresis assignantur multæ rationes, & præsertim quia illo casu est præcisus ab ecclesia & est inferior quolibet alio christiano. Ad authoritatem Matth. 18. quæcunq; alligaueritis, satis supra dictum est quod illa authoritas loqtur de dimittendis peccatis & non de iurisditione fori contẽ-

251 tiosi exterioris. Ad trigesimumquartum † respondetur quod non concludit, quia hæc stant simul quod sponsa & coniunx sit magis dilecta a viro, & tamen non habeat authoritatem quam habet inferior a uiro deputatus. unde dicit tex. in cap. noua de pœni. & remis. quod licet beara uirgo fuerir maior cæteris apostolis, non tamen ei sed ipsis apostolis datæ sunt claues. Quaproprer formalius respondendo dicitur quod ratio sponsalitatis non arguit superioritatem authoritatis de qua loquimur, quia sponsalitas respicit gratiam gratum facientem, quia sponsa dicitur propter dilectionem, ut inqt Bernar. in homilia. 76. super canti. vbi dicit quod ecclesia dicitur ciuitas propter collectionem, sponsa propter dilectionem, oues propter mãsuetudinem. superioritas autem & excellentia pręeminentię & authoritatis innititur dono gratię gratis datæ. inde est quod ecclesia dicit sponsa Christi in omnibus membris quæ florent amore Christi. Esse igitur sponsam Christi licet arguat fidem per dilectionem operantem, ut Oseæ. 2. sponsabo te mihi in fide, nõ tamen arguit authoritatem iurisditionis aut superioritatem principatus. nec est verum quod papa tantum dicatur paranymphus, quia etiam dicitur sponsus ecclesiæ, ut dicit tex. in c. quoniã de immu. eccle. in 6. allegatur. S. Tho. in trac. contra impug. relig. Item quando dicimus ecclesiam Christi sponsam, intelligitur cũ papa, quia ecclesia quæ est fidelium congregatio, vt in c. ecclesia de consecra. distin. 1. intelligitur cum capite suo quod est papa, ut sępius dictum est. vnde Bernar. super canti. homilia. 68. dicit. quid sponsa nisi congregatio iustorum? Quid ipsa nisi generatio quærentium dominum, quærentium faciẽ sposi? Item dignitas sponsæ ita conuenit personæ papæ si sit in amore Christi, sicut vniuerso gregi qui est in amore Christi. vnde Bernar. 2. sermone de miraculo facto in nuptijs dicit, sponsa Christi nosipsi sumus, & omnes simul vna sponsa, & animę singulorum quasi singulæ sponsæ. Igitur papa qui sicut cæteri est sponsa, est maior alijs, quia est etiam vicarius.

252 Ad trigesimumquintum † respondetur quod illa authoritas apostoli probat contrarium, videlicet quod omnes de necessitate salutis subsunt papæ, quia vult quod omnis anima debet esse subdita sublimioribus potestatibus. sublimior autẽ inter omnes alias potestates est papa, quia est caput vniuersalis ecclesię, ut sæpius dictum est. sequitur ergo quod omnes sunt subditi papæ, & sic etiam concilium subest papę. & hoc dicit extrauagans vnam sanctam. & glos. Nicolai ibi sup uerbum potestatibus, exponendo addit videlicet prælatis in spiritualibus. Ergo illa authoritas non pręsupponit omnes subditos, sed aliquos subditos & aliquos superiores. Vnde dictio omnes refertur ad subditos. cuiusmodi non est papa, quia ipse non habet superiorem. c. licet de elect. Quod autem dicit

quod

quod nec papæ anima est excepta. respondetur quod nõ erat excipiẽda si non erat comprahensa propter supremam eius potestatem. Vnde dicit Ab. in c. omnis de censi. quod nullus in hoc seculo potest esse acephalus sic ut nõ recognoscat superiorem saltem papam. quibus uerbis tacite innuit, quod in illa authoritate papa non comprahenditur. Item secundũ quod dicunt doc. in c. magnum. 11. q. 1. illa authoritas intelligitur respectu soluendi tributi. & illo respectu posset papa aliquo modo dici subditus, ut est tex. iuncta glos. in cap. satagendum. 25. q. 1. Et illud omnis anima exponitur. i. omnis homo obnoxius peccato uel causæ peccati. & sic excludit Christus qui quamuis esset homo non tamen peccatum uel causam peccati in se habuit. Ita dicunt doc. in c. magnum, & in dicto capitulo omnis. Et licet soluerit tributum, illud fecit ut seruaret cõsuetudinem & ne alios scandalizaret, ut dicit tex. in c. iam nunc. 28. q. 1. & gl. in dicto cap. magnum. & Ab. in d. ca. omnis. Et ideo dicitur sublimioribus potestatibus in plurali propter papam & imperatorem qui sunt supremi, ut dicunt doc. maxime Domi. in d. cap. magnum. Ex quo patet quod illa authoritas potius facit pro superioritate papæ ad concilium quam e contra. Ad authoritatem Hiero. responsum est in solutione ad tertium motiuum. Ad illud quod dicitur quod ecclesia uniuersalis non potest errare, responsum est in solutione ad nonum & 32. motiuum.

253 Ad illud † quod Ierosolymitana & antiochena ecclesiæ fuerunt ante Romanam. respondetur quod ex hoc non præferuntur Romanæ sed Romana illis, ut est tex. in c. sacrosancta. 22. dist. imo omnibus alijs, ut in cap. dudum 2. q. 6. in c. quanto. 63. dist. & cap. quamuis. 21. di. cum simil. Ad c. ecce, responsum est in respõsione ad 12. contrarium, & latius dicitur infra in sequenti ad 36.

254 Ad trigesimum sextum † contrarium de c. bene quidem, respondetur quod ibi symmachus non dicit quod non posset vlterius disputare de eo quod per concilium diffiniretur, sed cum ex illa scriptura quæ non erat subscripta & quæ disponebat de electione Romani pontificis cognosci posset de illius ualiditate, iussit illam legi in concilio. non quod concilium haberet iudicare de illius validitate, quia ipsemet papa dicit illã fuisse nullius momenti in qua nullus Romanæ ecclesiæ præsul interfuerat uel subscripserat. Ideo ibi glos. declarando quare papa iusserit illam legi, dicit non esse disputandum de eo de quo statim constare potest. & maxime q̃a basilius postea dixisset electionem Romani pontificis nõ esse sine sui requisitione celebrandam.

255 Ad c. † quod quis, dicit ꝙ papa non requirit ibi subscriptiones patrum eo quod sine illis non esset ualidum uel ut esset maioris authoritatis qđ statuebatur, sed ad maiorem demonstrationem ꝙ conciliariter ordinatũ fuerat, ut facilius homines inducerent ad obseruandũ, vnde uerba tex. dicunt vt deinceps possit tenacius custodiri, & synodali iudicio aditus clauderetur illicitus. qđ enim fit cum consilio plurimorum, rectius statutum creditur. c. prudentiam cum simil. de offic. dele. & dictũ est s. in responsione ad. 16. contrarium.

256 Ad † §. hinc etiam & §. itẽ symmachus. respondetur quod ibi tractabatur causa symmachi papæ cui obiiciebatur hæresis, ut dicit ibi glo. in d. §. hinc ẽt. & idem dicitur ad c. nunc autem. 21. dist. Possent tamen ad propositum adduci plura iura ex quibus appatet seruari debere quod concilia statuerunt, ut in capit. contra & in §. his ita & c. confidimus & ca. omnia statuta. cum alijs multis ibi. 15. q. 1. & c. de quibus. 20. dist. & c. puto in fi. 2. q. 7. In quibus iuribus papa ita loquitur ex humilitate seu modestia, ut dicit Archi. in c. satagendum. 25. q. 1. aut alia ex causa. Vnde tex. in c. dudum in fi. 3. q. 6. dicit quod legũtur plures episcopi damnati inconsulto Romano pontifice, & alij in eorum locum surrogati, quod pro bono pacis & ex dispensatione tolerasse legitur ecclesia. ad idem tex. in d. c. satagendnm. 25. q. 1. Item aliqua iura loquntur de concilijs in quibus interfuerunt põtifices, propter quod omnia eis ascribuntur principaliter & non cõcilijs. capitulo in nomine Domini. 23. distinctione & alias supra dictum est. Et per hęc responderi potest ad multorum iuriũ contraria, adaptando eis præmissas responsiones.

257 Ad tex. † in cap. concilia. 17. distinctione respondetur quod probat contrarium, quia vult ꝙ cõcilia generalia sunt nulla sine authoritate papę congregata. Item etiam negatur quod papa habuerit a concilijs authoritatem, vt dictum est in propria quæstione. imo contrarium est ueritas, ut probat text. in c. q̃nis. 21. dist. & cap. significasti de elec. Ad cap. vrbes & cap. pruinciæ & capitulũ nulli. respondetur quod illud apostoli fecerunt ex potestate eis data a Petro uel Petro ita ordinante, & hoc probat tex. in c. in illis, quod immediate sequitur c. vrbes. 80. dist. & 66. dist. porro. nec dicta iura probant maioritatem ecclesiæ ad papam. Idem etiam respondetur ad d. capit. quilibet & capitulũ decretis, in quibus patet episcopos ordinatos ab apostolis. quia intelligitur Petro præsidente & cõmittente, cum ipse etiam esset vnus de apostolis, & caput ipsorum, vt in cap. in nouo. 21. di. Et bene probat text. in d. c. quilibet, qui dicit episcopos apostolorum dispositione ordinante domino constitutos, quia a Christo institutum fuerat ut hoc ita fieret. præsidente igitur & committẽte Petro fuit executioni demandata voluntas Dei. Ad tex. in cap. requiritis, respondetur quod cum papa dicit se non posse tollere decreta a concitijs & pęnas contra simoniacos statutas, intelligit illas penitus abrogando & si disponere voluisset licitum esse committere simoniam, non enim potest papa statuere nec facere qđ illud qđ est illicitũ iure diuino sit licitum, ut in c. sunt quidam. 25. q. 1. Immo talia statuta tenetur defendere vsque ad animam & sanguinem, vt ibi dicitur, quia huiusmodi statuta non tam sunt conciliaria quam diuina & demonstratiua iuris diuini, contra quod penitus tollendo papa non dispensat, ut in capit. a nobis ibi glo. & doc. de deci. & c. literas. de resti. spolia. & c. cum ad monasterium de statu regu. Vel in casu quo esset prohibitio iuris positiui vel contra normam recteviuendi, potest intelligi papam non posse illis contraire de honestate, quia id dicimur posse quod honeste possumus, de vsu & habi. l. non aliter. ff. de cond. insti. l. filius. Et hoc demonstrat. §. qui sequitur. incontinenti post, uidelicet nisi rigor disciplinę quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiæ, & sic dispensando circa rigorem pœnarum a concilijs indictarum. Et sic ostendit ille. §. quod papa dispẽsat contra statuta conciliorum, & sic probat quod papa sit maior concilio.

258 Ad cap. primæ † sedis. 99. dist. respondetur ꝙ ex hoc quod concilium statuit papam non appellari summum sacerdotem siue principem sacerdotum, non sequitur quod concilium sit maius papa, quia illud statutum est ad honorem papę & non contra papam, quia cum papa sit summus pontifex, ut in clem. si summus. de sentent. excommun. & in cap. decretis. 21. dist. non conuenit vt dicatur summus sacerdos siue princeps sacerdotum, quod minus importat. Cum enim archiepiscopus appelletur summus siue princeps episcoporum, ut patet ex etymologia vocabuli. capit. cleros. 21. dist. qui est minor papa, quanto magis dicendum de papa quod reipsa appellari debet summus pontifex. Qui etiam aliquando appellatur archiepiscopus urbis Romæ, ut in epistola inter claras in prima constitutione. C. & in capit. statuimus. 4. dist. in suprascript. & 5. q. 4. in suprascrip. Et aliquando appellatur patriarcha. 22. dist. capit. fin. aliquando. Romanus pontifex, ut in capit. fundamenta. de elect. in 6. & in cap. 1. de constit. in 6. & ibi per archi. de multis nominibus quibus appellatur papa. Et in multis canonibus & iuribus sępe papa appellatur princeps sacerdotum & summus sacerdos secundũ Hugo. & refert. ibi cardinal. Sancti Sixti Et hæc solutio esset bona si per episcopum primæ sedis intelligeremus papam, sed dico quod ibi nomine episcopi primæ sedis intelligitur patriarcha. Et quod ita intelligendus sit ille tex. uerba quę sequuntur demonstrant, subiungitur enim vniuersalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur, hoc autem nõ cõueniẽter dicitur de papa, quia ipse appellatur Romanus pontifex. Quod ostẽdit dictio etiam. quæ implicat idem in diuerso, ut in l. etiam. C. qui pro tuto. nego gessit. & in l. etiam. C. de fur. clem. dispendiosam in fi. de iudic. cap. cum illis. §. Illis de præben. in 6. cum simil. Et istum esse verum intellectum demonstrat text. in cap. cleros. 21. dist. cum de papa dicit, põtifex princeps sacerdotũ est, uel dicitur esse quasi via sequentium, siue ut dicit archi. in d. c. 1. de cõst. quasi pontem faciẽs. Et subdit text. ipse enim summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur. Ecce quod non potest dici quod text. d. capit. primæ sedis loquatur de papa, quia papa recte appellatur summus sacerdos & summus pontifex respectu aliorum, nam & episcopus po test appellari summus sacerdos & pontifex maximus respectu aliorum sacerdotum, & ita intelligitur capitulum cleros. 21. distinctio. secundum Abbatem in capitulo in causis in princ. de re iudic. Et quod ille tex. loquatur de patriarcha, ponit Cardinalis de Turrecrem. in secundo libro de eccles. capit. 16. & in dicto capitulo primæ sedis. ubi dicit quod illud statutum illius concilij non potest extendi ad hoc ut habeat locum in Romano pontifice. tum quia illud concilium Aphricanum fuit particulare nec potuit disponere de Romano pontifice. tum quia in iure papa sæpe appellatur princeps sacerdotium & summus sacerdos. allegat. glo. & Hugo. ibi. & hunc sensum ostendit glos. interli. ibi super verbũ primę sedis, quæ supplet id est patriarchalis, de Romano enim episcopo nihil dicitur. ecce quod glos. declarat illum text.

Et si dicatur quod nec papa debet appellari uniuersalis, vt in capit. ecce. ead. 99. dist. & sic non potest dici quod uerba quæ sequuntur in fine illius. capit. primæ sedis, magis loquãtur de patriarcha quam de papa. Respondetur quod p hoc nõ ostenditur ꝙ dictum capitulum primæ sedis loquatur in papa, immo cõtrarium apparet ex diuersitate dicti. §. vniuersalis. Quinimmo etiam papa appellatur Romanæ & vniuersalis ecclesiæ pontifex, vt de hoc est text. in capitulo in nomine domini vigesimatertia distinctione, ibi obeũte Romanæ & vniuersalis ecclesiæ pontifice, facit gl. in capitulo fœlicis de pœnis in sexto. Et multi Romani pontifices appellati sunt vniuersales. Vnde Leoni in concilio Calcedonen. acclamatum est viuat Leo Sãctissimus icumenicus, idest vniuersalis patriarcha, & multi alii pontifices se vocarunt sub nomine vniuersalitatis, vt Sixtus, Sanctus Victor, Sãctus Eleutherius. de quibus meminit Cardinalis Sancti Sixti in capitulo nullus. 99. distinctione. & ad capitulum ecce est alias supra respõsum quod ita ex humilitate scripsit Gregorius, qui ex humanitate etiam quando loquebatur de alijs, loquebatur in plurali & de se in singulari, vt dicitur in capit. nihil. de præscript. cum tamen aliter conuenerint facere Romani pontifices, vt in cap. quam graui. de cri. fal. Sed adhuc obstat quod dicit Ioann. de fan. in dicto capitulo primæ sedis. vbi in vers. vniuersalis autẽ, dicit. hæc est tertia pars distinctionis, in qua dicitur quod papa nõ debet vocari vniuersalis. ex quo sequitur quod ille versiculus vniuersalis autem, tantum loquitur de papa, vt sic sit sensus. primæ sedis episcopus id est patriarcha, qui alias vocatur princeps patrum, ut in capitu. cleros. 21. distinctione, non appelletur princeps sacerdotum nec summus sacerdos, nec Romanus pontifex appelletur vniuersalis, vt sic principium capituli loquatur. de patriarcha, & uersic. vniuersalis autem de papa. ex quo sequitur quod ille sensus de quo supra dixi, quod tam dictus versiculus quam principium tex. loquitur de patriarcha, licet sit verus inquantum sonat quod patriarcha non appelletur nec princeps sacerdotum nec summus sacerdos nec vniuersalis nec Romanus pontifex, sicut nullo ex dictis modis debet appellari, tamen non erit verus inquantum sonat quod totum capitulum loquitur tantum de patriarcha, quia non solum loquitur de patriarcha sed etiam de papa, quia prima pars loqtur de patriarcha, & versicu. vniuersalis autem, loquitur de papa secundum Ioannem de Fan. ibi. Doctores nihil scribunt sup illum text. Quid dicendum? Dico saluo meliori iudicio ꝙ tam prima pars capituli quam versiculus frequens loquitur de patriarcha, item quod versiculus ipse non tantum de patriarcha loquirur sed etiam de papa. & intellectus verus est quod primæ sedis episcopus id est patriarcha nec princeps sacerdotũ nec summus sacerdos appelletur nec vniuersalis. q̃a nec Romanus põtifex debet appellari uniuersalis, & hoc est quod dicit versiculũ vniuersalis autem nec Romanus põtifex appelletur, quasi dicat non solum patriarcha nõ debet appellari vniuersalis sed nec Romanus pontifex. Ex quo intellectu sequuntur plura. primum quod bene adducitur pro contrario tex. cap. primæ sedis, quia est text. concilii Aphricani, & tamen disponit & statuit de papa quod non appelletur vniuersalis. & sic videtur quod concilium sit maius papa. Secundum quod sequitur, est quod intellectus datus ad capitulum ecce, eadem distinctione, uidelicet quod Gregorius sic locutus est ex humilitate, non est verus. sed ideo ita locutus est & prohibuit ne vocaretur vniuersalis quia in rei veritate hoc videbatur prohibitum per concilium, & inconueniens secundum rationem quam ipse ibi assignat, quia vobis subtrahitur quod alteri plusquam ratio exigit prębetur. & subiungit si enim vniuersalem papam me uestra sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fatetur uniuersum, ubi glo. dicit, negat, se hoc esse, id est esse, de uniuersitate, cum tamen Romana ecclesia non sit uniuersalis licet sit de uniuersitate. & sic ideo Gregorius inhibuit ne uocaretur uniuersalis, quia ex hoc sequebatur quod alii nõ essent patriarchę, archiepĩ uel epĩ, nã ex hoc quod dicebatur uniuersalis, uidebatur quod alii nihil essent, quia ex dictis uerbis Gregorius designabatur esse quod illi erant, & ideo hoc prohibuit Gregorius. Tertium quod sequitur est quod fortiter obsta text. in dicto capitulo in nomine Domini uigesimatertia distinctione, ubi papa appellatur Romanæ, & uniuersalis ecclesię pontifex.

Non reperio quod doctores aliquid dicant. posset tamen probabiliter dici & primo ad contrarium. ꝙ posito ꝙ synodus Aphricana statuerit ne papa appelletur vniuersalis, propterea non disponit ne papa sit uniuersalis ecclesię põtifex, nec per hoc disponit contra papam, quia papa qui tenetur imitari in humilitate Christum & seruare pręcepta eius, non uult sibi assumere nomen dominationis, iuxta illud Lucæ uigesimosecundo, qui maior est in uobis fiat sicut minister, ubi Ambro. dicit, una datur omnibus forma sententiæ ut non de prælatione iactantia sit, sed de humilitate cõtentio. Et gl. Nicolai ibi gicit quod ille est aptior aliis ad pręsidendum loco Christi qui verę est humilior. per contrarium ad terrenam dominationem. Et hinc est quod Romani pontifices non appellãtur aliquo vocabulo dominationis sed scribuntur serui seruorum Dei, vt patet in suprascrip. ad procemium decretalium sexti & clementinarum. Item datur etiam alia solutio ad contrariũ, quod si ille. §. est eiusdem conci. illud quod fuit statutum in concilio Aphricano fuit factum præsidente papa vel alio eius nomine. & sic non tam fuit constitutio a cõcilio edita quam a papa, vt dictum est in quęstione sub cuius nomine debeat conscribi constitutio cõciliaris. Imo ex quo illud concilium fuit particulare & locale, non potuit aliq̃d disponere vniuersaliter & maxime respectu papę. & ideo nõ potuit statuere quod papa non appellet vniuersalis. Et quod fuerit particulare concilium, dicit ibi cardi. sancti Sixti in dicto cap. primæ sedis, & dixi supra. Ad secundum respondetur quod solutio data per Doctores ad capitulum ecce, est vera, quia Gregorius erat uere humilis, vt ubique dicũt doctoras & maxime in dicto capitulo nihil & in dicto capitulo ecce. Et ostendit tex. in cap. si quis super his secunda quæstione septima. ubi licet loquatur in principio in plurali, postea vtitur uerbo mecum in singulari. & ibi ostenditur humilitas eius, quia licet non teneretur, obtulit se ad seipsum purgandum de ijs quæ ei objiciebantur. Potuit etiam ex humanitate respondere quod nolebat vocari vniuersalis, non quia nõ esset vniuersitatis caput sed quia non conueniebat appellari vniuersalis, sicut nec Romana ecclesia dicitur vniuersalis, cum sit vna de vniuersis. propter quod dicit Hieronymus ꝙ orbis maior est vrbe in cap. legimus octogesimatertia distinctione. Vnde Sanctus Thomas in tractatu contra impugnãtes religionem. ad capitulum nullus & capitulum ecce, dicit. quod autem papa vniuersalem pontificem se prohibet nominari, non est quia non habeat authoritatem immediatam & plenam in qualibet ecclesia, sed quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ ut proprius & specialis illius ecclesiæ rector, quia sic cessarent omnium aliorum pontificũ potestates, & hoc capitulum inductum nullus pro ratione inducit. Ita dicit sanctus Thomas in dicto tractatu in capitulo quarto. circa medium. Et ad propositum facit quod dicit calde. in uerbo mortuo pręlato in repertorio suo, cum disputat penes quem mortuo prælato remanet possessio bonorũ ecclesiæ. dicit enim quod ecclesia vniuersalis id est collectio fidelium uel Christus uel ecclesia Romana tanquam aliarũ dux & caput possidet, quia sicut gallina sub alis congregat pullos suos l. prima. ff. de in integrum restitu. mino. sic ecclesia Romana sub alis suis omnes alias ecclesias cõtinet. & sic possessio erit penes ecclesiã Romanam quæ est caput & mẽbra simul.

259 Ad tertium contrarium † de cap. in nomine Domini. potest responderi quod papa est Romanę & vniuersalis ecclesiæ pontifex, vt dicit tex. ibi in d. cap. in nomine Domini, sed quod non vult intitulari neque vocari vniuersalis põtifex ad vitandum ambitionem, & ne videatur velle alijs adimere nomen pontificatus, quod conuenit etiam episcopis archiepiscopis & patriarchis, ut in cap. pontifices 12. quęstione. 2. & c. licet. 8. quæst. 1. c. si quis 36. dist. c. ubi periculum. §. super his de elec. in 6. 7. q. 1. cap. pontifices cum simil. Posset etiam dari alia solutio, uidelicet quod papa bene appellatur vniuersalis ecclesię pontifex, & sic loquitur. c. in nomine Domini, sed non debet appellari vniuersalis pontifex, & sic loquitur. c. primæ sedis. Et licet huic solutioni repugnet ratio. c. ecce, dicendum est sicut dicunt communiter doc. quod ibi Grego. loquitur ex humilitate, & ex humilitate assignat illã rationem. Et saltem ista solutio est vera referendo ad factũ, propter infideles quorum papa non est papa, & ideo non dicitur papa vniuersalis saltem de facto, quia nihil ad nos de ijs qui foris sunt, secundum apostolum, vt in cap. gaudemus de diuor. Sed referendo ad ius, ista vltima solutio non videtur vera, q̃a papa hodie est monarcha totius orbis & habet vtrũque gladium, prout dicitur in cap. nouit, maxime per Ioan. de ligna. de iudi. ponit deci. 200. in nouis in titu. qui filij sint legi. & est extrauagans vnam sanctam. & dico infra in fine. Ipse. n. est summus princeps & omnes sunt ei subiecti, ut dicit Abb. in capitulo nouit in 4. colum. de iudi. allegat glos. in cle. ad nostrum de hæreticis. & dicta in cap. causam quæ, el secundo qui filij sint legi. & Innoc. in capit. licet ex suscepto de fo. compe. & Hostien. in summa qui filij sint legi. in §. qualiter. & eundem in cap. per venerabilem eo. tit. Item papa habet iurisditionem circa infideles, ut in c. quod super ijs de uoto, & in c. post miserabilem de vsu. & vtrobique doc. Item papa dicitur episcopus totius orbis, vt dicit glos. fi. in ca. fœlicis de pœnis in 6. Et est primus & maximus omnium episcoporum, in totam ecclesiam Christi vniuersalem prælationẽ habens, vt ponit. S. Tho. in trac. contra errores græcorum c. 65. & 66. cui etiam patriarchæ & omnes subesse debent de necessitate salutis, ut dicit idem sanctus ibidem capit. 71. Et sic uidetur quod non solum dicatur pontifex uniuersalis ec-

cle-

clesiæ sed etiam simpliciter pōtifex vniuersalis, & quod Grego. noluit sic appellari ex humilitate, vt dictum est. Sed tunc obstat. c. primæ sedis, versi. vlis aūt, vbi inhibetur ne Rmanus pontifex apellatur pontifex vlis, & sic non solum ex humilitate. Gregor. recusauit illud nomen. Ad quod dicēdum est quod si ille. §. vniuersalis est etiam cōcilij Aphricani, vel illud concilium fuit tentum præsidente papa vel eius authoritate vel ab eo confirmatum, vt dictum est, alioquin nō fuisset validum concilium, vt 17. distinctione per totum, uel nō valuisset contra papam. Vel dicendum est, ut dicit Cardina. Sancti Sixti in capitulo nullus, quod non ideo non debet dici vniuersalis quia non sit pastor, & rector uniuersalis ecclesię aut quia nō habeat iurisditionem super omnes, sed quia papa non præficitur super omnes ecclesias immediate singulariter & particulariter tanquam cuiuslibet particularis ecclesiæ proprius & specialis rector, & allegat Sanctum Thomam in tract. contra impugnantes religionem, quem supra retuli quia si sic esset, nihil relinqueretur cæteris, ut ipse dicit in dicto capitulo ecce. Sed ad hoc posset responderi quod etiam si papa appelletur vniuersalis, non ideo sequitur eum esse immediate pastorem, prælatum, vel rectorem singularium ecclesiarum, quia quis intelligitur vniuersalis rector quo ad administrationem in genere, sicut in simili imperator dicitur dominus mundi, vt in l. deprecatio. C. ad leg. Rho. de Iac. & tamen non est dominus singularium rerum & bonorum, ut in l. Lucius. ff. de euic. & in l. item si verberatum. ff. de rei vendic. sed dicitur dominus vniuersi quo ad administrationem, vt dicitur in capitulo imperium 10. distinctione. Vel dicendum est quod papa consensit vt in dicto concilio sic statueretur ad euitandam inuidiam & ambitionem, & rationib. positis in sequenti capitulo nullus, & in dicto capitulo ecce. 99. distinctione, & ad imitandum saluatorem in dicto capitulo 22. Luc. & Matthæi. 23. Ex hoc autem non sequitur quod id quod dixit Grego. in dicto capitulo ecce non fuerit ex humilitate dictum, quia cum ipse non teneretur stare illi concilio & ordinationi, quia potuisset tollere statuta concilii, ut in capitulo cuncta per mundum. 9. q. 3. & dictum est in propria quæstione, etiam si fuisset confirmata per papam, quia par in parem. &c. cap. innotuit. de elec. bene dicunt doctores quod sic scripsit Eulogio patriarchæ ex humilitate, & bene ostendunt uerba illius canonis quod ita ex humilitate loquebatur. Et quod papa dicatur uniuersalis pontifex, uide quod late dico supra in responsione ad duodecimum contrarium, & infra in responsione ad 60. contrarium. Ratio autem sic loquendi potuit etiam esse, quia multi patriarchæ & archispiscopi ambiebant nomen uniuersitatis, quod Gregorius uolens tollere, dixit non conuenire ut uocaretur uniuersalis papa, quod clare patet in 4. lib. regist. eius. capit. 76. 77. 78. & 80. siue 32. & aliis sequentibus, & ideo nec hodie papa appellatur uniuersalis, non quod in rei veritate non sit, uide supra in responsione ad 12. contrarium. Et quod dicatur papa uniuersalis, ponit Gregor. 7. in 2. libro registri in dictatu suo. & pono supra in quæstione an quando papa iurauit & uouit seruare capitula in conclaui, possit se absoluere. Item quod papa ueraciter dicatur etiam patriarcha uniuersalis, patet ex cōcilio Calced. ubi acclamatū est Leoni Leo sanctissimus, & icumenicus, id est uniuersalis, patriarcha uiuat, & multi pontifices se uocarunt sub nomine uniuersalitatis, ut beatus Sixtus, sanctus Victor, sanctus Eleutherius, ut refert cardinalis de Turrecremata in capitulo nullus 99. distin. ut supra dictum, & clarius ponit in secundo libro de ecclesia capitulo 16. ut ipse dicit in dicto capitu. nullus. Ad illud d. c. quamuis. 21. distinctione quod uniuersa ecclesia includendo Romanam est unus Christi Thalamus, & sic Romana tanquam contenta in ista uniuersitate debet dici minor. Respondetur uerum esse quod ecclesia Romana continetur in hoc corpore mystico uniuersalis ecclesiæ, sed tamquam caput & prælata cæteris, ut dicit ibi text. & in capitulo sacrosancta. uigesimasecunda distinctio. Item ista uniuersitas perficitur cum Romana ecclesia, sine qua non diceretur unus Christi thalamus, ut in capitulo loquitur 24. quęst. 1. Sic ergo quia contenta in ista uniuersitate non est minor sed maior & caput. Facit quod dicitur de episcopo cum capitu. de iis quæ fiunt a præla. sine consensu capituli per totum, quia episcopus maior est capitulo, quia caput, ut in capitulo nouit. eod. tit. & iurisdictionem habet in capitulares, vt in c. irrefragabili. de offic. ordin. cum simil.

Ad capitulum puto, respondetur, quod non potest intelligi de papa, quia dicit, unius episcopi authoritati uel unius prouinciæ concilio præferendū est quod per uniuersalem ecclesiam stat. est, si ergo loquitur de statuto uniuersalis ecclesiæ, loquitur de statuto facto cum authoritate papę, quia si factū esset sine papa & sine eius authoritate, non valeret, vt decimaseptima distinctione per totum. Et hoc ostendunt verba, vnius episcopi authoritati vel vnius prouinciæ concilio, qđ est dicere vnius uel plurium episcoporum authoritati. & nō loquitur de capite. Posset dari alia solutio, si loqui volumus de papa, quod Paulus reprehendit Petrum in concernentib. fidem, in quibus conceditur præferri statutum vniuersalis ecclesiæ sententiæ siue iudicio papæ. Item potest dari alia solutio, quod quando dicitur statutum vniuersalis ecclesiæ dicitur virtualiter statutum cum presentia papę. Et tunc nō tam est statutum ecclesiæ quam papæ cum ecclesia, quia de consilio concilij, vt in capitulo ad apostolicæ de re iudi. in 6.

260 Item ad capitulum † quamuis. 3. quæstione. 6. respondetur ꝙ licet ante ab apostolis ita fuerit institutum, illud fuit cū Petro qui erat caput apostolorum, vt in c. in nouo. 21. distinctione cum simil. Item non sequitur aliquid est institutum in concilio in fauorem Romanæ sedis, ergo concilium est maius, quia authoritas papæ non est principaliter a conciliis, ut dictum est in quæstione vtrum authoritas papæ habeatur a cōcilijs, sed a Deo, ut in c. nouit de iudi. cum similibus. Item qđ fuit institutum ab apostolis vt episcopi non nisi a sede apostolica iudicarentur, postea per infinita iura fuit confirmatū a pontificibus, vt in pluribus capitulis sequentibus dictum capitulum quanuis, & in alijs multis secunda quæstione. 4. & 6. & 7. omnia autem nostra facimus quibus authoritatem impartimur, vt cap. si apostolicæ sedis de præbē. in 6. l. prima. C. de veteri iure enucle. Et sic per præmissa respondetur ad capitulum dudū. 3. quæstione. 6. Ad capitulum quisquis, dic quod modicum facit nisi contra illud quod dicitur in præallegato capitulo dudum, quia ibi concilium videtur voluisse episcopum damnari per inferiores a papa, cuius contrarium dicitur in capitulo dudum. Sed ad illud respondetur quod licet episcopi possint accusari coram primatibus & concilio prouinciali, vt in dicto capitulo quisquis, seruato prius ordine de quo in cap. accusatio & capitulo si quis. 2. quæstione. 7. tamen per inferriorem a papa non potest damnari, ut uide tex. & ibi doc. in cap. acccusatus. 3. quæstione sexta, quia hoc tāquam de maioribus causis est reseruatum sedi apostolicæ, ut in capitulo primo & in capitulo inter corporalia de translatione prælato. & cap. quod translationem ibi glos. & doc. de offic. lega. Sed obstat tex. in cap. lator. 2. q. 7. ibi episcopali sententia depositus est. Verum supplendum est authoritate

261 papali lata secundum Do. ibi. Ad c. si quis † el. 3. 2. q. 7. dicendum est quod male infertur ex illis verbis quod concilium aut sedes apostolica cuius papa est caput sit maior papa. Nec Gregorius ibi appellat iudicem sedem apostolicam, sed dicit ante confessionem beati Petri mecum iuste decertet. Et glos. ibi verbum confessionem exponit. i. scripturam. & doc. ibi, Archi. Ioan. de Fan. & Domi. ad expositionem gl. addūt, quę est sub altari, & est vulgare secundum Lau. Ex quo apparet quod non loquitur de iudicio contentioso sed potius purgationis. Item Doc. prædicti, s. Archi. & Ioan. de Fan. Domi. Cardi. Alex. & Cardi. de Turræcre. post Hugonem, dicunt ꝙ ignoramus de quo argueretur Gregorius. Et si quidem fuisset de hæresi siue causa fidei, bene potuisset tractari apud sedem apostolicā, sed si non fuit causa fidei, Gregorius loquutus est ex humilitate more suo, ut in capit. ecce. 99. dist. quia pro alia causa non poterat ab alio redargui. Facit quod dicit tex. in capitulo mandastis de sixto, & in c. auditum de Leone 2. q. 4. Vbi dicitur quod licet se purgauerint de obiectis criminibus, non tamen ad hoc astringebantur. Et ideo text. ibi in dicto capit. auditum dicit. hoc autem faciens non legem præscribo alijs qua idem facere cogantur. quasi, ut dicit ibi in versi. præcedenti Gratianus, modum & non necessitatem purgandi canones accusato imponant. Ad. c. manet & cap. memor, respondetur quod non contrariantur, quia licet papa dicat quod quando infestatur vniuersalis ecclesia, ipse habet impendere omnes suos conatus pro ecclesia, nō per hoc probatur quod ecclesia sit maior. Item illi tex. loquuntur in causis fidei, in quibus papa non debet contra dicere, vt in ca-

262 pitulo sicut. 15. dis. Ad glos. † in capitulo proposuit & in cap. literas & in cap. cum ad monasterium, & ad c. sunt quidam & c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. respondetur quod illa iura potius ostendunt quod papa sit maior, quia præterquam in ijs quæ concernunt articulos fidei & vniuersalem statum ecclesiæ, & hoc intelligendo quando decoloraretur status vniuersalis ecclesiæ, papa dispensat ex causa etiam contra apostolum & cum bigamo & criminosis, ut in ca. lector. 34. dist. Et contra euangelium in ijs quæ sunt consilij & quæ parabolice dicta sunt, & in decimis & in voto & in sacramentis, vt dicit Archi. in d. c. quæ ad perpetuam. & d. capit. sunt quidam, & in capit. lector. 34. dist. De quo dicendum est vt lata disputant doc. in præallegatis locis, maxime moderni in d. capitulo proposuit. ex quo ostenditur quod papæ authoritas est supra concilium. Contra quatuor autem concilia non dispensat,

sat, quia in his velut in quadrato lapide sanctę fidei structura consurgit, ut in dicto capitulo sicut sancti. 15. distin. Ideo autem non dispensat contra vniuersalem statum ecclesiæ quando is decoloratur, quia hoc esset deprimere & annullare statum ecclesiæ, ut exponit Archid. in capitulo etsi illa. prima quæst. septima. Alioquin etiam contra vniuersalem statum ecclesię dispensat, ut in cap. non debet. de consan. & affi. dicit Archi. in d. cap. sunt quidam, & Abbas in d. capi. proposuit. papa enim est maior apostolo in administratione, vt vide doc. in d. cap. lector. 24. dist. Ideo autem, ut tactum est, papa non dispensat contra articulos fidei nec vbi deprimitur status ecclesiæ, quia tunc non tam esset dispēsatio quam dissipatio, & ecclesiam destruendo, virtualiter faceret cōtra articulum fidei & unam sanctam catholicam ecclesiam. data enim est potestas ad construendum & non ad destruendū 2. ad. Corin. 10. & 13. Et licet in aliquibus casibus papa nō dispenset, nec concilium etiam in illis potest dispensare, ergo ex hoc non potest argui quod concilium sit maius. Ad capit

263 † scit sancta, & cap. illud, & cap. ridiculum 12. dist. respondetur quod potius faciut pro papa, quia dicunt quod consuetudines locorum non sunt infringendæ, si non officiant fidei nec illis canonica obsistat authoritas. Et quo ad c. ridiculum ibi Igmarus episcopus quæsieat a papa vtrum consuetudines antiquitus a patribus traditę possint infringi. & respondetur quod non. & sic non est contra. Et tamen ex causa possunt etiam consuetudines non seruari sed limitari, in cap. exigūt

264 prima quęst. septima dicit domi. in d. cap. ridiculum. Ad trigesimum septimum † de dictamine Rationis naturalis, dicendum est quod est replicare idem per idem, quia rationib. ibidem adductis est supra responsum. licet enim in ecclesia sint sancti uiri, tamen potestas administrandi & iurisditionis data dignitati pontificali non respicit sanctitatem sed superioritatem, in qua non attenditur sanctitas. 8. quæst. prima. capitulo audacter. Multæ etiam rationes naturales & vrgētiores sunt in contrarium quod papa sit maior concilio generali, maxime quia regimen monarchicum melius est aristocratico, ut dicit Arist. 12. Metaphi. Ad alias rationes secundum occurrentiam contrariorum responsum est. Ad illud quod qui allegat potestatem & iurisditionem debet illam ostendere. respondetur quod non potest melius ostendi quam ex notorietate euangelicæ authoritatis qua dictum est Petro pasce. oues meas Ioan. vltim. & capitulo solitę. de maior. & obed.

265 cum similib. Ad trigesimum octauum † de authoritate Ioan 20. sicut misit me pater &c. respondetur quod declaratum est in artic. de clauibus datis Petro & Apostolis quod illa authoritas loquitur de dimittendis peccatis & non de potestate iurisditionali contentiosa & administrandi. Item tunc ēt inter apostolos erat Petrus, & data fuit potestas dimittendi & retinendi peccata singulariter omnibus apostolis, ut patet Mar. vltim. ibi, illi vero profecti predicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentib. signis. Ex quo apparet quod ex dicta authoriate nō sequitur quod data fuerit maior potestas ecclesię siue apostolis quā Petro, quia si intelligitur data vniuersis in concreto simul, ex quo cum illis erat Petrus, sine Petro nihil receperunt, si autem intelligitur data singulariter non inlelligitur data maior singulis aliis quā Petro. Et vt dictum est in quintodecimo motiuo pro papa, apostolis per authoritatem Matth. 18. quæcunque alligaueritis &c. fuit solum facta promissio potestatis fori interioris de dimittendis peccatis, quæ fuit confirmata Ioan. 20. igitur & confirmatio intelligitur de dimittēdis pec-

266 catis, ut de confir. uti. per totum. Ad trigesimum nonum † dicendum est quod capitulū ex gestis & capitulū scelus. loquūtur de concilio cum papa. immo principalius de papa quam de cōcilio, quia in papa actus fundatur, vt patet ex dictis ibi. Eodem modo dicitur ad capit. in nomine domini. & cap. ex multis. & capit. virgines, & capit. visis. quod aut statuta sunt præsidente papa vel alio eius nomine, aut eius authoritate vel ab eo confirmata. Ad cap. quisquis. quarta quæstio. quinta. & ad alia iura responsum est plene in responsione ad trigemū sextū. contrarium, maxime circa fin. Et per solutiones datas ad iura ibi, etiam respondetur ad iura allegata in sequē ti. 40. contrario, scilicet ad capitulum nolite, ad capitulū requiritis, ad capitulū priuilegia, ad capitulū contra, & capitulū sicut, & ad capitulū confidimus, quia non sequitur ex illis iuribus quod concilium sit maius frequenter enim reuelatur minori quod ignorat maior, & sæpe illius vnius minoris melius est iudicium quam maioris seu plurium, ut in capitulo esto subiectus. nonagesimaquinta distinctione. si igitur papa bene instituta a conciliis, rite authoritate sedis apostolicæ cælebratis, sequitur & Innouat, uel confirmat, vel exequitur tanquam conformia fidei, non ex hoc potest dici minor con-

267 cilio. Ad capitulū confidimus † respondetur quod text. probat potius contrarium, quod immo papa sit maior, cum in fine dicit. quæ & vnamquanque synodum sua authoritate confirmauit & continuata moderatione custodit; quia probat quod papa confirmat, moderatur, & mandat seruari statuta conciliaria. Et quod dicit oportere primam sedem seruare quod uniuersalis ecclesię probauit assensus, ibi verbū oportere importat honestatem & non necessitatem, ut dicūt ibi glo. & doc. Ad Quadragesimum primum † quod apostoli

268 dicuntur fundamentum ecclesię, respondetur quod Petrus erat basis istius fundamenti qa erat caput ipsorum, vt in c. in nouo. 21. distinc. & capitulo Rogamus. 24. quæstione prima cum simil. vnde sine Petro non erat integrum fundamētum. Et hinc Petrus appellatus est petra id est fundamentum ecclesię. ut in capitulo fidelior. 51. distinctione. Ipse enim tanquam saxum immobile totius corporis Christiani compagē molemque continet, vt dicit ibi text. De quo vide quod dixi supra in artic. quando datus fuerit pontifica. Petro, ubi ponitur quomodo dicatur fundamentum ecclesię. Ad authorita Matth. 18. & vltim. Ioan. vltim. satis dictum est in artic. quomodo claues & quę, sint datæ Petro, quia loquūtur de dimittendis peccatis, & quo ad ea quę sunt ordinis & non quo ad ea quę superioritatis & administrationis.

269 Ad illud apostoli † ad Gala. secundo. respōdetur quod ibi apostolus non nominauit Iacobum prius quam Petrum eo quod Iacobus esset maior aut ęqualis Petro in authoritate, quia contrariū ostendit tex. in allegato. cap. in nouo. vigesimaprima distinctione, & capitulo sacrosancta vigesimasecunda distinctione sed ideo vt dicit ibi sanctus Thom. in dicta epistola ad Gala. quia tunc Iacobus suscipiebat alios, eo quod erat episcopus Ierosolymorum vbi hęc acta sunt. Item ex eo quod Iacobus prius nominatur non sequitur de necessitate quod fuerit maior, quia nominare aliquem prius uel posterius est actus uoluntatis. & ideo non est sumendum argumentum ex prioritate scripturę. l. secunda. § prius ibi docto. ff. de uulga. & pupil. capitulo. mandato. §. si uero, cum similibus, de præbend. Item primum fundamentum ecclesiæ post Christum est Petrus, vt in dicto capitulo fidelior, & dico in loco supra allegato. cæteri autem apostoli cum Petro, sunt secundum fundamentum post Christum, ut ad Ephesios secundo, & Apoca. 21. & dixi in loco præall. Ad quadragesimum secundum

270 † dicendum est ꝙ ex hoc ꝙ semel per papam determinatū iterum in concilio cum papa cōfirmatur, uel determinatur, non sequitur ꝙ concil. sit maius papa. tū quia papa est caput concilij & ei ascribitur confirmatio. tum quia sępius bene innouata placebūt, vt in capitulo secundo iuncta gl. de treu. & pa. vbi enim per primum actum nō est satisfactum menti disponentis, actus iterari potest. l. fideicommissa. §. si quis. 10. ibi Bal. ff. de lega. 3. Iteratio autem examinis per noua concilia in casibus allegatis in contrario, oriebatur ex noua siue iterata hæreticorum fidei impugnatione. & ideo noua conciliari damnatione opus erat, ut patet in gestis Calcedonen. & Constantinopolitani concilij. Item etiam in dictis concilijs tractabatur causa fidei, ideo non mirum si causæ examinabantur in concilijs, quo casu præferri potest sententia cōcilij sententiæ papæ, ut dictum est in propria. q. Vnde per prædicta non probatur quod concilium sit maius, si in vtroque actu interuenit authoritas papæ. imo videtur probari cōtrarium, quia sine papa nihil statuisset. Ad quadragesimum ter-

271 tium † de gestis in octaua synodo, respondetur quod canonibus conciliaribus continentibus normam recte viuendi & fidei firmitatem, & præsidente papa editis standum est, & papa illos tueri debet & venerari, nec aliqud cōtra illos statuere, vtpote a sanctis patrib. Spiritusancto plenis sancitos, ut dr̄ in c. sexta. & c. sicut. & c. sanca. 15. di. ad quod uide qđ dico in principio libri de octaua synodo Constantinopolitana. Hoc autem ideo est quia continent fidem, contra quam papa nō potest statuere nec quiuis alius, hoc autem nō diminuit potestatem papæ, quæ est ad ædificationem fidei, quam tueri debet usque ad sanguinem. capitulo sunt quidam. 25. q. 1.

272 Ad quadragesimum quartum † de authoritate euangelica quæ uidetur prohibere dominatum respondetur, quod illa authoritas nō prohibet ne unus præferatur cæteris, quia cū tunc apostoli ignorarent quis ipsorum esset futurus maior. idest aptior ad præsidēdum, orta inter eos discordia Christus respondet quod ille est maior qui est humilior, per contrarium ad terrenam dominationem. Et contentio inter eos erat de exhibitione reuerentiæ, quam quilibet alteri exhibere intendebat. Et text. Luc. uigesimosecundo ostendit, ꝙ uolebat ut unus esset maior, cum dicit uos autem non sic, sed qui maior est in uobis fiat sicut minor, & qui pręcessor est sicut ministrator. Ecce quod præsupponit unum præcessorem, & maiorem alijs. Vnde Christus per illa uerba nō docuit apostolos vt singuli reputarent se singulis minores inferioritate officij seu authoritate, sed vt quanto aliquis esset ma-

maior tanto esset humilior, iuxta illud eccles. 3. quanto maior es tanto magis te humilia in omnibus. c. olim. 95. dist. c. disciplina. 45. dist. Et de dictis authoritatibus vide quod latius dico in responsione ad 23. contrarium, in versic. ad illud de contentione inter apostolos. &c. Et quo ad cap. loquitur & c. in nouo, vide quod late dico in responsione ad 18. contrarium, in versic. & sic etiam datur responsio. Ad quadrage-
273 simumquintum † de c. de quibus. 20. dist. respondeo non esse absonum quod prius ponātur canones conciliorum, quia illi reperiuntur editi cum papa vel eius authoritate cum maiori maturitate & cum iudicio plurium, nam facilius inuenitur quod a pluribus senioribus quæritur, vt ibi dicit text. Et si opponatur quod dicitur canones apostolorum debere præferri decretis summorum pontificum cum tamen papa sit maior apostolo, & contra eum dispenset, vt 34. dis. lector. 82. distin. presbyter. dicitur post glo. in cap. propoluit. de concess. præben. & in cap. sunt quidam. uigesimaquinta quæstione prima. Dicendum est quod cum tex. ibi loquatur de scriptis apostolorum & sanctorum patrum in concilio statuentium, vt dicit ibi Domin. non est absonum quod primo recurramus ad canones qui simul cum Petro capite apostolorum editi reperiuntur quam ad decretales vnius pontificis sine concilio editas. Nec ex hoc sequitur maioritas concilii ad papam, quia illud facit non authoritas concilii solius sine papa, quæ parum aut nihil est sine papa, vt 17. distin. per to. sed authoritas papæ præsidentis. vt in capitulo significasti. de elect.

274 Item videtur contrarium quod dicitur † in c. de libellis ea. 20. dis. vbi dicitur quod in decisione causarum ecclesiasticarum primo recurrendum est ad decretales pontificum quam ad authoritates Hieron. vel Aug. & sic prius ad decretales papales quam ad dicta sanctorum patrum. Dicendum est autem similiter quod nulla est cōtrarietas, quia quod supra dicitur prępo nēda esse dicta sanctorum patrum apostolicorum, intelligitur de scriptis in concilio editis propter authoritatem papæ & plurimorum patrum simul iudicantium, cap. autem, de libellis. intelligitur de dictis & scriptis sanctorum priuatis, non conciliariter editis. Item ad c.
275 † de qnibus, etiam respondetur quod dato ꝙ prius sit recurrendum ad statuta conciliorum, non propterea sequitur ꝙ concilium sit maius papa qui potest tollere statuta conciliaria, vt in cap. vbi periculum iuncta glo. de elec. in 6. non autem e conuerso concilium sine papa, vt dictum est in propria. q. Item loquitur de conciliis in quibus sancti patres canones ediderunt, & ita sub nomine apostolorum, quo vtitur ibi litera, intelliguntur apostolici secundum gl. & do. ibi nec est absonum ꝙ prius recurramus ad illa stat. si per papam ut decretales epistolas pontificum nō reperiuntur improbata, & maxime in iis quæ non concernunt decisionem causarū, vt dicit gl. in d. c. de libellis. Item ibi tex. solū instruit ad quas authoritates sit in dubiis prius recurrendum, & non decidit maioritatem. Et si dicitur prius recurrendum ad conciliaria statuta quam summorum pontificum, est quia & in illis interuenit authoritas pōtificalis & propter iudicium plurium pręferuntur constitutioni vnius pontificis. Et licet ibi do. nō dicant si canon pontificalis non concernens quæstionem fidei contrariaretur conciliari vter esset magis attendendus, tamen recurrēdum esset ad materiam. l. sed & posteriores. ff. de ll. & c. 1. de constit. in 6. ad hoc quod dr̄ in c. non debet de cōsan. & affi. & dicitur infra in immediate sequenti solu-
276 tione. Ad quadragesimumsextum † respondetur ꝙ ista ratio non est bona, quia imo non esset frustratoria congregatio, nam videmus, ꝙ etiam conciliaria ob varietatem temporū reperiūtur reuocata per alia cōcilia, ut in c. nō dēt de cōsan. & affi. & tamen ante reuocationem illa antiqua stat. nō erāt frustratoria, q̄a iuxta varietatem locorum temporum & hominum etiam stat. uariantur, ut 29. di. c. fi. Ad quadragesimū
277 septimum † respondetur ꝙ imo Petrus successit Christo immediate in administratione & authoritate uniuersalis ecclesię, quia fuit eius vicarius uniuersalis, ut in cap. penult. et fin. de translat. prætat. cum simil. Et ipse magis adhęsit Christo, ut patet Matth. 16. Et ierosolymitana ecclesia est inferior Romana. cui prępfuit Petrus, ut est in c. antiqua. de priui. Et idem dicitur de antiochena, licet illi prius prępfuerit, ut in cap. rogamus. 24. q. 1. Item motiuum non concludit ꝙ concilium sit maius papa, sed ꝙ ecclesia ierosolymitana fuerit prius quam Romana, ex quo nō sequitur ꝙ sit maior, sicut nec ꝙ concilium sit maius papa vt dictum est. Et in hoc datur instantia, quia antiquitus Alexandrina ecclesia erat prima post Romanam, postea autem fuit ei præposita Cōstantinopolitana, ut in c. Constantinopolitana & c. renouantes. 22. dis. & gl. ibi in summa, & in c. antiqua. de priui. In quibus iuribus etiam patet quod Ierosolymitana tenet vltimum locum inter sedes
278 patriarchales. Ad quadragesimumoctauum † dicendum est quod rex habet superiorem, papa autem non habet superiorem, & Cardinales habent ius eligendi sed non destituendi. d. cap. licet de electione & c. in nomine Domini. 23. dist. Et regula q̄ habet quod eius est destituere cuius instituere, patitur multas fallentias, nec habet locum quando ius instituendi competit aliquo iure speciali, vt dicunt doct. in locis prælegatis. ut istud motiuum quo ad regem, melius conuenit in artic. quando papa passim vendit beneficia & monitus nō vult desistere & est incorrigibilis, vtrum possit deponi per cōcilium, & ibi pono in 20. contrario. Nec est verum ꝙ qui habet ius eligendi possit deponere c. in causis de elec. maxime in papa. qui statim postquam est electus habet ius administrandi. d. c. licet. & c. in nomine domini. Ad quadragesimumno-
279 num † dicendum est ꝙ licet concilium iudicet imperatorem non ex hoc sequitur quod iudicet papam, quia papa iudicat imperatorem. d. c. ad apostolicæ. de re iudic. in 6. & c. venerabilem. de elect. & c. duo sunt quippe. 96. dist. Nec est verū ꝙ imperator habeat potestatem in papam, vt in c. si imperator. & c. satis euidenter & c. cum ad verum ead. dist. Non obstat authoritas Ioann. 19. quia illa ostendit contrarium, quod Pilatus nullam habebat potestatem in Christum, quia ostendit, quod ex permissione Dei illud erat non ex propria Pilati potestate. Vnde dicit ibi Hugo Cardin. quod dominus per dicta verba humiliat Pilati de potestate iactantiam, & ostendit ꝙ mors sua non est secundum aliorum morientium consequentiam, qui velint nolint moriuntur, sed sua voluntate, & Dei ordinatione. Et dictionem de super ibi positam exponit. i. a Deo a quo potestas datur, sed abusio potestatis non datur sed permittitur ad Rom. 13. Et gl. etiam Nicol. ibidem super illud nisi tibi datum esset desuper, dicit, i. a principibus Romanorum, & vlterius permissum a Deo qui est potestas superior. & ex hoc arguit eius peccatum, quia nō acceperat potestatem a Cæsarę nec a Deo condemnādi innoxios, sed ma-
280 gis liberandi eos. Ad c. constantinus, † respondetur quod nō probat quod potestas papæ sit ab imperatore, quia est a Deo. c. nouit. de iudic. & c. solitæ. de maio. & obe. in extraua. vnam sanctam. Et potestas vtriusque gladii, materialis & spiritualis est in papa, vt in d. extrauag. unam sanctam, & dicitur in d. c. nouit. & in c. causam quæ el 2. qui filij sint legi. & in cap. quoniam. 10. dist. & in c. licet ex suscepto de foro compet. Temporalem autem gladium papa exercet per imperatorem, ut d. c. quoniam. 10. di. & d. c. cum ad verum & d. c. si imperator. 96. di. de quo latius infra in propria. q. Item ad c. constātinus dicendum est quod Constantinus non instituit ius aliquod de nouo quod prius non haberet ecclesia, quia antequam esset Constantinus, papa habuit primatum a Deo concessum per illud pasce oues meas Ioann. ult. & supra dictum est. Vnde Constantinus est solum executus quod a Christo concessum fuerat quia papa & eius potestas maior est imperiali, nā quanto spiritualis uita dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus, tāto spiritualis potestas terrenam potestatem siue secularem honore & dignitate præcellit, ut dicit Hugo. de Sanct. Vic. in 2. lib. de sacramen. in cap. 4. Et sicut non potest spiritus dependere a corpore nec sol a luna, ita nec potestas spiritualis a temporali, pro hoc text. in capitu. solitæ. de maiorit. & obed.

Quinimmo spiritualis ptās iudicat secularē ut in c. licet. ex suscepto de fo. cōp. & in c. qs dubitet cū duob. seq. 96. di. & c. uenerabilā de elec. cū si. ipsa aūt a nemine pōt iudicari nisi a Deo ut in c. aliorū & c. nemo & c. ipsi & c. cūcta p̄ mūdū. 9. q. 3. Vnde, ut tactū est, Constantinus nō tam dicitur concessisse ecclesiæ & pontificibus priuilegiis, quam iā concessa & a Deo data p̄mulgasse. Propter qđ Marsilius de Padua q uoluit ꝙ papalis ptās & dignitas habuerit ortū ab imp̄iali, fuit damnatus per extrauagantem Ioan. 22. & postea in concilio Constantien. damnatus fuit Ioannes Huss, qui fuit in eodē errore cum Marsilio. Ad illud quod dicitur de Abiathar, dicendum est quod non tam fuit eiectus & amotus a Salomone q̄ a Deo, quia illud fuit factum nutu & voluntate Dei, ut patet ex. d. ca 2. tertij reg. ubi dr̄ eiecit ergo Salomon Abiathar ut nō esset sacerdos Domini, ut impleret sermo Domini quem loquutus est super domum Heli in silo. qui sermo fuerat quod deijceretur a sacerdotio. Et multa similia in veteri lege, voluntate Dei contra aliquos summos sacerdotes
281 de facto in pœnam facta leguntur. Ad illud de tributo † respondetur quod papa non soluit tributum imperatori in signum recognitionis dñij, sed solum pro pace & quiete ecclesiæ seruanda, quam imperator tenetur tueri & conseruare, ut in c. tributum. 23. q. 8. Nec de omnib. soluit tributū imperatori, quia non de oblationibus & primitijs, sed solum de exterioribus bonis, primum tributo ascriptis & per principes seculares ecclesię concessis, vt ibi dicunt Doc. Nec per hoc arguitur maioritas, cū & Christus soluerit tributū, ut patet

tet Matth. 17. Nec fit solutio ratione personæ, quod ponderat ibi text. quia non iussit dominus solui piscem sed staterem in ore piscis inuentum. Et subiicit. quia non ecclesia dari imperatori, non pontificalis apex qui in ore capitis ecclesiæ præeminet subiici potest regibus. Quinimmo tex. euangelii ostēdit quod Christus soluit tributum & didrachma. non quod teneretur, sed ut non scandalizaret eos qui illa colligebant
282 vt patet Matth. 17. Ad quinquagesimum † dicēdum est quod sicut Petrus fuit constitutus vicarius Iesu Christi & ipsius vicem gessit interris, sic & Romanus pontifex gerit vicem Dei in terris, vt in capitulo quanto. & in capitulo fin. de transla. pręla. & in capitulo primo. vt eccle. bene. & in capitulo fundamenta. de elec. in 6. & in cap. ad apostolicæ. de re iudi. in 6. & in capit. primo. de homi. eo. lib. cum simil. Quod autem dicitur quod papa dicitur vicarius Petri in dicto ca. ego Ludouicus. cum aliis allegatis, illud dicitur quadam impropria locutione, dicitur enim vicarius Petri id est eius successor vel gerens vicariam quam gessit Petrus. Cum enim Petrus fuerit vicarius Iesu Christi, non potuit dare alium vicarium sibi similem, ut in cap. clericos. de offi. vica. & Card. in clem. prima. quæst. 11. de offi. vica. Vnde papa non proprie dicitur vicarius Beati Petri, cum parem habeat potestatem quam habuit Petrus, nam quod Deus dixit ad Petrum, quodcunque ligaueris &c. Et in Petro dixit ad successores, ut in cap. solitæ. de maio. & obe. & hoc dicit tex. in d. cap. 1. de homi. in 6. Ad id autem quod dicitur quod Petrus habuit primatum ab apostolis dicēdum est quod illud est verum voluntate consequutiua & acceptante dispositionem Christi, qui ei immediatę & principaliter dedit primatum, ut in cap. ita dominus. 19. dist. & in cap. omnes & in capit. sacrosancta. 22. distinctione. vbi dicitur quod Petrus immediate a Christo & non ab apostolis primatum accepit. Vnde dicit ibi text. inter apostolos quędam fuit discretio potestatis, & licet omnes essent apostoli, Petro tamen concessum est a domino vt reliquis omnibus præesset apostolis &c. Et bene ostenditur Matth. 18. vbi discipuli interrogant dominum quisnam sit maior in regno cœlorum, & ubi narratur contentio inter eos quis ipsorum esset maior. Vnde dicendum est quod apostoli dederunt Petro primatum non disponendo aut eligendo, non voluntate antecedente & causante sed voluntate obsequente & acceptante. facit quod dicitur in quæst. vtrum papa receperit potestatem a conciliis. Ad quinquagesimumprimū † de au-
283 thoritate Matth. vltimo responsum est supra in solutione 18. contrarii. Et ad illud quod papa potest errare respondi in solutione. 9. contrarii. Ad alia omnia quę sequuntur, vide ꝙ late dixi in quęstione vtrum ecclesię vniuersali fuerit data aliqua potestas clauium & quæ & qualis, maxime in 15. & 8. motiuo pro papa. Et ibi ostendo quod plenitudo potestatis, est in papa & non in ecclesia principaliter vt aliqui voluerūt & quod status monarchicus præferendus est aristocratico. Pro quo etiam faciunt quæ dicta sunt in illo artic. vtrum concilium sede uacante possit exercere reseruata papæ. Ad illud
284 autem quod dicitur † quod quia ista plenitudo potestatis est separabilis a persona papæ, vt sede vacante vel antequam eligatur vel facta depositione, propterea non necessario sed cōtingenter dicitur ei inesse, dicēdum est quod istud est falsum quia immo principaliter & necessario est in papa ista plenitudo potestatis & non contingenter. Nec est verum quod sit separabilis a persona papæ, quia hoc ipso quod aliquis est papa & successor Petri, inseparabiliter habet plenitudinem potestatis datam Petro a Deo, ut in capitulo ad honorem. de authorita. & vsu. pal. & secunda quæstione sexta. decreto & capitulo qui se scit. & in clementina pastoralis in fi. de re iudic. Nec ex eo quod sedes vacat aut papa mortuus est vel depositus, dicitur plenitudo potestatis separari a persona papæ, sed potius illius persona extingui. Nec per mortem papæ fit q̄n ecclesia remaneat & dicatur terribilis & ut castrorum acies ordinata. id est per charitatem unita & nūquam interrupta, secundum glo. interli. super illud canti. 6. quia per unitatem charitatis compacta, nullum locum aperit p̄ malum. discordiæ hominibus. id est hæreticis uel immundis spiritibus secūdum glo. ordi. ibi. Sicut nec per mortem aliorum prælatorū & cæterorum de isto corpore mistico ecclesię, qui quotidie moriuntur, ecclesia desinit esse ut castrorum acies ordinata, & sicut etiam in simili dicimus quod eadem est uniuersitas, & collegium licet successiue omnes sint mortui & alii surrogati. l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusque uni. no. & eadem. nauis, licet sępius instaurata. & idem grex &c. vt in l. proponebatur. ff. de iudi. Et secundum Hugonem ecclesia dicitur terribilis hæreticis, impiis & spiritibus immundis, ex numero & fortitudine bellatorum, ex longo vsu armorum, ex fidelitate & zelo ac unanimitate pugnantium ex præsidio angelorum, & ut castrorum acies ordinata. nam in prima acie est ipse rex cum suis apostolis, in secunda exercitus martyrum, in tertia cœtus confessorum, postremo etiam in ultima parte aciei tempore Antichristi erunt robustissimi ex omnibus generibus electorum. Vnde ex his apparet quod per obitum papę ecclesia non desinit esse vt castrorum acies ordinata. Item secundum hugonem illa authoritas potest intelligi de beata virgine ad cuius memoriam dæmones contremiscunt.

Et si recte aduertatur, istud motiuum si esset validum, ita militaret contra concilium sicut contra papam, nam si in concilio esset potestatis plenitudo, quia esset etiam ab eo separabilis contigenter ei inesset & non necessario quia dissoluto concilio diceretur plenitudo potestatis separari a concilio, si autem abinuicem separari possunt, sequitur quod quandiu manet, non necessario sed contingenter inest. Ideo dicimus quod in papa tantum necessario & principaliter est potestatis plenitudo, & sic non in concilio nisi a papa & contingenter, ut patet per rationes adductas in præallegata quæstione, ad quam recurre. Et cū quærimus an papa sit maior concilio non quæritur de persona papæ separata ab authoritate dignitate papali sed simul vnita, nam cum dicimus verum papam, dicimus nō purum hominem, ut in capilulo quanto. de translatio. prælato. quia non potest esse verus papa sine papali potestate, nisi de facto & violenter, & ponere personam papæ separatam a potestate papali, est ponere quid Chimericum & impossibile. Et si mortuus est papa, non propterea est mortua dignitas papatus. capitulo si gratiose. de rescriptis. in sexto. Vnde proprie loquendo plenitudo potestatis non potest dici esse in concilio nisi contingenter & papa, quia non semper tenetur concilium in quo debet esse caput papa. non sic in papatu, qui semper est necessarius in ecclesia vt ductor & gubernator & caput & pastor ipsius, iuxta illud Ioan. uigesimoprimo. pasce oues meas. Vnde papę inest necessario plenitudo potestatis licet aliquando vsus istius plenitudinis potestatis quiescat, vt papa mortuo, & quādo uiuit q̄a non semper nec in omnibus vtitur ista plenitudine potestatis. Ad quinquagesimum
285 secundum † responsum est in solutione septimi contrarii & in solutione. duodecimum. & 36. vbi respondetur ad capitu. primę sedis & cap. ecce, Licet enim ecclesia Romana non sit ecclesia uniuersalis sed de vniuerso, papa tamen bene est vniuersalis pontifex, in capitulo in nomine Domini. 23. distinctione, & in capitulo. fœlicis in glo. fin. de pœnis in 6. Item Romana ecclesia licet non sit vniuersalis, ut in d. cap. quamuis. 21. distinct. & in capit. sacrosancta. 22. dist. & in capitulo rogamus. 24. quęstione prima cum simili. est tamen caput aliarum ecclesiarum, ut in capitulo primo & secundo.
286 32. distinctio. Ad quinquagesimumtertium † de cap. constantinus, respondetur in responsione ad 49. cōtrarium. Et quamuis Imperatores multa statuerint in fauorem summorum pontific. non sequitur ex hoc quod fuerint maiores papa in potestate, licet de facto essent potentiores in temporalibus. ad hoc text. & ibi dicta in capitulo nouit. de iudic. in capitulo causam quæ el secundo. qui filii sint legit. & in capitulo solitæ. de maior. & obedient. ipsis enim manet necessitas obsequendi non authoritas imperandi, vt potest inspici per totam illam distinct. 96. a capitulo bene quidem vsque ad fina. Nec Romani pontifices tenentur recipere institutiones, & sanctiones imperatorum nisi velint. vt in dicto iuribus, pro hoc est quod dicitur in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ de cōstitutio. Vnde non contulerunt in Romanam ecclesiam aliquam potestatem, sed a Christo datam confirmarunt & declararunt, ad hoc epistola inter duas claras. C. de summa trinit. & ibi dicta, & quod dicitur maxime per Albericum in l. bene a zenone. C. de quadrien. prescript. in quæstione de donatione facta per constantinum ecclesiæ, de qua infra in ultima quæstione, vbi plene concordantes. Ad quinquagesi-
287 mumquartum † dicitur quod tanta est authoritas ecclesiæ, & iudicium eius vt in iis quę sunt fidei aliquando etiam pręferri possit sententiæ papæ, vt dictum est in quæstione quæ sententia præferatur, papæ ne an concilii. ad hoc text. in d. c. sicut sancti. 15. dist. Sed ex hoc non sequitur quod cōcilium sit maius papa, quia papa est caput concilij & vniuersalis ecclesiæ, ut dictum est in responsione ad 52. Et cum Aug. & authoritates allegatæ loquūtur de authoritate ecclesiæ, loquūtur consequenter de papa capite & principaliori parte ipsius ecclesiæ. Quinimo nec concilium potest sine authoritate papæ diffinire, etiam in ijs quæ sunt fidei, vt dicit San. Thom. in secunda secundæ, quæst. prima, art. decimo. ad idem quod dicitur in capitulo maiores, de bap. 24. quæst. prima, hæc est fides, & cap. quoniam vetus, & capit. quotiens. Et papa est maior Paulo & cæteris apostolis, ut dicit Innocent. in cap. super eo, de bigamis. ipse enim, ut supra dictum est, dispensat contra Apostolum, ut 34. dist. lector. 82. di. presbiter. dicitur post glo in cap. proposuit. de conces. præbend. Licet Gerson in 3. parte, in titu. de uita spirituali animæ, in 7. corollario. circa me-

medium, dixerit quod non est in potestate papę aut concilii aut ecclesiæ immutare traditiones datas ab euangelistis & a Paulo. Quod credo intelligendum de traditionibus concernentibus fidem secundum glo. in cap. quæ ad perpetuam. 25. q. prima. ad quod tex. & ibi doc. in caq. sunt quidam eadem causa. & q. in iis enim quæ sunt consilii & non præcepti vel quæ parabolice dicta sunt, bene papa dispensat contra euangelium, ut in decimis & in uoto & continentia sacerdotum dicit glo. & archi. in d. c. quæ ad perpetuam. Et in d. 7. Corolario Gerson post distinctos gradus legis diuinæ declarando dictum Augu. in trac. contra epistolam manichæi quam vocant fundamenti in 5. cap. videlicet ego euangelio non crederem nisi me catholicæ ecclesiæ authoritas commoneret, dicit quod August. in dicta authoritate sumit ecclesiam pro primitiua congregatione fidelium eorum qui Christum viderunt & audierunt & eius testes extiterunt. Quidam autem alii, vt est glo. diui Aug. dicunt quod Aug. videtur accipere. ecclesiam pro tota eccl. cū suo capite quod præcipit euang. credere. & tunc sic est vt constat quod ecclesia habet quicquid continetur in scriptura diuina in sua potestate. & sic documenta ibi data per Aug. non habent calumniam. Si autē inquiunt accipiatur ecclesia stricte pro illa quæ nunc est militans, tunc documenta data ibi per Aug. sunt accipiēda quo ad nos tantum & non simpliciter in se, sicut est nobis euidentius cœlum moueri, quam Deum esse. Documēnta autem Aug. quæ ibi per d. gl. colliguntur duo sunt. primum est quod maior est authoritas ecclesiæ ad credendum quam diuinæ scripturę, quia quamuis euangelium sit pręstantissimum inter omnia diuina scripta, ibi Augu. maiorem fidem adhibet ecclesię. s̄m documentū est quod maior est potestas ecclesię ad statuendum quam sit diuinę scripturæ ad iudicandum, quia vbis maior authoritas ibi maior spiritualis potestas. Vnde si recte inspiciatur, iste intellectus ad dictum Aug. non discrepat ab intellectu Gersonis, quia cum dicit quod si accipitur ecclesia pro tota ecclesia cum suo capite quod præcipit euangelio credere, videtur loqui de capite Christo authore eorum quę in euāgeliis continentur, alioquin frustra diceret d. gl. aliter intelligendum illud dictum de ecclesia nunc militante. Vnde sensus eius videtur esse quod intelligitur de ecclesia illa primitiua & congregatione fidelium illorum qui Christum viderunt & eius testes extiterunt, vt dicit Gerson. Sed profecto quid sibi velint isti in proposito restringentes ecclesiam ad primitiuam, non capio. non enim ista hodierna militans aliud quam illa vult cum semper eadem firma immobilis & immaculata permanserit & in futuro permansura sit, vt dicit tex. Hiero. in cap. hęc est fides. 24. quæ. 1. Quæ vt in exordio normā fidei percepit ab authoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fidetenus manet, dicit text. in c. a recta. 24. q. 1. Quæ non potest errare, ut ibi dicitur, dicente saluatore nostro ego pro te oraui ut non deficiat fides tua Lu. 22. Vnde dicta authoritas Aug. videtur potius intelligenda simpliciter ut iacet, ego euangelio non crederem nisi me catholicæ ecclesię commoneret authoritas, quia propter ecclesiam credidit euangelio. Vnde ibidem statim subiungit. quibus ergo obtemperaui dicentibus credite euangelio, cur eis non obtemperē dicentib. mihi noli credere Manichęo? Vnde quia Christus dicit Mar. 1. impletum est tempus & appropinquauit regnū Dei, resipiscite & credite euangelio. & Mar. 16. dixit apostolis, euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. & apostolus ad Rom. 1. dicit, Paulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus segregatus in euangelium Dei. & 1. ad Corin. 15. notum vobis facio fratres euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis per quod & saluamini. & ad Galat. 1. notum vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quod non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud neque didici sed per reuelatione̅ Iesu Christi. & Act. 15. surgens Petrus dixit viri fratres vos scitis quod ab antiquis diebus in nobis elegit Deus ut per os meum audirent gentes verbum euangelii & crederent. & Act. 20. dicit Paul. dummodo consummem cursum meum cum gaudio & ministerium quod accepi a domino Iesu ad testificandum euangelium gratiæ Dei, cuius libri authoritati credendum est sicut euangelio, vt idem Aug. dicit in d. 5. c. contra epistolam funda. dicit enim. in apostolorum actibus legimus cui libro necesse est me credere si credo euāgelio, quoniam vtranque scripturam similiter mihi catholica commendat authoritas, propter illas authoritates ecclesiæ & similes, dicit Aug. se cōmoueri ad addendum euangelio, ne videatur credere omnibus euangeliis quorum aliqua sunt apocrypha & non ab ecclesia approbata, ut sunt euangelia Thadæi & euāgelia Thomæ, quibus Manichæi vtebantur, ut in cap. sancta Romana in §. euangelia. 15. distin. Vnde sanctus Amb. super Lucā in prin. dicit. multi euangelia scribere conati sunt quę boni nummularij nō probauerunt, vnum autem in quatuor libros digestum ex omnib. arbitrati sunt eligendum. De quo loquitur Aug. qui non dicit euangelijs sed euangelio, vt ostēdat se loqui de euangelio catholicę ecclesiæ. Alia autem plura euangelia apocrypha connumerat Ambro. ibi supra. Et quod iste sit sensus prædictæ authoritatis August. simpliciter intelligendo de ecclesia, & non de ecclesia restricta ad primitiuam congregationem fidelium vt dicit Gerson, patet ex suprædictis eius verbis cum dicit, ego euangelio nō crederem nisi me catholicæ ecclesiæ commoneret authoritas, quibus ego obtemperaui dicentibus credite euangelio, cur eis non obtemperem dicentibus mihi noli credere manichæo? ecce quod non tantum loquitur de primitiua congregatione fidelium qui Christum viderunt & audierunt, cum hæresis manichęi pullulauerit tempore probi imperatoris, vt legitur in historia Martiniana. c. 180. qui fuit longe post Christum. & sic dictum August. intelligendum est simpliciter de ecclesia militanti. & est simile quod dicit Sanctus Gregor. in capit. sicut sancti. 15. dist. vbi dicit, sicut sancti euangelii quatuor libros sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor, Nicenum scilicet. &c.

Nec August. per hoc quod dicit se credere euāgelio propter ecclesiæ authoritatem, facit ecclesiam siue cōcilium maius papa tum quia illud intelligitur de ecclesia simul cum papa, tum quia loquitur de concernentibus fidem, sicut in simili alias responsum est supra ad capit. sicut Sancti. August. enim impugnabat epistolam fundamenti hæresis manichæorum. Et isto modo potest responderi ad omnia adducta in isto. 54. contrario, fatendo quod ad ecclesiam spectat declarare sensum reuelationum & canonū bibliæ, & quod Doctores submittunt se iudicio ecclesiæ & quod doctrinæ ecclesiæ infallibiliter est credendum. Sed hæ authoritates etiam loquuntur in materia fidei. nec ex hoc sequitur q̄ maius sit cōciliū, quam papa, quia omnia præmissa intelliguntur de ecclesia vnita cum papa ca. loquitur. 24. q. 1. Similiter conceditur q̄ ecclesia est vnita Christo spiritualiter vt sponsa, & coniunx, & dilecta a Deo magis quam synagoga, sed ex hoc non sequitur quod ecclesia sit maior papa, quia ut alias dictum est, est, nos loquimur de maioritate iurisditionis & administrationis, in qua non consideratur dilectio aut coniunctio, facit ad hoc ille tex. in cap. noua. de pœnit. & remis. Et omnes authoritates demonstrantes excellentiam ecclesiæ conceduntur, quia ecclesia est in papa & papa in ecclesia vt dictum est, nec ex illis sequitur q̄d ecclesia sit maior quā papa nisi in causis fidei, imo ex illis demonstratur magnitudo papæ, q est caput ecclesiæ, nec obstat ecclesia est vnita spūaliter Christo cut vxor viro, qui sunt duo in carne vna, quia Christus constituit Petrū & successores eius caput huius ecclesiæ. Ad au-287 thoritates apostoli respondetur quod non inferunt quod cōciliū sit maius papa. Et primo ad illam ex epistola ad Ephe. 3. respondetur quod ibi apostolus volens ostendere a quo & ad quid & per quem vocati fuissent ipse & alij apostoli, dicit mihi, enim omniū sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus euangelizare imperuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio misterii absconditi a seculis in Deo qui omnia creauit, vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei secundum prefinitionem seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro, quasi dicat, nō solum hominibus fuit abscōditum Christi misterium, & maxime de vocatione gentium, sed etiam Angeli non cognouerunt ad plenum donec prædicātibus apostolis fuit adimpleptum. Vnde glo. ordin. ibi super verbum in cœlestibus, supplemendo dicit, quia ibi primitus ecclesia fuit, quo post resurrectionem & ista ecclesia congreganda est vt simus æquales angelis Dei & quod dicit apostolus per ecclesiam, i. per ea quæ dicta & facta sunt per apostolorū prædicationem. Dicit tamen ibi. gl. Nic. q̄ dictio per non importat hic causalitatem, sic intelligendo q̄ apostoli docuerint angelos de Christi misterijs sed ecōuerso angeli docuerunt eos, per quos diuinæ reuelationes deferuntur ad hoīes, sed sic intelligendum est q̄ apostolis prædicantibus viderunt actu conuersionem gentium ad fidem quam ante sic non viderant intuitiue. Vnde prędi-288 cta authoritas modicū facit ad quæstionē de qua est sermo. Similiter † ad secundam authoritatem apostoli primæ ad corint. 6. dicitur q̄ ibi apostolus quia Corinthii contra fidei priuilegia spretis iudicijs & sententijs ecclesiasticis secularia fora & gentilium leges sequebātur. ideo aduersus illud scribit an nescitis q̄ sancti, i. fideles perfecti, mundum iudicabunt, erunt enim assessores iudicis Matthæ. 19. sedebitis & uos super sedes 12. iudicantes &c. & si in uobis, idest per uos, iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis, quasi dicat per consequens multo magis digni estis iudicare hu-

huiusmodi temporalia negocia quæ comparatiue sunt quædam minima. Et subiungit. nescitis quod Angelos iudicabimus, scilicet approbando sententiam iudicis de punitione malorum angelorum, nam vt dicitur Ioann. 16. princeps huius mundi iam iudicatus est scilicet iudicio diffinitionis, sed nondum iudicatus est iudicio pronuntiationis secūdum Hugo. card. vt vel dicit gl. Nic. licet Angeli mali habuerint suū principale iudicium a principio mūdi, tamen de hominibus quos ad malum incitauerunt recipient pœnam, & secundum hoc dicuntur etiam iudicandi a sanctis viris per approbationem sententiæ iudicis. Et subiungitur, secularia igitur iudicia si habueritis, cōtemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum, quia vt dicit ibi Nicol. frequenter contingit vt illi qui parum sciunt de spiritualib. clarius videant in temporalibus, propter quod talibus sunt occupādi, vt sapientes in spiritualibus, doctrinæ vacent & contemplationi sic enim fecerunt apostoli act. 9. constituentes diaconos circa temporalia vt presbyteri liberius vacarent spiritualibus. Vnde ibi glo. ordin. August. dicit, sapientes igitur q in locis consistebant fideles & sancti, non qui huc atque illuc propter euangelium discurrebant, talium negociorum examinatores esse voluit, a quibus excusare nos non possumus etiam si velimus, Christum enim testem inuoco, quod mallem per singulos dies certis horis aliquid manibus operari, & cæteras horas habere liberas ad legendum, & orandum vel ad agendum aliquid de diuinis literis, quam tumultuosissimas perplexitates causarum pati de negocijs secularibus, vel iudicando dirimendis, uel interueniendo præcidendis.

Vnde patet ex his quod authoritas apostoli non cōcludit maioritatem cōcilii ad papam, cum etiam inferiores episcopis qui sunt loco apostolorum, quotidie iudicent malos angelos eos exorcizando. vt de consec. dist. 4. cap. siue paruuli & c. sicut nostis, & de cogna. spirituali. cap. 2. in 6. & c. fi. ibi glo. de consecrat. eccles. vel alta. Ad quinquagesimumquin-290 tum & ad quinquagesimumsextum colligitur respōsio ex dictis in octauo motiuo pro maioritate papę, vbi ostenditur maioritas Petri ad alios apostolos, & ex dictis supra in 15. motiuo pro papa, & ex responsione superius data ad octauum motiuum, vbi euacuantur omnia quæ dicuntur in isto. 56. contrario. Et in dictis locis apparet qualis fuerit illa suprema potestas data apostolis. & ibidem respondetur ad authoritates hic adductas, quæ pro maiori parte tendunt ad ostendendum dignitatem & præeminentiam apostolorum, sed non ostendunt quod apostoli haberent potestatem aut iurisdictionem iudicandi de Petro, qui erat eorum caput, & princeps, & dum ostendunt præeminentiam apostolorum, ostendunt & Petri preeminentiam, qui erat vnus & caput eorum. & virtualiter papæ, qui succedit Petro, vt in capitulo 1. de homi. in 6. & cap. solitæ cum simil. de maiorit. & obed. Nec aliqua dictarum authoritatum demonstrat apostolos fuisse Petro in aliquo prælatos. Et his authoritatibus hic adductis quarum aliquæ etiam supra in alijs motiuis adductæ sunt ad corroborationem, vt in 17. 18. 19. 20. 21. & 22. ibidem 291 etiam respondetur. Ad text. † in cap. per venerabilem qui filii sint legit. dicendum est quod ex illo non probatur quod concilium sit maius papa, quamtumcumque in illo text. ex authoritate deutero. 17. inferatur quod sacerdotes leuitici generis sunt episcopi & cardinales qui habent iudicare difficiles causas. Quinimmo ex illa authoritate innuitur potius cōtrarium, quod papa sit maior, tum ex eo quod sacerdotes leuitici generis dicit esse coadiutores papæ & uocatos in partem solicitudinis, tum ex verbis deutero. ibi qui autē superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur. Per quem sacerdotem doctor. ibi intelligunt papam, cum ex illo text. colligunt papam habere imperium, ex quo colligitur, quod iudicium papæ est supra omnia alia iudicia. Et glo. Nicolai super authoritatem adductam ex deutero. 17. in uerbo surge & ascende, dicit, in his casibus & consimilibus recurrendum est ad superiores iudices scilicet ad summum sacerdotem & iudicem populi Israel, & aliquando contingebat, q̄ utrumque officium in vnam personam concurrebat, sicut patet de Hely. 1. regum. 4. sed ut plurimum erant distinctæ personæ sicut & officia. & in quibusdam quidem causis habebatur recursus ad vtrumque coniunctim, in quibusdam uero diuisim ad alterum eorum, ut in spiritualibus ad summum sacerdotem, & in temporalibus ad iudicem, & ex hoc inoleuit consuetudo quod ab inferioribus iudicibus ecclesiasticis appellatur ad summum pontificem, & ab inferioribus principibus et iudicibus secularibus ad Regem seu imperatorem, ut etiam dicit Hugo. Cardin. ibidem. Ad idem etiam gl. ordi. in uerbo sacerdotis imperio, quæ dicit, hoc est Christi qui est sacerdos in æternum secundum ordinem melchisedec, qui vicarios sibi substituit, quibus ait qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Imo & tex. clare ostēdit superioritatem papę, cum dicit venies ad sacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore. quod exponit glos. interli. & Hugo car. ibi ad iudicem. i. pontificem. vnde 292 præponit pontificem alijs. Illud † psal. 44. constitues eos principes super omnem terram glos. Nico. exponit scilicet in spiritualibus, quia cōstituti sunt episcopi per diuersas orbis partes utibi dicit. vnde ex dicta authoritate non colligitur quod maiores sint episcopi congregati siue concilium ipso papa. 293 Ad id quod † adducitur ex S. Tho. in secunda secundæ. q. 87. art. 1. respondetur quod ex hoc quod præceptum de solutione decimarum continet̄ in doctrina apostolorum & in hoc præcepto non potest dispensari per papam, non sequitur q̄ episcopi qui successerunt in locum apostolorum & consequenter concilium sit maius papa. Nam illud præceptum apostolorum non tantum est ab apostolis sed etiam de iure diuino in veteri lege, vt patet exo. 22. leui. 27. num. 18. & deu. 12. vt ponunt canonistæ in capitulo primo, & capitulo in aliquibus & in ru. de deci. Et similiter ex præcepto euangelij, ut dicit ibi. S. Tho. & allegat Matth. 10. capitulo & apostolum primæ ad corin. 6. Vnde hoc præceptum non tam est apostolorum ex primordiali institutione quam ex confirmatione & demostratiua prædicatione. quod præceptum etiam est Romanorum pontificum in infinitis iuribus. Et si papa non potest in hoc præcepto dispensare, non sequitur quod propterea sit inferior concilio, quia multa sunt præcepta apostoli in quibus non dispensatur, ut puta quæ obligant semper & ad semper. 15. quæstione prima. capitulo sunt quidam, & tamen ex hoc nō sequitur quod papa non sit maior episcopis, & consequenter concilio, quia dispensatio non debet esse dissipatio. sicut. n. dicit apostolus potestas est data non ad destructionem sed ad constructionem. 2. ad corin. 10. & 13. Tollere autem penitus præceptum de soluendis decimis esset destruere & non construere. & esset directe contra papalem potestatem, quæ est ad construendum & conseruandū Dei præcepta. Et licet papa non dispenset tollendo ius decimandi, nec concilium etiam potest illud tollere, nec in eo dispensare. ex quo magis arguitur minoritas concilij & maioritas papæ, qui aliquo modo potest limitare tale præceptum, q̄d non potest facere concilium. Quomodo autem etiam circa præceptum de soluendis decimis limitatiue possit papa dispensare, dicitur in dicto capitulo a nobis de deci. & dixi aliquid supra in responsione ad. 54. contrariū. Ad illud Matth. 294 5. vos estis sal terræ &c. Et illud Ioann. 15. ego sum vitis uera &c. Respondetur quod ex hoc quod dicta uerba directa in Petrum & alios apostolos, comprhendunt Petrum & eius successores, non sequitur si contingat aliquem ex successoribus Petri fieri sal. infatuatum seu vitem nō ferentem fructū quod concilium possit illum deponere aut amouere, sed seruanda sunt remedia quæ supra adducta sunt in quæst. de papa incorrigibili. quia licet in eo habeat locum dictum euangelicum, non tamen est qui possit eum iudicare, vt in capitulo nemo. 9. q. 3. cum sequen. quia non habet superiorem, vt in cap. licet de elec. cum simil. Et ad hoc plene supra dictū est in expositione authoritatis Matthæ. 18. si peccauerit in te frater tuus &c. Ad priores authoritates apostoli respōdetur quod illæ inferunt excellentiam spiritualem datam apostolis, & nihil dicunt quod arguat maioritatem concilij ad papam. Ad illud quod infertur ex dicto apostoli. 2. ad corin. 10. quod apostolis data est potestas destruendi consilia. respondetur quod nō sic simpliciter intelligitur, sed de consilijs callidis seu fraudulentis dęmonū & hominum, secundum glo. ordin. ibi. Quæ super verbum munitionum dicit. munitiones sunt corda infidelium quæ diabolus obtinet, & munit diuersis erroribus ne verbum Dei possit intrare p̄ fidem &c. Quoad alias autem authoritates, qualis fuerit suprema potestas & iurisditio data apostolis & ecclesiæ, & quomodo intelligenda sint quæ ad hoc adducuntur, plene discutitur in 295 illo. 8. & 15. motiuo p̄ papa. Ad illud † quod infert̄ ex authoritate apostoli ad ephe. 4. quod commissio quam ibi tangit apostolus est eadem cum illa Matth. vlti. & vltima facta per Christum, & sic quod per authoritatem Ioan. vlt. pasce oues meas non potest intelligi data potestas soli Petro & successoribus eius, ita quod iudicium vnius p̄ferri debeat iudicio oīum aliorum de corpore ecclesiæ simul in concilio gn̄ali congregatorū, qa quos dn̄s ad opus ministerij & ædificationē ecclesiæ instituit vltimate, voluit durare usq; ad consummationē seculi. Respondetur q̄ ista illatio non est bona, qa licet Christus ultimo ascendens in cęlum dederit quosdam apostolos & quosdam prophetas & quosdam euāgelistas & quosdam pastores et doctores ad opus ministerij in ædificationem corporis Christi, non ex hoc sequitur q̄ apostolis si-

mul fuerit data potestas supra Petrum.nec aliquod hic habe
tur verbum per quod appareat data potestas iurisditionis ex
terioris & administrationis, immo omnia inferunt potesta-
tem spiritualem in ædificationem corporis Christi mystici,
hoc est ecclesiæ,donec occurramus omnes in unitatem fidei
& agnitionis filii Dei.Ecce quod ista authoritas nihil loqui-
tur de potestate aliqua tunc data apostolis . & ideo modicū
facit ad propositum,quod concilium sit maius papa.

296 Item ad † 56. de authoritate Bernar. ad Eugen. conceditur quod non sit in vno tatum vniuer-
sa potestas,quia ex quo messis multa vnus non sufficeret ope
rarius,& propterea apostoli elegerunt.72.vt dicit tex.in cap.
in nouo.21.di.Et textusmet Ber. ostendit maioritatem papæ
ad cæteros alios episcopos & prælatos, cum dicit non ergo
tua sola potestas, sunt & mediocres, sunt & inferiores. Ex quo
patet quod sentit potestatem pape esse superiorem omnibus
aliis & consequenter concilio . Nec dicatur quod ista pote-
stas sit ita vnita vt non possit nisi per omnes simul ministrari
quia ridiculū esset hoc dicere.& esset contra dictam autho-
ritatem Ber.dicentis,sunt & mediocres sunt & inferiores.Ex
quo apparet in aliquibus exercitium potestatis dari medio-
297 cribus & in aliquibus aliis magis inferiorib. Ad illud † quod
dicitur quod Paulus restitit Petro in faciem , responsum est
in d.8.motiuo.& ibidem similiter de illo quod dicitur in prę
fatione missæ , videlicet ut gregem tuum &c. Et aliquid in
responsione ad.22.motiuum.Ad quinquagesimumseptimū
298 motiuum.de c.omnibus. 24.q.1. respondi ad longum in d.
8.motiuo pro papa.& ad authoritatem Matth.17. ibi relatā
in d.c.omnibus,alias in solutione.18.motiui responsum est.
Et de illo latissime dictū est in ultimo motiuo pro papa , vbi
etiam interpositis aliquibus de potestate clauium.iterum vl
timo reuertor ad illam authoritatem Matth.18.latius illam
299 declarando.Ad quinquagesimumoctauum † de authoritate
Isa, respondetur quod ibi per clauem super humerum eius
possumus intelligere sceptrum regni & signum victorię.id-
est crucem quam Christus in suo proprio portauit humero,
vnde factus est principatus super humerum eius secundum
gl.ordi.ibi. Quæ etiam super illud & aperiet, dicit.vnde quia
aperit,& nemo claudit,claudit & nemo aperit,quod in pas-
sione reserauit claudi nō poterit, & quod in cerimoniis clau
sit nemo aperiet.Et ibidem etiam dicit ea.gl.quod Isa. vocat
domum Dauid domum domini in qua erat aurea clauis.Vn
de ibi non capitur clauis pro potestate ecclesiastica & si ca-
pimus secundum glo.interli.ibi pro scientia scripturarum,ni
hil facit pro maioritate concilii ad papam.Ad authoritatem
300 Iob.12.†licet non reperiam doctores qui inducant illam au
thoritatem ad hoc , sed ad corda hominum bene vel male
agentium,quorum cogitationes & consilia destruit vel ædi-
fidicat includit vel aperit Deus secundum suam prouiden-
tiam , nihilominus si uolumus eam trahere ad ecclesiam.di-
co quod oportet illam intelligere de ecclesia simul cum pa-
pa & collectiue,non comparatiue ad papam.Ad.c.sancta &
ad alia iura similia quæ habentur.25.q.2. supra alias respon-
sum est in responsione ad.4.& ad.26.contrarium.loquitur.n.
c.sancta.15.dist. de conciliis in quibus damnatę fuerūt diuer
sę hereses . quæ Gregorius profitetur se suscipere & uenerari
sicut quatuor libros euangelii in c.sicut. & in ca.sancta.ea.
15.dist.Ad quiaquagesimumnonum † de c.diffinimus,dicen-
301 dum est quod tex.ille non loquitur sicut inducitur, sed tan-
tum dicit quod nullus audeat quenquam patriarcharum in
honorare.aut amouere a proprio Throno tentare, pręcipue
papā.Vñ vt iacet, potius probat quod nullus de facto debet
inhonorare aut eiicere a sede uel suo ordine sedendi imme-
diate post papā patriarchas,nec papā a principali sede.Ideo
licet ꝓhibeat inhonorare aliquos patriarchas aut Romanos
pōtifices,qđ ad factū refert,nō ex hoc sequitur φ alias possit
qs iudicare de papa.Et ibi synodus hoc statuit,quia cum alias
Alexādrina ecclesia præferret Cōstātinopolitanæ , & postea
statutū fuisset ut Cōstātinopolitana teneret primū locū post
Romanā,ut in c.antiqua ibi gl.de priui.& in gl.summę eius
dē.22.di. aliqui forte laborabant ad hoc vt Alexādrina sicut
antea teneret primū locū post Rom.& nō Constatin.& ꝓpea
in ea.synodo Cōstantinop.8.de quo in d.c.diffinimus,fuit ite
rū statutū vt nullus oīno tētaret amouere a propriis sedibus
patriarchas,& presertim sanctissimum senioris Romæ papā.
Et ibi supplet Cardi. sancti Sixti quia huius electio solius Dei
iudicio reseruatur, ut in c.electionē.79.dist. Igit potius innuit
maioritas papæ quam concilii. Ad sexagesimū † ridet φ quā
302 tumcunque papa sit criminosus & incorrigibilis dummodo
non veniat contra fidem,non habet superiorem, ut alias di-
ctum est per ca. nemo 9.q.3. & quę dicuntur in capit.si papa
40.di. Et quod dicit Bernar. φ pontifex non vt dominus es-
se debet,sed vt administrator, conceditur,quia solus Christus
est dominus rerum spiritualium, vt 16.q.1.c. quoniam quic-
quid,& cap. cum ex eo ibi glo.de elec.in 6.& vide quod dici-
tur in responsione ad 29.motiuum,ubi etiam de authoritate
Bernar. & vide etiam quod dictum est in responsione ad 23.
contrarium.ubi tractatur authoritas euangelii de contentio
ne inter apostolos de primatu Mat.18.Et quod dicitur quod
qui non uult ministrare solicite sed dominari, & apostola-
tum & dominatum perdere debet, & quod ligandi ac sol-
uendi potestate se priuat qui hanc pro suis voluptatibus &
non subditorum motibus exercet,intelligitur quod ad Deum
ꝓpter peccatum. nō quod sit aliquis superior papæ φ ipsum
habeat priuare, qui si efficitur tyrannus, data sunt remedia
plura quæ sunt tenenda contra eum sine depositione. Ad Se
303 xagesimum primum † de moyse & Aharon dicendum est
quod Moyses repræsentabat Christum, cuius uices papa ge-
rit in terris. vnde dicit moyses deutero.16 prophetam de me
dio tui ex fratrib. tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus
tuus,ipsum audies. Similiter Aharon repræsentabat Christū.
nam Deutero.28. super illud applica ad te Aharon fratrem
tuum cum filiis eius de medio filiorum Israel vt sacerdotio
fungantur mihi, dicit glos. Bedæ,quod sicut tabernaculum
cum ornamentis & vasis fuit significat ecclesiam, pulchra
virtutum & personarum varietate distinctam ,ita summus
tabernaculi sacerdos Aharon Christum significat verum
qui semetipsum obtulit pro nobis. Aliter igitur Moyses & ali
ter Aharon Christū significabat quia Moyses significabat Christū vt
legislator,iuxta illud Isa.23.dñs enim iudex nr, dominus le-
gifer noster , dominus rex noster Aharon vero significabat
Christum vt summus sacerdos, iuxta illud psal.109. tu es sa-
cerdos, in æternum secundum ordinem melchisadec.Dato
igitur quod Moyses fuerit maior potestate Aharon,potest di
ci quod potestas moysi non solum fuit imperialis in legisla-
tione sed etiam sacerdotalis in votorum populi oblatione.
Vnde glo.super illud psal.98.Moyses & Aharon in sacerdo-
tibus eius,dicit.Moyses sacerdos fuit quia etsi non hostias,vo
ta populi obtulit & pro popolo supplicauit . Repræsentabat
igitur Moyses sicut & Aharon Christum,cuius papa gerit vi
ces.ut in capitulo primo. de homi.in 6.& in capitulo ad apo
stoli.de re iudi.eodem lib. Vnde ex præmissis non concludi
tur quod papa sit inferior imperatore , immo potius contra-
rium , & per consequens non concluditur quod sit inferior
304 concilio. Ad sexagesimumsecundum † dicendum est quod
appellatio interposita pro causis minimis & leuibus non est
ad papam deferenda ,ut in dicto.§.denique extra.de appella.
sed pro causis grauibus & arduis quæstionibus omnis appel-
latio potest deferri ad papam.11.quæst.prima.capit.quicun
que.Ad hoc quod dicitur in cap.cuncta per mundum.9.q.3.
cap.ad Romanam.el.2.2.quæst.6. quod dicitur in cap. licet
ex suscepto.de foro compe.& quod dicitur post glo in cap.si
clericus laicum,& in cap.ex transmissa. de foro.competen.
305 Ad sexagesimumtertium † respondetur quod tex.in ca.cum
ad uerum,non probat quod imperator sit maior quam papa
immo contrarium probatur & ibi & in cap.sequen.& in ca.
duo sunt, & in cap.si imperator. 96.dist.& in clemen. prima.
de iureiu.& in clemen. pastoralis circa fi.de re iudi. vbi papa
dicit nos tam ex superioritate quam ad imperium nō est du
bium nos habere quam ex potestate in quam vacante impe
rio succedimus imperatori &c.Vide Albericum in epistola
inter claras, & Oldra.in consi.180. Et φ papa vacante impe-
rio habeat plenam in temporalibus iurisditionem, vide Al-
uarot.in c.1.episcopum vel Abbatem. & Bal.in proœ.ff.Imo
deponit imperatorem,vt in c.ad apostolicę de re iudi.in 6.&
Aluarot.in d. c.1.& excommunicat qñ uult eum , ut in d.c.
si duo . Et φ vacante imperio omnis iurisditio deuoluatur
ad papam,est extrauagans Io.22.quę incipit si fratres & mo-
derni ponunt in c.licet ex suscepto de foro compe. Et de ma
ioritate papæ ad imperatorem,habetur in c. causam.quæ el
2.per Hosti.& per eundem in c. per uenerabilem in versi.ra-
tionibus qui filii sint legi.Et est tex.cum iis.quæ ibi dicuntur
in c. solitę.de maio.& obe. vbi patet φ tm̄ excellit dignitas
pontificalis imperium,quantum splendor solis splendorem
lunæ,quæ a sole lucem recipit. Sunt igitur potestates distin-
ctæ,ut d.c.cum ad verū & c.duo & c.si imperator . Et maior
est pontificalis,quæ habet utrunque gladium.de quo in c.in
ter.hæc.33.q.2.& c.nouit.de iudi.& c.causam quę.el 2.qui fi.
sint legi. De cuius præeminentia & superioritate ad reges &
principes seculares, vide Card. de Turręcre.in c.certū. 10.di.
& de eiusdem suprema potestate per eundem in c. cum ad
verum.96.dist.& in 2.li.de ecclesia.in quibus locis vr̄ conce-
dere φ papa tantam habeat iurisditionem in temporalibus
in toto orbe,quantam necessitas ecclesię & gubernatio dñici
gregis exigit. Propterea istud contrarium ita facit contra cō
cilium sicut contra papam,quia si maior esset potestas impe
rialis quam ecclesiastica,similiter cōcilium quod recipit po
testatem ab ecclesia & illam repūtat, ut sæpius diximus, &
po-

pontiur in cap.significasti,de elec.diceretur inferius impera
tore.Et quod imperium non sit a Deo nisi permissiue, & con
sequenter quod papalis potestas sit maior quia immediate a
Deo per verba pasce oues meas Ioan.vl. vide plene per Alb.
in l.cunctos populos. C.de sum.tri.& ibi etiam ponit. Bal.&
alii moderniores.Et magis late quod papa sit supra imperato
rem ēt in tempororalibus,vide Alexandrinum in c.cum ad
verum .96.dist.ubi etiam quod potestas imperialis deriuati-
ue sit a papa.Et idem in c.si imperator ea. dist. per eundem .
Et idem finaliter dicit Alb.in l.bene Zenone,C.de qua.præs.

306 Nec obst. prædictis † quod dicitur ab aliquibus, in qua opinione semper fuit Abbas Si-
cu.& tam theologi quam iuristæ Basiliens. quod papa est ca-
put ecclesię ministeriale ratione ministerii Petro commissi
& quod habet præheminentiam, & superioritatem in ec-
clesias particulares , sed non in uniuersalem ecclesiam .
cuius solus Christus dicitur caput , & quod iura dicentia
papam esse caput omnium ecclesiarum , vel totius eccle-
siæ, exponi debent , id est omnium particularium ecclesia-
rum,quia ista fuit vna cauillosa inuentio contra authorita-
tem papæ & Romanæ ecclesię, quæ si bene consideretur est
etiam falsa conclusio. Tum quia cum omnia iura loquantur
per dictionem omnium seu similem,ut in cap.non decet.12.
dist.cum simi.quę ex sui natura est dictio vniuersalis collecti
ua.l.hæredes mei.§.cum ita. ff.ad trebel.19.dist. si Romano-
rum.cap.vt circa.de elec.in 6.non solum complectuntur par
ticulatiter & distributiue omnes ecclesię, sed etiā vniuersa-
liter & collectiue.Et posito quod possit exponi omniū eccle-
siarum.s.particularium l.in summa.ff.de statu homi. tamen
ad cap.quamuis.21.dist.non datur responsio qui tex.dicit φ
quamuis vniuersæ per orbem catholicæ ecclesię sint vnus
thalamus Christi , & sic ponit illas vnitas , tamen Romana
ecclesia illis prælata est. Ecce quod præponit ecclesiā Roma
nam vni thalamo Christi qui constat ex omnibus ecclesiis.
orbis simul vnitis. Nec aduersatur quod text. dicit Roma-
nam ecclesiam cęteris prelatam & non dicit eam prælatam,
vniuersali ecclesię & sic collectiue,quia est facere vim in ver
307 bis, cum † dictio cæteris possit capi distributiue & collectiue
pro cęteris simul iunctis.pro hoc glo.in l.non solum §. quæ-
ritur.ff.de procura.21.dist.in.ca.de libel.56.dist.capitulo apo
stolica & sequen.ibi cęteras.id est omnes. Vnde dicit S. Tho.
in opus.contra impug.reli.c.3.in fi. quod Christus Romanæ
ecclesię contulit hoc priuilegium vt omnes ei sicut Christo
obediant. & qui hoc Romanæ ecclesię priuilegium ab ipso
summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre cona
tur, hic proculdubio in hæresim labitur, fidem quippe vio-
lat qui aduersus illam agit quæ est fidei mater.22.dist.c.oēs.
Et tex.in c.rogamus.24. q.1.dicit Petrum caput totius eccle-
siæ,ad euincendum quod non intelligitur singulariter.Tum
ēt quia istud vr̄ contra extrauagantem vnam sanctam . vbi
dr̄,dicente Dño ipsi Petro pasce oues meas, meas inquit gñā
liter & non singulariter has uel illas, per quod intelligitur ei
commisisse uniuersas,cap.solitæ de maio. & obed.Et clarius
demonstrat illa extrauagans quod papa est caput vniuersalis
ecclesiæ,non dico per respectum ad particulares ecclesias ip
sius vniuersitatis, sed ad ipsam uniuersitatem simul iunctam,
quia primo designat vnitatē ex vnitate vnius ouilis, & vnius
pastoris Io.10.23.quæstione.4.capitu.tres parsonas. & ex uni
tate arcę quæ ecclesiam figurabat, ut declarat Aug. in li.15.
de ciuit.Dei.c.26.& S.Tho.in proę.epis.ad thes.& dr̄.1.pet.3.
Item, ut dicta extrauagans dicit, spōso in canticis proclamā-
te vna est colūba mea, perfecta mea, vna est matri suę,electa
genitrici suæ, quæ unū corpus mysticū repræsentat cuius ca-
put Christus. Et infra, hæc est tunica illa domini inconsutilis
quæ scissa non fuit sed sorte prouenit,igitur ecclesię unius, &
unicæ unum corpus,unum caput, non duo capita quasi mon
strum,Christus videlicet & Christi vicarius Petrus Petrique
successor,cui omnes subesse tenentur de necessitate salutis.
Vnde Christus, & eius uicarius pro uno reputantur. Quod
etiam ponit,S.Tho.in tract. contra impug.reli.in 4. c. vbi di-
cit.ideo papa qui obtinet uicem ueri sponsi in tota ecclesia ,
uniuersalis ecclesiæ sponsus dicitur, episcopus autem suę dię
cesis,præsbyter uero suæ parochiæ . unde & diœcesis sponsus
papa est & episcopus parochiæ, nec tamen propter hoc sequi
tur quod sint plures spōsi vnius ecclesię, quia sacerdotes suo
ministerio cooperantur episcopo tanquam principali , & si-
militer episcopi papæ, & ipse papa Christo, unde Christus, pa-
pa, episcopus, & sacerdos , non reputantur nisi unus sponsus
ecclesię.Sic ergo papa est uniuersalis ecclesiæ pontifex & ca-
put corporis mystici ecclesię,non solum respectu singulariū
ecclesiarum vel personarum sed etiam respectu uniuersita-
tis simul iunctæ . Et hoc bene probat text. in c.loquitur.24.
quæstione 1. vbi præficit ecclesię unum caput, & quod sit
unum caput patet quia papa est caput vt vicarius Christi,
& sic Christus & papa pro uno reputantur. c.2. de consue.in
6.cap.1.de offi.vicarii eo lib.c. pręcipimus.93.di. Qui autem
nō ponit papam caput vniuersalis ecclesiæ , ponit scissuram
in ecclesia & duo capita,quia ponit papam caput singulariū
ecclesiarum & non vniuersarum simul . & quia tunc ponit
ecclesiam sine capite,ponit etiam concilium sine capite, &
tamen nullus negat papam esse caput concilii,sine cuius au
thoritate non potest concilium subsistere.17. dist. per to. Et
sic venit contra articulum fidei & unam sanctam catholicā
ecclesiam. Nec obstat si dicatur † quod Christus est caput,qa
308 cum ecclesia sit vnum corpus mysticum, de consecra.dist.1.
c.ecclesia,oportet consequenter ponere quod habeat vnum
immediatum caput homogeneum.id est eiusdem naturæ &
eiusdem status & conditionis,vt scilicet sit visibile & conuer
satiuum cum corpore cuius est caput.Vnde Marsilius de pa-
dua qui dixit quod Christus nullum caput dimisit ecclesiæ,
fuit condemnatus per sedem apostolicam, vt patet in extra
uaganti Ioan.22.quæ incipit licet iuxta doctrinam apostoli.
Et similiter Ioannes Huss in concilio Constantien. per Mar-
tinum quintum,quia asserebat non esse scintillam apparen-
tię quod oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens
ecclesiam quod semper cum ipsa ecclesia militante conser-
uetur & conuersetur . contra quod determinauit Martinus
Petrum fuisse caput sanctæ ecclesiæ catholicæ, & consequen
ter successores eius. Et dicendo catholicæ ecclesiæ, dicit ec-
clesiæ uniuersalis,quia catholicon grece idem est quod vni-
uersale latine dicit card.in trac.de potestate papæ lib.2.c.22.
& 25. Facit etitm ad hoc tex.in ca.in nomine domini.23.di.
vbi papa dicitur pontifex Romanæ & uniuersalis ecclesię, &
sic non tantum singularium ecclesiarum sed in concreto ip-
sius uniuersitatis . Item ad idem sunt omnia illa iura quę di-
cunt papam tenere vicem Dei in terris, in cap.ad apostolicæ.
de re iudi.in 6.c.vnico.ut eccle.benefi.c.pen.& fi.de translat.
præla.cum similibus.Ad idem est tex. in cap.vbi periculum ,
in §.cæterum.de elec.in 6.qui dicit papam esse vicarium Iesu
Christi, successorem Petri , rectorem vniuersalis ecclesiæ &
309 directorem gregis dominici.Et quod papa † non solum in par
ticulares ecclesias sed in totam ecclesiam Christi obtineat
vniuersalem prælationem,ponit S.Tho.in trac.contra erro.
grę.c.66.dicens.legitur in Calcedonen.concilio quod tota sy
nodus acclamauit Leoni papæ, Leo sanctissimus,apostolicus
& icumenicus, idest vniuersalis,patriarcha per multos annos
viuat. Et Chrysostomus super Matt.dicit.filius quę patris est
& ipsius filii potestatem Petro vbique terrarum concessit, &
homini mortali omnium quæ in cœlo sunt dedit authorita-
tem,dando eidem claues ad hoc vt ecclesiam vbique terra-
rum amplificet. & super Ioan.in homilia.85.Iacobum locali
ter in loco terminat,Petrum autem totius orbis ordinat ma
gistrum & doctorem.Et Cyrillus Alexan epis.in lib.2.thesa.
quem ad propositum contra detrahentes potestati papæ in-
ducit.S.Tho.in d. trac.contra impug.reli.in cap.3.circa fi.di-
cit,vt membra maneamus in capite nostro apostolico Thro
no Romanorum pontificum,a quo nostrum est quęrere qd
credere & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum
rogantes pro omnibus, quoniam ipsius solum est repręhen-
dere corrigere & loco illius ligare q ipsum ędificauit, & nulli
alii quod suum est plenum sed ei soli dedit , cui omnes iure
diuino caput inclinant & primates mundi tanquam ipsi do-
mino Iesu Christo obediunt . Item papa potest facere quic-
quid potest Deus,Christus enim non fuisset diligens paterfa
milias, si non dimisisset in terra aliquē loco sui qui exigenti-
bus causis posset omnia facere quæ posset ipse Christus, vt di
cit Abb.in cap. uenerabilem in 7.col.de elec.referendo Inn.
idem dicentem in c.ad apostolicę circa fi.de re.iudi.& in ca.
quod super iis de vo.Item facit quod Petrus per illud Ioann.
vlt.pasce oues meas factus fuit vniuersalis pastor. Nec obstat
quod dominus nō dixit pasce ecclesiam meam,quia uniuer
salis ecclesia nihil aliud est quam grex dominicus & colle-
ctio fidelium,de conse.dist.1.c.ecclesia.Item a Christo dictū
est Petro,super plebem meam principem te constitui . Item
Beda super illud Ioan. 1. intuitus autem eum Iesus &c. dicit.
intuitus est eum non exterioribus oculis solum,sed & ęterno
diuinitatis intuitu vidit cords eius simplicitatē. & animi sub
limitatem,cuius merito cunctę esset p̄ferendus ecclesię. Nō
dicit particularibus ecclesiis orbis, sed ecclesię vniuersali. Et
hoc probat tex. in cap.considerandum.50.di.& ponit Augu.
super psal.49.vbi exponens illud Deus Deorum loquutus est
& uocauit terrā,& de Christo loquēs dicit. deinde quadrage
sima.s.ascensionis die cōmendās beato Petro ecclesiam.i.ter
rā a solis ortu vsq; ad occasū,ne hērēt excusationē q volūt in
schismate deperire . Et hac rōne vr̄ Inno.velle in c. φ sup.de
vo.φ papa sit vl̄is pōtifex.alle.illud.dñi est terra & plenitudo
eius,orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo.Et subiicit
φ cum Christus habuerit super oēs ptātem. iuxta illud psal.

Deus iudicium tuum regi da, & papa qui est eius vicarius habet plenam potestatem in omnes non solum fideles sed etiā infideles vniuersaliter, qa aliter Christus non videretur fuisse diligens paterfamilias nisi vicario suo quem in terra dimittebat, plenam potestatem super omnes dimisisset. Et ideo dicitur quod papa habet potestatem non solum super terrestria cęlestia & infernalia sed etiam super Angelos bonos & malos. de quo vide Feli. in cap. canonum in prin. de consti. Item hoc idem insinuat sixtus papa primus, qui in 2. epistola sic scribit. sixtus vniuersalis apostolicæ ecclesiæ episcopus in domino salutem, vt refert beatus isidorus in li. cōciliorū. Et victor papa qui in epistola de paschate &c. Sic scribit. victor Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ archiepiscopus theophilo episcopo &c. Et pontianus papa in epistola de fraterna dilectione &c. Sic dicit. pontianus sanctæ & vniuersalis ecclesiæ episcopus oībus recte dominum colentibus &c. Idem etiam S. Tho. in trac. contra impugnan. reli. respondendo ad capitulū ecce. 6. distinctione dicit quod autem papa vniuersalem pontificem se prohibet nominari, non ideo est quia ipse non habeat authoritatem immediatam & plenā in qualibet ecclesia, sed quia non pręficitur cuilibet particulari ecclesiæ vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector, quia sic cessarent omnium aliorum pontificum potestates. & hoc. c. inductum nullus ꝓ ratione inducit. Ita refert car. de Turræcre. in 2. lib. de po. pa. cap. 16. in fi. & dicit dictus sanctus in supradicto trac. in capitulo quarto post medium. Ad quod vide quæ dicta sunt in responsione ad. 36. contrarium. Item & Leo papa in quadam epistola ad palestinos in prin. sic dicit. solicitudini meæ quam uniuersali ecclesiæ omnibusq; eius filiis debeo. Ecce quod dicit uniuersali & non singularibus.

310 Item dicere papam† caput singulariū ecclesiarū orbis & nō omnium collectiue, uidetur una trupha, quia hoc est ponere unum caput sine assignatione alicuius corporis, sed tantū singulariter ecclesiarum & ꝑsonarum. uel est ponere quod sit caput diuersorum corporum. s. singularium ecclesiarum & personarum, & sic ponere ecclesiā quæ est unum corpus esse diuersa corpora, quod esset facere ecclesiam monstruosam. Item dicere papam caput singularium & particulariū ecclesiarum & non omnium collectiue, est implicare contradictionem, cum ecclesia uniuersalis non sit aliud quam omnes ecclesiæ catholicæ in una fide Christi unitæ, ut in capitulo loquitur 24. quæst. prima. & capit. quamuis 21. distin. seu omnium catholicorum collectio & unio. capitulo ecclesia de conse. distinctione prima Vnde si est caput omniū singularium seu perticularium ecclesiarum & personarum ecclesiæ, hoc ipso est caput singularium simul unitarum. Ex quo sequitur quod sit caput omnium collectiue & uniuersaliter ac simul, quia est caput ecclesiæ, quę ecclesia est corpus mysticum quod constat ex omnibus singularibus & particularibus ecclesijs & personis. Nec obstat, istud nomen ecclesia indefinite sumptum accipi distributiue pro singularibus ecclesijs, quia licet cū signum uniuersale cadit super nomen commune nō collectiuum, possit fieri distinctio quod aliqū collectiue & aliquando singulariter capiatur, ut uerbi gratia ista propositio omnes apostoli Christi sunt. 12. si collectiue accipiatur signū uniuersale omnes, est uera, sed si sumatur distributiue est falsa. & econtra ista sortes est fortior omnibus hominibus, distributiue est seu potest esse uera, collectiue autem est falsa, tamen quando cadit super nomen collectiuū, ut est ecclesia, plebs, populus, familia, grex, collegiū, concilium & similia, nunquam tale signum capitur distributiue, quia est contra naturam nominis collectiui.

311 Ad illud† quod dicitur quod est ministeriale caput, & sic minister, ergo nō supra ecclesiam. respondetur quod non est simpliciter minister sed cum potestate uicariatus Christi. ergo ut illam potestatem Christi obtinens & illum repręsentans, est maior, sicut etiam in inferioribus uicarius alicuius ordinarij non dicitur nudus minister illius, sed eadem fungitur potestate qua ille cuius est uicarius, & eodem modo habet ordinariā potestatem, ut in c. cleros & in c. sua de offic. uica. & c. 1. eo. ti. in 6. & c. 1. de consue. eo. li. cum simil. Vnde ex his manifeste patet non esse uerum quod papa sit tantum ministeriale caput ecclesię, sed est caput essentiale potentiale & authoritatiuum uniuersaliter totius corporis ecclesię. sicut. n. Christus est caput ecclesię ut in cle. 1. de iureiu. sic & papa eius uicarius dicitur caput ecclesię, ut in extraua. unā sanctam in §. igit ut, ibi ecclesię unius & unicę unum corpus unum caput, Christus uidelicet & Christi uicarius Petrus Petrique successor.

312 Ad illud† quod dicitur ꝙ ecclesia habet obedire papę in ijs quę pertinent ad ędificationem & non in pertinentibus ad destructionē ecclesię. respondetur ꝙ licet nō sit obediendū papę ubi non pōt sine peccato ei pareri, ut dicit Abb. in c. cū teneamur de præben. & moderni in ca. si quando de rescrip. & in cap. non semper & in c. Iulianus. 11. quęst. 3. ut si præcipit aliquid iniustum quod contineat hæresim, uel ex quo præsumitur vehementer turbandus status ecclesiæ vel alia mala ventura, dicit glos. in c. per principalem. 9. q. 3. & Ioan. And. post Inno. & communiter doc. in c. inquisitioni de sen. excō. uel quādo dispensaret contra vniuersalem statum ecclesiæ, vt dicit Archi. in capitulo sunt quidam post glos. 25. quęstione prima. uel ubicunque decoloraretur vniuersalis status ecclesiæ, ponit milis in verbo papę, non est obediendū, ex hoc tamen non sequitur quod concilium sit maius papa, quia his & similibus casibus potest resisti papæ, vt dictum est in remedijs datis quando papa est incorrigibilis, sed tamen concilium non habet potestatem supra eum ad deponendum nisi in casu hæresis, ut dicitur. 40. distinctione capitu. si papa. Imo per hoc magis ostenditur quod papa est maior, quia ex eo quod non habet superiorem, & non est qui possit via iuris procedere contra eum, fit quod de facto debet ei resisti. alioquin autem præcepto etiam iniusto papæ est obediendum, vt ponit Innoc. Hostien. Ioan. And. & Anto. & Abbas in d. capitulo inquisitioni de sen. excom. quia licet præceptum sit iniustum, si non contineat in se peccatum debet obediri, nisi ex obedientia rationabiliter timeretur aliquod magnum malum, vt quia per illud turbaretur status uniuersalis ecclesię. Et per hoc dicit Abbas in dicto capitulo inquisitioni, quod multum excusabantur cardinales qui discesserant ab obedientia Benedicti, & Gregorij, qui cum reuocarentur etiam sub pœna excōis, dicebatur eos non teneri obedire, quia potuisset sequi turbatio & impedimentum tenendi cōcilii per qđ sperabatur sedatio schismatis. Cum. n. iudicium ecclesię cōtrariatur iudicio conscientiæ, si iudicium conscientię fundatur in certa uel probabili ratione, sequendum est, alioquin deponenda est conscientia, & sequendum ecclesiæ iudicium ac præceptum alias iniustum, & dicto ecclesiæ iudicio conformanda conscientia, vt notat. d. Anto. in d. capitu. inquisitioni. Vnde licet aliquando non sit obediendum præcepto superioris, non sequitur ex hoc quod superior efficiatur non obedienti inferior, & illi desinat esse superior.

313 Ad illud quod †dicitur quod papa non est perfectior vniuersali ecclesia. respondetur quod nō sequitur ex hoc quod uniuersalis ecclesia siue concilium sit maius papa, quia cum Petrus fuerit præpositus & constitutus princeps super totam ecclesiam, consequenter & papa est prælatus & prępositus uniuersali ecclesiæ. Ideo si loquimur de maioritate & prælatione potestatis & authoritatis & iurisditionis, dignior, superior, & maior est papa vniuerso corpore ecclesię, sed in comparatione ad alia bona spiritualia, quorum maior copia reperit in uniuersali ecclesia q̃ in uno solo prælato, non est dubium ꝙ isto respectu ecclesia sit perfectior plenitudine copiæ bonorū spiritualiū q̃ papa quantumcunq; sanctus. imo de hac perfectione interiori loquendo, vna vetula pōt esse perfectior q̃ papa. Attenditur. n. hęc perfectio interior penes charitatem, quā apostolus dicit vinculū pfectionis ad colo. 3. & primæ ad timo. 1. dicit ꝙ finis præcepti est charitas. Et 1. Ioann. 4. dicitur ꝙ q̄ non diligit non nouit Deū, quia Deus charitas est. & iterum Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Perfectior aūt sm charitatem pōt esse vna vetula q̃ papa, ut clarum est, quia q̄ spiritu Dei aguntur non sunt sub lege c. cum ad monasterium de statu mona. igitur. Sed q̄uis in ecclesia vniuersali sint plura & maiora bona spiritualia, ex hoc non sequitur ꝙ ecclesia sit maior papa, qui solus habet plenitudinem potestatis, vt in c. ad honorē de autho. & vsu. pal. & in cap. decreto & c. qui se scit. 3. q. 6. cle. pastoralis de re iudi. cum simil.

314 Ad illud quod †dicitur quod cum papa sit vnus & Ro. ecclesia una de corpore mystico ecclesiæ, non potest esse illius caput quia nemo potest esse caput suiipsius. respondetur ꝙ dupliciter possumus loqui de isto corpore ecclesię. Interdum. n. loquimr de ecclesia vt coniuncta capiti cōprehendēdo caput & mēbra, & quādoq; loquentes de ecclesia licet capiti suo, hoc est Christo uel papę, coniuncta, loquimur de ea sicut de corpore in comparatione ad caput eius. Exemplum de primo, cū dicimus ecclesiam sponsam Christi. & ꝙ est mater & coniunx, & ꝙ nō pōt errare & huiusmodi. Et hoc mō absolute loquēdo nō referēdo eā ad aliquē fidelium, cōpræhendimus collectionē omniū fidelium & mēbra simul cū capite. Exēplum de secundo, cum loquimur de ecclesia prelationē ad caput eius, vt cū dicimus ꝙ Petrus fuit caput vniuersalis ecclesię vt in. c. rogamus. 24. q. 1. Et isto modo licet non ponamus membra separata a capite idest discrepantia, ponitur tamen distinctio rationis inter caput, & membra. & iste modus loquendi conuenit cuilibet principatui & regno. Nunc ergo in proposito cū dicimus ꝙ nullus sui ipsius est caput, uerum est, si capimus ecclesiam primo mō absolute & effuso uli sermone de capite & mēbris, qa talis sermo nō discernit caput a mēbris, sed comprehēdit caput

caput, & membra simul & propterea non conuenit dicere quod suiipsius nemo est caput, quia non fit sermo per relationem ad caput secus quando fieret sermo per relationem ad caput, vt est in exemplo secundo loco posito.

315 Ad illa † quæ adducebantur per Basilienses de ministeriali capite, patet ex præmisis responsio, & ad iura ibi adducta & alia responsum est ad plenum singulariter in respōsionibus ad superiora contraria, & maxime in responsione ad quinquagesimumprimum contrarium. & pro maiori etiam parte patet responsio ex dictis in 8. & 15. motiuo pro papa.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an & quomodo habeat vtrumque gladium. & numero 5. & numero 13.*
Ecclesia in locis immediate subiectis habet vtrumque gladium in exercitio. & num. 15.
In alijs autem materia est larga de qua varijs in locis Doctores. numero 2.
3 *Dignitas sacerdotalis, est maior regali, & imperiali, quantum est sol respectu lunæ.*
4 *Imperator tenet imperium ab ecclesia Romana, & potest dici vicarius seu officialis Rom. ecclesię.*
Et respondetur ad contrarium. num. 6.
Et confirmatur per locum ab absurdo. num. 7.
8 *Ecclesia dicitur mater imperij.*
9 *Potestas imperatoris ante Christi fidem fuit tirannica, & per vsurpationem ab ecclesia autem exercitium temporalis gladij fuit concessum imperatori.*
Et ideo non sine causa imperator recipit ensem ab altari.
Et papa dat illi Euaginatum.
10 *Exercitia iurisdictionum licet sint separata. tamen vterque gladius fuit apud Tetrum & papa licet habeat vtriusque gladij potestatem, tamen debet per se abstinere ab exercitio gladij temporalis.*
12 *Imperator hodie recipit imperium a papa, nam et electores a papa habent eligendi potestatem.*
14 *Romano pontifici necessarium est subesse, & qui hoc negat, est hæreticus.*
17 *Donatio constantini facta ecclesiæ an fuerit vera, & vnde fuerit aucta potestas sedis apostolicæ.*
Et infra num. 18. & 19.
Nibilom. eius forma ponitur ad longum. um seq. re mi.
19 *Dantes fere de hæresi damnatus, & quare.*
20 *Constantinus fuit Christianus sed qnando an a principio sui ortus, an post numero 25.*
Vbi an esset Christianus tempore Melchiadis. & nu. 31.
21 *Cap. confiantinus. 96. distinctio. & capitulo futuram 12. quæstio. 1. difficile est concordare.*
Nibilom. author concondat. nu. 22.
23 *Constantinus imperauit annis 31. & Siluester vixit in pontificatu annos 23.*
24 *Constantinus quare effectus fuerit leprosus.*
26 *Cap. futuram 12. q. 1. an sit Melchiadis vel Iulij.*
27 *Constantinus an fuerit baptizatus a Siluestro variæ sunt opiniones, & quando fuerit baptizatus & an in vltimo vitæ Spiritu. ibidem. & numero 29.*
28 *Reuersi ab heresi, an debeant rebaptizari.*
30 *Donationem factam a Constantino plures comprobant.*
Et auctor vidit multos Codices loquentes de constantini donatione. numero 32.
Et nibilom. vidisse se dicit plures codices deprauatos.
33 *Donatio constantini facta ecclesiæ comprobatur, quia imperatores in sui coronatione præstant iuramentum.*
Donntio constantini fuit facta Siluestro, & consequenter Deo. ibid.
34 *Legatum ecclesię factum Deo factum dicitur.*
35 *Donationem constantini dicere esse factum vel non factam, vel de ea disputare, relinquendum curiosis.*
36 *Donatio constantini an fuerit vel non. remissiue.*

Articulus VIII.

1 Quæritur demum ad †& quomodo ecclesia habeat vtrumq; gladium. Et dicendum est quod si loquimur in locis immediate subiectis ecclesiæ Romanæ, non dubium est quin hēat vtrumque gladium in exercitio, in spiritualibus, & temporalibus, vt pone exemplum in insula sardiniæ. c. si diligenti de præscript. in insula Sicilię, vt in c. mandata de præsumpt. clem. pastoralis de re iudic. vbi idem dicitur de toto regno Siciliæ, cap. ad apostolicæ. de re iudic. in 6. De quo vide Bal. in l cum antiquioribus in 4. colum. versic. constat namque quod dominus Clemens. C. de iure deli. Bar. in l. lex. 12. tabu. ff. ad l. Iul. maiesta. & in tract. de re milit. siue de duello domini Paridis de Puteo lib. 7. c. 2. & glo. 94. dist. c. 1. Idem in aliis prouinciis de quibus in cap. tibi domino Ioanni, & in capit. ego Ludouicus. 63. dist. & cap. constantinus. 96. dis. cum simi. De quo vide Barbatium in capit. quo ad consultationem de

2 offic. legat. In† alijs autem locis quæ non sunt in temporalibus immediate subiecta ecclesiæ Romanæ, materia est larga. Super quo vide quæ dicuntur maxime per Cardin. & Barbatium & alios modernos in capitulo nouit. de iudic. & in c. inter hæc. 33. quæst. 2. & capit. causam quæ el 2. qui filij sint legit. & de vo. cap. super ijs, per Archie. Florent. in 3. par. sum. ti. 23. char. 8. & per Franiscum de Pauinis in extrauag. unam sanctam. Et cardi. de Turrecrema. in 2. lib. de ecclesia. capit. 113. vsq; ad fi. & Milis in verbo iurisdōnis ꝓrogatio, & in verbo papa aūt nō solū. & Alex. in c. per venerabilē qui filij sint legi. Angelus in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiā de iactu, Old. in consil. 83. Idem Alexan. in c. causam quæ. el. 2. qui filij sint legi. Et ponit Stephanus Aufrerij in repe. cle. 1. de offic. ordi. in 1. oppo. versic. duodecimo legitur, cum secundo quæsito. Ponit etiam Aug. de Anco. quæst. 1. arti. 7. & 8. & idem q. 20. artic. 2. Doc. max. Alex. in capitulo quoniam. 10. distinctione & in d. capit. cum ad verum. 96. dist. Et Albericus de Rosata in d. l. bne a Zenone. C. de quadrien. pręscrip. & lata Hostien. in summa in tit. qui filij sint legi. in §. qualiter & a quo.

3 vbi† ostendit maioritatem solis ad lunam, vt ostendat quanto maior est dignitas sacerdotalis regali & imperiali. De quo vide late per Alex. in d. c. cum ad verum 96, dist. & conclude quod licet sint distinctę iurisditiones quantum ad exe

4 cutionem, tamen† imperator ab ecclesia Romana imperiū tenet, & potest dici vicarius siue officialis Romanæ ecclesię, & quod vnum tantum est caput vrbis & orbis spiritualium, & temporalium. scilicet papa, & quod Petrus habuit utrumque gladium, dixit enim cum alijs apostolis ecce duo gladii hic, & non sine mysterio datæ sunt ei claues & non vna clauis. Et idem ponit Bartol. in extrauaganti ad reprimendū, in uerbo totius orbis, vbi vult quod post aduentum Christi imperium fuit apud Christum, & ideo apud Christi vicariū, qui habet vtrumque gladium. Et quod olim non poterat haberi imperium salua conscientia, quia erat per vsurpationē, impressionem, & tyrannidem, vt dicit Albericus in d. l. cunctos populos, sed hodie est ab ecclesia, & ab ea procedit, ponit Abbas Sicu. in cap. venerabilem de elect. Et quod habeat

5 †ecclesia vtrumque gladium ponit Astexanus in lib 6. summæ in tit. de papatu. Et quod vterque gladius sit in ecclesia, & quod gladij temporalis potestatem habeat imperator ab ea, ponit Hostiens. in capit. causam quæ el 2. & Abb. in repet.

6 c. per venerabilē qui fil. sint legi. Et licet imperator† dicatur habere potestatem immediate a Deo, vt in authent. quomodo opor. epis. in princ. & in authent. de instrumentorum cautela & fide. §. quia igitur, tamen in l. digna vox. C. de ll. videtur quod imperatoris potestas sit immediate a lege Regia, ut in l. 1. §. cum enim. C. de veteri iure enucle. & in §. sed quod principi instit. de iure natura. & sic a Deo mediate, vt dicitur in d. l. digna vox. Sed si volumus quod immediate a Deo, ut in dicta authent. quo. oporteat epis. & in authentica. de non alienan. in § finimus, hoc intelligitur permissiue & generaliter, quia a Deo est omnis potestas, ad Romanos. 13. & 23. q. 2. capit. quid culpatur. Sed effectualiter & immediate etiam in temporalibus principaliter data est Petro omnis potestas, cuius executionem in temporalibus imperator recipit a papa Petri successore, & Christi vicario, ut in capitulo licet. de translat. prælat. de quo Alex. in consil. 87. in 2. uolum. Alio-

7 quin† si ab eodem principio immediate & distincte procederent istæ potestates, videlicet potestas papæ in spiritualibus. & potestas imperatoris in temporalib. sequeretur quod fuissent dati duo eodem tempore vicarii a Deo, cum tamen ecclesia vniuersalis & fidelium collectio vna sit, & unum corpus. 7. quæstio. 1. Nouatianus, & vnum caput dicitur habere qui est papa, vt in capit. loquimur & in cap rogamus. 24. q. 1. glo. in clem. ad nostrum de hæret. Aliter vnum corpus haberet duo capita & esset monstrum, ut in capit. quoniam. de officio. ordinar. ad hoc extrauagans Bonifacii quæ incipit vnam sanctam, & esset contra articulum fidei & vnam sanctam ecclesiam catholicam, in qua ecclesia ita est imperator & Reges, sicut cæteri alii. Ita dicit Abbas Siculus in repet. c. ꝑ uenerabilem. in §. rationibus in fi. qui filii sint legit. & Hostien. in d. cap. causam quæ el. 2. eod. tit. & Alexand. in d. cap. cum

8 ad verum. Inde est quod ecclesia dicitur mater imperii, ut in authen. vt deter. sit num. cler. §. 1. & in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccles. Et sic dicimus intelligi quod dicit Bald. in l. cunctos populos de summa trinit. cum dicit quod imperiū est a Deo permissiue & approbatiue, item formaliter & effectiue ea ratione qa tota collectio Christianorum hoc tenet, quia illi obediunt, & quia a papa confirmatur. Quę ratio ostēdit quod eius temporalis iurisditio sit ab ecclesia, si illud formaliter & effectiue surgit a collectione fidelium, quę nihil aliud est quam ecclesia. de consecra. distinctione 1. capitulo ec-

eccleſia. cui papa eſt caput & præeſt, vt dicto capitulo rogamus. & 22. diſtinctione capitulo ſacroſancta, & dicit S. Tho. 9 in 3. par. queſt. 8. articu. 6. Non obſtat tex. & Angelus† ibi in authen. quo opor. epiſ. in prin. cum dicit, ex vno eodemque principio vtraque procedentia humanam exornant vitam, quia nõ dicit vno eodemq; tempore & modo, in quo eſt vis, quia ante Chriſti fidem imperium fuit per tyrannidem, & a populo data eſt imperatori omnis poteſtas & imperium, vt dicit tex. in §. ſed quod principi inſti. de iure natu. & in l. prima. ff. de conſti. prin. Quod bene proſequitur Ioannes Igneus in quæſtione vtrum rex Franciæ recognoſcat imperatorẽ in ſuperiorem. & dicunt doc. in illa ardua quæſtione an imperium dependeat a papa in l. 1. C. de ſacroſanc. eccle. & in l. bene a Zenone. C. de quadrien. preſcrip. Sed poſt aduentum Chriſti qui aliqua geſſit vt imperator, cum eiecit vendentes de templo, & aliqua ut ſacerdos, vt dicit gloſ. in cap. quoniã. 10. diſt. & gloſ. in c. cum ad verum 96. diſt. & qui habuit omnem & in oẽs poteſtatẽ in cęlo & in terra, iuxta illud Matth. vl. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, & qui fuit rex regum & dñs dominantium, apoca. 19. & primæ ad timo. 6. & a quo nos populus electus, gens ſancta, & regale ſacerdotium. c. vnico de ſacra vnc. & a quo omnis poteſtas fuit data Petro in cœlo & in terra c. quodcunque. 24. q. 1. & conſequenter ſucceſſoribus. cap. ſolitæ de maio. & obe. & quia nullibi reperit data aliqua poteſtas imperatori. propterea Bar. in d. authẽ. quo. opor. epiſ. & in d. extraua. ad reprimendum, dicit eccleſiam habere vtrunq; gladium, & quod temporalis gladij exercitium imperatori conceſſum ab eccleſia depẽdet per extrauagantem vnam ſanctam. ad quod vide Alex. de Imo. in d. conſi. 87. in 2. volu. Et iſta videtur ueritas vt imperium iuſte poſſideatur, eo quod præſertim pontifices tranſferre poſſunt imperium de vna gente in aliam, & confirmant & coronant imperatores, vt d. capit. venerabilem de elec. & cle. Romani de iureiu. & illum inungunt, vt de ſacra. vnc. c. 1. Et imperator non ſine cauſa recipit gladium de altari 93. diſt. legimus, dicit Hoſtien. in dicto capitulo cauſam el. 2. Et papa dat illi euaginatum, dicens accipe gladium de ſup. Beati Petri corpore ſumptum &c. Vt habetur in pontificali. ponit Brixien. in verbo papa. 10 Vnde licet† exercitia iuriſditionũ ſint diſtincta & ſeparata, tamen vterq; gladius fuit apud Petrum, hoc eſt ſpiritualis & ſecularis poteſtas, per illud ecce duo gladij hic. & ſecundum domi. in d. capitulo quoniam 10. diſt. executio temporalis fuit interdicta Petro per illa verba mitte gladium tuum in vaginam. Vbi conſidero quod Chriſtus nõ per ſe poſuit gladium Petri in vagina, ſed dixit Petro ut ipſe poneret gladium in vagina, & non dixit proijce gladium a te. quaſi non prohibuerit gladij temporalis poteſta- 11 tem, ſed ut per ſeipſum abſtineret ab vſu gladij. Vnde† papa licet habeat vtriuſque gladij poteſtatem, tamen debet per ſe abſtinere ab exercitio gladij temporalis. & hoc bene probat text. 23. quæſt. 8. in prin. & 14. q. 1. ſi Petrus. ubi patet quod etiã 12 materialem gladium exercuit Petrus. Hodie† tamen nulla eſt dubietas quin imperator recipiat imperium a papa, quia & electores habent poteſtatem eligendi a papa, vt dicitur in d. c. venerabilem. Et nunc vere & cum bona cõſcientia tenetur imperium. nam de alijs imperatoribus ante approbationem eccleſię qui erant verius vſurpatores poterat dubitari, vt dicit Abbas in dicto cap. uenerabilem, & albericus & alii in dicta l. cunctos populos. Et uide omnino Alexan. in dicto capitulo uerum. ubi oſtendit ſuperioritatem gladii ſpiritualis ad temporalem, & quemadmodum temporalis deſcendit a ſpirituali & quomodo eſt maioritas papæ ad imperatorem, & reſpondet ad motiua quæ fiunt pro poteſtate imperatoris ibi. de quo uide remiſ. per Alexã. de Imo. in l. prima. ff. de requi. reis. Et quod depẽdeat imperium ab eccleſia, diſputat Iaco. de Beluiſo in authen. de fide inſtru. §. 5. de quo per Bal. in titu. de pace conſtan. in vſi. feu. Et de his & quomodo eccleſia habeat utrunque gladium, ponitur in dicto capitulo nouit, maxime per Barbatium, de iudi. Et de maioritate papæ ad imperatorem in capitulo licet de foro compe. poſt Innoc. & dicto capitulo ſolitæ & capitulo abbate de re iudi. & cle. paſtoralis de re iudi. Et uide multum bene per collectarium, qui etiam tenet quod habeat vtrunque gladium in cap. antiqua de priuil.

Sed quia hodie eſt confuſio, quia laici volunt diſponere de ſpiritualibus. ſ. conferendo beneficia, & clerici de tẽporalib. exponendo ſe armis & ſecularibus negocijs, ideo mundus eſt in malo ſtatu, ut dicit Domi. in d. cap. quoniam 10. diſt. Et Albericus in d. l. bene a Zenone dicit. nouit ille qui nihil ignorat quod præſidẽtes Romanæ eccleſiæ ſua aſtuta & ſagaci prudẽtia ſecundũ temporum varietatem ſua variarũt ſtatuta, modo imperiũ ſublimando, mõ paulatim deprimẽdo, ſed ſi quilibet eſſet contentus ſuis limitib. & vnus alium coadiuuaret, ſicut facere tenentur, puto quod pax eſſet in vniuerſo orbe. Sed ego dico quicquid velit Alberi. quod vndique ſunt anguſtiæ. nam modica etiam eſt reuerentia laicorum in clericos, intantum quod papa de ſpiritualibus & beneficiis parum poteſt diſponere, & ſæpius quaſi cogitur dare principibus priuilegia, & iã gladius temporalis non ad tuiionem eccleſiæ, ſed ad depreſſionẽ uidetur illis datus, contra illud quod dicitur in c. prin- 13 cipes. 23. q. 5. Sed quod† eccleſia habeat utrunque gladium, multa adduci poſſent quæ in locis ſupra allegatis a doctoribus ponuntur. Sed hodie de hoc etiam eſt extrauagans vnã ſanctam, quæ hoc clare declarat, ideo indubie dicendum eſt apud eccleſiam eſſe vtrunque gladium. Et licet Ioan. Mona. conatus fuerit peruertere ſenſum illius extrauagantis, ſecũdum quod dicit Egidius Bellamera in d. c. ſolitæ, & in d. c. nouit, de quo ualde miratur cum eſſet legatus de latere D. Bonifacij in Francia, tamen vt dicit Pauinus in gl. dictæ extrauagan. illud fuit quia erat gallicus & amicus regis Philippi tũc regnantis. Et vt dicit Felinus in d. c. ſolitæ, ipſe ex hoc forſan prębuit occaſionem vt Clemens V. qui fuit guaſco & tranſtulit Ro. curiam in Gallias, faceret extrauagantem meruit, per quam declarat quod per diffinitionem & declarationẽ Bonifacij quæ incipit vnam ſanctam, rex, & regnum Franciæ non magis aut minus cenſentur ſubiici Romanæ eccle- 14 ſiæ quam antea ſubijciebantur. Quæ† ſi recte conſideretur, eſt modici momenti, quia negare eſſe neceſſarium ſubeſſe Romano pontifici qui eſt caput vniuerſalis eccleſiæ. ut in d. c. rogamus, eſſet contra articulum fidei & vnam ſanctã &c. & ponere plures vicarios Chriſti. vide in clem. ad noſtrum, & quæ ibi dicuntur de hære. Nec per dictam declarationem Bonifacij aliqui de nouo ſubijciuntur magis quam antea eſſent ſubiecti. Et ſi Bonifacius in dicta extrauaganti declarat illud quod prius erat, ita rex & regnicolæ prędicti aſtringebantur ſicut cæteri catholici. nec per dictam extrauagantem, meruit, a ſubiectione vicarii Chriſti & ſedis apoſtolicę eximuntur, argumẽ. eorum quę ponuntur in l. hæredes palã cum concord. ff. de teſta. Nec hoc negat Ioannes Igneus in quęſtione vtrum rex Francię recognoſcat ſuperiorem, & in quæſtione de papa cum reſpondet ad 8, contrarium in 21. char. Et de prędicta extrauaganti, meruit, facit mentionem glo. fi. in clem. in pleriſque, de elec. Et ex quo materia de qua fit declaratio eſt eccleſiaſtica, non dubium eſt quin ſpectet ad papam Anto. & Abb. in c. licet. de fo. compe. remiſſiue bellencinus in c. per venerabilem, in fi. qui filij ſint legit. Et de materia an eccleſia habeat vtrunqce gladium, vltra remiſſiones ſupra datas vide etiam remiſſiue Feli. in d. c. ſolitę, & Pauinum in fine glo. eius ad dictam extrauagantem vnam ſanctam, &c.

15 Et quod dictum eſt, † eccleſiam habere vtrunq; gladium, procedit ſine dubio in iis quę ſunt de dominio eccleſię. Sed non deſunt dicentes nunquam fuiſſe factam donationem a Conſtantino, & paleam. c. Conſtantinus. 96. diſt. eſſe falſam. de quorum numero eſt Aeneas Syluius, qui poſtea fuit papa in ſuo dialogo in 21. folio. ubi inuehitur contra mi- 16 ſeros legiſtas qui tantum elaborarunt utrum† donatio Conſtantini facta Syluestro valuerit, cum nunquam fuerit facta. & oſtendit vnde fuerit aucta poteſtas ſedis apoſtolicę. Hoc idem non ſine multis conuitiis proſequitur Laurentius Valla de falſa donatione Conſtantini. & fere per ſingula verba 17 improbat paleam. d. c. Conſtantinus. 96. diſ. Idem† etiam po- fuit Dantes in ſua Monarchia, qui quia pertinaciter voluit quod imperium. non dependeret ab eccleſia, parum abfuit qu in fuerit de hęreſi damnatus, ut dicit Bar. in l. prima. ff. de requi. reis. licet ipſemet Dantes in 19. Inferni uideatur ſentire contrarium, dum dicit.

Hai Conſtantin di quanto mal fu madre
Non la tua conuerſion, ma quella dote
Qual da te preſe il primo ricco padre.

Item etiam Nicolaus de Cuſa de concordantia catholica. c. 2, vbi ad hoc oſtendendũ allegat multas anthoritates & ſcripta ſanctorum & hiſtorias de Beato Syluestro, in quibus nihil legitur de dicta donatione. Et idem dicit Hiero. in excerptis in practica cancellariæ, fol. 9. & ſeq. Sed fuiſſe factam & n õ tenuiſſe in prejudiciũ ſucceſſorũ, ponunt multi Doct. in procе. ff. in verbo, Auguſtus, cum gl. ibi. & in auth. quomo. opor. epiſ. in gl. Quorum multos recitat Albericus de Roſ. in d. proœ. Sed idem Alberic. formam dictæ donationis ponit ad longum in l. prima. §. initio. ff. de offi. præfec. vrbi. quæ eſt ſub data Kal. April. & aliam ponit infra ſumptam ex Iſidoro in lib. de ſynodis in geſtis concilii Nice. & eſt ſub data tertio Kalen. April. & concordat cum c. Conſtantinus. 96. diſt. Et in effectu omnes concordat, & veriſimile eſt quod de eadem conceſſione plures dederit literas diuerſis temporibus. nam & in illis quando dicit Romanam eccleſiam caput uniuerſa-

ſarum eccleſiarum, dicit ſicut per alia imperialia decreta noſtra ſtatuimus. ex quo videtur quod dederit de eadem re diuerſis temporibus diuerſa decreta. Cuperem autem vt Albericus dixiſſet vnde habuerit illud primum dectetum dictæ 18 donationis. Porro† mirum eſt quomodo Laur. Valla Pius, & & Dantes audeãt aſtruere iſtam negatiuam, cuius eſt impoſſibilis probatio directa per rerum naturam, vt dicit tex. in c. bonæ, el primo, de elec. & 6. q. vlt. c. actor & ca. ſuper hoc, de renun. cum ſimil. Et ex hoc quod legerunt hiſtorias & non inuenerunt, non ſequitur eam non fuiſſe factam, quia poteſt fuiſſe facta & non eſſe ſcripta in hiſtoriis, poteſt quoque eſſe ſcripta & ab ipſis non viſa. Et profecto nimis contumelioſe inſurgit Valla contra d. c. Conſtantinus & contra eccleſiaſticos, ex quo vehementer redditur ſuſpectus, niſi dicamus id fuiſſe factum licentia poetica. Et contra prædictos facit tex. in ca. ſancta. 15. diſt. ubi vita Beati Syluestri ponitur inter authenticas ſcripturas in qua affirmatur liberatio, & donatio Conſtantini. quod Alex. ibi dicit notandum contra illos qui temere audent illam negare, quia hiſtoriæ eorum ſcriptores a ſpiritu prorſus alieni iſta literis non mandarunt, ſecularia tantum geſta annotantes. nec eſt veriſimile quod tantum laboraſſent doc. omnes in diuerſis locis circa ualiditatem huius donationis, niſi pro certo habuiſſent illam fuiſſe factam. De quo vide remiſſiue in gl. Pauini ſuper extraua. unam ſanctam. & remiſſiue per Fel. in c. ſolitæ. in fi. de maio. & obe. cum aliis etiam remiſſiue per eum adductis. & remiſſiue etiam Alex. in proœ. ff. & remiſſiue Barb. in poſtilla ad Bald. in proœm. Codicis, in verbo, imperator Auguſtus, ubi dubitatiue adducit aliqua pro parte negatiua, remittendo tãdem ſe deciſioni Romanæ eccleſiæ. item remiſſiue Berthachinus, in verbo, donatio a principe, & remiſſiue Brixienſ. in verbo, donatio, verſ. an donatio facta per Conſtantinum. Ex quibus remiſsionibus colliges infinita loca vbi agitur de dicta donatione. Facit tex. in c. intellecto, de iureiur. & Cald. in ti. qui filii ſint legi. in tract. legitimationum. doct. in cap. ego Ludouicus 53. diſt. & in d. c. Conſtantinus, & in cle. 1. §. porro, de iureiur. & ibi remiſsiue per Barbat. & Bar. in l. prohibere. §. fi. ff. quod vi aut clam. & ibi remiſſiue per Alex. licet loquatur in rege, non in ſpẽ de donatione Conſtantini. Ad idẽ Arch. 16. q. 3. c. placuit. Card. & alii poſt gl. in cle. 1. de iureiu. Saly. & Bal. in proœ. C. alia vide in locis ſupra remiſsiue adductis. Signorellus in conſil. 26. incipit quæſtio talis, diſputat hincinde & vltimo adducit rationes pro negatiua, ſed nihil aperte concludit. Et de iſta† donatione facit mentionem tex. 19 in c. futuram. 12. q. 1. Contra quem opponit Nicolaus de Cuſa ꝙ non probat hoc, ſed tantum quod imperator dimiſerit vrbem Romam Syluestro. Et profecto multum cõtrariatur ille tex. cap. futuram, ei quod legitur quod beatus Syluester, qui fuit poſt Melchiadem authorem d. tex. baptizauit Conſtantinum, ut patet in legenda eius, in li. legendæ ſanctorũ, cuius author ignoratur. & ei quod legitur in feſto Beati Syluestri, & in dedicatione eccleſiæ. De quo ad plenum Vincentius Hiſtori. li. 13. a c. 43. vſque ad 57. Nec releuat quod gl. dicit quod ille titulus ad c. futuram eſt falſus, & quod etiã aliqui ibi voluerunt text. eſſe Iulii papæ, & aliqui quod illa ſint uerba Gratia. ſumpta ex li. 10. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, uidelicet a verſ. denique vſq; ad fi. c. futuram. Nam ego in d. li. 10. nihil inueni de donarijs factis per Conſtant. & quod tpe Melchiadis Conſtantinus eſſet Chriſtianus, expreſſe ponit Aug. in epiſto. 162. ad Glorium, Eleuſium, & Fœlicem grammaticum. 20 Et maxime fit hoc veriſimile, quia† Conſtantinus fuit etiam chriſtianus tempore Euſebii qui fuit ſecundus ante Syluest. in pontificatu. quo etiam tpe Helena ipſius mater repperit Crucem D. N. Ieſu Chriſti, & inuentor Iudas baptizatus eſt, ut in uita Euſebij ponit Platina, & ſupplementum in eiuſdẽ Euſebij vita. de quo eſt tex. in c. crucis, de conſe. diſtin. 3. licet idem Platina de crucis inuentione ponat etiam in uita Syluestri. Et ſupplementum dicit inuentionem factam poſt baptiſmum ab ea receptum. ait enim quod baptizato filio cũ vidiſſet Chriſti prodigia per beatum Syluestrum facta, expoſtulauit a Syluestro baptiſmum, & quod eo ſuſcepto confeſtim ad perquirendum S. Crucis lignum Ieroſolimam petiit. & hoc innuit Vincentius hiſtorialis ubi ſupra. Vnde dif- 21 ficile eſt concordare. d. c. futuram cum c. Cõſtantinus. 96. diſ. & cum iis quæ ponit Vincen. Hiſt. ubi ſ. & cum c. fundamenta, de elec. in 6. & cũ extraua. Clementis VI. q̃ incipit vnigenitus. vbi hr̃ quod Conſtan. fuerit baptizatus a Syluestro. Sed 22 poſſet ad c. futurã ſic rñderi, ꝙ tex. ibi non dicit Conſtan. fuiſſe tpe Melchiadis baptizatũ, ſed ſolum ꝙ primus imperator fuit Conſtantinus, qui fidem ueritatis patenter adeptus eſt. Et hoc nõ diſcordat, qa Conſtan. iã tpe Melchiadis erat initiatus Chriſto, qa in ſigno crucis ſupauerat Maxẽtiũ, & deinde dederat licẽtiã chriſtianis eccl. fabricãdi & fidẽ Chriſti publice p̃dicãdi. Nec dr̃ in eo. c. futuram quod fecerit donationem generalem eccleſiæ, ſed quod imenſa donaria contulerit eccleſiæ, & ſedem imperialem reliquerit & beato Petro ſucceſſoribuſq; eius conceſſerit. Et ſic non contrariatur. ca. Conſtantinus nec. c. fundamenta nec ei quod dicitur. in hiſtoria beati Syluestri. nam ſicut legitur in hiſtoria tripartita in fi. tertij li. Conſtantinus diſtulit baptiſmum quia volebat baptizari in Iordane, ſed pręuentus infirmitate, vt alij volũt, a Syluestro baptizatus eſt, et ei fecit donationem. Licet quod dicitur de dilatione baptiſmi quouſque ei ad Iordanem peruenire contingeret, platina non admittat nec ſit veriſimile. & communiter dicitur contrarium, vt dicitur in d. cap. ſan- 23 cta & locis ſupra allegatis. Iſta colliguntur† ex Platina in vita Euſebii & Melchiadis & Marci & Beati Syluestri papę, & ẽt ex Vincentio hiſtortali & ſcholaſtica & tripartita, quia Conſtãtinus imperauit annis. 31. & Syluester vixit in papatu. 23. Et quia vt legitur in 1. li. tripar. cap. 6. Conſtantinus occiderat aliquos genere proximos & in nece filii ſui criſpi coope- 24 rator extiterat, non† mirum eſt ſi vir alias religioſus in pœnam tanti ſceleris Dei nutu factus leproſus, & poſtea fonte baptiſmatis mundatus, donationem ampliorem eccleſiæ fecerit, de qua in d. c. Cõſtantinus, diuerſã a donariis eccl'iæ Lateranen. de quibus in d. cap. futuram, alioquin oportet neceſſario dicere quod ille tit. in d. capit. futuram ſit falſus vt dicit glo. ibidem. Sed in ſupplemento in vita Conſtantini dicitur quod cum ipſe varias martyrum ſtrages dediſſet, elephãtiæ morbo a Deo correptus eſt & a Syluestro baptizatus & curatus, & quod pro gratijs Deo exoluendis. d. donationem fecit. Platina autem in vita Marci ſucceſſoris Syluestri dicit eum a Syluestro baptizatum, ſed quod in lepram inciderit & baptiſmo mundatus ſit, non credit. Vnde videmus quam varie ſcribant hiſtorici, & ſępius cum audacia ex proprio ſenſu alii qui loquuntur, nullam adducentes authoritatem. Sed omni- 25 no† obſtat dicta epiſtola Auguſt. ad glorium, quæ vult quod Conſtantinus tempore Melchiadis fuerit Chriſtianus. Verum ad illam poteſt reſponderi quod licet Auguſtin. faciendo mentionem de Melchiade & de Conſtantino dicat Conſtantinum imperatorem Chriſtianũ, non tamen dicit quod factus fuiſſet vel quod eſſet Chriſtianus tẽpore Melchiadis, ſed eum vocat Chriſtianum quia poſtea tempore Syluestri fuerat factus Chriſtianus, ſicut ſi hodie allegando Alexandrinum ſuper vſi. feu. vel ſuper 4. decretalium, dicerem ita dicit Cardinal. Alexand. in uſi. feudo vel in 4. decretalium, recte allegarem, quamuis tempore editionis dictorum librorum nondum eſſet cardinalis, quia ſufficit quod ſit vel fuerit cardinalis tempore allegationis. Et iſtam ſolutionem computando tempora videtur ſenſiſſe Alexand. in dicto capitulo Conſtantinus, quem primo non videram. Sed adhuc uidetur quod reſponſio data ad capitulo futuram non ſit bona, quia text. videtur clare ſentire quod eſſet tempore Melchiadis Chriſtianus, & non quod eſſet initiatus, vel deliberatiue Chriſtianus, quia text. dicit ſed etiam Romani principes qui totius orbis monarchiam tenebant ad fidem Chriſti, et ad baptiſmi ſacramenta concurrerent, ex quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus primus fidem veritatis patenter adeptus. etc. Quod referendo ad verba præcedentia intelligi debet fidem veritatis adeptus, ſcilicet per baptiſmi ſacramentum, et ſi tunc non fuiſſet baptizatus, aliis verbis de Conſtantino locutus fuiſſet. Et profecto impoſsibile eſt dare aliam reſponſionem quam dedit gl. quod ſit falſus titulus, quia oportet quod ille text. ſit vel Silueſtri vel alicuius ex ſucceſſorib. 26 eius. Vidi † Iacobum Zenum epiſcopum Parauinum de uitis pontificum ad Paulum papam. 2. in vita beati Syluestri. qui facit mentionem de text. d. capitu. futuram, et ibi dicit quod communiter dicitur quod in inſcriptione eſt error, et quod ille text. aſcribitur Iulio, ſed ipſe dicit ſe vidiſſe in vetuſtiſſimis codicibus quod ille text. fuerit Lucij. Quicquid ſit, opi- 27 nio glo. eſt vera quod eſt error in ſupraſcriptione. Vtrum† autem baptizatus fuerit a Silueſtro, varię ſunt opiniones, nam multi aſſerunt, vt Hieron. et Euſe. Cęſarien. epiſcopus, ipſum in Arianam hæreſim lapſum, fuiſſe baptizatum ab Euſebio Nicomedien. epiſcopo in vlt. vitæ ſpiritu. Et Ambroſ. in oratione de obitu Theodoſij inquit, licet baptiſmatis gratia Cõſtantino in vltimis conſtituto oĩa peccata dimiſerit, tamen quod primus imperatorum credidit, et poſt ſe hæreditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum repperit, quod etiam legitur in 4. lectione officij inuentionis. S. Crucis. Vnde ex his inducta eſt varietas de tempore conuerſionis Conſtantini, nam nonnulli tenent eum in 8. vel 14. imperii ſui anno baptizatum fuiſſe a Syluestro. et a lepra mundatum, et tunc d. donationem ab eo factam, et hoc oſtendit. cap. cõſtantinus. 96. diſt. quam dicunt paleam, et Albericus in d. §. initio, et Iſidorus inter geſta Niceni concilij, qui recitant di- 28 ctam donationem, vt diximus ſupra. Alij† idem aſſerunt, ſed dicunt eum poſtea in Arianam hæreſim lapſum, fuiſſe ab Eu-

Euſe. Nicomedien. epiſcopo rebaptizatum. Et hoc conſonat iis quæ tunc plures viri catholici dicebant, qui uolebant ab hæreſi reuerſos eſſe rebaptizandos, ut fuit Cipria. Martir, ut legitur in eius epiſtolis et patet per multa iura. 1. quæſt. 1. Alii dicunt eum diſtuliſſe baptiſmum eo quod decreuerat baptizari in Iordane, ut beatus Ambr. ubi ſupra, & habetur in 4. lec. inuentionis ſanctæ Crucis, quamuis in legenda beati Sylueſt. in eodem lib. legatur quod Conſtantinus poſt plurimas Martirum ſtrages a Deo elephantia correptus tandem a Sylueſt. baptizatus eſt. Et ſic iſta uarietas ibi naſcitur ex uarieta- 29 te ſcribentium. Sed ſidem Iacobus Zenus allegatis omnium authoritatibus concludit credendum eſſe eum baptizatum fuiſſe a Sylue. & quod ſcribitur Conſtantinum rebaptizatū fuiſſe ab Euſe. Nicomedien. præſule Ariano, dicit intelligendum eſſe de Cōſtantino eiuſd. Conſtantini filio, vt legitur in vita fœlicis papæ, qui quartus fuit a Syluest. Et ibi adducit multos authores de Conſtantini vera fide & perſeuerantia, & quomodo iuſſerit eccleſiam in honorem ſaluatoris conſtrui & deſtrui templa gentilium, & dicit cum d. donationem feciſſe, non obſtantibus omnibus qui contrarium ſenſerunt. Inquit in ſuper ſibi admirationem feciſſe quod cum ad eius manus veniſſet ex Alemania antiquiſſimus codex de vita Cōſtantini & eius obſeruantia in chriſtianos, & quomodo voluerit templa idolis olim dicata ad Dei veri cultum transferri, & quomodo inuitauerit omnes præmijs & pollicitationibus ad religionem & plura alia, tamen nihil ibi de baptiſmate & donatione facta dicebatur, quod maxime adduxerat 30 eum in admirationem. Sed de hoc non eſt mirandum, quia ſcriptores aliqui magis adhuc conciſe narrant hiſtorias. nec ex hoc ſequitur quod non fuerit facta donatio, quam factā fuiſſe ponit Gelaſius papa, Iſido. hiſpalen. præſul, adrianus papa Nico. 3. Bernardus in li. de conſide. ad Euge. pa. Damaſus papa, moderni hiſtorici, Martinus cuſentinus, Sigibertus Ptolomæus pogius, car. de Turræcre. Archie. Flo. & Vincē. hiſto. ubi ſupra. ubi etiam dicit de lepra & baptiſmate a Syluest. & ibi ponit conſtitutum eius ſiue epiſtolam directam ſanctiſſimo patri patrum Syluestro omnibuſque ſucceſſoribus vrbis Romæ epiſcopis. & eſt illa eadem quam refero poſitam ab Iſidoro, de qua dicit Vincentius quod actor illam refert. proinde non dubitādum eſt quin fuerit facta. Nec ex hoc quod aliqui ſcriptores tacent dictam donationem & baptiſma, ſequitur quod non fuerit baptizatus a Sylue. aut quod non fecerit donationem. Et multum pro his facit benignitas Conſtantini in chriſtianos & victoria ipſius, & inuentio crucis, & erectio palatij in eccleſiam Lateranen. & ampliatio eccleſię & nominis Chriſtiani ex illius imperio, & poſſeſſio ſubſecuta & tanto tempore continuata, licet poſtea eccleſia multas paſſa ſit perſecutiones. Nec eſt uerisimile ſanctos illos pontifices voluiſſe mentiri qui illam affirmant. Et de prædicta donatione Conſtātini & quod baptizatus fuerit a Sylue. & mūdatus a lepra & de viſione nocturna apoſtolorum, multū ad plenum ponit Iſidorus de ſynodis in 1. par. cum tractat de cōcilio Niceno. & ibi ad longum recitat diretū ſiue conſtitutū Conſtantini imperatoris decretū ſancto Sylue. urbis Romæ epiſcopo & omnibus eius ſucceſſoribus qui in ſede beati Petri vſque in finem ſeculi ſeſſuri ſunt pontificibus & omnib. vbiq; terrarum catholicis epiſcopis, quæ eſt ſub data Romæ tertio Kal. aprilium, domino flauio Conſtantino Auguſto. 4. & Gallicano. 4. viris clariſſimis conſulibus. Et ibi in effectu ponuntur verba. cap. futuram. 12. q. 1. & capit. Conſtantinus. 96. diſt. per quæ apparet quod falſus eſt titulus de mechiade 31 in d. c. futuram. Nec obſtant verba Ambro. cum dicit eum fuiſſe in ultimis baptizatum, quia id non debet referri ad vltimos dies vitæ ipſius Conſtantini, ſed ad vltimas chriſtianonorum perſecutiones, vel ad multa per eum geſta quæ ad fidei fauorem pertinebant, vt de victoria Maxentij, de edictis propoſitis in ædificationem eccleſiarum & de ſubuerſione idolorum poſt emundationem a lepra, quia. n. poſt hæc baptizatus eſt dicitur in extremis baptizatus, quamuis de his Ambro. non fecerit mentionem. Et eſt modus loquendi volentis omittere multa medio tempore geſta. & ſimile ei qđ ponitur in d. c. futuram. 12. q. 1. in verſ. denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit. cum tamen eodem tēpore quo baptizatus eſt, & palatium Lateranen. in eccleſiā erigi curauerit & donaria fecerit, non quod hæc fuerint vltima p cum uel in ultimo imperij cius anno geſta. Porro multi malignantur contra ſedem apoſtolicam propter iſtam donationem & ante culpant quam legant. quod mirum eſt, cū adhuc tēporibus noſtris fuerit in eccleſia ſancti Petri infrontiſpitio maioris arcus ante altare maius Conſtantinus imperator in muſaico depictus, literis aureis oſtendens ſaluatori & beato Petro apoſtolo eccleſiam ipſam a ſe ædificatam ui- 32 delicet eccleſiam ſancti Petri. Et vidi† ego multos codices de d. donatione loquentes, hominū malignitate corruptos. vbi enim ſcriptum erat concedimus palatium noſtrum Lateranen. deletum erat verbum concedimus & adiectum cōtradicimus. & ad hunc modum vidi etiam aliquos libros decreti vitiatos. Et rurſus ex hoc quod Conſtantinus tranſtulit ſedem imperialem Byzantium, magis prçſumēdum eſt pro dicta donatione quam contra. cum pro parte negatiua nulla adducatur ratio, niſi quod non legitur, & cum ſatis con- 33 ſtet ipſum fuiſſe baptizatum. Quod autem hodie† non ſit dubitandum de validitate huius donationis propter iuramentum quod præſtant imperatores in ſui coronatione. ſ. de nō infirmando illam donationem, ponit Barbatius in clement. prima, de iureiur. Quod iuramentum exigere, videtur ſuperfluum, cum illa donatio non tam fuerit donatio quam recognitio ſiue reſtitutio, vt dicit Ale. de Imo. in conſ. 87. in 2. volum. & videntur communiter velle Docto. in locis ſupra remiſſiue adductis, quia facta eſt Syluestro pro eccleſia recipiē- 34 te, & conſequenter Deo, cum & † quod Deo legatur, eccleſiæ cenſeatur legatum, vt in Auth. de eccle. tit. §. ſi quis in nomine. Igitur facta eſt illi donatio cuius eſt omnium poteſtas & imperium, quia domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & omnes qui habitant in eo, vt dicitur in Pſal. 23. & ipſe eſt rex regum & dominus dominantium: Ideo non opus eſt diſputare an Conſtantinus potuerit minuere imperium vel an potuerit ſucceſſoribus præiudicare, cum omnia ante Chriſtum tyrannice per imperatores poſſiderentur, adueniente autem Saluatore noſtro omnis poteſtas in cœlo & in terra in eum translata eſt, ut dicitur Mat. vii. Et ideo poſtquam imperium factum eſt Chriſtianum & haberi cœpit ab eccleſia, quæ illud tranſtulit in germanos. cap. venerabilem, de elec. iure bono dominium habere cœpit, & imperatores facti ſunt filii eccleſiæ & non domini. 23. q. 8. conuenior. 96. diſtin. ſi imperator, & clem. prima, de iureiuran. & aduocati & defenſores. d. clem. in §. porro. & procurare debent & ſeruare pacem eccleſiæ. 23. q. 4. cap. quando vult, & multis aliis 35 eadem cau. & quæſt. quinta. Ideo† diſputare de d. donatione videtur hodie curioſis & inquietis relinquendum. Et de ea eſt tex. quem ad hoc allegat Alberi. in dictiona. ſuo in verbo Conſtantinus. & Bal. in proę. ff. in l. diui Conſtantini. C. de natu. libe. vbi dicit imperator, diui Conſtantini qui veneranda Chriſtianorum fide Romanorum minuit imperium. Vnde apparet error eorum qui tam audacter dicunt non fuiſſe factam donationem. Nec ex hoc quod dictum cap. Conſtantinus dicitur palea, ſequitur quod non fuerit facta donatio. nam plures ſunt canones in decreto qui dicuntur paleæ, tanquam non poſiti per Gratianū, qui non ſunt minoris autho- 36 ritatis quam inſerti per gratianum. Et † de iſta donatione Cōſtantini quod fuerit facta & valuerit, uide omnino Alexā. in d. cap. Conſtantinus. qui ſingula dicta Laurentii vallæ diſcutit & reprobat. & uide etiam ibi Card. de Turrecrem. Et hæc de ſuſcepto opere ad Laudem Dei dicta ſufficiant.

TRAC. DE AVCTOR. Sacrorum Conciliorum THOMAE CAMPEGII Bononienſ. Epiſc. Feltren.

De quibus cauſis habendum ſit generale Concilium.

Capitulum PRIMVM.

QVoniam in pertractanda Romani Pontificis auctoritate incidit ſermo de gn̄ali cōcilio, non ab re futurum eſt, ſi de auctoritate ipſius generalis concilij, & de his quæ ad illud pertinent, ſermo fiat, & omiſſa illius definitione, cum vix ex ſententiarum uarietate deſcribi poſſit, indagandæ ſunt in primis cauſæ, propter quas vocari aut poſſit, ant debeat. Earum autem prima, & præcipua eſt hæreſum confutatio, & hęreticorum cōdemnatio. Nicenum enim Arrium damnauit, primum Cōſtantinopolitanum, Macedonium, Epheſinum, Neſtorium, Chalcedonenſe, Euthychem, Conſtantinopolitan. ſecundū Theodorum Muſothenum, Sextum Macharium, Septimū negantes uenerādas ſacras imagines, & in particularibus Synodis damnati ſunt Manichæi, Donatiſtæ. Pelagiani, Cataphryges, & alij plures. Hinc Diuus Auguſtinus in lib. De gratia & lib. arbit. de Pelagia hæreſi loquens dicit; quod in euidenti neceſſitate eccleſiæ ſtatim recurrendum eſt ad Concilium, & ad Ianuarium ſcribens, aſſerit Concilium ſaluberrimum fore Eccleſiæ. Et Chryſo. quod per generale Conciliū conſeruatur Chriſtiana religio in unitate fidei, quod uincu- 1 lum eſt ſocietatis humanæ. Quod & † ſi improbantes Concilia, contendant illa ad extirpandas hæreſes minime profuiſſe; cum Arrij hæreſis (ut eorum uerbis utamur) iocus fuerit ante Nicenum Concilium; ſi eorum, quæ poſtea euenerunt, ratio habeatur. Idem eueniſſe de alijs concilijs cum Macedonio, & Neſtorio; qui poſt damnationem maius incendiū excitarunt; & uiolentius contra ueritatem inſurrexere. Si tamen eorū temporum geſta reuoluamus; inueniemus quod & ſi non fuerint hæreſes mox habito Concilio oppreſſæ, tantam tamen fuiſſe conciliorum auctoritatem, tantumq́; ualuiſſe plurimorum conſenſum; quod paulatim extinctæ fuere, etiam magnis Imperatoribus, & potentibus Regibus eas 2 hæreſes armis, & ſæuitia defendentibus. Si aliorum † hæreſis legitima eſt cauſa habendi concilium; maior erit cauſa ſi de ſummo pontifice uehemens foret de hęreſi ſuſpicio, aut infamia, ut Marcellino idolis ſacrificante Sinueſſe; & Theodorico Gothorum rege, Symacho de hæreſi ſuſpecto, quin etiā ab ipſis Rom. Pontificibus indicta concilia, ut ſe de infamia purgarent. Si enim Pontifex diffamatus foret de aliquo crimine; & uellet ad tollendum ſcandalum ſe purgare; eſſet legitima ſed non neceſſaria cauſa uocandi concilium, exemplo Sixiti 2. Damaſi. & Leonis 4. ut habet in c. mandaſtis 2. q. 4. & in capit. auditum. & c. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. Siquis 3 † nulla præcedente legitima electione, vi, & armis ſe intruderet in Apoſtolica ſede, eſſet iuſta cauſa conueniendi. & habendi concilij. not. in c. in nomine Domini. 23. diſt. & Cardi- 4 nalis in c. licet. de elect. q. 31. Si duo, † aut plures in diſcordia. electi ſe gererent pro Rom. Pōtifice eſſet legitima cauſa habendi concilium c. ſiquis pecunia c. ſi duo contra fas. 79. diſt. Concilijs enim plura ſchiſmata ſublata fuere. Sic enim Damaſi & Vrſicini, ſic Symmachi, & Laurentij, Sic Benedicti IX. & Sylueſtri. III. & Greg. VI. Sic Innocentij II. & Anacleti, ſic deniq; Io. XXIII. Benedicti. XIII. & Greg. XII. fuerunt ſu- 5 blata ſchiſmata. Si † Imperator in hæreſim laberetur; ſi bellū eccleſiæ inferret; ſi pacis perturbator iniuſta bella moueret; eſſet iuſta cauſa indicendi concilij quemadmodum Gregorius iij. cōtra Leonem iij. qui ſacras imagines ſuſtulerat. Gregorius. vij. contra Henricum iiij. Paſchalis ij. contra Henricū 6 v. & Innocentius iiij. contra Federicum iij. 6. † Pro reformatione eccleſiæ, componendis. ſ. & emendandis collapſis eccleſiaſticorum & aliorum moribus abundantibusq́; & prauis conſuetudinibus ſeu corruptelis tollendis legitima foret cauſa habendi concilium, exemplo Greg. vij. Alex. iij. & alio- 7 rum Rom Pontificum. † Pro cōcilianda pace inter diſſidentes Chriſtianos principes, bellisq́; ſedandis; quæ cauſa ſæpius prętexitur à Rom. Pontifice in conciliorum indictione. 8 † Pro ſuſcipienda expeditione contra infideles; & recuperāda terra ſancta; & eximendis tot millibus captiuorum fidelium de manu & impia captiuitate infidelium; qualia fuere indicta concilia ab Vrbano ij. ad claramontem. Calliſto primo Romę, & Greg. x. Lugduni, & Mantuanus conuentus à 9 Pio ij. habitus. † Siquid ageret Romanus Pontifex quod magno ſcandalo foret vniuerſali Eccleſię nec monitus deſiſteret; cauſa foret legitima habendi concilij, non ut eun deponeret, quia eos ſequimnr, qui huius ſunt ſententię, quod nō poſſit, ſed ut maiori auctoritate moneatur, ut deſiſtat, uel ei reſiſtatur, & in his, quę uergunt in detrimentum eccleſię & periculum animarum ſubtrahatur obedientia. Fuit ſententia Petri de Ancha in 4. quęſito ſui tract. de ſchiſmate. Abb. & plurium doct. nec tamen inutilis erit congregatio, ſi non poſſet eum deponere; Quoniam alias quam per depoſitionem poterit concilium prouidere, ne culpa Roman. Ponti- 10 ficis reſpublica Chriſtiana detrimentum patiatur. † Si Papa in ſecreto conſiſtorio nullis. ſ. alijs teſtibus. quam S. R. E. Cardinalibus ſe abdicaret pontificatu, & Cardinalibus uolentibus alium eligere, pęnitentia ductus negaret ſe renunciaſſe, congregandum eſſet concilium; quod diſceptationis huius foret iudex. Sententia fuit Io. An. in c. licet. in uerſ. Cardina- 11 les. de elec. & in c. 1. de renun. li. 6. † Si vacante ſede, & Cardinalib. diu differentib. electionem Rom. Pontifidis talis incideret eccleſię neceſſitas, cui veriſimiliter prouideri nō poſſet niſi per conciliū, conuocandū foret, ſecundū Alexandri. in c. ſynodum. 17. diſt. colum. 2. & doct. in c. 2. de renunc. lib. 6. per glo. in clemen. ne Romani. de elec. non tamen pro electione Rom. Pontificis quam diu Cardinales eſſent in conclaui & parati eligere, ut in clement. 2. §. porro. de elect. cum 12 glo. quia volentes eligere priuari non debent iure ſuo. † Si Papa electus ſpoliaretur pontificatu non ſeruato iuris ordine, vocandum eſſet concilium, & reſtituendus etiam non ſeruato iuris ordine antequam accuſaretur, aut accuſantibus reſponderet, vt de Symmacho legimus. capitulo nos ſi inpetenter. §. hinc etiam. 2. quæſtio. 7. ad quod inducitur quod habetur in capit. 1. §. ſolet. de reſtitutio. ſpoliator. in ſexto. fuerat enim Symmachus pro vero Pontifice habitus, ut colligitur ex capitulo in canonibus. 16. quæſtio. 1. vbi legitur quod in concilio Gangren. vniuerſa ſynodus ſurgens acclamauit ad decreta ſymmachi, vt ita fiat rogamus, & dictū eſt octies ſymmacho Papę exaudi Chriſte, ſymmacho Papæ viue. dictum eſt duodecies, & quod fuerit verus pontifex, colligitur ex c. concilia. §. hinc etiam. 17. diſt. nec obſtat text. in c. Deus ergo. §. patet. 3. quęſ. 1. vbi ſpoliatus Papatu, non eſt reſtituendus, quia loquitur de intruſo carente titulo de facto ſpoliato. Credimus tamen papam non teneri vocare concilium ad decidenda dubia fidei, quoniam maiores cauſæ, quarum nulla maior eſt cauſa fidei, ad ſedem Apoſtolicam referendæ ſunt, & ſic ad Roman. Pontificem, qui illas, decidere poterit. capit. maiores, de bapt. & Roman. eccleſia magiſtra ſit fidei. cap. omnes. 22. diſt. capit. hæc eſt fides. 24. quęſt. 1. glo. in capit. in iſtis. 4. diſt. cuius ſententiæ fuit Sanctus Thom. ſecunda ſecundæ. q. 1. articu. 10. Nec his repugnat glo. in capit. Anaſtaſius. 29. diſt. cum dicit quod in his tenetur Papa requirere concilium epiſcoporum, quod, vbi de fide agitur maius eſt Papa. Quoniam interpretanda eſt teneri de honeſtate, nō ſemper tamen de neceſſitate, quemadmodum dicimus in arduis teneri requirere conſilium Cardinalium, vel intelligitur, quando Papa vellet contraria ſtatuere his, quæ de fide prius ſtatuta fuiſſent. Similiter non credimus, quod Papa ab hoſtib. capto, furioſo, mente capto, aut alias omnino inutili ad regendam eccleſiam, fore neceſſarium haberi cōcilium. vt quaſi vacanti eccleſiæ prouideretur. Quoniam & ſi variēt doctores, an his caſibus collegium Cardinalium adminiſtrare poſſit, aut adminiſtratorem ſeu vicarium deputare, ſanior tamen ſententia eſt quod poſſint, quodque in rebus neceſſarijs deuoluatur ad eos pontificia auctoritas nec opus ſit concilio, quemadmodum epiſcopis ſuccedūt capitula in iuriſdictione, cap. ſi epiſcopus. de ſup. neg. prælat. cap. his quæ capit. cum olim. de maio. & obed. c. 1. eo. li. 6. Inn. & Hoſt. in c. ad liberandam. de iudæis. ſic & collegiū Cardinaliū, papæ, cuius auctoritas non coarctatur, per cap. vbi periculum, de elec. ꝙ aliis non intendant negociis quam electioni, quoniam id locum habet cum per obitum vacat Apoſtolica ſedes, vt celerius intendant electioni, & ſi his caſibus expectaretur concilium, quod breui tempore conuenire non poteſt, eccleſia in neceſſarijs detrimentum ſuſciperet. Non parua me tenet admiratio, quod Cardinalis Zabarella vir alioq multæ doctrinę, & eruditionis in c. ſolitæ. de maior. & obe. cenſuerit, cōuocandum concilium fore propter exceſſus pontificum qui de facili & pro re minima faciunt, & nutriunt bella, & citat Hoſtien. in cap. unico in §. in veteri, de ſac. vnc. reprehendētem, quod ſpiritualis gladius ex leui cauſa mouet, & nutrit guerras, ut eius vtamur verbis, & quod non deficiet peſtis iſta, donec quiſque ſuis terminis ſit contentus. Item quod expediens eſſet congregare concilium ad regulandam poteſtatem Papæ, ut non abſorberetur poteſtas aliorum prælatorum, vt fierent canones conciliares, qui non poſſent reuocari ſine concilio, ad hoc, vt daretur occaſio celebrandi concilium. Miror inquam, cum nulla ſit conciliaris conſtitutio præter has, quæ ad fidem pertinent, cui ex cauſa Rom. pontifex derogare non poſſit, & concilium minor papa non poſſit ei legem imponere, quin ſemper excepta ſit pontificis auctoritas. c. ſignificaſti. de elect. nec recte conſultum foret eccleſiæ, quod in ea nullus foret, qui pro temporum & rerum varietate poſſet, imo deberet derogare, abrogare, aut diſpenſare in his, quæ decreta fuiſſent per concilia. cap. ſicut. 14. diſ. & quandoque neceſſaria ſit diſpenſatio. cap. conſtitueretur. 50. diſt. ut alias latius diſſeruimus.

Ad quem pertineat generalis concilii vocatio.

CAP. II.

1 Conſequens eſt, † vt videamus ad quem ſpectet generalis concilij vocatio. Et quidem precipue & regulariter ſpectare ad Rom. pōtificem, & rationibus, & pluribus teſtimoniis oſtendi poteſt. Et primo, ſicut in ueteri lege, quæ umbra fuit & figura legis nouæ, ſummo ſacerdoti tanquam præcipuum pontificatus priuilegium tribuebatur, ut ſine ipſo non fieret in regione conuentus. Primi Macha. cap. 14. ſic cenſendum eſt in noua lege

lege tributum ſummo ſacerdoti, ut abſque eius auctoritate
2 non fiat conuentus uniuerſalis in eccleſia. Sicut † ad eum,
qui maioris eſt auctoritatis & dignitatis in particulari eccle
ſia incumbit onus uocandi capitulum, ut no. Innocen. in ca
pit. primo, de maio. & obed. & ad eum, qui maioris eſt ancto-
ritatis in prouincia, Metropolitan. ſ. pertinet prouincialis
concilii uocatio. cap. propter eccleſiaſticas. cap. ſi epiſcopus.
cap. ſi quis epiſcoporum. 18. diſt. ſic ad eum, qui maioris eſt
auctoritatis in eccleſia uniuerſali iure ſingulari pertinere
3 debet generalis concilij uocatio. † Cum ad concilium uocã-
di ſint patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, imperator, reges,
principes, & nationes quęcunque chriſtianæ, ut legitur in c.
ſacerdotum. §. hinc etiam. iuncta gl. 17. diſt. c. ad apoſtolicæ.
de re iud. lib. 6. & nemo ſit qui in omnes iuriſdictionem ha-
beat in his præcipue, quæ ad fidem & religionem ſpectant,
ſubſequitur ad eum ſolum ſpectare generalem ſynodum
indicere & uocare, de uocatione loquimur, quæ uocatis ne-
ceſſitatem imponit accedendi. nec enim ignoramus alias eſ
ſe uocationes, quæ citationis nomen non ſortiuntur ſed re-
quiſitionis, ſecundum Hoſtien. Inno. Abb. & alios in capitu.
cum nobis, de elect. & has requiſitiones per pares & inferio-
res fieri poſſe. cap. primo, de ſupp. neglig. præla. cap. ex literis,
de conſtit. cap. cum eam. de off. deleg. tamen quia iſtæ nõ ar-
ctant uocatos, & facile fruſtratoriæ eſſe poſſent et inanes, nõ
eſt nobis. de illis ſermo, ſed de his, per quas neceſſitatibus ec-
cleſiæ prouideri poteſt, et quæ conſtitoere poſſent non ue-
nientes in mora, propter quod introductum eſt, ut uniuer-
ſitas citetur, et uocetur per digniorem uel ſeniorem. cap. pri
mo, de maior. et obed. et licet in aliis uniuerſitatibus uoca-
tio non ſit de eſſentia, ſed ſufficiat quod corpus illud miſti-
cum eorum, qui conuenire debent ſit congregatum in vnũ
quomodocunque & qualitercunque conueniant, vt no. Do
cto. in cap. cum omnes. de conſti. Bar. in l. omnes populi, de iu
ſti. & iure. In concilio tamen ſi aliter foret congregatum quã
ad vocationem Papæ, vt forte fuit concilium tempore Mar-
cellini, de quo in c. nunc autem. 21. diſtinc. & aliud tempore
Symmachi de quo in c. hinc etiam. 17. diſt. adhuc niſi in cer-
tis caſibus neceſſaria foret auctoritas papæ dic. §. hinc etiam.
Tunc enim iam conuenerant iuſſu Theodorici Regij epiſco
pi, & nihilominus epiſcopi Liguriæ, Aemiliæ, & Venetiarũ
ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur imperitus, Symmachum
ſcilicet, debere ſinodum conuocare. ex quo etiam colligi po
teſt quandoq; neceſſariam auctoritatem etiam ſi cauſa pro-
4 pria ageretur. † Vt videamus hoc fuiſſe antiquitus inſtitutum
irrita forte concilia ſine Ro. pontificis auctoritate legamus
trip. hiſt. lib. 4. c. 9. cum dicitur. Euſebius Nicomedien. Epiſco
pus egit ut in Antiochia Syriæ ſinodus fieret, ſub occaſione
quidem dedicationis eccleſiæ quum pater auguſtorum fa-
bricari fecerat, & poſt eius obitum Conſtantius decimo an-
no eam a tempore fundationis expleuerat, in veritate autẽ
ad ſubuerſionem atque deſtructionem Niceni concilii, ad
quam ſinodum conuenerunt ex ciuitatibus diuerſis epiſco-
pi nonaginta. Maximus tamen Hieroſolimitan. Macharij
ſucceſſor non affuit, cogitans quod ipſi poſſet ſurripi, ut in
damnationem ſubſcriberet Athanaſij, ſed neque Iulius in-
terfuit maximæ Romæ Præſul, neque in locum ſuum aliquẽ
deſtinauit. Cum vtiq; regula eccleſiaſtica iubeat non oppor-
tere præter ſententiam Rom. Pontificis concilia celebrari.
5 † Hoc idem teſtatus eſt Iulius ipſe cum in epiſtola ad Orien-
tales epiſcopos dixit. Regula veſtra nullas habet vires, nec
habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis epiſcopis hoc
concilium eſt actum, nec Rom. eccleſię Legatus interfuit ca
nonibus præcipientib. ſine eius auctoritate concilia fieri nõ
debere, nec vllum ratum eſt aut erit unquam concilium, qđ
eius non fuerit auctoritate fulcitum, & habetur in cap. regu-
la. 17. di. Deinde in eadem. epiſtola legitur, ſancti patres vna-
nimiter in Nicena ſtatuerunt ſinodo, ut nullus epiſcopus, ni
ſi in legitima ſinodo & ſuo tempore apoſtolica auctoritate
conuocata, ſuper quibuſdam criminationibus pulſatus au-
diatur, i. iudicetur, uel damnetur. Sin aliter præſumptum a
quibuſdam fuerit, in uanum deducatur quod egerint, nec in
ter eccleſiaſtica vllo modo reputabitur. Ipſi uero primæ ſe-
dis eccleſiæ conuocandarum generalium ſinodorum iura,
& iudicia epiſcoporum ſingulari priuilegio euangelicis, &
apoſtolicis atque canonicis cõceſſa ſunt inſtitutis. & ex poſt
ſubiicitur. Dudum a ſanctis apoſtolicis ſucceſſoribusque eo
rum in prædictis antiquis decretum fuerat ſtatutis, quæ ha-
ctenus ſancta & uniuerſalis tenet eccleſia præter ſentẽtiam
Rom. pontificis non oportere concilia celebrari, nec epiſco-
6 pum damnari, quod habetur in c. dudum. 3. q. 6. † Hoc idem
teſtatur Alexandrina Synodus, cui interfuit Athanaſius, in
epiſto. ad Felicem his verbis. Scimus in Nicena magna ſino
do 318. Epiſcoporum ab omnibus concorditer fore robora-
tum non debere abſque Rom. pontificis ſententia concilia
celebrari, nec epiſcopos damnari. Quod etſi non legatur in
viginti canonibus, qui extant Niceni concilii, plures tamen
fuiſſe editos, ſed Arrianorum perfidia, Conſtantij imperato
ris fauore fuiſſe ſuppreſſos, teſtatur alia epiſtola eiuſdẽ Atha
naſii cum vniuerſis Aegyptiorum Orthodoxis epiſcopis ad
Marcum Rom. pontificem, & eiuſdem Marci ad eos reſpon
ſalis epiſtola. item Liberius in epiſtola ad beatiſs. Athanaſiũ
& ſecum congregatos in Alexandrina eccleſia epiſcopos
aliud citat decretum quod a Rufino inter viginti non con-
numeratur. Similiter Inno. in epiſtola ad Victorem Rotoma
gen. & Leo ad Theodoſium imperatorem de ſecunda ephe-
ſina ſinodo, necnon plura citantur a Gratiano pro decretis
Nicenæ ſinodi, quæ in dictis uiginti non habentur. Citari po
7 teſt † epiſtola Pelagij quam ſcripſit omnibus epiſcopis qui ni
mio ambitu Io. Conſtantinopolitanum epiſcopum uniuer-
ſalem epiſcopum appellabant, cum dixit. Relatum eſt ad
apoſtolicam ſedem Ioã. Conſtantinopolitanum epiſcopum
vniuerſalem ſe ſcribere, uoſque ex hac ſua præſumptione
ad ſinodum conuocare generalem, cum generalium ſino-
dorum conuocandarum auctoritas beati Petri apoſtoli ſedi
ſingulari priuilegio ſit tradita, & nulla unquam ſinodus rata
legatur, quæ apoſtolica auctoritate non fuerit fulta. & habe
tur in c. multis. 17. diſt. Ex multis recentioribus præclaris au-
ctoribus, qui huius fuere ſententiæ, quod ad ſolum Roma-
num pontificem ſpectet generalis concilii vocatio, conten-
ti erimus uno Sancto Tho. ſecunda ſecundæ, quęſt. 1. ar. 10.
8 Nec his † repugnat quod legimus plura generalia concilia ab
Imp. congregata; ut priora illa quatuor concilia, de quibus
in cap. canones. 15. diſt. & in c. ſexta. 16. diſt. quoniam id fece
re, Romani pontificis conſenſu, & auctoritate, ut colligitur
in d. c. ſexta. quod vniuerſalis ſynodus Conſtantinopolitana
celebrata eſt; & græco ſermone conſcripta temporibus papæ
Agathonis exequente pijſſimo principe Conſtantino. & ex
c. mandaſtis. 2. q. 5. cum dicitur. Valentinianus Auguſtus no-
ſtra auctoritate congregari iuſſit. & eo ſenſu interpretari de-
bet, quod habetur in c. Adrianus 63. diſt. quod Carolus Fran
corum Rex conſtituit ſynodum cum Adriano papa, hoc eſt
eius auctoritate, & ſic interpretatus eſt Archidiaconus. Di-
ci etiam poſſet cũ Paulo de Caſtro. in l. Meuio. C. de ſumma
Tri. & fide Catho. & Alexandri. in cap. ſynodum 17. diſ. quod
licet olim Imperatores uocarent concilia, non tamẽ trahen
dum in exemplum, quoniam id factum eſt ſuadente tempo
ris qualitate & neceſsitate, quod eccleſia libere tunc congre
gari non potuiſſet ad uocationem Rom. pontificis. propte-
rea eorum tacito conſenſu permiſſum ab Imperatoribus cõ
gregari. quinetiam quandoque rogati, vt id facerent. at mu-
tatis tẽporibus, multiplicata eccleſia, & libertate permiſſa,
quod prius ſine culpa factum eſt, neceſsitate cogente, muta
tum eſt, ne poſtea verteretur in errorem. §. verum. 63. diſt. &
ideo cõſtitutum ſine permiſſu Rom. pontificis concilia fieri
non debere, ſicut & prius electioni Rom. pontificis robur da
bat Imperatoris confirmatio; qua in præſentiarum nihil eſt
9 opus. Quod † autem habetur Act. 6. Conuocantes autem 12.
multitudinem diſcipulorum, dixerunt, non eſt æquum &c.
Non arguit auctoritatem vocandi concilij fore totius Apo-
ſtolici collegij & vniuerſitatis; eo modo quod principaliter
non pertineat ad caput collegij, quoniam poſſunt quidem
inferiores uocare & requirere alios, ut ad congregationem
accedant; ſed non id auctoritatiue & coactiue prout eorum
caput. Quod tamen opus eſt ut ratum habeat, & interſit per ſe,
prout interfuit Petrus vel ꝑ ſuos legatos, vt ſæpius Rom. põ-
10 tifices. Si tamẽ Rom. † pontifex apud graues & doctos uiros
de hæreſi damnata foret diffamatus, qui ſine ſcandolo & fi-
dei periculo diſsimulari aut tolerari non poſſet, Primo per
S. R. E. Cardinales, aut alios fideles illis negligentibus requi-
rendus foret; ut eam aboleret infamiam, publice catholicã
fidem profitendo, in his potiſsimum ſuper quibus diffama-
tus foret; exemplo Apoſtoli, qui cum diffamatus eſſet apud
credentes ex iudæis, quod prædicaret legem Moyſi, non eſ-
ſe ſeruandam conſilio Beati Iacobi & ſeniorum qui Hiero-
ſolymis conuenerant, ingreſſus templum, & ritu iudæorum
purificatus aboleuit infamiam; ut puſillorum ſcandalum de
11 clinaret. Si uero † interpellatus hoc facere recuſaret, requirẽ-
dus foret, ut generale vocaret concilium, aut eius uocandi
daret auctoritatem, qui ſi recuſaret; S. R. E. Cardinales qui
eccleſiæ præcipua ſunt membra, & quibus præ alijs onus in-
cumbit prouidere neceſsitatibus vniuerſalis eccleſiæ, & im-
minentibus periculis occurrere; poterunt generale vocare
concilium; ad inquirendum de infamia, & an papa vere ſit
hæreticus; & quod eo caſu auctoritas ad Cardinales deuol-
uatur, probari poteſt, ex eo, quod ad illum, qui debet præbe-
re conſilium aut conſenſum, fit deuolutio; ſi principalis ſua
culpa ſuſpenſus ſit, & actum gerere non poteſt. cap. 1. ne ſe-
de uacan. lib. 6. & etiam quia data negligentia ſuperioris ad
pro-

proximiores fit deuolutio. c. Romana verſ. notoria de cenſi.
lib. 6. capit. paſtoralis de offic. ordin. c. ſolicitudinem. §. ſi ve-
ro. de appp. gloſ. in clem. qa cõtingit. de relig. do. & in cõcer
nentibus ſtatum eccleſię inferiores ſupplent negligentiam
ſuperioris. capit. 1. de ſup. negl. præla. capit. cum in cunctis. de
12 elect. Comprobantur † præmiſſa, quoniam ſubditus habens
facultatem aliquid faciendi ea cõditione, modo id cum ſu-
perioris licentia agat, ſi requiſitus ſuperior nulla ſubſiſtente
legitima cauſa licentiam negauerit; poterit ſubditus id ſine
licentia peragere, ex his quæ habentur in dicto capitulo uo-
lumus 81. diſt. Si enim pro vnius animæ ſalute cum quis uo-
luerit ad arctionem religionem tranſire, licitum eſt ex pręd
ctis iuribus id agere petita non tñ impetrata licentia; quãto
magis id permiſſum cenſebitur, ut procuretur tot animarũ
ſalus, vtque declinentur pericula quę imminerent, ſi tolera
retur ſupremi pręſulis a fide deuiatio; ut. ſ. liceat eccleſię pe-
tita non obtenta a pontifice conueniendi licentia? Quam
etiam fore minus neceſſariam aſſeruit Bal. in cap. olim. col.
4. de reſcriptis. ea ratione, quoniam cum alicuius requiritur
conſenſus, is minime eſt neceſſarius, ſi cõtra eum iudicio ſit
agendum, ſicut de pręlato habetur in c. edoceri. de reſcriptis.
gloſ. in c. cum paſtoris. 2. q. 7. & gloſ. magna in l. cum nõ ſo-
lum. C. de bon. quęlib. Quod ſi dicatur non procedere argu-
mentum de minori ad maius, nec de habente ſuperiorem
ad non habente. Reſpondemus argumentum de minori ad
maius procedere, ſi de quo minus uidetur ineſſe & ineſt, er-
go & de quo magis, ſi licet vbi minus eſt periculum, ergo li-
cet, vbi eſt maius. c. vbi periculum. de electio. lib. 6. quo caſu
eſt locus a maiori non a minori. Dici etiam poteſt pontificẽ
hæreticum fore minorem quocunque catholico, imo nec eſ
ſe pontificem. Et is eſt caſus, in quo ſine conſenſu pontificis
13 haberi poteſt concilium. Secundus † caſus eſt, ſi duo forent,
aut plures de pontificatu contendentes, & foret rationabile
dubium, quis eorum eſſet verus pontifex, & his diſcordanti-
bus, vel inuocando concilium, vel de loco, & tempore, neu-
tro habente integram obedientiam, poterunt cardinales ſi-
ne vllius licentia vocare concilium, ut recte fuit ſententia
Ant. de But. in ſuo tract. de ſchiſma. quem ſequitur Petrus de
Anca. in allegat. pro concilio Piſan. quoniam ſi conſideretur
quilibet de per ſe, neuter habet facultatem eccleſiam vni-
uerſalem congregandi de facto, nec de iure, quia neuter eſt
in quaſi poſſeſſione adminiſtrandi totam vniuerſalem eccle
ſiam, nec de facto alicui eorum obediretur, repugnante con
ſcientia, quæ non habet eum pro papa. Nec enim eorum qſ
que poterit concilium congregare adeo quod duo habean-
tur generalia. Concilia. Quoniam ſicut eccleſia vniuerſalis
unica eſt. c. loquitur 24. q. 1. & cap. ſciſma & 7. q. 1. cap. factus
ſeu unicum & non plura eſſe debet concilium, ut repreſen
tans correſpondeat repræſentato & ſi legitur quod tempo-
re Niceni concilij Romæ a Syluestro habitum fuit aliud con
cilium & Alconæ, eſt cum fieret Calcedonen. concilium nõ
erant illa concilia Romæ habita generalia ſed congregatio
nes eorum Epiſcopornm qui tenebantur ſingulis annis ſe re
præſentare. Rom. Pont. c. iuxta. 93. diſt. & c. qui cathedram. tẽ
pore igitur ſciſmatis. Propterea etiam ſine contendentium
requiſitione potuerunt cardinales tẽpore Piſani concilij vo
care concilium ea ratione quia quando iura loquuntur de
congregatione generalis concilij, præſupponunt neceſſario
unum eſſe, quem pro papa uniuerſalis eccleſia recognoſcat,
nec canones. 17. diſt. per totum adaptari poſſunt ad caſum
in quo ſit diuiſio eccleſiæ, & inter duos de Papatu contendẽ
tes eſt controuerſia, ſicut in ſimili dicunt Inno. & car. in cap.
ad hæc. in fi. de off. archy. quod ubi epiſcopus & Archidiaco
nus qui habent inſtituere decanos rurales de iure non poſ-
ſunt concordare, non valet quod facit unus ſine alio. argu.
capit. cauſam de off, deleg. Si tamen non foret dubium quis
eorum eſſet pontifex, vt quia vnus fuiſſet electus a duabus
partibus cardinalium, alter uero foret intruſus & apoſtoli-
cæ cathedræ uſurpator, non apoſtolicus, ſed apoſtaticus, &
profanus, ut in c. factus eſt. 7. q. 1. non opus eſt concilio, ſed in
truſus & inuaſor diuina ope & Sanctorum Apoſtolorum Pe
tri & Pauli perpetuo anathemate cum ſuis auctoribus fauto
ribus & ſequacibus a liminibus Sanctæ Dei Eccleſiæ ſepara-
tus abijciatur, ſicut Antichriſtus inuaſor, & deſtructor Chri-
ſtianitatis, & alias pęna incurrat, de quibus in cap. In nomine
Domini. 23. diſt. & in capitulo ſi quis pecunia. 79. diſt. quod
ſi vocandum videretur concilium, id fiet auctoritate veri
pontificis non ad cognoſcendum quis ſit verus papa, cum id
conſtet per electionem a duabus partibus, ſed ad eijciendũ
apoſtaticum, & mandandum, ut omnes obediant vero pon-
tifici prout obſeruatum fuit tempore Damaſi contra Vrſici-
num, & Cornelij, contra Nouatianum, ut dixit Turræcre. ca
pitulo 8. tract. de concilio & Alexan. in cap. ſynodum. 17. diſ.
14 Si autem † duo contendant de pontificatu de quorum ele-
ctione a duabus partibus non conſtat, ſed alter eſt in poſſeſ-
ſione, ad eum ſpectabit vocare concilium ratione poſſeſsio-
nis. c. querelam. c. Cumana. de elec. c. ex literis. & c. conſulta-
tionib. de iur. pat. c. 2. de in integ. reſt. c. cum eccleſia Sutri. de
ca. poſ. & prop. c. hoc quippe. 3. q. 6. ſicut intruſus confert be-
neficia, & adminiſtrat, c. nihil. de elec. quo nolente deuolui-
tur auctoritas vocandi concilium ad cardinales non ad cõ-
petitorem, niſi conſtaret poſſeſſorem eſſe intruſum, & non
poſſeſſorem eſſe uerum pontificem, nec propterea dicerẽtur
ſpoliare intruſum, ex quo recuſat, & conſtat de nõ ſuo iure.
cũ exceptio notorii defectus proprietatis obſtet ſpoliato pe-
tenti ſe reſtitui. c. ad decimas, de reſt. ſpo. in 6. c. ſignificaſti. de
diuor. c. conſtitutus. de fil. presb. & etiam quia ubi ex reſtitu-
tione nutritur peccatum non datur reſtitutio. c. literas. de re
ſti. ſpol. gl. 3. q. 1. in ſumma. & licet Cardinales eo caſu uidean
tur ſuſpecti, quia agitur de facto eorum, qui in diſcordia ele-
gerunt, non tamen ſunt ſuſpecti ad uocandum concilium,
quia conuocando uidentur conſentire, ut alii iudicent de fa
cto eorum, & ſe eximere ab omni ſuſpicione, quod nolint de
ueritate & iuſtitia cognoſci, ſicut iudex ſuſpectus poteſt alte-
ri cauſam delegare, antequam allegetur ſuſpectus, & licet
per c. vbi periculum. & Clem. ne Romani, non poſſint cardi-
nales attentare papæ reſeruata, tamen non prohibentur quę
concernunt electionem, ſed alia extrinſeca ad papam ſpectã
tia. Vnde cũ hoc caſu vocatio concilij ſit neceſſaria, vt vnus
habeatur Roman. pontifex, & per hoc quam celerrime fieri
poſſet prouideretur apoſtolicę ſedi, merito poterunt Cardi-
nales ſe intromittere, & ad eos deuoluetur ius vocandi cõ-
cilium, & iſte erit tertius caſus, quo poterit inuocari conci-
15 lium ſine auctoritate papæ. Quartus † caſus eſt, ſi opus ſit con-
cilio ut reſiſtatur papæ iniqua mandanti, aut ut decernatur
ei non parendum. Tunc enim cum non ſit neceſſaria aucto-
ritas papæ, vocatio ſpectabit ad cardinales non autem eo
caſu eſt neceſsaria auctoritas papæ, ne præſtet auctoritatem
in cauſa propria, contra not. in l. prima. §. primo. ff. de aucto.
tut. & in clem. ſi vna, de reb. eccl. non alie. quemadmodum ſi
epiſcopus tenetur requirere conſenſum capituli, ſi proceda-
tur contra capitulum, non erit neceſsarius eius conſenſus,
16 gl. in c. irrefragabili. de of. ord. Nolentibus † aut recuſantib.
cardinalibus vocare concilium, ſi opus ſit concilio, uocatio
ad imperatorem pertinebit, quoniam ipſe eſt eccleſię aduo
catus & defenſor. c. bene quidem. 96. diſt. clem. ne Romani,
de iu. iur. & in tantum intereſt imp. defendere fidem, quod ſi
papa ſuſpectus ſit de hęreſi, poteſt ab eo exigere, vt reſpon-
deat quid de fide ſentiat. c. ſatagendum. 25. q. 1. cum ibi not
Ex quo infertur imperatorem fore concilii partem, & in eo
iure proprio intereſſe poſſe, maxime cum de fide agitur. ca.
bene quidem. 96. diſtin. cum dicitur. intereſſe volumus, & ad
eum ſpectat conſeruare pacem & vnitatem eccleſiæ. §. hinc
etiam. 17. diſt. eam defendere & tueri tenetur. cap. principes
23. q. 5. & cap. de liguribus. glo. in cap. tua. de deci. & in capit.
17 non licuit. 17. diſtin. Hoc † probari poteſt ex eo, quod habetur.
in c. fi. 65. diſt. & in d. c. non licuit. 17. diſt. ubi negligentib. his
ad quos ſpectat conuocare uicinos epiſcopos pro electione
epiſcopi, populi uocabunt. at imperator repræſentat popu-
lum, cum in eum tranſlata ſit populi auctoritas. l. ſecunda.
§. nouiſſime. de orig. iu. l. prima. §. cum enim. C. de uet. iu. enu
18 clean. Nec † mirum, ſi hoc caſu ſecularis princeps iuriſdictio-
nem habet in eccleſiaſticos contra id quod habetur in c. be-
ne quidem. 96. diſt. & in cap. ſi uero. de ſent. excommu. quo-
niam, id eſt propter bonum publicum, & ſuperioris defectũ,
ſicut in caſu in c. ſi quis pecunia. 79. diſt. ubi licet laycis intru
ſum in apoſtolica ſede anathematizare, & humano auxilio
expellere. & in caſu. c. ubi periculum. de elec. lib. 6. ubi domi-
nus temporalis & officiales ciuitatis, in qua fieri debet elect.
Rom. pontificis, compellere poſſunt Cardinales obſeruare
19 decretum. Hoc † tamẽ intereſt inter papæ, & imperatoris cõ
cilii uocationem, quoniam papa, ut primus & habens in om
nes epiſcopos poteſtatem pręcipere poteſt Chriſti fidelibus,
ut conueniant, maxime ſubiectis omnibus ſacerdotibus. Im
perator uero exhortatur, & ſuadet epiſcopis, ac præcipit lay-
cis. Neque Rom. pontifex dicit conuocationem ad ſe tãtum
pertinere, ſed quod ſine ſua auctoritate fieri ſinodus non de
beat, quando itaque imperator incumbente neceſſitate ec-
cleſiæ primo hortatur Rom. pontificem, & deinde alios, ut
conueniant, recte proſequitur uiam antiquorum, tunc inter
pellat Rom. pontificem, & deinde aliorum auctoritatem,
& niſi ita ageret. ſ. ſi ſine uocatione Rom. pontificis, epiſco-
pos congregaret, non eſset uniuerſalis cõcilii auctoritas ple
na, de eſsentia enim eius eſt ut nullus excludatur maxime
epiſcoporum qui uelit & poſſit intereſse. Igitur hoc indubie
in Rom. pontifice uerum, ſi Rom. pontifex rogatus non mit
teret, aut non ueniret aliis parentibus hortationi imperiali,
non eſt ſubito procedendum, niſi neceſſitas eccleſiæ, quæ le-
gem

gem non habet, expeditionem deſideraret. Verum, ſi cõgregationi inſtitutę per imperatorem Romanus pontifex contradiceret, niſi neceſſitas eccleſiæ plus parendum imperatori perſuaderet, Romano pontifici mos gerendus eſt. Vnde non credo etiam abſurdum eſſe illud dictum, ꝙ etiam propter curam commiſſam cuſtodiendæ fidei ſacro imperio, ipſe imperator negligente aut contradicente Rom. pontifice imminente magno uniuerſali turbationis eccleſiæ periculo præceptiue poſſet ſinodum indicere ad prouidendum fluctuanti eccleſiæ. Licet enim aut ordo, aut poſitiui iuris determinatio propter conſeruandam pacem, exemerit clericos a poteſtate imperiali, & ſuperordinauerit etiam ipſi imperio ſacerdotium, ut aliis cæteris Rom. pontificem, tamen cum ceſſant omnia illa, propter quæ huiuſmodi ſacra ordinatio inſtituta eſt, quoniam omnia propter conſeruationem ipſius ſanctæ eccleſiæ ita inſtituta ſunt, reuertimur, tunc ad habendum eundem finem ad aptos congruos modos tempori, hoc ordine nobis non ſeruiente minime curato. hæc Nicolaus Cuſa. li. 3. de concordantia catholica c. 15. quæ ad verbũ referre voluimus, quoniam videntur notatu digna. Papa, 20 cardinalibus & imperatore nolentibus, vrgente, & notoria, neceſſitate exiſtente, vocare concilium, ipſimet prælati poterunt auctoritate propria conuenire, ſicut factum legimus tẽpore Marcellini papæ, qui metu adactus thura idolis adoleuerat, & habetur in c. nunc autem. 21. diſtin. & a congregatis prælatis requirendus foret Pontifex ſua auctoritate conciliũ roboraret, ſicut actum fuit tempore Symachi papæ, de quo in §. hinc etiam. 17. diſt. pontifice autem recuſante auctoritatem concilio impertiri, eo inuito poterunt patres tam diuini, quam humani iuris auctoritate procedere ad ueritatis indagationem, diuini quidem ex eo, quod habetur Ioann. 12. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum, ſermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum. Ex quo loco ſanctus Thom. in illud ad Gal. primo, ſi quis uobis euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. inquirendo quonam modo potuerit Apoſtolus apoſtolos ſibi pares excommunicare, cum par in parem non habeat imperium. Reſpondet Apoſtolum non, ſed apoſtolicæ doctrinæ auctoritate eam protuliſſe ſententiam. Humani autem iuris auctoritate ex eo, ꝙ habetur in c. ſi papa, 40. diſt. quod fuit Bonifacij martyris. Cum enim hæreſis Rom. pontificis proprius iudex ſit uniuerſale concilium. §. hinc etiam. 17. diſt. pontifice recuſante conuentui auctoritatem dare, ius ipſum dare cenſebitur. & licet conuenientes vim coactiuam non hẽant in alios, qui non venerint, ſicut nec imperator caſu quo ad eum deuoluatur ius conuocandi, poterunt tamen non ueniẽtes in mora conſtituere, & eos denunciare contumaces. argum. c. a nobis. de elec. & pronunciare ſe iudicem competẽtem, & ſe conſtituere concilium, & apud ſe fore iuriſdictionem. ut no. Fel. in c. literis. in 18. col. de reſcr.

Ad quod temporis ſpatium indicendum ſit Concilium?

CAP. III.

1 Videamus modo ad quod †tpis ſpaciũ indicendum ſit concilium, & quidem ſatis conſtat quod tempus ad comparendum in concilio, & illud initiandum, debet eſſe competens, ut undequaque conuenire poſſint etiam longiſſime degentes, alias prælati nec in termino, nec poſt tempus accedere tenerentur. arg. eorum, quæ not. Bar. in l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam. & Abb. in ca. cum dilecti, col. pen. de dolo & cont. Quantũ autem præfiniri debeat, non habemus ſtatutum ab eccleſia, cauſam putamus, quoniam ſecũdum rerum, & cauſarum exigentiam varie obſeruatum legimus. In Sardicen. enim ſinodo paulo poſt Nicenam habita, excuſarunt ſe plures propter corporis infirmitatem, nonnulli anguſtas inducias, accuſantes, & in hoc culpantes Iulium epiſcopum, & ſi ante annum, & menſes ſex ſinodus fuerit prędicata, ut uerbis utamur Socratis, trip. hiſt. libro quarto, capitulo 23. Leo Primus epiſtola 13. ad pulcherriam Auguſtam cõqueſtus eſt, quod imperator cupiens quam celerrime turbata cõponi, Epiſcopali concilio, quod Epheſi uolebat haberi, nimis breue & anguſtum tempus indixiſſet calendas Auguſti pręſtituendo conuentui, cum a tertio iduum Maiarũ, quo eius ſcripta ſuſceperat, maior pars reliqui temporis foret abſumenda, ut profectio ſacerdotum, qui negocio ſufficerent, poſſet ordinari. Ex epiſt. Valentiniani, & Martiani ad epiſcopos colligitur, decimo Kalendas Iunij indictum fuiſſe ſecundum Epheſin. concilium intra diem Kalend. Septe. & ad illũ diẽ vocatos epiſcopos. Ad conueniendum in Lugdunen. concilio datum fuit ſpacium ſex menſium a Greg. x. ut habetur li. 2. Regiſtri ſui. Qđ enim prius celebrauerat in Lombardia, ꝓuinciale fuit, non generale, qđ conſtat ex eo ꝙ uocati ſolũ fuere Suffraganei, Archiepiſcopi Mediolanen. ut habetur li. 1. eiuſdẽ regiſtri. nimirũ ſi in eo ſolũ datũ fuit tẽpus menſis 2 cũ dimidio. Nõ †aſſignãdũ minus ſpaciũ anni unius colligitur ex decreto, Frequens; Conſtantien. concilij, cum decernitur, quod loci mutationem, vel termini abbreuiationem ꝑ annum ante præfixum terminum teneatur ſummus pontifex legitime, & ſolenniter publicare, & intimare. Si enim dãdum eſt ſpacium unius anni in illius abbreuiatione ante decenniũ, multo magis dandum erit in noua. concilij indictione. concilium Piſanum à Cardinalibus qui à Greg. 12. & Benedicto 13. receſſerunt ad tollendum inueteratum ſchiſma indictum fuit die. 24. Iunij MCCCCVIII. ad feſtum Annunciationis ſub ſequentis anni. Hoc tempus fore nimis breue conqueſtus eſt Rupertus Rom. Rex quod multi prælati accedere non poſſent ẽt magna adhibita diligentia, proinde non poſſe dici concilium, ſi uocati adeſſe non poſſent, Conſtantien. a Ioan. xxiij. Sexto Idus Decemb. Pontificatus ſui anno. iiij. ad Calend. Nouembris ſubſequentes. Papien. & Baſilien. indicta fuere in Conſtantien. concilio, Papien. ad quinquennium, Baſilien. ad ſeptennium, Poſt Papien. Lateranẽ. nouiſſimum indictum fuit a Iulio ij. xv. Calendas Auguſti, 1511. Põtificatus ſui anno octauo, ad diem xix. Aprilis ſequentis anni, ut uelut clauum clauo pelleret, & elideret conciliabulũ prius indictum a cardinalibus, qui ab eo receſſerant, qui xvj. Maij indixerant conciliũ Piſis ad Calendas Nouembris ſubſequentis, & a Iulio inter alias cauſas improbatum ꝙ nimis 3 Anguſtum tempus fuerat præfixum. Sanctiſsimus †autẽ D. N. Paulus iij. quarto Nonas Iunij 1536. Pontificatus ſui anno ij. cõcilium Mantuæ indixit ad diem 22. Maij, quæ fuit feria quarta poſt Pentecoſtem ſubſequentis anni. Cum itaque nõ habeamus a ſacris canonibus conſtitutum, quis terminus ſit præfigendus, minusq; de hoc habeamus certam obſeruationem id arbitrio pontificis relinquemus, qui pro rerum, & tẽporum qualitate & neceſſitate maius vel minus tempus 4 pręfigere poterit, modo nimis Anguſtum non ſit. De tpe †uero, ſeu interuallo tpis inter unum concilium, & aliud nihil ſtatuere maiores noſtri præter id, quod decretum fuit per cõcilium Conſtantien. decreto, quod incipit, frequens, celebrãdum ſcilicet fore concilium ad quinquennium abinde, ſm ad ſeptennium, & deinde de decennio in decenniũ. Et cum poſt Papien. ſeu Senen. ad quinquennium habitum, & indictionem alterius ad ſeptennium Baſileę oratores Anglorũ Regis peterẽt a Martino Pont. abbreuiari tempus ſeptennij, prætendentes opus fore concilio pro eccleſiæ reformatione in capite, & in membris, reſpondit Martinus hæc verba. Qm̃ in ſermonibus ueſtris dixiſtis de reformatione in capite, & in membris, certi reddimur, quod non intelligitis de capite Chriſto, reſtat igitur, ut de Perſona noſtra locuti fueritis, ad quod dicimus ꝙ licet ſic Rex, uel principes quantumcunq; magnus, ipſum tamen manet neceſſitas obſequendi, nõ auctoritas imperandi; quibus non obſtan. contenti ſumus nedũ ad poſtulationem tanti Regis, ad ſed aduiſationẽ cuiuslibet chriſtiani quantuncunque parui, in quo deformati ſumus, reformare nos ipſos, & uos ambaſciatores rogamus, vt de reformationibus noſtris nos aduiſare velitis, ut de nobis reformationem debitam faciamus. Scimus nos ex fragilitate humana poſſe peccare, ſed confidimus in miſericordia diuina ꝙ dolum, & latam culpam ſemper a nobis abeſſe conſtabit. Deinde adiectæ cauſæ. cur non expediret tunc concilium fieri, Primo quia tempus concilij conſtitutum fuerat, quod ſi non expectaretur, poſſet diſſenſiones parere, nec eiuſdem ſententiæ fore alios principes, idque etiam propter contemptum ſedis Apoſtolicę, ex quibus, & alijs cauſis videri poterat concilium nõ curaturum morbos, & errores emendaturum, ſed forſan grauiorem morbum, & eum quidem incurabilem pariturum, offerens ſe uacaturũ optatæ reformationi eccleſiæ, & concilium ſuo tempore conuocare. Poſſet 5 †autem quiſpiam dubitare, an ſublata ſit conſtitutio, Frequens, in his in quibus recepta non fuit, ſed ſolum in quantũ contrauentum fuit, quod ſi quęrimus, an lapſo ſeptennio ad quod indictum erat Baſilien. cõcilium, tenerentur Patres ad conciliũ accedere. Reſpondemus, quod etſi Eugenius pont. pretenderet ob lapſum temporis non habendum conciliũ, plus tamen placet contraria ſententia, quoniam præceptũ continebat duo inuicem ſeparabilia, videlicet habendum concilium, & habendum tali tempore, & ſublata una obligatione manet altera. argu. l. Celſus. ff. de arb. capitulo cum dilecti de dolo & cont. Et quia auctoritas decreti repręſentatur in vtroq; mandato, unde ſequitur quod ſiue conciliũ fuerit celebratum in tempore aſſignato ſiue poſt, antequam papa uoluntatẽ mutauerit, dici celebratũ auctoritate papę, & de eius mandato, quando vtrunque fuit mãdatum. d. c. cũ dilecti. & c. quõ iure. 8. diſ. c. cum ſuper. de of. dele. & c. fin. de reſt. ſpol. & hoc eſt quod dixit Vincent. & refert Ant. de But. in c. ex parte, de conſt. ꝙ ex non obſeruantia conſtitutionis non tollitur conſtitutio, ideo ſi vacat aliquo tempore beneficium, & numerus canonicorum nõ impletur, propter hoc non tollitur conſtitutio de taxato canonicorum numero. ꝙ ſi quæramus quid lapſo decennio non ſemel, ſed pluries & tanto tempore quod in his quæ præſcribi poſſent, caderet ꝑſcriptio, non dubitamus per non vſum decreti cenſeri non receptum, & abrogatum, cum nõ ſatis ſit leges promulgari. ſed opus etiam ſit, ut moribus vtentium comprobentur, ꝗbus firmari dicuntur in c. in iſtis. 4. diſ. l. de quibus. ff. de legi.

6 De prorogatione † autem temporis concilii poſtquam indictum fuerit, dicimus etiam ſi ab alio concilio præfixum fuerit, poſſe Rom. pontificem ex cauſa, & omni dolo ceſſante prorogationem facere, modo prorogatio non ſit allatura periculum vniuerſali eccleſiæ, & fidei præiudicium, quoniam prorogans nihil dicitur immutare. l. 3. ff. de dam. infe. Bal. in l. ſi conſtante. C. de dona. ant. nup. hinc dixit Iuriſconſultus, non omne quod differendi cauſa optima ratione ſit, moræ eſt imputandum l. ſciendum. ff. de vſur. hic ẽt licet papa nulla ſubſiſtentę cauſa non poſſit in totum tollere conciliũ. poteſt tamen illud ad breue tempus differre, arg. eorum quæ habentur in l. quoties. C. de preci. impe. offe. & c. ex parte, el 2. de off. del. c. paſtoralis. de app. ubi licet princeps nunquam cenſeatur tollere ius alterius, vt in c. ex multiplici. de deci. l. 2. §. ſi quis a principe. & §. merita. ff. ne quid in loco pub. tamen cõcedit dilationes, tollit exceptiones, & quandoque appellationem. 7 Durare † vero debet concilium vſq; ad finem, & determinationem cauſæ, propter quam eſt congregatum, cap. certum. 11. q. 1. c. ſi quis. 18. diſt. c. omnes, de conſecr. diſt. 1. q̃a princeps nihil debet imperfectum dimittere. l. 1. C. de iuſti. Codi. & nihil cenſetur actum, cum aliquid reſtat agendum. l. 1. C. de his qui, vt indig. c. nihil. 7. diſt. & c. quæ, de ipſis. 38. di. Magis enim deliquit qui interruptam cauſam dimiſit, quam qui nunquam ad cauſam venit, ut in auth. de litig. §. omnẽ. col. 8. & melius eſt non incipere, quam ab incepto turpiter deſiſtere. l. inter omnes. C. de prædiis mino. Quod etſi non extent acta ſacrorum conciliorum ex quibus eorum omnium recenſeri poſſint durationes, illorum tamen de quibus poſſumus non ab re fuerit recenſere. Et in primis de Niceno concilio Nicephorus eccleſiaſt. hiſtoriæ, li. 8. c. 27. inquit. Tempus ſinodi ſicut inuenimus in menſis Maij xj. diem, in dies 3. cos. Paulino & Iuliano, qui annus. 636. ab Alexã. Macedonii regno fuit, vigeſimus uero imperij Conſtantini quo ſinodus vero ipſa Niceæ annis tribus, & paulo longius eſt acta, de aliis uero adnotare licet, priora illa & ſanctiora concilia breuiſſimo tempore fuiſſe abſoluta. Chalcedonen. enim concilii prima actio fuit octauo idus Octobris, indictione 4. decimaſexta & nouiſſima quinto Calend. Nouembris anni eiuſ- 8 dem. Quinta † ſinodus initium ſumpſit pridie nonas Iunias, indictione decimaquarta, finem vero duodecima. Calend. Iulii. Synodus Romæ habita 105. epiſcoporũ poſt quintam, ſed ante ſextam ſinodum Martino primo pontifice initium habuit tertio nonas Octobris, finem pridie Calend. Nouẽb. quinque duntaxat actionibus, ſeu ſecretariis. Sextæ autem ſinodi prima actio fuit 17. Nouembris, & nouiſſima undecima Septembris, & hęc ex octo vniuerſalibus longiori tempore durauit. Septima enim quam breuiſſimo. Sex enim diebus ferunt abſolutas actiones ſeptem. Octaua vero primam habuit actionem die quinto Octobris, indictione tertia conſulatus Baſilii, & Cõſtantini imperatoris anno tertio. decimam vero & nouiſſimam pridie Kalend. Martii ſubſequentis. Poſteriorum conciliorum exceptis Conſtantien. & Baſilien. ac nouiſſimo Lateranen. caremus actis, ex quibus elicere ualeamus quanto tempore durauerint, ſolum reperimus. Ioann. Andream in gloſ. uerbi, deinceps. capitulo nemo, de electione, libro ſexto. referentem Franciſcum Vercellen. quod concilium Lugdunen. habitum fuit Gregorio decimo pontifice anno 1274. a principio Maii uſque ad Auguſtum. & in clementina prima, in gloſ. penult. de Viennen. ꝙ inchoauit anno Domini 1311. Calen. Octobris, & terminatum fuit anno ſequenti, ſexto die April. De Conſtantien. conſtat ex actis eiuſdem, ꝙ initium habuit anno 1412. abſolutũ vero 20. Aprilis. 1417. Baſilien. concilium ſi omnia tpa computamus quibus qñque fuit uerum concilium, & quandoque conciliabulum, durauit annis 18. Ferrarien. ſiue Florentinum initium habuit quarto idus Ianuarii 1438. durauit Florentiæ quo translatum fuerat propter peſtem Ferrariæ craſſantem uſque ad ſextũ Calend. Maii 1442. vltimæ ſeſsionis Florentin. in qua translatum fuit concilium ad Lateranum proſequendum quintodecimo die poſt Eugenii papæ reditum ad urbem. Quando autem finem habuerit, & quid Romę actum fuerit, non legimus niſi literas Eugenii de reconciliatione Armenorum cum Rom. eccleſia. Nouiſſimũ uero Lateranen, ſub Iulio II. Pont. initium habuit die 3. Maij 2512. & finem ſub. Leone X. 17. Calen. Aplis 1516. Pontific. eiuſdem Leonis anno 4. Deinde † quamuis magis curioſum 9 ſit, quam neceſſarium recenſere interualla conciliorum, liceat tamen illa exponere. A Niceno nanque concilio ad primum Conſtantinopolitanum interceſſere anni. 63. A Conſtantinopolitano ad Epheſinum. 42. Ab Epheſino ad Calcedonen. anni. 36. A Chalcedonen. ad Conſtantinopolitanum ſecundum anni. 97. a Conſtantinopolitano ſecundo, quæ fuit quinta. ſynodus ad ſextam, quę fuit Conſtantinopolitana tertia anni. 121. A ſexta ſynodo ad Nicenam ſecundam, quæ fuit ſeptima, anni 119. A ſeptima ad octauam Conſtantinopolitanam, anni 82. Poſt octauam ſynodum, & ſi plures habitę fuerint ſynodi, nulla tamen generalis fuit uſque ad ſynodum Lateranen. ab Alexandro 3. habitam anno 1179. de qua meminit Ioan. And. in cap. cum Apoſtolica in fin. de his quæ fiunt a pręla. ſin. con. ca. & ſic ab octaua ad Lateranẽ. interfuere circiter 260. anni. poſt annos 36. uidelicet anno. 1215. ab Inno. 3. ad Lateranum habitum eſt gerale conciliũ & quamuis utrunque concilium, ſub Alexandro 3. & Inno. 3. apud Lateranum celebratum ſit, ut tamen diſtinguantur cum citantur, ſub Alexando habitum Lateranen. nuncupatur, alterum uero ſub Inno. Generale, ut dixit glo. in clem. 1. de immu. eccle. Poſt annos uiginti anno. 1245. ſub Inno. 4. habitum eſt concilium Lugdunen. ut meminit Io. And. in d. c. nemo in ſecunda glo. de elect. lib. 6. a quo concilio uſque ad aliud Lugdunen. ſub Greg. 10. anno. 1274. habitum, interfuere anni. 29. Poſt annos 36. fuit concilium Viennen. ſub clem. quinto videlicet anno 1311. A Viennen. ad Conſtantien. fuit interuallum annorum 104. Nec enim Piſanum intermediũ pro generali habemus. A Conſtantien. ad Baſilien. 14. ad Florentin. ſeu Ferrarien. a Conſtantien. anni. 21. ab inde ad Lateranen. ſub Iulio 2. anni 74. Cum aliis, † quæ de tempore Con- 10 cilii diximus decere putamus explicare, an die præſtituta inchoandum ſit concilium, ſi pauci prælati aduenerint, an uero ad tempus aliquod expectandum. de quo uarie obſeruatũ legimus. Cyrillus enim Leonis primi ad Epheſinum concilium legatus eidem præſidens ſexdecim diebus a die in dicti concilii expectatis abſentibus, non diutius expectandum duxit, Ioannemque Antiochenum Patriarcham cum ſuæ prouinciæ Epiſcopis poſt dies 26. aduenientem & ægre ferentem, quod expectatus non fuiſſet, etiam cum iurgio reprehẽdit, quod tam diu diſtuliſſet, ſat ſibi fore affirmans, ſi admitteretur. Piſanum concilium, in quo duo de pontificatu contendentes abrogati fuere, & Alexander V. factus pontifex eo die quo indictum fuerat 25. ſcilicet Maii. 409. initium ſũpſit celebrata Spiritus Sancti miſſa & habitis ad Deum ſolenni more ſupplicationibus, & ſequenti die habita prima ſeſsio. Conſtantien. uero concilii prima ſeſsio habita eſt 16. Calend. Decembris 1412. cum indictum fuiſſet ad Calendas Nouembris. Baſilien. concilii tempus aderat 3. Martii 1431. & dilata ſeſsio ad diem 14. Decembris. Abſentib. poſt Abbatis Vercilliacen. proteſtationem tot menſibus expectatis. Eugenius ẽt quartus, & ſi Ferrariam ueniſſent Imperator & Patriarcha Conſtantinopolitani, adeſſentque preter Grecorum Epiſcopos 150. epiſcopi, ad quatuor menſes duxit expectandos abſentes, id tamen poſtulante imperatore, leuibus interim diſputationib. habitis. Vt prætereamus & Romanum a Ioan. 23. & Vtinen. a Gregorio 12. indicta concilia, nedum dilata, ſed irrita ob epiſcoporum non aduenientium cõtumaciam. Iulius etiam 2. bis concilium prorogauit. Quibus non obſtãtibus ut inſimul non concordantibus exemplis putamus cõueniens fore ut die indicta adſint Legati Apoſtolici, & ſolenni celebrata Miſſa, & pro more ſupplicationibus habitis, cum his qui adeſſent. epiſcopis decernere inchoatum fore concilium, etſi pauci aduenerint, expectandos ad aliquod tempus abſentes, hortandosque preſentes, ut ad ardua negocia concludenda niſi decenti expectatione abſentium moderata, congruo interuallo temporis non procedant, ſed diuino timore præuio procedatur in cunctis cum debita grauitate, ſicut tanta magnitudo negociorum uniuerſalis eccleſiæ exigit. Pro inde cum prima ſeſsio Conſtantien. concilii fuiſſet. 17. Nouembris, & Sigiſmundus Rom. Rex ueniſſet Conſtantiam 24. Decembris. die 29. propoſuit Ioan. 24. qui aderat & Patribus concilii expectandos pręlatos & oratores Regũ Frãciæ, Angliæ, & aliorũ principũ, & alios ꝑlatos uenientes ad cõciliũ, & ꝑpea dilata ſecunda ſeſs. ad ſecundã Martii, nec tñ interim ceſſatum a cõgregationib. ſuper modo procedẽdi, de ꝑlatis pauperib. q petebant licentiã recedẽdi, & nonnullis 11 aliis. Quamuis autem † expectandi abſentes, non tamen quãdiu maior pars uocatorum aduenerit, quoniã quãdo uniuerſitas uocatur a ſuperiori, remanet uniuerſitatis auctoritas in

his, qui venerunt, quamuis non sint duæ partes ex tribus, imo etiam si non adsit maior pars Inno. & Io. And. in c. 2. de noui ope. nunc. per ea, quæ habentur in c. quod sicut. & c. cum nobis, de elect. Abb. in c. in causis. in 4. col. de elect. & in c. cum omnes. de const. Concordant his, quæ dixit Io. And. in c. irrefragabili. de of. ord. quod si archiepi. vocant subditos ad concilium, & ipsi non veniunt in termino eis assignato, conuincuntur de negligentia, & potestas deuoluitur ad accedentes etiam pauciores. Ius enim vniuersitatis residet in vno c. gratum. de postu. præla. gl. in c. 1. de elect. Nec. n. debet nocere diligentibus aliorum malitia, & negligentia. de quo plene in materia conciliorum. Rom. cons. 366. Verum Moder. Aret. notabiliter dicit, ꝙ licet remaneret collegium ēt in duobus per not. in d. c. cum nobis, tamen de honestate deberent tot cogi ad veniendum, qui possent causas criminales episcoporum cognoscere, qui debent esse 12. c. fœlix. 15. q. 7. legimus in c. prima adnotatio 16. dist. concilia plura paruo numero episcoporū celebrata, vt Anchyritan. 18. Neocesarien. 17. Grāgen. 16. Arelaten. secūdum xj. quæ & si forte prouincialia fuere, eorum ramen decreta perinde ac si vniuersalia fuissent recepta fuere. Et ex receptione & approbatione Ro. pont. robur sumpsere. Legimus ēt sæpius conuenisse aliquos dūtaxat de aliquibus prouinciis, de quibus facilius conuenire poterant, in ipsis de fide actum esse & eorum decreta vt vniuersalis Synodi recepta, qualia fuere sub Hilario. Felice iij. Gelasio, Symacho, Stephano iij. Nicolao ij. Greg. viij. Calisto ij. Innoc. ij. Eugenio iij. Sicut sexta synodus vniuersalis dicta est licet propter imminentia bella vr̄ epi congregari non potuerint, vt testatur B. Th. in qō. de potentia q. 10. ar. 4. dixisse Constantinum Augustum, qui illam congregauit. Eugen. iiij. in literis primę dissolutionis concilij Basilien. inter alias causas dissolutionis hanc vt præcipuam deducit, quod tempore illius initij non aderant vltra x. epi. Idem Eugenius vt habetur sess. x. eiusdē concilii, inter alias concordiæ conditiones pro emēdatione, & censura morum uniuersalis ecclesiæ in loco cōi consilio deligendo obtulit uelle non modo curiam sed personam suam subesse, ea tamen lege, vt nihil a concilio decerni posset, nisi adessent 70. epis. quod a iustitia & æquitate alienum videbatur, vt minor numerus prælatorum legem præ-

12 scriberet toti ecclesiæ. Sed superest † alia dubitatio, an si non apponatur tempus in vocatione ad cōcilium, teneatur quis comparere, de quo etsi varient Docto. cum de citatione loquuntur, plurium ramen & communis sententia in c. cum parati. de app. est quod valeat, & potissimum cum quis vocatur iudicis officio, non ad partis instantiam secundum Ang. in l. liber homo. de uer. obli. & no. doct. in d. c. cum parati. & cōparere tenetur quā primū poterit, cū cōpetēti tn̄ tpe. l. ab hostib. §. 1. ex q. cau. ma. & l. qđ dicimus. ff. de solut. l. peculiū. §. fi. ff. de sta. li. ut appareat obediens non contēptor superioris. c. quanto. 2. q. 5. & c. quanto. de postu. prælat. Siquis autem

13 interrogaret, an ueniens post inchoatum concilium sit admittendus, respondemus admittēdum esse, & posse moram purgare secundum glo. in c. propter ecclesiasticas. 18. dist. & sic obseruatū legimus in concilio Martini primi, in quo Stephanus episcopus Doren. fuit post inchoatum conciliū admisus, & licet is non satisfaciat obligationi comparendi in tempore, satisfacit tamen obligationi comparendi in concilio, & euitabit periurium ratione iuramenti præstiti iuxta c. ego N. de iureiurando.

De loco Concilii. CAP. IIII.

1 Locus Concilij † eiusmodi esse debet, in quo non sit annonæ difficultas, & inopia, vbi sit cœlum salubre, & accommodus omnib. ex toto orbe Christiano eo venientibus, ad eum patere debet tutus accessus, & ipse locus adeo tutus vt quisque habeat in cōcilio liberam loquendi facultatē vt ab omnibus cognoscatur ꝙ nullo terrore, nulla potestate, nulla comminatione, vel auersione quisquam pro veritate loqui prohibitus aut repulsus est, vt rescripsit Agatho Cōstantino imperatori cum habita est sexta synodus. Propterea si tiranni, hostilitatisque metu reformidaret quis vel accedere uel sententiam dicere, accedere non tenetur c. ad apostolicæ. de re iud. lib. 6. cle. pastoralis. co. ti. no. Doc. in c. ex parte, de app. & Inno. in c. super his. de accus. quinimo nec sub saluo conductu accedere tenetur c. accedens. vt li. non cont. & ideo citatus ad locū nō tutū pp bella, vel hostiū incursiones, appellare poterit. Abb. in c. ex parte, cl 1. de app. & si notorium foret locum non esse tutum, nec ulla opus erit appellatione. cum ipso iure nulla sit citatio. cle. pastoralis. §. notoriū. de re iud. Bal. in l. de ętate. ad treb. & ideo cum plures epi in Chalcedon. concilio attestarentur sibi vim illatam a Dioscoro in 2. Ephesino concilio, seque timuisse fustes & gladios, & milites, magis deposuisse Flauianum, uiolentiaque factam necessitatem, petebant retractari ea, quæ in loco non tuto per uim extorta fuerant. Quod deinde fecit Chalcedonen. concilium. & locus concilij tutus esse debet non solum his qui uocati sunt, sed etiam eorum procuratoribus, & aduocatis. D. Anto. & alij in capit. ex parte. de appel. & in clemen. pastoralis. de re iudic. Dicitur autem locus non tutus etiam habita ratione locorum, per quæ inter habendum est. D. Anto. & alij in dicto capitulo accedens 2. ut lite non contesta. & idem ratione personæ, ad quem itur. Doct. in capitulo si iustus. de app. ideo locus ciuitatis Pisarum recusatus est ut suspectus a Grego. 12. quod respublica Florent. cuius ditionis erant Pisæ Bellum gereret cum Siciliæ Rege & propterea utriusque Siciliæ episcopis nō erat tutus accessus, & idē de episcopis ditionis ducis Mediolani, qui tunc bellum habebat cum Florentinis. Et sicut † se-

2 cundum sanctum Thom. in loco ubi, non est nota hęresis, disputare periculosum est, ita ubi est nota, & catholici ab aliis infestantur, est necessarium differendo rem declarare, itaq; cum propter hæreses uocatur concilium, conueniens uidetur locum deligi, ubi uigent aut pululant hęreses confutandę, ideo Constantinus concilium indixit Nicææ, ubi Theogenius episcopus degebat, qui una cum Eusebio Nicomedien. episcopo fauebat Ario, & quem iuuerat, ut restitueretur. Sic Gratianus secundum Constantinopolitanum, ubi Macedonius, cuius causa congregabatur. propterea Leo primus cū vellet in Italia concilium habere pro emendatione secundi Ephesini. Martiano Imp. cessit illud postulanti in Oriente, ꝙ ibi inualesceret eutychis hęresis, & factum Chalcedone.

3 Quod si † in uocatione ad concilium non apponatur locus, tenebuntur uocati accedere ad locum, ubi erit Papa, & ualebit citatio, quod censeantur ad eum locum uocati argu. tex. in l. si locus. ff. de iud. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbit. & not. doct. in capitulo cum parati. de app. Vocationem autem seu indictionē factam sine expressione loci legimus in Codice actorum concilii Constantiens. bibliothecæ Sancti Marci Venetiarum inter libros Cardinalis Niceni. quod abrogatis duobus qui pro Rom. Pont. se gerebant in concilio Pisano, & assumpto ad pontificatum Alexandro V. fuit illud concilium per d. Alexand. approbante concilio continuatū ad triennium, in loco per pontificem declarando. Si autem fiat alteratiue, sicut fecit Gregr. 12. qui indixit concilium in Rauennaten. Archiepiscopatu, aut Patriarcatu Aquilegien. inualida erit uocatio & nullius roboris, quoniam citatio incerta & uaga, & nimis generalis non ualet, vt uoluit Roma.

4 per iura alleg. in cons. 362. At loci † mutatio ex causa fieri poterit per Roman. pontificem. si enim pastor potestatem habet transferendi gregem de loco ad locum, prout gregi pascendo cognuuerit expedire, cur Rom. pontifex qui pastor ex uniuersalis ecclesię, ex consequenti concilii illam repræsentantis, non poterit transferre uniuersale Cōcilium, si hoc exposceret rationabilis causa. Quod cōfirmatur ex eo, quod non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. capitulo nouit 12. distinct. & lib. secundo. Machab. dicatur, non propter locum gentem. sed propter gentem dominum locum elegisse. sine causa autem, non posset, quia uariatio sine causa, prohibita est. clemen. cum illusio. de renunc. ubi dixit Cardinalis, quod in dubio pręsumitur contra uariantem, quod uelit a ueritate deuiare. & per text. in capitulo certum. 11. q. 3. & in capitulo si quis 18. dist. ubi habetur, neminem discedere habere ante finitas agendorum examinationes. Quod enim semel approbatum est, non potest amplius reprobari gl. in c. in istis. 4. dist. cap. delictissimi. 18. q. 2. cap. horrendus. 32. q. 5. c. si. 4. q. 3. & indecens omnino probatur soluere militiæ cingulum antequam cedat uictori aduersitas preliorum ut in cap. 1. de renun. & magis deliquit qui interruptam causam dimisit, quam qui nunquam ad eam peruenit, ut authē. de litig. §. omnem. col. 8. & dicit text. in l. 1. C. de emen. Cod.

5 Iust. Nec † etiam deberet locum mutare, † si hæretici vellēt se subiicere concilio, & redire ad gremium ecclesiæ, non reuersuri, si concilium alio transferatur. Quia si correcti uolūt redire, sunt admittendi c. gloriosi. 23. q. 1. c. maiores. 24. q. 1. immo ut disseruit sanctus Thom. secunda secundæ. q. 2. ar. 4. immo si correcti, & emendati uenire uoluerint, admittendi sunt in concilio generali c. conuenientib. 2. q. 7. In † ecclesia autem teneri debet concilium c. præceptum. 2. q. 2. c. conuenior. 23. q. 4. In nomine Domini. 23. dist. cap. cum sicut c. cum terra. de elect. nec obstat tex. in ca. 2. de immu. ecc. li. 6. prohibens cætus & congregationes fieri in ecclesia, quia id dicitur de congregationibus & tractatibus laycorum secundum glo. in d. cap. decet. & in cap. 1. eo. tit. nec etiam obstat, ꝙ in c. sexta. 16. dist. legatur, sextam synodum habitam intra palatium, quod uocabatur Trullus, quoniam intra palatium aderat sacellum. in quo congregabantur patres, quemadmodum Ferrariæ ob aduersam ualetudinem Eugenii, qui podagra laborabat, a sinodo decretum fuit, vt in sacello palatij vbi pon-

7 tifex residebat fierent sessiones. Vnum, † circa locum eligendum non omittamus quod si quando daretur aliquibus potestas eligendi locum concilij, intelligitur de prima electione, nec poterunt variare, arg. tex. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. Fel. in c. innouamus. de treu. & pace.

De citatione ad Concilium.

CAP. V.

Postquam vidimus de tempore, & loco generalis conci-

1 lij, exponendus † est modus vocationis & citationis ad concilium, de qua dicimus, quod forma citationis ad conciliū est, vt moneantur Metropolitani, vt ipsi veniāt, & suos moneāt suffraganeos, vt ad concilium accedant. ca. si episcopus. cum not. per glo. & doct. 18. dis. quem modum mandauit seruari Gregorius septimus cum scripsit Suardo Aquilegien. epis. ut suos moneret suffraganeos & citaret ad concilium, quod ad Lateranum indixerat. ut legitur li. 1. c. 44. sui registri. Pōt ēt, si a Ro. pont. fieri debet concilium, per viam præcepti præcipere. s. patriarchis, archiepis. & epis. ad concilium vadant tpe & loco præfinito, quod mandatum oēs arctabit arg. l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod ui aut clam. & satis erit exprimere tempus inchoandi concilii, quod tempus pro homine interpellabit l. magnam. C. de contrah. & commit. stip. cap. potuit. de loca. quæ citatio si a Rom. fiat pontifice ut præceptum arctet decernendæ erunt desuper Apostolicæ literæ. c. cum dilecti. de dolo & cont. quod si a legato fiat per literas, quibus concessa ei facultas inseratur, iuxta no. in c. præterea, de dilat. & in c. cum in iure. de of. deleg. quod idem censeri debet de sacro cardinalium collegio, cum ad eos deuoluta fuerit auctoritas vocandi concilii, cum ecclesiam representet & papam c. ubi periculum. § denique. de elec. cle. ne Romani. eo. tit. inferiores autem his casibus, quibus ad eos deuolueretur hæc uocādi concilii auctoritas non uia præcepti, cum iurisdictione & auctoritate in alios careant, sed denunciationis, intimationis, & requisitionis, quomodo canonici concanonicos uocant ad episcopi electionem, cap. cum nobis. de elec. & qūo collega collegam uocat, c. cum causa. de off. dele. Et ideo dixit Bald. in c. 1. de mili. vasal. qui contumax est. col. 5. ꝙ quando inferior monet superiorem uel parem, non est imperiū, sed iuris ordo, & fiet huiusmodi intimatio modo, quo fit in aliis causis, vt l. denunciasse. § quid ergo. de adult. l. si fundū. C. de rei vend. cle. causam. in fi. de elec. l. fi. C. de his qui metu iud. non app. Cui intimationi, seu requisitioni inferenda est causa, ut quia controuertant duo de pontificatu. vt in cap. si duo. 79. dist. & ꝙ is qui est intrusus, requisitus vt conciliū vocet, renuit, tergiuersatur, aut illud in loco non tuto habere intendit, quæ tanquam notoria sat est proponere, probanda deinde in concilio. arg. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adul. gl. & doc. in cle. appellanti. de app. ꝙ si notorium non sit, cū prætenditur hæreticus, vel apostaticus, requirendus est ut concilium uocet, quo recusante aut nimiū differente, inferenda est in literis conuocationis, huiusmodi requisitio & recusatio cum causis uocationis concilii. Et poterit fieri generalis citatio id mandante papa, & decernente per literarum publicationem & affixionem in audientia publica officii contradictarum ad ualuas Basilicæ Sancti Petri, & aliarum Patriarchalium Vrbis, & Campi Floræ, seu aliis locis in eis expręssis, quę citatio uniuersos arctabit, etiā nullis destinatis literis ipsis Metropolitis, iuxta not. per Ioan. And. & alios doct. in capitulo quoniam frequenter. de dolo

2 & cont. Nec † præmissis repugnat clem. 1. de iud. quę moderando extrauag. Boni. 8. quę incipit Rem non nouam, decernit citationes huiusmodi in albo pręrorii duntaxat fieri contra impedientes, latitantes, uel ad quos non pateat tutus accessus. quoniam ab eo decreto eximitur Rom. pont. non solum in generalibus processibus Bullę in cœna Domini pro casibus in ea expresis quos etiam uidetur eximere d. clem. cum dicit, extra die solennes. iuncta glo. quæ dictum casum pro indubitato eximit, sed etiam aliis casibus, quoniam is modus citandi specialis & proprius est ipsius papæ, ut per gl. & doct. in d. clem. 1. de fo. comp. & decisio. 8. de dolo & cōt. Quod † tamen restrictionem recipit vt. s. citatio per edictum

3 instar Albi prætoris, uim & robur hēat, nequis de cōtemptu agere posit ad infirmandam concilii celebrationem, non tamen ut quis teneatur accusatori r̄ndere, aut alias iudicio stare, qm̄ his casibus foret personaliter citandus uel alias per edictum si eius copia haberi non posset, sicut in aliis causis iuxta formulam clem. causam. de elect. clem. causam. de dolo & cont. c. fi. de eo qui mitt. in poss. & l. post edictum. ff. de iudi. Ex his sequitur inferiores a Papa his casibus, quibus eis permissum est alios ad concilium requirere, nequaquam id poterunt per publicum edictum, cum id speciale sit priuilegiū Papę, nec comprehendatur in casibus d. clem. primæ de iud.

4 Licet † autem alias in iudicialibus trina requiratur citatio. c. de illicita. 24. q. 1. l. post edictum. ff. de iud. 4. q. 5. in summa cū concordan. In synodali tamen uocatione sufficit una, ut per glo. in c. si episcopus. 18. dist. & Io. An. in c. ego N. de iureiur. & ratio est, quoniam cum quis ex iuris dispositione tenetur interesse, sicut Episcopi concilio, etiam si actus foret iudicialis, sufficit una citatio, glo. Card. & alij in c. consuluit, & in c. cum iam. de offi. deleg. & Card. in clem. 1. de hæreti. quæst. 18.

5 Quod † intelligitur de citatione ad concilium, ut ibi intersit, ad hoc nequis dicere posit, se neglectum, non ut declaretur incurisse pœnam contumaciæ, quoniam ad id requiritur trina citatio cap. ex literis, quæ plura citat concordantia de cōsti. & in c. 1. de sup. neg. pręla. gl. in 4. q. 5. quisquis. c. 1. de pace iur. infir. in fi. & hoc nisi expresse negasset se uenturum, quoniam eo casu nulla alia opus est citatione, ut declaretur pœnam incurrisse, per no. per gl. in d. c. de illicita. 24. q. 3. & glo. in clem. si ante. de dolo & cont. Si tamen † tempus concilii

6 prorogatum sit, persistit prior citatio, nec noua opus est citatione, exemplo eius, qui citatus fuit ad totam causam. Cardinalis in consuluit. de offi. deleg. & ibi Abb. in glo. 2. de quo uidetur tex. in cap. cum dilectus. de dolo & cont. ibi diuitius expectatus, lata tamen sententia sine alia citatione. Nec his obstat ꝙ peremptorium edictum uideatur circunductum l. & post edictum peremptoriū. ff. de iud. quoniā in aliis loquitur terminis, actore. s. absente qui reum citare, fecit secundū Inno. in d. c. consuluit. Minus etiam obstat. l. aut qui aliter. in principio, cum ibi no. per Bar. ff. quod ui aut clam. nec l. qui ante Calend. ff. de uerb. oblig. Quod si in substantia aut qualitate aliter actum sit, quam expressum fuerit in citatione, actū cēseri parte nō citata. Qm̄ casu nr̄o nec in qualitate nec in substantia censeri potest aliter actum, quā fuerit in citatione expressum, quoniam prorogatum tempus pro eodem habetur cum priori l. & si. manente. ff. de preca. l. dies cautionis. ff. de dam. in fect. c. in causis. de offi. deleg. Dici etiam potest alio casu loqui l. aut q aliter. in noui. s. operis denunciatione, non autem in citatione. Et quod dicitur de prorogatione, idem censendum de concilii suspensione, quoniam suspensio nil aliud est q̄ prorogatio, ad tp̄s tollendę suspensionis aduertēdū aūt, ꝙ si quis citatus expresse velle venire negauerit non amplius foret citandus, etiam si ad pœnam ageretur, qm̄ sub pęna monitus fuisset, qm̄ si in iudicialib. citationib. non requiritur eo casu ulterior citatio, s̄m gl. in c. de illicita. 24. q. 3. & in cle. si ante. de dolo & cont. idem videtur in extraiudiciali. ar. c. venerabilib. §. eius. de sent. excom. li. 6. & hoc siue citatio fuerit peremptoria, siue non, secundum Barto. in l. diuus. post prin. & in l. fi. in 4. col. ff. de in integ. rest. vbi etiā plus dicit, quod etiam si nunquam fuisset citatus & dixisset se nūquam compariturum, non est vlterius citandus, sicut dicitur de appellante ab interlocutoria in c. 2. de dolo & cont. lib. 6.

7 At licet † nullibi cautum reperiatur, ꝙ vocatio sit de essentia vniuersitatis, sed satis fit, ꝙ illud misticum corpus eorum qui conuenire habent, sit congregatum in vnum quomodocunque & qualitercunque conueniant, vt no. Barto. in l. 2. C. de decur. li. 10. & in l. oēs populi. ff. de iust. & iu. & doct. in c. cum oēs. de consti. tn̄ si epi sponte conuenerint, aut ad iussum imperatoris, aut alterius intuitu, non faciunt concilium, nisi accedat auctoritas Ro. pont. & habetur in cap. hinc ēt. 17. dis. & ideo speciale est in cōcilio, quod requiratur citatio, vocatio, aut requisitio eius, qui ad hoc habuerit facultatem.

Qui ad Concilium generale vocandi sint, & qui admittendi.

CAP. VI.

1 Subsequenter indagandum † vr̄ qui ad generalia concilia vocandi sint, & qui admittendi. Et dicimus episcopos præcipue vocandos fore, hoc præsupposito omnes vocandos admittendos, non omnes admitteudos vocant eos. Et si. n. in primitiua illa ecclesia, cum nondum hr̄ent epi in presbyteros superioritatem, communi consilio presbyterorum, ecclesiæ gubernarentur ex sententia Hieronymi ad Titum. & habetur in cap. olim. 95. dist. & ideo in concilio per apostolos Hierosolymis habito cōuenerint apostoli & seniores. Act. 15. nihilominus, cum schismata in ecclesia fierēt & diceretur, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, decretum est, vt vnus de presbiteris superponeretur omnibus, vt schismata tollerentur, penes quem communi consensu foret in alios iurisdictio, qui cum singulis ciuitati-

bus præponerentur, & singulis suorum curam haberent, concilia celebrabant. Propterea concilia præcipue erant Episcoporum, cum ipsi sint ueri & principales prælati, ad quos præcipue pertinēt ecclesiarum regimina, presbyteri autem, Archidiaconi, & alii cooperatores sub eis, iuxta illud primę Corint. 12. alii opitulationes alii gubernationes &c. hinc in Chalcedonensi acclamatum est concilium esse episcoporũ, alios uero expellendos. hinc in secundo Ephesino concilio Martinus abbas ab Eutyche requisitus ut gestis per concilium subscriberet, recusauit inquiens, non est meum subscribere, episcoporum tantum est. Quod pluribus probatur rationibus, & testimoniis. Primo enim colligi potest ex generalis concilii definitione, posita per glo. in ca. primo. 17. dist. cum dicitur. Concilium generale esse, quod a papa, vel eius Legato cum episcopis celebratur. Testimonio Augusti-

2 ni cum ad inquisitiones Ianuarii rescribens, inquit omnia talia quæ neque sanctarum scripturarum authoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inueniuntur &c. & habetur in capitulo omnia. duodecima distinctione.

3 Ex eo quod habetur in capitulo canones 15. di. quod prima synodus Nicena fuit 318. Episcoporum secunda. s. Constantinopolitana 150. Patrum, tertia quæ fuit Ephesina. 200. Episcoporum. Quarta quæ fuit Chalcedonen. 630. sacerdotum. Patrum autem appellatione, episcoporum cœtum intelligimus. capitulo sancta. eadem dist. 15. ubi patres dicuntur, qui priusdicti sunt episcopi, nec id absque ratione, edocti. scilicet a prophetia psalm. 44. ubi ecclesiæ militanti loquens inquit. Pro patrib. tuis nati sunt tibi filii, vbi Diuus Hieronymus id exponens de episcopis inquit. Fuerunt apostoli in ecclesia patres tui, qui ipsi te genuerunt, nunc autem quia ipsi recesserunt a mundo habebis pro his episcopos, qui a te creati sunt. Sunt enim & hi patres tui, quia ab ipsis regeneraris. quod autem 630. sacerdotes concilii Chalcedonen. fuerint episcopi, non simplices sacerdotes, colligitur ex eo, quod supra diximus. Ex actis enim illus concilii habetur quod catholici Episcopi uidentes quosdam Egiptiacos non episcopos, qui de Alexandria cum dioscoro Chalcedonem uenerant uolētus concilio interesse, acclamauerunt omnes. Cōcilium episcoporum esse, alios expellendos. Auctoritate † Marcelli papæ,

4 quæ habetur in capitulo sinodum. 17. dist. qui uniuersalem sinodum uocat simodum Episcoporum. Testimonio Leonis

5 primi, qui Ephesino cōcilio scribens, postquam de Eutychis & aliorum qui eum secuti fuerant, errore disseruisset, subiecit, Verum quia & talium non est negligenda curatio, pie & religiose Imperator habere uoluit episcoporum conciliũ ut pleniori iudicio omnis posset error aboleri. Hoc idem col

6 ligitur, quoniam in concilio 300. Episcoporum Sinuesse habito in Cripta Cleopatrē. tempore Marcellini papæ, in Ancyrano parum post tempora Marcellini, in grangen. in Constantinopolitano Damaso pontifice in quinta & sexta synodo, & pluribus aliis subscripsere duntaxa episcopi. & si quando alii subscripsere, diuersa fuit eorum subscriptio. Actione enim septima. Constantinopolitanæ synodi, in qua condemnatus fuit Eutyches ephesi lecta, Chalcedone. relecta, subscripsere episcopi in hanc formam. Flauianus episcopus Cōstantinopolitanus nouæ Romæ iudicans subscripsi. Saturninus episcopus Martionopolis iudicans subscripsi, eodemmodo & alii episcopi. Inferiores uero, hoc modo, Andreas presbiter, & Archimandrita subscripsi in depostitione Eutychis. Fuastus p̄sbiter & archymandrita subscripsi in cōdemnatione Euthicis. & sic & alii inferiores episcopis, omisso uerbo iudicans, quasi ut testes, nō ut iudices subscripserũt In Chalcedon. etiam concilio Actione. 1. legitur hęc subscriptio, Elius episcopus Adrianopolitanus definiens &c. Similiter actione. 4. Quintæ sinodi, in condemnatione Antimi post subscriptionem episcoporum his verbis, diffiniens subscipsi, subscipsere inferiores in hanc formam. Magnus presbiter, & prior apostolicæ sedis Thęopolitan. & ambasciator sanctissimi Patriarchæ Euphemii sequendo diffinita a suprascriptis sanctis patribus nostris super depositione Antimi hæretici alienum ipsum habeo a sacerdotali dignitate, & ab ipso nomine Christianorum, & subscripsi. similiter & alii non iudicantes, sed iudicata ab episcopis recipientes. Quemadmo-

7 dum ad prouincialia concilia non uocantur inferiores episcopis, ut not. Innocen. in c. graue. de præben. & in c. sicut olim. de accusa. & 17. dist. quasi per totum. nec de pertinentibus ad comprouinciales uocãtur inferiores clerici, idem videtur dicendum in uniuersali concilio, quoniam statuere, iudicare & reformare ad iurisditionem pertinent. c. fi. de re. ec. non alie. c. qualiter & quando. el secundo de accusa. qua carent inferiores. ea propter schismata in episcopos & maiores pręlatos translata. c. olym. 95. dist. nimirum si hodie uocatur sinodus episcoporũ c. 1. 16. di. & cũ uocãtur inferiores iuxta canonem Toletani concii. de quo in c. decdrnimus 18. dist. non ad iudicandum aut statuēdum vocantur, sed vt acta, & definita recipiant, vt alias si paruipendenda crediderint, excommunicentur. Item licet c. 24. lib. 4. ecclesiasticæ historiæ Eusebij legatur quod concilio Antiocheno interfuerint presbyteri & diaconi, non tamen habetur quod diffinierint aut subscripserint. fuit autem hæc Antiochena sinodus prima tēporibus Galieni imper. anno Domini 269. Quam non habemus in Tomis latinis Conciliorum.

Abbates ad Concilium admittendos & vocandos.

CAP. VII.

1 Quamuis † autem episc. & quicunq; in episcopali sunt dignitate, præcipua sint membra conciliorum, & ad ea principaliter sint uocati, postquam tamen Abbates participes facti sunt episcopalis iurisdictionis, & plures ex eis apostolicæ sedis beneficio exempti sint ab ordinariorum iurisdictione, ut in concilio adsint qui monachos exemptos tueãtur, & ipsos repræsentando defendant, admissi fuere Abbates etiam ad definitiuam vocem, vt legimus in Act. septimæ sinodi, & habetur in cap. conuenientib. 1. q. 7. vbi cum ageretur an redeuntes ab hæreticis essent recipiendi, post sententiam dictã a Basilio Ancyræ episcopo, & Parrasio patriarcha subijcitur, religiosissimi monachi dixere &c. ex quo colligit glo. monachos interesse debere concilio, quod intelligendum est de abbatibus, & ratio fuit, quoniam cum deliberare, statuere, reformare aliquid in collegiis, & conciliis, sit iurisdictionis. c. fi. de re eccl. non alien. c. qualiter & quando. de accus. nil mirum, si communicata iurisdictione cōicatum etiam fuit, quod ex ea consequitur, habere. s. in concilio definitiuam vo-

2 cem. Abbates † autem habere quasi episcopalem iurisdictionem ponit gl. in clem. 1. de re. eccl. non alien. in uers. proprij. & in c. abbates. de priuil. in 6. & in cle. 1. cum gl. de rescr. & gl. in c. fi. de reg. iur. Idem colligitur ex c. ex ore. §. porrò, de pri. cum dicitur. priuilegium Constantini datum abbati Euasinien. cænobii, ꝙ in concilio primum locum post Vigorniē. episcopum obtineat, cum non possit obtinere in generali cōcilio, neque in prouinciali, quia absonum foret quod abbas primus post illum super alios episcopos resideret, reliquum esse, quod locum in episcopali sinodo tenere debeat. Ex quo videtur abbati Vasinien. locum deberi in generali concilio licet quod sedeat post Vigornien. episcopum, solum intelligendum sit de episcopali sinodo. legimus etiam in c. Adria-

3 nus 63. dist. Adrianum celebrasse synodum cum 153. episcopis religiosis, & Abbatibus. hinc † inoleuit consuetudo, quod etiam abbates in literis indictionis concilij specialiter vocãtur, qui & ipsi iurant venire ad sinodum, iuxta ca. ego N. de iur. quod obseruatum legimus in concilio Constantien. & Basilien. in Senen. etiã interfuere Abbates, vt legitur in actis Basilien. concilij in principio primæ sess. vbi in instrumento electionis factæ in concilio. Senen. ciuitatis Basilee pro generali concilio inter deputatos nationum ponitur Nicol. abb.

4 S. Donati ordinis vallis vmbrosæ. Quod tamen † intelligendum est de Abbatibus non recognoscentibus superiorem, quoniam opus est vt in concilio adsit, qui eorum subditos repræsentet, sicut enim concilium generale repræsentat vñem ecclesiam, sic ep̄i, & abbates in concilio suos subditos rep̄ñtãt, qui uero sub iurisdictione sunt ep̄orũ, aut maiorũ abbatum qui patres Abbates non appellantur, nec vocantur, nec admittuntur, nisi ex speciali gratia in concilio, cũ p̄ ep̄os, & suos maiores rep̄ñtentur. Nec repugnat quin abbates ad cōcilia vocentur, ꝙ in c. satis euidentes. 96. dis. habetur, cum dr̄, illicitum nanq; est eum, qui non sit in ordine Sanctiss. ep̄orũ, ecclesiasticis se immiscere tractatib. qm̄ & ipsi pro ep̄is h̄ñt

5 participes ep̄alis iurisdictionis. Et eadem † ratione gñales ordinum regularium in concilio ēt ad vocem decisiuam admittuntur, quos ēt subscripsisse legimus in posteriorib. concilijs, vt adsint qui eorũ rep̄ñtent subditos, & tueantur, quos rep̄ñtare non p̄ñt ep̄i, cum sint ab eorũ iurisdictione exēpti.

6 S. R. E. Cardinales † de numero sunt venientium ad concil. & h̄ñtium vocem decisiuam. ut no. Host. in c. antiqua. de pri. & hac rōne, qm̄ constituunt collegium Ro. pont. vt no. gl. ma. in c. ad succidendos. de scism. li. 6. & licet papa sit caput in terris ecclesiæ, alii autem fideles eius membra, tamen est ēt speciale caput cardinalium, & ipsi sunt eius specialia membra. Sicut ergo papa in cōcilio est caput, ita cardinales, tanq̄ eius membra. arg. c. fi. de his quæ fiunt a prælat. & habent episcopalem iurisdictionem c. his qui, de ma. & obe. facit c. in nōie domini. cum gl. super uer. cardinalis. 23. distinctione. Alexã-

7 dri. in c. canones. col. 1. 15. dist. non tñ † specialiter vocantur, nec

nec tenentur accedere, si nolit papa, quoniam non debēt abesse a curia, nisi legationis causa. glo. in capi. nobilissimus. 97. dist. & si tenerentur accedere, possent recedere a curia sine licentia papę. quod non possunt, cum teneantur ei assistere in regimine uniuersalis ecclesiæ. & sicut dixit Bal. in cap. bonæ.

8 el. 1. de postu. præla. Cardinales † ęquiparantur stellis fixis, quę non mouentur nisi motu orbis, sic Cardinales non debent

9 moueri nisi motu papæ, Cardinales † autem Legati æquiparantur planetis se mouentib. motu proprio, nutu tamen Dei. Si legati motu proprio, nutu Papæ. hinc est, quod non vocantur specialiter in literis indictionis concilii. hinc excusantur a residentia suorum beneficiorum, quoniam inseruiendo papæ, censentur seruire singulis ecclesiis. capitulo cum dilectus. de cleri. non residen. & cum sint membra Roman. pontificis non decet membra a capite separari. capitulo cum non deceat. de pręscriptio. & etiam † in mysticis corporibus mem-

10 bra a capite regi debent, & non nisi eo mandante, ab eo rece

11 dere. Inter eos † qui uocem habēt decisiuam in conciliis sunt electi non consecrati, quoniam id iurisditionis est, non ordinis, & quo ad iurisditionem censeantur episcopi capit. transmissam. capitulo suffragane. de elect. & ibi Abb. licet glos. in capitulo primo de relig. dom. dicat quod electus in consecratione nomen sumit episcopi, quod intelligitur ratione ordinis. Similiter episcopi, † qui ecclesiis præsunt in terris infide-

12 lium, & qui renunciarunt episcopatui uocē habebunt decisiuam, quoniam dare uocem in concilio non est specialis iurisditionis huius uel illius ecclesiæ, sed competit uniuersali ecclesiæ, & episcopis eam repræsentantibus capitulo primo. 15. distinctione. de cuius corpore sunt hi episcopi cum dignitatem retineant episcopalem. ut not. in clemen. Quamuis. de foro competenti. & capitulo in plerisque. de elect. omnia que retineant personæ cohærentia, sintque episcopi uniuersalis ecclesiæ, licet administratione careant retinentes ordinem & honorem, secundum Hostien. quem refert Cardinalis in capitulo. Inter corporalia, de transla. prælat. quinetiã iurisdictionem habitu. Similiter reprępsentant populum habitu, licet non actu, quos etiam credimus non carere populo Christiano infidelib. permixto. De inferioribus † vero maior

13 est hæsitatio, Primo ex eo quod habet ad Ephe. 4. & ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas alios autem pastores & doctores ad consumationem sanctorum, in opus ministerii in ędificationem corporis Christi. & ex eo quod habet ad Corin. 11. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alii quidem per spiritum sermo sapiētiæ alii scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, cum & alii consecuti sint gratiarum dona, & pars sint corporis mystici ecclesiæ, & propterea admittendi.

14 Item si † Abbates ad uocem decisiuam in concilio admittimus, qui a Christo instituti non fuere, cur excludimus presbiteros, quorum ordinem Christus per discipulos instituit, qui & simplices sint sacerdotes, & non tamen eis detrahendum est, sed potius officium honorandum, de quibus in lege scribitur. Diis non detrahes, sacerdotes intelligendo, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem Dii nuncupantur inter quos & episcopos Apostolus nullam fecit differentiam Docēs enim qualem episcopum esse oportet, & quis debeat episcopus ordinari, nihil dicit de presbitero p̄ eodē habens urtũq;, & hi sunt rectores parrochialiũ ecclesiarũq ēt eccl'iarũ prælati uocantur a iure. Cũ itaque ecclesia sit in diuersis ordinibus & officiis constituta, non uidentur hi ordines a cōcilio repellendi, cum maxime in Galijs, Germania. Anglia, & Hispania quam plures sint curati probi & docti uiri, quorum singuli maiorem administrationem & regimen habent animarum, quam plures insimul Italiæ episcopi. At ipsos

15 inferores admissos fuisse in synodis probari uidetur ex his, quæ habentur in c. In nomine domini. 23. dist. cum dicitur. Consedentibus etiam Reuerendissimis Episcopis, Abbatibus, presbiteris, diaconibus, &c. & in c. Adrianus el. 2. 63. dist. cum dicitur, quod sinodus in patriarchatu S. Saluatoris cum Adriano papa est habita 153. episcopis religiosis, & Abbatibus, & in c. in synodo. ea. di. legitur totum clerum & populũ Rom. inter fuisse Romæ synodo per Leonem celebratæ. nec non in cap. ad sedem. 35. q. 5. Alexan. 2. super controuersia de gradibus consanguinitatis inquit. Hanc quæstionem discutere cur auimus in synodo habita in Lateranen. consistorio cōuocatis ad hoc opus episcopis, & clericis atq; iudicibus diuersarum prouinciarum, Athanasius nondum episcopus, sed presbiter interfuit Niceno concilio, & assertiones Arrianas confutauit. Romæ aduersus Nomatianos qui se superbo nomine Catharos. i. mundos appellabant legimus concilium fuisse congregatum 60. episcoporum, totidem sacerdotum, ac diaconorum. In actis concilii habiti Romæ Sylue. Pont. c. 1 habet, ꝙ licet in eo nemo consederit nisi episcopus foret interfuisse tamen & Calphurnium præfectum Vrbis ex gentili factum Chtistianum, presbyteros urbis Romę, diaconos aliosque clericos stantes a tergo Episoporum in Antiochena synodo narrat Euse. lib. 7. cap. 24. interfuisse presbiteros, & diaconos. In 7. actione. Calcedonensis synodi legitur cōdemnationi. Eutychis subscripsisse etiam inferiores. & 16. actione in disputatione contra Dioscorum affuisse iudices discretiuos. Vt omittamus Senen. Constantien. & Basilien. concilia in quibus sine controuersia admissi fuerunt. Ratio † etiam

16 suadere uidetur laycos admittendos, quoniam generale cōcilium uniuersalem ecclesiam repræsentat cap. sicut. 17. di. in fi. ecclesia autem dicitur fidelium collectio cap. ecclesia. de conse. dist. 1. ergo quilibet fidelis admittendus, si postulet. Quod confirmant not. per Innocen. in cap. uestra. de loca, & in c. fi. de offic. deleg. ubi dicitur. Cum Episcopus, uel Legatus uult facere statutum tangens aliorum iura, debet hoc facere cum illorum consensu, etiam si laici fuerint, & si non consentiant, ad minus debent esse præsentes argum. eorum, quæ habentur in c. 1. de conse. di. 3. & in c. fi. de feriis.

17 Quod plulibus † probatur exemplis. Legimus enim Valentinianum interfuisse concilio, cum ageretur super his, quę Xysto pape obiiciebantur cap. nunc autem 21. dist. & epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem in cap. Adrianus el. 2. 63. distin. Adrianum habuisse synodum cum omni clero, & populo. in cap. nos ad fidem. 96. dist. Martianum dixisse se uelle interesse synodo ad fidem conseruandam, usus uerbo uolumus, quasi inre suo deberet interesse, iuxta not. in capit. 1. de offic. uica. item Thodoricum regem interfuisse synodo legimus in §. hinc etiam. 17. dist. licet dixerit nihil ad se præter reuerentiam de ecclesiasticis negociis pertinere. & in c. ad apostolicę. de re iud. Inno. 4. obtulit se uocaturũ ad conciliũ Reges, & principes tam ecclesiasticos, quam seculares, quin etiã mulieres interfuisse, ut de Pulcheria Aug. habemus in sexta actione Chalcedonen. Concilii. Nec non Amathildis comitissa & Sysulphus Salernitan. princeps interfurint concilio, ꝙ habuit Romæ Greg. vij. contra Henricum iiij. Vt autem con

18 cilientur † quę uidentur pugnantia, considerandi sunt plures casus, primus quando in concilio agendum foret de rebus ecclesiasticis seu ecclesiasticam iurisditionem pertinentibus, eo enim casu non est opus laycos uocare, & loquuntur iura laycos a conciliis excludentia quod dicitur in cap. docendus

19 62. dist. & cap. ubinam legistis. 96. dist. Secundus † casus est in causa fidei, quo etiam non opus est laicos uocare, quoniam huiusmodi causa adeo est ecclesiastica, quod laycus nec directe nec indirecte de ea se intromittere potest, sed solam habet executionem ad ecclesię mandatum. cap. ut inquisitioni de hære. lib. 6. qui nec publicæ possunt, nec priuatim de fide disputare capitulo secundo §. inhibemus. de hære. li. 6. l. 3. C. de sum. trinit. & fi. cat. nec uocatos legimus in illis quatuor prioribus conciliis, & si in eis de summa fidei, illiusque fundamentis actum fuerit quod patet ex capitulo primo & tota illa dist. 15. Præsentes tamen esse possunt, sed non ad iudicandum, aut docendum, & sic intelligendum est capit. ubinam legistis. 96. dist. Docendus est enim populus, non sequendus, cap. docendus. 63. dist. Testimonio etiam ueteris legis comprobatur ad laycos non pertinens quæ ad religionē spectãt. Olim enim solius muneris sacerdotalis erat docere populũ Dei, & quæcunque ad eius cultum pertinebant. Sic Leuit. x. Dominus ad Aaron præceptum sempiternum est in generationes uestras ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea. Sic Deutero. 21. Accedent sacerdotes filii leui quos elegerit Dominus Deus tuus ut ministrent ei & benedicant in nomine eius & ad uerbum eorum omne negocium pendebit. Item Ezechię. 44. Populum meum docebunt quid sit inter sanctum, & pullutum, inter mundum & immundum ostenderit eis, & cum fuerit controuersia stabunt in iudiciis meis & iudicabunt. Tertius

20 † casus est, ubi tractaretur de gradibus consanguinitaris, aut similibus, quę oēs tangũt. ut in c. ad sedem. 35. q. 5. & generaliter qñ cōcilium uellet disponere de rebus ad laycos spectantibus ratione deuolutionis denegatæ iustitiæ, & similibus, ut ut in c. licet ex suscepto. de fo. comp. cum eo casu interuenire debeant principes seculares & layci, iuxta no. per Inno. in c. uestra. de loca. & in c. fi. de offi. leg. quæ supra citauimus. ꝙ & si adesse possint, si uoluerint, si tamen papa, uel cōciliũ dehis statuere uoluerit nequaquã necessariũ erit laycos citare quemadmodũ in cōcessione rescriptorũ, aut priuilegiorũ nō est necessarium aliquē citare ut no. gl. in l. antepen. ff. ex. qui

21 cau. maio. & licet † tũc de honestate admitti deberēt, ut in c. ubinã legistis. tñ erit arbitrji Papæ admittere, aut nō admittere, & si admitterent, consiliũ dabũt nō iudicabunt, neq; istatuent, nisi forte papa daret eis potestatem statuendi etiã circa spiritualia, quod posset sicut potest eis dare potestatem ex communicandi, ut not. glo. in capitulo præter 32. distinctio.

22 De Imperatore, Regibus, & principibus legimus admiſſos ſecundum indigentiam & neceſſitatem, pro eccleſię tutione, & defenſione c. ſexta. 16. diſtin. & in capitulo futuram duodecima quæſtione prima. Quandoque ad fidem confirmandam capitulo nos ad fidem 96. diſtinctione. Quandoque cauſa euitandi tumultus, & ſtrepitus. capitulo bene quidem. eadem diſtin. Quandoque ad maiorem iuſtificationem ut in cap. ad apoſtolicæ de re iudic. Quandoque ad maiorem ſolennitatem. ut in capitulo ſynodo. eadem diſtin. Quandoque etiam ad diſcernendum inter aliquos controuertentes ſuper aliqua ardua quæſtione, ſicut in ſynodo celebrata coram Conſtantiono & Helena, quando fuit diſputatum, an lex Chriſtianorum præferenda foret legi iudęorum, prępoſiti fuere duo iudices Crato philoſophus q nihil terrenum habere uolebat, & Zenoſmo qui in conſulatu nullum munus receperat. In Chalcedonen. etiam concilio actione 16. in diſputatione contra Dioſcorum dati ſunt iudices diſcretiui.

23 Ex his † igitur ſatis Conſtat, quod & ſi quãdoq; admiſſi ſunt principes & inferiores layci, non tamen admiſſos tanquam iudices, ſed tanquam protectores, defenſores, cõſiliarios, aut teſtes. At, qui admiſſi fuerint quo ſupra diximus modo, non propterea prætendere poterunt ſe fore in quaſi Profeſsione intereſſendi, quoniam tolerantia concilii ius non tribuit intereſſendi. Anto. de Butrio in capitulo de cauſa. poſſ. & proprie. per doct. Bart. in l. prima. §. hoc interdicto ff. de iti. actuque priua. Innocen. capit. bonæ. de poſtu. prælat. Felin. in capitulo quæ in eccleſiarum. columna ſexta. de conſtitio. Prælati

24 autem † habentes uocem deciſiuam, poſſunt ſi omnes cõcordes fuerint, etiam Papa abſente admittere ſimplices clericos ad uotum deciſiuum, modo omnes conſentiant, & nemo diſcrepet, ſicut dicitur in electionibus de compromiſſarijs eligendis, in capitulo in cauſis, & in capitulo quia propter de elect. ſed ad uotum conſultiuum poterit pars maior admittere ſimplices clericos, ut dixit Abbas. in capitulo ſcriptum. in primo. not. de elect. Sed non † ſine admiratione legẽ

25 dum quod habetur ſeſsione vigeſimaſecunda. Conſtantiẽ. concilii quod oratorib. Alphonſi regis Aragonum, q adhæſerat Benedicto 13. pro bono pacis. & reintegrandæ unionis, pro ea duntaxat uice conceſſum fuit uotum deciſiuum & iuriſditionale, quodque eorum uota tantæ forent authoritatis & virtutis, quantæ eſſent omnium prelatorum, & eccleſiaſticarum perſonarum regnorum, & terratum ipſius regis, quæ ad generale concilium vocari conſueuerunt quę tamen facultas deciſiuæ uocis reuocata fuit ſeſſio. 36. De Capi-

26 tulis † vero Cathedralium Eccleſiarum, dicimus ea non eſſe vocanda, quoniam cum neceſſario uocari non debeant ad prouincialia concilia capitulo fin. de his, quæ fiunt a prælat. eadem ratione non ſunt uocanda ad generalia, quod eadem ratio, quæ eſt de toto ad totum, eſſe debeat de parte ad partem, & econtra capitulo paſtoralis. §. item cum totum. de offi. dele. l. q̃. de tota. ff. de rei uendicat. hæc fuit ſententia Ab. ubi ſubiicit, quod in prouinalibus conciliis capitula cathedralium non habent uocem deciſiuam, ſed tantum conſultiuam.

27 At de † hæreticis, qui pertinaces fuerint etiam ſi epiſcopi fuerint, dicimus a concilio repellendos capit. cum quibus 24. queſt. 3. quoniam extra eccleſiam ſunt, & tanquam putrida membra, & oues morbidæ ab ouili arcendæ, ne totum ouile inficiant c. reſecandę. 24. q. 3. Secus, ſi ad gremium eccleſiæ redierint, ut not. Archi. in c. conuenientibus 1. q. 7. & ſi uocarentur, id fieret, ut perſuaſa eis ueritate ab hereſi reuertãtur ad fidem catholicam, eademque ratione nec ſchiſmatici, quoniam nec cum his communicandum c. cum quibus 24. q. 3. & ſunt ab omni actu iudiciario ipſo iure ſuſpenſi. capitulo eudiuimus. §. ſin autem. & cap. didicimus. 24. q. 1. propterea nullum ius habet intereſſendi concilio cũ intereſſentes. concilio habentes deciſiuam uocem iudices, ſint abſente Papa, & aſſeſſores eo præſente, ut declarabimus, & quia licet hæreſis & ſchiſma differentia ſint, nullum tamen ſchiſma eſt, niſi ſibi aliquam heręſim confingat, ut recte ab eccleſia receſsiſſe uideantur ut dixit Hierony. in epiſtola ad Galatas. & habet in c. inter hæreſim. 24. q. 3. At qui renuunt ſubeſſe Ro. pont. ſciſmatici dñr c. nõ uos. 23. q. 5. c. hæc eſt fides. 24. q. 1. & c. qm̃ uetus c. præceptis. 12. diſ. Inde eſt ꝙ cũ x. trib. relicto rege a tribu Iuda & Beniamin ſciſſę ſunt, alium ſibi regẽ conſtituentes, dominus dedit illas in perditionem, Et cũ hõ Dei miſſus eſſet qui eis peccata ſua exprobraret, atq; ultionẽ futurã prędiceret, panẽ apud llos edere & aq̃ bibere prohibitus eſt, ꝙ cum non cuſtodiſſet, & ↄ̃ præceptum Dñi prandiſſet, ſtatim diuina cenſura percuſſus eſt, ut inde regrediens impetu, ac morſu Leonis necaret. 3. Reg. c. 12. & hr̃ in c. denique 1. q. 7. legitur Num. 16. de Core, Dathan, & Abyron, quos uiuos terra abſorbit, ꝙ Moyſi duci, & Aaron ſummo ſacerdoti obedire noluerint, & ab eis ſe diuiſerint.

An, & quomodo hæretici ad Concilium ſint vocandi.

CAP. VIII.

1 Quoniam diximus, quòd † ſi hæretici, & ſchiſmatici vocarentur ad concilium, id fieret vt perſuaſa veritate cõuerterentur ab hæreſi, & ſchiſmate, indagandũ videtur, an vocandi ſint ad concilium, & cum eis diſputandum. & ꝙ vocandi ſint, & cum eis diſputationes ſuſcipiendæ plura extant

2 exempla maiorum noſtrorum. Beatus † n. Stephanus cum iudæis de fide diſputauit, dicitur enim Act. c. 6. diſputãtes cum Stephano non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur in eo. & de Paulo dicitur Act. 9. quod loquebatur cum gentibus, & diſputabat cum græcis. & alibi. Diſputabat Paulus in ſinagoga cum iudæis, & cum gentibus in foro per omnes dies, & Act. 19. Paulus cum fiducia loquebatur per tres menſes diſputans & ſuadẽs de regno Dei. & Act. 20. Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitq. ſermonem vſque ad mediam noctem. Item Eutyches vocatus fuit ad Conſtantinopolitanam ſinodum, in qua præſedit S. Flauianus, & cum eo diſputatum ſuper errore prius damnato, Chriſtum vnius duntaxat eſſe naturæ. Donatiſtę de quibus in c. quidam. 24. q. 3. aſſerentes filium patre minorem, & filio Spiritumſanctum, & rebaptizandos hæreticos conuerſos ad fidem, vocati fuerunt ad ſinodum Carthaginen. 11. ẽt per ſpeciales nũcios his verbis. Hanc autem pacificam & ex charitate venientem vocationem, & commonitionem contemnere non debetis, & ſi quid veritatis vos habere arbitramini, non dubitetis aſſerere. & inf. & ex congregatione deligetis ex vobis, quib. cauſam veſtræ aſſertionis cõmittatis, ut & nos poſſimus hoc facere, ut etiam de concilio noſtro deligantur qui cum eis, quos deligetis, conſtituto loco & tempore quicquid eſt, quod veſtram a nobis ſeparet cõionem. cũ pace diſcutiatur, ut tãdem adiuuante domino noſtro finẽ vitioſus error accipiat, quamuis error de inæqualitate perſonarum in diuinis damnatus fuiſset in Niceno, & aliis ſubſequentib. conciliis, & de rebaptizandis ab hæreſi conuerſis in alia Carthaginen. ſynodo. B. Hierony. diſputauit ↄ̃ Luciferianum aſſerentem laycum ab hæreſi conuerſum ſuſcipi debere, clericum uero pœnitentem minime ſuſcipiendum, etſi error fuiſſet prius damnatus in concil. Alexandrin. & in 7. ſinodo Nicee habita, de quo in c. cõuenientib. 1. q. 7. B. Dñicus, & 12. Abb. in prouincia Toloſan. diſputarunt cum Albigenſib. quorum errores prius damnati fuerant. & in concilio Florent. cum græcis ſuper errorib. confutatis in Lugdunen. concilio Greg. 10. Pontifice, imo ſæpius ante in antiquiorib. cõ-

3 ciliis diſputatum fuerat. Rationibus † autem non ſolum exẽplis id comprobari poteſt quoniam fruſtra oraret eccleſia ꝓ hæreticis, iudæis, & infidelibus, vt uiam ueritatis agnoſcãt, ſi nollet eos per idoneos uiros inſtrui, & ad veritatis ſemitam ſi ea opus foret reduci. Si Saluator noſter mandat benefacere inimicis noſtris, cur prohibenda diſputatio, ut conuertantur, & eorum animas lucrifaciamus? Si pium eſt aliquem viſitare in carcerib. quanto magis uiſitare animas, diaboli uinculis alligatas? Quid aliud redolet uita Chriſti, & Sanctorũ omnium, niſi cõuerſionem peccatorum & ſalutem animarum? Cur ergo prohibenda cum hæreticis diſputatio, ut eos

4 lucrifaciamus Chriſto? Nec his † repugnat Martiani imper. conſtitutio, Palladio præfecto prætorio directa, quæ hr̃ in l. nemo. C. de ſum. tri. & fi. cath. regiſtrata in c. maiores. 24. q. 1. cum dicitur, iniuriam facit Reuerendiſſimæ ſynodo, ſi quis ſemel iudicata, & recte diſpoſita reuoluere, & publice diſputare contenderit. Quoniam eam inhibet diſputationem, qua quis diſceptat tanq̃ in fide dubius, & veritatem fidei pro certo non ſupponens, ſed argumentis experiri contendens. is enim peccans tanquam in fide dubius, eſt hæreticus, & infidelis. c. quicunque, de hæret. li. 6. non aũt quæ fit, vt hæretici inſtruantur & conuertantur. Proinde Leo I. epiſt. 76. ad Leonem Auguſtũ ſcripſit. Prænoſcat pietas veſtra hos, quos ſponſo non ſupponens deo dirigendos nõ ad confligendũ cum hoſtib. fidei, nec ad certandum ↄ̃ illos a ſede Apoſt. profecturos, quia de reb. & apud Niceam, & apud Chalcedonem ſicut Deo placuit diffinitis, nullum audemus inire tractatum, tanq̃ dubia, & infirma ſint, quæ tanta per Spiritumſanctum fixit auctoritas, inſtructioni aũt paruulorũ noſtrorũ, qui poſt lactis alimoniã cibo deſiderant ſolidiori ſatiari, miniſterii noſtri præſidium non negamus. Conſonat his quod voluit S. Th. 2. 2. q. 10. ar. 7.

5 cum dixit, eam † diſputationem eſſe licitam & laudabilẽ, q fit ad confutandum infideliũ errores, & conuincendum. ſubdit tamen quod ad diſputationem audiendã non ſunt admittendi niſi inſtructi, & in fide firmi, non autem ſimplices, quorum fides ex hoc eſt firmior, quia nihil diuerſum audiuerũt ab

ab eo, quod credunt, ſimplices autem pulſati ab infidelibus, uel hęreticis nitentibus eos corrumpere admittendi, ut in fide confirmentur, & tollatur infidelibus decipiendi facultas, ne ſilentium eorum, qui reſiſtere debent peruertentibus fidei uetitatem, eſſet erroris confirmatio iuxta illud Greg. in 2. Paſtora. Sicut incauta locutio errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui eruditi poterãt, in errore derelin-

6 quit. Ex his † colligi poteſt, quomodo intelligendum ſit illud Apoſt. 2. Timot. 2. Noli verbis contendere, nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. & quod alibi dicitur, hæreticum hominem poſt unam, aut alteram admonitionem deuita, & quod dicitur. excommunicatis non communicandum. Cum tamen liceat cum eis conuerſari ad eos cõuertendos & inſtruẽdos. c. reſponſo. c. ueritate, de ſen. excõ. qn ẽt poſtq̃ ꝯdẽnati ſunt, nõ deſiſtẽdũ, vt ſe emẽdẽt, queẽadmodũ cum Macharius hæreticus a S. ſexta ſinodo condẽnatus fuiſſet, & Romam relegatus, non deſtitit Benedictus Ro. Pontifex per dies 40. eum per conſiliarium ſuum inſtruere monitorijs uerbis ex ſacra ſcriptura, ut habetur in c. conue-

7 nientibus. 1. qõ. 6. Sæpius † tamen non congrediendum cum hæreticis docuit beatus Proſper epiſt. ad Reginen. epiſcopũ, cum dixit. Neceſſarium in primis viſum eſt, ne cum his qui quotidie emergunt hæreticis, noua diſputatione congrediamur, ſed vnius apoſtolicæ ſedis auctoritatem aduerſus eos ſequi oportere. nec erat inquit noua cum iſtis acie dimicandum, quaſi contra ignotos hoſtes ſpecialia ineunda certamina. Tunc iſtorum agmina fracta ſunt, tunc in ſuperbiæ ſociis & principibus corruerunt quando bo. me. Innocentius, nefarij dogmatis caput, apoſtolico mucrone percuſſit, quando Pelagium ad proferendum in ſe, ſuoſque ſententiam, Paleſtinorum epiſcoporum ſinodo coarctauit. quando Aphricanorum conciliorum decretis bo. me. Zozimus ſententiæ ſuę robur annexuit, & ad impiorum detrũcationem gladio beati Petri dexteras omniũ armauit, Antiſtium, quando S. me. Bonifacius papa pijſſimorum imp. catholica deuotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non ſolum apoſtolicis,

8 verum etiam regijs utebatur edictis. Cœleſtium † quoq; Celeſtinus totius Italiæ finibus extrudi iuſſit, adeo & prædeceſſorum ſtatuta & ſinodalia decreta inuiolabiliter obſeruanda cenſebat, vt quod ſemel meruerat abſcindi, non permitteret retractari. Nec uero ſegniori cura ab eorum morbo Britannias liberauit, ſiquidem inimicos quoſdam gratiæ Dei ſolum originis ſuæ occupantes, etiam ab illo ſecreto oceani excluſit, & ordinato Gothis epiſcopo cum Romanam inſulã ſtudet facere catholicam, etiam barbaram fecit chriſtianã. Per hunc unum etiam orientales eccleſiæ gemina peſte purgatæ ſunt, quando beato Cyrillo Alexandrino epiſcopo glorioſiſſimo fidei defenſore, apoſtolico auxiliatus eſt gladio. Concordat quod legitur Trip. hiſt. li. 9. c. 19. quod cum Theodoſius ſenior multum laboris impenderet pro eccleſiarum concordia, & propterea Nectarius Cõſtantinopolitanus epiſcopus Agelium Nouatiorum epiſcopum euocaſſet, iſq́. pro

9 ſe Siſinnium loquentem conſtituiſſet, Siſinnius † huiuſmodi dedit conſilium. Diſputationes non ſolum ſchiſmata nõ unire, ſed hæreſes ad maiores contentiones deducere. Et ideo fugiendas diſputatiuas contentiones, ſed teſtimonium ex traditione ueterum adhiberet, utq; pręſides hæreſeon interrogaret imperator, an ſermonem uellent facere de antiquis eccleſiæ dogmatibus, qui ante diuiſionem floruiſsent? an certe illos velut alienos a Chriſtianiſmo reſpuerent? & ſi quidem eos abnegarent, obijceretur eis, ergo anathematizare præſumite. Et ſi hoc facere non auderent, a populo pellerent, quo facto apertam fore uictoriam ueritatis. ſi uero de noſtris nõ offenderentur dogmatibus, noſtrum erit præbere ueterum libros per quos noſtrum dogma illorum teſtimonio robo-

10 retur. Nec † omittendum licet extra propoſitum uideatur ꝙ de eodem Agelio habetur c. 23. eiuſdem libri 9. Trip. hiſt. ꝙ ideo Agelius Nouatiorum epiſcopus uocatus eſt, quoniam Theodoſius non ſolum ſuæ fidei ſacerdotes honorabat, ſed etiam Nouatianos, qui proxime ipſius fidei decreta ſeruarẽt. in deteſtationem harum diſputationum Auguſtinus cõtra Iulianum & eius ſectatores non recipientes doctrinam fidei iam per patres diffinitam, ſed petentes publicas diſputationes dixit, ſcripturarum ſanctarum ſacratiſsima lumina a certa veritate fulgentia, vos prauarum diſputationum perplexitate obſcurare conamini. In eandem ſententiam ſcripſit B. Celeſtinus ad Venereum, & alios Galliarum Orthodoxos epiſcopos vehementer improbans eorum ſtudium, qui aduerſus eorum errores multis voluminibus diſputarunt, re ipſa experti aduerſus hæreticos non inutilem ſolum verumetiam pernicioſam eſſe de ſcripturis colluctationem. Tertul-

11 lianus † etiam li. de præſcriptionibus hæreticorum oſtendit hæreticos haud quaquam admittendos ad ineundam de ſcripturis prouocationem, quin eis interdictam docet de ſcripturis diſputationem, cum in ipſo congreſſu firmos fatigẽt, infirmos capiant, medios cum ſcrupulo dimittant.

Quæ ſit Imperatoris & Principum ſecularium in Conciliis auctoritas & poteſtas.

CAP. IX.

At quoniam in pertractando de his, qui ad cõcilia vocandi, & admittendi ſunt, incidit ſermo de imperat. & alijs principibus ſecularibus qualiter intereſſe poſſint, non ab re fuerit differere qualis ſit eorum auctoritas, & officium in concilio, & iudiciis eccleſ. qđ plane perſpicuũ erit, ſi exẽplis & auctoritatib. ex qb.

1 rationes elicere poſſumus agamus. † Et primo citemus quod habetur in eccleſiaſtica hiſt. li. 2. c. 2. & regiſtratum fuit in c. ſacerdotibus. 11. q. prima. & in c. futuram. 12. q. 1. quod cum piæ me. Conſtantino principe in Nicena ſinodo oblati fuiſſent accuſationis libelli contra epiſcopos, illos quidem recepit, ſed vocatis his qui accuſati fuerant, incendio traditis libellis dixit. Ite, & inter uos diſponite, quia dignum non eſt,

2 vt nos iudicemus Deos. Secundo Theodoſius iunior ad primam ſanctam Epheſinam ſinodum dixit. Deputatus eſt Cãdidianus magnificentiſſimus Comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſque ad ſanctiſſimam ſinodum ueſtram, & in nullo quidem, quæ faciendæ ſunt de piis dogmatibus, expoſitiones communicare, illicitum nanque eſt eum, qui nõ ſit in ordine ſanctiſsimorum epiſcoporum eccleſiaſticis ſe immiſcere tractatibus. & habetur in c. nos ad fidem. 96. diſt.

3 † Martianus in Chalcedonen. concilio teſtatus eſt, ſe ad confirmandam fidem non uero ad oſtendendum potentiam, ſinodum intraſſe, vt abiecta omni prauitate, quorundam amputatis erroribus, quæ in ſinodo ordinata forent, in perpetuũ conſeruarentur, & habetur in c. nos ad fidem. 96. diſtinctio.

4 In actis Chalcedonen. concilii inſertum eſt commonitoriũ imp. Elpidio viro ſpectabili comiti ſacri cõſiſtorii pro defenſione Epheſinæ ſinodi, his verbis. Ideo igitur tam tuam claritatem quam Eulogium virum ſpectabilem, & Triburium notarium adminiſtrum elegimus fidei defenſandæ, ſicut ꝓbatos in aliis pluribus rebus, rectiſſimoſque repertos, & circa fidei cultum opinatiſsimos ac ualentes noſtris diligenter iuſſionib. miniſteriũ exhibere, de his vero quę in Epheſina ſancta ſinodo fuerint conſtituenda, nullum fieri tumultum uos permittere oportet, ſed ſi quem uideritis conturbationib. & tumultibus tendentem ad læſionem ſanctę fidei, hunc debetis cuſtodiæ mancipare, & ad noſtram perferre notitiam ueſtris relationibus, ut ea quidem ordine proprio uentiletur. Itereſſe autem uos oportet iudicio, & operam celerem dare, quo aliqua circa inſpectam probationem ſancta ſinodus fieri ſibi cognoſcat, uos autem nobis cognitum facite quod-

5 cunque fuerit definitum. Ambroſ. epiſt. 75. ad Valentinianũ contra Auxentium, ſi ſcripturarum, inquit, ſeriem diuinarũ, uel veterũ tempora retractamus, quis eſt, qui abnuat in cauſa fidei Epiſcopos ſolere de chriſtianiſmo non imperatores de epiſcopis iudicare. & inf. Pater tuus uir maturioris ęui dicebat, non eſt meum inter epiſcopos iudicare. Tua nunc clementia dicit, ego dẽo iudicare, & ille baptizatus in Chri-

6 ſto inhabilem, ſe tanti ponderis eſſe putabat iudicii. † Sedulius in libello de rectoribus Chriſtianis li. 11. refert ipſum Valentinianum poſt hęc dum a ſanctis epiſcopis rogaretur quatenus dignaretur ad emendationem ſacri dogmatis intereſſe ſinodo, dixiſſe, mihi cum minimus ſim de populo, fas non eſt talia perſcrutari, uerum ſacerdotes quorum hæc cura eſt,

7 apud ſemetipſos congregentur, ubi uoluerint. † Ambroſ. ad Valentinianum ſcripſit. Noli grauare te imperator, ut putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, ſed, ſi uis diutius imperare, eſto Deo ſubiectus, ſcriptum eſt. Quæ Dei, Deo: quæ Cęſaris, Cæſari. ad imper. palatia pertinent, ad ſacerdotes, eccleſię, publicorũ tibi męniũ ius cõmiſſum eſt, non ſacrorum. Et inf. quid honorificentius q̃ ut imper. eccleſię filius eſſe dicat. & hr̃ in c. ꝯueniot. 24. q. 8.

8 Aug. ad Bonif. inquit, Pertinet ad reges chriſtianos, ut tp̃ib. ſuis paccatam uelint matrem ſuam eccl. habere, unde ſpiritualiter nati ſunt. & habetur in c. qñ. 23. q. 4. Contra Creſconium grammaticum li. 3. inquit In hac re reges ſicut eis diuinitus præcipitur, Deo ſeruiunt, inquãtum Reges ſunt, ſi in regno ſuo bona iubeant, mala prohibeant, non ſolum ea, quæ ad humanam pertinent ſocietatem, uerum ea quę pertinent ad religionem. Item in li. de correctione Donatiſtarũ ad Bonifacium Comitem. & habetur in c. ſi eccleſia. 24. q. 4. inquit. & nunc reges intelligite, erudimini q iudicatis terrã ſeruite domino in timore, & exultate ei, cũ tremore. quomodo

do ergo Reges Domino seruiunt in timore, nisi ea quę contra domini iussa fuerint, religiosa seueritate prohibendo atque plectendo, aliter enim seruit quia homo est, aliter etiam quia Rex est, quia homo est, seruit uiuendo fideliter, quia Rex est, seruit, leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti rigore sanciendo. Ioan. Chryso.† & habetur 10 in cap.nolite. 11.q.3. inquit. sicut sacerdos debitor est ut ueritatem, quam audiuit. a Deo libere prædicet, sic Laycus debitor est ut veritatem, quam a sacerdotibus probatam quidē scripturis defendat fiducialiter. Theodoricus Rex† & si iussit 11 serit congregari episcopos, quod sæpius fecere Imperatores, sæpius Reges in suis regnis, ipsis tamen congregatis æquo animo tulit ab episcopis Lyguriæ Emiliæ, & Venetiarum dici, oportere Symmachum, & si contra eum uocati fuissent, synodum indicere, quin etiam Deo inspirante respondit, synodalis esse arbitrii in tanto negocio sequenda præscribere, nec aliqud ad se prætet reuerentiam de ecclesiasticis negociis pertinere. & habetur in §. hinc etiam. 17. distinct. Con-12 stantinus iiij. sextę synodo† subscripsit his uesbis. Legimus & consentimus, ex qua subscriptione colligitur eum præsidentis officium minime usurpasse, censendumque siquid in ea proponendo, rogando, monendo, iubendo, & decernendo, egit, non id sua, sed Roman. pontificis authoritate fecisse. cuius acta confirmauit Leo ij. nec propterea apocrypha existimanda, ut aliqui recentiores asseruere, cum inter octo uniuersales synodos connumeretur, quas Roman. pontifices recipere profitebantur. cap. sancta octo. 16. dist. quam licet Leo confirmauerit non tamen modus procedendi approbatus est, quod scilicet liceat Imperatori proponere, decerdere, & præsidentis officio fungi, nisi permissione quadam Roman. Pontificis, quod minime in exemplum trahi debet, quoniam potuere pręcipua illa nouem capitula quę ad fidem spectant confirmari, infirmis remanentibus cæteris, sicut Leo primus Calcedonen. synodum recepit, & approbauit, reprobato eo decreto quo Cōstantinopolitana ecclesia prima post Romanam constituebatur, in præiudicium Alexandrin. quæ ex decreto Nicenę synodi ea fungebatur prærogatiua. actione. 13. Octauę synodi legitur. Post hæc magnificentissimi & gloriossimi principes per Bahanum magnificentissimum patritium & præpositum dixerunt. Imperatores nostri miserunt seruos suos, qui senatus vocantur, qui voluntate Dei honoratus est secundum omnia, ut simus discreti eorum, quæ geruntur, auditores, si uultis ergo a nobis sicut se habet ordo sinodicus in fine sanctæ, & uniuersalis huius synodi exigere proprias subscriptiones, me indignnm seruum Imperatorū nostrorum cuncti fratres mei & compatritii dicunt sanctissimo Domino Patriarchæ, & sanctissimis Vicariis tam senioris Romæ, quam orientalium sedium, nisi audierimus & ab ipso photio in conspectu nostro stanti, & ab episcopis eius, & ab his qui habentes consecrationem Beatissimi Methodii, & sanctissimi Ignatii, apostatę facti sunt, ut in conspectu nostro obstruantur ora ipsorum ex canonicis & synodicis preceptionibus, nō scribit manus nostra unam literam in synodo ista, audiant quæ iudicata sunt a seniore Roma in conspectu nostro, & si nihil contradicere poterunt, sanabitur mundus ex consensu eorum, si autem hoc factum non fuerit, scimus q nostri non egetis ad subscribendum in fine a uobis gestorū.
13 Ex sermone Basilij Imperatoris ad sanctam octauam synodum habetur. De nobis autem laycis tam qui in dignitatibus, quam qui absolute conuersamini quid amplius dicam non habeo quam quia nobis nullo modo licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neque resistere integritati ecclesiæ & uniuersali synodo. Hec enim inuestigare Patriarcharū Pontificum, & sacerdotū est, qui regiminis officiū sortiti sunt, qui sanctificandi, qui soluendi atque ligandi potestatem, habent, qui ecclesiasticas & cęlestes adepti sunt claues, non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel a ligamento solui egemus. quantæcunque enim religionis & sapientię laycus existat, vel etiam si uniuersorum interius uirtute polleat, donec laycus est ouis uocari non desinit. Rursus Episcopus quantacunque sit irreuerentia plenus, & nudus omni uirtute, donec Antistes est. & ueritatis verbum prædicauerit, pastoris mentionis & dignitatis damna non patietur. & infra. Oportet nos ergo cum timore & fide sincera hos adire, & a facię eorum ueteri, cum sint ministri domini omnipotentis & eius forma pręsideant, & nihil amplius quam ea, quæ ordinis nostri sunt, requirere. Ex Feli-14 cis sententia habetur in capitulo certum 10. distinctio. Certum est rebus uestris esse salutare, vt cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius cōstitutionem, regiam uoluntatem, sacerdotibus Christi studeatis subdere, non preferre, & sacrosancta per eorum præsules potius discere, quam docere, Ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitus obsequendi iura pręfigere, neque in eius sanctionibus uelle dominari, cu ius Deus uoluit clementia sua piæ deuotionis colla summitti, ne dum mensura cęlestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Ex sententia Isidori, & habetur 15 in capit. principes. 23. q. 5. intra ecclesiam non est necessaria potestas secularis nisi in defectum, ut quod non ualeret efficere sacerdotes sermone doctrinæ, potestas secularis impleret terrore disciplinæ, quomodo intelligendum est quod dixi Pelagius, habetur in c. quali. 23 q. 5. cum inquit, Hoc etiam diuinæ atque humanæ leges statuerunt, ut ab ecclesiastica unitate diuisi & eius pacem iniquissime perturbantes, a secularibus potestatibus etiam comprimantur, nec quicquam maius est vnde Deo sacrificium possit offerri quam si ordinetur, ut hi qui in suam & aliorum perniciem debacchantur competenti debeant rigore compesci, & quod habetur in ca. non uos. ea. cau. & quæst. cum idem Pelagius. Malum inquit schisma esse & per exteras etiā potestates huiusmodi opprimi debere homines, quomodo licet etiam ethnici magistratus auxilium implorare. quemadmodum alias diximus, cum Aureliani imperatoris iussu compulsus est Paulus Samosatenus exire domum Episcopi, propterea, cum quærerentur Donatistę se a magistratibus puniri cum causa esset ecclesiastica, respondet Augustinus id recte fieri citans Constantini, Valētiniani, & Theodosij leges, quibus idolorum cultus inhibetur. Nec his† aduersatur quod scripsit Hieronymus ad Rufi-16 num cum fatetur, Imperatoris iussu fieri sinodum, & quod in ecclesiastica histo. Legatur sæpius Imporatores synodum congregasse, quoniam ut alias diximus, id sane intelligendum est congregasse, auctoritate, consensu, & precibus Rom. Pontifi. ut diximus constare in cap. mandastis. secunda quæstio. quarta. ubi dicitur Valentinianus Augustus nostra authoritate synodum congregari iussit. & in c. sexta. 16. dist. cum dicitur, sextam synodum congregatam esse exequente piissimo Imperatore Constantino. plures tamen pro absurdo non habuerunt licuisse quandoque Imperatoribus synodum congregare cum propter schismaticorum, & hæreticorum dissensiones quibus nonnunquam ecclesia Dei concussa periclitabatur iussu Rom. Pontificis non conuenissent episcopi ad synodum, propterea opus erat quodammodo Brachio seculari prout alias latius disseruimus. Nec etiam† obstat quod Re-17 caredus Hispaniarum Rex, & Bada regina subscripsere quarto Tolerano concilio, Gregorio primo pontifice, & si in aliquibus codicibus habeatur Pelagio ij. Pontifice quasi ad secularem principem spectet sua subscriptione robur tribuere actis conciliorum, quoniam non subscripsere ut diffinirent, aut acta confirmarent. sed ut ad orthodoxam fidem ex Arrianismo conuersi catholicam profiterentur fidem & suo uelut Chirographo sese obligarent in pristinam hęresim non relapsuros, cuius rei indicium est quod post subscriptionem acclamatum est in laudibus Dei, & in fauorem principis ab eodē concilio, Gloria Deo patri & filio & Spirituisancto, cui cura est pacem, & unitatem ecclesiæ sanctæ catholicæ prouidere. Gloria Domino nostro Iesu Christo qui tam illustrem gentem unitati fidei ueræ copulauit, & unum Regem, & unum pastorem instituit, cui a Deo æternum meritum, nisi uero catholico Recaredo regi, cui a Deo æterna corona, nisi uero orthodoxo Recaredo Regi. hinc credimus Hispaniarum Regis catholici titulū initiū habuisse. Postremo non† obst. q 18 plures leges ab imperatorib. promulgatæ fuerint de rebus & personis ecclesiasticis, quin et de fide catholica, ut C. de sum. tri. & fi. de sacrosecl. ecl. & de epis. & cle. quin nullum uigorem obtinent, nisi ab ecclesia receptę & approbatæ fuerint, & si obiiciatur haberi exēpla ueteris testamenti, reges ius habuisse in his, quæ ad religionē, & fidē pertinerent, ut Deut. 7. & 12. & de Iosia Rege Israel, qui interemit sacerdotes adorantes Baal. 4. Reg. c. 23. Rñderi pōtest id, q hr. 2. q. 6. §. item cum Balaam. cum dē q multa in ueteri testamento concedebantur quæ hodie prohibentur, nec sunt nostræ actionis trahenda in exēplum. Id idē facit. 22. q. 2. c. si quis p uertus & de peni. di. 3. c. si enim inquit uer. quō autem. vtrobiq: enim dicitur, seruiuit Abraham tempori suo, seruiamus & nos legi & tempori nostro. sed de his in superioribus latius disseruimus.

Quis præsideat vniuersali Concilio.

CAP. X.

1 Videamus †modo quis præsideat vli cōcilio, ad q dicimus Ro. pont. per se aut p suos legatos p̄sidere cōcilio. per se aut p̄sedisse, & p̄sidere posse colligit ex cōcilio, q apostoli p electione Matthiæ habuisse legimus Act. i. in quo B. Petrus, vt apostolorum primus p̄sedisse describitur. In medio enim eorū exēplo Christi, ut ait gl. fuisse apparetur, exurgens Petrus in medio fratrū dixit. gl. Pastor pro omnibus loquitur. Et super ꝯtrouersia cessationis legaliū, Act. 15. dicitur, quia cōuenerunt apostoli, & seniores de verbo hoc. Cum aūt magna inquisitio fieret, surgens Petrus &c. ubi gl. sup verbo, surgens Petrus dixit ad eos, ita præ oīb. quasi princeps loquitur, quod ēt ex conciliorū actis & decretis sanctorum patrum colligitur. Hr. n. in conciliorū lib. Gregorius in gnāli synodo p̄sidēs in c. in noīe Dñi. 23. dis. dr̄. Præsidēte quoque Reuerend. Nicolao Papa. & in c. si quis dogmata. 25. q. 2. dr̄ Nicolaus Papa vl̄i synodo præsidēs & c. c. 1. de symo. & ali-2 bi sępius. Romanum †aūt pontificem præsedisse per legatos, constat ex eo quod Leo Papa scribens Challcedonen. concilio de legatis, quos destinabat, inquit. In his fratrib. i. Paschasio. & Vincentio episcopis, Basilio & Bonifacio presbyteris, qui ab Apostolica sede directi sunt, me synodo vestra paternitas confidat præsidere. Et in epistola, quam ad Anatolium scribit. Fratres nostri inquit ab Apostolica sede directi, qui vice mea præsideant. probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstiterunt. item in sinodo octaua legimus Adrianū Papam Basilio Imperatori scripsisse his verbis. Volumus ergo per vestræ pietatis industriam illic numerosum celebrare concilium, cui nostri quoque missi præsidentes, & culparum personarumque differentias liquido cognoscentes iuxta quod in mandatis acceperunt, singulorum libere discre-3 tiones exerceant. Quod etiam † constat ex tenore & forma subscriptionum Episcoporum eiusdem cōcilij, vnde in principio dicitur. Ego Donatus eps Host. locum obtinēs dñi mei Adriani summi Pont. & vl̄is papæ oīa quæ superius legūtur huic sanctæ & vl̄i sinodo præsidens vsq; ad voluntatē eiusdē eximij pręsulis promulgaui, & manu mea subscripsi, & ego 4 Stephanus eps Nerisin. ecclesiæ, &c. Erit aūt† in arbitrio summi Pont. quos. & quot voluerit hr̄e præsidētes. Varie. n. obseruatum legimus. Nam in concilio Melden. præfuere pontificis noīe Petrus Archidiaconus, Petrus pesbiter, & Abbas S. Sabinæ, tenentes locum Adriani Papæ. 1. q. 7. c. conuenientibus. in concilio Constantinopolitano, ut hr̄ act. 5. pro Ioāne Papa viii. præfuerunt Petrus presbiter Cardinalis. Paulus Anconitan. eps, & Eugenius Host. 6. q. 1. §. hoc nequaquā. In Sardicen. concilio præfuit Osius Corduben. eps, Vincentius Capuan. Ianuarius Beneuētan. & Calepodius Neapol. S. R. E. Legati, ut in c. prima adnotatio. §. quarta. 16. di. Adrianus Papa ad p̄sidēdū Octauæ sinodo misit donatum epm Host. Stephanum Nepesin. & Marinū diaconum. S. R. E. vt hr̄ in c. Adrianus, 63. di. In recentiorib. vero concilijs, Martinus V. Senen. concilio præsidentes dedit Petrum Creten. Archiepm, Iacobum Spoletan. epm, Petrū Abbatem de Rosario Aquilegiē. Dioc. & Leonardum de Florentia Generalem ord. prædicatorum. Eugenius vero iiii. quando post primam dissolutionē Basil. concilij. illi auctoritatem restituit, loco cardinaliū qui ad concilium accedere non poterant, pręsidentes dedit Io. archiepm Tarentin. Petrum Epm Paduanum. & Ludouicū abbatem S. Iustinę de Padua. Prius. n. designauerat Io. Vrsinum epm sabinē. Petrum de Fuxo epm Alban. Nicolaū S. Crucis, 5 & Angelotū S. Marci presbiteros card. Ipsos aūt Vicarios Papæ prius locutos, & omnia direxisse, cōstat ex eo, qd̄ in Chalcedonen. concilio hr̄. Actione 3. cū dr̄. Notū est nempe huic amabili concilio ad B. Apostolicum Leonem sacras literas fuisse destinatas. q huic sacro concilio se præsentare dignaretur, sed qm̄ nec antiqua consuetudo, nec necessitas tpis pmittere vr̄ nostram paruitatem huic sacro concilio præsidere, ideo necessarium est hæc, quæ in medium proferūtur per nostram interlocutoriam disceptari, pp hoc ergo porrectus libellus a religiosissimo fratre nostro & coepo eusebio, recitetur, quod factum est. Ex eiusdem aūt Chalced. sinodi actis colligitur q legati apostolici in cōcilio, quia primo loco existunt, prius proferūt sniam. & per illos oēs s̄m ordinem, & ex vnitate voluntatis & cōcordiæ dependet snię vigor. Snia. n. sedis Apostolicę damnationis Dioscori fuit in cōcilio appro-6 bata, & denuo promulgata. Deputare† aūt Præsidentes concilii ad ipsum Ro. pont. spectat, cū eius legati, & missi in cōcilio sint, eiusq; vices repræsentent, his uero casib. quib. uel ꝯ cū sit conciliū. & nō ipsius auctoritate, sed aliorum ad quos facta sit auctoritatis deuolutio, deputare præsidentem ad cōcilium pertinebit, uel forte qui maioris auctoritatis fuerit, is præsidebit, quod obseruatum legimus in constantien. concilio post recessum Io. 23. & hoc modo intelligēdum quod dicit Bal. in c. de iudi. & Marti. Lauden. in tra. de cōcilio. q. 15.
7 Aduertēdum aūt † p ex eo q Rom. pontifex, aut is qui uices eius gerit præsideat, non subsequitur q cōcilium sit vl̄e, aut generale, quoniam & in localibus concilijs et particularibus qnq; fuit Rom. Pont. aut eius legatus, quale fuit sextum Carthagin. cui interfuerunt Faustinus eps, Philippus, et Asellus presbiteri legati Zozimi Papę, et nonnulli referunt, Arelatē. tpe Siluestri Papę interfuere eius noīe Theodorus Eps Dalmatię, et Agathō Diaconus. Vnde Leo ad Theodosiū Au. inquit. Concilium vl̄e intra Italiam. sicut sinodus, quæ ob hāc causam Romæ conuenerat, mecum petit clementia vestra concedat. hæc Leo. ex cuius verbis cōstat sinodū, cui aderat papa, non fuisse vl̄em, ex quo per eam vl̄is petebatur, sic & Cōstatinus imperator ad Agathonē pro sexta sinodo scribēs petit, vt de sua ecclesia tres mittat personas, & de suo concilio. 12. Metropol. non itaq; suum illud Agathonis cōcilium erat vl̄e. Erant igitur huiusmodi concilia a Ro. pont. celebrata qnq; patriarchalia, qnque vl̄ia, siue gnālia nuncupentur, & eadem vl̄ia, & gnālia. c. antiqua. de priuil. quod in inscriptione dr̄ gnāle, in tex. appellatur vl̄e. Sic Leo in epistola approbationis fidei concilij Chalcedon. vocat illud cōciliū gnāle. & Greg. in c. quia sanctus. 50. di. vocat priora illa quinq; con-8 cilia, quorum vnum est chalced. vl̄ia. Considerandum† quoque foret, an recipienda sit snīa Abb. in c. in singulis in gl. in ver. in istis de statu. regu. q qn̄ ageretur de actu gerēdo in cōcilio per præsidentes loco papę non sufficeret, quod fieret a maiori parte præsidentium, sed vnius contradictio totum inficeret, licet alias secus sit. Nobis non placet hęc snīa, qm̄ difficultates nimias afferret reb. decernēdis, nec res sit, quæ oēs tangat, vt singulos, nec de his, in quib. omnium requiratur consensus, de quib. gl. & do. in c. oēs, de consti. & in c. 1. 65. di.
9 Subsisto tamen† nec audeo affirmare, an si concilium velit aliquod decernere & præsidentes nolint præbere cōsensum an valeret qd̄ decerneretur. Nō valere tn̄ colligitur ex actis chalced. sinodi Act. 6. cum dr̄. apocrisarij apostolici decretas snīas primo pp summā auctoritatē confirmabāt & subscribebant, & aliter robur non habebant, subscriptio aūt præsidentium fuit, Pascasinus eps vice Dñi mei Beatissimi atque apostolici vl̄is ecclesiæ papę vrbis Romæ Leonis, sinodo pręsidens statui, consensi, & subscripsi. similiter & reliqui præsidentes supscripserunt. Quod comprobatur ex his quæ habētur in c. regula. 17. dist. Vbi habetur. Nullum ratum esse concilium, quod nō fuerit apostolica auctoritate fultum. Quod probabilius puto sed indubitabile, si Rom. pont. snīam suorum præsidentium comprobauerit. Nec præsidētię Ro. pont. aut eius legatorum in concilio repugnat, q Spiritussanctus præsidere & adesse dicatur in sinodo. qm̄ sicut causalitas primæ causæ non tollit causalitatem secūdæ causæ, sic nec præsidentia Spiritussancti tollit præsidētiam ministrorum eius, alias nec Rex præsideret regno, nec eps ecclesię, quemadmodum alias diximus, q Christus ecclesię sit caput, non tollit, quin Petrus aut Rom. pon. caput ecclesiæ dici possit. Nec ob-10 stat q † qnq; imperatores sinodis pręsidere dn̄r, quemadmodum de magno constantino dr̄ in c. ad futuram. 12. q. 1. & in c. continua. 11. q. 1. & de constantino iiij. in act. sextæ sinodi, qm̄ præsedere quo ad ea, quæ ad eorum officium spectabant de quibus s̄. diximus, sed etsi magnus cōstantinus præsedisse dicatur Nicenæ sinodo, non tamen præsidentis locum vsurpauit, sed vt refert Theodoricus. c. 5. li. 2. Tripartite. vltimus cum paucis conclaue concilii ingressus, humiliori sede aliis consedit, primo petens hoc episcoporum iussione concedi.
11 Minus etiam obstat, q videatur qnque imperatoris oratores præsedisse, & iudices nuncupatos, qm̄ vocati sunt iudices, s. auditores altercantium, & testes gestorum. quod colligitur ex eo quod hr̄. actio. 4. Octauæ sinodi, cum dicitur. Post hæc magnificentissimi, & gloriosissimi principes p Bahanum magnificentissimum patritium & prępositum dixerunt. imperatores nostri nos miserūt seruos suos, qui senatus vocamur, qui voluntate Dei honoratus est s̄m oīa vt simus discreti eorum quæ gerūtur auditores, &c. & si qnq; præsedisse reperiātur, id intelligendum ad concilium ipsum defendendum, tumultus compescendos, & alia peragēda, quæ ad munus suū 12 spectant, quemadmodum de imperatore diximus. Causę pp †quas expediens uidetur sanctissimum D. N. per seipsum pręsidere cōcilio. Quamuis Leo primus epistola. 16. ad Theodosium Augustum, & 45. ad sinodum chalced. scripserit, nulla exempla præcessisse, nec vllam consuetudinem permittere, ut sinodo suam præsentiam præberet. idem tn̄ ut interesse posset prius epistola. 9. postulauerat ab eodem Theodosio, ut intra Italiam hr̄i iuberet epāle cōcilium. Et quamuis anteriora illa cōcilia sine præsentia Ro. pont. habita fuerint, ex post tn̄ Ro. pont. & interfuere, & præfuere. Propterea exponendæ vr̄r causę, pp quas expediret, nisi maxima necessitas impediret, Roman. Pontificem per se ipsum concilio præsidere, quarum prima est, quoniam cum papa est pręsens, vnum corpus misticum efficit cum aliis ecclesiam sanctam repręsentans, vna est iurisdictio concilii, & Roman. pontificis, non duæ, inter quas de superioritate contentio oriri possit, quæ ut multorum malorum causa est pręcauenda. secunda. Quoniam eo pręsente cum suo nomine, & auctoritate oīa decernātur non opus erit diutius expectare illius confirmationē, quam tn̄ necessariam fore pluribus supra exemplis ostendimus, q̄ cōfirmatio nō tā facile absenti pōtifici psuaderi poterit, aut

Con-

Concilij patribus, ut a sñia decederent, si pont. non placeret; qua cunctatione, & altercatione plura suboriri possent incõmoda, & scandala, nec tam facile concilium absolui posset, qđ tñ expediret non diutius protrahi. Tertia concilium præsente Rom. pont, ut suspectũ recusari nõ posset. si enim recusari posset, pateret uia illud perturbandi, nec recurri posset ad superiorẽ, facileque declinari posset eius iurisdictio & auctoritas arg. c. nonnulli. & c. ex tenore. de rescriptis. & l. properandũ. de iudic. & de tali concilio intelligenda est gl. ꝙ a concilio appellari nõ licet. Conciliũ aũt sine papæ auctoritate vt suspectum recusari põt, quemadmodum Athanasius Parenorũ Episcopus synodũ in qua nõ residebat Rom. pont. recusauit, ꝙ sibi foret inimicus q̃ præsidebat, quã recusatiõnẽ admisit Calcedonen. sinodus. & habetur in c. qđ suspecti. 5. q. 3. Quarta qm̃ plurimũ prodesset præsentia & auctoritas Ro. pont. ad supprimendas & sedandas discordias, & contentiones; quæ oriri possent; vnitasq; & concordia quæ est Deo gratissima, facilius conseruaretur ab uno summæ auctoritatis, q̃ a plurib. præsidentibus, ẽt si maxime concordes forent, qđ sæpius difficile est, vni aũt soli committere, deterreat põtificem exemplum Basilien. concilij. Quinta Qm̃ præsentia summi pontificis frequentiorem reddit Concilij congregationem. Experientia enim docuit, q̃ difficile conueniant episcopi eo absente. Augustior erit, & venerabilior concilii auctoritas; & ꝑpea facilius eius decreta reciperentur, qđ redderet cõtemptibile, & inane infrequentia Patrũ. Nec retrahat
13 summum pontificem, quin per seipsum concilio præsit, cõsilium Amadei cardinalis Saluciarũ datũ Martino V. relatũ ab Henrico institoris, hęreticę prauitatis inquisitore in libello ꝯ errores synodi Basilien. Amadeus enim interrogatus a Mart. V. qd agendum esset a Ro. pont. circa cõcilij indictionem, respondit, Cũ id per honestatẽ facere licebit, concilij conuocationẽ effugito, ꝙ si celebrandi necessitas imminebit, illud in loco tibi tuto, atq; amico celebrandũ curato, ad illud fidos tibi hoĩes, iuris tñ nõ ignaros mittito. Tu aũt nullo mõ ad illud ibis. Qm̃ tunc urgens cã mouere poterat Martinum pont. ut concilio non interesset. Cum enim uenisset tẽpus celebrandi conciliũ Papię, qđ ad quinquenniũ indixerat Constantien. concilium, & Alphonsus Aragonum Rex illi infensus foret ob denegatam regni Neapolitani inuestituram, minareturq; se redditurũ obedientiã Benedicto 13. adhuc Paniscolæ superstiti, minus tutum fuisset Martino ab vrbe regno Neapolitano uicina longius abesse; ꝑp qđ ẽt in Senen. concilio, qđ prius Papiæ fuerat indictum, & cæptum, idẽ Alphonsus tentauit causam Benedicti restituere, quæ res schisma renouasset; ad qđ declinãdũ approbatis decretis ad fidẽ pertinentibus citius q̃ proposuerat, concilium dissoluit. Nec ẽt deterreant pericula valetudinis, & alia quæ deduci possent, cum magni & optimi pont. sit posita in Deum omni fiducia, pericula, quę sępius magnos conatus comitantur, nõ detrectare; q̃ Dei auxilio, & sua prudentia Sanctissimi D. N. declinaturũ, & superaturũ sperare possumus & debemus.

Quæ causæ excusent non venientes ad concilium?

CAP. XI.

1 Consequens est, † vt discutianus causas ꝑp quas admitti debeat excusatio non accedentis ad concilium. Nec enim quoduis impedimentum excusat, sed grauis debet esse necessitas, quæ impediat. c. Episcopus. cap. peruenit. 18. dist. cap. si ægrotans. 5. q. 3. & in capitulo placuit. 18. dist. Tria enumerantur, ætas, ægritudo, & necessitas. De aduersa ualetudine habemus in c. multum stupeo. 3. q. 6. vbi Leo primus repręhendit Thessalonicen. Episcopum, ꝙ excusationem infirmitatis uocati a se Episopi nõ admiserit. & in l. contumaciam. ff. de re iud. ubi pœnam contumaciæ non patitur, quem aduersa ualetudo, uel maioris causæ occupatio defendit. Leuis tñ febricula aut quartana non excusat. gl. in d. c. placuit. 18. di. & in l. quæsitum. ff. de re iud. forte ẽt aduersa suorum valetudo quẽ excusare poterit, quemadmodum & suorum timor. c. ex parte. de app. gl. in c. cõis 18. dist. Pro urgenti uero necessitate habentur mortis periculum, obsidio, & persecutio. in c. hi qui. di. 4. & quia plura impedimenta sunt q̃ excusant a contumacia, enumerat tex. in l. 2. ff. si quis caut. & multo plura alia reperiantur, nec omnia enumerari possunt relinquendum erit iudicũ arbitrio, q̃ causæ excusent, vt dixit gl. in c. si quis iusto. De elec. lib. 6. Ex
2 epistola † Aquilegien. concilij ad Gratianum, Valentinianũ, & Theodosium aliquæ colliguntur causę non accedendi ad concilium, cum aguntur in ea gratię Imperatoribus ꝙ studuerint sacerdotale Concilium congregare, & Episcopis honorificentiam reseruauerint, ut nemo deesset uolens, nemo cogeretur inuitus. gratulantes, ꝙ nullus senectutis annis grauatus, cuius vel sola esset reuerenda canities de vltimo situ motus oceani, uenire compulsus sit, & concilio nihil defuerit, nullus debile corpus trahens ieiuniorum stipendijs oneratus itineris, sit coactus iniuriam fortitudinis amissæ damna deflere, nullus postremo pauperiem sacerdotib. gloriosam, subsidio ueniendi destitutus ingemuerit. Constantinopolitanæ synodi patres per epistolã, & Legatos ad Damasum pontificem, & Patres in synodo Romana. congregatos se excusarunt, ꝙ vocati ad synodum non accederent, qm̃ id oĩno nudabat ecclesias requie nuper inchoatę, resq; erat plurib. impossibilis, qa concurrerant in urbẽ Constantinopolitan. causa literarũ ad eos directarũ a sua charitate post Aquilegien. Conciliũ a Deo amabilẽ Imp. Thodosiũ ꝑp hanc solummodo causam vsq; ad Constantinopolim pręparati, & de illa tm̃ mõ synodo ferentes Episcoporũ consensum, qui ꝑ ꝓuincias ꝑmanserãt, maioris vero ꝑfectionis neq; sperasse onus, neq; p̄audiuisse oĩno, anteq̃ Constantinopolim venirent. Super aũt induciarũ Angusto tpe faciente, nec p̄parare se valẽte ad longã profectionẽ, neque vniuersos communicatores suos in prouincijs positos præmonere, & eorum consensum
3 sumere potuisse. Colligitur † ẽt impedimentũ accedendi ad conciliũ ex epistola 42. Leonis papæ ad Martianum Imperatorẽ q cupiens conciliũ in aliud tẽpus differri, synodum, inquit, uero fieri, ut meminit vestra clementia, ẽt ipsi popoſcimus, sed sacerdotes prouinciarum oĩum congregari præsentis tpis necessitas nulla rõne permittit, qm̃ illæ prouincię de quib. maxime sunt euocandi, inquitante bello ab ecclesijs suis eos nõ patiunt abscedere, vñ opportuniori tpe propitiatore dño, cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat vestra
4 clementia reseruari. Eadem † rõne Maurus Archiepiscopus Rauennaten. vocatus ad concilium qđ habuit Romæ Martinus primus, excusauit se, ꝙ cũ præparatus foret ad iter, ei datum fuerat consilium ab exercitu & plebe ciuitatis uel & Pentapolitanorum, ne accederet, & detentum fuisse ꝑp incertas gentilium excursiones, & absentiã Exarchi. Pro legiti
5 ma † ẽt excusatione citatur Greg. in Registro lib 4. c. 96. cum dixit. Mandamus ut nullus cõi congregationi interesse postponat, nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse uetuerit, aut cuiusdam cum causæ iusta excusatio minime uenire
6 permiserit. Senectus † aũt quæ excuset nõ uenientẽ ad Concilium est ætas 70. annorum, cum ẽt excusentur a tutelis, & munerib. l. maiores. ff. de iure immuni. l. excusant. ff. de excu. tuto. l. non tm̃ ff. de decur, insti. de excu. tuto. §. item maior. 70. & grauatus senio dicitur vltra 70. annos. Archid. in c. 1. de cleri. ægro. gl. in prohe. clem. & in ca. qm̃. in uer. sene. c. ut lit. non cont. licet grandior natu is dicatur, qui natus est annos
7 50. l. 2. §. fi. ff. de orig. iur. An † aũt Paupertas excuset, legimus actione 2. Constantien. concilij, ꝙ cum in congregationib. disceptaretur, an prælatis pauperib. qui non possent sustinere impensas, danda foret licentia recedendi, fuit conclusum ꝙ his qui forent cõcilio opportuni, non daretur licentia, sed de cõi prouideretur, cęteris daretur licentia discedendi. At
8 licet † episcopus habens feudum, & regalia a rege uocatus ab Archiepiscopo ad concilium, teneatur magis parere regi, & excusetur si ad concilium non accedat, per tex. in c. si episcopus 18. di. & gl. in c. repręhensibile. 23. q. 8. Secus tñ, si vocatus est a papa, & rege, quia papæ uocationem pręferre debet regię, quin ẽt præferre dẽt vocationẽ apostolici legati, text. in gl. in c. cum parati. de app. cum legatus papam repręsentet, & ei ut papę sit obediendum c. fi. 93. dis. conuenientibus 1. q. 7. & in c. Adrianus. 2. 63. dis. Licet Abb. in d. c. cum parati his non consenserit, quia si Pręlatus iuramento astrictus sit Regi rõne feudi, impediri non poterit a papa, quominus seruet iuramẽtum regi, cui obnoxius est rõne feudi, cum papa obligationem layco quęsitam ex iuramento tollere non possit, per tex. in cle. pastoralis de re iud. & Innoc. in c. cum inter. de renunc. & forte c. si episcopus. 18. dis. confirmat eius assertionem, cũ dicitur, si episcopus Metropolitan. ad cõprouinciales epos epistolas direxerit, in qb. aut ad ordinationẽ summi pont. aut ad synodũ inuitet, postpositis oĩbus, excepta graui infirmitate corporis, aut p̄ceptione regia, ad constitutã diẽ
9 adesse non desinat, & fuit canon Agathen. cõcilij, Sed † nobis plus applaudet qđ papę iussionem, p̄ferre debeat, & id sine periurij metu facere posse, qm̃ in oĩ iuramento censẽt excepta superioris auctoritas c. uenientes. c. eã te. de iur. iur. & ꝙ clericus magis teneat obedire papę, q̃ regi in ꝓmptu rõ est, qm̃ clericus rõne rei duntaxat, nõ aũt ꝑsonę subditus est regi. hinc est ꝙ rex de clerici delicto nullũ hẽt iudiciũ ad priuã dũ feudo, nec aliquã ꝑsonalẽ executionẽ in eũ facere posset,
10 vt no. doc. ĩ c. uerũ. de fo. cõp. Impeditus † ẽt, ꝑ literas impedimenta deducere poterit cap. placuit. 18. dis. q̃ ad euitandam pœnam contumaciæ per iuramentum probare poterit. glo. fi. in c. quisquis. 4. q. 5. & per iuramentum vnius testis. gl. in c.
ex

ex literis in ver. ad plenum. de in integ. rest. gl. in c. tanta 86. dist. gl. fi. in c. quisquis. 4. q. 1. hac ratione, quoniam violenta præsumptio cõtumaciæ, quæ resultat ex eo quod citatus nõ veniat c. si non venerit. 3. q. 9. & c. decreuimus. 65. di. eliditur per iuramentum c. extraordinaria 35. q. 3. licet non plenam
11 faciat probationem. Veniens aũt † iam cępto concilio, excusatur cũ præsumptio sit, ꝙ iuste impeditus fuerit, ex quo nõ contempsit, arg. l. diuus. ff. de in integ. rest. Ex eo. n. ꝙ subseqtur, pręsumitur quod pręcessit. c. quod ait & c. peruenit. 22. q. 2. & no. Do. in c. si eps. 18. di. & etiam qm̃ q̃ diu concilium nõ est absolutũ poterit citatus purgare moram, licet initio non interfuerit. & incurret pœnam contumacię, quia in tpe non affuit, non aũt quia non interfuit, sicut alias diximus, & sic intelligendum c. ꝑp ecclesiasticas, & ibi gl. & c. si eps. 18. dis.
12 At licet † Butrius in c. Graue. de præben. censuerit, ꝙ vocatus ad cõcilium super aliquo crimine, teneatur respondere, nec habeat ius reuocandi domum, sic interpretatus cap. 1. de iudi. ꝙ ideo eo casu. Quæuultdeus. interrogatus, an cum eo vellet experiri, respondit sibi non placere quod hr̃et ius reuocãdi domum, non ad id specialiter vocatus. c. fi. de dilat. Magis tñ plurium sñia Innoc. in d. c. graue. quod in concilio oẽs tenentur respondere de singulis querelis, ac si citari fuissent. c. ꝑp ecclesiasticas & c. qm̃ quidem 18. di. & eiusdem sñiæ fuit Petrus de Perusio in d. c. graue. qui rñdet ad c. 1. de iud. ꝙ ibi facta fuit interrogatio, ne posset postea concilium recusari. Sed in criminali secus, quia non citati ius habent reuocandi domum, & in citatione necessariam expressionem criminis pro quo citantur c. fin. 5. q. 2. de quo Mart. Lauden. in tract. de principibus. q. 502. referens Inno. in d. c. graue, & asserens ius competere reuocandi domum.

De absentium procuratoribus, an sint admittendi?

CAP. XII.

1 Videamus † modo an absentium procuratores sint admittendi, & censendum non admitendos, quoniam vbi est electa personę industria, actus debitus per alium explicari non dẽt. Abb. & alij in capit. constitutus. de app. & in capit. quia propter. de
2 elect. c. fi. §. is autem. de off. leg. c. is cui. eod. tit. li. 6. & quo † casu vocatus ab inferiori, non tenetur sese pręsens exhibere, tenetur tñ si a supremo principe sit vocatus c. 1. de iud. c. fin. de maior. & obed. & ibi cardinalis in pe. q. not. in c. cum dilecti. de dolo & cont. & in c. 1. de dila. Cum itaque a vocatis ad cõcilium. eorum consilium aut sñia requiratur, & vnius consilium & sñia non sit alterius consilium, vel auctoritas, & eorũ requiratur industria, subsequitur, ꝙ per se ipsos adesse debent, nec posse legitimo cessante impedimento vices suas alteri demãdare, cum maxime nedum vocati a supremo principe sint, sed etiam iussi vt personaliter adsint, quod osten-
3 dunt Apostolicæ literæ iurisdictionis cõcilij, & etiam † quia vbi in actu requiritur consensus, censetur quis vocatus, ut ꝑsonaliter compareat, Bal. in l. 1. C. qui admitti. Alex. in l. fin. C. de procur. Qui tñ legitimo detinentur impedimento posset, quin ẽt tenentur mittere procuratorem, vel nunciũ ad se excusãdũ, vt hr̃ in c. si episcopus. 18. di. quod etsi de ꝓuinciale sinodo decernatur, ex rationis tamen identitate, & maioritate idem censendum de Generali. Cardinalis in c. Querelam. de procur. c. si episcopus. & ibi doct. 18. dist. ac etiam tenetur mittere procuratorem ad recipiendum decreta concilij c. si episcopus. 18. dist. quoniam quilibet episcopus tenetur recipere gesta in concilio, & illa insinuare clero & populo suo c. fi. 18. dist. Vnde Beatus Gregorius in Registro lib. 4. c. 96. inquit. Mandamus, vt nullus cõi congregationi interesse postponit, nisi aut corporis infirmitas quempiam fortasse uetuerit, aut cuiusdam eum causę iusta excusatio minime uenire permiserit, ij tamen qui prohibente aliqua necessitate nequeunt in synodũ cõuenire loco sui presbiterũ, aut diaconum dirigant, quatenus quæ a nostro vicario Deo auxiliante fuerint difinita, ad eum qui absens est, per ipsum, quem miserit fida relatione ꝑueniãt, vt inconuulsa firmitate seruent, & nullus ea audeat ex occasionis excusatione violare. Cui concordat quod scripsit Greg. 7. lib. 3. sui registri, cum rescribens Sigifredo archiepiscopo Maguntin. inquit. Quod autẽ
4 † dicis quosdam fratres non posse ad conciliũ venire ob principis inimicitias dicimus eis sufficere, quod de suis clericis di-
5 rigant, qui pro eis valeant respondere. Non tamen † procurator legitime impediti vocem habebit in concilio ea ratione quia uidetur electa industria personę, & etiam quia episcopi præsente papa sunt consiliarii. absente eo assessores & iudi-
6 ces, vt infra ostendemus. Ad consiliarios † autem aut assessores non spectat dare principi consiliariũ nec assessorẽ, sed ad principem eos sibi assumere & deputare, & propterea nullã vocem habebunt hi procuratores nisi quam eis ex gratia dederit Roman. pontifex, aut ex eius permissione concilium.
7 Nec his † repugnat quod, quando quod gerẽdum est, non est sui natura malum siue illicitum quod quis potest per se, poterit per alium, l. quæsitum. ff. de in ius voc. & ad hoc adinuẽtus vsus procuratorum. vt quod quis non potest per seipsum agere, possit per procuratorem, & edictum de procura. prohibitorium sit, vt. s. qui non est prohibitus, censeatur admissus capitulo 1. de procurat. lib. 6. quoniam id procedit de his. in quibus non est electa industria personæ, alias omnia iusta & licita fieri possent per procuratorem. cum tamen plura sint, quæ delegari non possunt. Minus † etiam repugnat, quod da-
8 re vocem in cõcilio, actus principaliter sit iurisdictionis nõ ordinis, qua ratione electus vocem habet in cõcilio, vt alias diximus, poterit ergo delegare, imo etiam non episcopo. ca. quod sedes. in gl. 1. & c. pastoralis de offic. ordin. quoniam respondemus id minime recte colligi, cum etiam iurisdictio
9 indelegabilis sit, si personæ industria eligitur. Item nõ † repugnat, quod canonicus impeditus posit delegare vocem alteri concanonico c. quia propter. de elect. c. si quis iusto. eo. tit. lib. 6. & eodem modo videatur episcopum saltem alteri episcopo pose vices suas committere, quoniam longa est inter utrunque differẽtia, propterea quod canonicus potest vices suas in electione, concanonico committere, quia canonici electio ad canonicos pertinet. Eligere autem episcopum nequaquam ad alium episcopum pertinet, ideo episcopus aliũ etiam episcopum surrogare non potest, ad dandam vocem in concilio nec etiam sequitur, canonicus potest committere vocem suã canonico in vno particulari casu, electionis, s. & in casu minoris momenti, ergo & episcopus alteri episcopo in omnibus pertractandis in concilio longe maioris momenti, quam sit canonici aut episcopi electio, cum locus a minori ad maius in similibus infirmus sit & inefficax. Arbi-
10 trii tamen † erit Rom. pontificis si præsens fuerit, aut præsidẽtium, aut patrum concilij si absens est, substitutum seu procuratorem ad suffragium mittere, ex no. per Abb. & alios in d. c. quia propter. de elect. & in c. constitutus, & hoc modo intelligendum quod legitur in actis plurium conciliorum, vnum scilicet pro alio subscripsisse. vt in chalcedon. Quintilius episcopus Heracleæ Macedoniæ noĩe Anastasii Thessalonicen. Lucianus episcopus Bitiæ pro Ciriaco episcopo Heracleæ Thracię, Miletius episcopus Larissæ pro Domno episcopo Apameæ Syrię, & Eusebius presbiter ꝓ Machario episcopo Laodicę Syrię. In concilio Martini primi pro episcopo Rauennaten. Maurus episcopus Cesenaten. & Deusdedit presbiter. In sexta sinodo Petrus presbiter, & monachus lo-
11 cum seruans magnæ ciuitatis Alexandriæ. Is autem † qui pro alio admissus foret, duplicem habebit vocem, vt d. cap. quia propter. & Abb. in c. scriptum, de elect. non tamen dare poterit inuicem contrarias, ideo improbaur Archiepiscopus Toletan. qui vt habetur in actis Basilien.. cum referuntur acta Senen. concilij in electione Basilien. ciuitatis, pro futuro cõcilio dixit se habere duas voces, unam ut præsidens nationis Hispanię, secundum quam non posset, alteram, ut Arciepiscopus & primas, qua consensum præstabat. Mirum tamen uidetur quod legitur in actis sextę sinodi, quod Ioann. episcopus Portuen. Abundantius episcopus Paternen. & Ioannes, Episcopus Regitanen. repręsentarunt locum 135. Venerabilium episcoporum sancti concilii antiquę. Romæ. Quod tamen intelligendum est non repręsentase locum singulorum, sed totius concilij, quod pro uno constituente habebatur, & ea de causa destinati, ut Romæ decreta denuncia-
12 rent. Quod uero † habetur in epistola Aquilegien. concilii, ad episcopos prouinciæ Viennen. & Narbonen. in qua aguntur eis gratiæ, quod in dominis, & fratribus Constantino, & Proculo suam omnium eorum contulerint pręsentiam, non est in exemplum trahendum, quoniam ideo duo pro omnib. in eo concilio admissi fuerunt, qđ eo tenore congregatũ fuerat, ut nemo deesset uolens, nemo cogeretur inuitus, qđ colligit ex epistola eiusdẽ cõcilij ad Gratianũ Valentinianũ, & Theodosiũ Imp. uel forte erãt in ꝓuinciali
13 cõcilio cõgregati, cũ illos aq̃legiã destinarũt. Quamuis † aũt qs hr̃e posit duplicẽ uocẽ ut diximus, non tñ hñs duas ecclesias unitas siue inuicem, seu una alteri, duplicem habebit uocem. Quoniam prælatorum uox habetur non ratione ecclesiasticorum, sed ratione dingitatis episcopalis quę unica est arg. tex. & eorum quæ sibi not. in l. si plures. ff. de pact. & in
14 l. si consul. ff. de adop. De his uero † qui uocem non habent deliberatiuam. cum solum inuitati sint, si noluerint uenire, minime coguntur, & si non uenerint, nullam pœnam incurrũt sed poterunt per alium interesse, argum. c. querelam. de procur. exemplum habemus in c. bene quidem. 96. dist. de præfecto prætorio, qui loco Theodati Regis fuit in concilio. ad idẽ
facit

facit c. ad apoſtolicę. de re iudi. in 6. illis uerbis. ꝑ ſe, uel alios. & ſi non venerint, contumacia nō imputabitur ex eo, quod ſolum inuitati fuerint.

Quam pœnam incurant non venientes ad Concilium.

CAP. XIII.

[1] Nunc videndum quam pœnam † incurrant qui vocati nō uenerint ad concilium, & quidem, ſi nullo detenti impedimento nō uenerint excommunicandi uidentur per c. non oportet c. peruenit c. placuit 17. diſ. ſm tñ gl. in c. ſi quis. ea. diſt. ea † [2] excommunicatio qua innodantur, ſuſpenſio potius eſt, q̃ ſeparatio a fidelium communione, & ſacramētorum participatione, qm̄ ea excōicatione minime prohibiti erunt diuina celebrare aut ſacramētum percipere, aut alijs cōicare, ſed duntaxat ſuſpenſi erunt, ꝙ cum alijs epiſcopis cōuenire non poterūt ad munus aliqđ epiſcopale exercendum, qualia ſunt Epiſcoporum conſecrationes, ſcrutiuia, eṗorum cōuentus, & ſimilia. Concordat Domi. in c. ꝑꝑ. 2. 18. diſt. & in c. placuit. in fin. [3] vbi not. ꝙ † q̄nq; dr̃ excōicatus qui non eſt excluſus a ſacrorū participatione, aut fidelium communione, ſed auctoritatibus uniuerſitatis duntaxat, & hæc eſt mitior ſententia, licet alij cenſuerint, ꝙ rōne iuramenti, qđ ſuſceperunt iuxta tenorem c. Ego N. de iur. iur. nedum vera excōicatione innodari [4] poſſe, ſed ēt dignitate priuari. qm̄ † periurium pœnam priuationis inducit & depoſitionis c. q̄relā c. tua nos. de iur. iurā. & per doct. in c. 2. de reſcriptis. & hunc a ſynodo excommunicatum non niſi ab ipſa ſynodo abſolui poſſe, vt in cap. graue de præben. not. Archi. & Domi. 17. di. in ſumma. & Domi. in [5] c. ſi quis aūt. 18. diſ. In actis † tñ conciliorum nuſquam reperimus quempiam excōicatum. Ab. ſolus Vſpergen. in Germanica hiſtoria ponit, ꝙ anno 1108. Paſchalis pont. quoſdam Germaniæ eṗos, ꝙ cōcilio nō interfuerint, officij ſuſpenſione mulctauit, quos tñ non multo poſt ſatis facientes clemēter abſoluit. De his qui ad ſynodum venire negligunt inquit Theodoſius imperator epiſtola ad Dioſcorum. Siquis uero tam neceſſariam & uere Deo amicam ſynodum prætermiſerit, & non oī uirtute ſm prædictum tempus peruenerit, nullam excuſationem neq; apud Deum, neq; apud noſtram inueniet pietatem. Sacerdotalem enim conuentum non niſi [6] quis mala conſcientia ſauciatus omittit. Quacunque † tamē pœna plectendi ſint non venientes ad concilium, non ipſi ſoli plectendi ſunt, ſed ēt qui venere, & ſine cā receſſere, iuxta decretum ſecundi Arelaten. cōcilij, cum decernitur. Siquis ſinodo adeſſe neglexerit, vel cętum fratrum anteq̃ conciliū diſſoluatur, crediderit eſſe deſerendum, alienum ſe a fratrū communione cognoſcat, nec eum recipi liceat, niſi in ſequēti ſinodo ſit abſolutus. & habetur in ca. ſiquis. 18. diſt. ex quo not. Domi. pari mō puniri non ueniens, & ueniens qui ante [7] tempus receſſerit, pariterq; fore contumaces, quin † ēt dixit Inno. in c. calumniā. de pœnis, qui illicentiatus receſſit, plus puniri, q̃ qui tarde uenerit. de quo per Bald. in l. ita Diuus. de adopt. & eſt ratio quia non dr̃ comparuiſſe, qui illicentiatus [8] receſſit c. 1. de iudi. l. quæſitum. ff. de re iud. Non tñ † ſtatim ut contumax puniendus eſt qui ad concilium non uenit, nec procuratorem ad ſe excuſandum, & decreta recipienda miſerit, ſed monendus, requirendus, & demum citandus ad uidendum ſe declarari contumacem. ut eſt tex. in c. ꝑꝑ eccleſiaſticas, cum gl. 18. diſ. & quod in ſimili dicitur in c. indigne. 12. q. 2. & in c. ſi aduerſarius. cum ibi not. de eo qui mittitur in poſſ. cauſa rei ſeruan.

De pœna impedientium accedentes ad Concilium?

CAP. XIIII.

[1] Si quis autem † impedimento fuerit accedentib. ad conilium, communione priuabit c. qm̄. 18. diſ. ubi cardinalis Alexandri. addit eos habēdos pro hoſtib. ſi principes fuerint, ſi priuati, teneri lege Iulia. de ui publica, perinde ac ſi legatos, oratores & comites offendiſ[2]ſet. l. Iulia. de ui pub. ff. ad leg. Iul. de ui pub. Damnato † aūt de ui publica, aqua & igni interdr̃ l. qui dolo. in fi. ff. eo ti. & tales fori fiunt eccleſiaſtici c. cum ſit. de fo. comp. c. non minus. de immu. eccle. cum ſeq. obnoxij ēt erunt pęnis, quibus punirētur impedientes bona illa opera ꝑꝑ q̃ foret congregatū cō[3]cilium. Si enim † pro tollenda hæreſi congregatum foret, pęnam incurrerent, ac ſi hæreticis fauerent, & auxilium præſtarent, de qua in c. ſi aduerſus. & c. excommunicamus. de hæ[4]re. Si pro † ſedando ſchiſmate, habendi forent pro ſchiſmati[5]cis, ſi pro † reformatione eccleſiæ in capite, & in membris, ea plectendi forent pęna, qua puniendi hi forent, pro quorum correctione & emendatione fieret cōciliū. arg. c. qui pōt. 23. q. 3. & c. error. 83. diſ. & præter has pęnas tenent vocati actione in factū ex edicto. ff. de eo per quē factū eſt. & ff. ne quis eū [6] qui in ius voca. eſt vi exi. qui † ſi hac cā armatos collegerint hoīes ad ſeditionē uocando, tenebunt pęna legis Iuliæ maieſtatis. l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. quin ēt ſacrilegiū incurrerent c. [7] ad apoſtolicæ. de re iudi. li. 6. Contra iſtos † extat decretū Conſtantien. concilij. Seſſione 15. ꝑ qđ excōicantur & anathematizantur oēs huiuſmodi impedientes cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus gradus ve fuerint, ēt ſi pontificali, imperiali, Regali, vel alia quacūq; eccleſiaſtica, vel mundana, præfulgeant dignitate, item terræ ipſorū ſic impedientiū, dummodo non ultra vnā diœceſim contineant, ſimiliter ciuitates, villæ, caſtra, oppida, & quælibet alia loca, in quib. patratores huiuſmodi exceſſuum ſeu eorū receptores, uel ipſis conſentientes, fatentes, aut dantes auxilium, conſiliū, vel fauorē publice uel occulte morantur, & loca in quib. perſonæ huiuſmodi detinerentur, ne venire poſſent ad conciliū, oīa ſupponūtur Eccle[8]ſiaſtico interdicto, & tales † impedientes oībus dieb. feſtiuis mandātur pulſatis campanis, & candelis accenſis denunciari, nec poſſunt abſolui ab alio q̃ a Ro. pont. præterquā in mortis articulo, nec tunc, niſi prius ꝑ eos ſufficienti cautione de parendo mādatis eccleſię, p̄ſtita quib. pęnis ēt ſubijciunt illi, qui auderent, uel pręſumerent talib. uel eorum alicui impēdere beneficium abſolutionis, quibus interdicitur officium prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum, & audientiæ confeſſionum.

De ordine conſidentium in Concilio.

CAP. XV.

[1] Sequitur † ut uideamus ordinem conſidentium in ꝯcilio, & ſi antiquorum conciliorum conſuetudinem attendamus, conſueuerunt patriarchæ primū locū obtinere poſt Ro. pont. iuxta ca. Antiqua. De priuil. qđ fuit decretū Generalis concilij ſub Inno. 3. renouans priuilegiū Primæ Conſtantinopolitanæ, Chalcedonen. & Sextæ ſynodorū c. Conſtantinopolitan. c. De Conſtantinopolitana c. renouantes. 22. diſ. licet prius poſt Rom. foret Alexandrin. ex decreto Nicenæ ſinodi. & habetur in capitulo. renouantes. ea. diſtin. & quæ erat ſecunda ſedes, eſt effecta tertia, Quarta Antiochena, ſexta Hieroſolymitan. iurib. ſ. allegatis. In ſexta ēt ſinodo idē obſeruatū. hoc enim cōſedere ordine, A dextris imperatoris ſedentib. conſulibus & patricijs Romanis, a ſiniſtris Legati Sedis Apoſtolicæ, & ſic honorabiliori loco, q̃ Apoſtolicæ ſedis Legati, niſi dicat, ut nonnulli aſſeruere, ſediſſe quidem a dextris, ſed humiliori ſede, uel, vt alij, apud Græcos honorabiliorem locum fore a ſiniſtris, & præceſſiſſe cardinales fatet Turræcre. li. 3. de ptāte eccleſię c. 26. Sed ex [2] † poſt inoleuit conſuetudo ut cardinales honorabiliori loco ſedeant & inter eos primus ſit Hoſtien. qui papam cōſecrat, imperatorē inungit, & pallio in vrbe utit̄, quo nemo alius. [3] Hinc eſt, ꝙ ſi † idē ſit cardinalis & patriarcha, non ꝑꝑea honorabiliori loco ſedet inter cardinales, ſed in loco ſuæ promotionis ad cardinalatus officiū, qđ nō eſſet, ſi Patriarchatus foret maior dignitas, prout ante fuerat, ſicut in ſimili caſu in c. dilectus primo de p̄ben. Eṗs Præneſtinus factus eſt Archiepiſcopus Senonen. dimiſſa Præneſtin. eccleſia, qđ hodie minime fieret, cū receptū ſit & morib. cōprobatū nullā fore maiorem Cardinalitia dignitate, qua ſemper fungitur Eṗs Præneſtin. ut concorditer referunt Io. An. cardinalis, Io. de Imo. & Feli. in Republica. de maio. & obe. hinc ēt uſq; ad tpa Cle. V. & Io. An. Eṗi in cardinales non aſſumebantur, quaſi id foret deſcendere, & e gradu deijci, & uſq; ad ea tpa nedū patriarchatus ſed ēt Archiepiſcopatus & Epiſcopatus, maiores forent cardinalib. qđ ēt colligit̄ ex c. cū Apoſtolus. de cōſue. ubi Lateranen. conciliū, ſtatuens equorum numerum, quos Prælati, diœceſim uiſitantes ſecum habere liceat. 40. uel 50. cardinalibus, archiepiſcopis permittuntur. Epiſcopis 20. aut 30. cardinalibus uero 25. duntaxat. Ea eſt rerum, & temporum uiciſſitudo. cum itaque, vt not. doct. in c. cū olim. de conſue. conſuetudo deſignet loca ſedendi, cōſuetudo recens, ꝙ cardinales p̄ferunt̄ patriarchis, ſeruanda erit, relicta illa antiquiori iam abolita, & q̃ ab aula receſſit. Memoriæ poſterius tradendum eſt ꝙ licet ætate noſtra in cōcilio nouiſſimo Lateranen. tpe Iulij II. Erectę fuerint quatuor patriarchales ſedes, non tamē in his conſedere qui tunc uiuebant patriarchæ, ſed cum Ar[4]chiepiſcopis et eṗis in digniori tñ loco. Sūt tñ † & aliæ patriarchales ſedes inferiores, ut Aquilegilen. Graden. Bituricen. & Piſana, ut per gl. & archi. & in c. cleros. 21. diſt. & in cap. ſi. 23 diſt.

diſt. de Veneto hr̃ gl. in c. nulli. 99. di. & niſi eſſet ꝯſuetudo ēt hi patriarchæ p̄ferrentur card. qđ probare ur̃ inſcriptio c. cōſtitutis, de rapto. ubi Graden. Patriarcha præfertur diacono [5] card. ſuperſcriptionem † uero ius facere not. glo. in uerſi. prædicatores in c. querelam. de elect. li. 6. in clem. 2. de reſcrip. Patriarchæ, & primates diuerſorū ſunt nominū, ſed eiuſdē officij c. 1. & 2. 99. di. inter iſtos aūt cęteris concurrentib. attendēda ſunt priuilegia eccleſiarū, iuxta no. ꝑ gl. in c. ꝑ tuas, de ma[6]ior. & ob. q̃ † ſi non extent, attendendus ordo promotionis & aſſumptionis, iuxta. no. in c. 1. & in c. ſtatuimus. de ma. & ob. [7] Primates ſunt Piſanus in Italia, Strigonien. in Vngaria, Mahdeburgen. in Germania, Toletan. in Hiſpania, Burdegalen. & Bituricen. in Francia inter ſe contendunt. c. ſi. de ma. & ob. c. expoſuit. de dila. Cantuarien. in Anglia, vt in c. 1. de offi. leg. & in c. pe. de fil. presbit. & Eboracen. de quo in c. 1. de ap. In lo[8]cum † aūt Graden. per Nicolaum V. Surrogatus fuit Patriarcha Venetiarum, & quia Aquileien. & Graden. ciuitates ſunt deſolatæ, & habitatoribus deſtitutæ eorum præſules impropric vocari Patriarchas dixit Pauinus in Tract. Ne ſede uacā. [9] §. præmitto. 6. ver. Quarta ſedes, vtrū aūt ad card. Vbi & plura alia ab vtroq; de iſtis primatib. refert Io. Graſſus in repetit. c. ex parte de ver. ſig. ēt Lugdun. appellari Galliarum primatem, eumq;, quod admiratione eſt dignū, hr̃e duas ſedes primatis, & archiepiſcopi, duos Vicarios, ſeu officiales, & ab eo qui eſt archieṗi, appellari ad eum qui eſt primatis, quod repu[10]gnat. c. 2. de conſuet. li. 6. Primates aūt † preferri archieṗis, colligitur ex c. conqueſtus. 9. q. 3. c. 1. 21. di. c. multis. 17. diſ. & c. de [11] perſona. 65. di. An aūt † idem ſit archieṗs, qui & Metropolitanus a Io. An. in c. præſenti. de off. or. li. 6. improbatur qđ dixit archi. eo. c. Metropoliticā dignitatē aliā fore ab archieṗali, & inferiorem, quod Metropolita decē aut vndecim duntaxat hr̃e poſſit ſuffraganeos, archieṗs plures, id colligēs, ut dixit Paui. ex tex. de priuilegijs archieṗi, in auth. col. 9. cū dr̃ nō ſolū ſi Metropolit. is ſit, ſed ēt archieṗs, quam rubricam dixit ſituatam poſt tit. de ſanctiſs. eṗis, q̃ in impreſſis Codicib. nō hr̃. Probabilius vr̃ qđ dixit Bar. in l. 1. C. de Metropoli Berito. Metropol. ſ. eccleſiā dici q̃ patriarchā hēat. vel archieṗm, quaſi Metropolitani nomen gnis ſit, cuius ſpēs ſint, patriarcha, & archieṗs. arg. tex. in l. ſi duas. §. decet. ff. de excuſ. tut. ꝑꝑea ceſ[12]ſat cōtrouerſia, qs eorū ſit p̄ferendus. Antiqua fuit † altercatio inter Rauenn. & Mediol. archieṗos, q eorū p̄feratur, & licet Mediol. faueat. §. hinc ēt 17. di. & c. bene quidē 96. diſ. ubi prius ſubſcripſit & prius locutus eſt Mediol. tñ id potuit eſſe rōne prioris aſſumptionis ad archieṗatum cū vtrobiq; fuerit ille idē archieṗs ſub Simmacho papa, & ꝑꝑea ex eo nō bene colligi Mediol. p̄ferendum, ſed arch. & alij do. poſt gl. in d. c. bene quidē, & clarius in d. c. hinc ēt, prętulerūt Mediol. & hos ſecutus Mart. Lauden. trac. de dignitatib. Alb. aūt de Roſat. in epiſtola, inter claras. de ſum. tri. ſe vidiſſe alias determinatum, Mediol. vt antiquiorē p̄ferri, qđ tñ nō admitteretur [13] in ſeſſionib. cōcilij, ſed attēderetur tp̄s promotionis. poſt † archieṗos ſedebūt & ſubſcribēt eṗi ſm ordinationis. ſuæ tp̄s c. ſi. 16. di. quod idē reſcripſit Gregorius ad Aug. Anglorū eṗm, [14] & hr̃ in c. 1. de maior. & obe. cuius † rō reddi pōt, qm̄ ille gradus cęteros antecellit, quē labor prolixior, & ſtipēdia longiora fecerunt anteire, l. 1. C. de off. magiſtri officiorū, & hac rōne Iacobus dictus eſt maior, qa prius minore vocatus fuerat ad apoſtolatū. At cū hr̃e uotū in cōcilio ſit iuriſdictionis nō [15] ordinis eṗalis, & ꝑꝑea † electus ſeu aſſumptus in eṗm ante cōſecrationē oīa poſſit, q̃ ſunt iuriſditionis, licet nō ea, q̃ ſunt ordinis, ꝑ ea q̃ no. Inn. & alij in c. trāſmiſſā, de elec. & card. in cle. quamuis. q. 5. de foro comp. ſequitur in conciliorū ſeſſionib. attendi dēre tp̄s electionis, nō aūt conſecrationis. Ne au[16]tē electi ꝑ plures extortas potius, q̃ impetratas diſpēſationes diutius differant ſuſcipere munus cōſecrationis, expediret, vt ſtatueretur habendam rōnem tpis ſuſcepti muneris cōſecrationis, non aūt electionis, quemadmodū in cōcil. Viennſtat. fuit, ꝙ nemo vocē in c. hēat, ēt ſi hoc ſibi ab alijs libere ꝯcedatur, niſi ſaltē in ſubdiaconatus ordine ſit ꝯſtitutus, & hr̃ in cle. vt hi qui. de æta. & quali. ord. cū tñ dare vocē in c. ſit iu[17]riſdictionis nō ordinis. Poſt eṗos † ſedebūt Abb. q p̄lati ſunt in eccleſia, & in dignitate eccleſiaſtica ſunt cōſtituti, ut fuit ſnīa Abb. in c. decernimus. in 2. no. de iud. ꝑ c. 1. de ęta. & qualit. ordin. & c. indemnitatib. de elec. li. 6. remittens ſe ad gl. in c. a ſubdiacono. 93. di. & ad no. per Io. de Ligna. in clem. & ſi [18] principalē, de reſcr. & ad gl. in c. 1. eo. tit. q̃ ꝑquirit, † an nomē abbatis, ſit nomē dignitatis uel officii, ac ēt idē Abb. in c. ex ore, de priuil. in 3. no. colligēs ex eo tex. abbati dēri primū locū inter prælatos poſt eṗos, citans d. c. 1. de æta. & quali. idem colligitur ex c. ſi. de off. deleg. li. 6. cū dr̃ deputādos cōſeruatores nō niſi eṗos, abbates dignitates vel perſonatus hēntes, idē ēt colligitur ex Auth. habita. c. ne filius pro patre, cū dr̃. Habita qdē ſuper hoc diligēti inqſitione eṗorū abbatū, ducū &c. [19] His ſuccedēt † Gnāles Ordinū, & religioſorū quib. dat̄ locus in capella apoſtolica, & vocem habent deciſiuam in conci[20]lio. Deinde † Nuncij cathedralium eccleſiarum, ſi eos inuitari, & intereſſe contigerit, qm̄ canonici cathedraliū eccleſiarū clerici dñr primi ordinis, ſeu primi gradus, ſi alijs clericis comparentur, qui ſecundi gradus appellantur, vt no. in c. ſe[21]des. de reſcriptis, ſucceſſiue locus datur Theologis magiſtris & in canonicis Doctoribus celebris nominis, & doctrinæ, qui ad concilia inuitari conſueuere. Hoc vnum tñ non p̄ter[22]eundum ꝙ † in ſeſſionib. proceſſionib. & alijs ſolennitatib. & publicis actib. in quib. clerici ſeculares & regulares cōueniūt ſeculares regularib. ſunt p̄ferrēdi ſm card. Gemi. & Alexandri. in §. eṗis. 17. di. per tex. glo. & no. ꝑ Doc. in c. nimis el 2. de exceſ. p̄la. Et in c. in his. de priui. Io. An. in c. 1. de off. cuſto. Idē in c. Qualiter & qñ el 2. de accuſ. & rō eſt qa antiquior eſt eo[23]rū inſtitutio. De protonotarijs, auditorib. Rotæ, aduocatis cōſiſtorialib. & alijs pleriſq; q officiales ſunt, & demādato ſibi muneri occupati, nō eſt nobis ſermo, ſed ſi q ſedere dērēt, ſeruandus eſſet mos qui ſeruatur in capella appoſtolica, ſi pontifex p̄ſens fuerit, ſi abſens ſedebūt protonotarii poſt gnāles, deinde auditores Rotæ, poſtea Theologi, & doc. cęteriq; ordine ſuo, qđ dicimus, nō ꝙ oēs iſti admittēdi ad vocē deciſiuā vel conſultiuā ſint, ſed ſi admitterērur tanq̃ teſtes, & q adeſſent in ſolenni Miſſa, & alijs publicis actib. ſuus cuiq; aſſi[24]gnetur locus, aduertendū tñ † nō recipiendā gl. in c. per tuas. de ma. & ob. ꝙ exempti non exemptis præferātur, ſed ſequē[25]dā ſnīam abbatis, & aliorū gl. improbātiū. Si quis aūt † interrogaret, an archieṗis & eṗis magnū tpale dominium obtinētib. & Ducalē aut Marchionalem dignitatem, dignior locus dēatur aliis nō obtinentib. & quidē videri pōt dēri, qm̄ ſi, qđ ſæpe vidimus in publicis cōſiſtorijs, & pontificia capella oratores Mediolani Ducis, aut Ferrar. eṗi forēt, ſuo ordine ſederent ante eṗos & archieṗos ēt ſeniores & antiquiores, ex cōſequenti & multo fortius, ſi adeſſent qui pari dignitate fungerentur, cū ipſi digniores ſint ſuis oratorib. Præterea ſi in eadē perſona duplex dignitatis gradus cōcurrat, ut quia idem ſit dux, & Comes, maior attēdi dēt dignitas ſm Inn. in c. ſolitę. de ma. & obe. & Bar. in l. 1. §. ſi quis. ff. de app. in ſimili, ſi idē ſit Dux & eṗs habenda vr̃ rō ducalis dignitatis, ut ſaltem eū locū obtineat, quem obtineret eius orator ſi eṗs foret prin[26]ceps ſecularis. His tñ † non obſtantib. contrariam ſnīam cenſemus præferrendam, qm̄ ex ſnīa Hieronymi ad Euagrium, quæ hr̃ in c. legimus 83. di. potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas uel ſublimiorem uel inferiorem eṗm nō facit cū oēs ſint apoſtolorū ſucceſſores, ꝑꝑea eṗs in honorabiliori loco non ſedet in actib. capitularibus. ſi canonicus ſit alterius cathedralis aut colligiatæ eccleſiæ, nec Vicarius eṗi, ſi ſit canonicus in choro, aut c. p̄fertur alijs canonicis, ſed reſidet in loco promotionis ſuę, licet in alijs actib. & locis p̄cedat canonicos & alios hn̄tes dignitates in eadē eccleſia; ſicut nec Scæuola, ſiue quiſquis ille fuerit, in collegio augurum aſſurrexit Cęſari, & quod habetur de oratoribus Mediolani ducis aut Ferrarrien. non obſeruaretur in actibus conciliarib. ſed ſi vellent alijs epiſcopis præferri, ſedeant inter oratores, & tunc carebunt voto, nec mitra, vel pluuiali utentur in ſeſſionibus, quod vero dicitur de duabus dignitatibus in eadem perſona concurrentibus, conuertitur contra vtentes, hac ratione, quoniam ſi attendi debeat maior, & ſublimior dignitas, locum obtinebunt epiſcopi non principis ſecularis, cum epiſcopus maior ſit principe, capit. omnes capit. ſolitę. de maiorit. & obedient. & quib. imperatores non dedignantur capita ſubmittere. vt de Valentiniano legitur in capit. Valenti[27]nianus. 62. di. In aibus autem † non conciliaribus, locus oratorum principū, ſi epiſcopi fuerint, aut epiſcopo maiores, erit poſt vicecamerarium, qui & gubernator vrbis exiſtit, ſi uero prælati non fuerint, ſedebunt ſeorſum ab epiſcopis, nec tamen in loco ubi ſederent principes ſui, q mos eſt in conuentibus imperialibus, cum alia ſit Romanę curiæ conſuetudo, quæ ſeruanda eſt. Ipſa enim conſuetudo loca deſignat, ut notant doctores in capitulo cum olim. de conſuetud. Ora[28]tor † autem Cæſaris etiam ſi princeps fuerit nequaquam ſedebit ante Cardinales, quoniam ſi nuncii, & oratores Apoſtolici loco cedunt Cardinali non Legato, & Nuncio ſeu oratori Apoſtolico, orator Cæſareus cedere debet Cardinali etiam non legato per regulam, ſi vinco vincentem te etcętera. capitulo dilectus. de officio delegati. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. et tempora. præſcript. Ad ſedan[29]das † tamen controuerſias quæ frequenter in conſedendi ordine oriuntur, mos inoleuit ſacrorum conciliorum, decernere prænominationes, aut prelationes in ſedibus, aut titulis in rebus gerendis cuiuis adſcriptos nemini nocere, aut prodeſſe, nemini ius aut dignitatem quoquomodo addere aut demere, ſed unumquemque in priſtino ſtatu conditioneque permanere, qua ante Concilium fue[30]rat. Ceſſabunt † tamen in conſidendo contentiones, ſi memores

mores erimus diuini præcepti, qđ habet Matth. 20. Qui maior uoluerit esse, sit oīum minister, & responsi ad discipulos interrogantes, quis putas maior est in regno cœlorū, ꝙ aduocans Iesus paruulū & statuens in medio dixit. Nisi efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cęlorū. Matth. 18. nec nō illius, quod dixit Chrys. Quicunq; desiderauerit primatū in terra habebit confusionē in cęlo nec inter seruos Christi cōputabitur, ꝗ de primatu tractauerit. nec quisquā festinare dēt qūo alijs maior appareat, sed qūo oīb. inferior uideat, & habetur in ca. multi. 40 dist. ac ēt si memores fuerint sententiæ Ambro. quæ habetur in c. illud ea. dist. Non loci, non generis nobilitate vnusquisq; gratiā sibi comparet, sed uirtute.

An Rex Franciæ præferendus sit Regi Romanorum.

CAP. XVI.

1 Quoniam in concilio Tridentino die 29. Ianuarij 1546. ex eo, ꝙ prius † recitatę fuerunt literæ sacri concili mittendæ Christianissimo Regi, quā aliæ ad Ro. regē, orta fuit contentio, ꝗs eorū sit p̄ferendus, q̄ con- 2 trouersia ex hoc pendere uidet. An possint † esse duo imperatores, non ab re erit de vtroq; disserere, & ꝙ non possint esse plures imperatores, ꝓbari vr̄ qm̄ ad imperiū deuentū est, ut ꝑ unū toti Reipublicæ consulat. l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. c. In apib. 7. q. 1. uideret enim monstruosum ꝙ duo habe- 3 rent capita. c. qm̄. cū ibi not. de offic. ord. Præterea cū † idē videat iudiciū pe Pontificatu & imperio, quorū vnū luminari maiori alterū minori cōparat c. solitæ. de maio. & ob. & non posit esse nisi vnus summus pot. cū dominus vnū tm̄ constituerit, c. loquit. 24. q. 1. c. factus. 7. q. 1. seqtur, vnū dūtaxat esse posse impatorē, ꝗbus rōnib. coacta gl. in d. c. apib. dixit Græ- 4 corū † imperatorē non fore imperatorē post translatū imperiū a Græcis in Germanos, licet imperator nominet in d. ca. solitæ. cui concordat gl. in c. si imperator. 99. dis. ꝑ c. venerabilē. de elec. ꝙ si unus sit imperator & oīum cōsensu receptū sit Christianissimū Regē primū fore inter reges, subsequi vr̄ p̄ferendū regi Ro. si sit vnus imperator ꝗ coronā susceperit. 5 At † ꝯ, plures fuisse imperatores colligi pōt ex l. imperatores. ff. de transact. l. diui fratres. ff. de iur. patrona. l. diui fratres. ff. de pœnis. & ꝙ duo possint eodem tꝑe fungi imperiali auctoritate habet in gl. cle. Romani. de iur. iur. q̄ refert se uidisse literas extractas de Registro Inno. iij. q̄ emanarunt suꝑ discordia, de qua in c. venerabilē. de elec. continentes, ꝙ in concussa est consuetudo imperij ꝑ Patris Sedis Apostolieæ tolerata, & per tolerantiā approbata, ꝙ duob. in discordia electis, uterq; administrat, ut rex, & omnē iurisditionē exercet, do- 6 nec ꝑ papā sit vnius electio approbata. De plurib. † aūt imperatorib. plura habemus exempla, de Marco Aurelio, Antonino, cū Lucio Vero Antonino, ꝗ primi fuere Romanorū, qui simul imperarunt, Gordiani pater & filius, Philippi duo, pater & filius. Gallus Ostilianus cū C. Vibio Volusiano. Quin ēt quatuor qn̄q; insimul, Diocletianus, Maximianus, Galerus, & Constantius, quorū duo uno tꝑe principes fuere inter se maxime concordes, & vsq; adeo concordes, ut Diocletianus cognomento Iouius, & Maximianus Herculeus dictus, vno die concordes imperiū deposuerint. Post magnū Constantinū, principes fuere eius testamento Constantinus, Cōstans, & Constantius filij cum Dalmatio Anualiani fratris p̄mortui mortui filio. Negari itaq; nō potest plures uno tꝑe 7 fuisse imperatores. Sed aduertendū † quosdā fuisse assumptos imperij consortes, & simul fuisse Augustos, & simul imperasse. Alios uero dictos solūmō Cæsares, vocatos. s. in spem successionis, nō simul imperasse, nec simul fuisse Augustos, quales fuere Galerus & Cōstantius, Licinius Cōstantini gener, Cæsar factus, Gallus a Constantino, Decentius, a Gallo, & deinde Iulianus a Constantio patruele, Valentinianus aūt Valentē fratrē nō Cæsarē, sed imperii consortem fecit. Qđ aūt ꝗ Cæsaris nomen recipiebant, nō imperiū sed imperii spem & successionē, nec Augustos dictos, colligit ex Spartiano, ꝗ de Iuliano scribit, cū a Constantio Cæsarē factū, a militibus Parisijs imperatorē, ægerrime ferente. & ꝓhibente Constantio salutatū, quamuis missis oratorib. Constantius iussisset ut deposito Augusti uel imperatoris nomine, Cæsaris tm̄ cōten- 8 tus esset. Capitolinus † ēt scribit Clodio Albino fuisse oblatū a Commodo Cęsarianū nomen, & dandi stipendij facultatē, & pallij Coccini utendi. Hęc recensuimus, ut colligamus, ꝙ si Ferdinandus Ro. rex ꝑ electionē suā assumptus est in cōsortē imperij a Carolo V. imperatore duos dici posse simul imperare, quicunq; vni honore cedit, & alteri cedendū, nec ꝑpea detrahi Christianissimo Regi, quin primus Regū sit, & primus ei debeat locus post imperatorē, cū maxime ex sententia gl. in c. nunc aūt. 21. di. duo pro uno habendi sint. Quod si Ferdinando Regi data solum sit imperii successio, non autē insimul cū Carolo imperii administratio, apertissimū foret Regē Christianissimū prius nominandū, eiusq; oratores pręferendos oratoribus Regis Romanorū. Quòd uero istorū datum sit ꝑ electionē Ferdinando regi, & an consors sit Caroli īperatoris in administratione, nos latet, quēadmodū q̄ facti 9 sunt, plures latere pōt. Nostra † tūc fuit sententia unis literis ambobus scribendū, quo casu scrupulo careret, an literæ inscriptæ Carolo imperatori, & Ferdinando regi Ro. prius recitandę forent, vt a Patribus approbarent, q̄ inscriptæ christianissimo regi, sic ēt recte consultū fore ad tollendas contentiones, si vna foret legatio utriusq;, eosdēq; ambos cōstituerent oratores, sicut & animo & fraterna beneuolentia sunt coniunctissimi, de quo habemus exemplum in s̄. citatis legibus in quib. duo imperatores insimul rescribebant, insimul leges & edicta promulgabant, vnaq; erat duntaxat vtriusq; sanctio uel edictum.

De modo & ordine procedendi in Concilio.

CAP. XVII.

1 Transeamus mō ad ꝑscrutandū † ordinē & modū ꝓcedendi in concilio, quē quidem diuersum & uariū reperimus in superiorū tēporū concilijs. Mos. n. antiquorū conciliorū fuit, ut ꝑ singulorū uota ꝓcederet, & singuli ad proposita responderent & subscriberent, c. Osius. de elec. §. hinc ēt. 17. dist. c. bene quidē. 96. dist. c. con- 2 uenientib. 1. q. 1. c. qđ ꝗs cōmisit. 35. q. 9. Qn̄q; uno † proponēte uniuersi respondebant Placet, ut in concilio Martini primi. In Sardicen. c. 2. de elec. in Aphrican. ad proposita ꝑ Beatū Augustinū c. 1. de oblig. ad ratioci. c. 1. de pact. cū dr̄, Dixerunt uniuersi, Pax seruet, & pacta custodiant. In Chalcedonen. actione. 2. post lectionē epistolæ Leonis Reuerē. Epi clamauerunt, hæc Patrū fides, hæc apostolorū fides, oēs ita credimus, orthodoxi ita credimus. Et in fine eiusdē actionis, Reueren. Epi clamauerunt, hæc catholica fides, huic oēs credimus, in hac baptizati sumus, in hac baptizamus. Qui modus optima rōne nitebat, qm̄ in concilio conueniebant oēs tanquā oues unius pastoris Christi, apud quē nō est distinctio Latini & Græci, prout videret, si ꝓcederet ꝑ nationes, & iō attēdenda vr̄ maior pars respectu totius. & singuli a pastore & paterfamilias suo, in consideratione habendi sunt, prout in simili dicunt legistæ in l. fi. C. de impub. & alijs substi. ꝑ tex. in l. Lucius. §. Titius. ff. de legi. 2. ꝙ dispositio testatoris sub verbo familiæ vr̄ singulariter singulos de familia contemplari, & licet cardinalis & Io. de Imola in d. c. Osius. asseruerint sufficere ꝙ facto fiat responsio ꝑ suffragia alba & nigra, innixi 3 eo, qđ habetur in c. oēs populi. de iust. & iur. Magis † tm̄ placet sententia Io. de Ligna. ꝗ in hac fuit opinione ꝙ requirat uerbo fieri responsionē, ut in c. Osius. de elect. asseruit ēt idē cardinalis in c. 1. de oblig. ad ratioci. sufficere si patres taceant, 4 qa censent consentire, qm̄ † ubi non requirit expressus consensus, taciturnitas ꝓ cōsensu habet, maxime in re concupiscibili & meritoria, quē secutus est Ab. in eo. c. Osius, cū dixit ꝙ in cōcilio gn̄rali unus ex Prælatis ꝓponit qđ decernendū fuerit, & si oēs acquiescant ꝓ decreto habet, qđ dicit seruari 5 in vniuersitatibus secularib. Alium modū † ponit Bart. in d. l. oēs populi, ut nō determinatę interrogent Patres, an placeat sic uel sic decernere, sed in genere suꝑ hoc uel illo sumendū est cōsiliū & deliberatio, postea assurgant dantes consiliū & uariantib. sententijs illud ꝓ decreto habeatur, qđ a pluribus 6 est cōprobatū. Alius itē † modus est ꝓcedēdi ꝑ Nationes ut. s. partito onere unaquæq; natio partē recipiat eorū, suꝑ quib. est cōsiliū capiendū, qūo attendi dēt numerus nationū, ita. s. ꝙ vnaquæque natio pro una uoce cōputetēa rōne, qm̄ ubi diuersa collegia cōueniunt ad aliqđ decernendū, nō sufficit hr̄e maiorē partē respectu oīum simul coniunctorū, sed requirit maior pars numeri collegiorū, puta tria ex quatuor, Abb. ꝑ illū tex. in c. scriptū. de elec. secutus Ant. But. in c. pastoralis de rescriptis, ex his q̄ ibi not. gl. Hunc modū legimus obseruatū in Constantien. cōcilio, in quē casu quodā magis, q̄ deliberatione inciderūt. Habet enim in quodā exemplari actorū dicti cōcilii in Bibliotheca Sancti Marci Venetiarū inter libros Bessarionis cardinalis, ꝙ in concilio Constantien. pendente controuersia de mō tollendi inueteratū schisma, incidit q̄stio qūo fieret scrutiniū uotorū, utrū ꝑ nationes in genere, q̄ quatuor erāt Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & Angliæ, uel ꝑ capita singulorū, & licet de iure videret ꝑscrutāda fore singulorū uota, qa tn̄ plures erāt Italiæ Prælati pauperes, q̄ fere de oībus nationib. & Io. 23. fecerat in numero excessiuo prælatos sibi obnoxios & ex familiaribus ultra quinquaginta, & fama erat, quod multos sibi obligauerat iuramentis & muneri-

nerib. alios uero minis terruerat, & ꝑpea merito suspicari poterat nihil fieri nisi qđ ipse uoluisset, si singulorū vota scrutarentur, nationes ꝑ seipsas se ꝯgregarūt, & facto sustulerūt cōtrouersiā, utrū ꝑ nationes, an ꝑ singulorū capita ꝓcederet, se- 7 paratim, s. singulę nationes ꝯgregādo. Hr̄ † ēt in eo volumine in actis primę sess. ꝙ die 7. Februarij, dum in congregatione Gallicana ꝓponeret, an ꝑ nationes ꝓcedi dr̄et in agēdis in cōcilio, an vero per voces, seu capita, fuit obtentū ꝙ per nationes, sicut prius fuerat deliberatū ꝑ nationē Germanicā & anglicanā, qđ optimā spem dedit vnionis ecclesię. Modus iste procedēdi, & si aliqui referant ēt obseruatū fuisse in Pisano concilio, minus tn̄ rōnabilis vr̄, qm̄ fieri pōt vt vna natio plures hēat voces, q̄ alię simul, quo casu ipsa ab alijs dissentiēre minor numerus maiori præualeret, & ēt, vt s̄. diximus, cū in ecclesia hr̄i non dēat rō græci vel Barbari, oēsq; simus oues vnius ouilis, sub vno pastore, minus vr̄ cōueniens, velut in fa- 8 ctiones, fieri partitionem. Alius † deinde modus est vt procedatur per deputationes, quē seruauit Basil. conciliū & nouissimū Lateran. hoc modo videlicet. In primis conciliares oēs in quatuor diuisere cōuētus, quas sacras deputationes appellarūt diuersis nominib. vnā fidei, alterā pacis, tertiā reformationis, vltimā cōem vocabant, has constare pari numero ex quatuor nationib. in totidem. n. Latinā ecclesiā diuiserut, & ex oī ordine, vt quisq; cōuētus Card. Patriarchas, archiep̄os, ep̄os, abbates, magistros, doct. & inferioris ordinis viros cōtineret, quemq; cōuentū magistratus hr̄e, præsidentē, ꝓmotorē, scribā, apparitorē siue nunciū, præsidentis magistratū mēstruum esse, alios perpetuos, loca designari, vbi vnaqueq; deputatio ter in hebdomada cōueniat, Lunæ, Mercurij, & Sabbati dieb. non licere cōuentuales iur̄o astringi, vt secreta sint quæ apud eos tractentur, sed licere vnicuiq; conferre cū cōciliarib. de his, quæ geruntur, sn̄ias tn̄ singulorum cū ita magistratib. expedire videbitur, sub periurij pęna nō reuelanda. Duodecī virorū collegiū, quorū magr̄atus mēstruus erit, ex quatuor ꝯuētib. instituī, ternos, & in singulo cōuentu, finito mense cū alij surrogandi erunt, quatuor remanere, qui octo de nouo surrogandos instruant, hos ēt ter in hebdomada cōuenire oportere, aliis tn̄ horis, q̄ quatuor cōuentus, quorum officia esse negocia ad conuentus referenda prius discutere eaque vel respuere vel ad hunc vel illum conuentū remittere, vt res exigit. hi præsidentem singulis mēsib. constituerēt, huius collegij p̄sidenti ptātem esse quatuor conuentus aduocare cū opus erit. Si quispiā cōuētus, aut vir singularis collegio 12. virorū aliquid pro vtilitate publica reuelauerit, sub iurisiur. religione occultū eius nomen teneri, si id reuelans exegerit. De his quæ in conuentib. primū proponentur nihil ea die decerni, nisi vrgeat necessitas, sed ad aliam reseruari, ut interim quisq; de re statuenda cōsultius posit domi secū deliberare. Nemini licere sn̄iam dicere in conuentib. nisi super re a præsidēte proposita. Si quid aliud proposuerit ea die nihil oīno de ea re agetur, sed ad aliū conuentū differetur, nisi forte aliter p̄sidenti expedire uideretur, quēlibet tn̄ antequam inter patres conscribatur sacr̄o obligādum, ꝙ sn̄iam libere & s̄m Deum, ac pro utilitate tm̄ publica feret, stat. cōi consilio in uno ex conuentib. ad alios tres conuentus ꝑ unū aliquem referri per duos ex unaquaq; opinione cū argumētis utriusq;, ut omnium iudiciis cognitis quid optimū sit, decerni posit, primo tn̄ illū conuentū cōsuli oportere, ad quē res ipsa spectat, de qua agitur. In gn̄ali conuentu præsidentes concilii nihil ad patres referre, nisi qđ primū a quatuor cōuētib. sit deliberatū, aut saltē a duob. nisi aliquid emerserit noui, quod differri non posset. Singulis sextis ferijs gn̄alem conuentum hr̄i, quod si is dies impeditus fuerit, transferri ad sequentem diem. Præsidentem, concilii tabellam hr̄e. in qua ꝑ ordinē annotata sint quæ in gn̄ali conuentu sunt pertractāda, & a grauiorib. semper incipiendum. In sn̄iis dicendis nō reiteranda, q̄ iam a primis sint dicta, sed in illorū sn̄iam pedibus est eundum, nisi qui addere, demere, seu aliquid aliud oīno afferre voluerit. Si in concione aliqui super re proposita dixerint se uelle maturius rem domi considerare, differēdū ad aliā cōgregationē. Pridieq; gn̄alis cōuentus hēatur quatuor deputationū præfectos præsidētem concilii adire oportet, & in suis cōuentib. mediata seu decreta aperire, in quib. si oēs cōi cōsensu, aut tres saltem conuentus cōsentiāt, posse de eis ad conciliū referri. licebit tn̄ unicuiq; alterius sn̄ię ante relationē profiteri ꝗd sentiat, & cur aliud sentiat, ꝙ si uidebit aliorum animos moueri, poterit res differri, & rursus de ea re in quatuor conuentibus agi, sin minus trib. conuentib. adstipulantib. ad concilium referetur. conciliares autem ad suos conuentus per proprios magistratus conuocandos summa diligentia ita ut nullus negligatur. Qui autem stat. hora non affuerint, aut non dimisso conuentu sine præsidentis uenia discesserint, præsidentis arbitrio mulctandos. Idem agēdū in cōuentib. & sessionib. publicis ꝯ eos. ꝗ nō uenerint. uel supplicationibus, & rerum diuinarū celebrationib. nō interfuerint. Antequam cōuentus publici, vel particulares dimittantur per scribas conuentus palam recitanda omnia decreta in concione, & si quid per scribas erratū esset, illico, emēdādū. ep̄os, abbates, & cuiusuis alterius ordinis viros, siue eorū procuratores sine bona venia p̄sidētis cōcilii & quatuor deputationū, ex concilio recedere non oportere. Si duo ex præsidētibus conuentuum cum gn̄ali præside nte concurrant satis esse ad commeatuum cōcedendū. Inferiores abbatibus a suo conuentu, & pręsidente satis sit veniam impetrasse. Quatuor uiros eligi oportere ex singulis conuentibus, vnū, ꝗ orationū inter sacra agendarū curā gerat, easq; viris idoneis demandet, auscultetq; antequam agantur, nequid inepti aut absurdi in tanto conuentu proferatur. Præterea vt patres diuino numini acceptiores, probabilioresque hominibus quibus leges laturi essent merito fierent, neq; solū uerbo, sed ēt exemplo ad bene recteq; viuendū alios hortarētur, ab ipsis 9 seruanda sanxere. Conciliarem † quenq; uitā oportere castā agere, quinetiā & omni labe mundā, ita vt exēplo oīb. Christianis esse possit. Sacerdotes sæpe rem diuinā facere, alios sępe confiteri, in supplicationib. pijsq; eleemosynis frequentes esse, singulis quintis ferijs ad impetrādū Spiritū sanctū publice & priuatim diuina celebrari, oblationes Deo inter Missarū solennia fieri, orādamq; assiduo diuinam clementiā pro pace & unione ecclesiæ. cōuētus oēs, atq; collegia anteq̄ tractare aliquid incipiant, rei diuinæ cōiter interesse, q̄ in loco suæ celebretur congregationis, interea tacitos cōtempla- 10 tioni intentos esse. Sexta feria † oīb. ieiunandū, qui id non pōt eleemosynis satisfaciēdū, in cibo & potu modestia & sobrietate semꝑ vtendū, pręciositatē, multitudinē, varietatemque epularū uitandā, inter edendū s̄m instituta Toletani cōcilii semꝑ aliquid ex sacris libris audiendū, mensam benedicendam, & sumpto cibo Deo gratias agendum, sodalitia cōsortiaq; turpia fugienda, & mulierū contubernia cōsuetudoq; oīs vitanda, detractione, murmuratione, contētione ꝑtinaci, iurgijs, & illiberali scurrilitate abstinendum. In via cū modestia & grauitate incedendū. Choreas, ludos, & publica spectacula non adeunda, vestib. utendū modestis s̄m canonū instituta, talarib. non apertis, nō sericeis, nō uariatis, colore uero neq; rubro, neq; uiridi aperto, annullos nō gestādos nisi ꝗbus ex lege licet, & illi unico contenti sint. aurū argentumq; cingulis non addendū, caligis soleatis non utendū, tonsurā quam coronam uocant, pro gradus condecentia tundendā capillosq; qui aurem non tegant, equorū mularumq; frena, phalerasq; nullo auro argēto ue, serico, colore ue rubro seu uiridi ornata, neq; calcarib. deauratis utendū. In familijs p̄latorū temperamentū, modumq; seruandum, numero, ornatu, morib. habituq;. Anteambulones cardinalium, quos scutiferos uocant, supra decem non pręmittendos, Patriarchis viij. Archiep̄is sex, ep̄is iiij. hi vestib. s̄ Genna nō utātur, nō diuersicolorib. nō ante laceris aut pictis acu coloreq; nō ornatis auro argētoq;. monilia, torques cathenulasq; ad collū nō ferāt, gladio nisi forte palmari nō utātur, alea nō ludāt, aues uenaticas ante dn̄os nō deferāt, modestiaq; in oīb. utātur, ut sacrorū sacerdotū, nō aūt seculariū principū familiæ uideā- 11 tur, sacris † initiatos, aut sacerdotia obtinētes clericorū habitū gerere oportere, religiosos vero ac monachos habitū sui ordinis, religiosos monachos siue mendicātes, cū primū ad cōciliū uenerint, prælatis suis sistēdos, ꝗ nō paruerint, carceri mācipādos, & in cōcionib. publicis & priuatis modeste loquēdū, neminē cōuiciis, aut maledictis taxādū, sn̄ias libere, & ad publicā tm̄ vtilitatē s̄m p̄stitū iur̄m ꝓferēdas, silentiū seruādū, audiēdū cōcionātē benigne, & attēte, charitatē, pacē, atq; unitatē cū oīb. seruādā, patrū priuatas sn̄ias nō reuelādas, & in agēdū ut sanctorū Patrū ueri imitatores merito nūcupari possint. Pręsidētes crebro hęc in cōcionib. publicis & priuatis recēseri curēt, dētq; operā magistratus, ut oīa diligēter seruētur. Acta sunt hæc in gn̄ali cōgregatione cōcilii Basil. ad viij. Calend. Nouembris 1432. quæ voluimus recēsere qm̄ in codicib. impressis actorū dicti concilii Basil. nō hn̄r, sumpta ex summario actorū dicti cōcilii Basil. edito per Au- 12 gustinū patritiū canoicū Senē. De mō aūt † disceptādi & cōuincēdi deuios a catholica fide hēmus exēplū Zertē. cōcilii, ubi cum Donatistis disputatum est, & is modus seruatus, ut recitat Augustinus in epistola ad populū factionis donatianæ, nequisquā diceret in illis gestis aliꝗd postea fuisse corruptū. Electi sunt ex catholicis, & donatistis septē hinc, & septē inde, ꝗ ꝓ cā oīum loquerent, electi sunt alii septē hinc, & septē inde, cū ꝗb. ubi opus erat, cōsiliū hērent, electi sunt quatuor hinc & quatuor inde, ꝗ actis cōscribēdis custodes essēt, ne falsificatum aliquid diceretur, dati sunt etiam ab utriusque notarii quatuor hinc, & quatuor inde, ut bini cū excepto- 13 rib. iudicum alternarent. In Ferrarien. † concilio, cum decreuissent expectandos absentes, & interim de purgatorio, & alijs

aliis quibuſdã leuib. quæſtionib. diſputare. Latini duos cardinales, duos Archiepiſcopus, duos Epõs, & duos abbates & duos monachos ad diſputandũ deputarũt, duob. datis notarijs, Greci ſex epõs, duos abbates, & duos cruceſignatos datis duob. notarijs, q bis in hebdomada ad tẽplum Sancti Franciſci, ad diſputandũ cõuenirent. Hunc aũt modũ obſeruandũ putamus antequã hæreſis ab eccleſia fuerit damnata, aut cũ uniuerſum Regnũ, aut ꝓuincia diſciuerit, ꝑpea nõ ſibi ipſis blandiant̃, antiq religionis deſertores quaſi vna pars conſtitui debeant, catholicis ex alia conſiſtentib. & ſi cũ eis agendũ, vt reſipiſcant, & ueritatẽ agnoſcãt, ẽt priuatis diſputationib. ſi opus fuerit. 14 Sed q † in damnatas hæreſes inciderunt, nõ cũ alijs ad cõſedẽdũ admittendi, ſed vt rei iudicio ſiſtendi, & hic modus ſeruandus, vt ter vocent̃, accuſati inducant̃ in ſynodũ, legat̃ libellus, reſpõdeãt delati, deliberẽt, melius ꝓbetur, negociũ oſtẽdat̃ ꝑ geſta ſynodica, ac dicta ꝓbabiliũ patrũ & ſacrã ſcripturã ſ̃m interpretationẽ ſanctorũ Patrũ & receptorũ interpretũ ſi eſt hæreſis, q̃ obijcit̃, iuret notorius librũ ꝓducẽs, ita ĩ ſcrinio ĩueniſſe. Fuit ẽt optima ꝯſuetudo, ꝙ canones, in quib. qs fundauit intentionẽ ſuã, in ſcriptis ꝓducebant̃, & pars reſpondebat, vtrũ ſuſpicaret̃ aliqd additũ. Hic modus colligit̃ ex actis antiquorũ conciliorũ. Nicolaus 15 † Cuſa homo Germanus egregie doctus & acuti ingenij li. 2. de concordantia catholica c. 6. poſuit hũc modũ ꝓcedendi in concilio & his verbis. Ex conciliorũ geſtis legit̃ ꝙ vl̃ia cõcilia de cõſenſu Ro. pont. & aliorũ Patriarcharũ ꝑ imperatores ſub articulis fidei cõgregabant̃, & in loco cõgregationis ponebantur ſacra euangelia, lignũ ſanctæ Crucis, & aliæ reliquiæ, & oẽs catholici epĩ & Abbates intromittebant̃ una cũ alijs laycis, quos ipſi vicarij ſediũ adducebãt, aut quos imperator loco ſui, aut ſecum adeſſe uolebat, & ꝑ actiones diſtinctas ſ̃m Deũ res tractabant̃, & audiebat ſynodus utriuſq; partis allegationes videbat originalia, & principia librorum, & totius allegati capituli tenorẽ, ne ſincopate allegatus, ſenſus corruptæ adductus forte foret, & cuncta iſta mature, palã, & publice cũ recognitione & librorũ & allegationũ ꝑficiebantur, & ſ̃m teſtimonia ſcripturarũ decernebat ſinodus, Poſt hæc de pace, & reductione lapſorũ, cõpoſitione litigantium de partiũ cõſenſu, & ultimo iudicialiter p̃miſſo partiũ in ſinodis cõpromiſſio, de cauſis ſe intromittebat, ut reclamatio minus locũ ſibi uendicaret, & in qualibet actione in fine ſurgebat notatius q acclamabat laudes ĩperatori, ꝑ multa adiectiua, cõparando ipſum aut Cõſtantino, aut Martiano, extollendo mores & ſtudiũ religioſitatis, laudes ẽt quinq; patriarchis, & ſenatui, & ſinodo ęternã memoriam. Statuta uero ſimul, & ſemel in fine, & ante ꝯcluſionẽ publicabant̃ in duab. partibus ſynodi, inferiori, & ſuperiori, alta uoce ꝑ epõs, aut Metropolitas, ſubſequebat̃ concluſio de oĩbus geſtis concorditer, in qua cauſa conuocationis, & capta ſumma cõcluſio inſerebatur una cũ ꝓfeſſione fidei, & layci & principes nihil diffinitiue dicebãt, ſed ſolicitando, exhortando, & aſſiſtẽdo interfuere. vltimo ſubſcriptio adijciebat̃, q̃ uaria quo ad ordinẽ inuenit̃, ſicut & ſeſſionis ordo in alijs & alijs concilijs, poſt Vicarios Patriarchalium ſedium ſubſcripſerũt ſe in octaua ſinodo imperatores Baſilius, & Cõſtantinus, deinde Epĩ alij, & inſuꝑ ſenatus ꝓfitebat̃ acceptare ſynodũ, & hoc ꝑ notarios recipiebat̃. 16 Qđ aũt † dixit Cuſa, ꝙ cõcilia cõgregabantur ꝑ Imp. de cõſenſu Ro. pont. accipiẽdũ eſt ſ̃m ea tp̃a. in quib. hæretici ad iuſſa Ro. pont. nõ cõueiſſẽt in ſinodũ. Ideo opus fuiſſe imperij auctoritate, ut alias diximus. Vocabant. n. ipſi concilia, ac illis intererant ad ꝓhibendũ hæreticorũ rixas, ad ꝑſuadendũ ſuis ſubditis, ut decretis concilii parerent, alioq exortæ fuiſſent rixæ & cõtentiones importunitate laycorũ, ſicut legimus li. 4. Tripart. hiſt. c. 18. ꝙ ut in thronũ ſublimarent Macedoniũ hæreticum in Conſtantinopolitana eccleſia ad tria milia homnium mutua cæde interiere.

De priuilegiis intereſſentium Concilio.

CAP. XVIII.

1 Vt patres † alacriori animo conueniant ad conciliũ, cõis eſt oĩum ſententia, ꝙ q conuenerint, ſuorũ beneficiorũ fructus percipiebãt, queadmodũ q Rom. pont. aut eius legato inſeruiunt c. fin. de cleri. non reſi. & ibi not. doc. & q inſeruiunt epõ c. de cętero c. ad audientiam. eo ti. 2 & rõ in promptu eſt, qm̃ † ſi q abſunt in ſeruitijs particularis eccleſiæ ſuos in abſentia ꝑcipiunt fructus c. ex parte eo. ti. multo magis q vl̃i inſeruiunt Eccleſiæ, quales ſunt q g̃nrali interſunt concilio, qđ ne cõtingeret dubitari, expreſsim ſtatuit Conſtantien. conciliũ ſeſſ. 19. 3 nõ † tñ ꝑcipient quotidianas diſtributiones, quas ſub nomine uictualiũ excipit. c. de cętero, qm̃ ſi de illis uoluiſſent ſtatuentes decernere, id expreſſent, ut dixit gl. in d. c. cũ dilectus in ver. fructus. argu. tex. in c. olim. de uerb. ſig. ubi Inn. iij. ĩtendẽs illi magiſtro G. ꝓ quo patriarchæ Graden. ſcripſerat. ei Ruidẽdũ ẽt de manualib. 4 de illis expreſſim, reſcripſit. Nec mirũ, ſi nõ ꝑcipiũt, qm̃ † nec q literarũ ſtudio incumbunt in g̃nrali vniuerſitate, illas ꝑcipiunt, c. licet. de p̃ben. licet fructus in abſentia ꝑcipiãt, c. ſuꝑ 5 ſpecula, de magiſtris. Nec eſt ſimile † de exititijs, quib. debent̃ ẽt quotidianę diſtributiones ſ̃m Calde. conſi. 17. ſub ti. de cõceſſ. p̃ben. & intereſſentib. concilio, qua exitij coacti cenſent̃ abeſſe, & id indultum in odiũ inferẽtiũ uim, & ne afflictio, addat̃ afflicto, nõ aũt dici põt ex iuſſu pontificis uim afferri, qm̃ nõ uis eſt, cũ ex debito officij & ordinis & ꝓ implemẽto recepti iuramẽti teneant̃ Epĩ ad cõciliũ conuenire. Inter pri- 6 uilegia † ẽt põt cõputari, ꝙ Prælatus poſsit charitatiuũ ſubſidiũ a ſubditis exigere ꝓ impenſis, quas ſuſtinere cogit̃ in cõcilio. Inno. & Abb. in c. 1. de ſtatu mona. & Ab. in c. conquerente. & in c. dilectus de offic. ordin. licet dubiũ ſit, an poſsit 7 charitatiuũ † ſubſidiũ a monaſterijs exigere, in quo uariant doc. & ꝙ non poſsit opinio fuit Io. An. Ant. & Io. de Imola, & cõmuniter aliorum in d. c. dilectus. licet Abb. in eo. c. ſubſtiterit, & dubitauerit.

A quibus initium ſumendum in Concilio; an ab his, quæ fidei ſunt, & religionis, an uero ab his, quæ ad mores pertinent?

CAP. XIX.

Tempus eſt ut propius accedamus ad ea, q̃ intrinſeca ſunt conciliorũ. Propterea nõ ab re fue- 1 rit indagare † a quib. agendis incipiendũ nobis ſit, an. ſ. ab his, q̃ fidei & religionis ſunt, an vero ab his, q̃ ad reformationem morũ ſpectant, de quo nedũ controuerſia ſed altercatio fuit in concilio Tridentino die 22. Ianuarij 1546. & ꝙ ab his q̃ ad fidẽ ſpectãt, ſit incipiendũ, plures deduci poſsũt rõnes, & primo qm̃ impoſsibile vr̃ tractari de morib. omiſſo tractatu de 2 religione. Qui † n. mores eſſe poſsunt ſublata religione aut collapſa? Qđ ſi Paulo altius reſpexerimus, intuebimur priorẽ ex duab. tabulis datis a Deo Moyſi, & p̃cipuã fuiſſe de fide, & religione, poſteriorẽ de morib. & Dominus Ieſus, cũ diſcipulos miſit ad prædicandum, dixit. Ite, & prædicare euangeliũ oĩ creaturæ. nõ dixit, in moribus inſtituite, quia ubi religio integra ſit, difficile eſt malos mores habere locũ, quin imo 3 mali mores ex mala ſæpius inſtitutione proueniunt. Quia ſi ueteris teſtamẽti reformatores, quales poſt diſceſsionẽ Iſrael a Iuda vſq; ad tempus captiuitatis Babilonicæ, Ioſaphat, Ezechias, & Ioſias, poſt captiuitatẽ uero Ieſus, Zerobabel, Eſdras, & Neemias fuere, ſiue Chriſtum, & apoſtolos ſpectemus, ſemper hic ordo ſeruatus comperietur, ut a doctrina uel ueteris, uel nouæ legis inciperetur. Sic enim 2. Parali. ca. 17. legimus. Tertio aũt anno regni ſui Ioſaphat miſit de principibus ſus Benail, & Abdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, ut docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis leuitas ſacerdotes, docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas urbes iuda, atque erudiebant populum. Breuiter, ubique fere reperiemus librũ legis principio lectum ad inquiſitionem proceſſum, & factã ſecundum legem ſeparationem, quemadmodum legitur 2. Eſdræ c. ultimo. Neque id abſque magna ratione. Lex † enim 4 oſtendit peccatum. ſicut Paulus ait, per legem cognitio peccati, adeo ut fruſtra de peccatis inquiratur, niſi per legem arguatur, quę eſt gladius biceps, pertingens uſq; ad diuiſionẽ animę & ſpiritus. Itidem Chriſtus cum circuiret omnes ciuitates, & caſtella, primum docuit in ſynagoga eorum prædicans euangelium regni, deinde curauit omnem languorẽ. & act. 16. cum Pertranſirẽt Paulus, Sillas, & Timotheus ciuitates, tradebant illos cuſtodire dogmata, q̃ erant decreta 5 ab Apoſtolis, & ſeniorib. q erant Hieroſolymis. Sic obſeruatũ fuiſſe legimus a maiorib. noſtris. Legitur enim act. prima Chalcedonen. concilij, ꝙ Talaſius epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, dixit in epheſina ſeruanda ſynodo relata in Calcedonen. Piiſsimus & chriſtianiſsimus imperator deſiderans fidem, quæ hacteuus eſt, inconcuſſam manere, præcepit nihil aliud neque dici, neque agi in ſancta ſinodo, niſi prius de fide ſtatuatur, unde omnia uacẽt. Quod & ſi fuerit mandatum imperatoris, oſtendit tamen quid tunc obſeruatum fuerit. idem colligitur actione. 16. eiuſdem concilii, cum legitur, quod Etius archidiaconus eccleſiæ Conſtantinopolit. præfatus eſt conſuetudinem eſſe in ſinodis, quod poſtquam ea, quæ ſunt omnium præcipua fuerint definita, & alia quædam exerceri & firmari, quæ autem magis præcipua eſſe poſſunt quam ea, qdæ ſunt fidei. Item in quarti concilii Toletani, tp̃e Syſmandi Regis præfatione hr̃. Et qm̃ concilium generale agimus, oportet primum noſtræ uocis ſermonem de cœlo eſſe, ut poſt profeſſionem fidei ſequentia operis noſtri 6 uota quaſi ſuꝑ fundamentũ firmiſſimum diſponant̃. Cũ circa maiora maius periculũ uertatur, l. 1. §. ſiquis uere. ff. de carbo. edict. c. quieſcamus. 42. diſ. c. ſiqs neq; 1. q. 1. c. Mattheus. de Symo. & maiorib. periculis prius ſit occurẽdũ, ſubſequit̃, de fide prius agendũ, quæ aliis dignior eſt, & in qua cũ maio- 7 ri periculo errat̃. Literæ indictionis conciliorum exponẽtes cauſas conuocationis, primũ locũ tribuunt cauſis fidei, & religionis, indicantes & eo ordine in cõcilio ꝓcedendũ. Refert Nicephorus li. 9. Eccleſiaſticę hiſtorię c. 14. In Sinodo Seleucię celebrata, fuiſſe diſceptatũ, cũ aliqui doctrinam primũ conſtituendã, alij in eorũ uitã qui inter ipſos rei agebantur inquirendũ eſſe, cuius rei cauſam ẽt imperatoris literæ nunc de fide primũ, nunc de morib. inquirere iubentes p̃buere, ꝓinde in uerborũ contentionẽ delapſos, alteri alteros male accepere, & rixandi ſtudio in duas diſceſſere partes. Vici t tñ eorũ ſñĩa. Qui Primũ de fide diſputandum cen ſuerunt. Ex aduer- 8 ſo † tñ prius a reformatione incipiendũ his rõnibus nonnulli cõprobare nitũtur, ꝙ corrupti eccleſiaſticorũ mores anſam dederint his, qui a nobis diſceſſere, falſa dogma ta confingẽdi, quo tota chriſtiana reſpublica conturbata eſt & cõcuſſa, ꝑpea ab emendatione morũ incipiendũ, ut ſublata cã, tollat̃ effectus, ſed infirma eſt hæc ratiocinatio, qm̃ ex noua religione, quam Chriſtianam uocant libertatẽ, licentia peccandi eſt ſubſecuta. Præterea quo ad mores pertinet, ex nouorũ canonũ promulgatione, mores reformatos eſſe dici nõ poſſet, niſi hominum obſeruatione firmẽtur, erit igitur tandiu differenda falſorum dogmatum confutatio? Quo vſque certi fuerimus, & nouos, & antiquos de moribus canones obſeruari, & nos meliores effectos, cum nos meliores non red- 9 dat ſola canonũ promulgatio. Secũdo † Aiunt ſi nos mundi erimus, & oĩ labe & ſorde alieni, paracletus ſpiritus quẽ inuocamus, a nobis nõ recedet, neq; nobiſcũ ſtare erubeſcet. Et ſi alii uiderint nos facere, & docere facilius nobis obedire nõ dedignabunt̃. Huic rõni, q̃ eſt priori ſimilis, eadẽ ſit reſpõ- 10 ſio. Tertio † Obiiciunt, ſi a reformatione incipiamus, manebunt in officio qui ſani ſunt, quia ſi ſic amauerũt eccleſiam, ut abuſib. & uitijs quibuſdam offenſi eam tamen non deſeruerint, iam videntes emendatam & purgatam eccleſiam, multo magis eam amabunt, & multo minus deſerent. At q errant non ex malitia, ſed offenſi quibuſdam maculis eccleſiæ, non nihil deflexerunt, hi videntes ſeram reformationẽ, redibunt ad Eccleſiam. Sed huic etiam reſpondetur non ex nouorum canonum promulgatione nos meliores futuros, ſed ex illorũ obſeruatione, nec tandiu differendam cauſam fidei, ut uideamus emendatam & purgatam eccleſiam, maxime cum maior & periculoſior ſit lapſus fidei, & plures trahat ad Geennam, quã lapſus morum, a quo, ſi uoluerint, cũ 11 antiquis decretis reſurgere poſsũt. Quarto † Ratiocinãtur, ſi eccleſia ante omnia ſordes ſuas abſterſerit, & ſic ad corrigenda dogmata & emendandos & caſtigandos mores acceſſerit, maior illi auctoritas, & obedientia accreſcet, & omnes æquioribus animis ſuſtinebunt ſe emendari ab his, qui prius ſeipſos emendauerint. Quod ſi neglecta emendatione noſtra ad alios corrigendos nos conuerterimus, expectandum erit, ne nobis occinatur, Medici curate uoſmetipſos. Huic obiectioni eodem modo reſpondemus, nos fieri poſſe & debere meliores ex antiquorum canonum obſeruatione, nec interim deferendam cauſam fidei, a cuius erratis proueniunt & mali mores, qui tolli non poſsũt, niſi ſublata radice, a qua aluntur & ſuſtentantur. Non negamus nos mundos puroſque eſſe debere, curandoſque morbos, ſi quibus laboramus, ne nobis occinatur, Medici curate uoſmetipſos, & ut Spiritus Sanctus qui ſalubrium & ſanorum conſiliorũ unicus fons eſt & origo, ſeſe nobis infundat. Sed dicimus non differendam confutationem erratorum in fide, ut huius ſordibus purgatis firmiores reddamur in his, quæ ad bonos mo- 12 res pertinent. Vt tamen † utrique parti ſatisfieret, ad hoc deuentum fuit, ut pari paſsu in utroque procederetur, hac etiã ratione, quoniam vt ſunt omnes diuerſarum ꝓfeſſionum, nec omnes ad unum idonei, vnuſquiſque in his in quibus diutius uerſatus fuiſſet, conſilium daret, & in his, quæ ſuæ ꝓfeſsionis non forent, alijs acquieſcerent, quo etiam breuiori tempore concilium abſolui poſset.

An in inſcriptione decretorum ſynodi dici debeat, Eccleſiam ſanctam repræſentans?

CAP. XX.

Fuerat † & aliud controuerſum die iiij. Iauuarij, & ex poſt ẽt magniſq; contẽtionib. actũ, an in p̃fatione decretorum ſinodi, cũ dr̃ Sacroſancta tridẽtina ſinodus in Spirituſancto legitime cõgregata, addi dẽret & eccleſiã catholicã repræſentans, & ꝙ ſinodus epõrum vl̃em eccleſiam reprẽſentaret, oẽs fatebantur, uno aut altero diſſentiẽte, quorũ ſñĩa exploſa fuit, & exibilata, colligitur aũt repræſentare ex eo, qđ hr̃ Act. 15. cũ dr̃, Placuit apoſtolis & ſeniorib. cum omni eccleſia, cum tñ ibi nõ eſſet cõgregata oĩs eccleſia, ſed apoſtoli duntaxat cũ ſeniorib. & ex eo quod hr̃ Matth. 18. cũ Dom. poſtquam dixerat, ſi peccauerit in te frater tuus &c. Si aũt eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, dirigenda uerba ad apoſtolos ait. Amen dico uobis quæcũq; alligaueritis &c. innuens eos eſſe, quib. dicendum foret tan- 2 quam eccleſiæ. Ex ueteri etiam teſtamento † idem comprobatur ex eo ſcilicet quod habetur. 3. Reg. c. 8. ubi poſtquam dictum fuerat, tunc congregati ſunt omnes maiores natu in Iſrael cũ principib. tribuũ & Duces familiarum filiorum Iſrael ad regem Salomonem, &c. dicitur Conuertit rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſiæ. Iſrael. Omnis enim eccleſia ſtabat, &c. quaſi uocata ſit eccleſia cætus ſeniorum illam repræſentantium. Quod ſi dicatur id plene non probari, cum dicatur aſtitiſſe uniuerſum populum in dedicatione templi, reſpondebimus, aſtitiſſe populum Hieruſalem, nõ 3 tamen uniuerſum populum Iſrael, propterea non totam eccleſiam, niſi repræſentatiue. Idem colligitur † ex ſententia, Dom. Gregorii, quæ habetur in cap. ſicut 15. diſtiu. conſtituta in conciliis, fore uniuerſali conſenſu conſtituta, & ex Gelaſii ſententia, quę habetur in c. maiores, 24. quæſtio. prima, & in capitulo primo, 25. quæſtione prima, cum dicitur, uniuerſalem eccleſiam refutare; quos ſancta ſynodus damnauerat, & eſt ſimile ei, quod dicitur, Rectores & præſtantiores ciuitatis. uniuerſitatem & ciuitatem ipſam repræſentare & quod illi decernunt aut faciunt, cenſeri ciuitatem ipſam 4 decernere & facere, l. ſecunda, C. de iureiurando. Præterea † ex eo quod Martinus quintus in condemnatione errorum Ioann. Vuicleff & aliorum eum ſequentium, enumeratis erroribus ſuper quibus interrogari debeant de illius hæreſi ſuſpecti, & hoc addidit, interrogandos fore vtrum teneant, & aſſerant quod quodlibet concilium generale & etiam Conſtantien. vniuerſalem eccleſiam repræſentet. Item ex eo quod in concilio Niceno, & aliis cum quis excommunica- 5 retur, ſemper fere dicebatur. Hunc excommunicat catholica & apoſtolica eccleſia. Ex his colligitur † quod magnus honor, & reuerentia habeatur ſacro concilio, cum honor qui dẽtur rpreſentato debetur reprẹſentanti, ſeu illius uices gerenti. capitulo Nobiliſsimus. 97. diſt. c. cum olim. ſecundo & ibi gloſ. de offic. delega. capitulo habent. ſecunda quęſtione quinta capilulo fin. 93. diſtinctione capitulo accuſatio. ſecunda quęſtione ſeptima glo. in capitulo uoluntate. de ſentent. excommunicatio. Quod etſi uerum ſit, non tamen ſequitur eam adiectionem neceſſario faciendam, quoniam nuſquam legimus ſacra concilia ante Conſtantien. & Baſilien. ea vſas inſcriptione. Primæ enim Conſtantinopolitanæ ſynodi, quæ ſecunda fuit ex octo uniuerſalibus, hęc fuit inſcriptio, ſancta ſinodus orthodoxorum Epiſcoporum congregatorum in maxima ciuitate Conſtantinopoli. Aquilegien. ſinodus Gratiano, Valentiniano & Theodoſio principibus ſcribens denominat ſe ſanctum concilium, quod conuenit Aquilegiæ. Chalcedonen. Sancta & magna ſinodus congregata in Chalcedon. ciuitate. Leo primus ſecundæ Epheſinæ inſcripſit, Leo Epiſcopus ſanctæ ſinodo, quæ ad epheſum conuenit, & Chalcedonenſi. Leo Epiſcopus Sanctæ ſinodo apud Chalcedonem & cæt. Valentinianus, & Martianus Deo amabili ſinodo, & alibi, Sancto concilio quod Niceę per Dei uoluntatem, noſtra ſanctione collectum eſt, & fuit concilium, quod poſtea fuit Chalcedonem translatum. In quinta ſinodo patres uſi ſunt hac inſcriptione, Domino noſtro per omnia Sanctiſsimo, & beatiſſimo patri patrum Archiepiſcopo Roman. & patriarchæ Agapeto ab epiſcopis orientalis diœceſis, & ab his qui ſunt ſub ſanctis locis Chriſti Dei noſtri, nec non ambaſciatoribus, & cæteris clericis in hac regia urbe congregatis. Sexta ſinodus his uſa eſt uerbis, Conueniente Sancta, ac uniuerſali ſinodo. Idem aut ſimile exiſtimare poſſumus de aliis poſterioribus ſinodis, quarum actis caremus. Ex recentioribus etiam Piſana ſinodus, quę Conſtantienſi, ſeptem annis præceſit, ea non eſt uſa inſcriptione, ſed, ſancta uniuerſalis ſinodus, aut, ſancta, & venerabilis ſinodus Piſana. Quin etiam Conſtantienſis, ſinodus ſeſs. tertia quæ prima fuit poſt receſum & fugam Io. 23. ſe inſcripſit. Hæc ſancta ſinodus ſacrum generale concilium Conſtantien. nuncupata, licet poſtea in quarta ſeſſio. & deinde in pluribus aliis ne putaretur ob receſſum papę & plurium Sanctę Romanę Eccleſię. Cardinalium & prẹlatorum, cõcilium fore diſſolutum, additum fuerit eccleſiam

siam catholicam repręsentans in Spiritusancto legitime cō-
gregata,quod tamen omissum fuit in 33.34.& 35.sessionibus
ob compactata cum Hispaniarum Regibus, & prælatis qui
censebant ante eorum unionem nec fuisse cōcilium nec re
præsentare uniuersalem ecclesiam, & propterea necessariā
fore nouam concilij vocationem,quę & facta fuit sess.35.&
deinde reassumpta vsque ad assumptionem Martini V. in
pontificem,& sępius omissa,quasi post adhæsionem Hispani
cæ nationis nullum superesset dubium,quin ecclesiam uni-
uersalem repræsentaret, post autem Martini assumptionem
omnia acta fuere sub nomine pontificis,cum non a synodo
sed pontificis nomine omnia agerentur, hac tamen adiectio
ne,sacro approbante concilio.Cum itaque Constantien. pa
tres necessitate aducti id adiecerint, cessāte necessitate omit
ti potest , nec sequendum Basiliēsiū.exemplum qui seditiosi
fuere,& pro maiori temporis parte nec fuit concilium, nec
ecclesiam uniuersalem repræsentauit.Vnum puto non præ-
tereundum,falli egregie qui petunt eam adiectionem,quod
putent ex eius omissione detrahi auctoritati sacri concilii,
cum id adiecerint Constantien.non ausi absente Rom.pon-
tifice, & inclita natione Hispaniarum non agnoscente eos
constituere vniuersale concilium,uniuersalis concilij deno
minationem suscipere,nisi addito Catholicam ecclesiam re
præsentare,cum longe minus sit asserere se repræsentare ca
tholicam ecclesiam,quam absolute se inscribere uniuersale
6 seu generale cōcilium. & quemadmodū† non semper opus
est iudicem se pronunciare competētem,nisi cum de sua iu
risdictione hæsitari potest,sic non semper opus fore eo titu-
lo,ecclesiam uniuersalem repræsentās, sed cum dubitari po,
test an repręsentet,sicut dubitari poterat de Constant.conci
lio post recessum Roman.pontifi. & ante vnionem nationis
Hispanicæ,ut diximus.

Cuius nomine, Concilii decreta promulgentur?

CAP. XXI.

Postquam vidimus inscriptionem, & titulum sacri cōcilij,sequēs
1 est ut inquiramus,cuius† nomine promulganda sint concilij
decreta & sniæ, de quo dicendum , quod cum papa præsens
est.concilio, eius nomine promulganda esse, cuius rei innu-
mera habemus exempla & testimonia,prout in c. Osius.in c.
significasti.de elec.c.conuenientibus.1.q.5. Ipse enim tūc est
concilii presidens,ut patet in superscriptione.c.siquis.35.q.9.
Propterea Breato Martino pont. in concilio Cōstant. Decre
ta promulgata fuerunt nomine pont. non cōcilii ut prius,&
& rō est quia præsente papa cōciliū nihil statuere pōt sine pa
pæ auctoritate,c.bene quidē.§.si cuiuslibet.96.di. & fuit snia
2 Sancti Thomæ ꝯ impug.religio.c.4.sed papa† absente dicta-
buntur nomine concilii,mittentur tñ ad papam confirman
da,exemplo Niceni,Chalcedonen.& aliorum conciliorum,
prout supra plenius disseruimus, qūo intelligēda iura in qui-
bus hr̄.concilium diffiniuit, Hæc Petrus car. Camer. in trac.
de pote.eccl.& papæ in 2.q.3.par.uer.2. Quæritur. Gemi.ad-
3 dit in trac.concil.q.10. ꝙ si† cōgregatur cōcilium a Ro.pont.
non pro facto suo,sed pro ecclesię negocijs,cum papa ille sit
qui est iudex,& epi intersint tanquam assessores,& consulto
res,decreta & sniæ nomine papæ promulgabuntur,cum ipse
sit,qui robur dat gestis conciliorum.c. significasti.de ele.no.
Hos. in c.qualiter.2.de accus.c.ad apostolic.de re iud.li.6.cū
dr̄ cum fratrib.nostris,& totius cōcilii deliberatione. Ad si
4 † conueniret concilium pp hæresim Rom.pontificis,quo ca
su iudices sunt patres concilij,seu potius coniudices,profere
tur sententia ab eo,cui per alios fuerit demandatum.c. cum
habuero.de re iud.lib.6. Host.in c.graue. de præben. quo ca-
su pronuncians utetur uerbis pluralis numeri, prout in simi-
li habetur in c.cum ab uno delegatorum.de offic.deleg. lib.
6. & ibi glo. de commisione, & mandato fieri debet publi-
cum instrumentum, ut postea probari posit , & mos conci-
liorum est ut singuli ex patribus subscribant, ut habetur in §.
5 hinc etiam 17.distinctio. In sacris canonibus† uarie obserua
tum legimus . Sępius enim nomine Romani pontificis, sed
adiecto,sacro approbante cōcilio ut in clement.ad nostram.
de hæret.clement.1.de magistris.clem.1.de usur.clement.at
tendentes de statu mona.c.ubi periculum.uersic.hoc sacro.
de elect.lib.6.ex quo colligit domin.quod in edenda conci-
liari constitutione papa ille est, qui principaliter statuit,ap-
probante concilio.quandoque dicitur, Sacri approbatione
concilii c.pro humani.de homi.li.6.& clementa.de hæreti.
Quandoque hoc sacro attestante concilio, ut in clem. Quia
contingit.de reli.domib.aliquando,Sicut statuimus in cōci
lio,ut in c.cum tu.de usur. Qñq;, Cum sancti cōcilii delibe-
ratione præhabita,vt in c.ad apostolicæ.de re iud.li.6.In cu-
ius inscriptione ēt dr, Sacro præsente concilio,& id forte,ut
ostenderetur papam posse sine concilio imperatorem depo
nere.aliqñ suadente concilio,ut in c.fi.de baptis. Qñq;, Au-
ctoritate cōcilij prohibemus c.nimis.de iur. Aliquando De-
cernente nobiscum sancta sinodo.c.scelus.2.q.1.Qñq;sñ cō
stitutiones editæ nomine concilii tñ,ut cum dr. In c.de lay-
cis.12.q.2.Cōi consilio anathema prolatum est.aliqñ, Placuit
sancto concilio,vt in c.de his c.placuit.12.dist.c.quanquam.
6 23.dist.c.si.30.dist. Sæpius fēt editæ sunt constitutiones in sa-
cris concilijs nulla de concilio habita mentione, sed ipsius
papæ nomine,ut in c. nonnulli.de rescriptis.c.ne p defectu,
cum duobus seq.de elect.c.cum sit.de æta.& qualit.c.qñ q;
de proba.ut debitus,cum duobus seq.de app.c.nulla de con-
7 cef.præben.c.de multa.de præben.& alibi sæpe.Qñq;fēt re-
perimus editā cōstitutionē nomine papæ per approbationē
papæ constitutionis concilij,ut in c.in Lateranen.de præbē.
c.aduersus c.non minus de immu.ecc.aliqñ per relationem
constitutionis conciliaris nouum ius editur nomine papæ,
siue editum innouatur cum approbatione concilij,vt in c.in
canonibus.16.q.1.ubi Simmachus papa statuit iuxta Gangrē.
concilium anathema fore ei,qui præter episcopi dispensatio
nem decimas & oblationes dispensare voluerit, & sinodus
approbauit his uerbis, Vniuersa sinodus surgēs acclamauit,
ut ita fiat rogamus,dictum est octies,exaudi Christe,Symma
cho papæ uita sit,dictū est duodecies. Quod etsi varie obser-
uatum fuerit, ut diximus, tñ magis probari vr vt præsente
papa sub eius nomine edentur canones,& acta. cum adie-
ctione,Sacro approbante concilio,non aūt confirmante,ꝙ
confirmatio actus sit superioritatis,non aūt approbatio,&
fuit snia Hostien.in c.qualiter.el.2.de accus.Bal.in l.si. C.de
leg.Cardinalis in c.significasti.de elec.in 10.ꝗrio. & Fely.in c.
8 1.de treug.& pace.Si aūt† absens fuerit,nomine cōcilij,ꝙ eo
casu iudex est.Exemplum habemus concilij Chalcedonen.
Qñ.n.depositus fuit Dioscorus,dixit Paschasius Rom.pont.
Legatus,sancta hæc sinodus,quæ placeat canonicis regulis,
super memorato Dioscoro decernere , non moretur & tūc
Anatolius Constantinopolitan.episcopus,& singuli de con
cilio sententiam dedere his uerbis , eum alienum iudico sa-
9 cerdotalis,seu episcopalis ministerij.Difficultatem† his affer
re vr̄ ꝙ in plurib. sacrę scripturæ locis colligitur, decreta nō
Petro sed Apostolis attributa. Matthiæ.n.electio non Petro,
sed Apostolis tribuitur,Act.1.& act.6.cū dr̄, ꝙ apostoli cōuo
cantes multitudinem discipulorum dixerunt,Non est bonū
derelinquere nos uerbum Dei.& quod subijcitur,Constitua
mus sup hoc opus &c.Et inf. & imposuerunt eis manus &c.
Item Act.15.epistola non Petri, sed apostolorum & seniorū
nomine dictata fuit, sed hæc alias dissoluimus,& quo ad pro
positum attinet, dicimus, ꝙ satis tribuitur concilio si dicat,
sacro approbante concilio. At ēt dici potest quod & si apo-
stoli eam formam obseruauerint , nihil tamē prohibere,qn
ecclesia illam immutare potuerit , quemadmodum Petrus
Apostolus formam baptismi a Christo traditam mutauit in
istam, ego te baptizo in nomine Iesu Christi; quod fecit ut
nomen Iesu in cordibus fidelium amabilius redderetur, &
post receptum in cordibus fideliū nomen Iesu, ecclesia hac
10 forma dimissa, redijt ad institutam a domino. Deus† in lege
præcepit diei Sabbati obseruationem, adeo ut colligentem
ligna in Sabbato,mandauerit lapidari. Num.15. Quod Chri-
stus in Euangelio cum alijs præceptis approbauit.Matth.19.
postea tamen ecclesia Sabatum in diem dominicum cōmu
tauit. idem de obseruatione diei paschatis, de non ædendo
immolatum, de ducenda vxore fratris præmortui sine libe-
ris, & alia pleraque immutauit ecclesia.Ex his subsequitur
in constitutionibus in concilio editis præferendum nomen
papæ concilio.De quo refert Bartho. Brixien. in Repert. in
uer.papa fuisse disceptatum in concilio Basilien.& pro papa
alleg. Inscriptionem c.in quibus de conse. dist.2. Vbi dicitur
Leo episcopus & sancta synodus. & epistolas Athanasii ad
Marcum.Stephani archiepiscopi ad Damasum, & Aurelij
Carthaginen.Episcopi ad Innocentium, & c. ego Berenga-
rius de cōse.di.2.c.cū haberet.de eo qui cogno. consangui.c.
Theogualdū 11.q. 3.& si qñ Ro. pont.nomen suū postposue-
re,id factū ex humilitate ut ī c.dilectissimis 12.q.1. Quo mō
etiam interpretari dēt qđ dixit Greg.in c.si qs sup his.2.q.7.

Quomodo generalia Concilia immediate potestatem habeant à Christo.

CAP. XXII.

1 Nunc videamus an† generalia concilia imme diate ptātem habeant a Iesu Christo.ut decreuit Constantien.cōciliū & ꝗ dē,si adsit Ro. pon-

pontifex,cum vna, & eadem sit Rom.pontificis, & concilij
auctoritas nemini dubium est immediate a Deo esse, quē-
admodum & Rom.pontifex sine concilio, at concilij aucto
ritas sine Rom.pontifice etiam si illius auctoritate cōuenis-
set,nequaquam a Deo prouenit immediate,sed a Rom.pon
tifice , qui ei tribuit robur & auctoritatem , per ea quæ alias
deduximus,& etiam ratio est,quoniam contrarium assere-
re & ex consequenti, quod omnes illi obedire non teneant,
foret subtrahere obedientiam Rom. pontificis iure diuino
ei debitam a cunctis fidelibus,& cum alijs subijcere,quod re
pugnat sententiæ Gregorij quæ habet in c.siqui sunt.81.dist.
2 quod† peccatum paganitatis incurrit quisquis dum Christia
nū se asserit,sedi apostolicæ obedire contemnit.& extrauag.
vnam sanctam.qua decretum fuit de necessitate salutis om
nem hominem subesse debere Rom. pontifici. quin etiam
præsente Rom.pontifice cum eadem sit auctoritas ipsius, &
concilij,non tenebitur Rom. pontifex obedire concilio nisi
quo ad vim legis directiuam , cum par in parem non habet
imperium.ipso autem absente si immediate potestatem ha
beret a Deo,cui omnes parere tenerentur, duæ essent supre-
mæ potestates stante Martini V. in concilio Constantien.de
creto,quod papa sit caput ecclesię sanctę catholicę,& quod
3 habeat potestatem a Deo.Si tamen† ad rectum sensum inter
pretari volumus concilium habere immediate potestatem
a Deo, id admittere possumus iuxta distinctionē Beati Tho
mæ qui in primo sent.dist.12.dixit quod dupliciter aliquid
esse pōt ab aliquo immediate,vno modo ratione uirtutis,&
isto modo dicimus, quod omnis virtus, auctoritas, & pote-
stas,& iurisdictio, quæ est nedum in Rom.pont.sed etiam in
quocunq; alio Prælato,aut vniuersitate,sit a Deo immedia-
te, quia a nullo alio potest talis auctoritas conferri nisi p po-
testatem existētem in Christo,siue a Christo collatam,sicut
nulla alia causa a prima potest agere,nisi p uirtutem primæ.
Secundo modo potest intelligi ratione suppositi agentis seu
quippiam cōferentis,& hoc modo dicitur quis a Christo su-
scipere immediate potestatem aliquam.quando inter acci-
pientem potestatem & inter ipsum Christum cōferentem
non est aliquod medium suppositum recipiens a Christo, &
conferens istam potestatem alteri , & isto modo dicimus ꝙ
solus Petrus immediate a Christo accepit potestatem iuris-
4 dictionis,& inde alij per deriuationem ab eo. Nec his† repu-
gnat quod Apostoli habuerint immediate potestatē a Chri-
sto,& colligi possit,ergo & episcopi eorum successores,quo-
niam id non recte colligitur,sicut non sequitur,Deus in cō-
stitutione mundi imediate creauit cuncta animalia, ergo in
eorum propagatione immediate fient a Deo.Sic modo epi-
scopi, qui prius immediate constituti fuerant a Christo,nūc
a summo pontifice constituuntur,& a Christo per Romanū
pontificem de quo glos.magna.in ca.ex eo.de pœn.& remis.
cum dicitur , Hanc autem restrictionem indulgentiarū , de
qua in d.cap.cum ex eo.facere potuit papa,quia maiores Prę
lati omnes habent potestatem ab eo, & ipse a solo Deo.cap.
5 quanuis.21.distin.cap.1.22.distinct.secundo† Non repugnat
quod decretum Constantien.concilij, conciliū legitime cō-
gregatum habere immediate potestatem a Deo,confirma-
tum & innouatum a Basilien. approbatum etiam videtur
ab Eugenio in adhęsione concilio Basilien.cum professus est
illud fuisse legitime constitutum & legitime continuatum.
Quoniam uel interpretandum est, iuxta distinctionem quā
diximus,uel dicendum est, huic quod legitime sit congrega-
tum non repugnare, quin in his quæ ad idem non pertinēt,
errare possit,quemadmodum alias diximus Leonem primū
confirmasse pertinentia ad fidem acta in concilio Chalcedo
nen. improbasse tamen ambitum Anatolij quod Constanti
nopolitana ecclesia esset prima post Romanam in præiudi-
cium Alexandrinæ,quæ ex decreto Nicenæ sinodi erat secū
da.Dici etiam posset Basilien.concilium etiam post annulla
tionis,& translationis concilij reuocationem, non fuisse le-
gitimum concilium, ex eo quod non fuerunt obseruatæ cō-
ditiones, & promissiones Eugenio factæ ut dissolutionem
& translationem reuocaret,cum eius pręsidentes recepti nō
fuerint iuxta morem antiquorum conciliorum. De Constā-
tien. concilio dicimus quod tempore facti decreti non erat
integrum concilium,quodque a Martino pontifice non fuit
cōfirmatum,quin potius ex eo , quod sinodus Constantien.
secundum moiorē antiquorum conciliorū postulauit acta
sua ab ipso Martino cōfirmari colligitur, quod sinodus ill a,
ēt postquā integra facta est ex oībus nationib. & obedientijs
post electionē Ro. pont.nō putabat se habere immediate au
ctoritatē a Deo, cū habens auctoritatē a superiore, nō egeat
6 confirmatione inferioris, Tertio† Ex eo ꝙ habetur Deuter.
17.Si difficile & ambigum apud te iudicium esse prospexeris
inter sanguinem & sanguinem, causam & causam , lepram
& lepram, & iudicium intra porta tuas videris uariari. surge
ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, ueniesque ad
sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit eo tem-
pore, quæresque ab eis qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem
& facies quæcumque dixerint tibi, qui præsunt loco, quem
elegerit dominus Deus tuus, & docuerint te iuxta legem
eius, non declinabis ad dexteram, nec ad sinistram, iuncto eo
quod dixit gl. hoc quoque in ecclesia seruandum non colli-
gitur generale concilium in loco quem elegerit dominus
immediate a Deo supremam auctoritatem habere, eiusque
sententiam audiendam nec declinandum a dexreris vel sini
stris, nisi adsit & ipse supremus iudex, quod declarant subse-
quentia, cum dicitur, qui superbierit nolens obedire sacer-
dotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo. ex
decreto iudicis moriatur homo ille, quæ verba innuūt diffi-
nitiuum & supremum iudicium, qui sub mortis pœna obe-
7 diendum est summo sacerdoti conuenire. Quarto † Ex eo
quod habetur Matth.18. Quęcunq; ligaueritis in terra, erunt
ligata & in cœlo, vbi videtur Christum dedisse apostolis im
mediate potestatem iurisdictionis, & licet apostolis succes-
serint episcopi, quorum conuentu fit cōcilium, non colligi-
tur concilium immediate a Christo auctoritatem , & pote-
statem suscepisse, quoniam id dictum non fuit apostolis, ut
collegio, sed ut singulis , nec communiter data fuit potestas
aliqua, qua singuli non vterentur, nec tunc ecclesiam repræ
sentare poterant, cum nondum forent prælati alijs fidelibus,
quinimo nec sacerdotes, cum postea in cœna Domini facti
fuerint sacerdotes, quod si concederetur potesttatem aliquā
datam fuisse Apostolis, vt collegio, non tamen illis data fuit
sine Petro, imo in ordine ad Petrum. quo medio in alios erat
deriuanda, vt clare colligitur ex verborum serie. Christus.n.
primum Beato Petro ait, Tibi dabo claues regni cœlorum ,
& deinde Apostolis. Quæcumque liga ueritis, ad ostendendū
ut dixit S. Thom. in 4. sent. distin. 19. & in 4. contra Gentiles.
c.76. quod pęr Petrum ad alios deriuata erat potestas ad con
8 seruandam vnitatem ecclesiæ. Quinto Ex eo ꝙ hr̄ in octaua
synodo Act.4. in qua patres concilij in damnatione Photij
dixisse leguntur. Hæc autem nolētem intelligere Photium,
vt bene ageret, sed inobedientem, ac resistētem huic uniuer-
sali sinodo, repulimus, & anathematizauimus, atq; a tota ca-
tholica , & apostolica ecclesia fecimus alienum , per datam
nobis potestatem a Spiritusancto, a Primo, & magno pontif.
nostro, & Deo liberatore & Saluatore cunctorum, non sub-
sequitur sinodum habere immediate potestatem a Christo ,
sicut, non subsequitur non est potestas nisi a Deo, ergo qui-
cūque potestatem habet, illam habet immediate a Deo. Sex
9 to. Ex ex quod defuncto papa naturaliter siue ciuiliter mor-
tuo, seu legitima ex causa renunciante, a Barbaris capto, aut
a tyrannis in exilium acto sine restitutionis spe, ecclesia non
haberet immediate potestatem a Christo ante alterius pon-
tificis designationem, non videretur sapientissimum legisla
torem sufficienter prouidisse ecclesiæ suę. non colligitur, igi
tur ecclesia & concilium illam repræsentans ptātem imme
diate hēnt a Deo, quin potius videretur, ꝙ si in prædictis ca-
sibus semper conuocandum foret concilium, non recte pro-
uideretur ecclesiæ, cum non facile, nec tam repente conue-
nire possit concilium, & interim ex potestatis, & regentis de
fectu detrimentū pateretur ecclesia, cum autem satis proui-
sum sit, sacrū card. collegiū auctoritatem hr̄e prouidēdi his,
quæ celeri egent prouisione, vt no. in c. vbi periculum. §. idē
quoq;. de ele. li.6. nequaꝗ opus erit cōcilio, nec necessarium
asserere illud auctoritatem habere immediate a Domino.

Quam iurisdictionem habeat Concilium, an ordinariam vel delegatam.

CAP. XXIII.

Postquam disseruimus a quo immediate suscipiat iurisdictionē sacrum conciliū, indagan-
1 dū† est quam hēat idrisdictionē, ordinariā, s. vel delegatā, de
quo, vt ad veritatem perueniamus distinguēdu vr̄, aut.n. no-
bis est sermo de cōcilio cui p seipsum p̄sidet Ro. pont. aut de
cōci. cui pręsunt legati apostolici, uel a cōcilio delecti his ca
sib. qb. cōtingeret cōuenire conciliū sine Ro. Pont. auctorita
2 te. De priore† nemo unquam dubitauit, quin hēat ordinariā
ptātem & eandem quam papa, cui oēs quicunq; sint, & cuius
cunq; dignitatis ēt imperialis, uel papalis obedire & parere
teneantur, & si non quoad uim coactiuam , quam nemo in
se ipsum exercere potest, saltem quo ad directiuā. Cū.n. solus
Rom. pont. supremam & plenam in omnes habeat potesta-
tem, ut alias declarauimus, eamque potestatem concilio cō
municet, subsequitur, si ipsi parere debent, debere & cōcilio,
quoniam & si non maior adsit iurisdictio. Quia tamē maiori

& maturiori conſilio exercetur, multo magis ei parendum
3 eſt in concilio. De concilio veto, † cui præſident apoſtolici le
gati, ſi quidem Ro. pont. ei omnimodam & plenam tribuit
ptātem, cum iuriſdictionē hēat a principe & ad vniuerſitatē
cauſarum, ordinaria erit eius iuriſdictio, nō delegata, etiam
4 ſi territoriū non hēat, cū de iuriſdictionis † ordinariæ ſubſtan
tia non ſit hr̄e territorium ſm̄ Bar. & alios do. in l. 1. ff. de iuris
om. iud. licet ſemper ordinaria ſit qn̄ cum territorio datur, l.
1. §. cū vrbem, ff. de off. præfect. prętor. l. fi. C. vbi, & apud quē.
Et de ordinaria iuriſdictione ſine territorio plura exempla
poſuit Bar. in d. l. 1. & gl. in c. cum contingat de fo. comp. dici
ēt pōt & tale concilium hr̄e territorium, vniuerſum, ſ. Chri
ſtianū orbem, cum omnes ei parere teneantur, quemadmo
5 dū & ei, cui præeſt Ro. pont. Hēt ēt † iuriſdictionem ordinariā
his caſib. quib. ſine Ro. pont. auctoritate contingeret conci-
lium fieri, cū tunc iuriſdictionem hēat a lege, & conſuetudi
ne, quarum vtraq; dare pōt ordinarinatiam iuriſdictionem,
& eo caſu poterit, & expediet concilium pronunciare ſe iu-
dicem competentem, & conſtituere generale concilium,
& ſe iuriſdictionem habere, ſecundum Pet. de monte in li-
bello de poteſtate papæ, columna 16. uerſiculo ſexto quæ-
ro quot perſonæ, & Felyn. in capitluo ſuper literis. co-
lumna 9. de reſcript. & Domin. in tracta. ſciſm. quæſtione
8. quod obſeruatum fuit a Conſtantien. concilio ſeſſ. 3. poſt
receſſum Ioann. 23. & eo etiā caſu cōcilium erit iudex in co
gnoſcendo, an crimen papæ obiectum, tale ſit, ꝙ eius iuriſdi
ctio, & cognitio ad concilium pertineat, Fely. in d. c. ſuper li-
6 teris, qm̄ † iudex cauſæ præparantis idem eſſe dēt, qui & cau-
ſæ præparatę. l. ordinarij, in ver. ab eodē iudice. C. de rei uen.
l. minor. ff. de minor. Quod & in ſimili dn̄t no. in c. 1. §. noto-
ria. de ꝯſt. li. 6. ſurer quo plura ſimilia ponit Car. in 6. q. in cle.
præſenti. de cenſi. & quod ponit Ro. conſi. 332. quod incipit.
7 Quod ad primū. Et ideo, ſicut † cōcilium hēt iuriſdictionem
in papam, cum eſt hæreticus, ita hēt iuriſdictionem cogno-
ſcendi, an ſit hæreticus, vel non, qm̄ vbi certa qualitas iuriſdi
ctionem tribuit non habenti, ſi de illa qualitate ſit dubiū, il-
lius eiuſdē erit cognitio, ſi adſit vel non c. ſi clericus laycū. de
fo. comp. & in c. ſi iudex laycus. de ſent. excom. li. 6. Bart. in l.
8 præſcriptione. C. ſi ꝯ ius vel vti. pub. ſicut † qn̄ eſt data iudici
ptās procedendi ſuper notorio, ipſe idē cognoſcit, ſi eſt noto
rium, ſi de eo ſit dubium c. Romana. §. notoria. de cenſi. lib. 6.
& cōſeruator, an exceſſus ſit notorius. gl. in c. 1. de off. deleg.
li. 6. ꝑꝑea nil mirum, qn̄ dubitatur, an papa ſit hæreticus, ſi ea
cognitio ad concilium ſpectabit non tamquam habens iu-
riſdictionem ſupra papam, ſed tamquam præparans fundm̄
9 iuriſdictionis, quam ſibi prætendit, competere. Do. tn̄ † conſi.
65. cuius initium eſt. Diſcutiam. col. 4. inquit ꝙ licet cōciliū
dicatur hr̄e ordinariam iuriſdictionem, de quo etiam c. gra-
ue. de p̄ben. tn̄ eſt ex accidenti, qn̄, ſ. congregatur cōcilium,
ſicut dicimus in legato, qui hēt ordinariam iuriſdictionem
extraordinario modo inductam. cap. 1. de off. leg. quam or-
dinariam iuriſdictionem dixit Imo. in d. cap. graue. in 3. col.
10 hr̄e a papa & a lege. Quamuis aūt † cōcilium ſiue præſente ſi-
ue abſente papa iuriſdictionem hēat ordinariā. patres tn̄ cō-
cilij præſente papa non iudicum, ſed conſultorum, & aſſeſſo
rum locum obtinent, quia papa is eſt, qui robur tribuit geſtis
in concilio c. ſignificaſti. de ele. no. Hoſt. in c. qualiter el. 2. de
accuſ. & probare vr̄ tex. in c. ad apoſtolicę. §. his. ita. de re iud.
dum dr̄, cum fratrib. noſtris & totius ꝯcilij deliberatione. &
dum dr̄, eratq; parata eccleſia de conſi. cōcil. & c. Inn. & Imo.
in c. graue. de p̄ben. & Gemi. in trac. cōci. q. 10. Dici ēt pōt pa
tres cum Ro. pont. conſtituere vnū corpus myſticum, quod
dr̄ cōcilium cui tamquam vniuerſitati competit oīs iuriſdi-
ctio & ptās, quę tn̄ principaliter competit capiti, per ipſum
autem communicatur eius membris, ſicut alias diximus de
auctoritate data Petro, alijs aūt per Petrum, vt ab ipſo quaſi
capite dona ſua velut in corpus omne diffunderet, c. ita dn̄s.
11 19. diſ. Quod ſi non † vniuerſitas cauſarum, ſed particulares
aliquæ cauſæ commiſſæ fuerint, ēt ſi plures inſimul comiſ-
ſæ fuerint, iuriſdictionem habebit delegatam non ordinariā
quoniam quando iuriſdictio etiam data a principe, data eſt
cum determinatione ſeu præfinitione cauſarum, aut perſo-
narum delegata eſt iuriſdictio. ut not. doctor. in l. fin. ff. de iu-
di. & in l. final. C. ubi. & apud quem. Si tamen non particula-
res cauſæ, ſed genera quædam cauſarum puta fidei, pacis,
& reformationis eccleſiæ commiſſa fuerint, cum dici poſſit
commiſſam vniuerſitatem cauſarum, licet coarctatā a prin
cipe, credimus iuriſdictionem concilii cenſendam ordina-
riam, non delegatam, quemadmodum pedanei, & minores
iudices iuriſdictionem habent ordinariam, & ſi coarctatam,
puta citra ſanguinis ſententiam, & in pecuniarijs vſq; ad prę
finitam ſummam. Poſſet tamen, & forte expediret quod Ro-
manus pontifex coarctaret & certis terminis præfiniret con
cilii auctoritatem, & præcipue ne de cauſis particularium
perſonarum ſeſe intromittetet, exemplo Eug. 4. qui id prohi
buit in extrauagant. quæ incipit. Ad perpetuam rei memo-
12 riam, paſtoralis cura eſt & cæt. ex † eo quod indignum
& abſurdum videretur, quod talis, & tanta uniuerſitas
in his, quæ pauci momenti ſunt ſe occuparet, cum incom-
modo, ex diuturna mora tot, & tantorum prælatorum,
& principum.

Concilium habere auctoritatem cognoſcendi de cauſis particularium tam ciuilibus, quam criminalibus.

CAP. XXIIII.

1 Si quis autem interrogaret an conciliū † auctoritatē
habeat cognoſcendi de cauſis particularium perſonarum-
an vero tantummodo de caurs in vniuerſum tangentibus
commodum uniuerſorum. Reſpondemus poſſe, ſi eius au-
ctoritas non coarctetur a Romano pontifice. de quo plura
2 extāt excmepla. Nam † in capitulo inter cętera, quod fuit de-
cretum octaui Toletan. concilii, habetur Inter cætera
denique quæ communiter nos conferre competenter opor
tuit querimonias etiam parrochilium presbiterorum Gal-
liæ prouinciæ ſolertiſſime decernere debuit in capitulo cle-
ricus. undecima quæſtione tertia vbi dicitur clericus, qui epi
ſcopi diſtrictionem circa ſe putat iniuſtam, recurrat ad ſyno
dum in cap. de fidelia. 27. q. 1. cum dicitur, quod pater qui fi-
liam monacham, & nubere volentem in affectum recepe-
rit, cauſam pręſtare debet in concilio in capit. perlatum. 29
quęſt. 2. ubi iudicauit concilium Triburien. de ingenuo, qui
ſe in ſeruitutem dedcrat inuita uxore, quod uxor libera per-
maneret. in capitulo prima. 16. q. 3. ubi prima act. concilii Hi
ſpalen. audita fuit cauſa epiſcopi Malecitan. in capit. 1. 96. di
ſtinctio. ubi ſynodus per audientiam damnat inobedientes
clericos. In cap. 1. de lib. oblat. ubi concilium audiuit cauſam
3 duorum fratrum cum libelli oblatione. In † capit. uocatio 5.
quęſt. 2. ubi uocatio eius qui impetitur per ſinodum, per con
gruum tempus fieri debet. in capitulo 1. de ſponſat. ubi ille
qui cauſatus eſt diuortium ex eo, quod non eiſdem legibus
ueterentur Saxones & Francigenæ, compellitur ad ad primā
4 redire vxorem. In ca. † 1. de purga. cano. vbi nobilis uel inge-
nuus ſi in ſinodo accuſatus crimē negauerit, ſi fidelem eum
5 eſſe ſciuerit, cum 12. ingenuis ſe cxpurgare debet. In † c. 2. de
cleri. non reſi. ubi concilium cardinalem depoſuit. Item cō-
cilium Chalcedonē. ut legitur act. 10. audita querela Baſſiani
epiſcopi Epheſi, quod paſſus forer uiolentam eiectionem ab
Epiſcopatu & omnibus bonis cauſa diſcuſſa, iudicauit utrū-
que indignum epiſcopatu. & act. 13. habetur contentio in-
ter Athanaſium epiſcopum Parenorum, & clericos, qui eū
priuata auctoritate expulerant epiſcopatu, quodque vocato
Athanaſio, & non comparente, ut contumax condemnatus
eſt. Saluiano ſurrogato, ea tamen conditione, ſi infra octo
menſes coram Antiocheno epiſcopo, & eius concilio ſe nō
6 purgaſſet. Plura exempla † cōſulto præterimus breuitatis cā,
quod ſi obijciatur non debere concilium indifferenter ſe in
tromittere de ſingulis cauſis, ſed de his duntaxat, quarū cau
ſa fuit congregatum, ex eo quod Leo papa ſcripſit Anatolio
epiſcopo Conſtantinopolitan. his verbis. Quibus auditis &
nūquam antea tentatir, ita præueneris exceſſibus, ut ſanctā
ſinodum ad extinguendum ſolum hæreſim, & ad confirma
tionem fidei catholicæ ſtudio Chriſtianiſſimi principis con
gregatam in occaſionem ambitus tui trahas. & inf. Nimis
ergo hæc improba, nimis praua ſunt, quæ ſacratiſſ. canoni-
bus inueniuntur eſſe contraria, in totius eccleſiæ perturba-
tionem ſuperba hæc tendit elatio, quæ ita abuti uoluit con
cilio ſynodali, vt fratres in fidei tantummodo conuocatos
diffinitione, eius cauſa, quæ erat curanda, perfunctos ad con
ſentiendum ſibi aut deparauando traduceret, aut terrendo
7 compelleret. Item † ex eo, quod Nicolaus papa in ſecunda
Epiſtola, quam ſcribit Michaeli Imp. lecta in 4. actione octa
uæ ſinodi, inquit. Quod ſtrenuum uirum Ignatium patriar-
cham ueſtro ſpeciali depoſuiſtis, damnaſtis, & expuliſtis ar-
bitrio, & Photiū de laicali agmine uobis improuide in eius
loco ſurrogaſtis epiſcopum, æquanimiter ferre non poſſu-
mus, maxime cum horum duorum negocium inueſtigar-
re, & nobis renunciare, non diffinire mandauerimus. Re-
ſpondetur his duobus caſibus non debuiſſe Concilium au-
ctoritatem ſibi deſumere, quia reſeruata sūt Apoſtolicæ ſe-
di, & pſopterea attentari non debuerant ſine ſpeciali māda-
to, at nō reſeauata expedite, & de his cognitionem & aucto-
ritatem habere poſſunt.

An

An cauſæ laycorum in Concilio cognoſci poſſunt?

CAP. XXV.

1 Maior difficultas eſt, an † laycorum cauſæ in
concilio cognoſci, & iudi-
cari poſſint, in quo dicendum eſt quod aliquando conciliū
eſt generale, in quo conueniunt ſolum epiſcopi, & papæ au-
ctoritas interuenit, & conuocantur in eo clerici, uel etiam
layci, qui interdū uocandi ſunt in cauſa fidei, & tunc in hoc
concilio non poterunt terminari niſi cauſę, quæ ſpectant ad
forum eccleſiaſticum, ut cauſæ epiſcoporum, uel aliorū cle-
ricorum, & eccleſiarum, & etiam cauſæ ſecularium in caſi-
bus notatis in c. licet ex ſuſcepto. de fo. comp. & in c. nouit.
de iudi. uidelicet quādo ſecularis iudex negligens foret, uel
conſuetudo ſic diſponeret, uel deeſſet iudex ſecularis, qui iu
2 ſtitiam adminiſtraret. & ſimilia. Cauſæ † autem aliæ meræ ſe
culares, & inter laycos, iuriſdictioni eccleſiæ nō ſuppoſitos,
in tali concilio terminari non poterunt c. nouit. de iud. c. li-
cet ex ſuſcepto. & c. ſeq. & c. ſi clericus laycum. de fo. comp.
cap. cauſam. & c. lator qui. fil. ſint leg. niſi ui prorogatæ iuriſ-
dictionis layci & ſeculares ſe ſubmitterent iudicio concilij,
quia tunc inter tales concilium ius diceret ui prorogatæ iu-
riſdictionis. argu. c. exhibita & c. ſignificaſti. de fo. comp. & l.
epiſcopalem C. de Epiſc. aud. quod intelligendum in caſibus
vbi ſine licentia ſuperioris poteſt fieri prorogatio, qui caſus
not. in d. c. ſignificaſti, & niſi eſſent perſonę quæ nō recogno
ſcerent ſuperiorē, quæ poſſent prorogando iuriſdictionem
ſeipſos ſubijcere iuriſdictioni concilii, c. per venerabilē. ver.
3 inſuper. qui fil. ſint leg. nec obſtant tex. qui dicunt, quod † cō
cilia prouincialia iudicant de cauſis laycorum & ciuitatū,
quia loquuntur in caſibus quādo layci ſunt de foro eccleſiæ,
uel ratione peccati denegatæ iuſtitiæ, & ſimilium, Quando-
4 que † autem ſit generale concilium nō ſolum de eccleſiaſti-
cis perſonis ſed ēt de ſecularib. quia in eo interueniunt non
ſolum epī, ſed ēt Imperator, reges, Principes, & Barones ſecu
lares, qđ fieri pōt, ut eſt tex. in c. ad Apoſtolicæ de re iud. lib.
6. eo caſu reſpectu ſecularium cauſarum concilio cenſetur
imperator interponere ſuam auctoritatem, & eam commu
nicare concilio, & tunc eius conſenſu & auctoritate in con-
cilio poterūt cognoſci & terminari, & concilium in omnes
tam ſeculares quam eccleſiaſticos habebit iuriſdictionem.
Hęc Moder. Aret. in tract. de concilio dum examinat, quæ
cauſę expediri poſſunt in concilio, & forte confirmatio eo-
rum quæ pertinent ad laycos, ſpectabit ad imperatorem.

An & quando concilii iudicium recuſari poſsit?

CAP. XXVI.

Poſtquam vidimus cōcilium habere iuriſdictionē
ordinariam, & auctoritatē audiendi cau
ſas & querelas ēt particularium perſonarum, uidendum eſt,
1 an † eius iudicium recuſari poſſit. Et de concilio in quo præ-
ſens ſit Ro. pont. pro comperto eſt, recuſari nō poſſe. Si enim
recuſari poſſet, pateret uia illud perturbādi, & impediendi,
cum ad ſuperiorem recurri non poſſit, facile eius auctoritas
eludi, & declinari poſſet, arg. c. nonnulli. & c. cum tenore. de
reſcriptis. l. properandum. de iud. qđ a concilio appellari nō
licet. Alias ſi de concilio abſente papa loqueretur pugnaret
cum eo, quod habetur in c. qđ ſuſpecti 3. q. 5. cum meminit
de Anaſtaſio Parenorum epiſcopo, qui ad ſynodum cui nō
præerat Ro. pont. vocatus, accedere recuſauit, ex eo ꝙ ſibi eſ
ſet inimicus, qui ſinodo præſidebat, quam excuſationem &
2 recuſationē admiſit Chalcedonen. ſinodus. Iuſta †. n. recuſa-
tio nulli deneganda eſt d. c. qđ ſuſpecti. & l. fi. C. de ſent. & in
ter omn. Iudi. papa aūt nulli ſuſpectus eſſe pōt. ut not. ī c. cū
ueniſſent. de iud. & in c. poſtremo. de appell. Qua ratione ſy-
3 nodus, † cui pręſidet papa recuſari non pōt, eadē rōne nec ſi-
nodus legitime cōgregata his caſib. quib. ꝯ papam ſine eius
auctoritate licet ſynodū conuenire, quia. ſ. nec ſuperiorē ha
bet & facile eludi & fruſtrari poſſet eius auctoritas & iuriſdi
4 ctio. Nec hi, † quorum doctrina prius reprobata fuiſſet a Ro.
pont. recuſare poterunt ſinodum ab eo indictam, ſiue illi ꝑ
ſeipſum p̄ſideat, ſiue ꝑ ſuos Legatos. qm̄ nec Macedonius,
Sabellius, & Eunomius recuſarunt ſecundam vlem ſinodū,
q̄ primo Conſtantinopolitana fuit, nec recuſare potuiſſent,
ex eo ꝙ ante ſinodū a Damaſo anathematizati fuiſſent, nec
Neſtorius Epheſinam primam, qui a Cœleſtino fuerat prius
damnatus, minus idē Neſtorius & Eutyches Chalcedonen.
q̄ a Leone ante ſinodū fuerant damnati. Itē nec Petrus, aut
Seuerus, non alter Petrus Apamearū Epūs, nō Zoaras Syrus
monachus, nō Antemius Quintā recuſarūt vlem ſynodū, ꝙ
Apoſtolicæ Sedis iudicio ante dānati fuiſſent a Felice, Hor-
miſda, & Agapeto, nec ſextā ſinodum Cyrus Alexandrin.
Sergius, Pirrus, Paulus Petrus, & Georgius Conſtantinopoli-
tanus, & Macharius Antiochenus epī recuſarūt, ꝙ eos prius
Honorius, Theodorus, & Martinus Rom. pont. damnaſſent.
Iconomaſtæ quoque a Greg. iij. & Stephano ij. damnati, ſepti
mam non recuſarunt ſinodum, Nec Photius octauam, quan
5 uis a Nicolao primo prius damnatus fuiſſet. Nec ēt † recuſan
da ſinodus ex eo ꝙ Maximus Hieroſolymitan. Antiſtes An-
tiochenam recuſauit, & Athanaſius ab ea, quæ in Tyro con-
uenerat, aufugit, & ad eam, quæ Seleuciæ conuenerat, acce-
dere noluerit, qm̄ conſtat ſinodus illas illegitimas fuiſſe abſ
que Apoſtolicæ ſedis auctoritate aduerſus Sanctiſſimæ Nice
næ ſinodi profeſſores cōgregatas, & ab hæreticis celebratas,
idē dicimus de Syrmien. ſinodo & Mediolanen. Cum. n. Pho
tinus tumultum excitaſſet in Pannonia, renouans Ebionis
blaſphemiam, negantis in Chriſto duas eſſe naturas, impera
tor eam cōuocauit ſinodum, ad quam cum veniſſet magna
frequentia Arrianorum, & eſſet ſuſpecta catholicis Epiſco-
pis Occidentis, plurimi noluerunt Syrmium venire, impera
tor indixerat vt Mediolani conuenirent Epiſcopi ex Orien-
te & Occidente, ubi cum Paulinus epſ Treuiren. & pauci q̄-
dam alij animaduerterent Mediolan. Epiſcopum fauere Ar
rianis, ſtatim initio diſceſſerunt, & fuerunt cæteris auctores
diſcedendi, quod eam ſinodum ſuſpectam haberent.

Concilium adiri poſſe per viam querelæ.

CAP. XXVII.

1 An autem † concilium generale adiri poſſit
ꝑ viā querelæ omiſ-
ſo. ſ. medio non vr̄ dubium. Qm̄ ſi prouinciale conciliū adi-
ri pōt per viam querelæ c. ꝑꝑ eccleſiaſticas. & ibi not. Gemi.
17. diſt. c. graue cum not. per doc. de præben. multo magis po
terit Generale, quod maiorem hēt iuriſdictionem & aucto-
ritatem. Quod hac probetur ratione, qm̄ concilio generali
aut præeſt papa, & tunc conſtat rōne ſuæ ſupremę poteſtatis
adiri poſſe per viam querelæ, & quocunque omiſſo medio,
c. grauis de reſti. ſpol. c. ex literis. de reſt. in integ. c. ꝯqueſtus.
9. q. 3. c. conqueſtus. de fo. comp. c. conqueſtus. de fer. cum in-
numeris concor. Si aūt præſit Legatus, idem eſt iudiciū. Qm̄
Legatus adiri pōt per uiam querelæ. c. 1. de off. leg. & hoc qn̄
conciliū hēt iuriſdictionē ordinariā, ſecus aūt, ſi delegatam.
2 Quia † delegatus nō habet in uniuerſum cognitionem cau-
ſarū, ut delegatus eſt, ſed tm̄ illius cauſæ ſibi delegatæ, ꝑꝑea
in alijs adiri non poſſet. Et idem forte dici poſſet de concilio
ſine papæ auctoritate coacto, in caſib. in quib. pōt cōuenire,
ꝙ non habeat cognitionē niſi cauſę, ꝑꝑ quam eſt congrega-
tum, & ꝙ non niſi in ea cauſa repræſentet vlem eccleſiam,
nec de alijs ſe intromittere poſſit, niſi urgente neceſsitate, q̄
dilationem non patiatur, de quo alias erit diſſerendum.

De auctoritate Concilii ſuper his, quæ reſeruata ſunt Papæ.

CAP. XXVIII.

1 Conſequenter uideamus † quā iuriſditionē ha
beat concilium in his, quæ pa-
pæ ſunt reſeruata, et quidē apertiſſimi iuris eſt papa præſidē-
te oīa poſſe concilium, q̄ & ipſe papa, ſi voluerit de conſilio
Patrum ſua uti auctoritate & iuriſdictione, ēt maturiori deli
2 beratione & conſilio. Qđ † ſi præſunt legati nequaquam con
cilium ſe intromittere poterit de reſeruatis papę, niſi quate
nus foret ei demandatum, & conceſſum, cū inferior attenta
re nō poſsit ea, q̄ reſeruata ſunt ſuperiori. conciliū aūt ſubeſ
ſe iuriſdictioni papæ iam ſatis alibi oſtendimus. Qđ vr̄ ſenſiſ
ſe S. Tho. in trac. ꝯ impug. relig. quē refert & ſequir̄ cardina-
lis Turræcre. in trac. de ptāte papę. q. 56. cū dixit, exiſtentes in
concilio nō poſſe aliqđ ſtatuere ſine auctoritate papæ, ergo
multo minus reſeruata, qđ ēt expreſſe aſſeruit gloſ. in c. 3. de
cleri. excō. Propterea Beat. Greg. Epiſtola 86. Ad Euſebium
Theſſalonicen. & alios ad ſinodū Cōſtantinopolitanam ac-
cedentes, Dicit admonemus uos, ut in ſinodo collecta oīno
ſitis cauti et circunſpecti, vigilantes atq; ſoliciti, ne quicquā
illic aduerſus canones cēſeat, ſed cā de qua agitur ſic formā
3 accipiat, ut ſtatuta nulla ratione ꝯuellat. Nec his † repugnat,
ꝙ Nicena ſinodus Euſtachium Epiſcopū de Nicea Berœ
in Antiochiam tranſtulit, et qđ habetur in cap. epſ de loco.
1. q. 7. Epiſcopum de licentia capituli, in præſentia ſinodi,
de loco ad locum transferri poſſe, quod inter papæ reſerua-
ta annumeratur c. quod tranſlationem. de off. leg. c. quanto
de tranſla. pręla. qm̄ cenſendum eſt id factum conſentiente
Papa, & eius auctoritate, vel eo, concilio præſidente, queād-
modū & alia plura, veluti epōrum depoſitio aut reſtitutio, q̄

legitur facta a cõcilio. c. Io. 50. di. c. mutationes c. sup alterius 7. q. 1. & ẽt Card. c. ex gestis. de cleri. nõ residentib. vbi Anastasius presbiter Card. S. Marcelli in sinodo depositus fuit, ex eo ꝙ parochiam suam per quinqueuniũ deseruerat. Quod aũt† censeri dẽat papæ auctoritate, non propria, cõstat ex eo, qm̃ si concilium propria auctoritate exercere posset reserua ta papæ, duo essent principia, seu duo capita in ecclesia, qđ monstruosum foret, & pugnaret cũ his quæ hñr in c. oĩb. 24. q. 1. & in c. qm̃ de off. ord. Consimili† modo interpretandum est quod hr̃ in c. super quibusdam. de ver. sig. quod vr̃ innuere concilium concedere pedagia, guidagia, & similia, quę papæ, & imperatori sunt reseruata, cum ius vectigalium sit de maximo imperio, l. vectigalia. l. non solent. & l. fi. cum his quæ ibi no. gl. & do. C. de vectiga. Nec ẽt† his repugnat, quod omnis & suprema ptās data sit ecclesiæ, quam concilium repræsentat, qm̃ uel intelligendum est datam omnem ptātem & iurisdictionem ecclesiæ cum integra est suo capiti vnita, vel ꝙ sine ea habitu hẽat, non actu, sicut in simili dr̃ in c. causam. qui fil. sint leg. & in c. nouit. de iudi. ꝙ licet† papa iurisdictionem hẽat tꝑalem in terris imperii in habitu, quam non exercet, qm̃ executio vel per ecclesiã translata est in imper. & alios Reges, vel populorum cõsensu legitime præscripta, quam tñ papa in habitu hẽt, ex magna cã poterit ad actũ deducere ex Dei auctoritate, ut in c. pro humani. de homi. li. 6. cum decernitur ꝙ quicunq; princeps, prælatus, vel alia quęuis ecclesiastica, aut secularis persona quempiã interfici mãdauerit, excõicationis, & depositionis a dignitate, honore &c. sit ipso iure excõicatus, & dignitate priuatus, & ẽt poterit hanc iurisdictionem ad actum deducere vacãte imperio. c. licet ex suscepto. de fo. comp. sic† & ecclesiæ sine papa data est iurisdttio in habitu, exercitiũ uero, & executio ad papam pertinet, quam tamẽ vel mortuo papa uel in hæresim lapso, aut cum dubium foret inter plures, quis foret verus papa, urgente necessitate, quæ dilationem non pateretur, ad actum deducere poterit, pro vt plenius erit differendum, cum de auctoritate concilij sede vacante erit sermo habendus.

Quomodo Concilium dare possit indulgentias.

CAP. XXIX.

Eadem ratione † nec poterit concilium, nisi adsit Ro. Pont. cõceere plenarias indulgentias, qm̃ illas solus Ro. Pon. dare põt sm̃ gl. in cle. vnica. de pęn. & remis. in uersi. a pęna & culpa. Nec repugnat quod nonnulli dñt gl. excludere prælatos inferiores, per c. ex eo. in fi. de pę. & remis. non autem conciliũ uľe; & concilium posse tales remissiones facere, per ea quę no. Inno. in c. qđ aũt. eo. tit. qm̃, id est intelligendũ de concilio cũ præside, & capite suo Rom. Pont. de quo† uere dici põt ꝙ est domus Dei, per quam designatur ecclesia, quæ claues accepit, quæ recepit ligandi & soluendi potestatem & uľem ecclesiam repræsentat. Similiter† cum satisfactio pro peccatis fiat ecclesiæ, secundum gl. in c. quod aũt, de pęn. & remi. fatemur peccatorum indulgentiam, & pęnæ remissionem ad ecclesiam pertinere, sed cum suo capite, per quem fit executio, propterea ex d. glo. perperam colligitur concilium secluso papa posse dare indulgentias, & † ꝙ eas dare non possit sine papa, probatur ex eo, quod ad solum sponsum pertinere uidetur dispensatio dotis sponsę, l. doce Ancillam. C. de rei uendi. & ad patrem familias, thesauri domus, l. fi. C. de bo. q̃ liber. Ad Romanum igitur pontificem qui sponsus est ecclesiæ, & uocatus est in plenitudinẽ ptãtis ꝑtinet dare plenarias indulgẽtias ex thesauris ecclesiæ. Ad multitudinẽ uero, seu cõgregationẽ synodalẽ orationũ suffragia impartiri, qđ colligĩt ex forma indulgẽtiarũ, quas dedit Later. cõci. ꝓ expeditione terræ sanctæ, q̃ ponĩt ab Inn. & Io. An. in c. ad liberãdã. de iudæis. his uerbis. Nos ergo de omnipotẽtis Dei misericordia, & Beat. Apost. Petri & Pauli auctoritate cofisi, & ex illa quã nobis, licet indignis cõtulit Deus, ligãdi atq; soluẽdi ptãte, oẽs qui laborẽ istũ in ꝓprijs ꝑsonis subierint, & expensis suorũ peccaminũ, de qb. ueraciter fuerint corde contriti, & ore cõfessi, ueniã, indulgẽtiã &c. & inf. Sãcta uľis sinodus orõnũ, & beneficiorũ suorum suffragia impartitur, ut eis dignę proficiant ad salutem. Vacante† autem Apostolica sede potestas dandi indulgentias, & si maneat penes ecclesiam, quæ mori nõ põt, c. si gratiose. de rescri. li. 6. nec unquã nulla esse potest, c. pudẽda, 24. q. 1. qa tñ solo habitu, sine exercitio, siue executione manet, non sequitur concilium indulgentias dare posse, card. in clem. ne Rom. §. Irritum. uer quarto quæro. de ele. Quod si obiiciatur† conciliũ gñale posse proferre generales excõicationes, condendo canones latæ sñiæ, ut in c. epõ. & c. seq. 8. q. 1. & 11. q. 3. c. placuit, & alibi plures, a fortiori vr̃ ꝙ concedere possit indulgẽtias gñales, cum ecclesia sit pronior ad absoluendum, q̃ ad excõicandum, c. ex literis. de prob. Rñdemus† posse concilium excõicare, & absoluere auctoritate a capite suo deriuata, vel recepta, quomodo rñderemus, si diceretur, concilium moderatur ptãtem epõrũ, & & aliorũ in dandis indulgentijs, vt in c. ex eo. de pęn. & remi. ergo multo magis hẽt ptãtem dandi indulgẽtias, qm̃ habet ptãtem moderandi ex ptãte capitis sui, non propria, si ab eo separetur. Nec† absurdum foret fateri cõcilium hr̃e ptãtem excõcandi, quemadmodum & concilia pronincialia & synodalia, & habere potestatem dandi indulgentias non tamen plenarias, cum vocati sint in partem solicitudinis nõ in plenitudinem potestatis, quæ solius est Rom. Pon. Et fuit sententia Io. An. in c. ad liberandam. de iudę. in 6. licet. contrarium senserit Abb. in c. 2. de pęn. & re. Io. Gerson, & Fely. in sermone de indulgentia plenaria.

De potestate Concilii in dispensationibus.

CAP. XXX.

De potestate † etiam dispensandi idem est iudicium, quod si papa præsens præsideat supremam habebit ptãtem, si ea cũ cõcilio vti uoluerit: eo absente, & præsidentibus eius legatis, nõ poterit concilium his casibus dispensare qui papæ sunt reseruati, nisi specialiter sibi concedatur, ne inferior attingat ea, quæ ad superiorem spectant. poterit† autem in aliis casibus, quibus inferiores & prouincialia cõcilia dispensare possunt & sunt quęcumque non reperiuntur expresse prohibita, qualis est dispensatio cum presbiteris fornicarijs mitigando pœnas canonum apostolorum, ut in c. presbiter. 82. di. & de qua in c. presbyteros. l. di. vbi concilium† dispensat cum presbiteris, qui immolauerunt idolis, vt dispensatiue possint retinere beneficia. Item† dat potestatem mitigandi in foro pœnitẽtiæ pœnas iuris, ut in capit. de his. 50. distinctio. capit. hoc sit 27, quæst. 7. capit. virginem. c. si qua virgo. 27. q. 1. Ex quib. locis & aliis pluribus colligi potest, quod si concilium dat aliis auctoritatem dispensandi multo magis ipsum concilium dispensare poterit.

De collatione beneficiorum.

CAP. XXXI.

De collatione † beneficiorum si quidem fuerint maiora beneficia, qualia sunt præesse cathedrali ecclesiæ, aut monasterijs, quorũ collationes, aut electionum confirmationes ad solũ Ro. pont. spectant, nõ poterit rõnib. ꝓdictis cõciliũ attẽtare, sicut nec alia papæ reseruata, nisi adsit, & simul cũ concilio velit prouidere, sicut† enim capitulum sine epõ ẽt sede vacante non confert vacãtia beneficia. c. vnico. ne sede vac. in 6. & no. in c. cũ olim. de ma. & ob. Sic nec cõciliũ, sine papa prouidebit de bñficiis spectãtib. ad collationẽ papæ qn ẽt nec de inferiorib. beneficiis, de quib. data fuit auctoritas cõferẽdi epĩs, c. oẽs basilicæ. 16. q. 7. c. regenda. 10. q. 1. de quib. nusquã legitur se intromisisse cõcilia. Nec his obstat† quod non Petrus, sed congregatio. fidelium Matthiam elegerit in locum Iudæ, qm̃ id fecerunt præsente & cõsentiẽte Petro, ut alias diximus. idẽ dicimus† de electione septẽ diaconorũ, de qua ac. 6. Minus obstat ꝙ paulus fecerit Timotheũ epm̃ & alii apostoli alios, qm̃ id fecerunt auctoritate apostolatus sibi a dño dati, quo suprema fungebãtur auctoritate, hoc excepto ꝙ Petrum in pastorem agnoscebãt, & tãta erat eorũ auctoritas, ꝙ eorũ scripta inter scripturas sacras annumerabanĩ, qb. Ro. Põ. Petri successores derogare nõ poterãt, & quo ad id erãt maiores. vt alias diximus.

De statutis & decretis Conciliorum, & an in eis apponi possit decretum irritans?

CAP. XXXII.

Consequens est vt uideamus de statutis † & decretis conciliorum, ꝓ quorum declaratione præmittendum uidetur quod conciliorum constituta hominum censenda sunt, non Dei, quãuis iura dicantur promulgari a Deo per ora principum, cap. quo iure. 8. dist. & Spiritus Sanctus loqui præsumatur per os eorum, qui sunt in generali concilio. c. si ille. l. di. c. uiolatores. 25. q. 1. & dominus Luc. 4. dixerit. Qui uos recipit, me recipit, qui vos contemnit, me contemnit, quod Abb. in capit. licet ex quadam. in pen. colum. de test. colligit ex eo tex. cum in fi. dicitur, Tolerabilius est aliquos contra statuta hominũ dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta domini separare, cum tamen statuta quæ uocantur hominum, forent Conciliorum, cui concordat c. non† debet de consangui. & affi. cum dicitur, non debet repręhensibile. iudicari, si secundum uarietates temporum, statuta quoque uariantur humana, vocans humana Conciliorum statuta. Quod multum interest, cum plus obliget diuinum ius, quã humanũ. c. literas. de rest. spo. quoniam Dei præcepta sunt de necessitate salutis, non homana, qua propter possunt esse aliqua impedimenta, per quę ab obseruatione quis liber sit, vt dixit Archy. ex sententia Sancti Thom. in capit. utinam. 75. dis. Ex his sequitur † quod non poterit conciliũ apponere decretum irritans, adeo quod non possit illi derogare Rom. põtifex, cum non sint diuina præcepta, & humanis possit derogari, licet quoad inferiores posset huiusmodi irritans decretum apponere. Cuius habemus in ca. episcopo, quod fuit Antiocheni Concilii. & in seq. cap. quod etiam incipit episcopo. 8. q. 1. Concilii Agaten. ubi postquam decretum fuit non licere episcopo successorem eligere, subiicitur, si tale aliquid factum fuerit, irritum sit & inane. & tamen huiusdmodi non obstan. decreto, Zacharias Papa cõcessit Bonifacio Maguntin. episcopo quod posset eligere successorem, quapropter tota uia errauit Ludo. Rom. consilio. 380. cuius initium Quæstio est, nunquid Papæ prouisio, cum asserit non recte sentire qui asserunt sanctam synodum aduersus pontificis reseruatiuam constitutionem decretum apponere non potuisset, cum nihil noui agat, sed antiquate ius declaret, & inhibitionem factam papę per synodum Basilien. quoad generalem reseruationem, habere saltem tacite decretũ irritans. ex quo perpetuam causam inhibitionis habebat. per cap. vr̃ 35. q. 6. cuius uerba sunt hæc. Quod enim ante interdictum & ordinem ecclesiæ factum est, si perpetuo causam inhibitionis habeat constitutio, ratum haberi tam diuinæ, quam humanæ legis pro clamat authoritas, & quia papa sine iusta causa statuere non põt ea per quæ status uľis ecclesiæ immutatur per glo. in c. literas. de rest. spo. proposuit. de conces. pręben. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. nec ea per quæ status uľis ecclesiæ perturbatur, sm̃ gl. in c. principalem. 9. q. ult. Inno. c. inquisitioni. de sent. excom. nec ea per quæ decoloratur status uľis ecclesiæ c. & si illa. 2. q. 7. quales putat esse papæ reseruationes, quin ẽt per eas scandalizari omnes ordines ecclesiæ, quia innitẽs huiusmodi reseruationibus cum fratribus suis administrationis onera partiri non uult, sed sibi uendicat uniuersa, exinde exaggerans, odia consurgere, Hinc accusari Põtificem in synodo a clericis, hinc litis principium, hinc criminis originẽ, ut in simili dixit Hieronymus in epistola ad Rufinum episcopum Narbon. & habetur in c. diaconi. 93. di. Errauit inq̃, qm̃ non sequitur, constitutio concilii habet perpetuam prohibitionis causam, ergo habet saltem tacite clãm derogatoriam, adeo ꝙ papa illi derogare non possit, licet forte quoad inferiores, nec uerũ per huiusmodi reseruationes perturbari vniuersalem ecclesie statum, immutari, aut scandalizari omnes ecclesiæ ordines, nec quenquam admittere in partem solicitudinis, ut alias plenius erit differendum. Et ꝙ Decreta Conciliorũ hebuerint derogatoriam clausulam alia extant exẽpla, ut in c. statuimus. 12. q. 2. vbi post prohibitionem alienationis bonorũ ecclesiæ, irritatur uenditio, quę fuit cõstitutio Concilij Agaten. & in c. episcopus. ea. ca. & q. fuit eiusdem Cõcilii, ubi irratur manumissio mãcipij ecclesiæ nõ retẽto patrocinio, nisi per cõmutationẽ duo eiusdem meriti offerãtur, quin ẽt si nõ expressa ponaĩ huiusmodi clausula, tacite inesse censeĩ, ex eo ꝙ cum quid imperatur ꝯ generale concilium debet de eo mentio fieri, alias, q̃ per generales clausula. c. ex parte c. fi. de cap. mona. c. nonnulli. de rescrip. Archi. in c. 1. de cõst. li. 6. ꝙ si tacite habet derogatoriam clãm, multo magis apponi poterit ĩ cõstitione. aut rescripto.

Concilium non habere potestatem restringendi auctoritatem Papæ.

CAP. XXXIII.

Quod si concilium † aduersus Panã non potest apponere in suis cõstitutis decretum irritãs, sequitur cõciliũ nullam habere ptãtem restringẽdi auctoritatem papę, quia alias inferior hr̃et auctoritatem in superiorẽ. Item quia auctoritas Papæ immediate a Deo prouenit, non a concilijs, ut supra deduximus, & iuxta illud ꝙ habetur in c. nouit. de iud. cum dixit. Potestas nostra nõ est ex homine sed ex Deo, qũo poterũt hoĩes illã restringere, & moderari, cũ maxime† in oĩ constitutione concilii semper cẽseatur excepta auctoritas papæ, c. significasti. de elec. ꝙ si excepta, ergo extra illius auctoritatẽ & ptãtem.

Nec disponendi contra decreta Pontificis.

CAP. XXXIIII.

Qua ratione nec concilium † põt tollere constitutionem papæ, nisi eo præsente, volente, aut consentiente, absente vero non, nisi concessa per eum auctoritate, aut postea eo confirmante, ex sententia glo. & docto. in clem. 2. de elect. cum inferior non possit tollere constitutionem superioris, maxime si non solum sit inferior, sed etiam si talis sit, qui recipiat auctoritatem a superiore, sicut concilium a papa. 17. dist. per totum. cap significasti. de elect. quapropter † in suo decreto apponat clausulam, Non obstan. constitutionibus &c. non erit derogatum nisi inferiorum constitutionibus, quod si adiiciatur apostolicis, non censebitur derogatum, nisi accesserit apostolicæ sedis confirmatio, uel nisi his in quib. ex illarum tenore permissa est inferiorib. dispẽsatio.

An Rom. Pontifex & Concilium generale in errorem labi possint.

CAP. XXXV.

Post hæc exponendum foret cuius iudicio standum sit, patrib. a Rom. pont. dissidentibus, verum qm̃ ad id plurimũ conducit differere, an Rom. † pont. & concilium in his, quæ fidei sunt, errare & labi possint, de his a nobis sermo prius est suscipiendus, & audacter asserendum apostolicam sedem in his, quæ fidei sunt, errare non posse, itidem & concilium generale, de concilio generali probatur ex eo, quod habetur in c. & si illa 50. distin. eundem in concilio Spiritum sanctum credimus loquutum. Et ex eo quod habetur in c. audiuimus 24. q. 1. cum dicitur. Non nisi congregatis in vnum, descendisse Spiritum sanctũ, & nisi in his qui in vno velle conueniunt. c. sacrosancta. 1. q. 1. c. si enim, de const. dist. 2. De vtroque autem † concilio. s. & apostolica sede, deducitur ex promissione facta Petro, Mat. 16. Tu es Petrus, & super hãc petram ędificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebũt aduersus eã, quæ interpretatur a Cyrillo de firmitate fidei apostolicæ sedis, & ex illius sententia per gl. cum dixit. Secundũ hanc Domini promissionẽ, ecclesia apostolica Petri ab omni seductione & hæretica circunuentione immaculata manet super præpositos, & episcopos & super omnes primates ecclesiarum, & populorum in suis pontificibus, in fide plenissima, & auctoritate Petri, & cum aliæ ecclesiæ quorundam errorum circundatæ sint, stabilita ipsa impassibiliter regnat, silentium imponens & omnium obturans ora hęreticorũ, & nos necessitate salutis nõ decepti superbia, nec uino superbiæ inebriati typum veritatis & sanctæ Apostolicæ traditionis, vna cum ipsa confitemur, & prædicamus. hæc Cyrillus, quæ confirmat Chrysost. in eundem locum, cum dicit. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam, hæc enim promittit, quæ sunt Dei solius, s. peccata soluere, & ecclesiam immutabilem facere inter tot persecutionum & tentationum procellas, De qua alibi dixit† ecclesia impugnari potest, expugnari non potest. Tela mittuntur, sed eius murus non perforatur, machinæ præparantur, sed turris Dauitica non eliditur. Idem † Origenes quem refert B. Th. super illud, & portę inferi non præualebunt aduersus eam, cum dicitur, Non autem exprimitur vtrum Petro non præualebunt, aut ecclesiæ, quam ædificabat super Petrum, tamẽ manifestum est quod nec aduersus Petrum, nec aduersus ecclesiam portæ inferorum præualebunt. Comprobatur† ex eo ꝙ habetur Lu. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliqñ conuersus cõfirma fratres tuos. quod intelligitur de fide Petri in apostolica sede mansura ex sententia Leonis ser. 2 suæ ordinationis, cum inquit, de illa pollicitatione locutus, speciales cura a Domino Petri suscipitur, & pro fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorũ status firmior sit futurus, si mens principis uicta non fuerit, in Petro omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, ut firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum apostolis conferatur. Item† Agatho in suggestione, quam Constantino imper. scribit, quem a suspitione, quod Rom. pont. fuerit, eximit testimonium sextę sinodi, ait enim. Hæc apostolica Christi ecclesia quæ per Dei omnipotentis

tentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam er
rasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauanda succu
buit, sed ut ab exordio normam fidei christianæ percepit, ab
auctoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata fi-
detenus manet, secundum ipsius D. Saluatoris pollicitatio-
nem, Petre ecclesiæ Sathanas experiuit, ut cribraret uos, si-
cut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogaui, ut nō defi
ciat fides tua, & tu aliquādo conuersus cōfirma fratres tuos.
Consideret itaque vestra tranquilitas, qm̄ Dominus & Sal-
uator omnium cuius fides est, qui fidem Petri non defuturā
promisit, confirmare eum fratres suos admonuit, quod apo-
stolicos pontifices meæ exiguitatis predecessores cōfidenter
7 fecisse semper cunctis est cognitum. hęc ille. Consentit †his
Leo ix. in libello quem scripsit contra Michaelem Constan-
tinopolitanum imperatorem, cum dixit. Taliter sancta ec-
clesia super Petrum, i. Christum & super Petrum Cepham
filium Ioannis qui primo Simon dicebatur ædificata est, ꝙ
inferi portis, disputationibus. s. hereticorum, qui uanos ad in
teritum introducunt, nullatenus foret superanda, sic polli-
cetur ipsa veritas, per quam sunt uera quæcunque sunt ue-
ra, portæ inferi non pręualebunt aduersus eam, cuius promis
sionis effectum se precibus impetrasse a patre, ipse filius pro-
testatur, dicendo ad Petrum. Ego autem rogaui pro te, ut nō
deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fra-
tres tuos. erit ergo quisquam tantæ dementiæ, qui orationē
illius, cuius velle est posse audeat in aliquo vanam putare?
non ne a sede principis, Romana uidelicet Ecclesia, tam per
eundem Petrum, quam per successores suos, reprobata, con-
uicta, atque expugnata sunt omnium hereticorum commē
ta, & fratrum corda in fide Petri quæ nec deficit, neque usq;
8 in finem deficiet, sunt confirmata. Item †ex epistola Felicis,
& alia Lucii Pontificum sumitur, quod habetur in c. a recta.
24. q. 1. cum dicitur. Hæc sancta & Apostolica mater omniū
ecclesiarum Christi ecclesia quæ per Dei omnipotentis gra-
tiam a tramite apostolicæ traditionis nūquam errasse proba-
tur, nec hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit. Hiero.
ēt, & hr̄ in c. hęc est fides. ea. cau. & q. inquit hęc est fides inqt
pater beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, q̄q;
semper tenuimus, in qua si minus perite, aut parum caute
forte aliquid positum est, a te emendari cupimus, qui Petri
sedem tenes & fidem. Si autem hæc nostra confessio Aposto-
latus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare vo-
luerit, se imperitum uel maleuolum, vel etiam non catholi
cum, sed hæreticum comprobabit. Item S. R. Eccl. quæ sem-
per immaculata permansit, domino prouidente, & B. Apo-
stolo Petro opem ferente, in futuro manebit sine vlla hære-
ticorum insultatione. s. præualente, atque firma & immobi
9 lis omni tempore persistit. Legatur †ēt ꝙ ex sententia Hie-
ronymi habetur in c. oriens. 24. q. 1. & in c. scisma, cum dixit
cum successore piscatoris, & discipulo Christi loquor, ego
nullum præuium', nisi Christum sequens beatitudini tuæ, i.
cathedræ Petri communione consentior, super illam petrā
ecclesiam fundatam scio. Quicunque extra hanc domum
agnum comederit, profanus est, si quis in arca non fuerit, pe-
ribit regnante diluuio. Et inf. Non nouimus Vitalem Mile-
tum respuo, ignoro Paulinum, quicunque tecum non col-
ligit, spargit. hoc est qui Christi nō est, Antichristus est. Hinc
non immerito Ro. Ecclesia mater dicitur & caput omnium
ecclesiarum. c. 1. & 2. 12. dist. c. dudum. 3. q. 6. Ipsa tanquam
magistra in omnibus sequenda. 11. dist. Quis. c. 1. 22. dist. Ipsa
speculum est omnibus. c. enimuero 19. dist. & ipsa est quæ ha
bet plenitudinem potestatis, & aliæ vocatæ sunt in partem
solicitudinis. c. Multum. 3. q. 6. Accedit quod ex sententia
Cypria. habetur in c. aduocauit. 24. q. 1. cum dicitur, aduoca-
uit ad se Cyprianus episcopum Satyrum, nec vllam putauit
ueram ecclesiam, nisi ueræ fidei gratiam haberet, percuncta
tusque est, vtrum ne, cum catholicis episcopis, hoc est cum
10 Rom. ecclesia consentiret. Quod vero †asserunt nonnulli, il-
lud Luc. 22. Rogaui pro te Petre, intelligi debere de fide ec-
clesiæ, non petri, qui defecit, Christum negando, nequaquā
subsistit, quia non dixit Christus, ne tenteris, sed ne defi-
ciat fides tua, ut. s. post lapsum negationis, ad pristinum sta-
tum pœnitendo resurgas. quod innuitur ex eo, quod sequi-
tur, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. quæ
verba ad ecclesiam referri haud possunt. non ergo rogauit,
ne caderet, sed ne in casu maneret, vel dici potest, vt alias di
ximus, non defecisse in fide, sed in charitate, Christum negā
do. & licet Petrus cum ei dicta sunt verba illa, Rogaui pro
te &c. Ecclesiæ caput non esset, sed futurus, nihilominus qn̄
Christus rogauit pro fide Petri, rogauit pro fide ecclesiæ suę,
quæcunque futura esset, cui Petrus tanquam caput præesset.
Propterea cum Petrus præsedit ecclesiæ Antiochenæ, An-
tiochena ecclesia illam habuit prærogatiuam, at cū Petrus
sedem transtulit, prærogatiua illa est in Ecclesiam Rom. trā

slata, quæ sedem ipsam Petri, diuina prouidētia disponēte, in-
teruenientibus ipsius beati Petri meritis, inseparabiliter se-
quitur & comitatur. Vnde B. Leo in serm. 2. suæ consecratio
nis inquit. Manet ergo dispositione ueritatis, & B. Petrus in
accepta fortitudine perseuerans, suscepta ecclesiæ guberna-
cula non reliquit, sic enim ordinatus est ut ante ceteros dica-
tur, dum fundamentum pronunciatur, dum regni cœlorū
ianitor constituitur, dum ligandorum soluendorumque ar-
biter, mansura etiā in cœptis iudiciorum suorum diffinitio-
ne præficitur, qualis ipsa mihi esset societas per ipsam appel-
lationum eius mysteria nosceremus. & infra. Si quid igitur a
nobis recte agitur, recteque discernitur, si quid a misericor-
dia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est ope
rum & meritorum, cuius in sede uiuit potestas, & excellit au
ctoritas. hoc enim obtinuit dilectissimi illa confessio quæ a
Deo patre Apostolico inspirata cordi omnium humanarū
operationum in terra transcendit, & firmitatem, quæ nul-
11 lius impulsionibus quateretur, recepit. Nec his repugnat, ꝙ
possibile sit papam male opinari, & errare, quoniam assisten-
tia Spiritus Sancti promissa a Domino Iesu Christo non re-
spicit personam papæ, sed officium, & propterea licet opina-
ri, sit personæ, Iudicare tamen est officii, & licet opinari ma
le possit, in iudicando tamen errare non potest, stante diuina
promissione, sicut in simili dixit Beatus Thomas quo-
li. 8. du quest. utrum omnes per ecclesiam canonizati, sint
in gloria, uel aliqui eorum sint in inferno, quod aliquid po-
test iudicari possibile secundum se consideratum, quod rela
tum ad aliquod impossibile reperitur. ex hoc inferēdo quod
iudicium eorum qui præsunt ecclesiæ potest errare in singu
lis, si ad eorum singulos habeatur respectus, si uero conside-
retur diuina prouidentia, quæ ecclesiam suam Spiritu san-
cto dirigit, sicut ipse Christus promisit. Ioan. 14. docebit uos
omnem ueritatem. scilicet necessariam ad salutem, iudiciū
ecclesiæ vniuersalis in his quæ ad fidem pertinent, errare nō
potest. Et hoc modo intelligendum illud Hieronimi de quo
in cap. hæc est fides, 24. q. 1. cum ait quod si Apostlatus tui iu-
cio &c. Et quod dixit Agatho in cap. sic omnes. 19. distinct.
cum inquit, sic omnes sanctiones Apostolicæ sedis accipien-
dæ sunt, tāquam ipsius diuina uoce Petri firmatæ. super quo
dixit Ardiac. caute dixit, Apostolicæ sedis, non Apostolici.
sedis autem Apostolicæ sanctiones siue sententia in iudicio
prolata a Rom. Pontifice intelligitur, non quæ ab ipso cum
paucis, melioribus contemptis, & non uocatis, sed quæ ma
turo & graui uirorum prudentium & bonorum digesta con
silio facitur & profertur. Nec etiam †repugnat quod se
12 Stephanum papam collecto concilio formosum prædecesso
rem suum damnasse, & eius ordinationes irritas fecisse. Ioan
nem uero nona synodo Rauennæ coacta Stephani acta re-
probasse, & propterea errasse unum ex dictis duobus conci-
liis, quoniam ex hoc solum sequitur, quod in his quæ facti
sunt, & papam & concilium errare posse. iuxta sententiam
Sancti Thom. quol. 8. & in 4. distin. 41. quod quamuis eccle
sia dono & auctoritate diuina fulciatur, tamen in quantum
est hominum congregatio, aliquid ex humano defectu pro-
13 uenire potest, quod non est diuinum. De concilio autem ge
nerali rite coacto eodem modo dicimus, quod licet singuli
conuenientes ad concilium errare possint in fide, non tamē
omnes insimul conuenientes, aliqua enim possunt esse priui
legia uniuersitatis, quæ singulis non conueniant. Quod tamē
intelligimus de concilio in quo cum ecclesiæ patribus Rom.
pontifex eorum caput unanimi consensu & auctoritate con
currit, secus autem de concilio minus legitime procedente,
cuius scilicet actis deest consensus aut approbatio Ro. ponti
ficis, etiam si eius auctoritate congregatum fuerit, quod cō-
14 stat de secundo †Ephesino concilio quod est legitime con-
uocatum fuerit, etiam præsidentibus Apostolicæ sedis le-
gatis, tamen irritum fuit, & pro eius emendatione deinde ha
bitum est Chalcedonen. fuerunt etiam alia Concilia, quæ a
recto ueritatis tramite deuiarunt, quale fuit Ariminen. in
quo teste Hieronymo in altercatione Luciferiani & Ortho-
doxi nomine unitatis & fidei infidelitas scripta est, quod a
Damaso reprobatum fuit, vt habetur in cap. Sancta Rom.
Eccle. 15. dist & eius epistola episcopis in Illyrico constitutis
scripta, his uerbis, præiudicium fieri non potuit sententiæ
in Nicena synodo constitutæ per numerum in Arimino con
gregatum, quandoquidem constaret neque Romanum
episcopum cuius ante omnia decebat eos expectare decre-
tum, neque Vincentium qui tantis annis episcopatum in-
uiolabiliter rexerat, neque alios talibus præbuisse consen-
sum, qualis etiam fuit Aquilegiē. synodus, quæ quintam uni
uersalem synodum a Iustiniano & Vigilio papa Cōstātino
poli celebratam suscipere diffidit, quam Sergius papa iure re
prehendit, & ad concordiam reduxit. Idem iudicium de sy-
15 nodo 330. episcoporum Constantinopoli sub Constantino
V. ha-

V. habita. quę errauit in deponēdis sacris imaginibus, quā dā-
nauit Stephanus Papa alia synodo Romæ habita. Aduerten-
dum tamen quod & si homines non sint ita boni & sancti
ut erant priscis illis temporibus, nil tamen detrahitur aucto
ritati sacri Concilii, quoniam non est attendendum quales
sint qui resident & generale concilium faciunt, sed quid pro
correctione ecclesiarum, quid pro salute animarum agant
ut dicit tex. in cap. non quales. 1. q. 1. c. secundum. 19. dist. Et
cum Decreta eorum sancta & iusta sint licet forte hoīes nō
sint sancti nihilominus existimari debent fieri instinctu Spi
ritussancti, qui etiam per malos & reprobos operatur remis-
sionem peccatorum & salutem animarum. cap. Spiritus c.
ita fit cap. Non dicimus cap. euidenter cap. Christi. 1. q. 1. Ad
16 uertendum etiam † quod errare aut deficere aliter tribuitur
vniuersali ecclesiæ cum. s. dicimus uniuersalem ecclesiam
errare non posse in fide, & aliter, cum tribuitur Apostolicæ
sedi aut concilio, quoniam cum tribuitur uniuersali eccle-
się, id est, quia fides nunquam deficit in ecclesia, semper in
multis, aut paucis, permāsura usque ad finem seculi, sedi au-
tem Apostolicę uel Concilio tribuitur quo ad iudicium, ita
scilicet, quod omnipotens Deus his quibus ministeriū fidei
& doctrinam commisit, non permitter in his quæ fidei sunt
errare, nec ista pugnant Inuicem, quod concilium dissolui,
possit humana uoluntate, & quod legitime congregatum
in his, quæ fidei sunt uniuersali omnium consensu non erret
ut censuit Turrecremata. Insuper †aduertendum quod dixit
17 Augustinus in lib. de unico bapt. contra donatistas, plenaria
concilia sæpe priora posterioribus emendari, & Isidorus in
cap. Domino sancto. 50. dist. si in gestis conciliorum discors
sententia inueniatur, illi sententię stādum sit cuius quidem
prior & antiquior extat auctoritas, non inferre, quod errare
possint in fide, quasi prius errauerint, si quod actum fuit po-
steriori concilio reuocatur, sed solum quod in his quę facti
sunt, & in facto consistunt, errare posse, & ideo unū per aliud
reuocari cum aliquo rerum experimento ut dicit Augu. ape
ritur quod clausum erat, & cognoscitur quod letebat, At
etiam dici potest ex hoc quod in posterioribus Conciliis con-
traria aut diuersa statuantur, non semper sequi errasse prio-
ra Concilia, quemadmodum non errauit septima synodus
contra Decretum Nicenæ sinodi, sat esse semel in anno fieri
prouinciale Concilium cap. quoniam quidem. 18. dist. quo-
niam secundum uarietatem temporum consilia mutantur
humana, ut dicitut in cap. non debet. de consang. & aff. & ꝙ
uno tempore bonum erat & expediens, alio tempore reddi
tur minus utile, & nociuum, ideo reuocandum, quæ uero
fidei sunt, semper æque bona sunt & uera, ideo immutabilia
18 Nec prætereundum †quod de his quę ad fidem spectant præ
clare dixit Beatus Hilarius li. de sinodis in defensione Chal-
cedonen. sinodi contra criminantes eandem sinodum, quia
aliqua uidebatur addidisse, quæ non erant in Niceno conci-
lio. Cum dixit. nescientes regulam & consuetudinem Con-
ciliorum, si noua posterioribus Conciliis contra ueteres hæ-
reticos fuerunt promulgata. Nam si post Niceni concilii sta
tuta nihil amplius liceret recipere, quia auctoritate Spiritus
Sanctus cuius gloriæ cum patre auderemus asserere, quod
omnino constat tacitum fuisse, propterea Sanctus Thom. in
4. contra Genti. cap. 25. dixit quod cum dicitur in Chalcedo-
nen. concilio, quod Patres apud. Constatinopolim congrega
ti Doctrinam Nicenæ sinodi roborauerunt, non est intelligē
dum per modum additionis, quasi aliquid minus esset infer-
rentes, sed per modum declarationis ea quę de Spiritusan-
cto dicta sunt contra eos qui eum Dominum respuere tenta
uerunt, scripturarum testimoniis roborantes.

Cuius sententiæ standum sit Patribus a Papa dissentientibus.

CAP. XXXVI.

1 Nunc videamus patribus† a papa dissentien
tibus, quid præferendum
sit, tam in his q̃ ad fidem spectant, quam ad ea quæ politiā,
& quidem si in materia fidei iam diffinita dissentiūt, patrib.
immutare cupientib. quod diffinitum fuerat, præfertur sen
2 tentia papæ, c. hæc est fides. 24. q. 1. quo modo †intelligendum
est gl. in c. quodcunque. ea. cau. & q. cum ex d. c. uidetur colli
gi posse, sententiam totius ecclesiæ pręferendam Romanæ,
si in aliquo sint inuicem contrariæ, argumen. etiam capitu-
li legimus. 93. dist. tamen subiicit, sed contrarium credo arg.
d. cap. hęc est fides. nisi erraret Rom. ecclesia, quod non cre-
do fieri posse, quia Deus non permitteret, argum. cap. a recta
3 & cap. pudenda. eadem. ca. & quæst. quod si †papa, ut priuata
persona immutare vellet quæ de fide diffinita sunt, patribus
dissentientibus, præferenda sc. et sententia concilii, quæ etiā
præferenda foret in his, quæ nondum diffinita forent. arg. gl.
4 in c. Anastasius. 19. dis. ꝙ papa †tenetur requirere consilium
episcoporum, ubi de fide agitur, quinimmo papa in his, quæ
determinata sunt, censeretur a fide deuius, & concilium eo
maius. c. si papa. 40. dis. quo casu dici posset illud D. Bernardi.
Quæ maior superbia, quam ꝙ unus homo totius congrega-
tioni iudicium suum pręferat, tanquam ipse solus habeat
Spiritum Dei, propter quod Archi. approbans glo. d. c. Ana-
5 stasius. dixit. periculosum † foret fidem nostram committe-
re arbitrio unius hominis, & licet alias causæ fidei nondum
decisæ referantur ad sedem apostolicam, & sic ad papam, c.
quo vigesimaquarta quęstione prima, capitulo sacrosancta.
vigesimasecunda distinctione, cap. maiores. de bapt. tamen
ubi esset tale dubium ꝙ papa cum cardinalibus dubitaret,
tunc non deberet sine Concilio decidere, sed uocare Con-
cilium secundum cardinalem Alex. in d. c. Anastasius. & in
simili casu fuit facta congregatio Hierosolymis super circū-
6 cisione, de qua Act. 15. Si tamen dubium †non adeo magnū
foret, non teneretur papa concilium vocare, qui sæpius sine
Concilio hęreses damnauit. Beatus. n. Petrus sine aliqua sino
do damnauit Symonis hæresim, qui putauit Spiritussancti
donum pecunia posse comparari. Alexander iij. sine concil.
damnauit hæresim asserentium Christum non esse aliquid
secundum quod homo, de qua in c. eum Christus. de hæret.
Lucius iij. damnauit plures hæreses contra S. sacramentum
corporis Christi, ut in c. ad abolendam. eo. ti. Gregorius. 9. hæ
reticos Gazaros, Patarenos Passaginos, Iosepinos, & Arnal-
distas. in c. excōmunicamus, eo. ti. el 2. Inn. iij. hæresim Naza-
reorum asserentium inutiliter dari baptisma paruulis. c. ma
iores. de bapt. & aliæ nonnullæ ab aliis pontificibus damna-
7 tę sunt. Similiter si †papa intentaret aliquid contra ius diui-
num, uel naturale, cui aduersaretur concilium, standum es-
set sententię concili non papę, & si res foret quę peccatum
nutriret, ut no. glo. in c. proposuit. de conces. pręben. idem si
quod uellet decernere, per quod perturbaretur uniuersalis
status ecclesię, cui concilium contradiceret, standum enim
esset sententiæ cōcilii c. sunt quidam. 24. q. 1. nec eo casu eius
mandato foret obediendum, sicut nec quando ex eius man-
dato plura mala subsequi possent, ut no. in c. inquisitioni. de
sent. excom. hinc est, ꝙ papa non posset in uniuersum tolle-
re priuilegium fori, clericis concessum de iure diuino. glo. in
8 c. si imp. 96. dist. In his vero, †quę ad politiam spectant, patri-
bus uolentibus ius antiquum tollere, repugante Rom Ponti
fice, standum erit sententię Rom. pont. quia quod semel ap-
probatum est, reprobari non potest, papa dissentiente c. dile-
ctissimi. c. licet. 8. q. 1. quoniam patres ligati sunt ueteri lege,
de qua iudicandum non est, sed secundum ipsam c. in istis 4.
dist. quod si papa uellet nouam legem condere, quæ hone-
sta foret, iusta, rationabilis, secundum naturam, & secundū
consuetudinem patrię, loco temporiq. conueniens, necessa
ria, & vtilis, & patres eam recipere recusarent, ad id compel
li possent, ut inqt Arch. in c. de ligurib. 23. q. 5. ꝙ si his careat
conditionibus, de quibus in c. erit autem lex. 4. dist. poterunt
episcopi contradicere & secundum gl. in d. c. in istis, dicere,
Canon iste non conuenit consuetudini regionis nostrę. Nec
9 † his repugnat, ꝙ sicut sententia episcopi non pręfertur sen-
tentię capituli, etiam si ei consentiant aliqui de capitulo, si
minor pars fuerit cum eo sentientium, ut no. in cap. postula
stis. de concess. pręben. & in c. a collatione. de app. li. 6. ita ui-
deatur sententiam papę dissentiente concilio non pręferen
dam sententię concilij, quoniam longa est inter hęc, quę cō
parātur, differentia. cum capitulum a iure suam recipiat po-
testatem & auctoritatem, papa uęro a Deo, & colligere a mi
10 nori ad maius infirma sit argumentatio. Nec etiā †repugnat
quod quemadmodum naturalis capitis operationes nullæ
sunt, separatis aut recedentibus aliis membris c. non liceat.
de rescr. sit uideatur in mystico ecclesiæ corpore papam ni-
hil posse resilientib. aut impeditis aliis membris, qm̄ hęc ar-
gumentatio conuerti potest, nec concilium aliquid posse,
non conueniente secum papa eius capite, quorum tamen di
scordia hoc efficit, ut supersedendum sit, & ad aliud conci-
lium reseruanda discussio, prout pro discussione actorum se
cundi Ephesini concilii, quibus non consentiebat Leo papa,
indictum & habitum fuit Chalcedonen. concilium, eo ma-
11 gis ꝙ †infirma sint quæcunque concilia acta, non accedente
papæ confirmatione ut supra plenius probauimus minus ēt
firma sit solius Papæ sententia, si ei aduersentur patres conci
lii, quoniam rectius est iudicium quod plurimorum senten-
tiis roboratur c. prudentiam. de offic. deleg. c. extra conscien
tiā. 64. di. l. vlt. ad fi. C. de fideicom. ꝙ per ampliores homines
perfecti, sima ueritas reuelatur. & in c. de quibus. 20. di. dicit
seniores prouicię congregate, & eos interrogate, facilius nan
que inuenitur, quod a pluribus senioribus quæritur.

De auctoritate Concilii Apostolica sede vacante.

CAP. XXXVII.

1 **Maius dubium** habere uidetur, qualis sit † auctoritas & iurisdictio concilij apostolica sede uacante, cum potestas, & dignitas ipsius principatus ecclesiæ semper maneat in ecclesia etiam defuncto Rom. pontifice. Primo quidem in principali capite ecclesię, Iesu Christo. Ipse enim est caput super omnem ecclesiã, quæ est corpus eius & plenitudo eius, qui omnia in omnib. adimplet ad Ephe. primo, ubi dicit glo. ideo dicitur, omnia in omnibus quia omnia ab ipso sunt in eis, cuius uirtute sunt, ꝙ sunt. ideo licet deficiat uicarius, non deficit principalis, de cuius potestate dicitur. Daniel. 7. potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius nõ corrumpetur. Ma-
2 net † etiam papalis potestas in ecclesia mortuo põtifice in potentia, seu habitu ad istum sensum, quia in ecclesia semper manet ptãs ad eligendum eum, qui defuncto succedat, ideo dicitur sedem Apostolicam nunquam mori c. si gratiose. de rescriptis, ubi dicit glo. cui concordat Archi. & Ioan. Monachi, ꝙ licet habens papatum, vel dignitatem, corruptibilis sit, papatus tamen, imperium, & dignitas semper sunt. ut in authẽtico, quomodo oporteat episcopos. §. licentiam col. 2.
3 ideo † corrupto subiecto, hæc non dicuntur non existere sed uacare, hoc est administratore iuris, uel facti carere cap. cum nostris. de conces. præben. nõ tamẽ manet in ecclesia quoad plenam administratiotionem iurisditionis mortuo papa. Potest tamen generale † concilium Apostolica sede uacante ea
4 exequi, quę necessaria forent pro regimine & tuitione ecclesiæ, ubi per iuris dispositionem prouideri non posset, & quæ sine magno dispendio prorogari nõ possent usq; ad creationem Ro. pont. alias non uideretur sufficienter prouisum ecclesiæ in his, quę necessario prouidenda forent populo Christiano, quod de Christo ecclesiæ fundamento & capite minime dicendum uidetur, cuius sapientia attingit a fine usque ad finem, cuncta suauiter disponens. Sapiẽtiæ. 8. & cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur. Quod facere poterunt prælati auctoritate, quam prius habebant ab apostolica sede, quæ in istius necessitatis casu ampliata & aucta uidetur licet alias limitatam potestatẽ susceperint, cum uocati sint in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, ut inquit Grego. & habetur in c. decreto. 2. q. 6. & Iulius. in c. se-
5 quenti. Necessitas † enim multa permittit, quæ alias prohibita sunt. Cessante autem magno necessitatis casu, de aliis particularibus causis, & maxime reseruatis Apostolicæ sedi, nec Cardinales, nec generale concilium se intromittere debent quia sicut uacante sede nullus succedere dicitur Rom. pontifici in plenitudine potestatis, ita nec in exercitio, seu plena illius administratione. quemadmodum nec capitulum defuncto epõ, & uacante sede succedit in his, quæ ad solum episcopum pertinent, puta in potestate conferendi beneficia ad collationem solius episcopi spectantia, cap. unico. ne sede
6 vacan. lib. 6. Et ideo si nulla † vrgeret necessitas prouidendi ecclesijs, & maioribus dignitatibus sede uacante non debet concilium ante Rom. pontificis creationem de huiusmodi se intromittere, cum de iure & antiqua consuetudine potestas prouidendi episcopatibus, siue ecclesis uacantibus ad Rom. pontificem pertineat, secundum glo. in cap. quanquã de elect. lib. 6. per tex. in cap. in illis. 80. distin. ubi patet quod solus Petrus episcopos & alios superiores plebibus preficiebat. cap. prima. 22. dist. potestas uero prouidendi de inferioribus beneficiis tradita fuit episcopis. cap. omnes Basilicæ. de
7 pœni. dist. 1. cap. regenda. 10. q. 1. non debet † ergo concilium, sine papa infringere, & violare antiquas ordinationes, aut iura, & prærogatiuas Rom. pontificis usurpare. Clem. Ne Romani. de elect. cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. eo maxi-
8 me quod dici non potest plenum concilium, nec plena ecclesia sine Rom. pontifice. cap. multis. 17. dist. & hoc generaliter censendum in omnibus quę uoluntarie geruntur per cõcilium, quod in simili dicitur de capitulo uacãte sede, ut no. glo. in clem. prima. de hære. & in ca. 1. de maio. & obe. in li. 6.
9 Et licet † ea quæ statuuntur in concilio fieri dicantur suggestione & instinctu Spiritussancti cap. si quis diaconus. & cap. si ille, 50. distinc. cap. uiolatores, 25. q. 1. & Act. 15. Visum est nobis, & Spiritui sancto. non tamen sequitur, omnia permissa cõcilio uacante sede. Silr ex eo ꝙ hr̃ in c. si qs pecunia. 79. di. ꝙ mortuo † papa Cardinales, & alii clerici, & laici Deũ
10 timẽtes inuasorẽ & intrusum in papatu excõicãt, nõ subseq̃tur, ergo uacante sede oĩs pontificalis auctoritas & ptãs est in cõcilio, qm̃ in iurisditionali materia non fit extensio de uno casu ad alios l. magistratibus l. eum qui l. fin. ff. de iuris omni. iud. uel dicatur, id particulcriter tribui a iure ab illo. s. canone, ut dixit cardinalis in clem. ne Romani. §. irritum. de elec.

11 Item licet quando est dubium † quis sit papa ad concilij iudicium spectet discussio, quis eorum sit verus papa, c. si duo. & ibi gl. 79. dist. non tamen sequitur, ergo multo magis vacante sede & nullo existente papa, poterit concilium eligere papam, & iudicium sumere in concernentibus põtificalem dignitatem, & illius potestatem, quoniam nõ recte colligitur, habet quis potestatem aliquo casu, ergo habet potestatis plenitudinem, patet in cardinalibus eligentibus papam, qui nõ possunt se intromittere de spectantib. ad papam. Ex his sub-
12 sequitur † non recipiendam sententiam Ancha. in trac. scismatis, pro concilio Pisano. in 6. qõ. quod cardinales ratione schismatis possint administratorem, seu vicarium deputare, qui reseruata papæ exequatur. Sed quia incidit sermo, quod duobus contendentibus de põtificatu, concilium erit huius controuersiæ iudex, dubitari posset, an electio ad concilium
13 spectaret ambobus a põtificatu eiectis, & sanior videtur sententia, ꝙ cum vacat apostolica sedes per renunciationẽ, aut depositionem, papæ electio ad cardinales pertineat non ad concilium, per clem. ne Romani. de elec. iuncta gl. super ver. moriente, ibi .n. disponitur de papæ electione certo modo fienda in casu mortis, de quo dicit gl. idem est de papa cedẽte, nam tunc quo ad sedem censetur mortuus. 10. dist. §. ecce. & 6. q. 1. §. ecce, quod si idem est iudicium in casu cessionis, & mortis, cessat contrarium. c. susceptum. de rescr. li. 6. idem videtur dicendum in casu depositionis, ꝙ cum in fauorem uniuersalis ecclesiæ inductum sit elect. pontificis ad cardinales spectare propter faciliorem expeditionem, vt in c. in nomine Domini. 23. dist. in casu depositionis, vt cesset ambitio, & facilior sit electio, & idem ius sit ubi adest eadem rõ, cum maxime c. in nomine Domini, non se fundet in casu vacationis mortis, vt dici possit, iuxta c. susceptum. dispositum in vno modo vocationis non habere locum in alio, sed narratiue de vacatione per mortem faciat mentionem habita ratione eius, quod ut in pluribus euenit, cum rarissime uacet sedes per cessionem, aut depositionem, & tamen eadem sit ratio, & satis dicatur mortuus quoad ecclesiam, siquis renũciet aut deponatur. Ad quod citatur theorica Dy. in l. ex ea. §. insulam, de ver. oblig. quam sequitur Bald. in l. Deo nobis.
14 C. de epis. & cler. ꝙ vbi † mors ciuilis operatur omnem effectum, quem mors naturalis, dispositũ in morte naturali habet locum in morte ciuili, quod videtur probari in d. l. Deo nobis, & in l. interdicit. ff. de condi. & dem. & in l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. & in multis similibus. & quanuis Io. And. aperte non approbet illam opi. in c. cum sit. de conuer. coniug. ubi tractat hunc art. & ponit opin. contrarias, tñ eam aperte probare vr̃ probare in d. cle. ne Rom. in præal. gl.
15 Ad idem † citantur iura probantia ex identitate rationis dispositionem ostendi. c. cum dilecta. de confir. vti. uel inuti. & in l. non possunt. ff. de leg. & quod plus est, id ẽt procedit in pęnali dispositione, ut est tex. no. in l. 2. ff. ad Turpi. facit. c. si post quam. de elec. li. 6. & in cle. 1. de elect. non. n. apparet rõ specialis, cur electio magis spectare debet ad card. in casu vocationis per mortem, quam per renunciationem, vel depositio-
16 nem. Confirmantur † prædicta, qm̃ sicut inferiores eligũt prę latum in omni casu uocationis, eodem modo & collegium card. cum faciant unum collegium cum papa, & sint pars corporis sui. c. per uenerabilem qui fil. sint legi. ver. rationib. & in c. fundamenta. de elec. lib. 6. & si obiiciatur, constitutio
17 † prouidens in casu mortis, non debet extendi ad alium vacandi modum. c. susceptum. de rescript. lib. 6. respondetur id procodere in ambitiosis, & odiosis, at concessio facta cardinalibus fauorabilis est, & in ecclesiæ fauorem, ut scilicet citius fiat electio, ideo reputari debet fauorabilis, licet afferat præiudicium clero & populo Romano prius eligentibus, &
18 concilio. Censetur enim † constitutio fauorabilis, uel odiosa ab eo, quod principaliter intenditur, ut legitur, & no. in l. qui exceptionem ff. de cond. inde. & per gl. in capit. faciant. & in c. fi. de elec. Nec etiam obstat, quod per hoc inducatur iuriũ
19 correctio & quod ius † abrogatiuum extendi non debeat ad correctionem alterius iuris ex identitate rationis, quia imo extendi debet, quando non est proprie extensio, sed uenit ex mente, cum scilicet declaratur mens constituentis ex identitate rationis, ut sentit glo. no. in c. 1. de temp. ord. lib. 6. & plene per Bart. in l. si constante. 6. & 9. q. ff. sol. mat. Nec his repugnat c. si duo. 79. dist. ubi electis. duobus, de Pontificatu contendentibus, decernitur illum in apostolica sede permansurum, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium, & uniuersitatis cõsensus elegerit, quę verba designare uidentur generale concilium repræsentans uniuersitatem clericorum, sicut rectores ciuitatis & præstantiores repræsentant uniuersitatem. l. 2. C. de iur. calum. Quoniã respondetur cap. illud intelligendum pro tempore, quo nondum fuerat translata eligendi actoritas in Cardinales, prout translata non erat tempore, quo decretum illud factum fuit, uel

interpretandum de collegio Cardinalium, nam & ipsi faciunt uniuersitatem, siue collegium, ut clem. ne Romani. & ibi no. de elec. & per glo. magnam in cap. unico. de scism. eiusdem sententię fuit Abb. in c. ad petitionẽ per illum tex. de ac-
20 cusa. vbi † in inferioribus collegijs, si quis priuatur, electio ad collegium pertinet, non autem fit deuolutio ad primatem, pro qua inducitur gl. in c. primo, in ver. prædecessor. de renũcia. lib. 6. cum dicitur Celestinum prædecississe, licet renunciauerit. & gl. in c. si propter tua debita, in versi. vacarent. de rescr. li. 6. & ꝙ sub verbo uacationis includantur omnes uacandi modi, est gl. in c. cupientes, in uer. uacationib. de elec. in 6. & in c. quia sæpe. de præben. eo. li. glo. etiam in d. c. si duo
21 contra fas, inquit, ꝙ etiam † quando utriusque electio est dãnata, non propterea cardinales erunt priuati iure eligendi. licet iudicare, utrum electio unius, uel alterius bona sit, non spectet ad cardinales, ne iudices sint in causa propria; nec sequitur concilium eo casu habet iurisdictionem, ergo multo magis quando nullus est papa poterit exercere iudicium in concernentibus pontificalem dignitatem, & iurisdictionẽ, ut supra deduximus.

Quis possit Concilium dissoluere, transferre, aut prorogare.

CAP. XXXVIII.

1 **Post hæc disseramus**, quis † possit conciliũ dissoluere, de loco, ad locum, transferre, aut in aliud tempus prorogare. Quod dicimus posse Rom. Pont. subsistente causa, & modo nõ turbetur ecclesię status, etiam sine patrum concilij consensu. Si enim contingeret, quod ad eorum hominum impietatem sinodus esset deuoluta, quorum priuata studia ad euersionẽ fidei, pacis, & unitatis ecclesiæ tenderent, ut dixit Leo de secunda Ephesina sinodo. uel si multitudo inferiorum seditiose contempto episcoporum iudicio, qui dicuntur patres, & columnæ ecclesiæ, cle. multorum. de pœ. hierarchicum ordinem confundere molirentur, uel sinodus in tyrannidem uerteretur, aut aliqui de concilio nouis ausibus temere, & pertinaciter conarẽtur usurpare iura Apostolici principatus uel concilij locus desineret esse tutus, uel si aliqui ex concilij patribus id astu agerent, ut concilio finis non imponeretur, ea ratione, ut superueniente Rom. Pont. obitu ad eos deuolueretur pontificis electio, Minus æquum, quin potius impium uideretur, non posse Rom. Pontif. concilium differre, prorogare, alio transfere, atque etiam dissoluere ex ratione.
2 l. qđ semel ordo. ff. de decre. ab or. faci. ubi † subsistente causa publicæ utilitatis permittitur sine omnium consensu illud rescindi, quod prius fuerat ab omnibus cõstitutum, sine causa autem nequaquam posset, quia omnis uariatio prohibita est. cle. cum illusio. de renuncia. ubi cardinalis dicit, quod in dubio præsumitur contra uariantem, quod uelit a ueritate deuiare, item per tex. in c. certum. 11. qõ. 3. & in c. si quis.
3 18. dist. ꝙ si quis † ante finitas agendorum examinationes abire præsumpserit, excommunicetur. quod enim semel approbatum est, non potest amplius reprobari. glo. 4. in c. in istis. 4. dist. c. dilectissimi. 8. q. 2. c. horrendus. 32. qõ. 5. l. ab arbitrio ff. qui satisda. cog. Quod si turbaretur † aut discoloraretur uni-
4 uersalis ecclesia non poterit Ro. Pont. concilium dissoluere, aut alio transferre propter scandalum, quod exinde prouenire, quod ut euitetur, ęquo animo ferre debet, si mandata eius executioni non demandẽtur, c. cum teneamur, de pręben. Si etiam concilium sit † congregatum ex causa, quæ nõ
5 solum non dependet a papa, nec ab ipso solo expediri possit, puta si congregatum ex causa fidei, & ad diffiniendum aliquas causas magnas, & difficiles in fide, in quibus necessaria sit concilii cõgregatio, ut in c. maiores. de bapt. puta pro extirpanda hæresi, quæ uniuersalem scandalizet ecclesiam, uel de qua est dubium, an sit uera hæresis, uel si sit congregatum contra papam infectum hæresi, iuxta cap. si duo. 69. dist. uel ex eo, ꝙ duo contendunt de papatu, & controuersia orta sit in ipsa electione, quo casu necessaria est diffinitio conciliaris. c. si duo. 69. dist. & c. Anastasius. 19. dist. his casib. non posset papa pro libito uoluntatis transferre, aut dissoluere concilium ante expeditam causam sine patrum consensu, quia cũ hæc princ. dubii determinatio ad concil. spectet silr ad cõcil. spectabit locũ determinare, si facienda sit illius mutatio, ar. l. ædiles. la 1. §. sciẽdum. ff. de ædil. edi. l. si quis ex alie. ff. de iudi. l. terminato. C. de fruc. & litis expen. c. præterea. de off. dele. item quia ista dissolutio est contra bonum publicũ uniuersalis ecclesiæ, ad hoc gl. 8. q. 1. §. his. & 1. q. 3. c. ex mul-
6 tis. Si autem † esset congregatum ad extirpandam hæresim iam per ecclesiam damnatam, cum tũc sit necessaria auctoritas concilij, quia sufficit prior damnatio, etiam quo ad eos qui in eam nouiter laberentur. 24. qõ. 1. c. 1. & 3. poterit papa pro eius arbitrio concilium dissoluere, nisi hæretici uellent se submittere concilio, non alias reuersuri, quia tunc inuitis patribus non posset papa concilium dissoluere, quoniam si correcti uolunt redire, sunt admittendi. 24. q. 1. ut etiam uoluit S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 4. imo si correcti, & emendati uenire voluerint. admittendi sunt in cõcilio generali, c. conuenientibus. 1. quæst. 7.

Si qui tractatus postpositi videbuntur sciant Lectores, serius eos ad manus Correctoris peruenisse.

FINIS Primæ Partis Tomi XIII.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes sunt Quaterniones, præter Fff, *qui est Ternus.*

VENETIIS, MDLXXXIII.